Del Colegio dela Comp.ª de Jhs. de Granada. R-1096 Bl.

LOCUPLETISSIMA

BIBLIOTHECA MORALIS PRÆDICABILIS.

HOC EST;

DISCURSUS VARII EXQUISITI,

IN QUIBUS PER TRACTATUS ORDINE ALPHABETICO DIGESTOS

Ad Verbum Dei fructuosè & faciliter prædicandum, de Virtutibus & Vitijs copiosissimæ materiæ morales subministrantur & ad plenum digeruntur;

NEC NON IN GRATIAM CONCIONATORVM,

Quibus ad comparandam sibi varijs ex Libris Bibliothecam æris non suppetit facultas, vel ad perlustrandum ipsos SS. Patres, & Sacræ Scripturæ Interpretes tempus aut commoditas deficit, ex reconditis S. Scripturæ scrinijs, & sanctorum Patrum ac Divini Verbi Interpretum pulpitis; nec non copiosis selectissimorum Prædicatorum armarijs, per Discursus multiplices in suas classes ordinatè distributis, nova quædam & locupletissima Bibliotheca Moralis concinno ordine erigitur, & in commodum omnium Divini Verbi Præconum instauratur;

OPERA ET STUDIO REVERENDI PATRIS

P. JOSEPHI MANSI

CONGREGATIONIS ORATORII, ROMANI PRESBYTERI.

TOMUS SECUNDUS,

Qui jam iterùm in lucem prodit, ab innumeris mendis, quibus editiones externæ scatebant, hac editione expurgatus, S. Scripturæ citationibus correctis.

CUI

PRÆTER INDICES NECESSARIOS ACCEDIT INDEX COPIOSISSIMUS

Concionum pro diebus Dominicis, & Festis totius Anni: additis insimul Notis marginalibus planè novis atque in universum quam maximè proficuis.



ANTVERPIÆ,

Apud Viduam & Filium JOANNIS BAPTISTÆ VERDUSSEN, viâ vulgò Cammerstraet, sub signo duarum Ciconiarum. Anno M. DCC. I.

Cum Gratia & Privilegio.

Del Colegio dela Comp.ª de Sta. de Granada. R-1046 BL.

LOCUPLETISSIMA BIBLIOTHECA MORALIS PRÆDICABILIS,

HOC EST;

DISCURSUS VARII EXQUISITI,

IN QUIBUS PER TRACTATUS ORDINE ALPHABETICO DIGESTOS

Ad Verbum Dei fructuosè & faciliter prædicandum, de Virtutibus & Vitijs copiosissimæ materiæ morales subministrantur & ad plenum digeruntur;

NEC NON IN GRATIAM CONCIONATORVM,

Quibus ad comparandam sibi varijs ex Libris Bibliothecam æris non suppetit facultas, vel ad perlustrandum ipsos SS. Patres, & Sacræ Scripturæ Interpretes tempus aut commoditas deficit, ex reconditis S. Scripturæ scrinijs, & sanctorum Patrum ac Divini Verbi Interpretum pulpitis; nec non copiosis selectissimorum Prædicatorum armarijs, per Discursus multiplices in suas classes ordinatè distributis, nova quædam & locupletissima Bibliotheca Moralis concinno ordine erigitur, & in commodum omnium Divini Verbi Præconum instauratur;

OPERA ET STUDIO REVERENDI PATRIS

P. JOSEPHI MANSI

CONGREGATIONIS ORATORII, ROMANI PRESBYTERI,

TOMUS SECUNDUS,

Qui jam tertiò in lucem prodit, ab innumeris mendis, quibus editiones externæ scatebant, hac editione expurgatus, S. Scripturæ citationibus correctis.

CUI

PRÆTER INDICES NECESSARIOS ACCEDIT INDEX COPIOSISSIMUS Concionum pro diebus Dominicis, & Festis totius Anni: additis insimul Notis marginalibus planè novis atque in universum quam maximè proficuis.



ANTVERPIÆ,

Apud Viduam & Filium JOANNIS BAPTISTÆ VERDUSSEN; viâ vulgò Cammerstraet, sub signo duarum Ciconiarum. Anno M. DCC. I.

Cum Gratia & Privilegio.

INDEX
TRACTATUUM ET DISCURSUUM,
QUI IN HOC SECUNDO TOMO BIBLIOTHECÆ MORALIS CONTINENTUR.

TRACTATUS XXII.
De Ecclesiasticis, Sacerdotibus & Clero.

Continet Discursus XXXVII.

Disc.I. NEcclesiasticos pro cultu Dei seligendi sunt meliores totius populi: ubi & de obligatione differitur, qua Ecclesiastici & Sacerdotes cunctos seculares in bonitate & sanctitate præcellere tenentur.

II. Varia adferuntur tonsuræ sive præcisionis capillorum & coronæ clericalis mysteria.

III. Ecclesiastici solum Deum qui hæreditas ipsorum est, præ oculis habere debent, curareque ut se à mundanis negotijs, bonisque terrenis avertant, Divinumque servitium ex motivo lucri temporalis, vel alterius cujuslibet humani respectu intuitu nequaquam persolvant.

IV. De Sanctitate ministris sacris requisita, quæ, licet ipsi ad emundandas aliorum spurcities sunt destinati, exinde tamen minime maculantur.

V. Sacerdotes ut ministerium suum digne adimpleant; virtutibus & vitæ perfectione conspicui esse debent.

VI. Vestes & ornamenta præcipua Aaroni à Deo præscripta, ad varias, quibus sacerdotes prædíti esse debent virtutes allusisse probatur.

VII. Alia perfectionis & sanctitatis in ministris sacris considerantur motiva, quorum multa ex vestium Episcopalium & sacerdotalium mysterijs deducuntur.

VIII. De summa innocentia quæ in ijs, qui ad sacrum altare divinumque mysterium accedunt, desideratur.

IX. Varia in laudem Sacerdotum examinantur honorifica Epitheta, quæ illos, ut altissimæ dignitati suæ respondeant, ad multas obligant virtutes.

X. Multæ recensentur Analogiæ quæ Angelos inter & Sacerdotes versantur, ita tamen ut hi illis in multis prærogativis sint superiores.

XI. Sacerdotium divinum quidpiam in se habere, ex multis Sacræ Scripturæ locis, & sanctorum Patrum sententijs, in quibus Sacerdotes Dij vocantur, perspicuè ostenditur.

XII. De sublimi potestate quam Sacerdos obtinet in Corpus, Christi, quæ superior est illa quâ sanctissima ejus Mater in illud habuit: ubi etiam consideratur authoritas circa peccatorum remissionem illis delegata.

XIII. Potestatem sacerdotalem potestati Regiæ non solum parem, verum etiam illa superiorem esse ostenditur.

XIV. Ad Sacerdotis munus pertinet, ut Deum propter peccata populorum iratum per orationes suas placet, divinæque justitiæ flagella ab ijs amoveat.

XV. Quisquis per sacerdotium Divino cultui consecratur, ad illud se per orationem præparare, seque in oratione exercere debet; cum enim sacerdotij character eo fine imprimatur, ut oret & intercedat pro populo, justum est ut se dignum reddat qui à Deo exaudiatur.

XVI. De obligatione quam Ecclesiastici habent bonum proximis secularibus præbendi exemplum, ut quod verbis docent, operibus confirmetur.

XVII. Continentia in ministris sacris præ quavis alia virtute requiritur; ac proinde per sacerdotum Paganismi & legis Mosaicæ exempla, quam illa nostris sacerdotibus necessaria sit, ostenditur.

XVIII. De eadem sacerdotum continentia, nec non de supplicijs iræ Dei, quibus in incontinentes communiter animadvertit, fusius differitur.

XIX. Alia Divinæ Justitiæ supplicia Ecclesiasticis, carnaliter & lubricè viventibus immissa, nec non pœnæ aliquæ ab antiquis canonibus adversus eosdem sancitæ tanguntur.

XX. Sacerdotes Corpus Christi indigne tractantes traditores sunt Juda longè deteriores, quia Christum de novo crucifigunt; ubi & alij eorum reatus considerantur.

XXI. De puritate & integritate conscientiæ, quæ in ijs qui Corpus Christi tractant desideratur, deque supplicijs sacerdotibus impudicis immitti solitis.

XXII. Variæ considerationes, quibus Sacerdotes ad digne celebrandum disponuntur & præparantur.

XXIII. Ecclesiastici, præcipuè bene meriti & digni omni sunt honore prosequendi, in recognitionem magnorum beneficiorum quæ ab illis recipimus; ubi variæ, in hujus reverentiæ confirmationem, Historiæ adducuntur.

XXIV. Sacerdotes honorandi sunt, etiam indigni, quia ita Deus præcipit, cum sint ejus ministri, illiusque in anima deferant characterem, ac proinde si contemnantur, Deus ipse se in ijs spretũ esse censet, illisq; illatas ignominias graviter castigat.

XXV. Nequaquam lacerandi sunt sacerdotes quantumvis malijnec quidquam illis reverentiæ adimendum est in publico; quod exemplis quibusdam Christi præcipuè probatur.

XXVI. Mala vita Ecclesiasticorum nihil obstat vel officit bonis quæ ab illorum ministerio proveniunt, ac proinde illis tuto uti possumus.

XXVII. De severitate & rigore, quo mali Ecclesiastici à Christo examinabuntur, judicabuntur, & condemnabuntur.

XXVIII. Sacerdotes longè acerbius à Deo punientur, quam sæculares, eo quod præ illis majus lumen habeant; unde quanto illorum dignitas est eminentior, tanto profundior erit illorum ruina & præcipitium,

XXIX. Vitia Ecclesiasticorum, populorum causant ruinam, quorum peccata iram Dei provocantia suam in Ecclesiasticorum scandalis & malis exemplis causam habent.

XXX. Impiorum sacerdotum malitia valde ex ipsorum statu aggravatur; id quod ex minis & pœnis à Deo illis immissis clare ostenditur.

XXXI. Invectiva in illos, qui se ipsos in sacerdotium ultro ingerunt, non ut aliquod Deo servitium præstent, sed ob alios fines temporales: ubi nonnullorum qui sacerdotium invito animo admiserunt, adducuntur exempla.

XXXII. De Ecclesiasticorum in ministerio sacro & in promovenda animarum salute vigilantia necessaria adversus eorumdem negligentiam, inertiam & incuriam.

XXXIII. Ministerium sacerdotale laboriosum est, & ad labores, non vero ad otium destinatum, unde sacerdotes imperterriti esse, vitamque suam pro animarum salute exponere debent.

XXXIV. De Sapientia & scientia sacra in Ecclesiasticis requisita.

XXXV. Avari & cupidi Clerici perstringuntur.

XXXVI. Boni debent esse œconomi & dispensatores fideles redituum Ecclesiasticorum, qui merum sunt patrimonium pauperum, ac proinde ab omni luxu & pompa alieni esse debent.

XXXVII. Ecclesiasticis cavendum est, ne erga parentes & consanguineos nimium sint affecti.

TRACTATUS XXIII.
De Educatione filiorum, nec non reverentia & obedientia quam hi suis debent exhibere parentibus.

Continet Discursus XIX.

Disc.I. PArentes circa bonam filiorum educationem magis debent esse soliciti, quam ut ijsdem de divite hæreditate prospiciant, ubi parentes illi perstringuntur, qui filios suos bene educare negligunt.

II. Educatio cui parentes primo omnium loco intenti esse debent, cum timore Dei conjuncta sit oportet.

III. Propter parentum mala exempla & impiam vitam, filij

quoque parentum vitia discere vitamque suam malo sine claudere solent.

IV. Virtutes parentum ad filios transmittuntur, qui proinde se parentibus in bonis moribus similes esse probare debent.

V. Bonam Educationem parentibus & Reipublicæ utilem esse ostenditur, variè quoque quoad solicitudinem & modum in educatione observandum animadversiones adducuntur.

VI. Qui in primis vitæ annis addiscuntur mores, in ætate magis matura, similiter adhærere ut plurimum solent.

VII. Adolescentia pro quavis alia ætate, ad vitium proclivis, fræno opus habet, ut sic residuis vitæ annis, in quos boni vel mali mores in pueritia comparati transmittuntur, optima regula præfigatur.

VIII. De Disciplina qua Parentes filios delinquentes coërcere debent, quod faciendo paternum erga illos affectum & amorem ostendunt.

IX. Nimius rigor parentum, nimiaque eorumdem benignitas in filios, per quam illis gravia damna conciliant, perstringuntur, simulque hæc duo inter se in parentibus contemperanda esse ostenditur.

X. Obedientia, quam filij parentibus debent, non habet locum in casibus, quando servitium Dei & salus animæ præferri debent.

XI. Cur præceptum honorandi parentes, eisque obediendi; primum esse dicatur, deque solicitudine quam Deus in hoc præcepto inculcando ostendit, parentum honorem cum honore sibi debito pari loco habendo, imo illum huic præferendo.

XII. De pietate & honore quem filij exhibere debent genitoribus suis, ubi varia adducuntur Exemplâ quibus Dei Filius ijsdem præluxit.

XIII. Nonnulla pietatis erga parentes recensentur motiva & exempla, utpote in qua multa animalia nos superant, ostenditur etiam, quod tametsi filij ad majores evehantur dignitates, ab hoc tamen reverentiæ erga parentes, quantumvis viles, debito non eximantur.

XIV. De modis quibusdam discurritur, quibus reverentia & obedientia erga parentes executioni mandanda est.

XV. Labores, quos parentes pro filijs suis sustinent, eosdem ad reverentiæ retributionem obstringunt, ubi pariter ostenditur, quod filij parentibus ad eum modum respondebunt, quo filij à parentibus benè vel male educati fuerint, adducuntur etiam exempla pœnarum quæ filijs impijs immittuntur.

XVI. Varia considerantur bona, quæ propter merita pietatis & obedientiæ erga parentes in filios redundant.

XVII. Filij qui erga parentes suos obsequiosos & venerabundos se exhibent, vel in hoc mundo diu vivunt, vel à Deo beatâ vitâ subitò donantur: irreverentes autem è contra vel brevi vita fruuntur, vel si longa vita gaudent, æternæ mortis se in illa reos efficiunt.

XVIII. De supplicijs quibus Deus filiorum castigat irreverentiam, sicut & mala iisdem à parentibus data exempla.

XIX. Variæ adducuntur considerationes circa gravitatem irreverentiæ paternæ, nec non maledictionum & suppliciorum, quibus Deus illam castigat, adducuntur exempla.

TRACTATUS *XXIV.*

De eleëmosyna.

Continet Discursus XVIII.

Disc. I. BOnorum terrenorum ad commune beneficium creatorum divisionem permisit Deus, ut ijs abundans superfluum indigentiæ eroget alienæ, sub reatu furti.

II. Pauperes Deus in utilitatem & commodum statuit divitum, ut hi per Eleëmosynam propriæ acquirant opem salutis, suosque augeant thesauros.

II. Eleëmosynam quamdam sanctæ & lucrosæ usuræ speciem esse evincitur, quæ substantiam multiplicat, familiasq; fælicitat.

IV. Divitias natura labiles & defectui subjectas, qui assecurare cupit, manibus pauperum consignet.

V. Sub negotiationis & lucri metaphora, spiritualia plurima adducuntur Eleëmosynæ bona & emolumenta.

VI. De varijs subsidij & compassionis in pauperes fructibus.

VII. De similitudine sementem inter & fructus spirituales Eleëmosynæ.

VIII. Pauperes æternam promovent divitum salutem qui nisi Eleëmosynarios agant, inexcusabiles sunt; tum quia opes suas proprijs impendunt delicijs, tum quia Deus illi acquiescit, quod pauperibus erogatur superfluum.

IX. Eleëmosyna voluntariè bonisque verbis instituenda; vi cujus amorem DEI cui similes efficimur, propter gratissimum charitatis opus, conciliamus nobis.

X. Christus in persona propria se protestatur recipere Eleëmosynam, seque debitorem constitui, ob subsidium præstitum pauperi, Eleëmosynam amore Dei à nobis petenti.

XI. Eleëmosyna nos liberat à peccatis, ast cùm confidentia persistendi in vitijs fieri non debet; quæ ut vitantes detestemur, & satisfaciamus, nobis opem fert & subsidium.

XII. Eleëmosyna Dei placat furorem, cujus defectu multa nobis immittit flagella, ideoque malitia & supplicia eorum considerantur, qui in pauperes minimè extitere benevoli.

XIII. Eleëmosynarius non habet quod timeat aut in agone, aut in judicio, tam particulari, quam universali.

XIV. Pauperibus subveniendo, ingens salutis æternæ pignus nobis acquirimus.

XV. Deus in persona pauperis Eleëmosynam accipit, ac proinde non est examinandus pauper, an mereatur, quin potius prævenienda & providenda est ejus necessitas, ut ejus in postulando verecundiæ parcatur; adducuntur etiam quorumdam ferventium Eleëmosynariorum exempla.

XVI. Perstringuntur illi, qui nimium in datam Eleëmosynam confidentes in Dei indignatione peccata liberè committendo persistunt, sicut & illi, qui vel propter applausum vel ob alia motiva humana, vel rebus malè acquisitis Eleëmosynam erogant.

XVII. Eleëmosynæ à Deo nobis impetrant, quidquid petimus, multa adversa à nobis arcent, ab inimicis visibilibus, & invisibilibus nos defendunt; ut tamen nobis magis sint proficuæ, easdem dum vivimus pauperibus erogare præstat.

XVIII. Quilibet, quantumvis etiam pauper Eleëmosynam dare potest, quia Deus affectum potius nostrum, quam effectum metitur, illudque acceptat, quod pro conditione nostra dare possumus, pluribus autem modis charitas erga miserabiles exerceri potest, maximè vero illis compatiendo.

TRACTATUS *XXV.*

De Erubescentia vitiosa.

Continet Discursus XII.

Disc. I. SEquacium Christi, & virtutis proprium est, scopos esse irrisionum hominum improborum.

II. Diabolus irrisiones tamquam machinas adhibet, quibus maximè timoratos à Deo seducat, singulariter autem incipientes, in quorum ruinam homines perditæ salutis, tamquam suos adhibet satellites.

III. Virtus deridetur ab impijs utpote spina in oculis eorum, unde animalis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus, ideoque hujusmodi contemnenda sunt ludibria.

IV. Deo placet erubescentia, quæ peccati frænum non quæ virtutis est obstaculum, ubi insuper docetur, non erubescendum sed gloriandum potius nobis esse de Christi sequela.

V. Insultibus & derisionibus nos à Christo seducentibus surdas præbeamus aures; tantò in virtute ardentiores, quanto magis impetimur.

VI. Magni momenti sunt illusiones, nobis illatæ propter Christi sequelam; quibus ne cedamus solida opus est virtute, magnoque Dei auxilio; ubi insuper consideratur, quod Christi illusi nos sequaces profiteri teneamur.

VII. Qui pudorem suffert constans in servitio divino, magnam gloriæ possidet arrham, nec non gratiam, amicitiam Dei, criminumque recipit indulgentiam.

VIII. De diversis exemplis illorum, qui in irrisionibus magis fervidi, & extimulati ad devotionem, largas à Deo remunerationes accepere.

IX. Certo quodam modo, martyrij participat meritum qui ludibria suffert ob sequelam Christi, qui in judicio erubescet illum, qui hodie eum erubuerit; exaltabit autem & honorificabit quemcumque sibi fidelem.

X. Neutiquam nobis verecundandum est in humilibus divini servitij exercitijs, siquidem etiam illa in vita præsenti magnum nobis honorem conferunt & gloriam.

XI. De gravitate peccati quod admittit ille, quisquis alium deridet propter virtutem, cui insistendū est, neglectis ludibrijs.

XII. De varijs supplicijs, quæ Deus inflixit ijs quotquot irrisionibus suis ejus sequaces oppugnarunt.

TRACTATUS XXVI.

De Eucharistia & Communione.

Continet Discursus LI.

Disc. I. EUcharistia ad Ecclesiæ fulcimentum, ad multiplicandam & stabiliendam populorum fidem contra hæresin instituta fuit.

II. Sacramentum hoc vitam donat mundo per gratiæ collationem, justitiæ divinæ nostris irritatæ peccatis fulmina retrahit, nosque in Dei timore fundat.

III. De aliquot rationibus, quare Eucharistia per modum cibi & sub speciebus panis instituta fuerit.

IV. Prosecutio ejusdem materiæ, item, quare sub speciebus vini fuerit collata.

V. De unione, nos inter & Christum in communione sacra, quæ non sicut cæteri cibi, convertitur in nos, sed nos potius convertit in se.

VI. Sub allusione cibi; docetur Eucharistiam Spiritu potius, quam dente sumendam, & ab alijs secernendam cibis, quæ nobis juxta dispositionis nostræ proportionem efficitur utilis.

VII. Per varias SS. Patrum attestationes fusius probatur, quod verbum divinum, nos in communione sacra suæ reddat participes Divinitatis.

VIII. De omnium bonorum beneficentia, & de divina hoc in sacramento magnificentia.

IX. Probatur esse gloriæ pignus.

X. Alios inter effectus, sacramentum hoc affectus imprimit bonorum cœlestium, terrestriumque nauseam, hæc enim ejus impediunt profectum.

XI. De spiritualibus mensæ Eucharisticæ suavitatibus, quas tamen non participant omnes: cujus differentiæ variæ assignantur rationes.

XII. De varijs sacramentum hoc inter & mel allusionibus.

XIII. De multis inter manna & Eucharistiā proportionibus.

XIV. Sacramentum hoc virtute pollet fomitem mitigandi concupiscentiæ, & ardores juveniles ad carnalia excitantes refrigerandi.

XV. Sacra communio carnalia refrænat incentiva, quâ à lapsu ulteriori nos præservando, quà ad emendationem permovendo.

XVI. Corpus Christi modo nos dispositos inveniat, virtutem nobis communicat castitatis.

XVII. Panis Eucharisticus nos corroborandi vim habet, ne cadamus, & ut in bono perseveremus.

XVIII. Agnus sacramentalis animos ad se accedentes mundat à peccatis, & purificat.

XIX. Sacramentum hoc, utpote unionis & pacis symbolum, discordes rejicit & vindicativos, manſuetudinem exigens in accedente.

XX. Eucharistia est contra omnes tentationes & inimici infernalis vires Antidotum.

XXI. Prosecutio ejusdem materiæ.

XXII. Sacramentum altaris in bellis nos à visibilibus protegit hostibus, victoresque efficit.

XXIII. De varijs Eucharistiæ fructibus, præsertim autem de illa, quam nobis confert, indulgentia, & propitiatione Dei.

XXIV. Communio sacra lumen, scientiam & Dei mysteriorumque divinorum infundit cognitionem.

XXV. Sacramenti fructus nostræ correspondet dispositioni, illiusque præ reliquis participes fiunt magis famelici.

XXVI. Attenta consideratio Eucharistiæ sumendæ præmittenda est.

XXVII. Ex ritibus & ceremonijs esus agni paschalis, variæ eruuntur moralitates, ad dignum hujus sacramenti usum.

XXVIII. Honor & munditia corpori Christi debita, ex varijs institutionis Eucharistiæ circumstantijs convincitur, scilicet ex apparatu duorum discipulorum, ex signo aquæ, Cœnaculo, lotione pedum, sindone & sepulchro novo Christi.

XXIX. Eucharistiam summè fructuosam efficit cogitatio mortis, sicque sumatur quotidiè, quasi ultima foret.

XXX. De conscientiæ examine & interiori purificatione, communioni præmittenda.

XXXI. Variæ adducuntur circa sanctitatem & candorem Eucharistiæ considerationes, quæ innocentiam & convenientem in recipientibus exigit præparationem.

XXXII. Sacramentū hoc suas impertit gratias timoratis, cumque habitu virtutum & bonorum morum ipsum accedentibus.

XXXIII. In Communione laudes Deo & gratiæ agendæ cum devotionis affectu.

XXXIV. Panis hic, ad quem cum appetitu accedendum, famelicos satiat, cujus varia adducuntur exempla.

XXXV. De Christi in Eucharistia humilitate; quæ à nobis communicantibus unicè requiritur.

XXXVI. De correspondentia sacramentum inter & passionem, cujus illud extitit fructus; ut igitur Eucharistiam cum fructu participemus, passionem meditemur.

XXXVII. Multi Sacramentum, sed culpa sua non virtutem ejus sumunt & gratiam; ideoque indignis cibus est mortis, dignis autem panis vitæ.

XXXVIII. Panem hunc ab alijs cibis non secernens indigneque sumens, suam deglutit damnationem, Christumque sumit judicem, sibi soli & non Christo nocens.

XXXIX. Judæ in recipiendo Christi corpore indignitas examinata circumstantialiter, gravitatem ostendit communionis sacrilegæ.

XL. De asserto Apostoli dicentis, quod indignè sumens Christi corpus, illius efficiatur reus; qui reatus majorem in nos pœnam meretur, quam olim in lege veteri, ubi figuram hujus indignè contrectantes puniti sunt severissimè.

XLI. De damnis indignè communicantium, de varijs eorum spiritualibus, temporalibus, & æternis supplicijs.

XLII. Impuritas summè dedecet accedentem ad Christi corpus, ubi consequenter de varijs agitur pœnis illorum, qui ad communionem accersere impudici.

XLIII. Contra nauseabundos frequentis Communionis, quorum considerantur varia supplicia & damna.

XLIV. De usu primorum fidelium traducto per tempus aliquot in Ecclesia circa communionem primitus quotidianam & tandem frequentissimam; varia proinde frequentiæ hujus considerantur bona, omnia utilia & necessaria.

XLV. Communio quotidiana varijs commendatur rationibus & authoritatibus; solutis in contrarium objectionibus; tandemq; discutitur, quidquid ad hunc punctum spectare visū est.

XLVI. De varijs rationibus, quare Christus Sacramentum hoc in nocte instituerit passionis suæ.

XLVII. De immenso Christi in hoc Sacramento erga nos amore.

XLVIII. De gratitudine & modestia quam Christo debemus in communione sacra, præsertim autem de custodia linguæ.

XLIX. De fide ad Eucharistiam necessaria, quæ quare mysterium fidei appelletur, variæ adducuntur rationes.

L. De varijs rationibus ob quas Christus occultè sub sacramentalibus accidentibus delitescere voluerit.

LI. De varijs rationibus altissimi hujus mysterij veracitatem & possibilitatem probantibus.

LII. Eucharistia compendium est, & abyssus omnium mirabilium.

TRACTATUS XXVII.

De bono vel malo Exemplo & scandalo.

Continet Discursus XV.

Disc. I. BOnum exemplum adauget numerum fidelium in Ecclesia, impiosq; ad Deum convertit & reformat.

II. Plus persuadent opera quam verba, & ideo illa præcedere debent, ut hæc suam apud auditores efficaciam habeant.

III. Si boni illius, quod persuadere volumus, aliquod in nobis præmittamus exemplum, auditori illud facilius persuadere & imprimere poterimus.

IV. Bonum exemplum magnæ est utilitatis & necessitatis, præcipuè in ijs, qui in regimine & superiotate alijs præsunt.

V. Caput communitatis velut exemplar & idea subditis prælucere debet in virtutibus, siquidem hi, ad ejus exemplū, quod magnæ est apud illos efficaciæ, oculum directum habent.

VI. Exemplum Christi difficilem virtutis viam facilem reddidit, ad quam facilitandam, aliorum quoque exempla plurimum conferunt.

VII. Scandalum nidus est omnis malitiæ, & zizania à dæmone seminata, quibus infernus aperitur, suntque scandalosi veluti ligna ignem infernalem nutrientia.

VIII. Considerantur pœnæ & supplicia, in Scriptura sacra scandalum dantibus cōminata, nec non varia pœnarum scandalum præbentibus inflictarum exempla.

IX. De supplicijs & pœnis superiorum, qui malo exemplo subditis præsunt, magnaque damna inferunt.

X. Scandala Principum tam sæcularium quam Ecclesiasticorum ad subditos transmittuntur, cum irreparabili horum præjudicio, propter quod Deus illa summopere detestatur.

XI. Scandalosi causæ sunt, & ruina multorum, ac proinde tamquam culpabiliores à DEO castigari merentur.

XII. Mala exempla laquei & retia sunt dæmonis, quibus animas deprædatur, quæque naturæ nostræ depravatæ facillimè imprimuntur.

XIII. Nonnullæ adducuntur rationes ob quas scandalum præbentes ex mente S. Pauli specialiter in Christum peccare dicuntur.

XIV. De sollicitudine, quam varij servi Dei habuerunt, de edendis bonis exemplis, arcendisq; proximorum scandalis.

XV. Apud Deum non sufficit recta nostra conscientia, si in operibus nostris exterioribus, alijs scandali occasionem præbeamus, variaque considerantur divinæ justitiæ supplicia scandalosis immissa.

TRACTATUS XXVIII.

De diebus Festivis, eorumque sanctificatione.

Continet Discursus XV.

Disc.I. Festivorum dierum sanctificatio à septimo post conditum mundum suam habet originem, quæ postea Hebræis imperata & ab Ecclesia de Sabbato in Dominicum diem translata fuit; siquidem Ecclesiam tempus Dei & Sanctorum cultui congruum, deputare conveniens est.

II. De solicitudine, quam Deus semper circa Festorum sanctificationem exhibuit.

III. Vacatio ab operibus, quam Festa fidelibus imponunt, servilia tantum opera respicit, non spiritualia, hæc enim Festa non tam profanant, quam sanctificant.

IV. Inter opera servilia, quæ dies Festos specialiter profanant, peccata præcipuè recensenda sunt; quæ proinde ijs diebus magis quam alias, expiare & abominari debemus.

V. In solemnitatibus, alijsque diebus Festis ab impijs hominibus, ijs, ad satisfaciendam suis dissolutionibus, abutentibus, plura peccata communiter admitti solent.

VI. Quantum peccatum dies Festos profanando committatur &c.

VII. Dæmones, ut nos ad dies Festos profanandos inducant, nullum non lapidem movent.

VIII. Deus Festa nostra abominatur, nec ea tamquam sua agnoscit; illis enim abutimur, ut nostris vacemus commodis, nostrisque inordinatis appetitibus satisfaciamus.

IX. Sensualitas carnis per gulam nutrita, diebus festivis principaliter abutitur, ut appetitus suos carnales expleat; tametsi ijs diebus castitas præcipuè à nobis desideretur.

X. Dierum Festorum profanatores, Dei in se flagella & supplicia provocare varijs exemplis ostenditur.

XI. Justitia Dei in dierum festivorum transgressores graviter irascitur, eosque per ignominiam, calamitates publicas, aliaque supplicia miraculosè irrogata, acriter punit.

XII. Considerantur fructus, quem per sanctificationem Festorum, nobis comparare possumus per lucra tam spiritualia quam temporalia.

XIII. Festorum sanctificatio cum pietate & devotione, nec non cum virtutum Christianarum exercitio & conscientiæ munditiæ conjuncta esse debet.

XIV. In diebus Festis, ab omnibus vacandum est operibus, præterquam ab operibus & actibus religionis & charitatis, ubi etiam varia considerantur media, quibus Festos dies sanctificare debemus.

XV. Dies Festi in memoriam beneficiorum Dei sunt instituti, quos per gratitudinem Deo exhibitam, nostros efficimus, propter utilitatem inde dimanantem; sanctificandi autem potius sunt per præparationem nostram & conversionem, quam per vestes & apparatus exteriores.

TRACTATUS XXIX.

De Fide.

Continet Discursus XXIV.

Disc.I. Fides considerata tamquam omnium bonorum nostrorum principium & fundamentum, cui innituntur, sine qua nemo quidquam operari potest, quod bonum, Deo gratum, & æternæ vitæ meritorium sit.

II. Fides cuivis thesauro prævalet, ut tamen hoc in se pretium habeat, ipsam à charitate nequaquam sejunctam esse necessum est.

III. De multis bonis differitur, quæ fides operatur, deque varijs ijsque honorificis epithetis & elogijs quibus decoratur à sanctis Patribus.

IV. Fides scutum est, quod omnes à nobis inimici hostiles ictus avertit, ut tamen hoc efficere valeat, brachio inseratur, id est, operibus conjuncta sit, necessum est.

V. Fides conjuncta esse debet cum recta conscientia, morumque & operum bonorum integritate.

VI. Fidem, nisi per opera eidem consonantia vivificetur, mortuam esse, ex authoritate S. Jacobi Apostoli ostenditur.

VII. Hominem ad fidem vocatum esse non sufficit, nisi etiam conformiter ad illam operetur.

VIII. Fidem operibus necessariò conjungendam esse per aptissimam sponsalitij metaphoram confirmatur.

IX. Varia examinantur indicia, ex quibus deveniri potest in veri cujusdam Christiani notitiam.

X. Perstringuntur, qui Christianorum quidem & fidelium nomine insigniuntur, sed inaniter sine fructu; consideratur insuper hujus nominis præstantia pariter & obligatio, quâ eisdem operibus correspondere tenemur.

XI. Abominabiles esse ostenduntur mali Christiani, qui fidem quidem profitentur extrinsecus, cum tamen eamdem per vitia & peccata sua effectivè negent.

XII. Christianorum vitia & mali mores sævissimam Ecclesiæ persecutionem inferunt.

XIII. Christiani qui Deum non timent, ipsis sunt dæmonibus pejores, magisque quam Pagani & Judæi, reprehendi & castigari merentur.

XIV. Fideles, eo quod promissiones in Baptismo factas non adimpleverunt, & communicato fidei lumini, nec non præclaro Christiano nomini quo fuere insigniti, operibus non corresponderunt, severissimè punientur.

XV. Mysteria fidei integrè & indubitanter credenda sunt, non verò nisi sobriè dumtaxat perscrutanda & discutienda.

XVI. Fidei veritas ex testimonio Divino, ex Prophetarum oraculis, ex Conciliorum, totque innumerabilium Doctorum sacrorum cum Sacra Scriptura consonantia clarè deducitur.

XVII. Evidens veræ fidei argumentum est; quod illa in tam brevi temporis spatio per homines idiotas & illiteratos tanto cum fructu ad omnes populos etiam illos qui impietate sua occalluer-

occalluerant, fuerit extensa, licet per illum res proponentur difficiles intellectui, & sensui admodum repugnantes.

XVIII. Veritatem fidei Dei solius opus fuisse exinde probatur, quia semper inter persecutiones perseveravit, imo per eamdem majora indies incrementa accepit.

XXIX. Fidem Catholicam à Deo esse ex suppliciorum Martyribus illatorum multiplicitate & atrocitate convincitur.

XX. Martyrum in tormentis consolationes, ingens eorum pro fide patiendi aviditas, illisque frequenter à Deo exhibitum protectionis præsidium, evidens veræ fidei perhibent testimonium.

XXI. Veræ fidei specimina & argumenta sunt, quod pauperes piscatores per illam ad crucifixi adorationem compararint Reges & Regna, ipsosque persecutores in defensores commutarint, dæmones in idolis compescuerint & profligarint, prophanorumque numinum fallitatem, sectarumque hæreticarum errores mundo detexerint.

XXII. Fidem Ecclesiæ Romanæ in successoribus suis numquam obscuratam, sed per æmulorum contradictiones & confutationes solidius confirmatam & stabilitam fuisse, efficax, est veritatis ipsius judicium.

XXIII. Christianæ legis sanctitas multos habuit sequaces eosque sanctos effecit, non obstante quod virtus, quam suadet, naturæ nostræ corruptelæ adversetur: è contra verò quòd sectæ prophanæ multos habeant sectatores, mirum non est, cum omnem carni & sensui permittant libertatem.

XXIV. Miracula, quæ quovis tempore illustrarunt Ecclesiam, & prophetiarum impletio, earum præcipuè quæ Hebræorum dispersionem spectant, fidem nostram confirmant.

TRACTATUS XXX.

De Gratitudine & ingratitudine.

Continet Discursus XXVII.

Disc.I. Deum à nobis gratitudinem exigere, ex diversis à creaturarum ad hominis beneficium productione, nec non ex hominis creatione, desumptis considerationibus probatur.

II. Deus gratiarum tributum pro beneficijs suis in lege naturæ, scripta & Evangelica semper postulavit.

III. Gratiarum actio, laudumque tributum est acceptissimum Deo beneficium.

IV. Quandoquidem omnis creatura Deo gratitudinem exhibere obligata est, multo magis nos ad hoc tributum solvendum obligamur; ad quod dum nos insufficientes sumus, ipse nobis auxilium præbet; nosque plurimis historiæ Evangelicæ exemplis adhortatur,

V. Ex varijs veteris Testamenti exemplis, quantam Deo gratitudinem debeamus, quamque in ea exolvenda perfectissimi maximeque sancti viri se exercuerint, demonstratur.

VI. Dum Deo pro receptis gratijs nos gratos præstamus, Deum, ut majores nobis largiatur, velut debitorem nostrum obligamus.

VII. Receptorum beneficiorum gratitudo benefactores nostros ad nova impertienda movet.

VIII. De diversis, qui gratitudinem in beneficos exhibuerunt, exemplis.

IX. Beneficiorum divinorum recognitio & gratitudo, legis divinæ observantiæ, perfectioni & charitati cooperatur, modo cum corde puro & mundo tributum hoc exolvamus.

X. Varia variorum animalium erga communem creatorem, aliosque benefactores consideratur gratitudo, quæ nos ad eamdem virtutem impellere debet.

XI. De bonorum, quibus hominem, in creaturarum ad beneficium ejus destinatarum, productione, Deus cumulavit, multiplicitate & varietate.

XII. Continuum creaturarum conservationis beneficium perpetuam à nobis exigit gratitudinem; ad minus verbis præstandam, quamvis nobis Deus benefaciat in effectu.

XIII. Maximum hominis fuit beneficium, dum à Deo esse, hocque nobilissimum accepit, dum corpus ex luto compactum, flatuque suo animatum ad maximam utilitatem ejus, illi impertijt Deus, quapropter ad gratiarum actionem præstandam obligamur.

XIV. De gratijs & auxilijs, quibus Deus assistit animæ, deque beneficio vocationis ad fidem.

XV. Deus nobis benefacit multa culpæ & pœnæ mala, etiam incognita, removendo, quantumvis in medijs quandoque præcipitijs periclitemur.

XVI. De immenso beneficio quod Deus homini peccatori præstat, dum æternæ condemnationis executionem suspendit, pœnitentiam expectat, eumque in finem illi auxilia & gratias suas offert.

XVII. De varijs beneficijs quibus Deus propriam uniuscujusque personam replet.

XVIII. Maximas Deo gratias agere debemus in adversitatibus, utpote ex quibus magnum capimus lucrum, dæmonium vincimus, & salutem nostram promovemus, cum ad eam ordinentur à Deo.

XIX. Quo majora sunt beneficia, eo severiora sunt supplicia ingratorum, quibus suas Deus quandoque subtrahit gratias, ne eorum pœna & culpa aggravetur.

XX. De varijs supplicijs, maximè autem exterminijs publicis, quibus Deus tam in particulari quam in universali, ingratos punivit.

XXI. Ingratitudo reproborum est tessera, qui ignis æterni, qui vitijs hujus symbolum est, præda fiunt,

XXII. Ingrati omnibus abundant vitijs, omnisque rei sunt malitiæ, ideoque maximè abominabiles Deo.

XXIII. Ingratitudo gratiarum & beneficiorum Dei arefacit fontem, dum ingratum ijs recipiendis fruendisque indignum facit.

XXIV. Contra pessimam eorum retributionem, qui mala pro bonis reddunt, unde & multoties à Deo puniti.

XXV. Contra ingratos, beneficiorum immemores aut indoneos eorum æstimatores; ubi & nos nisi gratitudinis debitum solverimus, inexcusabiles esse probatur.

XXVI. Ingratitudo ingrati est confusio; unde ad eam detestandam varia adducuntur motiva; singulariter autem ab aliquorum animalium exemplo desumpta.

XXVII. Hebræi propter continuam ingratitudinem suam contra Deum, reprobari & exterminari meruerunt.

TRACTATUS XXXI.

De Gula & Ebrietate.

Continet Discursus XXVII.

Disc. I. Serpens astutus ad prosternendum hominem inter omnia alia vitia gulam elegit, quia per hanc nos disponit, ut tuis facilius cedamus tentationibus.

II. Dæmon est Epulonum architriclinus, cui ipsi se voluntariè subjiciunt, eique in prædam sæpe cedunt.

III. Vitium gulæ in pœnam sibi adscisit infernum perpetuum, à paradiso exilium & animæ perditionem.

IV. Crapula & ebrietas sentina sunt omnium vitiorum, suosque sequaces in quævis præcipitia impellunt.

V. Ex gulositate Esau, qui pro pulmento suam vendidit primogenituram, nonnullæ hujus vitij tanguntur malitiæ, specialiter vero feritas, truculentia & rixæ ad quas nos inclinant, nec non servitus qua propriæ subjicimur carni.

VI. Ebrij & gulosi in intellectu & mente sua excæcantur, fiuntque per hoc vitium bestijs similes,

VII. Per gulam homo in multa mala prolabitur; hæc enim Judaismum Deo ingratum constituit, in vitiosam nos pertrahit lætitiam, secreta pandit, & linguam hominis ad multa peccata relaxat.

VIII. Excessus in cibo & potu est concupiscentiæ carnalis incentivum.

IX. Voluptates carnales per crapulam & ebrietatem instaurantur & foventur.

X. Vinum & cibus nimius intellectum impediunt, eumque à sapientia & intelligentia; maximè vero à contemplatione bonorum spiritualium & cœlestium divertunt.

XI. Primum quod inter omnia vitia vincendum nobis, est gula; gulosus etenim Deum & proximum parvi facit, neque ad hujus compassionem facile movetur.

XII. Gula Dei & gratiarum ejus est inimica, spiritui opponitur, prosternit virtutes, Deiq; & alterius vitę oblivionē inducit.

XIII. Gulam religionis, fidei & cultus veri Dei contemptum causare, varijs argumentis & exemplis ostenditur.

XIV. Perstringuntur gulosi, quia proprium ventrem veluti Deum quemdam adorant.

XV. De ira Dei justisque ejusdem supplicijs, quibus in crapulam ejusque amatores animadvertit.

XVI. Gulosus pariter impœnitens, incorrigibilis & inemendabilis esse solet; morte improvisa ut plurimum è medio tollitur, estque erga illum Deus, ut frequenter implacabilis & inexorabilis.

XVII. De damnis & ruinis quæ in Rempublicam resultant ex crapula gubernantium & rectorum; hæc enim fortissimos vincit: populosque in exterminium redigit.

XVIII. Nimia edendi & bibendi aviditas & voracitas abbreviat vitam, indispositionesque & infirmitates corporales sæpè causat.

XIX. Per multiplicitatem & excessum in vino & epulis mors accelcratur, & pœnosæ ac mortales ægritudines contrahuntur.

XX. Vilitas & opprobrium hominum crapulæ & ebrietati deditorum examinatur, simulque ludibrium & irrisiones quibus ebrij exploduntur considerantur.

XXI. De aviditate & insatiabilitate gulæ cui numquam satisfit, etiamsi venter plenus existat, ubi etiam de sollicitudine & anxietate crapulantium disseritur.

XXII. Ingenium gulosi in præparatione epularum & elementorum aliarumque rerum omnium creatarum quas gulæ suæ servire facit, perquisitione ostenditur.

XXIII. Gulosi quidquid lucrantur, per crapulam consumentes, tandem in paupertatem redigi solent.

XXIV. Varia tanguntur ad gulam refrænandam remedia.

XXV. Vult Deus ut cibus corpori necessarius sobrius sit non superfluus, necessitati serviens non voluptati; ideoque manducandum est ut vivamus, non vivendum ut manducemus.

XXVI. Virtute opus est, ne per cibi necessitatem subingrediatur aviditas & immoderata voluptas, siquidem in hac & in excessu malitia gulæ consistit, quæ etiam in cibis vilibus locum habere potest.

XXVII. Gula etiam sæpè viros timoratos & perfectos seduxit.

TRACTATUS XXXII.

De humilitate.

Continet Discursus XXI.

Disc. I. QUænam sit vera humilitas, & in quo consistat; ubi etiam varij hujus virtutis gradus assignantur.

II. De humilitate sub nomine fundamenti differitur, utpote cui omnia opera bona secure inniituntur, & sine quibus illorum valor evanescit.

III. Humilitas mater est omnium virtutum quæ ipsam quoque charitatem excedit.

IV. Humilitas opera bona, omnesque alios actus virtuosos custodit & conservat.

V. Humiles ad recipiendas gratias & dona Dei, ejusque divinas illustrationes, capaciores sunt, magisque dispositi.

VI. Humilitas Deum in animas hominum attrahit, utpote qui in illis, tamquam in loco deliciarum & tamquam in cenaro suo commorari gaudet.

VII. Summa doctrinæ à Christo nobis traditæ, ut eamdem ad ejus imitationem opere exerceamus, humilitas est, à qua amplectenda nemo se excusare valet.

VIII. Humilitas Filium Dei mundo manifestum fecit, qui priusquam humiliaretur, in sua Majestate nec agnoscebatur, nec adorabatur.

IX. Quanto Christum in principalioribus vitæ ejus mysterijs magis humiliatum invenimus, tanto magis eumdem ab æterno suo Patre exaltatum admiramur.

X. Celebriorum Veteris Testamenti Sanctorum quorumdam consideratur humilitas, ob quam ipsos à Deo exaltatos fuisse ostenditur.

XI. Prosecutio ejusdem argumenti continuatur ponderando pariter exaltationem aliorum Sanctorum ad novam legem gratiæ pertinentium.

XII. De nobilitate, excellentia & gloria humilitatis, quantumvis in actibus vilibus & humilibus exerceatur.

XIII. Multæ ex humilitate derivantes utilitates hoc Discursu ponderantur.

XIV. Oratio quidem efficax est, nobisque impetrat, quæ postulamus, si tamen humilitati conjuncta fuerit.

XV. Humilitatem ad sapientiam, divinorumque mysteriorum intelligentiam plurimum conferre probatur

XVI. Humiles speciali titulo cœlorum sibi regnum acquirunt.

XVII. Insultus Dœmonis humilitas vincit, ejusque evadit insidias & tentationes.

XVIII. Quanto quis majori lumine à Deo est præditus, Deoq; vicinior factus, tanto magis se humiliat, suumque nihilum agnoscit, idque B. Virginis Mariæ exemplo specialiter probatur.

XIX. Varia indicia, ex quibus vera agnosci potest humilitas.

XX. Qui vult verè esse humilis, memor sit vilitatis suæ originis, nec non finis ob quem condita fuit natura humana.

XXI. Ad conservandam humilitatem alia adducuntur motiva.

TRACTATUS XXXIII.

De Hypocrisi.

Continet Discursus XV.

Disc. I. HYpocrisis abominabilis est Deo, ejusque contra nos iram provocat.

II. Hypocrisis indigna est cœlo, utpote ad ignem infernalem destinata.

III. Varia considerantur supplicia, quibus hypocritæ subjacent, & à Deo puniuntur.

IV. In maledictione ficui à Christo interminata, multa in hypocritarum perniciem denotantur mysteria.

V. Dæmon in Angelum se lucis transformans multas per hypocrisin seducit animas, quas à Deo & à fide apostatare facit; quod idem Antichristus primogenitus ejus efficiet.

VI. Hypocritæ, tamquam prædæ dœmonis, in ejus speciali ter sunt potestate constituti, eique indissolubiliter alligati.

VII. Vitium hoc cum multis alijs est conjunctum peccatis, unde variæ ejus malitiæ considerantur.

VIII. Hypocrisis Deum, & quidquid ad divinum ejus cultum ordinatur, sibi servire facit, propter quod in transgressionibus suis inexcusabilis existens severè punietur.

IX. De damnis quæ ex hypocrisi in Rempublicam resultant, quę sæpè numero majora sunt illis quę ex scandalis proveniunt.

X. Difficillimum est hypocrisin & fictionem à veritate excernere, utpote quæ inferiori hominis sinu sub virtutis larva occulta latent.

XI. Deus primo omnium loco rectitudimem cordis in operibus nostris requirit, siquidem opera nostra quantumvis extrinsecus bona sint, sine hac inutilia sunt & mortua.

XII. Hypocrita operum bonorum merita amittit, ubi damnum hoc quam ingens sit, graviter consideratur.

XIII. De stultitia hypocritæ, qui laborando, & patiendo, in hac & in altera vita infernum sustinet.

XIV. Hypocrisis sæpè magna cum ignominia detegitur, & tametsi homines lateat, Deo tamen occultari nequaquā potest.

XV. Varia examinantur indicia, per quæ hypocritæ à veris virtuosis discerni possunt.

TRACTATUS XXXIV.

De inferno & æternitate.

Continet Discursus XXXII.

Disc. I. DE cura, quæ Prædicatores exemplo Christi & Præcursoris sui de pœnis inferni sæpè ad populum prædicare debent.

II. Ideo homo peccatis immergitur, quia de inferno nec quidquā cogitat; hujus enim assidua meditatio à culpa coërcet.

III. Deus nobis ideo comminatur infernum, ne in illum corruamus, qui enim hunc frequenter cogitat eumdem evadit, & in timore Dei assidue vivet.

IV. Examinatur consilium Davidis suadentis ut homines in infernum descendant viventes.

V. Pœnarum æternarum consideratio ad pœnitentiam nos convertit, & in divino servitio ferventes & perfectos efficit.

VI. De situ & varietate nominum, quibus infernus appellatur, item de ejus capacitate, angustia, immobilitate & catenis damnatorum disseritur.

VII. Varia inferni tormenta in genere considerantur.

VIII. De voracitate ignis infernalis, nec non de quibusdam nostrum inter & inextinguibilem ignem versantibus differentijs, cum hujus nutrimentum & ligna sint hominum peccata.

IX. Ira Dei inferni ignem accendit & nutrit, qui cum sit devorans non tamen consumens, inextinguibilis existit.

X. Deus ab igne infernali lumen sustulit, ut perpetuo sit tenebrosus: si tamen aliqua ex parte illuminet, hoc solum in majorem sit damnatorum pœnam: ubi etiam tenebrarum illarum obscuritas consideratur.

XI. De abyssi infernalis fœtore & horribili graveolentia.

XII. Dœmones damnatorum carnifices per horribilem præsentiam consortium & crudelitatem suam eosdem atrociter torquebunt.

XIII. Consideratur fames & sitis æterna quam reprobi in flammis infernalibus patientur.

XIV. De acerbitate frigoris quo damnati in inferna cruciabuntur, correspondente nimirum eorum pigritia, qua in vita torpuerunt.

XV. De quātuor dotibus corporum damnatorum, Beatorum dotibus è diametro oppositis, & de pœnis quinque sensibus correspondentibus alijsque multis, nec non de timore & tremore eorumdem.

XVI. Consideratur dissensio quæ inter corpus & animam damnati futura erit, nec non potentiarum suarum depravatio aliæque pœnæ internæ.

XVII. De verme malæ conscientiæ, qui damnatos de propris demeritis convictos, in æternum corrodet.

XVIII. De horribili damnatorum deformitate & confusione, qua percellentur dum omnia scelera sua in sempiternum manifesta videbunt.

XIX. Consortium damnatorum pœnam eorumdem magis adaugebit; maxime eorum, qui illis sanguine juncti & amici fuerunt, nec non aliorum quibus malo præluxerunt exemplo causaque damnationis extiterunt.

XX. Delitiæ & voluptates præsentes ad ignem infernalem protrahunt reprobos, quorum pro culpa acerbior pœna erit præteritarum voluptatum memoria.

XXI. Pœna damnatorum multum augebitur propter invidiam, qua exagitabuntur, ob Beatorum gloriam, de tanto bono amisso perpetuo dolentes.

XXII. Examinatur pœna damni, eaque pœnâ sensus major esse ostenditur.

XXIII. Ærumnæ hujus vitę aliquam conjunctam habent consolationē, at vero pœnæ infernales omnis sunt solatij expertes.

XXIV. De desperatione damnatorum.

XXV. Damnati propter voluntatis suæ obstinationem & malitiam, omnis sunt pœnitentiæ & placationis Dei incapaces, unde hanc vitam solum pœnitentiæ tempus esse ostenditur.

XXVI. De continua & inseparabili morte qua damnati cruciabuntur, nec tamen umquam mori poterunt.

XXVII. Ex nonullis hujus vitę tormentis in aliqualem atrocitatis pœnarum infernalium notitiam devenire possumus.

XXVIII. Qui tormenta inferni assidue cogitat, dolores veræ pœnitentiæ & omnia alia tormenta constanti & intrepido animo tolerabit.

XXIX. Variæ adducuntur considerationes circa æternitatem, quæ pœnas infernales consequitur.

XXX. Variæ examinantur rationes, cur damnati, qui Deum temporaliter offenderunt, in inferno nihilominus in æternum sint puniendi.

XXXI. Sola peccata sunt, quæ nos ignem infernalem timere faciunt, utpote cujus pabulum, & nutrimentum existunt, qui tamen adversus animas innocentes nihil facere prævalet.

XXXII. Majorem esse numerum qui damnantur quam qui salvantur, multifariam probatur.

TRACTATUS XXXV.

De inimicis eorumque dilectione.

Continet Discursus XXX.

Disc. I. VErus character, quo Christiani ab alijs discernuntur, est dilectio, & venia inimicis exhibita.

II. Præceptum dilectionis inimicorum non solum in antiquo Testamento, verum etiam inter multos gentiles viguisse probatur.

III. Deus nos pacem cum inimicis conservare per creaturas docuit, insensatas & irrationales; unde cum feræ humana industria mansuescant, vindicativus his deterior esse ostenditur.

IV. Diligendus est inimicus, quia Christi præceptum est; ubi verba illa ponderantur: *Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros.*

V. Divinæ gratiæ adjutorio præceptum dilectionis inimicorum adimpleri posse ex Davidis erga Saulem in spelunca Odolla exhibita diffusè probatur, simulque veniam inimicis dare facilè esse ostenditur.

VI. Exponuntur rationes cur majoris meriti sit amare inimicum quam amicum; simulque ostenditur inimicos diligendos esse tum propter præceptum Dei, & ex amore ipsius; non vero ob illorum demerita.

VII. De complacentia & speciali affectu quo Deus fertur erga illos, qui male sé tractantibus bonum pro malo reddunt.

VIII. Dilectio inimicorum æque grata, vel etiam gratior est Deo, quam sacrificium, id quod varijs bonis & beneficijs nec non miraculis circa illos qui inimicis condonarunt patratis, sæpius demonstravit.

IX. Eos qui erga inimicos mites & benefici sunt, in hac vita prosperari & exaltari, varijs exemplis, maxime vero Davidis & Josephi ostenditur.

X. Cum Dei sit proprium reddere nobis bonum pro malo, amando & benefaciendo his qui oderunt nos, similes nos ei efficimus.

XI. Per veniam & dilectionem inimicis exhibitam filiationem Dei nobis comparamus.

XII. Amare inimicos ijsque benefacere divinum quid in se habet, ac proinde per hoc similes Deo efficimur; unde & Christus per hoc ipsum Filius Dei agnosci voluit.

XIII. Super illa Redemptoris verba: *Pater dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt*: variæ considerationes adducuntur.

XIV. Quam grata Deo, & potens sit ad impetrandum quod petimus, oratio pro inimicis nostris ad eum effusa.

XV. Venia inimico exhibita cœlum nobis aperit, estque certum signum æternæ nostræ salutis.

XVI. Lucrum quod offensas nobis illatas remittendo comparamus, variè consideratur, præcipuè verò, quia ex hac inimicis data venia, veniam quoque offensarum Deo irrogatarum ab eodem Deo recipimus.

XVII. Perstringuntur illi, qui in oratione Dominica verba illa recitantes: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*, odium adversus inimicos etiamnum fovent.

XVIII. De charitate & effectibus ejus in dilectione inimicorum relucentibus.

XIX. De virtute, quæ exercetur præveniendo illos, qui nos offenderunt, in curanda reconciliatione mutua, quam sæpe inimicum in amicum transmutare ostenditur.

XX. Magni meriti vindicta est, qua vincitur, confunditur, & comparatur inimicus, quando ei bonum pro malo redditur.

XXI. Inimici saluti nostræ cooperantur, efficiendo, ut irreprehen-

irreprehenſibiles vivamus, vel per vitę emendationem, vel per obtentam à Deo (propter exhibitam inimicis veniam & dilectionem) peccatorum noſtrorum remiſſionem.

XXII. Varia conſiderantur motiva, quę nos ad remittendas acceptas ab inimicis injurias extimulare poſſunt.

XXIII. Per varia eximiorum virorum è quibus nonnulli gentiles fuerunt, exempla oſtenditur, illos ſummæ ſibi gloriæ duxiſſe offenſas acceptas remittere.

XXIV. Condonando inimicis injurias nihil de honore deperdimus, quin potius illum augemus, Deo id præcipienti obediendo, cum è contra vindicta de inimicis ſumpta magnam adferat ignominiam.

XXV. Offenſas remittere glorioſum eſt, & quidem eſt eximię fortitudinis actus, cum econtra vindicta nobis in ignominiam redundet.

XXVI. Vindicativis majus ſibimetipſi damnum infert quam inimico, ſiquidem animę ſuę mortem conciliat, omnemq; claudit aditum ad recipiendam à Deo peccatorum remiſſionem.

XXVII. Varia conſiderantur pericula, timores, remorſus, anxietates & alia mala, quibus vindicativi interius & exterius agitantur.

XXVIII. Quam abominabile Deo ſit odium inimicorum, quamque ſe Deus ſeverum & inexorabilem adverſus hoc peccatum exhibeat.

XXIX. Cum Deus ſupplicium de inimicis ſibi aſſumat utpote ad cujus Juriſdictionem propriè ſpectat; inimicos diligendo, multis perfruimur prærogativis, ſiquidem Deus illos maximè in hora mortis nequaquam impunitos eſſe ſinit.

XXX. Acceptarum injuriarum remiſſio ex corde proficiſci debet; ubi etiam ad illam magis facilitandam nonnulla conſiderantur opportuna media.

TRACTATUS XXXVI.

De injurijs.

Continet Diſcurſus XVII.

Diſc.I. DE gravitate & malitia injuriarum honorem lædentium.

II. Author & Inſtigator injuriarum dæmon eſt, ac proinde peſſima hæc izania ad ignem infernalem eſt deſtinata.

III. Conſiderantur ruinæ & damna ex injurijs in Rempublicam ſæpe redundantia, utpote quæ pacem turbant, rumpuntque amicitiam.

IV. De damnis quæ in injuriantem reſultant; item de periculis quibus exponitur, nec non de ſupplicijs quibus Deus in illum animadvertit.

V. Egregium eſt virtutis ſpecimen & exercitium, ſi quis adverſus injurias ſe mitem oſtendat, ac ſi eas non ſentiret, nec eas indigne ferat, ſed erga injuriantem magis ſe benignũ exhibeat.

VI. Viri perfecti injurias cum lætitia & aviditate accipiunt, in exercitium virtutis, & meriti lucrum; ubi etiam oſtenditur quibus in caſibus ultio injuriarum licita ſit.

VII. De injuriarum tolerantia quam Chriſtus exemplo ſuo nos docuit, & per quam Deo ſimiles efficimur.

VIII. Primitivæ Eccleſiæ Chriſtianos ſcopum injuriarum fuiſſe probatur, ſimulque oſtenditur, recipere, & diſſimulare injurias, proprium eſſe Chriſtiani hominis characterem.

IX. Qui injurias libenter tolerat, Dei ſibi benevolentiam conciliat, & gloriæ coronam ſibi fabricat; econtra vero cum memoria & ultio injuriarum graviſſimum ſit peccatum, damnationis æternæ pignus eſt certiſſimum.

X. Injuriatores utiles nobis ſunt, quia noſtros nos faciunt emendare defectus, dumque illos patienter toleramus, remiſſionem peccatorum pro mercede recipimus.

XI. In irrogatis nobis injurijs divinam erga nos diſpoſitionem recognoſcere debemus, quæ illas in noſtrum ordinat emolumentum, cum ex multis capitibus nobis ſint utiles.

XII. Injuriatoribus haud ſecus ac phræneticis delirantibus & arreptitijs compatiendum eſt; & tametſi deteſtanda ſit injuriæ malitia, ipſe tamen injuriator, velut proximus noſter amandus eſt.

XIII. Majorem eſſe victoriam, injurias patienter ferre quam eaſdem ulciſci.

XIV. De dignitate & humilitate qua reſpondendum eſt injuriatoribus, ut ira illorum mitigetur illoſque lucri faciamus.

XV. Laudabile eſt, ſi quis injurias accipiens taceat, non vero acriter à ſe repellat, niſi juſtum & debitum reſpondendi motivum urgeat.

XVI. Varia conſiderantur damna, quæ in illos reſultant qui verbis amaris injurias à ſe repellere contendunt.

XVII. Indignè ferendo injurias illas cor noſtrum vivaciter vulneraſſe demonſtramus, ſecus enim bona conſcientia nos imperturbabiles reddere debet; nec eſt alius injurias vindicandi modus efficacior, quam ſi nos illas minimè curare demonſtremus.

TRACTATUS XXXVII.

De intentione & ejus rectitudine.

Continet Diſcurſus IX.

Diſc.I. DEus primo loco intentionem rectam quæ bonorũ operum baſis eſt & fundamentum, à nobis exigit.

II. Intentio opera noſtra ſpecificat, & meritoria reddit; illam reſpicit & remunerat Deus.

III. Opera cæteroquin bona, ſi mala cum intentione fiant, incaſſum cedere ex variis probatur ſacræ Scripturæ Textibus.

IV. Dæmon rectam in operibus bonis intentionem in nobis abolere ſatagit, ut meritum earum perdamus.

V. Per actiones noſtras indifferentes, & quæ nullius ſunt meriti, ſi recta intentione veſtiantur, lucrari poſſumus apud Deum.

VI. Recta intentio ſub oculi alluſione exhibetur, ſimulque demonſtratur, quod opus aliàs malum, bonum non efficiet.

VII. Variæ inſtituuntur conſiderationes circa intentionem nomine lucernæ & lucis denotatam.

VIII. Deus juxta internam judicat intentionem, & non ſecundùm apparentiam, idque ſemper & infallibiliter: quæ namque nobis minima videntur, apud Deum in pretio ſunt & æſtimatione, utpote qui intentionem intuetur, & amorem à quo procedunt.

IX. Defectus rectæ intentionis multas actiones in ſe bonas, Deo facit non acceptas eſſe, imo & ſæpè demeritorias.

TRACTATUS *XXXVIII.*

De invidia.

Continet Diſcurſus XIX.

Diſc.I. TRaditur etymologia invidiæ, variæque ejus diſtinctiones, eademque radix omnium malorum, perniciosiſſimumque & peſſimum vitium eſſe oſtenditur.

II. Invidia in anima hominis omnia diſperdit opera bona, eſt genuinus ſuperbiæ partus, ſodales vero illius ſunt ira & odium, quæ ad homicidium uſque & quodvis aliud peſſimum malum prorumpunt.

III. Vitium hoc leges naturę violare pro nihilo ducit, ideoq; invidus contra proximos ſanguine junctos armare ſe ſatagit.

IV. Licet invidus per vitium hoc vitam ſibi abbreviet, attamen cum diſpendio proprię ſalutis & boni publici, benefactori ſuo malum machinari non curat.

V. Invidia Judęorum contra Chriſtum, cujus varias perſecuti ſunt actiones, ſemper obſtinatiſſima fuit.

VI. Invidus Deo opponitur, & ideo procul ab eo recedit Deus, eumq; in abominatione habet, ſuaſq; illi gratias ſubtrahit.

VII. Invidia certum eſt reprobationis ſignum, quod cœlum nobis claudit & infernum aperit.

VIII. Livor primum fuit peccatum, primuſque partus dæmonis: qui proinde in invido tamquam imitatore ſuo, imo ipſomet Dęmone pejore libenter nidificat.

IX. Invidia opponitur charitati, eſtque cum hujus effectibus incompatibilis.

X. Invidia propria eſt hominum vilium & puſillanimium, eſtque macula ignominioſa hominis; varię quoque adducuntur contra invidos animalium abjectorum & fœtidorum ſimilitudines.

XI. Detractio invidiæ partus eſſe oſtenditur, quæ bonam alterius famam dilacerat & diminuit.

XII. Varia conſiderantur invidis à Deo inflicta ſupplicia, utpote quorum peccata calamitatum & exterminiorum publicorum ſæpe cauſa exiſtunt.

XIII. De malitia invidi qui ex alienis bonis contriſtatus malum ſibi inde accerſit.

XIV. Invidia tormentum & pœna eſt invido, eumdem ob alterius felicitatem crucians & inquietum efficiens.

XV. Sæpe Deus eorum, qui aliorum invidia exagitantur, felicitates adauget, ut tanto magis invidum torqueat & caſtiget.

XVI. Invidiam etiam viros ſpirituales ſæpe infeſtare, ac proinde magna cum circumſpectione fugiendã eſſe oſtenditur.

XVII. Variæ adducuntur rationes ob quas invidia morbus ſine remedio eſſe oſtenditur.

XVIII. Invidus inexcuſabilis eſt, ſiquidem ſibimetipſi omnium malorum eſt artifex, ſine ulla ſpe alicujus boni, voluntariè vitam ducens inquietam & miſerabilem.

XIX. Remedia contra invidiam ſunt charitas, bonorum æternorum & vanitatis mundanæ conſideratio; contemptus ſui ipſius, imitatio creaturarum, quæ ſibi mutuo opem præſtant, nec non membrorum corporis humani; quorum quodlibet ſuo contentum eſt officio nec aliud ambit.

TRACTATUS XXXIX.

De peccato iræ.

Continet Diſcurſus XVII.

Diſc.I. VAriæ traduntur iræ definitiones, & diſtinctiones inter indignationem, iracundiam, furorem, excandeſcentiam, perturbationem & zelum, & quando ad gravem culpam imputetur.

II. Ira multorum eſt peccatorum origo, utpote quæ ad ſanguinem, cædes, & quævis alia mala prorumpit.

III. Ira ab homine aufert humanitatem, feris illum ſimilem, imo pejorem reddit, omnes rumpit honeſti limites, & in quævis præcipitia proturbat.

IV. De turpi & deformi iracundi ſpecie, quam in vultu, motibus, aliiſque exterioribus operibus præ ſe fert, quibus ſe amentem oſtendit.

V. Ira intellectum excæcat, abſorbet diſcurſum, & rationem, & iratum ſtulto ſimilem efficit.

VI. Ira virtutibus opponitur, eſtque contraria Spiritui ſancto, & divinæ gratiæ, nec non compaſſionis inimica.

VII. Effrænis ira animæ mortem infert, eſtque certum reprobationis ſignum & character infallibilis quo filij Dæmonis agnoſcuntur.

VIII. Iracundi membra ſunt Dæmonis & Dæmoniacis ſimiles, utpote in quibus liberum habet aditum, cum ira vitium ſit diabolicum.

IX. De animæ & corporis morte cujus effrænis ira cauſa conſiſtit.

X. Ira amicitiæ & ſocietati eſt contraria, multoque magis homines ad alios gubernandos inhabiles efficit.

XI. Ira abominabilis eſt coram Deo, cum ſit ingentium malorum cauſa & origo, & licet homini connaturalis ſit, natura tamen eidem ad illam reprimendam de varijs remedijs proſpexit, ubi etiam Deo manſuetudinem placere oſtenditur.

XII. Ira quæ vitioſa eſt dedecet hominem & multo magis Chriſtianum, licet nonnumquam propter zelum laudabilis exiſtat.

XIII. Victoria iram vincentis ponderat, cum ſimul illam ſuperando dæmonem vincat, ubi etiam vilitas iracundorum, & alia inde emergentia damna exponuntur, dum ob cauſas frivolas iraſcuntur.

XIV. Dandus eſt locus iræ impetuoſæ, ut cum judicio & maturitate operari poſſimus, celeriter quoque reprimenda eſt, priuſquam Sol tam materialis, quam myſticus occidat.

XV. Iræ paſſio impreſſa eſt homini, ut contra inordinatos appetitus, & peccatum iraſcatur, nec non ut à pigritia ſua evigilet.

XVI. Varij adducuntur caſus, in quibus homo licite & virtuosè iraſci poteſt.

XVII. Varia conſiderantur adverſus iram remedia.

TRACTATUS XL.

De judicibus.

Continet Diſcurſus XII.

Diſc.I. ACcurata juſtitia paci cooperatur Reipublicæ, injuſtitia vero fulmina iræ Dei populis adſciſcit.

II. Judices ſunt in terra Dei locum tenentes, ideoque Dij appellantur, ac proinde ſecundùm Deum judicare debent, ad illum ſemper reſpicientes, à quo tandem ſevere judicabuntur.

III. Judicandum & decidendum eſt ſecundùm acta & probata, ſequendo leges, non vero ſcientiam & voluntatem propriam.

IV. De diligenti cauſarum examine, ne judicia pervertantur, ſed potius veritas inveſtigetur.

V. Judices ab omni paſſione alieni eſſe debent, ſeq; ab amicitia, parentela, amore, vel odio moveri nequidquam ſinant.

VI. Adducuntur nonnullæ rationes, cur judices in portis civitatum conſiſtant, ubi etiam de facilitate & promptitudine audientiarum differitur, quam quovis tempore exhibere debent, ſine ulla perſonarum acceptione, rectam adminiſtrando juſtitiam.

VII. In judicando & condemnando, exemplo Dei, contemperanda & unienda eſt ſeveritas cum clementia,

VIII. Judices juſtitiam animosè defendere, timorem Dei noſſe, veritatemque amare & ſectari debent.

IX. Dona & munera rationem offuſcant, excæcant intellectum, tametſi Judex antea timoratus & ſapiens extiterit.

X. Munera Judices obmuteſcere, omnemque in defenſionem juſtitiæ, quæ per avaritiam corrumpitur, libertatem amittere faciunt.

XI. Conſiderantur ſupplicia, quæ divina juſtitia in pœnam commiſſæ à judicibus injuſtitiæ, ad univerſale & particulare judicium damnum immittit, ubi etiam nonnullæ inſtituuntur conſiderationes circa judicium à Pilato contra Chriſtum factum.

XII. Culpa & damnum ponderatur, quæ munera in judicibus, quibus avaritia exoſa eſſe debet, operantur, ubi etiam tanguntur laudes & remuneratio judicum rectè & ſine ſpe lucri judicantium.

TRACTATUS XLI.

De judicio finali.

Continet Diſcurſus XXXI.

Diſc.I. QUam utiles ſit hæc de extremo Judicio tradita materia, qualiterque nos tamquam frænum à peccatis abarceat, hoc Diſcurſu oſtenditur.

II. Conſideratio finalis judicij ad timoratè & virtuosè vivendum, ad aſſecurandam ſalutem, Deique offenſas cavendas magno nobis eſt auxilio.

III. Nonnullæ adducuntur rationes, cur optime ordinata Dei juſtitia præter privatum uniuſcujuſque animæ judicium etiam univerſale inſtitui velit.

IV. Hoc Diſcurſu de commotione agitur omnium creaturarum, à Deo adverſus reprobos amatarum, quæ in vindicandis communi Creatori ab his illatis injurijs zelum ſuum probabunt.

V. Varia adducuntur motiva, ob quę corda hominum, in illo die noviſſimo timore & tremore percellentur.

VI. De Timore, quo viri ſanctiſſimi quoad uſque vixerunt, percuſſi fuerunt; nec non de Angelorum ob judicij illius terribilitatem commotione & tremore.

VII. Multas habemus in Judicio illo timendi cauſas, in quo judicis in majeſtate futurus adventus majorem terrorem hominibus conciliabit.

VIII. Cur dies ille judicij dies Domini, dies magnus, & dies iræ appelletur in ſacra Scriptura.

IX. De ira & furore Chriſti judicis, deque ſeveritate ſupplicio-

pliciorum quæ immittet, nec non de causis timendi, quas habituri sumus.

X. De igne qui in finali judicio præcedet judicem, deque effectibus quos operabitur, nec non de nonnullis, quæ in eo latent, mysterijs moralibus.

XI. Crux & vulnera Christi reprobis in die judicij majorem adferent damnationem, eo quod Redemptione ipsius, alijsque auxilijs abusi fuerint.

XII. Judex in die illa ad preces nostras inexorabilis erit, adeoque derelinquemur ab omnibus, ut nec Angeli, nec Sancti, nec sanctissima Virgo, nec Redemptoris nostri sacratissima vulnera sint nobis prælidio futura, quin potius totaliter adversabuntur.

XIII. De rigoroso examine, quod subituri sumus in reddenda ratione bonorum gratiæ, naturæ, & fortunæ, peccatorum omissionis, aliarumque rerum, quæ nunc judicio nostro minimæ esse apparent.

XIV. Judex in illa die manifestabit abscondita cordium; manifestat omnibus efficiendo conscientias nostras, nobisque legem suam ob oculos statuet, quam in hac vita nobis observandam dedit.

XV. Variæ opiniones in ordine ad libros, qui in judicio finali sunt aperiendi, in quibus divina virtute, plena & distincta unicuique revelabitur conscientiæ propriæ & aliorum notitia; fietque examen in comparatione actuum nostrorum ad legem.

XVI. Excessiva futura erit reproborum erubescentia & confusio, dum sua videbunt in conspectu omnium manifestari peccata, adeo ut illa occultare haudquaquam possint.

XVII. Præsciti de suis peccatis à dæmone, à propria conscientia, & à Christo, veluti teste accusati & convicti, ne verbum quidem respondere poterunt.

XVIII. Variæ considerantur rationes, cur reprobi in illa die futuri sint inexcusabiles, eorumque excusationes omnes confutandæ sint & exsibilandæ.

XIX. De reproborum angustijs, utpote quibus omnes recursus & appellationes, omniaque subterfugiorum genera intercludentur, eo quod judex in illa die futurus est justus, incorruptus, potens, sapiens, inexorabilis & inflexibilis.

XX. Dæmon in judicio finali se reprobis opponet, qui supplicijs & iræ Dei subjecti, & à proximis cognatis & amicis infestati & derelicti, nullibi habituri sunt ullum refugium.

XXI. De rigorosissimo judicij finalis examine, cui etiam perfecti & Sancti subjicientur, quibus Dæmon adversabitur, de culpis quibusque levissimis illos accusando.

XXII. De rigoroso examine operum bonorum quæ quadantenus defectuosa sunt, nec non eorum, quæ solum apparenter bona existunt.

XXIII. Nullus quantumvis sit sanctus & innocens, coram divino tribunali securus erit, sed omnes timebunt ob transgressiones & defectus etiam minimos.

XXIV. Variæ instituuntur considerationes super verba sententiæ illius, quam Christus adversus reprobos fulminabit, dicendo: *Discedite à me maledicti.*

XXV. De invitatione qua Christus electos advocabit ad gloriam, dicendo: *Venite Benedicti &c.* ubi etiam ostenditur, nullam electos habituros occasionem timendi judicium, siquidem rectam quamdam possident conscientiam.

XXVI. Cur Christus in judicio sub specie humana sit compariturus.

XXVII. Quod si in vita per exactum conscientiæ examen judicaremus nos ipsos nulla nobis esset judicem timendi ratio, quia bonus judicij universalis exitus à particulari uniuscujusque dependebit judicio, quod post singulorum mortem confestim instituitur.

XXVIII. Judicium, quod in Scripturis vicinum esse prædicitur, ex improviso veniet, tempus autem certum Deus nobis ignotum esse vult ob utilitatem nostram, illudque differtur ut tanto melius ad illud subeundum nos præparemus.

XXIX. Christus finale judicium infallibile nobis prædixit, ut in illo iram ejus effugiamus, nosque ad illud per bona opera & continuam mentis applicationem præparemus.

XXX. Continua judicij finalis consideratio ad ducendam vitam immaculatam, culpamque fugiendam plurimum confert, unde certum indicium, unde hominem, novissimum judicium credere conjici potest, est, si in continuo judicis venturi timore vivat, deque novissimo die continue cogitet.

XXXI. Examen & processus judicij finalis præcipuè circa opera misericordiæ instituetur, quibus se electi tuebuntur; eorum verò omissio reprobis in damnationem vertetur.

TRACTATUS XLII.

De judicio temerario.

Continet Discursus XII.

Disc. I. JUdicium temerarium charitati opponitur, derivatur à malignitate judicantis, estque species detractionis & contemptum proximi includit. Ubi etiam quibus in casibus committatur, fusius exponitur.

II. Judicare male de alijs, zizania quædam est quam dæmon seminat & nutrit, quæque ad ignem destinata est infernalem.

III. Peccati judicij temerarij consideratur gravitas, utpote quod iram Dei ad severa provocat supplicia.

IV. Qui sinistre de alijs judicat, injuriam Deo facit, quia ejus jurisdictionem temere sibi usurpat, cum judicium de rebus occultis ferre ad solum Deum pertineat.

V. Facile proximos nostros judicando decipimur, quia finem & intentionem, ob quam ad operandum moventur, penetrare non possumus.

VI. Quam sint fallacia humana judicia, utpote quæ solum juxta apparentiam exteriorum regulantur, per varia exempla ostenditur.

VII. Varijs ex eventibus & factis, quam facile, judicando actiones alienas, erremus, demonstratur.

VIII. Sæpe fallitur humanum judicium, quando solum ad statum præteritum respicitur, præsens vero & futurus sicut & emendatio non advertitur, quam proximus tam intus quam exterius feciſſe potuit.

IX. Priusquam de alijs feramus judicium, maxime quando dubij sumus, veritatem diligenter examinare, & ad credendum bonum potius quam malum proniores esse debemus.

X. Justorum proprium est, malum de alijs non credere; virtus enim charitatis alienarum imperfectionum reatus cooperit, dissimulat, ijsque compatitur, estque alienis superior defectibus.

XI. Peccata aliorum judicare & condemnare non debet, qui multis obnoxius est proprijs criminibus; potius igitur talis prius examinet & condemnet seipsum, timeatque ne & ipse similiter cadat.

XII. Qui sinistre de alijs judicant, ut plurimum eadem sunt pice coinquinati; at vero Deus juste permittit, ut in easdem culpas incidant, quas in aliis condemnant, ubi variæ adducuntur declarationes verborum illorum: *Nolite judicare, & non judicabimini.*

FINIS.

BIBLIO-

BIBLIOTHECÆ MORALIS PRÆDICABILIS,

TRACTATUS XXII.

DE ECCLESIASTICIS,

SACERDOTIBUS ET CLERO.

CONTINET

DISCURSUS TRIGINTA SEPTEM.

DISCURSUS I. In Ecclesiasticos pro cultu Dei seligendi sunt meliores totius populi; Ubi & de obligatione disseritur, qua Ecclesiastici & Sacerdotes cunctos sæculares in bonitate & sanctitate præcellere tenentur.

II. Varia adferuntur tonsuræ sive præcisionis capillorum & coronæ Clericalis mysteria.

III. Ecclesiastici solum Deum, qui hæreditas ipsorum est, præ oculis habere debent, curareque ut se à mundanis negotijs, bonisque terrenis avertant, divinumque servitium ex motivo lucri temporalis, vel alterius cujuslibet humani respectus intuitu nequaquam persolvant.

IV. De sanctitate in ministris sacris requisita, quæ, licet ipsi ad emundandas aliorum spurcities sint destinati, exinde tamen minime maculatur.

V. Sacerdotes ut ministerium suum digne adimpleant, virtutibus & vitæ perfectione conspicui esse debent.

VI. Vestes & ornamenta præcipua Aaroni à Deo præscripta ad varias, quibus Sacerdotes præditi esse debent, virtutes allusisse probatur.

VII. Alia perfectionis & sanctitatis in ministris sacris considerantur motiva, quorum multa ex vestium Episcopalium & Sacerdotalium mysterijs deducuntur.

VIII. De summa innocentia quæ in ijs, qui ad sacrum altare divinumque mysterium accedunt, desideratur.

IX. Varia in laudem Sacerdotum examinantur honorifica epitheta; quæ illos, ut altissimæ dignitati suæ respondeant, ad multas obligant virtutes.

X. Multæ recensentur analogiæ quæ Angelos inter & Sacerdotes versantur, ita tamen ut hi illis in multis prærogativis sint superiores.

XI. Sacerdotium divinum quidpiam in se habere, ex multis sacræ Scripturæ locis, & sanctorum Patrum sententijs, in quibus Sacerdotes Dij vocantur, perspicue ostenditur.

XII. De sublimi potestate, quam Sacerdos obtinet in corpus Christi, quæ superior est illa quam sanctissima ejus mater in illud habuit. Ubi etiam consideratur authoritas, circa peccatorum remissionem illis delegata.

XIII. Potestatem Sacerdotalem potestati regiæ non solum parem verum etiam illa superiorem esse ostenditur.

XIV. Ad Sacerdotis munus pertinet, ut Deum propter peccata populorum iratum per orationes suas placet, divinæque justitiæ flagella ab ijs amoveat.

XV. Quisquis per Sacerdotium divino cultui consecratur, ad illud se per orationem præparare, seque in oratione exercere debet; cum enim Sacerdotij character eo fine imprimatur, ut oret & intercedat pro populo, justum est ut se dignum reddat, qui à Deo exaudiatur.

XVI. De obligatione quam Ecclesiastici habent bonum proximis sæcularibus præbendi exemplum, ut, quod verbis docent, operibus confirmetur.

XVII. Continentia in ministris sacris præ quavis alia virtute requiritur, ac proinde per Sacerdotum Paganismi & legis Mosaicæ exempla, quam illa nostris Sacerdotibus necessaria sit, ostenditur.

XVIII. De eadem Sacerdotum continentia, nec non de suppliciis iræ Dei quibus in incontinentes communiter animadvertit, fusius disseritur.

XIX. Alia divinæ justitiæ supplicia Ecclesiasticis carnaliter & lubrice viventibus immissa, nec non pœnæ aliquæ ab antiquis Canonibus adversus eosdem sancitæ tanguntur.

XX. Sacerdotes Corpus Christi indigne tractantes, traditores fiunt Juda longè deteriores, quia Christum de novo crucifigunt ubi & alij eorum reatus considerantur.

XXI. De puritate & integritate conscientiæ, quæ in ijs qui corpus Christi tractant desideratur, deque supplicijs Sacerdotibus impudicis immitti solitis.

XXII. Variæ considerationes quibus Sacerdotes ad digne celebrandum disponuntur & præparantur.

XXIII. Ecclesiastici, præcipue bene meriti & digni, omni sunt honore prosequendi, in recognitionem magnorum beneficiorum quæ ab illis recipimus; ubi variæ, in hujus reverentiæ confirmationem, historiæ adducuntur.

XXIV. Sacerdotes honorandi sunt, etiam indigni, quia ita Deus præcipit, cum sint ejus ministri, illiusque in anima deferant Characterem; ac proinde si contemnantur, Deus ipse se in ijs spretum esse censet, illisque illatas ignominias graviter castigat.

XXV. Nequaquam lacerandi sunt Sacerdotes, quantumvis mali; nec quidquam illis reverentiæ adimendum est in publico; quod exemplis quibusdam, Christi præcipue probatur.

XXVI. Mala vita Ecclesiasticorum nihil obstat, vel officit bonis quæ ab illorum ministerio proveniunt; ac proinde illis tuto uti possumus.

XXVII. De severitate & rigore, quo mali Ecclesiastici à Christo examinabuntur, judicabuntur, & condemnabuntur.

XXVIII. Sacerdotes longe acerbius à Deo punientur, quam sæculares, eo quod præ illis majus lumen habeant; unde quanto illorum dignitas est eminentior, tanto profundior erit illorum ruina & præcipitium.

XXIX. Vitia Ecclesiasticorum, populorum causant ruinam, quorum peccata iram Dei provocantia suam in Ecclesiasticorum scandalis & malis exemplis causam habent.

XXX. Impiorum Sacerdotum malitia valde ex ipsorum statu aggravatur; id quod ex minis & pœnis à Deo illis immissis clarè ostenditur.

XXXI. Invectiva in illos, qui seipsos in Sacerdotium ultro ingerunt, non ut aliquod Deo servitium præstent, sed ob alios fines temporales; ubi nonnullorum qui Sacerdotium invito animo admiserunt, adducuntur exempla.

XXXII. De Ecclesiasticorum in ministerio sacro & in promovenda animarum salute vigilantia necessaria, adversus eorumdem negligentiam, inertiam & incuriam.

XXXIII. Ministerium Sacerdotale laboriosum est, & ad labores non vero ad otium destinatum; unde Sacerdotes imperterriti esse, vitamque suam pro animarum salute exponere debent.

XXXIV. De sapientia & scientia sacra in Ecclesiasticis requisita.

XXXV. Avari & cupidi Clerici perstringuntur.

XXXVI. Boni debent esse Oeconomi, & dispensatores fideles redituum Ecclesiasticorum, qui merum sunt patrimonium pauperum; ac proinde ab omni luxu & pompa alieni esse debent.

XXXVII. Ecclesiasticis cavendum est, ne erga parentes & consanguineos nimium sint affecti.

DISCURSUS I.

ARGUMENTUM.

In statum Ecclesiasticum pro gloria & cultu Dei adoptandi & seligendi sunt meliores totius populi; ubi & de obligatione disseritur, qua Ecclesiastici & Sacerdotes cunctos sæculares in bonitate vitæ & sanctitate præcellere tenentur.

THEMA.

Eritis mihi sancti, quia sanctus sum ego Dominus, & separavi vos à cæteris populis, ut essetis mei. Levit. c. 20. v. 26.

1. SAnctus Cyprianus Virginum consideransque & admirans excellentias, ad earumdem honorem & gloriam ita scribit: *Flos sanctæ Ecclesiastici germinis, decus atque ornamentum* *S. Cypr. de discipl. & habit. Virg.*

mentum gratiæ spiritualis, *Dei imago respondens ad sanctimoniam Christi, illustrior portio gregis Christi.* Quæ eadem encomia Ecclesiasticis jure merito adaptare possumus, utpote qui ex universo Christi grege electi, & ex communi vulgi massa separati sunt, ut sint divini cultus immediati ministri, instrumenta gratiæ, sacramentorum artifices & dispensatores, & centrum solidum sanctitatis: Unde quod Deus olim universo populo Israelitico protestatus est dicens: *Eritis mihi sancti, quia sanctus sum ego Dominus, & separavi vos à cæteris populis, ut essetis mei:* Idem quoque sacerdos æternus illis dicere videtur, quos ad sacrosanctum ministerium suum conseravit, atque de medio populi selegit & separavit: *Separavi vos ut essetis mei.* Porrò observandus est ille loquendi modus, quo Deus postquam Aaronem & universam ejus progeniem ad altaris sui ministerium ad summum Pontificatum selegerat, Moysen allocutus est, dum ait: *Applica quoque ad te Aaron fratrem tuum cum filiis suis de medio filiorum Israel, ut sacerdotio fungantur mihi.* Ubi præcipue notanda sunt verba illa: *De medio filiorum Israel,* quasi dicere vellet: Elegi mihi illum quasi totius populi Israëlitici florem, in divinum ministerium meum; De medio, inquit, quia in medio consistit virtus, præterquam quod Ecclesiastici mediatores esse debeant inter Deum & hominem interque cœlum & terram. De hac electione Ecclesiasticus disserens ait: *Ipsum elegit ab omni vivente offerre sacrificium Deo, incensum & bonum odorem.* Unde Aaron & filij ejus tamquam viri dignissimi inter omnes viventes electi fuerunt, ut tabernaculo ejus deservirent in sacrificijs offerendis, quæ in ovibus, columbis, tauris, bobus, aliisque similibus animalibus potissimum consistebant, cum cæteroquin velut mundiorem sacrificiorum materiam incensum, & panes tantum contrectarent. Verum enim vero quænam dari potest proportio Sacerdotij antiqui, si cum Evangelico conferatur, in quo Ecclesiastici nonnisi ad sacratissimum ejusdem Filij Dei corpus consecrandum, contrectandum, sacrificandum & distribuendum principaliter destinati esse noscuntur? Et ideo quanto majori cum jure longe eminentior in nobis postulabitur sanctitas, ut de nostris Sacerdotibus verificetur & adimpleatur, quod videlicet sint *illustrior portio gregis Christi.*

Ecclesiastici tamquam illustrior portio gregis Christi sancti esse debent.

Exod. 28. 1.

Mediatores esse debent inter Deum & homines.

Eccl. 45. in Levit.

Conferetur antiquum sacerdotium cum novo.

2. *Separavi vos à cæteris:* Circa quæ verba Origenes ad propositum nostrum ita scribit: sicut ego segregatus sum, & longe separatus, *sicut ego excedo omnes creaturas, atque ab universis, quæ à me facta sunt, segregor, ita & vos segregati estote ab omnibus, qui non sunt sancti, nec Deo dicati, segregati autem non locis, sed affectibus, non regionibus, sed conversationibus.* Sicut enim Deus Ecclesiasticos ex universa populi massa selegit & segregavit, ita quoque justum est, & per morum singularitatem, vitaque perfecta & sancta mediante specialiter ab illa dividantur. Unde ingeniosa est illa Hug. Card. super sequentia S. Pauli verba: *Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in ijs quæ sunt ad Deum,* facta observatio, dicentis: *In hoc quod dicitur: ex hominibus, notatur, quod debet excedere vita Sacerdotis vitam plebis.* Et ideo quando nostri ipsius ad divinum perpetuum cultum factam oblationem, primum pedem in domum Dei figimus Psalmus 23. recitatur, in quo Psalmista interrogat dicens: *Quis ascendet in montem Domini? aut quis stabit in loco sancto ejus?* moxque sine ulla hæsitatione respondetur: *Innocens manibus & mundo corde.* Causam verò, ob quam hæc innocentia requiritur, Deus ipse subindicat, dum ait: *Eritis mihi sancti, quia sanctus sum ego Dominus;* ac proinde quando Episcopus Clerico habitum sacrum imponit, hæc verba pariter pronuntiat: *Induat te Dominus novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia, & sanctitate veritatis.* S. Carolus quoque gregis sui Pastor zelosissimus, Ecclesiasticos meliorem totius populi partem esse probe intelligens, his qui sacris Ordinibus initiandi sunt hanc instructionem scriptam reliquit: *Parentes filios huic sacræ militiæ oblatos religiosè educent, aut educandos curent; & quos offerant meliores, & aptiores ministerio Dei, eligant; & quorum indoles præ se ferat spem virtutum, & disciplinæ sanctissimæ Clericalis.*

Hebr. 5. v. 1.

Hug. Card. ibid.

Sacerdos innocens & sanctus esse debet.

Psal. 23. 3.

In Pontif. Rom.

Act. Eccl. Med. p. 4. Instruct. fac. ord. car. 548.

Orig. h. 11. in Levit.

Ostenditur exemplo architecti.

3. Quilibet enim architectus dum fabricam aliquam erigit, lapides elegantiores, atteque accuratiori expolitos in ædificij spectabiliori facie, locoque magis conspicuo collocare consuevit; unde Author op. Imperfecti inquit: *Sicut artifex ex omnibus lapidibus eligit meliores, & ponit à foris in facie ædificij, cæteros autem lapides, quales cumque mittit intus: Sic Ecclesia meliores Christianos eligit, & ponit in facie Ecclesiæ, id est, alios facit sacerdotes, alios Diaconos, cæterosque ministros Ecclesiæ* Nabuchodonosor Rex ex toro Hebræorum populo paucorum quorumdam stirpis regiæ jussit fieri delectum, qui in ejus regia proxime ibi ab obsequijs assisterent, at verò audite quibusnam illi conditionibus vestiti esse debuerint: *De semine regio pueros, in quibus nulla esset macula decoros forma, & eruditos omni sapientia.* Quod si igitur Rex ille hunc in finem in eligendis raras adeo conditiones desideravit, longe utique æquius est, ut qui pro Domo Dei, pro templo, pro palatio Regis gloriæ, ad sacrosanctum ejus ministerium eliguntur, viri sint vita immaculata & irreprehensibili prædicti; ac proinde idem Author subdit: *Nullam debent habere maculam, neque in verbo, neque in cogitatu, neque in facto, neque in opinione, quia sunt pulchritudo Ecclesiæ; & si malè fuerint, totam deturpant Ecclesiam. Sicut enim lapides qui sunt intus in ædificatione nemo aspicit, sed eos qui foris sunt considerant omnes, sic sæcularium hominum vitia, neque sic considerantur, neque sic nocent Ecclesiæ, nam quamvis omnis populus sæcularis fuerit indisciplinatus, tamen si isti boni fuerint, tota Ecclesia speciosa videtur.*

Exemplum Regis Nabuchodonosoris.

Dan. 1. 4.

4. Deus olim Moysi præcepit, ut Aaroni & filijs ejus, quos ad ministeria sacra elegerat, diceret: *Sancti erunt Deo suo, & non polluent nomen ejus: incensum enim Domini, & panes Dei sui offerunt, & ideo sancti erunt:* at verò si cum tam efficaci & replicata cura, sanctitas tam solida, adeoque immaculata requirebatur integritas ad panes & incensum tractandum, qualis illa futura erit, quæ ad illum tractandum requiritur, qui est *Candor lucis æternæ, speculum sine macula Dei majestatis, & imago bonitatis illius;* Sciendum verò est, quod septuaginta Interpretes prædictum textum ita legant: *Quoniam sanctus est Domino Deo suo, & sanctificabis eum,* quasi dicere vellet: Talis in sacerdote requiritur sanctitas, ut certo quodam modo ipsummet Deum sanctificare possit. Qua de re Hesychius ita scribit: *In ipsis, & ab ipsis sanctificare dicitur: Quomodo ergo nos Deum sanctificare possumus? Si ergo à Deo datam nobis sanctificationem nos sacerdotes custodiamur, sanctificamus per nostram sanctificationem eum, qui sanctus secundum naturam est.* S. Carolus Borromæus puncta magis essentialia, quæ vel maxime curanda & regenda sunt prædicatoribus proponens, præcipit eisdem ut viris Ecclesiasticis utilissimas sequentes veritates & Maximas efficaciter inculcent, videlicet: *Quàm ab omni labe puros nos esse oporteat, quam à perturbationibus animi alienos, quam castissimis moribus præditos, quam omni virtutum exemplo præstantes, quam divini cultus zelo accensos, quam salutis animarum cupidos & appetentes, quam doctos, omnisque disciplinæ sanctæ peritos.*

Lev. 21. 6.

Similitudo.

Sap. 7. 26.

Hesych. in Lev. ib.

Act. Med. Eccl. part. 4. car. 486.

5. Nescio an aliquando verba illa observaveritis, quæ in oratione illa proferuntur, quam Episcopus Clerico primam tonsuram conferens recitare consuevit; in hac etenim Episcopus hunc in modum loquitur: *Oremus fratres charissimi Dominum nostrum Jesum Christum pro his famulis suis, qui ad deponendum comas capitum suorum pro ejus amore festinant, ut donet eis Spiritum Sanctum, qua habitum Religionis in eis perpetuum conservet, & à mundi impedimento, ac sæculari desiderio corda eorum defendat, ut sicut immutantur in vultibus, ita dextera manus ejus virtutum tribuat eis incrementa.* Nimirum personæ Deo dicatæ in nobiliori humani corporis parte denotantur, per faciem scilicet. Unde Theodoret. illum Psalmistæ textum: *Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis,* explicans, per hunc vultum ordinem sacerdotalem intelligit, dicens: *Sacerdotum ordo velut quædam facies est Ecclesiæ, tamquam majori spiritus dignitate exornatus.* Macula enim vel labes si in alia quacumque corporis parte resideat non parit indecentiam, nec tantum apparet sicut in facie; ita pariter defectus, vitia, scandala, tantum in sæcularibus non pariunt præjudicium, quantum in Ecclesiasticis. De his enim divina sapientia ait: *Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei.* Unde per pupillam Ecclesiastici intelliguntur. Cui consonat epithetum à S. Isid. Pelus. Sacerdotibus attributum, hos namque *oculos Ecclesiæ* appellat. Quis autem adeo rerum ignarus, quod in pupilla quilibet quantumvis minimus pulveris atomus dolorem & detrimentum intolerabile adferat? In pedibus quidem per quos in corpore mystico denotantur sæculares, latum & macula facile tolerantur, utpote qui continuo terram contingunt & terunt: at vero persona Deo consecrata, quæ sunt veluti oculi, imo pupillæ ipsiusmet Dei, ne umbram quidem nævi admittere debent.

In Pont. Rom.

Theodoret. Ps. 44. 13.

Cler. velut facies sunt in corpore.

Zach. 2. 8.

S. Isid. Pel. lib. 2. ep. 112.

6. S. Ambr. acute observat, quod quando mulier illa in adulterio deprehensa, à sacerdotibus apud Salvatorem accusata

S. Ambr. l. 11. ep. 76.

accusata fitit, ipse in pulvere literas digito suo efformarit. Et tametsi quænam hujus Scripturæ series fuerit Evangelium non exprimat, attamen S. Doctor illam in quadam Epistola sua his verbis exponit: *Scribebat in terra: Quid? utique dicens festucam, quæ in oculo est fratris tui, vides, trabem autem quæ in oculo tuo est, non vides.* Quibus in verbis advertendum est, quod Dominus peccata sæcularium & mundo totaliter deditorum festucas, Sacerdotum vero delicta trabes appellet, & quidem trabes oculis, imo pupillis infixas. Christus in homine populari & de vulgo adulterium festucam seu paleam esse reputat, econtra vero Hypocrisin in sacerdotibus trabem. Unde qualis inter transgressiones personarum Deo conferatarum & laicorum sit differentia, perspicue colligitur: siquidem iniquitates harum in tribunali Dei velut festuca æstimantur, sacerdotum vero delicta ingens trabis alicujus moles reputatur, juxta celebrem illam sententiam: *Nugæ in ore sacerdotis blasphemiæ sunt.* Dic sodes quodnam palea vel festuca in via publica posita viatori damnum procreabit: at vero trabs transversim in via jacens iter impedit, & viatoribus transitum præcludit, eosque proxime ad lapsum disponit. Et ideo in sacerdotem optime verba illa quadrant: *Ejice primum trabem de oculo tuo, & tunc perspicies ut educas festucam de oculo fratris tui.* Sacerdos enim consecratus est eo fine, ut in alijs peccatum aboleat, & puniat, ac proinde S. Ambrosf. optime notat, quod Christus occasione accusatæ hujus adulteræ sacerdotibus illam accusantibus dixerit: *Qui sine peccato est, prior lapidet eam. Quid enim tam divinum, quam ista sententia, ut is peccata puniat, qui exors ipse peccati sit? Quomodo enim feras alieni ultorem, & proprij criminis defensorem? Nonne se magis ipse commendat, qui in alio damnat, quod ipse commisit?*

Joan. 8. 3.

Sacerdotum delicta sunt velut trabes respectu secularium, quorum peccata sunt sicut festucæ.

S. Ambros. ibid.

S. Bern. ser. de trip. cust.

Quænam vita in sacerdotibus vetet reprehendere Christus.

Matth. 23. v. 6. & 7.

Matth. 5. 14.

7. *Eritis mihi sancti.* Porrò Clericalis habitus quo Ecclesiastici divini officij tempore utuntur, superpelliceum est, lineum, & illud quidem super nivem candidum & mundum: sed quonam putatis mysterio eodem utuntur. Audite hac de re loquentem Durand. *Vestis,* inquit, *linea quæ superpelliceum dicitur, quo quibuslibet servitijs altaris & sacrorum vacantes, super vestes communes uti debent, propter sui candorem, munditiam, seu puritatem, castitatem designat, juxta illud. Omni tempore vestimenta, id est, opera tua sint candida & munda; propter sui latitudinem charitatem designat, denotat innocentiam, & ideo ante omnes alias vestes sacras sæpe induitur.* Et ideo inter alias orationes quas Episcopus primam tonsuram futuris Clericis conferens recitare solet, una hæc est: *Præsta quæsumus omnipotens Deus, ut hi famuli tui, quorum hodie comas capitum pro amore divino deposuimus, in tua dilectione perpetuo maneant, & eos sine macula in sempiternum custodias.* Enimvero sicut macula in lino candido apertius quam in veste pellicea vel rustica conspicitur, ita quoque defectus aliquis in homine sæculari non æque ac in sacerdote aliquo notatur: Cui simile est exemplum quod à S. Bern. adducitur, qui ait: *Sicut pretiosam vestem exigua quazvis macula turpius decolorat, ita à nobis multo magis exigitur justitia, cum in alijs nævus, in nobis sit gravis macula.*

Cur clerici in habitu Ecclesiastico tantum superpelliceo lineo, & candido.

Durand. in Rat. div. off. l. 3. c. 1. n. 10.

In Pontif. Rom.

Hug. Card. ibi. Psal. 118. v. 119.

S. Bern. Clerici velut in cæteram peccare consentur cum alij in terram peccent.

8. Observastisne aliquando qualia illa fuerint vitia & scandala, quæ benignissimus Salvator noster in antiquæ legis sacerdotibus reprehendit? Num forte latrocinia, usuræ, rapinæ fuerunt? an vero adulteria, incestus, sacrilegia? vel deniq; simoniæ, hæreses apostasiæ? Nihil horum fuit, quin potius hoc solum in illis reprehendit: *Amant primos recubitus, & vocari ab hominibus Rabbi:* nimirum solum vanitatis, vanæ gloriæ, & hypocrisis peccata erant, & tamen incarnata Sapientia eadem in justissima trutina sua, in pondere Sanctuarij librans multo plusquam à sæcularibus commissa aggravat, ut turpiora esse videantur, quam gravissimi & enormissimi à sæcularibus commissi excessus. Etenim personæ sacræ in Scriptura lucis titulo decorantur: *Vos estis lux mundi.* Quis autem est qui non videat quantum quilibet nævus, labes, & macula corpora lucida dedecet, & deturpet? quantumque oculum in illa defixum ostendat.

Quæ clericis in habitu non sunt licita.

9. Ingeniosè profectò est illa Hugonis Cardinalis super illa Psalmistæ verba: *Prævaricantes reputavi omnes peccatores terræ;* facta observatio, Quærit enim quonam spectet illa à Davide inter transgressores terræ & alios infinitata distinctio? Etenim post rebellium Angelorum, qui peccatores terræ non erant, quis est qui neseiat unicum & solum culpæ & peccati locum esse præsentem hanc vallem lachrymarum? ut proinde optime S. Bern. dicat: *Tuta habitatio Paradisus;* nullum enim serpens antiquus in superna aditum habere valet: cur igitur ait: *peccatores terræ?* Demum verò respondet: *Peccatores terræ dicit, ad differentiam peccatorum cæli, quæ magna est, quia Adam peccavit in terra, & ventum consecutus est, Lucifer in templo & diabolus factus est, sic & differunt peccata Laicorum & Clericorum, qui in Ecclesia peccare non formidant; Clerici sunt peccatores cæli, quia in domo Dei peccant, unde admirativè conqueritur Dominus Jer. 11. Quid est, quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa?* Porro D. Chrysologus peccata nostra & hominum mundanorum ponderans, ait: *Erietas in alto crimen est, in sacerdote sacrilegium, quia alter animam suam necat vitio, sacerdos Spiritum sanctitatis extinguit.*

Jer. 11. 15.

S. Chrysol. ser. 26.

10. Author operis Imperfecti hanc monstrositatem specialiter deplorat, quod scilicet nonnumquam Laici longe videantur magis exemplares ipsis Ecclesiasticis: *Vere,* inquit, *magna confusio sacerdotum, & omnium Clericorum, quando Laici inveniuntur fideliores ac justiores: quomodo autem non sit confusio, esse illos inferiores Laicis, quos etiam esse æquales magna confusio est?* Enimvero Pastorem grege suo meliorem non esse, nemo capere potest aut credere, res enim insolita, imo inaudita foret, si ovis instar stolidus esset, & ducatu atque custodia ovis opus haberet. Audite hac de re loquentem S. Bernardum: *Quantum,* inquit, *distat inter Pastorem & gregem, tantum debet distare inter Episcopum & plebem; Ille regit, iste regitur, ille pascit, iste pascitur, ut in ipsa forma & habitu uterque discernatur.* S. Carolus Borromæus postquam Mediolani Oblatorum congregationem instituisset ut ijs mediantibus gregi suo de optimis sacerdotibus prospicere posset, inter alias quas illis tradidit institutiones, hanc quoque post se scriptam reliquit: *Cum in locum aliquem mittentur Oblati, præstantissimæ istius actionis pondus & dignitatem animadvertentes, secum ipsi magis ac magis cogitent oportet. Clericos homines ex omni Christianorum numero divinitus esse delectos, ut cum luminis tum solis facultatem atque vim cæteris ordinibus exercentes, cælestis illos sapientiæ luce illustrent, atque è tenebris peccatorum ad claritatem divinæ gratiæ evocent.* Demum pro fine quo encomio S. Ambrosius in libro quem *de dignitate sacerdotali* conscripsit Ecclesiasticos honorent, ex sequentibus verbis audite: *Propago sunt,* inquit, *sanctificata, duces gregis Christi.*

Auth. Imp. hom. 3.

Similitudo pastoris ad gregem.

S. Bern. in seni.

Act. Eccl. Med. l. 4. instit. ad oblatos.

S. Ambr. c. 2.

DISCURSUS II.

ARGUMENTUM.

Varia adferuntur tonsuræ, sive præcisionis capillorum & Coronæ clericalis mysteria.

THEMA.

Radetur Nazaræus ante ostium Tabernaculi fœderis cæsarie consecrationis suæ: tolletque capillos ejus, & ponet super ignem, qui est suppositus sacrificio pacificorum. Num. 6. vers. 18.

1. Verissimum semper est illud Apostoli axioma: *Omnia in figura contingebant illis,* siquidem ritus quo Nazaræis divino cultui consecratis capilli præscindebantur, illum præfigurabat ritum, qui in testamento novo adimplendus erat in illis, qui se Deo dedicaturi erant, eo præcipue tempore quo primum in Ecclesiasticam Hierarchiam pedem subinferebant. Albinus Alcuinus Caroli Magni jussu librum composuit *de divinis officijs* intitulatum, in quo primæ tonsuræ originem explicare volens, ita scribit: *Clericorum autem tonsura à Nazaræis fertur sumpsisse exordium. Cum enim quis voto se obligasset, ut per jejunium atque aliarum rerum observantiam se affligeret, abstinebat se ab omni quod inebriare, & statum mentis evertere posset, eratque semper in templo, unde & Nazaræus, id est, sanctus & Domino consecratus vocabatur. Impletis autem votis sui diebus, veniebat ad templum Domini, & offerebat pro eis, quæ lege præcipiebantur, radebatque capillos capitis sui & barbæ, partemque pilorum in flamma altaris cremabat.* Idem quoque S. Isidorus à Cardinali Baronio allegatus diu ante præfatum Albinum his verbis confirmat: *Tonsuræ, ni fallor, usus,* inquit *à Nazaræis exortus est, qui prius crine servato, denuo post vitæ magnam continentiam, devotione completa caput radebant, & capillos in igne sacrificij ponere jubebantur, scilicet ut perfectionem devotionis suæ Domino consecrarent. Hujus exempli usus ab Apostolis introductus est, ut qui divinis cultibus mancipati Domino consecrantur, quasi Nazaræi, id est, Sancti Dei crine præciso muventur.* In cujus confirmationem idem S. Isidorus illum Ezechielis textum adducit, in quo Deus cap. 5. huic Prophetæ præcipit dicens: *Sume tibi gladium acutum, radentem pilos: & assumes eum, & duces per caput tuum, & barbam tuam;* Cujus præcepti S. Isidorus tuta

1. Cor. 10. v. 11.

Alb. Alc. l. de div. off. c. 35.

Unde tonsuræ clericalis initium.

Bar. an. 58. n. 122.

Ezech. 5. 1.

Quare tonsura illa instituta

dotus hanc reddit rationem, *videlicet quia ipse sacerdotali genere Deo in ministerio sanctificationis serviebat. Hoc & Nazaræos, Priscillam & Aquilam in Actis Apostolorum primos feciſſe legimus, Paulum quoque Apoſtolum, & quosdam diſcipulorum Chriſti.* In Concilio Toletano V. ubi de origine primæ tonſuræ agitur, hæc verba leguntur: *Tonſuræ Eccleſiaſticæ uſus ab Apoſtolis fluxit, ut ait Rabanus de Inſtit. Clericorum c.3. ut, ſi qui dominis cultibus mancipati, Domino conſecrantur, quaſi Nazarai, id eſt, ſancti Dei crine præciſi innoventur.* Annales Eccleſiaſtici, ut idem refert Baronius authoritatis cujuſdam S. Germani Conſtantinopolitani mentionem faciunt, in qua alia quædam primæ Tonſuræ infinuatur origo: *Duplex corona circumpoſita capiti ſacerdotis capillorum ſignificatione, imaginem refert venerandi capitis Apoſtoli Petri, qui cum miſſus eſſet ad prædicationem Domini & Magiſtri, ei tonſa eſt ab his, qui ejus ſermoni non credebant, ut illuderetur ab ipſis, eique Chriſtus Magiſter benedixit, & infamiam in honorem, illuſionem in gloriam converſit.* Quod verò ad hujus tonſuræ myſteria attinet, horum varia à ſacris Doctoribus conſcripta reperio, quæ ijsdem Ducibus & Magiſtris in præſenti Diſcurſu examinare decrevimus.

Conc. Tol.6. c.6.

Bar.an.58. n.125.

Bar.an. 684. n.7.

2. In primis igitur raſura capillorum, prout ex Hiſtoria Eccleſiaſtica deducitur, proteſtatio quædam erat, qua ſe in obedientiam & obſequium illius, in cujus fiebat honorem, tranſiſſe fatebantur. In cujus probationem de Benedicto II. legimus, quod una cum Clero comas Juſtiniani, & Heraclij filiorum Imperatoris ſolemniter receperit, ex hoc facto intelligens pios hoſce Principes ſe tamquam reverentes & obedientes filios ſummo Pontifici & Eccleſiæ ſubjicere. De Carolo Francorum Principe pariter legitur, quod Pipinum filium ſuum ad Luitprandum miſerit, ut Rex ille juxta uſitatum morem capillos ejus reciperet, qui comam illi præſcindendo, ſe illius declavit Patrem. Unde colligitur, inquit Baron. quod is qui hoc modo capillos capitis ſui alteri offerebat, ſe pariter illius declarabat eſſe & fore filium, econtra vero qui illos ſibi oblatos recipiebat, nomine Patris nuncupabatur. In Diſcurſu præcedenti jam diximus Deum de Eccleſiaſticis dicere: *Separavi vos à cæteris, ut eſſetis mei:* & ideo tametſi omnes omnino Chriſti fideles, tamquam filij Deum veluti Patrem ſuum agnoſcere & venerari eique obedire teneantur, ad hoc tamen præcipue obligantur illi, qui divino ſe cultui dedicarunt; Unde Deus dum illos ad ſuum ſervitium recipit, ſe illorum hæreditatem & patrimonium eſſe declarat: *Dominus pars hæreditatis meæ.* Oblatio igitur & præciſio capillorum idem eſt, quod Deo ſe totaliter conſecrare, ab ejus obedientia dependere, ejusque miniſterio in perpetuum ſeſe ſubjicere. In iſdem quoque Annalibus aliud quoddam myſterium inſinuatur, nimirum: *Ut mancipatæ ſemel vitæ divino cultui, per capillorum oblationem eo ſigno ſæpius iterato aſſiduè meminiſſe deberent, & quod ſolemniter ſemel præſtitiſſent, ſæpe repeterent.* Quia igitur capilli Clericis ſæpius in anno præſcinduntur aut abraduntur, tum ad coronam Clericalem renovandam, tum ad componendos & reformandos capillos ad modeſtiam, ideo conſequenter ſingulis vicibus revocanda ſunt ab illis in memoriam myſteria & fines propter quos hic ritus & cæremonia ſacra inſtituta fuit.

An. 58. n. 129.

Cur Petrus tonſuram geſſerit.

Alb. Alc. ibid.

An. 58. n. 124.

Bed. de geſt. ang. lib. 5. c. 22.

3. Alb. Alcuin. exiſtimat quod ex quo S. Petrus primus Coronam Clericalem portavit in capitis vertice, id ipſum ad imitationem coronæ ſpineæ Salvatoris noſtri facere cœperit: *Fertur*, inquit, *B. Petrus primus hujusmodi tonſuram ſibi feciſſe ad ſimilitudinem ſpineæ coronæ Domini.* Cui conſonat quod paulo ante ipſum Venerabil. Beda. his verbis ſcripſerat: *Neque ob id tantum in coronam attondemur, quia attonſus ita eſt Petrus, ſed quia Petrus in memoriam Dominicæ Paſſionis ita attonſus eſt: ideoque & nos, qui per eandem paſſionem ſalvari deſideramus, ipſius Paſſionis ſignum cum illo in vertice, ſumma videlicet corporis noſtri parte geſtamus.* Nos facerdotes in ſacrificio quod offerimus, ſacrificium cruentum, quod Chriſtus æternus ſacerdos in altari crucis de ſemetipſo obtulit, repræſentamus, & ideo ſpecialis in nobis ratio eſt, cur ſignum hoc in capitis vertice portemus, quia nobis præ cunctis alijs memoranda eſt Paſſio Redemptoris, *Clerici maximè habere debent memoriam Paſſionis*, inquit Beda. S. Paulus poſtquam de ſacrificijs, quæ ſacerdos antiquus in figuram noſtrorum offerebat, diſſeruiſſet, mox hiſce nos verbis invitat: *Exeamus igitur ad eum extra caſtra improperium ejus portantes.* Etenim raſura capitis prout ex quadam S. Cypriani Epiſtola colligitur, indicium erat hominis vilis abjecti, & ſcelerati, unde olim eos qui ad terræ fodinas condemnabantur in capite radere ſolebant: *Semitonſi capitis horreſcit capillus*, id quod Ba-

Heb. 13. 13.

S. Cypr. ep. 77.

ronius varijs probat argumentis; ac proinde Vener. Beda ait; *Suo quemque in capite per tonſuram perferre, ut ſe irriſiones & opprobria pro illo libenter ac prompto animo ſuſferre, ipſo etiam frontiſpicio doceant, ut coronam vitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe, ſemper expectare, proque hujus perceptione & adverſa mundi & proſpera contemnere deſignarent.*

Bed. ibi.

4. S. Iſidorus nos per hoc ſignum externum commoneri exiſtimat, ut vitiorum internorum in nobis extirpationem aſſiduè continuemus. *Eſt autem Clericis*, inquit, *tonſura ſignum quoddam, quod in corpore figuratur, & in anima agitur, ſcilicet ut hoc ſigno & religione vitia reſecentur, & criminibus carnis noſtræ quaſi crimibus exuamur, atque inde innovatis ſenſibus, ut comis rudibus efficiamur, exſpoliantes nos juxta Apoſtolum, veterem hominem cum actibus ſuis, induentes novum qui renovatur in agnitione Dei, quam renovationem in mente oportet fieri, ſed in capite demonſtrari, ubi ipſa mens noſcitur habitare.* S. Carolus Borrom. in paſtorali quadam Epiſtola ad Clerum ſuum Mediolan. ſcripta, ſolicitudinem urget, quam Eccleſiaſtici habere debent, ut in exemplaritate vitæ & morum à ſæcularibus ſint ſeparati. En ipſiſſima verba quibus ſanctiſſimus Archiepiſc. ſuos alloquitur: „ Quod verò majoris faciendum eſt, quodque à vobis in hac occaſione vel maxime deſidero, hoc eſt, ut ſcilicet huic raſuræ vera quædam conjuncta ſit reſolutio in praxim & executionem mittendi ea, quæ per hunc uſum ſignificatur. Parum enim nobis proderit, habitu exteriori à ſæcularibus diſcretum eſſe, niſi etiam moribus à perſonis mundanis ſecernamur. In confuſionem noſtram & non in gloriam quodvis nobis cedet teſtimonium exterius dignitatis, noſtræque vocationis præcellentioris, ſi demum in virtutibus multis illorum fuerimus inferiores. Parum refert ſegregatio & diſtinctio habitus, ſi in praxi & converſationibus ſæcularibus & mundanis perſeveraverimus.„

S. Iſid. ibi.

Aſt. Eccl. Med. p. 7. car. 1062.

5. Albin. inter alia hujus tonſuræ myſteria, hoc quoque inſinuat: *Ut Clerici à Laicis non ſolum differant habitu, verum etiam tonſura.* Porro Eccleſiaſtici varijs titulis inſigniuntur, qui omnes obligationem indicant, quia ſemper immaculati eſſe tenentur. *Clerici dicimur à Græco Cleros*, inquit Hugo de S. Vict. *quod hæreditas, ſive ſors interpretatur, quia de ſorte eſſe Domini, & ſolum Deum in hæreditatem accipere elegimus.* Dictio illa, *Canonicus*, ut Cartuſianus notat, *appellatur à Canon, quod eſt regula: regula dicitur, quomam regit, & recte vivendi dat formam: Clerici ergo vocantur Canonici, quoniam regularem ac rectam tenentur ducere vitam.* S. Bernardin. de Senis etymologiam hujus nominis, Sacerdos, ponderans, inquit: *Dicitur Sacerdos quaſi ſacrum dans, quia à Domino ſacra ſuſcipere debet, quæ & ipſe populo diſpenſet:* Juſtum vero eſt, ut qui Sanctitatis debitor eſſe diſpenſator & ſator in alijs, ſanctitatem & ipſe in gradu excellenti poſſideat. Albinus de hac dictione, *Presbyter*, ſcribens ait: *Interpretatur autem Presbyter ſenior, quia eligebantur ætate pariter & morum gravitate perfecti, quia Deus in ordinandis moves magis & ſcientiam approbat, quam ætates.* In primo Tomo Conciliorum Epiſtola quædam Aniceti Papæ ad Epiſcopos Franciæ conſcripta reperitur, in qua illos dehortatur, ne eomam alant; in cujus Epiſtolæ annotationibus dicitur: *Apoſtolica traditione ac conſtitutione in Eccleſiam derivatum eſt, ut eorum capita in modum ſpineæ tondeantur deſuper, qui à communi hominum vita recedentes, excultas vitæ genus ſectantur:* Cujus hæc ex S. Dionyſio Areopagita allignatur ratio: *Ut illa nudatione capitis ſignificetur vita aperta & pura, cui Eccleſiaſtici ſtudere debent.*

Alb. Alc. ibi.

Hug. Vict. l. 1. de ſac. t. 3. c. 32.

S. Bern. t. 1. a. 2. c. 2.

Alb. lib. de div. off. c. 34.

t. 1. conc.

S. Dion. Areop. ibi. tract.

6. Monet Eccleſiaſticus quod quicumque ſe ad ſerviendum Deo accingit, præparare ſe debeat ad vehementes communis inimici tentationes ſuſtinendas: *Fili accedens ad ſervitutem Dei, præpara animam tuam ad tentationem*, atque ideo Deus noſter nobis de militibus ſuis proſpicit, qui nobis aſſiſtant & auxilientur: *Sicut omnis Eccleſia*, inquit Beda, *quæ per mortem ſui vivificatoris Eccleſia facta eſt, ſignum S. Crucis in fronte geſtare conſuevit, ut crebro Vexilli hujus munimine à malignorum ſpirituum defendatur incurſibus, & crebra hujus admonitione doceatur, ſe quoque carnem cum vitijs & concupiſcentijs crucifigere debere, ita etiam oportet eos, qui gradum Clericatus habentes arctioribus neceſſe habent pro Domino ſe continentiæ frenibus adſtringere, formam quoque coronæ, quam ipſe in Paſſione ſua ſpineam portavit in capite, ut ſpinas ac tribulos peccatorum noſtrorum exporteret, & auſferret à nobis, ſuo quoque in capite per tonſuram perferre.* Porro fructus quem inde habituri ſumus, à S. Gaudentio nobis infinuatur, ſcilicet gloriosa de inimicis noſtris victoria, qui proinde tonſuræ clericali ſequens attribuit

Eccl. 2. 1.

Ad ſerviendum Deo veniens accingere ſe debet ad tentationem.

S. Gaud. tr. 3.

tribuit epithetum dum illam vocat *Circulum victorialem. Pierius Valer. lib. 32. Hieroglyph.* de Lacedæmonijs refert, quod dum ad bella procedebant, capillos ſibi præſcindere ſoliti fuerint, ne inimici illos per comam capitis prolixiorem apprehendere & vincere poſſent; Ideo Apoſtolus 2. Tim. 2. poſtquam dixiſſet: *Labora ſicut bonus miles*, mox ſubjungit: ℣. 4. *Nemo militans Deo, implicat ſe negotijs ſæcularibus*; quod idem eſt, ac ſi capillos ſuaſiſſet præſcindere nam capilli affectuum ad bona terrena ſymbola ſunt, quos ſi reſecaverimus, inimici noſtri non habebunt, unde nos apprehendere poſſint.

S. Gaud. tr. 3.

2. Tim. 2. v. 3.

Hebr. 5. v. 1. S. Aug. in Pſ. 44.

Cant. 4. 2.

7. Iſidorus Coronæ quæ per tonſuram fit in capite aliam adducit rationem, dum ait: *Quod vero detonſo capite ſuperius, inferius circuli corona relinquuntur, ſacerdotium, regnumque Eccleſiæ in eis exiſtimo figurari: Tiara enim apud Veteres conſtituebatur in capite ſacerdotis; hoc ex byſſo confecta rotunda erat, quaſi ſphæra media, & hoc ſignificabatur in parte capitis tonſi. Corona autem latitudo aurei circuli eſt, qui Regum capita cingit. Utrumque itaque ſignum exprimitur in capite Clericorum, ut impleatur corporis etiam quadam ſimilitudine quod ſcriptum eſt, Petro Apoſtolo prædicente: Vos eſtis genus ſanctum, regale ſacerdotium.* In cujus confirmationem in Hiſtoria Eccleſiaſtica ita ſcribitur: *Ea quæ Principi Apoſtolorum deriſionis, & ignominiæ cauſa illata eſt infamiæ nota*, (de præfata tonſura loquitur,) *totius Eccleſiæ honori ceſſit. Et quid mirum, cum ipſa quoque pœnarum inſtrumenta pietas Chriſtiana in ampliſſimam gloriam commutave, & habere conſuevit in honore?* S. Carolus Borromæus in eadē Epiſtola paſtorali ſuos monet, ne ſibi per capillorum detonſionem & coronam clericalem quidquam de honore aut exiſtimatione adimi arbitrentur. Num forte, inquit, exterior habitus à Laicis diſtinctus, eos humiliores efficit, aut viliores? Imo vero potius in verum ſplendorem & gloriam noſtram cedit omne illud, quod nobis, ſeu potius populis, ad differentiam quæ ab iter ſtatum ipſorum & noſtrorum, manifeſtandam deſervit, de qua nos Spiritus Sanctus per tot alias vias inſtruere ſatagit. Propter hanc enim inter alia coronam & tonſuram in capite deferimus; Propter hanc veſtes & habitus noſtri ab illorum veſtimentis tam multipliciter differunt, ut inde diſcamus differentia quoque eſſe debere ſtudia, converſationes, profeſſiones & omnia exercitia noſtra, ex quo poſt ſacerdotalem charactērem ſuſceptum Deum in ſpecialem portionem & hæreditatem noſtram accepimus, & extra alios ſequeſtrati & ſelecti huic militiæ Eccleſiaſticæ adſcripti ſumus; ut ſimus populus peculiaris Divinæ Majeſtati in ſanctiſſimi cultus ſui miniſteria ſpecialiter conſecratus.

Quare tonſura Clericalis ſit ſphærica. S. Iſid. ibi.

Aſt. Eccl. Med. ibi.

8. In Concil. Toletano 4. authoritas quædam S. Hieronymi legitur quæ etiam 12. Q. 1. Canone, *Duo ſunt*: his verbis recenſetur: *Coronam habent ab inſtitutione Romanæ Eccleſiæ in ſignum regni quod in Chriſto expectatur: raſio vero capitis eſt temporalium omnium deſpoſitio:* Hugo Cardinalis pariformiter ſuper Iſaiam ita ſcribit: *Clericus titulum habet in capite, ſcilicet tonſuram in ſignum abjectionis temporalium.* Cum enim capilli pars quædam corporis ſuperflua ſit, merito nobis bona terrena ſignificant, quæ nobis ad finem ob quem creati ſumus, minime neceſſaria exiſtunt. Hi illis qui militiæ Eccleſiaſticæ ſub vexillo Crucis Chriſti nomina ſua dederunt, præſcinduntur, ut per hoc doceantur, quod aſſidue à bonis temporalibus alieni vivere divinoque ſervitio totaliter applicati eſſe debeant. S. Auguſtinus ad præſens propoſitum ita ſcribit: *Caput radere, ſignat cogitationes terrenas & ſuperfluas à mente reſecare; quia ſicut pili non ſunt pars corporis, ſed quaſdam ſuperfluitas, procedens à corporis humore: ſic bona temporalia non ſunt nobis naturalia, ſed aliena & ſuperflua*; quam doctrinam ſacerdotibus applicando, ſubjungit: *unde Sacerdotes minimam partem capillorum in capite retinent, ut per eorum abraſionem ſe minimam terrenorum ſollicitudinem habere deſignent*, neque enim magnus inde fructus exurgeret (verba ſunt S. Caroli Borromæi ad clerum ſuum Mediolan. tranſcripta:) ſi pili barbæ raderentur, mens vero plena maneret anxietatibus, curarumque temporalium moleſtis cogitationibus, quæ ſtudia profeſſioni noſtræ neceſſaria, & miniſteria animabus debita, nobisque commendata, omnino impediunt. Et quidem hæ curæ ſeculares ſunt unicum id, quod nos in oculis populi ſæpe numero contemptibiles & exoſos reddit: hæ ſunt amaræ radices illæ, quæ poſtea in cordibus ſe dilatantes, ramos ſuos quaquaverſum extendunt, & amariſſimos vitæ, per omnia indiſciplinatæ, malorum exemplorum & ignorantiæ, nobis alijsque nimium pernitioſæ fructus producunt. Dum vero inordinatis hiſce affectibus locus indulgetur, mirum non eſt, ſi poſtea res divi-

Conc. Tol. 4. c. 41.

Hugo Card. in c. 19. Iſa.

Tonſura ſignum eſt abjectionis temporalium.

S. Aug. tr. de contemp. ſæc. t. 9.

9. Advertendum quoque eſt, quod Apoſtolus de ſummo Sacerdote, qui omnibus alijs Eccleſiaſticis norma vivendi eſſe debet, loquens, expreſſe de illo dicat: *Conſtituatur in ijs, quæ ſunt ad Deum.* S. Auguſtinus illum Canticorum textum: *Dentes tui ſicut greges tonſarum*; ponderans dicit: *Quid eſt dentes tui? Per quos loqueris. Dentes igitur Eccleſiæ, per quos loquitur Eccleſia. Quales dentes tui? Tamquam grex tonſarum, quare detonſorum? quia farcinas ſæculi depoſuerunt.* Hugo de S. Vict. de tonſura clericali differens, ait: *Capillos ante præcidimus, & ab eis ſenſuum inſtrumenta liberamus, ut hoc ſigno cunctarum illecebras, frequenter redeuntes, & cogitationes ſupervacuas à cordibus noſtris reſecare diſcamus.* S. Iſidorus Peluſiota conſiderat, quod Aaron, & ſucceſſores ejus, templum pro ſacrificijs offerendis ingredientes, laneas abs ſe veſtes abjicere, ſeque lineis indūere debuerint, ac proinde ſubdit, veſtes has *Arcani aliquid continentes fuiſſe, atque illud ſignificantes; Externos tumultus tum de memoria deponendos eſſe*; *nam qui rei ſacræ cauſa ad Deum accedit, nihil alienum, nec ullam rerum ex materia conſtantium ſarcinam ſecum aſſerre poteſt*; nam ut S. Ambroſius ait: *Hæc eſt vera Sacerdotis fuga, abdicatio domeſticorum, & quædam alienatio cbariſſimorum, ut ſuis etiam ſe abneget, qui ſervire DEO geſtit.*

Hebr. 5. v. 1. S. Aug. in Pſ. 44. Cant. 4. 2.

Hug. Vict. ibid.

S. Iſid. Pel. l. 1. ep. 45.

S. Ambr. de fug. ſæc. c. 2.

10. In annotationibus ſuper Epiſtolam Aniceti Papæ ad Epiſcopos Franciæ, de myſterijs coronæ clericalis, hæc ſcripta reperio, nimirum hanc ſervire; *ut ſignificetur, regale eſſe Chriſti Sacerdotium, cujus gubernationes tali coronâ redimitas eſſe oporteat*; *vel etiam ut ſignificetur, Eccleſiaſticum animum, qui eſt in homine ſicut vertex in capite, debere eſſe nudatum à vitijs, ſpoliatum affectu ſuperfluitatum, ac demum apertum, & expeditum ad divinas inſpirationes facile percipiendas.* Quod ultimum myſterium, ultimo illi conſonat, quod in eodem propoſito Hugo de S. Victore ſcribit, dum ait: *Summitatem capitis in modum coronæ radimus, ut mentem, quæ noſtrum ſuperius eſt, ad ſuperna contemplanda, & deſideranda liberam habere doceamur.* Hoc etiam fine S. Sylveſter Papa, omnes ſeptimanæ dies ab Eccleſiaſticis, feriæ titulo nominari præcepit: *Sabbati, & Dominici dies nomine revento, reliquos hebdomadæ dies, feriarum nomine diſtinctos, ut jam ante in Eccleſia vocari cœperant, appellari voluit, quo ſignificaretur, quotidie Clericos abjecta cæterarum rerum cura, uni Deo prorſus vacare debere.* S. quoque Mater Eccleſia diſpoſuit, ut quotidie ante Canonem hæc verba proferamus: *Surſum corda.* S. Auguſtinus verſum illum: *Laudate Dominum de cœlis*, explicans ait: *Primò de cœlis dicit, poſtea de terra: Nos adhuc in imo ſumus, ſed dum cogitamus, quomodo illic laudetur Deus, cor ibi habeamus: Et non ſine cauſa audimus: Surſum corda, ut levemus cor ſurſum, ne putreſcat in terra.* Ex ſequenti S. Auguſt. proteſtatione, quantum is, absque ulla ad alia diſtractione, miniſterio ſuo intentus fuerit, clare deducitur; dicit enim: *Ob diverſas curas, quas noſtræ ſervitutis neceſſitas habet, vix mihi pauciſſimæ guttæ temporis ſtillantur, quas alijs rebus ſi impenderem, contra affectum meum mihi facere videor.* S. Greg. ab altaris miniſterio repellebat omnes, qui à quovis ſæculi negotio alieni non eſſent; Dicit enim, *qui ſæculi actionibus implicati ſunt, in clero Eccleſiæ præpropere ſuſcipiendi ſunt, quia dum in Eccleſiaſtico habitu non diſſimiliter quàm vixerant, vivunt: nequaquam ſtudent ſæcularia fugere, ſed mutare.*

In Pont. Rom. Eccleſiaſticorum hæreditas ſibi Deus eſſe debet.

S. Aug. in Pſ. 148.

S. Aug. ep. 135.

S. Greg. l. 7. ep. 11.

DISCURSUS III.

ARGUMENTUM.

Eccleſiaſtici ſolum Deum, qui hæreditas ipſorum eſt, præ oculis habere debent, curareque ut ſe à mundanis negotijs, boniſque terrenis avertant, divinumque ſervitium ex motivo lucri temporalis, vel alterius cujuſlibet humani reſpectus intuitu, nequaquam perſolvant.

THEMA.

Dominus pars hæreditatis meæ. Pſal. 15. v. 5.

I. Eccleſia ſingulari cum myſterio ordinavit, ut, qui militiæ Cleri Eccleſiaſticæ nomina ſua contignant, dum prima tonſura initiantur, ſe aliam hæreditatem, quàm Deum non prætendere manifeſte declarent, dicentes: *Dominus pars hæreditatis meæ: dixi Domino, Deus meus es tu:* quia Eccleſiaſtici à negotijs mundi ſegrega-

ti, vivere, cultuique & ministerio sacro totaliter applicati esse debent: Unde in oratione quadam, quam Episcopus in hac functione recitat, inter alia dicit: *Oremus Dominum nostrum Jesum Christum pro his famulis suis, ut donet eis Spiritum S. qui à mundi impedimento, ac sæculari desiderio corda eorum defendat.* Hug. Card. in Psal. 15. scribens, & prædicta thematis verba explicans, dicit: *Nota, quòd iste versus proprius est Clericorum, unde dicunt istum, quando accipiunt benedictionem Coronæ; quasi dicerent: Nolumus de extero habere hæreditatem in terra, sed solum Deum.* Hæc à bonis terrenis animi alienatio in pluribus locis antiquæ legis præfigurata fuit; Sic enim in Deuteronomio legimus: *Separavit tribum Levi, ut portaret arcam fœderis Domini, & staret coram eo in ministerio; quamobrem non habuit Levi partem, neque possessionem cum fratribus suis: quia ipse Dominus possessio ejus est, sicut promisit ei Dominus Deus tuus.* In ejusdemque libri cap. 18. idem repetitur, cum dicitur: *Non habebunt sacerdotes & Levitæ, & omnes qui de eadem tribu sunt partem & hæreditatem cum reliquo Israel. ibid.* ℣.2. *Dominus enim ipse est hæreditas eorum, sicut locutus est illis.* In libro Iosue c.13. totius terræ promissæ divisio, omnibus alijs tribubus facta, accurate describitur, tandem verò idem caput his verbis clauditur: *Tribui autem Levi non dedit possessionem: quoniam Dominus Deus Israel ipse est possessio ejus, ut locutus est illi.* Sciendum quoque est, quòd Deus in libro Numeror. c.18. postquam Aaroni, & posteris ejus protestatus fuisset, quòd deinceps in progressu seculorum in divino ejus cultu ministraturi essent, mox subjecerit: *In terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos: ego pars & hæreditas tua, in medio filiorum Israel.* Circa quæ verba Oleaster inquit, *considera, quare Dominus noluerit, te partem & sortem cum fratribus habere. Nonne ut libertas ministerio ejus vacares, & operibus templi semper præsto esses? Quid te ergo implicas hujusmodi negotijs, cum tibi hoc solum negotium curæ esse deberet?* Idem quoque Doctor super cap. 18. Deut. hunc solum finem fuisse scribit, ob quem Deus Sacerdotibus & Levitis, ne in divisione hæreditatis, cum alijs tribubus concurrerent ut scilicet ab omnibus expediti, Dei servitio toto se manciparent, nec ab illo ullatenus diverterentur; *Sed quid nunc quæso Sacerdotibus negotiosius? nihil ferè nisi temporalia curant: & qui deberent sua propter Deum negligere, aliena ambire non cessant.* Unde bene Procop. notat, Deum Ecclesiasticos pari loco cum vulgo haberi noluisse, ideoque ait: *Separatum est ab alijs genus sacrum, non ministerij ratione tantum, sed etiam spei differentiâ.* Oleast. ad illa verba: *Dominus pars hæreditatis meæ*, se reflectens, personas divino cultui dedicatas, his verbis alloquitur: *Magna dignatio Domini, si tamen eam sacerdos cognoscat, quòd velit Dominus Deus tuus esse pars tua & hæreditas tua. Quid non habebis, si Deum habeas?* Ubi etiam locum illum S. Cypriani adducit: dicentis: *Mirum valde est, quod te solo sit DEUS tuus contentus, neque velit aliam præter te hæreditatem habere, tu verò eo non contentus, ad terrenas inhies divitias, & hæreditates; sufficiat tibi quæso DEUS tuus, sicut tu sufficis DEO tuo.*

Hugo Card. ibi. *Exemplum Levitarum. Deut. 10. ℣.8.9.* *Deut.18. 1.* *Jos.13.33.* *Num.18. ℣.20.* *Oleast.ibi.* *Oleast. in c. 18.* *Procop.in Gloss. n.18.* *Oleast. in c. 18. Num. S. Cypr.*

2. Inter alia impedimenta, quæ olim à ministerio sacro homines excludebant, unum erat, si gibbosi essent: *Non offeret panes Deo suo, nec accedet ad ministerium ejus... si fuerit gibbosus*; 1.Cor.10.11. *omnia autem in figura contingebant:* Qui enim gibbosus est, vultu in terram versus inclinatur, & caput suum cum difficultate cœlum versus erigere potest; ex eadem igitur ratione, qui bonis temporalibus nimium affixi sunt ad ministrandum in tabernaculo nequaquam sunt idonei, nam ut sanctus Thomas de Villanova ait: *Non admittitur gibbosus, id est, ad terrena inclinatus, & curvus.*

Lev.21.17. ℣.20. *S.Th.de Villan. conc.2.de S.Aug.*

3. Ex quo, ut superius discursu I. diximus; Ecclesiastici per oculos designantur, meritò S. Hilarius ait: *Ingenti periculo Sacerdotes, qui Ecclesiæ oculi sunt, negotijs sæculi occupantur*; quantum enim oculorum lumen modicum quid pulveris, non obfuscat, & offendit? Pari itaque proportione, pernitiosa est Sacerdotibus quævis minima, ad bona hæc temporalia, & terrena, inordinata adhæsio. *Dominus pars hæreditatis nostræ*, & ideo *justum est*, inquit Hugo Cardinalis, *ut, qui cœlestia tractant, nihil in terra possideant*; adducitque illam S. Pauli authoritatem, in qua Timotheum suum monet, dicens: *Nemo militans Deo, implicat se negotijs sæcularibus.* Idem quoque Cardinalis alibi impossibile esse monet, ut uno eodemque tempore, & Deum & mundum hæreditatis loco possideamus: Dicit enim, *Nec potest esse, ut quis & Dominum, partem suam habeat, & in terra similiter portionem teneat*: nam ut dicit Hieronymus: *Dominus cum istis infimis pars fieri dedignatur*, unde Matthæi sexto Dominus dicit: *Non potestis DEO servire, & Mammonæ.*

S.Hil. in Ps. 138. *Hug. Card. in c. 18. Deut.* *2.Tim.2.℣. 4.* *In c. 18. Num.* *Matth.6.24.*

4. Observandum proinde est, quod, ut S. Ioannes notat, priusquam Redemptor noster Apostolos in ultima cœna ordinaret Sacerdotes, de illis loquens, præmisserit dicens: *De mundo non sunt*: quasi dicere vellet: tametsi illi, qui ad sublime hoc ministerium eliguntur, homines sint, tales tamen esse debent, ac fi extra mundum viverent.

Joan.17. 16.

5. Hugo Cardinalis planetam Sacerdotalem, quæ præcipuus Sacerdotis habitus est, considerans, inquit: *Sacerdos Evangelicus induitur casula, quæ modicum habet foramen in medio, per quod caput egreditur cum amictu, ex omni tamen parte est rotunda, & significat æternorum contemplationem per rotunditatem.* Psalmista olim dicebat: *Lætifica animam servi tui, quoniam ad te Domine animam meam levavi*; omnes quidem Dei servi sumus, specialiter verò Sacerdotes, qui per votum divino cjus cultui consecrati sunt, qui proinde ad cor in bona æterna elevandum invitantur. S. Augustinus ait: *Recte admonet membra sua, ut sursum corda habeant; Audiant ergo, & faciant, levent ad illum, quod male est in terra: ibi enim non putrescit cor, si levetur ad Deum*; eodem quoque loco argumentum quoddam format, quod non sine rubore nostram arguit negligentiam, dicit enim: *Frumentum si haberes in inferioribus, ne putresceret, levares ad superiora; frumento tuo quæris mutare locum, & cor permittis in terra putrescere; frumentum levares ad superiora? Cor potius leva in cœlum.* Omnes nos Sacerdotes eo fine consecrati sumus, ut tractemus, & custodiamus *frumentum electorum*; justum igitur est, ut oculos, & corda nostra ad cœli granarium dirigamus.

Planetæ Sacerdotalis significatio. *Hug. Card. in c.2. Apoc.* *Psal.85. ℣.4.* *S.Aug. ibi.*

6. S. Carolus Borromæus suo tempore præcipit, ut, quotquot Subdiaconatus ordine initiari volebant, Primò per mensem continuum sua facerent exercitia spiritualia, & generalem totius vitæ præmitterent professionem, eligendo sibi in Ducem & patrem spiritualem virum religiosum prius ab Archiepiscopo approbatum. In alio quoque loco, ubi de modo quo Clericus continere se debet, differit, & hæc verba scribit: *Sciat id in officio suo positum esse, ut, cum vel in officijs divinis obeundis, vel in frequentandis Ecclesijs, quod debet, tempus consumpserit, si quid sibi reliquum est, id omne non in rerum sæcularium colloquijs, prophanisque actionibus, sed in divinarum literarum studijs, ac in cœlestium rerum contemplationibus, & sanctis, pijsque officijs traducat.*

Act. Eccl. Med. p.4. c.468. *S.Caroli Borromæi Salubertrima ordinatio. Ibi par. 1. conc.prov. 4.car.17.*

7. Deus olim in veteri Testamento ordinavit, ut omnia sibi offerentur primogenita, tàm de hominibus, quàm de pecoribus, ita tamen, ut certâ quadam monetæ specie redimi possent; Verumtamen Levitas nullo, quantocumque etiam pretio, redimi volebat, idque non quia illos nihili faceret, quin potius per hoc se illos summo in pretio habere demonstrabat, quasi dicere vellet; Levitæ redimendo nulla potest reperiri æquivalens moneta, vel etiam, per hoc illis indicare volebat, quod, sicut ipse per nullum qualecumque pretium ad illis renuntiandum induci poterat, ita quoque justum sit, ut ipsi pro nulla re hujus vitæ se permittant induci ad ipsi renunciandum; Unde apud Ezechiel. conqueritur, dicens: *Violabant me.... propter pugillum hordei, & fragmen panis:* per hoc quoque quod pro Levita nullam admittere volebat redemptionem vel lytrum, insinuare ijsdem voluit, se illos velle totaliter divino servitio suo addictos esse, absque eo quod se ad quamcumque aliam rem terrenam diverterent.

Primogeniti Levitarum nullo pretio redimi potevant. *Exech.13. ℣.19.*

8. Ieremias Propheta inter alias lamentationes, hanc capite quarto adducit, *quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides Sanctuarij?* Ubi per hos Sanctuarij lapides, sicut & per aurum, sacri altaris ministri sine dubio intelliguntur, unde Glossa ait: *Hi Sacerdotes Christi & ministri altaris sunt.* Sed cur hos lapides dispergi dicit: *In capite omnium platearum? Filij Sion inclyti & amicti auro primo, quomodo reputati sunt in vasa testea?* Nimirum in capite platearum emitur, venditur, negotia tractantur; mundanique homines continuo oberrant, ac proinde ecce tibi causam, cur Ecclesiastici bonum nomen amittant, alios scandalizent, & à sua vocatione deficiant, quia videlicet divino servitio minime sunt intenti, sed potius in mundi hujus negotia, & lucra ultra se ingerunt. Unde S. Gregorius ait: *Aurum quippe obscuratum est, quia Sacerdotum vita, quondam per gloriam virtutum clara, nunc per actiones infimas ostenditur reproba; color optimus est mutatus, quia illi Sanctitatis habitus, per terrena & abjecta opera ad ignominiam despectionis venit: dispersi sunt lapides Sanctuarij in capite omnium platearum: ecce jam pene nulla est sæculi actio, quam non Sacerdotes administrent: in capite omnium platearum dispersi sunt, quia & jacent per ministerium operis, & honorari volunt de imagine Sanctitatis.*

Thren.4.1. *Cur Ecclesiastici tam viles habeantur.* *S. Greg.h. 17. in Ev.*

Similitudo cum Nazaræis. *Thren.4. 7. & 8.*

9. Idem quoque Ieremias de Nazaræis, qui per votum divino cultui se consecrabant, prout in Lege Evangelica facimus nos Sacerdotes, in eodem capite his verbis lamentatur, dicens: *Candidiores Nazaræi ejus nive, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, sapphiro pulchriores:* at vero protinus subjungit: *denigrata est super carbones facies eorum, & non sunt cogniti &c.* quænam verò hujus tam scandalosæ & pernitiosæ metamorphoseos causa fuit? Hæc exprimitur, dum confestim additur *in plateis:* Ecclesiastici enim, qui cordi suo hæc verba insculpta non habent: *Dominus pars hæreditatis meæ*, qui unicum cultiorum & vocationis suæ finem, & scopum, servitium Dei non statuunt à statu suo tantopere degenerant, ut agnosci non possint, ideoque ab omnibus contemptui, & ludibrio habeantur, innocentiæ suæ candorem in plateis, id est, in lucris mundanis amittunt, prorsusque evanescunt.

Jer.10.20. *Ibid.℣.21.* *Phi.2.℣.21.* *Heb.5. ℣.1. S.Ib.ibid.* *Quidam Clerici sunt, non ut Deo serviant, sed sibi suisque commoditatibus.*

10. Idemmet Propheta cap. 10. his verbis lamentatur: *Tabernaculum meum vastatum est, omnes funiculi mei dirupti sunt....non est qui extendat ultra tentorium meum &c.* At verò quænam erat desolationis hujus tabernaculi, quod Ecclesiam præfigurabat, præcipua ratio? hanc Propheta exprimit, dum immediate subjungit, dicens: *Quia stulti egerunt Pastores, Dominum non quæsierunt.* Etenim de majori parte eorum, qui DEI cultui se dedicarunt, timendum est, ne verificetur, quod Apostolus ad Philippenses scribit, dicens: *Omnes enim quæ sua sunt quærunt, non quæ sunt Jesu Christi*; oculum suum non ad DEI servitium, nec ad lucrum animarum, multò minus Gloriæ divinæ propagationem, sed ad præeminentiam, regimen aliorum, ad emolumenta & reditus opulentos defixum habent.

11. Doctor Angelicus illa Apostoli considerans verba: *Omnis namque Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in ijs, quæ sunt ad Deum*; sequens unicuique Sacerdoti exhibet documentum: *Dicit autem assumptus, quia debet excellere alios. Pro hominibus constituitur, id est, pro ipsorum utilitate:* pro interesse, pro fructu atque utilitate in Sacerdotes unctis, & ad presbyterium promoti sumus: *Non enim constituitur propter gloriam, non propter cumulandas divitias.* Sed prò dolor eamdem nos hodie sanguineis meritò lachrymis deploremus oporet miseriam, & abusum, cui quondam suis pariter temporibus in hæc verba ingemuit S. Bernardus: *Quis eâ intentione gradus Ecclesiasticos, & ministeria Sanctuarij quæsit, ut sine curis sæculi, in sanctimonia corporis, & cordis, accedat ad Deum, & sicam pariter, & proximorum operetur salutem, orationis studio deditus, & verbo prædicationis?*

S.Bern. in decl. Defectus Ecclesiastico-rum.

12. Insignis quidam Author, eos, qui sub Clericali labaro, divitiarum accumulandarum, beneficiorum consequendorum, aut dignitatum, honorumque graduum consecendendorum intuitu, & motivo militant, nullo animarum salutis, cultusque divini habito respectu, à Tentatore infernali supra pinnaculum templi, ut præcipitentur, astruit sublimatos, quos sanctus Petrus pariter indigitavit, dum ait: *Neque ut dominantes in Cleris, neque turpis lucri gratia.*

1.Petr.5.v.2. & 3.

13. S. Isidorus Hispalensis in hac fragili ambitionis cymba, plurimos naviculæ S. Petri naucleros auctumat navigare, inquiens: *Plerique Sacerdotes fuæ magis utilitatis causa, quam gregis præesse dejecerant; nec ut prosint, Præsules fieri cupiunt, sed magis ut divites fiant, & honoretur, suscipiunt sublimitatis culmen, non pro pastorali regimine, sed pro solius honorifica ambitione, atque abjecto opere dignitatis, solum nominis appetunt dignitatem.*

S.Isid. l.3. Sent.c.38.

14. Rupertus Abbas hunc in finem, illam Salvatoris nostri, turbis factam penitius considerat reprehensionem: *Venistis ad me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis.* Eam namque ijs appropriat Clericis, qui non divini servitij, sed suorum amore ductuque temporalium fructuum, ambiunt, suscipiuntque Ecclesiastica ministeria. *Dicit eis*, verba sunt dicti Authoris, *tam acriter, quàm sapienter; Amen, Amen dico vobis, venistis ad me, non quia vidistis signa, ac si dicat; vos utique non me, sed mea diligitis; non quod ego sum, sed quod est sub me, quæritis, non mei, sed mensæ meæ vos estis avidi. Manducatis ex panibus meis, & sufficit vobis, saturati estis? Non enim justitiam estimatis, sed solo ventre ducimini: Et hæc est beatitudo vestra, totaque salvatio, Ingredi pompaticè domum Domini, comedere agnum de grege, & vitulos de medio armenti.*

Rup.Abb. l.6. c.6. in Joan.

15. Tales utique numquam cum regio Vate afferunt: *Dominus pars hæreditatis meæ*, à quorum cœtu longe se alienissimum declaravit S. Augustinus, dum ait: *Possidebo mecum hæreditatem ipsum Deum, eligant sibi alij partes, quibus fruantur, terrenas, & temporales, portio Sanctorum Dominus æternus est.* Qui idem S. Ecclesiæ Doctor illa Psalmistæ verba (*Funes ceciderunt mihi in præclaris:*) in hunc pariter scopum contorquens, ait: *Limites possessionis meæ in tua claritate tamquam sorte ceciderunt, velut possessio Sacerdotum, & Levitarum DEUS est.*

S. Aug. in Ps.15. *Psal.15.6.*

16. Ingeniosam Origenes, Pharaonis inter Deique veri Sacerdotes instituit distinctionem, illorum, quam in Ægypto obtinebant, à terreno tributo, hæc in verba adducens exemptionem: *Vis scire, quid interfit inter Sacerdotes Dei, & Sacerdotes Pharaonis? Pharao terras concedit Sacerdotibus suis; Dominus autem Sacerdotibus suis partem non concedit in terra, sed dicit eis: Ego sum pars vestra. Observate ergo, qui hæc legitis omnes vos Domini Sacerdotes, & videte, quæ sit differentia Sacerdotum; ut forte, qui partem habent in terra, & terrenis cultibus, ac studijs vacant, non tam Domini, quàm Pharaonis Sacerdotes esse videantur.* Quam pernitiosissimam Ecclesiæ infelicitatem, & miseriam B. Petrus Damianus suis pariter temporibus deflevit; quando omnes ad Clericatum, temporalium bonorum, fructuumque motivo, & stimulo aspirare dolens, Gregorio Sexto in hæc verba scribit: *Pro peccatis nostris, Clerici digni Episcopatus officio in nostris partibus non inveniuntur*; cujus defectus hanc immediate subnectit causam, *omnes quærunt quæ sua sunt, non quæ Jesu Christi.*

Distinctio inter Sacerdotes Pharaonis, & veri Dei. *Orig.h.16. in Gen.* *S. Petrus Dam.l.1. Ep.2.*

17. Profectò Sacerdotes antiqui, cum Ecclesiasticis Evangelicæ legis comparati, horum nimiam cupiditatem, avaritiam, & ad terrena inclinationem nimium quantum confundunt, & condemnant, licet illi solum tauros, pecora, panes, & incensum tractarint, hi veri Filium DEI quotidie manibus suis contrectent. De Sacerdotibus veteris Legis, in libris Machab. dicitur: *Cum in Persidem ducerentur Patres nostri; Sacerdotes qui tunc cultores Dei erant, acceptum ignem de altari occulte absconderunt in valle, ubi erat puteus aluus, & siccus, & in eo conservati sunt eum.* Circa quæ verba sanctus Ambrosius ita scribit: *Non illis studio fuit aurum defodere, argentum abscondere, quod servarent posteris suis, sed inter extrema sua, honestatis curam habentes sacrum ignem servandum putarunt, ne eum vel impure contaminarent, vel defunctorum sanguis extingueret, vel deformium rationum aversus aboleret. Abierunt itaque in Persidem sola religione liberi, quoniam ea sola illis per captivitatem extorqueri nequivit.* Unde hi Sacerdotes vere de numero eorum erant, qui non ad terrena bona, nec ad lucra, quæ ex cultu sacro derivantur, sed solum ad religionem, & Dei honorem respiciebant. S. Carolus in institutione ordinandorum, à parentibus, qui filios ad Clericatum offerebant, quo fine ad id moverentur, requiri volebat; unde ait: *Docebit, quâ intentione offerant, non rei familiaris agendæ causa, non quæstus acquirendi causa, non familiæ suæ sustentandæ studio, non bonorum cupiditate, non ambitione, neque denique rei alterius cujusvis humanæ affectu, sed ea solum causa, ut Deo, Ecclesiaque serviant,* unde Ecclesiastici S. Simeonem senem imitari debent, de quo scribitur: *Venit in Spiritu, in templum*; Status enim clericalis ex institutu Spiritus S. non verò ex aliorum finium humanorum motivo, inchoandus, & profitendus est.

Act. Eccl. Med.par.4. pag.548. *S. Amb. l.3. ca.14.de offic.* *S.Ephr. t.3. de tim.Dei.* *In append. opusc. S. Ephraim. serm.1.*

DISCURSUS IV.

ARGUMENTUM.

De sanctitate in ministris sacris requisita, quæ, licet ipsis ad emundandas aliorum spurcities sint destinati, exinde tamen minime maculatur.

THEMA.

Vos autem genus electum, gens sancta, 1. Petri 2. vers.9.

S Petrus electus à Christo summus Sacerdos, de Sacerdotio loquens, in ejus laudem dicit, quod sit *Genus electum, gens sancta*; ubi Glossa ait: *Dicuntur vocati ab eo, qui sanctus est, ut sancti sint.* Certum quidem est, quod gradus sublimior, vel altior dignitas Sacerdotio dari nequeat; Sed à Sancto Ephrem audiamus, qualenam sit onus, quod sibi annexum habet; Inquit enim hic Sanctus: *Magnus sanè gradus est Sacerdotium, si immaculatum peragatur*; eminens enim hic gradus cum vita immaculata conjunctus sit, oportet. Unde sanctus & Seraphicus Franciscus, tametsi Seraphinorum amore succensus semper exarserit, attamen ad gradum sacerdotalem

Glossa. Sublimitas & dignitas status Sacerdotalis.

talem, ob summam ejus reverentiam & respectum transire non præsumpsit; unde, in sermone quodam, in ejus opusculis recensito, hæc ad Sacerdotes directa verba leguntur: *Patres Reverendi Dei familiares & domestici estis, & illius pane vescimini, vestram agnoscite dignitatem, devotionem præferte, contemplationi insistite, Spiritus Sanctus sit vestri intellectus lumen, vestræ voluntatis flamma.*

2. Ex sequenti textu S. Pauli clare deducitur, quòd & ipse Sacerdotes sanctos vocare non dubitarit, siquidem in principio Epistolæ secundæ ad Corinthios ita scribit: *Paulus Apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, & Timotheus frater Ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi, cum omnibus Sanctis, qui sunt in universa Achaia.* Ubi S. Hieronymus per hos sanctos Sacerdotes interpretatur, dicens: *Hi Sancti possent accipi Sacerdotes, qui primò ponentur invocantes Dominum.*

2. Cor. 1. ℣. 1.

S. Hier. ib.

3. In lege scripta hæc ceremonia & ritus ex speciali Dei jussu introductus fuit, ut Sacerdotes oleo sacro ungerentur, qui abinde in Ecclesiam pariter transibit. Unde Levitici cap. 7: dicitur: *Hæc est unctio Aaron & filiorum ejus in ceremonijs Domini*; sed quodnam obsecro hujus olei est mysterium? Dici quidem potest, hunc liquorem misericordiæ, charitatis, & mansuetudinis esse symbolum, quæ sunt Ecclesiasticorum propriæ virtutes: At verò aptius idipsum ad præsens propositum Oleaster exponit, dicens: *Si hominibus uti debet Deus, eos primò inunctos oleo suo esse oportet, ut non odorem nostrum, sed suum Dominus in eis odoretur.* Ecce quanto zelo Deus ministrorum suorum sanctitatem prosequatur, & urgeat, tametsi enim omnes fideles conari debeamus, ut *Christi bonus odor simus* in omni loco &c. specialissime tamen hunc odorem ab illis requirit, qui altare cingunt, & in Tabernaculo, & Sanctuario ejus deserviunt.

Levi. 7. v. 35. Unctionis sacerdotalis institutio, & mysterium.

2. Cor. 2. v. 15.

4. In libro Numerorum cap. 26. Deus eorum jussit fieri catalogum, qui a viginti annis & supra, ad arma gerenda & tractanda idonei erant: *Numerate* inquit sacer Textus, *omnem summam filiorum Israel a vigesimo anno & supra....cunctos qui possint ad bella procedere.* In eodem capite, post Levitarum enumerationem hæc verba leguntur: *Fuerunt . . . omnes, qui numerati sunt, viginti tria millia generis masculini, ab uno mense & supra: quia non sunt recensiti inter filios Israel, nec eis cum cæteris data possessio est.* In quo textu ultima porrò verba optime intelliguntur, siquidem per illa insinuatur, quod DEUS ministros suos promiscue cum cætero vulgo commisceri noluerit, sed potius voluerit à multitudine esse separatos; at verò quodnam in eo latet mysterium, quod numerentur etiam illi, qui unum solum vitæ mensem numerare poterant; cum tamen, qui militiæ nomen dant, habere debeant viginti annos & supra? Eamdem quæstionem Oleaster his verbis movet: *Quid est hoc Domine, quod prophanos jubeas supputari à filio viginti annorum, & supra, & Levitas à filio mensis, neque vis eos inter sæculares supputari?* Moxque ad difficultatem respondet, illamque in propositi nostri favorem resolvit, dicens: *Ut nos doceas, quid interfit inter ministerium tuum & ministerium mundi. Paucis homo eget, ut mundo serviat, multis verò ut serviat Deo suo. A pueritia discendum est, qualiter Deo servias*; Induenda enim est puerilis innocentia bonitasque, & puritas infantiæ comparanda est, ne ei omnino indigne ministretur; disciplina Ecclesiastica à primis annis edisscenda est, ut servi Dei tanto digniores evadant.

Num. 26. v. 2.

Ibid. v. 62.

Oleast. ib.

5. Postquam divina justitia filios Aaronis, Nadab & Abiu, eò quod thuribula sua profano implessent igne, acriter castigatiet, ad Moysem fratrem ejus conversus, eidem dixit: *Hoc est, quod locutus est DOMINUS: Sanctificabor in ijs, qui appropinquant mihi.* Ex quibus verbis dubium subnoscitur, scilicet, quomodo Sanctus Sanctorum dicere possit: *Sanctificabor in ijs, qui appropinquant mihi*; quâ enim ratione fieri potest, quòd Sacerdotes & Ministri sacri, ipsiusmet DEI sanctitatem adaugeant? nimirum per hoc indicare voluit, Ecclesiasticos, qui DEO semper vicinius appropinquant, tali debere esse sanctitate præditos, ut, si fieri posset, magis magisque ab illis sanctificari veller: *Sancti estote*, inquit, *quoniam ego sanctus sum.* Hoc enim Christus æternus Sacerdos innumeros Sacerdotum lateribus admovit stimulos, ut majora semper sanctitatis incrementa sibi comparare satagunt. Libri sacri, Canones, Concilia, sacra Scriptura, Historiæ Ecclesiasticæ, continuò prædicant, & urgent, ut Sacerdotes irreprehensibiles sint & immaculati; Loca sacra, quæ ijs in custodiam data sunt, oratoria, Ecclesiæ, altaria, vasa, & vestes sacræ, sacrificia, Sacramenta ritus, & ceremoniæ, unctio chrismatis, oblatio, quam quotidie præ manibus habent, de qua hæc verba proferunt: *Hostiam puram, Hostiam sanctam, & immaculatam, panem sanctum vitæ æternæ*; Hæc inquam omnia calcar illis addunt, ut sint sancti; unde sanctus Petrus jure meritò de ijs dixit, quod *sint gens sancta.* Origenes de Ministris altaris differens, inquit: *Denique & ipse Agios in Græca lingua quasi extra terram esse significat, quicumque enim se consecravit DEO; meritò extra terram, extra mundum videbitur, super terram igitur ambulantes, conversationem in cœlis habeamus.* Sanctus Joannes Chrysostomus de Sacerdotio agens, propositionem quamdam tradit, magnopere ad hoc intentum ponderandam: *Necesse est Sacerdotem sic esse purum, ac si in cœlis ipsis collocatus, inter cœlestes illas virtutes medius staret.*

Levi. 10. v. 3.

Scriptura Conciliæ, historiæ totum Ecclesiasticorum sanctimoniam.

Orig. h. 11. in Lev.

S. Chrys. l. 3. de sacer.

6. In libro Levitici, capite octavo, DEUS Moysi ceremonias præscripsit, quibuscum Aaronem fratrem suum ad Pontificatum promovere debebat; Inter cæteras verò hæc præcipue notanda venit, quà dicitur: ℣. 4. *Congregatâ....omni turbâ ante fores Tabernaculi*; quæ enim necessitas esse poterat, ut universa Synagoga ad hanc functionem obeundam congregaretur? Origenes ait: *Puto, quòd hoc sit colligere omnes animi, & in unum congregare virtutes, ut cum sermo de Sacerdotalibus Sacramentis habetur, vigilent omnes animi virtutes, & intentæ sint; nihil in eis sapientiæ, nihil scientiæ, nihil desit industriæ, sed adsit omnis congregatio sanctarum cogitationum, ut quid sit Pontifex, quid unctio, quæ indumenta ejus, conferens intra sacrarium cordis sui, possit advertere.* At verò idem Author aliam rationem non moralem, sed litteralem assignat, cur DEUS Sacerdotem magnum publice, & in totius populi conspectu consecrari voluerit; nimirum, *ut sciant omnes, & certi sint, quia, qui præstantior ex omni populo, qui doctior, qui sanctior, qui in omni virtute eminentior, ille eligitur ad Sacerdotium*, adducitque textum illum sancti Pauli ad Timotheum, dicentis: *Oportet.... illum & testimonium habere bonum ab ijs, qui foris sunt.* Sanctus Hieronymus hac de re ad Oceanum ita scribit: *Qui irreprehensibilis est, non solum à domesticis, sed ab alienis consono ore laudatur. Alieni & extra Ecclesiam sunt Judæi, Hæretici, atque Gentiles. Talis ergo sit Pontifex Christi* (id quod de quocumque alio Sacerdote astruipotest) *ut, qui religioni detrahunt; vitæ ejus detrahere non audeant.*

Ritus, quibus Moyses Aaron ad pontificatum evexit. Lev. 8. v. 4.

Orig. h. 6. in Lev.

1. Tim. 3. v. 7.

S. Hier. ad Ocean.

7. Moyses, Aaron, & filios ejus priusquam vestibus sacerdotalibus indueret, abluere consueverat, sicque mundatos in totius sistere populi conspectu, dicente Scripturâ: *Cumque lavisset eos, vestivit &c.* In hoc igitur Moysi Origenes legem adumbratam sustinet, utpote cui lex data fuit, & ut eam promulgaret, imperatum; Lex itaque vestit, ungit, & consecrat Aaronem & filios ejus; quia exacta divinæ legis observantia, Sacerdotem divino sacroque ministerio dignum reddit, & augustum. *Lex est, quæ te lavat* (verba sunt Authoris) *ipsa sordes tuas diluit, ipsa est Moyses, hoc est, lex quæ Sacerdotes consecrat. Considerate diligenter ordinem; primò lavat, postea verò induit; non potes indui, nisi ante lotus fueris; lavamini ergo & mundi estote, & auferte nequitias ab animabus vestris. Quomodo te lavare potest Moyses, frequenter audisti, sæpe enim diximus, quod Moyses in Scriptura pro lege ponatur; sicut in Evangelio dictum est: Habent Moysen & Prophetas, audiant illos. Lex ergo Dei, quæ te lavat, ipsa sordes tuas diluit, ipsa est Moyses, hoc est, lex, quæ Sacerdotes consecrat.*

Lev. 8. 6. 7. Orig. ib.

8. Sanctus Dionysius Areopagita summi Sacerdotis manuum ablutionem ita nostro mysteriosè applicat proposito: *Astans coram signis sanctissimis Pontifex manus lavat, cum honestissimo Sacerdotum ordine, quod quidem juxta Salvatoris eloquium, is, qui totus lotus est, nullâ alitâ nisi summitatum, extremitatumque suarum lotione indigeat*; quemadmodum nos Sacerdotes sacrificium oblaturi, extremitates tantummodo abluimus digitorum; cujus hanc idemmet Areopagita assignat rationem, *eos enim, qui ad Sacramenta cœlestia conficienda procedunt, eâ oportet esse munditiâ, ut ipsas quoque animæ extremas imagines purgatas habeant, sicque ad reverenda mysteria (quantum fas est) similitudine puritatis accedere.* Alter Dionysius, scilicet Carthusianus aliam insinuat quam Sacerdos vitæ immaculatæ traducendæ, virtutumque sanctitatis, & meritorum obtinendorum habet obligationem; Ait enim: *Porrò, ac virtuosè obligati sunt vivere, quatenus de plenitudine virtuositatis suæ, & de suorum abundantia meritorum proximis suis, tam vivis, quàm mortuis, sic valeant communicare, ac subvenire.* Aliam pariter essentialem ejusdem hanc Sanctus Augustinus

S. Dion. Areop. c. 3. par. de 10. Eccl. Hier.

Dion. Carth. de vita sacer. art. 30.

S. Aug. ser. 36. ad fra.

Augustinus rationem adducit, *oportet manum mundam esse, quæ polluti vasis maculas debet purgare, ne polluta, deterius possit coinquinare, cum sordida sordidum tractat.* q. d. Ecclesiastici puris, mundisque manibus nitcant oportet, quia ad purificandas, atque eluendas aliorum animas à DEO electi sunt: lutum equidem contrectant, sordes, & immunditias alienorum peccatorum purgant, & emundant, ipsi nihilominus puri, sancti, atque immaculati persistere debent, & possunt; ita ut ne vel minimum, ne per umbram quidem, contrahant, absterfi pulveris atomum.

Matth. 5. ℣. 14.

Cur Christus sacerdotes voces lux mundi.

9. Non equidem sine causa Sacerdotibus Salvator lucis attribuit epithetum, dicens: *Vos estis lux mundi*; quia Sol suos quidem radios super stagnantes aquas, & sterquilinia extendit, attamen absque ulla candoris lucis suæ infectione aut macula; Ita pariter Sacerdotes, quantumvis millenas abluant in alienis conscientijs, peccatorum sordes & immunditias; numquam tamen corda propria, vel minimo impuritatis nævo inficere debent. Erat olim in antiqua lege prohibitum cura leprosis commercium, & tamen Sacerdotibus se præsentare debebant, unde CHRISTUS decem illis leprosis ait: *Ite, ostendite vos Sacerdotibus.* Verum inquies, ex quo DEUS tantam in altaris sui ministris requirebat munditiem & puritatem, non solùm spiritualem, sed & corporalem, cur non multò magis contagiosam hanc cum leprosis communionem, ipsis quoque Sacerdotibus prohibuit? Nimirum omnia in figura contingebant illis, Lepra enim peccatum præfigurabat, hæc autem lepra ad pedes Sacerdotum mundatur, in quibus DEUS tantam exigit, & supponit virtutem, ut scabiem hanc nullum illiorum umquam contrahere posse præsumat, & ideo illos elegit, ut illam mundarent, & sanarent in alijs; Et certè si nos Sacerdotes in exercitio audiendarum confessionum cum integra rectitudine procederemus, DEUS utique faceret, ut, dum alios purificamus, nos ipsi nullo umquam contagio corriperemur. Sanctus Carolus in Concilio quodam provinciali, Sacerdotes his verbis monet, dicens: *At illud non modò prohibemus, sed divina contestatione obsecramus, Ecclesiastici ordinis homines; eos præsertim, qui in sacerdotij gradu constituti sunt, quave animarum curam gerunt, ut, quos in vitiorum fœce versari animadvertunt, cautè, & sapienter studeant à flagitijs deterrere, & ad virtutem cohortari, eisdemque in scelerum gurgite laborantibus opem ferre, verbis, consilijs, exemplis, atque ita quidem, ut, dum illos juvare conantur, se familiaritate non inquinent.* Per quotidianam videmus experientiam, quod, quando Sacerdotes ratione muneris, quo funguntur, ad satisfaciendum vocationi & debito, quo alijs obstricti sunt, se cum recta intentione inter medias occasionum, & periculorum flammas insinuant, Deus illis assistat, nec umquam permittat, ut pericliteutur.

Lepra quid præfigurabat.

Luc. 17. ℣. 14.

Prov. 14. v. 4.

10. In libro Proverbiorum dicitur: *Ubi non sunt boves, præsepe vacuum est: ubi autem plurimæ segetes, ibi manifesta est fortitudo bovis.* Quæ verba ad propositum nostrum hoc modo declarata reperio: qui boves non habet, stabulum semper mundum, & nitidum invenit; qui verò illos non possidet, tametsi stabulum fimo plenum habeat, granarium tamen suum frugum manipulis, semper magis adauget, quia hæc animalia terram arant & excolunt, suisque excrementis impinguant. Sic quoque qui vitam agit quietam, contemplationi deditam, atque ab omni humano commercio alienam, prout sancti Eremitæ faciebant, conscientiam quidem in se molestam, turbulentam, & ex prophanis, & obscænis phantasmatibus immundam, non experitur: At verò, qui curam habet animarum, & rationem ministerij sui ad conservandum cum hominibus mundanis, per quævis loca discurrendum, atque ad aliorum sordes in confessione auscultandum obstringitur; tametsi cavere non possit, quin nonnumquam suggestiones, sæpe etiam motus carnales in se experiatur: puritatem tamen conscientiæ suæ propter hoc non amittit, quia cum ei DEUS resistendi gratiam conferat, animas, quæ pretiosissimus DEI thesaurus sunt, eidem lucretur, sibique apud DEUM majorum meritorum, eminentiorumque gratiæ graduum lucrum comparat. Sic enim licet Sanctus Paulus de semetipso dicat: *Datus est mihi stimulus carnis meæ*; non tamen propter hoc DEI amicitiam amisit, quin potius in eadem firmiter persistendo, stimulumque vincendo majoris perfectionis & sanctitatis lucrum sibi acquisivit, ideo paulò post dicit: *Virtus in infirmitate perficitur*, quia indifferenter cum omnium hominum genere conversando, *omnibus omnia factus est, ut CHRISTO lucri-*

Similitudo.

2. Cor. 12. v. 7.

faceret; copiosam illam messem collegit, de qua sancta Ecclesia dicit: *Universum mundum lucri Pauli Apostoli prædicatione docuisti*, quam certè consecutus numquam fuisset, si in raptibus ad cœlum usque empyreum semper perseveraisset.

S. Ambr. ep. 6. ad hæc natum.

11. Sanctus Ambrosius, veri dignique Sacerdotis prototypon hanc ejusdem requirit, præscribitque bonitatem, & innocentiam, in quadam epistolarum suarum, ita inquiens: *Vides, nihil in Sacerdotibus plebeium requiri, nihil popularе, nihil commune cum multitudine? sobriam à turbis gravitatem, seriam vitam, singulare pondus dignitatis sibi vendicat dignitas sacerdotalis, quomodo enim poterit observari à populo, qui nihil habet secretum à populo, dispar à multitudine, quid enim in te miretur, si sua in te recognoscat? si nihil in te aspiciat, quod ultra se inveniatur? si, quæ in se erubescit, in te quem reverendum arbitratur, offendat? Supergrediamur igitur plebeas opiniones, & strata quædam gregalis conversationis; & quæramus nobis viam, inaccessam sermonibus insolentium.*

Imago sacerdotis.

12. Sanctus Bernardus illa sponsæ verba (*tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina*) ita ad nostrum accommodat propositum, dum sponsæ nomine Ecclesiam intelligens, ait; *Laquearia vero, quæ à tignis firmiter pendent; domos insigniter ornant; puto, bene instituti Cleri, mansuetos & disciplinatos mores, viteque administrata officia designare.*

Cant. 1. v. 16.

S. Bern. serm. 46. in Cant.

DISCURSUS V.

ARGUMENTUM.

Sacerdotes, ut suo dignè correspondeant ministerio, virtutibus & perfectione ornati sint, & præfulgeant, oportet.

THEMA.

Sacerdotes tui induantur justitiam. Psalm. 131. vers. 9.

1. VEnustissimos Sacerdotum ornatus, ditissimas Presbyterorum vestes Psalmista perfectionem, & virtuosæ sanctæque vitæ asserit esse in præsenti integritatem, dum inquit: *Sacerdotes &c.* Circa quæ verba Glosia discurrit: *Evangelici Sacerdotes diversis virtutibus adornantur, hæc sunt ornamenta, quæ DEUS exigit*, memineritis utique illius Sancto Joanni factæ visionis, quando Filium DEI in medio septem candelabrorum aureorum, per quæ septem Asiæ Episcopi designabantur, conspexit fulgentem; caput & capillos candidæ instar lanæ præ se ferebat, siquidem *caput ejus & capilli erant candidi tamquam lana alba*; cujus candoris mysterium explicans Richardus Victorinus per hujusmodi lanam repræsentare autumat, requisitam in Ecclesiasticis vitæ innocentiam, atque candorem; quemadmodum enim lana alba aptissima est quibuscumque alijs recipiendis coloribus: ita, & status sacerdotalis ad quarumcumque virtutum receptionem quam maximè dispositus sit oportet, juxta illud Apostoli præceptum: *Quæcumque sunt vera, quæcumque pudica, quæcumque justa, quæcumque sancta, quæcumque amabilia, quæcumque bonæ famæ si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate.*

Gloss. ib.

Apoc. 1. v. 14.

Rich. Vict. p. 2. lib. 1. Sacerdotes esse debent velut lana candida.

Phil. 4. v. 8.

2. Increata Sapientia, quæ omnia *in pondere, numero & mensura* disposuit, è numerosissimo Israëlitico populo aliquos in summum designatum Sacerdotium, miraculosum adhibuit virgæ Aaronicæ signum, dum prius arida, & ficca confestim florescere cœpit; sed ecce in processu modum: *Invenit germinasse Virgam Aaron in domo Levi: & turgentibus gemmis eruperant flores, qui, folijs dilatatis, in amygdalas deformati sunt.* Numquid sufficisse aridi fructificatio ligni absque vigore? Notate succesium; primò namque virga dicitur ficca, exinde verò, suas producere gemmas, & flores, tandem dilatatis folijs apparuisse amygdalas; in eo namque docemur omnes, per varios virtutum, & non minorum dumraxat, majorumque Ordinum gradus, ad Sacerdotium nobis consecendum fore juxta illud Psalmistæ assertum: *Ibunt de virtute in virtutem: videbitur DEUS Deorum in Sion*; meritò equidem in Sion, ibi namque templum fabricatum erat.

Num. 17. v. 8.

Ps. 83. v. 8.

3. Sacerdotum insinuat obligationem hujusmodi Sanctus Ambrosius, dum ita quemcumque exhortatur Sacerdotem: *Exerceat te pietas ad justitiam, commentiam, mansuetudinem, ut fugias juvenilia opera, confutamus, & radicatus in gratia*; quia idem Sanctus in alio quodam sermone, cui titulus (*populum quod non frequentet*

S. Ambr. l. 1. de offic. c. 36. Tom. 4.

Sacerdotes apibus comparantur.

quoniet Ecclesiam, redarguit) Sacerdotes apibus assimilat, inquiens: *Benedixit examina Sacerdotum, qui sicut apes de divinarum Scripturarum floscvlis suavia mella conficiunt, & quidquid ad medicinam pertinet animarum oris sui arte componunt. Rectè comparantur apibus Sacerdotes, quia sicut apes castitatem corporis præferunt, cibum vitæ cœlestis exhibent, aculeum legis exercent; pari enim ad sanctificationem, suaves ad refectionem, fezveri sunt ad ultionem.* De iisdem apibus Plinius ait: Quod fugant *res melleos è cœlo cadentes*; Ita pariter Sacerdotes rorem cœli imbibendo, fuaque corda cœlestibus inspirationibus impediendo, mentem denique suam in oratione & contemplatione elevando alijs mel spiritus devotionis, & gratiæ communicant. Verumtamen ad nostrum propositum notare quoque possumus, quod sicut apes mel ex varijs floribus colligunt, ita quoque Sacerdotes, & omnes, qui divino sunt cultui consecrati ex varijs virtutibus, quibus adornati sunt, mel perfectionis veræque sanctitatis componere debent.

Plin. l. 16. c. 8.

2. Tim. 3. 17. Singularis in Sacerdote perfectio requiritur.

4. Sanctus Apostolus Paulus ad Timotheum scribens ait: *Perfectus sit homo, ad omne opus bonum instructus.* Per hunc hominem Dei autem Sacerdos potest intelligi, qui, ut suo loco videbimus, quid divinitatis in se continet, in hoc igitur potiùs quàm in alijs perfectio minimè vulgaris exigitur: *ad omne opus bonum sit instructus*, id est, *ad perfectionem*, ut exponit Sanctus Hieronymus. Idem Apostolus in Epistola prima ad eumdem Timotheum de dotibus & virtutibus, quas habere debet Episcopus differens, ait: *Oportet Episcopum irreprehensibilem esse*; Circa quæ verba Divus Chrysostomus ait: Hoc unico verbo genus omne virtutis expressit: *Itaque qui sibi vel levis culpæ conscius est, malè profectò facit, eam rem appetens, quâ indignum se per opera fecit, non enim decet hujusmodi regere, se potius regi. Eum quippe, qui regendos alios suscipit, tanta decet gloria virtutis excellere, ut instar Solis cæteros veluti stellarum igniculos in suo fulgore obscuret. Debet hujusmodi vitam habere immaculatam, atque compositam, ut omnes in illum, & in ejus vitam velati in exemplar aliquod excellens intueantur.* Et quidem Sanctus Carolus Borromæus vitam hanc immaculatam, & perfectam in Sacerdotibus etiam exterius in conspectu populi in quovis actu relucere desiderabat, ut vel sic omnibus in ædificationem essent & exemplum, ita enim loquitur: *In omni incessu, statu, gestu, vultu, ordinem suum Sacerdos & Clericus profiteatur, omnis Clericalis vitæ actionis religiosi animi mores exprimens, qui in Ecclesiastici ordinis hominibus elucere debent.*

S. Chrysost. hom. 10. in 1. ad Tim.

Act. Eccl. Med. syn. cl. 4. decr. 19.

5. Virga Aaronis, ut Sacerdotem à Deo electum præfiguraret, non solùm germinare & florere, sed etiam fructificare, fructusque maturos edere visa fuit: *sed omnia in figura contingebant*; Deus enim; *qui omnia in sapientia facit*; per hoc nobis insinuare voluit, Ecclesiasticis nequaquam sufficere debere, quod sanctè vivendo, bonum sui odorem edant, nisi etiam sanctitatis effectus evidenter in ipsis appareant: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona.* Unde Lyranus ait: *Germinat bonitate conscientiæ, frondet veritate doctrinæ, floret celebritate famæ, & fructificat sanctitate vitæ, & ideo sibi debetur dignitas vitæ sacerdotalis.* In Concilio quodam Burdigalensi ad propositum nostrum hæc notabilia verba leguntur: *Quanta sit in eligendis Ecclesiæ Dei Sacerdotibus & ministris adhibenda cura, & sollicitudo, cum ex optima gubernandæ domus ratione dignoscitur, cujus si fundamentum nutet, totum ædificium ruat necesse est; tum ex Apostoli verbis, eas virtutes Clero attribuentes, quæ ad angelicam planè accedunt puritatem, facile comprobatur, & quidem si omnes angelicis honoris formidandum planè discutiatur, Sacerdotem Dei ex millibus felgendum esse comperiemus.*

Similitudo virgæ Aaronis cum Ecclesiasticis. Matth. 5. v. 16.

Lyr. ibi in mor.

Concil. Biard. an. 1624. de ord. c. 6.

6. Sanctus Apostolus Paulus in epistola prima ad Corinthios ait: *Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores Mysteriorum Dei; Hic jam quæritur inter dispensatores, ut fidelis quis inveniatur.* Porrò quis fidelis hic divinorum mysteriorum dispensator sit, ex eo facile deducere possumus, quod idem Sanctus Apostolus in Epistola secunda ad eosdem Corinthios scribit, dum ait: *Nemini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum, sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigilijs, in jejunijs, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suavitate, in Spiritu Sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei, per arma justitiæ à dextris & à sinistris.* Unde Divus Chrysostomus, de gradu sacerdotali scribens, Sacerdotem omnium virtutum compendium *plenam utique absolutionem* esse debere dicit. Sanctus Ignatius Martyr in Epistola ad Smyrnenses de eodem ministerio scribens, similiter ait: *Sacerdotium, est omnium bonorum, quæ in hominibus consistunt, maximum.* Unde consequenter deducitur, quod, ut dignè administretur, omnes virtutes, & perfectiones requirat. Et ideo advertendum est, quod Regius Propheta David postquam in Psalmo centesimo trigesimo primo, dixisset: *Sacerdotes tui induantur justitiam*, paulò post subjungat, dicens: *Sacerdotes ejus induam Salutari*, id est, JESU; quasi diceret vestiam illos Christo, quia Christum repræsentant, unde in ejus persona, & nomine incruentum Deo sacrificium offerunt.

2. Tim. 2. 20. S. Chrysost. in Psal. 131. Sacerdotium esse debet virtutum compendium, S. Ign. M. ep. 10. ad Smyrn. Psal. 131. v. 9.

S. Ambr. l. de Sacerd. dign. c. 6.

Matth. 6. 22.

Ibid. 23.

7. In sacris Canticis hæc verba leguntur: *Umbilicus tuus crater tornatilis numquam indigens poculis*; Verba sunt cœlestis Sponsi ad Sponsam, per quam Ecclesia denotatur directa, quæ Philo Carpathius ita exponit: *Umbilico sponsæ Sacerdotium ipsius Ecclesiæ, numquam cavens mixto, comparat, idemque Sacerdotium rectè tornatile esse dixit, ut aperiè doceret, Sacerdotes mundos, & puros, omnique labe detersos, cunctisque virtutibus rectè tornatos esse oportere, nec aliud in tota vita, & in omni re gerenda, quàm cœlestia sapere & meditari, atque docere.* Etenim opus, quod in torno elaboratur, formam rotundam & sphæricam, ut plurimum assequitur; ideoque per illud perfectio, & bonorum cœlestium contemplatio symbolicè exprimitur.

Cant. 7. v. 2. Phil. Carpath. ibid.

Consuetudo consecrandi veteris legis Sacerdotes.

8. Valde consideranda est phrasis illa, qua Spiritus Sanctus utitur ad exprimendam antiquam Sacerdotes veteris legis consecrandi consuetudinem: *Implevit*, inquit, *manum filiorum suorum maxum, & factus est ei Sacerdos.* Quibus verbis, ut inquit Abulensis, ad unctionem, quæ fiebat in manibus, alludit: Alij verò verba illa ad oblationem referri existimant quam faciebant, hac enim manus semper plenas habebat. Sanctius tamen Scripturæ stylum esse observat, quod plenum illud vocet, quod est completum atque perfectum; *ita ut nihil amplius ad perfectionem accedere posse videatur, unde Sancti habuisse dicuntur dies plenos*; ac proinde vide, quàm verum sit, quod personæ divino cultui in lege Evangelica dedicatæ, tantò magis omni perfectione, & eminenti sanctitate resplendere debeant, quantò excellentior est victima, quam immolant. Non enim, ut in veteri lege tauros, vel oves, sed ipsummet Dei Filium offerunt, ut sic adimpleant, quod Sanctus Apostolus Paulus requirit, dum ait: *Ita ut nihil vobis desit in ulla gratia*, ubi Syriaca legit: *ut non sitis destituti ullis ex donis Dei.*

Sanc. in c. 3. Ezech. v. 23. 1. Cor. 1. 7.

Cant. 1. v. 16. Comparantur Sacerdotes ligno Cypressino.

9. *Laquearia nostra cypressina*, inquit Sponsa in sacris Canticis; circa quæ verba Aponius ait: *Cypressinum lignum manu artificis concinnatum decorum præstat aspectum, & odorem jucundissimum reddit, & ad multas passiones corporis, medicinæ virtutem in se continere probatur*; moxque subjungit virtutes, quæ in Ecclesiasticis per ligna cypressina, ut in discursu præcedenti diximus, præsignatis, resplendere debent; dicit enim: *quæ castitatem, pudicitiam; humilitatem, charitatem, & misericordiam conservantium formam venerantium Sacerdotum honorem exprimere intelliguntur.* Beatus Laurentius Justinianus nos Ecclesiasticos his verbis instruit, dum ait: *Hæc planè sub compendio probabilium ministrorum Christi est regula, ut orationi vacent, divinis diu noctuque interfint laudibus; adversa mundi æquanimiter perferant, Domini voluntatem infatigabiliter compleant, ejus conceptiscant præsentiam, honorique ipsius in cunctis, quæ agunt, intendant, atque sic vivant, ut, ut quantum in ipsis est, irreprehensibiles sint.*

Ecclesiastici per solem & lunam significantur. S. Dion. Areop. Ep. 8. ad Demophilum §. 2. B. Laur. Just. de Exzech.

10. Plutarchus de Sacerdotibus refert ministrorum Romanorum, qui diabolo, mendaciorum patri & authori, famulabantur, in tanta fuisse veneratione, adeoque æstimatos fuisse veridicos; ut in nullo penitus judicio pro quacumque causâ ad juramentum astricti fuerint, quin potius in quibuscumque etiam gravissimi momenti rebus, sola eorum assertio, nudumque verbum, juratæ æquivalebat veritati. Marcellus Corvinus in vita Cardinalis Bellarmini, tantâ doctrinâ rarâque sanctitate insignis, tradit, quemdam apud eum, propter certa delicta accusatum fuisse Sacerdotem; quod ubi negasset delatus, innocentem judicavit Eminentissimus, inquiens, verisimile neutiquam videri Sacerdotem aliquod mendacij verbum prolaturum.

Plut. in Probl. Revel. S. Birg. l. 1. c. 59. Quinque Sacerdotum dona ex revelatione S. Birg.

11. In Sanctæ Birgittæ revelationibus sequentem legimus apparitionem, quam Sancta hæc habuit quadam vice, sic eam alloquente, deque Sacerdotibus discurrente Salvatore: *Quibus dedi quinque bona, pretiosiora omni auro, scilicet conscientiam, intelligentiam super omnia nix irrationabilia, ut discernerent inter bonum, & malum, inter verum, & falsum; Secundò dedi eis Spiritualium verum intelligentiam & sapientiam; Tertiò, dedi eis castitatem; Quartò, temperantiam omnium verum, & abstinentiam ad corporis moderationem; Quintò stabilitatem in bonis moribus, verbis & operibus.*

Matth. 5. 16.

12 Errantis, fixæve stellæ obscuratio nullam importat perniciem, nullam causât admirationem, & solicitudinem nullam; secus verò vel minima Solis aut Lunæ caligo; per quæ duo ultima lumina, certum est designari Ecclesiasticos, dicente Christo: *Vos estis lux mundi.* Imò Sanctus Ambrosius Sacerdotes in oculorum luce autumat figuratos, quæ si caliginosa, si obscura, si tenebrosa fuerit, nulli præbere poterit ducatum. *Oculorum in corpore officium*, inquit, *id est, in Ecclesia, voluntarius appetitus, ut reliquum per se corpus ducatum lucis haberet, & nunc quadam lippitudine, & caligine vitiorum obtenebratus, nec te ipsum luci idoneum præbes, & aliis admittis lumen, de quibus oculis in Evangelio dicitur, (si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit,) id est, si Episcopus* (idem est de quolibet Sacerdote) *qui lumen promereit, præesse in corpore simplicitate est sancta, & innocentia decoratus; omnis Ecclesia splendore luminis radiat; (si autem oculus tuus nequam est, totum corpus tuum tenebrosum est,) id est, si Episcopus, qui videbatur corpori subdito lucem præbere, obnubiletur nequitiæ cæcitate, quid cætera facient membra, quibus Lux adempta est oculorum? id est, quid Sæculoris factura est multitudo, cum voluptatibus illicitis, & actionibus vetitis ad similem facinorum vorago mem; multitudinem populi provocaverit, ut nulla jam illicitum esse videatur, quod ab Episcopo quasi licitum perpetratur.*

Luc. 11. v. 35. 36.

Sacerdos in mystico Ecclesiæ corpore est velut oculus.

13. In Sacerdotem quadrat, quod apud Sanctum Lucam, à nostro dictum legimus Salvatore, scilicet: *Videe ergo ne lumen quod in te est, tenebræ sint; si corpus tuum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum.* Si namque sacerdos, qui in mystico hoc Ecclesiæ corpore oculum imitatur virtutibus, integritate, atque innocentiâ, lucidus eminuerit, & resplendens; omnes reliquæ ejusdem corporis partes in bonitate vitæ, omniumque perfectionum, bonorumque morum excellentia prominebunt; ad hoc autem in statu præsenti, sacerdotalis prævie necessaria est perfectio obscuratâ luce, inter tenebras gradiamur oportet, quas inter, in quot, quantaque discrimina, & præcipitia viator incidat, quis non videt? omnes nos in via degimus ad cœlum, sacerdotumque officium est, utpote in hunc finem à Deo electorum, ut suis nobis virtuosis sanctisque operibus, in hujusmodi semita constantem præbeant ducatum, dicente Salvatore: *Luceat Lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona.* Væ igitur nobis, & iterum væ, si hujusmodi in nobis lux fuerit obscurata. Sanctus Carolus Borromæus in quodam Synodi cujusdam ad suos habito sermone, sequentibus sacerdotes meritò afficiendos duxit epithetis: *Hi sunt condimentum omnium horum populorum, patres hujus plebis, duces & magistri harum animarum spirituales medici, in militia hac Christi, divini Imperatores, Soles, sales, tantarum gentium; licet enim Christus sit justitiæ Sol, his tamen quoque proprio ore dixit: Vos estis Lux mundi.* Sanctus quoque Dionysius Areopagita ait: *Si sacerdotum S. ordo is est, qui illuminat, procul dubio ille à sacerdotali ordine, & virtute omnino prolapsus est, qui illuminans non est, multoque sanè magis, qui neque illuminatus est.*

DISCURSUS VI.

ARGUMENTUM.

Vestes & ornamenta præcipua, Aaroni à Deo præscripta, & varias, quibus Sacerdotes præditi esse debent, virtutes allusisse probatur.

THEMA.

Facies vestem sanctam Aaron fratri tuo, in gloriam & decorem. Exod. c. 28. *v.* 2.

Sap. 11. v. 21.

1. POstquam supremus ille artifex, qui *omnia in mensura, & numero & pondere disposuit*, Moysi Architecturam scripsisset tabernaculi, totiusque pro eodem supellectilis sacræ apparatum, tandem summa cum sollicitudine ad electionem sè accinxit summi sacerdotij, omniumque ejus ministrorum, sigillatim, & accuratè omnibus delineatis vestibus, in quibus omnes Ecclesiastici ministri in divino cultu apparere, suumque ministerium adimplere deberent. *Facies vestem sanctam Aaron fratri tuo in gloriam & decorum.* Circa quæ verba ita Oleaster discurrit: *Non vult Deus videre Sacerdotes vestimentis propriis, sed sanctis indutos; Immunda & profana sint omnia nostra coram Deo, ideo si illi placere volumus ejus indumentis vestiri necesse est*; juxta aulicorum morem, qui Principum suorum, quibus serviunt, gentilitias assumunt vestes, ut ab omnibus talis Principis dignoscantur addicti servitio, ab eoque dependentes. *Admonet hic Sacerdotes*, inquit idem Author, *ut cum se sanctis vestibus indutos viderint, reminiscantur, se ad Dei potius quam hominum famulatum pertinere.*

Ecclesiastici speciatim tali debent vestimento. Oleast. ibid.

S. Ambr. l. de Sacerd. dign. c. 6.

Matth. 6. 22.

Ibid. 23.

2. Varia hujusmodi, eaque omnia sumni artificii, opulentiæ & industriæ præscripta fuere ornamenta, immò V. Beda attestatur: *Octo generibus vestium Pontifex solebat indui, è quibus quatuor, erant nimoris Ordinis, concessa Sacerdotibus; decebat enim, ut, quo majori gradu insignis esset, eo pluribus virtutum actibus fulgeret.* Præ reliquis autem notatu digna singulariter occurrit, sollicitudo, quâ increata Sapientia dictas vestes in ordine ad texturam, studium & laborem præscripsit Moysi, ait namque: *Loqueris cunctis sapientibus corde, quos replevi Spiritu prudentiæ, ut faciant vestes Aaron, in quibus sanctificatus ministret mihi.* Circa quæ verba hunc instituit discursum Oleaster: *Solet homo vestes sanctificare, si sanctus sit*; *hic verò versa vice vestes sanctificant Sacerdotes.*

Bed. l. 3. de tab. c. 3. Sacerdotes veteris legis octo habebant genera vestium. Exod. 28. 3. Oleast. ib.

3. Sciendum pariter, neutiquam sufficisse Deo naturalem textorum, Phrygionum aliorumque artificum hoc in labore, artem, industriam & ingenium, sed supernaturalis scientiæ infusionem, ut extraordinaria caperent & humanum intellectum transcendentia promisisse; unde dicitur: *Loqueris Sapientibus corde, quos replevi Spiritu prudentiæ*; quorum unus in alio ejusdem libri capitulo, nobis in hæc verba exprimitur: *Vocavit Dominus ex nomine Beseleel, filium Uri... implevitque eum Spiritu Dei, sapientia, & intelligentia, & scientia, & omni doctrina, ad excogitandum... opus in auro & argento & ære sculpendisque lapidibus.* Per cujus Spiritus infusionem S. Augustinus, S. Spiritus impertionem intelligendam censet, inquiens: *Istum Spiritum nisi Spiritum Sanctum debemus accipere.* Sed quæ obsecro S. Spiritus infusionis, divinæque ejus assistentiæ ad sacrorum illorum amictuum, ornamentorumque facturam, & confectionem urgebat necessitas? Mysterium à Dionysio Carthusiano enucleatum audiamus, his expressum verbis: *Per hoc, quòd Deus tam seriosè præcepit, ut Pontifex & seniores Sacerdotes carnem turpitudinis suæ longè ac latè cooperirent, evidenter præsignatum est, quòd sacerdotes & inferiores ministri in sacris ordinibus constituti, potissimum Præsules, debeant in omni mentis & corporis cautela suum expiere officium, spiritualiter conversari, atque ab omni impuro affectu, obscœnoque actu penitus abstinere.*

Exod. 35. v. 30. 31. 32. 33. S. Aug. q. 124. in Exod. Dion. Carth. ibid. Mystica hujus varietatis significatio.

4. Nulla fuit determinata vestis, vel ornatus sacer, qui non ad aliquam virtutem, & excellentiam, quâ is, qui sacro altari ministrat, præditus esse debet, alluderet. Unde venerab. Beda ait: *Vestes sanctæ Aaronis, quas illi Moysès fecit, opera sunt justitiæ, & sanctitatis.* Idem Doctor per artifices, qui illas elaborabant, quibus eo fine Spiritus à Deo infusus fuerat particularis, Doctores Ecclesiæ, Prophetas, & Apostolos intelligit, unde subdit: *Sapientes corde, quos ad faciendas vestes replevit Deus spiritu prudentiæ*; Prophetæ sunt & Apostoli, & cæteri Doctores, qui quomodo sacerdotes debeant vivere & altari ministrare, verbo & facto ostendunt. Glossa Interlinearis pariter super illa verba: *Facies vestem sanctam Aaron*, inquit, *id est, opera justitiæ sanctorum, virtutum ornamenta.* Lippomannus finem observat, ob quem Deus hunc splendorem mirum artificium, & opulentiam in his indumentis adhiberi voluerit; Unde ait: *Facies vestem sanctam Aaron fratri tuo in gloriam & decorem, id est, ad divini cultus celebritatem, & admirationem, ut discant, quæ in Ecclesia præsint, maturo incessu, & vestitu coram Ecclesia uti*; Idem quoque in eodem loco sacerdotes monet, ne vestes hasce ad pompam & fastum personæ propriæ induendo, superbiant; dicit enim: *Sacræ hæ vestes, non ad hominum eis tuentium fastum adhibebantur; sed ut fungerentur ad plebem sacerdotio illustri, ad gloriam Dei.*

Vener. Beda in Gloss. Glossa Interl. Lipp. in Cat.

5. Quod si ad materiam; è qua Deus vestes illas confici, & phrigio opere, fieri ordinavit, nos reflectere velimus, eam utiquè ad Sacramentum omnino directam fuisse reperiemus, nimirum; ut per illam insinuaretur spiritus, virtus, & sanctitas, quâ præditi esse debent, qui illi conficerantur. Sanctus Hieronymus

Materia vestium.

mús pulchram instituit observationem circa colores, quos Deus hisce vestibus præscripsit, eosque quatuor elementa præfigurasse his verbis dicit: *Quatuor colores ad quatuor elementa referuntur, ex quibus universa subsistunt. Byssus terræ deputatur, quia ex terra gignitur; purpura mari, quia ex eis conchis tingitur; Hyacinthus aeri, propter coloris similitudinem; coccus igni, & æthери*; unde consequentiam quamdam deducit Prælatis Ecclesiasticis, præsertim ut muneri suo debitè satisfacere possint, scitu necessariam: unde ait: *Justum esse, ut Pontifex Creatorem non solum pro Israel, sed pro universo mundo roget.* Ideo enim sacerdotes à Deo exaltantur & honorantur, atque ab universo populo in veneratione habentur, ut ipsi sublimibus hisce honoribus correspondentes, orationibus suis pro salute totius reipublicæ intercedant: *Ut pro universo mundo rogent.*

S. Hieron.

Exod. 28. 8. Textura earum.

6. Quo ad harum vestium texturam, Deus sequenti lege prospexit; dicens: *Ipsa quoque textura, & cuncta operis varietas erit ex auro, hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta.* Circa quæ verba Venerabilis Beda ait: *In una parte aurum, in altera hyacinthus, vel alij colores fuerunt, sed omnes per omnia cum auro contexti*; mysterium verò, ob quod Deus aurum à nullo aliorum colorum disjungi voluit, idem Author his verbis expressit: *Quia in actione sacerdotis, nec ad horam, aliqua magnarum virtutum debet intermitti; sed auro sapientiæ jungatur spes hyacinthus in superna erectus, & purpura à Regni cælestis contra vitiorum bella magnanimus, super cocco bis tincto geminæ dilectionis; bysso retorta, id est, castitate carnis sacerdos debet esse nitidus.* Ad hæc quidquid divinus hic artifex pro Aaronis ornamento elegit totum valoris pulchritudinis, & æstimationis eximiæ fuit; unde idem Beda ait: *Cuncta sunt de auro, pretiosisque coloribus, quia nihil vile ac sordidum in sacerdotis ore vel opere debet apparere, sed cuncta*; quæ legit, loquitur, cogitat, coram *hominibus præclara, & interni arbitri conspectui oportet esse gloriosa.* Quod ut evidentius appareat, foltim ornatus magis præcipuos ab eodem Deo, tanto cum artificio, & magisterio præscriptos consideremus.

Venerab. Beda in Gl. ord.

Vener. Beda.

Exod. 28. 6. Superhumerale quid significet.

7. Dicit igitur Deus: *Facient autem superhumerale:* quod alio nomine ut Septuaginta, Aquila, & Hebræi legunt, Ephod appellatur; Cur autem superhumerale hoc ante alias vestes ordinatum fuerit, hujus venerabilis Beda hanc rationem assignat, dicens: *Benè primò faciendum præcipitur, qui enim ad sacerdotium, magisteriumque populi Dei promovendus, primum ejus opera cognoscantur*; Humeri enim sunt illa pars corporis, quâ onus, & labor sustinetur. Lyranus quoque ad nostrum propositum ita scribit: *Superhumerale præcipitur, per quod intelligitur, quod Pontifex infirmitates subditorum portaret.* In Parabola illa; quam Salvator noster in Evangelio deprompsit, legitur, quod, cum ovicula quædam à cætero grege aberrasset, bonus pastor illam solicitè insecutus, quâquâ versum perquisierit, eamque post multos labores & sudores inventam, humerisque suis impositam sanam, & incolumem ad ovile reportarit; per quod delineare voluit charitatem & solicitudinem Ecclesiasticorum, qui ad animas errabundas, in statum salutis reducendas, sunt destinati; hi enim nulli labori parcere debent, ut easdem in viam rectam dirigant, & tamquam rem longè charissimam humeris suis imponant. De hoc superhumerali, & de mysterio, quod per illud insinuabatur, Dionysius Carthusianus differens, ita scribit: *Piam & fortem sapportationem infirmitatum populi eis commissi subire debent, quod per superhumerale monstratur.* Idem quoque Doctor per superhumerale charitatem intelligit, dicens: *Per superhumerale charitas, quæ patiens est, & omnia sustinet, designatur, vel ipsa misericordia, pietatisque virtus, qua aliena opera portantur, ut propria.*

Lyran. in Exod. 28.

Dion. Cart. in c. 28. Exod.

8. Oleaster superhumerale istud in forma thoracis factum fuisse tradit, dicens: *Erat indumentum ad modum thoracis, & super humeros habebat duos magnos lapides pretiosos, in quibus sculpta erant nomina filiorum Israel.* Porrò ornamenti hujus materia erat hyacinthus, purpura, coccus bis tinctus, & byssus, id est linum candidissimum, & subtilissimum; intra gemmas superhumerali affixas incisa portabat nomina filiorum Israël, non in signum dominij, vel fastus, *nec ad memoriam gloriæ*, ut Cajetanus inquit, *sed ad memoriam suffragij, præstandi à Pontifice, universo populo Israel*; quia; ut suo loco videbimus, sacerdotes consecrantur, ut in beneficium populorum, factis orationibus, intercedant. Interlinearis super illa verba: *Habebunt nomina filiorum Israel*, aliud quoddam mysterium insinuat, dicens: Id ordinatum fuisse, *ut sacerdos inspiciens vitam Sanctorum, quibus floruerint virtutibus meditetur, & operando imitetur.* Similem quoque rationem, cur Deus nomina Israël in hisce lapidibus pretiosis insculpta esse voluerit, Venerabilis Beda his verbis adducit: *Nomina Patrum bene in lapidibus pretiosis scalpuntur; Lapides enim pretiosi, opera virtutum spiritualium sunt, habetque sacerdos in humeris lapides pretiosos, & in eis nomina Patrum scripta, cum claritate bonorum operum cunctis mirandus existerit.* Unde Oleaster Ecclesiasticos, ut ex hoc exemplo proficiant, his verbis invitat: *Audiant*, inquit, *hoc sacerdotes, quali animo ferre oves suas debeant, & super humeros suos infirmas portare, audiant, quid Pastor ille Evangelicus, perditæ ex grege, fecerit ovi; Super humeros suos expositi, & gaudens amicos, & vicinos convocavit ad gaudium inventæ pecudis.*

Oleast. ib.

Superhumerale forma, & materia. Cajet.

Interl.

Venerab. Beda.

Oleaster.

9. Idem quoque Author duas alias considerationes habet; quarum prima est, quòd antiquus sacerdos sola nomina filiorum Israël in humeris suis portaverit; Nos verò ipsasmet oves portare, fovere, illis compati, easque adjuvare debeamus. Sanctus Isidorus Pelusiota lib. 1. Epist. 136. Pallij, quod Archiepiscopi in humeris deferunt, mysterium his verbis declarat: *illud amiculum ex lana contextum, quod illi gestant humeris, ovis illius, quam Dominus aberrantem quæsivit, inventamque humeris suis sustulit, pellem designat.* Secunda Olcastri considerationis est; quòd hæc nomina gemmis illis, non atramento inscripta, sed stylo ferreo insculpta fuerint, *ut noverit divinus sacerdos, nullam oblivionem debere delere memoriam ovium suarum apud Deum. Sed quia fortè ad latera, nomina earum habens dissimularet, voluit ea etiam super pectus habere, ut quocumque se verteret, semper ea ob oculos haberet.*

Sacerdos novi testamenti non nomina, sed oves suas super humeros suos portare debet. S. Isidor. Pelus.

10. Quod si insuper texturam & materiam hujus superhumeralis examinare velimus, ubique, & per omnia mysteria inveniemus. Dicit igitur sacer Textus: *Facient autem super humerale de auro & hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta.* Ubi Sanctus Gregorius ait: *In sacerdotis habitu aurum fulget, ut in eo intellectus sapientiæ principaliter emicet, cui hyacinthus adjungitur, ut per omnes, quod intelligenda penetrat, non ad favores infimos, sed ad amorem cælestium surgat; purpura permiscetur, ut sacerdotale cor in semetipso suggestiones vitiorum reprimat, eisque velut ex Regia potestate contradicat: Bis intinctus coccus adjungitur, ut omnia virtutum bona ex charitate decorentur, quæ quia Deum & proximum diligit, quasi duplici tinctura fulgescit. Quid verò byssum, nisi candens decore munditiæ castitas designatur? quæ byssus torta pulchritudini superhumeralis innectitur, quia tunc castimonia ad perfectum munditiæ candorem ducitur, cum per abstinentiam caro fatigatur.*

Mysterium texturæ superhumeralis. Exod. 28. 6. S. Greg. 2. part. past. c. 3.

11. De eodem quoque superhumerali modus præscribitur, quo Aaron illud sibi accingere, & ad invicem unire tenebatur. Dicit enim sacer Textus: *Duas oras junctas habebit in utroque latere summitatum*; aliquot insuper ordinavit uncos aureos, nec non duas purissimi auri catenas, invicem conjungendas, de quibus in hæc verba discurrit Venerabilis Beda: *Duas oras sibi invicem copulatas in utroque latere, à summo usque deorsum, ita ut dimidium vestis intuentium oculis foris appareret, & dimidium aliud interius lateret*; ex quibus omnibus hanc ad intentum nostrum eruit mortalitatem: *In quo typicè intelligitur, ut, cum foris bona opera proximis ostendimus, eadem intus coram Domino integra serveamus, ne castitate puræ cogitationis minor actionis perfectio sequatur, vel perfectionem actionis imperfectior mentis intentio; sed quasi duæ oræ superhumerales sibi intus puræ & simplici intentione jungantur, in utroque latere superhumeralis, ut inter adversa & prospera concordi actione Domino serviamus.* Idem quoque Sanctus, citatus à Glossâ, uncorum & catenarum mysterium moraliter nobis repræsentat, dum ait: *Quia bona opera, & cogitatio munda invicem per charitatem, & bonam intentionem sint nectenda.* Porrò de duarum præcisè catenarum mysterio tractans, ait: *Bene duas præscripsit, ut bene in his, quæ ad cultum Dei; & in his, quæ ad fraternæ subsidium necessitatis pertinent, ornatus incedat.* Deinde in catenis aureis charitatem veneraturus subjungit: *Quia sicut catenula ex plurimis auri virgulis conficitur, ita charitas ex multifaria virtutum operatione perficitur.* Quos annulos nobis Apostolus exhibet, ubi de charitate tractans, eos enumerat sequentes: *Charitas patiens est, benigna est, non æmulatur, &c.* Porrò Hugo Cardinalis per dictas *duas catenulas auri purissimi*, intelligendam altruit *innocentiam operis & mentis*; juxta illud Psalmi-

Exod. 28. 6.

1. Cor. 13. 4. Hugo. Card. in c. 28. Exod. Psalmist.

Psalmistæ assertum: *Innocens manibus, & mundo corde.*

Oleast.

Rationale judicij quodnam erat, & quid significabat.

Lyran.

12. *Rationale quoque judicij facies.* Oleaster legit: *Facies pectorale judicij*, qui insuper Author fusius hujus denominationis examinat originem tandemque concludens, ait: *Pectorale vocatur judicij, quòd opus erat illud sacerdotem assumere quoties consulebat Dominum, super judiciis filiorum Israel.* Cui & illa Lyrani consonat sententia, dicentis: *Rationale judicij, per quod intelligitur potestas & scientia judicandi.* Sed quidnam huic ornamento insculpendum fuisse creditis? audite præceptum: *Pones in rationali judicij, doctrinam & veritatem quæ erunt in pectore Aaron.* Ut scilicet omnes intelligant Prælati Ecclesiastici, quod in judicijs, causis, & jurisdictionum suarum exercitijs scientiam callere debeant, & doctrinam, verumtamen non quomodocumque, sed veritati associatam & integritati, juxta illam Interlinearis sententiam: *Ut studeat Sacerdos doctrinam, & veritatem inquirere, & docere*; Cui & Venerab. Beda subscribens, ait: *Ut scilicet meminerit sacerdos, se studijs doctrinæ & veritatis inquirendis, non curandis, ruminandisque sæcularibus negocijs per acceptum sacerdotium fuisse consecratum.*

Venerab. Beda.

Interl. ib.

Beda in Glossa.

13. Rationalis mensura, unicus erat tam in longitudine quàm latitudine palmus, moraliter significans, ut Interlinearis discurrit: *Infatigabilem piæ intentionis conatum æternæ vitæ desiderandæ, & charitatis gratia ad curam proximi*, Velut Beda interpretatur: *Tam in longitudine, quàm in latitudine habet mensuram palmi; quia sive in longitudine vitæ æternæ, desiderium mentis erigat, sive in latitudine charitatis ad curam proximi inclinet affectum, necesse per omnia cor sacerdotale non desidiosum esse, sed ardente desiderio extendi, ut comprehendat tractum supernæ vocationis Dei.* Hic autem ornatus, ut Sanctus Gregorius moraliter explanat, pectori fortiter astrictus, circumferebatur, cujus hanc assignat rationem: *Vitæ ligantibus in pectore imprimitur, ne cor sacerdotale fluxæ cogitationes possideant, sed ratio sola constringat; ne indiscretum, vel inutile cogitet, qui ad exemplum constitutus gravitate vitæ semper debet ostendere, quantam rationem portet in pectore.* Idem quoque rationale quatuor ordinibus lapidum pretiosorum, auro vinctorum, adornari debebat. Ubi Dionysius Carthusianus ait: *Gemmæ circumdatæ sunt auro, quia cunctarum actiones virtutum, domo sapientiæ debent condiri, ac decorari.* Idem extaticus Doctor observat, quod, sicut Pontifex antiquæ legis, duodecim Patriarcharum Israëlis nomina, tam in superhumerali, quam in duodecim lapidibus rationalis expressa portavit, ita pariter Sacerdores nostri duodecim Apostolorum virtutes, portare debeant *in cordibus suis, & virtutibus cordium suorum, designatis per duodecim gemmas, spiritualiter scripta habere debent nomina duodecim Apostolorum, ut virtutum Apostolicarum sint memores ad sectandam.* Neque gemmarum illarum in quatuor ordines distributioni sua desunt Sacramenta, nam ut Venerabilis Beda inquit: *Quatuor ordines gemmarum habet in peccatore sacerdos, cum omne quod cogitat, prudentia circumspectum fortitudine firmum, justitia eximium, temperantiâ à malis omnibus fuerit segregatum.*

Rationalis mensura, & moralis explicatio.

S. Greg. in past. p. 1. c. 2. in Glossa.

Dion. Cart. ibid.

Beda.

14. Gemmarum varietas; inquit idem Beda, multiplicitatem denotabat virtutum, quibus resplendere debeat Sacerdos: *Hæc positio*, inquit, *diversarum gemmarum in rationali, multiplicem variarum virtutum gratiam ostendit, quæ concordi serio in corde Sacerdotis debet semper apparere. In primo versu erit lapis Sardius, & Topacius, & Smaragdus. Per Sardium autem*, ut Dionysius Carthusianus inquit, *potest patientia designari; Topacion omnium gemmarum superat claritatem, charitas, quæ omnes virtutes virtualiter comprehendit, intelligi potest; Smaragdus denique est mansuetudo*, Cornelius à Lapide per Smaragdum virginitatem intelligit. Ex Pierio Valerio, qui de Smaragdo scribens, ait: *In re venerea si quis lapidem hunc attingat, sponte frangitur. In secundo Carbunculus, Saphirus, & Jaspis.* Ubi per Carbunculum Carthusianus *fortitudinem* intelligit, *quæ in adversis maximè declaratur: Saphirus gemma, castinatis amarix, & ideo castè vivat, qui eam gestat. Jaspis temperantia est*; vel etiam *Jaspis*, ut Cornelius à Lapide de hac gemma inquit: *significat fortitudinem fidei*; innuitque quòd Sacerdos in defendenda religione & fide, generosus & magnanimus esse debeat. *In tertio Ligurius, Achates, & Amethystus*; *per Ligurium* verò, ut Dionysius Carthusianus inquit: *Stabilitas seu constantia in Deo insinuatur*; *Per Achatem liberalitas*; *Per Amethystum prudentia*; *seu discretio. In quarto Chrisolytus, Onychinus, & Beryllus. Chrisolytus* autem, ut idem ait Carthusianus, *justitiam* significat; Cornelius à Lapide de hac gemma inquit, quod sit coloris partim aurei, partim aquam marinam repræsentantis, & *significat pœnitentiam*, quæ meritò sacerdotibus adaptatur, de quibus Joël ait: *Plorabunt Sacerdotes ministri Domini.* Hi enim in actibus pœnitentiæ exercere se debent, ut pro alienis peccatis divinam justitiam placare possint. *Onychinus*, inquit idem Cornelius, *significat odorem, & innocentiam. Beryllus*, ut Carthusianus ait: *gratitudinem*: Vel ut Cornelius scribit: *Denotat animum fortem, & heroicum adversa quæque vincentem.*

Corn. à Lapide.

Joël. 2. v. 17.

Corn. à Lapide. Dio. Carth.

15. *Facies & tunicam superhumeralis, totam hyacinthinam; deorsum ad pedes ejusdem, per circuitum quasi mala punica, mixtis in medio tintinnabulis.* Quonam vero fine Deus hæc malogranata & campanulas aureas in extremitate tunicæ summi Sacerdotis suspendi jusserit, Interlinearis his verbis declarat: *Ut sacerdos ad tantam excellentiam conversationis perveniat, ut nihil in illo, nisi splendor & gratia, flosque varius bonorum operum appareat, & horum tantum sonum suavissimum proferat.* Eadem Glossa rationem reddit, cur hæc poma tunicæ, *mixtis in medio tintinnabulis* appensa fuerint, videlicet, *ut nec opus sacerdotis discrepet à verbo, nec verbum ab opere.* Hæ item campanulæ aureæ esse debebant: *Tintinnabulum sit aureum, ut omnis sermo sacerdotis charitatem supernæ lucis resonet.* Dionysius Carthusianus aliam reddit rationem: *Præsignavit*, inquit, *quòd verbis, documentis, ac famæ deberent virtutum opera correspondere, immò decet unumquemque plus abundare operibus, quàm doctrinis.* Volebat insuper Deus, ut tintinnabulorum sonus audiretur, quotiescumque summus sacerdos ingrediebatur sanctuarium, vel egrediebatur. Hugo Cardinalis in hujus confirmationem, verbis illa Isaiæ (*clama ne cesses*) adducit, nec non sententiam quamdam sancti Hieronymi, dicentis: *Innocens absque sermone, quantum conversationis exemplo prodest, tantum silentio nocet.*

Cur in tunica superhumeralis hyacinthina per circuitum esse debuerunt mala punica & tintinnabula? Interl. ibid.

Hug. Card.

16. *Facies & laminam de auro purissimo; in qua sculpes opere cælatoris, Sanctum Domino.* Per hanc verò laminam aureum in fronte sacerdotis suspensum, jugis Dei memoria per contemplationem significatur; vel ut Hugo de S. Victore ait: *Lamina in fronte est sanctæ fidei confessio.* Glossa Interlinearis singulariter illa discutit verba: *Erit semper in fronte ejus*, cujus præcepti hanc assignat rationem, *ut totus subditus sit divino servitio.* Beda à Glossa citatus alia nobis ejusdem infinuat mysteria, inquiens: *Sanctum Domini auro sculptum in fronte portamus, quando expurgati à sordibus vitiorum, quæ ex primo parente habuimus, imaginem, & similitudinem Conditoris, ad quam creati sumus, recipimus, nec calamus; sed factis & dictis promulgamus.* Sunt equidem omnes, sub crucis labaro militantes Christiani, obligati ad sequelam Christi; præ reliquis autem maximè Ecclesiastici, quorum se ducem offerebat, qui gloriabatur Apostolus: *Non erubesco Evangelium*, in frontibus namque Sacerdotum nomen Dei, & character sacerdotalis, qui sanctitas est, relucere debet. Id quod Oleaster insinuavit, dum inquit: *Talis debet esse sacerdos, ut videntes eum, in ejus fronte sanctum Domini esse cognoscant.*

Quid per laminam de auro purissimo significetur.

Hug. Vict. l. alleg. 3. in Lev. c. 15.

Interl. Bed. in Gloss.

Rom. 1. v. 16.

Oleast.

17. Notandum insuper, dictam laminam cæruleo ligamine connectendam fuisse: *Ligabis eam vitâ hyacinthinâ*; Circa quæ verba discurrens Venerb. Beda, inquit: *Vitæ hyacinthinæ, ligaturæ sunt desiderij cælestis.*

Bed. ibid.

18. *Thiaram byssinam facies, & Balteum*, quod præceptum Venerab. Beda sequentibus ad nostrum propositum moraliter elucidat verbis: *Thiara cidaris, & mitra vocatur, caput tegebat & ornabat Pontificis, ut admoneretur, omnes capitis sensus Deo consecratos habere, ne vel oculi vanitatem viderent, vel aures opprobrium proximi acciperent, vel os abundaret malitiâ.* Qui idem Author Balteum pariter in hoc morali explicat sensu: *Cuctos bonorum operum est continentia, de qua dicitur: Sint lumbi vestri præcincti.*

Thiara byssina & balteum quid significent. Bed.

DISCURSUS VII.

ARGUMENTUM:

De alijs ejusdem, in Sacerdotibus requisitæ perfectionis, & sanctitatis motivis, quorum pleraque ex Episcopalium & Sacerdotalium vestium mysterijs deducuntur.

THEMA.

Sancti erunt Deo suo ... incensum enim Domini, & panes Dei sui offerunt: & ideo sancti erunt. Levit. c. 21. ℣. 6.

1. DEus noster Moysi rationem redditurus, cur tantam ab Aarone, & alijs ejus, omnibusque alijs, ad divinum cultum specialiter electis & consecratis, exigeret sanctitatem, atque immaculatam innocentiam, subjungit: *Incensum enim Domini & panes Dei sui offerunt, & ideo sancti erunt.* Notare ly *& ideo*, hanc namque Dominus ex illis præmissis eruit consequentiam; quia ministri altaris mei incensum contrectant, panesque Deo offerunt, ideo sanctitatem profiteantur, oportet; circa quæ verba ita discurrit Oleaster: *Intelligit sacrificium farinaceum, ideo erunt sancti, quoniam ministrare & offerre omnia hæc Deo, qui sanctissimus est, debent.* Antiquæ legis Sacerdotes incensum, thymiama, panes propositionis, tauros, agnos, arietes offerebant, nullumque alium præterquam horum fundebant animalium sanguinem; & nihilominus tantam ab ijs puritatem, munditiam, & sanctitatem exigebant; quia scilicet Deo, qui sanctus est, ministrabant; quantò igitur convenientior & magis necessaria sanctitas hæc in nobis erit, qui immediatè ipsimet Deo ministramus, immò eumdem in sacrificio consecramus, offerimus & contrectamus, ejusque sacratissimo corpore & sanguine nutrimur? utique enim juxta proportionem distantiæ, quæ est inter membra agni divini & immaculati, *qui tollit peccata mundi*, & carnes arietis alicujus vel bovis, debet quoque inter nos, & veteris legis Sacerdotes major minorve esse proportio virtutis, bonitatis & perfectionis.

Sacerdotes sancti esse debent, quia incensum & panes offerunt. Oleast.

Psal. 49. ℣. 5.

2. *Congregate illi Sanctos ejus*, inquit Psalmista Regius, *qui ordinant testamentum ejus super sacrificia*; quibus verbis Propheta Sacerdotibus & veteris legis Levitis, eò quòd Evangelicæ legis Sacerdotes, qui ipsissimet Filij Dei sacrificium incruentum, cujus antiqua sacrificia figuræ & remotissimæ umbræ erant, figurarent, Sanctorum titulum attribuit; multò igitur magis credendum est, nos sacerdotes sanctos futuros esse, si in nobis verificetur, quod ad Timotheum scribit Apostolus, scilicet, quòd *portemus mysterium fidei in conscientia pura*, hoc enim nomine mysterij fidei, calicem consecramus, dicentes: *Hic est enim calix sanguinis mei, novi & æterni testamenti, mysterium fidei*; ingens utique conscientiæ puritas nobis necessaria est, qui continuò & singulis diebus intra pectus nostrum sacrosanctum & divinum illud corpus recipimus, de quo per fidem & æternam veritatem nobis constat, quòd sit *candor Lucis æternæ*. Orientalis Ecclesiæ antiquus ritus fuit, quòd, dum missæ sacrificium solemniter celebrabatur, Diaconus ex sanctuario altâ voce hæc verba intonaret: *Sancta, Sanctis*; & justè quidem, si nos reflectamus ad id, quod sanctus Cyrillus Jerosolymitanus ad præsens propositum post se scriptum reliquit, dicens: *Sancta sunt in Altari proposita quæ Spiritus sancti adventum susceperunt, sancti quoque vos estis, ut qui sancto Spiritu donati estis, atque ita Sancta Sanctis conveniant.*

Sap. 7. v. 26.

Ration. Græc. n. 81.

S. Cyrill. Hieros. Catech. 5. Myst.

3. Christus æternus sacerdos sacri altaris sui ministris, lucernæ titulum attribuit illuminantis & illustrantis, dum ait: *Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum ut luceat omnibus, qui in domo sunt*; At verò quandonam lucerna hæc in domo, & Ecclesia Dei in sublime erigitur? audite Chrysostomum, qui de sacerdotio differens, ait; *Accedentem igitur ad altare Sacerdotem, luminis instar universam urbem lustrantis, animum splendescentem habere oportet.* Petrus Blesensis optimè considerat, quòd Sacerdotes altare adituri, multis varijsque stringantur ligaculis: *Quis*, inquit, *tot vinculis alligatur, quot Sacerdos dum induitur administraturus? Primò amictu circumducto fauces ligat, deinde initijs circumductis sub axillis pectus stringit; tertiò venes arctat subcinctorio, ac si dicatur ei: Stringe fauces, id est, pone custodiam ori tuo; stringe pectus id est, cogitationes malas, si ascendant in corde tuo, stringe renes, id est, crucifige carnem tuam cum vitijs & concupiscentijs.*

Matth. 5. v. 15.

Sacerdotes novæ Legis à Christo vocantur lucernæ.

Chrys. l. 6. de sac.

Pet. Bles. ser. 40.

4. Observat Durandus, quod vestes, quibus nos Sacerdotes in sacrificio utimur, magna ex parte à vestibus, quas Deus antiquis sacerdotibus præscripsit, desumptæ fuerint, *Dovat enim Dominus Moysen, per quadraginta dies facere pontificalia, & sacerdotalia vestimenta, Sacerdotibus & Levitis suis*; ubi & moralia Episcopalium vestium refert & exponit mysteria, dicens: *Sandalijs se calceat, ut sit memor Dominicæ incarnationis. 2. Sibi imponit amictum, ut motus & cogitatus, fauces & linguam cohibeat, ut fiat cor mundum spiritum rectum percipiens in visceribus innovatum. 3. Albam talarem, ut habeat munditiam carnis perseverantem. 4. Cingulum ut impetus luxuriæ refrænaret. 5. Stolam in signum obedientiæ. 6. Tunicam hyacinthinam, id est, cœlestem conversationem. 7. Superindut dalmaticam, id est, sanctam religionem, & carnis mortificationem. 8. Chyrothecas, ut declinet vanam gloriam. 9. Annulum, ut diligat sponsam, id est, Ecclesiam sicut se. 10. Casulam, id est, charitatem. 11. Sudarium, ut, quidquid fragilitate vel ignorantia peccat, pœnitentia tergat. 12. Pallium superponit, ut ostendat se imitatorem Christi, qui sanguores nostros tulit. 13. Mitram, ut sic agat, quod coronam mereatur accipere æternam. 14. Baculum, id est, authoritatem potestatis & doctrinæ, & postea tapeta calcat, ut terram despicere, & amare cœlestia discat.* Ecce tibi, qualiter in omnibus vestibus, & indumentis sacris Prælatus Ecclesiasticus moneatur, ut semetipsum interius ornet varijs virtutibus; *Solent dicere* (verba sunt sancti Bernardi ad Eugenium Papam) *Num de vestibus cura est Deo, & non magis de moribus? at forma hæc vestium, deformitatis mentium & morum indicium est*; à contrario autem sensu multiplicitatem, divitias, & varietatem, ut vestium sacrarum à sacra Ecclesia præscriptarum, virtutem, & sanctitatem insignem, quâ præditus esse debet, qui sublimi huic ministerio dedicatus & consecratus est, indicare, asserere possumus. Sanctus Thomas à Villanova pariter interrogat, dicens: *Numquid de vestibus cura est Deo? numquam profectò Deus tam solicitè & exactè omnem sacerdotis ornatum describeret, nisi magna, & egregia in eo Sacramenta laterent.* Rupertus Abbas Duitiensis, libros nonnullos composuit, quos *de divinis officijs* inscripsit, in quibus quoad habitus Sacerdotales ita scribit: *In habitu Sacerdotali nihil est, quod vacet à ratione*; adducitque vestium in lege Moysaica præscriptarum testimonium, de quibus Sanctus Hieronymus ad Fabiolam ita scribit: *Apud nos ergo, quamdiu Sacerdotium Christi, veteri sacerdotio dignius est, tantò in habitu sacerdotali causas habere probatur digniores.*

Dur. in rat. div. offic. l. 8. c. 1.

Vestes, quibus novæ legis sacerdotes in sacrificio utuntur potissimum à vestibus à Deo antiquis sacerdotibus præscriptis desumptæ sunt.

S. Bern. l. 3. de consid. c. 5.

S. Thom. à Villanov. conc. 3. de S. August.

Rup. Abb. l. 1. de div. offic. c. 18.

5. Carolus Magnus, ut referunt Annales Ecclesiastici, sibi sacrarum vestium mysteria à nonnullis, sublimis ingenij profundæque scientiæ Archiepiscopis, declarari postulavit, unde Albinus Alcuinus, qui magister ejus fuerat, librum compilavit, *de divinis officijs* intitulatum. Sanctus Ambrosius in libro *de sacerdotali dignitate*, ly *ornatum*, quo Sanctus Paulus de Episcopo differens, & ad Timotheum scribens, utitur, declarando dicit: *Ille se inter Episcopos credit esse altiorem qui vestem sacerdotalem clariorem: Sed sanctus Apostolus taliter se intelligi non vult: quia non carne Episcopum, sed mente decet esse ornatum, ut ille sacerdos placeat Deo, qui animam habuerit compositam Deo*; Deus enim in tantum requirit, ut sacerdos sacris vestibus bene ornatus, in altari suo comparear, in quantum hæ illum monent, immò obligant, ut interius adornetur virtutibus, per vestes illas præfiguratis. Unde idem Durandus hanc sacerdotibus tradit instructionem, dicens: *Attendat studiosè sacerdos, ut signum sine significato non ferat, id est, ut vestem sine virtute non portet, ne forte similis sit sepulchro foris dealbato, intus verò omni spurcitia pleno; quisquis enim Sacerdos indumentis ornatur, & honestis moribus non induitur, quantò venerabilior apparet hominibus, tantò redditur indignior apud Deum.* Enimverò videmus, quod Sacerdos, priusquam altare ad celebrandum accedat, candidâ se albâ induat, cujus mysterium Rupertus Abbas Duitiensis declarat, dicens: *Novam vitam Sacerdotij ejus designat, quam docuit, & in Baptismo dedit*; Nam si possibile esset, omnino deceret, ut Sacerdos innocentiam,

Baron. an. 776. 20. Carolus M.

mysteria sacrarum vestium à doctissimis exponi curavit.

S. Ambros. l. de sacerd. dign. c. 4. 1. Tim. 3. v. 2.

Dur. ib. v. 54

Rup. Abb. ib. c. 20.

centiam in Baptismo acceptam, penes se conservaret. Idem quoque Rupertus planetam sacerdotalem, vestem Christi, & Ecclesiam ejus præfigurare asserit, dicens: *Casula vestimentum Christi, quod est Ecclesia, significat, est autem integra, & undique clausa, ut unitatem, vel integritatem veræ fidei demonstret.*

Ibid. c. 22.

c. Nescio an aliquando adverteritis, quòd Christus in passione sua à Judæis vestibus suis denudatus fuerit; dicit enim sacer Textus: *Exuentes eum, chlamydem coccineam circumdederunt ei; & plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput ejus, & arundinem in dextera ejus, & genu flexo ante eum illudebant ei, dicentes: Ave Rex Judæorum, & exuentes eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput ejus, & postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamyde, & induerunt eum vestimentis ejus.* Circa quæ verba quærendum venit, quodnam in eo lateat mysterium, quòd lictores illi tot sannis, contumelijs, & opprobrijs Salvatorem afficere volentes, ejus illum spoliarint vestibus, alijsque cum induerint; è contra vero ad Calvariæ montem processurum, ejus denuo indumentis revestiverint? hujus equidem una ratio, eaque literalis esse potuit, ut in via ad Calvariæ montem, ex habitu proprio agnosceretur, siquidem vultus livores, ex colaphis & percussionibus receptis, nec non sanguis, qui ex capite, spinis confixo, copiosè defluebat, adeo illum transformarant, ut alioqui cognosci non posset: Verumtamen ad propositum nostrum dicere possumus, quòd Filius Dei, tamquam Sacerdos æternus, de quo Sanctus Paulus ait; *Christus autem assistens Pontifex futurorum bonorum, &c.* Ad Calvariæ montem processerit, ut semetipsum, in altari crucis æterno Patri suo in expiationem omnium peccatorum totius mundi sacrificium cruentum offerret, & in Ecclesia sua juge sacrificium, incruentum videlicet, instituerit; ac proinde ex altissima providentia, & sapientia sua disposuit, ut veste sua, quæ inconsutilis & virgineis manibus matris suæ contexta erat, ut exinde deinceps per omnia sæcula illi, qui idemmet sacrificium oblaturi essent, ediscerent, quòd vestibus ejus induti, altare accedere debeant; atque ideo, ut in discursu præcedenti diximus; *Non vult Deus videre sacerdotes suos, vestimentis propijs, sed sanctis indutos*; quam ob causam Apostolus nos exhortatur, dicens: *Induimini Dominum Jesum Christum*, sed qualiter? Responsum accipite à sancto Hieronymo, dicente: *Quando flagellatur Jesus, & conspuitur, & irridetur, non habet propria vestimenta, sed ea, quæ propter nostra peccata sumpserat; cum autem crucifigitur tunc pristinas vestes recipit & propriam assumit ornatum.*

Matth. 27. v. 31. Cur Judæi Christum cum multis sannis ejus vestibus spoliarint, & aliis insuper.

Hebr. 9. v. 11.

Dan. 8. v. 13.

Oleast. in c. 28. Exod.

Rom. 13, v. 14.

S. Hieron. in Matth.

7. Sanctus Ambrosius de sancto Apostolo Jacobo minore, Jerosolymitano Episcopo, Christi fratre nuncupato, tractans, ait: *Primus solium sacerdotale conscendit*; Primus inter omnes Episcopos electus fuit, omniumque primus sacrificium celebravit incruentum; in ultima cœna omnes Apostoli ab æterno Pontifice in sacerdotes ordinati fuere; sed quæ obscuro subest mysterij ratio, quòd non potius sanctus Joannes, dilectus Domini discipulus, aut certè sanctus Petrus, tamquam Christi Vicarius, & Ecclesiæ caput, primus missarum solemnia peregerit? Sanctus pariter Vincentius Ferrerius, de eodem agens Apostolo, inquit: *Primus inter Apostolos missam celebravit*; hancque ejusdem prærogativæ mox subdit rationem: *Nam propter excellentiam suæ sanctitatis, sibi hunc honorem Apostoli fecerunt.* Ast numquid & Joannes innocens sanctusque vivebat? utique; ast aliqua nihilominus fuberat imperfectionis suspicio, siquidem una cum fratre suo matrem subornarat, quæ primas à Christo sedes peteret pro filijs; sanctus Petrus pariter paulò antè suum negaverat Magistrum; Sanctus Thomas se incredulum declararat; Nihil verò harum imperfectionum sese insinuabat in S. Jacobo minore; utpote qui omni tempore candorem servaverat constantissimum animæ suæ, ideoque in eum unicè illud Sancti Spiritus quadratur assertum; *Comede in lætitia panem tuum, & bibe cum gaudio vinum tuum, quia Deo placent opera tua.* ℣. 8. *Omni tempore sint vestimenta tua candida*; quis igitur dignior fuisset sancto Jacobo, in primo omnium simili instituendo offertorio, siquidem in ipso solo præ omnibus alijs adimpletum fuit: *Omni tempore, sint vestimenta tua candida?* de cujus insuper sanctitate historiæ Ecclesiasticæ sequens perhibent testimonium: *Propter summam sapientiæ & pietatis studium, quod in vita assiduè exoleverat, ab omnibus justissimus putabatur.* A primis infantiæ annis illibatam conservavit innocentiam & sanctitatem suam, ideoque communis totius collegij Apostolici consensus, cum præ omnibus alijs dignum æstimavit, qui primus incruentum offerret sacrificium.

S. Ambr. in c. 9. Luc. de S. Jacobo. primò Sacrificium incruentum obtulit, & cur.

S. Vinc. Fer. ser. de SS. Phil. & Jac.

Ecclesiast. 9. v. 7.

Exod. 24. v. 6.

2. Cor. 1. 15.

Ber. 63. n. 2.

8. Sanctus Chrysostomus de altaris Ministris, & sacrificij incruenti novæ legis tractans, ait: *Quos radios solares non deberet excedere manus illa, quæ hanc carnem pertractat?* de sancto Philippo Nerio, qui digni sacerdotis speculum, & norma fuit, legitur, manus ejus similes vasis fuisse illis, quæ in sacris Canticis, his verbis describuntur: *Manus illius tornatiles aureæ*, siquidem Vincentius Lanteri, Archiepiscopus Raguginus, manum ejus visibiliter auream, & instar radiorum solarium, qui è vola manus ejus egrediebantur, resplendentem conspexit; unde perterritus & stupore plenus, Patrem Thomam Bozium convenit, ut ei quod viderat, referret, qui firma fide de multos alios idipsum vidisse & admiratos fuisse confirmavit; Porrò manus, symbolum sunt operum, splendor autem, qui in ijs scintillabat, virtutum suarum, Spiritus item & eminentis sanctitatis suæ indicium erat. Nazianzenus de semetipso scribit: *Cum scirem, quod nemo magno illo vel Deo, vel sacrificio, vel Pontifice dignus est, qui non prius semetipsum Deo sacrificium vivum & sanctum obtulit, & ut rationalem cultum Deo acceptum exhibeat, & sacrificium laudis, & spiritum contritum immolavit, quomodo ausus fuissem, æternum illi sacrificium offerre, quod magnorem est mysteriorum; aut quomodo mihi sacerdotis speciem, & nomen vindicassem, priusquam operibus sanctis manus meas consecrassem?*

S. Chrysost. hom. 83. in Matth. Lib. 2. c. 16. n. 8.

Manus S. Philippi Nerij visa fuit aurea & radiosa.

Lib. 3. c. 2. n. 19.

Naz. ord. 1.

9. Sanctus Thomas Aquinas in opusculo quodam dubium movet, scilicet cur sæculares sub ambabus speciebus panis & vini non communicentur, quemadmodum sacerdotibus concessum esse videmus; cujus quidem tres assignat rationes, ex quibus tamen ea, quæ nobis inservit, hæc est: Nimirum *ad habendum vas congruum, hujus sanguinis contentivum; Sicut enim vinum vas specialius & diligentius præparatum, in quo servetur, exigit, quam panis; sic sub specie vini sanguis Christi sumendus solis sacerdotibus conceditur, tamquam vasis Domini ad hoc specialiter consecratis, & sacra religione constrictis, & virtutum pulchritudine excellentius præordinatis*; Adducitque textum illum Exodi cap. 24. ubi de Moyse dicitur: *Tulit itaque dimidiam partem sanguinis; & misit in crateras.* Cratera autem, inquit idem Doctor Angelicus, *est vas vinarium multis circulis circumligatum, significans Religiosorum Sacerdotum viam virtutibus custoditam, & ad Christi sanguinem suscipiendum aptam.* Porrò ut vinum bene custodiatur, singularis cura habetur, ne vas, cui infundendum est, malo sit odore imbutum, ac proinde sanctus Paulus de nobis sacerdotibus, qui divinum hunc liquorem suscipere & continere debemus, dicit: *Christi bonus odor sumus*; etenim quivis malus odor in Ecclesiastico, vel sacerdote; ad irrogandam sacrosancto Christi corpori injuriam sufficit, hoc enim *vinum est germinans virgines.* Ab ipsis nascentis Ecclesiæ crepundijs, ab eodem Paulo Apostolo, impositum est Episcopo Ephesino præceptum, quod meritò ab omnibus Prælatis omni cum studio & diligentia practicandum est, videlicet; *Manus cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis.* Quisquis enim mores, bonum nomen, vitam, conversationem, & maturitatem eorum, qui in militiam Ecclesiasticam adscribi volunt, diligenter non examinaverit omnium malorum & scandalorum, quæ per ejus negligentiam vel ignorantiam consequentur, reus erit; *Oportet enim prius examinare vitam ejus*, inquit Theodoretus, *qui ordinatur; deinde in ipsam invocare gratiam S. Spiritus.* Dionysius Carthusianus ad Epitheton, à sancto Petro sacerdotibus attributum, se reflectens, considerat, quòd, postquam de illis dixisset, quòd sint *Regale Sacerdotium, protinus* subjunxerit: *Gens sancta, id est*, ut idem Dionysius explicat, *divino cultui deputata, virtutibus decorata.*

Cur sæculares non sub utraque specie communicent sicut Sacerdotes.

S. Thom. op. 58. c. 2. 3.

Theod. ib.

1. Petri 2. v. 9.

Dion. Car. in 1. Pet. 2. v. 9.

DISCURSUS VIII.

ARGUMENTUM.

De summa Innocentia, quæ in ijs, qui ad sacrum altare, divinumque mysterium accedunt, desideratur.

THEMA.

Lavabo inter innocentes, manus meas, & circumdabo altare tuum Domine. Psalm. 25. ℣. 6.

Lotio manuum ante consecrationem, mundi-tiem significat.

1. SAncta Mater Ecclesia instituit, ut sacerdotes, priusquam in sacrificio incruento, sacratissimum Christi corpus consecrent, non solùm hæc Psalmi verba recitent, verum etiam eodem tempore manus suas lavent, ut per hoc docearntur & meminerint, cum quanta puritate & munditia conscientiæ adtremendum & venerandum hoc mysterium accedere debeant. Sanctus Remigius hunc Davidis versum exponens, dicit: Quòd David se lavare voluerit; *ad similitudinem probi sacerdotis, qui prius se lavat, & sic ad altare accedit.* Beatus Laurentius Justinianus, monet, ut sacerdos, qui ad cœlestem hunc panem consecrandum accedit; *Accedat ad altaris tribunal ut Christus, assistat ut Angelus, ministret, ut sanctus;* Moyses in Exodo, altare cum suis utensilibus ad sacrificia necessarijs, describens; insuper lavacri cujusdam his verbis mentionem facit: *Fecit & labrum æneum, cum base sua de speculis mulierum, quæ excubabant in ostio tabernaculi.* Oleaster legit: *Fecit concham æneam;* Refertque Rabbi David opinionem, qui duas ejusmodi conchas feciſſe scribit: *Alteram, in qua jugiter erat aqua, de qua hic est sermo, & habebat foramina, seu ora, è quibus aqua egrediebatur, quâ sacerdotes manus & pedes lavabant, quando erant Domino ministraturi: Alteram qua carnes Domino offerendæ lavabantur.* Dicitque idem Author, Deum per hoc sacerdotibus innuere voluisse, quòd minimè satis esse credere debeant, se manus suas in domibus proprijs lavisse; verum insuper se velle, ut in domo sua vel templo laventur. Circa speculum autem, quorum in prædicto textu fit mentio, opinionem refert Rabbi Abraham, qui in Commentarijs hujus textus, mulieribus hebræis usitatum fuisse scribit, quòd vultum quotidie mane ad speculum sive ex ære, sive ex vitro confecta adaptare, & expolire consueverint; quia verò multæ harum mulierum in Israël timoratæ, mundique contemptui deditæ erant, hæc specula sua tabernaculo offerebant, quibus demum sacerdotes utebantur, ijsdem concham hanc æneam circumdando, & poliendo: *Erat autem usus horum speculorum, ut sacerdotes, postquam essent in fonte loti, respicerent se aa speculo, an quidquam maculæ adhuc in eis remaneret; hujusmodi autem specula concha affixa erant.* Observat præterea, quòd sacer textus non dicat in numero singulari *cum speculo*; sed *cum speculis, ut dicamus, quanta consideratione opus sit ad hoc, ut digne domum Dei ingrediaris & illi ministres.* Cum igitur eo tempore, quo sacerdotes boum, vaccarum, arietum, vitulorum, ovium, aliorumque similium, animalium carnes tractabant, & offerebant, tam exactam Deus in suis ministris exegerit lotionem, quæ omnem in illis prohibebat: corporalem maculam; quantò magis illi, qui agnum divinum consecrare, tangere, distribuere, offerre, seque ex eo nutrire debet; conveniet, ut sit immaculatus, dicatque: *Lavabo inter innocentes, &c.* Cajetanus legit: *Lavabo in mundtia.* Dionysius Carthusianus autem inquit: *Lavabo manus meas non solum corporales, quibus Christi Sacramenta tractabo, sed etiam affectus, cogitationes & opera: ista lavabo in confessione.*

Cajet. Dion. Carth.

Cur sacerdotes in sacrificio Missæ non integras manus sed digitorum extremitates lavent.

2. Idem quoque Carthusianus mysteria refert, propter quæ Sacerdotes in sacrificio Missæ non integras manus, sed digitorum dumtaxat, extremitates lavent; dicitque id fieri, *primò propter reverentiam Sacramenti. Secundò ad designandam spiritualem lotionem, quâ mentem purgari oportet à maculis peccatorum;* Adducitque Dionysij Areopagitæ Testimonium dicentis: *Lotio extremarum partium digitorum, signat observationem minimarum culparum.* Hæc digitorum lotio autem fit in conspectu totius populi, quando celebrat, ad indicandum omnibus innocentiam cum qua ad altare acceditur. Unde Cajetanus hæc verba: *Lavabo inter innocentes manus meas*, ita exponit: *Manifestare potero toti populo, opera mea esse munda, velut lavans manus publicè in signum innocentiæ.* Sanctus Remigius verba illa: *Circumdabo altare tuum*; pariformiter ita declarat: ut sensus sit: *Aram cordis ornabo variis virtutibus.* Famosus ille ineognitus Carmelitanus, Michaël de Bononia per hoc altare, mentem & cor nostrum interpretatur, dicens: *Quid hic per altare, nisi mens nostra & cor intelligitur, quod virtutibus multis circumdari & ornari debet, de quo dicitur;* [*Altaria tua Domine virtutum:*] *Istud altare cordis nostri, sæpe visitare debemus, ejicere, & circumdare virtutibus, ne aliquid immunditiæ lateat in ipso; & si quid immundum ibidem invenerimus, purgare per pœnitentiam.* Modum verò, cor nostrum lavandi paucis his verbis nos edocet, dicens: *Lavabo conterendo, confundo, pœnitendo.* Oleaster in alio ejusdem libri Exodi loco, in quo supradicti lavacri fit mentio, in sensu morali dicit: *Adumbrat locus iste examen, quod quisque facere tenetur, cum ingreditur domum Dei, ut non nisi lotus ingrediatur,* citatque sententiam quamdam sancti Augustini reprehendentis illos, qui corporis, non verò conscientiæ sordes abstergere satagunt: *Sed timendum valde est,* inquit, *ut Augustinus annotavit, ne maculas à corpore extergas, & laves, non autem à mente, minum valde est, quod non audeas illotis manibus aut ore Dei Ecclesiam intrare, audeas verò illota mente Ecclesiam introire.* Ibidem quoque moraliter speculorum mysterium exponit, dicens: *Specula mandat Dominus poni juxta fontem aquæ, specula verò tua mandata sunt Dei; tunc, ait justus. Non confundar cum perspexero in omnibus mandatis tuis.* Ingeniosa quoque & utilis est illa ejusdem authoris observatio, quam circa multiplicitatem horum speculorum instituit, non enim unum tantum nominat, sed plura, idque non sine mysterio: *Et bene adverte,* inquit, *non sat esse, ut ad unum aut alterum respicias, te præceptum componas, opus est, omnia prospicere, & conformiter ad singula, cuncta adaptare.*

S. Remigius. Incogn. ib. Psal. 83. v. 4. Oleast. in c. 30. Exod. Psalm. 118. v. 6.

3. Petrus Blesensis in Epistola, in qua bona sacerdotis officia tradit; hunc quoque Psalmistæ textum memorat; dicens: *Lavabo inquit Propheta, manus meas; id est, opera; & sic circumdabo altare tuum Domine, & idem: Emitte lucem tuam & veritatem tuam; lavandi sunt omnes interiores affectus, nam in Levitico antequam offeratur hostia, diligenter omnia ejus intestina lavantur; manus igitur mundissimas esse oportet,* inquit idem Blesensis in alia quadam epistola, *quæ mundissimam carnem & sanguinem Christi tractant.*

Petr. Bles. ep. 123. Ep. 157.

4. In Levitico hoc ad Moysen expressum mandatum directum fuisse legimus: *Tolle Levitas de medio filiorum Israel, & purificabis eos juxta hunc ritum: Aspergantur aqua lustrationis, & radant omnes pilos carnis suæ.* Sed Origenem audiamus, hæc verba ita exponentem: *Lavat ergo primò Moyses sacerdotem Domini, & cum eum laverit, & purgatum reddiderit à sordibus vitiorum, post hæc induat eum.* Sanctus Ambrosius antiquam illam cæremoniam, vestes ante sacrificia lavandi considerans ait: *Si in figura tanta observantia, quanta in veritate? Discat Sacerdos, quid sit lavare vestimenta tua, ut mundum cor celebraturus exhibeas Sacramentis, si populus, sine ablutione vestimentorum, prohibebatur accedere ad hostiam, tu illotas mente pariter & corpore, audeas pro aliis supplicare? pro aliis divina Sacramenta administrare?*

Num. 8. v. 6. Exemplum Levitarum quoad purificationem & pilorum rasionem. Orig. hom. 6. ibid. S. Amb. l. 1. de offic. c. 5.

5. Valde considerabilis est lotio illa, quâ Salvator noster, priusquam Apostolos suos Sacerdotes ordinaret, altarisque Sacramentum institueret, eorum pedes abluere voluit: *Mittit aquam in pelvim,* inquit sanctus Evangelista, *& cœpit lavare pedes discipulorum, & extergere linteo;* Sanctus Petrus autem lotionis hujus mysterium non intelligens, obstupuit, cui sapientissimus Magister dixit: *Quod ego facio, tu nescis modò, scies autem postea;* Ostendere nimirum voluit, quanta cum munditia & puritate ministri ejus ad Sacramentum altaris se sistere debeant: *Qui lotus est, non indiget, nisi ut pedes lavet, sed est mundus totus, & vos mundi estis;* Quibus verbis culparum & defectuum minimorum abstersionem denotare voluit; & ideo in missa bis manus lavamus. In constitutionibus Apostolicis sancti Clementis Papæ, hæc verba leguntur: *Unus Subdiaconus aquam Sacerdotibus ministret ad lavandum manus, quod est signum puritatis animarum.* Sanctus Cyrillus Jerosolymitanus ad nostram eruditionem

Joan. 13. v. 5. Mysterium lotionis in ultima cœna priusquam Apostoli sacerdotes ordinarentur, & Sacramentum altaris institueretur. S. Clem. l. 8. const. Apost. c. 11.

S. Cypr. Jer. cath. myst. 5.

nem pariter ita scribit: *Ablutio nobis Sacerdotibus innuit, ut puri conscientiâ, mente, & cogitatione, quæ sint manus animarum nostrarum, cum timore, & mansuetudine, & omni clementia ad sanctam mensam accedamus.*

Hebr. 9. v. 13.

6. Sanctus Apostolus efficax quoddam in hac materia format argumentum, dum ait: *Si sanguis hircorum & taurorum, & cinis vitulæ aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis, quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum Sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundavit conscientiam nostram ab operibus mortuis?* Hæc autem sanctificatio necessariò in nobis innocentis, & immaculatæ vitæ dispositionem requirit. Enimvero celeberrimum illud est sancti Bonifacij Episcopi & gloriosissimi martyris Moguntini effatum, quo ajebat: *Quondam Sacerdotes aurei ligneis calicibus utebantur; nunc è contra lignei sacerdotes aureis utuntur calicibus;* Sciendum tamen sanctum hunc martyrem non condemnasse in vasis sacris argentum & aurum, sed postquam supradictam propositionem asseruisset, invitare voluit ministros sacros, ut potius cor auro charitatis opulentum, virtutibusque & sanctitate resplendens, quàm vasa aurea ad ministerium divinum deferrent.

Pulchritudo hæc exterior interiorem significat.

Isa. 52. v. 11.

Hear. 9. v. 23. Quondam sacerdotes aurei ligneis utebantur calicibus, nunc sacerdotes lignei aureis utuntur.

7. Profecto si veritatem fateri volumus, omnes Mosaicæ legis sacerdotes erant veluti totidem laniones, siquidem alio non fungebantur munere, quam quod oves, & boves macterent, earum carnes secarent & dividerent; erant itidem veluti totidem cocqui qui continuo asiabant, & lixabant; quænam igitur illos inter & nos esse potest proportio, qui ad tractandum sacratissimi Filii Dei corpus consecrati sumus? Et tamen Deus illo tempore per Prophetam Isaiam præcepit, dicens: *Mundamini, qui fertis vasa Domini*; licet vasa illa alia non essent, quàm lebetes, craticulæ, & similia instrumenta ferrea, quæ carnibus vitulorum, ovium, & similium animalium coquendis deserviebant, quia tamen ad oblationes, divino cultui suo factas adhibebantur, illa nonnisi à mundo & puro tractari volebat; optimè igitur Petrus Blesensis ait: *Verbum Prophetæ est: mundamini, qui fertis vasa Domini; quando mundiores esse oportet, qui in manibus & in corpore portant Christum?* Verè hodiè adimpletur illud à Propheta Malachia pronunciatum oraculum: *In omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda*; atque ideo Ecclesiasticis nostris potiùs, quàm antiquis, verba illa Prophetæ Isaiæ conveniunt. *Lavammi, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis: quiescite agere perversè, discite benefacere.* Sanctus Thomas de Villanova pariter ita scribit: *Quamvis sacrificia illius temporis essent abiecta, voluit tamen Deus ea sibi communibus manibus offerri, sed sanctificatis, & mundis; tum propter reverentiam, tum propter sanctificationem.* Deus noster de quo David ait, *Bonorum meorum non eges*, illa tot animalium in Jerosolymis facta laniena, & macello continuo minime indigebat, unde ait: *Numquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo?* Et tamen victimas illas tam puris manibus & mentibus offerri volebat; omnia enim in figura contingebant illis, quia scilicet omnes victimæ veteris legis, sacrificium incruentum unigeniti æterni Patris, quod in lege gratiæ offerendum erat, præfigurabant. Philo autem aliam illius assignat rationem, dicens: *Qui nullius indigus, offerri sibi postulat propter summam erga genus nostrum benignitatem, ut per studium cultus divini, & gratiarum actionis, puri simus ab inquinamentis, & abstergamus sordes contractas, vel verbis, vel operibus; ferendumne igitur videtur, ut Deum purissimum accedat quis, impuram habens animam, nisi mox sequatur pœnitentia?* nam aptius quis Sacerdotes nostros, qui Deum ipsum immediatè consecrant, affari, & hortari potuisset? *Quanta majestas pro arca lignea, & pro animalibus occidendis?* inquit Villanovanus.

Ps. 15. v. 2. Ps. 49. 13. Philo.

Non omnes de progenie Aaron ad sacerdotium admittebantur sed qui omni defectu corporali carebant.

8. Observat quoque idem sanctus Præsul, quod non omnes de progenie Aaron ad mysterium sacrum admittebantur, sed excipiebantur à Deo, qui erant defectuosi; unde rejiciebantur cœci, claudi, gibbosi, hernioſi, scabiosi, nec non qui nasum retortum, nimisque grandem habebant solum admittebatur, quod perfectum omnino, & immaculatum, & sine vitio erat; Verùm enim verò, quonam spectabat exterior hæc diligentia & industria? Nimirum ut exterior corporis species interiorem animæ pulchritudinem commendaret: advertit insuper idem sanctus Archiepiscopus, quod etiam, quando nullus in ministro, ministerium solicitante, erat defectus, aut macula lavabatur prius, deinde ungebatur oleo sancto super caput ejus effuso, & extrema auriculæ dextera, pollice manus & pedis dexteri, sanguine arietis intincto, consecrabatur Domino in sacerdotem, & post hæc vestibus sacris induebatur; Ecce, quot ritus & ceremoniæ sacræ; Ecce, quot purificationes requirebantur in eo, qui boves & oves in sacrificio oblatas tractandos habebat. Idemmet Villanovanus ad præceptum, superius ex Isaia adductum, scilicet: *Mundamini, qui fertis vasa Domini*, se reflectens, subjungit: *Quid dixi qui fertis? imò qui estis vasa Domini, id est, sacrarium Dei, in quibus Manna cœleste & Angelorum cibus quotidie infertur, atque reconditur.*

Naz. orat. 1.

9. Ad hoc propositum, Nazianzenus ante omnes alios ita scripsit: *Illud insuper scio,* inquit, *ne corporum quidem labes in sacerdotibus aut sacrificijs à censura immunes extitisse, verum legibus ita comparatum fuisse, ut perfecti perfecta offerrent, ad significandum, ut opinor, animæ integritatem. Nec sacerdotalem stolam, aut vas aliquod sacrum, cujus attingere licuisse, nec sacrificia ipsa, à quibus, & à quo tempore, ac loco minimè conveniebat consistere; nec unctionis oleum imitari, nec compositionis thymiama, nec denique templum ingredi cuiquam liberum fuisse, nisi & animo, & corpore; vel ad minima usque purus esset.* Pergit idem sanctus Doctor recensere, quanta cum reverentia & cautela Deus olim summum sacerdotem & sanctuarium accedere jusserit: *Tantum aberat,* inquit, *ut ad Sancta Sanctorum audacter accederet, quæ tot damnaxat, ac semel quotannis adire licebat; tantum aberat, ut cuivis jus esset, velum, aut propitiatorium, aut arcam, aut Cherubim, vel prospicere, vel attingere;* quæ omnia idem sanctus Pater adducit, ut cordibus Sacerdotum imprimat, quanta cum puritate & cum quanta innocentia, ad *Sancta Sanctorum* sacratissimi corporis Christi accedendum sit: *Quomodo,* inquit, *illud magnorum mysteriorum antitypum ipsi offerre auderem aut Sacerdotis habitum & nomen subire, priusquam sanctis operibus manus purificassem?* Sanctus Thomas Aquinas verba illa superius in Themate proposita, scilicet: *Lavabo inter innocentes manus meas*, ita exponit: *Quia ex concepta mores formantur, cum vivo innocente innocens eris; manus meas, id est opera*, quæ principaliter à Deo lavantur, per gratiam, quam infundit; Etenim cum Ecclesiastici sacramenta, quæ gratiæ instrumenta sunt, conficere, & alijs dispensare debeant, justum est utique, ut præcunctis alijs in gratia constituti sint: undè idem Doctor Angelicus circa illa verba: *Circumdabo altare tuum Domine*, sensum illorum dicit esse: *Sic totus accedam ad cultum divinum.* Sanctus Bernardinus pronunciatum quoddam Sancti Francisci citat, dicens: *Gloriosus Franciscus ait fratribus suis: Audite fratres mei, si beata Virgo honoratur, ut dignum est; quia Filium Dei portavit in sanctissimo utero suo; si Baptista contremuit, & non audet contingere sanctum Dei verticem; si sepulchrum, in quo per aliquod tempus latuit, tanta reverentia veneratur quantum debet esse sanctus & justus, & dignus, qui jam non moritur, sed glorificatus, & in æternum vivturus, in quem desiderant Angeli prospicere, contrectat manibus, corde, atque ore assumit, & alijs quoque porrigit ad sumendum?* D. Chrysostomus super illa verba: *Sacerdotes tui induantur justitiam*, mox rationem assignat, dicens: *Ut justè & sanctè coram te ministrent, remque tuam divinam pulchè faciant.*

Quanta reverentia olim in sacerdotibus ad sanctuarium accessuris requirebatur. Ibid. S. Bern. t. 1. ser. 20. a. 2. c. 7. S. Francisc. summam puritatem in sacerdotibus pulchra similitudine necessariam probat. D. Chrysost. in Ps. 131. v. 9.

10. Salvator noster in domo Petri constitutus, ut refectionem corporalem sumeret, socrum ejus febricitantem, ad mensæ administrandum non prius admisit, quàm illam perfectè sanasset; ubi S. Ambrosius ait: *Qualis esse debeat, qui Christo ministrat; oportet enim primò cavere vanarum illecebris voluptatum, vitare internum corporis animique languorem, ut corpus & sanguinem Christi ministret. Neque enim potest quisquam peccatis suis æger, minimeque sanus, immortalium sanitatum remedia ministrare. Vide, quod agas Sacerdos, ne febrienti manu corpus Christi attingas; prius cura, ut ministrare possis.* Sanctus Petrus Damianus singularem à sacerdotibus cautelam requirit, ne verbis otiosis, & levibus se coinquinent, etiam iis, quæ in alijs sæpè contemni non possunt,

S. Ambros. Quis esse debeat, qui Christo ministrat. S. Pet. Damian. l. 4. ep. 14.

sunt, siquidem in qualem epistola sua ait: *Admonendi sunt, qui sacris altaribus ministrare disponunt, ut non modò cor ab æstuantium passionum igne custodiant, sed etiam linguam, quæ inter Deum, & nos quodammodo mediatrix est, à super vacua levitate compescant.* Hugo Cardinalis, ex Alba, qua Sacerdotes ad altare accessuri, induuntur, sequentem deducit moralitatem: *Sacerdos quilibet*, inquit, *induitur Albâ, quæ est vestis alba usque ad pedes descendens, & significat candorem vitæ innocentis, quæ à sacerdote debet incipere; sicut Alba prius induitur à parte capitis, & usque ad subditos derivari, sicut Alba usque ad pedes descendit, & subditi sunt quasi pedes Ecclesiæ, ut exhibeat sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid hujusmodi, ut dicat de omnibus suis subditis cum Apostolo*, 2. Cor. 11. [*Desponsi vos uni viro virginem castam exhibere Christo*] *propter hoc etiam datur et manipulus ad significandum, quòd ipse & à se, & ab aliis debet abstergere, sordes peccatorum.* S. Bernardus, licet tanta vitæ innocentiâ refulgeret, attamen ad sacrum altare accessurus, toto corpore contremiscebat. Unde de semetipso ita scribit: *Hoc verò mihi est omni infelicitate miserius, quod ita opere perversus, ore pollutus, corde immundus, ad altare accedo, & Christi corpus manibus meis pertractare non erubesco? accedo elatus ad humilem, iratus ad mitem, crudelis ad misericordem.* Quæ quidem verba dictus mellifluus Doctor ex summæ humilitatis motivo dicebat; at verò, quot sunt hisce nostris temporibus, qui (quæ summa nostra miseria est) in hisce defectibus omninò culpabiles existunt.

Hugo Card. in c. 2. Apoc.

2. Cor. 12.

S. Bern. de intern. domo c. 36.

DISCURSUS IX.

ARGUMENTUM.

Varia in laudem Sacerdotum examinantur honorifica epitheta, quæ illos, ut altissimæ dignitati suæ respondeant, ad multas obligant virtutes.

THEMA.

Vos estis sal terræ: vos estis lux mundi; non potest civitas abscondi supra montem posita, neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus. Matth. cap. 5.

1. SAlvator noster cum discipulis suis, quos tamquam Ecclesiæ suæ cardines suos elegerat, qui proinde *Ecclesiarum Principes* vocantur, colloquens, varijs ijsque honorificentissimis titulis condecoravit, dicens: *Vos estis sal terræ, vos estis lux mundi, non potest civitas &c.* neque enim dubitandum est, quin omnibus virtutibus & perfectione præditi fuerint, quos æterna Veritas, & increata Sapientia laudavit, *non* enim *qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat.*

2. Cor. 10. v. 18.

2. Deus in veteri lege Aaronem cum tota sua progenie ad divinum cultum suum promovere volens, Moysi præcepit, ut à qualibet tribu virgam quamdam siccam, & aridam cujuslibet tribus proprio nomine respectivè signatam, fieri juberet; *quem ex his elegero*, inquit Deus, *germinabit virga ejus*; moxque congregatis virgis omnibus, inter cæteras sola virga Aaronis viruit, fronduit, floruit, & fructificavit; *Turgentibus gemmis eruperant flores*, inquit sacer Textus, *qui folijs dilatatis in amygdalas deformati sunt*. Sed quæ necessitas erat tantum patrandi prodigium, & portentum, adeo obstupescendum; Respondet quidam interpres: *Non temeraria ausa auxilium & miraculum Moysis præstolatur, sed honorificat sacerdotium, dum in virga germinante exspectat prodigium, nam Sacerdos inter Reges, & vulgus ignobile debet esse sanctitatis porrentum, & vitæ innocentis miraculum.* Sanctus Gregorius Nyssenus inquit: *Firmiter credebat, quòd miraculo quodam per virgam, quam unusquisque attulit, declaret Sacerdos manifestaretur.* Sacerdotium à prodigijs & miraculis originem trahit, quia scilicet miraculosa muneris hujus eminentia est & sublimitas, nec non prodigiosa eidem annexa sit oportet sanctitas.

Num. 17. 5. Sacerdotium à miraculis traxit originem, *Ibid.* 8.

S. Gr. Nyss. de vita Moysis.

3. Sanctus Ephrem in quodam à se de sacerdotali dignitate compositio tractatu sequentem nobis exhibet doctrinam: *Genu posito, lachrymis, atque suspiriis ovo, ut hanc Sacerdotis thesaurum inspiciamus; thesaurum inquam his, qui eum digne & sanctè custodiunt.* Quemadmodum enim thesaurus inexhaustarum cumulus est divitiarum; quibus quodcumque bonum comparatur & acquiritur; ita pariter & sacerdotium thesaurus est virtutum, donorum, gratiæ, sanctitatis, honorum, aliorumque omnium desiderabilium bonorum.

S. Ephr. de Sacer. tit. 1.

4. Ecclesiasticos Salvator titulo salis affecit, quod attributum Hugo Cardinalis considerans, ita eos alloquitur: *Verbo & exemplo alios debetis condire, vos habetis totius orbis legationem, vos estis condimentum universæ carnis:* Animas à Deo creatas, atque redemptas, ejusdem novimus esse cibum, dicente Christo: *Ego cibum habeo manducare*; harum itaque epularum condimentum est mysticus quicumque Sacerdos; sacros proinde ministros alloquens sanctus Augustinus, ait: *Vos estis sal terræ, lux mundi, lucerna accensa, civitas in monte posita.* Glossa particulam *Sal* penitus indagans ait: *Condientes alios doctrinâ & vitæ suæ exemplo; Sal salus à corruptione*; unde Propheta: *Dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terræ.*

Hugo Card. in Matth. Ecclesiastici à Christo Sal vocantur.

Jo. 4. v. 32.

S. Aug. ser. 36. ad FF. Gloss. ib.

Isaiæ 49. v. 6.

5. *Vos estis lux mundi*, quia inquit Lyranus, *Sacerdotes debent alios illuminare.* Imò quemadmodum omnium creaturarum nobilissima, pulcherrima & dignissima, summeque huic mundo necessaria, est lux, ita omnes inter status, & personarum conditiones vocatio dignissima, utilissima, maximeque necessaria est Sacerdotum, à quibus omnium dependet bonorum communicatio.

Matth. 5. v. 14.

Lyran. Lux mundi dicuntur.

6. *Non potest civitas abscondi supra montem posita. Vos estis civitas*, ita Sacerdotes alloquitur Hugo Cardinalis, *in protectionem & defensionem aliorum, pro quibus debetis vos opponere tamquam muram.* Interlinearis per montem hunc, Ecclesiam aut Christum intelligendum censet, inquiens; *Christum vel Ecclesiam, ipse mons manifestat eam.* Nomen insuper lucernæ supra candelabrum positæ, cui proprium est tenebras fugare, noctemque illuminare, attribuitur Sacerdoti. Per *candelabrum*, *Ecclesiam* intelligit Glossa; Ecclesiasticorum itaque est errorum dissipare caliginem, ignorantiæ, & vitiorum tenebras exterminare, populos sanâ doctrinâ, bonisque exemplis illuminare. *Isti sunt*, id est, *Sacerdotes*, inquit Albinus Alcuinus, *luminaria sanctæ Dei Ecclesiæ.* Nicolaus Pontifex ad Franciæ Episcopos scribens, eosdem titulo stellarum honorare non dubitat, dum inquit: *Stellæ verbum vitæ continentes, & morum ac virtutum lumine longè, latèque proximos illustrantes*, quibus deinde subjungit, quod his respondentibus stellis, Ecclesia cœlum veraciter denominari possit; Cui S. Bernardus incunctanter subscribit, dicens: *Habet Ecclesia cœlos suos, homines spirituales, vita & opinione conspicuos, fide puros, spe firmos, laros charitate, contemplatione suspensos*: Demum vero effectus, quos bona à Sacerdotibus recepta producunt, recensere volens, subdit: *Et hi pluentes pluviam verbi salutaris, tonant increpationibus, coruscant miraculis, hi enarrant gloriam Dei. Qui ad justitiam eruditi multos, quasi stellæ sunt in perpetuas æternitates*, inquit Daniel.

Matth. 5. v. 14.

Hug. Card. ibi.

Interl.

Civitas supra montem posita.

Gloss. ibi.

Alb. Alc. ep. 28.

Nic. pp. ep. 32.

Dan. 12. v. 3.

7. S. Isidorus Pelusiota sacri altaris ministros alio epitheto honorat, dum illos *oculos Ecclesiæ* vocat: Etenim sicut soli oculi inter omnia alia membra nostra lucem habent, illisque Deus communicavit lumen, ut corpori, multisque operationibus ejus, qui à visu oculorum diriguntur, ducatum præstent; eadem proportione dicere possumus, quod Deus mystico Ecclesiæ suæ corpore Sacerdotes velut partem magis nobilem, secus ad oculos collocarit, majusque illis lumen, cuique bonorumque spiritualium, & æternorum notitiam contulerit ut hac ratione alijs Ducis loco serviant, divinæque gratiæ bona communicent. Sanctus Carolus Borromæus in concione quadam in Synodo habita ad Clerum & Ecclesiasticos ibidem præsentes discursum suum dirigens, illos pupillam oculorum Dei esse dixit: *Hi sunt pupilla ipsa oculorum Dei.* Theodoretus ordinem sacerdotalem faciei similem esse dixit, quæ pars hominis est spectabilior magisque essentialis; unde verba illa Psalmi: *Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis*, ponderans, ait: *Vultus Ecclesiæ propriè quidem ipse Dominus est, etenim caput est corporis, siquidem ipsum, ait, dedit caput super omnia membra Ecclesiæ*; Deinde Sacerdotum ordo veluti *quædam facies est Ecclesiæ, tamquam majori spiritus dignitate exornatus.*

S. Isid. Pel. l. 2. ep. 112.

ministros altaris oculos Ecclesiæ appellat.

Act. Eccl. Med. p. 7. conc. 11. ad Cl. car. 1567.

Ps. 44. v. 13. Theod.

8. Sanctus Bernardinus, Sacerdotes os Ecclesiæ esse, his verbis asserit: *Totius Ecclesiæ quasi os sunt, de quo dicitur: In medio Ecclesiæ aperuit os ejus, & implevit eum Dominus,*

S. Bern. tit. 1. in ar. 2 12.

Os Ecclesiæ nuncupat.

minus Spiritu sapientiæ & intellectus. Porrò lingua Sacerdotis tantæ est efficaciæ, quanta est lingua ipsiusmet Dei; Etenim de Altissimo dicitur: *Dixit, & facta sunt*: Lingua autem Sacerdotis efficit, ut creatura transmutetur in Creatorem, panis in corpus Christi, vinum in sacratissimum ejus sanguinem. Unde Petrus Blesensis ait: *Cujus verbum accedit ad elementum, & fit sacramentum.* Venerabilis Pater Magister Avila, cuidam eum interroganti, an sibi expediat, ut ordinetur Sacerdos, per epistolam respondens ait: Verbis explicari nequit sanctitas, quæ ad officium tale, quale est sacerdotium, ritè exercendum, requiritur, siquidem Sacerdos solâ linguâ aperit, & claudit cœlum, ipsumque rerum omnium Creatorem de cœlo in terram sub specie panis descendere facit, estque Advocatus apud Deum pro universo mundo.

Petr. Blef. serm. 47.

S. Cyr. Alex. in Isa. v. 5. 6. Cordi in corpore compaxat.

9. Sanctus Cyrillus Alexandrinus verba illa Isaiæ: *Omne caput languidum, & omne cor mœrens, à planta pedis, usque ad verticem non est in eo sanitas*, declarans, per caput Regem interpretatur, per pedes subditos, per cor autem Sacerdotes: *Cor nuncupare videtur*, inquit, *sacrosanctam & selectam tribum, id est Leviticam, vel ac legem eruditam & earum totius corporis agentem.* Voluit autem Spiritus sanctus Sacerdotem sub nomine cordis describere, ut intelligeremus, quòd, sicut cor inter omnia alia membra in corpore humano, est primum mobile, ita quoque Sacerdos in Republica est primus, & præcipuum omnium bonorum gratiæ instrumentum, in quo vita animæ consistit; & sicut à corde spiritus vitales, corpus vivificantes, illisque calorem, motum & vitam subministrantes, in omnes corporis partes transfunduntur, ita pariter à Sacerdotibus in alios spiritus vitales gratiæ Sacramentorum, aliorumque bonorum spiritualium transmittuntur.

Isaiæ 1. v. 5. 6.

S. Ambr. l. de viduis, dicit Sacerdotis officium esse Spiritus sancti.

10. Sententia est sancti Ambrosij, sublimis dignitatis sacerdotalis expressiva, qua dicit: *Sacerdotis officium est Spiritus sancti*; sicut enim tertia sanctissimæ Triadis persona, donorum, bonorumque spiritualium est thesaurarius, ita Sacerdotes institui sunt, ut sint eorumdem thesaurorum dispensatores, quos proinde Apostolus vocat; *Dispensatores mysteriorum Dei*; Sanctus Bernardus ait: *Nihil nos Deus habere voluit, quod per manus Mariæ non transiret*; idem quoque ni fallor, de Sacerdotibus asserere possumus, quia cum gratiam Sacramentis mediantibus conferat Deus, Sacerdotes illorum instrumenta esse voluit, siquidem ad illos spectat Sacramenta conficere, & alijs dispensare: Textus Græcus, ubi Vulgata legit *Dispensatores*, ipse vertit *Œconomos*; & ideo Sacerdos est *fidelis servus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam.* Sine Spiritu sancto nullus sanctus fieri, nec aliquem in cœlos aditum habere potest: De Sacerdotibus verò sanctus Carolus Borromæus in quodam sermone ad Clerum ait: *O magna & inclyta Dei instrumenta Sacerdotes, à quibus omnium populorum pendet beatitudo. Spiritus est, qui vivificat*, quia sine gratia, cujus author est Spiritus Sanctus, anima spiritualiter vivere nequit; Ita quoque Ecclesia sine Sacerdotibus futura esset velut corpus sine anima; defutura enim illi essent Sacramenta, sacrificia, verbum Dei, peccatorum absolutio, denique omnia illa bona, quæ à cathedra Petri promanant. Petrus Blesensis, in Epistola quadam de Sacerdotibus, ita scribit: *Ascendit ad familiaritatis dignitatem. In opere creationis, non fuit qui adjuvaret Spiritum Domini; aut Consiliarius ejus esset; in mysterio verò redemptionis nostræ, voluit habere coadjutores, dicens: (Hoc facite in meam commemorationem.) Est ergo Sacerdos, coadjutor Redemptoris.*

1. Cor. 4. v. 1.

S. Bern. ser. 3. in vig. nat. Dom.

Act. Eccl. Med. p. 12. conc. 11. ad ad Cler. Joan. 6. v. 64.

Petr. Blef. serm. 47.

Luc. 22. 19.

Act. Eccl. Med. par. 4. de sacr. ord. car. 547.

11. Sanctus Carolus Borromæus, de dignitate sacerdotali differens, ita scribit: *Sacramenti Ordinis dignitas, & utilitas, quamvis sit, ex eo perspicuè manifestum est, quòd aliqua Sacramenta ab illo ita pendent, ut sine eo partim confici, partim ministrari nullo modo possint.* Sacramenta autem redemptionis Christi fructus sunt, ejusque sanctissimi sanguinis pretium; & tamen dispositum, ut illa per manum nostram, esse suum recipiant, alijsque communicentur.

Per. Blef. ibid. vocat sacerdotes consiliarios Domini Sabaoth.

12. Petrus Blesensis Sacerdoti aliud quoddam insigne epitheum attribuit, cùm dicit, quòd sit *Consiliarius Domini Sabaoth*, *cujus consilio offensi redeunt in gratiam Dei sui.* Etenim ex consilio & authoritate, Sacerdotibus in signatura pœnitentiarij cœlestis, delegata, remittuntur & condonantur offensæ, scelera & delicta læsæ majestatis, contra Altissimum patrata; nam sine consilio, potestate & voluntate eorum non condonantur culpæ, cæteroquin per omnem æternitatem pœnarum infernalium, expiandæ. Hanc quoque laudem sanctus Carolus Sacerdotibus attribuit, dum ait: *Sacerdotes Dei Interpretes & Internuncij quidem sint, qui ejus nomine divinam legem, & vitæ præcepta homines edocent, & ipsius Dei personam in terris gerunt*, idem docet sanctus Prosper, dum ait; *Per Dei gratiam sunt divinæ voluntatis indices*, atque exinde nobilissima alia subnectens epitheta, dicit: *Ecclesiarum Christi post Apostolos, fundatores, fidelis populi Duces, veritatis assertores; pravæ doctrinæ hostes, omnibus bonis amabiles, vindices oppressorum, Patres in fide Catholica regenerationum, Prædicatores cœlestium, Phalanges, Præliatores invisibilium præliorum.*

Act. Eccl. Med. ib.

S. Prosp. l. 2. de vita contempl. c. 2.

13. Notatu dignissima in præsenti occurrit sancti Ephremij, quâ Sacerdotium insignit sententia, dum ait: *Fundamentum solidum ac stabile à terra usque ad apicem cœli pertingens*; quasi dicerat: Sacerdos à terra usque ad cœlos esse elevat per claves potestatis suæ, quibus cœlum aperit, ut cœlestes super nos defluant thesauri; verè equidem *fundamentum solidum*, est sacerdotium; siquidem omnes aliæ labiles sunt dignitates, cumque mortali desinunt esse vita, sacerdotalis autem character animæ imprimitur indelebiliter, juxta illud: *Tu es Sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech.* Aliqui equidem pontificiæ renunciarunt tiaræ, imperatorio alij diademati & sceptro; ast dignitas sacerdotalis immortalis est atque indelebilis, in ipso pariter cœlo superstes; ubi honor ille consecrandi, benedicendi, tractandique authoritativè corpus Filij Dei, ad dexteram Patris in tanta residentis gloria, manebit perpetuus. Quam prærogativem aliqui in semper florente Aaronis virga figuratam arbitrantur; ad quod alludere visus est sanctus Ambrosius, dum ait: quod *numquam sacerdotalis marcescat gratia.*

S. Eph. de ord. fac. vocat sacerdotium fundamentum solidum à terra usque ad apicem cœli pertingens.

Psal. 109. v. 4.

S. Ambr. l. 10. ep. 82.

14. Apostolus Paulus ad Timotheum scribens, hoc ei imponit præceptum; *Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per Prophetiam, cum impositione manuum Presbyterij.* Circa quæ verba ita discurrit S. Chrysostomus: *Doctoris, Sacerdotisque dignitas magna est, atque mirabilis, & quæ revera divinâ sententiâ comprobanda sit, ut quis ea dignus adducatur in medium; ita, & fridem fiebat, ita nunc quoque fit, quoties absque humana passione hujusmodi electiones celebramus, cum nihil omnino sæculare, nihil temporale intuentes, neque ad gratiam, neque ad odium facimus; tunc quia nihil fiebat humanum, Sacerdotes etiam ex prophetia veniebant. Quod est ex prophetia? Ex Spiritu Sancto quippe munus est propheticum non modo futura prædicere, sed etiam præsentia dicere.*

1. Tim. 4. v. 14.

Chrys. l. 5. ibid. Dignitas impositionis manuum Presbyterij.

15. Postquam Deus oleum, quo Sacerdotes suos conserari volebat, præscripsisset, subjungit: *Unges, sanctificabisque eos, ut Sacerdotio fungantur mihi: filijs quoque Israel dices: Hoc oleum unctionis sanctum erit mihi in generationes vestras. Caro hominis non ungetur ex eo.* Forsitan Aaron filijque ejus, nec non reliqui omnes Sacerdotes, in tabernaculi ministerium conferendi, homines non erant? utique; quod igitur in hocce latet mysterium? Lyranus respondet: *Exceptis Regibus, & Sacerdotibus, qui, quantum ad officium, sunt supra homines, quia medij sunt inter Deum & populum.* Sacerdotes *medium quid* existunt, Deum inter & hominem, quid nescio divinum in se continentes. Sanctus Ignatius Martyr, in Epistola quadam ad sanctum Polycarpum, de illis ita scribit: *In Dei domo, velut filios familias majores divinorum bonorum Oeconomos, sociosque Dei Sacerdotes respicite.* Sanctus Augustinus in Sacerdotum commendationem ita arguit: *O Sacerdotes, si anima cujuslibet Justi sedes est Dei, multò magis sedes & templum Dei vos esse debetis mundum & immaculatum; Si sepulchrum ejus gloriosum est, in quo corpus ejus jacuit exanime, multò gloriosiora, & digniora debent esse corpora vestra, quæ à mortuis suscitatus inhabitare quotidie dignatur.*

Exod. 30. v. 30 31. 32. Exemplum unctionis veterum sacerdotum.

Lyr. ibid.

S. Ign. M. ad Polyc.

S. August.

16. Albinus Alcuinus Sacerdotes Signiferos appellat vexilli sanctæ Crucis, ait enim: *Isti in prima acie vexillum sanctæ Crucis non segniter sublevare debent, & ad omnem impetum hostilis excursus mirepidi stare.* S. Prosper Sacerdotes, illos præcipuè, qui verâ & constanti bonitate præditi sunt, his epithetis honorat: *Ipsi sunt*, inquit, *Ecclesiæ decus, in quibus amplius fulget Ecclesia; Ipsi columnæ firmissimæ, quibus in Christo fundatis immittur omnis multitudo fidelium. Ipsi januæ civitatis æternæ, per quos omnes, qui credent in Christum, ingrediantur ad Christum. Ipsi janitores, quibus claves datæ sunt regni cœlorum. Ipsi etiam dispensatores regiæ domus, quorum arbitrio in aula Regis æterni,*

Alb. Alc. ep. 18. Plures alij sacerdotibus tribuuntur honorum tituli.

S. Prosp. l. 2. c 3. de vit. contempl.

dividuntur gradus, & officia singulorum. Denique sanctus Ambrosius in libro, cui titulus *de dignitate sacerdotali*, capite secundo ait: *Sacerdotes sunt propago sanctificata, Duces gregis Christi*, & in capite tertio ait: *Nihil est in hoc æculo excellentius Sacerdotibus.*

S. *Ambr.* l. 2. *de dign. sac.* c.2.ibid.c.3.

DISCURSUS X.

ARGUMENTUM.

Multæ recensentur analogiæ, quæ Angelos inter & Sacerdotes versantur; ita tamen ut hi illis in multis prærogativis superiores existant.

THEMA.

Angelus Domini exercituum est. Malach. 2. v. 7.

INter alias prærogativas, quibus sacra Scriptura & sancti Patres Sacerdotem honorant, valde insignis est illa, quâ eum Angelum Domini appellant: *Angelus Domini exercituum est*; quæ verba Interlinearis hoc modo explicat: *Exponit nomen suum Esdras Sacerdos Dei, id est, Malachias, qui Angelus Domini appellatur, voluntatem Dei nuncians hominibus.* Theodoretus pariter in expositione horum verborum ita scribit; *Assumptio verbi Domini super Israel in manu Angeli ejus; Ea de causa seipsum Angelum appellavit, quod divinorum sermonum, ac minister esset, cum ita ostendit ex ore suo Dominum verba facere, adhortatur populum, ut his, quæ dicuntur, adhæreseat.* Nec desunt alia Scripturæ testimonia, in quibus hæc veritas exprimitur. Sic enim Moyses, auxilium de cœlo Achar solitariæ, in vasta sylva degenti, missum describere volens, ait: *Vocavitque Angelus Dei Agar de cœlo:* Sed numquid Angeli, cœlestis habitationis perpetui cives sunt? quænam igitur necessitas erat, ut hæc circumstantia *de cœlo* adderetur? Theophylactus dubium hoc solvit, dicens: *Adjecit autem de cœlo, quandoquidem & Sacerdotes Angeli vocantur.* S. Apostolus quoque ad Galatas scribens, eosdem monet, ut sibi caveant ab illis, qui aliud prædicaturi essent Evangelium, ab eo, quod ipse eis annunciaverat, diversum, sed observare phrasim loquendi, quâ utitur, dicit enim: *Sed licet nos, aut Angelus de cœlo evangelizet vobis, præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit*; ubi D. Chrysostomus optimè notat particulam, *Angelus de cœlo*, dicitque sanctum Paulum per illam insinuare voluisse differentiam, quæ intercedit inter Spiritus beatos & Sacerdotes, utpote quibus pariter Angelorum titulus adscribitur: *Non temerè dixit de cœlo*, inquit: *sed quoniam Sacerdotes quoque dicti sunt Angeli, ne quis existimaret de his Angelis quoque verba fieri, additâ particulâ, de cœlo, supernas virtutes indicavit.*

Interl. Sacerdotes vocantur Angeli Domini. Theod. Et probatur ex scriptura.

Gen. 21. *v.* 17.

Theoph. ad Gal. 1.

Galat. 1. *v.* 8.

Chrys. ib.

2. In libro Sapientiæ dicitur: *Angelorum escâ nutrivisti populum tuum*; quæ verba quoad sensum literalem de Manna intelliguntur, quod Deus per ministerium angelicum populo Dei in deserto distribuebat: Sancta verò Mater Ecclesia illis verbis in sanctissimi Sacramenti altaris administratione utitur, dum ita canit: *Panem de cœlo præstitisti eis*; at verò, si ita est, quid huic Sacramento inter est cum Angelis? quod enim throno Eucharistico circumquaque reverenter assistant, facilè quidem concesserim, cæterum verò Eucharistia annona quædam est, quæ à ministris Ecclesiasticis nobis procuratur; Ecce tibi mysterium, inquit Seraphicus Bonaventura: *Panem Angelorum, scilicet Sacerdotum, manducavit homo.*

Sap. 16. *v.* 20.

S. Bon. ib.

3. Sanctus Paulus ad Corinthios scribens, ait: *Nescitis, quoniam Angelos judicabimus? quanto magis sæcularia?* At verò, quinam sunt hi Angeli, qui à supremi Judicis assessoribus judicabuntur? Forte rebelles? Sed hi cum de facto condemnati sunt ad ignem; Ergone Angeli boni? Multò minus. Alvarez Pelagius *de planctu Ecclesiæ*, per hos Angelos, Sacerdotes intelligi dicit, qui omnium primi ab Apostolis judicabuntur, siquidem, clarum est illud propheticum oraculum; *à sanctuario meo incipite.*

1.*Cor.* 6. *v.* 3.

Alv. Pel. de planct. Eccles. l. 1. *c.* 13. *Ezech.* 9. *v.* 6.

4. Celebris quoque est ille ad eosdem Corinthios textus, in quo dicitur: *Debet mulier potestatem habere supra caput, propter Angelos*; ubi nomine potestatis, Divus Chrysostomus *insigne subjectionis* indicari dicit; Velum enim mulierum capitibus impositum, ut varij probant, subjectionis indicium est, qua uxor marito obstringitur. S. Ambrosius per *potestatem velamen* quoque intelligit; Sed cur hoc velum in mulierum capitibus deferri jubetur, ne offendant Angelos, cum illos omnis scandali incapaces esse constet? S. Ambrosius ait: *Angelus, Episcopus dicitur; propter reverentiam Episcopalem non habeat caput liberum, sed velamine tectum.*

1.*Cor.* 11. *v.* 10.

S. Chrysost.

S. Ambros.

5. In Apocalypsi quoque septem illi Episcopi, qui in Asia animarum regimini præerant, Angelorum nomine nuncupantur, cum dicitur: *Angelo Ephesi Ecclesiæ scribe: Angelo Pergami Ecclesiæ &c.*

Apoc. 2.

6. *Angelus Domini est*; Divus Chrysostomus Homilia secunda in Epistolam secundam ad Timotheum: *An ignoras, quid sit Sacerdos? Angelus utique Domini est.* Et in libro tertio de Sacerdotio ita scribit: *Sacerdotium quidem in terra peragitur, sed in rerum cœlestium classem, ordinemque referendum est, quippe non mortalis quisquam, non Angelus, non Archangelus, non alia quæcunque potentia creata: sed ipse Paracletus ordinem hujusmodi disposuit, qui mortalibus hominibus, etiamnum in carne manentibus, author fuit, ut Angelorum ministerium animo conciperent.*

D. Chrysf. probatur idipsum ex SS. Patribus,

An. 57. *n.* 49. *Bar.*

7. Tertullianus, quemadmodum annales attestantur Ecclesiastici, Sacerdotes in primis illis æculis Angelorum honoravit titulo, quod pariter ijs nomen, prout dicemus, attribuit S. Dionysius Areopagita S. Pauli, & ab eo ad fidem conversus, discipulus; cui etiam S. Gregorius Papa subscripturus, ait: *In divinis eloquijs aliquando Sacerdotes, Dij, aliquando Angeli, vocantur; nam & p.r Moysen de eo, qui ad juramentum deducendus est, dicitur; applica illum ad Deos, id est, ad Sacerdotes; & rursum scriptum est: Dijs non detrahes, scilicet Sacerdotibus. Et propheta ait: Labia Sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore ejus quia Angelus Domini exercituum est. Quid ergo mirum, si illos vestra pietas dignetur honorare* (ita ad Mauritium scribit Imperatorem) *quibus in suo eloquio honorem tribuens, eos aut Angelos aut Deos, ipse etiam appellat Deus.* Dionysius Carthusianus verba explicans prædicta Malachiæ, authoritatem adducit Sancti Dionysij Areopagitæ, inquiens: *Quemadmodum divinus Dionysius docet, infimum superioris ordinis; & supremum ordinis inferioris, magnam habent mutuo convenientiam, & nomen unius transfertur ad aliud; cum enim in cœlesti Hierarchia, ordo Angelorum sit infimus, & in Ecclesiastica Hierarchia ordo Sacerdotum sit summus: Angeli, & Sacerdotes communicant ita ut Sacerdotes Angeli nuncupentur.*

Dion. Car. Malach. 2. *v.* 7.

8. Sanctus Dionysius Areopagita, cujus & testimonium Glossa adducit, de cœlesti tractans Hierarchia, his sacerdotalem eminentiam explanat verbis: *Sacerdos homo inter homines, Dei omnipotentis Angelus à sacra Scriptura nominatur; nihil, ut reor, absurdum est, si Sacerdotem quoque hominem, Theologia Angelum vocat, qui pro viribus angelicæ proprietati docendo participat, atque ad Angelorum similitudinem, ut hominj possibile est, permutandi officium militat.*

S. Dio. Areop. cit. in gl. l. d. cœl. hier. c. 12.

9. Nomen *Angelus* idem est quod *Nuncius*, quod certè epitethon unicè & singulariter nostro competit statui & ministerio ò Sacerdotes, dicente Ambrosio sancto; *Sacerdos est Angelus*; cujus hanc assignat denominationis causam: *Qui regnum Christi, & vitam æternam annunciat, non specie tibi æstimandus, sed munere.* Sanctus Hieronymus eidem suffragatur interpretationi, dum ait: *Angelus, id est, Nuncius Sacerdos Dei verissimè dicitur, qua Dei, & hominum sequester est, ejusque ad populum nunciat veritatem.* Tigurina pro Ly *Angelus est*, vertit, *Legatus est.* Ideoque sanctus Paulus in omnium nomine Sacerdotum, insit: *Posuit in nobis verbum reconciliationis, pro Christo ergo legatione fungimur, tamquam Deo exhortante per nos.* Albertus Magnus prædicta Malachiæ verba ita interpretatur, *Angelus, hoc est, nuncius Dei ad populum.*

Probatur ex etymologia nominis S. Ambr. de initio c. 2.

S. Hier. in Mal.

Tigur. ibi.

2.*Cor.* 5. *v.* 19.

Alb. M. in Mal.

10. D. Chrysostomus super verba illa capitis vigesimi quinti Genesios: *Perrexit, ut consuleret Dominum*, optimè confiderat, in quanta tunc Sacerdotes reverentia, & existimatione fuerint, tametsi illis ritibus & ceremonijs sacris, quas Deus postea in lege Mosaica scripsit, & Ecclesia in lege Evangelica instituit, ordinati nondum fuerint: *Vide, inquit, quanta & tunc erat Sacerdotium dignitas, nisquam enim dicit, quod Sacerdos ei responderit: sed postquam dixit, abijt, ut consuleret Dominum; subjecit: & dixit Dominus ei, nempe per Sacerdotem: duas gentes in utero tuo continues: Etenim & alio loco Angelum vocat Sacerdotem divina scriptura monstrans, quod ille loquatur, quæ inspirat, ac suggerit Spiritus gratiæ.*

D. Chrys. h. 40. *in Gen.* 25. *v.* 22.

11. Angeli & Sacerdotes in multis communicant; Etenim

Angeli & sacerdotes in multis communicant.

Etenim sicut Angeli in curia cœlesti intimi, & sunt Aulici, & familiarissimi Regis gloriæ domestici: ita pariter sacerdotes in curia & aula regia quam Deus hîc in terris habet, id est, in Ecclesia, sunt domestici, & familiares Dei: *Domestici Dei.* Qua de re beatus Petrus Damianus, ita scribit: *Quid est, quod Angelorum & hominum agminibus excelsis, solus Petrus in consortium divinæ Majestatis, & cum Domino residet Præsidente? Dulce colloquium sancta conversatio, Consilium speciale Patris & Dei, ubi secretorum indifferentia mortalem hominem Deo copulat & counit*, Quasi diceret: quis usquam hîc in terris strictius & familiarius cum Deo loquitur, quàm sacerdos in Sacramentis, in sacrificijs, in orationibus, & in omnibus alijs, quæ pertinent ad bonum regimen, & directionem sponsæ suæ, id est, Ecclesiæ, eidem in custodiam assignatæ.

S. P. Dam. ser. 27. *de S. Petr.*

Angeli sunt aulici Dei in curia cœlesti, sacerdotes in aula ejus regia in terris.

12. Quod si de Angelis dixit Salvator: *Semper vident faciem Patris mei, qui in cœlis est*; Idem quoque meritò dicere deberet sacerdos, utpote qui à Deo, ejusque divino servitio numquam separari, aut sejungi deberet. S. Bernardus causam assignat, cur Joannes Baptista Angeli nomen promeruerit, quando de illo dicitur: *Ecce ego mitto Angelum meum*; ideo nimirum, *quia perpetuum cum Divinitate consortium habuit.* Character sacerdotalis animæ indelebiliter imprimitur, siquidem hunc sacerdos in perpetuum conservabit; ad denotandum, quod à consortio & servitio ejus, cui est consecratus, numquam debeat divelli. Angeli numquam, ne ad momentum quidem à Deo divertere se possunt, quia *semper vident faciem Patris*, ideo nihil contemplantur, nulli alij student, nec quidquam operantur aliud, nisi ut Deo placeant. Sanctus Thomas de Villanova de eodem præcursore ita scribit: *Vita ejus non erat humana, sed angelica, erat quidem homo sicut nos, sed & mihi videtur hominis non nisi effigiem & colorem habere, omne quod cogitabat, quod volebat, quod agebat, totum erat angelicum.*

Angeli semper vident faciem Dei.

S. Bern. ser. de privil.

S. Joan. Bapt.

Hoc etiam deberent facere sacerdotes.

S. Th. Vill. conc. 1. *de S. Jo. Bapt.*

13. *In multis communicant Angeli, & Sacerdotes.* Divus Chrysostomus postquam hanc æqualitatem Sacerdotum cum dignitate angelica consideraset, ita demum illos monet: *Idcirco necesse est, Sacerdotem sic esse parum, ut si in ipsis cœlis collocatus esset, inter cœlestes illas virtutes medius staret.* Paulus de Paulatio in supra dictum Malachiæ textum ita scribit: *Nota, quia Angelus est Sacerdos, & videt quid debeat Sacerdos Deo, scilicet viam angelicam.* Dionysius Carthusianus pariter similem rationem assignat, cur sacerdotes Angelis comparentur, nimirum quia *Spiritualem & angelicam vitam in carne ducendo* (De sacerdotibus loquitur) *Angelicum exercent officium, ideo in Apocalypsi, Episcopi septem Ecclesiarum in Asia, Angeli appellantur.*

Chrysost. l. 3. *de sac.* Sacerdotes debent esse puri, tales enim sunt Angeli.

Paul. de Paul. in Malach.

Dio. Carth. ibi.

14. Deus in Exodo de oleo confectionis loquens, quo ministros altaris sui ungi volebat, dicit: *Caro hominis non tanget ex eo*; sed numquid etiam sacerdotes de humani generis progenie erant? Interpres quidam de hoc præcepto ita ad propositum nostrum scribit; scilicet hoc dictum esse, *ut voluptatem carnis amputandam esse intelligant*; debet enim Sacerdos, & quilibet minister sacer, merus esse Spiritus, vel Angelus in carne: *Unctio ista Spiritus est*, inquit, *unguento itaque isto caro hominis ungi non potest, quia quicumque vivunt secundum carnem, sancti Spiritus nesciunt unctionem.* Certè, inquit Divus Chrysostomus, *sic sacerdoti omnes Judices esse volunt, ut carne nequaquam compositio, ut humanam naturam non sortito, verum ut Angelo, ut humanæ naturæ minimè participi.*

Exod. 30. *v.* 32. Debent esse puri instar Angelorum ab omni immunditia carnis.

Titelman.

Chrysost. ib.

15. *In multis communicant.* In sacris Canticis Angeli *Vigiles* appellantur: *Invenerunt me vigiles, qui custodiunt civitatem*; ubi sanctus Bernardus ait; *Custodes tui Angeli sancti, vigiles tui*; adducitque sequentem textum: *Super muros tuos Jerusalem constitui custodes, tota die & nocte in perpetuum non tacebunt; Quod de Angelis dictum est.* Cui autem hominum statui, arctior imposita est vigilantia, quàm Ecclesiasticis? *Tu verò vigila*, inquit Apostolus ad Timotheum, ac proinde qui curam habent animarum speculatores vocantur; *Speculatorem dedi te domui Israel.* Unde sanctus Gregorius ait: *Quid per vigiles, nisi Doctores Ecclesiæ designantur? qui lucrandis animabus, & scripturis, & dictis invigilant*, Sanctus Bernardus pariter cum interrogasset; *quid enim vigiles hi?* mox subjungit, hos esse servos illos, de quibus increata & incarnata Sapientia in Evangelio dicit: *Beati servi illi, quos, cum venerit Dominus, invenerit vigilantes. Quam boni vigiles; qui nobis dormientibus ipsi pervigilant, quasi rationem reddituri pro animabus nostris?* *Quam boni custodes; qui vigilantes animo, atque in orationibus pernoctantes, hostium insidias sagaciter explorant, anticipant consilia malignantium, deprehendunt laqueos, eludunt tendicula, retiacula dissipant, machinamenta frustrantur.* Tertullianus: *Deus eos vocare consuevit Angelos, quos virtutis suæ ministros præficit.*

Caut. 3. 3. Angeli sunt Vigiles: tales etiam esse debent sacerdotes.

Tertull. l. cont. Judæos. c. 9.

Hebr. 1. 14. Angeli ministri sunt salvandorum, sacerdotes sunt etiam tales.

16. De beatis illis Spiritibus dicitur: *Nonne omnes sunt administratorij Spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capient salutis:* at verò sacerdotes pariter ad ministerium Dei pro salute animarum dedicari esse noscuntur, ac proinde valde aptè ad propositum cum angelis conveniunt. Chaldæus loco ejus, quod apud Malachiam in Vulgata legitur: *Angelus Domini est*, legit, *quia minister est coram Deo*, de spiritibus angelicis non sine mysterio dicitur, quòd sint *ignes urentes*, quia sicut hoc elementum ignis activum est, & in continua operatione persistit; ita angeli numquam sunt otiosi: De sacerdote autem S. Paulus ait: *In omnibus labora.* S. Joannes Apostolus quoque cap. 2. Apocalypseos, postquam Episcopum illum Angelum appellasset, dicens: *Angelo Ephesi Ecclesiæ &c.* mox subjungit: *Scio opera tua, & laborem, & patientiam tuam*, S. Bonaventura in Hierarchia Ecclesiastica, super illum textum Isaiæ: *Ite Angeli veloces*, ait: *Absque dubio Angelorum numero adscribuntur, qui pro aliorum salute, laborum ministeria assumere non verentur, ideo dicit Isaias cap.* 18. *Ite Angeli veloces... ad populum.*

Psal. 103. 4.

2.*Tim.* 4. 5.

Apoc. 2. 1.

S. Bonav. l. de eccl. hier. c. 1. *Isa.* 18. *v.* 2.

17. *In multis conveniunt &c.* Angelis Deus custodiam assignavit animarum, ut illas in bonam æternæ salutis viam dirigant, & ab offendiculis obvijs custodiant: *Angelis suis Deus mandavit de te, ut custodiant te in omnibus vijs tuis, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum*, id est, ut Interlinearis ait: *Ad legem in lapideis tabulis exaratam, in qua omnes offendebant.* At verò cur putas Deum in Malachia sacerdotem quoque Angeli titulo decorasse? nimirum quia ejus officium est, animas ab hisce offendiculis removere: *Labia sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore ejus, quia Angelus Domini est.* Enimverò Deus nobis sacerdotibus animas, quæ sanguinis sui pretium sunt, specialiter commendavit.

Angeli sunt custodes animarum, sacerdotes sunt etiam. *Psal.* 90. 11. *Interl.*

18. *Stetit Angelus juxta aram templi, habens thuribulum aureum* in manu sua; at verò, quis alius hic est Angelus, quam Sacerdos, qui velut mediator inter cœlum & terram, orationes nostras Deo offert? Porro non desunt, qui sustineant verba illa Canonis, post consecrationem, *jube hæc perferri per manus sancti Angeli tui in sublimo altare tuum &c.* de Sacerdote intelligenda esse. Hugo Cardinalis super Malachiam scribens, ait: *Angelus Domini est, id est, sequester, mediator, & nuncius inter Deum, & populum.* Sacerdos enim inter Deum & populum interponitur, juxta illud, *inter vestibulum & altare plorabunt sacerdotes, ministri Domini, dicentes: Parce Domine, parce populo tuo.* Dionysius Areopagita de Angelis dicit, eos mediatores vocari, *eo quod primo eis insit divina illustratio, ac per eos ad nos veniat*; Eodem quoque modo Deus ministris sacris, primo loco divina sua secreta communicat, juxta illud: *Vos autem dixi amicos, quia omnia, quæ audivi à Patre, nota feci vobis.*

Apoc. 8. 3. Angeli sunt mediatores inter cœlum & terram, tales etiam sacerdotes.

Hug. Card. in Mal.

Joël. 2. 17.

Dion. Ar. c. 4. *hierar. cœl.*

Joan. 15. 15.

19. *Vos estis lux mundi*, Vocantur porrò sacerdotes nomine lucis, quia ad illos spectat, populis lumen & agnitionem Dei, divinæque gratiæ suæ lucem communicare. *Medius stat Sacerdos inter Deum, & naturam humanam*, inquit Chrysostomus, *illinc veniencia beneficia ad nos deferens, & nostras petitiones illuc adducens.*

20. S. Basilius aliud quoddam Angelorum notat officium, commune sacerdotibus, dum ait: *Angelorum opus est, laudare Deum*, quod pariter Sacerdos facit die & nocte; *Septies in die laudem dixi tibi*; Psal. 118. ℣. 164. *Media nocte surgebam ad confitendum &c.* ibid. ℣. 62. *In conspectu Angelorum psallam tibi.* Ps. 137. ℣. 1. Unde Nazianzenus ait: *Cum Angelorum classe atque ordine est, cum Archangelis Deum celebrat.*

S. Basil. in Psal. 38. Angeli laudant Deum, hoc ipsum faciunt sacerdotes. *Naz.*

21. Verum enimverò quid dicturus esses, si Sacerdotes Angelis in multis prærogativis ostenderem esse superiores? Etenim omnes Angeli *administratorij Spiritus* sunt appellati: at vero postquam Salvator noster Apostolos Sacerdotes consecravit dixit eis: *Jam non dicam vos servos, sed amicos.* De potestatibus angelicis dicitur, quòd contremiscant coram Deo: *tremunt potestates:* at verò de Sacerdote S. Ephrem dicit: *Cum Angelorum Domino, & omnium Creatore familiariter agit* De Angelis dicitur: *facientes verbum illius ad audiendam.*

Sacerdotes in multis præcellunt Angelis.

S. Ephrem. de sac. Psal. 102. 20.

dam vocem sermonum ejus. Sunt enim Angeli in exequenda Dei voluntate velocissimi; Sacerdotes pariter per suam, sibi à Deo delegatam, potestatem, filium Dei sibi obedientem, & ad nutus suos reddunt velocem; exilibus verbis eumdem de cœlis descendere cogunt, & sub speciebus constringunt sacramentalibus, cùm tamen econtrà ne omnes quidem Spiritus beati quantacumque potentia, & dignitate præcellentes, vel unicam possint consecrare hostiam, S. Bernardino hunc in finem illa Apostoli verba citante: *Habemus altare de quo edere non habent potestatem qui Tabernaculo deserviunt*, qui sunt Angeli, circa quæ verba dictus Sanctus ita discurrit: *cum omnes cœlestes Spiritus simul non possint concipere corpus Christi, quod concipere habet Sacerdos.* Potestas Sacerdotalis *superat potestatem Angelorum*; *licet enim unus Angelus possit unum cœlum movere, tamen minimè potest unum ipsorum cœlorum de cœlo ad terram tam citò transferre, sicut radius Solis emittitur ab ipso Sole: Sacerdos verò suo ministerio transfert verissimum corpus Christi de empyreo cœlo, ad ipsum altare sacrum; & hoc in tanta temporis brevitate; seu tam citò, sicut est diffusio solaris lucis. Sacerdotalis potestas superat potestatem Archangelorum, quemadmodum enim Archangeli ad terram possint mittere Angelos; sic Sacerdos potest eos evocare ad terras, cum Dei visibilia celebrat Sacramenta.* Porrò in dictorum confirmationem, dictus Sanctus authoritatem citat sancti Gregorij, dicentis: *Quis fidelium dubium habere possit in ipsa immolationis hora, ad Sacerdotis vocem cœlos aperiri, & in illo Christi mysterio, Angelorum choros adesse?*

Heb. 13. v. 10.

S. Bern. t. 1. ser. 20. a. 2. & 7.

22. Audite, qua veritatem præsentem confirmatione stabilierit ipsamet æterna veritas, ita sanctam alloquens Birgittam, ubi de altaris sui ministris agebat: *Proferendo verba, faciunt inde corpus meum verum, quod de virgine sumpsi; hoc non possent facere omnes Angeli, qua sacerdotibus solis illam dignitatem dedi.* Sed ad sancti Joannis visiones transeamus pro ulteriori, firmioriquè veritatis hujus intelligentia; Dilectus discipulus Angelum aliquando videns, subitò se in terram prostraturus, audijt: *Vide ne feceris, conservus enim tuus sum.* Alia in visione idem Apostolus Deum in throno vidit, Majestatis pleno, *In circuitu sedis sedilia viginti quatuor*; qui obsecro has cingebant, occupabantque sedes? Forsitan Seraphini? Minimè equidem, quin potius juxta Isaiæ Prophetiam, *Seraphim stabant*, quidni ergo & Angeli inferiores? Sedebant itaque sacerdotes, id quod per hæc verba exprimitur; *& super thronos, viginti quatuor Seniores sedentes.* Quos Sacerdotes fuisse ex illa particula *Senior*, quæ *Presbyterum* significat, clare evincitur. Unde & sanctus Isidorus ait: *Presbyter dicitur Senior, quod non ad ætatem, sed sensum referendum est; quia senectutes venerabilis est*, at in sequenti Capitulo expresè dicitur: *Fecisti nos Deo nostro regnum & regnabimus*; cum conversò Angeli non sedeant sed stent; siquidem *decies millies centena millia assistebant ei.* Lucifer pariter, qui dicere non erubuit; *Sedebo*, in abyssum præcipitatus, corruit. Ecce itaque sacerdotum in cœlis dignitatem, & honorem, dum singuli horum sedent, stantibus Angelis.

Confirmat hoc Christus loquens S. Birgittæ.

Apoc. 22. 9.

c. 4. v. 4.

Isaiæ 6. 2.

Apoc. 4. 4.

S. Isid. l. 1. de sacr. fid. c. 39.

Apoc. 5. v. 10.

Dan. 7. 10.

23. S. Bernardinus hoc de S. Francisco, dignitatem sacerdotalem veraciter fugiente, perhibet testimonium: *Gloriosus Franciscus asserere solitus erat, quod si obviaret Angelo simulat sacerdoti, prius reverentiam debitam faceret Sacerdoti, quàm Angelo Dei:* quia ut Divus Chrysostomus ait: *Sacerdoti thronus in cœlis collocatus est, & de cœlestibus negotijs pronuntiandi habet authoritatem. Quis hæc dicit? Ipse cœlorum Rex; quæcumque ligaveris super terram, erunt ligata & in cœlis.* Beatus Petrus Damianus in sermone quodam de sancto Petro ita scribit: *Licet assistant Angeli, Præsidentis Imperium expectantes, & administratorij Spiritus, assignata sibi ministeria sortiantur; nullus tamen eorum ligandi atque solvendi possidet potestatem: adest Petrus, & ad ejus arbitrium orbis universitas solvitur, & ligatur.* In quodam opusculo sancti Francisci fusius scribitur id, quod aliàs ex sancto Bernardino didicimus; ibi namque Seraphicus Franciscus dicit: *Ego si viderem venientem per viam presbyterum & Angelum; ad Sacerdotis manus deosculandas citius me conferrem, & Angelo dicerem; expecta Angele, quia manus hujusmodi verbum conficiunt vitæ.*

Hoc ipsum docet verbo & opere S. Franciscus. S. Chrysost. h. 5. de verb. Isa.

S. Petr. Dam. ser. 37. de S. Petr.

Opusc. S. Fran. or. 2 à.

DISCURSUS XI.
ARGUMENTUM.

Sacerdotium, divinum quidpiam in se habere, ex multis Sacræ Scripturæ locis, & sanctorum Patrum sententijs, in quibus Sacerdotes Dij vocantur, perspicuè ostenditur.

THEMA.

Dijs non detrahes. Exod. 22. ℣. 28.

Sacerdotes vocantur Dij.

1. INter alia præcepta, quibus Deus olim populum Israëliticum obstrinxit, unum fuit, quo illis interdicebat, ne Dijs detrahere præsumerent: *Dijs non detrahes* inquit, *& Principi populi tui non maledices*, qui textus prima facie non modicam præ se ferre difficultatem videtur; quia si de falsis gentilium numinibus & simulachris in eo textu agitur, quid esse poterat convenientius, quàm ut de ipsis quævis mala dicerentur? num forte credi poterit, quod verus Deus eorum sibi protectionem vendicet? Sed nec hoc dici potest, siquidem Spiritus sanctus per Regium Davidis calamum probrosè de illis locutus fuit, dicens; *Simulacra gentium argentum, & aurum &c.* Porrò dubij hujus solutionem sanctus Isidorus his verbis infinuat: *Non ego Sacerdotes Deos facio; sermo divinus; qui mentiri non potest, Sacerdotes Deos dicit, Dijs*, inquit, *non detrahes, & Principi populi tui non maledices*; Ubi in eamdem lineam Sacerdotem reponit, & principem sæcularem, quibus omnem vult deferri venerationem, ut primum Sacerdoti locum tribuat, eumque dignissimo hoc Dei titulo decoret. Sunt & alia Scripturæ loca, in quibus de Deorum multiplicitate Spiritus sanctus benignam facit mentionem. Sic enim in eodem Exodi libro cap. 22. dicitur: *Quod si dixerit servus: diligo Dominum meum, & uxorem, ac liberos, non egrediar liber: Offeret eum Dominus Dijs*, Quinam verò eo in loco Deorum nomine intelligantur, Rupertus Abbas his verbis explicat; *Deos* inquit, *Sacerdotes intellige, secundùm quod dictum est ad Moysen:* Exod. 7. 1. *(Ecce constituì te Deum Pharaonis:) videlicet secundum dignitatem divini officij.* Divus Chrysostomus illa Psalmistæ verba: *In conspectu Angelorum psallam tibi*, hoc modo legit: *coram Dijs modulabor tibi*, moxque subjungit, *videtur mihi dicere de Sacerdotibus, id, quod de Dijs dicitur; solet enim Scriptura vocare Sacerdotem & Angelum & Deum; nunc quidem dicens: Dijs non maledices, nunc autem; Labia Sacerdotis custodient judicium & ex ore ejus requirent justitiam, quoniam est Angelus Domini.*

Psal. 113. S. Isid. l. 2. de sacr. fid. par. 14. c. 8.

Exod. 21. 5.

Rup. Abb. l. 3. in Exod. c. 35.

Exod. 7. 1.

Chrysost. in Ps. 137.

Exod. 22. Malach. 2. 7.

2. Celebris quoque est ille Psalmistæ Textus, in quo dicit: Deus *stetit in Synagoga Deorum, in medio autem Deos dijudicat*; ubi, ut ex quodam sancti Augustini sermone deducitur; per Deos ministri, sacro à tari consecrati, intelliguntur, quia hoc titulo sanctus Propheta hos sacerdotes quoque alibi appellat, dum ait: *Vos estis Dij excelsi, in quorum Synagoga Deus Deorum stare desiderat.* Sacerdotes autem Evangelici tanto majori jure hunc titulum merentur, quanto certiùs est, quòd sacerdotes antiqui legis Mosaicæ nil aliud tractarint præterquam animalium carnes, fuerintque velut totidem laniones, digniorque materia quam tractaverunt, panis & incensum fuerit; cum tamen nos immediatè ipsummet Deum consecremus: ac proinde cum divinum quoddam exerceamus ministerium, justum est, ut quavis conditione humana superiores simus. Unde Innocentius III. dicit, se nescire ad quam sphæram Sacerdotes reponendi sint: *Qui enim est inter Deum & hominem medius constitutus, circa Deum, sed ultra hominem est, minor Deo, sed major homine.* Divus Chrysostomus in homilia quadam dicit, quòd, ex quo sacerdotes, inter Deum & hominem mediatores existunt, omninò conveniens sit, ut de Deo in aliqua saltem parte nonnihil participent; sic enim scribit: *Unus Deus, & unus mediator Dei & hominum; Enimverò mediator utrique eis, debet societate conjungi, quorum mediator est, id quippe mediatoris est proprium, utrorumque participem fieri, quorum fuerit mediator.* In eodem loco idem sanctus Doctor ostendit, quòd sacerdos numquam se, Deum inter & hominem, interponere, aut mediator esse posset, nisi aliqualem saltem Divinitatis participationem haberet: *Homo quippe purus*, inquit *mediator nunquam penitus foret; oportebat enim hujusmodi mediatorem*

Psal. 81. 1. Præcellunt Sacerdotibus legis veteris.

Innoc. III. ser. 2. in consec. Pontif.

D. Chrys. l. 7. in 1. ad Tim. Sacerdotes participant aliquid de Deo.

2. Cor. 5. 20. *dictorem cum Deo colloqui; Secunda Corinthiorum quinto; Pro Christo legatione fungimur, tamquam Deo exhortante per nos.*

3. Hæc eadem superioritas, qua humanam conditionem superexcedimus, ex sequentibus S. Pauli verbis satis colligitur; Dicit enim de summo sacerdote: *Ex hominibus assumptus, & pro hominibus; constituetur* quid enim opus specificare, quod *ex hominibus assumptus* esset, nisi simul dicere voluisset, ministros sacros ad sacerdotium sublimatos, ad statum, humanam naturam longè transcendentem, elevatos esse?

Hebr. 5. 1.

Hoc figuratum fuit in Melchisedech.

4. Nescio an aliquando observaveritis, quòd quando Spiritus sanctus in Scriptura sacra primam sacerdotis mentionem facit, illum non tamquam hominem, sed tamquam personam de cœlo lapsam describat; Etenim primus Sacerdos, qui in Scriptura proponitur, Melchisedech Rex Salem fuit, qui ad benedicendum Abraham post victoriam à Regibus per illum obtentam, eidem obviam processit: *At verò Melchisedech Rex Salem*, inquit Scriptura, *proferens panem & vinum, erat enim sacerdos Dei altissimi, benedixit ei.* At verò qualisnam Rex ille fuerit, ex testimonio sancti Pauli audiamus, qui de illo dicit, quod fuerit: *Sine patre; sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitæ habens, assimilatus autem Filio Dei, manet sacerdos in perpetuum.* Quibus verbis increata Sapientia nobis innuere voluit, quòd Sacerdotibus tamquam talibus cum humano genere nihil commune intercedere debeat.

Gen. 14. 18. 19.

Heb. 7. 3.

Phil. l. 2. de mon. Status illorum medius est inter Deum & homines.

5. Philo Hebræus inquit: *Sacerdos fetus in quodam divinæ humanæque naturæ confinio, ut hoc mediante, Deus propitietur hominibus*; Status itaque noster sacerdotalis, intra humanitatis, & divinitatis confinia consistit: non quidem sortitus est essentiam & naturam divinam ex toto, multum tamen inde participat, id quod primus legis gratiæ sacerdos, caput & author omnium aliorum, Petrus videlicet his verbis insinuat: *Per quem (id est per Christum) maxima & pretiosa nobis promissa donavit, ut per hæc efficiamini divinæ consortes naturæ.* Idem Philo Hebræus ut probaret, quod sacerdotes statum, in quo illos natura locavit, transcendere debeant, illud antiquis Levitis impositum præceptum confiderat: *Ad omnem mortuum non ingredietur omnino, super patre suo quoque & matre non contaminabitur*, licet enim parentum caderibus assistere, eosque sepulturæ mandare, parentibus ex natura debitum sit obsequium: Nihilominus Classicus hic Scriptor respondet: *Postulat in eo viro*, id est, in Sacerdote, *lex præstantiorem homine indolem.*

2. Pet. 1. 4.

Phil. Heb.

Lev. 21. 11.

Hæc prærogativa colligitur ex verbis Christi ad Apostolos. Matth. 16. 13.

6. Hanc specialissimam prærogativam in multis tàm veteris quàm Testamenti novi occasionibus authenticam reperimus, specialiter, autem in sancto Matthæo cap. 16. quando increata Sapientia Collegium Apostolicum, quis de se in Israël sensus esset, interrogavit dicens: *Quem dicunt homines esse filium hominis?* Cumque diversum plebis mentem ei infinuassent, Dominus subjunxit: *Vos autem quem me esse dicitis?* Sanctus Hieronymus in hoc textu per seriam reflexionem subsistit, & ad Evangelij lectorem conversus, ita textum commentando, alloquitur: *Prudens Lector attende, quod ex consequentibus textuque sermonis, Apostoli nequaquam homines, sed Dij appellantur: cum enim dixisset: quem dicunt homines, esse filium hominis? subjecit: vos autem quem me esse dicitis? illis, quia homines sunt, humana opinantibus, vos qui estis Dij, quem me esse existimatis?* Sanctus Dionysius Areopagita causam, cur ministri sacri hujus tituli divinitatis capaces sint, his verbis infinuat: *Ad sacra percipienda accessus, id accedentibus tribuit, ut ex communione divina ad Dei similitudinem, atque consortium transeant.*

Ibid. ℣. 15.

S. Hieron. ibi.

S. Dio. Areop. de Eccl. Hier. c. 3.

Matth. 26. v. 48. Cur Judas Christum tradiderit signo osculi.

7. Hoc loco in memoriam revocandum est, quod Judas lictoribus & satellitibus certum quoddam dederit indicium, unde Christum agnoscere inter discipulos possent, ait enim: *Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum*; at verò numquid Christus tam in Judæa quàm in Galilæa magnam semper post se turbam habuit, omnibusque in illis regionibus ex facie notus erat? Quid igitur opus fuit, ut traditor hoc signo Christum indicaret? non desunt, qui existimant, Christum per orationis suæ fervorem transfiguratum fuisse sicut olim in Thabor: alij autumant, S. Jacobum minorem ei fuisse similliumum, ac proinde fratrem ejus cognominatum: Verumtamen veritas est, omnes Apostolos paulò ante in cœna Sacerdotes ordinatos fuisse, ac proinde sacratissimi corporis ejus communio illos magna ex parte ipsi conformes & similes reddere poterat; Insuper etiam Divinitatem ejus ex parte participarant: nam ut sanctus Cyrillus Jerosolymitanus ait: *Si quis ûquefactâ cerâ, aliam eorum infuderit, alteram cum altera commiscerat necesse est, ita qua carnem & sanguinem Domini recipit, cum ipso ita conjungitur, ut Christus in ipso, & ipse in Christo inveniatur.* Sanctus Paulinus Episcopus Nolanus Severo amico suo, se ad sacerdotium promotum esse significare volens; ita ei scribit: *Jam arcanis & penetralibus Dei summi receptum me video, inferum commentare cœlestia, & tàm propius admotum in Spiritu Christi, & corpore, & splendore versari, vix adhuc intellectum sacræ molis capio mentis angustijs.*

S. Cyr. Jer. cat. myst. 4.

Apostoli per S. Communionem facti fuerunt similes Christo.

8. Ad idem propositum verba illa Psalmistæ: *Afferte Domino filij Dei, afferte Domino filios Arietum*, considerari merentur; quis enim non videt, per hosce filios Dei, Sacerdotes denotari, quibus dumtaxat convenichat ostendere, sacrificia, & oblationes, quæ majori ex parte ex arietibus, & similibus animalibus constabant? Denominantur autem filij Dei ad similitudinem Christi, qui semetipsum æterno Patri suo in sacrificium obtulit.

Psal. 28. 1. Sacerdotes sunt filij Dei.

9. Sanctus Gregorius Nazianzenus de Episcopo loquens, dicit: *Deus est, alios que Deos efficit.* Psalmista quoque Psalmo 46. ad Sacerdotes alludit; dum altitudinem, ad quam sublimati sunt, considerans ait: *Dij fortes terræ vehementer elevati sunt*, ubi Septuaginta legunt: *fortes Dei.* Idem quoque David Psalm. 11. 9. eminentiam, ad quam Sacerdotes elevantur, his verbis declarat, dicens: *Secundùm altitudinem tuam, multiplicasti filios hominum.* Ubi Divus Chrysost. loco *multiplicasti*, legit *elevasti, exaltasti*; Elevavit autem eos ad æqualitatem suam, quia *secundùm altitudinem tuam*, nec mirum, quia ipsemet de ijs dicit: *Ego dixi Dij estis.* In annalibus Ecclesiasticis de Innocentio III. legitur, vivis illum rationibus Sacerdotium Imperio superiùs esse, ostendisse, inter alias verò rationes hanc adducit nimirum: *Ob officij majestatem etiam in Scripturis Sacris Dij appellantur.* Sanctus Carolus Borromæus, qui in propositionibus suis adeo semper circumspectus & solidus fuit, idipsum pluribus in locis confirmat; in concione quadam ad Clerum in Synodo habita de Ecclesiasticis inquit: *Hi sunt sancti, Deo consecrati, hi sunt Christi Domini, hi denique Dij sunt:* Idem de Sacramento ordinis sacri differens, ut dignum nobis Sacerdotij conceptum imprimeret, de ministris sacri altaris ita loquitur: *Sacerdotes Dei Interpretes, & internuncij quidam sunt, qui ejus nomine divinam legem, & vitæ præcepta homines edocent, & ipsius Dei personam in terris gerunt; non Angeli solùm sed & Dei etiam appellantur, quod Dei immortalis vim & numen apud nos teneant. Potestas, corpus & sanguinem Domini nostri conficiendi, & offerendi, tum peccata remittendi, quæ illis collata est, humanam quoque rationem atque intelligentiam superant, ne dum ei aliquid par & simile in terris inveniri queat.*

Rayn. an. 1199. n. 35. Act. Eccl. Med. car. 1167. Illorum dignitas præcellit imperialem dignitatem.

Ibi. car. 547.

10. Sanctus Gregorius Magnus, in Epistola quadam ad Mauritium Imperatorem scripta, in qua dignitatem sacerdotalem studet demonstrare, testimonium refert historiæ Ecclesiasticæ, in qua Constantini Magni fit mentio, cui cum multæ accusationes, & querelæ contra nonnullos Episcopos in Scripto præsentatæ fuissent, hoc usus est consilio: *Eosdem, qui accusati fuerant Episcopos convocans, in eorum conspectu libellos, quos acceperat, incendit dicens: Vos Dij estis, à vero Deo constituti; Ite, & inter vos causas, vestras discutite, quia dignum non est, ut nos judicemus Deos.* Similiter in Epistola quadam sancti Augustini, phrasin quamdam huic simillimam legimus, ad Ecclesiasticos directam; dicit enim: *Vos nobis à Deo dati estis Dij; & conveniens non est, ut homo judicet Deos.*

Probatur verbis Constantini M.

S. Greg. l. 4. ep. 31. indic. 13.

S. Augustin. ep. 68.

11. In præcedentibus discursibus, unctionis mentionem fecimus, qua Deus Aaronem, & filios ejus consecrari præcepit, addit autem: *Caro hominis non ungetur ex eo*, ubi Lyranus ait: *Exceptis Sacerdotibus, qui quantum ad officium, sunt supra homines.* Similiter Commentator Nazianzeni, ad hunc textum se reflectens, ita scribit: *Quod autem ait: caro hominis non ungetur ex eo, hoc minimum illud indicat Sacerdotale genus supra hominem esse, velati Christi particeps, qui supra res conditas est.* Sanctus Isidorus Pelusiota, pariter, in Epistola quadam, sublimem ministerij nostri dignitatem his verbis subindicat: *Divina quædam res, est*

Et unctione sacerdotum V. T. Exod. 30. v. 32. Lyr. ibi. El. Cret. or. 1. in Naz. n. 159.

S. Isid. Pel. l. 2. ep. 52.

Sacer-

Sacerdotium, ac rerum omnium præstantissima. Idem quoque in alia ejusdem libri Epistola de hac dignitate, inquit; *Omnium quæ inter homines expetuntur, Sacerdotium velut extremam metam esse.* Sanctus Dionysius Areopagita idem confirmat, inquiens: *Qui Sacerdotem dicit, augustiorem, prorsusque divinum insinuat virum.* Sanctus Hilarius Papa de Sacerdotio scribens, hujus sublimitatis rationem his verbis assignat, scilicet *quia assumitur in divinæ Trinitatis adjumentum*, est enim Sacerdos sanctissimæ Triadis brachium dexterum; siquidem sanctissima Trinitas hic in terris mediantibus ministris suis adoratur, agnoscitur, & glorificatur; Nam per manum Sacerdotum sacramenta & sacrificia, quæ præcipua sunt honoris & gloriæ Dei instrumenta, esse suum, & subsistentiam accipiunt; Unde Apostolus: *Dei adjutores sumus*, & ejusdem Apostoli discipulus Dionysius Areopagita ait: *Ingens hæc angelica, imo divina est dignitas, Dei cooperatores fieri in conversione animarum, divinamque in se operationem in alios transfundere.* S. Bernardinus Sacerdotes appellat, Dei in terris vicarios: *sunt honorandi Sacerdotes*, inquit, *ratione dignitatis, sunt enim vicarij Dei in terris; ut animas Christi sanguine redemptas fervent, curent, & maximè spiritualiter pascant.* Dum enim corpus Christi consecramus, ejus instrumenta sumus, ejus nomine operamur, ejusque personam induimus. *Quasi communis quidam totius orbis pater, Sacerdos est*, inquit Divus Chrysostomus, *dignum igitur est, ut omnium curam agat, omnibusque provideat sicut Deus, cujus ministerio servit & fungitur vice;* Hoc verò specialiter in præcipuo altaris mysterio operatur; Unde idem sanctus Doctor in alia Homilia dicit: *Non homo est, qui proposita in mensa Domini consecratione corpus Christi facit, & sanguinem, sed ille qui pro nobis crucifixus est, Sacerdotis ore verba profert, suaque virtute conficit & gratia.* In alia item Homilia idipsum declarat, siquidem ad populum Antiochenum die quadam prædicans, ita inquit: *Verum & tu Laice, cum videris offerentem, ne ut Sacerdotem putes esse hoc facientem, sed Christi manum invisibiliter extensam.* Optimè igitur sanctus Augustinus in quodam sermone ait: *Vos estis ejus vicarii, quia vicem ejus geritis*, & ideo quando sanctus Petrus Christi vicarius, Ananiæ fraudem & fictionem improperare voluit, dixit: *Non es mentitus hominibus, sed Deo*; cum tamen mendacium hoc Petro dictum fuerit qui homo erat; Ac proinde Cajetanus verba Petri ita exponit: *Mentitus es Deo, habitanti in nobis, tu irrogasti injuriam non nobis hominibus, sed Deo in nobis.* Commentator Nazianzeni ita scribit: *Ad sacram hanc & mysticam mensam accede, atque ad me, qui per hæc, quæ mystice peraguntur, Deificationem doceri profiteor, atque hominem ex homine, Deum per gratiam reddere; Sacerdotalis enim disciplinæ munus est hominem purgare ac Deum efficere*; Verba autem Nazianzeni, quæ dictus Commentator interpretatur, hæc sunt: *Adesdum ad sacra hæc, & mensam hanc mysticam atque ad me, qui per hæc sacrum Deificationis munus obeo, propius accede.*

12. Restat, ut sacerdotes pariter, & sæculares compendiosè verbis sancti Ambrosij moneamus, *Ne sit honor sublimis & vita deformis; ne sit Deifica professio, & illicita actio*; Recogitent item sæculares serió verba illa sancti Cyrilli Alexandrini, dicentis: *Magnum & admirabile verè munus; Deo assistere, ac ministrare, quisquis vero Dei ministrum contempserit, vindictæ atque supplicio subjicietur, & qui divinam hanc dignitatem despexerit, acerbissimas suæ potentiæ pœnas luet.*

Ibid. ep. 71. — *Dion. Areop. c. 1. Eccl. Hier.* — *S. Hilar. Papa.* Sunt adjutores & brachium dexterum SS. Trinitatis. — *1. Cor. 3. 9.* — *S. Dion. Ar. ibi. c. 3.* Sunt Vicarij Dei in terris. — *S. Bern. t. 1. a. 2. c. 1.* — *Chrysost. h. 6. in 1. ad Tim.* — *hom. de prod. Jude.* — *Ho. 69. ad pop. Antio.* — *S. August. ser. 36. ad frat.* — *Act. 5. 4.* — *Cajet.* — *El. Cret. or. 23. n. 5.* — *Naz. 8. or. 23.* — *S. Ambr. l. de dign. sac. c. 3.*

DISCURSUS XII.

ARGUMENTUM.

De sublimi potestate, quam Sacerdos in corpus Christi obtinet, quæ superior est illa, quam sanctissima ejus mater, in illud habuit; Ubi etiam consideratur authoritas, circa peccatorum remissionem illis delegata.

THEMA.

Nimis honorificati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum. Psalm. 138. vers. 17.

Tempore cœnæ acceperunt Apostoli dignitatem filiationis amicitiæ cum Christo. — *Joan. 15. 15.* — *Psal. 138. 17.* — *Ibid.* — *Matth. 18. 18.*

1. PRopheta Regius hisce verbis sacerdotum sublimitatem, quam in spiritu præviderat, exponere voluit; Etenim Apostoli integro triennio, quo incarnatæ Sapientiæ scholam triverunt, locum & nomen discipulorum atque servorum tenuerunt: Quonam vero tempore ijdem digni facti sunt, ut ad dignitatem fiducialis amicitiæ cum Christo exaltarentur? Nimirum illo vesperi, in quo in ultima cœna Sacerdotes ordinati fuere, tunc enim & non antea Salvator noster illis dixit: *Jam non dicam vos servos, quia servus nescit, quid faciat Dominus ejus: vos autem dixi amicos*; Ac proinde David meritò dicit: *Nimis honorificati sunt amici tui Deus*: siquidem post institutum sanctissimum corporis sui Sacramentum, in Apostolis, omnibus alijs Sacerdotibus, in ipsis repræsentatis, Regiam super corpus suum potestatem contulit: Unde David ait: *Nimis confortatus est principatus eorum*, & Ecclesia illos, *Ecclesiarum principes* appellat: Sicut enim ad Principes absolutos spectat potestas delicta condonandi, castigandi, judicandi item reos, & condemnandi: ita pariter Deus sacerdotibus absolutam potestatem quodlibet delictum omnesque & singulos reos pro suo beneplacito condemnandi, & absolvendi delegavit, dicens: *Quæcumque alligaveritis, &c.* adeo ut verè de ipsis dici possit: *Nimis confortatus est principatus eorum.*

2. Verum ut ordinatè procedamus, primo loco excellentissimam potestatem, quam Deus illis in ordine ad reale Christi corpus contulit, consideremus. Lingua sacerdotalis tamquam clavis aurea aperit empyreum, Filiumque Dei in suas facit descendere manus, ita ut ille, *quem cœli capere non possint*, sub quovis exili constringatur, recludaturque panis atomo: *accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum.* — Tunc enim contulit illis Christus & Regiam potestatem. In reale corpus Christi.

3. Observatisne umquam illa, in ascensione Domini decantata verba: *Ascendens* Christus *in altum, captivam duxit captivitatem?* Quis hujus antiphonæ sensus? Indicabit forsitan, Salvatorem ex limbi carcere beatas transportatas animas, ad Paradisum traduxisse? Si ita potius dixisset Ecclesia: *Liberam duxit captivitatem.* Ni fallor, his in verbis ad præsens alluditur mysterium consecrationis sacrosancti corporis Christi, qui licet cum humanitate sua gloriosa ad dexteram Patris conscendisset, eodem nihilominus tempore nobiscum se usque ad sæculorum finem, in divino hoc Sacramento permansurum protestatus est: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi.* In cœlos utique suum Christus transtulit corpus, ast hac cum conditione & lege, ut illud nobis ad solum Sacerdotis verbum & nutum, mancipij instar suo obsequentissimi Domino communicet, atque impertiatur, ad pauca namque consecrationis verba, absque mora Christus super altare descendit, *Obediente Domino voci hominis.* — *Eph. 4. 8.* — *Matth. 28. v. 20.* — *Jos. 10. 14.*

4. Sanctus Bernardinus potestatem sacerdotalem sanctissimæ assimilat potentiæ Triados, dicens: *Potestas sacerdotis est, sicut potestas divinarum personarum, quia in panis substantiatione, tanta requiritur virtus, quanta in mundi creatione.* Unico verbo omnes produxit Deus mundi hujus creaturas: *Dixit, & facta sunt.* Sacerdos pariter pauculis verbis Creatorem universi de throno cœlesti descendere subque speciebus Sacramentalibus se occultare facit: substantiâ panis & vini in sacratissimum ejus transmutatâ corpus: *Sacerdos suo ministerio*, inquit idem sanctus Bernardinus, *transfert verissimum corpus Christi de empyreo cœlo ad ipsum altare sacrum.* S. Vincentius Ferrerius ad idem discurrens intentum ait: *Sacerdos existens in terra, habet potestatem ut aperiat cœlos, & faciat descendere Filium Mariæ in altari in manibus suis.* Magno utique, idem subjungit sanctus, attribuitur miraculo; manna Moysis de cœlo depluens, Eliæque ignis è cœlestibus sphæris eductus: majus mirabile est hîc, quoniam Sacerdos nec de aëre, nec de sphæra ignis, nec de cœlo Lunæ, Mercurij, & Martis, nec de cœlo stellato, seu firmamento, aut crystallino, sed de cœlo empyreo, facit Christum descendere. Admiramur omnes Josuë, dum properum stitit Solis cursum: *Sol contra Gabaon ne moveatis*, paruitque Dominus, siquidem Sol stetit, *obediente Deo voci hominis.* Sed miraculorum maximum in ultima contigit cœna, in cœnaculo Sion; ipsumque perseverabit ad finem usque innumerabilium sæculorum, quando Sol justitiæ Christus promptissimè obedijt, & obediet linguæ Sacerdotis. — *S. Bern. to. 1. ser. 20. a. 2. c. 7.* Potestas sacerdotum, similis potestati SS. Trinitatis. — *Psal. 148. 5.* — *S. Vinc. Ferrer. ser. 2. in Fest. corp. Christi.* — *Jos. 10. v. 12.*

5. Notatu dignissima cujusdam in præsenti Authoris occurrunt verba, ita ad intentum nostrum alloquentis Sacerdotes: *Circa corpus Deificum Christi Jesu potestas vestra versatur, dum vestro sermone illud conficiatur, dum* — Christus prompte obedit voci sacerdotis.

dum præsens, quoties volueritis, sistitur, dum manibus vestris sumitur, tractatur, distribuitur quotidie in fidelium salutem, & alimentum; Neque corpus solum, sed & sanguis, anima, divinitas, merita, & thesauri gratiarum ejus, vestræ subsunt potestati, & per vos fidelibus communicanda & dispensanda. Quando juxta sanctum Lucam erat *subditus illis*, scilicet hominibus, nobiscum conversabatur cum corpore mortali in ætate puerili, victus, vestitusque indigens, nec non à Matre sua, sanctoque Josepho Patre suo putativo dependens, divina occultata natura; id unicè meritò obstupuerimus, quod hodie cum tanta gloria ad dextram residens Patris, ita promptè obediat Sacerdotibus: *Sedet ad dexteram Majestatis; Exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genu flectatur, cœlestium &c.* & nihilominus quotidie quacumque hora in innumerabiles descendit hostias in Christianismo, ubi *juge sacrificium* viget, consecratas à ministris, servisque Dei, quantumcumque sceleratis, & indignis; quis tantam non obstupefecet obedientiam, quam ratione specierum Sacramentalium in hoc ministerio exercet: *obediente Deo voci hominis*, siquidem minister quoad illas facit, quod sibi placet, sub illis namque sanctissimum corpus elevat, demittit, reponit, nunc in hanc, nunc in aliam partem; dat illud cui placet, negat cuilibet, sub clavibus recludit, in conspectum omnium exponit, abscondit illud eu-que se & alios cibat, ad ejus item dispositionem valor sacrificij, & meritorum Redemptoris applicatio extenditur, idque *obediente Deo, voci & voluntati hominis.*

Luc. 2. v. 51. — *Heb. 1. v. 3.* *Phil. 2. v. 9.*

6. Observandum quoque est, quod Sacerdos super hoc Sacramentum multas faciat benedictiones; Cum igitur doctrina Apostoli de Melchisedech summo Sacerdote, Abrahamo benedicente, tradita subsistat, qua dicit: *Sine ulla contradictione, quod minus est, a meliore benedicitur*, meritò dicere quis poterit, Sacerdotes in corpus Christi non solùm authoritatem, sed & superioritatem habere. Sanctus Thomas quidem hanc difficultatem scholastice tractat, dicendo, quod cruces, quas celebrando facimus, non tam benedictiones sint, quàm ritus & ceremoniæ, pro majori sacrificij decore, & ornamento institutæ: Quia verò concilium Tridentinum cruces illas, *mysticas benedictiones* appellat, pro clariori resolutione ad hanc difficultatem per frequentem distinctionem respondere possumus; Sacrificium enim duobus modis considerandum venit, primò scilicet, ut principalis illius offerens est Christus, in cujus nomine & persona offerimus; celebrans enim dicit: *Hoc est corpus meum*, non verò dicit; *hoc est corpus Christi*, atque ex hoc capite nos non sumus, qui benedicimus, sed Christus nobis Sacerdotibus tamquam instrumentis utitur: Secundò hoc sacrificium considerari potest, in quantum Filius Dei est hostia & sacrificium, quod ipsius æterno Patri per manus nostras offertur; & secundùm hanc relationem nos Sacerdotes tamquàm personæ Christum repræsentantes, interveniendo, ipsum, in quantum est hostia, benedicimus, idque ex ejus dispositione, qui ad majorem ministerij sacri gloriam ita ordinavit; hocque sensu, superioritatem aliquam super ipsum, ab ipso tamen dependentem, habemus.

Sacerdotes in corpus Christi habent superioritatem. — *Hebr. 7. 7.* — *S. Tho. 3. p. q. 43. a. 3. arg. 4.* — *Concil. Trid. sess. 22. de sacr. Missæ c. 5.*

7. Sanctus Bernardinus hanc conclusionem circa potestatem, & dignitatem sacerdotalem stabilit, dicendo: *Potestas sacerdotalis superat potestatem Virginis gloriosæ:* hisque verbis dictis ad Mariam Virginem se convertens, dicit: *Virgo amorosa, & benedicta excusa me apud te, quia non obloquor contra te, cum veritatem, quam dixit Filius tuus, fatear coram te, & Sacerdotium in templo ipse præstitit supra te.* Etenim potestas Sacerdotum, Virginis potestatem, juxta sanctum Bernardinum, in quatuor punctis excedit. *Primo in brevitate*; Si enim quis clavem haberet, quæ quinquies circumversa, portam aliquam aperiret, hæc utique melior futura esset illa, quæ ad illam aperiendam octies circumvolvi deberet: *Lingua autem Virginis clavis existit Paradisi, & in octo dictionibus, tamquam in octo linguæ quasi clavis revolutionibus aperuit cœlum.* Sanctus Bernardinus enim observat, quod beata Virgo octo verba protulerit, ut verbum Patris in sinum suum evocaret: Unde idem Sanctus ait: *Angelo nuntianti respondit octo verba, scilicet: Ecce Ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum*, ijsque dictis, Filium Dei in ejus utero præsens fuit: *At longè major est in hoc sacerdotalis dignitas, & potestas, cum per quamque consecrationis verba, tanquas aperiat Paradisi, atque de cœlis ad terram Christum trahat. Secundò excedit potestatem Virginis in majoritate: nam cum Christus in uterum Virginis venit carnemque assumpsit, tantâ brevitate circumactus est, ut si jam conceptus in Virgine positus fuisset super palmam manus, vix cum humanus oculus percepisset, licet divinitus & anima, & corpore, atque omnibus interioribus, & exterioribus membris, & lineamentis, perfectè compictus esset, sed ad Sacerdotis prolationem verborum, descendit Christus, tam magnus in manibus ejus sicut in altissimo cœlo regnat: Tertiò excedit Virginis potestatem in immortalitate; nam in ventre virginali mortalis fuit, in altari verò est impassibilis & immortalitate donatus. Quarto, Virginis quoque potestatem antecellit in replicabiliate, nam si beata Virgo millies replicasset illa sui consensus verba, scilicet Ecce Ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum, Filius Dei numquam amplius de illa sumpsisset carnem: Nam sicut impossibile est Patri producere aliud verbum, pro eo quod verbum suum genitum sit perfectissimum, totamque potentiam generandi exhausit, ita in tempore, impossibile est matri posse parere alium Filium unigenitum Dei, cum per Christum, in sua conceptione, potentia concipiendi Deum, quæ secundùm corpulentam substantiam ab Adam in Virginem descendit per lumbos Patrum, ita exhausta sit, quod impossibile esset Virgini alium Filium Dei generare: Sed Sacerdos toties quoties secundùm ritum, quem tenet Ecclesia consecrat corpus Christi, toties descendit de cœlo Filius Dei.* Idipsum quoque Sanctus Vincentius Ferrerius afferit his verbis: *Beata Virgo solum semel aperuit cœlum, sed Sacerdos quolibet die, & in qualibet missa.* Sanctus Epiphanius excellentiam Matris Dei exaltare volens, velut encomium insigne de ipsa dixit: *O Virginem stupendum Ecclesiæ thesaurum, qui adeptus est ingens ministerium: Virginem appello velut Sacerdotem pariter & altare.*

Illorum potestas in corpus Christi superat potestatem B. Virginis in illud corpus. — *S. Vincent. Ferrer. ibid.* — *S. Epiph. ser. de laud. Virg.*

8. In solemni illo SS. Ambrosij, & Augustini Cantico, admiranda illa verba legimus scilicet: *Tu ad liberandum suscepturus hominem, non horruisti Virginis uterum*; & tamen de hoc utero in Canticis dicitur: *Emissiones tuæ Paradisus*; Et iterum apud Lucam *beatus venter* vocatur: Ecce igitur tibi nunc sublimem Sacerdotis dignitatem, qui eumdem Filium Dei continuò in manus, & in pectus suum trahit, fed cum hilaritate, & velocitate, & sine horrore Mysterium Incarnationis in Maria semel tantum factum fuit; hoc autem Sacramentum quod extensio Incarnationis appellatur, innumeris verbis à ministris sacris perficitur. — *Cant. 4. v. 13.* — *Luc. 11. v. 27.*

9. Possumus & aliam, in laudem Sacerdotij, considerationem adducere. Sciendum enim est, quod, quando Maria virgine consensum suum præbente, ut Spiritus sanctus eam fœcundaret, Christus ex ea carnem assumpsit, eadem virgo per verba, quæ protulit non fuerit causa efficiens, & realis, bene tamen meritoria Incarnationis verbi in virginalibus visceribus suis: At verò verba, quæ Sacerdotes in consecratione pronuntiant, sunt causa vera, realis, efficiens, ut corpus Christi sub accidentibus panis, & vini realiter præsens existat, materiam illam in humanitatem verbi transsubstantiando, solis in illa remanentibus accidentibus.

10. *Nimis confortatus est principatus eorum.* Divus Chrysostomus de judiciaria potestate, Sacerdotibus delegata scribens, ait: *Sacerdoti thronus in cœlo collocatus est, & de cœlestibus negotijs pronunciandi habet authoritatem: quod cum hoc honore conferri possit? A terra judicandi principalem authoritatem sumit cœlum; Nam Judex sedet in terra, Dominus sequitur servum, & quidquid hic in inferioribus judicavit, hoc ille in supernis comprobat.* Hanc authoritatem sanctus Petrus Damianus à quodam sermone de sancto Petro his verbis admiratur: *Præcedit Petri sententia*, inquit, *sententiam Redemptoris, quia non quod Christus, hoc dignat Petrus; sed quod Petrus, hoc ligat Christus. O quam potens dignitas, quam digna potentia! judicat Petrus, & Petri judicia confirmat Omnipotens, & est in manu Petri, manus Altissimi, solusque illi efficitur familiaris.* — *Psal. 138. 17.* — *Chrysost. de ver. Isa.* Secunda potestas regia sacerdotum est judiciaria. — *S. Petrus Dam. ser. 27.*

11. Æternus Pater Unigenitum sum honoraturus, judiciariam ei delegavit potestatem; quæ Evangelica veritas ex multis scripturæ authoritatibus clara est & perspicua; Sic enim in actibus Apostolorum — Deus Pater Christo contulit judiciariam potestatem.

Act. 10.42. lorum dicitur : *Ipse est , qui constitutus est à Deo, Judex vivorum , & mortuorum.* Et in sancto Joanne : *Pater ... omne judicium dedit Filio*; hanc autem potestatem & Sacerdotibus delegavit, eamque ab illis exerceri voluit. Unde Divus Chrysostomus ait : *His qui terram incolunt , & in ea versantur , commissum est, ut ea quæ in cœlis dispensent , ijs datum est , ut potestatem habeant , quam Deus Optimus Maximus, nec Angelis , nec Archangelis datam esse voluit ; neque enim ad illos dictum est : Quæcumque ligaveritis super terram , erunt ligata & in cœlis , & quæcumque solveritis super terram , erunt soluta & in cœlis ; Etenim quidnam hoc illud esse dicas , nisi omnium rerum cœlestium potestatem illis à Deo esse concessam ? A terra judicandi principalem authoritatem sumit cœlum , servus sedet Judex in terra , & Dominus sequitur ejus sententiam.* Non obstante , quod sanctissima Virgo Deipara unicum sit peccatorum refugium , & thesauraria gratiarum , attamen hac potestate Sacramentali absolvendi, & remittendi peccata, donata non fuit.

Jo. 5. v. 22.

Chrysf. l. 3. de Sacer. Hanc Christus delegavit Sacerdotibus.

Et quidem in summo gradu.

12. Quis umquam Rex aut Monarcha reperietur , qui Regni sui ministris tantam delegarit potestatem , ut absolvere possint omnia delicta læsæ Majestatis , etiam *in primo capite* , vel abolere possint omnes condemnationes , omnes rescindere etiam ab ipsomet Principe fulminatas sententias, condonare omnia scelera , quantumvis enormia , contra ejus Majestatem commissa , eosque , qui illa admiserunt , præter impertitam delictorum veniam , filios declarare adoptivos , & Regni ejusdem Regis à similibus sceleratis offensi cohæredes ? Quæ profecto similitudo optime servit ad exprimendam quadantenus authoritatem , in remittendis peccatis , gratia infundenda , peccatoribus in amicitiam Dei restituendis , dandaque B. illius Regni investitura , & professione , concessam.

Job. 40. 4. 13. In libro Job dicitur ; *Si habes brachium sicut Deus , & voce simili tonas , circumda tibi decorem , & in sublime erigere , & speciosis induere vestibus*, quibus verbis per Spiritum Propheticum ad Sacerdotes alludit , quibus sacri habitus , & vestimenta particularia præscripta esse noscuntur ; per brachium Dei autem authoritas eisdem ad absolvenda delegata intelligitur, quæ principaliter soli Deo competit , juxta illud : *Quis potest dimittere peccata nisi solus Deus ?* At verò ut sanctus Leo in persona Christi dicit : *Quæ mihi potestate sunt propria , sint tibi mecum participatione communia.*

Hinc vocatur brachium Dei.

Luc. 5. v. 21.

S. Leo ser. 2. de Solemn. SS. Ap. Pet. & Pauli.

14. Theophylactus ad verba se reflectit , quibus Christus Apostolis hoc Sacramentum impertijt ; quando scilicet *Insufflavit in eos , dicens : [Accipite Spiritum sanctum , quorum remiseritis peccata , remittuntur eis ; quorum retinueritis , retenta sunt.*] quibus præmissis , in hanc prorumpit exclamationem: *Vide Sacerdotum dignitatem , quod divina sit ; Dei enim est remittere peccata ; sic igitur illi honorandi sunt , ut Deus , nam quamvis indigni sint , quid hoc ? Divinorum donorum ministri sunt , & gratia operatur per eos.*

Theoph. in c. 20. Joan. v. 22.

Sacerdotum dignitas est divina.

15. Quantumvis *Nulla sit ex inferno redemptio* , nihilominus animam , quæ *secundum præsentem Justitiam* , ad infernum condemnata est , per suam Sacerdos è barathro infernali eripit facultatem , eidemque cœlos pandit , *Mortificat , & vivificat , deducit ad inferos , & reducit* , vi cujus potestatis divinam imitatur virtutem , siquidem *Dominus est , qui mortificat , & vivificat.* Sacerdos autem Solem justitiæ, ne adversùm delinquentes , à se absolutos sacramentaliter , desæviat, retinet , & sistit , ut in eo verificetur, *Sol contra Gabaon ne moveatis.*

1. Reg. 2. 6.

Josue. 10. 12.

DISCURSUS XIII.

ARGUMENTUM.

Dignitas sacerdotalis Potestatem regiam non modò adæquat , sed etiam excedit.

THEMA.

Regale Sacerdotium. 1. Pet. 2. ℣. 9.

Sacerdotalis dignitas fuit etiam regalis in V.T.

1. TItulus iste veteri pariter competebat Sacerdotio, unde Dominus de synagoga tractans , eni postmodum sancta succesit Ecclesia , inquit ; *Vos eritis mihi in Regnum Sacerdotale , & gens sancta.* Prædixerat quoque Psalmista de Sacerdote æterno , Christo Salvatore nostro : *Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* Melchisedech autem Augustus Rex, summusque exstitit Sacerdos, cui reverens præstitit Abraham obsequium, decimarumque tributum ; cujus & Apostolus meminit in hæc verba : *Melchisedech Rex Salem Sacerdos Dei summi , qui obviavit Abrahæ ... & benedixit ei , cui & decimas omnium divisit Abraham.* Gabriel Archangelus Virgini Mariæ incarnationem annunciaturus , ait : *Dabit illi Dominus Deus , sedem David Patris ejus , & regnabit.* Quale obsecro Regnum Davidicum recuperavit Redemptor ? aut forte mendax fuit quod promissio ? responsum accipite à sancto Epiphanio, dicente : *Thronus David , & regia sedes est Sacerdotium in sancta Ecclesia , quam dignitatem regiam simulque Pontificiam , conjunctim largitus est Dominus Ecclesiæ suæ, translato in ipsam throno David, non deficiente in æternum.*

Hebr. 7. 1.

Luc. 1. 32.

Scerdotium N. L. etiam est regale.

2. E cœnaculo Sion novam gratiæ legem ; juxta Davidis oraculum Dominus promulgaturus, titulum pariter sibi regium adscripsit: *Ego autem constitutus sum Rex ab eo, super Sion montem sanctum ejus , prædicans præceptum ejus.* Idem quoque regius Vates alio in loco de Sacerdotibus agens , Apostolorum, in Ecclesiæ gubernaculo successorius, ait. *Pro Patribus tuis nati sunt tibi filij : constitues eos Principes super omnem terram.* Per quæ verba , juxta Dionysij Carthusiani Glossam intelliguntur *Sacerdotes regis , seu regales.* Porro regni hujus qualitas facillimè ex illo Christi, ad Judeæ præsidentem dato , colligitur responso : *Regnum meum non est de hoc mundo* ; non obstante , quod altera ex parte eidem responderet Salvator : *Tu dicis , quia Rex sum ego* ; quodque fronte hilari turbas exciperet , Regium ei , in die triumphi illius , attribuentes titulum.

Psal. 2. v. 6.

Dion. Carth. in 1. Pet. 2.

Joan. 8. 36.

Ibid. v. 37.

3. *Regale Sacerdotium.* Doctissimus Salmeron verba hæc sequenti illustrat Discursu : *Declaraverat , Regnum suum non esse de hoc mundo , sed à Deo , & dejuper , & regnum quidem non sæculare , quod habet pro fine divitias , honores , & gloriam mundi ; Sed spirituale, cujus finis est vita , & gloria æterna.*

Salm. t. 1. disp. 4.

4. Duo Apocalypseos textus Regnum conjungunt & Sacerdotium ; in primo siquidem dicitur : *Fecit nos Regnum, & Sacerdotes Deo* ; in alio pariter astruitur : *Fecisti nos Deo nostro Regnum , & Sacerdotes & regnabimus.* S. Bernardinus de laude Sacerdotum tractans, in idem coincidit documentum , inquiens : *Sunt Reges, & Regis æterni Filij propter gradum* , sicut Regiæ hujus signum esse dignitatis , dum ait : *In cujus signum quasi coronam in capite gestant* ; quam prærogativam in antiqua lege figuratam didicimus, quando summus Sacerdos, alios inter ornatus, cydari quoque texit caput, quod ornamentum juxta Philonem , species erat Diadematis , quo Regum Orientalium vertices cingebantur ; ait namque : *Cydaris autem pro diademate ponitur capiti , quia quamvis per Sacerdos honore suo fungitur , & ministerio , non solum privatis hominibus est eminentior , verum etiam cunctis Regibus* ; Sacerdotium verus nostri moderni typus erat, & figura, nil nisi incensum , panes, arietes, oves , aliaque similia animalia offerebat in Sacrificium. Si igitur illi propter ministerium suum Regibus prælati fuere , quantò potiori jure nos , penes quos potestas est conferandi illum , qui in femore suo scriptum circumfert : *Rex Regum , & Dominus Dominantium.*

Sacerdotes sunt Reges.

Apoc. 1. 6.

ibid. cap. 5. v. 10.

S. Bern. to. 1. ser. 20. a. 2. c. 5.

Psalm. 81. 6.

Illorum tonsuraest corona regia.

1. Tim. 6. 15.

5. Sanctus Chrysostomus varijs in locis superioritatem quâ Sacerdos super Regem excellit , nobis insinuat dicens : *Multo dignior est honore , ac veneratione Sacerdos , quàm Rex ; quantò ad majorem vocatus est principatum.* Cujus præeminentiæ hanc alio in loco assignat rationem , dum ait : *Regi corpora commissa sunt , Sacerdoti animæ ; Rex maculas corporis remittit , Sacerdos peccatorum. Ille cogit , hic exhortatur , ille necessitate , hic consilio , ille habet arma sensibilia, hic spiritualia.* Quantum animarum gubernaculum excedit directionem corporum , tanto sacerdotalis dignitas vincit regalem ; Hic in vitam temporalem substantiam, corpora , & subditos dominium habet , ille in animas. *Imperium nos ipsi gerimus* , inquit Nazianzenus , *multò præstantius , & perfectius Regno terreno* , etenim Sacerdotibus in exorcismis dæmones obediunt , imo & Angeli boni , & ipsemet Filius Dei , ut in discursu præcedenti probatum fuit. Unde sanctus Chrysostomus ait : *Tantum est superius regno , Sacerdotium ; quantum est inter spiritum, & carnem intervallum.*

S. Chrysost. to. 2. ho. 2. de S. Anna.

Majori honore digni sunt quam Reges.

Naz. or. ad civ. Naz.

D. Chrysf. l. 3. de sacerd.

6. Hæc præcedentia , quam Spiritus sanctus Sacerdotibus

cerdotibus super Reges concessit , in Osea clarè probatur ; hic enim utrosque, id est , Sacerdotes, & Reges monere volens , prius dixit : *Audite hoc Sacerdotes,* & postea subjunxit , *& domus Regis auscultate , quia vobis Judicium est.*

Osæ. 5. 1.

Reges coram illis stare debent.

7. Oleaster circa textum quemdam Numerorum , qui proposito nostro aptissimè inservit , pulchram facit comparationem. Cum enim Deus Josue in successorem Moysis eligere vellet , eidem Moysi dixit : *Tolle Josue filium Nun virum , in quo est Spiritus , & pone manum tuam super eum , qui stabit coram Eleazaro Sacerdote* ; Circa quem textum Oleaster observat , quod , licet Josue eligeretur in generalem totius populi Israëlitici Ducem ; eique super universum Hebraismum absoluta daretur & independens potestas; hoc tamen non obstante , Deus illum in conspectu Eleazari Sacerdotis in pedes reverentur erectum stare voluit. Unde idem Oleaster ait : *Non dicit ; sedebit, sed stabit , ut discant Reges , & Principes , superiores se habere Sacerdotes , & standum sibi esse coram Sacerdotibus Domini.*

Num. 27. 18.

Oleast. ibid.

Sever. in vita ejus.

8. Cardinalis Baronius de Leontio , Episcopo Tripolitano in Lydia scribit , quod, cum ab Eusebia Augusta , muliere superba & fastuosa vocaretur , is ei hunc in modum responderit ; quòd si velis , ut ad te veniam ; conservatâ in omnibus Episcopis debitâ reverentia , ego intrabo quidem ad te , tu verò subitò de sublimi solio tuo descendens , reverenter mihi occurres , & benedictionem à me receptura , caput tuum meis subjicies manibus , moxque ego sedebo , tu verò magna cum modestia stabis , donec à me sedere jubearis ; Si hæc tibi placent conditiones , veniam utique , secus verò , si illas abnuas ; Huncque honorem Leontius tamquam Sacerdotio debitum ab Augusta exigebat ; quem Episcopum Baronius proinde à nonnullis Regulam Ecclesiæ appellatum fuisse dicit , propter exactam rituum Ecclesiasticorum observantiam , licet alias à communione Catholica exclusus esset ; Idem quoque Baronius historiam prosequens , justum Dei ponderat judicium, circa Valentinianum Imperatorem demonstratum ; quia enim hic adveniente sancto Martino Episcopo è throno surgere , & coram eo in pedes erectus reverenter stare noluit , ignis à fede ipsius egressus est, qui ipsum adegit , non solùm ut surgeret , Episcopo occurreret , suumque caput ejus manibus submitteret ; verùm etiam ut ad pedes ejus se venerabundus prosterneret.

Bar. an. 325. n. 15. Insignes in hanc rem historiæ Leontij Episcopi.

Baron.

Et S. Martini.

Bar. an. 57. n. 31.

9. Et quidem quia sancti hujus Episcopi mentionem facere cœpimus , nequaquam nobis præterunda est memorabilis illa actio , quam S. Martinus, ut in ijsdem annalibus Ecclesiasticis refertur , præstitit , quando à maximo Imperatore ad convivium invitatus fuit , cum enim in medio convivij , minister Imperatori craterem ad bibendum obtulisset , is eumdem primò S. Martino dari præcepit , sperans, quòd post ipsum primus bibiturus esset , sanctus verò Episcopus postquam bibisset , craterem non Imperatori , sed Presbytero , quem in sua societate secum duxerat , propinavit ; per hoc factum declarare volens , dignitatem sacerdotalem Imperiali longe majorem esse.

Reges tertio loco honorandi sunt.

S. Th. l. 3. c. 20. Imperatores coronantur pedibus Pontificum.

10. Sanctus Thomas *de Regimine Principum* , Imperatorem duabus coronis coronari solitum esse scribit , unâ videlicet ferreâ , aureâ alterâ , hancque summum Pontificem Imperatoris vertici , non inanibus, sed pedibus imponere ; sed quonam hanc cæremoniam spectare existimatis ? cur ei, qui caput mundi est, diadema cæsareum pedibus ministratur ? Nimirum *in signum subjectionis hoc sit , cum pedibus sibi porrigitur.* Quis enim est , qui nesciat, coronas Regias , omniaque sceptra , & diademata Imperialia summi Pontificis pedibus obsequiosum certatim reddere tributum ? Unde Hugo Cardinalis verba illa apud Isaiam (*Et erunt Reges , nutricij tui*) exponens , ait : *Potentes sæculi in temporalibus meruerunt Ecclesiam , ut Constantinus & alij* ; Imò ijsdem Potentatibus verè convenit , quod apud eumdem Isaiam eodem in loco subditur , scilicet : *Vultu in terram demisso adorabunt te , & pulverem pedum tuorum lingent.* In Annalibus Ecclesiasticis , Innocentius Tertius Sacerdotij superioritatem super Imperium, his verbis declarat: *Sacerdotium Imperio augustius , cum rebus divinis , aliud humanis præsit ; atque à Sacerdotibus Reges non econtra à Regibus Sacerdotes consecrentur.* Sanctus Ignatius Martyr , qui Apostolorum temporibus vixit , ad Smyrnenses scribit , Reges tertium, id est , post

Isa. 49. 23. Hugo Card.

Rayn. an. 1199. n. 35.

S. Ign. M. ep. 10. ad Smyrn.

Deum & Sacerdorem tenere locum ; *Honora* , inquit, *Deum , ut omnium auctorem & Dominum , Episcopum ut Principem Sacerdotum, imaginem Dei ferentem , Dei quidem propter Principatum, Christi verò propter Sacerdotium ; honorare oportet & Regem.* D. Chrysostomus ab Ecclesiasticis , ubi necessitas ita postulaverit , etiam coronata capita reprehendenda esse , his verbis demonstrat : *Si Dux igitur quispiam , si Consul ipse , si qui diademate ornatus , indigne agat , cohibe , ac corrige , majorem te illo habes potestatem.* In Discursu sexto , in quo de vestimentis Pontificalibus , Aaroni a Deo immediatè præscriptis tractatum fuit , diximus, quòd in ora & extremitate vestis , ipsiusmet Dei justu, septuaginta duo malogranata suspendi debuerint. At verò quidnam hæc malogranata cum Sacerdotio commune habent , maximè in tanto numero , & tali situ super pedes pendentia ? Pro hujus intelligentia sciendum est, quòd hoc malogranatum inter omnes alios fructus veluti Rex , quidam dici possit , utpote quod Regia præ se fert insignia, quia in vertice coronam, in cornice purpuram portat , intrà se verò multa habet cellularum discrimina, quibus grana in magno numero recludunt , quæ populos in varias Provincias , & regna distinctos repræsentat , qui in septuaginta duas mundi nationes distribuuntur, quia totidem sunt idiomata , & linguæ inter se differentes & divisæ ; vult igitur Deus per hæc malogranata innuere (siquidem *omnia in figura contingebant*) quòd Sacerdos omnes & singulos totius universi viventes , omnia terræ regna, omnesque Reges sibi habeat subjectos, & ideo ut idem Chrysostomus de Sacerdotibus ait : *Major est hic Principatus , quàm Regis , propterea Rex caput submittit manui Sacerdotis , & ubique in veteri Scriptura, Sacerdotes inungebant Reges.* Idem in Homilia sequenti ita scribit : *Quantum abest Rex à Sacerdote , expende modum potestatis utriusque traditæ, videbis Sacerdotem, multò sublimius Rege sedentem. Quamquam enim videatur nobis admirandus thronus regius ob gemmas ei affixas, & aurum; tamen rerum terrenarum administrationem sortitus est , nec ultra potestatem hanc propterea quidquam habet authoritatis.*

S. Ambros. l. de dign. sac. c. 2.

Bar. an. 57. n. 37. Sacerdotes auro, Reges plumbo comparantur.

Psal. 149. 7. S. August. in Psal. 149.

11. Deus in Levitico de summo Sacerdote, hunc inter alios ritus ordinavit : *Caput suum non discooperiet*, per quam cæremoniam denotare voluit, illum nullum sibi habere superiorem , quantumvis is Imperator sit , vel Monarcha. De Ozia Rege legitur , quòd Sacerdotale usurpans ministerium, in templo ministrare præsumpserit incensum, quamobrem ab Azaria Sacerdote acriter reprehensus fuit. Dicit enim sacer textus, *statimque ingressus post eum Azarias Sacerdos, & cum eo Sacerdotes Domini restiterunt Regi, atque dixerunt : non est tui officij Ozia, ut adoleas incensum Domino, sed sacerdotum, hoc est filiorum Aaron , quæ consecrati sunt ad hujusmodi ministerium : egredere de Sanctuario, ne contemperis.* Ecce tibi potestatem sacerdotalem Regia superiorem , siquidem Sacerdos cum authoritate Regi se opponit , illum moner, eique minatur. *Vide libertatem*, inquit Chrysostomus *vide mentem, servire nesciam, vide linguam cœlos attingentem* (de Azaria loquitur) *vide libertatem incoercibilem, vide humi ingredientem, & in cœlo versantem.* Sed dices fortasse, Ozias in hoc ministerium ex devotione & obsequio erga Deum se ingessit : nequaquam, secus enim a Deo per miraculum lepræ castigatus non fuisset ; ergòne idipsum ex fastu & instinctu superbiæ fecit ? Imò verò , quia tametsi , chlamyde regia amictus , coronaque redimitus , sceptrum Israelis tractaret , nihilominus ab effreni ambitione sua stimulatus, dignitatem suam altius efferre voluit , mitram capiti suo , & quod meo gerebat diademati superimponendo per dignitatis Sacerdotalis comparationem , quam suâ noverat esse superiorem.

Levit. 21. 16. Ozias Rex lepra percutitur quod sibi arrogavit officium sacerdotale.

2. Paral. 26. v. 17.

D. Chrysf. in Matth. h. 33.

Exod. 28. v. 33. Quid significent malegranata in extremitate vestis sacerdotalis.

Chrysf. t. 3. de ver. Isa. ho. 4.

12. Sanctus Ambrosius de dignitate Sacerdotij scribens , ait : *Si Regnum fulgoris compares, & Principatum diademati, longè erit infernus, quàm si plumbi metallum ad auri fulgorem compares.* Cardinalis Baronius Sacerdotij supra regnum præeminentiam per ordinem ad utriusque arma declarat ; dicens : *Arma nostra non sunt carnalia, sed Deo potentia. Ad faciendam*, ut Psalmista ait, *vindictam in nationibus , increpationes in populis ad alligandos Reges eorum in compedibus , & nobiles eorum in manicis ferreis , ut faciant in eis judicium conscriptum. Tales enim compedes* , inquit Sanctus Augustinus, *consolidat vobis Episcopi manus*, idque Episcopi, & Sacerdotes faciunt , quando Principes sæculares, contra Deum se erigentes , Ecclesiæ obedire nolunt. Ita se opposuerunt Fabianus Papa Philippo Imperatori ; S. Ambrosius Theodosio ; Symmachus Anastasio.

13. Deus quondam per Isaiam de Regibus Israëlis lamentabatur, dicens: *Principes tui infideles*, Septuaginta legunt: *non obedient*; At verò cuinam Reges obedire habent? siquidem S. Petrus illos ab obedientia eximere videtur, dum ait: *Subditi estote omni humanæ creaturæ propter Deum, sive Regi, quasi præcellenti sive Ducibus ab eo missis*, Respondetur, ipsis incumbere, ut Sacerdotibus obediant; tametsi enim verum sit, quod Principes obedientiam, & servitutem omnium aliorum exigere possint, erga Sacerdotes tamen obedientiæ & reverentiæ debitores existunt in ordine ad bonos mores & religionem, quia tametsi exempti sint à legibus civilibus politicis, & humanis quas promulgant: attamen obedire debent legibus divinis, & Ecclesiasticis, primique esse qui illas protegant, tueantur, & defendant.

Isa.1. v.25.

1.Pet.2. v.13. Reges obedire debent sacerdotibus.

14. In libro Exodi scribitur: *Iste est Aaron & Moyses, quibus præcepit Dominus*; at verò numquid Deus Moysi dixerat; *Constitui te Deum Pharaonis?* numquid idem totius populi Israëlitici absolutus Princeps, & gubernator erit? cur igitur fratri ejus præ ipso præeminentia & primatus tribuitur? Lyranus ait: *Aaron præponitur, quia Deus prævideràt, & elegerat eum in summum Sacerdotem.* In Levitico similiter, quando de sacrificijs agitur, Deus Sacerdotem vitulum offerre præcepit; *Si Sacerdos qui unctus est peccaverit, delinquere faciens populum, offeret vitulum ... Si peccaverit princeps, offeret hostiam Domino hircum de capris?* Sed quidnam sibi vult hæc sacrificiorum differentia? dici quidem potest, ideò Sacerdotem excellentiorem præ Rege victimam offerre debuisse, quia peccatum Sacerdotis majoris est scandali, pejoresque post se consequentias trahit, quàm peccatum Laicorum, & consequenter majorem exigebat oblationem pro sui expiatione: At verò Theodoretus ad propositum nostrum aptissimè dicit, etiam in hac sacrificiorum differentia expressam fuisse superioritatem, quâ Sacerdos super Principem sæcularem præeminet; *tam procul enim abest à sacerdotali dignitate is, cui corporum Imperium commissum est.*

Exod 6. v.26. *Exod.7. 1.* Cur Aaron præponatur Moysi. *Lyr.ibi.* *Lev.4.3.* *ibid.v.22.* Differentia inter hostiam pro sacerdote & Rege. *Theod. ibi.*

15. Abraham primus Pater credentium tot Patriarcharum radix & stirps, prout ex primo capite Sancti Matthæi videre licet, de quo etiam Judæi ipsimet Christo dixerunt, *numquid tu major es Patre nostro Abraham?* is inquam quando victoriosus à pugna cum quatuor Regibus habita rediit, manibus & benedictioni Melchisedech Sacerdotis se subjecit, ut minorem se eo esse ostenderet; nam ut Apostolus ait: *Sine ulla contradictione, quod minus est, à meliore benedicitur.* Unde glosia Interlinearis verbis illis Geneseos: *Benedixit ei*, subjungit: *sicut major minori*; quovis enim tempore Sacerdos, qualis Melchisedech erat, Regem dignitate præcessit.

Joan. 8. v. 53. Abraham subjecit se benedictioni Sacerdotis Melchisedech. *Heb.7.7.* *Gen. 14. 19. Interl.ibi.*

16. In Annalibus Ecclesiasticis, Epistola Innocentij Tertij, recensetur, in qua inter cætera dicitur: *Nec modò officii amplitudine, veram & temporis antiquitate Sacerdotium præcellere, atque illud institutum à Numine, regnum verò ex Tyrannide & scelere originem Membroth hausisse, permissum verò in populo Dei ob ipsius pervicaciam; & quidem apud Hebræos aliquanto tempore Regnum cum Sacerdotio valuisse, indeque bona ingentia emanasse; aliàs ab eo divisum, atque ex eo fædam malorum colluviem emersisse, Regesque improbos Sacerdotio infensos, sceleris pœnam tulisse.*

Idem debent facere Reges.

17. Idem quoque Pontifex observat, Christum simul ex regia, & sacerdotali stirpe nasci voluisse, ut demonstraret unionem, quæ Sacerdotem inter & Principem esse debet; Unde Sanctus Petrus ejus vicarius dicebat: *Vos estis genus electum regale Sacerdotium*; & in Apocalypsi Seniores acclamabant, dicentes: *Fecisti nos Deo nostro Regnum & Sacerdotes*, unde idem qui supra Pontifex ait: *Hæc enim sunt duo Cherubim, qui versus vultibus propitiatorium sub ipsis duabus alis conjunctis, mutuò se describuntur respicere. Hæ sunt duæ mirabiles & speciosæ columnæ, positæ juxta ostium in vestibulo templi. Hæc sunt duo magna Luminaria, quæ Deus in firmamento Cæli constituit; Luminare majus ut præesset diei, & luminare minus, ut nocti præesset.*

Imm.3.ibi. n.32. *1.Petri 2. v.9.* *Apoc.5. v.10.* *Gen.1.v.16.*

18. Gentiles, ut observat Baronius, etiam quoad Imperium politicum, Sacerdoti suo obediebant, nam ut Strabo de Æthiopibus scribit, apud illos Sacerdotibus erat summa potestas, adeò ut etiam nonnumquam Reges occidi imperarint, alium in illius locum juxta beneplacitum eligendo. Sacerdotes Ægyptij leges promulgabant, Judicesque populi erant; In Persia Magi Sacerdotes olim regnarunt, postea verò mutatâ hâc Regiminis specie, nihilominùs in tanta existimatione permanserunt, ut, sicut Agaia narrat, eorumdem consilio regnum gubernaretur. In republica Romana, Augures tanta authoritate pollebant; ut sicut Tullius refert, unus illorum consilia Senatus annullare, consulesque deponere potuerit; Hæc omnia referunt Annales Ecclesiastici. Diodorus de Sacerdotibus Ægyptijs scribit, eos reditus publicos in tres partes divisere solitos fuisse; *Priorem verò eorum portionem, percipiebat Sacerdotum Collegium*; Unde Philo, *libro de Sacerdotio*, hanc deducit consequentiam, dicens: *Ex his rebus liquet, juxta Regis judicium, Sacerdotes æquiparari majestate atque honore Regibus, siquidem illis tamquam Principibus conferri tributa imperat*; Sacerdotes item tempore Josephi Patriarchæ, in universa illa, Ægyptum affligente annonæ caritate, non fuerunt in aliorum, de plebe numerum numerati, sed longè pretiosius, & copiosius habiti, de quibus proinde Origenes ita scribit: *Referetur quod terra Ægypiorum Sacerdotum non sit in servitutem redacta Pharaonis, neque cum cæteris Ægyptijs vendiderint semetipsos, sed quod extrinsecus acceperint vel frumenta, vel munera: non à Joseph sed ab ipso Pharaone*; Unde videtur, ipsosmet Reges Sacerdotum Tributarios fuisse.

Diod.Sic. l.2.de fac. Ægyp. *Orig.h.10. in Gen.*

19. Sanctus Gregorius ad Mauritium Imperatorem ita scribit: *Ante eum* (dè Constantino Magno loquitur) *Pagani in Republica Principes fuerunt, qui verum Deum nescientes, Deos ligneos, lapideos colebant, & tamen eorum Sacerdotibus honorem maximum vibuebant.* Alexander Magnus, tametsi notitiæ veri Dei expers esset, tamen cum tot esset regnorum gloriosus victor, & exasperatus à populo Hebræo, Jerosolymam misisset exercitum, ut se per totius Levitici ordinis stragem de injurijs receptis vindicaret; Jaddo verò Sacerdos vires suas ad resistendum impares esse videns; vestimentis Pontificalibus solemniter indutus, multisque alijs Sacerdotibus stipatus ei occurreret, Alexander mox ad eorum conspectum, irâ depositâ placatus, Sacerdotem non solùm non indigne habuit, verum etiam summè veneratus est, & omnia quæ postulabat, ei gratiosè concessit. Cumque cur id fecisset, interrogaretur: *Non hunc adoravi*, respondit Alexander, *sed Deum, cujus Sacerdotio fungitur.*

S.Greg.l.4. ep.31. indic. c.13. Alexander Magnus veneratus fuit summum sacerdotem. *Joseph. Hebr.l.11. antiq.c.8.*

20. Restat nunc, ut Discursum hunc per ponderationem quamdam Hugonis Cardinalis, concludamus, qui verba illa S. Petri: *Regale Sacerdotium*, ita exponit, *id est, potentes & fortes ad expugnandum vitia, & dissipandum mala, hoc enim est regale*, juxta illud Sapientis, Proverbiorum vigesimo, *Rex qui sedet in solio Judicij, dissipat omne malum intuitu suo.* Quantò igitur Sacerdotum honor, Regio honore sublimior & superior est, tantò arctius ad dominandum passionibus nostris, nostrosque inordinatos appetitus rationi, & legi Dei subjiciendum obstricti sumus.

Officium regalis sacerdotij. *Hugo Card. ibi.* *1.Pet.2.9.* *Prov.20.8.*

DISCURSUS XIV.

ARGUMENTUM.

Ad sacerdotis munus pertinet, ut Deum propter peccata populorum iratum, per orationes suas placet, divinæque Justitiæ flagella ab ijs amoveat.

THEMA.

Ipsum elegit ab omni vivente, offerre sacrificium, incensum, & bonum odorem in memoriam placare pro populo suo. Ecclesiasti. cap. 45. vers. 20.

1. Ecclesiasticus de duobus fratribus, Moyse & Aarone differens, postquam vestium & ornamentorum Pontificalium longum texuisset Catalogum, tandem in ijs finem præcipuum declarat, ob quem illos elegerat, & ad hunc dignitatis gradum sublimarat, dicens: *Ipsum elegit ab omni vivente offerre sacrificium Deo, incensum & bonum odorem in memoriam placare pro populo suo*; Sacrificia enim offerenda divinam spectabant indulgentiam, populique peccatorum remissionem, ut omnes intelligerent sacri Altaris ministri, principale eorum munus esse, ut Mediatores agant, homines inter & Deum, hunccque nobis reconcilient, nostris offensum peccatis: *Ad reconciliandum Deum Israëlitæ plebi*, ut inquit Carthusianus; Vel ut Hugo Cardinalis scribit: *Ut Deus memoraretur populi sui; & placabilis fieret ei.* Ubi insuper hoc in odore atque incenso, ad Thymiama, quod matutinis vespertinisque horis in altari aureo, in Sanctis Sanctorum situato, incende-

Sacerdotis est Deum placare precibus & sacrificijs. *Dion.Cart. ibi.* *Hugo Card.*

incendebatur, ubi pariter candelabrum aureum, & panem Propositionis mensâ asservabatur; altare enim hoc versùs propitiatorium, & oraculum stabat conversum: ut doceremur in eo, dictam oblationem factam fuisse ad propitiandam divinam clementiam. Verumtamen ut bene advertit Jansenius. *Non quod suavitas odoris per se quidquam faceret ad placandum Deum, velut odoris suavitate illectum: sed quod illa fieret ex obedientia legis præscribentis, & significaret, orationis, & devotionis sacerdotalis, atque populi gratiam, & efficaciam apud Deum.* Hæc fragrantia & odor incruentum novæ legis, per manus nostras offerendum figurabat sacrificium.

Jansi.ibi.

2. Hugo Cardinalis illa penitius ad intentum nostrum considerat Apostoli verba, *Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suavitatis.* Subjungit namque dictus eminentissimus: *Species aromaticæ, contritæ vel combustæ redolent; Christus contritus in passione flagellis & verberibus.* Sacrificium autem missæ, passionis ejus est memoriale, in quo dum calicem offerimus, sequentia pronunciamus verba: *Pro nostra, & totius mundi salute cum odore suavitatis ascendat*; Unde & de S. Andrea canit Ecclesia: *Dilexit Andream Dominus in odorem suavitatis*, quia scilicet tamquam dignissimus Sacerdos, quotidianâ immaculati agni oblatione divinam placabat vindictam, quemadmodum ipse attestatur., dum ait: *Ego omnipotenti Deo immolo quotidie immaculatum agnum in altari.*

Eph.5.2. Sacrificium missæ offertur pro hominum salute. *Ad hoc imprimitur Sacerdoti character. Hebr.5.1.*

3. Dum nos Sacerdotes confecrat Episcopus in sacri Characteris impressione, hæc profert verba: *Accipe potestatem offerendi sacrificia*, illi conformiter textui Apostolico: *Omnis namque Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in ijs, quæ sunt ad Deum, ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis.* Effectus, finisque primarius sacrificij est, divinam placare justitiam, nostris offensam flagitijs, ad quod specialiter obligatur Sacerdos: scilicet ut conetur Deum *placare pro populo suo*, id est ut exponit Lyranus, *ad placandum Deum.* Quo creditis titulo, stolam, proprium Sacerdotis ornatum affecisse Petrum Blesensem? Audite doctrinam; *Orarium quod, & stola dicitur, super Collum geris, cujus brachia ad minus extendantur usque ad genua; & cancellari debent per medium pectus in modum crucis, ac si dicas, onus Crucifixi leve, & jugum ejus suave.* Orarium autem dicitur, *quia propter offensas populi tui cum humili genuflexione Domino debes supplicare, tuis precibus indignationem placare.*

Lyran. *Petr. Blef. ser.41. in Synod.*

4. B. Laurentius Justinianus hoc singulis Ecclesiasticis tradit documentum: *Oret pro communi salute, ut videlicet compunctæ, propria errata cognoscant, ut ignoscatur illis, ut gratiam consequantur, & convertantur ad Dominum; ut de tenebris eruantur, transferantur ad lucem, ut de morte peccati resuscitati, perseverent in vita.* Atque exinde ad nostrum subjungit propositum: *Verum si fame, si gladijs, si peste plectantur; tunc sine intermissione incumbat precibus, se opponat furienti pro populo.* Post excitatam à Dathan & Abiron contra Moysen & Aaron seditionem, hominibus ambitiosis summumque prætendentibus Sacerdotium, terra sub eorum pedibus operta, vivos præcipitavit in infernum, ignis ducentos alios quinquaginta absumpsit incensum offerentes, nec non quatuor decies mille septingentos murmuratores, quos ejusdem ignis flammæ pariter devorarunt; Hæcque omnia in cap. 16. Num. enarrantur. Ut verò hæc iræ Dei fulmina, quæ tanto cum furore super populum illum descendebant, coërcerentur, quodnam putas initum fuisse consilium? Sacer Textus ait: *Dixit Moyses ad Aaron: Tolle Thuribulum, & hausto igne de altari, mitte incensum desuper, pergens citò ad populum, ut roges pro eis, jam enim egressa est ira à Domino, & plaga desavit. Quod cum fecisset Aaron, & cucurrisset ad medium multitudinem, quam jam vastabat incendium, obtulit Thymiama: Et stans inter mortuos & viventes, pro populo deprecatus est, & plaga cessavit. In quo ostensum est*; inquit Dionysius Carthusianus, *quantum valeat oratio Sacerdotis & sacrificium devotè offerentis, quanta insuper sit virtus, & dignitas sacerdotalis.* In libro Sapientiæ ejusdem hujus historiæ fit mentio; dicit enim Sapiens: *Non diu permansit ira tua; properans enim homo sine querela deprecari pro populis, proferens servitutis suæ scutum orationem; & per incensum, deprecationem allegans, restitit iræ, ostendens quoniam tuus est famulus.* In quo textu valdè notanda sunt verba hæc ultima, in his enim ostenditur, illos solos veros esse Sacerdotes, qui titulum fervorum, & ministrorum Dei merentur, seque in beneficium populorum ijs commendatorum ad Deum placandum interponunt; *Ostendentes*, inquit Hugo Cardinalis, *per impletionem officij sui, quòd exaudiri sint*; Dionysius Carthusianus eadem verba multò melius in favorem nostrum exponit; dicens: *Per hoc namque, quòd tam ferventer oravit, patuit quòd verè esset immitter placitus Deo, & Pontifex dignus.*

Num.16. *Ibid. v. 46.* Patet in Moyse & Aaron. *Ibid. v.47.* *Ibid.v.48.* *Sap.18.20.* *B.Laur. Just.de just. & reg.* Ipsius est avertere plagas Dei. *Dion.Carth. ibi.*

5. In Joële Propheta hæc verba leguntur: *A facie ejus contremuit terra, moti sunt Cœli, Sol, & Luna obtenebrati sunt, & Stellæ retraxerunt splendorem suum, & Dominus dedit vocem suam ante faciem exercitus sui, quia multa sunt nimis castra ejus, quia fortia.* Sed quodnam in hac cœli & terræ, tam minitabunda commotione ad placandum Deum adhibebitur remedium? subdit Propheta: *Inter vestibulum & altare plorabunt Sacerdotes ministri Domini, & dicent: Parce Domine, parce populo tuo; Zelatus est Dominus terram suam, & pepercit populo suo.*

Joël.2.10. *Ib.v.11.*

6. Quando sacrilegus ille Heliodorus ad thesaurum sacrum expilandum, in quo depositæ viduarum & pupillorum, aliaque templi supellex recludebantur, se accinxit, quidnam in illa totius Hierosolymæ devastatione, ad flagellum illud removendum consilij cœptum est? *Sacerdotes ante altare cum stolis sacerdotalibus jactaverunt se, & invocabant de Cælo eum, qui de depositis legem posset ... & ecce Deus de Cœlo Angelum misit, qui insolentiam Heliodori compesceret, & injuriam, quam sacro loco inferre parabat, vindicaret: Spiritus Omnipotentis Dei, magnam fecit sæ ostensionis evidentiam.* Econtra verò, Deus per Ezechielem lamentatur, quòd nullus ministrorum suorum se illius indignationi opponeret: *Non ascendistis ex adverso, neque opposuistis murum pro domo Israël: ut staretis in prælio in die Domini.* Quando belli tempore inimicus in obsidione proficit, soliciti sumus, ut terræ aggeres, valla & munitiones erigamus, horum autem loco, nobis in beneficium nostrum, Sacerdotum inserviunt intercessiones; Nam ut Sanctus Isidorus de Aarone ait: *Sacerdos lethalem plagam objectu suo, quasi quidam murus excludit*; Et Sanctus Ambrosius ait: *Magnus murus patriæ, Vir justus, illius nos justitia ab excidio defendit*, id quod Sanctus hic Archiepiscopus jure dicere poterat, probè namque sciebat, quoties per suas intercessiones divinæ iræ flagella à populo suo avertisset. Unde Sanctus Vincentius in quodam Sermone de eodem S. Ambrosio scribit, quòd post ejus mortem in urbe Mediolanensi, & tota Lombardia, communis hæc populi vox fuerit: *Lombardia modò est perdita, quia Deus ex sancta vita Ambrosij, dissimulabat peccata nostra.* Sanctus quoque Carolus Borromæus, dignus S. Ambrosij in eadem sede Mediolanensi successor, tempore pestilentiæ, impositò ad collum laqueo, ponderosam crucem in longa quadam processione, in qua ex vulnerato pede copiosum fundebat sanguinem, in manibus suis portans, suis se intercessionibus apud Deum pro populo suo interposuit, semetipsum ei in sacrificium offerens. Unde subitò hæc plaga in tota urbe cessavit.

Expoliationem Templi impedivit oratio sacerdotum. *2.Mach.3. 15.* *S.Isid.in Gl.p.16.* *S.Ambr.l.1. de Abr.c.6.* Oratio sacerdotum est murus. *S.Vinc. Ferrer. Patet in S.Ambr.* *S.Carolo Borromæo.*

7. S. Ambrosius de Davide differens qui sæviente pestilentiâ, se quoque Deo ad eum placandum obtulit, inquit: *Hoc facto statim dignus sacrificio judicatus est*; Et Rupertus Abbas Tuitiensis de Moyse pro salute populi, quem Deus virulum adorantem exterminare parabat, se interponente, ita scribit: *Omnibus qui in regimine animarum præsunt, qualiter prodesse debeant; Hinc Exemplum habendum est, ut videlicet intus amantes, divinæ iræ supplicando assistant, alioquin malè jedent super Cathedram Moysis.*

S.Ambr.in c.24. 2.Reg.in glo. *Rup.Abb. in gl.Exod. 32.*

8. Refert Gregorius Turonensis, quòd grassante certo quodam morbo, qui inguinarius vocabatur, Sanctus Gallus, qui B. Quintiano in sede Episcopali successerat, se per orationes suas pro salute populi interposuerit, integras noctes in oratione vigilando; cui Deus Angelum misit, dicentem ei: *Benefacis ô Sacerdos, quòd sic Domino pro populo tuo supplicas*; adeo enim perfectè exaudirus fuit, ut nullus è toto grege suo fidelis, ex hac infirmitate mortuus fuerit, tametsi in locis circumvicinis irreparabilem stragem faceret.

S.Gr.Tur. l.4.Hist. Franc.c.5. Et in S.Gallo.

9. Dionysius Carthusianus prædicta Sapientis de Aarone pronunciata verba ponderans, scilicet, *proferens servitutis suæ scutum*, hoc modo illa exponit; *Id est, spiritualem armaturam sui pontificalis officij, utpote orationem; arma enim orationes sunt Sacerdotum.* S. Bonaventura super eadem verba scribens, pariter

Dion.Carth. in Sap. Orationes sunt arma sacerdotum.

riter ait: *Oratio dicitur scutum, ratione protectionis*; adducitque illum Ezechielis textum, in quo Deus dicit: *Quæsivi de eis virum, qui interponeret sepem; & staret oppositus contra me.* Cum divina justitia vindicem iræ suæ gladium tempore S. Gregorij per stragem pestilentialem in urbem Romanam strinxisset, S. hic Pontifex per efficaces orationes suas instar fortis scuti omnes intentatos ictus valdè avertit. Unde Angelus, qui in mole Adriani apparuit, gladium in vaginam recondere strictus fuit; Attila, qui cum exercitu invincibili & victorioso universæ Italiæ excidium minabatur. S. Leonem obvium habuit, qui rugiebat quidem apud divinam Clementiam, sed per solos planctus & suspiria quibus Attila ad propositum suum deferendum coactus fuit; nec mirum, quia *Leo regiens, quis non timebit? occurrit ei Leo malorum Italiæ impendentium misericordiâ permotus, cujus divina eloquentia persuasum est Attilæ, ut regrederetur.* Simili modo, cum idem Rex ad Civitatem Trojanam accederet, S. Lupus Episcopus, adventu ejus audito, pontificaliter se induit, eique Clero suo stipatus obviam procedens, dixit: Quis tu es, qui tot Reges vincis, totque Provincijs desolatis omnia tuæ subjectioni subternis? Cui Tyrannus respondit: Ego sum Attila, Rex Hunnorum, flagellum Dei, quo audito sanctissimus Sacerdos subjunxit; Quis est, qui flagello Dei resistere possit? Veni igitur ô flagellum Dei mei, sævias licet secundùm quod Deus tibi concessit; ad quæ verba mitigatus est Barbarus, sanctumque Episcopum benignè amplexus, in agnum adversùs hunc Jupum transformatus fuit, statimque sine ullo ulterius illato damno, à finibus illis recessit, quia S. hic Episcopus *protulit servitutis suæ fecutum orationem, & deprecationem*; deprecatio enim ut S. Bonaventura ait: *Propria est de malis amovendis, oratio verò de bonis adipiscendis*; Sciendum vero est, nonnullos Codices latinos loco ejus, quod in Vulgata legitur *deprecari pro populis*, legere, *propugnavit*; Deus enim orationem Sacerdotum, nobis contra omnes inimicos tam visibiles, quàm invisibiles velut propugnaculum quoddam esse voluit. Honorius Imperator, ut in annalibus Ecclesiasticis legitur ad Arcadium fratrem suum scribens, eumdem reprehendit, de eo quòd contra personam S. Joannis Chrysostomi, nec non contra Sedis Apostolicæ Legatos executus fuerat, ac tandem his verbis concludit: Esto certus, quòd nostrum Imperium conservabitur, vel cadet propter orationes Sacerdotum.

10. Deus olim Abrahamum de Ur Chaldæorum eduetum, velut peregrinum in regionibus alienis oberrare fecerat, & licet ei Palæstinam promisisset, hæc tamen non ei, sed post multa sæcula, progenie ipsius tandem obtigit; at verò scitis ne causam, cur hoc fecerit? nimirum *necdum completæ sunt iniquitates Amorrhæorum, usque ad præsens tempus.* Mira profectò res hæc est, quis enim est, qui nesciat, hosce populos execrandissimis impietatis, barbariei idololatriæ, sensualitatis, & quorumlibet aliorum scelerum excessibus fuisse obnoxios? numquid igitur hæ iniquitates, ad provocanda super illos divinæ justitiæ fulmina abundè sufficiebant? Ita planè, verumtamen unicus tantum Sacerdos ad coërcenda per orationes suas hæc fulmina sufficiebat. *Quod enim*, inquit Theodoretus, *illis temporibus essent pij viri, constat ex Melchisedech.*

11. Quo fine beneficia, & reditus Ecclesiastici instituti fuerint, B. Petrus Damianus declarat, dicens; *Cum hæc idcirco Sacerdotibus conferantur, ut ipsi pro populo precibus ac votis insistere, ejusque debeant pertæve peccata. Hinc est, quòd Eleazar & Ithamar filijs Aaron Moyses ait:* [*Cur non comedistis hostiam pro peccato in loco sancto, quæ Sancta Sanctorum est, & data vobis, ut portetis iniquitatem multitudinis, & rogetis pro ea in conspectu Domini?*] Origenes in quadam homilia, Aaronem Thuribulum manu agitantem, quando pro populo intercedens inter vivos & mortuos medius stabat, his verbis ad vivum describit: *Induere stantem Pontificem & objectione quadam sui, viventes à mortuis redimentum, virtutem verò propitiationis ejus, & incensi mysterium eruditasse Angelum vastatorem, & in hoc mortem quidem finitam, vitam vero reparatam.*

12. Ingeniosa est illa S. Ambrosij observatio quam ad propositum nostrum circa Redemptorem Christum instituit, de quo S. Lucas testimonium perhibet, dicens: *Erat pernoctans in oratione Dei.* Quis nescit Salvatori illa Canticorum applicari potuisse verba. *Ego dormio, & cor meum vigilat?* B. illa Christi anima indissolubiliter Deo unita erat; quorsum igitur Spiritus Sanctus astruit, eum in orationibus pernoctasse? venerat Christus in hunc mundum non modò nos redempturus, sed & Ecclesiam suam proprio eruditurus exemplo, ideoque noctes in orationibus describitur duxisse insomnes; dicente S. Ambrosio: *Non ideo pernoctavit, quasi qui aliter patrem nobis reconciliare non posset, sed ut, qualis Advocatus esse debeat, demonstraret, qualis Sacerdos, ut non solùm diebus sed etiam noctibus, pro grege Christi debeat precator assistere.*

12. Benadad tam strictâ Samariam cinxerat obsidione, ut præ famis horrore proprios matres filios manducarent; unde & Rex indignatus, ait: *Hæc mihi faciat Deus, & hæc addat, si steterit caput Elisæi filij Saphat, super ipsum hodie.* Quod obsecro delictum tanto dignum supplicio perpetrarat Elisæus; Ipsene tantæ penuriæ, ipsene proditionis, seditionis, aut secretæ cum inimico intelligentiæ; aut certè tam barbari prælij reus erat? minimè equidem, sed dubitabat Rex, an sanctus hic Propheta suas apud Deum pro obsessis interponeret preces, aut orationi sua divinam placaret vindictam; Ideoque S. Ambrosius ait: *Elisæo mandavit necem, cujus in potestate fore crederet, ut obsidionem solveret, propulsaret famem.* Sed quâ methodo? audire resolutionem Lyrani: *Hanc enim afflictionem ei imponebat, eò quod afflictionem illam suis precibus non auferebat, tenens eas efficaces apud Deum, ad hoc impetrandam.*

14. Quis non illam admirabitur ab æterna Veritate ad Phinees factam promissionem: *Erit tam ipse quàm semen ejus, pactum Sacerdotij sempiternum, quia zelatus est pro Deo?* Quo in puncto tantum Phinees demonstravit zelum, vi cujus posteris suis perpetuam meruit Sacerdotij dignitatem? *Arrepto pugione ingressus est post virum Israëlitem in lupanar, & perfodit ambos simul; cessavitque plaga à filijs Israël.* Nonne Deus summè fastidijt humani profusores sanguinis, quantumvis justissimis de causis simile quid perpetrarent, ita etiam ut hujus unius actionis motivo plurimos à sacro altari suo duxerit removendos? Hanc ob causam David prohibitus fuit ædificare templum, eamdem ob rationem Sacerdotes novæ Legis irregularitate incurrunt. Dubium hoc ipsemet enodat Deus, dum ait: *quia zelo meo commotus est contra eos, ut non ipse delerem filios Israël in zelo meo.* Quia nimirum divinam placare Justitiam, flagellum divinis excutere manibus, hominesque Deo reconciliare, principale veri Sacerdotis munus est, & officium, quod dum Phinees adimplevit fideliter, sibi, suisque posteris, æternam meruit Sacerdotij dignitatem; atque ideo justissimè dicitur: *Elegit eum ex omni carne placare pro populo suo.*

DISCURSUS XV.
ARGUMENTUM.

Omnis divino cultui consecrandus, præparationem cordis per orationem, & solicitudinem præmittere debet; Cum enim Sacerdotij character eo fine imprimatur, ut oret, & intercedat pro populo, justum est, ut se dignum reddat, qui a Deo exaudiatur.

THEMA.

Domine, doce nos orare. Luc. 11. ℣. 1.

1. A Postoli, quos Ecclesia sancta *Ecclesiarum Principes* nuncupat, in Ecclesia tamquam totius Ecclesiasticæ disciplinæ norma & speculum, nullo non tempore radiaturi, dum principale status, gradusque sui munus esse considerarent, esse pro se, & alijs orationes fundere, non absque causa suppliciter institerunt apud Dominum, ut modum precandi edocerentur à divino Magistro, de quo S. Isidorus in hæc verba scribit: *Precibus Deum deprecari Christus nobis & composuit, & constituit; Cum ergo quærerem Apostoli Domino supplicare, & nescirent, quomodo deprecarentur; Dixerunt Christo: Domine doce nos orare, id est, compone nobis preces. Statim Dominus de libro juris cœlestis, docuit, quomodo orarent, & quomodo à Domino impetrarent*; prout in progressu Discursus hujus patebit, in quo probabimus Ecclesiasticos non solùm sibi, sed & alijs, per orationem utiles esse debere.

2. Promisit quondam per Zachariam Dominus: *Effundam super domum David, & super habitatores Jerusalem, Spiritum gratiæ & precum*; cur potius Dominus donum, Spiritumque orationis super domum David,

Cur Christus pernoctarit in oratione.

4. *Reg. 6. v. 31.* Benadad occidere voluit Elisæum suspicans quod non oraret pro populo Samaria.

S. Ambr. l. 3. de offic.

Lyr. ib.

Num. 25. v. 13. Phinees zelo suo etiam homicidio commisso, placavit Deum.

Ibid. v. 7. 8.

Ibid. v. 11.

Zach. 12. 10.

David, & incolas Jerusalem, quam super quemcumque alium locum se effusurum esse promittit? Pro hujus intelligentia in memoriam revocandum, quod, sicut in Discursibus præcedentibus diximus, per domum David, Ecclesia intelligenda veniat; Jerosolyma verò civitas erat sacerdotalis, in qua sola inter omnia alia totius universi loca, veri Dei cultus vigebat, in qua templum erat, & sacrificia offerebantur, in qua denique Levitæ, Sacerdotes, & vasa sacra erant; hic igitur merito donum orationis se communicaturum esse promittit, quia ad eos, qui ministerio sacro sunt dedicati, pertinet continuo in choris psallere, mentaliter, & vocaliter orare, corde quoque & mente in Deum elevatos esse.

Cur Spiritus orationis effusus fuerit super domum David.

Oratio præmittenda ad functionibus spiritualibus.

3. Cum Apostoli, per totum mundi dispergendi essent, ut suum exercerent officium, fidem annunciando, convertendo animas, sacrificia offerendo, administrando Sacramenta, &c. incarnata Sapientia disposuit, ut prius per aliquot dies in cœnaculo Sion ab alijs hominibus segregati congregarentur, cœlestique contemplationi intenti essent: *Hi omnes erant perseverantes unanimiter in oratione.* Ipsemet Christus, *Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech*, prius quam ad Evangelium publice annunciandum, animas convertendas, & pœnitentiam prædicandam se accingeret, prius quadraginta dies sanctæ contemplationi consecravit in deserto. Iterum, priusquam prima jaceret Ecclesiæ suæ fundamenta, scilicet duodecim instituerat Apostolos, *Erat pernoctans in oratione*; ut scilicet omnibus ministerio suo dedicatis exemplo esset, quod tali muneri orationis exercitium & dispositionem præmittere debeant; Cui normæ tenaciter adhæsit, Sanctus Carolus Borromæus, qui à suis Diœcesanis, priusquam ad sacros Ordines promoverentur, spiritualia, unius saltem mensis exercitia, peragi volebat, sub alicujus illuminatæ, & Archiepiscopo approbatæ personæ directione; Decretum utique celeberrimum, neque tamen modernum, siquidem juxta Historias veteres, multi priusquam gradum sacerdotalem, aut Episcopalem consenderent, fundamentum jacere voluerunt orationis, & recollectionis. Quemadmodum S. Augustinus à Valerio Episcopo, ut jugo pastorali suos submitteret humeros, astrictus, temporis petijt inducias, quas ab initio Quadragesimæ usque ad Pascha præmitteret in solitudine; mentisque ad Deum elevatione? Id quod & Nazianzenus præstitit fidelissime, dum priusquam Episcopalem thronum consenderet, prius sancto vacavit recessui, inquiens: *Bonum enim est, & Deo sese paramper subducere.* S. Paulinus pariter attestatur, Episcopum Aprum *familiare secretum taciti fori petere solitum, institutioni Sanctis vacantem, & intentum studijs spiritualibus.* S. Franciscus Salesius tempore Bacchanaliorum, exercitijs solitarijs operam dabat.

Act. 1. v. 14.

Luc. 6. v. 12.

Act. Eccl. Med. p. 4. car. 468.

S. Aug. ep. 148.

Naz. or. 41.

S. Paul. ep. 29.

4. Notatu dignissimum in præsenti, Dei præceptum, factum olim omnibus, divino se consecrantibus servitio; *De ostio Tabernaculi non exibitis septem diebus neque ad diem, quo complebitur tempus consecrationis vestræ*; quasi eos, priusquam sacro inungerentur oleo, in orationibus, ritibus, & Cæremonijs sacris exerceri voluisset, quo pariter in tempore, juxta Josephi Hebræi testimonium, sua numquam deponebant vestimenta, aut ornatus sacerdorales, neque ulli domesticæ aut terrenæ se implicabant sollicitudini.

Lev. 8. 33.

Joseph. l. 3. antiq. c. 9.

Sacerdotes debent esse homines orationis.

5. Porrò, quod Sacerdos debeat esse homo orationis, multis ostenditur argumentis. Justinianus Imperator equidem finem nobis, ob quem consecrati sumus, ostendit, dum ait: *Ad orandum pro populo destinati.* Nostrum itaque munus est, ut, priusquam oremus pro alijs, pro nobis ipsis Deum precemur. Origenes Ecclesiasticos à tabernaculo ad imitationem Moysis & Aaron, minime elongandos docet, sed *orare indesinenter.* Alias quoque inter regulas, quas S. Carolus præscribebat, hæc facile eminebat: *An in orationis sanctæ studio, usque ve fatus: quibus meditationibus instruatur, Deum tacitus oret, qui orationis modus: qui illius fructus, quæve utilitatis; quot, quibusve partibus illa constet; quæ regulæ præparationis ad orationem.* S. Hieronymus in antiquo quodam Canone, ubi sæcularem & clericalem distinguit, ita inquit: *Monetpatum divino officio, & debitum contemplationi, & orationi, ab omni strepitu temporalium, cessare convenit.* S. Chrysol. pariter ita Sacerdotem depingit; *Dispensator divini Verbi; & cœlestis doctrinæ prorogator, qui ante Dominum stat jugiter, versatur inter altaria semper, neque à Dei oculis recedit unquam, qui peccatorum causas, dolores populi suscipit, fert, offert, ingerit preces, accipit, refert, re-*

Luc. 6. v. 12.

Act. Eccl. Med. p. 1. conc. prov. 1. car. 260.

S. Hieron. ad quæmd. Levitam.

Chrysol. ser. 26.

stituit impetrata, ex homine totus in Angelum subsistuatus; Numquid igitur justum, & necessarium vobis videtur, ut orationi armetur is, qui orationes non solum proprias, sed & aliorum, Deo ex officio offerre debet? Sanctus Cyprianus in Epistola quadam dicit: *Singulos divino Sacerdotio honoratos, & in clericali ministerio constitutos, non nisi altari, & sacrificijs deservire, & precibus atque orationibus vacare debere.*

S. Cypr. ep. 65.

6. Sanctus Carolus in quarto Concilio provinciali, magnam ostendit solicitudinem circa Episcopos, ad hoc maxime conatus, ut Episcopi, viri magnæ, & ferventis orationis essent: *In oratione*, inquit, *sanctisque meditationibus cum eos frequentes esse oporteat, certam sibi horam quotidie sumant, quam in contemplatione divinorum, studio, exercitationeque attentissimis religiosæ mentis cogitationibus ponant: qua oratione non sibi ipsis tantum divini Luminis illustrationem deposcant, sed etiam pro fidelibus, suæ curæ commissis, humiles preces fundant, eorum peccata deplorando, pioque gemitu, & religiosa supplicatione Deum orando, ut dissipetis peccatorum nubibus, pluviam, & rorem suæ divinæ Gratiæ ac Misericordiæ effundat in hæreditatem & agrum Ecclesiæ suæ.* Sanctus Ambrosius quoque Ecclesiasticos monet, ut sint debitores orationis, non solum pro seipsis, sed etiam pro alijs, siquidem ad ministerium ipsorum pertinere dicit, *ut pro omnibus supplicent.*

Episcopi debent esse ferventes in oratione.

Car. 167.

S. Ambros. 1. Tim. 2.

7. Hujus obligationis, quâ Sacerdotes pro spirituali & temporali Reipublicæ salute, orare obstringuntur, multa habemus tam sacræ Scripturæ, quàm sanctorum Patrum testimonia. Etenim Deus olim Aaroni præcepit, ut in superhumerali nomina duodecim tribuum Israël exsculpta haberet: *Sculpes in eis nomina filiorum Israël*; Circa quem textum Oleaster ait: *Adverte Sacerdotem in summa nomina eorum* (scilicet ovium) *super humeros portasse, in pectore vero seorsim, ut discat Sacerdos, non sufficere, summatim pro omnibus preces effundere, sed quasi pro unaquaque nominatim orare debere: In lapidibus autem pretiosis adumbratum cerne, quam pretiosa debeant esse nomina ovium, apud Antistitem.*

Sacerdotes sint solliciti pro spirituali & temporali salute reip.

Exod. 28. Oleast. ibid.

8. Assignavit quoque Deus olim ministris suis decimas, oblationes, & magnam sacrificiorum partem, cum onere & pensione, ut mediatores sint, & pro populo intercedant. Eodem quoque fine institutæ sunt beneficia, & reditus Ecclesiastici. *De Levitis scriptum est* inquit Sanctus Ambrosius, *quod sint redemptiones eorum, eò quod & sanctitate vitæ suæ, & oratione, peccata plebis levantur.* Dionysius Carthusianus de vita sacerdotali ita scribit: *Dictum est idcirco Clericis, temporales reditus à Laicis assignatos, quatenus non solùm pro sua salute, sed & vice & loco Laicorum Omnipotenti ministrent, justumque judicem non sibi damnaxat, sed eis, quorum vivunt stipendijs placare & reconciliare semper teneantur.*

Ad hoc illis assignantur decimæ & oblationes.

S. Amb. de Abel & Cain l. 2. cap 3.

Dion. Cart. de vit. sac. art. 3.

9. Divus Chrysostomus Sacerdotem, communem totius universi Patrem, cui universale bonum commendatum est, appellat: *Quasi communis quidam totius orbis Pater & Sacerdos; Dignum igitur est, ut omnium curam agat, omnibusque provideat.* Ideo quoque in quodam Canone hæc verba leguntur: *Sacerdotes pro populo interpellant, & peccata populi comedunt, quia peccata precibus suis delent, atque consumunt.* Albinus Alcuinus quoque Sacerdotum obligationem in Epistola quadam his verbis insinuat: *Memor esto semper, quod guttur tuum tuba Dei debet esse, & lingua tua omnibus præco salutis.* Et in eadem Epistola eosdem sic exhortatur: *Aperite assiduis prædicationibus portas cœli populo Dei, & nolite tacere, ne populi peccata vobis imputentur: requirit enim à vobis animas Deus, quas ad regendum accepistis.* Nos enim Sacerdotes linguam habemus, non tam ad prædicandum, corrigendum, vel instituendas spirituales conferentias, quàm ad orationes faciendas quas pro animarum nobis commissarum salute, ad Deum incessanter debemus effundere: *Pro peccatis omnium*, inquit sanctus Prosper, *velut pro suis infatigabiliter supplicant Deo, qui velut quidem Aaron, incensum contriti cordis, & humiliati spiritus offerentes, quo placatur Deus, averterunt iram futuræ animadversionis à populo.* In Jeremia quoque scribitur: *Si Prophetæ sunt, & est verbum Domini in eis: occurrant Domino exercituum, ut non veniant vasa, quæ derelicta fuerant in domo Domini, & in domo Regis Juda, & in Jerusalem, in Babylonem*; Ex quibus verbis deducitur, quod Prophetæ Dei, & servi ejus, suis apud Deum orationibus impetrent, quod postulant, quod etiam in Levitico Deus innuit, dum ait: *Rogabit pro eo Sacerdos, & pro peccato ejus, & remittetur ei.*

S. Chrysost. h. 6. in 1. ad Tim. 2.

Alex. 1. q. 1. c. 60. & c. sacrosanct.

Alb. Alc. ep. 28.

Sunt communes patres totius Universi.

S. Prosp. l. 2. c. 2.

Jer. 27. v. 18.

Levit. 4. 26.

Conc. Col. de sacr. ord. Et hinc pro omnibus orare debent. *Chrys. in c. 6. ad Rom.*

10. Concilium Colonienſe, de ordine ſacro tractans, finem declarat, ob quem à Chriſto eſt inſtitutus, ait enim, *Presbyterorum officium in orando Deum pro totius Eccleſiæ, & populi Chriſtiani proſperitate. Situm eſt.* De Diaconatu D. Chryſoſt. quoque teſtatur, illum orationum, ſeu *precum domum* habere annexum. Cum populus Iſraeliticus olim Prophetæ Samuelis orationes, eodem prorſus tempore, quo ſe erga eumdem Prophetam ingratum exhibuerat, ejuſque perſonam contempſerat, eum à regimine, quo functus fuerat, dejiciendo, in ejusque locum, Regem aliquem poſtulando, magna cum ſollicitudine poposciſſet, dictus Propheta hunc in modum eis reſpondit: *Abſit à me hoc peccatum in Dominum, ut ceſſem orare pro vobis, & docebo vos viam bonam & veſtam.* Qui porrò textus aliqualem ſecum habet difficultatem, quia ſi dixiſſet; non ceſſabo orare pro vobis Deum, tametſi demerita veſtra contrarium à me exigant, facile quidem mens ejus intelligi potuiſſet. At verò, quod ſe peccaturum fuiſſe dicat, à precibus pro illis fundendis ceſſando, difficultate non caret. Dionyſ. Carthuſianus ait: *Debitorem ſe agnoſcit ad orandum pro populo*; at verò, dic ſodes, ubinam vel quando hanc contraxit obligationem? Abulenſis dubium hoc ſolvit, dicens: Samuelem utpote Sacerdotem, & Prælatum ad intercedendum, & advocandum pro populo, obligatum fuiſſe: *Prælati enim tenentur orare pro ſubditis ſuis, Samuël autem erat Prælatus quantum ad ſpiritualia; Ergò tenebatur orare pro Iſraëlitis.*

Dion. Car. ibid. Abul. q. 16.

11. Eo ipſo autem, quo Sacerdos intercedere pro alijs tenetur, æquitati conſentaneum eſt, ut dignus ſit, qui à Deo audiatur, & exaudiatur. D. Chryſ. breviter, cur Sacerdotes populi orationibus ſuperintendant, his verbis declarat: *Præſient Sacerdotes orationibus noſtris ob eam rem, ut populi orationes, quæ infirmiores per ſe ſunt, validiores illas complexæ ſimul in cælum evehantur.* In ſupradicto Canone quoque ita ſcribitur; *quanto dignores fuerint, tanto facilius in neceſſitatibus, pro quibus clamant, exaudiuntur*: Unde populus ille Mediolanenſis in ſævæ illius peſtilentiæ tempore, quando cum ipſis vivebat S. Carol. Borromæus, vere dicere poterat: *Dixit, ut diſperdret nos, ſi non Moyſes*, (vel potius Carolus,) *electus ejus, ſteiſſet in contractione, in conſpectu ejus, ut averteret iram ejus.* Eo ipſo enim, quo ſanctus hic Archiepiſcopus inter Deum & populum ſuum, ſe mediatorem interpoſuit per efficaces orationes ſuas obtinuit, quod toto peſtilentiæ tempore in vaſta illa civitate, nonniſi ſeptendecim millia hominum morerentur, & in Diœceſi ſua tantum octo millia; cum tamen Anno milleſimo, quingenteſimo quarto, in quatuor menſibus intra ſolam civitatem Mediolanenſem, quinquaginta millia hominum mortua fuerint.

Quare ſe reddant digni ut exaudiantur. D. Cryſ. h. 79. ad pop. Alex. 1. q. 1. c. eod. & c. ſacro ſanct.

12. Notanda vero ſunt verba illa S. Gregor. dicentis: *Qua fiducia ad Deum pro peccatis alienis Interceſſor venio, apud quem de proprijs ſecurus non ſum? Si fortaſſis quiſpiam apud potentem virum, qui & ſibi iratus & mihi eſſet incognitus, Interceſſorem ſuum me fieri quæreret, protinus reſponderem, ad intercedendum vepire nequeo, quia ejus nouitiam ex familia tamen non habeo; Si igitur rectè homo apud hominem, de quo, minimè præſumpſiſſem, fieri Interceſſor erubeſcerem quantæ hoc audaciæ eſt, quod apud Deum, locum Interceſſoris obtineo, cui familiarem me eſſe per vitæ meritum non agnoſco? Quia in re eſt mihi adhuc aliud formidandum gravius, qui ſicut cunctis liquido novimus, cum is, qui diſplicet, ad intercedendum mittitur, irati ad deteriora animos provocatur.* Idem quoque punctum à S. Auguſtin. tangitur, dum miniſtros ſacri altaris ſeriò hortatur, ut ſe, per vitæ ſanctitatem, dignos efficiant, qui in beneficium commiſſi ſibi populi à Deo exaudiantur. *Talem*, inquit, *oportet eſſe Domini Sacerdotem, ut, quod populus pro ſe apud Deum non valuerit, ipſe pro populo mereatur, quod propoſuerit, impetrare*; talis ſacerdos Aaron erat, de quo in lib. Sap. dicitur: *Properans ... deprecari pro populis, proferens ſervitutis ſuæ ſcutum orationem, & per incenſum deprecationem allegans, reſtitit iræ*; Ubi S. Bonavent. ait, *Notandum, quod oratio fuit pro remiſſione peccati, deprecatio pro amotione flagelli, incenſum pro reconciliatione Judicis offenſi, properans reſtitit ira, id eſt, divinæ percuſſioni.*

S. Aug. in Pſal. 36. Sap. 18. v. 21. S. Bonav. ibid.

13. Hinc eſt, quod ſanctus Cyprianus moneat, quod ad miniſterium ſacrum ſeligi debeat flos hominum exemplarium, & virtuoſorum: *Propter quod*, inquit, plena diligentia exploratione ſincera oportet deligi, *quos à Deo conſtet audiri.* Idem quoque monitum ſanctus Gregorius Magnus Eccleſiæ ſcriptum reliquit, dicens, talem Eccleſiæ præficiendum eſſe Sacerdotem, qui. *Orationis uſu, & experimento jam didicit, quod obtinere à Domino, quæ poposcerit, poſſit, cui Prophetica voce jam quaſi ſpecialiter dicitur: Adhuc loquente, dicam: ecce adſum.* Hormisda Papa circa Sacerdotum Canonem edidit, quo ſtatuitur, eum eſſe debere meritis, virtutibus, & ſpiritu populo ſuperiorem, utpote qui pro illo intercedere debet: *Emendatorum eſſe convenit populo quem neceſſe eſt orare pro populo.* Sanctus Ambroſius ſuper illa verba: *Lex tua meditatio mea eſt*, ſcribens ait: quod tametſi unicuique legem divinam meditari conveniat, ſpecialiter tamen idipſum ad Sacerdotes pertineat: *Maxime hanc meditationem*, inquit, *Sacerdotibus neceſſariam dico.* S. Bernardus *de quatuor modis orandi agens*, conſiderabile quoddam tangit motivum, Sacerdotum vocationi proprijſſimum. *Quid aliud*, inquit, *cogitare Sacerdos intrans ad orationem, quam propheticum illud: Ingrediar in locum tabernaculi admirabilis; uſque ad domum Dei.* Porrò ſeculares in atrio ſubſiſtunt, nec in Sancta, & multò minus in *Sancta ſanctorum* aditum habent ſicut nos; quibus in eadem Sancta non ſemel in anno, ut veteri Pontifici, ſed quotidie, & continuò liber aditus patet: *Omnino ſiquidem oportet nos curiam intrare cæleſtem, orationi tempore illam utique curiam, in qua Rex Regum ſtellato ſedet ſolio*; Ex hoc enim throno Sacerdotes paucis verbis, æternæ Majeſtatis Deum ſuper altare in manus ſuas evocant, ut illum in expiationem peccatorum populorum offerant, eumque apud æternum Patrem ſuum velut mediatorem interponant, ut iratus placetur furorisque ſui fulmina contineat, nec illa amplius in damnum evibret, nullus Sacerdote aptior eſt ad placandum Deum utpote quem in pectoris ſui hoſpitium frequenter recipit; cum eoque in ſacrificio incruento familiariter agit, Spiritus S. de Sunamitide Eliſæi hoſpita, inquit: *Fecit ei cœnaculum parvum, & poſuit in eo lectum, & menſam.* Sed quanam gratitudine, & retributione hoc beneficium ab Eliſeo compenſatum fuit: Nimirum ab ea petijt: *Quidnis, ut faciam tibi? Numquid habes negotium, & vis ut loquar Regi?* Notandum tamen quod, priusquam hoc ei diceret, jam ante præmiſerit, dicens: *Sedulo in omnibus miniſtraſti*; pari quoque ratione, ſi nos Sacerdotes erga Dei Filium diligentes & fideles miniſtri fuerimus, in cordis noſtri hoſpitium eum recipiendo, magna cum fiducia ſperare poterimus, quod illum velut Advocatum, & Mediatorem apud æternum Patrem ſuum interponere poſſimus, &c.

S. Greg. paſt. par. 1. c. 10.

Horm. Pap. diſt. 61. c. non ne. gamus.

S. Ambr. in Pſ. 118. v. 174. ſer. 10.

S. Bern.

Pſalm. 41.

Sacerdotes aptiſſimi ſunt ad placandum Deum. *4. Reg. 4. v. 10. Ibid. v. 13.*

DISCURSUS XVI.

ARGUMENTUM.

De obligatione, quam Eccleſiaſtici habent bonum proximis ſæcularibus præbendi exemplum, ut, quod verbis docent, operibus confirmetur.

THEMA.

Sic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cælis eſt. Matth. 5. v. 16.

Sacerdotes debent alijs prælucere bono exemplo. *S. Chryſ. in Matth. cit. in cat.*

AD Eccleſiaſticos ſpecialiter pertinet, bonum ſæcularibus præbere exemplum, ideoque Salvator noſter illos ſpeciali præcepto, ad hoc obſtringit, dicens: *Sic luceat lux veſtra &c.* Ubi D. Chryſ. ait: *Sic illuminatè docentes, ut non veſtra tantum audiant verba, ſed ut opera videant. Per illos; qui docent, & faciunt, magnificatur Deus, nam diſciplina Domini ex moribus familiæ demonſtratur.* Familia autem Dei ſunt Clerici & Sacerdotes, utpote qui divino ipſius miniſterio dedicati ſunt, & conſecrati. Ac proinde à ſancto Paulo *Domeſtici Dei* appellati.

Eph. 2. v. 19.

2. Guilielmus Durandus in libro, cui titulus eſt: *Rationale divinorum officiorum*, etymologiam nobis explicat hujus dictionis *presbyter*: *Dicitur autem presbyter*, inquit, *quaſi alijs viventi præbens iter, vel præbens beatum iter, videlicet populo Dei, de mundi exilio ad patriam Paradiſi.* Moyſes Propheta ad liberandum populum Iſraëliticum è vinculis & compedibus Ægypti, eumque ad terram promiſſionis perducendum: à Deo per infallibilem providentiam ſuam, non ſolus, ſed unà cum ipſo Aaron frater ejus electus fuit. Unde Scriptura ait: *Egreſſi ſunt de Ægypto in manu Moyſi; & Aaron*; inter hos quidem Moyſes lingua balbus erat, ideoque dicebat: *non ſum eloquens*, manu tamen ſua prodigioſam illam virgam verſans, magna operatur prodigia: Econtra frater ejus vir erat magnâ facundiâ præditus: Ad hoc igitur ut peccatores è mundi Ægypto, & Pharaonis infernalis Tyrannide liberentur, neceſſarius eſt Moyſes & Aaron, id eſt, doctrina, ſapientia, & eloquentia, ita tamen, ut huic correſpondeant opera virtuoſa, & exemplaria: notandum verò eſt, quod ſacer Textus dicat: *in manu*, non vero, *in manibus Moyſis & Aaron*, licet quilibet eorum duas manus haberet: qua de re Origenes ita ſcribit: *Ad exeundum de Ægypto non ſufficit una manus Moyſis, quæritur & manus Aaron: Moyſes indicat ſcientiam legis, Aaron ſacrificandi Deo & immolandi peritiam: opus eſt ergo, ut exeuntes de Ægypto, non ſolum ſcientiam legis & fidei, ſed operum quibus Deo placetur, fructus habeamus: ideo enim & manus commemoratur Moyſis & Aaron, ut opera per manus intelligas.* Idem quoque Orig. poſtquam diffuſè ſuper hunc textum diſcurriſſet, tandem concludit, dicens: *Utraque manus neceſſaria eſt de Ægypto exeuntibus, ut inveniatur in eis, non ſolum fidei, & ſcientiæ, ſed & actuum, operumque perfectio, ſed utrasque hæ non ſunt duæ manus, ſed una, unum opus utriuſque manus eſt, atque una perfectionis expletio.*

Hoc figuratum fuit in Moyſe & Aarone. Orig. h. 27. in Num.

3. S. Paulus qualitates, quæ in iis, qui ad regimen animarum ſunt deſtinati, concurrere debent, præſcribens, ait: *Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe: Oportet illum & teſtimonium habere ab iis, qui foris ſunt.* Alibi pariter ad Titum, ita ſcribit: *Oportet Epiſcopum ſine crimine eſſe, ſicut Dei diſpenſatorem non ſuperbum, non iracundum, non vinolentum, non percuſſorem, non turpis lucri cupidum, ſed hoſpitalem, benignum, ſobrium, juſtum, ſanctum, continentem, amplectentem eum, qui ſecundùm doctrinam eſt, fidelem ſermonem*: Moxque rationem reddit, cur illum tot virtutibus: Tantaque exemplaritate dotatum eſſe deſideret, ſcilicet, *ut potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt arguere* Vultiſne ſcire, quænam verè doctrina ſana cenſenda ſit? Interlinearis ſuper illa verba Matth.: *Lucent lux veſtra, &c.* inquit: *Verè docet, qui facit quod docet*; Econtra verò male docet, qui exhortatur, admonet, & præcipit bona; ipſe verò doctrinæ ſuæ proprijs operibus minimè correſpondet. *Male doces*, inquit Petrus Bleſenſis, *ſe male agens, bene loqueris, fortior enim vox operis, quàm oris.* idem quoque inſignem habet obſervationem circa Sacerdotum ordinationem: *In ordinatione Sacerdotis*, inquit, *labia, & manus Domino conſecrantur.* Cum enim officium Sacerdotum ſit, animas in timore Dei inſtruere, & erudire, caſuque in viam bonam præceptorum divinorum dirigere, eo ipſo, quo ſeculares malis operibus ſuis ſcandalizant doctrinæ à ſe traditæ fidem adimunt, tametſi aliàs à veritate non diſcordet: Ac proinde ſalutare eſt illud ſancti Proſperi conſilium, dicentis: *Sancte vivendum eſt Sacerdoti, ne dicta ſua repugnantibus factis evacuet; ſi, quod prædicat fieri debere, non faciat, aut ſi, quod non facit, prædicare præſumpſerit; ſi autem aliter egerit, nihil apud eos, qui ejus vitam norere, proficit.*

1. Tim. 3. v. 2. Tit. 1. v. 7. Qualitates Rectorum animarum ex S. Paulo. Ibid. v. 9. Interlin. Matth. 5. v. 16. Sacerdos malè docet qui non facit quod docet. Petr. Bleſ. ep. 157.

4. Hugo de ſancto Victore cauſam aſſignat, cur multi Prælati ſubditos ſuos libenter quidem inſtruere vellent, ſed os ſuum aperire non poſſint; Aſt qua de cauſa id facere nequeunt? Num fortè muti ſunt? Aut verò linguâ balbutiunt; Audite ipſiſſima ejus verba: *Nonnumquam*, inquit, *cupit Prælatus docere, ſed non poteſt conſcientia eum remordente, & os ejus obſtruente.* Salvator noſter Diſcipulis ſuis dicebat: *Rogate Dominum meſſis, ut mittat operarios in meſſem ſuam*; circa quæ verba Cajetanus optimè notat: Chriſtum non diviſſe, *rogate Patrem meum* (quia *Pater meus Agricola eſt*) ut mittat Scribas, Doctores Legis, Sacerdotes, ſed ut mittat *operarios*: quia tametſi magnus ſit numerus Prædicatorum, & Eccleſiaſticorum; *Pauci tamen ſunt operarij in meſſe Chriſti*, pauci inquam, *quia pauci ſunt, quia vita, & doctrina ſtudent ſalvai animarum.* Sanctus Iſidorus optimè declarat, quando veritas quantumvis evidens, & plauſibilis ſit, apud auditores fidem amittat; Dicit enim: *Interdum Doctoris vitio etiam ipſa verax doctrina vileſcit, & qui non vivit ſicut docet, ipſam quam prædicat veritatem, contemptibilem facit.* Sanctus Iſidorus Peluſiota, in Epiſtola ad Zoſymum presbyterum, ita ſcribit: *Quoniam paſto alijs ſanctitatem imperris profanus ipſe, ac nefarius? Quomodo alios purgat, qui impurus eſt?* Similes quoque querelas beatus Laurentius Juſtinianus deponit, dum oculos ſuos ad multos Eccleſiaſticos malæ famæ, peſſimique exempli dirigit, dicit enim; *Quomodo oro ſubditis, prout debent, poterunt ſuadere ut pauperibus impertiantur eleemoſynam, ſi ipſi immiſericordes exſtiterint?* Adducenſque illum ſancti Pauli textum, in quo Timotheo

Quia non prælucent bonis operibus. *S. Iſid. l. 3. ſui ar. c. 37. S. Iſid. Pel. l. 2. ep. 65. B. Laur. Juſt. de compunc. & comp. Chriſti perfect.*

præcipit, dicens. *Argue, obſecra, increpa in omni patientia, & doctrina*; Ita ſubjungit; *Nunquam valebant, qui præſident, ſubditos adhortari ad humilitatem, ſi fuerint elati, nec ad patientiam, vel manſuetudinem, ſi iracundiæ reperti ſint ſervi, neque ad proximi dilationem, ſi tribunum fuerint.*

2. Tim. 4. v. 2

5. Neſcio, an aliquando adverteritis, quod eodem tempore, quo incarnata Sapientia Sacerdotibus lucis titulum attribuit, eoſdem quoque ſalis nomine appellet, dicens: *Vos eſtis lux mundi. Vos eſtis ſal terræ*, ſed quænam obſcuro ſolem inter & ſalem eſſe poteſt conjunctio: Hugo Cardinalis ait: *Bona converſatio Sacerdotum, eſt condimentum populi, propter hoc ſunt ſal: ſed propter verbum doctrinæ, ſunt lux: Prius ſal, poſtea lux, quia oportet prius bene vivere, quam bene docere.* Unde de Salvatore noſtro, cujus omnis actio noſtra fuit inſtructio, Sanctus Lucas ait: *Cæpit Jeſus facere & docere.*

Matth. 5. v. 14. 13. Hug. Card. ibid. Act. 1.

6. S. Athanaſius verba illa S. Pauli ad eumdem Timotheum (*Laborantem Agricolam oportet primum de fructibus percipere*) conſiderans, eadem verba ad noſtrum propoſitum favorabiliter ita exponit; *Quicumque vult docere, vel alijs prodeſſe, decet ipſum primum operari id, quod docet, atque à Deo accipere bona gratiæ, ac proferre fructus Spiritus Sancti, quos deinde in alios diffundat.* In quodam Concilio provinciali, quod primum fuit inter ea, quæ S. Carolus Borromæus inſtituit, punctum valde notabile tangitur ad permovendum Sacerdotem, ut hoc, quod dicit, per morum ſuorum bonitatem, & exemplaritatem corroboret. Ita enim præfatum Concilium loquitur: *Eſt uberrima docendi, ac paſcendi ratio, eorum qui pietatem, quam profitentur vitæ integritate, & innocentia comprobant, & quæcumque verbis alios docent, ea factis exprimant ſuis, non jam quæ ſua ſunt quærentes, ſed quæ Jeſu Chriſti.* Sanctus hic equidem balbutiem linguæ patiebatur, infelici prædicandi talento dotatus, & nihilominus admirabilem in animabus fructum producebat. Panigarola, in fecundo, in Sancti hujus laudem habito ſermone, aſtruit, eum in hoc ſemper collimaſſe, ut perſonæ ejus reformatio: totius fieret norma, & regula familiæ ut hujus exemplar in emendationem cederet metropolitanæ, hujusque integritas totam civitatem, & univerſam Diœceſin emendaret. Atteſtatur inſuper, quod modeſtiæ & humilitatis amantiſſimus, ſublimiores conſtanter reſpuerit gradus, in hunc unice ſcopum intentus, ut Diœceſin reformaret ſuam, unde magna ex parte totius dependet Eccleſiæ reformatio: *Ideoque omnibus ſe ipſum, exemplum bonorum præbuit.* Quæ in varijs Diœceſibus & diverſis Chriſtianiſmi Provincijs emanarunt concilia, poſt edictum amplum volumen, cui titulus eſt (*Acta Eccleſiæ Mediolanenſis*) quod juxta ſummi Pontificis deciſionem theſaurus eſt veræ Eccleſiaſticæ diſciplinæ: ſuum à S. Caroli Borromæi Decretis, & ſtatutis vigorem acceperunt, & excellentiam: Hæc ipſa omnibus Epiſcopis in exemplar data ſunt, & idæam.

Act. Eccl. Med. 1. 4. inſti ad obſtatos. c. 1.

Act. Eccl. Med. car. 171.

7. Synodus Diœceſana 4. Decreto 19. ita præcipit, *qui in ſortem Domini vocati ſcant, divinarumque rerum miniſterio addicti, illorum in Eccleſia Dei ſtatus is eſt, ut, ſi morum gravitate, vitæque exemplo ſuam ipſi dignitatem retineant, magnam aſſerant aetboritatem, ad piè Chriſtianoque more vivendum.* Conſtitutiones oblatorum, qui dexterum Archiepiſcopi brachium, clericique flos erant, ſequens continet præceptum: *Exemplum omnibus quam optimum proponendo, quo mores utamque componant, eam illos certe velob eam rationem maximè in altiſſimo dignitatis gradu; quaſi in altiſſimo monte Deus collocaverit, & in conſpectu omnium propoſitos Deus eſſe voluerit.* Porro ut bonorum ab Eccleſiaſticis ad populos tranſeuntium utilitatem demonſtret, hanc ingenioſam adducit ſimilitudinem: *Nam ut nautæ periculoſis maris tempeſtatibus jactati, ad accenſas in altis turribus faces iter dirigunt, curſumque intendant: Ita ſane homines varijs infeſtiſſimi ſæculi agitati procellis, in Sacerdotum vitam, ac mores, tanquam in lumina quædam clariſſima oculos intendunt.*

Act. Eccl. Med. conc. Prov. 1. fol. 15.

8. S. Iſidorus Peluſiota rationem, cur Sacerdotes lucernæ à Chriſto Domino fuerint appellati: (*Neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio*) aſſignat ſequentem. *Lucernam Deus, hoc eſt Sacerdotem, accendit, ut coruſcantem dogmatum, & actionum ſplendorem Eccleſiæ impertiatur.* Lux primo ſuo adventu tenebras diſſipat: ita pariter ſacerdos vitæ ſuæ exemplaritate tenebras aliorum vitiorum exterminet neceſſum eſt.

Matth. 5. v. 15. S. Iſid. Pel. l. 1. ep. 320.

9. S. Petrus, ſummus Eccleſiæ Paſtor, in principio Eccleſiæ, omnes, regimen animarum ſuſcipientes, his

S. Proſp. de vita cont. l. 1. c. 20.

Cur aliqui ſubditos non audeant monere. *Hug. Vict. t. 3. erud. Theol. ex Miſcell. 1. 1. l. 1. tit. 28. Luc. 10 v. 2. Cajet.*

1. Pet. 5. v. 3. his sequentibus admoneat verbis : *Forma facti gregis ex animo*, quæ verba Hugo Card. ita exponit : *id est, perfectio, in hoc monet eos ad regulam, & exemplum exterioris bonæ conversationis, & ex animo.* Moxque propriam illius nominis *forma* in hæc verba explanat significationem : *Formam dicit, ut ad ejus aspectum alij majores infomentur, & concipiant fœtus similes.* Jacob Patriarcha, vitæ pastoralis cultor, in diversis Scripturæ locis, nobis tamquam verum exhibetur Pastoris Ecclesiasticum speculum, siquidem singulariter ejus explanat industriam, Spiritus Sanctus, qua gregem multiplicavit variorum beneficio colorum : *Joliens Jacob virgas populeas virides, & amygdalinas, & explatanis, ex parte decorticavit eas, detractisque coribus in suis, quæ spoliata fuerant, candor apparuit; Illa verò, quæ integra fuerant viridia permanserunt, atque in hunc modum color effectus est varius positeque ea in canalibus, ubi effiandebatur aqua: ut cum venissent greges ad bibendum, ante oculos haberent virgas, & in aspectu earum conciperent. Factumque est, ut in ipso calore coitus oves intuerentur virgas, & parerent maculosa, & varia, & diverso colore respersa.* Quam Historiam Hugo Cardinalis ad prædictum Sancti Petri textum, hoc modo applicat, dicens : *Sicut ad virgas Jacob, concipiobant oves; sic fuerunt forma gregis antiqui Prælati Augustinus, & ceteri Confessores, & Martyres, qui non causa dominandi, sed laborandi Prælaturas susceperant.* S. Hieronymus de Heliodoro ita scribit : *Conversatio tua quasi in specula constituta, magistra est publicæ disciplinæ, quidquid feceris, id sibi omnes faciendum putant.* Et fortasse à Sancto Hieronymo Beatus Laurentius Justinianus didicit, quod de complanctu Ecclesiæ scribit ; Ibi enim de ministris sacris loquens, dicit ; *Debet prorsus omnis illorum vita, omnium magistertum esse fidelium, atque sanctitate speculum.* Albinus Alcuinus, qui ad instantiam Caroli Magni cujus præceptor fuit, librum *de divinis officijs* compositi, iis, qui Dei cultui dedicati sunt, multa salutaria monita tradit ; atque insuper in Epistola quadam ita scribit : *Sicut tibi mores humanitate præclari, humilitate laudabiles, pietate amabiles, ut non solùm verbis, sed & exemplis erudias tecum viventes, vel ad te venientes ; Sit tua manus larga in Eleemosynis, prompta in reddendo, & cauta in accipiendo.* Celebre quoque est illud Sancti Hieronymi Nepotiano transmissum monitum : *Non confundant opera tua sermonem tuum, ne, cum in Ecclesia loqueris, tacitus quilibet respondeat, cur ergo hæc, quæ dicis, ipse non facis? dedicatus Magister, qui pleno ventre de jejunijs disputat; accusare avaritiam, & latro potest, Sacerdotis Christi os, mens manusque concordent.*

Gen. 30. 37. Virgæ amygdalinæ Jacob significant bona exempla Prælatorum. Ibid. 38. Ibid. v. 39. S. Hieron. ad Helio. B. Laur. just. de compl. Eccl. Alb. Alc. ep. 28. S. Hier. ad Nepot. l. 2. ep. 10.

10. Singulariter Concilium Tridentinum hoc in puncto desudavit, siquidem de sacerdotalis ordinis, statusque reformatione tractans, ait : *Nihil est quod alios magis ad pietatem & Dei cultum assiduè instruat, quàm eorum vita, & exemplum, qui se divino ministerio dedicaverunt; cum enim à rebus sæculi in altiorem sublati locum conspiciantur, in eos tamquam in speculum reliqui oculos conjiciunt, & ex eis sumant, quod imitentur, quapropter sic decet omninò Clericos in Domini sortem vocatos, vitam moresque suos omnes componere, ut habitu, gestu, incessu, sermone, aliisque rebus omnibus nihil nisi gravie moderatum, ac religione plenum præse ferant.* Conc. Tr. sess. 22. c. 3. de reform. Hoc sedulo monet Conc. Trident.

11. Olim extremitatibus vestium pontificalium aureæ annexæ pendebant Campanellæ, juxta Sancti Hieronymi sententiam Exod. 28. aliquo distinctæ malogranatis; *Omnia in figura contingebant illis.* 1. Cor. 10. 11. In his namque denotabatur, tantam debere esse summi Sacerdotis in vivendo exemplaritatem, ut omni in loco, ad quem accederet, sonus audiretur virtuosarum operationum ejus ; quòd ne minimum deberet promovere gressum, nisi pariter & proximis vestigia imprimeret virtutum & ædificationis. Cui assertio illa non absimilis concordat Sancti Hieronymi, hunc Apostolicum textum (*fuæ domui benè præpositum*) Interpretantis doctrina : *Non ut opes augeat, non regias paret epulas, non ut calatas patinas struat, non ut phocides aves lentis vaporibus coquat ; Sed ut, quod populo præcepturus est, prius à domesticis exigat.* Id quod ad amussim præstitit Sanctus Carolus Borromæus, cujus tanta erat familiæ disciplina & observantia, ut juxta Panigarolæ, oculati & domestici testis assertionem, in perfectione & spiritu austeriores, & reformationes hujus sæculi superaverit religiones. Legati Mediolanenses, dum Pontifici pro sancti hujus Canonizatione gratias agerent, hanc à Papa retulere responsionem ; multò equidem citiùs dictam solemnitatem acceleratam fuisse, nisi sanius judicasset præmittendam esse illius lectionem volumus (*Acta Ecclesiæ Mediolanensis,*) in quo singulariter Sanctitatis ejus se prodit eminentia quod a se compositum, dum vixit adimplevit perfectissimè. Hugo Card. ibid. Pastores debent esse forma gregis. S. Hieron. ad Helio. B. Laur. just. de compl. Eccl. Alb. Alc. ep. 28. S. Hier. ad Nepot. l. 2. ep. 10. Conc. Tr. sess. 22. c. 3. de reform. Hoc sedulo monet Conc. Trident. Hoc figurabant campanellæ in veste sacerdotali. Exod. 28. v. 34. S. Hieron. ad Oceo. ep. 83. 1. Tim. 3. 4.

12. Hugo Cardinalis illa Psalmistæ verba (*infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum*) ad nostrum retorquens intentum ; ait : *Quibus ipsi prædicant, quia debilis est lingua, quam manus non adjuvat.* Juxta illud S. Gregorij assertum : *Loquentis auctoritas perditur, cum vox opere non adjuvatur.* Noster aliquando Salvator titulo *boni* affectus (*Magister bone*) subitò per hoc se opposuit responsum : *Quid me interrogas de bono? Unus est bonus Deus* nihilominùs alibi sibi ipsi boni cognomen imposuit, dum ait : *Ego sum Pastor bonus* : Cur igitur hunc alias titulum refutavit boni Magistri ? Voluit per hoc nos edocere Dominus, quòd Pastor Ecclesiasticus, bonus & Exemplaris pari cum Deo passu feratur ; sed quæ Magistrum inter & Pastorem, est differentia? Magister posit, traditam à se scientiam, suas adimplevit partes ; non item Pastor, qui gregem sibi commissum instruere tenetur ; & quod ore docuit in semetipso prius opere exercere ; magister in discipulo suo, objecti loco, solum habet intellectus perfectionem ; at verò Pastor Ecclesiasticus perficere debet intellectum simul & voluntatem, colligendo fructum per virtutis & bonitatis lucrum in ijs, quos erudit. Ps. 63. v. 9. Hug. C. ibi. Admonitiones nihil prosunt sine operibus Matth. 19. v. 17. Joan. 10. v. 11. 14.

13. Sciendum est, quòd non parum ad præsens facit propositum, quòd, quando Israëlitæ Jordanam transeundo terram ingressi sunt promissionis, Sacerdotes primi fuerint, qui per medium aquarum, viam illis aperuerunt. Teste Origene, qui dicit, *per Sacerdotes deducitur populus, & iter agit ad terram, repromissionis Magistertum Sacerdotum* ; Verumtamen observandum quod id facientes, Arcam, in qua tabulæ legis conservabantur, humeris suis portarint : nunc igitur ecce. nem, tibi mysterium, via ad veram terram promissionis, quæ cœlum est, populis à Sacerdotibus magna cum facilitate aperitur, dummodo hi primi sint, qui præcepta exactè ad impleant, & arcam Dei super humeros suos portent ; secus enim faciendo tam subditis, quàm sibimet ipsis viam ad terram promissam, quæ cœlum est, observabunt, & claudent : Et ideò S. Aug. Sacerdotes alloquens, inquit ; *Pascite oves verbo & exemplo : Nolite eas cælum claudere, clauditis dum non corrigitis ; clauditis, dum malè vivere ostenditis.* Jos. 4. v. 10. Sacerdotes prima transierunt Jordanem, Orig. h. 4. in Josue. S. Aug. ser. 36. ad fratr.

14. S. Isidorus contra eos, qui benè docent, malè autem vivunt, duas aptissimas proponit similitudines, prima est : *Arcus perversus est lingua Magistrorum, documentum benè, & viventium malè : & ideo quasi ex perverso arcu sagittam emittunt, tum suam pravam vitam propria linguæ ictu condiunt :* Secundam similitudinem à face desumpsit, quæ aliis prælucendo, semetipsam consumit ; unde ait : *Qui benè docet, & malè vivit, videtur ut cereus : Alijs dum bona exponit, lucem præstare, se vero in malis suis consumere, atque extinguere.* De hac materia fusius tractabitur in Discursibus, qui in hoc eodem Tomo suo loco de bono & malo exemplo instituentur. S. Isid. l. 3. c. 37. Invectiva contra illos qui bene docent, & malè vivunt.

DISCURSUS XVII.

ARGUMENTUM.

Continentia in Ministris sacris præ quavis alia virtute requiritur, ac proinde per Sacerdotum Paganismi & Legis Mosaicæ exempla, quam illa nostris Sacerdotibus necessaria sit, ostenditur.

THEMA.

Oportet Episcopum esse continentem. Tit. 1. Vers. 8.

1. SAnctus Paulus Titum monet, Episcopum inter alias virtutes, continentiæ præcipuè deditum esse debere; quod optimè cum eo consonat, quod idem Apostolus Timotheo præcepit, dum ait : *Oportet esse Episcopum pudicum* ; In cujus Apostolici moniti confirmationem optimè inservit ingeniosa quædam Tertulliani sententia, is enim hanc virtutem sollicitè iaculeare volens, ita scribit : *Cum omnes templum simus Dei, illato in nos & consecrato Spiritu Sancto, ejus templa æditua, & antistes pudicitiæ est, quæ nihil immundum, nec prophanum inferi sinat.* Quando enim ministerio sacro consecrandi, propinquius ad altare accedimus, primo loco castitatem & continentiam promittimus : Hæc est porta, per quam primo transire debemus ; Origene attestante, qui ait : *Ante omnia Sacerdos, qui divinis assistit altaribus, castitate debet accingi* ; ubi singulariter notandum est ly illud *ante omnia* ; quia Pudicitia est primarium ornamentum sacerdotum. 1. Tim. 3. 9. Tert. de cultu fam. c. 6. Orig. h. 4. in Levit.

quia tametsi Sacerdos omnibus esse debeat præditus virtutibus, hæc tamen inter omnes alias primatum habere debet. Unde Sanctus Thomas de Villa Nova nihili facit Sacerdotem, quantumvis omnibus ornatum virtutibus, cunctisque cœli dotibus locupletem, nisi in ipso continentia quoque resplendeat ; hæc enim in ejus persona præ cunctis alijs animæ ornamentis præ-S. Th. Vill. conc. 2. de S. Aug. lucere debet ; unde ait : *Quid Sacerdoti decentius, quam decor, & puritas castitatis? sit pius, sit fervidus, sit humilis, sit devotus: sit quidquid vis, si non est castus, nihil est, altari non congruit* ; & quidem ut Sanctus Hieronymus circa hoc Pauli monitum, Tito discipulo suo traditum, advertit, Apostolum in persona Episcopi de quolibet etiam Sacerdote privato locutum fuisse ; unde ait : Ipsum dicit Episcopum, quem presbyterum nominavit. S. Hier. ad lit.

2. S. Isidorus hanc virtutem ministerij & gradus sacerdotalis animam esse existimat; dicitque insuper acceptissimam victimam, & sacrificium, quod Sacerdotes Deo offerre possunt, esse castitatem corporalem, mentemque puram & immaculatam : *Pulcherrima*, inquit, *victima est, piam mentem & carnem castam habere, eoque etiam illud dixit, quod tu ex me intelligere cupisti : Exhibete corpora vestra hostiam viventem, Deo placentem rationabile obsequium vestrum ; non enim ad Sacerdotes solos scribens, sed universæ Ecclesiæ hæc ipsis mandabat.* Pergit ulterius idem Peluſiota ad propositum nostrum, sequentia confiderabilia verba subnectere, *Quod si castitas, & pudicitia subditos Sacerdotes creat, libido procul dubio ac lascivia Sacerdotibus dignitatem abrogat.* In Sermone quodam S. Augustini, sententiam quamdam me legisse memini, quæ hactenus dicta mirabiliter confirmat : *Omnibus*, inquit, *castitas perneccessaria est, sed maximè ministris Christi altaris, quorum vita aliorum debet esse eruditio, & assidua salutis prædicatio.* B. Petrus Damianus similiter hujus virtutis amorem pluribus in locis, nobis imprimere satagit; etenim de tribus ordinibus sacris ita scribit : *Nitentes pudicitiæ candor effloreat, in ijs, qui nimirum sacris mysterijs familiarius appropinquant, nam quia Dominicum Corpus in virginalis uteri templo coaluit, nunc etiam à ministris suis continentis pudicitiæ munditiam quærit.* Idem quoque in alia quadam Epistola, postquam contra Sacerdotis cujusdam innocentiam asperrime invectus fuisset, nonnulla ei motiva suggerit, per quæ, quantum castitas statui, & vocationi ipsius conveniat, his verbis demonstrat : *Nunquid ignorat Dei Filium*, inquit, *adeo carnis elegisse munditiam, ut ne quidem de pudicitia conjugali, sed de Clausula potius incarnatus sit virginali? Et ne hoc sufficere videatur, ut tantummodo virgo sit mater : Ecclesiæ fides est, ut virgo fuerit, & is, qui simulatus est pater. Si igitur Redemptor noster tantoperè dilexit floridi pudoris integritatem, ut non modo de virgineo utero nasceretur, sed etiam à nutricio virgine tractaretur, & hoc, cum adhuc parvulus vagiret in cunis : à quibus nunc obsecro tractari voluit corpus suum, cum jam immensus regnat in Cælis? si manibus attingi manibus voluit in præsepio positus, quantam corpori suo nunc vult adesse munditiam, jam in paternæ Majestatis gloria sublimatus?* S. Isid. Pel. l. 3. ep. 75. Castitas est anima gradus sacerdotalis, & gratissima Deo victima. S. Aug. ser. 249. de temp. B. Pet. Dam. l. 2. ep. 10. Ibid. l. 1. ep. 9.

3. Episcopus in consecratione Sacerdotis hæc verba profert : *Accipe Spiritum Sanctum*, est enim Sacerdos hujus sanctissimi Spiritus instrumentum & brachium dexterum ; quia cum tertiæ Personæ Sanctissimæ Triadis proprium donum sit infundere gratiam, idipsum Sacerdotibus mediantibus operatur ; quàm igitur æquum est, ut caveat, ne Spiritui Sancto injuriam irroget, qui est velut pura quædam columba, tamque specialis honestatis & pudicitiæ amator? Scimus, quia Deus olim protestatus fuerit, dicens : *Non permanebit Spiritus meus in homine in æternum, quia Caro est :* Econtrà verò, per os pariter Sanctæ Luciæ purissimæ virginis, Sacerdotes & omnes Ecclesiasticos docere voluit, quòd non solùm futuri sint ministri, sed etiam viva, & animata templa Dei, si castè vixerint : *Castè enim viventes*, inquit Sancta Lucia, *Templum sunt Spiritus Sancti.* Propositio non solùm ponderosa, sed & Sacerdotibus incontinentibus minitabunda, est illa, quam Sanctus Clemens Alexandrinus tradit his verbis : *Soli ergò, qui puram agunt vitam, verè sunt Dei Sacerdotes.* Ac proinde ad majorem Sacerdotum legis Evangelicæ confusionem ac erubescentiam, & pro clariori dictæ propositionis intelligentia, examinemus nonnihil, quales fuerint Sacerdotes idolorum & Levitæ ac ministri sacri Legis Mosaicæ. In consecratione datur Sacerdotibus spiritus sanctus. Gen. 6. 3. Hinc casto vivere debent. Clem. Alex. l. 4. strom.

4. Sanctus Augustinus, in quodam Sermone refert, quòd cum esset Episcopus Hipponensis, sequa Evangelij prædicandi causâ transtuliſſet in Æthiopiam, ibidem viderit, quòd tametsi Sacerdotes idolorum uxores haberent : *tantæ tamen abstinentiæ erant, quòd nunquam, nisi semel in anno eas tangere solebant ; qua die ab omni sacrificio abstinebant* : Idem in eodem Sermone scribit, quòd Sacerdotes in inferioribus ejusdem Æthiopiæ partibus, ea in septimana, in qua Numinibus prophanis incensum offerre debebant, ab omni fuerint actu conjugali continentes : *Nihil sumebant, nisi mitretam aquæ per diem, & sic contenti manentes, dignè sacrificia Dijs suis offerebant.* Macrobius in Saturnalibus de ministris, qui falsis idolorum simulachris dedicabantur, eos ad vitam cœlibem ducendam adstrictos fuisse testatur. Plato in suo Timæo, Sacerdotes Athenienſum, in domibus, ab omni commercio humano, populique frequentia separatis, ad instar Eremitarum vixisse dicit ; idque, ne in aliquod inciderent offendiculum, quod continentiæ virtutem in ipsis diminuere posset. Eorumdem Athenienſium summus Sacerdos, ut se Dijs suis tanto redderet acceptiorem, cicutam sumebat, ut concupiscentiæ motus, à quibus alias exstimulari poterat, in se reprimeret. Demosthenes in Oratione contra Timocretem ita scribit : *Ego sinè sic existimo, eum, qui ad sacra accedit, & res sacras sit tractaturus, aut res ad Deos spectantes curaturus, oportere non prædictum aut statutum numerum dierum esse castum, sed per universum vitæ suæ cursum ab hujusmodi turpibus studijs abstinuisse.* De Sacerdotibus Ægyptiacis S. Hieronymus contra Jovinianum ita scribit : *Nunquam mutierbus se miscuerunt, ex eo tempore, quo cœpissent divino culcui deservire, carnibus & vino se semper abstinuerunt, maximè propter appetitus libidinis.* Et quidem tametsi in dubium revocari nequeat, quin hi omnibus dæmonibus ministrarint, quia ut Scriptura ait : *Immolaverunt dæmonijs, & non Deo, dijs quos ignorabant* ; Nihilominùs in ijs, qui ad prophana illorum altaria accedebant, tantam requirebant pudicitiam, & honestatem ; quid si igitur nunc quemdam ex nostris sacerdotibus videres, qui juxta latus sanctissimi Sacramenti, aliquod Veneris idolum poneret, ut in societate illius adorarctur, quantum sacrilegium & impietatem istam abominareris? Audite Petrum Blesensem qui in sermone quodam, quem in Synodo in multorum Ecclesiasticorum præsentia habuit, ita loquitur : *Quicumque ad altare Domini accedit, inquinatas luxurias; juxta Filium Virginis idolum ponit Veneris, qui sacra illius verba Sacramenti, ore immundo profert, in faciem Salvatoris spuit, & cum in os immundum sanctissimam carnem ponit, eam quasi in lutum platearum projicit.* S. Aug. ser. 37. ad frat. Exempla sacerdotum idolorum. Pet. Bl. ser. 38. in Syno. do circa fin.

5. Sacerdotes legis Moysaicæ : ut in præcedentibus Discursibus sæpius observavimus, solas ovium, vitulorum, vel taurorum carnes, aut ad summum panes, farinam vel incensum tractabant, & tamen quis est qui nesciat, quanta cum solicitudine Deus in omnibus illis hanc virtutem exegerit? *Dixit Dominus ad Aaron : Vinum, & omne quod inebriare potest, non bibetis, tu & filij tui, quando intratis in tabernaculum testimonij, ne moriamini quia præceptum sempiternum est in generationes vestras.* Quis autem liquorem hunc luxuriæ fomitem esse ignorat? Unde Apostolus ait : *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria.* Idem quoque Timotheo Episcopo Ephesino consuluit, ut in vino bibendo cautus esset & circumspectus: postquam enim dixisset, *Oportet Episcopum pudicum esse*, subjungit, *Non vinolentum* ; atque inde paulò post addit: *Diaconos similiter pudicos, ... non multo vino deditos.* Ad Titum pariter scribit : *Oportet Episcopum sine crimine esse, ... non vinolentum, Sed ... sobrium, ... continentem:* Advertimus, inquit sanctus Ambrosius, *Quanta in nobis requirantur*, & tandem de ministro sacro loquens, subjungit : *Ut abstinens sit à vino minister Domini.* Ad digne consecrandum & sumendum *vinum germinans Virgines* ; Omnino necessaria est, & requiritur honestas, cui opponitur ebrietas, quæ naufragium patitur in vino. Puritas sacerdotum veteris legis. Lev. 10. 8. 9. 1. Tim. 3. v. 2. v. 3. v. 8. Tit. 1. v. 7. v. 8. S. Ambr. l. 4. l. 1. lib. de off. c. 50. Zach. 9. 17.

6. Idem sanctus aliud discutit, populo Israëlitico datum præceptum ; scilicet : *Vade ad populum, sanctifica illos hodie & eras, laventque vestimenta sua* ; Ubi Sanctus Ambros. loco *sanctifica*, legit: *castifica*; *Per biduum ac triduum castificabatur populus, ut ad sacrificium purus accederet, & lavabant vestimenta sua. Si in figura tanta observantia, quanta in veritate? Disce Sacerdos, atque Levita, quid sit lavare vestimenta tua, ut mundum corpus celebrandis exhibeas Sacramentis.* Unde argumentum deducit *à minore ad majus*, inquiens : *Si populus sine ablutione vestimentorum* Exod. 19. 10. S. Ambr. l. 1. de off. c. 50. Populus purus assistere debebat sacrificiis.

suorum prohibebatur accedere ad hostiam suam, tu illotus mente pariter & corpore, audes pro alijs supplicare, audes pro alijs ministrare? Quasi diceret: Si populus ille, qui solùm sacrificijs assistebat presens, tanta pollere debebat castitate, quantum magis Sacerdotes, eadem offerentes. Aliud nobis præceptum proponit Exodus in hæc verba: *Facies & fœminalia linea, ut operiant carnem turpitudinis suæ à renibus usque ad femora; Et utentur eis Aaron & filij ejus.* Arnoldus Carnotensis harum vestium mysterium ad nostrum propositum his explicat verbis: *Fœmoralia docent, oportere esse continentiæ verecundiam, ut ne suspicionem quidem locum relinquant; sed talis se exhibeat conversatio sacerdotum, quasi sine sexu sit.* Ad idem intentum discurrit Oleaster in hæc verba: *Quàm honesti debeant esse ministri Dei, locus iste ostendit, ut nihil turpitudinis eorum appareat, sed omnia tecta sint, maximè coram Domino.* Notándum autem est, cœlestem legislatorem lini præcisè meminisse, dum ait: *Fœmoralia linea.* Principalissimus apud Ecclesiasticos lini usus est, utpote ut Origenes inquit, castitatis Symbolum, maximè acceptæ & requisitæ à Deo in ministerio ejus: *De lineis sæpe jam dictum est, & tunc maximè cum de indumentis sacerdotalibus dicebamus, quod species ista formam teneat castitatis, quia origo lini ita è terra ducitur; & de terra editur, ut ex nulla admixtione concepta sit.* S. Bruno pariter in libro, quem intitulavit *de ornatu Ecclesiæ*, ejusdem meminit præcepti, illud sacerdotali in hæc verba applicans continentiæ: *Cum omnes Christiani continentiam & castitatem habere debeant maximè tamen clericos, hanc virtutem tenere & observare oportet*; Cui mandato sequentem subjungit doctrinam: *Fœminalia castitatem significant, quia illa membra in quibus maximè luxuria dominatur, coërcent, & casta custodiunt.* Inter alia, in antiquæ legis sacrificijs, mel offerri prohibebatur; *Nec quidquam fermenti ac mellis adolebitur in sacrificio Domino.* Farina, oleum, aliæque res comestibiles ad sacrificium admittebantur, cur itaque mel adeo sapidum & medicinale repudiatum fuit? Variæ ab Interpretibus hujus rei, adducuntur rationes, sed nostro accommodissima proposito, hæc est per Abulensem adducta: *Videtur referendum ad quamdam tropologiam, & nunc dicendum est, mel signare dulcedinem in illicitis actibus libidinum, quos Deus vult longè discedere ab his, qui ministerio suo adstant.* In libro Numerorum novus nobis exhibetur, Aaronis progeniem concernens, ritus, in hæc verba: *Tolle Levitas de medio filiorum Israël, & purificabis eos juxta hunc ritum; aspergantur aqua lustrationis, & radant omnes pilos carnis suæ*; Cujus si mysterium quæritis, audite Rupertum Abbatem: *Quia is, qui in obsequijs divinis assumitur, debet ante Dei oculos, à cunctis carnis cogitationibus mundus apparere.*

Quanto magis Sacerdos offerens. *Exod 28. v. 42. 43. Arn. Carn. ad ult. ex 7. ver. Christi.* *Oleast. ibid.* *Orig. h. 4. in Levit.* *S. Bruno c. 9.* *Levit. 2. 11.* *Abul. q. 5. in c. 2. Levit.* *Num. 8. 6. 7.* *Rup. Abb.*

7. Levitis equidem & Mosaicæ legis sacerdotibus status permittebatur conjugalis: ast varias ob causas: in eo namque tempore sterilitas habetur maledicta: nulli non in votis erat fœcunditas, ut ex stirpe ejus Messias nasceretur: Insuper in eo tempore carnes offerebantur animalium, farina, incensum, non Filius Virginis, unde minor requirebatur puritas. Aliam ejusdem in hæc verba causam assignat sanctus Ambrosius. *Quia multum temporis, otio vacabant à ministerio, aut sacerdotio, multitudo enim magna Sacerdotum, & magna copia Levitarum, & unusquisque certo tempore serviebat. At ubi tempus imminebat ministerij, purificati aliquantis diebus, accedebant ad templum offerre Deo.* Demum differentiam nostri assignat ministerij, perpetuæ continentiæ votum annexum habentis, ait namque: *Nunc autem omnes à conventu fœminæ abstinere debent, quia necesse est, eos quotidie præsto esse in Ecclesia, nec habere dilationem, ut post conventum legitimè purificentur, sicut veteres.* Aliam in hæc verba rationem assignat Orig. *Sed & quod dixit, lumbi vestri præcincti, Dominus in Evangelio hoc, idem est, quod & nunc legislator præcipit, ut campestri lineo præcingatur Sacerdos, & ita veteri cinere deposito innovet sacros ignes, oportet enim etiam nos dicere: ecce vetera transierunt, & facta sunt omnia nova, campestri enim lineo (vel sicut alibi dicitur, femoralibus utitur) qui luxuriæ fluxæ libidinis cingulo vestrinxerit castitatis.*

Cur major puritas requiratur in sacerdotibus N. quam V. legis. *S. Ambr. in 3. Ti. 3.* *Orig. ibid.*

8. Hugo Cardinalis hanc materiam fusè discutit, ubi de Episcopis Asiæ, Angelorum titulo affectis, ait: *Dicit namque de Prælato Ecclesiastico: Debet esse Angelus, per innocentiam sanctimoniæ cordis, & castitatis corporis, sicut sunt Angeli, de quibus Matth. 22. 30. Qui neque nubent*, &c. Præterea antiquarum vestium sacerdotalium mysteria examinat, dicens: *Sacerdos magnus in lege, baltheo cingebatur supra pectus, per quod designatur sanctimonia, vel castitas cordis; Item fœmoralibus, quæ turpitudinem carnis ejus velabant à renibus usque ad fœmora, per quod significatur castitas corporis.* Deinde ad nostrum digrediens sacerdotium, ita discurrit: *Sic & Sacerdos Evangelicus, duobus cingulis cingitur; uno quidem qui ab amictu ascendens per collum in pectore cancellatur, & ante reducitur, ut ibi ligetur, per quod significatur, quod ipse habet sanctimoniam cordis, quæ est syncera fides Crucis Christi; Per amictum enim significatur fides, quam videt in velamine, sicut amictus velat caput: Per ligulas descendentes, quibus cingitur, designatur synceritas & integritas, quæ est de duobus, scilicet de humanitate Christi, & Divinitate. Item alio cingulo cingitur super renes, quo colligitur alba, & subfirmgitur, ne defluat. Per hoc significatur castitas corporis, quæ debet restringi cingulo pœnitentiæ, ne defluat per delitias, & inepias voluptates.*

Hugo Card. in c. 2. Apoc. Castitas sacerdotum designatur per vestes sacras.

9. Venerab. Beda ad lineas antiquorum Levitarum, modernorumque Sacerdotum vestes alludens, ita discurrit: *Tunicas habent Sacerdotes lineas, cum totum corpus candori castitatis deducant: Baltheis tunicas cingant, cum eamdem castimoniam vigilanti menti custodia circumspicuant. Accingantur ergo tunicis lineis, ut castitatem habeant; accingantur baltheis, ne castitas remissa sit.* In Libro Exodi Deus oleum præsripisse legitur, quo Aaron, filijque ejus, nec non reliqui omnes divino cultui dedicandi consecrari debebant: *Aaron & filios ejus unges*; moxque inhibuit dicens: *Caro hominis non ungetur ex eo.* Profectò si caro humana oleo isto perfundi non debebat, utique nec Aaron, nec filij ejus, utpote veri homines ejusdem capaces erant; Deus forsitan Angelos de cœlo, in terras ablegavit, suo consecrandas ministerio? Arcanum textus hujus pandit Rodulphus in hæc verba: *Caro hominis non ungetur ex eo, quod quonam modo dictum sit, quæri potest, cum Aaron & filij ejus ex eo ungi præcipiantur? In promptu tamen est advertere, eam, quæ ad usum carnalem pertinet, exuberi unctionem; non eam quæ ad sanctificationem; Unde dicitur: Homo non ungetur ex eo, ut potius voluptatem carnis amputandam intelligat, quam officiam consecrationis.*

Bed. l. 3. de tabern. c. 8. *Exod. 30. v. 30. 32.* Aaron & filij ejus uncti oleo specialis

10. Syricius Papa Epistola ad Tarraconenses, ex qua Gratianus Canonem deduxit, *dist. 82. c. Plurimos*, &c. *ut integritate fulgentes acceptabile Deo munus offerant*, &c. postquam traditionem Apostolicam, aliasque constitutiones pluribus celebrasset encomijs, tandem ita concludit: *Quarum sanctionum sacerdotes omnes atque Levitas insolubili lege constringimus, ut à die ordinationis, sobrietati ac pudicitiæ corda nostra mancipemus & corpora.* Sanctus pariter Ambrosius, qui eodem sæculo vixit, *in libro 1. de officijs*, hasce Apostolicas Regulas sacerdotibus constitutas affruit, *Quo inoffensum & immaculatum Deo ministerium exhibeant.* Denique idem Sanctus illa Apostoli verba: *Domui suæ bene præpositum*, de Episcopo intelligenda esse dicit: *Domui suæ*, inquit, *bene præesse potest, qui corporis sui servaverit castitatem; Domui*, inquit, *hoc est corpori suo imperioso jure dominetur, ne subdatur ipse corpori suo, & desiderio luxuriæ deditus in præcipitium demergatur.*

Syr. Pap. ad Tarrac. Puritatem in illis exigunt Apostolicæ traditiones. *S. Ambr. de fac. dig. c. 4.*

DISCURSUS XVIII.

ARGUMENTUM.

De eadem sacerdotum continentia; nec non de supplicijs iræ Dei, quibus in incontinentes communiter animadvertit.

THEMA.

Sacerdotes ... polluerunt sanctuaria mea ... & coinquinabar in medio eorum. Ezech. 22. vers. 26.

1. QUandoquidem Sol ille visibilis suos in medio cœno non inficit radios, qualiter itaque verus justitiæ Sol contaminari se affruit in medio malorum Sacerdotum? *Sacerdotes violant sanctuaria*, inquit sanctus Hieronymus, *inter tales medius Dominus inquinatur.* Sed quam immunditiam intulère Sanctuario? Respondit Hugo Cardinalis: *Polluerunt sanctuaria mea per vitæ immunditiam.* Ideoque suam Dominus prosequitur lamentationem, inquiens: *Inter sanctum & profanum non habuerunt distantiam; id est, sancta mea ita tractaverunt*, inquit Hugo Cardinalis, *Ac si essent profana & immunda: nec corpus & sanguinem meum dijudicaverunt.*

S. Hieron. ibi. *Hug. Card. ibid.* Immundi & carnales Sacerdotes contaminant sanctuarium Dei.

dicaverunt: In cujus confirmationem, illum adducit sancti Bernardi contra incontinentes sacri altaris ministros, querulum textum: *Omnino audient agni immaculati sacras contingere carnes, & mingere in sanguine Salvatoris manus nefarias, quibus paulò ante (prò dolor) carnes meretricias attrectarunt.* Sanctus Chrysostomus in liturgia sua, sequentem coram Domino ad præsens intentum instituit protestationem: *Nullus eorum, qui carnalibus cupiditatibus & voluptatibus est alligatus; dignus est ad te accedere, nec tibi ministrare Rex gloriæ.* Eamdem sacerdotum Dei lascivientium colluviem à Deo apud Ezechielem reprobatam advertens Dionysius Carthusianus, inquit: *Conqueritur potissimè contra eos, qui vitam ducunt carnalem, qui vitijs gulæ atque libidinis obtenebrati, legem Dei sui contemnunt; Ecclesiam violant, libidinosè in cumpicuint.*

Ecc. 9. 3. in lect. 5. *S. Aug.* *S. Chrysost.* *Dion. Cart. in Ezech.*

2. Sanctus Gregorius illam Samuëlis Bethlemitas invitantis protestationem: *Sanctificamini & venite mecum, ut immolem*, considerans, hanc ex ea deducit consequentiam: *Quàm ergo puros decet esse Pontifices, ubi invitatæ ad sacrificium, non nisi sanctificatæ admittendæ sunt plebes?* Oblatio illa vetus in ovibus, arietibus, tauris, similibusque alijs animalibus consummabatur; non ibi *candor lucis æternæ*, non ibi *speculum sine macula*; Filius Virginis in victimam cedebat; Porrò ne quis ambigere posset, in quo dicta consistat sanctificatio, subnectit sanctus Gregorius, *Sanctificatio, est corporis pudicitia.*

1. Reg. 16. 5. *S. Greg. ibid.* Summa puritas requiritur in celebrationis. *S. Gregor.*

3. Imperatores in Constitutionibus imperialibus sequens pro sacerdotibus eligendis statuisse leguntur decretum: *Ita castus & humilis nostris temporibus eligatur Episcopus, ut quocumque locorum pervenerit, omnia vitæ suæ integritate purificet.* Et alibi: *Loco uxoris habuerunt Ecclesiam, & pro liberis populum omnem Christianum.* Nulla equidem creatura capax præbere potest hospitium immensitati Altidimi, quia *Cælum & cæli cælorum eum capere non possunt*; Nihilominùs in sacerdotum continuò dimorari genitir pectoribus; neque absque ratione, quia sanctus Paulinus astruit: *Anima quanto membris, tanto vivacior sensibus & quanto mundior corde, tanto capacior Christi est.* Voluit equidem Deus, Aaronem in summum promovere Sacerdotem, prodigioso semper florentis virgæ miraculo; quia ut Origenes inquit: *Illius tantum est, offerre sacrificium indesinens, qui indesinenti ac perpetuæ se devoverit castitati*; quem in finem Cassianus pariter ita discurrit: *Quanta puritate oportet custodire nostri corporis atque animæ castitatem; quos necessium est, quotidie sacrosancti agni carnibus vesci, quas neminem immundum contingere, etiam veteris Legis præcepta permittunt.* Moraliter sanctus perpendit Ambrosius, quod, sicut servi integritas, & fidelitas, honorem, gloriamque affert Domino, ita pariter Salvator noster bonâ ministrorum suorum vitâ & odore honorari, condecorarique velit: *Ut; qui videt ministrum altaris congruis omnium virtutibus, auctorem prædicet, Dominum veneretur, qui tales servulos habeat.* Ast in quonam Deus singulariter à nobis honorari affectat: Audite responsum: *Laus Domini, ubi manda possessio, & innocens familia disciplina.*

C. de Ep. & Cler. Encomia castitatis sacerdotalis. *C. de Epis. aud. l. sanci. mus.* *3. Reg. 8. 27.* *S. Paulin. ep. 35.* *Orig. ho. 21. in Num.* *Cassi. l. 6. c. 8.* *S. Ambr. l. 1. de offic. c. 10.*

4. Sanctus Augustinus ad illam se reflectit ab Achimelech, David factam interrogationem: *Si mundi sunt pueri, maximè à mulieribus*, ex quo loco, ubi de panibus dumtaxat propositionis, si à viatoribus illis manducandi essent, tractabatur, hanc fatuit consequentiam: *Si ergo interrogavit Sacerdos, utrum servi David mundi essent, propter panes propositionis accipiendos, quid facere nos debemus mijeri Sacerdotes propter corpus Domini accipiendum?* Nemo nescit id; quod sancto contigit Joanni Chrysostomo; cum enim Spiritus Sanctus super eum celebrantem visibili in forma quotidie descendere soleret, die quodam unus ministrorum ejus, oculum conjecerat in unam circumstantium mulierem; moxque Spiritus Sanctus disparuit. Defectum intelligens Sanctus sacrilegum illum à ministerio suo suspendit, atque deinceps locum mulierum per velum sequestravit, à conspectu publico.

1. Reg. 21. 4. *S. Aug. ser. 37. ad frat.* Panes propositionis manducari debebant à mundis.

5. Hugo Cardinalis illum Apostoli textum discutiens: *Debet mulier velamen habere super caput propter Angelos*; per Angelos Sacerdotes intelligendos affruit, inquiens, *Ne in earum faciem inspicientes, moveantur ad libidinem; quare autem dicit propter Angelos, id est, propter Sacerdotes, & Clericos? Quia magis prompti sunt ad libidinem, propter otium cum bona vita, & quia non habent suas, & propter*

Hug. Card. 1. Cor. 11. v. 10. Sacerdotibus interdicta est conversatio cum sexu muliebri.

collocutiones in confessionibus, ideò eis præcipuè dicitur: Ne respicias mulierem multivolam, ne forte incidas in laqueos illius. Sanctus Augustinus sexum illum cautissimè declinavit, qui traditur, *Fœminarum, & in eis sororis, & fratris filiæ contubernium familiaritatemque vitasse*; dicere solitus prout in lectionibus ejus habetur: *Et si propinquæ mulieres suspectæ non essent, ad eas tamen quæ veniterent, non suspicione cadere.* Severissimum decretum statuit sanctus Carolus Borromæus, ne quisquam Clericorum in publico præsumeret loqui cum mulieribus, *etiam affinibus, consanguineisve, nisi necessitas postulet. Nec locum domi feminas, etiam arctissimo consanguinitatis, affinitatisve vinculo conjunctas, aut cibi paranda, aut alia domestica officia præstandi causâ, aliusve cause specie, etiam si non pernoctabunt, ullas Ecclesiastici ordinis homo, sine scripta nostra facultate, ullo modo habeat, recipiatve; atque ea facultas, cum nos Mediolani sumus, à nemine cuiquam permittatur, nisi à nobis, ac propterea nisi primum de statu mulieris visitator, aut alius, cui id curæ dederimus, diligenter perquisierit, testimoniumque nobis fecerit.* Legerat indubiè sanctus Archipræsul illud sancti Augustini monitum: *Non solùm removenda est fornicatio, sed etiam omnis suspicio falsa, non decet Clericum cum mulieribus sedere, vel fabulari, vel domum ejus frequentare, ne suspicio mala inde progrediatur.* Deinde in eodem sermone vilitatem perhibet, quâ quicumque se contaminat Ecclesiasticus, dum familiari mulierum utitur consuetudine, dicit enim: *O quàm miser, & pusillanimis reputatur clericus, qui frequenter cum mulieribus conversatur.*

Ecc. 9. 3. in lect. 5. *S. Aug.* *Aff. Eccl. Med. car. 413. par. 2. Synod. diæc. 11.* *S. Aug. serm. 37. ad frat.*

6. Hesychius presbyter de sancto Thoma Apostolo tractans, hanc ingeniosam, utilemque instituit obervationem: *Aspice Dominum post resurrectionem, mane mulieribus, vesperè Apostolis apparentem*; mane oriente Sole dum dies serenus est, & clarus, mulieribus se sistit, ut ne per umbram quidem quid sinistri ullus valeat suspicari: Serò autem ingruentibus tenebris, Apostolos invisit, ut doceat Ecclesiasticos, quam circumspecté, & cautè cum debiliori sexu tractare debeant; Recordamini utique, qualiter idem quoque Christus Samaritanam allocutus fuit, in campo aperto ad puteum, quo omnes accurrere consueverant: insignis est illa sancti Hieronymi Nepotiano data admonitio: *Si propter officium Clericatus, aut viduæ visitatur aut virgo, nunquam domum introeas.*

Hesi. de S. Thom. *S. Hieron. ad Nep.*

7. Apostolus fortissimum hoc contra malos Sacerdotes statuit argumentum: *Irritam quis faciens legem Moysi, sine ulla miseratione, duobus, vel tribus testibus moritur, quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcaverit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & Spiritui gratiæ contumeliam fecerit? Scimus enim, qui dixit: Mihi vindicta, & ego retribuam.* Porrò sanctus Chrysostomus, qualiter Filius Dei conculcetur, his edocet verbis: *Quomodo conculcat quispiam Filium Dei? Quando, qui est ejus particeps in ministerijs, peccatum fecerit, non eum concalcavit non eam despexit? Peccatum*, quod maximè Filium Virginis offendit, est impuritas, quæ (*sanguinem testamenti*,) scilicet (*vimam germinans virgines*,) *pollutum ducit.* Cujus nos quotidie meminimus in consecratione calicis, dicentes: *Hic est enim calix sanguinis mei, novi, & æterni Testamenti.*

Hebr. 10. v. 28. &c. Sacerdotes impuri conculcant filium Dei. *D. Chrys. h. 20. ibid.* *juxta Zach. 9. v. 11. 17.*

8. Voluit Dominus ut Aaron, & filij ejus ad altare accessuri, & in sanctuario ministraturi, fœmoralibus succingerentur, sub pœna mortis, siquidem in inobedientes statuit ut *iniquitatis rei morianter.* Quod Decretum examinans sanctus Bruno, postquam in vestibus istis continentiam à ministris sacris requisitam fugurari asseruisset, tandem ita concludit: *Sed valde timendum est quo dicitur; ne forte moriantur. Si non vis mori, aut castitatem custodi, aut altare non accedas. Hinc est, quod servi Salomonis inter cætera, quæ afferunt; Ebur quoque ei afferre leguntur: Servi Salmonis nos sumus, qui Eboris pulchritudinem & candorem, per quæ castitas figuratur, Christo Domino vovere, & offerre debemus.* Castissima animalia sunt *Elephantes, & nonnisi semel coire dicuntur.*

Exod. 28. v. 43. Casti sint si non velint puniri mortè. *S. Bruno l. de orn. Eccl. c. 9.*

9. Fornicatio, ut inquit sanctus Augustinus, *ideo Clericis interdicitur, quia cum simus ministri Domini, membra meretricis non efficiamur.* B. Petrus Damianus, sequentibus in Clericos; huic vitio deditos, invehitur verbis: *Vos alloquor ò lepores Clericorum, pulpamenta Diaboli, projectio Paradisi, virtus mentium, gladius animarum, aconita bibentium, toxica convivarum, materia peccandi, occasio perendi. Vos inquam alloquor graccæa hostis omnia, Upupa, Ululi, Noctuæ, Lupæ,*

S. Aug. serm. 27. ad frat. *S. P. Dam. l. 4. ep. 3.* Invectivæ in Clericos impuros.

Sanguisugæ, Affer, affer, sine cessatione dicentes. Quibus similibusque alijs maximè infamibus, atque indignis contra Ecclesiasticos luxuriosos prolatis epithetis: ita prosequitur discursum: *Vos estis Dæmonum victimæ, ad æternæ mortis succidium destinatæ. Ex vobis Diabolus, tamquam delicatis dapibus, vestrâ libidinis exuberantia saginatur. Vos estis vasa iræ, & furoris Domini repolita in diem ultionis.* Terribilis equidem casus oppressit Ozam, dum manus ad arcam, ne caderet, extendit: dicente Scriptura: *Extendit Oza manum ad arcam Dei; & tenuit eam; quoniam calcitrabant boves, & declinaverunt eam*; vel ut liber Parallipomenon memorat, *bos lasciviens paululum inclinaverat eam.* Quasi diceret; bos lascivus arcam in periculum casus præcipitavit. Dionysius Carthusianus historiam hanc ita ad nostrum applicat intentum: *Per boves lascivos & calcitrantes, intelligantur Doctores & Prædicatores, ad vina carnis corruentes, qui arcam declinant quando Christi humanitatem inhonorant.* Sed quæ violenti Ozæ obitus causa fuit, divinâ Justitiâ tam repentinum exigente supplicium? *Iratus est indignitate Dominus contra Ozam, & percussit eum super temeritate; qui mortuus est ibi, eò quod tetigisset arcam.* Quæ obsecro in attingenda arca fuberat temeritas, siquidem Leviræ ad tractanda vasa sacra, eaque in omnibus divini cultus ministerijs adhibenda consecrati erant? *Imposuerunt arcam Dei super plaustrum novum, de domo Aminadab*; consequenter plurimi jam tetigerant arcam novo currui inferendam; Cur igitur unicus Oza publicæ temeritatis contrahit reatum, præsertim cum in casu necessitatis eam arcam attigerit? Respondet Abulensis: *Alij dicunt, quod mortuus fuerit, quia erat immundus, & tetigit arcam; Nam tradunt Hebræi, quod præcedenti nocte ista Oza cognoverat uxorem suam, & ista erat immunda secundùm legem, nec licebat alicui sic immundo accedere ad Sanctuarium, vel tangere aliquem rem sacram quousque lavaret totum corpus aqua, & manebat sic immundus usque ad Solis occasum.* Ex dictis irrefragabile eruamus argumentum: Oza propter exercitum actum non fornicarium, aut adulterum, sed conjugalem, quia lignum tetigit, solam sacratissimæ Filij Dei humanitatis figuram, severissimè punitus est tamquam temerarius; quantum ergo supplicium, & indignatio Dei sæviet contra Sacerdotes illos, qui consecrare, tangere, distribuere, & sumere non verentur corpus & sanguinem ipsusmet Christi: *quem adorant Dominationes, tremunt Potestates?* Audite Dionysium Carthusianum: *Ecce si ita percussus est, qui bono zelo, quamvis non satis discreto arcam Domini, rem inanimatam & ligneam sustentavit; quantam damnationem merebuntur ac sustinebunt, qui corpus & sanguinem Salvatoris maculatâ conscientiâ consecrare, tractare, ac sumere non formidant?* Qui Author postquam allegatam pariter & ipse opinionem insinuaret, tandem ad nostram subjungit eruditionem: *Quàm intoleranda instat damnatio inconsentientibus ac lascivis presbyteris, qui non obstantibus obscœnitatibus, & inquinamentis turpissimis ad spiritualissima ac divinissima Salvatoris mysteria consecranda, tractanda, aut suscipienda audent procedere.* In revelationibus sanctæ Birgittæ de libidinoso quodam Sacerdote refertur, quod, cum sæpius sed incassum ad se emendandum monitus fuisset; audierit, ut, cum die quadam ad pascendum equum in pratum suum conscendisset, plura cœlitus dilapsa fuerunt fulmina, quæ ei percusso subitam intulerunt mortem, & quidem ut manifestum fieret supplicium, hoc ei in suæ impudicitiæ, & libidinis pœnam accidisse, toto corpore ab ignibus illæso manente, solæ arserunt & consumptæ sunt partes genitales. Similiter beatus Petrus Damianus de Sacerdote quodam Gallo refert, quod aliquanto tempore cum impudica quadam femina haud secus, ac cum uxore vixerit, eaque mortuâ aliam in defunctæ locum superinduxerit; & quod longè detestabilius erat, huic suæ impudicitiæ publicum scandalum junxerit; Nam ut Sapiens ait: *Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit: confœderabat enim sibi, quasi tabulatum legi profitibulam, amicorum atque confinium congregabat nuptiali more convivium; epulaturis etiam, cujus affluentia produdebat apparatum.* Abbas verò, qui loci illius jurisdictionem habebat, ut illum ab hoc barathro retraheret, duos ad eum Monachos misit, *eique tam imprudens scelus sub districtæ censuræ interminatione prohibent; ille verò, ut erat conceptæ nequitiæ stimulatus instinctu, obtemperare non potuit, sed temeritate plectibili, quadquid nuptialis ordo dictabat, implevit; cunctis itaque perstrepentibus locis ac lasciviæ deditis, presbyter tamquam bos ad victimam ductus, convivium deserit, thalamos non defectationis, sed perditionis ingreditur (& ô terribilis Deus in consilijs super filios hominum) repentinâ morte multatur, uno siquidem eodemque momento, & semen fudit, & animam exhalavit.* Tandem idem sanctus Petrus Damianus funestam hanc tragœdiam his verbis concludit: *Sic, sic remunerari debuit, qui de sactario Domini ad exosetum lupanar famumque voluptabrum transire decrevit.* Numquid in hoc vobis ad literam adimpletum fuisse videtur, quod à sancto Paulo his verbis scribitur: *Quantò magis putatis deteriora mereri supplicia, &c. Scimus enim quis dixit mihi vindicta, & ego retribuam. & iterum: horrendum est incidere in manus Dei viventis.*

2.Reg. 6. v. 6.

1. Paral. 13. v. 9. Oza, quia tetigerat Arcam morte percussus est.

Hebr. 10. v. 29. 30. 31.

10. Idem sanctus Petrus Damianus respondet illis Sacerdotibus, qui se excusant, dicendo, quod, quando voluptatibus carnalibus vacant à celebrando sacrificio abstineant; neque enim valet hæc excusatio. *In ordinato nihilominus permanet ordinis Sacramentum, & sicut vir quispiam, & si cesset ab opere conjugali, nullo modo tamen absolvitur à copulatione conjugij: ita Clericus, & si sui ordinis non fungatur officio, ejusdem tamen ordinis non exuitur Sacramento*, adducitque illa sancti Pauli comminatoria, dicens: *Cavendum est ergo illis, ne super eos veniat formidolosa illa sententia, quæ per Apostolum dicitur: Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, gustaverunt etiam donum cœleste, & participes facti sunt Spiritus S. gustaverunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutesque sæculi venturi, (& prolapsi sunt) rursus renovari ad pœnitentiam, rursus crucifigentes sibimetipsis Filium Dei, & ostentui habentes.) Luxuriosi Sacerdotes, quantum in ipsis est, Filium Dei iterum crucifigunt.*

Abul. ibid. Causa hujus punitionis quia præcedenti nocte cognoverat uxorem suam.

3. Reg. 13. v. 7.

Hebr. 6. v. 4. 5. 6.

DISCURSUS XIX.

ARGUMENTUM.

De alijs divinæ Justitiæ supplicijs, & Canonum antiquorum pœnis, contra Ecclesiasticos impudicos.

THEMA.

Irritam quis faciens legem Moysi, sine ulla miseratione 2. vel 3. testibus moritur; quantò magis putatis deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei conculcaverit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit. Hebr. 10. v. 28. 29.

1. SEverissima supplicia Apostolus intentat ijs, qui sacratissimum conculcant Filium Dei, sanguinemque Testamenti polluunt: *Quantò magis putatis deteriora mereri supplicia, qui Filium, &c.* Per sanguinem Testamenti, sacrosanctus intelligi potest calix, quem in sacrificio incruento consecramus dicentes: *Hic est enim calix sanguinis mei, novi, & æterni Testamenti.* Unde & Theophylactus ait: *Hæc de Sacramento cœnæ Dominicæ dicta sunt; quando enim assumentes pollutam corpus, & sanguinem Domini, cœno ac luto corporalis impuritatis carnem nostram, quæ illud assumpsit involvimus; nonne Filium Dei conculcamus? Lutum terræ non adeo indignum est Corpori divino quàm indigna est carnis tuæ impuritas.* Si quis sanctissimum Sacramentum in lutum projiceret, omnium utique sententia, acerbissima eum morte plectendum asseret, immo non unâ, sed mille dignissimum infernis. Longè atrocius tormentum meretur Sacerdos, luxuriæ deditus, qui consecrare, attrectare, distribuere, & participare audet panem Angelorum, cum hujusmodi impurâ conscientiâ, Sacerdos luxuriosus, in cœno sepultus peccati carnalis, luto immergit Deum, *quem adorant Dominationes, tremunt Potestates*; Unde Deus sanctæ Birgittæ quondam manifestaturus, quantæ abominationi apud ipsum sint orationes cujuscumque Sacerdotis, huic vitio dediti, ita resolvit: *Vox ejus est quasi vanarum, quia tota est de luxosis operibus, tota ad voluptatem carnis, ideo non ajcendit ad Deum.*

Theoph. ibi & Impuri sacerdotes corpus Christi immergunt luto.

Revel. S. Birgit. l. 4. c. 62.

2. Sanctus Petrus Damianus, testimonio inhærens Malachiæ, Deum lamentari asserit, quod à ministris suis, animalia, aut ad summum panes vel incensum, tamquam puriorem materiam offerentibus vilipendatur, & contemnatur: *Per Malachiam ô Sacerdotes*, inquit, *qui despicitis nomen meum, & dixistis: in quo despeximus nomen tuum: Offertis super altare meum, panem pollutum.* Quis odiero panis ille fuit, panis propositionis non cœlestis, de quo Filius Dei ait: *Ego sum panis vivus, qui de cœlo descendi*; paulò post Deus pariter supplicium minatur,

S. Petr. Dam. l. 4. ep. 2. Conqueritur Deus contra sacerdotes impura offerentes.

S. Joan. 6. v. 41.

Malach. 2. 3. minatur, tanto dignum vilipendio, dicens: *Ecce ego projicam vobis brachium, & dispergam super vultum vestrum, stercus solemnitatum vestrarum.* Filios Aaron Nadab, & Abiu, thuribulis suis ignem & incensum imponentes Deoque offerentes, *Egressus ignis à Domino devoravit eos, & mortui sunt coram Domino.* Quod scelus admiserant infelices? Forsitan quemadmodum Rex Ozias, sibi incomperenti, functi sunt ministerio? Unde tantæ servitutis supplicium? Rationem assignat Moyses, huic ipse funesto neporum suorum præsens spectaculo, dum ait: *Offerentes coram Domino ignem alienum:* Circa quæ verba ita discurrit Oleaster: *Dicitur hic alienus ignis, omnis qui non erat Domini, seu ex altari holocaustorum desumptus; Ille verò dicebatur ignis Domini, quoniam à Domino fuerat mirabiliter concessus.* Dionysius Carthusianus ad sensum transiens moralem, ita nostrum, cujus antiquum figura erat, alloquitur Sacerdotium: *Thuribulum tuum & Sacerdos est mens tua, in qua thus saluberrimæ mortificationis, fragrantis orationis, dulcissimæ devotionis, & meditationis, Deo jugiter debes offerre;* Væ igitur qui profanum illi imponunt ignem, *alienum ignem imponis & offers, dum rationi tuæ carnalis dominatur affectio, dum aliquid turpiter amas, dum concupiscentiarum fervore exæstuas; talis igne ultionis divinæ meretur aliàni.* Quem in finem Sanctus Cyprianus casum memorat: qui mulieri cuidam accidit, quæ dum pixidem, in qua actualiter quidem sanctissimum non asservabatur, sed asservatum fuerat, aperire non vereretur, subitò flamma ignis exinde profilijt: *Cum arcam, in qua Sanctum Domini fuit, manibus indignis tentasset aperire, igne indesinente, deterrita est, ne auderet attingere:* Quantò magis ignis divinus in illos desæviet vindicativus, qui non solum manibus, sed & anima cordeque immundo ipsummet sacratissimum corpus Christi ausi fuerint attrectare? *Væ, quicumque polluti manibus, & maculato corpore Sacramenta sancta tractare præsumit, non enim irreverenter ad altare Domini accedendum est, nedum cum mortalis delicti macula; si enim impune non transit, qui arcam Domini præsumpsit regere, quomodo divinam poterit evadere ultionem, quisquis in mortali constitutus, temerario ausu mysteria cœlestia manducare voluerit?*

Dion. Carth.

Applicatio moralis ad sacerdotes N. L.

S. Cypr. ser. de lapsis.

Olim filia sacerdotis in stupro deprehensa comburebatur, Lev. 21. v. 9.

3. Licet quodcumque peccatum cœlesti nos reddat indignos mensa, maximè tamen impuritatis vitium divina contra nos provocat fulmina. Juxta legem Domini olim *Sacerdotis filia, si deprehensa fuerit in stupro, & violaverit nomen patris sui, flammis exuretur.* Ita Moysi præceperat Dominus; quæ obsecro tam severi supplicij ratio in filia specialiter Sacerdotis, & non in alijs prævaricatricibus virginibus? Facilis est responsio; Quia grave nimis est peccatum admissum à domesticis, aut familiaribus Patris illius, qui altaris sacri ministrum agit; Ideoque justitia vindicativa Dei, supplicium exigit atrocissimum, scilicet ut viva combureretur. Si tanta pœna filiam manet Sacerdotis, propter fornicationem, non quia divinum luxuriosa peragit cultum, sed quia dumtaxat filia est Sacerdotis; quantò majus supplicium merebitur impurus, & fornicarius Sacerdos, utpote fornicationis, & sacrilegij reus? Si ita impurus, & immundus corpus Christi ministraverit, non modò temporalem, sed & æternum meretur ignem. Audite sanctum Chrysostomum: *Quid mirum, si Sacerdotis pœna gravior sit; cum & Sacerdotum filix, quibus nihil cum Sacerdotio commune est, propter dignitatem paternam, eorumdem peccatorum pœnam, multò acerbiorem sustineant? Unde colliges Sacerdotum pœnam, multò acerbiorem esse, quàm aliorum de plebe.*

Quid ergo fiet nostris sacerdotibus fornicarijs.

S. Chrysost. l. 6. de sac.

Dion. Carth. cit. à Mol. tr. 1. c. 17. b. 2. Plurimi sacerdotes propter luxuriam ad infernum detruduntur.

4. Dionysius Carthusianus de quodam Dei servo refert, qui purgatorij pœnas Angelo duce contemplatus, plurimas inibi offendit cujuscumque, præterquam sacerdotalis status, personas. Causam interroganti respondit Angelus, Sacerdotes aliquos admodum bonos esse, qui proinde subitò in Cœlum subvolarent; Reliquos autem propter luxuriæ vitium, & maximam consequenter circa corpus Christi admissam injuriam, & indecentiam, mori impœnitentes, & damnari. Sanctus quoque Petrus Damianus funestum casum, cujus ipse Parmæ studens, in juventute sua testis fuit, exprimit in hæc verba: *Clericus quidam Lenzolinus nomine, pellicem suam juxta meum habebat hospitium, ut ajunt, asperâ libidine.* Deinde venustate mulieris, & clerici affectu expresso, Sanctus ita suum prosequitur contextum: *Quia corpore contiguus aderam, mente longinquus esse non poteram. Quid dicam? Quia dum hæc cernerem titillantis luxuriæ molestias pertuli, cum etiam postquam, ad Eremum veni, ejusdem lenocinij memoria me sæpius colaphizare non destitit. Sæpe fateor, mihi malignus hostis hoc schema proposuit, & illos esse felices ac beatissimos, qui tam jucunde viverent, persuadere tentavit. Quis verò tandem illecebrarum finis? Dum per quinque ferè annorum lustra in hac luxuriosa voluptate vixissem, ante annum, cum communæ ipsius urbis flagraret incendium, in una domo reperti, utrique simul igne consumpti. Sic, sic nimirum flamma libidinis ignem meruit combustionis.* Ubi notandum, miserum hunc in clericalem quidem sortem assumptum dici, aut minimè Sacerdotem fuisse aut sacro immediatè altari ministrasse affirmari.

S. Petr. Dam. l. 4. ep. 2.

Invectiva S. Petr. Damiani in tales sacerd. L. 4. ep. 3.

5. Idem nihilominus Sanctus absque ulla Sacerdotij distinctione, ita impudicos alloquitur Clericos: *Vos estis vasa iræ, & furoris Domini, repolita in die ultionis; Vos Tigrides impiæ, quarum nescium præter humanum sanguinem cruenta ora fœtent. Vos Harpyæ, quæ sacrificium Domini circumvolantes arripitis, eoque, qui Deo oblati fuerant, crudeliter devoratis; nam & leenas vos non incongruè dixerim, quæ belluarum more jubas attollitis & incautos homines ad suæ perditionis interitum cruentis amplexibus, protrahitis, salo vorante naufragium; vos viperæ furiosæ, quæ præ impatientia ardore libidinis Christum, qui capus est Clericorum, vestris amatoribus detruncatis.* Quo fine Sanctus exemplum adducit mulierum Madianitidarum, quæ Israëlitas à vero cultu Dei, suis alienarunt dolis, & irritamentis: *Nam sicut Madianitides olim per phaleras vestis ornamentum, ad fuum provocabant, Israëlitarum corda, concubitum; ita vos asciti cultus, sive vocati vultus illecebris, infelices homines de sacrosancti altaris ministerio, quæ fungebantur, avellitis, ut in lubrico vestri amoris gluino suffoceris.* Quantum detestaremur sacrilegum, & temerarium quemcumque, qui Filium Dei in fœtidam cloacam projicere auderet? Quo talis dignus esset supplicio? Certe, qui Sacramentum altaris immundis, impurisque tractat manibus, longè gravius peccat illo, juxta hanc sancti Vincentij Ferrerij sententiam; Corpus Sacerdotis est sepulchrum Christi; cogitate, quantam *sanctitatem debet habere in vita, & quod peccatum illorum, qui projiciant corpus in latrinam luxuriæ, majus peccatum est, quasi dum projicerent sanctum sepulchrum Christi in cloacam.*

S. Vincent. Ferrer. ser. de S. Marco.

Zach. 7. v. 12. 14. Gravis querela Dei in sacerdotes V. T. Ibid. 12. Rup. Abb. l. 3. in Zach. c. 8.

6. Zacharias Propheta Deum introducit iratum in hæc verba: *Facta est indignatio magna à Domino exercituum ... Et dispersi eos*; Deinde de durissimo conqueritur Sacerdotum corde, inquiens: *Et cor suum posuerunt, ut adamantem, ne audirent legem, & verba, quæ misit Dominus*; quem textum Rupertus Abbas hoc illustrat discursu: *Quod autem dicit, & noluerunt attendere, & arguerunt scapulam recedentem, & aures aggravaverunt, ne audirent, minus est tacito ipsorum, illi enim non solùm non audierant, verum etiam clamantes Prophetas occiderunt, duro corde, indomabiles, & adamanti similes, qui lapis fortissimus, & in tantum durus est, ut omnia metalla confringat, & ipse à nullo confringatur, unde à Græcis indomabilis dicitur, de quo illud mirandum, quod, cum tantæ sit duritiæ, solo pertuso sanguine hirci (quod animal libidinosum est) statim dissolvitur; unde congrua similitudo valde, & cor suum posuerunt adamantem, quia cum durissimæ cervicis; & cordis indomabilis essent contra Deum, mollissimi erant in omnium libidinum fluxum.* Petrus Blesensis contra Ecclesiasticos similes, & ipse insurgens ait: quod calix sanguinis agni immaculati, ijs in fel convertatur Draconum: *Iliis, qui carnalibus desiderijs insanuntur, calix Domini vertitur in fel Draconum, Angelorum panis auferetur ab eis, manna cœleste putrescit, plaitique super eos Dominus sicut pulverem carnes.* Totum pervolvite caput 19. Libri Numerorum, ubi varios reperietis ritus præscriptos ijs, qui tabernaculo ministraturi ante eluendi erant, ne vel minimam aut ceremonialem aut legalem retinerent annexam maculam, omni culpâ, & malitiâ mortali præcisâ: *Si quis hoc ritu non fuerit expiatus, peribit anima illius de medio Ecclesiæ, quia Sanctuarium Domini polluit, & non est aqua lustrationis aspersus*; quod igitur supplicium timebunt illi, qui non Mosaico ministrant tabernaculo, sed conficrant, sumunt, tractant sanctissimum Filij Dei corpus, tam abominabilem agno immaculato habentes maculam, scilicet luxuriam, & concupiscentiam? *Domine Jesu Christe*, inquit idem Blesensis, *Sacramentum corporis*

Applicatur impuris sacerdotibus N. T. Pet. Bles. ep. 123.

Num. 19. v. 20.

corporis, & sanguinis tui, quasi pignus, & obsidem cœlestis Gratiæ dimisisti, & in eo confisus nobis, non mortem, sed vitam, non judicium, sed salutem. Quam perditus ergo est, qui redemptionem in perditionem, qui sacrificium in sacrilegium, qui mysterium in parricidium, qui vitam convertit in mortem.

Petr. Bles. ser. ibid.

7. Funestam tragœdiam, à Petro Cluniacensi traditam annales nobis exhibent Ecclesiastici, scilicet, quod Liziniaci in territorio Pictavensi, quidam degerit presbyter, non animarum Pastor, sed mercenarius, qui juxta Propheticam lamentationem: *Lac gregis sui comedebat, & lanis operiebatur*; frequenter ratione officij sui, sed absque devotione purissimam recipiebat Christi carnem & sanguinem, suis quotidie immersus immunditijs: Remorsus conscientiæ ipsum ad pœnitentiam impulit, sed exilem, dum paulò post ad vomitum redijt; inter hæc infirmatus agonizare cœpit, ægrum Prior invisit Conventus Cluniacensis, qui per noctem infirmum terribiliter inaudijt vociferantem, hisque opem implorantem verbis: Succurrite, succurrite, ecce namque duo feri, & horrendi leones in me ingruunt, ore aperto me discerpturi, tremebat miser, fugamque meditabatur. Perterritus Prior oravit Deum, moxque disparuêre leones, sed vix transierat hora, quando iterum voce terribili exclamare cœpit infelix, Ecce, ecce cœlum apertum, & ignem inde, qui me consumat, descendentem torrentem, adjuvate, orate, ut liberer, hocque dicens cooperturas elevans, eas igni opponebat imminenti. Iterum ergo suas ad Deum preces effudit Prior, & interitum declinavit infirmus, rogatus Monachum, ut sibi usque ad mortem assistere: adhortante servo Dei infirmum, hic quodammodo à se alienari cœpit, omnique momento exspectari obitus, quando post longum tempus in se reversus, ingemuit in hæc verba: heu mihi, æterno astiti Judicio; heu mihi, ad sempiternam condemnatus sum mortem, horrendisque traditus tortoribus, perpetuò cruciandus cum Diabolo & Angelis ejus in igne inextinguibili. Ecce tibi hîc magnam lebetem, bullienteque pinguedine plenam, à ministris infernalibus coram me allatam, in quâ frigendus ero, cumque Prior ad orationem se denuò reciperet, Sacerdos desperatus ei dixit, desine orare, quia non exaudiêris; cui cum Prior diceret: frater ad cor tuum revertere, pete misericordiam à Deo, quamdiu vitam hanc agis mortalem: ipse subjunxit, dicens, num tu me insanire existimas? Sanâ, & præsenti mente tibi loquor, apprehensâque religiosâ cuculllâ, dixit; sicut vestis hæc religiosa quædam cuculla est, & sicut id, in quo decumbo, palea, & stramen est, ita quod coram me video, ignita & candens lebes est, egressâque ex lebete invisibilis ignis gutta, & in miserabilis hujus hominis manum, spectante Priore, delapsa pellem, & carnem ejus ad intimam usque ossis partem consumpsit, moxque infelix ille dixit: Quemadmodum scintilla hæc manum meam devoravit, ita ignis hujus mihi præparati vorago me totum consumet, ad quæ verba attonito Monacho, moribundus subjunxit: Ecce qualiter lictores tartarei ad ignitam hanc ollam certatim properant, ut in illam me demergant; Ecce qualiter quaquaversum discurrunt; & linteamen, in quo prostratus decumbo, apprehendunt, meque in illam projiciunt; hisque dictis animam spiritibus tartareis consignavit, omnibus, qui aderant, præ horribili nimis fœtore, à mortui cadavere fugientibus: cumque horribilis istius eventus fama passim divulgata esset, post aliquot dies sepulchrum, in quo positus fuerat, aperire volentes ut de cadaveris constitutione certiores fierent, in manu mortui foramen ab illapsi ignis scintilla excavatum repererunt. Ex cujus tremendæ Historiæ decursu clare colligitur, quam sit verum, quod Apostolus de ministris sacris his verbis dicit: *Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, gustaverunt etiam donum cœleste, & participes facti sunt Spiritus Sancti* (id quod in Sacerdotibus quotidie præcipuè adimpletur) *gustaverunt nihilominus bonam Dei verbum, virtutesque sæculi venturi, & prolapsi sunt, rursus renovari ad pœnitentiam.* In eadem Epistola ad Hebræos: ut in hujus Discursus themate diximus, postquam injuriam demonstrasset, quam is Deo irrogat, qui sanguinem ejus conculcat, Deique Filium pedibus proterit, hæc verba subjungit: *Scimus, qui dixit, mihi vindicta, &c. Horrendum est incidere in manus Dei viventis.* In revelationibus sanctæ Birgittæ legimus, quod Christus de malis Sacerdotibus dixerit: *Nunc dico tibi judicium eorum, horum judicium, & maledictio, maledictus cibus & potus eorum, qui intrat in os eorum, qui pascit corpus in cibum vermium & animam ad infernum, maledictum sit corpus eorum, quod resurget, in inferno sine fine arsurum.*

Bar. an. 1110. n. 23. Terribilis historia libidinosi sacerdotis.

Hebr. 6. v. 4.

Ibid. v. 5.

Hebr. 10. v. 30. 31.

Revelat. S. Birgittæ l. 3. c. 47.

8. In libro cujus titulus *Acta Ecclesiæ Mediolanen.* Sancti Caroli Borromæi partu, aliquot exprimuntur pœnæ, à sacris Canonibus fulminatæ adversus impudicos Clericos, & Ecclesiasticos, præter illas, quæ post hanc vitam gravissimæ manent; siquidem Apostolo teste: *Terribilis quædam exspectatio judicij, & ignis æmulatio consumptura est adversarios.* Porro ipsi Canones sunt sequentes. *Pe. R. tit. 8. c. 3. Quicunque Sacerdos spiritualem filiam violaverit, dignitatis honorem amittet, & perpetuam pœnitentiam aget. ib. c. 4. Qui item Sacerdos hoc facinus admiserit, omni muneris sui functione mulctatus, pœnitentiam aget peregrinando annos quindecim, deinde in Monasterium abiens toto vitæ suæ tempore ibi serviet ibid. Pen. R. trad. 8. c. 6. dist. 82. c. ult. Presbyter si fornicationem admiserit, sponte confessus, pœnitentiam aget annos decem hoc modo, tribus mensibus à ceteris remotus, panc, & aqua jejunabit, diebus autem Festis modico vino, pisciculis, & legumine utetur, sacco indutus diu cubabit, die noctuque misericordiam Dei implorans, deinde unum annum, & sex menses in pœnitentia, jejunioque panis, & aquæ explebit, præter Festos dies, in quibus vino, & sagimine, caseo; ovisque canonicè uti poterit; finito primo anno, & dimidio, sacræ Communionis particeps fiet, Psalmos in choro ultimus canet, officia minora geret, postea vero quam septimum pœnitentiæ annum expleverit, omni quidem tempore præter Paschales dies singulis hebdomadis per legitimas ferias, pane, & aqua jejunabit; expleto septennio usque ad finem decimi anni sexta feria in aqua, & pane jejunabit.*

DISCURSUS XX.

ARGUMENTUM.

Sacerdotes corpus Christi indignè tractantes, traditores sunt Judâ pejores, iterum Christum crucifigentes; ubi & alij eorum adducuntur reatus.

THEMA.

Hic est calix novum Testamentum in sanguine meo, quâ pro vobis fundetur. Verumtamen ecce manus tradentis me, mecum est in mensa. Luc. 22. v. 20. 21.

1. SAlvator noster de traditione Judæ, qui & ipse inter Apostolos in ultima cœna Sacerdos ordinatus erat, tractans, conqueritur, quod sacrilegam, & traditoriam manum suam, super mensam Eucharisticam extendisset; undè immediatè post consummatam sacratissimi Corporis sui consecrationem subjungit; *Verumtamen ecce manus tradentis me, &c.* ex quibus deducitur, Christum specialiter esse morti deditum per manus impiorum Sacerdotum, Beatus Laurentius Justinianus de effectibus agens, quos Sacramentum altaris juxta recipientium dispositionem causat, ita scribit: *Uno Petrus, & Judas cœlesti pascuntur alimento, aliter tamen, nam ad meritum, & profectum Petrus; Proditor verò manducat ad ruinam atque interitum. Pro sumentium dispositione cibus hic dispares etiam operatur effectus, quem reperit mundum & justum, amplius mundat, atque sanctificat; quem autem sordescentem invenit, immundum & deteriorem facit.* Quis Judæ exstitit finis? Mors traditorum, qui suspenduntur pedibus sursum: *suspensus crepuit medius*; aphorismus est medicinæ, quod *corruptio optimi sit pessima*; quantumvis indignus ad hoc Sacramentum accessus, severissima in omnes animas provocat fulmina, nihilominus dignitas & ministerium sacerdotale, atrocioribus Ecclesiasticos obruunt suppliciis.

Christus per manus impiorum sacerdotum morti traditur.

B. Laur. Just. de triumph. Christ. agon. c. 4.

Act. 1. 18.

2. Teste Molinâ Sacerdos quidam admissæ inhonestatis reus, ad altare accedere non abhorruit; dum igitur manus altari imponeret, subitò easdem ita exarescere sensit, totumque inflammari corpus, ut ne passum quidem ultra promovere potuerit. Notanda sunt equidem sancti Joannis verba, inquientis: *Et post buccellam, introivit in eam Satanas.* q. d. tunc Diabolus illius corporis animæque possessionem accepit, quando corpus Christi indignè recepit; tunc è cœnaculo exijt, suam adimpleturus intentam traditionem, ut Dux fieret satellitum, divinum ejus Magistrum apprehendentium; quia scilicet in quoscumque gravissimos excessus se præcipitat Sacerdos lascivus, cum sit *corruptio optimi pessima*, maxime autem quando sanctissimo abutitur, suoque injurius est ministerio. Non equidem intrasse dicitur Diabolus in Judam, quando murmurabat, &c. Imo cum reliquis Apostolis Evangelium annuncians, miracula operans, & prophetizans, potius ejiciebat dæmones: *Etiam dæmonia subjiciuntur nobis*; At Sacerdos factus suum vilipendit gradum, indigneque communicavit, tunc quæ *post buccellam introivit in eum Satanas*, voluit namque per hoc ostendere Dominus, quod, licet multos enormes dissimulet defectus, gladium nihilominus justitiæ suæ vibret contra temerarios, & sacrilegos altaris sui ministros. *Servus, qui cognovit voluntatem Domini sui, & non præparavit, & non fecit, vapulabit multis.* Ecclesia in officio divino infra Octavam corporis Christi, illa recitat sancti Augustini verba: *Quàm multi de altari accipiunt, & moriuntur? Unde dicit Apostolus, judicium sibi manducat, & bibit, Nonne buccella dominica venenum fuit Judæ? Et cum accepit in eum inimicus intravit; non quia malum accepit, sed quia bonum malè malus accepit.* Petrus Blesensis cum Sacerdotibus, qui divino cultui proximius consecrantur, loquens eos, qui Judam cum suis sacrilegijs imitantur graviter reprehendit, dicens: *Qui debuerant esse vicarij Apostolorum, & filij Petri, facti sunt socij Judæ, & præambuli Anti-Christi*, nam ut Gregorius Magnus ait: *Qui Christi corpus indignè conficit, Christum tradit, ut Christus, dum traditur, dicat: Ecce manus tradentis me, mecum est in mensa.* Unde Christus Sacerdotes indignos, suos esse traditores sanctæ Birgittæ his verbis revelavit: *Tales Sacerdotes non sunt mei Sacerdotes, sed veri proditores, ipsi enim & me vendunt quasi Judas & produnt.* In ijsdem quoque revelationibus libro quarto hæc verba leguntur: *Qui me sanctificare deberent ore suo, vendunt me. Ipsi sunt deteriores Juda, Judas enim peccatum suum recognovit, & pœnituit, licet infructuosè, isti se justos dicunt, & ostendunt.* Idem quoque *Sacerdos æternus secundùm ordinem Melchisedech*, Christus Salvator noster, contra ejusmodi ministros eidem sanctæ Birgittæ hæc verba dictavit: *Judas retulit peccatum ad emptores, isti autem observant suis usibus; Judas vendidit me, antequam redemissem mundum; isti, postquam redemi mundum, & non compatiuntur super sanguine meo, qui plus clamat vindictam, quàm sanguis Abel: Judas vendidit me pro solis denarijs, isti autem mercimonio, quia non accedunt ad me, nisi sperent sibi fructum.* In capite vero sequenti alias prosequitur, contra eosdem Sacerdotes, tamquam traditores querelas, dicens: *Sic isti maledicti Sacerdotes simulatoriè accedunt ad me quasi proditores; Attamen ego idem qui sum Deus, & Dominus totius creaturæ in cœlo & in terra, venio ad eos, & jaceo ante eos in altari, verus Deus, & verus homo, postquam dixerint illa verba: Hoc est corpus meum; Venio ad eos ut sponsus, ut voluptatem Deitatis eum eis habeam, sed invenio in eis Diabolum*; quibus in verbis maximè considerandæ sunt verba illa: *Venio ad eos, ut sponsus*; nam ut S. Bernard. ait: *Vere spirituales Sanctique connubij contractus est iste, parum dixi contractus, complexus est. Ferculum fecit sibi Rex Salomon; Ecce plus quàm Salomon hîc*; Cui proinde verba illa Canticorum adaptari possunt: *Egredimini, & videte filiæ Sion Regem Salomonem in diademate, quo coronavit illum mater sua in die desponsationis illius.* Quæ verba Theodoretus ad propositum nostrum, de ultima cœna in Sion habita, explicat his verbis: *Nuptiarum communio facta est; edentes sponsi membra & bibentes ejus sanguinem, nuptialem ipsius communionem assequuntur*; Imò ut S. Bernardus serm. 2. de cœna Dominii, inquit: *Hic efficitur una caro, sponsa cum sponso.* Hoc igitur sponsalitio, quod corpus Christi inter & sacerdotem conficitur, supposito, quis non videt, quàm ingens sit injuria, quæ ipsi irrogatur, dum anima & corpus illud, quod consecratum tam arcto spirituali sponsalitio eidem astringitur, ab ejusmodi sacerdotibus velut adulteris, meretrici alicui in prædam traditur.

Luc. 10. v. 17.

Joan. 13. 27.

Luc. 12. v. 47.

S. Augustf. ser. 3. in lect. inf. oct. corp. Christ.

Pet. Bles. ser. ep. 235.

Revelat. S. Birg. l. 1. c. 47. l. 4. c. 132.

S. Bernard. ser. 83.

Cant. 3. 9. Luc. 11. 31. Cant. 3. 11.

Theod.

S. Bern. ser. 2. in cœn.

3. Verum enimverò sacerdos indignus non solùm Christi traditor est, sed, ut Petrus Blesensis, per additam sancti Augustini in illa Psalmistæ verba: *Dederunt in escam meam fel*, sententiam ait: *Gravius peccant offerentes, indignè Christum regnantem in cœlis, quàm qui eum crucifixerunt, ambulantem in terris*, Judæi quidem Christo acetum & fel potandum porrexerunt, at verò Blesensis ait: *Damnabiliter peccat, qui ad corpus ejus cum felle conscientiæ pravæ & cum aceto iniquitatis accedit*; ubi quoque sententiam quamdam allegat sancti Hieronymi, dicentis: *Perfidus Judæus, perfidus Christianus, ille de latere, iste de calice sanguinem Christi fundit.*

Psal. 68. 22. Pet. Bles. ib. Gravius peccant quam Judas, & Judæi.

4. S. Birgittæ, Christus de malis sacerdotibus verba sequentia revelavit: *Corpus meum amarius crucifigunt,*

Joan. 13. v. 27.

Indigne celebrantes, sunt traditoris Christi, Judâ pejores.

Rev. S. Birg. l. 4. c. 133.

quàm Judæi. Ecce amici mei quos elegi, & sic dilexi, quomodo mihi reprobati. In alio quoque primi Libri loco, Christus eidem Sanctæ declarat, qualiter sacerdotes carnales ipsum crucifigant, ejusque viscera transfodiant, Dicit enim: *Pungunt me quasi acuto ferro, quod intrat per viscera, quando sacerdos accedit altare, & cogitat se peccasse, & pœnitet, habens tamen firmam voluntatem peccandi iterum peracto officio, cogitando secum: bene pœnitet quidem de peccato, sed non relinquam illam à me, cum qua peccavi ita quod non amplius faciam: isti quasi ferro acutissimo me pungunt.*

Cap. 47.

5. Sanctus Petrus Damianus, sacrilegij hujus gravitatem aliundè ostendit, dum se ad diffinitum, quæ est inter hæc & alia peccata reflectit: *Inter*, inquit, *in quocumque modo peccantes, quasi Dominum irritbus ejus offendimus: Indignè verò sacrificantes, velut in personam ejus manus injicere non timemus, cum scriptum sit: Si peccaverit vir in virum, placari ei potest Deus: Si autem in Deum peccaverit vir, quis orabit pro eo?* Qui enim Principem offendit, per legum ejus transgressionem, servos & aulicos ejus, indigne tractando, pœnis quidem à legibus præscriptis; punietur: At verò quantò acerbius & irremissibilius castigari merebitur is, qui ipsummet Principem in propria persona directè percutere, vulnerare & occidere præsumpserit? In alijs quidem peccatis sacerdos legem transgreditur æternam, divinam, vel Ecclesiasticam, siquidem peccatum definitur quod sit *dictum vel factum, vel concupitum contra legem æternam*: At verò quando quis sacramenti reus fit, Deo ipsi injuriatur directè, & indignè tractat, manusque violentas & sacrilegas ipsimet personæ Filij Dei proterve injicit: *Filium Dei conculcat, sanguinem testamenti pollutum ducit, in quo sanctificatus est, & Spiritui gratiæ contumeliam facit.*

S. Pet. Dam. l. 4. ep. 14. Differentia hujus sacrilegij & aliorum peccatorum.

Hebr. 10. v. 29. Denuo crucifigunt Christum.

6. S. Paulus capite 6. ad eosdem Hebræos (ut in Discursu præcedenti diximus) ad malos sacerdotes alludens, ait: *Gustaverunt donum cœleste, & participes facti sunt Spiritus sancti* (quando enim sacerdotes consecrantur, Episcopus illis dicit: *Accipite Spiritum sanctum,*) *& prolapsi sunt*, tunc inquit Apostolus quantum est ex parte sua, Christum de novo crucifigunt: *Rursum crucifigentes*, inquit, *sibimetipsis Spiritum sanctum.* Eumdem hunc textum S. Petr. Damianus in quadam invectiva contra sacros sed indignos ministros adducit, dicens: *Multis sceleribus plebs Israëlitica se frequenter immiscuit, sed numquam se tam crudeliter impiavit, quam tunc cum Dominum crucifixit. Et certè qui Dominicum corpus polluit tractare manibus non veretur, crucifigentium Jesum, particeps esse convincitur; quibus nimirum expavescenda nimis est Apostolica illa sententia, qua dicitur: Impossibile est qui semel illuminati sunt, gustaverint etiam donum, &c.* Origenes quoque hunc ejusdem Apostoli textum ponderat, dum ait: *Irritam quis faciens legem Moysi, sine ulla miseratione duobus vel tribus testibus moritur, quanto magis, Ac demum in sacrilegorum ministrorum detestatione exclamat: Sed neque hi, qui crucifixerunt Salvatorem meum, vel sunt ingentis pœnæ, sicut hi, de quibus ait Apostolus: Filium Dei conculcans, Spiritui gratiæ contumeliam faciens.*

Hebr. 6. v. 4. 6.

S. P. Dam. ibid.

Orig. h. 5. in Ezech.

7. Sacerdos, qui suo non correspondet ministerio, juxta vires suas, injurius fit Spiritui sancto, hic namque gradus sacerdotibus exstitit instrumentum, operante hoc Spiritu sanctissimo; Episcopus illi characterem impressit; cum igitur medio charactere, strictissimam cum Christo unionem inierit sacerdos gravis utique nimium est contumelia, quâ eum inhonorat, dum se fœminæ copulat: *Nescitis* (de nobis specialiter Christo consecratis dici potest) *quoniam corpora vestra membra sunt Christi: tollens ergo membra Christi faciam membra meretricis, absit. An nescitis, quoniam qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur? Erunt enim duo*, inquit, *in carne una: qui autem adhæret Domino, unus Spiritus est.* Altissimum hoc Privilegium sacerdoti contulit Spiritus sanctus, ut idem quasi fiat cum Christo; ast peccatum eum separat, & meretrici in prædam concedit. B. Petrus Damianus acriter invehitur in eos sacerdotes, qui in hocce impuritatis barathrum se præcipitant, dum, inquit: *Cur b sacerdos, qui sacram dare, hoc est, sacrificium Deo debes offerre, temetipsam prius maligno Spiritui non vereris victimam immolare? Fornicans enim à Christi te membris abscindis, & meretricis corpus efficiens, Apostolo testante, qui ait: Qui adhæret meretrici unum corpus efficitur, & iterum: Tollam*, inquit, *membra meretricis? absit. Quid ergo tibi cum corpore Christi, qui per carnis illecebrosæ luxuriam, membrum factus es Antichristi?*

Per vitium carnale sacerdotes desinunt esse membra Christi.

1. Cor. 6. 15.

Ibid. v. 16.

B. P. Dam. l. 1. ep. 6.

Ioſ. 2. v. 1. Probatur exemplo Raab.

8. Rahab in Civitate Jericho proſtituta agebat vitam, utpote *Rahab meretrix*, cum maximo familiæ ſuæ periculo exploratores abſcondit, miſſos à Joſue; dum autem ſe, familiamque ſuam à communi civitatis exterminio eripere meditaretur, hanc ſupplicæ inſeruit phraſin: *Dominus Deus veſter, ipſe eſt Deus in cœlo ſurſum.* Cur ipſum ſuum non appellavit Deum, ſiquidem Apoſtolo teſte; *Fide Rahab meretrix non periit?* Dubium nobis ſanctus reſolvit Cyrillus Jeroſolymitanus in hæc verba: *Suum dicere non audebat, eò quòd ſe impuram ſentiebat.* Profectò ſi mulier gentilis, perfectam non habens Dei notitiam, propter laſciviam, Deum nominare non præſumpſerit; quomodo ſacerdotes, uncti & conſecrati Deo, arrogantiam, temeritatem, faſtum fovere præſument, maculatâ per impuritatem conſcientiâ Deum contrectando, conſecrando, de cœlis in manus ſuas detrahendo, ſe cibando.

Cyr. Jer. cath. 2.

Levit. 22. v. 21. 22. Animal ſacrificandum debebat eſſe ſine macula. *Phil. l. de vict.* Hoc multo magis concernebat ſacrificaturos.

9. Circa animalis, in ſacrificio oblati, qualitatem, ſequens nobis in Levitico exhibetur decretum: *Omnis macula non erit in eo; ſi cæcum fuerit, ſi fractum, ſi cicatricem habens, ſi papulas, aut ſcabiem, aut impetiginem, non offeretis ea Domino, nec adolebitis ex eis ſuper altari Domino;* Cujus hanc rationem aſſignat Philo Hebræus: *Adhibetur hæc cura non propter victimas, ſed ut ſine omni culpa ſint, qui eas mactandas offerunt, ſubmonentur, enim his ſymbolis, ut, quotres accedam ad altaria, vel nuncupaturi vota vel reddituri, nullum vitium, nullamque morbum afferant in animo, ſed conentur omnino mitidam, & immaculatam, in conſpectu Dei producere, ne viſum averſetur.* De ſacerdotibus certè hæc ajebat Philo, qui in holocauſta, tauros dumtaxat, arietes & agnos offerebant; quantò igitur major puritas à nobis requireturr ſacerdotibus, ipſum ſacratiſſimum conſecrantibus, Filij Dei agni immaculati corpus? Qui idem Author illud diſcutiens Levitici præceptum: *Omnis qui habuerit maculam de ſemine Aaron Sacerdotis, non accedet offerre hoſtias Domino, nec panes Deo ſuo: ita diſcurrit; Si mortale corpus Sacerdotis inſpici oportet, ne quo contractum ſit vitio quantò magis animam immortalem?* Ejuſdem Libri caput ſequens hanc Iſraëlitis præſcripſit regulam: *Omnis homo, qui acceſſerit de ſtirpe veſtra ad ea, quæ conſecrata ſunt, & quæ obtulerunt filij Iſraël Domino, in quo eſt immunditia, peribit coram Domino; Ego ſum Dominus.* Sanctus Baſilius ex hac lege talem deducit conſequentiam; *Si tales minæ adverſus eos poſitæ ſunt, qui temerè ad ſacra accedunt, qui ab hominibus ſacrificantur, quid dicendum eſt de eo, qui in tantum ac tale myſterium temerarius eſt?* Atque exinde in malorum libidinoſorum Sacerdotum pavorem ſubnectit: *Tantò ſceleratiorem eſſe eum, qui nunc impurus Chriſti Domini corpus ſacrificat, quàm qui olim ſanguinem arietum ac taurorum immolabat, quando Chriſti corpus excellentius eſt, quàm arietis, & tauri.*

Levit. 21. 21. Multo major puritas requiritur in ſacerdotibus. N.L. *Levit. 22. 3.*

S. Baſil. l. 2. de bap. c. 7.

10. Aliàs quoque contra indignos Sacerdotes, S. Birgittæ in hæc verba conqueſta eſt Veritas æterna: *Maledicti ſint anni eorum; maledicta ſit hora, quæ incipit eis in inferno, & nunquam ſimetur; maledicti ſint oculi eorum, quibus viderunt lumen cæli; maledictæ ſint aures eorum, quibus audierunt verba mea, & non curabant, maledictus ſit guſtus eorum, quo guſtaverunt dona mea; maledictus ſit tactus eorum, quo tractaverunt me,* & tandem Diſcurſum his formidabilibus concludit pœnis; *Maledicti ſint in cœlo & terra, & ab omnibus creaturis inſenſatis, quia ipſe obediunt Deo, & laudant, & ipſi ſprevernnt.* Petrus Bleſenſis brachiorum apertorum atque in ſacrificio miſſæ extenſorum hanc nobis aſſignat propoſito noſtro convenientiſſimo rationem: *Expanſis manibus, tanquam crucifixus vero crucifixo aſtat.* Quid autem de ſacrilego ſtatuemus ſacerdote, ſiquidem ut diximus iterum in patibulo extendit, *iterum Chriſtum crucifigens,*

Horrendæ maledictiones in ſacerdotes indignè celebrantes.

Petr. Bleſ. ſer. 41. in fin.

DISCURSUS XXI.

ARGUMENTUM.

De puritate & integritate conſcientiæ, quæ in ijs, qui corpus Chriſti tractant, deſideratur; deque ſupplicijs, ſacerdotibus impudicis immitti ſolitis.

THEMA.

Mundati ſunt Sacerdotes & Levitæ, & mundaverunt populum. 2. Eſdræ 12. ℣. 30.

1. ANgelicus Doctor inter varia motiva, propter quæ ſacerdotes noſtri, mundi & puri eſſe debent; dignitatem ſacratiſſimi corporis Filij Dei, tamquam primarium allegat; Cum enim illud *Mundiſſimum ſit & Deo vivo plenum & unitum*, conſequens eſt, ut vas in quo recipi debet, quoad fieri poteſt, purum ſit & mundum; In cujus probationem adducit præceptum quoddam à Deo circa manna, quod corporis Chriſti figura erat, his verbis conditum: [*Stone vas unum & mitte man ibi.*] *Vas unum quaſi ſingulariter & excellenter mundum;* Idem quoque S. Doctor, per adductam S. Pauli authoritatem ex Epiſtola ad Hebræos c. 9. hoc vas aureum fuiſſe dicit, illudque nobis ſacerdotibus adaptat, qui cœleſte hoc manna quotidie intra nos recipimus. Unde ait: *Decet cor quaſi aurum eſſe puriſſimum per magnam mundutiam, quod capere debet cœleſtem panem;* Refert inſuper ſequentem Alexandri Papæ deciſionem, dicentis: *Nihil in ſacrificijs majus eſſe poteſt, quàm corpus & ſanguis Chriſti; Nec ulla oblatio hac potior eſt, ſed omnes præcellit, quæ pura conſcientia offerenda eſt, & pura mente ſumenda.* Nos etenim, non ſicut antiqui Levitæ, oves, incenſum vel panes offerimus, ſed agnum immaculatum, *qui tollit peccata mundi*, panem divinum, non panes propoſitionis, cum tamen menſa cui hi panes imponebantur, aurea eſſe debuerit; veteris quoque legis miniſtri multis purificationibus cæremonialibus & legalibus mundabantur; *mundati ſunt Sacerdotes;* quantò igitur major puritas in miniſterio noſtro requireturr, per quod ille offertur & ſumitur, qui eſt *Candor lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula.*

S. Th. op. 58. c. 15. Summa puritas conſcientiæ requiritur in ſacerdotibus ſacrificantibus.

Exod. 16. v. 33. Manna imponebatur vaſi aureo.

2. Eſdr. 12. 30.

Sap. 7. 26.

2. Inter omnes antiquas hujus Sacramenti figuras, manna & agnum, principaliores fuiſſe certiſſimum eſt, de quibus ſolis S. Thomas ait: *in figuris præſignatur, agnus paſchæ depetatur, datur manna Patribus,* De manna autem, ut iam præcedenti numero audivimus, Deus expreſsè ordinavit, ut in vas quoddam mundum & purum, id eſt, in unam quamdam totaliter auream immitteretur. De agno autem, qui hujus Euchariſtici panis ſymbolum quoddam licet remotum fuit, expreſſum pariter præceptum habemus; *Erit agnus abſque macula,* Præterquam quòd ideo inter omnia animalia agnum elegerit quia purus eſt, & ideo ſymbolum virtutis caſtitatis; in Græco enim idem *agnus* eſt, quod *caſtus:* quænam igitur in eo caſtitas requiritur, qui eum, qui eſſentialiter caſtus eſt, quotidie tractat.

Agnus paſcalis debebat eſſe ſine macula.

Exod. 12. 5.

3. S. Thomas primam corporis Chriſti figuram, quæ duas prædictas agni & mannæ figuras præceſſit, ſacrificiū Iſaac fuiſſe agnoſcit; unde dicit: *In figuris præſignatur, cùm Iſaac immolatur,* &c. Ubi ad præſens propoſitum ponderatio quædam Ruperti Abb. Tuitienſis in Geneſin ſcribentis, occurrit; Dicit enim, *Quemcumque ad ſanctum altare divina vocat gratia, fidemque, ejus electio S. Spiritus ſacerdotali dignitate remunerat, eo ipſo quod vocatur & eligitur ad tale munus, profectò jubetur illi, ut tollat filium ſuum, quem diligit Iſaac, eumque Domino in terra viſionis in holocauſtum offerat.* Qui ſimiliter in eodem loco obſervat, Salvatorem noſtrum dixiſſe: *Quicumque...fecerit voluntatem Patris mei, ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt.* Unde ad ſacerdotem ſe convertens, dicit: *Cur Sacerdos, cujus & in corde per fidem Chriſtus habitat, & ex ore ejus prædicantis concipitur in audientis anima, cur, inquam, hic talis eumdem filium ſuum appellare dubitet?*

Iſaac figura noſtri ſacrificij.

Rup. Abb. l. 7. in Gen. c. 32.

Matth. 10. 50.

4. S. Bernardin. ad propoſitum noſtrum ſtringens argumentum formæt, dum ita diſcurrit; quantò altior eſt dignitas, & prærogativa ſublimior, quâ Filius Dei Sacerdotes honoravit, eoſdem ad miniſterium ſuum eligendo, tantò majorem illis impoſuit neceſſitatem & obligationem, ut erga ipſum ſe reverentes, & ſervos non indignos exhibeant: *Quapropter ſicut ſuper omne hominum genus*, inquit, *propter hoc myſterium Deus vos honoravit, ita & vos eum ſuper omnes diligere, venerari, & honorare curate.* Inter alios ritus, quibus cum Deus agnum manducare præcepit, unus hic fuit: *Non comedetis ex eo crudum quid*, qui profectò ritus non parum mirandus eſſe videtur, cum omnes carnem crudam etiam agni perhorreſcant? ideoque prima facie prohibitio hæc ſuperflua eſſe videri poſſet; at verò *Omnia in figura contingebant;* Dicit enim Abulenſis: *Dicitur, quod non ſumatur agnus crudus, crudum enim cibum manducat, qui nullam circa illum diſpoſitionem, aut præparationem præmittit; Et ſic crudum cibum ſumit, qui corpus Domini ab alijs cibis non diſcernit, & ſic impurus ad illum cibum accedit ſicut ad communem, & hoc damnabile eſt.* Pro cujus clariori intelligentia, Anaſtaſius Synaita ſimilitudinem quamdam, propoſito noſtro aptiſſimam adducit: *Dic age*, inquit, *ſi cœnam manibus geſtaret, audereſne Regias veſtes attingere? Quid dico? Neque tuas veſtes tangeres inquinatis manibus; ſcis igitur eum, quem vilibus veſtimentis habes honorem, non itidem impendis Deo?* Idem quoque argumentum S. Auguſt. efformat, dum ait: *Quis adeo impius erit, qui luteſis manibus ſacratiſſimum Sacramentum tractare præſumat?* At verò certum eſt, quod Deus magis offendatur per ſacrilegium immundum, quam per manuum ſordidiem. Licet enim Sacerdos manum leproſam habeat, non tamen propter hoc corpus Chriſti offenditur, bene tamen ei per lepram culpæ injuria irrogatur. *Si erubeſcimus ac timemus, Euchariſtiam ſordidis manibus tangere, plus debemus timere, ipſam Euchariſtiam intus in anima polluta ſuſcipere.*

S. Aug. ſer. 244. de temp.

Anaſt. Syn. Cur peccent qui Chriſtum in SS. Sacramento indignè tangunt, & non peccarint, qui viventem in peccato tangebant.

S. Thom. 3. p. q. 80. art. 4.

Sap. 7. 26.

5. Anaſtaſius Synaita ad aquam alludit, qua ſacerdos, priuſquam Euchariſtiam conſecret & tangat, manus lavare ſolet; dicit enim: *Omni genere ſceleruin oppleti ſumus, parvula aqua manus abluimus; Siquæ ſacrum illud corpus divinumque ſanguinem immundi ac ſordidi recipimus.* Huc facit, quod S. Thomas ad dubium quoddam in ſumma ſua reſpondet, quærit enim cur is, qui Chriſti corpus pro eo tempore tangebat, quando etiamnum in Judæa vivens, *pertranſibat benefaciendo*, culpæ reus factus non fuerit, licet cæteroquin etiam peccator eſſet, cum tamen hodie ſacerdos in peccato mortali, Chriſti corpus tractans, mortaliter Deum offendat? Ad hoc inquam S. Thomas his verbis reſpondet; *Ad primum ergo dicendum, quod Chriſtus in propria ſpecie apparens, non exhibebat ſe tangendum ab hominibus, in ſignum ſpiritualis antonis ad ipſum, ſicut exhibetur ſumendus in hoc Sacramento, & ideo peccatores eum in propria ſpecie tangentes, non incurrebant crimen falſitatis circa divina, ſicut peccatores ſumentes hoc Sacramentum; & præterea adhuc Chriſtus gerebat ſimilitudinem carnis peccati, & ideo communiter ſe peccatoribus tangendum exhibebat, ſed remota ſimilitudine carnis peccati, per gloriam reſurrectionis, ſe tangi prohibuit à muliere, quæ defectum fidei circa ipſam patiebatur.*

6. In libro Levitici quoad cineres ex ſacrificijs reliquos, lege cautum erat, ut in locum mundum projicerentur: *In locum mundum, ubi cineres effundi ſolent,* Erant porrò hi cineres ex lignis, quibus holocauſta concremata, vel aliæ victimæ animalium, boum, taurorum, & ſimilium, coctæ fuerant, reſidui, nihilque in ſe ſanctitatis habebant; & tamen Deo viſum eſt, ut in locum mundum hi cineres reponerentur. Ex his argumentum formemus *à minori ad majus:* Si tanta fuit circa cineres ſollicitudo, quantò major à conſcientia & manibus puritas, munditiesque requiretur, ſacratiſſimum Chriſti corpus attrectantibus?

Lev. 4. v. 12. Cineres ſacrificij V. L. ponebantur in loco mundo.

Lev. 2. v. 1. Offerens ſacrificium debet eſſe purus ſpiritus.

7. In eodem Levitici libro Deus ait: *Anima cum obtulerit oblationem ſacrificij*; in quibus verbis notandum eſt, quonam epitheto Deus offerentem appellarit, tametſi ſolas ei oves offerret; vocat enim ipſum *animam*, quaſi dicere vellet: Quiſquis offert ſacrificium quiſquis ad altare accedit, & in eo miniſtrat purus Spiritus, & ſeparata à corpore anima eſſe deberet, ſi id poſſibile foret; præcepit quoque, ut agnus ſpeciali quodam modo manducaretur, non crudus, nec lixus, nec alio modo coctus, ſed ſolum aſſus; *Edent carnes aſſas igni*; circa quæ verba S. Cyrillus Alexandrinus ait: *Porrò jubet, eos edere carnes aſſas igni, eo quòd oportet, eos eſſe inflammatos Spiritu, qui volunt ad communionem Chriſti accedere;* Nizeta in orat. 42. Nazianzeni inquit: *ſacroſanctam eſcam elixam edit, qui voluptatibus ſervit, nam quæ elixantur, varietatem & condimenta deſiderant.*

S. Cyr. Al. in Exod. l. 2.

Nizet.

S. Paſch. c. 22. SS. Apoſtoli poſt acceptum Spiritum S. primo obtulerunt hoc S. ſacrificium.

8. Sanctus Paſchaſius *de corpore & ſanguine Chriſti*, ingenioſam quamdam quoad hoc Sacramentum obſervationem habet, circa tempus, quo Apoſtoli illud poſt ultimam cœnam primâ omnium vice conſecrarunt, ſe illo cibarunt, idemque in ſacrificium increantum obtulerunt; ait enim: *Ex quo renovati ſunt ſancti Apoſtoli per adventum Spiritus ſancti de cœlis, ex eo ſanè creadimus, hunc calicem in Eccleſia conſecratum, quoniam ille Spiritus veritatis, à quo renovati ſunt, ex veritate indoxerat eos in omnem veritatem.* S. Thomas Aquinas ſimiliter hoc idem punctum tangit, dum myſteria exponit, propter quæ ſancta Mater Eccleſia ſolemnitatem corporis Chriſti, poſt ſeptimanam Feſti Pentecoſtes inſtituerit; ita enim ait: *Ut qui per totum anni circulum, hoc Sacramento teimur ad ſalutem, ejus inſtitutionem illo tempore ſpecialiter recolamus quo Spiritus S. corda diſcipulorum edocuit ad plenè cognoſcenda hujus myſteria Sacramenti, nam in eodem tempore cæpit hoc Sacramentum à fidelibus frequentari.* Dionyſ. Carth. in Evangelium Feſti corporis Chriſti ſcribens, ejusdem eſt opinionis, ſcil. quòd Apoſtoli non ante, ſed poſt adventum Spiritus S. initium fecerint ſacratiſſimum hoc Sacramentum celebrandi, conſecrandi, & diſtribuendi: *Inceperunt glorioſi Apoſtoli*, inquit, *cæteriique fideles ſub eorum regmine Sacramentum hoc tunc conſecrare, accipere, & alijs dare;* Idque probat ex textu quodam actuum Apoſtolicorum, in quo S. Lucas dicit, quòd poſt Pentecoſten, quando S. Petrus numeroſam illam multitudinem ad finem converterat, *erant autem perſeverantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione fractionis panis, id eſt*, ut Carthuſ. exponit, *in perceptione Sacramenti iſtius.*

S. Th. op. 57.

Dion. Carth. hom. in feſt. corp. Chriſt.

Actor. 2. 42.

9. In annalibus Eccleſiaſticis litera quædam Greg. IX. recenſetur, ad Epiſcopos Siciliæ exarata, in qua illos ſumma cum ſollicitudine, vigilantiæ circa Presbyteros incontinentes inſtituendæ, monet; ex eadem quoque Epiſtola zelus inſuper colligitur, quo hic Pontifex Eccleſiaſticos urſit, ut vitam ducerent caſtam & immaculatam: *Studia iteram ad cleri emundandos mores imparitate inquinatos convertiſſe, & inquiri ab Archiepiſcopis in Epiſcopos, atque ab his in Sacerdotes juſſiſſe, ſi caſtè viverent, & à ſe mulierum conſortia removiſſent.*

Rayn. an. 1230. n. 20. Litera Pontificis contra ſacerdotes incontinentes.

10. Sanctus Thomas in opuſculo quodam, ingenioſam movet quæſtionem videlicet, quænam ſit cauſa, quòd Eccleſia inſtituerit, quod Sacerdotes corpus Chriſti ſuper linum, non verò ſuper ſericum, aut lanam quantumvis puriſſimam conſecrent, cum tamen alias in ornamentum altarium admittantur purpuræ, aut phrygio opere elaborata periſtromata, & panni pretioſiſimi; Reſpondet autem, linum hoc ab Eccleſia prudentiſſimè ordinatum fuiſſe: *In tribus, quæ perducunt corporale linum ad candorem, intelligantur tria, quæ faciunt ad noſtram mundificationem; Primò enim lavatur, ſecundò torquetur, tertiò exſiccatur: ſi qui ad ſuſcipiendum Dominum noſtrum mundes vult fieri, primò debet per aquam lacrymarum lavari, ſecundò per opera pœnitentiæ torqueri, tertiò per ferworem amoris Dei à carnalium deſideriorum humore ſiccari.*

S Thop. 58. c. 15. Cur conſervatio corporis Chriſti fiat in lino & non alia materia.

11. Authores illi, qui circa innocentiam, in accedentibus ad hoc Sacramentum, requiſitam, diſcurrunt, infinitam conſiderant contrarietatem, quam humanitas & corpus virgineum Filij virginis habet, cum vitio impunitatis & libidinis. Etenim nos Sacerdotes pro objecto principali corpus & ſanguinem Salvatoris habemus, quia, tametſi in Euchariſtia anima quoque & divinitas Chriſti præſens adſit, hæc tamen ut Scholæ atteſtantur, ibi ſolum ſunt *per concomitantiam:* Corpus verò & ſanguis ſunt ibi *per ſe*, & ex vi propria verborum Sacramentalium; quo ſuppoſito, certum eſt, quod hoc peccatum miniſterio ſacerdotali magis opponatur & repugnet, quod magis eſt virtutibus corporis Chriſti contrarium; huic autem non opponitur ſuperbia, ira, invidia, vel aliud ſimile vitium internum, quia hæc vitia illis virtutibus contrariantur, quæ reſident in anima: Virtus autem propria corporis, eſt continentia & caſtitas; ſicut vitium, quod huic opponitur, eſt libido; Unde Apoſtolus dicebat: *Qui fornicatur, in corpus ſuum peccat*; ſicut igitur corpus Chriſti puriſſimum fuit, & tametſi omnes ſibi miſerias noſtras aſſumpſerit, attamen non more aliorum generari, ſed operâ Spiritus Sancti, modo quodam ineffabili in viſceribus virgineis concipi voluit, & ideo peccatum carnis ejus corpori contrariſſimum eſt; Ac proinde licet, dum viveret, multis ſe lacerari calumnijs, & improperijs permiſerit, de peccato tamen incontinentiæ, nec ſemetipſum, nec aliquem Apoſtolorum ſuorum redargui permittere, volnit: Imò Phariſæus videns, quod Chriſtus ſe à Magdalena tangi permitteret, ipſum, non ſolum non Meſſiam in lege promiſſum, ſed nec Prophetam eſſe, perſuadere ſibi potuit.

1. Cor. 6. v. 18.

Immunditia carnalis maximè repugnat virgineo corpori Chriſti.

12. Inter alias ceremonias, quibus præter ſupradictas agnus manducari debebat, una hæc fuit: *Calceamenta habebitis in pedibus*; Sed quænam erat neceſſitas, calceatis pedibus hunc cibum guſtandi? Quod Deus agnum non crudum, ſed aſſum, & cum lactucis ſylveſtribus manducari præceperit, transeat, quia facilè hujus ratio intelligitur, ſed quid ad agni manducationem calceus confert? Abulenſis dicit, hunc ritum alluſiſſe ad agnum immaculatum: *Conveniebat hoc ad Chriſtum*, inquit, *quia ſi ſumunt Euchariſtiam, debent eſſe totaliter mundi, & ad complementum munditiæ oportet eſſe pedes mundos, nam cæteris partibus mundis exiſtentibus, adhuc pedes poſſunt eſſe immundi; Ita Chriſtus dicit Joan. 13.* [*Qui lotus eſt, non indiget niſi ut pedes lavet, ſed eſt mundus totus*] *ut autem pedes ſint mundi, oportet eſſe calceatos.* Dici quoque poteſt, hanc ceremoniam alluſiſſe ad conſcientiam, etiam à culpis

Exod. 12. v. 11. Quid ſignetur per calceamenta in manducatione Agni.

Abul. q. 35. in c. 26. Matth.

Joan. 13. 10.

venialibus & minimis, quæ per pulverem denotantur, purificatam.

Exod. 12. v. 11. Quid per succinctionem renum. *S. Greg.*

13. In eodem quoque loco, Deus aliam requirebat cæremoniam, scil. *Renes vestros accingetis:* Porrò renes sedes sunt concupiscentiæ, hi autem fortiter constringendi sunt, ut continentes & casti evadant: *Lumbos enim præcingimus, ut S. Gregorius ait: cum carnis luxuriam per continentiam coarctamus.* In superioribus Discursibus varia mysteria explicavimus, ob quæ Deus mel à sacrificijs suis excludi esse voluerit, præterire tamen nequeo, quin his aliam quamdam rationem adjiciam, quam Theodoret. his verbis tradit: *Prohibet quoque offerri mel ad altare, eò quod apis, ut quidam ferant, in locis impuris sedeat, ut undecumque conficiendi mellis occasionem coacervet.*

Theod. q. 1. in Levit.

1. Reg. 5. Philisthæi posuerunt Dagon in Templo Dei.

14. Quando Philisthæi, arcam Domini honorare volentes, eamdem magno cum honore in celeberrimo templo juxta Dagon, quem veluti Deum adorabant, reposuerunt, diluculo sequenti idem idolum in pavimento in minutas partes contractum deprehensum fuit; Arca autem manna in se includens, Eucharistiam præfigurabat; Idolum vero Dagon obscœna quædam statua fuit: neque enim desunt sacri Expositores, qui idolum istud Veneris simulachrum fuisse existimant; quod si verum est, quis non videt, Idolum Dagon meritò in terram cecidisse minutim contractum? nimis enim ingens est antipathia & contrarietas, quam corpus Christi cum vitio carnis habet, maximè in ijs, qui altari suo ministrant, & ideo hoc severissimè punit, & maximè execratur. S. Bonavent. ait: *Philisthæi posuerant arcam Domini juxta idolum Veneris Dagonem; sic mali Sacerdotes faciunt, quando ponunt Filium Virginis juxta filium Veneris in altari.* S. Apostolus ad Hebræos pœnas recenset, quas meretur, qui Filium Dei conculcat, & pretiosissimum ejus sanguinem dehonestat: *Quanto magis putatis, inquit, deteriora mereri supplicia, qui... sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & Spiritui gratiæ contumeliam fecerit.* Idem quoque Apostolus inter alios Spiritus S. fructus, hos duos recensет: *Continentia, castitas;* cum igitur Sacerdotes Spiritum S. receperint, ejusque operâ ad dignissimum hoc ministerium consecrati sint, eidem Spiritui S. injuriam faciunt, dum incontinenter viventes, corpus Christi contrectant, ac proinde severissimum merentur supplicium.

S. Bonav. in Psa. 28. Impuri sacerdotes Christum juxta Idolum Veneris ponunt. *Hebr. 10. v. 29.* *Gal. 5. v. 23.*

15. Cum David Ozam ex improviso, morte mulctari videret eò quod ad sustinendam arcam Domini lapsui proximam manum suam extendisset, sacer Textus inquit: *Extimuit David Dominum. Sic unusquisque sapiens Christianus,* inquit Dionys. Carth. *ex consideratione damnationis reproborum Sacerdotum carnalium, metuere debet, & retrahi à celebratione, quoties que se præparaverit.* S. Patianus eamdem Ozæ historiam adversus illos adducit, qui versus hoc Sacramentum irreverentes se exhibent, dicit enim: *Qui tacenti Deo, velut nescienti, polluitam animam & prophanum corpus ingeritis, audite, quid fecerit Dominus tunc; Oza, qui inexpiata conscientia latus arcæ attigerat, occisus est, & tamen ille, non ut aliquid ex ea sumeret, sed ut declinantem ad lapsum vitulum contineret, accesserat;* Quod si igitur hic punitus fuit, eò quod arcam sustinere voluerit, ne caderet, quantò magis castigari merebitur, qui, ut, non obstante voto castitatis, muneri sacerdotali annexo, voluptatibus suis vacare possit, arcam Dei in lutum carnalitatis suæ deturbat, & præcipitat?

2. Reg. 6. 9. *Dion. Carr.*

S. Pat. paræn. de pœn. Impuri sacerdotes exponunt se periculo gravis punitionis sicut Oza.

16. S. Pet. Dam. casum quemdam refert, qui Beneventi accidit, quique eidem Sancto, dum in illa civitate moraretur, relatus fuit. Etenim Princeps illius civitatis in aula sua Sacerdotem quemdam habuit, multa pietate conspicuum & ad sacrificium missæ devote celebrandum valde solicitum: *Qui cum quotidie sacris mysterijs reverenter insisteret, Angelus Domini ex consuetudine veniebat, & videnti Principi Sacramentum Dominici corporis ex offerentis manibus assumebat. Sed ô mirandis vitæ hujus labrica & incerta conditio; nam qui Angelicis fruebatur mundis obsequijs, in fœdæ luxuriæ voraginem repente prolapsus est. Quid plura, peragendi mysterij tempus advenit, Presbyter, consuetudine foris exigente compellitur, sed graviter intus conscientiâ remordente torquetur, orauit, accedit, tremit, palpitat, tamen offerre præsumit. Ecce Angelus, ut assuetus fuerat, venit, & respectante Principe spongiam refertam aqua super caput illius expressit, totumque corpus ejus tergendo purgavit: Explens autem mysterijs, eamdem spongiam rursus expressit, omnesque sordes atque fœtores, quos ex corpore illius ante contraxerat, membris ejus omnibus iterum superfudit: hoc viso Princeps admiratus obstupuit, presbyterumque semotis omnibus, secrete convenit. Inquisitus itaque Presbyter, si noviter aliquid criminis admisisset, primò quidem quasi perhorrescens, factum abnegat, deinde malè sibi conscius, ac Principis authoritate compulsus tandem confessus est se nocte præteritâ in quamdam ejusdem Principis cubiculariam confluxisse.*

S. Pet. Dam. l. 1. ep. 10. Exemplum Sacerdotis tantùm semel in statu peccati fornicationis celebrantis.

DISCURSUS XXII.

ARGUMENTUM.

Variæ adducuntur considerationes, quibus Sacerdotes ad dignè celebrandum disponuntur, & præparantur.

THEMA.

Grande opus est, neque enim homini præparatur habitatio, sed Deo. 1. Paralip. 29. ℣. 1.

1. SAcer textus discursum refert, quo David universam Synagogam, quæ Ecclesiam referebat, allocutus fuit, quoad electionem, qua Deus filium suum Salomonem ad præparandam ei habitationem seu templum quoddam sumptuosum destinarat: *Locutus est David ad omnem Ecclesiam: Salomonem filium meum elegit Deus; opus namque grande est, neque enim homini præparatur habitatio, sed Deo, ego autem totis viribus meis præparavi impensas domus Dei mei; Postquam vero sapientissimus Rex Salomon tot millionibus auri, & argenti, fabricam erexisset pulcherrimam & opulentissimam, cui similem Sol numquam vidit, nec videbit, nihilominus Rex ille protestatus est dicens: Ergone putandum est, quod vere Deus habitet super terram? Si enim cœlum, & cœli cœlorum te capere non possunt, quantò magis domus hæc, quam ædificavi?* At verò si Rex ille persuasum sibi habuit, quod Deus in templo illo habitaturus non esset, quo igitur fine David *Virjecundum cor Dei*, ex instinctu cœlesti tot præparationes congregavit, aut cur ejus filius ædificium quoddam adeò sublime tot dispendijs in honorem Dei erexit? Sed *omnia in figura contingebant illis;* templum enim, hoc vivum Sacerdotis templum, præfiguravit: *Templum Dei sanctum est, quod estis vos;* Verè enim Sacerdos templum est unctum, consecratum, totque ritibus & cæremonijs sacris divino cultui dedicatum; Ac proinde magnâ præparatione opus est, ad hoc ut fiat habitatio Majestate Altissimi nequaquam indigna: *grande opus est, neque enim homini præparatur habitatio, sed Deo;* etenim in dubium revocare nequit, quin Deus personaliter, & realiter cum suo sactatissimo corpore Sacerdotem inhabiret. Dionysius super prædicati thematis verba ita scribit: *Ad cujus honorem decuit in veteri Testamento grande, & præclarum construi templum, quia tunc exterior magnificentia, multum adhuc quærebatur, in novo autem Testamento ornatus interior amplius quæritur;* præparationes enim quæ ad ornandum, & locupletandum templum mysticum, in quo Rex gloriæ habitaturus est, quale nos Sacerdotes sumus, præmitti debent, non in aulæis, & tapetibus, nec in supellectile, auri, argenti, vel gemmarum; sed in innocentia, virtute, spiritu, & sanctitate interiori consistit. *Non ut albam, & splendidam tunicam;* inquit divus Chrysostomus, *circumeatis indui, Deus hoc vos insignivit honore, sed Sacerdotes ejus ut Propheta Psal. 131. induantur Justitiam, & sancti ejus exultatione exultabant;* quanto enim Angeli, & sancti Cœlites Sacerdotem candore morum & Spiritus conspicuum ad altare egredientem conspiciunt, gaudent, & exultant; non quia illum ornamentis ex argento, & auro contextis, vestitum vident, sed quia innocentia, & justitia præditum aspiciunt.

David in constructionem templi omnia magna cura præparavit.

3. Reg. 8. v. 27.

1. Cor. 10. 11.

1. Cor. 3. v. 17. Sacerdotes sedulo se præparent ut sint Templum Christo digni-num.

Dion. Carth. in 1. Paral. 29.

D. Chrys. h. 60. ad pop.

Psal. 131. 16.

2. Sacrum Concilium Trident. de præparatione, ministerio nostro congrua, maximè ea, quæ incruento sacrificio celebrando præmittitur, differens, ait: *Quanta cura adhibenda sit, ut sacrosanctum Missæ sacrificium omnis Religionis cultu, ac veneratione celebretur, quavis facile existimare potest, qui cogitarit maledictum in sacris literis eum vocari, qui facit opus Dei negligenter. Quod si necessariò fatemur, nullam aliud opus adeo sanctum, ac divinum à Christi fidelibus tractari posse, quàm hoc ipsum tremendum mysterium, quo vivifica illa Hostia, quâ Deo Patri reconciliati sumus, id altari per Sacerdotes quotidie immolatur: satis etiam apparet, omnem operam ac diligentiam in eo ponendam esse, ut, quanta maxime fieri potest cordis mundina & puritate, atque exteriori devotione, & pietatis specie peragatur.* In sacris Canticis dicitur: *Gustur tuum sicut vinum optimum, dignum dilecto meo ad potandum, labijsque & dentibus illius ad ruminandum.* Quibus verbis sponsa, Ecclesiam repræsentans, delicias vini cœlestis, quibus fauces nostræ perfunduntur, exprimere nititur, difficultas autem in illis verbis consistit, quibus ait: *Dentibus illius ad ruminandum;* vinum enim non est sicuti cibus, qui dentibus masticatur & interius ruminatur, quia ruminare, & masticare cibis solidis proprijs convenit; cui difficultati aliud responderi nequit, quàm quod verba illa figuratam in se locutionem contineant, illis namque verbis ad vinum illud alluditur, quod Zacharias appellat *Vinum germinans virgines*, quod vinum simul & panis est, frumentum electorum & vinum; pro cujus utriusque suavitate degustanda, ruminatione opus est; id est, antecedenter diligens quædam præparatio præmitti debet. *De hoc vino notandum est*, inquit sanctus Gregorius, *quod omnes quidem portant, sed labia sola; & soli dentes ruminant, quia dum perfectiores quique post auditum verbum ad memoriam revocant, atque exercitatione assidua cogitant, quasi ados rezocantes quod sumpserant, quanta sit virtus cibi, quem comedunt, sentiunt;* idcirco in lege *scribitur: quia animal quod non ruminat, immundum habeatur; quia quæcunque bona, quæ acceperit, non recogitat, vacuus à sanctis cogitationibus necesse est, ut immundis repleatur.*

Zach. 9. v. 17.

S. Greg. ibid.

Exod. 12. 3. Cur agnus paschalis triduo ante immolationem in domum introducendus.

3. Olim in Exodo ordinatum fuit: *Decima die Mensis hujus tollat unusquisque agnum;* At vero ex quo agnus ille pridem decimoquarto Mensis sacrificandus, & deinceps erat (*servabitis eum, usque ad quartam decimam mensis hujus*) cur tanta cum anticipatione, quâ triduo ante diem sacrificij adducitur? Rupertus Abbas ait: *Videlicet, ut, dum ille præsto est, ne sitis immores vel imparati;* nimirum volebat Deus, ut, priusquam agnus hic gustaretur, aut de eo celebraretur Pascha, digna præmitteretur præparatio; Quis autem est, qui agnum hunc, præcipuam sacratissimi Sacramenti fuisse figuram ignoret? Quantò igitur magis conveniens & debita in Sacerdotibus & ministris altaris, requiritur præparatio, coram quibus agnus ille immaculatus semper præsens, vel conservatur in tabernaculo, aut ab alijs ministratur, vel in missæ sacrificio offertur, *Ne simus immemores, & imparati,* præviam Deus tantâ cum solicitudine dispositionem requisivit, pro esu animalis; quanto majorem, ad consecrandum, ministrandum, & sacrificandum agnum cœlestem Unigeniti sui, de quo scribitur: *Ecce agnus Dei;* & quidem non in tenebris Ægyptiacis, sed in clara Evangelicæ Legis luce? *Quotiescumque manducabitis panem hunc & calicem libetis* (inquit Apostolus ad Corinthios) *mortem Domini annunciabitis donec veniat;* particulam *quotiescumque* consideremus oportet, quasi enim afferit Apostolus, Sacerdotem præparationi vacare debere, non modò quando primitias Missarum peragit, sed etiam quotiescumque ad panem hunc consecrandum accedit, dicente sancto Chrysostomo: *Cum tali puritate accede semper, sine hac non præsumas unquam, quotiescumque, aut Apostolus hoc fecerit, mortem Domini annuntiabitis, hoc est, salutis nostræ memoriam instaurabitis.*

Rup. Abb. l. 2. in Exod. c. 3.

Agnus paschalis fuit præcipua figura augustissimi Sacramenti.

Petr. Bles. ep. 123.

Psal. 2. v. 12.

1. Cor. 11. 26.

Chrys. h. 3. in 1. ad Ephes.

Exod. 12. 9.

Glossa. ibid.

4. Alios inter agni manducandi ritus olim, præscriptus fuit & ille: *Non comederis ex eo crudum quid.* Forsitan carnem crudam manducare potuissent Israëlitæ? Respondet Glossa: *Carnes agni crudæ, inconsideratæ & sine reverentia cognitionis, relictæ illius Divinitate humanitas; omne quod subtiliter cogitamus, quasi mente coquimus.*

S. Cypr. ep. 63. pos. med. Quomodo se debeat præparare sacerdos ante sacrificium offerendum.

5. Sanctus Cyprianus Sacerdotum & Episcoporum Exemplar & norma, sequentem nobis ad sacrificium divinum offerendum, præscribit dispositionem: *Si Jesus Christus Dominus & Deus noster, ipse est summus Sacerdos Dei Patris, & sacrificium Patri se ipsum primus obtulit, & hoc fieri in sui commemorationem præcepit: utique ille Sacerdos vice Christi fungitur, qui id, quod fecit Christus, imitatur, & sacrificium verum, & plenum tunc offert, in Ecclesia Deo Patri, si sic incipiat offerre, secundùm quod ipsum Christum videat obtulisse.* A. S. Cypriano Petrus Blesensis sequentem videtur haussisse doctrinam: *Tunc ei hostia proderit, si se ipsum hostiam faciens, velit humiliter & efficaciter imitari quod velit.* Ubi nostra Vulgata legit: *apprehendite disciplinam;* Hebræus textus à Lorino citatus, ita habet: *Osculamini filium ne frumentum;* Sanctus Hieronymus vertit: *Adorate pure.* Genebrardus habet, *puritatem:* atque ita disciplinæ usus corporis nostri maceratio, vivaque ejusdem Christo facta oblatio, pudicitia, conscientia immaculata, jugis est Sacerdotis Christi imitatio, optimaque præparatio.

L. 1. c. 20. n. 17. vitæ S. Phil. Ner.

6. S. Philippus Nerius verum in Ecclesia cujusque Sacerdotis norma & speculum, cuidam aliquando se interroganti, quantum præparatio ad Missam requireret tempus; Respondit præparatio equidem necessaria, sed omnium excellentissima, est jugis Sacerdotis integritas, ita semper viventis, ut quacumque horâ paratus sit dicere Missam & communicare. Unde Tertullianus pariter ad nostrum inquit propositum: *Ei offero optimam & majorem hostiam, quam ipse mandavit, orationem de carne pudica, de anima innocenti, de Spiritu Sancto profectam.* S. Petrus quidem peccatum suum in atrio Caiphæ commissum lacrymis abstersisse legitur, quia *flevit amare;* nihilominus in Evangelio Joannis dicitur, quòd dum discipulus ille dilectus Christum à mortuis resurgentem, digito quasi demonstrasset, dicens: *Dominus est, Simon Petrus cum audisset, quia Dominus est, tunica succinxit se (erat enim nudus) & misit se in mare.* Qua exactione, dubium quoddam subnascitur, cum enim in aquis natantes dum in aquam insilire volunt, vestibus porius se exuere, quàm ijs se induere consueverint; cur Sanctus Petrus, qui nudus erat, aquas ingredi volens, tunicâ se succinxit. Divus Chrysologus, ait: *Quia innocentia numquam nuda est, sed vestus semper refugit ad velamen. Denique sicut Adam, ita & nunc Petrus post culpam suam gestit tegere nuditatem, qui fuerant ambo, utique ante culpam, sanctè nuditate vestiti.* Quia enim ad Christum accedere volebat, peccati paulò ante commissi verecundiâ motus, tunicâ se contexit. Sed numquid jam antea peccatum per fletum expiaverat? Verum id quidem est, nobis tamen indicare voluit, quòd peccati commissi nequaquam oblivisci debeamus, sed semper ob oculos habere & continuo dolore illud deflere necessum sit juxta illud; *Peccatum meum contra me est semper.* Sed numquid in navi sua permanens, ad Christum navigare poterat? cur igitur in mare se præcipitat? scitisne causam? nimirum ut existimo cum Davide dicere voluit: *Amplius lava me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me;* sed quonam spectat hæc nova, & toties repetita lotio? *Quoniam si voluisses sacrificium;* Sanctus Petrus enim paulò ante Sacerdos, immò caput, & summus Pastor sacerdotum ordinatus fuerat, ac proinde sciebat, quàm sibi necessarium foret, interius in conscientia mundum se esse. *Misit se in mare,* inquit Chrysologus, *ut mare diluret, quod negatio taliter sordidaverat.* Mare contritionis quædam figura est: *Velut mare contritio tua,* optima autem Sacerdotis præparatio est, si cum vero dolore & pœnitentia peccatorum rigidum secum examen instituat.

L. 1. c. 20. n. 17. vitæ S. Phil. Ner.

Tert. ad ver. gen. c. 30.

Matth. 26. v. 75.

Joan. 21. v. 7. Sacerdos se præparet per verum dolorem de peccatis.

D. Chrysol. ser. 78.

Cur Petrus tunica se præcinxerit antequam se mitteret in mare.

Psal. 50. v. 4.

Ibid. v. 18.

D. Chrysol.

Thren. 2. v. 13.

7. Tertullianus de antiquis Idolorum sacerdotibus ait: *Miror cum hostiæ probantur penes vos à vitiosissimis sacerdotibus, cur præcordia potius victimarum, quam ipsorum sacrificantium examinantur.* Sanctus Isidorus Peluseota ad illum se Apostoli, ad Romanos textum, reflectens, in quo dicitur: *Obsecro vos, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam Deo placentem,* eumdem de nobis sacerdotibus illum interpretans, ait: *Eos divinus Paulus Sacerdotes esse statuit, qui non victimis, & sacrificijs sed omnibus pœnis numeris perfungantur, atque è corporibus suis parè ex se libant; pulcherrima enim victima est, piam mentem & carnem castam habere;*

Tertull. ib.

S. Isid. Pelus. l. 3. ep. 75.

Matth. 26. v. 21. Judas præmonitus fuit de proditione ante communionem.

8. Priusquam Apostoli ordinarentur sacerdotes, sacratissimumque ejus corpus in Sacramentum institueretur, incarnata Sapientia unum ex ipsis se traditurum esse, prædicere voluit; sed quæ necessitas erat, ut suam illi traditionem prædiceret? præterea cur eisdem suum traditorem non manifestavit, sed omnes discipulos suos suspensos manere voluit? num fortè id eo mysterio fecit ut quilibet discipulorum in se reversus propriam conscientiam examinaret, & se ad dignè recipiendum non unum, sed plura Sacramenta, id est ordinem sacrum (quia sacerdotes ordinari fuere) & poltea sanctissimum altaris Sacramentum ritè se præpararet? Interpres quidam modernus ait: *Porrò tantus Dominus discipulis corpus suum, prius eos mundare, & expurgare voluit, ut intra se concuterentur & exspicaventur, an quid mali resideret, quo tanto Sacramento arcerentur.*

Juxta Jo. 13. v. 14.

Ibid. v. 4.

Colos. 3. v. 9. 10.

9. Prius autem Christus discipulorum pedes lavit, quia in functione ut S. Joannes non sine mysterio scribit: *Surgens à Cœna vestimenta sua deposuit;* ut nos doceret, veterem hominem prius exuendum esse: *Exspoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & indentes novum, eum, qui renovatur in agnitionem secundùm*

Vetus homo deponendus ante celebrationem.

dium imaginem ejus, qui creavit illum. Sacerdotes priusquam ad altare accedant, ita sacris se vestiant necessum est indumentis, omnibus, ut diximus, mysteriosis. Antiquitus strophiolum in dextera portare consueverant presbyteri celebraturi, ut lacrymas abstergerent, ex devotione, & contritione ortas, cui sudario tandem manipulus succesit, quem inducntes oramus; *Merear Domine portare manipulum fletus, & doloris.* Sanctus Gregorius lib. 1. Epist. 24. indic. 4. inquit; *Vestimenta Sacerdotis quid aliud, quam recta opera debemus accipere, Propheta attestante, qui ait: Sacerdotes tui induantur justitiam.*

Psal. 131. 9.

Signum amphoræ aquæ datum duobus discipulis cœnam præparaturis.

Luc. 22. v. 10.

10. Salvator duos mittens Apostolos, qui cœnaculum præpararent, ubi Apostolos ad ministerium sacerdotale ordinare, sanctissimum Sacramentum instituere, & primam debebat celebrare Missam; hoc eis signum dedit: *Occurret vobis homo, amphoram aquæ portans.* Satius forsitan obviare debuisset panem, vinumque ferenti, utpote sub quorum speciebus Eucharistia instituenda erat; Nihilominus *bene omnia fecit; omnia in sapientia;* unde S. Ambrosius inquit; *Amphora est mensura perfectior;* hæc itaque perfectionem denotabat, in ministris altaris requisitam; dicente Theophylacto: *Portat amphoram aquæ, quæ significat gratiam Spiritus Sancti, amphora autem humilitas cordis, humilibus autem dat gratiam, qui se cognoscunt esse terram & pulverem.* Origenes vertit: *Portans mandatoriam aquam in vase.* Aqua hæc planctum, lacrymas, pœnitentiam, dignam, debitam: & convenientem tanto ministerio figurabat præparationem. Pater Magister Avila in una literarum suarum, de Simone scribit Pharisæo, quòd Christum osculo pacis & pedum lotione non exceperit, propter quod & Christus eum redarguit, quia nimirum Salvator hospitium cordis nostri subintrans, aquam à nobis postulat lacrymarum in ablutionem peccatorum, nec non amorem, in osculo designatum.

Theoph. ib.

Orig. in Gloss.

Petr. Blef. ser. 41. in Synod.

11. Petrus Blesensis de planeta ait: *Planeta quæ & cassida dicitur, totum te circumdat, & protegit, & cæteris supereminet, hæc est charitas, de qua dicit Apostolus: Adhuc supereminentiorem viam vobis demonstro;* eadem quoque charitas nobis ad nostri purificationem optimè deservit, dicente Apostolo: *Charitas operit multitudinem peccatorum.* Et iterum: *Charitas de corde puro, & conscientia bona; per ipsam sacrificium fit* (verba sunt Concilij Tridentini) *ut, si cum vero corde & recta fide, cum metu ac reverentia convrit, & pœnitentes ad Deum accedamus, misericordiam consequamur, & gratiam inveniamus in auxilio opportuno.*

Quid significetur per casulâ sacerdotis.

1. Pet. 4. v. 8. 1. Tim. 1. v. 3. Conc. Trid. sess. 22. c. 2.

12. Haud parum considerabilis est illa S. Thomæ de Villanova, ad Christum Sacerdotem æternum, ne ad divinum ejus sacrificium omnino indigne accedat directa supplicatio, dicentis: *Væ nobis miseris, & infirmis, quomodo mundabimur, nisi tu Domine mundaveris, qui solus sanctus & purus es? Domine da quod jubes, & jube quod vis: non invenit in sacco Benjamin, ejus frater Joseph aurum, nisi quod ipse posuerat; neque invenies in ô bone Jesu in pectore nostro bonum aliquod, nisi ipse præstiteris; utinam Domine, utinam in corporis nostri sacco gratia tua scyphum sacro huic frumento clementer abscondas, & inferas, hac lege, ut in quo beatum servum inventum fuerit; sit tibi servus perpetuus. Et quid tibi dicam Domine Deus? hoc tenum video, hoc unum scio, quia quas diligis animas, ipse purificas, ipse mundas, ipse ornas, ipse ditas, ut placeant coram oculis tuis.*

S. Tho. de Vill. Nov. Conc. 5. de Sacr. Supplicatio S. Thomæ à Villanova pro gratia puritatis.

13. Dum Rex quidam potens per Regiones pauperes & egenas iter instituit, providentiam suam non eo usque differt, donec miseri, & pannosi rustici hospitium ei præparent & efferant, in quo noctem dormiendo transigat; scit etenim idipsos facere non posse, quin potius aulæa, & tapetum peristromata per cursores suos præmittit, ut in domo rustica Regium cubile præparent: Hospitium porro, in quod Rex gloriæ frequentissimè divertit, nos sumus Sacerdotes, qui proinde paupertatem, & mendicitatem nostram, divinæ Majestati suæ, id est, virtutum & sanctitatis penuriam nostram allegare debemus, pariter supplicando, ut sanctissimum spiritum suum in animam nostram mittere dignetur, qui per dona cœlestia & divinas suas gratias dignum in anima nostra sibi hospitium præparet, in quo ipsum dignè recipere valeamus. Unde his verbis Davidicis ei supplicare possumus, dicentes: *Conserva domum istam immaculatam in sempiternam, Domine, sanctifica tabernaculum tuum Altissime.*

Præmittenda præparatio cordis ante celebrationem.

14. Venerabilis Pater Magister Avila à sacerdote quodam interrogatus, quisnam sit modus ad Missam celebrandam se præparandi optimus, respondit. Complexiones variæ sunt & diversæ, ac proinde singulis idem medicamentum applicari nequit, aliqui enim opus habent, ut per viam amoris extimulentur, alij verò per viam timoris excitari debent; verumtamen optima præparatio est, si Sacerdos animo suo consideret, dicendo intra semetipsum: Jam me recipio ad altare, ut Deum meum consecrem, ipsum manibus meis sustineam, cum ipso colloquar, & in pectoris mei triclinium eum recipiam; quisquis enim hoc confiderat, timorem concipit & reverentiam erga tantum Sacramentum, accenditur in redditionem gratiarum & laudum, in postulationem veniæ peccatorum, & ad refrænandum deinceps passionum motus, ne ipsum offendat, sed potius fideliter ei obediat & serviat. Hic modus valde utilis est, ut in se excitet agnitionem præsentiæ divinæ non imaginariæ, sed Dei vivi & veri, & in corpore suo realiter præsentis, seque reflectat, quanta cum reverentia servi ante Regem suum degant, quantoque cum timore throni, potestates, & Seraphini cœlestes ante thronum ejus assistant. Idem quoque V. servus Dei sacerdoti cuidam, postquam paulò ante sacerdotij charactere infignitus fuisset, suasit, ut considerando obstupesceret, quòd fœtidus quidam vermis ad hoc elevatus sit, ut domesticè & familiariter agat cum Deo infinitæ Majestatis; ac proinde ab illo petat dicens: O Domine, quis te nunc iterum tradidit in manus talis peccatoris, qualis sum ego indignus? quis te iterata vice, in hoc exilium adegit, in hoc stabulum, & præsepium Bethlehemiticum? idem denique author alibi considerat, quanto gaudio perfundi debeat Sacerdos, quando illum, quem sanctissima Virgo Deipara cœlitus electa, tantisque gratijs cœlestibus ad conversandum cum Filio Dei incarnato cumulata, in sinu suo fovit intra manus suas positum esse videt, hacque considerationę præmissa, comparationem instituendam esse suadet, inter manus virginis, & nostras; inde enim sequetur, ut agnoscamus, quanta debeat esse confusio nostra, quantique faciendum sit beneficium hoc adeo immensum; dicamque cum S. Augustino: *Domine quid tibi sum, quia jubes diligere te? quid tibi sum?* unde nascitur, quòd in cœlis, in societate tot Spirituum gloriosorum, qui tam ardenter te amant, tamque fideliter tibi serviunt, existens, ad me venire digneris, quia aliud quàm te offendere tibique displicere facere nequeo? Quis sum ego, quod personaliter huc venire, teque in manus meas inferere non dedigneris?

Variæ præparationes P. Avila.

DISCURSUS XXIII.

ARGUMENTUM.

Ecclesiastici, præcipuè benemeriti & digni, omni sunt honore prosequendi, in recognitionem magnorum beneficiorum, quæ ab illis recipimus: ubi variæ in hujus reverentiæ confirmationem historiæ adducuntur.

THEMA.

Qui bene præsunt Presbyteri, duplici honore digni habeantur. 1. Timoth. cap. 5. vers. 17.

Sacerdotes benemeriti omni honore prosequendi.

1. SAnctus Paulus Apostolus erga clerum, omne exigit obsequium, reverentiam, & honorem, eumque non mediocrem, sed superabundantem; dummodo Ecclesiastici ministerio suo dignè correspondeant, morumque probitate, gregi sibi commisso benefaciendo eo se honore dignos efficiant, unde ait: *Qui bene præsunt, &c.* ubi S. Thomas inquit: *Præcipuè hic honor est illis exhibendus, qui hoc merentur suo labore.* Porrò per hunc honorem duplicatum, nonnulli Expositores respectum, & venerationem sacerdotibus debitam intelligunt: *Honorem hoc loco obsequium dicit*, inquit S. Chrysostomus; Hugo Cardinalis similiter ait: *Duplici, id est cumulato honore & abundanti.* Advertendum tamen est, Apostolum hæc verba præmittere; *Qui bene præsunt*; unde & S. Thomas dicit: *Oportet, quod bene præsint, scilicet ad Dei honorem, & non ad propriam commoditatem.* S. Augustinus Valerio Episcopo, quoad honorem & obsequium sacerdotibus præstandum, quo majus dari non potest ita scribit: *Hoc honore nihil in hac vita præstantius & acceptabilius apud homines esse potest, nihilque etiam apud Deum beatius, si eo modo in eo militetur, quo cœlestis ipse Imperator jubet.* Salvianus Episcopus Massiliensis, optimè

S. Thomas ibid.

S. Chrysost. hom. 15. in 1. ad Tim. 5.

Hugo Card. ibid.

S. Th. ib.

S. August. ad Val. Ep. ep. 128.

optimè proinde considerat, quàm malè conveniat, dum quis est dignitate eminens & sublimis, alia verò ex parte, ob malas suas qualitates contemptibilis: *Nihil est turpius, quàm excellentem esse quemlibet culmine, & dispicabilem vilitate: Quid est dignitas indigno nisi ornamentum in luto? & ideo cunctos, qui sacri altaris suggesta eminent, tantum excellere oportet merito, quantum gradu.*

Balv. ad Eccl. Cath. l. 2.

2. Sanctus Carolus Borromæus omni cum solicitudine mentibus fidelium, respectum imprimere conatus est, & venerationem sacerdotio debitam, ideoque verbum Dei annuntiaturo præscripsit, ut hanc auditoribus solicitè imprimeret venerationem: *Quam gratus autem sit Deo honor, quàm grata obedientia, quæ Ecclesiasticis hominibus præsertim sacerdotibus præstantur, facilè ostendet sacrarum literarum doctrinis, ruisque quod præmium ob eam causam à Deo ferant, qui illius ministros suscipiant & honorant, quique illis obediunt.*

Hic honor Deo acceptus est.

Act. Eccl. Med. car. 347. p. 4. de sacr. Ordinis.

Cur magnificerint gentiles honorem sacerdotum.

Plutarch.

3. Notatu digna quædam occurrit Plutarchi propositio in libro, cui titulus est: *Cum Principibus debere Philosophum fermocinari*; ubi de Sacerdotibus gentilibus agens, ita ad nostrum discurrit intentum: *Reverentiam & honorem civitates tribuunt sacerdotibus, quod bona à Dijs immortalibus non sibi tantum, amicisque & necessarijs suis, sed omnibus in communi poscant civitatibus; licet non efficiant Deos Sacerdotes, bonorum Largitores, sed tales natura cient.* Dij utique quos adorabant gentiles, Dæmones erant, quoniam *omnes Dij gentium Dæmonia*; & eorum cultui dedicati, numquam populo prodesse poterant, aut influxum benignum præstare, nisi beneficio providentiæ infallibilis cœli; quid igitur de nostris asseruisset sacerdotibus, qui manu sua claves portant regni cœlorum ærarij & thesauri Paradisi, ad locupletandam terram? Juxta Scripturæ textum, *Tulit Moyses virgam, quæ erat in conspectu Domini*; Quam hanc putatis fuisse virgam? Utique non Moysis, hæc enim non asservabatur in Arca & tabernaculo, quemadmodum Aaronis; ad educendas itaque limpidas è petra aquas, Aaronis, & non suam Moyses adhibuit virgam; neque absque mysterio; Sacerdotum enim munus est indurata emollire corda, & aquam elicere compunctionis, nec non torrentes divinarum gratiarum in sitibundas animas derivare: *Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum: sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* Sacerdotes in Jordane existentes, arcamque humeris portantes, universo populo viam pandebant ad terram promissionis; quod Origenes ita moraliter explanat: *Ipsi sunt qui edocent populum exire de Ægypto, de erroribus scilicet mundi, & transire per eremum vastam, id est tentationum genera diversa transcurrere, neque noceri à serpentibus, qui sunt morsus dæmonum.*

Psal. 95. 5.

Num. 20. 9.

Joan. 4. v. 13. 14.

Orig. h. 4. in Jos.

Sacerdotes sunt donorum Spiritus S. dispensatores.

Luc. 16. 5. 6.

Ibid.. v. 5.

Ezech. 9. 6.

4. Quando sacerdotes divino cultui dedicantur, manus eorum chrismate sacro inunguntur, ut per hoc intelligant se gratiarum, & donorum Spiritus sancti, qui *spiritualis unctio* nominatur, dispensatores creari. In parabola à S. Luca descripta, olei debitorem interrogatum fuisse legimus: *Quantum debes domino meo?* & respondisse: *Centum cados olei*; fuit autem hic primus, qui ad rationes reddendas vocatus fuit: *Convocatis singulis debitoribus Domini sui, dicebat primo*; ac proinde Ecclesiasticos præfigurabat, qui in rationibus reddendis primi erant: *A sanctuario meo incipite.* Sed quodnam in eo latet mysterium, quòd illos non auri, vel argenti, sed olei, ejusque in tanta quantitate debitores appellet? *Quare non argenti, vel auri pondus?* Quærit Chrysologus, & respondet: *Ut & de debito cœleste luceat Sacramentum.* Enimverò Sacerdotum manus oleo unguntur, quia per illos, cœli dispensandæ sunt gratiæ & benedictiones, seque compallivos, misericordes & beneficos exhibere debent; Et ideo rigorosior computus, quem exhibituri sunt, in hoc consistet, an scilicet in oleo pietatis, gratiarum, & misericordiarum divinarum dispensando, parci & avari fuerint, quia sunt divinæ beneficientiæ instrumenta.

Chrys. ser. 126.

Varia motiva cur Ecclesiastici sunt honorandi.

5. Scriptor quidam modernus multa paucis verbis comprehendit motiva ob quæ Ecclesiastici à sæcularibus sunt honorandi: *Ipsi enim sunt eorum patres*, inquit, *Dum gignunt per Baptismum; nutritij, dum alunt Sacramentis; Medici, dum curant eorum vulnera; Magistri, dum instruunt; Defensores, dum tuentur precibus & sacrificijs; sunt Nobiles aulici Dei, signati characte re ordinis.* Albinus Alcuinus in quadam epistola, in erudiendis Sacerdotibus, quales in sæcularium beneficium esse debeant, latè diffunditur; in cætera verò dicit: *Esto omnibus vitæ lucerna, prævius viarum Dei, exemplum honestatis; Esto consolatio, medicina vulnerationis, assistis consolatio.* In Pontificali Romano, quando manus sacerdotis consecrantur, Episcopus hæc verba profert: *Consecrare & sanctificare digneris Domine manus istas, per istam unctionem, & nostram benedictionem, ut quæcumque benedixerint, benedicantur;* Benedictio autem omnis boni, omniumque bonorum, & gratiarum cœlestium augurium importat, atque ideo manus Sacerdotum consecratæ & unctæ benedicere esse debent. S. Prosper de probis Sacerdotibus, qui soli venerationem & honorem merentur, differens ait: *Honore digni sunt, si consolentur afflictos, pascant egenos, vestiant nudos, redimant captivos, præsertim peregrinos, si errantibus salutis viam ostendant, desperatis spem veniæ consequendæ promittant currentes impellant, remorantes accendant.*

Alb. Alcuin. epist. 47.

Pont. Rom.

S. Prosp. l. 1. de vit. cons. c. 25.

6. Celebris est illa Jacobi Patriarchæ visio; in qua scalam illam vidit, quam Angeli ascendebant pariter & descendebant; Quâ completâ, fudit oleum super lapidem: *Fundens oleum desuper*; quam eamdem historiam Gregorius M. ad propositum nostrum his verbis adducit: *Jacob, Domino scalæ desuper innitente, & tanto deorsum lapide ascendentes & descendentes Angelos vidit, quia scilicet prædicatores recti, non solum sursum sanctum caput Ecclesiæ, videlicet Dominum contemplando appetunt, sed deorsum quoque ad membra illius miserando descendunt: hinc Moyses crebro tabernaculum intrat, & exit, & qui intus in contemplatione rapitur, foris infirmantium negotijs urgetur.* Alcuinus in alia quadam Epistola Sacerdotes his verbis alloquitur *Pusillanimes consolamini, humiles roborate, errantes in viam veritatis reducite, ignorantes instruite, scientes exhortamini, & boni exempli vitæ vestræ omnes confirmate; contumaces & veritati resistentes virgâ castigate pastorali, cæteros, baculo consolationis sustentate.*

Sacerdotum obligationes circa subditos.

Gen. 28. 18. S. Greg. l. 1. ep. 24. ind. 9.

Alc. ep. 23.

7. Sanctus Apostolus monitum quoddam salutare tradit, ad Sacerdotes magis honorandos scitu utilissimum: *Obedite Præpositis vestris & subjacete eis*, inquit; Quodnam verò hujus subjectionis & obedientiæ motivum esse existimas? Subdit idem Apostolus ibid. *Ipsi enim pervigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes.* Honorandi itaque sunt Sacerdotes, quia illis salutis nostræ non corporalis, sed spiritualis & æternæ solicitudo incumbit; adeo ut honores & obsequia, quorum illis debitores sumus, à nobis titulo oneroso recipiant. Majori utique cum gaudio & voluptate onus ministerij sui in beneficium nostrum portabunt, si nos illis obedientes & subjectos esse experiantur, videntes, sudores & labores, quos nostri causâ subeunt, non esse inutiles. Sic enim S. Joannes ait: *Majorem horum non habeo gratiam, quàm ut audiam filios meos in veritate ambulare*; Sic quoque agricola gaudet, quando terram, quam aratro, & ligone suo excoluit, abundantem fructum reddere conspicit. Audiamus S. Carolum Borromæum, hac de re loquentem; quando enim Parochis præscribit, ut subjectæ sibi plebi debitum Ecclesiasticis à sæcularibus deferendum respectum insinuare satagant, ita scribit: *Fidelibus ostendet, quanta sit cleri dignitas, & quo honore digni Ecclesiæ ministri; proinde graviter pater neque eos arguet, qui Clericos sacerdotesque negligunt vel aspernantur. Proponet illis molestiam, curas, sagulias, quas populi causa illi sustinent, usque adeo, ut isti intelligant honorem, quem ipsi clericali sacerdotalive dignitati præstant, non tanti esse, qui dignitati officij & laborum sacerdotalium, clericalisque magnitudinem adæquet.* Quot & quàm insignia sunt, quæ sæculares ab Ecclesiasticis quotidie accipiunt beneficia? confessiones nimirum sacramentales, verbum Dei prædicatum, conferentiæ spirituales, consilia, admonitiones, orationes, sacrificia, ac denique Sacramentorum administratio. In præambulo Concilij Calcedonensis, Flavianus Episcopus Constantinopolitanus ad Leonem Papam ita scribit: *Nihil honorabilius Sacerdotibus; omnis nostra spes atque salus, & repromissio promissorum bonorum, in us est.*

Joan. 3. 4.

Act. Eccl. Med. ibi.

Hebr. 13. 17.

Monitum S. Pauli de honorandis Sacerdotibus.

8. S. Carolus Borromæus eodem in loco demonstrat, obsequium & respectum ministerio sacro debitum, ab ipsis quoque concilijs, eorumque Canonibus & summis Pontificibus, præceptum esse; sic enim loquitur: *Sed cum multæ summorum Pontificum epistolæ & Canones demonstrant, ac declarant honorem, qui honoratis Clericis (quos Sacerdotes ac Diaconos intelligunt) tribui debet tum verò unus præcipuus est à Concilio Matisconensi,*

Hoc ipsum monent concilia & sacri Canones.

consens. Patribus 1. Cor. 15. conscriptus in hanc ipsam sententiam : statuimus, ut si quis quempiam clericorum honoratorum in itinere obvium habuerit, usque ad inferiorem gradum honoris venerentur, sicut condecet Christianum, illi colla subdat, per cujus officia, & obsequia fidelissima Christianitatis jura promeruit. Et siquidem ille secularis equo vehitur, clericusque similiter, secularis galerum de capite auferat, & Clerico syncerae salutationis munus adhibeat; si vero Clericus pedes gradiatur, & secularis vehitur equo, illico ad terram defluat, & debitum honorem praedicto Clerico syncerae charitatis exhibeat. Qui verò haec, quae Spiritu Sancto dictante sancita sunt, transgredi voluerit, ab Ecclesia, quam in suis ministris dehonorat, quamdiu Episcopus illius Ecclesiae voluerit, suspendatur.

Bar. an. 813. Imperatores & Reges.

8. In Annalibus Ecclesiasticis praeceptum quoddam refertur, quod Carolus Magnus Ludovico filio suo, à se jam coronato Imperatori, imposuit; praecepit enim ei, ut omne studium suum in Dei timorem, Ecclesiarum defensionem, sacerdotesque tamquam Patres suos à se honorandos & respiciendos collocaret. Theodosius & Valentinianus Augusti, in quadam lege Imperiali (data 15. Calend. Jan. Theodos. XII. Valent. III. Coss. *ad verum praefectum*, circa Sacerdotes honorificentissima haec verba rescripserunt : *Quibus*, scilicet Sacerdotibus, *omnis terra caput inclinat.* Philo Hebraeus rationem reddens illius ornamenti, quo Sacerdotes antiquitus ad caput ornandum utebantur, ita ait *Cidaris pro diademate imponitur capiti, quia quantusper Sacerdos honore suo fungitur, & ministerio, non solùm privatis hominibus est eminentior, verum etiam cunctis Regibus.* De Alexandro Magno referunt historiae, quòd summum Sacerdotem Hebraeum sibi obvium habens, illum non solum veneratus fuerit, sed velut Numen divinum, eumdem quasi adoraverit : *Majestate decorum tanto Alexander fecit, ut venerandus venienti occurreret, & velut sanctissimum Numen adoraret.* Basilius Imperator Leoni filio suo suasit, ut, si ab alijs honorari cuperet Ecclesiam, ejusque ministros venerabundus honoraret : *Honora Ecclesiam Dei*, inquit, *ut tu vicissim à Deo in honore habearis, & Sacerdotes ejus reverere tamquam spirituales Patres & deprecatores pro nobis apud Deum.* Eusebius quoque in historijs suis venerationem, qua Constantinus Magnus Ecclesiasticos, maximè in Concilio Nicaeno profecutus fuit, his verbis refert : *Significabant hoc oculi submissi, rubor in vultu, decens ingredientis motus, morem humanitate, Imperialisque clementiae manfuetudine permixta, posita, modica quadam sede, non sedit, priusquam à ministris annueretur.*

Phil. Heb. l. 3. de vit. Moys.

Alex. ab Alex. l. 2. genial. diev. c. 8.

Basil. Imp. t. 5. Bibl. vet. Pat. c. 3.

Euseb. 3. de vita Constant.

9. Nicolaus IV. Papa ad Michaëlem III. Imperatorem scripsit, eumque monuit, ut Sacerdotes, qualescumque illi sint ob amorem Domini, cui serviunt, ubique venerareturque, convenit enim, inquit, ut bene attendas, non quales sint Sacerdotes Domini, sed quid ipsi Dei nomine loquantur, nec aliud quidpiam in sacerdotibus spectare debes, quàm quod ipsi in beneficium Ecclesiarum & salutis tuae laborent. Certum est enim, quòd illos nequaquam inferiores esse dices super cathedra Moysis sedentibus Scribis, & Pharisaeis, de quibus Christus ait : *Quaecumque dixerint vobis, servate, & facite : secundùm opera vero eorum nolite facere*; Hoc igitur considerans ô Imperator, dicito si Christus eos, qui super Cathedra Moysis sedent, audiendos esse affirmavit, quanto magis eis, qui in cathedra Petri sedent, benignae, & morigerae praebendae sunt aures? D. Chrysostomus, saecularibus sui temporis, irreverentiam & exiguam Sacerdotum nostrorum existimationem improperare volens, Sacerdotum Aegyptiorum adducit Privilegium, qui à tributis Pharaonis, etiam universalis penuriae tempore, exempti erant : *Hoc mandatum*, inquit, *posuit eis Joseph, ut quintam partem darent Pharaoni, excepta solum Sacerdotum terra; audiunt qui mecum vivunt, quantam olim Sacerdotum Idolorum curam habuerint, & discant, ut vel saltem parem habeant honorem his, quibus ovium Dei ministerium creditum, & Sacerdotio insignes sunt.* Sanctus Vincentius Ferrerius in quodam sermone, reverentiam antiquitus clero deferri solitam, his verbis describit : *Antiquitus*, inquit, *quando unus clericus transibat per viam, vel per vicum, omnes assurgebant, dicendo : Deus me habeat in vestris orationibus, modo autem sunt tot vitia & vanitates Sacerdotum & Clericorum, quòd pejus loquuntur de ipsis, quàm de Judaeis ex illorum mala vita.* In parabola miseri illius qui ab Jerusalem in Jericho descendens, à latronibus despoliatus, & vulneribus sauciatus fuit, observandum venit, quòd, tametsi Levita & Sacerdos seorsim eamdem cum misero illo homine viam ingressi fuissent, & verisimile sit, quòd plus eis, quàm infelici huic homini auferre potuerint, nihilominus à rapacibus illorum latronum manibus, illaesi & immunes evaserint, unde colligitur, quod etiam impij homicidae debitum ministris sacris detulerint respectum & reverentiam.

Bar. an. 865. Summi Pontifices.

Matth. 23. v. 3.

D. Chrys. h. 66. in Gen.

S. Vinc. Ferrer. ser. de S. Marco.

Olim magna reverentia exhibita sacerdotibus.

Luc. 10. 30. Etiam à latronibus.

DISCURSUS XXIV.

ARGUMENTUM.

Sacerdotes honorandi sunt, etiam indigni, quia ita Deus praecepit, cum sint ejus ministri, illiusque in anima deferant characterem; ac proinde si contemnentur, Deus ipse se in ijs spretum esse censet, illisque dilatas ignominias graviter castigat.

THEMA.

Honora Deum ex tota anima tua, & honorifica Sacerdotes. Eccli. cap. 7. vers. 33.

1. HOc Ecclesiastici monitum quoad honorem Sacerdotibus exhibendum; mysterio non caret, siquidem priusquam hos venerari jubeat, prius Deum honorandum esse praecipit; Primo enim dicit : *Honora Deum ex tota anima tua*; & postea subjungit, *& honorifica Sacerdotes*, quia honor, qui ministris divino ejus ministerio consecratis debetur, relationem dicit ad obsequium, & devotionem quam Deo debemus; Sacerdotes enim venerandi sunt, quia sunt servi Dei, quia ejus characterem & livream portant, quia Deus id ipsum praecepit; denique quia locum Dei in terra obtinent; Unde Lyranus ait : *Honorifica Sacerdotes, ejus locum tenentes.* Et Dionysius Carthusianus, inquit, *Honorifica tamquam Dei Vicarios & ministros.*

Sacerdotes honorandi propter characterem Dei quem in anima deferunt.

Dion. Carth.

2. Ephraim de Sacerdotio scribens, suadet ne quispiam debitum Sacerdotibus obsequium & reverentiam exhiberi detrectet, eò quòd, an tali honore digni sint, ignoret, quia ad hoc respiciendum non est, sed ad Deum, qui Sacerdotes honorandos esse praecipit; Dicit enim : *Quod si de illo, qui Sacerdos est, ignoras an dignus; ne an indignus sit, tanta sublimitate, tu ob praeceptum ipsius Christi, eum non despexeris.* Honor quem Sacerdotibus exhibemus, inquit Divus Chrysostomus, à Deo eodem prorsus habetur in pretio, quam si sibimetipsi exhibitus fuisset : *An nescitis*, inquit, *quòd honor ad Deum ipsum transit? ne igitur respicias eum cui honor confertur, non enim propter illum debes, quod tuum est, facere, sed propter illum cujus Sacerdos est, ut & ab illo remunerationes ubertim accipias.* Basilius Imperator Leonem filium suum exhortans ad honorem, & obedientiam Ecclesiae, ejusque ministris exhibendam, ita loquitur : *Honor enim qui Sacerdotibus habetur, ad Deum refertur; & sicut propter te ministros tuos in honore habere justum est, ita & te propter Deum, Sacerdotes eius magni facere & in pretio habere sanctum.*

S. Ephr. de Sacerd.

Illorum honor refertur in Deum.

D. Chrysf. h. 66. in Gen.

Basil. Imp. exh. ad Leon. t. 5. bibl. pat. c. 3.

3. Considerabilia sunt verba illa apud Oseam, quibus Deus de populo suo, ob ejus rebellionem lamentatur, dicens : *Populus sicut hi, qui contradicunt Sacerdoti*; quae verba S. Hieronymus exponens, dicit : *Tantae estis impudentiae, ut contradicatis mihi, quasi si Sacerdoti plebecula contradicat; quae non habet Sacerdotis dignitatem*; ex quo loquendi modo clarè deducitur, gradum sacerdotalem apud Deum eo esse in pretio & aestimatione, ut ipsemet Deus se Sacerdoti comparet, dum reverentiam & respectum sibiipsi debitum declarare parat. Incarnata sapientia ad convertendos ad fidem populos, Ecclesiamque fundandam, florem Ecclesiasticorum ex pauperibus, idiotis, vilibusque piscatoribus, seligere voluit, ne tam quis ob id debitum illis respectum & honorem denegaret; apud S. Lucam protestatur, dicens : *Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit : Qui autem me spernit, spernit eum qui misit me.* Unde D. Chrysostomus de Sacerdote differens, ait : *Si despicis, non illum despicis, sed Deum qui illum ordinavit.* Etenim honores, qui Ambasciatoribus exhibentur, in Principem redundant qui miserunt illos; sicut pariter injuriae, quas illi recipiunt, personam mittentis directè offendunt : Apostolus autem nomine omnium Sacerdotum dicit : *Pro Christo legatione fungimur*, quasi diceret : Nos sumus Ambasciatores, Legati à latere Christi, ideoque tamquam ejus ministri meritò sumus honorandi, unde idem D. Chrysostomus in alia quadam homilia inquit : *Nam si videntes, viri alicujus saecularis*

Ose. 4. v. 4.

S. Hier. ib.

Deus æstimat honorem sacerdotibus exhibitum, tamquam suum.

Luc. 10. v. 26.

D. Chrysost. h. 2. in 2. ad Tim.

Cum sint ipsius Legati.

2. Cor. 5. v. 20.

D. Chrysost. h. 66. in Gen.

saecularis dignitate insignis familiarem, operam damus, ut quantum possibile est, illi praestemus obsequium, cogitantes, quod quae illi sunt, ejus Domino accedant, & quod illi familiaris, ubi id significaverit Patrono suo, majorem nobis apud eum favorem conciliet, multò magis hoc erit apud omnium Dominum.

Hoc plebi serio inculcandum est.

Luc. 10. 16. Matt. 10. 41.

4. Sanctus Carolus universam Diocesim suam hujus veritatis volut esse conscium, quòd videlicet ministros sacros aspicientes, oculum dirigere debeant ad ministerium, quod exercent, & ad characterem quem deferunt : & per hanc relationem illos venerari oporteat; non considerando, quod vilibus sint natalibus oriundi, vel alijs defectibus obnoxij; dicit enim Salvator noster : *Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit*; & *Qui recipit Prophetam in nomine Prophetae, mercedem Prophetae accipiet.* Unde idem sanctus Archiepiscopus Parocho, quid populum quoad hoc punctum docere debeat, his verbis praescribit : *Docebit praeterea, dignitatem sacerdotalem clericalemque, non à persona eorum, qui illam obtinent sive humili genere nati sint, sed ab officij munere, administrationeque pendere nec propterea illos aestimandos esse, quatenus homines sunt, sed tamquam dispensatores mysteriorum Dei, quorum omnis administratio ilis commissa, ad populi salutem, & perpetuam utilitatem spectat.* D. Chrysostomus verba illa : [*Pro Christo legatione fungimur,*] exponens ita scribit : *Quamdiu in hac sede sedimus, quamdiu habemus praesidentiam, habemus & authoritatem & virtutem*; additque circumstantiam valde considerabilem, inquiens : *Etiamsi simus indigni, legati enim quicumque si fuerint propter dignitatem legationis multum honorem assequantur.*

Act. Eccl. Med. c. 547.

D. Chrys. h. 3. in 2. Cor. 5.

Prov. 26. v. 8. Etiam apparenter indigni sunt honorandi cum sint Deo consecrati.

Lyran.

5. Nescio an aliquando vos reflexeritis ad illam Sapientis sententiam dicentis : *Sicut qui mittit lapidem in acervum Mercurij, ita qui tribuit insipienti honorem.* Circa quem textum nonnulli dicunt, Mercurium primum fuisse inventorem ludi & computus numerorum; quando luditur, solent lusores signis quibusdam uti, scilicet vel charta, vel faba, vel alia vili materia, quorum quodlibet suum exprimit pretium, in semetipsis ob propriam suam viliatem nihili valent, & tamen indicant pretium & valorem. Lyranus inquit, quod per acervum Mercurij computus intelligatur, Mercurius enim apud Gentiles velut Deus ratiocinij in veneratione erat; antiquitus igitur inquit lapillis utebantur loco pecuniarum & monetarum; sepe autem contingit, quòd denarius qui pro solido ponitur, inde tollatur ad alium situm, in quo ascendit ad valorem unius scuti, vel etiam decem, vel centum : *Sic insipiens qui debet esse infimo loco, ponitur aliquando in statu valde honorabili, & est in magna hominum reputatione, quamvis in se non plus valeat, quàm ante*; sic etiam dum ante crucifixum ex lapide formatum genu flectimus, illumque adoramus, honor ille non saxo aut lapidi tribuitur, sed quia imaginem refert Salvatoris, ita pariter persona sacra Deo consecrata non obstante natalium suorum obscuritate aut imperitia, vel malis moribus, ab omnibus honorari debet, quia in anima sua impressum gerit characterem sacerdotalem, quia Christi minister est.

Herod. l. 3. Amasis Rex ex Lebete in quo lavarae pedes, curavit fieri idolum.

6. S. Thomas quoque ad praesens propositum nostrum, aptissimam habet doctrinam, dum ita scribit : *Secundum, quod aliquis potest honorari, non solum propter virtutem propriam, sed etiam propter virtutem alterius, sicut Principes & Praelati honorantur, etiamsi sint mali in quantum gerunt personam Dei, & communitatis, cui praeficiuntur*, adducitque illum Proverbiorum textum, *sicut qui mittit lapidem &c. Quia Gentiles rationem attribuebant Mercurio, acervus Mercurij dicitur cumulus ratiocinij, in quo mercator quandoque mittit unum lapillum loco centum marcarum, ita etiam honoratur insipiens, qui ponitur loco Dei.* S. Ephrem ad hoc valde idoneam in medium adducit similitudinem, dum ait : *Etenim sicut fulgidissimum aurum, licet luto contaminatum, non percipit detrimentum; neque speciosissima margarita ex contactu quarumdam immundarum specierum : ad eumdem modum nec Sacerdotium ab ullo sordidum redditur, quantumvis etiam indignus sit is, qui illud suscepit.* Quando coram sacerdote nos inclinamus, vel honorem & reverentiam exhibemus; id gradui & dignitati sacerdotali praestamus, & non personae. Crux adoratur, non quia argentea est vel aurea, sed quia illam, in quam Filius Dei confixus fuit, repraesentat.

S. Th. 2. 2. q. 63. a. 3. Potest aliquis honorari propter virtutem alterius.

S. Ephr. t. 1. de sac.

7. Herodotus de Amasia Aegypti Rege humiliter nato refert, quod se à subditis suis parum honorari videns, majorem sibi ab illis honorem conciliandi hunc modum invenerit; jussit enim Catinum aureum coram se afferri, in quo ipse & convivae, priusquam mensae accumberent pedes suos lavabant, deinde ex eodem catino fundi jussit Idolum, quod unum è praecipuis eorum Dijs referebat, illudque altari superimpositum ab omnibus & singulis cerratim adorari jussit; tum verò populo dixit; Scitisne; ex qua materia Idolum hoc fabricatum fuerit? utique ex Catino in quo prius pedes lavabantur : nec tamen ob hoc debitum idolo cultum exhibere definebant, eo quod Dei illius referret imaginem : quibus proinde dixit, ita quoque mihi, tametsi ex humilibus parentibus nato, debitus honor & reverentia deneganda non est, quia Rex vester sum.

Manasi Bibliothecae Moralis tom II.

8. S. Franciscus in testamento à se condito, hac suos obligatione obstrinxit : *Ecclesiasticos venerari, & pro reverenti volo ob eorum officium, & administrationem sanctissimi corporis & sanguinis Christi, quod sacrificant, & recipiunt, & alijs ministrant*; *nolo in ipsis considerare peccatum, quia Filium Dei cernoin ipsis, & Domini mei sunt. Hac propter hoc facio, quia nihil video corporaliter in hoc saeculo de ipso altissimo Filio Dei, nisi sanctissimum corpus & sanguinem suum*; *quod ipsi suscipiunt, & ipsi soli alijs administrant.* Sciendum verò est, quòd in eo saeculo, in quo natus est S. Franciscus, Clerus dissolutissime vixerit : unde in Annalibus Ecclesiasticis legimus, tunc *Ecclesiam deterius inclinantem, & collabentem fuisse depravata morum disciplina.* Unde Scriptor quidam de illis temporibus ita scribit : *Increbuerat tanta Clericorum licentia, ut nulla religionis facies in Ecclesia Dei cognosceretur*; & tamen vir ille Seraphicus non obstante hac ministrorum sacrorum dissolutione, ne quidquam de respectu & veneratione illis debita diminutum esse voluit : *Omni reverentia & honore*, inquit idem S. Franciscus; *prosequendi sunt Dei sacerdotes, qui omnibus sunt superiores & dignitores*; *Christianorum sunt Patres spirituales, & hujus mundi spiritus & vita.*

Opus sancti Franc. t. 1. c. 7. Praeclara admonitio S. Francisci de honorandis sacerdotibus.

Bar. an. 1182. n. 6.

Jac. Bergomi l. 2. ad an. 1217.

Opusc. t. 3. ora. c. 22.

9. Et quidem ne ab Altari longius recedamus, aptissima occurrit similitudo; quam S. Gregor. Nyssenus his verbis adducit : *Altare hoc sanctum*, inquit : *cui assistimus lapis est natura communis; nihil differens ab alijs crustis lapideis; ex quibus parietes nostri exstruuntur & pavimenta exornantur, sed quoniam Dei cultui consecratum atque dedicatum est, & benedictionem accepit, mensa sancta altare immaculatum est quod non amplius ab omnibus, sed à solis sacerdotibus, usque venerandibus contrectatur.* Idem quoque S. Pater similitudinem adfert panis qui priusquam consecretur, usualis est; & ab omnibus tangitur, & manducatur; non item postquam supervenit consecratio : *Panis item est initio communis*, inquit, *sed ubi cum mysterium sacrificaverit, corpus Christi fit, & dicitur : si mysticum oleum, si vinum, cum sint res exigui pretij ante benedictionem, post sacrificationem, quae à spiritu procedit, utrumque eorum excellenter operatur : eadem item verbi vis, etiam sacerdotem augustum, & venerandum facit.* Videtis nonnumquam virum contemptibilem, humilibus parentibus oriundum, ideoque nec consideratum, nec in honore habitum; qui tamen quando ad sacerdotium ascendit, & clavium potestatem accepit, ratione characteris sacerdotalis, quo est insignitus, subitò venerabilis efficitur : cum heri unus de multitudine ac plebe esset, repente redditur Praeceptor, Praeses, Doctor pietatis, mysteriorum latentium Praesul. Quisnam obsecro vilipendio dignior erat Caiphâ, qui ad inferendam Christo necem conciliabulum convocavit, & tamen de illo Evangelium dicit : (*Cum esset Pontifex anni illius prophetavit*) *quanta dignitas sit ordinis sacerdotalis*; inquit S. Augustinus, *hinc advertamus; dictum est de nequissimo Caipha interfectore Salvatoris, inter caetera, hoc autem à semetipso non dixit, sed cum esset Princeps sacerdotum illius anni prophetavit*; *per quod ostenditur Spiritum sanctum gratiarum, non personam sequi digni aut indigni, sed ordinem traditionis.*

Honor etiam vitibus sacerdotibus exhibendus.

S. Greg. Nyss. in Bapt. Chr.

Probatur similitudine lapidum altaris.

Item panis & vini consecrati.

Jo. 11. v. 51.

S. Aug. in l. quaest. vet. test. c. 11.

10. S. Ignatius in Epistola quadam ad Smymenses, Deum in ministris suis, directè offendi & injurijs affici asserit, dicens : *Sacerdotij dignitatem qui parvisse contemnit, non hominem laedit ignominia, sed Deum.* Et ideo D. Chrys. ait : *Ne simus deteriores infidelibus, qui propter errorem Idolorum suorum adhuc tantum cultum exhibent eorum sacerdotibus, sed quantum distat error & veritas: tantum distant illorum, & Dei sacerdotes.* S. Gregor. ad Mauritium Imp. Ecclesiam Dei cujusque ministros persequentem, ita scribit : *Ante tempora Constantini in republica Principes fuerant, qui Deum veram nescientes, Deos ligneos & lapideos colebant, & tamen eorum sacerdotibus honorem maximum tribuebant, quid ergo mirum*

Injuria sacerdotum redundat in Deum.

S. Ign. M. Ep. ad Smyrn.

D. Chrys. h. 65. in Gen.

S. Greg. l. 4. regist. 75. ep.

si Christianos Imperator veri Dei sacerdotes dignatur honore, dum pagani honorem sacerdotibus impendere noverunt, qui Dijs ligneis & lapideis serviebant? Hic autem Imperator in justam irreverentiæ & injuriæ S. Greg. irrogatæ pœnam à Phoca successore suo una cum filijs suis trucidatus fuit.

Matth. 5. v. 22.

S. Cyp. ep. 18. Sicuti etiam contemptus illorum.

1. Reg. 8. v. 7.

11. D. Cyprianus commination em illam Christi ponderat, dicentis: *Qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehennæ ignis*; & subdit: *Quomodo possunt censuram Dei ultoris evadere, qui talia ingerunt non solum fratribus, sed & sacerdotibus, quibus honor tantus de Dei dignitate conceditur, ut in ipsis contemptus, Deus ipse contemptus censeatur juxta hunc locum.* [*Non te abjecerunt, sed me?*] Erenim sacerdos ipsummet Deum repræsentat, maximè in ministerio suo primario; quod est sacrificium incruentum, qui in Christi nomine sacrificat, unde D. Chrys. de sacerdote consecrante dicit: *Non humanæ virtutis opera hæc, sed quia tunc illa fecit in illa cœna, idem & nunc quoque facit; nos ministrorum tantum tenemus locum, qui vero sanctificat ea, & immutat, ipse est.* Salvianus gravitatis sacrilegij, quod per offensas & injurias sacerdotibus illatas, committitur, hanc reddit rationem, dicens: *Sacrilegij genus est, Dei odisse cultores sicut enim si servos nostros quispiam cædat, nos in servorum nostrorum injuria cædit, & si à quoquam filius verberetur alicujus, in supplicio filij, pietas paterna torqueatur. Ita & cum servus Dei à quolibet lædituv, Majestas divina violatur.* D. Chrys. pariter in homilia quadam ita scribit: *sicut honor, qui propter ipsum impenditur, multum parit fiduciæ (propria enim fecit facit Deus, quæ in servos suos collocantur) ita & illorum contemptus multam è superni pœnam nobis deferet. Igitur sicut suam esse honorem, ita & contemptum ducit.*

D. Chrys. h. 43. in Matth.

Salv. l. 4. de Dei provid.

D. Chrys. h. 66. in Gen.

Qui sacerdotes indigne tractant pœnam non evadent.

12. S. Bernardinus supplicium Ozæ arcam tangentis memorat, ex eoque pœnam demonstrat, quæ in illos redundabit, qui se erga Ecclesiasticos irreverentes exhibent; dicit enim: *Per arcam Prælati intelliguntur, per Ozam subditi, per inclinationem arcæ, casus intelligantur Prælatorum; per illum, qui manum adhibuit intelligantur reprehendentes, vel accusantes vitam Doctorum, qui à Domino percussi intereunt, scilicet cum id faciunt detrahendo, charitatis & reverentiæ ordine non servato.* Rex Ochocias Eliam Prophetam manibus suis tradi volebat, eoque fine multos misit milites idque non semel, sed sæpius, ut ipsum caperent, & vinctum ad se adducerent; qui tamen omnes, quod bene observandum est, severissimè à Deo puniti fuerunt; missio enim cœlitus in eos igne, cuncti conflagrarunt; notandum verò, quod illum hoc nomine *Homo Dei* appellarunt, & ideo justè à Deo occisi fuerunt, quia non obstante, quòd *Homo Dei*, id est Propheta & minister Altissimi esset, suas in illum manus injicere non dubitabant; D. Chrys. in ea est opinione, quòd illum per ironiam, Hominem Dei vocaverint, at vero hoc ipsum manum Dei, contra eos tanto magis aggravavit. Idem quoque S. Doctor id, quod Eliæo à subsannantibus eum, pueris accidit, his verbis memorat, & exponit: *Quod enim pueris propter Elisæum ab ursis passis sit supplicium, idem propter ejus Magistrum centum viri cum suis ducibus igne de superiori loco diffluente pertulerunt: nam quod & illi ad Eliam accedentes, & per suam dissimulationem verum justum appellantes, ad se jusserunt descendere, ejus loco descendentes ignis omnes absumpsit, non secus atque illos ante feræ devorarunt.*

4. Reg. 1. v. 9.

D. Chrys. h. 3. conf. Jud.

DISCURSUS XXV.
ARGUMENTUM.

Nequaquam lacerandi sunt sacerdotes, quantumvis mali; nec illis quidquam reverentiæ adimendum est in publico; quod exemplis quibusdam, Christi præcipuè probatur.

THEMA.

Nolite tangere Christos meos. Psalm. 104. v. 15.

Sacerdotibus etiam malis, in publico non est detrahendum.

Joan. 1. 18.

Hug. Card. ibid.

1. MUltis ante Salvatoris Nativitatem sæculis, Psalmista, per æternæ veritatis instinctum, ait: *Nolite tangere Christos meos*; si Pater æternus plures habuisset filios, facilis equidem hujus textus foret intelligentia, præsertim si plures etiam in mundum misisset verumtamen: *Unigenitus filius, qui est in sinu Patris*; quis igitur Prophetici hujus Oraculi sensus est? Hugo Cardinalis dubium solvit, dum *Christum* idem astruit esse, quod *unctum. Præcipuè unctii Domini dicuntur sacerdotes & clerici, & religiosi, quos prohibet Dominus tangi*; Quos varie offendi posse considerat, præsertim autem modis ad nostrum propositum deservientibus duobus; *tangentur, illis detrahendo, & maledicendo, & debitum honorem non exhibendo?* Dionysius Carthus. de Sacerdotibus pariter intelligendum astruit; illum Zachariæ textum, ubi Deus protestatur oculorum suorum pupillam offendi quoties male tractantur Sacerdotes: *Ipsi sunt, quibus dixit Dominus; qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei.* Unde uxorem Aaronis contra Moysen murmurantem indilatè lepra infecit; circa quem textum ita discurrit Oleaster: *Cur non timuistis loqui contra servum meum Moysen timendum valde est, servos Dei detrahere, quorum detractionibus sic occurrere solet Deus, Tacet Moyses & Dominus causam ejus agit.*

Dio. C. ib.

Zach. 2. 8.

Num. 12. 8. Oleast. ibi.

2. S. Bernard. de sæcularium Ecclesiasticis detrahentium pruritu tractans, sequentem in hæc verba citat S. Gregorij canonem: *Multi sæcularium hominum, cum plus sacerdotum vitam quam suam discutiunt, in magnum contemptionis divinorum sacramentorum crimen incurrunt; Magna enim trabe vulnerator oculos habentes, eamque negligentes, festucam tenuem in aliorum conspiciunt oculis, quam dum incautè festinant vellere, in foveam erroris dilabuntur.* Mirum certè non est, Ecclesiasticum communi mortalium massa coagulatos, quandoque deficere, sed circumspectionem notemus oportet, quâ Deus antiquitus, in illorum transgressionis expiationem offerri voluit sacrificium: *Si sacerdos, qui unctus est, peccaverit, delinquere faciens populum, offeret pro peccato suo vitulum immaculatum Domino*; multi equidem in hac victima offerenda, omnesque mysteriosi practicabantur ritus: sed nostro utilissima proposito favet solicitudo, quam Sapientia increata adhibuit in hujusmodi, ordinans, ut viscera, intestina, & excrementa illius victimæ in mundum & solitarium locum transportarentur: *Pellem verò & omnes carnes, cum capite & pedibus; & intestinis, & fimo, & reliquo corpore, efferet extra castra, in locum mundum.* Interpres quidam sequens inde elicit mysterium, dum ait: *Non licere peccata sacerdotum in publicum jactare, neque in locum immundum, id est, in detractorum conventicula, & in profanas & maledicas linguas; sed curandum esse, ut taceantur, & omnes eorum reliquæ charitatis igne consumantur ac perpetuo silentio contegantur, quousque nihil remaneat, quod trahi possit in exemplum.*

S. Bern. Serm. 1. in fer. 2. in 2. Sæculares sacerdotum vitam non discutiant.

Lev. 4. 3.

3. Symmachus IV. ab adversarijs suis injuriosè calumniatus, ut se innocentem esse ostenderet, Synodo se submisit; at verò res profectò notabilis est, quòd licet Acta trium Concilior. Synodalium reperiantur, nulla tamen in illis fiat mentio cujusnam delicti falsè accusatus fuerit, ex quo nobis discendum est, inquit Card. Baron, quòd Episcopi in illa Synodo præsentes discreté disposuerint, ut falsæ contra Pontificem sparsæ calumniæ sub profundo manerent silentio sepultæ, procurando cum omni studio, ne per quamcumque occasionem à posteris in Actis publicis deprehendi posset scripta ulla summi Sacerdotis macula, vel labecula quantumvis minima, quod cum antiqua norma, à majoribus nostris nobis tradita, optime convenit, utpote qui sacerdotum delicta, ut Orig. observat, semper regere studuerunt. Et tamen hisce nostris miseris temporibus, gratissimum videtur esse sæcularibus, vel occultissimos Ecclesiasticorum indagare defectus, & bonam eorum lacerare famam, credentes hoc modo eos malitiæ, & iniquitatis labe conspurcandos. Sed quod caput est, unius alteriusve aut imperfectionem, aut malitiam, omnibus adscribunt communem, totum incusantes ordinem sacerdotalem, aut religionem, illius immemores S. August. Documenti: *Quantumlibet vigilet disciplina domus meæ, homo sum, & inter homines vivo: Nec mihi arrogare audeo, ut domus mea melior sit, quàm Arca Noë, ubi inter octo homines, unus reprobus inventus est: ut melior sit, quam domus Abrahæ, ubi dictum est: ejice ancillam & filium ejus: aut melior sit, quam domus Isaac, ubi de duobus geminis dictum est: Jacob dilexi, Esau odio habui: aut melior sit, quam Jacob, ubi lectum Patris filius incestavit: aut melior sit, quâ domus David, cujus filius cum furore concubuit, cujus alter filius contra Patris tam sanctam mansuetudinem rebellavit: aut melior sit, quam cohabitatio ipsius D. I. C. in qua undecim boni perfidum, & furem Judam toleraverunt: aut melior sit postremo, quam cœlum, unde Angeli ceciderunt.*

Bar. an. 502. n. 132.

Exemplum Symmachi Papæ falsò accusati.

S. August. ep. 137.

Unius defectus alteri non sunt impatandi.

4. Alia ejusdem Psalmistæ notatu digna se offerunt verba dicentis: *Posuerunt in cœlum os suum, & ideo lingua eorum transivit in terra.* Historiæ antiquæ severissimas tradunt justitiæ divinæ pœnas, exercitas contra linguas, servis Dei detrahentes; quarum stultitia quantum Ecclesiasticorum casibus & erroribus gaudeat,

Psalm. 72. 9. Magna stultitia gaudere de sacerdotum casibus.

deat, hæc ingeniosa evidenter demonstratur similitudine. Si quando inter horrendam maris tempestatem, navis, cui quis incst, periculum incurreret submersionis ob ventorum violentiam, & undarum fluxum atque refluxum: Ipseque navis gubernator extremo luctaretur in discrimine, reliqui autem viatores tripudiarent festivè, nonne omnes amentes fatuosque appellares? *Hoc mare magnum*: de hoc sæculo astruit Psalmista: nosque Christiani per Dei gratiam, omnes navem confendimus Ecclesiæ, ut ad littus paradisi advenigemus: sed eheu! *Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me.* Quot equidem tentationum; periculorum, & discriminum procellæ nos in abyssum usque demergunt? qui nostri sunt nauclerj, qui hanc dirigunt navem, nisi Ecclesiastici? qualiter ergo quisquam nostrum gaudere, aut exultare præsumet, si quando eos humana fragilitas periclitari fecerit?

Psl. 68. v. 3.

Num. 12. Qui omni modo sunt occultandi.

5: *Nolite tangere: tanguntur, illis detrahendo:* Non modò autem ab omni eorum detractione abstinere, sed & transgressiones eorum, quantum in nobis est, occultare, & coram alijs excusare tenemur. Contra Moysen peculanter murmurabant Maria & Aaron, sicque communis erat utriusque culpa, & nihilominus eam solam infecit lepra: cujus hæc unica assignari potest ratio, ne scilicet hujusmodi publica lepræ pœna Aaronem summum sacerdotem, vilipendio exponeret coram populo; Unde etiam Dominus supplicium distulisse videtur, quando juxta populi vota, aureum fudit vitulū.

Num. 12.

Causa cur S. Zachar. obmutuerit.

Luc. 1. 22.

6. Celebris à S. Luca de S. Zacharia summo sacerdote, sanctique præcursoris patre, narratur historia: dubitans namque de cœlesti per Gabrielem allato nuncio, nullamque ei fidem adhibens, linguæ beneficium amisit: *Egressus autem non poterat loqui ad illos; & cognoverunt, quod visionem vidisset in templo.* Notate verba: nolebat equidem providentia divina populo innotescere, hoc ei in incredulitatis pœnam obtigisse, ne sanctitatis ejus conceptus apud populum diminueretur. ideoque ordinavit; ut sibi persuaderent, hunc visionis & apparitionis, sibi in templo factæ, effectum esse. Unde Lyran. ait: *Tamen nesciebant qualem: ex hoc enim, quod videbant faciem ejus mirabiliter mutatam ex collocutione cum Angelo, & ipsum non loqui, conjecturabant habuisse visionem.* S. Chrysol. pariter advertit, S. Zachariam propter gradum & munus, quo fungebatur, ne sinistram contra se suspicionem crearet, singulariter conatum fuisse, ne mutæ linguæ ratio, & causa in aliorum deveniret notitiam: *Ille ubi sensit linguæ suæ vincula, sua januam clausisse sermonis, impetravit mutu, ne quis causas taciturnitatis inquireret.*

Lyran.

D. Chrysol. serm. 86.

Matth. 3. 7.

Luc. 3. 7.

Exemplum summi Pontificis læsus, tamen illum honoravit nobis in exemplum.

Joan. 1. 19.

Rup. Abb.

Act. 23. 3. S. Paulus à summo Pontifice læsus, tamen illum honoravit nobis in exemplum.

7. In Actibus Apostolorum legimus quòd, postquam summus Sacerdos validissimum S. Paulo colaphum impingi fecisset, is inde commotus, his eum verbis allocutus fuerit: *Percutiet te Deus, paries dealbate*; At verò sciendum, quod cum à circumstantibus desuper reprehenderetur dicentibus: *Summum Dei sacerdotem maledicis?* respondit: *Nesciebam fratres, quia Princeps est sacerdotum.* Verum quidem est, quod sine causa, imò cum manifesta injustitia Apostolus colaphizatus fuerit, præterquam quòd, quem summum Sacerdotem dicebant, summus sacerdos minimè fuerit, eò quòd lex antiqua jam esset abolita; quin potius S. Petrus summus Pontifex erat, ille verò prætensus Pontifex sacrilegus & veri Dei inimicus erat, & tamen S. Paulus illum honorare voluit, ne nobis malum præberet exemplum indigne tractandi sacerdotem etiam indignum & solo nomine & apparentia talem; quà de re S. Cyprianus ita scribit: *Beatus Apostolus cum ei dictum esset sic insilis in sacerdotem Dei, maledicendo? nihil contumeliosè locutus est adversus Sacerdotem, quando & potuerit se constanter exerere adversus eos, qui Dominum crucifixissent, & qui jam Deum & Christum & templum & Sacerdotium perdidissent. Sed quamvis in falsis & spoliatis sacerdotibus, umbram tamen ipsam inanem sacerdotalis nominis cogitans, dixerit, nesciebam fratres, quia Pontifex est: Scriptum est enim; Principi populi tui non maledices.* Idem Paulus posquam prædicasset in Insula Papho, Elimam magum, se illi opponente, Deus zelum servi sui miraculo confirmavit; *O nunc ecce manus Domini super te, & eris cæcus, non videns Solem usque ad tempus, & confestim cecidit in eum caligo & tenebræ.* Aft quare filius pariter supplicium non oppressit Ananiam? In promptu est ratio, quia scilicet summus Sacerdos erat, ideòque ut talem, quantumvis ignominiosissimum Apostolo colaphum impegisset, Deus publica nolebat laborare infamin. Nemo nescit, qualiter mancipium quoddam colapho inhonorarit faciem Christi coram Caipha; cui proinde percussori Dominus: *Si malè locutus sum, testimonium perhibe de malo; Si autem bene, quid me cædis?* & nihilominus ipsemet consuluerat; *Noli resistere malo, sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram.* Insuper ipse venerat *non legem solvere, sed adimplere*, & S. Luca teste: *Cœpit Jesus facere & docere*; imò juxta Isiæ oraculum? *Quasi agnus coram tondente se obmutescet & non aperiet os suum.* De eodem denique prædictum fuerit; *dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobrijs*: Tot alijs colaphis, tot calcibus, percussionibus, verberibus numquam ingemuerat; imò usque ad finem vitæ, ne ipsis quidem illachrymatus est flagellis, spinis, clavis; Cur igitur in hac dumtaxat occasione indignabundus suam ursit justificationem, cur hic omnem à se reatum abalienare voluit, siquidem in tota reliqua passione peccator haberi non abhorruit? Clara est responsio; nisi indignatus responsset, causam approbasse, ob quam percutiebatur, putari potuisset, quasi scilicet exilem Caiphæ detulisset respectum: *Sic respondes Pontifici?* Hanc penitus à se abolere voluit suspicionem Sapientia incarnata, ne tale mundo dedisse videretur exemplum irreverentiæ in Prælatos, & Sacerdotes, quantumvis iniquos; Duo præcepta urgebant in præsenti scilicet honorandi Sacerdotem, & Evangelicum, alteram maxillam exhibendi se percutienti; potius igitur istud Christus quàm hoc adimplendum duxit; Unde S. Cyprianus inquit: *Cum ei dictum esset; sic respondes Pontifici? Custodiens & docens, sacerdotalem honorem servari oportere contra Pontificem nihil dixit, sed innocentiam suam tantummodo purgans, respondit, dicens: Si male locutus sum, exprobra de malo; Si autem bene, quid me cædis?*

S. Cyp. ib.

S. Cyp. ep. 65.

Exod. 22. 28.

Act. 13. 11.

Joan. 18. 23.

Matt. 5. 39.

Ibid. v. 17.

Act. 1. 1.

Isa. 53. 7.

Thren. 3. v. 30.

Christus in domo Caiphæ alapa percussus, tamen illi detulit respectum eo quod esset summus Pontifex.

Joan. 18. 22.

8. Nescio; si quandoque reflexionem feceritis ad diversas duorum Principum variis temporibus, Salvatori factas supplicas; primus Regulus Capharnaita pro filio, secundus qui Jairus erat, pro filia mortua instituit resuscitanda; magna in divinitatem Christi fide laborabat uterque, personalem Christi præsentiam expetentes, *Vent, impone manum tuam super eam & vivet*, inquiebat Archisynagogus, Regulus autem: *Descende priusquam moriatur filius meus*, & nihilominus ille à Christo solus reprehensus legitur: *Nisi signa & prodigia videritis, non creditis.* Quæ hujus differentiæ ratio? Didacus Stella de Jaro tractans, ait: *Hic sacerdos erat & Princeps Synagogæ: hinc ad nostram eruditionem discamus viros Ecclesiasticos honorare, & eorum peccata saltem coram populo non arguere.* Totum percurrite Evangelium, neque tamen umquam sacerdotes nominatim à Christo reprehensos fuisse in publico, invenietis; per ambages quidem & sub metaphoris eos reprehendit, ast numquam perdidit respectum: ut scilicet nos cautelam edoceret, quâ nos hoc in puncto procedere oporteat: *Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi. Quæcumque dixerint vobis servate & facite, secundum opera vero eorum nolite facere.* Erant quidem hi maxima ex parte sacerdotes, nihilominus eos nominare cavit, ne coram populo eos redderet despicabiles, juxta sententiam Dionisij Carthusiani. Cajetanus pariter, in his & similibus, Christum asserit, numquam meminisse Sacerdotum & Pontificum, propter reverentiam ordinis sacerdotalis: *Lege Evangelium, numquam invenies, Jesum nominasse Sacerdotes aliquando, sed Scribas & Pharisæos: Instruendo prædicatores, ut non prædicent contra Sacerdotes, ob reverentiam ordinis.*

Christus numquam aperte reprehendit sacerdotes.

Matt. 9. 18.

Joan. 4. 49.

Did. Stell. in c. 20. Luc.

Matth. 23. v. 2. 3.

Cajet.

Matth. 8. 4. *Luc.* 17. 14. *S. Cyp. ep.* 65. Sacerdotum etiam malorum fovendus est respectus.

9. Mundans Christus leprosos, eos ad sacerdotes misit, dicens: *Vade ostende te Sacerdoti: Ite, ostendite vos Sacerdotibus.* Circa quæ verba S. Cyprian. inquit: *Cum leprosum emundasset, dixit illi: Vade ostende te Sacerdoti: Sacerdotem quoque adhuc appellat, quem sciebat esse sacrilegum.* Item dum flagellum in templo vibraret contra prophanatores, quantumvis sacerdotes mercaturam exercerent, virgis ictibusque dignissimi: nihilominus in nullum legitur eorum conjecisse manum, quin potius columbarum venditoribus multa cum benignitate dixit: *Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei, domum negotiationis;* quæ hujus facti assignabitur differentia? Respondet S. Isidorus Pelusiota: *Ad eos, qui columbas vendebant, dixit Dominus: Sacerdotes qui Spiritus sancti dona vendebant:* Neque hos alio modo reprehendere voluit, multò minus flagellare, ut scilicet instrueret omnes, Sacerdotum quantumvis malorum semper esse fovendum respectum, bonamque famam.

Cant. 2. 16.

S. Isid. Pel. l. 1. *ep.* 106.

10. S. Chrysost. illum Apostoli Textum (*salutate Priscam &c.*) ita nostro accommodat proposito: *nihil nocebimus Sacerdotibus, quibus maledicimus, sive ementita sive vera sint, quæ de eis dicimus,* quo fine illum citatum adducit textum, *Super cathedram Moysis, &c.* inquiens: *Quid illis erat pejus, quorum zelus futurus discipulos corripuit: Attamen neque sic eos dejecit à dignitate, neque subditis contemptibiles fecit.*

S. *Chrysost. t.* 5. *serm.* 17.

DISCURSUS XXVI.

ARGUMENTUM.

Mala vita Ecclesiasticorum nihil obstat, vel officit bonis, quæ ab illorum ministerio proveniunt, ideoque tutò illis uti possumus.

THEMA.

Super Cathedram Moysis sederunt Scribæ & Pharisæi. Omnia ergo quæcumque dixerint vobis, servate & facite; secundùm opera verò eorum nolite facere. Matth. 23. v. 2. 3.

1. APertè declarat Salvator in his verbis, quod mala Ecclesiasticorum vita, nos à virtute minime avocare debeat, fiquidem aures verbis, & non oculos factis applicare debemus: *Quæcumque dixerint vobis servate & facite, secundùm opera verò eorum nolite facere.* Qui loquendi modus, Scribas & Pharisæos, pessimæ ostendit fuisse vitæ, idcoque nullatenus imitandos, quia tamen doctrina eorum recta erat, ideo à nobis adimpleri voluit, quæ ipsi nos docturi essent: *Omnia ergo, quæcumque dixerint vobis, facite.* S. Augustinus, eos dum Cathedram Moysis pothiderent, veros sustinet fuisse veritatis, fanæque doctrinæ promulgatores absque erroris periculo, unde inquit: *Illa ergo Cathedra non eorum, sed Moysis cogebat eos bona dicere, etiam non bona facientes.* Quot equidem Papæ vitiosissimi, Cathedram sancti Petri possederunt, & nihilominus synceram fidei Catholicæ Romanæ doctrinam numquam adulterarunt? Cajetanus particulam illam *sederunt* ita interpretandam autumat, ut idem sonet, quod *authoritatem habuerunt,* ex quo pariter textu, hoc elicit dogma V. Beda: *Propter sacerdotium nominisque dignitates exhortatur populos, ut subjiciantur eis; non opera, sed doctrinam consideranter,* etenim multi Principes pro bono regimine leges promulgant irreprehensibiles, rectas, bonæque justitiæ conformes, qui licet illas non observent, imò nonnumquam pessimæ vitæ exempla edant, non tamen propter hoc, subditi adimpletione, & obedientia illarum immunes sunt, utpote quæ in eorum utilitatem & profectum proprium conditæ fuerunt: Eodem modo Ecclesiastici delegatam à Deo authoritatem habent pro animarum regimine, Constitutiones, Decreta & Canones condendi, subditos corrigendi, & reprehendendi, abusus item & malos mores eradicandi quibus in his omnibus debitus exhibendus est respectus & obedientia, licet ipsi dissolute vivant: *Omnia quæcumque dixerint vobis, facite.*

Mala vita Ecclesiasticorum neminem à virtute retrahere debet.

Matth. 23. *v.* 3.

Cajet. in Matth.

Bed. ibi.

2. Sanctus Isidorus Pelusiota in Epistola ad Zosimum Presbyterum refert certi cujusdam viri turbationem, eo quod Sacramenta, divinaque mysteria à tali recepisset Presbytero, qui peccatis carnalibus immersus vivebat; Quem proinde his verbis ad meliorem mentem se reduxisse scribit: *Nullo detrimento is, qui susceptit, afficitur, etiamsi is qui tribuit, indignus esse videatur, neque incontaminata mysteria compurcantur, etiamsi sacerdos omnes mortalis improbitate superet.* In cujus probationem, exemplum Corvi ad Eliam missi in medium adducit; Divina namque providentia huic Prophetæ suo in condensæ sylvæ solitudine constituto, victus annonam mittere volens, usus est corvo, ave videlicet deformi & putridis cadaverum carnibus devorandis assuetæ, nec tamen idem Propheta annonam cœlitus quotidie missam accipere & comedere detrectavit, imò non defuere Authores, qui sustinuerint, dictas carnes & panem ex impij & sacrilegi Regis Achabi mensa allatas fuisse: fit ut sit, unde veniret avis, non examinavit Elias, sed necessariam excepit restaurationem: *Quod si mihi dissidis,* inquit Pelusiota, *corvum cogita, impurum inquam illud, atque in pullos suos crudele animal; cujus operâ ille in cœlum excurrens, ac cœli civis Elias alebatur.* Anima panem verbi Dei esuriens, cibumque cœlestem, sacrificium oblatura Deo, aut peccatorum suorum absolutionem receptura, etiam à corvo, id est, ab indigno, impuro & vitioso sacerdote; certo noverit, se suo minime defraudari subsidio neque per hoc ullam hostiæ inferri maculam, quam in Canone nuncupamus: *Sanctum sacrificium, immaculatam hostiam.*

S. Isid. Pel. l. 3. *ep.* 340. Nec officit quo minus sacramenta verè distribuat.

3. Author Imperfecti dictis inhærens verbis, naturam in Ecclesiasticis distinguit & gradum, inquiens, quòd malorum sacerdotum vitia detestari debeamus, malosque mores, non ministerium: Siquidem *frequenter de homine malo bona doctrina procedit;* Cujus hanc commodissimam assignat similitudinem, pretiosi vena auri, neque ullum permittit fructum: *Numquid propter vilem terram, pretiosum aurum contemnitur? non; sed aurum eligitur, & terra contemnitur; sic & vos doctrinam accipite & mores relinquite.* Tradunt Annales fratrum Minorum, Hæreticum quemdam sacerdotis Catholici bonæ indidiantem famæ, propter concubinatum, populo dixisse ne verbis eis ullam adhiberent fidem, nullum illi præstarent respectum, reverentiam, aut obedientiam; siquidem manibus ijs meretricibus corpus Christi attrectaret. Sanctus itaque Franciscus periculum advertens, quod temerarius illius hominis intentabat error, coram universo populo dicti sacerdotis genibus advolutus, in hæc prorupit verba: *Si tales sint manus illius, quales ille dicit, nescio, sed licet tales forent, scio non posse inquinare virtutem divinorum sacramentorum. Quia ergo per istas multa beneficia & charismata populo Dei fluunt, eas exosculor ob reverentiam eorum, quæ ministrant, & cujus authoritate ministrant.*

Auth. Imp. hom. 43. Malorum sacerdotum mores non ministerium vilipendendum.

4. In Libro, cujus titulus est, *doctrinæ Patrum,* ubi de judicio temerario agitur; sequens recensetur historia. Cum enim sacerdos quidam sanctum quemdam Eremitam, ut ejus confessionem auscultaret; & sacra eum communione reficeret, frequenter convenisset, accidit, quòd Eremita prædictus ab alijs presbyterum illum scandalosè vivere intelligeret, unde hac mala fama imbutus, quamprimum ad ipsum visitandum accessit, fores tugurij sui ante faciem ejus occlusit; adeoque sacerdos confusus abinde recessit: mox verò Eremita vocem cœlitus elapsam audivit dicentem: *Tuleruntsibi homines judicium meum.* Unde raptus in extasin, vidit puteum quemdam aureum, & siculam aureum ex fune pariter aureo pendentem, aqua vero limpida erat & crystallina. Viditque insuper, leprosum quemdam, aquam illam ex puteo haustam vasi cuidam infundere, eique propinare, & licet servus Dei sitiret: bibere tamen noluit, eò quod leprosus manu suâ eam illi propinaret, moxque aliam quamdam vocem inaudijt dicentem: *Cur non bibis ex aqua hac? quam causam habet qui implet? implet enim solummodo, & injundit in vas.* Tunc præfatus Eremita in semetipsum reversus, ex hac visione ab errore suo resipuit & Sacerdotem prædictum ad se denuo revocavit, ejusque ministerio usus fuit sicut prius.

Lib. doctr. Pat. consid. temerar. n. 7. Probatur insigni historia.

5. Sanctus Anselmus illa verba, *Omnia ergo quæcumque dixerint vobis, servate & facite,* ita exponit: *Servate quæ ad Cathedram pertinent non quæ ad vitam;* Cum enim improbos aliquos sacerdotes videmus, oculus noster dirigendus est, non ad vitam quam ducunt, sed doctrinam quam tradunt, ad sacrificia quæ offerunt, ad Sacramenta, aliaque auxilia spiritualia quæ nobis ministrant: reflectendum quoque est nobis ad potestatem ipsis à Deo delegatam; Unde sanctus Ignatius de Loyola de obedientia superioribus à subditis debita differens; hoc suis tradit documentum: *Numquam intueantur personam, cui obediunt, sed in ea Dominum respiciant;* nam ut Politicus ille ait: *Vitia erunt donec homines fuerint;* & ideo cum sacerdotes quoque de progenie Adami sint procreati, Christus prævidens, futuros esse malos sacerdotes quovis tempore, nos præmonere voluit, dicens: *Quæcumque vobis dixerint, facite secundùm opera verò eorum, nolite facere;* & per Apostolum nos monitos esse voluit; ita scribentem: *Obedite Dominis carnalibus cum timore & tremore in simplicitate cordis vestri sicut Christo non ad oculum servientes.* S. Antonius de Padua in quodam sermone nos monet, ne desinamus fructus facere ex verbo Dei, tametsi illud nobis à Prædicatoribus malæ vitæ annuncietur, *dum tamen fundetur in veritate Scripturæ divinæ:* Cujus asserti hanc reddit efficacem rationem: quis vestrum corpus Christi adorare detrectat, licet illud à ministro malæ vitæ consecratum esse sciat? Porrò quod hic sanctus de verbo Dei dicit, applicari quoque potest cunctis alijs bonis, quæ ab Ecclesiasticis nobis proveniunt.

Matth. 23. 3.

Eph. 6. 5.

S. Ant. de Pad. serm. in fer. 3. *post D.* 2. *q.*

6. S. Isidorus Pelusiota exemplum Balaam in medium adducit, dicens: *Quid Balaam illo impurius, scelestius exstitit? & tamen ipsius linguæ Deus ad benedictiones usus est. Quid vosum Caiphæ sceleratius? & tamen vaticinatus est, & gratia linguam quidem ipsius tetigit, at non item mentem tetigit, quod si quid etiam quod magis mirandum sit intelligere cupis, per eorum hoc est immundam azem cœlipetam illum pascebat Eliam.* Quocirca ne dubites, *quin flagitiosos quosdam sacerdotes (neque enim omnes condemnare oportet, nec æquum est) divina & natura sublimiora beneficia tribuantur.* Sanctus Carolus volebat, ut Parochi assiduè morarent populum de honore Ecclesiasticis deferendo; Inter alia verò verba, quibus illos hoc edocuit, valde notabilia sunt sequentia, *Docebit præterea dignitatem sacerdotalem, non à persona eorum, qui illam obtinent, sed ab officij munere administrationeque pendere, nec propterea illos æstimandos esse quatenus homines sunt, sed tanquam dispensatores mysteriorum Dei;* Quatenus homines casibus subjecti sunt humanis, quo modo illos considerare non debemus. Qui infirmus est, idcoque Medico & Apothecario opus habet, parum utique curat, si alteruter illorum malis sit moribus imbutus, aut fama vel aliâ quâpiam infirmitate laboret fiquidem hoc unicum illi sufficeret, si salutaria ab illis consilia & medicamenta saluti suæ convenientia recipiat. Idem quoque in casu nostro veritatem habet.

Auct. Eccl. Med. cap. 157.

S. Aug. l. 2. *con. litteras Petilia. c.* 47.

Sacramenta sunt pharmaca salutis etiam in manibus malorum sacerdotum.

Matth. 26. *v.* 14. 15. *& c.* 23. 3.

S. Aug. tr. 48. *in Jo.*

7. S. Justinus martyr sacramentum altaris, *pharmacum immortalitatis* appellat, cur igitur is, qui hoc sacramento pro salute æterna indiget, illud de manu sacerdotis, cæteroquin dissoluti & licentiosi recipere recusare voleat? (*Tolle quod tuum est & vade*) *dicere potest talis malus sacerdos.* (*Non facio tibi injuriam. Secundum opera eorum nolite facere*;) Etenim distinguere debemus mala exempla à divinorum ministeriorum administratione; *Bonum inter spinas, caute lege,* inquit S. Augustinus, *ne dum quæris fructum laceres manum, & cum audis bona dicentem, ne imiteris mala facientem;* Apes super herbas quiescunt, tametsi hæ illis minimè conveniant, at verò dum pro componendo melle floribus indigent, hos delibant, & illas relinquunt, quam similitudinem ab Authore operis Imperfecti allatam S. Bernardinus quoque, his verbis adducit: *Nam ut apibus herbæ non sunt necessariæ, sed flores herbarum, flores enim illæ colligunt; herbas relinquent: Sic & vos flores doctrinæ eligite, & conversationem relinquite, ea quasi inutilis arescat.* Sanctus Augustinus hanc eamdem doctrinam nobis tradere voluit pro quiete illarum conscientiarum, quæ eum puræ sint & immaculatæ, nonnumquam in ea sunt necessitate positæ, ut à manibus impuris, id est, à dissolutis confessoribus se gubernari permittere debeant; Scribit igitur S. hic Doctor in hæc verba: *Memento ergo Sacramentis nihil obesse mores malorum hominum, quo illa, vel omnium non sint, vel minus sancta sint, sed ipsis malis hominibus, ut hæc habeant, ad testimonium damnationis, non ad adjutorium salutis.* Quod enim attinet ad validitatem sacramentorum, non est dubium, quin tantum valeant ea, quæ per manum malorum sacerdotum administrantur, quantum illa, quæ boni ministrant; quod idem de sacrificijs pariter sine dubio dicendum est.

Auct. ibi.

S. Aug. ibi. c. 19. Ad dignitatem sacerdotalem respicere debemus.

8. Idem S. Augustinus capite sequenti, exemplum adducit Davidis, utpote viri à Deo valde illustrati, hic enim tametsi Saulem à Deo reprobatum, & regio sceptro indignum esse sciret, illum tamen venerabatur, & tamquam à Deo ad hanc dignitatem evecto, unctio & consecrato prompte obediat; Unde S. hic Doctor ait: *Ecce, Saul non habebat innocentiam, & tamen habebat sanctitatem, non vitæ sed unctionis;* Ad unctionem igitur, ad consecrationem, ad ministerium & dignitatem sacerdotalem, denique ad potestatem

Sacerdotibus tamquam locum tenentibus Dei delegatam respicere debemus.

D. Chrysf. hom. 2. *ad Tim.*

9. D. Chrysostomus de sacrificio incruento ita scribit: *Sacra ipsa oblatio, cujuscunis meriti sacerdos illam offerat, eadem est, quam dedit ipse Christus discipulis suis, nihil habet ista, quam illa minus, quia non hanc sanctificant homines, sed ipse Christus, qui illam antè sacraverat.* Principalis etenim offerens est ipsemet Christus, sacerdos enim in nomine Christi conficerat, & ideo quando verba consecrationis profert, non dicit *hoc est corpus Christi,* sed in persona Christi loquens; dicit: *Hoc est corpus meum.* Quantumvis verò malus sit minister, valorem tamen sacrificij diminuere aut evanidum facere nequit, hic enim à voluntate principalis offerentis determinatus manet, quod sequenti similitudine declarari potest: Si enim quis alicui per manum amici sui, mittit eleemosynam, tametsi is, qui illam defert in gratia Dei constitutus non sit, vitamque pessimam agat, non tamen ob id, meritum ejus, qui illam mittit, diminuitur, quia meritum eleemosynæ mensuratur à voluntate, liberalitate, & charitate illam mittentis, non verò deferentis eam: Eodem quoque modo, qui verbum Dei ministrat, qui agnum immaculatum offert; qui porrigit Eucharistiam, qui à peccatis absolvit, quacumque sit macula contaminatus, valori tamen & fructui horum bonorum cœlestium, quæ in semetipsis incapacia sunt, ut per malitiam ejus, qui ad illa solum concurrit ut instrumentum inficiantur, præjudicare nequit, unde S. Bern. ait: *Nec à tua utilitate retrahat te quorumdam clericorum deformis vita cum non despicias in tua necessitate candelam alios quidem illuminantem, sed quæ continue consumentem nec insuper despicis crucem in capite tuæ iter tibi monstrantem, nec tamen ipsam inde moventem; nec quoque despicatur ista campana ad prædicationem alios vocans, nec tamen ipsa aliquando ad prædicationem descendens.* Utique bonum & desiderabile valde esset, si sacerdotes verbis operibus corresponderent, si boni mores, cum dignitate quam gerunt consonarent; at verò si secus faciant, damnum illorum erit, non nostrum. Unde Autor operis Imperfecti ait: *Si bene dixerint, eorum est lucrum; si bene docuerint, nostrum; accipite quod vestrum est, & nolite discutere quod alienum est.* Numquid enim stultus esset infirmus, ad mortem usque languens, qui cum sanari non possit nisi per venæ incisionem, illam tamen admittere nollet, eò quod Chirurgus lanceolam non habeat auream, sed ferream. Simili modo vos, qui in peccato mortali estis absolutione sacramentali tamquam unico remedio indigetis; cur ergo vultis sacerdotem aureum, quando sacerdos ferreus, id est malus, necessitati vestræ æque potest succurrere? Enimvero, quòd si sacerdotem sanctæ & immaculatæ vitæ habere possitis, neglecto malo illum accipite, eoque utamini; cæterum verò in angustijs & necessitate positi, vos excusare non potestis, si sacerdoti malæ vitæ non confiteamini, fiquidem hoc ad salutem vestram sufficit: *Tolle quod tuum est.* Beatus, Petrus Damianus de malis sacerdotibus ita scribit: *Nullas gravius convincitur peccare quam Presbyter, qui vel per imperitiam, vel per reprobam vitam, dum indigne ministrat, quantum ad se salutaris victimæ sacramenta contaminet.* Ubi notanda sunt verba illa: *Quantum ad se,* non enim hoc cedit in damnum & præjudicium nostrum: sed ipsorum.

B. P. Dam. l. 4. *ep.* 14.

Principalis offerens missæ est Christus.

Sacerdos quantumvis malus valorem sacrificij minuere non potest.

DISCURSUS XXVII.

ARGUMENTUM.

De severitate & rigore, quo mali Ecclesiastici à Christo examinabuntur, judicabuntur & condemnabuntur.

THEMA.

A sanctuario meo incipite, cæperunt ergo à viris senioribus, qui erant ante faciem domus. Ezech. c. 9. v. 6.

DEus in sanguinolenta illa strage, quam ad iram provocatus justè exercuit, ut in capite nono Ezechielis fusius describitur principium, vindicem gladium suum stringendi ab Ecclesiasticis sumi præcepit, dicens: *A Sanctuario meo incipite.* Septuaginta secundum Glossam Interlinearem legunt: *à Sanctis meis,* Glossa ordinaria dicit: *à Sanctuario, Sacerdotes significat.* Dionys. Carthusianus legit: *Primò occidite ministros templi.* Theodoretus ait: *Jubet, ut à Sanctis suis ultrices potestates mittium faciant, non revera Sanctos eos nuncupamus, sed quia hoc esse existimabant, ad divinum cultum selecti.* Hugo Cardinalis

Supplicia Dei incipiunt à malis Ecclesiasticis. *Glos. ibid. Dion. Cart. Theod. in Gl.*

nalis illa verba de Sacerdotibus intelligenda esse ex verbis sequentibus evidenter deducit, quia sacer Textus initium effusionis sanguinis à Senioribus sumptum esse dicit: *Cœperunt à senioribus, id est Presbyteris, qui Presbyter Græcè Senior Latinè sonat*; præterea hi Seniores erant ante faciem domus Dei; *Ipsi enim janitores sunt cœli, quibus claves commissæ sunt*; *sed bene dicitur: Quod stant ante faciem domus, ut nec intrantes, nec alios intrare sinentes.* Unde Matthæi cap. 23. Christus dicit: *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui clauditis regnum cœlorum ante homines, vos enim non intratis, nec introeuntes sinitis intrare*; multò autem magis æternam damnationem mali sacerdotes legis gratiæ merentur, quia claves cœli in sua potestate habentes, ipsi tam nec pro alijs, imò malis suis exemplis, alijs mortem conciliant. Valde horrenda sunt illa S. Petri Damiani in quadam epistola exarata verba, videlicet: *Quam pavendum est, ac tremefactis visceribus formidandum omnibus nunc in Ecclesiastica dignitate præcelere, quos æque necesse est, & ante omnes in tremendi judicis examine respondere?*

2. In parabola illa ad rationes reddendas vocati villici, per quem examen rigorosissimum figuratum fuit, quod coram Judice supremo de singulis hominibus instituendum erit, legimus, quòd Patrifamilias præfentatus fuerit unus, qui debebat decem millia talenta; Origenes in ea est opinione, quòd per hunc Sacerdos & quivis Ecclesiasticus intelligatur, idque ex hoc textu Ezechielis deducit, in quo Deus præcipit, dicens: *A Sanctuario meo incipite, id est, à sacerdotibus. Incipite ponere rationem, initium judicij est incipiens à Domo Dei, qui dixit, sicut scriptum in Ezechiele, Angelis, qui constituti fuerant super pœnas, à Sanctis meis incipite.* Demum verò ad hujus debiti immensam gravitatem declarandam descendit, dicens: *Qui forsitan tot talenta perdidit, quot perdit homines*; Quælibet enim anima thesaurus quidam est Dei; ac proinde sacerdos tot thesauros Deo debet, quot sunt animæ, quæ per ejus culpam & negligentiam perduntur: vel etiam dicere possumus, sacerdotes summæ alicujus infinitæ debitores esse, eo quòd Deus omnia dona, omnes gratias, & cœli thesauros eorum manibus concrediderit, & ex quo enim nobis filium suum dedit: *quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit?* Unde S. Ambrosius in parvulo sententioso libello *de dignitate sacerdotali* ait: *Cui plus creditur, ab eo plus exigitur*; Sacerdoti autem tantus cœli thesaurus concreditus est, ut majorem in manibus eorum deponere non possit, siquidem paradisi claves eorum potestati concrediderit, imò & ipse Dominus & Patronus cœli in nostro est arbitrio & facultate constitutus.

3. Consideràstisne, qualem finem infelix ille homo habuerit, qui ad rationes postulatus, ijsdem reddendis insufficiens fuit? *Servus nequam* appellatus est; Et tamen invenio, quòd is, qui sine veste nuptiali ad locum convivij penetravit, amici nomine nuncupatus fuerit: *Amice, quomodo huc intrasti?* Judas quoque traditor, postquam lictorum factus est dux & caput; à Christo in horto Gethsemani pariter hoc amici nomine à Christo receptus fuit: *Amice, ad quod venisti?* Cui igitur hic villicus iniquitatis adeò probroso nomine appellatur *servus nequam?* nimirum ingratum & indignum repræsentabat sacerdotem: *Ille ... servus qui cognovit voluntatem Domini sui, & non se præparavit; nec fecit secundùm voluntatem ejus, plagis vapulabit multis, omni autem, cui multum datum est, multum quæretur ab eo, & cui commendaverint multum, plus petent ab eo, Iratus Dominus ... tradidit eum tortoribus*; *Ecce tibi* infelicissimum quem habuit finem.

4. Regius Propheta David in spiritu districtum Dei judicium prævidens ait: *Advocabit cœlum desursùm, & terram discernere populum suum*; At verò quinam ii fuerunt, qui primum comparare coacti sunt? *Congregate illi Sanctos ejus, qui ordinant testamentum ejus super sacrificia*; quasi diceret: illi omnium primi advocabuntur, quorum manibus sacrificia commendata sunt; Et ideo D. Chrysostomus dicit, Deum Angelis divinæ justitiæ suæ executoribus præcepisse, ut ante quoslibet alios, ante suum tribunal sacerdotes adducerent, qui Sancti appellantur, non quia tales sint, sed quia tales esse debeant; & ideo idem S. Doctor, postquam quæsivisset: *Cui quos est accusaturus, & condemnaturus, Sanctos appellat?* respondet: Per hoc nomen tanto magis aggravari illorum culpam, acerbioremque fieri illorum pœnam & supplicium: *Accusationem augens, & honorem adjiciens, & majorem significationem supplicij.* Hugo Cardinalis super illa Ezechielis verba: *A Sanctuario meo incipite*, per Sanctuarium Ecclesiasticos intelligens dicit? *A quibus judicium incipiet, ut, qui primi sunt in culpa, etiam principales sint in pœna.* Simulque observat, Jeremiam in suis lamentationibus hanc Sacerdotum destructionem prævidisse: *Quam destructionem Sanctuarij præsidens Jeremias deplorat, Threnorum quarto, dicens: Dispersi sunt lapides Sanctuarij in capite omnium platearum.*

5. Valde solemnia sunt illa S. Pauli verba, quæ contra illos, qui Agno immaculato indigne cibantur, conscripsit: *Qui manducat*, inquit, *& bibit indigne, judicium sibi manducat & bibit*, quasi diceret; deglutit Judicem, non Salvatorem, imo æternæ condemnationis sententiam deglutit. Unde in quadam revelatione, quæ S. Birgittæ facta fuit, legimus, quòd Christus de quodam sacerdote impuro, & immundo dixerit? *Attamen ego Dominus omnium ingredior ad Sacerdotem istum, sed non includor & commaculor, ingredior ut Sponsus, egredior ut Judex judicaturus contemptus à lumente.*

6. Sanctus Gregorius illa in libris Regum de Samuele pronunciata verba: *Puer autem Samuël ministrabat coram Domino, Heli*, exponens, Ecclesiasticos monet, ut memores sint, quòd, tametsi à Deo delegati sint Judices in terra (unde Ecclesia de Apostolis canit, dicens: *Vos sæculi justi Judices*) rigorosissimo tamen æterni Judicis examini, & judicio sint reservandi: *Electus judex subditorum judicium S. Ecclesiæ Rectoribus tribuit, sed eosdem rectores suo examini discutiendos reservavit: Hoc autem ipsum Rectoribus valde timendum est, quod Dei servantur examini, quia tanto subtiliores rationes vitæ & doctrinæ suæ parare debent, quanto sapientior est Judex quem sustinent.* Idem quoque sanctus Pontifex in homiliâ illa, quam ad matutinum *de communi Confessoris Pontificis* sæpe legimus, de crogatis talentis loquens, ait: *Lectio S. Evangelij consideranda nos admonet* (cum Ecclesiasticis, non verò cum sæcularibus loquitur) *ne nos qui plus cæteris in mundo accepisse aliquid cernimur, ab authore mundi, gratias indo judicemur; cum enim augentur dona, rationes etiam crescunt donorum.* Vultis autem scire ô sacerdotes, quàm pretiosa manibus vestris confignata fuerint? nimirum confignavit vobis sponsam suam, *... gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid hujusmodi, sed ut sit sancta & immaculata, ... quia posuit vos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo*, ut in Actibus Apostolicis dicitur; confignavit vobis in Sacramentis sanguinis sui distributionem, confignavit vobis claves regni cœlorum, vobis animas concredidit, quas per merita Incarnationis, passionis, & mortis suæ redemit, immò vobis confignavit semetipsum, poteratne plus dare vobis, aut excellentius benefacere? merito igitur S. Hieronymus de sacerdotibus dicit: *Sacerdotes magnis supplicijs torqueabuntur, & hoc Domini fiet judicio, qui offendit in cunctis mirabile consilium suum, & justitiæ veritatem, ut qui plus acceperat, plus exigatur ab eis.* Quòd si unusquisque aliorum sæcularium, in reddenda de anima propria ratione, sanguinem fundaturus est, quantum debebunt contremiscere Ecclesiastici, à quibus de animabus tanta cum solicitudine sibi commissis, strictissimus reddendus est computus? *si diligenter attenditis fratres charissimi*, inquit S. Augustinus, *omnes sacerdotes Domini non solum Episcopos sed etiam presbyteros & ministros Ecclesiarum in grandi periculo esse cognoscitis, si enim pro se unusquisque vix poterit in die judicij rationem reddere, quid de sacerdotibus futurum est, à quibus sunt omnium animæ requirendæ?* Atque ideo tam Parochus quàm Episcopus expavescere & toto corpore contremiscere deberent, quando illis imponitur obligatio pro animabus, custodiæ suæ commissis, strictissimam divinæ Majestati reddendi rationem; sicut enim stultus censendus esset, qui in gratiam multorum, pro ducentis scutorum millibus fide jubens gauderet, & exultaret, ita quoque delirus judicandus est, qui gaudet & exultat in die, quo Deo curam animarum pretiosissimo Christi sanguine redemptarum promisit.

7. Sanctus Prosper ait: *Certus sum quod Dei nihil sua justitia suffragetur, de cujus manu anima pereuntis exigitur.* Quæ sententia profectò timorem & tremorem meritò incutere deberet, etiam firmissimis Dei templi columnis & cedris Libani, siquidem quantumvis in aliquo Ecclesiasticò reperiatur eminentissima sanctitas & perfectio, non tamen propter hanc confestim salvabitur, nisi insuper ad animas sibi commissas in statum salutis reducendas, omnem possibilem adhibuerit industriam & solicitudinem. Pergit idem S. Prosper ulterius, & ait: *Ille, cui dispensatio verbi commissa est, etiamsi sanctè vivat, & tamen perditè viventes arguere, aut erubescat aut neglexat cum omnibus, qui eo tacente perierunt, peribit; & quid ei proderit non puniri suo, si puniendus est alieno peccato?* Etenim rigorosa nobis reddenda est ratio, non solum de peccatis commissionis, sed etiam omissionis, nec solum de nostris, sed etiam alienis, quæ impedire poteramus, & debebamus.

8. Apud Oseam Dominus dicit: *Audite hoc Sacerdotes, & attendite domus Israël, & domus Regis auscultate*; ubi notandum, quòd primò omnium loco, Sacerdotes advocet: *A Sanctuario meo incipite, Quia vobis judicium est*, moxque hujus rigoris rationem affignat, dicens: *Quoniam laqueus factus estis speculationi, & rete expansum super Thabor.* Malum enim Sacerdotis exemplum & commissa ab eo scandala, in laqueos & retia venatoris infernalis, aliorum faciunt incidere animas. Rupertus Abbas hunc textum exponit, dicens: *In Sacerdote sicut majus est peccatum, ita & majus redundat judicium & ideo præ cæteris invehitur districtio sermonis prophetici*; unde ipsemet Judex, qui judicio assistet, comminatur, dicens: *Væ homini illi, per quem scandalum venit*; ubi notandum est illud Ly *Homini*, si enim unicuique homini hæc intentatur comminatio, quantò magis reus, & supplicio dignus erit, qui ab ipsomet Deo ad dignitatem, humana conditione superiorem, evectus est, *Ego dixi, Dij estis, & filij excelsi*; si in tali dignitate constitutus, alijs fuerit occasio lapsus. Unde Petrus Blesensis, in quadam epistola sua dicit: *Verbum Domini est; Sacerdos meus qui unctus est, si peccaverit, delinquere faciens populum meum; super quem locum beatus Gregorius dicit: Scire Sacerdotes debent, quòd si perversa perpetrant, tot moribus digni sunt, quot ad subjectos, suæ perditionis exempla transmittunt.*

9. In libro Levitici, cap. 4. dicitur: *Si Sacerdos, qui unctus est, peccaverit delinquere faciens populum, offeret pro peccato suo vitulum immaculatum Domino*, in Hebræo textu, ut Pagninus observat, alio modo legitur, videlicet; *si Sacerdos unctus peccaverit secundùm delictum populi*; Ex qua versione nonnulli sacri Interpretes deducunt, quòd peccatum & transgressio Sacerdotis, pro qua hoc sacrificium exigebatur, communis sit populi culpa, etiam illius, qui ad sacrum ejus ministerium non spectat, quia pro similis culpæ expiatione, nulla est instituta victima nec sacrificium, per quod Deus insinuare vult, peccata illorum statum concernentia, esse quasi inexpiabilia. Audiamus hac de re Oleastrum, his verbis loquentem: *Considera*, inquit, *quæso Sacerdos, quam gravia sint peccata Sacerdotij tui, quibus non instituitur sacrificium expiatorium, sed severo Dei judicio prorsùs vindicanda servantur; solum instituta remedium peccato, quod velut homo communis, & ex ignorantia committit.* Idem quoque hoc punctum, *quoad scandalum delinquere faciens populum*; Divus Chrysostomus tangit; qui verba illa: *Dicunt enim & non faciunt*, ponderans, Sacerdotes, inquit, ex multis capitibus præ sæcularibus majus meriti supplicium: *Criminandi sunt omnes, qui legem transgrediuntur, sed maximè omnium, qui Doctoris fungantur authoritate, dupliciter namque & triplicitèr jure condemnantur; Primum, quia transgrediuntur, deinde cum in corrigendis alijs ipse claudicat; Tertiò, quia cum ut Doctor præsideat, nequitia sua facile exteros corrumpat.* Et ideo quando Sacerdos eadem lepra, quam in alijs sanare & discernere debet, infectus est, eidem dici potest effatum illud Apostolicum: *Inexcusabilis es ... in quo judicas alterum, teipsum condemnas.* Valde ad hoc propositum considerabilia sunt verba illa sancti Augustini, dicentis: *Sacerdos itaque, cui omnis profertur peccator, ante quem fiatur omnis languor, in nullo eorum sit judicandus, quæ in alio judicare est promptus, judicans enim alium, qui est judicandus, condemnat seipsum, cognoscat igitur se, & purget in se, quod alios videt sibi offerre*; secus enim Sacerdoti indigno pariter dici poterit: *Sicut Lumen ejus, ita & tenebræ ejus.*

10. Christo Salvatori nostro minimè sufficere videbatur, quòd si Sacerdotes, nomine lucernæ super candelabrum positæ, appellasset; *neque accendunt lucernam & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt*; verum insuper illos clarissimæ Solis luci comparavit, dicens: *Vos estis lux mundi*: At verò si hæc lux per malam Sacerdotis vitam offuscetur, & obtenebretur, timendum est illis, quia juxta proportionem lucis, æternalibus castigabuntur tenebris: *Mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium.* Sanctus Ambrosius notabilem quamdam habet sententiam, ex qua liquido cognosci potest, quam exactè & adhibito sanctuarij pondere, Ecclesiasticorum peccatum in divinæ justitiæ trutina ponderetur, nam in libro de dignitate sacerdotali exhortans sacerdotes, ut ministerio suo dignè correspondeant, in hæc verba scribit: *Quod sumus professione, actione potius, quam nomine demonstremus, ut nomen congruat actioni, actio respondeat nomini, ne sit nomen mane*; quæ sequuntur verba omnino formidanda sunt, scilicet: *Ne sit crimen immane*, culpam igitur ministrorum divino cultui dedicatorum crimen immane appellat. Dionysius Carthusianus super illa verba sæpius repetita Ezechielis: *A Sanctuario meo incipite*, ea hunc sensum habere dicit: *Primò occidite ministros templi, qui alijs peccati causa fuerunt, judicium nempe gravissimum his, qui præsunt, fiet, & quo altior gradus, eo gravior casus.*

11. In eodem Propheta Ezechiele colloquium quoddam, inter Deum & ipsum habitum his verbis recenfetur: *Et factus est sermo Domini ad me, dicens: Fili hominis, terra cum peccaverit mihi, ut prævaricet prævaricans, extendam manum meam super eam & conteram virgas panes ejus, & immittam in eam famem*; Quibus verbis Deus se peccata popularia per annonæ caritatem castigare velle protestatur; At verò advertendum, quòd, dum de Jerosolyma loquitur, se ambabus manibus flagellum immittere commentur: *Quatuor judicia mea pessima, gladium & famem ac bestias malas, & pestilentiam immittam in Jerusalem & interficiam de ea hominem & pecus*; ubi ut vides, quando de supplicijs; vulgaribus inferendis agitur, illa cum moderatione interminantur; at verò super Jerosolymam civitatem sanctam, in Sacerdotum potestate constitutam, in qua templum, sacrificia & veri Dei cultus erat, divinæ iræ fulmina acerrimè, & irremissibiliter descendunt: *à Sanctuario meo incipite*, &c.

12. Deus olim per Jeremiam lamentabatur dicens: *Quid est, quod dilectus meus in domo mea fecerit scelera multa? Numquid carnes sanctæ auferent à te malitias tuas?* ubi Ly *dilectus meus* à mysterio non vacat, siquidem alibi per os Psalmistæ Regis pariter lamentabatur, dicendo; *Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique*; quasi diceret, quòd sæculares, & homines mundani, qui de me tantum non habent notitiam & lumen, me peccatis suis offendant, id quidem tolerabile est: *Sustinuissem utique*, sed quod Sacerdotes hoc faciant, dissimulari nequit: *Tu verò homo unanimis dux meus, & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos*; & ideo super ejusmodi transgressores Clericos se mortem temporalem pariter & æternam immissurum esse declarat, dicens: *Veniat mors super illos, & descendant in infernum viventes*; de Dathan porrò & Abiron Levitis hoc supplicium sumptum fuisse legitur; *dissipata est terra pedibus eorum, & aperiens os suum, devoravit illos*; & tamen hi sacratissimum Dei corpus non contrectabant, nec injurijs istis illud afficiebant, ut nunc faciunt legis Evangelicæ mali Sacerdotes. Meritò igitur B. Laurentius Justinianus ait: Quantò *unusquisque major est status, tantò pernitiosior est ruina, eorum maximè qui sacrosanctæ corporis & sanguinis Christi turpiter mysteria tractant.*

DISCURSUS XXVIII.

ARGUMENTUM.

Sacerdotes longè acerbius à Deo punientur, quàm sæculares, eò quod præ illis majus lumen habeant; unde quantò illorum dignitas est eminentior, tantò profundior erit illorum ruina & præcipitium.

THEMA.

Tempus est, ut incipiat judicium à domo Dei. 1. Pet 4. ℣. 17.

1. S Anctus Basilius à Glossa citatus in hujus textus expositione rationem assignat, cur Ecclesiastici utpote magis culpabiles & rei ante omnes alios ad judicium sint advocandi, nimirum: Quia *naturaliter his, qui nobis familariissimi sunt, magis indignamur cum in nos peccaverint*, quis autem Deo familiarior est sacerdotibus? de his enim sanctus Paulus ait: *Quod sint*

Hugo Card.

Matth. 23. 14.

S. Petrus Dam. l. 3. ep. 3.

Matth. 18. v. 24.

Rigida ratio exigetur à sacerdotibus.

Orig. tr. 7. in Matth.

Rom. 8. v. 32.

S. Ambr. l. de dig. sac. c. 3.

Malus Ecclesiasticus vocatur servus nequam.

Matth. 22. v. 12.

Matth. 26. v. 50.

Luc. 12. v. 47. 48.

Matth. 18. 34.

Psal. 49. v. 4. Perversi sacerdotes primi citabuntur ad judicium.

Ibid. 5.

Chrysost.

Hugo Card. ibid.

Thren. 4. 1.

1. Cor. 11. v. 29. Non sumunt Christum in altari tam quam salvatorem sed ut judicem L. 4. c. 92. Revel. S. Birgit.

1. Reg. 3. 1. S. Gregor. Licet sacerdotes modo sint judices rigidissimo tamen examini subjicientur judicis.

Eph. 5. v. 27.

Act. 20. v. 28. Stricta ratio exigetur ab illis de animabus illorum curæ commissis

S. Hier. in c. 52. Isa.

S. Augustin. hom. 7.

S. Prosp. l. 1. c. 20. de vita cont. Hinc tenentur peccatores corripere & monere.

Hugo Card. ibid.

Ose. 5. 1.

Ezechiel. 9. 6.

Ose. 5. 1.

Ibid. Judicium incipiet à sacerdotibus.

Rup Abb. l. 2. in Ose.

Psa. 81. v. 6.

Pet. Bles. Ep. 13.

Lev. 4. v. 3. Peccata sacerdotum censentur gravissima.

Oleast. ibi.

Chrys. h. 63. in Matth.

Rom. 2. v. 1.

S. Aug. l. de ver. & fals. pen. tr. 4. c. 20.

Matth. 5. v. 14.

Matth. 5. v. 15.

Ibid. 14.

Matth. 22. 13.

Sacerdotes sint actione, quod sunt professione.

S. Ambr. l. de dign. sac. c. 3.

Dion. Carth. in Ezech.

Ezech. 14. v. 12. 13. Peccata plebis non tam rigide puniuntur quam sacerdotum.

Jer. 11. v. 15.

Ps. 54. v. 13. Peccata sæcularium, tolerabiliora sunt quam sacerdotum.

Num. 16. v. 31. 32.

B. Laur. Just. ser. de Euch.

Cur Ecclesiastici ante alios advocandi sint ad judicium.

Eph. 2. v. 20.

Psal. 138. v. 17.

Joan. 15. v. 15.

Ezech. 8. Illorum peccata sunt abominationes majores.

Ezechiel. 8.

Censentur pejores diabolo. *Lib. 1. Revel. c. 47. Birg. Lib. 4. c. 135.*

S. P. Dam. l. 3 ep. 14. Sacerdotes corpus Christi indigne tractantes. sunt rei læsæ majestatis.

Isa. 26. v. 10.

S. Chrys. h. in dictu.

fici Dei; & Psalmista de illis inquit: *Nimis honorificati sunt amici tui Deus*; immò ipsemet Salvator noster, quando Apostolos in ultima cœna consecravit Sacerdotes, illos ex servis amicos suos fecit; unde ait: *Vos autem dixi amicos*; ubi ex Græco, loco verborum *amici tui Deus* legi potest: *Socij & familiares*, & ideo si hi Dei Majestatem offendere præsumant, iram & indignationem ejus super se tantò majorem provocant.

2. Ezechiel Propheta in Babylonia existens, in spiritu rapeus, & portatus est Jerosolymam, ut peccata populi illius tamquam testis oculatus spectaret, in primo autem templi ingressu multos vidit idololatrantes, qui animalibus diversi generis incensa offerebant: Progrediens vero ulterius, multas conspexit mulieres, Adonem deplorantes, quem veluti Deum adorabant. Dicite sodes, p. teratne aliquid huic Prophetæ hâc visione abominabilius exhiberi, & tamen ei dictum fuit: *Fili hominis vidisti abominationes maximas, at conversus videbis majores*; quapropter in atrium interius introductus fuit, ubi ei monstrati fuerunt viri, numero viginti quinque, qui dorsum altari obvertebant, nascentem adorantes Solem, circa quem locum, scire percuperem, cur hujus excessus malitia supradictis peccatis major à Deo æstimata fuerit? in promptu ratio est, qui enim in atrio exteriori idololatrabant, scandala præfigurabant sæcularium, & mundanorum hominum, qui verò in atrio interiori, altari dorsum obvertebant, ministros Dei, & Ecclesiasticos repræsentabant, merito autem horum culpa magis aggravatur, ratione status & sacrosanctæ vocationis ipsorum: *Vidisti abominationes maximas, at conversus videbis majores.*

3. In revelationibus sanctæ Birgittæ legitur, quòd Christus huic Sanctæ de malis sacerdotibus (postquam illos Judæ traditori pares esse dixerat) hæc verba præfocutus fuerit: *Ego conspicio paganos & Judæos, sed vultos video eis deteriores, quia ipsi Sacerdotes sunt in eodem peccato, quo cecidit Lucifer.* Immò alio quodam loco ipsos diabolo pejores esse dixit: *Deteriores sunt diabolo*, inquit, *& ideo præ omnibus diabolis profundius submergentur in infernum.* Beatus Petrus Damianus, ut gravitatem transgressionum à sacerdotibus commissarum nobis exprimat, sequens adducit motivum, dicens: *Regi planè vel sublimiori cuique personæ, si quis per vitium detractionis obloquitur, vel etiam in diripienda, sive demolienda, rerum sua facultate grassatur, facilè redit in gratiam, si dignè satisfaciat, & emendet offensam: At si manibus excedit, si in ejus personam audaciter prosilit, si hostiliter irrait, quia non pecuniaria, sed criminalis est causa, nihil ab eo aliud exigitur, quàm vindicta, & non jam inter eos de reparatione sequestræ pacis agitur, sed de sola dumtaxat augendi frenoris ultione tractatur: Ita nimirum aliud est in Deum per diversos modos humanæ fragilitatis excedere, aliud in sacrosancti corporis & sanguinis ejus oblatione peccare, sicut aliud est promulgatæ Regiæ legis edicta neglegere, aliud ipsum specialiter Regem vibrato propriæ manus jaculo sauciare*; & ideo sæculares, eorumque scelera apud Deum abominabilia non sunt, sicut Ecclesiasticorum, quia hi directè & immediate ipsammet Christi personam offendunt, & injuriâ afficiunt; illi quidem legibus suis rebelles & inobedientes sunt; at verò hi manus suas immediatè in Deum injicientes, rei sunt læsæ Majestatis *in primo capite.*

Hinc plurimi ex illis pereunt. *S. Aug. ep. 148.*

S. Bern ser. Ecce nos reliq.

4. Sanctus Augustinus illos, qui ad gradus Ecclesiasticos aspirant, hortatur, ut non tam ad externam status honorificentiam, quæ plausibilis est, respiciant, quàm ad rigorosum examen, & rationes, quas Deo, cujus sunt debitores, reddere debent: *Ante omnia peto*, inquit, *ut cogitet religiosa prudentia tua, nihil esse in hac vita & maximè hoc tempore facilius, & lætius, & hominibus acceptabilius, Episcopi, aut Presbyteri, aut Diaconi officio, si perfunctorie, atque adulatorie res agatur, sed nihil apud Deum miserius, & tristius, & damnabilius.* Sanctus Bernardus Sacerdotem hortatur, ut cum sit par Angelis, semper timeat & deformidet, ne una cum Angelis turpiter cadat: *Cœleste* inquit, *tenet officium Sacerdos, Angelus Domini exercituum est, tamquam Angelus aut eligitur, aut reprobatur. Inventa in Angelo pravitas, & districtius judicatur necesse est, & inexorabilius quàm humana*; ubi & adducit illam apud Isaiam formidabilem sententiam: *In terra Sanctorum iniqua gessit, & non videbit gloriam Dei.* Nec minus horrenda sunt illa Divi Chrysostomi verba, qui ut dicendis à se fidem acquirat, hanc sequenti sententiæ protestationem præmittit; *Non temerè dico*, inquit, *sed ut affectus sum & sentio; non arbitror inter Sacerdotes multos esse qui salvi fiant, sed multo plures qui pereunt.*

Prodigiosa circa hoc historia. *Th. Cant. l. 1. c. 20. n. 8.*

5. In hujus veritatis confirmationem Thomas Cantipratensis sequentem refert prodigiosam historiam. Clericus quidam, inquit ipse, in quadam plurium Episcoporum Synodo prædicare jussus anguitiabatur in animo fluctuans, quænam discursus sui materia ipsi seligenda esset, ut nobili Episcoporum consessui idoneus esset, & proportionatus. *At ubi accessurus in oratione jacuit, venit ad eum diabolus, & dixit ei: Quid angustiaris istis Clericis prædicare, dicas eis istud, & non aliud: Principes infernalium tenebrarum Principes Ecclesiæ salutant. Læti omnes nos gratias eisdem referimus, qui cum ipsis eorum nobis offeruntur subditi, & per eorum negligentiam ad nos devolvitur totus pariter ferè mundus, invictus quidem tibi dico, quod dico, sed Altissimi jussione coactus*; Cui cum Clericus respondisset, si hoc dixero, nemo verbis meis fidem adhibebit; *tunc diabolus tangens maxillam ejus, Ecce ait, signum: Nigredo insolita faciei; hanc antequam prædices non contingas, quia frustra, post prædicationem verò aqua benedicta delebis. Processit ergo clericus in Synodo prædicaturus, & admirantibus cunctis in signo indivo faciei, tantum illa, quæ sibi jussa recitavit, & ad horrorem maximum cunctorum corda permovit.* Idem verò hic Author tempus & locum, ubi hoc accidit sequentibus verbis declarat; *hæc anno ab Incarnatione Domini 128. fuerunt Parisijs coram omni clero & populo solemniter recitata.*

S. Hier. in c. 3. Soph. Quanto sacerdotalis dignitas est altior, tanto lapsus in illa est periculosior. *S. Ambr. l. de dign. sac. c. 7.*

6. Sanctus Hieronymus in Sophoniam Prophetam scribens, hanc dignitatem adducit sententiam: *Non dignitas, sed opus dignitatis Sacerdotes salvare consuevit*; quanto major est Sacerdotij & ministerij sacri dignitas, tantò ejusdem culpabilior est indignitas. Sanctus Ambrosius honorem & gradum sacerdotalem, dum ei quis dignè non respondet, præcipitio assimilat: *Excellentiam simul & casum demonstravimus nefidentes sublimitate honorum, nimirum requirerent perfectionem honorum, & in solo se crederent Sacerdotij nomine plus quam opere gloriari.* Juxta honorem sibi divinitus collatum Sacerdos minus magisque graviter delinquit, dicente sancto Isidoro Peluliota: *Quanto honoribus alios antecellunt, tantò quoque ipsorum peccatum gravius efficitur.* Lucifer anguis altitus (*Serpens erat callidior*) multis annorum curriculis Christo insidiatus fuerat, ut ipsum in sua pertraheret retia, qua de causa tandem Christum in locum sublimem transtulerus, unde se præcipitaret deorsum (*Mitte te deorsum*) qua inquam de causa eum in templi stitit pinnaculo? adorari volebat, potius igitur hunc honorem in templo & non in vertice montis requisisset; cum hic locus casui, ille adorationi sit appropriatus. Discite mysterium: Voluit namque docere mundum per hoc, quod Ecclesiastici, & personæ sacræ, in tanto majora corruant præcipitia, quantò magis exaltati, suo minimè correspondent muneri; unde sanctus Isidorus Peluliota inquit; *Sacerdos graviores vitæ suæ rationes subibit, tantusque ad ipsius pœnam atque cruciatum cumulus accedet, quantus prius in eo honor collocatus est.* Veritatem fusius edoceant jam subjicienda.

S. Isid. Pel. l. 2. ep. 37.

S. Ambr. l. 3. Sicut nihil Episcopo excellentius sic nihil miserabilius si cadat in vitia.

Naz. Orat. 11.

Salv. ad Eccl.

Matth. 4. v. 6.

Mol. tr. sac. l. c. 16. §. 2.

7. Duabus eminebat dignitatibus Core, scilicet præsidentiâ concilij juxta Abulensem, Dionysium Carthusianum, & Oleastrum, juxta illum numerorum textum: *Virt proceres Synagogæ qui tempore concilij per nomina vocabantur*; Secunda dignitas erat Sacerdotis, siquidem Aaroni sanguine junctus, eademque de tribu Levi natus erat; ad quam dignitatem, quemadmodum apud Lyranum asserunt Rabbini; ad radices Sinai electus fuit, ubi caput effectus est seditionis cum Dathan & Abiron, contra Moysen & Aaron excitatæ, summum affectans Pontificatum; Quod crimen enorme insolitâ Deus, & reliquis sæculis minimè inflictâ punivit pœna, dum terrâ sub pedibus ejus dehiscente, vivum fecit descendere in infernum. Lucifer pariter Angelorum pulcherrimus in sacrosancto cecidit cœlo empyreo, Princeps effectus dæmoniorum, quem casum Divus Chrysologus contemplans, inquit: *Sic diabolus cum esset Angelus & in cœlo, & coram Deo semper charissimus versaretur & fulgens, dum in Dei superbit aspectu, lapsus ad terram, ad tartara dejectus, in diabolum mutatur ex Angelo.*

Probatur in supplicio Core. *Num. 16, 2.*

D. Chrys. ser. 26.

8. Molina quamdam Patris Magistri Avilæ, viri admodum illuminati, Epistolam citat in hunc sensum; Obijsse didicerat quemdam Sacerdotem, paucis ante diebus consecratum, ut petijt igitur, utrum hic aliquando missam celebrasset; Responsumque tulit; unam

unam dumtaxat, moxque S. Pater respondit, magno se onere exemit, siquidem gravem rationem Deo reddere debent omnes Sacerdotes, nisi suo correspondeant gradui, trutinam subibunt sanctuarij, quæ communem excedebat, in medietate ponderis. Concilium proinde Romanum sub Papa Hilario decernit: *Restat majori delinquit, qui potiori honore perfruitur, & graviora facit vitia peccatorum, sublimitas dignitatum.* Periculosior est casus ex loco alto, quàm in terra plana; sæculares equidem qui terrenis bonis immersi vivunt, sæpius cadunt, sed & facilè se sublevant, Ecclesiastici autem, qui quotidie in sacrificio incruento intonant, *sursum corda*, si ex alto cadant, pauci ex ipsis invenientur, qui facilè respiscant, quia *corruptio optimi pessima.* Et ideo sanctus Augustinus de Prælato Ecclesiastico scribens: *Pastoris*, inquit, *misereri oportet, qui inter nos quanto in loco superiori, tanto in majori periculo versatur.* Apostolus ita adhortatur Thessalonicenses: *Rogamus vos fratres, ut noveritis eos, qui laborant inter vos ... ut habeatis illos abundantius in charitate.* Unde & Ecclesia particulares pro Clero & Ecclesiasticis instituit orationes, utpote singulari indigis ope & assistentia cœlesti, ut suo dignè correspondeant ministerio, inque gratia & amicitia Dei perseverent: de quibus etiam sanctus Isidorus discurrit in hæc verba: *Uniuscujusque casus tantò majoris est criminis, quantò prius quàm caderet majoris erat virtutis, præcedentium namque magnitudo virtutum, evexit ad cumulum jequentium delictorum.* Sanctus Petrus Chrysologus in sermone cui titulus (*de fideli dispensatore*) nostro suffragaturus proposito, similitudinem allegat, desumptam ab ijs, qui ex loco alto decidunt, inquiens: *De cælestibus conditis, de horreis divinis rationem reddet, præsidet causas Ecclesiæ propagator, & quanto magis susipit creditum, tanto magis se debitum non dubitet reddituram, discreat Domino: Cui plus creditum est, plus exigetur ab eo. Quantò altius ascenderit homo, lapsus tanto altius cadet. Quid altius cælo? de cælo cadit in cælestibus, qui delinquit, desperatus incurrit; qui in ipsis Dominantis oculis offendit, & excusatione caret, qui facinus ipso teste Judice committit.*

Hilarius. Lapsus ex altiori loco periculosior.

S. Aug. in Reg.

1. Thess. 5. 12. 13. sic etiam est ille Sacerdotum.

S. Isid. Hisp. l. 3 sent. c. 34.

S. Chrys. ser. 26.

S. Ambr. l. 3. Sicut nihil Episcopo excellentius sic nihil miserabilius si cadat in vitia.

Naz. Orat. 11.

Salv. ad Eccl.

10. Sanctus Ambrosius in Libro *de dignitate Sacerdotali*, ita de Episcopo discurrit, *sicut nihil esse diximus Episcopo excellentius, sic nihil esse miserabilius, si de sancta vita Episcopus periclitetur, si Sacerdos in crimine teneatur. Et ut levius est de plano corruere, sic gravius est, qui de sublimi cecidit dignitate, quia ruina, quæ de alto est, graviori casu colliditur.* Cui subscripturus sententiæ, Divus Nazianzenus, similitudinem adducit desumptam à macula, quæ vestem divitem, splendidam & conspicuam citius conspurcat, quàm vilem, laceram aut abjectam: *Splendida vestis maculosiores sunt maculæ, atque sordes.* Sæculares equidem, & Cosmopholi vestes sunt viles; Ecclesiastici autem, opulenti sunt amictus, in his igitur quicumque culpæ nævus abominabilior est, facilusque apparet. Quem in finem & Salvianus Episcopus Massiliensis ita scribit: *Atrocius sub sancti nominis professione peccamus, ubi sublimior est prærogativa, major est culpa: ipsa enim errores nostros Religio, quam profitemur, accusat; criminosior est ejus impudicitia, qui promisit castitatem.*

Oza tangens arcam morte punitus fuit. *2. Reg. 6. 7.* Philistæi eam tangentes non fuerunt puniti.

Ratio hujus.

Orig. h. 5. in Ezech.

11. Arcâ sacrâ currui impositâ, calcitrare jugales cœperunt boves; Oza itaque periculum præcauturus, manum extendit ut arcam sustineret cadentem, sed repentinâ morte plexus corruit, punitus *super temeritate*, ut inquit Textus sacer. Numquid & Philistæi Arcam Domini in curribus collocarant, eamque juxta libitum suum circumduxerant? & nihilominus nullam propterea incurrerunt pœnam, licet ob alias causas fuerint castigati? Ecce vobis mysterium: Gentiles Philistæi mundanos repræsentabant, lumine Divino destitutos; horum itaque in divinæ legis transgressione, minor est culpa, propter exilius æternarum veritatum lumen; Ecclesiastici verò, sacro Altari ministrantes, reditibus beneficialibus gaudentes, ut se totos Divino applicent servitio quos mundus veneratur & honorat, qui legem divinam continuò versant, eamque alios docent, si hi ipsi primi eam transgrediantur, gravissimum præ omnibus alijs merentur supplicium; Unde Origenes inquit: *Majorem pœnam habet, qui Ecclesiæ præsidet, & delinquit; quid mihi prodesi quia prior sedeo in cathedra respiciens, honorem majoris accipio, nec possum habere dignitatem meæ operæ condignæ? Nonne majori pœna cruciabor, quia honor justi, mihi ab omnibus defertur, cum peccator sim?* Ideoque Sanctus Ambrosius ita omnes admonet Ecclesiasticos: *Ne sit honor sublimis & vita deformis, ne habeatur in Ecclesia cathedra sublimior, & conscientia Sacerdotis reperiatur humilior.* Divus Chrysostomus quoque ad propositum nostrum alludere voluisse videtur, quando ait: *Si privatim peccas, nihil tale passurus es; si in Sacerdotio peccas, perijt.*

S. Ambr. ib.

D. Chrys. h. 41. in Matth. Dæmon multos inducit ad Sacerdotium ut eo periculosius cadant.

12. Venerabilis Pater Magister Avila cuipiam se interroganti, an ad Sacerdotij ordinem evehi permittere se deberet, hæc in verba respondit: In primis illis temporibus, quando dignitas Sacerdotalis in majori æstimatione & pretio erat, nullus ordinabatur Sacerdos, nisi futurus Episcopus, aut animarum curæ præficiendus, vel certè magnus & eximius verbi Dei prædicator esset, omnes verò alij Ecclesiastici vel Diaconi fiebant, vel Subdiaconi, vel minoribus ordinibus initiabantur; Paulò pòst vero subjungit: crede mihi frater mi, hodie nemo alius quam dæmon, homines in tantam præsumptionem & superbiam inducit, ut gradum Sacerdotalem ita impudenter sibi procurent, hoc enim facit, ut illos per hanc viam in supremum usque templi verticem evectos tantò facilius, & pernitiosius præcipitare possit. Audiamus hac de re loquentem sanctum Bernardum, qui, quotiescumque dissolutum reprehensurus est clerum, calamum suum singulari cum industria acuit, & licet melliflui titulo gaudeat, vitia tamen talium Sacerdotum deprehensurus, graviter rascitur. Hic igitur dicit: *Age ergo, festina multiplicare præbendas, inde ad Archidiaconatum evola, demum aspira ad Episcopatum, nec ibi quidem requiem habiturus, quoniam non sic itur ad astra*; Et postquam hoc modò ironice locutus fuisset, prosequitur ulterius, dicendo: *Quo progrederis miser, an ut ab altiori sit casus gravior, neque enim sic paulatim decides, sed tamquam fulgur in impetu vehementi, quasi alter Sathanas subitò dejiceris.* Origenes ad illud Christi facinus alludens, quando armata flagello manus, cathedras vendentium columbas evertit, hanc inde elicit moralitatem, dicens: *Unusquisque sedentium super cathedram Ecclesiasticam, & amantium primas cathedras in Synagogis, videant ne fortè sic sedeant in eis, ut ventens Dominus eas evertat, quasi dignas eversione.* Notatu pariter digna illa occurrunt Sancti Hieronymi verba, ita Ecclesiasticos perstringentis: *Grandis dignitas Sacerdotum, sed grandis ruina eorum si peccant; Latemur ad ascensum, sed timeamus ad lapsum: non est tanti gaudij excelsa ruvisse, quam mœrioris de sublimioribus corruisse, neque solum pro nostris delictis reddituras rationem, sed pro omnium, quorum abutimur, donis, & nequaquam sumus de eorum salute solliciti?*

Orig. or. 5. in Matth.

S. Hieron. l. 13. in Ezech. ad c. 44.

DISCURSUS XXIX.

ARGUMENTUM.

Vitia Ecclesiasticorum, populorum causant ruinam, quorum peccata iram Dei provocantia, suam in Ecclesiasticorum scandalis & malis exemplis causam habent.

THEMA.

Cum videritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele Propheta, stantem in loco sancto, qui legit, intelligat. Matth. 24. v. 15.

Lyran. ibid.

V. Bed. in Matth.

S. Bonav. in c. 19. Luc. Malus prælatus est abominatio stans in loco sancto.

1. His verbis incarnata sapientia exterminium prædixit Jerosolymitanum, eventurum propter sanctuarij abominationem, quem textum Lyranus ita explanat; *Abominatio stans in loco sancto, est Prælatus malus in Ecclesia.* Beda pariter de hac desolationis abominatione tractans, ait: *Cum videritis stagitia regnare inter eos, qui cœlestibus mysterijs videbantur esse consecrati.* Sanctus Bonaventura autem ingeniosam & utilem, circa hanc Christi prædictionem, instituit observationem, nimirum quod, postquam Christus excidium Jerosolymitanum prædixisset, confestim ingressus sit templum prophanatum, ut illud purificaret ibidemque manus flagello armarit, cujus hoc dicit esse mysterium: *Ut ostendat, quod maxima causa destructionis ejus fuit peccatum Sacerdotum*; citatque ad hoc confirmandum, Glossæ testimonium, dicentis: *Post enumerata mala ingressus templum, ejecit ementes & vendentes; Per hoc innuens, quod ruina populi maximè ex culpa Sacerdotum fuit*; atque ideo supra modum Reipublicæ perniciosus est Ecclesiasticus vitiosus & mala edens exempla.

2. Porrò sanctus Bonaventura in quodam sermone, varias

S. Bonav. ser. 1. in D. 24. Pent.

Sæcularium vitia originem trahunt à mala vita sacerdotum.

varias enumerat abominationes, tales enim sunt *Christiani sine fide: populus sine dilectione, divites sine misericordia: Juvenis sine reverentia: pauperes sine humilitate; mulieres sine verecundia: matrimonium sine continentia: Clerici sine honestate & sanctitate: religiosi sine veritate & austeritate Prælati sine solicitudine regiminis & pietate.* Verumtamen omnes sæcularium transgressiones, scandala, dissolutiones, suam ab Ecclesiasticorum malis exemplis & improba vita causam & originem trahunt. Apud Isaiam dicitur, *Omne caput languidum:* Sed quodnam inde secutum est malum? Statim sequitur: *& omne cor mœrens, à planta pedis usque vertice, non est in eo sanitas;* Porrò caput corporis mystici Ecclesiæ, est ordo sacerdotalis, qui si langueat, & infirmetur, consequens est, ut omnia alia membra languescant & debilitentur, *à planta pedis, &c.* Sanctus Cyrillus Alexandrinus Tom. 2. lib. 1. in Isaiam ait: *Caput videtur dicere eum, qui Regni prærogativis ornatus est, cor vero sacrosanctum, & electam tribum, id est, Leviticam veluti lege eruditam, & curam totius corporis gerentem. Si caput fuit infirmum,* inquit Innocentius Tertius, *totum corpus languidum erit.*

S. Cypr. Al. 1. 2. l. 1. ep. 1. in Isa.

Innoc. III. serm. 1. de consecr. Pont.

Unius sacerdotis peccatum præponderat peccatis plurimorum sæcularium.

3. Præterea sciendum est, quòd in libro Levitici Deus pro expiatione peccati Sacerdotis vitulum sibi in sacrificium offerri præceperit, pro transgressionibus verò totius populi, quamnam victimam præscripsisse existimatis? utique dicetis ad hasce expiandas multa boum, taurorum & ovium sacrificia fuisse necessaria? Sed toto cœlo erratis, neque enim alia requirebatur in hunc finem victima, quam vitulus, ita enim in eodem capite quarto his verbis expressè dicitur; *Quòd si omnis turba Israël fecerit, quod contra mandatum Domini est, offeret pro peccato suo vitulum.* Sanctus Isidorus Pelusiota culpam Sacerdotis in pondere sanctuarij trutinans, eamdem ratione dignitatis sacrosanctæ, qua præditus est, scandalis & impietati totius populi, quantus quantus est, præponderasse judicat. Unde in quadam Epistola de nonnullis Ecclesiasticis vitiosis ita scribit: *Etiamsi prius quoque quàm in sacrosanctum ordinem cooptarentur, flagitiosissimi & sceleratissimi essent, tamen non idem est, laicum peccare quàm Sacerdotem, idque ex lege perspicuè constat: tantum enim ea pro Sacerdote peccante sacrificium offerri præcipit, quantum pro universa plebe; Quòd si par non esset peccatum, idem utrique sacrificium minimè indixisset: Majus porro peccatum efficitur, non ob naturam, sed ob perpetratus dignitatem.* Verumtamen Innocentius Papa aliam reddit hujus rationem, dum ait: *Unde committur, quod peccatum Sacerdotis, totius multitudinis peccato coæquatur, quia Sacerdos in suo peccato totam facit delinquere multitudinem;* Unde calamitas totius Regni & Provinciarum subsequitur; quam populorum ruinam ex dissoluta cleri vita causatam, considerans Sanctus Leo Papa, qui supra Christianismi gregem sibi commissum strenuè invigilabat, motus est, ut Pastores & Episcopos Africanos moneret, ne viros indignos & male morigeratos ad ordines sacros admitterent; quia inquit, *non esi consolere populis, sed nocere, nec præstare regimen, sed augere discrimen: integritas enim præsidentium, salus est subditorum.* Demum in ejusdem Epistolæ progressu ulterius dicit: *Quod si in quibuslibet Ecclesiæ gradibus, providenter scienterque curandum est, ut in Domini domo nihil sit inordinatum, nihilque præposterum; quanto magis elaborandum est, ut in electione ejus, quasi supra omnes gradus constituitur, non erretur? Nam totius familiæ Domini status & ordo nutabit, si quod requiritur in corpore, non inveniatur in capite.* Sanctus Carolus Borromæus in prima concione in Synodo Diœcesana undecima habita, postquam illum Jeremiæ textum adduxisset: *Ecce enim ego inebriabo animam Sacerdotum pinguedine & populus meus bonis adimplebitur.* Tandem exclamat, dicens: *O magna & inclyta Dei Instrumenta Sacerdotes, à quibus omnium populorum pendet beatitudo, qui si pingues sint, erunt itidem populi pinguès, & secus si illi inanes erunt & vacui, magnum populis universis imminebit paupertatis hujus periculum.*

Lev. 4. v. 13.

Jer. 31. v. 14.

Act. Eccl. Med. conc. 1. ad Cler. in Syn.

4. Christus Salvator noster sacerdotibus, per avaritiam suam templum prophanantibus, exprobrabat, quòd domum Patris sui in speluncam transmutassent latronum: *Vos autem fecistis illam speluncam latronum.* Sed numquid sufficisset, si illos latronibus similes esse dixisset? Cur igitur insuper addit *speluncam latronum?* Asflasini, qui viatores ex improviso aggrediuntur & spoliant, speluncas habitant subterraneas, in quibus una cum rapinis deprædatis absconduntur,

Matth. 21. v. 13.

Mali sacerdotes sunt speluncæ latronum.

& latent, ibique tuti & sine timore dormiunt & requiescunt; porrò sæculares scandalosè viventes, latrones vocari possunt, propter damnum, quod alijs per scandala sua inferunt. At verò Ecclesiastici, qui malam vitam agunt propter idem damnum non solùm latrones vocari merentur, sed insuper *spelunca latronum*, quia sicut hæc facta est in latronum defensionem & tutelam, ita Ecclesiastici scandalosi sæcularibus serviunt in defensionem & excusationis præsidium, eò quòd hi per malitiam propriam illos defendant & tueantur, canonizando eorum scelera per malum Sacerdotum exemplum: Gilbertus Abbas in appendice sermonum sancti Bernardi super Cantica; hanc in Ecclesia Reipublicæ calamitatem, quæ à malis Sacerdotum & Ecclesiasticorum exemplis provenit, his verbis deplorat: *Factus est Sacerdos sicut populus*, inquit, *ut licentius populus sicut Sacerdos fiat; qui in mundo sunt; errorem suum nostrorum saltu vertunt: & nimis verè tuentur exemplo, mutuis ad vitia sese animis informant, aut fovent exemplis; Pastores populi sæculares & religiosi promptuaria plena sunt hujusmodi eruditantia ex hoc in illud aut turpis, aut tepidæ conversationis spiritum pestilentem: Heu quàm avido cordis ore protinus hunc attrahimus spiritum, & corrumpentem haurimus auram.*

Gilb. Abb. in appe.

5. Dum homo aliquis privatus prævaricatur, inde non adeò ingens sequitur Reipublicæ damnum, non verò item si Sacerdos malè agat. Audite Sanctum Bernardum id sequentibus verbis confirmantem: *Si quis de populo deviat, solus perit; verum principis error* (& idem de Prælato Ecclesiastico, Parocho, Religioso & Sacerdote curato dici potest) *multos involvit, & tantis obest, quantis præest.* Ad idem intentum serviunt emphatica illa Magni Gregorij verba, dicentis: *Cum Pastor per abrupta graditur, consequens est, ut ad præcipitium grex feratur.* Prælati Ecclesiastici, Episcopi &c. ut plurimum dum in publicum procedunt, magno comitatu stipantur, nec umquam soli vadunt: Idem quoque illis in alia vita accidere dici potest, non enim soli vadunt ad paradisum vel ad infernum, quia ab ipsorum bonis vel malis exemplis salus vel perditio multorum dependet; undenam existimatis, idololatriam suam sumpsisse originem? Hinc nimirum quia astutus serpens malas explorans stirpis humanæ in Adamo vitiatæ inclinationes ad rixas, crapulas, divitiarum cupiditates, effreni appetitui illorum similia providit prototypa, verbi gratia, Jovis adulteri, Mercurij rapacis, crapulonis Bacchi, & Martis sanguinolenti; *Quibus nihil actum est*, inquit Seneca, *quam ut pudor peccandi ab hominibus tolleretur; quid enim est aliud, authores vitiorum efficere Deos; quàm vitia nostra incendere, & dare morbo vitiorum & exemplo divinitatis excusatam licentiam?* Nunc verò, quia in Christianismo idololatria per Dei gratiam, prostrata & profligata est, quid obsecro, facit inimicus & generis humani insidiator perpetuus? Adhibet omnem industriam, ut Sacerdotes & Prælati Ecclesiastici, Dei Vicarij, supraque candelabrum elevati, vitiosi, licentiosi, avari, impuri vivant, ut pudor peccandi ab hominibus tollatur &c.

Privatorum peccata non sunt tam nociva Reipubl. S. Bern. ep. 127.

Sen. l. de brevi vit. c. 16. & l. de vit. beat. c. 26.

6. *Si sal evanuerit, in quo salietur?* Licet Aaron ad instantiam populi tumultuantis, citra voluntatem Domini Dei, vitulum fudisset; Moyses nihilominus omnem populi transgressionem ipsi soli imputat, dicens: *Quid tibi fecit hic populus, ut induceres super eum peccatum maximum?* Quia scilicet Superiores & Prælati, animarum curam habentes, omnes earum in se provocant culpas: Sed qua obsecro de causa populus idololatrizans, ab Aarone vitulum formari petijt? ipse ne sculptor aut statuarius erat? cur non potius Voliab, aut Beseleel solicitarunt, sculpturâ insignes? in promptu est responsio, *Serpens erat callidior, &c.* Volens enim Dæmon omnem populum, aut certè majorem ejus partem in idololatriam præcipitare; omnem conatum adhibuit, ut hic vitulus ab Aarone funderetur, ut fic nullus ab ejus cultu retraheretur, certus vitulum istum ab ipsomet summo Sacerdote adorationi exponi. Quod fortè respexit Dominus, dùm apud Prophetam Oseam lamentatur, Sacerdotes laqueos effectos esse animarum ad æternam perditionem: *Audite hoc Sacerdotes ... quia vobis judicium est; quoniam laqueus facti estis speculationi.* Affolent venatores columbis sylvestribus insidiantes aliam cœcam adhibere columbam; ita quoque diabolus sæcularium animas deprædaturus, cœcos, Dei lumine destitutos adhibet Sacerdotes à Christo Domino

Matth. 5. 13. Peccata totius populi imputantur Sacerdoti. Exod. 32. v. 21.

Sunt enim laquei animarum. Ose. 5. v. 1.

Matth. 10. v. 16.

Ose. 7. v. 11.

Ibid. 12.

Hæretici suum discessum ab Ecclesia imputant vitijs sacerdotum.

mino in persona Apostolorum, quorum successores sunt, columbas nuncupatos: *Estote simplices sicut columbæ*; unde eos ordinaturus Episcopus pariter inquit: *Accipe Spiritum sanctum*, hic autem, ut novimus, columbæ figuram amat, frequenterque exprimit. Væ itaque populis; si tales excæcatæ fuerint columbæ, certo enim certius laqui sient speculationi. *Factus est Ephraim*, inquit idem Oseas, *quasi columba seducta, non habens cor*; moxque subjungit: *Expandam super eos rete meum.*

7. Hæretici, quemadmodum Ecclesiastica attestatur historia, suæ ab Ecclesia Catholica divisionis & separationis causam, scandala & vitia Cleri assignant, non distinguentes fidem à moribus, neque considerantes, defectum hunc, non status, sed sui arti religionis, sed particularium esse personarum; Quales nullum non sæculum vidit in Ecclesia existentes. Si quis filiorum Noë propter fastidium incolatus, convictusque cum ursis, leonibus & tigridibus arcam reliquisset, & consequenter submersus perisset; an fortè arcæ vitium foret?

8. Sanctus Augustinus ita quoque ad præsens discurrit intentum: *Ad quid enim aliud sedent isti, & quid aliud captant, nisi ut quisque Episcopus, vel Clericus, vel Monachus, vel Sanctimonialis cecidерit, omnes tales esse credant, jactent, contendant, sed non omnes posse manifestari; & tamen etiam ipsi, cum aliqua maritata inventur adulterata, nec proficiunt uxores suas, nec accusant maritos suos, cum autem de aliquibus, qui sanctum nomen profitentur, aliquid criminis, vel falsi, vel veri patuerit; lustant, fatagant, ambient, ut de omnibus hoc credatur.* Accommodissimè sanctus Cyprianus discurrit, dum ait: *Unde schismata & hæreses obortæ sunt & oriuntur? Dum Episcopus, qui unus est, & Ecclesiæ præest, superbâ quorundam præsumptione contemnitur?* Sed quid Pastores Prælatosque Ecclesiæ coram populis despicabiles reddit? Non sanctitas, quin potius hæc venerabiles eos, impijsque formidabiles constituit. Nemo nescit illud quondam eructatum S. Bernardi assertum: *Olim prædictum est, & nunc tempus impletionis advenit, ecce in pace amaritudo mea amarissima; amara prius in nece Martyrum; amarior post in confluctu hæreticorum; amarissima nunc in moribus domesticorum;* Qui domestici, qui domus Dei & Ecclesiæ sunt familiares, nisi Ecclesiastici? dicente Apostolo: *Jam non estis hospites & advenæ, sed ... domestici Dei; vox plangentis in tempore isto*; inquit idem Sanctus; *filios enutrivi, & exaltavi, ipsi autem spreverunt me, spreverunt & maluaverunt me à turpi vita.*

S. Auguſt. ep. 137. Dum unus Ecclesiasticus labitur, reliqui omnes judicantur tales.

S. Cyp. ep. 66. ad Eler.

S. Bernard. ser. 33. in Cant.

Eph. 2. v. 19.

9. In Ecclesiasticos à Deo singulariter ad eruditionem populi electos, illud quadrat Plutarchi, quod contra eos statuit dogma, qui pernitiosas doctrinas instillant Principibus: *Hi non in eorum calicem venenum lethale mittunt, sed in fontem publicitus scaturiens, quo vident omnes uti.* Enim verò si quis copiosum fontem, quo universa civitas utitur, veneno totaliter intoxicaret, quantum ille incolis damnum illaturus esset? Jam verò certum est, quòd mortiferum venenum in omnes Diœceses, vel Parochiæ animas transfundatur, cui malus præsidet Prælatus & Parochus, hi enim per scandala sua causa sunt omnium peccatorum, quæ à subditis eorum committuntur, qui postea in pœnam scelerum suorum publicas post se trahunt desolationes, & exterminia; ac proinde S. Gregorius malitiæ Sacerdotum, illorumque enormibus excessibus, iræ Dei flagella, quibus populi cæduntur, adscribit, inquiens: *Quanto autem mandas gladio feriatur, aspicitis; quibus quotidie percussionibus intereat populus, videtis. Cujus hoc nisi nostro præcipuè peccato agitur, ecce depopulatæ urbes, eversa castra, Ecclesiæ ac monasteria destructa, in solitudinem agri redacti sunt ex nostro peccato, populi turba prostrata est.* Quod excidium Jeremias deplorasse videtur, dum ait: *Dispersi sunt lapides Sanctuarij in capite omnium platearum;* ubi Chaldæus legit, *effusæ sunt Margaritæ sanctæ*; quas Hebræi stellas fuisse autumant sanguinis S. Josiæ Regis, à Jeremia in templo conservati, à Babylonijs dispersas. Sanctus autem Hieronymus per lapides dictos, gemmas intelligit, quibus habitus pontificales instructi fuere, qui in excidio universali per varia loca dispersæ fuerunt. Glosa autem Sacerdotes malos intelligendos dicit, qui cum gemmas imitari deberent, propter scandala, vitamque pessimam vilipenduntur, & sixorum instar conculcantur; cui consonat illud S. Gregorij: *Sanctuarij lapides in plateas dispergant, cum causarum sæcularium lata immera*

Plut. l. cum Principe Philosoph. esse.

Sacerdotes mali distillant venenum peccati in totam communitatem.

S. Greg. h. 17. in Ev.

Thren. 4. 1.

S. Greg. 2. p. past. c. 7.

expectant hi, qui ad ornatum Ecclesiæ interuis mysterijs quasi in secretis Sanctuarij vacare debuerunt. Notate verba: *in capite omnium platearum*, q. d. in publico, in omni loco, quaqua quis se vertit, vilipenduntur, contemnuntur, in ore detractorum versantur, Prælati & Pastores Ecclesiastici, quando non vivunt exemplariter, & sanctè suo conformiter statui. Unde & S. Bernardus inquit: *Lapides Sanctuarij, id est, Sacerdotes sunt in capitibus, id est, in intuitu virorum latarum; docent enim populos per prava exempla ingredi vias latas, quæ ducunt ad mortem, & demergunt in profundum inferni.*

S. Bern. ser. ad past. in Synodo.

10. Multis olim, cum mulieribus Madianitidis idololatrantibus, Phinees contra unum dumtaxat Israëlitam, unamque mulierem Madianitidem ferrum strinxit in mortem, quia scilicet Hebræus iste filius erat, insignis Ducis de tribu Simeonis, & mulier filia Principis.

Num. 25. v. 8.

11. B. Petrus Damianus id factum autumat, ut doceret carnales illecebras in eminentioribus personis acrius persequendas; id quod de omnibus alijs vitijs astrui potest. Dum vapores, aliæque exhalationes parum distant à terra, facilè contemnuntur, sceus verò, dum supra regiones aëris exaltatæ, condensantur in nubes, claramque offuscant diei lucem, & tempestates quandoque minitantur; ita scelera, & scandala sæcularium minus pernitiosa sunt in publico quàm personarum, divino cultui consecratarum, quæ supra candelabrum elevatæ sunt, ut alijs bonum præbeant exemplum: *Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est.*

S. Petrus Dam. l. 1. ep. 6.

Matth. 5. v. 16.

12. Moysi olim præcepisse legitur Dominus: *Tolle cunctos Principes populi, & suspende eos contra Solem in patibulis.* Circa quæ verba, sequentem discursum format S. Petrus Damianus: *Dominus, cum omnis Israëlitica plebs non dispari crimine teneretur obnoxia, de populo quidem tantùm, adversus autem solos Principes in furorem se digna animadversionis erexit, quia reatus adulterij, in personis clarioribus debet durius vindicari.* Auctor operis imperfecti, damna demonstraturus, quæ in Republica mali causant Sacerdotes, has duas adducit similitudines: *Sicut in corpore si aliquod infirmatum fuerit membrum, non omnino languet & stomachus; si autem stomachus languerit omnia membra inveniuntur infirmata; sic si aliquis Christianorum peccaverit, non omninò peccant & Sacerdotes, si autem & Sacerdotes fuerint in peccatis, totus populus convertitur ad peccandum.* Secundam similitudinem à radice desumit infecta arboris, frondes, flores, fructusque malos germinante: *Vidit arborem pallentibus foliis marcidam, & intellexit studiosius agricola, quia lassavam in radicibus haberet. Ita cum videris populum indisciplinatum, & irreligiosum, sine dubio cognosce, quia Sacerdotium ejus non est sanum.*

Num. 25. v. 4.

S. P. Dam. ibid.

Auct. Imp. h. 38. Ex populo vitioso, cognoscitur sacerdotium esse vitiosum.

DISCURSUS XXX.

ARGUMENTUM.

Impiorum Sacerdotum malitia valde ex ipsorum statu aggravatur; id quod ex ruinis & pœnis, à Deo illis immissis, clarè ostenditur.

THEMA.

Accidit autem, ut Sacerdos quidam descenderet eadem via, & viso illo præterivit, similiter & Levita. Luc. 10. ℣. 31.

1. INcarnata Sapientia Christus, Magister noster, *spirituum ponderator*, personam repræsentare volens inhumanam, & compassionis expertem; Ecclesiasticum, Sacerdotem & Levitam in medium adducit: nullus namque eorum misero illi spoliato, à latronibus vulnerato, inque via semivivo relicto commisertus fuit: *Sacerdos viso illo præterivit similiter & Levita.* Jezabelis, non Achab, non ursi aut leonis proponit exemplum. Unde Cardinalis Toletus ait: *Sacerdos erat, cui ex officio ac dignitate incumbebat misericordiam facere. Coryfæo optimi pessima;* Siquidem non est pejor quispiam homine divino cultui confecrato, deviante, & à Deo ad reprobum sensum declinante. Samaritanus autem pertransiens, majorem misero isti pietatem exhibuit & amorem, per multos charitativæ compassionis actus; ex quo hoc elicit documentum S. Gregor. *Plerumque actione sæcularium, vita conspicitur*

Sacerdotibus ex officio incumbit miseros solari & benè operari.

Tolet. ibid.

S. Greg. p. 2. past. admon. 29.

Isa. 23. v. 4.

nemtium confunditur, cum illi ultra habitum assumant opera, & illi juxta ordinem proprium, non exciant corda, unde bene per Propheram dicitur: [*Erubesce Sidon, ait mare.*] *Quasi enim per vocem maris ad verecundiam Sidon adducitur, quando per comparationem sæcularium, atque in hoc mundo fluctuantium, ejus, qui manitus & quasi stabilis cerniter, vita reprobatur.* Qui idem Sanctus Pontifex alio in loco de quacumque persona sacra, in honore constituta, ita loquitur: *Debet tantum altionem populi, actio transcendere Præsulis, quantum distare solet, à grege vita Pastoris.* Aberrare oviculam, exile damnum est; sed pastoris per devia, & præcipitia error, gregem in eadem pertrahit discrimina; unde Author operis imperfecti hanc notatu dignissimam, sed & formidine plenam, contra malos sadotes statuit propositionem. *Nihil impossibilius, quam illum corrigere, qui omnia scit; & tamen contemnens bonum, diligit malum.*

2. p. past. c. 1. Pastorem aberrare periculosissimum est.

Aut. Imp. h. 40.

2. S. Petrus verbum Incarnatum ita quondam legitur allocutus; *Verba vitæ æternæ habes:* Satellites pariter ab invidis sacerdotibus ad Jesum capiendum ablegati divina ejus inefsati fuere eloquentia: *Numquam sic locutus est homo.* Sacerdotes autem non obstantibus tot exhortationibus, prædicationibus, correptionibus, minis, miraculis, alijsque plurimis divinitatis Christi testimonijs, non solùm non profecerunt, sed etiam obstinatores in tantum obduruere, ut concluserint: *Hic est hæres, venite occidamus eum.* Teste Isaiâ: *Omne caput languidum, omne cor mœrens;* per caput, Princeps intelligitur sæcularis, per cor autem Sacerdos, quæ verò caput inter & cor est differentia? caput plurima constanter excipit verbera, mortalibus quandoque refsitit plagis; cor autem quæcumque levis perimit punctura. Ita quoque seculares, & Principes temporales malè viventes, licet animam propriam multis cruentent peccatorum mortalium plagis, non tamen propterea spiritualem singulariter subditis inferunt mortem: Ecclesiastici autem & Sacerdotes, ad bonum exemplum dandum obligati, ob quamcumque levem transgressionem, quæ in homine mundano minima foret, abundè nimis scandalizant, ferùntque, Laicorum animas. Catalogum texite peccatorum omnium, quantumcumque imaginabiliter enormium, certòque reperietis, nullis sceleribus Deum ita offensum unquam, quàm Sacerdotum prævaricationibus: unde S. Chrysostomus inquit: *Nullare Deus magis offenditur, quàm quòd indigni & peccatores Sacerdotis dignitate præfulgeant:* Tales ignis infernalis sunt esca, Dæmonisque instrumentum.

Joa. 6. v. 69.

Jo. 7. v. 46. Sacerdotes mali difficillime convertuntur.

S. Chryst. h. 4. in Matth.

3. Juxta Sapientis assertum, *sicut acetum dentibus, & fumus oculis: sic piger his, qui miserunt eum.* Experimur omnes, quautum dentes acetum, oculosque exacerbet fumus: *Ita Sacerdos in Ecclesia pravus,* inquit S. Hieronymus, *per acredinem peccati, fidelium sensus obtundere facit, atque erroris ignorantia oculos cordis eorum ab intuitu fidei seu intellectu rectitudinis, dum caligant volut fumus excæcat.* Origenes de aceto tractans, quod Redemptori in passione datum fuit, in eo designatos esse docet illos, qui ipsum malâ vitâ ad amaritudinem provocant: *Et quidam quidem dant Jesu bibere vinum cum felle permixtum, quod non vult bibere Jesus filius Dei; alij autem non vinum, sed acetum,* moxque in sensu morali hos indigitans, inquit: *Et fortasse quantumcumque secundùm doctrinam quidem Ecclesiasticam sapiunt, vivunt autem malè, dant ei vinum bibere cum felle permixtum.* Si nosse vultis, qui prætorij justitiæ præjudicarint, S. Matthæum consulite; Christum Pilatus innocentem declararat, dicens: *Nullam causam mortis invenio in eo.* Herodes ipsum ad Pilatum remiserat absque sententia lata; soli Sacerdotes innocentissimum Dominum morti adjudicarunt, dicente Scripturâ: *Mane autem facto consilium inierunt omnes Principes Sacerdotum adversus Jesum, ut eum morti traderent & vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato Præsidi;* unde tametsi de omnibus peccatoribus verificetur illa Apostoli sententia, videlicet quòd sint *rursùm crucifigentes sibimetipsis Filium Dei & ostentui habentes:* magis tamen propriè mali sacerdotes Filium Dei in patibulum crucis affigunt: & quidem priusquam propositionem hanc stabiliamus, certum est, quòd Apostolus de illis præcipue loquitur, qui participes facti sunt Spiritus S. quales sunt Sacerdotes, quibus hic in illorum ordinatione infunditur, dicente Episcopo: *Accipe Spiritum S.* Ad hæc de illis verificatur, quòd *sunt illuminati, gustaverunt donum cæleste, & participes facti sunt Spiritus sancti:* Et ideo quid aliud reliquum, quàm ut ipsum de novo crucifigant?

Luc. 23. v. 22.

Matth. 27. v. 1. Soli sacerdotes Christum damnarunt ad mortem.

Hebr. 6. v. 6.

4. In revelationibus S. Birgittæ, de malis sacerdotibus dicitur: *Omnis qui accedit ad eos cum tribus vulneribus: ab eis habebit quartum, & si cum quatuor venit ad eos recedit ab eis cum quinque quando viso exemplo pravo Sacerdotum, peccator fiduciam peccandi sumit, & inopia de peccato, quod prius reputabat erubescibile, gloriari, ideo, ipsis erit amplior maledicta præ alijs, quia se vita sua perdunt, & alios exemplo suo ledunt.* Quantum porrò bonum Cleri exemplum ad beneficium populi conferat. S. Carolus Borromæus his verbis demonstrat, dicit enim: *Qui in sortem Domini vocati sunt, divinarumque rerum ministerio addicti, illorum in ecclesia Dei status is est, ut si morum gravitate vitæque exemplo, suam ipsi dignitatem retineant, magnam afferant authoritatem, ad pie Christianoque more vivendum. Rursùm si quidpiam in ullo cujusvis rei vel minimæ genere offendant, eorum ordo ita graviter leditur, ut illum decoris splendorem retinere nequeat, qui ad continendos in officio Laicos homines non solum utilis sed maximè etiam necessarius esse videtur.* Et ideo memoriæ nostræ, & multo magis cordi semper impressa esse debet illa S. Gregorij propositio dicentis: *Nemo amplius in Ecclesia nocet, quam qui perversè agens, nomen vel ordinem sanctitatis habet.* S. Leo pariter hanc status & vocationis sacerdotalis cum vita quadam dissoluta & impura disconvenientiam pro viribus detestatur, dum ait: *Falsæ professionis imagine utimur, si cujus nomine gloriamur, ejus instituta non sequimur.* Nazianz. malos sacerdotes, *spurios, nothos, & perperam adscripios Sacerdotes appellat.*

Lib. 4. c. 32. Revel. S. Birg. Sacerdotum prava exempla Ecclesiæ valde sunt nociva.

Act. Eccl. Med. Syn. Diæc. 4.

S. Greg. cur. past. p. 1. c. 2.

S. Leo ser. 5. de jejun. 7. mens.

Naz. or. 21.

5. Indecentissimum est, si minister Deo consecratus Deum linguâ suâ, maledicentijs, blasphemijs, perjurijs, aut obscœnis, lascivisq; verbis offendere præsumat; cum enim lingua & verbis suis corpus Christi consecret, adeoque, Dei Filius ejus verbo obediens, de cœlo descendat, ejusque manibus se ingerat, cæteris quoque Sacramentis per verba subsistentiam conferat qua ratione eamdem linguam ad verba obscœna, maledica, injuriosa, calumniosa, & blasphema proferenda adhibere poterit? qua fronte linguam illam, quæ verbum Dei annunciat, quæ agni immaculati sanguine quotidie rubescit, qui cœlum aperit, infernum claudit, quæ supra se sacratissimum Dei corpus quotidie sumit, qua inquam fronte eamdem peccando contaminare audebit? S. Bernard. ait: *Consecratum est os tuum, rabbus aperire illicitum est, assuescere verò sacrilegium.* S. Dionys. Areop. ad Demophil. ita scribit: *Qui audet scelestas blasphemias suas (neque enim proces dixerim) sacris avis inferre, easque super signa illa divina ad Christi similitudinem dicere, non est sacerdos. Non est, sed infestus, atrox, dolosus, illusor sui, & lupus in Dominicum gregem ovina pelle armatus.* S. Ambr. verbum illud S. Pauli Apost. de Episc. loquentis, *non litigiosum,* ita exponit: *Id est non linguam ad convitium relaxet, ne per eamdem linguam, per quam laudes refert Deo, & divina libat sacrificia, litium venena profert, quia non decet de ore Episcopi benedictionem simul, & maledictionem egredi, ne per eamdem linguam, per quam Deus laudatur, homo maledicatur, quia non potest de uno fonte dulcem & amaram producere aquam.*

S. Dionys. Areop. ad Demophil. §. 2.

S. Ambr. Tim. 3. v. 3.

6. Similiter, cum manus sacerdotales sacrofancto Chrismate consecratæ, Filium Dei continuò tractent, qua ratione easdem ad Deum offendendum & injurijs afficiendum applicare poterit? hoc motivo S. Cypr. utitur, ut Clericus ab illicitis ludis abstrahat ad id se reflectens, quod manus præcipuum sit ejusmodi ludorum instrumentum, unde ait: *Quæ ad sacrificium Dominicum admissa est, quæ ad laudem Domini in oraculo exurgit* (de lingua loquitur) *quæ signum crucis, per quod tuemur frontibus imprimit, quæ divina Sacramenta consumat, quod est, inquam, ut diaboli laqueis implicetur?* S. Augustin. de Sacerdotis ingenio ita scribit: *Si calicem aureum invenisses in terra, donares illum Ecclesiæ Dei, accepisti à Deo ingenium spiritualiter aureum, & ministras inde libidinibus, & in illo Saranæ propinas teipsum?* Per. Blesc. de sacerdotibus, gulæ deditis, ita loquitur: *Repositum fuit illud pretiosissimum corpus in sindone munda & monumento novo; Iste autem in ore adhuc pene bestiæ fœtente, & in sentina veniris adhuc præcedenti crapula æstuante, demergit eum quem Angeli prospicere concupiscunt, quem prospiciendo delectationes æternas accipiunt.* S. Augustin. in quodam sermone ad fratres in eremo, hanc propositionem habet; *valde,* inquit, *desipiunt Clerici, qui sæpe vocatus ad prandium non recusat, etiam necessitate aliqua compulsus.* Eusebius in Epistola, quam de morte S. Hieron. ad S. Damasum scripsit, de malis sacerdotibus his verbis lamentatur:

Similiter fit manibus Deo consecratis abutantur ad illicita. *3. Cypr. de alea.*

S. Aug. ep. 41.

Pet. Blesc. ep. 43. Caveant crapulam & ebrietatem.

S. Aug. ser. 36. ad frat.

Eus. ad Damas. Pravi Sacerdotes comparantur crudeli bestiæ.

D. Chrysost. h. 83. in Matth.

S. Bern. l. 2. de consid. c. 8.

S. Greg. l. 17. in Ev. Sunt alijs instrumenta salutis & seipsos damnant.

Ex pœnis comminatis patet quam sint execrabiles Deo.

B. Laur. Justin. de compu. & compl. Chr. perf.

S. Cypr. de cœna Dom.

2. Reg. 2. v. 25.

S. Aug. in Psal. 36. conc. 2.

S. Ambr. in Psal. 37.

S. Isid. Pel. l. 1. ep. 25.

Sacerdotibus difficilius quam alij, datur Venia peccatorum.

Num. 20. v. 24. *Oleast. ibi.*

Ezech. 5. 11.

S. Hier. ibid.

lamentatur: *Ecce mundus utique fervet sacerdotibus, & tamen tam sicut ravissimi sacerdotes, quod vix de centum unus reperiatur bonus.* Idem in eodem loco damnum ostendere pergit, quòd exinde in rempublicam, resultat, & quantum malitia illorum, respectum eminentiæ, vocationis & dignitatis sacerdotalis imminuat, inter cætera autem ait; *Nulla certè in mundo tam crudelis bestia quam malus sacerdos, nam corrigi se non patitur, neque veritatem unquam audire potest, ut brevitur dicam: Omnes præeminet malitia.* D. Chrys. malorum Ecclesiasticorum irreconciliabilis persecutor, de ijsdem ait: *Dico horribile quoddam atque tremendum, nec est ita malum in Ecclesia Dei, dæmoniacos esse sicut sacerdotes, qui peccatorum sordibus coinquinantur; hoc enim pessimum est, sicut ait Paulus: Christum conculcare, & sanguinem ejus pollutum ducere, & Spiritui gratiæ contumeliam facere.* S. Bernardus, sacerdotem malæ vitæ, qui characteri sacro bonis moribus non respondet, monstrum appellare non dubitat, dicens: *Monstruosa res gradus summus & animus infimus, sedes prima & vita ima; lingua magniloqua, & vita otiosa; sermo multus & fructus nullus; vultus gravis, & actus levis; singens authoritas, & nuians stabilitas, caput canum & cor vanum.*

7. S. Gregorius, ut sacerdotum, qui electi sunt, ut sint instrumenta alienæ salutis, semetipsos condemnant, insaniam exprimat, ingenio sâm adducit similitudinem ab aqua, qua ad conferendum sacrosanctum Baptismi lavacrum utimur, quæ postquam infantis corpus asperfit animamque illius mundavit, demum in cloacas projicitur: *Ingrediuntur electi,* inquit, *sacerdotum manibus expiati cœlestem patriam, & sacerdotes ipsi, per vitam reprobam ad infernj supplicia festinant. Cui ergo rei similes dixerim sacerdotes malos, nisi aquæ baptismatis quæ peccata Baptizatorum diluerat, illos ad regnum cœleste mittit, & ipsa postea in cloacas descendit?*

8. Porro, quam abominabiles apud Deum sint sacerdotes vitiosi ex comminatis, à divina justitia malis sacerdotibus, supplicijs evidenter deducitur. B. Laur. Justinian. illorum deplorans miseriam ita scribit: *His vehementer Dominus comminatur, cum in Evangelio Parabolam Patrisfamilias, qui vineam plantavit, disseruit, dicens: Malos male perdet. Audiant ista Sacerdotes, legant eadem publice in Ecclesijs, nonnulli populo pronunciant, & tamen inemendabiles permanent.* Hanc Sacerdotes sacrilegi patiuntur miseriam, quod sicut pro alijs exaudiri non merentur, ita quoque nullus sit, qui pro ipsis intercedat; id quod S. Cyprianus his verbis confirmat, dum ait: *Propter malignantium insolentiam altare suum Deus repellit, & sanctificationibus maledicit, odit Sabbata, abominatur solemnia, ornamenta fœtent, displicent holocausta, in his omnibus laborare se dicit Deus, nec esse voluntatem suam in ministris impuris.* Heli summus Sacerdos filios suos à scandalis & abominationibus, quibus populum Israël & sanctuarium Dei contaminabant, abstrahere volens, his eos verbis affatus est; *si peccaverit vir in virum, placari ei potest Deus, si autem in Dominum peccaverit vir, quis orabit pro eo?* S. Aug. in Ps. 36. scribens, hunc illius admonitionis sensum esse declarat; *si peccaverit populus, orabit pro eo Sacerdos, si autem sacerdos peccaverit, quis orabit pro eo? talem ergo oportet esse Domni sacerdotem, ut, quod populus pro se apud Dominum non valuerit, ipse pro populo mereatur, quod poposcerit, impetrare.* S. Ambrosius eidem expositioni consentit, dum ait: *Si populus erraverit Sacerdos orabit pro eo; si sacerdos peccaverit, quis orabit pro eo?* Atque hæc causa fuit, inquit S. Isidorus Peluliota, cur filij Heli irremissibiliter castigari fuerint. Unde ait: *Quandoquidem nec pro Ophni & Phinees, qui adversus Deum ipsumque sacerdotem peccaverant, inventus est quisquam qui deprecatoris partes susciperet, verum in extremum exitium, ut sacerdotis dignitatem prodentes, conjecti sint.*

9. Revocandum quoque est hic in memoriam, qualiter Deus Moysi præceperit, ut Aaroni fratri suo se ad mortem præparare juberet, *eo quod incredulus fuit ori meo ad aquas contradictionis;* circa quod Aaronis delictum, major pars Interpretum illud veniale solum peccatum fuisse existimat, & tamen Oleaster ait: *Mirum valde est, non posse sacerdotem Deum, quem omnibus alijs placabat, sibi propitium reddere, quæ tu sacerdos quasso expende, ut scias, quanto difficilius sacerdotibus quam alijs Dominus peccata condonet.* In Ezechiele, hanc contra sacerdotem prophanum, legimus comminationem: *Pro eo quod sanctum meum violasti, in omnibus offensionibus tuis, ego quoq; confringam te,* ubi S. Hieron. juxta versionem Septuaginta legit: *Abjiciam te, non parcet oculus meus.* Et subdit: *Hoc in Ecclesia intelligendum est, quod magistris & sacerdotibus qui egerint negligenter, possit Deus quotidie dicere, quia sanctia mea violatis in cunctis offensionibus vestris, ego vos conteram atque confringam.* In Malachia Propheta Deus quoque ministros sacrilegos his verbis alloquitur: *Ecce ego vobis projiciam brachium & dispergam super vultum vestrum, stercus solemnitatum vestrarum, & assumet vos secum;* Vel ut S. Cyrill. Alex. legit: *Et suscipiam vos in scipsum;* Et subdit: *Quoniam ipsi dedecorant aitare, ideo Deus veluti par pari referens, suscipiat vos, inquit, in dispersum;* id est, operabor, ut & vos quoq; abjiciamini & contemnamini.

Malach. 2. v. 3.

S. Cyr. Al. ib.

10. Christus Salvator noster templum suum, sacerdotum culpa prophanatum videns, armavit manum flagello, tametsi eadem die ab universo populo recipi voluerit, juxta illud Prophetæ oraculum: *Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus:* adeoque mansuetudinis loco, iræ & indignationis suæ fulmina vibravit. Scio quidem S. Ambrosium de Christo, qui sæpius prædicaverat, dicens: *Discere à me, quia mitis sum;* consequenter dicere: *Ubi gratia largienda, & Christus adest, ubi excercenda severitas, solum adsunt ministri, deest Jesus.* Scio itidem, quod Sapiens de Deo asserat, quod ubi divinæ justitiæ ensis vibrandus est, *Deus armet creaturam ad ultionem:* Nihilominus ex hoc loco per fidem scimus, quod Christus fecerit flagellum, illudque manibus proprijs contexerit, & in Prophanatores acerbè vibrarit. Circa quod Christi factum nonnulli considerarunt, quod, quia sacerdotes sunt sphæræ superioris, quam etiam sint Principes sæculares supremi, adeoque hi nullam in illos jurisdictionem habeant, ideo Christus ipsorum punitionem sibimetipsi directè, & immediatè reservavit, ut verificetur illud Psalmi: *Deus stetit in Synagoga Deorum, in medio autem Deos dijudicat;* unde S. Anacletus primus dicit: *Dominus sacri sui corporis tractatores à vilibus & reprobis, & non idoneis personis infamari voluit, nec calumniari permisit, sed ipse proprio flagella peccantes sacerdotes à templo ejecit.* Verumtamen dici quoque potest, quod Christus per hanc indignationem suam ostendere voluerit, quantum ex sacerdotum scandalis ostendatur, quæ propria manu punire & castigare voluit.

Christus manu propria punivit sacerdotes pravos. *Matth. 21. 5.*

S. Ambr. l. 1. de Abr. c. 6.

Matth. 11. v. 29.

Sap. 5. 18.

Ps. 81. v. 1.

Anac. 1. ep. 29. 1. 1. concil.

11. Deus apud Ezechielem quærit, dicens: *Quid fiet de ligno vitis?* pluribusque ostendit, vitis palmitem à vite præcisum & separatum, ad nihil utilem esse præterquam ad accendendum ignem. *Vitis autem est Christus,* inquit Hugo Card. *ut dicitur Joa. 15. Ego sum vitis vera, vos palmites. Ligna autem vitis sunt specialiter sacerdotes & clerici, qui specialiter Deo adsurrent. Lignum vitis optimum est, cum ligno adhæret, cum dissungitur, in nullo utile, nisi ad succensionem fornacis Babylonicæ, illa enim malleolis succenditur, ut dicitur Dan. 3. Ita est de clericis & religiosis, quando Christo adhærent, optimi sunt, & optimum, & multum fructum faciunt: Quando autem à Christo separati sunt, nutrimentum sunt ignis peccati in præsenti, & in futuro ignis infernalis:* juxta illum S. Joannis textum: *Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet; cætera ligna saluum sunt Laici mali, ligna autem pomifera sunt boni, isti valent ad aliquid in Ecclesia, sed mali Clerici & Religiosi, non sunt apti nisi incendio.* Quam materiam fusius ipsemet dictus Author prosequitur. Eamdem quoque moralitatem ex eodem loco eruit Origenes, ostendens, maximam utilitatem, quæ & damnum, quæ à sacerdotibus bonis & malis in rempublicam derivantur. Neque in præsenti, silentio involvenda est illa metaphorica S. Augustini sententia: *Ligna itaque vitis tanto sunt contemptibiliora, si in vite non manserint, quanto gloriosiora, si manserint.*

Ezech. 15. 5.

Joan. 15. 6.

Hugo Card.

DISCURSUS XXXI.

ARGUMENTUM.

Invectiva in illos, qui seipsos in sacerdotium ultro ingerunt, non ut aliquod Deo servitium præstent, sed ob alios fines temporales; ubi nonnullorum, qui sacerdotium invito animo admiserunt, adducuntur exempla.

THEMA.

Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo. Heb. 5. v. 4.

1. A Postolus ad reprimendam eorum ambitionem, qui non vocati ad sublime se ingerunt sacerdotij culmen, hoc sequenti utitur discursu: *Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron: sic est Christus, non semetipsum clarificavit, ut Pontifex fieret; sed qui locutus est ad eum, filius meus es tu. Quemadmodum & in alio loco dicit: Tu es sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedech.* Circa quæ verba ita discurrit S. Anselmus: *Percutiuntur hac sententia, qui honores Ecclesiasticos, ad quos divinitus non vocantur, arripere cupiunt; qui enim se ingerit, propriam gloriam quærit, non sumit honorem sed gratiæ Dei rapinam faciens*

Ad dignitatem sacerdotalem nullus se intrudat. *Psalm. 109. 4.*

S. Anst. in Gl.

jus alienum usurpat, & ideo non accipit benedictionem, sed maledictionem. Infallibile indignitatis signum perhibet, quicumque se ultro in hujusmodi irrudit dignitatem, juxta S. Bernardum, ita Eugenio Papæ, sui quondam ordinis Religioso, scribentem: *Sanè huic negotio non se ingerat rogatus, consilio, non prece agendum est: Alius pro alio, alius forte & pro se rogat, pro quo rogaris, sit suspectus; qui ipse rogat pro se, jam judicatus est, nec interest, per se, an per alium quis roget.*

S. Bernard. de conſ. l. 4.

2. *Appetere Ecclesiæ ordines*, inquit S. Basil. magnus, *& inter alios principatum, diabolica pestis.* S. Bernardus pariter hoc hominum genus, qui ministeriis sacris sese intrudunt, ita deplorat: *Miror audaciam plurimorum, quos videmus de suis vineis non colligere nisi spinas, & tribulos, vineis tamen Dominicis etiam se ingerere non verecundes sunt & latrones, non custodes, neque cultores*, quorum nullus intrat per portam, *qui non intrat per ostium, sed ascendit aliunde, ille fur est, & latro.* Contra quos & Oseas protestatur, inquiens: *Ipsi regnaverunt, & non ex me, Principes exti erunt, & non cognovi. Ex se autem* inquit S. Greg. *& non ex arbitrio summi Electoris regnant, qui nullis falsis titulibus, neque divinitus vocati, sed sua cupiditate accensi, culmen regiminis rapiunt potius quam assequantur, quod tamen internus Judex, & provehit, & non agnoscit; quia quos permittendo tolerat, profectò per judicium reprobationis ignorat.*

S. Basil. conſt. mon. c. 1. S. Bern ſer. 30. in Cant. Periculoſum eſt appetere dignitatem eccleſiaſticam. Oſe. 8. v. 4. S. Greg. l. 1. p. paſt. c. 8

3. *Nec quisquam sumat sibi honorem* &c. textum hunc S. Ambr. in quoscumque tam Episcopalem, quam Sacerdotalem, aliasque dignitates ambientes retorquet, inquiens: *Hic percutit sacerdotes honoris cupidos, & sacerdotij avidos, non pro salute populi, sed pro ambitione sæculi.* Pro cujus intelligentia, finem dignoscamus oportet, ob quem Deus sacerdotium instituit *Constituitur in iis, quæ sunt ad Deum.* In vita B. Henrici Susonis, Christus Sancto legitur differentiam assignasse, inter antiquos modernosque Ecclesiasticos, quorum tantus numerus in Sanctorum catalogum relatus est, quia scilicet hi Ecclesiæ maximo cum zelo, absque amore proprio & sine interventu commodi privati, de corporalibus & spiritualibus providere satagebant, solius Dei gloriam spectantes in omnibus; hodie autem maxima Ecclesiasticorum pars aliari ministrantes, *quæ sua sunt quærunt non quæ sunt Jesu Christi.* Maximus Ecclesiasticorum cumulus reditibus inhiat beneficialibus propriæ æstimationi aut honoribus sublimioribus. S. Thomas illa Apostoli verba (*pro hominibus constituitur*) ita interpretatur: *Id est, pro ipsorum utilitate, non enim constituitur propter gloriam, non propter emundandas divitias.*

Magna differentia inter Sacerdotes modernos, & veteres. S. Ambr. ibid. Hebr. 5. v. 1. Coll. ſpir. B. Henr. Suſ. c. 4. Phil. 2. v. 21. S. Thom.

4. Christus Sacerdotes illo speciosо afficiens lucis titulo (*Vos estis lux mundi*) eodem pariter tempore, cur eos exaltaret, docere voluit, dum ait: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in cœlis est.* Ubi S. Aug. ait: *Non ergo tantum dixit, ut videant opera vestra bona sed addidit, & glorificent Patrem vestrum, ut hoc ipso quo homo per bona opera placet hominibus, non ibi finem constituat, sed propterea placeat hominibus, ut Deus glorificetur.* Observastine unquam, quid Deus Moysi pro populo Israelitico intercedenti, responderit? *Dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gentem magnam.* Intelligo equidem, qualiter Deus inhibuerit Moysi, ne pro populo intercessor fieret: Ast quare majorem ipsi principatum promisit? respondet Oleaster, experiri voluisse Dominum, an Moyses amore sui, an populi pro transgressoribus oraret; potuisset enim quicumque malignus suspicari, Moysen proprio aliquatenus laborasse amore, siquidem sine subditis Imperium exercere non potuisset, dum æterna illi veritas promittit: *Faciam te in gentem magnam*; & nihilominus Moyses patrocinium continuat, manifestum edit puri in proximum amoris indicium. *Deum tentare voluit*, inquit Orig. *ut experiretur, an pro privato bono sineret communem perire*; hujus indolis esse debent sacerdotes, qui non alio fine pro ministerio sacro conseerandi sunt, nisi ut Deo, cui dedicantur, fideliter serviant, & ad ejus gloriam, animarum saluti vacent.

Cur vocentur à Chriſto Lux mundi. Matth. 5. v. 14. 16. S. Auguſt. de ſer. Dom. in mont. c. 21. Exod. 32. v. 10. Oſeaſ. ibi.

5. Conc. Trid. dignitatem Episcopalem *Onus Angelicis humeris formidandum* appellat, & meritò, quia pro animabus sibi commissis exactum & rigidum Deo computum reddere debent; utpote quibus eædem animæ pariter inniituntur. Unde Petrus Blesensis sacerdotum conditionem his verbis deplorat: *Infelicissimus sacerdos ad animæ suæ providentiam omnino non sufficit, & multarum animarum curam attentare præsumit.* Meritò proinde quotquot Sacerdotij gradum conscendere volunt, prius suas ponderare vires, & quid salus animarum sit, quanti hæc Deo constiterint, qualis in iis immaculatis & sanctis reddendis, nostra sit obligatio, intelligere deberent, illudque S. Isidori monitum sequi, dicentis: *Qui regimen Sacerdotij contendit appetere, ante se discutiat, si vita honori sit congrua, quod si non discrepat, humiliter ad id, ad quod vocatur, accedat*: ubi notandum est verbum illud *vocatur*, quo innititur, quod nemo se in sacerdotium ingerere debeat. dicitur etiam *humiliter accedat*, quia ut S. Leo ait: *Dum dominari magis quam consulere subditis quærunt: placet honor, inflat superbia, & quod providisse est ad concordiam, tendit ad noxam.* S. Bern. dum illum Psalmi interpretatur versiculum: *Audiam, quid loquatur in me Dominus*; hoc Ecclesiasticis tradit monitum: *Et prælati magis prodesse studeant, quam præesse.* Deinde docet, periculum, quod Ecclesiasticos comitatur, animarum in viam salutis directarum redimi posse beneficio: ait enim: *Nec dubium, quin longe periculosior cæteris, eorum sit administratio, tamen si bene administraverint, bonum gradum sibi acquirent.* Alcuinus quoque in una Epistolarum suarum, sequenti Ecclesiasticos exhortatur doctrinâ: *Requiru à vobis animas Deus, quas ad regendum accepistis: ex subjectorum salute, vestra multiplicatur remuneratio.* S. Bernardus in sermone supra Cantica, cui titulus (*Surge propera amica mea*) per vineam, animam intelligit, dicens: *Vineas quidem animas esse, vel Ecclesias, ad has visendas, corrigendas, instruendas, salvandas, anima perfectior invitatur.* Anima illa perfectior sacerdos est, qui aspirare tenetur ad perfectionem, cujus latius in hæc verba meminit idem Doctor mellifluus: *Quæ tamen id ministerij fervita sit, non sua ambitione, sed vocata à Deo tanquam Aaron. Porro invitatio ipsa quid est, nisi intima quædam stimulatio charitatis, piè nos solicitantis amulari fraternam salutem, æmulari decorem domus Domini, incrementa lucrorum ejus, incrementa frugum justitiæ ejus, laudem & gloriam nominis ejus?* Infelix iste, qui ab Jerusalem in Jericho descendens, à latronibus graviter vulneratus fuit, sacro textu attestante, à sacerdote & Levita, quamvis morti vicinus, *& semi vivus relictus* fuit, absque ullo etiam spirituali adjutorio. Cum tamen ideo Deus sacerdotes ad suum vocaverit ministerium, ut animabus, Christi sanguine & vita redemptis succurrant; Quam obligationem S. Petrus Damianus exhibet in hæc verba: *Nostræ divitiæ, noster que thesaurus lucra sint animarum, & in arca nostri pectoris, pretiosa recondantur talenta virtutum.*

S. Iſid. l. 3. ſent. c. 34. S. Leo ep. 84. S. Bern. Studeant potius prodeſſe quam præeſſe. Alb. Alcuini ep. 28. S. Bern. ſer. 58. in Cant. Luc. 10. v. 30. S. Pet. Dam. l. 2. ep. 2.

6. *Equitatui meo*, inquit Sponsus ad dilectam suam, *in curribus Pharaonis, assimilavi te amica mea.* Ubi Lyranum notandum occurrit; igitur per sponsam Ecclesia intelligitur, veri Salomonis equitatui assimilita; Porro inter Pharaonis & exercitus Hebraici equos hæc est differentia, quod illi submersi, hi fuerint salvi: *Quadrigæ tuæ salvatio*; ex quo deducitur, illos, qui de equitatu sunt Ecclesiastico non modo propriæ sed & alienæ saluti vacare debere: *Qui ascendes super equos tuos, & quadriga tuæ salvatio.* Quam quondam S. Bern. temporum suorum miseriam & abusum detestatus est, atque abominatus; In nostris certè diebus firmum fixit pedem, scilicet: *Curritur passim ad sacros ordines, & reverenda ipsis quoque spiritibus angelicis ministeria hominum apprehenduntur, sine consideratione.* Si animæ excellentiam, exactamque judicis severissimi sententiam sedulo consideraremus, paucis equidem character imprimeretur sacerdotalis: *Curritur ad sacros ordines sine consideratione*, quos pariter Nazianzenus indigitat, dum ait: *Cum nisi prius ad sacerdotium attulerim, dispopuli simul magistriique pietatis creamur, aliosque ante purgant, quam ipsi purgati fuerimus, veri sacrilegi, hodie sacerdotes, hesterna prophani, hodie sacrorum Antistites, veteres vitio, pietate rudes & recentes, qui denique plura pro suis quam pro populi ignorantijs sacrificia debeant.* S. Prosper de multorum, qui divino cultui consecrantur, de ordinatione ita scribit: *Non ut meliores, sed ut deteriores, non ut sanctiores, sed ut honoratiores simus cæteris festinamus, nec gregem Domini, qui nobis pascendus tuendusque commissus est, sed nostras voluptates, dominationem, divicias, & cætera blandimenta carnaliter cogitamus.* S. Leo in Epistola, ad Episcopos Africanos scripta, super illa verba S. Pauli ad Timotheum: *Nemini cito manus imposueris*, dicit: *Quid est, cito manus imponere, nisi ante ætatem maturitatis, ante tempus examinis, ante meritum laboris, ante experientiam disciplinæ, sacerdotalem honorem tribuere non probatis? & quid est, communicare peccatis alienis, nisi talem effici ordinantem, qualis est ille, qui non meruit ordinari? sicut enim boni operis sibi comparat fructum, qui rectum sectatur in eligendo sacerdote judicium, ita gravi semetipsum afficit damno, qui ad sua dignitatis collegium sublimat indignum.* S. Prosper gravem illam Domini protestationem (*Væ Pastoribus, qui pascebant seipsos*) sequentibus prosequitur verbis; *istud væ pro maledicto poni, & pastorum nomine nos significari quis non intelligat, nisi qui futura non cogitat? Gregem Domini pascendi pastores facti suscepimus, & nosipsos pascimus, quando non gregum utilitati prospicimus, sed quid foveat & augeat nostras voluptates, attendimus.*

S. Sub ditorum saluti potius, quam propriæ utilitati ſtudere debent. Hebr. 5. v. 4. S. Bern. c. 29. de conv. ad cler. Nazianz. or. 25. Multi sine consideratione sumuntur ad sacerdotium. S. Proſp. l. 1. de vit. cont. c. 21. Timoth. 5. 22. S. Leo ep. 87. Ezechiel. 34. v. 2.

7. Si quis Christum ad puteum Jacob extra Samariam vidisset solitarium cum pessimæ vitæ muliere, numquid obstupuisset, præsertim si paulò ante omnibus associatum vidisset Apostolis. Ecce vobis verissimum, quoniam *Omnes quæ sua sunt, quærunt*; solusque Salvator perditæ illius animæ lucro inhiabat, reliquis ad unum omnibus civitatem petentibus, ut necessaria conquirant vitæ; numquid unicus sufficisset pro dicto munere? nihilominus S. Joanne teste, omnes à Christo divisi abierunt simul, *ut cibos emerent.* Verè equidem non omnes genium imitantur Esdræ, qui inconsolabiliter lamentabatur: *Murus Jerusalem dissipatus est, & portæ ejus combustæ sunt igni ... sedi & flevi, & luxi diebus multis: Jejunabam & orabam ante faciem Dei cæli.* Ex quibus hanc S. Beda deducit consequentiam: *Si vir sanctus audiens destructa lignorum & lapidum ædificia recte lugebat, jejunabat, & orabat diu sedens, in tristitia; quanto magis in destructione & ruina animarum continuis luctibus & orationibus insistendum.* Hoc ipsum pro animarum salute plorandi officium incumbit sacerdotibus, quos veros decet Elisæ imitatores quem curru igneo ad cœlos translatum astruit S. Ambrosius, propter ardentissimum animarum zelum, inquiens: *Qui populum Domini bono ductu regebas constantiæ merito, hos accepisti currus, hos equos ad divina currentes, quia moderatorem te animarum humanarum Dominus comprobavit.*

Sacerdotum eſt lugere & orare pro ſalute animarum. Phil. 2. 21. Jo. 4. v. 8. 2. Eſd. 1. v. 3. 4. Bed. l. 3. c. 15. S. Amb. l. de Naboth. c. 25. In vit. Pat. 2. p. §. 21. Coll. ſpir. B. Henr. Suſ. c. 4. Alia ejuſdem generis exempla.

8. Hanc ob causam multi illuminati servi Dei, dum in pondere sanctuarij gravitatem examinarunt dignitatis sacerdotalis, quantumvis eam ferè jam attigissent, nihilominus se subtraxerunt, progressum recusantes, alij verò divino se quidem cultui dedicarunt, sed nullatenus charactere sacerdotali admisso. S. quidem Augustinus ad gradum istum conscendit; verumtamen cum hac protestatione: *Hinc eram lacrymæ illæ, quas me fundere in civitate, ordinationis meæ tempore nonnulli fratres animadverterunt, & nescientes causas doloris mei, quibus potuerunt sermonibus, qui omnino ad vulnus meum non pertinerent, tamen bono animo consolati.* Petro Blesensi teste, B. Ammonius contra voluptatem suam à furente populo ad sacerdotium & Episcopatum tractus, auriculam sibi succidit, dicens: *Lex divina neminem præcisa aure permittit fieri sacerdotem.* Cum nihilominus populi ad Timotheum Patriarcham recurrerent, ut eum per obedientiam astringeret, utpote propter sanctitatem tali dignissimum gradu, quantumvis auribus & naribus destitutus esset: Reduci itaque, sibique violentiam inferenti populo, respondit intrepide: *Linguam meam propter quam vobis placeo, si me ulterius cogitis, proprijs dentibus amputabo, & sic tandem sibi rebellus est.* Non absimile nobis exemplum vitæ exhibent SS. Patrum, de B. Theodoro; quid cum Diaconatus ordine insignitus esset, ut ad ulteriorem sacerdotij gradum progrederetur, vel Diaconatus munus exerceret, persuaderi numquam potuit; cumque à suis hujus sui propositi causam edicere rogaretur, se pro divina voluntate exploranda orationem ad Deum instituisse respondit, in eaque se columnam quamdam igneam, cœlum tangentem vidisse, indeque egressam audisse vocem, dicentem: *Si instar columnæ hujus, igne flagras charitatis, ministerio fungere Diaconatus.*

Viri ſancti recuſarunt Sacerdotij honorem conſiderantes nonia annexa. S. Aug. ep. 148. Pet. Bleſ. ep. 123. Sineſ. ep. 11. Ep. 47.

9. In colloquijs spiritualibus B. Henrici Susonis, Christus huic servo Dei dixisse legitur: Olim sancti Electores, & purpurati Patres Pontificem maximum electuri, contremiscebant, timentes, ne forsitan ad Pontificatum assumerentur, optimum namque veræ humilitatis possidebant fundum, seque munere illo prorsus indignos existimabant, ideoque præ zelo gementes & suspirantes multis à Deo & proprijs, & amicorum precibus rogabant, ut Ecclesiæ suæ provideret, prout honori Dei, suæque sanctissimæ voluntati conforme esset. Sidonius Apollinaris de Simplicio, designato Bituricensi Episcopo scribit: *Quod maxime ambiendus, quia minime ambitiosus, non studuerit suscipere sacerdotium, sed meruerit.* Sinesius Ptolemaide Episcopus in quadam Epistola, inquit: *Multas ego mortes pro sacro ministerio elegissem*, idemque in alia quadam litera attestatur, se *omni ferore omnibusque machinis sacerdotium declinasse.* SS. Patres Hilarion, Macarius, Antonius & Arsenius sacerdotes fieri recusarunt; S. Benedictus, & S. Franciscus tam insignium Religionum Patriarchæ à Diaconatu ad sacerdotium ascendere nequaquam voluerunt, cumque vir Seraphicus ad aggrediendum hoc sacrum ministerium vehementer à suis rogaretur, visio quædam ei obtigit Angeli cujusdam, urceolum aqua limpida refertum manu gerentis, eique dicentis: anima Sacerdotis adeo pura & limpida esse debet velut hæc aqua: ex quibus verbis vir Seraphicus perterrefactus, in proposito suo confirmatus permansit.

10. Deus olim antiqui testamenti sacerdotibus præcepit, dicens: *Eritis mihi sancti, quia sanctus sum ego Dominus, & separavi vos à cæteris populis, ut essetis mei.* Et tamen ij nil præter carnes animalium, incensum & panes propositionis tractandum habebant; quanto igitur majori puritate conspicuus esse debet; qui tractaturus est agnum immaculatum, de quo scribitur: *Candor est lucis æternæ, & speculum sine macula.*

Levit. 20. v. 26. Sapient. 7. 26.

DISCURSUS XXXII.

ARGUMENTUM.

De Ecclesiasticorum, in ministerio sacro, & in promovenda animarum salute, necessaria vigilantia, adversus eorumdem negligentiam, inertiam & incuriam.

THEMA:

Tu verò vigila. 2. Timoth. 4. v. 5

1. SAnctus Paulus in hoc documento, quod Timotheo Sacerdoti & Pastori dignissimo tradidit, Ecclesiasticis infinuare voluit, quòd vigilantia ab eorum munere separari non possit; *Tu verò vigila*; Vigilantiæ autem elogium sanctis Angelis præcipuè attribuitur. Unde S. Bernard. verba illa in sanctis Canticis, *Invenerunt me vigiles, qui custodiunt civitatem*, de turelaribus Angelis interpretatur, & in Daniele idem quoque vigilantiæ epitheton ipsimet Dei Filio attributum fuisse dicitur: *Et ecce vigil & sanctus de cælo descendit.* Hæc autem vigilantia, inquit S. Bernardus, ex tribus præcipuè capitibus, in Pastoribus Ecclesiæ alijsque, quibus animarum cura commissa est, requiritur: *Pastorum est* inquit, *vigilare super greges propter tria necessaria; videlicet ad disciplinam, ad custodiam, & ad preces: ad disciplinam, propter morum correctionem: Ad custodiam, propter diabolicam suggestionem: ad preces propter tentationum instantiam.*

Curatoribus animarum vigilantia opus eſt. Cant. 3. 3. S. Bern. ſer. 77. in Cant. Dan. 4. 10. S. Bern. in ſent.

2. Non defuerunt quidem ad Aaron summum Sacerdotem denotandum aliæ arbores, & tamen infallibilis Dei providentia non sine prodigioso miraculo inter omnes alias, Amygdalum specialissimè elegit; *Invenit germinasse virgam Aaron in domo Levi, & turgentibus gemmis eruperant flores, qui foliis dilatatis, in amygdalas deformati sunt.* At verò, inquies; numquid majori fragrantia & pulchritudine prædíti sunt flores, rosarum, liliorum, violarum, alijque similes, cur igitur amygdalum eligere voluit? Respondeo, *Omnia in figura contingebant*; Increata namque Sapientia in primo scriptæ legis Sacerdote universum sacerdotalem ordinem de vigilantiæ necessitate instruere voluit, quasi diceret: *Tu verò vigila.* Unde ubi apud Jeremiam in vulgata dicitur: *Virgam vigilantem ego video*; Gloss. legit: *Amygdalum vigilantem*; Theodotion. denique, *Virgam amygdalinam.* Etenim virga Aaron adeo solicita fuit, ut uno eodemque temporis momento, & reviruerit, & frondurit, & florurit, & fructificarit, ac proinde non immerito in symbolum vigilantiæ assumitur. Gloss. insuper aliam tradit amygdali proprietatem, dum ait: *Videtur virga amygdalina, virtute quadam naturali, dormientibus pone caput posita somnum eripere, vigilantiamque concitare: Quapropter ad Jeremiam dixit Jesus, quid tu vides Jeremia? Cui respondit ille, perticam amygdalinam: cui subjunxit: rectè vidisti sane, festinabimus enim meis ut eis effectum darem, meis verbis.*

Quid ſignificatur per Aaronis virgam amygdalinam floreſcentem. Num. 17. 8. Jer. 1. 11. Gloſſ. ord.

3. Christum Redemptorem nostrum à suis Apostolis in horto Gethzemani specialiter vigilantiam exegisse invenio: unde ait illis: *Sustinete hic, & vigilate mecum:* imò dum illos in eodem horto somnolentos invenit, eosdem increpavit, dicens: *Sic non potuistis una hora vigilare mecum?* Ubi observandum, quod, licet Petrum solum alloqueretur, teste Scriptura, quæ ait: *Et dicit Petro, sic non potuistis*, &c. Nihilominus non illum solum reprehendit, quia non dixit: *Potuisti, sed potuistis* in numero plurali; quod verò ad ipsum solum, discursum suum dirigat id mysterio factum est, quia illum supremum Ecclesiæ instituerat Pastorem, ad quem præcipuè vigilia super gregem habenda pertinet. At verò quæris fortassè, quamobrè hanc vigilantiam specialiter in illa nocte, tanta cum anxietate ab Apostolis requisiverit, num fortè ideo ut hi ipsum à turbis armatis, ad

Matth. 26. v. 38. 40. Chriſtus increpat Petrum de ſomnolentia in horto.

eum capiendum appropinquantibus, defenderent? Nequaquam, quia Christus lictoribus inquit, *Si me quæritis, sinite hos abire*: num igitur ut illum in hac agonia & sudore sanguineo consolarentur? Multo minus, siquidem Scriptura ait: *Accessit Angelus de cœlo confortans eum*: num igitur ut illi in ea nocte pœnosissimæ passionis suæ tempore, auxilium ferret? nequaquam quin potius gloriari volebat: *Torcular calcavi solus & de gentibus non est vir mecum*. Ratio itaque illius, ni fallor, est sequens, quia scilicet parum ante in ultima cœna in Sacerdotes ordinaverat Apostolos: huic autem ministerio sacerdotali vigilantia annexa est: *Tu vero vigila*. Quicumque Pastor animarum, Jacob Patriarcham imitetur oportet, dicentem: *Die noctuque æstu urebar, & gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis*. Ex quo zelo hanc S. Damasus eruit consequentiam: *Si ergo sic laborat & vigilat, qui pascit oves Labani, quanto labore, quantisque vigiliis debet intendere, qui pascit oves Dei*.

Joan. 18. 8.

Luc. 22. 43.

Isa. 63. v. 3.

2. *Tim.* 4. 5.

Gen. 31. 40.

Stupenda vigilantia S. Caroli Borromæi.

4. *Tu verò vigila*: Si S. Caroli Borromæi vigilantiam nosse cupitis, ejus pervolvite vitam; Provinciarium aut Diœcesanorum Conciliorum tempore aut nullum, aut exilem in sede sibi indulgebat somnum, hoc vitæ genere admodum familiariter, & lætanter usus, non nescions, multorum Ducum tantam in militia exstitisse vigilantiam, ut lectos contempserint, vestiti super sedem dormiverint; & inter alios quidem sibi ob oculos ponebat Joan. Jacobum de Medicis, avunculum suum; unde dicere consueveratet, quod Episcopus animarum regimine potitus, & non modo contra homines, sed etiam inferni exercitus præliaturus, nequaquam se vinci permitti debeat à quocumque Duce militiæ mundanæ. Vigiliæ iste admodum in eo meritoriæ erant, siquidem vi complexionis valde propendebat in somnum, maxime propter continuas, easque extremas corporis molestias & labores; ast dum quietem violenter corpori negavit, non vulgarem corporis in spiritum provocavit rebellionem & pugnam. Omnibus publicè hoc innotescebat somni prælium, nullo non videnteex fignis varijs, S. Carolum ab hoc inimico inseparabiliter divexari, semper tamen victo: licet enim quandoque violentiæ somni cedere videretur, nihilominus semper dicere poterat: *Ego dormio, & cor meum vigilat*: Semper prædicationibus, verboque Dei attentissimus.

Giuffan. l. 8. c. vitæ S. Carol.

Cant. 5. 2.

Episcopi & Sacerdotes in altiori loco constituti sunt, tamquam speculatores.

S. Greg. l. 2. ep. 54.

5. *Tu verò vigila*. Nescio, si observaveritis umquam, quòd licet in gradu eminenti Sacerdotum & Prælatorũ Ecclesiasticorum humilitas semper excellere debeat, Ecclesia nihilominus sedem & thronum Episcopalem in loco altiori magisque conspicuo collocare solcat. At verò ex quo S. Greg. Magnus Archiepiscopo Ravenati scribit; *Nihil in Episcopali cervice splendidius fulget quam humilitas*; Quomodo igitur thronus hic tam eminens & sublimis, cum Episcopali modestia & humilitate concordat? In disceptationibus de ambitione Tom. 1. diffusè ostendimus mysterium, propter quod hæc sedes in tam alto & sublimi loco collocetur, estq; illud quod à S. Aug. multisque alijs his verbis insinuatur: *Quomodo altior sit locus*, inquit, *ad custodiendam vineam, sic & Episcopis altior locus factus est*. Etenim qui in fortalitijs speculatores sunt, aut sive de nocte sive de die vigilias agunt, sublimiorem sibi locum eligunt: ut procul circumquaque videre & circumspicere possint: Cum igitur Deus Sacerdotes speculatores appellet: *Speculatorem dedi te domui Israël*, Merito loca sua in sublimi posita habent: At verò ut S. Augustinus subjungit: *Et de isto alio loco periculosa redditur vario nisi eo corde simus hic, ut humilitate sub pedibus vestris simus*. S. Ambros. de dignitate sacerdotali differens, Episcopum his verbis alloquitur: *Episcopus à cunctis indubitanter vocaris, præsertim cum ipso nomine censeris, si tamen actio concordet nomini, & nomen se faciet actioni; nam quid aliud interpretatur Episcopus, nisi superinspector? maximè cum posito in Ecclesia editore resideat, & ita cunctos respiciat, ut & cunctorum oculi in ipsum respiciant*.

Ezech. 3. *v.* 17.

S. Aug.

S. Ambr. de dign. sacer. c. 6.

Centum oculi curatori animarum necessarij sunt.

6. Porrò currum mysticum, Ezechieli repræsentatum, Ecclesiæ symbolum fuisse, extra controversiam est; etenim quatuor animalia, quæ hunc currum trahebant, per varias faciei similitudines differentes & varias præfigurabant vocationes & operationes, easque omnes in eumdem fidelium & maximè virorum Deo dedicatorum finem tendentes: *Assistit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate*. Id verò quod in hac admirabili visione ad propositum nostrum obtervari meretur, hoc est, quod *Totum corpus oculis plenum fuerit in circuitu*. In cujus loci explicationem, Glossa Poëticam Argi fabulam commemorat, qui centum oculis instructus erat, & certè totidem oculi necessarij sunt illi, cui animarum saluti invigilare incumbit, bonum enim esset, si talis centum oculos haberet; Si enim gentiles Pastori illi, qui ovium curam gerebat tot affinxerunt oculos, quantò magis totidem attribuendi sunt illi, cui cura incumbit animarum? *Dei Sacerdos*, inquit S. Isidorus Peluliota, *quoniam ad Deum appropinquat, animalium illorum multis oculis præditorum in morem omni ex parte oculatus esse debet*. Dionysius Carthusianus super illa verba ejusdem Prophetæ cap. 3. *Speculatorem dedi te domui Israel*, ita scribit: *Quemadmodum speculator Principis in turri locatur, ut undique circumspiciat, & quidquid adversitatis venire videt, Domino & populo suo annunciet, sic Pastor, Prædicator, Prælatus, seu Doctor populo infidias dæmonum, pericula vitiorum, pœnitentiæ fructũ intimare solicite debet*. Hugo Card. eadem verba ita exponit: *Speculatorem*, inquit, *dedi te, non dormitorem; vel dormitorem; domui Israël, id est, Ecclesiæ*. Citatque sanctum Gregorium, qui ad propositum nostrum dicit: *Debet oculos habere ante & retro, & in circuitu, & intus*, sicut dicitur Apocalypseos 4. *Nam speculatoris officium est vigilem esse*, cujus has assignat rationes; *Primò, quia sunt custodes castrorum & vigiles, qui custodiant civitatem*; unde Isaiæ cap. 62. Deus dicit: *Super muros tuos Jerusalem constitui custodes*. Etenim nos Sacerdotes corpus vigiliarum constituimus, à quibus bona cœlestis Jerosolymæ, id est, Ecclesiæ custodia dependet. Aliud hujus oculorum multitudinis motivum, quod adducit, est, quia sumus Pastores, *Pascere enim debemus gregem Domini in medio luporum*; Luc. 2. *Pastores erant in regione eadem vigilantes & custodientes vigilias noctis super gregem suum*; Circa quæ verba sanctus Ambrosius ait: *Videte Ecclesiæ surgentis exordium: Christus nascitur & Pastores vigilare cœperunt: & bene Pastores vigilant, quos bonus Pastor informat Pastores sunt Sacerdotes*; Ecce igitur tibi, qualiter incarnata Sapientia velut primum Ecclesiæ nascentis fundamentum, vigilantiam in Sacerdotibus esse voluerit.

Hom. 11. in Ezech. 3. 17.

Isa. 62. 6.

Luc. 2. 8.

S. Ambr. l. 2. in c. 2. Luc.

Sacerdos dormit dum negligit curam animarum.

7. Dionysius Carthusianus super prædicta verba, hoc adducit efficax motivum dicens: *Vigila, id est, diligens atque solicitus esto, quoniam grande habes expedire negotium*; Quisquis enim negotio aliquo arduo onustus est, solicitus & vigilans semper esse solet, ut illud ad bonum exitum perducat: quidnam verò majus negotium esse potest salute animarum? S. Gregorius (cui dici potest: *Secundùm nomen tuum, ita & laus tua*, si quidem Gregorius idem significat, quod *vigilantius*) *vocabat oves suas nominatim*, quia singularem habebat omnium ovium suarum Catalogum, ut ijs prospiceret & provideret; idem quoque illum Sapientiæ Textum: *Fili mi, si sponderis pro amicos tuo... illaqueatus es verbis oris tui... Fac ergo, quod dico fili mi, & temetipsũ libera... discerpe, festina, suscita amicum tuum, ne dederis somnum oculis tuis, neque dormitent palpebræ tuæ*; Hunc inquam Textum exponens, quonam sensu hæc verba intelligi debeant, explicat, dicens: *Dormit namque Pastor, quando omnino negligit curam subditorum, quia eorum vitam neque scit, neque corrigit: dormitat etiam, quando cognoscit quidem, quæ reprehendi debent, sed pigredine reprimente, ea dissimulat*. Idem similiter prædicta Ezechielis verba: *Speculatorem dedi te domui Israël*, in homilia quadam exponens, sequens formal validum argumentum: *Si Prælatus de morte corporis quandoque moriturus tam graviter reus tenetur, quo reatu de morte animæ subjecti constringitur, quæ potuisset semper vivere si verba correctionis audisset?* Sanctus Ambrosius super illud verbi Apostoli *Vigila*, dicit: *Admonet, & hortatur, ut vigilet, in disciplina Ecclesiastica viriliter agat*. Sanctus Augustinus illud Jeremiæ lamentum: Thren. 4. *Parvuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis*; Considerans ait: *Jeremias considerans Sacerdotum negligentiam, lamentabiles voces emittens, dicebat: Parvuli petierunt panem, & non est, nec erat, qui frangeret eis*. Clamabat aspiciens destructionem S. Civitatis, *plorat & lamentatur crudelitatem Patrum & Pastorum, qui devorant filios in perditione: Cavete, ne vobis Dominus hodie dicat: Dispensatorem te posui super familiam meam, & tu panem eis non fregisti, non ergo dispensator, sed dissipator, non speculator, sed spiculator dici mereris*.

Prov. 6. v. 3. 3.

Hugo Card. Speculatores sunt, non dormitores.

Apoc. 4.

S. Ambr.

Thren. 4. 4.

S. Aug. ser. 42. ad fratr.

8. Apud Ezechielem Dominus dicit: *Quòd si speculator viderit gladium venientem, & non insonuerit buccina, & populus sè non custodierit, venerisque gladius, & tulerit de eis animam, ille quidem iniquitate sua captus est, sanguinem autem ejus de manu speculatoris requiram*. Enimvero unica causa, propter quam Deus sacerdotes ad sublimissimam, quæ in terris dari potest, dignitatem evexerit, hæc est, ut scilicet omni cum industria & solicitudine custodiæ animarum, quæ pretiosissimi

Ezechiel. 33. 6.

Væ illis si non præmoneant animas sibi commissas.

pretiosissimi ejus thesauri sunt, invigilent; Ac proinde sanctus Bernardus nos monet, dicens: *Attendite vobis, quicumque opus ministerij hujus sortiti estis, attendite in quam vobis & pretioso deposito, quod vobis creditum est. Cinctus est, vigilate ad custodiam concordamque: Sponsa est, studete ornatui: oves sunt, intendite pastui*. Sanctus Gregorius Pastorum exemplum adducens, ait: *Studeamus cor nostrum terrenorum Pastorum imitatione succendere, qui hyemales noctes imbribus, geluque constricti, ducunt sæpe pervigiles, ne vel una ovis, & non forè utilis pereat*.

S. Bern. ser. 76. in Cant.

S. Greg. l. 2. ep. 33.

Dion. Carth. in Ezech. 3. v. 17.

9. Apud Ezechielem hæc item comminatio legitur: *Si dicente me ad impium, morte morieris, non annunciaveris ei, neque locutus fueris, ut avertatur à via sua impia, & vivat, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem ejus de manu tua requiram*. Sanctus Gregorius quoque valde terribilem Ecclesiasticis ob oculos ponit propositionem; Dicit enim: *Super ea mala, quæ propria habemus, alienas mortes addimus, quia tot occidimus, quod ad mortem ire quotidie tepidi & tacentes videmus*. Revocandum est nobis hoc loco in memoriam quod arca, quam Philistæi juxta Idolum Dagon reposuerunt, utpote quæ typum Ecclesiæ gerebat, per hanc sui cum idolo societatem, Ecclesiæ & mali Pastoris, de quo dicitur:

Ezech. 3. 18. Si hoc non faciant, addunt morti suæ, mortem aliorum.

S. Greg. h. 11. in Ezech.

Zach. 11. 17.

O Pastor & Idolum, conjunctionem præfigurarit: observat autem S. Hieronymus, arcam hanc & Idolum in Bethan, quæ idem quod *domus dormientis* significat commoratam fuisse, quia multi ministerij sacerdotalis & Episcopalis munus & onus ignorantes, illud aggrediuntur animo quiescendi, non intelligentes, tunc vel maximè necessarium esse, ut vigiles sint, & expergefacti: *Tu vero vigila*.

S. Hier. In trad. Hebr. in 1. Paral.

2. Tim. 4. 5.

10. Quando Salvator noster Apostolorum suorum, de quibus Ecclesia canit: *Ecclesiarum Principes*, electionem adoriri voluit, *erat*, ut S. Lucas ait, *pernoctans in oratione Dei*: at verò quis est, qui Christum cum Deo in continua contemplatione & oratione perpetim unitum fuisse ignoret? quid igitur opus erat, ut in hac occasione Christus in oratione pernoctaret? nimirum pernoctare & vigilare, non verò dormire voluit, quando electurus erat illos, qui ministerio sacro dedicari debebant, ut per hoc illi intelligerent, sibi pro animarum salute vigilandum esse, & non dormiendum. S. Bernard. in quodam sermone super Cantica ait: *Bene Pastores dormientibus subditis illi pervigilant, tamquam rationem pro animabus eorum reddituri, pernoctant in orationibus, nostrum insidias sagaciter explorant, anticipant consilia malignantium, deprehendunt laqueos, illudunt tendiculos, retinacula dissipant, machinamenta frustrantur, cor suum tradunt ad vigilandum dilecto ad Deum*. Ecce tibi quam salutares sint hujus vigilantiæ fructus, quam Deus à nobis requirit.

Luc. 6. 12. Cur Christus pernoctarit in oratione electurus Apostolos.

S. Bern. ser. 76. in Cant.

11. Hugo Cardinalis aliud quoddam vigilandi motivum adducit, dum ait; *Vigila, quia janitor es & speculator: Janitori autem* ut Marci primo dicitur, *præcepit, ut vigilet: quod est contra somnolentos*. Porrò Sacerdotibus claves Regni cœlorum consignatæ sunt, atque ideo justum est, ut civitatis Dei cum & custodiam habentes, continuò vigilantes sint; quia ut Psalmista ait: *Non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israël*. Et ut Leo Magnus ait: *Inferiorum ordinum culpæ, ad nullos alios referenda sunt quàm ad Desides, negligentesque Rectores, qui multam sæpe nutrunt pestilentiam, dum necessariam dissimulant adhibere medicinam*.

Hugo Card. Marc. 13. Sacerdotes janitores Cœli, sint Vigiles.

Ps. 120. 4.

S. Leo ep. 13.

12. Cum urbem Bethuliensem arctâ obsidione cingeret Holofernes, omnes Incolæ ad orationem se receperunt, cœlestes imploraturi præsidium. Ozias autem, penes quem regimen populi erat, ad illos dixit: *Hos quinque dies expectemus à Domino misericordiam... Si autem transactis quinque diebus non venerit adjutorium, faciemus hoc verbum, quæ locuti estis*. Elapsis itaque prædictis quinque diebus cum hoste pacisci statuerat, quo intellecto Judith, *Misit ad Presbyteros Chabri, & Charmi, & venerunt ad illam, & dixit illis: quod est hoc verbum, in quo consentit Ozias, ut tradat civitatem Assyrijs, si intra quinque dies non venerit vobis adjutorium? Et qui estis vos, qui tentatis Dominum? At vero qui ratione Judith contrà sacerdotes lamentari, eosque reprehendere poterat, qui ad deliberationem minimè concurrerant, siquidem hæc deliberatio ad instantiam tumultuantis populi ab Ozia, non vero ipso authore facta fuerat? Resolutio hujus dubij ex eo, quod in progressu hujus capitis dicitur, facile colligitur: S. enim hæc mulier Sacerdotibus dicebat: *Quoniam vos estis presbyteri in populo Dei, & ex vobis pendet anima illorum ad eloquium vestrum corda eorum erigite*; Etenim à bona Sacerdotum

Jud. 7. 23. 25.

cap. 8. v. 9. 10, 11.

Ibid. v. 28.

directione, bonisque illorum Consilijs salus publica dependet, singulorumque prosperitas ab eorum vigilantia, zelo, & solicitudine: *Inferiorum ordinum culpæ*, &c. Hug. de S. Victor. Tom. 3. crud. Theol. ex missel. 11. lib. 1. tit. 28. Illud Jeremiæ lamentum: *Sederunt in terra, conticuerunt senes, filiæ Sion*, citans dicit: *Vox Salvatoris est, deplorantis ruinam Ecclesiæ ex desidiosa custodia Prælatorum*. Rupert. Abbas Tuitiensis verba illa ex libro Judicum obfervat, quibus dicitur: *In diebus illis non erat Rex in Israël, sed unusquisque quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat*; At verò certum est, quod illo tempore populum Israël gubernabat, & judicabat Heli summus Sacerdos; quomodo igitur facer Textus inquit, regimen populi in deteriora prolapsum fuisse, ita ut quilibet pro libitu & arbitrio suo viveret, Respondet præcitatus V. Abbas: *Quid nisi vecordiam Sacerdotis accusat hoc dicendo? Idem namque est, ac si dicat: Quid in diebus istis judicavit Israël, & si secundùm nomen, personamque aliquid erat secundùm rem meritumque nullus erat*. Etenim quis est, qui nesciat, quantum hæc Heli negligentia, & socordia Israëli pernicioſa fuerit? Optime inquit Apostolus, *qui præest in solicitudine*; quasi diceret, nequaquam somnolentus esse debet, qui regimini admotus est animarum.

Abona directione Sacerdotum pendet salus publica.

Hug. Vict.

Judic. 21. 24.

Rup. Abb. l. 4. de Vict. ver. c. 10.

Rom. 12. 8.

DISCURSUS XXXIII.

ARGUMENTUM.

Ministerium Sacerdotale laboriosum est; & ad labores, non verò ad otium destinatum; unde Sacerdotes imperterriti esse, vitamque suam pro animarum salute exponere debent.

THEMA.

In omnibus labora. 2. Tim. 4. ℣. 5.

1: S. Paulus Apostolus in persona Timothei, omnes Ecclesiasticos docere voluit, quòd videlicet ratione ministerij sacri ad laborandum destinati sint, non verò ad deliciandum; Et ideo, inquit, *in omnibus labora*; Ubi S. Thomas ait: *Labora, & hoc in omnibus, & in omni genere hominum*; Ecclesiastici enim fine ullo personarum discrimine indefessi esse debent, cooperando tam ad salutem & profectum animæ alicujus pauperis & servi, quàm divitis, aut Principis; adducitque illum Textum Isaiæ cap. 32. ubi dicitur: *Beati, qui seminatis super omnes aquas*; sicut & præceptum à Christo Apostolis suis datum, quando illos ad prædicandum Evangelium misit in universum mundum; tunc enim notanter dixit: *Prædicate Evangelium omni Creaturæ*. Cajetanus ita interpretatur: *Labora, in nulla re omittendo difficilia studia*. Lyran. ait: *Labora operando, ut omnibus modis instruamur de bonis*. Dionysius Carthus. ait; Apostolum cavere voluisse, ne Ecclesiastici aspirent ad requiem, delicias, & vitæ commoditates, sed ut velut boni milites laborent: *Labora sicut bonus miles Christi non parcendo tibi, neque corporalem quietem quærendo*. Hug. Card. alium quemdam ejusdem Apostoli, ad Corinthios scribentis, textum adducit; in quo Apostolus de personis, ministerio sacro dedicatis loquens, dicit: (*Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis,*) *& ideo labora, quod est contra otiosos Prælatos*; Quasententia Sacerdotes & Ecclesiasticos instruere intendit, ne otio sint dediti, sed laboribus semper insistant; Unde S. Leo Papa se intelligere non posse profiteur, qua conscientia hi, qui pigri sunt & otiosi, Sacerdotum nomen & munus sibi assumere præsumant; Unde ait: *Qua consistentia honorem sibi sacerdotij præsitum vendicant, qui pro animabus sibi creditis non laborant*.

Sacerdotes indefesse laborent pro omnibus.

S. Thom. ib.

Isaiæ 32. 20.

Marc. ult. 15.

Cajet.

Lyran.

Dion. Carth.

1. Cor. 3. 9.

Hug. Card.

S. Leo ep. 43. c. 16.

2. Postquam Apostoli in ultima cœna confecrati fuere Sacerdotes, S. Petrus Apostolatum ministerij nomine appellavit, prout ex Actibus Apostolicis deducitur; *Accipere locum ministerij hujus*, quæ dictio expressiva est laboris, non verò otij. Porro quænam sint Sacerdotij onerosa munia ex omissionibus, quas Sacerdotes committunt, quæque à S. Prospero recensentur, facilè deducitur; Dicit ergo S. hic Pater: *Non sanamus spirituali consilio peccatis infirmum, non Sacerdotali opere consolidamus, atque refusimus diversis tribulationibus fractum, non ad viam salutis revocamus errantem, non requirimus solicitudine pastorali venia desperatione jam perditum*. Enimvero ad Sacerdotes pertinet; ut, quando Virga iræ Dei super populos extensa est, per famem, bellum, pestes, vel alias publicas calamitates, ipsi divinæ justitiæ placandæ operam suam impendant; Nam ut S. Ambrosius ait: *Non pugnamus, sed oramus, arma Sacerdotum lachrymæ sunt*.

Quid S. Petrus intellexerit per loc. cum ministerij.

Act. 1. v. 25.

S. Prosp. l. 1. de vit. cont. c. 21.

S. Ambr. ad Val. Augus.

3. Regius Propheta David in tantum suam in misericordia divina fiduciam positam habebat, in quantum se in domo templo Dei fructuosum futurum esse sperabat. Unde dicebat: *Ego sicut oliva fructifera in domo Dei, speravi in misericordia Dei*; Ad hoc verò, ut oliva oleum suum exprimat, in torculari fortiter premi & stringi debet; Demum verò, qui inde elicitur liquor in templo ad lampades in cultum Dei adhibetur. Idem quoque meritò deberet dicere posse quilibet sacerdos: *Ego autem sicut oliva fructifera in domo Dei.* Siquidem corpus proprium per cilicia, disciplinas, macerando, implorare super populum divinam clementiam, supplicaque ab ipsis avertere & per vitam quamdam puram & mortificatam, Deo honorem & gloriam, Reipublicæ verò bona exempla reddere debet. B. Laurent. Justinianus bonorum Ecclesiasticorum penuriam his ferè verbis ad longum deplorat, dicens: *Pro dolor, nec ædificationis eloquia profert moderni temporis Clerus. In ipso enim Clero paucissimi reperiuntur, qui honestè vivant; rariores autem qui pabulum salutis gregibus valeant præbere fidelium; nempe Sacerdotum, Clericorumque maxima pars dedita jacet voluptatibus: incedunt quotidie per plateas, hinc inde discurrunt, theatris & spectaculis intersunt.* Hug. de S. Victore suo sæculo pariter hunc in sacerdotibus defectum deploravit, scilicet quòd non operari, sed manus in sinum recondere velint, non obstante magna necessitate animarum: *Mundus*, inquit, *sacerdotibus plenus est, & tamen si sit qui bonum libenter audiat, non est qui dicat. Lanis Dominici gregis vestimenta lacte eque pascuntur, & oves præ penuria, & fame verbi Dei moriuntur. Decurrit tempus, transit anni circulus, nec unum verbum de ore eorum egreditur, quo grex illis commissus erudiatur, de malo corripiatur, ad bonum revocetur, & in ipso confirmetur.*

4. Salvator noster in parabola Matth. 20. descripta, per vineam, Ecclesiam suam intelligit: *In vineam suam*, id est, ut exponit Jansenius, *in Ecclesiam, quæ in Scripturis per vineam sæpe significatur.* Idemque aptissimam proposito nostro in eodem loco habet observationem; Dicit enim: *Notandum, quòd in vineam Domini nemo vocetur, nisi ut in ea sit operarius, hoc enim significat conducere operarios: vocat operarios: conventione facta cum operariis.* Vult enim Christus, ut sacerdotes intelligant, se ad ministerium sacrum alio fine vocatos non esse, nisi ut in illo operentur & laborent. Author operis Imperfecti proinde in quadam homilia dicit: *Coloni sunt Sacerdotes, qui colenes populum quasi vineam cum sint Sacerdotes, qui colenes populum quasi vineam cum acutissimo ferro sermonis, faciunt eos bonos fructus justitiæ Domino exhibere: sicut autem duram terram ferrum emolit, sic & verbum duritiam cordis relaxat. Sicut rastro ferreo herbæ radicitus evelluntur à vinea, sic & acri sermone vitia de populo resecantur.* Advertendum quoque est, quàm acriter illi reprehensi fuerint, qui in vinea sine labore otiosi degebant: *Quid hic statis tota die otiosi?* Dicebat Paterfamilias, ubi specialiter notandum est, illud Ly *hic*, id est, in Ecclesia, in vocatione & statu sacerdotali, cui inseparabiliter conjunctus esse debet labor procul verò ab eo abesse oporteat otium.

5. S. Carolus Borromæus tolerare non poterat, si quis Episcopum otiosum esse diceret: unde cum quidam Provinciæ suæ Episcopus illi scripsisset, sibi in Diœcesi sua parum esse negotij, confestim Illustrissimum Dominum Senecam ad illum, sexaginta milliaribus Mediolano distantem, ablegavit, qui enim super hoc verbo, nomine suo graviter reprehenderet: Insuper etiam prolixam ad eum literam exaravit, in qua ipsum de omnibus ad Episcopi munus spectantibus, specialiter verò de ijs, quas in Ecclesia sua habebat obligationibus ex.cte monuit, frequenter & quasi ad quemlibet versum replicando hæc verba: *Ergone Episcopus non habet quod agat?* Nimis enim verbum illud indignum videbatur, quàm ut ab aliquo, animarum cura onusto, usurparetur. Quando illustrissimi Domini Bossij Episcopi Novariensis celebravit exequias, audiens dictum Episcopum ex nimijs illo anno in Diœcesios suæ visitatione toleratis laboribus mortuum fuisse respondit, ita mori debet Episcopus in medijs videlicet laboribus & servitijs, amore Ecclesiæ toleratis: dicere quoque solebat, nullum Episcoporum muneri suo satisfacere posse, qui commoditatibus vitæ studere quæ sanitati conducunt, omni studio prosequi, quæ vero eidem nocent, declinare contendit. De oblatis quoque, quos in subsidium animarum instituerat, differens, ita loquitur: *Hominibus sacro ordine mitiatis, ana cum onere, gratiam & robur ad onus ferendum necessarium per Episcopi manus impositionem Deum tribuere minimè est ambigendum, quare cavendum porro diligenter ipsis est, ne quod Apostolus monet, gratiam sibi à Deo collatam in vacuum accepisse ostendant, illamque inanem reddant, quam divino consilio donatam sciunt, ut illam excitantes, summopereque colentes atque exercentes, perpetuò suam & aliorum utilitatem & salutem procurent.*

6. Nonnulli sacri Interpretes ad illa ejusdem S. Pauli verba: *Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat*, se reflectentes, per Ly *opus*, labores & onera intelligunt, unde & S. Aug. ait: *Opus, nomen est operis; non honoris*; S. Hieronymus pariter dicit: *Bonem opus desiderat, qui opus non dignitatem, labores non delicias quærit*; Ly *bonum* juxta significationem verbi Græci idem est, quod *arduum & difficile*, ut sit sensus Apostoli, qui Episcopatum desiderat, arduum, & difficilem laborem desiderat. Quod S. August. in Epistola quadam ad Valerium Episcopum Hipponen. his verbis confirmat: *Nihil quidem in hac vita facilius, jucundius & optabilius Episcopatus monere*; Sed quonam putas modo, munus hoc jucundum est? *Si nimirum perfunctoriè & adulatoriè res agatur: sed nihil est apud Deum miserabilius & execrabilius, si ita agatur: nihilque est in hac vita difficilius, laboriosius, & periculosius, si solidè & fideliter exerceatur.* S. Carol. Borrom. in primo Concilio Provinciali Mediolan. idipsum in perpetuam memoriam Clero suo imprimere voluit, his verbis: *Piè ac sapienter sancta Synodus Trident. Duce Spiritu sancto, Ecclesiæ utilitati consuluit, cum Episcopo, & cæteris Clericorum ordini, certas officiorum vias, rationesque præscripsit, quibus intelligerem se, cum in Dei militiam adscripti sunt, non ad commoditates, aut voluptates, sed ad labores & sollicitudines vocatos esse.* In Concilio Provinciali quarto diligentem inquisitionem fieri præcipit, circa Actiones Clericorum, an scilicet vocationi suæ correspondeant, in vinea Diœceseos laborando, an verò tempus otiosè terant, & in rebus vanis consumant: *Unusquisque*, inquit, *hujus provinciæ Episcopus, ac alij item, qui illius nomine & authoritate visitationis munus obibunt, videant, atque inquirant diligenter, quibus in rebus Clerici tempus consumant, atque in ijs potissimum, quæ ab illis agi, curarique debeant, qui in Dei cultum se dedederunt. Quod si Clericos aliquos otiosos esse comperierint, inita aliqua ratione, salutaribus eos occupationibus & Ecclesiastico homine dignis incumbere procurent, ac præcideant omnino, ne ad suæ salutis discrimen, & aliorum offensionem otio abutantur.* Sanctus Gregorius in quadam homilia Ecclesiasticos monet, ut se ad Christi vineam, tamquam operarios spectare consideren t: *Mores vestros aspicite, & si jam Dei operarij estis, videte. Penset unusquisque quid agat, & consideret, si in Domini vinea laboret.*

7. Idem quoque S. Ecclesiæ Doctor in quadam Epistola rationem reddit, cur antiquitus Deus sacerdoti pectusculum victimæ sacrificandæ simul cum armo reservari præceperit; Dicit enim: *Cui in esu quod; pectusculum cum armo tribuitur, ut quod de sacrificio præcipitur sumere, hoc de semetipso discat conditori suo immolare, & non solum pectore, quæ recta sunt, cogitet, sed spectatores suos ad sublimia armo operis invitet.* Etenim humerus sive armus ad labores, ad pondus & onera portanda factus est, & ideo Deus sacerdotibus insinuare voluit, quòd humeros fortes ad indefessè laborandum, pectusque invictum habere debeant, ut se male viventibus opponere ausint, eosdem corrigendo, castigando, excommunicando, si id necessitas exigat, imo si opus sit, pro defensione honoris Dei, pro animarum salute, pro Ecclesiæ immunitate, fideique integritate ipsam quoque vitam suam prodigere non dubitent; nam ut Nicolaus Papa in Epist. quadam ad Michaelem Imperatorem scribit: *Non levè discrimen incumbit Pontificibus, silui sse pro divinitatis culm & Ecclesiæ correctione, quod congruat;* Quæ verba sacerdotibus, quoque animarum curam onustis adaptari facilè possunt. Ac proinde S. August. in quodam sermone de Sacerdote loquens, ita eum erudit: *Si videt aliquem peccare, aut jentire secundùm perniciem animæ suæ, aut aliquid facere sceleratum & obscenum, & tamen quia videtur habere alicujus momenti in Ecclesia, unde sibi sperat commodum, non reprehendit, mercenarius est.* Idem quoque S. Doctor alibi consideraat, quòd tametsi Sacerdotes officium suum adimplere, & malè viventes ac dissolutos reprehendere volentes, ipsorum sibi concilient malevolentiam & persecutiones: Propter hæc tamen ab invicto pectoris robore nequaquam desistere, sed scandalis & offensis Dei aggerum more se opponere debeant.

8. S. Apostolus ad Timoth. ita scribit: *Increpa in omni patientia*; sed cur in omni patientia? videbatur enim potius dicendum ab Apostolo, ut cum zelo Apostolico, cum imperio & authoritate, denique cum Christiana libertate increparet; verumtamen existimo sanctum Paulum, dum hæc scriberet, ad persecutiones & adversitates, quas sacerdotes zeloši ab illis, qui ab eis convenienter sunt reprehensi, reportare solent, respexisse: ac proinde de ijs Timotheum monuisse, ut eas omni cum virtute & patientia toleraret. S. Bern. de dotibus & conditionibus sacerdotum differens, ait: Sacerdotes tales esse debere, *qui Regibus Joan. exhibeant, Ægyptijs Moysen, Eliam idololatris, Elisæum avaris, Petrum mentientibus, Paulum blasphemantibus, ngotiantibus Christum.*

9. A supremo sacerdote Christo sequens dictatum est axioma: *Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis*; ac proinde sacerdos pro salute animarum, suæ custodiæ commissarum vitam suam exponere tenetur. Unde Doctor Angelicus hanc statuit conclusionem, apud omnes Theologos indubitatam, & à nemine rejectam, videlicet, quod, quando spiritualis animarum commissarum salus periclitatur, nullus sacerdotum curatorum ab eis se subducere possit, tametsi debirum illis subsidium ministrando, propriæ vitæ periculum incurrant. In cujus veritatis probationem S. Aug. ait: *Amor in eo, qui pascit oves, in tam magnum debet spiritualem crescere ardorem, ut vincat etiam mortis naturalem timorem.* Unde quando Christus gregem suum Petro confignavit, non semel, sed ter eumdem, an se amaret, requisivit, quia cui cura commissa est animarum, plus amare debet salutem earum, quæ Christo inæstimabili pretio constiterunt, quam propriam vitam tuam corporalem diligat: ac proinde Dion. Carthus. meritò inquit: *Si ista est ratio boni seu veri Pastoris, nullas prælationis seu curam animarum præsertim sumat optare vel adipisci, nisi se tantæ perfectionis inveniat.* Et ideo D. Chrys. omnino necessarium esse existimat, ut hi, qui ad munera & dignitates Ecclesiasticas aspirant, prius moneantur, ut onus, cui humeros suos subjiciunt, prius diligenter expendant, & ponderent, ait enim: *Magnum quiddam dilectissimi, magnum inquam est Ecclesiæ prælatio, & quæ multa indigat sapientia & fortitudine, qualem Christus proposuit, ut animam pro ovibus ponamus & namquam illas deseramus, & lupo generosè resistamus.* In alia quoque homilia verba Christi: *Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis*, per similem observationem exponit.

10. S. Carolus Borromæus (cui S. Ecclesia hoc præconium attribuit, quod scilicet illum *Pastoralis sollicitudo gloriosum reddiderit*) cum tempore pestilentiæ, ut boni pastoris debito satisfaceret, se pro cunctis pestiferis exponere statuisset, multique se huic ejus proposito opponerent, imò ab ipsamet urbe Romana ei scriberetur, ipsum ad hoc minimè ex pastorali munere obligarit, ut tori mundo manifestum faceret, quòd secundùm proprium arbitrium hac in re gubernare nollet, zelusque ejus indiscretus non esset, virorum doctorum & zelo animarum ardentium congregationem quamdam instituit, quibuscum hac de re deliberaret, qui postquam in hac materia plurimum studuissent, omnesque Episcopalis muneris obligationes diligenter examinassent, tandem ita concluserunt: Laude quidem dignos esse eos Episcopos, qui se pestiferis exponerent, ad hoc tamen eos minimè esse obligatos. Quibus cum sanctus Carolus variorum Sanctorum exempla, multorumque sacrorum Doctorum testimonia opponeret, viri illi congregati responderunt, hæc Sanctorum exempla, perfectionem quidem insinuare, non tamen obligationem, quibus mox S. Archiepiscopus subjunxit: sed ego ad perfectionem sectandam obligor, quia status meus Episcopalis, status est perfectionis.

11. Jacob Patriarcha veri pastoris Ecclesiastici typus fuit, qui Esau fratris sui adversus se conceptam iram timens, in duas familiam suam turmas divisit, dicens: *Si venerit Esau ad unam turmam & percusserit eam, alia turma, quæ reliqua est, salvabitur.* At verò utram ex his duabus turmis secutus est Jacob, certè non ultimam secutus est, quæ securior erat, sed in primæ turmæ acie se collocavit: de quo D. Chrysost. proinde ait *Velut propugnaculum eorum quoddam se ipsum ante cæteros locans, paratus erat, ferum illum, & minas quemadmodum suspicabatur, sprantum, excepere primas.* Et ideo tametsi totus Clerus, Magistratus & universa civitas Mediolanensis. S. Carolo instanter supplicarint, ne tanto vitam suam discrimini exponeret, ipse tamen exemplo suo Parochos & Religiosos docere voluit, se mercenarium non esse, sed verum Pastorem: & ideo eorum preces nequaquam admisit: *Mercenarius autem, & qui non est pastor cujus non sunt oves propriæ, videt lupum venientem ... & fugit*, si permissum sit, nautam, inquit S. Thomas, *navim in tranquillitate deserere, quanto magis in fluctibus?* Pastor ergo, qui curam habet animarum, non verò irrationabilium ovium, multò majori jure quam David, ursis & leonibus se opponere, eosque dilaniare debet, ne grex ejus periclitetur, omnibusque etiam mortis periculis se exponere, ne lupus infernalis ejus devoret oves.

12. Deus olim non sine mysterio primum sacerdotem Aaronem per virgam floridam amygdalinam denotare voluit, quia hujus arboris instinctus est naturalis, quod ante omnes alias arbores germinet & floreat, manifesto se exponendo periculo, ne per ventos aquilonares, gelu & pruinas, exsiccetur ac proinde florere ob id non desistit; quod aptissimum est sacerdotum symbolum, qui ab officio suo corrigendi, reprehendendi, eradicandi abusus, scandala extirpandi, depravatos reformandi mores, diuque noctuque laborandi numquam desistere debent, tametsi hæc omnia ipsis facienda essent, cum periculo salutis suæ corporalis, persecutionum, odij, aliorumque similium malorum eventuum, ut vel sic sacro suo ministerio correspondeant, ad quod spectat pro salute animarum & pro zelo honoris Dei sacrificare semetipsos. Dignissima sunt illa S. Gregorij verba, quibus sacerdotes hunc in modum alloquitur: *Offensa est nobis via*, inquit, *quam sequamur, apposita est nobis forma cui imprimamur; primum est exteriora bona ovibus Christi misericorditer impendere, postremò, si necesse fuerit, mortem pro eisdem fortiter ministrare.*

13. Nescio, an aliquando super hoc reflexeritis, quòd videlicet, cum de genere humano per diluvium submergendo Deus intenderet, Noë per centum annorum decursum, numquam se apud divinam justitiam ad illam placandam, per oblationem sui in sacrificium interposuerit, cum tamen Moyses idipsum fecerit pro populo pessimo & ingrato, dum ait: *Aut dimitte eis hanc noxam, Aut ... dele me de libro, &c.* Quodnam putatis hujus differentiæ esse mysterium? certè aliud adduci nequit, quàm quòd Noë utpote persona privata, nullam habuerit vitam suam pro bono publico exponendi obligationem: Moyses verò, qui pastor erat, quique universi Hebraismi regimen tenebat, minimè ignorabat, quòd *bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis.*

DISCURSUS XXXIV.

ARGUMENTUM.

De sapientia & scientia sacra, in Ecclesiasticis requisita.

THEMA.

Labia sacerdotis custodient scientiam. Malach. 2. v. 7.

1. SAnctus Malachias Propheta rationem reddit, cur sacerdotes sapientia & scientia præditi esse debeant, nam postquam dixisset: *Labia sacerdotis custodient scientiam*, immediate subjunxit: *Et legem requirent ex ore ejus*: q. d. ideo sacerdotes scientia pollere debent, quia alios in adimpletione legis Dei instruere debent & erudire, ideo apud Aggæum dicitur: *Interroga sacerdotes legem.* Hugo Card. authoritatem adducit S. Hieronymi, dicentis: *Sacerdotum est scire legem, ad interrogata respondere de lege; si sacerdos est, legem Domini scitat: Si ignorat legem, ipse se arguat non esse sacerdotem*, indignus enim est nomine, & multo magis charactere sacerdotali, qui ignorans est, & id quod statui suo necessarium est, scire negligit; quale enim sacerdotis nomen esse existimatis? audiamus S. Isidorum, dicentem: *Si presbyteri à sapientia nominantur, miror cur insipientes constituantur.*

2. In coronis quibusdam ad ornamentum basium maris fusilis in templo collocatarum fabricatis, artificiosa injiciebatur leonum, boum, & Cherubinorum sculptura: *Et inter coronulas & plectas, leones, & boves & Cherubim*; Ubi Rupertus Abbas Tuitiensis ad propositum nostrum ita scribit: *Quid est, quòd in basibus opere sculptorio non solum leones, sed leones pariter, & boves, & Cherubim expressa sunt? Quid est, quòd in basibus nec leones sine bobus, nec boves sine leonibus fiunt? quid inquam aliud bases designant in templo, nisi sacerdotes in Ecclesia, qui dum solicitudinem regimi-*

Psal. 51. 10. Sacerdotes fructificare debent in domo Dei sicut David.

B. Laur. Just. de compr. & compl. Christ. perf.

Hug. Vict. to. 1. Alleg. in Matth. l. 2. c. 2.

Matth. 20. 2. Jansc. 121. concord. evang. Cogitent se esse operarios in vinea Dei.

Auct. Imp. h. 40.

Giussan. l. 8. c. 10. vita S. Carol. Severa admonitio S. Caroli Borrom. ad aliquem Episcopum.

Aff. Eccl. Mod. l. 4. inf. ad oblat. c. 1.

1. Tim. 3. 1.

S. Aug. l. 19. de civ. Dei, c. 19.

S. Hier. ad Ocean. 83.

S. Aug. ep. 148.

Episcopi non ad otium & delitias sed arduos labores vocantur

Aff. Eccl. Med. conc. Prov. 1. car. 15.

Nicol. Papa.

S. Aug. ser. 49. de ver. Dom.

In Psa. 128.

Par. 1. car. 170. Sic etiam alij Clerici.

S. Greg. h. 29.

2. Tim. 4. v. 2.

S. Greg. l. 1. ep. 24. indic. 9. Deus olim Sacerdoti de sacrificio armum & pectusculum assignavit. Ratio hujus applicatur sacerdotibus N. L.

Cur monuerit Apostolus fideles increpandos in omni patientia.

S. Bern. l. 4. de consid. c. 4.

Jo. 11. v. 11. Pro salute animarum vitam exponere debent.

S. Th. 2. 2. q. 185. a. 5.

S. Aug. tr. 123. in Jo.

Jo. 21. v. 15.

Dion. Carth

D. Chrys. h. 59. in Jo.

Hom. in Psal. 113.

Gieff. l. 4. c. 2. vita S. Car.

Præclarum hujus exemplum dedit S. Carolus Borromæus.

Turpe est pastori deserere oves in necessitate,

Chrys. h. 33. ad Cor.

Jo. 10. v. 12.

S. Th. 2. 2. q. 185. art. 5.

Sacerdotes debent pollere scientia.

Agg. 2. v. 12.

Hug. Card.

S. Isid. Hisp. l. de off. Eccl. 2. c. 7.

Quia sunt bases Ecclesiæ.

3. Reg. 7. v. 29.

Rup. Abb. l. 6. 24. l. 25

nis tolerant, quasi more basium superimpositum onus portans; in basibus igitur Cherubim exprimitur, quia doces numinum, ut sacerdotum pectora plenitudine scientiæ referta sint. Et ideo Cherubinus ante fores Paradisi collocatus, sacerdotem præfigurabat, quia huic consignatæ sunt claves cœlorum, quorum figura erat paradisus terrestris, non erat hic Angelus unus ex Seraphinis, nec ex Thronis, nec ex Dominationibus, sed ex Cherubim, quibus scientia attribuitur, quia *labia sacerdotis custodient scientiam*, & ideo S. Augustinus sacerdotes his honorat epithetis, dicens: *Columnæ templi sunt, & lignum scientiæ in medio Paradisi positum.*

S. *Aug. ser.* 36. *ad frat.*

3. Sciendum verò est, quòd, ubi Vulgata nostra legit: *Collocavit ante paradisum voluptatis Cherubim*, Septuginta vertant: *Ordinavit Cherubim, & flammeam Romphæam, quæ vertitur custodire viam ligni vitæ*, ubi notandum est illud Ly *ordinavit*, quod ad ordines sacros aliudit; sacerdos enim specialiter ordinatus est ad habendum in custodia sua lignum vitæ, id est, sacratissimum Christi corpus; & ideo instar cujusdam Cherubim esse debet; per Romphæam sive gladium judiciarium, ligandi atque solvendi potestatem intelligere possumus; sic quoque in Exodo sequens hoc mysticum à Deo præceptum Moysi impositum fuisse legitur: *Duos quoque Cherubim . . . facies, ex utraque parte oraculi*; Deus enim circum arcam non Seraphinos, non Potestates vel Thronos, sed Cherubim collocari voluit; nimirum *omnia in figura contingebant*; In arca enim tabulæ legis recludebantur, sacerdotis autem est legem declarare: *Legem requirent ex ore ejus*; ac proinde justum est, ut sacerdotes Cherubini sint, quibus scientia attribuitur.

Gen. 3. *v.* 24. Debent esse Cherubini in scientia.

Exod. 25. *v.* 18.

4. Quando Deus primum sacerdotem Aaronem ordinare & consecrare voluit, magnum illud efflorescentis virgæ prodigium patravit; Per quam virgam floridam Lyranus, doctrinam, quæ in Clero requiritur, significari dicit, his verbis: *Per virgam intelligitur doctrina, propter quod antiqui Philosophi portabant virgam in signum doctrinæ*; id quod etiam ex Marci c. 6. probare nititur, ubi Salvator noster Apostolos suos ad Evangel. prædicandum dimissurus, iisdem, ut virgas in manibus suis portarent, præcepit. Ob eumdem quoque finem Deus olim in rationali summi sacerdotis: hæc duo verba insculpi voluit: [*Doctrina & veritas*;] ut *sciat*, inquit Beda, *sacerdos doctrinæ se studijs & veritatis inquirendis, non curandis, vinandisque secularibus negotijs esse sacratum* S. Hieronymus pariter prædicti verba sic explicat, dicens: *Idcireo in sacerdotis pectore rationale est, & in rationali doctrina & veritas ponitur, ut discamus sacerdotem doctum esse debere & præconem Dominicæ veritatis.* Similiter S. Thomas de Villa nova in laudem S. Augustini ita scribit: *In rationali Urim & Tumim, id est, veritas & doctrina locantur, quia in lege Dei peritus, & ad eam docendam idoneus esse debet omnis sacerdos, ut juxta Apostoli decretum, amplectatur eam, qui secundùm doctrinam est, fidelem sermonem, & potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt, arguere Angelus enim Domini est, & legem requirent ex ore ejus. Audiant nostri temporis sacerdotes & videant, an justè, an rectè tempus in ludis & venationibus expendant, quod sacris literis impendendum erat.*

Num. 17. *v.* 8. Virga florens Aaronis designat doctrinam sacerdotum N. L. *Lyr. in mor. Marc.* 6.

Exod. 28. *v.* 30. *Bed. l.* 3. *de taber. c.* 6.

S. Hier. in Malach. S. Th. Vill. conc. 3. *de S. Aug.*

5. Ingeniosè observat S. Bonaventura, quòd in choro post cantatum Evangelium, liber Evangelij apertus sacerdoti pariter offeratur & Canonicis: *Liber enim significat S. Scripturam, quæ debet esse aperta sacerdotibus*: In cujus confirmationem idem S. Doctor observat, quod Sapientia incarnata, prouti Luc. c. 4. legitur, librum Scripturæ sacræ, Isaiam legendo aperuerit, eumdemque postea restituerit, sed clausum. In consecratione Episcopi liber Evangeliorum apertus capiti ejus superimponitur, ad significandum, quòd illum continuò in intellectu, in memoria & lingua ad eumdem populo annunciandum habere debeat.

Post Evangelium dictum missale apertum osculandum datur sacerdoti. *S. Bon. in Psal.* 56.

6. Advertendum quoque est, quod Salvatori nostro non sufficerit, quòd Ecclesiasticos lucem mundi appellavit, verum insuper eosdem sal terræ vocare voluerit: *Vos estis lux mundi, vos estis sal terræ*; ubi B. Laurent. Justin. ait: *Propter scientiæ eruditionem dicuntur sal terræ; ob sanctitatem vitæ, luminaria mundi*, etenim scientia cum bonitate semper convincta esse debet. Quis enim Barsabâ sanctior erat, qui per Antonomasiam justus appellabatur, præterquam quòd trium aliorum Apostolorum esset frater Germanus, & tamen S. Matthiam ei præferri esse novimus, cujus rationem S. Antonius hanc assignat, ab Apostolis Matthiam doctum eligi; ad insinuandum

Matth. 5. *B. Laur. Just. l. de Spir. int.* Cur sacerdotes non solum lux mundi, sed & sal terræ dicuntur.

posteris Rectoribus Ecclesiarum, quòd periti viri non idiotæ sunt ad Clerum & regimen animarum assumendi. Ideo etiam S. Petrus, quando septem erant eligendi Diaconi, qui viduarum ministerio intenti esse debebant, dixit: *Considerate . . . viros ex vobis . . . plenos Spiritu S. & sapientia, quos constituamus super hoc opus*; quòd si verò tantâ opus erat sapientiâ in illo ministerio, quantò major in sacerdotio desideratur?

Act. 1. *v.* 23. *S. Ant. ib. cit. à Lorin. in Act. Ap.*

Act. 6. *v.* 3.

7. S. Hieronymus textum illum S. Pauli: *Ut potens sit exhortare eos in doctrina sana*, ponderans, dicit: Quod ministrum sacrum, virum bonum esse nequaquam sufficiat, nisi insuper Sapientiâ præmineat: *Quia si Episcopi tantùm sint sanctæ vitæ, sibi possint prodesse sic viventes, alijs verò non possunt: Si verò fuerint docti, & sibi & alijs proderunt.* Idipsum quoque in Epist. ad Oceanum confirmat his verbis: *Absque sermone id est doctrina, conversatio quantum exemplo prodest, tantum silentio nocet, nam & lauratu canum, & baculo pastoris luporum rabies depellenda est.* B. Laur. Just. similiter ait: *Ad oppugnandum propria subdiorumque vitia, minister Ecclesiæ in divinis semper meditetur eloquijs, illi quippe parum prodest Apostolica esse tantum authoritate fusfultum, si sacrarum Scripturarum præstidia desint, cum ambo in sacerdote simul esse conveniat.* Idem quoque S. Patriarcha ad hoc se reflectit, quòd Salvator noster post suam Resurrectionem coram congregatis discipulis suis sacrarum Scripturarum illis aperuerit sensus, ac demum eodem tempore, eis à peccatis absolvendi contulerit potestatem. Origenes illud quondam à Deo datum præceptum: *Ignis in altari meo semper ardebit*, ponderans, ad propositum, nostrum his verbis adaptat, dicens: *Numquam recedit ignis de altari suo, hoc est, quod & Dominus in Evangelijs præcipit, ut sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ vestræ ardentes*; Per hanc enim lucernam, scientiam intelligi: *Semper ergo tibi ignis fidei*, inquit prædictus Pater, *& lucerna scientiæ accensa sit.*

Tit. 1. *v.* 9. Non sufficit sacerdotem esse virum bonum oportet eriam esse sapientem. *S. Hier. ad Ocean.*

B. Laur. Just. ib.

Luc. ult. 45.

Lev. 6. 12.

Orig. h. 4. *in Lev.*

8. Alcuinus quoque sacerdotes ad sacrarum Scripturarum lectionem adhortatur, ut hæc illis sit velut cibus animarum suarum, quem simul etiam digestum alijs subministrent: *Lectio S. Scripturæ*, inquit, *saptus tuis reperiatur in manibus, ut ex illa te saturare, & alios pascere valeas.* S. Ambros. S. Scripturæ mysticum hoc epithetum attribuit, quo eamdem librum sacerdotalem appellat, quasi sacerdotibus alius ab hoc liber legendus non sit: *Labia sacerdotis custodiant scientiam.* Salvator noster adversus Luciferi insultus, se non semel, sed ter hac armatura valde fortem & robustum effecit. Unde B. Laurent. Just. ait: *Clericorum quippe arma ad debellandum vitia atque aereas potestates divina est lex: His contra Diaboli tentamenta & fraudes Dominus Jesus usus est armis.* S. Isidorus tolerare sacerdotes ignorantes nequaquam potuit; ac proinde eamdem ignorantiam unicam damnorum, inde provenientium, causam esse dicit: *sicuti enim inquit & peccatores ministerium sacerdotale assequi prohibentur, ita indocti & imperiti à tali officio reirahuntur; illi enim exemplis suis vitam bonorum corrumpunt, isti sua ignavia iniquos corrigere nesciunt.* Ministris sacris, utpote personis divino cultui dedicatis, incumbit, ut Evangelium annuncient, catechizent idiotas, errores corrigant, confutent hæreses, populosque in fidei dogmatibus eruditant; quomodo autem ministerium hoc adimplere poterunt, si in grave animarum damnum, idiotæ sint & ignorantes? S. Greg. textum illum Isaiæ adducens, in quo Deus huic Propheræ præcipit, dicens: *Clama, ne cesses, sicut tuba exalta vocem tuam*; ita inquit. *Præconis quippe officium suscepit, qui-quis ad sacerdotium ascendit. Sacerdos si prædicationis est nescius, quam clamoris vocem dabunt præco mutus? hunc est enim, quod supra Pastores primos in linguarum specie Spiritus S. insedit, quia nimirum quos replevera-rat, de se protinus loquentes facit.* S. Isidor. l. 3. sententc. 35. ait: *Sacerdotes indoctos ita Dominus reprobat per Isaiam: Pastores ignoraverunt intelligentiam: Et iterum speculatores cæci omnes, non valentes latrare, canes muti, hoc est plebes commissas non valentes resistendo malis per verbum doctrinæ defendere.* Nazianz. rationem assignat, cur per Malach. sacerdotem scientificum esse præceperit, nimirum: *Quia Angelus Domini est*: ab ipso enim edisscendum est omne jus divinum: Causa, inquit, *quam præclara simul & formidanda, quia Angelus Domini omnipotentis est.* Ejusdem Nazianzeni Commentator ait: *Angelus Domini dicitur sacerdos, quamvis natura sit homo, quoniam Dei decreta planè & diluciaè exponit, nec nisi legis explanandæ causa, linguam movet, quod quidem valde honorificum & formidabile*

Ale. ep. 28. Multis argumentis ostenditur, sacerdotibus necessariam esse scientiam. *S. Amb. l.* 3. *de fide c.* 7.

B. Laur. Just. ib.

S. Isid. l. 3. *sent. c.* 35.

S. Greg. l. 2. *ep.* 24. *in dic.* 9.

Naz. or. 1.

Elias Cr. ib.

midabile est; honorificum propter sublimitatis & dignitatis magnitudinem, formidabile autem propter ruinas, quæ hinc oriuntur. Nisi enim sacerdotes in dogmatibus fidei bene fundati, & in quæst. Theol. versati fuerint, magnum Ecclesiæ Dei inferre poterunt præjudicium, hæc autem scientia & doctrina, qua imbutus esse debet sacerdos, ad literas sacras, non prophanas dirigi debet. Nam ut S. Hier. de lamina aurea, quam summus sacerdos in fronte gerebat, differens ad propositum nostrum optimè ait: *Nihil nobis prodest omnium verum eruditio, nisi Dei scientia coronemur.* Idem quoque S. Doctor in alia quadam Epist. de illis Ecclesiasticis lamentatur, qui omnibus alijs student præterquam ijs, quæ statum & vocationem ipsorum concernunt: *Sacerdotes Dei*, inquit, *omissis Evangelijs & Propoetis, videmus comœdias legere, amatoria verba cavere, Virgilium tenere & id quod in pueris necessitatis est, crimen in se facere voluptatis.* Idem quoque S. Doctor ad illa verba Malachiæ: *Custodiens scientiam*, se reflectens ait: *Non dicit, proferent, sed custodient, ut tempore congruo proferant; ad sacerdotem pertinet, disciplinam interrogatam respondere de lege, qui si ignorantiam in cæteris diligenem in Script. S. ostenderit negligentem, frustra jactat dignitatem, cujus non exhibet operationem.* Hugo Card. super illa verba: *Ex ore ejus*, inquit, in lingua sacerdotis hæc doctrina & scientia sacra requiritur, quia ab eo nonnumquam per bonum exemplum, & vitæ sanctitatem non prædicatur. *Ideo*, inquit, *frequenter requiritur ex ore, quia non apparet in manu*; vacare ergo debet Sacerdos studijs sacris ut verbum Dei annuntiet, abusus corrigat, convincat errores, admoniiones & consilia salutaria subministret, sicque animas in viam spiritus incundam dirigat.

S. *Hier. ep.* 128. *Ep.* 146. *S. Hier. in Mal.* *Hug. Card. ibid.* *Exod.* 28. *v.* 30. *Orig. ib.* Scientiam qua instructi sunt etiam alijs communicent.

9. In libro Exodi dicitur: *Pones in rationali . . . doctrinam & veritatem*, ubi Origenes juxta veritatem 70. loco Ly *doctrinam*, legit *manifestationem*, cujus ratio esse potest, quia non sufficit, sacerdotem doctrinâ & scientia esse præditum, nisi quoque eamdem ijs, quibus debet, participet & communicet: *Non sufficit*, inquit, *habere sapientiam & scire omnium rationem, nisi possit etiam populo manifestare quæ novit.* B. Laurent. Just. in libro quem *de spirituali animæ interitu* inscripsit, ait: *Sacerdos quisque prius studeat scire quàm posse, quoniam in illo potestatem præcedere debet scientia. Nonne Ecclesiæ quoddam est dedecus, inscium videre Presbyterum, cui itaque congruit erudire populum, & adse confluentibus monita propinare salutis?* S. Carol. Borromæus in volumine, quod *Acta Ecclesiæ Mediolanens.* intitulatur, ubi de instructione quoad prædicandum verbum Dei tractatur, prædicatoribus præcipit, ut Ecclesiasticis & ijs, qui divino cultui dedicantur, inculcent, quantum illos oporteat esse *divini cultus zelo accensos, quàm salutis animarum cupidos & appetentes, quam doctos, omnisque disciplinæ sanctæ peritos.*

B. *Laur. Just. ib.* *Car.* 486.

10. Valde notabilia sunt verba illa Cassiodori, ex quibus necessitatem doctrinæ & literaturæ ad statum sacerdotalem requisitæ, & utilitatem inde dimanantem edisscere possumus: dicit enim: *Gloriosa est scientia literarum, quia quod primum est in homine, movet pargat; quod secundum, verborum gratiam subministrat; ita utroque beneficio mirabiliter ornat, & tacitos & loquentes.* Hisque præmissis, scientiæ illius subjungit effectus Ecclesiasticis mirabiliter hæc in verbi adaptatos, *quorum ars est facere de irato benevolum, de suspecto placatum, de austero mitem, de adversante propitium*, quia scil. sacerdotum munus est, mediatores agere, dissensiones extinguere, inimicitias sedare, lites componere, impios ad timorem Dei animare, documenta pietatis, virtutis & spiritus jugiter subministrare. Quas sacerdotalis muneris partes Hugo Cardinalis in illius textus interpretatione (*in pace & æquitate ambulavit mecum*) sequentibus cum S. Hieronymo exhibet verbis, *Describit Deus, qualis debeat esse sacerdos, & quale officium habere debet, debet pacem facere inter alios, & multos avertere ab iniquitate.* Quo fine illam citat S. Hieronymi authoritatem: *Si sacerdos delinquentes non corripit, sacerdotis officium præterit.*

Per illam subditorum mores purgent. *Cassiod.* 3. *var.* 33. Et inter illos sint mediatores. *Mal.* 2. *v.* 6.

11. Eamdem à sacerdotibus obligationem exigunt Constitutiones Apostolicæ, quando de Episcopo tractantes, dicunt: *Sit igitur eruditus, sermonis usu exercitatus*: & alio in loco: *Multa doctrina populum tuum copiosè emarias, & illustratione legis illumines: accendite enim vobis, ait Dominus, Lumen scientiæ, dum tempus est.* S. Aug eidem insistens argumento, illum Psalmistæ textum: [*Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis.*] De sacerdotibus explanat, inquiens: *dicuntur montes, quia Doctores nostri lucem primi recipiunt*, quia sicut montes exorientis Solis lucem percipiunt primi, ita personas Deo consecratas præ omnibus alijs lux illuminat scientiæ sacræ, ut alijs præfulgeant. Qui idem S. Præsul alium illum Psalmistæ textum: *Suscipient montes pacem populo*, ad idem nis verbis applicat intentum: *Excellenti sanctitate eminentes, in Ecclesia montes sunt, qui idonei sunt, & alios docere, sic loquendo ut fideliter instruantur; sic vivendo, ut salubriter imitentur*: sed omnes in sacerdotalibus encomijs Dion. Areop. vincit, dum ait: *Quæ sacerdotem dicit, augustiorem, prorsusque divinum virum insinuat.* Sæpius equidem liber Lev. transgressionum meminit populi Israëlitici, pro quibus varia fuere determinata sacrificia; Plerumque autem textus sacer hac utitur phrasi: *Anima quæ peccaverit per ignorantiam*; quo loquendi modo numquam utitur quoties de Sacerdote loquitur, quia tamquam primum supponitur principium, nullam in eum aut cadere posse aut debere ignorantiam utpote qui nimium cultui & honori divino inferret præjudicium. *Vix ferenda est*, inquit S. Leo, *in sacerdotibus excusatio, quæ prætendat insciemiam.* Synodus Moguntina sequentem ad intentum præsens statuit conclusionem, scil. *Religionis incolumitatem sine studiorum auxilio numquam durare posse*: Item in Synodo Romana, ad Constantinopol. hoc scriptum legitur decretum: *Si vix in Laicis tolerabilis videtur insicitia, quanto magis in eis, qui præsunt: nec excusatione est digna, nec venia.* Cui & illud consonat S. Aug. documentum: *Pastores autem & Doctores, quos maxime discernere voluisti, eosdem esse puto, neque umquam dubitavit S. Patres veteres, præcipuam virtutem in Pastore esse doctrinam.*

Tamquam montes primi illuminari debent scientia, ut alios doceant. *S. Aug. in Psal.* 71. *S. Dio. Are. de cœl. hier. c.* 1. *Lev.* 4. *v.* 2. Insicitia in illis excusari non potest. *S. Leo. ep.* 4. *c.* 1. *Syn. Mog. an.* 1549. *Dist.* 38. *ex ep.* 23. *S. Aug. ep.* 59. *ad aul.* 94.

12. Ingeniosim Basilius Seleucus comtemplationem instituit circa Judam traditorem, quem in traditione Magistri, satellitum caput, osculoque Magistrum excipientem ita allocutus est Christus: *Amice, ad quid venisti?* S. Petrus è contra Christum à morte liberare satagebat, moxque responsum tulit: *Vade post me Satana*; quæ obsecro hujus differentiæ ratio: *Vidisti ô Domine cum militibus invadentem, nec dixisti, Vade post me Satana. Petrus amoris præmium fert contumeliam, feritur, qui parcit; & ex ignorantione offendens, verbis vapulat.* Ecce vobis rationem differentiæ; censuit enim incarnata Sapientia S. Petrum reprehensione dignum, quia se ignorare perhibebat mysteria cœlestia, & speciatim quidem redemptionis, ad quæ populis tradenda à Domino electus erat; ideoque in eum invehitur Christus, inquiens: *Non sapis ea quæ Dei sunt*, q. d. sacerdotem rudem Satanæ potius nomen, quam sacerdotis mereri. Abraham Patriarcha à Deo petiisse legitur: *Unde scire possim, quòd possessurus sim eam?* Hæc penit impunitus Abraham, licet credentium esset constitutus Pater. S. autem Zach. Joan. Bapt. genitor, usum loquelæ amisit, cum diceret: *Unde hoc sciam, &c.* quia scilicet Abraham minimè sacerdos erat, quemadmodum Zacharias ad sacerdotes siquidem cognitio & scientia spectat sacrorum mysteriorum, qua deficiente severè utique puniuntur: *Egit ergo Angelus*, inquit Chrysol. *ut tali fundamento Pontifex eruditus, non dicat amplius: Unde hoc faciam?* B. quoque Laurentius Just. ait: *De ignorantia per Phropheiam sic dicitur, quia tu sapientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi.* Idem quoque in alio quodam libro, postquam Malachiæ textum considerasset, de sacerdotibus ignorantibus ita scribit: *Nec interrogare volant, nec interrogari possint, quoniam idiotæ sunt. Ad aventum fomitis quis pergeret, ut aquam hauriret? sic tales aridi, non solum malam doctrinæ imbrem populis propinant sitientibus, verum etiam mala consilia præstant: quibus plebeculæ moriantur, unde superstitiones vigent, mandata contemnuntur, peccata fiunt.* S. Hier. de civitate Dabir, quæ à literis & studio nomen sum habuit, ita scribit: *Dabir civitas literarum, quam Othoniel præoccupavit fuit autem & ipsa sacerdotibus præparata.*

Cur Christus Judam mortem ejus procurantem vocaverit amicum. *Matth.* 26. *v.* 50. *Matth.* 16. *v.* 23. *Bas. Sel. or.* 31. Et Petrum illam impedire volentem Satanam? *Gen.* 15. *v.* 8. *Luc.* 1. *v.* 18. *Chrys. ser.* 90. *B. Laur. Just. ib.* *De compu. & comp. Chr. perf.* *S. Hier. ex locis. Hebr.*

DISCURSUS XXXV.

ARGUMENTUM.

Avari & cupidi Clerici perstringuntur.

THEMA.

Oportet Episcopum non esse cupidum. 1. Tim. 3. v. 4.

Avaritia & cupiditas abest à sacerdotibus. *Hugo Card. ib.*

1. EX hoc S. Pauli Apost. Episcopo Ephesino, discipulo suo tradito monito, quàm sit avaritia & cupiditas Ecclesiasticorum derestabilis, clarè deducitur; Hugo autem Card. ait: *Ideo præcipit, Episcopum non*

non esse cupidum, quia facile à justo deviaret : Nihil enim est, quod rectæ justitiæ trutinam magis in obliquum inclinet, quam spes lucri, & avaritiæ cupiditas. Salvator noster quibusdam se sequentibus exprobravit, dicens : *Amen, amen dico vobis, quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis :* sed ehem, quot sunt inter Ecclesiasticos quibus idipsum exprobrari posset, qui ad sacerdotium, aliosque gradus Ecclesiasticos evehi se sinunt, non ut animarum saluti cooperentur, vel ex devotionis instinctu, sed propter lucrum & interesse suum instigati ? *quam multi non quærunt Jesum ;* inquit S. Aug. *nisi ut illis faciat bene, prout quæritur Jesus propter Jesum.* S. Gregor. prædictum S. Joan. textum, in favorem nostrum explicans, quinam illi sint, qui Christum sequantur, ut ab illo pascantur, his verbis declarat : *Per eorum personam Dominus illos intra S. Ecclesiam detestatur, qui per sacros ordines ad Dominum proficiscuntur, non eisdem ordinibus virtutum merita, sed subsidia vitæ præsentis exquirunt, nec cogitant quid videndo imitari debeant, sed quæ compendia percipiendo jactentur, jactiatas quippe de panibus Dominum sequi, est, de S. Ecclesia temporalia alimenta sumpsisse.*

Jo. 6. v. 26. Tales enim non quærunt Jesum, sed sua lucra.

S. Aug. tr. 25. in Jo.

S. Greg. l. 23. c. mor. 37.

2. S. Bonav. ad multos se reflectit, qui non devotionis causâ, sed propter utilitatem & lucrum temporale Missam celebrant, de quibus ait : *Cum divina mysteria accipiunt, non cælestem panem quærunt, sed terrenam, non spiritum, sed lucrum, non Dei honorem, sed quæstum pecuniarium, & ita corpus Domini non tam accipiunt, quam rapiunt, quia accedant non vocati à Deo, sed impulsi à sua cupiditate & avaritia.* S. Augustin. eosdem per rationem quamdam perstringit, quæ in praxi veritima est, & manibus palpatur : *Discutiamus,* inquit, *mentem, perquiramus veritatem : numquid Missam cantare, numquid baptizare, numquid mortuum sepelire sine pretio, vel promissione dignaminis ? numquid non citius mortem divitum, quàm corporis salutem desideratis videre ? Ecce quomodo lupi estis.*

Hinc comparantur lupis. *S. Bon. de præp. ad Miss. c. 8.*

S. Aug. ser. 36. ad frat.

3. Incarnata illa Sapientia rectè statuit, ut Ecclesiastici se non lupos, sed columbas esse probent; dicit enim illis : *Estote ... simplices sicut columbæ.* S. Greg. autem illa Isaiæ verba explicans : *Qui sunt isti, qui ut nubes volant & quasi columbæ ad fenestras suas,* eadem in duobus diversis locis de illis exponit, qui à rapacitate sunt alieni : *Justi,* inquit, *quasi columbæ ad fenestras suas sunt, quia per sensus corporis, exteriora quæque intentione non respiciunt, rapacitatis.* Et in homilia quadam pariter dicit : *quasi ergo ad fenestras suas sunt, quia in hoc mundo nil concupiscunt.* Author operis Imperfecti, id quod ij, quibus vinea, Ecclesiæ symbolum, elocata fuerat, dixerunt, considerans scil. *Hic est hæres, venite occidamus eum & habebimus hæreditatem ejus,* inquit : *Hæc cogitatio communis est omnium sacerdotum carnalium, qui non sunt solliciti, quomodo populus vivat sine peccato, sed aspiciunt quid in Eccles. conferatur, & hoc existimant sacerdotij sui lucrum.*

Tales non quærit Christus, sed columbas. *Matth. 10. v. 16.* *Isa. 60. v. 8.* *S. Greg. l. 21. mor. c. 2.* *Li. 2. h. 17. in Ezech.* *Auct. Imp. h. 40.*

4. Jeremias Proph. jussu quidem Dei, ruinas Jerosol. imminentes vaticinatus est, dicens : *Dabo domum istam sicut Silo, & urbem hanc dabo in maledictionem cunctis gentibus terræ ;* dicitque S. textus : *& audierunt sacerdotes Jerem. loquentem verba hæc in Domo Domini :* sed quisnam obsecro ex hoc Prophetæ vaticinio eventus secutus fuit ? Num vitæ & morum emendatio ? utique justum fuisset, quod omnes sacerdotes, prophetæ supplices facti fuissent, ut se ad placandam divinam justitiam suis intercessionibus, apud Deum interponerent, vel etiam ut manus suas ad sacrificia & holocausta extenderent, atque ad invocandam divinam pietatem, iræque divinæ fulmina coercenda, genua sua coram Deo flecterent, sed nil horum factum fuit, quin potius omnino contrarium : Ecce enim quousque avaritia in sacerdotibus prævaluerit : *Cumque complesset Jeremias,* inquit S. text. *loquens omnia, quæ præceperat ei Dominus, ut loqueretur ad universum populum, apprehenderunt eum sacerd. & Prophetæ & omnis populus dicens : morte moriatur ;* Sed quidnam obsecro mali S. hic Proph. fecerat, ut mortis reus proclamaretur ? quidquid enim dixerat, ex impulsu & præcepto Dei dicere debebat Hug. Card. ex hoc dubio nos eximit, dum de malis illis sacerdotibus dicit : *Avari erant, & non poterant sustinere templi desolationem, quam Jerem. futuram prædicabat, morte moriatur, quia majores concitant motus : magis dolebant de temporalium amissione scil. oblationum, quas recipiebant in templo à populo, quàm de spirituali damnificatione,* & revera ita est, nam avaritia sacerdotes induxit, ut Prophetæ tam S. qualis Jerem. erat, ad inferendam ei mortem manus violentas injicerent : *Avri sacra fames, quid non mortalia cogis pectora ?* Sed quid mirum, quando eadem avaritia ipsimet Dei filio mortem machinata fuit ? Judas enim pro triginta denarijs ipsum vendidit, & quidem quod valde notandum est, quando in ultima cœna unà cum alijs sacerdos ordinatus fuit, tunc & non antea iniquum cum Pharisæis pactum contractum executioni mandavit.

Jer. 26. 6. Avaritia à sacerdotibus procul eliminanda.

Jerem. 26. v. 8.

Hug. Card. ibi.

5. Legatur cap. 21. S. Matth. & invenietur quod in die Palm. quando ab universo populo triumphaliter receptus, ingressus est templum, indeque omnes illius prophanatores ejecit, sacerdotes contra illum exasperati *(videntes autem Principes sacerdotum ... indignati sunt)* iniquum convocarunt concilliabulum, in quo damnatam hanc inierè resolutionem, dicentes : *Expedit, unum hominem mori pro populo,* nimirum sub prætextu boni publici suam occultare voluere avaritiam. Cæterum veritas erat, quòd id, ne eorum lucra cessarent, facere fategerint. Et quidem, ut Cajetan. observat, ex hoc facto, in cognitionem divinitatis Christi devenire poterant, ipsum tamquam promissum in lege Messiam agnoscere poterant siquidem *eorum expulsio transcendebat dignitatem ejus, qui reputabatur filius Carpentarij, verum dissimulane illud, quasi sponte cessissent, aut certe avaritia excæcati, non animadverterunt,*

Matt. 21. 15.

Joan. 18. 14. Ex avaritia sacerdotum Christus morti adjudicatus fuit. *Cajet. ibid.*

6. Regius Psal. ait : *Incenderunt igni sanctuarium tuum : in terra polluerunt tabernaculum nominis tui.* At verò licet Chaldæos ignem sanctuario supposuisse, illudque prophanasse constet, nusquam tamen sacerdotes incendium hoc excitasse leguntur : quonam igitur sub prætextu id sacerdotibus imponitur ? Hug. Card. dubium hoc resolvit, dicens : *Igne cupiditatis & cupidinis incenderunt sanctuarium tuum, id est Sacerdotes & Cler. Domino sanctificatos & dedicatos in terra, id est in abundantia terrenorum.* Et ideo S. Hier. Nepot. hortatur, ut caveat, ne ab hac cupiditatis macula contaminetur : *Obsecro itaque te,* inquit, *& repetens iterum, iterumque monebo, ne officium Clericatus genus antiquæ militiæ putes, id est, ne lucra sæculi in Christi quæras militia, & dicatur tibi,* illud Jer. 12. *Cleri eorum non proderunt ei : nonnulli enim sunt diutiores monachi : quàm fecerunt seculares & Clerici, qui possident opes sub Christo paupere, quas sub locuplete & fallaci Diabolo non habuerant, ut aspires eos Ecclesia divites, quos mundus tenuit ante mendicos.*

Psal. 73. 7. Quomodo sacerdotes olim incenderint sanctuarium Dei. *Hug. Card. ibid.*

S. Hier. l. 2. ep. 10.

Jerem. 12.

7. In lib. Exodi historia quædam habetur, quæ meritò Ecclesiasticos ob avaritiam suam erubescere facere deberet ; etenim in fabrica tabernaculi singuli de populo concurrebant & certatim pro illius exstructione opulentissimam & pretiosissimam offerebant materiam, adeo *ut artifices venire compulsi,* dixerint *Moysi plus offert populus, quam necessarium est ;* Ubi notandum, quòd artifices hi homines mechanici fuerint, quique ex arte & laboribus suis per hasce populi oblationes notabiliter ditari poterant, & tamen quia hæ oblationes pro tabernaculo exstruendo fiebant, quidquam præter necessitatem tabernaculi, à populo recipere formidabant ; *Poterant, si vellent multa auferre, sed modestia prohibuit, vel religio terruit ;* Quod factum profectò multos condemnabit ex Clero, qui nulli alteri rei adeo student, quam ut de sanctuario & tabernaculo dicescant, vellentque recipere, quidquid possunt, dummodo suæ avaritiæ satisfacere valeant.

Laici magis elongati sunt ab avaritia quam Sacerdotes. *Exod. 36. 4.*

Aug. q. 17.

8. Salvator noster cum S. Birgitta in hæc verba de sacerdotibus legitur conquestus ? *Judas vendidit me? antequam redemissem mundum : ipsi, postquam redemi mundum, & non compatiuntur super sanguine meo, qui plus clamat vindictam quam sanguis Abel ? Judas vendidit me pro solis denarijs, isti autem mercimonio, quia non accedunt ad me, nisi sperent sibi fructum.* S. Apost. Tim. discipulum suum, & simul cum eo omnes illos, qui divino consecrantur cultui, monet dicens : *Nemo militans Deo, implicat se negotijs sæcularibus.* Unde S. Ambr. valde stringens format argumentum, dum ait : *Si is, qui imperatori militat, à susceptionibus litium, actu negotiorum forensium, venditione mercium prohibetur humanis legibus : quanto magis qui fidei exercet militiam ab omni usu negotationis abstinere debet.*

Rev. S. Birg. l. 4. c. 134. Contra hos conqueritur Christus.

2. Tim. 2. 4. *S. Ambr. l. 1. de offic. c. 36.*

9. Considerabilis valde est ista reprehensio, quam pater familias ije fecit, qui impositis in sinum manibus in foro otiosi & sine labore stabant : *Quid hic statis,* inquit *tota die otiosi ?* Porrò per vineam Ecclesia, per operarios illius Ecclesiastici designantur : Qui profectò acrem à Deo merentur reprehentionem, si in foro, ubi ut plurimum venditur & emitur, mercatus & nundinæ instituantur, otiosi obambulantes conspiciantur, ac proinde notabiliter *hic,* quasi dicerent non in foro, sed in choro tibi standum est, non in platea, sed in Ecclesia. Enimvero Nazaræi, qui ritibus & ceremonijs S. Dei cultui dedicabantur, nostros præfigurarunt sacerdotes ;

Longè sint à foro nundinationum. *Matth. 20. 6.*

tes : notandum verò, quod Jerem. de ijs lamentaturus, primò quidem de ijs dixit : *Candidiores Nazarai ejus nive, mundiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, Sapphyro pulchriores.* At verò immediate post subjunxerit *Denigrata est super carbones facies eorum.* Sed undenam obsecro, hæc mutatio, adeoque peregrina & abominabilis metamorphosis derivata fuit ? Non aliunde quam à cupiditate & avaritia : *Non sunt cogniti in plateis.* Etenim personæ Deo dedicatæ omnem fidem, venerationem & respectum amittunt, si huic vitio deditæ sint, lucrum enim & interesse omnem perdit devotionem ac spiritum. Atque hæc unica causa fuit, cur Christus se erga sacerdotes templi adeo implacabilem exhibuerit, propria manu illos flagellando, & è templo ejiciendo, *quæsitu dignum est,* inquit D. Chryf. *qua gratia adeo Christus hic indignatus est, & maximè, cum alias injurijs contumelijsque affectus, & Samaritanas damoniumque habens, appellatus, nihil tale fecerit, nunc non contentus verbis, flagello etiam in eos invehitur.* Origenes ad illa verba : *Cathedras vendentium columbas everit,* se reflectens, ait : *Arbitror convenire verbum de venditoribus columbarum eis, qui tradunt Ecclesias avaris, propter quod & cathedras tantummodo appellavit Evangelista versas esse à Jesu, & utinam audirent hæc, cum decreti admonitione Scripturæ, qui gloriantur de cathedris Moysi, in quibus sedent.*

Thren. 4. 7. Ex avaritia deturpantur. *Ibid. v. 8.*

Chryf. h. 22. in Joan.

10. Jeremias in alio quodam loco de desolatione templi lamentatur, dicens : *Defixæ sunt in terra portæ ejus, perdidit & comrivit vectes ejus ... non est lex & Prophetæ ejus non invenerunt visionem à Domino ;* Sed quænam obsecro hujus ruinæ causa præcipua fuit ? respondet Propheta : *Sederunt in terra, conticuerunt Senes filiæ Sion ;* Sed iterum quærendum venit, quidnam in eo mali commissum fuerit, quòd sacerdotes in terra sederent ? Notandum quòd *Presbyter* idem est quod *Senior.* Ideoque Hugo de S. Vict. ad hoc dubium respondendo, ait : *In terra sedent, id est, totam sacerdotale emolumentum convertunt in terrenam voluptatem : notandum autem, quod quidam in sua, quidam in aliena terra sederunt, primi propriæ voluntati carnis deservivunt : secundi alienas opes sua factum, domum dominus & agrum copulantes agris.* S. Gregor. verò per hosce, illos intelligendos esse dicit, qui non laborant, sed in vinea Christi otiosi vivunt, ideoque exinde expelli merentur : *Malos malè perdet, vineam suam locabit alijs agricolis : qui in hac vita, quæ sua sunt, quærit, adhuc ad Dominicam vineam non venit ; illi namque Domino laborant, qui non sua sed lucra Dominica cogitant, qui zelo charitatis, studio pietatis inserviant, animas lucrandis invigilant, perducere & alios secum ad vitam festinant.*

Thren. 2. 9. Mali sacerdotes in terra, hoc est terrenorum cupiditatibus sedent.

S. Greg. h. 19. in Evang.

11. Et certè avaritia præ alijs hominum statibus, Ecclesiasticorum ut plurimum propria esse videtur ; Etenim à vindictis Ecclesiastici magis quam Sæculares abhorrent, siquidem speciale præceptum illis impositum est : *Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris,* &c. Luxuria quoque macula quædam est, quæ nimirum illos dedecet, qui sanguinem illum tractant, de quo scriptum est, quod sit *Vinum germinans virgines ;* At verò divitias accumulare ; Ecclesiasticis nonnumquam conveniens esse arbitrantur sub prætextu vel faciendi eleëmosynam, vel altarium & Ecclesiarum augendi decorem, quamvis ut plurimum laqueus sit, quem dæmon incautis illis tendit, eumdem sub palliatorum titulorum esca contegendo ; neque enim Virgilius sine causa cecinit, *auri sacra fames,* quasi diceret ; Avaritia in personis sacris centrum suum habet. Optimè igitur Theodosius in hunc modum scribit : *Decet eum, qui sacrosanctis desiderat inhærere mysterijs, fide magis divitem quam facultatibus approbari.* Nec S. Gregor. melius dicere poterat, quàm dum ait : *Redemptor noster à sacerdotis officio non quærit aurum sed animas, ut non plus pecuniæ quàm animabus invigilet.* Item quoque in homilia quadam, quid sacerdos ad satisfaciendum statui suo facere debeat, determinare volens, dicit : *Primum est, exteriora bona ovibus Christi misericorditer impendere, postremò si necesse fuerit, mortem nostram pro eisdem ovibus fortiter ministrare ?* Demum vere Ecclesiasticos avaros reprehendens, dicit : *Qui non dat pro ovibus Christi substantiam suam, quomodo daturus est pro illis animam suam ?*

Avaritia est quasi proprium vitium Ecclesiasticorum. *Matth. 5. 23.*

Zach. 9. 17.

Thèod. Nov. 41.

S. Greg. l. 5. ep. 28.

Hom. 14. in Evang.

12. Una ex nationibus, ob quas avaritia in Sacerdotibus inexcusabilis videtur, hæc est, & valde evidens : Quia *Dominus pars hæreditatis meæ,* Deus etenim indubitatam sacerdotibus promissionem fecit, numquam illis quidquam defuturum esse. Apud Malach. enim Dominus dicit : *Inferte omnem decimam in horreum, & sit cibus in domo mea, & probate me super hoc, dicit Dominus, si non aperuero vobis cataractas cæli & effudero vobis benedictionem usque ad abundantiam. Et increpabo pro vobis devorantem, & non corrumpet fructum terræ vestræ, nec erit sterilis vinea in agro ;* Quibus particularem promittit sollicitudinem, prov. dendo ijs de cunctis, qui in sacrificia ejus, arietes & tauros obliturі sunt : Quanto igitur vigilantiorem super illos habebit oculum, qui sacratissimum ejus corpus quotidie tractant ? S. Thomas dicit : Hebræos pro decimarum solutione Deum ne quidquam tentasse ; quod verò Deus inquit, *Probate me,* intelligendum esse, *non falsaliter sed confectative ; quasi scitaret si decimas solverent, experimento probaturi erant beneficia divina :* Illis namque spondet, se granaria cœli aperturum esse, effecturumque ut omnis super terram abundantia sequeretur, dummodo ejus ministros suos futuri essent liberales, quia prosperitatum terrenarum in populis causa & origo ut plurimum ex beneficentia erga Ecclesiasticos provenire solet : Unde S. Hier. ait. *Hortor vos ut inferatis decimas in horreum templi, & habeant sacerdotes & Levitæ, qui ministrant cibos ;* Sed quanam putatis remuneratione, id ab ijs præstandum erat : *Tunc experimento cognoscetis quanta beneficia conferre soleam in eos, qui fraudare non solent sacerdotes sua mercede.*

Ibid. v. 11. Cum Deus illorum specialem habeat curam.

S. Th. 2. 2. q. 87. a. 3.

S. Hieron.

13. Tribus Levi, quæ non sicut aliæ tribus terrenas habebat possessiones, omnibus tamen alijs, sola tribu Juda excepta, major & potentior evasit : Siquidem nulla aliarum 48. civitates possidebat sicut ill. ; unde deducitur tribum illâ, quæ, ut Deo melius & perfectius serviret, omnibus se bonis terrenis exuit, inter omnes alias abundantissimè provisam fuisse. Tot Religiones S. Benedicti, S. Romualdi, S. Brunon. quæ Dei servitio totaliter intentæ & applicatæ, quot non videntur divitijs cumulatæ ! Sacerdotes quidem veteris legis aliquali se poterant, quoad apparentiam externam, excusatione tueri, quando divitijs se accumulare fatagebant ; quia nimirum uxores filios ; & familiam sustentandam habebant ; at vero sacerdotes & Ecclesiastici nostri, qui votum habent castitatis, nec alios numerare filios, quam spirituales possunt, quid in sui excusatione adducent ? Ipsimet se ore proprio condemnant, dum ; quando ordinantur, dicunt : *Dominus pars hæreditatis meæ ... tu es qui restitues hæreditatem meam mihi.* Dion. Carth. c. 18. Num. feribens, ubi Levitis in sustentationem ipsorum oblationes, primitiæ, decimæ & victimæ assignantur, dicit : *Per hoc constat, quod vehementer omnis avaritia sacerdotibus, & ministris Ecclesiæ sit vitanda, ut pure integreque hæc libere vacent Deo.* Interlinearis super illa verba : *Fines cecidérunt mihi in præclaris,* dicit : *Quasi sorte cecidérunt, sicut possessio Sacerdotum & Levitarum Deus est.* S. Aug. in ep. l. ab Interlineari citatus, ità dicit : *Eligant alij alia, quibus fruantur, pars autem mea est sanctorum Deus.*

Abul. in c. 21. Jos q. 7. Quod patet in sacris religiosorum ordinibus.

Psal. 15. v. 15.

Dion. Carth. in Cant. 1. 8. Num. Interl. in Psalm. 15. S. Aug.

14. S. Paulus ad Cor. scribit : *Quis militat suis stipendijs ? Quis plantat vineam, & de fructu ejus non edit ? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat ? Numquid secundùm hominem hæc dico ? an & lex hæc non dicit ? Scriptum est enim in lege Moysi : non alligabis os bovi trituranti : Numquid de bobus cura est Deo ? An propter nos utique hoc dicit ?* Et tamen per quotidianam experientiam videmus, quòd major pars Cleri nulli alij rei adeo intenta sit, quàm ut in redditibus & beneficijs opulentis augeri, & ditescere possit. B. Laur. Just. de Ecclesiasticis sui temporis, his verbis lamentatur. *Non vacant sibi dictorum profectibus sed propriis commodis, ovium tondent vellera cum valent, & de ipsis non curant ovibus ; quoniam ad eos non pertinent. Sacramenta quæ gratis, & volenti animo ministrare debent, non sine spe aut pretio tribuunt, & quòd gravius est, interdum neque sine pactione,* & paulò post subdit : *quod ad animarum institutum est luctum, ad temporalem inturgent quæstum, nescientes, quod nil majus acquari valet, quam animarum insidiare profectibus, qui sacramentis mediantibus fiunt.* Salvian. quoque hanc Ecclesiæ ob Sacerdotum cupiditatem, in desolationem abeuntis, miseriam his verbis deplorat : *Impedimenta hæc sunt* (de divitijs loquitur) *non adjumenta, onera, non subsidia, possessione enim & usu opum, non fulcitur religio, sed evertitur.* Porrò fidelium scandala, abusus & dissolutiones sunt, quæ in exterminium Ecclesiæ militant ; Et has quidem eradicare ad sacerdotes pertinet. At verò dum oculos claudunt, & ex timore perdendi suum interesse dissimulant, Ecclesiæ in præcipitium deturpant.

1. Cor. 9. 7-8. Major pars Cleri intendit ut ditescat. *Ibid. 9.*

Ibid. 10.

B. Laur. Justin. de compunct. & compl. chr. perf.

Salvi. l. 2. ad Eccl.

15. Apud Oseam lamentatur Deus, dicens : *Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem eorum sublevabunt animas eorum.* Ubi S. Hieron. ait : *Sacerdotes dissimulant atque laudant peccata populi, ut plurimæ ad eorum quæstum afferantur victimæ, & ita populum spoliant*

Osee 4. 8. *S. Hieron.* Ex illorum cupiditate plurima oriuntur peccata.

Psal. 13. 4. *spoliant atque comedunt, de quibus dictum est Psalm. 13. Qui devorant plebem sicut escam panis.* B. Laurentius Justin. ita scribit : *Unde superstitiones vigent, mandata contemnuntur, peccata fiunt, missi ex incuria sacerdotum, qui, ne temporale amittant lucrum, permittunt subditis agere quod volunt & contradictionis seu correctionis non audent sermonem loqui ? Tamquam canes muti sint, non valentes latrare, & velut mercenarij inutiles, videntes lupum venientem, Domini gregem deserentes, fugiunt. Quantum in ipsis est, lupus oves rapit, dispergit, lacerat & occidit; sanguis autem earum de istorum manibus exigetur.* In alio quoque loco idem Sanctus Mercenarios istos perstringens, ita scribit : *Quærunt penè omnes quæ sua sunt, proventibus insistunt temporalium, delectantur honoribus, delicijs affluunt, & tamquam si futura vita non esset, amore visibilibus adhærent.* S. Bernardus pariter ad feriendam eorumdem sacerdotum avaritiam in quodam sermone super Cantica calamum suum in hæc verba exacuit : *Quem dabis mihi*, inquit, *de numero præpositorum, qui non plus invigilet subditorum evacuandis marsupijs, quam vitijs exstirpandis : O utinam tam vigiles reperirentur ad curas, quam alacres currunt ad cathedras. Alto quippe demersi oblivionis somno ad nullum Dominicæ comminationis tonitruum expergiscuntur, ut vel suum ipsorum periculum expaveſcant.*

B. Laur. Just. ser. de S. Max.

S. Bern. ser. 77. in Cant.

Jer. 6. 13. Exemplo illorum inducti, etiam Laici avaritias & dolos sectantur.

16. Apud Jeremiam hæc verba leguntur : *A minore usque ad majorem omnes avaritiæ student, & a Propheta usque ad sacerdotem cuncti faciunt dolum*, quibus verbis causa exprimitur, cur omnes fideles dolis, fraudibus & extorsionibus dediti existant, quia nimirum ipsi quoque sacerdotes avari esse conspiciuntur ; *In quorum manibus iniquitates sunt*, ut ait Psalmista : sed quamobrem ? *Dextera eorum repleta est muneribus.* Ubi Hugo Cardinalis ait : *Manus enim sacerdotum, modò inunctæ sunt pice cupiditatis ad retinendum, quæ deberent esse inunctæ unctione charitatis ad largiendum.*

Psal. 25. 10. Hug. Card.

Amos. 9. 1. Adducit illum Amos Prophetæ textum in quo dicitur : [*Percute cardinem, & commoveantur superliminaria, avarina enim in capite omnium.*] *Caput omnium est Romana Curia, sed forte de ea non dicitur hoc.* In Epistola quadam Sidonij Apollinaris, quidam sui temporis error legitur, qui etiam in diebus nostris, in multis Ecclesiasticis reperitur : *Superbissimè*, inquit, *opinantur solo se censu esse censendos, & sic vitijs ut divitijs incubant.* At verò considerabilis est illa B. Laur. Just. propositio, in qua de Prælatorum Ecclesiasticorum Regimine differens, ita loquitur : *Quamobrem qui non ministrare, sed dominari volunt in Clero, non propriè Domini, sed raptores & tyranni sunt, dum non subditorum, sed propria quærunt commoda, divitiarum videlicet, voluptatis, honoris, & famæ. Sanè tales abominatur Dominus.*

Sid. Apoll. l. 8. ep. 7.

B. Laur. Just. ser. de S. Max.

DISCURSUS XXXVI.
ARGUMENTUM.

Sacerdotes boni debent esse Oeconomi & Dispensatores fideles redituum Ecclesiasticorum, qui cum merum sint patrimonium pauperum, ab omni luxu & pompa alieni esse debent.

THEMA.

Sit nos existimet homo ut ministros Christi, & Dispensatores mysteriorum Dei. Hic jam quæritur inter Dispensatores, ut fidelis quis inveniatur. 1. Corinth. 4. v. 1.

Sacerdotes sunt bonorum dispensatores & hinc de illis reddituri sunt rationem.

1. S. Paulus Apostolus in hisce verbis, illis qui redditibus Ecclesiasticis provisi, & ad gradus ac dignitates in Ecclesia promoti sunt, duo utilissima ad eorum institutionem exarata reliquit documenta ; Primum est, ut se servos & ministros Christi esse agnoscant, & tamquam tales modestiæ studeant, seque ab omni pompa & luxu alienos conservent. Secundùm est, ut se redituum beneficialium Dispensatores & Oeconomos esse, ideoque strictissimam eorumdem rationem suo tempore reddere debere meminerint : *Hic jam quæritur inter Dispensatores, ut fidelis quis inveniatur.* Porrò in Græco textu loco Ly dispensatores legitur *Oeconomos*. Etenim multorum tam authoritate quàm numero insignium authorum opinio est, quòd Ecclesiastici divitiarum, ex beneficijs acceptarum nullum sibi acquirant dominium, sed illarum tantum sint Administratores & Oeconomi ; sic enim Doctor Angelicus ait : *Bonorum Ecclesiasticorum Clerici non sunt veri Domini, sed dispensatores*, secundùm illud 1. Cor. *Dispensatio mihi credita est* ; *Pertinet autem ad dispensatorem, ut fideliter distribuat ea, quæ ejus dispensationi committuntur*, juxta id quod in propositi thematis verbis dicitur : *Hic jam quæritur inter dispensatores, ut fidelis quis inveniatur.* Alibi pariter in summa idem Sanctus inquit : *Ecclesiasticorum bonorum Clerici sunt dispensatores vel procuratores*, cujus asserti hoc S. Augustini ad Bonifacium datum, citat testimonium ; *Si privatum possidemus, quod nobis sufficiat ; non illa bona nostra sunt, sed illorum, quorum procurationem gerimus, non proprietatem nobis usurpatione damnabili vindicemus.* Secunda nihilominus opinio, quòd scilicet beneficiati dominium acquirant, bonorumque patroni fiant, suam habet probabilitatem, attamen prima nos facilius in severissimo Dei judicio justificabit. Interim illud advertendum, in quo conveniendum est, quòd scil. Clerici, quantumvis ad malè erogata bona restituenda non obligentur, attamen à peccato, gravique culpa minimè excusentur. Unde S. Urbanus Papa bona Ecclesiastica his insignit epithetis : *Vota fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum.*

S. Th. quodl. 6. ar. 12.

2. 2. q. 85. a. 7.

Reditus ipsorum sunt patrimonium pauperum.

2. Ex quo igitur reditus, quos sacerdotes possident, pauperum sunt patrimonia, quæ manibus confingnantur sacerdotum, ut illud fideliter dispensent certum est, quòd Christus Judex de illis rigorosissimam postulaturus sit rationem, quia ipsemet directè in pauperibus vult agnosci, unde ait : *Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* Unde S. Bern. super illa verba : *Ecce nos reliquimus omnia*, exclamat : *Væ tibi Clerice, qui peccata populi comedis, bonum tibi erat magis fodere, aut etiam mendicare ; sollicitus ergo esto tamquam rationem redditurus pro eis, gemitus effunde, dignos age pœnitentiæ fructus, aliquam tibi noveris imputanda, quæ modo inter delicias comedis & parvipendis ; Venient enim ante tribunal Christi, audiuntque populorum querela gravis, accusatio dura eorum, quorum Clerici vixere stipendijs.* Sed quid de pauperibus dicemus, qui in judicio finali primum obtinebunt locum, nobisque delicias, luxus & voluptates nostras, ipsorum patrimonio injustè usurpato, nutritas acriter exprobrabunt, utpote, quos præ necessitate mori permittimus? Audite eumdem sanctum & mellifluum Doctorem, in Epistola ad quemdem Senonens. Episcopum ita scribentem : *Clamant nudi, clamant famelici, conqueruntur & dicunt : nobis fame, & frigore laborantibus quid conferunt tot mutatoria servata in domibus vestris ? nostrum est, quod effunditis, nobis crudeliter subtrahitur, quod inaniter expenditis, nostris necessitatibus detrahitur, quidquid accedit vanitatibus vestris. Duo denique mala de una prodeunt radice cupiditatis, dum vos vanitate peritis & nos spoliando perimitis.* Et quidem quando fideles futuri simus dispensatores, Origenes quoque his verbis declarat, dum ait : *Fideles quidem ut non devoremus, quæ sunt viduarum, sed ut memores simus pauperum, & occasionem accipientes de eo quod scriptum est ; Dominus constituit his, qui Evangelium prædicant, de Evangelio vivere, ne amplius quæramus cibo simplici, & necessarijs vestimentis, & ne amplius teneamus nobis quam demus esurientibus fratribus, & sitientibus atque nudis, & eis, qui necessitatem patiuntur sæcularibus curis.*

S. Bern. ep. ad Sen. Episc.

Orig. t. 3. in Matth.

1. Tim. 6.

Debent esse dispensatores prudentes.

3. Notandum est autem, quod Christus non solum dicat *fidelis servus*, sed insuper addat *& prudens*, quia cum prudentia & discretione dispensandum est patrimonium pauperum, confiderata nimirum personarum, statuum & necessitatum qualitate, habendus quoque est respectus quoad modum. S. Prosper, postquam multos bona patrimonialia propria dispensasse ostendisset subjungit, dicens : *Unde datur intelligi, quod tales ac tanti viri (qui volentes esse Christi discipuli, renunciaverunt omnibus, quæ habebant) non ut Possessores, sed ut procuratores facultates Ecclesiæ possidebant, & idcirco scientes nihil aliud esse res Ecclesiæ, nisi vota fidelium, pretia peccatorum & patrimonia pauperum, non eas vendicaverunt in usus suos ut proprias, sed ut commendatas pauperibus dispensarunt.* Apud S. Marcum de Salvatore nostro dicitur : *Venit in Synagogam, ... & ecce homo manum habens aridam, ... ait homini : Extende manum tuam, extendit, & restituta est sanitati.* Enim verò si Christus in Synagoga cum qui manum contractam habebat, tolerare non potuit, sed eumdem miraculosè sanare voluit : Quanto majorem curam habebit, ne altaris sui ministri, qui sacratissimum ejus corpus quotidie tractant, manus habeant aridas

S. Prosper l. 2. de vit. cont. c. 9.

Matth. 12. v. 9. 10. 13.

Non habeant manus aridas & contractas.

aridas & contractas. Observandum quoque, quòd Evangelista, dum nobis in Synagoga infirmum ob oculos ponit, non repræsentet aliquem, qui paralyticus, vel cæcus, vel mutus, vel surdus sit, sed hominem manum aridam habentem ; Quæ utique omnia in figura contingebant ; Per hoc namque incarnata Sapientia nobis insinuare voluit, unum præcipue in Ecclesia morbum necessario curandum esse & sanandum, scilicet tenacitatem Cleri in dispensandis reditibus Ecclesiasticis, atque ideo Christus hunc hominem manum suam extendere jussit. Unde D. Chrysol. ait : *Orate fratres, ut sola Synagoga tali debilitate fuscetur, nec sit in Ecclesia, cujus manum arefaciat cupiditas, contrahat avaritia, rapina debilitet, tenacitas segrotum constringat ; & si acciderit idipsum, audiat Dominum, & citò eam in opere pietatis extendat.*

Chrys. ser. 32.

Matth. 27. v. 6. Reditus ecclesiastici sunt pretium sanguinis.

4. Quando Judas traditor pœnitentia ductus, triginta argenteos retulit sacerdotibus, hi illos accipere detrectarunt hanc allegantes rationem : *Non licet eos mittere in corbonam, quia pretium sanguinis est.* Quia verò ejusdem ultro citroque in templum projecerat, illos in rem collocarunt pientissimam, scilicet in emptionem agri figuli, in sepulturam peregrinorum. Quod factum profectò omnes Ecclesiasticos docet, cum quanta anxietate & solicitudine tractandi sint reditus Ecclesiæ, qui pretium sunt sanguinis Christi : *Non licet eos mittere in corbonam, quia pretium sanguinis est*, id est, nequaquam sunt accumulandi, aut erogandi ad locupletandum parentes.

Cant. 5. 14. Debent habere manus tornatiles.

5. Episcopi sacris operaturi, pretiosis ad altare vestibus induuntur, easdemque, peractis sacris, pariter in eodem loco deponunt, ut exinde discamus, quod facultates, quæ ab altari proveniunt, altari pariter in fine sint relinquendæ, atque in Dei, & pauperum, qui familiam Christi constituunt, obsequium & honorem ac necessitates impendi debeant.

Naz. or. 16. 6. In sacris Canticis dicitur : *Manus illius tornatiles aureæ* quæ verba S. Greg. Nyssenus de manibus sacerdotalibus exponit, hæ enim deauratæ, id est charitate præditæ, & auro plenæ, atque insuper tornatiles, id est in torno elaboratæ esse debent ; quod enim in torno elaboratur, ut plurimum rotundum est, & sphæricum, cui siquid super imponatur, decidit subitò, tales quoque sacerdotum manus esse debent, neque enim aurum illis impositum in ijs fistere & morari, sed in manus pauperum pro eorumdem sublevatione cadere debet. Unde S. Greg. Naz. ait : *Minimè fratres, & amici mei, minimè committamus, ut rerum earum, quæ nobis divino munere datæ sunt, mali œconomi & præpositi inveniamur, ne aliquin dicentem Petrum audiamus : Erubescite, qui aliena detinetis.* In sexta Synodo Romana sub Symmacho Papa habita, ita inter cætera dicitur : *Nec aliquo se ante tribunal Christi obstaculo muniat, qui à religiosis animabus ad substantiam pauperum derelicta, contra fas sine aliqua pietatis consideratione dispergit.*

7. In Propheta Habacuc Deus comminatur, dicens : *Væ ei qui multiplicat non sua, ... aggravat contra se densum lutum.* Ubi S. Greg. ait : *Densum se luto aggravat, qui per avaritiam terrena multiplicans peccati sui se oppressione coangustat.* Quod cum ita sit, quanto majori supplicio dignus erit, qui quod in sustentationem pauperum servire debebat, ex ipsorum patrimonio sibi reservat, & accumulat ? *Væ, qui congregat avaritiam malam domus suæ*, inquit idem Propheta, sed quid opus erat dicere : *malam* ? num igitur avaritia bona dari potest, omnino sanè, ea videlicet, qua quis temporis avarus est, unde Philos. ille ait : *Unius temporis avaritia honesta est* : Hoc tamen Spiritus S. per os Habacuc loquens, dicere non intendit, sed potius infinuare vult, unam avaritiam esse altera detestabiliorem, si quis enim facultates sibi accumulet ex contractibus illicitis, ex iniquè venditis mercibus, ex mercedibus operariorum injustè retentis, ex injuste prosecutis litibus : hæc quidem avaritia mala est : Pessima tamen est illa, quâ facultates augentur, & accumulantur ex sanguine Christi, & ex patrimonio pauperum, qui fame moriuntur, dum similis Clericus bona ipsorum in luxibus, crapulis, ludis & impudicitijs consumit, & dissipat. Eamdem difficultatem Rup. Abbas his verbis movet, dum ait : *Quid rogo est, quod dicit avaritiam malam ? Quis unquam audivit in Scripturis avaritiam, bonam ut ex illius oppositio, hic oportuerit dari differentiam hujusmodi, dicendo : avaritiam malam ?* Demum verò concludit, Ly *malam* intelligendum esse de avaritia personarum sacrarum, quæ domum Dei in spelunçam latronum convertit : *Ipsum propterea, qui disputabat contra avaritiam illorum*, id est Christum, *interfecit domus Dominum* ; Avaritia enim

Hab. 2. 6. S. Greg. l. 23. mor. c. 3. Una avaritia est gravior altera.

Hab. 2. 9.

Rup. Abb. l. 2. in Habac.

sacerdotum mortis Christi causa fuit : *Equidem avaritia nusquam bona, sed ibi excellenter est nimis mala.*

8. Verum enim vero, in hujus avaritiæ majorem detestationem considerandum est, quòd justo Dei Judicio, ut plurimum permittatur, quòd Clerici avari de malo semper in pejus ruant. Unde Orig. scribit : *Et unusquisque Diaconorum, qui congregant sibi divitias, fraudantes pauperum pecunias, intelligant præsentem Scripturam ; ut jam non congregent, ne forte veniens Dominus evertat mensas dispensationis eorum.* Doctiss. Masseardi in libro de pompis Capitolinis, advertit, quòd, sicut penna aquilina aliarum avium pennis & plumis commixta, illas consumit, & devorat ; Eodem modo reditus Ecclesiastici cum bonis patrimonialibus confusim commixti, hæc sæpe in ultimam redigant desolationem & ruinam.

Orig. tr. 25. in Matth. Clerici avari semper ruunt in pejus.

9. Utilissimum est illud à S. Bern. Clericis traditum monitum, dum illam S. Pauli propositionem ponderat, dicentis : *Qui altari servit, de altari vivere debet.* S. Doctor subjungit : *de altari vivat, non superbiat.* Etenim vulgaris est multorum Ecclesiasticorum error, quòd bona à præbendis suis provenientia in luxus & pompam expendant, minimè considerando, bona ista pauperum esse facultates, minimeque decere, ut expensæ decorum statui & dignitati conveniens excedant, maximeque necessarium esse Clericis modestiam, *de altari vivat, non superbiat.* Idem quoque S. Bern. in alio quodam loco ait : *Sciunt quippe boni fidelesque præpositi, languentium sibi creditam animarum curam, non pompam.* B. Laur. Just. in quodam sermone de quibusdam lamentatur Prælatis, qui gregis sui pauperibus & egenis subvenire non curant, sed hoc solum agunt, ut pompaticè coram oculis mundi compareant : *Nulla eis inest cura*, inquit, *quis in vico jaceat, quis fame pereat, quas fœmdalizetur, quis Ecclesiæ statuta contemnat, quis aliena rapiat, quis dupliciter moriatur, ac si Pontificali ministerio nullum onus, nullumque immineret periculum, sic ſegniter, sic pompatice conversantur.* Ecce tibi unicam perniciosissimarum harum transgressionum causam, *pompaticè conversantur.*

S. Bern. in declam. Pauperibus non subtrahant, ut pompæ & luxui impendant.

B. Laur. Just. ser. de S. Max.

10. S. Bernardus in quadam Epistola monet, ut Clerici Christianarum virtutum ornamentum magis solicite quærant, quàm ornatus prædivites vestium & splendidam familiam : *In omnibus*, inquit, *exemplo Apostoli honorificabitis ministerium vestrum, honorificabitis autem non cultu vestium, non fastu equorum, non amplis ædificijs, sed moribus ornatis, sed studijs spiritualibus ac bonis operibus.* Enim verò Deus in Exodo præcepit, ut tabernaculo suo non solum prædivites & pretiosæ cortinæ purpureæ, verum etiam aspera & cilicinæ adhiberentur : *Tabernaculum ita facies, cortinas de byſſo & hyacintho, ac purpura, cocco bis tincto, facies & saga Cilicina ad operiendum tectum tabernaculi* ; bonum quidem est ; quòd in altaribus, templis, vasis sacris, & vestibus sacerdotalibus decor conveniens resplendeat : Verumtamen Ecclesiastici, quod ipsos spectat, mensam frugalem habere & familia moderata uti, ac denique cum modestia & sine pompa vivere debent. S. Carolus in apparatibus sacris quidem Majestatem resplendere libenter vidit, in vestibus tamen corporis, maximè subterioribus pauperatem elegit adeo, ut mendicus quidam oblatam sibi S. Archiepiscopi vestem, ob nimiam vilitatem acceptare renuerit. Idem quoque S. Card. tunc vel maxime apud omnes in veneratione fuit, quando proprium lectum, licet hic ex nudis ligneis constaret tabulis, in pauperes erogari, omnemque vestium & aulæorum ac tapetum suorum supellectilem in pauperes distribui jubit : Ac demum 60. scutorum millibus annui reditus, quibus cum tamquam unicus Papæ nepos tanta cum magnificentia regnabat, fruebatur, promptissimo animo renunciavit.

S. Bern. ep. ad Henr. Sen. Episc. Clerici potius quærant ornatum virtutum quam pompam vestium.

Exod. 26.

Notabile hujus exempli in S. Carolo Borrom.

11. Videamus porrò, quænam sit Concil. Trid. in hac tam ardua materia determinatio, ita enim in eo habetur : *S. Synodus admonet Episcopos omnes ut facilis ipsis, ac vitæ actionibus (quod est veluti perpetuum quoddam prædicandi genus) se muneri suo conformes ostendant ; in primis verò ita mores suos omnes componant, ut reliqui ab eis frugalitatis, modestiæ continentiæ, ac quæ nos tam opere commendat Deo, S. humilitatis exempla petere possint* ; Verum quidem est, quod S. Paulus Timotheum Episcopum Ephesinum instruens de Pastoribus dixerit : *Oportet Episcopum ... esse sobrium, prudentem, ornatum.* Verumtamen licet Ly *ornatum* suspicionem cuipiam generare posset, quasi Apostolus ornamenta corporalia præscriberet : Attamen Hugo Card. ex sententia D. Chrysost. mentem S. Pauli ita explicat : Oportet Episcopum esse ornatum, *ornatu duplici, interiori*

Conc. Trid. Sess. 25. c. 2. de refor. Decretum circa hoc Conc. Trid.

1. Tim. 3. v. 3.

Hug. Card. ibid. Quis sit congruus ornatus Clericorum.

teriori quantum ad virtutes, exteriori quantum ad bonos mores; Citatque S. Augustinum, sacerdotes his verbis exhortantem: *In incessu, statu, habitu, in omnibus motibus vestris nihil fiat, quod cujusquam offendat aspectum.* Est porrò luxus sacerdotum, vitium antiquum, quod S. Bern. etiam in sui temporis sacerdotibus graviter reprehendit, dicens: *Timeant Clerici, timeant ministri Ecclesiæ, qui in terris Sanctorum, quas possident, tam iniqua gerunt, ut sinpendijs, quæ justiciæ debeant, minimè contenti superfluæ, quibus egeni sustentandi forent, impiè sacrilegeque sibi retineant, & in usus suæ superbiæ atque luxuriæ cultum pauperum consumere non verentur, duplici profectò iniquitate peccantes, & quòd aliena dirripiunt & sacris in suis vanitatibus, iisque pauperibus abuuntur.* Idem quoque mellifluus Doctor in alio quodam sermone pariter super Cantica luxum, & pompam in vestibus Clericorum detestatur, dum ait: *Intuere, quomodo incedant nitidi & ornati, circumamicti varietatibus, tamquam sponsa procedens de thalamo suo, nonne si quempiam talium eminus procedentem aspexeris, sponsam potius putabis, quam sponsæ custodem? Unde vero hanc illis exuberare existimas rerum affluentiam, vestium splendorem, mensarum luxuriem, congeriem vasorum argenteorum, & aureorum, nisi de bonis sponsæ? unde est, quod illa pauper & inops, & nuda relinquatur, facie misera, incultu, hispida, exangues, propter hoc non est hoc tempore ornare sponsam, sed spoliare; non est custodire, sed perdere, non est defendere, sed exponere; non est instituere, sed prostituere, non est pascere gregem, sed mactare & devorare.*

S. Bern. ep. ad Eulgent.

Ser. 77. in Cant.

Reprehenditur prodigalitas proventuum Ecclesiasticorum.

12. Si quis nobilis admodum locuples, subsistantiam suam, uxore, filijsque relictis in canes, equos, scurras, jocos impenderet, numquid severissimum mereretur supplicium, maximè si ab uxore totam suam haberet possessionem? Ecclesiasticos sponsa ditavit Ecclesia, & nihilominus eam deserunt laceram, vilem, omni destitutam supellectile, ut ipsi adulteris, concupiscentijs, luxui, jocis, crapulis, aliisque dissolutionibus vacent, cum gravi sponsæ offensa. B. Laur. Just. ingeniosam hanc ad intentum nostrum formatam confiderationem: *In veste toties illuditur Christus, quotiam qui præsunt in Ecclesia pretiosarum vestium apparatu nitent, & transitoriis prosperitatibus delectantur, nempe Domino teste: qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt, ubi oro muiata habita illusus est Christus: nonne in domo Herodis, & Pilati Præsidis ejus attende palatia Præsulum, panum signa sua signa, sericis apparatibus ornantur, pretiosis indumentis induuntur, famulorum vallantur multitudine, & quod sine mœrore dici non potest, domus, quæ egenorum esse receptacula debent, Imperatorum palatia judicantur.* Quod genus hominum S. quoque Bernard. condemnat, dum his verbis in vanam & inutilem invehitur S. personarum pompam: *Conceditur vibi, si bene deservis, ut de altari vivas; non autem ut de altari loxurieris de altari superbias, ut inde compares tibi fræna aurea, sellas depictas, calcaria deargentata, varium supellectilem, ornatu purpureo diversificatam, sed ut habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus.*

B. Laurent. Just. de triumph. Chr. agone. Specialiter ornatus vestimentorum.

S. Bern. in ep. ad Eulgent.

DISCURSUS XXXVII.

ARGUMENTUM.

Ecclesiastici suum à parentibus & consanguineis affectum alienare debent.

THEMA.

Honorasti filios tuos magis, quam me. 1. Reg. 2. v. 29.

Ecclesiastici abscindere debent inordinatum affectum consanguineorum.

1. PRæcipua justitiæ divinæ adversus Heli sacerdotem latæ, ratio hæc ipsi erat, quia scil. suos nimium foverat filios, plusquam Deum, filialibus oculos suos claudens scandalis & excessibus, quibus tamquam agger se opponere debuisset ad defendendum honorem & cultum divinum, adeo ab ipsis violatum, *honorasti filios tuos plus quam me*; Ecce vobis pernitiosa quæ Ecclesiasticis causat carnis sanguinisque affectus prajudicia; quem in textum S. Greg. sequentibus diffunditur verbis: *Filios quippe propinquos magis quam Dominum honorat, qui ad sacros ordines personas eligit, non ex conversationis honestate, sed ex amore propinquitatis. Idcirco filij honorati referuntur, ut sacrificij primitias ederent, quia carnales Prælati spiritualis honoris culmina carnalibus propinquis ideo tribuunt, ut Ecclesiasticis facultatibus ditentur, & in altitudine ordinis cumulentur, abundantia uberatis; nec curant, quales sint, qui ad spirituale ministerium veniunt, sed tantum ut temporali dignitati præferant, quos carnali affectione*

S. Greg. l. 2. in c. 2. Reg.

complectuntur. Apostolus de Melchisedech summo sacerdote tractans, ait: *Hic enim Melchisedech Rex Salem, sacerdos Dei Altissimi, qui obviavit Abrahæ, & benedixit ei, cui & decimas omnium divisit Abraham, sine patre, sine matre, sine genealogia.* Ecclesia quæ ipsi in speciebus sacramentalibus Christum assimilat, utpote panem & vinum manibus portanti (*Panem & vinum obtulit*) juxta Abulensem & Lyranum, filius fuit Noë natu major scil. Sem; Quando hic sacrificium obtulit, annorum videtur fuisse 465. ast quare in ætate senior ad sacerdotium electus fuit, ut scil. ostenderet Dominus, huic officio charitatem, serium animum & veneronationem, annis canis plerumque familiarem annexam esse debere. Ast quare sine patre & matre describitur? quia scil. persona Deo consecrata, cujuscumque parentelæ immemor esse debet: *Obliviscere populum tuum & domum patris tui, & concupiscet Rex decorem tuum, quoniam ipse est Dominus Deus tuus*, ubi notanda sunt ultima hæc verba: *Quoniâ ipse est Dominus Deus tuus*, Sacerdotes enim solum Deum in Patrem agnoscere debent; Et ideo quando Clericus ordinatur, hæc verba proferre jubetur: *Dominus pars hæreditatis meæ.* Ivo Carnotensis in decreto quodam ex S. Hieronymo ad Nepotianum desumpto, inquit: *Cleros Græcè, Latine sors appellatur, propterea Clerici vocantur, quia de sorte sunt Domini, vel quia ipse Dominus sors, id est pars Clericorum est, & quia, vel ipse pars Domini est, vel Domini partem habet, talem se exhibere debet, ut ipse possideat Dominum, & ipse possideatur à Domino. Qui possidet Dominum, & cum Propheta dicit: Pars mea Dominus, nihil extra Dominum habere potest*: Quisquis igitur amore, & affectu erga parentes, vel erga carnem & sanguinem ditur, eo ipso indicat, quod se non totaliter in Deum projecerit: *Quod si quidpiam aliud habuerit*, inquit idem Ivo, *præter Dominum, pars ejus non erit Dominus.*

Hebr. 7. v. 3.

Gen. 14. v. 18.

Ps. 44. v. 11. 12.

Ivo Carn. Epis. par. 6. decreti c. 1.

2. Hug. Card. super illa verba Psalmistæ: *Rex virtutum dilecti, dilecti*: *& speciei domus dividere spolia: si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ*, inquit, hic describitur qualis esse debeat Ecclesiasticus, qui alijs præsidet, dicendo: *Rex virtutum dilecti, id est valde dilecti, id est Christi non suorum vel Rex virtutum, id est Rectus annunciator virtutum, sed 1. Petr. 2. dicitur maxime sacerdotibus & Prælatis: Vos estis genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut virtutes annuntietis ejus*;] pergit ultrius ad propositum nostrum dicendo: *Talis Rex debet dividere spolia Ecclesiæ scil. præbendas, & reditus, & eleemosynas, non ribaldis aut parentibus, aut indignis, sed speciei domus, scilicet bonis viris, qui sunt decus Ecclesiæ & gloria sanctuarij, fulgentes auro charitatis & sapientiæ, gemmis bonorum operum, & argento eloquij.*

Ps. 67. 13. 14. Aliénati sunt ab affectu propinquorum. *1. Petr. 2. 9. Hug. Card.*

S. Hier. l. 2. cont. Jovin. Sic erant Sacrificuli Ægyptiorum,

3. Christus Dominus successoribus discipulorum suorum ait: *Estote ... simplices sicut columbæ*; sed cur potius Christus illos columbæ comparat, quam aquilæ, turturi, aut phœnici? S. Hieron. quamdam indicat columbæ proprietatem, dicens: *Aves cæteræ pullos suos, etiam cum periculo vitæ suæ protegere festinant*; cujus speciale exemplum in vulture videmus: Non vero sic columba, *sola enim columba ablatos pullos non dolet, non requirit*; Meritò igitur sacerdotes Christus exhortatur, ut columbæ sint similes, non solum propter simplicitatem, verum etiam ob totalem à carne & sanguine alienationem. Philo Hebræus ait: *Deo dicatus, doctorque factus sacrati ordinis, debet abdicari omnibus cognationis affectibus, ut charitatem erga parentes, liberos, fratres posthabeat religioni.*

Matth. 10. v. 16. Cur Clerici comparentur columbæ. *S. Hier. in c. 11. Isa.*

Phil. l. 2. de mon.

4. Superius in discursu sexto lapides pretiosos, rationali Aaronis infixos enumeravimus, at verò notandum nullam ibi adamantis factam fuisse mentionem. S. Joannes pariter, ut ex Apocalypsi deducitur, lapides pretiosos fundamentis cœlestis Jerosolymæ injectos enumerat, nec tamen inter illos adamantem pariter nominat, cum tamen valore, æstimatione, & pulchritudine omnes alias gemmas forsan longè superet. Cur igitur hunc inter alios pretiosos lapides omissum fuisse existimatis? Pro resolutione sciendum, quòd, ut suo loco diximus, gemmæ illæ varias præfiguraverint virtutes, quibus locupletatus esse debet sacerdos; ac proinde ex singulari mysterio adamas alijs gemmis non annumeratur, quia symbolum est affectionis ad sanguinem, ad

Exod. 28.

Apoc. 21. Clerici non sint simeles Adamanti.

ad parentelam & consanguinitatem, à qua Ecclesiastici remotissimi esse debent, habet enim hæc gemma illam proprietatem, quòd, tametsi à nullo alio, etiam ferro, & chalybe frangi possit, attamen ab hirci sanguine continuò frangitur.

Hug. Card. in c. 16. Ez. Omnis carnalis affectus à Prælatis præscindendus..

5. Hug. Card. super illa verba Ezechielis: *In die ortus tui, non est præcisus umbilicus tuus, id est*, inquit, *in die promotionis tuæ, in Episcopum, vel quemcumque Prælatum*; tunc enim Prælatus Ecclesiæ incipit nasci, cum præficitur in Ecclesia, vel cum sacerdos in Ecclesia ordinatur, tunc omnis carnalitas ab eo abscindi debet, & nihil ad ipsum de nepotulis; In cujus confirmationem, Historiam Levitici c. 10. relatam adducit, in qua dicitur, quòd duo filij Aaronis igne conflagrarint, quando ipse ad Pontificatum fuit evectus, *ad significandum, quod zelus animarum debet comburere in Prælato carnalem affectionem parentum & nepotum, ut non dicam filiorum, sed dicitur hic: Non est præcisus umbilicus tuus, id est, carnalis affectus; Ille enim umbilicus non præciditur à Prælato, quando præficitur; imò contra naturam semper crescit & augetur, tunc nascitur major affectio, & tunc oriuntur ei multi parentes. Isaiæ cap. ult. dicitur: Numquid parturiet terra in die una, aut parietur gens simul, quia parturivit, & peperit Sion filios suos & ubi de quatuor saggillat malos Prælatos, de carnali affectione, de immunditia vitæ, de defectu scientiæ & doctrinæ, de operum misericordiæ nuditate, inter quæ primum arguit carnalem affectum, tamquam communiorem pestem, & magis lædentem Ecclesiam, per alia enim peccata Prælatus nocet præsentibus, per carnalem autem affectum, totam Ecclesiam corrumpit in posteris, quia ædificat eam in sanguinibus, & tales personas instituit in vita sua, quæ etiam post mortem suam nocent Ecclesiæ.*

Lev. 10.

Cur Ecclesiasticis interdictus sit status matrimonij.

6. In lege Evangelica, sacerdotibus status conjugalis interdicitur, idque non ob alium respectum, quàm ne amorem & affectionem suam cum Deo dividant, & cum filijs, neque soliciti sint de accumulandis divitijs, ut illis de bona hæreditate prospicere possint; verumtamen astutus ille serpens, videns illos carere affectu ad filios, quos non habent, eosdem ad immoderatum erga Nepotes affectum solicitat: Unde Poëta quidam canit: *Cum factor rerum privaret femine clerum: Ad Satanæ votum successit turba nepotum.*

Quid significetur per gladium super femur positum. *Exod. 32. v. 27.*

7. Confectum ut populus Israëlicus in deserto idolatrare cœpit Moyses de monte descendit, Deique contumeliati cultum & honorem zelans, dixit: *Si quis est Domini, jungatur mihi*; Cumque omnes Levitæ se ipsi junxissent, præcepit ijsdem dicens: *Ponat vir gladium super femur suum, ... & occidat unusquisque fratrem & amicum, & proximum suum*: ubi enim de religione agitur, non est respiciendus cognatus, quantumvis proximo sanguine junctus: *Quia proximum parentem Deum offenderant*; inquit Tertull. ac proinde eos, in proximos cognotos desævire voluit: At verò S. Ambr. appositè quærit, cur Moyses Levitis præceperit ut femur suum gladio accingerent, dicens? *Ponat vir gladium super femur suum?* quis enim gladium femori semper applicari ignorat? cur igitur hanc circumstantiam specificat, advertendum est igitur, quod quia in femore origo est generationis, ideo Levitas fœmora gladio accingere jubet, id est, irreconciliabile adversus quemvis inordinatum erga consanguinitatem & parentelam affectum voluit adoriri bellum: *Ut contemplatione atque amore reverentiæ dextræ præmeretur omnis affectus necessitudinis*, ex hoc autem facto tribus illa divinam promeruit benedictionem: *Ut detur vobis benedictio*, quia nunc nos divinis benedictionibus dignos efficiemus, quando omni amore & affectu, erga consanguineos superiores erimus.

Tertull. c. 3. adv. Gnost.

S. Ambr. ep. 56.

Insignis benedictio Moysis super tribum Levi.

8. Inter alias benedictiones quas Moyses priusquam moreretur Israeli impertitus fuit, una fuit illa, quæ sequitur: *Levi quoque ait: Perfectio tua, & doctrina tua viro sancto tuo quem probasti in tentatione, & judicasti ad aquas contradictionis: Qui dixerit patri suo & matri suæ: nescio vos, & fratribus suis: ignoro vos, & nescierunt filios suos. Hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum servaverunt.* Observatsimè aliquando, quod Ecclesiasticis communiter Patris titulus attribuatur? & quidem Epithetum illud in Scriptura sacra valde antiquum est, sic enim Moyses & Aaron à Psalmista hoc nomine honorati fuerunt, dum ait: *Coram patribus eorum fecit mirabilia*; Ex quo enim Deus sacerdotes legis gratiæ filijs privavit carnalibus, in eorum locum, filiorū spiritualiū contulit multiplicitatē; quos ad vitam æternam parturiunt, & dirigunt in hæreditatem cœlestem.

Deut. 33. v. 8. 9.

Psal. 77. v. 1. 2.

Quid significent aquæ

9. Author quidam de aquis Nili in sanguinem transmutatis loquens, dicit: *Infelix omen, cum aqua ex flumine hausta in sanguinem vertitur, quod in Ecclesia fit, cum quidquid in manus Prælatorum de abundantia venit temporalitatis Ecclesiæ, totum consanguineis datur.* Concil. Trid. Canones Apostolorum, præcipuè Canonem 39. 75. renovans, de Episcopis ita loquitur: *Omnino S. Synodus eis interdicit, ne ex reditibus Ecclesiasticis consanguineos, familiaresque suos augere studeant, cum & Apostolorum Canones prohibeant, ne res Ecclesiasticas, quæ Dei sunt, consanguineis donent, sed si pauperes sint, ut pauperibus distribuant, eas autem non distribuant, nec dissipent illorum causa. Imò quam maximè potest, eos S. Synodus monet, ut omnem humanum hunc erga fratres, nepotes, propinquosque carnis affectum, unde malorum malorum in Ecclesia seminarium exstat, penitus deponant.*

Nili, in sanguinem versæ.

10. Giezi ab inordinata erga suos affectu seductus, summam quamdam auri sub prætextu eleemosynæ de manu Naaman Siri accepit, at verò præmij loco, lepræ supplicium inde retulit, prædicto enim Principi persuasit, Elisæum in necessitate quadam duobus pauperibus Prophetis subveniendi constitutum esse, cum tamen nullum alium, aurum illud accipiendi finem haberet; quàm ut agros comparando, suis cognatis beneficeret: Idem quoque multis Ecclesiasticis accidit, qui dum divitias continuò accumulant, alij quidem sibi persuadent, id illos ob finem alicujus operis pij procurandi facere, & tamen finaliter, id illos parentes & consanguineos suos locupletandi causâ fecisse; deprehenditur. B. Petrus Damianus de Giez, ita scribit: *Giez, puer Elisæi Prophetarum filijs, ut mentitum est, argenti talenta suscipiendo consuluisset, nequaquam subeundæ lepræ sententiam pertulisset. Idcirco plagâ percussus est, quam dator amiserat, quia non ad hoc aliena suscepit, ut in opus pietatis expenderet, sed ut suæ concupiscentiæ satisfaciens proprij juris possideret peculium.*

4. Reg. 5. v. 22. Cur Giezi percussus fuerit lepra. *B. Pet. D. l. 6. ep. 32.*

Stupendum exemplum Abbatis nepotem suum in successorem donominantis.

11. In libro de viris Illustribus Ordinis Cistertiensis legitur, quòd cum Abbas quidam morti vicinus, à Monachis suis, ut successorem suum nominaret, rogaretur, tametsi cæteroquin Religiosus valdè exemplaris & consummatæ perfectionis esset, attamen ex teneritudine amoris erga sanguinem ad quemdam nepotum suorum nominandum inductus fuit, qui à primis vitæ suæ annis penes ipsum in eodem monasterio educatus fuerat, & licet alias Abbatiali munere dignus & idoneus esset, eumdem tamen potius ex amore parentelæ, quàm propter merita elegit, accidit autem, ut hic ejus nepos in loco quodam amœno, die quadam constitutus, ubi magna lusciniarum suave canentium copia erat, voces audiret lamentabiles, quas patrui sui esse conjiciebat; Et revera ita erat; quapropter causam lamentationum suarum ab eo, cum postulasset, respondit Abbas defunctus, quia te meum nominavi in regimine successorem, ideo in hac aqua ignis tormenta sustineo, & quidem ut hujus veritatem comprobes, jube candelabrum quoddam æneum in hanc aquam conjici, quod confestim liquefcere & resolvi videbis, prout exitus rei revera comprobavit.

Matth. 21. v. 12.

Cur Christo mensus nummulariorum averterit.

12. Salvator noster manum propriam flagello armans, omnes mensas, in quibus monetæ cambiabantur, fusque deque evertit, *mensas nummulariorum ... everti* sacerdotes enim, ne quisquam se ab oblationibus faciendis excusari posset, certos quosdam viros deputaverant, qui pecuniam sacram juxta legis statuta offerendam, offerentibus darent, & in illius locum, communem & prophanam pecuniam recipiebant, horum ergo nummulariorum mensas Christus furore succensus, in terram dejecit; porrò per hosce monetam sacram in prophanam commutantes, illi denotantur Ecclesiastici, qui reditibus beneficialibus utuntur, ut locupletent parentes, ut stabiliant in mundo eorum domus & familias, dantque monetam sacram, ut prophanam recipiant, quia sanguine Christi & pauperum patrimonio utuntur, ut terrena, domos, & alias quascumque naturales divitias comparando, consanguineos suos stabiliant. Deus autem justo judicio suo destruit eorum consilia, efficitque ut similia lucra, per viam reditnum Ecclesiasticorum comparata, non solum non prosperentur; sed quotidie de malo in pejus ruant.

Mala administratio bonorum Ecclesiasticorum inducit ruinam.

13. In Alma urbe Romana sub Pontificatu Clementis VIII. ditissimus quidam mercator erat, qui secundùm communem hominum opinionem numquam depauperari adeo posse judicabatur, ut foro cederet; cumque S. Philipp. Nerius à quodam dicti mercatoris nummulario pœnitente suo, de divitijs Domini sui magnifica dicentem audivisset, S. Philippus se ei opponens, miserum dicti Domini sui, quem habiturus erat prognosticavit finem, cum hic nummularius S. viri

verbis fidem non haberet, mane quodam ei dixit: Filius Domini mei Abbatiam quamdam habet, sex millia scutorum annui reditus ei parientem, atque exinde fortunam domus Domini sui, non obstante quocumque superveniente infortunio, magis magisque stabiliendam concluſit; At verò S. Philippus ſuſpirans, inquit: Scito bone vir, exinde tanto viciniorem eſſe domus ſuæ ruinam & præcipitium, innuere volens, pericula quæ ex facultatibus Eccleſiæ malæ adminiſtratis provenire ſolent; & revera ita accidit, ſiquidem mercator intra paucos menſes cum irreparabili ſuo damno, & ingenti probro, foro ceſſit, quot etenim ſimilem experiuntur ſortem, qui ex Eccleſiæ bonis, amicos ditare volentes, propria deſtruunt patrimonia?

Exech. 3. v. 17. 14. Hugo Card. illum Ezechielis textum: *Speculatorem dedi te domui Iſraël* (interpretans, illa ſingulariter diſcurit verba: *Dedi te*, inquiens; *non tuos*. Quo fine & illum citat Eccleſiaſtici locum: [*Ne&torem te poſuerunt,*] *ſed hortare uno epiſcopamie, tota progenies epiſcopatur eum illo, nam omnes de genere ejus amittent nomina, & qui prius dicebatur filius fabri, nunc dicitur nepos Epiſcopi.* In vita B. Henrici Suſonis, Salvator noſter differentiam exhibens, quæ eſt inter animarum paſtores, qui primis ſæculis floruerunt & præſentes, hanc diſcrepantiæ aſſignat rationem: Illi ſolum quærebant honorem Dei, nodie autem quis ſuo non invigilat favori, excellentiæ, gloriæ, promotioni, opulentiæ, potentiæ ſuæ & ſuorum, neglecto Eccleſiæ beneficio? certè

Hebr. 5. v. 1. *omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur in ijs, quæ ſunt ad Deum.* Quæ Apoſtoli verba S. Thomas ſequenti elucidat Gloſſa: *Pro hominibus conſtituitur, id eſt pro ipſorum utilitate, non enim conſtituitur propter gloriam, non propter laudandas divitias, non propter conſanguineos ditandos.* Quem in finem Hugo Card. illud quoque adducit Pſalmistæ

Pſal. 91. 14. Hugo Card. aſſertum: *Plantati in domo Domini, in atriis domus Dei noſtri florebunt*; quia ſcilicet inquit ille, *ad glorificandum Deum, non ad ditandos, vel magnificum implendum, vel luxuriandum, ſed ad glorificandum Deum, ut in omnibus intendatur gloria Dei, & ſalus animarum.*

15. Duo Germani fratres Jacobus & Joannes primas à Chriſto in regno ejus poſtularunt ſedes, confiſi nimirum in meritis matris ſuæ, quæ una cum aliis devotis mulieribus Chriſto miniſtrabat; *Miniſtrantes ei,*

Matt. 20. 27. v. 55. 56. *inter quas erat mater filiorum Zebedæi*, &c. Inſuper etiam in ſtrictam, qua Chriſto jungebantur, confidebant parentelam; Et tamen non obſtante, quòd ſedibus illis digni eſſent, reſpondit eis, dicens: *Neſcitis, quid petatis*, ut omnes Eccleſiæ doceret Prælatos, ne propter conſanguinitatis reſpectum, moveantur ad conferendas dignitates & beneficia Eccleſiaſtica.

Eccleſiæ dignitates non conferantur propinquis.

16. Glorioſiſſimus ille Archiepiſcopus S. Carolus Borr. de quo vere dici poteſt, quod olim de Melchiſedech videlicet, quòd *ſine Patre & ſine Matre, &c.* fuerit, minimè curavit, quòd proximi ejus conſanguinei, propter defenſionem immunitatis Eccleſiæ ſuæ, quam ſtrenuè propugnabat, perſecutionibus exagitarentur, quibus etiam in tali perſecutione poſitis, ſemper negavit omne id, quòd larga manu concedebat extraneis; Abbatiam quamdam inſignem, intra ditiones patrimoniales, Aronæ ſituatam, atque à familia Borromæa per multorum ſæculorum decurſum poſſeſſam, ſuoque re-imini commiſſam, cum illi ſub Pontificatu avunculi ſui Pii IV. in eadem domo paterna ſtabilire poſſet, maximè cum jus patronatus in illam prætenderet, nihilominus deſeruit, domumque ſuam eâ in ſempiternum privavit, eamdem cuidam Collegio Jeſuitarum in dotem conceſſit, hæredemque ſuum Mediolanenſe hoſpitale inſtituit; de quo proinde verè dici poteſt, quòd in lectionibus S. Thomæ Cantuarienſis legitur ſcilicet: *Non reſpexit carnem, aut ſanguinem, neque ullus in eo humanitatis ſenſus paſtoralis officij conſtantiam labefactavit*; nusquam gratiam aliquam cuipiam ad inſtantiam parentum conceſſiſſe legitur, imo quando hi parentes gratia aliqua indigebant, perſonarum ſpiritualium & religioſorum cogebantur requirere interventionem, quando illa 60. millia ſcutorum annui reditus ſummo Pontifici avunculo ſuo renuntiavit. Comiti Federico proximo cognato ſuo nil inde cedere voluit, tametſi hic vir adeo dignus eſſet; ut tandem ad Cardinalitiam & Archiepiſcopalem Mediolanenſem fuerit dignitatem evectus, qui & ipſe tandem cum opinione ſanctitatis ex hac vita migravit; unde dicere potuit:

Pſ. 68. v. 9. *Extraneus factus ſum fratribus meis, & Peregrinus filijs matris meæ.* Hanc quoque à conſanguineis animi alienationem idem S. in univerſo Clero requirebat, utpote ſine qua neminem umquam Dei ſervitium bene adimplere poſſe affirmabat; ſiquidem, dicebat ipſe, inordinatus hic erga parentes amor, in Dei nos ſervitio langueſcere & tepere facit, nosque ad res ſtatui noſtro valde diſconvenientes inducit. Unde de ſemetipſo dicere ſolebat: Quod, quotieſcumque ad aliquam cognatorum domum accederet, (id quod tamen rariſſime faciebat) ſe ſemper in ſpiritu intepeſcere, viresque ſuas in rebus ad Dei ſervitium ſpectantibus notabiliter diminui expertus fuerit.

Giuſſani l. 8. c. 11.

17. Notatu digniſſimum eſt illud B. Laurentij Juſt. exemplum, qui Venetiarum Patriarcha exiſtens, à fratre ſuo pro dote cujuſdam filiæ ſuæ ſollicitatus, eidem reſpondit: Si parum tibi dedero, parum quoque tibi proderit, ſi verò multum tibi largitus fuero, multi inde pauperes defraudabuntur: præterquam quod Eccleſiæ quæ me facultatum ſuarum œconomum conſtituit, nõ vult, ut illas in adornanda margaritis mulierum colla, vel in criſpandos comæ capillos, ſed ad ſubveniendum fami & nuditati pauperum impendam. De S. Thoma de Villanova legitur, quod matri ſuæ licet decrepitæ & egenæ, præter centum ſcuta annui reditus non applicaverit: uni quoque fratrum ſuorum dedit ſcuta centum: alteri verò, qui numeroſa onuſtus erat familiâ, ſcuta ducenta: tametſi omnes pariter pauperes eſſent: ſuis quoque cognatis interdixit, ne quiſquam ad ipſum accederet, quantumvis inopes eſſent, dicendo, quod quidquid poſſideret, pauperum eſſet. Imò ut Diœceſeos ſuæ pauperibus compenſaret, quidquid pauperculis cognatis ſuis in eleemoſynas erogarat, ſibimetipſi de neceſſario victu proprio ſubtraxit, ut illis largiri poſſet, non obſtante ætate & conditione ſua, quæ majus nutrimentum requirebat. De Clemente IV. in Annalibus Eccleſiaſticis legimus, quod ante Pontificatum, vitam duxerit conjugalem, in eoque ſtatu S. Ludovico Franciæ Regi, in qualitate Advocati deſervierit, quia verò poſtquam deinceps in progreſſu temporis ad ſedem Apoſtolicam promotus fuit, duas habebat filias nubiles, Petro Groſſo nepoti ſuo, in oppido S. Ægidij Provinciæ Narbonenſis, quæ pontificis patria erat, ſcripſit, ut ad illas nuptui tradendas ex bonis Eccleſiaſticis tria tantum Turonenſium millia & non amplius impenderet: unde filiæ ejus videntes ſibi ad ineundas paternæ conditioni, pares nuptias (ut pater illis ſcribendo præceperat) viam omnino præcluſam eſſe, potius Monaſticum ſtatum amplecti, ſeque Chriſto deſponſare ſtatuerunt.

Beato Laurentio Juſtiniano.

S. Thoma de Villa nova.

Clemente IV.

Præclara hujus exempla in S. Carolo Borromæo.

TRACTATUS XXIII.

DE EDUCATIONE FILIORUM,

Nec non reverentia & obedientia quam hi ſuis debent exhibere parentibus.

CONTINET

DISCURSUS XIX.

DISCURSUS I. Parentes circa bonam filiorum educationem magis debent eſſe ſoliciti; quam ut iſidem de divite hæreditate proſpiciant; ubi parentes illi perſtringuntur, qui filios ſuos bene educare negligunt.

II. Educatio, cui parentes primo omnium loco intenti eſſe debent, cum timore Dei conjuncta ſit oportet.

III. Propter parentum mala exempla & impiam vitam, filij quoque parentum vitia diſcere, vitamque ſuam malo fine claudere ſolent.

IV. Vir-

IV, Virtutes parentũ ad filios transmittuntur, qui proinde ſe parentibus in bonis moribus ſimiles eſſe probare debent.

V. Bonam educationem parentibus & Reipublicæ utilem eſſe oſtenditur, variæ quoque quoad ſollicitudinem & modũ in educatione obſervandum animadverſiones adducuntur.

VI. Qui in primis vitæ annis addiſcuntur mores, in ætate magis matura ſimiliter adhærere ut plurimum ſolent.

VII. Adoleſcentia præ quavis alia ætate ad vitium proclivis, fræno opus habet, ut ſic reſiduis vitæ annis, in quos boni vel mali mores in pueritia comparati transmittuntur, optima regula præfigatur.

VIII. De diſciplina, qua parentes filios delinquentes, coercere debent, quod faciendo paternum erga illos affectum & amorem oſtendunt.

IX. Nimius parentum rigor, nimiaque eorumdem benignitas in filios, per quam illis gravia damna conciliant, perſtringuntur, ſimulque hæc duo inter ſe in parentibus contemperanda eſſe oſtenditur.

X. Obedientia, quam filij parentibus debent, non habet locum in caſibus, quando ſervitium Dei & ſalus animæ præferri debent.

XI. Cur præceptum honorandi parentes eisque obediendi, primum eſſe dicatur, Deque ſolicitudine quam Deus in hoc præcepto inculcando oſtendit, parentũ honorẽ, cum honore ſibi debito pari loco habendo, imò illũ huic præferẽdo.

XII. De pietate & honore quem filij exhibere debent genitoribus ſuis: ubi varia adducuntur exempla, quibus Dei Filius eisdem præluxit.

XIII. Nonnulla pietatis erga parentes recenſentur motiva & exempla, utpote in qua multa animalia nos ſuperant: Oſtenditur etiam, quod tametſi filij ad majores evehantur dignitates, ab hoc tamen reverentiæ erga parentes quantumvis viles, debito non eximantur.

XIV. De modis quibuſdam diſcurritur, quibus reverentia & obedientia erga parentes executioni mandanda eſt.

XV. Labores, quos parentes pro filijs ſuis ſubſtinent eosdẽ ad reverentiæ retributionem obſtringunt; ubi pariter oſtenditur, quòd filij parentibus ad eum modum reſpondebunt, quod filij à parentibus bene vel male educati fuerint; adducuntur etiã exempla pœnarũ quæ filijs impiis immittuntur.

XVI. Varia conſiderantur bona, quæ propter meritæ pietatis & obedientiæ erga parentes in filios redundat.

XVII. Filij qui erga parentes ſuos obſequioſos & venerabundos ſe exhibent, vel in hoc mundo diu vivunt, vel à Deo beata vita ſubito donantur: Irreverentes autem econtra vel brevi vita fruuntur, vel ſi longa vita gaudent, æternæ mortis ſe in illa reos efficiunt.

XVIII. De ſupplicijs, quibus Deus filiorum caſtigat irreverentiam, ſicut & mala ijſdem à parentibus data mala exempla.

XIX. Variæ adducuntur conſiderationes, circa gravitatem irreverentiæ paternæ, nec non maledictionum & ſupplicium, quibus Deus illam caſtigat, adducuntur exempla.

DISCURSUS I.

ARGUMENTUM.

Parentes circa bonam filiorum educationem magis debent eſſe ſoliciti, quam ut iſidem bonam hæreditatem relinquant; Vbi etiam parentes illi perſtringuntur, qui filios ſuos bene educare negligunt.

THEMA.

Filij tibi ſunt, erudi illos, & curva illos à pueritia. Eccleſ. 7. v. 25.

Bona proliũ educatio prorſus eſt neceſſaria. D. Chryſ. t. 6. h. 27.

1. REcta filiorum educatio tanto cum rigore parentibus à Deo impoſita eſt, ut D. Chryſoſt. Patris nomine indignum cenſeat illum, qui illis negligentior exiſtit; nam in homilia quadam, cui titulus eſt. *De liberorum educatione*, ejuſcemodi patri exprobrat dicens: *Audes, dic mihi, adhuc Pater appellari, ita perdito filio, & ut in omnibus vitiis perderetur neglecto?* S. Carol. Borrom. qui gregis ſui ſaluti ſumma cum ſolicitudine invigilavit, omnibus verbum Dei annuntiantibus, tam Parochis, quam quibuſvis alijs præcepit, ut parentibus rectam & in bonis moribus bene ordinatam inculcent liberorum educationem: *De filiorum autem educatione, & totius familiæ cura, quam diligentiſſimè aget, & crebro item; cum optima hæc inſtitutio maximè interſit ad omnes Chriſtianæ diſciplinæ rationes.* S. Paulus poſtquam filios ad obedientiam & ſubjectionem eximulaſſet paternam, mox ad parentes ſermonem ſuum convertens, ijſdem præcepit dicens: *Educate illos in diſciplina & correptione Domini.* Idem D. Chryſoſt. in cad. Homil. genitores propriorum filiorum ſuorum appellat homicidas, ſi illas per diſciplinam convenientem educare negligant: *Qui pa-*

Acta Eccl. Med. p. 4. pag. 488.

Epheſ. 6 4. D. Chryſ. ibid.

tres filiorum moderationem & temperantiam negligant, liberorum ſunt interfectores, atque ideo illis cruciatores quod ad interitum & mortem animæ hæc res tendat.

2. Quando prima omnium viventium mater primum partum ſuum in lucem edidit, non ſine myſterio notabilia hæc verba protulit; *Poſſedi hominem per Deum*: Etenim ſcire percuperem, quænam inter filium quemdam & poſſeſſionem aliquam reperiatur proportio. Nam Deut. 32. v. 6. dicitur: *Ipſe eſt pater tuus qui poſſedit te*: Reſponſionis loco dici poteſt, quod ſicut poſſeſſiones familijs ſubveniunt, eaſdemq, ſuſtentant, dum ex illis, quidquid ad victum & domus ſuſtentationem pertinet, deſumitur: Eodem modo filij ad inſtar poſſeſſionum genitorum neceſſitatibus ſubvenire, adeoq, poſſeſſionibus æquivalere tenentur. Præterea etiã conſiderari poteſt, quod quotidiana demonſtrat experientia, quod ſcilicet villa vel poſſeſſio quædam, quantumvis agros complectatur ex ſemetipſis fertiles & fœcundos, attamen niſi induſtria & laboriosa manu excolantur & elaborentur, urticas producit, & herbas inutiles, econtra vero quantumvis ager ſterilis ſit & ſylveſtris, ſi boni alicujus agricolæ ſollicitudine & laboribus excolatur, fertilis & fructifer efficitur: Eodem modo quantumvis filij bonis ſint natalibus, optimaque indole progeniti, ſi tamen à majoribus eorum negligatur educatio, omnino ab illis degenerant, vitioſique, petulantes, diſcoli, ignorantes, & malitioſi evadunt: Econtra vero filij qui humilis ſunt conditionis, & natalium, ſi in aſſidua coerceantur diſciplina, ſpiritus natalibus ſuis ſuperiores concipiunt, virtuoſique Docti, Deum timentes, & ad quodvis Reipublicæ officium ſufficientes & idonei efficiuntur. Conſiderare quoque poſſumus, quod ſicut circa villam vel poſſeſſionem aliquam, quovis tempore vigilantia requiritur & cultura, ſive ad ſarmenta inutilia reſcindenda, ſive ad vites amputandas, ſive ad arandam terram, ſive ad eamdẽ ſtercorandam, vel ſeminandam, ſive denique ad fructus colligendos, adeo ut labor ſemper labori ſuccedat: eodem quoque modo ad bene educandam aliquam familiam, opus eſt, ut continuo quovis tempore & omni cum ſollicitudine invigiletur, ut reprimantur filij contumaces, & perverſæ eorum voluntates & inclinationes, ut diſtorqueantur ab otio, à ludis, à malis ſocietatibus, denique ut in rectam dirigantur viam virtutis. Unde D. Chryſoſt. adverſus patrem hujus obligationis immemorem, illamque negligentem his verbis indignatur: *Magnum*, inquit, *habemus pretioſumque depoſitum filios, ingenti illos ſervemus cura, atque omnia faciamus: ne fur id nobis aſſtutus auferat. At vero nunc contra penitus facimus: nam ut fundus quidem ſit optimus cuncta molimur, eumque fideli viro magno cum ſtudio tradimus; Cæterum quod nobis omnium chariſſimum eſt, omnino negligimus, neque curamus, quo pacto filium noſtrum fideli cuipiam viro permittamus. Certe nulla nobis poſſeſſio, nullus fundus æque nobis gratus atque charus eſſe debet, quippe hæc omnia filijs quærunt. Igitur major nobis poſſeſſionã cura eſt, quam eorũ, quorã illi gratia comparantur, quod profecto abſurdiſſimum, atque ſtolidiſſimum eſt*; nam axioma eſt ab omnibus receptum: *Propter quod unumquodque tale, & illud magis.*

Gen. 4. 1.

Deut. 32. 6. Qualis ſit differentia inter filium & poſſeſſionem.

D. Chryſ. hom. 9. in 1. ad Tim.

3. Opulentiſſima, conſtantiſſimaque, quam parentes poſteris ſuis relinquere poſſunt, hæreditas, eſt bona filiorum educatio; Unde S. Carol. in Concilio 5. Provinciali ad perpetuam patrum familias inſtructionem, hæc verba conſcribi mandavit; *Nulla eſt amplior hæreditas nec præclarius patrimonium, quod parentes ſuis liberis relinquere, neque majus pretium honeſtioremque mercedem Domini ijs qui ſibi in ſervitute operam dant pro fideli eorum famulatu tribuere ac perſolvere poſſunt quam ſi effecerint, ut boni Chriſtiani evadant, quæ virtus omni terreno theſauro multo pretiojor eſt cenſenda*: Demum vero paulò poſt eosdem patres reprehendit, ſi filios à Deo ſibi datos bene educare negligant; Dicit enim: *In quo ſi parentes in his defuerint procul dubio exiſtentes ſibi fore, at ante ſeveriſſimum Chriſti Domini tribunal culpæ tribuantur, peccata omnia, quæ liberi non commiſiſſent, ſi ſuas illi partes in hoc alijsque ejusmodi Decretis præſcriptas, ſibique maxime debitas præſtitiſſent.*

Acta Eccl. Med. Concil. 5. Provinc. pag. 288.

Optima proliũ hæreditas, eſt bona educatio.

4. Apoſtolus ad Timoth. ita ſcribit. *Si quis ſuorum, & maxime domeſticorum curam non habet, fidem negavit, & eſt infideli deterior*; Quæ quidem propoſitio prima facie paradoxa videtur, ſiquidem Apoſtolus illam parentum in ordine ad bonam filiorum educationem negligentiam, cum infidelitate comparare non dubitat: At vero Chryſoſt. illam hoc ſenſu interpretatur: *Quando quod infidelis facit, tu facere negligis, nonne fidem abnegaſti?* Etenim barbari & pagani, & quilibet homo, etiamſi luminis veri Dei expers ſit, per inſtin-

1. Tim. 5. 8. Negligens proliũ educatio judicatur infidelitas. D. Chryſ. ibid.

instinctum tamen naturalem filios bene educare curat, quomodo igitur Christianus, qui legem profiterur Evangelicam, hujusque educationis præceptum habet, illam negligere audebit ? S. Thomas verba Apostoli hoc modo exponit : *Fidem negavit per opera, quia si non servat fidem his quos sibi natura copulavit : Consequens est, quòd nec alijs si fidelis conveniat cuvam parentum, gravius peccat, quam si hoc faceret infidelis.* S. Clemens Alex. in suo Pædagogo observat, quod Deus ut immensam curam quam in hoc maximi ponderis negotio habet, nobis demonstret, tale quoddam dictamen naturale omnibus impresserit, quod interius instar pædagogi, magistri & patris nos instruit, nosque reprehendit, & docet : *Utens omnibus sapientiæ machinis, admonens, reprehendens, increpans, arguens, minans, sanans, promittens, gratificans, multis velut quibusdam fræxis, à ratione alienas humanæ naturæ appetitiones alligans : Et ut paucis dicam, in nos ita se gerit Dominus, ut nos in nostros filios ;* Ecce tibi modum quem pater observare debet ad bene disciplinandum filios, eumdem videlicet, quem Deus interius illi præscribit, & tradit, quem utique si servaret, errare neutiquam posset.

S. Thom. ibid.

Parentes magis curant ut proles sint divites quam boni.

5. Unum ex majoribus malis, quorum major pars parentum rea esse nosciturr, in hoc consistit, quod scilicet curam suam eo præcipuè dirigant, ut filijs suis bona terrena copiosè accumulent : bonos mores, bonamque in via virtutis directionem nihili curantes. Plutarchus in libr. de educandis liberis, Cratem Philosophum optasse refert, ut in eminentissimo Civitatis loco positus, sequentia verba vociferari posset, ut ab omnibus audirentur : *Quo venditis homines, qui rei faciendæ nimium impenditis studium filijs instituendis, quibus vestras opes relinquatis, per exiguum.* Idem Plutarchus insuper subjungit : *Quibus ego addorem : Tales patres perinde agere, ac si quis de calceo sit sollicitus, & pedem nihil curet.* D. Chrysost. in homilia quadam *de liberorum educatione*, parentes suos quo ad hoc munus obligationes adimplere negligentes, perstringit dicens : *Tu vero ut equum habeant bonum, ut splendidas vestes, ut sumptuosum agrum, nihil non agis & moliris : ut verò animus filiorum sit bonus, ut pia voluntas nullam habes rationem.* Idem quoque Sanctus ad idem propositum his verbis scripserat : *Nam si à natura ipsa vitia homines hærerent, posset aliquis excusationis se velamine obtegere, quoniam vero sponte atque ex proposito, & probi & improbi efficimur, quam tandem ille probabilem excusationem poterit obtendere, qui quem omnium maxime diligit & charum habet, perverti, ac perditissimum & nequissimum fieri permittit ? An quod noluerit eum probum reddere ? Ecquis ex patribus unquam hoc dixerit ? Cum ex naturali affectu jugiter ad proiectam liberorum avidissimè expetendum excitetur : An vero quod non potuerit ? Nihil est quod illi minus conceserim, Nàm quod eum tenerum acceperit, primusque ac solus omnem ejus instruendi facultatem nactus sit, sempergue domi secum continuerit, & bellissime illum, & facillime imbuere ac moderari potuit.* Idem quoque S. Doctor postquam naturalem examinasset obligationem, quam genitores ad bene educandos filios habent, commoditatem quoque qua illud adimplere possunt, ac denique facilitatem qua filij eorum directionibus correspondent, utpote qua instar mollis, & teneræ ceræ, in juvenili ætate, ad omne id quod volunt, facillime inclinari possunt ; Tandem concludit hujus transgressionis culpam à nimia derivari cura, quam de bonis fortunæ illis accumulandis, in mente semper gerant : *Itaque* inquit, *nulla alia ex ratione perversi, ut fiant liberi contingit, nisi quod eorum patres circa vitæ præsentis commoda æquo amplius incumbunt, & ferè dixerim, insaniunt ; Cum enim illa solummodo inquirunt, nihilque illis præferendum censent, & suam pariter & liberorum animam negligere cogantur. Hos ergo patres, quod nemo tamen me commodius dicere, quam verius existimet, parricidis ipsis immaniores, sceleratioresque dixerim, illi enim corpus ab anima separant, isti & animam & corpus æternis ignibus tradunt.*

Plutarch. l. de educand. liberis. Idem ibid.

D. Chrysf. t. 6. ibid. Hom. 27.

D. Chrysf. t. 4. l. 3. adv. vitup. vitæ monast.

Parens S. Augustini quam fuerit sollicitus de ipsius educatione

S. Aug. l. 2. Conf. c. 3.

6. S. Augustinus *in suis Confessionibus*, patrem suum in eruditione filiorum accuratissimum fuisse refert, siquidem non solum in hunc scopulum non impegit, ut principalius ad accumulanda illis bona temporalia quam bona animi intentus esset, sed cum dispendio & damno facultatum suarum eosdem in studijs enutrire non intromisit : *Quis*, inquit, *non extolleret laudibus tunc patrem meum, quod tunc ultra vires rei familiaris suæ impenderet filio, quidquid etiam longe peregrinanti studiorum causa opus esset ? multorum enim civium longè opulentiorum nullum tale negotium pro liberis erat, cum interea non satageret idem pater, qualis evaserem tibi aut quam castus essem, dummodo essem disertus, vel desertus potius à cultura tua Deus, qui es unus, bonus, verus Dominus agri tui, cordis mei.* D. Chrysostomus adversus parentum desidiam sequens format efficax argumentum, dum ait: Si videres servum quemdam vilem filium suum tenerum & innocentem magna cum barbarie & crudelitate cædentem, & colaphizantem, quanta erga illum incendereris ira, indignatione, & zelo, ut illatam filiolo injuriam vindicares ? *Irasceris*, inquit, *indignaris, & bellua ferocius, in percutientis faciem insilis ; Diabolum verò quotidie cernens filios colaphis infringentem, dæmones inquam, in scelera ipsum inducentes, dormis tamen, nec doles, neque adversaris, neque truculentissimæ bestiæ eripis filium ? & qualem tu experieris humanitatem ?*

D. Chrysf. h. 27. cit.

7. Quamnam causam fuisse existimas, quod Deus S. Jobum in conspectu cœli & terræ tantis laudibus extulerat, in conspectu inquam terræ cum de illo dixit: *Numquid considerasti servum meum Job, quod non sit ei similis in terra ?* In conspectu cœli autem, quia ibi omnes Angelorum cœlestes Hierarchiæ congregatæ erant, quando inter tres personas divinas sublimes hujus sacrosancti Herois virtutes & præconia & merita ventilabantur D. Chrysostomus contra vituperatores vitæ monasticæ, præmittendo illum S. Pauli ad Timotheum scribentis textum : *Salvabitur autem per filiorum generationem, si permanserit in fide & dilectione & sanctificatione cum sobrietate.* Tandem S. Jobi adducit exemplum, dicens : *Job quoque sanctissimum virum cum ex virtutibus reliquis Scriptura collaudet, quam fuerit justus : quod verax, quod religiosus, quod pius, tum ex eo maxime, quod filiorum optime nutriendorum, habuerit summam diligentiam. Non enim ea cura urebatur, ut auram illis ostentosissimum acquireret, non ut humanagloria verendos & illustres cerneret, sed quid ille tandem requirebat ? Audi quid Scriptura dicat : Cum consummati essent dies convivij illorum mittebat Job, & purificabat eos, consurgensque diluculo offerebat pro eis sacrificia ad numerum ipsorum, vitulumque unum pro peccatis, & pro animabus eorum, dicebat enim Job in corde suo : ne forte filij mei in mente sua mala cogitaverint.* Mox vero idem Chrysostomus ex præmissis valde considerabilem deducit consequentiam, aptam nimirum ad confundendum quemvis Christianum parentem, rectam filiorum educationem nihili curantem : *Ullane nobis jam erit excusatio ejusmodi scelus admittere audentibus, quando is, qui ante legem fuit, qui nullo sacrarum literarum magisterio instructus fuerat, tantam filiorum ostendit, gessitque providentiam, ut de incertis quoque eorum & occultis tremeret, paveretque delictis, quænam nos jam excusabit ratio, qui cum simus sub gratia, cum tantis & tam insignibus magistris potiamur, cum ejusmodi exemplis abundemus, totque monitis erudiamur, non modo pro occultis incertisque filiorum peccatis non metuimus, verum aperta quoque & manifesta contemnimus.*

Sollicitudo S. Job. pro suis prolibus. Job. 2. 3.

8. Hugo Card. quoque ad hanc disparitatem quæ est inter Jobum & parentes hujus temporis, se reflectit, considerans Jobum adeo sollitum fuisse, ne filij sui etiam venialiter Deum offenderent, *Ne forte peccaverint.* Econtra vero ex alia parte multos parentes Christianos atque Catholicos non solum filijs peccata permittere, verum etiam illos ad vindictas, ad duella, ad arma, ad ludos, aliaque peccata exstimulare, filiosque suos Diabolo consecrare, *immolaverint filios suos & filias suas dæmonijs*, dijs quos ignoraverunt ; Utpote qui sub titulo nobilitatis & generositatis filiorum suorum animis spiritus iræ, vindictæ, superbiæ avaritiæ, & pueritia imprimunt: De quibus proinde ait : *Offerunt eos Diabolo ornando & pravis studijs imbuendo.*

Hug. Card. ibi. Magna differentia modernorum parentum & S. Job.

Ps. 105. 37.

9. Origenes aliam quamdam habet observationem, videlicet quod Job in præsentia filiorum victimas illas sacrificarit, ut mors illarum, quam spectabant, eis fræni loco esset, ne mortem spiritualem incurrerent, *ut videntes ipsi filij, metuentes, ac paventes ab omnibus peccatis, quæ animas perimunt, declinarent, & juventutis ignorantias à se depellerent.* Idem insuper observat Jobum idipsum fecisse eo tempore quo filij in ætate adulta erant, cumque bonis moribus imbuti fuerant ; Unde in persona Jobi ait : *Ne forte filij mei qui in disciplina nutriti sunt, qui in eruditione creverant, qui in Dei timore exercitati sunt, in quibus vixis ego gaudeo ; si ipsi vixerint Deo, si ipsi à Creatore non recesserint ;* De his inquam filijs qui nullum unquam malæ vitæ odorem, de se sparserant, pater adeo solicitus & anxius erat, ut pro eorum levibus culpis, quæ indubiè procul ab ipsis erant, sacrificia quotidiana offerret. Unde Origenes hanc infert consequentiam, quot sunt hodie patres qui in comparatione Jobi culpabiles erunt, quantum trepidare debebunt illi, qui peccata & scandala manifesta dissimulant, & non reprehendunt, imo eadem nonnumquam fovent ? Nam patres qui non erudiunt, neque corripiunt filios suos, & ipsorum animas igni inextinguibili tradunt, & semetipsos in furorem Judicij demergunt : Omnia enim quæ deliquerint filij, a parentibus requiruntur, qui filios suos non erudierint, vel corripuerint.

Cur Job in præsentia filiorum obtulerit sacrificium. Orig. l. 1. in c. 1. Job.

Idem ibid.

10. Valde considerabilia sunt illa S. Textus verba : *Mittebat ad eos Job, & sanctificabat illos ;* nimirum adhibebat alios, qui in illos invigilarent, eos instruerent, & Deum timere facerent, quanto igitur verisimilius est, quod ipsemet directè & immediatè ad hoc omnem adhiberit conatum ? *Cum dicitur : mittebat, & sanctificabat illos,* inquit S. Gregor. *apertè demonstratur quid districtionis erga illos præsens ageret, quibus absens solicitudine non deesset.* S. Apostolus ad Timotheum ita scribit : *Vidua eligatur... in operibus bonis testimonium habens, si filios educavit, si hospitio recepit, si Sanctorum pedes lavit, si tribulationem patientibus submisit, si omne opus bonum subsecuta est.* Ubi vides, quod Apostolus signum bonæ & virtuosæ viduæ non dixerit esse solitudinem, honestatem, pudicitiam, mansuetudinem, orationem, abstinentiam, sed primo loco bonam filiorum educationem expresserit. Idem Apostolus in eadem epistola paulo ante dixerat : Mulier salvabitur per filiorum generationem, id est, ut S. Hieronymus lib. 1. contra Jovinianum declarat, per bonam filiorum educationem, quia hæc certum est signum æternæ prædestinationis.

Job etiam sollicitus fuit de filijs absentibus.

S. Greg. l. 1. Mor. c. 4.

1. Tim. 5. 9. 10.

Quænam sit virtuosa vidua.

1. Tim. 2. 15.

S. Hier. l. 1. cont. Jov.

DISCURSUS II.

ARGUMENTUM.

Educatio, cui parentes primo omnium loco intenti esse debent, cum timore Dei conjuncta sit oportet.

THEMA.

Educate illos in disciplina, & correptione Domini. Ephes. 6. ℣. 5.

Prima parentum cura sit, ut proles educantur in timore Dei. S. Anselm.

1. VAlde considerandus est modus quo Apostolus parentibus liberorum educationem præscripsit, non enim contentus erat dicere : *Educate illos in disciplina,* sed protinus subjunxit : *& in correptione Domini, id est* ut S. Anselmus ait: *In his quæ ad Deum pertinent,* primo enim omnium loco timorem Dei illis imprimere debent; multi sunt qui ante omnia illos in Academijs bonarum literarum erudire, vel in scholis pugilum, vel tractandorum equorum, vel fabruum, & tripudiorum, vel in scientijs Mathematicæ, Cosmographiæ, Architecturæ, vel alijs similibus exercere faciunt, nec tamen fundamentum principale quod universum sustinet spirituale ædificium, videlicet Dei timorem quidquam considerant, quibus Apostolus ait : *Educate illos in disciplina, & correptione Domini.* Quilibet pater postquam à Deo ipsi datus est filius, merito cum longè feliciori sorte, quam Eva in primo suo partu fecit, dicere deberet : *Possedi hominem per Deum,* ac proinde, illum in timore illius Dei, qui hunc mihi donavit, educabo. Quilibet quem Deus prole beavit, intra semetipsum cum S. Machabeorum matre dicere deberet : *Neque enim ego spiritum & animam donavi vobis, & vitam & singulorum membra non ego ipsa compegi : sed enim mundi Creator qui conformavit hominis nativitatem, quique omnium invenit originem ;* Ac proinde justum esse agnoscere, quod cum hæc omnia Deus dederit, ipsi quoque eidem grati sint educando illos in timore & ad ejus reverentiam. S. Ambrosius de invicta illa matre ait : *Ista maternum in hoc ponebat affectum, si filijs magis perpetuam vitam quam temporalem suaderet.* S. Gregorius Nazianz. in oratione quadam in laudem S. Cæsarij fratris sui habita ostendit, quanto amplius genitores sui in hoc filio vitam amaverint spiritualem & æternam, quam temporalem & corporalem, ait enim : *Atque omnes felicitatis numeros expleverant, excepta hac postrema, ut quispiam existimare queat, sive probatione, sive dispensatione, hoc est meo quidem judicio ; ut præmisso filio, qui propter ætatis fabricam magis timendum erat, ita jam ipsi securo animo vitam claudant, & cum universa domo ad superna transferantur.*

2. Quantum obsecro illa Melithonis mater ex eo affligebatur, quod videret filium suum in numero quadraginta Martyrum non quoque expirasse ? *In eo supplicio mortui sunt omnes præter Melithonem natu minimum quem cum præsens mater ejus fractis cruribus adhuc viventem vidisset, sic cohortata est, fili, paulisper sustine. Ecce, Christus ad januam stat adjuvans te.* At vero cum vidisset, quod carnifex ipsum fidem negaturum esse sperareret, ipsumque propterea etiamnum viventem, una cum alijs fratrum cadaveribus currui non injecisset, ipsi Melithonem humeris suis impositum ad currum veloci gressu portare conata fuit, quam proinde Deus hac gratia donavit, ut inter maternos amplexus Melithon expiravit: *In cujus amplexu Melithon spiritum Deo reddidit, ejusque corpus in eumdem illum cæterorum Martyrum vogum pia mater injecit.* Sanctus Basilius in concione quadam quam in laudem quadraginta Martyrum habuit, ita loquitur : *Revera martyris mater : revera bonæ radicis germen bonum. Ostendit generosa mater quod magis ipsum pietatis dogmatibus enutriverat quam lacte, & hic quidem sic educatus sit à pia matre deductus est.* Est porrò vulgaris parentum error, quod magis soliciti sint pro filiorum vita præsenti, quam æterna, quod utique signum est, quod plus ament corpora, quam animas, qui profecto amor paternus non est : *Non quæras, quod longam vivat vitam,* inquit D. Chrysostomus, *sed ne infinitam, & quæ numquam desinat.*

In lection. 4o. Martyrum. Solicitudo matris S. Melithonis mart. pro salute filij.

S. Basil. conc. de Quadrag. Martyrib.

D. Chrysf. hc. 21. ad Eph.

3. In lamentationibus Jeremiæ legimus hæc verba: *Crudelis quasi Struthio in deserto.* S. Bernardinus de hac materia educationis filiorum differens: Per hæc animalia illos patres denotari, dicit : Qui potius eo directum habent oculum, ut filij in bonis corporis, quam in bonis animæ proficiant : *Struthio secundùm Isidorum, animal est in similitudinem avis, habensque alas, à terra tamen non elevatur, ova fovere negligit, sed projecta tantummodo flatu pulveris animantur, indurator ad filios quasi non suos. Per Strathiones mystice designantur parentes, qui de mala societate filiorum suorum, atque de ipsorum factu non curantes, tantum corpora nutriunt, moresque in eis negligunt & contemnunt, unde scelesti fiunt. Cujus profecto ratio & causa est, quia licet videantur habere alas Christiani cultus, à terra tamen non levantur, nec volunt, curarum secularium & criminum pondere prægravati.* S. Mater Ecclesia in festo S. Monicæ matris S. Augustini hanc ei laudem attribuit : *Monica S. Augustini dupliciter mater, quia eum mundo & cælo peperit ;* de qua proinde S. Augustinus in Confessionibus suis ita scribit : *Nutrierat filios toties eos parturiens, quoties abs te deviare cernebat.* Et quidem quia, non dantur dolores acerbiores illis qui in partu sustinentur, ideo S. Monica juxta quod filius ejus de illa scribit, toties patiebatur, & dolebat instar parturientis, quoties filios suos à recta timoris Dei via declinare videbat.

Thren. 4. 3. Parentes in educatione prolium negligentes assimilantur Struthioni. S. Bern to. 3. in Dom. 3. post Pent. A. 2. c. 1. Malitia. 3. S. Isid.

S. Aug. l. 9. Confess. c. 4.

4. In Isaia dicitur : *Pater filijs notam faciet voluntatem tuam ;* ubi ut S. Hieron. refert, Septuaginta legunt : *Ab hodie filios faciam, qui nunciabunt justitiam tuam ;* Tunc enim quis patris charactèrem in se portabit, dignusque erit qui Pater nominetur & in veneratione sit, si filios in timore Dei erudierit. Unde Chrysostomus in quodam sermone ita scribit : *Dic quæso charissime, si filium fame confectum videres, an eum posses contemnere, ergone panis fame divexatum non despiceres, divinæ autem doctrinæ fame pereuntem potes contemnere ? Quo pacto dignus fueris, ut pater voceris ? Siquidem multo gravior illa hic est fames, quanto funestiorem in mortem desinit, unde magis in hoc studium conferendum est.* Porrò quales parentibus respectu filiorum à Deo impositæ sint obligationes, Regius Psalmista his verbis recenset, dum ait: *Quanta mandavit patribus nostris, nota facere ea filijs suis, ut cognoscat generatio altera... ut ponant in Deo spem suam, & non obliviscantur operum Dei, & mandata ejus exquirant ;* Ecce in quonam bona filiorum educatio consistat, nimirum in eo, ut eorum mentibus & cordibus divinorum beneficiorum imprimatur memoria, exactaque divinorum præceptorum adimpletio. *Videtis*, inquit Salvianus, *quas parari opes à parentibus filius Dei jubeat non pecuniosis thesauros, nec graves metallo aureo saccos, non superbas, ac præeminentes excelsis urbibus domos, non fundos interminabiles : Non hæc Deus præcipit, pauca sunt quæ mandat, sed salutaria, scripto brevia, sed beatitudine sempiterni, ut ponant in Deo spem suam, & mandata ejus exquirant :*

Isa. 38. 19. S. Hier. ib. Septuagin. Erudiant proles in spe & timore Dei. D. Chrysf. t. 5. ser. 63.

Ps. 77. 5. 6. 7.

Hæ sunt opes quas illis parare. Salv. l. 1. ad Eccl.

cum vero Deus vivorum sit, non mortuorum, rectè illa parari filijs jussit, per quæ æternum viverent, non per quæ in æternum morerentur.

Notabile exemplum Blanchæ, matris S. Ludovici Regis.

5. Nemo est, qui nesciat, quo lacte Blancha Regina filium suum pro Regno cœlorum & vita beata enutrierit, qui proinde tam eminens in sanctitate, quam erat Majestate & magnificentia terrena excellens evasit (de sancto Ludovico Rege Franciæ loquor) huic enim pia mater sæpe suggerebat dicens: *Malim ô fili mi! te vita privatum, quam unum peccatum lethale perpetrantem.*

2. Reg. 21. Respha Saulis conjux vigilem circa filios suos in patibulo suspensos agebat cuitodiam, ne aves rapaces eorum carnes dilacerarent, & secum auferrent, idque facere continuavit, donec eorum cadavera sepulturæ honore afficere posset; At vero quanto melius hæc mulier fecisset, si hosce filios suos in timore Dei educasset? Etenim verisimile est, ipsam quamdiu filij vivebant, corporis potius quam animarum, filiorum suorum curasse salutem, ac proinde meritum inde retulisse supplicium.

6. Porrò quam anxia S. Monica mater S. Augustin. circa animam filij sui fuerit, idem S. August. Deum

Et S. Monicæ circa P. Augustinum. hisce verbis affatus testatur: *Sed matris in pectore jam inchoaverat templum tuum & exordium sanctæ habitationis. Itaque exsilivit pia trepidatione ac timore, & quamvis mihi nondum fideli timuit tamen vias distortas.* Abraham quoque gloriosissimum illum promeruit honorem, ut *Pater credentium* appellaretur, in præmium videlicet, quod totam suam posteritatem cœlo electam, bonam in timore sancto Dei educationem docuisset, prout in Isaac manifestè viderur, qui tanta cum promptitudine & sine ulla contradictione se supra ligna collocari & ut paternis manibus jugulatus offerretur in holocaustum ligari permisit; Quodque non minore consideratione dignum est,

Gen. 17. 18. Abraham pro Ismaele, ut solum pro Dei honore viveret, rogavit dicens: *Utinam Ismaël vivat coram te.* S. Augustinus impossibile esse censebat, quod Deus matris suæ lachrymas non exaudiret, eo quod aliud à Deo non peteret, quam ut filius suus Augustinus Deo serviret, & in sancto Dei timore viveret. *Hujus* vero

S. August. lib. 2. Conf. c. 9. lachrymas contemnes, *quibus non à te aurum & argentum petebat, nec aliquid mutabile, & volubile bonum, sed salutem animæ filij sui.*

Exod. 12. 26. 27. 7. In Exodo scribitur: *Cum dixerint vobis filij vestri, quæ est ista religio? Dicite eis: Victima transitus Domini est.* Circa quem locum sacri Expositores

Proprio ore proles instruant in pietate. observant Deum parentibus præcepisse, ut ore suo proprio filios in timore & religione Dei, in observantia legum Divinarum, & in ritibus ceremonijsque sacris ad cultum Dei pertinentibus instruerent; Ac proinde S. Apostolus non sine causa ait: *Patres carnis nostræ eruditores habuimas.* Joseph quoque Hebræus Historicus testatur, quod *Hebræorum præcipua*

Hebr. 12. 9. Joseph. l. 1. contra Appion. *cura erat, circa filiorum nutrimenta, eos divinarum legum custodiam, traditionem, & pietatem, tamquam totius vitæ opus necessarium edocere.*

Narrent illis magnalia Dei. 8. In eodem quoque Exodi libro, postquam Moyses Pharaoni cum virga prodigiosa, qua eum ad divinam voluntatem implendam, populumque dimittendum induceret, se sistere jussus esset, ita eum legitur allocutus Dominus: *Ut faciam signa mea hæc in eo, & narres in auribus filij tui & nepotum tuorum, quoties conriverim Ægyptios;* Circa quæ verba ita discurrit

Exod. 10. 1. 2. Oleaster: *Audis hic, qualiter parentes teneantur docere filios suos ea, quæ ad gloriam Dei pertinent, & fidemnam ex hujus cognitione homines in fide firmantur, & Deum beneficum diligant.* Prodigia in beneficium eorum præstiti., filijs narrari voluit, ut hi à primis annis amorem conciperent & timorem, tam gratiosi potentisque Dei. Unde & Psalmista inquit: *Patres*

Oleast. ibid. *nostri annuntiaverunt nobis;* quæ verba S. Gregorius hoc dilatat discursu: *Audite, quotquot filiorum vestrorum nullam curam geritis, quicumque carmina diabolica canentes, contemptis divinas narrationes: sed non hi ejusmodi sed in narrationibus præclarorum Dei factorum vitam assidue consumebant:* Sanctus pariter Isidorus

Ps. 43. 2. Peluseota, sequentem nobis ad præsens intentum exhibet doctrinam, scilicet: *Qui liberis suis adhuc in tenera ætate primum quidem verum de Dei excellentia, atque providentia sensum; Deinde virtutem, moresque probos inserunt, hi cum non modo parentum, sed & optimorum Magistrorum munere fungantur, à Deo mercedem accipient.*

D. Chryst. S. Isid. Pel. lib. 5. ep. 9.

S. Greg. l. 1. in Job. c. 4. 9. S. Greg. zelum considerat, quo Job salutem suorum filiorum continuo promovebat spiritualem, & quamvis de his nullus ei constaret defectus, nihilominus in quotidianum antidotum innocentiæ ijs applicabat juge sacrificium, dicens: *Ne forte peccaverint:* Timebat namque, ne vel minima forte cogitatione, suggestionibus consentientes, Deum offenderent: *Ne forte benedixerint Deum in cordibus suis, sed quia B. Job filij tanta fuerant disciplina bonæ institutionis accincti, at neque per facta in convivijs, neque per verba delinquerent, ideo ut aperte idipsum monstraretur, subditur:* (*Dicebat enim, ne forte peccaverint filij mei in cordibus suis*) *perfectos quippe esse in opere & sermone docuerat, pro quibus de sola pater cogitatione metuebat.* ita S. Gregor. quem pariter zelum & fervorem S. Chryst. sequentibus commendat encomijs: *Hoc modo,* inquiens, *consulitur liberis, non dicebat, quod plerique homines solent, opes illis relinquam, non dicebat: Gloriam illis comparabo: Non dicebat: Mercabor principatum. Sed quid? Ne quid cogitaverint in cordibus suis. Hæc est magna opulentia, hic thesaurus est, si Dei timorem habeamus.* Ob hanc igitur in filios solicitudinem Deus ipsum super omnes Orientis Principes bonis abunde locupletavit temporalibus: Olympiodorus, in catena Græca citatus, sui palmam, an Jobo, an filijs tribuat ambiguus, inquit: *Admiratione digni sunt filij, sed admiratione dignior horum pater, & magister illorum; nullum enim peccatum apertum apparebat, hujus vero tanta in Deum, liberosque charitas erat, ut peccatorum etiam, quæ mente concipiuntur, curam susciperet.* Ast cur nullam peccatorum externorum mentionem ingessit, sed solummodo ait: *ne forte cogitaverint in cordibus suis?* Quia scilicet eos industrie adeo perfecteque in timore Dei, in spiritu, & virtute instruxerat, ut omnibus in operationibus eorum mera reluceret modestia, exemplaritas & innocentia, absque ullo nævo reprehentibili, solas igitur pertimescebat cogitationes & suggestiones internas.

Matth. 20. v. 21. Auth. Imp. hom. 3. Quale regnum petierit mater filiorum Zebedæi filijs suis. 10. Author Imperfectus, Zebedæi filiorum matrem primas autumat pro filijs petijsse sedes, in regno non terreno, sed cœlesti: *Non sentit illa sicut & cæteræ matres, quæ corpus natorum suorum amant, animam autem contemnunt. Desiderant illos valere in sæculo isto, & non curant quid passuri sint in alio. Alij militias filijs suis providunt, alij honores, & nemo filijs suis providet Deum, perditionem illorum cum magno pretio comparant, & salutem illorum nec dono accipere volunt. Si viderint illos pauperes, tristantur & suspirant; si autem viderint illos peccantes, nemo tristatur, ut ostendant, quia corporum sunt parentes non animarum.*

2. Reg. 23. 3. Quod David docuerit filios suos primò timorem Dei. 11. David Rex qui ut Scriptura ait: *In cathedra sapientissimus fuit*, filios suos eruditos esse voluit, sed quamnam ijsdem lectionem frequentius prælegisse existimatis? num forte Philosophicam? vel artem militarem, aut verò politicam, & status rationem? vel denique Architecturam? nihil horum ab ipso prælectum fuit; Audite igitur ipsummet in verbis suis explicantem, dicit enim: *Venite filij, audite me, timorem Domini docebo vos;* Monet eos timendum Deum, inquit, Cajet. *hoc enim erat præcipuum intentum Davidis.* S. Remigius ait: *Timorem Domini docebo, id est, vos instruam, qualiter debeatis Deum timere, ut nihil vobis desit in ullo bono;* unde patet quod licet Rex fuerit, multorumque regnorum imperium gesserit, atq; in persona propria ad bellum processerit, bonam tamen suorum in timore Dei educationem nequaquam neglexit.

Cajet. S. Remigi. ibid. Pf. 33. 12.

S. Thom. Hic præferendus est omnibus alijs scientijs. D. Chryst. h. 22. ad Ephes. 12. S. Thomas ait: *Incipit à timore, & bene; quia in scientia incipiendum est ab elementis, at vero Prov. 1. dicitur: Timor Domini initium sapientiæ divin.c.* Ubi notandum Ly illud *sapientiæ divinæ*, studium enim cui filij nostri applicandi sunt, primo omnium loco in timore Dei consistit, unde D. Chrysost. ait: *Ne studium ponas, ut eum facias oratorem, sed eruditi ut sit Philosophus* (moralis nimirum) *nam si illud quidem non sit, nihil est damni, si hoc autem absit, nullum erit lucrum Rhetoricæ quamvis multæ. Opus est moribus non dicendi facultate; vitæ modestia non orationis vehementia; factis, non verbis; ne linguam acuas, sed expurges animam; non hæc dico prohibens eruditre, sed prohibens illis solis adhibere animum.*

Theophyl. in c. 6. ad Ephes. Hoc maximè necessarium est, si velint habere filios obedientes. 13. Theophylactus hoc alio insigni dogmate adducta illustrat verba: *Educate eos in disciplina & correptione Domini ad principium, adeoque causam obedientiæ ascendit, monstrat; parentibus, qua ratione obedientes filios faciant; Si enim, inquit, vis obedire tuos filios, institue eos divinis sermonibus;* Si enim à parentibus omnium primo timorem Dei didicerint, instructionis mercedem parentes ferent, filiorum erga eos reverentiam & obedientiam. Quam obligationem parentibus omnes Sancti inculcare satagunt, S. quidem Augustin. ait: *In*

S. Aug. l. 9. de Genes. ad lit. *In prole ut amanter suscipiatur; benigne nutriatur religiose adjuvetur.* S. quoque Chryst. duobus in locis idem inculcat, & primo quidem in sermone in quo examinat, cur in festo Pentecostes acta legantur Apostolorum, ait: *Hinc naturæ cognationem agnosco; si plus in spiritualia studijs conferant,* quasi diceret: Veri sunt Patres qui plus animam quam corpus diligunt. Et in homilia cui titulus, *de liberorum educatione*, apertius dictam obligationem edocet in hæc

D. Chryst. t. 6. h. 27. de lib. educat. verba: *Cogitare parentes oportet, non quomodo filios auro & argento divites faciant, sed qua ratione, pietate & sapientia, virtutumque possessione omnibus evadant locupletiores.* Insuper S. Bernard. parentes nisi filios in timore Dei eruditerint, nullam à filijs gratitudinem exspectare posse aut reverentiam, evincit his

S. Bern. t. 4. ser. 12. p. 2. in Dom. 2. Quadr. verbis: *Quomodo filius non timet Deum, neque cognoscit, neque amat, non exspectet Pater, quod sit gratus versus se, quia qui non curat de Deo qui Pater est omnium, multo minus curabit de Patre terreno.* S. Basil. conc. 21. in Luc. 218. lius ita Patres adhortatur: *Instrue sermonibus, ac doctrinis bonis, eruditilibus exemplis, quales conveniat esse erga Deum.*

DISCURSUS III.

ARGUMENTUM.

Propter parentum mala exempla, & impiam vitam, filij quoque parentum vitia discere, vitamque suam malo fine claudere solent.

THEMA.

Omnis arbor bona, bonos fructus facit, mala autem arbor, malos fructus facit. Matth. c. 7. v. 17.

Parentes comparantur arboribus. Marc. 8. v. 24. 1. IN arbore figuratur homo à Philosophis dictus: *Arbor inversa*, quem sensum cæcus ille pariter illuminatus retexit; quid est dicat: *Video homines velut arbores ambulantes.* Clarius S. Bonaventura discurrens, in arbore bona, bonum astruit designari hominem: *Bona arbor est bonus homo*, idem igitur est dicere arborem bonam germinare fructus, malamque malos; Quod à malis moribus & vitijs parentum malos gigni filios, probosque à probis. Unde & Evangelium textui inhærens, inquit: *Non potest arbor bona, malos fructus facere, neque arbor mala, bonos fructus facere:* Quod alijs verbis Sapientia eadem incarnata apud eumdem Evangelistam confirmat, inquiens: *Aut facite arborem bonam & fructum ejus bonum, aut facite arborem malam, & fructum ejus malum;*

Matth. 7. v. 18. *siquidem ex fructu arbor cognoscitur: progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui cum sitis malæ?* Prodigium equidem foret, si Cedros spina, si vepres uvam proferrent, aut vipera nectar? Eodem modo omnipotentiæ divinæ attribuendum est miraculo, si patres vitiosi, scandalosi, & impij pariant, educentque filios bonos, disciplinatos & virtuosos. Quam à Christo maligmis Scribis & Pharisæis factam exprobationem ita prosequitur S. Chryst. *Ecce namque,* inquit, *cum depravatæ arbores suis, bonum fructum producere non potestis, quare non mirandum, si malè loquimini: quia cum à malis parentibus educati sitis, mentem quoque malam possidetis.* Radix arboris infecta ipsos pariter inficit, & contaminat fructus, siquidem hi ab illa vitiosum malumque suscipiunt nutrimentum. Quam ab arbore desumptam similitudinem, S. Chryst. etiam contra Patres, qui malo filijs sunt exemplo, his contorquet verbis: *Parentis vitium est filiorum exitium, sicuti in arboribus vitium seminis, totius arboris vitium est:* Qui idem Sanctus ad filiam Herodiadis, Regisque sacrilegi benevolentiam propter unicum saltum

D. Chryst. hom. 12. 1. ad Pop. medietatem Regni sui appromittentis reflectens, arborem inibi redarguit pestiferam, dum ait: *Responditne tuo turpis generi, dum patri complacet turpiori? de adulterio namque turpis debuit procreari.* Hinc illa singulariter Evangelistæ verba: *Cum placuisset Herodi,* confiderans subjungit: *Tota patri sit deformitate formosior, & revera jam credidit tunc Herodes, cum talem vidit, nam palasse alienam judicam vel aliquantulum pervidisset.*

2. Tim. 3. 4. S. Thomas. Parentes impudici proles generant similes. Sap. 4. 6. 2. S. Thomas illa S. Pauli ad Timotheum verba: *Filios habentem subditos cum omni castitate* inquit, meritò Apostolus hos filios valde continentes esse desiderabat, secus enim patrem suum impudicum esse argumento fuissent, *in omni,* inquit, *castitate, quia mala eorum vita esset testimonium contra parentem,* juxta illud Sapientiæ, c. 4. *Ex iniquis connubijs filij qui nascuntur, testes sunt nequitiæ adversus parentes in interrogatione sua.*

Et ut Ecclesiasticus ait: *De patre impio quæramur filij, quoniam propter illum sumus in opprobrio,* scandala enim & mala parentum exempla continuò imprimuntur in filijs, cum enim illa incessanter ob oculos habeant, faciliter illis adhærescunt, eademque tenaciter retinent, sic enim quando Deus adversus populum suum omnibus iniquitatum generibus obnoxium exasperabatur, eisdem per Jeremiam insinuari fecit; omne malum quo premebantur suam à malo hoc parentum erga filios exemplo habere originem; Et ne Propheta per efficaces intercessiones suas flagellum quo illum Deus castigare decreverat; eidem è manibus eriperet, dixit illi: *Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis laudem & orationem, & non obsistas mihi quia non exaudiam te,* causamque cur ad hunc furorem provocatus esset allegans, subjunxit: *Nonne vides, quid isti faciunt in civitatibus Juda & in plateis Jerusalem? filij colligunt ligna, & patres succendunt ignem, ut faciant placentas Reginæ cæli, & libent dijs alienis.*

Eccl. 41. 16. Vitia parentum transeunt in filios. Jer. 7. v. 16. 3. In libro Geneseos memorabile factum illud recensetur, in quo Noë à vino perturbatus & obrutus ob nuditatem suam à Cham filio suo derisus fuit; *Quod cum vidisset Cham pater Chanaan,* inquit sacer textus: Circa quæ verba merito quærendum venit, cur pater & filius simul in hac occasione nominentur? In qua quæstione duas ad propositum nostrum facere possumus observationes; quarum prima est, quod Cham, qui in tanto patre suo tot admirari & imitari poterat virtutes, illis relictis oculum suum in hunc non voluntarium defectum deflexerit, siquidem Noë hanc ebrietatem non præviderat; unde deducitur, quantum depravata & corrupta natura nostra ad imitanda mala potius, quam bona superiorum & genitorum nostrorum exempla pronior sit, atque proclivior; Alia observatio est, quod Spiritus Sanctus qui sacrum Chronistæ calamum semper direxit, Cham patrem Chanaan tunc appellarit; quando Chanaan nondum natus erat, sed quo mysterio Spiritus Sanctus hac anticipatione uti voluit? Sanctus Ambrosius ait: Sacrum textum Chanaan mentionem fecisse etiam antequam natus esset, ut omnes posteri intelligerent, unde impius hic filius malitiam & impietatem suam apprehenderit vel didicerit: *Mala arbor malos fructus facit. Quæro nunc; cur non simpliciter dixerit: Vidit Cham nuditatem patris, sed vidit Cham pater Chanaan; cur ergo nomen additit filij, nisi ut & vitio Authoris deformaveur hæreditas; & Author filij nequitia gravaretur? Et pater igitur in filio, & in patre filius redargiuntur; habentes stultitiæ, nequitiæ, impietatis quoque commune consortium: nec poterat fieri, ut bonum generaret filium, qui bono patri nequam filius, & naturæ & eruditionis degener existisset:* Verumtamen Theodoretus in ea est opinione, Chanaan natum fuisse, dum hæc historiæ sertes contigit, illumque prius extitisse qui sanctum, & decrepitum senem irrisisset: *Primum Chanaan verenda avi sui vidisse, seque solum patri narrasse tamquam de sene ridentem. Itaque si Cham fratri similis fuisset, non debebat impiè ad patrem accedere, sed objurgare eum qui primus viderat, & illudebat.* Notandum vero, Moysen non sine ratione errorem patri adscripsisse, quia patres transgressionum à filijs commissarum causæ esse solent. Vel quia illos non reprehendunt, vel quia malum ipsis præbent exemplum: *Non enim potest arbor mala bonos fructus facere,* sic enim quia Agrippina mater Neronis libidini dedita fuit, ejus quoque filius libidinis maternæ vestigia fuit subsecutus Heliogabalus matrem Græcam habuit quæ meretrix fuit. Bethsabæa quondam adultera peperit Salomonem, qui præter trecentas concubinas septingentas Reginas in thalamum suum admisit.

Probatur exemplo Chami & Chanaan. Gen. 9. Theodor. q. 57. in Gen. 4. Sanctus Bernardus inter alia miracula quæ in sancto Malachia Episcopo Hyberniæ, cujus ipse vitam conscripsit, admiratur, hoc unum fuisse refert, quod de natali barbarie traxit nihil, non magis quam de sale marino pisces maris; setenim pisces in mari, quod amarum & salsum est, nutriuntur, vivunt & morantur, & tamen illa salsedine nihil penitus retinent, adeo ut quia insipidi sunt, illos fi manducare volumus, salire cosdem necesse sit; eodem modo filij quando ex materno utero egrediuntur defectus, dementia, malosque suorum genitorum mores secum non portant, quia natura malitiam non attrahit, & tamen veritimum est, quod postea mala genitorum & nutricum exempla impiaque dictamina facillimè imbibant, ac proinde teste experientia difficile admodum est, quod filij bonum vitæ

S. Malachias nihil vitij traxit à parentibus barbaris. S. Amb. l. de Noë & Arca, c. 30. Mala parentum exempla facile imbibuntur à prolibus.

suæ.

siæ exitum habere queant, quando malam à parentibus suis sortiti sunt educationem. S. Augustinus causam quærit, ob quam Deus in infamibus illis civitatibus Sodomæ & Gomorrhæ omnes homines cujuscumque demum ætatis & conditionis æqualiter igne consumi fecerit? quam enim culpam filij etiamnum innocentes in transgressionibus paternis habere poterant? Respondetque Deum innocentibus ejusmodi filijs specialem præstitisse gratiam, dum vitæ filum illis præpropere præcidit, quia *difficile de malis nati, & inter nequissimos educati, mentem suam temperant ad disciplinam sequendam: Vide ergo si non magis beneficium filijs perditorum: provisum enim est illis, ne diu viventes exempla sequerentur patrum.*

S. Aug. t. 4. ex qq. Vet. Test.

5. Verumtamen in hac materia notanda est insignis quædam S. Bernardini doctrina, ex qua evidenter colligi potest, quòd mala parentum vita filios ad malum semper inclinet, licet violentiam nullam inferat, dicit igitur præfatus Sanctus: *Nota quod provenit quandoque, quod filij sunt vitiosi etiam ex defectu parentum, quia si pater generat filium in mala dispositione, nocet genito, puta, si pater generat filium, quando est ebrius, filius est ebriosus: si generat, quando est in magno affectu taxillorum, filius fit taxillator & similia.* Idem quoque Sanctus alibi facta quædam funesta refert, ex quibus clarè satis colligitur, quàm sint mala parentum exempla pernitiosa ipsis etiam filijs: *Interrogatus canter, quare sic retrorsum ibat, respondit, quod sic didicerat à parente.* Addit quoque idem S. Bernard. se à persona quadam fide digna memorabile quoddam audisse facinus, quod suo tempore contigerat: De filio quodam impio, qui parentem è domo sua exturbatum, & improperijs onustum per capitis comam & barbam apprehendit, pugnisque & calcibus crudeliter contudit, ac demum per longum plateæ spatium per terram raptavit. Cumque ad certum quemdam illius plateæ locum pervenisset, pater ille sic misere tractatus, his filium suum verbis affari cœpit: Non plus, non plus, fili mi, quia hucusque traxi ipse patrem meum, & tu fili mi fecisti vindictam ejus: nimirum quia recordabatur, quam indigne ipsemet spectante filio suo patrem suum filij avum tractaverat, facile intelligebat, Deum justo judicio suo permittere, ut idem quoque de manu filij sui pati cogeretur impietatis supplicium: *Intelligens judicium Dei, filio cum lachrymosis gemitibus & ululatibus ait: Non plus, &c.*

S. Bernard. Tom. 4. ser. 12. in Dom. 2. Quadr. p. 2. Pravitas filiorum sæpe provenit ex mala dispositione genitoris.

S. Bern. T. 2. in Dom. 2. Quadr. ser. 17. A. 1. c. 7. Notabile exemplum.

6. Refert quoque aliud factum simile, quod in territorio Forolivienſi in Spilimbergo contigit: Cum enim Dominus castelli illius quadam vice ingens in domo quadam audisset clamantis lamentum, eo ingressus, invenit filium diris modis patrem suum percutientem; unde compassione erga patrem commotus & furore percitus in impium filium, eumdem velut tygride fœviorem justis afficere pœnis statuit; *sed ecce*, inquit S. Bernard. *mox pater ille genuflectens coram Domino dixit: Ne percutias filium meum, quia etiam ego verberabam genitorem meum, quod audiens ille, & considerans judicium Dei, statuit, quòd de cætero ad libitum ipsum nequàm verberaret.* Pergit in eodem sermone ulterius, & sequentem recenset historiam: *In villa*, inquit, *rusticus unus labium faciebat, & puerulus suus ait: Pater quid vis facere? & rusticus ait: Volo in labio isto dare comedere avo tuo: & puer à Deo inspiratus dixit; Pater mi, fac ipsum bene magnum, qui cum eris senex, sicut est avus meus, ego similiter dabo tibi comedere intus.* Quæ verba audiens rusticus, compunctus destitit, seque emendavit.

S. Bern. T. 4. ser. 12. ib. cit. 2. par.

Aliud simile.

Exemplum tertium ejusdem tenoris.

7. In urbe Mantuana, inquit idem S. Bernardinus, alius quidam casus accidit; Nam juvenis quidam uxorem ducere volens, de conditione autem patris sui, qui senex decrepitus & orbus fuerat, erubescens, ne ipsius causa in die nuptiarum aliquo perfunderetur pudore coram invitatis convivis, eumdem paulò ante nuptias foris extra civitatem perduxit, ut illum in Ecclesia quadam uno milliari a loco habitationis dissita reclude-ret; Pater autem se è civitate educi videns, quòd versus tamen, & in quem finem id fieret ignorans, omnino anxius & tristis affligebatur: Jamque defatigatus eundo, super ingenti quodam lapide se prostravit, in quo decumbens ex filio causam & terminum itineris perquisivit, de quibus cum à filio certior factus fuisset, mox pater exclamavit, dicens: *O digna & vera Dei justitia! memini fili mi, quod similiter feci patri meo, quando duxi matrem tuam, & dixi eam per istam viam, & ad istam Ecclesiam, & passuri super hoc lapide, sicut & ego; Ideo bene facis, fili mi, satisfaciendo mihi eo pretio; quo ego satisfeci patri meo, sed quam tibi significo, quòd posteris tuis relinquam, ut similiter tibi faciant, sicut tu mihi fecisti, quod audiens filius exterritus magnam Dei justitiam contemplando, reduxit patrem ad proprios lares, & ipsum ad nuptias primatem in mensa locavit, ut decuit.* Ex quibus exemplis verissimum esse colligitur, quod parentes ut plurimum malas inclinationes & propensiones suas transmittere ad filios soleant. Unde Plutarchus de liberorum institutione differens, hoc genitoribus eorum post se reliquit salutare documentum, dum ita scribit: *Ante omnia decet genitores numquam tiiubando, sed omnia vite agendo, illustre liberis semetipsos exemplum proponere, quo ipsorum vitam sicut speculum respicientes, à turpibus factis & dictis deterreantur.* Cui consonat quod pariter S. Bernard. his verbis scribit: *Ideo*, inquit, *tu pater, nativas sic filios tuos, ut sis illis in maxima reverentia ex modestia morum tuorum.*

Plutarch. de Instit. liberor.

S. Bern. T. 4. ser. 12.

8. Plutarchus apud Lacedæmones duos fratres fuisse scribit, qui cum inter se litigarent, tandem causa in judicium deducta, ambo ab omni fuerunt reatu absoluti: Econtra vero punitus pater eo quod authoritate, disciplina, bonoque exemplo filiorum discordiam non prævenisset, in magnam igitur Jobi, & filiorum ejus laudem S. Gregorius exclamat, dicens: *O inæstimabilem paterna institutionis laudem, & pater dives dicitur, & filij concordes asseruntur, & dum dividenda inter eos substantia aderat, corda tamen omnium indivisa charitas replebat;* idque ob bonam educationem, quam illis Job Propheta procurabat.

Plutarch. in Laced. Pater punitur propter delicta filiorum.

S. Greg. l. 1. mor. c. 4.

9. Terribilis item est casus, qui filijs ab ursis dilaniatis accidisse in Scriptura refertur. Cum enim Elisæus Propheta in Bethel ascenderet, pueri quidam Prophetæ Calvitiem in vertice notantes vocibus ludibrijs post illum clamarunt: *Ascende Calve, ascende Calve*; quibus sanctus vir Dei, quantumvis aliunde, mitis & clemens ex parte Dei maledixit: *Qui cum respexisset, vidit eos, & maledixit eis in nomine Domini*, & ne inanis videretur hæc super eos pronunciata maledictio, facer textus subjungit: *Egressi sunt duo ursi de saltu, & laceraverunt ex eis quadraginta duos pueros*, sed numquid ætatis, judicijque immaturitas ipsos à contumelia & malitia excusare poterat? siquidem non viri, sed pueri parvi egressi sunt. Verum quidem hoc est, ast si hac in natura & educatione pessima accrevissent; ad furcam & patibulum infernale condemnati fuissent; dicente Procopio: *Hac pœna ipsis pueris beneficium contulit, quod crescentem progressu temporis malitiam eorum inhibuit.* Ast juxta Lyranum Deus per hoc supplicium damna edocere voluit, quæ mala parentum exempla filijs creant: *Pueri parvi, edocti ad hoc & incitati à suis parentibus idololatris, ut subsannarent Prophetam Domini, & ideo maledixit eis ut parentes eorum in ipsis punirentur, & ut malitiam parentum amplius non imitarentur.* S. August. inquit: *Rem parentibus instigantibus fecisse pueri contumeliosi credendi sunt: neque enim illi clamarent, si parentibus displiceret.* Ast juxta Justini Martyris sententiam: *Deus puerorum clade parentes flagellavit, ac simul posteros monuit, ut in vero Dei cultu, modestia, & probitate filios suos educent, ne similiter castigentur.*

Cur Ursi dilaniarint 42. pueros tempore Elisæi, 4. Reg. 2. v. 23. Ibid. v. 24. Ibid. Procop. in Gloss. Lyran. S. Aug. ser. 204. de Temp.

10. Celeberrimum equidem, notissimumque illud neminem latet à S. Greg. adductum de puerulo blasphemante exemplum, quem diabolus è sinu paterno abripuit: *Quatenus reatum suum pater ejus agnosceret, qui parvuli filij animam negligens, non parvulum peccatorem gehennæ ignibus nutrivisset:* cui non dissonat illud quod Cornelius Jansenius de quodam juvene tradit, qui in florenti ætate ad patibulum condemnatur, conquestus est se non à judice, sed ab educatione, & pessimis condemnari nimium indulgentis benignæ matris exemplis. Rachel è domo paterna profugiens, quantumvis mulier sancta foret, nihilominus *furata est idola patris sui:* qui forsitan tantarum divitiarum domus nihil possidebat antiquius aut opulentius, quam dicta idola? sed facilis est responsio, Racheli namque filiæ malus adhærebat patris Laban flagitiosi impijque viri genius, qui si non falsa numina, argentum certè & aurum, ex quo fabricata erant, ambiebat.

Alia exemplaprolium male educatorum. S. Greg. l. 4. Dial. c. 18. Jansen. in c. 23. Prov.

DISCURSUS IV.

ARGUMENTUM.

Virtutes parentum ad filios transfinituntur, qui proinde se parentibus in bonis moribus similes esse probare debent.

THEMA.

THEMA.

In filijs suis agnoscitur vir. Eccl. cap. 11. 30.

Filij sunt imago parentum.

1. FIlius viva est patris imago, similisque illi non modo secundum corporalem, sed & moralem bonorum malorumve morum constitutionem, dicente S. Ambr. *Unusquisque in filijs suis æstimatur:* quam æstimationem sequenti individuat doctrina: *Si bene filios suos instituit, & disciplinis eruditvit, siquidem ad negligentiam patris, refertur dissolutio filiorum* unde & idem Eccles. inquit: *Deus honorat patrem in filijs:* quem textum Paulus de Palatio, de authoritate paterna explicat in hæc verba: *Id est, quia Deus naturalem authoritatem, dignitatem, & imperium dedit patri in filium, ac ideo ex ipsa natura debet patri filius obedientiam.* In patris pariter honorem bona filiorum cedit educatio in ijs namque virtus elucet educantium; quam ob causam Davidis, prostrato gigante Goliath, stirpem & originem expetit Saul, dicente Scriptura sacra: *Ait ad Abner Principem militiæ, de qua stirpe descendit hic adolescens?* Imò ipsummet Davidem interrogavit, dicens: *De qua progenie es tu ô adolescens!* Quis nescit militum in exercitu valorem requiri, non generis originem? Pro resolutione credendum est utique Regem ideo natalium Davidis cognoscendorum cupidum fuisse, ut ex illis quisnam ejus pater fuerat, agnoscere posset, siquidem in Davide valde virtuosum notaverat indolem, mores amabiles, & educationem minimè vulgarem, atque ideo illum parentum suorum notitiam habere voluisse verisimile est, ut illos remuneraret, munerique alicui honorifico abhineret.

S. Ambr. l. 1. Regum. Isai optime educavit filios suos, & inter illos Prophetam Nathan. Matth. 1. v. 1. Unde Abraham meruerit fieri summus Dei amicus? Gen. 18. v. 17. Ex bona educatione prolium. Procopius. D. Chrysost. hom. 42. in Gen. Magna præmia bonæ educationis. Acta Eccl. Mediol. Conc. Provinc. 3 p. 103.

2. S. Hieron. in traditionibus Hebraicis Isai octo habuisse filios dicit: id quod etiam ex primo Reg. c. 16. colligitur. At vero *quæritur*, inquit S. Hieron. *cur octo filios habere dicatur, cum in libro Paral. non amplius quam septem legamus?* moxque dubium resolvit dicendo: *Natum Propheram, qui & Jonathan vocatur, in loco filij educaverat & nutrierat.* Ratio igitur, cur filij Isai virtuosi fuerint, ideoque de ejus familia Deus virum secundum cor suum elegerit, ut cum ad solium Israël evocheret, deque ejus progenie carnem sumeret, fuit solicitudo quam in liberorum educatione probavit, siquidem inter alios filios etiam quemdam educavit Prophetam. Verum enim verò, ex quo Davidis mentionem fecimus, è cujus stirpe incarnatus est Christus, cujus genealogia ab his verbis oritur, *liber generationis Jesu Christi Filij David, Filij Abrahæ*, nequaquam convenit, ut hunc Abrahamum tacito silentio prætereamus. Hic enim adeò à Deo sublimatus erat, ut omnium electorum Dei Patriarcha fuerit electus, at verò dicite fodes, undenam tot taras à divina bonitate & omniporentia prærogativas promeruerit? adeo quoque Deo familiaris extitit, ut Deus illi dixerit: Num celare potero Abraham, quæ gesturus sum: sed iterum quarto, quodnam in eo meritum fuit, ob quod Deus illum tanta familiaritate, tamque sublimi in terris dignitate & magnificentia decoravit, ut de illo dicat: *Cum futurus sit in gentem magnam, & benedicendæ sint in illo omnes nationes terræ?* Quod si omnium harum cœlestium benedictionem causam scire cupis, ecce tibi unicam tam insignium privilegiorum, quibus supra omnes alios viventes honorari meruit, originem his verbis indicatam: *Scio enim, quod præcepturus sit filijs suis, & domui suæ post se, ut custodiant vias Domini, & faciant judicium & justitiam*, omnem namque suam posteritatem adeo solicitè, & exactè in ijs quæ ad Deum pertinent, instruxit & erudivit, ut Deus, non solùm se Deum Abrahæ sed etiam Deum Isaac appellare non fuerit dedignatus, eo quod hic magni patris sui viva effigies perfectissimaque imago fuerit; unde Procopius ait: Verbis illis *causam explicat electionis, qua præ cæteris mortalibus egregiè illum dignatus est.* Abulens. pariter inquit: *Nullum ad hoc tenentur patres, nullum in hoc merentur ac docent filios:* quia ut S. Chrysost. attestatur. *Non tantam mercedem accipit, qui ipse bene egit: sed & quia præcepit natis suis, largas retributiones accipit.*

3. S. Carolus Borrom. hanc ob causam parentibus bonæ educationis præmium, malæque pœnam sequentibus insinuat, verbis, certo certius infrigendum divinitus: *Sicut aberrantem ab optima educatione puerum paterfamilias capiet, quemcumque liberos, familiamque suam ad Deum eodem, & ad pietatis, Christianarumque virtutum disciplinam erudiverit, ita quicumque dolentem hoc paterna cura officium neglexerit, vel prætermiserit: is expe-*

Filij viva est patris imago. 1. Pet. 5. 13. Cur S. Marcus vocetur filius S. Petri.

Gen. 6. v. 8.

Joan. 1. 18. Cur filij Seth & Enos vocentur filij Dei. D. Chrys. h. 22. in Gen

Auth. Imp. bom. 3.

Joan. 10. v. 25.

Dei, ut in die Domini sibi dirissimum judicium fiat. Psalmista sequentem maritis infallibilem facit promissionem; *Uxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ* larga equidem sponsio, sed qui ejusdem, participes fiant, examinemus: *Ecce omnes, qui timent Dominum, qui ambulant in vijs ejus; Labores manuum tuarum, quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit:* quibus in verbis David patribus & matribus bonæ filiorum educationis, in timore Dei, & bona directione factæ fructus exhibet, & felicitates: Præsertim autem dum ait: *Filij tui sicut novella olivarum in circuitu mensæ tuæ, Ecce sic benedicetur homo qui timet Dominum, Benedicat tibi Dominus ex Sion & videas bona Jerusalem, omnibus diebus vitæ tuæ, & videas filios filiorum tuorum, pacem super Israel:* Ecce vobis divinam gratiarum donorumque in bonos & solicitos filiorum educatores collatorum liberalitatem. Eidem veritati testimonium perhibet Ecclesiasticus, quando de disciplina paterna agens, infit: *Qui docet filium suum laudabitur in illo, & in medio domesticorum in illo gloriabitur, Moriuus est pater ejus & quasi non est mortuus.* Hujus autem lætitiæ sequentem assignat rationem, quia scilicet in bonis filij bene educati moribus recognoscitur, vivitque pater. *Similem enim reliquit sibi post se, in filijs cognoscitur.* Quæ verba ita interpretatur Vatablus: *Si obierit pater ejus, perinde est quasi non obierit, ita qui similem sibi reliquerit superstitem.* Paulus de Palatio cur post mortem pater vivere astruatur, rationem assignat. *Pater bonus mortuus in filio vivit, quia filius patris mores gerit, & ingenium, & si caro patris mortua sit, spiritus ejus in filio vivere videtur.* Cui simillimum in sensum verbis licet diversis Hugo Card. subscribit, inquiens: *Quasi non est mortuus, qui vivit in filio doctrina ejus, & conversatio, similem enim sibi reliquit post se, qui eam factis & dictis repræsentat.*

Parentes mortui vivunt in filijs. Eccli. 30. v. 2. 4. Ibid. 4. Vatabl. ib. Paul. de Palat. Hugo Card. Ibid.

S. Ambr. in obit. Theod. Patet in filijs Theodosij Imper. Joan. 8. v. 39. Jo. 8. v. 44. D. Chrys. in Mat.

3. S. Ambr. eidem suffragaturus proposito ita in morte Theodosij Imperatoris perorasse legitur: *Ergo tantus Imperator recessit à nobis sed non totus recessit, sequitur enim liberos suos in quibus eum debemus agnoscere, & in quibus eum cernimus & tenemus.* Quis non obstupescit illain à Salvatore pessimis Hebræis, qui se ab Abrahamo descendisse gloriabantur, factam reprehensionem? *Dixerant ei, Pater noster Abraham est; dicit eis Jesus: Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite.* Secundum stirpem equidem naturalem derivabantur ab Abraham, ast juxta mores & operationes turpiter adeo à trunco deviabant, ut necesse fuerit illis exprobrare: [*Vos ex patre diabolo estis.*] *Ut igitur ostendat*, inquit Chrysost. *nihil eos lucratos fuisse à progenitoribus, ab Abrahæ quidem conjunctione illos abscindit, similium vero morum progenitores ipsis attribuit, & à nobilitate Abrahæ denudavit.*

S. Petrus in Epistola 1. ait: *Salutat vos Ecclesia quæ est in Babylone coelecta, & Marcus filius meus.* Porrò S. Marcus S. Petri filius naturalis non erat, sed spiritualis, mirum tamen est, quod cum idem Apostolus Evangelio fidei & Deo plures alios fideles parturiverit, nusquam tamen constet hunc nobilissimum filij titulum ulli alteri præter Marcum attributum fuisse, quænam igitur est hujus nomenclaturæ Marco attributa fundamentalis ratio, nimirum quia nullus alius S. Petro in sanctitate & operibus Apostolicis adeo ad vivum similis fuit, sicut S. Marcus, unde secundum post Romanam id est, Alexandrinam fundavit Ecclesiam. Sic quoque in Genesi appellationem quamdam habemus prima facie prorsus incredibilem, dicit enim facer textus: *Videntes filij Dei filias hominum, &c.* Quis enim nescit unicum dumtaxat Dei esse filium, qui proinde unigenitus appellatur? *Unigenitus ... qui est in sinu Patris, &c.* Varias hujus loci penes Interpretes invenio expositiones; D. Chrysost. ait: *Quia isti à Setho originem trahebant, & ab ejus filio, qui appellatus est Enos, dicit enim. Ipse speravit vocari nomine Domini Dei, ab ipso postea una vocati sunt filij Dei in divinis Scripturis, propterea quod eo ejusque parentum virtutem imitari sunt:* quamdiu ergo filij genitorum suorum virtutes bonasque qualitates imitantur, eosque licet mortuos in bonis suis operibus repræsentant, digni sunt qui ab illis filij nominentur & agnoscantur. Author operis imperfecti super hæc verba: *Nolite dicere quia patrem habemus Abraham*, ita scribit: *Quid enim prodesi ei quem sordidum mores, generatio clara? Aut quid nocet illi generatio vilis, quem mores adornant? ipse se vocatum ab omnibus bonis actibus ostendit, qui gloriatur in patria sua:* Econtra vero de natalibus tunc gloriari poterimus, quando illis per bona opera correspondemus; unde Salvator noster ait: *Opera quæ ego facio in nomine*

Unde Christus à tuba illum sequente, agnitus fuerit pro filio Dei.

mine Patris mei, hæc testimonium perhibent de me. Tametsi enim Hebræi multa vidissent Christi miracula merè prodigiosa, audissent quoque Evangelij prædicationem ore ejus factam, probeque scirent, quod Præcursor illum tamquam in lege promissum Messiam, digito ostendisset, dicens; *Ecce agnus Dei*; Quodque Pater æternus in Jordane & in monte Tabor tamquam filium suum agnovisset & declarasset, nihilominus ipsum Dei Filium esse numquam confessi fuere, nisi donec ab eo in deserto miraculosè cibati fuissent, ex tunc enim illum tamquam Regem adorare & venerari voluerunt; scitisne causam cur id fecerint? nimirum quia recordabantur Patres suos in deserto per 40. annos à Deo fuisse pastos, atque ideo, quia videbant Christum æternum Patrem suum in hac miraculosa annonæ provisione imitari, mox Christum ejus Filium esse concluserunt. Unde Victor Antiochenus in c. 6. S. Marci ita scribit: *Quandoquidem Deus manna Israëlitas per desertum pavérat, ne ea re inferior Patre videretur, panes in deserto multiplicat.*

Joan. 6.

Victor. Antioch. in c. 6. Marc.

1. Advertendum quoque est, quod Christus se Filium Dei esse obstinatæ & incredulæ Synagogæ manifestare volens, hac phrasi loquendi usus fuerit: *Antequam Abraham fieret, ego sum*; scitisne quodnam sit hujus modi loquendi mysterium? nimirum in filijs suis cognoscitur vir; Etenim æternus Pater per hunc eumdem titulum se Moysi manifestum fecit, dicendo: *Ego sum, qui sum*, ac proinde Salvator noster eodem modo loquendi uti voluit, ut æterni Patris sui agnoscereturesse filius; Id quod D. Chrysost. confirmat, dum ait: *Cur non dixit, priusquam Abraham fieret, ego eram sed sum?* Nimirum *Quemadmodum Pater hoc verbo utitur, ita & Jesus.* Lucifer explorare in deserto volens, an Christus verus esset Dei Filius, dixit ei, *Dic ut lapides isti panes fiant*, non dixit: *Fac ut lapides isti panes fiant*; Sed *dic*; at quænam inter facere & dicere est differentia; Nimirum *serpens callidus* sciebat æternum Patrem unico tantum verbo *fiat*, universa creasse; atque ideo eodem stylo Christus uti voluit, ut inde ipsum verum Dei Filium esse agnosceret, *ut ex simili vel dissimili vere deprehendat quis sit.* De Seth sacra Scriptura ipsum ad imaginem & similitudinem patris genitum fuisse, dixit: *Vixit autem Adam centum triginta annis, & genuit ad imaginem & similitudinem suam, vocavitque nomen ejus Seth*; Hoc autem ipsum de Caino dixisse nusquam invenietis, sed numquid & Cain ejusdem patris filijs erat? Numquid & ipse patris sui vivam repræsentavit effigiem? Cur igitur ipse non minus quam Seth ad ejus imaginem & similitudinem genitum fuisse Scriptura dicit; Audiamus ad hoc respondentem D. Chrysostomum, qui ait: *Secundum speciem & similitudinem suam, hoc est, eorumdem morum quibus ille qui genuerat, & qui servat paternos charactéres, operibusque paternos mores exprimat.* Cain igitur reprobus fratricida & impius non erat genitus ad imaginem & similitudinem patris, quia in moribus ei erat dissimilis.

Joan. 8. v. 58.

Christus verbo Sum, declaravit se esse filium Dei.

Exod. 3. 14.

D. Chrys. h. 54. in Joan.

Matth. 4. 3.

Cur diabolus dixerit Christo, dic, & non dixerit, Fac ut lapides isti &c.

Gen. 5. v. 3.

D. Chrysost. hom. 12. in Gen.

S. Joan. Bapt. similem se ostendit matri suæ.

Tit. Bostr. in c. 1. Luc.

Naz. de S. Basilio.

Luc. 1. v. 6.

Theophyl. Rami assimilantur radici.

Judic. 13.

Ar. Mont.

3. Reg. 1.

6. Titus Bostrensis in cap. 1. S. Lucæ scribens, ad humilitatem se reflectit Elisabethæ dicentis: *Unde hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me?* Circa quæ verba considerat, quod Elisabethæ filius se dignum matre sua partum esse ostenderit; Unde ait: *Cujusmodi verba sua postea tempore depromturus erat Joannes, & ejusmodi fere hoc loco deprimit mater ejus Elisabeth, ut sicut ille indignum se pronunciabat qui Christo proxime assisteret, ita hæc quoque Deiparæ Virginis præsentia indignam se pronunciabat.* S. Gregor. Nazianz. de laudibus S. Basilij differens ait: *undique perfecta & ad summam provecta filiorum virtus, ijs primo à quibus edita & educati sunt, assignari debet.* Et propter hoc idem mysterium S. Lucas prius quam Joan. Baptistæ natales describeret, de ejus genitoribus ait: *Erant justi ambo ... incedentes in omnibus mandatis & justificationibus Domini sine querela.* Et S. Paulus ad Rom. ait: *Si delibatio sancta est & massa, & si radix sancta & rami*; Ubi Theophylactus inquit: *Necesse est fermento massam & radices ramos assimilari, sic parentibus filij.* Ideo quoque Deus, qui propter occulta sua mysteria Samsonem Nazaræorum primum profiteri volebat, qui vinum bibere prohibebantur ex lege, ut in hac observantia tanto esset exactior, matrem quoque ejus abstemiam esse voluit, quia ut Arias Montanus ait: *Plerumque efficitur, ut matrum afflictiones filij infantes mitentur & sequantur, quia ut Juristæ ajunt: Partus sequitur ventrem.* Ideo quoque Anna mater Samuëlis, ut videre est lib. 1. Reg. cap. 1. Se vinum numquam bibere protestabatur, quia filium paritura erat, de quo sanctus Hieronymus lib. 2. contra Jovinianum ait: *Samuel vinum & siceram non bibit, erat enim filius repromissionis, & per abstinentiam ab ea conceptus.*

S. Hier. l. 2. cont. Jov.

7. Surius in vita S. Aretæ Martyris de puero quodam quinquenni refert: quod dum matrem suam Christianam in ignem conjectam conspiceret, Tyranni ipsum stringentis manus momorderit, ut elabi posset, ab eisque solutus in eumdem se cum matre ignem præcipitarit. Idem quoque Author in vita S. Julittæ refert, quod alius quidam puer matrem suam boum nervis flagellari videns, ei cujus manibus attinebatur, vim faciens, ut ad matrem occurreret, nec tamen id obtinere valens, unguibus suis faciem ipsum retinentis laceravit, ejusque latera pedibus contuderit, donec in terram deponeretur, moxque cum ingenti velocitate ad matrem suam recurrens, in saxum quoddam impegerit, ibidemque mortuus occubuerit.

Surius 16. Junij.

Præclara exempla duorum puerorum.

8. Deus quondam apud Isaiam populo suo exprobravit, dicens: *Servi quia durus es tu & nervus ferreus cervix tua & frons tua ærea.* Tandem vero post multas lamentationes eumdem populum hoc titulo appellavit, dicens: *Audi me Jacob, & Israël quem ego voco*; Quibus verbis ut videtis non solum filij Jacob sed & Israël appellantur, sed quonam id mysterio factum fuisse existimatis? Sanctus Cyrillus Alexandrinus, ait: *Appositissime mentionem facit patrum nobilitatis, in moribus inquam, ac vitæ consuetudine ad pudorem eorum qui lapsi sunt; erant enim quantum ad carnem attinet ex illis, verum alieni & longè ab eorum probitate aberant.* Quando Raguel juniorem Tobiam conspexit, ad conjugem suam conversus eidem ait: *Quam similis est juvenis iste consobrino meo?* id est Tobiæ seniori patri ejus, sed qua ratione Raguel id dicere potuerat, quandoquidem ut Chronistæ observant, Tobiam seniorem à quadraginta quatuor annis minime viderat, eo quod toto hoc tempore magno itineris spatio ab invicem distabant, quippe Tobias in Babylonia, Raguel vero in Rages Medorum demorabatur? Undenam igitur hanc similitudinem conjicere poterat? Respondet Dionysius Carthusianus, *quia patri erat similis moribus.*

Isa. 48. 4.

S. Cyr. Alex. ibid.

Tob. v. 2.

Unde Raguel judicare poterit juniorem Tobiam similem esse seniori.

Dion. Carth. ibid.

9. Salvator noster apud S. Joannem inquit: *Si cognovissetis me, & Patrem meum utique cognovissetis, & à modo cognoscetis eum, & vidistis eum. Dicit ei Philippus: Domine ostende nobis patrem & sufficit nobis; Dicit ei Jesus: tanto tempore vobiscum sum & non cognovistis me? Philippe, qui videt me, videt & patrem; quomodo tu dicis, ostende nobis patrem? Non creditis quia ego in patre, & pater in me est?* S. Zeno de patre æterno ita scribit: *Hic est Deus noster, qui sè digessit in Deum. Hic pater, qui suo manente integro statu, totum se reciprocavit in filium, ne quid sibimet derogaret*; Huncque filium suum sibi non solum similem sed & parem esse voluit; Unde dicitur: *Qualis pater, talis filius.* Neque enim patri honorificum fuisset, si filius ei in omnibus & per omnia non fuisset similis, imo uniformis & conformis. Ideo vocatur *Speculum sine macula Dei Majestatis, & imago bonitatis illius*; Speculum enim objectum sibi directè oppositum simillime repræsentat tale, quale revera est in sua subsistantia, imago pariter & effigies similis esse debet effigiato, sicut & filius in bonis moribus & virtutibus genitori suo debet esse similis.

Joan. 14. v. 7. 8. 9. 10.

Christus est speculum Patris æterni.

S. Zeno ser. 1.

Sap. 7. 26.

10. *In filijs suis cognoscitur vir.* Valde memorabilis & admiranda est generosa illa resistentia, qua castissima Susanna duobus illis Senioribus reluctata fuit, offerendo se potius ad ignominiosissimam mortem, quam ut suam maculari paterentur pudicitiam, sperans interea, Deum suam esse manifestaturum innocentiam: *Erat enim cor ejus fiduciam habens in Domino.* Porrò omnes hi actus heroici ab eadem radice, id est, à bona educatione pullularunt, quia ut Daniel ad perpetuam rei memoriam & posteriorum institutionem scribit: *Parentes illius cum essent justi, erudierunt filium suum secundum legem Moysi.*

Susanna à parentibus bene educata, restitit malis duobus Senioribus.

Dan. 13. 35.

Ibid. 3.

11. Legitur pariter in libris Machabæorum, cum quanto jubilo, & animi robore Eleazarus coram Antiocho martyrium subierit; hic enim septem alios fratres animavit, ut in crudelissimorum suppliciorum carnificina constantes persisterent, quod invicti animi robur Nazianzenus bonæ attribuit educationi, quam à suis habuere genitoribus, unde ait: *Occurrit Eleazarus faustum & lætum certaminis præludium loquens pariter ac tacens cohortatio, septemque insuper filios institutionis suæ fructum.* Probus hic senex dum ad sui deditionem exstimularetur, ingentibusque ad legis Dei derelictionem solicitaretur pro-

2. Mach. 7. v. 1.

Exemplum Eleazari septem alios animavit ad martyrium.

Naz. orat. 22. de Machab.

promissionibus, ipse semper in confessione fidei, & sacrosanctarum legum suarum observantia, se generosiorem magisque invictum exhibuit; undenam hic vigor in ipsum manavit? Non aliunde quam à parentum suorum institutione & disciplina: unde de illo dicitur: *At ille cogitare cæpit ætatis, & senectutis suæ eminentiam dignam, & ingenitæ nobilitatis canitiem, atque à puero optimæ conversationis actus.* Ecce tibi quid boni efficiant, pueris in tenera ætate à parentibus impressa bona dictamina, inde enim nata est generosa illa resolutio, qua *Respondit cito præmitti se velle in infernum* potius quam offendere & renunciare Deo, ejusque divinæ legi.

DISCURSUS V.

ARGUMENTUM.

Bonam educationem parentibus & Reipublicæ utilem esse ostenditur; Variæ quoque quoad solicitudinem & modum in educatione observandum animadversiones adducuntur.

THEMA.

Benedictio Patris firmat domos. Eccli. c. 3. v. 11.

Bona educatio prolium est benedictio Patris.

1. MOnitum hoc Ecclesiastici ad institutionem parentum in ordine ad bene educandos filios suos traditum, valde est salutare & utile, in quo dicit, quod benedictio ipsorum stabiliat familias; *Benedictio Patris firmat domos.* Fructus enim bonæ educationis, nec non reverentiæ, & obedientiæ filiorum erga parentes est paterna benedictio, cujus meritis Deus ad prosperandam eorum familiam & progeniem disponitur. D. Chrysostom. in homilia quadam cujus titulus est: *De liberorum educatione*, ait: *Si vos liberos vestros bene instituatis ipsi quoque suos erudient, & hi rursum suos docebunt, atque ita usque ad Adventum Christi res procedens, ijs qui radicem præbuerunt, integram adferet hujus rei meritedem.* Parentes quidem quoad possunt, studere solent, ut posteros suos divites & locupletes relinquant, quia facultates & primogenituræ domum splendorem & gloriam perenniter conservant: at vero ut hoc efficaciter obtinere possint, idem Chrysostomus alibi hoc illis consilium præscribit: *Vis filium relinquere divitem? bonum illum ac benignum esse doce, ita etiam enim rem familiarem auctiorem facere poterit.*

D. Chrys. t. 6. hom. 27. de liberor. educat.

D. Chrys. h. in 1. ad. Tim.

Bene educati, vocantur dos Dei.

Gen. 30. 19. 20.

Septuaginta.

2. Postquam Lia sextum peperisset filium, his verbis gratias Deo retulit, quibus se divitem & locupletem dotem nactam fuisse profitetur: *Rursum Lia*, inquit sacer Textus, *concipiens peperit sextum filium, & ait: Dotavit me Deus dote bona*, vel ut Septuaginta legunt: *Donavit mihi donum bonum*; At verò dicat aliquis, qua ratione mulier illa hoc dicere potuit, cum filij potius sumptus exposcant quam adferant, dotemque potius recipiant quam largiantur, quâ igitur ratione filij donum & dos opulenta dici poterunt? Lippomannus dubium hoc solvit, dicens: *Bene instructa proles maximæ sunt divitiæ, erga quam tamen vetere institutendam & Deo educandam misericordia tenet hodie negligentia homines*) Idem quoque Ecclesiasticus alibi parentes instruit, dum ait: *Doce filium tuum & operare in illo, ne in turpitudinem illius offendas*; quæ verba Paulus de Palatio ita exponit; *Ut qui in agro & vinea sua diligentem operam collocat, evadit pauperiem, ita si in filio tuo operam navaris strenuam, filium à turpitudine liberas.*

Lippoman.

Eccli. 30. 13.

Paul. de Palat. ibid.

3. Enimverò bona filiorum educatio non solum familijs, sed & Reipubl. utilis esse noscitur. Etenim Athenienses dum olim oraculum suum interrogassent, quidnam ad reddendum Reipubl. statum felicem & prosperum, utile ac necessarium esset, sequens ab eodem retulere responsum, scil. *Urbem fore beatam, si puerorum auribus quod optimum & pretiosissimum est, apprehenderent*; Quibus verbis monebantur, non tam ut gemmas vel inaures aureas puerorum auribus appenderent, sed potius ut eos salutaribus monitis parentum faciles & morigeras aures præbere juberent. Unde David dicebat: *Deus! auribus nostris audivimus, Patres nostri annunciaverunt nobis.*

Sunt Reipubl. utilissimi Testatur hoc oraculum Atheniense.

Psalm. 43. 2.

Filij bene educati & docti, sunt turres civitatum.

4. Propheta Evangelicus olim populi Hebraici exterminium inconsolabiliter deploravit, & quidem si verba ejus rite ponderemus, miseriam illius populi à sola parentum negligentia in bene educandis filijs derivari deprehendemus; *Ubi est literatus? ubi legis verba ponderans? ubi Doctor parvulorum?* Sciendum vero est, quod in textu Hebraico loco Ly *Doctor parvulorum* legatur *numerator turrium*; Sed quænam inter pueros ritè instituros, & turres quæ civitatibus defendendis & custodiendis deserviunt, esse potest proportio? Magna profectò, imo aptior inter pueros rite institutos & turres validas nequit allegari similitudo, quia ad eum modum quo fortificationes & propugnacula quietem publicam stabiliunt, & tuentur, ita quoque juventus in bonis moribus educata, pietatisque & virtutum dictaminibus erudita ad instar turrium Rebus publicis deserviunt in defensionem & stabilimentum, unde Scholæ in quibus apud Hebræos juvenes educabantur turres appellari solebant, unde ubi in Canticis Vulgata nostra legit: *Sicut Turris David collum tuum quæ ædificata est cum propugnaculis.* Hebræus Textus legit: *Quæ constructa est ad disciplinas*; Pagninus verò: *Quæ ædificata est ad docendum.*

Isai. 33. 18.

Cant. 4. 4.

5. Sapiens sapientiam introducit invitantem ad scholam suam, quam fortalitij vel arcis nomine appellat: *Sapientia ædificavit sibi domum, ... misit ancillas suas ut vocarent ad arcem, & ad mœnia civitatis.* Hi autem qui invitantur, pueri sunt & adolescentuli; Dicit enim: *Si quis est parvulus, veniat ad me*; & paulò pòst illis suadet, dicens: *Relinquite infantiam, & vivite & ambulate per vias prudentiæ.*

Prov. 9. 1. 3.

Ibid. v. 4.

Ibid. v. 16.

6. Undenam existimatis derivatam fuisse Regni Josaphat prosperitatem? Scriptura sacra ad hoc respondet feliciratem illam ex bona juventutis educatione natam fuisse: *Misit de principibus suis, ... ut docerent in civitatibus Juda, & cum eis Levitas ... & Sacerdotes.* Unde colligitur, quòd præter disciplinam & doctrinam in qua juventutem instrui volebat, magna quoque solicitudine curarit, ut in Dei timore educarentur; Sed quonam id fructu fecit? *Crevit ergo Josaphat, & magnificatus est usque in sublime, atque ædificavit in Juda domos ad instar turrium*; Unde clare videtur, quod per turres Scholæ & Academiæ intelligantur.

2. Paralip. 17. v. 7. Solicitudo Josaphat circa institutionem juvenum.

7. In Psalmo 127. Regius Propheta dicit: *Uxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ, filij tui sicut novellæ olivarum in circuitu mensæ tuæ.* Quæ obsecro vitem inter & olivam est proportio, illa vinum, hæc oleum specie differentes producit liquores; Inconveniens itaque hæc ipsa matri filijsque ab eadem radice procedentibus applicatur; Cum à vite tamen numquam oleum promanet. S. Hilarius & Ambrosius in vite sapientiam, bonam institutionem filiorumque disciplinam designari tradunt; quando enim hanc mater premit & urget, germinant olivæ, id est, in familijs & Reipubl. pax & concordia per olivam designatæ, florescunt; Ideo David prosequitur dicens: *Et videas filios filiorum tuorum pacem super Israël.* Quam ob causam S. Chrysost. populo suo fedulam juventutis educationem, ejusque neceditatem inculcare gestiens, dicebat: *Illud autem vestram charitatem rogaverimus, ut & vos virtutis curam geratis, & continentiam liberos vestros doceatis. Hinc enim, ut ita dicam, omnia mala nascantur. Consuetudo enim malitiæ, processu temporis invalescens, tantum facit malum, ut postea non possit aliquâ vinci admonitione, & cum semel à malitia fuerint occupati, quasi in captivitatem essent adducti, quoquò Diabolus jusserit, eunt.* S. Carol. Borrom. nimio temporum suorum in educandis filijs parentum ingemiscens tempori & somnolentiæ, damna inde promanantia sequentibus deplorat verbis: *His temporibus tanta licentia puerorum est, atque adeo effrænata, ut cum peccandi materiam afferat, dum disciplinæ Christianæ detrimenta importet non levia; hinc in scholis nimia petulantia, in Ecclesijs irreverentia, turbulenta foris concitatio, atque in omni loco sese offerens impudentia, & pæne projecta audacia; quare Episcopi qui omni morum speculationi sanctè invigilare debent, videant, ne graviores offensiones inde existant.*

Ibid. v. 6.

D. Chrys. hom. 59. in Gen. Invectiva contra parentes negligentes.

Acta Eccl. Med. Concil. Prov. 5. pag. 288.

8. Stragem, quam Philisthæi populo Israëlitico quondam intulere, arcæ deprædationem, & scandalosam tabernaculi prophanationem quis promovit, causa vitque, nisi Heli summi Sacerdotis in filios in timore Dei educandos & reprehendendos negligentia, dicente Scriptura sacra: *Quare calce abjecistis victimam meam?* Ad Heli tamquam personam particularem dirigebatur discursus ille, cur igitur numerus pluralis adhibetur? Audite S. Greg. dicentem: *Notandum vero, quod plurali numero dicit, calce abjecistis victimam meam: ut non tantum ad Heli, quod dixit, sed ad filios pertinere videatur.* Pater enim & filij reputantur

Filij Heli in causa fuerunt, quod Arca fuerit capta.

1. Reg. 2. 29.

putantur ijdem. Certè si omnium bonorum vitæ hujus excellentissimum reputatur honor & reputatio: vel ob hanc dumtaxat causam & respectum filios bene enutrire atque educare compellerentur patres; si enim secus fecerint, certo certius noverint, quod *Confusio patris est de filio indisciplinato.*

Filij malè educati, ignominia sunt parentum. *Prov.* 19. 13.

9. Infignis est illa Platonis ad nostrum propositum peracommoda sententia: *Optima quæque sive naturæ, sive fortunæ munera, si negligenter culta fuerint, in pessima tandem evadunt.* Nulla nihilominus non regula exceptionem patitur; quod etenim filij omni cum solicitudine educati pessimum tandem sortiti sunt exitum? Exemplo sint nobis filij Samuëlis Prophetæ, de quibus Scriptura inquit: *Ecce tu senuisti, & filij tui non ambulant in viis tuis, constitue nobis Regem*: Nemo certe dubitarit; quin S. hic Propheta omnem in filijs suis bene educandis adhibuerit diligentiam. David filios suos omni in timore Dei instruere non destitit, dum ait: *Venite filij, audite me, timorem Domini docebo vos.* Et nihilominus Amnon habuit incestuosum, Absalonem fratricidam & rebellem, Adoniam superbum, Salomonem lascivum. Josaphat tantas virtutes teneræ ætati instillare certus zelator, Protector indefessus honoris divini, Joram nihilominus possedit filium, qui in uxorem accepit Ataliam, filiam Achab. Josias qui sanctissimus erat, filios genuit Joachaz, Joachim, & Sedechiam, germina omnino pestifera: Ezechias pariter Manassen habuit; Verumtamen *ut plurimum* verum est, quod qualis est arbor & radix ejus, tales quoque fructus esse comperiantur. De Abia enim filio Roboam dicitur in Scriptura: *Ambulavit in omnibus peccatis patris sui quæ fecerat ante eum.* De Ochozia quoque legimus: *Ingressus est per vias domus Achab, mater enim ejus impulit eum, ut impie ageret.* Enimvero qui causam diligenter examinat, ob quam filij à bonis parentum dictaminibus degenerent, ut plurimum id culpa parentum contingere deprehendet, vel scilicet, quia in disciplina & rigore erga filios non continuant, vel quia nimis facile in eorum desideria condescendunt, vel quia errores illorum dissimulant, vel denique quia illos ab oculis suis procul amandant.

Plat. l. 6. de Repubk. Exemplo sunt filij Samuëlis. *1. Reg.* 8. 5. *Ps.* 33. 12. Sæpe etiam parentes probi, proles habent impios. 3. *Reg.* 15. 3. 2. *Paralip.* 22. 3. Ordinariè tamen ex illorum culpa.

10. Apud Marcum dæmoniacus quidam qui mutus erat, ante Salvatorem à patre suo adductus fuit, qui Christo dixit: *Magister, attuli filium ad te habentem spiritum mutum, qui ubicumque eum apprehenderit, allidit illum, & spumat, & stridet dentibus, & arescit.* Cui Christus: *Ibid.* ℣. 20. *Est quantum temporis ex quo ei hoc accidit? At ille ait: ab infantia.* Quis autem dubitare potest, quin Christus temporis spatium perfectè sciverit quo miser ille hoc modo à dæmone cruciatus fuerat? Nam ut Psalm. ait: *Abscondita tu scis Domine & alia à longe cognoscis.* Cur igitur patrem de tempore infortunij inchoati interrogavit? D. Chrysologus ait: *Requirit passionis tempus Author temporis, non ut nesciens: sed ut sciens nescientibus prodat. Denique interrogationi tali tempus aperit, ætatem pandit, revolvit infantiam, ut tanti mali causa non tangat sobolem sed parentem:* Indicare namque voluit, hoc ei infelicitatis genus, culpa & negligentia patris sui accidisse, quia videlicet magnam satis in ejus educatione solicitudinem non adhibuit. D. Chrysost. prolixior est in declaranda & urgenda solicitudine quam Deus ad piam filiorum institutionem in parentibus requirit: *Summum*, inquit, *oprimè educandorum liberorum studium induxit, adeoque ingens ejus rei desiderium naturæ præterea inseruit, ut veluti necessitatem quandam inexcusabilem providentiæ & curæ habendæ filiorum parentibus constituisse videatur: Leges item postmodum intulit de cura pro liberis gerenda: nam cum dies festos agi statuerent, filijs suis ejusce celebritatis rationes & causas ut aperirent, imperavit. Denique cum de Pascha loqueretur, subjecit: Et annunciabis filio tuo in die illa dicens, idcirco fecit Deus mihi hæc, cum exirent de Ægypto*, Exodi 13. v. 14. citatque multa Scripturæ loca in quibus Deus parentibus præcipit, ut filios in rebus specialiter ad divinum cultum pertinentibus exactè erudiant: *Per omnia, ut illos ad Dei notitiam adducant, monet & jubet: sed & ipsis quoque filijs plurima de his, qui se genuerunt, officiosissime tractandis imperat: eos quidem qui parentes fecerint, atque omnibus benevolentiæ officijs prosecuti fuerint honorans.*

D. Chrysol. ser. 51. *D. Chryf. t.* 4. *l.* 3. *c.* 4. *adv. vituperat. vitæ monast.* Sedulo instruantur proles in rebus divinis.

Conducant illas secum ad Ecclesiam.

11. Idem D. Chrysost. in homilia quadem parentes exhortatur, ut Ecclesiam adeuntes pueros secum eo adducant, ut in primis pueritiæ annis devotionem eis & timorem Dei imprimant: id quod pulchra quadam similitudine eis declarat, dicens: *Nam si jucundum est videre arborem, quæ habet novam plantam è radice sua exurgentem, multo magis jucundum est videre hominem omni olea amæniorem à radice sua filium habere astantem, quasi novam plantam.* Isai Davidis Regis pater, prouti ex sacro Textu colligitur, summo studio in id incubuit, ut virtuosè suam gubernaret familiam & filios gubernaret, ac proinde multis à Deo cœlestibus benedictionibus cumulatus fuit; Idem Isai tres in bello filios majores habens, Davidem hac commissione onustum in castra dimisit dicens: *Curre in castra ad fratres tuos, ... visitabis, si recte agant, & cum quibus ordinati sunt, disce.* Qua in re utilissimum omnibus parentibus dedit documentum, ut scil. omnem adhibeant diligentiam sciendi, cum quibus eorum filij conversentur, & familiariter agant. S. Greg. Nazianz. de laudibus S. Cæsarij fratris, sui inquit: *Quod videlicet non ignoraret, ad virtutem aut vitium permagni referre, cum quibus quispiam consuescat.* Unde verisimile est, quod Isai probe sciens omnes quasi milites dissolute & licentiosè vivere, optima filijs suis monita dederit circa eos, quibus cum conversari debebant, forte illis suggerens illud, quod Poëta cecinit: *Nulla fides pietasque viris qui castra sequuntur*, At verò specialissimè curare parentes debent, ne sexus debilior, cui fortiores parantur insidiæ, aliquod pudicitiæ detrimentum patiatur. Audite quid S. Hieron. ad Lætam quoad filiæ institutionem scripserit: *Si solicita provides, ne filia percutiatur à vipera, cur non eadem cura provideas ne feriatur à malleo universæ terræ, ne bibat de aureo calice Babylonis? ne egrediatur cum Dina? ne ludat pedibus? ne trahat tunicas? venena non dantur nisi melle circumlita, & vitia non decipiunt nisi sub specie umbraque virtutum.* Idem quoque eamdem sanctam viduam modum quo filiæ suæ lac virtutis instillare debeat his verbis edocet: *Postquam*, inquit, *ablactaveris eam cum Isaaco, & vestieris eum Samuële, redde pretiosissimam gemmam cubiculo Mariæ, & cunis Jesu vagientis imp one, nutriatur in monasterio, sit inter virginum choros, jurare non discat, mentiri sacrilegium putet, nesciat sæculum, vivat Angelicè, sit in carne sine carne.* Ecclesiasticus quoque dicit: [*Filiæ tibi sunt? Serva corpus illarum,*] *id est*, ut Hug. Card. ait, *in castitate serva; vel in domo, ut non passim vadant ad choreas.*

Curam gerant, ut sciant, cum quibus conversentur. *1. Reg.* 17. *v.* 17. 18. *Nazianz. orat.* 10. *S. Hier. ad Lætam.* *Eccli.* 7. 26.

12. Imprimenda est parentibus doctrina quædam D. Chrysostomi multum illos exstimulans, ne bonam familiæ suæ disciplinam negligant, neque enim sufficit, quod quoad se ipsos virtuosè vivant, nisi insuper invigilent, dentque operam bonæ educationi eorum, qui ab obedientia & authoritate eorum, tamquam subditi, dependent: *Qui liberos suos negligunt, ait: Quamvis cæteroquin boni & moderati sint, ob hoc tamen peccatum extremam subibunt pœnam.* Quoad personam Heli summi Sacerdotis, nullum adducere possumus defectum vel imperfectionem, quin potius omnes sacri Expositores illum vitæ irreprehensibilis fuisse tradunt, & tamen, quia nimis benignè gravissima filiorum suorum scandala reprænendit, à divina Justitia severè punitus fuit.

D. Chryf. t. 6. *hom.* 27. Soliciti sing de bona disciplina domestica.

13. Pater Cæsar Franciotti in libro de sanctis Lucensibus à se composito in observatione prima, quam circa sacrum annulum pronubum instituit, pro filijs in primis pueritiæ annis bene educandis sequentia tradit salutaria documenta: Primo, ne orationes consuetas matutinas & serotinas, aliasque devotiones quotidianas intermittant; quotidie sacrum Missæ officium, sæpe etiam verbum Dei, & Doctrinam Christianam frequentando auscultent; Secundo, ne permittatur ijs, ut mendacia, verba obscœna, vel inurbana proferant, ne libros lascivos, & historias turpes, sed potius libros bonos maxime vero spirituales legant. Tertio, ut quamdiù in tenera ætate constituti sunt, confessioni, & suo tempore communioni frequentandæ assuescant, ita tamen, ut uni confessario non alligentur, sed confessarium pro suo beneplacito sibi eligant. Quarto, ut illos sanctissimæ Virgini Deiparæ devotos efficiant, curando ut quotidie aliquas in ejus honorem preces recitent. Quinto, curet pater, ut filij omnem matri respectum & reverentiam deferant. Sexto, si illos à natura contentiosos esse advertant, illis omnes lites prohibeant, & valde mortificent. Septimo, ut postquam ad ætatem adultiorem pervenerint, cum omnibus indifferenter conversari non permittant, sed curiosum habeant eorum delectum, quibuscum conversentur. Octavo, ut filios suos amando, tria præcipue fugiant, scilicet partialitatem, exiguam custodiam, & amorem, vel nimium affectum. Nono, illorum inclinationes diligenter explorent, & juxta eas eosdem applicent; si verò illas malas esse deprænderint, ad eadem eradicandas remedium expedientius adhibeant. Decimo, maximopere curent, ut in bonis moribus filios suos educent, in ijs præcipue, quæ legi Evangelicæ non contrariantur; nam ut quidam valde illuminatus servus Dei charissimo amico suo S. Philippo Nerio dicere, solebat: Qui bonis moribus imbutus non est, Spiritu Dei numquam imbuetur.

Præclara doctrina circa educationem prolium.

DISCURSUS VI.

ARGUMENTUM.

Qui in primis vitæ annis addiscuntur mores, ætate magis matura similiter adhærere ut plurimum solent.

THEMA.

Proverbium est; Adolescens juxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedit ab ea. Proverb. 32. v. 6.

Prolibus à tenera juventute instillentur virtutes.

1. MOtivum hoc à Sapiente parentibus inculcatum valde potens est & efficax, ad eos permovendos, ut in tenera filiorum ætate bonæ filiorum educationi diligentem navent operam quia ut plurimum quos in puericia didicerunt bonos mores & dogmata, in adultiori annorum ætate firmiter retinent: *Adolescens juxta viam suam*, &c. Notat vero Cajetanus in Hebræo non legi *Proverbium est*; sed absolute dici: Assuefac puerum os viæ tuæ, etiam cum senuerit non recedet ab ea; demum vero subjungit dicens: monet, ut non differatur instructio pueri, sed in ore viæ ejus, hoc est in ipso aditu, in ipso principio viæ pueri, cum incipit patere ingressus in animum pueri, assuefac illum; quamvis enim non sit capax doctrinæ, est tamen capax consuetudinis, hoc est, ut incipiat assuescere bonis artibus, verbis, moribusque. Plutarchus de hac materia differens, ætatem immaturam ad primas impressiones tam bonas quam malas recipiendas aptiorem esse his verbis dicit: *Novella*, inquit, *ætas ad fingendam facilis & tenera est, & ipsorum animis, dum molles adhuc extant, disciplinæ melius instillantur; sicut enim sigilla mollibus imprimuntur ceris, ita & doctrinæ dum puerilis adhuc animus est, insculpuntur.* S. Hier. ut ostendat quam flexibilis, tam ad bonum, quam ad malum sit adolescentia, sequenti utitur aptissima similitudine, dicens: *Ut aqua in arcola digitum sequitur præcedentem, ita ætas mollis & tenera in utramque partem flexibilis est, & quocumque duxerit, trahitur*; Unde Ecclesiasticus omnes genitores optime monet, dicens: *Filij tibi sunt? erudi illos & curva illos.* Sed in qua ætate curvandi, & ad obedientiam inducendi sunt, ut paternæ disciplinæ jugum in se libenter suscipiant? Sapiens idipsum exponit dum immediatè subjungit: *Curva illos à puericia illorum.* Circa quæ verba Lyranus ait: *Pater tenetur filijs providere de nutrimento & documento: Curva illos sub disciplina à puertia, sicut vamus tener de facili curvatur, non autem postquam induratur.*

Plutar. de puer. educ. Illa enim ætas ad hoc aptior est. *S. Hier. ad Gaudent.* *Eccli.* 7. 25. *Lyran. ibid.*

Insignis similitudo zizaniorum. *Matth.* 13.

2. Nescio an aliquando ad inimici infernalis vos reflexeritis astutiam, qua in seminandis zizanijs uti solet, ad illa namq; in agrum seminando non exspectat, donec frumentum jam creverit, sed dum jam vix seminatum fuit granum, sine ulla dilatione superseminata zizania. Quotidiana nos experientia docet, quod granum frumenti ad fructificandum longo tempore indigeat, alia vero semina non item; unde colligitur, quod ad suffocandum & impediendum semen bonum ne fructum reddat, tanta celeritas minime necessaria fuerit; cur igitur diabolus tam repente zizanijs superseminandis dat operam? Sed in promptu est responsio, quia *Omnia in figura coningebant; Diabolus* enim *semper*, ut inquit D. Chrysol. hunc stylum servat, quod *Primordia boni pulsat, sancta in ipso ortu festinat exstinguere*, sciens, quod ea subvertere fundata non possit. In ætate igitur tenerrima diabolus mala instillare dog-

D. Chryfol. ser. 11.

mata nititur, & impedire ne bonum semen, id est, bona educatio in primis vitæ annis radices agat, quia in his tam virtus quam vitium facilius adsciscitur & retinetur. Seneca ætatem maturam & teneram inter se comparans ait: *Grandior ætas dura & inrafabilis, non potest reformari, tenera fingentur.* *Senec. l.* 3. *Epist.* 25.

3. S. Anselmus Archiepiscopus Cantuariensis, ut refert Surius, ætatem juvenilem ceræ assimilare solebat, nam ut idem Surius ait: *Comparabat ceræ juvenis ætatem, quæ ad formandum sigillum aptum est temperata; nam si cera nimis dura vel mollis fuerit, sigillo impresso, ejus figuram in se nequaquam ad plenum recipit: Si vero*, inquit, *ex utriusque duritia scilicet atque mollitie discrete habens sigillo imprimitur, tunc forma sigilli omnino perspicua & integra redditur; sic est in aliquibus hominum, videas hominem in ætate hujus sæculi, ab infantia usque ad profundam senectutem conversatum, sola terrena sapientem, & in his penitus obduratum, cum hoc age de spiritualibus, bene cœlestia secreta doce rimari, & perspicua cum, nec quid velis quidem posse videre, nec mirum, indurata cera est, in istis ætatem non trivit, aliena ab istis sequi didicit: è contrario consideres puerum ætate ac scientia teneram, nec bonum, nec malum discernere valentem, nec te quidem intelligere de hujusmodi differentem; nimirum mollis cera est, & quasi liquens nec imaginem sigilli quoque modo recipiens. Medius horum adolescens & juvenis est, ex teneritudine atque duritia congrue temperatus, si hunc instruxeris, ad quæ voles informare valebis. Quod ipse animadvertens, juvenibus majori solicitudine invigilo, procurans in eis vitiorum germina exstirpare.* Totus hic est discursus S. Anselmi à Surio relatus. Tenera ætas assimilatur ceræ. Surius 21. Aprilis.

Clem. Al. l. 1. *Pædag. cap.* 9. Juventus comparatur lacti nutricis.

4. Mysticum prorsus est illud epithetum, quod S. Clemens Alexandrinus in pædagogo de bona educatione differens utitur, dum ait: *Est in nobis uber ætatis ipsa juventus.* Lac enim quod è nutricis uberibus fugimus, est illud, unde hæc nostra corpulentia componitur, dum scilicet ejus substantia in hominis infantia in ossa, medullas, venas, arterias, omniaque alia membra distribuitur: Quod idem de hominis puericia afferere possumus, omnes enim hominis inclinationes, mores, virtutes, omniaque alia bona quæ in totius vitæ decursu habemus, fructus sunt bonæ disciplinæ & educationis, qua homo in adolescentia sua coercetur.

Vitia quibus à puericia imbuimur hærent usque ad mortem. *Job.* 20. *v.* 11.

5. S. Propheta Job de vitijs & malis consuetudinibus hominis quæ in primis adolescentiæ annis comparantur, differens, inquit: In nobis inviscerari & intra ossa nostra inveterascere usque ad sepulchrum, *ossa ejus*, inquit, *implebuntur vitijs adolescentiæ ejus, & cum eo in pulvere dormient.* Sed quoddam in eo latet mysterium quod Propheta dicat: *Ossa ejus*, & non potius *carо ejus?* ratio hujus hæc esse potest, quia quod in tenera ætate in ossa ingreditur, & simul cum ossibus crescit, tandem induratur, & una eademque res cum illis efficitur; ita pariter vitia, & mali mores in juventute acquisiti adeo firmiter in nobis radicantur, ut ad ultimam usque ætatem inseparabiliter nos comitentur.

Jud. 13. *v.* 3. & 5. Hoc bene novérat mater Samsonis. *Ibid. v.* 6.

6. In libro Judicum c. 13. Angeli cujusdam apparitio Samsonis matri facta his verbis describitur: *Cui apparuit Angelus Domini & dixit ad eam: ... Quia concipies & paries filium, ... erit Nazareus Dei ab infantia sua, & ex matris utero, & ipse incipiet liberare Israël de manu Philistinorum.* Observandus vero est modus quo hæc mulier apparitionem hanc marito suo recensuit, dicit enim sacer textus: *Quæ cum venisset ad maritum suum dixit ei: Vir Dei venit ad me habens vultum angelicum, terribilis nimis, quem cum interrogassem, quis esset & unde venisset, & quo nomine vocaretur, noluit mihi dicere, sed hoc respondit: Ecce concipies & paries filium, erit puer Nazareus Dei ab infantia sua ex utero matris suæ usque ad diem mortis suæ.* Sed num forte hæc uxor Manue Prophetissa erat, ut futura prædicere posset; Porrò Angelus solum ei dixerat: *Erit Nazareus ab infantia, & ex utero matris suæ*: ipsa vero marito Angelum dixisse retulit: *Ex utero matris suæ usque ad diem mortis suæ*: unde igitur filium suum per totum vitæ suæ decursum talem futurum esse arguere poterat? nimirum *Proverbium est, adolescens juxta viam suam, &c.* Quod utique Proverbium ei ignotum esse non poterat, utpote quod ut plurimum verissimum esse quotidiana experientia demonstrat. Interpres quidam super hunc textum, ait: *Juxta viam suam, id est juxta viam illam quam ipsemet usufecit suam, vel quam ipse revendo ab initio aperuit*; adducitque sequentem ferarum similitudinem, quibus, ut venatores observarunt, proprium esse asserit: quod quælibet viam suam propriam habere foleat per quam semper inambulat: *Suam quæque semitam sibi propriam aperit*, inquit, *ac per eamdem semper*

Simile ferarum semper eadem via utentium.

in sua vivaria aut spelunca sine errore aliquo, it, redituque ita perraro priori dimissa aliam sibi aut ipsa reserat, aut ab alia jam iritam carpat, ex quo demum fit, ut fere assidua ejusdem semitæ repetitione sui notas & odorem in ipsa relinquant, per quas sagacitas canum easdem persequitur, & assequitur. Ergo hæc in re non dissimile hominum ingenium, singuli ab initio propriam sibi semitam aut vivendi rationem usurpant, & ab ea deinceps nullis dehortationibus arceri & in aliam induci possunt.

Glossa in Prov. 21. S. Hier. ad Latam. Alexander Mag. semper retinuit vitia & mores pædagogi sui Leonidis.

7. Refert Glossa id quod S. Hieronymus ad Lætam scribit, quodque in Græcis legitur annalibus, scilicet: Alexandrum licet magnam totius universi partem suo subjecisset Imperio, nihilominus numquam assequi potuisse, ut semetipsum vincere suos emendando defectus, quos in sua juventute à Leonida pædagogo suo didicerat. *Græca*, inquit, *narrat historia, Alexandrum Magnum, & moribus & incessu Leonidis pædagogi sui non potuisse carere, sicut nec vitiis, quibus parvulus infectus fuerat.* Vincere nimirum omnia alia poterat, sed in hoc semetipsum vincere nequibat. In Parabola de zizaniis ab ipsamet incarnata Sapientia compositâ legimus sequentia: *cum autem crevisset herba, ... tunc apparuerunt & zizania.* Super quæ verba D. Chrysologus ait: *Quod latet in herba, manifestatur in spica*, mala enim hæc herba, quamdiu etiamnum parvula erat, cognosci non poterat, at vero mox ut in altum excrevit, manifesta fieri cœpit: Contingit nonnumquam quod in primis annis, vitia & defectus, quos juvenes in adolescentia sua paulatim didicerunt, ab alijs non notentur, eo quod eosdem per timorem vel respectus humanos occultent, at vero in ætate provectiori manifesti fiunt; & facile cognoscuntur, quia nimirum pestilentes fructus sunt à malo illo semine, quod illis in primis annis pernitiosè instillatum fuit, derivantes.

S. Hier. ad Latam. Quid faciat bona educatio, docuit Lycurgus Lacedæmones exemplo duorum canum.

8. Trita omnino est propositio illa Poetica quam citat Glossa, scil. *Quo semel est imbuta recens servabit odorem testa diu.* Et ideo S. Hieronymus S. Lætam ad bonam filiæ suæ educationem adhortans ita scribit: *Difficulter eraditur, quod rudes animi imbiberunt, lanarum conchylia quis in pristinum candorem revocat? recens vesta diu & saporem retinet & odorem, quo prius imbuta est.* Lycurgus Lacedæmonum Legislator, legibus Reipublicæ promulgandis omnino intentus, Lacedæmonibus, quanti referat juventutem à primis annis virtuosè educare, persuadere volens, duos enutrivit caniculæ catulos ab eadem matre eodem tempore progenitos, quorum unum in domo sua lautè cibavit; alterum vero venatione adaptare volens, campos semper oberrare fecit; tandem vero utrumque in conspectum populi & magistratus adducens, ex una parte cibos apposuit lautos, ex alia vero vivum collocavit leporem, moxque is qui prædæ capiendæ assuefactus fuerat leporem solutum videns, eumdem relictis cibis delicatis strenuè est insecutus, alter vero ad cibos præparatos advolavit; tunc que sapiens hic Legislator populo dixit duo hæc animalia ab una eademque matre uno eodemque partu sunt progenita, & tamen magnam in illis conspicitis differentiam, cujus causa est diversa utriusque educatio quam sunt sortita, moxque inde occasionem sumpsit firmiter eorum animis imprimendi, quanti referat bona filiorum educatio, quia tametsi sint unius ejusdemque arboris rami, attamen bonus vel malus eorum exitus & eventus, à bona vel mala educatione dependet: siquidem totius reliquæ vitæ mores, ab ijs qui in primis annis comparati fuerunt, semper derivantur.

Psl. 91. v. 14. 15. Virtutes in pueritia insitæ fructificant usque ad senectutem.

9. Regius Psalmista ait: *Plantati in domo Domini, in atriis domus Dei nostri florebunt, adhuc multiplicabuntur in senecta uberi.* Quibus verbis indicare voluit, plantas floridas, in atrio sacro plantatas fructus abundantes producendo semper proficere; quodque majoris ponderis est timorem Dei, quem in principio imbiberunt in eis ad finem usque conservari, qui *adhuc multiplicabuntur in senecta uberi.* S. Augustin. de bona vel mala educatione sub arboris metaphora differens ita scribit: *Est nativitas quasi arbor quæ inseritur, quæ si bono seculo inseritur, melior fiet, si malo, deterior: ita & nativitas, si bona accedat doctrina bonos faciet fructus, si mala, malos;* Arbor semper ejusdem qualitatis fructus producere continuat, cujus producendi virtutem à principio, priusquam alteri insita fuit, in se habuit: nec umquam ab illis degenerat. Eodem quoque modo homo in ijsdem moribus, indole, & consuetudinibus, quibus à principio assuevit, in totius reliquæ vitæ decursu semper continuat.

S. Aug. t. 4. ex qq. Vet. Test. Nativitas similis est arbori insertæ.

Matth. 7. v 23.

10. S. Evangelista Matthæus de infantia Salvatoris nostri differens, non sine mysterio dixit: *Nazaræus vocabitur*, quod idem est quod *floridus*, quia sicuti ex floribus arboris cujusdam abundantia arguitur fructuum, quos producet, eodem quoque modo, ex primorum annorum flore conjicere licet, quos fructus paritura sit ætas magis matura; quia *adolescens juxta viam suam, &c.* In sacris Canticis dicitur: *Vineæ florentes dederunt odorem suum*; etenim odor florum, quos vites progerminant, serpentes, & alia animalia venenosa procul arcet; unde S. Bernardus in quodam sermone super Cantica, inquit: *Aiunt florentibus vineis omni reptile venenatum cedere loco, nec ullatenus novorum ferre odorem florum*; moralitas vero quam inde in usum religiosorum suorum novitiorum elicit, nostro quoque deservire potest proposito; dicit igitur: *Quid volo, attendam novitij nostri, & fiducialiter agant, cogitantes qualem spiritum acceperunt, cujus primitias Dæmones non sustinent.* Per vineam enim anima cujuslibet Christiani intelligitur, per flores vero, qui inde progerminant, boni mores & virtutes, quas in primis vitæ annis comparavimus, intelligi possunt, qui vitæ alicujus bene regulatæ & timoratæ primum sunt fundamentum. Hos igitur flores serpens astutus timet, adeoque animalia venenosa, id est vitia, scandala, abusus, apud eos qui in ætate juvenili magis lubrica bonum in virtutibus & timore Dei habitum comparaverunt, se insinuare non audent.

Ex abundantia florum arguitur abundantia fructuum. Cant. 2. v. 13. S. Bern. ser. 60. in Cant. Odor vineæ florentis fugat serpentes.

11. Hebræi olim ad adorandos Jeroboam vitulos certatim quidem accurrebant: At verò solus Tobias tametsi à malo contribulium suorum exemplo ad idola sectanda instigatus, in cultu veri Dei semper constans permansit; rationem vero, cur Dæmon contra illum non prævaluerit, facer textus hanc assignat: *Cum esset junior ... in tribu Nephtali, nihil tamen puerile gessit in opere*: quando cæcitate percussus, ad vertendum Deo, qui indefesse deserviebat, dorsum solicitabatur, tametsi varijs à Deo gravibus afflictionibus vapularet, & exercitaretur, semper tamen intrepidus stetit, nec umquam ulli tentationi cessit: sed unde obsecro idipsum factum fuit? undenam hæc stabilitas suam habuit originem? nimirum: *Nam cum ab infantia sua semper Deum timuerit, & mandata ejus custodierit, non est contristatus contra Deum; quod plaga cæcitatis evenerit ei, Sed immobilis in Dei timore permansit agens gratias Deo omnibus diebus vitæ suæ: Nam sicut B. Job insultabant Reges, ita isti parentes & cognati ejus irridebant vitâ ejus dicentes: Ubi est spes tua pro qua eleemosynas & sepulturas faciebas? Tob. vero increpabat eos dicens: Nolite ita loqui.*

S. Tobias ad idololatriam pellici non potuit. Tob. 3. v. 4. Tob. 2. v. 12. 14. 15. 16. 17. Præclara hujus ratio.

12. Ecclesiasticus parentes, qui filios in sua juventute per bonam disciplinam coercent, ita alloquitur: *Qui diligit filium suum, assiduat illi flagella, ut lætetur in novissimo suo, & non palpet proximorum ostia.* Ecce tibi, quam verum sit, quod fructus boni seminis in primis annis seminati, tandem in fine vitæ colligatur abunde, *ut lætetur in novissimo*: semper enim continenter vivere assuescit, *ut non palpet proximorum ostia sicut fornicator*, ut Hug. Card. exponit: Juventus enim male educata semper licentiosa esse videtur, nec umquam voluptatibus & delectationibus carnalibus satiatur, sed continuo ad omnes malarum feminarum portas pulsat, ut ei aperiantur. Glossa hunc textum ita exponit: *Ut honeste vivant, ne lasciviendo per aliorum domos discurrant.* D. Chrysost. parentibus motivum quoddam proponit valde efficax & utile ad insinuandam illis curam bene filios suos educandi, quia inquit, si eos in timore Dei educaveritis, semper illos habebitis obedientes & morigeros, quam diu vivetis, cumque illis dulciter conversabimini. *Vis*, inquit, *igitur filium esse obedientem, ab initio eum educa in disciplina & admonitione Domini: quomodo non est absurdè ad artes quidem mittere & ad ludum litterarium, & pro eo omnia facere, & in Dei admonitione eum non educare? pro, terea nos primi fructus percipimus, audaces, intemperantes, immorigeros, sordidos, & illiberales alentes filios*: tametsi illi, qui bene educati sunt, nonnumquam lærentur & peccent, attamen ut plurimum aliquam saltem in se retinent primi luminis scintillam, id quod Seneca sequenti ingeniosa similitudine explicat, dicens: *Quis in pessima ab optimis lapsus, necesse est etiam in malo, vestigia boni teneat. Numquam in tantum virtus extinguitur, ut non certiores animo notas imprimat, quam ut illas evadat ulla mutatio*, cujus exemplum in feris ostendit, quæ dum ab infantia domesticatæ & cicures factæ sunt, nihilominus quando in sylvis alijs commiscentur, valde differentes ab alijs esse cognoscuntur: *Feræ*, inquit, *inter nos educatæ cum in sylvas erumpunt aliquid mansuetudinis pristinæ retinent, tantumque à placidissimis absunt, quantum à veris feris, & numquam humanam manum passi.*

Eccli. 30. v. 1. Proles ab infantia continenter sub disciplina. Hug. Card. ibid. Gloss. ib. D. Chrysost. hom. 21. ad Ephes. Motivum hujus ex S. Chrys. Seneca l. 7. de Benef. c. 19. Ingeniosa similitudo Senecæ.

DISCUR-

DISCURSUS VII.

ARGUMENTUM.

Adolescentia præ quavis alia ætate ad vitium proclivis, fræno opus habet, ut sic residuis vitæ annis, in quos boni vel mali mores in pueritia comparati transmittuntur, optima regula præfigatur.

THEMA.

Bonum erit viro, cum portaverit jugum ab adolescentia sua. Thren. c. 3. v. 27.

Adolescentia opus habet fræno.

1. OMnes inter ætates juventuti unice præ reliquis necessarium est frænum: quemadmodum enim animalia indomita, ne recalcitrent, jugum premit & dirigit: Ita quoque disciplinæ & educationis paternæ jugum lubricis applicatum in annis, petulantiam reprimit, & insolentiam ætatis juvenilis: *Bonum erit viro cum portaverit jugum ab adolescentia sua.* Quem textum Glossa sequenti illustrat interpretatione: *Magnum est autem juvenibus, se à vitio abstinere & lubrica & perplexa viæ errorem fugere.* Teste Davide hunc in modum divinæ supplicante Majestati: *delicta juventutis meæ, & ignorantias meas ne memineris ... Domine,* Ita vir secundum eor Dei sibi precandum duxit, quid igitur reliqua faciet communis peccatorum massa? hæc ætas fragilis est insicia & temeraria. Atque hanc ipsam ob causam Deo gratissimum esse juvenilium annorum servitium, astruit in hæc verba Dion. Cart: *Maximi meriti est, adolescentiam Deo offerre, & juventutis florem, in divino cultu expendere, Deo gratissimum extat, quia & tunc homo est aptior mundo, & ad vanitates & voluptates amplius inclinatus: propter quod Salomon asserit: voluptas & adolescentia vana sunt, Et Psalmista in quo corrigit adolescentior viam suam? in custodiendo sermones tuos.* Quibus præmissis in eos acriter invehitur, qui synceram procrastinant conversionem, illius à nobis, in discursu præcedenti citati, immemores proverbij: *Adolescens juxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea. Præterea*, idem inquit Carthus. *sicut nostra dicunt statuta, hoc verbo Propheta maximè nos consolatur Carthus. qui ordinem penè omnes à juventute intravimus, & propter verba labiorum, Dei vias imperfectis aliquando duras, proficientibus vero, atque ardenter amantibus quotidie dulciores, custodimus.*

Psl. 24. v. 7. Dion. C. ib. Juventutem Deo offerre, illi gratissimum est. Prov. 22. 6.

Zelus Davidis in educanda familia sua. Psl. 33. v. 12. Psl. 118. v. 9. S. Aug. ib. D. Chrysost. hom. 4. in 1. ad Tim. Juventus, similis equo indomito, & feræ. S. Ambr. ser. 2. in Psl. 18. Psalm. 14. D. Chrys. ib. Virtutes non in fine vitæ, sed in adolescentia inserendæ sunt.

2. Quis Davidis, in familia omni cum timore Dei educanda, ignorat zelum & fervorem, præcipue cum ipse protestetur, dicens: *Venite filij, audite me: timorem Domini docebo vos.* Porro ut quam in via mandatorum Dei instruere & dirigere vellet ætatem, edoceret manifestius, solam nobis exhibet adolescentiam inquiens: *In quo corrigit adolescentior viam suam?* Quis nescit juventutem virilemque statum longè magis libertati addictum vivere? facile respondetim, Davidem penetrasse enucleatius quod frænum adolescentiæ adhibitum & disciplina sancta juventutem exercens, bonorum morum fructus per omnes reliquas disseminet, atque dilatet ætates; unde S. Aug. inquit: *Admonitio est? quâ potissimum ætate fieri debeat jucundum illud, quod alibi dictum est: Fili, à juventute tua accipe doctrinam, & usque ad canos invenies sapientiam.* S. Chrysost. juventutem aut adolescentiam equo indomito & effræni, nec non feræ feroci similem esse dicit, unde illam vocat *equum indomitum & velati feram belluam*; utrumque autem horum animalium fræno opus habet, sine quo primum properaret ad præcipitium, aliud vero lanienæ hominum dentes & ungues aptaret. Unde consilium salutare est illud S. Ambr. dicentis: *Præveniamus juventis annos correctione congrua, quia melius est dicere: Deus qui docuisti me à juventute mea, quam defleamus dicentes: Delicta juventutis meæ; & ignorantias meas ne memineris, hoc enim debilitatis est remedium, illud vero salutis robur; medicina quæritur vulneri, gratia vero convenit sanitati.*

3 Psalmus 14. hunc præ se fert titulum: *Psalmus David*, cum tamen alij Psalmi titulos differentes habeant, & inter alios hunc præcipuè: *In finem*; at verò quodnam diversitatis hujus esse mysterium existimatis? D. Chrysost. dubium hoc solvit, dicens: Quia in hoc Psalmo de virtutibus tractatur, quas anima Deum in veritate amans sibi acquirere debet; merito huic Psalmo non præfixit hunc titulum *In finem*; quia hæ virtutes non in fine vitæ, sed in primis adolescentiæ annis comparandæ sunt, non solum quia *juxta viam suam adolescens cum senuerit, non recedet ab ea*, verum etiam quia virtutes huic indomito adolescentiæ equo fræni loco servire debent. En ipsissima D. Chrysostomi verba: *Et cur non ampleditur in finem? Quoniam docet de justitia, & de reliquis virtutibus, non debet in finem vitæ suadere hæc acquirere, sed ab initio ab ipsis incunabulis: Nemo puero suadet, & cum admonet, dicens: Sis temperans in finem, sis justus in finem, sed ab initio cum instituit ad vitam modestam, & ab ineunte ætate facit fundamentum Dei metum.* Plato de educatione differens, ait: *Disciplinam appello virtutem, quæ puerorum animos continere potest*; quia multi sunt scopuli ad quos hæc ætas offendere solet: *Voluptas enim & dolor, amor, & odium quam rectè fieri potest, ne quam ratione moveantur, in animos eorum instuant, ut facilius cum ad ratiocinandum pervenerit, convenienter rationi omnia peragant.* Lyranus auctoritatem citat Aristotelis in primo libro Ethicorum, dicentis: *Non parum facit ad virtutem, immò multum, quod juvenes assuefiant in operibus virtutum.*

Plat. l. 2. de Legibus. Lyran. in c. 22. Prov.

4. Porro ad demonstrandum quàm sit adolescentia proclivis ad malum, sufficiat dicere; quod quando sit mentio culpæ à juvene commissa, illam sub prætextu juvenilis ætatis excusatione dignam esse existimemus. Unde Job Deum his verbis affatur: *Scribis enim contra me amaritudines, & consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ:* Circa quæ verba S. Ambr. l. 1. de Interpell. Job. c. 7. ait: *Pulchrè id ætatis arripuit ad querelam, quæ magis ad vitium labrica esse consuevit, adolescentia sola est vitio calens, fastidiosa monitoribus, illecebrosa deliciis.* Psalmista Regius pariter dicit: *Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo, sæculum nostrum in illuminatione vultus tui:* Textus Hebræus legit: *Adolescentiam nostram*; neque enim hi anni ad lapsus frequentiores solum sunt proclives, verum etiam ut diximus, regulam dare solent toti vitæ nostræ residuo.

Adolescentia proclivis est ad vitia. Job 13. v. 26. S. Ambr. l. 1. de Interpell. Job. c. 7. Psl. 89. v. 8.

5. *Ossa ejus implebuntur vitijs adolescentiæ ejus*, inquit S. Job, *& cum eo in pulvere dormient:* super quæ verba S. Greg. ita scribit: *Quia duræ in eo pravitatum consuetudines à vitio sumptæ sunt pessimæ inchoationis, quæ nimirum cum eo in pulvere dormient, quia eo usque in illo iniquæ consuetudines perdurant, quo hunc ad mortis pulverem pertrahant:* Notandum vero præcipuè est verbum illud *implebuntur*, quia mens, memoria, & cor illarum delectationum implentur phantasmatibus & memoria, quas homo in juventute expertus fuit, quæ incessanter illum tentant, voluptatesque præteritas in eo suscitant, imaginationi repræsentant, & continuo hominem pulsant. Plutarchus aliqua enumerat peccata juventuti magis propria dicens: *Adolescentium peccata ingentia, atrocia, ingluvies ventris, furta paternæ pecuniæ, alea, comessationes, potationes, virginum amores, adulteria.* Quidam Interpres super illa verba: *Adolescens juxta viam suam, &c.* cum Vatablo ita scribit: *Instituè puerum juxta bivium viæ suæ, pende hujus præcepti maximam utilitatem: pueris quidem, ubi rationis lux mentem ipsorum irradiare cæpit, duplex statim illis via se offert, alia quidem lata per plana incedens, alia vero angusta, per incompta & difficilia pergens, Illa vitij, hæc virtutis, illa allicit, ista deterret. Ne ergo puer in ea ætatis ac morum facilitate latam illam jucundamque vitij semitam naturâ suadente, quæ suapte natu ad malam pendet sequatur, magistro atque præceptore tunc maximè indiget. Rursum eo tempore cum neutram expertus est, facile in eam inferri se sinit, quæ melior est, nam si fortem vitiorum viam semel arripuit, cum retro averti, & confectum spatium remetiri opus sit, difficile admodum adduci potest, ut reduces ad virtutem passus regat.*

Plut. l. de instit. Lib. Salaz. in c. 22. Prov. Vita nostra consistit in bivio.

6. In S. Matthæo legitur quemdam scire cupientem quid facto sibi opus sit, ut vitam beatam acquirat, Salvatorem nostrum convenisse, cui incarnata Sapientia respondit: *Serva mandata*, cui ille respondit: *Omnia hæc custodivi à juventute mea, quid adhuc mihi deest?* tunc Christus ait illi: *Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me*; subdit autem Evangelista: *Cum audisset adolescens verbum, abijt tristis.* Author operis Imperfecti, adolescentem hunc mendacij redarguit, negando ipsum à primis annis exactissimæ divinæ adimpletionis mandata, si enim hoc egisset, utique tantam erga consilium Evangelicum minimè in se expertus fuisset antipathiam: Ac si dicat: *Scio quidem quia mentitus, & interim hæc accipio quasi vera, si ergo omnia illa servasti à juventute tua, ut sias perfectus, vade, & vende omnia quæ habes, &c.* Paulo post vero subjungit: *Quomodo autem potest fieri, ut sterilis ejus sit senectus, cujus fœcunda sit juventus.*

Mandata Dei servanda sunt à juventute. Matth. 19. v. 17. Ibid. v. 20. Ibid. v. 21. Ibid. v. 22. Auth. Imperf. h. 38.

7. S. Augustinus verba illa Psalmi 136. *Beatus qui tenebit,*

Psalm. 136.

Exempla parentum imprimuntur prolibus.

tenebit, & allides parvulos suos ad petram, exponens ita scribit: *Nascetur infans futurus civis Jerusalem, & in prædestinatione Dei jam crevit, sed interim captivatus ad tempus, quando discit amare, quod insuperaverint parentes, quid facturus est adhuc infans anima tenera, attendens ad majores quid agant, nisi ut quod eos viderit agere, hoc sequatur?* & revera ita est, in illa enim ætate, bona vel mala exempla & instructiones parentum facile discuntur, tunc validiorem à parentibus patiuntur ictum, & parentum exempla menti, & cordi eorum tenacius imprimuntur. Filia Pharaonis juxta Nili littus constituta, & Moysis infantis videns pulchritudinem, eaq; capta eum in filium sibi adoptare disponens, illum non cuilibet aulæ nutrici in educationem commisit, sed *perrexit puella*, inquit sacer textus, *& vocavit matrem suam, ad quam locuta filia Pharaonis: Accipe ait puerum & nutri mihi*: ubi merito quærendum venit, cur Princeps hæc mulier quæ puerum illum sibi in filium adoptare decreverat, eumdem non fecerit deportari in regiam suam coram oculis suis educandum? quo fine illum in manibus reliquit matris suæ, quæ mulier pauper, servituti obnoxia & Hebræa erat? maximè cum Rex pater ejus, tantum adversus populum istum concepisset odium? responderi potest, ita ab infallibilis providentiæ divinæ dispositione fuisse ordinatum, ut scilicet à matre propria educaretur, quia si in aula enutritus fuisset, utique malis Ægyptiorum moribus fuisset imbutus: Nunc vero qui à matre propria educatus fuit, hoc inde bonum est assecutus, quod tanto cum zelo populi sui salutem promoverit, ut *negarit se esse filium filiæ Pharaonis, &c.* Nimirum plus in illo prævaluerunt, pauci anni educationis maternæ in tenellula illa ætate ad defensionem populi sui, & honoris divini, quam alij quadraginta quos consumpsit in aula Regis sacrilegi.

Exod. 2. v. 8. 9. Cur puer Moyses, nutritus fuerit à propria matre, & non in aula Pharaonis.

Hebr. 11. v. 24.

8. *Ossa ejus implebuntur vitijs adolescentiæ ejus*, inquit S. Job, ubi per ossa, quæ totam corporis nostri molem sustinent, in nonnullis Scripturæ locis totus homo intelligitur; *dissipata sunt ossa nostra secus infernum, omnia ossa mea dicunt: . . . quis similis tibi?* Olympiodorus ait: *Ossa profirmioribus animi partibus accipiuntur*, malitia enim quæ in adolescentia contrahitur, *maculat totam nativitatis nostræ*, universamque vitam inficit & contaminat: *Implebuntur vitijs adolescentiæ ejus*, vel ut Septuaginta legunt: *Impleta sunt juventute ejus*. S. Hieronymus vel quisquis est Commentarij in Jobum author, ita scribit: *Hoc agit, quod à juventute sua, ex qua græviora peccata committere cæperit, in ijsdem peccatis suis usque ad senectam permanserit.* Eamdem namque viam, quam homo in adolescentia arripit, in annis quoque maturioribus terere solet. Hugo Card. super illa verba: *Juxta viam suam etiam cum senuerit. &c.* ait: *Juxta viam sive bona sive mala sit, etiam cum senuerit non recedet, quia dum consuetudini non resistitur, fit necessitas, ut dicit Augustinus, & ideo non parum refert à juventute assuescere.* Cassiodorus in Epistola quadam ait: *Producite juvenes vestros in martiam disciplinam, nam quod in juventute non discitur, in matura ætate nescitur.* Quintilianus quoque prærogativam illam tangit juventutis, qua bona documenta facilius discuntur & retinentur, dum juvenes sumus; dicit enim: *Natura tenacissimi sensus eorum, quæ rudibus annis percepimus, ut sapor quo nova imbuis durat, nec lanarum colores, quibus ille candor simplex mutatus est, exui possunt.* Porrò hac prærogativa tunc gaudemus, quando à principio in adolescentia per aliquot temporis spatium bene ambulavimus, tunc enim in virtute bonorum illorum habituum, quos inde comparavimus, magna cum facilitate in virtutum exercitio progredimur Tyrannus ille olim omnes vires suas adhibuit, ut per omnigena blanditiarum genera S. Bibianam à S. fide nostra, & à virginitatis suæ proposito seduceret; ac proinde illam commisit custodiæ sagacissimæ, & perversissimæ cujusdam mulieris; at vero observate, quo modo, quibusve armis S. hæc virgo perversæ illius mulieris technas evaserit. *Rusinæ muliori vaferrimæ seducenda traditur, quæ ab incunabulis edocta Christianas leges, & illibatum servare virginitatis florem, se ipsa fortior, fœminæ superavit insidias, & prætoris æstus delusit.* Eusebius Historicus de cura differens quam Hebræi in bonam liberorum suorum disciplinam adhibere solebant, præcipue vero in ordine ad religionem veritissimum esse scientes, quod initium sapientiæ sit timor Domini, de illis scribit, quod nutrices illorum una cum lacte Scripturæ sacræ doctrinam infantibus instillarint: *Scripturæ quoque sanctæ historias*, inquit, *parentes & nutrices pueris infundere solebant, eis facilius cum viri essent, aterentur.*

Job. 20. v. 11. Psalm. 140. v. 7. Ps. 34. v. 10. Olymp. in Job. Vitia juventutis manent per totam vitam. S. Hier. in Job.

Euseb. l. 2. de præpar. Evangel.

S. Bibiana à puericia bene edocta, servavit fidem & virginitatem. In lection. S. Bibianæ.

9. S. Ambrosius super illa verba Psal. 118, *Anticipavi in maturitate*, postquam illa verba *lonum erit viro cum portaverit &c.* adduxisset, subjungit: *Qui enim à juventute jugum portaverit, & habenis naturi moderaminis teneriora volens colla subdiderit, sedebit singulariter remotus à strepitu interpellantium passionum & quietus silebit, cui necesse jam non sit jugari cum corpore, decertare cum variis cupiditatibus, quia tulit jugum verbi anima quæ quærit Deum, quæ captivas sibi fecit omnes delicias juventutis.* Observandum vero, quod Jeremias postquam juventutis in apprehendendo disciplinæ & bonæ educationis jugo prærogativam demonstrasset, paulo post subjungat, dicens: *Sedebit solitarius & tacebit, quia elevavit se super se*; alij legunt: *Levavit se supra se*, quasi dicere vellet, in progressu annorum suorum passiones in se deprehendet sedatas, & refrænatos appetitus suos; unde pacem quamdam & quietem in se experietur imperturbabilem, audiamus obsecro reflexiones, quas mellifluus Bernardus pariter super hæc verba facit, ita enim scribit: *Quæ cum adolescens esset, & ætatis lubricæ fœnivet ardores, senem induit, relinquens quod erat, assimens quod non erat, & non respexit ad se, sed ad illum qui est supra se*; Pessimum profectò signum est, quando mali mores in juventute addiscuntur, inde enim in progressu annorum quævis mala timeri possunt. Sanctus Gregorius Nazianzenus calamitates prævidit, quæ mundo per tyrannidem & impietatem Juliani Apostatæ imminebant, ex ijs quæ in Juliano videbat, quando etiamnum juvenis Athenis literis operam dabat: *Me morum ipsius inconstantia*, inquit, *atque incredibilis quædam mentis emotio Vatem efficiebat. Hæc ut prospexi, statim obloquitus sum, dicens: Quale malum Romanorum terra nutrit.*

S. Ambr. ser. 204. de tempor. Fructus anitæ quæ à juventute portavit jugum Domini.

S. Bern. ser. 2. in Fest. SS. Apost. Petri & Pauli.

Nazianz. or. 2. contra Julian.

10. Refert Quintilianus Judices Areopagitas puerum quemdam mortis condemnasse, eo quod speciliter delectaretur in eruendis oculis cornicibus; inde enim arguebant, eum adulteriorem factum futurum fuisse sanguinarium & crudelem; Pueri quoque illi qui Elisæi calviciem deriserunt, quorum quadraginta duo erant, ab ursis lacerati fuere, & tamen quis est qui nesciat, quod ubi culpæ locus non est, pœna quoque locum habere non debeat: Erant pueri isti omnis judicij & discursus expertes, adeoque nescibant, quid dicerent, & consequenter peccati expertes erant; & ideo S. Augustinus interrogat, dicens: *Quæ fuit tanta crudelitas in Elisæo, ut propter jocularia verba infantium quadraginta duos pueros fecerit lacerari?* Notandum est igitur illis temporibus Prophetas velut Dæmoniacos existimatos fuisse, sic enim in l. 4. Reg. cap. 9. Is qui ad consecrandum Jehu jussu Dei abierat, hisce verbis exceptus fuit: *Quid venit insanus iste ad te?* hoc prænotato concludit S. Augustinus, dicens: *Parentibus suis instigantibus fecisse credendi sunt, manifeste pueri illi non clamarent, si hoc eorum parentibus displiceret*, ad hæc dicere possumus, divinam justitiam hoc ordinasse pueris supplicium, quia si sanctum quemdam Prophetam in veri Dei ignominiam in primis vitæ annis deridebant, quid deinceps in veri cultus divini contemptum & Religionis ignominiam dicturi & facturi fuissent, si ad magis adultam devenissent ætatem.

S. Aug. ser. 204. de temp.

4. Reg. 9. 11.

Quintil. l. 1. Instit.

Cassiod. l. 1. Ep. 24.

Cur Elisæus ursos interfecerit pueros.

4. Reg. 2. v. 24.

Ætas puerilis ad vitia prona, clivis, rigida disciplina coërcenda est.

Eccli. 7. 25.

DISCURSUS VIII.

ARGUMENTUM.

De disciplina, qua parentes filios delinquentes coërcere debent, quod faciendo paternum erga illos effectum & amorem ostendunt.

THEMA.

Stultitia colligata est in corde pueri, & Virga disciplinæ fugabit eam. Prov. 22. v. 15.

1. DIximus in Discursu præcedenti ætatem pueri- lem, lubricam & proclivem esse ad quodvis vitium, quod idem Salomon quoque dicere voluit, dum ait: *Stultitia colligata est in corde pueri*; Ad hanc vero ignorantiam & stultitiam à juvenili corde profligandam optimum remedium est disciplina, & ordinatæ educationis rigor, cui pater operam dare debet; ideo Ecclesiasticus primo quærit: *Filij tibi sunt? & Moxque* respondet, *erudi illos, & curva illos à puerilia illorum;*

Hug. Card.

rum; id est, ut Hug. Card. ait: *Cura vel curva, verberibus vel verbis.* Vapulandi enim sunt, quando id parentes expediens esse judicaverint, non solum reprehensionibus, sed etiam ferulis & virgis. Aurum quidem pretiosum est, & pulchrum, quando elaboratur, non vero quando intra terræ venas luto & fœcibus involvitur; ut pretiosum fiat, igne purgatur, martellis concutitur, & ad perfectionem reducitur: Dictio hæc *puer à purtate* derivatur, & tamen quando ab utero materno nascitur, ad quodvis vitium est proclivis. Unde Psalm. ait: *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea*; Sicut enim puer nascens, quantum ad corpus, plenus est sordibus, ita quantum ad animam, est impurus; unde necessarium est, ut sacrosancto Baptismi lavacro purificetur, quo etiam præmisso nihilominus propter naturæ corruptæ demerita in eo manet propensio ad culpam, ac proinde lima, & martello opus habet, id est, rigoroso & irreprehensibili educatione; Arbores & plantæ cum è terra nascuntur, per se sylvestres sunt, nec fructus bonos producunt, quibus hortulanus surculos inserit fœcundos, eas putat, & prout opus fuerit, amputando hinc inde ramos præscindit, Homo, qui arbori à Psalm. assimilatur, dum ait: *Lignum quod plantatum est secus decursus aquarum*, ut fructum faciat, ignemque inferni inextinguibilem evadat, necessum est ut dum parvulus & tener est, amputetur, & inutiles rami præscindantur, sureuli boni inserantur salutarium dogmatum, & disciplinarum, idque quamdiu in eo durat ætas immaturior, tunc enim doctrinam sibi traditam facilius apprehendit, tenaciterque retinet per reliquum vitæ. Sacer quidam Interpres in citati Ecclesiastici Textus explanatione hanc verbum inter *erudi*, & *curva* statuit distinctionem: *Vox erudi spectat proprie ad intelligentiam, vox curva ad affectum utroque enim dirigendus est & conformandus in pueris & juvenibus, ne vel indociles maneant, vel inflexibiles: pueris enim ingenita est in intellectu ignorantia, hæc tollenda eruditione, in affectu superbia & concupiscentia, hæc curvanda & castiganda sunt mortificatione.* Alia versio loco, *cura illos*, legit: *Cervices eorum domes.*

Psal. 50. 7.

Dum nascimur similes fumus arbusculis, reciente plantatis.

Psalm. 1. 3.

Cornel. à Lapide.

Tygurina.

Multum conducit sedula educatio.

Prov. 19. v. 18. Hebræus Textus. Septuag. S. Bernar. t. 3. ser. 2. de justit. Christ. c. 3. Pueris opus est virga & correptione.

2. Sapiens in alio quodam Proverbiorum Textu patribus spondet, si ab incunabulis disciplinam, virgamque adhibuerint, pie integreque filios educandos: *Erudi filium tuum, ne desperes.* Hebræus legit: *Castiga filium tuum, quia est spes.* Aft quod hujus disciplinæ tempus accommodatius? *A puerilia*, Unde Septuaginta legunt: *Sic enim erit bona spes.* S. Bernard. parentum obligationem his insinuat verbis: *Tenentur ad punitionem, ut, quem à malis non corrigant verba, duris verberibus arceatur*; Juxta illud Spiritus Sancti assertum: *Stultitia colligata est*; &c. Alias inter à culpa originali ad naturam corruptam derivatas, & hæreditates, pœnalitates, una est ignorantia, quam in filijs destruere scientiamque & sapientiam subrogare, qualiter possint patres Sapiens edocet, dum ait: *Virga atque correptio tribuit sapientiam: Erudi filium tuum & refrigerabit te, & dabit delicias animæ tuæ.* S. Chrysostomus in homilia, cujus titulus est *de liberorum educatione*, discursum ad patres contorquens, ita eos alloquitur: *Ut igitur si equum videas ad præcipitium ferri, frænum injicis, & retractis jubis: ut cohibes, crebroque flagellas; quæ pœna quidem est, sed mater tamen salutis ita cum filijs tuis quoque agas, quando delinquunt.* Quam comparationem diu ante nobis exhibuit in his verbis Ecclesiasticus *Equus indomitus evadit durus, & filius remissus evadet præceps*: Quoniam ut Hugo Cardinal. discurrit: *Sicut equus indomitus & durus in præcipitium vadit, & se & sessorem interficit: Sic filius indisciplinatus in peccatum ruit, & se & animam suam duplici morte occidit.* Si amicum præcipitem pede apprehenderes, eumque vulnerares, ita tamen ut à discrimine præsentissimo ipsum eriperes: quidquid foret de plaga, ingens certe illi beneficium præstitisses, scilicet vitæ: ita & in præsenti afferre licet, quod licet pater virgam disciplinæ infligat filio, in vitiorum & scandalorum barathrum ruenti, nihilominus iniquia edat amoris & beneficij paterni indicia, dum filium hoc modo à præcipitio ereptum, in securo constituit corporalis & spiritualis salutis statu.

Prov. 19. v. 18. Septuag. Eccli. 30. 8. Hug. Card. ibid.

Prov. 23. v. 13.

3. Parentes quoque Salomon admonet in hæc verba: *Noli subtrahere à puero disciplinam*; Aft quis huic curæ fructus correspondebit? *Si enim percusseris eum virgâ, non morietur: tu virgâ percuties eum, & animam ejus de inferno liberabis.* Observatisne aliquando, id, quod prodigiosæ accidit virgæ Moysi, quamdiu illam manu sua portabat, miracula operabatur, flagellis Ægyptum cædebat, Regem obstinatum ad promittendam populi liberationem; obedientiam Deo præstandam, totum vastissimum regnum in jugi circumducebat timore: Aft ubi in terram projecta fuit, in venenosum subito serpentem est transmutata. *Hæc est virga directionis*: Deus enim patribus directionem & authoritatem impertit exercendam in filios, hisque naturaliter genium indulsit obedientiæ, & respectus erga patres, ita ut patres potestatem suam obtinuerint ad præhendendos, corrigendos & percutiendos filios, quoties necessitas fuerit, ut cordibus eorum timorem imprimant divinum, infundant scientias, alienent à vitijs timoratos educent, & reverentes; Aft ubi virgam disciplinæ negiecta educatione in terram projecerint, subito in venenum tam patribus quam filijs convertitur, filijs accrescentibus in contumacia, rebellione & petulantia. Eva primogenitum pariens, *Possedi*, inquiebat, *hominem per Deum*; Certe non inconveniens viget, possessionem inter & filium, ut in præcedentibus Discursibus probavimus similitudo: Id autem quod ad præsens singulariter deservit intentum, in eo consistit, quod sicuti possessio continuum exigat ferri usum, aut ad arandam & evertendam terram, aut ad amputandas vites, aut ad succidendos ramos aridos; ita quoque cultura & boni filij educatio ferrum semper requirat reprehensionis & severitatis, quam similitudinem his verbis nobis exhibet Plutarchus: *Sicut in agrorum cultura, bonam in primis terram esse oportet, tum serendi & colendi terram peritum agricolam, deinde optima semina: Eodem modo loco terræ natura, locoque agricolæ præceptor; & loco seminum institutio bona esse oportet, ut probe pueri educentur*: At vero pro hac cultura rite facienda, necessum est ut diximus, aratrum, ligonem, & ferrum, per quæ disciplina & rigor demonstratur, continuo manibus tractare.

Moysis ad virgam correptionis prolium.

Psalm. 44. 7.

Gen. 4. 1. Magna convenientia inter agrum, & filium.

Plut. de puer. educ.

4. In Deuteronomio in ordine ad bonam directionem & regimen alicujus familiæ, seu progeniei, metaphora quænam adducitur à domus ædificatione & constructione desumpta: ibi namque inter alia præscribitur, quid frater facere debeat in casu quo alius frater sine liberis mortuus fuit, nimirum quod cognatæ suæ per vinculum conjugale sociari debeat, ad effectum stirpem fratris propagandi, quod si vero id facere recusaret, volebat Deus ut mulier defuncti irrecusantis vultum expueret, dicendo: *Sic fiet homini qui non ædificat domum fratris sui*, ejusdem quoque ritus mentio fit in libro Ruth; Ubi dicitur: *Faciat Dominus hanc mulierem quæ ingreditur domum suam, sicut Rachel & Liam, quæ ædificaverunt domum Israël*: Sed quæ obsecro fabricam inter ædificij bonumque familiæ regimen est proportio? Discite connexionem; ut ædificium extruatur, malleis alijsque opus est instrumentis, ut lapides aptentur ut ligna fecentur, & dolentur, muratores & Architecti ad servitium suum requirunt cæmentum, lapides, trabes, quas domui extruendæ adaptare & scindere debent; marmora scalpello accommodant, omniaque juxta artem & beneplacitum suum disponunt. Ita quoque ut bonum vigeat regimen domesticum, debet paterfamilias, juxta quod expediens judicaverit, filios exercere, illis virgam infligere & rigorem disciplinæ, ut jugiter maneant subjecti: *Quam excusationem afferes*, inquit ad quemdam in filiali disciplina exercenda negligentem Patrem S. Chrysost. *an non ab initio tibi feci pueram cohabitare? Constitui vero te ipsius Magistrum & Præfectum, & Curatorem & Ducem: Annon integram ipsius potestatem in manus tuas tradidi? Nonne teneremm illum adhuc conformare jussi, & aptare? Quam igitur habebis veniam, si permiseris eum reluctari? Quid igitur erit, quod dicas? Non quia effrænatus, & intractabilis est? At ab initio oportebat te omnia ista advertere, & cum freno ductilis planeque puer esset, illum frænare, solerter instituere, & ad omnem honestatem conformare, atque animi illius motus subigere, cum facilior cultura erat; tunc spinas oportebat exscindere, cum teneriori existenti ætate eas evellere facilius licebat.*

Ruth. 4. 11.

D. Chrysost. l. 27. cit.

Prov. 13. v. 24. Signum paterni amoris, est punitio filij. Gen. 49. 4.

5. Maximum paterni in filium amoris signum est disciplina, teste Sapiente dum ait: *Qui parcit virgæ, odit filium suum, qui autem diligit illum, instanter erudit.* Jacob morti vicinus omnes ad se advocans filios, ut benediceret eis, ad Ruben dixisse legitur: *Effusus es sicut aqua, non crescas.* Quis ille benedicendi modus, potius maledictio esse videtur; & nihilominus benedictionis loco obtigit filio. Difficultatem hanc

S. *Ambr. l. de benedict. Patriarch. cap. 2.*

indagans S. Ambrosius, inquit: *Nonne redarguit magis, quam benedici videtur?* Resolvitque reprehensiones patrum filijs factas loco benedictionis esse: *Simeon, & Levi vasa iniquitatis bellantia*, inquit idem Patriarcha ad duos alios, *in consilium eorum non veniat anima mea, maledictus furor eorum quia pertinax, & indignatio eorum quia dura.* Et nihilominus juxta Moysen Spiritus Sancti instinctu scribentem: *Singulos benedixit benedictionibus suis.* Cajetanus difficultatem universum his pauculis enodat verbis: *Arguere & punire, aliena non sunt à paterna benedictionibus.* Eamdem nobis veritatem exhibet Apocalapsis, quando docet, quod Pater cœlestis, quem invocamus quotidie, eumdem modum servet cum omnibus sibi magis dilectis, ait enim: *Quem diligit Dominus castigat;*

Cajet. ib.

Hebr. 12. 6. *flagellat autem omnem filium, quem recipit.*

Filiorum delicta puniuntur in parentibus.

6. Funestum S. Bernard. cujusdam patris in filio discolo reprehendendo negligentis in hæc verba perhibet casum: *Exemplum patet de filio à patre non correcto, qui cum ad suspendium duceretur, pater cum lachrymis ad osculum evocato, dentibus nasum præscidit, dicens; quod quia à patre non fuerat correctus, moriebatur suspensus.* Reprehensiones juxta errorum commissorum qualitatem faciendæ sunt; scelera filiorum Heli summè execrabilia erant: *Erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram Domino.* Quia ergo pater eos remisse nimium arguit, severissimam luerunt pœnam; Unde si ferri incisiones, aut ignem adhiberi necessum, solis caveant patres contenti esse medicamentis lenitivis: *Oro*, inquit D. Chrysostomus ad parentes, *ut præbeamus manum filijs nostris, ut ne etiam pro his, quæ illi peccaverunt, pœnas justineamus. An nescitis quid Heli seni acciderit, cum non debitè emendaret filiorum delicta? Quemadmodum enim Medicus, si morbum setione indigentem, unctione aut emplastro curare voluerit, cito morbum incurabilem efficiet, cum congruam non adhibeat medicinam. Ita & senex ille, cum deberet filios suos pro peccatorum qualitate emendare, nimia usus lenitate illos arguit, proinde oro, exemplo hoc timeamus & habentes filios provideamus eis de honesta educatione.*

Hujus exempla.

1. Reg. 2. 7.

D. *Chrys. hom. 59. in Gen.*

7. Exodi c. 2. Raguel filias suas interrogasse legitur: *Cur velocius veneritis solito, ...* gregem enim pascere & certo diei tempore ad ovile reducere solitæ erant; Unde prudens & vigilans pater novitatem hanc est admiratus; observandum tamen, quod magna cum benignitate cum illis egerit, quia error non erat confiderabilis aut magni momenti; unde Lyppomannus sequens elicit documentum dicens: *Boni patris familias est curare, si sedula sit familia in agendis, morarum quoque causas inquirere maxime filiarum.*

Exod. 2. 18.

Proles delinquentes corripiendæ.

Lyppoman.

8. Beatissima Virgo Deipara ob triduanam amantissimi Filij sui amissionem valde afflicta, eumdem tandem in templo inveniens, tametsi illum æterni Patris sui obsequio intentum fuisse probe sciret, Attamen ex materno dolore commota his verbis de ipso conquesta fuit: *Vide, quid fecisti nobis sic?* Quæ verba Richardus à S. Laurentio in laudem ejusdem Virginis retorquet, eademque ad institutionem parentum in ordine ad corrigendum filios directa fuisse existimans, dicit: *In hoc verbo instruimur delinquentes filios corripere, cum ipsa corripuerit etiam non delinquentem, nec commendare coram eis, si quid fecerint boni, sicut ipsa non legitur filium commendasse de eo, quod erat in his quæ Patris sui erat.*

Exemplum B. Virginis Mariæ.

Luc. 2. 48. Rich. à S. Laur. l. 4. de laud. Virg.

9. Mysterio quoque non caruit miraculum, quod Elias filium viduæ Sareptanæ in vitam revocando patravit; Nam ut sacer Textus ait: *Ait ad eam Elias da mihi filium tuum, tulitque eum de sinu ejus & portavit in cœnaculum, ubi ipse manebat & posuit super lectulum suum; Et expandit se, atque mensus est super puerum tribus vicibus, & clamavit ad Dominum.* Etenim hæc *Omnia in figura contingebant illis*, puer enim hic mortuus peccatorem præfigurabat, peccati morte extinctum, qui à Christo resuscitandus erat, nam ut Rupertus Abbas ait: *Hic filius viduæ peccatorem significabat.* At vero inquies, si mortuus hic puer, & consequenter in statu innocentiæ positus erat, quomodo peccatorem præfigurare poterat? Scitisne quid ad hoc responderi debeat? Nimirum sufficit scire, quod filius viduæ erat; hi enim etiam in ætate tenera ut plurimum vitiosi existunt, quia desunt illis debitæ reprehensiones, & severitas correctionis, cujus matres communiter sunt expertes; Elias vero qui vir austerus & rigidus erat, quique etiam capita coronata, id est, Reges acriter reprehendere non dubitabat, filium hunc è sinu matris suæ eripuit, & super durum lectulum suum repositum in vitam revocavit; quia, qui filios vult divinæ gratiæ vita

3. Reg. 17. v. 19. 21. Filius mortuus viduæ Sareptanæ designat peccatorem. *Rup. Abb. l. 5. de Trin. & operib. ejus. c. 8.* Et qua de causa.

gaudere, eosdem ferulæ & disciplinæ Religiosorum illos debet submittere; atque hinc est, quod olim laudabilis illa consuetudo viguerit, qua filij in monasterijs Religiosorum, & maxime Ordinis S. Benedicti educandi traderentur, vel ut hodie fit, juventus pro debita educatione Seminarijs & Collegijs sub directione Patrum Societatis Jesu committatur.

10. S. August. monitum quoddam scriptum reliquit magni ponderis & consolationis etiam ipsis filijs quando à parentibus severe gubernantur: Dicit enim: *Jam sæviat quantum vult: Pater est: sed flagellavit nos, & offixit nos, & contrivit nos; pater est: Vith si ploras, sub patre plora. Quod pateris unde plangis, medicina est non pœna; castigatio est non damnatio. Noli repellere flagellum, si non vis repelli ab hæreditate; Noli attendere quam pœnam habeas in flagello, sed quem locum in testamento.* S. Bernardinus, negligentiam parentum in reprehendendis & castigandis filijs unicam ruinæ nostræ causam esse dicit: *Quia aliqui non curant instruere & corrigere filios delinquentes, dimittunt eos voluntati suæ;* sicut Proverb. 29. dicitur *sicut* [*puer qui dimittitur voluntati suæ, confundet matrem suam,*] *quia ex tali impia libertate pueri inordinatos sequuntur impetus voluntatis.*

S. Aug. in Psalm. 102. Optimum prolibus, flagellari à patre.

S. Bernard. din. ib. c. 5.

Prov. 29. 15.

DISCURSUS IX.

ARGUMENTUM.

Nimius parentum rigor, nimiaque eorumdem benignitas in filios, per quam illis gravia damna conciliant, perstringuntur, simulque hæc duo inter se in parentibus contemperanda esse ostenditur.

THEMA.

Patres, nolite ad indignationem provocare filios vestros, ut non pusillo animo fiant. Coloss. c. 3. v. 21.

1. ID quod S. Paulus Colossensibus scripsit, idem quoque in Epistola ad Ephesios scripta eisdem inculcarat, dicens: *Vos patres nolite ad iracundiam provocare filios vestros;* Circa quæ verba S. Thomas distinctionem quamdam adducit dicens: *Notandum, quod aliud est principatus Patris ad Filium & Domini ad servum; quia Dominus utitur servo suo ad utilitatem propriam, sed pater utitur filio ad utilitatem filij, & ideo necesse est quod patres instruant filios propter utilitatem ipsorum, non tamen nimis arcendo, aut subjiciendo,* & ideo dicitur Coloss. 3. *Patres nolite ad indignationem provocare filios vestros, ut scilicet non pusillo animo fiant, quia talis provocatio non animat ad bonum.* Elias Commentator Nazianzeni de hac educationis materia differens, præcitatum S. Pauli ad Ephesios textum adducit, eumque discrete locutum fuisse considerat, dicens: *Non dixit amate, hoc enim natura eos docet, verum nolite ad irascendum provocare ipsos videlicet exhæredando, atque abdicando, aut etiam gravia quædam & servilia ipsis imperando;* Parentes enim reprehendere quidem, nec non si opus est, verberare debent filios suos, sed semper tamquam Patres & Magistri, non vero sicut lictores & carnifices.

Ephes. 6. 4. S. *Thomas ib.* Rigor parentum in pro. les, debet esse discretus.

Elias Cret. orat. 1. in Nazianz.

2. Dubium non est, quin in magnam vos admirationem rapiat atrox illa pœna quæ filijs, male educatis, aliquando S. Elisæum Prophetam deriserunt, irrogata fuit, *bene omnia fecit*, ita disposuit, ut omnes quadraginta duo pueri ab ursis dilacerarentur, sed cur ab ursis potius, quam ab alijs feris crudelis hæc mors illis illata fuit? Pro resolutione sciendum est, hanc esse ursæ proprietatem, quod catulos suos velut informem quamdam carnis massam in lucem edat, quam postea velut embrionem lingua sua lambendo ad perfectam formam per omnium membrorum suorum distinctionem reducit; qua de re S. Ambrosius ita scribit: *Fertur informes utero partus edere, sed natos lingua fingere atque in speciem sui similitudinemque formare;* Quam ursæ proprietatem idem S. Doctor adversus genitores hunc in modum applicat dicens: *Non miraris in fera, tam pij oris officia cujus naturam pietas exprimit, ursa igitur partus suos ad sui effingit similitudinem, ut filios tuos instituere similes tui non potes?* Quod verò hac in re nobis observandum venit, hoc est, quod videlicet ad catuli efformationem lingua non pedibus, nec unguibus utatur; ad insinuandum parentibus, quod tametsi nonnumquam filios suos reprehendere debeant; id tamen faciendo numquam mansuetudo & affectus paternus

4. *Reg. 2.* Ingeniosa ratio, cur pofiquam ab ursis, quam alijs bestijs dilaniati sint 42. pueri tempore Elisæi.

S. Ambr. l. 6. Hexam. c. 4.

paternus ab illis deponendus sit, utendum est lingua acriter illos increpando, & reprehendendo, semper tamen cum suavitate aliqua illos lambendo.

3. Salmeron optime declarat quando parentes filios ad iram & indignationem provocare soleant, dicit enim: *Est tamen provocare ad iracundiam, quando cum eis non agant ea qua decet moderatione, vel cum se eis Duros, vel inexorabiles præstant, aut cum fervorum officia eis imperant, aut gravius quam par sit, puniunt, & inde abalienationem, & iræ vindictam & odium concipiunt contra parentes.* S. Bernardin. textum illum adducens Proverbiorum: *Qui parcit virgæ, odit filium*, subjungit: *Et ne credant, quod semper flagello utendum sit, aperte subjungit dicens: Qui autem diligit illum, instanter erudit: nec ait, instanter flagellat, & percutit, eo quod plus sunt filij erudiendi, quam verberibus flagellandi.* Quis umquam filiorum severius castigari promeruit, quam filius ille prodigus, contumax, & rebellis, qui totum suum patrimonium cum meretricibus dilapidarat? & tamen Chrysol. super illa verba: *Cecidit super collum ejus*, inquit: *Sic pater judicat, sic emendat, sic peccanti filio dat oscula, non flagella, delicta non videt, vis amoris, & ideo pater peccata filij redemit osculo, clausit amplexu;* Non minando illum recepit, sed cum Canticis & Symphonijs. Si enim pater ipsum desperationi proximum vulru severo à se rejecisset, si rigore adversus illum usus fuisset, utique numquam illum lucratus fuisset.

Salmer. t. 4. disp. 14. Filij potius sunt erudiendi, quam flagellandi.

S. Bernardin. t. 3. ser. 9. A. 3. c. 1. Patet in patre filij prodigi.

S. Chrysol. ser. 3.

4. Peculiaris est Camelorum instinctus naturalis; quod quando ex prolixo itinere sunt fatigati, immobiliter firmentur, adeo ut neque per virgam, neque per baculos ad iter reassumendum moveri possint; unde qui illos gubernant, cantu & symphonia uti solent; ut eos moveant. Ita quoque sæpe reperiuntur filiorum nonnulli indolis adeo nobilis & generosæ, ut ad virtutem non per minas sed per benignitatem inducantur, adeo ut rigor illos potius perversores efficiat. Sanctus Anselmus Archiepiscopus Cantuariensis parentes illos qui in sola virga confidentes filios gubernant, his verbis alloquitur: *Solis eos percussionibus & flagellis ad mores bonos vultis informare? Videtis umquam aurificem ex lamina auri vel argenti solis percussionibus imaginem speciosam formasse? Non puto: Quid tunc? Quatenus aptam formam ex lamina aptet, nunc eam suo instrumento leniter premit & percutit, nunc discreto levamine lenius levat, & format: sic & vos si pueros vestros cupitis ornatis moribus esse, necesse est, ut cum depressionibus verberum impendatis eis paternæ pietatis & mansuetudinis lenamen atque subsidium.*

Majolus Collat. 7. Canicul. Mirabilis natura Camelorum.

Applicatio.

Surius 21. April. in vit. S. Anselmi.

5. Advertendum tamen est, prudentem illum Samaritanum ad sanandum miserum illum qui ab Jerusalem in Jericho descendens in latrones incidit, oleum pariter & vinum vulneribus ejus infuderit: *Et appropians alligavit vulnera ejus*, inquit sacer Textus: *Infundens oleum & vinum;* Porrò per oleum benignitas & mansuetudo, per vinum verò, rigor & austeritas intelligitur; *Sermo ejus*, inquit S. Ambrosius, *medicamentum est, alius ejus sermo constringit vulnera, alius oleo fovet, alius vinum infundit; constringit vulnera austeritate præcepti, fovet remissione peccati, sicut vino compungit denunciatione judicij;* Multò verò melius ad propositum nostrum S. Greg. loquitur, dum ait: *Per vinum mordeantur vulnera, per oleum foveantur; misceada est lenitas cum severitate, sit rigor, sed non exasperans, sit zelus, sed non immoderate sapiens, sit pietas, sed non plus quam expediat.* Ecclesiasticus postquam dixisset filios, qui sunt velut equi effrænes & indomiti, ad præcipitium currere, paulo pòst subjungit dicens: *Lacta filium & paventem te faciet, lude cum eo & contristabit te, Non corrideas illi, ne doleas, & in novissimo obstupescent dentes tui, Non des illi potestatem in juventute.* Quo monito Ecclesiasticus nimiam & pernitiosam parentum erga filios teneritudinem & affectum reprimere nititur, qua nimium sunt indulgentes frænum illis nimium laxando. Paul. de Palatio verba illa Ecclesiastici hoc modo exponit: *Si ad modum blandæ matricis nihil filio negaveris, faciet ille ut semper illum metuas semper pavens mala, non corrideas illi, ne doleas;* quam Ecclesiastici similitudinem hunc in modum consequenter exponit: *Ut enim qui avidè rem aliquam edunt, tunc quidem gaudent, postea vero sentiunt dentium stuporem, ita si filio corrides, tunc quidem ridebis, sed risum haec postea dolore.* Quando enim parentes cum filijs nimis familiariter agunt, in faciem illos arridendo, debitum sibi respectum & reverentiam amittunt.

Eccli. 30. 9. 10. 11.

6. Pelicanus inter omnes alias aves pullos suos magnopere diligit, fœmella enim ovis incubans, mox, ut excusos pullos vivere conspicit, præ nimia amoris teneritudine illos amplexatur & stringit, at vero inter amplexus mortem illis conciliat, siquidem inadvertenter rostro illos colludens latera perforat: supervenions autem post triduum masculus pullosq; mortuos cernens, rostro sibi pectus vulnerat, suoque sanguine illos revivificat: quot sunt eheu parentes: Qui filios suos affectu quidem tenero non tamen constanti, nec virtuoso, nec rationabili diligendo (siquidem *Qui diligit filium, assiduat illi flagella*) mortem illis non solum corporis sed & animæ afferunt? Dissimulant illorum insolentias, quæ tandem sanitatem lædunt; & salutem æternam impediunt: In lib: Regum matrem quamdam suffocasse filium legitur, scitisne qua occasione id factum fit? Nimirum illam sibi semper præsentem etiam in lecto volebat; quot sunt qui nimia erga prolem teneritudine seducti vitam illi abbreviant?

Apta similitudo Pelicani contra parentes nimis tenerè proles diligentes.

Eccli. 30. 13.

7. Quis numquam crederet struthionem parentes edocere, quomodo se filios amando gerere debeant? Ponit is ova sua in arenam, de cætero radijs solaribus illa committendo, ut ab illis animentur; nam forte id ex impietate procedere existimatis? Minime gentium: *Quando relinquit ova sua in terra, tu forsan in pulvere calefacies ea?* inquit Job Propheta: *Obliviscitur quod pes conculcet ea, aut bestia agri conterat. Duratur ad filios suos quasi non sint sui.* Quod si struthio adinstar aliarum avium ovis incubaret, eaque quidem corporis sui calore foveret, pondere autem & immensa corporis sui mole eadem dirumperet, ad hæc cum stomachum habeat adeo calidum, ut ferrum digerat, nimio calore suo partus suos disperderet; atque hinc est, quod id, quod secundum apparentiam externam defectus pietatis & amoris censetur esse inopia, mera sit materna discretio & affectus; eodem modo de nonnullis parentibus discurrere licet qui prima facie nimis erga filios rigidi esse videntur, dum mortificationis virgam quoad illos semper manuversant, non permittendo illis cujusvis generis conversationes, vel astringendo illos ut continuo studijs sint applicati, non est hæc censenda nimia severitas, sed synceri amoris puritas, & zelus paternus, qui filij exanimat instinctum & malas inclinationes; novitque nocivam illi futuram esse nimiam Patris erga illos benignitatem.

Scrutinio docet parentes, quomodo se gerere debeant erga proles.

Job 39. 14. 15. 16.

8. Oves quidem circa diluculum matutinum ovile libenter egrederentur, ut herbas depascerent rorulentas, utpote quæ instar mellis amabiles sunt & dulces, at vero prudens & providus pastor illas retinet & coercet, donec per Solem ros exsiccetur, ne nimium pinguescant, probe sciens pinguedinem illam eis fore damnosam: Idem quoque de filijs dicere possumus, quibus parentes multas recreationes, cæteroquin honestas, prohibent, illos fræno semper coercent, quia eum illorum propensionem probe sibi perspectam habeant, damnum quod in illa tenera ætate in eos redundare posset, solicite prævident. *Egrediuntur*, inquit, Job, *quasi greges parvuli eorum & infantes eorum exultant lusibus, Tenent tympanum & citharam & gaudent ad sonitum organi.* Sed quem tandem finem ejusmodi filij assequuntur, quibus parentes hoc modo fræna laxant? *Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.* Idem quoque S. Propheta quoad filios suos ait, quod tametsi nonnumquam in præsentia illorum rideret, id tamen eo modo faciebat, ut inde potius sibi illis erga se reverentiam & timorem conciliaret, quam quod illum vel in minimo diminueret. *Si quando videbam ad eos, non credebant;* Unde S. Gregorius hoc pro parentibus & superioribus elicit utilissimum documentum, dicens: *Is, qui præest & arridens timeri debet & iratus amari.* Plutarchus ait: *Vidi patres quibus amor nimius causa exitii, ne amarent.* At vero inquies, si filios affectu excessivo amabant, quomodo illos non amare dici possunt Ad hoc respondet sequenti similitudine à simijs desumpta, qui dum catulis suis abblandiuntur, eosque etiam nunc teneros inter brachia sua fortiter stringunt, suffocant eosdem: quot sunt eheu! qui per blanditias & nimiam benevolentiam filios educant petulantes & Dei inimicos, atque à bona disciplina probisque moribus aversos & alienos?

Simile pastorum qui oves non educunt nisi rore exsiccato.

Job 21. 11. 12. Nimius parentum amor, est prolibus exitio.

Ibid. v. 13.

Job. 29. 24. *S. Greg. l. 10. mor. c. 3.* *Plut. lib. de liber. educ.* Similitudo similiarum.

9. D. Chrysostomus scribit, se frequenter pessimum vidisse illorum filiorum exitum qui à parentibus nimium amati extra omnem ab illis disciplinam sunt relicti; Dicit enim: *Dum mordunare ac dissolute viventes castigare, verbis reprehendere, aut contristare filios nolunt, vidi sapius in flagitijs deprehensos in carcerem abripi & à carnificibus capite plecti.* Idem quoque S. Doctor

D. Chrys. t. 6. hom. 27. Pessimi finis filiorum sunt parentes in causa.

ctor pergit ulterius ostendere ignominiam quæ in eosdem parentes resultat, dum ab alijs digitis monstrantur tamquam peccatorum à filijs commissorum Authores eo quod eosdem tempore congruo non castigarint : *Cum ipso damno*, inquit, *major ignominia nascitur, omnibus scilicet illo è medio sublato ejusmodi patrem digito monstrantibus, & forum penitus ipsi in accessum facientibus* Cum filij Heli post prophanatum sanctuarium factasque tot extorsiones sacrilegas, divinæ justitiæ arcum, fulminibus oneratum, Deus Prophetam Samuelem misit, qui Dei furorem, quem peccatis suis extorserant, insinuaret ; Sed ad quem illum ablegavit ; Ad Heli : sed numquid filij ejus erant ij qui deliquerant, annon Heli vir raræ innocentiæ cultum Dei in omnibus zelaverat ? Verum quidem hoc est, sed nimis tener amor quo filios suos prosequebatur, causa fuit, cur dum illos nimis benigne corrigeret, hi se nec quidquam emendarint, ac proinde omnis à filijs commissus excessus ipsi tamquam causæ imputatus fuit : Unde tametsi vulgata legat : *Quare calce abjecistis victimam meam ?* Abulensis tamen in numero singulari legit : *Abjecisti*, unde idem Author ait : *conqueritur hic Deus de Heli, tamquam ipse fecisset iniquitatem istam : ipse tamen non peccabat, sed filij sui, quia tamen ipse permisit, dicitur ipse fecisse*, unde Deus per Prophetam ei dixit : *Prædixi ei, quod judicaturus essem domum ejus in æternum propter iniquitatem, eo quod noverat indigne agere filios suos & non corripuerit eos*; Sed numquid facer Textus cum illos correxisse dicit, in capite enim antecedenti ad illos dixisse fertur : *Quare facitis res hujusmodi quas ego audio, res pessimas ab omni populo. Nolite filij mei, non enim est bona fama quam ego audio.* Respondeo, verum quidem est quod illos corripuerit, sed quam est blanda hæc correctio pro tam gravi & enormi excessu, pro quo suppliciorum severissimorum fulmina vibrare debuerat ? *Qua in re notandum est*, inquit S. Greg. *quia inique agentes filios non corripuit, iniquitatem fecisse reprehenditur, quæ in æternum victimis & muneribus nequaquam expietur.*

1. Reg. 2. Paret in exemplo Heli, & filiorum ejus.
1. Reg. 2. 23. 24.
S. Greg. ibi. in c. 3. cit.

10. Sapiens olim matribus nimium indulgentibus monitum quoddam præscripsit, quod patribus quoque commune esse debet, qui ad peccata, & transgressiones filiorum oculos claudunt, dicit enim : *Puer qui dimittitur voluntati suæ, confundit matrem suam*; Ubi Septuaginta legunt : *Puer errans confundit parentes suos*, quod utique re ipsa Agar experta fuit, dū enim Ismaël ab eadem supra modum dilectus, sed malè educatus cum Isaac insolenter & inverecunde luderet, causam dedit, quod cum ipso simul & mater in exilium pulsa indigneque habita fuerit. Cajetan. inquit, in Hebræo solum haberi : *Puer dimissus, hoc est derelictus à correctione & virga &c. atas enim puerilis prona est ad mala & vana, & propterea eget, ut corrigatur verbis*: Hugo Cardinalis illa verba Ecclesiastici : *Lacta filium & paventem te faciet*, hoc modo exponit : *paventem, id est animo trepidantem te faciet ; ille enim pavidus est ut dicit Isidorus, quem fugat trepidatio mentis, qui videt filium errare & vellet tangere & non audet propter nimij timoris remissionem.*

Prov. 29. v. 15. Septuag. Similiter exemplo Agar & Ismaëlis.
Cajet. ib.
Eccli. 30. v. 9.
Hugo. C. ib.

11. Ab hoc inordinato amore aliud quoddam valde considerabile inconveniens sequitur, quod dissensiones, invidiam, & rixas in familijs accendit, scilicet partialitas inter fratres. Sanctus Bernardinus parentibus regulam præscribit, ne apud filios respectum suum amittant & reverentiam : *Debent*, inquit, *filij parentes timere, quod ut efficere possint, pater diligentia solicita observabit, ne dissoluta lætitia ex inordinato affectu conversetur cum illis, cum jam grandiusculi sint, sed reverenda maturitate & timoroso amore, ac gravitate discreta & exemplari semper sit ante eos. Insolentes enim solent fieri filij ex nimia lætitia & levitate parentum, perduntque erga eos reverentiam & timorem.* Ac proinde monet patres ut bono exemplo, gravitate, & seriestate in cunctis operibus suis filios suos in timore & reverentia potius contineant, quam quod illos per virgæ & verberum rigorem exasperent ; *Sapiens pater*, inquit, *plus aspectibus oculorum, & verbis, & verecundis exemplis, quam diversis disciplinis filium in tenera ætate erudit.* Sic Sanctus Tobias senior, licet cæcus esset, nihilominus tamen filio suo Dux fuit, ut illum in bonam viam dirigeret. Unde Sanctus Augustinus optime inquit : *Imitentur senes mores Tobiæ, qui cum cæcus esset corpore, tamen vitæ filio demonstrabat in corde, ille enim manu ducebat in terra, & pater monendo eum perducebat ad cælum.*

Parentes non sunt partiales in educatione prolium.
S. Bern T. 1. ser. in Fer. 4. post Dom. 3. Quadr. A. 2. c. 2.
Sint etiam in illorum præsentia exemplares.
S. Aug. T. 9. de Catechiz. c. 6. ante finem.

12. Videmus per experientiam quod in fœce plebis parentes improperijs continuo onerent filios, maledictiones quoque in illos evomant, nec bonum quidem verbum illis dicere norint ; quibus exprobrari potest, quod Salvator apud Sanctum Lucam dicit, videlicet : *Quis ex vobis patrem petit panem, numquid lapidem dabit illi ? aut si piscem, numquid pro pisce serpentem dabit illi ? aut si petierit ovum, numquid porriget illi scorpionem ?* Salmeron super illa verba Sancti Pauli : *Nolite ad iracundiam, &c.* inquit : *Sed sicut nimia parentum in filios indulgentia improbatur, & fomentum solet esse peccati, ita etiam nimia severitas & duritia hoc loco interdicitur ; legimus enim & Heli sacerdotem peccantibus filijs in ozerendis hominibus à sacrificio indulgentem reprehensum fuisse, & Saulis in Jonatham filium, non toleratam nimiam asperitatem.* Optime igitur Plutarchus monet, dicens : *Patres nolo duro vel aspero ingenio esse, verum identidem connivere quibusdam adolescentiorijs peccatis, atque sibi & ipsis, quod juvenes fuerint subjicere, ac Medicorum more, qui amara medicamenta liquoribus dulcibus temperantes oblectamento viam aperiunt ad profectum, sic parentes increpationum rigorem lenitate diluere.* Sanctus Hieronymus illa verba : *Educate illos in disciplina, & correptione Domini*, ita exponit : *Sive in moderatione, & non irrationabiliter verberando.* Sanctus Ambrosius super ijsdem verbis aliam habet observationem : *Memimisse debent patres*, inquit, *quia & ipsi fuerunt filij, & noluerunt utique exacerbari à patribus, filij quoque cognoscere debent quod futuri sunt patres, & nollent inhonorari ab eis : idcirco atque exhibeant invicem quod exquirunt ab invicem.*

Luc. 11. v. 11. 12.
Ephes. 6. 4.
Salmer. T. 15. disp. 14.
Plutar. de educ. lib.
Caveant à nimia duritia & severitate.
S. Hier. ad Ephes. 6. 4.
S. Ambr. ibi.

DISCURSUS X.
ARGUMENTUM.

Obedientia quam filij parentibus debent, locum non habet in quibus servitium Dei & animarum salus præponderare debet.

THEMA.

Filij obedite parentibus vestris in Domino : hoc enim justum est. Ad Ephes. c. 6. v. 1.

1. VAlde consideranda est Glossa illa, qua S. Anselmus hæc S. Pauli verba declarat : Hic enim ad illam se conditionem reflectens, quæ obedientiæ parentibus debitæ conjungitur, scilicet : *In Domino*, se reflectens ait : *Id est, in his quæ ad Deum pertinent, non enim suadet obediendum esse in eis, quæ sunt contra Deum.* Cum Moyses contumeliam & injuriam Deo in adoratione vituli irrogatam castigare decreviſſet his Israëlitas affatus est verbis : *Si quis est Domini jungatur mihi, congregabuntque sunt ad eum omnes filij Levi, quibus ait : Hæc dicit Dominus Deus Israël : ponat vir gladium super femur suum ... occidat unusquisque fratrem, & amicum, & proximum suum.* Immò ex quodam Deuteronomij textu, illos in casu quo pater & mater scelleris illius rei fuissent, patrem quoque & matrem occidere justos fuisse clare colligitur : Nam ut sacer textus ait : *Levi quoque ait : ... Qui dixit patri suo, & matri suæ : Nescio vos, & fratribus suis : Ignoro vos, hi custodierunt eloquium suum, & pactum suum servaverunt.* Circa quæ verba merito quæstio exurgit, qua ratione filij Levienses suos in proprios stringendo genitores, pactum & legem Dei adimplere potuerint, cum Deus per eumdem Moysen inviolabilem illam promulgaverit legem, qua tam serio præcipitur : *Honora parentes.* S. Ambrosius difficultatem hanc enodat, dum ait : *Quod occidi fecit à proximis proximos Moyses, filios à parentibus, præceptum evidens, quia præferenda est religio necessitudini, pietas propinquitati, ea est enim vera pietas, quæ præponit divina humanis.* Cajetanus in c. 33. Deuteronomij inquit : *Qui dixit patri suo & matri suæ, Nescio vos, id est, qui omnem carnalem amorem parentum, & prolis, ac cognationis penitus abjecerunt, Dei intuitu, & amore, hi custodierunt eloquium tuum Christe.* Parentibus quidem debitus respectus, reverentia & subjectio minime negatur : Verumtamen præcepto paterno & lege Dei simul concurrentibus, hanc illi præferendam esse, nemo inficiari potest : Nam ut Glossa ait : *Debemus copulam terrenæ cognationis agnoscere, sed si cursum mentis præpedit ignorare, ut affectus mentis viscera repleat, sed à spirituali proposito non avertat.* Memorandum proinde hic est, quod vaccis ad Arcam Domini vehendam jugo alligatis accidisse legitur, tametsi enim vituli stabulo inclusi mugirent, *tbant* tamen *in directum vaccæ*, nec se à cœpto itinere ob fatuum suorum stridorem impediri sinebant : Hæc bene vaccæ innuunt, inquit Glossa, quæ subarca Domini ad montana tendentes, affectu & rigido sensu gradiuntur, pro vitulis pergentes mugiebant, sed à cœpto itenere non deflectebant.

S. Anſ. ibid.
Exod. 32. v. 26.
Filij non tenentur obedire parentibus in ijs quæ sunt contra legem Dei, & animarum salutem.
Deut. 33. v. 8. 9.
S. Ambr. in Gloss.
Exod. 32.
Epist. 26. ad Romul.
Cajet. in c. 33. Deut.
Gloss. in c. 33. Deut.
1. Reg. 6. v. 12.
Gloss. ib.

2. S. Hieronymus in Epistola quadam optimam quamdam tradit regulam ad dignoscendum, quando parentibus obedire debeamus, tunc videlicet, quando in hac obedientia nihil concurrit contrarietatis, quæ reverentiæ cælesti Patri debitæ repugnet ; unde ait : *Homo a patrem tuum, sed si te à vero Patre non separat. Tamdiu socio sanguinis copulam, quamdiu ille suum noverit Creatorem.* Idem quoque punctum S. Augustinus tangit, dum pro illius intelligentia sequentem doctrinam post se scriptam relinquit : *Manifestum est & honorem parentum in gradu suo esse servandum & eos tamen in divini amoris comparatione, præsertim si impedimento sint, nulla dubitatione oportere contemni.* Idque per statim citatum Deuteronomij textum probat, in quo dicitur : *Qui dixit patri suo & matri &c.* Salvator noster die quadam ab ingenti quodam se consectante populo cinctum esse videns, inquit : *Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, ... non potest meus esse discipulus.* Peregrinus profecto loquendi modus est iste : Quid enim naturæ nostræ & rectæ rationi magis adversum, quam quod Incarnata Sapientia nobis præcipiat, ut odio prosequamur illos, quibus omnem reverentiam, obedientiam & amorem debemus ? At vero Cajetan. dicit : Il a Redemptoris verba intelligenda esse, *non absolutæ, sed quatenus impedirent adhæsionem ad Christum, gratia enim non destruit, sed perficit naturam, qua naturaliter diligimus patrem, matrem, & vitam propriam. Odium autem etiam animæ suæ (hoc est etiam propriæ vitæ) retrahentis ab obsequio Christi, constat esse de necessitate salutis.* Neque enim credendum est, inquit S. Bonaventura, Christum nobis quidpiam præcipere, quod pietati parentibus debitæ adversetur : *Non enim præcipit odium parentum, quantum ad naturam, quia hoc esset impietatis*; Nam ut S. Joannes Apostolus ait : *Qui odit fratrem suum, homicida est*, scilicet quantum ad culpam. Cærerum regius Psalmista dicebat : *Nonne qui oderunt te Domine oderam, & super inimicos tuos tabescebam ? Perfecto odio oderam illos. Hoc enim*, ut Dionisius Carthus. ait, *est bonum, virtuosumque odium ex spiritualis procedens amore ; odiamus, relinquamus, vitemus, quantum ad hoc, quod nos impedire nituntur, aut possunt à spirituali profectu.* S. Bonaventura illam citat S. Greg. Homiliam quam in lectionibus matutinalibus perscripe legimus, in qua dicitur : Simul & odisse possumus & diligere, ut ex cognatione nobis conjunctos, ex præcepto divino diligamus, & quos adversarios in via Dei patimur, odiendo & fugiendo nesciamus ; unde odium illud non venit ex crudelitate, sed ex charitate.

Regula, quando obediendum sit Parentibus.
S. Hier. ad Furiam.
S. Aug. T. 6. com. Adimant. c. 6.
Deut. 33. 9.
Luc. 14. v. 26.
Quis sit sensus Verborum Christi : *Qui non odit Patrem suum.*
Cajet. ib.
S. Bonav. in Luc.
1. Jo. 3. v. 15.
Ps. 138. v. 21.
Ibid. 22.
Dion. C. ib.
S. Bonav.
S. Greg. h. 37. in Ev.

3. Commentator Nazianzeni in orat. 1. textum illum S. Pauli adducit, in verbis Thematis propositum : *Leges parentibus & filijs sancit dicens : Filij obedite parentibus vestris in Domino, hoc est, in ijs rebus, ex quibus, pietas nullo detrimento afficitur.* Sciendum namque est duos nos habere Patres, in terris unum, alium vero in cælo, quem in oratione Dominica quotidie invocamus : A cælesti Patre animam accepimus, quæ pars est magis essencialis, corpus vero à terreno patre habemus. At vero nisi horum duorum prius reverentia & obedientia exhibenda est ? utique præcedere debet Pater noster cælestis, sicut anima corpus longe præcellit : ac proinde S. Hieron. ait : *Non es ejus cui nata es, sed cui renata.* Et ideo S. Cyrill. Alex. citans verba illa : *Qui amat patrem aut matrem plus quā me, non est me dignus*, inquit : *Valeat omnino eo tempore pietatis lex, recedat naturalis amoris vis, & ea omnia quæcumq; adhominē delectationem spectant, & ut ita dicamus, pia duritie colatur Deus.* Vult enim Deus, ut sibi primo omnium loco obediamus & serviamus ; secundo vero loco veneremur parentes.

Elias Cret. or. 1. Naz. Primo obediendum Deo, postea parentibus.
S. Hier. ad Heliod.
S. Cyrill. Alex. de adorat. c. 6.

4. Matth. c. 8. dicitur : *Alius autem de discipulis ejus ait illi : Domine permitte me primò ire, & sepelire patrem meū : Jesus autem ait illi : Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos.* Quid vero æquius aut rationabilius esse potest, quam paternis ossibus honesta impendatur sepultura, non vero insepulta negligantur ? Et tamen Christus id suo prohibere videtur consilio. Dionysius Carthus. quorumdam refert opinionem, patrem hujus nequaquam mortuum fuisse existimantium : sed verborum discipuli illius sensum hunc fuisse quod scilicet discipulis Christi tunc pulgere decreviſſet, cum moriturus esset pater ipsius : Quia tamen major pars sacrorum Interpretum, patrem candidati hujus vere mortuum fuisse censent, ideo dictus Carthus. respondet : *Negavit hunc patris sepelitionem, non quia mala, sed quia majoris boni impeditiva :* Citatque

Matth. 8. v. 21. Parentum utilitas & servitium non præferendum servitio Dei.
Dion. C. ib.

authoritatem S. Ambrosij, dicentis : *Docet Christus minora bona pro utilitate esse præmittenda, majus est enim animas mortuas præcando sepelire, quam corpus mortui in terra abscondere ; unde elicitur, quod quando parentes aliunde habere possunt sustentaculum vitæ, filij non impediuntur à religionis ingressu.* Sciendum verò est, quod S. Lucas, qui eamdem conscripsit historiam, Christum hunc candidato respondisse, dicat : *Sine ut mortui sepeliant mortuos suos, tu autem vade & annuntia Regnum Dei.* Cui consonat illa S. Augustini sententia dicentis : *Quando Dominus parat homines Evangelio, nullam excusationem vult interponi, carnalis hujus temporalisque pietatis* : Nam ut Theophylactus super hoc S. Matthæi textum ait : *Oportet sane parentes venerari, sed magis oportet venerari Deum.* Hug. Card. candidatum hunc eos prægnasse dicit, qui sub prætextu non deserendi patrem, donec illum prius sepelierint : religionis ingressum differunt, qui tamen si id ex sola affectus teneritudine, sine causa rationabili, & sine ulla parentum necessitate faciant, difficulter apud Deum interius illos vocantem excusare se poterunt, Notissima sunt celebria illa S. Hieron. verba in Epistola ad Heliodorum ita scribentis : *Si pater in limine jaceat, si mater ubera, quibus te lactavit, ostendat, per calcatum perge patrem, per calcatum perge matrem, & ad vexillum crucis evola : solum enim genus pietatis est in hoc esse crudelem.*

Luc. 9. v. 60.
S. Aug. ser. 7. de verb. Dom.
Theoph. ib.
Hug. Card. ibid.
Deo Vocanti sequendum, neglectis parentibus.
S. Hier. Ep. 1. ad Heliodorum.

5. Dionysius Carthus. in libro de quatuor novissimis, virum quemdam sanctum sequentem habuisse visionem refert, vidit enim in Inferni horrendis flammis luctantes inter se patrem & filium, sibique invicem maledicentes : Ille namque filio maledicebat, eo quod divitias sibi accumulare noluisset, ut fieret opulentus : Filius vero econtra maledicebat patri, eo quod sibi Religionis ingressum noluisset permittere. Nazianzenus in oratione quadam Cæsarij fratris sui encomia recensens, de parentibus suis ita scribit : *Ambo filiorum simul & Christi amantes (id quod summa admiratione dignum est) imo Christi amantiores quam liberorum ; quippe qui unum hunc ex liberis fructum caperent, ut à Christo agnoscerentur, nomenque ducerent, jolaque virtute, atque eum eo quod præstantius est, velut conjunctione, ac velut necessitudine felicem prolem definirent.* Imo illum ex liberis suis chariorem & ambiliorem esse censebant, qui Patri potius in cælis regnanti adhæresebat, quam viventi in terris. S. Augustinus nos tunc vel maxime ad solvendum parentibus nostris obedientiæ debitum obligatos esse demonstrat ; si in nobis bene educandis solliciti fuerint nihilque quod Deo adversetur, nobis imperarint ; *Si recte educantes, si in Christum nutrientes, audiendi, in omnibus obtemperandum eis in omni justione, contra majorem si nihil jubeant, & serviatur illis. Quis est, inquit, major eo qui me generavit ? Ille qui ipsum creavit generat enim homo, creat Deus.*

Dion. Cart. lib. de 4. novissimis.
Horrendum exemplum Patris & filij damnati.
Nazianz. or. 10. in laudem Cæsarij fratris.
Boni parentes gaudent si filij sequantur vocantem Deum.
S. Auguſt. lib. 6. de verb. D.

6. Enimvero observandum est Salvatorem nostrum non solum ideo in terram hanc descendisse, ut nos redimeret, verum etiam ut sanctissimis exemplis suis, quæ nobis imitanda reliquit, nos erudiret, ac proinde cum ad duodecimum ætatis suæ annum pertigisset, quantūvis delicatissimæ complexionis esset, laboriosum duorum dierum iter ex Nazareth Jerosolymam versus pedes instituit, easdemq, ærumnas alio quoque bidno pedestri quoque itinere resumpsit, quantumvis sanctissimam matrem suam & S. Josephum nutritium suum ex hac ejus fatigatione & subsecutura sui amissione magnopere affligendos esse nosset, imo absque matris suæ licentia sen, potius contra ipsius voluntatem tribus diebus procul à parentum suorum directione demorari voluit, quæ omnia perperam ab eo facta fuisse credere nonnemo facile posset, & tamen licite & laudabiliter ea fecit, ut nos ex hoc ejus facto intelligeremus, quod quotiescumque cum debita parentibus reverentia, honor quoq; & servitium Dei concurrit primo, omnium loco huic incumbere debeamus, & postea illis quæ placita sunt parentibus terrenis. Atque ideo cum sanctissima Virgo de ipso lamentaretur dicendo : *Filij, quid fecisti nobis sic ? Ecce Pater tuus & ego dolentes quærebamus te :* Christus his se verbis apud ipsam excusavit : *Nesciebatis quia in his quæ Patris mei sunt, oportet me esse ?* ubi Lucas Burgensis ait : *Jesus respondens dat intelligendum, quod non illum, sed alium præstantiorem ac sublimiorem (Deum inquam) agnoscat parens, opponit patrem suum cælestem ipsis, & negotia illius humanis omnibus, etiam parentum societati, obedientiæ, consolationi.* Postquam vero arduum gloriæ æterni Patris sui negotium in templo absolvisset, descendit cum parentibus suis in Nazareth, & ut sacer textus ait : *Erat subditus illis,*

Exemplo Christi placita Dei præferenda placitis parentum, si concurrant.
Luc. 2. 48.
Ibid. 49.
Luc. Burg. ibid.

Ostendit tamen etiam suo tempore obediendum esse parentibus.

S. Thomas ad Ephes. 6.

D. Chrysost. h. 21. ad Eph.

Salmer. t. 15. disp. 14.

S. Bonav. t. 7. de decem Præceptis ser 15. de 4. Præc. Dion. Cart.

Exod. 32. v. 29. Quomodo Levitæ occidendo fratres suos manus suas consecraverint Deo.

Exod. 32. 29.

Oleast. in Exod.

Deut. 33. v. 8.

S. Greg. l. 7. mor. c. 14.

Surius 9. Januarij.

S. Julianus præstulit matri omnium ex inspiratione Dei statui religioso, obsecutus voluntati parentum.

Hinc in simili electione investiganda est voluntas Dei.

Joan. 19. 25.

lis, ut vicissim nos doceret, quod in rebus familiaribus & domesticis, omnem subjectionem & obedientiam debeamus parentibus nostris, non item in rebus Dei cultum & honorem, animæque salutem concernentibus, sicut nec in ijs quæ Dei præceptis & voluntati manifeste adversantur. Unde S. Paulus, ut S. Thomas notat, inquit: *Obedite parentibus vestris in Domino, quia non est obediendum parentibus, nec alicui in his, quæ sunt contra Deum.* D. Chrysost. pariter super eadem verba (*in Domino*) inquit: *Addibuit cautionem, dicens: in Domino, hoc est, in ijs, quibus Deum non offendas.* Salmeron quoque hunc textum exponens, ait: *Nihil aliud est obedire, quatenus Dominus & lex Evangelica permittunt, & in nulla re pietati contraria; nam ubi parentes contra ea jubent Christo præcipiunt, obediendum est Deo magis quam hominibus.* S. Bonaventura de decem præceptis tractans, circa quartum Decalogi præceptum hanc statuit indubitatam conclusionem: *Si parentes aliquid velint, vel dicant, vel imperent nobis, quod sit contra profectum salutis nostræ, non est ipsis in illis pietas exhibenda.* Dionysius Carthus. ad hoc se reflectens, quod Christus duodennis puer à matre & patre suo putatitio amitti: & sine illorum consensu, aut facultate tribus diebus Hierosolymis, ut paulo ante diximus manere voluerit, idipsum ad nostram institutionem fecisse existimat: *Insipis parentibus manet Jerosolymis, ut amore spiritualis profectus, in sapientia, scientijs ac virtutibus carnales parentes ostenderet relinquendos.*

7. Quando Levitæ in Exodo ex zelo honoris Divini suas in parentum sanguine cruentaverant manus, Moyses ex Spiritus sancti instinctu, illos eâsdem Deo consecrasse, ait: *Consecrastis manus vestras hodie Domino:* Quis autem est, qui manus parricidales esse nescit illorum filiorum manus, quæ violentam genitoribus suis mortem inferunt? Ita quidem est ut plurimum; Veruntamen eædem manus in parentum sanguine cruentatæ tunc Deo consecrari dicuntur, quando pro honore Dei, vel Religionis defensione adhibentur, etiamsi ipsissimet inferrentur parentibus, in tali enim casu nullus ipsiusmet legis naturæ habetur respectus: *Consecrastis manus vestras hodie Domino ... ut detur vobis benedictio.* Legatur c. 33. Deuteronomij, ubi, ut diximus benedictio ista ad longum describitur. Oleaster super illa verba: *Ut detur vobis benedictio*, ita scribit: *Ac si dicat Moyses: Ita hodie ministratis occidendo manibus fratres & conjunctos, ac si esseris Sacerdotes, quorum manus Dei ministerijs consecrantur.* S. Greg. super illa verba *Qui dixit patri suo, & matri suæ:* Nescio vos, in custodierunt eloquium tuum, ita scribit: Ille enim scire Dominum familiarius appetit, qui præ amore pietatis nescire desiderat, quos carnaliter scivit.

8. In vita S. Juliani Martyris refert Laurentius Surius, quod parentes ejus illum Christo & Religioni Christianæ indissolubiliter astrictum videntes, Juvenem ad se vocarint, & his verbis eum hortati sint: Suavissime fili noster, audi parentum tuorum sanas admonitiones; omnem enim adhibuerunt conatum, ut illum ad familiæ suæ propagationem ad subeundum matrimonij vinculum inducerent: Ipse vero septem dierum sibi indulgeri spatium postulavit, ut se resolveret, intra quos post fusas ad Deum ardentissimas preces, ei à Deo revelatum fuit, ut parentum consilio lubens acquiesceret, siquidem futurum esset ut talis ei jungeretur sponsa, quæ quoad conservandam corporis sui illibatam virginitatem ejusdem cum ipso futura esset propositi, simulque eidem à Deo promissum fuit, quod ipsum una cum sanctarum Virginum choro sæpe esset visitaturus & confortaturus. Ex qua historia manifeste deducitur, quod dum per obedientiam paternam ad aliquid astringimur, quod legi Dei minime adversatur, ex alia vero parte heroicum aliquem & Christianæ virtutis actum exercere desideramus, divina à nobis sit exploranda voluntas, quæ nobis à Deo eo quo sibi quam maxime placuerit modo declarabitur. Ut plurimum tamen postulandum nobis sit Patrum nostrorum spiritualium consilium. Enimvero quonam modo se parentes erga filios, filijque è contra se erga parentes in materia Dei gloriam & honorem spectante gerere debeant, ex intrepido sanctissimæ Virginis Christo Filio suo in monte Calvario morienti assistentis exemplo edisseri possumus: *Stabat autem juxta crucem Jesu Maria mater ejus;* utilissimum videlicet nobis præbens exemplum, quod patres & matres filios suos Deo constanter & perlibenter sacrificarent: Filij autem se à nimia erga genitores suos teneritudine vinci aut seduci minime permittere debeant, maxime quando de Dei servitio agitur: nam ut in revelationibus S. Mechtildi factis legitur: *Omnis creatura in morte Filij Dei dolente, ipsa sola cum divinitate immobilis & gaudens filium suum pro mundi salute voluit immolari.* S. Hier. proinde contra eos qui alios à Religioso statu amplectendo seducunt, ad Heliodorum ita scribit: *Retrahere à Religione nihil est aliud, quam Christum in pectore alterius occidere, Christo se opponere, spargere & dissipare quæ Christus collegit.*

Cap. 56.

S. Hieron. Ep. 1. ad Heliod.

DISCURSUS XI.

ARGUMENTUM.

Cur præceptum honorandi parentes, eisque obediendi, primum esse dicatur; deque solicitudine, quam Deus in hoc præcepto inculcando ostendit, parentum honorem, cum honore sibi debito, pari loco habendo, imo illum huic præferendo.

THEMA.

Honora patrem tuum, & matrem tuam, quod est mandatum primum in promissione. Eph. 6. 3.

Primum præceptum 2. tabulæ, præcipit honorem parentum.

1. MAjor equidem in præcipienda filijs erga parentes obedientia & reverentia, non poterat cura & solicitudo vigere Dei nostri, siquidem Moysi: duas consignans tabulas lapideas, Decalogum continentes, in secunda (postquam in prima leges infinuasset cultus divini) digito proprio tamquam præceptum primum inscribere atque insculpere non dubitavit, decretum honoris & subjectionis debitæ parentibus; quam subordinationem considerans S. Thomas inquit: *Conveniens fuit post præcepta quibus in Deum ordinamur, dari hominibus præceptum de honoratione parentum, qui nostri particulare principium sunt.* Quibus præmissis afferit idem Sanctus, præcepta Decalogi, ad Dei & proximi ordinari amorem, ita tamen, ut inter proximos primum occupent locum parentes, ideoque primum præceptum honorem filijs præcipit erga parentes: *Inter proximos maxime obligamur parentibus, & ideo immediate post præcepta ordinantia nos in Deum, ponitur præceptum nos ordinari ad parentes, qui sunt particulare principium nostri esse, sicut Deus est universale principium, & sic est quædam affinitas hujus præcepti ad præcepta primæ tabulæ.*

S. Th. 2. 2. q. 122. a. 5. Est affine præceptis primæ tabulæ.

Proles obligantur parentibus tam ratione animæ, quam corporis.

2. S. Bernardinus Senensis ingentem filiorum erga patrem demonstraturus obligationem, quantumvis inquit, solum à parentibus esse corporale reciperent, nihilominus quantum ad hoc etiam suo modo animam ab ijsdem participant; quam veritatem his evincit verbis: *Quamvis filius accipiat esse corporale à patre, efficitur tamen ex hoc in debito duplici, quia illud corporale quod accipitur, est de corpore patris sumptum, & transfusum virtute animæ, & operatione, ideo filius efficitur debitor honoris patris, tum ratione corporis paterni, tum ratione animæ, quia anima & corpus concurrunt in patre, ut sit principium filij.* Et consequenter dum corpus, & aliqua ex parte animam à patre receperit filius, debitorem parenti, ut eum sustentet & revereatur, esse demonstrat, inquiens: *Ratione ergo corporis paterni, est debitum sustentationis propriæ: ratione animæ, debitum reverentiæ.* Juxta illa S. Hier. verba. *Memento parentum esse, quod talis es, quorum manibus incrementa suscepisti; Exsolve fili quod debes, & debita officia, qualcumque exhibe famulatu, quia parentibus nemo potest reddere quod debet.*

S. Hieron. Ep. 1. ad Heliod.

S. Bernard. t. 1. ser in Fer. 4. post D. 3 Quadr. A. 2. c. 3.

3. *Mandatum primum in promissione.* S. Chrys. hæc considerans verba, concludit, æternam Sapientiam, parentum honorem & reverentiam, tamquam basin & fundamentum præceptorum cæterorum assignare voluisse. *Vide quemadmodum basin admirabilem posuerit viæ virtutis; nempe in parentes honorem & reverentiam.* S. Hier. in ejusdem textus Glossa miratur qualiter Apostolus dictum mandatum primum esse asserere potuerit; præsertim cum primum præceptum nullus ignoret scilicet: *Unum cole Deum; cur ita, cum primum mandatum sit, non erunt tibi Dij alij præter me;* respondetque idem Sanctus, quod in ordine ad promissa & remunerationes, primum sit dictum præceptum: *Scilicet in promissione primum, quam mandata priora non continent.* Ecce summam Dei hac ex parte erga genitores, curam & solicitudinem; ad hoc ut ipsemet adoretur, ut nos in divino cultu suo solicitos, affectosque reddat, nullam nobis indulsit spem retributionis.

D. Chrysost. hom. 21. ad Ephes.

S. Hier. ad Ephes.

Quomodo præceptum de honorandis parentibus, sit primum in promissione.

Ephes. 6. v. 3.

Dion. Cart. ad Ephes.

Philo in 5. præcepto Decal.

Parentes cum Deo eodem gaudent titulo.

Gen. 31. 35.

Eccl. 3. v. 8.

Nazianz. in l. sententiar.

Paul. de Palat. in Eccl.

Proles serviant parentibus tamquam Dominis, imo, tamquam Dijs.

tionis. Quemadmodum fecit in præsenti; hic enim additur: *Ut bene sit tibi, & sis longævus super terram,* cujus Sententiæ Dion. Cart. pariter subscribit inquiens: *Mandatum primum in promissione, id est primum cui merecdis additur promissio.* Cajet. ita dictum explanat textum: *Dicitur primum in promissione, quia prius adjuncta fuit promissio huic præcepto quam fuerint adjunctæ promissiones observatoribus mandatorum legis, nam huic præcepto fuit adjuncta promissio in ipsa promissione talarum, ut patet Exod. 20. promissiones autem adjunctæ observatoribus legis postea fuerint adjunctæ ut patet in fine Deuteronomij.* Utraque legis scriptæ tabula in sui principio præceptum continet honoris divini & paterni: cujus hanc rationem assignat Philo Heb. quia *parentum natura gignendi refert Deum Creatorem omnium.* Aliud nos motivum assignare possumus, scilicet, quod Deus dictum obedientiæ, respectus & honoris erga patres præceptū, ita solicite inculcare voluerit, quasi ipsum simile reputaret illi, quod est de honore & cultu divino. Observa istsne quandoque qualiter Incarnata Sapientia Deum à nobis in oratione Dominicali nominari voluerit? titulum ei patris imponit inquiens: Cum oratis; dicite: [*Pater noster &c.*] *dicendo patrem,* inquit Tertull. *Deum quoque cognominamus; appellatio ista & pietatis, & potestatis.*

Matth. 6. v. 9. Tertull. de orar. c. 2.

Præclara Ethnicorum monita, & exempla.

Val. Max. l. 1.

Cæl. Rhod. l. 11. c. 17.

Soph. in Acrisio Cheromnis.

Stobæus ex Hierocle Philosopho.

4. Hanc veritatem, scilicet quod eadem obedientiæ & reverentiæ erga Deum patresque urgeat obligatio, ipsimet credidere, sibique persuasere gentiles. Unde Valerius Max. inquit: *Justissime pari quadam vindicta parentum ac Deorum violatio expianda est.* Cœlius Rhodiginus Philosophi inhærens authoritati, sequentem pariter statuit doctrinam: *In Dei ac parentum honore promeritis nemo unquam rependet.* Sophocles ait: *Lex jubet parentibus honores divinis æquales præstari.* Cui alius & ipse gentilis author suffragatur, dum ait: *Si quis parentes secundos ac terrestres quosdam Deos dixerit, non errabit, cum nobis propter vicinitatem, vel ipsis Dijs honorabiliores sient. Necessarium autem est existimare unum erga ipsos gratitudinis modum esse, perpetuam & nunquam remittentem beneficia ipsorum rependendi animi promptitudinem, quantumvis enim multa in eorum gratiam fecerimus, semper tamen inferiora erunt omnia quæ esse deberent.* Quibus relationem subdit, quæ nostras inter & parentum nostrorum propter strictissimam, illos inter & nos communicationem, versatur operationes: *Quin imo propemodum actiones nostræ omnes illorum proprie videri debent, ut qui nos hæc agentes produxerint;* moxque sensum suum sequenti explanat statuarij similitudine, dicens: *Quemadmodum Phydiæ, aut aliorum artificum opera, si & ipsa rursus alia quæpiam facerent ea quoque non dubitaremus opera nominare artificum, eodem modo actiones quoque nostræ, parentum nostrorum opera esse dicentur, per quos & nos nati sumus.* Tandemque concludit idem Philosophus: *Summariam hanc sententiam semper animo versare oportet, quod parentes eorum nobis imagines sint.* Juxta receptum antiquorum morem, pater Domini titulo insignitur quo ipsummet Deum honoramus. Laban idololatra à Rachele filia religionem Judaicam amplexante, verique Dei fidem profitente Dominus nuncupatus legitur: *Ne iratscatur Dominus meus quod coram te assurgere nequeo.* Quia scilicet omnes illi æquali in pretio reverentiam ducebant Dei & patris, cum hunc & illum eodem afficerent titulo. Quo fine & Ecclesiasticus inquit: *Qui timet Dominum, honorat parentes, & quasi Dominis serviet his qui se genuerunt.* Ubi æquali pondere & trutina timor Dei, honorque patrum agitatur, quoniam, *qui timet Dominum, honorat parentes,* uterque ab eadem promanat radice, perditus erga patrem respectus timorem destruit & Dei, unde Nazianzenus inquit: *Ille Deum facile abjurabit, qui parentem suum negat.*

5. Paulus de Palatio illum Ecclesiastici textum examinans (*quasi Dominus &c.*) ita discurrit: *Sed non caret dubio quod dicit: Filius pius serviet parentibus quasi Dominis. Imo non serviet velut Dominis servus, sed ut patribus filius: est enim vile servire ut Dominis, est ingenuum servire ut parentibus.* Ad hoc dubium ingeniosissime cum quadam versione respondet: *Hæc nodo quædam editio solutionem indicat dicens: Serviet ut Dominis, vel serviet ut Dijs. Sensus authoris est, filius serviet parentibus velut in quibus Deus repræsentatur, velut in quibus Dei dominium resplendet.* Debet filius in honore & reverentia paterna sibi persuadere, quod veneretur obediatq; ipsimet Deo, qui ita hoc in obsequio sibi complacet, quasi illi præstitum foret, imo certo quodam modo asserere licet, Deum pluris facere honorem parentibus quam sibi præstitum. Recordabimini utique illius, Scribis & Pharisæis à Salvatore in hæc verba factæ reprehensionis; *Deus dixit: Honora patrem & matrem ... vos autem dicitis: Quicumque dixerit patri, vel matri, munus quodcumque est ex me tibi proderit, & non honorificabit patrem suum, aut matrem suam, & irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram.* Pro cujus intelligentia notandum quemadmodum testatur S. Hier. quod cum Deus filijs præcepisset, ut parentum necessitatibus subvenirent, Scribæ è contra & Sacerdotes proprio commodo instigati, potius urgebant, ut Deo & templo oblationes & sacrificia conferrarent, parentibus relictis, asserebantque majus à sacrificijs Deo oblatis promanare bonum, idque spirituale, quorum pessimum sensum his verbis explanat S. Paschasius: *Compellit filios ut dicant parentibus suis, munus vel donum quodcumque ex me votis oblatum coram Domino, in tuos consumo usus, ubique prodest ô pater, vel mater! ut illi timentes accipere quod Deo, falsum voluptatis voto videbant mancipatum, ita ut invicem vellent magis vitam ducere quam concedere de conferatis.* Deus hujusmodi flocci faciebat, imo repudiabat oblationes, quoties in honoris & respectus parentibus debiti, præjudicium fierent; ideoque S. Thomas adducit illud Ecclesiastici: *Dona iniquorum non probat Altissimus.* Et Prov. 28. *Qui subtrahit aliquid à patre suo & matre, & non dicit hoc esse peccatum, particeps homicidij est.* An non quotidie juxta Apostolum principaliora sacrificia, rationabilia sint oportet? *Objecro vos, ut exhibeatis corpora vestra, hostiam viventem, sanctam, Deo placentem rationabile obsequium vestrum.* Tametsi enim quis voto solemni se Deo consecrasset, vel statum religiosum amplexatus fuisset, & nihil si tamen parentum urgeat necessitas, Deus illos vel à sacris Altaribus arcet, vel claustra, quamdiu parentum duraverit necessitas, deserere jubet, cultuique divino servitium præfert parentum. Quodcumque enim sacrificium, promissio, & votum Deo factum obligatione caret, & ab ipso Deo rejicitur & abominatur, quoties obedientiæ & necessariæ parentum sustentationis subintrat præjudicium. Unde Cornelius Jansenius inquit: *Nullum Dei præceptum, nullum nostrum votum, nulla rei sanctificatio, tollit necessarium naturæ vinculum, & ordinem.* Cultus divinus nostras dumtaxat à nobis exigit substantias temporales, ut in ipsis resplendeat decor: *Honora Dominum de tua substantia,* ast genitoribus, à quibus generari sumus, ex præcepto Dei longe majorem debemus honorem; dum cultu divino relicto, parentum servitijs vacare debemus, ita ut si sufficientes ad sustentandos eos deficiant facultates, laboremus & sudemus, ut necessarium ijs prævideremus victum, Deo interni satisfaciunt actus solumque cor, *præbe fili mi cor tuum mihi ... sacrificium Deo Spiritus contribulatus.* Ast hoc ipsum nequaquam sufficit ad subveniendum parentibus, illudque ad implendum præceptum; dicente Oleaster: *Pluris scriptura facit honorem parentum quam Dei, ut voluerit nos Deum honorare ex substantia nostra juxta illud Salomonis: [Honora Deum de tua substantia.] Parentibus vero volunt Filios subvenire ex labore manuum suarum, & si non habeant teneantur in pristino laborare, ut parentibus victum quærant.*

Matth. 15. v. 4. 5. 6. Fraus Phariseorum circa honorem parentibus debitum.

S. Hier. Ibid.

S. Pasch. Ibid.

Eccl. Prov.

S. Thom. Ibid. 28. 24. Deus non est honorandus, cum præjudicio parentum.

Jansen. Concord. Evang. c. 60. Ibid.

Prov. 3. 9.

Prov. 23.

v. 26.

Psal. 50. 19.

Oleaster. in c. 20. Exod.

Prov. 3. 9.

Christus descendit de cœlo ut doceret obediendum esse parentibus.

Joan. 6. 38.

6. Imo solicite adeo divina Providentia præceptum hoc inculcavit, ut verbum æternum multis in locis se declararit, aperte se eo principaliter fine corpus hoc mortale assumpsisse, ut nos edoceret dictam obedientiam & virtutes erga parentes. Unde apud S. Joannem Salvator inquit: *Descendi de cœlo;* quo fine? Forsitan ut miracula operaretur? ut Evangelium prædicaret? ut Ecclesiam plantaret? ut novam gratiæ legem promulgaret? ut genus humanum ab infernali mancipatu redimeret? nequaquam: quin potius ut obedientem & reverentem Patri æterno se exhiberet Filium: *Descendi de cœlo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me.* Si primos Christi fideles intertogare voluerimus, qualem Christo, qui tota vita sua Patri æterno obsequentissimus fuit, *Factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis,* adscripserint titulum postquam in cœlos ascendens ad dextram Patris consedit; Respondebunt, se eum nuncupasse puerum, dicentes: *Convenerunt ... adversus sanctum puerum ... Jesum.* In magno illo libro cujus in hæc verba meminit S. Matthæus: *Liber generationis Jesu Christi:* in quo æterni Patris verbum impressum fuit, quas primas literas, quos primos arbitramini fuisse characteres? Obedientia ejus, inque voluntatem paternam refignatio: *In capite libri scriptum est de me, ut faciam ... voluntatem tuam.* Unde & apud S. Joannem hanc statuit declarationem: *Amen, Amen dico vobis, non potest Filius à se facere*

Phil. c. 2.

Act. c. 4. v. 27.

Matth. c. 1.

Hebr. 10. v. 7.

Joan. 5. 19.

cere quidquam, nisi quod viderit patrem facientem quæcunque enim ille fecerit, hæc & Filius similiter facit. Ut porro nobis ostenderet quanta cura urgeat, ut ad exemplum & imitationem suam, dictum nobis indelebiliter imprimat ega parentes respectum & obedientiam: non obstante, quod sanctissimæ Matris, sanctique Josephi patris sui putativi, seu nutritij monitu à divino

Luc. 2. 49. servitio avocatus, respondisset: *Nesciebatis, quia in his quæ Patris mei sunt, oportet me esse?* Nihilominus ut primum eos lamentantes audijt: *Fili quid fecisti nobis sic?*

Luc. 2. 51. Luc. Burg. indilate *Descendit cum eis, & venit Nazareth, & erat subditus illis.* Ubi Lucas Burgensis ait: *Quamvis ad horam excusserit se à parentibus, statim reversus ad solitam subjectionem.* S. Ant. de Padua hanc in favorem nostrum instituit observationem circa eadem verba: *Bonus Jesus ad interrogationem piæ matris, dicentis: Fili, quid fecisti sic, usque ad triginta annos negotium distulit, quod inceperat duodecimis & de templo, in quo in medio Doctorum sedebat descendit.* A duodecimo, usq; ad trigesimũ ætatis annũ Filius Dei gravissima æterni Patris procrastinavit negotia, ut nos edoceret subjectionis & obedientiæ erga Patres virtutem & excellentiam. Quem textum

S. Bernard. ser. 19. in Cant. S. quoque Bernardus sequenti illustrat Glossa: *Cum dixisset: in his quæ Patris sui erant oportet se esse, non acquiescentibus parentibus ejus, sequi eos in Nazareth non despexit, Magister discipulos, Deus homines, Verbum & Sapientia, fabrum & fœminam.*

DISCURSUS XII.

ARGUMENTUM.

De pietate & honore, quem Filij exhibere debent genitoribus suis: ubi varia adducuntur exempla quibus Dei Filius ijsdem præluxit.

THEMA.

Et erat subditus illis. Luc. cap. 2. vers. 51.

1. EFficax equidem parentes honorandi & amandi motivum in medium adducit ex dicto Filij Dei exemplo S. Bernard. Senensis dum ait: *Prima obligatio, quod Filij parentes tenentur diligere exemplo Christi, qui de se ait;* [*Ut cognoscat mundus, quia diligo Patrem.*] Qui

S. Bernard. t. 1. ser. in Fer. 4. post Dom. 3. Quadr. A. 2. c. 1. S. Author eodem in serm. in cap. 3. hanc eamdem replicat rationem, inquies: *Debent Filij parentibus obedire, hoc enim justum exemplo Christi, qui de se ipso ait;* [*Ego Patris mei præcepta servavi.*] S. Ambros. illa interpretans Evangelij verba: *Honora patrem tuum, & matrem tuam*, hoc efficax subinfert argumentum. *Honora, quia suos Dei Filius honoravit, legisti enim: Et erat subditus illis: si Deus servuit, quemadmodum tu parentibus?* S. Joseph fabrum lignarium agebat, illi dissimillimus artifici supremo, qui *Dixit, & facta sunt.* S. Virgo in matrem electa Dei, servam se illius, mancipiumque se esse protestatur: *Ecce ancilla Domini*; nihilominus S. Luca teste, *Erat subditus illis. Honorabat igitur Joseph & Mariam Christus, non naturæ debito, sed pietatis officio.* Quid equidem verbis illis denotari putatis: *Subditus illis?* Luc. Burg. respondet: *Id est quiete, modeste eis conviebat & obediebat in omnibus, in quibus ingenui Filij obedire, atque obsequi parentibus solent, & debent; Etiam quæ ad rem familiarem spectarent, adjuvans illis in negotijs exterioribus ad victum comparandum.* Credi equidem potest eum adjutorium tulisse Josepho in ducenda serra, scarpello, alijsque omnibus fabrorum lignariorum instrumentis: Cui sententiæ S. Basil. favet, inquiens: *In prima ætate subditus parentibus, omnem laborem corporalem, mansuete & obedienter sustinuit.* Cujus hanc affignat rationem, quia scilicet S. Joseph & Virgo propter statum paupertatem suis se sudoribus sustentare aiebant, unde & ipse Salvator ait: *In laboribus à juventute mea.* Parabolas & metaphoras de cultura vineæ, aratro, & semente instituebat, quia verisimile est eum cum S. Josepho juga, aratra, aliaq; similia fabricasse instrumenta.

S. Basil. l. de Constit. exerc. c. 4.

Psal. 87. 16.

2. *Erat subditus illis.* Quibus illis? interrogat S. Ant. de Pad. *Fabro & pauperculæ Virgini: cæli Creator subditur fabro, Deus æternæ gloriæ subditur Virgini pauperculæ.* Maximum equidem mysterium continet Evangelistarum de Christo silentium, dum per octodecim annos nihil de eo commemorant præterquam solus S. Lucas, prædicta verba: *Et erat subditus illis*, quasi inferre voluisset (quemadmodum immediate subjungit in hæc verba: *Et Jesus proficiebat sapientia & ætate & gratia apud Deum & homines*) quod solida, veraque virtus, Sapientia & Sanctitas in reverenti, & subjecta, nec non in recta erga genitores vita atque educatione consistat. Doctiss. Salmeron inquit: *Multi hoc desiderio sciendi, quid ab anno 12. usque 30. fecerit Christus, discruciantur, quibus hoc verbo Lucas satisfacit: & erat Jesus subditus illis.* Primum infra 30. annos exitum destinavit versus Jordanem, ubi à Deo Filius Dei declaratus promissusque Messias à Joanne Baptista indigitatus fuit: Circa quam rei gestæ seriem observandum, quod Pater æternus Christum pro Filio suo dilecto ante non manifestarit, nisi post præstitam 30. annis S. Joseph. patri & Virgini matri subjectionem & obedientiam: *Et ecce vox de cœlis dicens, hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Omnibus in operationibus solius se patris gloriam spectare protestatus est Salvator: quod subtiliter advertens S. Bernardin. inquit: *Magna virtus, & reverentia paternalis, tam magna quidem, at eam perfecte zellet implere, in semetipso Filius Dei Christus, tam digna, & necessaria, ut omnia admiranda quæ Christus inter homines operabatur, ad paternam gloriam referebat, tamque grata, ut quemlibet hujus mandati observatorem dicat Dominus Jesus Filium suum, cujus dignatur per regenerationis gratiam se facere Patrem, mystice de tali Filio dicens hic est Filius meus dilectus.*

Matth. 3. v. 17.

S. Bern. T. 2. in Dom. 2. Quadr. ser. 17.

3. Tertullianus illa Apostoli verba (*Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo*) hac ingeniosa illustrat expositione: *Quamvis enim Christus Jesus se ex Deo Patre Deum esse memimisset, numquam se Deo Patri comparavit, aut contulit, memor se esse ex suo Patre & hoc ipsum quod est habere se, quia Pater dedisset.* Quidquid loquitur & operatur in æterni ordinat Patris honorem; *Nihil agit Filius*, inquit S. Epiphanius, *nisi viderit Patrem facientem, at ostendat opus Filij esse opus Patris, & Patrem complacentiam habere in ipsius totius operationis dispensationem.* Toto 33. annorum decursu perfecte in eo adimpleta fuit virtus illa, quam nos singulariter edocere voluit, scilicet, mansuetudo; *Discite à me quia mitis sum.* Una solummodo vice arrepto flagello præter morem se iracundum exhibuit, fulminans oculis, templique Prophanatores, virga percutiendo; causamne nostis? Injuriatum videbat æterni Patris honorem: *Nolite facere domum Patris mei, domum negotiationis*, ut scilicet exemplo ejus disceremus, quanto zelo debitum erga parentes respectum & honorem fovere teneamur.

Tertul. l. de Trin. c. 17. Philip. 2. 6. Quidquid operatus fuit ordinavit ad honorem Patris æterni. *S. Epiphan. Hæres 69.*

Joan. 2. v. 16.

4. Honorem defendit, non modo regnantis in cœlo Patris, sed etiam nos instruere voluit quo respectu terrenos venerari nos oporteat parentes; quare S. Bernardinus hoc Filijs proponit documentum: *Tenentur Filij parentes revereri, scilicet assuagendo, & consimilia faciendo, exemplo Christi, qui Joan. 8. Ego honorifico Patrem meum, & non solum Patrem æternalem sed putativum, & temporalem, unde Luc. 2. scriptum est, & erat subditus illis.* S. Joseph nullam in generatione Christi habuerat partem; *Quod enim in ea natum est, de Spirita sancto est:* & consequenter *jure* illo & authoritate, quam alij naturaliter Patres in Filios suos possident carebat: nihilominus ad nostram doctrinam illi pariter obediens esse voluit & subjectus.

Docuit nos honorandos esse parentes carnales. *S. Bernard. t. 1. ser. in Fer. 4. Dom. 3. Quadr. A. 2. c. 4. Joan. 8. Matth. 1. v. 20.*

5. In Cana Galilææ inter nuptias *Deficiente vino* Filium interpellavit Virgo: *Vinum non habent*; responsumque tulit, *quid mihi & tibi est mulier?* Prima equidem facie debitum aliquatenus transgressus fuisse videtur respectum, nihilominus, prout contextus docet Historiæ, convenientem non modo non minuit respectum & honorem, quin potius ampliavit, dum ad instantiam Matris, petitionemque ejus miraculo subsequente honorare non dubitavit, quo loquendi modo Christus, teste S. Thoma inferre voluit, necdum adesse tempus operandi miraculum, sed postquam omne defecerat vinum: *Noluit facere miraculum, priusquam sciretur defectus, quia ex hoc fuisset minus notum, & minus credibile.* S. Bern. hanc alteram assignat expositionem: *Manifeste jam video, quod non vult indignatus, aut confundere volens Virginis matris teneram vel exiguam, dixerit, quid mihi & tibi? Sed propter nos, ut conversos ad Dominum jam non solicitet carnalium cura parentum.* Euthymius advertit, quod quamvis tempus necdum advenisse miraculorum asseruisset Christus, nihilominus ut maternam jugiter defenderet reverentiam, horam opportunam anticipare voluerat: *Cum dixisset nondum venit hora mea, miraculum tamen operatus est matrem honorans.* Chrysost. Hom. 20. in Joan. ait: *Ut Matri honorem exhiberet, & non omnino contumax videretur matri, neque genitricem tam multis præsentibus pudore afficeret.* Gloss. Interlin. Christum alludere voluisse putat ad tempus passionis suæ, quasi dixisset: *Nondum venit hora mea, id est, opportunitas ostendi naturam quam ex te habeo. sed ostensa divina per miracula, ostenderetur & humana natura per passionem.* Quã

Quid sibi velint ista Verba Christi ad matrem suam: Quid mihi & tibi mulier. *S. Thom. ibid.* *S. Bern. ser. in Dom. inf. Octav. Epiph.* *Euthym.* *Interlin.*

esse causam putatis cur B. Virgo cum S. Joanne morienti Filio in Calvario assistere voluerit? Apostoli omnes reliqui fugâ se subtraxerant, siquidem *Omnes reliquo eo fugerunt*; cur solus Joannes ex instinctu superiori inter gladios carnificum; cum Virgine Matre se sistere non dubitavit? Indecens videbatur Virgini locus in medio satellitum & militum, & in ipso loco supplicij. Utique non ut Christo opem, solatiumque ferret, quoniam Christus inquit, *Sustinui, qui simul contristaretur & non fuit ... Torcular calcavi solus*, & ut S. Ambr. ait: *Non egebat adjutore ad omnium redemptionem, qui dixit: Factus sum sicut homo sine adjutorio inter mortuos liber. Suscepit quidem Matris affectum, sed non quæsivit hominis auxilium.* Ecce vobis mysterium, voluit enim Redemptor mundo ostendere suum erga sanctissimam Matrem respectum & reverentiam; unde idem Sanctus prosequitur dicens: *Habemus igitur pietatis magisterium; doceat lectio, quid affectus maternus debeat imitari, quid sequi reverentia filiorum.* Cui & S. Aug. assentitur, dum illa Christi confiderat verba: *Ecce Mater tua*; ad illa superius citata ejusdem Christi alludens verba: *Nondum venit hora mea*, inquit: *Hæc nimirum est illa hora, de qua Jesus aquam conversurus in vinum dixerat Matri, quid mihi & tibi est mulier? Nondum venit hora mea. Hanc itaque horam prædixerat, quæ tunc nondum venerat, in qua doceret agnoscere morituros, de qua fuerat mortaliter natus.* Ac demum id ad nostram doctrinam fecisse concludit, ut scilicet nobis reverentiam & respectum genitoribus ad ultimum usque Spiritum debitum fortiter imprimeret; unde ait: *Facit, quod faciendum admonet, & exemplo suo suos instruxit præceptor bonus, ut à vilijs pijs impendatur cura parentibus; tamquam lignum ubi erant fixa membra morientis, etiam cathedra fuerit magistri docentis* S. Ambr. pariter consideration em ad hoc propositum valde utilem adducit, dum ait: *Dominus suspensus in cruce qui sua pericula contemneret pio matrem commendabat affectu, quod non otiosè Joannes pluribus processatus est, alij enim mundum describere conabantur, cælum tenebris obductum; refugisse Solem*; addiderunt Matthæus & Marcus, *qui humana atque mortalia uberius prosecuti sunt: Deus Deus meus respice in me; quare me dereliquisti?* S. Lucas inquit, S. Ambros. solum intentus fuit narrandæ petitioni Regni cœlorum, à bono latrone factæ & recensendæ, inaulgentiæ plenariæ dicto latroni à Christo his verbis concessæ: *Hodie mecum eris in paradiso*; non vero sic S. Joannes egit: *Joannes enim*, inquit dictus Ambr. *qui plenius divina penetravit mysteria, non immerito laboravit, ut quæ Deum generaverat, manifestaret eam Virginem declaret. Solus ergo me docet, quod alij non docuerunt, scilicet quemadmodum in cruce positus appellaverit matrem; pluris putans quod victor suppliciorum atque pœnarum victor diaboli pietatis officia dividebat, quam quod Regnum cœleste donabat. Nam si religiosam est, quod latroni venia donatur à Domino, multo religiosius quod mater honoratur à Filio.*

Docuit nos per hoc, reverentiam parentibus exhibendam usque ad mortem. *S. Ambr. l. 10. in Luc.*

Psal. 68. 21. Isaiæ 63. 3. S. Ambr. l. 10. in c. 23. Luc. Cur Christus voluerit matrem sibi astare juxta Crucem.

Parentes in nullis ærumnis deserendi sunt. *Psal. 68. 1.*

6. Redemptor noster se in ligno crucis ab atrocissimorum dolorum suorum tempestate certo quodam modo absorptum fuisse lamentatur his verbis: *Veni in altitudinem maris & tempestas demersit me*; Et tamen in medio hujus procellosi pelagi acerborum dolorum suorum, maternæ reverentiæ oblitus non fuit. Unde S. Cyril. Alexandr. ait: *Cum igitur per legem ita præceperit, cumque omnis virtutis ipse fons sit, quodammodo non oportebat ab ipso, & per ipsum non discere, nec quando intolerabiles imminent ærumnæ, negligendos esse parentes, providit matri*, quia non solum illam dilecto discipulo suo commendavit, *Virginem Virgini*, verum etiam effecit, ut Carnifices, Pharisæi, Scribæ, Sacerdotes, & omnes alij adversus ipsum exasperati & jurati hostes ne unicum quidem verbum indecens adversus matrem suam effutire præsumerent, in quo quam matris suæ gerebat curam & protectionem, manifeste ostendit, quia res profecto stupenda est, quod in tota illa Carnificum aliorumque hostium indisereta & adversus filium furibunda turba, nullus esset qui matrem ejus vel per umbram solam offendere auderet. *Providit matri, quasi*, ut S. Cyrill. ait, *parum de magnitudine doloris curaret, etsi acriter patiebatur.* Arnold. Carnotens. inquit: *Non est passus Christus, ut Judaica rabies in sanctuarium suum mitteret prophanam manum, vel aliqua infestatione violaretur illud templum Spiritus sancti.*

S. Cyril. Alex. l. 12. in Joan. c. 34.

Arn. Car. in not. Tract. de 7. Verb.

Joan. 19. 23. Cur Christus Joanni commendaverit matrem suam, tunc, cum mi-

7. Observandus quoque est modus, quem S. Joannes in hac Historia recensenda servavit; dicit enim quod milites vestimenta Christi inter se diviserint, & postea confestim subjungit quod Christus sibi matrem anxiè recommendarit; sed quodnam in eo latet mysterium, quod Christus ei matrem tunc præcise commendavit, quando milites vestimentis suis dispertiendis intenti erant? Cur non potius hoc fecit, priusquam in crucem configeretur, vel in via quando montem Calvariæ conscendebat, vel alio quovis tempore? Audiamus hac de re loquentem S. Chrysostomum: *Et milites quidem hæc faciebant*, inquit, *ipse autem Crucifixus matrem suo discipulo commendat.* Porrò hæc vestium divisio, Christum verum Messiam & Redemptorem in lege promissum esse declarabat; Siquidem de eo divinum prophetavit oraculum: *Diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.* Ut igitur hunc divinitatis suæ conceptum penes circumstantes magis confirmaret, hanc erga matrem obsequij & pietatis actum exercere voluit, quia reverentia & respectus genitoribus delatus, divinum quidpiam in se continet. Idem D. Chrysostomus hanc eamdem quæstionem proponit; cur scilicet matrem suam S. Joanni recommendare Incarnata Sapientia eo usque distulerit, donec crucis cathedram conscendisset & tunc quando negotio magis arduo quam quod in tota æternitate, tam in terra quam in cœlo umquam præ manibus habuit, intentus fuit, in conspectu populi cujusdam infiniti hanc commendationem facere voluit, cum tamen æque faciliter, imò longè facilius id facere antea potuisset, vel in Cœnaculo, vel in die, aut septimana aliqua passionem suam proxime antecedente. Utique hæc *Omnia in sapientia fecit.* De industria enim tempus illud prætitolari voluit, quo in loco eminentiori in crucem elevatus erat; ut ab infinito quodam populo videri, & audiri posset, idque ut tanto indelebilius omnium mentibus imprimeret obsequiũ quod parentibus ad ultimum usque spiritum deferre debemus; quia ea quæ in ultima vitæ periodo ab aliquo dicuntur vel fiunt, majoris æstimantur, tenaciusque imprimuntur, atque ideo in hoc punctum usque hanc matris commendationem differre decrevit. Unde D. Chrysost. ait: *Cum jam abiret matris curam discipulo reliquit, nam cum par esset utpote matrem dolere & providentiam quærere, merito dilectò commendat.* Idem S. Doctor in eadem homilia paulò post subjungit dicens: *Crucifixus commendat, eruditos nos, ad ultimum usque spiritum parentum curam habendam*, S. Augustinus: in quadam Epistola, in qua S. Paulinus eidem novem Scripturæ quæstiones proponit, inter alias hanc quòque inseruit, cur scilicet Christus matrem Virginem S. Joanni ad ultimam usque mortis horam commendare distulerit, & respondet S. Augustinus: *Formam pietatis relinquens, nobiscum est de matre solicitus, ut quam relinquebat corpore, non relinqueret cura.* S. Ambrosius ingeniosam quamdam habet confiderationem, scilicet quod Christus debito reverentiæ erga matrem tunc præcise satisfacere voluerit quando tamquam Filius Mariæ oculos in mortem clausurus, omnibusque quæ in triginta trium annorum Iliade operatus fuerat, ultimam manum impositurus erat, unde & dixit: *Consummatum est*; hacque commendatione facta spiritum suum in manus Patris libere dimisit, non obstante quod paulò ante de patre lamentatus fuisset, dicens: *Ut quid dereliquisti me. Hic totius finis est consummationis*, inquit S. Ambrosius, *denique hoc dixit & emisit spiritum, consummans omne mysterium bono fine pietatis.*

Joan. 19. 26. 27. *S. Aug. T. 2. Ep. 58.* *S. Ambr. l. 10. ep. 5.*

8. Hanc eamdem erga genitricem suam reverentiam etiam post mortem continuavit, quia inter duodecim diversas apparitiones quibus Christus post Resurrectionem se diversis visibilem exhibuit, prima omnium facta est matri, cujus Rup. Abbas Tuitiensis hanc reddit rationem, dicens: *Verissimè matri resurgens apparuit:* (tametsi enim Evangelistæ nullam hujus fecerint mentionem, non tamen ob id contrarium convincitur:) *Absit enim hoc ab illo, qui in lege sua patrem & matrem honorare præcepit, absit inquam, ut matrem propter se doloris gladio transverberatam, tam dura negligentia talis filius inhonoravit.* Idipsum quoque Ecclesiæ authoritate probatur, quæ primo die Paschatis stationem in urbe ad S. Mariam majorem indicit; fundaturque in hisce verbis Davidis: *Si non proposuero Jerusalem in principio lætitiæ meæ.* Quando Christus Spiritum sanctum super Apostolos dimisit, matrem quoque suam ibidem præsentem esse voluit, teste S. Luca qui dicit *Et Maria mater Jesu.*

Christus reverentiam exhibuit matri suæ etiam post mortem. *Rup. Abb. l. 7. de divin. officijs c. 25.*

Act. 1. 14.

9. Verum enimverò quis non admiretur obsequium, quod idem filius jam impassibilis & gloriosus ad dexteram patris sedens matri suæ præstitit? Quod in admirationem & stuporem universam cœlestem curiam rapuit, quæ attonita quærebat: *Quæ est ista, quæ ascendit deliciis affluens innixa super dilectum suum.* Quasi

Christus jam impassibilis & gloriosus matrem summè honoravit.

matri suæ ductoris loco à brachijs inserviisset; Etenim S. Antonius scribit; Christum Mariæ Filium de cœlo descendentem cum omnibus Angelorum exercitibus sanctissimæ Matri suæ occurrisse obvium, idque cum tantis honorificentiæ demonstrationibus, ut majores mens humana concipere nequeat: *Ipse etiam*, inquit Antonin. *cum curia cælesti de cœlo venit, ad matrem honorificandam in morte, & collocandam honorifice in throno.* S. Bernardus hujus occursus magnificentiam duobus verbis breviter exprimit dicens: *Cum eo honore quo tanta mater digna fuit, cum ea gloria quæ tantum decuit filium.* Voluit quoque idem Mariæ Filius, ut sanctissimum Matris suæ corpus in Paradisum cœlestem assumeretur, in eoque glorificaretur ante diem universalis Resurrectionis, idque *Propter honorabilitatem*, inquit S. Bernardin. *hoc est, ut conservet honorem Matris*; Cum enim Exodi c. 20. de honorandis genitoribus speciale condiderit præceptum, atque de se protestatus fuerit, dicens: *Honorifico patrem meum*, eumdem quoque honorem erga matrem exhibere voluit, singularem hanc ei impertiendo prærogativam, nulli alteri hominum concessam, Guerric. Abbas in persona Filij ita scribit: *Ego ut facerem quod docui, & exemplo essem alijs, ut patrem honorarem in terram descendi, nihilominus ut matrem honorarem, in cœlum reascendi, ascendi inquam & præparavi et thronum gloriæ.* Spiritus sanctus Salomonem matrem suam hoc modo honorasse scribit: *Surrexit Rex in occursum ejus, adoravitque eam, & sedit super thronum suum, positusque est thronus matri Regis, quæ sedit ad dexteram ejus.* Id quod expressa illius honorificentiæ figura fuit, qua Christus, de quo scribitur: [*Ecce plus quam Salomon hic.*] *Virgini Matri suæ occurrit* de qua Propheta David inquit: *Astitit Regina à dextris tuis.* S. Bernardus hanc honorificentiam Matri exhibitam hoc Argumento convincit: *Si oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus diligentibus se, quod præparavit gignenti se & (quod omnibus est certum) præ omnibus diligenti quis loquatur?*

S. *Antonin. 4. p. tit. 5. c. 9. §. 1.*

S. *Bern. ser. 1. de Assumpt.* Hinc corpus ipsius translatum in Cœlum.

S. *Bernard.*

Exod. 20.

Guerricus Abb. ser. 4. de Assumpt.

3 Reg. 2. 19. Ibi illi præparavit thronum gloriæ.

Matth. 12. 42.

Psal. 44. 10.

S. *Bern. ser. 1. de Assumpt.*

DISCURSUS XIII.

ARGUMENTUM.

Nonnulla pietatis erga parentes recensentur motiva & exempla, utpote in qua multa animalia nos superant; ostenditur etiam, quod tametsi filij ad majores evehantur dignitates, ab hoc tamen reverentiæ erga parentes, quantumvis viles, debito non eximantur.

THEMA.

Qui timet Dominum, honorat parentes. Eccles. 3. v. 8.

Veneratio parentum est signum timoris Dei in anima.

Eccli. 3. 8.

S. *Bernardin. 2. 1. ser. in Fer. 4. post Dom. 3. Quadr. Alex. de Ales.*

S. *Hieron.*

S. *Bernardin. 2. 1. ser. 17. in Dom. 2. Quadr. a. 3. c. 4.*

S. Augustinus, adhuc totus carnalis, tamen omnibus fuit gratus.

INfallibile signum unde dignosci potest quod in anima quadam timor Dei prævaleat, est veneratio & respectus erga parentes, ita enim Ecclesiasticus æternæ veritatis verbis testatur, dum ait: *Qui timet Dominum, honorat parentes.* S. Bernardinus de hac materia differens inquit: *Hieronymus de honore parentum filio de parentibus dicit: Sit tibi grata vita ipsorum; quibus charior est vita tua quam propria, redde amoris vicem colendæ pietati.* Adducitque Alexandri de Ales testimonium, dicentis: *Amor patris in filios totus est gratuitus, quia filij sunt à parentibus, & intenditur amor ille per naturam sensualitatis*, Allegatque iterum S. Hieronymum qui ait: *Memento parentum esse, quod talis es, quorum manibus incrementa suscepisti.* Idem quoque S. Bernardinus alio in loco hanc conclusionem, scilicet quod bonum sui odorem fragrare non possit, qui non est venerabundus erga parentes, confirmat, dum ait: *Impossibile est, quod qui præceptum hoc de honore parentum non servat, quod cum bonæ famæ odore vivat.*

2. S. Augustinus usque ad trigesimum tertium ætatis annum ad fauces usque luto carnalis vitæ immersus vixit, & tamen mundo nequaquam exosus fuit. S. Ambrosius qui vitæ continentiam tanto zelo prosequebatur, illum non abhorruit, nec à se repudiavit, imo magna eum benevolentia prosecutus fuit, gratus erat Imperatoribus, cum viris illustribus & conspicuis semper conversabatur: dignus fuit cui Deus tam ingens sui lumen communicaret, & in secretissima cœlestis Sapientiæ suæ penetralia admitteret: sed dicite mihi, si nostis, quo merito hosce omnes favores sibi comparavit, nimirum quia debitum erga matrem suam respectum numquam deposuit, tametsi ipsa Catholica esset, ipse vero hæreticus; tametsi ille juvenis esset dissolutus; ipsa vero mulier matura, Deo totaliter dedita: denique licet illa eum quocumque ibat continuo insectaretur, nullum tamen ei verbum asperum dixisse legitur. Imo in Confessionibus suis ita de ea scribit: *Gratulabar quidem testimonio ejus quod in ea ipsa ultima ægritudine obsequijs meis interblandiens, appellabat me pium, & commemorabat grandi dilectionis affectu, numquam se audisse ex ore meo jaculatum in se durum aut contumelioſum sermonem.* Verisimile quidem est, quod Sancta hæc mulier dum illum voluptaribus carnalibus supra modum deditum vidit, ardore zeli sui commota acriter illum reprehenderit, & tamen quoad ipsum in hoc ædificata fuit, quod maternam reverentiam & respectum erga illam numquam omiserit, hæc reverentia sine dubio miraculosæ ejus conversioni, illiusque eminenti sanctitati & doctrinæ, nec non admirabili sapientiæ qua Dei Ecclesiam quovis tempore sustentavit, cooperata fuit.

Ratio est, quia valde honorabat, matrem suam. S. *Aug. l. 9. Conf. c. 12.*

3. Thomas Morus Magnus Angliæ Cancellarius; qui pro fidei Catholicæ defensione Martyr occubuit, adeo erga genitores suos venerabundus extitit, ut etiam in sublimi illa dignitate constitutus, non dedignaretur etiam conjugatus & provecta ætate conspicuus, patris benedictionem quotidie postulare. S. Paula filiam suam Eustochium adeo bene educaverat, ut S. Hieronymus de ea in Epitaphio matris suæ ita scripserit: *Hæc ita matri semper adhæsit, & ejus obedivit imperijs, ut numquam absque ea cubaret, numquam procederet, numquam cibum caperet, ne unicum quidem nummum haberet potestati suæ, sed & paternam & maternam substantiolam à matre distribui pauperibus lætaretur, & pietatem in parentes hæreditatem maximam & divitias crederet.*

Thom. Stapletonus.

Hoc ipsum fecit Thomas Morus, & S. Eustochium.

S. *Hieron. in Epitaphio Paulæ.*

4. Author quidam qui Indiarum Historias conscripsit, inviolabilem populorum illius regionis consuetudinem esse dicit, quod patris, matrisque exequias integro triennio continuare soleant, cujus hanc assignat rationem: *Ut suis parentibus, qui primæ ætatis triennio eos ultro gestaverant, tantoque labore educaverant, vicem rependant.* Tametsi cæteroquin nationes illæ barbaræ moribusque ac climate incultæ sint. Ecce tamen quanta cum veneratione huic naturæ debito satisfaciant; scribit ad hæc idem Historicus, quod filij sæpe parentum suorum cadavera diuturno tempore domi conservent eaque certo quodam transparenti bitumine aspergere soleant, ne eadem cadavera malum de se spirent odorem, interea vero quotidie cibum & potum ipsis offerant. haud secus ac si viverent, *nec filij eo tempore* (verba sunt Historici) *in sedilibus solitis sed in humili scabello considerent.* Toto vero temporis spatio quo hisce exequijs dant operam, in contextis juncis prope eadem cadavera dormiunt, carnes, aut alios cibos lautos non gustant, nec vinum bibunt, à balneis & uxoribus abstinent, convivia non frequentant; multisque mensibus se in publico videri non sinunt. Ex quibus præmissis hanc licet inferre consequentiam, quod si hæc gens barbara adeo se erga cineres & ossa parentum gratam & obsequiosam exhibet, quisnam erit respectus, obedientia, & subjectio, qua veritimile est illos eos honorasse dum viverent? In alia quadam Historia de quodam aurificis Toletano filio legitur, quod cum pater ejus ob falsam suspicionem ad patibulum condemnatus fuisset, filius autem patris innocentiam justificare non potuisset, omnibus viribus possibilibus judicem eo inclinare studuerit, ut patris loco ignominiosam mortem subiret, quod & obtinuit, sicque tamquam honoris & reverentiæ paternæ victima mortuus fuit.

Nicol. Trigaut. de expedit. Christianor. ad Sinas. l. 1. c. 7.

Stupenda Veneratio Indorum erga parentes, tam vivos, quam mortuos.

Fulgos. l. 9. c. 4.

Filius petit suspendi, pro Patre innocente.

5. S. Ambrosius filijs ad deferendum genitoribus debitum honorem sequens motivum suggerit; *Honoret*, inquit, *pius patrem propter gratiam, ingratus propter timorem; & si pauper est, & non habet divitiarum copias, quas relinquat filijs, habet tamen ultimæ benedictionis hæreditatem, qua sanctificationis opes successoribus largiatur, & multo plus est beatum, quam divitem fieri; festinabat Joseph sumere benedictionem*, &c. In quibus verbis ea quæ ultimo loco de Joseph dicuntur, omni sunt considerationedignissima, si enim S. Doctor dixisset alios Josephi fratres ad recipiendam à Jacob benedictionem properasse, id certe mirum non fuisset, ac certe mirandum est, quod Joseph eamdem tantopere effl agitarit, quid enim ea opus habebat, qui ad Regis familiaritatem admissus, honoribus sublimatus, thesaurorum dives, & post Pharaonem totius Regni primus cunctisque in bonis terrenis abundantissime affluebat? Ecce tibi quo in pretio filij divino Numine prædiri paternas

S. Ambros. l. de benedict. Patriarch. c. 1.

Proles magni faciant benedictionem parentum.

Exemplo Joseph.

paternas habeant benedictiones, hisce se præ omnibus alijs fratribus suis dignum effecit, quia patri suo in summo gradu obediens & venerabundus semper extitit. Cunctis quoque in sæculis celeberrimum fuit illud ab Aristotele filij cujusdam patri suo mire devoti relatum exemplum. Etenim in quodam monte Siciliæ qui ignem evomebat, & instar torrentis cujusdam ignis emanabat, Seniculus quidam pauper erat, qui cum præ decrepita ætate currendo flammam evadere non posset, visum filium, qui fuga sibi consulere parabat, advocavit, ut eum ex hoc periculo eriperet, qui subito paternis vocibus obediens retrocessit, & patrem humeris suis imposuit: *Lente festinabat gravi sarcina removante, sic ut igneus torrens illum allamberet, verum Deo sic volente divisa est flamma, & ipsum intactum relinquens præcedentes insequebatur: hoc prodigio Deus pietatem filij in parentem rependit.*

Bonavent. in c. 7. Eccles. Filius se exponit periculo vitæ, ut patrem eripiat ex igne.

Bruta animalia sunt nobis in hac re exemplo. S. Thomas opusc. 4. Cassiod. l. 2. Epistolar. Ciconia.

6. Multa habemus in Historijs naturalibus animalium exempla, quibus se erga genitores suos grata exhibuerunt & solicita. S. Thomas refert Cassiodorum, qui ad nostram confusionem libro secundo Epistolarum suarum de Ciconijs ita scribit: *Cum parentes earum pennas senio cogente laxaverint, nec ad proprios cibos idonei possint inveniri, plumis suis genitorum membra foventes, escis corpora lassa reficiunt, & pia vicissitudine juvenes reddunt, quod à parentibus parvuli fecerunt.* Philo *in libro de decalogo* pariter de illis scribit, quod dum senes ciconiæ annis onustæ, & ad volandum impotentes in nidis demorantur, filij volando maria trajiciunt, ut cibum genitoribus deferre possint: *Sic illæ, ut earum ætate dignum est, quiete fruantur & copia, juniores vero laborem comportandi solantur pietate ac spe recipiendæ in senectute gratiæ, debitum persolventes interim, quod tempus postulat, & eadem opera natos implumes effectosque parentes educant naturæ instinctu, & pullis & decrepitis alacriter præstando mutuum officium. Et posteà non obvolvent faciem, præ pudore homines parcentum contemptores, damnabuntque injuriam in re, quæ vel sola erat curanda, vel ante alias, præsertim cum tam non conferatur, quam referatur beneficium?* Plutarchus quoque de leonibus scribit, quod *juniores prædam suam dividant cum senioribus*: Plinius similiter inquit: *Glires genitores suos fessos senecta, insigni alunt pietate*: Et quidem hæc animalia solo gubernantur naturali suo instinctu, non sunt obstricta lege & præcepto divino sicuti nos; non sperant retributionem æternam, & tamen parentes suos adeo tenerè observant; quantum igitur nobis timendum est, ne ab ijs impietas nostra condemnetur? In historia quadam antiqua pariter legimus, quod *conflagrante fere toto Delphio Batavorum oppido Ciconæ proles suas adhuc implumes ab incendio protegentes alis contexerint, rostro detulerint, ac pedibus ut eriperent, & ne officium intermitterent paternum, numquam defecerint, quin potius mortem cum illis sustimasse propalam visæ sint.*

Plutarch. de solertia animal.

Ecclesiast. 7. v. 29. Lyran. ib.

Georg. Bru. in Delphio An. 1086.

7. Admirabiles quoque alij aliarum avium leguntur instinctus apud S. Ambrosium l. 5. Hexameron, tam in c. 17. quam in 18. Ex quibus pietas filiorum & amor genitorum versus prolem clarè conspicitur. Admiratione dignissima est compassio filiæ illius erga matrem captivam; cum enim illa à Præfecto carceris cibum matri deferri prohiberetur, illa cibi loco, porrectis matri uberibus suis; lac ei suum propinavit: *Deprehensa est uberibus alens eam, quo miraculo matris salus dotata pietati est, ambæque perpetuis alimentis & locus ille eidem consecratus deæ templo pietatis, extructa in illius carceris sede ubi nunc Marcelli theatrum est.*

S. Ambr. l. 5. Hexam. c. 17. Filia matrem suam nutrivit uberibus suis.

Luc. 2. v. 51. Luc. Burg. ibid.

8. Quemadmodum timor Dei nulli appropriatur certo personarum statui, sed omnibus præcipitur, quantumcumque conspicuis & insignibus; ita honor & reverentia parentibus debita ab omnibus debet exerceri filijs, in quantumcumque superiori gradu constitutis. Lyranus illa Ecclesiastici verba (*honora patrem tuum*) considerans, ita ad præsens discurrit intentum: *Ex hoc quod aliquis crescit in potentia, posset credere, quod non teneretur parentes venerari qui sunt inferioris gradus, quod est falsum, nam talis honor est de jure naturali & divino.* Exemplum capite in Salvatore qui à S. Virginis & Josephi nutibus atque obedientia usq;ad trigesimum annum dependit: *Et erat subditus illis:* ubi Lucas Burgensis ait: *Intelligendum est autem subditum fuisse Josephi & Mariæ, usque ad annum ætatis trigesimum.* Quantumvis Deus esset, *quem adorant Dominationes, tremunt Potestates*, nihilominus à fabri lignarij pauperisque mulieris, qualis Maria erat, volun-

Sicut timor Dei nullis appropriatur certis personis, sic nec reverentia parentibus debita.

Ecclesiast. 7. v. 29. Lyran. ib.

tate totus dependere non recusavit. *Cæli Creator subditur fabro*, inquit S. Antonius de Padua; Quænam Bersabæa erat, nisi privati militis scilicet Uriæ uxor? hæc ipsa adulterij publicam incurrerat notam, & nihilominus omni cum magnificentia & majestate, ut in Discursu præcedenti diximus, eam honoravit Salomon, dextræque suæ in throno æquali assidere voluit. Teste Valerio Maximo Decius Imperator filium substituturus in Imperium hic Imperium refutavit cum dicto: *Vereor, ne si fiam Imperator, dedisca esse filius, malo non esse Imperator, sed humilis filius, quam Imperator & filius indevotus.*

S. Ant. de Padua ser. inf. Oct. Epiph.

9. Joseph Patriarcha Vice-Regem agens in Ægypto, quantumvis Hebræos Ægyptijs exosos esse, & consequenter Jacob patrem ejus, opilionem, si in Regio Palatio cum pelle ovilla compareret, omnium Satraparum & Principum æmulorum suorum exponendum derisui sciret: nihilominus ipsi obviam procedere, honorare, obsequi, Regi, totique aulæ coram fistere non erubuit: *Ingressus ergo Joseph nuntiavit Pharaoni, dicens: Pater meus, & fratres, oves eorum & armenta, & cuncta quæ possident, venerunt de terra Chanaan*; In cujus reverentiæ meritum illam obtinuit benedictionem: *Deus patris tui erit adjutor tuus, & Omnipotens benedicet tibi benedictionibus cœli, benedictiones patris confortatæ sunt, benedictionibus patrum ejus*, inquit in hoc loco Theodoretus, *hanc providentiam consecutus est, recipiens mercedem obsequij sui erga parentes, studiosus erat senectutis paternæ.* Modernus quidam Author sequentem de quodam Carbonarij filio in hunc sensum tradit historiam. Filium pater varijs dispendijs in juvenili ætate in studijs aluerat, quorum beneficio regimen adeptus est in annis virilibus, decrepitus pater filium convenit congraturus de dignitate: ast ille inverecunde eum à se agnosci negavit, cui senecio: *Non me agnoscis fili? pater tuus ego sum.* Ad quem filius: *Quomodo te agnoscam, qui meipsum vix agnosco?* Alter contra Pontifex suam coram se in splendido ornatu conspiciens matrem quæ esset, nosse dissimulavit, dicens, matrem suam pauperculam esse, alijs itaque laceris indutam vestimentis, mox summo cum honore eam excepit; cui non absimile factum narrat S. Bonaventura, inquiens: Parisijs quondam insignem degusse Magistrum magnæ æstimationis & honoris apud omnes, quod ut paupercula mater ejus intellexit, tritam induta lacernulam, baculoque innixa pedes abijt Parisios: quo ut appulit, ubi filius degeret, interrogavit ab obvijs, qui ipsam Domini talis matrem esse intelligentes eam ad suas ædes abduxerunt & honorarunt: timidique ne forte maternam pauperiem fastidiret gloriosus filius, mulierem pretiosis indutam vestibus ad filium conduxerunt, qui suam intuitus matrem respondit: *Vere ego non credo, quia mater mea est paupercula, & consuevit habere solam tunicellam de bavello, & cum nullo modo vellet acquiescere verbis ejus, reduxerunt in domum suam, & reddiderant ei tunicellam suam & baculum, tunc illa accessit ad filium suum in congregatione multorum, & cum videret matrem suam in tali habitu venientem, deposuit capucium suum, & amplexatus est eam, & dixit: Modo scio, quod estis mater mea. Hoc fuit divulgatum, & reputatum est ei pro magno bono, & factus est Episcopus Parisiensis.* Porro his qui parentes humiles & viles erubescunt agnoscere, dici potest, quod S. Ambrosius scribit: *Cur homo non vis videri esse, quod natus es?* natalitia nostra etenim per nostram electionem minime habemus, & ideo cum illa à Deo habeamus, ad eum modum quo ei placuit, lex naturalis & divina prorsus offenditur, si erga parentes à quibus esse nostrum habemus, ingrati & irreverentes simus.

S. Bonav. t. 7. ser. de 10. Præc. de 4. præcepto.

S. Ambros. ad Iren. in Deut.

10. Huc spectat illud quod Josepho accidit, qui cum etiamnum juvenculus esset, duo somnia habuit, unum de manipulis fratrum suorum qui reverenter se coram ipsius manipulo inclinabant, quod somnium pater ejus Jacob cum gaudio audivit: At vero propter alterum in quo ei repræsentabantur, Sol, Luna & stellæ eum adorantes, Jacob non obstante tenero in filium amore, aliquam ostentavit indignationem, prout ex ijs colligitur verbis: *Increpavit eum pater suus, & dixit: quid sibi vult hoc somnium ... num ego, & mater tua, & fratres tui adorabimus te super terram?* Quam ob causam non primo sed secundo pater ingemuit somnio evidens est responsio; in primo enim non tangebatur respectus & reverentia paterna, quemadmodum in secundo, persuadebat namque sibi pater, quod ipse &

Jacob ad secundum non vero ad primum somnium Josephi ingemuit, & quare.

Gen. 37. v. 10.

Variæ historiæ ejusdem argumenti pro & contra.

mater Josepho reverentiam præstituri essent, cum tamen oppositum requiratur à filijs ad quemcumque statum sublimatis.

Phil.2.v.6.7. *Ecclí.3.v.15.* Filij ad altiora evecti non despiciant parentes pauperes, *Chavass. de prudent. l.1. c.10.*

11. Apostolus de Filio Dei discurrens, eamdem nobis doctrinam inculcare voluisse videtur, dum ait: *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, Sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens.* Similiter & Ecclesiasticus serio admonet; *Fili ... ne spernas eum in virtute tua*; ubi quamvis de patre sene & paupere loquatur, nihilominus etiam de alijs filijs exponi potest, qui ad gradus altiores sublimati, vilitatem erubescant, contemnuntque paternam: Quidam olim Parisijs cujusdam rustici dives admodum filius in die nuptiarum pauperiem erubescens patris sui, ne & ipse ad mensam accederet, in quadam legitur patrem occlusisse cellula; etenim inopem natalium suorum statum superbus suæ occultarat sponsæ ejusque parentibus: Ast quo tandem successu tragœdiam terminatam creditis? post tres dies eductus pater, inque libertatem pristinam assertus, cum consensu Magistratus filium exhæredavit; & portionem eum contingentem cum onere quotidianæ & perpetuæ Missæ Ecclesiæ S.Genovevæ dicavit.

DISCURSUS XIV.

ARGUMENTUM.

De modis quibusdam discurritur, quibus reverentia & obedientia erga parentes executioni mandanda est.

THEMA.

In opere & sermone & omni patientia honora patrem tuum. Eccli.cap.3.9.

S. Bern. t.4. ser.12.D.2. Quadr. Parentes honorandi sunt sermone, opere, & sufferentia.

1. SAnctus Bernardinus Senensis, debitum filiorum erga parentes considerans in uno sermonum suorum, eamdem quasi cum Ecclesiastico tradit in hæc verba doctrinam; *In opere & sermone & in omni patientia honora patrem tuum*, moxque tria hæc puncta singulis commendat filijs: *Tu fili debes honorare parentes in tribus, operando, loquendo & patienter ferendo, nam filius debet dare cor in amando patrem in omni patientia, & sufferre eum in omnibus, & numquam debet se reputare, habere jus contra patrem.* Nam ut Epictetus Philos. ait: *Pater appellatus curandus est, cedendum ei.* Inter alias instructiones quas S. Paulus Ephes. tradit, una & valde præcipua hæc est, qua dicit: *Filij obedite parentibus vestris in Domino, hoc enim justum est: honora patrem tuum, & matrem tuam*; circa quæ verba Dion. Carth. ait: *Obedite in licitis & honestis, atque ex animo, scilicet prompte, reverenter & amorose, hoc enim justum est jure naturali, divino & humano.* Porrò filij à servis in hoc differunt, quod hi, si sunt mancipia, per violentiam servitia sua præstent, *non ex corde*, si vero liberi sunt & conducti, propter interesse serviunt, ut stipendium recipiant, at vero filij parentibus ministrare debent, ex gratitudine, ex reverentia, ex amore, & affectu, idque cum promptitudine & hilaritate; unde filij non debent esse illius indolis cujus erant illi quos describit Christus apud S. Matth. scil. inobedientes & à paterna voluntate aversi: *Homo quidam*, inquit Salvator, *habebat duos filios, & accedens ad primum dixit: Fili, vade hodie operare in vinea mea; ille autem respondens ait: Nolo; postea autem pœnitentia motus abiit*; qui tametsi tandem patris voluntatem fit executus, attamen per inobedientiam nolendo facere, quod præceptum ei erat, patrem contristavit; *Accedens autem ad alterum, dixit similiter; at ille respondens ait: Eo, Domine, & non ivit.* Hic secundus bona quidem patri verba dedit, & facta nequam & perversa, atque ideo & hic transgressor fuit, quia Ecclesiasticus hæc duo conjungenda esse dicit, dum ait: *In opere & sermone honora patrem tuum*; nimirum verba factis respondere debent.

Epictetus in Enchir. *Ephes.6.1.2.* *Dion.Carth. Ibid.* *Matth.21. v.28.29.* *Ibid.v.30.*

S. Bonav.3. c.ser.de 10. Præceptis ser.5. de 4. præcepto. Parentibus serviendum tamquam dominis.

2. S. Bonav. in expositione Decalogi de quarto Præcepto differens, ait: *Debemus eis obtemperare in exercitatione actuum virtuosorum, sive salubrium, in dispensatione temporalium, & in subministratione obsequiorum.* Non sufficit, quod parentibus per verba humilia reverentiam exhibeamus, insuper enim opus est, ut illam exerceamus per opera congrua & opportuna. Priusquam Ecclesiasticus hanc propositionem scriberet: *In opere, & sermone &c.* Jam ante præmiserat dicens: *Qui timet Dominum, honorat parentes, & quasi Dominis servit his, qui se genuerunt*; parentibus enim in necessitate positis serviendum est eadem cum obligatione, assiduitate & diligentia, qua id facit servus stipendio conductus, qui panem manducat ejus cui servit. S. Bernard. apposite observat Ly illud *quasi*; non enim absolute Sapiens dixit, quod filij servire debeant parentibus sicut servus Domino, sed cum certa quadam similitudine & proportione; unde dicit: *Notanter quasi Dominis dicit, nam sicut superius patet, parentes ita sunt Domini domorum suarum, sicut Domini, Principes & Barones suorum dominiorum in modo regendi, qui ergo cupit parentibus digne servire, consideret, quomodo serviant famuli Dominis suis.* Rachel tametsi viri impij & sacrilegi, qualis Laban erat, filia esset; quia tamen Deus illam prædestinarat & elegerat, ut progeniem dilecti populi sui Israelitici propagaret, eamdem cum debita erga parentes reverentia & respectu educare fecit, quia licet Laban veri Dei inimicus & idololatra esset, non tamen ob id, respectum *de jure naturæ* sibi debitum amisit; & ideo quando idolis à patre suo ablatis superinsidebat, ut ea ab oculis ejus absconderet, non proterve ei respondit, sed reverenter se excusavit, dicens: *Ne irascatur Dominus meus, quod coram te assurgere nequeo*; quibus verbis, ut videtis, eum dominum & patronum suum nominavit. S. Ambr. verba illa S. Lucæ: *Honora patrem tuum & matrem tuam*, exponens ita scribit *Est autem honor non solum honorificentiæ, sed etiam largitatis. Si paveris matrem, adhuc non reddidisti dolores, non reddidisti cruciatus quos pro te passa est, non reddidisti obsequia, quibus te illa gestavit, non reddidisti alimenta, quæ tribuit tenero pietatis affectu, immulgens labris tuis ubera, non reddidisti famem quam pro te illa laboravit, ne quod tibi noxium erat, ederet, ne quid quod lacti noceret, hauriret.*

S. Bern. T.2. ser.in Fer.4. post Dom.3. Quadr.c.6. A.2. Hoc fecit Rachel Laban parenti, quamvis idololatræ.

Gen.31. v.35. *S. Ambr. l.8.in c.18. Luc.*

3. Ecclesiasticus in eodem cap. filium sic affatur: *Fili, suscipe senectam patris tui.* Verbo Complutens. legit: *Adjuva*; Hugo Card. legit; *Sustenta*; Tigurina vertit: *Subleva.* Hoc autem paternum obsequium non solum in verbis reverentibus consistit, sed multo magis in operibus & actionibus, ad adjutorium & adjuvamen parentum, si illo indigeant, directis. Plato in lib. de legibus hoc quoque documentum inserit: *Cujus pater aut mater senio confecti, vel eorum parentes, quasi thesaurus quidam domi jacens, is putet, numquam aliud tale sibi simulachrum, magisque efficax domi suæ affuturum, si recte, ut decet, ab eo colitur.* Cornelius Jansen. prædicta Ecclesiastici verba: *Quasi dominis serviet eis*, exponens, inquit: *Ut filij non tantum externam eis reverentiam deferant, sed serviant eis tamquam dominis suis, non gerendo se erga eos tamquam sibi pares, sed tamquam superiores suos, quorum justis sit obediendum, & quorum commodis studendum*; Idem quoque Antistes demonstrare pergit, quomodo hic honor & reverentia paterna genitoribus exhiberi debeat; ait enim: *Modum honoris debiti magis explicat, cum subjungit: Honora patrem tuum in opere & sermone, prompte scil. illi obediendo, serviendo & subveniendo, ac benigne, & humiliter ei loquendo*; *noster addit tertium, quod non est in Græcis: & omni patientia, ut videlicet patienter toleret filius parentum defectus, si qui sint, & præceptorum rigorem non detrectet.* S. Bern. quoque in quodam sermone in quo hic honor parentum consistat, declarat, scil. non solum in honorificentia externa, sed multo magis in eorumdem actuali subventione, *Honoris nomine*, inquit, *non solum subjectionis reverentia, sed etiam subsidij obsequium accipitur, proinde filij debent honorare parentes & in bonis obediendo, & temporalia, si opus habuerint, subsidia ministrando.* Si enim parentes dum vivunt, eorumque potestati subjecti sunt, per temporalium subsidiorum ministrationem non adjuvent, multo minus ab ijs sperare poterunt, quod animabus suis post mortem per spiritualia suffragia succurrent.

Corn. Jans. in c.3. Eccl. *S. Bern. T.4. ser.in Fer.4. post Dom.3. Quadr.* Cur Deus non præcepérit parentibus, ut diligant proles.

S. Bern. ser.4. super Salve Regina. Si non subveniant vivis, quid facient mortuis.

4. S. Bernardinus Senensis historiam quamdam refert, quæ in civitate Bergomi accidit, de quodam patre, lucris & usuris totaliter immerso, ut filijs suis locupletem hæreditatem relinqueret; qui filios erga se irreverentes & inobedientes, ut vidit, in semetipsum reversus dixit: Ego animam meam propter ipsos condemno, qui in vita sua erga me sunt contumaces; experiri statui, quomodo adjuturi sint animam meam in casu quo morerer, ac proinde conjugi suæ secretum cordis sui communicavit, quæ cum ei consilij maritalis altum promisisset silentium, pater ille se graviter infirmum esse finxit, & post quinque dies mulier domum egressa flens, & ejulans filijs, patrem mortuum esse, dixit: Qui subitò ubinam claves ærarij depositæ essent, anxiè quæsiverunt; quibus mater maritum suum prius-

S. Bern. T.4. ser.12.D.2. Quadr.p.1. principali. Notabilis in hanc rem historia.

priusquam moreretur, ferio sibi præcepisse, dixit; ne claves illas in ullius alterius hominis manus configneret, eo quod pro conscientia sua exoneranda pecunias à se relictas pauperibus distribui vellet, eo quod per usuras comparatæ fuissent; Quo audito, unus filiorum cum imperio, & arrogantia, claves se habere velle respondit, mater autem se illas in pectore gestare cum dixisset, ille violentas pectori manus intulit; cumque illa cum filio suo lucrateretur, alter filius natu major cameram in qua pater decumbebat, una cum alijs ingressus, nec tamen lectum in quo pater jacebat respiciens ærarium in quo pecunia deposita erat, ferro violenter rupit: *Tunc pater levato capite dixit: Quis rumor, ô filij! qui tanto impetu matrem perturbatis vestram, ecce vivo, & surgens ejecit filios de thalamo, & conversus ad se vidit periculum animæ suæ, & confessus mala ablata restituit, & omnia pauperibus erogavit.*

Gen.22. Stupenda obedientia Isaac qua se ad immolandum obtulit.

5. At vero memorabilior est actus ille heroicus qui inter Abraham & Isaac filium ejus in ordine ad sacrificium filij Abrahæ à Deo per divinam revelationem impositum & præceptum contigit. Etenim certum est præceptum hoc adimpleri non potuisse, nisi filij voluntas ad ejus impletionem concurreret, siquidem filius in ea ætate erat, in qua huic præcepto reluctari cique omnem etiam maximam resistentiam facere poterat; & tamen, qui de obedientia Deo præstando agebatur, prompte se sacrificio exposuit, tametsi voluntarem divinam non nisi per os patrem agnovisset. Sed quodnam in eo latet mysterium, quod Scriptura virtutem ab Abraham in hoc facto exercitam tantopere extollat, nullam verò de filij virtute mentionem faciat? ad hoc responderi potest per illa Scripturæ verba: *Gloria patris filius sapiens*; virtutes enim filiorum præcipue bonæ parentum directioni & educationi attribuuntur. Porro de Abraham patre ejus legimus, quod cum jussu Dei ex Ur Chaldæorum discederet, in regiones longinquas peregrinaturus, Thare pater ejus insecutus eum fuerit, sed quo fine idipsum fecit? num forte, ut veram professetur religionem, filij vestigia sectatus est? nequaquam; sed D. Chrysostomus ait: *Verisimile est, quod cum sedula in Deum pietate, eximiam quoque parentibus reverentiam exhibuerit, tanto sibi amore parentes conciliaverit, ut inde ad relinquendam amoris sui patriam, & ad alienam petendam moti sint*; sed ecce tibi mercedem & remunerationem, quam Abraham ex hac subjectione & reverentia paterna retulit, qui enim erga parentes suos adeo reverens & obsequiosus semper extitit, ideo meruit habere filium adeo voluntati suæ conformatum, ut propriam vitam suam manibus suis sacrificandam, divinoque beneplacito offerendam exponere non dubitarit. Quodnam obsecro idem S. Patriarcha meritum habuit, quando Deus ei multiplicationem prolium suarum revelavit, promisitque non solum, quod hæredes illius omnium totius Palæstinæ regnorum possessores futuri essent, verum etiam, quod ex ejus stirpe suo tempore foret incarnandus, dum ait: *Num celare potero Abraham quæ gesturus sum, cum futurus sit in gentem magnam ac robustissimam, & benedicendæ sint in illo omnes generationes terræ?* Vultisne scire, quonam merito id obtinuerit? Audite sacrum textum meritum hoc explicantem: *Scio*, inquit, *quod præceperus sit filijs suis & domui suæ post se, ut custodiant viam Domini*; Ecce qualiter per bonam filiorum suorum educationem hanc grâtiam à Deo obtinere meruerit.

Gen.11. v.31. Abraham obedientissimus fuit Thare patri suo. *D.Chrys. h.31. in Gen.*

Gen.17,18. v.19. *Ibid.v.19.* Inde promeruit habere filium obedientem.

Gen.42.17. Joseph fratres suos tribus tantum diebus detinuit in carcere, ne affligeret patrem.

S. Hier. t.4. de honorandis parentibus Ep.12. Parentes honorandi sunt verbis, vultu & factis. *S. Ambr. ibid.*

Lippom. ib.

Gen. 46. v.28.

Abul. ib. Occurrit patri usque ad Gessen.

Genes.41.40.

Ibid.46.29.

D.Chrysol. ser.1. Fructus provenientes ex honore parentum.

6. *In sermone honora patrem tuum*, inquit Sapiens; & ideo S. Hieronymus monet, dicens: *Nemo patrem asperis verbis lædat, affectum sonent, quidquid linguæ dixerint liberorum; hoc filiorum ora loquantur, quod parentes delectat audire.* Similiter alius quidam Doctor Ecclesiæ hoc filijs documentum scriptum reliquit: *Primus gradus iste pietatis est: Honora obsequijs, ut abstineas à contumelijs, quia ne vultu quidem lædenda est pietas parentum.* Quod si autem parentes ne verbis quidem contristandi sunt, multo minus factis indigne tractandi erunt. Quando fratres Patriarchæ Joseph pro frumento comparando in Ægyptum concesserunt, Joseph illos agnoscens, in carcerem illos conjici præcipit, teste Scriptura quæ ait: *Tradidit illos custodiæ tribus diebus*; at vero inquies, si hæc captivitas ordinata fuit in castigationem criminis olim in ejus personam commissi, ad illius expiationem, ne quidem integri alicujus sæculi decursus sufficiebat, longe enim graviorem pœnam ob id merebantur; Si autem ob alium respectum, cur illos tam subito è carcere liberavit? nimirum providus & sapiens hic filius: Jacob patrem suum de ipsorum reditu anxium & sollicitum esse sciebat, timensque, ne afflictus pater ex dilato filiorum reditu sinistri aliquid pateretur, subito illos dimittere voluit. Unde Author Catenæ ait: *Tribus tantum diebus carceri tradit, ne patris sollicitudinem augeret, & angeret.* Observandum quoque quod quando ipsemet pater in persona in Ægyptum profectus fuit, Judam ad filium Josephum præmiserit, ut suum ei adventum insinuaret; *Misit Judam ante se ad Joseph*, inquit S. textus; sed quo mysterio hunc filium ad instar prodromi & præcursoris præmittere voluit? scilicet ut Joseph ejus adventum sciens ad ei occurrendum, & debitum patri obsequium præstandum moveretur; Ita inquit Abulensis: *Ut occurreret in Gessen propter honorem Jacob, quia decens erat, ut filius patrem maxime honoraret; maxime quia iste honor redundabat in Joseph, si monstraret se habere patrem honorabilem.* Joseph igitur non obstante quod sceptrum illius regni gubernans in magnifico throno consideret. (*Uno tantum regni solio ie præcedam*) nec obstante quod pater ejus pastor esset ovium, nihilominus illum honoravit, eique te reverenter subjecit: *Ascendit obviam patri suo*; Circa quæ verba Oleaster ait: *Princeps erat Joseph & Ægypti Dominus, sed non dedignatur patri occurrere contra filios, qui cum se vident in dignitate constitutos, non amplius parentes, nec seipsos agnoscunt.*

7. D. Chrysologus serm. 1. cum quo respectu in conspectu parentum nostrorum vivere debeamus, his verbis more suo eleganter insinuat: *Sepe ad nos*, inquit, *paterna reverentia matris componat affectio, cognatorum custodiamur affectibus. Inter propinquorum lumina non valent delicta versari. Propinquorum quot oculi, tot lucernæ, dies est aspectus matris Sol patris ratilat in vultu, unde viventi inter tot virtutum Duces, criminum tenebræ propinquare non possint, sed mensa patris nos alit virtutis cibo, salutis epulo, delicijs honestatis & gloriæ*; Ecce tibi fructum quem percipimus, dum erga genitores nostros reverentes, obedientes, & gratos nos exhibemus.

8. S. Bernardinus curiosum quoddam dubium proponit, nimirum cur Deus filijs parentes honorare & revereri præceperit, nec tamen econtra nullum parentibus præceptum imposuerit ut filios amarent? dicitque: *Si quæritur, quare non est mandatum de amore filiorum, sicut de honore parentum, dicendum quod natura satis inclinat ad hoc:* citatque authoritatem D. Chrysostomi, qui hoc ipsum similitudine radicis arboris alicujus exponit: hujus enim humor ascendit ad truncum, ad ramos, ad frondes & fructus, non tamen è converso ab his descendit ad radicem. *Sic naturaliter amor à parentibus ad filios ascendit, & non revertitur. Præterea ad amorem parentum inclinare debet ratio, excitata per considerationem debiti & præcepti.*

S.Bern. Sen.1.1.ser. in Fer.4. post Dom.3. Quadr.

9. *Honora in omni patientia patrem tuum:* Epictetus Philosophus inquit: *Pater in omnibus ferendus, cum aut objurgat aut verberat*, cujus ratio est, quia etiam Pater noster cœlestis *flagellat omnem filium quem recipit.* S. Bernardinus quousque se nostra erga genitores obedientia extendere debeat, declarat dicens: *Filij tenentur parentibus in omnibus probabiliter pertinentibus ad necessitatem vel utilitatem rei familiaris, & ad morum disciplinam obedire, & maxime in his quæ sunt necessaria ad salutem.* S. Bonaventura in expositione quarti præcepti similiter inquit: *Debemus vivere secundum eorum imperium & expendere secundum eorum imperium.*

Epictet. in Enchir. Hebr.12. v.6. *S. Bern. T.3. ser.9. A.2. c.1.* *S. Bonav. Ibid.*

DISCURSUS XV.

ARGUMENTUM.

Labores quos parentes pro filijs suis sustinent, eosdem ad reverentiæ retributionem obstringunt; ubi pariter ostenditur, quod filij parentibus ad eum modum respondebunt, quo filij à parentibus bene vel malè educati fuerint; adducuntur etiam exempla pœnarum, quæ filijs impijs immittuntur.

THEMA.

In toto corde tuo honora patrem tuum, & genitus matris tuæ ne obliviscaris, retribue illis, quomodo & illi tibi. Eccli.cap.7.v.29.

Venerandi sunt parentes.

1. ECclesiasticus efficacissima ratione filijs obsequium & reverentiam erga parentes persuadet,

tes propter labores, quos pro nobis subierunt.

nimirum per considerationem molestiarum & pœnarum, quas pro illis sustinuerunt, nec non bonorum innumerabilium, quibus ab ipsis sunt cumulari: *Retribue illis, quomodo & illi tibi.* Qua de re S. Cyrillus Jerosolymitanus ait: *Christianorum est pietas honorare parentes, & labores educationis rependere, atque omni studio, quæcumque ad eorum quietem pertinent curare.* Seneca Philosophus moralis tametsi Decalogum non profiteretur, nihilominus per solius rationis & naturæ lumen obligationem filiorum agnovit, quæ parentibus respondere debent per reverentiam & honorem, in beneficiorum ab ipsis receptorum retributionem: *Alait me pater*, inquit, *si idem præsto, plus reddo, quia non tantum ali, sed à filio ali gaudet, & majorem ex animo meo, quam ex ipsa re percipit voluptatem, illius alimenta ad corpus tantum meum pervenerunt.* Valde notabile est quod dicit Ecclesiasticus, ut hanc retributionem cordibus nostris tenaciter imprimat, dicit enim: *Memento quoniam nisi per illos nati non fuisses.* Cui consonant illa S. Ambrosij verba, dicentis: *Non possem salvo pietatis jure odisse patrem, cui debeo quod creatus sum, nec matrem longo decem mensium fastidio pij fœtus onera portantem, cui in absolutione plus periculi, in dilatione plus tædij est.* De matre enim Scriptura dicit: *Gemitus matris tuæ ne obliviscaris:* Et iterum: *Mulier cum parit, tristitiam habet.* Psalmista quoque dolores magnos vocat dolores parturientis. Quot enim mater molestias & ærumnas sustinet, quot vigilias in partu suo lactando & educando subire cogitur. S. Hieronymus de honore parentibus debito differens, id quod matres patiuntur, his verbis confiderat; *Matribus*, inquit, *debitam impendite reverentiam, quæ vobis uteri labore servientes, pondus vestri corporis toleranr, atque ignotam portantes infantiam, famulatum quemdam exhibent nascituris. Illo tempore non sibi tantum mater esurit, nec acceptos sola digerit cibos, materno victu alitur, & ille qui latet, ejus membra alterius comestione pascuntur.*

Gaudent Parentes si alantur à filijs.

Eccli. 7.30.

S. Ambr. in Ps. 118. ser. 14.

Eccl. 7. v. 29.

Matres specialiter honorandæ quæ nos peperunt.

Jo. 16. v. 21.

Ps. 47. v. 7.

S. Hieron. T. 9. Ep. 12.

2. Tobias senior ut filium suum erga matrem suam devotum redderet & obsequiosum, eidem ad se accersito dixit: *Honorem habebis matri tuæ, omnibus diebus vitæ ejus, Memor enim esse debes, quæ & quanta pericula passa sit propter te in utero suo. Angustias scilicet*, inquit Hugo Cardinalis, *usque ad mortem.* S. Ambrosius dum verba illa exponit: *Et erat subditus illis*, filijs motiva demonstrare volens subjectionis & reverentiæ erga illos qui genuerunt & educarunt eos; de matre in specie dicit: *Disce quid parentibus tuis debeas; tu matri debes pudoris injuriam, virginitatis dispendium, partus periculum; matri longa fastidia, matri longa discrimina.* Sanctus Hieronymus Tom. 5. Epist. 12. ait: *Fauces tuæ necdum lacteum perdiderant saporem, quem tibi pia mater infundens, linguam istam pavit potu corporis. Impende debitum patri matrique servitium, qui numquam tuos vagitus horrentes totum in te lambebant oculis corpus.* Pia illa mater in libris Machabæorum ut filium suum ultimum in carnificina à Tyranno ei præparata constantem & intrepidum ad martyrium lucraretur, his cum verbis affata fuit: *Fili mi, miserere mei, quæ te in utero novem mensibus portavi, & lac triennio dedi & alui, & in ætatem istam perduxi.*

Hujus monuit Tobias filium suum. Tob. 4. v. 3. 4. Hug. Card. in c. 7. Eccl. S. Ambr. l. 2. in c. 2. S. Lucæ. Rationes hujus Venerationis.

S. Hier. T. 9. Ep. 12.

2. Mach. 7. v. 27.

3. Sanctus Ambrosius verba illa S. Lucæ: *Honora patrem tuum & matrem tuam*, exponens, de matre inquit: *Tibi illa jejunavit, tibi manducavit, tibi illa quem voluit cibum non accepit, tibi quem noluit cibum sumpsit, tibi vigilavit, tibi flevit & tu illam egere pateris?* Hugo Cardinalis super illa verba: *Retribue illis*, inquit, *quasi dicat: Illi tibi dederunt vitam generando, & tu redde illis sustentando vitam illorum.* Sanctus Ambrosius fudores & labores commemorat, quibus parentes filijs providere solent, ut omnem illis procurent vitæ commoditatem, & bonorum temporalium abundantiam: *Quid anxios sos patres loquar*, inquit, *pro filiorum profectu & multiplicatos alienis usibus census jactaque femina, posterorum ætatibus profutura? Nonne obsequia pro his salutem oportet rependi?* S. Thomas tria specialissima bona enumerat quæ à parentibus recipimus; Primum est *stabilimentum quoad esse*; Secundum *nutrimentum sive fulcimentum quoad necessaria vitæ: nudus enim interat filius in hunc mundum, ut dicitur Job primo, sed à parentibus sustentatur.* Tertio loco *documentem recipiunt*; ad Hebræos duodecimo *patres carnis nostræ, eruditores habuimus*; justum igitur est, ut illis pro horum beneficiorum retributione per veri obsequij actus correspondeamus.

Alia ejusdem motiva. S. Ambr. l. 8. in c. 8. Luc.

Hug. Card. Ibid.

S. Ambr. l. 2. in c. 2. Luc.

S. Thom. opus. 4.

Hebr. 12, 9.

4. Ecclesiasticus, ut præcedenti Discursu diximus, his verbis nos exhortatur. *In omni patientia honora patrem*; quæ verba Paulus de Palatio de parentibus ætate provectis exponit, dicens: *Revera senes sunt. mores & præfracti, sicet privilegio concesso, de senibus pijs dicatur: In senecta uberi, & bene patientes erunt. Cum enim senectæ morbus sit naturalis, ut Aristoteles dixit, senes eo morbo pressi difficiles sint & intractabiles, ideo Ecclesiasticus jubet, ut filius in omni patientia parentes honoret; Ut filij patientia vincat senum difficultatem, ut patrum patientia sustinuit parvulorum importunitatem.* Thomas Cantipratensis hunc apibus ingenitum refert instinctum: *Juniores*, inquit, *adjuvant matres; & ideo aliter exponi potest, quartum mandatum Decalogi, ubi præcipitur patris honor & matris, quod naturali pietate omnibus hominibus insitum esse debet. Sed esto præcepto abutitur, omni animali nequior humana impietas nullam veræ parentibus vicem dilectionis, aut operis filijs impendentibus, multas in libro de natura rerum legimus aves, quæ senescentibus parentibus vel plumis nudatis aut cæcis, futuræ vicem rependunt, offerunt cibos, medelas quærunt, ut Hupupa quousque vel morte deficiant, vel recuperent sanitatem. Omni ergo animali turpior homo, qui parentibus debilitatis, aut rebus perditis non succurrit.*

Eccli. 3. v. 9.

Paul. de Palat. Parentibus senibus seduloservien-dum.

Thom. Cantipr. l. 2. Apum. c. 7. n. 3. Exemplum apum.

5. Ecclesiasticus autem nos quoque specialius ad obedientiam & obsequium erga genitores pro tempore invitat, quando hi ad ætatem decrepitam pervenerunt, in qua omnino deficiunt, tunc enim supponitur, quod opera nostra vel maxime indigeant: *Fili suscipe senectam patris tui, & non contristes eum in vita illius, & si defecerit sensu, veniam da, & ne spernes eum in virtute tua.* Quæ verba S. Bernardinus in sermone quodam in pondere sanctuarij expendit, dicens: *Ponderanda sunt plurimum hæc verba; Primò dicit suscipe, scilicet amoroso affectu, dulcoroso affatu, gratioso aspectu, & gaudioso osculo, vel amplexu, quæ omnia in tua pueritia tibi præstitit pater tuus & mater: Itaque redde illis in senectute sua*, juxta consilium Eccles. cap. 7. qui ait: *Retribue illis quomodo & illi tibi.* Secundo loco ponderat Ly *senectam; multum siquidem alijs, sed amplius tibi laboriosam, tædiosam, dolorosam;* Citatque locum illum Tob. 5. Ubi Tobias junior em filium suum *baculum senectutis* appellat. Tertio loco observat, quod dicit: *Patris tui: non extranei, non inimici, sed patris tui, nutritoris tui, institutoris tui, & cordialis dilectoris tui:* Citatque authoritatem S. Hieronymi dicentis: *Foveatur parentum senectus, & factis eorum vicissitudo reddatur, videant liberi vestri quid faciant, vicem vobis similem redditari.* Nam ut idem S. Bern. ait: *Quod parentes illis faciunt in ætate puerili, hoc idem filij debent facere eis, & impendere in ætate senili.* Laert. Talerem filijs suis dixisse refert: *Quale præmium rependentis parentibus vestris, tale à liberis vestris exspectate.* Id quod magis credere possumus B. Petro Damiano idipsum scribenti, dum ait: *Justo plane Dei solet evenire judicio, ut qui parentibus humiliter subditur, ipse quoque parens effectus in propria sobolis obedientia delectetur.* Refert quoque Pater Cornel. à Lapide antiqui cujusdam Philosophi testimonium, qui filijs suis dicere solitus erat: *Qualia tu contuleris in parentes, talia prorsus à tuis liberis exspecta, ut bene vel male habeatis.*

Proles benefacientes parentibus, simile à suis exspectent. Eccls. 3. 14. 15.

S. Hier.

S. Bern. t. 1. ser. in Fer. 4. post Dom. 3. Quadr. A. 2. c. 7.

Laert. l. 1.

B. Petrus Dam. l. 8. ep. 3.

Cornel. à Lap. in c. 6. ad Ephes.

6. Recepta ab omnibus est propositio qua in Scriptura dicitur: *Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur.* In Deut. filius contumax à Deo lapidari jubetur: *Si genuerit homo filium contumacem & protervum, qui non audiat patris aut matris imperium, & coërcitus obedire contempserit, apprehendent eum & ducent ad seniores civitatis illius, & ad portam judicij, dicentque ad eos: Filius iste noster protervus & contumax est, monita nostra audire contemnit, comessationibus vacat, & luxuriæ, atque convivijs, lapidibus eum obruet populus civitatis, & morietur, ut auferatis malum de medio vestri.* Vultis nunc divinæ justitiæ intelligere mysterium, quod Deus circa filium patri rebellem Absalonem videlicet exercuit? Tametsi enim verum sit, quod cor illius à Joab tribus lanceis perfossum fuerit, verumtamen observandum est, quod sacer textus de ejus sepultura dicit: *Tulerunt Absalom, & projecerunt eum in saltu, in foveam grandem, & congesserunt super eum acervum lapidum magnum nimis.* Scriptor quidam, qui itinera & peregrinationes mundi describit de terra sancta differens, sepulchri illius quod juxta vallem Josaphat erectum erat, etiamnum extare memoriam, ait, de quo S. Textus in eodem capite proinde dicit: *Porro Absalon erexerat sibi cum adhuc viveret titulum, qui est in valle Regis:* Imo in hodiernum usque diem, quotquot

Filij contumaces pœnam non effugiunt. Deut. 21. v. 18. 19. 20. 21.

Exemplum Absalonis Jo. Bonc. in fasc. peregrin. l. 2. c. 23.

2. Reg. 18. v. 17.

quotquot tam ex Judæis quam Mahometanis locum istum transeunt, eumdem lapidibus impetere solent; imo Christiani Orientales locum illum cum filijs suis transeuntes gressum ibi sistunt, suisque liberis, ut ipsorum exemplo lapides in eumdem projiciant, præcipiunt, clamantes: *Ecce, ecce perfidus ille & parricida, qui in patrem insurrexit.* Unde Procopius à Glossa citatus ait: *Æque qui in patrem delinquit, & in Deum punitur; at qui divinum præceptum sprevit, absque venia morti condemnatur, at qui in parentes delinquit, lapidibus obruitur.*

Procop. in Deuteron.

Avent. in l. 4. Annal. Bojorum. Filius patris obsidetur à Dæmone.

7. Anno 874. Carolus Ludovici Germaniæ Regis filius una cum fratre suo Ludovico contra patrem se erigere conatus est, quem utique ex Regni solio deturbasset, nisi se Regi Primates illi opposuissent; at vero subitò à Deo castigatus fuit, quia Francofurti in diæta à dæmone fuit possessus; adeo ut ipsum furentem & ululantem sex robustissimi homines continere non potuerint; Unde Pater ad Ludovicum filium conversus, his verbis eum est affatus; *Ecce, ut Deus in fratre tuo vestras puvit rebelliones, & in me conjurationes, sapite inposterum miseri, & Dei clementiam implorate.* Dictus vero Carolus ab Archiepiscopo Moguntino exorcizatus & à dæmone liberatus palam confessus est, se ab eo momento quo rebellionem adversus patrem suscitavit, ne per momentum quidem ullam in corde suo quietem expertum fuisse; nec mirum quia ut Scriptura ait: *Impij quasi mare fervens, quod quiescere non potest.* In lamentationibus Jeremiæ proinde dicitur: *Patres nostri peccaverunt & non sunt, & nos iniquitates eorum portavimus.* At verò cum certum sit, quod nullus peccato alterius maculetur, quomodo si culpa in posteros non transfunditur, pœna in ejusmodi transmittenda erit? S. Hier. *Ideo iniquitates eorum portaverunt, quia imitatores eorum in negotia exciterunt, juxta illud quod scriptum est: Patres nostri comederunt uvam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt.*

Isa. 57. 20.

Thren. 5. 7.

S. Hier. Ibid.

8. S. Bernardinus factum quoddam refert, quod in Alexandria de la Paglia suo sæculo contigit; verba Sancti sunt hæc sequentia: *Cum quidam impius filius patrem capite traheret deorsum per scalam, demum filius ejus per eamdem scalam hoc idem ei fecit.* Dicitque idem S. Bernardinus, filiorum degenerum causam, ut plurimum divinæ justitiæ esse attribuendam; quia tametsi nonnumquam patres filios suos sancte educent, *Attamen quia eos non maritali, sed adulterina inordinata intentione genuerunt, vel plus debito dilexerunt, vel quia forte propter filiorum amorem, per mala lucra, & alias immoderatas affectiones, animæ parentum in æternum perierunt, justo Dei judicio permittente, multi filij ad parentes videntur dæmones infernales.* In historijs Hispaniarum de Alphonso VI. Rege legitur, quod cum Theresiam matrem suam in vincula conjectam, compedibus innexuisset, ipsa prophetando ei dixit: *Quia vinculis crura mea strinxisti, Deum precor, ut ab hostibus capiaris, & crura tua fracta conspicias;* quæ omnia magno ejus infortunio de ipso verificata fuerunt. Gregorius Turonensis, utpote testis oculatus, de Merovæo filio Chilperici Regis Franciæ refert, quod cum regnandi cupidus esset, atque à patre suo ob sæpius inde natas turbulentias detonsa coma in monasterium quoddam reclusus fuisset, is ab eodem fugiens, Turonas ad templum sancti Martini confugit, ubi ab Historico, qui historiam hanc scripsit, receptus fuit: *Merovæus autem de patre atque noverca multa crimina loquebatur, quæ cum ex parte vera essent, credo acceptum non fuisse Deo, ut hæc per filium divulgarentur sicut in sequentibus cognovi; quadam enim die ad convivium accitus, dum pariter sederemus, suppliciter petijt aliqua ad institutionem animæ legi, ego verò reservato Salomonis libro, versiculum qui primus occurrit, arripui, qui hæc continebat: Oculus qui respexerit adversus patrem, effodiant eum corvi de convallibus, illo quoque non intelligente, considerans hanc versiculum à Domino præparatum.* In eo namque adimpletum fuit hoc à Sapiente comminatum supplicium, quia à patre Chilperico excæcatus & vita privatus fuit, pater quoque qui illum excæcaverat, à Tredegunde uxore sua morte violenta fuit sublatus.

Mala quibus afficiunt parentes, in illos reincidunt.

Præclara hujus exempla.

Hort. Pastorum l. 3. tr. 4. sect. 1. proposit.

9. In libro, qui *Hortus Pastorum* intitulatur sequens factum, quod Valentiæ contigit, refertur; nam Juvenis quidam, de quodam delicto juste accusatus, & propter idem ad patibulum condemnatus fuit; Cumque ad supplicij locum duceretur, stupefactus exclamavit: *Vere juste morior, non pro falso crimine quod mihi imponitur sed quia in hoc ipso loco in matrem meam vi-*

DISCURSUS XVI.

ARGUMENTUM.

Varia considerantur bona quæ propter merita pietatis & obedientiæ erga parentes in filios redundant.

THEMA.

Honora patrem tuum & matrem tuam, ut bene sit tibi. Ephes. 6. ℣. 3.

Obsequium filiorum erga parentes septem notabilibus bonis remuneratur.

1. OBsequium & reverentia filiorum erga parentes Magnes quidam est, non calamitates, sed fœlicitates & bona inexhausta post se trahens; atque ideo observandum, quod Apostolus filios ad hanc reverentiam efficaciter animare volens, nullam quidem bonorum in particulari mentionem fecerit; sed universaliter dixerit: *Ut bene sit tibi*; quia nullum est bonum, sive illud temporale sit, sive spirituale, quod in filios pietatem erga parentes profitentes non redundet. S. Thomas hac de re in Opusculo quarto ita loquitur: *Sciendum quod honorantibus parentes quinque desiderabilia promittuntur, & primum est gratia in præsenti, gloria in futuro, quæ maxime desiderantur; Secundum desiderabile est vita*; citatque illum Ecclesiastici textum, in quo dicitur: *Ut sis longævus super terram: & nota, quod vita longa est, quando est plena, & quæ non mensuratur tempore, sed actione*, juxta illud Aristotelis: *Tunc plena est vita, quando est virtuosa*; Alia quoque bona paterna reverentiæ correspondentia considerat; quorum multa in progressu hujus discursus fusiùs recensebuntur. Sanctus Bernardinus Senensis, hæc verba explicans: *Ut bene sit tibi*, ita scribit: *In quo promittitur prosperitas ad bene esse. Septem namque concupiscunt homines ad eorum esse, & bene esse, quæ maxime in additione Deuteronomij comprehenduntur; quæ sunt septem præmia seu fœlicitates. Prima est longa vita: Secunda substantia multa: Tertia, pulchra familia: Quarta, odorifera fama: Quinta, benedictio paterna: Sexta, divina gratia: Septima, æterna gloria.*

S. Thom. opusc. 4.

S. Bernardin. s. 2. ser. 17. in Dom. 3. Quadr. A. 2.

2. Nescio an aliquando observaveritis, quod increata Sapientia, quæ nihil fine mysterio facit, in alijs præceptis, nullam exprimat specificam remunerationis promissionem, solum in hoc de reverentia paterna, præmium speciale promittit, cujus, ne quidem in tribus primis præceptis ad se spectantibus mentionem ullam facit; Hic igitur æternæ veritatis calamo ita scribitur: *Honora patrem tuum & matrem, sicut præcepit tibi Dominus Deus, ut longo vivas tempore & bene tibi sit.* Ecclesiasticus filialem erga matrem & patrem reverentiam thesauro comparat dicens: *Et sicut qui thesaurizat, ita & qui honorificat matrem suam. Qui honorat patrem suum*, quisquis thesaurum aliquem in sua habet potestate, in eo continet omnia bona desiderabilia, delicias, honores, divitias, siquidem verissimum est, quod *peccatæ obediunt omnia*: Eodem modo vult dicere sacer textus: qui parentes suos honorat, tam in hac, quam in altera vita sibi thesaurizat, & omnigena bona comparat. Sanctus Bernardinus in quodam sermone hæc verba explicans inquit: *Quod intelligi potest non solum de divitijs temporalibus, sed etiam corporalibus, sanitate, fortitudine, libertate. Insuper de divitijs spiritualibus, quæ consistunt in ratione sensata, in scientia acquisita, in scientia inspirata*; Lyranus verba illa de alterius vitæ meritis intelligit, dicens: *Congregat sibi merita pretiosa*, & ideo thesaurizat sibi pro cœlo, & pro vita beata. Dionysius Carthusianus pariter inquit; *Sicut thesaurizans congregat sibi opulentiam temporalem, & sæculariter agit prudenter, sic qui matrem veneratur, vere sapientialiter operatur, & spirituales sibi reponit divitias, merito pro eis recepturus abundantiam præmiorum.*

Qui parentes honorat magnum sibi comparat thesaurum.

Eccli. 3. 5. 6.

S. Bernard. s. 2. ser. 17. in Dom. 2. Quadr. A. 2. c. 2. Lyran. ibid.

3. Laudabilissimus est usus ille in familijs timoratis intro-

Saluberrima est benedictio parentum super filios.

introductus frequenter à parentibus postulandi benedictionem, quam etiam in morte singulariter dare solent, hæc enim in ijs qui eam postulant, subjectionem, respectum, & reverentiam erga genitores significat; quam Deus per abundantiam & cumulum gratiarum, donorum, bonorumque innumerabilium compensare intendit. Porro hoc benedictionis nomine, augurium quoddam omnium felicitatum intelligitur; *Benedictus tu in civitate, & benedictus in agro, benedictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ*, &c. *Benedicat tibi Dominus ex Sion*, sed quisnam hujus benedictionis est fructus? *Et videas bona Jerusalem omnibus diebus vitæ tuæ, & videas filios filiorum tuorum pacem super Israël.* Jacob morti proximus omnibus filijs benedictionem impertiens, cum ad Joseph ordo pervenisset, eidem dixit: *Deus Patris tui erit adjutor tuus, & Omnipotens benedicet tibi ... benedictionibus uberum & vulvæ.* Theodoretus legit; *Propter benedictionem uberum & vulvæ, & benedictionem patris tui & matris tuæ prævaluisti*; Sed quanam in re Joseph cæteris fratribus suis prævaluit? quis idipsum ignorat? Nimirum prævaluit in prosperitate temporali, quam Deus illi larga manu concessit: *Omnipotens benedicet tibi benedictionibus desuper*; Etenim pietas & reverentia parentibus exhibita, Magnes quidam fuit attractivus tot bonorum, quæ personæ & familiæ ejus concessa fuerunt; *Hanc providentiam*, inquit Theodoretus, *consecutus est, recipiens mercedem obsequij sui erga parentes, studiosus erat curator paternæ senectutis.* Revocandum est hic in memoriam, quod Jacob patri ejus contigit, quando Rebeca matre ejus suadente benedictionem Isaaci patris sui Jacob præoccupavit, de quo Oleaster ait: audis hic, quanti faciebant quondam filij parentum benedictionem. S. Ambrosius *in libro de benedictionibus Patriarcharum antiquorum*, qui fuerunt filij Jacob, ita scribit: *Primum omnium quantam discimus parentibus deferre reverentiam, cum legimus, quoniam qui benedicebatur à patre benedictus erat, & qui maledicebatur, maledictus; Ideo parentibus hanc Deus donavit gratiam, ut filiorum pietas provocetur: prærogativa ergo parentum disciplina est filiorum; bonora ergo patrem, ut benedicat te; honoret pius patrem propter gratiam, ingratus propter timorem.*

Deut. 28. 3. 4.
Ps. 127. 5.
Ibid. v. 6.
Paret in Joseph.
Gen. 49. 25.
Theodoret.
Theodoret. q. 92. in Genes.
Gen. 27. 19. u
Oleaster.
S. Ambr. l. de benedict. Patriarch. c. 1.

4. S. Ephrem de timore differens hoc nobis tradit documentum: *In verbis & factis honora patrem tuum, ut superveniat tibi benedictio ab eo, gloria hominis, ex honore patris sui*; Ubi advertendum quod non dicat, *superveniat tibi benedictio à Deo, sed ab eo*, quia ubi nos legimus: *Qui obedit patri, refrigerabit matrem*, Græcus legit: *qui obedit Deo.* Unde motus est Paulus de Palatio, ut in expositione horum verborum diceret: *Nemo credat se Deo obedire, si matris obliviscatur.* Eodem quoque modo dici potest, nemo poterit sperare à Deo benedictiones, si à genitoribus suis benedictus non sit, quia Deus benedictiones suas in illorum manus consignavit. S. Bernardinus in sermone allegato ait: *Solent pij patres maximè in extremo vitæ benedicere filios reverentes, quod quantum appretiandum sit*, ostendit Eccl. cap. 3. dicens: *Benedictio patris firmat domos filiorum.* Quæ verba Paulus de Palatio exponens ait: *Consulto dixit, firmat domos, non unicam domum, tu vide quam Deo placeat, quod filius afficiat honore parentem, ut velit se astringere ad firmandam domum, & familiam ejus filij, cui suus pater benedixerit. Non ergo solum filius à patre benedictus, sed etiam ejus posteritas firmatur à Deo. Habet vir virtuosus causam, cur multorum hominum insignissimorum familiæ, quæ videbantur cum æternitate mensuræ breve corruerint, videlicet: quia non sunt à parentibus benedictæ.*

Deus benedictiones suas posuit in manibus parentum.
Eccl. 3. 7.
Paul. de Palat. ibid.
S. Bernardin. Ibid. c. 5.
Eccli. 3. 11.
Paul. de Palat.

5. Stabilimentum igitur familiarum à bona filiorum educatione dependet, ex qua si hi proficiant, fiantque erga patres obedientes & reverentes, benedictionem illorum recipiunt, quam Deus prosperatur, posteros & progeniem filiorum felicitando; & sic consequenter benedictio Jacob filijs suis impertita, totius illius numerosissimi populi Israëlitici basis extitit, hæc Synagogam fundavit, & multiplicavit populum electum. Quandonam Deus Jacobo in prodigiosa scalæ illius visione apparuit, per quam ascendebant & descendebant Angeli, inclinante summitate illius Majestati Altissimi? Quis umquam quantumvis in militia Dei veteranus illos recepit favores & gratias quas Jacob in illa ætate accipere meruit? D. Chrysostomus Dei protectionem considerat, qua illum semper Deus tutatus fuit: *Considera obsecro*

Copiosæ benedictiones Jacob fundatæ fuerunt in reverentia & obedientia erga parentes,
Gen. 28. 12.
D. Chrys. ho. 36. in Gen.

hic, inquit, *eximiam curam elementis Dei*; Sed unde hic Dei favor originem sumpsit? Scirene vultis unde? Nimirum; *Quia videbat juxta consilium matris susceperum peregrinationem, statim in ipso initio volens confirmare alacritatem ejus, apparet, ac dicit: Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac patris tui; Ego & Patriarcham & patrem tuum in tantam gloriam crescere feci. Ne igitur timeas, sed crede, quod ego qui implevi illis suas promissiones, & te mea cura & providentia dignabor.* Tametsi enim aliunde videre pericula, quibus Esau fratrem suum irritando, se exponebat; nihilominus matris suæ consilio acquiescens, paternam præoccupavit benedictionem; atque insuper per ejusdem matris suæ directionem aggressus est molestam illam peregrinationem. Cui proinde Deus se illi adfuturum, numerosamque prolem concessurum esse promisit, per quam per omnia sæcula suam esset stabilituras progeniem, ex qua Deus ipsemet Dei Filius carnem assumpturus erat: *Benedictio patris firmat domos filiorum, benedictio autem matris eradicat fundamenta.*

Gen. 48. v. 5. Oleaster.

6. Quando Eva primum filium suum peperit, dixit: [*Possedi hominem per Deum,*] *ac si dicat*, inquit Oleaster, *dedit mihi Dominus possessionem, filium scil. quia quondam magna possessio erat multitudo filiorum.* In capite nono ejusdem libri legimus: *Dilatet Deus Japhet, & habitet in tabernaculis Sem* quod idem erat ac si Japhet numerosam vaticinaretur progeniem; dicendo vero quod Sem in tabernaculis habituras esset, innuere voluit, ut exponunt Lyranus, & Abulensis, quod ex stirpe Sem carnem assumpturus erat, idque propter merita reverentiæ quam erga patrem exhibuerat: *In suis quidem Japhet*, inquit Theodoretus, *multiplicem progeniem prædixit, ipsius vero Sem pietatem, nam Deum prophetavit habitaturum in tentoriis Sem.* Cham verò a patre maledictus fuit, eo quod erga illum debitum non habuisset respectum, & tamquam irreverens erga patrem toti mundo per omnia sæcula exosus, & abominabilis permansit. Theodoretus ad idem intentum ita discurrit: *Cham parricidij reus habitus est, tamquam transgressus legem naturæ*; Reliqui autem filij paternam cooperientes nuditatem, *merito benedictionem à patre acceperunt.* Meminerit forsitan illius Sapientis dicti: *Qui maledicit patri suo & matri, extinguetur lucerna ejus in mediis tenebris.* Per lucernam equidem in aliquibus Scripturæ locis stirpis intelligitur descendentia, juxta illud: *Filio autem ejus*, scilicet Salomoni, *dabo tribum unam, ut remaneat lucerna David servo meo cunctis diebus coram me.* Volebat namque Deus accensam permanere lucernam, id est, aliquem stirpis Davidicæ in throno Israëlitico residere, ast certissimum est, & divinæ conforme veritati, nullum qui parentes male tractarit successione fruiturum, aut si hanc obtinuerit, omnino infelicem illam & maledictam à Deo futuram esse.

Gen. 9. 27. Sem & Japhet à Deo benedicti propter reverentiam erga patrem. Lyran. ib. Abul. lib.
Philo lib. quod deterior potiori insidiatur.
Christus vocavit SS. Jacobum & Joannem ad apostolatum dum cum patre reficerent retia, Matth. 4.
Theod. Q. 57. in Gen. Cham contra maledictus.
Prov. 20. v. 20.
3. Reg. 11. 36.

7. *Ut bene sit tibi*: [*Qui honorat patrem suum* inquit Ecclesiasticus, *jucundabitur in filijs*:] *nam habebit filios*, ut Lyranus discurrit, *sibi obedientes, & se honoraturos, quoniam filij sunt patrum imitatores: qualis pater, talis filius.* Jansenius eumdem textum sequenti suffulcit interpretatione: *Quia cum omnes naturaliter posteritatem desiderent, Dei beneficio talis desideratum semen obtinebit, idque tale, quod non maroverem, sed voluptatem adfert.* Deus gratiam reverentibus non modo concedit filijs verbis, sed & optimum ejusdem effectum atque operationem; Cui suffragatur Author imperfectus, dum illa Genealogiæ Christi considerat verba, *Obed genuit Jesse*; Obed enim in Hebraico Latine *subditum* significat, Jesse autem nomen pariter Latine refrigerium denotat. Hæc itaque duo nomina in Genealogia Christi conjunguntur, inquit dictus Author: *Nam vere qui Deo, & parentibus subditus est, tales præstante Deo generat filios, à quibus refrigeretur, quia qui honorat patrem, honorabitur à filijs suis, qui autem contumaces existunt aut in Deum, aut in parentes, non sibi refrigerium in filijs generabunt, sed dolores, ut à filijs recipiant quod in parentibus ipsi fecerum.*

Ecclus. 3. v. 6. Lyran. ib.
Corn Jans. Filij obedientes sunt refrigerium parentibus.

8. *Ut bene sit tibi*; Filijs obedientibus, in hac etiam vita Deus maxima confert fortunæ bona, honores & dignitates, juxta illud Sapientis ad disciplinam paternam filios adhortantis sub motivo præfato scilicet: *Audi fili mi disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ, ut addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo.* Quo in loco Hugo Card. & Beda ad torquem alludunt, quæ athletarum vincentium quondam præmium erat, filius enim obediens secum ipse prælietur pugnetque oportet, ut suos superet effrænes appetitus & passiones; quandoque etiam necessum est, ut cum mala decertet natura patris, contra tenacitatem, & nimiam ejus austeritatem: si itaque vicerit, id est, suam obedientiæ jugo cervicem non subtraxerit, præmium meretur vincentium. Aut etiam per torquem honores, bona temporalia fœlicitates terrenæ, quibus obsequentes patribus filios Deus remunerat, intelligi possunt. Jacob Patriarcha filios Joseph in suos quondam filios adoptasse legitur dicente Scriptura S. *Deo filij qui nati sunt tibi ... mei erunt.* Quæ tantæ partialitatis ratio? Respondet Oleaster: *Advertere licebit, quid proderit patri obsequi, adoptavit, enim filios Joseph, non qualitercumque, sed veluti primogenitum, aut secundogenitum.* Nescio si quandoque illum Apostoli observaveritis Textum: *Honora patrem tuum & matrem tuam, ut bene sit tibi.* Potius dicere debuisse videtur: *Ut bene sit illis*; Nam subsidium, obsequium & reverentia filiorum principaliter in servitium cedit parentum; nihilominus propositio illa in dubium revocari potest, siquidem dici potest maximam in ipsos filios ex dictis obsequijs redundare utilitatem; *Ut bene sit tibi*: quia ut diximus, *sicut qui thesaurizat, ita & qui honorificat matrem suam.* Unde Philo cum, qui parentes honorat, illi adsimilat, qui maximum offendit potentem; sicut enim hic ipsum primo lædit; ita & ille, licet alteri beneficium præster, in uno eodemque tempore sibi ipsi benefacit: *Testis est his meis dictis*, inquit idem Author, *ipsa natura & leges huic consentaneæ disserte enim præcipiunt sic: Honora patrem tuum, & matrem tuam, ut bene sit tibi, non bis qui honorantur, sed tibi.* Salvator noster stricta consanguinitate conjunctus S. Jacobo & S. Joanni fratribus Germanis, à primis annis cum eisdem conversatus fuit; Ast quam subesse causam putatis, quod eos ad Apostolatum, sublimem adeo dignitatem vocare dilulerit, ursque dum cum patre retia reficientes, atque extendentes degerent, simul? *Cum Zebedæo patre illorum reficientes retia sua & vocavit eos.* Ratio hæc assignari potest, quia scilicet dum paternis implicarentur servitijs, retium refectura, piscationem, & alia frequentando obsequia, licet spiritus gererent natalibus suis superiores: nihilominus in meritum obedientiæ paternæ promoti fuere, dicente S. Chrys. *Nec sane parva sunt documenta virtutis facile omnem tolerare pauperiem, de justis laboribus vivere, mutuæ sibi charitate connecti, secum habere inopem patrem, atque in ejus obsequio laborare.*

D. Chrys. hom. 14. in Matth.

9. *Ut bene sit tibi*; promittit apud Ecclesiasticum Dominus omnibus filijs morigeratis; *Qui honorat patrem suum ... in die orationis suæ exaudietur.* Ubi Lyranus inquit, *Hæc est enim una de conditionibus, quæ facit orationem semper exaudibilem.* Et Paul. de Palatio ait: *Quavis oratio justi ex Dei gratia habet, ut exaudiatur, ut multum accipit virum, ut impetret, multum accipit efficaciæ, ut exaudiatur ex honore parentum.* Qui idem Author advertit textum dicere: *In die orationis non dixit in oratione dierum, sed eodem die quo effusa est, exaudietur. Sicut oratio submixa duabus alis, jejunio, & eleemosyna, efficacissima est, ita erit si honori parentibus præstito nitatur. Hinc collige: non habet quævis oratio, ut statum quæ petit, impetret, habet tamen oratio ejus, qui continuo suum patrem honorat, ut quo die petit, impetret.* Jansenius super hæc verba hanc eamdem conclusionem stabilit, dum ait: *Omnium votorum suorum à Deo compos fiet.*

Eccli. 3. 6. Lyranus.
Paul. de Palat. Qui honorat patrem suum, ejus oratio statim exauditur.
Jansen. Ibid.

10. *Ut bene sit tibi*; Ecclesiasticus inquit: *In opere & sermone, & omni patientia honora patrem tuum, ut superveniat tibi benedictio ab eo*; quæ verba Paul. de Palatio hunc in modum exponit: *Ordinaria rerum dispositione futurus eras pauper infælix, infamis, aliquis te magnus in malum casus manebat, at si patrem in omni patientia honorasti, divina benedictio te casui obnoxium è manibus infortunij liberavit.* S. Thomas inter alia, quæ paternam reverentiam manent bona, annumerat etiam *habere divitias*, quod innuitur Eccl. 3. ubi dicitur; *Benedictio patris firmat domos filiorum.*

Eccli. 3. v. 9. 10.
Paul. de Palat. Cumulatur etiam bonis temporalibus.
S. Thom. opusc. 4. Eccli. 3. 11.

11. *Ut bene sit tibi.* De juvene illo qui patrem suum sepelire voluit, ut tanto ad sequelam Christi esset expeditior, legimus eum passum à Christo repulsam, quippe qui ei dixit: *Dimitte mortuos sepelire mortuos suos*; Sed cur obsecro hujc discipulo prohibuit, quod tam in Evangelio quam in antiquo testamento à suis requirebat scilicet reverentiam & obsequium paternum. Si responderis cum S. Augustino: *Pie quidem excusavit, & ideo dignor causas excusatio removerem, vocatio firmaretur.* Ejus in pectore erga patrem ardens pietas meruit, ut Christus laqueos ipsi ab astuto serpente, ne Christum sequeretur, tensos manifestaret. Non equidem deficiebant alij, qui dicto suffragarentur officio, quando diabolus illum, & à cultu divino removere, & in eo tepidum reddere, sub dicto moliebatur prætextu; sed Christus ipsemet fraudem detexit. Quot equidem declinamus pericula? Quot effugimus laqueos? quot vincimus tentationes per merita præstitæ parentibus reverentiæ?

S. Aug. ser. 6. de verbo Domini.

DISCURSUS XVII.

ARGUMENTUM.

Filij, qui erga parentes suos obsequiosos & venerabundos se exhibent, vel in hoc mundo diu vivunt, vel à Deo beata vita subito donantur, irreverentes autem econtra, vel brevi vita fruuntur, vel si longa vita gaudent, æternæ mortis se in illa magis reos efficiunt.

THEMA.

Honora patrem tuum, & matrem tuam, ut sis longævus super terram. Ephes. c. 6. v. 4.

Filijs morigeris promittitur longa vita.

1. OMnia inter terrena bona, experientia teste, primum obtinet locum longæ vitæ beneficium, quod omnium votis adeo expetitum, æterna, primaque veritas, obsequio, & reverentiæ paternæ, se imperaturam promittit, dum ait: *Honora patrem*, &c. Circa quæ verba S. Chrys. sequentem format discursum: *Eris longævus super terram: quod maximum esse bonum censetur, beatam enim senectutem & vitæ prolixitatem, hoc proposuit præmium ijs qui ipsos honorarint, & quod summum esse malum videtur, mortem immaturam pœnam proposuit ijs, qui contumeliosi in eos fuerint, atque ita horum quidem benevolentiam sibi bonoris pollicitatione conciliat, illos verò etiam invitos pœnæ formidine à contumelia revocat.* Cajetanus eadem interpretans verba, talem subnectit propositio nostro perutilem doctrinam, *Duplex bonum promittitur, primum ipsum bonum, deinde longævitas utendi bono habito, tamquam parum sit alterum sine altero: Longa siquidem vita absque bonis, parum boni est: & è diverso bona sine diuturnitate parum prosunt.* Cornelius à Lapide sequens hoc efficax allegat motivum: *Hæc promissio æqua est, & congrua, æquum enim & congruum est, ut filij qui suis parentibus grati sunt, de accepta vita illos honorando, longæ vitæ ab eis acceptæ conservationem obtineant: hoc enim meretur eorum honor & gratitudo.*

D. Chrys. hom. 14. in Matth.
Cajet. in Ephes. 6.
Bona temporalia absque longa vita parum prosunt, sicuti & contrarium.
Cornel. à Lap.

2. S. Thomas de filiorum in parentes obedientia tractans, similitudinem adducit, ab infirmis & Medicis desumptam, ex qua deducitur, omnem parentibus obedientem & obsequiosum filium vivere sanum: *Pater debet*, inquit, *naturaliter instruere filios moribus, filij autem instruentibus parentibus naturaliter debent ijs obedire, sicut infirmi obedium Medicis.* q. d. sicut ægri à Medicorum obedientia dependentes longam, sanamque vitam sperare possunt, ita & obsequiosi parentibus. Dictæ Apostoli sententiæ, illa porro assentit Ecclesiastici inquientis: *Qui honorat patrem suum, vita vivet longiore: quod sæpe impletur*, inquit Dionysius Carthus. *de vita naturæ in corpore, cum enim proles à parentibus habeat esse, congruum est, ut honorando principia sui esse, mereatur, ac habeat diuturnius esse, & vivere in hac carne, & qui inobediens extat parentibus, citius ex hac vita auferatur, quia ingratus est principijs sui esse?*

S. Thomas in c. 6. ad Eph. Simile medici & infirmi.

3. Nescio, an aliquando ad hoc vos reflexeritis, quod in eo sæculo in quo Deus diluvium super terram emisit, eo quod *omnis caro corruperat viam suam* nullus in universo mundo à scelere purus fuit præterquam solus Noë cum universa familia, quæ octo tantum personis constabat, quas Deus duntaxat, veluti humani generis scintillas in vita reservare voluit, ne totaliter periret. Dicite sodes, quænam Noë merita habuit, ut præ cunctis totius mundi hominibus privilegio adeo raro à Deo honoraretur? Audite sacrum textum id clarè exponentem: *Noë*, inquit, *vir justus & perfectus in generationibus suis fuit, id est*, ut Cajetanus exponit, *in filijs suis*, quia enim magna solicitudine filiorum suorum bonam educationem curavit, ideo singularissima hac prærogativa se dignum effecit: *Fuit perfectus*, inquit Cajetanus, *non solum in se ipso, sed etiam in generationibus suis, servavit enim se, & filios*

Gen. 6. v. 12.
Tempore diluvij solus Noë cum sua familia inventus fuit justus.
Cajet. ib.
Et hoc propter bonam educationem prolium.

filios suos sine defectu mortali, nam profecto justus esse non potest, qui filios ad virtutem non instruit, qui eos justos fieri non studet. Sanctus Hieronymus super illa verba Isaiæ: *Confortavit faber ærarius percutiens malleo &c.* opinionem quamdam Hebræorum in medium adducit, dicens: *Sem videlicet filium Noë qui tempore extremo terrarum cum patre & fratribus de diluvio evaserat, & usque ad tempus illud fuerat reservatus, quem Melchisedech intelligi volunt, & venisse obviam Abraham de prælio revertenti;* Ecce tibi qualiter Deus obsequium patri exhibitum remuneret, quod Sem in illa præcipue occasione, in qua pater ebrius nudus jacebat, demonstravit, quando retrorsum procedens patris verenda contexit, unde ficut pater ejus Noë 900. annis vixit, ita quotquot Sem vitæ suæ cursum per multa sæcula prospere prolongavit.

S Hieron. in c. 41. v. 7. Isai.

4. Philo Judæus per Paradisum terrestrem arborum multitudine obsitum animam justam intelligendam esse dicit: quod si ita est, quænam ex omnibus illis arboribus pietatem & reverentiam erga parentes significavit? existimo illam per arborem vitæ designatam fuisse, quia sicut illa vitam hominis prolongandi virtute prædita erat, pari quoque modo pietas erga patrem; quia, *qui honorat patrem suum, vita vivet longior.* Accidit olim quod dum Samson cum parentibus suis iter ageret, leonem obvium habuerit, qui ad eos devorandos dentes & ungues parabat; dicit enim sacer Textus: *Descendit itaque Samson cum patre suo & matre in Tamnatha, cumque venisset ad vineas oppidi apparuit catulus leonis Jazus & rugiens & occurrit ei.* Quid hic faceret filius salutis parentum suorum cupidus? num forte feram hanc aggredietur? at vero hoc faciendo in Leonis dentes se ingeret vitamque suam periculo exponet: Audite reverentiæ & respectus sui erga parentem miram sinceritatem & fidelitatem; siquidem libere se mortis periculo prostituit, quod dum faceret, *irruit Spiritus Domini in Samson & dilaceravit leonem quasi hœdum in frusta discerpens, nihil omnino habens in manu*, sicque vitam suam & parentum suorum assistente ei Spiritu Dei salvavit, & ab omni periculo eripuit. Abdias Babylonicus in vita Sancti Andreæ Apostoli refert, juvenem quemdam dum à propria matre ad enormissimum incestum solicitaretur, generosè ei restitisse, quæ proinde amore in odium commutato, eumdem quod sibi violentiam inferre & incestuoso concubitu opprimere voluisset accusavit. unde & à judicibus mortis condemnatus fuit; qui pro defensione honoris materni se nequaquam ab imposita calumnia purgare, aut defendere, sed potius tamquam delicti reus infamem mortem subire volens, cum S. Andreæ commendassetur, Deus ejus innocentiam cum summa ipsius gloria detexit, matrem vero ejus cælitus in eam demisso fulmine in cinere redegit: *Sicut qui thesaurizat, ita qui honorificat matrem, quia multi sum*, ut Hugo Card. super hæc verba scribit, *qui longitudinem vitæ plus quam divitias amant, & ideo Deus longitudinem promittit honorantibus parentes.*

Philo l. 1. de Opific. mundi. Anima justi, & obedientis, est arbor vitæ. Jud. 14. v. 5. Samson vitam suam posuit pro parentibus suis. Abdias Babylon. in vit. S. Andreæ. Quidam juvenis maluit innocenter suspendi, quam diffamare matrem suam. Hug. Card. Ibid. Per vitam longævam etiam intelligitur vita futura. S. Hier. ad Ephes.

5. Quod si quis forte objiciat, multos etiam erga parentes venerabundos & reverentes paucis annis, ut experientia in variis demonstrat, vitam suam claudere, respondeo cum S. Hieron. *Eris longævus super terram, non in hac terra, in qua impij nonnumquam, & in parentes scelesti senescunt, sed super terram illam, quam Dominus mitibus promittit, in qua justi habitabunt.* S. Bonaventura super quartum Decalogi præceptum discurrens, quærit: *Numquid verum est semper quod diutius vivant qui parentes observant? Videmus hoc fallere quando sic; ergo Deus fallax erit in suo promisso?* respondetque ad dubium quibusdam adhibitis distinctionibus: *Dico*, inquit, *quod longævitas vitæ non solum attenditur secundum longitudinem dierum carentium, sed secundum valorem.* Unde observat honorem qui parentibus defertur triplicis esse generis, ac proinde eidem triplicatum quoque præmium correspondere: *Honoranti patrem honore reverentiæ, debetur vita gloriosa sive honorifica, honoranti patrem honore obedientiæ, debetur vita jucunda, honoranti patrem honore beneficentiæ, conceditur vita opulenta.* Et ideo tametsi nonnumquam accidat, quod filij bene disciplinati brevem vitam habeant, nihilominus in illis adimplebitur promissum hoc: *Erit longævus*, quia de illis verificabitur dictum illud: *Consummatus in brevi explevit tempora multa*, quia vita augebitur immortali & beata, si enim v.g. Petro scutum promittatur aureum, nec tamen illi detur, sed loco illius ei tribuatur Adamas mille scutorum pretium adæquans, utique facta ei promissio per donum hoc excessivum non solum implebitur, sed superimplebitur; ita quoque Deus facit filijs reverentibus & erga majores suos devotis, si enim vitam illorum non in hoc sæculo prolonget, dabit tamen aliam quæ beata est, & æterna.

Hug. Card. Ibid. Per vitam longævam etiam intelligitur vita futura. S. Hier. ad Ephes. S. Bonav. t. 7. ser. de 10. præcept. ser. 5. de 4. præc. Sap. 4. v. 13.

6. S. Thomas in quodam opusculo tunc vitam longam esse dicit, quando non annis sed virtutibus mensuratur: *Ideo virtuosus & sanctus diu vivit, quamvis cito moriatur corporaliter, ideo dicitur Sap. 4. consummatus in brevi, explevit tempora multa placita enim erat Deo anima illius. Optime autem mercatur ille qui tantum facit uno die quantum alius in uno anno.* Dionysius Carthusianus super illa verba: *Vita vivet longiori*, inquit, *Hoc certum est de vita gratiæ in præsenti, & de vita gloriæ in futuro.* Glossa super illa verba: *Ut sis longævus super terram; In terra viventium*, inquit, *multi qui honorant cito sæpe rapiuntur, & immatura morte moriuntur; multi etiam qui minus deferunt parentibus suis longævæ fruuntur stipendijs senectutis, & nisi longævitatem illam accipiamus, inveniur Scriptura defectui certitatis præsidio.* Hugo Card. super illa verba Ecclesiastici; *Sicut qui thesaurizat ita qui honorificat matrem*, inquit, *Reverentiam exhibendo, necessaria ministrando, mandata ejus implendo; talis enim congregat in cælo thesauros.* Paulus de Palatio eodem modo hunc textum exponit, ad thesauros alludendo cœlestes, quos in virtute obsequij & reverentiæ maternæ congregamus: *Qui thesaurum recondit*, inquit, *habet quo cuivis necessitati succurrat, ita qui honorificat matrem thesaurum bonorum operum in Dei sinu recondit, unde cuivis ejus necessitati Dominus succurrat.*

S. Thom. opusc. 4. Longævitas vitæ, mensuratur virtutibus. Dion. Carth. in c. 3. Eccl. Hug. Card. in Eccl. 3. Paul. de Palat. Ibid.

7. Postquam Salvator noster sanctissimam matrem suam S. Joanni commendando, toti mundo insigne hoc pietatis & reverentiæ erga parentes exemplum dedisset, mox animam suam in manus æterni patris sui commendans expiravit; & quidem, quod bene advertendum est, tametsi antea de æterno Patre lamentatus fuisset, dicens: *Deus, Deus meus ut quid dereliquisti me?* Attamen postquam huic debito pietatis satisfecisset, libere eumdem æternum suum genitorem invocavit, ut Spiritum suum reciperet, dicens: *Pater in manus tuas commendo Spiritum meum.* S. Ambrosius ad illa Christi verba quæ in cruce protulit, scilicet: *Consummatum est*, se reflectens, ait: *Denique hoc dixit, & emisit Spiritum, consummans omne mysterium bono fine pietatis.* Unde tametsi nonnunquam timere possumus, ne Deus nobis ob alia peccata commissa indignetur, ideoque nos ab eo desertos esse nobis videatur, nihilominus si hanc erga parentes pietatem exercuerimus, illam nobis reconciliandam esse confidenter sperare possumus. S. Augustinus super Psalmos scribens, verba illa, *ut sis longævus*, ita declarat, *longitudo dierum æternitas est, hoc enim proprio modo dicit Scriptura longum, quod est æternum; super quam terram, nisi de qua dicit: Spes mea es tu, portio mea in terra viventium.*

Salvator noster Matre, S. Joanni commendata, emisit spiritum. Luc. 23. v. 46. S. Ambr. l. 1. Ep. 5. S. Aug. in Ps. 120. post med.

8. *Judicium patris*, inquit Ecclesiasticus, *audite filij, & sic facite, ut salvi sitis*; ex quo loquendi modo salutem nostram in ordine ad aliam vitam, magna ex parte à subjectione, quam parentibus debemus dependere, clare deducitur. Observandum vero est, quod Sapienti non sufficerit dixisse: *Audite filij*, nisi confestim etiam subjungeret; *Sic facite*, quia bona consilia & documenta paterna audire non sufficit, nisi etiam mandentur executioni; In Genealogia Christi inter cætera dicitur: *Obed genuit Jesse, Obed* autem, ut Discursu præcedenti diximus, in Hebræo idem significat quod Latine *subditus: Jesse* autem in Hebræo est idem quod *refrigerium*: unde ad propositum nostrum dicere libet: *Obed genuit Jesse*, id est obedientia, subjectio, & dependentia à majoribus æternum nobis parit refrigerium, *refrigerij sedem, lucis beatitudinem, & luminis claritatem sic facite ut salvi sitis.* Moyses postquam in Deuteronomio dixisset: *Honora patrem tuum & matrem tuam, sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus, ut longo vivas tempore*, protinus subjungit, *& bene sit tibi*, id est, *ut beatus evadas*; beatitudo autem definitur, quod sit *status omnium bonorum aggregatione perfectus*, & ideo *bene sit tibi* abundantiam indicat, & cumulum omnium bonorum, quibus in alia vita fœlicissimè fruemur.

Eccli. 3. v. 2. Salus nostra plurimum dependet à subjectione parentum. Deut. 5. v. 16.

9. S. Thomas dicit, quod vitam à parentibus ad eum modum recipiamus, quo nobiles feudo aliquo à Rege suo investiuntur, feudum autem nemo meretur conservare, qui feudatario suo infidelis est; ita quoque vita indignus est, qui vita, quam à genitoribus suis accepit, in ipsorum ignominiam & contemptum abutitur; præterquam quod Deus, qui reverentia parentibus

S. Thom. opusc. 7. Vita nostra est similis feudo.

tibus debitæ singularem curam habet, eos quoque vita privet æterna. Confilium est Ecclesiastici: *In opere & sermone & omni patientia honora patrem tuum, ut superveniat tibi benedictio ab eo, & benedictio illius in novissimo maneat.* Securissimum enim illi pignus liabent; qui erga parentes obsequiosi sunt & reverentes, quod in hora mortis propitium habituri sint judicem, *quod intelligi potest*, ut inquit Paulus de Palatio; *vel quod divinus favor & adjutorium usque ad finem vitæ duret, aut quod germanius est, quod divinus favor atque benedictio maneat & servetur in horam illam tanto periculo tremendam; scilicet ad horam mortis & strictissimi examinis, ubi æternitatis jacitur alea. O quale, & quantum beneficium tunc erit, benedici & audire: Venite benedicti Patris mei. Ergo sicut tu in omni patientia sustinuisti difficultates senis patris tui, ita Deus sustinebit in omni patientia, si quæ fuerint errata infirmæ animæ tuæ, ut qua mensura mensus es patri tuo, remetiatur tibi pater misericors tuus:*

Eccli. 3. v. 9. 10.

10. Væ autem illis ex alia parte, qui parentibus in vita rebelles existunt, siquidem divina Justitia abbreviabit vitam illorum. Paulus de Pelatio in eodem c. 3. super illa verba: *Ut superveniat tibi benedictio à Deo*, inquit: *Ita intellige, aliquis te magnus in malum casus manebat; at si patrem in omni patientia honorasti, divina benedictio te casui obnoxium è manibus inferuanij liberabit; sicut contraria ratione, si ordinaria rerum constitutione, longum victurus eras, non dimidiabis dies tuos:* Sanctus Bernardinus Senensis casum quemdam refert memorabilem; ab aliquibus quoque authoribus relatum, dicit enim in Catalonia in civitate quæ Sui appellatur, & Valentiæ vicina, existit, juvenem quemdam octodecim annorum patri suo inobedientem facinorosum factum fuisse latronem, atque à justitia apprehensum in furcam fuisse adactum, eo autem ex patibulo pendente, mirum hoc successit prodigium; *Adhuc in patibulo pendente, cum esset omnino imberbis, videntes ac mirante cuncto populo paulatim emittit barbam, mutat faciem, capilli capitis pendent, gradatim senescens usque ad decrepitam senectutem, & quali nonagintà annorum ætatem ostendens, cuncto populo admirabilis factus, cucurrit ad miraculum Episcopus cum universo clero, & cuncto quasi civitatis populo, stupent omnes, ignorant mysterium; exspectant eis revelari secretum, surgit in loco eminenti Episcopus doctus, manuque silentium indicens turbæ ait: Viri fratres: O filij mei dilecti, nostis juvenem hunc, qua culpa, qua vita, qua etiam ætate interijt, conspicite eum nunc ætate senem, decrepitum, atque canum, ut intelligatis hoc patens indicium Dei, quod huic diu victuro à Deo misericorditer per sua crimina, & parentum inobedientiam abbreviata est vita.* Priusquam vero Sanctus Bernardinus hoc exemplum allegaret, jam prius de filijs irreverentibus dixerat: *Nec mirum, si reputantur indigni æterna vita, etiam reputantur indigne hac vita pœnali, quæ eis divino judicio repente subtrabitur, cum alijs peccatoribus ad pœnitentiam concedatur;* Adducit textum illum Deuteronomij cap. 21. in quo Deus filios contumaces & rebelles lapidari præcipit, *ex quo patet*, inquit Sanctus Bernardinus, *quantus sit reatus transgressionis hujus præcepti, quia contra illud peccantes ob hujus peccati detestationem eximuntur à præsentia divinæ Majestatis seu pietatis.* Adducit quoque alium textum Ezechielis c. 18. *Noli mortem morientis dicit Dominus Deus, revertimini & vivite:* At vero de filijs inobedientibus idem Sanctus ait: *Propter repentinam mortem qua plectuntur, è contrario videtur dicendum: Nolo vitam hujus peccatoris, sed ut morte repentina intereat & pereat in æternum.* Idem quoque Sanctus in alio quodam sermone ait: *Ut ostendat quantum divina lex hujus præcepti exaggerat transgressores, subdit pœnam, quam statuit ad hoc Dominus, Levit. 20. dicens: Et qui maledixerit patri, vel matri morte moriatur, ut discant rebelles filij quanta severitate à divina Justitia plecti debeant.* Inter alia vero supplicia filiorum contumacium, quæ idem Sanctus in alio quodam sermone enumerat, unum est vita brevis: *Solent tales*, inquit, *violenta & subitanea morte seu improvisa perire*, citatque illud S. Matthæi cap. 15. *Qui maledixerit patri, vel matri morte moriatur, id est*, ut ait Glossa: *Morte æternæ damnationis.* Denique B. Petrus Damianus in quadam Epistola ait: *Qui suis genitoribus non obedit, fortis funiculum in terra viventium non admittit.*

Vita abbreviatur rebellibus filijs. Paul. de Pal. Stupendum hujus exemplum. S. Bern. t. 2. ser. 17. in Dom. 2. Quadr. A. 3. c. 1. S. Bern. t. 1. ser. in Fer. 4. post Dom. 3. Quadr. S. Bern. t. 2. ser. 17. in D. 2. Quadr. A. 3. c. 1. S. Petr. Dam. l. 8. Ep. 2. Refractarij filij etiam vita æterna indigni sunt. Ezech. 18. v. 32.

DISCURSUS XVIII.

ARGUMENTUM.

De supplicijs, quibus Deus filiorum castigat irreverentiam; sicut & mala eisdem à parentibus data exempla.

THEMA.

Oculum, qui subsannat patrem, effodiant eum corvi de torrentibus, & comedant eum filij aquilæ. Prov. 30. v. 17.

1. Filiorum in parentes despectū Justitia divina severissimis punijt supplicijs, quemadmodum ex præsenti colligitur imprecatione Sapientis, qui ex Spiritus Sancti instinctu ait: *Oculum qui subsannat, &c.* quæ verba à cadavere quasi insepulto desumpta, & ad irreverentem, contumacem, parentumque deriforem transfaca ita explicat Lyranus: *Suffodiant corvi, id est, careat in morte sepultura.* Corvi ut nemo nescit putrida, & insepulta persequuntur cadavera, primamque in toto corpore circa oculum prædam agunt, atque ideo non sine mysterio Sapiens ait: *Oculum qui &c.* quoniam qui bonam negligunt educationem, fusque male tractant parentes infœlicem incurrunt mortem, & permittente Deo moriuntur in agris, in fossis, aut experientiâ teste, hujusmodi infœlices creaturæ, dum disciplinam paternam aspernantur, & licentiosæ inhiant libertati, militiam ingrediuntur, ubi miserè pereunt, corporibus eorum corvis, aliisque rapacibus avibus in prædam cedentibus: *Et qui despicit partum matris suæ*, inquit eodem in loco Sapiens, in Hebræo legimus: *Obedientiam*; alij vertunt: *Doctrinam.* Aben Esdra vertit *societatem, consortium*: Cajetanus *rugas*, Syriaca habet *senectam.* Quia genitorum in ætate senili constitutorum aspernatores, pessimum sortiuntur exitum.

Filij contumaces plerumque malâ morte pereunt. Lyran. ib. Et sepultura carent.

2. *Corvi de torrentibus*, corvos minatur torrentium, illi namque naturæ sunt calidissimi, qui proinde refrigerij amore prope aquas degunt; Cujus hic moralis est sensus. *Filius parentes subsannans dignus est qui suspendatur, eat in malam crucem, affigatur patibulo, & ibi à corvis exoculetur.* Filij contumaces qui obedientiæ & bonæ parentum directionis jugum excutiunt, plerumque in reprobum abeunt sensum, unde frequenter propter sua furta, homicidia, aliaque scelera, per justitiam publicam ad patibulum condemnati, membratimque divulsi, cibus evadunt corvorum. Eumdem textum Sanctus Hieronymus his verbis literaliter explanat: *Oculorum vestrorum timete sententiam, quam Dominus promisit ingratis, meretur enim excitamiis suæ sævire supplicium qui parentum vultus vel torvo visu despexerit, & elatis oculis læserit pietatem. Et comedant eum filij aquilæ.* S. Thomas, & ipse de educatione tractans citatum adducit textum, inquiens: *Per filios aquilæ intelliguntur Reges & Principes, per corvos officiales*; permittit itaque Deus, ut filij irreverentes à Principibus justitiæque ministris, processati, incarcerati condemnentur ad patibulum. Corvi cum sint naturæ siccæ, vigorosi & nervosi sicut & aquilæ, teste Plinio, vitam ducunt longissimam; ab ijs itaque mali devorandi sunt filij, qui si parentibus obedientes, reverentesque fuissent, vixissent diutissime. Juxta Albertum Magnum & alios corvi centum plurefque vivunt annos, quorum proprietas est, esse inhumanos & crudeles contra pullos, dum teneri sunt, cujus hæc assignatur ratio, quia scilicet albis vestitos pennis (quas ætatis teneritudo subministrat) adulteros reputant, ideoque destituunt. Qua de re Sanctum Gregorium placebit audire dicentem: *Corvus editus, pullis ut fertur esum plane præbere dissimulat, priusquam plumescendo nigrescant, eosque media assici patitur quoad usque in illis per pennarum nigredinem sua similitudo videatur.* Eidem diu ante veritati assensit Aristoteles, inquiens: *Corvus pullos nido expellit*; qui accrescentes, & paulatim patres effecti eamdem in pullos suos exercent inhumanitatem, unde commune Proverbium dicitur: *Mali corvi, malum ovum*; Cornelius à Lapide, quod pulli corvorum cibo destituti, patres invadant, eos lacerent & devorent. Ælianus attestatur quod corvini pulli parentes senes derelinquant, & fame perire finant inhumanitatem parentum simili res compensaturi officio, ut destituant senes, à quibus fuerant destituti implumes. Ob has itaque pessimas qualitates divina & infallibilis providentia Dei, corvos in ministros elegit justitiæ contra filios, qui suos deserunt, contemnunt maleque tractant parentes. *Oculum qui subsannat.*

Merentur suspendi in patibulis. S. Hier. Tom. 9. Epist. 12. S. Thom. opusc. 4. Devorantur à Corvis & Aquilis. Lib. 7. c. 8. S. Greg. l. 32. moral. c. 8. Sunt similes Corvis. Arist. l. 3. hist. anim. c. 6. Ælian. l. 2. c. 49.

Per Corvos intelliguntur Dæmones. *Dion. Cart. ibid. D. Chryſ. de Spir. S.*

3. *Effodiant eum corvi*; per corvos iſtos multi Interpretes ſpiritus intelligunt infernales; & in primis quidem Dionyſius Carthuſianus ait: *A Dæmonibus eruatur, comedant eum filij aquilæ, id eſt, ab Angelis Sathanæ abſorbeatur.*. S. Chryſoſtomus inquit: *Hic corvus Diabolus eſt, qui ex arca Eccleſiæ eliminatus vere niger & tenebroſus eſt.* Ut primum cadaver proſtat inſepultum, mox accurrunt certatim ad illud devorandum corvi: Ita pariter & Dæmones omni cum velocitate animas illas in barathrum præcipitant perditionis, qui paternis contradixere conſilijs, & admonitionibus, qui etiam plerumque peſſimum fortiuntur finem, & projiciuntur inſepulti; Et terra quæ ut communis omnium mater omnes indifferenter poſt mortem in ſuum recipit ſinum, ſolos quaſi abhorret parricidas. Unde quidam Interpres dictum textum ſequenti illucidat Gloſſa: *Juſte cum liberis proveris agitur, ut qui propriam ſibi matrem læſerunt, communis matris beneficio careant.*

Salaz. ib.

4. Pater Cæſar Franciotti in libro *de Sanctis Lucenſibus*, in prima de Sancto Agnello obſervatione funeſtum hunc narrat eventum, ab Archiepiſcopo Raguſenſi Vincentio *Dalporticо*, nobili Lucenſi R. P. Joanni Leonardo fundatori congregationis matris Deo narratum. In Inſula Raguſenſi ruſticus cognomine Boſcas, quemdam habebat tantæ impietatis & inſolentiæ filium, ut matrem graviter percuteret, & enormes injurias adderet plagis. Exaſperata mater filio in hæc verba maledixit: Utinam pereas, neque oſſa tua terra, aër, aut mare conſervet. Maledictio ſuum fortita eſt effectum poſt exile ſpatium, quando mortuum atque ſepultum terra evomuit cadaver; in aërem ſublimatum, corruit in terram; In mare projectum, ad litus repertum, atque proſtitutum inventum eſt; Mater ſuæ memor maledictionis, filium mortuum in altum mare, dum maxime deſæviret fecit deferri, moxque ferum elementum corpus in ſcopulum impegit tribus acutum partibus quarum quælibet fruſtum cadaveris à trunco divulſum ſibi univit, ſubito tranſmutatum in ſaxum. Eodem in loco idem tradit Author, quòd in Diecimo, loco Epiſcopatui Lucenſi ſubjecto Anno 1592. Quidam Pater Dominicanus Prior S. Mariæ *Della Cerqua*, prædicans de bona educatione, obedientia & reſpectu erga parentes tale de ſe ſuisque fratribus publice perhibuerit teſtimonium. Quinque in ſæculo degebamus fratres; quibus quadam in occaſione indignatus Pater maledixit, eo effectu, ut paulatim conſummaremur omnes, mortuisque quatuor aliis, ſolus ego ſuperſtes eram, qui ut divinam vindictam ſubterfugerem ſtatum religioſum amplexus ſum. Eodem in loco alium quoque horribilem offendo caſum, qui contigit in quadam ejusdem Diœceſis villa, nuncupata *Compignano*. Mater quædam ſuæ aſſueverat octo annorum filiæ maledicere, eique imprecari ut à lupis devoraretur, Anno itaque 1592. in feſto corporis Domini, dum omnes domeſtici reliqui ad Miſſam audiendam ſe contuliſſent in Eccleſiam, ſolam in domo ſuperſtitem filiam invaſit diſcerpſitque lupus, cujus partem ſuis vicinis detulit catulis, reperto poſtmodum puellæ capite in ſpecu lupina. Vere equidem dixit proinde Sapiens: *Benedictio Patris firmat domos filiorum, maledictio autem matris eradicat fundamenta.* Quoties filij inobedientes & contumaces, parentes ſuos ad indignationem provocant & ab his, in has ſimilesque voces prorumpentibus. *Vade ad Diabolum, Diabolus te auferat*, maledictiones horrendas reportant.

Horrenda maledictio Matris in filium impium, impleta.

Eccli. 3. 11.

5. Joannes Archiepiſcopus Aretinus in vita S. Zenobij Epiſcopi Florentini de divite quadam muliere, eaque vidua tradit, quod duos delicatè admodum enutrierat filios, à quibus poſtmodum graviter percuſſa, hanc eis maledictionem imprecata eſt; ut ab omnibus agitarentur Dæmonibus, moxque omnes ab infernalibus obſeſſi ſpiritibus, & furibundi ſe invicem tanquam canes rabidi dilacerare cœperunt, nec ullus ijs præterquam S. Zenobij, qui eos & matrem baptizavit, preces opitulatæ fuere. Egreſſi quondam è ſylva duo urſi 42. ab Eliſæo Propheta maledictos pueros diſcerpſerunt, quæ obſecro immaturæ ætati & malitiæ incapaci ineſſe poterat culpa? Inſuper cur Propheta manſuetiſſimus rali eos pereulit imprecatione? S. Auguſtinus reſpondet: *Credendum eſt, quod non iracundiæ morbo commotus ſed zelo Dei ſuccenſus, & ad corrigendam populum parvulos permiſit lacerari, non ut vindicaret, ſed potius ut illos corrigeret.* Poterat enim populus ille hujusmodi formare argumentum: Si Deus duas adhibet beſtias juſtitiæ divinæ miniſtras, & tam ſeverum exhibet ſupplicium puerorum malitiæ, non vero pœnæ incapacium, quanto magis ultorem vibrabit gladium contra voluntarios & malitioſos tanti præcepti tranſgreſſores? Cicero taliter diſcurrit: *Etenim ſi id præclarè à Sapientibus dicitur; vulta ſæpe læditur pietas, quod ſupplicium reperietur in eum, qui mortem inuleriit parenti, pro quo mori ipſum, ſi res poſtularet, jura divina atque humana cogebant?* Alia inter flagella Ægypto inflicta divinitus, unum fuit muſcarum intolerabile; *Venit muſca graviſſima . . . corruptaque eſt terra ab hujuſcemodi muſcis.* Oleaſter dubitat ſi dictorum animalcolorum mors aërem infecerit, aut potius rodendo totam devaſtarint regionem; primumque ipſe veriſimilius opinatur. Porro Septuaginta hoc in loco legunt: *Venit cœnomyia, corruptaque eſt terra muſcis.* S. Proſper accurate obſervat, hoc quartum fuiſſe, quarti Præcepti Decalogi, quod pietatem & reverentiam paternam commendat, transgreſſioni correſpondens; aſtruitque dicta animalia ſecretiores partes atrociſſimis cruciaſſe morſibus: *Hi vero qui non ea honeſtate veneranur parentes, qua mandatum eſt, canibus ſimiles rabiem juæ fœditatis exerentes, longe in terra eſſe non poſſunt.*

Tullius in orat. pro Roſcio.

Exod. 8. v. 24.

Plaga muſcarum Ægypti.

6. S. Bonaventura quemdam temporis ſui caſum commemorans, eum ab ipſo oculato teſte ſe audiſſe atteſtatur; exemplum aut idem, aut ſimile quod Thomas recenſet Cantipratenſis lib. 2. Apum cap. 7. n. 4. Pater quidam multa cum induſtria & ſudore paupertatem in magnas commutarat divitias, unicum quem habebat Filium nobili fœminæ deſponſavit, quæ formæ ſuæ raritate, ita mariti animum devicit, ut faceret quodlibet ad libitum ſuum; ſoceri itaque pertæſa, maritum induxit, ut eum male tractans, vix vitæ neceſſaria ſubminiſtraret; die igitur quadam à fame ſtimulatus, abijt ut neceſſariam peteret vitæ ſuſtentationem: mulier itaque marcidas aliquot ei offerens fabas, ſicque abire juſſo ſenecione, ad ſuum ſe convertit maritum, cum dicto; *Modo poſſimus comedere in pace, vade ad arcam, & accipe caponem coctum; & cum aperuit; mutatus capo in bubonem, qui ſubito ſaliens ad faciem ejus, ponebat duos pedes ad mentum, & duos ad frontem, & operuit totam faciem ejus; & non fuit medicus, qui ſcivet eum amovere, tandem venit quidam, qui fecit tenellas quasdam, & dixit, quod eum amoveret; tunc bubo aſperxit eum tam terribili vultu, quod ille recidit in terram, & amplius non audebat aliquid facere; & nullus fuit, qui ſcivet apponere conſilium, ſed mala morte mortuus eſt.* Thomas Cantipratenſis diverſas aliquot addens circumſtantias differentem à prædicto caſum videtur inſinuare in hæc verba: *Et erat illud ſupremi ſtuporis miraculum, ut ſi quando monſtri illius pars aliqua tangebatur, ac ſi percuteretur in corde, ita homo ſenſibiliter ladebatur, conterritus itaque mirabiliter & convictus, adijt Diœceſanum Epiſcopum, & cum omni dolore confeſſus pro pœnitentia recepit ab illo, ut per omnes fines Normandiæ & Galliæ civitates revelata facie circuiret, & ubique narraret populis eventum rei, ut per hoc exemplum ſumerent filij, honorare parentes, & diſcerem quam periculoſum ſit & noxium, vicem non rependere laboribus, quos ipſi parentes filijs impenderunt, hunc hominem cum bubonis monſtro circumeuntem. F. Joannes de Magno Ponte, Ordinis Prædicatorum, ſicut per ipſum nobis relatum eſt, vidit in juventute Pariſijs palam referentem omnibus & monſtrantem, quod pro inhonoratione parentum paſſus fuerat multis annis & adhuc ſecundum Dei voluntatem pateretur.* Subditque ſe à fide dignis acceſſiſſe dictum infelicem per aliquorum Sanctorum Dei fervorum preces, ab illo monſtro liberatum fuiſſe: Deinde concludit Cantipratenſis: *Hujus exemplo diſcant omnes fideles filij adjuvare & honorare parentes, & eis vicem amoris retribuant & laboris.*

S. Bonav. T. 7. ſer. de 10. Præcept ſer. 5. de 4. Præc. Thom. Cantipr. l. 2. Apum. c. 7. n. 4. Horrenda punitio ingrati filij erga patrem famelicum.

Aliud ſimile.

7. S. Bernardinus contra filios nimios uxorum amatores cum parentum contemptu ſequentibus invehitur verbis: *Nurus quia ei maritus favet, audaciori conatu infœlicem ſocrum perſequatur uſque ad mortem. Licet autem Adam dixerit; [Quamobrem,] id eſt per uxorem [relinquet homo patrem ſuum & matrem,] nec tamen ait; Perſequetur patrem ſuum, & matrem ſuam.* Fernandez, horrendum hunc de filio quodam, qui juſtarum matris reprehenſionum impatiens evaginato gladio eam percuſſit, commemorat caſum in hæc verba: *Niſi forte reſupina præ metu cecidiſſet, pectore ipſo tranſverberaſſet heus tu*, verba ſunt Authoris: *Bona mulier, obſerva obſecro, iſte & cito, & ſine confeſſione, & violenter morietur, hoc enim mihi præſagit animus, & Dei teſtimonia, & quotidiana experientia perſuadent, quod tum poſtea? ejuſdem diei infauſtâ illâ quidem nocte cum infelix ad meretricem ingredi tentaret, ab altero*

Tom. 2. ſer. in D. 2. Quad. ſer. 17. A. 1 c. 4. Gen. 2. 24. Matrem percutiens, occiditur & impœnitens moritur. Fernandez in c. 49. Gen. fect. 21. n. 5.

tero ſui ſimili gladium diſtrictum ore ipſo accepit, amputavitque linguæ quâ matrem injuriis & convitijs dehonestaverat, tranſoſſoque ulterius occipite procubuit, abſque ullo pœnitentiæ ſigno indequè in tumulum ſublatus, atque in inferno ut credere par eſt conſepultus, exemplo atque honori ſint filijs, ne parentibus ingratos ſe inurbanos, atque inhumanos, quorum in promptu vindex omnipotens adeſt, nullo modo exhibeant.

8. Ælianus quoque lacrymoſam integræ cujusdam familiæ, quam in barathrum mortis & deſperationem, malum cujuſdam unius patris exemplum præcipitarat, hanc ſcribit tragœdiam. Macarius Jovis impij ſacerdos, & ipſe impiiſſimus proditoriam mortem cuidam intulit homini, qui in certo templi angulo dives, quoddam occulverat depoſitum; mortuum itaque in eodem ſitu ſublatis pecunijs ſepelivit. Duo filij, qui iniqui ſacrificij illius fuerant ſpectatores, in abſentia patris, eum imitaturi ad altare acceſſerunt; ardente itaque igne junior cervicem porrexit, majorque gladio forte fortuito invento juniori caput ſuccidit; quo ſpectaculo atterritis domeſticis accurrit mater, quæ filij morti ingemiſcens, titione ardenti ex altari ſublato, fratricidam peremit; quæ nuncia intelligens Macarius furibundus advolat, haſtâque arrepta, trucidat conjugem; qui rumore divulgato, captus crimenque confeſſus Macarius, & ipſe ad mortem condemnatus fuit ecce qualiter Deus mala patrum filijs data puniat exempla; ecce peſſimas eorumdem conſequentias, cum irreparabilibus damnis, exterminio, & deſolatione, nunc familiarum, nunc & populorum; Ita Princeps Sichem propter Dinæ raptum, totius fuit civium deſolationis cauſa, patre concupiſcentijs annuente irrefrenatis filij appetitibus, ejusque voluntati obſecundante, neglecta educatione bona, datoque exemplo peſſimo. Longe aliter ſuam erudierat familiam Regulus Capharnaita, qui ſolus in Chriſtum credens ſuo mox exemplo convertit omnes, dicente textu: *Credidit ipſe & Domus ejus tota.*

Ælian. l. 13. var. Hiſt. c. 2. Prava parentum exempla prolibus ſunt nociva, quod patuit in ſacrificulo Jovis.

Gen. 34.

Jo. 4. v. 53.

Matth. 18. v. 6. Caveant parentes ne ſcandalum dent filijs.

9. *Qui ſcandalizaverit unum de puſillis iſtis*, proteſtatur Salvator, *qui in me credunt; expedit ei, ut ſuſpenderetur mola aſinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris.* Irreparabilis utique mors eſt illius, qui dicta mola ad collum ſuſpenſa in abyſſum agitur maris, & nihilominus hanc ipſam pœnam, Chriſtus minatur illi, qui ſcandalum dat, aut exemplum malum parvulis; aſt quare hujus potius quam alterius meminit ætatis? Quia ſcilicet ſcandala & mala exempla, admodum pernitioſa ſunt primis juventutis annis: ideoque irremiſſibilis parribus ſtatuitur pœna. Miraculo certe Scriptura attribuere non veretur, quod malè educata ſoboles bonum ſortiatur exitum: *Factum eſt grande miraculum, ut Core pereunte, filij illius non perirent*, q. d. minus prodigioſum fuiſſe, quod terra ſub pedibus Core dehiſcens eum deglutiſſet vivum, quam quod illæſi manſerint ejus filij, paterno erepti ſupplicio. Cauſamne noſtis? culpæ participium non contraxerant, hocque rariſſimum eſt miraculum, dum filios plerumque eadem, quæ patres, inficit lepra; ideoque Omnipotentia, divina in illo momento, quo patrem abſorſit terra, miraculoſè filios ſuſpenſos tenuit in aëre, timorem ijs remuneraturus divinum, quem non obſtantibus malis patris, ijsque ſemper præſentibus, nimiumque efficacibus, exemplis, & ſcandalis, conſervarant incorruptum.

Num. 26. 10. 11. Magnum miraculum fuit quod filij Core non perierint cum Patre.

DISCURSUS XIX.

ARGUMENTUM.

Variæ adducuntur conſiderationes circa gravitatem irreverentiæ paternæ, nec non maledictionum, & ſuppliciorum, quibus Deus illam caſtigat.

THEMA.

Moyſes dixit: honora patrem tuum, & matrem tuam, qui maledixerit patri, vel matri morte moriatur. Marc. c. 7. v. 10.

Rebellio contra parentes, omnibus legibus prohibetur. *S. Bernardin. t. 2. ſer. 17. in Dom. 2. Quadr.*

1. Filios parentibus rebelles, quæcumque naturalis, ſcripta, humana, & divina lex, Concilia, Canones, Conſtitutiones, quantumvis gentium barbararum condemnant, ſeverioribusque ſubjiciunt pœnis. S. Bernardinus de hac irreverentia & contemptu differens, hanc ſtatuit concluſionem: *Eſt tranſgreſſio omnium legum, maxime legis naturæ, ſcripturæ, & gratiæ, Canonum, & omnium legum Imperatorum, quia in omnibus his honor parentum præcipitur*; Idem quoque ut quousque hæc malitia aſcendat, demonſtret, teſtimonium adducit D. Chryſol. dicentis: *Averte à Sole, Solis radios, & non lucet: rivum à fonte, & arescit, vamum ab arbore, & exſiccatur: membrum à corpore & putrefcit, ſepara filium à devotione paterna, & jam non eſt filius, ſed frater & Collega eorum, de quibus dicitur, vos ex patre Diabolo eſtis.* Cain ut ex Scriptura conſtat multa ſibi ſupplicia adſcivit, nam ubi noſtra Vulgata legit: *Septuplum ponietur*, alij exponunt: *Septem vindictas exſolvet, id eſt*, ut Hug. Card. ait: *Projectum peccatis ponietur.* Sed quodnam ex omnibus ab eo commiſſis criminibus graviſſimum fuit? Primum ejus peccatum fuit, quod de grege ſuo id quod deterius erat, obtulerit; Secundum, quod adverſus fratrem ſuum, eo quod munus ejus Deo magis ſuo placuiſſet indignatus fuerit; Tertium, quod divinæ voluntati acquieſcere non voluerit; Quartum erat invidia, quæ cor ejus ob bonum alterius rodebat; Quintum fuit fratricidium; Sextum obſtinata ejus deſperatio; At vero ſeptimum, quod in divinæ Juſtitiæ trutina maximæ ponderavit, quodnam fuiſſe exiſtimatis? Hoc nimirum, quod parentes ſuos filium adeo illis dilectum occidendo in viſceribus cordis contriſtaverit. Diodorus *in Catena Græca* id aſſerit; dum ait: *Præterea quod genitores maxima triſtitia affecerit peremptо fratre*, quod ſimiliter D. Chryſoſt. confirmat, dicens: *Cain patravit facinus parricidio longe ſceleratius, parentes enim incredibili dolore confodit*, & ideo S. Paulus, ut S. Bernardinus obſervat, poſtquam dixiſſet *plenos iniquitate*, ulterius quinam illi ſint, declarare volens, confeſtim ſubdit: *Parentibus non obedientes.*

D. Chryſol. *Gen. 4. 15. Hug. Card.* Cain graviſſimo dolore affecit parentes, occidendo Abelem. *Diod. in Cat. Græca. D. Chryſoſt. l. 1. de Provid. S. Bern. T. 2. in Dom. 2. Quadr. ſer. 17. A. 1. c. 1.*

2. Pſalmiſta Deo ſe commendans, rationem mox ſubjungit, dum ait: *Ne quando rapiat ut leo animam meam*, ſed numquid animam in ſua habebat poteſtate, adeo ut nemo illam ei, niſi cum ipſius conſenſu eripere poſſet? Numquid alibi dicit: *Anima mea in manibus meis ſemper?* Præterea ſi animam rapere de vita corporali intelligitur, numquid ipſe erat ille David, qui etiam num juvenis exiſtens leones dilacerabat? Quis igitur hic eſt leo, quem tantopere formidat? Nimirum per leonem hunc Abſalonem intelligit, ſed cur filium hunc ſuum leonis nomine deſcribit? S. Baſilius ait: *Hæc dicit quodammodo erubeſcens, pater iniqui filij appellari*, quibus verbis conſentit Chryſoſtomus, *Pro filio erubeſcit, ac pudore afficitur*, merito enim feræ & ferocis beſtiæ nomine appellandus venit filius, qui patri rebellis exiſtit. S. Hieronymus de filio quodam non homicida, ſed indiſciplinato, ſeque à paternæ obedientiæ jugo ſubducente, loquens dicit: *Filius derelinquens cuſtodire diſciplinam patris, meditabitur ſermones malitiæ: maledicentis patrem & matrem extinguetur lumen, & pupillæ oculorum ejus videbunt tenebras.* Joſeph Hebræus ad propoſitum noſtrum ita loquitur: *Cogita quod etiam Deus læſis parentibus offenditur, quâ & ipſe humani parens generis eſt, & ad ſe pertinere exiſtimat, quæ infertur hominibus cum quibus illi commune eſt appellatio.* Solon quondam interrogatus, ut quidam magnæ Authoritatis Scriptor atteſtatur, cur pœnales leges non ſtatuiſſet contra filios parentum contemptores, reſpondit: *Quia mihi non perſuadeam tantam impietatem in hominem cadere.*

S. Hier. t. 9. epiſt. 12. *Joſeph l. 3. Antiq. Judaic.* *Alex. ab Alex. l. 3. cap. 5.*

3. S. Cyrillus Alexandrinus de actu Salvatoris, quo matrem ſuam S. Joanni in Calvario monte commendavit, tractans, aliquorum fuiſſe aſtruit opinionem, id ex ſola ortum fuiſſe affectus teneritudine: *Sunt autem, qui dicant carnis conjunctione commotum: non hac ratione hoc factum à Domino eſt, ſed re ipſa honorandos parentes eſſe nos docere voluit: æquali enimvero ſupplicio in Deum blaſphemantes, & parentes parvipendentes puniri lex ſtatuit: morte moriatur, qui nomen Domini nominavit, id eſt, in Dominum blaſphemavit: & ſimiliter patri & matri maledicit morte moriatur.* B. Petrus Damianus in quemdam uxoris amore, matrem peſſimè agitantem ſequentibus invehitur verbis: *In quo facto quid aliud quam naturam ignis cernoris imitari, qui cum ex lignis prodeat ligna conſumit & in cinerem vertit?* Et Paulò poſt: *Terribile certe eſt, quod Scriptura dicit: quam malæ famæ eſt qui relinquit patrem, & eſt maledictus à Deo, qui exaſperat matrem. Porrò qui parentes inhonorat, quoniam divinitus abdicatur, numquid non & in hac vita confunditur?* Qui idem Sanctus in eadem Epiſtola ex ore Pontificis caſum iſtum pridie ſe acceſſiſſe atteſtatur. Alderic. Mediolanenſis in die nuptiarum de cujusdam delicati, neſcio cujus cibi defectu indignatus, in matrem, quantumvis ſe excuſaret, furere, eamque gravibus injurijs & alapa dehoneſtare non erubuit: *Sed ô divina Juſtitia, iracundiam noſtram vindicans ſed non irata, inſurentis animi rabiem ſavientis, ſed quieta, ulciſcens impacatæ mentis inſaniam, ſed tran-*

S. Pet. Dam. l. 8. ep. 3. Filij parentes male tractantes, comparantur igni. Salvator in Cruce pendens, Matrem honorat. S. Cyrill. Alex. l. 12. in Joan. c. 34. Horrenda punitio filij matrem petcurientis.

tranquilla ? Unde Salomon : *Tu autem*, inquit, *Dominator virtutis cum tranquillitate judicas; & cum magna reverentia disponis nos. Eamdem sane percussoris maxillam, hoc est, sinistram, repente languor invasit, eumque nimis vexare doloribus cœpit, cumque languor indies perniciosius ingravesceret, acerrimis dolorum stimulis hominem intolerabiliter fatigaret, mugitibus ac stridoribus compelleret; tandem miser, quæ privignum senserat impercussura; recognovit filium in natura, & non duriziam, ut ille meruerat novercalem, sed matrem exhibet viscerum pietatem. Jam nempe tumescentis mandibulæ caro turpiter computruerat, jam vitras ac sanies per concavam vulneris fistulam distillabat; cumque miserum hominem hinc inde percelleret; & exhalantis corruptela patredinis, & intimi vis doloris, punebat initi concubij, & alterum fore virum jam metuebat uxori: Mater itaque periclitanti filio non justitiæ talionem reddens, & religiosa potius pietate compatiens ad Ecclesiam B. Nazarij Martyris properat; accumulat vota, offert munera, pavimento prosternitur, orat, obsecrat, anhelat, ac delinquenti filio veniam lachrymabiliter flagitat. Maternis precibus adest divina Misericordia.*

4. S. Bernardinus hoc filijs præstat documentum : *Debet filius timere patrem, & matrem, neque, etiamsi filius esset annosus, & fortis, debet contradicere patri, sed per omnem vitam suam timere illum, quia justo judicio Dei videntur blasphemiæ parentum in ipsos indicere, unde sæpe visum est, quod falsa blasphemia patris aut matris in filium, subito captus est infœlix filius in blasphemia parentum.* Gregor. Turonensis infelicem narrat Crami exitum, qui contra Clotnarium Francorum Regem Patrem suum, tamquam alter Absalon, à paterno exercitu captus, in tugurio quodam strangulatus, cum uxore & filijs combustus est. Porro parens prælium aggressurus ad Deum conversus dixerat : *Respice Domine de cœlo & judica causam meam, quia à filio injuriam patior; respice & judica juste, illudque impone judicium, quod quondam inter Absalonem & patrem ejus.* Quis irreverentiam nescit qualem contra Noë admisit filius ejus Cham & primo quidem prima servitutis mentio eo contigit tempore in pœnam tanti flagitij, Dicente S. Augustino : *Rationalem fœtum ad imaginem suam, noluit nisi irrationabilibus dominari, non hominem homini, sed hominem pecori, nusquam Scripturarum legimus; servum antequam hoc vocabulo Noë justus peccatum filij vindicaret.* Hoc itaque opprobrium generi obtigit humano, in paternæ pœnam irreverentiæ : Author operis Imperfecti parum ei profuisse demonstrat, eum à tam sancto Patre descendisse quando tantam in parentem exercuit impietatem : *Nonne separatus de medio filiorum? qui secundùm carnem frater natus fuerat, secundùm animam factus est servus.* Quam materiam fusius prosequitur S. Chrysostomus, ostendens maledictiones parentum in filios transferri, qui sæpe non tam culpæ, quam pœnæ participes sunt genitorum. Idem S. Doctor alio in loco pariter rationem assignat cur Noë Chanaan maledixerit, filio Cham, & non ipsi immediatè reo; quia scilicet exeuntibus omnibus ex Arca, inter reliquos Deus etiam Cham benedixerat, ideoque Noë directa eum maledictione percutere noluit, sed filium : *Ut igitur ne videatur maledicere, quem semel Deus benedixerat, præterito illo, qui se contumelia affecerat filio maledictum intulit.* Quare autem, cum ille peccaverit, hic pœnas luit ? *Factum igitur est hoc, ut ille ob naturalem in puerum amorem, majorem sentiret dolorem, & benedictio Dei servaretur inviolata, & puer accepta maledictione suorum propriorum pœnas peccatorum lueret.* S. Gregorius idem in hæc verba discutit dubium : *Quid est Cham peccante, Chanaan ejus filius sententiam ultionis accipit ?* Quid est quod non in se sed in posteritate percutitur ? nisi quod reproborum nequitiæ, hic quidem multæ proficiunt, sed imposterum feriuntur.

5. S. Bernardinus plurima filiorum rebellium immissa & intentata divinitus exhibet supplicia, inquiens: *Paupertas magna, scilicet quando tales non ita subito moriuntur, vexantur paupertate, & egestate;* Juxta illud Ecclesiastici : *Filiorum peccatorum peribit hæreditas, & cum semine illorum assiduitas opprobrij.* Et Paulò post sequentes subjungit pœnas : *Infelix familia; vel non habens filios, vel subito pereunt, vel si vivunt in judicium parentum à Domino vivere permittuntur, nam dantur illis filij monstruosi, infirmi, dementes, & stulti, immorigerati, rebelles parentibus, infelices, & ferè omnibus odiosi.* Unde Psalmista : *Transferantur filij ejus & mendicent, & ejiciantur de habitationibus suis.* Cur Abrahamum suo expresse servo præcepisse putatis : *Non accipies uxorem filio meo de filiabus Chananæorum ?* Respondet sanctus Ambrosius : *Constringeret servum, ut non de semine Chananæorum uxorem acciperet Domino suo, quorum generis Author patrem non honoraverat,* scilicet Cham *& ideo maledictionis hæreditatem transmisit in suos.* Non enim merebatur, ut stirps ejus partem haberet in populo Dei, populo electo, propagando per Isaac, maledictus in irreverentiæ paternæ pœnam. Successionem equidem hujusmodi impijs filijs donat subinde Deus, sed in majus ipsorum malum, plerumque defectuoso : vitioso, & pessimo terminanda in exitu; Unde S. Petrus Damianus inquit : *Si filiorum domus parentum maledictione destruitur, eorumque benedictionibus stabilitur, cavendum valde est, ne si parentes offendimus, successuram nobis propagmè destruamus.*

6. Sanctus Bernardinus in textu super Matth. cap. 25. hoc efficax statuit argumentum : *Si Deus ita severus erit, in die judicij his, qui extraneis pietatis emolumenta non fecerunt, quanto magis his qui erga parentes impij extiterunt? Dicet enim primis, qui à sinistris ejus erunt, Discedite à me maledicti; Esurivi enim, & non dedistis mihi manducare,* &c. *Quanto autem graviori furore promulgabit sententiam contra quosdam filios nequam quibus indignantur & improperativè poterit dicere : In parentibus vestris esurivi, & non tantum non dedistis mihi manducare, sed meum panem abstulistis mihi; sitivi, & abstulistis mihi vinum: in domo eram & de propria domo expulistis me : indutus eram & me proprijs meis vestibus denudastis : Infirmus eram, & veluti canem derelinquistis me.*

7. Longè alium nobis filium exhibet, disciplinæ paternæ obedientem Ecclesiasticus, cujus pater *in vita sua vidit, & lætatus est in illo, in obitu suo non est contristatus; nec confusus est coram inimicis;* Rigorosissimum equidem circa malam filiorum educationem institutum examen, unde Paulus de Palatio inquit : *Intelligitur de ultimo judicij particularis examine, in quo qui moritur, non afficitur verecundia coram dæmonibus ex prava filiorum institutione.* Econverso ingemiscunt illi, qui prava præbuere exempla, bonam neglexerunt disciplinam : Quos sanctus Chrysostomus respicit, dum ait : *Illorum introitus & exitus, conversationes, & congressus, accurate inquirere oportet, scientes, quod si ista neglexerint, nulla apud Deum venia sint digni habendi.* S. Augustinus de quodam Cive Hipponensi divite qui suo unico filio frænum laxaverat libertatis : *Quia unicus erat*, inquit, *eum superflue diligebat, & supra Deum. Ideo superfluo amore inebriatus filium corrigere negligebat, dans etiam potestatem faciendi omnia quæ placita essent illi, ô dolosa libertas, ô grandis filiorum perditio, ô paternus amor pestiferus, ecce filios se dicunt diligere, quos jugulari procurant : Dicunt eos amare, quibus jam suspendia parant.* Deinde ad populum Civitatis conversus, id quod publicum erat his exprobravit verbis : *Luxuriose vivendo consumpsit partem bonorum suorum, sed ecce ebrietatem perfessus, matrem prægnantem nequiter oppressit, sororem violare voluit, patrem occidit, & duas sorores vulneravit ad mortem.* Ecce vobis malæ educationis fructus. Sanctus Augustinus duas alias texit Historias, pro Discursus hujus coronide à nobis subnectendas Primam adducit. cap. 8. lib. 22. de Civ. Dei, inquiens. *Tam clarum atque illustre miraculum, ut nullum arbitrer esse Hypponensium qui hoc non viderit, vel didicerit, nullum, qui oblivisci ulla ratione potuerit. Decem quidam fratres (quorum septem sunt mares, tres fœmina) de Cæsarea Capadocia, suorum civium non ignobiles maledicto matris recenti patris eorum obitu destituæ, quæ injuriam sibi ab eis factam acerbissimè tulit, tali pœna sunt divinitus coërciti, ut horribiliter quaterentur omnes tremore membrorum, in qua fœdissima specie oculos suorum civium non ferentes, quaquaversum cuique ire visum est, toto penè vagabantur orbe Romano.* Duo ex ijs, scilicet una soror unusque frater, tempus nacti quo corpus sancti Stephani inventum fuit, cui totis præcordijs se commendantes, liberati fuere. Ast notandum hanc liberationem miraculosam extitisse, nisi enim efficax & divina interessio se interposuisset, maledictio materna, divina Justitia permittente in aliorum terrorem inconcussa perstitisset. Alio in loco in epistola cui titulus *Cyrillus Augustino* sequentem recenset funestum casum, Hierosolymis prope ædes ejus nobilissimus degebat miles, dives admodum, nimius unici filij sui amator: *Unicum habens filium, ejusdem stultissimi amoris cacitate percussus, non solum à pravis eum non corrigere, sed etiam eum, ipsemet prava instruere conabatur. Parentes fatui, & isti similes; mentis quæso hos oculos inclinent, ut quis finis*

Auth. imperf. h. 3.

D. Chryf. t. 2. hom. 18.

D. Chryf. t. 1. hom. 29. in Gen. Quare Noë maledixerit filio Cham & non patri ejus Chanaam, qui peccaverat.

S. Greg. l. 6. mor. c. 7.

S. Bern. t. 2. ser. 17. in Dom. 2. Quadr. A. 2. c. 7. Eccli. 41. Rebellium filiorum variæ punitiones.

Pf. 108. 10.

Gen. 24. 3. S. Ambr. l. de Abrah.

S. P. Dam. ibid.

S. Bernardin. ib. c. 7. In finali judicio, imperabit Deus ingratis prolibus duritiam contra parentes.

Eccli. 30. 5.

Paul. de Palat. Rigorissimum examen instituetur circa malam educationem Prolium. *D. Chryseft. c. 6. ho. 27. de liber. educat.*

S. Aug. ser. 33. ad frat. Horrendum exemplum filij male educati.

S. Aug. l. 22. de civ. cap. 8. Aliud decem prolium à Matre maledictarum.

S. Aug. t. 2. de laud. S. Hier. ep. 18. Filius à patre pravè educatus, à Dæmone abripitur.

finis eveniat non ignorent, multi enim homines in magnas animæ & corporis incidernnt ruinas ob pravorum parentum inspicientiam. Crescens namque illius mititis filius cunctis moribus bonis destitutus, de die in diem perjurando, totum sæum tempus amittens in ludis & blasphemijs, cunctisque immunditijs, patre causante, animam attigit duodenum. Qui quodam ad vesperascente die solitis cum patre ludis insistens, ludum eodem ut gliscebat non habente, primo prorupit in hæc verba. Si quid ille potest Hieronymus qui ludos prohibet, jam exerceat, nam se invito hinc non nisi victor exurgam. Verum hæc dumtaxat ipso prosequente, nequam spiritus deterrimi hominis specie cunctis, videntibus in locum quo ludebat veloci gradu adiens, eumdem puerum infælicem rapuit. Sed quo eum detulit nulli hactenus hominum est compertum, verùm ut puto, eum detulit in infernum; Eadem namque hora casa ad quamdam meæ domus fenestram, quæ loco in quo ludentes degebant Pater & Filius, ex oppositu stabat me posueram, ex quo me videre fuit necesse, veritate perspicua, seriem tam formidandæ rei gestiæ : Discant ergo juvenes in juventutis tempore quod cæteris est præstantius, expetendis moribus se fulcire, ne vitiis caducisque moribus juvenilis animus informatus, statum in cunctis, nequeat permutare; quod enim novæ chartæ inscribitur de facili non deletur; Discant etiam parentes fatui, filios correctionibus & verberibus erudire, nec vitiorum sinant vepres, radices figere non faciliter evellendas, nec flendi hic, & in futuro cedant eventus.

TRACTATUS XXIV.

DE ELEEMOSYNA.

CONTINET

DISCVRSVS XVIII.

DISCURSUS I. Bonorum terrenorum, ad commune beneficium creatorum, divisionem permisit Deus, ut ijs abundans, superfluum indigentiæ eroget alienæ, sub reatu furti.

II. Pauperes Deus in utilitatem & commodum statuit divitum, ut hi per eleemosynam propriæ acquirant opem salutis, suosque augeant thesauros.

III. Eleemosynam, quamdam sanctæ & lucrosæ usuræ speciem esse evincitur, quæ substantiam multiplicat, familiasque fœlicitat.

IV. Divitias natura labiles, & defectui subjectas, qui assecurare cupit, manibus pauperum consignet.

V. Sub negotiationis & lucri metaphora, spiritualia plurima adducuntur Eleemosynæ bona & emolumenta.

VI. De varijs subsidij & compassionis in pauperes fructibus.

VII. De similitudine sementem inter & fructus spirituales eleemosynæ.

VIII. Pauperes æternam promovent divitum salutem, qui nisi eleemosynarios agant, inexcusabiles sunt; tum quia opes suas proprijs impendunt delicijs: tum quia Deus illi acquiescit, quod pauperibus erogatur superfluum.

IX. Eleemosyna voluntarie bonisque verbis instituenda: vi cujus amorem Dei, cui similes efficimur, propter gratissimum charitatis opus, conciliamus nobis.

X. Christus in persona propria se protestatur recipere eleemosynam, seque debitorem constitui, ob subsidium præstitum pauperi, eleemosynam amore Dei à nobis petenti.

XI. Eleemosyna nos liberat à peccatis, ast cum confidentia in vitijs fieri non debet, quæ ut vitantes detestemur, & satisfaciamus, nobis opem ferr & subsidium.

XII. Eleemosyna Dei placat furorem, cujus defectu, multa nobis immittit flagella; ideoque malitia, & supplicia eorum considerantur, qui in pauperes minimè exstitere benevoli.

XIII. Eleemosynarius non habet quod timeat, aut in agone, aut in judicio tam particulari, quam universali.

XIV. Pauperibus subveniendo, ingens salutis æternæ pignus nobis acquirimus.

XV. Deus in persona pauperis eleemosynam accipit, ac proinde non est examinandus pauper, an mereatur, quin potius prævenienda, & prævidenda est ejus necessitas, ut ejus in postulando verecundiæ parcatur; adducuntur etiam quorumdam ferventium eleemosynariorum exempla.

XVI. Perstringuntur illi qui nimium in datam eleemosynam confidentes in Dei indignatione peccata libere committendo persistunt, sicut & illi, qui vel propter applausum, vel ob alia motiva humana, vel de rebus malè acquisitis eleemosynam erogant.

XVII. Eleemosynæ à Deo nobis impetrant quidquid petimus, multa adversa à nobis arcent, ab inimicis visibilibus, & invisibilibus nos defendunt: ut tamen nobis magis sint propitiæ easdem, dum vivimus, pauperibus erogare præstat.

XVIII. Quilibet, quantumvis etiam pauper eleemosynam dare potest, quia Deus affectum potius nostrum, quam effectum metitur, illudque acceptat, quod pro conditione nostra dare possimus; pluribus autem modis charitas erga miserabiles exerceri potest, maxime vero illis compatiendo.

Manssi Bibliothecæ Moralis tom. II.

DISCURSUS I.

ARGUMENTUM.

Bonorum terrenorum, ad commune beneficium creatorum, divisionem permisit Deus, ita tamen, ut qui ijs abundat, de superfluo alienæ succurrat penuriæ, sin secus agat, furti Reus erit.

THEMA.

Vestra abundantia illorum inopiam suppleat. 2. Cor. 8. v. 15.

1. S Thomas de Villanova per authoritatem S. Ambrosij conclusionem quamdam statuit, quæ lumini & rationi naturali omnino conformis est, nimirum quod Deus hunc mundum indifferenter ad beneficium cunctorum hominum creaverit : *Natura omnia fecit communia*, inquit, *& hic mundus non est, nisi quasi quædam communis hæreditas hominum, sed jure positivo appropriata sunt in particulari, & locum habet in populis meum & tuum; unde sententia est Clementis; communis usus omnium quæ sunt in hoc mundo omnibus esse debuit, sed per iniquitatem alius hoc dixit esse suum, & alius istud, & sic inter mortales facta est divisio, per iniquitatem ex jure gentium : pertinet ergo ad justitiam, ut ex hac communi hæreditate nullus usurpet superflua cum damno aliorum.* Quemadmodum Pater decem ferax filiorum, quos æquali prosequitur amore, non uni soli, hæreditatem conferret desertis reliquis; ita Deus communis omnium pater, qui universum creavit mundum, pro hominibus omnibus quos singulos, ut filios, amat æqualiter; noluit ut unus cum præjudicio magno alterius bona usurparet mundi hujus; ideoque per Prophetam minatur, dicens : *Væ qui conjungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis, usque ad terminum loci. Numquid habitabitis vos soli in medio terræ.* Prosequitur Sanctus : *Quando jure positivo permissa est appropriatio, pertinet quoque ad justitiam, ut si quis de communi naturæ cellerario sibi multum appropriavit, illud quod superest distribuat indigentibus.* Quod assertum illo confirmat Apostoli Textu : *Abundantia vestra illorum suppleat indigentiam, ut fiat æqualitas, sicut scriptum est: qui multum, non abundavit, & qui modicum, non minoravit, cui multum scilicet habuit, non abundavit, quia superfluum, indigentibus erogavit, & qui modicum habuit, non minoravit, id est, non ei defuit, quia aliorum abundantia, illius supplevit indigentiam.* Narni prædicator Apostolicus fundamentaliter admodum præsens discutit punctum ut divitibus persuadeat, quatenus superflua pauperibus donent; evidentibus convincens rationibus ostendit, quod Deus perpetuam ijs assignaverit pensionem. ut pauperum necessitates sublevent per ea, quæ ipsis manent superflua; quos reditus non incertos, sed securos & stabiles præceptum exigit charitatis : Probat exinde quod Creator à principio mundi de jure naturæ voluerit ut creaturæ æqualiter

S. Thom. de Villanov. in Dom. 4. post Pasch. Jure naturæ omnia bona sunt communia : sed per iniquitatem facta sunt particularia.

Isa. 5. 8. Qui multa possidet bona, indigentibus succurrere debet.

Narni Quadr. As in Fer. 6. Cin.

liter omnibus deservirent hominibus, id quod in statu innocentiæ convenientissimum erat; siquidem *meum & tuum*, quod divisionem denotat, introductum fuit de jure gentium, tamquam convenientius pro natura destituta, quam rationem lumine naturali dictante; communis omnium gentium recepit consensus, Deusque naturæ Author inspiravit & approbavit. Dicendum itaque ait ille, quod divisio illa justa fuit, quod aut commodior, aut æque commoda, aut certe humano generi, non incommodior fuerit quam dominium commune, cæteroquin enim numquam *jus gentium* illam suscepisset, aut Deus approbasset, sed tamquam res injustissima & damnosissima, & rationi naturali maxime contraria reputata fuisset dicta divisio si nimirum alijs abundantibus in superfluo, alij necessarijs carerent. Pauperes, qui maximam constituunt generis humani partem, absque consensu, & tyrannicè propter dictam divisionem, quæ est *de jure naturali*, communibus destituerentur aliorum hominum bonis. Ast si injustum esse nequit, quod justo placuit (*justus Dominus & justitiam dilexit; æquitatem vidit vultus ejus*) nec tot populis pernitiosum esse potest, quod pro communi factum est utilitate: neque etiam dici possunt bonorum superfluorum (quantumvis quoad proprietatem & administrationem *jure gentium* proprij facti possessores) Domini & patroni, siquidem de *jure naturali* quantũ ad usum, etiam bona spectant ad pauperes; ita ut ad quemcumque demum possessorem deinceps transeant, vinculũ semper urgeant & obligationẽ eleemosynæ, fundatam & stabilitam in præcepto naturali & divino misericordiæ. Hucusq; Narnij, cujus dicta variis suffulcire possumus sanctorũ Patrũ authoritatibus.

Jure gentium, à Deo approbato, introductum est meum & tuum.

Ita tamen & indigentibus subveniatur.

Psalm. 10. 8.

2. S. Greg. ita divites adhortatur: *Admonendi sunt qui jam quæ possident, misericorditer tribuunt, ut à cœlesti Domino dispensatores se positos subsidiorum temporalium agnoscant, & tanto humiliter præbeant, quanto aliena esse intelligunt, quæ dispensant.* Ecclesiast. inquit: *Eleemosynam pauperis ne defraudes*; Si autem eleemosyna, actus esset liberalitatis & superrogationis, non utique talem obtineret titulum: scilicet *defraudes*, opus est igitur justitiæ & debitum, substantia est, pauperi ex *jure* debita. Unde Dionysius Carthusianus inquit: *Id est injuste non subtrahas pauperibus, quod tibi superfluit, & quo indigent ipsi.* In cujus confirmationem illa S. Ambrosij: contra divites avaros hunc in modum protestantis, addueit verba: *Indigentium panis est quem detines, nudorum vestimentum quod recludis, pretium captivorum pecunia quam abscondis; Ideo tot indigentibus injuriaris, quot subvenire potes, nec subvenis; nam ideo Deus concessit uni multa, ut bonæ erogationis præmia consequatur.* Divites Deus Dominos constituit, & absolutos propriarum opum patronos, juxta status illorum decentiam & exigentiam: quo ad superfluum, Dominos illius voluit esse pauperes, quos dispensatores ejus & œconomos elegit. Quam veritatem S. Chrysostomus ita ex Scriptura sacra confirmat, ut probet, non modo rapinam esse aliorum bona furari, sed & pecunias cum pauperum damno retinere: *Testimonium vobis de divinis Scripturis proferam, dicens: quod non solum rapere aliena, verum etiam tua non imperiri cæteris, & rapina sit, & fraudatio, & spoliatio*; juxta illum Isaiæ textum: *Produxit terra proventum suum, & non intulistis decimas. Sed non rapina pauperis est in domibus vestris, quæsumam, inquit, oblationes solitas, non dedistis, rapuistis ea quæ sunt pauperis. Hoc autem dicit declarans divitibus, quod res pauperum possident, etiamsi paterna hæreditate obtinuerint, etiamsi undecumque aliunde collegerint pecunias.*

S. *Greg. p.* 3. *past. Admonit.* 21.

Eccli. 4. 1. Eleemosina pauperi subtracta reputatur fraus & rapina.

Dion. Carthus. ibid.

S. *Ambros.*

D. Chrysf. t. 2. *Conc.* 2. *de Lazaro.*

Isa. 3.

3. S. Basilius tenaci cuidam avaroque diviti, se nulli injuriam facere asserenti, dum ea quæ sua sint conservat, ita respondet: *At inquis, quem injuria afficio dum quæ mea sunt premo, & retineo? Quænam autem quæso tua sunt? An non nudus ex materno utero excidisti? An non rursus in terram reverteris? Quæ autem nunc habes unde tibi contigerunt? Si ex fortuna dixeris, impius es, ut qui Creatorem non agnoscas; Si à Deo ea habere confiteris, affer jam causam quamobrem acceperis: non iniquus est Deus, qui ea quæ ad degendam vitam attinent, nobis haud æque distribuit, cujus est, cur tu opibus abundes, ille contra egeat? An non omnino ut & tu benignitatis, ac fidelis administrationis mercedem referas, & ille ingentibus patientiæ præmijs ornetur.* S. Ambrosius reprobationem considerat divitis illius, qui messe copiosa ditatus, quam ubi reponeret nesciens, dicebat: *Hoc faciam? destruam horrea mea.* Ille enim nulli non insudabat curæ, præterquam debito erga pauperes: *Communis hominum naturæ non meminit*, inquit prædictus Sanctus, *æquum non putat, saltem ex superfluis aliquid egentibus impertiri.* Campi & terræ æqualiter germinant fructificantque diviti & pauperi, natura non novercam, sed omnium communem agit matrem, ita ut dives frumentum suis includens granarijs, aut vinum cellulis, nequaquam absolvatur a debito subveniendi pauperibus.

S. *Basil. cit. à S. Joan. Damasc. l.* 2. *Parall. c.* 7.

Luc. 12. 18. S. *Ambr. serm.* 81.

4. S. Antonius de Padua illam adducens Ecclesiastici authoritatem (*Eleemosynam pauperis ne defraudes*: particulam *defraudes* sequenti dilatat Commentario: *Bene dicitur ne defraudes cum fraus sit alienare, juxta illud: Aliena rapere convincitur, qui sibi ultra necessaria retinet.* S. Ambrosius, & ipse divitem ita, alloquitur commemoratum: *Dispensatio tibi commissa est Dominica facultatis; recordare ergo quis est, qui tibi injunxit officium dispensandi familiam suam, quid est quod multis prælatus es: Non est utique sine causa, quod tibi à bono & justo Deo officium tribuitur largiendi, alijs necessitas imponitur indigendi, Dispensatorem igitur conservorum tuorum te ex Dominicis facultatibus esse cognosce, nec existimes, quod omnia ventri & delicijs tuis terra producat. Quæ in manibus habes commissa tibi magis quam concessa cognosce.* S. Franciscus ait: *Hæreditas pauperum est eleemosyna, quam ille noster frater Jesus Christus omnibus acquisivit, non igitur quando illis distribuitur alienum, dono datur, sed quod vere suum est impenditur.* In varijs Scripturæ locis eleemosyna titulo honoratur justitiæ, licet pauper eam postulet per viam charitatis. Ut autem intelligatis, eleemosynam ex debito competere, & non solius opus esse liberalitatis, Spiritum S. audite dicentem: *Accipiet . . . misericordiam*; at Septuaginta legunt: *Justitiam*, Hebræus: *Eleemosynam*, unde Salvator dixisse legitur: *Attendite, ne justitiam vestrã faciatis coram hominibus*, scilicet *eleemosynam*. Hug. Card. illum Psalmi versiculum, *Justitia ejus manet in sæculum sæculi*, subtili elucidat interpretatione dicens: *Ut se magis reputet reddere: declina sine tristitia aurem tuam pauperi & redde debitum*, Citatque S. Augustinum dicentem: *Aliena rapere convincitur qui superflua pauperibus non elargitur.* Nonne hoc Apostolus docere voluit, cum diceret: *Reddite ergo omnibus debita?* Quæ inter S. Hieronymus eleemosynam assignat inquiens: *Potest etiam eleemosyna debitum appellari*; id quod citato probat Ecclesiastici testimonio.

Eccli. 4. 1. *S. Ant. de Pad. in Dom.* 10. *post Trin.*

S. *Ambr. ib.* Divites sunt dispensatores bonorum Dei.

S. *Franc. t.* 3. *opusc. in App. ser.* 3.

Eleemosyna, honoratur titulo justitiæ.

Psal. 23. 5. *Matth.* 6. 1.

Hug. Card. in Ps. 111.

Eccli. 4.

S. *August.*

Rom. 13. 7. S. *Hier. ib.*

5. S. Augustinus ita divitem quemdam sed maxime tenacem alloquitur: *Christus aicit tibi, da mihi ex eo quod tibi dedi, quid enim attulisti, quando venisti? omnia quæ creavi, creatus hic invenisti, numquid tecum aliquid attulisti de meo quæro, da, & reddo. Habuisti me largitorem, facito debitorem; parum est dixi habuisti me largitorem, fac me debitorem, habeam te fœneratorem. Pauca mihi das, plura reddam.* Ex quo loquendi modo evidenter deducitur, quod quidquid bonorum terrenorum possidemus, totum ejus qui illa nobis dedit, dispositioni subjiciendum sit; ac proinde si Christus est ille qui in paupere illorum partem à nobis postulat, justum est, ut illam nequaquam denegemus, quia non datur, sed redditur, satisfitque debito quo illi obstringimur. S. Hieronymus in Psal. 133. ait: *Quando damus, non demus quasi de nostro sed de dono Christi*; cui consonant illa S. Ambrosij verba dicentis: *Non de tuo largiris pauperi, sed de suo reddis; quod enim commune est in omnium usum datum, tu solus usurpas?* S. Bernardinus rationem assignat, cur divitias Sapientia Incarnata *Mammonam iniquitatis* appellaverit, adducitque opinionem Theophylacti dicentis: *Quia cum sint ad solam necessitatem datæ, si cætera non impartiuntur pauperibus, cum iniquitate renentur.* S. Thomas de Villa Nova objectioni cuidam respondit, quam dives manus strictas & clausas semper tenens opponit: *Dices forsitan*, inquit, *dicrum est hoc; numquid de meo possim facere quod volo? quod crimen, si mea non do? non sum lauro, non sum raptor, propter quod ergo damnandus?* Respondet Magnus ille Eleemosynarius: *Et unde obsero illa tua sunt? fecistine tu illa? Ideo tua, quia usurpasti ea tibi, nam omnibus communia creavit Altissimus. An tibi soli terra germinat herbas? arbores ferunt fructus? bruta generant fœtus? propter pacem, meum & tuum lege permittuntur; hac conditione, ut qui abundaverit indigentium penuriam suppleat, si non supplet raptor & homicida est, quia quem non pavisti occidisti, quæ non dedisti rapuisti.* Vincentius Bellovacensis in suo speculo morali de eleemosyna discurrens ait: *Est sub præcepto legis naturæ, & legis divinæ, et iam legis positivæ. Lex enim naturalis præcipit, Proximum vere diligere, nec tantummodo affectu, sed etiam effectu*, juxta illud Sancti Joannis

S. *Hier. in Psal.* 133. S. *Ambros. l. de Nabuch c.* 12. S. *Bernard. t.* 2. *ser. in Dom.* 1. *post Pent.*

Quæ sunt præter necessitatem, debentur pauperibus.

S. *Thom de Villa Nov. de S. Martino Conf.*

Eleemosyna est juris naturæ, divinæ, & positivæ. *Spec. Mor. Vincent. Bellov. l.* 3. *d.* 19. *p.* 10.

1. *Joan.* 3. 18. Joannis: *Filioli non diligamus verbo, neque lingua tantum, sed opere & veritate.* Quod autem præceptum divinum & positivum sit in eodem loco quoque prolixius probat. S. Basilius, cujus testimonium S. Joannes Damascenus adducit homini tenaci his verbis improperat: *Tunc igitur avarus ac spoliator non es, qui ea, quæ administrationis causa suscepisti, tua ducis? si qui hominem vestem detrahit, circa controversiam fur est, qui nudum non induit, cum id facere possis, alione nomine appellari debet? famelici est panis ille quem retinens, nudi vestimentum quod in arcis reservas; egentis illud aurum, quod humi defossum habes.*

S. *Basil. cit. à S. Joan. Damasc. ibid.*

6. Ingeniosa est illa S. Augustini circa divitem illum reflexio, cui Deus comminabatur, dicens: *Stulte, hac nocte repetent à te animam tuam &c.* sed cur ita? *Habebat multa bona reposita in annos plurimos*: At vero quid in hoc mali erat? num forte copiosam sibi natam messem in vindictas, voluptates carnales, vel alias similes Dei offensas impendere decreverat? minime gentium; & tamen ex parte justissimi judicis mors illi repentina, & æterna intimatur: *Non aliena rapere disponebat* (verba sunt S. Augustini) *non de cujusquam victni agris accipere, non limites perturbare, non pauperes exspoliare, sed uberes tantum fructus suos conservare statuebat.* At vero si ita est, cur igitur à divina & numquam errante Justitia condemnatus fuit? Respondet S. Doctor, *Sed quia divitijs abundabat, & tenaciter conservabat, audit, Stulte hac nocte &c. Utique si erogasses tua erant, quia servasti, tua non erunt.* Et ideo D. Chrysostomus suadet, dicens: *Sparge superflua in pauperes*; sed quonam putas profectu id faciet? lucrum profecto ingens consequentur: *tua fac, quæ tua non sunt*; quod enim nobis superfluum est, non est nostrum, sed pauperes in illud jus habent; & tamen si illud erogemus pauperibus, Deus illud æstimat ac si de nostro dedissemus. S. Joannes Damascenus ait: *Dives est ille qui multis misericordiam tribuit, & qui ad Dei imitationem ea quæ habet, Deus enim res à se conditas omnino nobis tribuit, quo circa hoc scitote qui divitijs polletis vos ministrare debere, cum plura quam vobis opus sint acceperitis. Intelligite deesse ea alijs, quæ vobis supersunt; erubescite, qui aliena retinetis.*

D. Chryf. l. 7. *de pœnit.*

S. Jo. Dam. Parall. l. 2. *c.* 16.

S. *Aug. t.* 10. *b.* 46.

7. S. Propheta Job, sancte gloriatur se substantiam suam cum pauperibus divisisse, nec unquam buccellam panis dentibus ingessisse quin de ea quoque pauper comederit: ratio vero, quam assignat cur id fecerit, proposito nostro aptissime deservit: quam Rupertus Abbas super illa verba: *Si negavi; quod volebant pauperibus*, in progressu Discursus sui in persona ejusdem Jobi hoc modo declarat: *Si comedi buccellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea, scilicet quia pietati præjudicium facere existimarem, si solus comederim quod Dominus omnibus communiter creavit.* Qua enim ratione credi poterit, quod Deus ille, qui etiam passerum curam habuit, cibum illis proportionatum quotidie providens, pauperes ad imaginem & similitudinem suam creatos, adeoque sibi gratos & acceptos, ut in eorum persona agnosci velit, sine ulla cibi provisione qua vitam sustentare possint, deseruerit? Ecce igitur consilium quo Deus hac in re usus fuit nimirum divitibus hanc pensionem lege naturali, divina, & positiva imposuit, ut de ijs, quibus abundant substantijs, & quæ eis superflua sunt, pauperibus & egenis communicent, juxta illud: Quod superest, date pauperibus. Pro qua obligatione S. Augustinus motivum valde efficax his verbis adducit: *Si tibi dicat Deus*, inquit, *teipsum ego feci, quod vivis meum est: quod habes ego dedi; & ingratus es, aufero quæ dedi, nego quod donavi, dimitto te, quem feci, & sine me vive si potes. Plus tibi dedi, ut haberes unde pauperi dares. Pauperi non dedi ob hoc: ut te probarem, non quia ambobus non habui unde darem, sed per pauperem volui te probare.*

Quorum Deus potius curam gerit quam passerum.

DISCURSUS II.

ARGUMENTUM.

Pauperes Deus in utilitatem & commodum statuit divitum, ut hi per eleemosynam propriæ acquirant opem salutis, suosque augeant thesauros.

THEMA.

Dives & pauper obviaverunt sibi, utriusque operator est Dominus. Prov. 22. v. 2.

1. PEr experientiam quotidianam hanc Sepientis propositionem verissimam esse videmus, scilicet quod semper sibi mutuo occurrant dives & pauper, hic enim utpote subsidij indigus, ex industria quærit & sectatur illum qui ei succurrere possit. Verum enim vero tametsi prima facie videri possit, Salomonem Regem qui linguam & calamum suum ad Parabolas & sententias conscribendas & pronunciandas componere solet, in hisce verbis ita aperte loqui, ut nullum eis subsit mysterium vel sententia, nihilominus si verba sequentia rite ponderare velimus, omnino oportet credere etiam in hoc tam manifesto loquendi modo non deesse mysterium, dicit enim: *Utriusque operator est Dominus*, quasi diceret: Deus qui *omnia in sapientia fecit*, per infallibilem providentiam, infinitamq; sapientiam suam, ita fieri voluit. Unde Lyranus super hæc verba inquit: *Facit enim pauperem, ut habeat meritum patientiæ, & divitem, ut subveniendo pauperi, habeat meritum misericordiæ.* Idem quoque declarat qualisnam sit juxta mentem Sapientis mutuus hic pauperis & divitis occursus, dicens: *Tunc proprie obviant sibi, quando dives ad petitionem pauperis supplet defectum suæ indigentiæ*: adducitque illud S. Martini exemplum, qui dum miles esset, pauperemque præ frigore contremiscentem, & eleemosynam ab eo postulantem vidisset, chlamydem militarem per medium divisit ut ejus tegeret nuditatem: etenim Deus provide disposuit ut in mundo sint pauperes ad divitum utilitatem & beneficium, ut ambo sibi mutuo præbeant auxilium. Audiamus S. Aug. hac de re ad propositum nostrum appositedifferentem: *Pauperes egere voluit Christus*, inquit, *sed propter nos: omnes pauperes quos videtis potuit illos Christus pascere, quomodo per eorum Eliam pavit, tamen cum & ipsi Eliæ subtraxit eorum, ut à vidua pasceretur, non Eliæ præstitit, sed viduæ; quando ergo Deus pauperes facit, quia ipse non vult ut ipsi opes habeant, quando inquam facit pauperes, probat divites, sicut enim scriptum est: Pauper & dives occurrerunt sibi, Dominus divitem fecit, unde pauperem adjuvaret, pauperem, unde divitem probaret.* Et quidem quod in hac veritate nulla fit contradictio, Clemens Alexandrinus à S. Joanne Damasceno citatus infinuat, dicens: *Poterat quidem summus ille parens efficere, ut nemo pauper esset*, hoc tamen non fine ingenti divitum damno factum fuisset, quia *præcisa esset opitulandi facultas. Fit itaq; ad communem omnium utilitatem, ut partim opibus affluamus, partim egeamus, quo nimirum beneficentiæ locus sit.* Atque hinc est quod D. Damascenus asserat; quod dives pauperi subveniens, primo omnium loco sibimetipsi beneficiat; *Animæ suæ benefacit homo misericors*: E contrario vero, inquit Blesensis, qui erga pauperes tenax est, sibimetipsi in proprium præjudicium portam claudit misericordiæ: *Sibi apud Deum pietatis januam claudit, qui viscera misericordiæ proximo mendicanti non aperit.*

Pauperes, æquè ac divites, sunt opus Dei.

Prov. 22. 2.

Lyr. ibid.

Quomodo hi sibi invicem obvient, & quare? Voluit Deus in mundo sint pauperes, & divites ut se mutuo adjuvent.

S. *August. h.* 15. *inter* 50.

2. Hermas S. Pauli discipulus, vel quisquis libri illius, qui *pastor* intitulatur, Author est, proposito nostro aptissimam adducit similitudinem vitis scilicet & ulmi, hæc enim infructifera & consequenter inutilis fuit: Vitis autem ecntra fructifera quidem est, sed nisi ulmum haberet, à qua in aëre sustentaretur, super terram, ut reperet, & deperiret necessum esset, at vero ab ulmo sustentata fructus suos maturat: *Hæc similitudo posita est inter divitem & pauperem, dives habet opes à Domino cum pauper est: distrahitur circa divitias suas & valde exiguam habet orationem ad Dominum, & quam habet, inertem habet, & non habentem virtutem. Cum igitur dives præstat pauperi, quæ illi opus sunt, pauper orat ad Dominum pro divite, & Deus præstat uiriti omnia bona.* Idem quoque S. Augustinus scribit, dum divitem in bonum pauperis, pauperem vero in beneficium divitis à Deo ordinatum fuisse dicit: *Dives propter pauperem factus est, & pauper propter divitem factus est: pauperis est orare, & divitis erogare, Dei est pro parvis magna pensare.*

Hermas in lib. Pastor.

Aptissima hujus. similitudo in Vite, & Ulmo.

S. *Aug. ser.* 25. *de verb. Dom.*

3. Christus Salvator noster optime divitias spinis similes esse dixit: *Quod autem in spinas cecidit, hi sunt qui: . . . à divitijs . . . suffocantur, & non referunt fructum.* Sicut enim sub spinetis bufones, serpentes, scorpiones, & alia animalia venenosa ut plurimum delitescunt, ita quoque vitia nidificare solent in divitibus: *Ecce ipsi peccatores & abundantes in sæculo, obtinuerunt divitias.* Atque ideo Deus illis pauperes providit, ut peccata sua per eleemosynam redimere possint. S. Augustinus in alio quodam loco ait: *Potuit Deus omnes divites facere, sed pauperes in hoc mundo esse voluit, ut divites peccata sua redimerent. Redimite ergo dum habetis pretium, date eleemosynam.* D. Chrysostomus ad dandam eleemosynam egregium nobis calcar addit, dum ait: *Enimvero, Deus eleemosynam non ob hoc solum instituit, ut*

Luc. 8. v. 14. Divites per pecunias suas, redimunt peccata sua. *Ps.* 72. v. 12.

S. Aug. *T.* 9. *tr.* 2. *de redit. Cathol. Convers.*

D. Chrysost. t. 5. *ser.* 22.

Pascantur indigi, sed etiam ut dantibus accrescerent beneficia, atque adeo magis propter dantes, quam propter accipientes. Eleemosyna enim, ut suo loco videbimus, iratum nobis in hora mortis judicem reconciliat, sitque nobis patens cæli porta, per quam ad visionem beatificam introducamur. *Hac de causa reliqui illum inopia vexari*, inquit in persona Dei D. Chrysostomus, *ut & ipse patientia multum mercedis acquireret, & tu per eleemosynam tibi fiduciæ materiam illuc præmitteres. Vidisti misericordiam Domini, quomodo propter nostram salutem dispensat omnia?* S. hic Doctor ob prodigiosam facundiam suam os aureum appellatus fuit, at vero ob amorem immensum quo in eleemosynam erogandam ferebatur, venam aureum duplicem, unam in lingua, & aliam in manibus habuisse, dici potest. Die quodam populo suo dixit: *Poterat Deus imbrem aureum emittere & ditare pauperes, sed maluit tibi dare solatium peccatorum;* Ex quo enim Deus quotidie aves & cuncta alia animalia pascit: *Respicite volatilia cæli, quoniam non serunt neque metunt, neque congregant in horreas & pater vester cælestis pascit illa, nonne magis vos?* utique enim pari facilitate pauperes absque ulla dependentia à divitum discretione & charitate sustentare potuisset, quod autem idipsum non fecerit, utique hoc in beneficium, & utilitatem divitum factum fuit, quia maluit illis dare solatium peccatorum. B. Laurent. Just. in Dominicam Palmarum ita scribit: *Non quod suos nequeat aliunde nutrire egentes, sed ut inveniat in te unde tibi bona sua valeat præstare.* *D. Chrysost. Tom. 1. Hom. 55. de pœnit.* inquit: *Poterat licui tibi & pauperi dare, sed noluit, ne tuas divitias infructuosas faceret: tibi dedit dimittere per eleemosynam, & in justitia distribuere,*

D. Chryſ. h. 34. in Gen.

D. Chryſ. h. 35. ad pop.

In utilitatem & bonum cedit, quod aliqui sint pauperes. Matth. 6. v. 26.

B. Laur. Juſt. in Dom. Palmar.

D. Chryſ. t. 1. h. 55. de Pœnit.

4. Mox ut tres illi hospites juxta Mambre appulerunt, Abraham Patriarcha, ut illos vidit, summa solicitudine & cura illis obviam processit, & licet jam maturæ & provectæ ætatis esset, canum tamen caput suum coram illis detegere non omisit, etiam tempore Solis in meridie ardentissimi: *In ipso fervore diei ... cucurrit in occursum eorum, de ostio tabernaculi, & adoravit in terram, & dixit: Domine si inveni gratiam in oculis tuis ne transeas servum tuum;* Porro verisimilis est viatores hosce fatigatos, sudore madidos, & famelicos, ideoque refectione indigentes fuisse, ac proinde potius illi sanctum Patriarcham pro hospitio rogare debuisse, quam ut Patriarcha rogando & deprecando hospitium illis offerret; Et tamen ut Oleaster notat, docet nos non gratiam facere pauperi eum hospitio recipiendo, sed majorem recipere, si se ille à nobis recipi permittat. D. Chrysostomus optime notat Abrahamum hospites illos *Dominos* appellasse, unde ait: *Dicere Domine est captivantium benevolentiam, dicere autem si inveni gratiam in oculis tuis, hoc est admirabile. Beneficium, inquit, das non accipis; Vere enim ejusmodi res hospitalitas est, quâ magis accipit quis, quam dat.* Legatis obsecro immensâ illa bona, quæ ex hac hospitibus exhibita charitate in magnum hunc hospitem redundarunt; Inde enim provenit promissio Isaac, progenies populi electi Israëlitici, terræ promissionis possessio, veri Messiæ ex stirpe ejus Incarnatio, & multa alia innumerabilia beneficia temporalia & spiritualia. Idem D. Chrysostomus Tom. 5. in quodam sermone inquit: *Medici animarum nostrarum sunt pauperes, benefactores, & protectores, neque enim tantum das quantum accipis, das pecuniam, & accipis Regnum cælorum, sublevas egestatem, & reconcilias tibi Dominum. Vides imparem esse retributionem; hæc sunt terrena, illa cælestia, hæc peritura, illa permanentia.*

Gen. 18. v. 1. 2. 3.

Quod pauperes excipiantur hospitio, cedit in bonum hospitis.

D. Chryſ. h. 41. in Gen. Pater in Abrahamo.

D. Chryſ. ſer. 121.

5. Apostolus Ephesios ut in misericordia se exerceant, & eleemosynarios se exhibeant hortatur, sed observandus est modus, quo loquitur id suadendo; dicit ergo: *Estote autem invicem benigni, misericordes, donantes invicem.* Sciendum vero est, nonnullos, ut refert Novarinus ibidem, legere: *Donantes vobismetipsis, tamquam significetur*, ut inquit Estius in sententia S. Hier. *Eum qui benefacit alteri, ipso bono opere in seipsum esse beneficum.* Quodnam in eo existimatis latere mysterium, quod Deus salutis animarum nostrarum cupidissimus tantam curam habuerit, ut mendicus Lazarus continuo & incessanter ante oculos divitis epulonis jaceret expositus? Ex quo enim mendicus ille multo jam tempore, impium illum de canibus magis quam de ipso expertus fuerat solicitum, cur lacrymosum ulcerosi Lazari spectaculum tam diu ante donum divitis subtitit? Audite D. Chrysost. hac de re loquentem: *Non jam personam*, inquit, *non pauperem, sed ipsam misericordiam despicit ad januam suam Lazaro sic jacente, purpura, bysso, delicatis vestibus, epulis blandis, ferrea viscera crudelis anima nutriebat, quem Deus humanæ salutis avidus Inquisitor emollire cupiens, non tam Lazarum, quam ipsum pietatis conflatorium ejus projecit ad januam, conflatorium dixi propter ferrea viscera.* Nimirum pientissimus Deus perspicuè cognoscebat difficultatem salutis obtinendæ, in qua dives ille positus erat propter lauta sua convivia, vestium luxus, aliasque voluptates & delicias, quibus quotidie fruebatur, propriæ salutis oblitus, ac proinde miserum hunc pauperem ejus oculis objecit, ut is eleemosynis divitis adjutus pro illo precaretur, eumque in viam cœlestem dirigeret; non enim intendebat Deus, per hoc Lazaro præstitum subsidium, divitias Epulonis diminuere, sed potius easdem augere; *Micæ enim, quæ cadebant de mensa divitis*, quasque canibus dare solebat ad ejus facultates prosperandas, abunde sufficiebant. Unde D. Chrysost. omnibus improperat dicens: *Quid servas in delicijs tuis, quod superfluum est, quod jactas tribue in eleemosynam, quod projicis de mensa præbe in eleemosynam, fac de damno lucrum.* D. Chrysol. in eodem sermone profequitur, dicens: *Impijs oculis mendicus Lazarus ingeritur, admovetur, & ut dives dare possit, magis magisque divitiis census cumulatur, sed dives adamans dantor. Quidquid Deus pauperis propter alimoniam, divitis conferebat ad censum, ille effundebat turpiter, aut crudeliter reponebat.* Potens & efficax est motivum illud ad permovendum quemvis hominem, quantumvis tenacem, & avarum, quod Seneca solo naturæ lumine illustratus suggerit, dum ait: *Eleemosyna non tam accipientibus quam dantibus prodest.* D. Chrysostomus Tom. 1. hom. 33. de vidua illa Sareptana inquit: *Per summam illam egestatem, immensas divitias comparavit, & manum suam, arcam, hydriam, torcular reddidit, atq; ut ex paucis multa scaturirent effecit.*

Novar. ib. Qui donat pauperi in seipsum est beneficus. Epheſ. 4. v. 33.

D. Chryſ. t. 1. h. 55. de Pœnit.

Seneca in Prov.

D. Chryſoſt. t. 1. h. 33.

6. Prima illa & æterna veritas, quæ nec fallere nec falli potest um quam, firmiter nobis promisit; *Date, & dabitur vobis;* Ecce tibi usuram quamdam lucrosam & licitam, imo apud Deum magnopere meritoriam, siquidem ipsemet illam exercere suadet; præcipit, audite enim excessivum lucrum, quod inde dimanat: *Mensuram bonam, ... & coagitatam, & superefluentem dabunt in sinum vestrum.* Dives ille Evangelicus, per copiosissimam messem horrea sua imple verat, passus est in omnibus facultatibus suis jacturam, siquidem facultates amisit, & animam: *Stulte hac nocte animam tuam repetent à te quæ autem parasti cujus erunt?* Scitisne quæ-nam irreparabilis hujus jacturæ causa fuerit, nimirum illam acceptæ messis abundantiam recondere voluit, non ut pauperibus per ipsam consuleret, sed ut illam ijsdem subtraheret; ecce tibi divitum avarorum stoliditatem, quibus frumentum marcessit in granarijs, quod pauperibus dispensatum augeretur copiosius; siquidem æternæ veritatis verba sunt: *Qui seminat in benedictionibus de benedictionibus & metet.*

Eleemoſyna eſt lucroſa uſura.

Luc. 6. v. 38.

Luc. 12. v. 20.

2. Cor. 9. v. 6.

7. D. Chrysostom circa mendicum Lazarum per Deum ante oculos epulonis in limine domus suæ expositum; aliam facit reflectionem, dum ait: *Ideo jacebat ad januam, ne dives diceret: Non vidi, in angulo fuit, aspicere non potui; videbat enim illum exiens & revertens.* Dum pauper divitem convenit, ab eoq; supplicaret ex charitate eleemosynam sibi impertiri rogat, si hic illam ei deneget in priori damnum id facit, quia Deus pauperem ad illum in sui utilitatem mittit, eumq; oculis ejus objicit, ne se illum non vidisse, dicere possit. Idem D. Chrysost. aliam habet reflectionem circa supradictam Abrahæ historiam, quando is hospitibus occurrens, instanter illos, ut ad se diverterent, rogavit, quia videlicet inde magnam sperabat retributionem: *Currit, inquit, & volat senex, videt enim prædam, quam venabatur, ad venationem cucurrit, & non vocavit famulos, quasi diceret, magnus thesaurus est, magna negotiatio, per meipsum hanc mercem inferre debeo ne elabatur tantum lucrum.* S. Anton. de Pad. varia adducit motiva, eaq; valde efficacia ad cognoscendam utilitatem, quæ ex eleemosyna in nos redundat, inter alia vero propositio nostro deserviunt sequentia illius verba *Eleemosyna*, inquit, *est actus justitiæ, quia imploranti, est debitum subvenire, ad hanc faciendam nedum divinum præceptum, verum etiam naturalis ratio nos inducit.* Mox vero utilitatem & interesse nostrũ inde proveniens ostendit, dum ait: *Similiter etiam commodum temporale, eleemosyna enim non solum animæ confert medicinam, verum etiam temporale lucrum procurat;* quod sequenti similitudine naturali apte declarat, aqua enim putealis inquit, quanto frequentius hauritur, tanto limpidior gustuique gratior efficitur majorique cum vivacitate scaturit, & amplius crescit: At vero si numquam inde aqua exhauriatur, sed stagnare permittatur, perditur, languescit, imo & marcescit, & venarum, è quibus scaturit

D. Chryſoſt. h. de Divite. Lazarus ante ostium divitis jacuit ut semper ab illo videri posset.

D. Chryſoſt. h. 41. in Gen. Abraham ex receptione hospitum magnam spe-rabat retributionem.

Magna est utilitas eleemosynarum.

S. Ant. de Pad. ſer in Fer. 6. in c. jejun.

Aptissima hujus similitudo aquæ putealis.

scaturit influentia debilitatur: quam similitudinem proposito nostro sic adaptat, dicens: *Sic eleemosyna cum de pureo divitiarum hauritur, reddit ipsas puriores quoad conscientiam, lapidiores quoad interiorem gustum, facitque ipsas divitias multiplicari.* In opusculis S. Francisci sequentia leguntur aurea verba: *Pauper mendicus divitem, à quo elecmosynam flagitat, abundantioribus afficit thesauris, & occultum subministrat fœnoris & lucri occasionem.* D. Chrysost. qui erga pauperes adeo benigna semper viscera gessit, populum suum, ut liberales se erga eos exhiberent, sequenti utilitatis in ipsos redundantis stimulo exhortatur: *Effundamus facultates nostras in egenos mente liberali, ex his quæ nobis Dominus dedit, & quæ ab eo data sunt, ipsi iterum demus, & sic iterum nostra cum lucro fiant; tanta enim ejus est liberalitas, ut licet accipiat de his quæ ipse dedit, non putet tamen propria se accipere, sed magna munificentia nobis ea se reddituram pollicetur.* S. Ambr. differentiam conficerat, quæ verſatur inter illum qui debitum, vel tributum aliquod solvit, & inter eum qui pauperi præstat beneficium: *Tributum reddere, inquit, alijs prodest, eleemosynam facere ipse proficit, qui largitur. Tributi redditio illi præstat beneficium qui accipit, eleemosynæ autem operatio sibi confert meritum, qui ministrat. Tributi redditio detrimentum infert solventi, eleemosynæ erogatio lucrum tribuit eroganti. Ditior enim fit misericors, postquam minus habere incipit pauperibus largiendo.* S. Bonav. idipsum ingeniosa similitudine declarat, dicens: *Est bonus eleemosynarius sicut arbor, sicut enim hæc melius crescit & fructificat, cum ab ea resecantur superflua, sic divites melius proficiunt, resecantes divitias suas, scilicet dando eleemosynam.*

D. Chryſ. h. 55. in Gen.

S. Ambr. ſ. 5. ſer. 67. Differentia inter tributum, & eleemosynam.

D. Chryſ. t. 6. Eccloga de Eleem.

Philo l. de charit.

S. Baſil. h. in Pſ. 14.

S. Aug. t. 10. h. 29.

S. Bonav. in Diæt. ſal. Tit 11. de pœnit. c. 7.

DISCURSUS III.

ARGUMENTUM.

Eleemosynam quamdam sanctæ & lucrosæ usuræ speciem esse evincitur, quæ substantiam multiplicat, familiasque felicitat.

THEMA.

Fœneratur Domino, qui miseretur pauperis. Prov. 19. v. 17.

1. IN dubium revocari nequit quin usura ab omni lege condemnetur & execretur tam naturali quam positiva, vel divina; omnes quoque Canones, Concilia, Bullæ, nihil adeo solicite curant, quam ut usuram è mundo eradicare possint; Et tamen Sapiens ex instinctu Spiritus sancti usuram nobis præcipit dum in propositi thematis verbis ait: *Fœneratur Domino, &c.* De avaritiæ vitio cæteroquin valde abominabili, Philosophus quidam ait: Dari quoddam avaritiæ genus virtuosum & laudabile: *Unius temporis avaritia*, inquit, *honesta est;* Ita quoque in præsenti dicere possumus, usura quæ ab eleemosyna nascitur, non solum licita est, sed insuper à Deo magna cum solicitudine suadetur & commendatur. S. Paulinus, qui ut proximo suo misericordiam exhiberet, semetipsum pro illo cuidam Domino in servitutem perpetuam vendidit, dicit: *Da ad usuram peccatas tuas, sed Christo, & salutaris usura est.* D. Chrysostomus nunc Salomonis sententiam ponderans, dicit: *O verbum sapientissimum, qui miseretur pauperis, fœneratur Deo, quare ergo non dixit: Qui miseretur pauperis dat Deo, sed fœneratur? Scriptura nostram avaritiam novit, attendit diligenter insatiabilem cupiditatem nostram ad avaritiam vergere, & additamentum quærere. Si Deo fœneramur, is ergo nobis debitor erit, quem ergo eum tibi esse velis? Debitorem vel judicem? Debitor veneratur fœneratem.* Idem quoque S. Doctor alibi inquit: *Vidisti fœnoris naturam novam & admirabilem; alius est qui accipit, & alius qui fœnoris debitorem se ipsum constituit; quare non dixit: Qui miseretur dat Deo, sed fœneratur, ne vulgarem retributionem existimares.* Philo de charitate differens ait: *Donemus gratis indigentibus, cogitantes gratiam esse genus fœnoris ultro ad nos redituri feliciori accipientis tempore.* Sanctus Basilius eleemosynam donum pariter & mutuum contractum esse dicit: *Cum pauperi dare voles propter Dominum, idem & donum est & mutuum, donum quidem quia non speras receptionem, mutuum verò propter Domini magnificentiam, qui pro ipso persolvit, qui paucis per pauperum acceptis magna pro ipsis reddet.* Ex quo igitur eleemosyna ex mente hujus S. Doctoris contractus quidam est mutui, certum est quod simul sit usurarius, quia eleemosynarius; ut in progressu hujus Discursus videbimus ingentem ex hoc mutuo consequitur utilitatem, neque enim de hoc mutui con-

Quamvis usura sit legibus prohibita.

Eleemosynaria tamen nobis est præcepta.

Eleemosyna non solum est donum, sed etiam contractus mutui.

tractu dici potest: *Date mutuum nihil inde sperantes;* quia eleemosyna efficit ut longe meliora quã dedimus sperare valeamus. In contractu mutui, potest quidem aliquid accipi ob lucrum cessans & damnum emergens; at vero dum hic erga pauperes liberales fumus, lucrum est manifestum & excessivum, & damnum non redundat in illum qui facit hunc mutui contractum, sed in eum qui contractum hunc inire renuit. In contractu mutui aliquod quidem accipi potest emolumentum, ob periculum perdendi capitale; at vero in casu nostro quænam dari potest major securitas, quam si facultates & divitias in subsidium egenorum Dei manibus concredamus? *Demas in usura*, inquit S. Augustinus, *sed Deo non homini. Ei damas, qui abundat, ei damus, qui dedit quod demus; se promittit, qui promisit. Si amas illum eme illum ab illo; & ut noveris te ipsi dare, audi illum dicentem: Esurivi & dedisti mihi manducare; hic das, ibi recipis.* Sanctus Joannes Damascenus quoque eleemosynam usuræ nomine appellat, dicens: *Qui facit misericordiam fœneratur proximo suo, & qui prævalet manu servat mandata.* D. Chrysostomus in præcitata homilia eidem usuræ metaphoræ insistens, de hac materia per ingeniosam observationem ad longum discurrit, dicens: *Quare dixit Deus mihi fœneratur, qui dat pauperi? Quoniam quidem nostram vidit avaritiam ad incrementum tendere, & habentem pecuniam, nisi tuto non fœneraturum, nec velle fœnerari, postulat enim fœnerans hypothecam, vel pignus, vel sponsorem, nihil enim ipsi præ inopia creditur; & videt eum periclitantem inopia, atque una pecuniam habentes propter fœnitatem pessum abire, medium sese ingessit, vadem quidem pauperi, pignus vero fœneranti, non credis? huic per inopiam inquit, mihi propter divitias crede, semetipsum dedit pignus mihi habenti.* Dum quis hominem exterius pauperem & lacerum videt vix ei nummum confidere audet. At verò si quis dives pro eo securitatem præstet, dabit ei quidquid efflagitat, quia per obligationem fidejussoris assecuratur; eodem igitur modo Deus sciens pauperem in hoc mundo nihil habere, ac proinde à divite avaro repudiandum esse, fidejussorem & vadem pro eo se exhibet, ac proinde dicit: *Qui miseretur pauperis fœneratur Deo, q. d. confide, mihi fœneraris.* Idem quoque S. Doctor ut divites ad eleemosynam præstandam inducat, alia motiva in medium adducere pergit; ait enim: *Fœnerans cæteris quidnam conferetur fœneris lucri? quid ab illis in additamento requiris, num centesimam si legitimam reguras, quod si inexplebilem cupiditatem auxeris duplicem, triplicemque lucraberis iniquitatem, ego tuam supero avaritiam, superexcedo immensam illam cupiditatem. Centesimam quæris, & centuplum tibi tribuo, hanc itaque in fœnus à me accipis, quam in pauperem erogas eleemosynam; sed quando tamen illa reddes? fidelis Dominus in omnibus verbis suis; quod verò mos & intentio est ejus cui bona fide fœneratum est, metiri tempus diem definire, audi quando, & ubi tibi debitum reddet is, cui per pauperem fœneraris? cum sedebit Filius hominis in sede Majestatis suæ &c.* S. Bonav. inter alios stimulos, quibus homines tenaces ad succurrendum ex charitate pauperibus inciitat, unus est iste: *Debet considerare dives homo ad quia petit Deus; Deus enim petit non ad dandum, sed ad mutuandum, nec tamen ad triplas, imo ad centuplas usuras.*

Promiſit Uſurario tali centuplum.

2. S. Thomas de Villa Nova valde forte ad idem propositum format argumentum; dicit enim: Si intimus aliquis Imperatoris aulicus obligationem aliquam indubitata suæ Majestatis manu sti; ulatam coram aliquo in medium produceret, in qua Imperator expresse declararet, quod si quis subditorum suorum aliquid in ejus subsidium contribueret, id sibi non solum summe acceptum fore; verum etiam eidem centum pro uno se redditurum esse, utique omnes certatim ad capita plarearum excurrerent, aulicum illum ad ingrediendũ ipsorum domum, & accipiendam quantam vellet pecuniam, invitarent, non solum ut Imperatoris sibi compararent favorem, verum etiam ut tam ingentis lucri se compotes facerent: At vero, inquit idem Sanctus: *Ad Dei centuplum nullus est cupidus, nunquid fallere potest Deus? ubi fides? ubi pietas? ubi religio? si oculis quære non porrigis? nunquid Evangelium Æsopi fabulam esse putas? convincit incredulitatem, aut inconsiderationem nostram ista tenacitas.* Observastisne aliquando illam Sapientis sententiam inquientis: *Alij dividunt propria, & ditiores fiunt?* Qualiter obsecro ditescere poterit, qui centum senta, præter quæ nihil possidet, totaliter erogaret? respondeti potest, quod pecunia reclusa maneat infructifera: dum autem impenditur, fructũ affert, capitalem summam assecurat, & consequenter Dominum

S. Paulin. Ep. 12. ad Sever.

D. Chryſ. t. 1. h. 55. de pœnitent.

Deo non solum dat, sed fœneratur Eleemosynarius.

S. Bonav. t. 6. in Diæta ſal. Tit 11. de pœn. c. 7.

S. Thom. de Villa Nova ſer. de S. Martino.

Insignis similitudo hoc ipsum declarans.

Prov. 11. v. 24.

Pecunia reclusa, manet infructuosa, pauperibus impensa fructificat.

Dominum ditat, mirumque locupletat ; ita pariter in præsenti nummus in arca reclusus infructifer manet, sed pauperibus datus ex amore Dei, fructum affert centuplum. Unde S. Leo inquit: *Non timeatur in ijs expensi, defectio facultatum, quoniam ipsa beneficia magna substantia est, nec potest largitatis deesse materies, ubi Christus pascit, & pascitur. In omni hoc opere illa intervenit manus, quæ panem frangendo auget, & erogando multiplicat: Securus & hilaris sit eleemosynæ distributor, quia tunc maximum lucrum habebit, quando sibi minimum reservaverit dicente Apostolo Paulo: Qui autem administrat semen seminanti, & panem ad manducandum præstabit, & multiplicabit semen vestrum, & augebit incrementa frugum justitiæ vestræ.*

S. Leo ser. in Quadr. c. 5.

2. Cor. 9. 10.

Bellov. spec. mor. l. 3. dist. 21. Preclara hujus exempla S. Martini.

5. Bellovacensis varia ad intentum nostrum adducit exempla, & in primis quidem de S. Martino asserit, quod chlamydis militaris medietatem pauperi cuidam distribuerit, quod factum S. Bernardin. ita deprædicat: *Martine si servisses ubi pallium dimidium ponebas, puto quod nō dimidiasses, sed integrā dedisses, multum augmentavit pallium, cujus una pars erat in terra, & alia attingebat cælē imo super Dei humeram.* De S. insuper Gregorio Papa tradit qui pauperculum è naufragio superstitem inveniens scutellam argenteam, in qua mater ei refectionē subministrare consueverat, in opi largitus est simul cum ipsa refectione. Qui postmodum Papa creatus quotidie duodecim pauperes mensæ suæ adhibuit; quadā igitur vice 13. offendens unumq; inter eos mutabilis formę modo senilis, modo juvenilis; vocatoque domus præfecto cur numerum præscriptum excessisset, exprobravit, qui 12. tantum ad se admissos respondit; finita itaque mensa eum ad se accersivit, qui suam sæpius dicto modo immutarat faciem, quisque esset interrogavit; cui hic: *Quid quæris nomen meum quod est mirabile? Ego sum naufragus cui misisti scutellam argenteam cum leguminibus, & quia imitatus es B. Petrum Apostolum qui distribuebat unicuique prout cuiq; opus erat, ex tunc Dominus te signavit Papam futurum. Ego sum Angelus Domini paratus offerre pro te Domino quidquid ab eo petieris, & hoc dicto evanuit.* Ecce vobis unius argenteæ scutellæ retributionē summū Pontificatum, omnium Ecclesiæ thesaurorum collationem. Celeberrima equidem illa circumfertur S. Joannis Eleemosynarij Patriarchæ Alexandrini Historia. Vice quadam cum Episcopo Troilo in aliquo hospitali degens, ad illum conversus ait: *Hodie tuam est munus hos pauperes fovere:* moxq; vir ille ob humanum potius respectum, quàm ex motivo charitatis 30. distribui fecit libras auri: at vix domum reversus, tanto excruciari cœpit dolore, ut languens in lectum se conjecerit; totā rei gestæ seriem in spiritu cognovit S. Patriarcha, qui proinde ad infirmi lectum eum visitandi gratia se contulit unicoque urfit, ut dicta eleemosyna suo sibi adscriberetur ratiocinio, at hac cum conditione: ut & eleemosynæ merito se exueret. Troilus tali animatus responsō, mox respiravit à morbo, triginta libras recepit, scriptoque omni jure spirituali se abdicavit: cui Dominus nocte sequenti magnam exhibiturus, quam fecerat, ruinam, hujusmodi illi exhibuit visionem: Palatium in cœlo vidit miri decoris, & opulentiæ, in cujus frontispicio hæc legebantur insculpta verba: *Hæc est domus quæti Trolli Episcopi destinata*, quo exultante præ gaudio alius supervenit Senator, cum aliquot servis, quibus imperavit dictum auferre titulum, hunc que sequentem subrogari: *Hæc est domus Joannis Alexandrini per 30. libras auri comparata.* è somno evigilans somnium recensuit, emendatioque magnus evasit eleemosynarius.

S. Gregorij Papæ.

Et S. Joannis eleemosynarij.

Eleemosynæ lucrum sæpe reservatur in aliam vitam.

6. Quandoque tardius equidem innotescit eleemosynæ lucrum, & retributio, quia scilic. Deus reditus illos in aliam viram reservat: Ecce vobis abundantissimam eleemosynæ usuram, & fructum. Veritatem in similitudine declaremus. Usurarius lucri cupidus pecunias cōsignat proximo, qui restitutionem diutinam procrastinat, ita ut utilitas accrescat, & summa capitalis duplicetur, quod lucrū intra breve tempus sperari non potest; ita pariter Deus, eleemosynam per prosperitates temporales, per bona fortunæ, sanitatem, successionem numerosam, & honores recompensat: Quæ retributio utpote transitoria non semper nobis est utilis, verum autem lucrum in bonis consistit permanentibus, stabilibus, & securis vitæ. Unde Sapiens hanc nobis sponsionem facit: *Qui dat pauperi, non indigebit, qui despicit deprecantem, sustinebit penuriam.* Bellovacensis id memorat quod in quadam fame in districtu Burgund. sub Imper. Theodosij Senator quidam Romanus nomine Æthycus quatuor millia congregavit pauperum, quos sumptibus suis toto aluit annonæ tempore, qua remittente, omnes curribus impositos ad proprias fecit devehi ædes, quid inde? *Audivit vocem de cælo dicentem sibi, Ethyce tibi & semini tuo panis non deficiet in æternum, quia me famis tempore in pauperibus membris meis refecisti.*

Prov. 27. v. 27. Bellovac. ibid. Pulchra historia Senatoris Romani Æthyci.

7. In vita Elzearij Comitis scribitur, quod cum domū suam magno ære alieno onustam invenisset, hunc illud diluendi simulq; omnes res suas etiam quoad temporalia prosperandi modum invenit; nimirum largas erogavit inter pauperes eleemosynas, cumque nonnemo illi has ad domum suam subvertendam efficax mediū præbituras esse opposuisset, hisce sapientissimis verbis eidem respondit: *Credisne in Deum? hic est qui se centum pro uno omnium illorum quæ illius amore dabimus redditurum esse promisit*; hacq; ratione bonus ille Elzearius non solum omnia debita diluit, verum magnis est auctus divitijs. Teste Baron Synes. Evagrio Philosopho persuadere conatus est, Deum pro eleemosyna centuplum reddere; baptizatus itaque 300. ei scuta dedit in eleemosynam eroganda, hac conditione ut receptæ pecuniæ attestationem consignaret in scriptis, promissione data; de centuplo recipiendo Scripturam hanc Philosophus post mortem suo voluit sepeliri pariter in tumulo; quo facto post tertium à morte diem Sinesio apparuit, eiq; ut è tumulo Scripturam erueret, commendavit, utpote plenam affectus satisfactionem. Abijt Episcopus cum defuncti filijs universoque Clero, effossaque terra Chirographum in manibus reperit defuncti, cum hac inscriptione; *Ego Evagrius Philosophus tibi sanctissimo Domino Synesio Episcopo saluteм: accepi debitum in his literis manu tua conscriptum, & satisfactum mihi est, & nullum contra te habeo jus propter aurum quod dedi tibi, & per te Christo Deo & Salvatori nostro.* Greg. Turonens. de Imperat. Tiberio Constant. Justini II. Imperatoris Constantinopolitani Successore in Historijs tradit, quod Imperio potitus largas eleemosynas ex ærario per Justinum locupletato distribuerit in pauperes: quare ab Imperatrice defuncti conjuge reprehensus, quod erogaret à se non congregata, cum magno nervi Imperialis dispendio, respondit: *Nil deerit fisco nostro tantum pauperes accipiant, per pauperes congregemus in cœlum, ut Dominus nobis opes dignetur dare in hoc sæculo.* Quidam igitur vice per Palatij Imperialis solarium obambulans crucem offendit marmori incisam in pavimento: Quare id indecens ratus: ne sacrosanctum Crucis signum imposterum conculcaretur, lapidem levari jussit, sub quo aliam similem reperit crucem: & deinde tertiam & quartam: sub qua tandem ditissimum invenit thesaurum omnibus locupletiorem pecunijs, quas in illud usque tempus in pauperes erogaverat.

Vit. S. Elzear. Com. Alius Elzearij Comit.

Baron. an. 311. n. 63. Alia Evagrij Philosophi.

S. Greg. Turon. l. 4. Hist. Franc. c. 19. Item Tiberij Imperat.

8. S. Bernardi. sequentia eleemosynæ attribuit encomia: *Per illam bona multiplicantur, Primo divitiæ. 2. Gratiæ: Primo multiplicantur divinæ temporales; & de hoc Augustinus de verbis Domini ait: Fœcundus est ager pauperum cito reddit donantibus fructum scilicet temporalem. Prov. 3. scriptum est: Honora Dominum de tua substantia, & sequitur; Replebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia tua redundabunt.* In cujus confirmationem illud refert à Christo patratum, & à S. Joanne relatum miraculum, scilicet: *Dum Christus frangendo panem turbis copiosius dispensaret, copiosius multiplicabatur: sinus cumulatus sterilem, dispersus vero fertilem reddit agrum; sic & divitiæ congregatæ seu occultatæ in muro, vel humo; non ferunt fructum, sed varto modo dispersæ.* Quo fine quamdam adducit Cassiodori authoritatem dicentis: *Semina sparsa in segetem coalescunt; & in unum coacta depereunt. Tibi proficit.* verba sunt S. Ambrosij: *Quidquid inopi contuleris tibi crescit, quidquid in pauperes erogaveris, quia scriptum est: Qui miseretur pauperi, fœnerat Deo*, S. Elias Propheta in Sarepta, nec corvos habebat qui ut alias panem ei deferrent, & carnem, nec Angelum, qui panem subcinericium ei subministraret; ac proinde pauperem quamdam viduam videns, eidem dixit: *Affer mihi ... buccellam panis in manu tua; Quæ respondit, Vivit Dominus Deus, quia non habeo panem nisi quantum pugillus capere potest farinæ in hydria*; Et quidem tametsi ne ipsa quidem suis & filij necessitatibus quod sufficeret haberet, huic tamen Elias non acquievit, sed dixit ei: *Vade, mihi primum fac de ipsa, farina subcinericium panem parvulum & affer ad me, tibi autem, & filio tuo facies postea*; Sed quænam est hæc Eliæ inopportuna indiscretio, quod buccellam panis ex ore matris & filij eripere vellet, suoque alimento proprio prius prospectum esse cuperet? Responderi ad hoc aliud non potest, præterquam quod Elias viduæ illius familiam locupletare volens aptius & potentius ad hoc non esse sciebat medium, quam eleemosynam; Unde subdit: *Hæc autem dicit Dominus*

S. Bernard. t. 1. ser. in Dom. post Pent. A. 2. c. 4. Prov. 3. 9. S. Aug. de verb. Dom. Encomia & multiplices fructus eleemosynæ recensentur.

Cassiod. in Ep. S. Ambr. l. de Nabuth. c. 12.

3. Reg. 16. 11. Cur Elias voluerit mulierem sareptanam, sibi prius, quam filijs proprijs parare panem subcinericium.

mus Deus Israël, hydria farinæ non deficiet. Et ideo S. Ambrosius ait: *Unius horæ hospitio, vidua quæ suscepit Eliam, & exiguo cibo, perpetuum toto tempore famis invenit alimentum, & mercedem accepit mirabilem, ut numquam de hydria farina defecerit.* Alia quædam mulier Elisæo supplex tot annisque angustiabatur miserijs, ut creditor duos ejus filios in servitutem abstrahere minaretur, quia solvendo non erat: quam mulierem teste Abulensi Hebræi uxorem fuisse autumant Abdiæ Prophetæ, qui centum illos pavebat Prophetas, tempore sævissimæ persecutionis Jezabel: ideoque donum obtinuit Prophetiæ; hacque via varia contraxerit debita. Sed ecce usuram, & fructum liberalitatis exercitæ erga tot Dei servos, per tantum temporis spatium; Elisæus miraculum perpetrat, qua universum locupletans domum, eripit è debitis, omnibusque replet bonis.

S. Ambr. l. 1. de Abrah. c. 5.

Abul. q. 2.

DISCURSUS IV. ARGUMENTUM.

Opes natura labiles & defectibiles secure asservant & protegunt manus pauperum.

THEMA.

Date eleemosynam, facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cœlis. Luc. 12. vers. 23.

1. S. Gregorius de divitijs tractans ait: *Si esse divites cupitis, veras divitias amate.* Simile consilium in citatis verbis incarnata nobis dat Sapientia inquiens: Si thesauros accumulare & conservare vultis, ecce modum, *Date eleemosynam, facite vobis sacculos qui non veterascunt*, si propter eleemosynas facci evacuentur, & pecunia erogetur, cur obsecro novi præcipiuntur? Ecce vobis rationem, *thesaurum, non deficientem in cœlis.* Sacci ab auro evacuati in subsidium pauperum thesauros conglomerant perpetuos in cœlo; unde S. Bonaventura: *Indesiciens, quia non potest amitti per fures, non potest corumpi in se*, ideo addit: *Quo fur non appropiat, neque tinea corrumpit.* Citatque S. Chrysostomi authoritatem dicentis: *Omnia bona mundi triplex interitus tollit, aut enim ex se ipsis veterascunt, aut Dominorum luxu consummantur, aut ab exteriancis dolo, vi, vel calumnia diripiuntur, & propterea in terris thesaurus indeficiens non potest haberi: qui vult ergo indeficientem habere dispergat in terris, ut abundet in cœlis.* Et ideo Psalmista de viro eleemosynario ait: *Dispersit, dedit pauperibus, justitia ejus manet in sæculum sæculi.* S. Augustinus proinde quoque inquit: *Non jussit Dominus ut thesaurum perderemus, sed locum ostendit quo poneremus.*

S. Greg. ho. 15. in Evan. Thesauri conservantur & accumulantur per eleemosynam.

S. Bonavent. ibid.

D. Chrysost.

Psf. 111. 9.

S. August. Divitiæ comparantur spiritis.

2. Divitiæ à Salvatore nostro haud immerito spinis comparatæ fuere, cujus ratio est quia possessores suos per anxietatem & solicitudines incessanter transfigunt, quia hi semper timent, ne divitiæ illos deficiant, vel propter foricesliones, vel propter naufragia, vel propter deprædationes, & alia ejusmodi infortunia; & ideo valde magnum est eleemosynæ lucrum, quia quidquid datur pauperibus non solum non amittitur, verum etiam cum ingenti incremento assecuratur. Et ideo Ecclesiast. ait: *Eleemosyna viri quasi signaculum cum ipso:* Quod quidem sigilli epithetum improprium esse videtur, quia quænam est inter sigillum & eleemosynā relatio aut proportio? Alij loco Ly *signaculum* legunt *sacculum*; & ideo in Biblijs Regijs juxta versionem S. Hier. dicitur: *Eleemosyna viri quasi sacculus cum ipso:* quo modo etiam Hugo & Vatablus legunt. Ac proinde pro meliore horum verborum intelligentia sciendum, quod olim loco sacculi pecuniarum claudebantur & signabantur sigillo, prout etiam hisce nostris diebus ingentes auri summæ signari solent, ut cum tanto majori securitate recipiantur, & eadem summa individua in ipsis reperiatur. Ecce igitur tibi nunc apertum mysterium; vult enim Ecclesiasticus dicere eleemosynam non amitti, nec abjici, sed in sacculum sigillatum reponi, ut ipsismet Dei manibus, per manus pauperum sine periculo configneretur: *Quam cupit pecuniam perdurare*, inquit D. Chrysol. *perpetuare sacculos divinarum condita permanere ait, qui dicit: Facite vobis sacculos qui non veterascunt: Ecce docet avaritiam, qui cœperat sudere contemptum, qui thesaurizantes temporaliter arguebat, ad totum cupiditatis fomitem jubet sacculos fine fine perquari.* Idem quoque sanctus Pater Ly *non veterascunt* ponderans, paulo post in eodem sermone inquit: *Domine tu vidisti quia in thesauris tota fides, tota spes in sacculis sit avaris, & ideo imputribiles in cœlo sacculos vis parari: fac ubi sacculos erogando, quia quidquid pauper acceperit, Pater cœlestis suscipit. Et ubi recondit? in cœlo. Et ne forte perdidisse te doleas vel usuram, centuplum in cœlesti fanore recipies, quidquid in cœlum paupere transmiseris perferente.* Considerat quoque idem S. Doctor quod homines pecunias suas alteri confidant, dummodo in modica charta obligatio restituendi conscribatur, & ideo ait: *Nonne homo homini in exigua chartulæ obligatione constringitur, Deus tot, & tantis voluminibus cavet, & debitor non teneatur.*

Ecclesiast. 18. 12.

Biblia regia, & Hug. Card. Vatablus. Per eleemosynam non perditur pecunia, sed ad locum tutiorem deponitur.

D. Chrysol. ser. 25.

3. Regius Psalmista de homine eleemosynario loquens, dicit: *Jucundus homo, qui miseretur & commodat, disponet sermones suos in judicio, quia in æternum non commovebitur: in memoria æterna erit justus, ab auditione mala non timebit.* D. Chrysost. ultima hæc verba, scilicet, *Ab auditione mala non timebit*, ponderans ait: *Sive bellum viderit advenare, sive terræ motum oppida diruere, sive latrones, & murorum effossiones omnia eripere, sive barbaros incursiones facere, sive morbum mortem minitari, sive iram judicis, sive quodcumque aliud, minime extimescet, suas enim opes ante depositi in loco tutissimo, & ex quo non possunt eripi.* S. Bernardinus quoque hanc eamdem considerationem instituit, dum ejusdem Chrysost. super Matthæum adducit authoritatem, dicentis: *Melius servatur pecunia quæ manu dextera collocatur, hanc calumniator non extorquet, invidus non criminatur, latro non auferet, fur nocturnus non distrahit, ferzus fugam meditans non invadit, sed semper est tuta, semper integra, semper salva.* S. Prosper per ingeniosum metaphoram de eleemosyna loquitur, dicens: *Quid potest esse facilius, cujus efficitur ejus conditor census?* Idque hac Christi promissione probat dicentis: *Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* Porro contractus census hujus est naturæ quod super stabile quoddam fructiferum fundetur, non vero super rem mobilē, ac proinde S. Prosper de eleemosyna loquens non sine mysterio census mentionem facit, quia eleemosyna fundatur in Deo, & ejus promissione, quæ ejus est naturæ, ut Christus dicat: *Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.* Enimvero quando in die judicij omnes destruentur facultates cunctæ domus defolabuntur, comburentur omnes vineæ & sylvæ, deficietque quidquid in terra possedimus, Judex supremus in conspectu totius naturæ, tam humanæ quam Angelicæ reservabit, & in conspectu omnium in medium adducet spectandam illam vestem seu chlamydem, quam huic vel illi pauperi dedisti, spectandum exhibebit illud integri panis frustulum, licet jam à mendico masticatum & devoratum. Unde merito Ecclesiast. de homine justo ait, *Stabilita sunt bona illius in Domino*, quia eleemosynariorum stabiliuntur familiæ, ingens & numerosa videtur illorum progenies & divitiæ indeficientes per multa sæcula continuatæ. Sed quænam est hujus stabilimenti causa vel meritum? Sapiens in eodem loco ait: *Eleemosynas illius enarrabit omnis Ecclesia sanctorum.*

Psal. 111. v. 5. 6. 7.

D. Chrysost. in Ps 111. Eleemosynarius vivit sine timore.

S. Bernardin. t. 2. ser. in Dom. 1. post Pent. A. 3. c. 2. S. Prosper l. 2. de vit. Contempla. c. 16.

Quod pauperi datur, Christo datur.

Luc. 21. 33.

Ideo hoc ipsum proferet in die judicij.

Ecclesi. 31. 11.

Ecclesi. 31. 11.

4. S. Basil. quoque quo modo divitias nostras stabilire possimus, ne deficiant, his verbis ostendit: *Fugaces*, inquit: *sunt opes nostræ, quis ergo illas continebit? Largiendo continentur, retinendo defluunt.* Ideo etiam S. Cyprianus ait: *Patrimonium Deo creditum non Respublica eripuit, non fiscus invasit, nec calumnia aliqua forensis evertit, in tuto est hereditas quæ Deo custode servatur.* Ecclesiasticus consilium quoddam nobis suggerit quod prima facie parum prudens esse videtur, & ideo ut in sensu morali explicetur necesse est; dicit enim: *Mitte panem tuum super transeuntes aquas, quia post tempora multa invenies illum.* Ubi per aquas in sensu morali intelliguntur adversitates, & tribulationes, quo sensu David ait: *Intraverunt aquæ usque ad animam meam*, quando igitur panis noster illis datur, qui has aquas transierint, quales sunt præcipue pauperes, non amittitur, sed integer etiam post millenarios annorum semper conservatur, in fine namque mundi audiet dicentem: *Esurivi, & dedistis mihi manducare.*

S. Basil. h. 7. de pœnit. Pauperibus data retinentur. S. Cyprian. de oper. & Eleemos. Insignis moralitas circa largitionem eleemosynæ. Eccli. 11. 1. Psal. 68. v. 2. Matth. 25. 35.

5. De juvene quodam optime disciplinato Consiliarij cujusdam aulici filio legitur, quod Rex post mortem patris sui ei dixerit: Si bene te gubernare noveris ô fili propter merita patris tui ad magistratus & honores supremos promoveberis; adolescens igitur probe sciens quam sit eleemosyna pauperibus, erogata lucrosa, omnes thesauros ab Antecessoribus suis congregatos nec non victus annonam, omnes gemmas, & tandem omnes agrorum & vinearum possessiones ita illum effectum pauperibus distribuit; Cumque juvenis ille apud Regem tamquam hæreditatis paternæ dilapidator accusatus fuisset, ad rationes patrimonij sui

Insignis historia Juvenis, omnia sua pauperibus largientis.

sui reddendas à Rege accersitus, respondit se hæreditatem paternam nequaquam dissipasse, sed congregasse, sed in tuto posuisse contra prædones, fures, & casus adversos, & fecisse de non sua, suam. Tunc Rex audiens ejus industriam omnia ei multiplicavit & sublimavit, & loco Patris eum Consiliarium suum habuit. Hæc Historia à Bellovacensi in speculo suo morali cum multis alijs describitur. Considerari quoque meretur quod D.Chrysolog. ad præceptum illud Christi: *Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam*, se reflectens his verbis scribit: *Tali providentia Dominus, consilio tali vitia & caduca jubet ut vendamus, ut largiamur, ut donemus, qui in cœlesti Regno, omnia quæ in cœlo, & quæ in terra sunt volumus possidere; Sed si vis servare omnium pretia prædiorum, & sæculorum forte condita te delectant, fac tibi sæculos quales ille præcepit, qui jam cupiditatis tuæ custos est & provisor: Denique ut vidit, quia duriter dixit, vendite quæ possidetis, mox adjecit: facite vobis sæculos qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cœlis.*

Bellovac. in spec. mor. l. 3. dist. 21. D. Chrysol. ser. 23.

6. Idem quoque Sanctus motivum efficacissimum suggerit, quo ad bona nostra pauperibus audacter confidenda permoveamur, dicit enim: *Iteram contristatus es, quia quod habes, in cœlis cogeris collocare? Rogo, crede Deo tuo, qui se vocat credis, magis Deo, quam homini commenda sed si times ne quid inde præsumat, ne quid dilpendat pietas largitoris, signa fidei annulo sæculos tuos, tali custode dormias securus, quia ubi ille est; ibi locus nullus est furi.* S. Augustinus nequaquam mirandum esse dicit, quod divites morientes manus suas vacuas inveniant, juxta illud Psalmistæ: *Dormierunt somnum suum & nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis*; ratio enim hujus est, quia quoad vixerunt divitias suas mundo non Deo confidere voluerunt: *Transit somnus iste transit vita ista & nihil invenerunt in manibus suis, quia nihil posuerunt in manu Christi. Vis aliquid invenire in manibus tuis post eas? Noli contemnere modo manum pauperis, & respice manus inanes, si vis habere manus plenas.* S. Isidorus huic veritati brevi quidem, sed pulchra subscribit sententia, dum ait: *Terrena omnia servando amittimus, largiendo servamus.*

Ne post hanc vitam habeamus manus vacuas, modo divitias per manus pauperum mittamus Deo, S. Aug in Psal. 75.

S. Isid. l. 3. sent. c. 60. Ps. 111. 9.

7. Regius Psalmista ait: *Dispersit, dedit pauperibus*; sed numquid hæc in pauperes facultatum dispersio, dispendiosa erit? Minime gentium, quin potius: *Justitia ejus manet in sæculum sæculi.* Unde D. Chrysost. ait: *Tutus est hic thesaurus; dispersit dedit pauperibus, justitia ejus manet in sæculum sæculi. Quid hoc mirabilius fieri possit? Quæ colligunto perent, & manent quæ dispergantur: ac merito sane, nam ista quidem suscipit Deus, cæterum ex Dei manu rapere nemo potest, illa vero in hominum thesauris repenuntur, ubi insidiis sunt obnoxia.* S. Joan. Damasc. in lib. 2. Para. c. 16. authoritatem refert S. Basilij dicentis: *Divitiæ, quo pacto præcipit Dominus, dispersæ permanere solent, retentæ autem atq; coercitæ alienantur, si eas custodias, non habes, si spargas, non amittes.* S. August. in favorem nostrum aptius scribere non poterat, quam dum hæc verba exaravit: *Quod mandatis perditis, & quod laboratis relinquitis, quod vero pauperibus eroeatis, hoc firmiter possidebitis*; quidquid enim extra Deum expendimus, vel alteri, quam Deo confidimus, paulatim desinit & evanescit. Idem quoque S. Doctor in alio quodam sermone suo inquit: *Quid vereris Christo committere, quod à latronibus vix poteris conservare?* Et in quadam Hom. ejusdem Tomi inquit: *Dei, non perit quod dat. Non dico hoc non perit, sed dico hoc solum non perit. Alia vero, quæ non dederis, & abundant tibi, aut cum vivus amittis aut cum moreris dimittis: Tanta promissio quem non hortatur? Date, & dabitur vobis: attende quis, cui dicat: homini dicit Deus, mortali dicit immortalis.*

Divitiæ retentæ pereunt, largitæ servantur. S. Joan. Damasc. l. 2. Parall. c. 16. S Bas. ho. ad divites. S. Aug. ser. 57. ad frat.

S. Aug ser. 76. de Temp. S. Aug. t. 10. hom. 28. c. 2.

8. Naves, quæ mercibus onustæ, mare sulcant, non semper secure revertuntur, sed sæpius vel à tempestatibus submerguntur, vel deprædantur à pyratis, reperiuntur tamen aliqui divites, qui ut mercium suarum securitati consulant, nulli non periculo se exponere non formidant, ut vel tantillum pro centum lucrentur. Naves, quæ per mare hujus vitæ quæ ad fortunata Paradisi littora trajiciunt sunt pauperes, quibus si divitias nostras committamus, tametsi ipsi nonnumquam ob malam ipsorum vitam, & mores in æternæ perditionis barathrum submergi possint, non tamen ob id quidquam rerum illis elargitarum nos amittimus, quia Deus est, qui illas securas esse facit, siquidem dixit: *Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis?* D. Chrysol. manum pauperis sinum Abrahæ appellat, quia sicut hic securum quoddam paradisi depositum erat, in quo animæ gloriæ suo tempore percipiendæ securitatem habebant, ita qui pauperi eleemosynam porrigit, securus efficitur, quod illam ad minus in altera vita sit inventurus: *Manus pauperis, inquit, sinus est Abrahæ, ubi quidquid pauper accepit, mox reponit. Thesaurus cœli est manus pauperis, quod suscipit, ne pereat in terra, reponit in cœlum. Da igitur ô homo pauperi terram, ut accipias cœlum, da nummum, ut accipias regnum:*

Pauperes, sunt Naves Cæli.

D. Chrysol. ferm. 8. de jejun. & eleemos.

Sunt etiam sinus Abrahæ.

9. Inter tres virtutes Theologicas Charitas quæ nos ad pauperibus compatiendum commovere debet cum fide & spe semper est conjungenda, atque ideo necessum est, ut Eleemosynarius infallibiliter credat Dei promissionibus atque æternam in altera vita retributionem speret, & exspectet. Quando aliquis mille scuta ad cambium exponit Campsor ut inde decem pro centum lucretur accipit pecuniam, & loco crediti folium quoddam chartæ extradit, quod ne vel unicum valet teruncium: sed quænam est illa inæqualitas dum foliolum chartæ pro mille scutis porrigitur, nimirum in folio isto Contractus, obligatio Cameralis, Juramentum, securitas, & debitoris summa describitur, adeo ut moraliter difficile sit, ut amittatur, & tamen multi casus nonnumquam interveniunt in quibus capitale & sors principalis totaliter amittitur. Eodem modo in casu nostro discurrere licet: Nos etenim argentum & aurum nostrum alicui mendico erogamus, qui nec laceram quidem vestem habet ad se contegendum, nec quidquam in toto mundo possidet, & tamen ab hoc lucrum ingens sperabimus, & humanitus loquendo, unusquisque hæc pauperi erogata perdita & amissa esse dicet: sed revera non ita se res habet, habemus enim pro litera Campsoria Evangelium, Scripturas sacras, litteras securitatis, quas dat ille de quo scriptum est: *Domini est terra & plenitudo ejus orbis terrarum, & qui habitant in eo*; quod est quid longe amplius, quam quoddam chartæ foliolum, vel juratum instrumentum, hoc enim quoad pecuniam receptam vobis datum fallere potest; at vero in contractu eleemosynæ Deus ipse se pro paupere exhibet fidejussorem, ideque *in æternum, & ultra.* Unde D. Chrysostomus ait: *Ne parcamus pecuniæ, imo vero parcamus pecuniæ, nam qui facultatibus suis parcit, in pauperum manus eas deponit, in thesaurum sacrosanctum quo nullæ mortalium insidiæ penetrare valeant.* Et in alio loco idem S. Doctor ait: *Vide ubi magis velis congregare fructus tuos. Si in terra semines, quando feliciter decuplum colliges, & hoc cum multo labore, cum multis molestijs, in cœlo autem seminanti, neque bobus, neque aratro, neque colonis aut alijs hujusmodi laboribus opus est, ibi non gravado metuitur, non Solis adustio, non rubigo consumens, non locustarum exercitus formidandus est, non vicini pravitas, non potentis depræda tio, non exactoris injuriæ, sed seminum tuorum seges tuta, & illæsa consurget, afferens fructum immortalitatis & lætitiæ sempiternæ.*

Pulchra inductio, quod Eleemosynarius debeat credere Deo.

Insigne simile Campsoris.

D. Chrysost. t. 5. ser. 23.

10. S. Augustinus in quodam sermone primo loco lucrum demonstrat ab eleemosyna resultans, secundo vero loco ejusdem securitatem & perpetuitatem: *Non quia dico facile tribuam, & communicent, exspoliare illos volo*, inquit, *doceo lucrum, cum ostendo thesaurizet sibi, non enim volo ut pauperes remaneant; thesaurizent sibi, non ut perdant dico, sed quo migrent ostendo. Migranda facultates nostræ ad locum veræ vitæ, ut hoc ibi inveniamus, quod hic damus. Nihil dives habet de divitijs suis, nisi quod ab illo postulat pauper, quia omnes divitiæ desinunt, & homine deserunt, exceptis illis quæ in manibus pauperum reponuntur.* Hanc quoque rationem S. Franciscus ad propositum nostrum tangit, dum ait: *Omnia quæ homines faciunt in hoc mundo pereunt, sed de charitate & eleemosynis quas fecerint, habebunt præmium à Domino.* Hoc autem eleemosynæ præmium non super instabilitate & ingratitudine hominum, sed in promissione Dei fundatur. S. Ant. de Padua illum Ecclesiastici textum adducens: *Eleemosyna viri quasi signaculum eum ipso*; & loco *signaculum* (*sacculus*) legens, inquit: *Eleemosyna dicitur sacculus, quia quod in ea reponitur, postmodum in vita æterna invenitur. Ideo Eccles. 11. dicitur: Mitte panem tuum super transeuntes aquas (id est pauperes, qui ostiatim transeunt de loco ad locum) & post multa tempora (id est post diem judicij) invenies illum.* S. Augustinus eleemosynarios alloquens dicit: Quod dando non amittant, sed in securum locum transferant divitias: *Ipsi quidem dant is, inquit, sed vobis in futurum transmittitis.* Ac proinde S. Laur. Valeriano ad Ecclesiæ thesauros anxie anhelanti dixit: *Facultates Ecclesiæ, quas requiris in cœlestes thesauros manus pauperum deportaverunt.* D. Chrysostomus hac de re ita discurrit: *Dando; majores ejus ostendunt divitiæ, & ideo dicit Paulus: Qui dives est in omnes, & super omnes invocantes eum.*

S. Aug. de verb. Dom. ser. 5. c. 10. Eleemosynæ lucrum, & perpetua securitas.

Opusc. S. Franc. t. 2. c. 9. Hæc fundatur in promissione Dei.

S. Ant. de Pad. in Do. 2. post Epiph. Eccli. 11. 2.

S. Aug. t. 9. in appendice Tract. de rest. Cath. Con. versat. D. Chrys. in Ps. 48.

eum. Vidisti novam quandam naturam divitiarum? eam tu quoque imitare magnificentiam. Quando enim opes repositas consumpseris, tunc ipsas magis augebis, sin autem ipsas infoderis, ipsas tunc magis diminues, & quod mirum si hoc accidat in spiritualibus cum hoc etiam fiat in carnalibus? Si quis enim propter parsimoniam frumentum domi situm non consumpserit, nec in terram fecerit, id vermibus exedendum tradit; sin autem dispersérit majorem messem colliget: audite quotquot estis tarui ad eleëmosynam: audite qui vobis servando avitias diminuistis. Nazianz. quoque de S. Matre sua ita scribit: *Solas has tutas, atque ab omni subreptione immunes opes ducebat, nimirum Deo, & pauperibus diffundere opes.*

DISCURSUS V.

ARGUMENTUM.

Sub negotionationis & lucri metaphora, spiritualia plurima adducuntur eleëmosynæ bona & emolumenta.

THEMA.

Gustavit & vidit, quia bona est negotiatio ejus. Proverb. 31. vers. 18.

Eleëmosyna est ars quæstuosissima.

1. SUpervacaneum esset investigare quanam ratione mulier illa fortis tantas congregaverit divitias, siquidem de illa constat, quod nobiliter nupta fuerit, copiosum numeraverit pedissequarum comitatum, felicemque sortita fuerit prosapiam, denique uno verbo sufficit dicere, quod illam *Beatissimam prædicaverunt*, deque illa dicatur: *Multæ filiæ congregaverunt divitias, tu supergressa es universas*; nihilominus Sapiens qui omnes hujus mulieris prosperos eventus conscripsit, nos perplexos relinquere noluit, ut dubitaremus unde ille innumerabilium bonorum cumulus procederet; Dicit enim: *Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperes*; nam ut D. Chrysost. (qui quoad usque vixit compationis viscera semper pauperibus exhibuit, adeoque ab ipsamet experientia loquitur) ait: *Eleëmosyna est ars omnium quæstuosissima.* Porro hæc mulier prius quam hanc adoriretur negotiationem, rei familiaris angustias domi habuisse convincitur, quia filare cogebatur, & quidem non fericam, neque aurum, sed lanam, & linum; integrisque noctibus laboribus ei insistendum erat; Nam Sapiens dicit: *Operata est consilio manuum suarum: De nocte surrexit, Digiti ejus apprehenderunt fusum, Quæsivit lanam & linum:* Imo vix fusum filando absolverat, quando pro sustentatione sua & familiæ suæ fuum filandi laborem vendere debebat, nam idem Sapiens dicit: *Sindonem fecit & vendidit, cingulum tradidit Cananæo: Panem otiosa non comedit.* Post hanc vero pauperiem paulatim est tantis aucta divitijs, ut Salomon dicat: *Byssus & purpura indumentum ejus: Omnes domestici ejus vestiti sunt duplicibus:* hæcque omnia ei provenerunt, quia *Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem.* Ecce igitur tibi quam sit lucrosa hæc negotiatio & spirituale hoc eleëmosynæ commercium.

Proverb. 31. v. 28. Ibid. 29.

Probatur insigni exemplo S. Scripturæ.

D. Chrysf. h. 35. ad pop.

Ibid. v. 13. Ibid. 15. 19. Ibid. 13.

Ibid. 24. & 27.

Ibid. 22. Ibid. 21. Ibid. 20.

2. Enimvero qualis esse debeat vera Christiani hominis negotiatio D. Chrysostom. his verbis insinuat, dicens: *Nundinæ nobis profecto mirabiles sunt, harum nulla est alia professio, & negotiatori nulla alia intentio, quam parvo quidem emere, magno vero vendere, nam ea cujusque negotiantis industria. Nam negotiationis nulla alia ratio est, quam ut pro minori empta majori pretio vendat, atque multiplicatam sibi summam inveniat. Tales igitur nobis Deus nundinas proposuit. Hic modico justitia emitur pro panis fragmento, vili pro vestimento, pro calice aquæ frigidæ.*

D. Chrysf. 3. hom. 55. de Pœnit. c. 5.

3. Advertendum est quo modo S. Paulus loquatur, quando Romanos ad eleëmosynam dandam hortatur: *Necessitatibus*, inquit, *Sanctorum communicantes*, quibus verbis subindicat inter pauperem & divitem communicationem, societatem, & officij consortium quoddam esse, in quo nostra dando & communicando magnum recipimus emolumentum: *Non dicit*, inquit D. Chrysost. *necessitatibus illorum subvenientes sed necessitatibus illorum communicantes, ostendens, quod plus accipiant quam præstent, & quod res ista negotiatio sit, communicatio siquidem est:* mox vero in quonam hæc communicatio consistat, his verbis declarat: *Tu*, inquit, *pecuniam affers? Illi fiduciam tibi ergo Deum afferunt*; S. Joan. Damascenus ait: *Cum pauperem alis, sic existima teipsum alis. Ea enim est hujusce rei natura, ut quæ damus, à nobis ad nos redeant.* Atque ideo S. Hieronymus optime dicit: Divites gratias agere debere pauperibus, quod occasionem nobis præbeant lucri, quod per eleemosynam illis datam comparamus: illum namque versum Psalmistæ S. Hieronymus considerans in quo dicitur, *Extollite manus vestras in sancta & benedicite Dominum*, inquit, *Da pauperibus eleëmosynam, & benedic Domino, gratias age Domino, quia tibi dederit, unde des fratri: Magis tu agis gratias Christo, quando dederis, quam frater, qui ex eo quod à te acceperit, tibi agat gratias. Grande nobis beneficium præstant pauperes.* Et D. Chrysost. divitem ad liberalitatem erga pauperes exhortans, inquit: *Fruere omni prosperitate, & cum satisfeceris tuo usui, quæ supervacua tibi & otiosa jacent, alijs distribue, fame laborantibus, per illorum manus in suam patriam transmitte, in quam propediem tibi pergendum, ut tibi accipias. Illi enim tibi plurimum prodesse poterunt ad transvehendas illuc opes, ut quando abieris omnia illic invenias bene disposita. Ad hæc transvehenda nullo tibi opus est jumento, non custode, nullus latro vel fur hac via vadit, ut nocere queat ijs quæ à te mittuntur illuc, sed ea quæ reposueris in egenorum manus, illa in securum prompiuarium, nempe in manum Dei reposita erunt.*

S. Hier. in Psal. 133. 2.

D. Chrysost. h. 20. in Gen.

4. Quod si mercator aliquis securus esset, quod nullum in suis commercijs vel cambijs incursurus esset periculum, in immensum, utique talis locupletandus foret: Hoc autem est spiritualis hujusce negotiationis, quæ per eleemosynam exercetur, privilegium, quod nullum sibi conjunctum habeat amittionis periculum, sed de lucro certissimi simus. Sententia est D. Chrys. dicentis: *Opes in eleëmosynas deputate, domos plus muniunt, quam lancea & arma, & jervorum ac militum manus*; S. Joannes Damascenus adducto S. Basilij testimonio, nos quoque securos esse jubet, quod nullum in hac negotiatione nobis obviabit periculum: *Crede Deo*, inquit, *qui beneficia ea, quæ in oppressum conferuntur, tamquam in depositum collata accipit, atque ipse gratiam reprendit; locuples est sponsor, at qui ubique terrarum ac maris expansos thesauros habet. Ipse est negotiator ille de quo in Evangelio: Simile est regnum cœlorum homini negotiatori*, cui proinde divitias nostras tuto confidere possumus, quia non solum cœlestis ille mercator securam ubique habet correspondentiam, verum insuper obtinet totius universi dominium: *Domini est terra & plenitudo ejus*; In eleemosyna tametsi non de nostro, sed de suo erogemus, ipse tamen ob eleemosynam erogatam, nostrum se futurum esse spondet debitorem; unde D. Basilius ait: *Qui tibi opes dedit, per pauperum manus eleëmosynam da te petit, quod si quæ sunt sua acceperit, integram gratiam, ac si benefi.io affectus fuisset, persolvit.* Mercatores non ita facile summam aliquam ingentem unicuique obvio confidere solent, sed oculati, & circumspecti securitati suæ quam possunt, optime consulunt; At vero ut S. Cyrillus à Damasceno citatus ait: *Qui paupertate atque inopia laborantibus, opes suas imperit; numquam pauper erit, qui enim misereiur pauperis, inquit ille, fœneratur Deo, solvendo est hic debitor, fidus hic qui accipit; scit quod datum est cum fœnore dissolvere:* Valde locuples utique futura esset mercatura, & commercium valde opulentum, si id quod ad cambium datur, totaliter & integrè ad nostrum rediret creditum, remanente insuper forte principali debitori ad suum creditum: Jam vero ut S. Ambrosius ait: *Magis servares tibi, si dispertires alijs, bonorum enim fructus muneruin in eos ipsos qui contulerint, revertuntur, & gratia liberalitatis in auctorem boni operis redit.*

Cambium eleëmosynæ nullum habet conjunctum periculum amissionis.

D. Chrysost. T. 5. ser. 22.

S. Ambr. l. de Naboth. c. 7.

5. B. Laurentius Justin. huic negotiationis metaphoræ insistens, multa alia eleemosynæ lucra tangens ait: *Bona negotiatio hæc est, quæ misericordem in momento divitem facit, & in tuto collocat acquisita, atque Deum in die necessitatis & mortis reddit homini placatum, ista profecto intelligens justus ille, misericordiæ operibus semper intentus, cum resolutioni corporis appropinquasset filium suum admonendo dicebat: Ex substantia tua fili mi fac eleëmosynam, & noli avertere faciem tuam ab ullo pauperum, ita enim fiet, ut nec à te avertatur facies Domini.* Eleemosyna enim divinam nobis conciliat gratiam & Dei amicitiam. S. Paulus de collectis quæ in subsidium egenorum fiebant, ad Corinthios ita scribit: *Cum autem præsens fuero, quos probaveritis per Epistolas, hos mittam perferre gratiam in Jerusalem.* At vero quænam obsecro erat hæc gratia, quam Jerosolymam deportaturi erant? non alia utique quam gratia contributionis Jerosolymitanis egenis præstitæ, quam S. Paulus sapientissime *gratiam* appellat, eo quod nos faciat acquirere gratiam & benevolentiam divinam; Circa hæc verba Apostoli D. Chrysost. ait: *Non dixit eos mittam, ut vestram deferant eleemosynam, sed ve-*

B. Laur. Just. de Instit. & regim. Prælat. c. 8. Multa lucra eleëmosynæ recensentur. Tob. 4. 7. Eleëmosynam conciliant nobis gratiam & amicitiam Dei. 1. Cor. 16. v. 3. D. Chrysost. ibid.

ſtram gratiam, ut oſtendat vos lucrari; alicubi autem appellat benedictionem, & communicationem, illud quidem, ne redderet pigriores, hoc vero, ne nimis efferret, nuſquam quidem certe nominavit eleemoſynam.

Luc. 11.41. 6. Valde conſiderabilia ſunt verba illa apud S. Lucam: *Date eleëmoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis*; cujus propoſitionis ſanctus Bonaventura hanc aſſignat rationem: *Quia diſponit ad gratiam, per quam mundatur anima, & propter hoc dicitur; Pictas ad omnia utilis eſt, promiſſionem habens vitæ quæ nunc eſt, & futuræ.* Regius Propheta David ita olim Deum orabat: *Cuſtodi animam meam, quoniam ſanctus ſum:* Pagninus legit: *Quoniam miſericors ſum*; quaſi miſericordem & compaſſivum erga pauperes eſſe, opportunum ſit medium, ut quis in virtute divinæ gratiæ à peccatis præſervetur, & ideo ſubdit; *Salvum fac ſperantem in te, quoniam ſanctus & miſericors ſum.* Apud Iſaiam eximia quædam recenſentur bona, quæ ab hac compaſſione & miſericordia erga pauperes dimanant; Deus etenim ibidem dicit: *Frange eſurienti panem tuum, & egenos, vagosque induc in domum tuam, cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris, tunc erumpet quaſi mane lumen tuum, & ſanitas tua citius orietur, & ante ibit faciem tuam juſtitia tua, & gloria Domini colliget te; tunc invocabis, & Dominus exaudiet, clamabis, & dicet: Ecce adſum ... cum effuderis eſurienti animam tuam, & animam afflictam repleveris, orietur in tenebris lux tua ... Et requiem tibi dabit Dominus ſemper, & implebit ſplendoribus animam tuam.* Clemens Alexandrinus in laudem eleëmoſynæ ait: *Benedictio in caput ejus, qui elargitur, & qui miſeretur mendicorum beabitur, quoniam charitatem oſtendit in ſibi ſimilem, propter eam, quam habet charitatem in opificem humani generis.* Sanctus Bernardinus in quodam ſermone eleëmoſynæ meritis perfectionem Evangelicam attribuit, dicens: *Eleëmoſyna affert perfectionem, ſeu perfectam obſervationem conſiliorum: eſt enim ſingulare fundamentum Evangelicæ perfectionis.* Idque probat teſtimonio S. Matthæi cap. 19. ubi Salvator noſter ait: *Si vis perfectus eſſe, vade, vende, quæ habes, & da pauperibus.*

Iſaiæ 58.v.7. 8,9.10.11. Compaſſio erga pauperes plurima conſert bona.

Clem. Alex. l.2.Strom.

S. Bern. T.2. ſer.in D.I. poſt Pent.

A.3.c.3. Matth. 19. v.21. Eleëmoſyna anteponitur Baptiſmo.

7. Obſervatione digniſſima eſt ſententia quædam S. Ambroſij, in qua eleemoſynam Baptiſmo anteponit, dicens: *Date eleëmoſynam & ecce omnia munda ſunt vobis, miſi quod (ſalva fide dixerim) indulgentior eſt eleemoſyna, quam lavacrum: lavacrum enim ſemel datur, & ſemel veniam pollicetur, eleemoſynam autem quoties feceris, toties veniam promereris.* S. Paulus in Epiſtola ad Corinthios de eleëmoſyna loquens, his verbis utitur: *Qui parcè ſeminat, parcè & metet, & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet, Hilarem enim datorem diligit Deus*; Pergit ulterius oſtendere ibidem, quod mediante hoc benignitatis ſemine, id eſt, miſericordia erga pauperes, creſcat in animabus noſtris gratia divina; dicit enim: *Potens eſt autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis, ut in omnibus ſemper omnem ſufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum.* D. Chryſoſtomus rationem reddit antiqui illius laudabilis uſus, quo ſe mendici ad fores Eccleſiarum collocare ſolebant, & etiamnum ſolent, nimirum ut per hoc ſpectaculum fideles ad compaſſionem excirent, ſed quonam fructu id fit, inquit S. Doctor? & ſtatim ſubjungit: *Quemadmodum ſolemne eſt, ut fontes præſto ſint ante oratoria, ut adoraturi Deum manus prius lotas inter precandum attollant, ita pauperes fontium vice fores collocaverant majores noſtri, ut non aliter, quam manus abluimus aqua, prius per beneficentiã abſterſa anima, tum demum preces noſtras offeramus, non enim tam apta eſt aqua ad abluendas corporis maculas, quam eleëmoſyna, ad abluendas ſordes animæ.*

2.Cor.9.v.6. 7.

Eſt fœcundiſſimum ſemen.

D. Chryſ. t. 5.ſer.25. Abluit animas, ſicut aqua manus.

8. Sanctus Auguſtinus quærit, cur in noviſſimi Judicij die diſtrictus Judex nullam facturus ſit mentionem orationum, jejuniorum, continentiæ, martyriorum, nec exprobraturus ſit reprobis adulteria, rapinas, vindictas, vel ſimiles alios exceſſus: ſed tantùm memoraturus ſit negletum operum miſericordiæ corporalis, & renaciatem ſcu crudelitatem erga pauperes: *Numquid dexteris non erit dicendum*, inquit, *quia caſtè vixiſtis, quia res alienas non rapuiſtis, quia fidem meam uſque ad ſanguinem confeſſi eſtis? putatis non eſſe dicendum ſiniſtris, quia iniquis impudici, quia res alienas rapuiſtis, quia ſuperbia veſtra, & malis moribus nomen meum blaſphemare feciſtis?* Et reſpondet S. Doctor ſolum faciendam eſſe mentionem viſcerum ferrorum erga pauperes, & negletum miſericordiæ ac compaſſionis erga eoſdem; *Quia omnia crimina eleëmoſynis redimuntur, ideo iſtam laudavit fœcunditatem, iſtam culpavit & damnavit ariditatem.* In eumdem quoque ſcopulum aureus D. Chryſ. calamus alliſit, dum ait: Quod ſi eleëmoſyna ſufficiat ad habendum, ad gratiam & gloriam aditum, fieri poſſe videtur, quod amicus Dei ſit is qui eſt vindicativus, vel carnalis, aut latro, ſiquidem fieri poteſt, quod qui eſt alijs vitijs maculatus, aliunde tamen ſit eleemoſynarius; Sed reſpondet per ſequentem ſententiam: *De crimine non præſtabit cauſas, cui de miſericordiæ cauſa conſtabat*, q.d. in homine miſericordiæ & compaſſioni erga pauperes dedito, non opus eſt de peccatis quæſtionem inſtituere, quia *charitas operit multitudinem peccatorum*, quotieſcumque enim homo ex vera charitate movetur ad ſubveniendum proximis ſuis, Deus per gratiam ſuam faciet, ut talis præſervetur à peccatis, vel ad veram emendationem reducatur, ſi in peccata fuiſſet prolapſus.

1.Pet.4.v.8.

S. Bern. T.2. ſer.in D.I. poſt Pent.

Pſal.40.v.3. Quatuor ſpeciales gratiæ hominis, miſericordiæ dediti.

9. B. Laurentius Juſtin. ait: *Nihil aliud eſt facultates proprias tribuere egenibus, quam cumulare in cælo, quod hic poſſidetur in terra.* S. Antonius de Padua de compaſſione erga egenos ait: *Eleemoſyna etiam gratiam quaſi pupillam conſervat propter acumen viſus.* Idem quoque in alio ſermone ſuper illa verba Geneſeos; *Lignum pomiferum faciens fructum juxta genus ſuum*, inquit, *In ligno pomifero eleemoſyna deſignatur, quæ fructificat in egenis, id eſt ipſorum manibus reportatur in cælos; Et nota quod dicitur; faciens fructum juxta genus ſuum; genus hominis eſt alter homo de humo creatus, & in animam vivificatus, debet ergo eleemoſynam facere juxta genus ſuum, quia & anima ſpiritualis pane, & corpus corporali reficitur.* Sapiens ſuas alijs eroganti divitias plurima proinde pollicetur cœleſtium benedictionum chariſmata: *Qui abſcondit frumenta, maledicetur in populis; benedictio autem ſuper caput vendentium.* Quam ſponſionem ita explanat Sanctus Joannes Damaſcenus, *Benedictio in caput ejus, qui bona ſua cum alijs communicat*, qui idem in capite ſequenti teſtimonium adducens S. Chryſoſtomi rationem aſſignat, quare in atrio templi collocentur: *Duo pocula ante fores Eccleſiæ ſunt, alterum aquæ, in quo manus abluuntur; alterum pauperis, in quo animæ labes abſtergantur.*

B.Laur. Juſtin.de compunct. Chriſt.per-fect.

S.Anton.de Padua in Dom.2. poſt Epiph.

Prov.11. v.26.

S.Jo.Dam. Ibid.

Ibid.c.17.

10. Obſervatiſne aliquando magnum quod Deus in Loth patravit miraculum, dum cum à communi illæſum præſervavit, non tam materiali quam carnali concupiſcentiæ incendio longè lateque per omnes urbes illas ſerpente? Quis neſcit quoniam *cum perverſo perverteris* in univerſa Pentapoli juxta æternæ veritatis teſtimonium ne decem juſtos erat reperire homines. Vi cujus meriti Loth tam ſingularem à Deo obtinuit prærogativam? volvite & revolvite Scripturam univerſam, unicumque tantæ gratiæ meritum fuiſſe reperietis eleemoſynam. *Alia ejus bene geſta non legimus*, inquit Origenes, *hoſpitalitas. in eo ſola ex uſu veniens memoratur; Evaſit ignes, evaſit incendia.* Duo diſcipuli poſt mortem Chriſti euntes in Emaus, fidem & ſpem certo quodam modo amiſiſſe videbantur, *nos autem ſperabamus quod redempturus eſſet Iſrael*, unde & Salvator ijs exprobrabat dicens: *O ſtulti & tardi corde ad credendum!* quid amantiſſimum paſtorem, ut oves errantes ad gregrem reduceret, permovit? ſolus ad opera miſericordiæ corporalia affectus: *Mane nobiſcum, quoniam adveſperaſcit.* De quibus & B. Laurentius Juſtinianus inquit: *Hoſpitalitatis illi curam impendere ſatagebat*, moxque ſubjungit, cur Chriſtus ſe ijs adjunxerit, ſcilicet: *Ingreſſus eſt non ut cibum caperet, ſed ut affectum ſuum erga ſuſcipientes pauperes præmonſtraret.* Nec immeritò ſiquidem certiſſimum animæ Chriſto deſponſatæ ſignum, viſcera perhibent miſericordiæ & compaſſionis in pauperes. Unde Abraham olim Iſaac filio ſuo æqualem deſignaturus ſponſam, unum è ſervis fideliorem certis cum commiſſionibus ablegavit, qui ad terminum perveniens itineris ſui, talem ſecum ipſe formavit Diſcurſum, igitur puella cui ego dixero; *Inclina hydriam tuam ut bibam, & illa reſponderit, bibe, quin & camelis tuis dabo potum, ipſa eſt quam præparaſti ſervo tuo Iſaac.* Cùr obſecro hoc unicum ſignum præpoſuit reliquis? cur non potius ad modeſtiam, virginitatem, capacitatem gubernij domeſtici, aliamve virtutem attendendum duxit? Reſpondet S. Chryſ. *Vide ſervi prudentiam: nam quia ſervit Patriarchæ hoſpitalitatem & virginem inde ducendam, congruebat eisdem eſſe præditam manibus, quibus juſtus.* Cui mox alteram ſubdit rationem noſtro peraccomodatam propoſito, dicens: *Nullam aliam conjecturam inquirit, ſed charakterem virginalis animi ex hoſpitalitate colligere vult*, quia ſcilicet charitas & compaſſio in pauperes, omnes habet ſocias virtutes.

Loth propter eleëmoſy-nam evaſit incendium Sodomæ.

2.Reg.22. 27.

Orig.h.5.

Luc.24. v.21. Diſcipuli euntes in Emaus propter hoſpitalitatem meruerunt ſocietatem Chriſti.

B. Laur. Juſt.de Triumph. Chriſti agon. c.25. Ex liberalitate cognovit ſervus Abrahæ, ſponſam Iſaac futuram.

Gen. 24. v 14.

D. Chryſ. h. 58.in Gen.

DISCURSUS VI.
ARGUMENTUM.

De varijs in pauperes compaſſionis & ſubſidij emolumentis.

THEMA.

Viri miſericordiæ ſunt, quorum pietates non defuerunt, cum ſemine eorum permanent bona. Eccli. 45. verſ. 10.

HIs in verbis Eccleſiaſticus fructum exprimit eleëmoſynarum, dum eas facientibus proſperam in terris, fœlicemque in cœlis vitam promittit & ſortem: *Cum ſemine eorum permanent bona hæreditas ſancta, nepotes eorum, ſemen eorum, & gloria eorum non derelinquetur.* S. Bernard. ad illam ſe reflectit à Propheta Regio divinæ Majeſtati pro viro eleëmoſynario factam ſupplicam: *Converſus tantus Propheta ad orandum pro hujuſmodi ſtio viro, petit quod impetrandum firma fide tenebat dicens: Dominus conſervet eum, & vivificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animas inimicorum ejus.* Quibus in verbis quatuor ſingulariſſimas hominis miſericordiæ, & compaſſioni erga pauperes dediti attingit gratias: 1. *eſt gratia conſervans, & de hac dicit: Dominus conſervet eum*, ſcilicet *qui pius eſt proximo propter Chriſtum, unde Propheta alibi: Dominus cuſtodit omnes diligentes ſe: 2 el conſervet, id eſt, cum alijs ſervet, q. d. eum cum tota familia ſervet, 2. ſervanda gratia dicitur vivificans, id eſt tribuat longam vitam ad bene operandum, & ad malem declinandum. 3. Gratia dicitur beatificans, propterea ſubdit: Et beatum faciat eum in terra, id eſt, in præſenti vita. Sed quomodo poteſt homo eſſe beatus in vita? dicendum, quod per ſpem. 4. Eſt gratia liberans: & non tradat eum &c. id eſt, in deſiderium & voluntatem corum.* Hugo Card. illa Pſalmiſtæ enucleans verba: *Juſtitia ejus manet in ſæculum ſæculi*, dictam promiſſionem his verbis eleëmoſynæ applicat: *Non ad horam ſed in ſæculum ſæculi præſentis, quaſi dicat: Per totum hoc ſæculum quamdiu vixerit, juſtus erit, & in futuro in æternum manebit merces juſtitiæ ſuæ.*

S.Bern. T. 2. ſer.in D. I. poſt Pent.

Pſal.40.v.3. Quatuor ſpeciales gratiæ hominis, miſericordiæ dediti.

Pſal. 111.v. 3.9. *Hugo Card.* *Pſal.111.*

2. Neſcio an obſervaveritis aliquando qualiter S. Job factas à ſe eleëmoſynas palam coram omnibus memoraverit, non obſtante quod per modeſtiam & humilitatem, qua præditus erat, ad illa abſcondenda, prout veriſimile eſt, fuerit inſtigatus, præterquam quod Salvator ipſemet idipſum prohibeat, dum ait: *Cum facis eleëmoſynam, noli tuba canere ante te ... Te faciente eleëmoſynam, neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua ... Ut ſit eleëmoſyna tua in abſcondito, & pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi*; & tamen Job c. 31. affectum quo viſceroſiſſime in ſubſidium egenorum urgebatur ad perpetuam memoriam toti mundo pluribus verbis manifeſtat, dicens: *Ab infantia mea crevit mecum miſeratio, & de utero matris meæ egreſſa eſt mecum*: & multa ſimilia quibus totum illud caput per omnes verſus abundat. Pro dubij hujus ſolutione aliud reſpondere nequit, quam quod ex quo non ſolum à ſuis, verum etiam ab extraneis, omnes quas patiebatur calamitates & ærumnæ, ſcilicet facultatum & filiorum jactura, infirmitas acerbiſſima, quæ illum in ſterquilinium uſque occupandum redegerant, ſuis attribuebantur peccatis, ideo neceſſarium eſſe duxerit ſe excuſare, totique mundo, omnibuque ſeculis manifeſtum facere, quod ex quo tantus erat eleëmoſynarius, impoſſibile fuerit, hanc illi tribulationem in pœnam culparum ſuarum fuiſſe immiſſam, ſed potius ad ſuam probandam virtutem & conſtantiam, & ſanctitatem augendam; unde D. Chryſoſtomus illum hunc in modum introducit loquentem: *Subſtantiam eamdem mihi augebit cum additamento virtutis*: neque enim ſolum Deum ejus bona temporalia multiplicaturum, eumque per numeroſum quamdam progeniem (prout in capite ultimo libri ſui videre licet) proſperaturum eſſe ſperabat, verum inſuper ſciebat, quod Deus cum in hac vita magis magisque Sanctum facturus eſſet, *cum additamento virtutis*, quia, licet nonnumquam nos in tribulationibus expoſitos eſſe ſinat, hoc tamen ſemper ad majorem gloriam noſtram diſponit.

Cur Job ſuas eleëmoſynas deprædicarit. *Matth.6.v. 2.3.4.* Cum tamen Salvator noſter hoc prohibuerit,

D. Chryſoſt. h.3.de patient.Job.

Luc.11. v.5. 6.7. 8.

3. Salvator noſter apud Lucam de homine quodam charitativo, & hoſpitali dedito differens, ait: diſcurrit: *Quis veſtrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi: Amice commoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponam ante illum, & ille de intus reſpondens, dicat: Noli mihi moleſtus eſſe, jam oſtium clauſum eſt, & pueri mei mecum ſunt in cubili, non poſſum ſurgere, & dare tibi, & ſi ille perſeveraverit pulſans, dico vobis, & ſi non dabit illi ſurgens, eo quod amicus ejus ſit, propter improbitatem tamen ejus ſurget & dabit illi quotquot habet neceſſarios.* In qua parabola notandum eſt, bonum hunc virum non ſolum ab amico ſuo obtinuiſſe quidquid petierat, id eſt, tres panes, ſed & omnia alia quibus opus habebat; ſciebat ſiquidem cauſam? nimirum non dormiebat integris noctibus, omnino ſolicitus, & ad benefaciendum hoſpitibus totus intentus erat: Quia ut D. Chryſoſtomus ſcribit: *Ardens animus ad divina, nihil indulget corpori, nihil quietis*, tametſi dormiendi tempus aceſſerit, ejus tamen quies ſolum in recipiendis, & providendis pauperibus conſiſtebat; *merito*, inquit idem Chryſoſt. *ſic pulſanti talnter quotquot neceſſarios habuit Evangelicus iſte fœnerator largitus eſt panes.* Porro quia in recipiendis, & hoſpitandis egenis diligentiſſimus erat, panis ei defecerat; at vero cur ad commodandos panes noctumo tempore amicos accellit? nimirum quia erubeſcebat, ſi alijs innoteſceret, quod ipſi tamquam eleëmoſynario panis defeciſſet; quia quodammodo in divinæ providentiæ confuſionem & ruborem cedit, quod panem in domo ejus, qui erga pauperes liberalis eſt, deficere ſinat.

Ex quo motivo vir ille evangelicus obtinuit tres panes, & alia ſibi neceſſaria.

D.Chryſoſt. ſer.29.

4. In Exodo legimus ſequentia verba: *Sex annis ſeminabis terram ... anno autem ſeptimo dimittes eam ... ut comedant pauperes populi tui*; At verò inquies, ſi ipſi anno ſeptimo nequaquam ſeminandum erat, undenam colliget, ut vivere poſſit? pro reſponſione obſervandum, quod Spiritus Sanctus dicat, *ut comedant pauperes*; dum enim fructus iſtius anni pauperibus diſtribuuntur, Deus efficiet ut fructus anni illius, plus quam aliorum annorum abundent, quia, qui largitur pauperi, extra omne eſt periculum, ut ei quidpiam deeſſe poſſit, experietur enim verum ſe eſſe illum hominem qui habuit, quidquid deſiderabat, *dabit illi quotquot habet neceſſarios.* Deus enim erga tales magis prodigus eſt in patrandis ſuis miraculis, quam erga cunctos alios, ut conſtat ex omnibus hiſtorijs. In Levitico ſcribitur: *Dabo benedictionem meam vobis anno ſexto, & faciet fructus trium annorum, ſereriſque anno octavo, & comedetis veteres fruges uſque ad nonum annum, donec nova naſcantur, edetis vetera.* Et ideo S. Joannes Damaſcenus ait: *Quicumque dant pauperibus, penuria non opprimentur.* Vidua illa Sareptana in extrema illa annonæ caritate præter farinæ pugillum aliud nihil habebat, & tamen Elias Propheta ei præcepit, dicens: *Mihi primùm fac ... ſubinferetium panem*; ſatisne cur id fecerit, inquit S. Proſper? *Ex hoc ipſo Propheta prius ſibi offerre jubet, tunc etiam illi ſuis ſibi præparandum, ut miſericordia primum occupet locum*; nimirum Elias probe ſciebat, quod ad multiplicandam domus illius annonam, nullum eſſet aptius medium eleëmoſyna, quam illi amore Dei datura erat.

Exod.23.v. 10.11. Cur Deus anno ſeptimo prohibuerit ſeminare agros.

Exod.23. v.11.

Luca 11.v.8.

Lev.25. v.21. Qui dat pauperi, non patietur penuriam.

S.Joan.Dam. l.2.Parall. c.16.

3.Reg.17. v.13.

5. In Levitico Deus olim præcepit, dicens: *Quarto anno omnis fructus eorum ſanctificabitur, laudabilis Domino, id eſt*, ut Hugo Card. exponit: *Offeretur ſacerdotibus, & erit pauperum*; *Quinto autem anno comedetis fructus, congregantes poma quæ proferant*: quibus verbis infinuare voluit, quod abundantia, & fertilitas terrenorum à libetalitate dependeat, quam erga pauperes exercemus: *Honora Dominum de tua ſubſtantia, & de primitijs omnis frugum tuarum da ei & implebuntur horrea tua.* Quæ verba S. Auguſt. de eleëmoſyna explicat ob honorem Dei erogata. Cauſa cur ſæpius agri tametſi ſumma cum induſtria à nobis exculti, nihilominus ſteriles maneant, & fructus non afferant, eſt ſola noſtra erga pauperes tenacitas, quam Deus hoc modo ponit: unde S. Baſilius contra avaros ſcribens, ait: *Hæc de cauſa Deus omnipotens manum non aperit, quoniam fraternitatis charitatem occluſimus ob hoc & campi ſteriles, quoniam charisas frugis.* Valde ſunt conſiderabilia verba illa quæ ex ore cujusdam Prophetæ adeo patientis & ſapientis, Eliæ nimirum, lamentantis, emanarunt, dicit enim ſacer Textus: *Clamavit ad Dominum & dixit: Domine Deus meus, etiamne viduam illam apud quam ego advenæque ſujcnior, afflixiſti, ut interficeres filium ejus?* Cur obſecro Elias hanc Dei diſpoſitionem admirabatur? ergone res inſolita erat, quod filij in ætate tenera morierentur? nam quid inſuper ſciebat, quod ſint *materæ tribulationes juſtorum.* Verumtamen obſervandum, cauſam admiratio-

Abundantia terrenorum, pendet à liberalitate eleëmoſynarum. *Prov.3. v.9.10.*

3.Reg.17.20. Elias obſtupeſcit ad mortem filij mulieris eleëmoſynariæ.

Pſal.7, v.2.

mirationis ejus in eo constitisse, quia scilicet capere non poterat, quod Deus mulierem illam quæ, tantam se illi Eleemosynariam exhibebat, affligere vellet, filium ejus interimendo; sed ecce ob id illum subito revivificavit per adeo prodigiosum miraculum; confirmat idipsum Basilius Seleucus, dum ait: *Dubius hærebat tanto in casu Elias, & hospitalitatem mulieris admiratus, invenit pueri mortem unam divinarum contra se machinarum esse; Deo accedit supplex, dicens: Hæc mihi Domine, etiamne viduam afflixisti? video quo me machinamento petas?* Nimirum Elias mortem illam potius in experimentum fuæ virtutis accidisse censuit, quam ad contristandam matrem illam adeo ad eleëmosynam erogandam inclinatam. *Neque enim omnino fieri potest*, inquit D. Chrysost. *ut ea domus quæ pauperum miseratione fundata sit, mali quidpiam patiatur; imo si quid forte perpessa fuerit, melior eam eventus excipiet, idque erit familiæ ac domui pro clypeo & hasta. Audi quid de Job diabolus ait: Nonne tu circumdedisti eum interius & exterius? cur id? audi & ipsum Job dicentem, oculus ait eram cæcorum, claudorum, & pupillorum pater.* Verum quidem est eum innumeris & pœnosissimis fuisse ærumnis infestatum, sed quisnam harum omnium exitus fuit? *Duplicata substantia est, merces auctior, justitia cumulatior facta est clarissimis coronis, & amplissimis præmijs affici meruit, hæc omnia illi contigerunt, quia promptus ad eleëmosynas fuit.*

Eleëmosyna etiam mortuos suscitat. *Act.* 9. 36. 37.

6. Morabatur olim in Joppe mulier quædam magnæ pietatis Apostolorum discipula nomine Tabitha: *Hæc erat plena operibus bonis, & eleëmosynis quas faciebat. Factum est autem in diebus illis, ut infirmata moreretur.* Verum enim vero qua ratione mors arborem hanc adeo fructuosam falce sua in ætate matura præcidere præsumpsit, quisnam tandem ejus finis fuit? audite quid sacer textus subjungat; *quam cum lavissent*, inquit, *posuerunt eam in cœnaculo, cum autem prope esset Lydia ad Joppen, discipuli audientes, quia Petrus esset in ea, miserunt duos viros ad eum, rogantes: Ne pigriteris venire usque ad nos: exurgens autem Petrus venit cum illis, & cum advenisset, duxerunt illum in cœnaculum, & circumsteterunt illum omnes viduæ flentes, & ostendentes ei tunicas & vestes, quas faciebat illis Dorcas:* tunc S. Petrus gloriosum illud patravit miraculum Thabitam vitæ restituendo; sed quonam modo illud effecit? *Dans illi manum erexit eam.* Sed cur illam in vitam revocaturus, & ex feretro levaturus manum ei porrexit? scitisne causam? Ego quidem illam hanc esse existimo, quia ipsa *manum suam apperuerat mori, & palmas suas extenderat ad pauperes; cum vocasset Sanctos & viduas, assignavit eam vivam.* Unde D. Chrysost. Hom. 55. in Gen. de eleëmosyna dicit: *Tanta ejus est potestas, ut non solum peccata purgare, sed & mortem fugare valeat,* cujus exemplum habemus in Thabita: *Hæc quotidie dabat operam, ut colligeret ex misericordia divitias*; Sic quoque sanctus Paulus Eutichen in vitam revocavit; sed valde considerabilis est locus, in quo tam S. Petrus quam S. Paulus miraculum hoc operati fuere, etenim utrumque miraculum in cœnaculo accidit, ubi tot pauperes ad mensam confidentes ex substantijs & laboribus horum fidelium sustentabantur.

S. Basil. Seleuc. or. 11.

D. Chrysost. h. 7. *in* 2. *ad Tit.*

Ibid. v. 42. Cur S. Petrus illam excitando dederit illi manum? *D. Chrysost. hom.* 55. *in Gen.*

7. S. Bernardinus in quodam sermone ait: *Sanatur corpus per eleëmosynæ pietatem*, citatque historiam illam à sancto Matthæo cap. 12. descriptam, ubi mentio fit illius, qui manum aridam habebat: *Mystice homini habenti aridam manum Dominus ait: Extende manum tuam, id est pauperibus eleëmosynas distribue, & extendit, id est eleëmosynas dispensavit, & restituta est sanitati sicut altera*; *super quo verbo Rabanus in Glossa ait: Nil plus valet curationi, quam eleemosynarum largitas, quia frustra pro peccatis rogaturus manus ad Deum expandit, qui has ad pauperes non extendit.* Isaias de eleemosynario differens: inquit; *Cum effuderis esurienti animam tuam ... orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt sicut meridies:* Quæ verba Oleaster hoc modo exponit: *Cum fueris in maximis angustijs, ita ut nullus pateat exitus, orietur tibi lux, id est, dabitur tibi modus, quo possis angustias illas exire*, eleemosynario enim contradictiones in prosperitates conveniunt. Psalmista de homine alienis necessitatibus prospiciente, ait: *Universum stratum ejus versasti in infirmitate ejus. Quia intelligit super egenum & pauperem*; circa quæ verba D. Chrysol. ait: *Caro est quæ vestatur & versat, ipsa est ergo quæ in adversis volvitur, in prosperis versat. Dominus ergo versat stratum nostrum, quando nobis adversa vertit in prospera*, cujus casum

S. Bernard. *ser. in D.* 1. *post Pent. A.* 2. *c.* 2.

Matth. 12. Eleëmosyna restituit sanitatem corporalem. *Raban. in Gloss.*

Isa. 58. *v.* 10. Liberat ab omni angustia.

Ps. 40. *v.* 4.

Ibid. v. 2. *D. Chrysost. ser.* 14.

habemus *in terminis* in duobus Sanctis veteris Testamenti, qui ambo erga pauperes summe fuere misericordes; Primo quidem per pœnosissimas afflictiones probatis; domum vero supra modo felicitatis. Tobiæ nimirum, & Jobo: Unde enim idem Chrysol. air: *Qui audivit rogantem egenum, ecce audit orbe toto pro Ecclesia sic rogantem: Dominus conservet eum, & vivificet eum.*

Idem Ibid.

8. Per quotidianam experientiam videmus illos, qui erga pauperes sunt liberales, longævam vitam agere, nec non ab illis quibus beneficia impenderunt, multas benedictiones recipere. *Si suscipiens eleemosynam ingratus esset*; inquit S. Bernardinus *& malus, nec Deum sicuti obligatus est; pro dante oraret, oratio tamen pro eleemosynam largiente nullo modo deerit:* De Zachæo Evangelista scripsisse novimus, *statura pusillus erat*, moxque subjungere quod medietatem bonorum inter pauperes distribueret, *ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus*; quasi hoc modo magnus in conspectu Dei totiusque mundi evasisset; in annalibus immortalitatis celeberrimis; ideoque sibi ab Altissimo dici audijt: *Hodie salus domui huic à Deo facta est, eo quod & ipse filius sit Abrahæ: quoniam magnus ille est*, inquit Seneca, *qui in divitijs pauper est.* Unde & idem testimonium de Jobo viro misericordiæ pauperibus addictissimo Scriptura sacra perhibet: *Erat quo vir ille magnus inter omnes Orientales*; omnes in prosperitate & honoribus superabat, quotquot in Oriente respirabant Magnates. Quid Zachæum in filium assumpsit Abrahæ? Audite Chrysostomum: *Zachæus hospitio Dominum meretur accipere, ut excepit & Abraham pater; Abraham Domino filium, Zachæus substantiam obtulit; ille hæredem, hic hæreditatem donavit, ille immolandum solum quod habuit pignus exhibuit, hic patrimonij substantiam Domino immolavit; unde recte Abrahæ filius nuncupatur, dum ordinem gloriæ paternæ exequitur.*

Vitam præsentem longævam.

S. Bern. T. 3. *ser. in D.* 1. *post Pent. A.* 1. *c.* 2.

Luc. 19. *v.* 8.

Ibid. v. 8.

Luc. 19. 9. Homines reddit magnos.

Job 1. 3.

D. Chrysost. T. 2. *b. de Zachæo.*

9. S. Damascenus gloriam & honores immensos in judicio finali toto cœlo terraque spectante, eleemosynarijs obventuros considerat, quando Christus in Majestate residens, non ad Apostolos, Virgines, & Martyres, sed ad illos, qui pauperibus misericordiam præstitêre cum gratiarum actione conversus, fructu la panis & panni, quibus se cibatum, vestitumque asseret, exhibebit: *Deus virtutem tuam comprobabit*, inquit hic Sanctus, *Angeli laudibus efferent, homines omnes qui post orbem conditum extiterunt, beatum te prædicabunt: gloria sempiterna; gloria justitiæ, cœlorum regnum, præmia tibi futura sient.* Teste equidem David Deus nostris non indiget opibus: *Dixi Domino, Deus meus es tu quoniam bonorum meorum non eges*, nihilominus tunc temporis bolo panis, lacæraque vestis particula se indigusse attestabitur, dicens: *Nudus eram & cooperuistis me.* Unde S. Franciscus Seraphicus ait: *Deo solum per pauperem nostra possumus offerre, qui solus per pauperem nostris poterit indigere, videre fratres, quantæ felicitatis sit vir eleemosynarius, qui ei potest impendere qui retribuat, & dat omnibus affluenter.* S. Hieronymus tandem in illo Psalmi Commentario (*Benedicat te Dominus ex Sion*) ad hominem misericordiæ operibus deditum conversus ita discurrit, ut hujus virtutis inculcet amorem: *Quod dedisti, recipe, tu dedisti eleemosynam, tu fecisti virtutes, à Deo præmium & benedictionem consequeris, Sion de cœlesti Jerusalem, ubi sunt futura gaudia.*

In extrema judicio publicè exhibebuntur nostræ eleëmosynæ.

S. Dam. l. 2. *Parall. c.* 16.

Ps. 15. *v.* 2.

Matth. 25. *v.* 36.

Opusc. S. Franc. T. 3. *in Append. ser.* 3.

S. Hier. in Ps. 133. *v.* 3.

DISCURSUS VII.
ARGUMENTUM.

Comparatio inter fementem & fructus eleëmosynæ maxime spirituales.

THEMA.

Qui parcè seminat, parce & metet; qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. 2. Cor. 9. verf. 6.

Præclara similitudo inter fementem & eleëmosynam.

1. APtior equidem quàm eleemosynarium inter & fementem dari non poterat similitudo, quia ut patebit, omnes hujus conditiones fructibus & salutaribus eleemosynæ competunt effectibus, præsertim etiam cum dubitari non possit, quin Apostolus per illud semen eleemosynam intelligat, postquam enim illa recitasset Psalmistæ verba: *Dispersit, dedit pauperibus*, mox subdit: *Qui autem administrat semen seminanti, & panem ad manducandum præstabit, & multiplicabit semen vestrum.* Ubi S. Chrysostomus ait: *Semen appellavit, ut statim sibi ob oculos sese merces objiciat, ac messem cogitans, plura te accipere quam dare mediteas, proinde non dicit, qui dat, sed qui seminat.* Experientia teste, frumentum in granarijs asservatum corruptioni subjacet, at seminatum fructum affert abundantem, quam similitudinem S. Basilius promovens ait: *Quemadmodum frumentum in terram cadens lucrum projecterit parit, sic & panis in esurientem projectus, multam ubi reddet utilitatem.* Semen per campos aratro cultuque exercitos, si quis projici videret, finis intenti ignarus, ipsum dissipari, perdique autumaret: ast longe aliter se res habet, siquidem radicibus actis, germinat, fructificat, & centuplum quandoque fructum reddit: sic quoque nummus inopi nihil habenti donatus, perdi existimaretur; ast juxta veritatem Evangelicam, *Angebit incrementa frugum justitiæ vestræ.* Porrò ager hujus seminis, qui messem adeo fertilem & copiosam reddit, sinus est pauperis, teste S. Aug. qui ait: *Fæcundus est ager pauperum, cito reddit donantibus fructum.*

D. Chrysost. Ibid. h. 19.

S. *Basil. hom. ad divit. ditescentes.*

Sicut semen in terram projectum non perditur, sic nec eleëmosyna. 2. *Cor.* 9. 10.

2. Ad hanc veritatem declarandam duæ sunt in Scriptura sacra similitudines plausibiliores, una seminis quam tangit S. Paulus: altera thesauri quam Christus adducit; In utraque aliquid est boni, & simul aliquis reperitur defectus eleemosyna autem tam seminis quam thesauri bona amplectitur, mala vero utriusque excludit. Thesaurus quidem ex argento, auro, & gemmis congregatur, sed hunc ex se defectum habet, quod semper sit idem, non vero crescat, ut semen, quod pro uno grano fæpe centum profert: eleëmosyna vero thesaurum superat, quia lucrum quod ex illa dimanat inæstimabile prorsus est; de qua proinde dicitur: *Thesaurizamus nobis thesauros in cœlo, ubi neque ærugo, neque tinea demolitur*; Superat quoque eleëmosyna semen, quia, qui pauperi dat, non solum lucratur centum pro uno, verum etiam insuper vitam æternam. Unde S. Valerianus in homil. quadam ait: *Audite Apostolum dicentem, qui parce seminat, parce & metet, profectò nobis præstamus, quotiescumque miseris subvenimus, lucrum nostrum erogatio facultatum*; Etenim incredibile est, quot in Scripturis sacris, & Historijs Ecclesiasticis, ac prophanis personarum ex liberalitate erga pauperes lucupletatarum reperientur evidentissima exempla. Unde S. Joan. Damascenus authoritatem adducit S. Basilij dicentis: *Dedisti fame laboranti? manus tuum efficitur, ad te videlicet cum fœnore rediens. Ut enim frumentum in terram lapsum, ei à quo projectum est, emolumentum affert, eodem modo panis in esurientem dejectus, aberem imposterum utilitatem profert.* Et quidem S. Bonav. septum refert fructus ab hoc semine provenientes: *Animam*, inquit, *primo mundat à culpa; secundo liberat à pœna æterna.* Tob. 4. *Non patietur animam ire in tenebras: Tertio defendit à pœna transitoria.* Dan. 4. *Peccata tua eleëmosynis redime; Quarto mitigat fomitem concupiscentiæ: Ignem ardentem extinguit aqua, & eleëmosyna resistit peccatis: Quinto de hoste victoriam:* Eccl. 29. *concludo eleëmosynam &c. super scutum potentis &c. Sexto conservat gratiam*, secundum illud: *Eleëmosyna viri quasi sacculus cum ipso & gratiam hominis quasi pupillam conservabit: Septimo quia dat fiduciam perveniendi ad gloriam.*

S. *Joan. Dam. l.* 2. *Parall. c.* 16.

Variæ gratiæ inde provenientes.

S. *Bonav. in cap.* 11. *Eccl.*

Tob. 4. 11.

Dan. 4. 24.

Eccli. 29. 15.

3. Hugo Card. similitudinem observat, quæ semen inter & eleëmosynam reperitur: *Quia de ipso recipitur fructus multiplex in alio anno, id est, in alia vita, seu quia in hyeme seminatur, id est, in præsenti vita, & in æstate colligitur.* Etenim semen multis mensibus fructum reddere tardat, seminatur in hyeme, estque multis aëris injurijs expositum, at vero suo tempore metitur & congregatur in horreum, unde toto anni decursu vivitur: Idipsum quoque sæpissime in eleëmosyna accidit, quæ sæpe fit cum incommoditate propria, cum repugnantia quadam naturali, quia tunc cum datur, fructus non videtur, sed veniet tempus in quo cœlestis agricola dicit: *Triticum autem congregate in horreum meum*; Propter hujus enim merita gaudebimus per totam æternitatem vita beata. Idipsum quoque S. Bonaventura observat, dum ait: *Semen quod est pretiosum, sicut triticum, in uno anno seritur, & in alio metitur: Vile vero, sicut hordeum & milium, in eodem anno metitur & seminatur: Sic eleëmosyna pretiosa est, quæ hic in anno gratiæ seritur, sed fructus ejus in alio anno, scilicet gloriæ, exspectatur: Vilis vero respectu hujus videtur eleëmosyna illa, quæ in præsenti remuneratur, quia dicit Salvator; Amen dico vobis, receperunt mercedem suam: Pretiosa vero non solum in præsenti & temporaliter, sed etiam remuneratur æternaliter, quia dicit Apostolus, quod*

Hug. Card. in Luc. c. 8.

Alia similitudo inter semen, & eleëmosynam.

Fructus seminis provenient in anno altero.

Matth. 13. 30.

S. *Bonav. T.* 6. *in Diet. sal. Tit.* 11. *de pœnit. c.* 7.

pietas ad omnia utilis est, promissionem habens vitæ quæ nunc est, & futuræ.

4. S. Bernard. solicitudinem nobis inculcat, quam habere debemus in hoc grano seminando, ut illud multiplicatum congregare valeamus, indeque diu vivere possimus, adducitque textum illum S. Lucæ: *Date & dabitur vobis*, nec non & illum S. Matthæi cap. 6. *Nolite thesaurizare vobis*, &c. citatque expositionem D. Chrysostomi dicentis: *Quæ Italitia est illic relinquere, unde exiturus est, & illuc non præmittere, quo iturus es? Illuc ergo substantiam tuam collocа, ubi patriam habes.* Sapiens ait: *Vade ad formicam, & piger.* Etenim formica in æstate sibi pro tota hyeme de granis prospicit: eadem quoque debet esse Christiani hominis providentia, ut nimirum eleëmosynam seminet in hac vita, ut fructus illius colligat in altera; nam ut S. Ambr. ait: *Seminatur in terra, germinat in cœlo.* Idem quoque S. Doctor super S. Lucam scribens, inquit: *Neque enim nostra sunt quæ non possumus auferre nobiscum. Sola virtus comes est defunctorum, sola nos sequitur misericordia, quæ cœlestium præmia mansionum, pecuniæ vilis usura, tabernacula defunctis acquirit æterna sicut Domini præcepta testantur divenis ad nos: Facite vobis amicos de iniquo mammona, qui vos recipiant in æterna tabernacula sua.* Quisnam adeo futurus esset stolidus, qui frumentum unde vivit è domo sua acceptum magnis laboribus, fudoribus & dispendijs in agros, ubi multis est expositum periculis projiceret, nisi copiosam inde messem in æstate speraret?

S. *Bern. T.* 2. *ser. in D.* 1. *post Pent. A.* 2. *c.* 4. *Luc.* 6. *Matth.* 6. 19. *D. Chrysost.*

Prov. 6. 6. Sic & eleëmosynæ fructus post hanc vitam. S. *Ambr. l. de Naboth. c.* 12. S. *Ambros. l.* 7. *in Luc. cap.* 12.

5. *Si agricolæ penum suum evacuant*, inquit S. Chrysost. *& semina terræ concredunt, & collecta dispergunt, adque cum voluptate faciunt, spe majora recipiendi se fovantes, & quamvis sciant, quod aëris intemperies nonnumquam, & terræsterilitas & multo magis nos*, &c. quo fine illum adducit Ps. textum: *Dispersit, dedit pauperibus, justitia ejus manet in sæculum sæculi*, & *mirabilem fementem, brevi tempore distribuit, & perpetuo sæculo justitia ejus permanet.* Cui similitudini inhærens alio in loco idem Sanctus inquit: *Ideo semenis vocatur eleëmosyna, quia res hæc, non tam sumptus est, quam redditus. Tu autem quando seminandum est, non magni facis, quod evacuas fructuum veterum promptuaria: Sed ad messis futuræ fructum spectas, idque cum eventum nescias, nam & rubigo, & calamitas, & locusta, & aëris intemperies, quandoque spes nostras frustratur: Cum vero in cœlum est semen jactendum, ubi nullæ sunt tempestates, nullæ insidiæ, nulla læsio, tergiversaris & procrastinas?* Et tandem idem Sanctus in illius Ps. (*jucundus homo qui miseretur & comodat, disponat* &c.) Commentario subjungit: *Quid enim conferri potest cum hac dispensatione, quando quis ea dari quæ pereunt, fluunt, & intereunt: ea quæ sunt futura & immobilia, accipit, & per ea in præsenti vita securitate fruitur?* S. Bonav. aliam eleëmosynæ & fementis in hæc verba adducit similitudinem: *Sicut tamen gelu pressum & retardatum, profert uberiorem fructum, sic eleëmosyna, quam quis facit, diuin sustinet tribulationem, uberiorem est habitura repromissionem seu fructum, seu remunerationem*; Juxta illud Ps. assertum: *Euntes ibant & flebant mittentes semina sua, venientes autem venient, cum exultatione, portantes manipulos suos.* Deinde subdit idem Seraphicus: *Semen sustinet molestias multas, sicut gelu, grandinem & pluvias: sic homo qui libens eleëmosynam dat, cùm cor habeat compassione plenum, talis sustinet omnes necessitates pauperum & miserias afflictorum.* Aliud eleëmosynam distribuendi motivum à fœminante.

S. *Bern. T.* 2. *ser.* 2. *A.* 1. *c.* 3.

Eadem est ratio eleëmosynæ datæ.

D. Chrysost. in Ps. 111. 5.

6. Hugo Cardin. desumpsit, dum ait: *Dicitur semen*, scil. eleëmosyna, *quia debet occultari sub terra, aliter non faceret fructum.* Ita pariter sub pœna retributionis à Deo numquam à nobis consequendæ eleëmosynam faciamus oportet, scil non ob vanam gloriam, aut ostentationem, sed potius, ut inquit S. Bonaventura: *Sicut semen debet abscondi, ita eleëmosyna debet occultè dari; Nam dicitur: Conclude eleëmosynam in sinu pauperis.* S. Bernard. aliam his verbis recenset circumstantiam: *Semen non tantum projicitur in uno loco, quia marcesceret, & si fructum non faceret*; ideoque Psalmista inquit: *dispersit.* Quia nimirum non uni tantum, sed omnibus, juxta possibilitatem nostram, & indigentiam illorum succurramus oportet. Id quod ipsa docet grani natura; nam frumentum, aut quodcumque aliud semen, quod pani conficiendo deservit, omni sexui, conditioni, statui, & personarum professioni commune est, omnibus quantumcumque barbaris se communicat indifferenter; ita & eleëmosyna & charitas ad omnes indifferenter se extendat oportet: *Nec est qui se abscondat à calore ejus.* Verum tamen

Hugo Card. Ibid. Semen abscondi debet in terra.

S. *Bonav. Ibid.* Sic & eleëmosyna in sinu pauperis.

S. *Bern. T.* 2. *ser.* 2. *A.* 1. *c.* 3.

Ps. 111. 9. Omnibus quidem largienda est.

Ps. 18. 7.

tamen est: quod sicut ad seminandum semen materiale terra secernitur,& eligitur melior: ita etiam daturus eleëmosynam, electionem habeat inter hominem magis minusque timoratum & virtuosum. Optime S. Ambr. monet *Scriptum est: Seminate vobis ad justitiam, esto spiritualis agricola, seve quod tibi profit. Bona satio in corde viduarum, si terra tibi reddit fructus uberiores, quam acceperit: quanto magis misericordiæ remuneratio reddit multipliciora quæ dederis.* S. Joan. Damascenus, Clementem Alexandr. citat, dicentem: *Quemadmodum agricola non promiscue omnem agrum sed bonum ac fœcundum conserit, ut ex eo fructus colligat; eodem modo serendum est beneficium in viduas, in pupillos, in calamitosos, ut per eorum orationes fructum uberem ex ipsis consequamur.*

S. Ambr. l. de Naboth. c. 7. Specialiter tamen viduis & pupillis. *Clem. Alexandr. cit à S. Jo. Dam. l. 2. Parall. c. 16.*

7. Aliam seminis & eleëmosynæ proportionem præsenti suppeditat propositio Hugo Card. inquiens; ut ager fructus ferat à vepribus, spinis, similibusque urticis mundetur necessum est: *Debet committi terræ spinis purgatæ & tribulis*; ita pariter juxta Christi in parabola de seminatore discurrentis sententiam, ubi divitias spinis assimilavit: *Debet committi pauperibus, qui nullas habent spinas, id est, divitias*; Si enim pecunias nostras sub eleëmosynæ titulo erogaverimus, ad lucrandam alterius gratiam, nihil apud Deum merebimur; ideoque Tobias filio consulebat: *Panem tuum cum esurientibus comede.*

Pauperioribus potius subveniendum est.

Tob. 4. 18.

8. Iterum sicuti non sufficit terram vertere, exercere, omnique cum studio & industria excolere, sed insuper benigne requiruntur cœli influentiæ: *Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed, qui incrementum dat, Deus.* Ita pariter ut eleemosynæ nostræ fructiferæ sint, cœlestis pariter influxus eas fœcundet necessum est: *Qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet, id est*, ut S. Bernardinus interpretatur, *de benedictionibus & metet, scilicet gratiæ, charitatis, & regnum æternæ felicitatis.* Clarius S. Chrysostomus de divitijs loquens, hanc nobis veritatem inculcare nititur, dum ait: *Defossæ sunt infructuosæ: sed sicut radix in pingui plantata solo, quæ nobis singulis annis tempestivos affert fructus: sic & pecunia in manibus pauperum plantata, non solum in singulos annos, sed in singulos dies spirituales nobis fructus affert: confidentiam scil. in Deum, peccatorum abscessum, conscientiam bonam, lætitiam spiritualem, spem jucundam, aliaque bona, quæ præparavit Deus diligentibus se.* S. Aug. verum, eumque facilem nos edocturus conscientiæ purificandæ modum, misericordiam exhibet tamquam medium efficacissimum inquiens: *Ecce de die in diem plangis peccatum tuum, sed forte lachrymæ current, & manus cessant, fiant eleëmosynæ, redimantur peccata, gaudeat indigens, de dato tuo, ut & tu gaudeas de dato Dei. Eget ille, eges & tu: eget ille ad te, eges & tu ad Deum. Impleto egentis inopiam, & impleat Deus interiora tua.* S. Basilius à S. Joanne Damasceno citatus, præsenti insistens metaphoræ, ita discurrit: *Imitare terram, fac fruges feras ut illa, ne te deteriorem præbeas, quæ animæ expers est. Illa enim fructus non ad usum suum, sed ad ministerium tuum aluit, tu vero quem beneficentiæ fructum ediderit, eum tibi ipsi cumulas.* Hic autem fructus non modo temporalis, sed etiam spiritualis est & cœlestis, cujus in persona Dei Isaias meminit, dum ait: *Cum effuderis esurienti ... animam afflictam repleveris ... Dominus ... implebit splendoribus animam tuam.* Annon ita Abdiam impijssimi Regis Achab domus Præfectum remuneravit Dominus, quando propter misericordiæ opus in Prophetas collatum, ipsum quoque Prophetiæ dono honoravit, dicente Lyrano: *Ex hoc consecutus est à Domino Prophetiæ donum, juxta illud: qui recipit Prophetam, mercedem Prophetæ accipiet.*

Ut semen fructificet, requiritur influxus cœlestis. *1. Cor. 3. 7. 2. Cor. 9. 6.*

S. Bernard. T. 2. ser. 2. A. 1. c. 3. D. Chrys. T. 5. ser. 21.

Isa. 58. 10. 11.

3. Reg. 18.

Lyran. ib.

9. Bellovacensis S. Eustachij adducit exemplum, quem Gentilem ad veram fidem convertit, Christianorum in pauperes compassio & misericordia: *Inter cervi cornua*, inquit, *apparuit ei Crucifixus dicens: quis esset: & quod nolebat, quod ejus eleëmosynæ perderentur, sed propter eas conversionis & fidei gratiam obtineret.* Cornelius, teste S. Luca, *vidit in visu manifeste Angelum Dei introeuntem ad se, & dicentem sibi: Cornceli, eleëmosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei.* Quas, similesque gratias Apostolus respexisse videtur, dum ait: *Charitas fraternitatis maneat in vobis, & hospitalitatem nolite obliviscí, per hanc enim latuerant quidam, Angelis hospitio receptis.* Qui favor & S. Philippo Nerio impertitus fuit; prout in hæc verba in ejus traditur lectionibus: *Egenos & pauperes omni charitatis officio prosequebatur, dignus qui & Angelo in specie pauperis eleëmosynam erogaret, & dum egentibus panem noctu deferret, in foveam lapsus, inde pariter ab Angelo incolumis eriperetur.* Quod charisma & sanctus Chrysostomus his extollit verbis: *Quemadmodum piscator jacto in mare vetri, piscem quidem attrahit, attrahit autem frequenter & aurum, & margaritas, iisdem & hic veri, captos homines piscatus est tandem & Angelos; quodque mireris, etiam invitos.* Nimirum de Loth, hospitio Angelos excipiente sanctus discurrit Doctor.

Tut semen fructificet, requiritur influxus cœlestis. *1. Cor. 3. 7. 2. Cor. 9. 6.*

S. Bernard. T. 2. ser. 2. A. 1. c. 3. D. Chrys. T. 5. ser. 21.

Sic etiam est in largitione eleëmosynæ.

S. Augustin. in Ps. 37. Facilis modus purificandæ conscientiæ per eleëmos.

S. Basil. cit. à Damasc. lb.

D. Chrysf. h. 2. de Lazaro.

Luc. 16. 9.

Pauperes promovent salutem divitum. *D. Chrysf. hom. 50. in Matth.*

Matth. 19. v. 21. Quomodo intelligenda sint illa verba Christi: Si vis perfectus esse, vade & vende &c. *Orig. Tr. 9. in Matth.*

10. Quis non illa obstupescet Salvatoris verba: *Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes, & da pauperibus.* Quomodo enim quis in unico quasi momento, suam pauperibus distribuendo substantiam perfectionem acquiret, ad quam tot virtuosis multorum annorum actibus, sudoribus, & laboribus pertingere oportet? Dubium istud in hæc verba quondam formavit Origenes: *Si perfectus est, qui habet omnes virtutes, quomodo qui vendit omnia sua, & dat pauperibus quomodo statim erit sine ira, sine concupiscentia suscipiens omnes virtutes, & deponens universam malitiam.* Tandem difficultatem hunc in modum resolvit dicens: Quod, qui facultates suas pauperibus distribuit, non ob id in eodem momento perfectus erit, *sed in illo die incipiet speculatio Dei adducere eum ad omnes virtutes*, qui enim eleëmosynam eo modo; quo Evangelium disponit, impertitur, plenus erit amore Dei & charitate erga proximum; hæc autem hominem in unico momento homines sanctos efficit. Ita Raab meretrix, ut primum populi exploratores hospitio excepit, è muliere impura & pagana in Dei sequacem evasit, *Illa meretrix*, inquit Origenes, *quæ eos suscepit, ex meretrice efficitur jam Prophetæ; Dicit enim: Scio, quia Dominus Deus vester tradidit vobis terram hanc.* Apostolus proinde eleëmosynam titulo afficit communicationis inquiens: *Super communicatione vestra*; Circa quæ verba S. Chrysost. resolvit, quod qui eleëmosynis suis verbi Dei præconem sustentat, fructus ab eo lati circa animarum conversionem particeps fiat: *Etenim quando ille prædicat, tu prædicantem foves & adjuvas, illius coronæ communes tibi fiunt*, & alio in loco idem Sanctus ait: *In rebus sæcularibus tam messis quam fœmentis eorumdem est seminum; nam qui triticum aut hordeum spargit, aut aliquid simile messis tempore idipsum genus est messurus: In eleëmosyna spargis argentum, præbes vestem & panem, accipis remissionem peccatorum, colligis regnum cælorum, & infinita bona; & quod est bonorum summa, similis efficieris Deo, quatenus humanè possibile est.*

Raab mulier impura propter opus misericordiæ, facta est Prophetæ. *Orig. h. 3. in Josue.*

Phil. 1. 5.

D. Chrysost. h. 1. Ibid.

D. Chrys t. 6. ser. de verb. Apost.

DISCURSUS VIII.

ARGUMENTUM.

Pauperes æternam divitibus conciliant salutem, qui proinde à dandis eleëmosynis nullatenus excusantur, præsertim, dum bona sua proprijs dilapidant in delicijs, & Deus ab ijs, non quæcumque sed sola exigit superflua.

THEMA.

Substantia divitis urbs fortitudinis ejus. Proverb. 10. vers. 15.

Joan. 10. 9. Matth. 11. v. 12.

1. SAlvator noster qui se portam cœli esse attestatus est, dicens: *Ego sum ostium, per me si quis introierit, salvabitur*; Alia quoque vice ait: *Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapium illud.* Quo supposito, quis non dicat: Cœli violenter expugnandi & occupandi sunt, divites utique cunctis alijs palmam præripient? Cujus tamen contrarium ipsemet Salvator innuere videtur, dum ait: *Amen dico vobis, quia dives difficile intrabit in Regnum cælorum*; Et iterum: *Dico vobis: Facilius est camelum per foramen acus transire, quam divitem intrare in Regnum cælorum*; Quid igitur dicemus ad hæc? facilis tamen est responsio: Videmus enim quotidie, quod argentum & aurum expugnet urbes, donaque grandia exercitus milites corrumpant, & belli Duces; Ita Marchio Spinola, ut memorant historiæ, post indefessam multorum annorum obsidionem, & innumerabiles civitatis Ostendæ assaltus: plus tandem auro præstitit, quàm ferro, dum ad præliandum fortiter & constanter ditissimis muneribus invitavit milites: id quod in præsenti Sapiens confirmat, dum ait: *Substantia divitis urbs fortitudinis ejus.* Quamcumque enim loci obtinendi difficultatem perrumpit, hostes sternit, faciliterque devincit pecuniæ

Divites expugnare debent Cœlum divitijs suis.

narij inque pauperes misericordis vivi meritis tractans ait: *Sicut agricola tolerat in vinea aliquas infructuosas arbores, qui sustinent vites, sic summus agricola Deus in vinea sua scilicet Ecclesia tolerat multos divites, qui cum eorum eleëmosyna sustentabant pauperes, in vinea num scilicet sant vites, quæ fructificant: imo & paxilli aridi: Sic in Ecclesia Dei sant peccatores & justi, qui vites fructificantes, id est, justos suis eleemosynis sustentant.*

S. Bonav. T. 6. in Dict. sal. Tit. 11 de pœnit. c. 7.

Luc. 16. 9.

Pauperes promovent salutem divitum. *D. Chrysf. hom. 50. in Matth.*

4. Hoc supposito à pauperibus in divites redundante subsidio, vel eo capite inexcusabiles redduntur divites, si beneficentiam negligunt: *Quod superest, date eleemosynam*, præceptum urget divinum; Profectò si substantiæ superfluitas in vitæ æternæ conservationem instrumentaliter deservit, qua ratione aut via nos ijs abuti, ijsque medijs viam nobis sternere ad perditionis barathrum præsumemus? Experientia teste divites in tantum tenaces vivunt, durique contra pauperes, in quantum divitias suas, in irrefrænatis appetitibus, vindictis, crapulis, luxibus, insolentijs, sensualitatibus, alijsque similibus peccatis perpetrandis dilapidare intendunt; Quod flagitium multiplex considerans S. Augustinus postquam multos sumptus superfluos fieri demonstrasset, ratione quorum pauperes pereunt fame, tandem subjungit: *Si verò, ut jam dictum est, frequenter luxuria devorat, quod misericordia in cælo thesaurizare potuerat, corrigamur, dum tempus habemus.* Quas immoderatas cum evidenti inopum damno institutas pompas sanctus quoque Ambrosius detestatur, dum ait: *Parietes vestitis auro, homines veste nudatis: clamitat ante domum tuam nudus & negligis, clamat homo nudus, & tu solicitus es, quibus marmoribus pavimenta vestias.* Quod hominum genus propriarum tenax nimis facultatum quoties in mendicantes eroganda sunt; liberale autem, dum proprio indulgendum genio, his verbis perstringit S. Augustinus: *O insælicitas generis humani, quam multi inveniuntur, qui ebriosos & luxuriosos amplius quam oportet cogunt bibere, & ante ostium pauperibus petentibus, vel unum calicem diffinulant dare; nec attendunt, quia illud quod luxuriosis videntur ingerere, Christus in pauperibus deberet accipere, qui dixit: Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.*

Luc. 11. 41. Divites, misericordes in pauperes, inexcusabiles sunt.

S. Aug. ser. 231. de temp.

2. Cor. 8. v. 14.

Pauperes hujus vitæ ditabunt divites egenos vitæ futuræ.

S. Anselm. ibid.

5. Jocis, crapulis, inimicitijs irreconciliabilibus, pompis fastuosis, luxurijsque fovendis, favent, & superabundante pecuniæ, quas si quandoque deficere contigerit, mutuo accipiuntur, ipsa etiam domo in pignus assignata: ast quando necessitatibus pauperum in quibus Christus recognoscitur, vix minimus superest nummulus. Notatu dignissima in præsenti se offert quædam S. Ambrosij sententia inquientis: *Totus populi vitam poterat annuli sui gemma servare.* Quandoque enim tam pretiosus invenietur divitis vestitus, ut vel solum ejus aurum, aut incertæ gemmæ mille & amplius pauperes præ frigore trementes vestire possent. Uno alterove alearum jactu dives quandoque perdet, quod pro integro sufficeret, caritatem patientis civitatis, fedanda fame. S. Bern. à sæcularibus ad quosdam temporum suorum Ecclesiasticos, conversus sequentibus in eos invehitur verbis: *Clamant nudi, clamant pauperes, clamant famelici; Dicite Pontifices, infræno quid facit aurum, numquid à fræno expellit frigus & esuriem? nobis frigore & fame laborantibus, quid conferunt tot vestra mutatoria extensa in pericis, & complicata in manicis; Clamant pauperes, nostrum est, quod effunditis: nobis subtrahitis, quod inaniter expenditis.*

Ad quævis vitia abundant divitiæ, pro pauperibus vix superest nummulus. *S. Ambr. l. de Naboth. c. 13.*

S. Bernard. Ep. 42 ad Archiep. Senens.

Largiendo illis spiritualia pro terrenis. Phil. 1. 5. D. Chrysost. hom. 1. ad Phil.

Quia scilicet innumerabilia Deus bona spiritualia animæ ob merita eleëmosynæ confert: Quam proinde Apostolus titulo ut diximus *communicationis* honorat: *Super communicatione vestra.* Ex quibus S. Chrysost. hoc efficax ad divites in compassionem adigendos eruit motivum: *Si admiramini illos, qui in eremo vivunt, qui vitæ rationem plane Angelicam susceperunt, qui in Ecclesijs eadem atque illi virtutis obeunt munera, si admiramini inquam, ac dolatis, tam longo vos intervallo ab illis abesse: licet vobis alia quadam ratione cum illis coire societatem, id est, inserviendo, curando, fovendo.* Deinde quanto cum lucro pauperibus ex pietate & devotione subvenientes, in eorumdem virtuosis & meritorijs operibus partem non spernendam habere in nobis ipsis & meritorias promoveamus, valeamus demonstrat, dum ait: *Non potest jejunium ferre? non solitudinem? non humi cubare? non integras noctes vigilare? licet tibi harum rerum omnium mercedem accipere, si alia quadam ratione, rem tuam gesseris: nempe si eum, qui istos labores capit, cures, recreas, foveasque.*

Vitia in divitibus magis dominantur. Psal. 72. 12.

Ibid. v. 7.

3. Experientia teste, vitia & peccata in divitibus magis dominantur quam in pauperibus: ipso etiam attestante Psalmista, dum ait: *Ecce ipsi peccatores & abundantes in sæculo, obtinuerunt divitias* (Per peccatores autem divites intelliguntur) prodijt *quasi ex adipe iniquitas eorum.* Ecce igitur vobis ô divites præsentissimum quod Deus vobis dispositi tantorum debitorum exsolvendorum remedium misericordiam in egenos: *Si pauperes esse permisit*, verba sunt S. Chrysostomi, *etiam hoc divitum causa factum est, ut per eleëmosynam peccata possent abluere.* Sanctus Bernardinus præsens confirmaturus propositum ingeniosum quamdam his verbis in medium adducit similitudinem: *Sæpe sylvestres arbores propter inhærentem sibi vitem conservantur: sic sæpe divites ac eorum divitias conservat Deus, ut egenos valeant sustentare in vita. De hoc manifeste signum est, quia propter eleëmosynarum largitionem, nullum legimus vel vidimus pauperiorem effectum, nisi forte, qui renuncians sæculo, pauperibus omnia bona sua dispensat.* Cui non absimilem comparationem S. Bonaventura assignat, quando de eleëmosynis

D. Chrysf. h. 76. in c. 15. Joan.

S. Bern. T. 2. ser. in Dom. 1. post Pent. A. 3. c. 1.

Quæ per eleëmosynas abluenda sunt.

Luc. 11. 41. *S. Aug. ser. 3. de Nativit. Christ.*

Luc. 16. 21. Taxantur divites

quod sint profusiores in bestias, quam pauperes.

Luc. Burg. ibid.

I S. Thomas in Cat. ibid.

Ps. 106. 4. Divites avari in judicio non habebunt quod respondeant.

Matth. 25. 43.

Alb. Magn. Ibid.

quod è lautis superest epulonum mensis, qualiter igitur excusari poterunt, dum bestias pauperibus præferunt, in quibus Filius Dei se declarat recognosci & cibari? *Micis seu fragmentis pauis*, inquit Lucas Burgensis, *non sumptuosis ferculis, sed de micis, quibus satiabantur canes, quæ cadebant, vel canibus relinquebantur, vel peribant.* Quanto fatius dives ille reliquias hujusmodi Lazaro subministrasset? Ad quem S. Thomas conversus, ita eum exhortatur: *Quod projicis de mensa, hoc præbe in eleëmosynam, fac damna, lucrum.* In tremendo illo Judicij die, *Omnis iniquitas oppilabit os suum:* quid enim respondere poterunt divites avari, quando ijs exprobrabitur: quod millionem scutorum muri impenderint ædificio, vestemque laceram, qua Christi judicis, in paupere olim trementis, nuditatem cooperire poterant, negarint. In lucem utique ipsis exprobravit: *Nudus eram & non cooperuistis me.* Quo se jure protegent convicti, quod canes, equos, aliaque animalia impinguarint, & fame perire siverint Christianos? Albert. Magn. ad idem de Lazaro propositum, *Si petijsset*, inquit, *delicias, forte non immerito non exaudijsset, quia non decent pauperem deliciæ.* Unde S. Augustinus de serm. Dom. in monte: *Non cogantur divites, pauperum cibis uti, edant delicata, dent pauperibus superflua, edant pretiosa, dent pauperibus vilia, & quibus pauperem sunt reliquiæ, non deliciæ: non obleétamenta, sed fragmenta.*

Quinam sint digni fructus pœnitentiæ à S. Joanne prædicati.

Luc. 3. 11.

8. Divites Judæi quondam in deserto prædicationem Joannis Baptistæ audituri abijsse leguntur, quorum quanta extiterit impietas ex illa planissimum sit reprehensione S. Joannis ad eos facta: *Genimina viperarum*; nihilominus in spem salutis eos erigens media vera pœnitentia obtinendæ (*facite fructus dignos pœnitentiæ*) ad quid putatis eos altrinxerit? Fortitan ad jejunia, cilicia, possessionum venditionem, in templi pauperumque subsidium? Nequaquam; quid igitur? Audite doctrinam: *Et interrogabant eum... quid ergo faciemus? Respondens autem dicebat illis: qui habet duas tunicas, det non habenti.* Non enim vult Dominus ut alienam nuditatem cooperturi nos spoliemus, sed vestis illa sufficit, quæ deserta in armarijs à tineis depascitur, hanc vult Deus ut pauperi præ gelu trementi donemus, *& qui habet escas, similiter faciat*, id est, frumentum quod in granarijs tuis marcescit superfluum, in panem aptetur pro miserabilium succursu.

Ibid. v. 11.

S. Aug. *ser. 50. de temp.* Pauperes inducunt divites ad veram pœnitentiam.

Luc. 11. 41.

D. Chrysol. ser. 121.

Did. Stella in Lucam.

9. S. Augustinus ut ad misericordiam divites inducat, hoc utitur argumento: *Pœnitentia mutat hominem in melius, nec ipsa videtur aliquid profutura, si ab operibus misericordiæ sterilis fuit.* Vos ô divites ad veram pœnitentiam inducunt pauperes, vestrorumque exolvunt debitorum summam quam contraxistis cum divina Justitia, dummodo superflua vestra erogaveritis: *Quod superest, date eleëmosynam, & omnia munda sunt vobis.* S. Chrysologus citato inhærens epulonis exemplo, exclamat: *Verum est, verum est, quod dives, cum nec micas dare potest, semper avarus eget.* Quamnam existimas rationem esse, inquit Didac. Stella, quod avari nonnumquam etiam de mensa sua cadentes reliquias & exiles micas magnificiant? Nimirum ad fatiandam propriam cupiditatem, quæ in cordibus eorum invisceratа numquam illos fatiari permittit, sic enim impius ille epulo in inferno constitutus unicam aquæ stillulam per Abraham sibi porrigi petijt; *Ut intingat extremum digiti sui in aquam*; unde S. Augustinus ex una parte epulonem in inferni barathro, ex altera vero parte Lazarum in sinu Abrahæ constitutum considerans, ait: *Pauper beatitudinem emit mendicitate & dives supplicium facultate*; infallibili itaque Dei providentia factum est, quod parum postulare, ut pateat, quod per modicum quid aditum in beatum Abrahæ sinum habere potuisset; unde D. Chrysologus ait: *Qui sitis extremi digiti guttam, quam si vel solam dedisses pauperi, non sitires, immisericordem te gutta, & mica reddit inhumanum, in quibus totus pauperis & victus consistit & vita.* S. Augustinus eumdem divitem hoc modo reprehendendo affatur; *qua fronte quæris guttam, qui noluisti porrigere micam?* Pergit idem ulterius ostendere, divitem jus habiturum fuisse exigendi à Lazaro id, quod à Deo postulabat, si in vita sua, vel unicam tantum panis de lauta mensa sua cadentis micam liberaliter ei erogasset: *Justè*, inquit, *nunc exigeres, si dedisses.*

Luc. 16. 24.

S. *August. ser. 227. de temp.* Diviti Epuloni justè negatur gutta aquæ, quia Lazaro negaverat micas panis.

D. Chrysol. ser. 122.

S. Aug. Ibid.

10. Salvator noster apud S. Matthæum ait: *Quicumque potum dederit uni ex minimis istis, calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli, Amen dico vobis non perdet mercedem suam*; ubi D. Chrysostomus ait: *Etiamsi frigidæ aquæ calicem dabis, quam rem nullo impendio facillime facies, evit tibi merces omnino reposita.*

Matth. 10. v. 42.

D. Chrysost. h. 36. in Matth.

Deplorabilis igitur est divitum stultitia, qui, cum per modicum quid inæstimabilia comparare sibi lucra possint, idipsum tamen facere negligunt; unde D. Chrysostomus ait: *Quomodo non est absurdum, ut quis in præsenti quidem vita sint in periculo, omnia sua profundant, ut periculum redimant, cum autem veniant in periculum, ne tradantur ſsipplicio, non utantur eadem œconomia? & ideo prudentem dispensatorem dicit misericordem, ut qui multa paucis emat, pecuniis cœlum, veste regnum, pane & poculo aquæ frigida bona futura.* Idem quoque S. Doctor in alia quadam homilia, ut nos ad compassionem erga pauperes inducat, his utitur motivis, dum ait: *Primus tibi calicem suum obtulit*, (scilicet Christus) *tu vel aquam frigidam ei negas: potavit te Spiritu Sancto, quamvis indignus esses, tu nec corporalem hanc sitim tuam mitigare studes, præsertim cum omnia hæc non è tuo, sed è suo proveniant.* Porro, ut animam nostram ad vitam immortalem nutriret, profecto amplius quid facere non poterat, quam ut nobis sacratissimum corpus suum, & sanguinem sub speciebus panis & vini in Eucharistia relinqueret; quomodo igitur nos hunc amorem non compensabimus, vel per modicum panis frustulum, quod suppliciter à nobis in persona pauperis exposcit? *Nonne magnum ducis*, inquit, *quod calicem illum tenere potes, unde Christus bibiturus esse nonne vides, quia soli Sacerdoti fas est, calicem sanguinis tibi tradere? nec tantum postulo, quantum dedi, non enim sanguinem, sed aquam frigidam flagito. Cogita cui potum præbes, & perhorrescas; cogita quia sacerdos Christi tu fias cum propria manu ei offeras, non carnem, sed panem, non sanguinis, sed aquæ frigidæ calicem.*

Deplorandа divitum stultitia, qui pro virilibus nolunt comparare pretiosa.

D. Chrysost. h. in Ps. 111.

D. Chrysost. h. 46. in Matth.

DISCURSUS IX.

ARGUMENTUM.

Eleëmosyna voluntariè, bonisque verbis est eroganda: vi cujus amorem Dei, cui similes efficimur, propter gratissimum charitatis opus conciliamus nobis.

THEMA.

Hilarem datorem diligit Deus. 2. Cor. 9. ℣. 7.

Eleëmosyna libenter & hilariter danda est.

Rom. 12. v. 8.

Eccli. 35. v. 11.

2. Cor. 9. 6.

Cajet. ib.

1. SAnctus Apostolus de misericordia, qua alienis necessitatibus subvenire tenemur differens, substantias nostras cum hilaritate communicandas esse docet, dum ait: *Hilarem enim datorem diligit Deus.* Idem pariter ad Romanos de eleëmosyna scribens: Eodem loquendi modo utitur, dum inquit: *Qui miseretur in hilaritate.* Ecclesiasticus quoque diu ante ipsum hoc idem tradiderat documentum, dicens: *In omni dato hilarem fac vultum tuum.* Sciendum quoque S. Paulum subsidium pauperi erogatum, antea appellasse *benedictionem*, dum ait: *Qui seminat in benedictionibus*, ubi Cajetanus ait: *Eleëmosynam appellat benedictionem, eo quod suapte natura eleëmosyna debet esse, non solum beneficentia, sed benedicentia, debet enim constare non solum ex benefacto, sed ex benedicto, debent siquidem adesse cum bonis factis, bona verba.* Quando enim pauper cum hilaritate recipitur, simulque cum nummo, vel alio ei porrecto subsidio bona illi verba dantur, clarè per hoc indicatur, quod eleëmosyna libenter, & non invito animo tribuatur. In Ecclesiaste hoc nobis consilium suggeritur: *Mitte panem tuum super transeuntes aquas*; quæ verba S. Bonaventura de subsidio necessitatem patienti porrecto exponit dicens: *Mitte, id est libenter, & liberaliter da, non per extorsionem, & quasi coactus; transeuntes aquæ sunt pauperes, & afflicti, qui per tribulationes transeunt ad requiem, talibus est eleëmosyna facienda.* S. Bernardinus eleëmosynarij conditiones recensens, illi quatuor sequentes conditiones necessarias esse dicit: *Primo jucundum affectum; secundo hilarem vultum; tertio suave verbum; quarto promptum effectum seu modum:* dicit enim Ecclesiasticus cap. 4. *Non protrahas datum angustianti.* Et Prov. cap. 3. *Ne dicas amico tuo vade, & revertere cras dabo tibi cum statim possis dare.* Similiter Job cap. 31. ait: *Si negavi quod volebant pauperibus, & oculos viduæ expectare feci: scilicet*, inquit S. Bernardinus, *sicut faciunt quidam insensibiles & insensati, qui pauperibus pro eleëmosyna ad ostium eorum accelerantibus, diu nihil respondent, demum dicunt, vadas cum Deo*; unde Seneca: *Nihil carius emitur, inquit, quam quod cum multis precibus comparatur.*

Rom. 12. v. 8.

Eccli. 35. v. 11.

2. Cor. 9. 6.

Cajet. ib.

Eccli. 11. v. 1.

S. *Bonav. ib.*

Quatuor conditiones in eleëmosynario requisitæ.

S. *Bern. T. 1. ser. 7. in F. 6. Cin. A. 2. c. 1.*

Eccli. 4. 3.

Prov. 3. 28.

Job. 31. 16.

2. S. Paulus in eodem loco cum de dispositione & promptitudine, qua pecuniam nostram in subsidium egenorum erogare debemus, loquereturr, seminis adhibet

Metaphora Seminis.

Hug. Card. Ibid.

D. Chrysost. de Eleëm. & collect.

D. Chrys. h. 32. ad Hebr.

bet metaphoram, *quia debet rigari rore compassionis & hilaritatis*, nec fine causa D. Chrysostomus ait: *Vera eleëmosyna est sic dare, ut gaudeas te dare; putes que te magis accipere, quam dare.* Idem quoque in alia quadam homil. a eleëmosynam alas aureas habere dicit; ut per hoc insinuet, quod non solum debeat esse agilis & accelerata, verum etiam benefica & liberalis: *Eleëmosyna est alata & levis, alas habens aureas, habet volatum, qui valde obleétat Angelos:* de quibus alis Psalmista ait: *Pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi ejus in pallore auri:* Columba autem oculos benignos habet; ac proinde tales quoque habere debent eleëmosynarij: *Ille, inquit, pennæ columbæ argentatæ*, ait Chrysostomus; *& dorsum ejus in fulgore auri, volat tamquam quædam aurea, & vivens columba placidum habens aspectum, & mitem oculum.* De S. Paula Matrona Romana nobilissima legimus, quod tanta cum hilaritate & liberalitate eleëmosynas dispensarit, ut dum S. Hieronymus Pater ejus spiritualis liberalitatem hanc & lætitia moderari vellet, eidem respondereit: utinam ad talem redigerer miseriam per nimias eleëmosynas, ut corpus meum post mortem aliud non haberet linteum cui involveretur, quàm quod pro amore Dei mendicando comparatum fuisset lolita quoque fuit dicere, quod tametsi nihil sibi residuum esset ad manducandum, non tamen defuturum, qui illi subveniret, quod tamen alij pauperes sperare non possent, utpote à nemine cogniti, aut æstimati. Idem quoque S. Doctor in ejus Epitaphio Eustochio Virgini filiæ S. Paulæ ita scribit: *Pauperes curiosissime per totam urbem perquirens, damnum putabat si quisquam debilis & esuriens cibo sustentaretur alterius, spoliabat fratres, & inter obiurgantes propinquos, majorem esse eis hæreditatem Christi misericordiam dimittere loquebatur.* Porro dum quis se ad succurrendum alterius necessitati illibenter pecunia privat, signum est, quod exiguam Christi curam habeat, quodque plus terræ quam cœlo adhæreat.

Rup. Abb. in c. 31. Job. v. 16.

D. Chrysost. hom. 36. in Matth.

S. *Hieron. ad Eustoch.*

Eleëmosyna voluntariè danda.

Matth. 19. v. 22.

S. Basil. h. 7. in divit. avaros.

Eleëmosyna non cum aristitia danda.

3. Quando cœlestis Magister noster Christus juveni illi Evangelico suadebat, ut pro comparanda perfectione cuncta bona sua distribueret inter pauperes, is, teste Evangelista: *Abijt tristis, erat enim habens multas possessiones*; quem proinde S. Basilius his verbis affatur: *Durumne adeo, aut grave tibi verbum proponit Magister? Vende*, inquit; *quæ possides, & da pauperibus: si proposuisset, aut agriculturæ labores, aut mercaturæ pericula, vel qualia qui pecuniæ studeni tolerare solent, sure gravatus te poteras excusare, & consilium despicere. Si vero facilis tibi via sudoris laborisque visa, ad consequendam æternæ vitæ hæreditatem ostenditur, tanta jactatis facilitate non gaudens, sed dolens, anxiusque discedis?* S. Bernardinus malam quorumdam describens naturæ indolem, qui nimirum manum pauperi libenter præbent, aut dum illam aperiunt, id solum hoc fine faciunt, ut se ab importunis & replicatis mendicantium sollicitationibus redimant; ita scribit: *Sunt plerique qui ex quadam importunitate coacti eleëmosynas pauperibus porrigunt de quibus S. Augustinus super Psalmos ait: Qui dat ut careat tædio interpellantis, non ut reficiat viscera indigentis, & rem & meritum perdit, nullum enim manus Deo plane est gratum, nisi ex amore procedat. Quod affectu bono dispensatur*, inquit S. Isidorus, *hoc accipit Deus, qui autem cum tædio dat, mercedem perdit, non enim misericordia est, ubi non est benevolentia.* Idem quoque alibi ad idem propositum sic ait: *Qui cum tristitia manum porrigit, fructum amittit remunerationis.* Rupertus Abb. super illa verba Jobi: *Si negavi, quod volebant pauperibus, & oculos viduæ exspectare feci*, sequens eleëmosynarijs tradit documentum: *Ne dicas vade & revertere, & eras dabo tibi, cum statim possis dare.* Efficax quoque motivum est, quod adducit D. Chrysostomus; ut nos ad libenter pauperibus subveniendum inducat; dicit enim: *Etsi nihil habeat magni qui ad te refugit, homo tamen est, qui eumdem quem tu terrarum orbem habitat, ejusdem radijs Solis illustratur, immortalem sicut tu, habet animam, eumdem adorat conditorem, ad eamdem mysteriorum communicationem crebro accessit, ad eosdem vocatus est cœlos.* S. Ambrosius de eleëmosyna differens, inquit: *Beata igitur est eleëmosyna, quæ accipientem reficit, & lætificat erogantem. Illarem enim datorem diligit Deus; lætus & hilaris est, qui pauperibus subministrat; recte plane lætus, quia per nummulos paucos æternos thesauros sibi cœlestes acquirit.* Sanctus Bernardinus textum illum S. Lucæ: *Omni petenti te tribue*, referens, ait: *Sicut ad litteram servavit quidam devotus Dei, qui cum omnia dedisset amore Christi, & propter observantiam hujus perfecti consilij, cum adhuc alij eleëmosynam postularent, nihilque ei remansisset, projecit se in manus poscentium dicens: Cum jam nihil ad dandum permanserit, suscipite meipsum exemplo Christi, qui cum omnia nobis donaverit, finaliter in cruce expansis brachijs nobis obtulit semetipsum.*

Luc. 11. v. 5. 6.

Ps. 67. v. 14.

D. Chrysost. ib.

S. Isid. Hispal. de contemptu mundi.

S. Isid. de norma vivendi cir. fin.

S. Ambr. t. 5. ser. 67.

4. Lucæ 11. Christus hanc parabolam proponit; dicens; *Quis vestrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi: Amice commoda mihi tres panes, Quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponam ante illum.* Verum quidem est bonum hunc virum à principio valde invitum; media nocte lectum deseruisse, & aperuisse fores, verumtamen dum se reflecteret, quod de hospitalitate exercenda ageretur, quodque amicus inops & charitativus non haberet unde viatores pasceret, libenter & prompte ei ministravit quidquid petijt; unde D. Chrysologus ait: *Non potuit non impetrare quod volunt; qui ut reciperet hospitem, hospitem reficeret, totam sibi requiem denegavit.*

D. Chrysol. ser. 39.

5. Est porro & aliud valde efficax motivum, ut charitatem pauperibus prompte & libenter exhibeamus, si consideremus; quod hoc faciendo Dei erga nos amorem & benevolentiam comparamus, dicit enim Scriptura: *Hilarem datorem diligit Deus.* Et profecto *si similitudo amorem generat*; inquit S. Leo, *ubi Deus curam misericordiæ invenit, ibi imaginem suæ pietatis agnoscit: Deus* enim *à dando* dicitur; quem benefici existentes perfecte imitamur, & ideo à Deo diligimur, quia nos ei similes efficere satagimus: *Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est.* Et sanctus Gregorius Nazianzenus de pauperibus fovendis inquit: *Nihil adeo divinum habet homo, quam beneficare.* Clemens Alexandrinus quoque de viro eleëmosinario, inquit: *Dei imago est homo benefactens*; & ideo S. Maximus nos monet dicens; *Simus imitatores Domini Dei nostri, si enim ille pauperes in cœlesti gloria volait nobis esse consortes, cur nobis non sint in terrena substantia consortes, nec extranei sunt altruonijs, qui fratres sunt Sacramentis.* Eleëmosynæ igitur nos Dei amorem acquirere faciunt, quo mediante unum idemque cum ipso efficimur: *Deus charitas est; & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo*, unde D. Chrysostomus ait: *In eleëmosyna similis efficeris Deo, quantum homini possibile est.* Sanctus Leo priusquam Deum in eleëmosynario vivam suam effigiem expressam agnoscere dicat, conclusionem quamdam valde notabilem magnique ponderis præmittit, dicens: *Nulla devotione fidelium magis Dominus delectatur, quam ista quæ pauperibus ejus impenditur*; nec immerito id dicit; quia *miserationes ejus super omnia opera ejus*; *major autem horum est charitas*; eleëmosynam autem faciendo, Dei imitamur misericordiam; charitatem, & amorem, qui sui ipsius bonorumque suorum erga creaturas est communicativus. Unde D. Nazianzenus dicit: *Fac cæteris sis Deus, Deum imitando, ille majora dat, ta minora, utrique pro viribus suis.*

Eleëmosyna promptè data comparat amorem Dei.

2. Cor. 9. 7.

S. *Leo ser. 10. de Quadr. c. 5.*

Luc. 6. 36.

Naz. or. 16.

Clem. Al. l. 2. str. c. 9.

Alijs benefacere, est divinum.

S. *Max. h. in Virg. Nat. Dom.*

1. Jo. 4. v. 16.

D. *Chrysost. t. 6. ser. de verb. Ap.*

S. *Leo Papa.*

Psal. 144. 9.

1. Cor. 13. 13.

6. Advertendum, quod postquam Ecclesiasticus dixisset: *Eleëmosyna requiet peccatis*, paulò post subjungat: *Et Deus prospector est ejus*, quasi dicat, Deus adeo sibi in eleëmosyna complacet, ut ab eo qui pauperibus compatitur, oculos suos numquam avertat; sic quoque S. Evangelista Christum nobis repræsentat, quasi intentum notandis & attentè considerandis illis, qui munera gazophylacio imponebant, maximè verò, vetula illa, quæ duo illi minuta immisit. *Aspiciebat quomodo turba jactaret æs,* quasi gratiosè aspector, inquit Dionysius Carthusianus, *adjutor, & approbator illius, qui pias & gratiosas est proximis.* Unde Sanctus Joannes Damascenus inquit: *Nec præstantius, nec humanius quidquam est, quam misereri, ac beneficia dare, quandoquidem nec Deo quoque quidquam ea re potius est.* Citatque authoritatem D. Chrysostomi de Christo dicentis: *Præsertim allati ad Gazophylacium accurrit: præsertim sacrificantibus ad beneficentiæ spectaculum accedit, re ipsa videlicet illud indicans, Deum hoc solo spectaculo delectari, illud indicans, divinum oculum hac sola ratione ad victoris sui similitudinem accedere posse, illud indicans unum, hoc esse quod hominem Deo copulet: denique illud indicans, id solum esse quod Latum figulo propius jungat.* Ideo Salvator noster nos monet dicens: *Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est: una quippe est beneficentia, quæ aditum ad divinam cognationem nobis muniat.*

Eleëmosyna Deum ab eleëmosynario numquam avertit oculos.

Eccli. 3. v. 33.

Ibid. v. 34.

Marci 12. v. 41.

S. *Jo. Dam. l. 2. Parad. c. 16.*

Luc. 6. 36.

7. Idem S. Doctor in quadam homilia varia describit delineamenta virtutum, cumque uniquique illarum in particulari aliquam humani corporis partes attribuisset, eleëmosynam, & erga pauperes commiserationem per cor notari dicit, quod amoris est sedes, ait enim: *Cor autem magna Scripturarum peritia, veri dogma-*

Quod Cor est in corpore, hoc est eleëmosyna, in Virtutibus.

D. *Chrys. h. 48. in Matth.*

tis conservatio, misericordia & benignitas; Et quidem juxta hujus S. Doctoris mentem, quem locum cor habet in corpore, eumdem pariter eleëmosyna inter omnes alias virtutes obtinet apud Deum. Et quidem quonam præcipuè nomine communiter appellatur, non alio quam quo Regina omnium virtutum insignitur, siquidem titulo charitatis honoratur. Galenus *in libro de Anatomia*, de sententia Aristotelis ita scribit: *Cor primo creatur, quia ejus operatio primo est necessaria, & ideo primo debet creari, cum operatio vitalis primo sit in corde, primo creatur cor.* adhæc sicut nulla corporis nostri pars motum, calorem, alimentum, & vitam habere potest, nisi dependenter à corde, à quo transfunduntur omnes spiritus vitales, ita pariter nullum opus Deo gratum & acceptum esse potest, sine ejus amore; Eleëmosyna autem adeo Deo accepta est, ut sortiatur nomen charitatis & amoris Dei, quia communi nomine *charitas* appellatur.

Verus Christi Spiritus est in misericordibus.

8. Quisquis discernere cupit, an in Christiano aliquo verus Christi Spiritus existat, exploret in eo, an commiseratione tangatur erga pauperes: *Quemadmodum enim non est possibile*, inquit D. Chrysostomus, *animal sine corde vivere, sic sine hoc corde salus haberi non potest, hinc enim omnia bona originem trahunt. Quare merito in corde virtutis ipsam collocavimus, & cor ipsum esse censemus, quod quidem cor nisi cæteris omnibus spiritum præbeat, vehiculer extinguitur. Nam quemadmodum fons, si aquarum flumina in se ipso quasi stagnum quoddam retineat, facile putrescit, eodem certè modo divites, cum in seipsis opes suas detineant, marcescunt,* & ideo S. Augustinus ait: *Sola misericordia hominem deducit ad Deum.* Nescio an aliquando ad hoc vos reflexeritis, quales inter omnes Adæ filios, inter tot millionum milliones hominum æterna & increata Sapientia magnæ illius matris, ex qua carnem mortalem assumere voluerat, elegerit parentes? nimirum duos eosque supra modum eleëmosynæ virtuti deditos. Siquidem sanctus Joachim & sancta Anna, unam bonorum suorum partem templo distribuebant, aliam pauperibus, tertiam vero sustentationi propriæ destinabant; & ideo in revelationibus S. Birgittæ, S. Anna *Gazophylacium omnipotentis Dei* appellatur. *O quam prope erat jugiter cor Dei huic thesauro, qui postmodum in Evangelio dixit: Ubi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.* S. Damascenus Nazianzenum *orat. de Pauperum amore* allegat, ex eoque sequentia verba transcribit: *Nulla omnino re perinde ut misericordia Deus conciliatur, quandoquidem nec aliud quidquam Deo magis proprium est, quippe quem misericordia & veritas præcedat.* Et paulò post ad liberalitatem erga pauperes nos exhortans, sequens adducit motivum: *Gratitudinis ergo Deo aliquid da, quia tu ex eorum numero extitisti, qui bene de alijs mereri possint, non qui aliorum beneficijs opus habent, quia non in alienas manus intueris, sed in tuas alij, sis non opibus tantum & copijs, sed etiam pietate dives, non tantum auro sed etiam virtute. Nihil tam divinum habet homo, quam bene de alijs merendi facilitatem.*

Parentes B. Virginis fuerunt summè misericordes.

Revelat. S. Birg. l. 1. c. 10.

Matth. 6. 21.

Naz. à S. Jo. Dam. ibid.

S. Augustſer. 44. ad fratres.

DISCURSUS X.

ARGUMENTUM.

Christus in persona propria se protestatur eleëmosynam recipere, seque debitorem constituit, ob subsidium præstitum pauperi eleëmosynam amore Dei à nobis petenti.

THEMA.

Amen dico vobis, quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Matth. cap. 25. vers. 40.

Psal. 144. 16. Deo datur, quidquid pauperi datur.

1. NUllus umquam adeo crudelis reperietur, qui si Deum ipsummet, *qui aperis manum tuam, & implet omne animal benedictione*, famelicum videret, panem illi, & quidquid ad ejus alimentum necessarium foret, non libenter tribueret, nimis enim nostra interest. Juxta fidem vero ipse Dei Filius in paupere eleëmosynam quærit: *Amen dico vobis, &c.* cui veritati, ut infallibilem fidem adhiberemus, juramento ipsam stabilire non dubitavit, inquiens: *Amen dico vobis &c. quid poterit magis nobis Christus edicere*, ait S. Cyprianus? *quomodo potuit magis misericordiæ nostræ opera provocare, quando quod præstari id sibi dixit, quid egemi præstatur?* ingeniosam equidem in præsens Evangelium observationem format Sanctus Chrysologus, cum docet Christum non asserere, fame, siti, aut nuditate laborasse pauperem, sed semetipsum famelicum fuisse, & ex frigore *tremulum, æstuvi &c. sed quomodo aut in se transfuderit pauperem, aut se in pauperem fuderit, dicat ipse jam nobis: Æstuvi*, inquit, *& dedistis mihi manducare; non dixit æstuvit pauper, & dedistis illi manducare; sed æstuvi ego, & dedistis manducare mihi; sibi datum clamat, quod pauper acceperit, se manducare dicit, quod comederit pauper, quod bibit pauper sibi testatur infusum. O quid agit amor pauperis? gloriatur in cælo Deus, unde pauper erubescit in terra.* Dimidiatam illam chlamydem quam S. Martinus etiamnum miles existens in urbe Ambianensi pauperi est elargitus, adeo certum est Christum recepisse, ut Christus in cœlesti Paradiso eamdem in conspectu omnium Angelorum videndam exhibuerit, dicens: *Martinus adhuc Catechumenus hac me veste contexit*, non dicit hac pauperem veste contexit, sed me. Et ideo idem D. Chrysologus in sermone octavo, & ærarium Christi manum pauperis esse dicit, quia quod recipit pauper ipsius met Christi manibus excipitur, *Manus pauperis Gazophylacium Christi, quia quidquid pauper accipit, Christus accipiat.*

D. Chrysſer. 18.

Patet in S. Martin.

S. Ambr. l. de Naboth. c. 16.

S. Aug. in Psal. 75.

1. Regius Psalmista David Psal. 75. ait: *Reddite Domino Deo vestro omnes qui in circuitu ejus affertis munera*; ubi observandum Psalmistam non dicere: *Reddite pauperi* sed *Domino*, quia ipse primus est, qui denarium in eleëmosynam erogatum recipit. Ideoq; S. Ambr. inquit: *Reddite Deo in paupere.* S. Augustſ. vero in ejusdem Psalmi Commentario postquam Judicis supremi in extremo judicio protestationem (*Æstuvi, & dedistis mihi manducare &c.*) memorasset, tandem concludit: *Esurire in pauperibus voluit, qui dives in cælo est, & tu dubitas homo dare homini, cum scias te Christo dare, quod das, à quo accepisti, quidquid das?* Quam veritatem veteris Testamenti Cultores pariter intellexere ante legem Evangelicam, dicente Sapiente: *Qui calumniatur egentem, exprobrat factori ejus*; & alio in loco: *Qui despicit pauperem, exprobrat factori ejus.* Ita S. Patriarcha Abraham *primus credentium pater*, in tribus illis hospitibus sub quercu Mambre tres divinas excepit Personas; in tribus quodammodo factoris ipsum venerans excipiensque factorem.

Psal. 75. v. 12. Christus esurit in pauperibus.

Prov. 14. v. 31.

Prov. 17. v. 5.

3. Amen dico vobis &c. In Judicio finali propter misericordiæ defectum, tenaces hoc Christus percutiet fulmine: *Amen dico vobis, quamdiu non fecistis uni de minoribus his, nec mihi fecistis.* Unde Lucas Burgensis talem instituit Discursum: *Itaque quoties ad miseros juvandos pigrescimus*, veniat nobis Filius Dei ante oculos, cui aliquid negare immane sacrilegium est: cui argumento, & S. Chrysſ. inhærens, ita divitem quemcumque exhortatur: *Famelicum nutrias, quia Christum in ipso nutris.* Utique circa Abrahami hospitalitatem diversas, notatuque dignas observaveritis circumstantias; Moyses namque dictam recensens historiam, inquit: *Apparuit ei Dominus in convalle Mambre*, & paulò post subdit: *apparuerunt ei tres viri...quos cum vidisset, cucurrit in occursum eorum.* Ast si tres erant, cur unum in singulari numero, ut maneret solicitavit? *Et dixit: Domine, si inveni gratiam in oculis tuis ne transeas servum tuum.* Moxque ad numerum pluralem digressus subjungit: *Afferam pauxillum aquæ & lavate pedes vestros.* Responsumne nostis? nos edocere voluit, ut oculo corporis, famelicos, inopesque contemplantes, oculum mentis sursum elevemus, in ijs Filium Dei, qui per pauperem manus suas extendit ad frustulum panis, aut sagum, venerantes. Hoc ipsum mysterium itaque penetrabat Abraham, qui hospites partim ut homines, partim ut Deum tractavit. Quem pariter modum à Loth circa Angelos hospitio exceptos servatum fuisse, confiderat S. Augustſ. inquiens: *Multo est credibilius, quod & Abraham in tribus, & Loth in duobus viris Dominum agnoscebant, cui per singularem numerum loquebantur, etiam cum eos homines esse arbitrarentur, neque enim aliam ob causam sic eos susceperunt, ut tamquam mortalibus, & humana refectione indigentibus ministrarent, sed erat profecto aliquid quo ita excellebant, licet tamquam homines ut nesse Dominum sicut esse assolet in Prophetis, hi qui hospitalitatem illis exhibebant dubitare non possent, atque ideo & ipsos aliquando pluraliter ut Dominos, aliquando singulariter ut in eis Dominum appellabant.* Præclarissima sane S. Chrysſostomi se offert sententia in præsenti: *Pro quanta pauperatis est dignitas? Dei personam induit in pauperate absconditur Deus, pauper manum extendit & accipit Deus.* Si quis Rex pauperem indutus vestem à vobis eleëmosynam peteret quam sponte hanc ei offerretis; imo per plateas eum requireretis, omnia ei donaturi; imò

Hinc immane est pauperi aliquid denegare.

Luc. Burg. Ibid.

D. Chrysſer. 6. de Eleem.

Sub persona pauperis, absconditus est Deus.

ri; imò & plura, quam peteret? An non igitur Veritas æterna est, Deum illum; *cujus est terra & plenitudo ejus*, se protestari in paupere eleëmosynam petere & recipere: *Nudus eram, & cooperuistis me.* Totus defectus ex neglectu considerationis & reflectionis oritur S. Evangelij, cujus doctrinam B. Laurentius Justin. inculcaturus in quodam sermone ita divites alloquitur: *Videsne, quam ardenter Dominus tuus abs te cupiat recipere indumentum? illo utique non indiget ipse qui amictus lumine sicut vestimento, qui operit cælum nubibus*: Sed eleëmosynam quærit, ut per hujusmodi misericordiæ opus nobis benefacere possit; nosque faciliores reddamur ad faciendas eleëmosynas; ipse est qui nostrum se constituit debitorem; ne quis substantiam suam in manu mendici perditam reputaret.

Matth. 25. 36.

B. Laur. Justin. in Psal.

4. S. Bonaventura omnibus eleëmosynam erogaturis sequentem præscribit utilissimam regulam: *Ille à quo petitur eleëmosyna, debet præcipue considerare tria; Quis petit, pro quo petit, & ad quid petit. Primo igitur quando pauper petit eleëmosynam debet dives considerare quis eam petit, quia Dominus, pro cujus amore petit eam mendicus, debet enim adeo diligere pauperes, quod quidquid sit eis propter amorem suum reputet sibi factum, nam dicitur: Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Petit ergo eleëmosynam per pauperem suum ille, à quo dives petit quandoque Regnum, & ideo cum pauperi negat dives modicum frustum panis, timere debet, quod Deus non audiat eum cum petit ab eo Regnum æternæ felicitatis, quia dicitur, qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, clamabit ipse, & non exaudietur. Debet secundo considerare dives quid petit Deus, quando eleëmosynam petit in suis pauperibus, petit enim Deus, non nostrum, sed suum, ideo valde ingratus est Deo, qui pauperi negat modicam eleëmosynam, cum de bonis Dei habeat abundanter ad mensam suam. Hoc considerabit David qui dicit: Tua sunt Domine omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi: Tertio debet considerare dives homo, ad quid petit Deus, Deus enim petit non ad dandum, sed ad mutuandum, nec tantùm ad triplas, imo ad centuplas usuras.*

S. Bonav. T. 6. in Diæta salut. Tit. II. de Pœnit. c. 7.

Prov. 21. 13.

Eleëmosynam tribuens, exhibet specimen amoris Dei.

1. Joan. 3. 17. 18.

5. Aliud punctum essentiale in operibus misericordiæ consideremus oportet, scilicet quod eleëmosynam pauper exigat amore Dei, eam itaque dantes, amoris specimen edimus, quo Christum diligimus; quo fine fortissimum illud dilecti Christo discipuli, divinique amoris Secretarij, argumentum militat S. Joannis dicentis: *Qui habuerit substantiam hujus mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo: Filioli mei non diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate.* Pauper subsidium petit amore Dei, si eum repudiaverimus, demonstramus omni nos exutos erga Deum amore. *Si frater & soror nudi sint*, inquit Jacobus Apostolus, *& indigeant victu quotidiano; dicat autem aliquis ex vobis illis: Ite in pace, calefacimini & saturamini, non dederitis autem eis, quæ necessaria sunt corpori, quid proderit?* ubi est charitas? ubi compassio? *Regnum Dei tanti est*, inquit Blesensis, *quantum ex affectu compassionis pauperibus ejus exhibes; pauper Christi vicarius est, & sicut se in eo contemni erubescit, ita se in eo recipi delectatur.* Magnus certe abusus & defectus invaluit sanguineis deplorandus lachrymis, quod Christiani non liberales, sed prodigi existant, quoties de illecebris, mundique delicijs tractatur, ut dæmoni, mundo, suisque effrænibus obtemperent appetitibus; dum autem amor Dei subsidium implorat pro supplendis Christi in paupere trementis & famelici necessitatibus, stricta retrahitur bursa & manus. Certè quidquid alteri præterquam Deo donatur, perditur; sola excepta eleëmosyna, quam Deus recipit in paupere. De qua ita discurrit S. Ambrosius: *Quid hoc melius bono, si pauperibus largiaris, in quo tibi debitorem Deum quâdam pietatis fœnerazione constituas.* Salubernimum nobis consilium dat Oseas inquiens: *Seminate vobis in justitia, & metite in ore misericordiæ.* Ubi Emanuel Saa hanc format Glossam: *Metite, pro metetis; sumitur autem misericordia pro beneficentia more Scripturæ.* Hoc igitur semen sive supra petram, sive in viam publicam, sive cadat inter spinas, numquam perdetur, id est, si pauperes ingrati, indignique fuerint, nihil refert ad commodum nostrum, siquidem flagitiosum istum pauperem ingreditur Dei Filius, ad utilitatem nostram, ipseque se eleëmosynam recipere attestatur, licet per manum pauperis.

Deplorandum est divites esse prodigos ad illecebras, & tenaces erga pauperes.

S. Ambr. l. de Naboth. c. 7.

Oseæ. 10. 12.

Eman. Saa.

Jac. 2. v. 15.

Ibid. v. 16.

Pet. Bles. Epist. 91.

6. S. Chrysſost. de Tabita, quam à S. Petro circumstantes feretro impositam resuscitari instantissime petebant, sequentem ad intentum nostrum format Discursum: *Vide, quomodo hæ, quæ ab illa ornabantur, & quas vestiebat, benefactricem remunerarint. Stabant enim circa Apostolum, & monstrabant ei vestes quas faciebat, & fortè etiam lachrymas profundebant, & ad miserationem Apostolum provocabant. Quid igitur B. Petrus? genibus positis oravit, & conversus ad corpus, dixit: Tabita surge. Quid tam quæso præbuit illa vidua, quantum illæ ei rependunt, vestes præbuit, & alimenta, sed illæ ad vitam hanc reduxerunt, & mortem fugere fecerunt.* Divitiæ in mundi hujus delicias luxusque impensæ in judicio finali in totidem acuentur cordium clavos, qui & in totidem deservient æternæ damnationis testes, vestimenta autem pauperibus data, quantumvis consumpta & trita, integerrima asservabuntur in empyreo, *ubi tinea non demolitur*; quando & illa in æternum bonum nostrum, & mortis perpetuæ liberationem, non pauperes, sed ipsemet ostentabit Filius Dei dicturus: *Nudus eram, & cooperuistis me.*

D. Chrysſ h. 55. in Gen. Propter vestes quas Tabita dederat pauperibus, meruit revocari ad vitam. *Act. 9. 40.*

Matth. 25. 36.

7. S. Chrysſost. novis subsequentibus utitur motivis, ut nullum non divitem ad compassionem erga pauperes inducat: *Æqualiter cum Christo partire ea, quæ habet; frater tuus est, atque cohæres in regno cælorum; fac etiam cum hac cohærede, præsertim cum omnia quæ ei præstas, ad te ipsum redundent, atque refundantur; non audis Prophetam dicentem, propinquos seminis tui, ne despicias? quod si conjunctos sanguine minime oportet relinquere, quanto magis Deus negligendus non est, qui cum sit Dominus, si summa etiam tecum necessitudine jungitur, qui & si nihil abs te acceperit, attro tamen inestabili sua commotus misericordia, conæredem te suum constituat, quomodo igitur non est extremæ tuæ dementiæ, ad nullam te benignitatem tanto munere moveri? ipse te cælorum hæredem statuit, tu nec ex ullis tenuis quidquam ipsi concedis? Ipse nullius te boni author, sed hostem atque inimicum Dei reconciliavit, tu nec etiam amico & benefactori quidquam retribues?* S. Basil. à Damasc. citatus, illud proinde cuicumque diviti exhibet monitum: *Pauperi dives fœnera. Si ref-* ponderitis substantiam vestram manifesto perditionis periculo exponi, dum eam pauperis nihil habentis, manibus consignatis, replicat in hæc verba S. Basilius: *Crede Deo, qui beneficia ea, quæ in oppressum conferuntur, tamquam in sepsum collata accipit atque ipse gratiam rependit.* Cui & illa consonat S. Francisci doctrina: *Eleëmosynam pauperi elargire, per quem illam tibi Creator. Ille in paupere debitorem se constituit, perfectæ & exagitatæ mercedis, & superplenæ retributionis.* Qui idem Sanctus stimulum proponit, qui nostras polit, debeatque dilatare manus, scilicet amorem Dei; ita namque discurrit: *Amorem Dei pro eleëmosynis offerre nobilis est prodigalitas, & qui minus ipsam, quam ucnarios reputant, indicavem ego esse stultissimos: Nam solius divini amoris inæstimabile pretium ad Regnum cælorum comparandum sufficit.*

S. Basil. à Dam. l. 2. Parall. c. 16. citatus.

Opusc. S. Francisci t. 2. in App. ser. 3.

Ibid. orat. 2.

8. S. Augustinus divitibus summe exultandum docet, quoties obvium pauperem habent: *Cui dare præcipitur, gaudeat quod non ea forte natus sit, ut indigeat. Sufficit ad gloriam damni, quod alterius miseria in pauperes locuples donando existat, quod misericordiæ fœneret Deum*, quod pascat in paupere Christum. Idem Sanctus contra illos, qui eleëmosynas dare detrectant, ut filios post se divites relinquant, ita sermocinatur: *Usque ne vero magna justitia, ut habeat unde luxurietur filius tuus: egeat Dominus tuus? Cum enim uni ex minimis meis fecisti, mihi fecisti; cum enim uni ex minimis meis non fecisti, nec mihi fecisti. Non legisti? non timuisti? Ecce quis eget: & filius tuus numeras. Postremo numera filios tuos, adde unum illum inter illos, Dominum tuum. Unum habes, sit ille secundus: duos habes sit ille tertius: tres habes, sit ille quartus. Nihil horum vis? Ecce quomodo. Diligis proximum tuum, quem tibi facies socium ad istam perditionem.* Præmiserat paulo ante Sanctus, non pauperem, sed Christum instantiam facere pro eleëmosyna, & petere id quod suum est, scilicet, quod nobis liberaliter impertijt: *Christus ipse à te petit, qui tibi dedit. Erubescite, ille dives pauper esse voluit, ut haberes pauperes, quibus dares.* Quam pariter veritatem Chrysſostomus insinuat, singulariter nos monens ne ab externa apparentia nos seduci permittamus: *Si speciem apparentem spectes, nudum induis, re autem vera Christum operis.*

S. Aug. ser. 76. de temp. Gaudeant divites dum obviam habent pauperes.

S. Aug. t. 9. de disciſpl. Christ. c. 7. Invectiva in tenaces.

D. Chrysſ. t. 6. de cœco & Zach. 10. Alia similis.

9. Liberalissimus quidam, Sanctus scilicet Thom. de Villanova, testimonio innixus S. Hieronymi, ita quemdam alloquitur in pauperes tenacem: *Quænam Christianitas, quænam religio hæc: abundare divitijs, æstuare delicijs, & videre Christum in paupere famescentem, & nolle cibare?* Merito profecto per Malachiam conque-

Malachiæ 3.8.

conqueſtus eſt Dominus: *Vos configitis me, & dixiſtis, in quo configimus te? in decimis, & in primitijs ... Et me vos configitis.* Aſt numquid miniſtri ejus defraudati fuere? Utique; ſed Deus ſibi in perſona propria factum reputat, quidquid patratur circa membra ejus: *Quod uni ex minimis meis, &c.*

DISCURSUS XI.

ARGUMENTUM.

Eleëmoſyna liberat quidem nos à peccatis; non tamen facienda eſt cum confidentia perſiſtendi in illis: Inſuper opem præbet vitandi, & deteſtandi peccata, nec non ſatisfaciendi pro illis.

THEMA.

Eleëmoſyna ab omni peccato liberat. Tob.4.verſ.10.

Tob.4. v.7.8. 9.10.11. Principalior fructus eleëmoſynæ eſt, quod liberet à peccatis.

1. ALia inter, quæ ſanctus ſenior Tobias filio ſuo dedit, monita, facile præeminet illud, quod eum ad viſcera compaſſionis, miſeris pandenda extimulavit, inquiens: *Ex ſubſtantia tua fac eleëmoſynam, & noli avertere faciem tuam ab ullo paupere, ita enim fiet, ut nec à te avertatur facies Domini: Quomodo potueris ita eſto miſericors, Si multum tibi fuerit, abundanter tribue, ſi exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri ſtude, Præmium enim bonum tibi theſaurizas in die neceſſitatis, Quoniam eleëmoſyna ab omni peccato, & à morte liberat.* Ubi fructum principaliorem eleëmoſynæ liberationem aſſignat à peccatis: cujus veritatis alia nobis teſtimonia exhibet Scriptura ſacra, & diverſæ ſanctorum Patrum ſententiæ. Nabuchodonoſor faſtu ſuo divinam irritarat juſtitiam, ipſimet ſe Deo æquare volens, quando ſubito pœnam expertus, ex Rege in feram condemnatus fuit, paſcendus cum animalibus reliquis: *Ejicient te ab hominibus, & cum beſtijs ferisque erit habitatio tua, & fœnum ut bos comedes.* Scitiſne quale, talis iniquitatis & condemnationis remedium Regi præſcripſerit Daniel? Audite. *Quamobrem Rex conſilium meum placeat tibi, & peccata tua eleëmoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordijs pauperum, forſitan ignoſcet delictis tuis.* Ubi Ly *redime* notatu digniſſimum occurrit: redemptio namque mancipatum ſupponit, quia in peccato conſtitit: mancipia ſumus Tyranni infernalis, aſt pecunia, & eleëmoſyna peccatorem in libertatem aſſerit, pauperibus nimirum efficaces coram divina Majeſtate offerentibus preces, ut benefactorem ipſorum & à malis liberare, & divina gratia prævenire dignetur. Cujus Regis impiiſſimi tragœdiam conſiderans S. Chryſoſtomus inquit: *Quis eſt Rege Babyloniorum ſceleratior? Profer aliquem ſi potes, qui tantam vim divinæ Potentiæ prius acceperat, ut & Prophetam adoraret & Manaa, & odores ei libare juberet, & rurſus in veterem ſuperbiam projectus, qui ipſum præferre voluerunt Deo, vinctos in fornacem accenſam dedit, nihilo tamen ſecius hanc tam atrocem ac impiam, qui fera potius quam homo cenſendus erat, ad reſipiſcentiam cohortatur.* Diverſi equidem non vulgares Authores ſacrilegum hunc Regem ſalvatum, verique Dei tandem lumine imbutum, & compunctum fuiſſe aſtruunt, conformiter ad illa ejusdem Capituli finalia verba: *Nunc igitur ego Nabuchodonoſor laudo & magnifico, & glorifico Regem cæli, quia omnia opera ejus vera*

D. Chryſ. t. 4. ad Theod. lapſum Paran. c. 21.

Dan. 4. v. 34.

2. S. Ambroſius ad hominem divitem, ſed peccatis immerſum converſus, eum ita interrogat: *Pecuniam habes? redime peccatum tuum: non venalis eſt Dominus, ſed tu ipſe venalis es. Peccatis tuis venumdatus es, redime te pecunia tua, vilis pecunia, ſed pretioſa eſt miſericordia.* Quis celebrem illam præſenti veritati accommodam, ignorat Eccleſiaſtici ſimilitudinem? *Ignem ardentem extinguit aqua, & eleëmoſyna reſiſtit peccatis?* Quæ verba ſanctus Ambroſius ſequenti illuſtrat Commentario: *Magna plane & cunctis ambienda ſententia, quæ hominibus pene jam mortuis, & peccatorum ſuorum incendio arefactis, redivivum quoddam beneficium pollicetur, ut interveniente eleëmoſyna, ſicut aqua intermortuis ſuccus refrigerium areſcentibus infundatur, hoc eſt, ut miſeri homines qui in mortem peccatis avuerant, ad vitam eleëmoſynis reviviſcant, ſicque illis miſericordia fons ſalutis.* Idem Sanctus alio in loco, eidem inhærens ſimilitudini, ait: quod ſicut aqua ſtagnans vermes producit & putredinem, ita ſubſtantia in manibus avaris vermes generet peccatorum, in manibus autem liberalibus & eleëmoſynarijs exemptionem præſtet à peccatis: *Aqua ac-*

S. Ambr. l. de Naboth. c. 12.

Aqua ſtagnãs generat vermes, pecunia retenta, producit peccata. S. Hieron. in Pſal. 133.

tem ſtativa cito vermes facit: non ſtet theſaurus tuus, ne ignis tuus ſtet, ſtabit in te niſi eum operibus tuæ miſerationis averteris. S. Hieronymus eidem ab aqua deſumptæ inſiſtens metaphoræ, ita diſcurrit: quod ſicut aqua maculas abſtergit & mundat, ita eleëmoſyna extinguit peccata: *Peccata quæ jam aliter lavare non poſſumus, extinguit Eleëmoſyna. Quid ſcriptum eſt? ſicut aqua extinguit ignem, ita Eleëmoſyna extinguit peccata:* Hoc præſtat eleëmoſyna quod & baptiſma. Iſaias c.1. v.15. populi Hebraici recenſens impietatem, inquit: *Manus veſtræ ſanguine plenæ ſunt, lavamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis, quieſcite agere perverſe.* Quo obſecro fundamento mundationem ſperare poterant? *Diſcite benefacere... ſubvenite oppreſſo... & venite & arguite me dicit Dominus; ſi fuerint peccata veſtra ut coccinum, quaſi nix dealbabuntur, & ſi fuerint rubra quaſi vermiculus, velut lana alba erunt.* Bellovacenſis ita in eleëmoſynæ laudem diſcurrit: *Eleëmoſyna facientem juſtificat, quia impetrat gratiam, delet maculam, ſolvit emendam.*

Iſa. 1. v. 15. 16.

Ibid. 17.

Ibid. 18.

Bellovac. l. 3. ſpec. mor. diſt. 21.

3. S. Petrus in extaſi conſtitutus tempore prandij, linteum vidit, immundis plenum animalibus ſibi cum hac voce repræſentatum: *Occide & manduca!* cumque animalium immundorum eſum recuſaret, replicari ſibi audijt: *Quod Deus purificavit tu commune ne dixeris.* Porro animalia hæc peccata denotabant gentilium ad gremium Eccleſiæ reducendorum, quorum primus futurus erat Cornelius Centurio, qui, ut ab Angelo didicerat, divinam obtinuerat miſericordiam, in virtute eleëmoſynarum ſuarum: *Hujus eleëmoſynæ*, inquit S. Auguſtinus, *mandaverunt eum.* Bellovacenſis S. Gregorij adducit ſententiam, ita de eleëmoſyna diſcurrentis: *Non ſolum mundat animam à peccato præterito, ſed etiam conſervat gratiam per quam homo præcavet à futuro.* B. Laur. Juſtin. quamcumque eleëmoſynario, in virtute meritorum compaſſionis in pauperes, indulgentiam aſſcribere non dubitat, dicens: *Nullum prorſus tam grave delictum eſt, quod non eleëmoſynis purgetur*, juxta ſuperius citatum Eccleſiaſtici textum, quoniam *fructuoſa ſatis ad promerendam gratiam ſtipendia pro Chriſto pauperibus erogata fore noſcuntur; ipſa ſupplent defectus largientium.* Cui & illa conſonat S. Ambroſij ſententia: *Magna eſt eleëmoſyna quæ ardentium criminum globos benevolentiæ ſuæ fonte refrigerat, & quodam irriguo largitatis obruit incendia delictorum.* Ita annales perhibent Ordinis S. Franciſci, quando de inſigni quodam latronum Duce tractantes aſſerunt, quod hic peſſimæ vitæ homo, dum nocte quadam duos religioſos Franciſcanos maxima cum charitate excipiens, propria manu lectum ijs ſtramineum præparaſſet, Deus in charitatis illius retributionem, peccatorem maximum ad perfectam induxerit peccatorum ſuorum contritionem; adeo ut tandem ipſum eumdem ordinem fuerit profeſſus.

Aſt. 10. v. 15. Per immunda animalia S. Petro oblata, intelligentur gentilium peccata.

S. Greg. à Bellovac. cit. B. Laur. Juſtin. de compunct. & compl. Chriſtianæ perfect.

S. Ambr. in Dom. 3. Advent. Chron. S. Franciſc. t. p. l. 10. c. 7. Similiter quidam Latro.

4. Juſtiſſime itaque S. Ambr. in quodam ad populum ſermone inquit: *Una ſola virtus miſericordiæ, cunctorum eſt redemptio peccatorum: quamvis polluatus ſis, quamvis multis criminibus circumſeptus, ſi eleëmoſynas feceris, innocens eſſe cæpiſti.* Cui non abſimile illud a S. Leone eleëmoſynæ attributum conſonat encomium: *Per charitatis largitatem, omne peccatum vincitur, aut declinatur.* Iſaias quondam populum Hebraicum exhortatus fuiſſe legitur, ut omnia rumperet iniquitatum vincula: *Diſſolve colligationes impietatis, ſolve faſciculos deprimentes; moxque modum ſubdit id faciendi: Frange eſurienti panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam.* Quis neſcit maximum eſſe lucrum omnia abolere poſſe debitorum noſtrorum chirographa? *Neſcio quid illorum difficile putas*, inquit S. Chryſoſt. *non enim dixit montes pertranſeas, maria naviges, tot, tantaque terræ jugera effodias, jejunus permaneas, cilicio te induas: ſed frange eſurienti panem tuum, injuſta chirographo projice.* Debitu, cui *de toto rigore juſtitiæ*, infernales ſatisfacere non poſſent, totius æternitatis pœnæ, ſola abolet eleëmoſyna.

S. Ambr. ſer. 30. Stupenda vis eleëmoſynæ.

S. Leo ſer. 2. de Aſcenſ.

Iſa. 58. 6. Ejuſque facilitas.

Ibid. v. 7.

D. Chryſ. hom. 55. in Matth.

5. *Sicut aqua extinguit ignem*, &c. S. Ambr. hæc diſcutiens verba, *utilior commercio*, inquit, *qui pecunam quondam dederat, ut adulterium perpetraret, nunc pecuniam eroget, ut adulter eſſe jam deſinat.* Quæ ultima S. Ambr. verba divites ſingulariter reſpiciunt & admonent, ne in ſuis perſiſtant peccatis; quin potius fulmina juſtitiæ divinæ per eleëmoſyna à ſe avertant: ſed neceſſarium fuerit intelligere qualiter eleëmoſyna à peccatorum ſtatu eximat S. equidem Maximus de eadem tractans hanc præclaram inſinuat ſimilitudinem: *Ita igitur eleëmoſyna extinguit peccata, ſicut aqua baptiſmi gehennæ extinguit incendium. Ergo eleëmoſyna quodammodo animarum aſtutè eſt lavacrum.* In adultis, ut ſacrum lavacrum

S. Ambr. t. 2. ſer. 1. in c. 3. Eccl. Divites per eleëmoſynam declinant fulmina divinæ juſtitiæ.

S. Max. h. 3. de Eleem.

vacrum animam à peccatis eluat, propoſitum requiritur non peccandi impoſterum; ita etiam, ut eleëmoſyna extinguat peccatum, vera opus eſt contritione & propoſito, non reiterandi peccatum. *Verum eſt, quod peccata omnia*, inquit S. Iſidor. *expiergantur, ſed ſi jam caveat peccare, qui miſericordiam impertitur. Cæterum nulla eſt delicti venia, quando hic præcedit miſericordia, ut eam ſequantur peccata.* S. Greg. in illos acerbe invehitur eleëmoſynarios, qui alijs ablata diſpenſant bona: tandemque his verbis ad noſtrum conformiter concludit propoſitum: *Tunc eleëmoſynæ pretium nos à culpis liberat, cum perpetrata plangimus, & abdicamus: nam qui & ſemper peccare vult, & quaſi ſemper eleëmoſynam largiri, fruſtra pretium tribuit: quia non redimit animam, quam à vitijs non compeſcit.* Cui doctrinæ illa conſonat S. Auguſtini, qui in quadam homilia, ne in ſcopulum hunc impingamus, qui plurimos mundi nujus habitatores ſacrarum Scripturarum ignaros in fundum præcipitat, ita nos admonet: *Eleëmoſynæ poſſunt tibi prodeſſe ad delenda peccata præterita, ſi mores mutaveris, ſi autem in eisdem malis perſeveraveris, eleëmoſynis tuis non corrumpes judicium Dei.* Et alio in loco idem Sanctus eamdem tradit doctrinam; ut omnes eos coerceret, qui effrænes proruunt, ut inordinatis ſuis ſatisfaciant appetitibus, qui iram quidem Dei declinaturos ſe, inque mortis hora plenariam omnium peccatorum indulgentiam conſecuturos per merita eleëmoſynæ ſperant: *Ut autem veram dicas in oratione, perfectæ implendæ ſunt eleëmoſynæ? quæ ſunt perfectæ eleëmoſynæ? Ut, ex quo tibi abundat, des ei, qui non habet. Sed ne putetis fratres quia facienda ſunt quotidie adulteria, & eleëmoſynis quotidianis mundanda ſunt. Ad illa majora ſcelera non ſufficiunt quotidianæ eleëmoſynæ, ut ea mundent.* Iterum in alio Tomi ejusdem loco oſtendit eleëmoſynam culpas delere leves, aſt non mortales, deſumpta ſimilitudine à navi, quæ aquâ attrahens exhauritur continuo, ne nimium invaleſcens, navim in periculum conjiciat naufragij: *Exhauriatur ſentina, non negligatur miſericordia, quia eleëmoſyna à morte liberat, & ipſa purgat peccata.* S. quoque Auguſt. illos ſingulariter ab errore pernitioſo liberare fatagit, qui impunitatem ſuppliciorum à Deo prætolantur, ſibi ob eleëmoſynas obventuram, non obſtante, quocumque in peccatis obſtinato animo: *Propter hoc eleëmoſynæ faciendæ ſunt, ut, cum de præteritis peccatis deprecamur, exaudiamur, non ut in eis perſeverantes, licentiam malè faciendi, nos per eleëmoſynas comparare credamus.* Idem quoque S. Doctor paulo poſt oſtendit, eleëmoſynas, quæ cum hac inordinatione fiunt, eleëmoſynarum nomine minime dignas eſſe; Dicit enim: *Tales eleëmoſynas non dicendi ſunt facere, qui vitam volunt à conſuetudine ſcelerum in melius commutare, quia & in hoc quod aut: quando ego ex minimis meis non feciſtis mihi non feciſtis, oſtendit eos non facere, etiam quando ſe facere exiſtimant: ſi enim Chriſtiano eſurienti panem tamquam Chriſto darent, profecto ſibi panem juſtitiæ, quod ipſe Chriſtus eſt, non negarent, quoniam Deus non tui datur, ſed quo animo detur attendit: qui ergo Chriſtum diligit in Chriſtiano, hoc animo ei porrigit eleëmoſynam, quo accedit ad Chriſtum.*

S. Iſid. l. 3. ſent. c. 60. Delet quæque peccata. S. Greg. l. 12. mor. c. 23. Requiritur tamen ſerium emendationis propoſitum.

S. Aug. t. 10. h. 19.

S. Aug. t. 9. l. 1. de decem chordis.

S. Aug. T. 2. de Cant. novo, c. 2.

S. Aug. l. 21. de civ. Dei c. 27.

6. Aliud quoddam auxilium quod eleëmoſynarius ex compaſſione erga pauperes aſſequitur, eſt facilitas & diſpoſitio major ad ſe emendandum, veramque faciendam pœnitentiam, id quod per eleëmoſynæ merita efficaciter aſſequitur. Unde Iſaias poſtquam dixiſſet: *Frange eſurienti panem tuum*, paulo poſt ſubdit: *Sanitas tua citius orietur, & anteibit faciem tuam juſtitia tua. Pro quo Aquila*, ut exponit S. Hieron. *verbum de verbo exprimens poſuit, & cicatrix vulneris tui, cito obducetur, ita ſcilicet vulnera peccatorum noſtrorum ad ortum Solis juſtitiæ cito obducta cicatrice claudantur.* Deus enim per eleëmoſynas commotus efficit, ut mali hi habitus perverſeque ex peccatis præteritis relictæ inclinationes, quantocius extinguantur, ut plana & facilis nobis videatur via virtutis, viriliusque inimici tentationibus reſiſtentes in ſtatu gratiæ firmius perſeveremus.

Eleëmoſyna facilitat emendationem vitæ.

Iſ. 58. v. 7. 8.

Hebr. 11. 32. Raab meretrix, per hoſpitalitatem converti meruit ad cultum Dei.

7. Raab à quodam in cœlum empyreum rapto, Sanctorum inſerta fuit catalogo: licet enim prius meretrix & gentilis fuiſſet, ob merita tamen ſuæ hoſpitalitatis ad fidem & veram religionem Hebraicam reducta fuit, quia tanto cum ſuo periculo exploratores à Joſue nomine totius populi Dei miſſos hoſpitio benigne ſuſcepit, nec conſtat, quod poſt hanc ei à Dei communicatum fidei notitiam, peccare ſuo ullo unquam tempore in aliquod vitij genus impegerit. Advertendum quoque eſt, Eccleſ. in laudem eleëmoſynæ dixiſſe: *Eleëmoſyna reſiſtit peccatis, & Deus proſpector ejus, qui reddit gratiam, meminit ejus impoſterum & in tempore caſus ſui inveniet*

Eccli 3. v. 33. 34.

Manſi Bibliothecæ Moralis tom. II.

firmamentum, id eſt, ut Carthuſianus explicat, *in tempore ruinæ, dum cadit in culpam; inveniet firmamentum, quia multos habebit interceſſores, & facilius impetrat veniam.* Eleëmoſyna enim recipientes, pro benefactore Deum exorant, ipſique miſericordiam impetrant & contritionem. S. Auguſtinus cauſam interrogat, quare in judicio finali, de operibus tantum miſericordiæ temporalibus, examen inſtituendum ſit, ſibique ipſi reſpondens ait: *Solas eleëmoſynas imputabit, tamquam ceteris difficile eſt, ut ſi examinem vos, & appendam vos, & ſcrutter diligentiſſime facta veſtra, non inveniam unde vos damnem, ſed ite in Regnum; eſurivi enim, & dediſtis mihi manducare, &c. non ergo iſti in regnum, quia non peccaſtis, ſed quia veſtra peccata eleëmoſynis redimiſtis.*

Dion. Carthuſ. ibid. Eleëmoſynam recipientes, orent pro benefactoribus.

S. Aug. ſerm. 59. de temp. c. 10.

8. S. Bonaventura duobus modis eleëmoſynam fieri & conſiderari poſſe, docet, dum ait: *Aut intentione ſubleyandi neceſſitatem proximi, & ſic eſt opus miſericordiæ, aut intentione recompenſandi pro debito offenſæ divinæ, & ſic eſt opus juſtitiæ; Primo modo proprie pertinet ad meritum vitæ, ſecundo modo, ad meritum dimiſſionis pœnæ, quia eleëmoſyna ſic data proprie eſt ſatisfactoria.* S. porro Bernardinus quantumvis inquit, oratio & jejunium multis excellant prærogativis, nihilominus utrique eleëmoſynam propter tres rationes præferendam aſtruit; Primo propter ſuſtentationem, ſecundo propter obligationem, tertio propter oblationem. *Primo*, inquam, *propter ſuſtentationem in quantum per eam ſit quædam elargitio liberalis ad ſuſtentationem perſonæ, & omnium bonorum, quæ in proximo ſunt, ſcilicet tam bonorum naturæ, quam gratiæ, quæ quidem inſtrumenta ſunt gloriæ ſempiternæ; Secundo, propter obligationem, quia ſecundum Thomam, illum cui eleëmoſyna datur, confitetur debitorem ad orandum, & jejunandum, & alia bona opera faciendum pro eo, qui accipit. Tertio, propter oblationem, quia eleëmoſyna data propter Deum, eſt quaſi quædam oblatio Deo facta, oblatio autem facta Deo, virtutem orationis habet: continet quoque jejunium quo maceratur corpus, in quantum per eleëmoſynam fabrahantur exteriora, quæ ad conſervationem corporis ordinantur: præterea eleëmoſyna immediatius ſe habet ad charitatem quam jejunium.* In eodem pariter ſermone, poſtquam hæc probaſſet, duas ab eleëmoſyna ſubtrahit mortificari radices innumerabilium malorum fontes, *Prima eſt amor ardens cupiditatis, qui velut ignis ad omnem peccatorum commiſſionem & malorum operationem incendit, de quo Job. 31. ignis eſt usque ad perditionem devorans, & omnia eradicans gemmina: contra hunc ignem eſt eleëmoſyna velut aqua, unde Eccleſ. 3. ſcriptum eſt: ignem ardentem extinguit aqua, & eleëmoſyna reſiſtit peccatis.*

Par eleëmoſynam placatur ira Dei. S. Ambr. ſerm. in Dom. 3. adv.

Hug. Card. in Prov.

Cajet. ibid.

Job. 31. 12.

Eccli. 3. 38.

DISCURSUS XII.

ARGUMENTUM.

Eleemoſyna iram placat Dei, qui ob illius defectum, multa ſæpe immittit flagella; quapropter malitia illorum & multiplex conſideratur ſupplicium qui in pauperes benigni minime exſtiterunt.

THEMA.

Qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis, & ipſe clamabit, & non exaudietur; munus abſconditum extinguit iras, & donum in ſinu indignationem maximam. Prov. 21. v. 13.

Par eleëmoſynam placatur ira Dei.

1. QUaliter iram Dei placare, & favorabiles ſupplicationibus noſtris gratias in maximis infortunijs, & adverſitatibus noſtris obtinere poſſimus, Sapiens docet in præſenti, dum ait: *Munus abſconditum extinguit iras.* Unde S. Ambroſius de virtute agens eleëmoſynæ, aſtruit, quod Deus per noſtram in pauperes liberalitatem adeo reconcilietur, ut protinus fla. clum projiciat, quo nos percutere decreverat; *Ut quamvis offenſus Deus, quamvis criminibus provocatus, cogatur his ejus eleëmoſynis, quem diſpoſuerat punire peccatis.* Quam aurium obturationem Hugo Cardinalis ita interpretatur: *Id eſt, qui claudit viſcera miſericordiæ pauperi petenti eleëmoſynam, vel conſilium, & auxilium.* Per donum abſconditum, eleëmoſynam intelligit, dicens: *Id eſt, Eleëmoſyna abſcondita ab humano favore.* Cajetanus inquit: *Dicto interpretata extinguet, jonas: tenet ſeu flectet. Efficacia munerum gradatim deſcribitur, dum munus monſtratum in abſcondito tamquam ſub pallio tegit vel flectit iram: poſitum autem in ſinu irati, tegit ſeu flectit iram vehementem*; quis enim

commune illud ignoratæ axioma : *Munera placant hominesque Deosque?* Deus noſtris offenſus peccatis, in paupere inope ſe nobis exhibet; ad eum igitur placandum ſola ſufficit eleemoſyna : *Munus abſconditum extinguit iras.* Cui veritati & Dionyſius Carthuſian. in hæc verba ſubſcribit: *Munus abſconditum, id eſt, eleemoſyna data ſecrete intuitu Dei, non ad laudem humanam extinguit iram Judicis ſummi.*

Dion. C. ib.

2. Sapiens illa, prudensque mulier Abigail juſtam advertens Davidis indignationem, cui maritus ejus Nabal, temerarie neceſſarium cibum negarat, iram regiam dono placavit abundanti & neceſſariorum ſubminiſtratione. Eccleſiaſtes indignationem in ſinu ardeſcere aſſeverat : *Ira in ſinu ſtulti requieſcit.* Pariterque multa eum ſolertia Sapiens inculcare nititur, quod in ſinu eleemoſyna collocanda ſit. Judex in judicio finali implacabilis & in appellabilis deſcribitur; & nihilominus quis non videt quanta benignitate & clementia erga eleemoſynarios procedat? Quantumvis enim aliorum criminum rei ſint, nihilominus nullam eorum mentionem facit, *Donum in ſinu pauperis extinguit indignationem maximam*; quæ verba quidem Interpres ita explanat; *ſignificat Chriſtus, ſemetipſum tunc, cum Judicem aget ſeverisſimum, nulla alia ratione (liceat ſic dicere) corrumpendum, & ad lenitatem adducendum, quam donis atque muneribus in pauperes erogatis, hæc enim ipſe pro ſibi collatis ducit.* Idem quoque Author conſiderat Chriſtum ſibi in judicio Aſſeſſores aſciviſſe homines pauperes, de quibus ſcribitur: *Ecce nos reliquimus omnia : . . . ſedebitis . . . ſuper ſedes . . . judicantes duodecim tribus Iſrael :* idque eo potiſſimum fine feciſſe, ut divitibus animum ſuggereret, devinciendi ſibi per eleemoſynam pauperes.

1. Reg. 25. v. 18. Patet in Abigail, & Davide. Eccl. 7. 10.

In extremo judicio Judex valde placabilis erit erga miſericordes.

Matth. 19. v. 27. 28.

3. Experientia quotidiana demonſtrat, quod dum Chriſtianus calamitatibus publicis preſſus, placare ſibi nititur iraſcentem ſibi Dei juſtitiam, quæ bellorum, peſtilentiarum, charitatis annonæ, vel terræ motuum ſuper nos fulmina ſua emittit, ad orationem quidem ſemper confugere, ita tamen ut hæc eleemoſynæ imperatæ aſſocietur juxta cujuſlibet vires erogandæ : *Conclude eleemoſynam in promptuariis*, inquit Damaſc. *& te eripiet ex omni afflictione, & adverſus hoſtem pugnabit pro te.* Ingenioſum profecto eſt illud epithetum, quo Bellovacenſis compaſſionem erga pauperes honorat, dum ait : *Eleemoſyna eſt propitiatorium aureum per quod propitiatur Deus peccatoribus; de quo dicitur Exod. 26. & Prov. 21. munus abſconditum.* Raab meretrix erat & idololatra, & nihilominus dum ex charitate populi electi exploratores hoſpitio excepit, in remunerationē, non modo propriam, ſed & totius familiæ ſuæ Jerichōtinæ ſalutem, & ab exterminio liberationem, impetravit, ſcil. ut diſcamus, tanti meriti eſſe eleemoſynam, & miſericordiæ opera corporalia, ut iram Dei mitigent, nosque à flagellis & publicis præſervent calamitatibus. Id quod Daniel cognovit, quando Nabuchodonoſor Regi eleemoſynas ſuaſit, in finem obtinendi ſcelerum remiſſionem, juſtamque Dei amovendi iram : *Peccata tua eleemoſynis redime.* Quo loco S. Hieronym. ſubintrans interrogat: *Si prædixit ſententiam Dei, quæ non poteſt immutari, quomodo hortatur ad eleemoſynas, & miſericordias pauperum, ut Dei ſententia commutetur? Quod facile ſolvitur Ezechiæ Regis exemplo quem Iſaias dixerat eſſe moriturum, & Ninivitarum, quibus dictum eſt : adhuc 40. dies, & Ninive ſubvertetur. & tamen ad preces Ezechiæ, & Ninivitis Dei ſententia commutata eſt, non vanitate judicij, ſed eorum converſione, qui meruere indulgentiam.* Deinde idem Sanctus proſequitur dicens : *Neque enim Deus hominibus ſed vitiis irascitur, quæ cum in homine non fuerint, nequaquam punit quod mutatum eſt. Dicamus & aliter. Fecit quidem Nabuchodonoſor juxta Danielis conſilium miſericordias in pauperes, & idcirco usque ad menſem duodecimum in ipſum eſt dilata ſententia, ſed quia ambulans in aula Babylonis gloriatur, & dicit ; Nonne hæc eſt Babylon magna quam ædificavi ego in domum Regni, bonum miſericordiæ, perdidit malo ſuperbiæ.* S. Chryſoſtomus ad eamdem nos animaturus miſericordiæ virtutem, his utitur argumentis : *Majora accipis, quam das. Das pecuniam, accipis remiſſionem peccatorum, liberas pauperem à fame : ille te liberat ab ira divina. Retributionis hoc genus eſt & negotiationis.*

In communibus calamitatibus eleemoſyna jungenda orationi.

S. Joan. Damaſc. l. 2. Parall. c. 16. Bellovac. ſpec. mor. l. 3. diſt. 21. Exod. 26. Prov. 21. 14. Joſue 2. 22. Per opus charitatis Raab & ſe, & totam ſuam familiam conſervavit ab interitu. Dan. 4. 24. S. Hier. ib. Nabuchodonoſor per eleemoſynas redemit peccata ſua.

4. Econtra in pauperes tenacitas ſupplicia in nos provocat juſtitiæ divinæ, unde ubi Syriaca legit: *Et qui præbere negat, excitat furorem*; Septuaginta pariter interpretantur : *Muneribus qui parcit, furorem ſuſcitat furem.* Phariſæi maligni Chriſti inſidiatores olim in Sabbato quodam convenerunt, ut Chriſtum tentarent, quapropter certum quemdam hominem manum aridam habentem ei obtulerunt, videre volentes an hunc in dicto Sabbato eſſet curaturus; Dicit autem ſacer Textus, *Circumſpiciens eos cum ira, contriſtatus eſt ſuper cæcitate cordis eorum.* Donum vero adduxerunt coram eodem Salvatore mulierem quamdam flagranti in adulterio deprehenſam, ad hoc ut vel abſolutoriam, vel condemnatoriam adverſus illam pronuntiaret ſententiam; & tamen, tam hanc mulieri, quam accuſatoribus ejus ſummam exhibuit benignitatem; noſtisne rationem edicere, cur Phariſæis indignatus fuerit, hoſce vero accuſatores & adulteram benigne & clementer exceperit? Pro reſolutione ſciendum eſt, Salvatorem noſtrum eo tempore quo de adultera judicanda agebatur, in eo fuiſſe loco, ubi erat Gazophylacium: *Hæc locutus eſt Jeſus in gazophylacio.* Huc reponebantur eleemoſynæ, non ſolum ad templi cultum, verum etiam ad ſubventionem pauperum deſtinatæ; quid mirum igitur, ſi pium & benignum ſe eo in loco eſſe probaverit, ubi miſericordia exercebatur, at vero Phariſæis merito ſe iratum exhibuit, quia ſub prætextu ſanctificationis Sabbati eum impedire nitebantur, ne ſanationis miſeri illius contractam manum habentis, eumq; præfigurantis qui manum ſuam pauperibus extendere renuit, operaretur miraculum, ad infinuandum nobis quod vehementer ad iracundiam Deus noſter provocetur, quando à beneficentia erga pauperes exhibemus averſionem. Unde S. Bernardinus ait: *Plerumque ex ira Dei Patria fame, & penuria premitur, quia pauperibus eleemoſyna denegatur.* Etenim ad hoc ut ſciamus undenam annonæ caritas, tempeſtates grandinis, fulminis & ſimiles aliæ ſiniſtræ cœli influentiæ quæ fructus perimunt agrosque devaſtant, ſuam habeant originem; valde conſideranda eſt ſequens S. Auguſtini doctrina; dicit enim : *Unde ſemper flagellamur in frugibus, quia egentibus non beneſacimus; revera ſi conſideres homo, unde damna, unde pericula, unde calamitates, niſi de ſterilitate noſtra? tu non das indigenti quod potes, venit una calumnia & perdes quod non habes.* Apud Malachiam dicitur : *Inferte omnem decimam in horreum, & ſit cibus in domo mea, & probate me ſuper hoc, dicit Dominus, ſi non aperuero vobis cataractas cœli & effudero vobis benedictionem usque ad abundantiam.* Unde colligitur, quod quia populus Iſraëliticus transgreſſor erat legis illius qua decimas pendere Levitis tenebatur, ideo à Deo ſterilitate punitus fuit; ac proinde prædictis verbis proteſtatur Deus, quod ſi abundantiam deſiderent, dirumpue famis flagellum à ſe arceri cupiant, ſeſe erga miniſtros ſuos liberales exhibere debeant. Unde clare deducitur, quod fames ſæpe in tenacitatis noſtræ erga pauperes pœnam immittatur, econtra vero, ſi erga illos liberales fuerimus, Deus apertis cœli catharactis benedictionem nobis usque ad abundantiam infundet, nam ut S. Hieronymus ſuper citatum Malachiæ textum inquit : *Verbum effuſionis nomen largitatis oſtendit.*

Laicum dimittit adulteram impunitam? Marc. 3. 9.

Malach. 3. v. 10.

S. Hier. in c. 3. Malach.

5. Quod ſi aliquod videre velimus ſuppliciorum ſpecimen, quibus Deus vindex in tenacitatem erga pauperes animadvertit, ſpeculemur obſtero epulonem; ſiquidem de nullo alio per os Spiritus ſancti nobis adeo clare conſtat, quod ſit ſepultus in inferno, ſicut de illo, eaque pœna illi obtigit, quia pauperi Lazaro panis micas negavit: *Mortuus eſt & dives & ſepultus eſt in inferno :* Hoc certe nec de blaſphemis, nec de Magis, nec de atheiſtis, nec denique de homicidiis legitur, bene tamen de homine erga inopes & egenos crudeli. Et ideo Salvianus, contra illos qui pauperibus manus contractas exhibent, his verbis invehitur : *Ut alios relinquatis divites, vos æterna mendicitate damnatis.* Sanctus Ambroſius inquit : *Melius operatur pecunia in pauperis cibo, quam in divitis ſacco, cave ne intra loculos tuos includas vitam pauperum.* Nam ut habet trita illa propoſitio : *Si non paviſti, occidiſti*, quam ſententiam S. Auguſt. his verbis confirmat : *Si dederitis voluntarie*, inquit, *plus ſemper Dominus dabit vobis ſi non dederitis, quantacumque pauperes, in quibus locis habitatis fame mortui fuerint, tantorum homicidiorum rei eritis. Inſuper immittet vobis Dominus peſtilentiam & famem, & perdetis totum quod habetis; nec non & animas veſtras.*

Dives epulo ſepultus eſt in inferno propter tenacitatem ſuam. Luc. 16. v. 22.

Salvian. l. 1. ad Eccli. S. Ambr. l. 2. off. c. 16.

S. Aug. T. 9. Tr. 20. de verb. Cath. Converſ.

6. Inter alias cauſas, ob quas Deus Pentapolim in tam profundum iniquitatis barathrum præcipitare permiſerit, eamdemque horrendo illo flammarum diluvio caſtigarit, etiam impietas erga pauperes una fuit, quæ tanto erat in illis intolerabilior; quanto regio in qua ſituata fuit, erat abundantior : *Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ*, inquit Ezechiel, *ſaturitas panis, & abundantia,*

Una cauſa quod Pentapolis horrendo perierit incendio, fuit immiſericordia in pauperes. Ezech. 16. 46.

luxuria in novissimo, quaſi diceretur, qui habuerit dum ſanus fuerit, cor à paupere alienum & filicis inſtar durum, durus quoque manebit usque ad ultimum mortis ſuæ articulum, non vero item homo erga pauperem benignus & miſericors, nam ut Pſalm. ait : *Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus*; idipſum quoque S. Paulino dicenti credere poſſumus qui quidquid habuit, in eleemoſynam erogavit, ſeque ipſum ad liberandum quemdam pauperem in perpetuam ſervitutem divendidit, dicit enim hic Sanctus : *Facile ſerpit cancer avaritiæ in præcordia nullis miſericordiæ munita viſceribus captamque vaſpercis alligat vinculis animam, ſi à bonis operibus nudam, & materia capacitatis, hoc eſt, in fructuoſis opibus abundantem ſarpens inimicus invenerit.* S. Auguſt. quoque ad hoc propoſitum circa illos, qui pauperes hiſce verbis, vade cum Deo, vel Deus te juvet, dimittunt; ſequentem habet ingenioſam obſervationem; dicit enim : *Sed qua talis fuit, pauperi eleemoſynam petenti dicunt, vade, vade in ante, & daturus tibi Deus, & utique dum ambulaverit homo, ei daturus eſt. Quid eſt ergo quod dicit : Vade in ante, & dabit tibi Deus? niſi vade ad illum hominem, qui habet Deum? quia daturus eſt Deus. Ut ve Jupiter confitetur apud ſe Deum non eſſe, quo inſeviente poſſit erogare pauperibus.*

Pſalm. 40. 2.

S. Paulin. Epiſt. 34.

Deus adeſt miſericordibus.

S. Auguſt. ſerm. 231. de temp.

10. Obſervandus eſt textus ille Iſaiæ, in quo dicitur : *Frange eſurienti panem tuum . . . cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris*; potius hic dicendum videbatur *carnem ejus*, cur igitur dicit *tuam?* ratio hujus eſſe poteſt, quia, qui tenax eſt erga pauperes, ſui ipſius eſt inimicus, quia tam ſupra corpus, quam ſupra animam provocat ſupplicia Dei, qui in paupere ſe cenſet eſſe contemptum & repulſam paſſum. Pſalm. ait : *Simul inſipiens & ſtultus peribunt*; mira profecto propoſitio, cum enim nulla ſit veritas hac certior, quid opus erat illam conſcribere? *Et relinquent alienis divitias ſuas*; enim vero hoc loquendi modo David divites erga pauperes tenaces & avaros, ut ſua hæredibus extraneis relinquant ſupra modum : ſtultos eſſe demonſtrat; at vero inquies, numquid per experientiam videmus, quod divites facultates ſuas proximo ſanguine conjunctis relinquants Reſpondeo, verum quidem id eſt, ſed quando teſtatores in vita erga pauperes non fuerunt benigni in juſtum illorum ſupplicium vindex Dei juſtitia permittit, ut cognati, imo filij eorumdem relictas ſibi facultates haud ſecus tractent, quam ſi extranei eſſent : *Quid eſt hoc inani labori detertus*, inquit S. Chryſoſt. *quando ipſe labores & ſudores perpeſſus diſceſſerit, alijs autem divitias fruendas reliqueris. & neque aliquibus quidem neceſſarijs, & ei familiaritate conjunctis, ſed ſæpe etiam hoſtibus & inimicis, & ideo non dixit : Alijs, ſed alienis relinquent divitias ſuas.* Meritò igitur S. Baſilius à S. Joanne Damaſc. ibidem citatus ait : *Eas ſaltem in bonorum tuorum partem, fratres tui una cum tineis veniant.*

Iſai. 58. v. 7. Homo tenax erga pauperes, provocat ſupplicia Dei in corpus & animam ſuam. Pſ. 48. v. 11.

S. Baſil. & Dam. cit.

D. Chryſoſt. ibid.

DISCURSUS XIII.

ARGUMENTUM.

Eleemoſynarius non habet quod timeat, aut in agone, aut in judicio, tam particulari quam univerſali.

THEMA.

Jucundus homo qui miſeretur & commodat, diſponet ſermones ſuos in judicio, quia in æternum non commovebitur, Pſalm. III. v. 5.

Luc. 21. 26. D. Chryſoſt. T. 3. de furto & latrone. Job. 26. v. 11. Job. 14. v. 13. In Judicio finali miſeritordes in pauperes non habebunt quod timeant.

1. JUdicium finale adeo erit horrendum, ut etiam viri ſanctiſſimi in eodem contremiſcent, unde ipſemet Judex apud S. Lucam ait : *Virtutes cœlorum movebuntur*, & D. Chryſoſt. inquit : *Tam terribile judicium illud eſt, ut ab Angelis timeatur*; S. quoque Job : *Columnæ cœli contremiſcunt, & pavent*, ac proinde hanc à Deo gratiam efflagitabat, ut brevi judicij celebrandi ſpatio in inferno ſe abſcondere poſſet, ne videretur ab irato Judice : *Quis mihi hoc tribuat, ut in inferno protegas me, & abſcondas me, donec pertranſeat furor tuus?* & tamen hic Pſalm. qui per ejus os æternæ & infallibilis veritatis loquitur : dicere non dubitat, quod vir eleemoſynarius eo modo diſpoſiturus ſit reſponſa ſua, ut in die illo, nec quidquam titubet aut formidet : *Jucundus homo &c.* Et revera ita ſe res habet, quia ſi Judex examinaturus eſt, & formaturus proceſſus contra eos, qui adverſus pauperes inhumani fuere, iisque dicturus ſit : *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum*; *Matth. 25.*

Causa damnationis reproborum in judicio, erit illorum inhumanitas erga pauperes.

Hug. Card.

Eccli. 4. 5. 6. Avari timeant maledictiones pauperum.

S. Greg. Turon. de Gloria Confeſſ. c. 108. Stupendum hujus exemplum.

Petr. Bleſ. epiſt. 91. Invectiva in Epiſcopum famis tempore immiſericordem erga pauperes.

Luc. 10. Hugo. C. ib.

Eccli. 13. 23.

D. Chryſ. t. 1. Conc. 2. de Lazaro.

Matth. 10. v. 14. 15. Horrenda comminatio in immiſericordes.

Matth. 25. 45.

Lazarus tot habuit ora, quot vulnera. D. Chryſ. ſerm. 121.

Deut. 15. v. 7. 8. Durus erga pauperes, durus manebit uſque ad mortem. Eccli. 3. v. 27.

8. Salvator noſter apud S. Matthæum Apoſtolos ſuos, qui votum paupertatis emiſerant, ad concipiendam in Deum confidentiam, qui nihil quod ad ſuſtentationem eis neceſſarium facit, deeſſe permittet, animaruitus de ijs, qui vitæ ſubſidia illis negaturi erant, hoc ſupplicium pronuntiavit : *Quicumque non receperit vos, . . . exeuntes foras de domo, vel civitate, excutite pulverem de pedibus veſtris. Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die Judicij quam illi civitati*; quibus verbis ruinas integris civitatibus comminatur irreparabiles; eo quod pauperes à ſe rejecerint, maxime illos qui pro Deo laborant. Sodomitæ quidem Angelis inferre injuriam tentarunt : At vero, qui pauperem non recipit, ſed à ſe repellit, ipſum Angelorum Creatorem abjicit, & fame perire permittit, quia *quamdiu non feciſtis uni de minoribus, nec mihi feciſtis.* Valde conſiderabile eſt illud quod D. Chryſolog. ad eos qui viſcera ferrea habent condemnandos proponit : quo enim fine, inquit ille Deus Lazarum ulceribus plenum epulonis oculis objecit? nimirum *Deus, quia obturatis auribus tenius oris nil erat vox clamantis, ad aperiendum cor divitis, votum corpus pauperis vulneribus aperit, ut in admonendo divitæ tot eſſent pauperis ora, quot vulnera*; ſi enim ſanguis Abel virtutem fratricidæ efflagitabat, ut quæ tot vulnera in mendico velut totidem ora, ſanguis item & ſanies ex ulceribus dimanans invocabunt pariter contra proximum & fratrem vindictam, ſi mendicum fame perire permiſerit, & ſubſidia denegaverit.

9. Deus olim Moyſi in Deuteronomio hæc verba conſcribi præcepit : *Si unus de fratribus tuis, qui morantur intra portas civitatis tuæ, in terra quam Dominus Deus tuus daturus eſt tibi, ad paupertatem venerit : non obdurabis cor tuum, nec contrahes manum, ſed aperies eam pauperi*; eſt enim æternæ reprobationis comminatio, qua dicitur : *Cor durum male habebit in novissimo*, quaſi diceretur, qui habuerit dum ſanus fuerit, cor à paupere alienum & filicis inſtar durum, durus quoque manebit usque ad ultimum mortis ſuæ articulum, non vero item homo erga pauperem benignus & miſericors, nam ut Pſalm. ait : *Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus*; idipſum quoque S. Paulino dicenti credere poſſumus qui quidquid habuit, in eleemoſynam erogavit, ſeque ipſum ad liberandum quemdam pauperem in perpetuam ſervitutem divendidit, dicit enim hic Sanctus : *Facile ſerpit cancer avaritiæ in præcordia nullis miſericordiæ munita viſceribus captamque vaſpercis alligat vinculis animam, ſi à bonis operibus nudam, & materia capacitatis, hoc eſt, in fructuoſis opibus abundantem ſarpens inimicus invenerit.* S. Auguſt. quoque ad hoc propoſitum circa illos, qui pauperes hiſce verbis, vade cum Deo, vel Deus te juvet, dimittunt; ſequentem habet ingenioſam obſervationem; dicit enim : *Sed qua talis fuit, pauperi eleemoſynam petenti dicunt, vade, vade in ante, & daturus tibi Deus, & utique dum ambulaverit homo, ei daturus eſt. Quid eſt ergo quod dicit : Vade in ante, & dabit tibi Deus? niſi vade ad illum hominem, qui habet Deum? quia daturus eſt Deus. Ut ve Jupiter confitetur apud ſe Deum non eſſe, quo inſeviente poſſit erogare pauperibus.*

Deut. 15. v. 7. 8. Durus erga pauperes, durus manebit uſque ad mortem. Eccli. 3. v. 27.

Præclarum exemplum S. Elisabethæ.

Esurivi enim & non dedistis mihi manducare, profectò illi qui eleemosynis erogandis dediti, compassionem exercuerunt circa proximos, nihil omnino habebunt, quod formidare debeant. In vita S. Elisabethæ Reginæ Hungariæ legitur, quod dum in hospitalibus serviret infirmis, pedisequæ ejus pium hoc ministerium nauseantes S. Reginam ab eodem retrahere conatæ fuerint, necessum esse dicentes, ut majorem suipsius curam habeat; quibus illa subridendo respondit: quam in die Judicij habebimus securitatem, si idipsum omiserimus? quando Judex dicet: *Infirmus eram & non visitastis me*, nos idipsum à nobis propositum esse dicemus, adeo etiam ut pedisequæ nostræ haud raro contra hoc obmurmurarint; idipsum quoque de ijs dicere possumus, qui manus suas in pauperum subsidium aperiunt: *Disponent sermones suos in judicio, quia in æternum non commovebuntur.*

Matth. 25. 43.

Rup. Abb. de Trin. & oper. ejus l. 3. in Reg. c. 31. Totum judicij extremi examen instituetur circa opera misericordiæ, pauperibus exhibita.

2. Rupertus Abbas ad thronum Salomonis, qui throni illius, in quo verus Salomon tanta cum Majestate sedebit, typus fuit, alludens, inquit: *Grandis thronus, grande quippe judicium exspectamus; sex ille habebat gradus, sex enim sententijs judicium perficitur, esurivi enim, & non dedistis mihi manducare, sitivi, & non dedistis mihi potum; hospes eram & non collegistis me, infirmus, & non visitastis me, in carcere, & non venistis ad me, duæ manus hinc atque inde, id est, duo tenores, hinc judicij, atque inde misericordiæ.* At vero quam libere & expedite hi qui proximis largas dedere eleemosynas, hoscè sunt consecuturi gradus? considerabilia sunt verba illa Laurentij Justiniani, qui de Judicio cui Christus præsidebit, loquens, inquit: *Numquid in Judicio dicet: Venite benedicti Patris mei, quia jejunastis, quia vigilastis, quia ploraſtis? nonne magis quoniam esurivi, & dedistis mihi manducare, nihil aliud, qui conversatis in sæculo, exigit à te Deus, quam ut mandata illius custodias, proximum tuum diligas, & pauperibus alimoniam præbeas.* S. Aug. pariter de eleemosyna ita scribit: *Patrocinatur in die Judicij homini, ut flammas æternas non timeat, sicut Jacobus in Epistola sua dicit: Superexaltat misericordia judicium: & judicium sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam.* D. Chrysostomus similiter nos ad liberalitatem erga pauperes exhortans, inquit: *Induc Christum, ut in judicij die te induat, tege illum, ut in die iræ te protegat.* Quando enim Judicis benevolentiam per præstita ei beneficia comparavimus, nihil utique habebimus quod timeamus. S. Ambr. vero, hominem erga pauperes tenacem his verbis perstringit: *Quantum tibi prodesse ad gratiam multorum pupillorum patrem nominari, quam innumeros stateres in sæculo obsignatos habere? pecunia enim hic relinquitur, gratia autem operum bonorum nobiscum ad Judicem meritis defertur;* hanc autem gratiam, misericordiam & compassionem erga egenos exercendo acquirimus. Idem quoque S. Doctor alibi dicit: *Sola misericordia comes est defunctorum.*

S. Aug. T. 10. h. 46.

Jacobi. 2. 13.

D. Chrysf. t. 9. de cæco & Zachæo.

S. Ambros. l. de Naboth. c. 8.

S. Ambr. serm. 2.

3. S. Thomas de Villa Nova ad propositum nostrum prolixè discurrit, ostendens, quod occasiones illi, qui erga pauperes liberales exstiterint, habituri sint omnem à se in die judicij excludendi timorem. Et quidem primo loco judicij terribilitatem declarat, dicens: *Non erit tunc recursus ad Sanctos, non ad Angelos, non ad virginem, quoniam dies vindictæ & justitiæ est, & in sua justitia quilibet liberabitur; non succurrent tunc amici, non filij, non pecunia, non familia, sed sola bona opera assistabunt, illa sola non deserent, illa sola in judicio pro officio respondebunt, sicut Augustinus ait: Opera tua sumus, non deseremus te.* Et tamen Spiritus Sanctus de viro Eleemosynario inquit, quod cor induet leonis, & præ lætitia, & jubilo pectus illius exiliet, *non movebitur in commun* illa omnium creaturarum desolatione, nec perturbabitur: *Jucundus homo qui miseretur & commodat &c. O quomodo gaudebit tunc in eleemosynis quas fecit.* inquit idem S. Thomas de Villa Nova, *quomodo lætabitur, cum audierit Judicem dicentem: Esurivi, & dedistis mihi manducare, sitivi, & dedistis mihi bibere &c. Sed cur obsecro Domine, non orationes, jejunia, lachrymas, disciplinas, & opera misericordiæ spiritualia commemoras, sed solas eleemosynas? an cætera pro nihilo reputabuntur, non utique;* nam & alia opera bona præmiabuntur, ita tamen ut inter omnia primatum eleemosynæ obtineant, ut inde omnes animentur ad præbenda egenis subsidia, in quibus ipsemet Christus repræsentatur.

S. Thom de Villa Nov. serm. de S. Martino Conf. In extremo judicio sola opera bona nobis patrocinabuntur.

Prov. 21. 14.

4. S. Hieronymus illum Sapientis textum (*Munera absconditum extinguet iras, & donum in sinu, indignationem maximam*) interpretans, sequentem subnectit Glossam: *Qui iram districti Judicis quam peccando meruit, placare desiderat, eleemosynam det pauperibus.* Porrò ubi vulgata legit: *Ponam in pondere judicium & justitiam in mensura.* Septuaginta vertunt: *Ponam judicium in spem, & misericordia mea in stateras*, quid obsecro Propheta per hanc in trutinis libratam misericordiam significare intendit? scriptum equidem novimus: *Non intres in judicium cum servo tuo, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens*, quam igitur salutis spem in judicio finali concipere poterit homo improbus? *si Justus vix salvabitur, impius & peccator ubi parebunt?* trutinæ per S. Michaëlis Archangeli manum sustinendæ eleemosyna imponatur, sicque omnis timoris evanescet angor: *Ponet judicium in spem, & misericordiam stateras; quis celebre nescit Petro Telonarij ditissimi simul & tenacissimi in pauperes factum, cujus S. Joan. eleemosynarius sæpe legitur meminisse, die quadam* temporis hybernalis, congregati pauperes ad Solis calorem, se tantisper recreaturi, quando mutua miscentes colloquia, de ijs discurrere cœperunt, qui vel in pauperes benefici, vel inhumani & parci essent; ultimos hos inter primum facile locum dictus obtinuit Petrus, qui nulli eorum, vel minimam umquam dederat buccellam panis; unus tamen eorum sua se importunitate aliquam Petro eleemosynam extorsurũ esse jactavit; dum igitur panes ex pistrino adducti ad Petri ædes deferrentur, accurrit ille pauper, replicatisq; instantijs tantillum petijt panis; iratus alter, dum non reperiret quidpiam quo importunum abigeret panem apprehendit cum furore in eum veluti lapidem conjecit. Secundo igitur ab hinc die in lethalem incidens morbum, tali oblectari meruit visione: Coram tribunali Altissimi sese sisti, & à Dæmonibus ropter scelera accusari sibi videbatur; quæ omnia cum Diabolus hinc trutinæ imponeret, illinc ex alia vero parte, dum non reperirent Angeli boni quidpiam, quòd collocarent operum bonorum, dictum panem taliter erogatum bilanci commiserunt, hicque solus omnibus præponderavit scelleribus, quo peracto, Angeli boni Petrum nihilominus admonuere, ut huic pani alias bonas superadderet operationes. Hæcque visio ita eum illuminavit, tantoque virtutis eleemosynæ inescavit amore, ut subito omnia bona in pauperes erogare decreverit; quare pauperi cuidam nautæ obvius, divitem ei vestem suam confignavit, laceramque recepit inopis; quod factum Christus glorioſe approbavit, quando nocte sequenti Petro apparuit eum dicta opulenta chlamyde, seipsum postea in mancipium vendidit, ne quod in erogandis eleemosynis liberalitatis symbolum præteriret: Qua ex historia deducitur, quantum sibi patrocinium coram tribunali Dei vendicet compassio in pauperes. *Nec ulli alij rei potius*, inquit Nazian. *quam benignitati benignivas ab eo rependitur, qui juste remittitur, atque in pondere misericordiam ponit.* Cujus patrocinij Nazianz. pariter meminit, dum ait: *Ad necessaria tempora, supernæ benevolentiæ tibi præsidium para, misericordiam Deo commoda, neminem umquam Deo aliquid prius obtulisse pœnituit: in beneficio reddendo copiosus est.* Ubi notanda occurrunt verba illa: *Ad necessaria tempora*; quando enim major urget necessitas, quam in articulo mortis, quando judicium particulare à quo judicium universale dependet, unaquæque subibit anima.

S. Hier.

Isaiæ 28. 17.

Eleemosynam districtis judicis præomn. placat.

Ps. 142. v. 2.

1. Petr. 4. v. 18.

Celeberrimũ exemplum Petri Telonarij.

Compassio in pauperes est solidum patrocinium in judicio.

Naz. or. 6.

Idem or. 17.

5. *Jucundus homo &c.* mysteriosum equidem eleemosynæ epithetum attribuit Doctor gentium, dum ait: *Facile tribuere, communicare* (de divitibus loquitur) *thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant veram vitam.* Fundamentum, ut nostis, solidum persistit, non corruit quin potius eorum sustinet ædificium juste, itaque hoc loquendi modo usus est Apostolus, siquidem ad vitæ æternæ consecutionem ad sedandum Judicis furorem, tamquam stabile & inconcussum fundamentum, unicè deservit eleemosyna, quæ *non commovebitur in æternum.* In libro cui titulus *Dives salvatus*, quidam opulentus in agonia constitutus integro spirituum infernalium exercitu circumdatus fuisse legitur; qui ei aditum ad cœlos impediret: Ast eodem tempore octies millenæ comparuere animæ beatæ, quæ eum propter exercita misericordiæ opera in ipsas, liberarunt, seque in virtute eorumdem salvatas fuisse asseruerunt, quam ob causam se dictitabant missas divinitus ut in retributionem periclitanti opem ferrent, illaque Evangelica adimpleretur promissio: *Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis, ut, cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Magna res est eleemosyna*, exclamat S. Chrysostomus, *quæ peccata delere potest, & judicium propulsare, quamvis enim tu*

1. *Tim. 6. v. 18. 19.*

Eleemosyna est solidum fundamentum vitæ æternæ.

Steph. Binetti c. 1. n. 16.

Quidam dives in agonia salvatur per pauperes, quibus eleemosynas dederat.

Luc. 16. 9.

D. Chrysf. h. 57. ad pop.

tu taceueris, infinita pro te ora pauperum patrocinabuntur.

D. Chrysol. ser. 14. Misericordes erga pauperes, misericordiam consequentur in die mala.

D. Chrysol. serm. 42.

S. Joan. Damasc. l. 2. Parall. c. 16. Matth. 5. 7. Eccli. 11. 1. S. Ant. de Pad. serm. in D. 2. post Epiph.

Matth. 25. 35. Eccli. 17. 18.

6. S. Chrysologus illum Psalmistæ versiculum homini eleemosynario appropriatum discutiens, *in die mala liberabit eum Dominus*; quid per diem malam intelligendum sit, subnectit, inquiens: *In die mala illi Deus liberator assistet, qui à malis pauperem liberavit; in angustijs illum Deus clamantem audiet, qui pauperem, cum clamaret, audivit.* Loth incendio Sodomitico ereptus, prout in commendatione pro defunctis legitur, animam significat inferno subtractam, cujus etiam in hæc verba meminit Chrysol. *Loth quia hospitio excepit Angelos, judicium prævenit, misericordem nescit divinus ignis exurere.* Porro reliquas inter Damasceni sententias, illa non infimum obtinet locum, quâ dicit; *Qui misericordiâ afficitur, misericordiam consequetur*: Juxta illam promissionem Evangelicam: *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* S. Antonin. de Padua illum adducit Ecclesiast. textum: *Mitte panem tuum super transeuntes aquas, quia post tempora multa invenies illum.* Ubi per illos, qui aquas pertranseunt, pauperes intelligendos esse censet; quando igitur panis ille integer reperietur? in die utiq; Judicij, quando judex dicturus est; *Esurivi & dedistis mihi manducare. In die Judicij invenies illum, id est, retributionem pro illo. Unde Matth. 25. Esurivi, & dedistis mihi manducare*, qui idem Sanctus ad alium hunc Ecclesiastici textum (*eleemosyna viri, quasi signaculum cum ipso*) alludens subnectit: *Peregrinus es ô homo, hunc sacculum in tua peregrinationis via porta, ut cum sero ad hospitium veneris, panem, quo reficiaris in eo invenire possis.*

Fatuæ virgines carentes oleo misericordiæ, rejectæ fuerunt.

Matth. 25. 12.

D. Chrysf. T. 1. h. 55. de Pœnit. c. 9.

D. Chrysost. t. 5. de Elia & vidua serm. 34.

Per oleum & vinum designatur misericordia.

Apoc. 6. v. 6.

Andreas Cass. Episc. in c. 15. Ap.

7. Fatuæ virgines tanti virginitatis donum æstimaverant, ut tamquam veræ tales virginum nomine à Christo appellatæ fuerint, & tamen quia oleum illis defecit, per quod charitas, compassio, & eleemosyna egenis præstita intelligitur, sibi dici audiverunt: *Nescio vos*, & condemnatæ sunt. *Vide rem magnam*, inquit, hoc loco Chrysost. *cum virginitas secum sororem habuerit eleemosynam, in eam nulla adversa poterunt, sed omnibus superior erit, propterea non introierunt illæ, quod cum virginitate eleemosynam non habuerunt*; Idem quoque S. Doctor Tom. 5. *de Elia & vidua* differens, eamdem habet observationem, cum dicit: *Eleemosyna absque virginitate suos alumnos introduxit in cælum, quod virginitas absque eleemosyna minime potuit.* Verum enim vero, ex quo olei mentionem fecimus terribilem illam visionem Apocalypticam sub silentio pertransire nequeo, id vero quod in ea vel maxime nostro proposito deservit, est, quod inter alia supplicia, quibus Deus terram affligebat; vox quædam audita fuerit, altum clamans, ut oleum & vinum præservaretur à strage: *Vinum & oleum ne læseris*; At vero ex quo Deus, nec hordeo, nec tritico, neque alijs parcebat fructibus, cur duo hi liquores privilegiati fuerunt, ut manerent à strage immunes? egregius quidam Scriptor observat, quod Samaritanus ad miserum illum vulneratum, qui in latrones inciderat, curandum, oleo usus fuerit & vino, perque hosce liquores erga miserum hunc hominem misericordiam exercuerit, & compassionem; ubi vero etiam per solam umbram aliqua comparet misericordiæ figura, divina Justitia subito placatur, *quæ per illos sanare idonea, qui in latrones incidenerunt.* S. Basilius à Damasc. citatus, divitem quemdam erga pauperes immisericordem, his verbis affatur: *Vide quanto ad gloriam illustrius, utiliusque sit, sexcentorum filiorum patrem appellari, quam sexcentos stateres in crumena habere? peccatas invitus etiam hic relicturus es, at laudem ex bonis operibus collectam ad Dominum deferes, cum nimirum ingenti turba coram communi Judice circumfusus, ab eis & nutritor, & benefactor, & quocumque tandem alio humanitatis nomine appellaberis*; Ibidem quoque quamdam adducit sententiam D. Chrysost. cujus hæc sunt sequentia verba: *Judex noster per pauperes corrumpitur, sic igitur per pauperis manum Judicis posticum pulsas, etenim ille munera tua per eum accepit, ac leges adulteravit, accipit, & ex justo benignus efficitur; accipit inquam, & veritati misericordiam anteponit.* Pergit ultrius, & per ejusdem Chrysostomi testimonium paulò post dicit: *O singularem eleemosynæ vim! sola ad divinum tribunal irrepit, ne Judicem timeamus ante judicium manus protendentes, ne Judicem metuamus, qui se accepisse minimè inficiatur.* S. Greg. nonnullos qui potius ex motivo lucri, quam ex stimulo charitatis eleemosynarij erant, ita alloquitur: *Plerumque plura homines pauperibus largiuntur, non quia eosdem pauperes diligunt, sed quia si minime tribuant, iram Judicis superni formidant.*

S. Basil. d Dam. l. 2. Parall. c. 16. cit. Per eleemosynas corrumpitur æternum Judex.

D. Chrysf. ibid. cit.

Idem D. Chrysost.

S. Greg. l. 12. mor. c. 14.

Matth. 22. v. 12.

Per vestem nuptialem intelligitur Charitas.

Ibid. v. 13.

Tob. 4. v. 11.

S. Paul. ad Sever.

Jac. 2. v. 13.

Textus. Gr.

S. Greg. h. 32. in Ev.

Per eleemosynam constituimus Deum nostrum debitorem.

D. Chrysol. ser. 14.

8. Is, qui sine veste nuptiali inventus, ideoque sine remissione condemnatus fuit, ne verbum quidem in sui excusationem allegare potuit: unde dicitur in Textu: *At ille obmutuit*; per illam vero vestem charitas denotabatur, & ideo ob hujus carentiam de illo dicitur: *Mittite eum in tenebras exteriores*; unde clare deducitur eum pauperibus minime fuisse compassum, quia ut Tobias ait: *Eleemosyna à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras.* S. Paulus in quadam Epistola differentiam indicat, quæ inter Judicem supremum Christum, aliosque terrenos judices intercedit: dicit enim: *In sæculo corrupti muneribus reorum judices condemnantur, sed quisquis homo præventus in aliquo peccato diffidens innocentiæ suæ, offers pretium salutis tuæ Judici nostro, ne verearis, quasi corruptionis injuriam justitiæ Dei facere.* S. Jacob. Apostolus ait: *Judicium sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam, superexaltat autem misericordia judicium*: pro quibus postremis verbis in Græco legitur: *Adversus judicium gloriatur misericordia.*

9. S. Gregorius refert, quod tempore Gothorum matrona quædam valde devota frequenter veneretionis causâ Ecclesiam SS. Martyrum Processi & Martiniani accesserit: quodam vero die inde egrediens obvios habuerit duos Monachos peregrinorum more vestitos qui ab ea eleemosynam postulabant: *Priusquam vero ejus erogator, eis ad largiendum eleemosynam propinquasset, astiterunt illi vicinius, & dixerunt: Tu nos modo visitas, nos te in die Judicij requiremus, & quidquid possumus, præstabimus tibi, quo dicto ab oculis ejus ablati sunt.* Major nobis consolatio erit, non solum quod illos quibus benefecimus, in illo die gratos erga nos experiemur, verum etiam quod ipsummet Deum, per eleemosynam nostrum constituamus debitorem, qui idem ipse est qui nos tunc est judicaturus. Unde D. Chrysol. *Beatus qui fœneranda pauperi ipsum sibi judicem constituit debitorem.*

DISCURSUS XIV.
ARGUMENTUM.

Pauperibus subveniendo, ingens salutis æternæ pignus nobis acquirimus.

THEMA.

Dominus conservet eam, & vivificet eum. Psalm. 40. vers. 3.

Per eleemosynam acquiritur pignus salutis.

S. Aug. l. 20. de Civ. Dei. c. 24.

Ps. 49. v. 5.

1. REgius Propheta David de viro eleemosynario differens ab omnium bonorum datore vitam ei auguratur & beatitudinem, dum ait: *Dominus vivificet eum, & beatum faciet eum*: Ingens enim salutis suæ pignus tenet, qui pauperibus compassionem exhibet. S. Augustin. Textum illum Psalmistæ: *Congregate illi Sanctos ejus, qui ordinant testamentum ejus super sacrificia*; ad propositum nostrum optimè exponit, dum per Sanctos eos, qui eleemosynam præstant, intelligendos esse dicit: *Qui disponunt ejus Testamentum sacrificia, id est, opera misericordiæ sacrificijs præponenda, juxta sententiam Dei dicentis: Misericordiam volo plus quam sacrificium*; Etenim, cum sanctitas sola sit illa, quæ beati illius regni nobis tribuit possessionem, hanc misericordiam erga proximos nostros exercendo vere consequimur.

Lymbus datus fuit sinus Abrahæ ex eo quod fuerit liberalis erga pauperes.

2. Nescio an aliquando ad hoc vos reflexeritis, quod ex quo ante redemptionem à Christo in Calvariæ monte consummatam nullus eorum qui ad antiquum pertinebant Testamentum, aditum habere potuerit ad gloriam, nihilominus in lymbo deputatus fuerit locus, in quo animæ dilectæ velut in depositò demorabantur, sed quodam loco huic nomen obtigit? ex Scriptura constat, quod sinus Abrahæ appellatus fuerit; sed cur non potius vocatus fuit sinus Israëlis, quod idem est, ac videns Deum? aut vero cur non potius sinus Davidis viri secundùm cor appellari meruit? ratio esse potest, quia Abraham præ cunctis alijs hospitalitati, & liberalitati erga pauperes supra modum deditus fuit, adeo ut D. Chrysol. de illo dicat: *Parum se beatum credidit, si in ipsa superna gloria ab hospitalis pio officio cessaret*; cum igitur misericordia erga proximos aditum ad cœlos patefaciat, Deus non sine mysterio disposuit, ut sinus ille sive depositum paradisi ab eo nomen suum sortiretur, qui præ cunctis alijs erga pauperes liberalis fuit.

D. Chrysf. serm. 121.

Matth. 10. v. 41.

3. *Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet.* Quod si quis velut alter quidam Paulus in cœlum raperetur empyreum, ibidemq; sublimem

Eleemosynarij in cœlo erunt superiores omnibus.

sublimem videret gloriam Jeremiæ, Ezechielis, Davidis, torque aliorum Prophetarum insignium, is utique ardentius ad charitatem & eleemosynam in egenos distribuendam, accenderetur, quia infallibilis est Dei promissio, quod qui servum Dei, ex ejusdem Dei amore recipit, in cœlo recepturus sit retributionem, quâ Prophetæ gaudent; atque ideo eleemosynarij in paradiso cœlesti, quoad beatitudinem omnibus alijs superiores erunt; cujus causa est, quia hæc major & minor futura est, secundùm quod charitas fuerit magis & minus intensa, & ideo quando Electi à Judice invitantur ad gloriam, dicendo; *Venite Benedicti Patris mei*, solorum meritorum misericordiæ corporalis fit mentio: *Propheta, vel Justi mercedem capiet*, inquit D. Chrysost. *illam videlicet, quam decens est, ut is capiat, qui Prophetam aut justum recipit; vel certe qualem ipse Propheta, aut Justus consequetur.*

Matth. 25. v. 34.

D. Chrys. h. 36. in Matth.

Psalm. 118. v. 109.

4. Psalm. dicit: *Anima mea in manibus meis semper*, qui modus loquendi satis obscurus esse videtur, quia an forsitan per manus opera intelligens, dicere vult animam suam conformiter ad opera, sive bona sive mala salvandam vel damnandam esse? aut vero imminens innuere voluit periculum, quod cuijusliber hominis anima propria incurrere potest, ut proinde illam velut rem pretiosam in manibus portet ut tanto minus periclitetur? B. Petrus Damianus dubium illud ingeniosè solvit, dum verba illa de manibus ad eleemosynam apertis intelligit, hæ enim, inquit S. Pater, animam nostram de B. Æternitate securam efficiunt: *Ut manus tuæ extenderentur ad inopem, & dicere posses: Anima mea in manibus meis semper*, inquit idem Petrus Damianus.

Eleemosynæ reddunt animam securam de beatitudine.

B. P. Dam. ser. 47.

5. S. Ioannes eleemosynarius Patriarcha Alexandrinus morti vicinus existens sequens condidit Testamentum: Gratias tibi ago mi Domine, quod me dignum effeceris, ut offerrem tibi totum, id quod est tuum, quodque ex omnibus mundi bonis aliud nihil sit reliquum, quam tertia pars unius realis, quam pauperibus, qui sunt fratres mei in Christo, distribuendam relinquo, hactenus tibi tuas reddidi facultates, nunc quoque animam meam, quæ pariter tua est, tuis manibus consigno, hisque dictis cum immensa gloria cœlum conscendere visus est, innumera pauperum viduarum & pupillorum, cum ramis Olivarum ipsum præcedentium multitudine stipatus. Infinita utique erit consolatio illa, quam anima in tremendo Judicij die habitura est, quando, postquam Justitia divina omnia iræ suæ fulmina evibravit, tandem serena, & subridenti facie ad electos conversus eisdem dicit: *Esurivi, & dedistis mihi manducare, hospes eram &c.* Tunc enim S. Ephrem ait: *Tenebit illam Christus coram Angelis & Sanctis, statuensque in medio, prædicabit illam, & ostendet ac dicet: Hic homo esurientem me pavit, pecreavit, & cooperuit, propterea ego dico ipsi:* [*Euge serve bone & fidelis, ... intra in gaudium Domini tui,*] *& in vitam æternam.*

Infinita consolatio eleemosynariorum in extremo judicio.

Matth. 25. 35.

Matth. 25. 21.

6. D. Chrysologus Redemptorem nostrum dixisse observans: *Misericordiam volo*, inquit, *humanam misericordiam petit, ut largiatur divinam, est in cœlis misericordia, ad quam per terrenas misericordias perveniuntur; dicturus enim cæsam in judicio Dei, patronam tibi misericordiam, per quam liberare possis, assume.* Quævis alia via nos fallere potest præterquam illa quæ trita & regia via est; in omnibus alijs operibus bonis, aliquis reperiri potest scopulus, in quem impingentes labamur, at vero quo ad eleemosynam ex charitate & amore Dei factam, infallibilem habemus securitatem, quod ducatum nobis præstabit in patriam cœlestem; ac proinde S. Thomas de Villa Nova dignum hoc ei attribuit encomium, dum ait: *Eja, arripite viam salutis, viam Regiam & tutam, intelligite super egenum & pauperem ut cum ipsi egueritis, intelligat Deus super vos.* In Regum Curijs nonnulli sunt Proceres, qui à clave aurea nomen habent, deputati nimirum ad aperiendas regionum penetralium fores, sic quoque pauperes eleemosynas nostris adjuti dici possunt: *Proceres clavis aureæ*, quia cœlestem nobis aperiunt paradisum; unde Tobias ait: *Præmium bonum tibi thesaurizas in die necessitatis.* S. Leo pariter ad propositum nostrum inquit: *Cibus egeni regni cœlestis est pretium, & largitor temporalium hæres efficitur æternorum.* D. Chrysostomus bonis cœlestibus contra opponens bona, quæ à Christo recepimus inter pauperes Christum repræsentantes distribuenda, inquit: *Gloriosam te fecit in cœlis, tu nuditate, deformitate, frigore ipsum eripe, Angelorum te conviven effecit, tu in tecto salutem suscipias, & sicut unum famulorum in domo tua contegas. Non venuo inquit, hoc diversoriam, qui tibi ad cœlum viam construxit.*

S. Thom. de Villanov. ser. de S. Martino Confess.

Pauperes sunt Proceres clavis aureæ.

Tob. 4. v. 10.

S. Leo ser. 4. de collectis.

D. Chrys. h. 49. in Matth.

7. Viarum difficillima illa est quæ sursum tendit, principaliter autem si ad aërem ipsum sublimem penetrandum ducit: *Arcta via est, quæ ducit ad vitam: & pauci sunt qui inveniunt eam*; Nihilominus S. Augustin. in virtute meritorum eleemosynæ, magnam ejus obtinendi spem suppeditat, inquiens: *Via cæli est pauper, incipe erogare, si non vis errare.* Agapytus Papa in quadam ad Imperatorem Epistola, in qua ad purpuram & togam purpuream alludit Imperatorum, hoc insigne in pauperum favorem inde elicit documentum: *Amoris in egenos, qui inducrit purpuram regni cœlestis compos efficietur.* Omnes utique supplicæ illius affectum experiri affectaremus, quam quondam divinæ Majestati obtulit David, dicens: *Dic animæ meæ, salus tua ego sum*; sed ecce vobis ejus consequendæ à Nazianz. præscriptam methodum: *Dicet Dominus: animæ tuæ salus ego sum, nec non omnia benedictionis verba, si solum te dolentibus, aut egentibus viderit humanum.* Ideoque Apostolus de eleemosyna agens, eam benedictionis titulo insignit, dicens: *Qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet*; quam ut benedictionem consequamini; *Venite*, inquit Christus, *benedicti Patris mei, possidete paratum vobis Regnum à constitutione mundi.* Quot equidem Confessores, Martyres, Virgines & Apostoli in eremis sepulti contabuere vivi, aut equuleis se excruciari permiserunt, *Lapidati sunt, secti sunt, in occisione gladij mortui sunt: circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti*; nihilominus in Regnum cœlorum admittendi, nihil horum sibi dici audient à Christo, sed dumtaxat: *Esurivi*, &c. ideoque S. Chrys. inquit: *Quid Abel passus sit, quòd servavit mundum Noe, quod Abraham fidem suscipit, quòd Moyses legem tulit, quod Petrus crucem reluxpinus ascendit, Deus tacet; & hoc clamat solum, quod comedit pauper.* Cujus hanc rationem idem assignat Sanctus: *In cœlos prima est esurientis annona, prima stipendia pauperis tractantur in cœlo, erogatio pauperis prima divinis scribitur in diurnis.* Ita Zachæus publicanorum caput; *Princeps publicanorum, & ipse dives*, tanto magis à cœlo distabat, quanto ditior & avarior erat: *Facilius est camelum per foramen acus transire, quàm divitem intrare in Regnum cœlorum.* Nihilominus ut primum hospitio excepit Christum & ait: *Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus*; Mox Regni cœlestis investituram accepit ab illo, qui dixerat: *Ego sum testum, per me si quis introierit, salvabitur.* Hodie huic domui salus à Deo facta est, eo quod & ipse sit filius Abrahæ. *Ut primum Christum Dominum*, inquit quidam Interpres, *non cura gaudium in domum excepit, statim effectus est misericors, statim studiosus pauperum curator*; Unde certius & infallibilius signum, unde nos Deum in anima habere dignosci potest, habere non valemus, quam si charitatis operibus dediti simus, juxta illud Joannis: *Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.*

Matth. 7. v. 14.

S. Aug. ser. 25. de verb. Dom.

Pauperes sunt via cœli.

1. Joan. 4. v. 16.

8. S. Leo ad hanc erga pauperes beneficentiam nos exhortans, nobilissima hac utitur phrasi loquendi: *Deliciæ nostræ sunt opera pietatis & illis cibis, qui nos ad æternitatem nutriant, implcamur*; Quinam vero hi tam substantiosi cibi sint, sequentibus verbis declarat: *Laremur*, inquit, *in refectionibus pauperum, quos impendia nostra satiaverint.* Rup. Abbas sub allusione sex dierum creationis mundi, quibus tandem Sabbatum successit, hunc in modum de eleemosyna discurrit: *Et notandum quod hujus gratiæ sex opera sunt, quamdam habentia similitudinem sex dierum, quibus Deus mundum perfecit, & omnia quæ in mundo sunt, in eo videlicet, quod & ipsa suum promeretur Sabbatum, ut qui hæc fecerit, etiam ipse requiescat ab operibus suis*; Mox vero sex misericordiæ opera enumerat, in Evangelio his verbis indicata: *Esurivi*, &c. ac tandem concludit dicens: *Ingrediemur in Sabbatum, id est, in requiem Domini, qui hæc sunt operati, vocante ipso, qui post sex dies in semetipso requievit, ac dicente: Venite benedicti Patris mei, percipite Regnum*, &c. Ecce quousque eleemosynæ virtus pertingat: neque ab hac vita ad cœlum aberrare potest, qui pro viæ Duce cæcum habet, cui per eleemosynam subvenit, inquit per D. Chrysost. authoritatem S. Damascenus: *Cæcus, cui misericordia impenditur, ad cœlorum Regnum Dux est, & qui ad parietes offendit, atque in foveas fallente gressu labitur, ad cœlorum ascensum itineris Ducem se præbet*; Nec minus ingeniosa est illa Blesensis propositio, qui ait: *Eleemosynas propriæ manus vobis scalam & ascensorium erigatis ad illam superiorum Civium mansionem.* S. Aug. quoque in quodam sermone

1. Joan. 3. v. 17.

S. Leo. ser. 2. de Quadr. Eleemosyna est cibus substantiosus divitum.

Rup. Abb. de glor. & hon. filij hominis in Matth.

2. Cor. 9. 6.

In extremo judicio non fiet mentio quid alij sancti passi sint pro Christo.

Hebr. 11. v. 37.

D. Chrysol. serm. 14. Sed solum modo operum misericordiæ.

Luc. 19. 2.

Matth. 19. v. 24.

Domus Zachæi benedicitur propter eleemosynas.

Joan. 10. 9.

Luc. 19. 9.

Tit. Bostr. ibid.

Cæcus, cui per eleemosynam subvenisti, est Dux ad cœlum.

Petr. Blesc. opusc. 42.

S. Aug. serm. 25. de verb. Dom. sermone populo prædicavit, dicens: *Via cæli est pauper, da in terra Christo, quod tibi reddat in cælo.* Verum quidem est, quod à gloria nihil nos excludere possit præterquam peccatum, at vero dicit idem Sanctus: *Quis enim sine peccato? Verumtamen sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum: in horreis nostris habemus abundantiam, quæ flammas nostras oblatione unius panis extinguat, & ante fores gehennæ sit misericordia, & neminem permittit in carcerem mitti.*

S. Aug. T. 10. h. 39.

In manibus pauperum posuit Deus regnum cœlorum erogandum.

Matth. 5. 3.

9. Nihil est quod divites ad erogandas eleemosynas magis incitare possit, quam si recogitent in quorum manus Deus Regnum cœlorum posuerit erogandum, num forte in manus Martyrum, aut vero in Apostolorum, aut Virginum manus, & potestatem illud concrederit? Nequaquam, sed pauperibus privilegium istud obtigit, ipsomet Christo attestante qui ait: *Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est Regnum cœlorum*; de quibus etiam S. Jacob. Apostolus ait: *Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, divites in fide & heredes Regni?* Sicut igitur pauperes divitibus in hoc mundo opus habent, ita quoque illi hos remunerant regno illo, quod in illorum positum est manus & potestatem. B. Humb. ait: *Elementa levia sursum tendunt, sic qui se omnibus perfecte nudant, libere cœlos petunt*: Nihil porrò est, quod adeo volatum impediat, ac grave pondus, atque ideo anima, quæ in cœlum, pro quo possidendo creata est, evolare contendit, necessario omne auri & argenti pondus deponere debet, illud inter pauperes dispensando.

Jacob. 2. v. 5.

B. Humb. c. 20.

Matth. 11. v. 12.

Manibus clausis regnum cœlorum rapi non potest.

D. Chrysost.

10. Christus Salvator noster ait: *Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud*: At vero per quotidianam experientiam videmus, quod manibus clausis nullus quid rapere possit ac proinde opus est ut illas aperiat, & quod manibus clausis stringebat, abjiciat; Est hic conceptus D. Chrysost. dicentis: *Disperge quæ habes in manibus, quousque præsentia servias, illa rapere non poteris: propone tibi hominem plenis argento manibus, quo ad id tenuerit, numquid aurum rapere poterit, nisi id prius projiciat & expeditus fiat?* Verus igitur cœlum rapiendi modus est aperire manus, argentumque & aurum abjicere, ut è pauperum manibus paradisum rapere possit. Idem quoque S. Doctor alibi probat, cœli empyrei Reginam esse charitatem; dicit enim: *Regina intrante domum, nemo è custodibus examinat quæ sit, aut unde? ita eleemosyna sui operatores intra Dei thronum constituit, amat illam Deus, pro quibuscumque gratiam postulaverit, statim impetrabit.* Unde D. Chrysol. monet dicens: *Da homo pauperi terram, ut accipias cœlum, da nummum, ut accipias Regnum.* Porro aurum est nihil aliud, quàm terra, quæ quidem ex profundissimis ejusdem terræ visceribus eruitur, eo quod nos à via cœli aberrare faciat, nihilominus si ex motivo compassionis & charitatis in manus pauperum collocetur, securam nobis ad paradisum viam aperit.

D. Chrysol. h. 2. de pœnit.

D. Chrysol. serm. 8.

S. Bern. t. 2. ser. in Dom. 1. post Pent. A. 3. c. 4.

Pauperes sunt fideles nostri amici qui nos ducunt ad Deum.

11. S. Bernardinus per citatum S. Ambrosij *lib. de offic.* authoritatem ait: *Beatus plane homo, de cujus domo numquam vacuo sinu pauper exivit.* Idem quoque de quodam antiquorum Patrum refert, quod dicere solitus fuerit, certum quemdam hominem tres habuisse amicos, quos rogavit, ut ad Imperatorem ipsum introducere satagerent, quorum unus se illum usque ad mediam viam conducturum esse promisit; alter vero comitatum pollicitus est usque ad portam, eo quod sibi ulterius progredi non liceret: At vero tertius, se illum ante Cæsaris Majestatem introducturum esse promisit, nec hoc tantum, verum etiam cum ipsa, sua tractaturum, & expediturum esse negotia: demum vero hanc parabolam explicans inquit: *Primus amicus est abstinentia; Secundus, castitas; tertius eleemosyna & misericordia, quæ Deum placat, & vitam æternam donat.* Idem quoque in alio sermone de eleemosyna pariter scribit, quod *Duplex illius sit retributio, quia duplici vita per eleemosynam præmiamur in præsenti vita; Primo, vita gratiæ; Secundo, vita gloriæ*; Adducitque locum istum Prov. c. 13. ubi dicitur: [*Redemptio animæ viri, suæ divitiæ: sed locuples in eleemosynam dabit.*

S. Bern. t. 2. serm. in Dom. 1. post. Pent. A. 1. c. 4.

Prov. 13. 8.

Manus, quæ largitur eleemosyna servatur sæpe incorrupta.

Baron. an. 634. n. 16.

Patet exemplo.

S. Oswal.

12. Reflexione bona digna sunt verba illa: *Dominus conservet eam, & vivificet eum*, sicut enim anima eleemosynarij immortali vita gaudet, ita Providentia divina sæpenumero disposuit, ut etiam illa pars corporis quæ hic in terris pro eleemosyna eroganda servivit, incorrupta servetur & integra. De Oswaldo Angliæ Rege Annales Ecclesiastici hæc verba referunt: Non solum Regnum cœlorum pro genitoribus suis incognitum sperare didicit, verum etiam præ cunctis Regibus prædecessoribus suis pluribus à Deo Regnis auctus fuit, siquidem omnes acquisivit Britanniæ nationes atque provincias, in quatuor potissimum linguas distributas, scil. Britonum, Pictonum, Scotorum, & Anglorum. Quantumvis autem ad tantam Regnorum amplitudinem sublimatus fuisset erga pauperes tamen & peregrinos semper manfit humilis, benignus & liberalis. Dicitur de illo, quod cum in quodam die Paschatis mensæ accubuisset, in magna quadam paropside Regia allata fuerunt fercula, cumque mensæ benedictioni intenti essent, is cui pauperum recipiendorum curam dederat, repente ad eum ingreditur, dicens ei: multos ante palatium Regium hærere pauperes eleemosynam postulantes, unde Rex pietate motus, allata in mensam fercula, nec non paropsidem argenteam in totidem partes, quot pauperes erant, dividi & distribui præcepit. Unde S. Episcopus magno gaudio perfusus, apprehensa manu dextera, Regi dixit: *Numquam inveterascat hæc manus*, quod idem, reipsâ evenit, siquidem postquam idem Rex in prælio mortuus, manusque cum brachio ei præcisæ fuissent, eædem ad præsentem usque diem in reliquiario quodam argenteo in Ecclesia S. Petri civitatis Bebbæ incorruptæ conservantur atque ab omnibus summa in veneratione habentur. S. Bonav. idem exemplum adducit, dum in cap. 6. S. Lucæ, in quo miraculum illud circa manum aridam habentem patratum recensetur, ita scribit: *Habeas manum aridam, significat aviditatem avaritiæ, quæ sanatur divino imperio, cum manus extenditur ad eleemosynam largiendam secundùm illam, manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem.* S. Th. de Villa nov. explicans verba illa: *Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus*, inquit, sic in Hebræo legitur: *In die mala liberabit eum à damnatione, in vita præsenti custodiet à peccato, vivificabit gloria.* & ideo Damascen. ait: *Qui pauperis misereatur, beatus censendus est.* Valde etiam considerabilis est illa S. Augustin. protestatio dicentis: *Fratres mei charissimi, nunquam recordor me legisse* (non dicit *vidisse*, sed *legisse*: consideret vero lector, quod libros magnos Doctor Augustin. legendo pervolverit) *mala morte perisse illum, qui libenter in hac vita opera charitatis vel pietatis voluit exercere, habet enim multos Intercessores pius homo.*

S. Bonav. in c. 6. Luc.

Prov. 31. 20.

Ps. 40. 2.

S. Thom. de Villa Nov. ferm. de S. Mart.

S. Joan. Damasc. l. 2. Parall. c. 16.

S. Aug. ser. 44. ad fratres.

DISCURSUS XV.

ARGUMENTUM.

Deus in persona pauperis eleemosynam accipit, ac proinde non est examinandus pauper, an mereatur: quin potius prævenienda & prævidenda est ejus necessitas, ut ejus in postulando verecundiæ consulatur: adducuntur etiam quorumdam ferventium eleemosynariorum exempla.

THEMA.

Beatus qui intelligit super egenum & pauperem. Psalm. 40. v 2.

1. SAnctus Petrus Chrysologus in quodam sermone super Psalm. 40. interrogat dicens: *Et quæ est intelligentia, ubi est professa paupertas? Vis est intelligentiæ, si vimetur vincera, si reprehendat occulta, si tecta nudet, verum subjecta oculis, & exposita in publico, ingesta rebus, non est intelligere sed videre nuditate algidus, tabidus fame, siti aridus, lassitudine tremens, defectu luridus, quod egenus sit intelligere quis labor? & si labor intelligentiæ nullus est, unde est intelligentiæ fructus?* Tandem vero discursum suum in Christum convertens, qui teste Evangelio in pluribus locis se in pauperem agnitum esse velle, declarat, hunc illum esse dicit, qui seriam à nobis considerationem meretur & expositi: *Oremus*, inquit, *fratres ut ipse nobis intelligere intelligenda concedat, qui se intelligi in paupere sic demonstrat; ut ipse qui cœlum tegit, sit nudus in pauperi, quod in esuriente esuriat saturitas rerum, quod sitiat in sitiente fons fontium, intelligere; quomodo non magnum est, quomodo non beatum intelligere, quod ei sit ampla paupertas, cui angustum est cœlum? qui dat mundum, quod egeat in egente? quod frustum panis, aquæ calicem, dator omnium quærat? Quod se Deus amore pauperis sic deponat, ut non adsit pauperi, sed ipse sit pauper?* Nimirum Salvator noster genus humanum ad avaritiam propensum, inescare volens, ut erga pauperes liberale fit,

D. Chrysol. serm. 40.

Deus ipse in paupere accipit eleemosynas nostras.

data opera & ex industria in quolibet paupere vult intelligi & agnosci, vult ut omnes intelligant, quod ipse in paupere directè, & immediatè recipiat, ut omnes ad dandum accurrant, & eleemosynæ erogandæ se ingerant certatim, scientes quod illa non pauperi detur, sed Deo : *Sibi datum clamat quod pauper acceperit, se manducare dicit, quod comederit pauper quod bibit pauper, sibi testatur infusum.* Unde S. Ephrem in quodam sermone in persona Christi ait : *Propter vos pauper factus sum, ut in pauperibus mihi ministraretis.* Et Cæsarius Arelatensis homil. 15. de Misericordia ait : *Quod Christus in pauperibus esurit, nobis proficit.*

S. Ephr. ser. de Resurrect.

S. Cæsar. Arelat. hom. 15. de Misericordia.

2. Atque hinc est, quod nequaquam examinandum est meritum vel demeritum mendicantis, quia Christus est qui recipit pro illo, ipseque datum in rationes suas reponit, qua de re D. Chrysostomus integram quamdam homiliam composuit, intitulatam *de non scrutandis pauperibus.* Optime proinde S. Isidorus monet dicens : *Quidquid habes, habeto ad misericordiam : non eligas cui misereris, ne forte prætereas illum, qui meretur accipere. Omnibus da, ne forte cui non dederis, ipse sit Christus.* D. Chrys. quoque ait : *Utere facultatibus tuis ad beneficentiam, & factus similis illi qui Solem suum (in quantum hominem Deo similem fieri licet), animadvertite diligenter quæ dico) oriri jubet super bonos & malos. Ergo tu quoque quoties eleemosynam facis, ne vitam examines, neque morum rationem deposcas eleemosyna enim hoc est miseratio, ideo dicitur, ut etiam indignis præbeamus, qui enim misereturn, non rectè vivendo, sed peccantem misereatur, nam qui rectè vivit, laude est dignus & corona, qui verò peccat, venia & misericordia.* S. Ambr. quoque hoc punctum, de non examinandis pauperum meritis tangit, dicens : *Non requiras quid unusquisque mereatur. Misericordia non de meritis judicare consuevit : sed necessitatibus subvenire, juvare pauperem, non examinare justitiam.* D. Chrys. illis, qui se hactenus dictis opponunt, dicendo, multos esse pauperes qui varijs utuntur fictionibus, simulationibus & mendacijs, ut denarios à marsupijs eliciant, ac proinde stringendas esse manus, donec veritas pateſcat, illis inquam respondet dicens : *Ego vero hac etiam de causa majori misericordia moveor, cum in eam necessitatem incidisse homines videam, ut impudentissimis mendacijs vivere cogantur.*

Pauperi dandum antequam petat, ut ejus rubori consulantur.

S. Ambr. l. de Naboth. c. 8.

D. Chrysost. h. 36. in Matth.

S. Thom. de Villa Nova ser. de S. Martin. Conf.

3. In vita S. Joannis Eleemosynarij narratur, quadam die ministros ad illum venientes dixisse, ad fores domus mulieres aliquas torque aureâ & gemmis ornatas, eleemosynas deposcere, ideoque petijsse an illis pariter sicut alijs erogandum sit Episcopi donum : quibus ipse cum severitate respondit : Christus, & servus ejus Joannes pro erogandis eleemosynis non habent ministros curiosos, sed diligentes, neque ego vobis commisi, ut necessitates examinaretis postulantium stipem; sed ut omnibus eam exigentibus indiscriminatim impertiamini, quia si id quod damus, nostrum esset, aliquo uti possemus examine & cautela, sed quia hoc totum Dei est, observandus est ordo, quem ipse, circa id quod suum est, nobis præscripsit : ille autem omnibus eleemosynam flagitantibus sine differentia dare præcepit. Cui consonat id, quod D. Chrys. ait : *Etiamsi fuerit omnium improbissimus*, inquit, *& egerit necessario victu, sedemus illius famem : ita & Christus fieri præcepit : Estote*, inquit, *similes Patris vestri, qui est in cœlis, qui Solem suum oriri facit super bonos & malos. Portus est in necessitate constitutorum homo misericors, portus autem omnes qui in naufragium inciderint, excipit, liberatque, sive mali fuerint sive boni, denique quicumque fuerint periclitati, in sinus ille suos recipit. Tu proinde si videris hominem, qui in egestatis naufragium inciderit, ne judica, nec vitæ gestæ examina, sed medere miseriæ.*

In vita S. Joan. Eleemosynarij.

D. Chrys. conc. 2. de Lazaro.

4. *Beatus qui intelligit super egenum*; quibus verbis vult dicere, præveniendam esse pauperis inopiam, nec expectandum, donec postulet, confulendo ejus rubori, quem persona honorata, naturaliter habere solet, dum eleemosynam postulat. Unde S. Thom. de Villa nova in serm. quodam de S. Martino prædicta Psalmi verba exponens, inquit : *Non expectetis, ut pauper prius suas necessitates enarret, & erubescat, ne erubescendo hanc ipsam eleemosynam promereatur, quam accipiet : Intelligite super egenum & pauperem bilari animo prius succurrite, quam rubor petitionis accedat.* Seneca pariter ait : *Primum est antecedere desiderium cujusque proximum jequi, illud melius, occupare antequam rogemur, quia cum homini probo ad rogandum os concurrat, & suffundatur rubore, qui hoc tormentum remittit, multiplicat manus suum.* Enimvero rubor & erubescentia, nihil est aliud quam sanguis in vultu perfusus, ac proinde sanguinis pretio eleemosynam impertitur, quisquis petentis ex necessitate confusioni consulere omittit. In lib. Ruth Moabitidis refertur, quod cum inops esset, ad agrum Booz se receperit, ut spicas post messem in agro relictas sibi colligeret, cui vir optimus ait : *Mandavi pueris meis, ut nemo molestus sit tibi*; ac proinde servis suis præcepit, dicens : *Etiamsi vobiscum metere voluerit, ne prohibeatis eam, & de vestrisquoque manipulis projicite de industria, & remanere permittite ut absque rubore colligat, & colligentem nemo corripiat.* Similiter S. Nicol. ut filiarum quarumdam nobilium erubescentiam prohiberet, quas pater impudicis juvenibus prostituere statuerat, tribus vicibus nocturno tempore tantumdem auri per fenestras injecit, quantum ad convenientem trium filiarum istarum dotem subministrandam sufficeret. De S. Abbate Apollinari Patriarcha Alexandr. tradit Baronius, qualia in pauperes gesserit compassionis viscera, præsertim autem in quemdam, primarij cujusdam, tum dignitate, tum divitijs potentissimi Alexandrini viri filium. Parentes huic immensas tam in auro, quam in mercibus reliquerant opes, sed juvenis proprij in se incapax gubernij, tandem in infortunia varia incidit & inopiam statum miseri intellexerat Sanctus, qui alimenta necessaria ex pietatis affectu subministratus, juvenem confundere verebatur, quem lacerum marcidumque frequenter intuebatur cum gemitu. In tantæ charitatis angustijs inspirante Deo hoc mirabile adinvenit medium citato Ecclesiæ suæ œconomo, fideique secreto promisso, suam ei declarat sententiam, scil. quod intenderet scripturam formare, in qua Ecclesia Alexandrina se Macario infœlicis illius juvenis patri 50. libras auri debere profiteretur authenticè. Ast quia Macarius jam à decennio obierat, ne chartæ novitas suspicionem ingerere posset, illam Sanctus inter frumentum & hordeum recondi fecit, quæ post dies aliquot ad sanctum delata veteranam jam speciem induerat. Justitque ita Sanctus œconomo, ut cum hac scriptura juvenem conveniret, dicendo : quid mihi dabis, si magnæ summæ pecuniarum tibi debitarum instrumentum tibi consignavero? Cavere autem jussit, ne ultra tria scuta ab eo acciperet. Abijt obtulitque juveni œconomus scripturam, varie se excusans, de nimia post tot à morte paterna elapsos annos incuria, in dictæ chartulæ apud se retentione. Oblatam accepit adolescens, gratitudinem spondens, ubi pecuniam obtinuisset in effectum. Sanctum itaque Episcopum cum scriptura convenit, qui simulatorie turbatus petentem repudiavit, dicendo : unde tanti temporis silentium? à decem annis pater tuus obijt, & filiisti, apage igitur fis, nihil tibi debeo. Replicavit juvenis chartulam in manu dispensatoris ejus se inscio asservatam fuisse. Sed iteratam S. Patriarcha juveni dans repulsam se consulturum, respondit de negotij expeditione, ei tradito interim & apud se asservato instrumento. Post septimanam redijt, solutionemque urfit juvenis, sed indignatus sanctus dilationem arguit tot annorum : suam igitur tandem objecit inopiam adolescens, cui mox Sanctus : Universam tibi restituam summam; sed usuram nollem te ab Ecclesiæ hac postulare; statimque in terram corruens humilis juvenis, non modo usuræ : sed & parti summæ capitalis renuntiare se velle respondit : quam conditionem non acceptans Sanctus totam illi summam, quinquaginta librarum numerari fecit, juvenemque dimisit. Verè equidem in Sancto hoc viro illa adimpletur Chrysol. sententia : *Verus amor est, fecisse suas angustiati angustias.* Et illa S. August. *Perfecta est misericordia, ut ante occurratur esurientibus, quam roget mendicus : non enim est perfecta misericordia, quæ precibus extorquetur.* Cujus præclarissimum exemplum ille posteritati præbuit, qui dicebat : *Si negavi, quod volebant, pauperibus : & oculos viduæ exspectare feci.* Abraham, pariter non præstolabatur, donec hospites portam tabernaculi ejus pulsarent : sed ipsemet obvius illis sanctam inferebat violentiam.

Pauperi dandum antequam petat, ut ejus rubori consulantur.

S. Thom. de Villa Nova ser. de S. Martin. Conf.

Exemplum hujus in S. Nicolao.

Baron. 507. num. 4.

Stupenda similis historia de S. Apollinari, Patriarcha Alexandrino.

D. Chrysol. ib. S. Aug. l. 50. Hom. 39.

Job. 31. 16.

5. Veritatem hanc gentilis penetravit Seneca, dum ait : *Non tulit gratis, qui cum rogasset, accepit : nulla res carius constat, quam quæ precibus empta est.* Quin potius vera charitas, non togata, non simulata, alienas indagat, prævertit sublevatque necessitates. Imo ut S. Chrysostomus inquit : *Dedecus divinum est clamor pauperum.* S. Augustinus ijs quoque respondet, qui mendicorum voces audire optant : ait enim : *Si tacet mendicus loquitur pallor in facie.* Qui idem Sanctus alio in loco eorum arguit curiositatem, qui pauperum indagant demerita, statuens, necessitates eorum amore Dei indifferenter certatimque sublevandas esse : *Beatus, qui intelligit super egenum, qui præoccupat vocem petentis. Esto curiosus, esto providus : prospice, attende, unde quisque vivat, unde se transigat, unde habeat non reprehendetur ista curiositas tua.*

Seneca de benefic. l. 1. c. 1.

Vera charitas dat, non togata.

D. Chrys. in Ps. 95.

S. Aug. ib.

S. Aug. in Psal. 103.

S. Bern. T. 2. ser in D. 1. post Pent. A. 2. o. 1.

Isai. 58. 10.

Eleemosyna danda ex vera compassione.

6. *Beatus qui intelligit*, &c. notanter ait, *intelligit*, inquit S. Bernard. *scilicet ex ardenti compassione, quia majus est animam dare compatiendo, quam pecuniam ipsam.* Nam juxta illum Isaiæ textum : *Cum effuderis esurienti animam tuam, & animam afflictam repleveris, orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt sicut meridies. Qui hoc modo intelligit super eum, intelligendo considerat, quod est ejusdem naturæ cum eo, & ejusdem conditionis, atque de eodem luto cum eo.* Omnes miserabilem ab Adamo trahimus originem, ex eadem agri Damasceni massa compositi, & consequenter cuncti, communibus paupertatis, & mendicitatis sumus miserijs subjecti; si te aut hæreditas paterna, aut lucrum & industria propria ditavit, donum Dei agnosce : *Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus*; Poterat enim Deus disponere, ut pauper, mancus, cæcus nasceretur; aut, ne minimum tota industria mea mihi compararem lucrum, nunquid in similibus necessitatibus opem anxie imploraverem, & efflagitarem? hoc ipsum Psalmista inculcare nititur, dum ait : *Beatus qui intelligit super egenum, & pauperem*, ist est, qui pauperem, suum agnoscit esse proximum & fratrem; qui in paupere Filium Dei reveritus naturali Divino & Ecclesiastico de pauperibus adjuvandis inhæret præcepto, multiplexque considerat, quod ex eleemosyna consequi poterit lucrum. Cujus in hæc verba meminit Apostolus : *Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos, ac meminisse verbi Domini Jesu, quia ipse dixit : beatius est magis dare quam accipere.*

1. *Cor. 3. 7.*

Act. 20. 35.

Baron. an. 389. n. 43. Varia præclara hujus exempla.

S. Greg. Nazianzeni.

7. S. Gregorius Nazianzenus, teste Baronio, parentes & cognatos pauperibus in testamento suo postposuit, S. Matris suæ pariter misericordissimæ inhærens vestigijs : quæ dicere consueverat se, modo licitum foret, in servitutem sponte cum filijs omnibus vendi optare : ut ex pretio inde collecto sustentaret pauperes. Sanctus itaque suos non modo agros & domos, sed & libros in pauperum dispersit subsidium; Cum enim aliquando Adimantis Rhetor, S. viri amicus Rhetoricæ libros ab eo petijsset, petitioni annuit Sanctus; obtentis libris Rhetor per literam eorumdem pretium à Sancto requisivit, cui per Epistolam respondit Sanctus, si putas non esse negotij philosophici pretium requirere librorum, pecuniam dabis, objectionique tuæ satisfacient pauperes. Sanctus pariter Exsuperius Episcopus Tolosanus, ut ijdem referunt annales, teste S. Hieronymo viduæ Sareptensis imitator, proprios sibi necessarios alijs subministravit cibos, facieque pallidus propter jejunia, pro alijs pertulit famem omnibusque ex amore Christi erogatis facultatibus, omnium evasit ditissimus, qui corpus Domini in canistro vimineo & sanguinem in vitro portare meruit. S. Hilarius Arelatensis, ut idem tradit Baronius, tantus exstitit paupertatis amator, tamque solicitus egenorum curator, ut pro eorumdem subventione licet claro admodum esset sanguine oriundus & viribus extenuatus ad agros excolendos ruri habitare cœperit. De S. Martiano Presbytero Historia Ecclesiastica sequens tactum recenset : cum enim nobilem quamdam ex suo patrimonio in honorem S. Anastasiæ ædificasset Ecclesiam, in eamque ad ejus instantiam corpus S. Anastasiæ Martyris solemniter transtulisset, ideoque ad prædictam translationem, & Ecclesiæ dedicationem universa civitas concurrisset, pauper quidam à S. Presbytero eleemosynam poposcit, qui, cum non haberet quod illi largiretur, nonnihil in locum remotum recedens unicam quam gestare solebat, exuit vestem, eamque præfato mendico promptissimo animo cessit; rerenta sibi sola veste sacerdotali, id est, planeta; cumque sacrum missæ officium primi Sacerdotis jussu celebraret dictam sibi planetam adeo astrinxit, ut nuditatem ejus nemo videre, nec quod ab ipso factum fuerat ullus scire posset. Accidit autem ut Episcopus & alij missæ sacrificio præsentes, sub planeta vestem quamdam viderint Regalem ex auro contextam, gemmisque quaquaversum relucentem, quæ magis conspicua apparebat, dum communicaret : unde nonnulli intra semetipsos admirabantur, alij vero alijs id non advertentibus significabant. Finito sacrificio, Patriarcha, qui mysterij ignarus erat, ipsum reprehendit dicendo, vestem illam nimis superbam, & Imperatoribus potius, quam sacerdotibus convenientem esse; quo audito vir Dei, ad Dei se pedes prostravit, & in lachrymas prorumpendo, id quod Patriarcha viderat, fascinatione quadam oculorum visum fuisse dixit : Tunc Genadius, ut de veritate certiorem se redderet, vestem ejus Sacerdotalem sublevavit, & quod S. Martianus dixerat, verum esse deprehendit, unde tam Patriarcha, quam Imperatores, id est Leo, & Irene Augusta, quibus Genadius id significabat in summam rapti fuere admirationem, huic simile est factum, quod de S. Martino narratur, qui, cum in die magnæ cujusdam solemnitatis ad Ecclesiam, missam celebraturus esset, occurrens eleemosynam ab eo flagitaret, Episcopus Archidiacono, ut pauperi indilate vestem compararet, præcepit, illo autem mandatum Episcopi exequi differente : S. Martinus vestem suam subtexjorem in sacristia exuit, & pauperi donavit : Cum vero Archidiaconus esset, ut ad celebrandum egredereetur monuisset, ipse vero utpote nudus non nisi alia veste sibi subministrata egredi posset, Archidiaconus, se ad illam comparandam astrictum esse videns, *Defert ei vestem hibericam, hiemem, hispidam, quinque argenteis comparatam, quam induit B. Martinus latenter, & dum in missa elevaret corpus Domini, apparuerunt nuda brachia ejus, sed ea Dominus vestivit fulgentibus gemmis cœlitus missis, & viderant sex viri, quod globus igneus apparuit super caput ejus.* In vita S. Joannis eleemosynarij legitur, quod dum hic in ætate 15. annorum constitutus esset, nocte quadam Virgo indicibili pulchritudine decora, & opulentissime vestita, sertum floridum in capite deferens, illi apparuerit, eique expergefacto se primogenitam magni Regis cœlorum filiam esse dixit, simulque pollicita fuit, quod si fœcum amicitiæ fœdus iniret, effectura esset, ut Regis cœlestis intimus & familiaris amicus fieret; Sanctus vero adolescens Virginem hanc misericordiam esse agnoscens, amicitiam strictissimam secum ea inturum esse promisit : mane vero ad Ecclesiam properans pauperem quemdam invenit, nudum, præfrigore contremiscentem, unde vestem suam exuens pauperi illam dedit, priusquam vero ad sacra Ecclesiæ limina pertingeret, vir quidam candida veste indutus ei occurrit, qui centum scuta aurea ei donavit, & postquam se numquam aliquid amore Dei dedisse, quod non multiplicatum fuisse dixisset, confestim disparuit.

S. Mart. Episc. Turon. S. Martini.

In vit. S. Joa. Eleemosynarij.

Baron. an. 404. n. 62. S. Exsuperij Episcopi.

S. Hilarij Arelatensis. Baron. an. 445. n. 17.

Baron. an. 459. n. 13. S. Martiani Presbyteri.

8. S. Paulus eleemosynam justitiæ nomine appellavit, quod utinam agnoscerent, & intelligerent, quotquot eleemosynas largiuntur, id est, eleemosynam non solum charitatis sed & justitiæ opus esse scirent : *Augebit incrementa frugum justitiæ vestræ*, inquit Apostolus Circa quæ verba Interpres quidam ita scribit : *Justitia unicuique quod suum reddit, videlicet sibi ipse humanitatis sensum, & humanitatis compassionem, quam consors naturæ jure quodam exigit : item pauperi dat victum, qui jure pauperi debetur : denique Deo reddit obsequium & obedientiam, quam Deus à nobis sapius exquirit.* Bellovacensis de S. Francisco refert, quod. *Cum veste nova, quam pro se paraverat, pauperem militem induisset, nocte sequente vidit Dominum vestibus illis indutum, & palatium speciosum & magnum cum armis militaribus insignitum, cumque inquireret, cujus esset palatium, & quid significarent arma, & cujus essent? responsum fuit, quod Francisci.*

Eleemosyna largitio, non solum charitatis, sed & justitiæ opus est.

2. Cor. 9. 10.

Bellovac. Spec. mor. l. 3. dist. 21.

DISCURSUS XVI.

ARGUMENTUM.

Perstringuntur illi, qui nimium in datam eleemosynam confidentes, in Dei indignatione, peccata libere committendo, perstunt, sicut & illi, qui vel propter applausum, vel ob alia motiva humana, vel de rebus malè acquisitis eleemosynam erogant.

THEMA.

Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, ... charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.
1. Cor. 13. v. 3.

Eleemosyna danda in statu gratiæ, & cū detestatione peccatorū.

1. VAlde considerabilis est hæc S. Pauli propositio, ad eruditionem multorum, qui per eleemosynam se in iniquitatibus suis securos esse posse confidunt, ad Dei gratiam & amicitiam minime attendentes, quibus Apostolus dicere velle videtur, nequaquam

quaquam ita se res haber,ut vos existimatis:Quin imò si non solum partem facultatum vestrarum, sed quot-quot habetis divitias, pauperibus erogetis: nisi insuper in gratia Dei constituti, charitate & amore Dei ardentis, hæ à vobis erogatæ facultates, ad vitæ beatæ con-secutionem, vos nihil juvabunt: *Si distribuero, &c.id est*, ut S. Thomas ait: *Si adest voluntas peccandi mor-taliter, nihil prodest, quantum ad meritum vitæ æter-næ.* Psalmista David nos invitat dicens: *Extollite ma-nus vestras in sancta*; ubi S. Hieron. quærit, dicens: *Quare voluit addere & dicere in sancta?* Respon-detque id fieri ad distinctionem infidelium, qui etiam sæpe manus ad eleemosynam porrigendam exten-dunt: *Et hæretici videntur levare manus*, inquit, *& Gentiles, & Judæi, faciunt enim & ipsi eleemosynam, si viderint pauperem, manum porrigunt. Quando Judæus dederit eleemosynam, nonne tibi videtur levare manum? Levat quidem manum, sed non levat in sancta, quia Christum non confitetur.* Sanctus Isido-rus se ad misericordiæ etymologiam reflectens dicit: Neminem mereri veri eleemosynarij nomen, qui non prius charitatem exercuerit erga semetipsum: *misericordia*, inquit, *à compatiendo alienæ miseriæ vocabulum sortita est; nullus autem alteri misericors* *potest esse, qui prave vivendo in se misericors non est. Qui enim sibi nequam est, cui bonus erit.*

2. Quem nam existimatis fuisse Jobi sensum, quan-do inquit: *Non credet frustra errore deceptus, quod aliquo pretio redimendus sit*; Audiamus S. Gregor. verba illa sic exponentem: *Quia sæpe superbi divites, cum eleemosynam tribuunt, non hanc pro vitæ æternæ desiderio, sed pro extendenda vita temporali largian-tur*; sunt etenim multi, qui eleemosynam tribuunt,ut diu viventes,incolumes, malam suam vitam continua-re, suasque divitias per avaritiam & commercia adaug-ere valeant. Idem quoque S. Doctor verba illa Jobi: *Oculus fui cæco, pes claudo*, exponens: Stylum consi-derat quem Spiritus Sanctus in enarrandis Jobi eleemosynis observat, dicit enim: *Cum sancti operis exempla pensamus: intuendam nobis prius est, quam re-ctus narrandi ordo servetur, ut ante justitiæ, & post mi-sericordiæ opera describantur. Multi proximis, quasi misericordiæ opera impendant, sed in justitiæ facta non deserunt, qui si veraciter proximis misericordiam fa-cere student, sibipsis prius debuerant juste vivendo misereri; unde scriptum est: Miserere animæ tuæ placens Deo; qui ergo misereri vult proximo, à se tra-hat necesse est originem miserendi, scriptum namque est: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Quomo-do ergo alteri miserendo pius est, qui adhuc injuste vi-vendo sit impius sibimetipsi?*

3. Ad propositum quoque nostrum observandum est, quo titulo S. Paulus eleemosynam, sibi, quod in prædicatione laborasset, transmissam honoret; dicit enim Apostolus: *Habeo autem omnia, & abundo, repletus sum acceptis ab Epaphrodilo quæ misistis odorem suavitatis hostiam acceptam, placentem Deo.* Circa quæ verba S. Hieronymus ait: *Notandum, quod eleemosyna hostia appellatur, quæ sicut à Sanctis oblata accepta est, ita eorum, qui in peccatis deraverint, re-probatur.* Ad hoc enim, ut sacrificium aliquod accep-tum sit, necessum est, ut prius offerens in altari cordis sui semetipsum Deo in sacrificium offerat,de quo Psal-mista ait: *Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum &c.* Valde notabilis est illa S. Ambrosij sententia, quæ eleemosynarios monet, ut tales se exhi-beant, ut elemosynæ in animarum suarum prove-ctum illis cedant: *Quid prodest*, inquit, *collatio patri-monij sine gratia charitatis?*

4. Salvatorem nostrum quidam convenit juvenis interrogans eum: *Quid boni faciam, ut habeam vi-tam æternam*, Christus ait: *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata. Dicit illi, quæ? Jesus autem dixit, non homicidium &c.* explicando illi speciatim singula præ-cepta, tunc ait illi juvenis: *Omnia hæc custodivi à juventute mea*: videns igitur cœlestis Magister soli-dum ab eo positum fuisse fundamentum vitæ spiritua-lis,ei suasit,ut omnes facultates suas inter pauperes dis-pensaret: *Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes & da pauperibus.* Ubi bene observandum, Christum primo divinæ legis exactam observantiam ursisse, de-mum vero eum exhortatum fuisse, ut omnia sua in eleemosynam distribuat,quia *Si distribuero . . . omnes &c. charitatem autem non habeam,nihil mihi prodest.* S. Aug. similiter divites monet, ne in peccatis persistен-do nimium in eleemosynas erogatas confidant: *Non ergo se fallant*, inquit, *qui per eleemosynas quaslibet la-*

gissimas fructuum suorum, vel cujuscumque pecuniæ im-punitatem se habere existimant in facinorum suorum immanitate, ac flagitiorum nequitia permanendi, non solum enim hæc faciunt, sed ita diligunt, ut in eis sem-per optent tantum, si possint impune versari. Qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam, & qui odit animam suam,non est in eam misericors, sed crudelis. S. Gregorius pariter eos, qui erga pauperes liberales sunt, monet; ut soliciti sint, ne eleemosynarum suarum lucrum amittant; dicit enim? *Qui indigen-ti proximo exteriorem substantiam præbet, sed vitam suam à nequitia non custodit, rem suam Deo tribuit, & se peccato; hoc quod minus est, obtulit auctori, & hoc quod majus est, servavit iniquitati. Bene igitur per B. Job prius dicitur: Justitia indutus sum, & ve-stivit me, sicut vestimentum, & deinde oculus fui cæco, & pes claudo, quia tunc est apud Deum oblatio, veræ rectitudinis; cum de radice justitiæ procedunt rami pie-tatis.* Et S. Augustinus: *Quid est dicere; facite ele-mosynam, & ecce omnia munda sunt vobis, quid est fa-cere eleemosynam, quid est facere misericordias? si in-telligis, a te incipe, quomodo enim es misericors alteri, si crudelis sis tibi? quid est vera eleemosyna; miseri-cordia; audi Scripturam: Miserere animæ tuæ placens Deo.*

5. *Charitatem autem non habeam.* Potest enim quis charitatem præstare alteri, largam dispensare elee-mosynam; aut sine merito & charitate; id quod fieri asserit Theophylactus, quando fit *non ex miserante affectu, quem in pauperes gerit, verum ut hominibus placeat.* Vel ut S. Thomas resolvit: *Nihil mihi prodest, quia fiunt propter inanem gloriam*: quod vi-tium exstirpare volens Salvator, hanc primitus Syna-gogæ, & postmodum Ecclesiæ inculcare voluit doctri-nam: *Cum ergo facis eleemosynam; noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in Synagogis & in vicis, ut honorificentur ab hominibus.* Quemadmodum enim nos campanarum sonitu populum convocamus, ita olim Hebræi tympanis utebantur, quibus perstrepen-tibus largas pauperibus eleemosynas distribuebant, ut applausum acquirerent hurhanum; & honorificaren-tur ab hominibus. Quorum tympanorum ratione-bilem quondam usum, sed postmodum perversum ex-stitisse probat Cajetanus, inquiens: *Hic mos rationabi-liter institutus erat ad tollendam vagationem incer-tam mendicantium, & molestiam erogantium eleemo-synas, ne omni hora aut ubique molestarentur: sed hypo-critæ abutebantur hoc more, servantes illum ad hoc, ut honorificarentur ab hominibus.* Quam consuetu-dinem S. Thomas moraliter ita explanat: *Tuba cane-re, est pompam vanæ laudis appetere*; Ideoque Hugo Cardinalis: *Noli tumescere*, inquit, *ad gloriam tuam*; quin potius juxta Ecclesiastici monitum: *Conclude eleemosynam in sinu pauperis.* Bene utique ait: *Con-clude*; occultari namque eam necessum est, ne vi-deatur, vel ut Dionysius Carthusianus explicat: *Con-clude, id est, secrete propter Deum, non ob laudes hu-manas.* Seu juxta Emanuelem Saa: *Conclude in corde*, si namque possibile foret, ipsa pauperis præcordia in-gredi, deberet eleemosyna ibi se occulere, ne coram oculo appareret vivente; unde Salvator ait: *Te fa-ciente eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua: ut sit sensus*, inquit Jansenius, *adeo se-crete eleemosynam facito, ut ne familiares quidem ubi con-scij sint ejus quod agis*: Verumtamen D. Chrysost. sensum horum verborum hunc esse dicit: *Si*, inquit; *possibile est, teipsum quoque ignorare quod facis, sit tibi hoc prorsus in studio, & si fieri queat, nec manus quibus id peragitur, conscia sint.* Sanctus Hieronymus eos,qui videri amant, dum eleemosynas distribuunt,his verbis perstringit, dicens: *Si quando pauper rogat buccellam, huc illuc que circumspiciunt, & nisi testem viderint, pecuniam non dant: Si solus fuerit, manus contrahit, non dat libenter, tu Christiane, rogat te pauper, ut des ei pecuniam, quare non das in occulto, sed das in pu-blico, si testem Deum quæris, humanos oculos quid re-quiris?*

6. Sapiens de charitate in pauperes tractans, his eam circumscribit terminis: *Manus absconditum*; ubi S. Hieronymus inquit: *Eleemosynas des pauperi-bus, & hoc nulla dilectione favoris humani, sed tantum amore Conditoris.* Quod punctum & S. Bernardinus his insinuat verbis: *Non est Deo ingrata eleemosyna, quæ videtur, sed qua propteres fit, ut videatur.* Ali-quando ad abolendum scandalum, ad bonum dan-dum exemplum, & alios, maxime autem Prælatos Ecclesiasticos extimulandos, eleemosynam expedit dare in publico; sed intentio finisque pravus tan-tum reprobatur: *Ut videantur, & honorificentur ab hominibus.* Insuper omnes alijs terreni fines, cum charitate incompatibiles condemnantur à sanctis Patribus circa eleemosyniam; quam ut cum fructu elargiamur, hanc S. Hieronymi sequamur doctrinam: *Non delemas dare quasi mendico, sed quasi fratri. Non damus carnalia, ille dat spiritualia; plus dat pauper, quam accipit; nos damus panem, qui in ipsa die consumitur, ille pro pane nobis reddet regna cœlo-rum; ergo hoc dico, ut, quod facimus, faciamus in Sancto, aut quod faciamus, Christi causa faciamus.* Pauperi eleemosynam ex amore Christi postulanti, ob hunc dumtaxat,& non ob alios retributionis, similes-que humanos fines opitulari decet; aliàs in nobis illa Christi verificabitur sententia & protestatio: *Alio-quin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum, qui in cœlis est*; qui paulo post qualiter eleemosyna eroganda sit, docet in hæc verba: *Sit eleemosyna tua in abscondito, & Pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi. In abscondito*, inquit S. Thomas, Glossam citans: *id est, in secreto conscientiæ, in conscientia dicitur fieri eleemosyna, quando propter Deum, non quia abscondatur ab hominibus.* Quod idem docu-mentum in distribuendis facultatibus S. Gregorius divitibus præscribens ait: *Admonendi sunt, qui sua misericorditer tribuant, ne cogitatione tumida super eos; quibus terrena largiuntur, se extollant.* Cujus hæc ratio esse potest, quia scilicet Christus per manus pauperis eleemosynas recipit, ipse datum accipit, & proprium quidem bonum, quod pauper petijt, amore Dei, non meritis proprijs sibi dari. Omni vanam gloriam ex eleemosyna aucupanti exprobari potest: *Quid gloriaris quasi non acceperis? omne datum optimum, & omne donum desursum est.* Ideoque sanctus Isidorus optimè monet: *Non est eleemosyna, quæ gloriæ magis causa, quam misericordiæ impertitur intuitu; qualis enim intentione ab unoquoque largitur: taliter apud Deum recipitur.*

7. *Charitatem autem non habeam, &c.* Quidquid in eleemosynam dederitis, si male acquisivistis, si furti-ve, aut per extorsiones obtinuistis, nequaquam Deo placebit donum. Unde S. Bernardinus ex citato Apo-stoli Textu: *Si distribuero &c.* sequentes, ut eleemo-syna Deo grata, nobisque utilis fiat, eruit circumstan-tias. *In quibus verbis quatuor conditiones perfectæ eleemosynæ demonstrantur, prima est cautela, secunda necessitas, tertia largitas, quarta proprietas. Prima cautela, scilicet ex parte dantis, & de hoc dicit: Et si distribuero; unde Glossa: Hæc cautela eleemosynæ de-notatur, ut non uni, sed multis detur, scilicet ad hoc ut pluribus prosit; juxta illud Psalmistæ dictum: Dispe-rsit, dedit pauperibus. Et juxta illam Apostoli Textum, eleemosynam sementi in hæc verba assimilantis: Qui seminat in benedictionibus, &c. semen non tantum projicitur in uno loco, quia marcesceret, & sic fructum non faceret. 2. Requiritur necessitas ex parte ejus, cui datur, & de hoc subditur in cibos pauperum. 3. Requiri-tur liberalitas, proinde subditur: Omnes facultates; 4. Conditio, quæ vel maximè propositio nostro servit, est proprietas, quam Apostolus innuit, dum ait: Facul-tates meas* Zachæus *Princeps erat Publicanorum & ipse dives,*cumq; Salvatorem in domum suam recipere pararet, cor suum charitate accendit, quia *Deus chari-tas est: & qui manet in charitate, in Deo manet*; Me-dietatem quoque facultatum suarum pauperibus ero-gare promisit: *Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus:* ubi notandum est specialiter, quod dicat *meorum*; & tametsi se aliorum bona possidere certo non sciret, attamen protestatur, dicens: *Si quid ali-quem defraudavi, reddo quadruplum*, quia ut Glossa ait: *Primum est secundùm legem reddere, deinde quod manet pauperibus erogare*, S. Isidorus quoque dicit; nequaquam aliquem spoliandum esse, ut inde alteri subveniatur, quin potius è nostro marsupio nostrisque laboribus pauperibus subvenire debemus: *De tuis justis laboribus*, inquit, *ministra pauperibus, non au-feras uni, unde tribuas alteri: nihil prodest si alium inde reficis unde alium inanem facis: condemnat miseratio ista non propitiat.*

8. Huc servit illa ab Ecclesiastico pronuntiata sen-tentia: dicit enim: *Qui offert sacrificium ex substan-tia pauperis, quasi victimat Filium in conspectu Pa-tris.* Quæ verba S.Gregorius ita ad intentum exponit: *Quamus autem dolor Patris sit, perpendamus, si in ejus conspectu Filius victimetur, & hinc facile cognos-camus, quantus apud Deum dolor exasperat, quando ei sacrificium ex rapina tribuitur.* Idem quoque punctum S. Augustinus tangit: dum ait: *Sed ait mihi raptor rerum alienarum: Ego vinctis in carcere victimam mitto, nudos vestio, peregrinos suscipio, dare te putas? tollere noli, & dedisti. Cui dederis gaudet,cui abstuleris plorat: quem duorum istorum exauditurus est Dominus, dicis: Et cui dederis, gratias age quia accepisti: sed alter tibi ex alia parte dicit: Ego gemo, cui abstulisti, & penè tuum tenuisti & exiguum illi dedisti.* Idem quoque in alia quadam homilia eam-dem doctrinam tetigit, dum illos, qui per rapinas & extorsiones erga pauperes liberales esse volunt, his verbis perstringit: *Talis debet esse misericordia*, inquit, *quæ suscipiatur,non quæ repellatur: de bono, de justo labore, de propria facultate, non de pauperum egestate? nec libenter aspicit Deus, quemquam de fraudibus dantem.* Idem quoque Sanctus, eosdem in die judicij introducit Christo se eleemosynarios fuisse dicentes, sed absque ulla ipsorum utilitate: *Cum judicare cœ-perit Deus*, inquit, *dicturi sunt hi, qui de fraudibus vivunt, & de spoliis miserorum eleemosynas faciunt: Domine, præcepta tua servavimus, & in nomine tuo misericordias fecimus, pauperes pavimus, nudos ope-ruimus, & peregrinos hospitio recepimus: quibus di-cturus est Deus: Quod dedistis, dicitis, quod rapuistis, non dicitis: Quos pavisti memoramini, quare non recordamini, quos necastis? quos operuistis, gaudent, quos exspoliastis, plangent: Quos hospitio recepistis, retinetis, & oblii estis, quantos de suis habitaculis expulistis. Ego misericordias fieri jussi, fraudes & rapi-nas exerceri, non mandavi.*

9. Sanctus Gregorius hunc specialem serpentis in-fernalis laqueum esse probat, sub esca apparenti,sed non veræ charitatis contectum, per quem multas de-prædatur hominum animas: *Plerumque adversarius animarum*, inquit, *dum non potest in his, quæ ad fa-ciem sunt prava suffragare, callide specie quasi pietatis injecta nititur supplantare, suadetque forsitan debere ab habentibus accipi, ut sic possit non habentibus erogare, dummodo vel sic venena mortifera, eleemosynæ celata obambratione transfundat. Nam nec venator feram, aut avem auceps deciperet, vel piscem piscator caperet, si aut illi laqueum in aperto proponeret, aut ille hamum esca absconditum non haberet, neque enim eleemosyna reputanda est, si pauperibus dispensetur, quod ex illicitis rebus accipitur, quia qui hac intentione male acci-pit, ut quasi bene dispenset, gravatur potius quam ju-vatur.* S. Bernardinus quoque hanc veritatem in quo-dam sermone his verbis tangit: *Debet dare non de alieno, sed de suo*: Ideo Job cap. 31. dicit: *De vesti-bus uxum mearum calefactus est*, scilicet pauper, & Sapiens Prov. cap. 3. ait: *Honora Dominum de tua substantia*: Imo & Deus ipse qui in paupere agnosci cupit, expresse dicit: *Ego Dominus diligens judicium, & odio habens rapinam in holocausto*; Ubi S. Augu-stinus ait: *Multi sunt, qui de alienis lacrymis elee-mosynas facere se sperant, unum exspoliant, alterum vestiunt; unum inanem faciunt, aliam alienis reficiunt; Eleemosyna cum iniquitate acquisita abominatio est apud Deum.* Idem quoque alibi de eadem materia differens ita scribit: *Alij in hoc se justificari se æsti-mant, quod de substantia pauperum exiguam eleemo-synam faciant, & de eo quod plurimis abstulerunt, uni quidam minimum largiuntur, cibatur unus, unde flores esuriunt, & de malecorum spoliis vix pauci te-guntur, non talem eleemosynam Deus quærit, nec vult pietatem uni de alterius crudelitate præstari; melius est enim te non facere eleemosynam, quam unde paucos tegis, inde multos denudare, & ut unum vestias,plurimos exspoliare vestitos.* S. Bernardinus ad probandum quod eleemosyna ex proprijs non vero ex alienis fieri debeat, locum illum, Prov. 13. adducit, ubi dicitur: *Redemptio animæ viri propriæ divitiæ, scilicet in eleemosynam datæ, propriæ divitiæ inquit, non alienæ.*

10. Opponi quidem hactenus dictis posset, illud ab ipsomet Christo traditum consilium: *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* Sed in promptu est responsio, illis namque verbis Christus non vult dicere eleemosynam de male acquisitis faciendam esse, certum enim est, restituendum esse omne, quod al-teri esset ablatum, sed tantum insinuare intendit divi-tias ut pluribus peccati esse incentivum atque fo-mentum, vel quod *omnes divitiæ de iniquitate descen-dant*, ut inquit sanctus Hieronymus, vel etiam,juxta sancti Thomæ expositionem *sunt mammona inæqua-litatis.*

S.Thom. ib.
Psal. 133.2.
S.Hier. ib.
Quæ offerri debet in statu gratiæ.
Psal. 50. 19.
S. Ambr. l.2.de Pœnit. c.9.
Matth.19.v. 16.17.18. Hic Chri-stum docuit juvenem, qui illum sequi volebat.
Ibid.v.20.
Ibid v. 21.
2.Cor. 13.3.
S Aug. Enchiridij c.77. Nemo in peccatis per-severans,con-fidat in elee-mosynæ me-ritis.
S. Paulus ho-norat elee-mosynam ti-tulo hostiæ.
Philip. 4. v. 18.
S. Hier. ib.
S. Greg. l.19. mor. c.14.
Job. 15. v. 31.
S.Greg.l.12. mor c.23. Frustra alte-rius miseretur, qui sibi-ipsi impius est.
Job. 29. 15.
S. Isid. Hisp. l. 3. sent. c.6.
S.Greg.l.10. mor. c. 14.
S. Aug. ser. 30. de verb. Dom.
Quomodo Eleemosyna detur sine merito.
Theoph. ib. S. Thom. ib.
Matth. 6. v. 2.
Prov. 21.14. S. Hier. ib.
S. Bern. t.2. ser.7. in Ser. 6. cin. A.2. c.5.
S. Thom. in Matth. Hugo C. ib.
Eccli. 29. 15.
Dion. Carthus. ibid. Em. Saa.
Matth. 6. v.3. Jansen. con-cord. c.41.
D. Chrys. h. 19. in Matth.
S. Hier. in Psal. 133.
Jacobi. 1. 17. S. Isid. l. 3. sent. c. 60.
Ex male ac-quisitis data, Deo non est grata.
S. Bern. T. 2. serm.2. A. 1. c.3.
Pf 111.v. 9.
2.Cor.9.6.
S. Greg. l.7. Regist. in-dict. 2. Ep. 112.
Matth. 6. v. 1. 4. Sed pure propter amo-rem Dei,alias caret merito.
S. Greg. 3. Past. Admo-nit. 21.
Eleemosyna non est danda ut videatur ab homini-bus.
S. Hier. in Psalm.133.
1.Joan.4.16. Sed cum Za-chæo ex pro-prijs facultа-tibus danda est.
Luc.19.8. Ibid. Gloss.ib.
Idem argu-mentum pro-sequitur. Eccli. 34. v. 24.
S. Aug. ser. 62.ad fra-tres.
S. Aug. T.9. de vita Christ. tr. 7.
S. Aug. T.10. b.46.
S.Bern.T. 2. ser. in Dom. 1. post. Pent.
A. 1. c.4.
Prov. 13. 8.
Luc. 16. v. 9.
S. Bernard. t.1.serm.7.in Ser.6.cin. A.2.c.4.
Job. 31. 20.
Prov. 3.9.
Isai. 61. v. 8.
S. Hier. t. 9. ad Hedibiam.
S.Th. 2. 2. q.32.A.7.

licatis. Ipsum quoque Carthusianus his verbis ait : *Dicuntur iniquitatis, quasi inæqualitatis, quia inæqualiter possidentur, & non æque retinentur, quia quod quid ultra necessaria vitæ sibi reservat, nec proximorum necessitati communicat, mammona iniquitatis censetur.*

DISCURSUS XVII.

ARGUMENTUM.

Eleemosynæ à Deo nobis impetrant, quidquid petimus, multa adversa à nobis arcent, ab inimicis visibilibus & invisibilibus nos defendunt; ut tamen nobis magis sint proficuæ, easdem, dum vivimus, pauperibus erogare præstat.

THEMA.

Conclude eleemosynam in corde pauperis, & hæc pro te exorabit, ab omni malo, super scutum potentis, & super lanceam adversus inimicum tuum pugnabit. Eccli. 29. v. 15. 16. 17. 18.

Eleemosyna penetrat cœlos.

1. JUxta infallibilem æternæ Veritatis promissionem eleemosyna nobis in cœlo coram Dei throno pattocinatur, ideoque Ecclesiasticus ait : *Conclude eleemosynam in corde pauperis, & hæc pro te exorabit :* Quam materiam discutiens Laurentius Justinianus, inquit; *Altissimum interpellat, absconde, ait divinus Sermo : Eleemosynam in sinu pauperis & ipsa orabit pro te.* Sicuti in Cornelio centurione in pauperes liberali didicimus; unde subdit : *Quo mediante Cornelius gentilis mediatoris gratiam adeptus est nisi eleemosynis ?* An non hinc Angelus dixit : *Eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei.* Quas proinde S. Chrysostomus sequentibus afficit encomijs : *Magna res eleemosyna, præcedit aerem, transit Lunam, Solis radios cædit, ad ipsum venit cœlorum culmen, ipsos pertransiens cœlos, & Angelorum populos decurrens, Archangelorumque choros, & omnes superiores Potestates, ipsi assistit regali throno* tandemque ejusdem Centurionis subnectit exemplum in dictorum confirmationem.

B. Laur. Just. de com. & complac. Christ. perf.

Act. Ap. 10. v. 4.

D. Chrysost. T. 9. h. de pœnit.

2. Isaias nos ad beneficentiam exhortaturus, ait : *Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam; cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris.* Quibus præmissis, animam eleemosynariam divinitus illuminandam, orationibusque obtenturam; quidquid petitura esset, asseverat dicens : *Tunc erumpet quasi mane lumen tuum; tunc invocabis, & Dominus exaudiet; clamabis, & dicet : Ecce adsum.* Circa quæ verba Paulus de Palatio ait : *Nota verbum, exorabit, quod aperte significat efficaciam impetrandi, quam igitur est eleemosyna potens ?* S. Lucas importunitatem recenset illius, qui media nocte amicum excitavit, ab eoque invito panem & alia necessaria extorsit, circa quam parabolam, hunc sequentem instituit discursum S. Chrysologus : *Existimo hoc dixisse pulsantem, aut taliter convenisse : Feci quod jussisti, redde quod promisisti, tibi credidit dicenti, noluit solicitii esse in crastinum; unde hesterno hospiti quod apponerem non reliqui, si tibi ego sic habenti molestus sum, quanto mihi ille exstitit molestior non habenti, & tamen ego illi excusare non potui, quia ego tibi obedire contendi,* quia scilicet Deo obtemperaturus omnia sua pauperi distribuerat, cum magna igitur fiducia & securitate sibi necessaria postulat, certus se ea obtenturum, bene itaque Tobias asseruit : *Fiducia magna erit coram summo Deo eleemosyna, omnibus facientibus eam.* Sanctus autem Chrysostomus ejusdem naturam considerans, sequentibus ipsam honorat titulis : *Eleemosyna pennata est & levis, aureas habens alas, ipsos supra modum delectans Angelos, apud ipsum regalem thronum persistit.*

Isa. 58. v. 7. Per eleemosynam impetrainus, quidquid petimus.

Ibid. v. 8.

Paul. de Palat. ib.

D. Chrysol. ser. 39.

Tob. 4. v. 12.

D. Chrysost. h. 7. de pœnit.

3. Laudabilissimus pauperes in vestibulo Ecclesiarum admittendi usus introductus fuit, ut nostræ corroborarentur orationes, favoremque intentum obtinerent cœlitus, ideo Bellovacensis de sancto Joanne eleemosynario tradit, quod Patriarcha existens, omni feria quarta & sexta ante fores Ecclesiæ se collocare consueverit, ut pauperes ad eum sine obstaculo accedere possent, dicens : *Quod si homines intrantes Ecclesiam, volant cito audiri in causis suis à Deo dicentes; Cito anticipent nos misericordiæ tuæ, ita ipsi debent ante introitum Ecclesiæ ex audire cito pauperes, ut cito exaudiantur à Deo.* Et S. Chrysostomus eamdem assignans causam, inquit : *Idcirco pauperes ante fores astant, ut nemo vacuus ingrediatur, ut misericordia comite securus introeat. Intras, ut misericordiam consequaris, prior ipse miserere, qui autem posterior venit, amplius debet.* Et paulò post idem Sanctus modum fructuosæ eleemosynæ erogandæ insinuans, nec non orationis efficaciam consequendi subjungit : *Non sola ac simplici extensione manuum exaudimur; Expande manus tuas, non modo in cœlum, verum ad pauperum manus si ad pauperum manuum extendas manum, ipsum cæli cardinem attigisti, nam qui illic sedet, eleemosynam accipit, quod si steriles manus extendas, nil penitus proficis,* ideoque & B. Alcuinus ait : *Qui fratrem ab inope non avertit animum, cito ad se Domini convertit auditum.* Exemplo sit nobis Nabuchodonosor, qui septem annis ad bestialem incolatum damnatus, juxta S. Hieronymi sententiam duodecim spatio mensium liberatus fuit, quia scilicet orationi eleemosynam associarat : *Fecit juxta Danielis consilium,* inquit Sanctus, *misericordias in pauperes, & idcirco usque ad mensem duodecimum in eum est dilata sententia.*

D. Chrysost. h. 1. in 2. ad Timoth.

Alcuinus de vit. & virt. Dan. 4.

4. *Exorabit ex omni malo. Non te prætereat,* inquit Paulus de Palatio, *verbum exorabit ab omni malo, nullum est ergo malum, aut culpæ, aut pœnæ, contra quod eleemosyna non valeat. Jucundus homo, qui miseretur & commodat,* inquit Psalm. *disponet sermones suo in judicio, in æternum non commovebitur,* Quæ verba S. Chrysostomus ita explanat : *Disponet sermones suos in judicio, hoc est, patrocinium consequetur, non deerit ei defensio;* Favorem obtinebit alienum, intercessores tot consequetur, quot benefecit pauperibus. Cui hanc alteram interpretationem æque favorabilem subnectit : *Dicunt, quod etiam in hac vita omnia sua optime administrabit, nec erit in eis quidquam confusum, sed omnia erunt optimè collocata, omniaque recta via, & consequentia procedent, nulla erit in eis perturbatio, nullus strepitus aut tumultus, cum eleemosyna reddet eis omnia plana, facilia & expedita.* Si quando vero aliqua ingruit infelicitas subito *eleemosyna exorabit ab omni malo,* Ideoque Paulus de Palatio inquit : *Eleemosyna coram Deo consistit, & cum videt, eum, qui eam dedit, aliquo malo premi, statim accurrit, & genibus Dei provoluta, rogat, ut ab eo malo illum eruat, rogat, & exorat, rogat & impetrat.* Sponsa, animæ electæ figura, tantam gratiæ abundantiam à cœlesti suo sponso quondam legitur accepisse, ut ejus decore sponsus fuerit inescatus, dicente Psalmista : *Concupiscet Rex decorem tuum, quoniam ipse est Dominus Deus tuus & adorabunt eum;* quod ultimum verbum ad orationem referri certum est, quasi diceret, tuæ me orationes rapuere, quemadmodum sponsus, sibi in amantissima complacet sponsa. Sed unde tanta orationibus illis obtigit efficacia ? audite contextum : *Filiæ Tyri in muneribus vultum tuum deprecabuntur, omnes divites plebis. Quid est in muneribus,* inquit S. Augustinus, *nolite vobis condere thesauros in terra, sed thesaurizate vobis in cælo, sed venite cum muneribus, date eleemosynam.* S. Cyprianus ad illos conversus, qui in pauperes duri existunt, illum Proverbiorum Textum 21. 13. ijs competere astruit : *Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, clamabit ipse ad Deum, & non exaudietur.* Ubi Sanctus legendum putat : *Ipse invocabit Deum, & non erit, qui exaudiet eum.* Cur obsecro, inquit, nullum fore dicit : qui Deo supplicem exaudiat, numquid alius à Deo preces nostras exaudire poterit ? utique : Si enim in pauperes beneficus fuero, & Deus precibus meis surdas præbuerit aures, multos nihilominus cosque efficaces habebo Intercessores & Patronos, secus vero si parcus vixero in proximum, *neque enim promereri misericordiam à Domino poterit,* inquit Sanctus, *qui misericors ipsi non fuerit, aut impetrabit de divina pietate aliquid in precibus, qui ad precem pauperis non fuerit humanum.*

Eleemosyna impetrat gratiam contra omnia mala culpæ & pœnæ.

Ps. 111. 5. 6. D. Chrysost. ibid.

Ps. 44. v. 12. Reddit preces nostras apud Deum efficaces.

Ibid. v. 13.

S. Cypr. l. de opere & Eleem. Qui non exaudiunt clamorem pauperum, non exaudiuntur à Deo.

5. *Exorabit ab omni malo, id est,* ut Dionysius Carthusianus explicat, *merito suo impetrabit sibi omnium remissionem culparum, eos, qui ipsam recipiunt, obligat, & inducit ad orandum; pro dante, sicque eleemosynarius multos habebit intercessores.* Jansenius in eorumdem verborum Glossa subtiliter advertit, quòd, quamvis fuadetur eleemosynam occultari : *Concludè in sinu &c.* Non tamen propterea coram divino throno latebit; *& si conclusa & abdita, & si incognita hominibus etiam tacentibus pauperibus, & hominibus illam non celebrantibus, ipsamet Deum exorabit*

Dion. Cib. Eleemosyna licet in sinu pauperis abscondita, non latet Deum.

Jansen. ib.

orabit pro te ab omni malo, id est, liberationem pro te ab omni malo corporali & spirituali, vel in Græco legitur : *Eleëmosyna eximet te ab omni afflictione;* Non itaque sufficiebat Ecclesiastico dixisse *orabit;* sed ait : *Exorabit.* Multi namque orant, sed non exaudiuntur, verbum itaque *exorabit* impetrationem & petitionis consecutionem importat. Insuper non promittit pauperum pro nobis patrocinium, sed super eleëmosynam appellans ait : *Hæc pro te exorabit,* fieri namque potest, ut pauperes ingrati sint, & malevoli, prorsusque indigni, qui coram divino apparent conspectu; eleëmosyna autem quæ misericordiæ & charitatis opus est, semper ambulat coram Deo; ideoque *hæc pro te exorabit.* Ecclesia quondam maximis affligebatur angustijs; propter Donatistas hæreticos obstinatos, prævalentes in Africa Deo rebelles & Imperatori. Qui insolentes ut compescerentur, duo ad eos ablegati fuere, Paulus & Macarius, ut errabundos & à duobus Prælatis insolentissimis seductos populos adj gremium Ecclesiæ reducerent; Ast vero quonam eos in tanti negotij momento, quale tot millium erat animarum præcipitium remedio usos fuisse creditis ? magnas dispensarunt eleëmosynas, cujus liberalitatis incapaces, & obstrepentes Hæretici murmurare cœperunt, sed recollectior populus talem in communi formavit Discursum, qui fieri poterit, hanc non esse veram Catholicam fidem, quam tanta Imperatoris comitatur charitas, utique falsa est Donatistarum religio, quæ tantæ contrariantur virtuti, omnesque eam exercentes & recipientes persequitur, qui vere credit, vere amat; qui vero amat, donat liberaliter, qui autem pauperibus donat sine spe retributionis temporalis, majora utique expectat dona; tantumque Discursus iste in cordibus omnium profecit, ut unanimiter ad Ecclesiæ gremium redierint.

Sed pro eleëmosynario ipsum exorat.

Baron. An. 348. Virtute eleëmosynæ conversi fuerunt Donatistæ.

6. Zeno Imperator execrabilis cujuscumque iniquitatis monstrum, ut ijdem referunt annales, fœminam quamdam injuriosè offenderat, quæ die quodam in Ecclesia B. Virginis, à Matre Dei vindictam petijt contra impium multis lachrymis, multisque diebus frequenter ingeminans : *Vindictam sume pro me de Zenone Imperatore.* Afflictæ igitur nocte quadam apparuit sanctiss. Virgo, dicens : Scias ô filia ! me sæpius ultionem intentasse, sed manus Zenonis impedierunt vindictam, quia scilicet flagitiosus ille simul misericors vixerat & eleëmosynarius erat, in cujus boni operis virtute divinam à se vindictam averterat Germaniæ Rex Ludovicus, Ratisbonæ morali correptus infirmitate à Medicis tandem depositus salutis corporalis recuperandæ amantissimus, unicum remedium adhibuit eleëmosynam, quando omne thesaurorum suorum argentum & aurum partim inter monasteria, partim inter pauperes distribui jussit, neque liberalitatem fefellit retributio, qui postmodum à cœlesti Medico meruit sanari. Quem favorem Isaias respexisse videtur, dum his verbis nos ad misericordiam exhortatur : *Frange esurienti panem tuum, egenos, vagosque induc in domum tuam,* mox enim subjungit : *Sanitas tua citius orietur, ossa tua liberabit.* Porro S. Bernardinus illis insistens verbis : *Eleëmosyna viri quasi jaculus cum ipso,* ita nostrum explanat intentum : *Sicut enim in jaculo thesauri conservantur, ne homo, quando in necessitate ad eam recurrit, patiatur defectum, sic eleëmosyna gratiam Dei conservat, & fiduciam præstat tempore necessitatis recurrenti ad Deum.*

Baron. An. 474. n. 10. Exemplum impij Imperatoris Zenonis.

Baron. An. 468. n. 107. Aliud Ludovici Imp. Germaniæ in vita conservati, per eleëmosynas.

Isaiæ 58. v. 7.

S. Bern. T. 2. ser. in Dom. 1. post. Pent. A. 3. c. 2.

7. *Super scutum potentis, & super lanceam adversus inimicum tuum pugnabit.* Ubi Paulus de Palatio lanceam considerat armaturam esse offensivam, scutum vero defensivam, utriusque autem titulum Ecclesiasticus attribuit eleëmosynæ, quia scilicet eleëmosyna, non solum nostros offendit inimicos, sed & nos ipsos, contra eosdem protegit & tuetur : *Eleëmosyna est pro armis defensivis & offensivis,* inquit, *contra adversarios nostros, quia facit, ut Deus pugnet pro nobis.* Dionysius Carthusianus eamdem insinuat virtutem, dum ait : *Fortius & infallibilius proteget te contra invisibiles hostes animæ tuæ, quam quæcumque exterior armatura contra visibiles inimicos.* Dum contra formidabilem instructissimumque exercitum quemdam, nullus infallibilem victoriam promittere audet, sola eleëmosyna spondet certissimam, quantumcumque etiam feroces fuerint inimici, ideoque Glossa super prædicta verba inquit : Magis valet eleëmosyna concra jacula inimici, quam arma terrena, quia hæc dubiam, illa certissimam parit victoriam. Unde & Jansenius ait : *Eleëmosyna impetrat, ut Deus pro vis-*

Paul. de Palat. Ibid. Eleëmosyna deservit pro armis offensivis, & defensivis.

Dion. Carth. Ibid.

Glossa. Ibid.

Jansen. ib.

fericordæ pugnet, & defendendo eum instar scuti, ne quis ei noceat : & superando & repellendo adversarium. Quæ veritas multis confirmari posset exemplis, qualiter scilicet inimicos visibiles sæpe sæpius vicerit, penitusque destruxerit; exercitata in pauperes beneficentia, sed pro omnibus sufficit unum, quod Neapoli accidisse memorat Baronius, ut sequitur. Tanta incolarum copia & magnificentia proxima, post Romam inter omnes Italiæ civitates, nono à Christi Nativitate sæculo, dicta eminebat civitas, Ecclesijs, & monasterijs, tam virorum quam mulierum numerosissima : Quia vero in hac urbe nullus mendicabat pauper : sed singulis in suis quibusque locis quæcumque necessaria, & desiderabilia submistrabantur, ideo factum est, quod sæpe cum diversis confligens nationibus, primo quidem cum Wandalis, postmodum cum Longobardis, per ducentorum facile annorum spatium, in hujus unius liberalitatis virtute semper victrix perstiterit & inviolata : *Quoniam civitas hæc civitas misericordiæ est, & pietatis, hinc inde vallata omni bonitate.* Quæ pietas, ut ijdem persequuntur, & indigitant annales, ad ipsos quoque posteros se extendit, ipsosque inter incredibiliter accrescens, in hanc usque horam in Christianismo per orbem universum resplendet, prout diversa attestantur in pauperes charitatis opera & hospitalia; merito itaque dicitur : *Adversus inimicum tuum pugnabit,* non modo visibilem sed & invisibilem : non tamen per hoc, ut Paul. de Palatio ait : Eleëmosynarius sibi à tentationibus & suggestionibus immunitatem polliceatur : hoc enim modo ingenti in ordine ad vitam beatam merito destitueretur : *Sensus igitur est, eum fore victorem :* id est superaturum, omnibusque superiorem futurum tentationibus, siquidem Christum cui in paupere benefecit, adjutorem habet, ideoque Hugo Card. de eleëmosyna tractans ait : *Adversus inimicum tuum, id est, diabolum, scutum est ad protegendum, lancea ad impugnandum, sic eleëmosyna & protegit contra jacula diaboli, & impugnat ac debilitat vires illius.* S. nihilominus Bernardinus admirandum quoddam de religiosis suis stipem ex obedientia postulantibus in hæc verba perhibet testimonium : *Possum dicere cum bona conscientia, quod toto tempore quo fui frater, & audivi confessiones, numquam habui fratrem, qui quærendo eleëmosynam, fuerit umquam carnaliter tentatus.*

Paul. de Palat. Ibid. Eleëmosynarius sibi non persuadeat immunitatem à tentationibus.

Hug. Card. Ibid.

S. Bern. s. 4. ser. 7. 2. p. principali.

8. Memineritis utique illius, qui Israëlitas & Amalecitas interessit conflictus dicente Scriptura Sacra : *Venit autem Amalech & pugnabat contra Israël;* quando Moyses præcepit Josuæ : *Elige viros & egressus pugna contra Amalech, eras ego stabo in vertice collis, habens virgam Dei in manu mea.* Ast soli nequaquam acquievit virgæ, vi cujus tanta operatus fuerat portenta; quin potius protensis manibus expansisque brachijs inimicum prostravit exercitum, dicente Scriptura; *Cumque levaret Moyses manus, vincebat Israël, sin autem paululum remisisset, vincebat Amalech.* Ecce nobis mysterium; quando enim orationibus nostris apertæ associantur manus, id est, beneficia in pauperes, tunc vere vincimus infernum, dicente S. Augustino: *Quando uni ex minimis Christi eleëmosynam das, extendis manum, vincitur Amalech.* Unde & Psalmista suadebat : *Extollite manus vestras in sancta, & benedicite Dominum, id est,* ut S. Hieronymus exponit : *Da pauperibus eleëmosynam, & benedic Domino.* Imo juxta ejusdem Psalmistæ attestationem, eleëmosyna in judicio finali ab omni eximet timore omnes elargientes eam, licet tunc universus in eorum pernitiem conspiraße videatur infernus: *Jucundus homo qui miseretur & commodat; Disponet sermones suos in judicio : quia in æternum non commovebitur.* Dæmones equidem varias obtrudent calumnias, sed nullam earum misericors pavebit: *In memoria æterna erit justus : ab auditione mala non timebit. Paratum cor ejus sperare in Domino : confirmatum est cor ejus, non commovebitur, donec despiciat inimicos suos.* At vero qua obsecro vi & virtute suos tunc irridebit contemnetque omnes hostes infernales? Respondet Psalmista : *Dispersit, dedit pauperibus, justitia ejus manet in sæculum sæculi, cor ejus exaltabitur in gloria,* id est, ut Chrysostomus ibidem explicat : *Liberabitur à tentationibus, peccata ei condonabuntur, dispensabit sermones suos in judicio, hoc est, patrocinium consequetur, non deerit ei defensio.* Quia enim in Judicio finali, de solis corporalibus misericordiæ operibus examen instituendum erit, eleëmosynarius autem in ijsdem ferventer se exercuerit : omnes illudet accusationes, ipsum judicem suum nactus defensorem, qui coram cœlo, terra & inferno

Exod. 17. v. 8.

Ibid. v. 9.

Orationi adjungenda eleëmosyna ut vincatur hostis.

Ibid. v. 11.

S. Aug. lib. 50. Hom. 17.

Psal. 133. 2.

S. Hier. ibid. Ipsa in judicio eximet nos ab omni timore.

Psal. 111. v. 5. 6.

Ibid. v. 7.

Ibid. v. 8.

Ibid. v. 9.

D. Chrys. ib. Et omnes illudet accusationes.

protestabitur; *Esurivi & dedistis mihi manducare*, &c. Quod privilegium his plenius verbis explanat S. Bernardinus: *Per eleëmosynam*, inquit, *Diabolus superatur*, hinc Bernardus ait: *O homo, si jejunas, in hoc à diabolo non discrepas, quia ipse numquam manducat: si vigilas, in hoc à diabolo non distas, quia non dormit. Si continens es, ille nullam cognovit: si silentium tenes, ille in verba non dissilit, in hoc autem diabolum superas, si eleëmosynis dandis operam præstes*; Quo fine illum adducit Psalmistæ textum: *Misericordia mea, & refugium meum*, id est, inquit Glossa, *de nullo alio sic vincitur diabolus ut de misericordia.*

Matth. 25. v. 35.

S. Bern. T. 2. ser. in Dom. 1. post Pent. A. 3. c. 1.

Psal. 143. v. 2.

Eleëmosyna non est differenda post mortem.

9. Astutissimus equidem serpens, ut nos minus armatos offendat, suggerere nititur, ut eleëmosynam usque in mortem differamus, bonis nostris interea tenaciter gaudentes, per totum vitæ tempus, atque ideo hanc diaboli fraudem elucidare conabimur in præsenti, & primo quidem S. Bernardini testimonio, ita de S. Lucia scribentis: *Cujus contrarium B. Lucia fecit, dicens matri suæ, non satis Deo charus est, qui illi hoc dat, quo ipse perfrui non potest, sed si vis esse gratus Deo, hoc illi da, quo tu poteris uti: Nam quod tu das moriens, ideo das, quia tu tecum ferre non prævales.* S. quoque Bonaventura ad eumdem finem hanc adducit similitudinem dicens: *Qui eleëmosynam non facit in vita, sed post mortem: similis est homini, qui post tergum vult portare lumen.* Quam veritatem S. Bernardin. quoque in alio loco insinuat, dum ait: *In vita eleëmosyna maximi fieri debet, ut lumen eleëmosynæ morientis pedes præcedat, non sequatur: non sicut infantuli quidam, qui cum de pane vel caseo comedunt, quod volunt, demum fastiditi, alteri donant: vel tales similes sunt terræ vasculo, in quo avari pueri recondunt denarios, quos hinc inde coadunare possint, de quo vase nisi frangatur, nequaquam extrahi valent: Contra quos Psalmista ait: Ne timueris, cum dives factus fuerit homo: &c. Cum interierit, non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria ejus.* Petrus Blesensis, citato Luciæ exemplo usus, eamdem nititur nobis inculcare veritatem, dicens: *Docuit matrem quam sanaverat, suspectas esse eleëmosynas quæ sunt in extremis, cum opes tunc potius deserant hominem, quam deserantur, & per triennium dicitur instituisse matrem in distrahendis facultatibus in usus pauperum.* Eidem subscripturus veritati Salmeron, ad illa se convertit Zachæi verba: *Ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus*, ubi notanter advertendum docet, Zachæum dicere non in futuro, sed in tempore præsenti: *Do.* Ideoque dictus author ita ad nostrum porro discurrit intentum: *Nemo existimet, alterum pro se redditurum, quod ipse non reddidit, neque quemquam alium plus animam dilecturum, quam ipse se ipsum diligat.* Tandemque his verbis concludit: *Præstaret vel pauca in vita sua pauperibus porrigere quam multa post mortem.* Id quod damno suo stultæ didicere virgines, hæ enim per Sponsum cœlestem à nuptiis exclusæ fuere propter defectum olei, *oleum* autem, *quo ignis fovetur*, ut inquit S. Chrysostomus: *non est aliud quam eleëmosyna.* Cajetanus vero nostro his verbis suffragatur per eamdem parabolam intento aiens: *Venient virgines cum adhuc in vita sint, & venient cum oleo suo in lampadibus non secum.* q. d. multi equidem dum vivunt, pia in testamentis suis condunt legata, ast non propterea oleum secum portant, id est, satisfactionem non præstant per eleëmosynas, imo aliquando in tantum opera pia exercent, in quantum bonis suis gaudere nequeunt. Aut illa secum asportare non possunt, quandoque etiam hujusmodi dispositiones faciunt in statu peccati mortalis, numquam postmodum executioni mandandas.

Salmer. t. 4. p. 3. tr. 28. 1

D. Chrys. t. 6. ser. de verb. Ap. circ. fin. Cajet. Ibid.

S. Bern. ibid. cap. 2.

S. Bonav. 2. 6. dicta salutis, tit. 11. de pœnit. c. 7.

S. Bern. t. 1. ser. 7. in Fer. 6. Cin. A. 2. c. 1.

Psalm. 48. v. 17. 18.

Pet. Bles. in Adv. ser. 4.

Luc. 19. v. 8.

DISCURSUS XVIII.

ARGUMENTUM.

Quilibet, quantumvis etiam pauper eleëmosynam dare potest, quia Deus affectum potius nostrum quam effectum metitur, illudque acceptat, quod pro conditione nostra dare possumus; pluribus autem modis charitas erga miserabiles exerceri potest, maxime vero illis compatiendo.

THEMA.

Vidit quamdam viduam pauperculam, mittentem æra minuta duo, & dixit: verè dico vobis, quia vidua hæc pauper, plus quam omnes misit. Luc. 21. ℣. 2. 3.

Nullus tam pauper est, quin possit dare aliquam eleëmosynam.

1. SAlvator noster die quodam eos intuitus, qui oblationes in gazophylacium injiciebant, reliquos inter quamdam vidit pauperculam mulierem duo offerentem minuta, dixitque: *Vere dico vobis*, &c. Alij equidem divites aurum argentumque contribuerant, nihilominus *spirituum ponderator* Dominus hujus unius mulieris eleëmosynam cunctis prævalere asserit, inquiens: *Plus quam omnes misit.* Ex qua historia S. Chrysostomus talem eruit conclusionem; *Nullus dicat, non possum eleëmosynas facere, non es vidua illa pauperior*: Quæ adeo inops erat, ut nihil penitus in hoc mundo possideret præter dicta minuta: *Ex eo quod deest illi omnem vidtum suum, quem habuit, misit.* Verè equidem *non est, qui se absondat à calore ejus*; id est, à præcepto charitatis erga pauperem, nullus quantumcumque mendicus se subtrahere valet; unde S. Ambrosius inquit: *Per B. Prophetam Dominus ita hortatur, & admonet eleëmosynam fieri, ut prope nullus pauper sit, qui se valeat excusare.* Quo fine illum adducit Isaiæ textum, ubi Deus attestatur sibi sufficere buccellam panis, quam proximo nostro famelico donaverimus: *Hoc jejunium est quod elegi (frange esurienti panem tuum,) non dixit, ut integrum daret, cum pauper ille forte alium non haberet, sed frange*, inquit, *hoc est dicere: Etiamsi tanta tibi paupertas sit, ut non habeas nisi unum panem, ex ipso tamen, frange & pauperi tribue, & pauperes*, inquit, *sine tecto induc in domum tuam*, quasi dicat: *si aliquis ita pauper est, ut non habeat unde tribuat pauperi cibum, vel in uno angulo domus suæ præparat lectum. Quid nos ad hoc dicturi sumus?*

Vidit quamdam viduam pauperculam — *Luc. 21. ℣. 2. 3.*

Matth. 10. v. 42. D. Chrysost. S. Bonav. cit. in Luc.

Psal. 18. v. 7.

S. Ambr. ser. in Fer. 5. Cin.

Isa. 58. v. 7.

5. Longè efficacissimum ex alia ejusdem Sancti Doctrina formari potest argumentum, contra illos, qui se ab eleëmosyna facienda excusant propter nimiam penuriam, in qua degunt. Nequaquam, respondet Sanctus, non enim in opere externo, sed in corde, affectu & compassione consistit eleëmosyna; quod viduæ hujus probat exemplo, dicens: *Vidua hæc plus omnibus misit, in qua moraliter Dominus instituit universos, ne quis à collatione ministerij paupertatis pudore revocetur: nec sibi divites blandiantur, quod plus videantur conferre quam pauperes, uberior est enim nummus è parvo, quam thesaurus è maximo; quia non quantum detur, sed quantum resideat, expenditur, nemo plus tribuit, quam qui sibi nihil relinquit*; Sciendum itaque, apud Christum majoris fuisse pretij unum alterumve minutum quam omne Principum Synagogæ aurum, longe licet in se præstantius; quod cum erogassent illi, sibi alia bona retinebant; paupercula autem dum duo obtulit minuta, omnibus se exuit bonis. Ideoque Theophylactus ait: *Neque enim Dominus mercedem reddet, respiciens ad id, quod datur, sed ad id, quod deficit.* Idcoque credibile est retributionem cœlestem in ea extitisse abundantem, quia scilicet omnibus ad sustentationem necessarijs se spoliarat. Albertus Magnus ad idem propositum illa citat allegatque verba: *Hieronymus in præmio galeato: vidua pauper duo æra minuta in munera Dei obtulit, & præfertur Græsi divitijs.* S. Bonaventura eidem inhærens Textui, ita de Deo statuit: *Suscipit quantumcumque parvas oblationes, quia, sicut dicit Glossa, non perpendit Deus, quantum in sacrificio offertur, sed ex quanto affectu detur, juxta illam Salvatoris protestationem.* (*Quicumque potum dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ, Amen dico vobis, non perdet mercedem suam:*) *Neque vero mirari debes*, inquit S. Isidor. Pelusiota, *si etiam is qui aquam exhibet, non sine præmio id faciat. Non enim ab ipsa dationis magnitudine vel parvitate, sed ex animi proposito eleëmosyna æstimatur.* Et paulò pòst subnectit; *Multi reperiuntur, qui de magna copia dant pauca, & contra multi de exiguis facultatibus dant multa, neque enim tam mensura sive quantitas eorum quæ dantur, quam damium facultates, & animus attenditur, & inde judicium sumitur.*

Nec valet excusatio de penuria, prout patet in vidua illa evangelica.

S. Ambr. de viduis.

Theophyl. Ibid.

S. Bonav.

Matth. 10. v. 42.

S. Isid. Pel. l. 4. ep. 118.

3. S. Bonaventura quamdam S. Gregorij adducit propositionem, qui distractis primo inter pauperes bonis patrimonialibus, & tandem ipsis Ecclesiæ thesauris, tanto majorem fidem promeretur, quoties hac de materia tractat: *Ideo dicit Gregorius: Exteriora nostra quamlibet parva Deo sufficiunt; cor namque & non substantiam pensat.* q. d. Deus noster in pondere sanctuarij non inetallum, quod è bursa aut arca extrahitur, sed affectum & amorem cordis erga pauperem examinat: *Verè dico vobis, quia vidua hæc plus quam*

Deus in eleëmosyna, plus æstimatur & affectum quã substantiam.

S. Greg. à S. Bonav. citat.

quam omnes misit. Causamne nostis, subnectit Seraphicus? *Id est, copiosius dedit, copiosius namque donat, qui ex majori corde donat*; *Unde Gregorius, non est vacua manus à munere, cum arca cordis repleta fuerit bona voluntate.* Quando autem Christus calicis meminit aquæ frigidæ, non vult eam à nobis frigefieri cum gelu aut nive, ut mos est tempore ardoris æstivi, multi namque excusare se possent, se nec vinum habere, neque pecuniam ad comparandam illam; neque etiam justit eam esse calidam, siquidem forte ligna aliquando deficerent ad calefaciendum necessaria; sufficere igitur ait aquam, prout ex puteo seu fonte hauritur: *Deinde ne quis inopia se possit excusare*, inquit S. Chrysostomus, Christus ait: *Quicumque potum dederit calicem aquæ frigidæ.* Qui idem S. Doctor illam pariter observat particulam (*in nomine discipuli*) inquiens: *Propterea discipuli, Prophetæ, ac denique justi nomen adjecit, ut discas, non ex dignitate recepi, sed ex voluntate recipientis, mercedem omnem esse constitutam.*

S. Bonav.

Matth. 10. v. 42. D. Chrys. hom. 37. in Matth.

4. Hugo Victorinus illa Apostoli verba: *Qui parce seminat, parce & metet*: Ubi sementem inter & eleëmosynam instituitur comparatio, ingeniosa dilucidat ponderatione dicens, consequens videri, ut parum dans, exile pariter quid colligat; unde & illi, qui bona fortunæ exilia possident, magno destituerentur merito & lucro. Sed error hoc in casu admissibilis evidenter convincitur, siquidem ut idem inquit; *Non parcè seminat ille, qui parum largitur, si animus sit promptus dare, si plus haberet.* Quod etiam motivum S. Augustinus ad eamdem nos virtutem existimaturus, adhibet dicens: *Deus coronat bonam voluntatem, quando non invenit facultatem.*

2. Cor. 9. 6. Hugo de S. Vict. q. 32. Ibid.

Bona voluntas expenditur in largitione eleëmosynæ.

S. August. in Psal. 105.

Prout patet in dimidiato pallio S. Martini.

5. Æternitatis perpetim annales heroicum illum celebrabunt S. Martini actum, quando miles existens, medietatem chlamydis suæ militaris pauperi donavit præ frigore trementi. Causamne nostis, cur Christus in conspectu omnium Angelorum totiusque cœli tam gloriosam nocte insequenti ostentaverit pompam, dicens: *Martinus adhuc catechumenus hac me veste contexit.* Totius magnificentiæ origo tantillum extitit partis pallij, quam omnibus prætiosissimis, Regum, Imperatorum, totius mundi Monarcharum paludamentis, imo ipsomet sibi per Salomonem, erecto inæstimabilis valoris templo duxit cariorem; siquidem de nullo horum constat, quod simile complacentiæ signum circa illa ediderit Deus. Cujus hæc unica ratio assignari potest, quia scilicet Deus excessivum respexerat affectum, quocum S. Martinus dictam vestem donarat, cognoveratque eum omnes totius mundi thesauros, si illos habuisset in pauperes erogaturum fuisse. Ideoque Cæsar Arelatens. ait: *Non copia largitatis pascitur Dominus, sed benevolentia largientis.*

S. Cæsar. Arelat. h. 1. de Quad.

6. S. Ambrosius eamdem tantopere à Salvatore laudatam admirans mulierem; *Liberalitas non cumulo patrimonij*, inquit, *sed largitatis definitur affectu, denique Dominica voce illa vidua omnibus antefertur, de qua dictum est, vidua hæc plus omnibus misit.* Quam eamdem doctrinam S. Chrysostomus his expressam reliquit verbis: *Non pro substantiæ mensura, sed pro animi consilijque mensura, solet eleëmosynæ modus præscribi, quandoquidem illa vidua tantum duos obulos misit, & illos, qui opibus circumfluebant superavit. Et altera vidua, cum farinæ pugillum, & olei paululum haberet, animam illam ad cælum pertingentem hospitio recepit: & neutri istarum, egestas impedimento fuit.* Tandemque concludit, eleëmosynam à charitate, amore, & affectu, non à quantitate mensurari: *Non ex eorum mensura, quæ dantur: sed ex eorum proposito qui largiuntur, eleëmosyna solet exhiberi.*

S. Hieron. l. 1. de viduis.

Eleëmosyna mensuratur ex affectu & proposito dantis.

D. Chrys. t. 1. h. 33.

S. Ambr. ser. in Fer. 5. Cin.

Vidit quamdam viduam pauperculam — *Luc. 21. ℣. 2. 3.*

Mark. 12. 42.

Vidit quamdam viduam pauperculam — *Luc. 21. ℣. 2. 3.*

*Luc. 21. 2

Ab alijs bonis operibus excusari possumus, sed non à compassione pauperum. *Job 30. v. 25.*

tenuis & sanitas; item à conversione animarum exiguitas talenti, sed lucrum animæ per compassionem erga egenos in nostra est potestate; quod agnovit ille qui dicebat: *Flebam quondam super eo, qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi.* Cujus aliam sententiam, scilicet, *Pater erat pauperum*, S. Gregor. his verbis ita ad præsens accommodat propositum: *Non patronum se, vel proximum vel adjutorem pauperum, sed patrem fuisse testatur, quia unirum magno charitatis officio studium misericordiæ vertit in affectum naturæ, ut eos quasi filios cerneret per amorem, quibus quasi pater præerat per protectionem.* Aft quando nudus fimeto insidebat, testam gerens manu omnibusque exutus divitijs, qualiter hoc paternum in pauperes officium potuerat exercere, cum ipsemet ad extremam necessitatem redactus esset? Audite: *Flebam super eo, qui afflictus erat.* Hæc cordis, non crumenæ eleëmosyna in potestate uniuscujusque est posita. Ideoque S. Gregor. de eodem Prophetæ agens, dicit: *Virsanctus apud omnipotentem Deum, aliquando magis datum noverat munus esse, quam muneris.* Quasi diceret, agnovit Deo multoties magis placere eleëmosynam spiritualem, quam corporalem; siquidem illa ex præcordijs & visceribus, hæc vero ex arca extrahitur: *Exteriora enim largiens*, prosequitur idem Sanctus, *rem extra semetipsum præbuit, qui autem fletum, & compassionem proximo tribuit, ei aliquid etiam de semetipso dedit.* Unde & S. Augustinus ait: *Eleëmosyna cordis multo major, quam eleëmosyna corporis: charitatis eleëmosyna sine terrena substantia sufficit sibi.*

Job. 30. 25.

S. *Greg. l. 20. mor. c. 26.*

S. *Aug. t. 10. hom. 6.*

Imo S. Chrysost. vel ad unicum suspirium, & compassionis actum, eleëmosynæ meritum & titulum restringere non dubitat, dicens: *Da indigenti si minus habueris, vel suspirium si profers, omne tribuisti: nam insomnis oculus ille videt, te dedisse quod habueras.* Audire ne gravemini, quo titulo S. Chrysol. eleëmosynam, cui tertiam assignat sedem, honorarit: *Insistamus orationi, vacemus jejunio, insistamus misericordiæ:* misericordia autem per compassionem exercetur. Id quod forte S. Aug. inferre voluit, cum diceret: *Si potes dare, da; si non potes, affabilem te præsta.* Bonis scilicet verbis afflictum consolando: qui si viscera compassionis expertus fuerit, magnum sentiet in pressuris lenimen. Et tandem Nazianz. hoc brevi sed efficaci dogmate nullum non ad beneficentiam exhortatur: *Egenti parvum aliquid dato: sed nihil est parvum, quod Deo datur: si nihil habes, collachryma, magnum remedium est infortunato commiseratio.* Porrò S. Aug. in alio loco idem punctum his promovet verbis: *Si corde misereris, etiamsi non habeas, quod porrigas manu, accipiet Deus eleëmosynam tuam.* Simus certi de retributione cujuscumque minimæ eleemosynæ, quia ut S. Bernardus ait: *Deus indubitanter tribuit bonæ voluntati, quod desidt facultati.* A quo dogmate nequaquam illa discrepat sententia S. Thom. de Villanova dicentis: *Sed non tam videndum est, quantum tribuas, quam propter quem, & quomodo tribuas, Deus enim ut Gregor. ait, non respicit quantum, sed ex quanto, non acceptantur à Deo opera, quæ propter ipsum non fiunt, nozit Deus qua intentione facias, quem finem prætendas.*

D. *Chryf. h. 7. de Lazar.*

D. *Chrysol. ser. 43.*

S. *Aug in Psal. 13.*

Nazianz. or. de cura paup.

S. *Aug. in Psal. 125.*

S. *Bern. ep. 77.*

S. *Thom. de Villanov. de S. Mave.*

TRACTATUS XXV.

DE ERUBESCENTIA VITIOSA.

CONTINET

DISCVRSVS XII.



ISCURSUS I. Sequacium Christi, & virtutis proprium est, scopos esse irrisionum hominum improborum.

II. Diabolus irrisiones tamquam machinas adhibet, quibus maximè timoratos à Deo seducat, singulariter autem incipientes, in quorum ruinam homines perditæ salutis, tamquam suos adhibet satellites.

III. Virtus deridetur ab impijs, utpote spina in oculis eorum, unde *Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus*; ideoque hujusmodi contemnenda sunt ludibria.

IV. Deo placet erubescentia, quæ peccati frænum, non quæ virtutis est obstaculum, ubi insuper docetur, non erubescendum, sed gloriandum potius nobis esse de Christi sequela.

V. Insultibus & derisionibus nos à Christo seducentibus, surdas præbeamus aures; tantò in virtute ardentiores, quantò magis impetimur,

VI. Magni momenti sunt illusiones, nobis illatæ propter Christi sequelam; quibus ne cedamus, solida opus est virtute, magnoque Dei auxilio; ubi insuper consideratur, quod Christi illusi nos sequaces profiteri teneamur.

VII. Qui pudorem suffert, constans in servitio divino, magnam gloriæ possidet arrham, nec non gratiam, amiciciam Dei, criminumque recipit indulgentiam.

VIII. De diversis exemplis illorum, qui in irrisionibus magis fervidi & extimulati ad devotionem, largas à Deo remunerationes accepère.

IX. Certo quo dam modo, martyrij participat meritum, qui ludibria suffert ob sequelam Christi, qui in judicio erubescet, qui hodie eum erubuerit; exaltabit autem, & honorificabit quemcumque sibi fidelem.

IX. Neutiquam nobis verecundandum est in humilibus divini servitij exercitijs, siquidem illa, etiam in vita præsenti, magnum nobis honorem conferunt & gloriam.

XI. De gravitate peccati, quod admittit ille, quisquis alium deridet propter virtutem, cui insistendum est, negletis ludibrijs.

XII. De varijs supplicijs, quæ Deus inflixit ijs, quotquot irrisionibus suis ejus sequaces oppugnarunt.

DISCURSUS I.

ARGUMENTUM.

Sequaces Christi & virtuosos ludibriorum scopos esse oportet hominum improborum.

THEMA.

Posuisti nos opprobrium vicinis nostris, subsannationem & derisum his, qui sunt in circuitu nostro. Psal. 43. v. 14.

1. NEscio, an David hisce verbis adversus Deum lamentetur, aut verò populum Israël salubriter moneat, ut in medio populi vicini, cum ludibrio & derisui habentis, cautè incedat. Vivebat enim populus Israël quaquaversum cinctus & circumdatus gentilibus, veri Dei inimicis, divinique cultus adversarijs: *In medio nationis pravæ & perversæ, inter quos lucebant tamquam luminaria in mundo*; Verumtamen quia verissimum semper, quod *Animalis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei*; ideo pessimi homines illi, deridebant eos, qui non falsa gentilismi numina, sed Deum vivum & verum adorabant, atque hinc est, quòd Propheta Regius ad confinia Palæstinæ circumquaque respiciens, Deum his verbis affatus fuerit: *Posuisti nos opprobrium*, &c. Porrò gentiles illos, impios & perditæ salutis fuisse, ex Ly *in circuitu* facilè deduci potest, quia scribitur, *in circuitu impy ambulant*, juxta totius tam antiqui quàm novi testamenti contextum, omnes Dei sequaces, & à mundo sequestrati, ignominiosi indigitati fuêre, opprobrijs & ludibrijs impiorum, minusque timoratorum hominum, oppugnati atque exagitati. Quondam 15. erant gradus templi, in quorum quolibet Psalmus unus recitari consueverat, unde postmodum *graduales* intitulati fuêre *canticum graduum*; in primo itaque gradu in ascensus principio recitabatur Psalmus: *Domine libera animam meam à labijs iniquis & à lingua dolosa.* Cur obsecro oraturi, supplicas divinæ Majestati oblaturi, & divino honori debitum adorationis exhibituri, ab his incœpere verbis? Audite rationem S. Basilij: *Cum incipit homo ascendere, id est, cum cogitat proficere, contempto sæculo, soli hæreus Deo, incipit pati linguas adversantium, & quod majus consulendo, à salute avertentium.* Ubi Sanctus hoc nobis singulariter nititur inculcare monitum: *Has qui non patitur, nondum perficere conatur.* Populus electus juxta oraculum propheticum, per Isaac, primi credentium patris propaginem, dilatandus erat, cui in remunerationem hospitalitatis, tribus Angelis, tres divinas personas repræsentantibus, exhibitæ, dictus obtigerat fœtus. Quanta

Gentiles olim deridebant Israëlitas probos, inter illos habitantes. *Phil. 2. 15.*

1. Cor. 2. 14.

Psal. 11. v. 9.

Tales illusiones timuit David. *Psal. 119. 2.*

S. *Basil. in Gloss.*

Populus electus designatus fuit per Isaac, quem illusit Ismaël.

Quanta porro cum pietate Filium educarint sancti Parentes, sacra fusius prosequitur Scriptura; qui cum in primo ætatis flore magnos in virtutum & perfectionis palæstra gressus promoveret, ludibrijs & irrisionibus appetitus fuit: *Cumque vidisset Sara filium Agar Ægyptiæ ludentem cum Isaac.* Vel ut ex Hebræo vertit Cajetanus: *Facientem irridere, hoc est, efficiens, ut pueri coætanei Isaac, ludentes cum eo, irrisionem aliquam facerent ipsi Isaac.* Quam irrisionem idem Author ab Apostolo, ad Galatas scribente, persecutionem appellari advertit, dicens: *Congruit quoque his sensus verbis Pauli Apostoli ad Galatas, appellans hanc actionem, persecutionem.* Citatque hanc S. Hieronymi sententiam: *Nonnulla siquidem species persecutionis est, innuere puellis ut illudant Isaac.* Sed omnium clarissimè S. Thomas ad nostrum discurrit intentum, quando illum Apostoli Textum interpretans (*qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum, qui secundum spiritum*) ita sermocinatur: *Docebat eum averti à cultu unius Dei, quod est magna persecutio*; cujus effectus Angelicus Doctor porro prosequitur recensere, hominibus carnalibus spiritualibus oppugnantibus: *Ipsi sunt*, inquit, *qui contradicunt spiritualibus proficientibus, habent labia iniqua & linguas dolosas.* Cujus loci & S. Augustinus meminit in hæc verba: *Illa lusio, illusio erat, quam lusionem dicit Scriptura vidisse Saram, hanc persecutionem dicit Apostolus; plus ergo vos persequuntur, qui vos illudendo seducunt.*

Gen. 21. v. 9.

Hanc illusionem S. Paulus vocat persecutionem.

Gal. 4. v. 29.

S. *Th. ib. ad Gal. 4.*

S. *Aug. tr. 11. in Ioan.*

2. Idem quoque Sanctus alio in loco de hac persecutione tractans, eam vel ab ipsis Christianis timeri posse asserit in sequela Christi, verisimile namque est, quod post licentiosam 33. annorum vitam, cum se totum Deo dederit, plurimos expertus fuerit impiorum, quondam suorum amicorum, inque ijsdem erroribus sociorum insultus: unde ipse Sanctus ait: *Dicam, quod multi mecum experti sunt in nomine Christi. Cum quisque Christianas cæperit bene vivere, fervere bonis operibus, mundumque contemnere, in ipsa novitate operum suorum, patitur reprehensores, & contradictores frigidos Christianos.* Quod idem monitum Sanctus præsul in Psalmi illius iterat Commentario: *Misrere nostri Domine, misrere nostri, quia multum repleti sumus despectione.* Unde ait: *Omnes, qui secundum Christum pie volunt vivere, necesse est patiantur opprobria; necesse est contemnantur ab his, qui impiè volunt vivere.* Filij Israël, Ægyptiorum mancipia laboribus & sudoribus fuis magnum regno illi afferebant emolumentum; à seditionibus & armis penitus absistinebant, ita ut nulli formidabiles essent, nihilominus Chronologista sacer attestatur: *Oderant filios Israël Ægyptij, & affligebant illudentes eis.* Ubi Abulensis ait: *Gravior ac cæteris intolerabilior labor erat magna illusio, ac insultatio Ægyptiorum.* Israëlitæ virtutum figurabant sequaces, qui ex industria servitio se dedunt divino, tales itaque non modo Ægyptiorum, id est, mundanorum malevolentiam, sed & ludibria & derisiones eorumdem contra se provocant: *Affligunt illudentes*; ideoque S. Prosper ait: *Omnes qui in Christo volunt piè vivere, necesse est, ut ab impys & dissimilibus patiantur opprobria & deficiantur tamquam stulti, & insani, qui præsentia bona perdant, & invisibilia sibi ac futura promittant. Sed hæc despectio, & hæc irrisio in ipsos retorquebitur, cum & abundantia eorum in egestatem, & superbia transiern in confusionem.*

Exod. 1. v. 13. Abul. ib.

S. *Prosp. in sen. & epig. c. 32.*

Illam expertus fuit S. Augustin. in sua conversione. *Ser. 18. de verb. Dom. 37.*

Psal. 22. v. 3. S. *August. ib.* Et experiuntur omnes qui volunt pie vivere.

3. Apostoli, tamquam primi Christi discipuli & sequaces indigitandi, ludibrijsque exponendi erant, *tamquam purgamenta hujus mundi, facti omnium peripsema*, sed benignissimus Salvator suos animare volens ad pugnam, prædium ijs prædixit, inquiens: *Si de mundo fuisseris, mundus quod suum erat diligeret; quia verò de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea vos odit mundus.* Ecce vobis rationem, cur boni ab impijs irrideantur, quemadmodum enim dum mundi sequimur cursum, omnibus accepti & grati, ad conversationes admittimur mundanorum, ita dum solitudinem, devotionem, spiritumque sectamur, licentiosorum, minusque timoratorum linguas contra nos acuimus, verbis cantibusque acerbis & irrisorijs nos persequentes. Occurrat memoriæ vestræ, id quod circa Tobiam, dum populus Dei in servitutis Babylonicæ vinculis jaceret, novimus contigisse: *Cum irent omnes ad vitulos aureos, quos Jeroboam fecerat... hic solus fugiebat consortia omnium, Sed pergebat in Jerusalem ad templum*; Cui pietati dum opera superadderet misericordiæ in defunctos, ab amicis & cognatis delusus fuit: *Sicut B. Job insultabant Reges, ita isti parentes & cognati ejus irridebant vitam ejus.* Joseph quoque Patriarcha lauto fratribus præparato convivio, sceptro licet regni Ægyptiaci tremendus, uni eidemque mensæ Ægyptiacos adhibuerat ei, germanos fratres; quorum illi ne quidquam cum his sibi communicandum censuerunt in victu: *Illicitum est enim Ægyptijs comedere cum Hebræis, & prophanum putant hujusmodi convivium.* Id quod Oleaster ita ad nostrum explicat intentum in sensu morali: *Vide, quales elegerit Deus, quos scilicet omnes fastidiunt, & à quibus omnes abhorrent, quos mundus rejicit*; ita ut quis se fornicarijs, luforibus, & similibus adiocians non irrideatur, ubi verò vitam aggredi meditatur spiritualem, mox omnes à se averfos miratur socios, imo & ab eisdem illudi & declinari, Unde S. Hieronymus ad Nepotianum scribens, ait: *Si adhuc*, inquit Apostolus, *hominibus placerem Christi servus non essem, desijt placere hominibus, & servus factus est Christi & bonam famam & malam, à dextris, & à sinistris Christi miles graditur, nec laude extollitur, nec vituperatione frangitur.*

Gen. 43. v. 32.

Oleaster. *Ibid.*

Qui se impijs adjungit, non irridetur.

S. *Hieron. l. 2. Ep. 12.*

4. S. Paulus Romam adveniens cum Judæis inibi morantibus locutus, hoc ab eis tulit responsum: *De secta hac notum est nobis, quia ubique ei contradicitur*: ubi fidem Christianam impios, sectæ nomine afficere planum est; præterquam quòd superaddant: *Ubique ei contradicitur*, quemadmodum prophetavit Simeon de Salvatore, dicens: *Ecce, positus est hic... in signum, cui contradicetur.* Interlinearis de secta Christianorum & Cornelius à Lapide sustinent, Judæos ita Apostolum allocutos fuisse, ut cum ludicris hujusmodi verbis à sequela Christi abducerent, *id dicunt, ut Pauli animum præoccupent, infringant, & à Christo prædicando avertant*, tandemque ad nostrum concludit propositum: *Signum Christi & Christianismi esse contradictionem.* S. autem Hieronymus hunc insignem & præsenti instituto accommodum instituit Discursum, dicit enim: *Incipit possessio à Thamar, à palma videlicet victoriaque vitiorum, usque ad aquas contradictionis, semper enim virtutibus contradicitur; unde & prædicationi Evangelicæ Judæi contra Paulum differentes, in toto orbe asserunt contradici, & in Evangelio legimus Simeonem dicentem: Hic erit in ruinam & resurrectionem multorum & in signum, cui contradicetur, omnis contradictio est sanctitatis, quod interpretatur Cades, dicente Psalmista: Concutiet Dominus desertum Cades.*

Act. 28. v. 22. Veritati & pietati ubique contradicitur.

Luc. 2. v. 34.

S. *Hier. in Ezech. c. 47.*

5. In libro Numerorum Levitis dicitur: *Hæc est Lex Levitarum, à viginti quinque annis & supra ingredientur, ut ministrent in tabernaculo fœderis*, ubi Pagninus legit: *Ad militandum in opere tabernaculi.* Oleast. in Epistolis moralibus de hoc textu inquit: *Sæpius mecum mirari cœpi: cur Dominus venientes ad servitutem ejus, dicat venire ad militandum; juste valde hoc factum esse, credendum est*, ideo enim Eccl. cap. 2. dicitur, (*Fili, accedens ad servitutem Dei... præpara animam tuam ad tentationem*;) *quis enim dicere queat, quot oppositiones, objecta, contradictiones hodie patiantur, qui pie in Christo vivere volunt? armatus videtur orbis omnis adversus eos, qui se Dei ministerio tradiderunt, ita ut milites, & plus quàm milites, imò & martyres oporteat eos esse, qui ad ministeria divina accedunt.* Martyres pro Confessione fidei Christi sanguinem suum fundunt, qui verò in Dei sequela fideles esse volunt, seque per aliorum derisiones à Dei servitio se seduci non permittunt, suum quoque sanguinem quodammodo fundunt, quia rubor & erubescentia, quam amore Dei patienter tolerant, dum ab impijs deridentur, nihil est aliud quàm in vultum respersus sanguis. Hugo Cardinalis super illa verba: *Posuisti nos subsannationem & derisum his, qui sunt in circuitu nostro*, inquit, *subsannatio est, quæ fit cum naso contracto ex indignatione; derisus autem fit cum risu & gestus* Cajetanus notat, Psalmistam dicere: *Posuisti nos opprobrium vicinis nostris, his qui sunt in circuitu nostro, tolerabilius enim est, haberi stultum ab extraneis, quàm à vicinis*; si derideremur à personis, v. g. Hebræis, Hæreticis, Mahometanis, Paganis, derisio tolerabilis foret; at verò, quod ipsimet Christiani, & nonnumquam sanguine juncti amici & vicini, primi sint qui derideant, hoc ferè omnem patientiam superat.

Num. 8. v. 24. Venientes ad servitium Dei, cogitent se venire ad militandum. *Eccli. 2. v. 1.*

Quid sit subsannatio. *Psal. 43. v. 14. Hugo Card. ibid. Cajet. ib.*

Illa amicorum est intolerabilior.

Exemplum Tobiæ. *Tob. 1. v. 5. 6.*

6. Sanctus Paulus Timotheum, dilectum discipulum suum exhortabatur, ut in confessione fidei, quæ in primis illis temporibus penes mundum ignominiosa erat, constanter & fortiter persisteret: *Admoneo te*, inquit, *ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum; non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis; Noli itaque erubescere testimonium Domini nostri, neque me vinctum*

Non erubescendum de confessione fidei. *2. Tim. 1. v. 6.*

ejus, circa quæ verba S.Thomas obſervat, S. Paulum prius dixiſſe, Timotheum per impoſitionem manuum ſuarum recepiſſe Spiritum ſanctum, quia hic eſt ille, qui animam in certamine fidei corroborat, q. d. *Scilicet ex quo habes Spiritum fortitudinis, noli erubeſcere; prædicatio enim Chriſti, ſi referatur ad ſapientiam mundi, videlicet ſtulta, unde erubeſcentiam habere videbatur*, ſubdit vero Apoſtolus inſuper: *Neque me vinctum ejus*; quæ verba ſequenti declarat ſimilitudine; *Sicut ſi latro videt aliquem ſuſpenſum, erubeſcit ſe confiteri ſocium ejus; ſic quia Apoſtolus erat vinctus, poterat eum Timotheus erubeſcere.*

S. Thomas ibid.

2. Tim. 1. v. 8.

7. Conſiderari quoque merentur verba ejusdem Apoſtoli ad Hebræos ſcripta, quibus poſtquam diſſeruiſſet de ſanguine Redemptoris in monte Calvario pro noſtra redemptione effuſo, Chriſtianos ſic exhortatur: *Exeamus igitur ad eum extra caſtra, improperium ejus portantes, id eſt*, ut Hugo Cardinalis explicat, *vilitatem pro eo patienter ferentes*; cum enim Dei Filius in cruce ludibria ſuſtinuerit, ſuoque ſanguine Eccleſiam plantarit, nos pariter eodem redemptos opprobriorum participes fieri decet. Tempore ſancti Paulini, celebris quidam Jurisconſultus vitam religioſam & monaſticam profeſſus, digito denotabatur mundanorum, cui, ſibique ipſi congratulans. Sanctus Neophitus ad omnes contradictiones conſtanter devorandas, ſequentibus animavit verbis: *Gratulor, quòd illam à Deo reprobatam Sapientiam reſpuiſti & cum parvulis Chriſti, quam cum ſapientibus mundi habere conſortium maluiſti; inde jam & hanc gratiam mereris à Domino, ut te oderint homines, quod non fieret, niſi verus imitator Chriſti eſſe cœpiſſes.* Dum populus Hebræus terram Chanaan, vicinos formidabili premeret exercitu, omnibus circacircum trementibus Regibus Gabaonitæ, reliquis minimè conſciis per ſtratagema cum Iſraël fœdus iniere, fingentes ſe ex procul diſſitis advenire terris: Aſt quo ſucceſſu? ſubitò quinque Reges cum maximis exercitibus in præſentiſſimam eorum ruinam transfugas oppugnare decreverunt, implacabilem ſumpturi vindictam. Quem contextum Origenes ita ſenſu morali ad noſtrum applicat inſtitutum: *Cum ſe anima verbo Dei ſociat, ſtatim patitur inimicos, quos antea habuerat amicos; ſciat, qui Jeſu expetit amicitias, multorum ſibi inimicitias patienter tolerandas*, nihilominus ſeipſum quilibet animet ad quemcumque ſufferendum mundi pudorem & ignominiam in conſtanti Dei ſervitio, cujus illi numquam deficiet auxilium: *Neque Gabaonitæ relinquuntur, neque ſpernuntur à Jeſu*, inquit idem Author, *vel à Ducibus, vel Presbyteris Iſraëlitarum, ſed infirmitati auxilium ferunt.* Non equidem Eccleſiæ providæ & ſolicitæ matri erga filiorum ſalutem ſufficit: eos ſacroſancto regeneratos eſſe lavacro, ſubque labaro Crucifixi annumeratos, quod *eſt Judæis quidem ſcandalum, Gentibus autem ſtultitia*, ſed & inſuper eos Sacramento confirmationis corroborare voluit, in quo Epiſcopus cum chriſmate conſecrato, crucem imprimit frontibus confirmandorum; Unde S. Auguſt. ait: *Uſque adeo de cruce non erubeſco, ut non in occulto loco habeam crucem Chriſti, ſed in fronte portem.* Eodem in actu dicti Sacramenti adminiſtrationis Epiſcopus maxillæ confirmati alapam impingit, cujus myſterium in libro *de ritibus Eccleſiæ*, his verbis explanat Durandus: *Confirmatus, manu leniter ab Epiſcopo cæditur in maxillam, ut ait Concilium Colonienſe, ut meminerit, ſe deinceps pro nomine Jeſu contumeliam libenter paſſurum.* Et Guilielmus Durandus hanc aliam aſſignat rationem: *Percuſſio fit, ne uterius confundatur, aut timeat confiteri nomen Chriſti, quaſi dicat Epiſcopus confirmato: Ita ſis fortis, ut quicumque ſic te percuſſerit, vel quocumque alio modo tibi confeſſionem fecerit pro eo, quia Chriſti fidem confiteris, tu in his omnibus non erubeſcas; percuſſi enim in faciem, erubeſcere ſolent.* Unde & inter reliqua Spiritus ſancti dona, ut nemo neſcit, annumeratur fortitudo; Memineritis utique ſancti Petri, qui in atrio Caiphæ vocem unius expaveſcens puellæ, divinum ſuum iterum iterumque negavit Magiſtrum: non obſtante promiſſione heroica, *etiamſi oportuerit me mori tecum, non te negabo.* Qui idem paulò poſt Sacerdotibus, Pontificibus, Conciliis, totique Synagogæ præſentatus, proteſtari non dubitavit: *Obedire oportet Deo magis quàm hominibus*; an cauſam differentiæ noſtis? Sanctum ſuſceperat Spiritum, confirmatusque erat, ad hunc igitur finem eſt inſtitutum Sacramentum iſtud, ad vegetandam ſcilicet & corroborandam noſtram in omnibus inſultibus, furijs & contradictionibus, quæ nos à confeſſione abſtrahunt ſequelæ Chriſti, pudoreque & verecundia afficiunt debilitatem: Quemadmodum S. Petrus primò quidem diſcipulatum Chriſti verecundus celabat, poſtea autem Sancto corroboratus Spiritu, fidelibus omnibus, quorum caput erat, hanc præclariſſimam reliquit maximam: *Si exprobramini in nomine Chriſti, beati eritis.*

Hebr. 13. v. 13. Hugo Card. ibid.

Omnia mundanorum ludibria, cum Chriſto in cruce illuſo, gaudenter toleranda ſunt. S. Paul. ep. 27. ad Apr.

De hoc congratulatur S. Paulinus cuidam Jurisconſulto vitam religioſam amplectenti.

Guil. Dur. in rat. div. off. l. 6. c. 46. n. 7.

Cur S. Petrus coram ancilla erubuerit confiteri Chriſtum, & non coram pontificibus, Matth. 26. v. 35. Act. 5. v. 29.

1. Pet. 4. v. 14.

DISCURSUS II.
ARGUMENTUM.

Diabolus irriſiones tamquam machinas adhibet, quibus maximè timoratos à Deo ſeducat, ſingulariter autem incipientes, in quorum ruinam homines perditæ ſalutis tamquam ſuos adhibet ſatellites.

THEMA.

O plene omni dolo! & omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis juſtitiæ, non deſinis subvertere vias Domini rectas. Act. Apoſt. 13. ℣. 10.

Orig. ib. in Gloſſa. Anima ſe ſocians Deo ſtatim ſentit adverſarios.

Diabolus utitur irriſoribus, ut avertat homines à Deo.

1. DUm Elimas magus impiſſimus, Sergij Pauli proconſulis converſioni, in qua Paulus & Barnabas Apoſtoli plurimum laborabant, ſeſe opponeret, ſanctus Paulus Spiritu Apoſtolico confortatus, ſacrilego exprobravit, dicens: *O plene omni dolo, &c.* Ex quibus verbis duas mihi conſequentias elicere licebit; prima videlicet, quòd ſpecialis ſerpentis tartarei machina ſit, hominem per omnem ſuam aſtutiam, derisionibus aliorum, infidijsque ſuis à via Dei divertere: Secunda eſt, quòd ſpeciales ejus imitatores ſint parum timorati, & diſſoluti Chriſtiani, quibus ad hoc opus tamquam aptis inſtrumentis abutitur; Ac proinde ſanctus Juſtinus à ſancto Joanne Damaſceno citatus meritò inquit: *Vitæ à ratione averſæ, Dux & Gubernator dæmon eſt*, unde mirum non eſt, ſi videns alios per viam rectam ambulantes, plurimum crucietur. Hinc quòque fit, quòd omnes vias ad Deum ducentes inceſſanter invertere ſatagat; *non deſinis ſubvertere vias Domini rectas*, à via quoque recta divinorum præceptorum homines ſeducere omni conatu molitur, & ideo vocatur *inimicus omnis juſtitiæ*, ſicut econtra Eccleſiaſtes ait: *Deum time, & mandata ejus obſerva, hoc eſt enim omnis homo.*

S. Bern. ſer. 25. ſup. Pſ. Qui habit. Inſignis metaphora paralytici.

S. Auguſt. converſus à vita carnali, multa ſuſtinuit ludibria.

Pſal. 180. 8.

S. Juſt. cit. à Dam. l. 1. Parall. c. 24.

Eccle. 12. v. 13.

2. S. Petrus, licet à cœleſti Magiſtro ſuo maximi fieret & magnopere ab eo diligeretur, attamen ſe ab eo his verbis reprehendi audivit: *Vade retro me Satana*, cujus improperij hæc fuit ratio, quia illum à bono quodam immenſo & inæſtimabili, quale humana redemptio erat, quam mediante morte ſua erat conſummaturus, divertere tentavit. S. Gregorius egregium quemdam adducit aphoriſmum moralem, quo maligni ſerpentis aſtutiam manifeſtè tetigit, dicens: *Callidus adverſarius cum à bonorum cordibus repelli ſe conſpicit, eos, qui ab illis valde aſſiguntur, exquirit, per eorum verba blandius loquitur, qui pius cæteris amantur*: hi etenim, qui nos deſident bene operantes, ut plurimum amici & ſodales ſunt, quibuſcum, priusquam in ſcholam Chriſti ingrederemur, familiariter converſabamur; ideo ut Filium Dei a paſſione ſua diverteret, non ipſe directè ad hoc operatus fuiſſe legitur, ſed in Petro ſe inſinuavit, ut is ſub prætextu affectus & teneritudinis amoris a paribulo crucis eum retraheret. S. Auguſt. ad illa ſe Pſalmi verba reflectens, quibus dicitur: *Ipſe liberavit me de laqueo venantium & à verbo aſpero*; Pſalmiſtam gratias Deo agere dicit, quòd laqueos infernales evaſerit, quaſi diceret, ſecus enim per aſperitatem verborum anima diabolo in prædam ceſſiſſet: *Quid eſt à verbo aſpero?* inquit ſanctus Doctor, *multos verbum aſperum miſit in muſcipulam diaboli, v. g. Qui voluerint eſſe Chriſtiani inter paganos, inſultatores patientur paganos, erubeſcunt inter inſultatores, & à verbo aſpero recedentes de via, incidunt in laqueos venantium, ſed quid tibi factura eſt verbum aſperum? nihil, numquid nihil tibi facturus eſt laqueus, quo te compellit inimicus per verbum aſperum?* Idem quoque S. Doctor modum conſiderat, quo cautus venator retia tendit, nimirum à capite ſepis in aliud caput retia ſua protendit, tum vero lapides in ſepem valide projicit, ut aves hoc ſono perterritæ è nido evolantes in rete protenſum incautè involvent: *Lapides illi nihil ſunt facturi avibus, quando enim ferit avem, qui lapidem mittit in ſepem? timeas autem avis inanem ſonum, cadit in retia; ſic homines timentes inſultatorum verba vana & inania, & erubeſcentes*

Pſal. 90. v. 3. Illuſio, eſt verbum aſperum. S. Aug. in Pſ. 90. v. 3.

Inſignis ſimilitudo aucupis.

convitijs ſuperfluis, cadant in laqueos venantium, & captivantur à diabolo. Unde Sapiens ait: *Verba bilinguis quaſi ſimplicia, & ipſa perveniunt uſque ad interiora ventris, pigrum dejicit timor*; hic autem timor, ne ſcil. digito ab alijs monſtrentur, non ſolum tepidos, & in ſervitio Dei incipientes urget, & perturbat, verum etiam in ipſum nonnumquam præſtat circa illos, qui in via Dei ſunt ferventiores. Didacus Stella, magnus ille vitæ ſpiritualis Magiſter, hunc fraudulenti inſidiatoris dolum his verbis manifeſtat: *Si aliquis ſtudium ſuum cultui divino applicat, ſtatim à diabolo innumeris interpellatur modis; hæc eſt una de aſtutijs diaboli, bonum inceptum videlicet, in principio & germine ſuffocare; unde per ſerpentem religionem in Paradiſo incipientem, & quaſi naſcentem ſuffocavit.* Neque enim diaboli miniſtri deriſionibus ſuis aggrediuntur perſonas in perfectione provectas, ut illas à Deo retrahant, quia arbores longo tempore radicatæ, non ita facilè à ventis ſubvertuntur, ſed arbuſta novella & tenera, quæ nondum fixas & ſolidas in terra egerunt radices, modico etiam vento evelluntur.

Prov. 18. v. 8. Diabolus incipientes in ſervitio Dei, maxime impetit,

1. Petri 5. v. 8. Irriſores comparantur leoni.

3. S. Petrus dæmonem leoni comparat, dicens: *Tamquam Leo rugiens circuit, quærens quem devoret.* Quonam verò modo hæc fera prædam ſuam proſequitur? nimirum dum cervum, lupum, vel alia animalia, latibulum ſuum tranſeuntia videt, non ſubitò poſt illa currit, ut ea dilaniet; quid igitur facit? terribiles edit rugitus, quibus perterrefactæ feræ velut mortuæ in terram ſe conjiciunt, & hoc modo illas aggreditur & capit. Hanc Leonis proprietatem S. Ambr. inſinuat, dum ait: *Ejus voci tanta naturaliter inſit terror, ut multa animantium, quæ per celeritatem, impetum ejus poſſent evadere, rugientis ejus ſonitu, velati quadam vi actionitâ atque ita deſiliant.* Hic pariter eſt modus, quo Leo infernalis multas animas ſibi in prædam adigit, dum videlicet multis impijs hominibus ſeſe inſinuans, efficit, ut hi per maliciam ſuam, vocem ſuam exaltent, multas animas devotas & timoratas deriſionibus, & ſubſinuationum geſtibus à ſemita virtutis ſeducant, ac proinde valde ſalutare, & opportunum eſt illud S. Bern. monitum, dicentis: *Ne ſimus beſtiæ, ut nos proſternat vacuus ille rugitus.*

S. Ambr. exam. l. 6. c. 3.

S. Bern. ſer. 25. ſup. Pſ. Qui habit.

4. Paralyticus ille, qui 38. annis lecto affixus fuerat, eò quòd neminem haberet, qui ei, ut in piſcinam ingredi poſſet, manum auxiliatricem porrigeret, mox ut à Salvatore noſtro priſtinæ ſuæ reſtitutus ſanitati, & in confirmationem miraculi, juſſus, ut tollens grabatum ſuum, in domum ſuam abiret, multi ſurrexerunt opponentes, qui id die Sabbathi facere minimè licitum eſſe affirmarent. Quod idem quoque multis accidit, qui poſtquam per 30. aut 40. annos Dei totaliter obliti, in lecto carnalitatis ſuæ jacuerunt, absque eo, quòd vel ullus eſſet, qui illis porrigeret auxilium, vel conſilium, ut inde reſurgant; ſi enim nonnumquam contingat, quòd per divinæ omnipotentiæ & pietatis miraculum, reſurgant ad pœnitentiam, ſubitò mundani & diſſoluti ejus ſodales per deriſiones & verba ludibriosa ſe illis opponunt. Idipſum S. Auguſt. credere poſſumus, utpote ab experientia loquenti, ſiquidem, ad trigeſimum tertium ætatis annum usque vitam egit impuram & carnalem & veriſimile eſt, quòd poſt ſuam converſionem maximas paſſus fuerit contradictiones, maximè ab Hæreticis, quorum ſectas ſcriptis ſuis inſectatus fuit; is igitur ſuper illa Pſalm. verba: *Exaudivi te in abſcondito tempeſtatis, probavi te apud aquas contradictionis*; ita ſcribit: *Revera fratres, revera qui exaudimus in abſcondito tempeſtatis debet probari in aqua contradictionis*; ibidemque evidenter demonſtrat, quòd, dum quis in timore Dei vivere incipit, qui antea turpiter vixit, dæmon communiter illum deriſionibus & ſannis exercere conſueverit; ſic enim ſcribit: *Cum crediderit, cum viam Dei carpere cœperit, habebit multos exagitatores, multos inſultatores, deboratores, hæc tota aqua contradictionis eſt, puto eſſe hodie hic ſic, arbitror eſſe hic nonnullos, quos amici ſui volebant rapere ad circum, & ad neſcio quas hodiernas feſtivitatis nugas.* Utique omnibus notum eſt illud Aupij exemplum, quod idem S. Doctor in ſuis confeſſionibus recenſet, quem amici ſui, licet invitum & renitentem ſeducere, & ad theatrum provocare conati ſunt, hacque ratione præcipitij fui cauſa fuerunt.

Joan. 5. v. 5.

Pharao infantes ſubmergi voluit in Nilo. Hebr. 1. Job 15. v. 16.

5. Pharao verus dæmonis typus, populum Dei etiamnum lactentem & faſcijs involutum in aquis Nili ſubmergi præcepit, verum quot ſunt hodie, quos dæmon in aquis illis, de quibus Job ait: *Bibit quaſi aquam, iniquitatem*, ſuffocare & ſubmergere nititur, dum etiamnum in ſpiritualis vitæ principijs hærent? modicus ignis quovis exiguo flatu extinguitur: non verò item quando in ingentes flammas excrevit, tum enim per ventum impetuoſum magis magisque augetur: Ita quoque unicum verbum ludibrioſum ad extinguendum in nonnullis, qui in via Dei incipientes ſunt, ſpiritum, quem imbiberunt, nondum tamen firmiter radicarunt, ſufficit. At vero ijs, qui per viam vel illuminativam vel unitivam Deo famulantur, contradictiones & ludibria ad nihil aliud ſerviunt, quàm ut in amore Dei magis magisque effervescant. Moyſes in Exodo de oppoſitione, quam populus Iſraëliticus ab Amalecitis in deſerto perpeſſus eſt, differens, ſeveriſſimum refert illis à Deo communicatum ſupplicium: *Delebo memoriam Amalech ſub cœlo*, inquit Deus, *bellum Domini erit contra Amalech à generatione in generationem*; legatis velim hiſtoriam ſacram: & populum Dei à multis alijs gentibus inimicis perſecutiones paſſum fuiſſe invenietis, & tamen Deus adverſus illos tantam non exhibuit ſeveritatem, nec ſe erga illos adeo implacabilem oſtendit. Scio equidem, S. Gregorium quoad hoc punctum conſiderare, quod Iſraël non ſolum armis, verum etiam orationibus contra Amalech dimicaverit, & ideo orationibus ſuis tantam adverſus Amalech à Deo ſeveritatem extorſerit; dicit enim: *Magnum profectò certamen fornicationis oſtenditur, quòd tanta virtute, tanta difficultate ſuperatur*; Verumtamen Cornelius à Lapide ad propoſitum noſtrum opportunè loquitur, dum hanc illius ſeveritatis cauſam fuiſſe dicit: *Eo quòd tam immani bello apperiſſet innoxios Hebræos, & in vocatione ſua novitios, ut eos à Dei ductu in Chanaam ſequendo aſſerverent*; quam vero hoc grave peccatum ſit, quantumque divinam Juſtitiam irritet, paulò poſt demonſtrat, dum ait: *Ut hinc diſcamus, quàm gravis ſit offenſa Dei, teneros, recentesque Dei aſſeclas, ab ejus vocatione & ſequela avertere.*

Exod. 17. v. 14. 16. Hac de cauſa Deus voluit deleri Amalecitas.

Cornel. à Lap.

6. Cum Salvator noſter Jericho appropinquaret, cæcus quidam, ſecus viam publicam mendicans, cum turbæ Chriſtum ſequentis ſtrepitum audiret, quæſivit, quisnam illac pertranſiret, *dixerunt autem ei, quòd Jeſus Nazarenus tranſiret, & clamavit, dicens: Jeſu Fili David miſerere mei, & qui præibant, increpabant eum, ut taceret; ipſe verò multò magis clamabat: Fili David miſerere mei.* Quem textum Didacus Stella exponit, dicens, *Hæc eſt una de aſtutijs diaboli; ſuffocare bonum ſemen in germine*; communiter enim, dum quis vix os ſuum aperit, ut ſe diſcipulum Chriſti eſſe profiteatur, vel divinam pietatem imploret, confeſtim multi adverſus ipſum inſurgunt, & à bono propoſito divertere nituntur, etenim certum eſt, quòd major hominum pars mundi torrentem ſequatur, quia *ſtultorum infinitus eſt numerus*: Econtra verò valde rarus eſt eorum numerus, qui arctam virtutis viam inambulant; atque hinc eſt, quod S. Bonav. dicat, verecundiæ ruborem, magnæ partis hominum genas tingere, eò quòd erubeſcant, quòd multitudinem plurium non ſequantur; *Hæc eſt jam quaſi præcipua cauſa*, inquit Seraphicus Doctor, *quare ita multiplicata ſunt mala in Eccleſia, dum quilibet vult alios imitari, ſive quia aliud neſcit, quàm quod videt in alijs, ſive quia non audet aliter vivere, quàm illi, cum quibus verſatur, ex malo pudore timens alijs videri diſſimilis.* S. Bernard. hoſce ſacrilegos per os cujusdam ab illis ſeducti, his verbis alloquitur: *Prò furor! ſi vos contemnitis mortem veſtram, cur etiam appetitis meam? ſi inquam negligitis ſalutem veſtram, quid juvat etiam proſequi meam.* Idem quoque carnales homines ejusmodi ſeductores, dæmonis adjutores, & procuratores appellat: *Quaſi non ſatis eum per ſe tentet diabolus, niſi tu juveris illum homo Chriſtianus, Dux ejus & notus ejus.* Quibus verbis malitiam exaggerat, qui dum nomen & ſequelam Chriſti profitetur, nihilominus dæmonis aſſecla & adjutor efficitur, deriſionibus ſuis pios Chriſtianos à Deo divertens.

Eccl. 1. v. 15. Cæcus clamans poſt Chriſtum, prohibetur ſtatim hoc facere. Luc. 18. v. 37. 38. 39. Did. Stell. ibid.

S. Bonav. t. 7. l. 1. de perf. rel. c. 39.

S. Bernard. Ep. 92. Illuſores pios rum ſunt dæmonis adjutores.

7. Dæmon, Protoparentes noſtros ab obedientia & ſervitute Creatoris ſui ſeducere volens, ſerpentis ſibi aſſumpſit ſimilitudinem; non deerant, utique aliæ formæ, longè nobiliores, quàm ſit ſpecies anguis, quibus ſe veſtire potuiſſet. Quonam igitur myſterio dæmon hanc ſpeciem aſſumpſit, & non potius expectavit, donec Eva ſuam propagaſſet progeniem, ut inde ſpeciem ſibi aſſumeret humanam? audite Oleaſtrum, ad hoc reſpondentem ſequentibus verbis: *Admonet locus hic, illos non homines ſed ſerpentes eſſe dicendos, qui arte, & alijs miris modis proximos ad peccata pertrahere conantur*; imò plus valet homo aliquis à dæmone inſtigatus ad alios homines ſeducendos, quàm dæmon ipſe directè valeat aut efficere poſſit, quia eo ipſo, quo diabolum

Cur diabolus tentaverit Evam in ſpecie ſerpentis, antequam genuiſſet prolem

Oleaſter. ibid.

bolum inimicum noſtrum eſſe novimus, illum fugimus & timemus; amicum verò non item. Ac proinde S. Bernard. ait: *Utinam ſoli impugnarent nos maligni ſpiritus cum ſuggeſtionibus ſuis, & nihil nocerent perniciosis exemplis, perſuaſionibus importunis, atque aliis modis.* Enimverò ſi diligenter examinemus, cujus farinæ ſint homines illi, qui alios timoratos, & in divino ſervitio ferventes, deridentes, & ſubſannantes, illos perditæ ſalutis & Satanæ mancipia eſſe deprehendemus. Unde S. Paulus filium diaboli appellat, ſcil. per imitationem, ut ait Dionyſ. Carth. juxta illud Sapientis: *Imitantur illum, qui ſunt ex parte ipſius; Hinc ait Salvator Judæis: Vos ex patre diabolo eſtis.* S. Cyrillus Alexandr. inquit: *Sicut qui adhæret Deo, unus ſpiritus fit cum illo, ita qui diabolo diabolus quodammodo efficitur.* Vere enim qui animas à Deo & ſalute æterna ſeducit, alter quidam diabolus eſt; & quidem ex epithetis, quibus deſcribuntur illi, qui virtutem ſectantes deridentur, facilè conjici poteſt, quam arcto vinculo, inimico infernali adſtringantur & uniantur, *abominatio Domini eſt omnis illuſor*, inquit Sapiens: Deus enim illos abominatur, & deteſtatur. S. Aug. ſuper illa verba Pſal. 22. *Repleti ſumus deſpectione, id eſt, contemptu* declarans, quales ſint illi, qui nobis inſultant, illos reprobatos eſſe claris verbis edicit: *Ab his, qui felicitatem quærunt, & habent in hoc ſæculo*, talis erat is, cui Abraham dixit: *Recepiſti bona in vita tua.* Idem S. Auguſt. illos malè viventes appellat: *Sunt multi malè viventes Chriſtiani*, inquit, *inter quos, qui voluerit bene vivere, patitur ipſos Chriſtianos inſultatores:* Incognitus Carmelitanus Michael de Bononia, verba illa Pſalmiſtæ: *Tota die verecundia mea contra me eſt*, exponens, inquit: *verecundia græcis erat contra Saulios, vel coram Sanctis; quando quos impios ſciebant, ibi inſultare videbant*; notatque Davidem dicere, *contra me, id eſt, contra hoc, quod boni erant, quia ideo perſequebantur, quia fideles.*

Illuſores ſunt Satanæ mancipia.

Dion. Cart. Ibid.

S. Cyr. Alex. l. 4. c. 30. in Joan.

Proverb. 3. v. 32.

S. Auguſt. in Pſal. 22.

Luc. 16. v. 2 c.

S. Aug. in Pſ. 90.

Mich. de Bon.

Animantur boni ad ſuffarendas irriſiones.

S. Aug. de verb. Dom. ſer. 18. c. 16.

8. S. Auguſt. illos, qui ludibria & irriſiones illorum propter Chriſti ſequelam ſufferunt, animaturus, ad illos alludit cæcos, qui quantò magis à turba præteeunte reprehendebantur, ut tacerent, tantò elatiori voce Salvatoris implorabant opem; ideoque hanc finaliter ſtatuit doctrinam, *omnes qui in hac turba ſanari vultis, non vos deterreant, quia multi ſunt nomine Chriſtiani, & operibus impij, nec vos deterreant à bonis operibus*; quo etiam reſ. exiſſe videtur Sapiens, dum ait: *Ambulans recto itinere, & timens Deum, deſpicitur ab eo, qui infami graditur via*, quæ verba ita explanat Gl. *abominatio eſt peccatoribus bonorum religio; ambulans recto itinere per viam virtutis.* Vel ut Cajet. interpretatur, *perverſus vijs ſuis contemnit eum.* Quod hominum genus indigitabat David, quando dicebat: *qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi, quoniam ſequebar bonitatem.* Ubi Deum timens opponitur ingrato, quos ambos conſiderans Hugo Card. ſequentem ad intentum noſtrum format diſcurſum: *retribuere*[+] *pro malis lex Dei eſt, & procedit ex charitate; retribuere bona pro bonis, lex mentis eſt, & hæc procedit ex æquitate; retribuere mala pro malis, lex carnis eſt, & hæc procedit ex iniquitate. Referibuere mala pro bonis, lex diaboli eſt, & procedit ex perverſitate.* Hæc igitur hominum, vel potius dæmonum colluvies ſe opponit virtutum ſequacibus: *Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit: ſed ſequitur eum ignominia, & opprobrium*, quia ut Sapiens atteſtatur, tempus aliquando illucteſcet, quando æternam incurrent confuſionem.

Impij deridentur juſtos, quia ſunt contrarij operibus illorum.

Prov. 14. v. 2. Gloſſ. ib.

Pſal. 37. 21.

+ bona

Hug. Card. Ibid.

Sap. 5. v. 3. 4.

Prov. 18. v. 3.

DISCURSUS III.

ARGUMENTUM.

Virtus deridetur ab impijs, utpote ſpina in oculis eorum, unde *animalis homo non percipit ea, quæ ſunt Spiritus*, ideoque hujusmodi contemnenda ſunt ludibria.

THEMA.

Circumveniamus juſtum: quoniam ... contrarius eſt operibus noſtris, & improperat nobis peccata legis. Sapient. 2. ℣. 12.

1. COnſilium quondam iniêre mutuum licentioſi illi & effrænes, quos fuſius liber nobis Sapientiæ exhibet, ut irriſionibus & ludibrijs exagitarent divinæ legis cultores, dicentes: *Circumveniamus juſtum.* Porrò methodum multiplicem, in ijs ſupplantandis exercitam, his ipſimet declarant verbis: *Habuimus in deriſum, & in ſimilitudinem improperij ... vitam illorum æſtimabamus inſaniam.* Audiamus obſecro quotidianas Coſmophilorum cantilenas, quas contra perſonas timoratas frequentant, eas appellando hypocritas, epulones, ſimilibusque ignominioſis afficiendo titulis; quem autem horum opprobriorum ſtimulum eſſe credetis? quoniam *contrarius eſt operibus noſtris*; At vero quid illis inde damni reſultare poterat? Potius illis inde gaudendum fuiſſe videbatur, quia nimirum tantò majori cum licentia ſuis per illos licebat ſatisfacere appetitibus, quia ſi carni frænum laxare volebant, homo juſtus continenter vivens illos ab hoc minimè impediebat; feciſſet autem, ſi ijsdem fuiſſet carnis deſiderijs inſtigatus, ſi ad honores, dignitates aſpirabant, ſervi Dei per ſui contemptum ab illis abhorrebant, & ſic de alijs diſcurrere licet; Ratio igitur, cur ſe homini juſto opponant, hæc unica eſt, quia ſcilicet illius bonitas ſpina eſt in oculis eorum: *Improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata diſciplinæ noſtræ.*

Sap. 2. 12.

2. Albertus Magnus illum interpretans Pſalmi verſiculum: *Detrahebant mihi, quoniam ſequebar bonitatem*; Diverſos his verbis aſſignat detractionum gradus, inquiens: *Primus gradus detractionum, detrahere etiam malè agentibus; Secundus eſt deterior, detrahere nihil agentibus. Tertius eſt peſſimus, detrahere bona agentibus.* Moxque per aliquot ſe explicans ſimilitudines, ſubdit: *Nota, quod qui detrahit bono, oſtendit ſe habere infirmitatem in oculo ſpirituali, ſcil. in intellectu*, juxta illum Eccleſiaſtici textum, ubi vir bonus Soli aſſimilatur (*Sanctus in ſapientia manet homo ſicut Sol*) Sol autem non diſplicet oculo ſano. Et juxta illud Eccleſiaſtæ.

Alb. Magn. in Pſ. 37. 28. Varij gradus detractionum.

Ille peſſimus, quo detrahitur bonis.

Eccli. 27. v. 12.

Dulce lumen, & delectabile ... oculis videre Solem.

Eccle. 11. v. 7.

Deinde teſtimonium ſubnectens S. Aug. ex confeſſionum ejus libro deſumptum, proſequitur, dicens: *Oculis ægris odioſa eſt lux, quæ ſanis eſt amabilis, oſtendant ſe habere iniquitatem in affectu, ſi enim boni eſſent, bonos diligerent.* In Diſcurſu præcedenti illius meminimus Sapientis aſſerti: *Ambulans recto itinere & timens Deum, deſpicitur ab eo, qui infami graditur via.* Quod obſecro præjudicium erranti per devia & præcipitia infert ille, qui per planam gradiens viam, nec ad dextram declinat, neque ad ſiniſtram? Accipite ſi lubet, quamdam hujus textus per Dionyſ. Carth. moralem his verbis inſinuatam explicationem: *Sicut ſimilitudo eſt cauſa dilectionis; ita diſſimilitudo cauſa eſt averſionis & aſpernationis*; Vellent equidem mali omnes alios perverſis eorumdem inſiſtere exemplis, ipſisque ſolitudo, & continentia bonorum tacita quædam, ſed fevera exiſtit cenſura, eorum redarguens; diſſolutiones: *Improperat nobis peccata legis.*

Prov. 14. v. 2.

Dion. Carth. Ibid.

3. S. Bonaventura illa Chriſti ad Apoſtolos directa verba: *Si de mundo fuiſſetis, mundus* &c. ita pariter ad noſtrum applicat propoſitum; *Qui mundi & dilecti Dei ſunt diſſimiles hominibus mundanis, ideo eos odiunt: gratis eſt nobis ad videndum, diſſimilis eſt nobis vita illius.* Quam eamdem rationem aſſignat his verbis Hugo Card.: *Quia ſunt eis diſſimiles; Volatilia ad ſimilia aggregantur. Diſſimilis eſt alijs vita illius, & immutatæ ſunt viæ ejus.* Quo fine illam adducit ab Hanon, illatam nuntijs David, injuriam, quos ludibriosè juxta dimidiam barbæ eorum partem abradi fecit; quia ſcilicet hic mundi ſerpentisque infernalis ſtylus eſt & conſuetudo, ut veri Davidis ſervos ludibrijs ſuis erubeſcere faciant: *Hi ſunt, quos aliquando habuimus in deriſum, & in ſimilitudinem improperij.* S. Greg. Taumaturg. ut alius refert S. Greg. Nyſſenus, in annis ſuis juvenilibus, ſeriâ modeſtâque converſatione ſua, diſſoluæ juventuti frænum, licet moleſtum, inquiebat: *Grave atque moleſtum ejus ætatibus erat ſpectaculum adoleſcens ſupra ætatem, ſupra cautiem, ſobrietate & pudicitiâ ornatus.* Deinde varios ex ſancta hac morum converſatione redundantes, his verbis recenſet effectus: *Ejus vitæ paritatis atque integritatis laus impuiorum ac nequam juvenum probrum erat atque dedecus.* Cujus pariter turbæ ſocij erant illi Nobiles Romani, de quibus ad Aſellam ſcribens S. Hieron. aſtruit, quòd Melaniam & Paulam, nobiliſſimas matronas, propter earum pœnitentiam auſteramque vitam illuſerint: *Remedium pœnæ ſuæ arbitrantes, ſi nemo ſit ſanctus, ſi omnibus detrahatur, ſi turba ſit peccantium, ſi multitudo peccantium.*

Jo. 15. v. 19. *S. Bonav.* Mundani oderunt juſtos, quia ſunt illis diſſimiles.

Hug. Card. Ibid.

Sap. 2. 15. *2. Reg. 10.*

Sap. 5. v. 3.

S. Hier. ad Aſell. ep. 41. l. 1. Non curanda impiorum dicteria, quia non ſunt legitimi judices noſtri.

4. Quibus ex præmiſſis certam deducere licet, olim pariter ab Apoſtolo inſinuatam conſequentiam, ſcilicet, *Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt Spiritus Dei.* Ex quibus facile deducitur, quòd, cum impij non ſint legitimi operationum noſtrarum virtuoſarum

1. Cor. 2. 14.

rum judices, ne quidquam earum deriſiones & ludibria curare debeamus. Cui ſubtiliter propoſito Albertus Magnus ſuffragatur, dum illa in medium adducit ancillæ in atrio Caiphæ ad Petrum verba: *Et hic cum illo erat*; ubi Petrum propter Chriſti ſequelam reprehenſum conſiderans, ait: *Ecce accuſatio Petri, quòd fuiſſet, cum Jeſu, quæ accuſatio omni laude eſt dignissima, ſed apud prophanos opprobrium reputatur, cum Jeſu & cum bonis eſſe.* Nullibi ut reus & malefactor, tamquam Chriſti diſcipulus indigitari poterat, niſi inter opprobria & ludibria, ſcilicet ubi *aſſiterunt Reges terræ & Principes convenerunt in unum, adverſùs Dominum, & adverſus Chriſtum ejus.* Fratribus duobus, Moyſe & Aarone, populum Hebræum, ut Deo ſacrificaret, ex Ægypto educere meditantibus, liberationemque coram Pharaone urgentibus, impius, qui nullam veri Dei notitiam habebat, dicere auſus: *Neſcio Dominum, & Iſrael non dimittam*, impius inquam atheiſta, eos aliud non meditari reſpondit, quàm ſeditiones & perverſionem populi, ideoque Origenes ait: *Donec ſecum eſt populus, & latum operatur, & latenter, donec in paleis occupatur, non putat eſſe perverſum, ſi verò dicat: Volo ire viam trium dierum, & ſervire Domino, perverti populum ait:* Si quis carnalibus illecebris usque ad collum immerſus hæſerit, à coſmophilis tamquam bonæ converſationis heros laudatur, lætus alacrisque extollitur, ſi verò inſpirationis internæ ſtimulo adactus, malam fuerit deteſtatus vitam, & in ſolitudine pœnitentiam egerit, ſubitò apud omnes audiet me lance licus, incivilis & hypocrita; quia ſcilicet *Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt Spiritus.* Bellovacenſis eidem his verbis favet propoſito: *Ridiculum eſt & fatuum, quòd æger ſanum, cæcus videntem, claudus rectè incedentem, ſcabioſus ſanum caput habentem derideat; longè majoris fatuitatis eſt, quòd peccator juſtum audeat deridere.* S. Auguſtinus nos deriſores ignorantes appellat, ſimulque, ne illis ullo modo aures demus, his verbis monet: *Confuſio addacit gratiam & gloriam*, inquit, *cum erubeſcit quisque de propria iniquitate: & pœnitendo in melius commutatur, quod ſe facere piget illa permitioſa confeſſione ſuperatum.* Erubeſcendum nobis eſt, quoties de offenſa Dei actio eſt, non quando ipſum ferventi amore, obediential, obſequijs & ſervitijs proſequimur, aut ejus amore, humilitatis & mortificationis exercitijs implicamur; *Cum erubeſcit de iniquitate.* Cum autem contra nos virtutibus vacantes, deriſorias audierimus perſtrepere linguas, flocci faciendæ ſunt. *Ne tibi ab hominibus, neſcientibus quid loquantur, objiciatur illa Apoſtolica ſententia; Si enim quæ deſtruxi, hæc eadem iterum ædifico, prævaricatorem me ipſum conſtituo.* Quam veritatem pluribus pariter Didacus Stella inculcare nititur, dum ait: *Omnes qui piè volunt vivere in Chriſto, neceſſe eſt, ut ab impijs vexentur, & deridentur; proprium enim malorum eſt, bonos deridere, hoc te non moveat, quia vituperantur, bonorum laus eſt, ſi ab impijs irrogetur, & è diverſo, laus vituperium; malis enim diſplicere, laudari eſt; non enim poteſt cenſura aliquam habere authoritatem, ubi, qui damnatus eſt, damnat.* Unde & S. Auguſtinus, licet alia in occaſione, inquit; *Neceſſe eſt, ut aliter quàm oportet, humana æſtimet, qui divina contemnit.* Dei enim, divinarumque hoſtis ſegum, qualis omnis impius, qualiter rectum de operationibus virtuoſis & merito, umquam formare poterit judicium?

Luc. 22. v. 56. *Alb. Magn. Ibid.*

Pſalm. 2. v. 2. Quia Moyſes & Aaron volebant ire ad ſacrificandum Deo, taxantur tamquam ſeditioſi.

Exod. 5. v. 2. *Orig. h. 3. in Exod.*

1. Cor. 2. 14.

Bell. ſpec. mor. t. 3. l. 3. diſ. 4.

S. Aug. ep. 48. ad Vinc.

Flocci faciendæ linguæ deriſoriæ à virtuoſis.

Did. Stell. in Luc. 8.

S. Aug. ep. 354.

Matth. 9. v. 24. Chriſtus deridetur excitaturus puellam mortuã.

Lyranus.

Tolet. ib id.

D. Chryſ. h. 31. in Matth. Deriſores illi erant è fæce hominum.

Matth. 9. v. 23.

Volebat, oculis exciperent. Unde S. Hieronymus juſſionem Chriſti, dicentis: *Recedite*, conſiderans, ait: *Non erant digni, ut viderent myſterium reſurgentis, qui reſuſcitantem indignis contumelijs deridebant*; & ideo hi illos, qui à Deo reprobati ſunt, præfigurabant, quia tales ut plurimum ſunt, qui perſonas timoratas derident; *Recedentes à te in terra ſcribentur: Diſcedite à me maledicti*, &c.

SHier. ibid.

6. Quod ſi nos iter facientes & vicum aliquem à meris claudis inhabitatum pertranſeuntes, deridemur ab illis, eò quòd erecto corpore, & expedito greſſu ambularemus, utiq; non ſolum nullus noſtrum iraſceretur deridentibus, quin potius vel illis compateremur, vel illorum deridemur ſtultitiam. Hæc eſt cæcitas illa, qua quovis ſæculo, magna pars fidelium hallucinata fuit, quòd videlicet ob ludibrium impiorum erubeſcant & ob reſpectum & timorem, ne digitis monſtrentur, à recta virtutis via declinent; Scimus etenim deriſores, & ſubſannatores illos claudos eſſe, & prout Elias de Prophetis Baal dixit: *Claudicare induas partes*; & hanc ſolam ob cauſam nos ab illis derideri, quia rectè & expeditè in via Dei ambulamus, ac proinde quid opus eſt deriſoribus ejusmodi iraſci, aut eorum causâ, viam virtutis deſerere? *Ambulans*, inquit Sapiens, *recto itinere & timens Deum, deſpicitur ab eo, qui infami graditur via*; & in alio quodam capite idem pariter inquit: *Abominantur impij eos, qui in recta ſunt via*; Sed quid remedij ad hoc adhibendum erit? *Verbum cuſtodiens filius*, inquit idem Sapiens, *extra perditionem erit*, atque ideo opus eſt, conſtanter obtemperare Evangelio, dicenti: *Qui me erubuerit ... hunc Filius hominis erubeſcet*; hoc enim medio ab æterna perditione nos liberabimus. Quod ſi cæcus aliquis, ſânnis exciperet eum, qui viſu perſpicaci pollet, numquid illum vel ſuam amare cæcitatem, vel inanis cerebri eſſe diceres? [*Cæci ſunt, & Duces cæcorum*] *omnes illi mundani homines, qui lumen Dei contemnant & deridenti.* Dionyſius Carthuſ. ſuper illa verba Chriſti apud S. Joannem: *Si de mundo fuiſſetis, mundus quod ſuum erat, diligeret, quia verò de mundo non eſtis, ſed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus*; Ita ad propoſitum noſtrum ſcribit: *Si de mundo fuiſſetis per imitationem culpæ, ad ſocietatem ſæcularium hominum pertineretis, & illis in vita conformes eſſetis.* Pergit ulterius explicare, de quibus hominibus incarnata Veritas loqui intendat; Dicit enim: *Chriſtus loquitur de hominibus prorſus mundanis, in quibus ratio penitus excæcatur, & induratur voluntas, in tantum, ut odiant quidquid religioſum aſpexerint.*

Inſigni ſimilitudine declaratur ſtultitia deriſorum.

3. Reg. 18. v. 21.

Prov. 14. v. 2.

Ibid. 29.

Ibid. v. 27.

Ibid.

Luc. 9. v. 26. Alia ſimilitudo.

Matth. 15. v. 14.

Joan. 15. v. 9.

Dion. Cart. in c. 15. Joan.

7. Quando David ex religionis & pietatis motivo, depoſitis Regijs inſignijs, in medium vilis plebeculæ ſe ingerens, in ſolemni illa proceſſione, coram arca Domini ſaltitavit, à Michol conjuge ſua deriſus fuit, dicente: *Quàm glorioſus fuit hodie Rex Iſraël, diſcooperiens ſe ante ancillas ſervorum ſuorum, & nudatus eſt, quaſi ſi nudetur unus de ſcurris*: Nec tamen ſapiens ille Rex ob hoſce conjugis ſuæ riſus quidquam turbatus fuit, ſed animosè reſpondit, dicens: *Ludam & vilior fiam plus, quam factus ſum.* At verò ſcitisne cauſam, cur cachinnos mulieris tam generosè contempſerit, nimirum *Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt Spiritus*; Michol enim, tametſi Regina eſſet, Saulis tamen reprobi filia erat, ideoque Synagogam præfigurabat, quæ verum David, id eſt, Meſſiam & Salvatorem noſtrum deriſura erat: Præterea etiam deriſionem contempſit, quia à mulicre procedebat; Unde Gloſſa ait: *Non erubuit David famineas opiniones.* Etenim ſi deriſiones ſubſannantium contemnere volumus, neceſſum eſt, ut examinemus, quinam ſint illi, à quibus deridemur. Magnus profectò abuſus eſt, quod ijs, qui inter mundanos & diſſolutos homines vivunt, virtuosè agere, ad ſalutem animæ diligenter attendere, in actibus humilitatis, mortificationis, & contemptus ſuiipſius ſe exercere, neſcio quem ruborem, & erubeſcentiam apud mundum pariat: ſed quid dico abuſus, melius loquar, ſi dixero, hæreſis eſt, quam dæmon inter homines introduxit, ſi quis confuſionem & verecundiam, quæ peccato debetur, ex humilitate, devotione, & pietate concipiat; eò quòd hi, de quibus Sapiens ait: *Lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus peſſimis*, à mundo æſtimantur, & diligantur; econtra verò: qui ſolitudinem diligunt, & ſervitio Dei diligenter vacant, digito monſtrentur, & ludibrio habeantur. Aſt verò dices, ex quo hac in re per rectam rationem gubernari debemus, ſcire velim, in quonam ſecundum Sapientum prudens judicium, honor & exiſtimatio Nobilis alicujus, qui ſe Chriſtianum profiteatur,

Michol deridens Davidem, figura ſuit ſynagogæ, deridentis Chriſtum, *2. Reg. 6. v. 20.* *Ibid. 22.*

Deriſio bonorum eſt quaſi hæreſis.

Prov. 2. v. 14.

In quo conſiſtat honor & exiſtimatio alicujus nobilis.

tur, consistat? Num forte in eo, quòd proximo suo, per impostura & calumnias, famam auferat, ut illum ex gratia Principis dejiciat? Aut verò, quòd amoribus obscœnis vacet, aut verò, quòd ludendo hastiludia tractando, choreis se associando, alijsque vanitatibus vacando tempus terat? Respondeo, ita quidem videri, si leges, vel ut veracius loquar, hæreses, quas ut plurimum mundanorum torrens sequitur, sectari velimus: mundani etenim, nobilis viri generositatem & existimationem cum Evangelio impatibilem esse existimant; At verò deseremus ne, ob hoc, Evangelium, talibusque hominibus, seu potius monstris, (nam *animalis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus*) adhærebimus: Juxta mundi judicium, confusionis & erubescentiæ reus est, si quis Sacramenta frequentet, in amicitia Dei vivat, diaboli catenas dissolvat, injurias remittat, meretricum prostibula, velut loca contagiosa fugiat & declinet: sed quid hoc judicio stultius dari potest? Ergo ne operationes nostras talium hominum judicio conformabimus? Quid scelestius atheista aliquis dicere aut sentire posset? Quando David ante arcam saltans velut histrio quidam, à muliere redargutus fuit, quando coram Rege Achis; ut vitæ suæ securitati consuleret, se stultum esse finxit, in Scriptura tamquam sapiens & prudens semper laudatus fuit. Econtra verò si dissolutus aliquis, & licentiosus Juvenis, lusibus deditus sit, si turpibus amoribus vacet, si stricto gladio ad duellum generosè provocet, si injurias sibi illatas acriter vindicet, velut generosus, & ad magna natus nobilis laudatur & æstimatur, sicut econtra, si idem mundo renunciet, si à suspectis conversationibus se subducat, si sacco & cilicio se induat, si loco ensis aliorumque armorum disciplinam apprehendat, ad faciendam pœnitentiam, subito contra illum linguæ derisoriæ consurgunt, eumque publico derisui exponunt, quia ut S. Augustinus ait: *necesse est, ut aliter quàm oportet, &c.*

S. Aug. ep. cit.

8. Viri, qui quondam paralyticum Evangelicum coram Salvatore adduxerunt. *Quærebant eum inferre & ponere ante eum, & non invenientes, qua parte illum inferrent præ turba, ascenderunt supra tectum;* Quam Historiam S. Bonav. considerans, se minimè mirari dicit, hosce homines paralyticum adducentes, nullum obtinere locum potuisse: *Non invenientes, quâ parte inferrent*, quia Evangelista confestim subdit: *præ turba, hæc enim solet impedire adventum ad Christum*, sicut dicitur Matth. 21. Quod *turba increpabat eos, ut tacerent.* Utique si hi homines Christo terga vertissent, ab unoquoque facilis eis indultus fuisset locus: hæc enim est impiorum hominum indoles, quòd adblandiantur illis, qui illorum sequuntur mores, probos verò & devotos, à Deo & via virtutis seducant. Bellovacensis ad propositum nostrum, nonnullas adducit similitudines, utiles pariter & ingeniosas; dicit enim is qui hominem in via Dei & virtutum solicitè viventem deridet, similis est ei, qui agrum quemdam, lolijs & urticis plenum habens, eum incultum relinquit, hortum vero vicini, arboribus fructiferis plenum, & summa cum industria excultum videns, eum subsannat: *Sic mali inculti, & incompositi in moribus & pleni defectibus & vitijs, negligentes maximos defectus suos, deridentes alios.* Idem quoque ejusmodi derisores simiæ comparat dicens: *Similis & simiæ joculatoris, vel ad fenestram divitis sedenti, quæ cum sit maximè irrisibilis, cujus exteriora nuda patent, transeuntes irridet: sic derisores sunt simiæ diabolicæ.* Verumtamen inter simiam & similes derisores hæc intercedit differentia, quòd hi compassionem potius, quam derisionem mereantur, utpote, quæ ad profundum impietatis suæ pertigerunt, quia *impius cum in profundum peccatorum venerit, contemnit*, Didac. Stella de turba illa tumultuante, quæ Christum dicentem: *Non est mortua puella*, deridebat, ita scribit: *Non est vituperium Solis, si noctua vel non aspiciat, vel despiciat illius lucem, neque est vituperium auri & argenti, si jumenta ea non habent in precio, quibus nihil nisi fœnum pretiosum videtur; Sic non est vituperium bonorum, si ab improbis despiciantur, imo ausim dicere; neminem adhuc esse felicem, qui à turba non irrideatur, cui, ut dixi, optima quæque despicabilia & abjecta videntur.*

Bellov. ib.

Insignes hujus similitudines.

Derisores sunt simiæ diabolicæ.

Prov. 18. v. 3. Did. Stell. in Luc. c. 18.

DISCURSUS IV.
ARGUMENTUM.

Deo placet erubescentia, quæ peccati frænum, non verò virtutis est obstaculum; ubi insuper docetur, non erubescendum, sed gloriandum potius nobis esse de Christi sequela.

THEMA.
Non erubesco Evangelium. Rom. 1. ℣. 16.

1. APostolus publicam Romæ, quæ Metropolis mundi erat, professionem facturus fidei suæ, non obstante quòd Crucifixus Judæis scandalum Gentilitati autem insania foret, (*Judæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitia*) protestabatur publicè: *Non erubesco Evangelium.* Quæ verba ita interpretatur: *Iude est, quod baptizati linuntur chrismate in fronte, signo crucis, ubi est sedes verecundiæ, ne scilicet Evangelium erubescant.* Non solum in Baptismo, sed & in confirmatione, juxta Ecclesiæ dispositionem, frontes nostræ sacro unguntur chrismate, ut scilicet animosè & absque pudore sequelam Christi, oculis mundi, qui semper virtutum hostis fuit, ignominiosam profiteamur. Id quod S. Augustinus præstitit audacter, cum diceret: *De cruce non erubesco, ut non in occulto locum habeam crucem Christi, sed in fronte portem. Multa sacramenta aliter atque aliter accipimus, quædam sicut nostis, ore accipimus, quædam per totum corpus accipimus, quia vero in fronte erubescitur ille, qui dixit: Qui me erubuerit coram hominibus, erubescam eum coram Patre meo, qui in cœlis est: ipsam ignominiam quodammodo, & quam pagani deridunt, in loco pudoris nostri constituit. Audis hominem insultare impudenti, & dicere: frontem non habet. Quid est, frontem non habet? impudens est; non habeam nudam frontem, tegat eam crux Domini mei.*

Cruce signamur in fronte, ut non erubescamus servitium Dei.

1. Cor. 1. 23. S. Thom. ib.

S. Aug. in Psal. 141.

2. Deus in Osea sub titulo conjugis, se animam fidelem sibi desponsaturum appromittit, dicens: *Sponsabo te mihi in fide.* Sed qua conditione, sponsalitium hoc consummandum putetis? Voluit Sponsus cœlestis, ut dilecta suum exhiberet vultum, neque sponsum erubesceret; *Ostende mihi faciem tuam.* Quanti porro decoris & venustatis faciem ejus fuisse arbitramini? *Facies tua decora.* Ubi S. Vincentius Ferrerius ait: *Illam dicit Christus pulchram esse coram eo? pœnitenti dicitur: Ostende mihi faciem tuam:* Quanto autem pallidior pœnitentis facies, pluribusque fuerit exercita humilitatis, mortificationis, & contemptus fuijpsius actibus, tanto magis Deo placet. Hujusmodi verò actus non debet erubescere in publico: *Ostende mihi faciem tuam*: Non debet Christianus hujusmodi insignia occulere ob humanos respectus. Non equidem nescio, faciem sponsæ malo pariter punico assimilari à sponso dicente: *sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ.* Ex his enim deducitur, quòd quidem anima electa, ad instar mali punici erubescere debeat, sed sub distinctione? Pudorem namque requirit sponsus, qui innocentiæ sit index, peccatum refrænet, nequaquam à Deo avertat, aut confundat in bono. Ideoque Ecclesiasticus ait: *Est confusio adducens gloriam & gratiam. Pro anima tua, ne confundaris dicere verum.* Vatablus legit: *Est pudor gratiæ conciliator.* Unde Diogenes aliquando juvenem intuitus, qui verbum minus honestum audiens, erubescebat, ita animasse traditur; *Confide fili, sic virtutis color est, saltem virtutis comes & custos.* Seneca quoque scriptum reliquit: *Verecundia bonum in adolescente signum.* Cato autem, teste Plutarcho, dicere consueverat: *Adolescentes magis se amare erubescentes, quam expallescentes.* Præ omnibus autem S. Bernardus, quis pudor virtuosus sit & meritorius, docet, dum ait: *Bonus pudor est, quo peccasse aut peccare confunderis. Cujuscemodi procul dubio pudor fugat opprobria parat gloriam.* Jansenius quoque ejusdem fautor veritatis, ita discurrere non ambigit: *Gratiam apud Deum & homines conciliat, ut est his, quo nos pudet, turpe aliquid committere, is etiam, quo quis de malè acta conversatione confunditur, ita ut pœniteat, & emendet.* Quam erubescentiam Nazianzenus efficacissimum præbere auxilium, fortemque virtutibus addere stimulum resolvit, dicens: *Quo nullum majus adjumentum ad virtutem excogitari potest.* Deinde inter alias sororis suæ sanctæ Gorgoniæ laudes, enumeratas, ita tandem ad nostrum concludit intentum: *Cum multos & varios mulierum externos ornatus nosset, nullum tamen moribus suis, splendoreque intus recondito, præstantiorem cognoscebat; Unus ille placebat, quem gignit pudor.* Quem animæ sanctæ colorem fusius contemplaturus S. Bernardus, in sequentia se diffundit verba: *Adverte sponsæ verecundiam, qua nescio an quidquam gratius adverti in moribus hominum queat. Hanc primò omnium libet quodammodo in manibus sumere & quasi speciosam quemdam florem decerpere loco, nostrisque apponere adolescentibus, non quia non sit & in provectioris*

Ose. 2. 20. Erubescentia Deo placet, quæ retrahit à peccato. Gen. 2. 14.

S. Vinc. Ferrer. ser. in D. 19. post Trin. S. 2.

Cant. 4. 3. Hic anima sancta assimilatur malo punico.

Eccli. 4. 25.

Naz. or. 26. Erubescentia addit stimulos ad virtutem. De laud. Gorgoniæ.

S. Bern. ser. 48. in Cant.

ætate, amplius pulchritudine emineat. Quid amabilius verecundo adolescente, quam pulcra hæc, & quam splendida gemma morum, in vita & in vultu adolescentis? quam vera & minimè dubia, bonæ nanciæ spei, bonæ indolis index.

Verecundia de peccato, auget animæ decorem.

S. Bonav. in Luc. 9.

3. *Non erubesco Evangelium.* Hæc verba discutiens S. Bonaventura, propter peccatum, non ob Evangeli sequelam, nobis verecundandum asstruit, dicens: *Non debemus erubescere veritatem Christi exemplo Apostoli, qui dicebat: Non erubesco Evangelium: Sed erubescere debemus vilitatem peccati juxta illud, quem fructum tunc habuistis, in quibus nunc erubescitis?* Qui pudor quantum animis ingenuis, ritèque educatis provectum afferat, docet S. Hieronymus, dicens: *Ingenia liberaliter educata, facilius verecundia, quàm metus superat.* Sponsus in sacris Canticis dilectam suam acriter quondam reprehendisse legitur; Postquam enim petijsset: *Indica mihi, quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum,* mox sibi exprobrari audit: *Si ignoras te ô pulcherrima inter mulieres, egredere & abi post vestigia gregum.* Nihilominus post non obstante hac correptione, genas ejus laudavit, inquiens: *Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis, collum tuum sicut monilia.* Quis mihi connexionem illud inter encomium, præviamque exprobrationem assignabit? Origenes eam reprehensam fuisse autumat, quia pigritiæ meminerat & somnolentiæ, dicens: *Ubi cubes in meridie?* Sed paulo post emendatior, tam gratum exhibuit divino amori pudorem, ut eum satis laudare nequierit dilectus: *Rubor verecundiæ suffusus in vultu, ubi omnes, speciosas efficit genas ejus, & multo quàm fuerant pulchriores, non solùm autem genæ, sed & cervix ejus, tam decora est reddita, quam si monilium redimiculis adornata.*

Cant. 1. 9.

Ibid. v. 6.

Orig. h. 2. ex 4. in Cant.

Arist. de Polit.

Quæsisse quondam scribitur Aristoteles, quis omnium colorum pulcherrimus, gratissimusque foret; sibique respondens, ait: *Optimus color est, quem ingenuus gignit pudor.* Cujus proprietates & naturam expressurus S. Bernardus ait: *Virga disciplinæ est illi, qui pudendis ajectibus imminens, lubricæ ætatis motus astusque leves coërceat, comprimat insolentes. Quid ita tarpiloquij & omnis deinceps turpitudinis fugitans? Soror continentiæ est, lampas est pudicæ mentis jugiter lucens, ut nil in ea turpe vel indecorum residere attentet, quod non illa illico prodat; Item exprobratrix malorum, & propugnatrix puritatis innatæ, specialis gloria conscientiæ & famæ custos, vitæ decus, virtutis sedes, virtutum primitiæ, naturæ laus, & insigne totius honesti.* Quoties hæc virtutis proles, tantique meriti auctrix ex timore peccati orta verecundia faciem obumbrat Christiani, libere concludere licet: *pulchræ sunt genæ ejus:* Tunc suum dilecto audacter exhibet vultum, (*Ostende mihi faciem tuam*) certò namque audiet sibi dici: *Facies tua decora.* Si verò de rubore agitur, qui à publica Christi professione & sequela nos retrahit, timentes scilicet, ne probrosè indigitemur, timeamus oportet, ne nostro plurimum displiceamus sponso, siquidem *qui me erubuerit* inquit veritas, *hanc Filius hominis erubescet.* Notandum autem, quòd sponsus electæ vultum videre cupiens, non modo dicat: *Ostende mihi faciem tuam*; sed & insuper immediatè subdat: *Sonet vox tua in auribus meis.* Septuaginta legunt: *Auditam fac mihi*; Teste autem Apostolo, *Fides ex auditu.* Siquidem non sufficit nos interius optimè sentire de Deo, eumque cum recta intentione amare, sed insuper requiritur, ut, dum honor ejus, aut proximi bonum ita exigit, exterius pariter nos illius profiteamur sequaces. Unde S. Gregor. ait: *Quid enim perfaciem, nisi fidem, qua à Deo cognoscimur, accipimus?* Præcipit sponsus, ut ei sponsa faciem suam ostendat, quia quicumque fidem se dicit habere, necesse, ut in operibus exterioribus fides interior innotescat. Unde Author operis imperfecti dicenti sibi: *In corde meo veritatem teneo Christi*; Respondet, non sufficere pluribus in occasionibus solam illam internam confessionem, cujus hanc assignat rationem, illis Christi (qui non modo dixit: *Qui me confessus fuerit*, sed adjunxit *coram hominibus*) innixus verbis, ideo non dicit: *Qui me confessus fuerit in corde suo, sed coram hominibus, quoniam, qui coram hominibus non confitetur, non prodest ei aliquid, quod in corde credit in Christum, quia, qui ore denegat, non potest fieri, ut in corde credat, radix enim confessionis fides est cordis, confessio autem fructus est*

S. Greg. ibid.

Aut. Imp. h. 15.

Luc. 12. v. 8.

fidei. Sicut ergo quamdiu radix est viva, necesse, ut aut ramos producat, aut folia; Si autem non produxerit, sine dubio intelligis, quod radix ejus in terra siccata est: sic quamdiu fides cordis integra est, semper germinat confessionè in ore; si autem confessio non fuerit oris, intelliges sine dubio, quia fides cordis ejus jam ante siccata est. Pertere pentibus blasphemijs, aut sacrilegijs honorem Dei concernentibus discursibus, vultum monstrenus oportet; *Ostende mihi faciem tuam.* Neque enim tunc sufficit in interiori cordis, dolorosè hujusmodi Deo illatos, devorare insultus: *Sonet vox tua in auribus meis;* Tunc læsus Dei honor defendendus est, ut obstruatur *os loquentium iniqua*, si in his circumstantijs pudor linguam tuam alligaverit taciturnam dentibus, *est confusio adducens peccatum*, signum hominis imbellis, & pusillanimis, qui humanis facilè vincitur respectibus, impotens cum Apostolo gloriari, *non erubesco Evangelium.*

Psal. 61. 12.

Nullatenus erubescendum de professione & sequela Christi.

5. Cur putatis, Deum electæ illius animæ, viri secundùm cor Dei, Davidis inquam, pulchritudine & decore adeo illectum fuisse, ut dicere non dubitarit: *Inveni David filium Jesse, virum secundùm cor meum, qui faciet omnes voluntates meas?* Ecce vobis rationem præstantissimam; Regium consenderat thronum, tot Imperator populorum, tot gloriosus victorijs & triumphis, toti venerabilis mundo; nihilominus quoties divinæ Majestatis fuaderet obsequium, non erubescebat, vilissimas non dedignabatur scire conditiones, seque in publicæ mortificationis actibus exercere, ut divinum cultum honoraret, sanctè gloriaturus, *Tibi sacrificabo hostiam laudis... Vota mea Domino reddam;* Sed numquid hoc intra quatuor muros factum erat absconditè? Nequaquam, sed *in atrijs domus Domini.* Ad edendum devotionis suæ testimonium, non sufficiebat ei, in ea te in tali loco exercere, ubi omnes alij ad benefaciendum & orandum conveniunt, verum & in foro, in vijs publicis, & ubique se pium, & religiosum coram alijs futurum esse, est protestatus: *in conspectu omnis populi ejus, in medio tui Jerusalem*; qua protestatione nonnullos confundere voluit, qui in Ecclesijs, in Oratorijs, al jsque locis sacris viros se timoratos esse probant, & licet etiam tales sint interius semper, nihilominus in foro, in circulis, in plateis, in publicis conversationibus aures præbent discursibus prophanis, lascivis & scandalosis, ne secus facientes derideantur; ideoque illos impedire, ab illis se subducere, vel se à talibus discursibus aversos & alienos esse testari non audent.

Actor. 13. 22. David evectus ad thronum regium, vilia non fastidiebat subire in servitio Dei.

Psal. 115. v. 17. 18. 19.

6. Regius Propheta David coram Deo lamentabatur, dicens: *posuisti nos opprobrium vicinis nostris, subsannationem, & derisum his, qui sunt in circuitu nostro... Tota die verecundia mea contra me est, & confusio faciei meæ cooperuit me. A voce exprobrantis & obloquentis;* sed numquid propter has contradictiones & irrisiones à divino se servitio subduxit? aut verò inceptam pietatis suæ semitam deseruit? nihil horum; quin potius ait: *hæc omnia venerunt super nos, nec oblitti sumus te, & iniquè non egimus in testamento tuo, & non recessit retro cor nostrum*, id est, ut Cartusianus exponit: *mandata legis divinæ transgressi non sumus.* Quando coram arca ex mera devota veneratione exiliens & saltitans, à Michol derisus fuit, invidiatrici huic reginæ animosè se opposuit, dicendo: *ante Dominum qui elegit me potius quàm patrem tuum, & quàm omnem domum ejus, & præcepit mihi, ut essem Dux super populum Domini in Israël, ludam & vilior fiam plus, quam factus sum, & ero humilis in oculis meis.* Septuaginta legunt: *Auditam fac mihi*; Teste autem Apostolo, *Fides ex auditu.* Siquidem non sufficit nos interius optimè sentire de Deo, eumque cum recta intentione amare, sed insuper requiritur, ut, dum honor ejus, aut proximi bonum ita exigit, exterius pariter nos illius profiteamur sequaces. Unde S. Gregor. ait: *Quid enim per faciem, nisi fidem, qua à Deo cognoscimur, accipimus?* Præcipit sponsus, ut ei sponsa faciem suam ostendat, quia quicumque fidem se dicit habere, necesse, ut in operibus exterioribus fides interior innotescat. Unde Author operis imperfecti dicenti sibi: *In corde meo veritatem teneo Christi*; Respondet, non sufficere pluribus in occasionibus solam illam internam confessionem, cujus hanc assignat rationem, illis Christi (qui non modo dixit: *Qui me confessus fuerit*, sed adjunxit *coram hominibus*) innixus verbis, ideo non dicit: *Qui me confessus fuerit in corde suo, sed coram hominibus, quoniam, qui coram hominibus non confitetur, non prodest ei aliquid, quod in corde credit in Christum, quia, qui ore denegat, non potest fieri, ut in corde credat, radix enim confessionis fides est cordis, confessio autem fructus est*

Dion. Carth. ibid.

2. Reg. 6. v. 21.

Sic nec magdalena per rubborem & respectus humanos.

Luc. 7. v. 47. Chrys. Ser. 94.

S. Greg. hom. 33. in Evang.

Did. St. in Luc.

S. Aug. in Ps. 125.

S. Ephr. t. 3. in mal. pell.

tum

tum meum ferri ac æris instar durum, inverecundumque non reddidero, salvari nequibo; Etenim hæc humanorum respectuum, & pudoris pastio, quam experimur, dum in conspectu mundi ab impijs deridemur, admodum vehemens est, atque adeo huic generoso & imperterrito animo resistere debemus. Porro heroica hæc Magdalenæ mortificatio, Christo tantopere placuit, ut S. Mater Ecclesia eidem super omnes Virgines Christi sponsas primatum attribuat. S. Ambrosius optimè exponit, qua in re Cœlestis animarum amator speciositatem vultus alicujus, ipsum ad amorem rapientis, constituat; dicit enim: *decora facies, quia non erubescit auditorem, ostendit faciem suam, signaculum crucis præferens.*

S. *Ambros. in Psal.* 118. *Ser.* 6. *ver.* 6.

7. Episcopus confirmationis sacramentum conferens, dum in fronte illud recipientis crucem signat, hæc verba profert: *signo te signo crucis, & confirmo te chrismate salutis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*, nimirum S. Mater Ecclesia, vult intelligamus, portandum à nobis esse in fronte Crucis signum, & nequaquam nobis inter opprobria & irrisiones, quas amore Christi sustinemus esse erubescendum. *Exercitata mens*, inquit S. Ambrosius, *non aquilarum præfert imagines, nec Dracones, sed crucem Christi & in Jesu nomine progreditur ad prælium, hoc signo fortis, hoc vexillo fidelis.* De S. Sothere Virgine & Martyre legitur, quod, quia virginitatem suam celabat, faciem semper velo contectam habuerit: at verò quando in certamine confitendæ fidei, & sponsam se Christi occasione declarandi posita fuit, velum abjecerit, & discooperta facie, Christianam se esse manifestare voluerit. De qua proinde S. Ambrosius ait: *nobis virgo majorum prosapia, consulatus, & præfecturas parentum sacra posthabuit fide, & immolæ jussa non acquievit, quam persecutor immanis palmis cædi præcepit, ut tenera virgo dolori cederet, aut pudori. At illa ubi audivit hanc vocem, vultum aperuit soli invelatam, atque intacta martyrio & volens injuriæ occurrit, vultum offerens, ut ibi martyrij fieret sacrificium, ubi solet esse tentamentum pudoris.* Magnus ille Dei servus Joannes Baptista de Fulginio, nuper cum ingenti sanctitatis opinione mortuus, dicere solebat, quod, qui propter oblocutiones hominum in servitio Dei proficere negligit, in semetipso pelagus quoddam tepiditatis causare soleat, pro quo declinando nullum sit certius, & evidentius remedium, quàm frequenter communicare, eò quòd hæc actio in publico, & in conspectu multorum fieri soleat.

S. *Ambros. in exhor. ad virg. ante finem.* *c.* 12. *n.* 82.

Confirmamur Cruce in fronte 13. non erubescamus Christum inter opprobria. *l.* 2. *de Abr. c.* 7.

DISCURSUS V.

ARGUMENTUM.

Insultibus & derisionibus nos à Christo seducentibus, surdas præbere debemus aures, tantoque in virtute ardentiores fieri, quantò magis impetimur.

THEMA.

Qui præibant, increpabant eum, ut taceret; ipse verò multò magis clamabat: Fili David, miserere mei. Luc. 18. *v.* 39.

1. DOctor Angelicus per hunc cæcum à Salvatore illuminatum, Christique doctrinam professum fidelem, & in divino servitio constantem Christianum intelligit, qui impiorum contradictionibus & ludibrijs, quibus illum à Deo retrahere conantur, animosè resistit, *& qui præibant, increpabant eum, ut taceret.* Quæ verba Jansenius in sensu morali exponens, inquit: *obstrepunt, quotquot peccatores in suis vitijs retinere student; ipse verò multò magis clamabat*; quia ut S. Thomas ait: *Novit fides omnibus repugnare, & omnia triumphare, utile enim est pro cultu divino pudorem deponere.* Didacus Stella, ex hac historia utile quoddam pro ijs, qui viam ingressi sunt salutis, documentum morale elicit: *Disce ex hoc loco in bono incæpto perseverare, nec à virtute deficere ob ullas sæculi perturbationes, quæ multæ statim opponuntur illis, qui viam ineunt salutis.* S. Augustinus ad vivum nobis conflictus expressit, qui mundum inter, ejusque desertorem, consurgere solent; dicit enim: *omnes cognati, amici, affines commoventur; qui diligunt sæculum contradicunt; quid insanis? ista dementia est, & cætera talia turba clamat, ne cæci clament; turba clamantes corripiebat, sed eorum clamores non vincebat.* Notandum verò, quòd, ubi S. Lucas unum commemorat cæcum, S. Matthæus duorum meminerit, ideoque Sanctus præsul in numero plurali discurrens, exclamat; *intelligant quid faciant, qui volunt sanari, surdos illos, non cæcos esse oportet*; derisionibus, cachinnis contradicentium & à via bona abducentium aures occludant. *Bonos Christianos* prosequitur Sanctus, *& verè Studiosos, volentes facere præcepta Dei, quæ in Evangelio scripta sunt, Christiani mali & tepidi prohibent; tu ea ipsa, quæ cum Deo est, prohibet clamantes, id est, benè operantes prohibet ne perseverando salventur. Clament ergo illi, ne deficiant, neque ducantur quasi authoritate turbarum. Non dicant quomodo isti vivunt tam multi, sic vivamus; quare non potius quomodo dicit Evangelium? Quare vis vivere secundum increpationem turbæ prohibentis, & non secundùm vestigia Domini transeuntis? insultabunt, vituperabunt, revocabunt; tu clama, quoad usque pervenias ad aures Jesu.* Sapiens tunc vel maximè impiorum adversùs nos implacabile odium fervere astruit, quando nos ab ijs ad Deum convertimus: *detestantur stulti eos, qui fugiunt mala.* Circa quæ verba quidam interpres ita discurrit: *Impios nihil magis consistat & angit, quam illi, qui ab impietate & nequitia ad pietatem & justitiam se conferunt; tum quia scelerum socios amittere ægrè ferunt, tum etiam, quia dum alios justitiam colere vident, ipsimet sibi amplius displicent.*

Nos illorum clamoribus occludamus aures.

Prov. 13. *v.* 19.

Sala. ibid.

2. Regius Propheta quemdam impiorum circulum aliquando intuitus, propior factus, quid inter se conferrent auscultavit, intellexitque ipsos ruinam ejus, & illaqueationem meditari, ut anima ejus à Deo separaretur: *audivi vituperationem multorum, commorantium in circuitu. In eo dum convenirent simul adversùm me, accipere animam meam concilabant*; ast ipse longè in amore, & sequela Dei ferventior, divinum implorare non dubitavit auxilium, ut constantiam assequeretur. *Ego autem in te Domine speravi, dixi, Deus meus es tu, In manibus tuis sortes meæ... Illustra faciem tuam super servum tuum, salvum me fac in misericordia tua.* Tandemque Rex sanctus concludit, ruborem & confusionem, vi cujus ipsum à Deo separandum impij sperabant, in ipsosmet convertendum: *Erubescant impij, & deducantur in infernum: Muta fiant labia dolosa, quæ loquuntur adversùs justum.* In cujus Psalmi expositione talem Dionysius Carthusiensis formatdiscursum: *Consilium habuerunt inter se, ut vitam meam suæ voluntati perversè subjicerent, conantes me à via recta subvertere, & suis injustitijs conformare; eripe me, ne eis in malo consentiam, ne vitam meam corrumpant malo exemplo.*

Exemplo Davidis in improperijs imploremus auxilium Dei.

Psal. 30. *v.* 14.

Ibid. v. 15.

Ibid. v. 16.

Ibid. v. 17.

Ibid. v. 18. 19.

Dion. Carth. Ibid.

3. Sonoram aliquando Athenis in Areopago perstrepentem Spiritus tubam, teste S. Luca, *quidam quidem irridebant*, suas Athenienses in ludibria contra S. Paulum acuentes linguas; ast cœptæ constans inhærebat prædicationi Apostolus; *quidam autem Epicurei & Stoici Philosophi differebant cum eo, & quidam dicebant; quid vult seminiverbius hic dicere? alij verò: novorum dæmoniorum videtur annuntiator esse.* Porro S. Augustinus in tractatu, quem contra Epicureos & Stoicos composuit, Apostolum ludibriosè *seminiverbium* nuncupatum fuisse advertens, ait: *dictum est quidem ab irridentibus, sed non respuendum est à credentibus: erat enim revera ille seminator verborum, sed non messor morum.* Qua ex historia Sanctus Præsul hoc præclarissimum, præsentique materiæ utilissimum, eruit documentum: *si formidaret irridentes, non perveniret Paulus ad credentes, quomodo seminator ille Evangelicus si trepidaret mittere semina, ne aliud caderet in viam: aliud inter spinas, aliud in loca petrosa, numquam semen posset etiam ad optimam terram pervenire.* Tandemque in ejusdem tractatus progressu ita concludit: *Scio, quia fortassis irrisurus es me, & eris in eis, de quibus scriptum est, quia Paulum irridebant. Si tu via es, ego semino, seminator enim verborum sum pro modulo meo. Quod fuit convitium tuum, officium est meum. Ego semino, quod cadit in te, tamquam in viam duram, ego non sum piger, & invenio terram bonam.* Ob nullam igitur contradictionem à virtuosè operando absistere debemus, sed imitandus S. Bernardus, qui, licet in alia materia, inquit: *nec per homines incæpi, nec propter homines desinam.*

Act. 17. *v.* 32. Paulus irrisus à stoicis, perstitit in prædicando. *Ibid. v.* 18.

S. *Aug. l.* 6. *tr. unico de Epic. & Stoic. c.* 1.

S. *Augustin. ibi. c.* 8.

S. *Barn.*

4. Idem S. Paulus ad Romanos scribens, protestatur, dicens: *non erubesco Evangelium*; circa quæ verba D. Chrysostomus quærit: *cur non ait potius, glorior, quàm non me pudet?* redditque rationem sequentibus verbis: *Romani admodum stupebant ad res mundi hujus, ob divitias, ob principatum, ob victorias, quin & suos ipsum Imperatores Dijs pares existimabant, quos certè eo nomine etiam dignabantur unde & templis & aris, & sacrificijs illos colebant. Cum ergo illi sic turgerent, efferique Paulus Jesum prædicaturus, Jesum*

Cur S. Paulus dixerit quod non erubescat Evangelium Dei.. *Rom.* 1. *v.* 16. *D. Chrys. h.* 2. *Rom.*

Jesum inquam fabri filium, eumdemque in Judæa educatum, idque in tenuis mulieris domo satellitibus nullis stipatum, non opibus abundantem, sed ut reum condemnatum, interque latrones mortuum, tum autem eum, qui alias multas ignominias pertulisset, ac verisimile quidem esset, fore ut Romani pudore suffunderentur, propterea ait: non me pudet, illos interim eruditos non erubescere. S. Augustinus postquam nos admonuisset & certificasset, quod à mundo ad Deum transeuntes, ludibria & dissolatorum hominum dissuasiones nobis promittere possemus infallibiliter, ita demum ad constantiam adhortatur: *Si perseveraverit, & eos superaverit perdurando, & non defecerit à bonis operibus, ijdem ipsi jam nobis obsequentur, qui ante prohibebant.* Ita indubiè expertus est Apostolus, qui ante conversionem, Christianismum persequens; (*Saulus ... spirans minarum & cædis in discipulos Domini*) postmodum Evangelij prædicator effectus, à Judeis, implacabili odio Christianam fidem persequentibus, indigitatus, illususque fuit. Scitisne quo cum despectu, quando nec dum divino lumine doratus erat, de Deo fermocinatus fuerit? *accessit ad principem Sacerdotum, & petijt ab eo epistolas in Damascum, ... ut, si quos invenisset hujus viæ vivos, ... vinctos perduceret in Jerusalem.* *Hujus viæ*, inquit textus sacer, *stupebant omnes qui audiebant, & dicebant; nonne, hic est, qui expugnabat in Jerusalem eos, qui invocabant nomen istud, & huc ad hoc venit, ut vinctos illos duceret ad principes sacerdotum.* Quibus præmissis immediatè subnectit S. Lucas, S. Paulum, nulla sui adducta justificatione, neque ulla oppositionum habita ratione, quas illi Hebræi proponebant, cœptæ institisse provinciæ; *Saulus autem multo magis convalescebat & confundebat Judæos, qui habitabant Damasci, affirmans, quoniam hic est Christus.* Notate verba: *multo magis*, id quod cum illo scripturæ textu: *at ille multò magis clamabat.*

S. *Aug. serm. de ver. Dom. c.* 17.

Mundum relinquentes, patiuntur ludibria.

Act. 9. *v.* 1.

Act. 9. *v.* 1. 2.

Ibid. v. 21.

Ibid. v. 22.

Psalm. 90. 3. Irrisiones impiorum, sunt laquei venantium.

S. *Aug. in Psalm.* 90.

5. S. Augustinus in illius Psalmi Commentario (*ipse liberavit me de laqueo venantium, & à verbo aspero*) pluribus occupatur, ut & nos insultus impiorum contra nos; dum ad Deum convertimur, edoceat, & contra eos præmuniat, inquiens: *quomodo inter paganos, qui fuerit Christianus à paganis audet verba aspera, quibus se eruburit, cadit in suscipulam venantium; sic inter Christianos, qui voluerint esse diligentiores & meliores ab ipsis Christianis audituri sunt insultationes. Ecquid prodest frater, quod aliquando invenis Civitatem, ubi nullus est paganus? Nemo ibi insultat Christiano, quòd Christianus est, quia non ibi invenitur paganus; sed sunt multi malè viventes Christiani, inter quos, qui voluerit bene vivere, & inter ebrios sobrius esse, & inter fornicarios castus esse, & inter spectatores nugacium theatrorum noluerit ire nisi ad Ecclesiam, patiur insultatores ipsos Christianos & verba aspera.* Quem inimici laqueum, ut evadamus salvi, S. Augustini consilium sequamur, dicentis: *at ille multo magis clamabat.* Non timeamus impiorum irrisiones & cachinnos; quoniam *qui timet, recedit à via Christi Dei, cadit in laqueos venantium.* Cujus conflictus victores ut evadamus, considerasse juverit plurimum, quòd verba, acumina, & ludibria eorum, timidos tantummodo pavidosque, id est, in virtute instabiles, inque spiritu minimè fundatos vulnerent, ast illuminatus, veroque Dei lumine doratus multò magis clamat, *Fili David miserere mei.* Talem se professus est S. Hieronymus, qui ad Asellam scribens, ait: *gratias ago Deo, quòd sim dignus, quem mundus oderit.* Si verò responderitis, vos non posse improperijs succumbere, replico vobis graviora illa videri, quàm verè in se sint, quod vel ipsimet impijs dicis aliquando, irrisionibus indulgentes ad propriam suam profitentur confusionem, licet serò nimis; *dicentes intra se, pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes, hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum & in similitudinem improperij, nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam.* Ecce quoniam ipsimet impij se insensatos fuisse protestantur, dum vos sine ratione & judicio illuserunt. Ubi S. Bonaventura Ly *in similitudinem improperij & improperia exprobrantium tibi cecideront super me*, conjungens ita de impiorum opprobrijs & insultibus concludit, *sed eum improperatur homini opus bonum, quòd potius est materia laudis, non est verum improperium, sed similitudo improperij, propter quod dicitur hic, in similitudinem improperij.*

Quas timere non debeamus.

Marc. 10. 47.

Improperia impiorum, redeunt in confusionem improperantis.

Sap. 5. *v.* 3. 4.

S. *Bonav. ib.*

Luc. 8. *v.* 53. *Dic. Stell.*

5. Salvator Archisynagogi filiam resuscitaturus ab inquieta turba illudebatur: *& deridebant eum.* Propterea tamen, ut Didacus Stella advertit, operationem

miraculi ne quidquam intermisit, unde hanc ad intentum nostrum eruit doctrinam: *discamus in bono incæpto perseverare, nec ab illo propter derisores desistere; nam si aliquis studium suum cultus divino applicat, statim à Diabolo innumeris interpellatur modis.* Si igitur S. Augustini sequamur consilium, dicentis: *ferto insultantem, & videbis postea gementes.* Noë perversissimum vivebat sæculum, quoniam Spiritu sancto teste, *omnis caro corruperat viam suam*; solus ille S. Senecio, coram oculis Dei acceptus, à communi impiorum colluvie sequestratus degebat: *Noe invenit gratiam coram Domino*, veri namque simile est, eum divini honoris stimulo adactum, licentiosos sæpius redarguisse, atque ita eorum in se provocasse insultus & ludibria, præsertim autem per centum illos annos continuos, quibus arcam Domini confecit, quibus eum improperijs, & cachinnis, cum heroica tolerantia devoraris, appetitum fuisse creditis? respondet S. Chrysostomus: *verisimile est, cum præter morem omnium virtutem coleret, eum fuisse subsannatum & derisum à malis omnibus, qui consueverant arguere suam fugientes malitiam, & virtutem amplectantes; id quod & nunc sæpe fieri solet, & vidimus multos, qui risum & subsannationem ferre nequeunt, sed prætulerunt humanam gloriam veræ & immortali, abstracti & illecti ab aliorum hominum malitia.* D. Chrysostomus in vita ejus per tot annorum decursum continuatam admiratur constantiam: dicens: *Cum stupore admiremur illas constantiam, quomodo tantum populum ridentem, ludificantem, subsannantem despicere: & superare potuerit.* Etenim verisimile est, per universum mundum hanc famam divulgatam fuisse, quòd scilicet universa terra in pœnam excessuum & carnalitatis generis humani, à divina justitia per universale quoddam diluvium submergenda esset, solusque Noë, in arca illa, quam justu Dei fabricaturus erat, una cum familia sua esset evasurus; credibile item est, quod ex varijs mundi partibus, varij curiosi ad videndam hujus molis immensæ fabricam concurrerint, & quia *animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus*; hinc quoque credibile est, quod videntes tot in ea manfiones, Architecturam quamdam adeo mysticam illud centum annorum dispendium & laborem innumeros Noë intentarint insultus, quos quilibet sibi imaginari, potius quàm explicare poterit: *Jam hic sæpe multi non ferentes injuriam*, inquit D. Chrysostomus, *decem aut viginti hominum supplantantur & ruunt.* At verò Noë inter totius generis humani ludibria, centum annis constanter perseveravit.

Christus licet derisus, attamen suscitavit filiam Archisynagogi.

Gen. 6. *v.* 12. *Ibid. v.* 8. Noë in structura Arcæ, non curavit aliorum ludibria.

D. *Chrys. h.* 23. *in Gen.*

Eccles. 27. *v.* 12. Pulchra allusio solis ad virum justum, ab alijs derisum.

D. *Chrysost. h.* 23. *ibid.*

6. Homo justus & virtuosus ab Ecclesiastico soli comparatur: *Homo sanctus in sapientia manet sicut Sol, nam stultus sicut Luna mutatur.* At verò dicet aliquis Sol creatura quædam est inanimata, & omnis inops discursus; Angelus autem est, qui primum mobile volvit, omnesque inferiores planetas post se trahit; quomodo igitur de hoc Sole dicitur, quòd *in sapientia manet?* Responderi in sensu morali & accommodatitio potest, quòd sicut si Sol rationis usu præditus esset, & postquam in horizontem sublevatus, ei coram arietis signo transeunti aries exprobraret, qua fronte coram me pertransire præsumis, ipse ob id velocissimum suum cursum minimè retardaret; etsi ulterius progrediendo, taurum, vel Leonem, vel Capricornum, sagittarium obvios haberet, hique omnes illum, ne cursum suum prosequeretur, hortarentur, non ob id gressus suos fisteret, neque à communicanda influentiarum suarum benignitate, suæque lucis, & radiorum suorum diffusione, desisteret; ita quoque, inquit sapiens: *homo sanctus insapientia manet sicut Sol*, nam si animæ cuipiam electæ, spiritualis & pœnitentiæ vitæ cursum aggredienti aries occurrat austeritatis, ut illam à cœpta via deterreat, aut à Leone fervido concupiscentiæ inflammetur, vel à sagittario derisionum & ludibriorum hominum impiorum, qui *sagittant in obscuro rectos corde* impugnaretur, quid ei faciendum erit, ut in cœpto cursu constanter progrediatur, & non deflectat? imitetur Solem, progrediatur constanter ulterius, nec murmurationes aliorum quidquam curet, non imitetur Lunam, quæ quotidie in lucis suæ apparentia mutatur, Lumen suum sicut Sol permanenter continuet, eumdem spiritum, eamdemque virtutem conservet; permittat, alios dicere quidquid lubet, *at ille multo magis clamabat*, &c. S. Ephrem Magdalenam, ad pœnitentiam reductam, pro eo tempore, quo omnes illos, qui antea impuros ejus venebantur amores, sic alloquentem introducit: *contemnam momentaneas irrisiones, atque conspurationes, & convitia do-*

Eccli. 27. *v.* 12.

Psalm. 10. 3.

S. *Eph. t.* 3. *serm. in mul.*

Invitari.

mesticoram pro nihilo putabo ; hoc exemplum debet imitare quilibet virtuosus, dum ab impijs deridetur, aut ei insolenter contradicitur. Cajetanus quamdam Senecæ Philosophi moralis citat propositionem, quâ virtuosos docet, & hortatur, ut inter aliorum ludibria constantes permaneant & virtutem nequaquam deserant: *in hoc vasa*, inquit Cajetanus, *debet vir bonus & timoratus patiens esse, & gloriari in Domino; nam ut in proverbijs suis Seneca loquitur: Malis displicere, est laudari.* Hugo Cardin. pariter de homine virtuoso contempto, & ab impijs, ludibrijs infestato, dicit: *despicitur ab eo, sicut Sol à noctuis.*

Caj. in c. 14. Pr.

Hug. Card. in c. 14. Pr.

DISCURSUS VI.

ARGUMENTUM.

Magni momenti sunt illusiones, ob Christi sequelam nobis illatæ; quibus ne cedamus, solida opus virtute; magnoque Dei auxilio; ubi insuper consideratur, quod Christi illusi, nos sequaces profiteri teneamur.

THEMA.

Si adhùc hominibus placerem, Christi servus non essem. Galat. 1. v. 10.

1. S Paulus Apostolus, qui olim fidei nostræ persecutor fuerat, ad Galatas scribit, se verum Christi servum minimè futurum esse, si hominibus gratus esse, eorumque dictaminibus & sententijs se conformare vellet, notandum verò est verbum illud *si adhuc*, quia sunt nonnulli, qui tametsi se ab impiorum societate sequestrarint, existimationem tamen hominum nondum conculcarunt, nec ea sunt animi generositate prædicti, ut inter amicorum & sodalium, quibuscum antea familiariter conversabantur, derisiones, improperia, sine rubore in virtute perseverent, sed humanum respectum sibi prædominari sinunt; hos ergo scire oportet, quod si charactere veræ servitutis erga Christum honorari velint, hominum mundanorum complacentiam, & applausum nihili facere debeant, & cum Apostolo generosè dicant: *An quæro hominibus placere?* licet dubitandum non sit, quin omnes homines, quantumvis virtuosi improperia & derisiones vivaciter sentiant.

Existimatio hominum difficulter contemnitur.

Gal. 1. 10.

2. Deus Ezechieli olim dixit: *Ut adamantem & ut silicem dedi faciem tuam*; sed quænam obsecro portio est inter silicem; qui ab omnibus in plateis publicis conculcatur, & inter adamantem, qui Regia adornat diademata, tantoque cum fastu in digitis circumfertur? dicere quidam possemus, per adamantem humanas denotari felicitates & prosperitates, per silicem verò afflictiones & ærumnas, ut proinde Deus Prophetæ dicere voluisse videatur, quod ab ipso exigat uniformitatem, & æqualitatem vultus, tam in sinistris, quàm in prosperis obvijs eventibus: Ac proinde Angelicus Doctor Deum rogare solitus erat, dicens: *Da mihi Domine Deus meus, inter prospera & adversa non deficere, ut in illis non extollar, & in istis non deprimar*; Veruntamen ad propositum nostrum sciendum est, quòd cum Prophetarum conditio hæc fuerit, ut non solum honorentur, verum etiam indignè tractarentur ab impijs, ideo Deus Ezechieli insinuare volebat, necessum esse: ut eadem cum æquanimitate, ludibria & opprobria, quâ honores exciperet, monebatque, ut, licet prophetiæ dono sublimatus, & tamquam vir sanctus ab omnibus in honore habitus esset, per hunc tamen honorem minimè evaneisceret, sed inter opprobria & derisiones, quibus zelosissimi servi Dei, ut plurimum excipiuntur, æquanimis semper & constans perstiteret. Similem quemdam conceptum S. Hieronymus in epistola ad Pammachium transcribit, dicens: *Tale quid & Dominus loquitur ad Prophetas, quòd posuerit faciem eorum quasi urbem æream, & lapidem adamantinum & columnam ferream, ne paverent ad injurias populi, sed impudentium sedjannantium frontis rigore contererent.* D. Chrysostomus de Noë, qui per tot annos totius generis humani irrisiones constanter, & æquanimiter sustinuit, quando ipse solus in timore Dei persistens contra communem mundi consuetudinem vitam instituebat, ita scribit: *Quando omnis ævo corruperat viam suam, animæ fortis & constantis est, posse obluctari his, qui avertere moliuntur, nullusque pili facere humanam laudem, vel convicia, sed pertransire ut umbras & somnia.*

Prophetæ alijs non solum honori, sed & ludibrio fuerunt.

Ezechiel. 3. 9.

Cur justus ab alijs derisus, comparetur adamanti & silici.

S. Hier. ad Pammach.

D. Chrys. h. 33. in Gen.

3. Quis umquam desiderari poterat in confitenda Christi fide, ejusque sequela, exporrecta fronte profitenda, constantior & animosior Petro, cui Christus dixerat: *Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam?* Quique audacter, se jactaverat, dicens: *Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo: Etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego numquam scandalizabor?* Et tamen ad verba unius mulierculæ divinum Magistrum suum tam turpiter negavit, erubescens tunc ejus videri discipulus, quando coram Caipha actualiter contemnebatur, & deridebatur. Angelicus Doctor super Lucam scribens, observat hunc Evangelistam prius narrare Petri negationem & perjuria, & postea subitò subnectere derisiones & contumelias Redemptori illatas; *cum illuderetur, factum est*, inquit Evangelista, ubi S. Thomas ait: *Notandum, quòd, cum ducebatur non negat, sed quando illuditur, negat: Ad significandum, quod quidam magis timent opprobria, quàm verbera.* Psalmista ait: *Ecce peccatores intenderunt arcum, paraverunt sagittas suas in pharetra, ut sagittent in obscuro rectos corde*; illæ etenim tectæ verborum puncturæ, illæ occultæ derisiones & subsannantium gestus, sunt veluti totidem sagittæ, quæ cor hominis cujusdam transfigunt, qui suis sub pedibus mundum nondum substravit, omnesque nondum superavit humanos respectus, nam ut Sapiens ait: *Verba susurronis quasi simplicia, & ipsa perveniunt ad intima ventris.* Unde D. Chrysostomus, magnæ virtutis argumentum esse dicit; si quis in hoc subsannationum prælio sine jactura evadere possit, *neque parvum est*, inquit: *Despicere irridentes & exprobrantes & salibus insessentes; at justus ille* (de Noë loquitur) *non tantum decem & viginti, & centum homines, sed & omnium omnem hominum naturam, & tot myriades despexit.*

Matth. 16. v. 18.

Matth. 26. v. 35. 33.

Petrus tunc Christum negavit, cum derideretur à Caipha.

S. Th. in com. in Luc.

Psal. 10. v. 3.

Verba irrisoria sunt sagittæ vulnerantes.

Ps. 26. v. 22.

D. Chrys. h. cit.

4. Et hæc quidem ludibria tunc sunt longè efficaciora, quando illa ab amicis, sodalibus & parentibus sustinere cogimur; unde Job ait: *Qui deridetur ab amico suo, sicut ego, invocabit Deum, & exaudiet eum, deridetur enim justi simplicitas.* Et ideò speciali auxilio & assistentiâ divinâ opus est, ad hoc ne illis cedamus. Unde S. Gregorius ait: *Nonnumquam recto operi animus constanter innititur, & tamen humanis irrisionibus urgetur, miranda agit, & opprobria recipit*; Demum verò ad hoc, ne illis cedamus, ut Deo nos commendemus, opus esse dicit: *tota*, inquit, *spes in authorem figitur & inter irrisionum cuneos sola interior testis imploratur.* S. Augustinus, illum Psalm. 122. versum, *miserere nostri Domine, miserere nostri, quia multum repleti sumus despectione*; exponens, nos hortatur, ut in hoc certamine & periculoso conflictu, ad Deum oculos nostros elevemus: *Elevemus oculos nostros*, inquit, *ad eum, qui habitat in Cælo, & non ab illo tollamus oculos, quoad usque misereatur nostri, & liberet ab omni tentatione & opprobrio, & despectu.*

Intolerabilior est irrisio amici.

Job. 12. v. 4.

S. Greg. l. 10. mor. c. 15.

Psal. 122. v. 3.

S. Aug. ibi.

In illa auxilium divinum imploranadum.

5. David in solemni illa processione in qua arca Dei deferebatur; juxta sententiam S. Gregorij, veram utique & competentem, dum hilarior saltibus indulgeret, propter quos à Michol deridebatur, in ijs continuandis longè se robustiorem, fortioremque exhibuit, quam in omnibus alijs inimicorum conflictibus, quantumvis infensissimis; *quid de ejus factis*, inquit Sanctus Greg. *ab alijs sentiatur, ignoro, ego David plus saltantem stupeo, quàm pugnantem.* Leones stravit, ursos discerpsit, gigantes attrivit, nihilominus generositas ejus longè enituit famosior in dictis irrisionibus; eujus afferti hanc reddit rationem irrefragabilem: *Pugnando quippe hostes subdidit, saltando autem coram Deo semetipsum vicit.* Regem indigitari, derideri; illudi vel ab ipsa conjuge Regina, & nihilominus animo intrepido protestari, *ludam & vilior fiam, plus quam factus sum*, actus iste, tantæ fuit virtutis, ut & ipsum David, & omnes alios externos superavit inimicos. Hebræus & Chaldæus veritatem hanc magis promoturi, pro eo, quod vulgata legit, *saltabat totis viribus*, exponunt: *In omni fortitudine*, summi namque roboris actus erat, se ipsum vincere nosse, neque vulgi cedere illusionibus. Abulensis quæstionem movet, an David hoc in actu peccarit, proque parte affirmativa duas adducit rationes; quarum prima est, quòd scilicet tamquam Rex, & honorabilior reipublicæ persona, tam in habitu, quàm in moribus gravitatem colere debuisset; quæcumque enim puerilis in eo notata levitas, ipsum cum præjudicio gravi boni communis in contemptum & despectum conjecisset: *David apparuerat levis in duobus, primo quia saltabat, & subsistebat, quod ad pueriles*

S. Greg. l. 27. mor. c. 27.

David generosior fuit saltando coram arca, & derisus ab uxore, quam pugnando contra hostes & leones.

2. Reg. 6.

2. Reg. 2. 28.

Abul. ibid. q. 19.

pueriles ludos pertinet, & non ad graves mores; erat levis, quia exutus regalibus insignibus, induit se tunica byssina. Nihilominus, quia id ex instinctu pietatis operatus fuerat, summæ laudis actum fuisse concludit, dicens: *Excusatur, eò quòd fecerit omnia ista ex affectu cordis; erat enim vir valde Deicola, & nesciens qualiter Deo placeret, humiliabat se coram eo, quantum poterat.* Ejus itaque virtutem & meritum in eo sitiat, quia scilicet propter derisiones, & ludibria Michol, nequaquam erubescens, cœpta constanter institit virtuti: *Quamquam fuerit propter hoc increpatus à Michol, non propter hoc erubuit, tamquam male egisset, sed potius dixit: Ludam & vilior fiam, plus quàm factus sum.* Hinc enim tamquam Rex saltabat, illinc in humilitatis & mortificationis actibus, ut Deo placeret, se exercebat, omnibus aulicis, alijsque Spiritus incapacibus (quia *animalis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus*) illudentibus; ideoque die quodam ingemiscens, lamentabatur: *totâ die verecundia mea contra me est.* Id est, ut Hugo Cardin. explicat: *Illa tentatio verecundiæ à sensualitate mea procedens, contra me est, tentans rationem, ut ei consentiat.* Cui favere videtur S. Gregorius dum inquit; *sæpe labentia cuncta despicimus, sed tamen adhuc humanæ verecundiæ usu præpedimur, ut rectitudinem quam servamus in mente, nondum exprimere valeamus in voce, & tantò Dei faciem ad justitiæ defensionem negligimus, quantò humanas facies contra justitiam veremur.*

2. Reg. 2. 22.

Ps. 43. v. 16.

Hugo C. ib.

In rubore est tyrannica violentia.

S. Aug. t. 6. l. de 10. chordis c. 9.

6. S. Augustinus duobus quasi verbis tyrannicam expressit violentiam ruboris, quo maxima pars hominum inter irrisiones & cachinnos, in humilitatis & devotionis exercitijs suffunditur; *tanta est perversitas generis humani*, inquit, *ut aliquando metuendum sit, ne castus erubescat inter impudicos.* Et paulo post subjungit; homicidam exulare vultis à patria, falsarium in judicio testem execramini; & nihilominus, dum quis impuris indulget amoribus, adblandimini & arridetis: *Si quis autem existat, qui dicat se castum, non facere adulterium, notam autem sit, quod non faciat, erubescit accedere ad illos, non sui similes, ne insultent, ne irrideant, ne dicant non esse virum. Ad hoc delapsa est humana perversitas, ut vir habeatur à libidine victus, & vir non habeatur, victor libidinis.*

S. Th. in cat. Luc. 18. v. 39.

Pro cultu Dei rubor deponendus est.

7. S. Thomas illam cæci, turbâ fruſtra obstrepente, constantiam in misericordia Salvatoris implorandâ, admirans ait: *Utile est pro cultu divino pudorem deponere, nam si causâ pecuniæ sunt impudentes nonnulli, pro animæ salute non decet bonam indueree impudentiam?* Aulicus quidam apud Senecam, se in aula insenuisse attestatus est, *injurias accipiendo & gratias agendo*; Quot equidem amaros bolos deglutire necessum est, ne nostra destruamus negotia, surdos lubdibrijs & cæcos nos exhibeamus oportet, sive illa odium, sive invidia, sive æmulatio, aut quicumque alius similis promoverit finis? Ita juvenis ille, ut suis tandem favorem obtineret desiderijs, tot prius permisit sese pungi injuriarum, ludibriorum, & derisionum spinis, semperque immobilis perstitit; & nos ut æternam effugiamus confusionem, ne momentaneam quidem sufferre dignabimur patienter erubescentiam.

2. Tim. 1. v. 8.

Lyr. ibid.

8. Recordabimini forsan illorum S. August. verborum: *Recusas esse in corpore, si non vis odium mundi sustinere cum capite:* Christiani appellamur, quia Christi fidem profitemur, cujus exempla imitari cogimur; S. Paulus autem de jubilo tractans, quo Christus pati voluit, ut nos ad eadem animaret calcanda vestigia, ita Hebræos, nosque in ipsis adhortatur: *Curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in authorem fidei, & consummatorem Jesum, qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucem, confusione contemptâ.* Pater equidem æternus filio liberrimum reliquerat, ut genus humanum redimeret, aut cum gloria Divinæ personæ correspondente aut in habitu & forma servi; quam ultimam conditionem, non obstantibus vilipendijs & injurijs, ultroque citroque elegit. Nunc igitur irrefragabile ex his statuamus argumentum, verbum æternum incarnatum, nostram operaturum redemptionem, contempta mundi gloria & æstimatione, deriderí, illudi, pessimeque tractari elegit; quantò igitur majori cum ratione nos, quorum salus maxima ex parte ex ijs derivatur insultibus, omnes irrisiones, quæ propter sequelam Christi & æternæ Salvationis nostræ pretium contra nos agglomerari possent, absque verecundia despiciamus oportet. *Mortem maximè confusibilem*, inquit Lyranus, *voluntariè sustinuit*; cujus vestigia generosè pressit ille, qui ad Timotheum scribens, in medijs vinculis & catenis gloriabatur propter Christum, cujus exhortationem verbis sequentibus dictus adumbrat Lyranus: *Noli ergo erubescere, siquidem ego qui mortuus fuscito, qui orbem totum excurro, nunc vinctus sum, si crucem non erubuit Dominus meus, ego hæc vincula erubescere debeo?*

Gl. ibid.

9. Didacus Stella stupentem considerans turbam: quæ Christum Archisynagogi filiam resuscitaturum illudebat (*& deridebant eum*) ita nostro favorabiliter suffragatur intento, dicens: *Discamus hinc non ægrè ferre si ab aliquibus deridemur, nam Christus patienter se habuit cum istis derisoribus, & nihil eis respondit, sed tacens transivit, & fecit, quod factorus veneral; hoc faciamus si volumus esse Christi Discipuli, etenim qui se dicit in Christo manere, debet sicut ipse ambulavit, ambulare.* Crucis patibulum priusquam à Constantino Imperatore exaltaretur, eodem modo infame erat, quo hodie infamis est furca, in quam fures aguntur, ac proinde facilè quisquis sibi imaginari poterit, quænam fuerint infidelium, contra primitivæ Ecclesiæ Christianos, ludibria; non enim sine causa Apostolus crucem fuisse dicit *Judæis scandalum, gentibus stultitiam*; Etenim si hominem aliquem videres furcam adorantem, eò quod in ea, nonnemo in medio duorum latronum suspensus fuisset, quantum illum derisurus esset? Hic autem erat conceptus, quem primi fideles sub Crucis insignibus militantes formabant, ac proinde S. Petrus omnes qui se Evangelij sequaces declarare volebant, monuit, dicens: *Si autem ut Christianus, non erubescat, glorificet autem Deum in isto nomine.* S. Paulus pariter nos invitat, dicens: *exeamus igitur ad eum extra castra improperium ejus portantes*; circa quæ verba Cajetanus ait: *Exhortationem infert spiritualem, ut ad Jesum imitandum, exeamus extra Castra deliciarum commoditatum, societatum, & aliorum hujusmodi; improperium portantes ad similitudinem Jesu, qui sustinuit tot ignominias, imitando ipsum in tolerantia ludibriorum, & aliorum hujusmodi pro eo.*

Did. Stel. in c. 5. Luc. Non ægre ferendum si derideamur propter Christum.

1. Cor. 1. v. 23.

Sed potius in hoc gloriandum.

1. Pet. 4. v. 16.

Hebr. 13. v. 13.

10. Christus Salvator noster proinde prævidens unum ex majoribus malis, quæ discipulis ejus in via divinorum præceptorum occursura erant, futurum esse ludibrium & persecutionem impiorum, qui bonos utpote malis moribus suis dissimiles tolerare nequeunt, anticipatè Apostolos suos & consequenter omnes alios, qui ejus fidem professuri erant, eos à malis deridendos & in exilium agendos esse, monere voluit: *absque Synagogis facient vos*, inquit, ipsi verò tamquam dociles Christi Discipuli, non solùm se ab alijs derideri non erubescebant; sed & de hoc gloriabantur: *Ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati*; ubi Glossa ait: *Nec erubescunt pulsi, sicut illi, qui credentes in Jesum, propter metum, non audebant confiteri, ne pellerentur de Synagogis, diligentes gloriam hominum magis, quàm gloriam Dei.*

Illius præmonuit Apostolos suos Christus.

Joan. 16. v. 2.

Act. 5. v. 41.

Gl. ib.

11. De redemptore nostro Prophera Evangelicus tractans, eum ludibrijs, & opprobrijs saginandum esse prædixit: *Saturabitur opprobrijs.* Unde S. Augustinus; ne ab impiorum derisionibus turbaretur, hanc sibi imprimebat considerationem: *Qualia verba audio servus peccator? Dominus meus audivit: dæmonium habes; & alibi super illa verba Psalmi; Erubescant impij & deducantur in infernum, mœta fiant labia dolosa; quæ loquuntur adversus justum &c.* Ita scribit: *Quicumque voluerit servorum ejus, sequi vestigia ipsius, ut ambulet & ipse in ea humilitate, in qua didicit ambulasse Dominum suum, contemnitur in Christo, quasi membrum Christi*; Nec tamen ideo retrogradi debet, quia Doctor gentium dicebat: *Nos stulti propter Christum*; ad hoc propositum optimè quoque serviunt celebria illa verba S. Bernardi, dicentis: *à Christo dicti estis Christiani, nonne ea via, qua Christus ambulavit, & vos debetis ambulare?* Habebat porro Salvator noster binos discipulos, eosque ambos nobilissimos, & Synagogæ principes; at verò in publico se tales ab alijs agnosci erubescebant, horum unus erat Nicodemus; alter verò Josephus ab Arimathia, ac proinde in illis Redemptor noster toti mundo manifestam facere voluit, Sanguinis sui in Cruce effusi virtutem ad omnem verecundiæ ruborem (qui aliud non est, quàm Sanguis, vultum perfundens,) à facie uniuscujusque abstergendum efficacissimam, ut rubore deinceps deposito, ejus animosè profiteantur sequelam; ac proinde, cum in trunco Crucis (in vulgi oculis adeo ignominioso) in medio duorum Latronum, non solum,

Thren. 3. v. 30.

Christus opprobrijs faturatus fit nobis exemplar.

S. Aug. in Psal. 30.

Conc. 3.

1. Cor. 4. v. 10.

S. Bernard. serm. ad past. synod.

Joseph ab Arimathia & Nicodemus fuerunt occulti discipuli Christi ante ejus passionem.

lùm, à vili Hebraismi plebecula, verum etiam à sacerdotibus, Pontificibus, & Synagogæ principibus, ab Herode, Pilato, & omnibus aliis illusus vix expirasset, ecce tibi ijdem supradicti Christi Discipuli coram Pilato comparuerunt, ut corpus ejus de Cruce depositum, sibi donari peterent, & in conspectu totius mundi, ut ita dicam, sepulturæ mandarent; *audaciter introivit ad Pilatum & petijt Corpus Jesu.* Ideoque S. Epiphanius inquit; *cui cum reverentia & timore Cherubin assistunt, hunc Joseph, & Nicodemus, omnis formidinis vacui, sepulturæ committunt*; quorum ultimus, ut scriptura attestatur, Christum jam ante professus fuerat, sed Discipulus *occultus propter metum Judæorum.* Porro Dionysius Carth. in Discursu sequenti ita nobis exhibet utrumque; *Joseph & Nicodemus, quamvis usque ad passionem Christi fuerint occulti ejus Discipuli; tamen in passione visis mirabilibus quæ fiebant animati sunt ad exhibendum corpori ejus sepulturæ obsequium.* Si quis autem, inquit Albertus Magnus, illud objiceret contra eos, Evangelij monitum: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus*; respondeo, inquit author ille in Josephi defensionem, qui primitus quidem Christum publicè non profitebatur sed occulte: *Quod discipulus fuit, hoc fuit laudabile, quod non confitebatur publicè, hoc fuit infirmitatis, & non peccati, quia status tunc fuit infirmitatis, eò quod nondum adhuc tunc fuerat datus ad robur Spiritus.* Insuper addi posset, Christum improperiorum & illusionum scopum tunc temporis in Calvario, pro nobis necdum exititisse, neque nos, ut absque rubore vestigijs ejus insisteremus, animasse, quemadmodum hodie; nullam igitur nos excusandi rationem habemus, ut sequentes larius edocebunt discursus, quo minus absque rubore, Christi vestigia premamus.

Sed post ignominiam Crucis, aperti. *Marc. 15. v. 43.*

Joan. 19. v. 38. *Dion. Carth.*

Matth. 10. v. 28. *Alb. M. ibid.*

DISCURSUS VII.
ARGUMENTUM.

Qui ruborem constans in divino servitio perfert, magnam gloriæ arrham, gratiam, & amicitiam Dei possidet, criminumque recipit indulgentiam.

THEMA.

Pro anima tua ne confundaris, est enim confusio adducens gloriam & gratiam. Eccli. 4. v. 14.

1. MAximi momenti hoc est Ecclesiastici monitum exhortantis, ut, dum de salute animæ tractatur, nequaquam erubescamus, si autem propter fragilitatem nostram, petulantia & ludibrium impiorum vultum nostrum perfunderet; erubescentiam hujusmodi, absque eo, quod vel ad latum unguem à semita recta deflectamus, patienter toleratam, nobis potius glorificam existere: *Erit confusio adducens gloriam, & gratiam.*

Cant. 4. v. 3.

2. *Confusio adducens gloriam.* Anima quondam electa, à cœlesti Sponso suo his legitur affecta præconijs; *Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ, absque eo quod intus secus latet*; quia scilicet Deus verecundiam amat & ruborem, quem anima suffert amore ejus utpote intensi indicium amoris; Sponsa autem in sacris Canticis animam præfigurat prædestinatam, Deo charam, & electam ad gloriam. Quemnam inter omnes veteris Testamenti sacros heroes, intra quinque millium annorum decursum, ex tam immenso hominum numero invenies, qui etiamnum in vita hac mortali degens, dignus fuerit, qui suos in divinam essentiam *per modum transeuntis* (ut Scolæ loquuntur) defigere potuerit oculos, præter Moysen? qui audacter Deum rogavit, dicens: *Ostende mihi gloriam tuam*, & quonam putas subsecuto rescripto idipsum rogavit? nimirum indilatè sibi responderi audivit: *Ego ostendam omne bonum tibi*, id est, beatitudinem, hæc enim; ut notum est omnibus definitur, quod sit *status omnium bonorum aggregatione perfectus.* At verò undenam Moyses inauditam hanc; & à nemine alio servorum Dei prætensam fiduciam concipere potuit? responsionis loco serviet celebris ille textus Apostoli ad Hebræos, dicentis: *Moyses grandis factus, negavit se esse filium filiæ Pharaonis, Magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere jucunditatem, Majores divitias æstimans thesauro Ægyptiorum, improperium Christi*; *aspiciebat enim in remunerationem.* Moyses enim oculos, & multo magis cor suum in gloriam cœlestem & Regnum Cœlorum defixam habebat, ac proinde se beneficturum existimabat, si purpuram cum facco Rustico & Servili, sceptrum cum ligone thesaurum & gemmas cum stercore & luto palatia Regia cum fornicibus commutaret, *magis eligens affligi cum populo suo*; hanc autem adeo peregrinam metamorphosin ludibrijs, irrisionibus, & totius Ægypti improperijs conjunctam fuisse dubitare quis poterit? verè etenim ita est, quod, ut S. Paulus ait, *majores divitias æstimarit thesauro Ægyptiorum improperium Christi*, & hoc unicum fuit meritum, cui innixus, à Deo postulavit, dicens: *Ostende mihi gloriam tuam.* Unde S. Anselmus ait: *rejecit regiam dignitatem, potius eligens affligi & injurijs subjici cum populo Dei, qui serviebat in luto & lateres*; & propter harum derisionum & opprobriorum merita, tam liberâ voce gloriam prætendebat: *Per id enim æternis divitijs se locupletari credebat, si pro Christo contumelias & opprobria sustineret.*

Hebr. 11. v. 24. 25. 26.

S. Anselm. ad Hebr.

3. In eadem quoque epistola S. Paulus nos exhortatur, dicens: *Exeamus ad eum extra Castra, improperium ejus portantes*; At verò observate motivum, quod immediatè subjungit ad nos extimulandos, ut opprobria & derisiones amore Redemptoris patienter sustineamus, imò ultrò citroque adversum nos provocemus: *Non enim, inquit, habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus*, quasi dicere vellet, pretio improperiorum; pro Christo toleratorum, securam nobis faciamus æternam beatitudinem. D. Chrysostomus rationem investigans, cur Noë animo adeo intrepido, totius mundi derisiones sustinuerit, inquit: *Cum stupore admiremur, quomodo tantum populum ridentem lædificantem; subsannantem, despicere, & superare potuerit; Quomodo ego dico, quia continuò ad oculum illum, qui falli fopirique nequit, respexit, ad hunc suæ mentis oculum direxit, atque postea hæc omnia quasi non essent, curavit*; quod idem est, ac si diceret: *Aspiciebat enim in remunerationem. Negotium tibi fit*, pergit dicere idem Chrysostomus, *si & justus ille semel, eò mente sua intenta, non curavit eos, qui supplantare ipsum conabantur.*

Heb. 11. v. 24. 25. 26. *Chrysost. ibid.*

Ad Hebr. 13. v. 11. Ratio cur opprobria amore Christi, patienter sint toleranda. *Ibid. v. 14.*

4. Nota est omnibus illa S. Antonio Magno repræsentata visio, in qua aërem, laqueis ab invido serpente protensis, plenum esse conspexit; ut autem laqueos hosce evadere, & quamdiu viatores per viam paradisi incedimus, sine periculis, & offendiculis progredi valeamus, quonam securo uti remedio poterimus? ad hoc nullum est potentius & securius remedium, quàm si inter impiorum ludibria, & improperia, & inter dissuasiones, & dehortationes, constantes manserimus, nec nos usquequaque seduci patiamur, hoc enim modo, omnem evitabimus formidinem, erimusque cunctis periculis superiores. Glossa, super textum illum scribens, in quo S. Paulus Timotheum monet, ut depositi omni erubescentiæ rubore, fidem Christi audacter profiteatur, egregiam hanc statuit conclusionem: *Nihil quippe periculi superest*, inquit, *si ruborem quis, atque confusionem calcaverit; ea enim tantum onerosa est.* Habemus insuper clarum S. Petri, ad hoc propositum serviens, testimonium, qui in prima epistola cap. 4. postquam Christianos monuisset; ut caverent, ne insultibus propter scelera commissa subjacerent, dicendo: *Nemo vestrum patiatur ut homicida; aut maledicus, aut alienorum appetitor*; mox subjungit; *si autem ut Christianus, non erubescat, glorificet autem Deum in isto nomine*, quasi diceret: si ideo nobis insultetur, aut digito nostremur, quia Christum sequimur, & in timore Dei vivamus & conversemur, non erubescamus, sed potius glorietur. quia beati illius Regni pignus securum. hoc faciendo, in manibus tenemus; *si exprobramini in nomine Christi, beati eritis*, Præterea inquit, *quoniam quod est bonitis, gloriæ, & virtutis Dei, & qui est ejus virtus, super vos requiescit*; Syriaca versio idipsum ad propositum nostrum melius exprimere non poterat, quia, ubi vulgata nostra legit? *Si exprobramini in nomine Christi*, ipsa vertit, *quia pertinentis ad Christum*; experientia enim quotidiana ostendit, verè illos, qui ad Christum pertinent, & cum illo sentiunt, à mundanis semper derideri. Unde Dionysius Carth. ait; *Si exprobramini per verba injuriosa à perfidis hominibus in nomine Christi, id est, idcirco, quia secundùm ejus doctrinam, præceptumque vivitis, beati eritis, nunc in spe & merito, deinde in re & præmio.*

1. Pet. 4. v. 15. *Ibid. v. 16.* *Dion. C. ib.*

Laqueos à Dæmone nobis prætensos, declinamus, si improperia contemnimus & tolleramus.

5. *Est confusio adducens gratiam.* Sacer Cronista, lib. Gen. cap. 6. universum genus humanum carnalitatis suæ luto, ad fauces usque demersum fuisse describit: *Omnis quippe caro*, inquit, *corruperat viam suam super terram*; ex altera verò parte unicum tantum hominem

Gen. 6. v. 12.

minem in toto universo fuisse dicit, qui gratiam apud Deum invenit: *Noë verò invenit gratiam coram Domino*; at verò scire perceperem, quibusnam meritis hic homo Dei sibi gratiam compararit? facer quidem rextus ait: *Noë vir justus atque perfectus fuit, cum Deo ambulavit*; Non tamen satis explicat, in quonam hæc justitia aut perfectio constituta fuerit; num fortè ideo perfectus fuit, quia scilicet in abstinentijs & rigorosis jejunijs se exercebat? num fortè quia vivum se in eremo supeliverat, aut quia ad sanguinem usque disciplinis se cruentarat? vel quia animarum conversioni deditus erat? aut verò quia ingentes eleemosynas, inter pauperes distribuebat, aut quia virginitatis dono conspicuus erat? nequaquam, nam conjugatus fuit, uxoremque & filios habuit. Audite igitur D. Chrysostomum, qui hunc Cœlestium gratiarum cumulum, quæ ei de Cœlo largâ manu communicatæ fuerant, huic soli attribuit, quia scilicet, quando in fabricanda arca laboravit, per centum annos inter mundi ludibria constans fuit, & Dei honorem defendit: *Quod nihil curavit humanam gloriam; vel ignominiam, vel irrisionem, verisimile enim est, eum fuisse subsannatum & irrisum à malis omnibus.* Maria Magdalena domum Simonis Pharisæi ingrediens; titio quidem infernalis erat, talem enim S. Lucas ipsam penicillo suo delineavit, dum ait: *Et ecce mulier, quæ erat in civitate peccatrix*; à septem quoque dæmonibus possidebatur, per quos septem denotabantur peccata Capitalia, quibus fortiter illaqueata erat; & tamen in fine Evangelij, ipsam Divinâ gratiâ reperimus fuisse cumulatam; *remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum*; amor enim, qui in corde ipsius exarsit, adeo ardens fuit, ut innumera ejus peccata, & quoad culpam, & quoad pœnam consumpserit: *Remittuntur tibi peccata tua, vade in pace*; Præterea, eidem omnes virtutes perfectissimæ infertæ fuere, nam ut S. Augustinus asserit: *Charitas est mors criminum, vita virtutum*: Sed undenam hæc cœlestis gratiæ abundans affluentia in magna hac anima paulo ante adeo turpi & impia, suam duxit originem? audiamus S. Ephrem, ad hoc respondentem; *non Famitores ac famulas, virilis atque generosa mulier timuit, neque duram astantium increpationem: unum hoc secum cogitans, dicensque: Quod si totam meam faciem quasi ferream, aut æream non reddidero, salvari ex turpi inundatione lasciviæ non potero.*

Gen. 6. v. 8. Noe ex eo justus fuit quod contempserit ludibria impiorum. Ibid. v. 9.

D. Chrys. h. 23. in Gen. Sic etiam Maria Magdalena. *Luc. 7. v. 37.*

Ibid. v. 47.

Ibid. v. 48.

S. Aug. tr. de laud. char.

S. Ephr. t. 3. serm. in mul. peccat.

6. Cornelius à Lapide super prædicta S. Petri verba: *si exprobrammi &c.* quatuor immensa bona, ijs, qui amore Christi ludibria gaudenter sustinent, promissa observat, dicens: *Iu eo, qui patitur pro Christo, requiescit Dei primo honor; secundò gloria, tertio virtus*; *Quartò Spiritus.* S. Hieronymus valde admiratur Pammachium, nobilissimum patritium Romanum, qui post assumptum Monachismum inter abjectissima ministeria se humiliavit adeo, ut à mundo digito monstraretur, licet cum incredibili inde concepto gaudio; unde ait: *Quis enim hoc crederet, ut consulum pronepos, & fratrum germinis decus, inter purpuratas Senatorum fratres tunica pullatus incederet, & non erubesceret oculos Sodalium, ut deridentes se, derideret?* tandem illis Ecclesiastici verbis concludit, dicens: *Est confusio, quæ ducit ad mortem, & est confusio, quæ ducit ad vitam.* Prima virtus est monachi, contemnere hominum Judicia & semper Apostoli recordari, dicentis: *Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem.*

Corn. à Lap. 1. Pet. 4. v. 14. Quatuor bona ludibria gaudenter sustinentibus donantur. *S. Hier. ep. 26. ad Pamm.*

Ecli. 4. 25.

Galat. 1. 10.

Qui peccata sua plangunt & erubescunt, amicitiam Dei non perdunt.

Ezech. 9. v. 4.

Ibid. v. 6.

7. Apud Ezechielem quædam hinc Prophetæ facta visio describitur: Vidit enim sex Angelos Jerosolymam ingredientes, qui omnes strictis gladijs sitrage populi intenti erant, in quorum medio vidit quemdam, candidâ veste amictum, ad cingulum ejus calamarium pendebat; huic Deus præcepit, ut omnium peccata plangentium literam Thau inscriberet: *signa Thau super frontes virorum gementium & dolentium*, postea ad illos Angelos conversus, præcepit eis, ut gladijs suis interimerent omnes, non habito respectu, cujuscumque ætatis, sexus, conditionis vel professionis solum præcepit, ut parcerent ijs, qui signo *Thau* signati essent; *super quem videritis Thau, ne occidatis.* Scire hoc loco perceperem, quinam illi fuerint, qui in communi Jerosolymæ exterminio, in quo ne quidem lactentibus & innocentibus pueris parcebatur, hanc à Deo gratiam & benevolentiam meruerint, ut charactere illo signati, à cæde præservarentur? audite Hugonem Cardinalem dictionem hanc *Thau* in lingua Latina sic exponentem: *Thau interpretatur erauit*; vult ergò dicere: Omnes, qui peccata sua plangent, & ad veram pœnitentiam se recipientes, in fronte erubescentiam, quæ virtuosa est, *utpote confu-*

Litera T. significat erubescere, *Hug. Card. ibid.*

Ecli. 4. 25.

sio adducens gratiam, expriment; nec inter derisiones, actus mortificationis & humilitatis exercere definent, in desolationibus universalibus assistentiam, gratiam, & amicitiam Dei non perdent, sed à fulminibus iræ ejus exempti erunt. Peccata quidem iram Dei adversum nos provocant, at confusio, quam propter sequelam Christi sustinemus ad illorum veniam & remissionem habilitat.

8. Paterfamilias quidam servos suos misit, ut fructus cujusdam vineæ suæ exigerent; Vinitores autem, non solùm censum pactum non solverunt, sed insuper illos qui ad exigendum censum missi fuerant occiderunt; ac proinde justum quidem fuisset, ut paterfamilias ad homicidas illos castigandos, justitiæ vindicativæ ensem in illos vibraret, attamen expediens futurum esse censuit, si prius filium suum eodem fine ad eosdem mitteret, dicebat enim intra se: *Forsitan verebuntur filium meum.* Author Imperfecti hac parabola utitur, ut ostendat, qualem Deus peccatoribus pietatem exhibeat, postquam ab ijs sæpius mortaliter offensus fuit, ponderansque verba illa: *Verebuntur filium meum*, ait: *Missit confundere illos, non punire, nam pro tantis injurijs benigno Domino sufficiebat sola vindicta pudoris.* Etenim si is, qui à mundo se abduxit, malas societates relinquit, & conversationes suspectas avertatur, ideoque in conspectu mundi digitis monstratur & deridetur, si inquam is, post factam veram pœnitentiam omnia sibi erogata injuria amore Dei libenter suscipiat, certus esse poterit, hanc patientiam ad diluendam pœnam temporalem peccatis suis debitam, plurimum adjuturam, nam pro tantis injurijs benigno Domino sufficit sola vindicta pudoris: S. Ephrem peccatricem Magdalenam, ad postulandam à Christo peccatorum suorum plenariam indulgentiam, domum Pharisæi ingredientem, hunc in modum loquentem introducit: *Quemadmodum exteriores oculos meos inhonestos exhibens prias neminem erubescebam, sed à multis me rapi permittebam; ita & nunc, nisi internos cordis mei oculos cum multa asperitate, atque verecundia commutans, ingressa fuero, non potero occulti mei desiderij compos fieri*; atque ideo cum virtuosa quadam & laudabili verecundia coram Salvatore apparere voluit, ut veniam reciperet & divinæ gratiæ restitueretur: *Est confusio adducens gratiam*, De qua laudabili erubescentia S. Bernardus ita scribit: *Rubor ipse genarum, quem fortè invenerit pudor, quantum gratiæ & decoris suffuso afferre vultui solet? usque adeo genuinum animi bonum verecundia est, ut & qui male agere non verentur, videri tamen verecundentur, dicente Domino, omnis qui male agit, odit lucem.*

Ecli. 4. 24. *Dion. C. ib.*

Evod. 7. v. 1. Num. 12. v. 8.

Aut. Imp. 16

S. Ephr. ibid. Patet in exemplo Mariæ Magdalenæ.

S. Bern. serm. 86. in Cant.

9. Hanc verecundiam peccati frænum amiserat Magdalena, utpote peccatrix publica quæ postmodùm in conversione sua, vultum suum rubore perfudit verecundo, quia ante verecundiam perdiderat in peccato; præter quam erubescentiam; aliam exhibuit, quando patienter pertulit suam illam Heroicam mutationem & conversionem illudi & explodi. Dionysius Carth.: prædicta verba (*pro anima tua ne confundaris*) interpretans, ita resolvit, *id est*; *propter obtinendam animæ tuæ salutem.* Observatissime aliquando, quibus privilegijs Deus Moysen super omnes veteres Testamenti Sanctos dotarit, præter Charismata assignata, scilicet *constitui te Deum Pharaonis*; ... *ore ad os loquor ei*; de ipso suprema Dei protestatur Majestas; Sed donorum summum, & principalissimum, quod esse arbitrabimini? illud ipsum utique, quod Apostolus his paucis insinuat verbis: *Æstimavit improperium Christi.* Omnibus Thesauris, sceptris, & regnis mundi præoptiorem, carioremque duxit illusionem, & cachinnum impiorum quemcumque, amore Christi toleratum. Si Apostolus, ipsum amore Dei dictis improperijs Moysen se exposuisse asseruisset, facilis utique intelligentia foret dicti asserti; at quia rot post Moysen sæculis Christus in mundum venit, quod tandem his in verbis latebit mysterium? respondet Theophylactus; *à domesticis, & beneficio affectis injuriam sustinere, vel contumeliâ affici, vel affligi, Christi opprobrium est.* Verisimile autem est, non modò eum ab Ægyptijs, sed etiam ab ipsis Hebræis minus timoratis propter defertam Pharaonis Regiam, electaque Madianitarum turguriola derisum fuisse; siquidem *animalis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus*, ideoque insultabant ei, qui sceptrum Ægypti cum lateribus & virga pastorali commutarat. Nihilominus ut discurrit Hugo Cardin. *majus bonum existimavit esse, sive improperium pro Christo, vel in similitudinem Christi, quam affluere deliciis, vel divitijs Ægypti.* Theodoretus citata supe-

Maximè, cum ipsius conversio exploderetur.

Hebr. 11. v. 26. Quomodo Moyses sustinuerit improperium Christi.

Hugo Card. ibid.

Theod. ibid.

rius verba illa (*peccati jucunditatem*) ita nostro tandem & ipse applicat argumento, dicens : *Peccati jucunditatem appellavit vitam, quæ cum impijs transigitur.*

DISCURSUM VIII.

ARGUMENTUM.

De diversis exemplis illorum, qui in irrisionibus magis fervidi, & extimulati ad devotionem, largas à Deo remunerationes accepêre.

THEMA.

Ludam & vilior fiam, plusquam factus sum, & ero humilis in oculis meis. 2. Reg. 6. v. 22.

Promotio Davidis ad regnum, fundata fuit in contemptu derisionum, & sui vilificatione.

1. DOctores sacri heroicam hanc Prophetæ Regij certatim admirantur, ponderantque virtutem, siquidem Michol conjugis ejus ludibria, contra David, propter humilem coram arca Domini Spiritus sancti impulsu, saltum multiplicata ipsum non modo nō turbarunt, sed potius animarunt, ut protestari non dubitarit, se ex illo momento, ut Deo magis placeret, magis magisque humiliaturum, & mortificaturum: *Ludam, & vilior fiam, plusquam factus sum.* Quem actum generosissimum S. Gregorius obstupescens, ait : *Quem enim non extolleret, ora leonum frangere, ursorum brachia dissipare, desectis prioribus fratribus eligi, reprobato Rege ad Regni gubernacula ungi, timendum cunctis uno lapide Goliam prosternere, à Rege proposita exstinctis Philophylis, mirifica præputia reportare, promissum tandem Regnum percipere cunctamque Israeliticum populum, sine ulla contradictione possideres? & tamen cum arcam Dei Jerusalem revocat, quasi oblitus prælatum se hominibus, admixtus populis, ante arcam, saltat, & quia coram arca saltare, ut creditur, vulgi mos fuerat, Rex se in Divino obsequio per saltatum votat.* Ecce vobis rationem, inquit S. Gregorius, cur septem reliquis fratribus in Regno Israëlitico divinitus præpositus fuit, non obstante juvenili ætate & humili opilionis conditione. *Adduxit ... Isai septem filios suos coram Samuële, & ait Samuël ad Isai ; non elegit Dominus ex istis.* Rogatusque, si quis filiorum residuus esset adductis jam septem respondit pater : *Adhuc reliquus est parvulus*, quod nomen opportunissimè Davidi competebat, non modò propter imberbes annos sed & propter humilitatem. Citatus itaque comparet David, quo præsente vocem divinam audijt Samuël, *ait Dominus ; surge, unge eum, ipse est enim.* Unde S. Gregorius postquam ipsius virtutem, quam coram arca saltando derisionibus Michol generosè resistendo exhibuerat ; demonstrasset, inquit : *Ecce quem Dominus cunctis singulariter prætulit*, utique illo tempore in numerosissimo Israëlis populo multi alij in armis expertissimi, in doctrina, maturitate, & sapientia insignes viri reperiebantur, & tamen cum verissimum sit, quod Deus per sapientem ait: [*Per me Reges regnant,*] *ecce quem Dominus cunctis prætulit, sic se jub Domino & exæquando minimis, & abjecta exhibendo contemnit ; non potestas Regni ad memoriam ducitur, non jactorum oculis insaltando vitescere metuit, non se honore prælatum cæteris ante ejus arcam, qui honorem dederat, recognoscit, coram Deo egit debilia vel extrema, ut illa ex humilitate solidaret, quæ coram hominibus gesserat fortia.* S. Ambrosius in apologia 1. de David hanc quoque actionem heroicam ponderans, dicit : *Saltabat ante arcam potentissimus Regum, & cum à propria reprehenderetur uxore, quod denudatus esset, respondit : Coram Domino nudabor adhuc & ero vilior ante oculos tuos, ut honorificetur Dominus.* Porro quam Deo accepta fuerit in hac occasione exhibita humiliatio & sui ipsius contemptus, ex excellenti promissione clarè deducitur, quam Deus ipsi paulo post stipulatus fuit ; audiamus hac de re loquentem Eucherium, qui ait : *In hac historia beati Regis & Prophetæ David moraliter humilitas approbata, superbia damnata, & temeritas vindicata monstratur, quia & ipse David coram arca Domini humiliter saltando, non erubuit, nec promissionem Filij Dei ex sua stirpe nascituri sæpe promeruit & conjux, quæ eamdem illius humilitatem despexit, ejus semine fœcundari non merita, perpetuæ sterilitatis pœnam luit.* Et quidem quam sublimiter, id est, usque ad Cœlum hi ejus saltus emicuerint, S. Ambrosius considerat, dum ait : *Hæc gloriosa sapientis saltatio, quam saltavit David, & ideo usque ad sedem Christi sublimitate spiritualis saltationis ascendit, ut videret, atque audiret dicentem Dominum, Domino suo, sede à dextris meis,* Hugo Card. similiter de hac historia ita scribit : *Saltabat, id est, ad altiora se sublevabat, quia se coram Domino humiliare non erubuit, mox promissionem filij ex sua stirpe nascituri suscipere meruit.* Quòd si opposueris, inquit idem Hugo, inde videri sequi, quasi David incarnationem Filij Dei meruisset, respondeo falsum hoc esse, inquit Hugo, quia hæc omni merito superior est, tandemque dubium hoc his verbis resolvit ; *meruit, id est idoneum se exhibuit, sic etiam dicitur de B. Virgine, quod meruit portare Filium Dei, id est idoneam per humilitatis gratiam se exhibuit.* Archangelus proinde in annunciatione de filio Dei, quem paritura erat, hanc ei promissionem fecit : *Dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus, & regnabit in Domo Jacob in æternum*, hoc autem Regnum Ecclesia erat, quæ gloriosissimo Regni Davidici titulo honoratur. Ex jis igitur, quæ diximus, facilè arguere licet, quanti Deus æstimaverit, quantique in trutina ejus, quo spirituum ponderator est, ponderis fuerit, hæc Davidis virtuosa erubescentia & saltus, quibus coram arca Dei exilivit.

S. Ambr. l. 1. Ap. 1. de David c. 6. David seipsum vilificando meruit promissionem incarnationis Christi ex suo semine, S. Euch. ibid.

Ibid. v. 12.

S. Greg. l. 25. mor. c. 1. Reg. 16. v. 10.

S. Ambr. l. 4. ep. 30.

Hugo Car. in Luc. 2. Reg. c. 6.

Luc. 1. v. 32.

S. Gr. L. 1. dial. c. 1.

S. Honoratus irrisiones patienter sufferendo, mirabiliter obtinuit piscem in cibum.

2. Celebre est exemplum illud, quod S. Greg. de S. Honorato refert, qui cum esset rustici cujusdam filius in villa quadam Abrutij natus, etiamnum juvenculus, virtuti abstinentiæ mirè deditus erat ; cumque pater ejus aliquando convivium quoddam quibusdam cognatis & amicis solito lautius præparasset, & præter carnes aliud mensæ nihil intulisset, juvenis autem illas gustare nollet, *cæperunt eum parentes ejus irridere & dicere : Comede, numquid piscem in his montibus tibi allaturi sumus? Illo enim in loco pisces non videri, consueverant.* Deus igitur qui illorum, qui ex amore ipsius deridentur, defensionem sibi vendicare solet, mira sua providentia disposuit, ut aqua ipsis deficeret ; cum itaque ad illam hauriendam abirent, *& his sermonibus Honoratus irrideretur, repente in convivio aqua ad ministerium defuit.* Mira profectò res, reversus à fonte, qui illam afferre cogitaverat, dum in prandio illam ministrat, egressus est inde piscis quidam tantæ magnitudinis, qui etiam avidissimum quemvis comestorum sufficienter satiare poterat ? *mirati sunt omnes, totaque ulà parentum irrisio cessavit, & cæpere in Honorato venerari abstinentiam, quam antea deridebant ; sicque à Dei homine irrisionis detersit opprobria piscis allatus de fonte.* Ecce, quantum Deus derisiones amore ejus voluntariè toleratas liberaliter remuneret ; quod verò, vel maximè considerandum est, exinde hic juvenis solidum jecit fundamentum suæ sanctitatis, næ enim irrisiones, tam eximiæ in conspectu omnium cœlitus remuneratæ, efficax lateribus ejus calcar addiderunt, ut deinceps in via Dei expeditius amoularet, ejus quoque merita virtutis & perfectionis adeo auxerunt, ut in progressu temporis ducentorum Monachorum Abbas factus fuerit, atque in hac adeo eminenti dignitate in spiritu plurimum profecerit.

S. Dorothea à Theophilo derisa missit ipsi è paradiso poma & rosas.

3. Cum S. Dorothea ad martyrium duceretur advocatus quidam, nomine Theophilus, qui sanctam virginem dicentem audierat, quòd in loco, ad quem post mortem abitura erat, poma essent perpetua immarcessibilesque Rosæ perpetim florerent, per ludibrium ei dixit : Memineris ô Dorothea è viridario sponsi tui illa mihi mittere poma & Rosas, quas tantopere laudasti ; quæ confestim ei se id facturam esse spopondit. Cumque ad recipiendum gladij ictum genua flecteret, Angelus quidam in specie pueri coram illa apparens canistrum in manu sua tulit, in quo tria speciosissima poma & totidem Rosæ erant, cui S. Martyr dixit : Hæc ad Theophilum deportato & dicito ei, me promissionis meæ memorem, fructus & flores hosce ex pomario & horto cœlesti sponsi mei, mittere. Cumque Theophilus alijs, quid ei cum Dorothea accidisset, recenseret, & qualiter eam de pomis & Rosis sibi ab ea promittis derisisset, eò quòd tempus gelidum, quale sexto Februarij esse solet, similes fructus & flores minimè produceret, ecce apparuit coram eo Angelus Domini, qui porrecto ei canistro pomis & Rosis onusto, legationem, à S. Dorothea sibi impositam, ritè expedivit ; unde Theophilus attonitus, & compunctus falsam suam sectam detestatus, Christianum se profiteri cœpit, ac demum martyr occubuit.

S. Anna opprobria sterilitatis patientur

4. Sterilitas in Vet. Test. maledictionis loco habebatur, siquidem quilibet ad prolem promissi Messiæ aspirabat ; ac proinde duo illi sacratissimi conjuges Joachim & Anna, quia longo tempore steriles esse consipiciebantur, multis tam à populo, quàm a sacerdotibus

tienter sustinens, meruit parere B. Virginem.

Ps. 38. 8.

dotibus afficiebatur opprobrijs ; unde videor mihi in Ps. 38. preces S. Annæ quas eo tempore ad Deum fudit, ad vivum delineatas conspicere, ita enim ibi dicitur, & *nunc quæ est expectatio mea, nonne Dominus? & substantia mea apud te est* ; quod verè dicere poterat, quia omnes suas substantias apud Deum depositas habebat, siquidem facultates suas in tres partes dispertijt, quarum unam pauperibus, aliam templo, tertiam verò necessarijæ domus suæ sustentationi reservabat ; dicebat utique ulterius : *Ab omnibus iniquitatibus meis eruge me, opprobrium insipienti dedisti me, obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu fecisti, ... Exaudi orationem meam Domine & deprecationem meam* ; quibus in precibus demum exaudita fuit, quia talem nacta est partum, quo digniorem, nec cœlum, nec terra inter homines venerari potest. De his S.S. Conjugibus, S. Vincentius Ferrerius in quodam sermone ita scribit : *Viginti annis fuerunt sine prole, sed quia habebant patientiam in verecundia sibi facta a sacerdote, statim habuerunt promissionem, & obtinuerunt habere prolem.* S. Gregorius proinde meritò inquit : *Illud facit humana derisio, Deo proximum, quem ab humanis præcipitatibus vitæ innocentia servat alienum.*

Ibid. v. 9.
Ibid. v. 10.
Ibid. v. 13.

S. Vinc. Ferser. de Nat. Virg.

Ps. 115. v. 11.

5. S. Propheta David in Psalm. 115. dicit: *Ego dixi in excessu meo ; omnis homo mendax* ; quibus verbis se in spiritu raptum, & in altissimam contemplationem sublevatum esse dicit ; at verò quandonam hoc tam insigni dono honorari meruit ? ipsemet hoc ipsum declarat, dum ait : *Credidi*, quia primò nimirum exercuit fidem, & postea, generosè se mortificare, humiliare, & ludibria perpeti cœpit, ut demum aperte Deum confiteri, & de ipso loqui posset, unde subdit : *Propter quod locutus sum, ego autem humiliatus sum nimis. Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini invocabo, Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi ejus : In atriis domus Domini, in medio tui Jerusalem. Nam qui Christum confitentur*, inquit D. Chrysostomus, *magnos in hac vita, & in illa quæstus & magna lucra invenient, eumque bene mortui fuerint, & hic vivis clariores sunt, & ibi bonis ineffabilibus perfruentur.*

Ibid. v. 10.
Ibid. v. 13.
Ibid. v. 18.
Ibid. v. 19.

6. Cæsar de Bus, qui institutum doctrinæ Christianæ in Francia propagavit, cum etiamnum juvenis esset, multum sibi complacebat in vestium elegantia, exercitijsque equestribus diligentem operam navabat, nihilominus spiritualibus ; & divinis sacerdotis cujusdam exhortationibus permotus, sacramentis frequentandis assuescere cœperat ; quia tamen respectus humanos nondum vincere poterat, timens, ne monstraretur digito, & à sodalibus suis deriderentur, bonum quod faciebat, à mundi oculis abscondere satagebat. Quadam verò die Confessario suo se illum esse dixit, qui ab ejus spiritualibus conferentijs melior factus, primum spiritum receperat ; quodque in communione nullam experiretur devotionem, neque spirituales gustus desideratos. Afflicto remedium spopondit sapiens sacerdos, qui sanctissimum ad infirmum delaturus, illi jussit, ut ante sanctissimum, facem portaret, qualis in illo tempore unica tantum & ea quidem ab infimis Clericis deferri solebat. Facem itaque manibus portans coram Sanctissimo, vehementem admodum interius expertus est conflictum, nesciens, qualiter sociorum vinceret illusiones, aliorumque sibi notorum : principaliter autem dæmone suggerente, quòd foris extra Ecclesiam Generalis exercitus militaris intimus ejus amicus moraretur, ipsum certò certius visurus, diu multumque incruduit pugna, quam tandem gloriosè vicit. Vix templum egressus dictum offendit Generalem omni cinctum nobilitate, qui Luciferum curiosè contemplatus est cum universo cœtu ; servus autem Christi longè ferventior, contempto rubore constanter & laudabiliter finijt functionem. An huc fortè in spiritu respexerit Vates, quando supplicabat; *Illustra faciem tuam super servum tuum, salvum me fac in misericordia tua?* cur illas enim David à Deo interiores petit illustrationes & lumina ? quare singulariter virtutem misericordiæ implorat ? quia scilicet Deo adhærens, deridebatur ab impijs, *Domine non confundar, quoniam invocavi te, Erubescant impij, Muta fiant labia dolosa, quæ loquuntur adversus justum iniquitatem in superbia & in abusione.* Moxque immediatè prosequitur, dicens : *Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te? perfecisti eis, qui sperant te, in conspectu filiorum ho, minum, Abscondes eos in abscondito faciei tuæ, à conturbatione hominum, proteges eos ... à contradictione linguarum* ; quod totum ad literam in hoc Dei servo adimpletum fuit, quia juxta historiæ seriem ab illo die cœlestem in communione suavitatem expertus est, & quinque quidem ante mortem annis, dum sacramentum hoc suscipere sibi, quasi in cœlis degeret, videri attestatus est, atque hoc ipsum virtutum sanctissimæque vitæ ejus exitirit initium.

Cæsar de Bus, ruborem & respectus humanos vincens, meruit percipere summam suavitatem in S. Communione.

7. S. Hieronymus illa Psalmistæ verba interpretans, *Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, ... perfecisti eis, qui sperant in te* ; ita ad nostrum favorabiliter subnectit propositum : *Ac si dicas ; perfecturus eris in conspectu filiorum hominum, qui non erubescunt quod credunt.* At longè manifestius applaudit in hæc verba S. Remigius : *Hæc est illa dulcedo, quæ ab oculis impiorum abscondita est dabitur autem perfectè ijs, qui non timent confiteri Dominum, in conspectu, id est, præsentia filiorum hominum, id est, peccatorum.* Qui equidem sub infignibus Juliani Apostatæ militare vidisset, qualem putatis de eo conceptum formandum : *nulla fides, pietasque viris, qui castra sequuntur.* Nihilominus ille, (scilicet S. Martinus) visionibus, & apparitionibus proinde meritò inquit : *Illud facit humana derisio, Deo proximum, quem ab humanis præcipitatibus vitæ innocentia servat alienum.* cœlestibus, in illo eodem statu recreatus fuit, ipsumq; meruit videre Dei Filium, media amictum chlamyde, quam die præcedenti ex compassione fuerat elargitus, ut pauperis cujusdam, præ frigore tremontis, operiret nuditatem. Ast quare Majestas divina tam magnificè in lacera gloriatus est veste? *Martinus, adhuc Cathechumenus me hac veste contexit,* cur in omnium Angelicarum Hierarchiarum, totiusque paradisi conspectu? Causam ne indagatis, vestem diviserat militarem, ejusque medietatem indutus ; se totius exercitus exposuit risui, tantò magis, quantò constantius commilitones ejus, qui omnes impij erant idololatræ, dictam scissuram divulgabant ; verè equidem *animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei.* Equidem Apostolus fideles ad vestigia Christi sectanda adhortatur verbis sequentibus : *Exeamus ad eum extra castra impropterium ejus portantes* ; ast sanctus Juvenis, quantumvis Catechumenus *Martinus adhuc Catechumenus*, in medio turbæ militaris, in circuitu tot malorum, in manifesto propter actionem adeo heroicam, ab omnibus deriderì se lætatus est ; atque exinde sublimissima ejus sanctitas originem traxit : Per omnia sæcula, usque ad finem mundi, tam in Cœlis quam in terris, dicti à Deo & hominibus propter mediam chlamydem exerciti Cachinni celebrabuntur. Vestem illam nulla umquam tinea corrodere poterit, quam ipse Dei Filius ad maximam S. Martini gloriam & remunerationem excessivam, per omnem exhibebit æternitatem.

Ps. 30. 20.

S. Hier. ib.

S. Rem. ibid.

S. Martinus Cachinnos commilitonum patienter sustinuit, ad summum.

Pungentia Ludibria cum gaudio sustinens magna perfunditur dulcedine.

Ps. 30. 18. 19.

8. Sensus equidem noster admodum repugnat & contrariatur linguarum pungentium ludibrijs & illusionibus, sed longè incomparabiliter major ex illis in animam ex amore Dei se humiliantem & mortificantē redundat gustus & spiritus suavitas: *erubescant impij, ... Muta fiant labia dolosa* ; ast altera ex parte incredibilis in animam refunditur consolationis exuberantia, siquidem *quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te!* Juxta naturalistas ursi mel avidissimè fugunt, quod ut participent uberius, ad alvearia convolant, eadem auferunt, ijs se saturant, non obstante aculeorum, quos apes eo tempore infigunt, atrocitate ; ast sciendum, ipsos tam intolerabili capitis subjacere infirmitate & cruciatui, ut dictas necessarias sibi habeant apium puncturas, quæ venas aperiunt, effusoque sanguine, sanitatem impertiuntur, & indispositionem quamcumque sublevant. Ecce vobis fructum, omni dolore & pœna majorem. Ita pariter, qui exprobrationes & derisoria verba propter Christi sequelam sufferunt, sæpius equidem secundùm caput infirmantur, humanis subjacent respectibus ; Sed dicta ludibria virtuosè tolerantes solidantur, firmanturque in spiritu ; dum longè majorem interius obtinent consolationem, divinitus communicatam, quàm ante experti fuerint ruborem. *Nos insensati* profitebuntur impij isti, *vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore : Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter Sanctos sors illorum est. Sed futurum est, ut illi irrideant,* inquit S. Chrys. *tu vicissim illos deplora. Multi & Nōē ludibrio habuerunt cum arcam conderet, cæterum cum venit inundatio, eos vicissim irrisit, vel potius eos tum non irrisit vir justus, sed lachrymis & gemitibus prosecutus est : Cum eos igitur videntes videris, cogita quod, qui nunc cachinnantur, tunc plorabunt & stridorem gravissimum sustinebunt.*

Ibid. v. 20.

Exemplum ursi mel apienti, & ab apibus punctis, magno suo commodo.

Sap. 5. 4.

Ibid. v. 5.

D. Chrys. t. 1. de simul. seu iræ hom. 22.

DISCURSUS XI.

ARGUMENTUM.

Certo quodam modo, martyrij participat meritum, qui ludibria suffert ob sequelam Christi, qui in judicio erubescet illum, qui hodie eum erubuerit: exaltabit autem & honorificabit, quemcumque sibi fidelem.

THEMA.

Qui negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui in Cœlis est. Matth. 10. v. 33.

1. PRotestatur Salvator noster, se non recogniturum, imò negaturum in Cœlis coràm Patre æterno, omnem illum, à quo ipse coram hominibus negandus esset: porrò, quam negationem intendat, clarè S. Lucas attestatur, scribens: *Nam qui me erubuerit, & meos sermones, hunc filius hominis erubescet.* Ex quibus duobus textibus certa formari potest consequentia, scilicet, quòd erubescere, & verecundari in operibus bonis & sequela Christi, idem sit, quod negare Christum, dum ipse clarè in hæc verba protestatur dicens: *Qui negaverit me, & erubuerit me,* circa quæ verba ita discurrit Cajetanus: *Erubescere Christum, importat actum semper vitiosum, quoniam importat actum positivè erubescentiæ de re optima, & propterea erubescere Christum ex suo genere est peccatum mortale, posset tamen propter imperfectionem actus esse peccatum veniale.* Imò ex discursu quodam, supra Lucam per V. Bedam formato, clarè deducitur, Deum erubescentiam, amore ejus toleratam eodem cum martyrio in pretio habere. Mundani quidem homines dicunt (ita hic author discurrit) se sine rubore religionem Christianam profiteri: At verò respondeo ipsis: *Ad probationem fidei non sufficit vox professionis quam defendit à verecundia professio generalitatis.* Etenim quilibet quidem profitetur fidem, sed utinam non plurimi sint, qui solo nomine fideles & Christiani existant. Primi qui Christi sequaces fuerunt, non erubescebant facultatibus & vita privari, & pro fidei confessione sanguinem suum fundere; at verò quanta est hisce temporibus nostris hominum ab illis differentia? *Veremur sæpe à proximis despici, dedignamur injurias verbi tolerare:* Hoc sæculo nostro in medio Christianismi viventes, nullam habemus occasionem effundendi sanguinem, proque fidei, quam profitemur testimonio patiendi persecutiones: Quid igitur loco tormentorum, equuleorum, pectinum ferreorum, catastarum, aliorumque suppliciorum similium à tyrannis nobis inferendorum? quid nunc nobis superest, unde virtutis & fidelitatis nostræ specimen edere possimus? nimirum si condonemus injurias ab alijs nobis illatas, si toleremus erubescentiæ rubore quo impij nos à Deo seducere conantur: *Pacis autem tempore,* inquit author, *quia à nostris persecutiones desunt, est aliud, ubi ostendamur:* Martyres è venis suis sanguinem fundebant, nobis sufficit, ut, quando ob exercitia devotionis, & humilitatis, quibus operam damus, à malis ludibrio habemur, rubore erubescentiæ Deo sacrificemus, quo irrisiones impiorum, vultum tingunt. S. Thomas authoritatem quamdam adducit S. Gregorij in Catena, dicentis: *Quia ergo sancta Ecclesia habet aliud tempus persecutionis, atque aliud pacis, Dominus utraque tempora designavit in præceptis: Nam persecutionis tempore ponenda est anima, quod significavit, dicens: Qui perdiderit animam suam propter me, inveniet eam: Pacis autem tempore ea, quæ amplius dominari possunt, frangenda sunt desiderio terreno, quod significavit, dicens: Quid proficit homo, si lucretur universum mundum, se autem ipsum perdat & detrimentum sui faciat? nam qui me erubuerit, &c.* per. it ulterius in eodem S. Gregorij testimonio, & dicit: *Plerumque libentia cuncta despicimus, sed tamen adhuc humanæ verecundiæ usu præpedimur, ut rectitudinem, quam servamus in mente, nondum exprimere valeamus in voce.* Idem S. Gregor. in eadem homilia, postquam dixisset: *Non ergo ad probationem fidei vox sufficit professionis, quam defendit à verecundia professio generalitatis,* mox subjungit: *Et tamen ubi se quisque interroget, ut in confessione Christi se veraciter probet, si non jam nomen ejus erubescit; si plena virtute mentis humanum pudorem subdidit. Certè enim persecutionis tempore erubescere poterant fideles, subsannijs nudari, de dignitatibus ejici, verberibus affligi: Pacis autem tempore, quia hæ à nostris persecutiones desunt, est aliud, ubi ostendamur nobis.* Idem S. Doctor in suis moralibus verba illa Jobi: *Deridetur justi simplicitas,* de mundanis, qui à divinis rebus aversionem habent, inquit: *Omne quod innocenter agitur ab eis, procul dubio stultum putatur; unde bene hujusmodi delectoribus ille egregius Dei Sapiens dicit: Abominationes Ægyptiorum immolabimus Domino Deo nostro?* Etenim Ægyptij oves in abominatione habebant, quas Hebræi Deo in sacrificium offerre volebant, unde idem Sanctus hanc deducit moralitatem, dicens: *Oves Ægyptij edere dedignantur, sed quod abominantur, hoc Israëlitæ Deo offerunt, quia simplicitatem conscientiæ, quam injusti quique velut abjectam despiciunt, hanc justi in virtutis sacrificium vertunt:* Acceptissimum quippe Deo sacrificium sunt illusiones, verecundiæ rubor, & mortificationes, quas toleramus, ut non obstantibus perversorum irrisionibus, nos in servitio Dei ferventes esse probemus. Et fortè hoc est sacrificiũ illud, de quo loquitur Apostolus, ad Romanos scribens quia enim hi in principio nascentis Ecclesiæ, Christi sequelam dedignabantur, & erubescebant, ideo Romanos illos, qui jam scholæ Christi pedem intulerant, ad hoc holocaustum offerendum his verbis hortatur: *Obsecro itaque vos ... ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum;* ac prorinus subjungit: *Nolite conformari huic sæculo;* quòd idem erat ac si diceret, omnes mundi respectus pedibus vestris substernite, cujus in semetipso egregium exemplum ediderat, dum protestabatur, dicens: *si ... hominibus placerem, Christi servus non essem.*

2. Æterna veritas in tribus Evangelij locis protestationem quamdam facit, quæ ijs, qui ad sustinendas impiorum illusiones animi robur non habent, pilos in capite mirìtò erigere deberet; præter enim duo supra dicta loca S. Matthæi, & S. Lucæ, etiam apud S. Marcum, sequentem legimus terribilem commination: *Qui me confusus fuerit, & verba mea in generatione ista adultera, & peccatrice & filius hominis confundetur eum, cùm venerit in gloria Patris sui cum Angelis sanctis.* At verò: quænam est causa, quòd eos, qui illius sequelam in hac vita erubescent, eò usque confundere tardabit? Cur confusionem illorum ad novissimum usq; judicij diem differet? nimirum ut videant, quem confiteri erubuerant, Deum scilicet tantæ majestatis, tantæ gloriæ, infinitum, & omnipotentem; tunc enim *videbunt, in quem transfixerunt: videbunt, quem contempserunt,* tunc confundentur, & erubescent, quod illum contempserint, eumque cum suis sequacibus deriserint: sed serò nimis, quia tunc tempus resipiscendi non erit. D. Chrysostomus observat, Christum in hac commination majestatis suæ mentionem facere; dicit enim: *Hanc filius hominis erubescet, cum venerit in Majestate sua, & Patris & sanctorum Angelorum. Cælos nobis aperuit,* inquit S. Doctor, *terribile judicium monstravit futurum, ubi Angelici præconis tuba, athletarum coronæ prædicantur, quibus magna incentiva nobis præbentur, ad servandam faciem picturam & fidem:* Tametsi enim Christiani hominis exercitia sint, humilitas, mortificatio & contemptus sui ipsius attamen ut in his omnibus libenter, & cum gaudio se exerceat, necessium est, ut actuali fide credat, quod ad Dei honorem id præstet, quodque *servire Deo, regnare est:* & ideo Majestatis suæ mentionem facit, ne erubescamus militare sub vexillo patibuli crucis, quia tametsi in eo suspensus fuerit, non tamen ob hoc desinit esse Deus tantæ Majestatis à tota cœlesti curia circumdatus. Nescio, an aliquando observaveritis, qua occasione Christus hanc comminationem fecerit? Nimirum suos ad se sequendum, portandamque in humeris suis crucem invitaverat: *Quia oportet Filium hominis multa pati, & reprobari à Senioribus & Principibus sacerdotum, & Scribis, & occidi, dicebat ad omnes: si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me;* quia verò crux tunc probrosa erat, *Judæis scandalum, gentibus stultitia,* ideo ne quis illam erubescat, & ab illa portanda se subducat, proestatur, dicens: *Qui me erubuerit ... hunc Filius hominis erubescet, cum venerit in Majestate sua.*

3. S. Augustinus in confessionibus suis de Victorino insigni illius sæculi Oratore, ad cujus summam gloriam Senatus Romanus statuam quamdam in foro erexerat, inquit: *Non erubuit esse puer Christi tui, & infans fontis tui, subjecto collo ad humilitatis jugum;* hic enim sacram Scripturam legens, de veritatibus Evangelicis convictus remansit, ac proinde S. Simpliciano dixit: *Non palam, sed secretius & familiarius, noveris me jam esse Christianum,* nam ut paulo ante ex S. Gregorio audivimus: *humanæ verecundiæ usu præpedimur, ut rectitudinem, quam servamus in mente, nondum exprimere valeamus in voce, sed huic quidem vulneri Dominus subjungit medicamentum, dicens: qui me erubuerit, hunc Filius hominis erubescet, cum venerit in Majestate sua, &c.* Et ecce tibi casum in terminis in eo, quod Victorino accidit, nam S. Simplicianus ei dixit: *Non credam, nec deputabo te inter Christianos, nisi in Ecclesia Christi te videro, ille autem irridebat, eam, dicens: Ergone parietes faciunt Christianos? & hoc sæpe dicebat, jam se esse Christianum, & Simplicianus illud sæpe respondebat, & sæpe ab illo parietum irriso repetebatur.* S. Augustinus autem rationem adfignat, cur magnus hic vir idololatriam detestari, seque publicè Crucifixi sequacem profiteri ausus non fuerit; dicit enim; *Amicos suos verebatur offendere superbos dæmoniculis, quorum ex culmine Babyloniæ dignitatis quasi ex Cedris Libani, quas nondum contriverat Dominus, graviter ruituras, in se inimicitias arbitrabatur.* Quod putatis adhibuisse antidotum eum, qui de se ipso protestatur; *non est opus valentibus medicus, sed male habentibus,* quod inquam arbitramini ab eo adhibitum fuisse remedium ut mortalem hanc sanaret plagam? respondit S. Gregorius: *Sed posteaquam legendo, & inhiando hausit fortitatem, utique negari à Christo coram Angelis sanctis si eum timeret coram hominibus confiteri, reus que sibi magni criminis apparuit, erubescendo de sacramento humilitatis verbi tui, & non erubescendo de sacris sacrilegis superborum dæmoniorum, quæ imitator superbus acceperat, depudet vanitati, & erubuit veritati, subitoque & inopinatus ait Simpliciano; eamus in Ecclesiam, Christianus fieri volo.*

4. *Qui me negaverit, &c.* S. Hilarius à S. Thoma in Catena citatus ita præsentia interpretatur verba: *Doctrinis talibus confirmatos oportet, liberam de Deo confitendi habere constantiam;* ut appareat, quem idlum, quamque plagam cordibus eorum illa Christi protestatio, vel potius minas infixerit: *Qui erubuerit me, &c.* Deinde prosequitur S. Augustinus tusius commemorans, qualiter ad publicam Christianæ fidei à Victorino faciendam professionem, tota concurrerit Roma; *Ut ventum est ad horam profitendæ fidei,* inquit Sanctus, *quæ verbis certis conceptis, retentisque memoriter de loco eminentiori, in conspectu populi fidelis, Romæ reddi solet ab ijs, qui accessuri sunt ad gratiam tuam, oblatam esse dicebat à presbyteris, Victorino, ut secretius, redderet, sicut nonnullis, qui verecundia trepidaturi videbantur, offerri mos erat; illum autem malusse salutem suam in conspectu sanctæ multitudinis profiteri; non enim erat salus, quam docebat in Rhetorica, & tamen eam publicè professus erat; quanto minus ergo vereri debuit mansuetum gregem tuum, pronuncians verbum tuum, qui non verebatur in verbis suis turbas insanorum?* Tandemque S. in hæc verba concludit Augustinus: *Pronunciavit fidem veracem præclara fiducia.*

5. *Qui negaverit me, &c.* Angelus de Pas, in Commentarijs Evangelij S. Lucæ de Judicis supremi adventu, quando illos, qui ejus in præsenti sequelam profiteri erubescunt; confusurus erit ita ad nostrum discurrit intentum: *Spectante toto orbe, Deo præsente Angelorum exercitu adstante, & ministrante, cunctisque ad vitã revocatis & vocatis, fiet confusionis judicium adversus eum, qui modò erubescit pauperem Christum sequi & completi humilitatem;* qui tunc non in habitu servili, sed in throno apparebit Majestatis, ipsis cœli potestatibus & inferno tremendus. Quam eamdem observationem in textu supra S. Marcum hæc in verba fecit Theophylactus: *Indignum se illum judicabit, non tunc humilis, neque (sicut hic apparebat) contemptus, ita ut, quem ejus tunc pudere debeat, sed in gloria & cum comitata Angelorum.* Cui & S. Augustinus suffragatur, dum illum in hæc verba interpretatur Psalmi versiculum: *Erubescant & conturbentur omnes inimici mei, non video,* inquit, *quemadmodum venire possit nisi illo die, cum manifesta fuerint justorum præmia, & supplicia peccatorum; nam nunc usque adeo non erubescunt impij, ut nobis insultare non desinant, & pleramque tantum valent irrisionibus suis, ut infirmos homines de Christi nomine erubescere faciant;* unde dictum est: *Qui ergo me erubuerit coram hominibus, erubescam eum coram Patre meo.* Oculus in mutationem conjiciendus est scenæ illius, quando, *spectaculum factis erimus mundo, & Angelis, & hominibus;* quando illi ipsi, qui nobis insultabant, illudebantque, videntes, *turbabuntur timore horribili.* Ad quos se convertens S. Augustinus, dum eorum verba: *Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam,* considerat, discursu, usus sequenti: *Venient tempus, quando dicturi sunt illi ipsi, hi sunt, quos ali quando habuimus in derisum, dicebant ad dexteram fulgere, quam contempserunt.* Vel ut Cajetanus in Commentario super S. Marcum (*cum venerit in gloria Patris sui*) discurrit in, hæc verba, *conveniens defuit ter retributio, ut, qui verecundatur in hac vita fateri, aut imitari Christum; Christus quoque cum venerit in gloria, verecundetur habere ipsum inter suos.* Porro Albertus Magnus verbum *erubescet*, ita nostro accommodat proposito; *hoc est, modum erubescentis, habebit se ad eum, in eo quod averret facies suam ab eo, ac si non nosset eum, & ut reperiri vobeat de nuttia ejus.* Qui litem quamdam in tribunali agitat, à qua, non solùm omnis facultarum suarum subsistantia, verum etiam fama, & vita dependet, is utique quantum potest & valet, conciliare sibi studet benevolentiam & amicitiam Judicis, cujus est in ea pronunciare sententiam, non verò illum contemnit, multò minus ipsum, aut familiares ejus deridet, imò honore, & reverentia, in quavis obvia occasione, ipsum & familiares ejus prævenire satagit, qualis est igitur illa Christianorum amentia, qui non solùm Christum contemnunt, verum etiam ejus sequaces derident cum tamen tempus aliquando futurum esse sciant, in quo ipse in causa arduissima, à qua omnis felicitatis, vel pœnarum æternitas dependet, ultimatam & inappellabilem laturus est sententiam? terrere eos, qui cujusmodi sunt; meritò deberent illa authoris Imperfecti verba, dicentis: *Sitne negaveris Christum coram hominibus, denegans Christum, illi nocere non potes, si autem te negaverit Christus coram Deo, denegat qui perdere potest in igne æterno. Quis est tam infidelis, quis non desideret justitiæ suæ testem habere Christum?*

6. Valde considerabilis est hujus veracissimi Judicis promissio, dicentis: *Omnis, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cœlis est;* etenim Judex ille in throno Majestatis considens, in conspectu totius mundi, cœli, terræ, & inferni, laudabit, applaudet, & sublimabit illos, qui de ejus sequela minimè erubescentes, humilitatis, mortificationisque exercitijs omnino dediti sunt, etiam omnibus bonis suis exuti, contempti & derisi. *Si magnum est,* inquit Hug. Cardin. *esse testem Christi, quanto magis est, testem habere Christum?* Abulensis verba illa; *confitebitur eum coram Angelis Dei,* exponens authoritatem citat Eusebij dicentis: *Quid gloriosius, quàm ipsum Unigenitum Dei attestari pro nobis in Divino judicio?* dicitque per verbum illud *confitebitur*, idem significari ac si diceret, laudabit electos; eorumque celebrabit merita & virtutes; *ita decet de qualibet coram hominibus confiteri nec timuit, nec erubuit.* Observat quoque, quod dum Christus ait; quod illis, qui eum non erubuerint confiteri, in conspectu Dei & Angelorum applaudet, id honorem quemdam electorum excessivum indicet; *nam cum quis perhibet testimonium de virtute alicujus cum alijs, est illi Laus; & quantò sapientiores, est major laus, quia honorari capimus à sapientibus & potentibus, potius quàm ab alijs,* Etch. 8. *& quia nullus excellentior est, & S. S. Angelis, ostendit Christus, quod erit magna laus ejus, quem confitebitur, nec potest esse ullus major ex aliqua confessione.* Idem quoque mysterium aperit: cur Christus dixerat *coram Patre meo, quia præmium beatitudinis à sola beata Deitate datur, & non a Christo, in quantum homo est; dicitur confiteri coram Patre, ut Pater est, ut tota Deitas tribuat præmium bonitatis ei, quem Christus laudaverit,* D. Chrysost. quærit, quid damni nobis eximde eveniat, quod propter constantiam in Dei servitio ab alijs deridemur; *ecquid,* inquit, *damni, dic ex hinc nascitur vito, quod ab hominibus subsannatur, & irridetur, cum is qui finxit corda hominum, & intelligit omnia opera eorum, prædicat illum, & coronat? & quæ utilitas homini, si ipsum totus mundus admiretur, & laudet; Conditor autem omnium & Judex, qui decipi nequit, in die illo terribili condemnaturus sit.*

DISCURSUS X.

ARGUMENTUM.

Neutiquam nobis verecundandum est in humilibus Divini servitij exercitijs, siquidem etiam illa in vita præsenti, magnum nobis honorem conferunt & gloriam. *THEMA*

Luc 9. v. 25. Verecunderi in bonis operibus idem est: ac negare Christum.

Caj. in Luc. Propter Deum erubescentiam tolerare, est species martyrij.

Bed. in Luc. c. 9.

Martyres olim Deo offerebant sanguinem, nos illi offeremus rubórem erubescentiæ.

S. Th. in Luc. in Cat.

S. Greg hom. 32. in Evan.

Job. 12. v. 4. S. Greg. l. 10. mor. c. 16.

Rom. 12. v. 1.

Ibid. v. 2.

Gal. 1. v. 10.

Terribilis sententia Christi in illos, qui ipsum erubescunt.

Marc. 8. v. 38.

Cur differet illos confundere, usque ad extremum judicium.

Luc. 9. 26. D. Chrys. h. 35. in Matth.

Luc. 9. v. 22.

Luc. 9. v. 23.

2. Cor. 2. 23.

Luc. 9. v. 26.

Humana erubescentia multos retrahit à sequela Dei.

S. Greg. in Evang. Patet in Victorino, Oratore Romano.

Aug. de Pas in Luc. Christus veniens in gloria sua, erubescet illos coram Patre suo, qui illum hic erubuerunt.

Theoph. in Marc. 8.

Psalm. 6. 11. S. Aug. in Ps. 6.

1. Cor. 4. v. 9.

Sap. 5. S. Aug. in Ps. 22.

Cajet. in Marc.

Alb. Magn. in Luc.

Simile litigantis in tribunali.

Auct. Imp. ho. 27.

Matth. 10. v. 32.

Hug. Card. ibid. Christus in judicio summo honore afficiet illos, qui illum hic publicè confessi fuerint.

Abul. q. 131. in Matth.

D. Chrys. h. 23. in Gen.

THEMA.

Ut Christianus non erubescat, glorificet Deum in isto nomine, 1. Petri 4. v. 16.

Maxima dignitas est, esse Dei servum.

1. EXperientia quotidiana docet, quod, quantò potentior est Princeps ille, cui servimus, tantò magis nos ejus aulicos esse gloriemur: at quæ potest esse comparatio inter aliquem terræ Monarcham & Deum æternæ Majestatis, quem *adorant Dominationes, tremunt Potestates?* Meritò proinde S. Petrus ait: *Ut Christianus non erubescat, glorificet Deum in isto nomine*; q. d. non solùm nos Christi sequaces esse, non debemus erubescere, sed etiam in eo gloriari: *Glorificet Deum in isto nomine.* Abulensis de illa Christi protestatione, quâ comminatur, quod, qui eum erubuerit confiteri, ipse quoque illum confiteri erubescet coram Patre suo, differens, hanc statuit conclusionem: *Nulla major dignitas nobis esse potest, quàm Christianos nos esse.* Unde quando Tyrannus S. Agathæ improperabat, dicens, *nonne te pudet nobili genere natam, humilem & servilem Christianorum vitam agere?* Ipsa audacter ei respondit: *Multo præstantior est Christiana humilitas & servitus, Regum opibus & superbia.*

Abul. q. 129. in Matth.

2. Didacus Stella, magnus ille spiritualis vitæ Magister, melius ad propositum nostrum loqui non poterat, quam dum super illa verba Lucæ cap. 9. *Qui me erubuerit, hunc Filius hominis erubescet*, ita inquit; *non est ô anima! tanto Sponso tam ignobilis, quod de ignobilitate erubescas; Nobilis in portis vir ejus, cum sederit cum Senatoribus terræ, nec est deformis, quia speciosus est præ filiis hominum, candor est lucis æternæ: Et splendor gloriæ.* Verum quidem est, quod Apostolus de Religione & fide Christiana dicat, quod sit *Judæis scandalum, gentibus stultitia*; at verò idipsum eo tempore dixit, quo Reges & Imperatores, nondum Coronis suis Crucem inseruerant; nec Constantinus Magnus ad eruenda fundamenta Templi piscatoris in honorem duodecim Apostolorum duodecim cophinis, terrâ onustis, Regios suos humeros supposuerat; similiter tunc Religioni Christianæ ignominiosos illos titulos attribuit, quando Cornelius Tacitus eamdem exitialem superstitionem, Christi verò sequaces *per flagitia invisos* calumniosè appellavit: At verò postea in quantam gloriam sequela Christi etiam apud istum mundum evecta non fuit, propter quam tot Reges & Monarchæ sceptra deposuerunt, & renunciarunt Regnis, ut indubitatam hanc veritatem confirmarent, scilicet quod servire Deo, regnare est? S. Ambrosius Epistolam quamdam ad Sabinum Episcopum contra eos scripsit, qui S. Paulinum, virum nobilissimum & opulentissimum, ex eo solum capite contemnebant, quia videlicet omnia sua in eleemosynam erogando, humilitatem, paupertatem, & mundi contemptum amplexatus fuerat, ut Christo placeret; Quo in loco postquam Davidis, coram arca saltantis, adduxisset exemplum; Paulo post de Isaia dicit: *Illum non ludibriose sed gloriosissime denudatum esse in conspectu populorum occurrentium, utpote qui oracula Domini ore proprio resonabat.*

Did. St. in c. 9. Luc. De sponso animæ nostræ nobilissimo & speciosissimo nullatenus erubescendum est.

1. Cor. 1. v. 23.

S. Ambr. l. 6. ep. 36.

Crux olim ignominiosa, nunc summe gloriosa est.

3. Profectò si Crux Christi adeo hodie esset ignominiosa sicut erat in nascentis Ecclesiæ temporibus, quando Crux tam probrosa erat quam hodie furca esse possit; Christianus aliqualem eam exhorrescendi rationem habiturus esset? At verò ut S. Augustinus ait: *Quia honoraturus erat fideles suos, prius honoravit crucem, quod cum magna insultatione, persecutores Judæi Domino procurarunt, magna fiducia servi ejus, etiam Reges in fronte nunc portant.* S. Hieronymus prædictam Isaiæ obedientiam (*fecit sic vadens, nudus & discalceatus*) ponderans dicit: *Mira obedientia! Solo cilicio induebatur nobilissimus, cujus filiam, ut tradunt Hebræi, Manasses Rex accepit uxorem, non tamen erubuit nudus incedere, nihil honestius judicans, quam obedire præceptis divinis.* Qui Reges, Provincias & Regna subdita habentes, amore Dei Religiosam amplexati obedientiam se sacco induerunt, in claustra receperunt, quandonam majorem sortiti sunt gloriam & honorem, an quando sceptri continuabant dominium, an vero quando disciplinam aggressi sunt religiosam? *Nihil honestius judicans, quam obedire præceptis divinis.* Quam æstimationem, quam venerationem in seculis futuris obtinuissent S. Ludovicus Rex Franciæ, S. Hermenegildus Rex Hispaniæ S. Henricus Imperator, plurresque alij: Nisi eos, coram cœlo & terra gloriosos constituisset eminentia splendorum humilitatis, atque exinanitionis eorum. Idcoque S. Hieronymus hoc Epitaphio S. Marcellæ tumulum insignire non dubitavit, *nihil in illa laudabo, nisi quod proprium est & eo nobilius, quod opibus & nobilitate contempta, facta & pauperiate & humilitate nobilior.* Qui idem Sanctus, de vera, & unicè Spirituum ponderatori accepta: agens nobilitate, ita ad Celantiam scribit: *Apud Deum nobilitas est, clarum esse virtutibus & nescit religio Christiana personas accipere, neque conditiones hominum, sed animas suscipit singulorum, servum & nobilem de moribus pronunciat.* Cujus hanc rationem assignat Nazianzenus: *Nobilitas ex sanguine professa, corruptibilis est, vera, quæ virtute Dei conservat imaginem.* In tantum nobiles fumus in quantum nos creavit Deus, quantoque magis similitudinem Dei quis in se augere satagit, tanto amplius veræ nobilitatis capit incrementa; vitæ puritas, & bona conscientia huic imagini nos similes efficit. *In eo ad imaginem Dei es*, inquit S. Ambrosius, *si castus, & immaculata in te figura resplendeat.* Martyr quidam Romanus sub Gallieni Imperio, ex jussu Asclepididis præfecti Antiocheni, crudeliter flagellatus, huic, coram mundo oculis ignominioso supplicio, utpote solis mancipijs infligi solito, facile sese eximere potuisset, modò se nobilem Romanum profiteri non detrectasset, ad quam professionem à circumstantibus stimulatus sancta cum indignatione respondit: *Absit, ut me nobilem sanguis parentum præstet, aut lex curiæ: generosa Christi sequela nobilitat viros.*

S. Hier. ad Princip.

S. Hier. ep. 22 ad Celant.

Naz. or. 11.

S. Ambr. ser. 8. in Psa. 118.

Corn. à Lap. Gen. 6. v. 9.

4. S. Hieronymus Fabiolam Romanam nobilissimam celebraturus, se juxta artis regulas Q. Fabij meminisse debere asserit, à quo originem traxerat, nec non victorias & triumphos memorare avorum; nihilominus, inquit ille, *ego ancillam Christi, non de nobilitate veteris historiæ, sed de Ecclesiæ humilitate producam.* David in victoria contra Amalecitas obtenta, *tulit coronam Aicelohem de capite ejus, & invenit in ea auri pondo talentum & pretiosissimas gemmas, fecitque sibi inde diadema*; non abjecit coronam, sed eam refundi fecit, ut capiti proportionata & minorata deserviret: Ita pariter Christus cum sequacibus suis in victoria, à mundo reportata, operatus est; *confidite*, ait, *ego vici mundum.* Pedibus substravit, conculcavitque gloriam mundanam, *sustinuit crucem mundi confusione contempta; ignobilia Deus, & contemptibilia elegit, & ea quæ non sunt, ut ea, quæ sunt, destrueret*; non tamen ideo gloriam & honorem destruxit totaliter, sed ait: *qui gloriatur, in Domino glorietur.* Vetuit, servos suos gloriam & honorem quærere, in æstimatione, & exaltatione mundana, in honoribus, applausibus, & dignitatibus humanis, quin potius in humilitate & mortificatione propria; ideoque primo ejus discipuli, *ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati*; Ex qua honorem & dignitatem in nos redundare voluit, quoniam *si exprobramini in nomine Christi, beati eritis, quoniã quod est honoris gloriæ & virtutis Dei, ... super vos requiescit.* Stultus equidem mundus opprobrij reputat, quod honoris est, quia scilicet *animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus*, ideoque illudit; verumtamen ut Hugo Cardin. ait: *Subsannatio fit per abominationem fœditatis, vel propter indignationem vilitatis.* Pariter Albertus Magnus ad idem intentum, quamdam S. Joannis Damasceni citat sententiam, dicentis: *Verecundia est timor, vel fuga de turpi actu, confiteri autem Christum honestum, & non turpe;* Mundus humilitatis & mortificationis actus in Christi obsequium exercitos irridet, sed inspiens est: Cur igitur ei fidem adhibebimus: Igiturne Deo in infimis servire ministerijs ignominia, & non potius summa gloria erit? Veritatem discamus à muliere, à sancta inquam Secunda in cujus lectionibus matutinalibus verba leguntur sequentia: *Rusinam primum virgis cædi jubet, in cujus verberibus Secunda Judicem sic interpellat; quid est, quod sororem meam honore, me afficis ignominia? jube, ambas simul cædi.* Ecce vobis animarum illuminatarum de mundi opprobrijs judicium, flagella enim, ut diximus, solis infligebantur mancipijs, quæ Christi sequaces summo sibi honore ducebant, amore Dei tolerata.

Voluit Christus servos suos honorem quærere in humilitate & abjectione.

S. Hier. ep. 30.

1. Par. 20. 2.

Joan. 16. v. 33.

Heb. 12. v. 2.

1. Cor. 1. v. 31.

Act. 5. v. 41.

1. Pet. 4. 14.

Hug. C. in 1. Prov.

Alb. M. in Luc. 9.

5. S. Ambrosius, in prima de Davide Apologia, quando Rex, contemptis Michol ludibrijs, coram arca saltavit, ita eumdem introducit loquentem: *Ut honorificetur Dominus, ero nugax ante oculos tuos, docens contemtum regalis potentiæ non habendam, ubi religioni exhibetur obsequium.* Id quod idem Sanctus alio in loco in sensu non dissimili confirmat, inquiens: *totum decet quidquid defertur Religioni, ut nullum obsequium, quod proficiat ad cultum & observantiam Christi erubescamus.* Abulensis de generosa hac Davidis actione, ita scribit: *Populus non scandalizabatur in illo, sed magis putabat eum dignum honore, quia coram Deo se humiliabat.*

David non erubuit saltare ante arcã. S. Ambr. 1. Apol. 1. David. L. 3. de pœn. 2. c. 6.

Abul. 2. Reg. 6. q. 19. ib. q. 24.

Idem q. 25.

bat. Idem quoque in alia quadam quæstione per os Davidis loquens ait: *apparebo gloriosior, scil. in oculis Dei, sed quia tunc Deus magis me reputabit, quam si indutus regalibus insignijs superbiem.* In sequenti autem quæstione Reginam eum deridendo, grave peccatum commisisse probat, dicens: *Quia non consideravit causam, pro qua hoc faciebat David, quia scilicet propter Deum; ex quo sequebatur, quod non vilesceret David ex hoc, redarguebat eum pro honore, quem Deo impendebat.*

Sen. ep. 123. Aliorum exempla ad Virtutem nos provocant.

6. Seneca moralis Philosophus plurimorum deregit errorem, qui se plurium malo exemplo seduci finunt; dicit enim: *Inter causas malorum nostrorum est, quod vivimus ad exempla, nec ratione componimur, sed consuetudine abducimur.* Etenim si videres multos eximios nobiles sese in aliquo humilitatis exercitio, unitim mortificantes, utique illis se unusquisque sine rubore facile adfloccituras esset: Sed quærnam est causa, quod, licet sciamus eumdem actum opus esse virtutis, dum solitarie à nobis exercetur, nihilominus erubescamus illum, nisi præcedat exemplum aliorum? ad hoc aliud responderi nequit, quàm quod ex Seneca paulo ante adduximus, scilicet, *inter causas malorum nostrorum est, quod vivimus ad exempla, nec ratione componimur, sed consuetudine abducimur:* Utique si nobiles unanimo studio in aliquod humilitatis exercitium incumbere videremus, quisque nostrum depositio rubore, se ijs adjungeret socium; cur igitur, cum eumdem actum opus esse virtutis sciamus, ipsum non aggredimur, licet exemplum in alijs non præcesserit? Aliud certè quam Senecæ responsum dari nequit. Damnabilis porro aliquorum est respectus, qui cum alijs eadem frequentare detrectant exercitia spiritualia, quia scilicet gradu, & natalitijs inferiores existunt, contra quos hunc in modum discurrit S. Hieronymus; *Elegit Deus ignobilia, & contemptibilia mundi, ut potentes ac nobiles ad humilitatem facilius adduceret; nam & alias frustra sibi aliquis de nobilitate generis applaudit, cum universi paris honoris, & ejusdem apud Deum pretij sint, qui uno Christi sanguine sunt redempti, nec interest, quâ quis conditione natus sit, cum omnes in Christo æqualiter nascamur.*

Damnabilis aliquorum respectus qui vilia respuunt & eo quod à Vilibus exerceantur.

S. Hier. ad Cel. l. 2. ep. 29.

Suv. 11. Maij. Exemplum divitis, sed superbi sacerdotis.

7. Dives quidam nobilisque, sed superbus sacerdos, ut in vita S. Dustani Surius tradit, paralyticus, multos inaudierat ad Sancti hujus sepulchrum pristinam recuperasse sanitatem, sed solos illuc concurrere pauperes: Quorum proinde societatem fastidiens, sanari distulit, donec tandem à violentia mali ferè oppressus, sepulchrum dicti adijt Sancti: Ubi veluti per manum invisibilem, nervos dissolutos sibi ligari advertit: sanus itaque redux in medio itinere varias inter Sancti laudes narrari adijt, eum tam nobilibus, quàm populariibus clementer patrocinari: inflatus itaque se ut nobilem sanatum asseruit: Moxque mirabile dictu, pristinum paralysis redijt malum, totiusque corporis iterum dissolvi cœpere nervi. Digna certe tanto fastu pœna, quapropter S. Hieronymus ad Demetriadem scribens, veraciter docet: *Ille clarus, ille sublimis, ille sit nobilis, ille tunc integram nobilitatem suam se servare putet, si dedignetur servire vitijs, atque ab eis superari*; Imo ipsemet Philo Hebræus in libro, cui titulus, *quod omnis probus liber:* Doctè evincit opera servilia deinere esse talia, quoties in nobilem ordinantur finem: eoq; sine exemplum adducit militiæ, in qua magni Stemmatis heroes, cum vili & abjecta degunt gente, & sicut reliqui aquam asportant & terram, pro implendis follis, & fabricandis aggeribus: absque eo, quod ulla hujusmodi actio in illorum cedat ignominiam: *Quia publicæ functiones non sunt servitutis indicium*; illi autem propter publicam laborant militantque salutem. Multò minus Christianus, quoties de obedientia, obsequio & cultus Divini honore, & negotio salutis animæ gravissima actio est, indignari aut erubescere debet exercitia humilitatis & mortificationis.

S. Hier. ad Demetr. Omnia servitia desinunt esse vilia, si in nobilem finem ordinentur.

Abul. q. 131. in c. 10. v. 32 Matth. 2. Reg. 2. v. 30. Quia sancti Dei seipsos vilificarunt, hinc honorantur à Regibus & primatibus.

8. Abulensis ista Christi confiderans verba: *Qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo*, hanc cur Christus æterni Patris meminerit, rationem assignat: *Ut Pater, id est, ut tota Deitas tribuat præmium bonitatis ei, quem Christus laudaverit.* [*Quicumque glorificaverit me*, inquit Deus *glorificabo eum.*] Quis sanctus erat Franciscus Assistensis, nisi filius mercatoris: Quis S. Franciscus de Paula, nisi humili casâ natus? Si uterque ad maximas pertigisset mundi dignitates, numquid Reges & Monarchæ eorum reveriti fuissent pedes? Quis Rex alteri Regi, quantumcumque potenti, se inclinat, genuque flectit? nihilominus Ludovicus XI. Galliarum Rex, coram omnibus Regni sui Primatibus, pedibus humiliter advolutus fuit S. Francisci de Paula. Cui abundè Nazianzenus faver proposito, dum ita de suo discurrit fratre: *Gloriæ cupiditate ductus, in autam se contulit, non ille sane non admodum gratum nobis factens, quoniam inter postremos haberi apud Deum, sæcularia & subtilius est, quam apud terrenum Imperatorem primas sedes ferre.* Ita verus ei servus pedibus suis advolutus miratur Principes in veneratione. Quare S. Bernardus in quadam Epistola parentes, ut Filios suos Religioni voluntarie consecrent, ita adhortatur: *Si Filium vestrum Deus facit & suum, quid vos perditis? aut ipse quid perdit? fit de divite ditior, de nobili generosior, clarior de illustri.*

S. Greg. Naz. or. 10.

S. Bern. ep. 110.

9. Servus Dei Joannes Baptista de Fuligno, humili ortus stirpe, vilem præferebat professionem, sed merita ejus, virtus & perfectio tantam illi conciliaverant famam, ut maximi fieret etiam sæcularis à Cardinalibus. S. quidem Carolus Borromæus, nobili progenie oriundus, nec non ratione dignitatis in maxima apud omnes veneratione erat, nequaquam tamen illi principes alij cedendum duxissent, nisi ad hoc ab eminenti ejus Sanctitate fuissent inducti. Dux Sabaudiæ cum Filijs suis coram universa aula sua flexis genibus sæpe sæpius plurima cum instantia à Sancto benedictionem petijt. Itidem S. Antonium magnum, teste S. Athanasio Patriarcha Alexandrino, qui vitam ejus conscripsit, *hominem penè alio orbe celatum, & inter tantas positum solitudines, Africæ, Hispaniæ, Galliæ, Italiæ, Illyrico, ipsi etiam, quæ urbium caput est, Romæ demonstravit*; cujus literarum commercio mutuo Constantinus Magnus Imperator gloriatus est: Quos simulque maximos honores effatus S. Athanasius, tandem laceræ ejus vestis dona glorians, concludit: *Creatoris est ista benignitas, qui famulos suos licet nolentes, nobilitare consuevit*; Pammachius, senatorum quondam nobilissimus primis excultus Romanis honoribus, tandem Religiosam paupertatem amplexatus est monachus, prout in hæc verba de laudibus ejus scribens attestatur S. Hieronymus. *Antequam Christo totâ mente serviret, novus erat in Senatu, at nunc omnes Christi Ecclesiæ Pammachium loquuntur, nivatur orbis pauperem, quem hucusque Divitem nesciebat. Plus accipimus, quam dedimus, parva dimisimus, & grandia possidemus.*

Varia hujus sanctorum Variorum exempla.

S. Hier. ep. sup. obitu Paulinæ.

DISCURSUS XI.

ARGUMENTUM.

De gravitate peccati, quod admittit ille, quisquis alium deridet propter virtutem, cui insistendum est, neglectis ludibrijs.

THEMA.

Erat peccatum puerorum grande nimis coram Domino, quia retrahebant homines à sacrificio Domini. 1. Reg. 2. v. 17.

Gravitas peccati filiorum Heli, erat homines retrahere à sacrificio Domini.

S. Greg. ibid.

1. Reg. 2. 12.

1. PRopheta Samuel de filijs Heli summi Pontificis, qui carnes offerentium, sacrificijs destinatas rapiebant, agens, enormes illos, & flagitiosos nuncupat fures: *Erat peccatum grande nimis coram Domino*; cujus hanc assignat rationem. *Quia retrahebant homines à sacrificio* ubi S. Gregorius ait: *Grande nimis peccatum esse cognoscitur, quod pœnitentiæ lachrymis non deletur.* Illos porro textus sacer infamibus his adficit epithetis. *Porro filij Heli, filij Belial, nescientes Dominum*, id est, Atheistæ. Difficilis equidem est intellectu, dicta S. Gregorij propositio, tam enorme siquidem videtur fuisse peccatum, juxta S. hunc Doctorem, ut nullo planctu, nullaque verâ contritione aboleri potuerit. Ast nihilominus S. voluit inferre Pontifex, quod, quamvis de possibili dictum possit expiari peccatum, rarò nihilominus, & quasi numquam hujusmodi transgressores reducantur ad pœnitentiam. Propterea Deus ille, de quo scriptum est (*ego Domius & non mutor; Cœlo & terra transibunt, verba autem mea non transibunt*;) contra hujusmodi sacrilegos clarè protestatur: *Ego quoque in meritis vestris irridebo & subsannabo.* Vos me, meoque divino servitio intentos illusistis: Illos irrisionibus vestris à sequela mea abducere conati; ego quoque in ultimo agone vestro vos illudam. Nunc igitur ex his argumentum statuamus in forma, certam inde deducturi consequentiam: *Grande nimis peccatum esse cognoscitur.* Si Spiritus sanctus, Spiritus ille veritatis, inexplicabile peccatum esse asserit filiorum Heli, quia ovium, gamorum,

Malach. 3. 6. Matth. 23. 35. Prov. 1. 26.

Multo gravius peccatum est retrahere alios à servitio Dei.

norum, taurorum, aliorumque similium animalium, per legem antiquam sacrificiis deputatorum carnes furabantur, quantò detestabilius peccatum erit eorum qui animas furantur, pretiosissimo Christo sanguine redemptas, pro quibus Dei Filius seipsum in sacrificio cruento, in ara Crucis obtulit Patri æterno, hodieque per dies singulos in sacrificio incruento se offert altaris? animam à mensa Dei abstrahere, & ad mensam inimici traducere, peccatum est gravissimum & irremissibile; Abelis sanguis contra fratrem clamabat; à quo Martyrij Laureolam acceperat; quanto igitur magis sanguis vociferabitur Redemptoris contra eos, qui ipsum conculcant, animas inæstimabili pœnosæ Passionis pretio redemptas furantes: Quem excessum peccati filiorum Heli plenius exprimunt illi, qui prò *extrahebant homines à sacrificio*, legendum censent; *eruebant oculos Majestati Divinæ*, & subtiliter equidem, siquidem servi Dei veluti oculi Divini

Zach.2.v.8. pupilla reputantur apud Deum: *qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei.* Atque adeo, qui derisionibus, actibusque suis bonos à sequela Dei abstrahunt & seducunt, nobilissimam maximeque sensitivam offendunt partem, scilicet oculum: *eruebant oculos &c.* Certissimum est; sacrificium maxime Deo gratum, salutem esse animarum, quandoquidem omnes Hierarchiæ cœlestes insolitæ edent lætitiæ signa, propter unius, ad pœnitentiam inductæ, animæ conversionem, dicente

Gratissimum Deo sacrificium procuratio salutis animarum.

Luca 15.10. Salvatore: *gaudium erit coram Angelis Dei super uno peccatore pœnitentiam agente.* Eritne igitur ullus periculis Christianus (ne dicam Mahometanus, Hebræus aut paganus) adeo impudens, qui animam salutis suæ studiosam seducere, & à veræ devotionis fervore abducere, ipsumque Cœlum, & Sanctissimam Trinitatem tanto gaudio privare præsumet, Advocatus, Procurator, Solicitator & causidicus Satanæ? profecto sicut Christiani nomine indignus foret, qui mancipijs Christianis servituti exemptis atque liberatis, ut vincula repeterent, persuaderet? ita quoque ne umbram quidem Christiani hominis præ se ferre censendus est, qui suis aut irrisionibus, aut similibus alijs artificijs animas à Deo aversas iterum dæmoniacæ implicant servituti; *quasi non satis eum per se tentet Diabolus*, inquit S. Bernardus de quodam, Religionis novitium seducente, *nisi tu javeris illum, homo Christianus, Dux ejus & notus ejus.*

S. Bern.

2. Notatu digna occurrunt in præsenti illa Sapientis verba: *impias cum in profundum venerit peccatorum, contemnit.* Ecce vobis flagitiosissimi cujusque indicium; quando scilicet contemnit, rideque proximum, divino intentum servitio; ideoq; dicitur, *erat peccatum ... grande*

Prov.18.3.

nimis, ... quia retrahebat à hominibus sacrificio Domini. Observastisne, quale Regius Vates Psalterio suo præfixerit caput; *sedens in Cathedra sapientissimus.* Primus equidem quem hac in materia attigit, maximi est punctus momenti; *beatus vir, qui non abijt in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in Cathedra pestilentiæ non sedit.* Illos enim reputat Beatos, qui à malis socijs & ab ijs, qui in Cathedra pestilentiæ sedent, ijs scilicet, qui alios derisionibus suis à Deo abducunt, se vinci minimè sinunt, ideoque S. Hieronymus pro *impiorum*, legendum putat: *derisorum*, vel ut Cajetanus explicat, *in sede derisorum non sedit: appellatione derisorum intelligo eos, qui ex intentione vel opere, irrident bona opera bene operantes:* juxta illum Sapientiæ textum:

Sap. 5. 3. [*hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum & in similitudinem improperij:*] *& quia derisores*, prosequitur ille, *desperiendo & in risum seu lusum ducendo ea, quæ sunt divinæ gratiæ, reputant humanum genus parte infidelitatis & aversionis à bono, ideo meritò sedes derisorum, appellata est ab effectu, Cathedra pestilentiæ.* Ubi vulgata nostra legit: *parata sunt derisoribus judicia*: Symmachus vertit *pestilentibus judicia.* Cujus pariter peccati gravitatem Dionysius Carth. ibidem considerans, ait: *Qui alijs consulit, causa & princeps est omnium malorum, quæ ex suo consilio fiunt.* Derisores autem, & illusores, homini nobili & honorato infligunt ictum, per respectus humanos à via recta seducentes, quàm quicunque dissuasores, ideoque dicitur; *verba subsurronis quasi simplicia, & ipsa pervenient ad intima ventris.* Unde & S. Thomas irrefragabiliter statuit: *gravissimum est irridere ea, quæ sunt Dei: justorum derisio gravis est, quia honor est virtutis præmium, & contra hoc dicitur Job 12.* [*deridetur justi simplicitas,*] *quæ quidem derisio valde nociva est, quia per hoc homines à bene agendo impediuntur, secundum illud Gregorij: qui in aliorum actibus exoriri bona respiciunt, mox ea manu pestiferæ exprobrationis evellunt.* Cui & S. Bernardus subscribit, inquiens: *Horrendum penitus sacrilegium, quod est ipsorum, videtur excedere facinus, qui Domino majestatis manus sacrilegas injecerunt:* Sed cur obsecro ipsis redemptoris carnificibus execrabiliores asseruntur? illi innocentem nescientes spargere sanguinem: *si cognovissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent:* Hi autem Christiani cum sint, in seipsis, inque animabus, per suas irrisiones seductis, sanguinem conculcant Christi: *non tibi videtur graviorem ab eo sustinere persecutionem, qui suggestione maligna, exemplo pernitioso avertit ab eo animas, quas redemit, quàm à Judæo, qui sanguinem illum fudit.*

Prov.19. v.29.

Dion.Cart. in Psalm. 1.

Prov. 26. v.22.

S. Th. 2.2.q. 75. art. 2.

Job. 12. 4.

Gravissimum est illa irridere, quæ sunt Dei.

1.Reg. 2. 17.

2.Reg. 23. 8.

Psal. 1. v.1.

Irrisores bonorum sedent in Cathedra pestilentiæ.

Sap. 5. 3.

S. Bern. serm. de convers. S. Pauli.

1.Cor. 2. 8.

S. Aug. in Psal 6.

Gravissimum peccatum est irridere timentes Deum.

3. S. Augustinus mysterioso quodam utitur verbo, ut gravitatem ponderet peccati illius; quod est deridere timentes Deum, dum hujusmodi detractionem appellat sacrilegam, utpote rapinam, ipsi illatam sanctuario Dei, *jam verò quisquis sublimia illa præcepta implere voluerit, ut dispergat, det pauperibus, quo justitia ejus manet in æternum, omnibus suis rebus terrenis venditis, & indigentibus erogatis, Christum sequi voluerit, incidit in sacrilegam ipsorum dicacitatem, & ab eis, qui sanari nolunt, vocatur insanus.* Quot equidem illusio à timore Dei abstraxit? *Et sæpe ne hoc vocetur à desperatis hominibus, trepidat facere, & differt quod omnium fidelissimus & potentissimus Medicus imperavit. Nunc ergo isti possint erubescere, quibus, ne nos erubescamus optandum est, & à proposito itinere revocemur vel impediamur, vel retardemur, sed venit tempus, ut illi erubescant dicentes; hi sunt, quos aliquando &c.* quo titulo derisores afficit Sapiens? *ne amuleris hominem injustum, nec imiteris vias ejus, quia abominatio Domini est omnis illusor.* Ubi Cornelius à Lapide ly *illusor* ita explicat; *qui per devia transversus agitur qui à recta via deviat.* Chaldæus autem vertit *abominabilis est coram Deo omnis iniquitas*; quasi cujuscum que iniquitatis centrum foret ille, qui Christianis operibus vacantem illudit. Porrò derisoris finis est sequelam Christi & virtutis infamem, vituperosam, ignominiosamque efficere, ideoque homo falsâ delusus apprehensione, ne inhonoretur, seducitur; dicente Damiano, per S. Thomam citato: *Erubescentia dehonorationis timor.* Vel ut Belluacensis resolvit: *Sicut aliquis convitiando, intendit honorem convitiati deprimere, & detrahendo famam diminuere, ita etiam deridendo intendit aliquis derisor verecundiam seu erubescentiam generare.* Unicus enim timoratos illudentium finis est, illos pudore afficere & confundere propter devotionis, quibus se implicant, exercitia, tamquam si hæc ignominiosa forent; nonne hæc astuti infernalis serpentis zizania? nonne Lutheri & Calvini dogma? si S. Bonaventuræ obsecundaverimus, impiorum facilè sinistra contemnemus judicia, qui suam ipsi confusionem profitebuntur, dicentes: *Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam & vitam illorum sine honore*; quo fine exemplum adducit Davidis, inquiens: *unde David ab Achis reputatus est insanus, sic est Christus, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes; Item: dæmonium habet, & insanit. Sic nuncius Elisæi: Quid venit insanus iste ad te scito de Israël stultum prophetam & insanum virum spiritualem.* Tandemque concludit Seraphicus, quod ad censorem vitæ nostræ attendere oporteat: *insanum, secundum judicium mundanorum.*

S. Bon. in Sap. 5.

4. Salvator Apostolos suos, qui mundi opprobriorum, ludibriorumque, maximè in fidei nostræ principijs, propter opprobrosam Crucis arborem scopus futuri erant; ita legitur allocutus, teste S. Joanne: *si de mundo fuissetis, mundus, quod suum erat, diligeret, quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea vos odit mundus.* Quæ verba Dionysius Carth. sequenti dilatat Commentario: *Christus loquitur de hominibus prorsus mundanis, in quibus ratio penitus excæcatur & induratur voluntas in tantum, ut oderint, quidquid religiosum aspexerint:* Ecce vobis impiorum genium, propter Divina nos illudentium, qui propterea contemnendi sunt.

Joan. 15. v.19.

Dion.C. ib.

5. *Qui me erubuerit, hunc Filius hominis erubescet*, seriosissimè minatur Christus, quæ verba Didacus Stella interpretans ait: *Hodie apud multos Christianos, vivere Christiane, dedecus est; mira insania: ipsi pagani fidem Christianam honorabilem reputant, multi verò Christiani opprobrium.* Verissimum certè esse attestatur experientia, quod S. Gregorius tradit, inquiens, *sit plerumq; ut ipsa hujus mundi prosperitas, quæ ab impijs inhianter appetitur, eorum gressus ita obligat, ut etiam, cum ad bona opera voluerint redire, vix possint.* Multi à mundi lusibus oppressi, interiusque illustrati, periculum equidem agnoscunt, in quo eorum versatur anima, & æternæ salutis

Did. St. in c. 9. Luc. Cavendum ne propter exiguum rubborem stupeamus hominibus placere.

S. Greg. l. 14. mor. c. 5.

Sap. 5. v. 7. lutis discrimen, *lassati sunt in via iniquitatis*; rectam calcare iterum optarent virtutis viam; sed quo retardantur obstaculo? *recta agere non valent, cum hujus mundi amatoribus displicere timent*, sed quis tandem horum infelicium finis? dum exilem in vita hac tolerare detrectant ruborem, ad æternam se præparant confusionem, dicente Propheta Jobo; *qui timet pudorem,*

Et per hoc se præparent ad æternam confusionem.

Job. 6. v. 16. *veniet super eum nix*, & Jeremia de eodem hominum

Jer. 20. v. 11. genere protestante: *confundentur vehementer quia non intellexerunt opprobrium sempiternum, quod numquam delebitur:* Magdalena, Castelli Magdalici domina, nobilissimæ filia prosapiæ, in annis juvenilibus rarâ pollens venustate, libertati indulgebat, delicijs, voluptatibus, mundique respectibus addictissima: qualiter itaque fusis crinibus, abjecta, humilis & plangens illius pedibus advolvi non erubuit, pedibus inquam ejus, qui in Jerusalem à nobilioribus & principalioribus deridebatur, digitoque demonstrabatur? *numquid ex principibus aliquis credidit in eum?* respondit S. Chrysologus:

Joan. 7. v. 48.

D. Chrys. ser. 93.

venit Deo satisfacturа, non homini placitura.

Dion. Cart. Thesaurarius Reginæ Candacis non erubuit denudari coram suis, ut baptizaretur.

6. Dionysius Carth. Reginæ Candacis thesaurarium considerans, dum optimam baptismi, per S. Philippum Diaconum collati, conditionem negligere detrectavit, ostendit, eum coram universo comitatu suo, quantumvis numeroso, non erubuisse corporis nudationem, ut lavaretur, præsertim cum verisimile sit, quod circumstantes eum interius irriderent, cum *animalis homo non percipiat ea, quæ sunt spiritus. Eunuchus magnam familiam habuit, nec tamen coram illis se nudari, aut lavari erubuit, dum coram Deo, de propriis verecundabatur peccatis.* Eidem favet sententiæ S. Chrysostomus, inquiens: *semper contra virtutem insanit malitia, atqui non solum illi nocet, sed & infestando fortiorem reddit*, juxta illum Proverbiorum textum: *Da sapienti occasionem, & addetur ei sapientia.* S. Carolus Borromæus, dum adhuc juvenilibus degeret in annis, patre mortuo, à quodam suo cognato, solitudinis & castitatis ejus impatiente, atque pertæso, ad mundi cursum flectandum invitabatur, qui proinde occasionem nactus in cellam ejus, pulcherrimam introduxit puellam, quâ conspecta pudicus juvenis adeo exhorruit, ut subitò veluti serpentem, eam declinarit, *quasi à facie colubri fuge peccata.* Pusillanimitatem adolescentis pessimus illusit suggestor, multa in eum contorquens vilipendii verba, virtutemque ejus adscripsit negligentiæ, sed constantissimus juvenilis animus, plus timorem Dei, quàm vana & fallacia venerans hominum mundanorum dicta, perstitit imperterritus; quos similesque improbos dæmonis satellites S. Bernard, perstringens, exclamat,

D. Chrysf. h. 13. in Gen.

Prov. 9. 9.

Giussani l. 1. c. 3.

S. Carolus Borromæus irrisiones contempsit ut castitatem tueretur.

Eccli. 21. v. 2.

S. Bern. ep. 111. Differentiâ inter confusionem fatuam & laudabilem.

prò furor, si vos contemnitis mortem vestram, cur etiam appetitis meam? si, inquam, negligitis salutem vestram, quid juvat etiam prosequi meam? salutiferum itaque sequamur, quod nobis in hæc verba in præsenti exhibet consilium S. Gregorius: *sicut verecundia laudabilis est in malo, ita reprehensibilis est in bono; erubescere enim malum sapientiæ est, bonum verò erubescere fatuitatis.* Unde & Ecclesiasticus ait: *confusio adducens peccatum*; in cujus textus explicatione Carthusianus, quæ mala & vituperosa erubescentia sit, explanat dicens: *qua quis ex timore patiendi inhonorationem ab hominibus relinquit actum virtutis; quæ erubescentia est mala in se, & malorum origo vitiorum*, cujus ni fallor meminit S. Bernardus, dum in quadam epist. ait: *O verecundia expers rationis, inimica salutis, totius ignara honoris & honestatis. Hæc planè illa, quam Sapiens loquitur, confusio adducens peccatum.*

S. Greg. in Ezech. l. 1. h. 10.

Eccli. 4. 25.

Dion. Cart. Ibid.

S. Bern. ep. 885.

DISCURSUS XII.
ARGUMENTUM.

De varijs supplicijs, quæ Deus inflixit ijs, quotquot irrisionibus suis ejus sequaces oppugnaverunt.

THEMA.

Ipse deludet illusores, Prov. 3. ℣. 34.

S. Th. 2. 2. q. 75. art. 2.

1. DEus noster, amore sui derisorum, maleque affectorum protector & tutor, ipsos irrisores sese irrisurum spondet per Sapientem, dicens: *Ipse deludet illusores.* Quem textum S. Thomas interpretans, ita ad nostrum scribit intentum: *deridere Dei, est æternaliter punire pro peccato mortali.* Lyranus pariter ait: *id est, eos de ipsos ostendit manifestè puniendos*, Dionysius autem Carthusiad illas Dei minas se reflectens (*ego quoque in meritu vestro videbo*) eamdem promovet veritatem, dicens: *In quorum interitu videt, & cum delitas incurrerint pœnas, eos sic damnat; Permittet, Mansi Bibliothecæ Moralis tom. II.*

Lyran. ib.

Prov. 1. 26.

Dion. Cart.

Illusores gravissime punitur à Deo.

eos à dæmonibus decipi; laqueosque incidere, quos alijs parant, & in die judicij eorumdem ostendet vos delusos; in cujus confirmationem illud adducit Isaiæ monitum; *nolite illudere, ne forte constringantur vincula vestra.* Quam hominum colluvies pariter indigitabat ille, qui dicebat: *qui habitat in cœlis, irridebit eos, & Dominus subsannabit eos.* In quo autem dicta contra impios & dissolutos consistit irrisio Dei? *tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos*; mox-

Isaiæ 28. v. 22.

Psal. 2. 4.

Ibid. v. 5.

que sequitur Dei causam justificaturus, propterea, dicens: *ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, prædicans præceptum ejus Dominus dixit ad me; Filius meus es tu, ego hodie genui te, Postula à me, &c.* Deinde sequaces Dei ita exhortatur; *servite Domino in timore, & exultabitis cum timore. Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus & pereatis.* q. d. ne erubescatis ejus insistere vestigijs, qui Filius Dei est, & Rex ille, qui in fœmore suo scriptum circumfert: *Rex Regum, & Dominus Dominantium*; qui severissime puniet delusores suos, & omnes erubescentes eum:

Ibid. v. 6.

Ibid. v. 7.

Ibid. v. 8.

Ibid. v. 11.

Ibid. v. 12.

2. S. Gregorius, ab Hugone Cardin. citatus, illum interpretans Jobi textum: *& non de pœnis innocentium rideat*; ita dictum interpretatur versiculum; *videre Dei est humanæ afflictioni nolle misereri.* Id quod meritò formident delusores, quibus gravissimum intentat supplicium Psalmista, dicens: *erubescant impij, & deducantur in infernum, muta fiant labia dolosa, quæ loquuntur adversùs justum iniquitatem.* Circa quæ verba S. Augustinus intentus, labia irridentium in vita præsenti neutiquam occludenda resolvit, dicens: *quando efficientur muta labia ista? in hoc sæculo? numquam. Quotidie clamant contra Christianos maximè utiles, quotidiè latrant, non muta nunc efficiuntur labia istorum, sed quando? quando tradituri eos ex adverso iniquitates eorum, sicut dicitur in libro Sapientiæ: Tunc stabunt justi in magna constantia adversùs eos, qui se angustiaverunt, & abstulerunt labores eorum, videntes, turbabuntur timore horribili.* Ubi Dionysius Carth. verbum *stabunt* singulariter discutiens, ait: *stabunt ad dextram judicis elevati in aëre, in immobili securitate, ac insuperabili fortitudine*; ast numquid in die illo solidissimæ trement firmamenti columnæ? *virtutes cœlorum movebuntur; ... Et si justus vix salvabitur.* Minimè equidem, illi namque qui in hac vita scopus exiterant ludibriorum, & illusionum, propter Judicis Christi sequelam, tunc singularem obtinebunt remunerationem, tunc *stabunt in magna constantia*; ast tanto magis formidabilis illorum sors accidet, qui hic electos eluserunt: *turbabuntur timore horribili... præ angustia Spiritus juxta gementes, & dicentes: hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum; turbabuntur horribiliter*, inquit Carthusianus, *ex magnifica apparitione, & inspectione justorum, quos pro nihilo reputaverunt, & angustiaverunt.* Quem autem illorum esse putatis verborum sensum, *abstulerunt labores eorum?* respondet S. Bonaventura: *labores spirituales eorum fructum auferre conando, scilicet provocando eos ad peccatum.* Interlinearis habet: *Stultos & vanos judicaverunt.* In Græco, ut Lorinus tradit, legitur: *Irritaverunt, spreverunt, irrisos & inanes consuerunt.* Cornelius à Lapide interpretatur, *vituperaverunt.* Ad idem intentum porrò promovendum. Hugo Cardinalis illum citat Apostoli textum; *verbum crucis, pereuntibus stultitia est.*

Prov. 1. v. 22.

Dion. Cart.

S. Bonav. Ibid. Interlin.

Cornel. à Lap. 1. Cor. 1. 18.

3. Particulare equidem, post uniuscujusque mortem, instituendum judicium contemplantes, semper maximè formidabilem illam reperiemus esse, fœpius à nobis insinuatam superius, Dei protestationem: *despexistis omne consilium meum.* Aliqui enim viam irridendi consiliorum, alij perfectionis statum, dicentes: tantam non requiri spiritualitatem, sufficere per viam præceptorum gradi, ideoque eos; qui se spiritui dedunt, illudunt. Unde Dionysius Carthusian. hunc ultimum textum sequenti dilatat Commentario: *id est, exhortationes, consilia, quæ dedi de evitandis occasionibus transgressionum, ac de operibus supererogationis despexistis.* Chaldæus legit: *Commutastis nomina sapientiæ & insipientiæ, pro virtutum & vitiorum. Appellant temperantem, ægrestem*; inquit Nazianzenus, *justum asperum.* Subdit Cornelius à Lapide: *humilem vocant objectum.* Septuaginta vertunt: *irrita feciſtis omnia mea Consilia.* Græcus habet: *exaucthorata.* Suis namque ludibrijs fervorem destruunt in via spirituali, multosque incipientes retrahunt ab incœpto. Ast quo tandem successu? *Ego quoque in interitu vestro videbo. Risorum se dicit sapientia*, inquit Jansenius, *non quòd verè sapientia quemquam rideat*, à Deo

Dion. Cart.

Nazian. or. 20 Cor. à Lap. Sed maximo fuo damno; derideburtur enim & ipſi

aut subsinnet, sed quòd ipso facto ita se gerat, ac si rideret; cum in interitu impiorum non solùm eos negligit, nec tantum nullâ movetur erga eos misericordiâ, etiam dum invocatur, sed etiam justo suo judicio omnibus declarat eos esse ridiculos, & subsannatione dignos, ut, qui salutem propriam contempserint. Advertit autem, quòd, postquam dixisset: *Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo*; subnectat: *cum ingruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit.* Sicuti enim tempestates Cœlo succedunt sereno, ita & derisores, quando perfectiori fruentur sanitate & satisfactione, & dum minimè expectabunt, variis involutos infortunijs & calamitatibus, mors opprimet corporis & animæ. Ideoque idem Sanctus prosequitur, dicens: *Dixit, calamitatem subitò & repentè obventuram ad instar tempestatis, non solùm subitò, sed & cum maxima vi, cui resisti non poterit, totum hominem occupaturam, ita ut sit futura & tribulatio externa, & angustia interius.* In illis, Apostoli adimplebitur prædictio, inquientis: *quæ seminaverit homo, hæc & metet.* Cum igitur in vita sacramenta frequentantes, inque Dei servitio ferventes illuserint, ipsi pariter illudentur in morte, permittente Deo, ut spiritualibus quidem se commendent auxilijs, quibus tardius applicatis justissimè deludentur. *Parata sunt derisoribus judicia*, inquit Sapiens; quia scilicet severissimum contra hujusmodi sacrilegos judicium instituetur. Davidem, in ope Dei confidentem (*ego venio ad te in nomine Domini*) illusit Goliath, dicente Scriptura sacra; *maledixit Philistæus David in Dijs suis, dixitque ad David; veni ad me, & dabo carnes tuas volatilibus Cœli.* Verè equidem *abominatio Domini est omnis illusor.* Ita in præsenti disposuit Dominus, quando superbum gigantem fundâ stravit, ictuque lapidis jacti, inque frontem ab inermi pastore impacti. Ita Julianus Apostata, qui teste Nazianzeno Evangelium quasi doctrinam vilem contempsit, perijt miserrimè, in historia tripartita traditur, quòd Antiochiæ Libanius Sophista, dicti Apostatæ fautor, quemdam Christianum ludibriosè interrogarit Ludimagistrum, quid esset filius fabri (Christum intelligens, quem per jocum hoc dedecorabat titulo) respondit ille, eum minimè otiari, sed feretrum parare pro Juliano. Veritatem paucis post diebus comprobavit successus, quando in desperatam, nulli non cognitam incidens mortem, Christum opprobrosè Galilæum nominans, in his verbis; *vicisti Galilæe*, infelicem animam in manus consignavit fatanæ.

4. Drexelius, hunc alium, proposito nostro accommodum, subnectit casum: duobus amicis, simul per viam gradientibus, altero Catholico, hæretico altero, summa oriri cœpit tempestas, fulguraque coruscare; quare ille signo se crucis muniit, quod hæreticus conspiciens, per ludibrium subjunxit, forsitan muscas pellis? vix verbum protulerat, quando in terram prostratus, fulmineque percussus interiit, illæso Catholico. Rex quondam Ochozias Capitaneum ablegarat, qui Eliam interciperet; fatelles ad terminum perveniens, Eliam hominem quidem Dei, sed ironicè, utpote quem talem esse minimè credebat, appellans, pariter ictus, atque cœlesti incendio incineratus legitur cum toto exercitu suo. Non absimilem subiere pœnam, de quibus in libro Paralipomenon dicitur: *At illi subsannabant nuncios Dei, & parvipendebant sermones ejus, illudebantque Prophetis*; immediatè namque subjicitur; *donec ascenderet furor Domini in populum ejus, ... Adduxit enim super eos Regem Chaldæorum, & interfecit juvenes eorum gladio, in Domo Sanctuarij sui; non est misertus adolescentis, & virginis & senis, nec decrepiti.* Dionysius autem Carth. Jeremiam singulariter præ alijs à populo illo illusum fuisse advertit, dicens: *quemadmodum de se multa loquitur Jeremias, omnes, inquiens subsannant me; factus est mihi sermo Domini in opprobrium & in derisum tota die.*

5. Secundus Esdræ liber fusius derisiones & opprobria circum vicinarum impiarum gentium, Samaritanorum, similiumque, Judæos propter sanctæ Civitatis reædificationem illudentium, commemorat, qui in sensu morali illos præfigurabant, qui operibus bonis & sanctis innixi, animarum suarum spirituale moliuntur ædificium, hi namque omnes irrisionibus patent impiorum; sed quod tandem supplicium pessimi illi derisores incurrerunt? *converte opprobrium super caput eorum, id est*, inquit Dionysius Carthusianus *pro eorum opprobrio, quod nos aspernati sunt, puniantur à te; non ex odio, sed potius zelo justitiæ, ornavit hæc Nehemias; Da eos in despectionem in terra captivitatis. Precanter*, ait Cajetanus, *ut fiant captivi, & exprobrentur ab alijs.* Præ reliquis autem in sensu morali favorabiliter in hæc verba discurrit Glossa; *signantes eos, qui decepti à diabolo non solum fidei sinceritatem, & operis integritatem perdant, sed etiam immanitate sceleum Ethnicis & Publicanis similes sunt, quorum nonnulli divina gratia respiscentes, ad Ecclesiam redeunt cum illustratione Spiritus compendi præcepta legis, quæ reliquerant, audire & custodire incipiunt; septem enim sunt dona Spiritus sancti, decem præcepta legis, septies vero per decem multiplicata, septuagenarium reddunt; unde bene qui per opera perversa in Babylone captivi fuerunt, post septuaginta annos liberantur, & domum Dei ac civitatem sanctam reædificant.* Experientia, equidem teste, plurimi eorum, qui in Babylonica servitute degentes, vitam licentiosam & dissolutam duxerant, per Dei gratiam è peccati vinculis liberati, & Jerusalem reædificandæ accincti, id est, vitam solitariam, pœnitentem & spiritualem amplexati, subito ab amicis & sodalibus irridentur, digitoque demonstrantur; sed divina derisores hujusmodi numquam subterfugit pœna gravissima. Isaac cum Ismaële ludentem intuita Sara, mox sese opposuit; *cumque vidisset Sara filium Agar Ægyptiæ ludentem cum Isaac filio suo, dixit ad Abraham: Ejice ancillam hanc & filium ejus, non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac.* Quantum rogo malum admiserat Ismaël ut exulare cogeretur, & hæreditate privaretur; igiturne recreando Isaacum, tantum patrarat scelus, quod crimen erat in joco? Apostolus lusum hunc persecutionem appellare non dubitat; sed quis hujus asserti mihi patefaciet mysterium. Cajetanus versioni insistens Hebraicæ, pro *ludentem*, legendum censet: *Vidit filium Agar, facientem irridere, hoc est efficiens, ut pueri coætanei Isaac ludentes cum eo, irrisionem aliquam facerent ipsi Isaac*, qui, cum in timore Dei sedulo educatus esset, illudebatur à reliquis; ecce igitur pœnam, *non erit hæres cum filio meo*; quia scilicet æterna destituentur hæreditate, qui homines timoratos, virtutumque sequaces præsumpserint irridere.

6. Seriam meretur considerationem historia illa libr. 4. Reg. quando Elisæo in Bethel abeunte, *pueri parvi egressi sunt de Civitate, & illudebant ei, dicentes, ascende calve, ascende calve. Qui cum respexisset, vidit eos, & maledixit eis in nomine Domini, egressique sunt duo ursi de saltu, & laceraverunt ex eis quadraginta duos pueros.* Cujus facti Interpretes sacri varias instituunt considerationes. Abulensis Elisæum magnæ maturitatis virum fuisse advertit, nulla alterabilem curiositate; & tamen cum isti parvuli importunâ garrulitate exacerbassent eum, respexit ad eos quasi vultu irato, & maledixit eos. Pueri erant, judicio discursuque destituti, & consequenter culpæ incapaces; non igitur pœnæ subjiciendi erant. Abulensis nihilominus illos malitiæ etiam in ætate ista capaces extitisse sustinet. Dionysius Carthusianus hoc à Propheta asserit, pueris inflictum supplicium, præ vehementia zeli, *ne pueri isti in tanta malitia crescerent.* Si enim in puerili ætate Propheras, Deique servos illudebant, qualiter non in ætate provectiori, plurimos à Deo seduxissent & abstraxissent? puniti igitur fuere, tum propter hanc rationem, tum ne alij similia facere attentarent. S. Augustinus in quodam sermone, hanc recensens historiam, in diebus illis Propheras in Judæa non modò non honoratos, sed & illusos fuisse, docet in hæc verba: *irrisi & opprobrio habebantur, & veluti insani atque abreptitij credebantur*; auctum atque Sanctus hic Præsul, dictos pueros à parentibus, utpote idololatris, ad Propheras illudendos instigatos fuisse. Quantum vero ad mysterium existimat, desolationem populi Judaici in pœnam obtigisse ludibriorum atque insultuum Christo illatorum. *Quid est, ascende calve, nisi ascende crucem in loco Calvariæ? & hoc attendite fratres, quia sicut sub Eliseo quadraginta duo pueri lacerati sunt, ita & post 42. Annos passionis Dominicæ; venerunt duo ursi Vespasianus & Titus.* Advertit autem Abulensis dictas bestias è sylva casualiter non exiisse, quin potius *Deus impulit illas, ut venirent circa urbem, ad hoc ut laceravent.* Notandum autem, quòd Spiritu S. reste, *maledixit eos in nomine Domini*; Siquidem Prophetam Justitia divina ad instrumentum adhibuit vindictæ. Unde & Dionysius Carthus. ait: *egressi de sylva, Angelico ducta & nutu divino*; lacerarunt ita pueros, non devorarunt; ut omnes discerpere possent, *nam si laceratos primos comederent, cum inciperent vorare carnes eorum, recederent*

Cajet.

Gloss. Ibid.

Dion. Carth.

S. Aug. ser. 204. de temp.

4. Reg. 2. v. 23. 24. Exponitur, & varie explicatur dilaceratio 42. puerorum tempore Eliæi.

Abul. ibid.

Dion. Carth.

Cajet. ib.

Abul. ibid.

Gen. 21. v. 9. 10. Quia Ismaël derideri fecit Isaac, ejectus fuit è domo paterna.

Mysterium inclusum in irrisione puerorum, & maledictione puerorum.

Prov. 1. v. 26. Ibid. 27.

Et subito calamitatibus obruuntur.

Galat. 6. 8.

Severissimum enim contra illos judicium exercebitur. *Prov. 19. v. 29. 1. Reg. 17. v. 45.*

Hist. trip. l. 6. c. 4.

Drexel. de derisc. c. 4.

Derisor S. Crucis fulmine percutitur.

Alia similia, deriforum exempla. *4. Reg. 1. 10.*

2. Par. 36. v. 16. Ibid. Ibid. v. 17.

Dion. Cart. Jer. 20. v. 8.

Samaritani irridebant Judæos sanctam civitatē reædificantes illorumque pœna. *2. Esdr. 4. v. 4.*

Dion. Cart.

ciderent alij; ideo impetu facto dejiciebant eos ad terram, & lacerabant, & non lacerarunt omnes, sed 42. solum, quia forte alij pij non illudebant Elisæo, & Deus non incitavit ursos in eos. Cajetanus inquit: *divina authoritas significatur, dicendo in nomine Domini, ut nulla ira, sed Spiritu S. motum Elisæum intelligamus ad maledicendum pueros:* ad sacrilegos fervorum Dei illusores puniendos tres divinæ personæ omnes concurrunt, ut iræ suæ adversum eos fulmina vibrent. Ast quam ob causam ursi potius, & non Leones, Tigrides, aliæque bestiæ adhibitæ fuere, *omnia in sapientia fecisti*; minatus quondam fuerat Dominus per Oseam, *occurram eis quasi ursa raptis catulis*, cur non potius alterius ferocioris meminit bestiæ? ursa Catulos sublatos videns, supra omnes alias matres, quantumcumque crudeles, furere incipit, quia scilicet majores in perficiendis partubus suis exantlavit labores, utpote qui informis instar embrionis, nati, per maternam linguam & industriam paulatim organizantur, formantur, & adaptantur, secundùm omnia membra; videns igitur mater post tot molestias, sibi sublatos filios, præ omnibus alijs matribus ferocire incipit. Ecce vobis rationem, quare Dominus instar ursæ adversùm derisores in pœnis se processurum minitetur, quia scilicet illi sublati sunt filij, quos tot Cœlestis suæ gratiæ auxilijs, verbo, correctionibus, admonitionibus, exhortationibus, sacramentis, impulsibus, inspirationibus internis, totque alijs modis in statum reduxerat salutis & veræ pœnitentiæ; videns inquam, hos servos suos, ut ita dicam, post tot labores, impiorum irrisionibus & ludibrijs, totidem quasi partus sibi auferri maximum provocatur ad furorem, & justitiæ divinæ executionem, ut eos & in vita præsenti puniat, & in futura.

Cur potius ab ursis, quam leonibus fuerint dilacerati. *Ose. 13. v. 8.*

7. Athenis prædicantem Apostolum, teste S. Luca quidam quidem irridebant sine pessimo, idcoque & in tenebris consepulti mansere infidelitatis suæ. Quam tragœdiam his verbis repræsentat Sanctus Augustinus; *facta est, loquente Paulo, tripartita illa multitudo, irridentium, dubitantium, credentium; qui irridet, cadit; qui credit, stat; qui dubitat fluctuat.* Soli autem illi; qui Paulum concionantem eluserant, sua exciderunt salute. Michol, Synagogæ figura, Davidem, ex devotionis instinctu, ante arcam Domini saltantem irridens, Hebræos designasse videtur, Christum irridentes & consputentes; sicuti autem Michol perpetuæ sterilitatis incurrit dispendium; nullos generans stipis Davidicæ filios; dicente Abulensi: *Deus vindicavit injuriam David; non dando filios Michol tota vita sua*; ita qui in obsequio Dei servientes irridenti, nullum producunt Deo partum, in omnibus steriles operibus bonis, quos Isaias gravissimè puniendos attestatus est: *Væ qui spernis, nonne & ipse sperneris?* à quo hominum genere ut nobis præcavere possemus, David eos describit, ut cognoscerentur ab omnibus, scilicet lingua acuta, & feriente instructos: *Ecce loquentur in ore suo, & gladius in labijs eorum*, sed quo tandem confidentur tormento? *& tu Domine deridebis eos, ad nihilum deduces*; ipsemet Deus eos illudit; desolationibus replet, ruinis implicat, & *ad nihilum deducit.*

Act. 17. v. 32.

S. *Aug. t. 6. tr. de Epic. & Stoic. c. 1.* Irrisio Michol designat irrisionem Christi, à Judæis factam.

Isa. 33. v. 1.

Psal. 58. v. 8.

Ibid. v. 9.

TRACTATUS XXVI.

DE EUCHARISTIA ET COMMUNIONE.

CONTINET

DISCURSUS LII.

DISCURSUS I. Eucharistia ad Ecclesiæ fulcimentum ad multiplicandam & stabiliendam populorum fidem contra hæresin instituta fuit.

II. Sacramentum hoc vitam donat mundo per gratiæ collationem, justitiæ divinæ, nostris irritatæ peccatis retrahit fulmina, nosque in Dei timore fundat.

III. De aliquot rationibus, quare Eucharistia per modum cibi, & sub speciebus panis instituta fuerit.

IV. Prosecutio ejusdem materiæ; item quare sub speciebus vini fuerit collata.

V. De unione, nos inter & Christum in communione sacra; quæ non, sicut cæteri cibi, convertitur in nos, sed nos potius convertit in se.

VI. Sub allusione cibi, docetur, Eucharistiam spiritu potius, quàm dente sumendam, & ab alijs secernendam cibis, quæ nobis, juxta dispositionis nostræ proportionem, efficitur utilis.

VII. Per varias SS. Patrum attestationes susius probatur, quod verbum divinum, nos in communione sacræ suæ reddat participes divinitatis.

VIII. De omnium bonorum beneficentia, & de divina hoc in sacramento magnificentia.

IX. Probatur esse gloriæ pignus.

X. Alios inter effectus, sacramentum hoc affectus imprimit bonorum cœlestium, terrestriumque nauseam, hæc enim ejus impediunt profectum.

XI. De spiritualibus mensæ Eucharisticæ suavitatibus, quas tamen non participant omnes; cujus differentiæ variæ assignantur rationes.

XII. De varijs sacramentum hoc inter & mel, allusionibus.

XIII. De multis inter manna & Eucharistiam proportionibus.

XIV. Sacramentum hoc virtute pollet somitem mitigandi concupiscentiæ, & ardores juveniles ad carnalia excitantes refrigerandi.

XV. Sacra communio carnalia refrænat incentiva, quà à lapsu ulteriori præservando, qua ad emendationem permovendo.

XVI. Corpus Christi, modò nos dispositos inveniat, virtutem nobis communicat castitatis.

XVII. Panis Eucharisticus nos corroborandi vim habet, ne cadamus, & ut in bono perseveremus.

XVIII. Agnus sacramentalis animas ad se accedenter mundat à peccatis & purificat.

XIX. Sacramentum hoc, utpote unionis & pacis symbolum, discordes rejicit & vindicativos, mansuetudinem exigens in accidente.

XX. Eucharistia est contra omnes tentationes, & inimici infernalis viras antidotum.

XXI. Prosecutio ejusdem materiæ.

XXII. Sacramentum altaris in bellis, nos à visibilibus protegit hostibus, victoresque efficit.

XXIII. De varijs Eucharistiæ fructibus, præsertim autem de illa, quam nobis confert, indulgentia, & propitiatione Dei.

XXIV. Communio sacra lumen, scientiam, & Dei, mysteriorumque divinorum infundit cognitionem.

XXV. Sacramenti fructus nostræ correspondet dispositioni, illiusque præ reliquis participes fiunt, magis famelici.

XXVI. Attenta consideratio Eucharistiæ sumendæ præmittenda est.

XXVII. Ex ritibus & Cæremonijs esus Agni paschalis, variæ eruuntur moralitates ad dignum hujus sacramenti usum.

XXVIII. Honor & munditia. Corpori Christi debita, ex varijs institutionis Eucharistiæ circumstantijs convincitur; scilicet ex apparatu duorum discipulorum, ex signo aquæ, Cœnaculo, lotione pedum, syndone, & sepulchro novo Christi.

XXIX. Eucharistiam summè fructuosam efficit cogitatio mortis, sicque sumatur quotidie, quasi ultima foret.

XXX. De Conscientiæ examine & interiori purificatione, communioni præmittenda.

XXXI. Variæ adducuntur circa Sanctitatem & Candorem, Eucharistiæ considerationes, qui innocentiam, & convenientem in recipientibus exigit præparationem.

XXXII. Sacramentum hoc suas impertit gratias timoratis, cumque habitu virtutum & bonorum morum, ad ipsum accedentibus.

XXXIII. In Communione laudes Deo & gratiæ agendæ, cum devotionis affectu.

XXXIV. Panis hic ad quem cum appetitu accedendum, famelicos satiat; cujus varia adducuntur exempla.

XXXV. De Christi in Eucharistia humilitate, quæ à nobis communicantibus unice requiritur.

XXXVI. De correspondentia sacramentum inter & passionem, cujus illud extitit fructus; ut igitur Eucharistiam

charistiam cum fructu participemus, passionem meditemur.

XXXVII. Multi sacramentum, sed culpâ suâ non virtutem ejus sumunt, & gratiam; ideoque indignis cibus est mortis, dignis autem panis vitæ.

XXXVIII. Panem hunc ab aliis cibis non secernens, indigneque sumens, suam deglutit damnationem, Christumque sumit Judicem, sibi soli, & non Christo nocens.

XXXIX. Judæ in recipiendo Christi corpore indignitas examinata circumstantialiter, gravitatem ostendit communionis sacrilegæ.

XL. De asserto Apostoli dicentis, quod indigne sumens Christi corpus illius efficiatur reus; qui reatus majores in nobis meretur pœnam, quam olim in lege veteri, ubi figuram hujus indigne contrectantes puniti sunt severissime.

XLI. De damnis indignè communicantium, de varijs eorum spiritualibus; temporalibus, & æternis supplicijs.

XLII. Impuritas summè dedecet accedentem ad Christi Corpus; ubi consequenter de varijs agitur pœnis illorum, qui ad communionem accessére impudici.

XLIII. Contra nauseabundos frequentis communionis, quorum considerantur varia supplicia & damna.

XLIV. De usu primorum fidelium, traducto per tempus aliquod in Ecclesia circa Communionem primitus quotidianam & tandem frequentissimam. Varia proinde frequentiæ hujus considerantur bona, omnia utilia & necessaria.

XLV. Communio quotidiana varijs commendatur rationibus & authoritatibus; solutis in contrarium objectionibus; tandemque discutitur, quidquid ad hunc punctum spectare visum est.

XLVI. De varijs rationibus quare Christus sacramentum hoc in nocte instituerit passionis suæ.

XLVII. De immensa Christi in hoc sacramento, erga nos amore.

XLVIII. De gratitudine, & modestia, quam Christo debemus in communione sacra; præsertim autem de custodia linguæ,

XLIX. De fide ad Eucharistiam necessaria, quæ quare mysterium fidei appelletur, variæ adducuntur rationes.

L. De varijs rationibus, ob quas Christus occulte sub sacramentalibus delitescere voluerit.

LI. De variis rationibus, altissimi hujus mysterij veracitatem & possibilitatem probantibus.

LII. Eucharistia compendium est, & abyssus omnium mirabilium.

DISCURSUS I.

ARGUMENTUM.

Eucharistia ad Ecclesiæ fulcimentum ad multiplicandam & stabiliendam populorum fidem, contra hæresin instituta fuit.

THEMA.

Frumento & vino stabilivi eum Gen. 27. ℣. 37.

Benedictio Isaac figuravit S. Eucharistiam. *Dion. Cart. ibid. S. Hippol. Mart. S. Isidorus. S. Hieron. Gen. 27. v. 28. S. Isidorus Gloss. Hæc est fundamentum Ecclesiæ. Genes. 27. v. 29. Gen. Cajet. Ibid.*

1. Ecclesiæ augmentum, solidumque in populo Christiano fundamentum Eucharistiæ adscribamus oportet ideoque tot ante institutionem ejus sæculis oraculum cœleste per Isaac de Jacobo Patriarcha tractans prædixerat, inquiens: *frumento & vino stabilivi eum.* Jacob si S. Hyppolito martyri quem SS. Isidorus; & Hieronymus sequuntur, credimus, Ecclesiam & fidelem significat populum: *Jacob portat imaginem Ecclesiæ*, inquit Cartusianus, nunc igitur ad immediate præcedentem eidem datam nos reflectamus benedictionem: *det tibi Deus...abundantiam frumenti & vini. Hæc est multitudo*, inquit Glossa, *quam colligit de sacramento Corporis & Sanguinis*, quia ut dicemus infra, virtus sacramenti altaris, & in fideles multiplicat, & populos ad fidem convertit, & in sublime stabilit Ecclesiæ ædificium. Notandum autem, quod non sine mysterio in Spiritu prophetico Isaac post adductam Eucharistiæ sub panis & vini speciebus instituendæ mentionem &c. immediatè subjunxerit: *serviant tibi populi, & adorent te tribus.* Ubi Cajetanus ita discurrit; *adorent*, *honorationem significat*, *actu incurvandi seipsum*, cultus enim hic est latriæ, qui Cœlesti huic pani exhibetur. Isaac igitur, ex instinctu divino loquens, cum diceret: *frumento & vino stabilivi eum*, ex mente S. Paschasij, in sensu mystico prophetizans, asserere voluit, populum Christianum corporis & sanguinis mei dono stabilivi; *hoc est aperte dicere; firmavi eum pane corporis Christi & vino sanguinis.* Quem sensum longe clarius, nobis expressit Albertus Magnus, dum eundem textum in tractatu de

S. Pasch. de corp. & sang. c. 12.

Eucharistiæ sacramento explicat in hæc verba: *Stabilivi eum, quia tota domus Jacob, id est, Ecclesia fundata est super hoc sacramento frumenti & vini, quia materia in eo est frumenti & vini*; cui veritati omnium SS. Doctorum, quotquot examinare voluerimus, conformes ostendemus sententias.

Alb. Magn. t. 2. l. de Euchar. distr. 10. c. 1. n. 13.

2. Seraphicus de præparatione ad missæ sacrificium necessaria tractans, has sacramento præsenti tribuit laudes: *per hoc stat Ecclesia, vivet & viget Christiana Religio, & divinus cultus.* Rupertus Abbas de officijs divinis tractans, ubi sacrosancti hujus mysterij ingerit mentionem, de quo Salvator ait; *hoc facite in meam commemorationem*, ita discurrit: *caleant memoria tam celebri, persistat super fundamentum suum ædificium fidei.* Inimicus enim infernalis omnes adhibuit machinas ad evertendum, duodecim Apostolis, de quibus canimus, *isti sunt, qui viventes in carne plantaverunt Ecclesiam sanguine suo*, innixam atque erectam Christi Ecclesiam; ast quando putatis vel insolentissimè suas applicasse vires, in extremum ejusdem exterminium? In ultima cœna, quando divinus hic panis institutus fuit, quando pariter ad S. Petrum Ecclesiæ caput, & in quo tamquam in solidissima Petra ingentem hanc fabricam erexit, Salvator ait: *Ecce Satanas expetivit vos, ut cribraret sicut triticum, ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua*; id quod Christus ad ipsum dixit paulo post institutum sub speciebus sacramentalibus Eucharistiam.

S. Bonav. t. 7. de prap. ad Miss. c. 2. Rup. Abb. l. 2. de offic. c. 10. Per illam viget & viret Christiana religio.

Luc. 22. v. 31 32.

3. Novum sacramento huic encomium tribuit Timotheus presbyter Hierosolymitanus inquiens: *Divinæ ac mysticæ mensæ operam demus, per quam mundus firmatur, per quam terrarum orbis consistit.* Quod idem præconium in aureo libello suo eidem attribuit Sacramento. V. Thomas à Kempis inquiens: *dolendum valde, quod multi parum hoc salutare mysterium advertunt, quod cœlum lætificat, & mundum conservat universum.* Quod idem mysterium in Spiritu Prophetico contemplans Psalmista, quali cum titulo illud honorasse arbitramini? Nimirum Firmamenti; artifex etenim supremus excelsam empyrij & firmamenti molem construxerat; *creavit Deus cœlum, & terram, Dixit quoque Deus, fiat firmamentum.* Postea in sæculorum progressu terram fortificaturus, ne aberraret, novum illi contulit spirituale & mysticum firmamentum, cujus meminimus supra, scilicet *frumento & vino stabilivit eam*; cujus firmamenti stabilitatem Regius Vates prosequitur latius, quando excelsam gloriam & felicissimos Christi in Ecclesia commemorans progressus, inquit: *dominabitur à mari usque ad mare ... Coram illo procident Æthiopes ... Reges Tharsis & Insulæ munera offerent ... Et adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes servient ei ... Et adorabunt de ipso semper, tota die benedicent ei.* Cujus glorioso adeo stabilimenti rationem assignaturus prosequitur dicens: *& erit firmamentum in terra in summis montium*; quæ hæc montium cacumina? qui montes isti? Lyranus respondet: *Sacerdotes sunt montes Ecclesiæ.* Sed quæ montes inter & firmamentum connectio? idem author pro *firmamentum* vertendum autumat *frumentum super capita elevant*; super Sacerdotum enim capita quotidie elevatum adoramus electorum frumentum; quo fine antiquorum Rabinorum à Galatino citatam refert opinionem, qui pro *firmamentum, placutum* interpretati sunt. Rabini, qui ante Christi vixere adventum conformiter Scripturæ sacræ omnia tandem sacrificia finienda, unicumque eis, à Davide prædictum successurum prædixere sacrificium; qui ijdem cum Lyrano pro Ly *montes*, *Sacerdotes* legendum autumarunt. Porro dictum nomen firmamentum convenientissime, ut idem David alibi attestatur, accommodatur frumento; ait enim: *omne firmamentum Panis contrivit*; Et alibi: *Panis cor hominis confirmet.* Specialius autem Eucharistiæ comperit firmamenti nomen, siquidem ut firmamentum, Ecclesiam sustinet, dicente Seraphico: *per hoc stat Ecclesia*: Porro vivacissima figurarum omnium Sacramenti hujus extitit agnus Paschalis; dicente Doctore Angelico: *in figuris præsignatur, agnus Paschæ deputatur*; quem Deus olim mandducari voluit baculis in manus assumptis, mysteriumne penetrastis, inquit Abulensis? *per baculum designatur conditio Eucharistiæ, quia sicut baculus est id, super quod aliquis se potest firmare, ita Eucharistia est firmamentum nostrum.*

Timoth. Presb. Hier. orat de Proph. Simeonis. V. Thom. de Kempis l. 4. c. 1. n. 12. Per S. Eucharistiam firmatur mundus. Gen. 1. v. 1. Ibid. v. 6.

Psal. 71. v. 8. 9. 10. 11.

Ibid. 15.

Lyranus. Ibid.

Est panis nos confirmans.

Psalm. 104. 16. Psal. 103. v. 15. S. Bonavent. S. Thomas. Et baculus cui innitimur. *Abul. in. 26. Matth. q. 33.*

4. Rupertus Abbas ad periculum se reflectit Vacillationis præsentissimæ, quod sublimi ædificio Ecclesiæ immineret, si Sacramenti hujus deficeret adminiculum; ideoque de Eucharistia sub nomine memo-

rialis

Hoc S. Sacramento deficiente, vacillaret Ecclesia.

rialis passionis & sacrificij incruenti agens concludit: *Ansor, à cœtu Ecclesiæ quotidianas Salvatoris nostri hujusmodi exequias, & vide quam merito dicat ipse Salvator, quæ utilitas in sanguine meo, refrigescente enim ea, quæ hoc modo nunc ubique calet ejus memoria, refrigesceret universa charitas, muta erit fides, claudicabit spes, conticescet magnus ille clamor sanguinis justi Abel.* Supremum SS. Triados decreverat constitorium, ut verbum incarnatum consummata redemptione humana cum corpore suo glorificatum ascenderet in cœlum; ast altera ex parte cum Ecclesiam suam hic in terris stabilire, & ad fidem suam omnes attrahere vellet gentes, summè huic operi necessariam cognoscebat esse corporalem sacratissimæ humanitatis præsentiam; ut igitur illi suffragaretur, nec alteri deficeret parti, hanc Sapientia incarnata invenit methodum, à S. Paschasio sequentibus assignatam verbis: *sed quia illum secundum carnem Cœlos oportuit penetrare, reliquit nobis hoc Sacramentum, visibilem figuram, & characterem carnis & sanguinis.* Observandum autem quod postquam mundi conversionem ad fidem ejusdemque in sacrosancto lavacro regenerationem Apostolis præcepisset, dicens: *docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, docentes eos servare omnia, quæcumque mandavi vobis*, tandem subjungat, *& ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi*, sicuti alter Elias, qui triumphalem ascensionis suæ currum conscendens, Elisæo, id est, populo Christiano pallium, exuvias scilicet corporis & sacratissimæ carnis suæ reliquit.

S. Pasch. de corp. & sanguin. Dom. cap. 4.

Matth. 28. v. 19. 20.

Ibid. v. 20.

Fulgos. l. 8. cap. 2. Cœlum & terra concertarunt utri deberetur possessio corporis Christi.

5. Otto Imperator, duos aliquando nactus ambiguo jure decertantes de agri cujusdam Dominio, cum nesciret, cui justitia plautibilis faveret, ut utrique satisfaceret, terram illam emit, uni prætendentium pretium, alteri agrum ipsum consignans. Ita pariter imaginari nobis possumus cœlum concertasse & terram, circa inæstimabilis Corporis Christi thesauri prætensionem, ut itaque utrique satisfaceret Imperator cœlestis modum reperit ut Christus & in empyreum rediret, simulque eodem tempore per præsentiam corporalem degeret subsisteretque in Ecclesia. Unde Dominus Ostiensis ait: *Ecce sublatus es, amplius te tues non videbit Elisæus, remansit tamen ei pallium suum in memoriam tui, ut præsentia absentiæ tuæ, dolorem ejus, semper & augendo leniat, & leniendo augeat. Pallium tuum est caro tua.* Ideoque & S. Bonaventura de Eucharistia tractans, citata pariter applicat Salvatoris verba dicens: *Unde inquit Christus, ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi.*

Drog. Host. l. 1. de Sacr. Dom. in Past.

S. Bonav. Ibid. Per Eucharistiam multiplicantur fideles in Ecclesia. *Psal. 11. v. 9.*

6. *Frumento & vino stabilivi eum*: Sacramentum altaris non modo stabilivit sed & multiplicavit populum fidelem; id quod Regius Psalmista Prophetice denunciavit dicens: *secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.* Inferre forsitan voluit David, quod illi ad patris dextram elevato populo certatim se submiserint Evangelicam amplexaturi fidem? utique si hoc insinuasset nihil à vaticinio suo alienum asseruisset, *& ego si exaltatus fuero à terra, omnia trahan ad meipsum.* Septuaginta vertunt: *epulas instruxisti filijs hominum.* Cui illa accommodat Psalmistæ verba: *à fructu frumenti, vini & olei sui multiplicati sunt; multiplicatione spirituali* inquit Albertus Magnus, *qua fideles multiplicantur ex Sacramentorum procreatione*; In cujus confirmationem, mirabilem quamdam necessum est observetis circumstantiam. S. Lucas enim in secundo Actuum Apostolicorum capite, primum vix memoratat nascentis illius Jerosolymitanæ Ecclesiæ augmentum dicens: *appositæ sunt in die illa, animæ circiter tria millia*, quando illius rationem immediate subnectens ait: *erant perseverantes in communione fractionis Panis.* Ex quo momento, quod confecrationis Panis hujus extitit principium, stabilita & dilatata fuit Ecclesia; dicente Ruperto Abbate: *Magnum hoc Sacramentum cavo Christi quæ ante passionem solitus erat caro verbi Dei, per passionem ita crevit, adeo dilatata est, ita mundum universum inplevit, ut omnes electos, qui fuerunt ab initio mundi, vel futuri sunt usque ad ultimum electum in fine sæculi, nova conspersione hujus Sacramenti in unum Ecclesiam faciat Deum, & homines æternaliter copulavi; Cavo illa unum erat granum frumenti, quod antequam cadens in terram mortuum fuisset, nunc postquam mortuum est, crescit in altari, fructificat in manibus & corporibus vestris, & ascendente magno & divite Domino messis, terram fructiferam in quæ crevit secum vehit in horrea cœli.*

Psal. 11. v. 9.

Joan. 12. 32. Septuaginta. Psal. 4. 8.

Alb. Mag. to. 21. dist. 6. tr. 2. c. 1.

Act. Apost. 2. v. 41. Ibid. v. 42.

Rup. Abb. de de divin. offic. l. 2. c. 11.

7. Ingeniosa se offert ratio quare species Sacramentales Panis & vini ad hoc augmentum & fidelium multiplicationem adaptentur, quam S. Cæsarius Arelatensis his verbis insinuat: *sicut frumentum solita pargantis solicitudine præparatum in candidam speciem, molarum labore perficitur, ac per aquam & ignem in unites panis substantiam congregatur, sic varias gentes unum de Jesu Christi corpus efficitur.* Quam veritatem plenius nobis succesus exhibent Historici, à Patre Rho, de primo Japoniæ Christiano, cui nomen Angarus, conscripti in hæc verba; *Affirmabat tum omnia sibi in Christiana republica vehementer probari, tum nihil melius, aut quo magis animus caperetur, ipso Christi corpore sibi videri, itaque mirari se admodum, si qui forte reperirentur, qui tantis paratis bonis non avide atque jucunde fruerentur.* Rex Salomon, Christi typus (*ecce plus quam Salomon hic*) hoc ipsum prædixit, media Eucharistia in omnes Ecclesiæ populos derivandum augmentum, & propagationem ad fidem & Religionem Christianam, siquidem aperte ait: *Sapientia ædificavit sibi domum.* Ubi interlinearis dicit: *Sapientia verbum Dei, ædificavit domum, id est*, inquit Glossa ordinaria *Ecclesiam*; *excidit columnas septem*, id est, juxta Lyranum *septem Sacramenta instituit, quibus fulcitur tota Ecclesia.* Nihilominus omnium principalissimum est illud altaris, quod Hugo Victorinus nuncupare non dubitat, *Sacramentum omnia sacrificans Sacramenta. Immolavit victimas suas.* Verbum enim divinum in sacrificium suo se obtulit Patri æterno, primitus in hoc Sacramento, postea autem super altare Crucis, cujus in hæc verba meminit Interlinearis: *assumptæ humanitatis Sacramenta patefecit.* Ut igitur universum ad se attraheret mundum, convivium instituit Eucharisticum, *miscuit vinum & proposuit mensam suam*; quibus præmissis Apostolos ablegavit, qui ad Ecclesiæ sinum omnes invitarent populos, *misit ancillas suas*; *prædicatores infirmos*, inquit Glossa ordinaria, *& despicabiles*; *ut vocarent ad arcem & ad mœnia civitatis, ad Christi fidem* inquit Lyranus; *Insipientibus locuta est, id est, gentilibus, qui divinitatem attribuebant lignis & lapidibus.* Ast qua esca eos ad conversionem allectos fuisse arbitramini: *Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miscui vobis; In pane corpus*, inquit Glossa in vino, *sanguis ejus, quo in altari sacramur.* Beda inquit: *sacramentum quo subjugatus est mundus.*

S. Caesar. Arelat. ho. 7. de Pass.

Prov. 9. 1. *Glossa. Interlin.* *Gloss. ordin.* *Lyran. ib.*

Hugo Vict. T. 3. in spec. Eccl. erud. Theol. c. 7. Eucharistia sanctificat omnia alia Sacramenta.

Gloss. ord. Lyran.

Gloss. V. Beda.

8. Notatu dignissima eidem proposito accommoda in præsenti se insinuat pariter S. Bonaventura verba dicens: *tolle hoc Sacramentum de Ecclesia, & quid erit in mundo nisi error & infidelitas? & populus Christianus erit quasi grex porcorum dispersus & idolatriæ deditus, sicut expressè patet in cæteris infidelibus.* In pessimo utique statu squalebat mundus ante Eucharistiæ institutionem ideoque prosequitur dicens: *per hoc Sacramentum roboratur fides.* Porro S. Anselmus ad convivium alludens, ad quod paupores, debiles, claudi, & cæci invitari fuere, sequentem format discursum. *Erant gentiles quia nec legis divitias, nec virtutum fortitudinem, qua resistere possent diabolo, nec scientiæ lumen, vel illuminatos cordis oculos habebant, nec in via justitiæ rectis pedibus incedebant, qui tamen invitati ad convivium Christi, divites spiritualiter & fortes facti sunt; & interius illuminati, dum in via Dei non errant sed recto tramite gradiuntur,*

S. Bonav. Ibid. Hoc sacramento sublato merus esset error, & infidelitas in Ecclesia. *S. Anselm. Enarr. in Evang. Luc. 14. v. 13.*

9. Veraciter utique S. asserit Augustinus; *Sacramento Corporis Christi subjugatus est mundus.* Invalescentibus enim multiplicatisque mirum in modum hæresibus, ex instinctu Divino Urbanus IV. solemnitatem instituit & processiones SS. Corporis Christi, juxta declarationem sacri Concilij Tridentini; ad destruendas hæreses, eorumque confundendos sequaces, aut certè ad Ecclesiæ gremium reducendos; prout fusè probavimus in secundo prompturarij sacri Tomo, in septimo hujus solemnitatis discursu. Inimicus namque infernalis qui non dormit, sed inceßanter zizania per campum Ecclesiæ supra bonam veritatem & doctrinarum Catholicarum fementem spargit hoc maximè electorum frumentum obruere allaboravit, nauseam ejusdem creans in Catholicis, quos in multos errores & præcipitia, in multis provincijs & Regnis à Sede Apostolica separatos atque divisos degenerare fecit.

Hoc sacramentum institutum est ad destruendas hæreses,

10. Esau ab Isaac patre suo benedictionem postulans, eam à Jacob fratre sibi surreptam didicit; dicente patre: *frumento & vino stabilivi eum, & tibi post hæc fiet ultra quid faciam?* in tam divite & opulenta domo panis equidem & vini benedictio deficere non poterat, quæ natu majori filio conferretur; *sed omnia in figura contingebant.* Esau enim inudelem præfigura-

Gen. 27. v. 37.

bat præfcitumque populum, qui particeps esse nequit benedictionis panis & vini Eucharistici, collatæ Jacobo, qui populum Christianum repræsentabat, ut Christi fideles usque in sæculorum finem stabiliat atque confirmet. Franciscus primus Franciæ Rex propter continuos & implacabiles Regni sui bellicos motus in subditos suos, hærescon, errorumque pestem eum ingenti fidei præjudicio transfusam advertens, sequens adhibuit remedium & antidotum. *Excita pietate celeberrimam Parisijs supplicationem instituit, divinamque hostiam circumferri jubet, adest ipse facemque manu præferens aperto, triumphali capite prosequitur, mox coactis in templo Proceribus de augustissimi omnium mysterij veneratione cultuque Regia disserit eloquentia, obortisque extrema concione lachrymis, se Henricum suum unicam Regni spem, si errores concepisset, illico Divinæ veritati immolaturum vociferatur.*

Præclarum exemplum Francisci I. Reg. Franc. *P. Rho l. 5. c. 27. ibid.*

DISCURSUS II.
ARGUMENTUM.

Sacramentum hoc, vitam donat mundo per gratiæ collationem, justitiæ Divinæ nostris irritatæ peccatis retrahit fulmina, nosque in Dei timore fundat.

THEMA.

Panis Dei est, qui de Cælo descendit, & dat vitam mundo. Joan. 6. ℣. 33.

1. SAlvator die quadam cum Nicodemo, de æterni Patris sui excessivo versus genus humanum amore discurrens, ita eum affatus est: *Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat sed habeat vitam æternam, non enim misit Deus Filium suum in mundum, ut judicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum.* Quæ verba interpretans S. Bonaventura considerat, unigenitum Dei Filium in mundi salutem & vitam datum fuisse, non modo ut pretium & redemptionem, sed etiam ut cibum & nutrimentum: *Sic Deus dilexit mundum, ut unigenitum daret & in pretium & in cibum.*

Christus nobis datus est non solum in pretium sed etiam in cibum. *Joan. 3. v. 16. 17.*

S. Bonav. *in cap. 6. Joan. v. 33.*

2. Ingeniosum est epithetum, quod Blosius in Margarita spirituali c. 10. Divino huic Pani attribuit, dicens: *O stupenda Sapientia Dei, quæ hunc subtilem & salutarem mundum pro salute nostra instituit*; pro cujus intelligentia notandum, quod priusquam verbum æternum è sinu patris in hanc terram descenderet, mors in hoc mundo prævalens triumphum egerit, unde Zacharias Deum rogabat dicens, *illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis sedent.* Etenim vita vera in cœlo, in Patre scilicet residebat: *in ipso vita erat, & vita erat lux hominum.* Hæc autem mors eousque continuabatur donec ad terram per hunc panem Eucharisticum, (de quo S. Ambrosius ait: *Hic est cibus, in quo vita definitur æterna*) vivificandam Filius Dei mitteretur. Mundi nomine autem, ut Beda declarat, non mundi elementa, sed fideles & credentes qui sunt in mundo intelliguntur. Unde idem Beda ait: *Dat vitam mundo, non elementis, sed hominibus habitatoribus mundi.* Petrus Blesensis vero in quadam Epist. alijs nobilibus Epithetis Eucharistiam honorat dicens: *Magnum hoc est sacramentum, supra omnem æstimationem, supra omnem intelligentiam, supra omnem eminentiam, in qua salus est mundi, pretium sæculi.* In sequentia à S. Thoma composita Ecclesia canens ait: *Laudis thema specialis; Panis vivus & vitalis hodie proponitur.* Ingeniosa quoque est, quam Rupert. Abbas Tuitiensis facit, reflectio circa modum, quo Deus mundi ruinas, à serpente per ponum vetitum causatas, reparavit; Hic etenim Salvatorem ad SS. Corpus suum sumendum invitantem his verbis loquentem introducit *accipite & comedite, hoc est Corpus meum; & protinus subjungit: Cum hæc dicit agnus Dei, opportune nobis ad memoriam revocavit illud, quod dixit serpens, imo per serpentem diabolus hostis humani generis: accipite & comedite, eritis sicut Dij*; sicut enim per escam pomi vetiti mors in hunc mundum intravit, ita Filius Dei per cibum Eucharisticum, mortem in fugam pepulit, vitam nobis donando; unde ipsemet Salvator ait: *hic est panis qui de cælo descendit, & dat vitam mundo. Ille serpens erat*, inquit Rupertus, *iste agnus est; ille vetus peccator, iste antiquus creator; ille per terram repsit, iste de cælo venit. Ille spiritus diaboli falsum sibilans, iste spiritus Dei verum evangelizans; ille mortis artifex, iste vitæ opifex; ille de ligno non suo raptor obtulit, iste de corpore & sanguine suo largitor dedit; ille quod non habebat, mendaciter promisit, eritis, in-*

S. Blosius in Margarit. spir. c. 10.

Mors dominabatur in mundo donec per hunc cibum daretur remedium vitæ. *Luc. 1. v. 79. Joan. 1. v. 4. S. Ambr. de Parad. c. 9. V. Beda in Caten.*

Pet. Bles. epist. 123.

S. Thom.

Rup. Abb. in c. 1. 3. de oper. Spirit. S. c. 1. 4.

Per hoc Sacramentum reparavit Deus ruinam pomi vetiti.

quiens, sicut Dij, iste quod habebat, & quod semper naturaliter habet, fideliter dedit, ut simus Dij, dum manet ipse in nobis. Tandem vero per os Salvatoris loquens, & ad Divinum hoc alimentum nos invitans dicit: *Contra cibum mortis, panem comedite vitæ æternæ, & calicem bibite salutis perpetuæ.* S. Bernardin. Senens. in ser. quodam similiter ait: *sicut demeritum culpæ capit in homine ex auditu diabolici verbi, mortis pabulum suggerentis, ita vita gratiæ in humano genere reformator per verbum Christi, vitæ ei dibum veraciter proponentis.*

S. Bernardin. tom. 2. ser. 5. dō. 4. A. 3. c. 2.

3. In libro Geneseos c. 41. mundum extrema quadam fame oppressum fuisse invenimus. *In universo orbe fames prævaluit, in cunctis autem terra Ægypti Panis erat; omnia autem* ut Apostolus ait: *in figura contingebant illis*; Sed quænam erat hæc fames cui tunc universa terra subjacebat? fames nimirum panis spiritualis; Audite Chrysologum de filio prodigo ita scribentem: *facta est fames valida; famem magnam cognoscendæ veritatis sustinebat.* Sed quonam remedio Rex Ægypti famem à Regno suo profligabat? *ite*, inquit, *ad Joseph; aperuitque Joseph universa horrea*, Porro Joseph iste Salvatorem nostrum præfigurabat, qui frumentum appellatur electorum. Audiamus S. Prosperum hac de re ita loquentem: *Aperuit Joseph horrea tempore famis, & ministrabat populis; hoc & de nostro dictum est: oculi Domini super justos, & sequitur; ut eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame*; nimirum illa, quam Deus per Amos comminatur dicens: [*Mittam famem in terram, non famem Panis ... sed audiendi verbum Domini*] *in hac fame positus noster Joseph Christus Dominus ex horreis suis nobis Divinam sui Corporis annonam ministrat.*

Gen. 41. 54. Ante institutionem hujus sacramenti, erat fames in universa terra.

D. Chrysol. ser. 5.

S. Prosp. de prom. & prad. ver. Dei cit. in Catena.

Amos 8. 11.

4. Seriæ considerationis nostræ oculos in Babyloniam convertamus, ibi namque Danielem invenimus in Lacu leonum famelicum, ab ijsque, faucibus apertis Corpus ejus, velut prædam anhelantibus, circumdatum, tametsi nullus illorum Corpus ejus attingere præsumperit; Huic igitur Deus, compassione erga illum commotus Angelum misit, qui Habacuc prandium messoribus ferentem per comam capitis apprehensum in lacum transtulit, ut cibus ille Danieli Dei servo dispensaretur, claudenturque famelicorum ora Leonum. Porro S. Hieronymus optime observat, dicti nem illam *Habacuc* idem significare quod *amplexator*, ideoque per illum Filium Dei præfiguratum fuisse dicit, utpote qui in incarnatione sua humanam naturam nostram est amplexatus, ut: proinde hæc dicere possit; *dextera illius* id est Divinitas *amplexabitur me.* Messores autem, quibus prandium ab Habacuc præparatum erat, Angelos significant, de quibus in Evangelio dicitur: *Messores autem Angeli sunt*; his enim Panis hic Eucharisticus revelata facie fruendus semper præsto est: *Beatus qui manducabit Panem in Regno Dei*; de quo etiam pane S. Raphael Archangelus ait: *Ego cibo invisibili, & potu, qui ab hominibus videri non potest, utor.* Denique genus humanum præfigurabatur in Daniele, qui in medio Babyloniæ famelicis leonibus ad prædam ejus aspirantibus, quaquaversum circumdatus morabatur, quia universus mundus, parvulo dumtaxat Judæi angulo excepto idola adorabat: & dæmonibus serviebat, qui leones sunt, de quibus S. Petrus ait: *tamquam leo rugiens &c.* universus igitur mundus, fame illa, de qua D. Chrysologus loquitur, vexabatur, adeo ut dicere potuerit: *quanti mercenarij in domo Patris mei abundant Panibus, ego autem hic fame pereo?* Ecce tibi igitur Habacuc, id est, Christum incarnatum, magni consilij Angelum Divinum hoc convivium, de quo sæpe canit Ecclesia: *O sacrum convivium, &c.* toti mundo præparantem, eumque ab infernalium leonum faucibus eripientem.

Applicatur huic sacramento prandium, quod Habacuc tulit famelico Danieli.

Dan. 14.

S. Hieron. de nomin. Hebraicis.

Matth. 13. v. 39. Lev. 14. v. 8.

Tob. 12. 19.

1. Pet. 5. v. 8.

Luc. 15. 17. D. Chrysol.

5. *Dat vitam mundo.* Quidnam obsecro mundus; priusquam lux in ea crearetur, aliud, quam confusum quoddam Chaos erat; *tenebræ erant super faciem abyssi, dixitque Deus fiat lux, & facta est lux*, quam tenebrosa abyssus erat universus mundus, impietate quaquaversum repletus, quamdiu ante formatam in eo Evangelicæ gratiæ lucem, princeps tenebrarum dominabatur? hæc autem lux in sole justitiæ Christo sub nubibus accidentium sacramentalium recluså & obvelata consistit *gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum.* S. Bernardus de Eucharistia differens ait: *Panis iste per excellentiam Eucharistia dicitur, id est bona gratia, in hoc enim sacramento, non solum quælibet gratia, sed ille à quo est omnis gratia fluitat.* S. Bernardinus Senensis similiter inquit: *Est fons omnis gratiæ & virtutis; unde sacramentum hoc Eucharistia, id est, bona*

Genes. 1. v. 2. 3.

In hoc S. sacramento continetur vita gratiæ.

Rom. 2. v. 25. S. Bern. ser. in cena dom.

S. Bernardin. to. 2. ser. 55. A. 2. c. 2.

Eccl. 24. v. 25.

bona gratia nominatur, ideo Eccl. 24. ipsa Eucharistia de se ait: in me gratia omnis viæ & veritatis; in me omnis spes vitæ & virtutis. Olim in paradiso terrestri universus mundus per pomum infectus fuit toxico æternæ mortis, unde Deus ait: *In quocumque die comederis ex eo, morte morieris*; at vero in Sion Eucharistia institura fuit, in quam cœlestis ille panis descendit, qui nostram vivificat mortalitatem, unde Albertus M. in persona Christi ait: *quia in corporali cibo vitam perdidistis, ideo ego corporalem cibum præparavi vobis, in quo vitam invenietis.* Idem quoque præsul, illum Apostoli ad Hebræos c. 13. textum: *optimum est gratia stabilire cor*, adducens ait: omnem fidelium in pietate & religione, ac quovis alio bono constantiam & stabilitatem hujus Sacramenti esse effectum: *Gratia cor stabilit, & confortat ad hoc*, inquit, *quod in bono Divino permaneat, hoc autem specialiter hæc gratia facit, sicut dicitur Psalm. 105. Panis cor hominis confirmat.* S. Paulus Apost. qui ad hoc à Deo destinatus erat, ut mundum Evangelicæ legis prædicatione & fidei Christianæ notitia vivificaret, hoc cibo vitæ restauratus, & confortatus fuisse legitur; unde idem Albertus Magnus ait: *Diu naviverat Paulus, & sicut dicitur Act. 9. cum accepisset cibum, confortatus est*; Perspicua similiter est, circà propositi thematis verba S. Bonaventuræ expositio, dicentis; quod per hanc vitam mediante hoc pane mundo collatam, Divina gratia denotetur, cujus viva quædam scaturigo est Eucharistia, nam *hic Panis dat vitam mundo, id est, dat gratiæ vitam vivificantis.*

Gen. 2. v. 17. Quæ confortat cor nostrum. *Alb. Mag. to. 21. dist. 6. tr. 2. c. 1. Hebr. 13. v. 9.*

Ibid. dist. 1. c. 4.

Psal. 105. v. 15.

Act. 9. v. 19.

S. Bonav. *in cap. 6. Joan. collat. 32.*

6. Observandum quoque Salvatorem nostrum apud S. Joan. c. 6. verbis propositi thematis præmisisse dicendo: *operamini, non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem Filius hominis dabit vobis*; *hunc enim Pater signavit Deus.* Signum autem, quo æternus ejus Pater hunc cibum signaverat, erat vita immortalis, cujus semen & pignus est gratia. Valde etiam ad propositum nostrum considerari merentur verba illa S. Hilarij l. 8. de Trinit. de hac materia tractantis; dicit enim: *Hæc vero vitæ nostræ causa est, quod in nobis carnalibus manentem per carnem Christum habemus, vituri nobis per eum eâ conditione, qua vivit ipse per Patrem*; Christus enim apud eumdem Joannem ibidem protestatus fuerat dicens: *sicut misit me vivens Pater & ego vivo propter Patrem, & qui manducat me, & ipse vivet propter me*; Unde S. Hilarius hanc deducit consequentiam: *vivit ergo per Patrem & quo modo per Patrem vivit, eodem modo nos per carnem ejus vivemus.* Apte ad propositum nostrum observat S. Bonav. quod incarnata Sapientia, dum in cap. 6. Joan. de hoc Sacramento, quod institutum erat diffusè loquitur: non semel, sed decies vitæ mentionem faciat: *decies*, inquit, *repetitur hic actus vivificandi, & attribuitur pani.* S. Augustinus in quodam sermone de hujus Sacramenti salutari Calice inquit: *Illum bibere, quid est nisi vivere? manduca vitam, bibe vitam, habebis vitam, & integra est vita.* In canone missæ post consecrationem hæc verba recitantur: *panem sanctum vitæ æternæ, & Calicem salutis perpetuæ*; similiter ante consecrationem in eodem Canone oblationem hostiæ, non solùm pro salute animæ, sed etiam corporis præsentamus dicendo, *prospe salutis & incolumitatis*; ubi Remigius Altisiodorensis notat dicens: *Nec solum pro salute æterna, sed etiam pro temporali incolumitate, id est, corporali sanitate, incolumitas enim dicitur sanitas & integritas, utraque enim sanitas ab illo est, animæ & corporis.* S. Basilius pariter in quadam Epist. punctum hoc tangit immortalitatis, cujus panem hunc cœlestem dicit esse instrumentum; *quis jam dubitabit*, inquit, *quin vitam frequentius participare, non sit aliud omnino quam frequenter vivere*, quibus verbis hoc Sacramentum vitæ nomine indigitat. Sicut enim ad sustentandam vitam corporalem, necessarius est cibus, ita quoque ad spiritualem animæ vitam conservandam cibi Eucharistici urget necessitas; nam ut Salvator ait: *Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus*: circa quæ verba Seraphicus Doctor ait: *quæritur quid ait verè est cibus? Et ad hoc respondet Augustinus quod cibus & potus ideo appetunt homines, ut non esuriant neque sitiant, hoc autem non præstat veraciter, nisi iste cibus & potus, qui eos, à quibus sumitur immortales facit.*

Joan. 6. v. 27.

S. Hilar. l. 8. de Trin.

Hoc Sacramentum est causa vitæ nostræ. *Joan. 6. v. 58.*

S. Bonavent. in c. 6. Ioan.

S. August. ser. 2. de verb. Apost. Canon Miss.

Ex hoc sacramento accipimus salutem corporis & animæ. *Remig. Altisiod. de celebrat. Missæ Biblior. vet. PP. to. 6. S. Basil. Ep. ad Cæsar.*

Ioan. 6. v. 55. S. Bonav. ibid.

Quomodo hoc sacramentum det vitam mundo. *S. Cyp. de Cœn. Dom.*

7. Præterea *Dat vitam mundo*, quia fulmina Divinæ justitiæ adversum nos irascentis coërcet, quia aliàs mundum continuis sceleribus immersum, in nihili abyssum redigeret: *panis iste supersubstantialis*, inquit S. Cyprianus, *& Calix benedictione solemni sacratus, ad totius hominis vitam salutemque proficit, simul medicamentum & holocaustum ad sanandas infirmitates, & purgandas iniquitates existens.* Rupertus Abb. ad altare quod Noë erexit, & in quo sacrificium obtulit se reflectens ait: *arcam fecere justorat homini, in qua salvaretur, digne illi homo altare ædificat, in quo idem Salvator suus adoretur.* Quando enim Deus cruentum indignantis justitiæ suæ gladium in vaginam recondere, mundoque reconciliari volebat tunc altare illud, in honorem suum erigi, in eoque holocaustum offerri disposuit ut denotaret, quod sacramentum terram salvet & in incolumitate sua sustineat, ne annihiletur, & totaliter intereat: *Dat vitam mundo.* Albertus M. verba illa Prov. c. 21. *munus absconditum extinguit iras, & donum in sinu indignationem maximam*, de Eucharistia explicat dicens: *omnem enim iram & indignationem Dei, hoc pretiosissimo dono extinguamus.* Deus olim apud Isaiam conquerebatur dicens: *Jugiter tota die nomen meum blasphematur*; Porro certum est unicam blasphemiam, vel unicum tantum peccatum mortale, ad annihilandum totum universum abundè sufficere, quanto igitur magis abundè ad id sufficiet *si jugiter tota die nomen Dei blasphematur?* quodnam igitur cœlestis pietas ad mundum conservandum providit antidotum? audite Isaiam idipsum insinuantem: *propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa, quia ego ipse, qui loquebar ecce adsum*, q. d. ex nunc scilicet à tempore incarnationis meæ per præsentiam meam corporalem in hoc sacramento, Iræ Patris mei opponam, usque in mundi finem, unde alibi dicit: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi.* Equidem licet *jugiter tota die nomen meus blasphematur*, nihilominus ex alia parte continuum nobis providit sacrificium: *jugè sacrificium* à Daniele nuncupatum, siquidem per totam Christianitatem, omnibus cujuscumque diei horis sacrificium offertur incruentum: quando enim apud nos dies est, noctem habent antipodes; & è converso, atque ita toto cujuscumque diei naturalis cursu, & quocumque ejus momento, æterno Patri Filius ejus in salutem nostram offertur, ut illud adimpleatur; *Dat vitam mundo.*

Prov. 21. 14. Alb. Mag. ibi. dist. 2. tr. 2. c. 1.

Isai. 52. v. 5.

Isai. 52. v. 6.

Matth. 28. v. 20.

Isaiæ 52. v. 5.

Dan. 8. v. 11. &c.

Dion. Cart. Ibid.

Psalm. 103. v. 15. S. Thom. Ibid.

Salmer. to. 9. Tr. 26. Et confortet fideles in fide.

8. *Dat vitam mundo, hoc est hominibus in ipsum credentibus*, ut exponit Carthusianus; siquidem certum est, ut suo loco plenius dicemus, fideles in panis hujus virtute, vitam, id est, gratiam & amicitiam Dei conservare. *Panis cor hominis confirmet*, inquit Psalmista, cujus hanc ad intentum nostrum rationem subdit S. Thomas, *quia scilicet Corpus Christi fideles suos in bona vita confirmat, & confortat.* Cui doctissimus subscribens Salmeron inquit; *virtutes Theologicas & morales, quæ ad salutem nostram faciunt, eorumque incrementa, nulla ratione magis nobis polliceri possumus, quam per hoc ipsum fidei, & charitatis sacramentum*; quippe ejus frequentatione illæ nobis inserantur, illæ nobis inseriæ augentur, atque auctæ perficiuntur, non secus ac cibo corporeo singulæ corporis partes, & membra accrescunt, aut saltem conservantur. In primis illis sæculis, nec non successivè in alijs, quando fideles ad fidei confessionem compellebantur, eamque non uno, sed multifario ore medios inter sanguinum rivos defendebant, unde vigorem roborque, nisi à sacra communione obtinuêre? eumdem audiamus authorem: *Martyres pro Christo* inquit ille, *extrema subituros tormenta, Magnus Cyprianus Eucharistiâ muniebat, quemadmodum magnum initurі prælium quo ardentius pugnent, cibo potuque se communicare solent.* Quam veritatem fusius confirmat Baronius, quando in annalibus Ecclesiasticis Anno 255. ardens recensèt, quod fideles propter fidem incarcerati habebant desiderium sumendi Eucharistiam, id quod in alijs eorumdem annalium locis fusius prosequitur probans, fortissimam atque impenetrabilem Christianorum armaturam inter persecutiones unicam extitisse communionem, quam etiam ob causam in sæculis istis admodum periculosis Ecclesia permittebat, ut fideles panem hunc consecratum domum secum deportarent, ut occasione datâ, atque persecutionis tyrannide imminente hoc se pabulo cibare atque munire possent; cujus & Apostolus ab Alberto Mag. citatus meminit in hæc verba: *Rogo vos accipere cibum pro salute vestra, quia nullus vestrum capillus de capite peribit*; *cibus enim salutis salubérrimus omnibus, & confortat in gratia, & salvat à periculo*, subnectit dictus Author.

Salmer. to. 9. tr. 2. Specialiter SS. Martyres ad subeunda tormenta. *Baron. An. 255. n. 5.*

Ibid. An. 260. n. 5.

Alb. M. lib. de Euchar. dist. 3. tr. 3. c. 2.

DISCURSUS III.
ARGUMENTUM.

Quare Eucharistia per modum cibi, subque speciebus Panis institura fuerit.

THE-

THEMA.

Accepto pane dedit eis dicens: hoc est corpus meum. Luc. 22. ℣. 19.

1. SCire quidem optarem, cur in ultima Cœna Salvator noster sacramentum altaris, in agno paschali principaliter figuratum instituturus, Panem & Vinum carni prætulerit? aut cur non potius Manna impertierit, simillimum Eucharistiæ typum? *commutavit Dominus sacramentum agni*, inquit Seraphicus, *in Sacramentum panis, quia iste est cibus magis communis & naturalis.* Nihilominus in capite discursus; laudabilt sanctaque cum curiositate interrogare libet, cur Dominus Sacramentum hoc nobis subministrare voluerit *per modum cibi & potus*; quam distinctionem reliqua inter Sacramenta habere novimus Eucharistiam? Hugo Victorin. dubium hoc sequenti enodat responso, dicens: *Voluit sapientia Dei, quæ se per visibilia manifestat, ostendere, quod ipsa animarum refectio est, & cibus; & propterea carnem assumptam in edulium proposuit, ut per cibum carnis ad gustum invitaret Divinitatis.* In terram enim descenderat verbum ut nos beatæ æternæque vitæ redderet participes; quemadmodum igitur hæc vita corporalis per cibum fovetur, ita pariter in via, ut sempiternam animæ vitam consequeremur, alium nobis subministravit cibum: *Hic pereat physicale nutrimentum* (verba sunt S. Bernardi) *cibus iste non est ventris, sed mentis; non est enim datus ad ruinas hujus vitæ, quæ vapor est, ad modicum parens, sed ad æternam vitam animæ conferendam; illuc reducit hominem, unde traxit originem.*

S. *Bonav. Ibid.* Cur Christus hoc sacramentum instituerit per modum cibi & potus. Hugo *de* S. *Vict. p. 8. l. 2. de erud. Theol. sacr. fidei c. 8.*

Per esum ligni vetiti intravit mors. *Rup. Abb. l. 3. de Sap. c. 18. Did. Stella in c. 2. Lucæ.* Per esum hujus panis intrat vita. *Joan. 6. v. 56.*

2. Per cibum serpens nostrum operatus est ruinam; per cibum pariter humana sapientia nostrum restauravit interitum; unde Rupert. Abb. ait: *Contra cibi vetiti culpam, cibus & potus gratiæ est, contra serpentis venenum, S. Spiritus antidotum est.* Cui & illa consonat Didaci Stellæ doctrina: *Non solum ejus altitudo sapientiæ offensa est per hoc, quod cum homine manjit, sed etiam per modum, quo id facere excogitavit, nam eo modo, quo mors in mundum intravit, voluit, ut eodem intraret vita; per esum ligni vetiti intravit mors, per esum etiam intravit vita.* Angelicus Doctor ad illam Christi assertionem (*caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus*) se reflectens, sanctique Chrysost. innixus authoritati inquit: *Quia cibus & potus sumitur ad refectionem hominis*; deinde duas in nobis considerat partes, quarum principalior anima, minus autem principalis corpus est; essentia hominis in anima, non in corpore consistit; animæ itaque sustentandæ necessarius erat cibus, qui non alius, quam Eucharistia est, quæ in multis Dei servis ipsi etiam corpori virtutem & nutrimentum communicavit; ideo S. Doctor subjungit: *Illud autem, quod est homo, est per animam, non per corpus; illud ergo est verè cibus, qui est cibus animæ, & hoc est, quod Dominus dicit: Caro mea vere est cibus, quia non solum est cibus corporis, sed etiam animæ.* Quod intentum S. Carolus Borromæus mirè promovet, compendiosa hac, sed emphatica doctrina, qua proportionem cibi corporalis & Eucharistici exhibet in hæc verba *Quos usus corpori panis & vinum affert, eos omnes animæ saluti, & jucunditati, ac meliori quidem, & perfectiori ratione, Eucharistiæ Sacramentum præbet.* Quod idem documentum Concilium Tridentinum tradit, à S. hoc Cardinali in medium adductum, perfecteque consummatum; ait enim: *Sumi voluit Sacramentum hoc tamquam spiritualem animarum cibum quo alantur, & confortentur viventes, ut illius, qui dixit, qui manducat me, & ipse vivet propter me.*

S. *Th. ibid.* Animæ æque necessarius est cibus, ac corpori, ille autem est Eucharistia.

3. Non solum autem *per modum cibi*, sed etiam sub speciebus panis, Eucharistiam instituere voluit Dominus, qui *accepto pane ... dedit eis, dicens, hoc est corpus meum.* Non desunt Interpretes sacri, qui in oratione Dominica nos à Christo jussos astruunt, panem petere sacrosancti Corporis ejus; unde S. Matthæus pro Ly *panem nostrum quotidianum* habet; *supersubstantialem*, ad quod se reflectens S. Hieronymus ait? *Illud, quod in Evangelio secundùm Latinos Interpretes scriptum est; panem nostrum quotidianum; melius habetur in Græco, panem nostrum egregium, præcipuum, peculiarem, cum videlicet, qui de Cælo descendens ait: Ego sum panis vivus, qui de Cælo descendi.* Quam eamdem sententiam tenuere Tertullianus, S. Ambrosius, & alij, id quod per illam confirmari potest particulam: *panem nostrum*, siquidem circa alium panem libera nobis non est dispositio, sed à beneficentia Dei illam exspectemus oportet; hic autem adeo in nostra est potestate; ut Sacerdote super materiam verba consecrationis proferente, substantia panis necessario in Christi corpus convertatur; *obediente Deo voci hominis.* Aut etiam dici potest, panem usualem non dici *nostrum*, siquidem omnibus communis est, etiam idololatris, Mahometanis, & Atheistis; *Solem suum oriri facit super bonos & malos*; panis autem Eucharisticus solis concessus est nobis Christianis Catholicis: *nobis datus*; *verè panis filiorum non mittendus canibus*; *panem nostrum*, quia cum nostrum facimus, qui dixit: *qui manducat meam carnem... in me manet, & ego in illo*; ad quem panem sumendum ita nos exstimulat S. Chrysologus: *Cælestis pater, cælestem panem, cælestis Filij ut postulemus, hortatur, ipse dixit: Ego sum panis, qui de Cælo ser. 67. descendi. Ipse est panis, qui satus de virgine, fermentatus in carne, in passione confectus, in fornace collus sepulchri, in Ecclesijs conditus, illatus altaribus cælestem cibum quotidiè fidelibus submini strat.*

notanter dicitur, panis noster. *Matth. 5. 25.* *Joan. 6. v. 57.* *D. Chrysol.*

Notanter hic cibus datus est sub speciebus panis. *Luc. 22. v. 19.* *Matth. 6. 11.* S. *Hier. ep. ad Salmer. in c. 2. ad Titum.* *Joan. 6. v. 51.* *Tertull.* S. *Cyprian.* S. *Ambros.*

Hunc panem petimus in oratione Dominica, &

4. *Accepit Jesus panem, & benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, & ait; accipite & comedite, hoc est corpus meum.* Utique non sine mysterio in sacramenti hujus materiam Christus assignavit panem, siquidem hic omnibus cujuscumque status, sexus, ætatis, conditionis, & professionis communis est hominibus. *Dedit, non vendidit*, inquit Hugo Card. quia venditum ad paucos derivatur; dedit ergo, & omnibus dedit, multis ante sæculis ad ejus participationem nos invitans per Isaiam dicens: *Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, emite & comedite; venite, emite absque argento, & absque ulla commutatione vinum & lac.* Inter omnes equidem materias comestibiles, maximè indifferens, atque universalis & panis, nullius non deserviens necessitatibus, ideoque B. Algerus ait: *Qui in suis beneficijs nostram abstulit expensam, ne gravaremur, suam contulit incomparabilem gratiam, ut hilarius juvaremur. Si enim in quibuslibet pretiosissimis speciebus Sacramenta sua Deus instituisset, quæ natura & quantitate sua, ita essent pretiosa, ut mundus totus non sufficeret ad ea comparanda; non quidem sacramentorum esset digna comparatio, sed difficilis & onerosa pauperibus, ad ea erat accessio. Ideoque ut gratia Dei omnimodo esset gratuita, in Sacramentalibus speciebus, non quæsivit dignitatem, sed aptitudinem.*

Matth. 26. v. 26. Christus huic sacramento assignavit panem, qui est cibus omnibus communis, *Hug. Card. Ibid.* *Isaiæ 55. v. 1.* B. *Algerus l. 3. de sacr. c. 4.*

5. *Accepto pane.* Experientia teste panis principalissimum hominis est nutrimentum; cui proinde Psalmista insigne hoc attribuit epithetum, *firmamentum panis.* S. autem Martianus Eucharistiam eadem de causa *unicum* appellat *vitæ remedium*; quem effectum S. Bernardinus fusius considerans ab alimento materiali, ita ad spirituale digreditur: *sicut alimentum corporale habet vitam corporis servare; sic hoc Sacramentum, cum sit animæ cibus, habet ipsam in gratia solidare, quæ ipsius animæ vita est.* S. porro Bonaventura de hoc eadem agens Sacramento, Sapientiam incarnatam nos ad vitam immortalem corpore suo sub speciebus panis nutrire voluisse concludit, dicens: *Sapientia providit, ut, rationales animas hominum, quas tam carè redemit, & per gratiam magnificavit, ac effecit similes angelis Dei, cibaret illo pane, quo Angeli nutriuntur, sine quo nec illi, nec isti vivere possunt, & hoc per aliquem modum convenientem nobis parvulis, quo impossibile est nobis comedere cum isto mortali corpore illum panem vitæ in soliditate propriæ formæ, scilicet divinitate.* Quas easdem sacratissimi Christi corporis, specierumque panis & vini, proportiones considerans S. Cyprianus inquit: *Potus & esus ad eamdem pertinent rationem, quibus sicut corporea natura subsistentia & vivit, & incolumis perseverat; ita vita Spiritus hoc proprio alimento nutritur:* Qui idem Sanctus paulo ante verba præmiserat sequentia: *Sicut panis communis quem quotidie edimus, vita est corporis, ita panis iste supersubstantialis vita est animæ.* Quam eamdem rationem B. Algerus in hæc adducit verba: *Quia panis & vinum hominem incorporatum vita est temporalis, ideo Christus hoc Sacramento nobis tamquam capat membris incorporatus sit vita æterna fidelibus.* Quæcumque alia materia, ad institutionem hujus Sacramenti eligibilis, ad nostram minus nutritionem, quæ in animabus, in ordine ad vitam æternam exercetur, repræsentandam adaptari potuisset.

S. Euchar. est nutrimentum vitæ. *Psal. 104. v. 16.* S. *Martian. Epis. ad Bevod. c. 3.* S. *Bona. s. 7. de prep. ad Miss. c. 2.* S. *Cypr. de cœn. Dom. n. 14.* B. *Algerus Ibid.*

6. *Accepto pane.* Honorius Augustodunensis panis nomen in Scriptura S. præ omnibus alijs cibis expressivum esse advertit, dicens: *Pan omne dicitur, ideo hic offertur, quia omnis salus animæ & corporis in eo percipitur.* Porro manducare panem, ut ex varijs deducitur S. Scripturæ locis, idem est, quod lautè alidere mensæ. Cujus Sacramenti in hæc verba meminit Ecclesia sancta: *Panem de cælo præstitisti eis omne delectamentum in se habentem; quis esurit, accedit ad illum*, inquit epulari.

Honorius August. de gemma animæ. Manducare panem, in Scrip. S. idem est; ac lautè epulari.

S. *Thom. de Villanova conc. 1. in fest. Corp. Christi.* S. *Bonav. in c. 6. Joan. Coll. 32.* quit Thomas de Villanova, *& omnem in eo reperiet sanctitatem.* Panis insuper proprietas ea est, ut notat Seraphicus, ut omnes condiat, præparet, sapidosque reddat cibos. *Panis cum omni cibo apponitur, & omne animal panem desiderat, & in cæteris cibis vincit utilitas panis, & quia prædicta sunt jamnùm in Filio Dei, ideo merito dicitur panis*; ita & Eucharistia, omnes eam digne sumentes vegetos efficit, ejusque palati efficit participes, ut omnes ei sapiant virtutes; ut incredibiles faciant quotidie in charitate, honestate humilitate, mansuetudine, mortificatione, omnibusque alijs virtuosis actibus progressus.

7. *Accepto pane.* Idem Seraphicus alio in loco hanc sequentem dicti hujus assignat rationem: *Quoniam nihil magis idoneum est ad refectionem quam cibus panis, & potus vini, nihil est etiam magis idoneum, ad significationem unitatis corporis Christi, veri & mystici, quam panis factus de mundissimis granis, & vinum expressum de purissimis acinis, in vinum collectis; ideo sub his speciebus magis quam sub alijs debuit hoc Sacramentum exhiberi.* Si enim Annales Ecclesiæ attente pervolverimus, insallibiliter edocebimur eam accreviisse, suosque fideles & filios suos, quorum ut S. Lucas ait: *Erat cor unum, & anima una*, simul unjisse, quando hic fuit præparatus sub actusque panis prout primus docuit discursus. Cujus proinde mentionem Apostolus faciens ait: *Unus panis unum corpus multi sumus*; ad quæ verba Eusebius Emissenus se reflectens, ita discurrit: *In hoc ipso quod numerosis tritici granis confici novimus, unitatem constat assignari populorum*; *sicut enim frumentum, quod solita purgantis solicitudine præparatum in candidam spectem molarum labore perficitur, ac per aquam & ignem in unius panis substantiam congregatus, sic variæ gentes, diversæque nationes in unam fidem convenientes, unum de se Christi corpus efficiunt.* Incognitus Carmelita Michaël de Bononia super illa verba Psal. 80. *& cibavit eos ex adipe frumenti*; ad idem propositum nostrum dicit: *sicut adeps frumenti est unitivus, quia ex multis granis unus panis conficitur, sic istud Sacramentum est unitivum, quia omnes dignè sumentes unit & pacificat, dum eos unum corpus facit in Christo.*

S. *Bonav. s. 6. p. 6. Breviloq. c. 9.* S. *Eucharist. est panis uniens fideles.* *Acta Apost. 4. 32.* *1. Cor. 10. v. 17.* *Euf. Emis. h. 5. de Pasc.* *Psal. 80. v. 17.* *Ineog. Car. Mich. de Bononia.*

Panis naturalis restaurat in corpore, quidquid calor naturalis consumpsit, Sic S. Euch. restaurat quidquid animæ deperijt per delectationes carnales.

8. *Accepto pane.* Ex quo panis, primaria alimenti nostri causa est, ideo in nobis refarcit, quidquid vi caloris naturalis substantiæ nostræ deperditum fuit; sicut enim flamma lampadis, oleum in illa repositum semper consumit, ita quoque calor naturalis in corporibus nostris semper consumit illorum substantiam; & consequenter sicuti lampadi novum reinfunditur oleum, ne lumen extinguatur, ita quoque corpus nostrum cibare de novo debemus, ut quod calore naturali consumptum est, ex alia parte per cibum refarciatur. Porro eumdem effectum, quem panis, & quilibet alius cibus operatur in corpore, Eucharistia pariter in anima producit, huic enim effrænis quidam ardor à vitiata natura nostra impressus est, qui appetitus concupiscibilis nominatur, homineque semper ad deteriora, id est, ad voluptates, & delectationes carnales explendas infeliciter inclinat, cui ardori aliud quoque accedit incendium scilicet mundus, pro quo adaugendo supervenit instigatio inimici infernalis, & væ animæ, nisi Salvator ejus de hoc pane possessor, per quem omnia restaurantur damna, quæ ab appetitu inordinato derivari solent. S. Basilius super Isaiam scribens, eamdem quoque inter Sacramentum altaris & cibum tangit proportionem, dum ait: *Quemadmodum corpora nostra convalescunt, ac firmantur sub alterna sumptione congruentium alimentorum, ita quiddam est, quod consentaneæ pascit animam, eique suggerit vegetas vires ad bonitatem consectandam. Quid illud tandem est? nimirum quod dixit Dominus: Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.* Enimvero experientia constat, quod dum quis aliquanto tempore sine cibo vitam degit, paulatim omnia corporis membra languescant, at vero quando sufficienter nutritur, omnes illius partes vigorem & vires denuo recipiunt, eumdem quoque in animabus effectum operatur, raritas vel frequentia communionis; unde Psalmista dicebat: *Ossa mea sicut cremium aruerunt, percussus sum ut fænum, & aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum.*

S. *Basil. in c. 3. Isai.* *Psal. 101. v. 4. 5.*

Panis conficitur ex tribus: sic & Eucharist. constat ex tribus. S. *Bonav. l. 6. c. 13. Comp. Th. Virg.*

9. *Accepto pane.* Ad panem conficiendum tria præcipuè requiruntur, videlicet; farina, aqua, & ignis: ita quoque in hoc cœlesti pane tres præcipue substantiæ notantur, videlicet: corpus, anima, & divinitas, unde Seraphicus Doctor ait: *Maxima dignitas apparet in hoc Sacramento, quia cum Christus constet ex tribus substantijs, scilicet Deitate, anima & corpore, ipsa quidem Deitas excellit omnia, item anima ejus præcellit omnes animas, cum sit plena gratiæ & veritatis; item corpus ejus excellit omnia corpora, quod de sanctificato corpore B. Virginis fuit sumptum, & divinitati unitum*; atque ideo S. Mater Ecclesia de hoc pane merito canit; *Pinguis est panis ejus, & præbebit delicias Regibus.*

10. *Accepto pane.* Deus speciali providentia sua panis naturalem gustum indidit, adeo ut nullus sit, qui illius tædium aut nauseam concipiat, illoque licet proprio sudore sæpe subacto non libenter, & magno cum gustu vescatur; hunc autem saporem Deus ideo pani & cibo indidit, quia pro corporis sustentatione eodem semper indigemus; unde apud Ezechielem *panis hæreus* appellatur: de hoc quoque cœlesti pane cum admiratione in Ecclesia exclamamus, dicentes: *O quam suavis est Domine Spiritus tuus, pane suavissimo de cælo præstito esurientes reficies.*

Nemo afficitur tædio ex gustu panis; sic &c. *Ezech. 4. v. 16.*

11. *Accepto pane.* Inter omnes cibos vix ullum reperiemus stomacho convenientiorem, quam sit panis; unde Medicorum aphorismus est dicentium: *Omnis nauseatio mala, panis autem pessima*: eodem quoque modo inter omnia Sacramenta pro animarum salute instituta nullum est, cui magis sit proprium animam vivificare, quam sit Eucharistia; *Non tantum in hoc Sacramento gratia sumitur*, inquit Hugo de S. Victore, *sed etiam ipse à quo est omnis gratia*, unde nullum dari potest deterius signum, unde aliquem Deo parum gratum esse colligere possimus, quam si hunc panem nauseet, & abhorreat. S. Bonaventura differentiam quamdam assignat inter cibum corporis, & hoc spirituale animæ nutrimentum. *Hæc est differentia*, inquit, *inter comestionem corporalem & spiritualem, quia ibi cibus comestus transit in substantiam, & nutrimentum comedentis; hic vero comedens incorporatur Christo, & transit in amorem & unitatem corporis Christi.* Advertendum quoque est, panem Eucharisticum nequaquam fermentatum, sed azymum esse debere, quia ut animæ utilis sit, eique incorporetur, necessum est, ut conscientia pura sit & munda: etenim fermentum quædam peccati figura est, non vero sic azymum. Unde Apostolus monet dicens: *Itaque epulemur, non in fermento veteri neque in fermento malitiæ & nequitiæ, sed in azymis sinceritatis & veritatis.*

S. Eucharistiæ proprium est animam vivificare. *Hugo de S. Vict. in spec. Jul. c. 7.* Pessimum signum est, nausea hujus panis. S. *Bonav. s. 7. de prep. ad Miss. c. 7.* *1. Cor. 5. v. 8.*

DISCURSUS IV.
ARGUMENTUM.

Profecutio ejusdem materiæ; item quare sanguis sub speciebus vini sumatur.

THEMA.

Hæc dicit Dominus, quomodo si inveniatur granum in botro, Isaiæ 65. ℣. 8.

1. VIdetur Evangelicus Propheta in hisce verbis per Spiritum propheticum ad ineffabile Sacramenti altaris mysterium voluisse alludere, utpote, quod sub specie panis & vini institueudum erat; unde sicut in pane sacratissimi illius corporis includitur integritas, ita pariter in vino: *Quomodo si inveniatur granum in botro*; huic enim electorum frumento infitus est botrus ille, de quo scribitur in Canticis, *botrus Cypri dilectus meus mihi.* De quo etiam Hugo de S. Victore apposite ait: *Nec pars sub specie panis, & pars sub specie vini, sed totus hic, & totus ibi, non pars in parte, sed totum in parte*, adeo ut impleatur illud Isaiæ oraculum dicentis: *Quomodo si inveniatur granum in botro.*

Cant. 1. 14. Hug. de S. *Vict. Erud. Theol. lo. 3. spec. Eccl. c. 7.*

2. Sciendum verò est, quod pro hoc pane Eucharistico specialiter electum fuerit granum inter omnia alia nobilissimum, id est triticum, in quo Salvator noster symbolicè designatur, qui de se ipso ait: *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.* Unde idem Hugo inquit: *Non de quolibet pane hoc conficratur Sacramentum, sed tantum de pane frumenti, quia ipse de se dicit, nisi granum frumenti cadens &c.* Granum hoc frumenti in illa virginali terra seminatum fuit, de qua in Psalmo dicitur: *Etenim Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum*, & quidem granum hoc adeo abundantem fructum produxit, ut ipsemet dixerit: *Messis quidem multa, operarij autem pauci.* Hoc frumenti granum in paradisi granario reclusum latebat, quando jussu divini illius agricolæ (de quo Verbum incarnatum testatur, dicens: *Pater meus agricola est*) S. Gabriel Archangelus illud ipsum in Nazareth transtulit, ubi seminatum crevit, adeoque multiplicatum fuit, ut de agro illo dici poterit: *Sicut acervus tritici.* Angelicus Doctor rationem assignat, cur incarnata

Panis Eucharisticus debet esse triticeus. *Joh. 12. v. 24. 25.* *Hug. de S. Vict. ibid.* Christus est granum frumenti. *Psal. 84. v. 13.* *Luc. 10. v. 2.* *Joan. 15. v. 1.* *Cant. 7. 2.*

Rationes, cur materia Euchar. debeat esse panis, & quidem triticeus.

carnata Sapientia pro Eucharistia panem elegerit; ac deinde cur panem hunc specialiter triticum esse voluerit, dicit enim panem tamquam inter omnes alios cibos materiam aptissimam elegit tam ex parte illius, qui illum administrat, quam ex parte recipientis, est enim in primis panis aptior ex parte illum ministrantis, quia majori cum facilitate in quovis loco & tempore reperitur, non vero item aliæ res comestibiles. Præterea panis hanc in se dispositionem habet, quod longo tempore conservari possit, est enim materia ejus purior & mundior, faciliusque dividi, & ex uno loco ad alterum transferri potest. Quantum verò ex parte recipientis ad hoc Sacramentum, panis quoque aptior magisque idonea materia est, præ cunctis aliis cibis, quia hæc accidentia Sacramentalia nullum adsciscere possunt sanitati nocumentum, prout alij cibi nonnumquam faciunt, quod verò panem hunc triticeum esse voluerit hujus, has assignat rationes; primo propter grani hujus præ cæteris naturalem nobilitatem, inter omnia enim grana triticum nobilissimum est, ac proinde justum erat, ut panis ille indè conficeretur, pro quo habendo æternum Patrem quotidiè rogamus, dicentes: *Panem nostrum supersubstantialem da nobis.*

Baron. An. 513. n. 24. Sacra Eucharistia miraculosè convertitur in aristas triticeas.

c. In Annalibus Ecclesiasticis de quodam hæretico Severi sectatore legimus, quod servum quemdam habuerit Catholicum, Deo pariter & ipsi valde fidelem, qui juxta illius temporis consuetudinem sacram Eucharistiam in domum suam, summa cum reverentia reportatam, & in armario quodam repositam habebat, ut eadem in necessitatibus occurrentibus uti seque cibare posset; Accidit autem, quod cum servus ille procul à domo profectus fuisset, hæreticus dominus ejus, qui sæpius ex curiositate sacrosanctas illas species videre concupierat, prævidens servum tardius domum reversurum, à dæmone instigatus, easdem in ignem projicere decreverit, cumque hoc ipsum executus, ad prædictum armarium accederet, invenit (res profectò mira atque stupenda) omnes illas species in spicas & aristas triticeas germinasse, undè timore correptus elata voce *Kyrie eleyson* acclamavit, atque cum omnibus familiaribus & domesticis suis ad Ecclesiam Seleuciæ Episcopi se recepit, miraculum manifestavit, ac una cum multis alijs de hujus divini frumenti veritate convictus, errorem suum est detestatus.

S. Greg. hom. 8. in Evang.

S. Gregorius in quadam homilia ita scribit: *Quia per Prophetam dicitur: Omnis caro fœnum, factus homo fœnum, nostrum vertit in frumentum: qui de semetipso ait: nisi granum frumenti mortuum fuerit, ipsum solum manet; undè & natus in præsepio reclinatur, ut fideles omnes, videlicet sancta animalia carnis Juæ frumento reficeret.*

Panis triticeus eligitur ad conficiendum hoc Sacramentum, eo quod sit optimus.

7. Secunda ratio quam S. Thomas adducit, cur scilicet Christus granum tritici in materiam Eucharistiæ elegerit, est, quia exinde fit panis, uniuscujusque hominis stomacho & sanitati congruentissimus: etenim vulgatum est proverbium, *melliorem triticeo panem ne quæsito*, ita & Eucharistia indifferenter pro salute omnium à Domino instituta est, dicente Ecclesia: *Manducat Dominum pauper servus & humilis.*

S. Th. ibid.

Iterum pani triticeo major quam alijs inest nutrimentum & substantia, id quod huic pariter competit sacramento, cujus excellentia omnibus alijs superemineat, & admirandos in ijs, qui ipso fruuntur, operatur effectus. Quo Isaias respexisse videtur, qui novæ Legis successûs in Prophetia sua delincans ait: *Dabit vobis Dominus panem arctum.* Quem enim angustum strictumque panem populo suo impertiet Dominus, nisi hunc divinum; siquidem in unico invisibili & indivisibili hostiæ atomo, Deus ille recluditur, *quem cœli capere non possunt?* quam interpretationem sequentia consolidant verba, quando immediatè subjungit Propheta, *& panis frugum terræ, erit uberrimus, & pinguis.* Quidni inquam textus ille de hoc intelligendus est Sacramento, qui ab Ecclesia dicitur *pinguis panis ejus?* præsertim cum fertilitas ejus usque in sæculorum finem sese sit dilatura. Sed quæ obsecro proportio esse potest inter panem arctum & uberrimum? in opulentis Principum convivijs cibus quandoque apponitur secundùm apparentiam quantitatis exilis, sed in se valoris inæstimabilis, siquidem gemmis, succinis, unionibus, alijsque pretiosis mollitus est ingredientijs; ideoque & sapore, & pretio totum residuum superat apparatum, ita quoque Eucharistia exile quidem exitit frumenti granum, nihilominus in eo *sunt omnes thesauri absconditi*, ideoque merito appellatur *panis uberrimus & pinguis.* Quantum equidem augmentum capit seminatum frumenti granum? *à fructu frumenti & vini multiplicati sunt.*

Isa. 30. v. 20.

Ibid. v. 23.

Differentia inter panem arctum & uberrimum.

8. Ecclesiâ sancta ad Verbi incarnationem alludens, sequentibus utitur verbis: *Sicut pluvia in vellus descendisti, ut salvum faceres genus humanum*; quæ antiphona ad vellus alludit Gedeonis, in quo sicuti intra lanam sese ros occuluit, ita & Verbum divinitatem suam per rorem illum cœlestem defignatam sub accidentibus occultat Sacramentalibus. Ros ille abundans erat, utpote multiplicitatem designans gratiarum infinitorumque bonorum ab hoc Sacramento derivandorum, nec non immensum fidelium numerum, per idem Sacramentum in fide regenerandorum. Sed locum observemus oportet, ubi rore conspersa lana reposita fuit; scilicet in area, ubi colligitur & excutitur. *Nec tunc otiosè Gedeon*, inquit S. Augustinus, *vellus, nec in campo positit, nec in prato, sed potius in area, ubi messis est trita.*

Psal. 71. v. 6. Jud. 6.

S. Aug. ser. 108. de temp.

9. *Granum in botro*, frumentum & uvæ granum unita sunt, quia scilicet sub speciebus panis & vini instituenda erat Eucharistia simulque constringenda frumentum & vinum, cujus in hæc verba propriè meminit Zacharias: *quid enim bonum ejus est, & quid pulchrum ejus, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* Ecce vobis simul associata frumentum & vinum, cui proposito majori cum energia suffragaturus Albertus Magnus à frumenti & vini etymologia desumptum format discursum: *Hoc etiam ab ipsis nominibus accipitur, quia frumentum à verbo fruor, frueris derivatur, eo quod ipsum præ alijs fructum faciat nutritionis, & vinum derivatur à vi, eo quod vim specialem habet ad potandum membra, si temperatè & ordinatè sumatur.* S. Cyprianus post adductam sacramenti hujus figuram, & adaptatam in Noë, qui primus vites plantavit, vinumque ab ijs proveniens ut bibit, inebriatus est, immediatè oblationem subnectit, quam Melchisedech in pane & vino præstitit. Cujus proinde S. Cyprianus meminit in hæc verba: *Sacerdos in æternum Christus Dominus secundùm ordinem Melchisedech, panem & vinum obtulit, suum scilicet corpus & sanguinem.* Deinde Salomonis subnectit prædictionem inquientis: *Sapientia ædificavit sibi domum... Immolavit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam suam.* Tandemque discursum concludit, in epilogo benedictionem adducens Patriarchæ Jacob, qua Judam adorandum spopondit à fratribus, eumque stolam suam in sanguine uvæ lotutum esse: *Quando autem sanguis uvæ dicitur, quid aliud quam vinum Calicis, Dominici sanguinis ostenditur?* S. Gaudentius de Agni Paschalis mysterijs tractans rationem assignat sequentem, cur sub vini specie sanguis consecretur; dicit enim: *Rectè vini specie sanguis ejus exprimitur, quia ipse in Evangelio dicit: Ego sum vitis vera.*

Alb. Mag. l. de Euch. dist. 6. tr. 2. c. 1.

S. Cyp. Ep. 63. n. 12.

Prov. 9. v. 1. 2.

S. Gaud. tr. 2. de manduc. Agni paschalis.

10. S. Cyrillus Jerosolymitanus consilium memorans Ecclesiastis, quo panem, vinumque nostrum cum lætitia sumendum suadet; jubilum in eo designari docet, quo fideles, sacramentalibus his speciebus cibati replendi essent. *Idcirco Salomon cum in Ecclesiaste hanc eamdem gratiam in ænigmate significaret; age, inquit, manduca in lætitia panem tuum, panem videlicet spiritualem, & bibe vinum in corde bono, spirituale scilicet vinum.* Vitis quondam, ut liber exhibet Judicum, ad Imperium omnium arborum invitata respondisse legitur; *numquid possum deserere vinum meum, quod lætificat Deum & homines.* Ubi ad quid aliud, nisi ad oblationes vini allusit, Deo faciendas in sacrificijs, cum maximo vènerationis & sacrosancti cultus ejus augmento? Certum namque est, divino hoc vino æternum oblectari Patrem, lætificaque fideles prout suo loco probabitur fusius, ideoque materia hæc convenienter admodum Eucharistiæ adaptata fuit. Vinum ut experientia docet, animos oblectat, omnemque pellit cordium mœstitiam; ad quam proprietatem se reflectens S. Cyprianus illa Psalmistæ verba (*Calix meus inebrians*; sequenti præmittit discursui; *Sed quia ebrietas Dominici Calicis, non est talis, qualis ebrietas vini sæcularis, cum diceret Spiritus Sanctus in Psalmo, calix tuus inebrians, addidit: quam præpotens*; quod scilicet calix Dominicus sic bibentes inebriet, *ut sobrios faciat, & mentes ad spiritualem sapientiam redigat*; cui mirabiliter favet quædam S. Hieronymi versio, super illum Oseæ textum: *Vivent tritico*; ubi Sanctus legit: *Inebriabuntur frumento.* Quam & ebrietatem spiritualem Psalmista his exprimit verbis: *Ab ubertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Porro S. Augustinus idem promoturus intentum, materiæ huic illa Psalmistæ verba (*Calix meus inebrians, quam præclarus est*) accommodat dicens: *Hoc jam calice inebriati erant martyres, quando ad passionem ibant, suos non agnoscebant. Quid tam ebrium, quam non agnoscere uxorem flentem, non filios, non parentes? nolite mirari, ebrij erant; acceperunt calicem, undè inebriaverunt.* Ita S. Laurentius Ostiensis sibi omnibus suppliciorum instrumentis audiensque à Tyranno; *Tota hæc nox expendetur in tormentis*; generosè respondit: *Has epulas semper optavi: mea nox obscurum non habet, sed omnia in luce clarescunt.* Unde & illudebat ridebatque Valerianum in lecto positus igneo, dicens, *Assatum est, jam versa & manduca.* Unde obsecro tam invictus vigor, tantus in tam horrendo martyrio jubilus? munus confideratè quod in Ecclesia obibat S. Martyr. Archi-Diaconus erat, ad quem spectabat Eucharistici Agni distribuere sanguinem: *Cui commisisti dominici sanguinis dispensationem.* Quemadmodum igitur ebrius quicumque mœstitiam nescit, nec pœnam sentit, aut dolorem, ita quoque in illis raptibus spiritualibus & extasibus gloriosus Levita in virtute illius calicis omnibus evadebat superior tormentis. Ideoque S. Augustinus his ipsum extollit verbis: *Bene manducaverat, & bene biberat, tamquam illa esca saginatus, & illo calice ebrius, tormenta non sensit.*

S. Cyp. Ibid.

S. Hier. Ose. 14. v. 8.

Ps. 35. v. 9. S. Aug. ibid.

S. Aug. tr. 27. in Ioan.

Oblectat, & inebriat animos fidelium.

11. Nova tandem in frumento & uvæ botro sese offert conditio, siquidem nec hoc nec istud panem respectivè componere potest aut sanguinem, nisi primo in mola trituratum, subque torculari expressum fuerit; quam proprietatem S. Cyprianus ita nostro accommodat propósito: *Torcularis quoque calcatio & pressura taxatur, quia quomodo ad potandum vinum venire non potest, nisi botrus calcetur, ante, & prematur, sic nec nos sanguinem Christi possemus bibere, nisi Christus prius calcatus fuisset & pressus, & calicem prior biberet, quem credentibus propinaret.*

Christus botrus calcatus fuit in passione.

S. Cypr. Ibid.

DISCURSUS V.

ARGUMENTUM.

De unione nos inter & Christum in Communione sacra; quæ non sicut cæteri cibi convertitur in nos, sed nos potius convertit in se.

THEMA.

Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo, Joan. 6. v. 57.

Per sacram communionem incorporamur Christo.

1. NEc noverat, nec potebat amantissimus Salvator securiorem certioremque adinvenire modum quo se totum nobis incorporaret, nostrumque faceret, quam invisceratì nobis, tamquam cibus & nutrimentum animæ: *Nos sibi non modo attrahit*, inquit Albertus Magnus, *sed inirahit, & ipse in nos penetrat usque ad medullas.* Panis ille cœlestis ita se, dignè eum accipientibus omnibus unit, & incorporat, ut meritò unicuique eorum dici possit: *Vos estis Corpus Christi & membra de membro, membra estis corporis ejus, de carne ejus & de ossibus ejus*; *ut non tantum per charitatem*, subnectit S. Chrysostomus, *hoc fiamus, verum & ipsa re in illam misceamur carnem.* Ad quod, & Ecclesia alludere voluisse videtur, quando in quadam oratione in Missa ad postcommunionem in Sabbatho Dominicæ tertiæ Quadragesimæ, ita nos præcari jubet; *Quæsumus omnipotens Deus, ut inter ejus membra numeremur, cujus corpori communicamus & sanguini.* Cui & S. Hilarius suffragatur, qui postquam corporis & sanguinis Christi in Eucharistia veritatem fusius probassiet, ita tandem concludit: *Hæc accepta atque hausta id efficiant, ut & nos in Christo, & Christus in nobis sit. Est ergo in nobis ipse per carnem, & sumus in eo, dum secum hoc, quod nos sumus, in Deo est. Quod autem in eo per sacramentum communicatæ carnis & sanguinis simus, ipse testatus est dicens: Quoniam ego in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis.*

Alb. Mag. l. de Euch. dist. 6. tr. 2. c. 1.

D. Chrysost. hom. 61. ad pop.

S. Hilar. l. 8. de Trin.

2. Ponderatione digna est circumstantia illa, quam S. Joannes in eodem cap. 6. tangit; nam postquam protulisset hæc verba: *qui manducat meam carnem &c.* immediate post subjunxit, *sicut misit me vivens Pater, & ego vivo propter Patrem, & qui manducat me, & ipse vivet propter me*; at vero quænam obscero est relatio vel correspondentia inter duas istas propositiones, nimirum de unione, vel identitate carnis Christi cum Communicante, & de vita, quam Christus ab æterno Patre suo recipit? nimirum ni fallor, per utramque propositionem Christus vult dicere, quod sicut divinitatem à Patre suo recipiens, eadem vita vivit, qua Pater, ita qui nutritur sacratissimo ejus corpore, eadem vita cum Christo fruetur, hoc enim S. Hilarius dicere velle videtur dum ait: *Vivit Verbum per Patrem, & quomodo per Patrem vivit, eodem modo nos per carnem ejus vivimus*; hunc admirandum effectum & indissolubilem unionem & identitatem experiebatur in semetipso S. Paulus Apostolus, undè dicebat: *Vivo, jam non ego, vivit verò in me Christus*; q. d. quod respirem, intelligam, loquar, & operer, id non in virtute animæ meæ facio, sed in virtute animæ Christi, qui in me vivit. Verum enimvero ex quo à nobis æterni Patris facta est mentio, nequaquam præterendum est quod Christus nobis in Evangelio suggerit consilium, dum ait. *Estote vos perfecti, sicut & Pater vester cœlestis perfectus est*; at vero dicere aliquis posset, quatione fieri illo modo possit, quod homo ad perfectionem & sanctitatem Dei pertingere queat? etsi hanc Dei perfectionem assequi non valeat, profectò consequens est, quod nobis rem aliquam viribus nostris longè superiorem imponat, cum tamen certum sit, quod *ipse sciat figmentum nostrum.* At vero dubium hoc facile solvitur, si præceptum hoc facillimè adimpleri

Per sacram communionem vivimus vita Christi.

Joan. 6. v. 57. Ibid. v. 58.

Gal. 2. v. 20.

Matth. 5. v. 48. Et perfecti simus, sicut Pater cœlestis perfectus est.

Wenceslaus Rex proprijs manibus seminavit, coluit, & messuit triticum ad conficiendam S. Eucharistiam.

Baron. An. 57. n. 151.

3. P. Rho de Wenceslao Bohemiæ Rege refert, hunc omne studium suum in eo collocasse, ut illud proprijs manibus seminaret, excoleret, atque meteret triticum, quod hostijs consecrandis servire debebat; *Quis non suspiciat regias illas manus sceptris atque armis initiatas, aratro, molæ, ac pistrino admoveri, dum agrum colere, serere, frumentum metere, ac molere, farinamque subigere, ac panem coquere non dubitat? Wenceslaus, ut quod ex Regia cultura provenisset frumentum, quique cultus esset panis Eucharistiæ conficiendæ, regio plane munere offerretur?* In Annalibus Ecclesiasticis de primi sæculi Christianis fidelibus legitur, quod etiam panem & vinum usuale magna in veneratione habuerint, eo quod sub accidentibus Eucharistia consecraretur; ac proinde Tertullianus ait: *Calicis aut panis etiam nostri aliquid decusi in terram anxiè patimur.* Albertus Magnus de hoc tritici grano pariter inquit: *Hujus Sacramenti materia tamquam in cibo sui generis nobilissimo, accipitur in pane de frumento; huic enim frumento Christus se comparavit, dicens Joan. 12. nisi granum frumenti &c. in granis quatuor considerantur, color, figura, quantitas, & puritas substantiæ, si deberent esse nobilia, hæc autem omnia in grano frumenti inveniuntur*

Tertull. de corona militis c. 3. Alb. Mag. l. de Euch. dist. 3. tr. 1. c. 1. n. 13. Joan. 12. 24.

4. Hugo de S. Victore, granum frumenti intus candidam, foris verò fulvum esse observat, ac proinde Christum grano huic per egregiam analogiam assimilat, dicens: *Pulchrè se vocat granum frumenti, quia granum frumenti candidum est interius & rubrum exterius; & Christus candidus dicitur respectu divinitatis, & rubicundus in carne propter passionem, undè Sponsa in Canticis dicit: quod sit candidus & rubicundus.* Hoc frumenti granum nobilissimum est, & ideo de illo Job ait: *Frumentum desiderat nubes*; quod idem de pane Eucharistico dicere possumus, quia ut ab oculis corporis occultetur, & absondatur, nubem requirit accidentium Sacramentalium, tametsi de cæteto terræ fœcunditate, aut benignitate climatis minimè indigeat, sicuti nec industria aratri, nec pluviarum irrigatione, nec spiramine ventorum, quovis enim anni tempore & in omni loco, & quovis die, cum modica consecrationis verba super pane proferuntur, Dei Filius è cœlesti granario confestim descendit, atque in sacris altaribus in fidelium defervit annonam, *in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda.*

Hug. de S. Vict. ibid. Christus comparatur grano frumenti. Cant. 5. 10. Job 37. v. 11.

Malach. 1. v. 11.

5. Psalmista de hoc divino frumento in hæc verba vaticinatur: *Cibavit eos ex adipe frumenti*; ubi incognitus Carmelitanus ait: *Per adipem frumenti intelligo Sacramentum Eucharistiæ*; Porrò Ly adeps magis proprie carni quam frumento convenit, quia pinguedinem exprimit & tamen etiam huic pani triticeo Sacramentali propriissimè convenit, utpote qui corpus verum & vera caro est, unde de eo dicitur: *Pinguis panis ejus.* Idemque famosus Interpres sequentia alterius Psalmi verba: *sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea*, exponens, inquit: *In hoc Sacramento totalis gratiæ pinguedo continetur, quid enim frumenti nomine nisi corpus Christi intelligitur; istud frumentum habet corticem & adipem, ut cortex sit ipsa humanitas: adeps verò sit intus latens divinitas; quia in hoc Sacramento satiamur, eo quod in ipso nostra finalis beatitudo consistit.*

Ps. 80. v. 17. Mich. de Bononia ibid. Et adipi frumenti.

Mich. de Bonon. in Psal. 62. v. 6.

ARGUMENTUM.

De unione nos inter & Christum in Communione sacra; quæ non sicut cæteri cibi convertitur in nos, sed nos potius convertit in se.

THEMA.

Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo, Joan. 6. v. 57.

1. NEc noverat, nec potebat amantissimus Salvator securiorem certioremque adinvenire modum quo se totum nobis incorporaret, nostrumque faceret, quam invisceratì nobis, tamquam cibus & nutrimentum animæ: *Nos sibi non modo attrahit*, inquit Albertus Magnus, *sed inirahit, & ipse in nos penetrat usque ad medullas.* Panis ille cœlestis ita se, dignè eum accipientibus omnibus unit, & incorporat, ut meritò unicuique eorum dici possit: *Vos estis Corpus Christi & membra de membro, membra estis corporis ejus, de carne ejus & de ossibus ejus*; *ut non tantum per charitatem*, subnectit S. Chrysostomus, *hoc fiamus, verum & ipsa re in illam misceamur carnem.* Ad quod, & Ecclesia alludere voluisse videtur, quando in quadam oratione in Missa ad postcommunionem in Sabbatho Dominicæ tertiæ Quadragesimæ, ita nos præcari jubet; *Quæsumus omnipotens Deus, ut inter ejus membra numeremur, cujus corpori communicamus & sanguini.* Cui & S. Hilarius suffragatur, qui postquam corporis & sanguinis Christi in Eucharistia veritatem fusius probassiet, ita tandem concludit: *Hæc accepta atque hausta id efficiant, ut & nos in Christo, & Christus in nobis sit. Est ergo in nobis ipse per carnem, & sumus in eo, dum secum hoc, quod nos sumus, in Deo est. Quod autem in eo per sacramentum communicatæ carnis & sanguinis simus, ipse testatus est dicens: Quoniam ego in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis.*

2. Ponderatione digna est circumstantia illa, quam S. Joannes in eodem cap. 6. tangit; nam postquam protulisset hæc verba: *qui manducat meam carnem &c.* immediate post subjunxit, *sicut misit me vivens Pater, & ego vivo propter Patrem, & qui manducat me, & ipse vivet propter me*; at vero quænam obscero est relatio vel correspondentia inter duas istas propositiones, nimirum de unione, vel identitate carnis Christi cum Communicante, & de vita, quam Christus ab æterno Patre suo recipit? nimirum ni fallor, per utramque propositionem Christus vult dicere, quod sicut divinitatem à Patre suo recipiens, eadem vita vivit, qua Pater, ita qui nutritur sacratissimo ejus corpore, eadem vita cum Christo fruetur, hoc enim S. Hilarius dicere velle videtur dum ait: *Vivit Verbum per Patrem, & quomodo per Patrem vivit, eodem modo nos per carnem ejus vivimus*; hunc admirandum effectum & indissolubilem unionem & identitatem experiebatur in semetipso S. Paulus Apostolus, undè dicebat: *Vivo, jam non ego, vivit verò in me Christus*; q. d. quod respirem, intelligam, loquar, & operer, id non in virtute animæ meæ facio, sed in virtute animæ Christi, qui in me vivit. Verum enimvero ex quo à nobis æterni Patris facta est mentio, nequaquam præterendum est quod Christus nobis in Evangelio suggerit consilium, dum ait. *Estote vos perfecti, sicut & Pater vester cœlestis perfectus est*; at vero dicere aliquis posset, quatione fieri illo modo possit, quod homo ad perfectionem & sanctitatem Dei pertingere queat? etsi hanc Dei perfectionem assequi non valeat, profectò consequens est, quod nobis rem aliquam viribus nostris longè superiorem imponat, cum tamen certum sit, quod *ipse sciat figmentum nostrum.* At vero dubium hoc facile solvitur, si præceptum hoc facillimè adimpleri

Per sacram communionem vivimus vita Christi.

Joan. 6. v. 57. Ibid. v. 58.

Gal. 2. v. 20.

Matth. 5. v. 48. Et perfecti simus, sicut Pater cœlestis perfectus est.

adimpleri posse consideretur, dum digne faciam Eucharistiam recipimus & communicamus, quia eo ipso quod Christus nobis invisceratur nosque unum idemque cum Christo fiamus, sequitur, quòd cum Christus æque perfectus & sanctus sit ac Pater, nos quoque æqualiter perfecti fiamus, quia *vivit in nobis Christus.*

S. *Augustin. tr. 26. in Ioan.* Baron. An. 34. n. 46. Cur S. Eucharistia vocatur communio.

3. S. Augustinus super prædicta S. Joannis verba, ita scribit: *Hoc est manducare illam escam, & illum bibere potum, in Christo manere, & illum manentem in se habere.* Cardinalis Baronius in annalibus Ecclesiasticis hujus dictionis, *communio*, originem optimè demonstrat, dum ait: Ideo sumptionem Eucharistiæ communicationem & communionem appellari, quia causa est unionis illius, quæ in virtute ejus, nos inter & sacratissimum Christi Corpus intercedit. S. Anselmus simillimam S. Hilarij doctrinam in libro illo, in quo de altaris Sacramento disseruit, in hæc adducit verba: *Sic naturalis per Sacramentum proprietas perfectæ Sacramentum fit unitatis, cum hæc accepta atque hausta id efficiunt, ut & nos in Christo, & Christus in nobis sit. Est ergo in nobis ipse per carnem, & sumus in eodem secundùm hoc, quod nos sumus in Deo; est ergo hæc vitæ nostræ causa, quod in nobis carnalibus per carnem Christum manentem habemus junctum nobis per eam conditione, quia vivit ille per Patrem.*

S. *Anselm. de sacr. altar. c. 10.*

Supremus actus liberalitatis Dei in nos, est S. Eucharistia.

4. S. Thomas varios adducit Divinæ liberalitatis in utilitatem nostram gradus; quorum primus fuit cœli, terræ, totiusque naturæ creatæ ex nihilo productio. Secundus, deputatio Angelorum in ministerium nostrum. Tertius, impertitio sui in incarnatione per modum socij; Quartus, oblatio in servum, siquidem *formam servi accepit.* Quintus, consignatio in pretium redemptionis nostræ: *Sextus gradus est, & sanctus, quòd dat homini corpus suum in cibum, in hoc est expressio summæ largitatis, & præcipui amoris; magnum est enim dare se in socium peregrinationis, & in servum necessitatis, majus in pretium redemptionis, tamen tale donum adhuc est in aliqua separatione in eo, cui datur, sed cum datur in cibum, datur non ad separationem aliquam, sed ad omnimodam unionem, uniuntur enim in unitate corporis cibus, & sumens.* Qui idem S. paulo ante similitudinem præmiserat omnibus notissimam ab arbore desumptam sylvestri, cui si ramum domesticæ fructiferæque arboris inseueris, naturam mutasti, *Si trunco inseratur, etiam sylvestri, qui naturali virtute prævalens illius amaritudinem in suam dulcedinem, & nobilitatem convertit, & similem sibi bonum fructum proferre facit; sic Corpus Christi nobis institutum, defectus nostros evacuat, & in suam nos bonitatem trahit, ut, quales ipse frondes, flores, & fructus Justitiæ facit, pares & nos per eum faciamus.*

S. *Th. opusc. 58. c. 5.*

S. *Th. ibid. c. 21.*

Luc. 22. v. 41. Quid per hoc significetur, quod Christus in horto dicatur ab Apostolis fuisse avulsus.

5. Ingeniosùm aliquando illius textus memini audisse me observationem: *Avulsus est ab eis quantum jactus est lapidis*; ubi verbum *avulsus* singulare continet mysterium; post ultimam igitur Cœnam Salvator in hortum Gethsemani secedens, orationi vacaturus, se à suis aliquantulum sequestravit Apostolis, quem actum S. Lucas utpote pictor accuratissimus, cum reliquis Divini Præceptoris sui operibus ad vivum delineaturus, non sine particulari Spiritus Sancti instinctu, dictum adhibuit loquendi modum *avulsus*; ut quod idem est, quod evellere, extrahere, eradicare, insertum arbori alicui ramum; Volens itaque Evangelista ille separationem Christi à Discipulis secundùm præsentiam corporalem, sed non Sacramentalem describere, hoc ingeniosè utitur termino *avulsus*, quia ut diximus, communio est quasi nobis insertus ramus, vi Corporis Christi. *Sic Corpus Christi nobis insitum*; quare fidelibus hoc dari potest consilium in materia præsenti: *Suscipite insitum verbum, quod potest salvare animas vestras:* Ramus insertus ita unitur alligaturque arbori, ut eam suis imbuat qualitatibus & proprietatibus, quem eumdem effectum Panis ille cœlestis operatur in nobis: *Trahe me post te* (supplicat S. Thomas) *me scilicet mutando in te violentiæ meæ dilectionis, magnitudine tuæ dilectionis, virtute firmæ insertionis*; quo fine illum adducit Apostoli textum: *Vivo autem, jam non ego, vivit vero in me Christus.* Quem amorem tamquam extasim causativum Albertus Magnus, Areopagitæ innixus authoritati, nobis in hæc repræsentat verba: *Optimè ipse dictus est divinus amor, qui Deus in nos sic transponit, & vos in Deum, extasis enim Græcè constat quod Latinè est transpositio, dicit enim Joan. 6. [qui manducat meam Carnem, & bibit meum Sanguinem, in me manet, & ego in illo;] in me inquitus manet, extra se transpositus, & in ipso manet transpositus, extra me ipsum.* Quod idem punctum S. Chrysostomus attingit, docens, quod accommodatiorem adinvenire non potuerit modum se nobis uniendi, unumque nobiscum evadendi quàm dum se nobis in cibum & potum consignavit. *Ut autem non solum per dilectionem*, inquit Sanctus, *sed re ipsa in illum carnem convertamur, per cibum id efficitur, quem nobis largitus est, cum enim suum in nos amorem indicare vellet, per corpus suum se nobis commiscuit, & in unum nobiscum redegit; ut corpus cum capite uniretur, hoc enim amantium maximè est.*

Gal. 2. v. 20.

Alb. Mag. ibid.

Joan. 6. v. 57

Jer. 1. v. 11. Per sacram communionem inseriminur Christo.

S. *Thom. ibid.*

Yoan. 6. v. 57

6. Nescio si umquam reflexionem feceritis ad illam Christi actionem, qua sanctissimum Spiritum suum Patri æterno commendavit dicens: *In manus tuas commendo Spiritum meum*; nulla corporis facta mentione. Matrem dilecto commendavit discipulo, paradisum bono latroni, vestes impertijt satellitibus, at nullam in testamento, per Collegij Apostolici Secretarium compilato mentionem ingerit corporis sui, quid de eo post mortem faciendum foret, cum tamen testatores aliquam circa illud communiter facere soleant dispositionem. Responderi potest, eum corpus suum fidelibus dedisse in cibum, ideoque monstrare voluisse, ipsum in sua non amplius esse dispositione, aut dominio; siquidem cibus absumptus in potestate manet aliti. Quem conceptum doctissimus Salmeron his aliqualiter expressit verbis: *De eo in Cœna nobis in pastum animarum tradendo eam disposuerat*, quando dixit: *Accipite & comedite hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur.* Quam eamdem unionem nos inter & Christum in communione meditabundus his insinuat verbis S. Bernardus: *Manducat, & bibit corpus & sanguinem Redemptoris sui, Manna cœleste, panem Sapientiæ, & manducans transformatur in naturam cibi quem manducavit, corpus enim Christi manducare nihil aliud est, quam Corpus Christi essici.* S. Cyrillus Alexandrinus sequentem adducit similitudinem: *Sicuti si quis liquefactæ ceræ aliquam ceram infuderit, alteram cum altera, per totum commiscetur necesse est; sic qui carnem & sanguinem Domini recipit, cum ipso ita conjungitur, ut Christus in ipso, & ipse in Christo inveniatur.* Quibus parabolam subnectit, de fermento à Christo adductam in comparatione cœlorum, tandemque subjungit: [*Quia modicum fermentum*, ut Paulus ait, *totam massam corrumpit*,] *sic parvula benedictio totum hominem in se ipsam attrahit, & hoc modo in nobis Christus manet, & nos in Christo.*

Quare Christus in testamento suo non fecerit mentionem corporis sui. Luc. 23. v. 26.

Quia illud jam dederat fidelibus in cibum.

Salmer. to. 10. tr. 46. Matth. 26. v. 26.

S. Bern. c. 13. de nat. & dignit. divini amoris.

S. Cyrillus Alex. l. 4. in Ioan. c. 17.

7. Moyses è monte descendens tantum vultus præ se ferebat splendorem, ut Filij Israël eum intueri non possent: *Ut non possent intendere filij Israël in faciem Moysi propter gloriam vultus ejus.* Unde tanti radij? ex 40. dierum cum Deo habito colloquio, *ex consortio sermonis Domini.* Notate verbum *sermonis*; ex quibus quæcumque anima fidelis tale formare potest argumentum. Si habitus cum Deo sermo vultum Moysis Divino effecit similem; quanto magis nos ei similes constituet, participatio corporis & sanguinis ejus? *Hic sanguis facit*, inquit Chrysostomus, *ut imago in nobis Regia floreat.* Quando Judas in horto Christum capturus signum dederat Judæis, *Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum.* Non utique tale eis signum dandum indicavit, quasi vultum non agnoscerent Magistri sui, siquidem *notus in Judæa Deus, in Israël magnum nomen ejus*, sed quia Christus paulo ante in sermone cœnæ dixerat; *Qui manducat meam carnem, &c.* Sciens itaque Judas reliquos consodales suos per dignam ad communionem præparationem, perque Synaxin ipsam identificatos similesque evasisse Christo etiam secundùm speciem externam, timebat ne forte in injiciendo manus aliquem committerent errorem. Porro quod historiam de Moyse concernit, sanctus insuper Macarius ita de eodem discurrit ad intentum præsens: *Assendit homo, descendit habens Deum, siquidem alebatur à Deo, & regebatur corpus ejus alio cibo Cœlesti*; idem penitus de eo qui dignè communicat, asseri posse videtur.

2. Cor. 3. 7. Si Moyses ex sermone cum Deo habito similis illi factus est, quanto magis digne communicantes.

D. Chrys. hom. 45. in Ioan.

Matth. 26. v. 48. Psal. 75. v. 2.

Joan. 6. v. 57.

S. *Macar. in Biblioth. Ver. PP. hom. 12.*

8. Juxta communem sacrorum Doctorum sententiam Sacramentum hoc Incarnationis est extensio; de Verbo autem incarnato discurrens S. Joannes ait: *Verbum Caro factum est, & habitavit in nobis*; non dicit *inter nos*, sed *in nobis*; quam reflexionem his verbis instituit Cajetanus: *dixit hoc, ne erraret, existimando Verbum ex hoc quod factum est caro, impedimum esse ab habitando spiritualiter in animis nostris, & docuit quod Verbum ita factum est caro, quod tamen habitavit spiritualiter in nobis secundùm animam.* Aſt nos

1. Cor. 5. 6.

Qui dignè manducat hunc cibum transformatur in Christum.

Joan. 1. Cajet. ibid.

juxta

S. Cyril. juxta Cyrilli opinionem addere possumus, *secundùm corpus*, siquidem in animam quidem major ex Verbi incarnati receptione redundat utilitas, nihilominus per communionem corporalem. Singulariter autem hoc loco notanda occurrit, quædam inter cibum nostrum communem quotidianum & Cœlestem illum, qui se intra viscera nostra recludit, panem differentia; Illi namque proprium est in substantiam aliti transire, neque ullus umquam in substantiam cibi à se suscepti, quem nobis conceptum his exprimit verbis S. Bernardinus: *In alijs cibis conversio fit cibi in manducantem, eo quod manducans sit nobilior, & validior quam ipse cibus, sed in hoc contrario contingit, propter sublimitatem atque virtutem cibi qui Christus est, ideo hanc cibum digne manducans transformatur in Christum, & non Christus in ipsum.* Quo fine quemdam adduxit S. Augustini textum è confessionibus ejus desumptum, ubi Christus S. Præsulem ita allocutus fuit: *Cibus sum grandium, crede & manducabis me, sed tamen ego non mutabor in te, sed tu mutaberis in me.* Deinde prosequitur discursum suum S. Bernardinus probans hanc mutationem amoris esse effectum, in cujus probationem, quamdam adducit Hugonis Victorini authoritatem dicentis: *Amor est vis mutativa, & transformativa ipsius amantis in Spiritum amatum.* Quam eamdem rationem & differentiam ibidem his verbis insinuat S. Anselmus: *Hic est cibus, qui non vadit in corpus; quia nequaquam sicut alij cibi in naturam vertitur corporis, sed corpus nostrum vertit in suam naturam.* Cui & veritati subscribit Dionysius Areopagita, inquiens; *Summa illa Deitas, quæ beatitudine cunctis antecellit, & si Divina benignitate ad participem sui sacrorum prodeat communionem, nequaquam tamen à naturæ suæ stabili firmoque statu discedit, sed dum omnibus, qui Divinam similitudinem præ se ferunt, pro cujusque capta collucet, secum vere manet, neque quidquam ab identitate sua dimovetur.* Maxima namque injuria foret, & offensio sacrosancto Salvatoris corpori, si in nos ipsum transmutaretur, siquidem nil nisi putredo sumus & vermes: *Homo putredo & filius hominis vermis.* Ideoque Eucharistiam sub specibus instituit panis & vini, materiarum comestibilium, ut sicut cibus transmutatur in substantiam comedentis; ita quoque secundùm similem proportionem nos transmutaremur in eum, gratiam & sanctitatem ipsius, quantum humana permittit conditio, participantes.

S. Anselm. lib. de sacr. altar. c. 10.

S. Gaud. serm. 2. de mand. agni Paſch. Cibus hic non est accipiendus, sicut cibus communis.

S. Anſ. ibid.

S. Dion. Areop. de Eccl. Hierarch. c. 3. §. 3.

Ibid. v. 50.

Joan. 6. 64. *V. Beda in c. 6. Joan.* Secundùm nostram dispositionem, est fructus hujus sacramenti.

Job. 25. v. 6.

S. Joan. Damasc. l. 4. de Fide c. 14.

Psalm. 118. v. 131.

DISCURSUS VI.

ARGUMENTUM.

Sub allusione cibi docetur Eucharistiam spiritu potius quam dente sumendam, & ab alijs secernendam cibis, quæ nobis juxta dispositionis nostræ proportionem efficitur utilis.

THEMA.

Fac bonitatem & ... pascaris in divitijs ejus, Psal. 36. vers. 3

Bona conscientia sumendus est cibus Eucharisticus.

Conc. Trid. sess. 13. c. 2.

Psalm. 36. 3.

Hebr. 13. 9.

1. Enimvero hic Psalmista loquendo modus, prima quidem fronte impropriam apparet, quis enim hominum umquam, argento, auro, gemmisque se pavit, aut satiavit, nemo utique; cur igitur Psalmista promittit dicens: *Pascaris in divitijs ejus?* Concilium Tridentinum de Eucharistia tractans, hoc eam insignit epitheto nostram enodaturo difficultatem; *Sacramentum hoc instituit, in quo divitias divini sui erga homines amoris velut effudit, memoriam faciens mirabilium suorum*, voluit igitur, ni fallor, hoc loquendi modo Prophetice insinuare David; si divinarum gratiarum opibus in inæstimabili sacramenti hujus thesauro recluderi locupletari vultis: si cœlesti illo cibo pasci & impinguari affectatis, bonitatem colite & in perfectione Christiana vos exercete; *Fac bonitatem ... & pascaris in divitijs ejus.* Stomacho laboranti nullus omnino quantumcumque subsantiosus opitulatur cibus, quin potius damnum illi, & gravamen afferat: Ira quoque Panis ille cœlestis, qui licet tamquam *Panis vivus & vitalis hodie proponitur*, nihilominus si enim conscientia & anima receperit contaminata, irreparabile illi damnum conciliabit & nocumentum: *Mors est malis, vita bonis; vide, paris sumptionis, quam sit dispar exitus.* Ideoque Apostolus nos adhortatur dicens: *Optimum est gratia stabilire cor, non escis, quæ non profuerunt ambulantibus in eis*, quem textum nostro

facilè accommodaverimus proposito, si enim animam & cor gratia divina stabilire voluerimus, hac nobis opus est esca Eucharistica; sed non in solam exteriorem communionem oculum conjiciamus oportet, quin potius in interiorem, id est, in spiritum, cæteroquin enim nullum inde fructum hauriemus, siquidem *escam dedit*, sed quibus? *timentibus se. Fac bonitatem; & pascaris.* Unde S. Anselmus inquit, *sumpta ore carnis nostræ, caro Christi nequaquam sustinanda est loge communi ciborum, hic enim cibus non est ventris, sed est mentis.*

2. S. Gaudentius observat, quod Salvator apud Joannem cap. 6. de hoc sacramento fusè differens, vidensque illud multis suorum auditorum imperceptibile esse; ideoque dicere: *Durus est hic sermo; ut abstergeret per ignem cœlestem*, inquit prædictus Sanctus, *eas cogitationes, quas vinandas esse prædixit, sic adjecit: Spiritus est qui vivificat, nam caro nihil prodest, verba quæ ego locutus sum vobis, Spiritus & vita sunt:* Ac proinde ad hanc sacrosanctam carnem & mensam nequaquam tamquam ad cibum communem, & vulgarem accedendum est, sed necessariò intelligenda est hæc veritas, scilicet, quod juxta famem, id est juxta spiritum & devotionem, quam ad hoc sacramentum accedentes habebimus, erit etiam proportio & quantitas fructus, quem exinde capiemus, quia *Spiritus, est qui vivificat.* Ven. Beda verba illa S. Joannis: *Hic est Panis qui de cœlo descendit, ut si quis ex ipso manducaverit, non moriatur*, per sequentem limitationem exponit, dicens: *Sed quod pertinet ad virtutem sacramenti, non quod pertinet ad visibile sacramentum, qui manducat intus, non foris, qui manducat in corde, non qui premit dente.* Quisquis enim sacratissimi hujus corporis naturam consideret, invenict utique, quod ut ad nutriendam animam se melius accommodaret, ita se disposuerit, ut potius Spiritus, quam caro esse videatur, ac proinde numquid justum & æquum est, ut nos quoque ad hanc carnem sumendam accedentes, eadem proportione, merus quidam fiamus Spiritus? *vivificus Spiritus est caro Domini*, inquit Damascenus. Felix proinde est anima illa, quæ dum ad sacratissimum hoc corpus sumendum fauces suas aperit, verè dicere potest; *Os meum aperui & attraxi Spiritum*, id est, Eucharistiam, quæ per hunc Spiritum intelligitur, siquidem præter Damasceni testimonium S. Thomas antiphonam, quæ in primis vesperis Festi Corporis Domini ad Magnificat canitur his verbis composuit: *O quam suavis est Domine Spiritus tuus*, verba illa de hoc sacramento per devotissimos hosce affectus intelligendo. Drogo Hostiensis se hujus mensæ famelicum esse ostendit, quando ait: *Ergo Domine aperi labia mea, & ciba me.* In Missa ejusdem solennitatis, quam idem Doctor Angelicus pariter composuit, hæc verba dicuntur; *Sumit unus; sumunt mille, quantum isti, tantum ille*; ex quo loquendi modo hæc consequentia deduci posse videtur, quod nullus alteri jure invidere possit, siquidem omnes ex æquo hujus Eucharistiæ fructus participant: Verumtamen melius dicendum videtur, quod sicut Manna quoad quantitatem omnibus quidem æquale erat; at verò valde inæquale quantum ad sapores siquidem probabilis est opinio, quod sapores hos illi specialiter participarint, quia in gratia & amicitia Dei constituti erant; unde de Manna dicitur: *Substantia enim tua dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebat*) eodem modo, tametsi omnes Eucharistiam accipientes idem Christi corpus sumant, attamen fructus, qui exinde percipitur, major vel minor erit, juxta minores vel majores recipientium dispositiones.

Drogo Hoſt. de sacr. Dom. Paſſ.

Sap. 16. 21.

3. Regius Propheta David ad hoc sacramentale convivium nos invitans, inquit: *Dilata os tuum, & implebo illud*; circa quæ verba S. Hieronymus ait: *vis comedere ipsum Dominum Deum tuum & Salvatorem? audi quid dicat: dilata os tuum & implebo illud, dilatare ora vestra, ipse est & Dominus & Panis, ipse hortatur nos, ut comedamus, & ipse noster cibus est, quantumcumque dilataveris, tantum accipies.* Quotidie videmus, quod quanto capacius est vas, quod ad vivum quemdam fontem deferimus, tanto abundantior in eo aqua fit, quam inde haurimus. In hoc sacramento est *fons aquæ salientis in vitam æternam*, hic sunt vivi cœlestium gratiarum torrentes; *sanguinis ejus vinum*, inquit S. Gaudentius, *ex pluribus, id est, uvis vineæ ab ipso plantatæ collectum, in torculari Crucis exprimitur, & per capacia vasa, fideli corde sumentium propria virtute fervescit.* S. Thomas de Villa nova inquit: *Tantam cuilibet præstat gratiam, quantam*

Psal. 80. v. 11.

S. Hier. ib. Anima nostra debet dilatari ut impleatur hoc cibo.

S. Gaudent. ibid.

S. Thom. de Villa nova conc. 1.

tam in eo reponit meritorum, & dispositionis sufficientiam: Oceanus est gratiarum immensus, vas suum quisque ad summum replet. Quotiescumque ex Scripturis sacris audimus Panem hunc, Panem esse vitæ, fontem gratiæ, & pignus gloriæ quo in beatam æternitatem nutrimur; semper eodem tempore in memoriam revocandum axioma illud Philosophicum; *omne quod recipitur ad modum recipientis recipitur*, & ideo in recipiente debita dispositio requiritur. Unde S. Augustinus in quodam sermone his verbis nos monet: *Tunc autem hoc erit, id est, vita unicuique erit corpus & sanguis Christi, si quod in sacramento visibiliter sumitur, in ipsa veritate spiritualiter manducetur, spiritualiter bibatur; audivimus enim ipsum Dominum dicentem: Spiritus est qui vivificat, caro autem non prodest quidquam.* S. Bernardinus quoque circa discretionem hujus cibi ita docet: *Oportet sumentem hunc cibum ab aliis scire discernere per sidem*; Nam ut Apostolus 1. Cor. 11. ait; *Qui manducat & bibit indigne, judicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini; ille non dijudicat corpus Christi, qui ad hunc Divinum panem, tanquam ad alium corporalem cibum inconsiderate accedit, nam cum capacitas nostra ad suscipiendum Christum efficaciter sit à spiritu & non à carne, sit in mente non in ventre, & mens non potest Christum attingere nisi per cognitionem, dilectionem; id est per sidem & charitatem, ita quod sides illuminat ad cognitionem, & charitas accendit ad devotionem, ideo ad hoc, quod aliquis digne accedat, oportet quod spiritualiter comedat, & sic per cognitionem sidei mastices, & per devotionem amoris suscipiat & degluriat.* S. Paschasius similiter ait: *Cogitandum à nobis est, non quantum à dente premitur, sed quantum fide & dilectione capitur.* Hugo à S. Victore communionem bonis & malis indifferenter communem esse considerans, subjungit hanc esse causam, cur Christus protestatus fuerit dicens: *Caro non prodest quidquam, spiritus autem vivificat, ac si diceret; carnem meam sumere non prodest, nisi sumatur in gratia spirituali.* significantius autem S. Cyprianus in Tractatu *de cœna Domini* illa Christi verba, *nisi manducaveritis carnem filij hominis &c.* ponderans, dicit Christum illis verbis nos docere voluisse modum, quo ex ejus sacratissima carne profectum capere valeamus; *spiritualis nos instruens documento; & aperiens ad rem adeo abditam intellectum, ut sciremus, quod mansio nostra in ipso sit manducatio & potus, quasi quadam incorporatio, subjectis obsequijs, voluntatibus junctis &c.* Porro Magdalena in illo convivio *lachrymis cœpit rigare pedes ejus, & capillis capitis sui detergebat, osculabatur pedes ejus, & unguento ungebat*; non vero item Pharisæus de quo Christus ait: *Aquam pedibus meis non dedisti &c.* quid juvat sacratissimam Filij Dei humanitatem intra corpus & animam nostram hospitio recipere, & tamen non reflectere, ad eum quem recipimus, nec præparare habitationem, quam ei assignamus; prout faciunt illi, qui cibum Eucharisticum haud secus, ac si usualis quidam panis esset? Christus Joan. cap. 6. de Eucharistia loquens ait: *Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem Filius hominis dabit vobis, hunc enim Pater signavit Deus.* In quibus verbis specialiter notandum est ly *operamini*; ei qui otiosus est; nec ullo se labore exercet, cibus non sapit, nec proficit, nec corpus ejus inde restauratur; ut Psalmista ait; *Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit*; ita quoque is, qui in Divino servitio piger & frigidus est, & in orationibus, vigilijs; jejunijs, & auiteritatibus corporalibus se minime exercet, nullam experitur hujus Panis suavitatem, de quo scriptum est; *esurientes replens bonis, fastidiosos divites dimittens manes.*

S. Aug. serm. 2. de verb. Apost. Qui spiritualiter est manducandus Ioan. 6. 63. S. Bernardin. Sen. T. 1. ser. 56. A. 3. c. 3. 2. Cor. 11. 29.

Ibid. v. 44.

S. Dion. Areop. de Eccl. Hier. c. 3. §. 13.

Joan. 6. v. 27.

V. Beda in c. 6. Joan.

Psalm. 127. v. 2.

5. Fortis illa mulier quæ animæ sanctæ Symbolum est, à Sapiente hoc encomio deprædicatur: *Consideravit semitas domus suæ, & panem otiosa non comedit.* Sed quidnam Salvator noster dicere voluit, quando ait: *Hunc Pater signavit Deus* Joan. 6. 27. Rupertus Abbas ait: *Idcireo non nisi operantibus dabit hunc cibum Filius hominis, quia Pater hunc signavit, hunc à communibus signis certo & proprio signo sio distinxit, ut cum alios cibos omnes bonis ac malis, operantibus & otiosis communes fecerit, eadem largitate, qua Solem ipsum visibilem facit oriri super bonos & malos, pluit super justos & injustos, solum hunc panem, hunc cibum, de quo nunc loquor vobis; numquam dare voluit nisi dignis, id est, operantibus opus Dei. Ita signavit, ita clausis omnibus cœorum portis apud se continuat, ut non cum cibis communibus patiatur à canibus vel à porcis inveniri.* S. Thomas verba illa Christi: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo*, hoc modo explicat: *Nam manet in Christo*, inquit, *nec Christus in eo, qui corde fixo illum accedit, nullum enim effectum habet sacramentum in ficto. Fictus est, cum non respondet interius, quod signatur exterius; in sacramento autem Eucharistiæ exterius quidem signatur, quod Christus incorporetur in eo, qui percipit illud, & ipse in Christo, qui ergo non habet in corde desiderium hujus unionis, nec conatur ad removendum omne impedimentum, ad hoc est fictus, & ideo Christus in eo non manet, nec ipse in Christo*, qui Doctoris Angelici discursus authoritate quoque S. Augustini apud eumdem comprobatur. S. Carolus Borromæus Diœcesim suam Mediolanens. in ordine ad communionem fructuose sumendam, docere volens; Sequentia verba, ad perpetuam memoriam scripta reliquit; *Qui pietatis & Religionis studio affecti: hoc sacramentum sumunt*, inquit: *Christi corpori tamquam viva membra coniuntur, siquidem scriptum est: Qui manducat me, & ipse vivet, propter me.*

Prov. 31. v. 27. Ioan. 6. 27. Non otiosis sed bene operantibus prodest hic cibus. Rupp. Abb. l. 6. in Joan. c. 5.

Ioan. 6. 57.

S. Bernard. ser. 28. de modo bene vivendi.

S. Thom. in c. 6. Joan.

Ioan. 6. 57. S. Thom. in Joan. c. 6. Quinam fiat accedant ad S. Communionem.

6. Cajetanus verba illa S. Joannis: *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis*, explicans, optime considerat, quod Evangelista non dixerit, & *hospitabitur in nobis*, tamquam hospes & peregrinus, sed quod habitabit in nobis; *Verbum Dei non hospes, sed habitator in animis nostris sit.* Porro differentia inter domus incolam & hospitem in eo consistit, quod ille illius sit Dominus, omnemque possideat circa ipsam libertatem & dispositionem, secus vero quisquis in ædes tamquam peregrinus receptus est. Vellet igitur nostrum in nobis habitare Salvatorem: *Utens continuè & ijs, quæ sunt animi, & ijs, quæ sunt corporis nostri, sicut habitator utitur domo, in qua non hospitatur, sed habitat.* Pro cujus confirmatione illum Apostoli textum dicentis, *Christus habitare per sidem in cordibus nostris*, adducens subjungit: *Itaque & habitazare in nobis explicat, quod sit intus in animis nostris, continue utens intellectu, volumate, affectibus, viribus, studio, operibusque nostris, ad se ipsum, hoc est, Verbum habitare in nobis, habitator enim ad proprium usum domo utitur.* S. Augustinus, ut sacramentum hoc participantes scire possint, an Christus in ijs remaneat, hoc astruit posse habere indicium; *in me manet, & ego in eo; ac per hoc qui non manet in Christo, & in quo non manet Christus, procul dubio nec manducat spiritualiter carnem ejus.* Cui assentiens S. Hilarius subnectit:

Cajet. in Joan. 1. Christus per S. Communionem in nobis non hospitatur, sed habitat. Ephes. 3. v. 17.

S. Aug. tr. 26. in Joan. Unde scire possimus, an Christus in nobis maneat.

S. Hilar. l. 8. de Trin.

Non enim quis in eo erit, nisi in quo ipse fuerit, ejus tantum in se assumptam habens carnem, qui suam sumpserit. Si Christum volumus nostræ inviscerari animæ, nos prius per amicitiam & gratiam divinam Christo uniamur oportet, Consilio obtemperaturi & doctrinæ S. Dionysij Areopagitæ dicentis: *Nostri secum unificam communionem benesicè excogitavit, ea quæ in nobis humilia sunt, divinissimis suis ustens excellentijs, ut & nos ipsi, tamquam membra corpori per ejusdem immaculatæ, ac divinæ vitæ identitatem congruamus, ne corruptibilibus, necati passionibus, divinis istis, sanissimisque membris incongrui, vitæque incapaces existamus.* V. Beda aliud nobis ex cœlesti alimento in nos redundantis fructus indicium in sequentia exhibet verba: *Signum; quia manducabit & bibit, hoc est, si manet & manetur, si habitat & inhabitatur, sic erit, ut non deseratur. Hoc ergo nos docuit & admonuit mysticis verbis; ut simus in ejus corpore sub ipso capite in membris ejus, edentes carnem ejus, non relinquentes unitatem ejus.*

Per sacram communionem efficimur consanguinei Christi. D. Chrys. Hom. 45. in Joh.

7. Ad virtuosam vitam nobilitas equidem sanguinis nos exstimulare solet, cum igitur per communionem & divini sanguinis: carnisque ejus participationem, consanguinei Dei efficiamur, quanta cum ratione exigitur, ne à nobili adeo strictaque parentela degeneremus, *Vester ego frater esse volui*, inquit per os S. Chrysostomi, *ego communicavi carnem propter vos & sanguinem, & per quæ vobis conjunctus, ea versus vobis exhibui. Hic sanguis facit, ut imago in vobis regia floreat, hic sanguis pulchritudinem, atque nobilitatem animæ, quam semper irrigat & nutrit languescere non sinit.* S. Bernardus pariter in uno sermonum *de modo bene vivendi*, illorum Christi verborum sensum (*qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo*) his explicat verbis: Ac si diceret: *Ille in me manet, qui in bonis operibus voluntatem meam adimplet, aliquin nisi prius maneat in me per sidem & bonam operationem, & ego in eo, carnem meam manducare non potest.* Quæ eadem verba Doctor Angelicus accurate ponderans, ita discurrit: *Ille manducat spiritualiter, qui corpori mystico incorporatur per unionem sidei & Charitatis; Charitas facit Deum esse in homine, & è converso,* 1. Joan. 4. *Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.*

DISCURSUS VII.

ARGUMENTUM.

Per varia sanctorum Patrum testimonia fusius probatur, quod verbum divinum, nos in communione sacra suæ reddat participes divinitatis,

THEMA.

Si fuerit Deus mecum, & ... dederit mihi panem ad vescendum, ... Erit mihi Dominus in Deum. Gen. 28. vers. 20. 21.

S. Thomas Patriarcha Jacob præviditin Ecclesia instituendum Eucharisticum panem.

1. ANgelicus Doctor panem Eucharisticum in variis Veteris Testamenti figuris præfiguratum esse dicit: *in figuris præsignatur*; ac proinde quis est, qui non videat Jacob Patriarcham hisce verbis ad singularem quemdam effectum clare allusisse, quem hoc sacramentum in nobis operatur, dum nos certo quodam modo in Deum transmutat, adeo ut divinæ suæ naturæ reddamur participes? *Si fuerit Deus mecum, & dederit mihi panem ad vescendum, erit mihi Dominus in Deum*; ubi Pagninus legit: *Erit mihi Deus in Deum*, & quidem verisimile est, quod quando Patriarcha hoc dixit, de præcipuis fidei nostræ mysterijs illustratus fuerit, siquidem tunc ei apertum est Cœlum, viditque scalam illam, in qua Angeli ascendebant & descendebant, unde sine mora altare quoddam in Dei honorem erexit, dicens: *Non est hic aliud, nisi domus Dei.* Porro S. Gabriel Archangelus Deiparæ Virgini Filium ejus in domo & progenie Jacob regnaturum esse prædixit: *Regnabit in domo Jacob in æternum*; ac proinde omnino mihi persuadeo, Patriarcham post sublimem horum mysteriorum intelligentiam dixisse: *Si dederit mihi panem ad vescendam*, id est, si in domo mea, hoc est, in Ecclesia panem Eucharisticum instituerit, *tunc erit mihi Dominus in Deum.* Etenim, ut superius diximus: Hæc est inter panem & cibum usualem, & hunc cœlestem & divinum differentia, quod ille transmutetur in substantiam ejus, qui illo cibatur; at vero hic cibus in se transmutat eum, qui eo digne pascitur; *qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo*: Unde Fulbertus Carnotensis in quadam Epistola ad mensam sacramentalem his verbis nos invitat: *Excre palatum fidei, dilata fauces spei, visicera charitatis extende, & sume panem vitæ, interioris hominis alimentum, non ante pistoria fermentatum, sed incarnatæ Deitatis pulmentum.* Porro Eucharistiæ institutor, verbum divinum fuit, non solum in prima sui institutione, quæ in ultima Cœna in Cœnaculo Sion facta fuit, sed est, & erit author illius ad finem usque sæculorum, quamdiu sub hoc pane præsens efficietur; ipse enim est, qui in persona sacerdotis consecrat, & dicit: *Hoc est corpus meum.* Contentum vero hujus sacramenti est *incarnatæ Deitatis vitale pulmentum*, quod hanc nos in se convertendi virtutem habet.

Joan. 6. v. 57. Fulb. Carn. Epist. 1.

Pagninus.

2. S. Bernardus verba illa Canticorum, *qui pascitur inter lilia* exponens, de semetipso dicit: *Quotiescumque ad hoc sacramentum accedo, decoquor, cum immator, digeror, cum transformor; unior, cum conformor.* Sanctus Joannes Damascenus ad sacramentum altaris, in carbone illo ardenti, à Seraphino per forcipem ab altaris sublato symbolizatum, alludens ait: *Divini carbonis participes efficiamur, demus operam, ut per divini ignis perceptionem inardescamus, Dijque efficiamur.* Sed quærnam esse potest inter sacrosanctum Salvatoris corpus & carbonem ignitum proportio? Respondet idem Sanctus, proportionem hanc in eo consistere, quod sicut carbo non est lignum solum, sed lignum igni unitum fit carbo, *sic panis quoque communionis non simplex panis est, sed divinitati unitus.* Etenim natura humana per semetipsam terrena est, at vero dum huic cibo divino unitur, astringitur, illo alitur, eique incorporatur, divinitatem participat, ac proinde idem Sanctus mox subjungit, dicens: *Communio optimo jure appellatur, quia per illud cum Christo commercium habemus, ac carnem ipsius & divinitatem percipimus, atque adeo nos inter nos communicamus, atque copulamus.*

Cant. 6. 2. S. Bern. ser. 61. in Cant. S. Joan. Dam. l. 4. de Fide c. 14. Carbo ignitus Seraphini, præfiguravit hoc sacramentum.

3. Pessima serpentis infernalis ad protoparentes nostros decipiendos fraus fuit, dum illis, pomum veritum manducantibus, divinitatem promisit; *eritis sicuti Dij scientes bonum & malum*; at vero: Æterna & incarnata Veritas veraciter nobis dicit: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo.* Rupertus Abbas super illa verba: *Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus*; de infernali illo impostore dicit: *divinitatem promisit, eritis sicut Dij*: At vero Salvator noster nos minime decipit, nam postquam nobis divinitati suæ participium & communicationem promisit, simul etiam modum tradidit, quo hac divinitatis communicatione frui valeamus, nimirum si sacratissima ejus carne nutriamur: *Qui manducat meam carnem, &c. Hic perspicue divinitatem pollicetur, carnem suam manducantibus, & illusionem nequissimi nebulonis, qui dixit: Comedite, & eritis sicut Dei, non sine magno cruciatu ejusdem illusoris serio loquens in verum effectum convertit.* Amoris etenim proprium est, quod affectus voluntatem, & sensus amantis in personam transmutet amatam. S. Bernard. *de dignitate divini amoris* differens: Calamo suo ad Eucharistiam transgreditur, & de anima Deum ardenter amante, & communionem sacram frequentante, dicit: *Sapit ei, quod manducat, manducat, & bibit corpus & sanguinem Redemptoris sui manna cœleste, panem Angelorum, panem Sapientiæ*; vultis autem scire, quo fructu hunc panem manducet? Idem mellifluus Doctor mox subjungit, dicens: *Transformatur manducans in naturam cibi, quem manducavit, corpus enim Christi manducare nihil est aliud, quam corpus Christi essici*; ac proinde, quod Apostolus ait: *Glorificate & portate Deum in corpore vestro*, hoc certe ad literam adimpletur, dum quis Eucharistiam sumit, tunc enim vere Deum in corpore suo portat, & sacratissimam ejus carnem intra se recipiendo, animam propriam divinitate impinguat; ac proinde Tertullianus ait: *Caro corpore & sanguine Christi vescitur, ut & anima de Deo saginetur.* Et S. Bernardus inquit: *Glorificate dilectissimi, & portate interim Christum in corpore vestro, omes delectabile, suave pondus, sarcinam salutarem*; & paulo post de S. Ignatio Martyre S. Joannis discipulo inquit: *Magnus ille Ignatius*

Serpens decepit nos promissione divinitatis, Gen. 3. v. 5. Ioan. 6. 57.

Rup. Abb. l. 6. in Joan. c. 5.

Christus autem in S. Eucharistia illam nobis verè confert.

S. Bern. de nat. & dig. div. amor. c. 13.

1. Cor. 6. v. 20. Sumpta Eucharistia vere Deum portamus in corpore nostro. S. Bern. ser. 8. super Ps. Qui habitat.

discipuli quem diligebat Jesus auditor, martyr noster, Mariam in pluribus quas ad eam scripsit epistolis, christiferam confudat; egregius plane titulus dignitatis, & commendatio honoris immensi. Enimvero B. Virgo Maria hanc singularissimam prærogativam, solum novem mensium spatio habuit, quibus verbum divinum in sacratissimo suo utero clausum portavit: At vero homo Christianus, per totum vitæ suæ decursum, hujus capax est honoris, ut per Eucharistiam ipsummet Deum in sinu, in pectore, & in anima sua recipere & portare possit; Maria Virgo quidem *Deipara* appellata fuit, quia Deum & hominem peperit; at vero anima communicantis, quæ mediante hoc sacramento Deo adstringitur, simili quodam epitheto honorari potest, & vocari *Deifera*; id quod S. Bernardinus his verbis confirmat: *Digne suscipiens illud, in anima Dei formatur, hanc quippe Deiformationem, & conversionem aliis & alienis, prophetavit Oseas cap. 14. dicens*: [*Convertentur sedentes in umbra ejus, vivent tritico*,] *id est, in Dominici corporis sacramento.*

Et possumus cum B. Virgine vocari Christiferi.

S. Bern. T. 2. serm. 54. A. 4. c. 2. Ose. 14. 8.

4. Petrus Cellensis in libro *de panibus*, de hoc pane Eucharistico discurrens & identitatem corporis Christi in Eucharistia ostendere satagens, ait: *Veraciter quod de Virgine sumptum est, corpus immaculatum est, quod in cruce à Pontio Pilato à Judæis clamantibus crucifige, crucifige, & à gentilibus militibus appensum est, & immolatum, manu sacerdotali contrectatur, & vi verborum Christi conficitur, & fidelibus populis traditur, mediantibus quidem pristinis, & consuetis speciebus panis & vini, carnem veram, & verum sanguinem Christi percipimus; intervenientibus vero carne & sanguine agni, Deitati verbi communicantes., Patri quoque Verbi per ipsum Filium cooperante & assistente Spirita Sancto indubitanter accedimus.* Ut enim strictius participes fieremus divinitatis, hoc sacramentum institutum est.

Petr. Cell. de panib. c. 1.

Ut strictius participes fieremus divinitatis, hoc sacramentum institutum est.

S. Bern. ib. c. 1. Per illud enim homo efficitur quasi Deus. Alb. Magn. l. de Euch. dist. 3. Tr. 4. c. 3.

Verbum enim incarnatum, per infinitam sapientiam suam hunc adinvenit modum, quo se in hoc sacramento nobis daret in cibum & potum: *Intervenientibus carne & sanguine agni, Deitati verbi communicantes.* Quod immensum & inæstimabile donum S. Bernardinus Senensis, his devotissimis prosequitur affectibus: *O quam sapidus, quam amabilis, & quam desiderabilis est cibus iste, qui hominem facit Deum. Vere dicere nobis potest, dulcis Jesus, quid ultra anima mea potui tibi facere, & non feci?* Cui eidem materiæ fusius insistens Albertus Magnus, eumdem amorem fusius declaraturus authoritatem adducit S. Augustini dicens: *Voluit Christus, ut homo particeps hujus Cœnæ, in Deum ascenderet; incorporatus sibi, efficeretur, ut particeps suæ dicimatis & humanitatis, sicut Verbum patris in carne descenderat, & factum est omnium particeps, quæ sunt veræ nostræ humanitatis. Hic ascensus in verbum Patris per incorporationem directe fit, per sacramenti istius participationem.* Cui & illa consonat S. Gregorij Nysseni sententia; *Verbum præterea se admiscuit hominum naturæ, ut communione divinitatis, simul etiam Deificaretur humanitas.*

S. Greg. Nyss. ord. Catechet. c. 37.

5. Vetus universum percurrite testimonium, si libet: certo namque reperietis rariores semper fuisse servis Dei indultos raptus, extases, visiones, revelationes, colloquia divina, illuminationes internas ante indultam, & frequentatam sacram Communionem, quæ, ut suo loco dicetur, virtutem habet animabus cœlestes & divinas impertiendi illustrationes. Porro idem Albertus Magnus alio in loco eamdem prosequens materiam infit: *Nihil interius mentem reficit, nisi sumpta in corpore Domini divinitas.* Id quod illo Psalmi versiculo (*in loco pascuæ ibi me collocavit*) confirmans subjungit: *Christus hac pascua suis exhibet eam in nuda divinitate, in qua cum Patre communicat, quam etiam in humanitate quæ Deitati est unita, ut dicitur Joan. 10. ingredietur & egredietur, & pascua inveniet. Intus enim inveniet in Deitate & extra ad sensum in humanitate, quæ Deitati est unita.* In cujus confirmationem illo utitur Ezechielis textu: *In pascuis uberrimis pascam eas*, perque pascua admodum fertilia mensam denotari ait: Eucharisticam, quam nobis Ecclesia sub his terminis repræsentat: *Pinguis panis ejus præbebit delicias Regibus. Uberrima pascua sunt*, inquit Albertus Magnus, *refectiones sacramenti, saporem divinitatis habentes*: S. Paschasius in libro quem *de corpore & sanguine Christi* conscripsit illa discutiens Salvatoris verba: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo*, tale format argumentum: *Vere igitur sicut per naturam Deitatis Deus Pater in Filio est, ita Filius Dei homo, per humanitatem carnis in nobis esse jure dicitur.*

Alb. Magn. l. de Euch. dist. 3. Tr. 4. c. 3.

Joan. 10. 9.

Ezech. 34. v. 14.

Alb. Magn.

Joan. 6. 57.

Pasch. lib. de Corp. & sang. Dom. c. 9.

6. S. Petrus Chrysologus in quodam sermone, ubi de incarnatione in utero virginali adimpleta tractat, eidem proposito per sequentem favet discursum, dicens: *Audistis Angelum de carnis nostræ limo templum divinæ Majestatis arte ineffabili construentem; audistis in terris Deum, in cœlis hominem sacramento incomprehensibilem collocari.* Considerandum est enim, quod in sacramento altaris, quod est quædam incarnationis Verbi extensio, non Angelus, non sacerdos; sed Verbum divinum incarnatum, totum hoc nostrum amplectitur, sibique astringitur; audite eumdem S. Doctorem, de incarnationis mysterio dicentem, quod hinc ineffabili Eucharistiæ mysterio non minus congrue adaptari potest; *audistis*, inquit, *inaudita ratione in uno corpore Deum hominemque misceri; audistis fragilem nostræ carnis naturam ad portandam totam Deitatis gloriam, angelica exhortatione corroborari*; nam Gabriel Archangelus Mariam virginem ad præstandum Incarnationi consensum his animasse verbis legitur: *Ne timeas Maria, invenisti enim gratiam apud Deum.* Certum est autem nos quoque gratiam apud Deum in communione reperire, liquidem eumdem Dei Filium intra nos recipientes, ejusdemque sacratissimo corpore refecti, Divinitatis ejus participes efficimur, & inæstimabilibus gratiæ ejus ditamur thesauris; quem favorem respexisse videtur S. Germanus Patriarcha Constantinopolitanus, quando de ritibus Ecclesiasticis agens, nobilissimum hoc Eucharistiæ attribuit epithetum, eam vocans *Communionem divinam à Spirita Sancto factam*; Cœlestis namque cibus ille Divinitati commixtus qualitates suas & naturam animabus nostris communicat; Quare non immerito S. Cyrillus, ut debita cum præparatione ad has epulas accedamus, nos invitaturus sequenti nos paranesi exhortatur, dicens: *Ad cœlestem gratiam accedamus, corporisque Christi participes efficiamur, sic enim, sic inquam, diabolum fugabimus, & Divinæ naturæ participes, ad vitam & incorruptibilitatem ascendemus.* Sed heu! major fuit protoparentum nostrorum divinitatem appetentium in cibo vetito & noxio sumendo cupiditas, non obstante, quod unicum eis pomum dumtaxat fraudulentus exhiberet serpens; quam differentiam Rupertus Abbas deplorans, ita discurrit: *Contra cibum illum, qui cibus fuit mortis, oportebat dari cibum alium, qui esset cibus vitæ, & simili ordine, ut scilicet inesse illi mens crederet, quod oculus non videret esse cibum & potum communicandæ Divinitatis esse effectivam carnem & sanguinem; quod sentire non possunt sensus carnis & sanguinis.* Magna utique hominis est excellentia, quod tantum sibi similitudinis divinæ innatum appetitum facile adeo explere valeat; *Et si nati diy non sint*, inquit idem Rupertus Abbas in persona Salvatoris, *manducantes me, qui natus Deus sum, mecum unum corpus sunt, proinde non suspiret homo, qui in æternum vivere vellet, quod abegerit Deus hominem prævaricatorem factum, ne sumeret de ligno vitæ, & viveret in æternum; nam ecce habet panem verum, de quo si quis manducaverit, vivet in æternum.*

S. Cyrill. l. 3. in Ioan. c. 37. Si tamen nos ad illud debitè præparamus.

Rupp. Abb. l. 12. de vit. verbi c. 2.

Rup. Abb. l. 6. in 2. 5. Joan.

7. Major insuper nobis obtigit prærogativa, dum Eucharistia in statu innocentiæ instituta non fuit, siquidem tunc homo tanta cum excellentia divinitatem medio hoc cibo non participasset, qui vitam non modo immortalem, sed & ipsam strictius communicat divinitatem; ad ipsam quoddammodo Angelorum, invidiam, dum *panem Angelorum manducavit homo*; *per hoc unde vivunt Angeli in cœlis*, inquit Doctor mellifluus, *inde vivit homo in terris, quia totum spirituale est, & divinum in eo quod percipit homo*; suum illi Deo impertiente corpus, sanguinem & divinitatem, ex amore in eum infinito, quem S. Bernardus multis variisque divinæ in nos dilectionis gradibus adductis, mordsius contemplans, tandem suum his verbis concludit Discursum: *Ultimus gradus amoris est, cum se dedit nobis in cibum, quia dedit se nobis ad omnimodam unionem & transformationem, nam in septem superioribus gradibus & consimilibus beneficijs Christus factus nobis est uniformis, sed in hoc sacramento ut homo fiat Deiformis, nam sicut cibus & cibans invicem uniuntur, sic digne illum suscipiens in ipsum per ardentissimum amorem totaliter transformatur, & Deiformis efficitur.* Circa quæ verba, illa singulariter

Per illud datur thesaurus gratiæ.

S. Germanus Constan. Theor. de ritibus Eccl.

Dignè communicantes fiunt Deiformes.

S Bern. serm. de modo bene vivendi c. 28.

S. Bern. T. 2. serm. 54. A. 4. c. 2.

Hug. de S. Vict. T. 3. in spec. Eccles. theol. c. 7. Orig. Hom. 9. in Luc.

Joan. 14. v. 9.

gulariter notatu digna occurrunt: *Digne illum suscipiens*; hic namque solus per Communionem in Deum transformatur, cui & illa consonat Hugonis Victorini sententia dicentis: *Hæc Eucharistiæ dicitur divina, quia digne sumentes, dignos & participes Divinitatis facit.*

8. Origenes quamdam super Lucam resolvit difficultatem, doctrinâ nostro in primis accommoda proposito: dum illa considerat Christi ad S. Philippum pronunciata verba, scilicet: *Philippe, qui videt me, videt & Patrem*; si namque id ad literam verificatum fuisset, omnes consequenter Judææ & Galilææ populi, qui Christum, quando inter eos *pertransijt benefaciendo*, viderunt, æterni quoque Patris ejus notitiam habuissent. Nodum itaque difficultatis in hæc verba resolvit: *Qui videt me, secundùm id quod erat Christus; illi enim videbant Jesum, quos aspectu suo dignos esse sciebat*; ita quoque de ijs asserere licet, qui in sacramento hoc ad Christum accedunt, non enim omnes Divinitatem ejus participant, sed qui cum digna Eucharistiam suscipiunt præparatione, *digne sumentes, divinos & participes Divinitatis facit.*

Sacramentum altaris est extensio incarnationis Christi.

DISCURSUS VIII.
ARGUMENTUM.

De omnium bonorum beneficentia, & de Divina hoc in sacramento magnificentia,

THEMA.

Beneficentiæ & Communionis nolite oblivisci. Ad Hebr. 13. vers. 16.

Sacramentum Eucharist est epilogus omnipotentiæ & beneficentiæ Christi.

1. SIgnificantius equidem sacræ Communioni appropriari nequiret epithetum, quam dum *Beneficentiæ & Communionis* nomine appellatur; siquidem Salvator noster Eucharistiam instituit veluti omnium omnipotentiæ & benignitatis suæ divitiarum Epilogum; unde nec immerito S. Joannes de Eucharistiæ institutione tractans, priusquam eam commemoret, prius asserit, Patrem æternum omnes Christo divinæ potentiæ suæ impertijsse thesauros: *Sciens* Jesus *quia omnia dedit ei Pater in manus.* Quo Concilium Tridentinum respexisse videtur, dum ait; *Sacramentum hoc instituit, in quo divitias divini sui erga homines amoris velut effudit*; equidem sacramenta omnia tamquam instrumenta instituta sunt gratiæ animabus fidelibus conferendæ, sed præsens unicum supervenit cæteris; quod S. Dionysius Areopagita *consummationem sacramentorum omnium* appellare non dubitat; cujus institutio tum in alijs veteris legis textibus, tum in illo præsertim, ni fallor, oraculo prophetico prædicta fuit, quo dicitur: *Visitasti terram & inebriasti eam*; quæ verba S. Hieronymus Incarnationi Christi accommodans ait: *Terram nostri corporis assumendo materiam carnis, inebriasti eam, non vino luxuriæ; sed infusione Spiritus Sancti: Multiplicasti locupletare eam, diversarum opibus gratiarum. Flumen Dei repletum est aquis*; quæ aquarum redundantia divinarum denotat gratiarum abundantiam; ideoque incarnata Sapientia de se ipsa protestatur, dicens: *Qui credit in me, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ, hoc autem dicebat de Spirita; quem acceperant credentes*, locupletamur spiritualis infusionis imbre, cum vitæ perennis fonte repleti donis spiritualibus irrigamur, sed unde tantarum gratiarum flumina, tamque impetuosi & abundantes torrentes hi derivantur? Respondet ipsemet Psalmes dum ait: *Parasti cibum illorum, quoniam ita est præparatio ejus.* Quis autem cibus ille alius est, quam is quem S. Hieronymus insinuat, dicens: *Parasti Domine cibum nostrum in communione beati corporis & sanguinis tui.*

S. Dion. Areop. de cœl. Hier. c. 1.

Psal. 64. 10.

S. Hier. ib. Inebriat terram carnis nostræ infusione Spiritus Sancti.

Ps. 64. v. 10.

S. Hieron.

Et fluvius paradisi, irrigans nos chrismatibus cœlestibus gratiarum.

2. E Paradiso terrestri quatuor universam terram irrigaturi olim directi fuere fluvij; hoc autem copiosissimum non aquarum, sed gratiarum, donorum, bonorumque inæstimabilium, non terrestris, sed cœlestis Paradisi flumen, sancta inquam Eucharistia, innumeris nos replet & irrigat cœlestium Charismatum torrentibus; quem conceptum his nobis verbis repræsentat D. Chrysostomus, inquiens: *Ex Paradiso fons scaturijt, à quo sensibiles flavij emanarent; à mensa hac prodijt fons, qui spirituales diffundit fluvios, juxta hunc fontem non steriles salices germinant, sed arbores cœlum ipsum attingentes, quæ fructus solidos semper producunt*; sacramenta reliqua tamquam tubi & canales divinam ad nos transfundunt gratiam: Eucharistia au-

D. Chrysost. Hom. 45. in Ioan.

tem ipsemet *fons est aquæ salientis in vitam æternam*; Paradisi vivam in se recludens scaturiginem, quæ hac gratiarum aqua, reliqua omnia sacramenta fœcundat. Cujus super omnia alia sacramenta eminentiam obstupescens S. Bernardus, cœlestem hanc mensam sequentibus honorat epithetis: *Potestne æstimare, quale vel quantum est hoc sanctum sanctorum, & sacramentum sacramentorum, amor amorum, dulcedo omnium dulcedinum? Hic bibuntur in loco uberi torrentis lactis, flumina mellis, liquores balsami cœlestis.* Ideoque Ecclesia sancta communionem *Convivium sacrum* appellans ait: Quod ad ipsum accedentium *mens impletur gratia*, quem favorem diu ante promiserat Psalmista, cum diceret: *Dilata os tuum, & implebo illud.* Aft dicet fortasse aliquis, ex quo particula hostiæ sacræ adeo est angusta & exilis, qua ratione fauces nostras replere poterit? Nimirum quia ut S. Hieronymus in persona Christi ait: *Etiam in modica particula, si volueris, totum me accipies.* Imo quis est, qui non videat, quod dum divino hoc pane cibamur, vere dicere possimus: *Deus meus, & omnia, ut sit Deus omnia in omnibus*, inquit Apostolus, quod indigne communicantibus vere adimpleturum.

S. Bern. serm. in Cœn. Dom.

Ps. 80. 11.

S. Hieron. ib.

1. Cor. 15. 28.

3. Jeremias ait: *Et venient & laudabunt in monte Sion, & confluent ad bona Domini, super frumento & vino ... eritque anima eorum quasi hortus irriguus, & ultra non esurient.* Porro extra omnem controversiam est, quia Propheta his verbis spiritualiter ad cœlestem hunc panem alluserit, qui in cœnaculo Sionitico fermentatus fuit; de hoc enim pane S. Hieronymus verba illa: *Edent pauperes & saturabuntur*, interpretatur, dicens. *In monte Sion, hoc est, in Ecclesia, frumento & vino, de quo conficitur panis Domini, & sanguinis ejus impletur typus & benedictio sanctificationis ostenditur.* Porro si mysticam convivij hujus ubertatem plenius dignoscere cupitis, Petrum Cellensem audite, qui eam in libro *de Panibus*; ita deprædicat: *Escam animarum, pabulum spirituum, dapes cœlestium deliciarum præ se fert hæc mensa; Hæc inquam mensa plena visceribus misericordiæ, charismatibus referta gratiæ, sedentium penetralia mirabilibus implendo non explet, appetitus residentium satiando, acrius se & sacratius urget. Est enim hujus convivij nihilominus & convivantis natura, ut succumbant semper desiderio, numquam fastidio.*

Jerem. 31. v. 12. Continuatio ejusdem argumenti.

Ps. 22. 27.

Petr. Cell. l. de panibus c. 2.

4. Jobum olim amantissimi aliquot convenisse leguntur, subditi, carnibus ejus saturari unicè affectantes, unde ipse Job ait: *... Dixerunt viri tabernaculi mei: Quis det de carnibus ejus, ut saturemur?* Potuisset equidem homo tam immensum, imperceptibile, nec non infinitum Communionis sacræ, & consequenter omnium cœlestium charismatum exuberantiæ bonum desiderando suspirare; aft numquam ad illud aspirare; cujus nihilominus apperitum Divina implevit bonitas, dicente Psalmista: Qui replet in bonis desiderium tuum; nec non Apostolo, dum ad Colossenses scribit, idem confirmante, dum ait: *In ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter, & estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus & potestatis.*

Iob. 31. v. 31.

Coloss. 2. v. 10.

5. Tertullianus de filio prodigo à Patre suo liberali convivio ex vituli saginta carnibus præparato, quod sacramentum altaris symbolicè repræsentabat, peramanter excepto differens, hac phrasi utitur: *Opimitate Dominici corporis vescitur*, scilicet Eucharistia. Quibus in verbis specialiter & quidem in pondere sanctuarij trutinarj meretur Ly illud: *Opimitate*; hæc enim dictio excellivam quamdam omnium & singulorum bonorum denotare videtur abundantiam, qua habita nihil homini deesse possit; quam David in Spiritu prophetico prævidens ait: *Dominus regit me, & nihil mihi deerit*; at vero undenam sive ex quo fundamento David adeo audacter nihil sibi umquam defuturum asseverare poterat? Nimirum quia *in loco pascuæ ibi me collocavit, super aquam refectionis educavit me*, vel ut sanctus Ambrosius legit: *Pascit, pascitur.* Nostris quidem oculis externis sacra Communio modicus quidam hostiæ atomus esse videtur: aft quemadmodum pupilla quamtumvis minima oculi nostri ad immensam se sphæram & latitudinem vastissimam extendit; itidem sicut intellectus noster, qui vix locum occupat ullum, terram cœlumque pervagatur, ita quoque juxta Catholicæ fidei veritatem quicumque indivisibilis hostiæ punctus, illum in se continet Deum qui omnium creatorum increatorumque bonorum est Epilogus.

Tertull. l. de pudic. c. 10. S. Eucharistia continet omnium bonorum abundantiam.

Ps. 22. v. 1.

Ibid. v. 2.

S. Ambros. ibid.

6. D. Chrysologus illa mulieris Chananææ verba:

D Chrysol. serm. 100. Licet Eucharistia solum vocetur panis, est tamen hutissimum epulum.

Nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa Dominorum suorum, accuratius ponderans, pro ly *Dominorum*, legendum autumat; *Puerorum*, indeque fœminam hanc Ecclesiæ figuram à gentilitate ad fidem Christi humilitatis beneficio translatam, hujus evasisse cœlestis convivij participem, concludit, dicens: *Levatur, honoratur ad mensam, quæ se sub mensa laudabili, & provida humilitate dejecit; Juste toto nunc epulatur micas ex Pane*; Ubi singularem meretur notam verbum illud, *epulatur*; quantumvis enim nil nisi Panis offeratur in cibum nihilominus quia de Eucharistia agitur, lautissimo dicitur epulo fuisse refecta; quod nobis Sapiens pariter proponit; dum ait: *Pinguis Panis ejus præbebit delicias Regibus*. Notandum quoque quod tametsi mulieri Chananææ sola offeratur frumenti mica, ipsa tamen *toto ex Pane* epulari dicatur, quia ut Doctor Angelicus ait: *Fracto demum sacramento, ne vacilles, sed memento, tantum esse sub fragmento, quantum toto tegitur*. Horum namque fragmentorum, minima quævis mica abunde sufficit, ut Cœlum & terra exinde liberalissime epulari possint; Id quod Christi magnificentiam mire extollit, ut proinde quoad hoc dicere nobis liceat, quod Tertullianus de alio quodam argumento differens ait: *Et ita Deus tunc maxime magnus, cum homini pusillus esse videtur.*

S. Thom. Etiam in minima sua parte.

Tertull. l. 2. cont. Marcion. c. 2.

Alb. Magn. l. de Euch. dist. 6. Tr. 2. c. 1. Continet omnem gratiam & sanctitatem.

7. Albertus Magnus de hoc sacramento ait; *Sacramentum sacramentorum est Eucharistia, omnis gratiæ contentiva, communicatio omnis sanctitatis*. Et quidem hujus affluentiæ gratiarum quæ ab Eucharistia in nos dimanant, sequentes assignat rationes, Dicit enim: *In genere gratiæ est propter sex causas, quarum una est, quia non est nisi à gratia, & non nisi gratia esse potest; Secunda, quia non datur nisi à gratissimo, Tertia, quia non nisi gratissimis administratur; Quarta, quia gratiam operatur; Quinta, quia est gratia super gratiam; Sexta, quia omnis gratiæ est contentivum.* Quibus addit poreit quod idem Præsul paulo post in alio capite scribit scilicet quia *Corpus Christi Spiritus Sancti manibus formatum, totum fuit gratiæ promptuarium.* Alibi pariter in eodem libro ait: *Quidquid in cœlo fuit gratiæ & gloriæ, totum nobis dedit; unde hanc magnificentiam canit Psalmista: Omnia à te expectant, ut des illis escam*; Verumtamen dum magnificentiæ meminimus, huic sacramento proprijssime adaptari posse existimo illum ejusdem Psalmistæ textum, in quo ait: *Vox Domini in magnificentia.* Vox siquidem Christi in consecratione & sacramento præsenti meram perhibet magnificentiam; quoniam ut donum quodcumque sit magnificum, magni valoris sit oportet, & dantis excellentiæ proportionatum; unde unum idemque aliquando donum respectu Principis censebitur magnificum, & exile respectu Monarchæ; Magnificentissimum itaque in sacramento hoc nobis impertijt Dominus, ita ut in nulla alia re magnificentiam suam ostendisse dici possit, siquidem tantummodo *dixit & facta sunt*, nobisque res dumtaxat creatas indulsit, in Eucharistia autem paucis licet confecta verbis exhibet semetipsum; *Quid autem se majus dare potuit?* inquit B. Laur. Justinianus. Vere equidem dici potest; eum se hoc in sacramento expandisse; In Incarnatione siquidem se contraxit; qui *fecit potentiam in brachio suo*, idque unica dumtaxat vice in utero virginis: Eucharistia autem donum omnium excellentissimum & Incarnationis sacræ extensio innumeris vicibus indulgetur; Cujus eminentiam profundius contemplans S. Augustinus asserere non dubitat, dum ait: *Audeo dicere, quod Deus cum sit omnipotens, plus dare non potuit: cum sit sapientissimus, plus dare nescivit; cum sit ditissimus, plus dare non habuit.* A qua doctrina nequaquam discrepat illa Alberti Magni sententia dicentis: *Magna dona Christi, in hoc convivio corpus dedit in cibum, sanguinem in potum, animam in pretium, Deitatem in condimentum exhibendo.* Quem discursum in capite sequenti latius prosequitur, inquiens: *Hoc solum datum est, quod omne datum est; quia in hoc dato nihil privatum sibi Christus retinuit; Humanitatis simul & Deitatis nobis omnia dona conferens.* Equidem si Deus mille creasset mundos, si mille in beneficium & utilitatem nostram cœlos formasset empyreos, unum dumtaxat impendisset verbum: *Dixit & facta sunt; Verbo Domini cœli firmati sunt*; præterquam quod in ejusmodi donis nil nisi creatum sit, quæ cum Deus elargitus fuerit semper æque dives perseverat: In Eucharistia autem non fugitivum, sed Patris æterni incarnatum dispensatur verbum: *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis*; *exinanivit semetipsum*, vere equidem hoc in dono omnes suas exhausit opes, dum in illud ita Divinam suam reduxit omnipotentiam & beneficentiam, ut quasi depauperatus; quod excellentius largiatur, non inveniat; quoniam ut Apostolus discurrit; *Quomodo non etiam secum omnia nobis donavit?*

Alb. Magn. ibid. c. 2. Tr. 2. c. 1.

Ps. 28. v. 4. Vox consecrationis est in magnificentia.

B. Laur. Justin. de casto Connub. c. 24. Luc. 1. 51.

S. Aug. tr. 24. in Joan.

Alb. Magn. ibid.

Philipp. 2. v. 7.

8. Nero aliquando pretiosissimum Phrygioque opere præcellentem, auroque intertextum legitur præparasse tapetem in quem pretiosiores thesaurorum suorum gemmas imo inæstimabiles imperij totius impendit gazas, cujus splendorem contemplatus, & admiratus ad idem spectaculum Senecam invitavit, qui post aliquod temporis spatium & curiosam considerationem in hæc tandem verba prorupit: *Declarasti te esse pauperem.* Ita quoque de dono Eucharistico, *in quo sunt omnes thesauri* concludere licet, scilicet, quod in eo præparando Deus quasi semetipsum depauperavit, quia in omnium seculorum decursu nec umquam sciet vel poterit homini quidquam dare magnificentius, dum illi semetipsum contulit, qui *fecit potentiam in brachio suo*, in Eucharistiæ sacramento, in quo, ut Deus, Panis naturam & substantiam in suam convertit carnem, ut homo autem noster fit cibus & alimentum; Tamquam sacerdos se Patri offert in sacrificio incruento; tamquam fons gratiæ, suos in nos transfundit torrentes; ut author gloriæ se confignat in pignus; Ut Redemptor pretiosissimum suum nobis offert potandum sanguinem; ut Rex gloriæ nobis adpromittit gloriosam corporis nostri ad vitam resurrectionem, vitalis hujus beneficio Panis obtinendam. Unde & merito in ejus institutione dicitur, quod Dominus *Memoriam fecit mirabilium suorum*, siquidem sacramentum hoc omnium maxime stupendorum miraculorum est epitome.

Continuatio ejusdem materiæ.

Luc. 1. 51.

9. Alios inter ritus, Ecclesiasticos olim ille non extitit infimus, qui circa agni Paschalis, primariæ hujus sacramenti figuræ, esum his verbis à Deo præscriptus fuit: *Caput cum pedibus ejus & intestinis vorabitis.* At vero quorsum Sapientia increata exiles admodum præsertim circa animalculi unius esum ceremonias prescribendas censuit, utique per relationem & propter allegoriam ad agnum immaculatum & Eucharisticum. Unde S. Bernardinus ait? *Præceptum erat, quod caput agni cum intestinis & pedibus vorari deberet; In quo mystice designatur, quod in hoc sacramento totus Christus cum Divinitate & anima & corpore ibi continetur; & similiter. Caput Divinitas, intestina anima, pedes vero sunt Corpus Christi.* In cujus confirmationem fervit illud Alberti Magni commentarium; quod super Psalmum instituit, in quo regius Vates in persona Christi fidelium gloriatur: *Repleti sumus mane misericordia tua, exultavimus & delectati sumus omnibus diebus nostris*; quæ inter verba dictus Author singulariter confidenter ly *Repleti*, dicens: *Quia nullum bonum est, quod in hac communione non inveniatur, hæc enim commanio Corpus Christi, est thesaurus Sapientiæ Dei, quæ est Christus.* Pro cujus ulteriori stabilimento illum adducit Sapientiæ textum in quo dicitur: *Infinitus thesaurus est hominibus, quo qui usi sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei.* Qui idem Author paulo infra in cap. sequenti recensita, quam primi fideles in Communione ambiebant, frequentia, tandem subjungit: *Communicatio fractionis Panis unum bonorum divinorum & humanorum conferebat, communicationem.* Quæ quamvis apte pronuntiata esse nemo dubitet, longe tamen efficacius nostrum promovent discursum, illa quæ idem Author in alio ejusdem libri loco describit fusius; postquam enim inibi illa considerasset S. Joannis Apostoli verba: *Qui ... viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo Charitas Dei manet in eo?* Ita concludit dicens: *Quasi diceret, nullo modo est Charitas in eo. Unde Christus omnes suos fratres videns necessitate famis deficere, non claudit ab eis viscera, sed in viscera Charitatis affectus Corpus & sanguinem, & viscera, Spiritum & animam & Deitatem nobis communicavit.* Id quod plenius illo Tobiæ senioris juniorem exhortantis confirmat consilio: *Quomodo potueris, ita esto misericors, Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: Si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri stude.* Christus itaque concludit Author, ille in nos existens misericors, *per viscera misericordiæ Dei nostri in quibus visitavit nos*; Nequaquam parcus, sed cum *Domini est terra & plenitudo ejus; orbis terrarum*, omnia bona illa primitus nobis indulsit, Spiritu Sancto attestante, dum ait: *Omnia subjecisti sub pedibus ejus.* Erogatis omnibus illis liberalissimum superabat bonorum gratiæ, gloriæ, Sanctitatis, Spiritus, & Divinatis donum, quæ omnia in Eucharistia, utpote omnium bonorum compendio ad finem usque seculorum perseveratura concluſit, *Corpus dedit in Communionem*, inquit Albertus Magnus, *animam in redemptionem, sanguinem in ablutionem, Deitatem in omnis virtutis acquisitionem.*

Alb. Magn. dist. 4. c. 14. Ps. 89. v. 14. Continetur in eo omne bonum.

Sap. 7. v. 14.

Alb. Magn. ibid. c. 7.

1. Joan. 3. 17.

Alb. Magn. dist. 2. tr. 1. c. 3.

Tob. 4. 8. 9.

Luc. 1. 78.

Ps. 23. 1.

Ps. 8. 8.

DISCURSUS IX.

ARGUMENTUM.

Eucharistiam gloriæ pignus esse probatur.

THEMA.

Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam. Joan. 6. vers. 55.

S. Eucharistia confert nobis, etiam in præsenti, vitam beatam & æternam.

1. SAlvator noster apud S. Joannem intentam Eucharistiæ institutionem prædicens sequacibus suis, quotquot carnem ejus manducaturi, sanguinemque bibituri essent, beatam & æternam in præsenti promittit vitam, dum ait: *Qui manducat &c.* Notandum etenim Salvatorem non dicere, quod in futuro tempore *habebit*, sed quod in præsenti *habeat, vitam æternam*; Cujus promptam ecce vobis rationem, quoniam qui pignus seu arrham possidet, de Capitali securus est, ratione cujus datum est pignus; in hoc autem sacrosancto Convivio, ut Doctor Angelicus inquit, *futuræ gloriæ nobis pignus datur.* Creditor sibi obstrictum habens debitorem scutorum mille, si in pignus adamantem accepit scutorum bis millium de credito suo utique securus erit: Ita pariter in præsenti dicere licet: *Jus* enim ad beatitudinem consequimur, habemusque per Eucharistiam, ipso Dei Filio; ut in oratione quotidiana continuam hanc instantiam: *Adveniat regnum tuum*, replicaremus exhortante. Vere etenim hoc pasti sacramento dicere possumus: *Regnum Dei intra nos est*, quia scilicet indubitatum est beatitudinis pignus: id quod probatu minime difficile fuerit; si enim beatitudo in visione Dei consistit, in sacramento hoc pariter nobis in cibum & alimentum cedit verbum Divinum, & per concomitantiam reliquæ personæ Divinæ. Ideoque Clemens Alexandrinus hoc ineffabile considerans mysterium nos dum Eucharistiam participamus, dotari asserit: *Regno digne gustato*; Et S. Thomas illa Christi verba: *Primum quærite regnum Dei*, de Eucharistia quoque intelligenda esse docet; utpote cum hæc cœlorum æquivaleat regno. Quam veritatem diu ante D. Chrysostomus tradidit, quando in mysterij hujus virtute terrâ in cœlũ transmutatam fuisse asserit dicens: *Hic terram tibi Cælum facit hoc mysterium* Sed ad nostrum intentum omnium accommodatissimè definit Concilium Tridentinum, quando alios inter titulos Eucharistiæ sacramentum hoc afficit dignissimo elogio dicens: *Pignus præterea id esse voluit futuræ nostræ gloriæ, & perpetuæ felicitatis.* Unde & Ecclesia in Missa Fer. 6. Dom. 2. Quadrag. ita Deo supplicat: *Fac nos quæsumus Domine accepto pignore salutis æternæ sic tendere congruenter, ut ad eam pervenire possimus*; Et in oratione, quæ Postcommunio dicitur, in solemnitate Corporis Christi: *Fac nos quæsumus Domine Divinitatis sempiterna fruitione repleri, quam pretiosi Corporis & sanguinis tui, temporalis perceptio præfigurat.*

S. Thomas.

Est indubitatum pignus æternæ felicitatis. Luc. 17. v. 21.

Clem. Alex. l. 3. Pædag. 2.

S. Thom. 3. p. q. 80. A. 8.

D. Chrys. Hom. 24. in 3. ad Cor. Conc. Tr. sess. 13. c. 2.

S. Bonav. Collat. 34. in c. 6. Joan.

2. S. Bonaventura D. Chrysostomi innixus authoritati, Christiique personam indutus, postquam demonstrasset, parentes carnales à se generatos filios suos nutricibus extraneis educandos tradere, tandem subnectit, dicens: *Ego autem Filius Dei non ita meipsum vobis appono, omnes vos nobiles esse volens: Qui enim hic vobis dedi meipsum, multo magis in futuro volui vester fieri.* Quam prærogativam alio discursu S. promovet Paschasius, quando citata Christi verba (*qui manducat &c. habet vitam æternam in me manentem* considerans ait: *Manentem utique & non labentem, quia in hac vita nemo vivit, nisi manendo labatur in mortem; In illa vero semper in eodem statu manendo sine defectu vivitur*; Finis namque institutionis cœlestis hujus Panis ille fuit, ut Sapientia incarnata nos ad vitã beatam, stabilem & permanentem nutriret. Cui novum encomium superaddit Albertus Magnus, quando per naturam humanam Angelicas in Paradiso ruinas in sacramenti hujus virtute restaurandas fuisse concludit dicens: *Oportet quod per Corpus Christi ruina Angelorum restituatur; Restituti communicant gloriæ Angelorum per communionem Corporis Christi per sacramentum & communionem ipsius ad communionem redimus Angelorum.* Porro S. Anselmus rationem, cur Eucharistia sub vini potius & Panis, quam alterius materiæ speciebus institutus fuerit, assignaturus, his verbis huic eidem nostro suffragatur proposito dicens: *Ideo Dominus noster Corpus & sanguinem suum in eis rebus commendavit, quæ ad unum aliquod redigantur è multis, quoniam aliud in unum ex multis granis conficitur, aliud in unum ex multis actus confluit, & ob hoc communicatio Corporis & sanguinis Christi societatem æternam Sanctorum designat, & facit, ubi pax erit, & unitas plena atque perfecta.* Quam ex Doctore Angelico doctrinã citavimus superius, diu ante quoque tradidit S. Augustinus, quando cœlestem præceptorem in oratione Dominica hujus asserit meminisse sacramenti, ubi de regno tractat. *Sed quid ait Dominus Jesus?* inquit S. Præsul, *quærite primum regnum Dei & justitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis. Intelligitur hoc etiam valde bene: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, Eucharistiam tuam.* S. Thomas autem postquam Eucharistiam regnum nuncupasset, subjungit dicens: *Ubique suorum regnum Christus est, sed maxime in Eucharistiæ solio.*

S. Anselm. in 1. Cor. 10.

Cur in panis & vino instituta.

S. Aug. T. 10. Hom. 42.

S. Thom. ib.

Nutrimur per illam in vitam permanentem. S. Pasch. l. de Corp. & sang. Dom. c. 6.

3. In libro Exodi Arcæ, Tabernaculi, totiusque reliquiæ Ecclesiasticæ supellectilis apparatum Moysi Dominus præscribens ait: *Facies & mensam*, cui non unam sed duas jussit imponi coronas, per novum hoc præceptum: *Facies que illi labium aureum per circuitum, & ipsi labio coronam, ... & super illam alteram coronam aureolam.* At vero quale duabus hisce coronis mensæ dictæ impositis ineſſe putatis mysterium? Mensa Eucharistiam, coronæ denotabant gloriam, voluit itaque Dominus duplici mensam illam exornari corona, ad denotandam quam de Beatitudine pollident certitudinem animæ illæ, quæ dictam mensam circumdant. Observasse aliquando illa quæ Christi fideles communicaturus verba profert sacerdos: Nimirum; *Corpus Domini nostri Jesu Christi custodiat animam tuam in vitam æternam.* Quæ verba clare propositum nostrum confirmant, scilicet quod Eucharistia certum; vitæ æternæ pignus existat. Quod etiam illa Psalmistæ verba indicant dicentis: *Edent pauperes & saturabuntur*; quam enim hanc satietatem esse existimatis? Illa nimirum de qua idem Psalmista alibi ait: *Satiabor cum apparuerit gloria tua*; Quam eamdem ob causam S. Cyrillus Alexandrinus Eucharistiam *Cibum* appellat *nutrientem immortalitatem.* Ideo quoque S. Anselmus docet, quod sicut cibus materialis ad nostram in hac vita sustentationem creatus fuit, ita pariter Eucharisticus ordinatus sit, ut nos ad vitam æternam & beatam assequendam nutriat; Dicit enim: *Sicut cibo id appetitur, ut vivatur, sic ad eam vitam qua vivitur, solummodo per hunc cibum pervenitur. Cibus hic ad vitam æternam animæ conferendam collatus est, non ad ruinas sustentandas hujus miseræ vitæ, quæ vapor est ad modicum parens.* Unde S. Bonaventura Christum dum panem hunc cœlestem promitteret, vicibus denis vitæ, meminisse observat, cujus hanc assignat rationem dicens: *Decies attribuitur actus vivendi huic Pani, vel carni, vel sanguini; & convenienter, ad figurandum quod per ipsum & in ipso sunt omnes venturi electi ejus, & membra sunt ad ordinem decimum in cœlo, qui signatur per drachmam decimam.* Qui idem S. paulo post hanc quoque enuntiat sententiam dicens: *Hic sanguis vadibile fecit cœlum*, cui illud Alberti M. in principio libri illius, in quo fuse de Eucharistia tractat, consonat assertum, dum sacramentum hoc sequenti honorat epitheto: *Edulium vegetans ad vitam æternam, viaticum confortans nos ad perficiendam hujus exilij viam, & pignus æternæ salutis.* Idcoque ad facilitandum Patriæ cœlestis introitũ Ecclesia pro infirmis agonizantibus; ipsum sacramentum designavit in viaticum, qui idem Author alio in loco illud donum in pretio habendum adstruens, quod & in vita & in morte recipientem permanenter comitatur, nostrum fusius promovet intentum illo in medium adducto Ecclesiastici textu: *Datio Dei permanet justis, & profectus illius successus habebit in æternum.* Quem locum dictus Author interpretans, inquit: *Hæc est enim vera datio, quæ in transitu manet in viaticum, & in vita in refectionem, & in patria in æternæ beatitudinis significationem, tales successus donum istud habet in æternum.*

Exod. 25. v. 23. Mensæ Tabernaculi dug impositæ coronæ quid significent. Ibid. v. 24. 25.

Sacerdos S. Communionem porrigens, dat illam in pignus vitæ æternæ. Ps. 21. v. 27.

Ps. 16. v. 15. S. Cyrill. Alex. l. 4. in Joan. c. 16.

Eccli. 15. v. 17. Alb. Magn. dist. 2. Tr. 3. c. 3.

8. In Consecratione sanguinis mentio fit testamenti, nec sine mysterio, nam ut Incognitus Carmelitanus Michael Bononiensis super illa verba Psalmi: *Mandavit in æternum testamentum suum*, ad nostram doctrinam scribit: Sacramentum hoc testamentum dicitur:

Hoc sacramentum dicitur testamentum. Psalm. 139. v. 9.

Michael de Bononia in Ps. 110. v. 9.

citur : *Quia huic sacramento aliud non succedit, sed usque ad finem sæculi durabit, sed ei succedet clara visio Christi, cujus Divinitate beatificantur interius & humanitate exterius. Merito dicitur testamentum, quia per istud nobis Christus hæreditatem legavit æternam.* Singularem pariter notam merentur illa S. Thomæ de Villa nova de hoc sacramento tractantis verba : *Hoc sacramentum est pignus æternæ hæreditatis, hæc unica anchora spei nostræ, hoc unicum solatij nostri asylum, per hoc ad Dei nostri conspectum intra Sancta Sanctorum cœlestes confidimus introire.* Quam veritatem ut nobis perfectius inculcet S. Bernardus, in Christi persona ita discurrit, *liquor iste quem vides, jam non est vinum, sed sanguis meus, quem pro te fudi in pretium tibi reservans, in altari poculum, in peregrinatione tua præsidium, in cœlo viaticum*; quem favorem, ut annales perhibent Ecclesiastici abunde expertus est Serapion senior Christianus; Morti namque vicinus quam Communionem petebat, infirmus ipse sacerdos in persona propria submini strare nequibat, qui ne agonizantem cœlesti destitueret viatico, nepoti moribundi particulam confignavit hostiæ sacræ, quam ipse puer madefactam faucibus imponeret agonizantis. Vix puer lecto vicinus appropriarat, quando infirmus qui diebus tribus linguæ beneficio destitutus, & insensibilis contabuerat, subito vocis recuperavit, & sensuum usum; Moxque communicatus suum Deo reddidit Spiritum.

S. Thom. de Villa nova. Conc. 3. de sacr.

S. Bern. ser. in cæn. Dom.

Baron. an. 255. n. 33.

Serapion senior, per hoc sacramentum moribundus, recipit loquelam & usum sensuum.

Acta Eccl. Mediol. pag. 512. Multiplices fructus ejus recensentur.

9. S. Carolus Borromæus de sacramenti hujus encomijs differens, multifarios ejusdem, præsertim vero nostro accommodos proposito fructus assignat sequentes, dum ait : *Summam vim habet ad æternam gloriam comparandam, ejus videlicet gratia, dum hanc vitam fideles degent, conscientiæ pace & tranquillitate perfruuntur; Deinde ejus virtute recreati, non secus atque Elias, qui in subcinericij Panis fortitudine ambulavit, usque ad montem Dei Horeb, cum ex vita emigrandi tempus advenit; ad æternam gloriam & beatitudinem ascendunt.* Neque nostrum minus promovebit argumentum, ille sacræ Scripturæ textus, quo dicitur : *Mortuus est ibi Moyses servus Domini; ... jubente Domino.* Pro ijs namque ultimis verbis, ut quidam refert interpres, quidam à Vulgata recedentes, legendum censent : *In osculo Domini.* Cujus vocis mysterium indaganti Sanctus mihi occurrit Ambrosius in Tractatu de sacramentis asserens, per osculum in sacris Canticis in sensu spirituali Eucharistiam designari; Ait namque : *Ideo invitat ad cælestè convivium dicens : Osculetur me osculo oris sui.* Dictum itaque Moysi à Deo datum osculum; quantumvis è longinquo præsens designabat viaticum; Ad quod etiam Salvator alludere voluisse videtur; *Beatus qui manducabit Panem in regno Dei*; Illi namque ad Beatitudinem illam pertingunt, qui ex hac vita cum dicto migrant Christi osculo. Unde Albertus Magnus de hoc sacramento tractans inquit: *Est institutum in signum futuræ Beatitudinis, id quod nunc en sacramenti specie percipiendo Christum agimus, signum est, qualiter eumdem aliquando secundum dulcedinem suæ Deitatis in cœlesti beatitudine percipiemus.*

Deut. 34. 5.

Novarin. Vocatur osculum.

S. Ambr. l. de sac. c. 1.

Luc. 14. v. 15.

Alb. Magn. I. de Euch. dist. 6. Tr. 1. c. 1.

10. Judæis aliquando ineffabilis hujus mysterij percipiendi incapacibus & contra illud obmurmurantibus dicendo : *Durus est hic sermo, & quis potest eum audire?* Incarnata Sapientia in sui justificationem hæc paucula legitur subjunxisse verba : *Si ergo videritis Filium hominis ascendentem; ubi erat prius.* At vero quænam Ascensionem in cœlum, & mysterium hoc Eucharisticum interviget connexio? Cur non alterius potius mysterij mentionem fecit? Cur non conversionis aquæ in vinum in nuptijs Canæ factæ? Cur non multiplicationis Panum in deserto meminit? Nimirum Ascensionem à Christo memoratam fuisse arbitror, ut præsentem magis magisque stabiliret veritatem, quod scilicet in sacramenti hujus virtute ad imitationem Christi in cœlum ascendamus; In cujus confirmationem non abs re fuerit notare, quod Christus de Ascensione agens, se in hoc sacramento usque ad sæculorum finem perseveraturum dixerit, dum ait : *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi.* Merito itaque Albertus Magnus Divini hujus cibi dulcedinem, suavitatis Paradisiacæ præludium esse statuit dicens : *Perceptio Eucharistiæ perceptionem dulcedinis Divinæ significabit, & ad hanc significandam est à Deo institutus, Propter quod Matth. 26. Marci 14. & Luc. 22. semper istam perceptionem in sacramenti specie ad dulcedinis cœlestis fruitionem continuavit dicens : Non bibam amodo de hoc genimine vitis, usque dum bibam illud vobiscum novum in regno meo; Genimen enim vitis Sacramentum est sub trini specie* Ad quem discursum magis stabiliendum, Hugonis Cardinalis interpretationem sectaturi, illum Scripturæ textum, in quo Patriarcha Jacob Aser benedixisse legitur, adducemus. *Aser pinguis Panis ejus* (verba sunt sancti Patriarchæ) *& præbebit delicias Regibus.* Quæ Hugo Cardinalis discutiens, & ad Eucharisticum Panem alludens cur pinguis dicatur, in hæc verba docet : *Impinguat*, inquit, *pinguedine charitatis & devotionis, & ipse est deliciæ Regum, id est, virorum spiritualium.* Porro *Aser*; ut dictus testatur Cardinalis, *Beatus* interpretatur; in Eucharistia autem Christus nuncupatur Beatus, quia in virtute illius æternam nobis confert Beatitudinem. *Aser interpretatur beatus*, inquit, *& significat Christum, qui est Beatitudo Sanctorum.*

Vocatur panis pinguis.

Gen. 49. v. 20.

Hug. Card. ibid.

11. S. Thomas varias quidem, cur in sacrificio Missæ aqua vino admisceatur, assignat rationes; sed relictis alijs, unica illa ad præsens deservit institutum, qua docet, aquam Divinæ symbolum esse gratiæ, quæ certum est pignus gloriæ. *Quia hoc competit ad ultimum effectum istius sacramenti*, inquit Angelicus, *qui est introitus ad vitam æternam. Unde Ambrosius in lib. de sacram. dicit : Redundat aqua in calicem, & salit in vitam æternam.* Quam veritatem S. Ignatius Martyr penetrasse videtur, quando sacramentum hoc *mortis antidotum & pharmacum* appellat *immortalitatis*; Cui sententiæ Rupertus Abbas ultro citroque subscribit in suo super illa Cantici verba : *Fructus ejus dulcis gutturi meo*, Commentario dum ait ; *Expulit à nobis amaritudinem mortis, & vitæ æternæ dulcedinem indidit*; Et paulò post subnectit. *Justa lege, ut servator ille vetus malæ credulitatis, exigitur fides, & credatis id quod non videtis.* Majorem autem communicantium excellentiam mellifluus Ecclesiæ Doctor in his exhibet verbis : *Hic*, inquit, *ambulamus per fidem, nec dum per speciem; Interim deliciari & gaudere debemus in Sacramento altaris, in cujus confectione fidelis minister invenit seipsum in medio Patris & Spiritus Sancti. adstantibus etiam ex omni latere supernis ordinibus.* Denique S. Bernardinus ad novum se convertens Eucharistiæ encomium, subtiliter observat, quid ante factam à Christo sacramentalem institutionem, Secretarius ejus hæc verba præmiserit : *In finem dilexit eos, ut ex hoc modo loquendi*, inquit Sanctus, *innuat manifeste, quod non ad hanc vitam statuendam, sed ad perducendum eos per hoc sacramentum in finem æternæ vitæ dilexit eos.*

S. Thom. 3. p. q. 74. Art. 3. Cur aqua misceatur vino in calice.

S. Ambr. in l. de sacram.

Mart. Epist. 14. ad Epes. Cant. 2. 3.

Rup. Abb. l. 1. c. 2. in Cant. S. Eucharistia expellit à nobis amaritudinem mortis.

12. Psalmista eumdem favorem in spiritu Prophetico attigisse & participasse videtur, dum ait ; *Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocavit :* quibus verbis & se electorum gregi annumeratum esse insinuat, & nobis Eucharistiam sub pascui titulo perhibet, præsertim cum juxta Lorinum aliqui pro verbo : *Regit*, legendum autument : *Pascit.* Hæc igitur pascua frequentans se veram docet esse ovem, ad quæ adeunda S. Ambrosius nos haud obscure invitat, dum ait : *Ipse nos pascit & reficit, bona pascua; Divina sacramenta sunt; Carpis illic novum florem, qui bonum odorem dedit Resurrectionis, Carpis Lilium, in quo sit splendor æternitatis; Carpis Rosam, hoc est, Dominica corporis sanguinem.* Porro dum Resurrectionis mentionem fecimus, non abs re fuerit docere, quod corpora nostra cum dotibus gloriosis in mensæ hujus virtute ad vitam resurgent immortalem, dicente Christo : *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in novissimo die.* Lactantius Firmianus rationem indagans, cur Phœnix præter volatilium naturam rejuveneſcat & renoverur, sibi ipsi respondet dicens : *Ambrosios libat cælestis nectare rores*, ita quoque & à fortiori se ad vitam immortalem renovandum sibi promittere poterit; quisquis cœlesti se ambrosia cibaverit, utpote, quem admodum in quadam Collecta Postcommunionis dicitur : *Immortalitatis alimoniam consecutus.* Profecto si Elisæi ossa vix attacta cadaver vivificarunt; *Quod cum tetigisset ossa Elisæi, exivit homo*, quanto magis ad vitam resurget immortalem, qui carnem in Eucharistia sumpserit in se divinam; *Resurrectio cadaveris*, inquit Glossa *per contactum ossium Elisæi, significat, quod quicumque firma fide tangit mortem Christi, sine dubio particeps est resurrectionis ejus.* Mors autem Christi in sacramento altaris, quod mortis & passionis ejus memoriale & fructus est, tangitur; ipsumque nos tangimus

Psal. 22. v. 1. Est pascua electorum.

Lorinus.

S. Ambr. in Ps. 118. octav. 14. Ipsius virtute resurgent corpora nostra cum dotibus gloriosis.

Joan. 6. v. 55.

Lact. Firm. l. 3. c. 2.

Mortui Elisæi ossibus tacti revivisc it.

4. Reg. 13. Glossa ibid.

Hoc multo præstantius præstat S. Eucharistia fidelibus.

Joan. 6. 68.

Joan. 6. 69.

gimus Salvatorem, nobis sacrosanctum Corpus ejus & carnem uniendo. Observastisne aliquando, quod ob scandalum, ex discursu ejus de Eucharistia habito, abeuntibus auditoribus, Christus Apostolos suos in hæc interrogarit verba : *Numquid & vos vultis abire?* S. Petrus autem omnium nomine respondent : *Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes?* Cur obsecro Apostolorum Princeps tunc verba Christi, *verba vitæ æternæ* esse dixit, non verò aliàs; quando cælestem Magistrum suum de æquè sublimibus mysterijs differentem audivit? Scitisne, quid hic mysterij lateat? ideo nimirum hæc vitæ æternæ verba nuncupavit, quia Salvator in toto illo cap. 6. Joan. de hoc sacramento diffusè differuerat, quod panis est vitæ æternæ. Unde S. Augustinus S. Petrum dicere voluisse ait : *Vitam æternam habes in administratione corporis & sanguinis.* S. Thomas hoc sacramentum, per arborem vitæ in medio paradisi terrestris plantatam, significatum fuisse his docet verbis : *Corpus Christi est fructus, vitæ, valens ad destructionem gehennæ & acquisitionem vitæ æternæ.* S. Thomas de Villa nova dicit : Quid si panem quemdam invenires, qui vitam tuam per centum annos servaret incolumem, numquid illum quovis thesauro gratiorem haberes & custodires? *Numquid non sicut oculi pupillam Panem illum servares? Nonne illum omnibus mundi delicijs anteponeres? Talis autem est Panis Eucharisticus, hic Panis vitam edenti præstat, non centenariam sed æternam vitam; jucundam vitam, beatam vitam, omnium bonorum plenitudine felicissimam.*

S. Augustin. Tr. 29. in Joan.

S. Thom. opusc. 58. cap. 1.

S. Thom. de Villa nova Conc. 1. in Festo Corporis Christi.

DISCURSUS X.

ARGUMENTUM.

Alios inter effectus, sacramentum hoc affectus imprimit bonorum cœlestium, terrestriumque nauseam, quæ illorum impediunt profectum.

THEMA.

Ubicumque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ. Matth. 24. vers. 28.

Ad Corpus Christi congregantur fideles velut Aquilæ.

1. TAmetsi Redemptor noster his verbis quoad sensum literalem, ad extremum alludat judicium, quando scilicet electi velut totidem aquilæ, in corporibus gloriosis circa Christi, cum magna majestate ad judicium descendentis, sacratissimam humanitatem congregabuntur, eamque circumdabunt; In sensu tamen spirituali, ipsum ad corpus suum Eucharisticum alludere voluisse, affirmare possumus; siquidem ad hoc omnes animæ fideles, velut totidem aquilæ, ab omnibus terrenis bonis avulsæ & elevatæ, per bona desideria & affectus convolare videntur. Unde S. Ambrosius ait : *Bonæ aquilæ sunt circa altare congregatæ; ubi enim corpus, ibi & aquilæ, Corpus Christi est in altari, aquilæ vos estis.* Enimvero aquila omnium est avium Regina, præque cunctis alijs terram despiciens, sublimius evolat in Cœlum, ibidemque oculorum suorum aciem in luminosissimam Solis sphæram pertinacius figere consuevit, idem quoque ijs accidere solet, qui sacrosancto Solis justitiæ, id est, Christi corpore frequentius pascuntur; hi enim communiter *quæ sursum sunt quærunt; ... non quæ super terram*, quia ab hoc sacramentato Dei Filio terram contemnere discunt, siquidem Deus ille, qui de semetipso ait : *Cælum & terram ego impleo*, ut animam nostram donorum gratiarumque suarum cœlestium plenitudine adimpleat sub invisibili quasi & indivisibili hostiæ consecratæ atomo restringi se patitur : *Sub adeo exigua quantitate latens Christus in Eucharistiæ sacramento, docet terrena omnia contemnenda*, inquit devotus quidam contemplator. D. Chrysostomus ait : *Aquilas vocat, ostendens, quod oportet eum qui ad hoc corpus accedit, esse sublimem, & nihil cum hac terra habere commune, sed assidue sursum volare, & ad Solem justitiæ aspicere.* S. Thomas ad hunc effectum clarius demonstrandum, sequentem Ezechielis cap. 17. textum adducit, in quo dicitur : *Sumã ego de medulla Cedri sublimis, & ponam de vertice ramorum ejus tenerum distringam, & plantabo super montem excelsum, ... & erumpet in germen & faciet fructum*; Quod propheticum oraculum ad mensam hanc Eucharisticam applicans inquit : *Cedrus sublimis est Deus Pater; rami eminentiores antiqui Patres; vertex omnium Beata Virgo; medulla Cedri æterna Dei sapientia; pars de ramorum vertice, caro sumpta de Virgine. Spiritus ergo sanctus medullam Cedri, & partem de ramorum vertice sumpsit, quia Christi incarnationem fecit, & hunc quasi furculum nobilissimum plantat in montem excelsum, cum fidelibus à terrenis delicijs ad cælestia elevatis, Dominici corporis tribuit Sacramentum.*

Ioan. 6. 68.

Ioan. 6. 69.

D. Chrys. h. 24. in 1. ad Cor.

Ezech. 17. v. 22. 23.

S. Th. opuf. 54. c. 20.

2. Considerat S. Paschasius quod Christus instar Aquilæ in cœlum ascensurus, Ecclesiæ suæ sanctæ de corpore suo hic relinquendo prospicere voluerit, ut eo mediante fidelium quoque animæ & corda elevarentur in cælum, amoremque & desideria sua ad immortalia & cœlestia dona dirigerent : *Sed quia illum secundum carnem cælos oportuit penetrare, ac per fidem illuc in illo renati confidentius sequi appeterent, reliquit nobis hoc Sacramentum visibilem figuram; & characterem carnis & sanguinis, ut per hoc mens nostra & caro nostra ad invisibilia & Spiritualia capessenda per fidem uberius nutriatur.* Ideo etiam sacer textus notanter tempus exprimit, quo Christus in cœlum ascendit; nimirum : *Recumbentibus illis undecim apparuit Jesus, &c.* Imo, ut in Actibus Apostolorum legitur : *Conversens elevatus est.* Unde Richardus de S. Victore ait : *Ecce quia comedit ascendit*, quibus verbis inclytus hic Doctor innuere velle videtur, quod Christus postquam sacratissimo corpore suo à se consecrato se cibassset, mox in Cœlos ascenderit, ut per hoc nos doceret, quod ad hoc ut affectus & desideria cœlestia in nobis concipere valeamus, dicereque possimus : *nostra conversatio in cœlis est*, unicum servire possit remedium; nimirum ut Eucharistiam sæpe sumamus.

S. Paschas. l. de corp. & sang. c. 4.

Reliquit nobis Christus suum SS. corpus & sanguinem ut per illius usum discamus tendere ad superna & spiritualia.

Marc. 16. v. 14.

Act. Ap. 1. v. 4. 9.

Rich. de S. Vict. l. de Eman. c. 16.

Philip. 3. 20.

3. In vita S. Caroli Borromæi legitur, quod dum in actuali Castiglionensis territorij, ad domum de Gonzaga spectantis, visitatione constitutus esset, coram eo adductus fuerit duodennis quidam puer, Aloysius nomine, Francisci Marchionis Gonzagæ primogenitus filius; Sanctus vero Archi-Episcopus divinitus illuminatus, quædam eximiæ virturis in hoc juvene animadvertens, ex ijsque insignes progressus prævidens, quos in vita spirituali habiturus erat, eumdem diu secum in colloquio de rebus divinis instituto detinuerit, ejusque animo perfectam vitæ spiritualis formam imprimere sategerit, modumque præscripserit, quo deinceps ad sanctè & perfectè serviendum Deo uteretur, & quia ipsum nondum Communione Eucharistica usum fuisse ex diuturno cum ipso habito colloquio perceperat, eumdem ad hanc quantocius & frequenter quidem sumendam hortatus fuerit, eo quod Eucharistia proprium & maxime idoneum esset animæ nutrimentum, & ad accendendum in se divini amoris ignem unicum & efficacissimum medium. Notatque historia prædicta, quod primus fructus quem Aloysius ex communione cum ingenti amoris sensu & lachrymarum profluvio percepta in se percepit, fuerit, quod sponte propria omnibus mundi delicijs & dignitatibus, speciatim vero paternorum territoriorum dominijs, in quæ post mortem Patris, tamquam filius ejus primogenitus successurus erat; nuncium remiserit, siquidem Societatem Jesu ingressus fuit, in eaque magnis gressibus ad sanctitatem adeo magnam properarit, ut in ætate viginti trium annorum moriens beatificatus fuerit, jamque penes universum devotum Christianismum in summa habeatur veneratione; Et quidem advertendum est, quod hoc cœlesti viatico cui plurimum semper devotus fuit, confortatus, tandem ut prædixerat in Octava sanctissimi Corporis Christi ad vitam beatam evolarit. Utinam specialem hanc divini illius cibi virtutem serio ponderaremus ad concipiendam in nobis omnium terrenarum divitiarum nauseam, & cœlestium bonorum desiderium.

Giussani in vit. S. Car. Borr. l. 6. c. 7.

S. communio dignè sumenda tibus causat nauseam rerum terrenarum.

Exemplum B. Aloysij.

4. Quo fine plurimum quoque sequens historia deservit; Nam ut sacra Scriptura refert, postquam Abraham pro liberatione Loth cognati sui in prælio decertans, gloriosam adversus Reges illos reportasset victoriam, ingentem ex eo prælio opulentorum spoliorum prædam Deo obtulerit, simulque protestatus fuerit dicendo : *Levo manum meam ad Dominum Deum excelsum, possessorem cæli & terræ, quod à filo subtegminis usque ad corrigiam caligæ non accipiam ex omnibus.* Sed unde obsecro tam heroica oriri potuit Abrahami resignatio, præsertim cum plurima possideret fortunæ bona, prout illis Capit. præcedentis colligitur verbis : *Erat autem dives valdè in possessione auri & argenti?* Facilis ex circumstantijs historiæ eruitur responsio, quoniam Spiritu sancto attestante, Abrahamo à victoria reduci *Melchisedech*

S. Eucharistiæ nudæ figura fecit Abrahamum contemnere terrena.

Gen. 14. v. 22. 23.

dech Rex Salem proferens panem & vinum, erat enim Sacerdos Dei altissimi, benedixi ei, & ait: Benedictus Abram Deo excelso. Ecce tibi qualiter ad solam Eucharistiæ quantumvis remotæ figuræ comparitionem, primus ille fidelium Pater ab omni factus fuerit temporalium bonorum affectu alienus. Unde S. Cyrillus Alexandrinus ait: *Et quidem benedixit Melchisedech, qui figura erat Christi, sicut docuit Paulus, cum nullum accepisset spolium, panè & vino eum alsit.* Ex qua historia sic ratiocinari licet, si quædam hujus sacramenti figura quantumvis plurimis seculis à significato suo distans & remota tantum in Abraha efficere prævaluit, quantæ virtutis ipsemet panis & vinum Eucharisticum erit.

S. Cyrillus Alex. in coll. c. 6.

Qualiter agnus paschalis fuerit figura Eucharistiæ. *Exod. 12. 3.*

5. Inter omnes hujus Sacramenti figuras antiquas agnus Paschalis omnium opinione primum locum obtinet; Notandum vero, hunc ex Dei ordinatione decima quidem Luna præparari debuisse, sed sacrificari aut manducari non nisi decima quarta die Lunæ circa vesperam poterat; cujus mysterium proposito nostro plurimum serviens, hoc est, quia Luna quæ bonorum terrenorum & sublunarium symbolum est, mox ut ad sui plenitudinem pertigit, deficere & decrescere incipit; unde Agnum in tempore plenilunij manducari debuisse, significat Agnum immaculatum Eucharisticum tunc animabus fidelium præcipuè proficuum esse, cum Luna decrescit, id est, quando homo omnium bonorum terrenorum nauseam concipit. Considerandum quoque est, quod S. Joannes priusquam institutionem hujus sacratissimi mysterij inultima Cœna factam recenseret, sequentia verba de Christo præmiserit: *Ut transeat ex hoc mundo ad Patrem*; ipsemet quoque Salvator ante sanctissimi hujus Sacramenti institutionem de semetipso ait: *Jam non sum in mundo*; ad denotandum quod ad fructuosam hujus Sacramenti sumptionem necessum sit, ut homo ab omnibus hujus mundi rebus mente & animi affectu alienus existat.

Joan. 13. 1.

Ibid. 17. 11.

Luc. 14. 17.

6. Magna Cœna ad quam multi invitati fuerant, sacrosanctum hoc convivium Eucharisticum præsignabat. Unde Albertus Magnus ait: *Cœna est in Eucharistia recepta ab altari, & hæc est in gratiæ ubertate.* Ac proinde notandum, quod inter multos qui huic mensæ accumbere inciviliter detrectarunt, unus, & quidem primus ille fuerit, qui villam sibi emendo compararat; unde facer textus ait: *Primus dixit ei: Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam:* Sic quoque qui bonis hisce terrenis corde immersi sunt, facilè cœlestis hujus Mannæ nauseam concipiunt; de quibus proinde Glossa ait: *Villa, id est terrena substantia; exit ergo videre illam, qui sola exteriora cogitat.* Quod si inurbanus homo ille invitationem, qua dignatus fuerat, reverenter acceptasset, utique corde suo villæ à se emptæ non ita tenaciter adhæsisset, quia inter alios fructus quos hoc sacramentum operatur, unus est, & quidem valde præcipuus, ab omnibus rebus terrenis animi aversio; Unde B. Laurentius Justinianus ait: *Ex hujus sumptione devota terrena vilescunt.* Sic Theophylactus optimè considerat, quod Christus in ultima Cœna conferato calice Apostolis dixerit: *Dico autem vobis: Non bibam amodo de hoc genimine vitis, usque in diem illum, cum illud bibam vobiscum novum in regno Patris mei*; hisque consideratis idem Theophylactus ad præsens institutum subjungit: *Sumpto poculo renuntiat corporali poculo*; voluit namque Dominus post consecrationem & sacramentalium illarum corporis sui specierum sumptionem nos omnes per hoc docere, quod sicut ille à tempore sumptæ Eucharistiæ omnia imposterum fastiditurus esset terrena, ita quoque & nos cœlesti hoc pane satiati, ad ejus imitationem cæpas carnesque Ægypti nauseare, & farinam ejus aspernari debeamus, quocumque è mentibus nostris exulante de mundanis cogitatur. Unde & Ecclesia in oratione Postcommunionis Domin. 6. post Epiphaniam ita nos divinæ Majestati supplicare docet: *Cœlestibus Domine pasti deliciis, quæsumus ut semper eis per quæ veraciter vivimus, appetamus.* Quem pariter effectum cognovise videtur, ille qui de Eucharistia in Spiritu differens, dicebat: *Sicut aquila provocans ad volandum pullos suos & super eos volitans*, qui enim ab Aquila ad volandum provocantur, nisi animæ fideles Christum in Eucharistia recipientes, quæ tamquam Aquila cœlestia nobis imprimit desideria & affectus? Quem nobis conceptum his verbis expressum reliquit D. Chrysostomus, dum ait: *Inde effecti aquilæ ad cœlum evolamus, ubi enim cadaver, illic & aquilæ; cadaver corpus suum vocitans propter mortem; Aquilas vocat, ostendens, quod oportet eum, qui ad hoc corpus accedit, esse sublimem, & cum terra nihil habere commune, neque deorsum trahi & serpere, sed assidue sursum volare.* Hanc specialissimam aliquando gratiam Zachæus adeptus fuit, ut incarnatum Salvatorem hospitio mereretur excipere, animæ Christianæ typus, quæ eumdem in domum recipit pectoris sui; sed qualem ab eo præmissam fuisse putaris dispositionem, ut quam dignissimè Dominum suas reciperet in ædes? Respondet Scriptura sacra; *Ascendit in arborem*, quia nimirum ut S. Ambrosius concludit: *Nemo potest Jesum videre confluentus in terra*; utique multo minus gustare quis, & cum utilitate suscipere poterit divinum hunc panem, qui inter hæc humilis serpit terrena bona: Ideoque contextum prosequens, idem S. Doctor subjungit: *Vanitatem proterens, ideo Jesum in interioris domus recipit hospitio.* Qualem vero effectum in ædes admissus operatus fuit Salvator? Abdicationem videlicet omnimodam, & heroicam omnium bonorum aspernationem, prout ex sequentibus deducitur Zachæi verbis dicentis: *Ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus, & si quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum*; Non enim medietatem promittit substantiæ suæ in tempore futuro, quem admodum aliqui per Testamenta statuunt in agone, sed in tempore præsenti ait: *Do, reddo*, modo absque dilatione, de minimo moræ interposito momento. Ecce vobis fructum quem Christus operatus est in eo, qui ipsum *in interioris domus recipit hospitio.* Quis lucra magis sectabatur temporalia, quam S. Matthæus, quem Glossa describit [*sedentem in telonio,*] *& lucris pertinaciter inhiantem?* sed vix præparato Christum exceperat convivio, quando cuncta præsentia fastidiens, *relictis omnibus secutus est Jesum.*

B. Laur. Just. ser. de Euchar.

Matth. 26. v. 29.

Theop. ibid. Eucharistia dignè sumpta fastidire facit omnia mundana.

Luc. 19. 4. S. Ambr. l. 8. in Luc.

Matth. 9. 9.

7. Nescio si quandoque observaveritis, quod immediatè ante Eucharistiæ institutionem in Collegio Apostolico quædam se insinuarit animorum dissensio: *Facta est & contentio inter eos, quis eorum videretur esse major.* Judam Avaritia, Apostolos reliquos ambitio seduxerat; Conveniens igitur antidotum malis istis sapiens assignaturus Magister, suum ipsius tradidit sacratissimum corpus, dicente S. Augustino: *Unde commendavit corpus & sanguinem suum? De humilitate sua; nisi enim esset humilis, nec manducaretur, nec biberetur; semetipsum exinanivit, ut manducaret panem Angelorum homo.* Ecce namque Deum Majestatis, *quem adorant Dominationes, tremunt Potestates*, sub panis atomo reclusum, ut cibet vermem; an non hoc ipsum sufficiens erat contra quamcumque elationem remedium? Porro cibum Eucharistiæ terrenorum inducere oblivionem, juxta Alberti Magn. Commentarium Psalmista pariter confirmat, dum ait: *Calix meus inebrians quam præclarus est*; quia scilicet ut præfatus Doctor subjungit: *Libentes Domini Calicem inebriabuntur ad oblivionem sui & terrenorum.* Qui idem Author alio in loco de Annæ Cantico agens, Annæ nominis primo Ethymologiam, quod *gratiam* denotat, indagans; exinde ad illa se confert ejusdem S. Matronæ examinanda verba: *Repleti prius pro panibus se locaverant, & famelici saturati sunt.* Quæ ita præsenti accommodat discursui: *Qui enim prius inglavie ventris repleti sunt, & pro panibus se locant, temporalem quærentes saturitatem, nihil penitus gratiæ sauritatis & consortium accipiunt; Famelici autem Domini desiderantes saturantur & confortantur; Et hoc idem dicit nostra illuminatrix Maria Annæ, hoc est, gratiæ filia, Lucæ 1. [Esurientes implevit bonis, & divites,] sufficientiam in temporali refectione quærentes, [dimisit manes.]*

S. Greg. h. 36. in Evang. S. Ambr. in Luc. ibid.

Psalm. 22. 5. 1. Reg. 2. 5. Alb. Magn. tr. 3. de Miss. c. 6.

Alb. Magn. de Euchar. dist. 1. c. 1.

Luc. 1. 53.

8. Quos villæ emptores, & nupturientes, quos jugorum & aratrorum cultores parabolice nobis Veritas exhibet incarnata, homines denotat temporalibus immersos, qui propterea à magna illa cœna excluſi sunt, velut ea indigni: *Nemo vivorum illorum ... gustabit Cænam meam*, quia scilicet, vacuum requirit stomachum panis ille cœlestis, modo eum cum appetitu & profectu gustare voluerimus, vel ipso teste Psalmista, dum ait: [*Edent pauperes & saturabuntur*,] *quia non comedent eum spiritualiter*, inquit Hugo Cardinalis, *nisi pauperes.* Ast quinam illi sunt pauperes? *Pauperes contemptores divitiarum*, subjungit præfatus purpuratus Scriptor; illi scilicet, qui corde & affectu bona aspernantes terrena solis inhiant cœlestibus, hique omnes ad magnam illam admittuntur cœnam, scilicet pauperes admodum felices, quoniam

Psalm. 21. 27. Hugo Card. ib.

S. Eucharistia requirit stomachis vacuum à terrenis. *Luc. 14. 24.*

S. Communio optimum remedium contra elationem animi.

S. Aug. in Ps. 33.

niam ut S. Gregorius resolvit: *Tanto celerius aliquid vocem Dei audiunt, quanto in hoc mundo non habent in quo delectentur*; Cui illa consonat S. Ambrosij sententia dicentis; quod *varias delinquat, cui deest illecebra.* Deficiente namque Ægyptiaca farina fructuosius incorporatur & digeritur cœleste hoc manna, quo aliquando illectus Psalmista canebat: *Parasti in dulcedine tua*; ast cui suavissimum hunc panem præparatum fuisse creditis? respondet ipse: *Pauperi.* Et in quadam Antiphona canit Ecclesia: *Esurientes reples bonis, fastidiosos divites dimittens inanes*: Quo quis enim à terrenis magis exutus est bonis, eo magis dispositus est, ut pascatur cœlestibus; ideoque celebris illa circumfertur S. Maximi sententia, qua ait: *Christianus qui mundum non possidet, hic totum possidet Salvatorem.*

Psalm. 67. 11.

Ibid. v. 11.

S. Max. de Juda & Latrone.

Religiosi paupertatis voto obstricti, reliquisque observantiores, quo magis à mundo sequestrati vixere, tanto majorem præ omnibus alijs ex communione sacra percepere fructum, tamquam Aquilæ vitam ducentes sublimem in contemplationibus sanctis, qui veraciter sunt illi, de quibus Psalmista ait: *Edent pauperes & saturabuntur, & laudabunt Dominum qui requirunt eum, vivent corda eorum in seculum seculi*, siquidem nec die neque nocte à Psalmis laudibusque divinis in Choro desistunt, Deum in Spiritu & devotione investigantes, atque ideo dicitur: *Requirent Dominum.* Dumque hac ratione beatam acquirunt vitam, *vivent corda eorum in seculum seculi*; Ait forte quia pauperes voluntarij sunt, quidquam ijs deficere arbitramini? Responsum à Salmerone his verbis excipite: *Temporalia bona nobis minimè defutura, satis comprobat hæc tam larga & incomprehensa Dominj liberalitas; nam qui nos suo corpore & sanguine pascit, quomodo modica hæc & contemptibilia hujus mundi bona ad tuendam vitam denegabit?* Cui confirmando non absre fuerit, illum in Discursu præcedenti insinuatum repetere textum: *Quærite primum regnum Dei*: Per quæ verba Christus corpus suum intellexit; Quid vero eum subjunxisse creditis ut eos, qui mundo renuntiant, Deo adhæsuri in spe corroboret? *Et hæc omnia adjicientur vobis*; neque huic veritati enucleandæ latius inhærere libet, siquidem Historiæ sacræ multipliciter docent, religiosos illos, qui ante omnia cœlestis hujus panis nutrimentum ambierunt, sæpe sæpius & miraculosè de pane provisos fuisse corporali; ut in ijs verificaretur illud Regum: *Et famelici saturati sunt*, quia nimirum qui sponte penuriam patiuntur bonorum terrestrium, stomachum cœlesti huic cibo gustando, & delicijs ejus usque ad satietatem fruendis dispositum habent, præterquam quod eis panem corporalem divina largiatur providentia, ideoque S. Augustinus nos exhortatur, dicens: *Magis inopes sint, ut saturari mereantur; quærite Dominum inopes, & esurite & sitite; ipse enim est Panis vivus, qui de cœlo descendit.*

Salm. 21. 9. tr. 26.

Matth. 6. 33.

Ibid. v. 33.

S. Aug. ibid. conc. 2.

1. Reg. 2. v. 5.

Psalm. 36. 4.

DISCURSUM XI.

ARGUMENTUM.

De spiritualibus mensæ Eucharisticæ suavitatibus, quas tamen non participant omnes; cujus differentiæ variæ assignantur rationes.

THEMA.

Paratum panem de cœlo præstitisti, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suavitatem, Sap. 16. v. 20.

In S. Eucharistia continetur summa spiritualis dulcedo.

S. Cypr. de cœna Dom.

Alb. Magn. de Euch. dist. 3. tr. 1. c. 2. n. 5.

1. Ecclesia sancta Dei suavitatem è pane Eucharistico in fideles redundantem expressura, epithetis utitur saporum & inexplicabilium gustuum Manna significativis, cujus in hæc verba meminit Sapiens: *Paratum panem de cœlo, &c.* S. vero Cyprianus in Tract. de Cœna Domini, nullam inter Manna & Eucharistiæ gustum proportionem esse resolvit, dicens: *Sapit amplius quam Manna implet & sapit edentium appetitus, & omnia carnalium saporum irritamenta, & omnium exsuperat dulcedinum voluptates*, quibus divinum hunc panem cœlestis condiit Architriclinus, dicente Alberto Magno: *Saporem gratiosum valde habet ex Deitate, hoc sapore omnibus præfertur delectabilibus, nec aliquid est, quod comparari possit delectationi hujus Sacramenti*, quod illa Psalmistæ authoritate (*delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui*) confirmat, dicens: *Si enim delectatio est, ut ait Aspasius, diffusio naturæ supermaximè conveniens, inæstimabi-*

lem convenit esse delectationem super gustum Deitatis in omni gratia, & in omni bono refertum. In sequenti pariter capitulo eumdem hunc panem à Spiritu sancto suavitatem suam & dulcedinem accepisse docens subjungit: *De bonitate Spiritus sancti per quam ipse cibus est conditus, quia ipse est Patris & Filij delectatio & condimentum, ut dicitur Sap. 12. O quam bonus & suavis est Domine Spiritus tuus*; Omnes alij gustus & consolationes spirituales, quotquot ex cæteris divinis vitæ & actionum Salvatoris mysterijs degustant fidelium animæ, in ordine ad Eucharistiam, veluti aquæ comparantur, transmissæ per tubos, in differentiam illarum, quæ naturaliter & directè ex ipso vivo fonte abundanter dimanant.

Quam accepit à Spiritu S. *Ibid. c. 3. n. 3. Sap. 12. 1.*

2. Angelicus Doctor ab Urbano IV. (qui per totam Christianitatem corporis Christi solemnitatem instituit universalem) ad divinum de eadem festivitate officium compilandum electus, dum præsens agitare incipit punctum: *Suavitatem hujus sacramenti*, inquit, *nullus dignè exprimere sufficit, per quod spiritualis dulcedo in suo fonte gustatur*; cujus etiam internas dulcedines his aliqualiter expressit verbis S. Cyprianus: *Per quod sic imprimimus & eliquamus dulcedinem charitatis, ut hæreat palato nostro & visceribus, sapor dilectionis infusus, penetrans & imbuens omnes animæ corporisque recessus.* Qui singulariter favor sancto obtigit Philippo Nerio, qui inter alios admirabiles cum sacræ Communionis effectus eximiam in ejus perceptione experiebatur dulcedinem, omnes illos actus exercere solitus, qui ab eo frequentari possunt, quem suavissimi epuli oblectat gustus; ideoque in inexplicabiles sæpe prorumpebat affectus; sanguinem sumendo, calicem tanta eum aviditate lambebat & sugebat, ut nescio quid saccharei saporis ex eo libasse videri potuisset; idque tanta cum vehementia ut non in superioribus Calicis labijs non solum aurum quo calix inauratus fuerat, sed & ipsum quoque argentum relictis in eo impressis dentium vestigijs consumpserit & detriverit. Nec immerito, nam ut Albertus Magnus ait: *Quantæ putas dulcedinis est sanguis hujus sacramenti, qui de tam dulci fonte manavit, & à tam dulci fonte hauriente in tam dulce vas est transfusus? Fons enim hujus sanguinis est sanguis in visceribus gloriosæ virginis contentus, hauriens hunc fontem Spiritus Sanctus est; vas in quod transfunditur, corpus Dominicum est, ex quo etiam manat in sacramentum, & ex sacramento in corda fidelium.*

S. Th. Op. 57.

S. Cypr. ibid.

L. 1. c. 1. vita S. Philip. Nerij n. 13.

Hanc in sumptione sacri sanguinis expertus fuit S. Philip. Neri.

Alb. Magn. dist. 3. tr. 1. c. 2. n. 2.

3. Isajas, qui per antonomasiam Propheta Evangelicus appellatur, eo quod eventus novæ legis gratiæ vaticinatus fuerit, nos exhortatur, ut si delectatione perfundi & impinguari desideremus, id manducemus quod bonum est: *Comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra.* Non est autem verisimile. Prophetam hoc loco gulam nostram in ordine ad cibos & fercula terrena per appetitum vitiosum excitare voluisse, quid igitur Propheta prædictis verbis nos exhortans ad manducandum bonum; nobis indicare voluit? Porro aliud quoddam oraculum Prophericum dubium hoc explicare videtur; quærit enim Zacharias Propheta: *Quid enim bonum ejus est, & quid pulchrum ejus, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* Ecclesiastes quoque ait: *Hoc itaque visum est mihi bonum, ut comedat quis & bibat.* Enimvero valde olim inter se Philosophi morales opinionibus discrepabant, quando hæc agitabatur quæstio; in quonam summum bonum consisteret; etenim alij hoc in divitijs, alij in voluptatibus, alij in virtutibus; Salomon vero adeo supernè illuminatus ipsum in potu & cibo collocandum esse censuit; in cibo utique & potu non corporali, siquidem *non est regnum Dei esca & potus*, ut inquit Apostolus; quo cum sapientissimus ille Rex, Dei, non vero Epicuri scholam profitebatur; ac proinde S. Thomas, dum alia illa ejusdem Ecclesiastici ponderat verba (*laudavi igitur lætitiam, quod non esset homini bonum sub Sole, nisi quod comederet & biberet, atque gauderet*) omnem his verbis enodat difficultatem: *Laudavi præ omnibus lætitiam veram, quod non esset homini sub Sole melius in hoc mundo, nisi quod comederet, panem scilicet qui de cœlo descendit, & biberet vinum, quod lætificat cor hominis, scilicet sanguinem Domini.* Quando namque Ecclesiastes divinitus illuminatus, ad hoc se reflectit Sacramentum, ejusdemque sapores obstupescit, & delicias confiteri & protestari non dubitavit, omnes mundi gustus & gaudia, delicias item & suavitates in hoc recludi Eucharistico pane.

Isaias nos invitat ad gustandas delicias hujus cœlestis panis. *Isaiæ 55. 2.*

Zach. 9. 17.

Eccle. 5. 17.

Commendat eumdem cibum Salomon. *Rom. 14. v. 17.*

S. Th. Op. 58. c. 20. Eccle. 8. 15.

Quid intelligatur per ubera sponsæ, meliora vino.

Cant. 1. 1.

Theod.

4. Theodoretus eidem suffragaturus argumento ad Canticum Canticorum se confert, ubi idem Salomon, postquam dixisset : *Osculetur me osculo oris sui* (quæ verba S. Ambrosius, ut in Discursu octavo, de hoc sacramento intelligenda esse docet) immediate subjungit : *Quia meliora sunt ubera tua vino.* Quem textum dictus Author nostro accommodat proposito, dum ait ; *Bona ubera tua super vinum ; figuratè latitiam vinum appellavit, ut cunctis humanis voluptatibus præstare declararet lætitiam illam, quæ ex ipsius donis ad pios proficiscitur. Quod si ubera mystice etiam vis intelligere, per ubera illa admiranda, & vino præstantiora, cogita ineffabiles illos altaris fontes, ex quibus omnes nos pietatis alumni nutrimur.* Et merito quidem, quia ut S. Cyprianus de sanguine Eucharistico tractans concludit : *Animam meri hujus fortitudo, hilaritate inexplicabili lætificat & delectat.* Cujus dulcedo quam convenienter & accommodè in suavissimo illo melle, quod in leonis à se discerpti faucibus reperit Samson, figurata fuerit, ex sequenti discamus Alberti Magni discursu inquientis : *Pater cœlestis in dulcedine sua dulciter cogitans de nobis, percussit, hoc est, percuti fecit hanc victimam dulcissimam, Leonem de tribu Juda, & nobis parari in edulium, in qua de comedente, hoc est, de eo qui sacramento nos sibi incorporat, exit dulcedinis cibus, & de forti nostro propugnatore ad salutem tanta est egressa dulcedo ; quidquid enim est in hoc sacramento, dulcedine plenum est :* Unde & Propheta Regius aliquando in extasi per Spiritum Propheticum, divinum hunc prævidens calicem, se continere non poterat, quin exclamaret, dicens : *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam absconditi timentibus te,* eam vero occultatam astruit, quia scilicet externi oculi nostri nullum de ea judicium ferre possunt. Unde & alibi nuncupatur *Manna absconditum, ... quod nemo scit, nisi qui accipit*, utpote sub velo delitescens accidentium sacramentalium : *Prægustata dulcedine ejus*, inquit S. Bernardinus, *stupens Propheta clamat : Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti, id est, in hoc sacramento abscondito tribuisti timentibus te.* Quo eodem in loco idem Sanctus sacramenti hujus institutionis finem assignat dicens : *Hoc est sacramentum, quod, ut mens spiritualiter delectetur, saginetur, & impinguetur, à Domino misericorditer largitum est.*

S Cypr. de cœn. Dom.

S. Euchar præfigurata per mel, inventum in ore leonis.

Alb. Magn. dist. 1. c. 2.

Isa. 30. v. 20. Est Manna absconditum.

Apoc. 2. 17.

S. Bern. t. 2. serm. 54. A. 1. c. 3.

Quomodo sit adeps frumenti,

Ps. 80. 17.

5. Anima equidem nullam, nisi in solo Deo, veram voluptatem & consolationem reperire potest, quoniam ipse est *Deus totius consolationis*; Ecce igitur vobis realem ejusdem Dei in Eucharistia præsentiam, qui, ut David sacramenti hujus contemplationi immersus de fidelibus novæ legis ait : *Cibavit eos ex adipe frumenti, de petra melle satiavit eos.* Ubi singularem notam meretur Ly, *Adeps*, quod nomen carni, potius quam frumento competere videtur, ast Propheta ad hoc sacratissimum alludebat Christi corpus, quod animam inexplicabilibus impinguat suavitatibus & saporibus ; cujus delicias fusius enarraturus Salmeron, illa in medium adducit Scripturæ verba : *Convivium pinguium* ; circa quæ talem format discursum : *Perpende, Deum in Veteri Testamento omnem animalium meliorem bolum sibi exegisse : Omnis, inquit, adeps Domini erit. Quod in veteri lege tantopere ambiret adipem, erat in pignus, quòd ipse erat nobis daturus pinguia sua atque medullas suas; Cibavit ex adipe frumenti.* Quam veritatem B. Mathildis penetrasse se docuit, cum diceret : *Si homo agnosceret, quanta salus ex corpore Christi provenit, præ Lætitia in se deficeret.* Quam illecebrarum exuberantiam sæpius expertus est sanctus Philippus Nerius, qui cum sæpe mortuus crederetur, cucurbitæ ignitæ illi applicatæ fuere in experimentum superstitis vitæ; qui dum sibi restitueretur compos, dicere solebat : *Utinam valeant intelligere infirmitatem meam* ; poterat equidem cum alia quadam sancta anima gloriari & dicere : *Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo* ; Missam enim celebrans ex indultu Pontificio in Capella quadam privata ; dum ad Communionem pertingeret, multis subsistebat horis, Clericoque dimisso, cum solo solus agebat Deo, vultu expallescente, & mortui instar concidente ; Qui utique sanctæ hujus & excessivæ lætitiæ erat affectus.

Isaiæ 25. 6. Solm. t. 9. tr. 2. Est convivium pinguium.

Lib. 1. Vis. c. 68. B. Mathildis.

Dulcedinem ejus singulariter expertus fuit S. Phil. Nerius.

Cant. 2. 5.

6. Capuccinus quidam, nomine Laurentius Brunduſius, ut P. Rho refert, octo continuis horis post Communionem inter suavissimas deliciari consueverat extases ; qui licet gravi premeretur malo Podagræ, Missæ nihilominus servitium summas delicias computabat, vere utique devotus hic Dei servus illas degustare visus est panis sacramentalis illecebras, quas beatus Laurentius Justinianus de mystico hoc Manna agens paucis sequentibus expressit verbis : *Exhibuit se*, inquit, *ut recum habiret, ut de te lætetur ; suis tecum deliciis perfruatur, quemadmodum in Sapientiæ volumine testatur dicens : Et deliciæ meæ esse cum filiis hominum, Non quidem ut suas à filiis hominum capiat delicias, sed ut cum filiis hominum communicet proprias.* De eodem quoque Dei servo idem tradit Author, quod dum in sacra Æde Lauretana Missæ sacrificio inserviret, perpetuis fluebat lachrymis, quas illi admirabilis quædam eliquabat animi dulcedo. Porro de sancta & Seraphica virgine Maria Magdalena de Pazzi Carmelitana idem Author tradit, quod in juvenili ætate à matre communicante avelli nequaquam potuerit ; qua de re interrogata respondit : *Intimum lætitiæ Dei vicinitate sensum voluptatis haurire, atque incredibili quem sentiret odore Divinitatis recrearì se mire, simpliciter respondit.* P. Bollandus de excessivis, quas B. Angela de Fulginio in mensa sacramentali experiebatur consolationibus prolixè discurrit ; Inter alia vero ipsammet Sanctam de se dicentem introducit : *Quando communico, hostia extenditur in ore, & non habet saporem panis, nec carnis istius quam comedimus, sed aliam saporem carnis, sed saporis sapidissimi, quem nescio assimilare alicui rei de hoc mundo.* In vita S. Theresiæ, cœlestem sponsum ei dixisse legimus : *Fudi sanguinem cum multo dolore, & ecce tu eo frueris cum multis deliciis.* Fulbertus Carnotensis in quadam Epistola effectus Manna recensens ait : *Desiste mirari, quod legis Manna sub umbra signabat, hoc Dominici corporis pandit veritas patefacta, in quo Deifica Majestas miseranter nostræ infirmitati condescendit, in quo alimenti genere corpora alantur humana, idem in corpora spiritualiter sapiat, sed Deus in corpore proficiat, sicut ipse ait : Qui manducat me, & ipse vivet propter me.* B. Laurentius Justinianus gaudia quibus anima devota in hoc sponsalitio quod in Eucharistia animam inter & divinum amantem contrahitur, perfundi solet, his verbis describit : *Cujus vel ferreum pectus, aut adamantina mens non liquefcat, præ devotione, cum Deum sibi se & Deo senserit corporaliter unitam ? Non capit cor, lingua deficit, humanum sopitur sensus ad investigandum tanti arcanæ mysterij, O quantæ ibi deliciæ, quantus ardor, qualia verba, quam vehemens amor, quam casti amplexus gustantur !* Enimvero si beatitudo Paradisi cœlestis in Dei visione & fruitione consistit, in hoc sacramento vere beati erimus, siquidem per illud in animæ nostræ sinu complectimur verbum, & per concomitantiam duas alias personas divinas, atque insuper sacrosanctam Christi humanitatem, *in qua desiderant Angeli prospicere.* Unde S. Bernardus ait : *Aliud est sequi Jesum, & aliud tenere, & aliud manducare, sequi salubre consilium, tenere & amplecti solemne gaudium, manducare vita beata.* S. Paschasius illum Psalmistæ versum (*adipe frumenti satiat te*) adducens ait : *De quo nimirum frumento cœlestis illa Jerusalem saginatur. Et notandum, quod hoc frumentum, Corpus videlicet Christi, adipem habeat, & non solum adipem, sed & omnes delicias ; unde quod de petra typice emanavit, nunc mel, nunc oleum, nunc aqua, nunc quoque potus dicitur, quia quidquid prægustave spiritualiter potueris, hoc totum ibidem invenies.*

B. Laur. Just. in ser. de Euchar.

Similiter S. Maria Magdalena de Pazzi. P. Rho. ib. §. 13.

P. Bolland. T. 1. l. 4. Jan. c. 7. n. 118. B. Angela Fulginio. L. 4. vita S. Trer. c. 12.

Fulb. Carnot. ep. 1. Attribuitur eadem dulcedo variis Doctorum, & Patrum sententijs.

Joan. 6. 58.

B. Laur. Just. de discipl. Monast. c. 19.

7. Joannes Saguntius Ordinis Eremitarum S. Augustini cultor, teste P. Rho cœlesti hoc Pane fruens, *tanta divinarum dulcedine voluptatum perfundebatur, ut inde ad arbitrium se non posset amoliri, quam ob causam diutissimè perseverabat, sæpe replicans ; Verè tu es Deus absconditus.* S. Theresia pariter dicere consueverat, nullas omnino tribulationes & persecutiones cuicumque animæ, sacramenti hujus consolationes degustanti, accidere posse difficiles ; ac proinde si salutare fuit Senecæ ad Lucillum transcriptum consilium ; dicentis : *Ne gaudeas vanis, ad summa pervenit, qui scit quo gaudeat. Hoc ante omnia fac, mi Lucille, disce gaudere ; Nolo tibi umquam deesse lætitiam, volo illam tibi domi nasci ; nascitur, si intra teipsum sit*, si inquam hoc veritati consentaneum est à Gentili Philosopho traditum consilium, quanto certius Paradisi in se multiplicabit lætitiam anima cœlesti hoc pabulo refecta ? *Hanc dulcedinem Sponsa gustaverat,*

Alia exempla.

P. Rho. ibid. §. 17.

Ribera vita S. Ther. l. 12. c. 12.

Seneca ep. 23.

Cant. 4. v. 11 S. Bern. t. 2. ser. 55. A. 2. c. 2.

vit, inquit sanctus Bernardinus, *quæ Cant. 4. ait : Mel & lac sub lingua ejus, id est, dulcedinem reddit inspidam quæ supra linguam ; ut testatur Augustinus, cum ait : Gustato Spiritu desipit omnis caro.*

Ruperto Abbati character sacerdotalis impressus divinitus ex quo summam percepit suavitatem.

S. Th. à Villanov. conc. 2. in fest. Corp. Christi.

8. S. Thomas de Villanova de Ruperto Abbate tradit, quod dum humilitatis instinctu characterem admittere sacerdotalem detrectaret, tandem agnitæ voluntati Divinæ acquieturus se consecrari permiserit ; Ipsa autem nocte qua primum celebravit Missæ sacrificium, tali eum apparitione dignatus est Dominus ; *Nocte illi in somnis Christus apparuit*, (verba sunt præfati sancti Archi-Præsulis) *corpore quidem publicus ; sed occultata facie, ut ab eo vultus ejus videri non posset, qui ei membratim sic impressus est, ut neque sigillum ceræ tam intime imprimi posse videretur, tantaque fuit ex hac impressione in eo orta delectatio, ut excitatus agnosceret, quia nisi cito voluptas illa pertransisset, animam illius suo impetu secum à corpore rapuisset ; unde ex illa tunc experientia se didicisse asserit, quam verum est, quod Scriptum legerat : Non videbit me homo & vivet ; Impossibile enim videbatur torrentem illum voluptatis, vivente in carne spiritum diutius sustinere posse.*

Ratio cur omnes, in sacra Communione eamdem non percipiant suavitatem.

Sap. 16. v. 21 S. Thom. de Villanova conc. 1. ibi.

9. Cur autem non omnibus, inquies, hujusmodi indulgentur suavitates ? Quæstioni huic satisfacit Sapiens, quando sub Manna allusione de Eucharistia tractans ait : *Substantia enim tua dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebat* ; Ecce vobis, illi qui talium participes fiant dulcedinum & saporum, filij scilicet, non autem Deo rebelles. *Quis hodie cœlestis edulii dulcedinem sentit*, interrogat sanctus Thomas de Villanova, *occultatur quandoque propter fidem, ut non huic experientiæ nostra credulitas immitatur ; sed frequentius hoc nostra evenit tepidiate, quoniam Ægypti farmula gustus infectus cœlestem non percipit alimoniam, sic enim à populo illo, lapidus ille cibus gustatus non est, donec Ægypti farinula penitus consummaretur.* Ipse quoque Rupertus Abbas incredibiles Eucharistici Panis delicias adumbraturus, illa citat Scripturæ verba : *Pinguis Panis ejus præbebit delicias Regibus* ; Quæ verba ita nostro applicat proposito dicens : *Qui hujus pinguedine perfruitur, Regibus, id est, eis qui semetipsos litant regere, ut sint digni mensa regalis curiæ.* Cui subscribens sanctus Paschasius hunc alium adducit Canticorum textum : *Vindemiavi myrrham, manducavi Panem meum cum melle meo.* Quo penitius considerato, tandem ita ad nostrum concludit propositum : *Sed non prius Panis comeditur, quam myrrha in nobis mortificationis turgescat, & unguentum boni odoris naribus aspergatur.* Denique sanctus Bernardinus dictam Jacobi Patriarchæ ad Aser factam benedictionem (*Pinguis Panis ejus*) examinans, sequentem, proposito nostro congruum format discursum : *Quid enim per pinguedinem, nisi devotionis dulcedo exprimitur ? Hanc dulcedinem seu pinguedinem hoc Sacramentum mentibus ferventibus præstat* ; Quo fine Psalmistæ locum adducens : *Impinguasti in oleo caput meum, & calix meus inebrians quam præclarus est*, tandem subdit : *Impinguasti in oleo scilicet ardentis devotionis, caput meum, id est, mentem meam ; Et calix meus, id est, qui per condignam præparationem, factus est meus, quam præclarus est, id est, quam delectabilis intellectui atque affectui ?* Notandum autem, quod primo dicat, *mentibus ferventibus* ; & postea subjungat : *Condignam præparationem* ; necessum est enim, ut per præviam ferventium orationum, vigiliarum, mortificationum & austeritatum præparationem nos ad has delicias degustandas disponamus : tunc enim quilibet in se experietur saporem illum, de quo dicitur :

Cant. 2. v. 3. Rup. Abb. l. 1. in c. 2. Cant.

Fructus ejus dulcis gutturi meo, id est, ut interpretatur Rupertus Abbas, *cordi meo.* Aft quem putatis dicti favoris fuisse participem ? Sola illum percepit cœlestis dilecti Sponsa, animæ puræ, immaculatæ, Deumque amantis symbolum, quæ proinde non indefinite dicit : *Dulcis gutturi*, sed : *gutturi meo*, quia scilicet non omnibus hujusmodi communicantur Spiritus suavitates, sed ijs dumtaxat animabus, quæ Christo desponsari merentur.

DISCURSUS XII.

ARGUMENTUM.

De varijs Sacramentum hoc inter & mel allusionibus fuse disseritur.

THEMA.

De petra, melle saturavit eos, Psal. 80. ℣. 17.

Aqua ex petra elicita vocatur mel. 1. ejusque analogia cum Sacramento Eucharistiæ.

1. Regius Psalmista de aqua quam Deus olim de petra in deserto ad aridas sitibundi populi Israelitici fauces irrigandas manare fecit, differens, Deum illos melle saturasse dicit : *de petra, melle saturavit eos, &c.* At vero ex quo hic è petra scaturiens elementaris liquor vera aqua fuit, è petræ duritie elicita, cur eidem mellis nomen attribuit ? Nimirum ob elementi hujus miraculosè & natura adversante productí saporis suavitatem & mellearn dulcedinem, nam ut quidam Interpres ait : *Dulcis ut mel videbatur.* Porro Ecclesia sancta in sacratissimi Corporis Christi festivitate, ad Eucharistiæ Sacramentum alludere volens in officio Divino dicta sæpe verba usurpat ; Quæ proinde Lyranus ita explicanda censet : *Sacramento Eucharistiæ saturavit eos.* Quemadmodum enim aqua ad instar mellis è saxo prorupit, ita pariter Sacramentum ab eo productum fuit, de quo Apostolus ait : *Petra autem erat Christus.* Enimverò si S. Scripturæ sanctorumque Doctores pervestigare flores voluerimus, diversis mel inter & sacrosanctum hoc divinumque mysterium facilè erit reperire Analogias.

Lorin. ibid.

Lyran. ib.

1. Cor. 10. 4.

2. Et quidem in primis Sponsa in Canticis sanctæ gloriatur dicens : *Comedi favum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo, Comedite amici, & bibite.* Quæ verba si in persona cœlestis amatoris dicta fuisse credere velimus, *ad literam* verificantur, ipse namque ; dum Eucharistiam sub panis & vini specie instituit, primus ejusdem particeps extitit ; Ideoque merito dicere potuit : *Bibi vinum meum cum melle meo :* Septuaginta vero pro ly *Favum, Panem* legendum autumant : Si vero eadem verba in persona Sponsæ prolatæ fuisse dicantur, facilis pariter eorumdem est applicatio. Per Sponsam enim Ecclesia intelligitur, quæ sub favi mellisque symbolo Panem denotat Eucharisticum ; Cui in Tractatu de sacramentis assentiens S. Ambrosius ait : *Vides, quod in hoc pane nulla sit amaritudo, sed omnis suavitas.*

Cant. 5. v. 1. Favum mellis est symbolum S. Eucharistiæ.

S. Ambros. 5. de sacr. c. 3.

3. *Melle.* Plinius de Margaritis scribens, *majorem*, ait, *eis cœli societatem esse quam aëris* ; quamvis enim Margaritæ in Conchis super aquas marinas nascantur & alantur, nihilominus majorem cum cœlo quam cum mari communicationem habent, siquidem Margaritam mediante rore cœlesti concipiunt & generant, cœlitus ijs infuso : Ita quoque in dubium revocari potest, an mel cœli potius, quam terræ opus sit ; quantumvis enim apes supra flores volitent, eos tamen non manducant, nec ijs se pascunt, sed pretiosum ijs ingenitum colligunt liquorem ; rorem exugunt, qualitates virtutesque eorum imbibunt, adeoque concludere licet, ad mellis confectionem cœlum simul terramque concurrere. Unde & Virgilius canit : *Aërei mellis cœlestia dona :* Eodem pariter modo etiamsi Panis ille de cœlo venerit, dicente Christo : *Hic est Panis qui de cœlo descendit*, quia Verbum in sinu degebat Patris ; Iterum, quia quantumvis in utero materno cœlestis roris beneficio Panis iste pistus fuerit, dicente Scriptura sacra : *Rorate cœli desuper, Spiritus Sanctus superveniet in te ; Quod in ea natum est, de Spiritu Sancto est :* nihilominus etiam terra virginalis germinavit, nutrivit, & ad maturitatem hoc ipsum de Paradisi granario tanstatum frumentum, ut dictus ex eo Panis conficeretur, perduxit ; Ideoque dicitur : *Etenim Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum* ; quia scilicet sanguis & caro illa, nostri nutritiva, fructus est ventris materni, cui Ecclesia applaudit dicens : *Benedictus fructus ventris tui.*

Sicuti etiam Margaritæ.

Isai. 45. v. 8. Luc. 1. v. 35. Matth. 1. v. 20.

Psal. 84. v. 13.

4. *Melle.* Tam admiranda atque ineffabilis mellis est compositio, ut Scriptorum plurimi fusius de eo tractare non dubitarint. P. Granatensis in introductione ad symbolum fusius in hanc se dilatans materiam, omnipotentiam & sapientiam divinam hoc in artificio, omnem humanam intelligentiam transcendente, totque alijs Naturæ operibus superiore, obstupescens, authoritatem adducit Plinii narrantis, quod Aristomachus Philosophus per 58. annos in campis & agris degens, qualitates, instinctus gubernium, industriam, cunctasque alias innumeras apium qualitates penetrare studuerit, nec tamen umquam illarum plenam hauserit notitiam, dum semper nova in iisdem documenta ediscenda restarent ; ita pariter in præsenti, quis nescit increatam sapien-

Compositio mellis est inconceptibilis & ineffabilis.

Talis est etiam S. Eucharistia.

Talis est etiam S. Eucharistia. *Psal. 110. v. 4. & 5.*

tiam, & Altissimi omnipotentiam in hoc Sacramento tamquam in Epilogo omnia restrinxisse non modo possibilia, sed & imaginabilia miracula, dicente Psalmista: *Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator Dominus, Escam dedit timentibus se*; Cujus mysterij imperceptibilitatem his utcumque verbis explicat Paschasius dicens: *Ubi si rationem quæris, quæ explicare poterit, aut verbis comprehendere? Imo scias quæso, quia ratio in virtute Christi est, scientia in fide, causa in potestate, effectus vero in voluntate; quod potentia Divinitatis contra naturam, ultra nostræ rationis capacitatem efficaciter operatur.* Cui asserto & illa consonat S. Bonaventuræ sententia, qua dicit: *Licet mille millibus amorem te ad hoc Sacramentum præparaveris, nihil esset ad condignam susceptionem.* Unde & P. Rho de Joanne Avila attestatur, quod postquam *per annos 40. de hoc mysterio disertissime ad concionem dixisset, numquam sibi ad dicendum materiam defuturam crederet.*

S. Paschas. de corp. & sang. Dom. c. 4.

S. Bonav. to. 7. in fasciculo c. 7.

P. Rho. hist. vir. t. 3. c. 1. §. 32.

5. Melle. Alias inter apium mel fabricantium qualitates, singularis præeminet illa, qua virgines esse perhibentur; Corpus pariter Filij virginis, quod in hoc Sacramento recipimus, virginitatis conceptus est; dicente Suarez, juxta communem Scholasticorum doctrinam; *Facile credi potest, illam substantiam carnis, quam Christus assumpsit ex virgine, numquam fuisse omnino dimissam, aut continuæ cæteris naturalis actioni resolutam, sed eamdem omnino fuisse conservatam, & verbo Dei unitam:* In cujus probationem præclara illa deservit S. Augustini sententia, dicentis: *Caro Christi, caro est Mariæ, quamvis gloria Resurrectionis fuerit magnificata, eadem tamen mansit, quæ susceptæ est ex Maria.*

Apes dicuntur virgines: & hoc sacramentum ex virginea carne desumptum est. Suarez t. 2. 3. p. c. 27. A. 1. disp. 1. sect. 2. S. Aug. ser. de Assumpt. Virg. c. 5.

6. Melle. Liquor iste à flore haustus & in mel sublimatus fuit; Quis pariter nescit, Verbum incarnatum florem denominari, quod de seipso dicit: *Ego flos campi*; suam autem sponsam hortum nuncupat occlusum dicens: *Hortus conclusus soror mea sponsa*; quo in horto [*pascitur inter Lilia,*] *& floribus stipatur.* Ingeniosa equidem in præsenti se insinuat Clementis Alexandrini observatio, dicentis, Salvatorem nostrum apis instar operari quæ supra varios circumvolitans flores v. g. Rosmarinum, Rosam, Violam, Thymum; aliosque similes, quasi nobilem hortulano factura restitutionem, dictorum florum substantiam inbibitam in mel transmutat, materiam incomparabiliter nobiliorem. *Apes ex horto colligunt flores*, inquit prædictus Author, *& postea quod ex floribus collegerunt, favo dulcissimo persolvunt:* Mystica vero apis, verbum scilicet incarnatum supra florem consedit horti illius, qui dicitur: *Hortus conclusus*, in Paradiso consedit deliciarum, cui dicitur: *Emissiones tuæ paradisus*, carnem accepit & sanguinem Mariæ virginis, quam illi, totique generi humano restituere voluit, in hoc Sacramentali mellis favo impassibilem, gloriosam & immortalem cum beatissima anima sua, divinitate, & sanctissimæ Triados concomitantia. *Sic Christus ex horto mundi hujus*, idem prosequitur Author, *accepit humanitatem nostram, & dulcissimum favum mellis reddidit nobis.*

S. Clem. Alex. l. 2. Strom. Cant. 4. v. 12. Cant. 4. v. 13. Substantia florum in mel conversa utilis fit, & suavis.

7. *Melle.* Rosmarinus, Thymus, aliæque herbæ & flores aliquando insipidi sunt, & stomacho nocivi, quorum cum substantiam & qualitatem apis in mel transmutavit, utiles redduntur & suaves: ita quoque quis non abhorruisset à cruda deglutienda & laceranda carne, crudoque Christi bibendo sanguine? *Non invenit Christi carnem dentibus attrectare*, inquit S. Bonaventura, *& propter horrorem cruditatis, & propter immortalitatem ipsius Corporis, ideo necesse fuit, Corpus & sanguinem Christi, tradi velatum sacratissimis symbolis.*

S. Bonav. 6. Brevil. 3. p. 6. s. 9.

8. *Melle.* Favus mellis virtutem & substantiam innumerabilium in se florum concludit: De Eucharistia pariter à sacris interpretibus plurimis, ijque omnes admirabiles traduntur fructus & effectus; Præ reliquis autem Beatus Laurentius Justinianus ita ad intentum præsens discurrit: *Pia etenim mens tanti Sponsi lætificata præsentia, hoc mediante Sacramento repletur gaudio, exultatione perfunditur, lumine irradiatur, pace saziatur, roboratur fide, devotione saginatur, atque indissolubili amoris vinculo redemptori intrinsecus copulatur.* Quibus præmissis varios horum florum fructus subnectit dicens: *Ex quo ferventior in dilectione, fortior in labore, promptior in opere, in tentatione prudentior, solicitior in virtute, in administratione alacrior, nec non in ipsius frequentatione efficitur ardentior.*

Mel continet virtutem innumerabilium florum: sic etiam S. Eucharistia. B. Laur. Justin. de disciplin. monast. conver. c. 19.

9. *Melle.* Experientia teste omnes inter liquores mel unice pro medicamentis deservit & adhibetur: ita quoque dum Sacerdos ex altaris tabernaculo Divinum hoc extrahit alexipharmacum, non absque mysterio illa profert Centurionis verba: *Sanabitur puer meus*; hoc namque Sacramentum unicum est salutis spiritualis, imo & quandoque corporalis remedium. Unde sanctus Prosper de Eucharistia tractans ait; Quod *lethalem omnium vitiorum digerit crudитatem*; Quod proinde & S. Ignatius Martyr ad Ephesios scribens *Pharmacum immortalitatis, mortis antidotum, medicamentum purgans vitia*, nuncupare non dubitat. Sed longe clariorem nobis circa hoc punctum exhibet doctrinam illuminatissimus ille Dei Servus Thomas à Kempis, dum ait: *Est hoc altissimum & dignissimum Sacramentum salus animæ & corporis, medicina omnis spiritualis languoris, in quo vitia mea curantur, passiones refrænantur, tentationes vincuntur ac minuuntur, gratia major infunditur, virtus incepta augetur, firmatur Fides, Spes roboratur, & Charitas ignescit, & dilatatur.* Unde dum David aliquando ingemisceret, dicens: *Ego sum pauper & dolens*; quod illum putatis doloribus suis applicuisse remedium? Ipsemet ad id respondet dicens: *Salus tua Deus suscepit me*; Hæc autem salus in Eucharistia, prout in Discursu Secundo fusius probatum est, consistit.

Mel deservit pro medicamentis. Et hoc sacramentum est divina medicina. *Luc. 7. v. 7.* S. Prosp. de Coll. c. 19. B. Ign. M. ad Epbes. epist. 14. R. Thom. à Kempis l. 4. c. 4. n. 2. *Psal. 68. v. 30.* *Ibid.*

10. *Melle.* Apis admiranda cum providentia imminentem floribus colligit rorem, priusquam à Sole exsiccetur: ita quoque anima fidelis melle hoc gaudere avida, ortum Solis anticipet necessum est, dicente S. Bonaventura: *Ut notum omnibus esse, quantam oportet prævenire Solem, id est, Solis ortum, ad tuam benedictionem, supple: obtinendam, ne per orum Solis liquefieret: sic ad benedictionis gratiæ obtinendam, Solem prævenire oportet, manè vigilando, secundum illud: Qui mane vigilaverint ad me, invenient me; Et: Mane astabo tibi:* ita Religiosi & reliqui omnes quotquot ante auroram in Choro Psalmos canunt precibusque intenti vigilant, majori cum utilitate hunc colligunt rorem, id est, majori cum fructu & suavitatis experimento mysticum hoc mel degustant. *Sap. 16.* Apes colligunt rorem ante solis ortum. S. Bonav. *Ibid.*

11. *Melle.* Mellis dulcedo tanto est sapidior, quanto palatum antecedenter majori fuerat amarulentia imburum. Unde Tertullianus obfervat, Mel numquam à Salvatore, nisi prius sumpto in Calvario felle degustatum fuisse: *Favos*, inquit, *post fella gustavit:* Ita quoque quisquis cælestis hujus mensæ delicias participare desiderat, attentam Passionis Christi præmittat meditationem, juxta illud Christi assertum: *Hæc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis. Panis iste Angelorum* (verba sunt S. Cypriani) *omne delectamentum habens, virtute mirifica omnibus, qui digne & devote sumunt, secundum suum desiderium sapit.* Ipsum vero saporem & condimentum, quod mel hoc longe sapidissimum efficit, paulo ante idem Sanctus infinuavit, cum diceret: *Vide, quomodo his qui Christi memorant Passionem intra sacra officia, quasi per quosdam canales de interioribus fontibus egrediantur torrentes, & super omnes delicias lachrymis delectareis anima delectetur*; Unde & in quadam Fer. 3. Domin. Passionis oratione, quæ secreta dicitur, verba legimus sequentia: *Hostias tibi Domine offerimus immolandas, quæ temporalem consolationem significent, ut promissa non desperemus æterna.* In alia quadam Oratione pariter secreta Dominicæ tertiæ Adventus similiter dicitur: *Devotionis nostræ tibi hostia jugiter immoletur*; Vocatur autem Communio *Victima devotionis*, quia in hoc sacrificio incruento anima devotione, lætitia, & consolatione saginatur & impinguatur; nam ut B. Laurentius Justinianus ait: *Exuberans confertur gratia hoc Sacramentum digne sumentibus, ex illo enim quodam vivificantis Spiritus & mellifluæ suavitatis demonstratur emanatio, per quam omnis vigor interioris hominis roboratur.* Mel sapidius est palato, ante amaricato. *Tertull.* Christus non gustavit mel, nisi post fel. S. Cypr. de cœna Dom. Sic communioni præmittenda memoria passionis Christi. B. Laur. Justin. de perfect. grad. c. 3.

12. *Melle.* Enimvero Favus ille mellis in ore leonis à Samsone repertus, mysticum hunc favum, prout Discursu præcedenti diximus, præfiguravit, nimirum *Eucharistiæ Sacramentum in quo habemus dulcissimum cibum*, inquit Lyranus. Advertendum porro est, quod Philistæi, dum hoc illis ænigma (*De* *Jud. 14.* Mel repertum in ore leonis, præfiguravit S. Eucharistiam. Lyran.

Ænigma Samsonis de melle isto.

De comedente exivit cibus, & de forti egressa est dulcedo) propositum fuit idipsum solvere aut enodare nequiverint, nisi sponsa Samsonis id eis clam indicasset; hæc autem sponsa Ecclesiam præfigurabat ex gentilitate præcipue congregatam; Hæc enim fidelibus fidem veritatis Eucharistiæ indicavit & patefecit, *De Comedente* igitur *exivit cibus*, quando in procinctu mortis constitutus fuit, *in qua nocte tradebatur, accepit panem; De Comedente* reor *hic cibus exivit*, quia ipsemet postquam Eucharistiam instituisset, eadem se cibavit; *De forti*, quoque tunc *egressa est dulcedo*, quia in eadem nocte principem tenebrarum prostravit: *Nunc Princeps mundi hujus ejicietur foras.*

ex S. Bonaventura.

Joan. 12. v. 31.

Aliæ applicationes mellis ad S. Eucharist. *1. Reg. 14. v. 27. Prov. 24. 13. S. Thom. opusc. 58. c. 1.*

13. *Melle.* Jonathas summitatem virgæ suæ in favum mellis intingens, illuminatus fuit: *Intinxit in favum mellis, & convertit manum suam ad os suum, & illuminati sunt oculi ejus.* Per quem eventum effectus quidam denotatur, quem Sacramentum hoc in nobis operatur. Unde S. Thomas super illa verba Prov. 24. *Comede, fili mi, mel, quia bonum est*, ita scribit: *Mel Corpus Christi dulce significat, hoc bonum est, quia tenebras mentis illuminat.*

14. *Melle.* Habet quoque mel hanc qualitatem, quod non patulis faucibus bibatur aut deglutiatur, sed extremis labiis degustetur & libetur. Rupertus Abbas de hoc Sacramento ita scribit: *Istud quidem vuminare medela est probatissima, & dulcis faucibus amantis animæ. Meditatio hæc solius mentis pabulum est, totius animæ sanctificatio est.*

Rup. Abb. de div. offic.

Mel est nocivum stomacho malè dispositio.

15. *Melle.* Non obstante quod mel corporibus medicinale & proficuum sit; attamen si ab homine indispositum stomachum habente sumatur, vel sine debita moderatione & circumspectione sumatur, valde noxium est, non quidem ex natura sua, sed ex defectu illud sumentis. Unde D. Chrysostomus ait: *Mel natura dulcedinem habet, sed ægrotis amarum est, non propria sed illorum ægritudine:* Ita quoque communio *Mors est malis, vita bonis, vide paris sumptionis quam sit dispar exitus.* Indigne enim communicantibus idem quod ursis accidit, qui mellis cupidi ad alvearia convolant, è quibus turmatim erumpentes exasperatæ apes suis prædones feriunt aculeis: ita quoque illi qui totidem ferarum instar agnum immaculatum dilacerare præsumunt, puncturas remorsus & synderesis pænosissimas, quæ eos mortaliter ferient, in anima experientur; Illud probaturi supplicium à Jobo quondam his verbis intentatum: *Panis ejus in utero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus; Divitias quas devoravit, evomet, & de ventre illius extrahet eas Deus.* Si quis piscis gemmam devorarit, eamdem captus tamquam cibum sibi minime proportionatum exenteratis visceribus restituere cogetur, ac demum super prunis assabitur: Ita quoque Deus permittet, ut thesaurum hunc inæstimabilem indigne participans repente moriatur, animaque ejus in prædam cedat inferno; Cujus sortis infelicitas ne & nobis eveniat, cibum hunc cælestem ab alijs prophanis secernere discamus, illi S. Paschasij obtemperaturi documento, quo ait: *Hoc sane si quis ignorat, non discernit; Et ideo timendum, ne per ignorantiam, quod nobis provisum est ad medelam, fiat accipientibus ad ruinam.*

D. Chrys. h. 8. de pœn. Sic & S. Communio indignè communicantibus. *Job. 20. v. 14. & 15.* S. Paschas. l. de corp. & sang. Dom.

qui eodem illo pascuntur Pane, quo in vita beata Spiritus nutriuntur Angelici; Præterquam quod *Panis Angelorum* dici possit, quia scilicet in sumentibus vitam & mores exigit Angelicos. *Secundò*, prosequitur Seraphicus Doctor, *quia cælitus paratur, id est, quia virtute cælesti conficitur: Ego sum Panis vivus qui de cælo descendi*; Non equidem populus Hebræus ad comparandum cibum, terram aratro subigere, agros cum sudore, Panem laborioso pinsere cogebatur, quin potius Deus illi *paratum Panem de cælo præstitit*: ita quoque in virtute paucorum verborum Panis Eucharisticus de cœlo descendit, in virtute inquam verborum non cujuscumque hominis, sed ipsiusmet æterni incarnatique verbi; siquidem consecrationis verba minister facer in nomine Christi profert, inquiens: *Hoc est corpus meum. Tertio*, continuat Seraphicus dicens: *Quia comedentes ex eo pro suo desiderio, id est, devotione recipiantur, secundum illud: Desiderium animæ ejus tribuisti ei.* Manna omnes in se continebat sapores & gustus, *deserviens uniuscujusque voluntati: Ad quod quisque volebat, convertebatur.* Manna per 40. annorum cursum populum pavit in deserto, bina tantum vice carnibus cibatum, & nihilominus Psalmista inquit: *Panem Angelorum manducavit homo, cibaria misit eis in abundantia*; Si Manna alijs epulis destitutum erat, qualiter obsecro, dum ipsum solum comederunt Hebræi, multis abundasse cibis dici possunt? Difficultati huic ejusdem Sapientiæ satisfacit textus, quo dicitur: *Substantia enim tua dulcedinem tuam ostendebat, deserviens uniuscujusque voluntati*, id est, per substantiam & sapores suos æquivalebat, omnibusque præponderabat maximè sapidis & substantiosis dapibus; Ideoque Panem hunc Spiritus S. appellat *omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suavitatem*: Ita pariter in Eucharistia substantiam totam Christi, scilicet Corpus, animam, & divinitatem sumimus, in qua nobis, ut Discursu II. probavimus, omnes gustus & condimenta exquisitissima, & possibilia, imo & ab anima imaginabilia communicantur; Ac proinde verum est, quod, ut S. Augustinus notat, *sicut unicuique Manna secundum propriam voluntatem in ore sapiebat, sic in ore uniuscujusque Christiani Sacramentum illud quomodo sumatur æstimandum est, Quarta proportio*, quam Seraphicus Doctor inter Manna & hoc Sacramentum intercedere considerat, est, *quia cum hoc Sacramento vos gratiæ descendit & datur, sicut & vos cum Manna descendebat, & ideo Panis iste Eucharistia dicitur, Eucharistia autem bona gratia interpretatur.* Moyses in Exodo inquit: *Mane quoque ros jacuit per circuitum*, nimirum prius ros descendebat, & postea super illum Manna quoque demittebatur. Genebrardus super illa verba: *Cæli distillaverunt à facie Dei*: legit: *fuderunt vorem*; aliqui, *Manna ad modum roris.* Rabbini in ea sunt opinione, quod prius ros de cœlo descenderit, & super hunc manna, quod demum alio cœlitus deciduo rore contegebatur, ut panis ille tanto decentius custodiretur, utpote duplici rori inclusus; *adeo ut in duobus istis roribus, tamquam in theca recondilum jacuerit, apparuerit autem, quando superior ros ad exortientem Solem evanuit, quæ haud dubie adumbrant Corpus Christi, manna veriat, speciebus panis recondendum.* Quinta allusio est, *sicut apparebat manna ut semen coriandri albi, sic & Christus sub nebula candida sumitur. Sexta est: Quæ sex diebus & non in Sabbatho colligebatur; sic Christus in præsenti sub Sacramento sumitur, sed in futuro Sabbatho de quo dicitur: Erit Sabbathum ex Sabbatho, ad faciem videbatur; videbimus eum sicuti est. Septima* & ultima proportio est, quia sicut Manna Hebræis semper mittebatur, usque dum pedem suum terræ promissionis inferrent: *sic usque ad finem mundi in deserto hujus mundi fideles Ecclesiæ nutriuntur, secundum illud: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi.*

Psal. 17. v. 9. Genebrardus. *Psal. 77. v. 25.* *Matth. 28. v. 20.* *Num. 11. v. 8.* S. Bonav. *ser. 6. in Cœn. Dom.* Quid significetur per saporem oleatum mannæ. *Exod. 16. v. 14.* S. Aug. *ep. 118.*

Insignes analogiæ inter Manna & S. Eucharistiam

3. *Saporis quasi panis oleati*, hunc Hebræis cœlitus demissum Angelorum panem fuisse in libro Numerorum legitur; Alibi vero Scriptura sacra saporem ejus melleum fuisse asserit; Circa quod S. Bonaventura ser. 6. de ultima Cœna Domini ita scribit: *Sic & hoc Sacramentum secundum triplicem substantiam in Christo triplicem saporem spiritualem habet; ut ingustu animæ devotæ habet saporem mellis quoad divinam naturam; Spiritus meus super mel dulcis, quasi saporem olei quoad animam speciosissimam gratia unctam, quasi similæ, quoad corpus purum à furfure fomitis & corruptionis originalis.* Mysticum quoque est Epithetum, quod Moyses manna attribuit, dum ait: *apparuit in solitudine minutum*,

Quare dicatur minutum.

quo nomine etiam hoc Sacramentum significat, utpote quod sub minutissimo panis fragmine salvatur: *frustro demum Sacramento, ne vacilles, sed memento, tantum esse sub fragmento, quantum toto tegitur.* Unde quando apud Isaiam dicitur: *dabit vobis Dominus panem arctum* ad minutionem accidentium Sacramentalium panis alluso fieri videtur, sub qua continetur ille, *quem cæli capere non possunt.*

Isa. 30. v. 20.

Cur pilo tusum.

4. *Et quasi pilo tusum manna* fuisse in eodem loco legitur, quod pariter Christo in hoc Sacramento præsenti appropriatur, qui in Passione sua cujus fructus & memoriale Eucharistia esse noscitur, velut in pilo contusus & cæsus fuit.

Cur simile pruinæ.

5. *Et in similitudinem pruinæ.* Manna enim frigidi instar congelatique roris in terram decidebat; in quo Doctor Angelicus virtutem observat, quo divinum hoc manna ardores concupiscentiæ in nobis refrigerandi pollet: *Panis cœlestis in similitudinem pruinæ rorisque apparebat,* inquit Angelicus præfatus *quia corpus Domini à fervore pravæ concupiscentiæ refrigerat.* Porro Abulensis colorem ejusdem manna contemplans subjungit: *Color tangitur in quantum dicitur alba, quia Manna erat album sicut nix*; Candor, gelu, ros, singula virtutem perhibent, quæ cœlesti huic pani ineat, ad ditandas & implendas communicantium animas castitate.

S. Th. Op. 58. c. 6.

Abul. q. 17. in Exod.

6. Hebræi equidem se Manna cœlesti detracturos opinabantur, dum ipsum cibum levem temere nuncupabant dicentes: *Jam anima nostra nauseat super cibo isto levissimo:* nihilominus vel inviti excellentissimum illi, qui cibo Eucharistico attribui posset, impositure titulum, prouti incognitus Carmelitanus Michaël de Bononia in illius Psalmi Commentario (*cibavit eos ex adipe frumenti*) evincens dicit: *Istum cibum electum perverst fastidiant, & contemnunt dicentes: Anima nostra nauseat super cibo isto levissimo, qui tamen istis verbis hunc cibum diffamare credentes, ipsum mirabiliter commendant, dum levissimum vocant; scimus enim quod sicut natura gravium est descendere, & levia semper ascendant, & per consequens superlative levissimum dicitur, quia præ cæteris naturam habet elevativam, quod bene illi cibo competit, qui præ cæteris Sacramentis in præsenti animam per gratiam elevat ad Deum, & finaliter insimul animam & corpus elevabit per gloriam.*

Num. 21. v. 5. Judæi illud nauseabant tamquam cibum levissimum. Mich. de Bononia in Psal. 80. v. 17 Insignis hujus applicatio ad Euchar.

7. Liquor ille pretiosissimus in ipsa densæ noctis obscuritate descendebat & congelabatur, non vero post exortum eo in hemisphærio Solem; quæ analogia nostram in præsenti respicit fidem, quam huic præstamus Sacramento *videmus nunc per speculum in ænigmate.* Quam circumstantiam S. Bernardinus ita præsenti accommodat proposito: *Nocte de cœlo invisibiliter descendebat; quid enim designatur in nocte, nisi fidei nostræ status? Quod non capis, quod non vides, animosa firmat fides,* inquit Angelicus Doctor: Quamquam nox insuper tempus factæ institutionis innuat, quia noctu institutum fuit. *In qua nocte tradebatur.*

Manna descendebat in obscuritate noctis.

S. Bern. T. 1. ser. 56. A. 1. c. 1.

8. Cœlestis quoque hic panis hac virtute pollebat, quod Hebræos omnes adeo sanos atque robustos conservarit, ut Spiritu Sancto attestante intra 40. illos peregrinationis annos, *non fuerit in tribubus eorum infirmus*; non obstante, quod multis eo tempore subjecti fuerint molestijs, quas tum ab itineris prolixitate, sterilitate deserti, temporisque injurijs continuo patiebantur, nihilominus constanter sani permanserunt, idque quia manna istud hujus panis vitæ typus erat, de quo S. Thomas ait: *Panis vivus & vitalis hodie proponitur.* Idem S. Bernardinus aliam alibi considerat mannæ proprietatem, nam ut ex cap. 16. Exodi colligitur: *Condeasabatur & indurabatur ad ignem. Ignis enim cum habeat corruptivum & mortificativum calorem, signat amorem libidinosum, ac malæ voluntatis desiderium, cui cæleste manna, hoc est, hoc Sacramentum in obdurationem vertitur judicio Dei.*

Reddebat Hebræos sanos & robustos. Psal. 104. v. 37.

S. Bernardin. T. 2. ser. 54. A. 4. c. 3. Exod. 16.

9. Manna nusquam præterquam in deserto pluisse legitur, sive in solitudine; Qua de re Albertus Magnus ita scribit: *Non dabatur Manna nisi in deserto, ubi aliud delectabile & reficiens ad esum non fuit, & sic non sentitur dulcedo gratiæ & sapor Eucharistiæ, nisi ab his qui se in desertum corde transferunt, ut mundanas non sentiant delectationes.* Unde & S. Bernardinus ait: *Delicata est divina consolatio, non datur admittentibus alienum,* citatque versum illum Psalm. 64. *Pinguescent speciosa deserti, quæ se ipsa deserta faciens, ne in eis quidquam colat mundus de caducis delectationibus.* *Ad hoc desertum invitat Dominus Marci 6.* [*Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum,*] *in hoc deserto bis Dominus pavit turbas, & alibi passive non legitur.*

Manna descendebat in obscuritate noctis. S. Bern. T. 1. ser. 56. A. 1. c. 1. Applicatur S. Eucharistiæ. Psal. 64. 13. Marc. 6. 31.

Porro hoc à Deo præceptum emanasse in Exodo legitur: *Ecce ego pluam vobis panem de cælo, egrediatur populus & colligat*; Ubi Rupertus Abbas Ly illud *egrediatur*, in sensu spirituali ponderans, dicit: *Profecto & nobis spiritualiter egrediendum est, ut colligamus, quantum sufficere potest; unde egrediemur de pristina conservatione, de vetustate vitæ.* In eodem quoque capite Deus statuit, ut manna non in Sabbato, sed præcedenti die colligeretur, idque in ea quantitate quæ etiam diei subsequenti sufficere posset: *Maneat,* scilicet in Sabbato, *unusquisque apud semetipsum, nullus egrediatur de loco suo die septimo.* Quorum verborum sensum Abulensis hunc esse notat: *Non est,* inquit, *simpliciter intelligendum, quod in Sabbato non poterant egredi de loco suo, id est, de domo sua, quia egrediebantur, sed non poterant exire ad laborandum, vel negotiandum.* Hanc porro eamdem solitudinem, & ab hominibus recessum hic panis in illis animabus exposcit, qui ex ejus sumptione proficere desiderant.

Exod. 16. v. 4. Rup. Abb. l. 3. in Exod. c. 11. Exod. 16. v. 29. Abul. q. 13. in Exod.

10. Est & alia in manna valde considerabilis qualitas, nimirum, quod *nec qui plus collegerat, habuit amplius, nec qui minus paraverat, reperit minus.* Cui optime verba illa S. Thomæ consonant de hoc Sacramento dicentis: *Sumit unus, sumunt mille, quantum isti tantum ille.* S. Bernardinus Tom. 1. ser. 56. A. 1. cap. 4. ait: *Nec qui plus collegit, plus habuit, nec qui minus invenit; sic istud Sacramentum nequaquam continet minorem Jesum in minori hostia, quam in majori, nec plus in pluribus quam in una.* Salvianus de pretio à Redemptore nostro pro nostra redemptione persoluto, inquit: *Quidquid passione sua Salvator præstitit, sicut totum ei debent universi, sic totum singuli, sicut totum universi, eo quod tantum acceperunt singuli, quantum universi. Ubi enim hoc unus accipit quod universi, etsi par est mensura major invidia est.* Notandum pro resolutione, quod Sapiens dicat: *Dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebat.* Unde deducitur non omnes suavitatis & innumerabilium manna saporum participes factos fuisse, sed eos dumtaxat, qui filij Dei erant: Ita pariter in præsenti; quantumvis *ex opere operato* Sacramentum & manna hoc divinum eamdem possideat virtutem respectu omnium; attamen *ex opere operantis* majores ille gratias, dona & fructus ex eodem percipit, qui majori cum præparatione ad illud accedit. Aliam huic considerationem addere possumus historiæ innexam ejusdem capitis 16. libri Exodi, ubi Deus Aaroni præcepisse legitur, ut vasi inclusum manna in eadem mensura in tabernaculo reponeret: *Sume vas unum & mitte ibi Man, quantum potest capere Gomor.* Ast cur eadem hic præscribitur portio? Ecce vobis mysterium? Tabernaculum istud cœli Empyrei figurativum erat; voluit igitur Dominus hoc in facto nos docere, unum eumdemque Deum, sub eadem mensura hominibus viatori obtigisse & Angelis: *Ecce panis Angelorum, factus cibus viatorum*; cum hac tamen differentia, quod illi eodem revelata facie fruantur, nos vero eodem sub speciebus sacramentalibus obvoluto fruamur.

Ex manna nullus colligebat plus quam alius. S. Bernard. Salvian. l. 3. ad Eccl. Hoc ipsum fit in SS. Eucharistia. Exod. 16. v. 33.

11. Ut Judæi Manna viderunt, præ admiratione subito exclamarunt: *Manhu!* id est, *quid est hoc?* Idem quæcumque anima communicans intra semetipsam dicere deberet, & exclamare: *Quid est hoc?* Attentam tanti Sacramenti instituendo meditationem; Quo fine ille in primis deserviet Abulensis discursus, quando ordinem illum divinum, cujus supra meminimus: *Maneat unusquisque apud semetipsum,* discutiens ait: *Manere apud seipsum est, cum homo extra seipsum non evagatur, intendendo aliquibus operationibus, sed intra actum intellectus totum se collocat, cogitando de Deo; & ei de beneficijs receptis votivas gratias mentaliter tribuendo, cum statum suum speculatur, quantum quotidie proficiat, aut quantum deficiat, quantum Deo accedat, & quantum ab eo discedat; Hoc enim proprie est manere apud seipsum, quia per seipsum & de seipso cogitando operetur.*

Viso manna mirabantur Judæi. Abul. ibid. Hoc ipsum faciat communicans in S. Communione.

12. Verum enimvero interrogaverit hic forte quispiam, qualiter manna omnes in se continens sapores & gustus, multi nihilominus ipsum fastidierint? Ast responsio ex ipso facilis deducitur textu, quo dicitur: *Quis dabit nobis ad vescendum carnes? Recordamur* Num. 11. v. 4. 5. 6.

Cur nauseârint Hebræi manna.

damur piscium quos comedebamus in Ægypto gratis, in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porriique & cepæ & alia. Anima nostra arida est. Ita quoque anima Christiana arescit, nullamque hac in mensa devotionem, sed tædium experitur & nauseam, quoties cordi suo delicias exhibet mundi, negotia sæcularia, desideria terrena; Ita communicabant illi, qui lamentabantur, dicentes: *Anima nostra arida est*, qua scilicet cum farina Ægypti incompatibile est manna, cum fluxu voluptatum sæcularium subsistere nequit cœlestium influxus gratiarum; *Ægypti farinulam amarissimam,* inquit S. Thomas de Villanova, *& quod hodie hac farinula non polluitur, cui curæ hujus sæculi, anxietates, solicitudines, ambitiones, invidiæ, odia, cupiditates, libidines, concupiscentiæ, appetitus effrænes, cogitationes turpes, illecebrosæ passiones; hæc farinula Ægypti sunt, his quisquis inficitur, illius manna dulcedinem non experitur*, quam eamdem obsservationem his verbis expressit S. Bernardinus: *Quanto se quis amplius tradit delectationibus mundi, & hoc sacramentum præsumit accipere, tanto magis ei spirituale manna fit amarum:* id quod ex adducto Numerorum textu probant, ita de eodem protinus subjungit, populo Hebraico dicens: *In Ægypto carnibus saturatus, in deserto panem cæli, cæleste manna omni suavitate plenum cum nausea respuebat.*

Et Christiani sacram communionem. Num. 11. v. 6. S. Thom. de Villanova Conc. 1. in festo Corp. Christi. S. Bernar. T. 2. ser. 55. A. 1. c. 3.

Manna non acceperunt Judæi nisi trajecto mari rubro. S. Aug. Tr. 3. in Joan. Christiani communicaturi meditentur passionem Christi. Orig. Hom. 11. in Exod. Et præparent se ad pugnam contra diabolum.

13. Electus ille populus per tot sæculorum cursus numquam panem habuit angelicum, nisi trajecto mari rubro; Quam circumstantiam S. Augustinus considerans ait: *Manna accipiunt fideles jam trajecti per mare rubrum*, quia scilicet, ut divini hujus manna digne reddamur participes, prius per maris rubri, quod Passionis Christi aquas significat transire, & ad Sacramentum nos accedere oportet confessionis, in quo velut in depositio agni immaculati sanguis continetur.

14. Novam Origenes notatu dignam, circa præsens punctum obsservationem instituit, dicens: *Antequam manducaret panem de cælo, non refertur populus pugnasse, sed dicitur ad eum: Dominus pugnabit vobis, & vos tacebitis: Tu ergo cum cæperis manducare manna, præpara te ad bellum.* Tunc enim noster adversum nos armatur inimicus, quando nos hoc thesauro locupletatos videt, ut illo nos exuat; sed strictam oportet defendamus hanc armaturam, quia ut suo loco dicetur, scutum est invincibile contra infernales Spiritus.

S. Eucharistia reprimit fomitem concupiscentiæ.

15. Quotidie solo excepto Sabbatho pluebat cœlitus; Et quisquis ipsum quotidie colligere detrectans, pridie coacervasset tantum quantum duobus sufficere diebus poterat, postridie corruptum in vermes degenerasse inveniebat. Quam finaliter conditionem S. Ambrosius ita nostro applicat proposito: *Manna illis contra præcepta divina tractantibus vermes effecti sunt, id est: contumaciæ ultores & judices; quæ similitudo Christum indicat, quem qui suavem cibum & dulcem potum haurire neglexerit, judicem patietur.*

S. Ambros. in Psal. 25.

DISCURSUS XIV.

ARGUMENTUM.

Sacramentum hoc fomitem mitigandi concupiscentiæ, & ardores juveniles ad carnalia excitantes refrigerandi virtute pollet.

THEMA.

Quid enim bonum ejus est, & quid pulchrum ejus, nisi frumentum &c. Zach. 9. v. 17.

Inter omnia dona Dei Eucharistia principem obtinet locum. S. Eucharistia reprimit fomitem concupiscentiæ.

1. INter omnia divinæ bonitatis dona, inæstimabile hoc Eucharistiæ munus, primatum obtinere, extra omnem est controversiam; *Quid enim bonum ejus est, &c.* Versio 70. à sancto Hieronymo citata, nostroque adaptata proposito ita legit: *Quia si quid optimum illius, & si quid bonum ab eo, frumentum juvenibus, & vinum boni odoris ad virgines.* Etenim unus salutarium effectuum, quos hoc Sacramentum in animabus operatur, est, quod fomitem reprimat concupiscentiæ, extinguat carnis bullientis ardorem in juvenibus, iisque amorem continentiæ imprimat; dicitur autem frumentum juvenum, quia delectationes carnales his vel maxime prædominantur. Porro S. Hieronymus hunc textum ita interpretatur: *Nos frumentum electorum sive juvenum & vinum germinans virgines, sive boni odoris ad virgines intelligimus Dominum Salvatorem, qui loquitur in Evangelio: [nisi granum frumenti cadens in terram &c.] de hoc frumento efficitur ille panis, qui de cælo descendit, & qui confirmat cor hominis.* S. Cyrillus Alexandrinus in expositionem hujus textus, legit: *Si quid bonum ejus est, & si quod honestum, ab ipso est*; ubi ut vides, loco ejus, quod Vulgata legit *pulchrum*, ipse vertit *honestum*, quia frumentum hoc Eucharisticum ad corroborandam in fidelibus hanc honestatis virtutem, tantopere à Deo æstimatam, & in animabus fidelibus requisitam, est institutum; unde notandum est, quod, postquam frumentum honestatis nomine appellasset, mox virginitatis fructum vino quoque attribuat, cujus substantia in sacrificio incruento in sanguinem Christi transmutatur.

Joan. 12. v. 24. S. Cyrillus Alex. 16.

2. Obsservari itidem meretur, quod Zacharias post factam ambarum specierum sacramentalium, panis & vini mentionem, allusione ad castitatem facta, protinus subjungat: *Petite à Domino pluviam in tempore serotino, & Dominus faciet nives, & pluviam imbris dabit*; quibus verbis insinuat, quod sicuti incontinentia per calorem & ardorem immoderatum symbolizata, per nivium frigus & pluviarum abundantiam, velut ardor ignis temperatur & reprimitur; eodem modo qui se ab effrænis concupiscentiæ usturi sentit ardoribus, ad has Eucharistiæ nives recurrere debeat. Unde Rupertus Abbas ita scribit: *De gemine virginitatis quicumque studiosus fuit, non ignorat, sed experimento didicit, quod de terra carnis nostræ resurgere non possit, quamvis plantet aut riget aliquis, nisi Deus incrementum dederit. Qui ergo bonum hoc vel pulchrum ostendit, rectè & consilium suggerit, petendi illius, unde possit acquiri. Petite, inquit, à Domino pluviam in tempore serotino, & Dominus faciet nives & pluviam imbris, quasi dicat. Ubi desideratur frumentum Domini & vinum germinis virginei, ubi consilium est castitatis vel propositum virginitatis, ubi sentitur magis incendium carnis adversus Spiritum concupiscentiæ; sed nolite deficere, nolite desperare, petite à Domino, & Dominus dabit nives & pluviam imbris; nives, quibus æstum carnis refrigeret ac temperet*; nives autem hæ sunt nivæ species Sacramentales, quæ veluti gelida quædam pruina ardorem in nobis fomitis concupiscentiæ compescunt & temperant. Syriaca legit: *Quam bonum & pulchrum est triticum adolescentibus, & vinum delectat virgines.* Ætas enim adolescentiæ & juventutis, carnis stimulis, plus quam aliæ hominis ætates, exagitatur; ac proinde ad horum reprimendum insolentiam, quam bonum & pulchrum frumentum. Arabicus Antiochenus legit: *Quam bona & quam utilis esca juvenibus.*

Zach. 10. v. 1. Et potenter fovet castitatem. Rup. Abb. l. 4. in Zach. Syriac. Arab. Ant.

3. Verum, quod in eo latet mysterium, quod idem verbum, quod expressivum est electionis & prædestinationis ad gloriam, adolescentiæ quoque & juventutis sit expressivum; ubi enim Vulgata legit: *frumentum electorum*, 70. vertunt: *frumentum juvenibus?* quæ huic quæstioni reddi poterit responsio, in maxima quadam fundatur, quam S. Philippus Nerius frequenter repetebat, dicens: *Tolle à juvenibus incontinentiam, & avaritiam à senibus; & confestim omnes Sanctos efficies*; quando igitur sacer Textus dicit, *frumentum electorum, & frumentum juvenibus*, docere vult, quod si fideles in adolescentia & juventute, hoc cœlesti frumento sæpe usi fuerint, futuri sint prædestinati ad gloriam; ut plurimum namque ita contingit, quod, qui in annis lubricioribus, crebra se reficiunt synaxi, de numero sint electorum, vitamque puram & castam perpetuo agant. Unde Sanctus Bonaventura ait: *Hic sanguis viabile fecit cælum: si quis æstum patitur, ad hunc veniat fontem, & refrigeret æstum*; *etenim incontinua omnia mitigat.* Quod D. Chrysostomus confirmare volens, ad effectus, quos fons aquæ gelidæ & lympidæ in maximis Solis ardoribus penes viatores operatur, se reflectit, hocque altaris Sacramentum vivo & frigido fonti simile esse supponens, inquit: *Si quis æstuat, ad hunc fontem se conferat, & recreabitur; mandat squalores & sordes, æstus mitigat non solares, sed quos iguitæ fugitæ imprimunt.*

Quid intelligatur per frumentum electorum. S. Bonav. in c. 6. Luæ. D. Chrysost. hom. 45. in Joan.

4. In libro, qui *Hortus Pastorum* inscribitur, dum tentationum carnalium remedia præscribuntur, sequens quoque historia refertur; juvenis quidam vehementes in adolescentia sua, carnis patiebatur stimulos, quibus eum adigentibus, voluptates venereas continuo sectabatur; quia vero sæpius se in

Horst. Past. l. 2. tr. 3. S. Commonitio nos exemit à stimulis carnis.

præcipitio positum conspiciebat, Religiosum quemdam de remedijs adhibendis seriò consuluit, qui eum, ut matrimonio se jungeret, hortatus est, quod & subitò est executus; post multum vero temporis, uxore mortua, timens, ne in priores laberetur lubricitates, aliunde verò jugum matrimoniale abhorrescens, per ferventes preces ad Deum confugit, instanter petendo, ut, quid magis ei expediret ad compescenda carnis desideria, clementer suggereret; moxque cor suum tangi & ad vitam cœlibem deducendam, nec non sacræ Synaxis frequentiam inclinari sensit; quem divinum instinctum secutus, statim omnem carnis stimulum in se suppressum expertus fuit: deque peccatis ante matrimonium patratis, nec non de jugo, cui se per matrimonium subjecerat, vehementer ingemiscens, ait: *Heu me miserum, cur olim adolescens non incidi in virum, qui non diceret; uxorem duc; sed diceret mihi: utere Sacramentis? quam melius mihi consultum fuisset.*

Color albus Manna, designat pudicitiam. *Exod. 16. v. 31. Plin. l. 20. c. 20.*

5. Manna, ut præcedens docuit Discursus, Eucharistiam designabat; illud autem, teste Moyse, *erat quasi semen coriandri album*, quo in colore candor significatur pudicitiæ; præterquam quod Plinius hanc tradat Coriandri esse proprietatem, quod minutum acetoque impositum, in ardentibus æstatis caloribus carnem præservet à putredine: *Coriandrum subtritum cum aceto carnem incorruptam æstate servat.* Hoc pariter divinum Manna in Calvariæ aceto temperatum, inter ferventiores concupiscentiæ stimulos, carnem & corpora nostra immaculata præservat & incorrupta; ideoque omni animæ fideli consulitur, quod in medijs æstatis ardoribus & messe, Ruth olim suasum fuit, scilicet: *Comede panem & intinge buccellam tuam in aceto*; quasi dicat: Ecce tibi, ô anima Christiana! præsentissimum inter furentes concupiscentiæ carnalis ardores remedium, Panis Eucharistici buccella.

Ruth. 2. v. 14.

6. S. Augustinus intelligere nequibat, qua ratione S. Ambrosius vitam cœlibem ducere posset, idque quia usque ad trigesimum tertium ætatis annum carnis immunditiebus insorduerat. Unde in Confessionibus suis ita de semetipso scribit: *Ambrosium felicem quemdam hominem secundum saculum opinabar, quem sic tantæ potestates honorarent: cælibatus tamen ejus mihi laboriosus videbatur. Quid autem ille spei gereret, & adversus ipsius excellentiæ tentamenta quid luctaminis haberet, quidque solaminis in adversis, & occultum os ejus quod erat in corde ejus, quam sapida gaudia de pane tuo ruminaret, nec conjicere noveram, nec expertus eram, nec ille sciebat æstus meos.* Et quidem non sine mysterio inquit: *Nec expertus eram*, quia non obstante inveterata tot annorum in voluptatibus carnalibus ab ipso transactorum consuetudine, postea ope divini hujus Sacramenti innocentiam & puritatem baptismalem ad ultimum usque vitæ suæ spiritum constanter conservavit. S. Carolus Borromæus inter alios divini hujus panis effectus, hunc quoque recensct, quod videlicet: *Concupiscentiæ ardorem debilitet, cum charitatis igne animos fidelium vehementer inflammat.* Quærebat olim Ecclesiasticus: *Nonne ardorem refrigerabit ros?* at vero nulli dubium esse potest, quin hoc Sacramentum cœlestis quidam ros sit: *Rorate cæli desuper, & nubes pluant justum.* S. Bernardinus inter alia hujus frumenti germina, hoc quoque admiratur, quod scilicet *valeat ad mitigandum stimulum carnis; in hujus mysterium Exod. 16. dicitur: mane quoque ros jacuit per circuitum castrorum*; citatque testimonium Glossæ dicentis: *Panis cœlestis in similitudinem roris & pluviæ apparuit, quia corpus Christi à fervore vitiorum refrigerat; Ideo Psalmista ait: Tu dominaris potestati maris, motum autem fluctuum eorum tu mitigas; mare significat multas miserias carnis, motus ejus stimulos carnis.* S. Bonaventura quoque ait, quod fomitem concupiscentiæ ad similitudinem aquæ mitiget; super illa enim verba: *Super aquam refectionis educavit me*, inquit, *quia sicut aqua refrigerat, sic & istud Sacramentum fervorem concupiscentiæ mitigat.* S. Bernardinus alibi hanc eamdem tangit comparationem; dum enim de Manna loquitur, inquit: *Mitigat & refrigerat fomitem, atque concupiscentiæ æstum sicut aqua refrigerare solet calorem; in hujus mysterium Exodi 16. scribitur, quod descendente manna de cælo, dejeendebat pariter & ros, in signum, quod cum manna Sacramenti in animam descendente, pariter descendat in carnem & ros gratiæ refrigerantis.*

Act. Eccl. Med. p. 512.

Eccli. 18. v. 16

S. Bern. to. 2. ser. 55. A. 3. c. 1. Et reprimit stimulos carnis.

S. Bonav. T. 7. de Comp. Theuertit. l. 6. c. 15.

S Bern. t. 1. ser. 54. A. 2. c. 3.

7. Receptus est in Medicina Aphorismus, quo dicitur: *Contraria contrarijs curantur*: ac proinde cum certum sit purius magisque virgineum dari corpus non posse, imò nec imaginari, quam sit corpus Christi, cum illud de purissimis Mariæ semper virginis, opera Spiritus Sancti fuerit generatum, atque à beatissima anima vivificatum, nec non ab æterno Verbo (de quo dicitur, quod sit *Candor lucis æternæ, & speculum sine macula*) assumptum, quid mirum est, quod ad compescendos carnis impuræ pruritus, Spiritui tam vehementer contrarios tantam in se efficaciam & virtutem habeat, tametsi aliunde verum sit ad hunc ex carne Christi à nobis sumpta obtinendum effectum, aliquam ex parte nostra necessariam esse correspondentiam, quia ut vulgare habet Philosophorum axioma: *Omne quod recipitur, ad modum recipientis recipitur*: Unde magnus ille Dei servus Thomas à Kempis in persona Sacramentali Salvatoris nostri ait: *Ego sum puritatis amator, ego corpus purum quæro, & ibi est locus requietionis meæ.*

Quod provenit ex purissimo & virgineo corpore Christi.

Thom. de Kempis l. 4. c. 11. n. 1.

8. Mons Ætnæ flammis quidem semper gravidus est, ideoque ingentes ignis, fumi & cinerum globos continuò è se patulo ore emittit, & tamen in exterioris superficiei lateribus glaciem & nives intactas conservat, verno quoque tempore pulcherrimas herbas progerminat, & haud secus ac alij montes & colles copiosè fructificat, idque quia rores & influentiæ cœlestes ipsum fœcundant; unde Claudianus canit: *Glebas fœcundo rore maritat*: Ita quoque tametsi corpus humanum, velut Ætnæus mons quidam, concupiscentiæ ignem continuo spiret, dicente Apostolo: *Caro concupiscit adversus Spiritum*; Et iterum: *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ*; attamen ob cœlestem hunc Eucharistiæ & frequentis Communionis rorem intactas castitatis nives conservare, virtutis, honestatis, aliorumque bonorum operum flores & fructus producere non desinet; ac proinde: *Petite à Domino pluviam in tempore, &c.* Nam & Rupertus Abbas ait *Sicut in abundantia roris vel imbris temporanei & serotini germen arridet horti bene culti, vernantibus rosis, & candentibus liliis, ita per orbem universum spectantur & electus sexus virilis, & virgines sexus fœminei. Quid aliud beatam Trinitatem magis quam hoc spectaculum in hoc mundo delectet? Dicat ergo; Quid enim bonum ejus est, & quid pulchrum ejus, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?*

Claud. l. 2. in Bapt. Galat. 5. v. 17. Rom. 7. v. 23.

Rup. Abb. l. 4. in Zach.

9. Verum enimvero ex quo jam roris sæpius mentionem fecimus, abs re nequaquam futurum existimo, si novam circa Sacramentum hoc institutamus considerationem, videlicet quod S. Damascenus sacram Eucharistiam Margaritæ nomine appellet, dum eamdem *Margaritâ immaculatam corporis Christi* esse dicit, Margarita autem proprius quidam cœlestis roris partus est. Quam forte ob causam, dum sanctus Lupus Episcopus Senonensis, ut de eo Sigebertus refert, die quadam sacrum Missæ officium perageret, quædam miri candoris margarita in ejus Calicem cœlitus descendens ab universo Clero visa fuit; Fortunatus quoque in Poëmate quod de turricula quadam, quam Felix Bituricensis ex puro putoque auro fabricari fecit, ut in eo velut in tabernaculo sanctissimum Corporis Christi Sacramentum custoditetur, composuit, ob eamdem causam sequentem versum subinfert: *Margaritam ingens sacrati corporis Agni*; Equidem Epithetum hoc Sacramento huic propriissimè convenit; quia si Plinio dicere libuit: *Margaritis cæli societas major, quam maris*: de hoc pariter Sacramento vere dici potest, illud cœli magis quam terræ participem esse: *Hic est panis, qui de cælo descendit.* Historiæ de Cleopatra referunt, eam ut immensi, quo Antonium prosequebatur, amoris specimen ederet, quamdam inæstimabilis valoris Margaritam in aceto liquefactam & resolutam in potum eidem propinasse: De hoc autem Sacramento Concilium Tridentinum ait: *Sacramentum hoc instituit, in quo divitias divini sui erga homines amoris velut effudit.* Propter Eucharisticam hanc Margaritam prudentissimus negotiator de cœlo descendit: *Mercator non insipiens, [vendidit omnia quæ habuit, & emit eam.]* suum sparsit sanguinem, obtulit vitam, triginta trium annorum merita omnia in hoc concluxit Sacramento; *Memoriam fecit mirabilium suorum*; Eam liquefecit, & in pœnosæ passionis suæ aceto consumpsit, ut ipsam ita pignus & signum infiniti amoris sui nobis in cibum daret & potum; Ideoque sanctus Joannes in ultima Cœna de Sacramenti hujus institutione acturus, illa præmisit verba: *Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos*; Id autem quod præsertim ad nostrum deservit propositum, in eo præcipuè consistit, quod in tantum æstimetur & in pretio habeatur Margarita, in quantum in ea candoris excellentia relucet, ita quoque præcipua Eucharistiæ virtus, & inæstimabilis valor in efficacia consistit, qua continentiam & honestatem animabus pariter & corporibus dignè communicantium imprimit.

Corpus Christi est purissima Margarita.

Anast. ap. Damasc. Orat. 3.

Sigeb. ad An. 616.

Fortun. in Poëmate.

Plinius.

Conc. Trid. sess. 13. c. 2.

Matth. 13. v. 46.

S. Eucharistia est fons gratiarum.

10. Samaritana amore ardebat lascivo, velut quinque fornicariorum virorum impurum scortum, cujus ut obscœnas flammas benignissimus Salvator divinæ gratiæ suæ aqua extingueret, lassus & sudore madidus ad Jacob Patriarchæ puteum se contulit. Unde Christus ipse dicebat: *Qui biberit ex aqua ... quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* De hoc autem puteo S. Joannes ait: *Erat ibi fons Jacob?* qui in virginitatis & continentiæ dono eximius fuit; At vero dicet fortasse quispiam, quomodo S. Joannes salva veritate historica illud aquarum receptaculum fontem appellare potuit, cum ipsamet Samaritana illud puteum vocet: *Puteus altus est?* Quod si igitur puteus erat, quomodo fons dici potuerit? Audiamus S. Ambrosium ad hoc sequentibus verbis respondentem; Dicit enim: *Dominus Jesus sedebat ad puteum; Erat autem ibi fons Jacob, Fons enim ibi est, ubi Christus est: Fons est, ut aquæ superfluant requirentibus, quo & universæ carnis vel flagitia diluantur, vel restinguantur incendia.*

Joan. 4. v. 14.

Ibid. v. 6.

S. Ambr. in Psal. 45.

11. S. Bernardinus postquam de hoc Sacramento dixisset: *Est fons omnis gratiæ & virtutis*, paulò post subjungit dicens: *Tria inter alia bona multiplicantur per hoc Sacramentum. Primum est decor castitatis; Secundum fervor Charitatis; Tertium sapor suavitatis*, adducensque illum ex sacris Canticis textum: *Quam pulchra es, & quam decora Charissima in deliciis*; inquit: *Sicut enim nutrimenta plurimum faciunt ad decorem corporis, sic etiam deliciæ spirituales cibi ad pulchritudinem castitatis, incentiva sedantur ex manducatione Sacramentali.*

S. Bern. t. 2. ser. 53. A. 2. c. 2.

Cant. 7. 6.

Convivium Assueri est symbolum S. Eucharistiæ.

Esth. 1.

Celada ibid.

12. Celebre est illud nulli non notissimum Assueri convivium, quod juxta unanimem sacrorum Interpretum consensum, proprium Epuli Eucharistici est symbolum; Quod vero in eo ad nostrum præcipuè propositum servit, loci est circumstantia. Etenim Susan civitas, in qua prædictum apparatum fuit convivium, omnium in Persia & Babylonia urbium nobilissima erat, versus flumen Coaspe in situ delicioso & amœno collocata, denominationem suam trahens à lilijs, quibus abundabat. In lingua namque Persica & Hebræa, *Susan, Lilium* sonat. Ac proinde ecce urbis accommodatissimam analogiam, candidus namque & immaculatus Sacramenti agnus *pascitur inter lilia*, & pascit illa, id est, unicum ejus delicium constitit in alendo & nutriendo animas puras & continentes, inque ijs sua reperit pascua.

Cant. 6. v. 2.

DISCURSUS XV.
ARGUMENTUM.

Sacra Communio carnalia refrænat incentiva, qua à lapsu ulteriori nos præservando, qua ad emendationem perducendo.

THEMA.

Vinum germinans virgines, Zachar. 9. vers. 17.

Quomodo vinum Eucharisticum germinet virgines. *Ephes. 5. v. 18.*

1. PRima quidem facie paradoxum esse videtur Propheticum illud Zachariæ oraculum, per quod æternæ & infallibilis Veritatis verba per vinum virgines germinari attestatur, siquidem multis post sæculis idem Spiritus Sanctus per Apostolum loquens dicit: *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed implemini Spiritu Sancto.* Aft omnis facile quiescit dubitandi ratio, si per vinum hoc sacrosanctum & cœleste Agni Eucharistici sanguinem, qui uteri virginalis, mediante Spiritu Sancto, siquidem *quod in ea natum est, de Spiritu Sancto est*) fructus & partus est, intelligi & prophetatum fuisse didicerimus à S. Hieronymo dicente: *Qui frumentum est electorum sive juvenum, ipse est & vinum, quod lætificat cor hominis, & bibitur ab ijs virginibus, quæ sunt sanctæ & corpore & spiritu, ut inebriatæ atque gaudentes sequantur Ecclesiam, & dicatur eis: Adducentur virgines post eam, proximæ ejus afferentur tibi, afferentur in lætitia & exultatione. Hoc vino inebriati sunt, qui sequuntur Agnum Dei quocumque ierit, vestiti candidis vestibus, quia se cum mulieribus non coinquinaverunt, virgines enim permanserunt.* Sic enim jam inde à primis nascentis Ecclesiæ sæculis innumerabilium virginum in sexu fragiliori floruerunt germina, dum per virginitatis perpetuæ votum cœlesti se sponso consecrare non dubitaverunt, hoc Sacramentali ebriæ vino, non verò alio illo ad libidinem provocante, & per Spiritum Sanctum prohibito, quod Athenæus *Lac Veneris* nuncupat; De quo & S. Hieronymus contra Jovinianum scribens, suam pariter ab experientia desumptam elicit sententiam, inquiens: *Potus vini, venustque saturitas, seminarium libidinis est*; econtra vero vinum hoc, calix iste sacramentalis *est vinum germinans virgines*; cujus textus varias Cornelius à Lapide adducit versiones, dum ait: *Vinum fructificans, procreans, propagans, florere faciens virgines.*

Athenæus l. 10.

S. Hier. l. 2. contra Jovin.

Corn. à Lap.

2. Et in primis quidem quis nescit, quantum vini hujus præstantia mentem, potentiasque omnes captivarit S. Mariæ Magdalenæ de Pazzi Carmelitanæ, quæ juvencula, & in statu sæculari adhuc dum constituta, dum in die Jovis sancto orationibus, & immensi, quem Christus in Eucharistiæ institutione exhibuit, amoris contemplatione absorpta foret, tam sublime donum aliqua ex parte compensare certa, perpetuo voto suam Sponso cœlesti in sacrificium obtulit virginitatem, quam semper immaculatam protexit, hujus Divini beneficio germinis, quo quotidie pascebatur. Unde Theodoretus ait: *Ipse vinum & frumentum donat, & juvenes frumento confirmentur, & virgines ex vino lætitiam percipiant*; Quæ verba pariter Eucharistiæ effectibus adaptare possumus, ipsa namque vigorem nobis suggerit, nostramque naturam fragilem, ade oque ad carnis vitium inclinatam corroborat. Qua enim ratione tot virgines candidum virginitatis lilium per 40. 60. & 80. annos illibatum, immarcessibile & floridum conservare potuissent, nisi hoc vino mystico numectatæ fuissent, de quo illa à Spiritu Sancto facta est promissio, *vinum germinat virgines*, scio equidem quod Pierius Valerianus lilium vino rigatum candorem suum perdere dicat; hoc vero nequaquam de vino hoc mystico intelligendum venit, sed de eo *in quo est luxuria*, quale est vinum, priusquam per verba consecrationis convertatur in sanguinem Christi; Cæterum vinum hoc mysticum infallibiliter germinat virgines, candoremque virginalem adauget & conservat.

Exemplum hujus in S. Maria Magdalena de Pazzi.

Theodoret. Ibid.

Pier. Valer. in Hieroglyphicis.

3. In principio secundi capitis Cantici Canticorum Sponsus dicit: *Ego flos campi & lilium convallium*, aft vero scire percuperem, cur Sponsus primo loco se *florem campi*, postea verò se *lilium* esse dixerit convallium: *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias?* Origenes per campum Synagogam, per convalles vero Ecclesiam intelligit, adeoque Sponsum respectu illius se florem, respectu autem hujus lilium se nuncupasse dicit; aft quonam spectat hæc utriusque floris differentia? si solam distinctionem denotat, cur non potius se rosam, violam, narcissum vel alium quemlibet florem, sed præcisè lilium vocat? *Cujusmodi autem lilium*, quærit Origenes? *Tale sine dubio*, inquit, *quale, ut ipse in Evangelijs dicit; Pater cœlestis vestit, & neque Salomon in omni gloria sua indutus est, sicut unum ex istis. Fit ergo lilium in hac convalle Sponsus, in eo quod vestivit eum Pater cœlestis tali vestimento carnis, quale nec Salomon in omni gloria sua habere potuit; non enim Salomon habuit absque concupiscentia viri & concubitu mulieris, immaculatam, & nulli prorsus peccato obnoxiam carnem*; at vero, quod vel maxime proposito nostro deservit, est; quod, quamdiu fuit sponsus *flos in campo*, id est, in Synagoga, semper sterilis permanserit; non vero, quando factus est *lilium convallium*; id est, quando in Ecclesia floruit in Sacramento Eucharistiæ; tunc enim innumera germinavit virginum lilia unde in ijsdem Canticis *pasci inter lilia* dicitur; ut operæ pretium fuerit, quoniam ipse effectus est lilium, ut etiam proxima ejus, id est, unaquæque anima, quæ ei approximat, lilium fiat.

Orig. h. 3. Ibid.

Pulchra hujus jus ratio.

Cant. 2. 16.

4. In ijsdem Canticis Sponsus cœlestis suam ita dilectam affatur: *Venter tuus sicut, acervus tritici vallatus lilijs*; quibus verbis fœcunditatem uteri Ecclesiæ, acervo frumenti, lilijs obsepto, comparati deprædicat, verè etenim qui sacras legit historias, certissimum esse deprehendet, quod sacræ virgines, quæ à S. Ecclesia, summa cum fœcunditate pariuntur, quovis sæculo in cœlestis hujus virtute frumenti, in perpetua virginitatis custodia constanter permanserint; & velut lilia, vino Eucharistico irrigata, perpetim germinarint, novumque sibi inde castimoniæ candorem ac-

Cant. 7, v. 2.

Ager Ecclesiæ fœcundatur virginibus per hoc SS. Sacramentum.

S. Eucharistia est lilium. *Ibid. v. 2.*

quifierint ; ad hujus veritatis confirmationem servit facinus quoddam æterna memoria dignum, quod in literis annuis Anni 1626. & 7. in Indijs occidentalibus accidisse refertur; nam *Inda quædam, quæ Sacramenta frequentare consueverat, ab Indo ad flagitium provocata ; ubi ei in mentem venit, se communionis scelerem penes se gestare , incredibili ei constantiâ restitit ; adeo ut cum aliter non posset evadere ; casti etiam Josephi virtutem superarit ; nam togâ raptâ & in impudici manibus relictâ , nuda omnino ab eo profugit;* quod si igitur tantam huic mulieri constantiam charta illa, in qua communionis fiebat mentio, suggerere potuit; quæ illa virtus erit, quam ipsummet Sacramentum animæ conferet in ipsum confisæ, ut puram & castam se conservet ?

Hieron. Dusan S.N. Paraquaria Præp. Provinc. Pulchrum exemplum cujusdam Indæ.

5. Jezabel illecebrarum carnalium typus erat, quia facie cerusâ & stibio depicta , fenestræ incumbens , Jehu ad impuros sui amores allicere satagebat; quam proinde Elias , qui per totum vitæ suæ cursum virgo permansit , pede velocissimo nec umquam sive noctu sive diu, per dies 40. revocato, studiosissimè fugit; aut observatis velim , quo cibo virgo Elias restauratus , periculum evaserit mortis , nimirum quia Deus per Angeli manum , Angelorum panem illi submiserat: vit subcinericeum, Eucharistiæ præfigurativum , quo refocillatus *ambulavit in fortitudine cibi illius, ...usque ad montem Dei Horeb, sciebat enim Deus*, ut S. Augustinus in quodam sermone ait ; *Prophetam suum tentantem diabolum aliter superare non posse :* Glossa hanc Eliæ fugientis constantiam, ad coelestem hunc panem alludere his asserit verbis : *Ex quo patenter innuitur , quod cibus ille Eucharistiæ corporis & sanguinis Christi, manibus angelicis deferatur & refertur, per quem nostra infirmitas elevatur.*

4. Reg. 9. v. 30. Elias mortem evasit, confortatus pane subcinericeo , figura Eucharistiæ.

3. Reg. 19. v. 8.

S. Aug. ser. 65. de temp.

Glossa.

6. S. Cyrillus autem , à Salmerone citatus , notat , *quod variæ sint dæmonis ad fallendum insidiæ ; nam primo ad vivendum turpiter inducit , deinde cum malis onerati fuerint , tunc abhorrere à Christi gloria persuadet , qua possint à turpitudine voluptatis , quasi ab ebrietate revocari.* Facili enim negotio quævis anima Christiana à vino luxuriæ, quo major pars hominum inebriatur, præservari posset , si vino inebriaretur Eucharistico , quod Zacharia teste , *germinat virgines.* Idem quoque Cyrillus subdit, dicens : *Quare demus operam ; oro , ut vinculis ejus abruptis , & jugo servitutis peccatorum excusso , in timore Domini serviamus , & ut carnis voluptate per continentiam superata ad cœlestem gratiam accedamus, corporisque Christi participes efficiamur.* Salmeron porro rationem assignat , cur hoc Sacramentum ad continentiam in nobis conservandam tantâ vi polleat ; *Valet*, inquit, *contra carnem nostram rebellem , cum carnem Christi virgineam contineat.* In homilia , quæ in Octava Corporis Domini , ad Matutinum legitur , considerari merentur sequentia ejusdem S. Cyrilli Alexandrini verba : *Sedat*, inquit, *cum in nobis maneat Christus , servientem membrorum nostrorum legem, pietatem corroborat.*

S. Cyril. l. 4. in Ioan. c. 17.

Salmer. Ibid.

7. Multi equidem sunt bonæ voluntatis, bona quoque in ordine ad pudicitiæ conservationem faciunt proposita, quibus tamen evenit , quod scriptum est : *Spiritus quidem promptus , caro autem infirma* ; quid igitur remedij adhiberi poterit, ut lutea hæc vasa fornicationis insultibus resistere valeant ? D. Chrysostomus super illa verba (*Rogabant eum , ut vel fimbriam vestimenti ejus tangerent*) hoc ijs , qui sint hujusmodi , tradit consilium : *Tangamus ergo etiam nos fimbriam vestimenti ejus ; vel potius si volumus , ipsum totum habeamus; non enim vestis solum , sed corpus ipsius nobis propositum est, non ut tangamus solummodò , sed ut comedamus & saturemur. Si qui fimbriam vestimenti ejus tunc tetigerant , recte omnes convaluerunt, quanto magis corroborabimur , si totum in nobis habebimus ?* Magdalena domum Pharisæi ingressa , adeò immunda erat , ut S. Lucas de ipsa dicat : [*Et ecce mulier , quæ erat in civitate peccatrix ...*] *Ploravit :* [*Lachrymis cœpit rigare pedes ejus* ,] labia pedibus Christi affrinxit : [*Et capillis capitis sui tergebat & osculabatur pedes ejus* ;] totum illum panem sibi vendicavit, in hoc Cananæâ longè superior, quæ unicâ illius micâ contenta fuit; neque ab illo recessit, donec sibi dicentem audiret : *Dilexit multum, Vade in pace*; & hanc sanctam Dei Ecclesia in Litanijs supra omnes virgines, etiam martyres honorat. Sed unde hæc in ea nata est confidentia, ut tunc & non antea ad Christum recurreret, quæ tot alias libidinis suæ flammas extinguendi occasiones pridem habuerat? nimirum non sine mysterio S. Lucas ait : *Ut cognovit, quod Jesus accubuisset* , etenim in convivio, in quo Christus sumitur, & in mensa, in qua hic Panis Angelorum recumbit, omnis , quantumvis ardens, concupiscentiæ ignis extinguitur.

Matth. 26. v. 41. Matth. 14. v. 36. D. Chrys. hom. 51. in Matth. Cato nostra infirma sanatur, si fimbriam Christi in hoc Sacramento tangimus.

Luc. 7. v. 37. 38. Exemplum S. Mariæ Magdalenæ.

Ibid. v. 47. & 50.

Luc. 7. v. 37.

Et mulieris sanguinis fluxum patientis.

8. Mulier illa tot annis fluxum sanguinis perpessa , animæ carnalis viva imago (unde David post admissum cum Bersabea adulterium , Deum rogabat : *Libera me de sanguinibus &c.* intra semetipsam ait : *Si tetigero tantum vestimentum ejus , salva ero.* Ubi Gilbertus Abbas ait : *Dulcis est attrectatio tui , nam & ipse tactus fructu non caret. Mulier illa Evangelica felici furto attingit fimbriam Jesu , & statim stetit in illa fluxus sanguinis , fluxus carnalis illecebræ , carnalis delectationis ; desiccata sunt , quæ prius in illa fluida erant , & totum contingit ex contactu fimbriæ; quid si caput ipsum amplexari contigisset ?* S. Thomas per hunc fluxum, carnis intelligit vitium , *fluxum carnalium delectationum.* S. Antonius de Padua per fimbriam , Christi carnem significari dicit : *Vestimenta Christi , caro ipsius.* Ac proinde D. Chrysologus ait : *Audiant Christiani , qui quotidie Corpus Christi attingunt, quammam de ipso corpore possunt sumere medicinam, quando mulier totam rapuit de sola Christi fimbria sanitatem ; sed quod nobis flendum est , mulier de vulnere medicinam tollit , nobis medicina ipsa retorquetur in vulnus*, quamvis hoc ipsum ex sola mala dispositione nostra nascatur.

Et mulieris sanguinis fluxum patientis. Psal. 50. v. 16. Matth. 9. v. 21. Gilb. Abb. ser. 1. in Cant. S. Th. ser. in Dom. 23. post Pent. S. Ant. de Pad. ser. 10. Dom. 24. post Trin. D. Chrysol. ser. 34.

9. Cassiodorus super illum versum Psal. 50. *Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ*, inquit, *liberari se Propheta petit de carnalibus delictis, ut jam desineret in ista fragilitate peccare* , & quidem in primis David se gratum futurum , debitasque se Deo gratias acturum esse promittit, dicens: *& exultabit lingua mea justitiam tuam; Domine labia mea aperies , & os meum annunciabit laudem tuam* ; at vero , quidnam est illud in cujus virtute se ab hoc fluxu liberandum esse præcipue confidit ? idipsum indicat dum ait : *quoniam si voluisses, sacrificium dedissem utique , holocaustis non delectaberis* ; nimirum tempus aliquando futurum esse cognoscebat in quo Deus animalia, tauros, boves & oves , in sacrificium nequaquam accepturus esset, sed solum sibi complacituras in incruento Unigeniti sui sacrificio : *tunc acceptabis sacrificium justitiæ*, ecce tibi, qualiter David ad solam , quantumvis remotam Eucharistiæ recordationem se ab omni immunditia carnali liberandum esse speret.

Psalm. 50. v. 16. Cassiod. Ibi. 16. & 17 David ad solam recordationem S. Eucharistiæ, se à peccato immunditiei liberandum spirat. Ibid. v. 18.

Ibid. v. 21.

10. In prima epist. ad Corinth. cap. 5. S. Paulus ait : *omnino auditur inter vos fornicatio , & talis fornicatio , qualis nec inter gentes , ita ut uxorem patris sui aliquis habeat* ; poteritne dari crimen aliquod hoc execrabilius? & tamen eodem Apostolo teste, paulo post magna in ipsis quoad hoc notata fuit emendatio, quia in secunda epistola ad eumdem populum scripta ait : *Æmulor vos Dei æmulatione, despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo.* At vero undenam hæc tam ingens mutatio processit ; Utique non aliunde , quam ab Eucharistiæ percipiendæ frequentia, quæ postea apud illos in usu fuit ; unde S. Paulus quoad hanc aliquos abusus tollere conatus fuit : *Ego enim accepi à Domino quod & tradidi vobis :* Legatis totum caput , ab initio ad finem usque , illosque sæpius ad mensam Eucharisticam convenisse deprehendetis.

1. Cor. 5. v. 1. Corinthij per usum Eucharistiæ, mutati fuerunt in continentes. 2. Cor. 11. v. 2.

1. Cor. 11. v. 23.

11. Quisnam in hoc vitio fordidior fuit filio prodigo ? etenim patrem ejus virum valde opulentum fuisse necesse est, hoc enim ex gregibus, servis & numerosa; quam habebat familia satis colligitur ; unde ipsemet prodigus ait : *Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus?* & tamen portionis substantiæ suæ partem,tam facile cum meretricibus consumpsi, at vero dic sodes, quandonam prodigus ille ex fordido hoc vivendi modo pedem suum revocavit? quandonam in se reversus dixit : *Ibo ad patrem meum &c.* scitisne quando ? in eo videlicet momento , quo panem patris sui in memoriam revocavit dicens : *quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo ?* & subito ut S. Lucas ait, sine ullius momenti interpositione dixit *Surgam & ibo ad patrem meum* ; hæc autem *omnia in figura contingebant* , quia Pater Deum, Panis Filium ejus præfigurabat, qui ait : *Ego sum Panis vivus qui de cælo descendi* ; filius prodigus quemlibet denotat Christianum , qui postquam in voluptatibus carnis inveteratus est , pœnitens ad Deum recurrit, hic enim , si frequenter communionem accedat,facile emendabitur: *occidit vitulum saginatum* ; qui Christi sacrificati typus erat. Unde S. Augustinus in Psal. 138. scribens ; his verbis nos monet : *recordemur*, inquit, *panem patris nostri , & non nos deficient*

Filius prodigus, recordatus panis paternæ domus, deseruit vitium luxuriæ. Luc. 15. v. 17.

Luc. 15. v. 18.

Ibid. v. 17.

Luc. 15. v. 18.

Ibid. v. 23.

S. Aug. in Psal. 138.

lescent siliquæ porcorum. Idem quoque S. Doctor illud ly *surgam* considerans ait : *Sederat enim ; ergo vocem hic agnosce dicentis : tu cognovisti sessionem meam & resurrectionem meam : sedi in egestate , surrexi in desiderio panis tui.*

12. S. Paschasius in libro de corpore & sanguine Domini supradicta Zachariæ verba ponderans ait ? *Felix fructus ubertatis , ex quo virginitas germinatur , nam in hoc nostri germinis vino castitas corrumpitur , in isto vero virgines procreantur , & ideo jure omnis Ecclesia Christi virgo nominatur , quia isto repleta vino nullam præter Christum amare novit.* Albertus Magnus ad convivium Assueri se reflectens ait : *significat convivium Christi :* adducitque textum illum Esdræ lib. 2. cap. 3. in quo dicitur : *vinum omnem mentem convertit in securitatem & honestatem* , quod quidem non de vino ex uvis expresso intelligi potest, sed de vino vitis illius de qua dicitur : [*Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris & flores mei fructus honoris & honestatis.*] *Tale vinum significationem habet ad effectum sanguinis Christi , qui in securitate , & honestate animam convertit:* de hoc quoque vino mystico , inquit , idem Albertus Magnus , Sponsa in Canticis loqui voluit , quando ait : [*Vineæ florentes dederunt odorem suum ,*] *ad quem odorem omne fugit venenosum.* Porro de ebrietate quam hoc vinum generat, S. Bernardinus ait : *Habet efficaciam efficiendi animam sobriam contra incentiva voluptatis* , adducitque glossam super illa verba Marci 14. *Accepit Jesus panem &c.* dicentem : *Ebrietas felix salutaris satietas , quæ quanto copiosius sumitur , tanto sobrietatem mentibus donare dignatur.* Considerari quoque merentur verba illa Nazianzeni de hoc salutari Calice differentis , cui attribuit *vim vitiosarum affectionum consumptricem.* Sanctus quoque Gregorius Nazianzenus inter alios hujus Sacramenti effectus unum hunc esse dicit : quod à cordibus nostris extirpet *obscœnum amorem.*

S. Pascha. l. de Corp. & sang. Dom. c. 21. Ecclesia jure vocatur virgo propter hoc sacramentum. 2. Esdr. 3. Alb. Mag. de Euchar. dist. 3. Tr. 2. c. 4. Eccli. 24. 23. Vinum naturale inebriat, hoc vero fobrios facit. Cant. 2. v. 13. S. Bern. t. 2. ser. 54. A. 5. c. 2. Marc. 14. 22. Glossa. Nazianz. Oratio 35. S. Greg. Nyss. Orat. 8. in Eccl.

DISCURSUS XVI.

ARGUMENTUM.

Corpus Christi, dummodo nos dispositos inveniat, virtutem nobis communicat castitatis.

THEMA.

Venter tuus sicut acervus tritici, vallatus liliis. Cantic. 7. Vers. 2.

1. SAlomon in Spiritu Prophetico cum Sponsa sua colloquens , ad Ecclesiam alludit , cui in nova lege gratiæ verus Salomon Christus desponsandus erat ; & inquit : *venter tuus , sicut &c.* paulo ante idem sponsus quoque dixerat, *umbilicus tuus crater tornatilis, numquam indigens poculis* ; per quem craterem vino indeficienti plenum Sacramentum altaris haud incongrue intelligere possumus , sub speciebus vini consideratum tamquam sanguis agni Eucharistici , per acervum vero tritici , Corpus Christi sub specie Panis significatur ; de hoc umbilico in sensu mystico Hugo Cardinalis ita scribit : *Potest Ecclesiæ universalis umbilicus dici Romana Ecclesia , quæ ad modum umbilici , in universali medium tenet locum , seque mediam & communem debet omnibus exhibere* ; huic autem hic calix numquam deerit , quia infallibilis est Christi promissio dicentis : *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi.* Idem quoque Rex in cap. 9. Proverb. erectionem sublimis ædificij Ecclesiæ à Divina Sapientia fabricati , & fundati super septem columnas , quæ sunt septem Sacramenta prædicit , ubi de Sacramento Eucharistiæ differens,mentionem quoque facit Panis pariter & vini ; dum ait: *Venite , comedite panem meum , & bibite vinum, quod miscui vobis* ; Septuaginta legunt : *miscuit vinum in cratere.* Porro per ventrem acervo tritici comparatum fidelium denotatur fœcunditas, derivata à mensa Eucharistica , & ab hoc Divino frumento de quo incarnata Sapientia dicit : *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit , Ipsum solum manet ; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert*; ac proinde de hac spirituali fœcunditate Psalmista prophetans in Psalm. 127. ait : *Uxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ ; Filij tui sicut novellæ olivarum in circuitu mensæ tuæ.*

Per Craterem tornatilem intelligitur sanguis: per acervum tritici, corpus Christi. Cant. 7. v. 2. Hug. Card. Ibid. Matth. 28. v. 20. Prov. 9. v. 5. Joan. 12. v. 24. 25. Psal. 127. v. 3.

2. Verum enimvero , quidnam in eo latet mysterij, quod hic acervus tritici circumquaque liliis cinga-

Quid significet acervus tritici vallatus lilius. Hug. Card. Ibid.

tur : *Vallatus liliis ?* Hugo Cardin. ait : *id est honestatæ vitæ* , quæ per lilium significatur ; hoc enim Sacramentum honestati & pudicitiæ comparandæ plurimum confert, eamdemque in ijs, qui ad hoc Sacramentum accedunt, consequenter valde requirit: In superioribus textum illum Zachariæ : *Quid pulchrum ejus &c.* sæpius repetivimus , Albertus Magnus autem ad propositum nostrum ideo Prophetam hoc dicere inquit : *Quod scilicet conversationem ad honestatem componat* ; communio enim fidelibus honestatem ut plurimum insinuat;illi enim qui hoc Sacramentum sumpserunt , eodem die se in moribus valde honestos & continentes exhibere solent ; experientia enim quotidiana nos docet,quod multi propter reverentiam communionis sumptæ , ad minus illa die in loquendo valde cauti sint, & cum ædificatione fumnaque cum modestia cum proximis conversentur; adeoque conversationem ad honestatem componit. Observatisne aliquando , quid in Cœnaculo Sionitico circa institutionem hujus Sacramenti acciderit ? vix enim frumentum illud è Cœli granarijs descenderat, vix Panis in Corpus Christi Eucharisticum transsubstantiatus fuerat , cum ecce lilijs circumdatum conspiciebatur ; quis enim tunc supra pectus Domini in cœna recubuit ? num forte Petrus , Andreas , vel Philippus ? nequaquam , sed *discipulus ille quem diligebat Jesus*; at vero cur huic hæc prærogativa præ cæteris indulgebatur ? nimirum quia lilium ; erat dilectus ille quem in sacris Canticis inter lilia positum fuisse scimus: *dilectus meus mihi & ego illi qui pascitur inter lilia* ; ecce *dilectum* , ecce *lilium*,*discipulus ille, quem diligebat Jesus*. B. Petrus Damianus ad respirationem & halitum, quem Christus Joanni supra pectus suum dormienti superimmittebat , se reflectens ait : *Ita in ejus visceribus omnium libidinum fomenta decoxit, ut corpus ejus tamquam revera Spiritus Sancti templum à cunctis vernaret, æstuantis luxuriæ squaloribus defæcatum.* S. Hieronymus de hoc Sacramento dicit : *calore Spiritus Sancti exsiccat fontes libidinum.* Cui consonant verba illa S. Ambrosij dicentis : *In cœna Christi, quæ nostrarum æstus refrigeravit cupiditatum , quæ compescuit insolentiam vitiorum, quæ extinxit ignes libidinum , quæ diversarum passionum incendia temperavit.* Audite quibus verbis D. Chrysologus annonam cœlestem qua pater , quem , invocamus in cœlis , nos tamquam filios alit : ad propositum nostrum circumscribat: *Mensa patris* , inquit, *nos alit virtutis cibo, salutis epulo, delicijs honestatis & gloriæ.*

S. Joannes lilium puritatis, requievit super pectus Jesu.

Cant. 2. 16.

S. Petr. Damian. ser. 1. de S. Joan. Apost.

S. Hieron. S. Ambr. ser. 19. in Ps. 118.

D. Chrysol. ser. 1.

3. Deus olim populo suo , ut superliminaria domus sanguine agni tingerent, præcepit dicens : *Fasciculum Hyssopi tingite in sanguine, qui est in limine , & aspergite ex eo superliminare , & utrumque postem* ; At vero quis est qui agnum hunc, agnum Eucharisticum præfiguratum ignoret ? ac proinde hoc suppositio quærendum venit, quodnam sit tincturæ superliminarium latens mysterium ? Theodoretus ait : *Hæc universa mysteriorum nostrorum sunt ænigmata , nam & nos ungimus agni nostri sanguine , non tantum limen , sed utrumque postem , purgantes & sanctificantes exterius linguam , & labia, interius autem , & secundum intellectum , pro limine rationalem partem, & pro utroque poste facultatem irascendi & concupiscendi* ; Ecce tibi effectum , quem agnus ille in anima nostra operatur , reprimit enim non solum irascibilem , sed multo magis concupiscibilem appetitum.

Exod. 12. v. 22. Mysterium, cur superliminaria tingenda sanguine Agni, explicatur. Theodoret. q. 24. in Exod.

4. Pugnabat olim populus Dei contra Madianitas, eumque magnopere periclitaretur,ne servi & mancipia fierent idololatrarum , Gedeon jussu Dei pro eodem populo dimicans gloriosam de ijs reportavit victoriam; at vero qua virtute illum hostes suos detriumphasse existimatis? *videbatur mihi* , inquit Gedeon , *quasi subcinericius panis , ex ordeo volvi & in castra Madian descendere,cumque perveniset ad tabernaculum, percussit illud, atque subverit,& terræ funditus coæquavit.* Quinam vero sunt hi Madianitæ ? certe non alij quam insultus & conflictus cogitationum & motuum rebellium & carnalium continui insultus quibus incessanter infestamur; & quantumvis hic rebellis carnis hostis valde patens sit, ad illum tamen profligandum cœlestis hic panis abunde sufficit,unde S. Bernardinus ait: *Per Madian carnalia desideria intelliguntur quæ secundum illud 1. Petri 2. militant contra animam, & ideo castra Madian malorum desideriorum præntates sunt , quæ subvertit subcinericius panis, id est , hoc Sacramentum , in quo est Panis vitæ.*

Jud. 7. v. 12. Per panem subcinericium Gedeonis signatur S. Eucharistia.

S. Bern. t. 2. ser. 54. c. 1. 1. Pet. 2.

5. Vulnus illud Ezechiæ incurabile jussu Dei sanatum carnalem præfigurabat concupiscentiam,*quæ mi-*

4. Reg. 2.

Jac. 4. v. 1. Massa ficuum designat corpus Christi. *Psal. 18. v. 7. Isai. 38. v. 21.* *S. Bern. T. 2. ser. 54. A. 1. c. 3.*

litat in membris nostris, de qua in veritate dici potest: *nec est qui se abscondat à calore ejus*, cum nemo sit, quin vel calorem, vel saltem fumum hujus ignis in se non experiatur. Dicit autem sacer textus: *Et jussit Isaias ut tollerent massam de fuis; & cataplasmarent super vulnus, & sanaretur*, ubi S. Bernardinus ait: *Ad sanandum in corpore morbum concupiscentiæ; Dominus dedit hoc Sacramentum figuratum in ficu; Isaias enim offerri jussit massam ficuum quam cum posuisset super ulcera Regis, ulcus Regis sanatum est. Ulcus Regis concupiscentia est carnis, sed ficuum massa Corpus est Domini, continens omnium bonorum suavitatem.*

B. Algerus lib. de Sacram. altar. c. 2. Christus nobis in S. Eucharist. nobis confert suam munditiam. *Lucæ 1. v. 35.* *D. Chrysol. ser. 142.*

6. B. Algerus in libro *de Sacramento altaris*: postquam Christum, suum ex Virgine corpus, integritatem ejus intactam conservando, per miraculum nullo umquam sæculo visum, assumere voluisse demonstrasset, ita tandem ad nostrum concludit propositum, dicens: *ut autem sic innasceretur Deus, illum decuit, nobis profuit, ut mundus natus nos mundaret, potenter natus infirmos roboraret, suam enim munditiam, ut conformitate illa sibi amici placeremus, nostram esse voluit.* Sanctus quoque Chrysologus ex Verbi incarnatione medio Spiritu Sancto consummata, hunc extensionis incarnationis, quæ Eucharistia est, eruit fructum, illa considerans S. Gabriëlis ad Mariam dicta verba: *Virtus Altissimi obumbrabit tibi*, ita subjungit, *æstus nostri corporis nescit, quem divinæ protegit umbra virtutis.*

Pulchrum exemplum ad hanc rem faciens. *Ribaden. in vita S. Macarij.*

7. Vir quidam in primis dissolutus, ut in vita legitur S. Macarij Ægyptij, ardenti amore quamdam deperibat conjugatam, æquali honestate & pulchritudine pollentem; quam cum in suam nullatenus inclinare partem potuisset, Magum convenit impius, qui suis artibus magicis mulierem ab affectu mariti alienatam, ad hujus proci induceret amorem. Variis itaque adhibitis machinamentis, sed omnibus in cassum cedentibus, id tandem effecit, ut saltem secundum exteriorem speciem, non mulierem, sed jumentum repræsentare videretur. Maritus ergo infelix monstrum fræno alligatum, ad S. Macarium adduxit, cui Dominus totam revelaverat rei gestæ seriem. Ut igitur ad S. virum pervenêre, hic eam non feram sed mulierem esse asseruit, ad maritum ejusque familiares dicens: *fallimini, oculos enim equinos habetis, à communi inimico delusi*; deinde ut mulierem aqua sancta servus Dei conspersit, pristinæ subito formæ illam restituit, quam ad Sacramenti altaris frequentationem adhortans, hanc ei illusionem obtigisse dixit, quia scilicet Christi Corpus per quinque septimanas recipere neglexerat.

B. Algerus lib. de sacram. altar. c. ult. Vitium carnis pani Angelorum planè est contrarium.

8. B. Algerus de vitio carnis, huic Angelorum pani summe contrario, tractans, sequentem proposito nostro peraccommodum format discursum: *hæc pestis, quo præ cæteris vitijs est naturæ familiarior, eo ad cavendum difficilior; quia cum repellitur, nolenti se ingerit importuna; cum admittitur, volenti incumbit blande onerosa, & dum sic sensim infundit amorem suum, prorsus extirpat amorem cœlestium. Sed quid contra faciendum, ne pereamus & Angelicam in terris vitam ducamus*, cujus ducendæ modum præstantissimum ait esse communionem frequentem, dicens: *Quatenus castitatis munditia, corde & corpore Christi simus munditiæ conformes, ne cœlesti alimonia indignè reficiamur, simus spe & conversatione cœlestes; quia Panis Angelorum, non nisi angelicæ vitæ est stipendium.* Quo fine ingeniosam adducere lubet quam S. Ambrosius instituit obsservationem circa illa Lucæ de filio prodigo tractantis verba: *Facta est fames valida in regione illa, & ipse cæpit egere*, imo tanta laborare fame, ut *cuperet implere ventrem suum de siliquis, quas porci manducabant, & nemo illi dabat; in se autem reversus dixit: quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo? Surgam & ibo ad patrem meum*, vita autem hujus degeneris filij adeo carnalis erat, ut *dissipaverit substantiam suam vivendo luxuriosè, cæperitque egere*; ubi S. Ambrosius ait: *Egere ideo cæpit, & famem pati, quia nihil prodigæ satis est voluptati; semper famem patitur sui, qui alimentis perpetuis nescit impleri.* Quisquis enim hujus cibi cœlestis nauseam & repugnantiam patitur, libidini in prædam cedat, necesse est, & quantavis delectatione fruatur, illa tamen satiari nequit. At vero quodnam est ad hunc ignem in lascivis extinguendum remedium? nimirum panis illis proponatur Angelorum, hujusque in illis excitetur fames & desiderium, glandium vero, id est, delectationum venerearum horror imprimatur. Unde S. Doctor ait: *O Domine Jesu! à nobis auferas siliquas, & panes tribuas, tu enim dispensator in domo es Patris.*

Lucæ 15. v. 17. v. 18. *S. Amb. l. 7. in Luc.* Unde processerit fames filij prodigi. *Ibid. v. 13. & 14.* *S. Ambr. ubi supra.*

Luc. 15. v. 17 & 18.

9. Nescio an aliquando ad hoc vos reflexeritis, quod cum Salvator noster alias in tot occasionibus obvijs exemplo suo nos docuerit, ne soli cum sola muliere umquam conversemur, nihilominus quando mulier adultera ad eum adducta fuit, S. Joannes de ipso ita scribit, *& remansit solus Jesus, & mulier in medio stans.* Porro Samaritana cum in loco publico juxta puteum sedentem accessit, ad quem omnes civitatis incolæ aquam hauriendi causa solebant accedere, & in quo ab unoquoque videri & audiri poterat; Magdalenam quoque pœnitentem in domo Pharisæi recipere voluit, ubi multi invitati convivæ præsentes erant; cur igitur hic solus cum hac adultera sola morari voluit? tametsi enim verum sit, quod lux Solis non inquinetur licet radios suos in terræ sordes extendat, nullumque fuerit periculum, illi qui *candor est lucis æternæ, & speculum sine macula*, nihilominus exemplum illud non videbatur mundo adeo salutare, sed malam facilè inducere poterat consequentiam, quia *remansit sola Jesus & mulier.* Respondet quidam egregius vitæ spiritualis Magister, incarnatam Sapientiam per hanc actionem ostendere voluisse, quantæ efficaciæ & virtutis sit præsentia ejus corporalis ad extinguendum in alijs concupiscentiæ incendium, siquidem in tam brevi temporis mora, per divinum suum consortium adulteram hanc ab infirmitate sua carnali adeò perfectè sanavit, ut illam velut aliam quamdam Magdalenam semper puram & castam in domum suam remiserit, dicens: *Vade & jam amplius noli peccare*, voluit insuper per hoc facium innuere, quod quando servitium Dei, salus animarum, nostrique conveniencia ministerij id exigit, hoc Sacramento armati, & fortificati præsentia Christi corporali, hujus periculo secure obviam ire possimus, *remansit solus*, &c.

Cur Jesus solus remanserit cum muliere adult. Joan. 8. v. 9. *Sap. 7. v. 26.* *Joan. 8. v. 9.* *Joan. 8. v. 11*

Drag. Hoist. de sacr. Domin. Pass. Et per quales ministros.

10. Enimvero summa rei in eo consistit, quod Eucharistiam hanc tumulos carnales reprimendi efficaciam habere minimè sufficiat, nisi nos quoque ad illam accedentes eidem efficaciæ correspondeamus, curando, ut ab omni turpi macula alieni, & purificati simus, nam ut S. Thomas à Villanova ait: *Oportet accedentem mundum gestare cor ab omni malitia, & mundum corpus ab omni luxuria, ut sit sanctus corpore & spiritu.* Idem quoque documentum in libro cui titulus (*de corpore & sanguine Domini*) nobis in hæc verba tradit S. Paschasius: *Exerce te in castitate, quoniam hic sanguis nihil magis diligit, quam in Christo virgines. Ex opere* quidem *operato* flammas in nobis impuri extinguit amoris, nihilominus *ex opere operantis*, nostram pariter exigit cooperationem, vultque inordinatos & lascivos seponamus affectus, à lubricis nos sequestremus conversationibus, corpusque recalcitrans jejunijs maceremus, & castigationibus, ideoque forsan Dominus agnum manducare voluit assatum, non lixum, aut quocumque alio modo præparatum; cujus præcepti proinde mysterium ita explanat, à figura ad figuratum, ab Agno inquam paschali ad Eucharisticum transiens S. Eligius. *Sic ifitur carnes assas comedamus*, inquit hic Sanctus, *ut percepturi Sacramenta corporis ejus, ab omni fuxu concupiscentiæ carnalis nos emundemus.* Quod idem mysterium his verbis infinuat Albertus Magnus, dicens: *Nec crudum, nec coctum aqua sumitur, sed tantum assum igni, crudum enim cor, quod nulla decoctione pietatis & charitatis ab humore concupiscentiæ est transmutatum; elixum est aqua, quod aqua fervens concupiscentiæ mundanæ interius ab omni pietatis amore desiluit; Assa igni intus sunt humida, & exterius sicca sunt per propriæ carnis mortificationem.* Quam doctrinam ante omnes alios sanctus nobis tradidit Cyprianus, dum ait: *In cruce crucis, boni odoris assatio omnem excoquat carnalium sensuum crudelitatem.*

Opus est sedula præparatione ut S. Eucharistia habeat in nobis suos effectus. S. Th. à Villanov. conc. 3. de sacr. *S. Paschas. l. de corp. & sang. Dom. c. 21.* *Exerce te in castitate.* *Cur Agnus paschalis fuerit assus, & non coctus.* *S. Eligius Nov. h. 14.* *Alb. Mag. de Euchar. dist. 2. tr. 2. c. 4.* *S. Cypr. in can. Dom.*

11. Alium quoque Agni paschalis manducandi ritum, in hæc verba legitur præscripsisse Deus: *Edent carnes istas ... assas igni cum lactucis agrestibus*, cujus ceremoniæ mysterium idem pandit S. Eligius, dum ait: *Lactuca agrestis valde amara est, & in viris luxuriam reprimit, significat autem hoc, ut quando ad corpus Christi, qui verus est agnus, sumendum accedimus, refrænata luxuria serveur cordis & corporis munditia.* Iterum agnum renibus præcinctis manducare jubentur; *Sic autem comederis illum; renes vestros accingetis.* Quod præceptum S. enucleans Bernardinus ait: *In renum accinctione duo comprehende, abjectionem immunditiæ, & exemplum bonum munditiæ*; Cui Gloss illa consentit S. Eligij doctrina inquientis: *Id est, delectationes noxias & carnalium desideriorum fluxa restringamus.* Quæ expositiones cum illa concordant

Cur cum lactucis agrestibus. Exod. 12. v. 8. *S. Elig. Ibid.* *Cur renibus succinctis.* *S. Bern. t. 2. ser. 57 A. 3.* *S. Elig. Ibid.*

S Greg. hom. 22. in Evang. cordant S. Gregorij, dicentis: *Quid in venibus nisi delectatio carnis accipitur*; unde Psalmista ait: *Ure renes meos. Si enim voluptatem libidinis in venibus esse nesciret, eos uri minimè petiisset, qui ergo Paschæ comedit, habere renes accinctos debet, ut voluptates edomet, carnemá luxuria restringat.*

Multiplicatus panis in deserto, figurabat S. Eucharistiam. *Joan. 6. v. 10.*

12. Miraculosa quoque panum in deserto multiplicatio Eucharistiam figurabat, vi cujus proinde Christus ad populum præsentem varij instituendi sermonis desumpsit materiam; Notandum autem, quod Salvator inter alia dixerit: *Facite homines discumbere.* Ubi immediate Evangelista subnectit: *Erat autem fœnum multum in loco.* Ast cur obsecro convivium hoc super fœnum institui voluit? Respondet Rupertus Abbas: *Super fœnum, id est, ut reprimant vitia carnis.* Siquidem verissima illa est sententia, qua dicitur: *Omnis caro fœnum.* Unde & Beda inquit: *Discumbat super fœnum, voluptates carnis edomet; quisquis panis vivi cupit suavitate vesci.*

Rup. Abb. l. 6. in Ioan. *Isa. 40. v. 5.* *V. Beda. Ibid.*

Christus corpus suum mortuum honesta voluit honorari sepultura.

13. Quod equidem mysterium subesse creditis, quod Salvator noster sacratissimum corpus suum in pœnosissima 33. annorum Iliade prope exenteratum, post mortem tanta cum solicitudine & cura voluerit honorari? circumstantiam advertite operationum, ante siquidem suum necdum in Eucharistia Ecclesiæ consignaverat corpus, id quod præstitit in ultima Cœna. Postquam igitur illud idem in passione sua Patri æterno obtulisset sacrificium, ipsum honore & veneratione affici à Synagogæ Principibus scilicet à Nicodemo, & Josepho ab Arimathea multis cum obsequijs sepeliri, novo tumulo includi, pretiosisque aromatibus condiri voluit; qua de re Drogonem Ostiensem audire placebit, dicentem: *Tales sepulturæ suæ ministros amabat Jesus, qui corpus ejus audaciter eripiant, de potestate tenebrarum, & sibi vendicent, & sciat unusquisque vas suum possidere in sanctificatione & honore, ligantes illud castitatis legibus.* Pergit idem ulterius, & ex myrrha & aloë, quibus corpus Christi mortuum conditum fuit, sequentem ad nostrum provectum infert moralitatem: *A vermium putredine conservantes*, inquit, *per mixturam myrrhæ & aloes; sunt enim hæ species amaræ quidem, sed corruptelam removentes, quoniam laboriosa quidem est castigatio carnis, sed aliter neque mens, neque ipsa caro servatur imputribilis.*

DISCURSUS XVII.
ARGUMENTUM.

Panis Eucharisticus nos corroborandi vim habet, ne cadamus, & ut in bono perseveremus.

THEMA.

Panis cor hominis confirmet, Psal. 103. ℣. 15.

Psalm. 103. v. 14. & 15. Panis Eucharisticus confirmat cor hominis. *S. Hier. Ibid.*

1. REgius Propheta cui sublimiora Ecclesiæ mysteria divinitus revelata fuêre, die quadam abfortus in extasin prædixit: *Ut educas panem de terra & vinum lætificet cor hominis, ut exhilaret faciem in oleo, & panis cor hominis confirmet*; quæ verba adeo clarè ad Eucharistiæ institutionem allusêre, ut de ijs verè dici possit, quod habeant *tot Sacramenta, quot apices*, & quidem in primis Psalmista ait: *Ut educas panem de terra; id est*, ut S. Hieronymus exponit, *à terreno corporis agro, quem à nobis assumpsit, mysterium profecturus, cœlestis panis, & poculi salutaris, quo reficiatur Ecclesia*; vel etiam ut Hugo Cardinalis declarat: *Panem, de quo Joannes 6. [Ego sum panis vivus qui de cœlo descendi;] ut educas de terra, de qua in Psalmo 84. [Benedixisti Domine terram tuam,] id est, de B. Virgine; & vinum lætificet cor hominis, id est, sanguis ejus, de ara corporis ejus expressus in torculari crucis.* S. Augustinus scribe illa: *& vinum lætificet, &c.* ad calicem Eucharisticum in specie vini consecratum alludere dicit, de quo Psalmista ait: *Calix tuus inebrians, quam præclarus est*; Sequitur: *Et exhilaret faciem ejus in oleo*, spiritualiter autem ut Carthusianus inquit: *Exhilaratur facies, id est, mens in oleo, id est, in unctione seu gratia Spiritus Sancti*; hoc enim Sacramentum *Eucharistia* nuncupatur, id est, *bona gratia*, quia illo mediante gratijs cœlestibus impinguatur anima nostra. *Et panis cor hominis confirmet, id est*, ut S. Augustinus exponit, *Christus, qui est panis, qui de cœlo descendit. Etenim panis manibus nostris subactus & pistus*, inquit idem S. Doctor, *nostrum quidem stomachum confortat & corroborat, at vero panis de quo David loquitur, est alius panis, qui cor confirmat, ideoque panis est cordis.* S. Hieronymus proinde super illa verba S. Matthæi: *Cœnantibus autem illis, accepit Jesus panem*, inquit: *Assumit panem, qui confortat cor hominis, ad verum Paschæ transgreditur Sacramentum.* Considerandum quoque Psalmistam non dicere, quod panis hominem confirmet, sed cor hominis corroboret, ut hoc loquendi modo divinum hunc panem totum hominem interiorem & exteriorem corroborare insinuet. Cor enim in corpore, est omnium operationum nostrarum primum mobile, & principium vitæ, viva quoque caloris & spirituum vitalium scaturigo, & arteriæ pulsus, & respirationis præcipuus author, ac proinde vigore suo totum corpus, quantumcumque est in vigore suo conservat, sicut è contra, corpus per languorem cordis in omnibus membris suis languet, & tepescit; eosdem igitur effectus, quos cor in corpore humano operatur, Eucharistia quoque in corde nostro spiritualiter producit, quia *panis cor hominis confirmat*. Unde S. Hieronymus ait: *Ipse panis, ipse corda nostra confirmat, qui descendens de cœlo, tribuit vitam mundo.*

S. Hier. ibi.

2. *Confirmet*, scilicet ut Hugo Cardinalis ait, *ad malum vitandum*; natura enim nostra semper declinat ad vitium, & proclivis est ad malum, teste Apostolo, qui ait: *Quod nolo malum, hoc ago*; Ecce tibi igitur antidotum, & præservativum, de quo nobis pietas divina prospexit, videlicet, panem hunc Eucharisticum, qui cor hominis ad malum vitandum confirmet. Quonam mysterio à Deo præceptum fuisse existimatis, ut Israëlitæ baculum in manibus tenentes agno se paschali reficerent: *Sic autem comedetis illum, ... tenentes baculos in manibus?* potius illis in procinctu ad proficiscendum in terram promissionis constitutis, atque in Ægyptijs hostiliter agitatis præcipiendum fuisse videtur, ut manus ense, pedes vero calceribus armarent. Nazianzenus mysterium hoc explicans, inquit: *Hic lex fulciemem baculum ubi præscribit, nec ubi animo titubes, cum sanguinem Dei & passionem audis, & impiè corruas.* Verumtamen clarius dicere possumus, quod sicut baculus debilitatem nostram sustentat, ne corruamus: eodem modo quamdiu viatores sumus, Deus, qui *cognovit figmentum nostrum*, de hoc nobis viatico providit, ut eo confortati in pedibus sustentemur, quia *panis cor hominis confirmat*; unde Nazianzenus hominem sacra communione refectum, his verbis alloquitur: *Immixus sta firmus & stabilis; atque ita comparatus, ut nulla re quatiaris ab adversarijs.* S. Cyrillus Alexandrinus proinde de Eucharistia dicit: *Pietatem corroborat, pertubationes animi exstinguit, ab omni nos erigit casu.* Porro domus vetustæ semper aliquam minantur ruinam, ac proinde cum S. Apostolus de hoc corpore nostro dicat: *Scimus, quoniam si terrestris domus nostra habitationis dissolvatur*; Job quoque nos *domos luteas inhabitare* dicat; idem quoque Apostolus, corruptam naturam nostram *veterem hominem* appellat, supremus ille Artifex, de quo dicitur, *ipse fecit nos, & non ipsi nos*, novam quamdam inventionem excogitavit, qua semetipsum nobis in pane Eucharistico in alimentum nostrum reliquit, ut per hoc in pedibus constanter sine metu ruinæ conservemur; *Panis cor hominis confirmet.*

Hugo Card. Ibid. *Jos. 6. v. 51.* *Psal. 84. v. 2.* *S. Aug. ibid.* *Dion. Cart. Ibid.* *S. Aug. ibid.* *S. Hieron. ibi.* *Hugo Card. Ibid.* Ad malum vitandum. *Rom. 7. v. 19.* *Exod. 12. v. 11.* Quid designent accinctus cum baculis in manibus. *Nazianz. Orat. 42.* Eucharistia est baculus, cui securè innitii possumus *Job. 4. v. 19.* *Ephes. 4. v. 12.* *Psal. 90. v. 3.*

3. Anno 528. cum Civitas Antiochena horrendis terræ motibus quateretur, multæque inde domus corruerent, singulos viri religiosi animo inspiravit, ut civibus suaderet, ut hæc verba portis civitatis inscriberent: *Christus nobiscum stato.* Quibus verbis foribus civitatis inscriptis, mox omnis terræ motus cessavit; unde sequens indissolubile formare possumus argumentum; si hæc verba ad sustentandum domuum muros, ne ex terræ motu caderent, tantæ efficaciæ fuerunt, quanto magis quilibet Christianus, sumpto hoc Sacramento ab omni ruina securus esse poterit, quippe qui ejusdem Dei in Sacramento existentis corporalem in corde suo habet præsentiam? Inter alias vero concussiones, validioresque ventos, quibus lutea nostra hæc domus conquassatur, impetuosissimi sunt inordinati nostri appetitus, tentationes sensuales, motus, & stimuli carnis, aliæque iræ, odij, avaritiæ, & similes passiones, quibus Eucharistia efficaciter resistit; unde Ecclesia providit, ut in gratiarum actione post Communionem (quando vere dicere possumus: *Christus nobiscum stato*) inter alia hæc quoque devota verba dicantur: *Sit motuum meorum tam carnalium quam spiritualium perfecta quietatio in te uno, ac vero Deo firma adhæsio.* Et merito quidem idipsum ab hoc Sacramento expectatur, nam ut S. Bernardinus Senensis ait: *Hoc Sacramentum roborat habitum gratiæ, ex quo tamquam ex armatura animæ, mens à pravis cogitationibus defenditur.*

Baron. An. 528. n. 21. Notabilis historia, applicara S. Sacramento Eucharistiæ. *S. Cyrillus Alex. l. 4. in Ioan. c. 7.* *2. Cor. 5. 1.* *S. Bern. Senens. t. 2. ser. 55. A. 2. c. 1.*

4. Albertus

Hebr. 13 v. 9. *Alb. Mag. de Euchar. dist. 1. c. 4.* S. Eucharistia stabilire nos, & confortat in bono.

4. Albertus Magnus textum illum S. Pauli adducens, in quo ait: *Optimum est gratia stabilire cor*, sequentia verba scribit: *Gratia cor stabilit, & confortat ad hoc, quod in bono divino permaneat; hoc autem specialiter hæc gratia facit*; adducitque versiculum illum sæpe à nobis repetitum: *Panis cor hominis confirmat*, & subdit: *Ex debilitate enim hominis, homo hac gratia destitutus natat & vacillat, se ipsum venere non valens, hujus gratiæ medicina destitutus; & dire nataverat Paulus, ut sicut dicitur Act. 9. cum accepisset* gratiæ hujus *cibum, confortatus est.* Thomas à Kempis de hoc Sacramento differens pariter ait: *Proni sunt sensus hominis ad malum ab adolescentia sua, & nisi succurrat divina medicina, labitur homo mox ad pejora; retrahit ergo S. Communio à malo, & confortat in bono.* Similiter S. Franciscus de Sales in Epistola quadam ita scribit: *Per experientiam 23. annorum, quos in servitium animarum collocavi, manibus quasi palpare potui, quam potens sit virtus divini hujus Sacramenti ad confirmandum animas in bono, & liberandas à malo, eas que spiritualiter consolandas; & ut uno verbo dicam, in hoc mundo deificandas, dummodo viva fide, convenientique puritate & devotione frequentetur.*

Act. 9. v. 19. Thom. à Kemp. l. 4. c. 9. n. 2. S. *Franc. de Sales lib. 2. epist. 41.*

5. *Cor hominis confirmat*, scilicet ut Hugo Cardinalis ait, *ad bonum faciendum.* Qui idem conficerat, quod in oratione Dominica, postquam à Deo petimus: *Fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra*, mox ut hunc effectum consequi valeamus, edocti simus petere sacratissimum Dominici corporis Sacramentum dicendo: *Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie, quasi dicamus, ut tuam possimus facere voluntatem, confirma corda nostra pane tui corporis.* S. Bernardinus inter alios divini hujus cibi effectus, sequentes quoque recenset: *Roborat*, inquit *mentem, & quodammodo carnem; mentem, ut perseverat in bono, carnem, ne ruat in malum. Roborat mentem, ut perseverat & crescat in bono, nam per hoc, quod mens per gratiam conjungitur in sacra Communione Christo, spiritualis ejus vita roboratur & confirmatur, sicut corpus roboratur per cibum.* Idem quoque in articulo 3. c. 3. ejusdem sermonis subnectit, dicens: *Facit hoc Sacramentum perseverare in via Dei, usque ad finem vitæ. Omnes virtutes sine perseverantia contra vitia pugnare possunt, sine perseverantia autem vincere nequaquam possunt. Cum igitur hoc Sacramentum in itinere Dei roboret & confirmet, ex consequenti sequitur, quod per illud anima perseveret.*

S. Bern. t. 1. ser. 56. A. 1. c. 4. *Art. 3. c. 3. Idem Ibid.*

6. Eximius quidam sæculi nostri Orator, in oratione quadam de S. Theresia, postquam dirí cultates, quas Seraphica hæc Virgo, ut reformationem Religionis suæ ad perfectionem perduceret, sustinuit, sicut & omnia quæ passa & operata fuit, examinasset, subjungit: Verumtamen nequaquam mirandum est, illam tam ardua negotia aggredi & perficere potuisse; siquidem cum die quadam pro more suo Angelorum pane cibaretur, os suum divino sanguine adeo repleri sensit, ut sanguis, quem ore continere non poterat, per faciem & vestimenta dimanaret; unde ipsa ex pretioso hoc sanguine, spiritu & vigore adeo repleta fuit, ut ardua aggredi, & perficere, molestiasque atrocissimas tolerare prævaluerit.

S. Theresia, ex eo confortata fuit ad aggrediendam ardua,

7. Postquam Salvator noster filiam Archi-Synagogi in vitam revocasset, *reversus est spiritus ejus*, inquit S. Lucas, *& surrexit continuo, & jussit illi dari manducare.* At vero quodnam in eo latet mysterium, quod filiæ huic resuscitatæ cibum dari præceperit, præsertim cum timere potuisset, ne parentes in subministrando corporali alimento, quemdam committerent excessum? Dubium S. resolvit Ambrosius, quando Christum non de corporali, sed de hoc Eucharistico cibo locutum fuisse asserit, in hæc verba: *Beatus ille, cui manum Sapientia tenet, animam meos quoque teneat actus, & dari mihi jubeat manducare, inde & illa Sapientia, quæ divini corporis & sanguinis sacrosancta altaria replevit alimentis; Venite*, inquit, *& edite panem meum*; qui namque vitam spiritualem manu tenere intendit, eo foveatur necessum est, qui *panis vivus & vitalis hodie proponitur.* Multi equidem in via Dei deficiunt, retro respiciunt, respectibus humanis & erubescentiæ resistere impotentes, quam mundus circa virtutem, humilitatem, & mortificationem Christianam, sibi impressam habet. Adeste autem, quotquot hujusmodi subjacetis malo; Ecce panis cor hominis confirmat, Morbum vestrum subtiliter detexit Salmeron, dum ait: *Quidam timore quodam vano ducti, à mensa Christi fugiunt, cogitant enim ac metuunt, qualis de ipsis sermo in aures populi spargendus sit, & quod vulgi fabula fient, si ad mensam Domini frequentius accedant*; hæc namque unica est dæmonis deceptio, ut nos à convivij hujus quod unicum est in via Dei perseverandi, omnesque mundanos calcandi respectus remedium, frequentia avellat. Ejusdem aliquando farinæ fuit Nicodemus, qui Christum allocuturus, dum publicum ejus discipulatum per tempus aliquod ex verecundia subterfugeret; nocte ad ipsum venit; verum enimvero quod subesse mysterium creditis, ut, quem vivum profiteri erubuerat, eumdem veluti infamem latronem tanta cum ignominia in cruce mortuum, coram infinito populo confessus, de paribulo depositerit? differentiam notate temporis, ante siquidem Christus suum necdum in Eucharistia sacratissimum dispensaverat corpus, quod ubi pridie fecisset, tantam ex eodem virtutem roburque hausit, ut omnem subito deposuerit Nicodemus mundi respectum. Cujus fidelissimum in labore socium, discipulum pariter primitus occultum, scilicet Josephum ab Arimathæa sub eodem stemmate nobis exhibet S. Chrysostomus dicens: *Inspice hujus viri fortitudinem, in mortis enim periculum se tradidit, inimicitias ad omnes assumens per benevolentiam Christi, & non solum audet corpus Christi petere, sed & sepelire*, qui sanctus Christi Discipulus plurimos utique, qui communionem publicam erubescunt, condemnabit; cui infelici hominum sorti, ne & tu annumereris ô Christiane! Petro Cellensi, obsequere dicenti: *Sanguinem pro sanguine repone, scilicet profuso in ara crucis, effusam in rubore confessionis*; Si namque Salvator tuus, suo te sanguine potat, ut tibi in virtute illius gloriam donet æternam, quam justum, quamque æquitati consentaneum fuerit, ut tu pariter in tanti boni recognitionem aliqua saltem sanguinis tui stilla, vultum tuum contingas, meritorie dictam perferendo erubescentiam?

Luc. 8. v. 55. Multi in via Dei deficiunt, defectu hujus divini cibi.

S. Ambr. l. 6. c. 9. in Luc.

Salmer. t. 9. tr. 42.

D. Chrysost. hom. 86. in Matth. in Cæten.

Pet. Cell. de Pœnit.

8. *Panis cor hominis confirmet.* S. Bruno hæc interprans verba, ita discurrit: *Panis vivus qui de cælo descendit, Sacramentum scilicet Dominici corporis, confirmet in omni perfectione cor, id est, animam hominis unicuiusque dignè suscipientis Sacramentum hoc*, ex quo in omnes, quotquot dignè ipso fruuntur, immensa redundat utilitas, dicente S. Thoma de Villanova; *Fructus ubertimus piè accedentibus præstatur; illuminatur intellectus, inflammatur animus, impinguatur affectus, excitatur gustus, vivificatur sensus, purificatur spiritus, virtutes augentur, dona cumulantur, gratiæ multiplicantur, & omnium denique bonorum spiritualium plenitudo in ejus participatione possidetur.* Scitisne, qualiter Deus in Ezechiele panem hunc nuncuparit, *baculum panis*; & apud Psalmistam, *firmamentum panis*; quia scilicet, ut S. Hieronymus discurrit; *Nihil ita vescentis animam roborat, quemodo panis vitæ, de quo scriptum est; & panis confirmat cor hominis*; Cujus novum eumque compendiosum fructuum cumulum exhibet S. Carolus Borromæus, dicens: *Gratiam in animam influit, cum purè & sanctè sumitur animam alit atque sustentat; vires animæ addit, efficitque ut spiritus divinarum rerum delectatione magis commoveatur, virtutibus augeatur, ac divinè corroboretur.*

Pſal. 103. v. 16. S. *Bruno Ibid.* Multiplices fructus digni communicantium. S. *Tho. de Villanova. conc. 3. de sacram.*

Exech. 4. v. 16. *Pſal. 104. v. 16.* S. *Hier. lib. Act. Eccl. Mediol. p. 512.*

9. Regius Propheta David olim lamentabatur, dicens: *Percussus sum ut fœnum, & aruit cor meum*; Sed unde putas in viro hoc sanctissimo Deoque pleno hæc procedebat ariditas? quia scilicet *oblitus sum comedere panem meum*; Sed de quo pane Propheta hic loquitur? An vero, ut Cassiodorus quærit, quemadmodum potestat de omissione conqueri panis corporalis, qui se jejuniis gaudebat affligi? Nimirum in Spiritu propheticò Fideles docere & hortari voluit, quod causa propter quam Spiritus, & devotionis penuria laborant, & nonnumquam in virtutibus vacillant, sit raritas Communionis, seu quia raro, ad divinum hunc panem sumendum accedunt. Audiamus B. Laurentium Justinianum de eo qui in Communione sumenda frequens est, his verbis loquentem: *Ex quo ferventior in dilectione, fortior in labore promptior in opere, in tentatione prudentior, solicitior in virtute, in administratione alacrior, nec non & in ipsius frequentatione efficitur ardentior.* Alibi quoque de Eucharistia diffusè discurrens idem hoc tangit argumentum, scilicet quod humana debilitas corroboretur, ut magnis ad perfectionem passibus properare possit: *Frequentatur*, inquit, *in Ecclesia ut justis gratiam, peccantibus veniam, debilibus robur, lætitiam mœstis, diligentibus exultationem, natantibus spem, credentibus pacem, victoriam certantibus, captivis libertatem, atque defunctis conferat requiem.* S. Bonaventura quoque multa ab hoc pane derivantia bona recensens, dum ait: *Peccatorum remissio,*

Pſ. 101. v. 5. Continuatio eorumdem fructuum. *Cassiodor. Ibid.*

B. Laur. Justin. de disc. & perfect. Mon. Convers. c. 19.

B. Laur. ser. de Euch.

S. Bonav. t. 7. de præparat. ad Miss. c. 5. *missio, fomitis mitigatio, mentis illuminatio, interior refectio, Christi, & corporis ejus mystici incorporatio, virtutum roboratio, contra Diabolum armatio, fidei certitudo, spei elevatio, charitatis excitatio, devotionis augmentatio, & Angelorum convivatio.* Idem quoque Seraphicus Doctor alibi authoritatem adducit D. Chrysostomi: *Teneritudinem admirantis amoris Christi erga nos, dum nos Eucharistico lacte nutrire voluit*, dicit enim: *Concordat dictum Chrysostomi cum dicto Pythagorino Philosophi dicentis; Quod pueri qui nutriuntur, & educantur lacte matris, vegetiores sunt, & virgosiores, & etiam pulchriores, quam si nutriuntur lacte alieno*, ut ait Gellius; *Et ideo homo accedens ad S. Mensam, debet præcipua cogitare*; Considerabilis quoque est, quam Thomas à Kempis Eucharistiæ refert prærogativam, nimirum quod ad recuperandum vigorem & Spiritum antea perditum virtutem subministret: *In hoc Sacramento*, inquit; *confertur spiritualis gratia, & reparatur in anima virtus amissa, & per peccatum reformata redit pulchritudo, tanta est aliquando hæc gratia, ut ex plenitudine collatæ devotionis, non tantum mens, sed & debile corpus vires sibi præsitas sentiat ampliores.* Idipsum quoque S. Bernardinus his verbis tangit: *Non solum anima*; inquit; *sed etiam ipsa humana caro tanta stabilitate fulsitur, quod illum prospera non seducunt, nec adversa confringunt.* Et paulo post in eodem sermone subdit: *Relevatur velocius humana fragilitas post ruinam, virtute sanctæ Communionis.*

D. Chrysost. cit. à S. Bonav. in c. 6. Joan.

Aul. Gell.

Thom. de Kemp. l. 4. c. 1. n. 11.

S. Bernard. t. 1. ser. 54. A. 1. c. 4.

Ibid. A. 2. c. 4.

DISCURSUS XVIII.

ARGUMENTUM.

Agnus Sacramentalis animas ad se accedentes mundat à peccatis, & purificat.

THEMA.

Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi; Joan. 1. vers. 29.

Tollit hoc SS. Sacramentum peccata.

1. SAnctissimum hoc Sacramentum, quod quando Angelorum panem per suos distribuit ministros, hæc verba, *Ecce Agnus &c.* præmittere soleat; ex quibus clarè deducitur, quod præcipuus quidam hujus Agni Eucharistici effectus, sit remissio & indulgentia peccatorum. Ideo etiam in consecratione sanguinis specialis fit mentio ejusdem effectus, dum dicitur: *Qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Sententia quoque est S. Paulo à Spiritu Veritatis dictata, quod *sine sanguinis effusione non fit remissio*; Atque ideo ut hæc remissio peccatorum à nobis percipiatur, Agnus ille qui dicitur *Agnus occisus ab origine mundi*, in sacrificio incruento salutarem hunc sanguinem pro mundanis animabus nostris quotidie fundit; Et ideo S. Paschasius de hoc sanguine differens, ait: *Sicut in remissionem fusus est peccatorum, & traditus, ita ad hoc bodie in remissionem comeditur; & potatur delictorum, ut quia in terris sine quotidianis, lecibusque delictis vivere non possumus, tali esca & potu refecti, sine macula, & ruga inveniamur.* S. Carolus proinde inter alios hujus Sacramenti fructus, hunc quoque agnoscit, quod scilicet *venialia peccata hoc etiam in Sacramento remittantur*; ut meritò dicat S. Ambrosius: *Panem hunc quotidianum sumi in remedium quotidianæ infirmitatis. Vires præbet*, inquit idem S. Carolus Borromæus, *ut à crimi-nibus Fideles, puros, & integros, atque à tentationum impetu incolumes se conservent; ac præterea tamquam cœlesti medicamento animam præparat, ne alicuius mortiferæ perturbationis veneno facile infici & corrumpi queat. Concupiscentiæ ardorem debilitat, dum Charitatis igne animos Fidelium vehementer inflammat.* Unde sicut malignus serpens venenum suum in Fidelium animas infundere numquam desinit, ita Deus divinum hoc nobis comparavit antidotum & mithridaticum ne nos inficere & intoxicare possit. S. Thomas quoque S. Ambrosij testimonio innixus, beneficium hoc remissionis culparum venialium, quod ex communione recipimus conferans ait: *Competit huic Sacramento, ut remittat peccata venialia.* Similiter S. Bernardus in celebri illo sermone de ultima Cœna dum ait: *Duo illud Sacramentum operatur in nobis, ut videlicet, & sensum minuat in minimis, & in gravioribus peccatis tollat omnino consensum*; Quod ut ad majorem intelligentiam nostram melius exemplificet, subjungit: *Si quis vestrum non tam sæpe modo, tam*

Hebr. 9. 22.

Apoc. 13. 8.

S. Pasch. de corpore & sang. Dom. c. 15.

Maximè venialia.

Act. Eccl. Mediol. p. 512.

S. Th. 3. p. q. 97. A. 4.

S. Bern. in cœna Dom.

acerbos sentit iracundiæ motus, invidiæ, luxuriæ, aut cæterorum hujusmodi, gratias agat corpori, & sanguini Domini, quoniam virtus Sacramenti operatur in nobis.

2. Deus olim agnum paschalem decimo die Lunæ in domum adduci præcepit, tametsi solum decimo quarto Lunæ sacrificandus esset; At vero quodnam existimaris hujus anticipationis fuisse mysterium? Nazianzenus optimum nostroque propolito valde congruum in eo advertit acumen; dicit enim: *Si primum, & ultimum diem inclusivè computes, quinque dies antè sacrificium adducti agni reperies, qui quinque sensus corporis significant, à quibus peccata suam trahunt originem; Observatur porro in quantum diem*, inquit, *quia victima mea id habet*, (de Agno Eucharistico loquebatur) *ut sensus expurget, à quibus peccatorum oritur, & circa quos bellum committitur*; utpote peccati aculeum admittentes. Est enim Communio frænum quoddam, quo inordinati appetitus nostri intra rectitudinis limites continentur. S. Bonaventura ex S. Bernardo de hoc Sacramento ita scribit: *Per hoc fit homo mansuetior ad correctionem, patientior ad laborem, ardentior ad amorem, sagacior ad cautelam, ad obedientiam promptior, ad gratiarum actiones devotior.* Specialius vero quoad vitia, quæ in virtute hujus cœlestis frumenti eradicantur, B. Laurentius Justinianus ait: *Ex hujus sumptione devota cessant odia, contentiones sopiuntur, dirimuntur lites, vitia displicent, diligitur pudicitia, terrena vilescunt, efficiturque homo alter, non per naturam, sed per gratiam, mutatusque totus in melius. Compescit linguam, amat silentium, orationi vacat, fraternitatis custodit unitatem, cordis sectatur munditiam, & quidquid Deo placere cognoscit.* Salmeron frequentem ad hanc cœlestem mensam accessum persuadere nititur, dum ita discurrit: *Alij raro communicant, ob pigritiam quamdam & soporem spiritus*; juxta illud: *Absondit piger manum suam sub ascella, nec ad os suum applicat eam.* Idem Author ad varia quoque se reflectit motiva, propter quæ ab hoc se subtrahant Sacramento; Præsertim vero quod frequentiorem confessionem, quæ Communionem præcedere debet, nimium pondus onusque esse sibi persuadeant, gravissimum & intolerabile jugum æstimantes, his illisve valedicere lubricis conversationibus, & ludis, amicis, voluptatibus, alijsque satisfactionibus; *Sed qui ita cogitant*, subnectit dictus Author, *misere seducuntur, ignorant enim illud Salomonis: Melior est finis orationis quam principium, & in dies magis ac magis Dei famulatus atque obsequium dulcescit, & quæ aspera erant, complanantur.* In cujus probationem sequentem S. Augustini ex Tom. 7. lib de Natura & Gratia adducit propositionem dicentis; *Ut displiceat quod placebat, & suave fiat quod non delectabat, hoc facit gratia Dei, quæ hominis præparat voluntatem*; Deinde prosequitur Salmeron inquiens: *Si ergo frequenter hanc viam Communionis teras, non erit difficilis, & minus in peccata incides, & promptius te præparare ad illam poteris.*

Exod. 12.

Nazianz. Orat. 42. Panis Eucharisticus expurgat sensus, à quibus oriuntur peccatum.

S. Bonav. t. 7. de compend. Theolog. verit. tit. 1. c. 25.

Salmer. t. 9. tr. 41. pr. 16. 24.

Salmer. Ibid. Vana motiva ob quæ aliqui se à S. Communione subtrahunt.

3. Futilis pariter eorum est excusatio, quam non pauci prætendunt, dicentes, se numquam ad tanti Sacramenti participationem dignè se præparare posse; Adesto enim quicumque talis es, & S. Cyrillo Alexandrino, si potes, respondeat, ita te alloquenti: *Ego probo meipsum, & indignum invenio, quando igitur quicumque tu es, qui ista dicis, dignus eris? Nam si peccando indignus es, & peccare non desinis (quis enim delicta intelligit secundum Psalmistam) expers omnino eris vivificæ hujus sanctificationis. Quare pias quæso cogitationes suscipias, studiosè sancteque vivas, & benedictionem participes, quæ (mihi crede) non mortem solum, verum etiam morbos omnes depellit, sedat, cum in nobis maneat Christus, sacrientem membrorum nostrorum legem.* Militia quidem *est vita hominis super terram*, adeoque in continuis agitamur carnis spiritusque conflictibus, dum *Caro concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem*; Quam vero fortissimam creditis his in præliis nobis obtingere posse, ne vincamur, armaturam? Responsum à B. Laurentio Justiniano excipiamus dicente: *Si quis fatigatus in prælio reparare vires concupiscit, sacrosancta corporis Christi, fideliter sumat mysteria, & statim convalescet in melius, prisina restaurata virtute.* In cujus confirmationem sequens pariter subserviet, quinque singularissima cœlestis hujus mensæ beneficia referentis, Alberti Magni sententia, quæ dicit: *Confert hoc Sacramentum gratiam Communionis; Et super hanc, gratiam expiationis; Et super has duas, gratiam redemptionis; Et super has tres,*

Refellitur ratio, qua dicunt, se esse indignos. *S. Cyrill. l. 4. in Ioan. c. 87.*

Iob. 7. 1.

Gal. 5. 17. S. Communio est fortis armatura. *B. Laur. Iust. de Discipl. monast. c. 29.*

Alb. Magn. dist. 1. c. 3.

confert gratiam vivificationis; Et super has quatuor, dat gratiam refectionis spiritualis; Et super has quinque significat nobis gloriam æternæ beatitudinis; Pro quibus corroborandis illum Psalmistæ textum (*Lavabis me & super nivem dealbabor*) adducens observat, quod Regius Vates immediate hæc verba præmiserit: *Asperges me Domine hyssopo, & mundabor.* Quibus omnibus enucleatius ponderatis, suum ita prosequitur discursum: *Hyssopus herba est sanguinis & pulmonis purificativa, sanguinem Christi significans, qui nos omnes expiat à maculis peccatorum.* Unde Apoc. cap. 7. dicitur de omnibus expiatis: [*Laverunt stolas suas, & dealbaverunt eas in sanguine Agni*,] *quia quidquid in conversatione operis, vel observantia cordis, vel affectibus, & sensibus animæ, vel cogitationibus spiritus inveniur, non expiatur, nisi sanguinis Christi aspersione.* Neque veritas hæc fusiorem exigit probationem, quam ipsa confirmat experientia, qua docemur, quod raro communicantes omnibus se conspurcent maculentque culparum sordibus.

4. S. Bernardinus, ut insignem hunc remissionis peccatorum, quem Eucharistia præstat, probet effectum subtiliter confideret, qualiter incarnata Sapientia nobis orationem Dominicam tradens, postquam panis Eucharistici ingessisset mentionem dicens (*Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*) mox indulgentiam, & peccatorum absolutionem à nobis peti voluerit his verbis: *Et dimitte nobis debita nostra*, ut scilicet augeatur in cordibus nostris illa *Charitas* quæ *operit multitudinem peccatorum*, quæ dimissis peccatorum debitis media Communione mirum in modum accenditur; in Communicantium animabus; Ac proinde dictus Sanctus ait: *Secundum bonum est fervor Charitatis*; Unde Eccl. 32. dicitur: *Gemmula Carbunculi in ornamento auri*; quia sicut Carbunculus primum inter gemmas occupat locum, ita Eucharistia inter Sacramenta: Hanc autem gemmam Carbunculum nominari dicit, *quia est ignitus ut carbo, & significat Corpus Christi, quod cor accipientis ornat Castitate, & inflammat Charitate.* Equidem peccatum originale à primis parentibus ad nos transfusum, omnes nostras operationes tamquam universale inficit contagium, dicente Psalmista: *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea*; Et Isaia id attestante, dum inquit: *Facti sumus ut immundus omnes nos, & quasi pannus menstruatæ, universæ justitiæ nostræ.* Sed quod huic malo servire putatis remedium? Nimirum ad Panem convolate cœlestem, si ab eo liberari cupitis: *Ex hoc enim quod Panis hujus Eucharistici Communio reddit Charitatem magis ignitam, adjuvat ad consumendam peccati originalis rubiginem.* Etenim cum omnia Sacramenta eo fine instituta fuerint, ut animam ab antiquo peccati originalis contagio mundent & purgent; eamque per gratiam sanctificent, quis idipsum huic Sacramento in quo fons omnium Sacramentorum continetur, convenire inficiabitur? Idem quoque Sanctus in alio quodam sermone tom. I. sequentem stabilit propositionem quæ valde consolatoria est pro illis, qui huic sacrosancto convivio avide inhiant: *Contingere potest*, inquit, *quod tanta devotione meus per sumptionem Sacramenti in Domino absorbeatur, quod ab omnibus venialibus expurgetur: Hanc tamen perfectionis effectum, plurimum impedit vaga distractio mentis, & accessus ad Sacramentum cum proposito venialia committendi.* Mox quoque ex sententia S. Thomæ subjungit dicens: *Hoc Sacramentum secundum Thomam abluit scelerum nominatur, vel quia futura impedit, vel quia virtute illius Sacramenti Deus illa quæ non sunt in hominis conscientia, vel sunt oblita dimittit.* Quot porro sunt, qui ob illiculo sumptæ Communionis reverentiam, totum illum diem vel devotioni impendunt, vel saltem ne illum pravo quodam opere prophanent, summo studio cavent.

5. Quando Princeps aliquis in itinere constitutus in pauperculam egeni hominis domum, vel in publicum aliquod hospitium divertere cogitur, suos solet mittere cubicularios, qui conclave in quod Princeps recipiendus erit, aulæis exornent, nitideque sordes ab eo omnes expurgent. At vere *O quam magnum suscipit Dominum* (verba sunt Ven. Thomæ à Kempis, Christianum Communione sacra refectum alloquentis) *quam dilectam inducit hospitem, quam jucundum recipit socium, quam fidelem accepit amicam; quam speciosam & nobilem amplectitur sponsam*; hunc nihil ideo offendere potest sicut peccatum & divinæ Legis transgressio; Hæ sunt sordes, quæ hospitium cordis nostri deædant; At vero, ut S. Thomas de Villa nova ait: *Quid dicam Domine Deus? Hoc unum video, hoc unum scio, quia quas diligis animas, ipse purificas, ut placeant coram oculis tuis*; Ipse animabus, in quibus recipiendus est, ornamentorum debitorum confert apparatus, scilicet actus amoris & contritionis, proposita firma ipsum non offendendi amplius, perque hos actus virtuosos hospitium purificat & exornat. Præterquam quod hoc Sacramentum, ut de eo Bernardinus ait: *Valet ad delendam maculam cordis*, teste Propheta, qui ait Psalm. 69. *Nive dealbabuntur in Selmon. Selmon enim mons Dei est, & umbra interpretatur*; Et sicut Glossa ait: *Corpus Christi significat, quia sicut de lumine & corpore oritur umbra, ita in Christi corpore est lumen Divinitatis, & caro humanitatis; in hoc siquidem umbroso monte super nivem dealbabuntur Fideles, quia virtute corporis Christi mirabiliter mundantur à macula venialium, & quandoque etiam mortalium*; adducensq; illum Isaiæ c. 43. textum: *Ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propter me*; inquit: *Delentur autem maculæ venialium peccatorum ex corde, ex charitatis fervore, cum quo sumitur corpus Christi; delentur etiam quandoque mortalia, quando non ex negligentia, sed ex memoriæ insufficientia & labilitate oblita sum.* Porro infirmitates animæ funt culpæ & affectiones vitiosæ, quæ à cœlesti hoc Medico, qui dicit: *Non est opus valentibus Medicus, sed male habentibus*, per hoc curantur medicamentum, quod ut in Discursibus præcedentibus diximus, *Pharmacum immortalitatis*, glorioso nomine appellatur; optimè proinde Albertus Magnus de hoc Sacramento hunc in modum arguit: *Si omnibus Sacramentis nostras Christus sanat infirmitates, maxime tamen hoc facit in hoc Sacramento, in quo ipse totus in Deitate, & humanitate, & gratia continetur.* Christo igitur his verbis: *Comedite amici, & bibite*, nos invitanti aures & cor nostrum aperiamus, nec ullus nostrum sit qui accedere detrectet, quia ut Villanovanus inquit; *Si peccator est, accedat, & inveniet indulgentiam, si ægrotus inveniet medicinam, si justus inveniet gratiam, si mortuus, vitam.*

6. Angelicus Doctor ad mutationem, quam Christus in materia & substantia panis & vini operatur, dum illam in beneficium in carnem & sanguinem suum transubstantiat, se reflectens, ingeniose considerat, quod *cum irrationalis creatura, & inanimata*; scilicet *panis mutatur in melius, scilicet in corpus Christi, verbo Dei, mirum sit, quod peccator homo, nec multis verbis, nec beneficiis, nec commintione, nec promissione, converti possit à mala vita in bonam.* Dubium non est, quin sicut Sacramentum hoc virtutem habet delendi & abolendi peccata nostra, panisque substantiam in corpus suum transubstantiandi, ita quoque pari facilitate corda nostra movere, nosque ad vitæ & morum mutationem perducere posset, sed ad hoc nostrum requiritur beneplacitum & cooperatio; atque ideo in convivio illo Assueri, quod viva hujus Eucharistici figura fuit, non sine causa nullus fuisse dicitur, *qui nolentes cogeret ad bibendum*; unicum malum ex parte nostra est, quod ad hoc Sacramentum stomachum farina Ægyptiaca plenum habentes, accedamus, atque ideo ex cœlesti hoc Manna nullum percipere provectum possimus. Pessimum quoque peccati semen sunt cogitationes: desideria, & suggestiones pravæ, nam ut in Evangelio dicitur: *De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemia, hæc sunt, quæ coinquinant hominem.* At vero quodnam Deus malis his omnibus remedium providit? S. Bernardinus de hoc Sacramento tractans, inquit: *Valet ad resistendum cogitationibus pravis.* Unde Canticorum primo dicit anima Justi: [*Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi*] *myrrha siquidem corpora servat illæsa, quia dilectum Domini suscipimus, sicut fasciculum myrrhæ, eo quod in hoc Sacramento passionem ejus ad memoriam revocamus.* Concilium Tridentinum de prærogativis Eucharistiæ, quibus alijs Sacramentis supereminet, differens, ita definit: *Illud in ea excellens, & singulare reperitur, quod reliqua Sacramenta, tunc primum sanctificandi vim habent, cum quis illis utitur, at in Eucharistia ipse sanctitatis Author ante usum est.* Hic enim Deus ille præsens est, qui per æternæ veritatis verba protestatur, dicens: *Ego sum, ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propter me*; ubi bis repetit *Ego sum*, ut tanto firmius realem & corporalem suam in hoc Sacramento præsentiam inculcet; qua peccata nostra delet, ne contaminatum in nobis hospitium inveniat.

DISCUR-

DISCURSUS XVIII.

ARGUMENTUM.

Sacramentum hoc, utpote unitatis & pacis symbolum, discordes, & vindictam meditantes rejicit, & mansuetudinem in accedente requirit.

THEMA.

Filij tui sicut novellæ olivarum in circuitu mensæ tuæ, Psalm. 127. vers. 3.

S. Eucharistia est Sacramentum pacis & unitatis, designatum per olivam.

1. REgius Psalmista David, dum in spiritu absorptus Fideles, ut novellos olivæ ramos Eucharistiam cingentes conspexit, mensæ Eucharisticæ institutionem his verbis prædixit; Notandum vero, quod paulo ante dixerit: *Uxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ*; Ubi per Uxorem & Sponsam Christi Ecclesiam intelligebat, quæ per hoc Eucharistiæ sponsalitium facta fuit, sicut vitis quædam fertilis & abundans, vinumque subministrans, sub cujus specie sanguis consecratur Salvatoris. Unde Albertus Magnus ait: *Fideles qui generati sunt de matrimonio Christi & Ecclesiæ, sunt sicut novellæ olivarum pacifici, signum enim pacis oliva.* Inter omnes namque arbores oliva pacem specialius repræsentat; ac proinde merito animæ Christianæ tamquam novellæ olivarum ad hoc Sacramentum invitantur, utpote Sacramentum est unitatis, concordiæ & pacis; Sic enim & S. Concilium Tridentinum in principio Sessionis 13. ubi de Eucharistia prolixè agit, idem Sacramentum hoc titulo honorat, dicens: *Quam Salvator noster in Ecclesia sua, tamquam symbolum reliquit ejus unitatis & charitatis, qua Christianos omnes inter se conjunctos, & copulatos esse voluit.* Ecclesia quoque in Festo Corporis Christi in secreta Missæ oratione ita orat: *Ecclesiæ tuæ, quæsumus Domine, unitatis & pacis proprietas dona concede, quæ sub oblatis muneribus mystice designantur.* Et in incruento sacrificio priusquam Communio sumatur, hæc verba quotidiè dicere consuevit: *Agnus Dei qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem*; sub quorum verborum pronunciatione ex communi Ecclesiæ usu pax circumferri & annunciari consuevit; imò & ipsum verbum communio suam ab unione etymologiam trahit; ideo quoque Eucharistiam instituit, *in qua nocte tradebatur*, quando scilicet genus humanum per sanguinem suum æterno Patri reconciliavit, Apostolo teste, qui ait: *Cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filij ejus.*

2. Una ex celeberrimis hujus panis Angelorum Veteris Testamenti figuris Manna fuit; de quo ad propositum nostrum notandum est quod refertur in Exodo, videlicet: Quod quando Deus ad populum suum sustentandum Manna de cœlo in terram demittere voluit, illud in castra, & militum tabernacula nequaquam sed extra illa demisit, cum tamen coturnices intra castra volare permiserit: *Ascendens coturnix cooperuit castra, mane quoque vos jacuit per circuitum castrorum.* Rupertus Abbas proinde nos monet, ut si cœlesti hoc Manna frui velimus, extra militum castra & habitacula nos separare debeamus, dicit enim: *De castris igitur illis exeundum sibi est, quicunque hoc minutum, quod detulit vos iste, colligere contendit.* Quod si igitur Manna, quod remotus quidam coporis Christi typus erat, castra militaria adeo abhorrebat, longè verisimilius est figuratum discordiam & dissensiones longè magis detestari. Ideo quoque Salvator per infinitam Sapientiam suam Sacramentum hoc, velut mundi sustentaculum, ut in primo discursu probavimus, instituturus, inter omnia totius mundi loca, non Romam, nec Capitolium, sed Jerosolymam, visionem pacis dictam, elegit, de qua scribitur: *Posuit fines tuos pacem*, & immediatè post ad hujus sacramenti institutionem prophetandam non sine hujus mysterio addidit: *Et adipe frumenti satiat te.* In officio quoque divino Festi Corporis Christi, hic Psalmus canitur: *Lauda Jerusalem Dominum, lauda Deum tuum Sion, Quoniam confortavit, &c.* Super quæ verba Beatus Laurentius Justinianus ait; *Dilce Jerusalem ingredi cum Apostolis, parare cœnaculum, & cum Domino Jesu sanctum Pascha, habeto pacem cum Deo tuo, habeto cum omnibus.* Præterea prima cœna Eucharistica in cœnaculo Sion celebrata fuit, de quo idem Psalmista tot ante sæcula his verbis prædixerat: *Factus est in pace locus ejus & habitatio ejus in Sion, Ibi confregit potentias arcuum, scutum,*

gladium & bellum, quasi dicere vellet, ex quo agnus pacificus & mansuetus, Sacramentum videlicet Eucharistiæ, in hoc loco instituendum, omnes dissensiones, & discordias exulare, omniaque bellorum paci adversantium instrumenta, arcus videlicet, scuta & arma confringere voluit. Quamnam existimatis fuisse causam, ob quam Sacramentum hoc sub speciebus panis & vini instituere disposuerit; nimirum ut ad hanc unionem alluderet, quam per hoc Sacramentum Fidelibus suis insinuare volebat, siquidem tam ad faciendum panem, quam ad vinum conficiendum multa grana, & acini multi uniri & conjungi debent. Unde S. Augustinus ait: *Corpus & sanguinem in ijs rebus commendavit, quæ ad unum aliquod redigantur ex multis, panis enim ex multis granis in unum conflatur, vinum vero ex multis acinis.* Observandum quoque est, quod tametsi in nocte illa, in qua hoc Sacramentum instituit, humana & diabolica crudelitas magis quam umquam contra mansuetum hunc agnum exacerbata fuerit, & furere cœperit, ita etiam, à proprio Apostolo in manus satellitum traditus fuit, nihilominus ipsum cum signo pacis & osculo receperit; Item probè sciens se à Petro negandum, omnibusque alijs Apostolis derelinquendum esse, nihilominus ne vel minimum asperum verbum in eos retorsit, quia scilicet jam consecratus inque Eucharistia depositus erat agnus pacis, felle carens rancoris & malevolentiæ,

3. Sacramentum hoc Charitatis est singulare fomentum ideoque S. Augustinus ait: *Commendat nobis Deus in isto Pane unitatem amare*; unde & in sacris Canticis ad hoc convivium his verbis invitamur: *Comedite amici & bibite, & inebriamini charissimi*, qua invitatione præmissa immediate subjungitur, *Ego dormio & cor meum vigilat*; ubi notandum, quod quamvis in numero plurali diversi invitentur, nihilominus requies in numero singulari importetur, quia nimirum ut Gillibertus Abbas advertit, in virtute sacræ communionis Fideles (quemadmodum particulariter in primis illis Ecclesiæ nascentis temporibus accidebat) ita uniuntur, ac si uno corde & unica dumtaxat anima vivificarentur juxta illud: [*Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una.*] *Quid mirum, si ad communem invitationem responsum redditur singulare; multi charissimi sed omnium est cor unum, & anima una, amor unit, & anima inebriat.* Ita nimirum teste S. Luca Fideles in primitiva Ecclesia summè concordes inque charitate uniti erant, quia erant perseverantes in Communicatione fractionis panis; Nec id cuiquam mirum videatur, quoniam ut S. Cyprianus inquit: *Quibus unus est panis, unum est corpus, & omnium unum cor, & anima una, uni Christo adhærens.* Ad idem porro intentum deservit illud quod S. Joannes scribit, scilicet quod postquam Salvator noster variè de Sacramento altaris discurrisset, Judæi se quam alienissimos demonstrarint, undè & exclusi fuerunt, sed modum obsecro & phrasin observetis velim, qua Spiritus Sanctus præsentem exprimit historiam inquiens: *Litigabant ergo Judæi ad invicem dicentes, quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* Quia nimirum litium, dissensionum, odiorumque amicus, prorsus indignus est, qui ad hoc accedat Sacramentum, quin potius omnino ab hac mensa sequestrandus. Quibus proinde conformem verbis sequentem V. Beda instituit discursum dicens: *Litigabant ergo ad invicem, quoniam panem concordiæ non intelligebant, nec sumere volebant; nam qui manducant talem panem, non litigant ad invicem, quoniam unus panis & unum corpus multi sumus, & hunc fecit Deus hujusmodi habitare in domo.* Aft objeceritis mihi forsitan, quod in ultima cœna Apostoli de superioritate disceptare cœperint, siquidem *facta est contentio inter eos, quis eorum videretur esse major*; aft huic ergo Objectioni respondeo, dictam controversiam non post, sed ante Eucharistiæ institutionem obtigisse, imo potius tanto postmodum affectu suum omnes prosecuti sunt Magistrum, ut varia generosi animi ediderint indicia; hinc S. Thomas dicebat; *Eamus & nos, ut moriamur cum eo*, Petrus pariter suas contra armatam turbam extendit vindices manus; cum tamen ante in Cœna, licet traditorem agnovissent, nullus omnino Apostolorum eum aut è cœnaculo ejicere, aut verbo aspero aggredi præsumpserit, quoniam ut ex S. Augustino didicimus: *Deus commendavit in ista unitatem amare*; & quia agnum qui pacem donat, etiamnum in stomacho suo habebant.

4. Verisimile est, Josephum injuriam, crudelitatem

Psalm. 50. 9. — *Ibid.* — Apoc. 7. 14. — S. Bern. t. 2. ser. 55. A. 2. c. 3. — Quod per S. Eucharistiam dimittantur peccata, patet ex oratione Dominica. — 1. Pet. 4. v. 8. — *Ibid.* A. 2. c. 2. — Eccl. 32. 7. — Psal. 50. 7. — Isa. 64. 6. — *Ibid.* c. 3. — S. Bern. t. 1. ser. 54. A. 2. pag. — S. Thom. Aq. — In S. Communione magnus suscipitur Dominus, qui delet culpas, & ornat animas. S. Thom. à Kempis l. 4. c. 3. n. 4. — S. Thom. de Villa nova conc. 3. de sacr. — S. Bern. t. 2. serm. 55. A. 3. c. 1. — Psal. 69. Glossa. — Isaiæ 43. 25. — Matth. 9. v. 12. — Alb. Magn. dist. 6. tr. 1. c. 1. — Cant. 5. 1. — S. Thom. de Villa Nova conc. in die corp. Chr. — S. Thom. opusc. 58. c. 11. — Continuatio ejusdem materiæ. — Isaia 43. v. 25. — Esth. 1. 8. — Matth. 15. v. 19. 20. — S. Bern. Senens. t. 2. ser. 55. A. 2. c. 1. — Cant. 1. 12. — Alb. Magn. ibid. — Conc. Trid. sess. 13. c. 3. — Exod. 16. v. 13. Manna, figura hujus S. Sacramenti, cecidit extra castra; & quæ hujus ratio. Rup. Abb. lib. 3. in Exod. c. 15. — Rom. 5. 10. — Psal. 147. 14. Nempè, quod sit symbolum pacis. — Psal. 147. 1. Ibid. v. 2. — B. Laur. Justin. de triumph. Christi agone c. 1. — Psal. 75. 3. 4. — S. Thom. à Villa Nova conc. in die corp. Chr. — Sic & in supremente S. Eucharistiam exulare debent omnes dissensiones & bella. — S. Aug. tr. 26. in Joan. — Conc. Trid. sess. 13. c. 2. — S. Augustin. serm. 83. de diversis. — Cant. 5. 1. ibid. v. 2. — Est enim Sacramentum amoris & unionis. — Gillib. Abb. serm. 42. in Cant. — Act. 4. 32. — Ioan. 11. 16. — S. Cypr. de cœna Dom. — Ioan. 6. 53. Cur Christo, de hoc sacramento agente, litigarint Judæi. — V. Beda ibid. — Luc. 22. v. 24. — S. Augustin.

Quomodo convivium, quod Joseph institutis fratribus suis, fuerit figura hujus S. Sacramenti.

& inhumanitatem fratrum suorũ à quibus Madianitis venditus fuerat, multis annis in mente sæpius revolvisset; & tametsi tandem tempus advenisset, in quo illis execrandum scelus in se commissum non quidem ex vindicta, sed pro correctione ipsorum improperare eis poterat, attamen nusquam illum nequidem per umbram ijs indignatum fuisse reperietis; quin potius œconomo suo præcepit: *Instrue convivium, quoniam mecum sunt comesturi meridie*; hoc autem convivio epulum præfigurabatur Eucharisticum, quia *omnia in figura contingebant*; & ideo verus non jam Ægypti sed totius mundi Salvator, post tot à Judæis, suis secundùm carnem fratribus, acceptas injurias, numquam ob eas illis indignatus fuit, sed potius instruxit convivium, quia [*in qua nocte tradebatur, accepit Panem.*] *Ubique gratiosus Joseph*, inquit Petrus Cellensis, *sed in convivio magis, multoque amplius jucundus, in convivio non retinet injuriam, extendit munificentiam; in convivio juxta Scripturam cibando inimicum, sanat malevolentiam.*

Cant. 43. 16.

1. Cor. 11. 23. Petr. Cellens. de panibus cap. 1.

Cur verba Centurionis præmittantur in distributione hujus sacramenti.

5. S. Mater Ecclesia piam hanc introduxit consuetudinem, ut in distributione sacræ communionis, Sacerdos illam ministrans verbis utatur Centurionis Christo dicentis; *Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum*; Licet aliunde hoc favore tum propter natales, quibus oriundus fuerat, tum propter munus quo fungebatur, tum denique propter beneficentiam suam dignissimus esset; Unde & Seniores Judaismi Christum accedentes dixerunt ei; *Dignus est, ut hoc illi præstes,* [*dilexit enim gentem nostram, & Synagogam ipse ædificavit nobis.*] Cum igitur verisimile sit, ipsum sanctè ambivisse, ut Christum Deum in domum suam recipere posset; cur obsecro Christo in domum ejus descendere volenti, se opposuit, dicendo: *Domine non sum dignus.* Origenes dubium hoc solvit, dum ait: *Miles erat gladio accinctus, sanguinem fundens, ad prælium exiens, & ob hoc ait: Non sum dignus*; per cœlestem namque instinctum probè intelligebat, quod ex quo Christus continuo manſuetudinem prædicabat & docebat dicens: *Discite à me quia mitis sum*, ipsum tamquam pacis authorem, domum suam, quæ velut armamentarium, & quoddam belli fomentum erat; prorsus esse abominaturum, ac proinde dicebat: *Non sum dignus &c.* Ut per hoc nos instrueret, ut quando manſuetus hic agnus in communione distribuendus è tabernaculo vel sacrario educitur, consideremus nos indignos esse, qui illum in hospitium animæ nostræ recipiamus, maximè, si in ea odium, rancor, vel discordia aliqua prædominetur.

Orig. h. in diver.

Matth. 11. v. 29.

6. S. Augustinus ad propositum nostrum sequentem discursum instituit; *Vix credo*, inquit Sanctus *aliquem nostrùm in armario, in quo vestes præcipites & pretiosas recluſas habet, permissuram esse, ut in eo carbo aliquis ignitus, imo ne minima quidem scintilla scienter permaneat, semper enim formidabit, ne vestes luculentiori igne indè oriundo absumantur*; unde hanc deducit consequentiam: *Rogo vos fratres, qui in arca sua non vult scintillam ignis includere, quare in anima sua flammam iracundiæ non timet accendere? sed quare hoc fiat, manifestè & evidenter cognoscimus. Ideo enim in arcam ignem non mittimus, quia diligimus vestem nostram, flammam verò iracundiæ, ideo non extinguimus, quia non solum non diligimus, sed etiam odio habemus animam nostram, secundùm id, quod scriptum est, qui diligit iniquitatem, odit animam suam.* Simile quoque modo in praxi quotidiana videmus, parum nos curare, quod hunc iracundiæ ignem in sinu nostro habentes, vestem Christi, id est, carnem, & corpus ejus sacratissimum recipiamus. Aureum proinde est illud D. Chrysostomi monitum, dicentis: *Si tibi contra inimicum dolor est, solve iram, inimicitias laxa, ut remedium de mensa recipias. Occisus propositus Christus est, & cur occisus est, videamus, ut cœlestia pacificet, ut in terra reconciliet universa, & amicum te constituat Angelorum, & Deo socies.* Demum vero progreditur ostendendo, quam indecens sit, si quis corde, veneno odij imbuto ad cœleste hoc Manna degluttendum accedat.

S. Aug. ser. 225. de temp. Flamma iracundiæ extinguatur ante S. Communionem.

Bollandus t. 2. c. 12. n. 37. Insigne hujus exemplum in reconciliatione duorum inimicorum.

7. In vita S. Joannis eleemosynarij Patriarchæ Alexandrini legitur, quod cum duo viri illustres, animorum discordia inter se divisi essent, S. Patriarcha operam & industriam suam ad illos reconciliandos sæpius interposuerit, sed irrito prorsus effectu. Die quadam verò unum ex his, qui vel maximè injuriæ remittendæ reluctabatur ad se accersiri fecit, cumque in oratorium quoddam privatum ductus fuisset, in quo præter Patriarcham, Clericum, & hunc Principem nemo alius præsens aderat, S. Patriarcha Missam exorsus est, cumque post consecrationem ad *Pater noster* pervenissent, cunctique tres illud simul recitare incepissent, quando ad illa verba: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*, pervenerunt, Clericus Patriarchæ annuit, ut taceret, cum quo & ipse tacuit; Principe vero orationem prosequente Sanctus magna cum manſuetudine eidē dixit: *Vide, in quali terribili hora, quid dicas Deo, quoniam sicut ego dimitto, ita & tu dimitte mihi*; tamquam ab igne ſtatim cruciatum sentiens Princeps, cecidit in faciem, ad pedes Sancti dicens: *Quodcumque jusseris faciet servus tuus*, & reconciliatus est inimico suo ex tunc cum omni veritate. Nos quidem in oratione quotidiana Panem Eucharisticum à Deo postulamus; dicentes: *Panem nostrum supersubstantialem da nobis.* Et vero advertendum nobis, quod eodem tempore Patri cœlesti Filium suum nobis in nutrimentum nostrum largienti, omnes nobis illatas injurias remittere promittamus, dicendo: *Dimittimus debitoribus nostris.*

8. B. Petrus Damianus de quodam Abbate S. Petri in urbe Perusina sequens factum recensèt: *Quadam die dum cœlestes victimas immolaturus esset, Pater meus agnum juxta altare videt assistere, quem cum vellet repente corripere, tremefactus expavit, manumque in eum extendere non præsumpsit; cumque ad id perventum esset, ut Corpus Dominicum frangeretur, præfatum agnum super mensam altaris vidit.* Eheu! quam verum est quod multi ira & odio pleni, velut ferocissimi leones in manſuetissimum hunc agnum involent, ut eum devorent & dilacerent; de quibus proinde merito dicere posset: *Susceperunt me sicut leo paratus, ad prædam, & sicut catulus leonis habitans in abditis*, quia in abdito conscientiæ sinu leo iracundiæ & odij occultatus latet ut Filium Dei devorare queat. Ingeniosa pariter & fructuosa est conſideratio illa, quam Salmeron circa sanguinem Eucharisticum instituit; Dicit enim: *Quid porro clamat hic sanguis Christi melius, quam sanguis Abel, nisi quod hic vindictam, ille veniam postulet*: Et ideo quisquis ad hunc sanguinem sine fraterna accedit charitate, utique ab eodem repudiabitur: Et ideo Christus in Evangelio dicit: *Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adversum te, Relinque ibi munus tuum ante altare & vade prius reconciliari fratri tuo.* Licet enim sacrificium evidentissimum sit nostri erga Deum obsequij & gratitudinis testimonium, Deus tamen illud nequaquam acceptabit, aut æstimabit, si cum pace & unione cum proximis nostris conjunctum non fuerit; nam ut Theophylactus ait: *Charitas est verum sacrificium.* Et D. Chrysostomus in persona Christi ait; *Sacrificium mihi est fratrum reconciliatio.*

S. Petrus Dam. l. 6. ep. 25. Reconciliatio cum hoste ad hoc sacramentum est necessaria.

Psal. 16. 12.

Salmer. t. 9. tr. 26.

Matth. 5. v. 23. Ibid. v. 24.

Theophyl. ibid. D. Chrysost.

9. Eucharistia per antonomasiam passim & ubique *Sacramentum altaris* appellari solet; circa altare autem hoc à Deo præceptum emanavit: *Ædificabis ibi altare Domino Deo tuo de lapidibus quos ferrum non tetigit.* At vero quidnam in eo mysterij latet quod Deus lapides in fabricam altaris adhibendos ferro fecari, aut expoliri prohibuerit? Ideo nimirum id vetuit, quia *super eo immolabis hostias pacificas*: Ferrum autem belli & rixarum symbolum est. Et ideo Origenes verba illa: *Ex lapidibus quos ferrum non tetigit*, exponens ait: *Qui ferrum belli, ferrum pugnæ; ferrum litium numquam recepit, sed semper pacificus fuit.* S. Augustinus super textum illum Prov. 23. *Si sederis cœnare ad mensam Potentis, sapienter intelligè quæ apponuntur tibi, & mitte manum tuam, sciens, quia talia te oportet præparare*; ita scribit: *Mensa Potentis quæ sit, nostis, ubi est corpus & sanguis Christi, qui accedit ad talem mensam, præparet talia; Et quid est: præparet talia? Quomodo ipse pro nobis animam posuit, sic & nos debemus animas pro fratribus ponere.* De quorum ultimorum verborum sensu & intelligentia sanctus quidam Eremicola, respondit: *Animam pro fratribus ponere, est fratri indignè tractanti non irasci, sed iram reprimere, & mortificare nosse, non reddendo malum pro malo, per hunc namque virtutis actum illum lucramur*; Hanc igitur manſuetudinem nobis comparare, eamque tunc vel maximè exercere debemus, dum ad manſuetum hunc Agnum in Eucharistia sumendum accedimus. Idem S. Augustinus super illa Psalmistæ verba: *Inquire pacem, & persequere eam*, ita scribit: *Ibi est perfecta pax, ubi non esuries, nam hic tibi pacem facit panis, subdue panem, & vide, quale bellum erit intra viscera tua.* Et ideo D. Chrysostomus ait: *Sanctum altare non suscipit dissidentes.* Et S. Joannes Damascenus

Deut. 27. v. 5. In figuram hujus altare construendum erat ex lapidibus quos ferrum non tetigerat.

Orig. h. 12. in Josue. Prov. 23. S. Aug. ep. 47. in Joan.

Quid significet animam pro fratribus ponere, 1. Joan. 3. 9.

D. Chrysost. hom. 16 in Matth.

S. Aug. in Ps. 33. 15.

S. Joan. Damasc. l. 1. Par. 11. S. Hieron. epist. 62.

Tertul. l. de orat. c. 10.

mascenus in Parallelis, inquit: *Cum tu infestum in conservum tuum odium retineas, quonam tandem pacto ad pacis mensam accedere queas?* S. Hieronymus in hac materia ita arguit: *Si munera nostra absque pace offerre non possumus, quanto magis & Christi corpus accipere non poterimus?* Tertullianus quoque inquit: *Quid est ad pacem Dei accedere sine pace?* Priusquam igitur communices proximis tuis qui te offenderunt, vel quos tu offendisti, pacis osculum impertire. *Dona nobis pacem.*

DISCURSUS XX.

ARGUMENTUM.

Eucharistia optimum est adversus omnes tentationes, & dæmonis vires antidotum.

THEMA.

Parasti in conspectu meo mensam adversus eos qui tribulant me, Psalm. 22. vers. 5.

Ps. 22. v. 1. 2. Dion. Car. ib. Hoc SS. Sacramentum nos confortat in pugna contra dæmones, & tentationes.

1. PRopheta Regius in hoc Psalmo 22. immensa memorat beneficia, quibus Deus in progressu sæculorum suam locupletaturus erat Ecclesiam: Unde Psalmistam his verbis exordiur: *Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocavit*, id est, ut Carthusianus exponit: *In loco militantis Ecclesiæ, in qua sunt Sacramenta.* Quis autem Eucharistiam inter hæc præcipuum obtinere locum ignoret? Paulo post Deum Fidelibus suis mensam quamdam præparasse subjungit, quæ adversus inimicos infernales fortalitij loco inservire possit: *Parasti in conspectu meo mensam, id est, Communionem corporis & sanguinis Christi, adversus eos qui tribulant me, id est, contra omnes tentationes hostium animæ meæ.* S. Hieronymus quoque per eos qui tribulant nos, dæmones intelligit: *Qui tribulant me, qui sunt dæmones.* Eamdem veritatem Salomon in Proverbijs hisce verbis prædixit: *Sapientia ædificavit sibi domum, id est*, ut Albertus exponit, *Christus ædificavit Ecclesiam; Excidit in ea columnas septem, id est, septem Sacramenta, immolavit victimas suas, id est*, ut Hugo Cardinalis ait: *Seipsum in ara crucis obtulit; sed pluraliter dicit victimas, quia hæc una victima Christus, per multas hostias in lege figurata fuit, proposuit mensam, quando seipsum in altaris Sacramento manducandum dedit; misit ancillas, id est, prædicatores, ut vocarent ad arcem, & ad mœnia civitatis*: Per hanc autem arcem, & bene fortificata mœnia, corpus Christi intelligitur, ut sensus sit, *ad Sacramentum corporis Christi, quod est contra inimicos munimentum.* S. Athanasius quoque, qui ex præcipuis Catholicæ fidei defensoribus unus fuit, prædicta confirmat, dum ait: *Sapientia posuit mensam sacri altaris, in quo panis, id est, sacrosanctum Christi corpus & sanguis edendus & bibendus proponitur.* Sicut enim milites prælium cruentum aggressuri, vires suas per vigorosam & pinguem aliquam refectionem restaurant, & corroborant, ut adversus inimicos suos robusti sint, & fortiter cum illis dimicare possint, ita quoque cum Fideles in hac vita, quæ continua quædam *militia est super terram*, contra tot potentes inimicos pugnare debeant, Deus illis de hac mensa Eucharistica prospexit, ut in ea sufficientes ad præliandum vires sibi acquirant. Unde D. Chrysostomus nos monet, dicens: *Tamquam leones igitur ignem spirantes ab illa mensa recedamus, facti diabolo terribiles.*

S. Athan. in disput. contra Arium in Conc. Nic.

D. Chrys. hom. 16. ad pop.

Isai. 26. v. 1. Est fortissimum propugnaculum Ecclesiæ.

2. Optimè ad intentum nostrum deservit illud Isaiæ (qui omnes Ecclesiæ futuros eventus ad literam perfectissimè prædixit) cap. 26. conscriptum oraculum, quo ait: *Urbs fortitudinis nostræ Sion*; quibus verbis ad cœnaculum alludit Sioniticum, in quo institutio Eucharistiæ facta fuit; Hoc enim cœnaculum hactenus semper fuit, & ad finem usque sæculorum futurum erit forte Ecclesiæ propugnaculum, quia in virtute hujus Sacramenti adversus quemvis inimicum, quantumvis ille fortis sit, gloriosa reportatur victoria; Idem quoque Propheta Evangelicus simul rationem assignat, cur hæc Sionis civitas adeo sit fortis, nimirum quia *Salvator ponetur in ea murus, & antemurale*, quia in hoc Sacramento ipsemet Salvator noster in propria persona in auxilium & defensionem nostram præsens existit: ac proinde: *Si Deus pro nobis, quis contra nos? Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum: Si exurgat adversum me prælium, in hoc ego sperabo.* Quamdiu arx aliqua inexpugnabilis de alimentis sufficienter provisa est, non est quod ullum formidet inimicum, quia nullos timet vio-

Ibid.

Isai. 26. v. 3. 4.

lentos insultus, tum ob situs eximiam prærogativam, tum ob generositatem præsidiariorum, tum denique ob munitionum & propugnaculorum multitudinem & idoneitatem: *Urbs fortitudinis nostræ Sion Salvator ponetur in ea &c.* Hic porro Deus qui ad animã nostram defendendam in Eucharistia præsens existit, est idem ille, de quo dicitur: *Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio*, Ipsa quoque arx Ecclesiæ optime provisa est de vitæ annona, ideo postquam Sapientia increata nos invitasset ad arcem & ad mœnia civitatis, mox subjungit: *Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miscui vobis.* Sed quamdiu hæc annonæ provisio durabit: *Ecce*, inquit frumentum hoc, panis ille inquam vivus & cœlestis, *ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi.*

Isai. 28. v. 16.

Psal. 23. v. 8.

Prov. 9. 5.

Matth. 28. v. 20.

3. Psalmus 147. à Davide compositus fuit ad laudandum Deum, ob gloriosam contra Goliath reportatam victoriam, qui, ut omnibus constat, dæmonis figura erat, sed quibusnam armis David adversus Goliath usus fuit, ut eum in fronte percussum in terram prosterneret? Tota Davidis armatura petra quædam erat, *Petra autem erat Christus*, qui longe alio modo quam quo dæmon à Christo lapidem in panem convertì petierat, dicens: *Dic, ut lapis iste panis fiat*, in panem tandem conversus fuit, quia solis verbis substantia panis in corpus Christi transmutata fuit. S. Augustinus postquam de pugnis & prælijs, quibus spiritus cum carne quotidiè confligit, prolixè discurrisset, tandem provisionem declarare pergit, quam Deus nobis destinavit, ne in hac pugna hosti cedamus. *Quanti*, inquit, *te æstimat, vide; Si Deus pro nobis, quis contra nos? Et quanti te æstimavit. Qui etiã proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: Quomodo non etiã cum illo omnia nobis donavit?*] *Quo hanc annonam dedit pugnanti, quid servat vincenti? Ego sum*, inquit, *panis vivus, qui de cœlo descendi, hæc est annona præliantium, de horreis invicta dominicis, undè pascuntur Angeli.* Quando exercitus Pharaonis Hebræorum populum persequebatur, ipseque in continuo timore erat, ne ab illo dissiparetur, Deus ejdem per Moysen dixit: *Dominus pugnabit pro vobis*; Non vero item, quando Amalecitæ illos persequebantur; *Venit Amalec, & pugnabat contra Israël*; Tunc enim Deus munus pro illis pugnandi sibi directè non vendicavit, sed Moysi & invicto belli Duci Josue ad se accersitis præcepit, dicens: *Elige viros, & egressus, pugna contra Amalec.* Scitisne quonam mysterio Deus idipsum fecerit? Prima vice, quando populus Israëliticus ad mare rubrum pervenit, nondum Manna à Deo acceperat: At vero contra Amalec pugnaturus, prouti ex capite præcedenti colligitur, jam Manna gustaverat, eoque se nutrire cœperat: *Angelorum esca nutristi populum tuum*; *Erat annona præliantium de horreis invicta Dominicis.* Per quod præfigurabantur effectus, quos Eucharistia in Fidelibus operata erat, inter quos unus est, quod eosdem adversus inimicos suos corroboret: *Hoc Sacramentum firmamentum est contra hostes*, inquit Hugo à S. Victore, *de quo Ecclesia in Propheta: Parasti in conspectu meo mensam adversus eos qui tribulant me. Psalm. 22. 5.*

Psal. 147. Lapis Christus convertitur nobis in panem confortantem. 1. Cor. 10. v. 4. 3. Matth. 4. 3.

S. Aug. ibid.

Rom. 8. v. 32.

Exod. 14. v. 14.

Exod. 17. 8. Judæi comesti Manna, pugnaverunt contra Amalec.

Ibid. v. 9.

Hug. de S. Vict. l. 3. in spec. Eccl. erud. Th. c. 7.

4. Observetis velim, quamnam Moyses Israëlitis adversus Amalec pugnantibus cœperit resolutionem & consilium, nimirum tametsi experientissimus bellator, & Generalis populi Dux esset, ensem tamen non apprehendit, sed Israëlitis pugnantibus ipse ad orationem se recepit: *Ego stabo in vertice collis, habens virgam meam in manu mea.* Ubi S. Ambrosius bene observat, quod tametsi ea in occasione Moyses ensem non stringeret, plus tamen & acrius præ cunctis alijs pugnaverat: *Cum otiosus staret, præliabatur, sed etiam de hostibus, quos non contigerat, triumphabat. Cujus majora negotia, quam hujus olia, qui quadraginta diebus positus in monte totam legem complexus est, & in illa solitudine, qui cum eo loqueretur, non defuit.* Videbimus nonnunquam quod dum aliquem, qui coram sanctissimo Sacramento altaris in orationibus quadraginta horarum palam expositio in devoto obsequio frequens est, & assiduus cernimus; Nec quidem illum in sacrosancta illa summi Regis anticamera genibus flexis orantem otiari existimabimus, sed revera ita non est, sed cum stet otiosus, præliatur, & coram altari per devotas orationes suas pugnat, omnesque animæ suæ hostes gloriosè superat & dissipat; nam ut Francus Abbas ad propositum nostrum ait: *Quia infirmitatem nostram novit, qui nos condidit, fortique & armato, nisi fortiore nos protegente, fragiles & inermes non posse resistere, contra implacabile hostis*

Exod. 17. v. 9. S. Ambr. c. 3. de offi. c. 1.

Eodem modo pugnant contra dæmonem Fideles coram venerabili Sacramento.

Francus Abb. t. 10. de Gr. Dei.

antiqui odium, panis] *quotidiani inexpugnabile nobis contulit præsidium.*

Deut.33.7. Alb. Magn. de Euchar. dist. 3. th.2. c. 2.

5. Albertus Magnus textum illum Deut. cap. 33. (in quo Moyses de Tribu Juda differens ait: *Manus ejus pugnabunt pro eo, & adjutor illius contra adversarios ejus erit*) adducens, quærit: *Unde ista confidentia fortitudinis sibi evenerit?* Mox qui benedictionem illam à Jacob Judæ in Geneſi datam commemorat, in qua dicitur: *Lavabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine uvæ pallium ſuum.* Per vinum autem hoc Euchariſtiam intelligens ait: *Niſi enim ſtolam converſationis in vino Sacramenti ſibi ſpiritualiter infuſo lavviſſet, hoc eſt, niſi ſanguine benedicto Jeſu Chriſti pallium Charitatis intinxiſſet, pro certo tantam confidentiam in Deo contra inimicos non habuiſſet.* Adducens quoque illum Machabæorum textum, in quo dicitur, quod Elephantes poſt exhibitum ante oculos eorum uvarum & mori colorem rubeum, ad prælium ſectandum animoſiores evaſerint, ſubjungit: dicens: *Hoc eſt, quod dicitur, 1. Mach. 6. oſtenderunt Elephantis ſanguinem uvæ & mori, ut agerent eos in prælium. Ex natura habet hoc animal, quod audax, & bonæ ſpei efficitur: Quando aliquid ſimile videt ſanguini, quia Elephas propter caſtitatem, & fortitudinem virium, ſanctum ſignat, qui acuitur ſanguine Chriſti in prælium, qui de uva Chriſti, & moro, qui Chriſtum ſignat, propter ſimilitudinem peccati, quam ex nobis accepit, exprimitur, ille enim ſanguis valdè nos facit audaces.* S. Auguſtinus ad inimicum infernalem diſcurſum ſuum dirigens; in quodam ſermone his verbis ei improperat: *Ille ſanguis, quem effudiſti, te vicit: me redemit. Illum bibo, & veneni tui pernicem ſalvatus ultra non timeo; Prævaluiſti in paradiſo, ſed victus es in patibulo*, vel etiam addere poſſumus, *in cœnaculo*; quia per inſtitutionem Euchariſtiæ in ultima cœna factam, omnes ejus vires proſtravit: *Ibi confregit potentias arcuum, ſcutum, gladium, & bellum*; ubi de cœnaculo Sion loquitur.

1. Mach. 6. v.34.

S. Aug. ſer. 122. de temp.

Pſal.75.v.4.

6. Deus olim populo ſuo præcepit, ut ſanguine agni paſchalis in Ægypto ambos portarum poſtes tingerent, cujus mox rationem aſſignat, dum ait: *Tranſibit enim Dominus percutiens Ægyptios; eumque viderit ſanguinem in ſuperliminari, & in utroque poſte, tranſcendet oſtium domus, & non ſinet percuſſorem ingredi domos veſtras, & lædere.* Cujus myſterium S. Bernardinus nobis pandit; dum ait: *Ex hoc fructum duplicem obtinebat, ſilicet conſternationem hoſtium exterius, & defenſionem ac conſervationem omnium interius: Si qui dignè ſumit ſacram Communionem, virtute ſanguinis hujus agni, & hoſtes conſternuntur, dum ſuperantur tentationes, & omnia conſervantur, diem augentur, & corroborantur virtutes.* B. Petrus Damianus in quadam Epiſtola ad virtutem nos continentiæ exhortans, ait: *Ut frementem hoſtiam valeas, ut ita loquar, ex agro tui juris expellere, ſatage te frater jam quotidiè Dominici corporis, & ſanguinis Chriſti perceptione munire. Videat oculus hoſtis labia tua Chriſti cruore rubentia, quæ terribilis perhorreſcat, & mox in tenebrarum ſuarum latibula paveſcendo effugiat.* D. Chryſoſtomus ſimiliter ad ſalutarem hunc calicem alludens, virtutem communem adverſarium in fugam abigendi, quam in ſe habet, his verbis declarat: *Cum te egredientem poſt convivium Dominicum videri inimicus poſt cæleſtes epulas tanquam ignem leonis ore flammantem, fugit, & deſerit, omni vento velocior.* Ideo S. Birgittæ cœleſtem hanc menſam fortiſſimum quoddam adverſus tentationes, & inſultus inimici armamentarium eſſe, his verbis revelatum fuit: *Cujus perceptio juvat maximè contra diaboliceam tentationem. O quam miſeri ſunt, qui tale juvamen, dum ſani ſtant, magis quam venenum reſpuunt, & abhorrent, quia nolunt ſe à peccatis refrænare.*

Exod. 12. v. 23. Viſo ſanguine agni in poſtibus domorum, tranſibat Angelus percutiens. S. Bern. t. 1. ſer. 54. A. 3. 6. 2.

B. Petrus Damian. ep. 21. Sic & tranſibit nos malus Angelus videns labia noſtra tincta ſanguine Chriſti. D. Chryſ. hom. ad Nepot.

Revel. S. Birgittæ l. 4. c.10.

7. Habacuc in Cantico ſuo ait: *Ibi abſcondita eſt fortitudo ejus*, at vero quanam in re hæc ejus fortitudo abſcondita ſit, minimè declarat, niſi quod in ſequentibus dicat: *Ante faciem ejus ibit mors, & egredietur diabolus ante pedes ejus*: At vero Drogo Hoſtienſis ab hoc nos dubio eximit, dicens: *Erexiſti corpus quod fortis apparebat, & oſtendiſti medullam quæ intus latebat, ibi abſcondita eſt fortitudo ejus.* Porro primum toxicum, quod ſerpens infernalis in perniciem noſtram evomuit, fuit iniqua illa ſuggeſtio, qua nobis Deum offendere, & divinas ejus prohibitiones prævaricari, ſuaſit, at vero quodnam cœleſtis ille Medicus (qui dixit: *Non eſt opus valentibus Medicus, ſed malè habentibus*) huic malo antidotum, & theriacam præparavit? S. Gaudentius in Sermone de manducatione agni paſchalis, inquit: *Contra venena diaboli dulcem medicinam* (de Euchariſtia loquitur) *ſempiterni tutaminis.* Ideo etiam in oratione quadam Poſtcommunionis, quæ in Sabbatho quatuor temporum Adventus legitur, S. Eccleſia hunc in modum Deum rogat: *Quæſumus Domine Deus noſter, ut ſacroſancta myſteria, quæ pro reparationis noſtræ mummine contuliſti, & præſens nobis remedium eſſe facias, & futurum.* Optimè igitur eſt illud B. Petri Damiani conſilium, quo nos ut ſancta hac armatura frequenter muniamus, monet his verbis: *His cœleſtibus Sacramentis, fili chariſſime, te frequenter munire non differas, quibus videlicet diabolicæ verſutiæ, & ſubdolæ machinationis argumenta repellas.*

S. Gaud. ſer. 2.

B. Petr. Dam. l. 6. epiſt. 21.

8. In Apocalypſi S. Joannes Apoſtolus nobis promittit, dicens: *Qui habet aurem audiat, quid Spiritus dicat Eccleſiis: Vincenti dabo manna abſconditum.* Per quod manna abſconditum Euchariſtia utique denotatur; Sed quænam eſt hæc victoria quæ cœleſtem hunc panem conſequitur? S. Thomas inquit: *Vincenti dæmonum tentamenta.* Evibret etenim inimicus noſter in nos, quotquot poteſt, & novit malignarum tentationum, & ſuggeſtionum ſuarum ſagittas & tela, numquâ tamè in eo, qui agni paſchalis ſanguine aſperſus fuerit, quidquam proficiet, ſed retundetur ſemper ejus præſumptuoſa audaciæ temeritas. Et ideo *ſuper lumen oſtii noſtri*, inquit S. Ambroſius, *ſacræ redemptionis confeſſio reſplendeat: Sumamus ferventi ſpiritu Sacramentum in azymis ſynceritatis & veritatis.* In paradiſo quidem terreſtri ſerpens toxicum ſuum protoparentibus inſtillare præſumpſit, verumtamen in animato animæ paradiſo id efficere non poterit, ſi de hoc Sacramento delicietur, eoque ut decet fruatur; Hæc non ſine myſterio à S. Ambroſio clauſo ſponſæ horto aſſimilatur, dicituque *Hortus concluſus fons ſignatus*: Contra eum namque qui hoc Sacramento munitus eſt, dæmon nihil facere prævalet, prout ex ſequenti veridica hiſtoria clarè paret; Cum enim moribundus quidam in procinctu eſſet, ut vehementibus dæmonis tentationibus cederet, S. Philippus Nerius capiti ejus manus ſuas imponens, maligno ſpiritui, ut ab hoc moribundo recederet, imperavit: Quam imperandi fiduciam exindè hauſerat, quia manus ejus mane illius diei in ſacrificio incruento ſanctiſſimum Sacramentum contrectarant; unde manus ſuas ob ſolum Euchariſtiæ contactum adverſus totum infernum velut forte quodam, & inexpugnabile oppoſuit propugnaculum, quanto igitur majorem vigorem ſperare ſibique promittere is poterit, qui ſacratiſſimo hoc Angelorum pane cibatus fuit? de quo verè dici poterit: *Dediſti ei ſcutum cordis ſui Domine laborem tuum*, omnes enim labores, ſudores, ærumnæ, & toleratæ à Chriſto paſſiones, omnia merita vitæ & paſſionis ſuæ in hoc Sacramento, veluti in brevi compendio continentur: Davide id atteſtante, dum ait: *Memoriam fecit mirabilium ſuorum ... eſcam dedit timentibus ſe*; Hoc igitur Sacramentum nobis ſeruti loco eſſe voluit, quo ſe ab omnibus dæmonis inſultibus tuerentur & defenderent: *Dediſti eis ſcutum, &c.* Quando Arca ab uno loco ad alium circumferebatur (quæ propter manna in ea recluſum cœleſtis hujus panis ſymbolum erat) hæc verba decantari ſolebant: *Exurgat Deus, & diſſipentur inimici ejus, & fugiant, qui oderunt eum à facie ejus, ſicut deficit fumus, deficiant; ſicut fluit cera à facie ignis, ſic pereant peccatores à facie Dei.*

S. Ambr. l. 4. lib. de Paſch. celebratione.

S. Ambr. l. de init. c.9. Cant. 4. 12.

Probatur inſigni hiſtoria.

Pſ.110. 4.

Pſ.67.v.2.3.

DISCURSUS XXI.

ARGUMENTUM.

Proſecutio ejuſdem materiæ.

THEMA.

Faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc ... convivium vindemiæ, Et præcipitabit in monte iſto faciem vinculi colligati. Iſai. 25. verſ. 6. 7.

Per convivium ab Iſaia deſcriptum intelligitur epulum Euchariſticum.

1. Iſaias, qui inter omnes Veteris Teſtamenti Prophetas, hoc à Deo privilegio inſignitus fuit, ut præcunctis alijs, omnes novæ Legis gratiæ eventus, quos diſtinctè, & ad vivum delineavit, clarius agnoſceret, de Sacramento altaris ſermonem factурus, de quo Eccleſia canit: *O ſacrum convivium!* hoc edidit vaticinium: *Faciet Dominus exercituum convivium, &c.* Enimvero quod Dux quidam generalis exercitus militum luſtrationem inſtituat, eosdemque in centurias, centurias in legiones diſtribuat, facilè quidem intelligi poteſt, ſiquidem id munus ejus nequaquam dedecet: At vero quod velut Archi-Triclinus quidam ſumptuoſum quoddam inſtituat, & ordinet convivium, actio hæc nullam habere videtur cum experto quodam belli Duce relationem; Imo prout ex variis hiſtoriis conſtat, exercituum moderatores plus nimium convivijs celebrandis deditos fuiſſe, ſæpius præclaras acquirendæ victoriæ occaſiones elabi fecit. Quid ſi Medicum aliquem haud ſecus ac Architectum quemdam fabricis erigendis intentum eſſe, vel Architectum Medici partes obeuntem videres, numquid magnam in eo indecentiam, & diſproportionem agnoſceres. Idem proinde in præſenti dici merito poſſe videtur, dum Prophetam audimus dicentem: *Dominus exercituum faciet convivium*; Verumtamen omnis difficultas evaneſcit, ſi per convivium hoc, Euchariſticum epulum intelligamus; Hoc enim eſt velut armamentarium quoddam adverſus omnes tam inviſibiles quam viſibiles inimicos copioſiſſimè inſtructum. Atque ideo protinus ſubjungit, dicens: *Præcipitabit in monte iſto faciem vinculi colligati ſuper omnes populos, & telam quam orditus eſt.* Lyranus porro per dictum montem, Sion montem in quo Euchariſtia inſtituta fuit; intelligendum eſſe dicit: De quo pariter loco Hieroſolymitanus incola exiſtens prophetavit, cum diceret: *In monte Sion, ubi dicitur Dominus feciſſe Cœnam diſcipulis ſuis*, ut S. aſſerit Hieronymus: Cui ſubſcribens Procopius ait: *Quem tandem præter Sion alium.* Atque hæc de ipſo convivij inſtituti loco: Nunc ad reliqua citati textus verba explananda tranſeamus.

Iſaiæ 25.7.

Lyran. ib. S. Hieron. Procopius.

2. Nuncupatur itaque in primis *convivium pinguium*, id eſt, ut vult Lyranus, *habens in ſe omne ſpirituale delectamentum*; Notandum vero quod Prophetа non ſimpliciter Deum convivium inſtituiſſe dicat, verum inſuper Euchariſticum ſanguinem ſub vini ſpecie conſecratum tangat; ſiquidem dicit: *Convivium vindemiæ, pinguium medullatorum vindemiæ defecatæ; Nam ſanguis Chriſti*, ut Dionyſius Carthuſianus ait: *Ex vino conſecratur, & corpus ipſius ab omni fæce peccati puriſſimum eſſe cognoſcitur.* Procopius pariter ad Salvatoris verba, quæ in cœnaculo Sionitico ſpecies ſacramentales conſecrans; protulit; alludens ait; *Bibet veræ vitis vinum, illud quod ſe non prius bibiturum dixit; donec novum cum Apoſtolis, in regno cælorum ſomeret.* Hic itaque exercituum Deus, tanti præparator convivij, qualem putatis victoriam reportabit? Reſpondet immediatè dictus Propheta: *Præcipitabit in monte, &c.* Quæ verba S. Hieronymus ita explananda cenſet: *Faciet pingue convivium; ut præcipiunt, & abſorberi faciat faciem mortis & vinculi, quo omnes populi ligabantur.* Tyrannus ſiquidem infernalis genius ſibi manciparat humanum, idque paſſim in omnibus mundi nationibus; præterquam in Judæa; ita ut homines omnes non modo obedientiam, ſed etiam tamquam Deo cultum exhiberent, præſtarentque latriæ; Hæc autem vincula & catenæ corruerunt in monte Sion per Sacramenti hujus inſtitutionem; Ideoque ipſemet Dei Filius, exercituum Dominus clare proteſtabatur, dicens: *Princeps hujus mundi jam judicatus eſt*; id eſt, ut Procopius ait: *Homines Dei benignitate turpis hujus & diabolicæ ſervitutis opprobrio liberati*; Qui conſequenter Author prædicta verba ſequenti illuſtrans Commentario dicit: *Præcipitabit in monte iſto faciem Dominatoris, qui in omnes gentes dominatur*; Cui & illa conſonat S. Auguſtini Gloſſa inquientis: *In hac redemptione tamquam pretium pro nobis datus eſt ſanguine Chriſti, quo accepto Diabolus non dinatus, ſed ligatus eſt, ut nos ab ejus nexibus liberemur.* Aſt qualem in convivij hujus virtute telam rumpendam fuiſſe putatis? Utique non aliam, quam antiqui adverſarij machinarum, fraudium; & ſtratagematum perverſitates, dicente S. Hieronymo: *Diſrumpet telam, quæ omnes læſerat nationes*; Vel ut Hugo Cardinalis ait: *Diſrumpet telam, quam orditus eſt Adam peccando*, quoniam ut Eccleſiaſt. dolenter ingemiſcit: *Jugum grave ſuper filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum, usque in diem ſepulturæ*; Innatus namque nobis fomes ad peccatum extimulans, paſſiones inordinatæ, motus rebelles, dæmonis ſuggeſtiones & tentationes, grave conglomerant jugum, quod Apoſtolus titulo mortis afficere non dubitavit, dicens: *Quis me liberabit de corpore mortis hujus?* Contra quem graviſſimum conflictum, ecce vobis præſens efficax in monte Sion inſtitutum convivium, quod teſte S. Hieronymo, *diſrumpet rete mortis.*

Lyran. ib. Quod vocatur convivium pinguium.

Dion. Car. ib. Procipius.

S. Hieron.

Joan. 16.11. Procopius.

S. Auguſt. lib. 13. de Trin. c. 15.

S. Hieron. Hug. Card. ibid.

Eccl. 40. 1.

Rom.7. 24.

S. Hieron.

3. Dionyſius Carthuſianus allata communiori, circa Anti-Chriſti debellationem, Interpretum opinione, citata Prophetæ verba ita noſtro pariter accommodat propoſito, dicens: *Videntur hæc convenientius explanari de ablatione gravis jugi, ſeu oneris, quod in omnibus invenitur, conſequens ex originali peccato, videlicet de liberatione ab his malis, quibus ſubjacent homines per peccatum originale, de quo pondere moleſtiſſimo ſcriptum eſt: Grave jugum ſuper omnes filios Adam. Eſt igitur ſenſus: Præcipitabit Dominus in monte iſto, videlicet in monte Sion, in quo cœnaculum illud grande, in quo Sacramentum corporis & ſanguinis ſui inſtituit, faciem vinculi colligati ſuper omnes populos, id eſt, effectum originalis peccati.* Unde & forte in eodem capite idem Propheta inquit: *Pone menſam, contemplare in ſpeculo comedentes & bibentes; ſurgite Principes arripite clypeum*; quia nimirum poſt menſam Euchariſticam, Fideles correpto ſcuto animoſi decertant contra dæmoniacos aſſultus; Quam Gloſſam non obſcurè illa eumdem textum interpretantis inſinuant S. Hieronymi verba: *Prophetæ præcipitur, ut veſcens in menſa Domini & illius ſaturatus cibo, diligentius contempletur, quæ ventura ſint mundo: Dicitурque per eum ad omnes credentes, ut comedentes & bibentes corpus & ſanguinem Domini, vertantur in Principes Eccleſiæ, & cum Apoſtolis audiant: Surgite, arripiantque clypeum fidei, in quo poſſiunt tela diaboli ignea extinguere.*

Iſai.21. 5.

S. Hieron. ib.

Diabolus timuit ne virtute S. Eucharistiæ Judas reſipiſcat. Joan.6. 71.

4. Vix Sacramentum hoc in cœnaculo inſtituerat Chriſtus, quando diabolus bellum ei intentaturus ſeſe inde ſubito proripuit; Verumtamen non abſque Juda comite; cui Salvator de Sacramenti hujus inſtitutione tractans, prædixerat: *Ex vobis unus diabolus eſt*, quia nimirum malignus ille ſpiritus timebat, ne Judas, ſi in cœnaculo ſubſtitiſſet, in virtute hujus Sacramenti ad pœnitentiam converſus, traditionem moliri deſiſteret; Quam circumſtantiam conſiderans S. Cyrillus Alexandrinus inquit: *Impetrarit in Chriſtum, & crudelitatis Ducem, omnumque malorum artificem irrupiſſe, ait ſapientiſſimus Evangeliſta in corproditoris, totumque in eum ingreſſum ſatanam, poſtquam offulam tradidiſſet*; Sumpta namque ſacrilegè Euchariſtia, diabolus ipſum in præcipitium adegit, prout his verbis ſuo dictus Sanctus conſequenter inſiſtens Diſcurſu inſinuat: *Et quidem Judam ſimul ac offulam ſumpſiſſet, cogit illico, ut qui jam in ditionem ſuam tranſiiſſet, ad tam impium facinus ſe quam primum accingere, veritus, ut credibile eſt, ſimul cum pœnitentia vim quoque Eulogiæ, ne utique in illius hominis corde lucis inſtar effulgens, eum ad bene agendi ſtudium revocaret, eique ſaniorem mentem inderet.* Ecce vobis admirandam Sacramenti hujus efficaciam, quod ita diabolus expavit, ut non obſtante ſacrilega Judæ Communione, nihilominus pertimuerit, eum ſi coram Euchariſtia diutius perſeveraret à machinamento Deicidij receſſurum.

S. Cyp. Ad. l. 9. in Joan.

Act. Eccl. Med. p. 512.

5. S. Carolus Borromæus alium queindam hujus Sacramenti effectum inſinuans ait: *Vires præbet, ut Fideles à tentationum impetu incolumes ſe conſervent*; quam virtutem S. Chryſoſtomus de eodem agens Sacramento, fuſius commemorat, dum ait: *Hic Myſticus ſanguis dæmones procul pellit; Angelos & Angelorum Dominum ad nos allicit; Dæmones enim cum Dominicum ſanguinem in nobis vident, in fugam vertuntur, Angeli autem concurrunt*; quem eumdem ſacramentalem calicem idem Sanctus authoritatem ſecutus Apoſtoli; nuncupat *terribilem, & maximè formidandum*; Quem bombardæ contra ſatanam exploſæ aſſimilat, dicens: *Roga ipſum diabolum, & dic: Undenam habes iſtum incurabilem? Qui fit, quod nullas habeas vires? Quomodo captus es? Nihil aliud dicet, quam corpus crucifixum; Per hoc ſtimuli ejus ſunt confracti, per hoc caput ejus eſt contritum; per hoc principatus & poteſtates ſunt traductæ.* Quod argumentum promoturus S. Bonaventura illam è libro Tobiæ adducit hiſtoriam, ubi Tobias junior ad flumen Tigris pedes loturus à piſce invaſus, modumque eum capiendi per Archangelum edoctus fuiſſe legitur: Cujus rei geſtæ ſeriem ita noſtro accommodat propoſito: *Piſcis iſte diabolus eſt, hic quia humanum genus devoraverat, Deus Pater hamum contra ipſum miſit, Filium ſuum; an extrahere poterit Leviathan hamo? invadens ergo diabolus eſcam humanitatis, captus eſt hamo Deitatis.*

Tob. 6. S. Bonav. ſer. in Cœn. Dom.

Cur Chriſtus diſtulerit inſtitutionem SS. Sacramenti uſque ad ultimum cœnam.

6. Quod ſubeſſe myſterium creditis, quod Chriſtus SS. hujus Sacramenti inſtitutionem ad ultimam uſque Cœnam inſtituerit? cur poſt 33. annorum curſum ipſam diſtulit? Cauſamne noſtis? quia nimirum tunc temporis princeps tenebrarum omnes ſuas exerere cœpit vires, ideoque opportuniſſimè ſuum, quo omnes firmiter communiret Apoſtolos, patefecit armamentarium; Quem nobis conceptum expreſſum reliquit S. Bernardinus dum ait: *Affectuoſius Pater familias ante paſſionem, refectionem ſuam curavit domeſticis exhibere; oportebat enim, expetierat eos ſatan, ut cribraret ſicut triticum, opus erat prævenire refectionem. Denique qui refecti paulo minus defecerunt, quid ſeſeni feciſſent?* Qui idem Sanctus nos ad frequentem dignamq; Communionem exhortaturus ait: *Fortiſſimè dæmones timent mentem devotiſſimo hujus Sacramenti ſumptione munitam.*

S. Bern. ſer. 3. in Ramis Palm.

D. Chryſoſt. hom. 45. in Matth. Myſticus ſanguis Chriſti, diabolum procul pellit.

manitam. Unde & B. Laurentius Justinianus in lib. cui tit. *De disciplina & perfectione monasticæ conversationis*, ait: *Quis valeat adversus immundos spiritus pergere, in acie perseverare, & de talibus adversarijs obtinere victoriam, nisi divinis esset recreatus alimentis.*

B. Laur. Just. de disc. monast. c. 19.

7. Dæmon olim suos in Jobum conjecerat invidos oculos, totumque quasi infernum in eum torquendum emiserat, cœlum terraque hanc pugnam attonita spectabant, ejusq; præstolabantur exitum. Ast vero quonam præcipue medio Job usus fuit, ne dæmoni in prædam cederet: sed potius de tam potenti & obstinato amico triumpharet? Nimirum erga hoc Sacramentum, quod per Spiritum propheticum è longinquo veneratur, ingenti ferebatur devotione in sacrificijs quæ quotidie offerebat: *Offerebat holocausta*, & ideo mirum non est, quod adversus dæmonem victor evaserit hic enim inimicus infernalis ad solum sacrificij incruenti typum, quantumvis distantem & remotum, omnem suum amittit vigorem; Quanto igitur magis vires ejus debilitabuntur, quando præsens est figuratum? *Si hæc in viridi, quid in arido? Tygris perijt*, inquit idem Job, *eo quod non haberet prædam.* Septuaginta legunt; *Myrmicoleon*, quod idem est, quod *leo formica*; Dæmon enim fit ex leone formica, & sine præda remanens vulnus accipit lethiferum. S. Gregorius hunc citatum Jobi textum hoc modo exponit: *Ex translatione septuaginta Interpretum nequaquam Tygris, sed Myrmicoleon perijt, formicis adversum, quod se suo pulvere abscondit, & formicas frumenta gestantes interficit*: Et ideo hoc animal dæmonem præfigurat, qui omnes suas ad hoc vires adhibet, ut fructum hujus frumenti electorum impediat, vel enervet, at vero benedictus Deus, inquit enim Spiritus Sanctus, *perijt, eo quod non haberet prædam.*

Quanto magis illud re ipsa fumentes. Job. 4. v. 11. Septuag. S. Greg. l. 5. mor. c. 6.

8. Gregorius VII. Mathildi, de S. Dei Ecclesia optime meritæ Principi inter cætera in hæc verba scribit: *Inter cætera arma, quæ tibi contra mundi Principem contuli, potissimum est, ut corpus Dominicum frequenter accedas.* Valde etiam celebria sunt illa S. Ignatij Martyris verba, quibus Ephesios ad sæpius communicandum exhortatur, dicens: *Date operam, ut sæpius congregemini ad Eucharistiam, & gloriam Dei, cum enim sæpius in idem loci convenitis, labefactantur vires satanæ, & ignita illius peccatum jacula irrita resiliunt.* S. Job à ferocissimis infernalium spirituum copijs graviter infestatus, Deo dicebat: *Pone me juxta te, & cujuswis manus pugnet contra me*, hoc autem majori cum fiducia & libertate ille dicere poterit, qui Deum ipsum intra viscera sua sumptum & positum habet. Utique non sine particulari mysterio laudabilis hæc penes Ecclesiam consuetudo invaluit, quod locus ille, in quo sanctissimum conservatur Sacramentum, Tabernaculum, communi nomine, appellari soleat: Tabernaculum enim est veluti militare quoddam tentorium, & ideo hoc nomine unus ex præcipuis finibus innuitur, ob quem in hoc Sacramento nobiscum remanere voluit, scilicet ut veluti in prælio quidam sub tentorijs constitutus nos ab inimicis defenderet, nosque in pugnando adjuvans, de victoria securos redderet. Albertus Magn. ex Avicenna in libro de *Animalibus*, mirum quemdam refert aviculæ cujusdam adversus serpentem dimicaturæ institutum; Nam *ne venenum noceat, avicula accipit per cibum lactucam agrestem. Et in succo lactucæ agrestis præcipitur sumi sacrificium agni paschalis, quia cum in memoriam passionis Dominicæ sumimus corpus Christi, flagrans de ore nostro virtus Sacramenti, fugat & ab anima & corpore omne venenum inimici.* Ideo etiam S. Mater Ecclesia in oratione secreta ad Missam Dominicæ IV. post Epiph. his verbis Deo supplicat: *Concede quæsumus omnipotens Deus, ut hostus sacrificij manus oblatum, fragilitatem nostram ab omni malo purget semper & muniat.*

Mirabilis industria aviculæ in pugna contra serpentem. Alb. Magn. de Euch. dist. 3. tr. 2. c. 5. §. 6.

9. Sciendum tamen est, quod dæmon tunc vel maxime omnes vires suas adhibere soleat, ut atrocius nos impugnet) quando ad S. Communionem sumendam nos accingimus, prouti Thomas à Kempis his verbis optimè probat: *Cum quidam sacræ Communioni se aptare disponunt, pejores sæpe sentiunt immissiones patiuntur. Ipse namque Spiritus, ut in Job scribitur, venit inter filios Dei, ut solita illos nequitia sua perturbet, aut timidos minus reddat & perplexos, quatenus affectum eorum minuat, vel fidem impugnando auferat, si forte aut omnino Communionem relinquant, aut cum torpore accedant*; Ac proinde tanto nos validius ipsi resistere debemus, consilium sequentes D. Chrysostomi dicentis: *Tamquam leones ignem spirantes ab illa mensa recedamus, facti diabolo terribiles.* Unde frequens est per

Diabolus atrocius impugnat accessuros ad S. Communionem. Thomas. à Kemp. l. 4. c. 10. n. 2.

Greg. VII. epist. 47. Suadetur frequens Communio. S. Ignatius Mar. ep. 14. ad Ephes.

Job 17. v. 3.

D. Chrys. to. ad pop.

annum illa Ecclesiæ in Missa oratio: *Exaudi nos Deus salutaris noster, ut per hujus Sacramenti virtutem à cunctis nos mentis & corporis hostibus tuearis.* S. Birgittæ à Christo revelatum fuit; *Sicut ex uno verbo, quod dixit: Ego sum; corruerunt hostes mei corporaliter in terram, sic dicto verbo meo, videlicet hoc est corpus meum, fugiunt dæmones à tentando animas offerentium, nec auderent redire ad eos cum tanta audacia si affectus peccandi non sequeretur.* Varia habemus dæmonis ad comparitionem Eucharistiæ fugientis exempla. S. Augustinus suo tempore accidisse refert, quo quidam Tribunitiæ dignitatis vir, Hesperius nomine, in villa quadam domum habens, cum ingenti familiæ & gregum suorum damno à spiritibus malignis infestatam, S. Augustino absente, ejus Presbyteros instanter rogarit, ut aliquis illorum eo se conferens, aliquod suis orationibus adversus malignos spiritus porrigeret auxilium. *Perrexit unus, obtulit ibi sacrificium corporis Christi, oravit quantum potuit; ut cessaret illa vexatio, & Deo protinus miserante cessavit.* P. Bollandus in vita S. Pij Episcopi Bituricensis refert, quemdam prædictæ Ecclesiæ Mansionarium eo tempore quo in eodem in oratione pernoctare solitus erat, à dæmonibus adeo graviter fuisse infestatum, ut à bono opere illo desisteret, ut semivivum illum aliquando ex nimia verborum acerbitate relinqueret. Licet vero S. Pius procul abesset, mox tamen ut hujus diabolicæ infestationis factus est certior, sine mora eo properavit: *Tunc juxta membra fratris se prosternens, ingemuit fortiter, vigue denibus reseratis, sacrificium in ore ejus propijs manibus Dei sacerdos infudit, & miro stupore spectantibus omnibus ira repente apprehensa manu ejus, in faciem sacerdotis incolumis, ac si nihil mali habuisse putaretur, & ubique salutem benedicebat Dominum.*

S. Aug. lib. 22. de Civ. Dei c. 8. Dæmones, comparente S. Euchar. fugiunt. Bolland. t. 2. Jan. c. 3. n. 36.

10. Cantipratensis quoque prodigiosum quamdam refert historiam, quæ Anno 1231. cuidam Fratri Dominicano evenit, qui cum ab Hæretico persuasus, ut ejus sectaretur errores, fortiter restitisset, Hæreticus his eum verbis affatus fuit: *Tu alia non habes Fidei tuæ argumenta, præterquam ea quæ ex Scriptura S. petuntur: Ego vero, si fidem mihi adhibueris, Christum ejusque Matrem & omnes Sanctos videre te faciam.* Religiosus porro tametsi dictis ejus fidem nullam haberet dolum suspicatus; attamen ut promissi experiretur veritatem, illum acceptavit, priusquam vero Hæreticum sequeretur, acceptam pixidem in qua SS. erat Sacramentum, sub chlamyde religiosa occultavit. Perductus igitur in vasti cujusdam montis speluncam, splendidum in ea invenit palatium, in eoque thronos quosdam: conspexit magnificos aureos, in ijsque sedentem Regem quemdam in uno, & in altero Reginam, in eorumque circuitu multos alios assistentes, velut Patriarchas & Apostolos, & innumerabilem exercitum Angelorum. Cumque Hæreticus coram illis se prosterneret eos adoraturus, Religiosus attonitus stetit & immobilis; Cui cum Hæreticus, cur Filium Dei non adoraret, improperasset; Religiosus propinquius nonnihil accedens, extractam foris sacram pixidem, Reginæ obtulit dicens: *Si tu Regina es Mater Christi, ecce Filius tuus, quem si susceperis, te velut Matrem Dei agnoscam.* Et cum hæc protinus voce, totum illud phantasma evanuit.

Cantipr. l. 2. Apum c. 57. n. 23.

DISCURSUS XXII.

ARGUMENTUM.

Sacramentum altaris in bellis nos à visibilibus protigit hostibus, victoresque efficit.

THEMA.

O salutaris hostia, quæ cœli pandis ostium, bella premunt hostilia, da robur, fer auxilium.

1. DOctor Angelicus (qui jubente Urbano IV. tunc Orvieti commorante, pro solemnitate sacratissimi Corporis Christi, tunc ab eodem Pontifice in Ecclesia primitus instituta, totum composuit divinum officium) calamitosissima considerans tempora, quibus Christianismus in damnum fidei Catholicæ, & Apostolicæ Sedis per bellorum tunc ardentium incendia miserè conflagrabat, optimè se facturum esse censuit, si aliquo in illius Festi hymno cunctos fideles ad hanc supplicationem sanctissimo Sacramento faciendam invitaret: videlicet, *O salutaris hostia, &c.* Quorum verborum occasione in præsenti Discursu declarare statui, Sacram hostiam inexpugnabilem quamdam esse arcem, qua mediante non solum ab invisibilibus, sed

S. Hostia nos defendit contra hostes visibiles.

sed etiam à visibilibus hostibus eorumque machinamentis defendamur.

Quid præfiguratum fuit in Manna, Arca inclusa. Psal. 67. 1.

2. Arca in se continebat Manna quæ symbolum erat Sacramenti altaris, advertendum verò est, quod quando hæc in castra inimicorum circumferebatur, ut Hebræis esset in defensionis præsidium, hæc verba decantari consueverint: *Exurgat Deus & dissipentur inimici ejus, & fugiant*, demum vero in eodem Psalmo convivij mentionem fecerint dicendo: *Et justi epulentur*; Quæ verba utique non de convivijs mundanis intelligi possunt; utpote quæ servos Dei dedecent, ac proinde David ibi potius ad convivium alludit Eucharisticum, unde protinus subjungit *& exultent in conspectu Dei.* Verum inquies convivari & epulari inimicum non fugat, sed potius allicit; omnemque inimico timorem adimit quia milites ad gulam proclives, ad pugnam sunt inidonei. Cur igitur inimicum fugare volentes, epularum faciunt mentionem? *Quis iste inimicus tam facile vincens*; quærit D. Chrysostomus, *ut prandens trophæum erigat?* Pro resolutione notandum est celebre illud facinus Gedeonis, quando populus Israël, in servitute erat Madianitarum, jamque à numerosissimo pariter & formidabili eorumdem exercitu trucidandus erat: *Madiam autem Amalam, & omnes Orientales populi fusi jacebant in valle, ut locusta-rum multitudo, camelique quoque innumerabiles erant sicut arena.* Quibusnam vero armis, aut exercitibus Deus usus est, ut filios Israël ab hoc tam potenti inimico rueretur, & defenderet? *Vidi somnium, & videbatur mihi quasi subcinericius panis volvi, & in castra Madiam descendere, cumque pervenisset ad tabernaculum, percussit illud atque subvertit, & terræ funditus coæquavit*; *Respondit ei qui loquebatur, non est hoc aliud nisi gladius Gedeonis.* Ast quæ obsecro generosi expertique Capitanei, gladium inter & frustum panis dari potest proportio? Ecce vobis mysterium. *O salutaris hostia, da robur, fer auxilium.* Quia panis scilicet hic contra inimicos gladius est, dum illum nos venerantes, inque opem & succursum nostrum cum confidentia & devotione advocantes suscipimus; Unde Vatablus non immerito pro ly *subcinericius panis* legendum putat: *Et ecce stropitus panis se devolvens ad castra*, seu ut Cajetanus ait: rectius legitur; *Et ecce tremor panis.* Id quod olim experti fuere Saraceni illi, qui assisij applicatis monasterio S. Claræ scalis, in quo tunc S. hæc Virgo degebat, extremam intentabant ruinam dictæ Urbi & Cœnobio; Mox enim Sancta hæc animosior ipsis in faciem restitit in virtute hujus Sacramenti, quo foras educto, eos tamquam fulmina excæcavit & præcipitavit: *Ægrasse ad portam asferri voluit, unaque vas in quo SS. Eucharistiæ Sacramentum erat inclusum, ibique oravit in hunc modum: Ne tradas Domine bestijs animas confitentes tibi. Saraceni partim fuga se mandarunt, partim qui murum ascenderant, capti oculis, præcipites ceciderunt.* Porro S. Isernardinus ad immediate præcedentem historiam se convertens ait; *Hic est panis, qui à Gedeone visus est, qui destruxit Madian.*

D. Chrys. in Psal. 12. Judic. 7. 12. Panis subcinericeus Gedonis designat S. Eucharistiam. Vatabl. Cajet. Exemplum S. Claræ. In lectionibus S. Clar. S. Bern. t. 1. ser. 54. A. 2. c. 3.

3. Recordabimini forsan historiæ illius, quam nobis quartus exhibet Regum liber, de Benhadad Rege Syriæ, qui Samariam tam stricta pressérat obsidione, ut fame invalescente; proprios filios devorarint matres, quare Rex Israël indignatus, Elisæo se mortem ei illaturum juravit; sed quid mali obsecro perpetrarat hic Propheta: Num forte occultè eum inimico colludebat? Aut sinistrum fortassis in prælio dicto dederat consilium? Nequaquam, sed ut S. Ambrosius notat: *Prophetæ mandavit necem, cuique in potestate fore crederet, ut obsidionem solveret, propulsaret famem*, quia nimirum Rex probè cognoverat, S. Prophetæ precum efficaciam, utpote qui paulo ante, ut in eodem traditur capitulo, inimicum excæcatum, in medium conduxerat civitatis Samariæ. Verumtamen id, quod nostro singulariter deservit propositio, consistit in eo, quod S. Propheta gloriosæ contra inimicos victoriæ signum dederit frumenti abundantiam, dicens: *Sequenti die ubertatem frumenti videbis*, ut refert Ægesippus, quantumvis Vulgata nostra solius meminerit farinæ; sponsionique Propheticæ successus respondit fertilitimus, ut nimirum edoceamur, quod frumentum Electorū inimicos vincat & prosternat, modo ad ipsum cum efficacibus precibus recurramus. Quo fine & Cornelius à Lapide illum adducit Isaiæ textum: *Requiescere faciet Dominus super eum in tympanis & citharis, & in bellis præcipuis expugnabit eos.* Quæ verba dictus Author ita ad nostrum applicat propositum: *Assyrij & Sennacherib vincentur, non armis, sed sacrificijs, quæ tympanis & citharis offerebantur*, id, quod &

Ægesippus de excidio. Hieros. l. 5. c. 16. Cornel. à Lap. Isai. 30. 32.

lingua Hebræa in illo exprimit verbo; quod *elevationem* significat, ubi Vulgata nostra legit: *præcipuis.*

4. Successum narrabo ad idem intentum, nulli non pergratum è frontino desumptum, qui tradit in medio quondam unius montis ab inimico obsessos pressosque Thraces, ad hoc se convertisse stratagema. Oves aliquot frumento impinguatas liberas dimisserunt, quæ in hostiles manus incidentes subito præda factæ sunt, & victima; Conspectoque frumento in occisarum intestinis, magnâ obsessos abundare frumenti copia, credidit hostis, obsidionemque solvit. Multis pariter exercitibus cæteroquin formidabilibus & invincibilibus, idem novimus evenisse, quando civitates aut castella obsidentes, hujusmodi prædam spe jam devorarant, turpiter ejusi suas sibi insensibiliter vires diminuit, generositatem remittere, animumque deficere adverterunt. quia scilicet obsessi cœlesti hoc sese munichant, pascebantq; frumento; interque orationes, ad panem confugiebant Angelorum. Quam veritatem Numa quoque Pompilius qualicumque lumine doratus, non obiter attigisse videtur, quando de inimicorum contra se adventantium furijs admonitus; in trepide respondit: *Et ego sacrificabo.* Potius urbes munitionibus, & necessarijs militibus alijsque provisionibus instruere debuisse videtur; Sed accuratior veritatis ponderator totam in sacrificijs fiduciam collocandam censuit; In sacrificijs inquam ovium, aliorumque pecorum, quæ falsis numinibus, & dæmonijs offerebantur, quanto igitur majorem confidentiam populus Christianus in similibus angustijs, & pressuris concipere debet & dicere: *Ego sacrificabo.* Atque idipsum in verbis dictis nobis insinuatur, quibus asseritur: *In bellis præcipuis expugnabit ad elevationem in sacrificijs.*

Duæ insignes historiæ, ad intentum applicabiles. Numa Pompilius credidit hostes sacrificio vincendos.

5. Josue civitatem Hai subjugaturus, dum exercitum suum in præsentissimo conspiceret periculo, vocem Dei inaudijt his præcipientis: *Leva clypeum, qui in manu tua est, contra urbem Hai, quoniam tibi tradam eam.* Porro Glossa scutum hoc Passionis Christi, cujus Sacramentum altaris memoriale est, symbolum fuisse docet, inquiens: *Clypeus iste est memoria Dominicæ passionis.* Cajetanus autem paulo ante insinuatum Madianiticum panem contemplans, illa singulariter considerat verba (*videbatur panis volvi*) circa quæ talem format discursum: *Ex eo quod describitur volventis se, insinuatur, quod hujusmodi panis erat orbicularis figuræ: Hæc enim figura ad modum revolutionis, valdè est habilis.* Chaldæus legit: *Ecce placenta panis*, Galatinus autem: *Placentula rotunda*; Quæ interpretationes nostro utique suffragantur proposito, siquidem figuram circularem habet nostia nostra consecrata, non solum sphæricum mundi corpus, sed & potentiam designans, quam habet super omnes adversariorum assultus, cui non obscurè quædam favet S. Bernardi sententia, dum in sermone *de Virgine assumpta*, cui titulus est: *Intravit Jesus in quoddam castellum*, ita discurrit: *Quod est autem hoc castellum nisi cor humanum, quod priusquam Dominus ad illud veniat, cupiditatis fossa vallatur, muroque obstinationis claudiur, atque in interiori latitudine sua, Babylonica turre erigitur; Visitante Christo, & intrante castellum hoc, evertitur.* Profecto si Christus tanta vi pollet ad expugnandum castellum, quod nostræ consignavit libertati, dum *reliquit hominem in manu consilij sui*, quanto facilius, civitates, provincias, regna, turresque munitissimas subjugabit? Ipse *armabit creaturam ad ultionem inimicorum*, insuper *cor Regis in manu Domini, quocumque voluerit, inclinabit illud*; An nescitis, quoniam Deus ille titulo glorians, Dei exercituum, machinamenta, studiaque expertissimorum etiam heroum penitus atterit, & pessumdat?

Josue 8. 18. Continuatio ejusdem materiæ. Gloss. Cajet. S. Bern. ser. 5. de Assumpt. Eccl. 15. 14. Sap. 5. 18. Prov. 21. 1.

6. Ad Elisæum Prophetam, inimicos Samariæ excæcantem sanctus nos revocat Ambrosius dicens: *Ubi sunt, qui dicant plus, quam preces sanctorum hominum arma posse? Ecce una oratio Elisæi totum exercitum vulneravit, & unius Prophetæ meritis omnis est hostium numerus captivatus.* Si inquam contra integrum exercitum tantam vim, & efficaciam unius Prophetæ oratio habet, quanto majorem possidebit ipsemet personaliter præsens Deus, & à suis Fidelibus ferventibus in Eucharistia precibus invocatus? Ramirus Rex Hispaniæ infeliciter cum Saracenis prælia-tus in montes se contulit ad certum quemdam locum totus desolatus, ubi illi per noctem sanctus apparuit Jacobus Apostolus: suum ei promittens auxilium, & infallibilem victoriam; Hac tamen conditione, ut postridiè milites omnes sacra se arment Communione

4. Reg. 6. v. 15. S. Ambr. ser. 2. de S. Elisæo. S. Communione munita, feliciter pugnant contra hostes. Baron. An. 844. n. 18.

ne qua corroborati 70. millia Saracenorum occiderunt. Anno 1040. dum Barbari ijdem Meſſanam miniſtris imperialibus ſubditam invaderent, hi omnes ſacra prius refecti Communione, portas aperientes tanto cum impetu in canes illos proruperunt, ut irreparabilem ijs inrulerint ſtragem, cadaveribus planities, valles & flumina implentes; Quo ex tempore ampliſſima Siciliæ Inſula, tyrannico cæteroquin Barbarorum jugo preſſa, in pace reflorescere cœpit.

Baron. An. 1040. n. 3.

7. Dum iterum me ad libros Regum converto ſingulare propoſiti præſentis fovendi argumentum ſuppeditant verba illa, quibus dicitur: *Habitabat Juda, & Iſraël abſque timore ullo, unusquisque ſub vite ſua . . . cunctis diebus Salomonis.* Aſt quale eos habuiſſe putatis tantæ pacis, & ab hoſtili incurſu immunitatis pignus? Utique non aliud, quam quia ſub regimine Regis pacifici degebant; Verumtamen *ecce plus quam Salomon hic*, qui ſub Sacramenti hujus umbra vivit, nullum pertimeſcit inimicum inſultum, unde Origenes inquit: *Tibi dabitur ut requieſcas ſub vite tua quæ eſt Chriſtus Jeſus*; Quod ut ſtabiliat plenius ad illa alludit Sacramentum hoc inſtituentis Chriſti verba: *Non bibam amodo de hoc genimine vitis*: Quia nimirum ſub vitis illius umbra, quæ *vinum* producit *germinans virgines* impavidi requieſcimus.

3. Reg. 4. 25.

Matth. 12. 42. Luc. 11. 31. Orig. h. 15. in Joſue.

8. Obſervaſtisne aliquando cui Sponſæ collum aſſimilerur? *Sicut turris David collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.* Per Sponſam hanc Eccleſia deſignatur, aſt quare obſecro collum potius quam quæcumque alia pars corporis, turri, armamentario, & inexpugnabili comparatur propugnaculo? Cauſamne noſtis? de hoc agebatur Sacramento, quia nimirum collum vehiculum eſt cibi, nutrimenti & potus, quibus totum ſuſtentatur, corroboraturque corpus; Non itaque ulla pars corporis alia aptius ſignificare potuiſſet effectus hujus panis, & Euchariſtici vini, quorum utrumque turris eſt inexpugnabilis. Atque hanc forte ob cauſam felix Epiſcopus Bituricenſis vas fabricari juſſit aureum in formam turris ad cuſtodiendam Euchariſtiam, quam & Eccleſia ſancta in vaſis tabernaculorum, quales militares ſunt caſæ, & tentoria, figuram exprimentibus cuſtodire conſuevit: Quo ſine & illa ſubſerviet Hugonis Cardinalis Gloſſa, quando hunc Pſalmi verſiculum (*in Sole poſuit tabernaculum ſuum*) interpretans ait: *Tabernaculum dicitur caro Chriſti.* Verum enimvero qualis inter tentorium, & agni divini corpus poteſt eſſe relatio? Facilis eruetur reſponſio ex illis Apoſtoli verbis: *Jeſus Chriſtus heri, & hodie: Ipſe & in ſæcula*; quia ſcilicet idem ille, qui triginta tribus annis in carne viſibili, ut Hugo Cardinalis ait, ſicut in tabernaculo militavit pro nobis ipſemet proteſtatus eſt dicens: *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus usque ad conſummationem ſæculi*, in defenſionem noſtram in hoc Sacramenti tabernaculo per corpus ſuum militans inceſſanter.

Cant. 4. v. 4. Per collum Sponſæ deſignata fuit S. Euchariſtia.

Baron. An. 570. n. 15.

Hug. C. ibid. Pſalm. 18. 6.

Hebr. 13. 8.

Hugo Car. ib. Matth. 28. v. 20.

9. Ultimum diſcutite, ſi lubet à Sennacherib, toti populo Iſraelitico, & civitati ſanctæ Jeruſalem intentatum exterminium; Quando Ezechias nequaquam puſillanimus coram arca proſtratus, ita exorare cœpit; *Domine Deus Iſraël, qui ſedes ſuper Cherubim, tu es Deus ſolus Regum omnium terræ.* Arca hæc propter Manna quod continebat Euchariſtiam, ut diximus, præfigurabat; Circa quam hiſtoriam, minas, & blaſphemias Rabſaces Ægeſippus conſiderans ſimul & Ezechiæ pietatem ait: *Non verba verbis, nec arma armis, referenda credidit, ſed exurgens, cilicio ſe ut ſcuto induit; pro galea, cinere caput texit, pro jaculis orationem intorſit, aſcendit oratio, deſcendit Angelus, cæſa per noctem . Aſſyriorum 175. millia cadavera numeravimus, percuſſorem non vidimus.* Ita quoque multi Chriſtiani, Euchariſtia ante prælium muniti, glorioſi evaſere victores, percuſſorem non videntes, quia ſcilicet ſub ſpecierum Sacramentalium tabernaculo, & tentorio, militat conſligitque Chriſtus. Unde non immerito S. Cyprianus, teſte Baronio, Fideles contra Tyrannos armaturus, hoc ijs providit corporis Chriſti munimentum, juxta illa expreſſa verba: *Quos excitamus, hortamur ad prælium, non inermes, & nudos relinquamus, ſed protectione corporis & ſanguinis Chriſti muniamus.* Quam veritatem ex Alberti Magni doctrina facilè ſtabiliemus, qui favum mellis à Samſone in ore leonis inventum, & Euchariſtiæ ſymbolum contemplans, ait: *De comedente exivit cibus, & de forti egreſſa eſt dulcedo; Hoc eſt de eo, qui in Sacramento nos ſibi incorporat, exit dulcedinis cibus, & de forti noſtro propugnatore ad ſalutem tanta egreſſa eſt dulcedo.*

Ægeſippus de excidio. Hieroſ. l. 5. c. 16.

Christiani ante prælium ſe muniant S. Euchariſtia, ut vocant. S. Cypr. Baronius An. 57.

Alb. Magn. de Euchar. d. 5. 1. c. 2.

Cujus Sacramenti fortitudinem Salmeron pariter ab Iſaia indigitatam fuiſſe ſuſtinet in ijs verbis, ubi *convivium pinguium* commemorans, immediate hoc ſubnectit epitherum: *Dominus exercituum*; Unde ad ſacrum hoc convivium Euchariſticum dictus alludens Author, ait: *Quia pro exercitibus Eccleſiæ militantis corroborandis inſtitutum eſt.*

Salmer. t. 9. tr. 2.

Iſai. 25. 6.

10. Ad novam vos invito S. Chryſoſtomi ſententiam: *Cavendum tibi, ne acutum gladium pro cibo præbeas*, quia ſcilicet ſummè nobis cavendum, ne ſceleribus noſtris, manſueti hujus agni furorem contra nos provocemus, ipſique loco cibi ferrum & gladiū in interitum noſtrum præbeamus nobisque in oppreſſionem cedat, propter graves offenſas, & mortales culpas noſtras, quod cæteroquin hoſtes noſtros penitus attrivifſet. Populus quondam Iſraël ſtragem paſſus à Philiſthæis communi conſilio arcam in prælio conducendam per quam defenderentur, ſtatuerunt, dicentes: *Afferamus ad nos de Silo arcam fœderis Domini, & veniat in medium noſtri, ut ſolvat nos de manu inimicorum noſtrorum*, ſed nihil ijs hujuſmodi profuit munimen, quamtumvis altaris Sacramenti typus eſſet; quin potius *ceciderunt de Iſraël triginta millia peditum. Et arca Dei capta eſt.* Ex quo proinde ſucceſſu Dionyſius Carthuſianus hoc optimum pro nobis eruit documentum. In urgentibus quandoque belli miſeriis populus Chriſtianus ſanctiſſimum exponit Sacramentum, in honorem ejuſdem preces ſolemnes inſtituit 40. horarum, & proceſſiones, ſed abſque ullo fructu, imo quandoque cum effectu oppoſito. Cujus hæc aſſignari poteſt ratio, quia nimirum principalis eorum finis eſt, ut ſuam ſalvent ſubſtantiam; & vitam à fine moti temporali, non Divino, non Eccleſiaſtico; non ut protegant, aut manu teneant fidem; Iterum quod caput eſt, ejusmodi inſtituuntur devotiones; absque ulla morum emendatione cum affectu, & voluntate reiterandi peccata; ideoque *acutum gladium pro cibo præbemus*, pro vita mortem, pro medela interitum, pro præmio ſupplicium.

D. Chryſ. hom. 83. in Matth. Et vitæ emendationem firmiter ſtatuant alias potius obeunt, quam prodeunt.

1. Reg. 4. 3.

Ibid. v. 10. 11.

Dion. Carth.

11. Anno 1239. ab innumerabili Turcarum exercitu obſeſſa Valentia, dum noſtri extremis promerentur angustijs, à ſacratiſſimo hoc altaris Sacramento, ſubſidium petiere inſtanter; Inter reliquos autem quinque Capitanei ad S. Communionem ſumendam ſe accinxerunt; ſed dato conflictus ſigno ante Miſſæ finem, dum communicandi non ſuppeteret tempus, ad prælium concurrerunt, ſuum ſpiritualiter adimplentes deſiderium. His itaque confligentibus, dum Sacerdos, qui de reſiduis hoſtijs minoribus ageret, dubius hæreret, corporali eas involutas ſub ſaxo abſcondit propter Barbarorum timorem. Turcæ itaque penitus deſtructi fuere à noſtris, fugatique per invocationem ſanctiſſimi Sacramenti. Noſtri igitur ad communicandum reverſi particulas eruentes ſingulas ſanguine madidas, ſacro lino affixas offenderunt; Quo miraculo divulgato, omnes ad tanti myſterij adorationem concurrerunt. Sed novo confeſtim de inimicis iterum ad arma convolantibus orto rumore, noſtri expediens judicarunt corporale dictum, quaſi antemurale mœnijs appendere, quo facto iterum in impios proruentes, omnes in fugam compulerunt. Quæ Syndon usque in præſens tempus multa cum veneratione Darocæ multis clara miraculis aſſervatur.

Præclara hiſtoria obtus ta taliter vi ctoriæ. Marin. de reb. Hiſp.

DISCURSUS XXIII.

ARGUMENTUM.

De varijs Euchariſtiæ fructibus, præſertim autem de illa quam nobis confert, indulgentia & propitiatione Dei.

THEMA.

Pinguis Panis ejus, Gen. 49. verſ. 20.

1. ALias inter quibus Patriarcha Jacob ſuos muneravit filios benedictiones, non infima fuit illa, quā indulſit filio ſuo Aſer dicens: *Aſer pinguis Panis ejus*; Quæ verba Eccleſia ſancta in Feſto ſanctiſſimi Corporis Chriſti, cœleſtem hunc panem ſacramentalem honoratura adducit, alludens ni fallor ad effectuum ejus multiplicitatem; Unde ſubjungit: *præbebit delicias*, ſcilicet, ut Interlincaris proſequitur *Sapientiæ, Gratiæ, & Virtutum.* S. autem Thomas de Villa nova, panem hunc in cœleſti Manna figuratum fuiſſe conſiderans ait: *Quid dulcius iſto cibo, qui non de terra eſt, ſed de cœlo venit, non hominum opere, ſed Spiritus Sancti, virtute, in ſacro Virginis utero formatus, omnem habet ſaporem, omnem continet ſuavitatem? in eo omnium virtutum, &*

S. Euchariſtia eſt propriatoria.

Interlin. S. Thom. de Villa nova conc. in die corp. Chriſ.

S. Clem. Rom. ſ. c. 4. Act. 10. 38.

& chariſmatum plenitudo eſt; vel ut S. Clemens de hoc cœleſti pane tractans concludit; *Omne beneficium obumbrabit*; nec immerito: ſi enim Chriſtus paſſibilis inter nos mortales degens, *pertranſiit benefaciendo*, quanto magis in ſuis bonis diſpergendis prodigus erit in Euchariſtia, in qua ipſe permanenter, uſque ad finem præſtat ſæculorum dicens: *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus*, neque aliūm ob finem niſi ut ſuas ipſe nobis gratias communicet; Ideoque juxta Apoſtoli conſilium: *Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ, ut miſericordiam conſequamur, & gratiam inveniamus*, quia ſcilicet Sacramentum hoc gratiæ eſt ſignatura, nomenque *Euchariſtia*, gratiæ eſt expreſſivum.

Matth. 28. v. 20.

Hebr. 4. 16.

Salmer. t. 6. tr. 40. Chriſtus quocumque intravit, ſuam benedictionem, & dona impertivit.

2. Salmeron Chriſtum varijs ſuas largè gratias diſperſiſſe conſidrat; Et in primis quidem uterum virginalem ſubintrans, eidem primatum contulit ſuper omnes creaturas. Exinde domum petens Zachariæ Joannem Baptiſtam in utero virginali ſanctificavit, matremque ejus Spiritu Sancto, & patrem dono Prophetiæ ditavit. Stabulum Bethlemiticum in quo natſi dignatus eſt, in paradiſum convertit, præſepiumque in altare conſecravit. Ad templum conductus, ipſum omnium reddidit glorioſiſſimum, ita ut juxta Propheticum oraculum, nullum ei umquam exſtiterit ſimile in Majeſtate. In Ægyptum confugiens, falſa attrivit dæmoniorum ſimulachra, & ipſa per quæ tranſivit deſerta, ſua taliter Sanctitate honoravit, ut ſanctis impleta fuerint Eremitis. Jordanis aquis in quibus ſe lavit, virtutem contulit ſicut & cæteris aquis purificandi & ſanctificandi animas per S. Lavacrum; In Cana inter nuptias aquam mutavit in vinum; In domo Petri ſocrum ſanavit febricitantem; à S. Matthæo invitatus multos convertit Publicanos; In Simonis phariſæi convivio ſanctificavit Magdalenam: In ædibus Archi-Synagogi filiam reſuſcitavit defunctam, inque ipſo itinere per ſimbriæ contactum Hæmorrhoiſſam liberavit a fluxu ſanguinis. Hoſpitio exceptus à Martha, utramque ſororem & fratrem eminenter promovit, dum eos univerſo mundo tamquam omnium ſtatuum, & in Eccleſia vocationum idæas propoſuit: Zachæus ipſum invitans audire meruit: *Hodie ſalus domui huic à Deo facta eſt*; A Phariſæorum principe vocatus, non obſtantibus impiorum ſibi ſtructis inſidijs, alium ab hydropiſi in corpore, alios à faſtu in anima liberavit, de humilitate varia ijs tradens documenta: Ecce vobis dicti Authoris Diſcurſum, quibus præmiſſis tandem concludit ita in favorem noſtrum: *Intravit in cœnaculum monts Sion, & in reliquit nobis cibum totum, & menſam integram.*

Luc. 19. 9.

In Cœnaculo Sion ſe totum nobis in cibum reliquit.

B. Laur. Juſt. de diſc. mon. c. 19.

3. B. Laurentius Juſtinianus ad varios ex cœleſti hac refectione redundantes ſe convertit effectus dicens: *Vivificantur intrius, corpori Chriſti incorporantur, ſpiritualiter reficiuntur; devotione augmentantur, dulcedine nutriuntur, charitatis ſci licet ad Deum, & dilectionis ad proximum, & ſuavitatis in ſeipſos; Fit quoque ex illa ſumptione in ipſis, fomitis mitigatio, gratiæ collatio, virtutum roboratio, peccatorum remiſſio, contra diabolum armatio, ſpei elevatio, amoris excitatio, fidei commendatio, angelica convivatio, regni cœleſtis largitio; intellectus illuminatio, & omnium bonorum particupatio.* Unde & in Canone Miſſæ, verba leguntur ſequentia: *Quam oblationem tu Deus in omnibus quæſumus, benedictam, adſcriptam, ratam rationabilem, acceptabilemque facere digneris.* Quæ verba S. Paſchaſius conſiderans, ait: *Benedictam, per quam nos benedicamur; adſcriptam, per quam nos omnes in cœlo conſcribamur; ratam, per quam in viſceribus Chriſti cenſeamur rationabilem, per quam à beſtiali ſenſu exuamur; acceptabilemque facere dignetur, quatenus & nos per hoc quia in nobis diſplicamus, acceptabiles cum ejus unico Filio ſimus.* Cui eidem cœleſti pani pinguiſſimo omnes attribuere poſſumus ab Apoſtolo Spiritus Sancti verbis ſequentibus enumeratos fructus; dum ait: *Fructus autem Spiritus eſt: Charitas, Gaudium, Pax, Patientia, Benignitas, Bonitas, Longanimitas, Manſuetudo, Fides, Modeſtia, Continentia; Caſtitas.* His namq; omnibus fructibus nutrit, & impinguat animam ſuſceptio hujus panis. *Charitas* quidem hoc ſingulariter eminet in Sacramento, quam virtutem Lectori fuſius amplum quoddā exhibet, in Sacramenti hujus laudem compilatum Volumen, cui titulus: *Sacramentum amoris*: Praterquam quod virtutis hujus eminentia ex illo deducatur Spiritus Sancti axiomate, quo dicitur: *Deus Charitas eſt: & qui manet in Charitate, in Deo manet, & Deus in eo*; neq; *Lætitia* hoc in vino deficit, quod *lætificat cor hominis*, propter quod Communicans cum Maria virgine maxima cum abundantia exuberans gloriari poteſt dicendo: *Exultavit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo.* Inſuper *Pax* in corde ejus, qui hunc Agnum in ſe ſuſcepit, ſuperabundat, quia Pacem donat ſe ſuſcipienti, & ideo ad Epheſ. dicitur: *Ipſe eſt Pax noſtra.* Ad hæc Euchariſtia *Patientiam* quoque fovet, & vigorosè nutrit, proūti quovis ſæculo in Martyribus experientia docuit, qui S. Communione corroborati, non ſolum crudeliſſimorum tormentorum carnificinam libenter tolerarunt, verum etiam in medijs tormentis cor eorum præ nimio gaudio exſilijt. Unde in Geneſi dicitur: *Ponam buccellam panis, & confortate cor veſtrum.* Præterea *Benignitas*, quæ fructus eſt Spiritus Sancti divino huic cibo pariter adhæret; Sic enim per experientiam videmus, quod ij, qui cœleſtem hanc menſam frequentant, communiter benigni ſint, & benefici, ac magna vi attractiva præditi, prout videre eſt in ſancto Ignatio de Loyola, Franciſco Xaverio, & Philippo Neno. Unde S. Paulus Communionem ſimul cum Beneficentia conjungit, dicens: *Beneficentiæ & Communionis nolite obliviſci.* Denique ab hoc Sacramento *Bonitas*, virtus, & perfectio ſuas radices habet, fiuumque indè acquirit alimentum & vigorem; unde Gloſſa inquit: *Præbebit delicias ſapientiæ, gratiæ, virtutum.*

Gal. 5. 22. Specialiter fructus Spiritus à S. Paulo enumerati, qui ſunt Charitas.

1. Joan. 4. 16.

Gaudium.

Pax.

Eph. 2. 14.

Patientia.

Gen. 18. 5.

Benignitas.

Hebr. 13. 16.

Bonitas.

4. *Longanimitas*, quæ nos omnibus vitæ hujus cæcis tam ſiniſtris quam proſperis ſuperiores efficit, ab hoc quoque convivio Euchariſtico haud parum addiſcitur; *Et* ideo obſervandum; quod in oratione Dominica primo hæc verba præmittantur: *Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra*, & ſtatim immediatè mentio fiat hujus panis cœleſtis: *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*, quod utique ideo ſolum fit, ut oſtendatur conformitatem voluntatis humanæ cum divina, panis hujus verum fructum eſſe; Et merito, cum enim Chriſtus dicat: *Meus cibus eſt, ut faciam voluntatem ejus, qui miſit me*, juſtum eſt, ut ad exhibendam huic cibo divino debitam gratitudinem & remunerationem, illam per hunc cibum recompenſemus, ejus adimplendo voluntatem nosque ei per omnia conformando. Fructus quoque hujus Sacramenti eſt *Manſuetudo*; Siquidem Salvator Agnus ille manſuetus Sacramentū hoc in noſtram utilitatem inſtituit: *In qua nocte tradebatur*, id eſt, eo tempore quo homines omnia iræ ſuæ fulmina adverſus eum evibrabant. Huc quoque ſpectat *Fides*; Neque enim ullum eſt myſterium, in quo magis ſit neceſſarium hanc virtutem exercere, ſicut in iſto Sacramento, quod proinde per antonomaſiam *myſterium Fidei* nuncupatur. Unde Doctor Angelicus ait: *Quod non capis, quod non vides, animoſa firmat Fides.* Eſt quoque *Modeſtia* Sacramenti hujus fructus; Quæ enim major Modeſtia & Humilitas excogitari poteſt, quam quod Deus ille *quem adorant dominationes, tremunt poteſtates*, ſub minuiſſimo hoſtiæ fragmento ſe conſtringendo, ſe tamquam cibum & potum à vilißimis vermiculis devorari ſinat? In quo utique homines perfectum ſuiipſius contemptum, & aſpernationem efficaciter docet. Tandem, quod *Continentia* & *Caſtitas* Sacramenti hujus fructus ſit, in Diſcurſu decimo ſexto, fuſè ſatis probavimus; quod proinde non ſine myſterio *vinum germinans* appellatur.

Luc. 1. 47. Pax. Ephes. 2. 14. Patientia. Gen. 18. 5. Benignitas. Hebr. 13. 16. Bonitas. Longanimitas. Joan. 4. 34. Manſuetudo. Fides. Modeſtia. Continentia, Caſtitas.

5. Præter hos innumeri quoque ſunt alij, cunctique admirabiles hujus panis fructus, inter quos præcipuus eſt, quod ſumentes hoc Sacramentum in Dei filios efficaciter adoptet; Quæ certè adoptatio, tanti æſtimanda eſt, ut S. Leo de unione hypoſtatica naturæ divinæ cum humana, in incarnatione conſummata diſſerens, dicere non dubitet: *Omnia dona, excedit hoc donum, ut Deus hominem vocet filium, & homo Deum nominet Patrem*; De qua adoptione S. Joannes loquitur, dum ait: *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri*; Et quidem ex quo in communicantibus de hoc Sacramento veriſimè adimpletur, quod æterna Veritas promittit, nimirum: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo*, conſequens eſt, ut ſicut divinitatem Chriſti participamus, ita quoque filiationis divinæ, quam Chriſtus habet, participes efficiamur. Simile quoddam argumentum S. Ambroſius efformat, dum inquit: *Quia idem Dominus noſter Jeſus Chriſtus conſors eſt, & divinitatis & corporis, & in qui accipis ejus carnem, divinæ ejus ſubſtantiæ in illo alimento participes efficeris*; quod utique multo magis quoad divinam ejus filiationem verificatur.

Dignè communicantes, efficaciter adoptantur in filios Dei. S. Leo ſerm. 9. de Nat. Joan. 1. 12. Joan. 6. 57. S. Ambroſ. l. 6. de Sac. c. 1.

6. *Pinguis panis ejus*; Habet enim hoc Sacramentum virtutem non ſolum impinguandi animam, verum etiam corpus ſuſtentandi; prout multis ſervis Dei plurimisque virginibus acciditſe variæ perhibent hiſtoriæ.

S. Communio etiam ſuſtentat corpus.

S. Pona-

S.Bonaventura obſervat Salvatorem noſtrum in cap. 6. Evangelij S. Joannis de Euchariſtia ſuè differentem, frequentem feciſſe mannæ mentionem, *quærit, ad quid toties repetit de manna & inculcat?* Moxque per authoritatem D. Chryſoſtomi reſpondet, quod *ideo toties reminiſcitur manna, ad fidem inducens, quod ſi poſſibile factum eſt 40. annis ſine meſſe & frumento continere illorum vitam, multo magis & nunc ipſe veniens poſſit dare vitam; & ſi illi vtpi erant, multo magis ipſa veritas erit talis, quæ poſſit dare viam.* P. Rho de venerabili Urſula Benincaſa refert, quod poſtquam Gregorius XIII. eamdem S. Philippo Nerio ad probandum ejus ſpiritum conſignaſſet, isque ei ſacram prohibuiſſet Communionem: *Manentibus illico membris, non ſine vitæ periculo conabuerit. Cumque veluti in ſuprema neceſſitate ſacro viatico refici juſſiſſet idem Philippus, vires momento receperit.*

7. *Pingais panis ejus.* Etenim panis hic cœleſtis vigorem & vires nobis ſubminiſtrat, ut divini ſervitij curſum cum fervore aggredi & proſequi valeamus. Porro de S. Elia Prophetа facer textus ait: *Ambulavit in fortitudine cibi illius* (id eſt panis ſubcinericei eidem ab Angelo ſubminiſtrati) *quadraginta diebus, & quadraginta noctibus usque ad montem Dei Horeb.* Hic autem panis ſub cineribus per manum Angeli coctus, qui tantum Eliæ vigorem tribuit, panis Euchariſtici typus erat, ac proinde B. Laurentius Juſtinianus hinc ita arguit, dicens: *Quid panis Chriſti, qui eſt panis vitæ rectè ſumentibus, ſpiritualiter fortitudinis conferre valebit?* Et Gloſſa ſimiliter ait? *Quanto magis ex virtute divini convivij, in quo non jam ſubcinericeos panes, ſed ipſius Dei verbi, carnem & ſanguinem de manu ejuſdem ſummus Chriſti, poteſt quiſpiam melius ſuſtentari?* Ad noſtrum vero propoſitum ſpecialiter obſervandum eſt Ly *ambulavit*, utpote quod duo nobis utilia documenta ſuggerit, quorum *primum eſt*, quod cœleſtis hic panis ad perfectionis acquiſitionem plurimum conferat, nam verbum hoc, *ambulare*, in Scriptura ſacra ſpiritualis vitæ curſum exprimit, Sic enim Deus Abrahæ ait: *Ambula coram me, & eſto perfectus*, & de Henoch dicitur: *Ambulavit cum Deo. Secundum eſt*, quod ſingularem in via Dei fervorem nobis inſinuet; Pro cujus meliori intelligentia obſervandum, quod Elias non ſemel ſed bis ſub junipero ad dormiendum ſe compoſuerit, qui ſomnus aliquem in ipſo ſtuporem mentis & tædium ſignificabat; Nam ut Gloſſa ait: *Tepor aliquando nominatur in Scriptura ſopor*; Ac proinde Elias hoc modo ſopore correptus hominem in Dei ſervitio negligentem repræſentabat? Sed quid tandem evenit? *Cum ſurrexiſſet, comedit, & ambulavit*; Nam in virtute cibi illius excitatus, magnis paſſibus ad montem, perfectionem ſignificantem progreſſus fuit.

S. Bonav. in c. 6. Joan.

F. Rho Hiſt. virt. lib. 3. c. 11. §. 14.

Subminiſtrat vires ad progrediendum in ſervitio Dei.

3. Reg. 19. 8.

B. Laur. Juſtin. de caſto connub. c. 4.

Gloſſa ibid.

Gen. 17. 1.

Gen. 5. 22.

8. *Pingais panis ejus.* Origenes de panibus propoſitionis loquens ait: *Panis propoſitionis eum ſignificat, quem propoſuit Deus propitiationem in ſanguine ejus; & ſi reſpicitas ad illam commemorationem, de qua dicit Dominus: Hoc facite in meam commemorationem, invenies, quod iſta eſt commemoratio ſola, quæ propitium facit hominibus Deum.* B. Laurentius Juſtinianus ad ſanguinem alludens agni paſchalis, quo Deus à populo ſuo portarum poſtes tingi voluit, eos qui ad ſacrum hoc convivium accedunt, his verbis alloquitur: *Neque tibi percuſſor angelus nocere valebit, ſi agni iſtius ſagimatus fueris edulio.* Albertus Magnus ſuper illa verba Apocalypſeos cap. 7. *Nolite nocere terræ & mari, neque arboribus quoadusque ſignemus ſervos Dei noſtri*, inquit: *Conſignari debet Chriſto, qui eſt de familia Chriſti, ſigno crucis & ſanguinis ejus, quia non conſignati percutimur.* Sic quoque in Ezechiele cap. 9. omnes illos, qui ſigno Thau conſignati erant, à ſupplicio Dei exemptos fuiſſe legimus. *Hoc autem ſigno*, ut idem ait: *crucem & ſanguinem agni in monte Calvario effuſum præſignabat.* De quo S. Paulus gloriabatur, dicens: *Nemo mihi moleſtus ſit, ego enim ſtigmata Domini Jeſu in corpore meo porto*; *Stigmata autem illa*, inquit Albertus Magnus, *ſunt conſecrationes paſſionis & ſanguinis Jeſu Chriſti.*

Orig. h. 13. in Lev. Deſignata fuit per panes propoſitionis.

B. Laur. Juſt. in ſerm. de Euchar.

Apoc. 7. v. 3.

Alb. Magn. Euchar. diſt. 3. tr. 2. c. 4.

Angelus percutiens tranſit S. Communione refectos.

Ezech. 9. 4.

Galat. 6. 17.

9. Habacuc in Cantico ſuo ait: *Domine opus tuum, in medio annorum vivifica illud, in medio annorum notum facies, cum iratus fueris, miſericordiæ recordaberis.* In quo oraculo propheticо quoad ſenſum literalem populi Hebræi è ſervitute Babylonica liberatio prædicitur, quæ juxta calculũ Cornelij à Lapide Anno. 3419. contigit. S. Auguſtinus autem eadem verba de Incarnatione Filij Dei intelligit, quæ à S. Patribus *Opus Dei* non inatur, quia Deus in hoc myſterio *fecit potentiam in brachio ſuo*; Cum igitur Euchariſtia, ut ex ſuperioribus conſtat, extenſio Incarnationis appelletur, Habacuc his verbis Deum hunc in modum affari voluiſſe videtur: Quando in plenitudine temporum altaris inſtitues Sacramentum, tunc miſericordiæ tuæ recordaberis, cunctaq; iracundiæ tuæ fulmina depones. Davidquoq; cum inter tria ſibi propoſita flagella peſtẽ elegiſſet, eo tempore, quo populus hac ſtrage flagellabatur, *obtulit holocauſta & pacifica, & propitiatus eſt Dominus*; Nimirum altare quoddam erexit, & ſuper illo obtulit holocauſtum, incruenti ſacrificij ſymbolum; Sed ubi, quomodo, & quo tempore illud obtulit? Obſervandum quod Spiritus Sanctus non ſine myſterio poſt oblatum holocauſtum multas conſequentes referat circumſtantias; dicit enim: *Miſertus eſt Dominus ſuper afflictione, & ait Angelo percutienti populum: Sufficit: nunc continе manum tuam.* Sed ubinam tunc Angelus erat? facer Textus ait: *Erat autem Angelus Domini juxta aream Areuna Jebuſæi*; Circa quæ verba notandum, quod Angelus nondum areæ huic pedem intulerat, ſed tantum illi propinquius erat, quia *juxta aream*; In area autem, ut omnibus notum eſt, colligitur & excutitur frumentum ad faciendum panem; Ecce tibi igitur, quando Angelus juxta hujus panis & frumenti electorum figuram quantumvis remotam ſtabat, Deus illi, ut divinæ juſtitiæ enſem in vaginam reconderet, præcepit. Sed ubinam David altare erexit, & in quo loco holocauſtum hoc obtulit? *Emam à te aream*, inquit, *& ædificem altare Domino & ceſſet interfectio, quæ graſſatur in populo; & ait Areuna ad David: Accipiat & offerat Dominus meus Rex, ſicut placet ei.* Ubi ut vides, altare in medio areæ frumenti ad propitiandum & placandum Deum erigitur, quæ *omnia in figura* hujus Sacramenti *contigerant*, per quod Deus nobis propitius efficitur. Hic quoque revocandum eſt in memoriam, quod cum Abiathar ſummus Sacerdos, partes & factiones Adoniæ contra Salomonem ſecutus fuiſſet hic Rex ei dixerit: *Equidem vir mortis es, ſed hodie te non interficiam; quia portaſti arcam Domini Dei*; In hac autem arca, ut ſæpius meminimus, Manna recludebatur verum Euchariſtiæ ſymbolum & ideo Salomon hujus ſolius intuitu Abiathar pepercit. Et quot putas hodie inveniuntur, qui utique peccatis ſuis ita exigentibus, multis involverentur infortunijs, niſi ex eo ſolum, quia S. Communioni devoti exiſtunt, ab ijs præſervarentur.

Habacuc. 3. 2. S. Euchariſtia eſt opus Dei.

Patet in ſuo locuſto quod obtulit David. Ibid. v. 21. & 22.

3. Reg. 2. v. 26.

Corn. à Lap. S. Auguſt. Luc. 1. 51.

10. Quando Joram Rex Iſraël, Joſaphat Rex Juda & Rex Edom in bellum contra Moabitas una cum numeroſis exercitibus progreſſi in deſerto præciti morie-bantur, & peribant, Eliſeus per orationes ſuas iram Dei placavit; & ingentes aquarum torrentes manare fecit; Sed quando, vel quo tempore miraculum iſtud patravit, S. Scriptura ait: *Factum eſt igitur mane quando ſacrificium offerri ſolet, & ecce, aquæ venerunt per viam Edom, & repleta eſt terra aquis.* Eo etenim tempore, quo ſacrificia offerebantur, Deus miſericordiam ſuam continere nequit, quin propitietur. Quando Elias Propheta poſt tot ſiccitatis continuæ annos, cœlum, quod antea æneum fuiſſe videbatur, aperuit, dicit ſicer textus: *Et ecce nubecula parva*; Per quam hoſtia ſacra, quæ velut anguſta quædam nubes eſt, præfigurabatur; Ac proinde S. Auguſtinus ait: *Elias figuram habuit Domini Salvatoris, Elias oravit & ſacrificium obtulit, & Chriſtus pro univerſo mundo ſemſam immaculatum ſacrificium tradidit*; Et paulo poſt ait: *Vidit nubeculam parvam aſcendentem de mari, quæ carnem Chriſti figurabat.*

4. Reg. 3. v. 19. Oblato ſacrificio Deus miſericordiam ſuam continere non poteſt.

4. Reg. 3. v. 20.

2. Reg. 18. v. 44.

DISCURSUS XXIV.

ARGUMENTUM.

Communio ſacra lumen, ſcientiam, & Dei myſteriorumque divinorum infundit cognitionem.

THEMA.

Et cognoverunt eum in fractione panis, Luc. 24. verſ. 36.

S. Communio illuminat mentem. Luc. 24. 16. D. Chryſ. in Caten.

1. Duo illi Diſcipuli à via, quæ in Emaus ducebat aberrantes, adeo à Sole juſtitiæ offuſcati fuerunt, ut S. Lucas de ijs dicat: *Oculi eorum tenebantur, ne eum agnoſcerent*; Ubi D. Chryſoſtomus ait: *Non de ſenſibilibus oculis hoc dictum eſt, ſed de ſenſu mentali*, neque enim viſus illorum corporalis obtenebratus erat, ut bene probat S. Auguſtinus, non enim clauſis oculis ambulabant, ſed inerat aliquid, quo non ſinerentur agnoſcere,

S. Auguſt. de conſ. Evang. l. 3. c. 3. in Cat.

Theoph.

Alb. Mag. de Euchar. diſt. 3. tr. 2. c. 4. An panis quem fregit Chriſtus in Emaus, fuerit Euchariſticus.

Tyrenius. Cyrill. Cajet. Dion. Cart.

gnoſcere, quod videbant. At vero quam diu hæc hallucinatio, quæ mentem illorum perſtringebat, duravit? *Uſque ad Sacramentum panis*, inquit S. Doctor, *ut veritate corporis ejus participata Chriſtus poſſit agnoſci*; Nam quando Salvator illis conſecratum ſacratiſſimi corporis ſui panem communicavit, tunc protinus *cognoverunt eum*. Per quod *inſinuatur*, ut inquit Theophylactus, *quod oculi eorum qui benedictum panem aſſumant, aperiantur, ut agnoſcant illum, magnam enim & indicibilem vim habet caro Domini*: Unde Albertus Magnus ait: *Oculos claros non habet, cujus oculos ſanguis Chriſti efficacius non clarificavit.*

2. Controverſum eſt inter ſacros Interpretes, an panis ille, in cujus fractione Diſcipuli Dominum cognoverunt, panis fuerit Euchariſticus, an vero ſine conſecratione ſolum benedictus, ſiquidem inter Religioſos uſus invaluit, menſæ præmittere benedictionem. Janſenius, Lyranus, Cajetanus & Dionyſius Carthuſianus panem hunc nequaquam Sacramentalem fuiſſe exiſtimant: E contra vero, valdè fundata opinio eſt, panem illum verè Euchariſticum fuiſſe. Nonnulli eorumdem Interpretum optimè conſiderant S. Lucam hanc hiſtoriam referentem, per ſpecialem Spiritus S. calamum ejus gubernantis inſtinctum, iisdem verbis uſum fuiſſe, quibus alij Evangeliſtæ factam in ultima cœna Euchariſtiæ inſtitutionem recenſent; *Dum recumberet cum eis, accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis*, prout omnes concorditer aſſerunt Evangeliſtæ, adeoque quantum ad modum quo tunc uſus fuit, eodem ſcilicet, quo Euchariſtiam inſtituit, efficax videtur erui argumentum, ad convincendum, quod verè Sacramentum fuerit, præterquam quod addi poſſit, hoc ita incarnatam ordinaſſe Sapientiam, ut ſcilicet Chriſti notitiam non conſecuti Diſcipuli per Scripturas ſacras, quas Magiſter cœleſtis iis in via interpretatus fuerat, lumen illius per ſacratiſſimum illius corpus ſibi compararent. Idem quoque S. Lucas de primis Chriſti Fidelibus agens, frequentem eorum Communionem, per panis tractionem explicat, dum ait: *Erant autem perſeverantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione fractionis panis*, ubi dubitari nequit, quin ſermo ſit de Communione; cum alibi Apoſtolus dicat: *Panis quem frangimus, nonne participatio corporis Domini eſt?* Porro Author operis imperfecti ad ipſum principalem hujus Diſcurſus textum ſe reflectens, ait: *Dominus in via non ſolum benedixit panem, ſed de manu ſua dedit Cleophæ, & ſocio ejus, quod de manu porrigitur, non ſolum ſanctificatum, ſed etiam ſanctificato eſt, & ſanctificat accipientem*; Quam pariter hiſtoriam S. Auguſtinus hoc morali illuſtrat Commentario dicens: *Diſcite, ubi agnoſcatis. Ubi voluit Dominus agnoſci? in fractione panis; ſecuri ſumus, panem frangimus, & Dominum cognoſcimus. Noluit agnoſci niſi ibi, propter nos qui non eum viſuri eramus in carne, & tamen manducaturi eramus ejus carnem.* Id quod & Drogo Hoſtienſis de paſſione tractans, confirmat in hæc verba: *Sed ubi tandem cognoverunt eum? in fractione panis, & vere non cognoſceris Domine, niſi in fractione panis, panis caro tua eſt.*

Luc. 24. v. 30.

Tenetur quod talis fuerit.

Illuminavit binos illos Diſcipulos.

Act. Apoſt. 2. 42.

1. Cor. 10. 16

Auth. imp. hom. 17.

S. Aug. ſer. 140. de temp.

Drog. Hoſt. l. 1. de ſacr. Dom. Paſſ.

3. Propheta Regius ſequens proinde nobis dat conſilium dicens: *Accedite ad eum & illuminamini*, quanti namque ad Deum accedimus viciniores, tanto majus illius lauirimus lumen & notitiam; Unde in præfatione Miſſæ de Angelis à Deo & Choris ſublimioribus longius diſtantibus dicitur quod Deum laudent, *quem laudant Angeli*; Dominationes vero magis Deo vicinæ, magisque illuminatæ, ipſum adorare perhibentur; Poteſtates autem quæ eſſentiæ divinæ viciniores aſtant, tremere deſcribuntur, quantum namque ad ſupremam illam Majeſtatem accedit vicinior, tanto majus ejusdem imbibit lumen & notitiam; An non ita Samaritana primitus quidem Chriſto exprobrabat Judaiſmum dicens: *Tu Judæus cum ſis*, quomodo *bibere à me poſcis?* Deinde diſcurſum familiarius proſequens Domini ipſum titulo affecit, cum diceret: *Domine da mihi hanc aquam.* Nec congreſſum terminavit, quin ipſum Dei Filium promiſſumque Meſſiam eſſe cognoverit, talemque in Samaria profeſſa fuerit: *Video, quia Propheta es tu; venite & videre, &c.* Idem omnino dictis in Emaus abeuntibus Diſcipulis accidit; qui Chriſto aſſociati, ipſum tamquam peregrinum ſuſpicieba nt; *Tu ſolus peregrinus es in Jeruſalem?* Ut idiotam redarguebant: *Et non cognoviſti quæ facta ſunt in illa*, ſed conſummato itinere uſque ad hoſpitium divertiſſent, dicere non dubitarunt: *Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis, dum loqueretur?* Sed ulterius in diſcurſu & converſatione progredientes ipſum Dominum appel-

Pſal. 33. v. 6.

Quo propius ad Deum accedimus, eo clarius illum cognoſcimus.

Joan. 4. 9. Patet in Samaritana.

Ibid. v. 15.

Ibid. Verſ. 19. Et Diſcipulis Emauticis.

Luc. 24. 18.

Ibid.

Ibid. v. 32.

larunt, dicentes: *Mane nobiſcum Domine.* Quando autem perfectum iis lumen & notitiam obtigiſſe putatis? quando ſcilicet ſuum iis ſacratiſſimum communicavit corpus, *& cognoverunt eum in fractione panis*; qui primitus tam exilem Dei cognitionem habuerunt, ut incarnata Sapientia iis exprobraret: *O ſtulti & tardi corde.*

Ibid. v. 35.

Ibid. v. 25.

4. Drogo Hoſtienſis, noſtrum promoturus argumentum, hiſtoriam Joſephi Patriarchæ, quando in fratrum faccis frumentum inter pecunias abſcondi fecit, adducit inquiens: *Veniunt ad te quaſi alieni fratres tui, ſed tu benignè appropinquas eis; veniunt ad te cum aſinis ſtultitiæ & tarditatis ſuæ, & cum ſaccis vacuis præinopia, ſed non ſolo frumento repleto eos, quin & pecuniam reddis ligatam in ore jaculi.* Deinde hiſtoriam proſequens ſubjungit, dum ait: *Vacui & ſtulti veniunt ad te, ſed tu remittis eos onuſtos & abundantes frumento ſapientiæ tuæ, inſuper & eloquentiæ pecuniam reddis ligatam authoritate Scripturæ.* Quanti etenim ſervi Dei, quot virgines & matronæ, ut S. Thereſia, S. Catharina Senenſis, S. Maria Magdalena de Pazzis, S. Birgitta abſque ſtudio & literatura humana ſublimiſſimas de Deo illuſtrationes, lumina & notitia ex Sacramenti hujus frequentia obtinuerunt? Et vos itáque *accedite ad eum & illuminamini*, appropinquate ad eum in Communione ſacra, ubi intimus ad Deum datur acceſſus, ſiquidem ſtricta inibi formatur unio Deum inter & animam, dicente Chriſto: *Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo.* Salmeron ingenioſam inſtituit obſervationem ad intentum præſens, fundatam in panibus propoſitionis, cœleſtis hujus panis præfigurativis, quando ait: *Non ſine cauſa in ſanctо ante Sanctum Sanctorum poſito, erat ad Aquilonem menſa panes propoſitionis continens; ad meridiem erat candelabrum ſeptem lucernis illuminatum, ut nos illuminatos redderet de Euchariſtia cum fructu ſuſcipienda*; Neque minus conſideratione digna in præſenti ſe offert Divi Chryſoſtomi propoſitio, quam circa reſuſcitatam Archi-Synagogi filiam verbis format ſequentibus: *Puellam cum à mortuis excitaſſet, per cibum, quem ei afferri juſſit, à quo eſſet ſuſcitata, inſtruxit.* Subito autem ut illam reſuſcitavit *Jeſus, juſſit illi dare manducare*, cum tamen de Lazaro reſuſcitato, ſicut & de filio viduæ ad vitam revocato nullam cibi curam habuerit, cur igitur de cibo in hac occaſione plus quam aliis ſolicitus fuit? Sine dubio omnia in ſapientia à Chriſto facta fuêre, Atque ideo obſervandum Lazarum juxta ſe ſorores habuiſſe, à quibus in notitia Chriſti edocendus erat, adoleſcens quoque exiſtens omnem populum audierat acclamantem, *quia Propheta magnus ſurrexit in nobis, & quia Deus viſitavit plebem ſuam*; Huic autem filiæ per cibum, Euchariſtiæ typum, lumen & agnitionem ſui infundere voluit, ac proinde merito D. Chryſoſtomus ait: *Per cibum, quem ei afferri juſſit, à quo eſſet ſuſcitata, inſtruxit.* Albertus Magnus proinde de hoc pane appoſite inquit: *Per Sacramentum & Communionem ipſius ad communionem vedimus Angelorum, & participamus divinas illuminationes.* B. Laurentius Juſtinianus pariter inter alios hujus Sacramenti effectus, hunc enumerat, dicens: *Pia mens tanti ſponſi lætificata præſentia, venerando hoc mediante Sacramento, repletur gaudio, exultatione perfunditur, humilitate dejicitur, lumine irradiatur.*

Drog. Hoſt. Ibid. Per ſacram Communionem, etiam alias ſimplices, accipiunt divinas illuſtrationes.

Pſal. 33. v. 6.

Ioan. 6. 57.

Alb. Mag. de Euch. diſt. 4. c. 25. B. Laur. Juſtin. de diſc. mon. c. 19.

5. Opportunè hic mihi incidit modus, quo Salvator noſter cæcum natum illuminaturus uſus fuit, nimirum per lutum ex ſaliva oris ſui compoſitum: *Exſpuit in terram & fecit lutum ex ſputo, & linivit lutum ſuper oculos ejus*; Cujus rei geſtæ myſterium Angelicus Doctor declarans, per cæcum hunc genus humanum in notitia veri Dei à Chriſto illuminatum intelligit: *Per ſputum*, inquit, *quod ſaliva de capite deſcendens ſignatur Verbum; quod à Deo Patre capite omnium rerum procedit; ego ex ore Altiſſimi prodivi*; *tunc ergo Dominus de ſputo & terra lutum fecit, quando Verbum caro factum eſt; linivit autem oculos cæci, id eſt, humani generis, oculos ſcilicet cordis.* Melius vero ad propoſitum noſtrum S. Auguſtinus inquit: *Judæi de crucifixo obtenebrati ſunt, Chriſtiani vero comedendo Crucifixum illuminantur*: Celebre cunctisque notum eſt, quod Jonathas accidit, qui ſummitatem virgæ, quam manu tenebat in favum mellis intingens, & ori admovens, ſubito illuminatus fuit: *Extendit ſummitatem virgæ, quam habebat in manu & intruxit in favum mellis, & convertit manum ſuam ad os ſuum, & illuminati ſunt oculi ejus*; Per hunc vero favum mellis S. Eccleſia

Quid ſignificet lutum, quo Chriſtus illuminavit cæcum natum. Joan. 9. v. 6. S. Thom. Ibid.

S. Aug. in Pſ. 133. 1. Reg. 14. v. 17. Mel, quod guſtavit Jonathas figuravit S. Euchariſtiam.

Luc. 7. v. 12

Ecclesia altaris Sacramentum intelligit, de quo dicitur: *De petra melle, saturavit eos:* S. Bonaventura autem de hoc mysterio differens, inquit: *In hujus figuram dicitur, quod Jonathas comedit, & illuminati sunt oculi ejus, quia ad veram Christi contemplationem & speculationem non pervenit quis, nisi ad mensam ejus sedeat, de qua in Sapientia dicitur: Miscuit vinum, & posuit mensam.* S. Carolus quoque de fructibus Eucharistiæ differens, hoc idem punctum tangit, dum in hæc verba loquitur: *Ab hoc Sacramento maximum lumen in animas illas derivatur, quæ dignè, juxta vires suas & convenienti cum præparatione ad ipsum accedunt; Quam Sacramentalis cibi virtutem mel illud præfiguravit, quod Jonathæ lassò, præque defatigatione propè modum cæco, vires restituit & visum.* Cujus cœlestis panis laudes postquam fusius enarrasset B. Laurentius Justinianus, ita suum tandem concludit discursum: *Aperi igitur ô melliflue amor! aperi inquam, interiores Fidelium oculos, ut formatæ fidei irradiati lumine, mereantur videre te.* Cui argumento stabiliendo peracommodè subserviet parabola illa de cœna magna, mensæ Eucharisticæ typo, ad quam cæci pariter invitati leguntur; Quod enim obsecro in eo latet mysterium, quod ad tantas epulas & lautitias ingenti adeo cum solicitudine ipsi etiam cæci fuerint invitati? Dubium hoc resolvit S. Anselmus, dum per hos cæcos gentiles intelligendos docet, qui cum nec scientiæ lumen, nec illuminatos cordis haberent oculos, beneficio hujus cœnæ lumen, notitiam, verique Dei intelligentiam sunt consecuti. *Qui tamen ad Christi convivium invitati* (verba sunt S. Præsulis) *interius illuminari jam in via Dei non erant, sed recto tramite gradiuntur.* Novistis omnes panem hunc primitus in Bethlehem descendisse, quæ *domus panis* interpretatur; Sed modum obscuro descensus advertite; In medio siquidem bovis & asini se collocavit; Quonam verò fine id factum fuisse putatis? Scilicet ad nos eruciendos, hanc pani illi ineffe virtutem, ut rudioribus & stolidioribus lumen notitiamque Dei impertiatur; Quemadmodum accidit, quando *cognovit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui.* S. Gregorius Thaumaturgus de Bethlehemitico stabulo agens, ipsum Majestatis thronum appellare non dubitat, dicens: *Thronus revera & hic erat Cherubicus.* Utique quod præsepe thronum appellarit, facilè intellectu foret; Sed capere penitus nequeo, qualiter throni Cherubici, qui scientia propria est, denominatio illi competere possit, ut nil præter asinum & bovem demorabatur? Ecce vobis mysterium; Hic namque panis tot illustrationes, tantamque communicat sapienciam & scientiam divinam, *ut cognoscat bos & asinus possessorem sium quem Israël non cognoscit.*

Psal. 80. v. 7. S. Bonav. in Luc. 24.

Act. Eccl. Mediol. T. 5. c. 6.

B. Laur. Just. de discip. mon. c. 19.

Cur ad cœnam magnam etiam invitati fuerint cæci.

S. Anselm. Elucr. Luc. 14.

Isaiæ 1. v. 3. S. Gregor. Thaum. ser. 3. de Ann.

6. Christus aliquando Apostolos suos benignius compellans, his illos affatus fuisse verbis legitur: *Jam non dicam vos servos, sed amicos: Quæ servus nescit, quid faciat Dominus ejus: Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcumque audivi à Patre meo, nota feci vobis.* Tempus velim computetis, in quo dilecti Discipuli ad ærarium illud admissi fuêre, *in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei;* Tempus hoc utique non aliud fuit, quam illud ultimæ Cœnæ, quando cœlesti hoc pane eos Dominus cibavit, Quam pariter ob causam S. Joannes institutionem Eucharistiæ describere volens, suum à scientia & lumine, Sacramenti hujus speciali effectu, in hæc verba exorsus est historiæ contextum: *Sciens quia omnia &c.* Cui proposito plenius suffragaturus S. Ambrosius, illum Sapientis textum (*Miscuit in cratere vinum suum*) increatæ Sapientiæ, mensam panis & vini hujus cœlestis præparanti accommodat dicens: *Hauritur ergo de cratere sapientia, hauritur disciplina, hauritur intellectus.* Unde & Hesychius hoc Sacramentum *alimentum vitæ, & cœnam lucis* nuncupare non ambigit. Neque dubium est, quin huc respiciens Ecclesia sacrificium Missæ ab illis inchoari velit Psalmi verbis: *Emitte lucem tuam & veritatem tuam, &c.* Ideo etiam Drogo Hostiensis Israëli quondam, tamquam in figura, columnam nobis per diem, ignemque per noctem præfulsisse autumat; Quod privilegium ad nubem nostram Eucharisticam transferens ad propositum nostrum ait: *Hæc est columna nubis, quæ per diem præcedebat filios Israel; nubes ergo per diem, & columna ignis per noctem; quia & caro tua divinitatis æstum temperat, & Spiritus Sanctus tenebras nostræ mentis illustrat.*

Joan. 15. 15. Ex hoc Sacramento hauritur sapientia & intellectus. Coloss. 2. 3.

Joan. 13. v. 3.

S. Ambros. l. in Exod. ad Simplic.

Hesychius orat. de laud. Deip.

Psal. 42. v. 3.

Drog. Host. Ibid.

7. Quandoquidem cum populo Hebræo defertum ingressi sumus, meminerit velim illius, quod in Exodo his verbis dicitur: *Mane saturabimini panibus, scietis*

Exod. 16. v. 12.

quòd ego sum Dominus Deus vester. Cur enim, dicite fodes, in hac potius, quam in alia quacumque occasione, Deus sui notitiam populo illi spopondit, dicens: *Scietis, quod ego sim Dominus Deus?* Quot namque miracula operatus fuerat in Ægypto, aquas convertendo in sanguinem, & virgas in serpentes; densissimis cœlum operiendo tenebris, mare pervium reddendo, totque alia operando prodigia? Nonne Scripturam sacram, nonne Prophetas, nonne Patriarcharum instructiones populus Israël habebat? Cur igitur nunc & non citius Deum agnovisse describitur? Facilis ex ipso textu eruitur responsio: De Manna enim, Sacramenti altaris figura fermo erat, ideoque Deus promittebat, dicens: *Scietis &c.* q.d. Eucharistia, cujus Manna typus erat, scientiæ cœlestis clavem habet. Undè & Ecclesiasticus ait: *Cibavit illum pane vitæ & intellectus;* Quis autem hunc præparat cibum? Sapientia increata, respondet Carthusianus, quem vero cibat? Animam, *pane vitæ, ipsemet Christo, qui ait: Joan. 6. Ego sum panis vitæ, qui docuit nos orare: Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie,* id est, ut Interlinearis ait, Corpus Christi; *Pane item intellectus.* Sed quænam est intellectum inter & panem hunc proportio? Responderi quidem posset, panem hunc nuncupari *panem intellectus,* quia scilicet prius quam sumatur, suum homo debet studiosè applicare intellectum, quia meditando, quia contemplando, ut ad tanti Sacramenti debitam se præparet susceptionem; Aut idem Dionysius Carthusianus ideo pani huic dictum ait competere epithetum, quia *pascit intellectu, id est, illuminatione interna, quæ reficit intellectum.* Cui assentire videtur Syriaca Versio, quæ ita legit: *Pane intelligentiæ & sapientiæ,* quia scilicet qui frequenter hunc edunt panem, altissimas sibi comparant divinorum mysteriorum intelligentias. Cujus veritatis testimonium nobis perhibet Doctor Gentium, qui cæcutientem circumferebat intellectum, quando *supra modum persequebatur Ecclesiam Dei,* qui Damascum pergens, ut sacer Textus ait: *Nihil videbat,* omni interiori & exteriori oculorum luce destitutus; Sed qualiter & quando eum lumen oculorum recuperasse putatis? In extasibus illis, quando ad tertium Cœlum, id est, usque ad Empyreum, ubi audivit arcana verba, sublimatus fuit; Tunc enim Doctor Gentium declaratus, altissimam obtinuit intelligentiam, & supernaturalis intellectui illius infusa fuit Sapientia. S. Lucas in Actis Apostolorum ait: *Confestim ceciderunt ab oculis ejus tamquam squamæ, & visum recepit, & surgens baptizatus est, Et cum accepisset cibum, confortatus est.* At vero quisnam obsecro hic cibus fuit? *Cibavit illum pane vitæ & intellectus, & aqua Sapientiæ salutaris potabit illum:* Et ideo Albertus Magnus verba illa Evangelistæ de S. Communione exponit, dicens: *Cum accepisset gratiæ hujus cibum, confortatus est.*

Judæi ad esum Manna, cognoverunt Deum.

Dion. Carth. Ibid.

Ioan. 6. v. 35. Interlin.

Syriaca Versio.

Paret in confessione S. Pauli.

Act. Ap. 9. 18. Ibid. v. 9. Eccli. 15. v. 3.

Alb. Mag. de Euch. dist. 1. c. 4.

8. Enimvero ex quo aquæ mentionem facere cœpimus, per quam sapientia symbolicè intelligitur, silentio nequaquam prætereundum est, quod sapiens Magister Christus Discipulis suis dedit indicium, undè dignoscere possent domum, in cujus cœnaculo strato & præparato divinam instituere decreverat Eucharistiam: *Ecce introeuntibus vobis in civitatem, occurret vobis homo quidam amphoram aquæ portans, sequimini eum in domum.* B. Laurentius Justinianus, per hoc vas aqueæ, sive hydriam, scientiam, & intelligentiam sacrarum subaudiendam esse dicit, quæ ineffabilis hujus mysterij administra est, ut hunc panem illuminare intellectum, & sapientiam infundere intelligamus. Joël Prophetæ habitatores Sion, ubi cœnaculum erat, in quo institutum fuit hoc Sacramentum; juxta lectionem vulgatam ita alloquitur: *Et filij Sion exultate, & lætamini in Domino Deo vestro, qui dedit nobis Doctorem Justitiæ;* Ubi mysterio huic proposito congruentissimo plena est eorumdem verborum à septuaginta Interpretibus facta versio; hi enim ita vertunt: *Quoniam dedit vobis escas,* quasi idem sit, datum nobis esse hunc panem, quod datum nobis esse Magistrum vel Doctorem; Est enim panis ille cœlestis *panis vitæ & intellectus,* vel ut Interlinearis habet: *Panis doctrinæ.* Unde S. Thomas optimè conficiat, quod ex quo *serpens infudit homini in animam tenebras ignorantiæ; Tenebræ, id est, ignorantiæ erant super faciem abyssi, id est, humani cordis, ex diaboli deceptione,* ideo ut ad tenebras hasce depellendas aliquod nobis relinqueret remedium, dedit nobis corpus suum in cibum, *quod pro recipientium ignorantiæ tenebras illuminet; Psalm. 26. Dominus illuminatio mea. Psalm. 33. Accedite ad eum & illuminamini;* Corpus enim Christi *est verbum Dei, vel est,*

B. Laur. Justin. de triumph. Chr. agone c. 1.

Joël. 2. v. 23.

Septuag.

Interlin. S. Thom. opusc. 58. c. 6.

Psal. 26. 1. Psal. 33. 6.

id est, vera lux in carne humana, quasi in laverna, qua illuminatur anima fidelis.

3. Reg. 19. v. 8.

S. Ambros. de fuga sæc. l. 1. c. 6. Tertull. l. adv. Phys. c. 6. S. Thom. ubi supra.

9. De S. Elia Prophetæ dicitur: *Ambulavit in fortitudine cibi illius ... usque ad montem Dei Horeb.* Sed quo fine ad hunc se montem recipit? S. Ambrosius lib. 1. de fuga sæculi c. 6. inquit: *Ut cognosceret plenius Deum;* Et verè id est ibi affectus, quia *per modum transeuntis* Deum vidit. Tertullianus l. adversus Physicos c. 6. ait; *Familiari congressu Dei exceptus est.* At vero in verbis S. Thomæ in præcedenti numero adductis, specialiter advertendum est ad illa verba: *Piè recipientium;* Quia si anima ad divinum hunc panem debita cum dispositione non accesserit, meriro ei metuendum est, ne de ea verificetur: *Sicut tenebræ ejus, ita & lumen ejus,* quanto enim major est lux hujus Sacramenti, tanto densiores futuræ sunt tenebræ nostræ, si ad illam indignè accesseris. Unde Apostolus talibus comminatur dicens: *Impossibile est eos qui semel illuminati sunt, gustaverunt etiam donum cœleste, & prolapsi sunt, rursus renovari ad pœnitentiam, rursus crucifigentes sibimetipsis Filium Dei, & ostentui habentes:* Quæ comminatio propriè eos qui ad hunc cœlestem panem sumendum indignè accedunt, concernit, hi enim communicando, passionem Christi non commemorant, sed potius renovant eamdem, idque tanto atrociori cum injuria, quanto majus est lumen, quod à sacra Communione recipiunt.

Sic nos sumendo S. Eucharistiam, accipimus panem intellectus.

Ecci. 15. v. 3.

Dion. Cart. Ibid.

Ioan. 6. v. 35.

Interlin.

Nebr. 6. v. 4. 5. & 6. Necessarium tamen est ut accedamus bene dispositi, ut illuminemur.

DISCURSUS XXV.
ARGUMENTUM.

Sacramenti fructus nostræ correspondet dispositioni, illiusque præ reliquis participes fiunt magis famelici.

THEMA.

Substantia tua dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebat, & deservit unicuique volentati, ad quod quisque volebat, convertebatur. Sapient. 16. vers. 21.

Cum magna devotione & bona dispositione accedendum est ad S. Communionem ut percipiamus ejus fructus.

Exod. 16. v. 21. S. Bonav. Ibid. Dion. Cart. Ibid.

1. CElebri est classicorum Authorum opinio, quod licet Manna haud secus ac alibi cibi specialem quemdam saporem in se habuerit, attamen eumdem saporem juxta beneplacitum & voluntatem eorum, qui indè cibabantur, variarit, dummodo iidem in gratia Dei constituti & filij Dei essent. Et hinc est quod Moyses de hoc angelico pane loquens, quisnam ejus specialis sapor ex natura fuerit, his verbis expresserit; Sapiens autem de ejusdem Manna arbitrario sapore aperte dicat: *Substantia tua &c.* Unde Seraphicus Doctor ait: *Habebat unum saporem determinatum per naturam, sed varios per divinam gratiam.* Dionysius Carthusianus hunc Sapientiæ textum commentans pariter inquit: *Quod dicitur hic habuisse omne delectamentum, & omnis saporis suavitatem, non erat naturale, neque ex natura & vi Mannæ, sed divina virtute, quemadmodum etiam ipsum Manna in se dulce, videbatur iniquis insipidum, qui dixerunt: Anima nostra nauseat super cibo isto levissimo; Justis verò & Deo gratis sapiebat, quasi omnium habens saporum suavitatem. Hæc autem omnia in figura contingebant.* Cum enim hæc annona de cœlo delapsa Eucharistiæ symbolum fuerit, Deus nobis per illam infinuare voluit, omnes sapores, fructus, & bona infinita, quæ ex hac in nos redundant, radicem & augmentum suum magna ex parte habere repositum in pietate, devotione, & bonitate illorum, qui indè reficiuntur, fiquidem illi qui Dei amicitia & filiatione minimè gaudent, non solum nihil inde proficiunt, verum etiam magnam illius habent nauseam. S. Bonaventura super eumdem Sapientiæ textum inquit: *Per Manna significabatur congrue Christus sub Sacramento altaris, Comedentes ex eo pro suo desiderio, id est, devotione reficiuntur, secundùm illud; Desiderium animæ ejus tribuisti ei; Item: Desiderium eorum attulit eis, non sunt fraudati à desiderio suo.* Ad hanc quoque veritatem Antiphona illa alludit, quæ in primis vesperis solemnitatis sacratissimi Corporis Christi ad *Magnificat* canitur, in qua S. Mater Ecclesia non sine mysterio ita canit: *Ut dulcedinem tuam in filios demonstraves, pane suavissimo de cœlo præstito, esurientes replesti bonis, fastidiosos divites dimittens inanes.*

Esurientes replentur ejus fructibus. Matth. 5. v. 6.

2. Verum enimvero quinam per hos famelicos, seu esurientes alii designantur, quam illi, de quibus Salvator noster ait; *Beati qui esuriunt & sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur?* Hoc enim justitiæ nomine in pluribus sacræ Scripturæ locis, virtus, spiritus, & perfectio Christiana intelligitur. Unde D. Chrysostomus super illa verba: *Nisi abundaverit justitia vestra plusquam Scribarum,* inquit: *Justitia est omnis virtus.* Et idem B. Laurentius Justinianus hoc Sacramentum animabus prodesse dicit, juxta proportionem dispositionis suæ, & præcipuè juxta mensuram divini amoris, qui idem quod sanctitas significat: *Juxta mensuram Charitatis effectus percipitur hujus Sacramenti;* Distinguit tamen inter virtutem & devotionem exteriorem; & bonitatem seu virtutem solidam internam dicens: *Etsi devotio plurimum congruat huic Sacramento, tamen prius vita commendadilis habenda est, deinde devotio, nam vita sine devotione multum confert, ab sque vita devotio nihil.*

D. Chrysost.

B. Laur. Justin. de discern. conv. c. 9.

3. Deus olim Israëlitis quoad esum Agni paschalis præcepit, dicens: *Ne comedetis ex eo crudum quid.* Quis autem hominum palatum ita vitiatum, stomachumque adeo inhumanum habebit, qui carnes crudas manducare appetat, maximè in ea occasione, in qua ritus adeo sanctus adimplendus est, qualis erat esus Agni, & debita Paschatis celebratio? Et tamen minimè dubitandum est, quin speciale in hoc præcepto lateat mysterium; Deus enim *omnia in Sapientia fecit.* Abulensis dubium hoc solvit dicens: *Dicitur, quod non sumatur agnus crudus; Crudum enim cibum manducat, qui nullam circa illum dispositionem, aut præparationem præmittit, & sic crudum cibum sumit, qui corpus Domini ab aliis cibis non discernit, sed sic impures ad illum cibum accedit, sicut ad communes.*

Exod. 12. v. 9. Agnus non debebat comedi crudus.

Psalm. 103. v. 24. Abul. q. 18. in cap. 26. Matth.

Qua autem ratione hic agnus coctus ab illis manducandus erat? Assus igni, ubi per ignem amor Dei, sive Charitas intelligitur quia *juxta mensuram Charitatis effectus percipitur hujus Sacramenti,* ut ait B. Laurentius Justinianus. Et S. Bonaventura ait: *Adverte, quod effectus Sacramentorum solet esse secundùm dispositionem & præparationem suscipientium.* Pro cujus confirmatione aptam quamdam in Dialogis S. Catharinæ Senensis legimus similitudinem; Nam Sponsus eius cœlestis eidem dixit: Si multi varias ad accendendum candelas adferrent, quarum una ponderaret unam unciam, alia duas, alia sex uncias, alia denique unam libram, tam quidem primæ, quàm ultimæ ignem conciperent, quo accendetentur, ita tamen quod candela unius unciæ minus lumen conceptura esset, quam quæ integram libram adæquaret: *Ita contigit in hoc venerabili Sacramento isis, qui recipiunt illud, & candelas suas accendunt, videlicet sanctum desiderium, cum quo recipiunt venerabile Sacramentum; Tantum accipitis ex isto lumine, quantum de materia syncera dilectionis, & amoris, & ignis desiderii portatis, quamvis totum in veritate recipiatis.* Sic etiam posito casu, quod vivus quidam fons scaturire incipiens, indifferenter omnium necessitatibus pateat; Multi quidem ad potandum ex illo concurrent, alij verò hausiam inde aquam in domum suam ad potandum deferent, verumtamen ex eo unus plus, alius verò minus inde bibet, juxta sitim, cum qua ad illum properat, vel juxta capacitatem, vel anguistiam vasis, quod ad illam hauriendam secum defert: Salvator noster inquit: *Si quis sitit, veniat ad me, & bibat;* Sed quis est fons ille, aut quales illæ sunt aquæ, ad quas nos invitat? *Qui biberit ex aqua, quam ego dabo, non sitiet in æternum; sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* Fons autem ille est Eucharistia, ex quo aquæ dimanant, cœlestium gratiarum. Dicit autem Cajetanus: *Non sufficit venire ad fontem, sed oportet bibere, si levanda est sitis; Non sufficit venire ad Jesum fide, sed oportet incorporare sibi Jesum.* Quanto enim ardentior sitis nostra fuerit, tanto copiosius ex his aquis bibere poterimus. Ex hoc fonte (qui postquam in cœnaculo Sionitico scaturire cœpit, ad finem usque mundi perenniter manat: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi*) ipsemet qui fons est, potavit (quia ipsemet Christus in ultima cœna semetipsum hoc Sacramento refecit, & calicem sanguinis sui bibit) at verò sitim ad hunc fontem ardentissimam & vas amplissimum secum tulit; Unde S. Joannes qui Secretarius ejus fuit, quique in ultima cœna, *Fluenta Evangelij de ipso Dominici pectoris fonte potavit,* Eucharistiæ institutionem narraturus, inquit: *Cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Quam etiam inextinguibilem sitim, ipsemet hisce verbis manifestavit: *Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum:* Ac proinde cum omnis Christi actio nostra fit instructio, per hanc sitim infinuare nobis voluit, quod aviditas & fames hujus cibi & mensæ, optimũ sit illius condi-

Sed assus igne, sic & communicans ardeat igne charitatis. B. Laur. Justin. S. Bonav. t. 7. in fasc. cap. 7. Dion. S. Cath. Sen. tr. 3. c. 110.

Pro cujus mensura, percipit fructus ejus. Explicatur similitudinibus.

Joan. 7. v. 37.

Joan. 4. v. 13.

Cajet. ib.

Matth. 28. 20

Joan. 13. v. 2.

Luc. 22. v. 15.

condimentum, quo sapidus nobis efficiatur; Juxta hujus quoque proportionem erit pariter proportio fructus & profectus, & non aliter; Unde Christus S. Catharinæ Senensi ait: *Tantum ergo percipitis gratiæ ex isto Sacramento, quantum vos disponitis cum sancto Sacramento ad recipiendum.*

Loc. cit.

4. Sponsa cœlestis in sacris Canticis sanctè gloriatur, dicens: *Introduxit me in cellam vinariam, ordinavit in me charitatem;* adeoque nihil illi supererat, quod insuper desiderare posset; At verò per quid, se hac tam excessiva divini amatoris sui gratia & benevolentia dignam effecit? Audite ipsammet ad hoc verbis suis respondentem: *Sub umbra illius, quem desideraveram, sedi, & fructus ejus dulcis gutturi meo;* Nimirum dilectum suum continuò suspirando & desiderando adeo sibi illius sacratissimum corpus sapidum reddidit, ut dicat: *Et fructus ejus dulcis gutturi meo.* Priusquam ad hunc fructum percipiendum accederet, jam ante attentam passionis illius meditationem præmiserat, seque sub arbore crucis, cujus hoc Sacramentum fructus est, prius collocavit, & ideo mirum non est, si fructus illius adeo illi sapidus fuit.

Cant. 2. v. 4. Quibusnam fructus Eucharistiæ sit dulcis.

Ibid. Vers. 3.

Ibid.

5. Sancta Mater Ecclesia ad hoc Sacramentum, omnes ut jejuni accedant, statuit, non solum ex motivo reverentiæ, verum etiam, ut ego quidem existimo, ad insinuandum nobis famem spiritualem, qua cum ad illud accedendum est nobis, si ineffabiles ejus sapores & suavitates percipere, & fructum ex eo consequi velimus: *Esurientes implevit bonis; Animam esurientem satiavit bonis.* Petrus Cellensis de Panibus, ad hoc Sacramentum affectus suos dirigens, ait: *Quid dabo, ut ad te veniam? ut me reficiam? Argentum & aurum non est mihi, quod autem habeo, hoc tibi do. Quid? Palatum apertum, fauces esurientes, oculos præ inopia languentes.*

Cur jejunè accedendum sit ad hoc Sacramentum.

Luc. v. 53. Psal. 106. v. 9 Pet. Cell. de pan. c. 13.

6. Valdè considerabilis est, nostroque proposito apte deservit illa S. Anselmi propositio dicentis: *Spiritualem verò illam carnem per gratiam Dei vitæ meritum efficit, & affectus mentium in cordibus ministrantium & percipientium;* atque ideo in animabus à Deo illuminatis, quæ ad perfectionem assiduè contendunt; admirandos experimur S. Communionis effectus, qui communiter in aliis minimè videntur. Paulo post verò idem Sanctus ad illa Canonis verba se reflectens, quibus dicitur: *Ut, quotquot ex hac altaris participatione sacrosanctum Filij tui corpus & sanguinem sumpserimus, omni benedictione cœlesti & gratia repleamur,* inquit: *Nos enim omnes, qui corporaliter corpus Domini sumant, ex participatione altaris, spiritualiter illa benedictione cœlesti & gratia replentur,* adducitque sequentem radii solaris similitudinem, qui unus idemque perseverans, cereum liquefacit, lutum verò indurat: *Non diversus in se diversè operatur in rebus contrariis, utens materiis sicut eas invenit: Sic Christi gratia, quantum in ipso est, uno modo infundit se in omnes, sed diversos inveniens animos, diversè in eis operatur; Hunc in amorem suum misericorditer emolliens, illum justè non juvando indurans.* In cujus confirmationem Judæ adducit exemplum; qui cum reliquis quidem Apostolis in ultima cœna, convivio assedit Eucharistico; Sed infeliciter nimis: *Cui fuit venenum buccella Dominica, quam de manu ejus suscepit, quam cum suscepit, inimicus in eum intravit; non quia malum, sed quia bonum malus malè accepit.* Qualem tamen effectum in reliquis Apostolis Eucharistia operata non est, utpote quibus tenium cordiumque scrutator Christus meritò dicere poterat: *Vos mundi estis.*

S. Anſel. l. de Sacram. Altaris c. 9.

S. Communio in animabus à Deo illuminatis, miros producit effectus.

In malè dispositis, planè contrarios.

Joan. 15. v. 3.

Fimbria vestis Christi designat S. Eucharistiam.

Matth. 9.

S. Auguſt. ſer. 74. de temp.

Patet exemplo Judæ, & aliorum Apostolorum.

Salmeron 2. 6. tr. 15. Quisnam in Sacramento

7. Ingentem aliquando populi turbam Christo appropinquasse tradit S. Matthæus, tanta cum importunitate, ut Salvatorem comprimeret; Nullus tamen ex iis ad sacrosancti corporis Salvatoris contactum anhelasse describitur, præter unicam Hæmorrhoissam, quæ non immediatè corpus, sed extremitates dumtaxat vestium tetigit Salvatoris; Quam historiam S. Augustinus examinans, in quodam Sermone hanc illius tactus affignat rationem: *Admirantes Discipuli, qui nesciebant, quid esset factum, & videbant eum à turbis comprimi, & de una, quæ leviter tetigerat, fuisse solicitum, respondent: Turba te premit, & dicis: Quis me tetigit? Et ille: Tetigit me aliquis; Nam isti premunt, illa tetigit; Corpus ergo Christi multi molestè premunt, pauci salubriter tangunt.* Porro Salmeron rationem, cur fimbria illa Eucharistiam figurarit, assignat, dicens: *Cujus fimbria sacrosancta Eucharistia est, cujus accidentia, ut vestes Christi teguntur, hæc enim est fimbria posita in extremo corporis Christi, quia hic fuit ultimus actus Domini in Cœna; Estque fimbria hyacinthina coloris cœlestis, ut cognoscamus Panem esse vivum, qui de cœlo descendit, & vitam cœlestem efficere.* Nullam corpori Christi reverentiam exhibebat, fidem nullam, quin potius ipsum irreverenter comprimebat turba; Aſt tantæ unica fuit Hæmorrhoissa reverentiæ, humilitatis, & confidentiæ, ut intra se ipsam dicere non dubitarit: *Si tetigero tantum fimbriam vestimenti ejus, salva ero;* Quot etenim interiores alios fidei, amoris divini, proprii contemptus, spei, aliarumque omnium virtutum actus ab ea exercitos fuisse putatis? *Audiant Christiani* (exclamat D. Chrysologus) *qui quotidie corpus Christi attingunt, quamvam de ipso corpore possint sumere medicinam, quando mulier totam rapuit de sola Christi simbria sanitatem? Sed quod nobis siendum est, mulier de vulnere medicinam tollit, nobis medicina ipsa retorqueatur in vulnus.* Quapropter sanioris nos mentis esse jubet D. Chrysostomus, dum ait: *Tangamus & nos fimbriam vestimenti ejus, imò verò totum ipsum; imò verò si volumus, non vestis solum, sed corpus ipsius nobis propositum est, ut non tangamus solummodo, sed comedamus & saturemur. Edamus igitur Christum singuli ægrotantes cum fide.* Ecce vobis necessariam, ad Sacramenti hujus consequendum effectum, dispositionem.

illam tangant & sanantur.

D. Chryſ. hom. 51. in Matth.

8. Petrus Cellensis illa Psalmistæ verba (*Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi*) ad nostrum quoque applicat intentum, dicens) *Scire debuerat, quod Sapiens ait: Cum sederis ad mensam divitis, diligenter attende, quæ apponuntur tibi, sciens quia oportet te talia præparare. Carnem ergo pro carne repone, pro sancta sanctificatam, pro casta castigatam & castificatam, pro integra impollutam; sanguinem pro sanguine, scilicet profuso in ara crucis, effusum in rubore confessionis.* Quotquot enim corporis proprii macerationi, austeritatibus, vigiliis, mortificationibus, & vitæ pœnitenti addicti sunt, optimo ad hoc Manna gustandum gaudent palato. Insuper quis nescit, stomachum ab omni alio vacuum cibo, appetitum habere, saporem, gustumque adinvenire in eo quod comedit; Ita olim Israëlitæ in aqua, mel se gustare opinabantur, quos ut Ecclesia sancta in officio divino sanctissimi Corporis Christi canit, Dominus *de petra, melle saturavit.* Certò equidem providentia divina ex petra non mel, sed aquam limpidam populo illi promanare fecit; Aſt quia hic sitibundus erat, aquam sibi ut mel suavem esse persuadebat; unde D. Chrysostomus inquit: *Postquam sitiente, & indigentia defatigati in frigidiores aquas inciderunt, ex potu voluptatem aperire volens, mel aquam appellavit, non tamquam mutata in mel natura, sed bibentium dispositione.* Causa equidem, ob quam multi Manna nauseant Eucharisticum, & paraditi, quam in se continet, dulcedinem non percipiunt, est, quia *foderunt sibi cisternas dissipatas.*

Pſal. 115. v. 12. Petr. Cell. l. de panibus c. 1.

Quid Christo retribuere debeamus, ut dignè accedamus.

D. Chryſ. h. 28. in 1. Cor. 11.

Jer. 2. v. 13.

9. In Discursibus præcedentibus illa Prophetæ verba fusius examinavimus, ubi dicitur: *ut educas panem de terra, & vinum, &c.* probantes, in iis ad Eucharistiam, Psalmistam voluisse alludere, qui immediatè subjungit: *Saturabuntur ligna campi, & cedri Libani, quas plantavit.* Per arbores igitur camporum denotantur pauperes, & personæ privatæ: Per cedros verò Libani, divites, & potentes hujus sæculi; Et de primis quidem dicitur, quod *saturabuntur;* Quo quis enim bonis terrenis minus abundat, vitam humiliorem pauperemque ducit, eo ut ad mensam hanc majori cum fructu accedat, magis dispositus erit; dicente eodem Regio Vate: *Edent pauperes & saturabuntur.* Quid autem de divitibus & opulentis? Hi forsan repudiabuntur? Nequaquam; quin potius *cedri Libani,* verumtamen non omnes, sed ij dumtaxat, quibus Deus per gratiarum suarum influentiam assistit, mensæ hujus cum fructu efficientur participes; Ideoque dicitur: *Quas plantavit. Ligna campi plebs populorum,* inquit S. Augustinus, *& cedri Libani, quas plantavit; Cedri Libani potentes in sæculo, & ipsi saturabuntur; Pervenit panis & vinum & oleum Christi ad senatores, ad Reges, ad nobiles, satiata sunt ligna campi, prius humiles satiati sunt, deinde etiam cedri libani, sed quas plantavit ipse.* Porro Discursum hunc peraccommoda illa S. Gregorij doctrina concludere libet, quam in Cantici Annæ Commentario super illa verba (*Famelici saturati sunt*) instituit, dicens: *A cibis vitiorum vacui, à tumore jejuni, salutis quippe fructum non percipiunt in comestione salutaris hostiæ, qui ea quibus se reploverant, flagitia portant in mente. Non saturantur ergo nisi famelici, quia à vitiis perfectè jejunantes, divina Sacramenta percipiunt in plenitudine virtutis.*

Jer. 2. v. 13.

Jer. 2. v. 11.

Pſal. 103. v. 16.

Quo quis bonis terrenis magis est vacuus, eo magis saturatur ex hoc Sacramento.

Pſal. 21. v. 27

S. Aug. ibid.

S. Greg. lib. 2. c. 1. in Reg.

DISCURSUS XXVI.
ARGUMENTUM.

Attenta consideratio Eucharistiæ sumendæ præmittenda est.

THEMA.

Super triticum & vinum ruminabunt, Oseæ 7. Vers. 14.

Opus est seria applicatione & præparatione accedentibus ad hoc Sacramentum.

1. QUandoquidem Eucharistiæ materia frumentum est & vinum, ex præsenti oraculo Prophetico facilè didicerimus, quanta sit necessitas seriæ applicationis & præparationis, ut ad tantum mysterium cum fructu accedamus; Atque hoc ipsum in citatis verbis nobis insinuatur, cum dicitur: *Super triticum & vinum ruminabunt.* Quæ verba Albertus Magnus de Sacramenti hujus & sanguinis Eucharistici laudibus tractans, adducit his verbis: *Hoc est, quod dicitur Cant. 7. [Guttur tuum, sicut vinum optimum, dignum dilecto meo ad potandum, labiisque & dentibus illius ad ruminandum;] quia diu per cordis & mentis iterationem debet ruminari Sacramentum, sæpe ad mentem revocando & considerando, & degustando infinitas dulcedines & bonitates ipsius. Unde Levit. 11. dicitur: Quod omne animal, quod non ruminat, immundum erit; Hinc est quod de duobus, quæ sunt in hoc Sacramento, materia cibi & potus, dicitur Oseæ 7. super triticum & vinum ruminabunt.*

Cant. 7. 9. Alb. Mag. de Euch. diſt. 3. tr. 2. c. 1.

Levv. 11. v. 26

Oſeæ 7. v. 14.

2. Deus olim, ut in Discursu præcedenti insinuavimus, sno legitur inhibuisse populo, ne agnum comederent crudum: Utique mysterio non caret ejusmodi prohibitio, siquidem verisimile videtur, neminem agno taliter vesci voluisse, Ad sensum igitur moralem transiens S. Bernardinus, hanc dicti præcepti assignat rationem: *Crudum sumit,* inquiens, *desidiosa indiscussio, id est, qui mentem suam diligenter non discutit,* vel qui non cogitat, quod recipit; Sicut enim caro cruda stomachum non modo non restaurat, sed potius aggravat; Ita pariter sacra Communio, sine prævia præparatione & inconsiderate sumpta, in animæ & spiritus præjudicium potius, quam juvamen cedit; Ideoque B. Laurentius Justinianus salubriter nos monet, dum ait: *Videat qualibet, ne consuetudine aut cordis elatione ad perceptionem ducatur tanti mysterij, sed devotione, sed prævia meditatione.* Didacus Stella ad propositum nostrum aptè observat, Sapientiam incarnatam, quamdiu per 33. annos nobiscum vixit, nullum umquam opus majori cum applicatione & præmeditatione animi exercuisse, quam opus institutionis altaris Sacramenti. *Non legitur in Evangelio,* inquit, *Christum Dominum rem adeo præmeditatè & tanta præparatione fecisse, sicut hoc sanctissimum Sacramentum.* Quod ut evidentius pateat, aliquas illius consideremus circumstantias; & quidem in primis numquid alia loca deerant, in quibus ultimam celebrare cœnam potuisset, quàm in monte Sion? cur non potius montem elegit Thaboris aut Sinai, in quo legem dederat; aut Libani aut denique Oliveti? nunc enim eligendo impletum fuisset oraculum illud Davidicum: *Filij tui sicut novellæ olivarum in circuitu mensæ tuæ.* Inter plura, quæ hac in re concurrunt mysteria, unum est & quidem proposito nostro valde congruum; quia nempe Sion Latinè idem significat, quod speculatio; Meritò igitur Eucharistia in Sion instituitur, id est, in loco tali, qui suum à contemplatione nomen habet, ut per hoc insinuetur, quam sit necessarium, hanc loco præparationis, tanto Sacramento præmittere; hinc etiam idemmet cœnaculum, in quo Sacramentum hoc institutum fuit, in domum orationis commutatum fuisse, Lucas Evangelista refert; in eo namque 120. homines illi, per decem dierum spatium recusi, orationi vacabant: *Erant perseverantes in oratione.*

Exod. 12. v. 9. Qui S. Communionem sumant crudam.

S. Bernard. t. 2. ſerm. 57. A. 2. c. 1.

B. Laur. Juſt. de diſcipl. & perf. mon. conv. c. 19.

Didacus Stella in c. 22. Luc.

Christus cum magna præmeditatione instituit S. Eucharistiam.

Pſal. 127. 3.

Act. 1. v. 14.

Simus oves ruminantes hunc cibum.

3. Hic quoque panis cœlestis non sine mysterio *frumentum* appellatur *Electorum*, qui in ovibus præfigurantur; quibus per institutum naturalem congenium est, ingestum ruminare cibum. Unde S. Cyprianus monet, dicens: *Celebrantes Sacramenta, commonemur, quasi ungulam findens & ruminans, pectus revocare fauces, quæ sumpsimus.* S. Bernardinus Senensis pariter ad idem propositum ait: *Debemus Christum spiritualiter manducare, ejus beneficia, scilicet incarnationem, conversationem & ejus salutiferam passionem devotè ruminando, sicut ipse nos docuit, dicens: Qui manducat meam carnem, &c.* Neque enim ad hanc Agni immaculati carnem accedendum est, veluti ad carnes aliorum animalium, sed distinguere debemus inter cibos corporis, & hunc Angelorum panem, qui animam nutrit ad immortalitatem, *sumpta ore carnis nostræ caro Christi,* inquit S. Anselmus, *nequaquam æstimanda est lege communi ciborum; hic enim cibus non est ventris, sed mentis.*

S. Cyprian. de cœna Dom.

S. Bernar. T. 2. ſer. 55. A. 2. c. 2.

Joan. 6. v. 55

S. Anſelm. l. de Sacram. alt. c. 10.

4. Quem semel iterumque adduxi, repetere non piget, novi documenti amore, illum Ecclesiastici textum: *Cibavit illum pane vitæ & intellectus;* Facilè equidem, ut suprà ex Interlineari Dominus, intellexerit unusquisque, cur panis iste dicatur vitæ panis; sed intellectus denominatio impropriè illi competere videtur; quæ enim panem inter & intellectum proportio? Prompta equidem concludensque sese offert responsio; Sacramentum enim hoc panis dicitur intellectus, quia *hic cibus non est ventris, sed mentis.* Quam veritatem ut stabiliamus solidius, oculos nostros in panem illum conjiciamus, quem Angelus non supra, sed ad caput legitur collocasse Eliæ Prophetæ; *Et ecce ad caput, sal cinericius panis.* Causamne nostis hujusmodi situs? Ad caput panis positus fuit, ut Propheta mente & intellectu suo tantum ruminaret beneficium & donum. Econtra pistori Pharaonis mortem prædixit Joseph, quia scilicet non ad, sed suprà caput suum, tria viderat farinæ canistra: *Vidi somnium, quod tria canistra farinæ haberem super caput meum, & in uno canistro, quod erat excelsius, portare me omnes cibos, qui fiunt arte pistoriâ;* Pessimum profectò signum, quando divinum hunc cibum & panem, super caput nostrum habemus, hoc enim manifestè indicat, quod eumdem non honoremus, neque per sanctam & attentam meditationem veneremur. D. Chrysostomus illa Apostoli verba (*Judicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini*) hoc modo exponit: *hoc est, non examinans, non cogitans ut oportet magnitudinem eorum, quæ sunt proposita, non repatans, quanti momenti & ponderis sit, Dominum.*

Eccl. 15. v. 3. Cur vocetur panis intellectus.

3. Reg. 19. v. 6.

Gen. 40. v. 16.

1. Cor. 11. v. 29. D. Chryſoſt. h. 28. in 1. Cor. 11.

5. Advertendum quoque est, quod Regius Propheta prius dicat: *Vacate*, & confestim subjungat: *Et videte, quoniam ego sum Deus.* q. d. animæ cuidam, illum recipere volenti: Prius feligæ tibi tempus, in quo vacare possis ad cogitandum & meditandum, qualis sit hospes, quem suscepturus es, *quoniam ego sum Deus.* Alibi quoque idem Regius Vates monet, dicens; *Gustate & videte, quoniam suavis est Dominus;* Ubi prius vult, ut gustemus, & postea dulcedinem & suavitatem ejus experiamur. S. Cyrillus Patriarcha Hierosolymitanus proinde hunc in Ecclesia sua ritum habuit, quod Sacerdos populum ad Communionem invitaret, dicendo: *Gustate & videte, quoniam suavis est Dominus,* ut per hoc Fideles suos doceret, quod, priusquam ad hanc sacram mensam accedant, se per tanti mysterij devotam contemplationem præparare debeant. Unde & in S. Dionysio Areopagita sequentia verba leguntur; *Sacra enim divinorum initiatione magna sua beneficia agnoscunt, qui initiati sunt, divinamque eorum Majestatem & magnitudinem in Communione sancta considerantes, gratas voluntate, plus quam cœlestia divinitatis beneficia laudabant.* P. Eho. de magno illo Dei servo Joanne Avila dicit: *Hæc hominis erat præparatio, qui cum duas solidas horas divinis illis mysteriis peragendis insumeret, ingenti perpetuoque lachrymarum imbre, sacra lintea ita imbueret, ut exprimi possent ejus inquam hominis, qui in divino Sacramento spes deliciasque suas repositas existimaret.* Idem Author de Maria, Maximiliani Secundi matre refert, quod postquam ex Germania rediit in Hispaniam, solita fuerit integro biduo, priusquam communicaret ab omni alio commercio, & consortio sese sequestrare, ut in sanctis contemplationibus, tanto se sublimius subvehere posset. Cumque filius ejus Maximilianus ad venerandum sancti Jacobi Apostoli sepulchrum, Compostellam incognitus venisset, ejusque adventus Legato Cæsaris innotuisset, hic subitò matrem convenit, ei indicaturus, quod filius, priusquam indè recederet, maternas manus osculari, eique debitum obsequium reverenter exhibere desideraret, ad hæc Maria: *Ego perendie eum videbo, hodierna enim dies expiandis culpis ornata est, crastina Eucharistiæ sumendæ dicata, qui dies eum Deo solidi debeantur, non est quod Maximilianum gratiâ eos diminuam.* Verè mulierem hanc illustrissimam ad magnam pertigisse perfectionem, necessariò dicendum est, siquidem S. Bernardinus ait: *Viri perfecti spiritualiter manducant ratione devotæ meditationis & contemplationis.* Nimirum illustris hæc mulier, mulie-

Pſalm. 45. v. 11. Vacandum fedulæ devotioni & considerationi, ante accessum ad Communionem.

Pſal. 33. v. 19. S. Cyrillus Hieroſoli. catech. 1.

S. Dion. Areop. Eccl. Hier. c. 3.

P. Rho. hiſt. viri. de relig. l. 3. c. 1. §. 32.

Ibid. §. 1. Præclarum hujus exemplum in matre Maximiliani Imp.

S. Bern. t. 3. ſer. 55. A. 2. c. 1.

Prov. 38. v. 24.

rem illam fortem imitara fuit, de qua Sapiens ait: *Sindonem fecit*; At verò quænam est hæc Sindon, quam sapiens & generosa hæc mulier contexuit? Existimo illam fuisse, cui corpus Christi de cruce depositum involutum fuit, quod tanta cum veneratione etiamnum Taurini religiosissimè asservatur. De hac enim Sindone Sapientem in Spiritu Prophetico locutum fuisse, opinatur Hugo Cardinalis, dum ait: *De qua Sindone dicitur Proverbiorum ultimo: Sindonem fecit.* Sed quis modus tenendus est, ut tela hæc ad involvendum ei sanctissimum Christi corpus contexatur, Audite eumdem purpuratum Doctorem, in hæc verba scribentem: *Netur autem hæc Sindon, cogitando, deliberando, consiliando, ordiur operando, texitur retractando & decorando.*

Hug. Card. in cap. 27. Matth.

6. Revocandum hîc est in memoriam, qualiter Hebræi, dum Manna, propriissimam Eucharistiæ figuram, cœlitus descendens videre, & gustare cœperunt, unanimiter clamarit *Manhu*, quod idem est: *ac quid est hoc?* Divus Chrysostomus ad verbum Dei devotè auscultandum alludens: hanc inde eruit moralitatem, *ut, quotiescunque audimus verbum, admoneat nos ipsum nomen requirere, quid est hoc, quod audimus?* Idem quoque mystico hujus Sacramenti Manna adaptare possumus, quisquis enim illud fructuosè sumere desiderat, aliquanto tempore, priusquam ad sacram hanc mensam accedat, omni cum attentione & devotione, meditando dicat: *Quid est hoc*, id est, quàm est hoc altum mysterium, quam immensum donum.

Exod. 16. v. 15.

D. Chrysost. hom. 41. in Matth.

Accedens ad S. Eucharistiam primò dicat Manhu.

7. Populo Israëlitico olim Deus in Exodo promisit, dicens: *Vesperè comedetis carnes, & manè saturabimini panibus*; Ubi meritò quærendum venit, quænam sit ratio hujus ordinis, quòd vespere antecedente carnes, & subsequenti mane, Manna elargiri decreverat; Author quidam non ignobilis, ingeniosum non minus quam utilem inde eruit sequentem conceptum; Ex quo enim Eucharistia per Manna figurata, voluit Deus per hoc insinuare, quod, priusquam ad illam accedamus, prævia mysteriorum cœlestium contemplatione, ad eamdem præparandi simus. *Quid Manna figurat?* inquit idem Author, *Eucharistiam. Quid volatilia? altitudinem contemplationis, considerationis, sive elevationis mentis in Deum; Volatu igitur suo elevetur in Deum per bonas affectiones ille, qui saturari vult pane altaris de cœlo præstito.* Eadem quoque de causa laudabilem hunc morem introduxit, quod ante Canonem, in quo proximè acceditur ad specierum sacramentalium consecrationem celebrans, populum hortetur, ut corda sua ad cœlestium contemplationem & meditationem extollant, dicendo: *Sursum corda*; cui Clericus, nomine omnium assistentium, respondet: *Habemus ad Dominum.* In eodem Canone antè consecrationem hæc verba à Sacerdote dicuntur: *Elevatis oculis in cœlum ad te Deum Patrem omnipotentem*; Et quidem, tametsi Evangelistæ ultimam cœnam describentes, hanc circumstantiam, scilicet, quod Christus prius oculos ad patrem elevarit, non tetigerint; attamen hæc notitia per traditionem Apostolicam ad nos usque pervenit; Sapientia igitur incarnata, quæ omnia magno cum mysterio operatur, priusquam panem in corpus suum converteret, suos ad Patrem oculos extollere voluit, non solum ad denotandum, panem hunc illum esse, de quo prædixerat: *hic est panis, qui de cœlo descendit*; verum etiam ut exemplo suo nobis insinuaret, quod, priusquam his Panis consecretur, antecedenter cor & mentem nostram ad Deum elevare debeamus. Unde Anastasius Sinaita salubriter monet, dicens: *abscedite à cunctis hujus vitæ cogitatis, valedicite omni corporeorum curæ, tempus est non vanæ occupationis, sed intentæ orationis. Attendamus ad sacrosanctam elevationem, inclinemus cervices, occludamus cogitationes, impleamus mentem, in cœlum ascendamus, sursum levemus animum & corda, oculos animæ ad Deum extollamus, transeamus cœlum, transeamus Angelos.*

Anastas. Sinaita de sacra syn.

8. S. Bernardinus de hoc Sacramento sub allusione cibi differens: duo in eo contineri inquit, *primo masticationem, secundo incorporationem*; quæ ambæ actiones ad propositum nostrum mirè deserviunt, maximè sic sensus attendatur spirituales, quo à prædicto Sancto explicantur; dicit enim: *primò masticatio est recogitatio ciborum, id est, carnis Christi, qui est panis vitæ, qui de cœlo descendit, & hujusmodi est panis, quem sumimus, qui utique in utero sanctissimæ Virginis manu Spiritus Sancti formatus, & in ara pretiosissimæ Crucis per incendium amoris, & ardentissimæ Charitatis, & acerbissimæ Passionis pro nostra redemptione decoctus est*; *Secundò verò habet incorporationem, quæ tali recogitatione conjungit, dum cogitans amorem Jesu Christi reficitur, cui ex charitate conjungitur, eique magis ac magis assimilatur, & incorporatur.*

S. Bern. T. 3. ser 3. de Christ. piet. a. 1. c. 3.

Corpus Christi in S. Communione masticare, & incorporare debemus.

9. Sapiens in Proverbiis suis monet, dicens: *quando fœderis, ut comedas cum principe, diligenter attende, quæ apposita sunt ante faciem tuam.* Quænam verò esse potest majoris principis mensa, quam sit hæc Eucharistica? Unde S. Augustinus à Salmerone citatus, verba illa de Eucharistia hunc in modum explicat: *vide igitur diligenter, & quid tibi detur, nempe filius Dei sub specie panis contentus, & quanta charitate detur, ut tantæ charitati amore respondeas tuo.* S. Augustinus alibi hunc textum adducens, ait: *quæ mensa est potentis, nisi unde sumitur corpus & sanguis ejus, qui animam suam posuit pro nobis? quid est considerare, & intelligere, quæ apponuntur tibi, nisi dignè tantam gratiam cogitare?* Albertus Magnus modum nobis insinuat, quo divinum hunc panem digerere debeamus; *digeritur*, inquit, *per ignem, qui exardescit in meditatione, & ideo dicit Eccles. 31. supra mensam magnam sedisti? non aperias super illam faucem tuam prior, hoc est dicere; mensa magna Dei in Sacramento tibi præponitur, vide quid, & qualiter, & quantus cibus præponatur, quia talia in munditia cordis & devotionis, & hoc ipsum in natura puritatis, & tantum in affectu charitatis te præparare oportet, si vis quòd cibus ille tibi congruat.*

Prov. 23. v. 1. Sedulo cogitandum quid in S. Communione nobis præponatur.

S. Aug. t. 47. in Joan.

Salm. t. 9. tr. 40.

S. Aug. tr. 84. in Joan.

Alb. Mag. de Euch. dist. 3. tr. 1. c. 6.

Eccl. 31. 12.

10. In vita B. Angelæ de Fulginio inter alias instructiones, quas in ordine ad hoc Sacramentum dabat, sequentem quoque legimus: *cum magna diligentia est considerandum, & non debet anima in hac consideratione transire velociter, sed nec currere, sed magna diligentia & pondere ibi stare, & demoretur.* Porro is, qui pro negotijs arduis potentissimum Regem quemdam est allocuturus, prius dicenda præmeditatur; longè igitur æquius & convenientius est, ut nos, ipsummet gloriæ Regem pro arduissimo salutis nostræ negotio in nos & animam nostram recepturi, prius præmeditemur supplicationes, quas illi porrigere, nec non gratias, quas ab illo petere & pro concessis reddere decrevimus. Angelus, non verò Deus ipse in persona erat, qui Moysi inter vepreta apparens, dixit: *solve calceamenta de pedibus tuis:* quantò igitur convenientius erit, ut calceamenta de pedibus nostris deponamus, quando ipsemet Deus in persona ad hospitandum in nobis, os nostrum ingreditur? *involucra pone carnalium cogitationum*, inquit S. Bernardus, quia tunc meritò omnes cogitationes & desideria nostra merus debent esse Spiritus, omnesque aliæ deponendæ, quæ tales non sunt; *quisquis intentionem suam simplici corde* (verba sunt Thomæ à Kempis) *sursum levaverit ad Deum, seque ab omni inordinato amore, seu dissipatione cujuslibet rei creatæ evacuaverit, aptissimus gratiæ percipiendæ erit. Dat Dominus ibi benedictionem suam, ubi vasa vacua invenerit.* S. Cyprianus optimè observat, quod hunc panem cœlestem hisce verbis à Deo postulemus: *panem nostrum, &c.* & subdit: *Panis vitæ Christus est, & panis hic omnium non est, sed noster est; & quomodo dicimus Pater noster, quia intelligentium & credentium Pater est, sic & panem nostrum vocamus, quia Christus noster, quia corpus ejus quod contigimus, panis noster est*; quibus addere possumus, nos panem hunc nostrum efficere, mediante prævia attenta meditatione, quia *intelligentium panis est.*

Boll. t. 1. Jan. 4. c. 21. Insignis instructio B. Angelæ de Fulginio pro communicantibus.

Exod. 3. vers.

S. Bern. ser. in c. 10. Apoc.

Thom. à Kemp. l. 4. c. 15. n. 3.

S. Cypr. de or. Dom.

DISCURSUS XXVII.
ARGUMENTUM.

Ex Ritibus & Ceremonijs esus Agni paschalis, variæ eruuntur moralitates ad dignum hujus Sacramenti usum.

THEMA.

Erit Agnus absque macula. Exodi cap. 12. ℣. 5.

1. AGnum paschalem inter omnes Veteris Testamenti figuras, Eucharistiam propriissime præsignificasse indubitatum est; ac proinde Doctor Angelicus ait: *In figuris præsignatur, cum Isaac immolatur, Agnus paschæ deputatur.* Porro ritus Ceremoniæ, & quid increata Sapientia, quoad Agni paschalis esum Hebræis præscripsit, cuncta relationem dicunt ad dignitatem, puritatem, & præparationem, qua nobis ad Agnum immaculatum hujus Sacramenti accedendum, quia *omnia in figura contingebant illis.* Est igitur advertendum, quòd, priusquam Deus populo Israëlitico præceptum suum circa Agnum proponeret, quoad tempus illud sumendi hæc verba præmiserit, *mensis iste, vobis principium mensium*; quasi dicere vellet, tunc illos vitæ initium hujus habituros esse, quando Agnum immaculatum gustaverint; Unde S. Gaudentius ait: *tunc audiunt; mensis hic vobis initium mensium, adhæremes Agni immaculati vestigiis*; veluti si diceret: ab illo momento tempus veræ & beatæ vitæ computare debetis, quando ad mensam Eucharisticam, in qua pignus vitæ æternæ recipitur, acceditis. Cur verò mensem illum, qui Aprili nostro correspondet, elegerit, hujus Rupertus Abbas Tuitiensis mysticam hanc assignat rationem; dicens: *ipsa mensis Nisan, id est, Aprilis, verna temperies, cum tellus reflorescit, totusque per hyemem, quasi post senium rursum juvenescit orbis, nonne hominem, docet quatenus renovatus Spiritu mentis suæ, fide viridis, spe lætus, & charitate florens, epulis Agni paschalis interesse spiritualibus.*

Exod. 12. v. 1.

Exod. 12. v. 2.

S. Gaud. in Exod. ser. 1. Cur comedi debuerit Agnus in mense Nisan.

Rup. Abb. l. 2. in Exod. c. 12.

Exod. 12. v. 3. Cur Agnus decima die in domum inductus, & 14. die primùm immolatus.

Oleaster. Ibid.

2. *Decima die mensis hujus*; Idem quoque Rupertus advertit, quòd scilicet Cœlestis hic Agnus tanta cum lætitia à populo receptus, ea præcisè decima die mensis Jerosolymam ingressus fuerit, ubi decima quarta die, vesperi Pascha cum suis celebravit: *Quarta decima die ad vesperam*, inquit, *ubi illum Paschæ veteris Agnum comedit cum discipulis suis, tunc ipse novi sacrificij Agnus continuò capiendus & ducendus ad immolandum, jam in angustia passionis agonizans, prius propriis manibus Deo semetipsum immolavit, accipiens panem & vinum, & mira atque ineffabili sanctificationis potentia transferens hæc in corporis & sanguinis sui, Sacramentum.* Verum enimvero, ex quo Agnus ille die decimo quarto Lunæ sacrificandus & manducandus erat, cur tanto tempore anticipatè præparari jubetur: Respondet Oleaster: *ut nos hac doceremur cæremonia, quanta diligentia, & quamdiu oblationes nostras expendere debeamus, antequam illas Deo præsentemus*: idipsum quoque de examine, præparatione, & purificatione conscientiæ nostræ, huic Sacramento necessariò præmittenda asserere possumus. Etenim Agnus ille quatuor diebus ante in domum recipiebatur; *ut examinaretur*, inquit idem author, *si quid haberet maculæ, quæ illum à divino conspectu arceret.* Rusbrochius aliam quamdam moralitatem hac in re considerat, dum ait: *Luna decem habeat dies oportet, antequam Agnum hunc nostris in ædibus habeamus; Porro cum decem servamus præcepta, Dei Agnum intra ædes nostras habemus.* Postquam verò Agnus ille in domum receptus fuerat, quinque diebus primò simul computato, conservabatur vivus: *asservabatur porro in quantum diem*, inquit Nazianzenus, *fortasse quia victima mea id habet, ut sensus expurget, à quibus peccato moritur*; quibus verbis insinuare contendit, quòd, quando Agnus Eucharisticus intra domum animæ nostræ custoditur, quinque sensus nostri purificentur, & præserventur illæsi.

Ut interrea examinaretur, an haberet aliquam maculam. Rusb. de tabern. c. 12. v. 1.

Exod. 12. v. 3. Agnus Eucharisticus æquè immolatus fuit pro uno, ac pro omnibus, *Dion. Cart. Ibid.*

3. *Unusquisque Agnum per familias.* Tametsi unicus dumtaxat Agnus pro universo genere humano fuerit sacrificatus, Deus tamen voluit, ut quælibet Hebræorum domus in particulari sibi & familiæ suæ Agnum quemdam manducandum procuraret; Cujus Dionysius Carthusianus hanc assignat rationem: *quia sic mortuus est Christus pro omnibus, ut & pro singulis mortuus sit & oblatus*; Etenim quælibet anima in particulari non minus Deo obligatur, quòd ei semetipsum dederit in hoc Sacramento, quàm ipsi obstrictum est universum genus humanum, quod pro eo sacrificatus fuerit; unde sanctus Paulus protestatur, dicens: *in fide vivo Filij Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.*

Galat. 2. v. 20.

Exod. 12. v. 4. Communicaturi in adjutorium vocamus alios Sanctos. *Dion. Cart. Rup. Ibid. c. 4.*

4. *Sin autem minor est numerus, ut sufficere possit ad vescendum Agnum, assumet vicinum suum, qui junctus est domui suæ.* Quibus verbis in sensu spirituali insinuatur, ut inquit Carthusianus, quòd si aliquis nostrûm in particulari pro divinis & ineffabilibus mysteriis & beneficiis, à Deo receptis, Deum laudare, venerari, eique gratias agere non sufficiat, proximos suos in adjutorium advocet. Cui consonat, quod Rupertus Abbas his verbis scribit: *rectè paucitatem nostram consitentes in nobis, quia totum ejus mysterium capere non possumus, assumimus vicinum, qui conjunctus est domui nostræ, scilicet Apostolorum, & Martyrum chorum, qui per eamdem fidem conjuncti sunt familiæ Christianæ. Denique sine illorum invitatione numquam comedere præsumimus; dicimus enim: Communicantes & memoriam venerantes in primis gloriosæ semper Virginis Mariæ, & beatorum Apostolorum, & Martyrum, &c.* Theodoretus in his verbis aliud notat mysterium, scilicet, quod *doceat eos fraternam charitatem, & erga pauperes misericordiam.*

Theodoret. q. 24. in Exod.

Exod. 12. v. 5.

5. *Erit autem Agnus absque macula. Macula peccatum est*, inquit Rupertus Abbas; Christus quidem impeccabilis erat, quia verò nos in hoc privilegio non participamus, cum *nemo sit mundus à sorde*, ideo Deus præcepit, ut, priusquam ad ipsum accedamus, prius maculas nostras eluere studeamus, hoc enim insinuant verba illa Apostoli: *probet autem seipsum homo.* Abulensis quæstionem movet, cur Deus in animalibus sibi offerendis, immunitatem ab omni defectu requisierit, cum tamen eadem adeo parvificiat, ut per Psalmistam dicat; *nonquid manducabo carnes taurorum aut sanguinem hircorum potabo; immola Deo sacrificium laudis*; Respondet autem: *non vult ista Deus aliquam propter necessitatem, sed propter honorem*; neque enim ei honorificum est, si animalia, defectum aut maculam habentia, ei offerantur; undè hanc licet inferre consequentiam: quantò igitur magis Agnus ille, *qui tollit peccata mundi*, illas abhorrebit animas, quæ, cum propriarum culparum inquinamentis defœdatæ sint, illum tamen in se sumere non dubitant.

Eodem modo immolari etiam debebat hœdus.

Quo designabatur Christus portans iniquitates nostras.

S. Pascha. l. de corp. & sang. Dom. c. 22.

Abul. q. 16. in c. 26. Matth.

Multo magis communicaturus.

Rup. Abb. l. 2. in Exod. c. 12.

6. *Masculus.* Masculinus enim sexus perfectior est; & ideo ut Lyranus inquit: *requirebatur Agnus masculinus, qui est perfectus, quia ea, quæ sunt perfecta, debent immolari Deo, à quo emanat omnis humana perfectio.* Unde & Origenes ait: *Masculinum sit munus tuum, fœminam nescias, concupiscentiam respuat, fragilitatem refugiat.* Rupertus Abbas aliud quoddam in eo considerat mysterium, dum ideo Deum, Agnum sine macula & masculum sibi offerri voluisse dicit, quia *parum haberet gloriæ sola innocentia, si non adesset fortitudo quoque ad agenda perfectæ justitiæ opera. Erit ergo masculus, hoc est foris, qui nihil fœmineum; hoc est molle, vel fluxum admittit.*

Agnus debebat esse masculus.

Lyran. ib.

Orig. Hom. 1. in Lev.

Per quod designatur Communicantem debere esse fortem.

Rup. Abb.

7. *Anniculus.* Abulensis in ea est opinione, sacrum textum, per hanc Agni circumstantiam, insinuare voluisse, Agnum paschalem minime excedere debuisse unius anni ætatem, adeo ut, qui hoc tempus excedebat, sacrificio paschali inidoneus esset, tunc enim Agnus in arietem degenerat. *Anniculus, id est perfectus*, inquit Rupertus, *perfectionem enim ab illo consequimur.* Lyranus ait: *Agnus ille anniculus erat tenellus, & propter hoc significatur in Christo pietatis teneritudo.*

Debebat esse unius anni, hoc est perfectus.

Exod. 12. v. 5.

8. *Juxta quem ritum, tolletis & hœdum*; Idem enim Christus, licet Agnus immaculatus esset, hœdus tamen etiam apparere voluit, propter peccata nostra, quæ in se assumpsit. Verumtamen, ut Abulensis notat, non simul offerebatur Agnus & hœdus, se hic dumtaxat in defectu illius, quem ritum considerans Rupertus Abbas, inquit: *sicut propter suam innocentiam in Agno, sic propter iniquitates omnium nostrûm, quas Deus posuit in eo, rectè igitur figuratur in hœdo.* Porro sanctus Paschasius sequentem desiperfinstituit considerationem, dicens: *Si forte quis Agnum non potuerit pro paupertate vitæ assequi, id est; vitam immaculatam offerre, saltem hœdum habeat; qui semper in sacrificiis pro pœnitentibus mactatur*; quo fine illam citat S. Hieronymi authoritatem, injuentis: *Si justi sumus, de agni carne vescamur; si peccatores & pœnitentiam agimus, nobis hœdus occiditur.*

Exod. 12. v. 6. Cur Agnus fervatus fuerit in diem 14.

Rup. Ibid. c. 3.

9. *Et servabitis eum usque ad quartam decimam diem mensis hujus.* Quorsum obsecro hæc anticipatio? *Ut quid*, interrogat Rupertus Abbas, *tanto tempore servaturi? videlicet ut, dum ille præsto est, causa quoque ejus corda vestra solicitet, ne istis immemores, vel imparati, quia transeundum est, dum ille tot ante diebus de profectione paranda vos admonet, quoties enim ille balatum emittit, toties quasi tubæ sonitus exiturus castrorum acies excitet.* Optima namque animæ communicaturæ est præparatio, si toto vitæ tempore, quo vivit in mundi hujus militia, vocem audiat Agni illius, qui ad aliam vitam nos invitat, præparatosque esse jubet ad conflictum & agoniam.

Exod. 12. v. 6. Cur immolandus vesperi.

Dion. Cart. Guil. Eep. Ibi. dub. 8. Thren. 3.

10. *Immolabit... ad vesperam. Quia in Cœna*, inquit Carthusianus, *sic immolationis Sacramentum instituit, & in ultima mundi ætate.* Guilielmus autem Pepinus ad moralem transiens sensum, id factum esse autumat, *ad denotandum; quod non satis est se immolare Domino per bona opera in mane juventutis (secundùm illud Thren. 3. bonum erit viro, cum portaverit jugum ab adolescentia sua) verum etiam requiritur immolatio*

vespertina, per perseverantiam in bono incæpto usque ad finem.

Ibid. v. 7. Sanguine Agni tingendi postes, & superliminaria domus. *Theodor. Ibid. Rup. c. 9.*

11. *Et sument de sanguine ejus, ac ponent super utrumque postem, & in superliminaribus domorum, in quibus comedent illum*; Cujus mysterium explanat Theodoretus his verbis: *Nos unximus Agni nostri sanguine non tantum limen; sed utrumque postem, purgantes, & sanctificantes exterius linguam, & labia; interius autem, & secundùm intellectum, pro humine rationalem partem, & pro utroque poste facultatem irascendi & concupiscendi.* Rupertus inquit: *in utroque poste sanguis Agni est positus, quando Sacramentum ad redemptionem sumitur ore, & ad imitationem quoque intenta mente cogitatur.*

Ibid. v. 8. Assari debebat igne. *Dion. Cart. Ibid. S. Cyr. Alex. l. 2. Glaph. in Exod. D. Chrys. h. 83. in Matth. Ibid. Abul. Ibid. q. 37.* Comedi debebat cum, pane ac azymo, quid hoc signetur.

12. *Et edent carnes nocte illa assas igni*; id est, ut Carthusianus inquit: *Corpus Christi in Sacramento Eucharistiæ sument, qui igne passionis assatus est.* S. Cyrillus Alexandrinus hanc aliam ejusdem mysterij assignat rationem, dicens: *eò quòd oportet eos esse inflammatos Spiritu, qui volunt ad communionem Christi accedere.* Ideoque nobis consulit D. Chrysostomus, inquiens: *accedat nemo cum nausea, omnes accensi, omnes ferventes.*

13. *Et azymos panes.* Abulensis azymum absque fermento formari advertit, cujus proprietas naturalis est, totam inficere massam, quoniam Apostolo teste: *modicum fermentum totam massam corrumpit; Azymum ergo est incorruptum, & signat puritatem vitæ, tales autem esse debent, qui Christum sumunt, scilicet in vita pura & immaculata, sic dicit Apostolus: Pascha nostrum immolatus est Christus, itaque epulemur non in fermento veteris malitiæ, sed in azymis synceritatis.* S. quoque Bonaventura, in quodam sermone super ultimam Cœnam, ita de iisdem discurrit azymis: *in azymis panibus, corporis Christi puritas, & à fermento peccati immunitas significatur; edent carnes nocte illa assas igni, id est, cum amaritudine pœnitentiæ.*

S. Bonav. ser. 5. in Cœn. Dom. Cum lactucis agrestibus. *Rup. Abb. c. 11.* Communicaturi afflingantur amaritudine pœnitentiæ. *S. Bern. to. 2. ser. 57. a. 3. c. 3. Ibid. v. 9.* Nihil de Agno comedendum crudum.

14. *Cum lactucis agrestibus.* Herbarum hujusmodi amaritudinem, saporemque ingratum considerans Rupertus Abbas, ita ad nostrum discurrit propositum. *Eorum exemplo nos carnes Agni cum lactucis agrestibus comedimus, cum corpus Redemptoris accipientes, nosmetipsos pro peccatis nostris affligimus, quatenus ipsa amaritudo pœnitentiæ allergat, à mentis stomacho, perversæ humorem vitæ.* Cui & illa consonat S. Bernardini sententia, in hæc verba discurrentis: *Lactucæ agrestes dolor offensionis, cum quo comedendus est iste sacratus panis, quia in sumptione ejus compungi debemus pro peccatis nostris.*

Dion. Carth. Ibid. Crudam sumit S. Communionem, qui non discutit quid sumat. *S. Bernardin. a. 3. c. 1.*

15. *Non comedetis ex eo crudum quid.* Cajetanus his verbis tantummodo veritum fuisse autumat, ne quid manducarent minus bene coctum, unde inquit: *non crudum (ferinum siquidem est vesci cruda carne) sed semicoctum, quod multi avidiores comedunt.* Dionysius autem Carthusianus ad sensum spiritualem conversus, ita discurrit: *hoc est corpus & sanguinem Christi, non carnaliter; neque cum grossa imaginatione aspicietis, neque per Philosophicam Sapientiam mysteria Salvatoris discutietis.* Id quod cum illa consonat sancti Bernardini doctrina, dum ait: *Crudum sumit desidiosa indiscussio, id est, qui mentem suam diligenter non discutit, vel qui non cogitat, quod recipit. Nec coctum aqua* (alia hæc erat prohibitio) *Lixam sumit*, inquit idem Sanctus, *acidiosa indevotio, id est, qui mente distracta ac terreno affectu, humida & insipidatione tam aquea ad Sacramentum dissolutus accedit. Frixum sumit præsumptuosa perseverantio, hoc est, qui de Sacramento præsumptuosè inquirit. Assum sumit lachrymosa devotio, atque studiosa gratiarum actio.*

Ibid. v. 9. Rup. Abb. lib. c. 12. Quid significetur quod pedes & intestina vorari debebant.

16. *Caput cum pedibus ejus & intestinis vorabitis. Caput Agni vorare*, inquit Rupertus Abbas, *est alta divinitatis eloquia viriliter capere, v. g. quale est; In principio erat Verbum, &c. pedes vorare, nec illud ignorare; quod Verbum caro factum est. Intestina vorare cum pedibus, & singulas infirmitatis ejus passiones in usum virtutis assimere; v. g. quod esurit, quod fecit, quod contristatus est, quod tentatus est pro similitudine absque peccato*; imò ne vel minima agni hujus particula relinquenda est. Unde Dionysius Carthusianus ait: *universa quæ de Christo proponenda, credendaque sunt, videlicet divinitatis sublimia, & humanitatis declivia, prompta fide; & avida mente amplecti debetis.*

Dion. Cart. Ibid.

Ibid. v. 10. Residuum igne comburendum.

17. *Si quid residuum fuerit, igne combaretis, id est*, prosequitur idem author, *ea quæ fidei sunt, nec comprehendi queunt, omnipotentiæ & infallibili attestationi Spiritus Sancti, qui amor, & ignis appellatur, sunt humiliter reservanda, & committenda, ita ut nihil vertatur in hæsitationem.*

Ibid. v. 11. Rup. Abb. c. 13. Renes accingendi, quid designet. *Dion. Cart.*

18. *Renes vestros accingetis.* Rupertus Abbas per hos renes concupiscentiam intelligit carnalem, Sacramenti hujus virtute reprimendam; ideoque inquit: *Quid in rebus nisi delectatio carnis accipitur? Qui Pascha comedit, accinctos renes habere debet, ut voluptates edomet, carnis luxuriam vestingat.* Dionysius Carthusianus superaddit, dicens: *fluxum & desideria turpia vestrigetis, ut stis corde & corpore casti.*

Ibid. v. 11. S. Elig. *h. 14.* Quid Calceamenta in pedibus.

19. *Et calceamenta habebitis in pedibus.* Sanctus Eligius Episcopus Noviomagensis, in sensu spirituali hæc verba exponit, dicens: *Calceamenta in pedibus habeamus, id est, operum nostrorum gressus, exemplis sanctorum Patrum muniamus; nam sicut ex calceamentis, quæ ex mortuis fiunt animalibus, pedes corporis circumdamus; sic sanctorum Patrum, qui jam decesserunt, exemplis, sensus animæ, & actuum nostrorum pedes circumdare debemus.* Ecce vobis præsentissimos stimulos ad divinum hunc Agnum participandum, cum omni devotione & reverentia Sanctorum inquam exempla. Rupertus Abbas eamdem, diversis licet verbis, interpretationem formans dicit: *Calceamenta in pedibus habere, est mortuorum vitam respicere, & nostra vestigia à peccati vulnere custodire.*

Rup. Abb. Ibid. c. 13.

Ibid. v. 11. S. Paul. Baculus in manus, designat bona opera.

20, *Lumbi vestri accincti, & calceamenta in pedibus vestris, & baculus in manibus vestris.* Baculus in subsidium itineris assignatus est, unde sanctus Paulinus ad Severum scribens, ita ad intentum nostrum concludit: *Panis verus & vivus Christus est, quem non potest manducare piger operarius, quia idem est Pascha nostrum, quod expediti & præcincti, & firmiter calceati, nec depositis à manu baculis, id est, operibus, quibus utimur, numquam remissis, cum omni festinantia edere præcipimur.* Sanctus autem Eligius per baculum hunc, timorem Domini indigitari opinatur, inquiens: *baculum necesse est manibus teneamus, ut in cunctis, quæ agimus, timorem Dei vivum præ oculis tenentes secundùm ipsum opera nostra dirigi postulemus.*

Et timorem Dei.

Ibid. v. 11. Comestio festina.

21. *Et comedetis festinanter.* Cujus præcepti duplex assignatur ratio, alia literalis, moralis alia; illa in eo fundatur, quia scilicet exitum ex Ægypto accelerare debebant; hanc verò Author operis imperfecti assignat, dum ait; *Propterea & Judæi exituri de Ægypto, expediti & præcincti, Agnum jussi sunt manducare, & ad exeundum parati, ostendentes nobis, quòniam quicumque nostri Agni Eucharistiam manducant, ita semper debent esse expediti, quandòcumque exituri de mundo.* A quo Commentario nequaquam discrepat sancti Eligij Glossa inquientis: *festinantes Pascha comedimus, cum nos hìc non habere certam mansionem recolentes, quotidie festinanti, & jam jamque imminenti fine suspendimur, assiduè meditamur, quoniam incolæ sumus super terram & peregrini.* Tandem quoque venerat Dominus, ne peregrini quidquam de hoc agno participarent; cujus hæc mystica assignari potest ratio, quia nimirum vagabundi & solitudini minus dediti, nequaquam apti sunt ad degustandum hunc cibum, qui totum exigit hominem.

Auct. Imp. op. h. 52. Significat communicantem semper debere esse paratum ut exeat ex hoc mundo. S. Elig. *Ibid.*

DISCURSUS XXVIII.
ARGUMENTUM.

Honor & munditia corpori Christi debita, ex varijs institutionis Eucharistiæ circumstantiis convincitur, scilicet ex apparatu duorum discipulorum, ex signo aquæ, Cœnaculo, lotione pedum, sindone & sepulchro novo Christi.

THEMA.

Accepto corpore Joseph, involvit illud in sindone munda. Matth. 27. ℣. 59.

S. Thom. à Villanova conc. 3. de Sa. Christus, puritatis amator omnia elegit munda.

1. S. Thomas de Villanova Salvatorem nostrum summam semper puritatis curam habuisse, his verbis considerat: *Omnia mundavult Author puritatis, mundam Matrem elegit; mundum discipulum dilexit; munda sindone involutus est, mundo in tumulo, & in quo nondum quisquam positus fuerat, tumulatus est; ab his, qui sunt mundo corde videtur; & ab his, qui sunt mundo corpore, possidetur.* Ad brevem igitur paucularum horarum gyrum, in quibus tum sacratissimi Corporis ejus facta fuit institutio, tum corpori ejus mortuo sepultura impensa fuit, Discursum nostrum limitantes, evidenter ostendemus, quanta cum solicitudine illud omni cum possibili decentia & munditia honorare studuerit.

2. Et

Marc. 14. v. 12. Ad instituendam S. Eucharistiam elegit Cœnaculum mundum & ad hoc præparatum.

2. Et quidem in primis, Apostoli cœlesti Magistro suo dixisse leguntur: *Quo vis eamus, & paremus tibi, ut manduces Pascha?* Porrò aliàs etiam in sylvis & locis inhabitatis, supra nudam terram ad manducandum confidere consueverant, & verisimile est, in decursu trium annorum, quibus Pascha simul celebraverant, illos agnum paschalem in locis solitarijs, & ab hominum consortio remotis, cumdem inter se simul manducasse, & tamen nullam Evangelistæ præparationis alicujus præviæ fecerunt mentionem; modò verò quando instituenda erat Eucharistia, ex instinctu divino Magistrum suum interrogarunt, dicentes: *Quo vis, eamus & paremus, &c.* Qua interrogatione facta, sanctus Marcus ipsum duos ex Apostolis suis misisse dicit: *Et mittit duos ex discipulis suis*; Porro quinam hi duo fuerint, sanctus Lucas scribit, dum ait: *Et misit Petrum & Joannem, dicens: euntes parate nobis Pascha*; hi verò ambo solidissimæ, magisque conspicuæ Ecclesiæ suæ columnæ erant, teste sancto Paulo, dicente: *Cephas & Joannes, qui videbantur columnæ esse.* Quidnam verò hac in re latuit mysterii, doctissimus Salmeron exponens, ait: *Ostenditur cœnaculum ministris Petro & Joanni, in quo significatur præmittenda confessio, quam nos facere debemus, eundo ad Sacerdotem, qui sit Petrus, rursum, qui sit Joannes, id est, qui gratiam & scientiam possideat.*

Ibid. Luc. 22. v. 8. Galat. 2. v. 9. Salm. t. 9. tr. 40.

Luc. 22. v. 12. Marc. 14. v. 13.

Quid significet signum amphoræ aquæ, à Christo discipulis datum? *Marc. 14. v. 13. Luc. 22. v. 10.*

3. Signum verò à sapientissimo Magistro hisce discipulis ad cœnaculum inveniendum datum, hoc sequens fuit: *Occurret vobis homo, lagenam aquæ bajulans, sequimini eum.* Idipsum sanctus Lucas referens, ait: *Occurret vobis homo quidam, amphoram aquæ portans.* Et verò eo ipso, quo Sacramentum Altaris à Christo instituendum erat, convenientius magisque ad propositum serviens, indicium ostensurus fuisse videtur, si pro signo aliquam dicti Sacramenti figuram indicasset, dicendo v. g. occurret vobis agnus, vel invenietis panem aut vinum; Cur igitur aquam illis pro signo dedit? Origenes ait: *Ego autem puto, quod homo, qui ingredientibus discipulis in civitate occurrit eis amphoram aquæ portans, quem voluit Jesus, ut sequerentur discipuli ejus euntem in domum, qui jubilem illam aquam domus apportabat, ut non solum esset mundata, sed etiam aquis plenus eluta.* Unde apparet, quod Christo non sufficerit, cœnaculum in quo Eucharistia instituenda erat, scopis fuisse mundatum, quin etiam idem aquâ aspergi & mundari voluerit. Sanctus Ambrosius textum illum sancti Lucæ exponens, Christum fideles suos docere voluisse inquit (Siquidem *omnia in figura contingebant*) *abluere sensus nostros quadam spirituali aqua fontis æterni.* Cui consonat, quod antiquus ille Tertullianus pariter scribit in hæc verba; *Paschæ celebrandæ locum de signo aquæ ostendit, ut qui se lavissent, etiam sanguinem potarent.*

Orig. tr. 35. in Matth.

S. Ambr. Ibid.

Tertull. de exp. 15.

Luc. 22. v. 12. Cur Christus ad instituendam S. Euch. elegerit cœnaculum grande stratum & ornatum. *Ps. 87. v. 16. Matth. 8. v. 20.*

4. *Ostendet vobis Cœnaculum magnum stratum, & ibi parate.* Mira profectò res, etenim in Incarnatione, quando corpus humanum assumpturus erat, in angustum quoddam tugurium, quale sancta domus Lauretana esse videtur, libenter descendit; Similiter postea in vili quadam spelunca nasci voluit, ut Propheticum adimpleretur oraculum, in quo ipsemet dicit: *Pauper sum ego & in laboribus à juventute mea*; Insuper per totam vitam, propria domo carere voluit, adeo ut sibi dicere licuerit: *Filius hominis non habet, ubi caput reclinet.* Quodnam igitur in eo latet, mysterium, quod nunc Sacramentum Eucharistiæ instituturus, amplum quærat Cœnaculum, & illud quidem augustè paratum? Nam Sanctus Lucas ait: *Cœnaculum magnum stratum*; Et sanctus Marcus pariter dicit: *Cœnaculum grande stratum: & illic parate*; Imò in eodem magnificum & sumptuosum apparatum institui voluit, quia dicit: *Et ibi parate.* Certè alia hujus causa assignari nequit, quàm quod Eucharistiam magnoperè honorare voluerit, quam ibidem instituere parabat, nosque docere, ut illam pro viribus semper & ubique veneremur, colamus, ad eamque suscipiendam, omnem præmittamus præparationem & animæ munditiem. Enimverò, qua in reverentia ipsimet Turcæ cœnaculum hoc, quod in hanc usque horam conservatur, semper habuerint, & etiamnum habeant, ex Epistola quadam, superiori sæculo scripta colligitur, in qua inter cætera refertur, quod Turcæ cœnaculum hoc ingrediturì sese discalceant, in eoque expuere prohibeantur, propter traditionem à Majoribus acceptam, quod Christus ibidem cum Apostolis suis solemnem quamdam celebraverit ceremoniam.

Luc. 22. v. 12. Marc. 14. v. 15.

Orig. tr. 35. in Matth.

Turcæ hoc cœnaculum venerantur. *Dux Olike Ep. 2. An. 1583.*

5. Sanctus Ambrosius ad aquæ signum, Apostolis ad inveniendum hunc locum à Christo datum se reflectens, ait: *O aqua, quæ Sacramentum Christi esse meruisti, quæ lavas omnia; per te fœtor tabidæ carnis aboletur, per te arentibus æstu corporibus, dulcis ad gratiam, salutaris ad vitam, suavis ad voluptatem potus infunditur.* Etenim aqua hæc cœlestem denotabat gratiam, quæ ab hoc Sacramento, velut à vivo quodam fonte scaturire debebat; qua proinde aqua cœnaculum mundari & purificari voluit. Ad hæc dicere possumus, aquam hanc denotasse planctum nostrum & contritionis lachrymas, quæ communionem præcedere debent. Quærunt nonnulli Interpretes, cur incarnata Sapientia nuptiis in Cana Galilææ de vino, miraculosè producto, prospicere volens, illud ex aqua & non potius ex aëre vel alia quapiam materia produxerit. Ad quod dubium sanctus Maximus respondet: *Quod aquæ novo sunt ordine in vinum mutatæ, novi nobis poculi præfabatum est Sacramentum*; Etenim miraculum istud typus quidam fuit conversionis & transsubstantiationis Panis in carnem, & vini in sanguinem Christi; atque ideo vinum potius ex aqua, quàm ex alia materia producere voluit, ut nos doceret connexionem, quam aqua compunctionis, lotionis, & absterfionis conscientiæ nostræ habet cum hoc sacramento.

S. Ambr. in c. 21. Luc. l. 10. Aqua amphoræ designat gratiam hujus Sacramenti.

Joan. 2. 1.

S. Max. h. 1. de Epip.

6. Origenes in ea est opinione, quod Cœnaculum istud in loco quodam eminenti & elevato situatum fuerit; Unde ita legit: *Ostendet vobis locum in superioribus stratum.* Porro Cœnacula velut Oratoria quædam erant. Unde in hoc Cœnaculo, primum totius Christianitatis Templum & Oratorium erectum fuit; ibi Christus primum consecravit & obtulit sacrificium; ibi pariter primi fideles numero centum viginti, simul cum sanctissima Virgine, decem diebus continuis, ad ferventem ad Deum orationem fundendam fuerunt congregati, in eodem quoque Cœnaculo Spiritus Sanctus, cum omnibus donis & cœlestis Paradisi thesauris super Apostolos descendit, ut relationem intelligeremus, quam hoc Sacramentum cum Spiritu, oratione & affectuum, cogitationumque nostrarum ad Deum elevatione, habere debet. Porro ex variis Scripturæ locis Oratoria in sublimi domuum loco situata fuisse colligitur, ut videre est Judith. 8. versic. 5. & 2. Reg. 18. versic. 33. & 3. Reg. 17. versic. 19. Unde & Origenes de hoc Cœnaculo dicit: *Sit domus hæc præparata, non solùm superior, nec solummodo magna, sed etiam mundata, nullo modo habens malitiæ sordes.* Salmeron in sensu spirituali de hujus Cœnaculi magna capacitate differens, ait: *Grande autem Cœnaculum sit conscientiæ, postquam abjecit peccata; & amorem temporalium bonorum, quæ angusta sunt atque exigua exuit. Fit etiam grande, ex desiderio faciendi voluntatem Dei, & siti salutis propriæ, & ad cibum hunc Eucharistiæ, non ex contentione aliqua aut secta, sed ex obedientia & charitate accendendo.* Idem quoque Author de ornamentis hujus Cœnaculi ait: *Stratum, id est, virtutum tapetibus ornatum.* Sanctus Ambrosius quoque de hoc Cœnaculo ita legit: *Ostendet vobis in superioribus locum magnum, ibi parate*; Unde sequentem deducens moralitatem, ait: *Advertimus igitur, quod non ad terrena descendere, sed in superioribus locum stratum magnum quærere debeamus, ut Dominì Pascha celebremus.*

Salm. ibid. S. Ambr. in Luc.

Luc. 22. v. 12 Marc. 14. v. 15.

7. In hoc pariter Cœnaculo, priusquam Corpus suum sacratissimum consecraret, Christus Apostolis suis, qui postea communicaturi erant, pedes lavit: *Mittit aquam in pelvim, & cæpit lavare pedes discipulorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus.* Hæc autem ablutio ad nihil aliud ordinabatur, quàm ad denotandam purificationem, quâ quælibet anima à maculis etiam venialibus se emundare debet, ut tantò magis ex hoc Sacramento proficiat; Unde Christus Petro ait: *Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lavet, sed est mundus totus.* Sanctus Ambrosius de hac pedum ablutione ita scribit; *Ideo lavas pedes, ut in ea parte, in qua insidiatus est serpens, majus subsidium sanctificationis accedat, quo postea te supplantare non possit; lavas ergo pedes, ut laves venena serpentis.* Deus olim in Levitico has holocaustì conditiones præscripsit; *masculum immaculatum offeret*, animal enim offerendum, omnis maculæ expers esse volebat. Insuper autem

Cur Christus præmiserit lotionem pedum institutioni hujus sacramenti. *Joan. 13. v. 5.* *Ibid. v. 10.* S. Ambros. *l. 3. de sac. cap. 1. Lev. 1. v. 39.*

Olim etiam lavabantur pedes victimæ immolandæ. *Lev.1.v.9.*

autem inter alias cerémonias, victimæ pedes ablui voluit: *Pedibus lotis aquâ. ℣. 9.* Quod si igitur lotionem hanc in animalium oblatione requirebat, quantò magis illam requirit in conscientiis fidelium, qui ad hoc Sacramentum, in quo est agnus immaculatus, pro peccatis abolendis sacrificatus, sunt accessuri; Nam ut Philo de animalibus ad sacrificium aptis differens, ait: *pedum lotio significat, non humi posthac incedendum, sed per æthera; amans enim Deum anima, revera in cœlum à terris emigrat, sumptisque alis petit sublimia.* Quando S. Abraham Patriarcha in Mambre sedens, tres illos Angelos suscepit hospitio, iisdem dixit: *Lavate pedes vestros, ponamque buccellam Panis.* Sed quid opus erat, Panem manducaturis pedum lotionem præmittere? nimirum factum istud præludium quoddam fuit illius, quod in Sion facturus erat, priusquam Apostolis suis Panem distribueret Angelorum. At verò ex quo hospites illi Angeli erant, quo fine pedum lotione indigebant? respondetur; quantumcumque anima aliqua pura & munda sit, etiam si cœlestis quidam Angelus esset, ad hoc tamen, ut ad hunc Panem dignè sumendum accedat, puritatem sufficientem nequaquam adducere potest; sic enim tametsi Apostolis suis dixisset: *vos mundi estis*, nihilominus protinus subjunxit; *qui lotus est, non indiget, nisi ut pedes lavet.* Rabanus supra Genesin de hac pedum lotione ita scribit: *pedes eorum lavit, ut in extremo lavacri purificationem demonstraret futuram, siquidem & convivium præparat, vitulum saliendi saginatum; iste autem vitulus tener saginatus, Domini nostri Jesu Christi est Corpus.* Origenes quoque ad idem propositum inquit: *Quia sciebat Dominica Sacramenta non nisi in lavandis pedibus consummari.* Rupertus Abbas ad lotionem in Sion factam alludens, inquit: *pedes quippe nostros, id est, actus nostros quotidie necesse habemus lavari; si dixerimus, quia peccatum non habemus, & lavari pedes nostros recusaverimus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est, quamvis lotus, quamvis mundus esset Petrus, tamen Dominus inquit: si non lavero te, non habebis partem mecum.* Rabanus quoque observat, quod eodem die, quo Christus Apostolorum pedes lavit, eosque communione sacra refecit, Ecclesia quoque altaria, vasa sacra, aliamque ad cultum Divinum destinatam supellectilem lavare consueverit, ut nos doceat puritatem, cum qua ad Eucharistiam, quæ eo die primam suam originem habuit, accedere debemus.

Philo.

Gen.18. v. 4. & 5. Abraham lavit pedes hospitibus suis, antequam panem proponeret.

Joan. 13. v.10.

Rab. l.2.in Gen.c.21.

Orig.ibid. in Gen.

Rup.Abb. l. 5.de div.offic. c.20.

Rab.l.2.de inst. cler. c.36.

8. Redemptor noster sacrosanctum Corpus suum, quod prius contemni, & indignè tractari permiserat, postquam illud nobis in Sacramento Altaris reliquit, omni cum honorificentia & munditia tractari voluit. Sic enim non obstante, quod tanta cum ignominia in monte Calvario in Crucem actus fuisset, soluto humanæ redemptionis pretio, duorum principum manibus consignari voluit; nam ut Matthæus ait: *venit quidam homo dives ab Arimathæa nomine Joseph, hic accessit ad Pilatum & petijt Corpus Jesu; tunc Pilatus jussit reddi Corpus*; quem eumdem Joseph S. Marcus *nobilem Decurionem* appellat; S. Joannes quoque de Nicodemo ait: *venit autem & Nicodemus...ferens mixturam Myrrhæ & Aloës.* Circa quæ verba Hugo Card. hanc instituit observationem: *Nobilis Decurio, id est de Curia; quæ autem sit nobilitas, quæve divitiæ ejus, dicit Lucas cap. 23. qui erat Decurio vir bonus & justus: Hic non consenserat consilio & actibus eorum.* Hi enim, qui in offensas Dei nequaquam consentiunt, sed justi sunt & boni, hi, inquam, Corpus Christi accipere merentur. De hoc eodem adeo digno viro S. Thomas ait: *Iste Joseph secundùm seculi statum magnæ fuit dignitatis, sed multo majoris meriti apud Deum fuisse laudatur, siquidem justus fuisse describitur, dicebat quippe, eum talem existere, qui Corpus Domini sepelivet, quatenus per justitiam meritorum, dignus esset tali officio*, quod si vero hæc tanta bonitas & sanctitas requirebatur in eo, qui corpus ejus sepulturæ mandare debebat, quantò major requiretur in illo, qui illud sibi unit & incorporat?

Ut digne communices, sis similis Joſepho ab Arimathæa. *Matth.27. v.57. Marc.25. v.43. Joan. 19. v.39. Hug.Card. in Matth. Luca 23. v. 50. & 51.*

S. Thom. in cat.

Matt. 15. v. 46. Per Sindonem mundam designatur caro Christi,

9. *Joseph autem mercatus Sindonem & deponens eum involvit Sindone*; S. Matthæus addit *in Sindone munda.* Verisimile quidem erat, quod vir ille, utpote dives & opulentus, magnam habuerit in domo sua linteorum supellectilem, verumtamen quia illa ad aliorum hominum corpora contegenda adhibita fuerant, illis uti noluit, sed ut Corpus Christi honorificentius, & majori cum munditie tractaret, novam, mundam, candidam, & subtilem Sindonem pretio comparare voluit, estque illa ipsa, quæ per tot sæcula in hodiernum usque diem Taurini, tanta cum veneratione, conservatur & colitur. *Per istam verò Sindonem*, inquit S. Thomas, *signatur caro Christi munda; fit enim de lino, quod per multam pressuram dealbatur. Item signatur munda conscientia, ubi Christus requiescit.* Similem quoque expositionem Hugo Cardin. super hunc textum adducit, dicens: *moraliter insinuatur hic, qualiter recipi debeat Corpus Christi, per hoc quod ponitur eum Joseph in Sindone munda, notatur, quod debet poni in munda conscientia.* S. Anselmus hinc ritum illum derivari notat, consecrandi Corpus Christi super corporale ex candido & mundo linteo factum, & subdit: *mysticè Jesum Sindone munda involvit, qui eum pura mente suscipit.* S. Paschasius in Commentario super S. Matthæum dicit: *narratur munda fuisse, quia dignum erat, ut mundissimum Corpus Domini mundo involveretur linteo, sed Corpus Jesu magis præstabit munditiam, quam illud ex quo involutum erat, quia quæcumque tangebat Author vitæ, omnia nova fiebant & munda.* Similiter Origenes diu ante ipsum dixerat; *puto, magis munditiam Sindon illa habebat; ex quo involutum est Corpus Christi, quam prius; Corpus enim Jesu etiam in morte constitutum, quasi Corpus Jesu mundabat omnia, quæcumque tangebat.* S. Hilarius, postquam textum illum Evangelicum allegasset: *in munda Sindone corpus involvit*, subjungit: *& quidem in hoc eodem linteo reperimus de cœlo ad Petrum universorum animantium genera submissa.* At verò qua ratione linteum illud mundum esse poterat, in quo tot continebantur animalia immunda? ad hoc Deus ipse S. Petro respondit: *quod Deus purificavit, tu commune ne dixeris.* Accedat igitur ad hoc corpus audacter quævis anima immunda, quia si cum detestatione culparum suarum, ac vera pœnitentia accesserit, candorem recipiet debitum atque munditiam; prout in Discursu XVIII. probavimus. S. Bernardinus quoque de Sacramento altaris scribens, bonam conscientiam in hac Sindone figuratam fuisse demonstrat.

S.Thom. hic.

Hugo Card.in Matth. Et munda conscientia.

S.Anſ.ib.

S.Paſchaſ. l. 12. in Matth. cap.27.

Auth op. Imph.52.

Orig.tr.35. hic.

Matth.27. v. 59.

S.Hilar. can. 33. in Matth.

Act.10.v.15.

S.Bern.T. 2.ſer.54. a.2.c.2. Monumentum novum deſignat conſcientiam mundatam.

10. Fuit quoque sacrum hoc corpus in monumento novo, in petra excisò, in quo nondum quisquam positus fuerat, collocatum; ac proinde Theophylactus monet, dicens: *pretiosum corpus pretiosè sepelias, cum enim esset Discipulus Domini, scibeat, qualiter Corpus Domini honorari deberet; omnia quippe quæ sunt circa Corpus Christi Jesu*, inquit Origenes, *munda sunt & nova.* S. Paschasius hac de re sequentem habet observationem: *quod monumentum nunquam excidituur nisi in petra, quæ Christus est firmissima, hinc oportet credere, quod non ille à nobis, sed nos à corpore sanctificamur, ut mundiores simus, si tantum recta fide & conscientiâ bonâ illud suscipimus, alioquin sine Corpore Christi vacui & immundi sumus.* Dionysius Carthusianus pro Communicantibus hanc ad eorum provectum inde deducit moralitatem, dicens: *ponit Deum in sepulchro novo, qui collocat eum in anima intus reformata.* Hugo Cardin. similiter ait: *in monumento novo, id est, in corde renovato per pœnitentiam ad Ephes. 4. Renovamini spiritu mentis vestræ.* De mysterio verò sixi, quo clausum fuit sepulchrum ita scribit: *saxum magnum quod advolvitur ad ostium monumenti est magna pœnitentia, quæ tenet in nobis Jesum per gratiam.* Unde Isaiæ cap. 30. dicitur: *dabit vobis Dominus Panem arctum... & non faciet avolare à te ultra Doctorem tuum.*

Theophyl. in cat. Orig.ibid. S.Paſchaſ. ibid.

Dion.Carth.

Hug. Card. h.3. Epheſ.4.v. 23.

Iſa.30.v.20.

DISCURSUS XXIX.

ARGUMENTUM.

Eucharistiam summè fructuosam efficit, qui illam cum actuali mortis memoria suscipit, illamque quasi ultima futura esset, assumit.

THEMA.

Sic autem comedetis illum: Renes vestros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus, venemes baculos in manibus. Exod.12. Vers.11.

1. HAbitus, quo Hebræi agnum Paschalem manducaturi, indui debebant, hominis peregrini speciem referebat, ad iter ineundum accincti; illa enim vestium præcinctio, calceatio pedum, & baculus, quem manibus tenebant, hominem ad iter ineundum paratum indicabant; quod idem mysterium Deus eodem tempore illis revelavit, quando iis hunc ritum præscripsit; *est enim phase*, inquit, *id est transitus Domini*; imò quando Israëlitæ agnum manducando,

S.Euchariſtiam dignè ſumere volentes, cogitent eſſe Phaſe, hoc eſt tranſitus hujus vitæ ad vitam futuram.

ducando, prima omnium vice Pascha suum celebrarunt, jam de facto in provincitu erant, ut ex Ægypto egrederentur in terram promissionis profecturi, in cujus tanti beneficij memoriam deinceps omni anno eadem ceremonia ab ipsis continuari debebat; sed *omnia in figura contingebant illis* quia enim agnus Eucharistiæ figura erat, Ægyptus verò mundum, sicut & terra promissionis vitam futuram præfigurabat, ideo Deus per hunc peregrini habitum, fidelibus suis insinuare voluit, quod si agnum Sacramentalem cum fructu animæ manducare velint, necesse sit, ut sumentes hoc Sacramentum, sibi persuadeant se in provincitu stare, ut ex hac vita, in vitam proficiscantur futuram. Author operis imperfecti de virginibus loquens, quæ ardentes lampades portantes, Sponsum expectabant Christianum, in hac vita veluti peregrinum, vivere debere inquit; idque per prædictam Israëlitarum historiam his verbis probat: *propterea & Judæi exituri de Ægypto, expediti & præcincti agnum jussi sunt manducare, & ad exeundum parati, ostendentes nobis quomodo quicumque nostri agni Eucharistiam manducant, ita semper debent esse expediti, quasi quotidie exituri de mundo.*

Gen.18.

2. Ad hoc propositum non inutilis excitari quæstio potest, quare incarnata Sapientia homini cœleste hoc sacratissimi corporis sui convivium, (quod Salomon tot ante sæcula in Proverbiis, his verbis prædixit: *Sapientia ædificavit sibi domum, miscuit vinum & proposuit mensam suam*) exhibere volens, idipsum facere distulerit, donec assumpto in Incarnatione corpore post 33. annos in ultima tandem vitæ suæ periodo, idipsum perficeret. Eamdem difficultatem Albertus Magnus proponit pariterque resolvit, considerando, quod non quâvis horâ opportunum sit, cibum corporalem sumere, sed quod tria præcipuè ad cibum sumendum præcedere debeant, quorum *unum est ex abstinentia præcedenti desiderium famis; Secundum, quod in corpore consumptus sit malus chylus, si ille in corpore est per cibum malè ante comestum; Tertium autem est hora illa, quâ etiam virtute cœlesti juvantur vires corporis ad cibi sumptionem & profectum, unde antequam cibus iste daretur, oportuit, quod desiderium famis in ipsum excitaretur, & quod sentiret homo, quod sine isto edulio reparari non poterat, & ideo quamdiu per bona naturæ in naturali lege refici præsumpsit, cibus iste non parabatur; & quamdiu per bona legis factorum refici putabat, non parabatur cibus, sed significabatur*; sic enim in lege naturæ demonstratus fuit in pane, quem Abraham tribus Angelis in Mambre apposuit, prout in cap. 18. Geneseos legitur, in lege verò scripta repræsentatus fuit in panibus propositionis. His præmissis idem Author progreditur, dicendo: *quando autem famem sensit, & vidit quod aliunde refici non potuit, tunc sub lege gratiæ iste cibus paratus fuit*; ad eum modum, quo filius prodigus ad vitulum saginatum admissus non fuit, donec urgente fame lamentaretur, dicendo: *quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo! Surgam & ibo ad patrem meum, & dicam ei &c.* Quibus similia sunt lamenta illa Jeremiæ Thren. 4. *parvuli petierunt panem, & non erat qui frangeret. Hoc sensu fame incitatâ in hominibus parabatur iste cibus, fastidientibus enim non debebat ingeri, similiter quia chylus valde malus creatus erat in homine ex comestione vetiti, qui nullo modo fuit tenendus in corpore cum cibo sancto, & ideo expediebat, quod ille prius per longam abstinentiam consumeretur, & tunc demum cibus sanitatis præpararetur; oportuit ergo, quod expulsiva & evacuativa homo sumeret, antequam cibus iste præpararetur; hæc fuerunt legis auctoritas & Prophetiæ exhortatio, & tunc demum expulso malo chylo, qui ex vetito creatus fuerat, cibus gratiæ perfectæ sanitatis parabatur.* Tertia ratio Alberti Magni est, quia sicut ad manducandum expectatur hora competens, quæ solet esse post meridiem; *similiter est in die mundi, quod, antequam Sol inclinaret à meridie, hoc est in fine mundi, non erat parandus cibus salutaris, tunc enim in vespera mundi paratus, jam membris vacuis ingeritur cibus salutaris & tunc avide appetitur, & salubriter accipitur, & tunc Dominus noster cibum salutarem paravit, & ideo Cœna Domini dicitur & non prandium, quia in fine mundi parata hæc Cœna, aliam se sequentem non habebit.* Porro Eucharistiam, cœnam quamdam esse certum est, siquidem de illa dicitur: *homo quidam fecit cœnam magnam*, & verè magna cœna est, quia ut Hugo Cardin. ait: *fercula apposita magna sunt, scilicet Corpus & Sanguis Domini.* At verò cur Eucharistiam, cœnam nominari existimas? certè non aliunde, quia post cœnam quies nocturna somni subsequitur; somnus autem imago est mortis; unde observandum, quod S. Joannes, priusquam institutionem ultimæ cœnæ, in qua Christus Corpus suum consecravit, referret, non sine mysterio præmiserit: *Sciens Jesus, quia venit hora ejus, ut transeat ex hoc mundo ad Patrem*; quasi dicere vellet, tunc cœnam Eucharisticam generi humano adeo salutarem, atque ab eodem tantopere suspiratam celebrare voluit, quando jam in præcinctu erat ex hac vita discedendi; ad erudiendum nos, quod, dum ad hanc cœnam accedimus, eosdem cum Christo sensus & cogitationes habere debeamus, credendo nimirum, quod Sacramentum, quod sumimus, viatici loco accipiatur, haud secus ac si ultima communio futura foret. Ideo quoque Apostolus ait: *in qua nocte tradebatur, accepit Panem*, & alibi ad nostram instructionem inquit: *quotiescumque manducabitis Panem hunc & calicem bibetis: mortem Domini annunciabitis.* Ideo quoque ipsemet Christus vix sub speciebus Panis & vini, sacratissimum corpus suum consecraverat, cum ecce immediatè sui ex mundo discessus mentionem fecit: *dico autem vobis: non bibam amodò de hoc genimine vitis, usque in diem illum, cum illud bibam vobiscum novum in regno Patris mei.*

Luc.15. v.17. & 18.

Thren.4.v.4.

Joan.13.v.1.

1.Cor. 11. v.23.

Ibid.v.26.

Matth.26. v.29.

3. Theodoretus ad præceptum Hebræis, his verbis: *renes vestros &c.* impositum, se reflectens, inquit: *præcepit habere lumbos præcinctos, pedes calceatos, & lucernas ardentes, more servorum expectantium Dominum suum.* Cum Elias Propheta in extrema illa annonæ caritate se jussu Dei, in Sareptam reciperet, viduam quamdam obviam habuit ligna colligentem, cui dixit: *Affer mihi buccellam panis*, cui illa respondit: *non habeo panem, nisi quantum pugillus capere potest farinæ: Ea colligo duo ligna ut ingrediar, ut faciam illum mihi & filio meo, ut comedamus & moriamur.* Ubi quærendum venit, quo sensu hæc mulier dicere potuerit, se Panem comesturam ut moreretur, cum Panem potius ad vitæ conservationem ordinarum esse consitet? pro resolutione sciendum, quod per hanc mulierem intelligatur Ecclesia, quæ duo ligna colligit, dum Crucem & Passionem Redemptoris commemorans, Panem Eucharisticum coquit, qui fructus est Passionis & mortis Christi, unde apud Jeremiam dicitur: *mittamus lignum in Panem ejus*; & S. Augustinus inquit: *signo Crucis consecratur Corpus Domini*; est quoque Sacramentum altaris, Panis arctus & angustus, quem ideo Isaias *Panem arctum* appellat, & quidem adeo arctus est, ut S. Thomas dicere non dubitarit: *fracto demum Sacramento, ne vacilles, sed memento, tantùm esse sub fragmento, quantum toto legitur*; Hæc igitur Ecclesia per mulierem illam, quæ Panem pro se & Filio suo, id est, populo Christiano Catholico coctura erat, denotata, non obstante quod Panis Eucharisticus Panis sit vitæ (*Panis vivus & vitalis hodie proponitur*) nihilominus protestatur, quod illum manducet, ut moriatur: *ut comedamus, & moriamur*, quia tunc cibus hic Eucharisticus nobis proderit, si illum, veluti in procinctu ad mortem positi, sumpserimus.

Theodor. q. 24. in Exod. Panis Eucharisticus sumendus ac si essemus parati ad mortem.

3.Reg.17. v.12. Figura hujus in muliere Sareptana.

Jer.11.v.9. S.Aug.ſer. 181.de temp. Iſai.30.v.20.

4. Per nuptias illas à Rege Filio suo præparatas, ex mente Angelici Doctoris, sacrum hoc denotatur convivium, de quo canimus: *O sacrum convivium, in quo Christus sumitur; istud nuptiale convivium est Eucharistiæ Sacramentum; istud convivium in cœna Domini fiat paratum.* At vero obser vastisne aliquando, quinam præcipue ad hasce nuptias invitati fuerint? facer textus ait: *Ite ad exitus viarum, & quoscumque inveneritis, vocate ad nuptias.* At verò quidnam honorificentiæ convivio huic nuptiali & Regio à gente tam vili adferri poterat? ad exitus namque viarum, alii præter peregrinos & viatores non reperiuntur; audiatis velim, quam bene Albertus Magnus prædicta verba ad propositum nostrum explicet; *illi*, inquit, *sunt in exitibus viarum, qui mortem suam jugiter prospiciunt & qui se credunt quotidie morituros, & certè tales dignos se efficiunt, ut ad Christi nuptias introire mereantur.* Quicumque enim mortis ejus efficaciter recordantur, studeut esse continentes, patientes, & obedientes, nituntur semetipsos per veram contritionem, & per veram confessionem à peccatorum maculis expiare. Superius de mensa Panis & vini à Sapientia increata magnificè instructa mentionem fecimus, per quam, Eucharistiam certum est denotari, quia in solemnitate Corporis Christi Antiphona illa canitur: *Sapientia ædificavit sibi domum... miscuit vinum & proposuit mensam*; At verò observandum, quomodo convivantes

Matth.22. S.Thom. Ibid.

Continuatur eadem materia. Ibid.v.9.

Alb.Mag. ſer. 74. in D.20.Trin.

Prov.9. v.1.2.

S.Euchariſtia appositè vocatur Cœna. Luc.14.16. Hugo Card. Ibid.

Ibid. v. 3. vivantes ad illam invitarit, dicit enim sacer textus: *misit ancillas suas, ut vocarent ad arcem, & ad mœnia civitatis: venite & comedite panem, & bibite vinum, quod miscui vobis*, nimirum veluti milites convivas suos esse voluit, qui quovis momento mortis sunt periculo expositi, quales nos quoque Christus esse desiderat, dum communicamus.

Ibid. v. 5.

S. Gaud. tr. 2. de mand. agni. 5. S. Gaudentius de comestione agni Paschalis differens, seque ad præceptum illud: *calceamenta habebitis in pedibus*; reflectens, hanc instituit observationem; *Pelliis quæ aptatur in usum, non nisi mortui animantis est. Oportet ergo nos ex præcepto Dei prius mortificare concupiscentias carnis & sic accipere Corpus Christi*; hæc autem concupiscentia per vivam vicinæ mortis memoriam reprimitur. Illud quoque miraculum multiplicationis Panum, quod Redemptor noster in deserto juxta mare Tyberiadis patravit, illud præfiguravit miraculum, quod deinceps in Cœnaculo Sionitico patrandum, & ad Ecclesiam in finem usque sæculorum transmittendum erat, de quo eximius quidam Cardinalis, qui antea prædicatoris Apostolici munere functus fuit, ita scribit: *factum est etiam hoc ad mysterij significationem de sacratissimo Eucharistiæ Pane, in qua non novus Panis creatur, sed Panis jam factus assumitur, qui Divina virtute in Christi substantiam seu Corpus convertitur.* De quo etiam Glossa, verba illa: *ut autem impleti sunt*, considerans, inquit: *non esuriet, qui acceperit Christi cibum*, nam Ecclesia canit: *O sacrum convivium, in quo mens impletur gratia*, de quo denique S. Paschasius ita arguit: *etenim hydria farinæ sive Panes crescunt, & non minuuntur dum satiant; quid putas caro Christi?* Enimvero quod in hoc facto, vel maximè proposito nostro defervit, est præceptum à Christo Apostolis suis impositum, ut facerent turbas discumbere ad mensam illam quæ Eucharistiæ figura erat: *Dixit ergo Jesus, facite homines discumbere.* At verò ubinam in hoc deserto sedes, quinque millibus hominum sufficientes, inveniri poterant? S. Joannes, qui huic miraculo præsens interfuit, providissimè subjungit, dicens: *erat autem fœnum multum in loco, & discubuerunt* &c. sed quonam puras mysterio factum est, quod homines super fœnum discubuerint? Dionysius Carth. ait: *sic locus mollior & aptior fuit ad sedendum.* S. Marcus inquit: *discubuerunt in partes per centenos & quinquagenos.* Sed quodnam in hac distributione hominum latet mysterium? Glossa supra S. Marcum ait: *per quinquaginta jubilei requies, quinquagenarius autem bis ductus centum facit, & ideo utriusque quietis perfectionem significat, scil. est Corporis & mentis, qui enim quiescit ab actibus parvis, requiem habet Corporis, qui autem à cogitationibus etiam perversis, requiem habet mentis*, quod verò fœnum concernit, quo sedilium loco homines hosce uti voluit, per hoc mortalitatis nostræ considerationem denotatur, siquidem *omnis caro fœnum.* Porro S. Marcus fœnum hoc viride fuisse ait; S. Joannes autem illud aridum fœnum fuisse dicit; nec mirum, quia ipsissima herba, quæ mane virescit, vesperi exaruisse & fœnum facta esse conspicitur, ac proinde non immeritò vita nostra per fœnum significatur, utpote quæ veluti fœnum in unico momento languet & deficit. Unde Eusebius Emissenus ait: *Super fœnum turbas discumbere facit, quatenus hoc cibo ille intelligat se indignum, qui nondum super fœnum discumbit; quicumque igitur es, qui vis satiari de Panibus Christi, discumbe prius super fœnum, seu fœnum te esse cognosce.* S. Hieronymus pariter in Matthæum ita scribit: *Discumbere jubentur super fœnum, & secundùm alium Evangelistam, supra terram, per quinquagenos aut centenos, ut postquam calcaverint carnem suam, & omnes flores illius & sæculi voluptates, quasi arens fœnum sibi subjecerint, tunc per quinquagenarij numeri pœnitentiam ad perfectum centesimi numeri culmen ascendant.*

Joan. 6. v. 10. Cur populus in deserto cibatus miraculoso pane jussus fuerit sedere super fœnum.

Dion. Carth. Ibid. Marc. 6. v. 40. Glossa ibid.

Tolet.

Glossa.

Euseb. Emis. in hanc Dom.

S. Hieron. in Matth. 14.

S. Remig. in cap. D. Thom. c. 27. in Matth. Expenditur solicitudo mulierum circa Corpus Christi sepultum.

6. S. Remigius à S. Thoma citatus, tres Marias erga Corpus Christi obsequiosiores fuisse observat, quam Discipuli illi, qui eum sepulturæ mandarunt, cujus hanc attignat rationem, quia Discipuli post exhibitum Corpori Christi mortuo sepulturæ obsequium, in proprias suas rediere domos: at verò postquam Corpus Domini sepultum est cæteris ad propria remeantibus solæ mulieres, quæ eum arctius amaverant perseverarunt, & diligenti curâ non averunt locum, in quo Corpus Domini poneretur, quarenus congruo tempore munus suæ devotionis ei offerrent. Ecce tibi, quantum ad hoc, ut quis in devotione erga Corpus Christi efferveſcat, expediens sit, ut quis oculos in sepulchrum continuò defixos teneat, quæ proinde primæ esse meruerunt, quas Christus felici illo glorioſæ resurrectionis suæ nuntio dignatus fuit; Nescio equidem, an ad hoc vos aliquando reflexeritis, quod Elias, per tres annos continuos, prope Torrentem Carith, mane & vesperi pane & carnibus, per corvos allatis, pastus fuerit, in Sarepta verò per manus viduæ cujusdam alimenta acceperit, denique semel tantum Angelus cœlitus missus panem & aquam ei reficiendo attulerit. Quorsum hæc spectat mutatio? & certè quando ab Angelo pascendus erat, quis non credidisset hunc Angelum è paradisi lautissima mensa, delicatissima & abundantia fercula allaturum fuisse? sed nihil horum ei allatum est; sed ecce solum *ad caput suum subcinericius panis* depositus fuit, & quidem hic panis non per corvos mittitur, quia Sacramentum altaris figurabat: *panem angelorum manducavit homo; ecce panis Angelorum, factus cibus viatorum.* Verum enim vero, cur angelus ille tunc, & non antea ad ipsum missus fuit? legatis velim sacrum textum, & Prophetam hunc numquam talem antea, qualem isto tempore mortis timorem concepisse invenietis, utpote quam Jezabel illi comminata fuerat per ministros, ei dicentes, *hæc mihi faciant Dij & hæc addant, nisi hac hora cras posuero animam tuam sicut animam unius ex illis. Timuit ergo Elias*; per quod significatur, quòd hoc Sacramentum tunc præcipuè animæ profit, quando homo illud haud secus ac viaticum sumit, communionem illam, ultimam sibi futuram esse reputans; & ideo factum est, quòd Elias cum mortis timore cibum hunc capiens, *ambulavit in fortitudine cibi illius 40. diebus & 40. noctibus usque ad montem Dei Horeb*, in quo Deum videre meruit. Observanda quoque & alia est hujus historiæ circumstantia notabilis, nimirum quòd primâ vice gustato pane, comedit & bibit, & rursum obdormivit, non verò item secundâ vice quando Angelus Domini reversus est secundò & tetigit eum, dixitque illi; *surge, comede: grandis enim tibi restat via; Qui cum surrexisset, comedit & bibit, & ambulavit in fortitudine cibi illius* &c. quando enim prima vice de pane manducavit, de itinere instituendo ne quidquam decreverat, at vero quando ei dictum fuit: grandis tibi restat via, tunc confestim totum panem manducavit, talique fuit corporis vigore corroboratus, ut *ambulaverit in fortitudine cibi illius* &c. ut per hoc intelligamus, quòd longè major fructus ex communione percipiatur, quando illa per modum viatici sumitur à nobis, velut jamjam ad alteram vitam transituris, quam quando ex devotione vel bona consuetudine sumitur. Notandum quoque est, panem illum ab Angelo allatum, nequaquam usualem fuisse, sed subcinericium: *& ecce ad caput suum subcinericius panis.* Porro cineres, qui corporibus nostris putrefacti supersunt, vivam in nobis mortis memoriam suscitant; ac proinde quando cœlestis hic panis simul cum cogitationibus & meditationibus mortis à nobis sumitur, ad prosequendum vigorosum in divino servitio cursum vires augentur. David olim dicebat; *cinerem tamquam panem manducabam*, & proinde *potum meum cum fletu miscebam*; quisquis enim panem hunc, velut viaticum, ad aliam vitam petendam sumit, in salutarem utique resolvetur planctum. De hoc proinde pane Eucharistico B. Laurentius Justinianus ita arguit; si panis ille, qui Eucharistiæ solum typus fuit, tantum virium robur contulit, *quid panis Christi, qui est panis vitæ restè sumentibus spiritualiter fortitudinis conferre valebit?*

3. Reg. 19. v. 6.

Ibid. v. 2. & 3.

Ibid. v. 8.

Ibid. v. 7. & 8.

Quid designet panem Eliæ missum fuisse subcinericium. *Ibid. v. 6.*

Psal. 101. v. 10.

B. Laur. Justin. de casto coron. c. 1.

DISCURSUS XXX.
ARGUMENTUM.

De conscientiæ examine & interiori purificatione, communioni præmittenda.

THEMA.

Probet autem seipsum homo & sic de pane illo edat, & de calice bibat. 1. Cor. 11. v. 28.

1. POstquam fideles in primis Ecclesiæ nascentis temporibus sacram communionem frequentare cœpissent, S. Paulus, utpotè Doctor gentium a Deo electus, & in Cœlo empyreo edoctus, modum Christianis præscripsit, quo se dignos efficerent, qui ad mensam Eucharisticam cum fructu accedere possent, dicit igitur: *probet autem se ipsum homo* &c. Porro videri non nemini posset, Apostolum satius factorum fuisse, si meliores illis doctrinas præscripsisset; siquidem Psalmista inquit: *gustate & videte, quoniam suavis est D minus*; primò namque vult, ut per gustum, experimentum capiamus dulcedinum divinarum; ità pariter in præsenti, cœlestis hujus panis primò gustanda est suavitas, ut, quis sit ejus sapor, intelligamus. Talis equidem ordo servari debere videtur, ast neutiquam locum habet circa cibum hunc divinum, qui ut fructuosè sumatur, stomachus purus, id est conscientia nostra à malis vitiorum, & inordinatorum affectuum humoribus immunis sit oportet. Si quis cibum sumpserit in magna quantitate & substantia, nocumentum potius, quam vigorem & subsidium sibi conciliabit si stomachum infectum habuerit, ita quoque anima malè affecta, ad culpam proclivis, bile & rancore plena, id est, passionibus inordinatis redundans, si ad cibum hunc accesserit, pro restauratione damnum & gravamen consequetur. Unde S. Chrys. inquit: *Ita est iste spiritualis cibus, si aliquem repererit malignitate pollutum magis eum perdet non sua natura, sed accipientis vitio.* Si quis cibum digerere non possit, purgationibus & medicamentis se subjicit, ut pernicioſos eliminet humores; ita quoque animam ad cœlestem hunc panem sumendum accedere jubet Apostolus, dicens: *probet autem, &c.* id est bonam præmittat confessionem & rigorosum examen.

Ut hoc sacramentum sit proficuum, requiritur conscientia à Vitijs mundata.

Alias potius nocebit, quam proderit. *S. Chrysost. de prod. Jud.*

1. Cor. 11. 28.

Anima prius sananda est, quam hoc cibo pascenda. *Luc. 9. 11. S. Ambr. l. 6. in Luc.*

2. S. Lucas miraculum enarraturus, quod Salvator operatus est multiplicationis panum in deserto, ubi, ut in Discursu præcedenti diximus, Eucharistia præfigurata fuit, hæc præmittit verba, dicens: *eos qui cura indigebant, sanabat.* Circa quæ verba S. Ambrosius hanc format Glossam: *si, qui corporalis gerunt ulcera passionis, his medicinam suam libenter indulget itaque nemo cibum accipit Christi, nisi fuerit ante sanatus.* Quem discursum ex illa Cœnæ parabola, in qua claudi & cæci, pristinam membrorum integritatem recepisse leguntur, confirmat, dicens: *Illi, qui vocantur ad Cœnam prius vocando sanantur. Ubique igitur mysterij ordo servatur, ut prius per remissionem peccatorum vulneribus medicina tribuatur, postea alimonia mensæ cœlestis exuberet.* Quod argumentum S. Thom. solidius confirmat, dum panem, cujus substantia in Christi corpus transubstantiatur, considerat, ex farina & aqua compositum & igne coctum esse; unde sequentem ad intentum nostrum deducit moralitatem, dicens: *Commixta est farina ad invicem; per aquam & ignem decocta, & in panem solidata. Sic peccator, qui dignus erit corpus Christi sumere, debet se per tria, quæ in his signantur, præparare, scilicet per cordis contritionem, per oris confessionem, & per proximi dilectionem.* Farina quæ per molam teritur, contritionem designat; aqua compunctionem & planctum, lachrymosæ confusionis effectum; ignis dilectionem Dei & proximi.

Utilissimum est S. Communionem sæpè sumere, ac si esset viaticum. *Ibid. v. 8.*

Confessio præmittenda Communioni.

Joan. 6. 57.

Prov. 23. v. 1. 2.

Hug. Card.

S. Th. op. 58. c. 15.

3. Noſtisne, quibus aromatibus Christi corpus devoti & ferventes illi condierint discipuli? aloe & myrrha, utraque herba amarissima, gustuique summe amara, nihilominus aromatum horum condimentum & fragrantia summè placuit illi corpori, quia scilicet unicè sibi complacet in illis, qui ipsum honorant, coluntque amaritudine pœnitentiæ, mortificationis & austeritatum. Unde Salmeron inquit: *Debent adesse quasi centum libræ myrrhæ & aloes, id est perfecta ab omni putredine peccati incorruptio, & firma voluntas vitandorum delictorum in futurum.* Porro Hugo Card. alia S. Lucæ verba considerat, quibus dictus Evangelista devotas tres Marias extollit, dicens: *Una autem Sabbati valde diluculo, veniunt ad monumentum, portantes* subnectit Hugo Card. *quæ paraverunt aromata. Mystice per monumentum significatur hoc corpus dominicum, ad quod nemo accedere debet, nisi una Sabbati, id est, habens pacem pectoris, & valde diluculo, id est, discussis tenebris vitiorum, & per lucem pœnitentiæ fugatis; portans aromata, ist est, bona opera & bonam famam*; verumtamen ne quis ignorantiam prætendere possit, sequentem bene operandi & pœnitendi methodum præscribit, dicens: *Probet autem se ipsum homo; id est, judicet & discutiat, inque judicij examen adveniat, intellectus Judicis munere fungatur, voluntas sit reus, memoria Notarij vices expleat, conscientia accusatoris, timor carnificis.* Unde nec immeritò Ecclesia sacerdotem missæ sacrificium, ab his exordiri voluit verbis: *Judica me Deus, & discerne causam meam.* S. autem Augustinus illa Sacerdotis, missam inchoaturi (*introibo ad altaris Dei*) verba perpendens, ita ad intentum nostrum resolvit: *Ad illud altare ille solus accedit, qui ad istud securus accedit; illic inveniet vitam suam, qui in isto discernit causam suam.*

Ioan. 19. 39. Alludo ad aromata quibus corpus Christi condi-tum fuit. *Salm. t. 9. tr. 40.*

Hug. Car. in Luc. 24. v. 1.

Ps. 42. v. 1. S. August. ib.

4. Aliam pariter efficacem rationem Salmeron adducit, qua necessitatem evincat sanitatis in quocumque stomacho, cœlestem hunc panem participare volen-

Salm. t. 9. tr. 39. Sicut cibus

ti; ait namque, hunc quidem verum esse vitæ panem, juxta illa Christi verba: *Ego sum panis vivus, qui de Cælo descendi*; ast sicut nullus omnino cibus, quantumcumque substantiæ & saporis contineat, ullum in corpore mortuo effectum operatur, ita nec panis ille suos in nobis producit fructus, si mortui, id est, in disgratia, & inimicitia Dei fuerimus, siquidem sacramentum hoc institutum est, ut vitam nutriat spiritualem: *nihil autem nutritur nisi vivum* (subjungit dictus author) *ergo opus est, ut quis spiritualiter vivat, ut cum fructu accedat ad sacramentum.* Ad quod confirmandum, illam adducit S. Jacobi Apostoli exhortationem, ita fideles adhortantis, *propter quod abjicientes omnem immunditiam & abundantiam malitiæ in mansuetudine.* Moxque finem assignat, cur stomachum à malis humoribus bile & pituita liberari velit, scilicet ut panem hunc cœlestem cum fructu percipiant; ideo namque immediatè subnectit, dicens: *Suscipite insitum verbum, quod potest salvare animas vestras.* Per quod verbum accommode illud intelligere possumus, cujus in hæc verba S. meminit Joannes Evangelista: *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis.* Neque enim significantius effectus exprimi potuisset, quem in nobis, dignè hunc panem sumentibus, verbum operatur incarnatum.

corpori non tuo nihil prodest, sic nec S. Communio animæ mortuæ. *Ioan. 6. 48.*

Jacob. 1. v. 21.

Ibid.

Joan. 1. v. 14.

5. Arbor, cui ramus insertus est, suam participat communicatque naturam & proprietatem arbori insertæ; eumdem quoque effectum anima digne communicans ex corpore consequitur Christi, ipso attestante: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in illo.* Quem qui effectum in se experiri desiderat, consilio obtemperet Sapientis, dum ait: *Quando sederis, ut comedas cum principe, diligenter attende, quæ apposita sunt ante faciem tuam: & statue cultrum in gutture tuo.* Quamnam hanc esse putatis potentis viri mensam? Hugo Cardin. hanc asserit esse Eucharistiam; sed quis demum culter erit, nostris infigendus faucibus? respondet Hugo Cardinalis: *Statue cultrum pœnitudinis, quo juguletur vetus homo in gutture tuo, confitendo peccata.* Vix panis ille de Cœlo descenderat, quando Bethlehem Judæ sibi designavit in hospitium, dicente Evangelista: *In Bethlehem Judæ.* Porro Bethlehem *domum panis* significare nemo nescit; ecce itaque vobis sublime mysterium: Bethlehem unitur Judæ, quæ tribus illius una Civitatum erat; quia nimirum intimam connexionem & unionem habent, panis ille & confessio sacramentalis; Juda autem *confessio* interpretatur. Quapropter S. Bern. hoc nobis salutare tradit monitum, dicens: *Considera, quòd in Bethlehem Judæ nascitur, & sollicitus, quomodo Bethlehem Judæ inveniaris, & jam non in te suscipi dedigneturi, Bethlehem quippe domum panis, Juda sonat confessionem.* Qui idem S. Doctor paulo post, idem in hæc verba prosequitur argumentum; *dignus susceptione dominica, si tamen confessio non defuerit: sit proinde Judæ sanctificatio tua, confessionem & decorem induere.* Unde & S. Prosper de sacrosancto altari agens; inquit: *Ad altare Dei invisibile quo non accedit injustus; ille pervenit, qui ad hoc præsens justificatus accedit.*

S. Bernard. serm. 1. in vig. nat.

S. Prosp. l. sent. 189.

S. Aug. ser. 252. de tem.

6. S. proinde Augustinus in eorum confusionem, qui ad communionem accessuri, suam negligunt prævie purificare conscientiam, suum Hipponensem populum, cui Episcopus præerat, in sermone quodam ita legitur exhortatus fuisse: *Hoc dico, quod vos frequenter facere aspicio; Omnes viri, quando communicare desiderant, lavant manus suas, & omnes mulieres nitida exhibent linteamina, ubi corpus Christi excipiant.* Quibus in verbis sanctus præsul ad antiquum alludit morem, qui penes Christianos vigebat, quòd scilicet, Eucharistiam ad ædes proprias deferre solerent, qui postmodum usus propter diversos esse desijt abusus. His itaque præmissis, ita deinceps ad nostrum discurrit propositum: *Non est grave, quod dico fratres; quomodo viri aqua lavant manus suas, si eleemosynis lavent conscientias suas? Similiter & mulieres, quomodo nitidum exhibent linteolum, ubi corpus Christi accipiant, sic corpus castum, & cor mundum exhibeant, ut cum bona conscientia, Christi sacramenta accipiant.* Nescio, an verus ille serpentis sit instinctus, ut ad fontem accedens bibiturus, venenum ante deponat, quemadmodum his nobis moraliter verbis hujusmodi prudentiam serpentinam inculcare nititur S. Bernardus: *Rogo, ut audias prudentias serpentis; serpens enim cum cæperit ire ad bibendum, antequam veniat ad fontem, evomit omne venenum; imitare ergo & tu charissima hanc serpentem*

Pura Conscientia accedendum est ad hoc sacramentum.

S. Aug. de mod. bene viv. ser. 28.

pentem in hac parte, ut, antequam venias ad fontem, id est, communionem corporis & sanguinis Domini nostri Jesu Christi, evomas omne venenum, scilicet odium, iram, mastiam, invidiam, voluntatem malam, & noxias cogitationes ex corde tuo. Pura itaque & immaculata exigitur in communicante conscientia; *quæ autem sit pura conscientia*, inquit S. Bernardinus, *quæ requiritur ad hujus sacramenti susceptionem, declarat Hugo de S. Victore, dicens: Pura conscientia est, quæ non habet de præterito justam accusationem, de præsenti injustam delectationem, de futuro injustam voluntatem.* In cujus confirmationem, fyndonis mundæ & politæ, quam Joseph ab Arimathæa in corporis Christi obsequium comparavit, ejusdemque novi monumenti in saxo excisi, in quo nullus adhuc sepultus fuerat, mentionem subdit, authoritati glossæ insistens, dicentis: *In syndone munda Jesum involvit, qui puramente eum suscepit*; pergit ulterius dicendo; hinc derivatum fuisse laudabilem illum, Eucharistiam super lino, non verò super serico aut lana conficrandi usum; indeque quoad conscientiæ nostræ purificationem, sequentem eruit moralitatem, dicens: *In tribus, quæ producunt linteum corporale candidum, tria intelligenter, quæ faciunt ad nostram munditiam spiritualem, primo lavatur; secundo torqueatur: Tertio desiccatur: sic qui vult ad Dominum diligenter suscipiendum mundificari; primò debet per aquam lacrymarum lavari; secundò per opera pœnitentiæ debet torqueri; tertiò, qui sumere debet hoc sacramentum; necesse est ei per fervorem divini amoris, à carnalium desideriorum amore desiccari.*

Quænam sit pura Conscientia.

S. Bern. sent. 2. ser. 57. a. 2. c. 2.

Allusio sindonis mundæ, cui corpus Christi involutum fuit.

7. Abituri duo Apostoli, ut Cœnaculum præpararent, vas aquæ offensuri erant in via, quemadmodum ipsis cœlestis Magister prætivaverat, dicens: *Occurret vobis homo quidam amphoram aquæ portans, sequimini eum.* Cujus successûs mysterium, his verbis Alb. Magnus nostro accommodat propolito: *Amphora aquæ expiationis, est conscientiæ mandatio per lachrymas devotionis & compunctionis, ut expiatus & mundatus accedat, qui accedit*; juxta illum Jeremiæ textum: *Si separaveris pretiosum à vili, quasi os meum eris.* Quæ verba idem author examini conscientiæ, in ordine ad communionem præmittendo, applicat, dicens: *Hæc enim est collatio optimæ conscientiæ, quæ omne pretiosum à vili peccati, & vanitatis separatur, ut parum & syncerum hoc nutrimentum his membris spiritualibus infundatur.*

Luc. 22. v. 10.

Alb. Magn. de Euch. dist. 3. tr. 3. c. 2.

Jerem. 15. v. 19.

Amphora aquæ, significat lachrymascompunctionis.

8. Porro efficacissimum motivum, nos inducens ad diligentissimum conscientiæ nostræ institutum examen, & extirpandum, quidquid tanto displicere potest hospiti; ab amore ejusdem & timore quo se nobis ad salutem nostram, communicat Judex noster. Ideoque S. Bonaventura his meritò verbis nos percellere satagit: *Quomodo tu ad illam mensam, ad præsentiam Christi, ad tactum Dei Filij intrepidus audes accedere, quem Joannes Baptista tangere contremuit? Petrus Apostolorum princeps à se pra formidine repulit, dicens: ex a me, quia homo peccator sum Domini? cogita, quòd iste, quem tu sumis, erit Judex tuus.* Notandum autem Apostolum, eodem tempore & loco, quando nos ad cœlestem hunc panem verbis illis invitat: *Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat*; hos pariter ad rigorosum extimulare examen, & Christum nobis, in hoc sacramento tamquam Judicem, oculis nostris proponere-, dum ait: *Quotiescumque enim manducabitis panem hunc & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis, donec veniat.* Voluit namque Apostolus per hanc Judicis mentionem, nobis communicantibus sanctum quemdam imprimere timorem Judicij particularis, animæ nostræ; quasi ita præparati ad mensam hanc accedere deberemus, veluti si Judicem nos judicaturum, & non Salvatorem nos nutriturum excepturi essemus. *Honor Regis*, inquit Sanct. Bernardinus, *judicium diligit, videlicet in sumptione corporis eius; discutienda est enim conscientia, quasi homo ex hoc mundo sit transiturus ad Patrem.* Profectò si Principem vestrum ad ædes vestras admissuri essetis, summa utique cum sollicitudine procul inde eliminaretis, quidquid ei displicere posset & offendere, maximè si vos puniendi potestate polleret. Quam Civilem vivendi methodum considerans S. Bernardinus, se continere nequit, quin exclamet: *O si exspectares in domo tua, cujusdum magni Domini temporalis adventum, quanta solertia, quanta munditia, quantaque diligentia disponeres domum tuam? Quanto magis præparandum est conscientiæ hospitium Regi Cœlorum & Domino Angelorum.*

Luc. 22. v. 10.

Alb. Magn. de Euch. dist. 3. tr. 3. c. 2.

Jerem. 15. v. 19.

Amphora aquæ, significat lachrymascompunctionis.

Motiva de mundanda conscientia.

S. Bonav. t. 7. in fasc. c. 7.

Luc. 2. 9. 8.

1. Corint. 11. v. 28.

Ibid. v. 26.

Ad Christum in sacra communione accedendum tamquam ad judicem.

S. Bern. t. 1. ser. 56. a. 2. c. 1.

9. Dubium aliàs moveri audieritis, cur incarnata Sapientia in ultimæ Cœnæ convivio, solatij & jubili tempore, traditionem commemorarit in mortem, contra se ab uno discipulorum consummandam; quæ ratio suadere poterat, ut mensam illam tantâ perfunderet tristitiâ? poterat ad minus manifestare Deum, paucis post horis publicandum; cur itaque omnes potius timidos, suspensosque tenere voluit? Sanguinem divinum pro triginta denarijs vendiderat pontificibus & Judaismi Magistratibus; scelus jam publicum erat; resolutionem à D. Chrysostomo excipite verbis sequentibus: *Ascendit Christus propriæ Deitatis tribunal, & illud convivium velut cataslam ante se constituens; conscientiæ tormento confiteri compulit reum*; Christus enim scelus hoc absque ulla ejus, qui illud patraturus erat specifica nominatione prædicendo, omnibus alijs occasionem præbuit seriæ & rigorosæ quæstionis & examini suam subjiciendi conscientiam, dicendique: *Numquid ego sum Domine*, ut hoc examine prævio ad Eucharistiam recipiendam tanto magis essent expositi; quia ut Psalmista ait: *Justitia & judicium præparatio sedis tuæ.*

Cur Christus in ultima Cœna mentionem fecerit proditionis & mortis sug.

Matth. 15. v. 18.

S. Cypr. Ser. car. 4.

Magna solicitudine præparare nos debemus ad S. Communionem docent duæ similitudines.

D. Chrys. h. 2. de pass.

Matth. 26. v. 22.

Psal. 88. v. 15.

10. Huc quoque spectat illud Jobi lamentum, dicentis: *Antequam comedam suspiro*; quid enim Prophetam hisce verbis infinuare voluisse existimatis? num fortè manducandi nausea laborabat? aut verò timebat, ne manducando aliquis in cor ejus subintraret intemperantiæ nævus? Nequaquam, sed ad propositum nostrum dicere possumus, prophetam hisce verbis insinuare voluisse, justum & æquum, imò necessarium esse, ut, priusquam quævis anima divinum hunc panem degustet, prius in semetipsa suspiret, gemat, verosque contritionis & doloris excitet actus; de hac enim messe, in qua *frumentum* hoc *electorum* metitur & reponitur, Regius Vates dicit: *Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua, venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos*; unde S. Bonav. illos, qui ad celebrandum se præparant salubriter his verbis monet: *proba*, inquit, *te ipsum, ex quanta charitate & quali fervore accedis, non solum enim mortalia vitanda sunt, sed etiam per inconsiderationem, & per distractionem dissolutæ vitæ & malæ consuetudinis, licet non occidant animam, tamen reddant hominem tepidum, gravem & obnubilatum, & indispositum, & ineptum ad celebrandum, nisi dicti pulveres & stipula venialium per afflatum Spiritus flammam charitatis ventilentur, & consumantur ex ardescente igne cordis.* Quædam eadem verba etiam illis, qui communicaturi sunt, facili negotio applicari possunt.

Job. 3. v. 24.

Antequam panem cœlestem comedamus gemere debemus & suspirare per compunctionem.

Psal. 125. v. 6.

S. Bonav. t. 7. de præp. ad miss. c. 5.

Etiam venialia peccata eliminanda sunt ex Conscientia.

DISCURSUS XXXI.

ARGUMENTUM.

Variæ adducuntur circa sanctitatem & candorem corporis Christi, consideraliones, qui innocentiam & convenientem in recipientibus exigit præparationem.

THEMA.

Mundamini, qui fertis vasa Domini. Isai. 52. vers. 11.

Levitæ portaturi vasa Domini, prius mundandi erant.

1. Spiritus sanctus olim per os Prophetæ Evangelici, hoc promulgavit edictum: *Mundamini, qui fertis vasa Domini*: tametsi enim Levitæ, alijque divini cultus Ministri, aliud non tractarint, præterquam vasa materialia, argentea, aurea, vel ex alio ignobiliori metallo confecta, illos tamen Deus puros & mundos esse voluit: unde clarè satis deducitur, qualis in ijs mundities & puritas requiratur, qui Sanctum sanctorum recipiunt, illum inquam, qui dicitur *candor est lucis æternæ*; & de quo Albertus Magnus in hæc verba meditatur: *Omnia, quæ in ipso sunt corpus, anima, & Deitas esse noscantur; corpus ex purissimis est sanguinibus gloriosæ virginis, qui ex Spiritus sancti gratia sunt mundati, numquam ulla originalis vel actualis peccati macula infecti: Anima autem à Deo Patre, & Filio, & Spiritu sancto, ad imaginem Dei perfectissimè creata de novo, & Deitas æterna, in cujus munditiem, nihil unquam immundum potuit incurrere.* Custodia porro, in quam hoc sacramentum imponitur, ex argento, Deo grato fieri solet; insuper abstergitur, mundatur, & in veneratione habetur, eò quod cœlestis hic panis in ea positus fuerit; quis autem adeo est rudis, qui non intelligat, animam nostram huic sanctissimo Corpori proximius & intimius deservire, quam vasa aurea & argentea, siquidem illud animæ invisceratur & proximè unitur, juxta illud Christi: *In me manet, & ego in illo?* unde sic arguo, si vasa aurea ex prædicto motivo expoliuntur, mundantur

Sap. 7. v. 26.

Alb. Magn. de Euch. dist. 1. c. 4.

Multo magis communicaturi.

Joan. 6. v. 57.

mundantur, & in veneratione habentur; justissimum utique erit, ut pectus & cor nostrum multò magis mundum sit, in eoque aurum amoris Dei & sanctitatis resplendeat, hoc enim si negligatur, *de corde exeant cogitationes malæ, . . . adulteria &c.*

2. S. Cyrillus Hierosolymitanus communicantes hoc sacramento; Christo *concorporeos* appellat. Enimvero si quispiam nostrûm indubitatam haberet revelationem, quod Filius Dei, qui ad æterni Patris sui dexteram considet, de Cœlo empyreo descendere, atque per unius dumtaxat horæ spatium in domo nostra morari vellet, quantum unusquisq; nostrum illi expoliendæ, scopandæ, & adornandæ studeret? quanta cum sollicitudine ei se reconciliare, peccata sua confiteri satageret, ut se tanto hospiti acceptum efficeret? S. Bonaventura hac de re sic meditatur: Si aliquis nostrum ampullam quamdam sanguine, quem Redemptor noster in Calvario monte stillavit, plenam, in donum accepisset, quanta cum devotione & honore eamdem ex collo suspensam portaturus esset? & tamen indubitatus est fidei articulus, quòd in communione *portamus Deum in corpore nostro*, consequens igitur est, ut conemur verificare verba antecedentia, scilicet: *glorificate Deum.* Sanct. Bernardus, postquam hoc S. Pauli consilium in sermone quodam ponderasset, subjungit, dicens: *Quis non illi jumento plurimum invideret, cujus in humili tergo, ad commendationem ineffabilis suæ mansuetudinis dignatus est sedere Salvator, si cum illius tam pretiosi oneris gestatione, indulgentiam quoque tam singularis habuisset honoris?* & tamen nos haud secus ac si stolida jumenta essemus; parum nos reflectimus ad tam excessivum hônorem, quo Deus nos dignatus est afficere, siquidem non solùm hanc prærogativam habemus, ut Christus in nobis habitet verum etiam ut illi uniamur & quasi incorporemur: In decursu 33. annorum, quibus incarnata Sapientia varia per Judæam & Galilæam instituit itinera, non constat ex Evangelistarum relatione, quòd Redemptor noster umquam; præterquam in hac occasione triumphi sui, equo vel asino insederit, & tamen observeris velim quantam Apostoli ad jumentum dignè præparandum adhibuerint curam & industriam; etenim S. Matthæus ait: *Adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua*; imò S. Marcus adjungit, quod adduxerint: *Pullum ligatum super quem nemo adhuc hominum sedit*, quòd idem S. quoque Lucas confirmat. Christus asinum sibi adduci volens, discipulis ait: *Solvite illum & adducite mihi*; quia verò asina hæc animam in peccato constitutam præfigurabat, ideo Glossa Interlinearis sensum illorum Christi verborum fuisse dicit: *Solvite à peccatis.* Origenes pariter in glossa ordinaria ait: *Ascendens Cælum justit discipulis, ut solverent peccatores, dans eis Spiritum sanctum*; homo enim in peccato constitutus jumento similis existit, juxta illud: *Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus*; ac proinde jumentum hoc, priusquam illi insideret prius solvi, ac demum vestibus Apostolicis exornari voluit; quanto igitur magis hoc ornamentum & à vitijs absolutio in anima requiretur illius, cui incorporari per communionem debet?

Matth. 21. 7.

Marc. 11. 2.

Luc. 19. 30.

Interl.

Orig. in Gloss.

Psal. 48. v. 13.

3. Redemptor noster vix pretium redemptionis nostræ, in collibystica crucis mensa exolverat, cû ecce ex aperto latere aquam fudit & sanguinem, ut quemadmodum S. Augustinus ait, *Ecclesiam sacramentis locupletaret*; similiter mox ut à mortuis resurrexit, sciens quanti referat, corpus suum, paulo ante in Eucharistia nobis relictum, dignè recipere, verissimumque esse intelligens, quod *nemo mundus sit à sorde*, indilatè Apostolos delegatos suos constituit, dando illis potestatem jumenta solvendi, hoc est, absolvendi à culpis peccatores; id quod fecit, dum *insufflavit & dixit eis: Accipite Spiritum sanctum, Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis &c.* Porro in sacro Canone missæ, immediatè ante verba consecrationis, hæc verba dicuntur: *Accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas*, quæ verba imperitus aliquis sacerdos legens, dubitare facile posset, quænam sit manus Christi, tamquam sanctas ac venerabiles deprædicandi, necne? tas? quis enim Christum ipsissimam sanctitatem, & consequenter omni veneratione & reverentia dignissimum esse nescit? huic igitur respondeo, quòd licet Christi manus sanctissimæ semper & venerabiles, exstiterint, attamen quando sacratissimum corpus suum tunc consecratum tetigerunt, magis sanctæ & venerandæ evaserunt; ad hæc Ecclesia in hisce verbis dignum quemdam, venerationis & sanctificationis necessariæ conceptum insinuare vult illis, qui sanctissimum hunc panem non solùm tangunt, sed etiam sibi inviscerant. Quando B. Virgo corpus Christi etiamnum infantile in stabulo Bethlehemitico in lucem edidit, mox *pannis eum involvit*; dicit autem Salmeron: *ne quis cogitet laceros, aut vetustate detritos pannos hos fuisse*, in cujus confirmationem servit, quod S. Birgittæ revelatum fuit, quod Beata Virgo, quando hora partus sui appropinquavit, *duos panniculos lineos, & duos laneos mundissimos, & subtiles extraxerit, quos secum portabat ad involvendum nasciturum infantem.* Igitur Beata Virgo in tanta paupertate, licet filius ejus in stabulo nasceretur, solicita tamen fuit, ut tenerum ejus corpusculum duobus pannis, lineo & laneo; & utrisque mundissimis involveretur, cujus ratio esse potest, quia corpus Christi in præsepi Bethlehemitico jacens, panem hunc præfiguravit Eucharisticum, quia *Bethlehem* idem significat quod *domus panis*; atque ideo sanctissima Mater ejus solicitè curavit omnem possibilem, circa corpus filij sui munditiem & puritatem. Unde S. Dionysius Areopagita salubriter nos monet dicens: *Oportet nos, si ad communionem ejus aspiramus, divinissimam ejus in carne vitam contemplari, atque sanctam ipsius impeccantiam imitando, ad Dei formam & immaculatum statum contendere. Hac namque ratione, prout nobis congruit, similitudinem suam communicabit.*

B. Virgo Christum nec tum purissimis pannis involvit.

Salmer. t. 3. tr. 33.

S. Birg. l. 7. revel. c. 21.

S. Dion. Ar. de Eccl. Hier. c. 3.

4. Confideratione dignissima sunt illa S. Pauli verba, quibus Ephesios monet, dicens: *Viri diligite uxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & seipsè tradidit pro ea, Ut illam sanctificaret, mundans lavacro aquæ in verbo vitæ, Ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid hujusmodi, sed ut sit sancta & immaculata.* Enimvero Christus per viam hujus sacramenti, veræ Ecclesiæ desponsatur; unde Theodoretus super illa Canticorum verba: *In die desponsationis illius*, inquit: *Nuptiarum commuto factæ est, nam post Cœnam accipiens panem &c.* In hoc autem sponsalitio fidelibus suis corpus dono dedit, dum ait: *Accipite & manducate, hoc est corpus meum*, è contra verò in hoc contractu innocentiam, puritatem, candorem vitæ, ac morum à nobis requirit; ideò *seipsum tradidit pro ea* (id est, pro Ecclesia, in qua nos Christiani sumus) *ut ipsam sanctificaret*, &c. Ad hoc alludit S. Paschasius, quando de sanctitate, quacum ad hasce nuptias accedere debemus, disserens, inquit: *Tali esca & potu refecti sine macula & ruga inveniamur.* Dic mihi, si nosti, quid Salvatori nostro opus erat, ut post consecratas species sacramentales, semetipsum quoque ijsdem communicaret? Siquidem majoris augmenti gratiæ; & consequenter fructus hujus sacramenti capax non erat; respondet S. Antoninus, id Christum fecisse, *non quòd egeret, vel ut novum effectum ex eo susciperet, sed ut exemplum, illud accipiendi nobis præberet*; Christus enim hoc sacramentum sumens, illa Canticorum verba dicere poterat: *Comedi favum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo*, comedite amici & bibite. Et quidem licet verissimum sit, quod nos S. Bonaventura his verbis monet: *Cogita, quòd licet mille millibus annorum te ad hoc sacramentum per puras orationes sacratissimasque præparationes præparaveris, nihil esset ad condignam susceptionem, etiamsi haberes merita omnium Sanctorum*; ob hoc tamen intermittere non debemus, quin, quantum ad nos spectat, & quantum fragilitas nostra facere prævalet, puritatem Christi imitemur, maximè cum ipse data opera eo fine semetipsum Eucharistia cibaverit, ut nobis ad illam dignè sumendam suo nobis exemplo præiverit. Porro Thomas à Kempis de hoc sacramento devotissimè more suo loquitur, dum ait: *Ita magnum novum, & jucundum tibi videri debet, cum celebras aut missam audis* (adde etiam cum communicas) *ac si eodem die Christus in uterum virginis primum descendens, homo factus esset, aut in Cruce pendens pro salute hominum pateretur & moreretur.* Enim vero si hoc sacramentum in unico dumtaxat totius Christianismi loco; quantumvis multis milliaribus millliarium millibus diviso reperiretur, & Christus semel tantum in anno ad dandam generi humano vitam, aperiendumque hominibus paradisum de cœlo in hostiam illam descenderet, quanta cum aviditate, quantaque cum præparatione & reverentia, quilibet nostrum per varias viarum molestias & anfractus, sumptuumque dispendia eo accurreret? Nunc verò quia hujus sacratissimæ hostiæ, quovis in loco & tempore, copiam habemus, debitum illi respectum & reverentiam deferre negligimus. Idem quoque devotissimus præ citatus Author meditatur, dicens: *Si hoc sanctis-*

S. Paschas. de corp. & sang. D. c. 15.

Cur Christus seipsum communicaverit.

S. Ant. t. p. c. 6. s. 15. §. 2.

Cant. 5. v. 1.

S. Bonav. t. 7. in fasc. c. 7.

Communicans cogitet ac si Christus eadem die primum homo fieret.

S. Thom. à Kemp. l. 4. c. 1. n. 13.

sanctissimam Sacramentum in uno tantum celebraretur loco, & ab uno tantum consecraretur sacerdote in universo mundo, quanto putas desiderio ad illum locum & ad talem Dei sacerdotem homines afficerentur, ut diurna mysteria celebrari viderent.

S. Bonav. serm. 1. in cœna. Dom.

5. S. Bonaventura in sermone quodam de ultima Cœna, textum illum Geneseos adducit, in quo Joseph fratribus suis convivium instruxisse dicitur, scilicet: *Introducti domum attulit aquam & laverunt pedes suos, illi vero parabant munera, donec ingrederetur Joseph, audieram enim, quod ibi comesturi essent panem.* Ubi spiritualiter per Joseph, Christum intelligendum esse dicit, tum quia & ipse venditus fuit, tum propter sanguinolentam ejus vestem: *Joseph*, inquit, *Christum significat, propter venditionem, & propter tunicæ exatæ sanguinolentiam; Christi enim tunica, est caro ejus sanguine perfusa; Panis, quem cum Joseph manducamus, Corpus Christi est quod sumimus, quem his suis Discipulis dedit.* Observandum verò est, quod, priusquam mensæ accumberent pedes suos lavare debuerint, de quibus Doctor Seraphicus spiritualiter loquens, ait: *Pedes affectuum lachrymâ compunctione lava, munera orationum, eleemosynarum & bonorum operum para, sicut de Cassio Episcopo Varcensi scribitur in homiliis cuncta quæ habebat in eleemosynis distribuens, cum ad horam offerendi sacrificii venisset, velut totus in lachrymas destuens, semetipsum cum magna cordis contritione macerabat.*

Joseph figura fuit Christi, fratres ejus pedes lavarunt antequam comederent.

S. Aug. ser. 252. de Temp.

6. S. Augustinus illos, qui sine debita conscientiæ suæ emendatione ad communionem accedunt, his verbis alloquitur: *Rogo vos fratres, inquid, numquid est aliquis, qui in arca sordibus plena velit mittere vestem suam? & si in arcam sordibus plenam vestis non mittitur pretiosa, quâ fronte in animo, quæ peccatorum sordibus inquinatur, Christi Eucharistia suscipitur?* similem ferè confiderationem D. Chrysostomus his verbis adducit: *Si quis Regem non temere nec inconsideratè exceperit, quid dico Regem, ne vestem quidem Regiam temere & inconsideratè Immundis manibus contrectaverit quisquam, etiamsi sit in solitudine, etiamsi nemo adsit; atque nihil est aliud vestis, quam stamen vermium. Sin autem tincturam admiraris, ipsa quoque est sanguis piscis, morte affecti; sed tamen nemo eam voluerit, aususque fuerit immundis contrectare manibus. Si autem vestem hominis, ne ausus fuerit quisquam solum tangere, quomodo Dei Corpus, qui est super omnia, propter quod fractæ sunt portæ inferorum, & aperti fornices cœli; propter quod Sanus & vivimus, accipiemus cum probro & contumelia.*

D. Chrys. hom. 24. in 1. Cor.

7. Deus olim se Ezechieli nubi cuidam involutum ostendit, ad eum ferè modum, quo postea hisce nostris temporibus sub accidentium sacramentalium nube latet; dicit autem sacer textus de Angelis ibidem: *Et manus hominis sub pennis eorum*; ubi Theodoretus legit: *Manus sub alis erant absconditæ*; at verò quodnam in eo reconditum est mysterium, quod Angeli illi manus sub alis occultarint? nimirum quia indignos se æstimabant, qui Deum tangerent; unde fit, quod Seraphini apud Isaiam, carbonem quemdam ex Divino altari tollere volentes, eosdem non suis manibus immediate attrectarint, sed ad illum tollendum forcipe usi fuerint, non obstante quod Seraphini essent, ut mero igne Seraphico conflagrarent, illum tamen ignitum carbonem præ reverentia attingere non præsumpserunt, quia Deus *ignis consumens est*, quem carbo ille significabat. Idem verò ignitus carbo, ex mente Petri Cellensis, Eucharistiæ figura erat; unde idem venerabilis Pater inquit: *Manum subtrahat Seraphin, quia munus hujusmodi manum aliam non admittit, quam solius dexteræ Dei.* Sacerdos quidem hunc carbonem tractat, conficerat, & consumit, sed non aliter quam prout Christum repræsentat. In annalibus Ecclesiasticis mentio fit S. Anastasij Synaitæ Episcopi Antiocheni, celebris Scriptoris Ecclesiastici; hic ab Achille Statio in latinum translatus, & Gregorio XIII. præsentatus in oratione de sacra synaxi, multa de sacra communione dicit, observatione dignissima; inter alia verò adversus illos, qui ad sacram mensam sine debita præparatione accedunt, exclamat, dicens: Ergone nos rapinis & sceleribus pleni, lotis diligenter in aqua manibus impuri cæteroquin & sordidi quoad animam, os nostrum sanctissimo corpori & sanguini divino, olim pro salute mundi copiosè effuso, admovere audemus? Thomas à Kempis considerat, qualiter Salomon maximam præmiserit præparationem; ut Templum Jerosolymitanum per septem annorum decursum erigeret, tot argenti, & auri thesauros in illud impendendo; Item qualiter ejusdem Templi jam erecti dedicationem per octo dies continuo festivè celebraverit, millenas in eo victimas sacrificando, ac tandem in loco in eodem præparato, arcam Domini tantâ cum pompâ in illud inferendo; *& ego infelix & pauperrimus hominum*, inquit hic contemplativus, *quomodo te in domum meam introducam, qui vix mediam impendere devotè novi horam?* Erat quidem vir ille Religiosus, summâ perfectione conspicuus, & tamen de se ita consequenter scribit: *Terrent me delicta propria, & ad capienda tanta mysteria, me reverberat pura conscientia.* Imo ipsemet Salomon post tot impensos thesauros, post honores obsequia, maximasque quæ in terra excogitari poterant, præparationes, ad Divinam Majestatem dignè recipiendam adhibitas, nihilominus protestatur, dicens: *Ergone putandum est, quod vere Deus habitet super terram? si enim Cælum, & Cæli Cælorum te capere non possunt, quanto magis domus hæc, quam ædificavi?* Porro quin Deus ipsemet in propria persona per Eucharistiam, in anima nostra habitet, nequaquam dubitare possumus, siquidem hoc ipsum sacra Scriptura nimis claris verbis testatur, dum ait: *Verbum caro factum est & habitavit in nobis, qui manducat meam carnem, & bibit meam sanguinem, in me manet & ego in illo*, sed quænam est præparatio, quam ad eum recipiendum præmittimus? *accede cum fide*, inquit S. Anastasius Synaita, *& efficaci pœnitentia, & pura conscientia ad Dei mysteria, & omnem sanctificationem asequeris.* Nec refert, quod domus nostra paupercula sit & angusta, quia ut S. Cyprianus inquit: *Fides pura, mens sincera, hunc habitatorem delectat, neque immensi, neque omnipotentis Dei magnitudinem, pauperculæ domus nostræ angustia offendit vel arctat.* S. Franciscus de Sales de semetipso scribit per 25. annorum, à quibus me in servitium animarum consecravi, experientiâ manibus quasi tetigi, quam sit potens virtus hujus sacramenti in confirmandis in bono animabus, in liberandis ijsdem à malis, & solatio adimplendis, & ut uno verbo dicam: in hoc mundo Deificandis, dummodo illud debita cum fide, puritate, & devotione accedant.

D. Chrys. l. 45. in Joan.

Cum timore Domini accedendum sit ad hoc sacramentum.

Gen. 43. v. 24.

Ezech. 1. v. 8.

Quid significat quod Seraphin carbonem ex altari non manu sed forcipe tulerit.

Isai. 6. v. 6.

Deut. 4. v. 24.

Petr. Cell. de panib. cap. 1.

Baron. an. 599. n. 10.

Invectiva contra dignè communicantes.

Thom. à Kemp. l. 4. c. 1. n. 4.

DISCURSUS XXXII.

ARGUMENTUM.

Sacramentum hoc timoratis & cum habitu virtutum, bonorumque operum ad ipsum accedentibus, gratias suas impertit.

THEMA.

Escam dedit timentibus se. Psalm. 110. vers. 5.

1. D. Joannes Chrysostomus, in laudes Eucharistiæ se diffundens, in specie autem de agni immaculati sanguine tractans ait; *Hic animarum nostrarum salus est, hoc lavatur anima, hoc ornatur, hoc incenditur, hic ignis clariorem mentem nostram reddit, & auro splendidiorem*; verumtamen advertendum est, quod, tametsi hæc arbor vitæ fructuum, gratiæ virtutis, sanctitatis & gloriæ ferendorum fertilissima sit, Regium tamen oraculum dicat: *Escam dedit timentibus se.* Unde licet in Discursu secundo hujus tractatus, hoc sacramentum à Salvatore ad dandâ mundo vitam & salutem institutum fuisse dixerimus; idem tamen David expresè dicit: *Verumtamen prope timentes eum salutare ipsius, ut inhabitet gloria in terra nostra.* Et Ecclesiasticus pariter ait: *Qui timent Dominum, præparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas.* Porro negari quidem non potest, quin anima, coram sacramento altaris constituta, in conspectu Dei sit, cum in illo verè adsit realis & corporalis præsentia Christi, nec non aliarum divinarum personarum per concomitantiam; verumtamen Glossa inquit; *felix anima quæ quotidie mundat cor suum, ut suscipiat habitatorem suum Deum, cujus possessor nullius eget bono, quia omnium bonorum authorem in se habet.* Et S. Bonaventura, postquam multos recensuisset hujus sacramenti salutares effectus, subjungit, dicens: *tria sunt quæ exigit à te hujus sacramenti digna susceptio, scilicet corporalem munditiem, puritatem conscientiæ, & actualem devotionem.* Albertus Magnus quoque se reflectens ad verba illa Ps. 100. *Oculi mei ad fideles terræ ut sedeant mecum; ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat*, eadem verba de illis exponit, qui mensæ sacræ communionis accumbunt. *Hæc dicit ad eos*, inquit, *quos ad mensam istam sedere facit; Sedens in mensa, side cibum percipit, & sacerdos immaculatus in mensa cibum ministrat*; quibus addi potest, quod sacerdos, ijs pariter, qui

D. Chrys. l. 45. in Joan.

Cum quanta præparatione accedendum sit ad S. Communionem.

Joan. 1. 14. Joan. 6. 57.

S. Anast. Syn. serm. de comm.

Gloss.

In fascic. S. Bonav. t. 7.

Alb. Magn. de Euch. dist. 3. tr. 4. c. 1.

1. Cor. 11. v. 28.

Psalm. 110. v. 5.

Alb. ib. c. 2.

Psalm. 118. v. 63.

qui immaculati sunt, cibum illum communicet, juxta illud: *Probet autem seipsum homo, & sic de Pane illo edat.* Porro quod Deus Corpus suum ijs dumtaxat communicet, qui illum verè timent adeo verum est, ut præterquam illud Psalmista asserat dicendo: *Escam dedit timentibus se*, insuper idem Albertus in capite sequenti, adducens illam Psa. 118. authoritatem, *particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua*, ita illam exponat: *hoc est, tui corporis communione, participem me facies omnium te timentium.* Hugo de S. Victore ait: *ipsa autem Eucharistia, id est, bona gratia, ipsa scilicet hostia sacra divinissima vocatur, quoniam divinus facit, & participes divinitatis*; sed qui sunt illi, quibus eamdem participat? ji videlicet, qui ad illam dignè accedunt.

Hug. Vict. p. 8. h. 2.

Arnd. Theol. de fac. fidei c. 8.

2. S. Thomas de Villa nova, sequentem à Panibus propositionis deductam ad propositum nostrum formatconsequentiam, dum ait: *Panes illos sacros, quos propositionis vocabant, teste Nicolao de Lyra, non nisi in auro pinsebant, & in auro coquebant, & in mensa aurea coram Deo proponebant, quos edere aut contingere nefas erat, nisi ei, qui esset sacerdos, aut de familia sacerdotis.* Aurum autem Charitatis & amoris Divini est symbolum; quod si igitur Deus panibus istis propositionis, quæ remotè tantummodo Eucharistiam figurabant, aurum illud adhiberi voluit, quantò magis id ipsum in figurato requiretur? Principaliter autem cum juxta S. Ambrosij doctrinam animam communicare, nihil sit aliud, quam desponsari Christo, eumque tibi incorporare; Cui argumentum stabiliendo illum favere autumans Canticorum textum (*osculetur me osculo oris sui*) ita unumquemque alloquitur communicantem: *veniste ad altare; vocat te Dominus Jesus, vel animam tuam, & ait: osculetur me osculo oris sui, videt te mundum esse ab omni peccato, ideo te sacramentis cœlestibus dignum judicat, & ideo inzitat ad cœleste convivium.* Unde & Cardinalis Toletus ad illam se reflectens, quam Christus Apostolis suis in ultima cœna exhibuit lotionem; dicendo: *qui lotus est, non indiget, nisi ut pedes lavet*, hanc inde eruit moralitatem, scilicet: *Non ad exemplum humilitatis tantum hæc lotio facta est, sed simul etiam ad significationem & purgationem quamdam, quæ non alio tendebat, nisi ut digne convivio futuro Corporis & sanguinis Christi vescerentur.*

Pf. 84. v. 10. Eccl. 2. v. 20.

Panes propositionis præparati fuerunt in auro.

Exod. 16. 13.

Cant. 1. v. 1. S. Ambr. l. 3. de sac. c. 2.

Joan. 13. v. 10. Tol. ibid.

3. *Escam dedit timentibus se.* Nescio, si quando observaveritis primos Christi fideles Panis cœlestis consecrationem, Missæ celebrationem, & Communionem usque ad Pentecostes solemnitatem distulisse; At verò cur non potius eam statim intra 40. post Resurrectionem immediatè consequentes dies, quibus cum ijs Christus in terra demoratus fuit, vel saltem intra decem illos dies, quibus post Ascensionem Apostoli in cœnaculo deliturre orantes, inchoarunt? Ratio nostro congrua proposito affignari potest sequens; quia scilicet usque ad tempus illud, Spir. S. necdum descenderat cum gratiarum donorumque suorum thesauris, quæ inter singulariter donum timoris Dei eminebat; Eucharistiam equidem Salvator in cœna instituerat, verumtamen cum dono timoris Dei fumendam, quoniam *Escam dedit timentibus se*; hoc autem donum Spir. S. impertiturus erat, ideoque fideles ejus præstolabantur adventum, ut Divino ipsius igne Panis ille cœlestis perfectè excoqueretur, cum Spiritu, devotione, & amore Dei participandus. Cui confirmando nova suffragabitur Spir. S. denominationis contemplatio; siquidem rorem eum Ecclesia appellat, dum ait: *Sui roris intima aspersione fœcundet.* Pro cujus intelligentia sciendum: quod olim, priusquam Manna descenderit, ros quidam stillare consueverit, dicente Scriptura, *Mane quoque ros jacuit*; qui locum, in quem Manna descensurum erat, purificaret. Hoc autem in figura illis contigit, siquidem Manna Eucharistiam designabat, quam cœlestis ros Spir. S. cui animas cordaq; nostra purificare & mundare proprium est, præcedere debet. Unde & S. Thomas postquam dixisset: *Charitas facit Deum esse in homine & è converso*, 1. Joan. 4. *Qui manet in Charitate, in Deo manet; & Deus in eo*, subjungit dicens: *Et hoc est, quod facit Spir. S.*

S. Thom. in c. 6. Joan. 1. Joan. 4. v. 16.

Cur hostiæ immolandæ sacerdos imponerit manum.

Lev. 1. 4. Phil.

4. Mirabilem sanè Cæremoniam nobis Liber exhibet Levitici, ubi Deus de sacrificante agens, hoc ei imponit præceptum: *Ponetque manum super caput hostiæ, & acceptabilis erit*; Philo tamen Hebræus, in lib. de victimis, facilem, eamque nobis accommodam hujus præcepti moralem, his verbis assignat rationem: *Quod manus imponantur victimæ, evidens indicium est innocentiæ, exactæque vitæ sine culpa; postulabat enim Deus à sacrificante, Primum bonam mentem & Sanctam*; Et nihilominus victimæ illæ, quas offerentes tanta eminere debebant vitæ sanctitate & puritate, arietum erant, taurorum, vitulorum, aliorumque animalium, quanto igitur major oportet ejus fit integritas, cui per Communionem ipsemet incorporandus est incarnatus Deus? Nonne parem olim munditiam à sacrificantibus exegit David, cum diceret: *Asserte Domino filij Dei, asserte Domino filios arietum?* Arietes offerebant illi, & nihilominus in immolantibus eos Regius Vates, Divinæ filiationis characterem præfulgere jubens ait: *Asserte Domino filij Dei.* Quem munditiæ rigorem S. Basilius discutiens, ait: *Non cujuscis donum est Domino Deo acceptum, sed ejus tantum qui corde puro offert illud, ideo dicit, ut offerant illud, qui sunt filij Dei*; Quo forte etiam S. Thomas respexisse videtur, quando illam S. Matthæi historiam discutit, in qua Sanctus hic Evangelista Corpus Christi, post Eucharistiæ, institutionem, Josepho Arimathæo traditum fuisse in hæc verba describit: *Venit quidam homo dives, ab Arimathæa, nomine Joseph, qui & ipse Discipulus erat Jesu &c.* Circa quæ proinde verba dictus, Angelicus ita discurrit: *Describitur à Patria, quia ab Arimathea, quod idem quod Rammatæ, quæ fuit Samuëlis, & signat excelsum; Et iste excelsus fuit; Item ex nomine, quia Joseph, qui accrescens signatur; Item ex religione, quia & ipse Discipulus erat Jesu.*

Ps. 28. v. 1.

S. Basil. l. 5. ibid.

Matth. 27. v. 57.

S. Thom. ib.

5. Panis ille in deserto multiplicatus, cœlestis hujus Panis symbolum extitit, ut supra probavimus; Ea autem quæ in præsenti a nobis investigatur, circa hoc miraculum, moralitas in eo consistit, quod Christus mensæ huic accubituros omnes fœno insidere voluerit; Cujus præcepti mysterium his verbis; S. Hilarius declarat: *Accumbere super fœnum populus jubetur, non vero jam in terra jacens, sed lege suffultus, & tamquam terræ fœno; Fructibus operis sui unusquisque substernitur.* Quæ autem opera ad hanc mensam asportanda esse creditis? Resolutionem forsitan ex facto hauriemus Sapientiæ, quæ convivium præparatura, *misit ancillas suas, ut vocarent*; Quæ autem hæ sunt ancillæ: Cajetanus respondet; *Juxta Hebræum habetur; Misit puellas suas, vocabit super humeros excelsorum civitatis. Ecce modus vocandi, quo scilicet Divina Sapientia vocat homines ad convivium suum, mittendo scilicet puellas suas, hoc est, virtutes; Ipsæ enim dicuntur Sapientiæ puellæ, ad excitandum homines ad convivium divinum.*

Panis in deserto multiplicatus fuit symbolum.

S. Eucharistiæ. Matth. 14.

S. Hil. Can. 14. in Matth.

Prov. 9. v. 3. Cajet. ib.

6. Ut igitur cum fructu panem hunc recipiamus, optimum, ut probavimus, nobis medium subserviet virtutum exercitium, verumtamen non qualecumque, sed fervens & intensum illud sit oportet. Ideoque S. Paulinus ad antiquum illum se reflectens ritum, quo Israëlitæ agnum manducare jubebantur calceati, manibusque tenentes baculos, ita ad intentum nostrum sermocinatur: *Panis verus ac vivus Christus est, quem non potest manducare piger operarius, quia est Pascha nostrum, quod expediti & præcincti, & firmiter calceati, nec depositis à manu baculis (id est, operibus, quibus nitimur numquam remissis) cum omni festinantia edere præciptmur*; sic enim inter alia à Sapiente, forti illi mulieri attributa encomia, unum hoc fuit, quod *Panem otiosa non comedit*; Quæ verba S. Hieronymus sequenti exponit Commentario, dicens: *Panem quoque otiosa non comedit, cum sacrificium Dominici Corporis percipiens, studet imitari actu, quod mysterio celebrat, multum sollicita, ne indignè Panem Domini comedendo, & calicem bibendo, judicium sibi manducet & bibat, sed ut patiendo pro Christo & lachrymas fundendo, bonis quoque actibus insistendo, passionem exempla ipsius quantum valet, sequatur.* S. Hilarius ad illa de Baptista à Scriptura sacra pronunciata verba: *Erat præcinctus &c.* inquit: *Zeno autem præcincto, efficax in omne opus bonum est apparatus; ut ad omne ministerium Christi voluntatis cingulo simus accincti.*

Exercitium virtutum, optima præparatio ad S. Communionem.

S. Paul. Ep. 5.

Prov. 31. 27. S. Hier. ib.

Ioan. 3. 5. S. Hil. Can. 2. in Matth.

7. Observandum quoque est, quod cum tempus panem hunc confecrandi in foribus esset, Apostoli cœlestem Magistrum suum interrogarint, dicentes: *Quo vis eamus, & parevemus tibi, ut manduces Pascha?* Nimirum non ex proprio Cœnam illam instaurare voluerunt, sed omnia ipsius submiserunt voluntati. Et ideo idem cœlestis Magister nos docuit, ut, priusquam divinum hunc panem à cœlesti Patre suo postularemus; dicendo: *Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie*, hanc præmitteremus protestationem: *Fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terra*, quasi dicere nobis vellet: Ad sacratissimum corpus meum recipiendum, nulla cœlesti Patri meo acceptior esse potest præparatio, quam si Divino ejus beneplacito conformemini

Specialiter resignatio in voluntatem Dei.

Marc. 14. 12.

Matth. 6. 11.

memini per omnia, nec habeatis voluntatem propriam, sed illam potius subplanteris & mortificetis. S. Bernardus illa S. Lucæ verba considerat: *Cognoverunt eum in fractione Panis*; Discipuli enim in Emaus abeuntes, tunc præcipuè Christum agnoverunt, dum panem eis fregit. Unde S. Abbas ait: *Frange te, ut te discat frangere, quia non cognoscetis, nisi in fractione Panis. Si vis ipsum cognoscere, sicut se fregit, ita te frange; quia qui dicit se in ipso manere, debet sicut ille ambulavit; & ipse ambulare. Frange te ad laborem obedientiæ, ad humilitatem pœnitentiæ.* Ideo etiam Ecclesia inter alias per anni circulum in Missa legi solitas orationes, hanc quoque ad Deum per sacerdotes suos dirigit: *Supplices te rogamus omnipotens Deus, ut, quos tuis refecis sacramentis, vibi etiam placitis moribus dignanter deservire concedas*; Per vitæ scilicet & morum novitatem, quæ nobis pariter in illis Consecrationis sanguinis verbis commendatur: *Hic est enim calix sanguinis mei, novi & æterni testamenti*; Ly enim: *Novi testamenti* ad vitæ, morumque nos extimulat novitatem, Quæ in præsenti eo magis necessaria est, quantò magis oportet vinum Eucharisticum novis includi vasis, dicente Christo: *Neque mittunt vinum novum in utres veteres, alioquin rumpantur utres.* Talis inveteratus uter Judas erat, vetus homo, ideoque *suspensus crepuit medius*, quando hoc in se vinum suscepit; utres ergo novi, mores sancti, innocentia, candorque animæ timoratæ, *quæ ambulat in innocentia vitæ.*

Luc. 24. v. 35. S. Bern. h. de 2. discipulis in Emaus.

Et frangendo voluntatem propriam.

Matth. 9. v. 17.

Act. 1. 18.

8. Jacob quondam Patriarcha, sequens legitur suis divulgasse edictum: *Abjicite Deos alienos, qui in medio vestri sunt, & mundamini, ac mutate vestimenta vestra.* Circa quod præceptum, scire percuperem, cur similem S. Patriarcha legem citius, non præscripserit? sed facilis ex ipsomet immediatè hoc subsequenti contextu, eruitur responsio, cum dicitur: *Surgite & ascendamus in Bethel, ut faciamus ibi altare Deo.* Igitur ubi sacramenti hujus remota dumtaxat figura contrectanda erat, omnia disperdi, abjicique jubentur idola, perfectaque institui totio, cui proinde subditi obtemperantes, *dederunt ei omnes Deos alienos, quos habebant... at ille infodit*; & sub terram omnia idola abscondit, penitusque abolevit, priusquam ullus eorum monti *Bethel* pedem inferret, quæ *Domus Panis* interpretatur. Verum enimvero quorsum ad remotas devolvimur figuras? vicinam in lege nova Zachæi domum ingrediamur, qui nullam non adhibuit curam, ut digno Christum exciperet hospitio; quem proinde S. Chrysostomus nobis hanc in finem repræsentat, dum ait: *Zachæi domum cogitatione ingrediaris, & considera, cum audisset Christum in eam ingressurum, quomodo eam ornavit; non enim curriculo ad vicinos contendit, mensas, sedes, subsellia petens eburnea, sed ornatu gratissimo Christum decoravit*; Quem autem magnificum adeo, tantoque hospiti gratum hujusmodi fuisse arbitramini apparatum, unica fuit morum mutatio, vitæque innovatio: *Ecce dimidium bonorum meorum Domine, do pauperibus*; ideoque etiam audire meruit: *Hodie salus domui huic à Deo facta est.*

Gen. 35. v. 2. Morum immutatio necessaria est, ad digne communicandum.

Ibid. v. 3.

Ibid. v. 4.

Probatur exemplo Zachæi Christum suscipientis in domum suam.

Chrys. hom. 36. in Matth.

Luc. 19. v. 8.

Ibid. v. 9. Imitemur transubstantiationem panis in Corpus Christi.

Ibid. v. fl.

9. Panis vi verborum consecrationis suam mutat naturam & substantiam, & ad materiam nobilissimam & dignissimam, qualis Filij Dei Corpus est, sublimatur; Conveniens itaque erit, ut & nos hanc imitemur transubstantiationem, eoque cibati pabulo naturam, vitam, moresque nostros mutemus in melius, quem ut effectum fortiamur facilius, ad confectionem sacramentalem confugiamus, quæ hujusmodi in nobis mutationem operandi, utionemque Inferni, in Paradisi Seraphinum transmutandi efficaciâ pollet, regioque Vati obtemperemus fundenti: *Confitemini memoriæ sanctitatis ejus*; Ast interrogaverit fortè quispiam, cur Eucharistia sanctitatis titulo condecoretur? Cui dubio duplex reddi potest responsio; Et quidem in primis, quia sanctum in se continet sanctorum; Deinde verò quia sanctitatem in omnibus ad eam accedentibus requirit; Ideoque Hugo Cardinalis ait: *Confitemini peccata, cum accedere debetis ad sanctum Dominu Corpus sumendum.*

Psalm. 29. 5.

Hug. C. ibid.

Salm. t. 9. pr. 40. Materia hostiæ consecrandæ nos docet modum præparandi nos

ad dignam communionem.

aliter, quam tangit circumstantiam, dum ait: *Debet esse sepulchrum clausum, ut intelligas cor ipsum aperium non præstandum vanitatibus, aut occasionibus peccati, ne Dæmones Christum ex corde furentur. Qui non vigilanter custodit Christum, cito illum amittit, & filius mortis efficitur; in veteri etiam testamento vas quodcumque sine operculo reprobatur à sacrificio; in quem modum, animus, qui non habet diligentis custodiæ operculum supra se & sensus suos, reprobus est.*

Salm. 1. Ps. 40.

4. Inter alia Jeremiæ lamenta; unum est, in quo ait: *Matribus suis dixerunt, ubi est triticum & vinum? cum deficerent quasi vulnerati in plateis civitatis: Cum exhalarent animas suas.* Quæ verba Sanctus Paschasius hunc in modum exponit: *Nostra Jerusalem amarè plorat, quia numerosior ejus pars vulnerata est in plateis, cum relictio angusto itinere vias arripit latiores.* Ad nostrum vero propositum confiderare possumus, quod tametsi fora frumento illo abundent, quo corpora nostra alunturattamen frumentum electorum ibi languet, quia in foris & locis publicis, inter strepitus sæculares, & negotia prophana, inter emptiones & venditiones, in quibus studium lucri, concupiscentia carnalis & curiositas prævalet & regnat, communio languescit, omnisque fructus inde natus amittitur; & ideo illis, qui subitò post sumptam communionem, dum adhuc sacramentum integrum in pectore gerunt, ad negotia prophana se recipiunt; impropetare possumus, dicendo: *Ubi est triticum & vinum*: Itane tantum hospitem foves & honoras? Mirum proinde non est; si tales *deficiant quasi vulnerati in plateis, & exhalent animas suas.*

Thren. 2. 12.

S. Pasc. ibid. Post S. Communionem non statim ad vana & prophana declinandum est.

S. Joannes Damascenus ex citato à se Eusebio optimè proinde nos monet, dicens: *Proditoris Judæ recordemur, nec ex Ecclesia pedem efferamus. Illius enim exitium hinc ortum traxit, quod in oratione non præstiterit, nam cum panem primus omnium accepisset, pedem extulit, ac statim Satana in se ingressò ad proditionem properavit. Quocirca se quis, antequam abeundi potestas fiat, exierit, eadem cum Juda pœnas pendet. Ne igitur committamus, ut ob unam horam cum Juda condemnemur.* Eamdem quoq; confiderationem in divo Chrysostomo expressam invenio, qui eos, qui postquam jamjam sacrâ Communione refecti fuerunt, secretum hunc animi secessum negligentes, ad sæcularia negotia se protinus recipiunt, his verbis perstringit: *Judam inquit, imitantur & isti, qui ante ultimam gratiarum actionem discedunt; nisi enim exiissent ille, proditor factus non esset*; Eisdem quoque tam ingratis & incivilibus hominibus meritò exprobrare licet, quod in Deuteronomio de ingrato illo populo legimus, nimirum: *Incrassatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum Factorem suum, & recessit à Deo salutari suo.* Hoc enim modo à Deo recedit; ut beatus Laurentius Justinianus ait, *negligens devotionis affectum*; Non sic fecerunt illi, de quibus Psalmista ait: *Manducaverunt & adoraverunt omnes pingues terræ*; hi enim, ut idem Psalmista protinus subjungit: *Ejus in conspectu cadent*, id est, summa cum reverentia, humilitate, & sui ipsius contemptu, coram hoc Sacramento se prosternunt, tantique doni magnitudinem summa cum gratitudine agnoscunt. *Manducaverunt & adoraverunt*, & ideo consequens est, quod anima illorum ex gratijs, donis, & virtutibus cælestibus impinguetur; Et ideo vocat illos *pingues.*

S. Joan. Dam. mase. l. 2. Paral. c. 15. Sic fecit Judas, & hinc periit.

D. Chrysost. de bapt. Christi.

Deut. 32. 15. B. Laur. Instit. de Euch.

Psal. 21. 30. Ibid.

5. De Josepho Patriarcha (qui ut sacer Textus ait: *Aperuit universa horrea*, totique Ægypto de frumento prospexit) Cornelius à Lapide scribit, quod à populo, in signum debitæ gratitudinis, per divini cujusdam simulacri erectionem honoratus, & sub nomine Dei Serapidis adoratus fuerit; Quam efficaciter factum istud fidelium ingratitudinem condemnabit, in quos licet frumentum electorum è cœli granarijs tam copiosè descendat, ipsi tamen in reddendo Deo cultu & obsequio debito, adeo sunt negligentes? Enimvero si ex divino hoc pane impinguari volumus, necessum est; ut eumdem in corde nostro diu retineamus: *Quid enim est Christum manducare*, inquit sanctus Augustinus, *quàm illum apud se manentem habere?* Guerricus Abbas adversus eos, qui post Communionem sese in secreto quodam recessu recolligere & beneficium recolere negligunt, his verbis, graviter lamentatur: *Nihil faucibus hareo, non virtutum in moribus habent, tamquam faccum in visceribus, sed dum statim totum per inania & scurrilia evomunt, gratiam sibi in iram convertunt*, Quam eamdem incivilitatem & ingratitudinem Drogo Hostiensis his verbis minacibus perstringens, dicit; *Væ vijs, qui jejunant à laude tua.* Signum namque pessimum est, non recog-

Gen. 41. 56. Corn. à Lap. Invectiva contra illos, qui communione accepta, à cultu Dei statim recedunt.

S. Aug. tr. 26. in Joan.

Guer. Ab. 2. de resur.

Dro. Host. de sac. Dom. pass.

Ps. 106. v. 8. 9. *que similiter faciamus.* Cujusdam debiti solutionem urget Psalmista, inquiens: *Confiteantur Domino misericordiæ ejus: Et mirabilia ejus filium hominum, Quia satiavit animam inanem, & animam esurientem satiavit bonis*; Unde nec immeritò Nazianzenus ait, quod cibus iste cælestis; *cibus eorum est, qui rectè esuriunt*; quotquot igitur hoc satiati sunt Pane, bonitatem & magnificentiam profiteantur Divinam: *Confiteantur Domino &c.* In Missa, super qua S. Germanus Patriarcha Constantinopolitanus *in Theoria rerum divinarum*: Commentarium scripsit, inter multas alias Cæremonias Diaconus in fine illius ad populum conversus, dicebat: *Siemus recti, qui accipimus Panem incontaminatum immortalium*; quam Cæremoniam dictus Sanctus hac Glossa illustravit: *Rectè cogitatione sumus; gratias agentes:* Joel Propheta quoque ait: *Comedetis vescentes & satiabimini, & laudabitis nomen Domini Dei vestri, qui fecit mirabilia vobiscum*; Ubi dubium non est, quin per hunc cibum satiantem; Mensa intelligitur Eucharistica, utpote in qua Deus *memoriam fecit mirabilium suorum.* Et quidem Theodoretus inquit: *Hic bonorum finis & caput est, non bonis ad satietatem repleri, sed potius bonorum largitorem laudare & grata memoria prosequi.* Unde & David nos invitat, dicens: *Tollite hostias & introite in atria ejus: Adorate Dominum in atrio sancto ejus*, præsertim cum hæc verba ita ad intentum nostrum Lyranus exponat, dicens: *id est, laudibus Divinis extollite Corpus & sanguinem Jesu Christi sub speciebus Panis & vini, quæ dicuntur hostiæ in plurali, quia licet sint unum Sacramentum perfectè, tamen sunt ibi duæ consecretationes distinctæ.*

Naz. or. 2.

Joel 2. v. 26.

Ps. 110. v. 4. Theod.

Psalm. 95. v. 8. 9.

Lyr. ibid.

B. V. concepto filio Dei, statim erupit in gratiarum actionem.

2. Ipsamet Dei genitrix, ut primum carne nec non sanguinibus virgineis suum vestierat Filium, quem in sacramento hoc in animæ nostræ fuscipimus nutrimentum, suam illico linguam in laudes & gratias divinas exolvit, dicens: *Magnificat anima mea Dominum, Et exultavit &c.* quia nimirum dignè cum & fructuosè receperat; cujus & nos si imitatores esse volumus; participes fieri possumus. Tametsi Corpus Christi Divinitati unitum, nec Balsamo, nec Aloe, nec Myrrha, nec alijs indigeret aromatibus, ut præservaretur à putredine; siquidem indubitata manebat illa Prophetica assertio: *Non dabis sanctum tuum videre corruptionem*; Nihilominus unguentis ad nostram institutionem condiri voluit; siquidem aromata orationem præsignant, juxta illud Psalmi: *Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo*; Hæc siquidem à Communione & monumento cordis nostri, in quod eum reponimus, inseparabilis esse debet, dicente S. Bernard: *Hæc orationis bona sunt aromata illa, de quibus Marci 16. dicitur: Maria Magdalene, & Maria Jacobi & Salome emerunt aromata, ut venientes ungerent Jesum*; qui idem Sanctus in alio quodam sermone, præsenti non absimilem in hæc verba instituit discursum, dicens: *Præparatio est oratio devota; cum oratio sit elevatio mentis in Deum; quando meus devotè orat, obviam pergit, Christo ad se venturo, ut verè cum Propheta dicere possit: Et ego ad te Domine clamavi, & mane oratio mea prævenit te. Et verè dignum & justum est, ut, postquam Creator omnium & Salvator tuus ad te de cœlo tanta benignitate descendit, & tu ei per mentis elevationem obviam pergas, quod quidem efficere potes, cum in devota tua oratione, & mentem ab exterioribus revocas, & eam, ne extravagetur, in seipsam coarctas.* Hic siquidem recessus & solitudo unicè à nobis exigitur, quemadmodum patebit ex dicendis.

Ps. 15. v. 10. Cur voluerit Christus corpus suum condiri aromatibus.

Psal. 140. 2. S. Bern. t. 2. ser. 57. a. 2. c. 5.

Marc. 16. 1. Ser. 56. a. 8. c. 6.

Communicaturus sequestretur prius à tumultibus popularibus.

3. Utraque vice, quando Christus turbis panem multiplicavit, Eucharistiæ figuram, loca elegit solitaria, deserta, & à popularibus sequestrata tumultibus, ut nimirum edoceamur omnes, quotquot ad hanc accedimus mensam, sancti secessus & solitudinis necessitatem. Iterum manna non pluebat nisi in desertis dicente Philone: *Non ubique apparet, sed ubi desertum est, vacuum vitijs & affectibus.* Item in horto, à communi incolatu disjuncto, sepulchrum sacrosancto suo corpori elegit; ut asserit Drogo Hostiensis, dum ait: *Est autem monumentum istum in horto novum, & in petra excisum, quia amica tua fidelis anima hortus conclusus est.* Anima enim solitudinis amans, hortus conclusus est, in quo cœlestis ille sponsus delitiatur, cujus *deliciæ sunt, esse cum filijs hominum*; verumtamen deliciæ istæ non ubique sed tantùm in solitudine reperiuntur. Unde sponsæ quondam festive accinebatur: [*Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, deliciis affluens, innixa super dilectum suum?*] *solidatur in petra amoris tui*, idem inquit Drogo, *consepeliens seipsam tibi in interiori homine.* Porro Salmeron ad idem alludens sepulchrum,

Matth. 26. v. 30.

Dro. Host. de sac. Dom. pass.

Prov. 8. 31.

Cant. 8. v. 5.

D. Chrysost. h. 83. in Matth.

noscere, neque venerari suum benefactorem, sed tergum potius ei obvertere. Quod vitium & Regius Vates stomachabundus in persona Dei exprobrans, ait: *Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique; Tu verò, Qui simul mecum dulces capiebas cibos, &c.* Quibus verbis scelus hoc tamquam severissimo dignum supplicio & penitus intolerabile esse insinuat. *Psalm. 54. v. 13. 14. 15.*

6. Sanctus Lucas cujusdam similis farinæ inutilis servi meminit, inquiens: *Et alter venit, dicens: Domine, ecce mina tua, quam habui repositam in sudario;* qui mox audivit: *Auferte ab illo minam.* Qui enim hanc Paradisi gemmam, hanc que monetam, quâ immortalitas comparatur, à Deo recipiunt, illamque ingrato animo otiosum esse sinunt; fructu & gratijs, quæ à tanto Sacramento conferuntur, privari merentur. *Luc. 19. 20.* *Ibid. v. 24.* Hoc facientes merentur privari fructu illius.

David olim è longinquo panem hunc cœlestem subodoratus est, dum ait: *Panem Angelorum manducavit homo;* ne autem tanto, quod in Spiritu præviderat, dono ingratus esse videretur, dicit: *Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi?* Quâ vix recognitione & gratitudine præmissâ, salutarem accepit calicem, suam linguam in laudes resolvit & gratias, inquiens: *Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini invocabo;* *Laudans invocabo Dominum.* Unde & Christus in citata parabola, suo insistens discursui, subjungit: *Dico autem vobis, quia omni habenti dabitur, & abundabit, ab eo autem qui non habet, & quod habet, auferetur ab eo;* quia nimirum in ijs, qui cum obsequiosa recognitione & devotione, sacramento huic cooperantur, divina proportionaliter superabundat gratia: In ingratis autem prius obtenta etiam diminuitur & deficit. *Psal. 77. v. 25.* *Psa. 115. 12.* *Ps. 115. v. 13.* *Psal. 17. v. 4.* *Luc. 19. v. 26.*

7. Considerabile in præsenti nequaquam præterire licet, quod S. Theresia, prout in vita ejus legitur, omnibus communicantibus tradit documentum; dicere namque consueverat, certos nos esse, Christum in nobis constanter perstitere, usque dum calor naturalis accidentia consumpsisset sacramentalia; ideoque tam optatæ eũ Deo tractandi neutiquam indormiendum esse occasioni, præcipuè cum hospes ille à nobis exceptus, suum abunde solvat hospitium, hæcque optima sit conjunctura, vi cujus intimè tum Deo negotiari possimus de gravibus animæ negotijs; qualem & Salmeron meditationem instituit, insuper advertens, quòd Christus post ultimam cœnam, hymnum cantando, cum Apostolis suis ad hortum se contulerit, qui familiariter cum Magistro per viam discurrebant; unde hanc eruit moralitatem, dicens: *Peracta Communione, oportet cum Apostolis hymnum dicere, atque de tanto beneficio accepto gratias agere, suaviaque cum hospite suscepto misere colloquia.* Equidem quid vestrum quispiam statueret de eo, qui Regem hospitio excepturus, de domo sua purganda, expolienda aut ornanda nihil solicitus esset, quinimo sic excepto, dorsum obverteret, non assisteret, non ei serviret, imò extra ædes suas divagans, cuicumque alteri rei se applicaret? Maxima utiq; hæc foret inurbanitas, sed longè abominabilior est incivilitas nostra, quòd Rege gloriæ ad nos divertente, ut nostris se uniat & invisceret animabus, ipso solo negletto, ad quævis alia exteriora intenti & applicati vigilemus; Non dedignatur ille de Paradiso, in Spirituum Angelicorum comitatu, & trium divinarum personarum societate descendere, ut humile pectorum nostrorum honoret tugurium; ut nos cœlestibus ditet thesauris: & nos econtra adeo rusticè inurbani existamus, ut nec ei obviare, nec ullum ei cultum aut obsequium exhibere dignemur? Protestatur ille dicens: *Deliciæ meæ, esse cum filijs hominum,* & nos tædium ac nauseam ex conversatione ejus hauriemus? Potuisset equidem ille ita hoc sacramentum instituere, ut in solo communionis actu, & non amplius corporalem ejus possideremus præsentiam, sed quia nobiscum demorari affectat, sacratissimum corpus suum, quamdiu species durant sacramentales, sub ijsdem voluit permanere; Ideoque hoc salutare consilium Salmeron nobis suggerit, dicens: *Discedendum est aliquantulum, & non statim ad labores & negotia secularia prodeundum, sed in gratiarum actiones prorumpendum, ut ita gratum reddamus & jucundum Christo, nobis verò salutare, quo eum excipimus, hospitium.* Imò Balthasar Alvares dicere solebat; extremam esse stultitiam, tam pretiosum negligere tempus, illud scilicet, quo Filium Dei intra nos ipsos possidemus; siquidem tunc opportunissima favet commoditas, ut nostræ subsignentur supplicæ, cum gratiæ signaturam in nobis habeamus, ipsaque Eucharistia gratiæ sit instrumentum. *Rib. l. 12. c. 12. vit. S. Theref.* Pulchra instructio S. Theresiæ pro communicantibus. *Salm. ib.*

DISCURSUS XXXIV.

ARGUMENTUM.

Panis hic, ad quem cum appetitu accedendum, famelicos satiat, cujus varia adducuntur exempla.

THEMA.

Esurientes replet bonis.

1. Ecclesia sancta fideles suos instruere volens, qualiter ad Eucharistiam accedentes immensis & ineffabilibus se bonis replere valeant, citatam, quæ in officio divino solemnitatis sanctissimi corporis Christi utimur, proponit antiphonam, jubetque in ea, ut ad mensam hanc famelici accedamus, siquidem *esurientes replet bonis*, id quod D. Chrysostomus confirmat, dicens: *Nemo nauseans accedat, nemo remissus, sed incensi & ferventes omnes:* Si enim quis cibum nauseat & fastidit, quem ex eo fructum & utilitatem expectare poterit? nullam utique: Econverso verò famelicus cum emolumento manducat; idcoque dicitur: *Famelici saturati sunt.* Quam veritatem ut perfectius penetremus idem D. Chrysostomus infantes nobis ob oculos ponit, dicens: *Non videtis, quanta infantes animi alacritate mammillas arripiunt? Non minori cupiditate nos quoque ad hanc mensam, & ad hujus calicis spiritualem accedamus pœpillam, imò verò majori desiderio quasi lactentes pueri gratiam Spiritus sancti sugamus.* Cui pariter sententiæ suffragaturus S. Augustinus, illa Psalmistæ verba (*qui dat escam esurientibus*) adducit, inquiens: *Omnibus hominibus ipse dat escam, & nullam escam servat dilectis suis? Si habent aliam famem, habent & aliam escam; quæramus famem ipsorum, & inventemus escam ipsorum.* Illuminati autem & in amore divino ferventiores sancta quadam cum aviditate, ad cibum hunc cœlestem anhelant, qui ipsos adeo quandoq; pavit & saturavit, ut integros menses absque pane & alimento corporali transegerint, prout varia eaque manifesta edocent exempla; & in individuo quidem S. Catharinæ Senensis vita: Et alterius cujusdam, de qua P. Bollandus ita scribit: *Virgo quædam in Austriabus Angliæ partibus, quæ in paterna Domo, sine perceptione alicujus cibi, vigesimum annum agit, hoc tamen excepto, quòd diebus tantum Dominicis, Communione Dominici corporis vegetatur; Et quia gutturis arterias vix etiam illud transire potest; ad meatum faciliorem efficiendum exiguum aquæ benedictæ post ea in potum accipit.* Non cum Nausea sed cum fame & pio desiderio communicandum est. *D. Chrys. hom. 83. in Matth.* *1. Reg. 2. v. 5.* *Ps. 145. v. 7.* *S. Aug. ibid.* *Boll. 1. Feb. in vit. S. Birgit. c. 3. n. 4.*

2. S. Ambrosius ardentem Davidis admiratur sitim, qua aquam cisternæ Bethlehemiticæ affectabat; stupore etenim non caret, virum adeo sobrium & mortificatum, omnium aliarum passionum suarum victorem ab hac vehementi siti devinci; ast omnem stuporis rationem submovet mysterij, hac in siti latentis, contemplatio & notitia, quam dictus sanctus Doctor in prima de Davide apologia nobis in hæc verba expressam reliquit: *Quòd si altius velis spectare & introspicere mysterium; sitiebat David non aquam de lacu, quæ est in Bethlehem, sed oriendum ex virgine Christum prævidebat.* At vero, qua ratione David per incarnationem verbi sitim suam extinguere potuisset? respondetur, Davidi simul revelatum fuisse, quòd Christus nos sub specie vini, pretiosissimo sanguine potaturus esset: *Volebat ergo bibere non aquam fluminis, sed potum gratiæ spiritualis, hoc est, non aquarum sitiebat elementum, sed sanguinem Christi;* at verò cur aquam illam Deo in sacrificium obtulit? *Libavit eam Domino*, respondet idem S. Ambrosius; *Denique non bibit oblatam aquam, sed Domino libavit, significans sitire se Christi sacrificium non naturæ fluentum, illud sacrificium, in quo est remissio peccatorum, illum sitire se fontem æternum, non qui periculis quæreretur alienis, sed pericula aliena depelleret.* Atque hinc est, quòd: quando hunc calicem in memoriam revocabat, exclamare cœperit: *Calix meus inebrians quàm præclarus est; Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini invocabo; Vota mea Domino reddam coram omni populo.* 2. Reg. c. 23. Quam aquâ sitiverit David de cisterna Bethlehemitica. S. Ambr. apol. 1. de Dav. c. 7. *Ps. 22. v. 5.* *Ps. 115. 13.* *Ibid. v. 14.*

3. Inter alios ritus, quibuscum populus Dei electus, ipsiusmet Dei jussu, Agnum paschalem manducare debebat, unus ille fuit: *comedetis festinanter*; Cujus mysterium S. Gaudentius in tract. *de manducatione Agni paschalis*, his verbis declarat: *quòd autem dicit, cum festinatione illum manducandum, præcipit, ne lento corde & ore languido, sacramentum Dominici corporis sumamus & sanguinis, sed cum* Agnus comedi debebat festinanter. *Exod. 12. v. 11.* S. Gaud. tr. 2.

cum omni vilitate animi quasi verè esurientes justitiam; Beati enim, dicit Dominus Jesus, qui esuriunt & sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur. D. Chrys. considerat, ipsummet Christum hanc famem insinuare voluisse, quando nos sacratissimum corpus ejus his verbis petere docuit: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Unde subdit: *Tam bonus, tam pius, tam largus pavet, panem filius non nisi postulatus indulget? & ubi est illud nolite solliciti esse, quid manducetis aut quid bibatis? hoc petere jubet, quod prohibet cogitare, quatenus cœlestis Pater cœlestem panem, cœlestis Filij ut postulemus, hortatur, ipse dixit: Ego sum panis vivus, qui de Cœlo descendi.* Non fine causa, Ecclesia ordinavit, ut ad hoc sacramentum nemo accedat, nisi naturaliter jejunus: *Ab universa Ecclesia nunc à jejunis accipitur.* inquit S. Isidorus; *sic enim placuit Spiritui sancto per Apostolos, ut in honorem tanti sacramenti jejunium in os Christiani prius dominicum corpus intraret, quàm cæteri cibi, & ideo per universum orbem mos iste servatur.* Enimvero præter hanc adductam honoris & reverentiæ rationem, aliam quoque adduci posse existimo, nimirum quòd, sicut jejunium hominem famelicum, & corporalis nutrimenti avidum efficit, ita pariter anima per spiritualem aviditatem, di vinum hunc cibum appetit; *unus sit nobis dolor*, inquit D. Chrysostomus, *una mœstitia, si hoc alimento spirituali privamur.* *Matth. 5. 6.* Communio non est sumenda lento corde, sed cum omni aviditate. *D. Chrysost. ser. 67.* *Joan. 6. v. 41.* Cur S. Communio jejunè sumenda sit. *S. Isid. l. de offi.* *D. Chrys. hom. cit. l. 2. c. 1. n. 6. vit. S. Phil Ner.*

4. S. Philippus Nerius adeo erat erga hoc sacramentum sumendum avidè famelicus, ut, quotiescumque vir sanctus ægrotaret, ac de more dominicus ei panis post mediam noctem afferendus esset, si minister interdum non ita celeriter accessisset, usque adeo intus excruciabatur, ut somnum capere minimè posset. Quare cum semel periculosè decumberet, audiretque signum dari ad matutinas horas, nec sibi solitum sacræ alimoniæ cibum afferri, eò quòd Card. Taurusius, qui sibi ægrotanti assistebat, timeret, ne propter devotionem & lachrymas, quas in simili actione fundere solebat, somnum totaliter sibi cum periculo vitæ abrumperet, moræ causam prænoscens Sanctus, vocato Taurusio, dixit: ne putes hac mihi de causa vigilias obventuras, sed porrige Dominum, & protinus obdormiam; ob solum namque desiderium sanctissimi Sacramenti recipiendi, dormire non possum. Sumpsit ergo panem Angelorum, & mox suavissimo somno correptus, melius habere cœpit brevique convaluit. Idem quoque Sanctus cum alia quadam vice ægrotaret, & Antonius Gallonius sacramentum manu teneret, & ad porrigendum plus solito remoraretur, diutius exspectare non valens: eia, inquit, Antoni, cur Dominum meum manu tenes, mihique æstuanti non porrigis? Sacra ergo communione porrecta, statim placidissimè quievit. S. Philippus Nerius magna aviditate sumebat S. Communionem infirmus.

5. Doctissimus Salmeron quod illos, qui ad mensam Eucharisticam parum anhelant, sequentem ad propositum nostrum facit ingeniosam & utilem reflexionem, dicit enim: *Poterit eos imitari qui cum appetitione ciborum destituantur, aut huc illucque deambulant aut falsamenta cibis adhibent, ut faciunt infirmi, aut cum alijs, qui vehementi cupiditate tenentur, convivantur, ut illorum exemplo ad edendum, ipse excitentur. Ita nobis faciendum est; aut enim in montes Calvarij, Olivveti, Tabor, & Sion deambulare debemus; ut ex illorum mysteriorum quæ in illis montibus peracta sunt, contemplatione, fames nobis spiritualis acuatur, aut condimenta orationum adhibenda, quo paulatim devotione incalescat homo, & suavitas quod percipit, degustet.* Pervolvamus obsecro vitas sanctorum & historias sacras, variaque inveniemus sanctorum virorum exempla, qui, quòd erga hunc panem se avidè cupidos & famelicos exhibuissent ab eodem impinguati, & miro quodam vigore confortati fuerunt. S. Bernardinus de insigni illo Dei servo Hugone de S. Victore refert, quòd, cum morti vicinus esset, & sanctissimum sacramentum avidissimè expeteret; circumstantes cùm eum cibum retinere non posse viderent, hostiam ei non consecratam obtulêre, moxquè Dei servus ad eos conversus, ait: *miseretur vestri fratres, cur me deludere voluistis? iste enim quem mihi portastis, non est Dominus meus, at illi attoniti, corpus Domini mox attulerunt, sed ille videns, se non posse illud accipere, elevatis in cœlo manibus, sic oravit: Ascendat Filius ad Patrem, & Spiritus ad eum, qui fecit illum. Et inter hæc verba emisit Spiritum, & corpus Domini inde dispavit.* Cui confirmando argumento illud subservit, quod Bollandus de Beata Juetta tradit in hæc verba: *Felix hæc dicere veraciter potuit; bonum est mihi hic esse, quam Christus Dominus propria manu bis in missæ secreta, sui corporis sacramento in corpore sibi dignatus est. Quis à tempore, quo Christus in cœna corpus suum præsens præsentibus dedit, hanc audacitatis simile?* Qui idem author S. Lucianum Presbyterum & Martyrem carceribus inclusum, cum aliud altare illi non supposeteret, incruentum sacrificium super pectus suum, quod loco altaris adhibuit, celebrasse tradit. Salmeron quoque aliud insigne memorat, cujusdam Religiosi factum, qui cum cibum propter languorem, stomachique infirmitatem retinere non posset, & nihilominus communionis desiderio traheretur, sacerdotem rogavit, ut hostiam sacram candido indusam lino, super pectus ejus collocaret; *quod cum fecisset sacerdos, corpus Domini penetravit in cor ejus & ita compos desiderij sui, ex fide magna profecti, non minus quam Hæmorrhoissa tangens Domini fimbriam sanctus est.* *t. 1. Ian. 73. c. 4. n. 14.* *Salm. t. 9. tr. 31.*

6. S. Carolus Borromæus perpetuæ pariter memoriæ commendatum esse voluit in consilio quinto Provinciali, id quod circa personam quamdam cœlestis hujus panis cupidissimam contigit, frequentibus expressum verbis: *Quantam consolationem fideles ex sacramentorum usu percipiant, vel ex hoc uno cognosci potest, quod dignum omni commemoratione est. Fuit Mediolani, dum pestis proximis annis sæviebat, in publica hospitali domo S. Gregorij homo quidam qui peste mortuus putabatur: Inde igitur ad locum asportatur, unde cæteri mortui ad Cœmeterium efferuntur, eò loci, cum in magno cadaverum acervo, tota nocte pene sepultus fuisset, mane dum publicæ curationis sacerdos, qui peste ægrotantibus sanctissimum Eucharistiæ sacramentum ferre consueverat, illuc transiret, ubi ille cadaveribus planè opertus jacebat, de repente ardenti sumendæ Eucharistiæ desiderio excitatus, se in genua erexit, & hac divina occasione exhilaratus, voce, quam ab illo animam exhalante consolatio vix elicuerat, à sacerdote supplex petijt sibi quoque dari sanctissimum viaticum, quod ubi sacerdos libentissimè ministravit, & ille religiosè, summaque veneratione accepit eodem loco statim in pestis acerbitate, cum summo percepto, sacri viatici gaudio; ex hac vita migravit.* Quibus enarratis Sanctus ipsemet ad fideles conversus ait; *Quem fidelem hoc pij hominis exemplum non afficit?* Præclara hujus, sanctorum exempla. *S. Bern. Sen. t. 2. ser. 55. ar. 2. c. 1.* *Act. Eccl. Med. part. 1. conc. 5. prov. car. 256.* Aliud mirabile exemplum.

7. Annales quoque R. R. P. P. Franciscanorum famem nobis, qua S. Francisens erga hoc Sacramentum laborabat, exprimunt in hæc verba: *Flagrabat erga sacramentum Dominici corporis, fervore omnium medullarum, sæpe communicabat, & tam devotè, ut alios devotos efficeret, dum ad immaculati agni degustationem suavem, quasi Spiritu ebrius in mentis pleramque rapiebatur excessum.* Item de Beata Margarita, Regis Hungariæ filiæ, Bollandus scribens, ait: *Corpus Christi in sacramento altaris devotissimè reverebatur, & in hora elevationis ipsius in missa flebat uberrimè, & frequenter ab hora elevationis usque post sacram communionem, sic præ devotione manebat à sensibus abstracta corporis, ut quasi mortua videretur; quando verò sacram communionem volebat recipere, jejunabat die præcedenti in pane & aqua, & tota nocte in orationibus permanebat.* De B. Veronica de Binasco, idem Author refert: *Veniens ad sacerdos plerumque ministrandæ Eucharistiæ gratia virgini, negabat, Veronicæ animo ad Superos delato, cui Salvator ipse, abeunte sacerdote, proprij corporis mysteria propinabat.* In Annalibus Franciscanis sequens memorabilis eventus describitur: Ecenim *in Ecclesia S. Francisci aliud mirabile perpetuis signatur monumentis. Præparaverant se duo fratres Laici pro modulo suo ad sacram Communionem, cum cæteris fratribus de religioso more in die Cœnæ Domini faciendam, cumque nihil minus cogitaretur à loci Guardiano (urgebat siquidem necessitas) panem mendicaturi in civitatem mittuntur, qui tandem domum tardius reversi, cum & divinum officium persolutum, & reliquos fratres mensæ assidentes invenissent, Ecclesiam, ubi venerabile Christi Salvatoris corpus de more asservabatur, contempta refectione petunt, ibique suas vices, quod tanta sacra communione in tanta solemnitate privarentur, miserrimè dolentes, gemitibus ac singultibus anxiè vacabant, Dumque nihil minus cogitarent, ex ipsa arcula, qua sacrosancta Eucharistia recondebatur gratissimus quidam, pulcherrimus, ac compositus juvenis prosiliit, qui asserens se Christum Dominum esse, & eorum utrique sacram communionem porrexit, statimque locum unde prodierat, repetijt. Exstant adhuc vestigia pedum ipsius, pavimento ejus facelli, in quo hoc contigit impressa, atque ferreis craticulis contecta.* Ecce tibi igitur, quàm verum sit illud Christi axioma: *Beati, qui esuriunt & sitiunt justitiam, quoniam* *t. 1. Ian. 73. c. 4. n. 14.* *Salm. t. 9. tr. 31.* *Act. Eccl. Med. part. 1. conc. 5. prov. car. 256.* Aliud mirabile exemplum. *VVad. An. 1210. n. 55.* Fervor S. Francisci ad hoc SS. Sacramentum. Et aliorum. *Bol. t. 2. Ian. 18. car. 902.* *t. 1. Ian. 13. c. 8. n. 11. car. 926.* *VVad. an. 1222. n. 9.* *Matth. 5. 6.*

Matth. 5. 6. *niam ipsi saturabantur.* S. Thomas de Villa nova in concione 2. de solemnitate corporis Christi, sequens narrat factum, quod cuidam moniali, quæ ei subdita erat, contigisse refert. *Vidi ego*, inquit, *monialem quamdam, quæ corpus Domini, sicut cervus ad fontem aquarum desiderabat sitiens, cui, ut videbatur, difficile erat à sacramento, vel una sola die abstinere, tanta erat sumendi aviditas, tantus accedendi appetitus. Die sancto Paraskeves, cum corpus Domini Ecclesiastico more in monumento reponitur, quia oblitus sacerdos formam, quam illi davit, non reservavit, ejulatibus, & clamoribus domum replevit, ut Filij unigeniti sepulturam lugere videretur, neque enim ejus desiderio subvenire poterat. Tandem cum in fletibus & lachrymis amarissima tota die persisteret, mirabile dictu, duæ manus visibiliter ei cum Sacramento apparuerunt, ex quibus ipsum accepit, quo accepto omnis illa amaritudo, in consolationem uberrimam mutata est; Hæc omnia inter multas alias revelationes, ab ejus ore ipse audivi, quæ mihi non sponte sua, sed obedientia astricta narravit, quia in ordine nostro mihi subdita erat.*

S. Thom. de Villa nova conc. 2. in die corp. Chri.

Luc. 1. v. 53. 8. Restat nunc, ut dubium quoddam solvamus; quonam videlicet modo adimpleatur illud: *Esurientes implevit bonis?* Siquidem hic panis cœlestis de semetipso dicit: *qui edunt me, adhuc esurient?* sed responsionis loco sufficiat dicere, quòd per hoc Sacramentum *futuræ gloriæ nobis pignus* datur; gloria enim, animæ appetitum integerrimè satiat, dicente Psalmista: *Satiabor cum apparuerit gloria tua*, & tamen in satiato sui desiderium & famem relinquit. Unde Richardus de S. Victore ait: *O bone Deus, quomodo amantes te sic reficis, ut magis esuriant?* etenim ciborum hæc est natura, quod qualitates suas in manducantem transfundant; ac proinde cum cœlestis hic cibus continuâ urgeatur animarum nostrarum fame, mirum non est, quòd hunc quoque appetitum in ipsas transfundat, unde per experientiam videmus; quòd, quantò sæpius quis hoc sacramento cibatur, tantò vehementius illud iterum & iterum sumere desideret. Unde idem Author ait: *Quia tu cibus es, & esuriens, ideo & qui te non gustavit, prorsus esurire nescit.* Non sunt igitur incompatibilia, animam aliquam cœlestibus hujus sacramenti bonis repletam esse eademque magis semper magisque appetere. De hac siti S. Cyprianus ita scribit: *Hanc Dei gratiam recolens, qui de sacro calice bibit; amplius sitit, & ad Deum vivum erigens desiderium, ita singultu fame, illo uno appetitu tenetur; ut demceps fœtea peccatorum horreat pocula, & omnis sapor delectamentorum carnalium, sed ei quasi rancidum, radensque palatum, acutæ mordacitatis acerum.*

Luc. 1. v. 53. Quomodo hoc pane saturi, adhuc esuriant ibi-lum. Eccl. 24. v. 29. Ps. 16. v. 15. Ric. Vict. de gr. chor. c. 2.

S. Cypr. de cœn. Dom.

DISCURSUS XXXV.

ARGUMENTUM.

De humilitate, quam Christus in Eucharistia profitetur, cui nos per reciprocos humilitatis actus, dum illam recipimus, correspondere debemus

THEMA.

Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum. Matth. 8. vers. 8.

Duæ difficultates enodantur circa illa verba: *Domine non sum dignus, &c. Tol. in Luc.*

1. SMater Ecclesia à Spiritu sancto gubernata & directa, piam hanc introduxit consuetudinem, ut, dum ad Eucharistiam suscipiendam accedimus, Minister illius sacerdos verba illa proferat, olim à Centurione Capharnaita prolata, quando Salvator ad servum ejus sanandum, domum ejus personaliter ingredi voluit. Circa quæ verba Cardin. Toletus, in suis in Lucam Commentarijs, duas movet difficultates; primò enim quærit; ex quo hic miles ad recipiendum in domum suam Dei Filium indignum se esse protestatur est, ipseque Salvator in eamdem reverâ ingressus non fuit, quomodo igitur verba illa communioni adaptari possunt, siquidem nos Christum realiter & personaliter in cordis nostri hospitium recipimus? præterea (& est secundùm dubium) non indignos nos esse profitemur, ad quos Dei Filius ingrediatur, & tamen ex alia parte, famelici & avidi, ad illum accedimus, ut intra nos recipiatur; lingua quidem dicimus: *Domine non sum dignus*, & tamen simul eodem tempore eamdem ad illum recipiendum extendimus, licet veram esse illam S. Pauli sententiam noverimus: *Qui manducat & bibit indignè, judicium sibi manducat.* Toletus in Eucharistiæ administratione, Ecclesiam, ait, duos velle exercere actus; unum scilicet fidei, qua communicans in synaxi recognoscat, venerenturque eumdem Deum & nominem, cui dictis verbis cultum latriæ visibiliter præstitit centurio. Secundus verò actus à nobis in his verbis (*Domine non sum dignus*) exercitus, consistit in eo, ut tanto nos hospite profiteamur indignos, hancque dignationem à sola ejus benignitate provenire cognoscamus. Quod verò aliud dubium concernit, ita sub distinctione respondet; *duplex est dignitas, una rei, & hac nemo potest aliquè suscipere Christum, alia est præparationis, & hac potest homo dignè cum suscipere, si ea faciat, quæ ipsemet fieri, qui suscipi voluit, mandavit, quod si quis ea non exhibet, is indignè suscipit.* Unde ad spiritualem nostrum profectum, duas considerationes instituere possumus; primam videlicet, circa humilitatem & submissionem Christi in hoc sacramento, secundam, circa agnitionem nostræ nihilitatis & vilitatis, quam ex nobis ipsis habemus, quæ ad eum in communione dignè recipiendum est dispositio.

Quanta sit dignitas quod Salvator noster seipsum nobis dederit in cibum. B. Laur. Just. de Euc.

2. *Ego veniam, & curabo eum*, inquit Salvator noster; quibus verbis se promptum obtulit, ut personaliter ad miserum illum curandum accederet, licet vilis servus humilibus natalibus oriundus, & ministerio infimus esset. B. Laur. Justin. Christum in mensa Eucharistica continuò omnibus indifferenter expositum esse consideranis, exclamat, dicens: *O ineffabilis dignatio conditoris? O stupor indicibilis charitatis, quis non contremiscat? quis non cum exultatione miretur? Sanè nunquam fuisset homo aufus talia petere, sed neque cogitare, quoniam hoc misericordiæ opus omnem modum talium supereminet dignitatem.* Quis enim auderet, non jam dico petere, sed etiam desiderare, ut Rex in propria persona ad accipiendum in domo sua hospitium, accederet, & sumptuoso illi præparato convivio accumbens, semetipsum illi in cibum porrigeret? & tamen quod sibi imaginari non potuit humana aviditas & superbia; divina reipsa executa fuit magnificentia, quæ vilissimum animarum nostrarum tugurium non dedignans, semetipsum illi in cibum & potum exhibet. De Rudolpho Austriaco scriptum reperio, quòd, dum in venatione constitutus de longinquo nolam sonantem audiret, & quid illa significaret, à circumstantibus peteret, mox ut ab illis audivit, nolam illâ signum esse, quod viaticum ad Rusticì alicujus infirmi domum deportaretur; *non ultra moratus, per obstantia & dumos, sylvamque adigens equum, elaltatusque moras, sacerdotem libero assecutus campo, equo desiliens comitari perrexerit;* quòd factum adeo memorabile reputatum fuit, ut ad perpetuam rei gestæ memoriam historijs insertum fuerit; imò sacerdos Rudolphum Regem in domo Rustici infirmi conspiciens, eidem infirmo dixit; Duos hodie in domum tuam recepisti Reges, Christum videlicet Regem gloriæ & Rudolphum Regem Bohemiæ, nondum enim in Cæsarem electus fuerat. Sed quis nescit, Regem illum, cujus fœmori inscriptus est hic titulus: *Rex Regum & Dominus dominantium.* jâ ab hinc per mille sexcentos & amplius annos, nõ dedignatum fuisse, nec deinceps ad finem usque sæculorum, dedignaturum esse, in humani pectoris angustijs, quòd revera in comparatione ad divinitatem, nihil aliud quam fœtidum quoddam est stabulum, nospitari. Porro quod Rex, vel imperator aliquis ad infimum visitandum Rusticum, ejus non dedignetur ingredi tugurium valde multum est: At vero, quis umquam audivit, Regem aliquem vel Imperatorem non dedignatum fuisse sibimetipsi aperire venas, seque frustatim discerpere ut ex se Balsamum quoddam conficiat, unde vulnera & morbi miseri Rustici sanentur? & tamen supremus ille cœli terræque Monarcha, in sacramento Eucharistiæ idipsum quotidie nobiscum operatur. Unde S. Bernardus in sermone *de ultima cœna Domini*, meritò exclamat: *Panem Angelorum manducavit homo; O stupenda Dei misericordia, verbum carnem, Deus cinerem, figulus lutum, vita mortuum induit, ut jumenta manducarent Panem Angelorum*; homo enim, cui Deus imaginem & similitudinem suam impresserat, tandem infeliciter degeneravit in jumentum. Unde David ait: *Homo, cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Vide igitur, qualiter Deus noster non fuerit dedignatus in *Bethlehem*, quod idem est quod *domus Panis*, abire, ut hominem in stabulo infirmitatum visitaret; nam ut S. Bernardus ait: *Seipsum invenit homo propter infirmitatem, jacentem in stabulo, stabulum enim quid est? mundus est, propter pecorinam similitudinem indigens erat fœno, ea propter cibus cœlestis mutavit se in pabulum pecoris, homine mutato in pecus, Panis Angelorum factus*

Stupenda historia de Rudolpho Austriaco, circa venerationem SS. Eucharistiæ.

Applicatio historiæ ad Christum Regem ad nos venientem.

S. Bern.

Ps. 45. v. 13.

S. Bern.

Isa. 40. 6. Cajet. ib. *factus est fœnum, unicus Patris filius hominis, verbum quippe caro factum est, & juxta Propheram; omnis caro fœnum.*

3. Cajetanus ad modum se reflectit loquendi, quo S. Joannes incarnationem verbi descripturus utitur; dicit enim: *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis; Quamvis enim appellatione carnis, intelligatur homo, cum dicitur quod verbum factum est caro, Evangelista tamen non dicit: Et verbum factum est homo, sed factum est caro, ad explicandam Divinam dignationem, in hoc, quod verbum factum est id, quod est infimum in homine scilicet caro, maxima siquidem describitur Dei benignitas, dum usque ad infimum descendisse describitur.* Longe tamen excellentius quid est, quod in Eucharistia, quæ est quædam incarnationis extenfio, Christus corpus suum vilissimo terræ vermiculo, homini videlicet; in cibum dederit; quodque majori dignum est admiratione, non solùm nos suo sanctissimo corpore nutrire dignatus fuerit, verum insuper sub pœna mortis æternæ, corporis sui sumptionem nobis præceperit. Quæ consideratio V. Thomam à Kempis adeo permovit, ut diceret: *Nisi tu Domine hoc diceres, quis verum esse crederet? & nisi tu juberes, quis accedere attentaret?* S. Thomas de Villa nova pariter obstupescit, dicens: *Ut uno communi cibo vescantur, & in eadem mensa considemus vernaculus & filius, pauper & dives, servus & Princeps, miles & Dux, vilis è terra vermiculus, & cœlestis gloriæ Angelus, quis hoc non obstupescat?*

Joan. 1. 14. Maxima dignatio quod filius Dei in S. Eucharistia se nobis communicet.

S. Thom. à Kemp. l. 4. c. 1. v. 3. S. Thom. de Villa Nova con. 3. de sacr.

4. De incarnatione quidem Apostolus ait: *Semetipsum exinanivit*; is enim, cujus immensitatis amplissimæ cœlorum Sphæræ incapaces sunt, adeo pusillus effectus est, ut in utero recluderetur Virginis; Unde Ecclesia ait: *Quem cæli capere non poterant, tuo gremio contulisti*; at verò in hoc sacramento Majestas & infinitas ejus sub invisibili quasi, & indivisibili hostia atomo continetur; unde S. Thomas ait: *Fracto demum sacramento ne vacilles, sed memento tantum esse sub fragmento, quantum toto tegitur.* Quam eamdem in Eucharistia Christi humilitatem & exinanitionem, his verbis S. Augustinus repræsentat; dicens: *Unde commendavit corpus & sanguinem suum? de humilitate sua; nisi enim esset humilis, nec manducaretur, nec biberetur.*

Phil. 2. v. 7. Pascit nos Christus S. Eucharistia, sicut Mater prolem lacte.

S. Aug. in Ps. 33.

Joan. 1. v. 1. *spice altitudinem ipsius [in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum,] Ecce cibus sempiternus, sed manducant Angeli, manducant supernæ virtutes, manducant cœlestes spiritus & manducant, & saginantur, & integrum manet, quod eos sanat & lætificat. Quis autem homo possit ad illum cibum? Unde cor tam idoneum illi cibo? oportebat ergo, ut mensa illa lactescaret, & ad parvulos perveniret; unde autem fit cibus lac? unde cibus in lac convertitur, nisi per carnem trajiciatur? nam Mater hoc facit; Quod manducat Mater, hoc manducat infans, sed quia minus idoneus est infans, qui Pane vescatur, ipsum Panem Mater incarnat, & per humiliatem mammillæ, & lactis succum de ipso Pane pascit infantem. Quomodo ergo de ipso Pane pavit nos Sapientia Dei? Quia [verbum caro factum est, & habitavit in nobis.] Videte ergo humilitatem; [semetipsum exinanivit, ut manducaret Panem Angelorum homo, formam servi accipiens [humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis,] ut jam de cruce commendaretur nobis caro & sanguis Domini.*

Joan. 1. 14.

Philip. 2. 8, 9.

Ose. 11. v. 4. Stupenda humiliatio Christi in S. Eucharistia declaratur. S. Hieron. ib.

5. Eumdem hunc cibum cœlestem Dominus olim per Oseam nobis promisit, sed phrasim observetis velim, quâ hac in sponsione utitur, dum ait: *Declinavi ad eum, ut vesceretur*; Ubi verbum *declinavi* singulariter notandum occurrit, idem significans, quod humiliavi, seu exinanivi me, juxta S. Hieronymi Glossam, ita in Christi persona loquentis: *Declinavi, deserens Regna cælorum; ut cum eis vescerer, assumpta forma hominis, sive dedi eis esum corporis mei; ipse & cibus, & conviva*, quam veritatem ipsemet Christus stabilivit, dum B. Angelam Fulinien sem, sacramento huic devotissimam, in quadam visione ita fuit allocutus: *Vidisti aliquid de potentia mea, modo videas & humilitatem meam*; hanc autem submissionem in sanctissimi corporis communione Christus demonstravit; unde ipsa Sancta subjungit: *Et videbam tantam profunditatem Dei ad homines & tantam humilitatem, quod comprehendens anima potentiam inenarrabilem, & videns tam profundam humilitatem, mirabatur, & reputabat se nihil omnino*; dumque se sacrâ mensâ indignam reputaret, sibi dici audivit; *Ego qui sum dignus, facio te dignam, & tunc remansit in me dulcedo inenarrabilis, & lætitia magna, quâ non credo carere in tota vita mea.* De S. Francisco Seraphico annales illius Religionis tradunt, quod ardentissimis sanctissimum hoc sacramentum profecutus fuerit affectibus; *Stupore admirans maximo illam charissimam dignationem, & dignantissimam charitatem*, unde ipsemet in quadam Epistola sua exclamat, dicens: *O superna dignatio, O sublimitas humilis, ut Dominus universitatis, Deus & Dei Filius, sic se humiliet ut pro nostra salute sub modica Panis formula se absondat.* Multi alij heroicam suam aliquo in actu perinbuere humilitatem, Christus autem à mille sexcentis & pluribus annis usque modo, & usque ad sæculorum finem quotidie se humiliavit, & humiliabit; dum ad verba consecrationis, & juxta dispositionem & talentum cujusque sacerdotis, quantumvis indigni, descenderque de cœlo mille millies & amplius, sub hostia angusta se restricturus, ut vas putredinis, hominem dico, pascat & cibet; neque materiam fastidijt hostiæ, quamvis non nesciret, eam tinearum corrosionibus, murium, vermiumque morsibus subjacere; neque à tanto beneficio eum avocare potuit tot millium injuriarum, ab impijs nullo non tempore adversus species sacramentales committendarum horror.

VVad. An. 1210. n. 55.

Matth. 8. 8.

Alb. Magn. ibid.

Christi humiliationem per reciprocos actus humilitatis rependere debent communicantes.

6. Hæc autem humilitas, à Christo in hoc sacramento tam evidenter nobis exhibita, vicissima à nobis, adidem sacramentum accedentibus, per reciprocos humilitatis actus debet rependi. Observandum porro est. Centurionem Christo non dixisse, quod servus ejus indignus esset, ad quem Christus personaliter accederet, quia utpote à Spir. S. interius illuminatus, sine dubio sciebat, tantum abesse ut paupertas, & humilitas servi, cum ab illius visitatione deterreret, ut potius eadem illa servi humilitas, præsentiæ & beneficentiæ suæ magnetis instar attractiva esset; nam ut S. Thomas ait: *manducat Dominum pauper servus & humilis*: & S. Cyprianus inquit: *Cum infirmis habitans non infirmatur, nec pauperum ministerio indigentur, pauperes quidem Spiritu ad hoc mysterium eligit & diligit Spir. S.* Potius igitur Centurio semetipsum præsentiâ Christi corporali indignum esse asserere voluit, utpote qui dives, multorum servorum Dominus, variorumq; subditorum gubernator erat; hanc autem sui indignitatem ideo præcipuè professus est, quia se in Christi gratiam & benevolentiam, quoad potuerat, infinuare volebat. Quo fine opportunum sciebat esse medium; si propriam indignitatem suâ ultro agnosceret. In cujus evidentiorem probationem observandum quod, tametsi domum & palatium conformiter ad dignitatem, quam in Capharnaum Galilææ metropoli, obtinebat, elegantissime exornatum haberet illud tamen non alio quam tecti nomine appellavit, dicens *non sum dignus, ut intres sub tectum meum*; probe namq; Salvatoris oculum ad paupertatem; non verò ad mundi fastum directum esse sciebat; unde Albertus Magn. ait: *Habitationem suam non vocat domum, sed tectum, quod solum est defendens ab incommodis aëris*; nimirum docere nos volens, quod, quantò erimus humiliores, tantò ad magnum hunc hospitem recipiendum digniores futuri simus.

S. Thom. S. Cypr. de cœna Dom.

Ann. Cist. tom. 3. An. 1193. c. 4. n. 55. Et B. Simonis ordinis Cistercienfis.

7. In annalibus Franciscanis de S. Bonaventura legitur, multos quidem veluti rem indignam censuisse, quod vir tantus, in doctrina, regimine, & sanctitate adeo conspicuus, humilibus & vilibus adhiberetur ministerijs; at verò historicus in eodem loco non sine mysterio immediatè subjungit: *Quinimmo, quod maxime mirandum est, tantâ præstitit humilitate, ut cum diu aliquando adhuc junior se indignum putarit sanctissimo Christi corpore, dignus ideo fuerit, qui id Angelo ministrante susceperit.* In annalibus Cistercienfibus de B. Simone converso, Alnensi, legimus, quod dum die quadam ad communionem sumendam accessisset, sacerdos verò sacram hostiam inadvertenter in terram cadere permisisset, servus Dei illam levare volens, Deum ferventer rogarit, ut illam eo usque in terra jacentem relinqueret, donec præmissâ oratione ad illam contingendam se dignum fecisset; cumque in illa tam ferventi oratione, in humilitatis suæ abyssum se dimisisset, *Christus verò ab ejus ore refugisset, inter lachrymas, & singultus perturbatur; eum ecce mirum dictu, hostia exiliens ad os orantis, forsan evolavit, atque ipsum ingressa, pacatum sibi Deum, manifestissimum fecit.* Quæ vocatio quidem est, quod Salvator Centurionis domum personaliter ingressus non fuerit; Attamen ob humilitatis

VVad. An. 1245. n. 6. Humilitas S. Bonav. circa S. Communionem.

Humilitas Centurio-

nis expenditur & communicaturis applicatur.

humilitatis ipsius merita, optata servi sanitas eò advolavit, adimplevitq; quidquid à Salvatore petierat: scilicet, *dic tantum verbo, & sanabitur puer meus.* Unde S. Ambrosius ait: *Contradicente Centurione non pergit ad domum Dominus, sed pergit Domum medicina.* S. Gregorius verba illa (*repleti prius pro panibus se locaverunt, & famelici saturati sunt*) exponens, inquit; *quia sancti viri, humilitatis arte præditi, dum de se alta non sentiunt, alia virtutum dona promerentur.* D. Chrysologus ipsum confirmat, dicens: *Tectum suum Christus vetat intrare, quem totum videt intra tectum sui corporis manere.* S. Augustinus similiter considerat, Centurionem per hunc humilitatis actum, quo se indignum judicavit, in cujus domum Christus descenderet, dignum se reddidisse, qui reciperet non jam in suam materialem, sed in cor suum, Filium Dei; unde ait: *Non in cujus parietes, sed in cujus cor Christus intraret, dignus factus est, neque hoc diceret cum tanta fide & humilitate, nisi cum illum, quem timebat intrare domum suam, corde gestaret; nam non erat magna felicitas, si Dominus Jesus intraret in ejus parietes, & non esset in pectore ejus.* S. Cæsareus Arelatensis in homilia quadam; hoc totum sequenti similitudine declarat, dicens: *Sicut de fonte terreno & corporali fluvio non potest aliquis bibere, si se noluerit inclinare, ita & de vivo fonte Christi nemo aquam vivam haurire poterit, nisi se humiliter inclinare voluerit.* Quod ipsum Salmeron exemplo Sanctissimæ Virginis & Matris Dei confirmat, quæ in profundum humilitatis centrum descendens, dicendo: *Ecce ancilla Domini,* æternum Patris verbum concepit & carne vestivit: *Ita qui ad hanc mensam invitati sunt, humilia debent de seipsis sentire, & quæ sentiunt, ore testari, dicentes: Domine non sum dignus &c.* Id quod sequenti similitudine declarat, sicut enim rami arboris alicujus, quantò sunt onustiores fructibus, tantò vehementiori pondere ad terram inclinant; econtra verò sursum eriguntur, quando fructuum sunt expertes, *ita animus Dei donis destitutus, superbit magis, efferturque inaniter, qui verò divinis muneribus repletus est, dejicitur atque demittitur, vel ex eo, quod ante oculos habet à Christo humiliato, & in formam servi exinanito, insigne humilitatis argumentum.* S. Cæsareus Arelat. aliam adducit similitudinem, inquiens: *Nostis fratres, quia pluvia, si montem nimis erectum invenerit, citò in vallem decurrit, & ideo se ad accipiendam benedictionem humiliter inclinantes, quasi in valles faciunt, ipsi pluviam Divinæ benedictionis accipiunt, & impletur in eis illud, quod scriptum est; omnis vallis implebitur.*

Sal. t. 9. tr. 40.
Luc. 1. 38.
S. Cæs. Arel. ibid.

B. V. humilitas in conceptione filij Dei.
Luc. 1. v. 39.

9. Sanctissima Deipara, mox ut filium suum, quem in sacramento degustamus, carne humana vestierat, ascendit in montana Judææ; *abijt in montana cum festinatione*; nec tamen montes illi, abundantes gratiarum illius aquas coercere poterant, quin in Elisabetham & filium ejus dimanarent postquam enim illa vallem se humilem fecit, dicendo: *Unde hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me, repleta est Spir. S.* Idem ergo quælibet anima dicat oportet, dum ad communionem accedit; *Unde hoc mihi, ut veniat Dominus meus ad me?* & cum Chananæa dicere debet: *Catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensis Dominorum suorum*, nam in proportione ad Angelos, canem se esse censere debet. De. Mephiboseth dicitur, quod *corruit in faciem suam & adoravit.* Davidem scilicet, sed quandonam hunc obsequij & cultus actum Davidi exhibuit: Tunc videlicet, quando illum ibi dicentem audivit; *tu comedas Panem in mensa mea semper*; cui ipse tunc protinus respondit: *Quis ego sum servus tuus, quia respexisti super canem mortuum, & similem mei?* Eodem modo, quando verus David hunc Panem Eucharisticum nobis manducandum proponit, nosque ad illum adorandum accedimus, dicere meritò deberemus, *verè Panis filiorum non mittendus canibus*; verè enim Panis ille Angelorum Panis est; *Ecce Panis Angelorum*, nos autem veluti canes fumus in comparatione ipsorum, ideoque Pane hoc indigni sumus: *Quis sum ego &c.* demum verò ad mensam Eucharisticam accedentes, dicere possumus cum sapiente illa muliere Cananæa: *Etiam Domine, nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa Dominorum suorum.* Unde S. Ambrosius ait: *O uberes micæ, quæ repellitis jejunium sempiternum, quæ colligentem pauperem æternis expletis alimentis.*

Ibid. v. 43.

Humiliatio Chananææ.
Matth. 15. v. 27.

Et Mephiboseth.
2. Reg. 9. 6.

Ibid. v. 7.

Matth. 15. 27.
S. Ambr. in Luc.

DISCURSUS XXXVI.

ARGUMENTUM.

De correspondentia & proportione, sacramentum hoc inter & Passionem Christi, cujus illud exstitit fructus; ac proinde ut Eucharistiam cum fructu participemus, Passionem meditemur oportet.

THEMA.

Quotiescumque enim manducabitis Panem hunc & Calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis. 1. Corinth 11. v. 26.

Celebraturi, & communicaturi meditentur dominicam passionem.

1. POstquam Salvator noster, ut S. Lucas refert, corpus suum in ultima cœna consecrasset, suisque Apostolis distribuisset, simul etiam ijsdem præcepit, ut mysterium hoc in Passionis suæ memoriam celebrarent, dicens: *Hoc est Corpus meum, quod pro vobis datur, hoc facite in meam commemorationem.* Idipsum quoque S. Paulus Corinthijs, nec non universæ Ecclesiæ insinuat, in verbis thematis adductis: *Quotiescumque manducabitis &c. mortem Domini annunciabitis.* Unde S. Bernardus in Sermone de Cœna Domini, eos, qui ad hanc mensam frequentandam pigri sunt, perstringens, ait: *Quid facis O homo indigne? Quid facis O homo ingrate? adora devotius, & recole frequentius in sacramento altaris salutem mundi, pro te passam vitam, pro te mortuam.* S. Bernardinus verba illa: *Hoc facite in meam commemorationem*, expliçans ait: *Hoc est meæ Passionis repræsentationem; ad hoc, istud sacramentum conficitur, ut ex frequentatione ipsius, intuentes quotidie Christi sanguinem effusum, sic de Christo passo nostra memoria repleatur, quod nostro semper fixus sit in corde, qui semel pro nobis fixus fuit in cruce.* Rupertus Abbas sacramentum Eucharistiæ & Passionem Christi, talem inter se connexionem habere arbitratur, ut utraque simul conjuncta deputata esse videantur, veluti basis, cui sublime Ecclesiæ ædificium innititur; unde ait: *Aufert à cœtu Ecclesiæ quotidianas Salvatoris nostri hujusmodi exequias, & vide, quam meritò dicat ipse Salvator; quæ utilitas in sanguine meo; refrigescente enim ea, quæ hoc modo nunc ubique calet ejus memoria, refrigescet universa charitas, muta erit fides, claudicabit spes; contescet magnus ille clamor sanguinis justi Abel.* Ecclesia quoque in oratione secreta Dominicæ nonæ Post Pentecosten, dicit: *Quoties hujus hostiæ commemoratio celebratur, opus nostræ redemptionis exercetur.* Nec desunt in antiquo testamento variæ hujus unionis figuræ & prædictiones propheticæ, prout in sequentibus videmus.

S. Bern. S. Bern. serm. 54. a. 1. c. 2. Rup. Abb. l. 2. de divi. offi. c. 10. Magna cœnæ xio S. Eucharistiæ & Dominicæ passionis.

Hebr. 11. v. 4. Hostia Abelis Deo magis placuit, quam Cain, & quare. Gen. 4. v. 2. & 3.

2. Apostolus in Epistola ad Hebræos de oblatione Abel, inquit: *Fide plurimam hostiam Abel, quam Cain, obtulit Deo.* Scire autem percuperem, quænam fuerit prærogativa illa qua oblatio Abel, fratris sui excesit oblationem? Scriptura ait: *Fuit Abel Pastor ovium, & Cain Agricola; Factum est autem post multos dies, ut offerret Cain de fructibus terræ;* cū igitur verisimile sit, Cain spicas obtulisse frumenti, siquidem hæ inter substantiosiores terræ fructus computantur, meritò quærendum venit, cur hæ non æquè acceptæ fuerint, quam agni ab Abel oblati? Respondeo igitur, quod, licet tam frumentum quam agnus, sacramenti hujus sacrificium incruentum figurarint, quod *in plenitudine temporum* instituendum erat, attamen agnus Abelis Eucharistiam expressius & vivacius repræsentabat utpote quæ sub utraq; specie instituenda erat. Rupertus Abbas; in primis quidem dicit, quod *cultu, vel Religione parem uterque obtulit hostiam*; postea tamen Discursum suum prosequens, prærogativam ostendit, ob quam oblatio Abelis fratris oblationem excellit: *Primas*, inquit, *unigeniti Filij Dei testis Abel, voluntarium Deo de primogenitis gregis sui sacrificium obtulit, in fide Passionis ejusdem unici & dilecti Filij Dei, quem tali sacrificio præsignari condecuit.* q. d, Deus majori cum benignitate hanc Abelis oblationem respexit, quia præterquam quod figura fuerat agni Eucharistici, simul tamen etiam sacrificij cruenti Passionis suæ symbolum exstitit. Revocandum est hic in memoriam, quod, quando emissi exploratores ingentem illum uvæ botrum in vecte suspensum attulerunt, Scriptura de illis dicat: *Pergentesque usque ad torrentem botri, absciderunt palmitem cum uva sua, quem portaverant in vecte duo viri*, ut nimirum, quænam esset terræ promissionis fœcunditas, demonstrarent, ingentem quemdam uvæ botrum attulerunt, ex ligno suspensum clarum

Rup. Abb. l. 4. in Gen. c. 2.

Botrus uvæ exploratorum figuravit Christum in cruce suspensum. Num. 13. v. 24.

Cant. 1. v. 13.

rum Christi in patibulo suspensi symbolum, de quo Sponsa in sacris Canticis ait: *botrus Cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi.* Ex hoc autem botro, in Calvariæ torculari expresso, copiosius ille emanavit sanguis, quo in Eucharistia potamur; Unde Honorius Augustodinensis ait: *uva in prælo duobus lignis expressa, in vinum liquatur, & Christus duobus lignis crucis pressus, sanguis ejus in potum fidelibus fundebatur.*

Hon. Aug. l. de antiq. miss. rit. c. 33.

3. Inter alios ritus, pro oblationibus antiquæ legis præscriptos, unus hic fuit: *se oblatio tua fuerit de sartagine ... Dividesque eam minutatim*; cujus mysterium Hesychius Hierosolymitanus ad propositum nostrum his verbis declarat: *sacrificium de sartagine dispensationem Passionis appellat unigeniti; crucem assimilari sartagini propterea judicans, quia sartago in tantum est fortis, ut superposita igni, ipsa quidem non consumatur, nec aliquam corruptionem justineat; aut imminutionem, superpositos autem cibos, mox ut ignem tetigerant, velut duriores fuerint, non longo intervallo aptos esui reddit. Sic & Christi crux, fortis tantam fuit, ut omnem creaturam subjiceret crucifixo, carnem autem ejus, quæ ad commedendum inepta erat ante Passionem (quis enim comedere cupiebat carnem Dei?) aptam cibo post passionem fecit, se enim non fuisset crucifixus, sacrificium corporis ejus minimè comederemus.*

Levit. 2. v. 5. Hes. Jer. l. 2. in Lev. c. 2. Ibid. v. 6. Quid designet oblatio de sartagine.

Jer. 11. v. 19. Panis Eucharisticus, conjungendus est ligno crucis.

4. Apud Jeremiam impij nonnulli dicunt: *mittamus lignum in Panem ejus & eradamus eum de terra.* At vero quisnam umquam lignum Pani commisceri audivit? Panis quidem lignis mediantibus coquitur & comparatur, numquam vero illi commiscetur; haud dubie igitur in spiritu locuti sunt Prophetico ad cœlestem hunc Panem alludentes, quia postquam Christus in ultima cœna sacratissimum Corpus suum consecrasset, & transubstantiasset, Judæi panem hunc sine dilatione in crucis lignum confixerunt, ut necem ei inferrent. Unde Interlinearis inquit: *mittamus lignum crucis in corpus Salvatoris, qui est Panis, qui de cœlo descendit.* Eodem modo Theodoretus hunc textum exponit, inquiens: *istud omnino non concenit Prophetæ, qui enim fieri potuit ut lignum immitteretur in Panem, at Christo Domino sermo Prophetæ vel maxime quadrat, nam suum ipsius corpus panem appellavit;* [*Panis, inquit, quem ego dabo, caro mea est,*] *quam ego dabo* [*pro mundi vita;*] *Panem hunc ligno confixerunt, qui patibant se memoriam illius exturbaturos.* Hugo Cardin. optimè observat, illos non dixisse: *mittamus Panem in lignum, sed lignum in panem ejus, ad innuendum, quod majorem habebat potentiam ille Panis super lignum, quam lignum super panem;* Porro lignum istud ab hoc Pane honoratum fuit, & vicissim lignum hunc panem meliorem effecit cum hac tamen differentia, quod, dum illi mortem inferre machinabantur, effectum operati fuerint omnino contrarium, quia postquam hic Panis in ligno suspensus fuit, de illo dicitur: *dat vitam mundo*, & ideo vocatur *Panis vivus & vitalis.*

Interlin. Theodor. Ibid. Joan. 6. v. 52. Hug. Card. Ibid.

Joan. 6. v. 33.

5. Agnus Paschalis, Eucharistiæ figura, diversos nobis suppeditat ritus, qui clarè nobis exhibent analogiam, quæ corpus Christi inter & passionem ejus intercedit. Et in primis quidem Deus voluit, ipsum comedi assatum; *tantum assum igni*, quam Cæremoniam S. Justinus Martyr considerans, his verbis ejusdem exponit mysterium: *Agnus ille, quem assum jussu Dei esse oportebat, passionis supplicijque crucis, cui Christus affigendus erat, fuit significatio. Igni enim, qui assus redditur, carnes, tum ut ita dicam, assantur, speciem crucis præferunt; unum enim rectum veru ab infimis partibus ad caput pervenit, unumque versus quod per dorsum pertinet, cui pedes conjunguntur.* Iterum agnus ille cum lactucis sylvestribus manducandus erat: *Edent carnes assas igni, cum lactucis agrestibus.* De quibus ita sylva allegoriarum sermocinatur: *Lactucæ agrestes, quæ in Festo azymorum comedebantur, Hebraicè significatur amarus vel acris sapor, qui appetitum disponit, ut videlicet agnus, qui est Christus, comedatur cum affectu & appetitu, possint autem significare lactum pœnitentiæ, violentiam jejunij, laborem orationis, patientiam in adversis.* Principaliter autem dictæ lactucæ amaritudinem designabant passionis Christi, ideoque agni hujus Eucharistici saporem indicare volens idem Salvator, hoc ipsum condimento præparari jubet; *Quotiescumque manducabitis panem, &c.* Iterum agnus paschalis cum baculo in manu edendus erat: *Tenentes baculos in manibus*; baculus ille crucem designabat Redemptoris. Unde S. Augustinum illum Geneseos textum: *In baculo meo transivi Jordanem istum*, interpretans ait: *Jacob ad accipiendam uxorem exhibuit baculum; & Christus ad redimendam Ecclesiam suam, detulit crucis lignum.*

Exod. 12. v. 9. Agnus paschalis assus igne, designabat Corpus Christi. S. Just. Mart. in dial. con. Typh.

Exod. 12. v. 8. Sylv. allego. ve. lactuc.

Lactucæ agrestes designabant, amaritudinem passionis ejus.

1. Cor. 11. v. 26. Exod. 12. v. 11. Gen. 32. v. 10. S. Aug. serm. 79. de temp.

6. Psalmista postquam dixisset: *Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt*, immediatè subjungit: *Parasti in conspectu meo mensam, adversus eos, qui tribulant me.* Quæ verba, ut probavimus supra, de mensa Eucharistica interpretantur, ecce igitur vobis, quanta crucem inter & Sacramentum, tot ante seculis prædicta, intercedat connexio; Unde S. Basilius ait: *Haud procul à scopo aberravit quis, si salutiferam crucem his nominibus insigniverit.* Iterum quod agni paschalis ritum concernit, præceptum fuit Israëlitis, ut ejus sanguine limina ria domuum conspergerent: *Aspergite ex eo superliminare, & utrumque postem.* Ubi Rupertus Abbas sequentem format discursum; *Qui sanguis super utrumque postem ponitur, quando non solum ore corporis, sed etiam ore cordis hauritur. In utroque enim postæ sanguis agni est positus, quando Sacramentum passionis illius ore ad Redemptionem sumitur, ad imitationem quoque in testamento cogitatur, nam qui sic Redemptoris sui sanguinem accipit, ut imitari passionem ejus nedum velit, solum in uno postæ sanguinem ponit.*

Psal. 22. v. 4. Ibid. v. 5. S. Basil. lib. Exod. 12. v. 22. Rup. Abb. l. 2. in c. 9. Exod.

7. Memorabilis pariter Sacramenti hujus figura circumfertur subcinericius S. Eliæ panis; qui S. Prophetæ, juxta beneplacitum suum, aperiebat, claudebatque cœlos; nihilominus corporali indigebat sustentatione, ideoq; per tres annos circa torrentem Carith à corvis nutritus fuit, qui ipsi mane & vesperi panes detulere & carnes, In Sarepta pariter pauxillum panis à paupere vidua, cui farinam multiplicavit, sibi subministrari fecit; Ast nullus omnino panis tantum ei contulit vigorem, quantum subcinericius ille, quem ei cœlitus detulit Angelus: quia ut sacer Textus ait: *Ambulavit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus usque ad montem Dei Horeb.* Circa quorum panum diversitatem, vos ego interrogo, cur ille panis singularem præ reliquis habuerit virtutem, siquidem omnes & singulos eadem subministravit infallibilis Dei providentia? Responderi potest, istum panem, cœlestis hujus typum extitisse. Unde Lyranus ait: *Comede sacram Eucharistiam.* Ast ego adjunxerim, dictum Prophetam pane illo sub junipero fruitum fuisse, dicente Scriptura, *projecitque se & obdormivit in umbra juniperi.* Dionysius autem Carthusianus inquit: *Per spinosam juniperam intelligitur crux Salvatoris*; quid igitur mirum, si panis ille sub talis arboris umbra manducatus, tantum edenti attulerit vigorem? Insuper sub cineribus, qui mortem designant, coctus erat; quoties autem ad sacram hanc mensam, passionis, mortisque Christi mysteria meditantes, accedimus, incredibilem inde anima nostra induit vigorem, unde & nobis communicantibus dicitur: *Quotiescumque manducabitis panem hunc ... mortem Domini annunciabitis.* Porro Hugo Cardinalis ad prædictam se reflectens, sub junipero comedentis, Eliæ circumstantiam, hunc moralem formatat discursum: *Dicitur, quod sub cinere juniperi conservetur fervor ignis per annum; & sub memoria mortis conservatur fervor Religionis.*

Panis subcinerei cujus Elias comedit sub Junipero, designabat Eucharistiam sumendam cum meditatione passionis Dominicæ. 3. Reg. 19. v. 8. Lyran. ib. 3. Reg. 19. v. 5. Dion. Carth. Ibid. Agell. lib. S. Bonav. ser. 4. in cœn. Christus conjunxit commemorationem passionis suæ institutioni SS. Eucharistiæ. Joan. 12. v. 24. Ibid. 25. S. August. in Ps. 100.

8. Psalmista eamdem nobis mensam in Spiritu exhibens, ait: *Edent pauperes & saturabuntur & ... reminiscentur*; qui textus admodum obscurus esse videtur, inquidem non dicitur, cujus sint objecti memores futuri. Agellius nihilominus textum hunc nostro docte accommodat proposito, dum ait: *Aptè autem post illam cibum, qui corda vivificat, dictum est, reminiscentur; cum illam escam, ut in suæ mortis commemorationem sumatur, Dominus instituerit.* Unde & S. Bonaventura in quodam sermone super ultimam cœnam, ita discurrit: *Præcipuè quotiescumque hunc panem manducamus, memoriam Dominicæ Passionis habere debemus. Bene autem memoria ejus passionis in sacrificio panis habetur, si ad memoriam reducitur, quomodo panis fiat de grano triturato, molâ contrito, in clibano cocto. Granum Christus est:* [*Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, Ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert;*] si namque panem hunc sumentes, mortem, passionemque imitemur, copiosissimum inde fructum hauriemus. Unde S. Augustinus ait: *Nos de cruce Domini pascimur, quia corpus ipsius manducamus.* Necessum est itaque ut si à pane illo pasci & impinguari velimus, amaræ adhibeamus passionis, mortisque meditationem, dicentes cum sponsa electa: *Messui myrrham meam cum aromatibus meis*, aromata autem & myrrha condiendo Christi cadaveri, quando post mortem tumulandum erat, deservierunt. Sed myrrhæ, id est, meditatæ passionis Christi sementem, fructumque ab eadem Dei sponsa discamus, dicente: *Comedi favum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo.* Septuaginta legunt: *Comedi panem meum;*

Cant. 5. v. 1. Ibid.

Syriaca vertit: *Suavitatem* S. autem Ambrosius *de ijs qui mysterijs initiantur, c. ult.* legendum putat: *Manducavi cibum meum.* Consideratione dignissima sunt illa S.Franconis Abbatis verba, dicentis: *Quem suavis gustus vini hujus demulcet, pressuram torculavris non recuset, ideo & aqua mysterio nostro miscetur, & si sacrificium acceptabile Deo offertur, quia tunc gratiam Deo passionis Christi hostiam immolamus, quando & ipsi passionibus ejus simul patiendo communicamus.*

Franc. Ab. t. 10. de grat. Dei.

Ruth. 2. 14. Panis Ruth intinctus in aceto, significat Eucharistiam sumendam commemorando simul passionem Christi.

9. Booz ad Ruth dixisse legitur: *Comede panem & intinge buccellam tuam in aceto*; Ubi Interlinearis per Ruth Ecclesiam intelligendam esse dicit, per Booz verò, Christum Glossa ordinaria interpretatur; Confilium verò à Christi fidelibus suis relictum fuit, ut simul cum pane corporis sui, passionis suæ acetum conjungerent; sic quoque in sacris Canticis sponsa, per quam anima electa denotatur, à capillis rubeis, purpuræ intinctis, prædicatur: *Comæ capitis tui, sicut purpura Regis, vincta canalibus*; Ubi juxta S.Gregorium per hasce comas, cogitationes & affectus nostri intelliguntur: *comæ capitis*, inquit, *sunt cogitationes mentis*; hæ autem comæ jungendæ sunt cum meditatione sanguinis effusi nostri Redemptoris. Quonam mysterio factum fuisse existimatis, quod Christus Sacramenti hujus institutionem ad ultimam usque vitæ suæ vesperam, post 33. annorum decursum distulerit: *In qua nocte tradebatur, accepit panem?* Rupertus Abbas dubium hoc movet: *Cur hoc? nisi quia non aliunde vivificum hoc mysterium, sed ipsa condebatur Domini passione?* Idcirco subinde ipse Apostolus dicit: *quotiescumque manducabitis panem hunc, & calicem Domini bibetis, mortem Domini annunciabitis.* Qui idem Author illa Exodi verba, ubi de sanguine agni agitur (*aspergite ex eo superliminare*) sequenti ampliat Commentario: *qui etiam in superliminaribus domorum ponendus est, quid enim spiritualiter domos, nisi mentes nostras accipimus, in quibus per cognitionem habitamus? cujus domus superliminare, est ipsa intentio, quæ præeminet actioni; qui igitur intentionem cogitationis suæ, ad imitationem Dominicæ passionis dirigit, in superliminari domus, agni sanguinem ponit.*

Rup. Abb. l. 3. Sap. c. 18. 1. Cor. 11. v. 26.

Exod. 12. v. 22. Luc. 2. in Exod. c. 9.

10. Si ad Ecclesiæ ritus & ceremonias nos reflectere velimus, eamdem quoque Sacramentum & passionem inter, manifestè relucere unionem advertemus. Et in primis quidem rubrica præcipit Ecclesiastica, ne Eucharistia ullibi locetur sine cruce aut crucifixo. Iterum hostiæ juxta usum antiquum, aut nominis Jesu, aut crucis, aut Crucifixi effigiem representant; unde & Apostolus ait: *Calix benedictionis, cui benedicimus*; & in Canone dicitur: *benedixit, deditque discipulis suis.* Quod autem mysterium subesse creditis, quòd Christus ante consecrationem, panem, vinumque benedixerit; nisi ut per benedictionem, quæ crucis formam habet, nos instrueret, tam corpus, quàm sanguinem, passionis mortisque ejus fructus esse; ideoque subjungit Apostolus: *hæc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis.* Unde etiam antiquitus, ut S.Joan. Damasc. tradit, fideles communicaturi, in formam crucis manus super pectus componebant: *manibus in crucis formam compositis Crucifixi corpus suscipiamus*, inquit dictus Sanctus.

Multi sumunt S. Eucharistiam sine fructu, sed sua culpa.

S. Eucharistia semper adjunctam habet crucem.

1. Cor. 10. v. 16.

S. Joan. Dam. l. 9. de fide orig. c. 14.

S. Cyprian. de Cœn. Dom.

DISCURSUS XXXVII.
ARGUMENTUM.

Multi Sacramentum, sed culpa sua, non virtutem ejus sumunt & gratiam; ideoque indignis cibus est mortis, dignis autem panis vitæ.

THEMA.

Mors est malis, vita bonis; vide, paris sumptionis, quàm sit dispar exitus.

1. HÆc Doctoris Angelici verba, maximi continent momenti veritatem, quòd scilicet, quantumvis omnes ad mensam Eucharisticam accedentes, panem sumant Angelorum; illi nihilominus, qui indignè ipsi appropinquant, nec gratiâ, nec virtutem percipiant Sacramenti, quemadmodum & multi alij sacri Doctores observarunt. Et in primis quidem S.Cyprianus inquit: *Quamvis ab indignis se sumi, vel contingi Sacramenta permittant, non possunt tamen esse Spiritus participes, quorum infidelitas & indignitas tantæ rectitudini contradicit.* Tales equidem totam Sacrosanctam hostiam ore excipiunt, aut eamdem cum animæ cordisque fructu non deglutiunt, quemadmodum illi, qui corde puro cibum hunc manducant. S.quoque Bonav. eamdem veritatem inculcare nititur, dum ait; *à talibus sumitur Sacramentum, non res Sacramenti, id est, Christi gratia & unitas charitatis ejus, comeditur gustu, sed non reficit Spiritum, vadit ad ventrem, sed non reficit mentem.* Ipsa experientia teste, multi Sacerdotes quotidie celebrantes, aliqui sæculares sæpè per septimanam communicantes, cibumque hunc, qui *pinguis panis* dicitur, infeliciter extenuantur, marcescunt, & sine Spiritu & devotione aridi, inque vitia procliviores existunt in singulos dies; sed undenam hoc promanare creditis? respondet S.Gregorius: *comedunt, & saturari non possunt quia ea si Sacramentum ore percipiant, virtute Sacramenti nequaquam replentur; à virtute ergo illa Sacramenti ideo jejunant, quia prius repleti fuerant; saltuis quippe fructum non percipiunt in comestione salutaris hostiæ, quia ea, quibus se repleverant, flagitia portant in mente; non saturantur nisi famelici quia à vitijs perfectè jejunantes, divina Sacramenta percipiunt in plenitudine virtutis.* Id quod & S.Gregorius pariter docet, dum illa interpretatur in libris Regum contenta verba: *repleti prius pro panibus se locaverunt, & famelici saturati sunt.*

S. Bonav. t. 7. de prep. ad miss. c. 4.

S. Greg. in 1. Reg. c. 1. l. 2.

2. V. Beda idem stabilire volens argumentum, ad illa se convertit Salvatoris, Eucharistiam instituentis, verba: *qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in illo.* Quibus proinde consideratis, sequentem format discursum: *hoc est ergo manducare illam escam, & illum bibere potum, in Christo manere, & illum manentem in se habere, ac per hoc, qui non manet in Christo, & in quo non manet Christus, procul dubio, nec manducat spiritualiter ejus carnem, licet carnaliter, & visibiliter premat dentibus Sacramentum corporis, & sanguinis Christi.* Infelicibus hujusmodi exprobrari potest, id quod Archangelus Raphaël quondam Tobiæ dixit, videlicet: *videbar quidem vobiscum manducare & bibere*, siquidem juxta oculum humanum omnes quidem æqualiter ad convivium accedere videntur, verumtamen *paris sumptionis est dispar exitus*, ideoque observandum est, incarnatam Sapientiam, dum mensam hanc institueret, non dixisse: *quicumque manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domini indignè in me manebit, & ego in eo*; sed hoc dumtaxat de digne communicantibus intelligi voluit, siquidem Christus nullum cum impiis commercium habet, dicente Spiritu Sancto: *Sapientia ædificavit sibi domum,... miscuit vinum, proposuit mensam suam &c.* nihilominus juxta æternæ veritatis testimonium; *in malevolam animam non introibit Sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se.* Id quod & Apostolus, ni fallor, inferre voluit, dum ait: *exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.* Eucharistia namque idem est, quod *gratia*, hæc autem in vacuum & absque fructu recipitur, quando quis absque debita præparatione ad eam accedit.

Joan. 6. v. 57 V. Bed. ibid. Hoc Christus declaravit in verbis institutionis SS. Sacramenti.

Tob. 12. v. 19.

Prov. 9. v. 12.

Sap. 1. v. 4. Ibid. v. 5.

2. Cor. 6. v. 1.

3. Discursui huic peraccommodam historiam adducit Bollandus, quando de B.Ivetta, cui insignis quondam, nostroque favorabilis propositio, obtigit visio. Familiaris quædam illi puella in Festo nativitatis Christi ad Ecclesiam abierat sanctissimum receptura; pietate igitur peracta, domum redux, S.Virginem quam prius sanam, vultuque sereno hilarem deferuerat, languentem offendit in lecto, plurimumque mœstam; tantæ igitur mutationis causam interrogata S.Virgo, respondit; *causa mea hujus subitæ infirmitatis visio tristis est, quam mihi Dominus hodie revelavit. Vidi inter multos accedentes hodie pro reverentia diei, ex more ad communionem sanctam, dæmones cum gaudio uni personæ ad altare procedenti officiosissimè deservire, nam velut sponsam novam dextera lævaq; incedentem, eorum quidam subleva bant vestes, alij ante retroque colligebant, & supportabant; Pervenientem miseram sic ad communionem somendam, hostiam quidem in os ipsius mitti à sacerdote, Christum verò cœlum conscendere corporaliter aspexi.* Tanti autem excessus rea, culpabilisque ea ipsamet erat, cui Sancta visionem revelabat; quæ proinde in se reversa, pœnitens suum emendavit defectum qui fuerat hujusmodi: *Cum ad salutare mysterium accedens, assici timore debuisset à præsentia judicis, & pietate Redemptoris, devotionis ardore succendi magis in aspectu Clerici cujusdam, qui præsens in presbyterio cum alijs cantabat, delectabatur, afficiebatur que (prò dolor) placendi ejus desiderio, quam Christo, cui se probatam venebatur exhibere.* Qua occasione idem author differentiam, quæ inter dignè & indignè communicantes intercedit, insinuat verbis sequentibus: *Cogitandum siquidem omni accedenti ad illum cibum salutarem, qualis sit, quid accipiat, & ad quid. Qualis, quoniam si dignus ad illud, & Sacramenti veritatem sumit, & virtutem; qui manducat me, vivit propter me, si indignus, veritatem revera corporis & sanguinis Christi sumit, sed non virtutem, & quidem ad judicium. Quid à bonis, & malis indifferenter Christus corporaliter totus à singulis integerque sumitur sub specie transubstantiata? Et. Ad quid? ad vitam, vel ad mortem pro fide meritoque sumitur. Quod dicta persona sibi visa est recepisse hostiam, Christi corpus quasi habitaculum abominans immundum, Cælum ascendisse visum est. Factum credi potest ad meritum sumentis declarandum.*

Boll. t. 1. Ian. B. Ivett. c. 40. n. 105. pag. 882. Probatur mirabili visione & historia.

4. *Mors est malis, vita bonis.* Unus idemque panis in se ipso panis & cibus est vitæ, & nihilominus respectu aliquorum, mortis est instrumentum, non ob defectum suum sed illorum, qui indignè ipso vescuntur. Unde S. Paschasius inquit: *Ecce omnes indifferenter quàm sæpe Sacramenta altaris percipiunt? & percipiunt plenè, sed alius carnem Christi spiritualiter manducat, & sanguinem bibit, alius verò non, quamvis buccellam de manu Sacerdotis videatur percipere; & quid accipit, cum una sit consecratio, si corpus, & sanguinem Christi non accipit? Verè quia reus, accipit indignè, sicut Apostolus Paulus ait; judicium sibi manducat & bibit, non probans seipsum, nec dijudicans corpus Domini:* Idem ardebat fornacis Babylonicæ ignis foris & intrinsecus & nihilominus ab intra tamquam ros temperatissimus tres refrigeravit pueros, qui foris sacrilegos absumpsit ministros; ita quoque Deus noster, qui in hoc Sacramento *ignis consumens est*, Babylonios, id est, improbos, ad incendium condemnat infernale, *mors est malis*, ij verò, qui cum puerili bonæ conscientiæ innocentia ad panem hunc accedunt, cœlesti refocillantur rore, dicente S.Chrysostomo: *Non est sanguis Christi deterior Babylonio igne, ille sitt Sanctorum in camino honorare corpora, & Caldæos comburere, quanto magis sanguis ille pretiosissimus scit perdere incredulos & servare fideles?* Ideoque divinus quondam sponsus ad S. Birgittam dixisse scribitur: *Boni suscipiunt corpus meum, hoc quod crucifixum est, & ascendit in Cælum; quod præfigurabatur in manna, similiter & mali, sed boni ad consortationem majorem, mali verò ad majorem judicij justitiam, quia non timent indigni accedere ad tantam dignitatem.* Cui simile in hæc verba documentum tradit S. Joannes Damascenus. *Iis, qui Sacramentum illud per Sapientiam digne percipiunt, in peccatorum remissionem, & suam æternam, animique & corporis præsidium cedit; ijs contra, qui indignè suscipiunt, in pœnam ac supplicium.*

Dan. 3. v. 47. Ignis fornacis Babylonicæ designat operationem hujus sacramenti

D. Chrys. h. 2. de ern. & Lazr.

S. Joan. Dam. l. 5. ort. fid. c. 14.

Judas cum Apostolis hoc palcitur cibo, sed diverso effectu. Act. 1. v. 18.

5. In Cœnaculo Sion omnes Apostoli indifferenter commensales adhibiti sunt Salvatoris, siquidem *cibum turbæ duodenæ se dat suis manibus*; & nihilominus unus eorum intra breve tempus desperans, se suspendit strangulavitque in arbore: *suspensus crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera ejus.* Cautamne nostis tantæ diversitatis? si eam intelligere cupitis. D. Augustinum audite, dicentem: *Judas discipulus fuit, ut illi tandem, sed illi quidem dicebant Domino; ubi vis, paremus tibi manducare Pascha?* iste verò se ad tradendum Dominum præparabat. Cui per similem reflexionem B. Laurent. Justin. instituit, dum Judam à communi reliquorum mensa minimè repudiatum esse considerat, dicens: *quod mirabile est, suo non se denegat proditori, quem sciebat, jam adversùm se lavasse calcaneum, sitique Domini perditionem quærere, imo Petrus & Judas Cæli pascentur alimento, aliter tamen, nam ad meritum & profectum Petrus, proditor verò ad ruinam atque interitum; pro sumentium dispositione diversa etiam operatur effectus, quem enim reperit justum & mundum, amplius mundat atque sanctificat, quem autem sordescentem invenit & immundum, deteriorem facit.* Ideoque S. Bernardinus contra indignè communicantes stomachabundus; S. Hieronymi adducit authoritatem dicentis: *sicut corporalis cibus, cum ventrem invenit adversis humoribus occupatum, amplius ladit; ita & iste spiritualis cibus, si aliquem invenit malignitate pollutum, magis eum perdet, non sua natura, sed accipientis malitia.* Quam eamdem similitudinem in præcedentibus formavimus Discursibus, D. Chrysostomi secuti sententiam. B. quoque Laurentius Justin. postquam sacros, sed & sacrilegos altaris ministros reprehendisset, tandem Apostoli sententia usus, ita ad quoscumque alios, qui ad mensam hanc indispositi accedere præsumunt, tandem conversus, ita eos redarguit: *qui manducat, & bibit indignè, judicium sibi manducat & bibit. Malus namque bonum manducando, malè facit, non quia malum sit, manducare bonum sed quia malum est bonum non manducare bene. Res quidem sancta, sicut justis in adjutorium, ita injustis & peccatoribus vertitur in judicium. Solis lumen sanis oculis*

B. Laur. Justin. de casto conn. c. 24.

delectabile est, ægris verò odiosum; corpus Dominicum innocentibus salutis medicamentum, sceleratis autem animæ mors.

Maculatæ conscientiæ S. Eucharistia est venenum.

6. Mel equidem suave, gustosum & salutare in pluribus est medicamentis, modò præparatum fuerit, debiteque dispositum, stomachis autem infectis amarum, & propemodum venenosum. Recordabimini utique, quod in Discursu duodecimo sub mellis titulo, Eucharistiam representaverimus, quæ *mors est malis, & vita bonis*; venenum est, sed illi solùm, qui maculatam habet conscientiam; ideoque D. Chrysost. ait: *mel natura dulcedinem habet, atque eamdem jucundissimam, sed ægrotis amaram quid? & illibitum est? non propria, sed illorum ægritudinis natura.* De quo proinde pane & Doctor Angelicus ait: *panis vivus & vitalis*, verumtamen de eodem quoque afferere non dubitat: *mors est*; sed quibus? *malis* Ægrotis amarum, non propria, sed illorum, &c. Manna Eucharistiæ typum fastidiebant multi, dicentes: *nauseat anima nostra super cibo isto leviss imo*, & nihilominus S. Spiritu attestante, omnes imaginabiles in se continebat sapores, sed observetis velim, quod alio in loco idem veritatis Spiritus de eodem dicit; scilicet: *sulstantia enim tua, dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebat.* Illi namque soli, qui divinam possidebant affiliationem, Deoque grati existebant, ejusdem participant sapores, non verò reliqui, qui stomachum farina Ægyptiaca plenum circumferebant. Unde Abulensis: *iste sapor in pœnam videbatur malus: malis, ut displiceret, & magis videretur eis sapor aliorum, porrorum, cæparumque atque peponum appetendus.* Cui propositio illa S. Anselmi favet sententia, dicentis: *Manna illud patres incredulorum Judæorum in Sacramentum Domini corporis manducaverunt & mortui sunt; non quia manna malum erat, sed quia malè manducaverunt.*

Abul. q. 13. in Exod.

S. Anf. de fol. cr. alt. c. 11.

7. Gravem in præsenti difficultatem movet Origenes, in hunc sensum: Abraham quondam tribus Angelis, trium divinarum personarum figurativis, convivium præparavit in Mambre, quapropter in recompensam Isaaci accepit promissionem præter benedictiones immensas, super ejus progeniem, ex qua Dei Filius incarnandus erat, descensurus. *Mensa autem illa*, ut Damascenus sustinet, *mysticam hanc adumbrat.* Loth pariter eosdem Angelos hospitio excepisse novimus, & nihilominus tam abundantem hospitij non tulit mercedem, quin potius in incendio illo omnes suas amisit divitias, simul & uxorem, in statuam salis conversam, & tandem cum filiabus ab exterminio ereptus in barathrum corruit incestuositatis; quid ad hæc respondebimus, inquit Origenes: *Abraham panes ex simila apposuisse describitur, Loth verò eò quòd non habuit similam, ex farina panes hospitibus apposuit.* Panis igitur Abrahæ, qui Eucharistiam præfigurabat, ex flore farinæ factus fuit mundissimus, at verò panis Loth ex farina fuit præparatus, in quo ut plurimum aliquid siliquarum intermiscetur, atque ideò si ad hoc Sacramentum cum aliqua culpa gravi accesserimus, quantumvis hæc unica dumtaxat foret, v.g. unicum odij desiderium, unicus lasciviæ aut avaritiæ actus, vel minima pentapolis farina sufficit, ut communionem nobis in ruinæ convertat instrumentum, unde S. Chrysostomus ait: *sicut magnum est & admirabile, ita si purè accesseris, ad salutem accessisti, sin prava conscientia, ad pœnam & supplicium.*

Orig. h. 13. in Lev. Differentia inter panem quem Abraham & Loth apposuerunt Angelis.

D. Chrysost. hom. 43. in Joan. Ratio quare pincerna Ægypti salvatus, & pistor suspensus fuerit.

8. Uno eodemque tempore, Regis Ægypti in carcere squalebant condemnati pincerna & pistor, qui ambo gratia exciderant Regis, & nihilominus alter eorum, ut Joseph prædixerat, in gratiam Regis receptus fuit, alter verò patibulo affixus, periit, quæ tantæ differentiæ ratio assignari poterit? ecce vobis mysterij enodationem; pincerna vinum habebat purum, pistor autem farinam diversis permixtam cibis, dum sibi portare videbatur. *Et in uno canistro ... omnes cibos, qui fiunt arte pistoria.* Ita quoque Eucharisticus hic panis, ex flore farinæ constet necessum est, nulli alteri permixtus materiæ. Si enim secus disposita fuerit, nequaquam apta erit consecrationis materia, imò nec dubia quidem. Et idem quoque de vino instituendus est discursus. Atque ita secus faciens cum pistore illo infelici *judicium sibi manducat*, panem comedens, qui *mors est malis.* Lyranus autumat, Regem in dicto pane exilem aliquem reperisse lapillum, de cujus opinionis veritate quidquid sit, certissimum est, quòd affectus inordinatus communioni admixtus sufficiens sit, ut nos in æternum adigat præcipitium.

Gen. 40. v. 19. Applicatio ad S. Eucharistiam.

9. Widichindus, ut annales perhibent Ecclesiastici, aliquando in die Paschatis, ipso Communionis tempore degens, vidit, quemcumque communicantem à

Bar. an. 785. n. 50.

Historia, qua supradicta confirmantur.

Sacerdote pulcherrimum recipere infantulum, qui cum aliquibus ludens, ultro citroque os eorum ingredi properabat, alios verò fugiens, suum avertebat vultum. Quia nimirum certissimum est, quòd *panis hic vitalis*, sicut est *vita bonis*, ita quoque sit *mors malis*. Quo fortè respicere voluit Dominus, in Eucharistici hujus panis figuris, in panibus inquam propositionis, de quibus dicitur, *pones super mensam panes propositionis*; Ubi Aquila & Arias legunt: *panes facierum*. Qui loquendi modus extravagans videtur; numquid enim panes illi, plures habebant facies? *quæ est hæc mensa*, interrogat Rupertus Abbas, *nisi corporis & sanguinis Domini?* quid igitur mirum, si panis hic plures describatur habere facies, fiquidem unus & idem *mors est malis, vita bonis*; quapropter *vide, paris sumptionis quam sit dispar exitus.* Quam pariter differentiam Regius Psalmista insinuat, dum ait: *Lætificabis eum ... cum vultu tuo* (ecce præmium dignè communicantium) *vultus autem Domini super facientes mala*: *ut perdat de terra memoriam eorum.* Ecce vobis indignè communicantium supplicium.

Exod. 25. v. 30. Aquila. Arias. Rup. Abb. l. 4. in Exod. c. 7.

Psal. 20. v. 7. Psal. 33. v. 17.

DISCURSUS XXXVIII.
ARGUMENTUM.

Panem hunc ab alijs cibis non secernens, indigneque sumens, suam deglutit damnationem, Christumque sumit judicem, sibi soli & non Christo nocens.

THEMA.

Qui manducat & bibit indignè, judicium sibi manducat & bibit, non dijudicans Corpus Domini. 1. Cor. 11. v. 29.

D. Thom. 3. p. 9. 8. a. 5. ad 3.

1. RAtio, cur indignè ad Eucharistiam accedamus, & consequenter divini judicij severitati subjiciamur, à S. Thoma hæc esse dicitur, quia *non dijudicamus corpus Domini*, id est, non satis apprehendimus gravem offensam, qua sanctissimum corpus Christi in hoc Sacramento vilipenditur, & injuria afficitur. Nam ut idem Angelicus Doctor ait: *fidelis, qui cum conscientia peccati sumit, contemnit hoc Sacramentum, non in se ipso, sed tamquam ad usum indignè accipiens; unde Apostolus* 1. Corinth. 11. *assignans rationem hujus peccati, dixit:* [*Non dijudicans corpus Domini,*] *id est, non discernens ipsum ab alijs cibis.* S. Augustinus pariter observat: hanc ab Apostolo Corinthijs factam reprehensionem, multorum perstrinxisse temeritatem, qui ad sacram communionem accedentes, illam à communi refectione nequaquam discernunt: *recordamini*, inquit, *unde sit scriptum, [quicumq; manducaverit panem hunc vel biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis &c.] & de his erat sermo, cum hæc Apostolus diceret, qui Domini corpus velut alium cibum quemlibet indiscretè negligenterque sumebant*; unde idem S. Doctor hoc formal argumentum: *Si ergo hic corripitur, qui non dijudicat, hoc est, non discernit à reliquis cibis corpus Domini, quomodo non damnatur, qui ad ejus mensam fingens amicum, accedit inimicus?* Porro ut hi, qui cum exigua, vel prorsus nulla præparatione hoc Sacramentum frequentant, se emendando in se ipsos revertantur, necesse est, ut verba illa Philonis Carpatij seria mente considerent, dicentis: *ea rerum divinarum humanarumque natura, ut, quæ pro sua dignitate & excellentia optima esse debent ac summa, eadem mutato ordine pessima fiant, atque infirma: Licet videre quosdam ex hoc sacratissimo convivio fieri quotidie praviores & ob id solum ad gehennam properare miserrimos, quod ad tale ac tantum, tamque ineffabile & cæleste convivium Angelorum choris optabile, immendo corde atque sordidato audaliter accedere; & insolentissimè devorare præsumant.* Porro cibus, qui non masticando, nec in ore revolutus devoratur, languidi stomachi digestioni perniciosus potius est quam proficuus, idem pariter est multorum defectus, qui maculata conscientia, huic mensæ frequenter accumbentes, gravitatem injuriæ, quam sacræ Communioni inferunt, mente non revolvunt nec ruminant. Eadem quam S. Bonav. contra sacerdotes indignos instituit, querimonia, illos quoque jure merito concernit, qui ad sacrum hoc convivium indispositi accedunt; dicit enim Seraphicus Doctor: *heu quot hodie sacerdotes miseri, & suæ salutis improvidi, qui Corpus Christi in altari velut carnes pecudem manducant, & involuti, & contaminati abominationibus, de quibus fas non est dicere, scelcratis manibus & pollutis labijs contingere non verentur, & osculari filium Dei, & Mariæ virginis Unigenitum.* Quam utiq; erga sanctissimum Sacramentum reverentiam, & devotionem Seraphicus hic Doctor à magno suo Patriarcha Francisco didicerat, qui in quadam epistola ita scribit: *despicit homo pollutus, & conculcat agnum Dei, quoniam sicut dicit Apostolus, non dijudicans & discernens sanctum panem Christum ab alijs cibarijs, vel operibus indignis, indignus manducat, cum Dominus per Prophetam dicat: maledictus homo, qui opus Dei faciat negligenter vel fraudulenter. Audite fratres mei, si B. Virgo Maria honoratur (ut dignum est) quia ipsum portavit in sanctissimo utero suo, si B. Joannes Baptista contremuit, & non audebat tangere Domini verticem; si sepulchrum, in quo per aliquod tempus jacuit, sic veneratur, quantum debet esse sanctus & dignus, qui non jam moriturum, sed in æternum victurum & glorificaturum, in quem desiderant Angeli prospicere, contrectat manibus, corde & ore sumit, & alijs ad sumendum præbet?* Hæc autem omnia, quæ S. Patriarcha de ministris altaris dicit, magna quoque ex parte iis adaptari possunt, qui hunc panem cœlestem indignè participant, ut deinceps excellentiorem tanti Sacramenti conceptum & æstimationem formantes, ad illud dignius accedant. S. Antonius de Padua illa S. Petri verba (*exi à me Domine, quia homo peccator sum*) considerans; his verbis nobis improperat: *ubi nunc qui ex impenso sibi beneficio timet aggravari, ut timuit Petrus? sed nos multorum conscij criminum ad divinæ Majestatis præsentiam irreverenter accedimus, nec timemus. Ibi quidem divinæ est etiam Majestatis præsentia, ubi est corpus Christi, Angelorum gloria, ubi Ecclesiæ sunt Sacramenta.*

Opusc. S. Franc. t. 1. ep. 12. Exhortatio S. Francisci ad sacerdotes.

Luc. 5. v. 8. S. Ant. de Pad. in D. 5. Trin.

2. In libro Numerorum cap. 13. de Exploratoribus, ad terram promissionis emissis, dicitur: *pergentes usque ad torrentem botri, abscideruntpalmitem cum uva sua, quem portaverunt in vecte duo viri.* Hi autem duo populum representabant Hebræum & populum gentilem, postea Christianum factum; botrus vero uvæ ligno appensus Christi in patibulo suspensi symbolum erat. Unde S. Augustinus Ps. 8. ita scribit: *dictus est Dominus botrus uvæ, quem ligno suspensum de terra promissionis, qui præmissi erant à populo Israël, tamquam Crucifixum attulerant.* Idem quoque S. Doctor in quodam sermone hanc eamdem historiam iterum ponderans, ait: *exhibita est uva de terra promissionis, ipsa est, de qua legimus: lavabit in vino stolam suam. Hanc uvam duo deferunt inserto vecte pendentem; possunt isti duo etiam Christianum & Judaicum populum figurare, & quia prior fuit Judæorum, præcedit Judæus, sequitur Christianus.* Quod si verò duos hos pondus hoc in vecte portantes consideraveritis, invenietis, quòd primus, qui præcedit, alteri dorsum obvertat, secundus verò vultum & oculos, ad pondus quod portat, defixos habeat, cum è contra alter socius pondus post tergum portet; unde idem S. Augustinus ait: *Salutem suam, hic ante conspectum suum gerit, ille post dorsum, hic obsequium præfert, ille contemptum, amborum Dominus & Redemptor noster ab hoc adorante gestatur, ab illo se aversante suspenditur.* Verum enimvero quot sunt hodie Christiani, qui ad imitationem Judæorum huic botro uvæ dorsum obvertunt, id est, omnem fidem erga Eucharistiam amiserunt? quot sunt hæretici, hujus Sacramenti inimici? quot Catholici, qui licet in illam credant, nihilominus *non dijudicant corpus Domini*, id est, debitum illi obsequium præstare negligunt, accedentes ad illud cum modica, vel nulla prorsus præparatione, imò nonnumquam cum conscientia, culpa mortali coinquinata? peßimum profectò signum est, quando quis intellectum suum ad hoc Sacramentum non applicat. In enim in hoc ignorantiam & incapacitatem imitantur Hebræorum, qui primitus Christum de hoc Sacramento differentem audientes, ut S. Joannes refert, *litigabant ... ad invicem, dicentes: quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* & tametsi Sapientia incarnata panem hunc sacramentalem illis minutim frangendo, illos ad hoc credendum capaces reddere satageret, attamen inter se concluserunt, dicentes: *durus est hic sermo, & quis potest eum audire?* idem S. Joannes Christum Salvatorem nostrum dixisse refert: *sunt quidam ex vobis, qui non credunt; sciebat enim ab initio Jesus, qui essent non credentes, & quis traditurus esset eum; Ex hoc multi discipulorum ejus abierunt retro; & jam non cum illo ambulabant*; tunc Christus traditorem indicavit, dicens: *ex vobis unus diabolus est; Dicebat autem Judam Simonis Iscariotem, hic enim erat traditurus eum.* Ecce tibi præcipitia, in quæ labuntur illi, qui honorem & reverentiam, huic Sacramento debitam, non exhibent, hi enim dividuntur & separantur à Christo, eumque tradunt, pretiosissimum ejus sanguinem inimicis suis vendendo, quod nequaquam alijs discipulis contigit, qui suam erga Eucharistiam fidem & veneration probarunt, cum enim Christus illos interrogasset, *numquid & vos vultis abire? Respondit ei Simon Petrus: Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes, Et nos credidimus & cognovimus, quia tu es Christus Filius Dei*, illi enim, qui Eucharistiam reverentur & honorant, tantò magis in fide consolidantur, majoribusque incrementis lumen & notitia Dei in illis augetur.

Num. 13. v. 24. Uva ex terra promissionis delata, designat Christum. S. August. in Psal. 8.

Joan. 6. v. 53

Ibid. v. 61.

Ibid. v. 65. Ibid. Vers. 67. Gravissimè labuntur, qui Christo in SS. Sacramento debitam venerationem subtrahunt.

Ibid. v. 71. & 72.

Quem designent duo vi portantes uvam.

Joan. 6. v. 68 Ibid. 69. Ibid. 70.

Indignè communicantes, sententiam damnationis deglutiunt.

3. *Judicium sibi manducat & bibit.* Qui enim indignè communicant, condemnationis suæ sententiam simul cum speciebus sacramentalibus deglutiunt. Balduinus Episcopus Cantuariensis: qui, ut Possevinus scribit; doctum quemdam de Eucharistia tractatum compilavit, qui in Bibliotheca Lovaniensi Societatis Jesu asservatur, in hæc verba exponit: *Judicium sibi manducat & bibit, quia magis judicem quam Salvatorem manducat.* S. Patianus impio cuidam hoc tantum Sacramentum irreverenter tractanti, his verbis improperat: *evigila peccator, time in visceribus tuis præsens judicium.* Apud S. Mattæum parabola illa Regis describitur: qui præparavit nuptias filio suo, clarum utique hujus convivij Eucharistici symbolum; de hoc enim, ut in promptuario sacro in Discursu octavo de solemnitate sanctissimi corporis Christi probavimus, verba illa intelliguntur: *in die desponsationis ejus; ingressus est autem Rex*, inquit Evangelista, *ut videret convivas, & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali*; circa quæ verba S. Pascasius modum observat, quo sacer textus loquitur: dicit enim: *intravit autem Rex, ut videret discumbentes; mira & ineffabilis ratio, ut dicatur intrare Regem, qui ubique est, & nusquam, nec umquam abest, nec est ubi non sit, qui omnia complet*; quænam verò Sapientiæ incarnatæ, hanc parabolam componentis mens fuerit, his verbis declarat: *ejus intrare*, inquit, *est mentes singulorum discutere, ad quas nemo alius potest intrare, unde cum dies inspectionis seu judicij advenerit, tunc inspecturus omnes conscientias, intravit.* At verò, quid tandem miserabili huic homini accidit, qui vestem nuptialem, per quam charitas & amicitia Dei denotatur, ad hasce nuptias deferre neglexit? ad ignem condemnatus fuit; Hæc est enim indignè communicantium inexplicabilis miseria, quòd, dum in pectore suo, Salvatori se hospitium præbere credebant, in illud contra Judicem introducant, qui illos *in flagranti crimine*, furtum scilicet in manibus portantes, deprehendens, sine ulla remissione condemnat. Idipsum Salmeron aptissima quadam similitudine declarat, dum ait: *Deum insipientiæ videntur velle notare indignè communicantes; Deum enim putant, delicta quæ habent in sua conscientia, nequaquam cernere. Profecto insignis temeritatis notam latro incurreret, si, postquam vasa aurea & argentea clam furto sublata domique reposita habet, judicem ac satellites in domum suam accerseret; non secus ille videtur facere, qui cum vitijs madeat, graviaque peccata admiserit, audet tamen per participationem Eucharistiæ justum judicem in domum suam introducere.*

Hoc patet in homine carente veste nuptiali. Matth. 22. v. 11. S. Paschas. l. 10. in Matth.

Ezech. 9. v. 5. Deus rigorosum minatur, judicium profanatoribus Templi.

4. Legatur in Ezechiele cap. 9. rigorosum illud supplicium, quod divina justitia de sanctuarij & altaris sui prophanatoribus sumpsisse dicitur: *non parcat oculus vester, neque misereamini*, inquit sacer textus, de justissimi divini furoris ministris. S. Paschasius autem Deum iisdem ministris dixisse confiderat: *à sanctuario meo incipite*; unde subdit: *jure unde peccatum, inde judicium incipit, quia peccato mortuus, contaminat prius atria templi, & prophanat sancta, dum immundus ea contingit neque fit error judicij, ubi judex est & descriptor.* Quis enim negare aut excusare poterit temeritatem & arrogantiam ejus, qui adeo est insolens & invercecundus, ut in animam suam, quæ latronum spelunca est, illum ipsum invitet & recipiat, quem implacabilem judicem suum futurum esse novit? S. Bruno, Carthusianorum Patriarcha, illa verba: *judicium sibi manducat*, Glossa sua illustrans, ait: *hic manducat & bibit non indulgentiam, sed judicium, id est, damnationem sibi, & merito, quia non dijudicans, id est, parum discernens ab alio cibo corpus Domini, quemadmodum non discernebant Corinthij.* Salmeron alibi idipsum piscis similitudine declarat, qui eodem tempore quo escam devorat, hamum simul deglutit & mortem: *judicium sibi manducat & bibit*, inquit, *non secus atque piscis devorans escam cum hamo jacturam facit vitæ.* D. Chrysostomus hunc textum exponens, quærit: *cur judicium sibi comedit & bibit? Sacramenta ad majus ducunt supplicium eos, qui indignè communicant*, id quod & V. Beda sextum Joannis Evangelistæ caput interpretans, confirmat his verbis: *licet visibiliter premat omnibus Sacramentum corporis & sanguinis Christi* (de indignè communicante loquitur) *magis tamen vel Sacramentum ad judicium sibi manducat & bibit, quia immundus præsumit accedere ad Christi Sacramenta.* Idem quoque in expositione prædictorum verborum sancti Pauli, quinam illi sint, qui ex sacra communione proficiunt, declarare volens, ita scribit; *Escam vitæ accipit, æternitatis poculum bibit, qui in Christo manet, & cujus Christus habitator est. Nam qui discordat à Christo, nec carnem Christi manducat, nec sanguinem bibit, etiam si tantæ rei Sacramentum ad judicium suæ præsumptionis quotidie indifferenter accipiat.* S. Anselmus similiter inquit: *qui indignè manducat, judicium sibi manducat, id est, damnationem extremam, quæ nunc appellatione judicij significatur, judicium sibi manducat, non quia mala res sit, quam accipit, sed quia ille malus, male accipiendo, ad judicium accipit bonum, quod accipit.* Si enim bonam haberet conscientiam communicando in Sacramento reciperet Salvatorem; at verò, quia illum sumit remordente eum culpæ mortalis conscientia, meritò ipsum expetitur judicem, quia per injurias & offensas mortales illum exasperat, & qui illum recipere debebat cum obsequio, illum recipit cum improperio.

Multo rigorosius punientur profanatores S. Eucharistiæ. S. Bruno in 1. Cor. 11. v. 29.

Salm. t. 9. n. 41.

5. *Non dijudicans*; id est, ut Theophylactus declarat, *non explorans, non intelligens propositæ rei magnitudinem.* Hugo Cardinalis inquit: *non discernens, quam sanctum, quam admirabile est Sacramentum.* S. Anselmus ait: *non discernit, quam sit dignus omnibus creaturis hoc Corpus quod videtur esse panis, si enim cogitaret, hoc Corpus esse, verbo Dei personaliter unitum, & vitam ac salutem eorum esse, qui hoc dignè accipiunt, non præsumeret indignus accipere, sed digne se præpararet.* Possumus quoque alium sensum accommodatitium adducere, dicendo: *non dijudicans*, id est, indignitas nostra non præjudicat, nec damnum affert impassibili Corpori Christi, sed totum damnum istud super nos recidit; Unde V. Beda Judæ exemplum adducens, inquit: *sicut Judas, cui buccellam tradidit Dominus, non malum accipiendo, sed male accipiendo, locum in se diabolo præbuit, sic indignè quisque sumens dominicum Sacramentum, non efficit, ut quia ipse malus est, malum sit.* S. Bonaventura in sermone *de ultima cœna Domini* considerat, quod sicut Divina providentia Eliam multis annis pavit, mediantibus corvis, panem & carnes ei quotidie, mane & vesperi afferentibus; idem quoque nobiscum operetur, dum nonnumquam per Sacerdotes, peccatores, Eucharistiam nobis ministrari permittit, at verò, sicut annona Eliæ, nullum ab his rapacibus & immundis avibus recipiebat nocumentum, ita quoque accidit in hoc Sacramento, quod ne quidem per umbram, aliquem ex nostris sordibus nævum recipere potest; ita Sol nullam splendoribus suis adsciscit maculam, tametsi illos, super terræ sordes & immunditias extendat. Christus Redemptor noster S. Birgittæ rationem revelavit, cur nonnumquam indignos ad hanc mensam accedere permittat: *sicut*, inquit, *in humanitate mea, & bona & mali tetigerunt me ad ostendendam veram humanitatem, & patientiæ humilitatem, sic & boni & mali comedunt me in altari, boni ad majorem perfectionem, mali autem, ne credant se esse damnatos, ex eo quod possint hoc corpore meo sumpto, si volunt, personaliter mutare voluntatem & converti.* Hoc tamen rarò accidit, ut videtur in Juda, quem licet benignissimus Dominus tot diversis modis ad resipiscentiam invitasset, præcipuè verò per osculum, in horto ab eo receptum, & per amabilissimum amici nomen ei impositum, nihilominus plus quàm unquam in obstinatione & desperatione sua perseveravit. S. Bernardus de hac materia, in sermone quodam de ultima cœna Domini, differentiam inter S. Petrum & Judam, qui simul ejusdem mensæ Eucharisticæ commensales fuerunt, ponderans, inquit: *De uno pane conservato Petrus & Judas accepit; bonum in vitam, peßimum in pœnam; totum usque adhuc in Ecclesia completur in Sacramento altaris, boni quidem in bonum sumentibus, canibus vero & immundis non sic; canes sunt, qui irreverenter accedunt, & idco judicati abscedunt.*

V. Bed. in c. 6. Joan.

Bed. in 1. Cor.

S. Anselm. Ibid.

Theophyl.

Hug. Card.

S. Anselm.

Indignitas communicantis non præjudicat Christo, sed communicanti.

V. Bed.

S. Bonav. ser. 5. in cœn. Dom.

Revel. S. Birg. l. 2. c. 2. n. 3.

S. Bern.

DISCURSUS XXXIX.
ARGUMENTUM.

Judæ, in recipiendo Christi corpore, indignitas circumstantialiter examinata, gravitatem ostendit communionis sacrilegæ.

THEMA.

THEMA.

Post buccellam introivit in eum Satanas. Joan. 13. ℣. 27.

Examinantur circumstantiæ indignæ communionis Judæ proditoris.

D. Chryſ. h. 83. in Matth.

1. DE illis porro, qui indignè communicant, in toto novo Teſtamento, nullum habemus manifeſtius & terribilius exemplum, quàm ſit illud, quod Judæ accidit, ac proinde varias ſtatui examinare circumſtantias, quæ in ejus facinore concurrerunt, ut ex iis, ad confuſionem illorum, qui eum imitantur, efficacia audiamus motiva. D. Chryſ. de menſa Euchariſtica loquens, inquit: *Nullus Judas adſit, qui Diſcipulus non eſt, recedat; cum Diſcipulis inquat, meis facio Paſcha.* Verum quidem eſt, quod ab ipſo momento, quo de Euchariſtia primitus loqui cœpit, quod factum eſt, poſtquam per miraculoſam panum multiplicationem (hujus cœleſtis Panis, ut ſæpius ſuo loco diximus, ſymbolum) ſatiavit turbas, ſæpius quidem in communi de omnibus illis, qui tam ſublimis myſterij ſe reddiderunt incapaces, ſummique doni, quod Divina omnipotentia dare potuit contemptores fuerunt, ſpecialiter verò de Juda conqueſtus fuit, utpote, quem primum futurum eſſe prævidit, qui ſacratiſſimum corpus ejus indignè recipiendo, adeo perniciosum aliis daturus erat exemplum;

Joan. 6. v. 71 *nonne ego vos duodecim elegi*, inquit Chriſtus, *& ex vobis unus diabolus eſt? dicebat autem Judam Simonis Iſcariotem*; ſimiliter vix in cœna verba conſecrationis ſuper calicem protulerat, cum ecce immediatè ſubjunxit: *ecce manus tradentis me, mecum eſt in menſa... Verumtamen væ homini illi, per quem tradetur*, quaſi eo tempore, quo in elargitione divinorum theſaurorum, in beneficium hominis erogandorum prodigus erat, inſinuare voluiſſet graviſſimum illius exceſſum, qui per communionem ſacrilegam, ſacratiſſimum corpus illius conculcaturus erat. S. Matthæus ſcribit; quod præterquam Chriſtus Judæ comminatus fuit, dicens: *væ homini illi, per quem Filius hominis tradetur*: inſuper ſubjunxerit, *bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille.* Circa quæ verba S. Thomas ait: *væ etiam erit omnibus, qui indigna & polluta conſcientia ad menſam Chriſti accedunt; quamvis enim Chriſtum non tradant Judæis crucifigendum, tradunt tamen ſuis inquis membris ſumendum, & ad majorem exaggerationem ſubdit: bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille.* Idipſum quoque V. Beda, ſcribit, nam ut illos, qui irreverenter ad hanc menſam accedunt, perterreat, ly *væ* ponderans inquit: *hodie quoque & in ſempiternum, væ illi homini, qui ad menſam Domini malignus accedit, qui inſidijs mente condritis, qui præcordijs aliquo ſcelere pollutis, myſteriorum Chriſti ſecretis participare non metuat, & ille enim in exemplum Judæ Filium hominis tradit, non quidem Judæis peccatoribus, ſed tamen peccatoribus, membris videlicet ſuis, quibus illud inæſtimabile & inviolabile corpus Domini violare præſumit.* S. Bern. ad exaggerandam graviſſimam injuriam, quâ Deus offenditur à nobis, indignè communicantibus, ita in quodam ſermone prædicans,

S. Bern. d. 2. ſer. 55. art. 1. v. 3. ait: *cum ſceleratis criminibus communicantes, eum perſequentur, Juda traditore deteriores effecti, eo quod ſicut ille tradidit illum perſequentibus Judæis, ſic iſti tradunt eum infernalibus diabolis, eò quod illum ponunt in loco ſub poteſtate diaboli conſtituto.* Ubi etiam adducit terribilem illam S. Auguſtini ſententiam, dicentis; *magis peccant, qui tradunt Chriſtum peccatoribus membris, quàm qui tradiderunt eum crucifixoribus Judæis.* Porro Chriſtus, ut ſalutem & redemptionem operaretur humanam, magno cum jubilo in Judæorum ſe manus tradidit; modò autem dum ſanctiſſimum corpus ſuum ab indignis membris ſuis, per peccatum dæmonis ſervituti ſubjectis, traditur, incredibile eſt, quantum abominetur eos, dum illos ingrato modo, ſanguinem & redemptionem ſuam conculcare conſpicit.

2. Incarnata Sapientia menſam hanc Sacramentalem præparans, de Juda ſic lamentabatur: *qui manducat mecum Panem, levabit contra me calcaneum ſuum.* Idem S. Bernardinus Tom. 2. in quodam ſermone hæc verba adducens, de indignè communicantibus, inquit: *Talis ſimilitudinem gerit Judæ, qui, poſtquam cum Chriſto cœnavit, ipſum ſuis prodidit inimicis.* Ecce tibi ingratitudinem, quam tanto benefactori rependit, dum illum inimicorum ſuorum prædam eſſe facit. Judas principes ſacerdotum interrogavit; *quid vultis mihi dare & ego vobis eum tradam? at illi conſtituerunt ei triginta argenteos*; nimirum inæſtimabile vitæ & ſanguinis, cœleſtis magiſtri ſui pretium, ipſorum voluntati, & diſcretioni remiſit, ac tandem pro triginta denariis ipſum eis tradidit. Principes ſacerdotum, qui præcunctis aliis Meſſiæ ſui & Filij Dei corpus æſtimare debebant, contemptibiliter tam tenui triginta denariorum pretio æſtimarunt, & Judas tametſi Apoſtolus eſſet, tam exiguo pretio eum vendidit. O quam verum eſt, quod hiſce temporibus noſtris multi ſacerdotes indigni, & ad imitationem illorum, ipſi quoque ſæculares, viliſſimi eum faciunt, & poſtquam Corpus Chriſti intra viſcera ſua receperunt, pro pretio non jam triginta denariorum, ſed turpis delectationculæ, & vilis lucri turpiſſimè vendunt?

dignè communicantes.

3. Regius Propheta David in Pſalm. 68. per Spiritum Propheticum, ad mortem & Paſſionem Redemptoris alludens, de Judæis inquit: *fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum & in retributionem, & in ſcandalum*, id quod in Juda ad literam adimpletum fuit; cui menſa Euchariſtica converſa eſt in laqueum, quo ſe deſperatus infeliciter ſuſpendit. Idipſum quoque accidit illis, qui ſacrilegij ejus participes ſe faciunt, quia, *qui manducat & bibit indignè, judicium ſibi manducat & bibit.* Aman inaniter gloriabatur, dicens, *Regina quoque Eſther nullum aliud vocavit ad convivium cum Rege, prater me*; ſimiliter quoque homo gloriari poteſt, quia nec Archangeli, nec Principatus, nec Dominationes, nec Seraphini digni æſtimati fuerunt, qui Corpus Chriſti manducarent, ſolus homo commenſalis eſt magni hujus convivij, caveat tamen ne abutatur, ſed memor ſit Aman, qui à convivio Regio tranſijt ad patibulum. Idem Propheta David in Pſalm. 54. hujus Apoſtoli traditoris graviſſimas pœnas, his verbis prædicit: *Quoniam ſi inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem utique... Tu verò... qui ſimul mecum dulces capiebas cibos... Veniat mors ſuper illos, & deſcendant in infernum viventes, quoniam nequitiæ in habitaculis eorum*, ecce tibi pœnam, peccatoribus Corpus Chriſti indigne tractantibus commentam. *Audiamus oro, & perhorreſcamus*, inquit D. Chryſoſtomus, *carnes ſuas nobis tradidit, ſeipſum immolatum propoſuit, quam igitur ſatisfactionem offeremus, cum iſti pabulo nutriti, taliter peccemus, cum agnum comedentes in lupos convertimur, cum omnis cavnibus ſaturati ut leones rapiamus?* Petrus Bleſenſis in quadam Epiſtola ſua optimè ponderat, quod, quanto divina liberalitas in hoc convivio eſt profuſior, tantò quoque pœna indigne communicantium futura ſit ſeverior & gravior: *Domine Jeſu Chriſte*, inquit, *Sacramentum corporis & ſanguinis tui, quaſi pignus & obſidem cœleſtis gratiæ dimiſiſti, & in eo conſtituiſti nobis, non mortem, ſed vitam, non judicium, ſed ſalutem; quam perditus ergo eſt, qui redemptionem in perditionem, qui ſacrificium in ſacrilegium, qui vitam convertit in mortem?*

Pſal. 68. v. 23. S. Euchariſtia facta fuit Judæ in laqueum.

1. Cor. 11. v. 29.

Eſth. 5. v. 13. Indignè communicantes, cum Aman à convivio transeunt ad patibulum.

Pſal. 54. v. 13.

Ibid. v. 14. & 15.

Ibid. v. 16.

D. Chryſoſt. hom. 51. in Matth.

Pet. Bleſ. Epiſt. 123.

4. Nonnulli contemplativi piè meditantur, quod nec ſpinæ, nec flagella, nec clavi, nec patibulum Redemptori mortem acceleraverint, bene tamen fel & acetum, eſtque veriſimile, ambo hæc veluti ſagittas cor penetraſſe Redemptoris; & ratio eſt, quia Evangeliſta non ſine ingenti myſterio inquit; *cum ergo accepiſſet Jeſus acetum, dixit: conſummatum eſt, & inclinato capite, tradidit Spiritum.* Sed quid audio? num igitur hic liquor fellis amaritudini inmixtus Redemptori agonizanti necem cauſavit? advertendum igitur eſt, quod id, de quo Redemptor inter omnes Paſſiones ſuas præcipuè doluit, dolores interni fuerint, quos fuit perpeſſus: *intraverunt*, inquit, *aquæ uſque ad animam meam, Infixus ſum in limo profundi*; ſed quænam aliæ aquæ ad animam uſque Chriſti penetrarunt; præterquam dolores interni? quodnam obſecro luctum illud fuit, cui ſe infixum fuiſſe lamentatur? S. Bernardus ait, *fortaſſe crux ipſa nos ſumus, cui Chriſtus memoratur infixus, homo enim formam crucis habet, quam ſi manus extenderit, exprimit manifeſtius; limum quidem nos eſſe manifeſtum eſt, quia de limo plaſmati ſumus.* Non igitur Chriſtus lamentabatur, quia in ligno materiali crucis confixus fuerat, ſed quia ingratitudo hominis illum transfixerat, cui cum veſperi præcedenti nectar & ambroſiam Euchariſtiæ præparaſſet, is tamen nunc, dum Chriſtum dicentem, *ſitio* audit, nectar illud aceto & felle rependit; hæc autem ingratitudo tantum ei dolorem attulit, ut, licet patiendi aviditſimus eſſet, mortem ei protinus accelerarit. Dicite ſodes, quisnam Salvatorem noſtrum magis offendit, Judasne, an verò Pilatus? ſcimus enim, quod Pilatus cum ad flagella, ad ſpinas & ad crucem condemnaverit, Judas verò ipſum ſolum in manus conſignavit Judæorum. Dubium hoc ipſamet Veritas clarè decidit, ſiquidem Redemptor noſter Pilato ait: *qui me tradidit tibi, majus peccatum habet*; ac proinde incomparabiliter inexpiabilius ſcelus Judæ fuit, quam Judæorum, Herodis, Caiphæ, Annæ,

Acetum, fellè mixtum, acceleravit Chriſti mortem. *Ioan. 19. v. 30.*

Pſal. 68. v. 32. *Ibid. v. 3.*

S. Bern. ſer. 4. in vig. nat.

Quisnam Chriſtum gravius offenderit Judas an Pilatus.

Ioan. 19. v. 11.

1. Cor. 2. v. 8. næ, vel Pilati; hi enim, *ſi cognoviſſent*, ut S. Paulus ait: *numquam Dominum gloriæ crucifixiſſent*; cui accidit, quod hi omnes ad inferendam Chriſto necem aliquo ſaltem motivo humano duci poterant; Pilatus enim metuebat, ne gratiâ Imperatoris excideret; nam Judæi clamabant: *ſi hunc dimittis, non es amicus Cæſaris*; Synagoga verò hoc motivo percellebatur; *venient Romani & tollent noſtrum locum & gentem*: at verò Judas nullum aliud Chriſtum tradendi motivum habebat, quam ut triginta denariorum lucrum ſibi adſciſceret, & tamen multo tempore Diſcipulus ejus fuerat, atque Petrum dicentem audierat; *tu es Chriſtus, Filius Dei vivi.*

Joan. 19. v. 12. *Joan. 11. v. 48.*

Matth. 16. v. 16.

5. D. Chryſoſtomus conſideret, nullum eſſe Chriſtianum adeo impium, qui adverſus Judam traditorem non excandeſcat, ſicut & contra Judæos, eo quod communem Salvatorem noſtrum crucifixerint; ac tandem hoc ſuppoſito, iis, qui indignè ad hoc Sacramentum accedunt, his verbis improperat: *cave, ne tu quoque ſis reus Corporis & ſanguinis Chriſti: illi acerbiſſimè ſanctiſſimum Corpus trucidarunt, tu verò polluta ſuſcipis anima poſt tot, tantaque beneficia.* Judæ ſcelus, quod indignè communicando commiſit, adeo execrabile fuit, ut ipſemet dæmon erubuerit, author & inſtigator eſſe ad idem ſcelus committendum, utpote quod ſuperius & execrabilius eſt, omni eo, quod diabolica excogitari poterat malitiâ, nam *dæmones credunt, & contremiſcunt*, unde licet Scriptura teſte, dæmon author fuerit traditionis, communionis tamen ſacrilegæ author eſſe erubuit, ſcimus enim, quod, ut in verbis thematis à principio hujus Diſcurſus dictum fuit; *poſt buccellam intravit in eum Satanas. Cum diabolus jam miſiſſet in cor, ut traderet eum*, unde ſacrilegium tam iniquum cordi ejus immittere nequaquam auſus fuit, ſi enim dæmon hoc ei ſcelus inſinuaſſet, utique veridicus Spiritus S. calamus hoc ipſum in poſterorum memoriam ſcriptum reliquiſſet. Verum inquies, quo modo dæmon Judam intrare potuit, cum & ipſemet Judas à Chriſto diabolus vocatus fuerit; *ex vobis unus diabolus eſt?* S. Thomas per authoritatem S. Auguſtini, opinionem reprobat illorum, qui Panem in paropſide intinctum & à Chriſto Judæ porrectum, ſanctiſſimum ejus corpus fuiſſe exiſtimant; quia hoc poſtea ſimul cum aliis, ſuo tempore accepit: *Judas cum aliis Diſcipulis ſimul Corpus Chriſti accepit in cœna; intravit in eum Satanas, ut plenius poſſideret.* Idipſum S. Cyprian. diu ante, in Tract. de ult. Cœna, his verbis tradiderat: *ubi ſacrum cibum mens perfida teviit, ſceleratum os Panis ſanctificatus intravit, parricidialis animus, vim tanti Sacramenti non ſuſtinens, quaſi palea de area exſufflatus eſt, & præceps cucurrit ad proditionem & pretium, ad deſperationem & laqueum.* Diabolus enim Judam ad tantam temeritatem perveniſſe videns, ut non obſtante machinata traditione ejusdem Dei, qui ſe ipſi in cibum dederat, ſimul cum aliis communicare præſumeret, ſtatim facile ſibi futurum eſſe cenſuit, ut illum in profundiſſimum quodvis iniquitatis barathrum præcipitare poſſet. Adhæc quot peccata Judas ante ultimam cœnam commiſerat? Latrocinij nimirum, detractionis contra ſuum magiſtrum, & alia quæ ignoramus, jam quoque de pretio traditionis pactus fuerat, & tamen patientiſſimus Magiſter benignè illum tolerabat: at verò quando ad tantam impudentiam pervenit, ut indignè communicare non erubeſceret, tunc Chriſtus illum derelinquit, manibusque ac poteſtati dæmonis totaliter remiſit. Unde S. Paſchaſius ait: *Judicium autem Sacramenti eſt, ſi habeat reus prioris culpæ delictum, deinde contemptus ſui, peccatum ſuperbiæ vel ſacrilegij contra Deum, quia auſus eſt ſancta continengere, hinc igitur patet, quod gravius eſt, quod talis quidlibet excipit facinoris, quàm quod prius admiſerat, nam Judas donec buccellam acciperet, quamvis mente ſaucius, interdum tamen à Domini bonitate lenitur, ac ſæpiusque nunc cum aliis, nunc ſolus monetur, ſed poſtquam indignus myſtica præſumpſit, invaſit eum diabolus, & qui prius nutrabat, ut accepit, continuò foras exivit.* Dionyſius Carthuſianus in ſermone, cui titulus eſt; *quomodo Sacramentum altaris ſit dignè ſuſcipiendum*, eos, qui indignè ad communionem accedunt, his verbis perſtringit: *tales ſunt ſocij Judæ proditoris, de quo in Joanne legitur: poſt buccellam introivit in eum Satanas, nam & ante in eum intravit, ſed quia corpus indignè accepit, magis poſſedit eum diabolus.* S. Bernardinus citat S. Remigium ſuper illa verba Matth. 26. (*væ homini illi, per quem Filius hominis tradetur*) ita ſcribentem: *væ credentibus ad Chriſtum crucifigendum, ſed væ ſub maligna conſcientia ſumentibus illum ſub Sacramento*; etenim Deus illos haud ſecus ac Judam deſerit, dæmoni in prædam dimittit, ac tandem in propriæ ſalutis deſperationem cadere facit. Beda, à S. Thoma ad præcitatum dubium reſpondente, citatus, de inimico infernali ita ſcribit: *quia tunc intravit, ut quaſi alienum tentaret nunc autem quaſi proprium atque quæcumque vellet, agenda attraheret.* Quisquis enim ad hanc tam ſacrilegam temeritatem pertingit, ut pro nihilo ducat, ſi indignè communicet, hunc dæmon pro libitu ſuo ad quosvis alios exceſſus committendos facilè inclinabit; ſic enim mox ut Judas Euchariſtiam ſumpſit, ad execrandiſſimum ſcelus, quod umquam vel ab humana, vel à diabolica malitia commiti potuit, ſcilicet, ad Deicidium, & ipſiusmet Filij Dei crucifixionem exequendam ſe accinxit, quia dæmon, ad quæcumque vellet, ipſum pertrahebat.

Hoc adhuc contigit indignè communicantibus.

Bed. in cat. D. Th.

6. Unde D. Chryſoſtomus miſerabilius eſſe cenſet, ſacroſanctum Salvatoris corpus indignè ſumere, quàm ab ipſomet dæmone poſſeſſum eſſe: *dico horribile quoddam atque tremendum, non eſſe ita malum dæmoniacos intus eſſe, ſicut iſtos, qui peccatorum ſordibus polluuntur, quod ait Paulus, Chriſtum concalcare. Multo dæmoniacopejor eſt, qui peccati ſibi conſcius accedit.* Et ratio eſt evidens, quia dæmon ſolum ſuper corpus poſſeſſi hominis poteſtatem habet: at verò in indignè communicante abſolutam habet in animam poteſtatem, & ideo magis poſſidet eum diabolus: & quidem tametſi etiam dæmon authoritatem habeat in animam, culpæ mortali obnoxiam, attamen quando eadem etiam hujus ſacrilegij rea eſt, *magis poſſidet eam.* Salmeron delicti hujus gravitatem his verbis conſiderat: *porro graviſſimum eſt, horrendam malè communicantium delictum; pejus enim eſt quodammodo quam Chriſti Corpus cruci figere, atque pretioſum ejus ſanguinem fundere, propter quod dicit Apoſtolus: [Reus erit corporis & ſanguinis Domini.] Deterius enim peccat vel ipſo Juda, qui Filium Dei & pretio vendidit, & oſculo prodidit, nam hic non ſolùm exterius oſculatur ſed intus morſu lethali afficit, ut Propheta dicat, [aperuerunt ſuper me os ſuum, ſicut Leo rapiens & rugiens;] atque quod adhuc attinet, ſ. enecviat Filij Dei mortem.*

D. Chryſoſt. h. 83. in Matth. Miſerabilius eſt indigne communicare quam à dæmone poſſideri.

Salm. t. 9. tr. 41.

1. Cor. 11. v. 27.

Pſalm. 21. v. 14.

7. Porro quid benigniſſima Chriſti pietas, ad cor traditoris immutandum, eumque ad pœnitentiam inducendum, non fecit aut dixit? Et tamen irritum ſemper fuit, tum verò quando indignè communicavit, eumdem velut in pœnitentem à dæmone in ultimum uſque præcipitium proturbari permiſit, unde ait: *quod facis, fac citius.* Et ideo S. Bernardinus de eo, qui ſimilis ſacrilegij reus eſt, ita ſcribit: *irrationabilis creatura, & manimata ſcilicet, Panis mutatur in melius, ſcilicet in Corpus Chriſti, virtute verbi Dei, mirum eſt igitur, quod peccator non mutatur, nec verbis, nec beneficijs, nec minis nec promiſſis poteſt converti de mala ſua vita in bonam.*

Chriſtus fruſtra conatus fuit Judam ad pœnitentiam inducere.

DISCURSUS XL.
ARGUMENTUM.

De Aſſerto Apoſtoli dicentis: *Quicumque manducaverit panem indignè, reus erit corporis & ſanguinis &c.* Ubi etiam oſtenditur, quod reatus iſte majorem in nobis mereatur pœnam, quàm olim in Lege veteri, ubi figuram illius indignè tractantes ſeveriſſimè fuere puniti.

THEMA.

Itaque quicumque manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis Domini. 1. Corinth. 11. verſ. 27.

Proportio eſt inter Chriſtum manu occidentes, & indignè communicantes.

Dion. Carth.

1. TErribilis eſt illa S. Pauli ſententia, eidem à Spiritu veritatis dictata, qua ad deterrendum quemcumque indignè ad Corpus Chriſti ſumendum accedentem, dicit: Reus erit corporis & ſanguinis Domini, haud ſecus, ac ſi manibus ſuis ei necem intuliſſet, *itaque quicumque manducaverit &c.* Dionyſius Carthuſianus autem ly *indignè* ita exponit; *id eſt, non in ſtatu ſalutis & gratiæ, non reverenter & devote, non ſecundum inſtitutionem Chriſti, & ordinationem Eccleſiæ.* S. Thomas ait: *Corpus & ſanguis Domini facient eum reum, ita enim bonum malè ſumptum nocet, ſicut prodeſt malum, quo quis bene utitur.* Theophylactus inter eos, qui manus ſuas in Paſſione Filij Dei cruentarunt; & illos, qui irreverenter communicant, hanc proportionem eſſe conſiderat: *ut enim qui tum pupugerunt Chriſtum, non ut biberent, pupugerunt, veram ut effunderent; ſic indignè bibens temere effudit ſanguinem. Porro Judæi dilacerarunt Regis oſculamydem, atque*

S. Thom. Ibid.

Theoph. Ibid.

indignè manducat in cœnum & lutum, in animam suam videlicet hanc chlamydem injicit Cajetanus ad imprimendum nobis adæquatum hujus Deicidij conceptum, inquit; *nec dicit: reus erit tamquam Corporis & sanguinis Domini, sed dicit: reus erit Corporis & sanguinis Domini, ut intelligant Christiani vere reum esse Corporis & sanguinis Domini, quia verè, quamvis indignè, sumit Corpus & sanguinem Domini. Injuria irrogatur Corpori & sanguini Domini, indignè sumendo.* Unde necessum est hanc veritatem vivâ fide tenere, quod idem Salvator, qui traditus, flagellatus, & in crucem à Judæis actus fuit, idem, inquam, de novo à sacrilego crucifigatur, qui de Eucharistia indignè cibatur. *Inter Angelorum frequentiam*, inquit S. Paschasius, *quam terribile sit ad communionem accedere, debet quisque cogitare, imò quam terribile sit ipsum Corporis & sanguinis Sacramentum, ubi plenissimè virtus Christi accipitur, & neque ab alio, quam ipso Christo Pontifice porrigitur, licet visibilis Sacerdos assistere & singulis tribuere videatur; Quis carnem ipsius & sanguinem nisi ab ipso, jure percipit, cujus est caro?* qui crucem offendit, vel crucifixum sive ex ligno sive ex tela factum, injuria afficit; Christum quidem indignè tractat, & vilipendit non tamen immediate, siquidem sola effigies & imago ejus est, quæ directè & primo loco vilipenditur: at verò, qui Sacramento altaris contumeliam infert, idem corpus, quod à Judæis crucifixum fuit, vilipendit & conculcat; & ideo *reus erit corporis & sanguinis Domini.* Quæ verba, ut Theodoretus inquit; *hoc significant, quod, quemadmodum tradidit ipsum Judas, & cum probris & convitiis affecerunt Judæi, ita eum ignominiâ & dedecore afficiunt, qui sanctissimum ejus corpus immundis manibus accipiunt.* Angelicus Doctor præter jam allegatam expositionem inquit: *Reus erit corporis & sanguinis Domini, ut sit sensus: mortis Domini pœnas dabit, hoc est, ac si Christum occiderit, punietur, secundum illud Hebr. 6. rursum crucifigentes sibimetipsis Filium Dei, & ostentui habentes.* Unde qui indignè communicant in inferno, in societate Judæ, Herodis, Caiphæ, Pilati, Judæorum & Carnificum, qui huic sacratissimo corpori acerbissimam mortem intulerunt punientur. Quare S. Anselmus similiter ait: *dabit pœnas mortis Domini.* S. Patianus evidentem hujus rationem reddit, dum primo quærit: *intremuistis, an non, dum audistis quia reus erit Corporis & sanguinis Domini?* & posteà sequens format argumentum: *humanæ*, inquit, *animæ reus non potest absolvi, Dominici corporis violator evadet?* Dionysius Carthusianus prædictis expositionibus similiter subscribit, dicens: *reus erit, id est, si confunderetur, damnabitur, & punietur, ac si Christum occidisset, ejusque sanguinem effudisset.* S. Thomas de Villanova, in concione tertia de Sacramento altaris, graviratem hujus sceleris ponderans, idem quoque punctum his verbis tangit: *quantum*, inquit, *flagitium sit in spurcissimam pectoris tui cloacam sacratum Christi sanguinem fundere, Apostolica illa tuba personuit, dicens: quicumque manducaverit panem hunc &c. reus erit, ac si occidisset & effudisset; non æqualiter, sed proportionabiliter, quascumque enim blasphemias, quascumque irrisiones, quæcumque opprobria impiissimi Judæi in Christum corporaliter exercuerunt, has omnes spiritualiter repetit impius comestor, Filium Dei rursum in semetipso crucifigens, & ostentui habens.*

Cajet.

Hi enim illum de novo crucifigunt.

S. Paschas. l. de Corp. & sang. Dom. c. 8.

Theodor. ib.

S. Thom. Ibid.

Hebr. 6. v. 6. Indignè communicantes in Inferno sociabuntur Judæ, Pilato, Herodi.

S. Anſ. ib.

S. Pat. pa. ran. de pœnit.

Dion. Cart. Ibid.

2. S. Basilius reverentiam & præparationem, cum qua ad hoc Sacramentum accedendum est, nos docere volens, his verbis utitur: *mundemus nos ab omni inquinamento atque ita ad Sancta accedamus, ut judicium eorum, qui Dominum occiderunt effugiamus.* Beda occasionem considerat, qua Apostolus monitum hoc Corinthios transcripsit: *De his*, inquit, *erat sermo, cum hoc Apostolus diceret, qui Domini corpus velut quemlibet alium cibum indiscretè, negligenterque sumebant. Si reprehensione tangitur negligentia convivantis, quæ pœnâ percutitur venditor invitantis.* Primasius in Commentario super hunc textum hanc habet valde notabilem propositionem: *Reus erit corporis &c. quasi ille ipsum occiderit.* S. Cyprianus quoque hanc Apostoli comminationem ponderans, inquit: *contumacibus & pervicacibus comminatur, & denunciat, dicens: quicumque ederit panem, aut biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini. Spretis his omnibus atque contemptis, vis inferri ar corpori ejus & sanguini, & plus modo in Dominum manibus atque ore delinquunt, quam cum Dominum negaverunt.* Hugo Cardin. sacrilegam illorum malitiam, qui sanctissimo huic corpori injuriantur, sequenti declarat similitudine: *Si*, inquit, *aliquis Dominum suum legitimum introduceret*

S. Basil. ser. 2. de bapt. c. 3.

Bed. Ibide Prosecutio ejusdem argumenti.

Primaſius. lb.

S. Cypr. de Lapſis in fi.

Eug. Card. ib.

scienter in domum inimici ejus capitalis, & si ipse non occideret eum, reus tamen esset mortis Domini sui. Inimici capitales Christi, sunt peccata mortalia, propter quæ occisus est; non enim clavi, non flagella, non carnifices, sed peccata nostra corpori Redemptoris mortem intulerunt; *propter scelus populi mei percussi eum*, dum enim hoc corpus peccatorum nostrorum prædam efficimus, illud in manus crucifixorum suorum tradimus. Ac proinde Hugo Cardin. de ejusmodi sacrilego inquit: *ac si Christum occideris, præsentur*; quorum malitiam S. Bern. exaggerans, ait: *O ingratitudo, omni nequitia plena! nonne ingratissimus putaretur, qui haberet Dominum, à quo cuncta, quæ habet, accepisset bona, & ipsum à morte & à suspendio multis suis laboribus liberasset, & tamen ipsum Dominum in immundissimam stabulum inimici sui prodigiosè locaret, ut crudeliter necaretur? longè majori ingratitudine plenus est, qui in mortali culpa dominicum sumit Sacramentum, ideo Dominus lamentabiliter ait: conculcaverunt me inimici mei tota die*; citatque sequentem S. Ambrosij authoritatem, dicentis: *ille Christum conculcat, qui libere peccat absque timore & pœnitentia, & qui eo indignè participat.* Idem S. Præsul super illa verba S. Pauli ad Hebræos: *quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei conculcaverit?* de indignè sacram communionem sumentibus subinfert: *hoc peccato conculcatur Corpus Domini.* Salmeron de hoc sacrilegio differens, illud per comparationem quamdam similitudini. Hugonis Cardinalis valde conformem declarat, dicens: *notam perfidiæ & crudelitatis non evaderet, qui Regem domi suæ exceptum, Regis hostibus conculcandum traderet; at quid aliud facit peccator, qui atrocissimis Christi hostibus, quæ sunt peccata eum conculcandum præbet.*

Declaratur gravitas, finjus sceleris apta similitudine.

Isa. 53. v. 8.

Hugo Card.

S. Bernard. t. 2. serm. 55. art. 1. c. 3. Invectiva S. Bernardi contra hoc peccatum.

S. Ambroſ. in c. 1. Hebr.

3. S. Anselmus vehementer obstupescit, quod justitia Divina ad vindicandum tantum scelus iræ suæ fulmina ejusmodi sacrilegis non continuò immittat, nec justissimi furoris sui sagittas in Judæis ipsum crucifigentes non vibrarit, sed potius illos præstoletur ad pœnitentiam, ut longanimitatem & clementiam suam mundo manifestam reddat: *permittuntur mira Dei patientia Corpus Christi indignè manducando, ipsum Christum sibimet turpium, ut ait Apostolus, crucifigere & ostentui habere, & quasi invitum indignis & pollutis manibus quodammodo sibi allegare, dum sacramentotenus manducat ejus Corpus, quod ipse omnibus paraverat in cibum vitæ æternæ.* Simulque rationem assignat, cur hostes indignos, non subitò patenter castiget, *mitis Jesus*, inquit, *dum tempus potentiæ est, qua pietate Judæos toleravit invidentes, consputentes, crucifigentes, eadem, & istos tolerat, quales fuerant tales propriè circa eum existentes.* D. Chrysostomus ad illa Christi verba (*cavete à fermento Herodis.*) se retractens, quinam illi sint, declarat pariter & monet, dicens: *cave, ne Herodis efficiaris similis, & dicas, ut & ego veniens adorem eum, cumque veneris, interimere conaris, hujus enim similes sunt, qui indignè abutuntur communione mysterij.* De eodem S. Doctore referunt annales Ecclesiastici, quod contra hujusmodi, indignos ingenti zelo exardescens, protestatus aliquando fuerit, dicens: *si ipse pellere non audes, mihi indica, non permittam ista fieri, animam prius tradam meam, quam dominicum alicui corpus indignè.* S. Thomas causam assignat malitiæ, quam committunt, qui in statu peccati communicant. *Quicumque*, inquit, *hoc Sacramentum sumit, ex hoc ipso significat se esse Christo unitum, & membris ejus incorporatum, quod quidem fit per fidem formatam, quam nullus habet cum peccato mortali, & ideo manifestum est, quod, quicumque hoc Sacramentum cum peccato mortali sumit, falsitatem in hoc Sacramento committit, & ideo incurrit sacrilegium, tamquam Sacramenti violator, & propter hoc mortaliter peccat.*

Mira Christi patientia, quod indignè communicantes non statim puniat.

S. Anſel. de ſac. alt. c. 11.

S. Cypr. de Lapſ. n. 61.

S. Thom. 3. p. q. 80. ar. 4.

4. Confideratione dignissima est illa, à S. Paulo stabilita conclusio, dicentis: *nescitis, quia Templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis? Si quis autem Templum Dei violaverit, disperdet illum Deus; Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos.* Quæ cum ita se habeant, audebimusne in Templum hoc prophanatum, in quod admissus est dæmon, in quo peccatum, mortalis Christi inimicus, regnat, sacratissimum ejus reponere corpus? S. Cyprianus hoc sacrilegium considerans, ait: *Tu si Templum Spiritus S. violas, si intra te sacrarium Dei deturbas & fœdas, si cum Calice Christi de Calice dæmoniorum communicas, contumelia est, non Religio, injuria, non devotio.* Confideremus obsecro zelum, quo Deus in antiquo testamento prosecutus est illud, quod solum remotus quidam corporis sui Eucharistici typus erat. Quot strages & neces arca, in qua

1. Cor. 3. v. 16. & 17. Corpora nostra sunt templa Dei quæ prophanant indignè communicantes.

S. Cyp. de cœn. Dom.

Ex stragibus illis infligendis, qui olim figu-

tas hujus SS. Sacramenti minus dignè tractarunt colligitur pœna indignè communicantium.

S. Thom. à Villanova conc. 3. de ſac.

qui manna recludebatur, populo Hebræorum intulit, eo quòd tanto thesauro temere abusi fuissent? Oza, qui eamdem in humeris suis portare debebat, dum manum suam extendit, ut eamdem bobus, qui illam in plaustro portabant, recalcitrantibus, sustineret, & à lapsu præservaret, morte repentina punitus fuit. Unde Thomas à Villanova ait: *quantus terror in arca ligneâ tantæ tibi Domine cura de ligno?* non utique, *sed propter nos hæc facta sunt, in illis terreamur, in illis admoneamur, in illis instruamur. Illos examinas, ut nos erudias, ut in eis discamus, quanti piaculi simul & periculi sit, indignè tractare ac sumere sacrosanctam Christi carnem in hostia salutari, cujus typum sic Deus magnificavit, sic sublimavit, sic vindicavit. Si talis ultio in umbra, qualis fiet in veritate ipsa?* Idem quoque S. Archipræsul ad honores se reflectit & reverentiam, quam Philisthæi cæteroquin gentiles & idololatræ, huic arcæ exhibuerunt; & ideo subdit: *verè gens illa & populus ille surget in judicio contra nos, & condemnabunt nos, quia illi amplius umbræ, quàm nos veritati deliquerunt.* In Levitico hoc præceptum à Deo, Moysi datum fuisse legitur: *loquere ad Aaron & ad filios ejus, ut caveant ab his, quæ consecrata sunt filiorum Israël, & non contaminent nomen sanctificatorum mihi, quæ ipsi offerunt, ego Dominus; Dic ad eos & ad posteros eorum; omnis homo qui accesserit de stirpe vestra ad ea, quæ consecrata sunt, & quæ obtulerint filij Israel Domino, in quo est immunditia, peribit coram Domino.* Legatis totum hoc caput, inde enim videbitis, quanta cum munditie & puritate corporali, altari Deus ministrari voluerit, licet in illo revera aliud nihil offerretur, præterquam animalia, vel incensum, vel farina, aut aliæ similes oblationes. *Instruit nos*, inquit S. Basilius, *tanto sceleratiorem & imptum magis esse eum, qui cum impurus sit, corpus Domini administrare audet* (quod idem applicari potest illis, qui cum mortalis culpæ conscientia illum sumunt) *qui seipsum oblationem & hostiam Deo in odorem bonæ fragrantiæ dedit, quanto corpus unigenti Filij Dei excellentius est arietibus ac tauris.* S. Cyprianus quibusdam sacrilegis errorem & indignitatem suam his verbis imporerat: *exhalantibus etiam nunc scelus suum faucibus, & contagia funesta redolentibus Domini corpus invadunt, quando occurrat Scriptura, & clamet & dicat: omnis mundus manducabit carnem, & anima quæcumque manducaverit ex carne sacrificij salutaris, quod est Domini, & immunditia ipsius super ipsum est, peribit anima illa de populo suo.* In alio quoque ejusdem Levitici loco ita percipitur: *anima polluta, quæ ederit de carnibus hostiæ pacificorum, quæ oblata est Domino, peribit de populis suis*; & tamen carnes illæ irrationabilium bestiarum carnes erant: quale igitur erit supplicium illorum, qui corpus agni immaculati, *qui tollit peccata mundi*, cum immunda conscientia sumere præsumpserint?

Levit. 7. v. 20.

Punitiones divinæ incipiunt à Sanctuario, id est, ab illis qui hoc sacramentum indignè tractant.

Ezech. 9. v. 3.

Ibid. v. 4.

Ibid. v. 5.

Ibid. v. 6.

5. In Ezechiele sequens refertur visio. Comparuerunt sex viri, vas mortis in manibus tenentes, in quorum medio unus erat vestitus lino, ad cujus renes calamarium suspensum pendebat; Hi ingressi sunt templum, juxta altare æneum se collocantes; dicitque sacer Textus: *Gloria Domini Israël assumpta est de Cherub, quæ erat super eum ad limen domus.* Ei verò, qui calamarium habebat, hoc impositum fuit præceptum: *Transi per mediam civitatem in medio Jerusalem, & signa Thau super frontes virorum gementium & dolentium, super cunctis abominationibus, quæ fiunt in medio ejus, Et illis dixit, audiente me: Transite per civitatem sequentes eum & percutite, non parcat oculus vester, neque misereamini, Senem, adolescentulum, & virginem, parvulum, & mulieres, interficite usque ad internecionem; omnem autem super quem videritis Thau, ne occidatis.* Quòd verò vel maximè in hac visione admirationem affert, est quod sequitur: *à sanctuario meo incipite: Ceperunt ergo à viris senioribus, qui erant ante faciem domus.* Scitisne hujus justionis causam? Nimirum Arca, in qua manna erat, & sanctuarium ac altare sanctissimum, hoc præfigurabant Sacramentum, & ideo rigorosam sumit vindictam de illis, qui illud injuriis affecerunt; *omnia in figura contingebant illis.* Porro S. Paschasius visionem hanc sequenti modo exponit: *steterunt juxta altare æneum, quod erat in atrio templi, per quod mirum præsens altare, quo cibum vitæ, & per stipendium militiæ nostræ sumimus, manifestissimè designatur. Clamavit ad virum, qui indutus erat lineis, & attramentarium Scriptoris habebat in lumbis suis. Quem profectò virum Christum intelligimus, vestitum in habitu Pontificis, de quo scriptum est: Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, & habet attramentarium Scriptoris ad renes suos ut omnium peccata deflebat, dum ad altare*

S. Paſch. de corp. & ſang. Dom. c. 8.

Pſal. 109. v. 4

weniunt. Observat verò Sanctus Deum, divinæ justitiæ suæ ministris præcepisse: *non parcat oculus vester, neque misereatur. A sanctuario meo incipite, jure unde peccatum, inde judicium incipit*: hi verò, qui signo *Thau* insigniti erant, quod Crucem & passionem Christi indicabat, illos præfigurabant, qui ex sacra Communione, quæ passionis suæ memoriale est, proficiunt: *Quotescumque manducabitis panem hunc, & calicem Domini bibetis, mortem Domini annunciabitis.* Hi à suppliciis divinis exempti sunt, imò divinorum favorum efficiuntur participes.

1. Cor. 11. v. 26.

DISCURSUS XLI.
ARGUMENTUM.

De damnis indignè communicantium, deque variis eorum spiritualibus, temporalibus & æternis suppliciis.

THEMA.

Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? ...Tunc dixit Rex ministris: Ligatis manibus & pedibus ejus, mittite eum in tenebras exteriores. Matth. 22. v. 12. & 13.

1. PEr hasce nuptias, quarum incarnata Sapientia in hac parabola meminit, ex mente S. Thomæ, sacra Eucharistia intelligitur; dicit enim Ang. Doctor. *Illud nuptiale convivium est Eucharistiæ Sacramentum; istud convivium in Cœna Domini fuit paratum; per tauros & altilia significantur Spiritus Sancti dona, quæ conferuntur in hujusmodi perceptione devotæ*; is verò, qui sine veste nuptiali huic mensæ temerè accubuit, Christianum significat, qui cum conscientia peccati mortalis communicat, gratiam & amicitiam Dei neutiquam possidens. *Vestis denique nuptialis*, ut S. Hieron. ait, *præcepta sunt Domini, & opera quæ complentur ex Lege & Evangelio, nosque dominis efficiunt vestimentum.* Qui hanc vestem non habet, ecce tibi, quod sibi adscivit æternæ reprobationis horrendum supplicium; cujus occasione varias in hoc Discursu pœnas examinabimus, quæ illos infallibiliter manent, qui Eucharistiam sacrilegè suscipere non erubescunt.

S. Thom. Ibid.

Vestis nuptialis necessaria est ad hoc sacramentum dignè sumendum.

S. Hieron. Ibid.

2. Certissimum quidem est, quòd Eucharistia verus sit panis vitæ: *Ego sum panis vivus*; verumtamen constat, quòd mox, ut illam Judas sumpsit, *suspensus creperit medius.* Scitisne causam, cur id ei acciderit? inquit D. Angelicus: *Judas cum esset malus, bono usus est malè: sic cum quis indignè accipit Eucharistiam, quod bonum est & optimum, male accipit, & vertitur sibi in malum.* Nullus quidem dari aut excogitari potest cibus majoris subsistantiæ & nutrimenti, quàm sit iste, sed væ stomacho illi, qui non est purgatus; est enim infallibilis medicinæ aphorismus: *Impura corpora quo plus nutrias, plus ledas*; atque ideo quando conscientia malis humoribus plena est, sacramentum hoc tam corpori quàm animæ perniciosum venenum & toxicum convertitur: *Qui manducat & bibit indignè, judicium sibi manducat & bibit.* Certum quidem est, quòd omnis, qui peccati mortalis bolum deglutit, judicio Dei & condemnationi æternæ subjiciatur, Apostolus tamen de indignè communicantibus specialiter dicit: *Judicium sibi manducat.* Quod sequenti similitudine facilè declarare possumus. Reus aliquis ob grave delictum commissum, carceri inclusus, & mortis condemnatus aliqualem adhuc vitæ suæ spem habere potest, quamdiu sententia mortis in eum lata executioni demandata non fuit, siquidem in communi proverbio dici solet: *Quod vel tempus habet, vitam habet*; fieri enim potest, quod vel vitam pecuniâ redimat, vel carcerem effringat, vel quòd potens aliquis Dominus, pro ejus vita salvanda inrecedat, vel denique quòd sententia mortis, in perpetuum commutetur carcerem: at verò qui irremediabile venenum haufit, quam spem salutis concipere potest? Ecce tibi differentiam, quàm Apostolus assignat inter illos, qui Deum mortaliter offenderunt, & alios, qui indignè sacramentum hoc sumunt; De illis enim verum quidem est, quod *secundùm præsentem justitiam* condemnati sint ad infernum, quia enim in odio Dei sunt, eo ipso divinæ justitiæ supplicijs sunt subjecti, verumtamen tolerantur, majoremque spem habent, quod tandem aliquando resipiscent, & ad pœnitentiam se convertant, & in pristinum justitiæ statum redeant: at verò qui sacrilegè hunc panem cœlestem devorant, judicium sibi manducant, panisque ille in illorum stomacho in perniciosum convertitur venenum. *Post buccellam introivit in eum Satanas. Num mala erat buccella,*

Ingens damnum incurrunt indignè communicantes, quod patet exemplo Judæ. Act. 1. v. 18. S. Thom. in c. 13. Ioan.

1. Cor. 11. v. 29.

Apta similitudine declaratur damnum indignè communicantium.

Ioan. 13. v. 27.

qua

S. Aug. tr. 26. in Ioan.

quæ tradita est Judæ à Domino? quærit S. Augustinus: *Absit; Medicus non daret venenum, salutem Medicus dedit.* Quoniam igitur cibus iste tàm salutaris versus est ei in toxicum? *Indignè accipiendo ad judicium accept.* Idem sanctus Doctor super Psal. 142. inquit: *Qui manducat & bibit indignè &c. non malum est quod datur, sed bonum malo in judicium datur. Bene esse non potest malè accipienti, quod bonum est.*

3. Cum Salvator noster ab innumerabili turba cinctus comprimeretur, Hæmorrhoissa, magna cum fiducia ad ipsum accedens, extremitatem vestium ejus tetigit: *Si tetigero tantùm fimbriam vestimenti ejus, salva ero.* Circa quod factum D. Chrysologus inquit: *O quàm docuit mulier, quantum sit corpus Christi, quæ in fimbria tantum esse monstravit! Miseri, qui quotidiè corpus Christi tractamus & sumimus, & à nostris vulneribus non curamur. Imò, quod magis flendum est, mulier tulit medicinam de vulnere, nobis medicina ipsa retorquetur in vulnus;* at verò quænam est causa, quòd loco vitæ mortem conciliet? *Non deest Christus infirmantibus, sed fides.* Salmeron damnum, quod sacrilegus sibi ipsi procurat, sequenti similitudine declarat: *Vehementer*, inquit, *sibi nocet malè communicans, nam perinde ac si putridum dolium, optimum vinum in se recipiens, statim amittat, faces quæ solum sibi retinet; pari ratione facere videtur, qui nullo cum fructu communicat, & peccata, quæ malè communicando admittit, sibi solum retinet.* Vulgaris est ille Medicorum Aphorismus: *Corruptio optimi pessima;* quantò enim cibo aliquæ delicatior est & pretiosior, tanto illius putredo perniciosior efficitur. Eodem quoque modo accidit in hoc Sacramento; quantò enim purius est & excellentius, tantò majorem in recipiente puritatem & sanctitatem requirit, tantoque magis indignè receptum iram Dei irritat, ut sumentem tanto atrociori pœna castiget. *Adhuc esca eorum erant in ore ipsorum, Et ira Dei ascendit super eos.* Stomachi illi, qui manna satiari illud nauseabant, ultricem protinus experti sunt Dei vindictam, idque etiam illo adhuc tempore, quo coturnices dentibus mandebant; *& occidit pingues eorum, & electos Israël impedivit*; Nec constat, Moysen vel Aaronem pro illorum venia & remissione se apud Deum interposuisse, ut exinde intelligamus, quòd, licet Sanctos pro alijs peccatis nostris promptos ad intercedendum pro nobis experiamur, non tamen facilè intercessuri sint pro tanto sacrilegio, quod malitiosè & scienter indignè communicando committitur. Unde Petrus Blesensis contra hos impios ita scribit: *Repositum fuit illud pretiosissimum corpus in Syndone munda, & in monumento novo: Iste autem in ore, adhuc potu hesterno fœtente, & in sentina ventris adhuc ex præcedenti crapula æstuante demergit eum, quem Angeli prospicere concupiscunt, quem prospiciendo delectationes æternas accipiunt. Nonne potius Antichristianus, quàm Christianus judicandus est, qui, quantum in se est, Christum jam factum impassibilem, ita tractat indignè, ita probris afficit, ita crudeliter interimit, & sepelit inhonestè?* B. Laurentius Justinianus damna indignè communicantibus provenientia, his verbis describit: *Sumentes indignè præ cæteris delicta gravia committunt, & pertinaciores in malo, atque ad emendationem vitæ tardiores sunt. Quonam modo in sceleribus non excellunt alios, dum Regem gloriæ & universorum conditorem contemnunt, & irreverenter tractant?* Deus olim per os Psalmistæ conquerebatur, dicens: *Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potaverunt me aceto.* Porro Christum felle & aceto potatum fuisse, veritas est Evangelica, cum S. Matthæus expresè dicat: *Dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum*; at verò ex quo fel istud Christo in potu propinatum fuit, cur idem sibi in escam datum fuisse dicit: *Dederunt in escam?* S. Augustinus idipsum in sensu spirituali exponit, asserens, eos Salvatorem amarissimo felle potare, qui Eucharistia indignè cibantur; At verò quid tandem illis evenit? Nimirum illa fellis amaritudo super ipsosmet recidit propinantes; Nam regius Vates subdit: *Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributiones & in scandalum; obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurva; Effunde super eos iram tuam, & furor iræ tuæ comprehendat eos, fiat habitatio eorum deserta &c.* Ubi integrum quemdam multorum infortuniorum contexit catalogum, quæ impijs ejusmodi hominibus immittenda erunt. *Acceperat ipse*, inquit S. Augustinus, *escam suavem, quando Pascha mandacaverat cum discipulis suis, illi Sacramentum sui corporis demonstravit, in hanc escam tam suavem, tam dulcem quis est, qui dat fel, nisi contradictores Evangelij, tanquam illi persecutores Christi.* S. Bernardinus ait: *Christianis maximum scelus est, & multorum causa flagellorum, quod Christum Filium Dei in hoc Sacramento tam indignè suscipiunt; propter hoc sæpe evenit sterilitas terræ, temporalium rerum penuria, prædationes, guerræ Saccomani civitatum.* In Tomo primo in alio quodam sermone, adversus eos, qui in peccato mortali constituti communicant, duodecim enumerat maledictiones quæ ex Psalm. 68. deducuntur: *Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum. Primò, peccatis illaqueat; Secundò, retributionem gravat; Tertiò, proximum scandalizat; Quartò, mentem excæcat; Quintò, mandatis incurvat; Sextò, Dei misericordiam irritat; Septimò, Dei Justitiam conturbat; Octavò, vitam abbreviat; Nono, gratuitis privat; Decimò, iniquitatem multiplicat; Undecimò, mentem indurat; Duodecimò, damnatum quoque in fine demonstrat.*

S. Bern. Sen. t. 2. ser. 55. a. 1. c. 3.

Psal. 68. 23. t. 1. ser. 56. a. 1. c. 6.

4. Beatus Laurentius Justinianus ex hac Apostoli propositione (*si quis templum Dei violaverit, disperdet illum Deus*) ita arguit: *Quid de his arbitrandum est, qui sceleribus onerati, absque ulla devotionis veneratione, ad Dei & Domini sui mensam spiritualem audent accedere, corpus ipsius sumere pollutis interioris hominis manibus, atque animo infrunito & irreverenti mysteria sacrosancta tractare?* Quod argumentum & S. Cyprianus ex parabola illius, qui vestem nuptialem neglexit, confirmat, dicens: *Dominicæ mensæ in veste lutulenta se ingerunt impudenter; quibus melius erat mola asinaria collo alligata mergi in pelagus, quàm illota conscientia de manu Domini buccellam accipere.* S. Bonavent. pariter in serm. 6. de ultima cœna, illam ex libro Judicum, de pane subcinericio, Madianitarum exercitum dissipante, historiam adducens, ita discurrit: *Considera hujus miraculi memoriam in hoc Sacramento, quo perversi & indignè communicantes percutiuntur, subvertuntur, terræ coæquantur, & hoc per triplicem mortem, secundùm quod innuit Apostolus, 1. Cor. 11. percutiuntur per mortem spiritualem; unde ait Apostolus: quicumque manducaverit, & biberit calicem Domini indignè, reus erit Corporis & Sanguinis Domini, subvertuntur per mortem æternalem; unde dicitur ibidem: Qui manducat & bibit indignè, judicium sibi manducat & bibit. Terræ coæquantur per mortem corporalem, quando terra in terram revertitur.* Qui idem S. Doct. Apostolum, postquam Corinthijs indignitatem, quarum ad hoc Sacramentum accedebant, exprobrasset, subjunxisse advertit: *Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi.* Imò non defuêre Authores, qui in his Hymni Paschalis verbis (*quæsumus author omnium, in hoc Paschali gaudio, ab omni mortis impetu, tuum defende populum*) Ecclesiam supplicare voluisse autument, ut à mortibus repentinis, quæ eo tempore ad indignè communicantium vindictam, frequentius obtingere solent, fideles suos liberaret; quo & S. Paschasius respexit, dum ait: *Dormiunt ergo inde multi, non somno pacis, sed somno mortis, quid ministerio eorum, qui ad hoc positi sunt, Angelorum perimuntur. Imbecilles verò fiebant, quia variis languoribus ideo cruciabantur; quidam ut corrigerentur; quidam verò, ut jam incipient torqueri, & motu eorum cæteri sanarentur.* Quam eamdem multorum immaturorum funerum causam extitisse S. Augustin. in hæc verba probat: *De mortibus autem, quæ contingunt, & vindicta, aut quodam loco Apostolus, corripiens eos, qui male tractabant corpus & sanguinem Christi, dicens: Propterea in vobis multi infirmi, multi in vobis dormiunt, id est, moriuntur; Flagello autem Domini corripiebantur & ægrotabant, & moriebantur.* Quam eamdem veritatem B. Algerus, de Sacramento altaris tractans, confirmat, dum ait: *Pravi dum communicare præsumunt cibo, qui incommunicabilis est pravitati (ut ait Apostolus) imbecilles fiunt, & dormiunt multi, quia non dijudicant corpus Domini, ut vel corporalis infirmitatis molestia corrigantur, per Dei misericordiam; vel dormitione mortis corporalis vitam amittant temporalem & æternam.* Cui argumento plenius suffragaturus S. Bonav. diversa, sacrilegium hoc consequentia, commemorat damna, præsertim autem, quod vitam penitus abbreviet, ait namque: *Indignè sumentibus multa mala occurrunt; nullius enim opus placet Deo, nisi placeat ipse prius, indigna enim Communio, peccatis hominem illaqueat, damnationem præparat, proximam scandalizat, mentem excæcat, tentationi subjugat, Deum irritat, vitam temporalem breviat, gratuitis spoliat.* Quæ omnia damna ex citato eruit Ps. 68. si quis autem porro quæ-

1. Cor. 3. v. 17. B. Laur. Just. de Euchar.

S. Cypr. de Cœn. Dom.

1. Cor. 11. v. 27.

Ibid. v. 30.

S. Pascha. l. de corp. & san. D. c. 8.

S. Aug. ser. 10. de div.

B. Algerus de sac. p. 6. ult.

S. Bonav. de comp. The. de rit. t. 7. l. 6. c. 15.

D. Chrysol. ser. 34. Medicina corporis Christi, indignè sumentibus est vulnus & venenum.

Et quidem valde periculosum, & atroci pœna dignum. Psal. 77. v. 30. & 31.

Ibid.

Pet. Bles. ep. 123.

B. Laur. Justin. de Euch. Recensentur damna indignè communicantium. Psal. 68. v. 22.

Matth. 27. v. 34.

S. Aug. Ibid.

S. Paschas. Ibid.

Ibid. c. 21.

Sylv. hist. t. 2. l. 8. c. 2. t. 10. ex 8. Horrenda historia indignè communicantis, & sine pœnitentia morientis.

Revel. S. Birg. l. 2. c. 2. B. V. pro tali anima intercedens, nihil efficit.

S. Cyp. de lapsis n. 86. Varia alia ejusdem materiæ exempla.

to quæfierit, quare Deus hujusmodi trangressores dictis supplicijs obruere differat. respondet S. Paschas. de sacrilego & indignè communicante tractans, in hæc verba: *Certus sit, quia ultores Angeli nec semel indignè communicanti parcerent, nisi bonitas Christi, in cujus judicio pendent omnia, & cui commissum est, ut signum ponat suorum in frontibus, gladium suspenderet, & removeret interdum momentaneam mortem. Quod sanè delictum, nullo alio, nisi Christo intervenente, donabitur. Unde in lege, ob hoc, quia in sanctificatis deliquit, aries, per quem Christus intelligitur, offerri jubetur.* Qui idem Sanctus alio in loco; cui divina Justitia in sacrilegè communicantes puniendo, tardè procedat, hanc aliam assignat rationem, dicens: *Sed Dominus, qui eos continuò non punit, numquid non curat, aut suas injurias eatenus multas obliviscitur? Nequaquam hoc dixerim, præsertim cum idem videat, & ad iracundiam exinde amplius concitetur, eò quòd provocent eum filij sui, & filiæ in iram, quos Angelorum gratis sociaverat mensæ. Hinc quoque est quod sequitur: Abscondam faciem meam ab eis, considerabo novissima eorum;* hoc namque maximum est supplicium divinum, quod Deus indignationem suam in mortis puncto exercens, permittat tales impœnitentes & absque hoc Sacramento mori, quia nimirum ipsum vilipenderant, & malè tractaverant in vita. In Sylva historiarum de quodam mercatore, lucris illicitis dedito, divitiasque per fraudes accumulare satagente, scriptum reperio, quòd statim post sumptam communionem Paschalem, pallidum & tetrum vultum præ se ferens infirmatus, cum à suis ad sacramenta recipienda exhortatus fuisset, se ea nolle, responderit, utpote à quibus omnino abhorreret, siquidem hostia, quam in Paschate sumpserat, faucibus ejus etiamnum inhærens magnum sibi dolorem causaret; cumque ei suaderetur, ut in divinam confideret misericordiam; Frustra id sibi inclamari dixerit, utpote cui jam damnato locus in inferno demonstratus esset, in quo juxta collegam suum, qui paulo ante vesperi sanus lectum ingressus, noctu à diabolo abreptus fuerat, in æternum torquendus esset; cumque imago Crucifixi ad eum delata esset, ipseque divinam ejus moneretur invocare clementiam, manibus oculis admotis, eamdem nequaquam respicere & voluerit dicendo, quod non nisi severum in ea judicem suum videret, utpote diaboli jam manibus traditus; hisque dictis, confestim expirarit.

5. In revelatione quadam, quæ S. Birgittæ obtigit, cujus titulus est: *Filij querimonia de quadam anima damnanda*; sequentia leguntur: Cum enim dæmon moribundi cujusdam animam suam esse prætenderet, beatissima Virgo, cui moribundus ille mirè devotus fuerat, se apud Filium suum intercessione sua fortiter interposuit. At verò num forte hoc peccatorum refugium & asylum aliquid pro obtinenda peccatorum misereri hujus venia à filio suo impetrasse existimatis? Minimè gentium; quin potius filius ejus illi respondit: *Scis mater mea, & vides omnia in me; hæc anima quamvis te in memoria habuerit, corpus meum mundissimum non jè tractabat, ut debuit. Quamvis me sumpsit commodè, non tamen ex hoc meliorabatur, quia non se præparavit, ut debuit. Qui enim colligere vellet hospitem bonum, præparare debet non solùm hospitium, sed & omnia utensilia, sic non iste, quia etsi mundavit domum, non tamen scopavit eam reverenter & diligenter, nec paramentum struxit virtutum floribus.* Aurea est igitur illa S. Bernardi sententia: *hujus Sacramenti natura est indurare corda illorum, qui illud malè suscipiunt*, & illorum, qui illum non suscipiunt. P. Bollandus de Euthymio Magno refert, quòd quibusdam in solitudine secum commorantibus, hanc se visionem habuisse dixerit: *Terribilem Angelorum visionem una secum Deo ministrantem & sacra contrectantem, & quod in Dominici corporis sumptione alios quidem ex ijs, qui accedebant, videret ab ipsa illuminari, aliquos autem velut obscurari & morte affici; quicumque scilicet erant indigni ea luce & splendore.* Hæc autem caligo infernalium tenebrarum erat præsagium.

6. S. Cyprianus de parvula puella quadam refert: quòd, cum à parentibus suis nutrici cuidam tradita esset, hæc eam ad Magistratum detulit, fideles illius temporis persecutionibus exagitantem: Cum autem puella ob annorum incapacitatem, oblatas idolis carnes manducare non posset, gentiles ei panem obtulerunt vino intinctum, quod falsò cuidam numini oblatum fuerat. Post aliquod igitur temporis spatium, matri restituta filia, ad Ecclesiam vice quadam deducta fuit, sancti Cypriani Missam auditura; moxque puella plangere, volutari huc illucque agitari cœpit, absque ullo quietis intervallo, aut remedij subsidio; Tandem itaque Diacono vinum consecratum, ut cum reliquis adstantibus sanctissimum acciperet, ei sibi offerent, obstrepuit & repudiavit, donec tandem violenter inducta oblatum sibi vinum sumpsit; subjungitque omnibus verissimum esse innotuit, non posse *nos simul bibere calicem Christi & calicem dæmoniorum.* Et licet nullam eum panem, vino idololatræ intinctum, sumendo admisisset culpam, nihilominus, ut idem subjungit Sanctus: *Tunc sequebatur singultus & vomitus, in corpore atque ore violato Eucharistia permanere non potuit; sanctificatus in Dominì Sanguine potus de pollutis obliviscitur? Nequaquam hoc dixerim, præsertim cum idem videat, & ad iracundiam exinde amplius concitetur, eò quòd provocent eum filij sui, & filiæ in iram, quos Angelorum gratis sociaverat mensæ. Hinc quoque est quod sequitur: Abscondam faciem meam ab eis, considerabo novissima eorum;* hoc namque maximum est supplicium divinum, quod Deus indignationem suam in mortis puncto exercens, permittat tales impœnitentes & absque hoc Sacramento mori, quia nimirum ipsum vilipenderant, & malè tractaverant in vita. In Sylva historiarum de quodam mercatore, lucris illicitis dedito, divitiasque per fraudes accumulare satagente, scriptum reperio, quòd statim post sumptam communionem Paschalem, pallidum & tetrum vultum præ se ferens infirmatus, cum à suis ad sacramenta recipienda exhortatus fuisset, se ea nolle, responderit, utpote à quibus omnino abhorreret, siquidem hostia, quam in Paschate sumpserat, faucibus ejus etiamnum inhærens magnum sibi dolorem causaret; cumque ei suaderetur, ut in divinam confideret misericordiam; Frustra id sibi inclamari dixerit, utpote cui jam damnato locus in inferno demonstratus esset, in quo juxta collegam suum, qui paulo ante vesperi sanus lectum ingressus, noctu à diabolo abreptus fuerat, in æternum torquendus esset; cumque imago Crucifixi ad eum delata esset, ipseque divinam ejus moneretur invocare clementiam, manibus oculis admotis, eamdem nequaquam respicere & voluerit dicendo, quod non nisi severum in ea judicem suum videret, utpote diaboli jam manibus traditus; hisque dictis, confestim expirarit.

5. In revelatione quadam, quæ S. Birgittæ obtigit, cujus titulus est: *Filij querimonia de quadam anima damnanda*; sequentia leguntur: Cum enim dæmon moribundi cujusdam animam suam esse prætenderet, beatissima Virgo, cui moribundus ille mirè devotus fuerat, se apud Filium suum intercessione sua fortiter interposuit. At verò num forte hoc peccatorum refugium & asylum aliquid pro obtinenda peccatorum misereri hujus venia à filio suo impetrasse existimatis? Minimè gentium; quin potius filius ejus illi respondit: *Scis mater mea, & vides omnia in me; hæc anima quamvis te in memoria habuerit, corpus meum mundissimum non jè tractabat, ut debuit. Quamvis me sumpsit commodè, non tamen ex hoc meliorabatur, quia non se præparavit, ut debuit. Qui enim colligere vellet hospitem bonum, præparare debet non solùm hospitium, sed & omnia utensilia, sic non iste, quia etsi mundavit domum, non tamen scopavit eam reverenter & diligenter, nec paramentum struxit virtutum floribus.* Aurea est igitur illa S. Bernardi sententia: *hujus Sacramenti natura est indurare corda illorum, qui illud malè suscipiunt*, & illorum, qui illum non suscipiunt. P. Bollandus de Euthymio Magno refert, quòd quibusdam in solitudine secum commorantibus, hanc se visionem habuisse dixerit: *Terribilem Angelorum visionem una secum Deo ministrantem & sacra contrectantem, & quod in Dominici corporis sumptione alios quidem ex ijs, qui accedebant, videret ab ipsa illuminari, aliquos autem velut obscurari & morte affici; quicumque scilicet erant indigni ea luce & splendore.* Hæc autem caligo infernalium tenebrarum erat præsagium.

6. S. Cyprianus de parvula puella quadam refert: quòd, cum à parentibus suis nutrici cuidam tradita esset, hæc eam ad Magistratum detulit, fideles illius temporis persecutionibus exagitantem: Cum autem puella ob annorum incapacitatem, oblatas idolis carnes manducare non posset, gentiles ei panem obtulerunt vino intinctum, quod falsò cuidam numini oblatum fuerat. Post aliquod igitur temporis spatium, matri restituta filia, ad Ecclesiam vice quadam deducta fuit, sancti Cypriani Missam auditura; moxque puella plangere, volutari huc illucque agitari cœpit, absque ullo quietis intervallo, aut remedij subsidio; Tandem itaque Diacono vinum consecratum, ut cum reliquis adstantibus sanctissimum acciperet, ei sibi offerent, obstrepuit & repudiavit, donec tandem violenter inducta oblatum sibi vinum sumpsit; subjungitque omnibus verissimum esse innotuit, non posse *nos simul bibere calicem Christi & calicem dæmoniorum.* Et licet nullam eum panem, vino idololatræ intinctum, sumendo admisisset culpam, nihilominus, ut idem subjungit Sanctus: *Tunc sequebatur singultus & vomitus, in corpore atque ore violato Eucharistia permanere non potuit; sanctificatus in Dominì Sanguine potus de pollutis obliviscitur? Nequaquam hoc dixerim, præsertim cum idem videat, & ad iracundiam exinde amplius concitetur, eò quòd provocent eum filij sui, & filiæ in iram, quos Angelorum gratis sociaverat mensæ. Hinc quoque est quod sequitur: Abscondam faciem meam ab eis, considerabo novissima eorum;* hoc namque maximum est supplicium divinum, quod Deus indignationem suam in mortis puncto exercens, permittat tales impœnitentes & absque hoc Sacramento mori, quia nimirum ipsum vilipenderant, & malè tractaverant in vita. In Sylva historiarum de quodam mercatore, lucris illicitis dedito, divitiasque per fraudes accumulare satagente, scriptum reperio, quòd statim post sumptam communionem Paschalem, pallidum & tetrum vultum præ se ferens infirmatus, cum à suis ad sacramenta recipienda exhortatus fuisset, se ea nolle, responderit, utpote à quibus omnino abhorreret, siquidem hostia, quam in Paschate sumpserat, faucibus ejus etiamnum inhærens magnum sibi dolorem causaret; cumque ei suaderetur, ut in divinam confideret misericordiam; Frustra id sibi inclamari dixerit, utpote cui jam damnato locus in inferno demonstratus esset, in quo juxta collegam suum, qui paulo ante vesperi sanus lectum ingressus, noctu à diabolo abreptus fuerat, in æternum torquendus esset; cumque imago Crucifixi ad eum delata esset, ipseque divinam ejus moneretur invocare clementiam, manibus oculis admotis, eamdem nequaquam respicere & voluerit dicendo, quod non nisi severum in ea judicem suum videret, utpote diaboli jam manibus traditus; hisque dictis, confestim expirarit.

5. In revelatione quadam, quæ S. Birgittæ obtigit, cujus titulus est: *Filij querimonia de quadam anima damnanda*; sequentia leguntur: Cum enim dæmon moribundi cujusdam animam suam esse prætenderet, beatissima Virgo, cui moribundus ille mirè devotus fuerat, se apud Filium suum intercessione sua fortiter interposuit. At verò num forte hoc peccatorum refugium & asylum aliquid pro obtinenda peccatorum misereri hujus venia à filio suo impetrasse existimatis? Minimè gentium; quin potius filius ejus illi respondit: *Scis mater mea, & vides omnia in me; hæc anima quamvis te in memoria habuerit, corpus meum mundissimum non jè tractabat, ut debuit. Quamvis me sumpsit commodè, non tamen ex hoc meliorabatur, quia non se præparavit, ut debuit. Qui enim colligere vellet hospitem bonum, præparare debet non solùm hospitium, sed & omnia utensilia, sic non iste, quia etsi mundavit domum, non tamen scopavit eam reverenter & diligenter, nec paramentum struxit virtutum floribus.* Aurea est igitur illa S. Bernardi sententia: *hujus Sacramenti natura est indurare corda illorum, qui illud malè suscipiunt*, & illorum, qui illum non suscipiunt. P. Bollandus de Euthymio Magno refert, quòd quibusdam in solitudine secum commorantibus, hanc se visionem habuisse dixerit: *Terribilem Angelorum visionem una secum Deo ministrantem & sacra contrectantem, & quod in Dominici corporis sumptione alios quidem ex ijs, qui accedebant, videret ab ipsa illuminari, aliquos autem velut obscurari & morte affici; quicumque scilicet erant indigni ea luce & splendore.* Hæc autem caligo infernalium tenebrarum erat præsagium.

6. S. Cyprianus de parvula puella quadam refert: quòd, cum à parentibus suis nutrici cuidam tradita esset, hæc eam ad Magistratum detulit, fideles illius temporis persecutionibus exagitantem: Cum autem puella ob annorum incapacitatem, oblatas idolis carnes manducare non posset, gentiles ei panem obtulerunt vino intinctum, quod falsò cuidam numini oblatum fuerat. Post aliquod igitur temporis spatium,

Baron. An. 57. n. 152.

Matth. 7. v. 6.

S. Bernar. T. 2. ser. 55. a. 1. c. 3. 1. Cor. 10. v. 1. 3. 4.

Ibid. v. 6.

Ibid. v. 5.

Frisia submersa fuit propter sacram hostiam indignè tractatam.

cum

cum anno eodem Dominus Provinciam terribiliter plagasset, & causa plagæ populum lateret, matronæ cuidam valde religiosæ, Domino in orationibus, jejuniis, vigiliis servienti, Beata Dei Genitrix Maria, lachrymis ejus mota, populique miserta, apparens, sic ait: Propter injuriam Filij mei in Sacramentum Corporis ejus factam, submersa est Frisia, & adhuc amplius plagabitur, si condigna pœnitentia non fuerit subsecuta.

DISCURSUS XLII.
ARGUMENTUM.

Impuritas vitæ ad Christi corpus accedentem summè dedecet; ubi consequenter de varijs agitur pœnis illorum, qui impudici existentes ad Communionem accedere

THEMA.

Nescitis, quoniam corpora vestra membra sant Christi? tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? 1.Corinth.6.v.15.

Ioan.6. v.57. Impudici in suis criminibus communicantes, Christum conjungunt Veneri.

1. SAlvator noster apertis verbis asserit: *Qui manducat meam Carnem, & bibit meum sanguinem: in me manet, & ego in illo*; Qua Corporis Christi cum membris nostris unione & communicatione supposita, clarum est, Apostolum hominibus carnalibus meritò his verbis improperasse: *Nescitis, quoniam &c.* Quid enim lasciva & impudice vivere, in eaque vita ad sacram Communionem accedere est aliud, quam carnis purissimæ agni immaculati cum Venere conjunctionem temerè moliri velle? Nam ut B. Algerus ad nostram eruditionem optimè inquit: *Sciendum, quia agnum Dei sine macula, qui virginis est Filius, luxuriosi & incestuosi jamunt periculosius, quia cum in Sacramento Christi, et uniri debemus, conformitate passionis & munditiæ, nihil sic adversatur passioni Christi, ut voluptas, nihil sic munditiæ ac fœditas, nihil sic ejus unitioni, ut fornicariæ societatis unitas. Libido enim appetitu suo allicit & incendit, actu suo fœdat & enervat, usu lubrica lubricat & illaqueat, adeo ut placendo displiceus, displicendo placeat, difficilem aut nullam sui pœnitudinem admittat.* Quando Salvator noster in sua conceptione carnem nostram assumpsit, operâ Spir. S. qui summa puritas est, in utero virgineo generari; similiter quando idem corpus sepeliendum erat, monumentum novum adhiberi voluit; *ubique beato corpori defertur sanctitas*, inquit S.Maximus, *ubique virginitas, novus illud venter concipit, novus tumulus includit.* B.Petrus Damianus in Epistola quadam ita scribit: *Planè sicut concipienti Deiferæ virgini non virile semen influxit, sed virtus Spirit. S. obumbravit, ita nunc in altari positum Sacramentum, eadem S.Spir. virtus est quæ vivificat, & necesse est, ut hoc pudica manus & impolluta contingat?*

B. *Alg. l. 1. de sac. alt. cult.*

Corpori Christi, tam in conceptione, quam sepultura deservit virginitas & puritas.
S. *Max. h. 2. de cruc:*
S. *Pet. Dam. l. 2. Ep. 10.*

2. S.Bonaventura, ex eo, quod Deus in monte Sinai populum Israëliticum alloquio suo dignaturus, eidem, ut ab omni, etiam licito actu conjugali abstineret, præceperit, evidentem hanc deducit consequentiam. *Si illic, ubi Dominus per creaturam subditam hominibus loquebatur, tanta provisione, est munditia corporis requisita, ut, qui verba Dei percipere mulieribus mixti non essent, quanto magis mulieres, quæ Corpus Domini omnipotentis accipiunt, custodire in se munditiam carnis debent, ne illa inæstimabilis mysterij magnitudine graventur?* Ideo etiam S. Paschasius mensam Eucharisticam accessuris, firmiter inculcat, ut virtutem hanc castitatis in se solicitè custodiant: *sicut nihil in hac vita felicius bono Christiano, ita illo nihil periculosius, si desertus à tanta gratia, fiat membrum meretricis, & ideo charissime castum te custodi, quia hoc unus, quo virgines generantur nimirum non modo carnis luxuriam, verum etiam mentis execratur desidiam, & omne quod est, unde noster interior homo possit maculari.* Idem quoque Sanctus paulo ante dixerat: *quisquis vult vere communicare, sic vivat necesse est, ut Templum Spiritus S. semper esse queat*, quidnam verò ad hoc requiratur, ut quis Spir. S. Templum evadat, S.Lucia virgo perspicuis verbis nos docet, dum ait: *caste viventes Templum sunt Spir. S.*

S. *Bonav. Phar. l. 1. c. 8.* Corpus Christi sumere volentes; casto vivant.

S *Pasch. l. 6. de Corp. & sang. D. c. 22.*

Lev. 6. v. 25. & 6. & 27. Cur Carnes sanctæ in V.L. prohibitæ fuerint mulieribus.

3. In Levitico hoc Deus præceptum condidit: *ista est lex hostiæ pro peccato; in loco ubi offertur holocaustum, immolabitur coram Domino; Sanctum sanctorum est, Sacerdos qui offert, comedet eam in loco sancto; ... Quidquid tetigerit carnes ejus, sanctificabitur*; quis autem non videt omne id, quod hic præcipitur, figuram fuisse istius sacrificij incruenti, quod in Ecclesia Dei pro peccatis mundi offerendum erat? Quod verò, mè proposito nostro deservit, est, quod sequitur: *omnis masculus de genere sacerdotali vescetur de carnibus ejus, quia Sanctus sanctorum est.* Circa quæ verba quærendum venit, cur harum carnium manducationem mulieribus prohibuerit, cum tamen, licet sexus sint debilioris, præ viris tamen magis devotæ & ad pietatem inclinatæ esse noscantur? Quam difficultatem Rupertus Abbas resolvit, dicens, *quia nemo mollis ac fluxus hujusmodi bestia dignus est esa, omnis, inquit, masculus de genere sacerdotali, id est, omnis fortis, qui viriliter intus resistendo, dignus est dici, vel esse Filius, aut consanguineus magni Sacerdotis Christi, vescetur carnibus ejus.* S. Cyrillus Alexandrinus acutè observat, quod S.Joannes de convivio turbis à Christo in solitudine exhibito, scribens, nullam mulierum faciat mentionem, sed virorum tantùm, dicit enim Evangelista: *discubuerunt ergo viri numero quasi quinque millia?* Ubi S. Cyrillus subdit: *discumbentium virorum dumtaxat memini, docet quippe nos tamquam in ænigmate in studio boni viriliter agentibus, convenientius quodammodo & magis proprie cibum à Salvatore esse suppeditatum iri, non autem ijs, qui vitiosis moribus sunt effœminati.* Nimirum Panis ille miraculosè multiplicatus, ut sæpius alibi probavimus, verum Eucharistiæ symbolum erat, & ideo S. Joannes, qui dono virginitatis erat conspicuus, de miraculosa illa reflexione differens, ne per umbram quidem sexus illius mentionem facere voluit, qui ut plurimum offendiculum est honestatis ad denotandum, quantum ab hoc Pane Angelico omnis vel minima hujus virij umbra aliena esse debeat.

Rup. Abb. l. 1. in Lev. c. 34.

S. Cyr. Alex. l. 3. in Ioan. 6. v. 10.

In manducatione panis miraculosi in deserto, solum fit mentio virorum, & quare.

4. Abulensis quærit, an Abimelech, panes propositionis Davidi & Comitibus ejus dando, peccaturus fuisset, si hi fuissent immundi, id est, ab actu conjugali etiam licito & honesto non abstinuissent; ubi demum post ventilatam fusè quæstionem, in hanc moralitatem descendit; *ex his apparet*, inquit, *quanta confusio debeat esse eorum, qui dominicum corpus immundi existentes accipiunt, nam si lex homini, existenti in necessitate, non permittebat comedere de Pane illo propositionis, qui nullam differentiam ab aliis panibus habebat secundum veritatem, sed solum, secundum opinionem, quanto solicitius hoc observandum est in dominico corpore, ubi non est Panis & vinum, sed vera Christi caro? sicut hic specialiter inquisivit Abimelech de immunditia, quæ est à mulieribus, ita & in sumptione dominici corporis observandum est, non enim mereretur cœnem supercœlestem degustare, qui turpibus carnis illecebris immorarentur.*

Abul. q. 1. in c. 21. Reg. 1.

Panes propositionis non comedebantur ab immundis etiam actu conjugali licito.

5. Quodnam existimatis in eo latere mysterium, quod Christus in stabulo nascens, animaliumque obsequium circacircum se admittens, equum & mulum excluserit, & solum asinum & bovem admiserit? Pro resolutione memorandum est, quod locus, in quo Christus in lucem est editus, *Bethlehem*, id est, *domus Panis* appelletur; ad hunc verò cœlestem Sacramenti Panem, lasciva, qui per equum & mulum præfigurantur, admitti non merentur: Unde S. Bernardus in sermone quodam de circumcisione Domini verba illa Davidis (*ut jumentum factus sum apud te, & ego semper tecum:*) adducens inquit: *talia enim jumenta cognoscunt possessorem suum, & præsepe Domini sui, in quo positum est pissimum fœnum, ipse qui Panis est Angelorum.* S. Paulus Corinthios docet, inquiens: *fugite fornicationem; omne peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus est, qui autem fornicatur, in corpus suum peccat*; equidem, tametsi peccatum impudicitiæ impuram quoque reddat animam, hujus tamen nullam facit mentionem, & ratio est, quia homines carnales spiritus & animæ nullam habent rationem, sed caro dominatur spiritui & rationi; atque ideo lascivi, carnis nomine appellantur: *omnis caro corruperat viam suam, Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est*; quænam igitur Sacramento altari irrogari posset, major injuria aut vilipendium, quàm si illud homini carnali ministretur? *in Corpus Christi peccat*, id est, illi injuriam facit, quia *de carne & metet corruptionem*; is enim, qui cœlestem hunc Panem (qui Panis intellectus nuncupatur: *cibabit illum Pane vitæ & intellectus*) jure merito merus & purus Spiritus esse deberet, ac proinde Propheta Regius hunc abusum prævidens, in persona Christi his verbis lamentatur: *quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem?* S. Gaudentius in tractatu cui titulus est *nemo judicium est mundi*, ita scribit, *cavendum nobis planè fratres charissimi, ne victoriam*

Cur Christus nato in stabulo adduxerint asinus & bos & non equus & mulus.

Psalm. 31. v. 23.
S. *Bern. ser. 3. de circ. D.*

1. Cor. 6. v. 18.

Homines carnales nullam spiritus & animæ habent rationem.
Gen. 6. v. 12. & 3.

Galat. 6. v. 8.

Eccl. 15. v. 3.

Ps. 29. v. 10.

viam Christi, qua de Diabolo triumphavit, de captivitate ejus, nos redimens suo sanguine pretioso; & auferens ei humani generis principatum, vestro vitio irritam faciatis, illius tyrannidi per illecebras carnis, ejus crudeli imperio regno nos subjicientes; unde merito conqueritur increpans & exprobrans: Quæ utilitas in sanguine meo? sine causa meus pro vobis sanguis effusus est, si ita vos geritis.

Corpus Christi ab immunda anima sumptum, illam magis inficit & deturpat.
B. *Laur. Iust. de Euch.*
Apoc. 22. 11.
Sap. 16. v. 27. 28.
Apon. l. 2. in Cant. in bibl. vet. p. 1. 1.

6. Manna, symbolum Eucharistiæ, ijs, qui contra Divinum interdictum, illud colligebant, subito vermes scaturiebat; ita pariter hæc mensa cœlestis, licet in se ipsa corruptioni & putredini subjecta non sit, participata tamen ab anima immunda, magis illam inficit & contaminat; unde B. Laurentius Justin. ait: *immundi ex communione sancta deteriores fiunt, adeo ut in illis verificetur illud, [qui in sordibus est sordescat adhuc.]* In libro Sapientiæ de Manna ita scribitur: *Quod ab igne non poterat exterminari, statim ab exiguo radio Solis calefactum tabescebat, Ut notum omnibus esset, quoniam oportet prævenire Solem ad benedictum tuam.* Aponius ad hoc altaris sacramentum alludens, ex prædictis verbis hoc elicit documentum: *Minutum*, inquit, *statim dilueulo colligendum, mox ut notina illuxerit cordibus nostris, antequam ardor avaritiæ, antequam ardor libidinis exardeat in nobis, nam ubi hi æstus incœperint mentibus nostris, panem illum cœlestem (in quo dixit Dominus hominem vivere) ad suam retractum naturam, fugant à nobis, nec intus nostra viscera ejus virtus manebit, sicut Sole orto, Manna ad liquoris naturam revertebatur.* Notanda vero sunt verba illa: *Ab exiguo Solis radio*, quia omnis hujus peccati carnalis macula, quantumvis parva esse videtur ad Manna hoc paradisiacum in nobis destruendum sufficit.

Communicantes delectationibus carnalibus obnoxij, animas suas ducunt ad mortem.

7. In lamentationibus Jeremiæ hæc verba leguntur: *matribus suis dixerunt, ubi est triticum & vinum? cum deficerent quasi vulnerati in plateis civitatis, cum exhalarent animas suas*; circa quæ verba merito quæritur, undenam hæc desolatio & exterminium suam habuerit originem? S. Paschasius in sensu morali ad frumentum electorum alludens, quod licet sit Panis vitæ, mortis tamen multarum animarum causa existit, inquit: *Exhalant animas suas in sensu matrum suarum, quæ illos male aluerant, & in sinum oblectationis pessimæ illexerant*; paulo post verò subjungit: *Per plateas voluptatis arripit latam & spaciosam viam, quæ ducit ad mortem.* Theodoretus verba illa Apostoli (*Quicumque manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domini indigne reus erit Corporis & sanguinis Domini*) Glossa sua illustrans, eos, qui hunc panem, conscientiæ immundæ obnoxij, manducant, Judæ pares censendos esse existimat, ait enim; *hoc significat, quod, quemadmodum tradidit ipsum Judas, ipse autem insultarunt, & probris affecerunt Judæi, ita eam ignominia & dedecore afficiunt, qui sanctum ejus corpus immundis manibus accipiunt; & impolitum & incestuosum os immittunt*, S. Bern. pariter in quodam sermone inquit: *Qui secundum carnem vivunt, & post carnalia evagantur; catena vitiorum compediti, cum Juda proditore venenum accipiunt, spiritualis incendij laqueum incurrunt gravissime damnandi, tum pro multiplici reatu, tum pro sacramenti contemptu.* S. Paschasius ad præceptum illud, quo Deus olim agnum Paschalem, succinctis renibus manducari voluit, alludens inquit: *Renes vestros accingetis, quia sunt hæc vitæ semina; quibus virgines generantur; unde constat, quod nulli periculosius ea contingant, quam luxuriosi. Propterea primum hoc loco, lex castitatis in renibus, quorum scrutator est Deus, per seipsum asstigitur; nam si, qui uxoribus detinent reddunt, in lege non possunt ad Deum, neque ad panes propositionis, neque ad ulla legis consecrata, nisi prius saltem triduo, vel eo amplius sanctificentur, accedere, quanto magis si volumus panem illum, qui de cœlo descendit, & agni Dei carnes digne comedere, necesse est ab omnibus peccati operibus vacare, purificationem que mentis ad Deum dirigere?* Enimvero licet in mensa Eucharistica non sumatur aliud, quàm caro & sanguis, illa tamen caro & sanguis est caro & sanguis filij Virginis, & agni immaculati & *vinum germinans Virgines*, & ideo ab hac carne alienissimus esse debet, qui est mera caro & sanguis. Audiamus S.Cyprianum, hac de re ita loquentem: *Inter Dominicæ mensæ convivas animalis homo non admittitur, quidquid caro & sanguis dictat, ab hoc cœtu excludetur.* S. Bernard. in quodam sermone authoritatem adducit S. August. dicentis: *Quàm temerarium, quamque nefarium est, cruentis manibus intemeratæ virginis tractare Filium? Quis audius hoc sustinet aurium, quis oculus non confunditur ad intuitum, ubi pretium mundi, mitti-*

1. Cor. 11. v. 27.

Theod.

S. *Bern. ser. in cœn. Dom.* Nam cum Juda proditore venenum accipiunt.
S. *Pasch. de Corp. & sang. Dom. c. 22.*
Exod. 12.

Renes castitate præcingendi sunt, antequam accedamus ad esum Agni Eucharistici.

S. *Bern. 2. 2. serm. 35. a. 1. c. 3.*

8. Dragma perdita inter domus immundities reinventa fuit; hujus autem gemmæ, pro qua comparanda prudens ille negotiator vendidit omnia, quæ habuit, sanctissimum altaris sacramentum assimilare possumus, nam ut Concilium Trident. ait: *Divitias in eo amoris sui effudit*; de hac gemma præceptum illud Evangelicum datum esse intelligitur; *nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis*; per hæc autem animalia immunda carnales homines intelliguntur, qui panem cœlestem conculcant. Rupertus Abbas super illa verba (*litigabant ergo Judæi ad invicem, dicentes: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?*) inquit: *Sanctum hoc est, quod litigiosis canibus dari non debet; Margaritæ sunt, quæ videlicet ne conculcentur, ante porcos mittendæ non sunt.* Salvator noster S. Birgittæ apparens, causam revelavit, cur multi hoc Manna cœleste nauseent, dicit enim: *Fœtidus verè est & febricitans, qui habet calorem exteriorem, sed interiorem frigiditatem, sitim intolerabilem, languorem membrorum, panis fastidium & omnis suavitatis abominationem. Calescit enim ad mundum, frigescens est ad Deum, sitit voluptatem carnis, fastidiens virtutum pulchritudinem; insipidus, est ad mandata Dei, fervens ad omnia, quæ sunt carnis, ideo non mirum, quia non sapit sibi corpus meum.* Sic quoq; Manna populo Israëlitico nauseam ingerebat, sed unde hæc nausea provenit? nimirum licet Manna in se reclluderet omnes sapores, qui desiderari poterant, illi tamen carnes concupiscebant, & ideo Manna illis insipidum videbatur. Ad magnam illam cœnam, quæ Eucharistiæ figura erat, infelix ille homo accedere non solùm renuebat, sed etiam frequentationem illius sibi impossibilem esse reputabat, unde dicebat: *non possum venire*, cujus impossibilitatis rationem, ipsemet adsignabat, dum perspicuis verbis edixit: *Uxorem duxi, & ideo non possum venire.* Circa quæ verba Simon de Cassia ita scribit: *Magnum est vinculum hominibus uxor ad Divina convivia, etiamsi bona consistat, si nolit celebrare divortium propter Christum, & vacare ad tempus.* Ubi notanda sunt verba illa: *Etiamsi bona consistat*; præterquam, quod agatur de actu conjugali, qui inter maritum & uxorem cum augmento gratiæ exerceri potest, fiquidem matrimonium verum est sacramentum; quid igitur de fornicarijs diceres, de quibus Petrus Blesensis in quadam Epistola ait: *Sanè non habent potestatem edere de cœlesti altari, qui tabernaculo carnis desserviunt. Illi enim, qui carnalibus desideriis insumuntur, calix Domini veritur in fel Draconum, Angelorum Panis aufertur ab eis, Manna cœleste putrescit, pluit super eos Dominus, sicut pulverem carnes.* Salvianus in hac materia ita scribit: *carnes desiderat, verberatur; & quia quotidie Manna edens; explere ex illecebris ventris cupit ingluviem optata quidem cupiditate saturatur, & in ipsa tamen saturitate torquetur; adhuc enim*, inquit *Scriptura, esca erat in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos*; quia ut Petrus Cellensis ait: *Cibos ad libidinem commotivos rebellis & ingratus populus esurijt.*

Ad magnam cœnam venire non potest, qui uxorem duxerat.
Luc. 14. v. 20.
Sim. de Cass. l. 6. c. 19.

Petr. Bles. Ep. 123.

Petr. Cell. de Pan. c. 11.

9. Salutare proinde est illud Regij Vatis consilium, dicentis: *Apprehendite disciplinam*; ubi alij apud Lorinum legunt *adorate frumentum* alij: *Adorate purè*: Alij: *Adorate filium*, alij: *Fasciculum spicarum*; sed cur obsecro per cœleste hoc frumentum nos simul hortatur ad castitatem? *ne quando irascatur Dominus, & pereatis de via justa, cum exarserit in brevi ira ejus*; summopere enim ira Dei contra homines carnales ad Eucharistiam accedentes irritatur; & ideo alij legunt: *Armamini disciplina, mandita.* S. Joannes postquam in Apocalypsi Beatos illos dixisset, qui stolas suas *lavant in sanguine Agni*, id est, qui per pœnitentiam concertantias suas purificant, protinus subjungit: *ut sit potestas eorum in ligno vitæ*, per quod sacramentum altaris intelligitur, utpote in virtute illius in paradisum intrarur; & *per portas intrent in civitatem*, id est, in cœlestem Jerusalem; & tamen abinde nonnulli repelluntur; nam dicitur: *foris canes & venefici & impudici, & homicidæ.* S. Bernardinus gravissimæ hujus culpæ malitiam his verbis depingit: *Magis peccat, existens in peccato luxuriæ, quam existens in peccato iræ, vel alterius peccati spiritualis; & hoc triplici ratione; primò, per oppositionem; secundo, per despectionem; tertio, propter inquinationem. Propter oppositionem scilicet contrarietatis in affectu, quia hoc sacramentum efficit hominem spiritualem, illud verò peccatum carnalem; secundo, propter despectionem, quia major contemptus ibi accedit ex celsitudine & vilitatis expectatione; qui enim peccant peccato luxuriæ, certi sunt;*

Psal. 2. v. 12. Summopere irascitur Deus hominibus carnalibus ad Eucharistiam accedentibus.
Apoc. 12. v. 14.
Ibid. v. 22.

S. *Bern. 1. 2. ser. 57. a. 2. c. 2.* Magis quam cum peccato iræ vel alterius peccati spiritualis.

quod mortaliter peccant & peccati vilitatem agnoſcunt, & viles ſe reputant; tertio, propter inquinationem, nam ex commiſſione carnalis operis, non ſolum anima efficitur immundior per immunditiæ appetitum, & immundarum cogitationum incurſum, verum etiam caro iſta propter prontitatem & opera immunda.

Pſ.77. v.30. S. Hier. ib. Ob hoc peccatum Roma punita fuit peſte inguinaria.

10. S. Hieronymus illa Pſalmiſtæ verba (*adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum & ira Dei aſcendit ſuper eos*) interpretans, ita ad noſtrum diſcurrit intentum, *hæc de his, qui Deum poſt acceptum Manna dereliquerunt, nam & nunc in Eccleſia: ſi quis ſanguine & carne Chriſti reficitur, & declinat ad vitia, noverit ſibi Dei judicium imminere.* Ita tempore S. Gregorij Papæ, Römam devaſtavit peſtis inguinaria nuncupata; cujus in hæc verba rationem aſſignat Salmeron; *Quam invenies, multos ob impuram Domi nici corporis ſuſceptionem graves & horrendas pœnas ſuſtinuiſſe, & tempore Gregorij, peſte inguinaria Roma flagellata fuit ob indignam acceſſion ad Euchariſtiam.*

Salm. t. 9. tr. 21.

Sylv. hiſt. t. 2. l. 8. c. 2. tit. 10. Ex. 5. Stupendum punitionis exemplum in ſimili caſu.

11. Carnalis quidam & laſcivus peſſimam ſuam vitam deſerere nolens? à ſuo legitur prohibitus fuiſſe parocho, ne ad communionem accederet; temerarius nihilominus publicè acceſſit cum reliquis, unde ſacerdos, qui per ſolam confeſſionis viam, in peccati notitiam devenerat, ei ſacram ſynaxin præbere coactus fuit, dicens intra ſe; Deus judicet inter me & te; ut primum itaque ſacram hoſtiam receperat impius, medium crepuit guttur hoſtiaque intacta exilit, infelici illo immundam animam eodem tempore in manibus dæmoniorum expirante: Longè nobis aliud documentum juvenis quidam in Indijs occidentalibus præbuit, qui admodum caſtus, à muliere varijs blanditijs & ſollicitationibus per longum tempus extimulatus ad illicita, tandem importunis ejus precibus ad indignationem provocatus, ita repente quadam vice exarſit, ut eam flagellis bene cæſam ad maritum remiſerit, afferens, eum, qui toties ad puritatis fontem accederet, ab omni immunditia alienum eſſe oportere,

Nic. Dur. S. N. propar. præp. Prov. in lit. Anno 1626.

DISCURSUS XLIII.

ARGUMENTUM.

Contra nauſeabundos frequentis communionis, quorum varia conſiderantur ſupplicia & damna.

THEMA.

Niſi manducaveritis carnem Filij hominis, & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Jo. 6. v. 54.

1. SPiritualis animæ noſtræ vita, per gratiam, amiciam Dei, perque charitatem & amorem divinum reſpirat, dicente Joanne Apoſtolo & Evangeliſta: *Qui non diligit, manet in morte*; aſt ecce vobis præſens hujus vitæ manutenendæ nutrimentum: *Niſi manducaveritis carnem &c.* Ubi S. Cyrillus Alexandrinus ait: *vivificat ſanctum Chriſti Corpus eos, in quibus fuerit, & in incorruptione conſervat.* Quo ſuppoſito fundamento, ſe intelligere poſſe negat Sanctus illorum ſtultitiam, qui hunc abhorrent cibum, rariusque ad ipſum accedunt: *Si cunctanter, & longo temporum ſpatio, Eulogiam, quæ per Chriſtum frequentare deſinant, & ex eo, quod nolunt ei myſticè communicare damnoſum metum, ac Religionem præexant, intelligant æterna vitia ſe ipſos excidere, dum vivificari renuant, & recuſationem illam, tametſi à metu, & Religione profecta videtur, in laqueum cedere & ſcandalum.* Non approbat Sanctus, quod quisquam ab hoc ſacramento ſeſe elonget, & ſub ſolo timoris, majorisque reverentiæ prætextu, panem Angelorum frequenter rarius, adeoque autumat, in hoc aſtuti ſerpentis laqueum & dolum latere reconditum; exinde igitur tale conficiamus argumentum; ſi S. Cyrillus *recuſationem illam, tametſi à metu & Religione profectam in laqueum cedere cenſet*, quid igitur dicemus de illis, qui ad illud accedere culpabiliter & per propriam negligentiam omittunt, imò hanc frequentiam contemnunt, & ad imitationem Hebræorum, paradiſi Manna nauſeant; & faſtidiunt, *omnem eſcam abominata eſt anima eorum, & appropinquaverunt usque ad portas mortis.* Omnem eſcam, convenienter Euchariſtiam nuncupaverimus, quia ſubſtantiam guſtusque in ſe continet, omnium maximè deſiderabilium hujus & alterius vitæ ciborum, *omne delectamentum in ſe habens*; unde S. Bonaventura inquit; *omnem eſcam, id eſt, perfectam, quæ eſt in Corpore & ſanguine Domini*; & nihilominus adeo eam faſtidire cœperunt, ut dicere non abhorruerint: *Nauſeat anima noſtra ſuper cibo iſto*, ſed quod putatis murmuratoribus correſpondiſſe ſupplicium? In æternæ mortis barathrum præcipitati, inque peccata mortalia corruentes, *appropinquaverunt usque ad portas mortis*; experientiâ namq; teſte, qui per annum unum aut duos ad hanc menſam non accedunt, ut plurimum agunt vitam diſſolutam & licentioſam. Imo tantam fidelibus inimicus infernalis indidit hujus cœleſtis Panis nauſeam, ut Paſtor ſupremus compulſus fuerit, cenſuræ Eccleſiaſticæ baculo, gregem Chriſtianum ad paſculum hoc ſalutare ad minus ſemel in anno frequentandum, adigere ſub pœna mortis. Neque mirum cuiquam videatur, quod infernus contra hoc ſacramentum ſuas conglomeret furias & rabiem, præſertim ut ipſum Chriſtianis odioſum reddat, quia ut ſupra probavimus in Diſcurſu 20. & 21. hoc ipſum contra omnes diabolicas vires, præſtantiſſima eſt armatura; unde S. Cyrillus ait: *Cum Satanæ variæ ad decipiendum ſint artes, ad ſaniorem mentem eos revocari non ſinit, verum poſtquam eos malis inquinavit, ipſam quoque gratiam cogit exhorreſcere.* Qui idem Sanctus in libro ſequenti, eamdem repetens doctrinam, nauſeam hanc diaboliçum rete & laqueum eſſe docet, dum ait: *Si vitæ æternæ amore flagramus, ſi largiorem immortalitatis in nobis habere cupimus, ne quod quidem negligentiores facimus, benedictionem recipere recuſemus, caveamusque, ne laqueum nobis, & tendiculam Diabolus inſigniter fraudulentus ſtruat.* Cui & Thomas à Kempis, de ſacra communione tractans, accinit in hæc verba: *Inimicus ſciens fructum & remedium maximum in ſacra communione poſitum, omni modo & occaſione nititur, fideles & devotos, quantum prævalet, retrahere & impedire.*

Hinc cogunt̃ cenſuris ut ad minus ſemel in anno acceda̅t fideles.

S. Cyril. ib.

L. 4. in Ioan. n. 57.

L. 4. c. 10. n. 10.

2. Holofernes Bethuliam obſidens, tunc eam ſe ſubjugaturum ſperabat, quando conductus aquarum intercidi præcepit; ſiquidem ſitis tormento victi, ſe facilè dediturì eſſent obſeſſi; *Incidi præcipit aquæductum illorum.* Ita quoque Holofernes infernalis, animam fidelem circumvallans, *circuit, quæreus quem devoret*; certusq; ſacramenta Eccleſiæ quaſi totidem eſſe aquarum ductus, per quos Divina gratia ad cor noſtrum ingreditur, ea demoliri conatur; ſpecialiter autem contra hoc præſens altaris debacchatur, in quo eſt *fons aquæ ſalientis in vitam æternam, mens impletur gratiâ.* Ideoque Thomas à Kempis opportunitimè nobis conſulit, dicens: *Frequenter recurrendum eſt ad fontem gratiæ & Divinæ miſericordiæ, ad fontem bonitatis & totius puritatis, quatenus à paſſionibus tuis & vitijs curari valeas, & contra univerſas tentationes, & fallacias Diaboli fortior, atque vigilantior effici merearis.* Unde & S. Birgittæ Salvator noſter quondam reveläſſe ſcribitur, quod corpus ejus maxima polleret contra inimicum communem virtute: *Cujus perceptio juvat maximè* (verba ſunt Chriſti) *contra Diabolicam tentationem; O quam miſeri ſunt, qui tale juvamen abhorrent.*

Canalem hunc gratiæ Diabolus ſatagit cidere conatur, ſicut Holofernes Bethuliæ.

Judith. 7. v. 6.

Joan. 4. v. 14.

Thom. à Kemp. ib.

Rev. S. Birg. l. 4. c. 10.

3. S. Ambroſius ad intentum præſens, hiſtoriam Jacobi Patriarchæ adhibet, filios ſuos in Ægyptum ad comparandum frumentum ablegantis, ex eodemq; facto, noſtram in frequentanda Euchariſtia, perſtringit tarditatem, inquiens: *Et Jacob dixit ad filios ſuos; ut quid pigri eſtis? Ecce audivi, quia frumentum eſt in Ægypto, deſcendite illo, Non ſemel hoc Jacob dixit, quotidie omnibus filijs ſuis dicit, qui ſerius veniunt ad gratiam Chriſti, ut quid pigri eſtis?* Quo ſine illud S. Thomæ à Villa nova convincens deſerviet argumentum, dicentis: *Deſidiam veſtram perpendite, quippe qui corpus in via toties in die reficiatis, & animam miſeram, longa peregrinatione laborantem, vel ſemel in menſe reficere negligatis.* Verum quidem eſt, quod ſacrum Concilium Trident. Eccleſiæ præcipiat, ut Chriſtianos ſemel tantùm in anno ad communicandum ſub pœna excommunicationis aſtringat; verumtamen Petr. Bleſenſis in Epiſtola quadam ad Innocentium III. inquit: *Non audeo dicere ex præcepto Eccleſiæ, ſed ex tacita permiſſione ipſius introductum eſſe, ut ſemel in anno in Paſchate communicent fideles*; num igitur dicere quis audebit, majorem hujus menſæ frequentiam Eccleſiæ diſplicere? Quod, ut melius intelligatur, ſimilitudine haud inepta idipſum declaremus; ſi enim Medicus magnam in infirmo cibi inappetentiam & horrorem animadvertens, eidem diceret, niſi ad minus ſemel in die te nutriaris, utique morieris; nemo prudens inde concludere poſſet, Medicum velle, ut nequaquam ſæpius cibum in die ſumeret: Eodem quoque modo S. Mater Eccleſia in multis fidelibus hanc ſacramentum ſumendi nauſeam animadvertens, eosdem præcepto aſtringit, ut ad minus ſemel in anno ſacramentum hoc ſumant; ſi enim ſecus fecerint, deſperata erit eorumdem ſalus, non tamen per hoc prohibet, ne ſæpius hunc ſacramentalem cibum frequentent; ſic quoque homini agonizanti diſtillatum confortativum ſemel in die ſumere ſufficit, at verò dum eo res devenit, ſignum eſt, quod, ſi nutrire ſe nolit, vita deficiet & mors in foribus erit: ita quoq; accidit illis qui cibi Euchariſtici inappetentia laborant, quia enim *omnem eſcam abominata eſt anima eorum, appropinquaverunt usque ad portas mortis.* Qui enim de anno in annum ad communionem accedere differunt, ſignum manifeſtum de ſe edunt, quod fides ut plurimum in ipſis agonizet. In Evangelio Lucæ Chriſtus Salvator noſter inquit: *Præcinget ſe & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis.* Circa quæ verba doctiſſimus Salmeron advertit, quod, tametſi in tempore Paſchali omnes fideles mentæ Euchariſticæ accumbant, de illis tamen, qui ſemel in anno tantum ad eamdem accedunt, intelligendum ſit, quod in prædicta parabola dicitur: *Tranſiens miniſtrabit illis*; tunc enim Salvator cum ipſis eſt *per modum tranſeuntis*, non verò *per modum permanentis*: non enim in ipſis permanet fructus communionis, ſed ut plurimum ad peccata & ad vitam priſtinam diſſolutam revertuntur, de quibus proinde verum eſt, quod, inquit D. Chryſologus, ſcilicet Chriſtus illis. *De miſericordi Patre ſeverißimum tranſibit in judicem.*

Quòd quidam nauſeam habeat à bonis operibus malum eſt, ſi autem faſtidiat panem Angelorum, eſt ſignum mortis æternæ.

Luc. 13. 37.

Chryſ. ſer. 24.

4. Neſcio, an aliquando vos reflexeritis ad parabolam cœnæ, per quam Albertus Magnus Euchariſtiam ſymbolizari aſſerit; in illa namque Chriſtus omnibus illis, qui ad cœnam invitati, ab eadem ſe per varias excuſationes ſubtraxerunt, comminatur dicens; *Dico vobis, quod nemo virorum illorum ... guſtabit cœnam meam.* At verò inquies, exiguum hoc illis videtur fuiſſe ſupplicium; quandoquidem omnes illi, ultro citroque ſe eadem privatos eſſe voluerunt, omnes enim communi conſenſu ad eamdem non guſtandam jam conſpiraverant, *ſcienti autem & volenti non fit injuria.* Veruntamen certum eſt, quod juſtitia punitiva Dei ſeveriori in illos ſupplicio animadvertere non poterat, quam eos Pane vitæ æternæ privando, & ideo majus animæ ſupplicium immitti nequit, quam ſi Deus permittat, ut à ſacra communione nauſeam & horrorem concipiat. Quando Eliſæus Propheta, tempore obſidionis Samariæ in magna illa annonæ caritate futurum eſſe prædixerat, ut die ſequenti ingens frumenti abundantia omnibus ſuppeteret, certus quidam temerarius & incredulus reſpondit: *Etiamſi Dominus fecerit cataractas in cœlo, numquid poterit fieri quod loqueris?* erat hic typus mundani cujuſdam hominis, qui nullo cœleſtis Panis appetitu movetur; unde idem ſuam quoq; pœnam confeſtim luit, dicente ei Propheta: *Videbis oculis tuis & inde non comedes*; quando enim ingens illa Panis abundantia civitati Samariæ illata fuit, *conculcavit eum populus in porta, & mortuus eſt.* Idem pariter accidet multis, qui ultro citroq; & datâ operâ, ſacramenti hujus penuriam pati voluerunt; veniet enim tempus, ut, quando in puncto mortis hoc ſacramentum recipere volent, Deus juſto ſuo judicio diſponet, ut vel non inveniatur, qui hoc illis adminiſtret, vel certè miniſter ſacramentũ hoc adferat, poſtquam illi vitam cum morte commutarunt; ſicut enim illi frequenter communicantes deridere, ſuisque ludibrijs & ſubſannationibus à tali frequentia divertere conati ſunt, ita quoque Deus illis proteſtatur, dicens: *Ego quoque in interitu veſtro videbo & ſubſannabo.* Unde S. Bern. tali, rarò communicanti ait: *Panem terræ cum jumentis comedes, qui panem Angelorum faſtidiſti.* Sæpe enim talibus accidit, ut non ſolum ſine ſacramentis moriantur, ſed mors illos veluti aſinos quosdam in campo vel ſilvis obruat, verificeturque de illis illud Jeremiæ: *Sepultura aſini ſepelietur.* Vix Moyſes temerarios illos, qui Manna inappetentiam & faſtidium patiebantur, dixiſſe narrat: *anima noſtra nauſeat jam ſuper cibo iſto leviſſimo*; cũ protinus ſubjungit, Dei juſtitiam digne promeriti illis immiſiſſe flagella; ſubjungit enim: *Quamobrem miſit Dominus in populum ignitos ſerpentes*, ubi notanda eſt dictio illa: *quamobrem*; utpote quæ cauſativa eſt, & flagella temerarijs illis ideo immiſſa fuiſſe indicat, quia Manna faſtidierunt, nec ſolùm illis ſerpentes velut carnifices immiſit, *ſed ſerpentes ignitos.* Omnia autem hæc in figura contingebant, per hoc namq; nos Chriſtiani docemur, quod, ſi quando Manna Euchariſticum faſtidiverimus, daturus ſit nos Deus ſerpentibus infernalibus in prædam. Unde opportunũ eſt illud Dionyſij Carthuſiani in prædictum Numerorum locum ſcribentis ſalutare monitum: *non nobis vertatur*, inquit, *in nauſeam Panis cœleſtis refectio ſpiritualis, altoquin Deo juſtiſſimè permittente invadent, intoxicabunt, occident nos ſerpentes ignitii, paſſiones mortiferæ, tela nequiſſimi ignea & ſpiritus infernales.* Neque id mirum eſt, cum enim cœleſti hoc præſidio, deſtituti ſimus: dæmonis inſidias evadere non poterimus. Nam ut S. Greg. ad Maſſilienſes ſcribit: *Inter cætera arma, quæ contra principem mundi, Deo favente, Eccleſia conſulit, potiſſimum eſt, ut corpus Domini frequenter accipiant.*

Zuc. 14. v. 24. Alb. Magn. Deus nos gravius punire non poteſt quam per nauſeam ad S. communionem.

Pſal. 106. 18.

Qui ſani hunc cibum nauſeant, moriturì illo carebunt. 4. Reg. 7. v. 19.

S. Greg. l. 2. Reg. l. 7. c. 31.

5. Medicorum aphoriſmus per experientiam autenticatus, quod ſcilicet *omnis nauſeatio ſit mala, Panis autem peſſima*; quando enim infirmus aliquis ad eum usq; infirmitatis ſtatũ pervenit, ut omnium ciborum, quantumvis ſint delicati, ſpeciatim verò Panis nauſeam patiatur, peſſimum hoc eſt deſperatæ ſalutis indicium: eodem quoque modo nobis in propoſito noſtro ratiocinari licet; Quod enim aliquis alienus ſit à proprij corporis maceratione, per cilicia, catenas ferreas, jejunia inſtigenda, quod mortificationes ab alijs impoſitas invitus recipiat, quod ad eleemoſynam erogandam, exhibendamq; pauperibus compaſſionem durus ſit & inhumanus; quod ad manifeſtanda confeſſario propria ſcelera repugnantiam habeat, hæc omnia quidem certa ſunt exiguæ pietatis & timoris Dei indicia: at verò aliquem panem Angelorum, & lautam paradiſi menſam faſtidire & nauſeare infallibile eſt mortis æternæ prognoſticum, quia *niſi manducaveritis carnem Filij hominis & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Iſaiæ c. 62. dicitur: *Juravit Dominus in dextera ſua, & in brachio fortitudinis ſuæ, ſi dedero triticum tuum ultra, cibum inimicis tuis, etſi biberint filij alieni vinum tuum, in quo laboraſti, quia qui congregant illud, comedent, & laudabunt Dominum, & qui comportant illud, bibent in atrijs ſanctis meis.* Quæ verba Molina tract. 7. de ſacerdot. cap. 2. §. 3. contra illos exponit, qui corpus Domini ſumere contemnunt & negligunt. Deus enim illis, medio juramento, proteſtatur, quod vinum ſuum, id eſt, ſuum ſacratiſſimum ſanguinem, nequaquam daturus ſit illis, qui ipſum ſuo opportuno tempore ſumere neglexerunt. Convivium à Rege Aſſuero præparatum, ſacrum illud prænotat convivium, de quo canimus: *O ſacrum convivium in quo Chriſtus ſumitur*; ac proinde ſicuti Regina Vaſthi, eò quòd ad hoc convivium invitata, venire renuit, ex conſenſu Regij Conſilij, diademate Regio ſpoliata, atque ex thalamo Regis extruſa, ex Regina ſerva & ancilla facta fuit, ita quoque juſto Dei ſupplicio, animæ, quæ huic convivio accumbere renuunt, reprobabuntur à Regno cœlorum.

Joan. 6. 54.

Iſ. 62. v. 8.

Eſth. 1. v. 12.

6. Sacrum Concilium Trident. hanc frequentis communionis ſolicitudinem efficacioribus verbis exprimere non poterat, quàm dum ait: *Demum paterno affectu admonet ſancta Synodus, hortatur, rogat, & obſecrat per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, ut omnes & ſingulì, qui Chriſtiano nomine cenſentur, in hoc unitatis ſigno, in hoc vinculo charitatis, in hoc concordiæ ſymbolo, jam tandem aliquando conveniant & concordent, memoresque tantæ Majeſtatis, & tam eximij amoris Jeſu Chriſti Domini noſtri, qui dilectam animam ſuam in noſtræ ſalutis pretio, & carnem ſuam nobis dedit ad manducandam, hæc ſacra myſteria corporis & ſanguinis ejus, ea fidei conſtantia & firmitate ea animi devotione, ea pietate & cultu credant & veneretur, ut panem illum ſuperſubſtantialem frequenter ſuſcipere poſſint.* S. Carolus Borromæus inſtructionem contexens, miniſtris verbi Dei proponendam, ita inter cætera ſcribit: *Sanctiſſimæ Euchariſtiæ frequentiam eſſe fructuoſiſſimam & maximè commendandam, rationibus multis & ſacræ Scripturæ teſtimonijs comprobabit.* Non ſine myſterio. Sapientia incarnata ſacramentum hoc ſub ſpeciebus panis & vini inſtituere voluit, ſiquidem quævis alia materia comeſtibilis, nauſeam nobis facilè creare poteſt, excepto pane & vino, numquam enim homo per totum vitæ ſuæ decurſum illa faſtidit, imò nullum cibum frequentius ſumit in ſui nutrimentum, quàm panem & vinum. Panis ab Eccleſiaſtico his verbis deſcribitur: *Panis egentium, vita pauperum eſt, qui defraudat illum, homo ſanguinis eſt*; quibus verbis licet quoad ſenſum literalem ad illos alludat operarios, qui mercede ſua defraudantur, quia cum ſe ex ſudoribus ſuis ſuſtentare nequeant, fame mori coguntur: in ſenſu tamen ſpirituali alludere videtur ad panem Euchariſticum, qui pauperibus & humilibus diſtribuitur; *Manducat Dominum pauper, ſervus & humilis*; à quisquis igitur hoc pane animam ſuam, per rariorem communionem, defraudat, ſibi ipſi mortem infert ſpiritualem; ideoque dicitur: *Niſi manducaveritis carnem &c.* Quare & S. Bonaventura alia inter raræ communionis damna, hoc quoque recenſere non dubitat, inquiens;

Conc. Trid. ſeſſ. 13. c. 2. S. Concilium Tridentinum efficaciſſimis verbis hortatur ad frequentem Communionem.

Act. Eccl. Med. p. 4. car. 486. Ratio, cur hoc ſacramentum ſit inſtitutum ſub ſpeciebus panis & vini. *Eccl. 34. v. 25.*

S. Bonav. in c. 6. Joan. coll. 34.

Dum Iſraëlitis Manna nauſeantibus.

Num. 21. v. 5.

Ibid. v. 6.

Utilitas frequentis communionis declaratur aptâ ſimilitudine.

Dion. C. ib.

1. Joan. 3. v. 14. S. Cyr. A. l. 3. in Joan. v. 35. Stulti ſunt qui ſub damnoſo metu ad hoc ſacramentum non accedunt.

Dicuntur enim in damnoſum laqueum à Diabolo.

Pſal. 106. 18.

S. Bonav. t. 7. l. 6. de comp. Th. var. c. 17.

vires spirituales perdit ; quilibet enim, qui est sine mortali, est membrum corporis mystici, membrum autem debet sustentari alimento corporis Christi verè, alioquin efficitur aridum, sicut corporeum membrum, ad quod non transmittitur corporalis cibi nutrimentum.

Ioan. 6. v. 49. 59.

7. S. Paschasius illa Salvatoris verba considerans (*patres vestri manducaverunt manna in deserto ; Qui manducat hunc panem, vivet in æternum*) talem ex ijs deducit consequentiam ; ergo corpus Christi manducans, à morte exemptus erit ? sibique respondens ait: *Morientur sanè ; sed non sicut illi in anima ; non propter hanc vitam, ne moriamur temporaliter, sed propter æternam, cavo Christi & sanguis fumitur spiritualiter.* Insuper in hujus panis virtute, corpus ad vitam resuscitabitur immortalem, dicente Christo : *Et ego resuscitabo eum in novissimo die* ; ubi S. Bonaventura ait : *tam secundum spiritum quam secundum corpus, ait Augustinus.* Cum igitur tam animæ quam corporis vitam panis ille nobis impertiatur, quæ obsecro tanta nostra est insania, ut ipsum fastidiamus ? unde & Albertus Magnus ait ; *sicut dicitur Gen. 19. sedes animæ, quæ principium & causa est vitæ, in sanguine est, & ideo Spiritu Christi non vivit, qui purissimo sanguini ejus non est sociatus.* Porro Salmeron ad quamdam in hæc verba respondet objectionem, inquiens : *Si dicas, si gratiam habes, cur ad sacramentum participandum accedis ? respondebo & pariter objiciam ; si vivis, quo sum edis? inquies, ne vitam perdam, eadem ratione & ego subjungam : pane vitæ pascor, ne gratiam, quæ in me est, amittam nam ita etiam lucernæ oleum infundis, ne propter olei defectum extinguatur ; deinde non tantum ne gratiæ jacturam faciam, ad hunc cibum accedo, sed ut etiam gratiam corroborare & perficere valeam.* Unde lamentabatur David : *Defecerunt sicut fumus dies mei, & ossa mea sicut cremium aruerunt, percussus sum ut fœnum ; & aruit cor meum.* Ast unde tantam putatis processisse ariditatem ? ipsemet respondet, inquiens: *Quia oblitus sum comedere panem meum* ; quæ verba S. Bonaventura discutiens, ait : *Defectu istius manducationis* (sacramenti scilicet Eucharistiæ) *deficit vita.*

S. Bonav. ib. collat. 34.

Ps. 101. v. 4.

Ibid. v. 5.

8. Thomas de Villa nova eidem insistens argumento, *quia de corpore cordis quotidie conqueraris*, ait, *numquid non legisti : aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum ?* S. autem Augustinus, à D. Bonaventura citatus, aliud raræ communionis inconveniens insinuat, dum ait : *Vicet Deo non rependit ; verecundum est, illi hospitium denegare, qui solet omnem pulsantem admittere.* Notat Seraphicus Bonaventura, Raab meretricem salvatam fuisse, ob datum exploratoribus populi Dei hospitium ; unde hanc deducit consequentiam: *Si Raab salvata est, quia suscepit nuncios Domini, multò magis qui ipsum suscipit.* Terribilis omnino est illa, quondam à Christo S. Birgittæ facta revelatio, contra illos, qui Eucharistiam *magis quam venenum respuunt & abhorrent.* Porro supplicia talibus imminentia, & à Christo in dicta revelatione comminata, sunt hæc sequentia : *Nunc igitur*, inquit Christus, *per unam viam eis incognitam, veniam cum potentia Deitatis meæ, vindictam contemptoribus meæ humanitatis inferendo. Et sicut ipsi mihi tria obstacula in viis suis, ne ad ipsos ingrediar, paraverunt, ita & ego alia tria ipsis parabo, quorum amaritudinem vivi & mortui sentient. Lapis itaque meus ; est mors subitanea & improvisa, quæ sic eos conteret, quòd omnia, quæ habent ad jucunditatem suam, hic remanebunt, & sola anima ad judicium meum venire compelletur ; numquam gustabunt bonitatem meam, qui eos redemi. Fovea mea est infernitenebrosa obscuritas, in quam cadent ; omnes Angeli mei in Cœlo & omnes Sancti condemnabunt eos omnesque dæmones, omnesque animæ in inferno maledicent eis.*

S. Bonav. l. de comp. theol. v. c. 17. Terribilis comminatio Christi in negligentes S. Communionem.

DISCURSUS XLIV.

ARGUMENTUM.

De usu primorum fidelium, per aliquod tempus in Ecclesiam introducto, circa communionem primitus quotidianam, & tandem frequentissimam ; varia proinde frequentiæ hujus considerantur bona, omnia utilia & necessaria.

THEMA.

Erant autem perseverantes in .., communicatione fractionis panis. Act. Apost. 2. v. 42.

Per fractionem panis.

1. S. Lucas de statu primitivæ Ecclesiæ, post Christi in Cœlos ascensionem, & descensum Spiritus Sancti in die Pentecostes, super sanctam illam congregationem factum differens, primos Christianos in communione & continua panis Eucharistici frequentia perseverasse dicit. Et quidem tametsi Cajetanus, S. Lucam ibi de pane usuali, & refectione corporali, quæ in communi fiebat, locutum fuisse crediderit, attamen Evangelistam de sacramento altaris intelligendum esse, ex versione Syriaca clarè deducitur, siquidem illa legit : *In fractione Eucharistiæ* ; tum etiam, quia sacer textus de alimentis, quæ in sustentationem corporalem in communi dividebantur, paulo post his verbis loquitur: *Frangentes circa domos panem* ; præterea cum S. Lucas hæc verba, simul cum prædicatione sive doctrina Apostolorum & oratione conjunxerit, dicendo : *Erant perseverantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus* ; signum est manifestum, quòd de pane spirituali & cœlesti locutus fuerit. Eadem phrasi Eucharistiam à S. Paulo denominatam reperimus, quando ad Corinthios ita scribit : *Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est ? Et panis quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est ?* denique quando idem Evangelista discipulos, in Emaus euntes, ex data illis sacratissimi corporis communicatione Christum post resurrectionem suam cognovisse commemorat, eodem loquendi modo utitur, dicens: *Cognoverunt eum in fractione panis.*

intelligitur sumptio Corporis Christi.

S. Clem. 8. P. L. Const. c. 8.

1. Cor. 10. v. 16.

Luc. 24. v. 35.

2. Porro consuetudo antiqua ab Apostolis & primorum Fidelium exemplo, in Ecclesiam introducta fuit, hanc mensam quotidie frequentandi, ac proinde nequaquam respuenda, fed pari cum devotione à nobis continuanda erit, ne ab ijs penitus degenerasse videamur, nam ut Deus apud Jeremiam ait : *Hæc dicit Dominus ; state super vias & videte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea.* Tametsi Salvator noster cum humanitate sua ad dexteram Patris ascenderit, nihilominus eamdem pro stabilimento Ecclesiæ suæ & fidelium suorum consolatione & nutrimento, modo quodam mirabili, hic in terris in sacramento altaris nobis relinquere voluit, ideoque ait: *Ego vobiscum sum omnibus diebus, usque &c.* ubi bene observandum, quod Christus dixerit *omnibus diebus*, monstrando nimirum vehemens desiderium, quo quotidie in sacrificio incruento offerri ; & in sacra communione recipi cupiebat : *Omnibus diebus* ; ac proinde Christianos in primis Ecclesiæ crepundijs bene dirigere volens per Spiritum Sanctum, cordibus eorum recenter infusum, ijs inspiravit, ut quotidie perseverarent & continuarent, in participatione panis hujus cœlestis & divini. Unde S. Bern. ait: *In Ecclesia primitiva, quando fervor Dei flammescebat, & devotio sanguinis Jesu Christi recenter effusi in fidelium mentibus bulliebat, statutum est, quod fideles quotidie sumerent Dominicum Sacramentum, sicut patet Act. 2. & de consec. distinct. 2. c. peracta, dicit Papa Calixtus : Peracta consecratione omnes communicent ; secundo autem tempore, jam fervore diminuto, communicabant quidam quotidie, & quilibet quolibet die Dominico.*

In primitiva Ecclesia fideles quotidie communicabant.

Jer. 6. v. 16.

Matth. 28. v. 20.

S. Bern. t. 2. serm. 54. & 1. c. 2.

Bar. an. 57. n. 153. Quotidiana & frequentior communio asseritur ex Annalibus Ecclesiasticis.

3. Huic quoque frequenti communioni annales Ecclesiastici testimonium perhibent, asserentes, quòd per institutionem Apostolicam, continua communionis frequentia præcepta fuerit, quam postea S. Ignatius Martyr, qui post S. Petrum ad sedem Antiochenam assumptus fuit, magna cum solicitudine suis commendavit ; in cujus probationem Cardinalis Baronius adductum ex S. Luca, thematis nostri textum, opportune subjungit; quod primorum fidelium exemplum quotidie communicandi, alios fideles deinceps prosecutos fuisse, ex multis Patribus tam Latinis, quàm Græcis perspicuè deducitur. Imò, quia multi ad sanctas illas congregationes convenire, seque ad Ecclesias personaliter recipere, sive ex metu persecutionum, sive propter aliud impedimentum minimè poterant, ne laudabilis & salutaris hic usus prorsus interiret, concessa est eis facultas, panem hunc sacramentalem in proprias domos suas secum deferendi, ubi illum summa cum reverentia custodiebant, indeque quotidie communicabant, idque illis per institutionem & authoritatem Apostolicam permissum fuit, tametsi in progressu temporis ob certas quasdam indecentias & abusus hic usus tunc laudabilis prorsus abolitus fuit. Prosequitur idem Baronius hunc discursum, atque ex S. Hieronymo clare deducit, quod, quo sæculo sanctus hic Doctor vixit, hæc quotidianæ communionis consuetudo, etiamnum hic Romæ viguerit, quam tamen, quoad conjugatos minimè approbabat; verumtamen apud Orientales, ut S.S. Ambrosius & Chrysostomus dolenter referunt, hæc communionis frequentia in usu non erat, unde hic multos illorum, Eucharistiæ communionem de anno in annum distulisse valde lamentatur, id quod speciatim populo suo Antiocheno in homilia 61. improperat, fortiter conquerendo, illos ter saltem in anno ad communionem accedere consuevisse, id est, in Epiphania, in Paschate, & Natali. S. Clemens Papa in constitutionibus suis pariter de laudabili primorum Christianorum usu, quo quotidie post corporis & sanguinis sumptionem, à sacerdote in missa factam, ad sacram mensam accedere consueverunt, evidens perhibet testimonium. Imò S. Dionysius Areopagita, qui utpote S. Pauli discipulus primo sæculo vixit, expressis his verbis scribit : *Post Evangelium & sacrarum literarum lectionem, qui ad sumendam Eucharistiam parati non erant, foras mittebantur, atque omnibus tradita communione divina, sacerdos gratias referens, finem mysterijs imponit.* S. Basilius quoque in epistola quadam, hujus sacramenti frequentiam suis temporibus viguisse, his verbis testatur ; *singulis certè diebus communicare, & percipere sancti Corporis & sanguinis Christi sacramentum, bonum & fructuosum est, cum dixerit ipse perspicuis verbis ; Qui comederit carnem meam, & biberit sanguinem meum, vitam habet æternam. Jam verò quis dubitet, quin vitæ frequentius participare, non sit aliud omnino quam frequenter vivere ? quare igitur nos singulis septimanis communicamus Dominico die, Feria quarta, in Parasceve, & Sabbato, sed & per dies etiam alios, si martyris alicujus memoria celebretur.*

Act. Eccl. Med. car. 512.

S. Dio. Ar. de Eccl. Hier. c. 3.

S. Basil. ep. ad Prov.

Olim Prælati & pastores fervidè hortabantur ad frequentem Communionem:

4. Atque hinc factum est, quòd Prælati & Pastores, qui saluti gregis sui superintendebant, omnem semper adhibuerint operam, ut pascui hujus frequentiam suis serio commendarent, prouti ex Constitutionibus, Canonibus & varijs temporibus celebratis concilijs colligitur. Superius in varijs Discursibus Eucharistiam velut inexpugnabile quoddam Ecclesiæ præsidium esse demonstravimus, unde Sapiens ait : *Sapientia ædificavit sibi domum, Miscuit vinum, proposuit mensam, ... Misit ancillas suas, ut vocarent ad arcem &c. Venite comedite panem meum, & bibite vinum.* At verò quænam sunt ancillæ istæ, ad convivas ad hanc mensam invitandos emissæ ? Cajetanus per illas principes Ecclesiasticos intelligit, qui authoritate legum suarum, subditos ad hoc sacramentum astringunt: *Cogor*, inquit, *intelligere per Excelsos civitatis, non celsos virtutibus, sed celsos statu & officio, quia superna Sapientia gubernat infima per media, ideo ad ordinem divinæ Sapientiæ spectat, quòd virtutes in factis hominum excelsorum in civitate (ubi alijs præsunt statu, authoritate, officio vel consilio) excitent, & inventent alios ad cœleste convivium, convenit enim eis ex officio* ; Sanctus Carolus Borromæus ad perpetuam cleri sui instructionem ita scribit : *Ad salubrimum hujus Sacramenti frequenter sumendi usum, parochus fideles cohortabitur atque excitabit, nascentis Ecclesiæ institutis & exemplis, & sanctorum Patrum omnium consentiente doctrina & sententia Oecumenicæ Synodi Tridentinæ, quæ optaret quidè fideles ut in singulos Missis nō solùm spirituali affectu, sed sacramentali etiam Eucharistiæ perceptione communicarent*; Cujus rationem Concilium Trident. his verbis breviter declarat ; *quo ad eos sanctissimi hujus sacrificij fructus uberior proveniret.* Idem S. Carolus postquam in Concilio provinciali tertio parochis præcepisset, ut magna cum solicitudine subditis frequentem communionem inculcarent, subjungit : *Quod si quis concionator, etiam regularis, aliquid contra directè indirectève dixerit aut concionatus sit, Episcopus, in cujus urbe Diœcesive, hoc ille admiserit, ei tanquam scandalum disseminanti, Tridentinæ ejusdem Synodi authoritate interdicat prædicationem verbi Dei, ad cujus prædicationis munus, nec idem restituatur, nisi prius ejusdem Episcopi judicio satisfecerit, eo ipso loco ubi scandalum & offensionem præbuerit. Itidem pro ratione culpæ corripiantur, corrigantur, & satisfacere compellantur, quicumque vel sermonem habendo, vel colloquendo, hoc in genere offenderint.* Eadem quoque circa frequentiam communionis introducendam adhibita solicitudo, ex Concilio provinciali quarto deducitur, in quo sequens conditum est decretum : *Id magnopere Episcopus caret, ut vel per se, vel per alium, in adhortandi munere exercitatum ac probatum etiam, inter communicandum, verborum pondere, & sententiarum quasi jaculis opportuna aliqua & crebra, brevique cohortatione populus collectus, cùm ad frequentem sanctissimi Sacramenti usum excitetur, tum etiam commoneat, quam periculosum exitiosumque sit, ad sacram divini cibi mensam indignè accedere.*

Conc. Trid. sess. 22. c. 6.

Act. Ec. M. sar. 92.

Trib. car. 236.

5. Omnes sacri Canones, Concilia, Doctores sacri & Magistri spirituales in hoc unanimiter conspirant, quòd communio, si non quotidiana, ad minus frequens consulenda sit, & in effectum reducenda, siquidem ad timoratam & virtuosam vitam, non modò utilis, sed & necessaria est, Quem autem ob finem, Sapientiam incarnatam sacramentum per modum cibi instituisse arbitramini ? Respondet Concilium Trid. *sumi autem voluit sacramentum hoc tanquam spirituale animarum cibum, quo alantur, & confortentur viventes vita illius, qui dixit : qui manducat me, & ipse vivet propter me, & tanquam antidotum, quo liberemur à culpis quotidianis & à peccatis mortalibus præservemur.* Nec refert, quòd in multis tales effectus non appareant, dum in peccata mortalia aliquando prolabuntur ; absque adjutorio enim hoc prævio in barathrum longe profundius, & inextricabile iniquitatum forsan prolapsi fuissent ; aut etiam nullum ex hoc cibo fructum capiunt ; alij propter malam fuam indispositionem in pœnam suæ contra hoc sacramentum ingratitudinis ; non vero ob defectum Eucharistiæ ; id quod accommodè satis ex illa confirmari potest Aristotelis doctrina, inquientis : *Non ideo males Medicus, si non semper sanet, si nihil omiserit eorum, quæ sunt ex arte.*

Omnes S. Canones & Concilia in hoc conspirant frequentem communionem inculcandam esse.

Conc. Trid. sess. 13. c. 2.

Arist. l. 1. Topic.

6. Cujuscumque alterius cibi cupiditas & edacitas, condemnabilis est, præterquam hujus unius epuli, quod Ecclesia sancta appellat *sacrum Convivium*, de quo & Petrus Cellensis in hac verba discurrit : *Procul dubio hujus mensæ edacitas inculpabilis ; absimere culpa est & pœna ; absorbere vero, gloria & corona. Num fortè ibi formidas consumptionem, ubi omne bonum exuberat consummationem ? Non parce prandendum, ubi cibum invenis Deum. Hodie si totum præsumpseris, totum eras sine dubio nihilominus habebis.* Aliud quoddam insigne hujus frequentiæ motivum S. Bernardinus tangit, dicens : *Spiritualiter in nobis quotidie aliquid deperditur, ex vi & calore concupiscentiæ naturalis per peccata venialia, quæ diminuunt charitatem, sed per hoc sacramentum, quod est animæ spirituale nutrimentum, restauratur id, quod perdit anima per venialia peccatum, in hoc quod per hujusmodi sumptionem peccata venialia dimittuntur, & in suscipiente charitas augetur* ; citatque authoritatem S. Ambrosij, dicentis : *Iste panis quotidianus sumitur in remedium quotidianæ infirmitatis.*

Cupiditas hujus cibi laudabilis est, necessaria vitæ spirituali.

Prov. 9. v. 2. Ibid. v. 3. Ibid. v. 5.

Cajet. ibid.

Pœt. Cell. de pan. c. 2.

S. Bern. t. 1. ser. 54. a. 2. c. 1.

7. Porro ut hujus frequentis communionis nobis efficaciter imprimeretur necessitas, sacri Interpretes multos hujus frequentiæ salutares insinuant effectus. *Eulogiæ particeps fias* (verba sunt S. Cyrilli Alexandrini, hoc titulo Eucharistiam honorantis) *credens eam non mortis solùm, verum etiam morborum nostrorum depellendorum vi pollere. Christus enim existens in nobis, sopit sævientem in nostris membris carnis legem, & piacatum in Deum excitat, perturbationes mortificat, delicta in quibus sumus, nobis non imputans, sed potius ut ægrotos sanans, confractum enim alligat, evegit lapsum.* Hanc autem S. Cyrilli propositionem, quoad salutem corporalem, ab hoc pane provenientem, apud Sanchez sequentibus verbis declaratam invenio ; *moderatum*, inquit, *nimium calorem, qui libidinem excitare posset, & inde reducitur corpus ad optimum temperamentum, ex quo bona valetudo resultat ut effectus.* Et ideo in Missa, dum divino hoc pane nutrimur, ita Deo supplicamus : *Fiat nobis ad salutem mentis & corporis* ; non quòd caufet aliquam qualitatem corporalem, sed quia externa protectione à rebus, infirmitatem comparantibus, nos liberat. Absit quoque ab hoc convivio omne periculum nimiæ repletionis, unde stomachus aggravetur ; & ideo venerabilis Petrus Cellensis ait : *Ventremne times onerare, imò abundanter accipe, si mentem & ventrem vis relevare. Onera namque tollit, non imponit ; non in ventre tumor, non in venis excrescit superfluus humor, cor petit & sanat, cor implet & mundat, cor lustrat, & illustrat. Cibus ille vitam sine molestia parat, levamen sine gravamine, immortalitatem sine corruptione.* S. Gertrudis die quadam à cœlesti Sponso suo, solutionem hujus dubij, circa continuam & numquam intermissam Eucharistiæ frequentiam, proposcit cui ille respondit : *Cum deliciæ sint esse cum filijs hominum, & ego hoc Sacramentum ex magno affectu in meam commemorationem retractandum & fideliter suscipiendum reliquerim, insuper per hoc mecum fidelibus remansurum, usque ad consummationem sæculi obligaverim, quicumque aliquem, qui non sit in peccato mortali,*

Frequentia S. Communionis suadetur à SS. Patribus & Doctoribus.

S. Cyr. Al. l. 4. in Joan. n. 57.

Sanch. l. de sac. disp. 22. n. 8.

Adducuntur utilissimi effectus & fructus S. Communionis.

Vit. S. Gert. l. 3. c. 78.

verbis vel suasionibus retraxerit, ille quodammodo meas delicias (quas in his habere possem) impedit vel interrumpit. Idem Sanchez aliquos pariter virtutis actus, Deo acceptissimos, qui in communione exercentur, considerat, quos Salvator noster nobis communicari magnopere cupit; dicit enim hic Doctor; *repræsentat summam Dei charitatem, qua pro nobis passus est, secundùm illud: Hoc facite in meam commemorationem. Infinitam ejus potentiam, qua Christus Deus & homo tam mirabiliter nobiscum esse voluit in tantilla sacramenti specie. Repræsentat immensam Dei bonitatem, qua se in refectionem animarum, dare voluit, nolis indignis cibum vitæ. Repræsentat ineffabilem ejus sapientiam, per quam eo ordine nos reparavit, quo cecideramus à statu innocentiæ, scilicet per cibum Paradisi*: Ven. Thomas à Kempis, alios quoq; frequentati hujus sacramenti manifestat effectus, dum ait: *Quoties hoc mysterium recolis, & Christi corpus accipis, toties tuæ redemptionis opus agis, & particeps omnium meritorum Christi efficeris.* Qui quotidie integrum auri millionem lucrari posset, nullam profectò diem sine hoc lucro sibi comparato præteriret, quantò igitur avidiores esse debemus in sumendo hoc sacramento, *in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei? ideo oportet* (inquit idem pius author in alio loco) *ideo oportet me frequenter ad te accedere, & in remedium salutis meæ properare, ne deficiam in via, si fuero cœlesti fraudatus alimonia, sic enim tu misericordissime Jesu prædicans populis, & varios curans languores, aliquando dixisti: Nolo eos jejunos dimittere in domos suas, ne deficiant in via.* Nos viatores sumus, quotidiè peregrinamur, ac proinde quotidie refectione indigemus. Imò Sanchez in ea est opinione, incomparabiliter majorem esse numerum bonorum, frequentata communione sacra provenientium, quæ ignoramus, quàm quæ novimus, aut in nobis experimur. *Ejus judicij sum*, inquit, *esse innumerabiles effectus hujus sacramenti, à Theologis adhuc non cognitos, & multo plores, quàm qui de facto cognoscuntur.* Sic enim quòd in te sagitta quædam evibretur, nec tamen ab illa lædaris, forte fit ob Eucharistiæ meritum, quam illo die sumpsisti. Quod maritus mulierem fortitus sit honestam, prolem statui suo correspondentem, filios bene disciplinatos, & minimè degeneres, id factum esse credibile est, solùm in hujus frequentiæ remunerationem. Quod ager tuus sit fertilis, census & reditus tui temporales feliciter prosperentur, cum tamen alijs contrarium accidit (discursus est hujus Doctoris) forte id evenit, quia Deus ex parte sua tibi monstrare vult retributionem, pro cultu & reverentia, quâ sanctissimum corpus ejus prosequeris. Citatque authoritatem Granatensis, in hæc verba scribentis: *Plura sunt mala, à quibus Deus hominem indemnem eripit, quàm sint bona, quibus condecoratur, quæ propter ait ipse: Tot beneficia ergame impensa consideravo, quibus malis eripior.*

Thom. à Kempis l. 4. c. 2. n. 3.

Ibid. c. 3. n. 2.

Sanch. ibid. d. 28. n. 6.

Granat.

DISCURSUS XLV.
ARGUMENTUM.

Communio quotidiana à variis commendatur rationibus & authoritatibus; solutis in contrarium objectionibus, tandemque, quidquid ad hoc punctum spectare visum est, plenius discutitur.

THEMA.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Lucæ 11. vers. 3.

1. INcreata & incarnata Sapientia, primaque & æterna veritas, die quadam à Collegio Apostolico, ad modum orandi docendum postulata, orationem quotidianam sive dominicam ipsdem dictavit, quam Tertullianus *breviarium totius Evangelij* appellat, in qua inter alias petitiones, panem quoq; sacramentalem, & hunc quidem quotidianum petere nos voluit: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Hoc enim sensu hæc verba ab authoribus classicis exponuntur. S. Augustin. vel quisquis alius author est illius sermonis, qui est 18. *de verb. Domini*, super hæc verba ita scribit: *Non iste panis, qui vadit in corpus, sed ille panis vitæ æternæ, qui animæ nostræ substantiam fulcit.* Unde S. Matth. ubi Vulgata nostra legit *quotidianum* ponit, *supersubstantialem*. S. Ambrosius de sacramentis differens, inquit: *Iste panis vitæ æternæ, qui animæ nostræ substantiam fulcit, panis quotidianus est; accipe ergo quotidie, quod quotidie tibi prosit; sic vive, ut quotidie merearis accipere.*

Tertull. l. de or. c. 1. Per panem quotidianum intelligitur S. Eucharistia.

S. Aug. in app. de div. ser. 5.

S. Ambr. l. 5. de sacr. c. 4.

S. Cypr. de oratione quotidiana differens, pariter per hunc panem, Eucharistiam interpretatur; *panem nostrum, id est, Christum dari nobis quotidie petimus ut, qui in Christo manemus & vivimus, à sanctificatione & corpore ejus non recedamus.* S. Augustin. quoque idipsum alibi confirmat, dum ait: *pro sacramento corporis Christi, quod quotidie accipimus.* In alia quoq; ipsius homilia legimus sequentia; *intelligitur hoc etiam valde bene panem nostrum quotidianum da nobis hodie, id est, Eucharistiam tam quotidianum cibum.*

S. Cypr. de or. dom.

S. Aug. l. 2. de ser. Dom. in mon. c. 7.

2. In controversiam nequaquam vocari potest, quin manna inter cæteras Eucharistiæ figuras principatum obtineat, hoc autem quotidie mane colligi, excepto Sabbato voluit, idque ob majorem diei illius, in quo feriari debebat, reverentiam. S. Apost. de primitiæ Ecclesiæ fidelibus; inquit: *Nos ipsi primitias Spiritus habentes*; hi autem, ut in præcedenti Discursu probavimus, quovis die communionem sacram sumebant. *Quotidie*, inquit S. Basilius ad Cæsarium, *participare corpore & sanguine Christi, bonum & fructuosum est.* S. August. in supradicto sermone S. Job exemplum in medium adducit, dicens: *S. Job quotidie pro filijs offerebat sacrificium, ne fortè aliquid vel in corde, vel sermone peccassent. Ergo tu audis, quod quotiescumque offertur sacrificium, mors Domini, reservedito Domini, elevatio Domini significatur & remissio peccatorum, & panem istum vitæ nostræ quotidianum non assumis? Qui vulnus habet, medicinam requirit; vulnus est; quia sub peccato sumus, medicina est cœleste & venerabile sacramentum.* Optima est ratio, qua S. Thomas idipsum probat, inquiens: *Hoc sacramentum est cibus spiritualis, unde cibus corporalis quotidie sumitur; ita hoc sacramentum quotidie sumere laudabile est*; & quidem unum ex mysterijs, propter quæ incarnata Sapientia sacramentum hoc per modum cibi instituere voluit, illud est, ut videlicet intelligeremus, quòd, sicut hic quotidie sumi debet ad sustentandum corpus, ita Eucharisticus necessarius est pro animæ sustentatione: *Nisi manducaveris carnem Filij hominis.* Ne sub alterius cibi specie, quàm panis corpus suum consecrare voluit, quia pane quotidie & continuò opus habeamus, qua in re quotidianam hujus sacramenti frequentiam nobis insinuare voluit.

S. Bern. t. 2. ser. 54. n. 1. c. 2.

Rom. 8. 23.

S. Basil. ad Cæs.

S. Aug. in app. de div. ser. 5.

Hinc concludit ut quotidie illam sumendam.

3. Porro certum est, quòd: ut Concilium Trident. declarat, nosque ex eo in Discursu præcedenti diximus, panis cœlestis institutus sit in remedium præservativum peccatorum, quæ quotidie committuntur; cum igitur quotidie labamur, justum est, ut etiam quotidie ad hoc antidotum sumendum recurramus. Unde S. Bern. ait: *In hoc dat nobis quasi plenam possessionem suæ passionis & mortis, ut quotidie delinquentes, lavemur continuò in suo sanguine, & quotidie reficiamur in suo sancto corpore.* Remigius Antisiodor. in tract. *de sacrificio Missæ*, de Salvatore nostro, inquit: *Providens nobis dedit hoc Sacramentum salutis, ut, quia nos quotidie peccamus, & ille jam mori non potest per istud Sacramentum, corporis sui remissionem consequamur.* B. Laur. Just. ait: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie; signanter dictum est hodie, quasi eum scias, te quotidiano illius indigere suffragio.* Salmeron idipsum apta quadam similitudine declarat, dicens: *ut balsamum vulneri appositum, & citò ablatum, fructum nullum præstat (opus est enim diu illi inhærere & tenaciter insidere, ut tandem sanitatem restituat & cicatricem obducat) ita hoc pretiosissimum corporis Christi balsamum, vulneribus animæ nostræ curandis, non tantum semel in anno sed frequenter est applicandum, ut fructum desideratum efficiat.* Unde & Henriquez de hoc sacramento tractans, sequentem in hæc verba doctrinam tradit: *Potest inciture ad communionem, quamvis facile recidant, non ex habituali consuetudine, sed propter extrinsecas causas, quæ forte tentant, habet enim homo jus ad medicinam sacramentorum, ut exhiberet faciem in oleo, & panis cor hominis confirmet.* Quamdiu enim infirmitas peccati nos premit, jus habemus ad salutare hoc antidotum, quod ipsa experientia teste singularem in communicantibus virtutem operatur & efficaciam, ipso pariter S. Bernardo eamdem veritatem in hæc verba attestante: *Duo præcipuè operatur in nobis, & sensum minuit in minutis, & in gravioribus peccatis tollit omnino consensum; qui vulnus habet, medicinam requirit, vulnus habemus, sub peccato sumus, medicina optima est sacramentum: quotidie accipe, quotidie curaberis.*

S. Bern. t. 2. ser. 54. n. 1. c. 2.

Rem. Ant. t. 6. bibl. vet. pp. de col. missæ.

B. Laur. Just. de Euch.

Henr l. 4. de Euch. c. 53.

S. Bern. Ser. de C. Dom.

SS. Eucharistia instituta est in remedium præservativum peccatorum.

Pulchrum exemplum frequentis communionis, ejusque utilitatis,

4. Argumento huic confirmando apprimè deserviet illud, quod servo Dei Joan. Baptist. Fulinensi, in opinione sanctitatis mortuo (quem & viventem populus beatum denominavit) legimus obtigisse. Mater ejus ipsum utero gerens, quotidie internum ad communicandum experiebatur impulsum, quem & sæpius adimplebat juxta quod negotia domestica & temporum illorum permitterent corruptela. Natus ergo ex eadem filius, in annis primis, singulis mensibus, deinde omni Dominica postmodum autem omni die Festo communicare cœpit, annos autem proviectiores nactus, ad quotidianam communionem spiritualem sese præparavit; exinde verò juxta Patris sui spiritualis consilium, actualem quotidianâ communionem amplexatus est; communis igitur inimicus tanti impatiens boni, nocturnis eum exagitavit ad tempus aliquod illusionibus ad hoc, ut eum ab hoc bono usu abstraheret, detecta autem serpentis fraude præhabitoque Confessarij consilio per 40. solidos annos, ab omni illusionum vexatione immunis vixit; quotiescumque autem Ecclesiam intraret, sacerdos se ad altare accingebat ad ministrandum ei sacratissimum sacramentum; causam porro quotidianæ communionis interrogatus, respondit, sibi videri, se injuriam Deo facturū, si ab ejus mensa se subtraheret, iterum autem requisitus, qualenam peccatum admissurus esset, si quotidianâ non adimpleret communionem; se nullam in eo offensam perpetratorum esse replicuit, postquam autem longo tempore lumen à Deo petijsset, ut quid sibi circa communionem statuendum esset, insinuare dignaretur, vocem quamdam internam intelligibilem audijt, sibique dicentem: Joan. Baptista abstine à peccatis, non verò ab accessu ad me.

S. Francisc. Seraphicus in quadam Epistola, quæ ordine duodecima circumfertur, sacerdotum suorum quotidianam improbare videtur celebrationem; ast si districtius verba discusserimus finem facilè fuerit intelligere, ob quem talia scripserit dictus Sanctus; ait enim Historicus: *Ne propter quotidianam sacrificandi consuetudinem, tanti mysterij debita reverentia (quam in hac ipsa Epistola anxius inculcat, & tantopere commendat) paulatim declinaret, & in ipsis sacrificantibus, fervor tanto altari dignus aliquantisper reperet, quod & ipsum retraxit, & omino repulit à sacris presbyteratus ordinibus suscipiendis.* S. proinde Bonaventura, Seraphici illius spiritus hæres, quotidiano sacrificio se indignum ratus, ob summam reverentiam ab eodem abstinuit, sed quo putatis successu? vice quadam sancto sacrificio assistente, per manum Angeli, miraculosè è celebrantis alterius sacerdotis manu, sublata consecratæ hostiæ particula, in Sancti ore deposita fuit; quo ex facto didicit, Deo gratius fore, si quotidie celebraret devotè, quàm si ex reverentia se ab eodem retraheret. Nihilominus advertendum, S. Franciscum quotidianam suis non inhibuisse celebrationem, & communionem; quin potius contrarium docens, ait: *Quandocumque voluerint missam celebrare, parè & puro corde faciant cum reverentia.* Adeoque modò reverentia & præparatio debita non deficeret, semper eos ad sacrum altare si vellent, accedere posse censuit. Unde & S. Isidorus ad illa Christi verba (*panem nostrum quotidianum*) se reflectens, dubium movet, an quotidie hunc sacramentalem panem sumere debeamus, respondetque affirmative, verumtamen cum hac limitatione; *si cum religione & devotione, & humilitate sciant, ne fidendo de justitia, superba præsumptione id faciant.*

Opusc. S. Francisci t. 1. car. 9. Salubris admonitio S. Francisci ad sacerdotes celebraturos.

S. Bonaventura miraculo instruitur quotidie celebrandum esse,

S. Isid. l. de off. Eccl. c. 8.

Addituntur rationes & argumenta contra frequentem communionem.

6. Rationes porrò, quæ continuum & numquam intermissum ad Eucharistiam accessum, dissuadere possunt, assignantur sequentes, & in primis quidem, quoniam experientiâ teste multos inde adeo parum proficere videmus, ut inde in Spiritu & perfectione ne quidquam proficiant, licet cæteroquin sacramentum hoc ordinatum sit tamquam medium ad Spiritum, virtutem, & sanctitatem acquirendum opportunum: pro qua ratione declaranda, sequentem adhibent similitudinem; sicut enim, qui medicamentis sumendis assuevit, in majoribus postea necessitatibus exiguum inde percipit fructum, ita quoque multis accidit, ut, dum ex consuetudine potius, quam ex fervore devotionis & Spiritus, communionem frequentant, illud exinde subsidium nequaquam assequantur, quod forte perceptur. essent, si ad sacram hanc mensam nrò quidem, sed majori cum præparatione accederent. Secunda ratio, seu ut melius dicam, oppositio est, quia, ex hac numquam intermissa continuatione, derivari solet exigua tanti sacramenti existimatio, nam juxta tritum illud proverbium; *nimia familiaritas parit contemptum.* Tertia est quia ex illa quotidiana communione non-numquam homo incurrit in periculum vanæ gloriæ, & præsumptionis de semetipso, dum se per hanc frequentiam, publicè in conspectu omnium exercitatam, singularem ostendit; unde facilè in retia astuti serpentis incidere potest, utpote, qui per hanc viam plurimos eximios Sanctos prostravit. Quarta est, quia plures sunt Sancti, qui communionem quotidianam nec approbarunt, nec practicarunt. Ven. Pater Magister Avila in quadam Epistola Eucharistiam quidem frequentatam laudat, non tamen quotidianam; nam Prædicatori cuidam, qui hac super re ejus petebat consilium, in hæc verba respondit: Probè scit Reverentia Vestra, quod S. Franciscus de Assisio quolibet die communicare solitus non fuerit, sicut nec S. Franciscus de Paula, imò hic senex fidelis, non nisi singulis octiduis communicabat, ac proinde exitimo, quod illi qui ad tantam sanctitatem non pervenerunt, optimè faciant, si eodem modo semel tantum in septimana, & sæpius etiam communicent, quia capaces sunt, ut magna necessitas sive à malitia temporum, sive à fraudibus dæmonum, sive denique à propria fragilitate causata, sæpius requirat recursum ad remedium opportunum, & ad sacram hanc mensam, quam Deus nobis in hoc mundo contra quodvis malorum genus reliquit. Tandem etiam illa allegatur S. Augustini sententia, dicentis: *Quotidie Eucharistiæ communionem percipere nec laudo, nec reprehendo, omnibus tamen dominicis diebus communicandum suadeo & hortor.* S. Hieronymus pariter ita scribit, *scio, Romæ hanc esse consuetudinem, ut fideles semper Christi Corpus accipiant, quod nec reprehendo nec probo, unusquisque enim in suo sensu abundat.* Omnibus tamen hisce Objectionibus facile est respondere.

Avil. let. 33. car. mihi 29.

S. Aug. l. 32. de Eccl. dogm. c. 53.

S. Hier. in apol. adv. Jovin.

7. Et quidem quantum ad primam oppositionem, scilicet quod in ijs, qui quotidie communicant, non appareat augmentum aliquod devotionis & virtutis notabilis, responderi potest, quod ex alia parte etiam non appareat in ijsdem aliqua, ex communione procedens, virtutis jactura vel diminutio, id quod in hac nostra natura corrupta, adeo ad malum proclivi, nec non in sæculo præsenti adeo contaminato, magni lucri loco censeri debet; stabilitas enim & perseverantia in amicitia Dei, fine ullo in peccata gravia prolapsu, ab hac causa fine dubio procedit. Instituatur igitur examen aliquod & comparatio inter illos, qui ad hanc mensam sæpius accedunt, & alios, qui communionem in menses differunt; & magna videbitur inter utrosque, quo ad mores, virtutes & omnia alia diversitas. Quot sunt qui fine hoc subsidio in graves inciderent inimici tentationes, & à vita spirituali & pœnitenti retrocederent, nisi cœlesti hoc Pane corroborarentur; nam *Panis cor hominis confirmat.* Cum igitur quotidianæ sint tentationes, quibus infestamur, cur non etiam quotidie proportionaliter tam evidenti & certo uteremur remedio? Ven. Beda. in c. 11. Epist. 1. ad Corinth. ita scribit, *Dixerit aliquis, non quotidie accipiendam Eucharistiam. Quæsierim, quare? Quoniam eligendi sunt dies, quibus pœnitentiosius vivat, quo ad tantum sacramentum dignus accedat.* Ex qua Ven. Bedæ authoritate, & communi sacrorum Doctorum, & spiritualium Magistrorum opinione, hoc punctum stabiliri videtur, quod scilicet non ob aliam causam differenda sit communio, quàm ut ad eamdem, per digniorem præparationem accedatur. At verò illis sequentia Jobi verba reponi posse videntur; *Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? Nonne tu, qui solus es? non quod simus sufficientes*, inquit S. Paulus, *cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis sed sufficientia nostra ex Deo est.* Necessum est igitur, ut paupertatem nostram agnoscentes, magnum hunc rogemus hospitem, ut in hospitium cordis nostri ea immittat donorum & gratiarum suarum ornamenta, quibus ipsum dignè recipere valeamus. S. Thomas de Villa nova ad illa Geneseos verba (*invenit scyphum in sacco Benjamin*) se reflectens, ad sacratissimum sacramentum conversus exclamat: *Da quod jubes, & jube quod vis, præsta quod poscis, Non invenit in sacco Benjamin frater Joseph aurum, nisi quod ipse posuerat, neque invenies ô bone Jesu, bonum in pectore nostro, nisi quod ipse præstiteris. Utinam Domine, utinam in corporis nostri sacco gratiæ tuæ scyphum, sacro huic sumendo impositum clementer abscondas & piè inseras; hac lege & conditione, ut, in quo beatum fortum tuæ tantum fuerit, tibi perpetuo manipetur, & tibi serviat in æternum; nam tibi servire, regnare est.* Verum igitur quidem est, quod præparati & digni futuri non simus, qui ad hanc mensam accedamus, si in nobis defuerit devotio & reverentia, tanto sacramento debita: At verò certum quoque est, quod hæc devotio mensuranda

Omnibus suprapositis argumentis respondetur, & refelluntur primo.

Gen. 44. v. 12. S. Thom. de Villa nova de Cor. Christ.

V. Beda.

Job. 14. v. 4. 2. Cor. 3. v. 5.

sit, juxta mensuram munditiei & puritatis conscientiæ: juxta celebre illud Apostoli testimonium, Ecclesiæ quoad Eucharistiam relictum: *probet autem seipsum homo, & sic de Pane illo edat, & de calice bibat*; consequens igitur est, quod ad communionem alia non requiratur præparatio, quam cor à culpis mortalibus purificatum; licet quoque expediens sit, ut ad communicandum cum majori fructu cor etiam à venialibus mundetur, quantum humana fragilitas permittit. Unde Ven. Beda ait, *Panem cœlestem spiritualiter manducate; peccata, etsi sint quotidiana, non sint mortifera.*

1. Cor. 11. v. 28.

V. Bed. ib.

8. Porro quænam sit debita ad hoc sacramentum recipiendum præparatio, Concilium Tridentinum his verbis definit: *Ecclesiastica consuetudo declarat, eam probationem necessariam esse, ut nullus, sibi conscius peccati mortalis absque præmissa confessione accedat.* Ad dignè igitur communicandum, vita per timorem Dei bene regulata, & irreprehensibilis sufficiens est præparatio, Ven. Thomas à Kempis pariter inquit: *Ipsi verò fideles tui, qui totam vitam suam ad emendationem disponunt, ex hoc dignissimo sacramento magnam devotionis gratiam, & virtutis amorem frequenter recipiunt.* Omnes igitur illi, qui in Filios Dei sunt adoptati, liberè Deo dicere possunt: *Pater noster, qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum, adveniat regnum tuum, fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra*; eidem quoque quotidie *jus* ad hunc panem cœlestem habere & dicere possunt: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, in lege Domini voluntas ejus*; & ideo hoc signum erit, quod Divinam legem adimpleverint, participesque facti sint amicitiæ & gratiæ Dei: *Regnum Dei intra vos est*; habebuntque indulgentiam & absolutionem peccatorum suorum: *Dimitte nobis debita nostra.* Unde D. Chrysostomus optimè ait: *Non est expectanda solemnitas, ut accedas ad hoc sacramentum, sed semper est solemnus, cum adest cordis munditia.* Eamdem quoque sententiam alibi in eodem S. Doctore reperio, ubi ait; *qui munda conscientia sunt, & vita irreprehensibili, isti semper accedant ad Divina sacramenta.* Idem quoque in alia quadam homilia errorem confutat eorum, qui reverentia etga hoc sacramentum, in raritate ad hanc mensam accedendi consistere credunt: *Hoc nempe est*, inquit, *quod universa perturbat, quia non munditia animi, verum intervallo temporis longiore constare meritum putas, summamque arbitraris religionem & reverentiam esse, si non sæpius cælestem illam adeas mensam. Ignoras, quoniam indignè accedere, etiamsi semel tantum fiat, supplicio tradit, dignè verò, etiamsi sæpe accedas, salutem inde conquiris? non est audacia, sæpius accedere ad dominicam mensam, sed indignè accedere, etiamsi semel tantum quispiam toto vitæ tempore accedat*, tandem idem S. Doctor propositionem quamdam concludit, quæ omnem in hac materia difficultatem sopit & dissolvit: *Tempestivum accedendi tempus*, inquit, *munditia conscientiæ facit. Quotiescumque*, inquit, *manducaveritis Panem hunc, & calicem biberitis, mortem Domini annunciabitis, nulla observatione temporis sacrificium circumscribere voluit.* Quin potius. S. Thomas in quodam articulo, cui titulus est (*utrum liceat quotidiè hoc sacramentum accipere*) authoritati S. Augustini insistens, hanc statuit conclusionem: *Ille Panis quotidianus est; accipe quotidie, ut quotidie tibi prosit*, nihilominus etiam ipsam hanc limitat propositionem, dicens: *Non expedit quotidie hominibus ad sanctum sacramentum accedere, sed quandocumque ad illud se invenerit præparatum*; si quotidiè se dispositum reperiret, id est, in conscientia pura poterit absq; scrupulo imò cum merito ad ipsum appropinquare; verumtamen quia nullus in causa propria Judex esse debet, dicta executio à superioris, & patris spiritualis consilio & arbitrio dependere debet, sique ipse conveniens judicarit, aut jusserit, in virtute talis obedientiæ ad mensam Eucharisticam accedat pœnitens; *melior est enim obedientia, quam victima.*

Conc. Trid. sess. 13. c. 7. Quænam sit debita præparatio ad hoc sacramentum.

Thom. à Kemp. lib. 1. c. 1. n. 10.

Ps. 1. v. 2.

Luc. 17. v. 21.

D. Chrysost. h. 28. ad 2. Cor.

h. 3. ad Heb. h. 5. in 1. ad Tim.

Non interstitium temporis, sed munditia conscientiæ requiritur, ut dignè accedas ad hoc sacramentum.

S. Th. 3. p. q. 80. a. 10.

9. Secundæ objectioni, scilicet quod communionis frequentia & nimia cum Deo per synaxin familiaritas, reverentiam Deo debitam imminuat, respondimus supra in Discursu 24. ubi probavimus, Eucharistiam nobis lumen & notitiam Dei infundere; præterquam quod etiam dici possit, quod juxta proportionem communicantis, crescat veneratio & reverentialis erga supremam illam Majestatem timor, hæc namque homines inter & Deum est differentia, quod quanto magis & strictius cum hominibus conversamur, tanto plures eorum cognoscimus & penetramus defectus, eoque minorem de illis existimationem tandem induimus, quò autem familiarius cum Deo agimus, tanto magis ejus honorem & existimationem in nobis promovet notitia divinorum attributorum ejus; communio nos arctius stringit & familiarius unit cum Deo; quantoque magis in nobis crescit immensitatis & infinitatis ejus conceptus, tanto majorem de ipso concipimus existimationem & venerationem, tantoque amplius de ejusdem participamus sanctitate; neque hujusmodi probationi fusius immorandum censeo, siquidem experientia docet, quod, quò quis frequentius communicat, tanto majorem concipit Dei timorem, tantoque ardentius ejusdem tutatur honorem.

V. Reg. 15. v. 22. Refellitur objectio secunda.

10. Quoad tertiam Objectionem dico, quotidianam communionē ijs dumtaxat fuaderi & inculcari, qui in virtute firmiter radicati sunt, singulariter autem in humilitate; ideoque minus periculum erit, ne quis in laqueos incidat Diaboli propter vanam gloriam, præsertim cum hoc sacramentum infallibile sit remedium contra omnes diabolicos insultus. Recordabimini utique, Manna olim quotidie populo indultum fuisse, sed cum quibus arbitramini circumstantijs? præceptum illi erat, *prævenire Solem ad benedictionem*, nemo hæc in figura contigisse dubitet, siquidem per hoc ipsum admonemur fideles, ut ad Communionem per orationes, sanctasque meditationes nos præparemus, præsertim autem per sanctum quemdem corporis animique fecessum; unde & Manna nullibi nisi in deserto pluisse scribitur, circa quam circumstantiam S. Hilarius in Canone quodam in c. *si non sint, de consec.* d. 2. sequens statuit documentum: *Si non sint tanta peccata, ut excommunicetur quis, non se debet à quotidiana medicina Corporis & sanguinis Domini separare, qui peccare quieverit, communicare non desinat.* Atque hæc solutio 4. eludit objectionem.

Refellitur objectio tertia, & insinuatur quod in virtutibus radicatus sæpe licet accedere.

Sap. 16. v. 28.

11. S. Augustinus postquam dixisset, *nec laudo, nec vitupero*, suam quoque subnectit sententiam, inquiens: *Communicandum suadeo & hortor, si tamen mens sine affectu peccandi sit, nam habentem adhuc voluntatem peccandi gravari magis Eucharistiæ perceptione, quam purificari.* Qui idem Sanctus alia in Epistol a ita scribit: *Hoc est indignè accipere, si eo tempore accipiat, quo debet agere pœnitentiam, non ut arbitrio suo cum libet, vel auferat se à communione, vel reddat.* S. quoque Hieronymus, quando communionem quotidianā improbat, de conjugatis loquitur, unde & paulo post subjungit: *Sed ipsorum conscientiam convenio, qui eodem die post coitum communicant*; cujus & sententiæ fuit Pater Magister Avila, prout in eadem litera fusius probat.

S. Aug. de Eccl. dog. c. 53. Explicatur sententia S. Augustini, Ep. 118.

12. Admodum quoque considerabilis hac in materia tam ad omnem ferventibus, quam tepidis satisfactionem præstandam, illa se offert V. Bedæ Doctrina. inquientis: *Valet etiam ad hanc similitudinem, quod in primo populo unicuique piorum. Manna secundùm propriam voluntatem in ore sapiebat, sicut in ore uniuscujusque Christiani sacramentum; nam ille honorando non audet quotidie sumere, & ille etiam honorando non audet ullo die prætermittere*; quæ doctrina ex S. Augustino desumpta esse videtur, qui diu ante tale nobis dederat consilium: *Faciat autem unusquisque, quod secundùm fidem suam, piè credit esse faciendum*, juxta Zachæi & Centurionis exemplum; *neque enim litigaverunt inter se, aut quisquam eorum se alteri præposuit, Zachæus, & ille Centurio, cum alter eorum gaudens in domum suam susceperit Dominum; alter dixerit: Non sum dignus, ut intres sub tectum meum, ambo Salvatorem honorificantes, diverso & quasi contrario modo.* Cui & Thomas à Kempis subscribit, inquiens: *Si interdum abstinet humilitatis gratiâ aut legitima impediente causa, laudandus est de reverentia.* Quod dubium S. Bonaventura sub alijs latioribus terminis proponens ait: *Si autem quæris, quo te affectu magis debeas excolere, timoris scilicet & reverentiæ, an amoris & desiderij; an debeas ut multi cum importuna desiderij festinantia anhelare; an, ut nonnulli, reverentiæ & timoris magnitudine, magnitudinem sacramenti attendens, & propriam infirmitatem considerans, magis debeas affectu retrahi & delongari, ad hoc Sancti responderunt, utrumque affectum commendantes uniuscujusque conscientiæ, quo ei visum fuerit relinquentes.* Idem quoque alio in loco eos, qui timore vel tepore ab hoc sacramentum frequentando retrahuntur, his verbis animum suggerit: *Licet tepidè, accede fiducialiter, quia quo magis æger es, tanto magis indiges Medico.* S. Thomas similitudinem adducit S. Augustini Zachæi, & Centurionis, ac *cæteris paribus* accessum ad sacramentum suadet; dicens: *Amor tamen & spes, ad quæ semper Scriptura nos provocat, præferuntur timori; unde cum Petrus dixisset: Exi à me, quia homo peccator sum; respondit Jesus, noli timere.* Efficax quoque est motivum, quod Thomas à Kempis his verbis adducit; *si modo tam negligens sum & tepidus, quando commenico aut celebro, quid fieret, si medelam non sumerem, & tam grande juvamen non quærerem?* S. Bonaventura ita ratiocinatur; *nec ideo quæris te jungere Christo, ut tu cum sanctifices, sed ut tu sanctificeris ab illo. Ideo non recipimus, quasi qui digni non sumus, sed ut illo nos sæpe visitante, & habitaculum cordis & corporis nostri subintrante, magis ac magis digni efficiamur. Quo enim introierit Dominus benedicet; sicut olim domui Obededon benedixit propter arcam Domini, in qua Manna servabatur.*

Instruuntur tepidi & ferventes quo ad accessum ad S. Communionem.

Thom. à Kempis l. 4. c. 3. n. 3. S. Bonav. ib.

13. Quod verò attinet consilium, quod à patribus spiritualibus in hac materia suggerendum est, idem Seraphicus Doctor nullam certam regulam præscribi posse dicit; quia *Varia sunt hominum merita, & diversa operum studia, & differentia desideria; & multiplices S. Spir. operationes in singulis; & ideo sicut ægrotantibus non potest una forma servari in dandis medicinis corporis, propter diversitatem complexionum, aut loci, aut temporis, aut diætæ, vel aliarum considerationum, ita & de medicina spirituali, quæ est Corpus Christi, intelligendum. Mundanis enim curis occupati, varius possunt se ad illud recipiendum expedire, quam illi, qui tantum spiritualibus studijs sunt intenti, & alij magis, & alij minus sunt circumspecti, in custodia vitæ suæ & morum, & conscientiæ suæ puritate; alij etiam ardentiori desiderio trahuntur, ad illius salutaris cibi perceptionem, alij quodammodo terrentur, cum debent accedere.*

Regula certa in hac re præscribi non potest. S. Bonav. ib.

DISCURSUS XLVI.

ARGUMENTUM.

Variæ adducuntur rationes, cur Christus sacramenti hujus institutionem ad noctem usque Passionis suæ distulerit.

THEMA.

In qua nocte tradebatur, accepit Panem ... & dixit: ... hoc est Corpus meum, quod pro vobis tradetur. 1. Corinth. 11. v. 23. 24.

Expenditur tempus institutionis hujus sacramenti. Ps. 103. v. 24. Ps. 144. v. 15.

1. QUin tempus, in quo incarnata Sapientia sacratissimi Corporis sui convivium instruxit, mysterijs plenum fuerit, in dubium revocari nequit, siquidem de illo assertum est infallibilis veritatis: *Omnia in Sapientia fecisti*, præterquam quod idem Regius Vates alibi in spiritu Prophetico dixerit: *Das escam illorum in tempore opportuno* in primis igitur pro celebranda Eucharistia nocte ultimam, quæ mortem suam præcessit, eligere placuit. *Et cur nobis*, quærit D. Chrysost. *tempus revocat in memoriam & vesperam illam & proditionem? non abs re, neque sine ratione aliqua.* Hanc enim temporis circumstantiam, Apostolus non fine speciali impulsu, Christi Corpus suum consecrantis expressit, nec Christus illi tempus hoc fine causâ revelavit, ut omnibus sæculis futuris testimonium illius perhiberet: dicit enim Apostolus: *Ego accepi à Domino, quod & tradidi vobis*; non se hoc intellexisse dicit ab Evangelistis, vel ab Apostolis vel ab aliquo alio specialiter ad hunc effectum ad eum misso, se ab ipsomet Salvatore: *Immediatè didici à Domino, quod tradidi vobis*, inquit quidam Interpres, & tametsi multa hujus sacramenti ineffabilis mysteria referre debuisset, attamen, ut sacer quidam Interpres observat, *in primis tempus describitur, quo Ecclesiæ sacramentum istud, tamquam testamentum legavit.* S. Thomas hunc textum explicans, S. Paulum de institutione Corporis Christi tractare volentem, exordium à tempore sumpsisse dicit: *Quod quidem congruum fuit*, inquit, *primo quidem quantum ad qualitatem temporis, quia fiat in nocte.*

Thom. à Kempis l. 4. c. 3. n. 3. S. Bonav. ib.

D. Chrys. h. 27. ib. Quare hoc factum fuerit ad vesperam.

1. Cor. 11. v. 23.

Bonc. ib. Sicvar. ibid.

S. Th. ib.

2. Infinitum illud beneficium, quod generi humano in incarnatione & nativitate sua contulit, pariter nocturno tempore peractum fuit, unde Sapiens ait: *Cum quietum silentium contineret omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, Omnipotens sermo tuus de cælo à regalibus sedibus* venit; nimirum, quando homo somno sepultus, nihil minus quàm de propria salute cogitabat, tunc Filius Dei ex sinu Patris descendens in utero Matris suæ recludi voluit, ut hominem redimeret; ac proinde cum hoc sacramentum quædam sit incarnationis extensio (prout omnes sacri Doctores unanimiter docent) non fine mysterio illud nocturno tempore instituere voluit, ut videlicet intelligeremus, quod, dum inundus vel maximè vitiorum & iniquitatum lethargo immersus, & summi boni totaliter oblitus esset, tunc Redemptori nostro placuerit eidem de ineffabili Eucharistiæ beneficio prospicere, quod ut in 1. Discursu probavimus, fulcrum est totius universi.

Incarnatio & nativitas Christi etiam nocte facta fuerunt. Sap. 18. v. 14. 15.

3. *In qua nocte.* Idem quoque Apostolus antiquam legem noctis nomine appellavit: *Nox præcessit, vitæ autem appropinquavit, abjiciamus opera tenebrarum*; nocte igitur hoc sacramentum instituit, quia per hanc institutionem antiquo testamento finis imponebatur, omnesque figuræ cessabant. Unde Ecclesia in sequentia, à S. Thoma composita, canit: *Phasè vetus terminat, vetustatem noxitas, umbram fugat veritas, noctem lux eliminat.* Sub noctem quoque hoc sacramentum instituit, quia nox peccatum repræsentat propter tenebras, quæ mediante hac Divina luce dissipantur; siquidem, ut in Discursu 18. probavimus: Eucharistia peccati est antidotum, quia illud per gratiam suam fugat.

Rom. 13. v. 12. Hoc sacramentum in nocte institutum fuit ut significaretur finis V. L.

4. *In qua nocte.* Nox propter obscuritatem suam, fidei est symbolum, de qua S. Paulus ait: *Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem*; quamdiu enim viatores sumus, nos in hac divinorum & ineffabilium mysteriorum obscuritate vivere voluit, quia *fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum; posuit tenebras latibulum suum*; atque ideo meritò sacratissimum corpus suum in nocte consecrare voluit, quia inter omnia fidei nostræ mysteria, illud per antonomasiam mysterium fidei appellatur, quia, ut suo loco videbimus in hoc sacramento magis quàm in omnibus alijs mysterijs fidem excitare & exercere oportet; *quod non capis, quod non vides, animosa firmat fides præter rerum ordinem.*

1. Cor. 13. v. 12. Quia nox est symbolum fidei, quæ in hoc sacramento singulariter exigitur.

5. *In qua nocte.* S. Thomas in horum verborum expositione, dicit; *per virtutem enim hujus sacramenti anima illuminatur*; idque probat duorum illorum Discipulorum, in societate Christi, in Emaus abeuntium exemplo, de quibus S. Lucas ait: *Oculi eorum tenebantur, ne eum agnoscerent, Sed cognoverunt eum in fractione Panis*; propter quod, inquit Angelicus Doctor, in Psalmo 138. dicitur: *Hæc nox illuminatio mea in deliciis meis.* Ex quo enim tot antè sæcula, per os Sapientis, protestatus fuerat; dicens: *Deliciæ meæ esse cum filijs hominum*, nunc illud in hac institutione Eucharistiæ adimplere voluit, quia ut apud Joannem dixit: *Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet; & ego in illo.* Notandum, Psalmistam postquam dixisset, *nox illuminatio mea in deliciis meis*, protinus subjunxisse: *Quia tenebræ non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur*; quia verus Sol justitiæ, Christus, noctem illam illuminavit, per hanc institutionem Eucharistiæ, quæ totam illuminavit Ecclesiam.

S. Th. ibid. Quia per illud nox ignorantiæ nostræ illuminatur. Luc. 24. 16. Ibid. v. 45. Psal. 138. 11. Prov. 8. v. 31. Joan. 6. v. 57. Psalm. 118. v. 11. Ibid. v. 12.

6. *In qua nocte.* Figura primaria hujus sacramenti in antiqua lege; agnus Paschalis fuit; unde dicitur: *In figuris præsignatur, cum agnus Paschæ deputatur*; inter alios autem ritus, qui in illius manducatione observari debebant, unus erat, quod non alio quàm nocturno tempore sumendus esset; *edent carnes nocte illa*; quia igitur Salvator dixerat: *Jota unum, aut unus apex non præteribit à lege*, ideo ut figura figurato corresponderet; agni immaculati carnes, id est, suas, nocte manducari voluit. Unde S. Paschasius ait: *Sic illud oportebat impleri circa finem diei; ad vesperam, ut hora ipsa sacrificij ostenderet, jam finem sæculi advenisse. Unde Joannes ait: Filioli novissima hora est.* Agnus in veteri lege vesperi sacrificabatur, manducabatur autem nocte; unde Theodoretus ait: *Denunciat, ut sacrificent decima quarta sub vesperam; sub hanc vesperam Christus Dominus traditus est Judæis.* Ex quo ritu, Interpres quidam morale quoddam documentum his verbis deducit: *Notandum, quod per hoc instruimur, qualiter debeamus accedere ad sacramentum altaris, & ipsum suscipere signanter; cum appropinquat, in nobis vox moritis.*

Quia etiam nocturno tempore Agnus paschalis immolabatur. Exod. 12. v. 8. Matth. 5. 18. S. Pasch. de Corp. & sang. Dom. c. 20. Theod. q. 24. in Exod. Guil. Pepinus du 8. Cur Apostolus dixerit Christum non simpliciter in nocte sed, in qua nocte tradebatur instituisse hoc sacramentum.

7. *In qua nocte tradebatur.* Apostolus non solum dicit *in nocte*, sed simul; *in qua nocte tradebatur*; hoc enim donum, quo majus Divina omnipotentia & magnificentia dari nequit, post mysticam triginta trium annorum vitæ suæ ihiadem, ad ultimamque usque ejusdem periodum, id est, ad noctem, Passionem suam immediatè præcedentem, differre voluit, cujus Rupertus Abbas hanc assignat rationem, dum in persona Salvatoris nostri ita loquitur; *hoc tantæ salutis sacramentum ab initio non feci vobis; nunquam enim tempus erat, neque ordo poscebat, ut vobis citus aut potus daretur novæ salutis, priusquam mandaremini; priusquam mandaretur macula vestra, macula veatus antiqui, quam*

Rup. Abb. l. 4. s. 5. in Cant.

contraxerent comedendo vetitum, mundari aliter, neque vos potuistis, neque potuerunt veteres amici nostri sancti antiqua ab origine mundi, nisi per effusionem sanguinis mei, lavacrum regenerationis, scilicet sanguinis & aquæ, de latere meo decurrentis. Ad hoc ut cibus aliquis palato sapiat, & stomacho bene conveniat, integrè coctus & conditus esse debet; optimè igitur conveniebat, ut Agnus ille à præcursore digito monstratus; dicendo: *Ecce Agnus Dei*, in ligno crucis affaretur; unde Ecclesia canit: *Cujus corpus sanctissimum in ara crucis torridum*; & Glossa interlinearis super illa verba Levitici: *Si oblatio tua fuerit de sartagine*, ita scribit: *Carnem Christi, quæ ante Passionem esui non videbatur apta, post crux aptam fecit.* Arias Montanus in expositione hujus textus, inquit: *Dominus Jesus, qui vos à morte, & Diaboli potestate emptos & liberatos servavit, atque hujus Redemptionis, hujusque salutis rationem in hujus cœnæ sacramento, nobis conservatam, repetitamque esse voluit, ea nocte qua tradebatur, accepit panem.* Quid enim sacramentum hoc in memoriale Passionis suæ instituere voluit, ideo *in qua nocte tradebatur, accepit panem &c.* quod idem punctum S. Thomas his verbis tangit: *Ut tanti beneficij* (id est Passionis suæ & redemptionis nostræ) *jugis in nobis maneret memoria &c.* Et Ecclesia in oratione Corporis Christi ita Deo supplicat: *Deus, qui nobis sub sacramento mirabili, Passionis tuæ memoriam reliquisti, tribue &c.*

Lev. 3. v. 5.

Ar. Mont. ibid.

S. Th. op 57.

Opportunè tunc institutum fuit cum fulmina iræ Dei in nos vibranda erant.

8. *In qua nocte tradebatur.* Opportunè Christus tunc homini de hoc sacramento prospexit; quando Divina Justitia, omnia justissimi furoris sui fulmina, contra genus humanum evibratura erat; utpotè quod in illa nocte, tanta cum impietate, manus suas in Filij Dei sanguine cruentaturum erat, ut ei morrem adeo contumeliosam & crudelem inferret; etenim Christus se ideo, in terram veniſſe probè sciebat, ut nos æterno Patri suo reconciliaret, cujus vindex iræ suæ gladius, alio modo quam per hujus sacrificij oblationem, contineri non poterat; ac proinde *in qua nocte tradebatur, accepit Panem &c. tradidit seipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suavitatis*; quòd si enim quondam sanguis agni in Ægypto Angelorum impetum refrænare poterat: *Videbo sanguinem & transibo vos, nec erit in vobis plaga disperdens*; quantò magis sanguis Agni Divini, utpotè qui vocem habebat meliorem, quàm sanguis Abel?

1. Cor. 11. v. 23.

Ephes. 5. 2.

Exod. 12. v. 13.

9. *In qua nocte tradebatur.* Theophylactus super hanc S. Pauli Epistolam ita scribit: *Recordamini, quod ea etiam nocte, qua mactandus erat, Judam proditionem mensæ suæ accumbentem habuerit.* Porro Elisæus Prophetа in multis quidem factis typum præ se tulit Salvatoris specialiter verò tunc, quando Syriæ milites ad eum occidendum missos, capere ipsum volentes, tamquam totidem cæcos in medium Civitatis Samariæ captivos perduxit, ubi jussit, ut loco vindictæ, de ipsis fumendæ, lautis epulis reficerentur: *Appositis est eis ciborum magna præparatio, & comederunt & biberunt.* Audiamus hac de re differentem D. Chrysostomum: *Postquam*, inquit, *apponi mensas aspicium, & dapibus se invitari cognoscent, mirantur & stupent, sibi pro morte victum, pro interitu cibum, convivium pro pœna offerri.* Quis autem non magis Deum nostrum obstupescet, qui: quando illi ingratus homo acetum & fel præparabat, sacratissimi corporis & sanguinis nectar & ambrosiam apposuit? *meminit Apostolus*, inquit Estius, *proditionis Christi, ut ejus charitatem commendet, qui in proxima expectatione tantæ injuriæ, quam ab hominibus accepturus erat; symbola summi amoris hominibus tradiderit.* S. Valerianus similiter inquit: *Infinita virtus, odia vicisse beneficijs; nam ille inter cæteros palmam perfectæ virtutis obtinet, qui ad vicem veneni, pocula dulci melle complevit.* Postquam Samson Leonem sibi obvium dilaniasset, abinde famelicus digrediens, post aliquod tempus ad eumdem locum reversus suavissimi mellis favum in ejus faucibus reperit; unde magno cum gustu recreatus fuit: Sed ecce tibi hic *Leo de tribu Juda*, qui ab homine dilacerandus erat, *pridie quam pateretur*, eumdem sacramento corporis sui honoravit, quod ut in Discursu 12. probavimus, per mel præsignabatur, at verò quando hoc ipsum fecit? tunc nimirum quando homo ei myrrham amarissimam, fel, & acetum præparabat: *In qua nocte tradebatur, accepit panem.*

Proditionis commemoratur.

Judic. 14. v. 8.

D. Chrys. h. 27. ibid.

10. *In qua nocte tradebatur.* D. Chrysostomus ait: *Eam noctem revocat in memoriam, ut nos compungat; quomodo enim illorum verborum maximè meminimus, quæ audivimus ab ijs, qui excedant; & illorum hæredibus, si mandata transgredi ausi fuerint, eis pudorem ineuntes, dicimus: Cogitate, quoniam hanc vocem apud vos misit Pater, & ad vesperam usque quæ erat expiraturus hæc mandavit. Ita hic quoque Paulus volens terribilem reddere orationem, recordemini, inquit, quòd hanc vobis dedit postremam mysterij institutionem, & in ipsa nocte, in qua pro vobis erat occidendus, hæc mandavit.* Quisquis igitur noctis illius meminerit, in qua Salvator tot ignominijs & tormentis, amore nostri affectus fuit, saxo durior erit, inquit Chrysostomus, nisi emolliatur: *Et si quis sit planè lapis, si illius noctis illis venerit in mentem memoria, quomodo fuit traditus, abductus, judicatus; quomodo cætera omnia passus, sit cera mollior.* Estius aliam quoque assignat rationem, cur Eucharistiam in ultimam usque noctem distulerit, nimirum: *Ut indicet, quanti faciendum sit hoc mysterium, quod Christus ad passionem & mortem iturus, in sui memoriam, extremum nobis reliquit.* Diu verò ante illum S. Augustinus in hæc verba scripserat: *Salvator, quò vehementius commendaret mysterij illius altitudinem, ultimum hoc voluit arctius infigere cordibus, & memoriæ discipulorum, à quibus ad passionem digrediebatur erat.* S. Bernardinus ad illa se S. Joannis verba reflectit, quæ ante sacramenti hujus institutionem dixerat, videlicet: *Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos*; unde subdit: *Id est, majora signa dilectionis ostendit eis, more scilicet vere amantis, & amici cordialis, namque in fine mutuorum recessuum inter amicos, in signum perpetuæ amicitiæ & memoriæ celebrantur, fortius & firmius memoriæ imprimuntur, & chariora tenentur, atque servantur. More insuper amorosi Patris, qui in suo fine testimonium hæreditatis bonorum condit, & relinquat filijs suis.* Etenim hòc sacramentum, prout ex verbis consecrationis calicis, quorum ipsemet Christus author fuit, deducitur, novum Testamentum appellatur: *Hic est enim calix sanguinis mei, novi & æterni testamenti*; hoc autem testamentum in ultimo vitæ fieri solet; ac proinde *in qua nocte tradebatur, accepit panem.*

ut compungamur.

Estius.

S. Aug. ep. 118.

Et altitudo hujus mysterij, cordibus altius infigatur:

S. Bern. t. 2. serm. 54. n. 1. c. 1.

11. *In qua nocte tradebatur.* Isaias, qui Propheta Evangelicus appellatur, quia omnium eventuum novæ legis Evangelicæ distinctam notitiam habuit, in cap. 12. ad hoc sacramentum his verbis alludit: *Dominus & factus est mihi in salutem. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris, Et dicetis in die illa: confitemini Domino, & invocate nomen ejus, notas facite in populis adinventiones ejus.* Ubi Propheta ingeniosam incarnatæ Sapientiæ, in Eucharistiam adhibitam, inventionem admiratur, ideo sequitur: *Cantate Domino, quoniam magnificè fecit, annunciate hoc in universa terra, Exulta & lauda habitatio Sion*, quia enim in cœnaculo Sion hoc sacramentum instituit, justam habebat occasionem gaudendi & dicendi: *Quia magnus in medio tui Sanctus Israël.* Dionysius Carthusianus super hunc textum inquit: *Sicut Matthæi ultimo protestatur: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi.* Elias in curru igneo in æthera ascensurus; importunas Elisæi ob sui discessum dolentis preces audiens, pallium ei, memorialis loco, demisit: at verò melior sine dubio est populi Christiani conditio, inquit Chrysostomus: *Elias pallium discipulo reliquit, Filius Dei suam nobis carnem demisit, sed Elias quidem exutus, Christus autem & nobis reliquit, & secum habens retinuit.* Sciens enim horam adveniſſe, qua reverſurus erat ad Patrem, & tamen nobiscum ad finem usque sæculorum manere volens, ecce tibi nobilissimam, quam excogitavit, inventionem; de qua Guerricus Abbas ait; *Sacramentum corporis & sanguinis sui tradidit, & celebrandum instituit, nescio, virtute an charitate mirabiliori, hoc novum genus adinvenerit, in consolationem recessus sui, ut si discederet ab eis specie corporis, maneret non solum cum eis, sed etiam in eis, virtute sacramenti.* Amor enim, quo prosequebatur hominem, juxta illud: *Deliciæ meæ, esse cum filijs hominum*; adeo excessivus erat, ut ne per unicum tantum diem, illum amabilissimâ suâ præsentiâ corporali privare voluerit; *ecce ego vobiscum sum omnibus diebus*; tametsi corpus ejus in brevi illo spatio, quo in sepulchro erat, Verbo indissolubiliter unitum fuerit, attamen anima, utpote quæ ab illo separata erat: corpus illud non animabat; meritò igitur Eucharistiam instituit, in qua continetur anima, corpus & Divinitas, ne etiam per brevissimum spatium corpori ejus animato privati essemus. Notanda quoque est phrasis, qua S. Joannes ante institutionem hujus sacramenti utitur, dicit enim: *Sciens Jesus, quia venit hora ejus, ut transeat ex hoc mundo*

Is. 12. 2. 3. 4.

Isaias nomine hoc sacramentum novam adinventionem.

Ibid. v. 5.

Ibid. v. 6.

Dion. C. ib.

Joan. 13. v. 3.

ad Patrem. Quæ hora ad memoriam mihi revocat: quod in nuptijs Canæ in Galilæa accidit, cujus historiam idem S. Joannes descripsit, cum enim Virgo Deipara Filio suo diceret; *vinum non habent*, is ei respondit: *Nondum venit hora mea*, & tamen paulo post aquam in vinum convertit, sed quomodo igitur horam suam nondum veniſſe dicere poterat? S. Augustinus existimat, Christum per hanc horam suam, ad passionem alludere voluisse, ac proinde Evangelista dicit: *Sciens Jesus, quia venit hora ejus, ut transeat ex hoc mundo.* Porro B. Virgo duplicem petitionem Filio suo proposuit, quarum prima fuit, ut convivio de vino prospiceret; alia verò, ut nonnulli contemplativi meditantur, fuit, ut vinum in sanguinem suum converteret; primum miraculum tunc operatus fuit in nuptijs, secundùm verò reservabat sibi faciendum, *in qua nocte tradebatur, &c.* ut reversurus ad Patrem nobiscum manere posset. *Insigne præterea exstitit dilectionis symbolum*, inquit Salmeron, *quòd imminente morte hoc instituit sacramentum, nam cum cæteri jam morituri alterum omnium oblivisci antur, sibique ipsis solum attendant ac prospiciant, Christus sui ipsius oblitus nostræ indigentiæ sublevandæ non immemor, hoc amplissimum charitatis suæ erga nos monumentum reliquit.* Didacus Stella hac de re sequentem instituit meditationem: *Duo amores ad invicem oppositi cor Christi expugnabant, unus eorum abire hortabatur, alter manere. Maximus amor, quem erga nos habebat, abire accumbentem agitabat, quandoquidem mors ejus in nostram vitam & redemptionem cedebat, & sic discipulis dixit: Expedit vobis, ut ego vadam, necessarius enim erat nobis ejus transitus.* Itaque amor dicebat, *ut abiret, & redimeret nos, sed alius erat amor maximus, quo nos prosequebatur, qui suadebat manere, cum enim nos maximo prosequeretur amore, à nobis abesse renuebat, nam qui multum diligit, semper rem sibi amatam præsentem esse, & in conspectum dari maxime desiderat. Utrique amori sapientissimè Christus fecit, nam abijt, & nobiscum mansit.*

Sal. t. 9. tr. 26.

Dic. St. in c. 22. L.

DISCURSUS XLVII.
ARGUMENTUM.

De immenso Christi erga nos amore in hoc sacramento exhibito.

THEMA.

Deliciæ meæ esse cum filijs hominum. Proverb. 8. vers. 31.

Quænam fuerit hora Christi, de qua loquitur in nuptijs Canæ Galilææ.

Joan. 2. v. 3. Ibid. v. 4. S. Aug. tr. 8. in Joan.

1. NOster equidem Deus, juxta Spiritus Sancti testimonium, homini quondam deliciarum construxit Paradisum; *plantaverat Dominus Deus Paradisum voluptatis à principio, in quo posuit hominem, quem formaverat*; qui non multò post per venenosi serpentis sibilum seductus, ad spinas condemnatus fuit & vepres: *Spinas & tribulos germinabit tibi*; quod autem idemmet Deus in tantillo luti, quale omnis homo est, suas se repositisse protestetur delicias, quis non obstupescat? *homo patredo & filius hominis vermis*, & nihilominus: *Deliciæ meæ esse cum filijs hominum*, attestatur Dominus: *Non quidem, at suas à filijs hominum captet delicias*, inquit B. Laurent. Justin. *sed ut cum filijs hominum communicet proprias; nequaquam imprudenter arbitrandum est, quòd Deus ullam ab Angelis seu hominibus lætitiæ percipiat causam, cum eosdem xternis & spiritualibus faciat exaberare delicijs, ipse etenim sibi ipsi gaudium est, beatitudo perennis; verùm ob præcipuum, quem ad homines gerit, dilectionis affectum, illis imperiendo proprias, eorum suas asseverat esse delicias.* Ita in longo quodam super Eucharistiam discursu dictus sermocinatur Sanctus; super Eucharistiam, inquam, in qua, ut novimus omnes, cunctæ gustantur deliciæ, gustus & voluptates, quotquot novit, potest, aut vult, animæ amanti, communicare *totius consolationis Deus.* Unde & benignissimus quondam Salvator ad Nicodemum ait: *sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret*; quem favorem S. Thomas vivacius nobis inculcare voluit in quodam, à se compositio hymno, pro solemnitate corporis Christi, dum inquit: *Se nascens dedit socium, convescens in edulium, se moriens in pretium, se regnans dat in præmium.*

Gen. 2. v. 8. S. Eucharistia est Christo paradisus voluptatis.

Gen. 3. v. 18.

Job. 25. v. 6.

B. Laur. Just. de Euch.

Joan. 3. v. 16.

Perfectissimus amoris divini gradus, consistit in institutione SS. Eucharistiæ.

2. Porro si nimium Dei erga nos amorem, quem in hoc sacramento perhibuit contemplari voluerimus; S. Bernardinum adisse sufficerit, qui fustinet, quòd ultimus & perfectissimus divini in nobis amoris gradus in eo consistat, quòd se nobis in hoc sacramento impertierit in cibum; ait namque: *Largitus est se nobis multis modis in filium, per nostræ carnis assumptionem: Filius datus est nobis. In socium, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo; in Magistrum per doctrinæ prædicationē Joan. 13. [vos vocatis me Magister, & Domine, & bene dicitis] in Patrē, per gratiæ generationem, Joan. 1. [quotquot autē receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine ejus.] Dedit se nobis in lucem, propter exempli operationem, Joan. 13. [exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.] Dedit se nobis in fratrem, sororem & matrem, per voluntatis confirmationem, unde Matth. 12. ipse ait: [Quicumq; fecerit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est, ipse meus frater, soror & mater est.] Dedit se in holocaustum medullatum, per dilectionem & passionem. 1. Cor. 6. [Empti estis pretio magno;] ultimus gradus amoris est, cum se dedit nobis in cibum, quia dedit se nobis ad omnimodam unionem & transformationem, sicut cibus & cibans invicem uniuntur, sic dignè illum recipiens in ipsum per ardentissimam amorem totaliter transformatur.*

Joan. 13. v. 1.

Joan. 13. v. 15.

Matth. 12. v. 50.

1. Cor. 6. v. 20.

3. Tam indissolubile quondam, Job inter & subditos ejus, legitur mediasse charitatis vinculum, ut die quodam inter se consultarint, dicentes: *Quis det de carnibus ejus, ut saturemur?* Cui authoritati insistens D. Chrysost. postquam demonstrasset, excessivi amoris indicium esse, proprias carnes in cibum offerre, ita concludit; *Hoc Job significabat de servis, à quibus ita eximiè amabatur, ut ejus carnibus admisceri se peroptarent; cum enim amoris in eum sui vim vix cohibere possent, dicebant: Quis daret nobis, ut ejus carnibus immiscaremur, quod Christus fecit, ut majori nos charitate astringeret.* Circa quæ insuper verba notandum occurrit, quinam tam fervens conceperint desiderium, scilicet *viri tabernaculi mei*, non autem quicumque de gente; cui deservire poterit S. Bonav. animadversio, quam super illa Lucæ verba (*Joseph autem vir ejus*) instituit, dicti nominis *vir*, æthymologiam explicans in hæc verba: *Virum nominat, quia homo virtutis, vir à virtute*; quia nimirum virtutum sequaces, sacramenti hujus desiderio flagrant. Quando Judæi increduli Sapientiam incarnatam loquentem audierunt, direrunt intra se: *Durus est hic sermo, & quis potest eum audire?* non verò item scholæ suæ discipuli, qui potius dicebant; *Ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes.* Porro probe sciebant, omnia alia alimenta, quæ Deus homini providerat, ad corporis non verò animæ sustentationem ordinata fuisse, solumque de Christi corpore verificari, quod dixerat. *Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus, Qui manducat hunc panem, vivet in æternum*; ac proinde mirum non est, quòd se hujus cibi adeo famelicos & appetentes esse monstrarint, dicendo: *Quis det de carnibus ejus, ut saturemur?* Deus à primis mundi nascentis diebus, terræ præcepit; *germinet terra herbam virentem &c. Ut sint vobis in escam*, quotquot enim herbas & fructus terra produxit, & deinceps producturа est, omnes ad corporalem hominis sustentationem ordinantur; homini quoque dixit: *ex omni ligno Paradisi comede*; unico tantùm excepto, & tamen rebellis homo, ad illud quoque gustandum manum & os suum temere extendit: Post diluvium verò carnes manducandi licentiam quoque homini indulsit, dum ait: *omne quod movetur & vivit, erit vobis in cibum*; sequentibus verò temporibus legis scriptæ, per 40. annos continuos super populum electum manna depluit, quod tametsi omnes rerum desiderabilium sapores in se contineret, cum illo tamen contenti minimè fuerunt sed dicebant: *Anima nostra nauseat super cibo isto levissimo*; demum verò, quando Filius Dei carnem nostram divinitati unitam assumpsit, tunc tantam in nobis animarum nostrarum famem provocavit, ut homines corpus & carnes ejus appeterent, dicentes: *Quis det de carnibus ejus, ut saturemur?* cui apperitui & fami nostræ amantissimus Salvator noster condescendens, hoc sacramentum instituit, ut nobis & in pignus & signum amoris sui, & animæ nutrimentum pariter deserviret: *Quibus subibna specie, carnem dedit & sanguinem, ut duplicis substantiæ totum cibaret hominem.* Et ideo pro illo tempore Sophonias ait: *Silete à facie Domini Dei*; q. d. nunc deinceps tacete nec amplius conqueramini, quia nihil habetis, quod ultra desiderare valeatis, jam planè satisfactum est vobis, *quia præparavit Dominus hostiam*; id est, præparavit vobis Deus hoc sacramentum & convivium, in quo anima integrè exsatiatur: *Mens impletur gratia.* Priusquam Christus semetipsum in Eucharistia sumendum dedisset, semper homini aliquid ultra postulandum supererat; siquidem post immensum creationis beneficium, incarnationem postulare poterat;

Homo famelicus desiderabat saturari Carne Christi.

Job. 31. v. 31.

D. Chrys. ho. 45. in Joan.

Luc. 1.

S. Bonav. in Luc. 1.

Joan. 6. v. 61.

Ibid. v. 69.

Joan. 6. 56.

Ibid. v. 59.

Ibid. v. 29.

Gen. 1. v. 11.

Ibid. v. 29.

Gen. 2. v. 16.

Gen. 9. v. 3.

Num. 21. v. 5.

Job. 31. v. 31.

Cui Christus condescendens, instituit S. Eucharistiam, insignum summi sui amoris.

Soph. 1. v. 7.

Ibid.

terat; post hanc verò, redemptionem; ast quando Deus ad hunc amoris apicem pervenit, ut sui ipsius animam, corpus, & divinitatem in hoc sacramento nobis daret, nihil illi ulterius dandum restabat, nec amor ipsius ulterius progredi poterat. Quando Esau ab Isaac patre suo benedictionem postulavit, hic se excusavit, dicendo, Jacob, fratrem ejus, omnes recepisse benedictiones, adeo ut nihil ulterius dandum illi superesset; *& ubi post hæc fili mi ultra quid faciam ?* Scitisne causam, cur Isaac hoc dixerat? nimirum Jacob populi Christiani typus erat, ac proinde Gabriel Archangelus Mariæ de Filio ejus dixit: *Regnabit in domo Jacob*, quando igitur Isaac ajebat; *frumento & vino stabilivi eum*, ad hoc altaris sacramentum alludebat; quando enim beneficus Dei amor eo usque exarsit, ut semetipsum in Eucharistia nobis daret, jam exhausti quasi omnibus divini amoris divitijs, pauper factus est, adeo ut nihil amplius dandum ei superesset; *semetipsum exinanivit.* Unde S. Concilium Tridentinum in hæc verba definit: *Ergo Salvator noster discessurus ex hoc mundo ad Patrem, sacramentum hoc instituit, in quo divitias divini sui erga homines amoris velut effudit.*

Qui ulterius progredi non poterat.

Gen. 27. v. 37.

Luc. 1. v. 32. Gen. 27. v. 37.

Philip. 2. v. 7. Concilium Trident. sess. 12. c. 2

4. Regius Vates olim prædixit: *Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia.* Quod propheticum oraculum, ni fallor, in consecratione Eucharistiæ adimpletum fuit, utpote quæ in virtute verborum ipsiusmet Christi perficitur, quia Sacerdos in persona Christi conficrans, dicit: *Hoc est corpus meum*, non verò ait: *Hoc est corpus Christi.* Hæc autem vox *in magnificentia* fit: quia tametsi Deus solo Verbo oris sui cœlum, terram, & omnes creaturas ex nihilo produxerit: *Ipse dixit, & facta sunt, ipse mandavit, & creata sunt, Verbo Domini Cæli firmati sunt:* At verò multò dignius & magnificentius opus est, quod sacerdos non semel; sed innumeris vicibus, pauculis verbis ipsummet Creatorem de cœlis in terram intra manus creaturæ, ad eam cibandam, & suometipso corpore nutriendam descendere faciat: De Samsone porro constat, quam fortis & magnanimus exstiterit qualiter per os maxillæ mille bellatores cæciderit, manibus suis leones dilacerarit, solus armatos exercitus straverit, verumtamen eum tandem debilitatum, omnique corporis robore exutum, inimicis suis in derisionem & ludibrium factum fuisse legimus, sed undenam hoc eidem evenit? nimirum ex amore nimio, quo Dalilam prosecutus fuit, quæ historia, utpote omnibus nota, hic à nobis silentio præteritur. Majus verò quid est, quod in hoc sacramento quotidie fieri videmus, Deus enim ille, qui in Scriptura appellatur *Deus exercituum*, *Qui respicit terram, & facit eam tremere*, per verba sacerdotis adstringitur, & quasi exinanitur, ut in minimum vix visibilis hostiæ atomum se recipiat, sæpe etiam impiorum sanctissimum corpus ejus indignè tractantium scopus nat, idque per modica verba à quovis sacerdote, quantum is sacrilego & indigno prolata, ad illorum namque prolationem Filius Dei sine mora à Cœlo empyreo obedientissimè descendens, visibilibus illis speciebus panis & vini alligatur & astringitur; idque ob excessivum amorem, quo Dalilam id est, S. Ecclesiam prosequitur. S. Bernardinus ad illa S. Joannis verba se reflectens (*cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos*) inquit: *In illo fervoris excessu, quando paratus erat pro nobis in mortem tradere vitam suam, ab excessu amoris majus opus agere coactus est, quam unquam operatus fuerat ab origine mundi, dare nobis corpus in cibum, & sanguinem suum in potum, ideo in persona Christi ad Dominum Propheta ait, dicens: Zelus domus tuæ comedit me, id est, immensies animarum zelus, & zelans amor me comestibilem fecit.* Refert Tertullianus de certo quodam homine, cui volupe erat servos suos in piscinam quamdam conjicere, ut pisces illius horum carnibus saginati, & impinguati, cibus illi fierent, in quo carnes servorum suorum manducare posset: *Vedius Pollio servos meraenis invadendos objiciebat, nova scilicet saevitia delectato, terrenæ bestiæ exedendas & exanguis & excornis de piscibus placuit feras cogere, utique statim coquendis, ut ex visceribus earum, aliquid de servorum suorum corporibus & ipse gustaret.* Quod an verum sit, hoc loco examinare nolo, interim verò ex fide certissimum est, quòd Deus per excessivum erga hominem, servum & mancipium suum amorem inductus fuerit, ut se in cibum & potum illius transformaret; ut hac ratione corpori & animæ ipsius inviscerari posset; *ut in visceribus ejus aliquid de servorum suorum corporibus gustaret.* Ecce tibi quousque amor Dei nos inclinarit.

Psal. 28. v. 4. Verba consecrationis sunt verba virtutis & magnificentiæ.

Psal. 32. v. 9. Psal. 32. v. 6.

Psal. 103. 32. Per illa verba adstringitur Christus, ut se in minimam hostiam recipiat.

S. Bern. t. 2. ser. 54. a. 1. c. 1. Vedius Pollio servos suos objecit devorandos piscibus, quos postea comedebat ut hoc modo carnibus servorum frui posset. *Tert. l. de Poll. c. 5.*

5. In sacris Canticis dicitur: *Fortis est ut mors dilectio*; at verò in quonam consistit hæc, mortem inter & amorem: comparatio ? sive quænam est inter fortitudinem unius & alterius analogia ? ad propositum nostrum dicendum videtur, quòd, sicut mors Imperatores & totius universi Monarchas pastum facit vermium, ita amor Dei effecit, ut Verbum Patris, coram quo Potestates angelicæ contremiscunt, cibus fieret vilissimorum vermium, quales nos homines sumus, transmutando quoque ipsum in vilissimi vermis speciem, ut proinde dicat: *Ego autem sum vermis & non homo.* Unde S. Bernardinus meritò exclamat: *O quàm viscerosa charitas Christi Jesu! O ardens amor in fornace cordis sui! O admiranda immensitas tantæ dilectionis! O inquam latitudo incomprehensibilis tantæ dignationis! Ut tanto amoris ardore erga nostram prævitatem flagraret, quod suam carnem in cibum, & suum sanguinem in potum nobis tam largissimè largiretur.* Author quidam, qui antiquorum Deorum gentilium imagines & effigies per ordinem recenset, Deum amoris à veteribus gentilibus armatum depingi consuevisse, Deum verò Pan inermem, utpote à Deo amoris victura exhibitum fuisse refert. Quæ fabula ad veritatem quamdam alludit Evangelicam, nimirum quòd Deus, ab amore suo se vinci permiserit, ut se in panem, cibum, & nutrimentum nostrum transformaret; animabus nostris inviscerandum. Unde Thomas à Kempis exclamat, dicens: *O mira circa nos tuæ pietatis dignatio, quod tu Domine Deus Creator & Vivificator omnium Spirituum, ad pauperculam dignaris venire animam, & cum tota divinitate tua & humanitate ejus impinguare ejuriem !* David olim Miphiboseth, licèt claudum, ad mensam suam Regiam invitavit: *Erat claudus utroque pede*; quam Regiam dignationem ipsemet confitetur, dicens: *Respexisti super canem mortuum*; at verò quonam motivo Rex ille inductus hoc fecit? *Propter Jonathan patrem tuum*, amor enim excessivus, quo in patrem ejus ferebatur, hanc ab eo dignationem extorsit. Similiter scimus, quòd ad magnam illam Cœnam, quæ Eucharistiæ figura fuit, tanquam Commensales invitati fuerint claudi, cæci, & pauperes, ita quoque hodie *manducat Dominum pauper servus & humilis*; Nos respectu Spirituum Angelicorum, quasi canes sumus; quibus panis ille dari prohibetur, siquidem *verè panis filiorum, non mittendus canibus*, nihilominus *propter Jonathan*, id est, propter excessivum suum in nos amorem, participes nos effecit convivij sui Eucharistici, *qui ... propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, tradidit semetipsum.*

Cant. 8. v. 6. Fortissimus amor Christi instituentis hoc sacramentum.

Ps. 21. v. 7.

S. Bern. ibid.

Cart. l. de imag. Deo.

Deus ab amore victus se nobis dedit in cibum. *Thom. à Kempis l. 4. c. 3. n. 4.*

2. Reg. 2. v. 11. Ibid. v. 8. Ibid. 7.

Luc. 14. v. 13

Eph. 2. v. 4.

6. Observationem quoque meretur singularem conjunctura temporis, in quo Christus Eucharistiam instituit, siquidem *in qua nocte tradebatur, accepit panem &c.* quia nimirum tunc vel maxime in pectore Salvatoris ardentissimus erga homines bulliebat amor; unde D. Chrysost. illa Joannis verba (*cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos*) considerans subnectit: *Vehementiora amoris signa eis præstitit, quia Eucharistiæ sacramentum instituit.* Porro alius quidam Epistolarum S. Pauli interpres, dum in illa Apostoli verba (*in qua nocte tradebatur*) scribit: accommodum valde ad propositum nostrum similitudinem adducit, inquiens: *Cum à sibi charissimis, quos usque in finem dilexerat, ut est apud Joannem esset discessurus, sui effigiem, imò seipsum ipsis, tamquam amoris certissimum argumentum tradidit, nam cum suum ut ait Chrysostomus, in nos amorem vellet indicare, per corpus suum se nobis immiscuit.* Ubi Author ille ad consuetudinem alludit, quâ quis amans personæ amatæ, si procul discessurus est, sui donat effigiem & imaginem: noster autem Deus (*sciens, quia venit hora ejus, ut transeat ex hoc mundo ad Patrem, cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos*) in pignus amoris sui, non modo aliquam sui ipsius nobis reliquit effigiem, quia viva est imago Patris, sed ipsummet nobis suum donavit corpus, animam, divinitatem, & *per concomitantiam* tres divinas personas; quid ultra potuit facere, & non fecit? accuratè sanè Didacus Stella confiderat, varia in Historijs, & Scriptura sacra reperiri exempla matrum, quæ propter nimiam famem, proprios manducarint, assarintq; filios, ut cibus tantò magis conditus fierent; ast numquam tam amorosa reperta est Genitrix, quæ se ipsam filijs obtulerit in cibum: quamvis proprijs è mammillis lac ijsdem subministret in solicitudine; quo respiciens S. Bonaventura & Chrysostomi testimonio insistens ait: *Alij, qui genuerunt, multoties nutrire dant alijs liberos suos: ego autem filius Dei non ita, me ipsum vobis appono.* Accidit nonnumquam, quod dum nutrire filium alienum lacte suo pascit, isque infirmetur, adeoque medicina purgativa indigeat, quam cum propter incapacitatem infantiæ ipsemet sumere nequit, nutrix non obstante quod sana sit, amore infantis illius, amaras potiones libenter sumit, ut hac ratione lacte per medicinam purgato & qualificato, infans illud sugendo pristinæ restituatur sanitati. Ita quoque in præsenti proposito nostro dicere possumus, nam homo pomum vetitum manducando lethiferam contraxerat infirmitatem pro qua sananda, forti medicamento opus erat, quia verò stomachus noster illius sumendi capax non fuit, Christus, qui in Isaia nobis sub lege Evangelica viventibus prædixit: *ad ubera portabimini*, licet à principio in ebibendo amaro passionis calice, non nihil invitus fuerit, attamen postea cum magna aviditate eum pro restituenda nobis sanitate potavit, atque ex hac amara medicina Eucharistiam composuit, quâ instar lactis nutrimur & sanamur. Apostolus Paulus salutis animarum cupidus, ad Corinthios ita scribit: *quotidie morior per vestram gloriam*; quod ipsum in Christo, in hoc sacramento præsente, verè adimpletur, nam tametsi ipse generi humano inæstimabile hoc corporis sui donum semel tantum, & non sæpius, idque in limitato quodam tempore, & in unico totius Christianismi loco conferre potuisset, idipsum tamen facere noluit, sed expresè protestatur, dicens: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi*: unde ubique locorum, ubi Sacerdotes inveniuntur, nec non materia idonea, hic panis quotidie conficratur; & ideo vocatur *juge sacrificium*, propter quod Christus verè dicere potest: *quotidie morior per vestram gloriam*; quia ex amore, quo erga hominem fertur, quotidie in incruento Missæ sacrificio ad mortem & mysticè jugulatur. Unde S. Bernardinus ait: *quasi non sufficerit amoroso Jesu ad inebriati amoris sui ostensionem, quod semel sanguinem suum realiter fuderit in ligno, nisi in nobis quotidie effundatur sub hoc Sacramento, & iterum quodammodo moriatur.* Salmeron inter sanguinem Eucharisticum, & sanguinem in passione Christi per carnifices effusum, sequentem tradit distinctionem: *In torculari crucis pressò, vitis succum dulcem sanguinis reddidit quasi mustì, sed antequam ab alijs vindemiaretur, & veniret proditor cum cohorte, ipse sponte sua & omnipotenti Sapientia & virtute, sub specie vini potandum tradidit sanguinem suum. Et sicut lachryma, quæ ex vino & balsamo ipsorum profluit, præstat illi quæ per vulnus arboris tranco illatum educitur, ita ipse sanguis sponte oblatus à Christo ante flagella, spinas & lanceam, & datus Apostolis ad potandum, præstantissimus est & amabilissimus.* Didacus Stella piè meditatur, quod Nathan Davidi amorem exponere volens, quo Urias Bethsabeam conjugem suam deperibat, parabolam adduxit cujusdam, qui ovem, quam habebat, adeo tenere dilexerat, ut eamdem ex calice suo bibere fecerit: *Cum Nathan David indicare voluisset, quanto pauper ille amore prosequeretur ovem illam suam, non potuit illum amorem majori demonstrare ratione, quàm dicere, quod ovis illa de pane sui Domini manducabat, & de Calice bibebat.* Pari quoque modo amor, quo Christus erga nos ferebatur, effecit, ut ejusdem panis quem Christus consecravit & manducavit, & ejusdem vini pariter & calicis suos quoque participes reddiderit Apostolos. Et quidem ut nos hunc ejus ardentissimum amorem, tantò majori haberemus in pretio, insuper dixit, *desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum*; circa quæ verba Alb. Magnus ita scribit: *cum donaretur corpus suum in communione discipulorum, dixit, desiderio desideravi, &c. desiderio desiderabat, qui ex intimo affectu se suis communicabat, & gaudens mortem sustinebat, qui nec moriens à suis recedebat, sed in dono, quod dederat, in optima communione suorum remanebat.* Quod si Christus nobis ampullam, sanguine in cruce effuso plenam, dono dedisset, illam utique velut thesaurum quemdam inæstimabilem, & ingens amoris sui erga nos pignus reputaremus, quantò igitur majoris æstimandum est hoc sacramentum, in quo nobis totum corpus & totus sanguis Christi ministratur. Spiritus Sanctus immensum amorem Jonathæ erga Davidem, exponere volens, inquit: *diligebat eum quasi animam suam*; in cujus amoris demonstrationem, *spoliavit se Jonathas tunica, qua erat indutus, & dedit eam David, & reliqua vestimenta*; at verò Christus Dominus noster in Eucharistia nobis non solùm humanitatis suæ vestem, sed & animam & divinitatem suam nobis confert, & ideo Salmeron ait: *cum in cæteris Sacramentis amorem suum largiri soleat, in hoc fontem amoris, id est, seipsum Jesus Christus donavit.* Ad cujus doni excellentiam explicandam, idem author sequenti utitur similitudine: si enim Rex aliquis donum quoddam pretiosissimum, in vase quodam aureo, per servum suum ad te mitteret, & eidem servo insuper præciperet, ut non solum donum, sed & vas, in quo ad te fertur, tibi relinqueret; hoc utique magni affectus ingens esset indicium; at verò donum hoc qualecumque sit, nullam cum infinito hoc dono corporis Christi proportionem habet; *mittit Pater æternus fructum sui dulcissimi amoris per hoc Sacramentum ad te, nec hoc contentus, donat & vas pretiosum humanitatis Christi, donat & ipsum mittentem, non servum, sed filium charissimum, ut verè dici possit: sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret.*

Isa. 66. v. 12.

1. Cor. 15. v. 31. Christus in SS. Eucharistia quotidie quasi moritur, amore nostri.

Matth. 28. v. 20.

Dan. 8. v. 18.

S. Bern. t. 2. ser. 54. art. 2.

Salm. t. 9. tr. 2.

Luc. 22. v. 15. Alb. Mag. de Euch. dist. 2. tr. 1. c. 3.

Ioan. 13. v. 1. Christus à nobis discessurus, corpus suum nobis reliquit in pignus amoris. *Did. St.*

1. Reg. 18. v. 3. Ibid. v. 4. Christus totum fontem sui amoris in hoc sacra-

Joan. 3. v. 16.

7. Amor, amato bona sua, quàm maximè potest, communicat; unde de quodam Philosopho narratur, quòd, dum duos simul ambulantes videret, quorum unus dives & superbè vestitus, alter autem pauper & lacer erat: interrogasseturque quisnam pauper ille esset, responsum ei fuerit, pauperem illum divitis amicum esse, cui Philosophus se id non credere subjunxit, quia, si pauper ille divitis amicus esset, is utique illum divitiarum suarum participem efficeret, cum veri amoris affectus sit benefacere amato. Enimvero quis homine pauperior esse potest? at verò quia Christus verus ejus fuit amicus, ideo *semetipsum exinanivit. Quomodo non etiam cum illo*, inquit Apostolus, *omnia nobis donavit?* divitias sui amoris effudit.

Christus nos amans omnia bona sua nobis communicavit.

Philip. 2. v. 7. Rom. 8. v. 32.

8. Quisquis amat objectum amatum, semper ob oculos positum & præsens habere cupit; cum igitur Christus adeo hominem diligat, ut dicere non dubitet: *deliciæ meæ esse cum filijs hominum*, ideo in hoc Sacramento semper nobis per præsentiam corporalem adest, & ne quidem per unicum diei momentum à nobis distat: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi.* Hebræi quidem olim gloriabantur, dicentes: *neque enim est, aut fuit aliquando natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest nobis*; & tamen Deus illis assistebat tantùm in columna, vel mediante Angelo, quid igitur dixisset, si Deum adeo intimè præsentem habuisset, sicut præsens nobis est in Eucharistia. S. Augustinus idololatriæ originem investigans, inquit; quia homines in diversis occasionibus gravem experiebantur necessitatem assistentiæ, & obsidij Numinis alicujus cœlestis, ideo ut Numen illud illis vicinius adesset, falsa cœperunt erigere & colere simulachra, agnoscentes & adorantes in illis Jovem, Saturnum, Mercurium, & alios similes fictitios Deos, neque enim salutem suam Deo alicui invisibili & procul absenti fidendam esse censebant. Sed ecce tibi per præsentiam realem hujus Sacramenti, sublatam fideli populo omnem querimoniæ & offendiculi occasionem. *Putasne, Deus è vicino ego sum, ... & non Deus de longè?* dicebat olim Deus noster, *numquid non cœlum & terram ego impleo?* & tamen licet hoc ipsum nobis sufficere debuisset, nihilominus ut cordi humano omnem daret satisfactionem, sanctissimum corpus suum in hoc Sacramento nobis relinquere voluit, ut hac ratione non solùm nobis præsens esset, sed etiam in immensi amoris sui testimonium, nobis inviscereretur & una eademque res nobiscum fieret: *in me manet, & ego in illo.*

Proverb. 8. v. 31.

Christus amator noster semper nobiscum esse voluit. *Matth. 28. v. 20.*

Mark. 14. v. 22.

Joan. 6. v. 57.

DISCURSUS XLVIII.

ARGUMENTUM.

De gratitudine & modestia, quam Christo debemus in communione sacra, præsertim vero de custodia linguæ.

THEMA.

Accepit panem Et gratias agens, fregit & dixit: accipite & manducate, hoc est Corpus meum. 1. Corinth. 11. ℣. 23. & 24.

1. SAlvatorem nostrum simul cum consecratione Eucharistiæ, gratiarum actionem conjunxisse non solùm testatur S. Paulus, sed idipsum quoque SS. Evangelistæ & expresè perhibent, nam S. Matthæus inquit: *accipiens calicem gratias egit.* S. Marcus dicit: *& accepto calice gratias egit*; S. Lucas inquit: *& accepto calice gratias egit*; *Et accepto Pane gratias egit*; & hæc est causa, cur Ecclesia in Canone ante consecrationem his verbis utatur: *elevatis oculis ad te Deum Patrem suum omnipotentem tibi gratias agens &c.* Quodnam verò sit hujus gratiarum actionis mysterium, ex D. Chryf. à S. Thoma

Christus Eucharistiæ conjunxit gratiarum actionem. *Matth. 26. v. 27. Marc. 14. v. 23. Luc. 22. v. 17. & 19.*

Isa. 66. v. 12. Similè nutricis purgationem sumens, ut lacte suo infanti subveniat.

Did. St. in Luc. 22. Parabola Nathan de ove, applicatur Christo.

S. Augustin. l. 4. de civ. Dei c. 9.

Jer. 23. v. 23. Ibid. v. 24.

1. Cor. 11. v. 23. Stewart.

Luc. 22. v. 15. Alb. Mag. de Euch. dist. 2. tr. 1. c. 3.

Ioan. 6. v. 57.

Thoma in catena citato, colligere possumus; dicit enim; *ideo gratias egit, ut doceret, qualiter oporteret nos hoc mysterium perficere.* Idem Angelicus Doctor super Matthæum, idipsum his verbis tradit: *in quo datur nobis exemplum gratias agendi.* Certum porro est, quod omnis Christi actio nostra fit instructio, atque ideo Christus semper tam solicitè conjungere voluit, cum consecratione tam Panis quàm vini, exolutionem hujus tributi gratiarum actionis, ut nos doceret, numquam nobis ad hanc mensam accedendum esse sine debita gratitudine & animi in Deum elevatione, in cujus quidem debiti cognitionem, per etymologiam hu jus sacramenti quod Eucharistia appellatur, devenire possumus; *Eucharistia* enim idem est, quod *gratia*. Unde Alb. Mag. ait: *cum in omnibus sacramentis gratiam percipiamus, tamen in hoc totum est gratiæ quod videmus, tangimus & degustamus, si dicitur gratia, quia gratis accipitur, non nisi gratia esse potest, quia nihil adeo gratè à Deo accipitur, sicut quando seipsum spiritualiter & corporaliter dat Deus.* Justum igitur est, ut huic fonti originario cœlestis gratiæ per tributum & redditionem gratiarum correspondeamus, nam *gratia Dei per Jesum Christum.*

D. Chrysost. in cat. in Matth.
S. Thom. in Matth.
Quod nos imitari debemus.
Alb. Mag. de Euch. dist. 1. c. 1.

2. Attestatur Evangelista Marcus, Sapientiam incarnatam post cœnam ultimam cum Apostolis suis, inter laudes & cantus ad montem se contulisse Oliveti: *hymno dicto exierunt in montem Oliveti*; ut scilicet per hoc & Apostolos suos, & reliquos successivè fideles doceret, quod post sacram communionem suam in laudes, benedictiones, gratiarum actiones, & Cantica debeant resolvere linguam, versus tantum benefactorem, eorum insistentes vestigijs, qui è cœnaculo *exierunt in montem Olivet*, ut inibi orationibus in loco solitario vacarent, non modò ut Deo gratias agerent, pro tanto beneficio, sed etiam ut nobis exemplo præluicerent cultus solitarij & recessus, quem singulariter frequentare decet sacra communione refectum, ut tantum penitius considerarent & contemplarentur. Unde nec immeritò nomen *Eucharistia*, ut annales observant Ecclesiastici, *à gratiarum actione* derivatum fuit, quod nomen tam Græcis, quàm Latinis commune est. Porro ubi Vulgata nostra legit: *hymno dicto*; Arabica vertit: *laudem dederunt.* Profectò si Apostolus Ephesios quondam adhortatus est, inquiens: *nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed implemini Spirit. S. Loquentes vobismetipsis in Psalmis, & hymnis & canticis spiritualibus, cantantes, & psallentes in cordibus vestris Domino, Gratias agentes semper.* Si inquam umquam Apostolus gratiarum actionem exegit, vel maximè eas à nobis rependi jussisset, hodieque jubet, dum sacratissimo reficimur Christi Corpore, dum sacrosancto illo potamur calice, de quo scriptum est, *calix meus inebrians quàm præclarus est*, dum illum exhaurimus calicem, in quo *mens impletur gratia.* Tunc inquam nostram in gratiarum actiones linguam enodemus oportet, ut pro eo beneficio gratias agamus, quo majus nobis impertiri nequit benefica & prodiga dextera Dei.

Matth. 26. v. 30.
Post S. Communionem persistendum in gratiarum actione, & voce laudis.
Bar. an. 34. n. 46.
S. Ephes. 5. v. 18.
Ibid. v. 19.
Ibid. v. 20.

3. In memoriam revocetis velim illam, in Apocalypsi his verbis expressam, visionem: *& vidi unum Angelum stantem in Sole, & clamavit voce magna, dicens: omnibus avibus, quæ volabant per medium cæli; venite & congregamini ad cœnam magnam Dei, Ut manducetis carnes Regum*; per hanc enim cœnam, ultima illa in Sion celebrata intelligi potest, in qua Apostoli sacrosanctas Dei illius, qui in fœmore scriptum gerit, *Rex Regum*, gustarunt carnes; verumtamen quam subesse putatis rationem, quod ad cœnam hanc sola fuerint invitata volatilia, omnibus alijs relictis animalibus, quorum multa pura sunt & munda? Berchorius forsitan difficultatem resolvet, si avium instinctum ab ipso discernere non detrectaverimus, ait enim: *Jatiatæ aves incipiunt cantare, sed bruta incipiunt dormire.* Ecce itaque vobis mysterium cur sola volatilia, non autem quadrupedia ad hanc cœnam fuerint convocata; illi nimirum ad convivium hoc citantur, qui corda mentesque suas in gratiarum actione ad tantum elevant benefactorem cum laudibus, hymnis & canticis spiritualibus; qui verò à propriæ ingratitudinis lethargo devicti, tributi gratiarum vivunt immemores, ab hac repudiantur cœna; Quos meritò quondam in Apostolis suis, in horto dormientibus, acriter reprehendit Salvator noster, inquiens: *sic non potuistis unâ horâ vigilare mecum? Vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem. Sic aves spirituales*, inquit Berchorius, *id est, contemplativi, divitijs vel alijs beneficijs Dei satiati, incipiunt cantare per gratiarum actiones; sed bruta, id est, mundani non cantant propter beneficia Dei, imò dormiunt in peccatis*; præfigurati in Sisara, qui potatò lacte obdormiens, transfixis per clavum temporibus, miserè occubuit; quia scilicet, quisquis lac hoc cœleste bibens mox postea sine gratitudinis signo obdormit, reatum incurrit mortis spiritualis. Sed eheu plurimis fidelium ad mensam hanc Eucharisticam exprobrari potest illud, quondam per Jeremiam loquentis, Dei assertum: *duo mala fecit populus meus; me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt sibi cisternas, cisternas, dissipatas, quæ continere non valent aquas.* Quot etenim sunt, qui ad fontem hunc, ad fontem dico *aquæ salientis in vitam æternam*, accedentes, subitò eidem dorsum obvertunt, per cisternas & putridas terræ cloacas vagabundi & spirituales fastidiunt delicias & contemplationes, quæ eos ad devotum impellere possent recessum, post communionem sacram adeundum, gustusque & recreationes sectantur mundanas? quibus quondam in Spiritu insultavit, illusitque Aggæus Propheta, dicens: *comedistis, & non estis satiati, bibistis & non estis inebriati; ... & qui mercedes congregavit, misit eas in sacculum pertusum.* Nemo nescit, quod gemmæ, adamantes, & carbunculi sacco rupto impositi, certissimæ exponantur jacturæ; simile damnum anima incurrit fidelis, quæ post communionem, ad delicias mundi, vanitates & peccata priora revertitur; talis namque omnes perdit & insolenter projicit thesauros cœli.

Jud. 4. v. 19.
Jer. 2. v. 13.
Multi S. Eucharist. reficiuntur sine fructu, culpa sua.
Joan. 4. v. 14.
Agg. 1. v. 6.

4. Accommodam valde similitudinem, eamque nulli non perfacilem in præsenti adducit D. Chrysostomus, dum ita discurrit; si quis amicorum te cum aliis invitasset, tuque repleto ventre ante omnes surgens, tempore inconvenienti, te è consortio properes, an non hæc maxima incivilitas foret, numquid enim benefactori tuo propter præsentem gratiam, gratias agere oporteret? Quare igitur convivio illi assistens, cui ipsimet invident Angeli, tam subitò te subtrahis & rusticè Christum derelinquis, absque eo quod pro tanto tibi collato beneficio gratias agis? *durum, odiosumque videbitur, quod sum dicturus, sed necesse est, ut ob multorum negligentiam dicatur; Quando ultimæ cœnæ communicavit Judas, relictis omnibus recumbentibus, ipse se præripiens excessit. Illum imitantur & isti, qui ante ultimam gratiarum actionem discedunt.* Postquam enim Christus turbas à se in deserto cibatas, eumque in Regem eligere volentes fugisset, paulo post redit, ab iisdem videri volens & audiri; sermonem exorsus à convivio, in solitudine ipsis præparato; unde occasionem sumpsit diffusè discurrendi de Eucharistia, suo tempore instituenda. Quo in facto Christus, juxta S. Augustini doctrinam, nos docere voluit, quod post communionem (cujus figura erat Panis ille miraculosus, in deserto subministratus) exercitiis spiritualibus nos applicare debeamus, quâ audiendo, quâ legendo, quâ meditando verbum Dei; *ille post miraculi sacramentum* (verba sunt Augustini) *& sermonem infert, ut, si fieri possit, qui pasti sunt, pascantur, & quorum satiavit panibus ventres, satiet sermonibus mentes; quod si cupiunt, servant, quod cupiunt, ne fragmenta pereant.* Insuper Salvator eodem in convivio, populis miraculosè præparato, reliquias & fragmenta colligi jussit, ut autem impleti sunt, dixit; *colligite ... fragmenta, ne pereant.* Quorsum obsecro, tanta Salvatoris solicitudo in coadunandis panum frustulis, siquidem tanta cum facilitate Panes integros multiplicabat? *omnia in figura contingebant*, voluit namque per hoc docere Dominus, quod Pane Eucharistico refecti, fragmenta colligere, id est, devota cum recollectione tantum debeamus meditari beneficium, nostrasque cogitationes & cordis affectus in unum recolligere, ut omnes intenti sint & attenti interius, ut debitum tanto hospiti exolvant obsequij, reverentiæ, amoris & gratitudinis tributum. Quo etiam Psalmista respexisse videtur, dum ait: *reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi.*

D. Chrysost. h. de Bapt. Chryst.
Apta similitudine docetur sumpta S. Eucharistiæ non statim ad exteriora divertendum esse.
Psalm. 75. v. 11.
S. Aug. tr. 25. in Joan.
Sed spiritualibus exercitijs insistendum est.
Joan. 6. v. 12.

5. *Accepit Jesus panem, & gratias agens, fregit &c.* Aliis in miraculis scilicet paralytici sanatione, filij viduæ resuscitatione, aquæ in vinum conversione, similibusque aliis, gratias egisse non legitur, quemadmodum in præsenti occasione, volens per hoc significare, quod licet in aliis favoribus homini præstitis, gratiarum actionem non requireret, in hoc tamen infinito beneficio, quod omnia alia superat & excedit, dictum absolutè exigat gratitudinis tributum; ideoque quondam populo suo Israëlitico etiam præcepit Dominus, ut post cibum gratias ageret: *ut, cum comederis & satiatus fueris, benedicas Domino Deo tuo*; quo in tempore benedictiones, laudesque retribui jubebantur propter corruptibilium, terrenorumque

Deuteron. 8. v. 10.

que bonorum largitionem, siquidem subjungitur: *pro terra optima, quam dedit tibi; observa & cave, ne quando obliviscaris Domini Dei tui.* Audi hæc & verecundare ô Christiane; quæ enim inter terram Canaan & Eucharistiæ donum, tibi indultum, in quo Deus se tibi cum corpore, anima, & divinitate offert, potest esse proportio? audi Thomæ à Kempis quamdam, hac super re, piissimam meditationem, eamque imitari studè & cordi tuo imprimere; *ipsum habes*, inquit, *quem totus mundus tibi auferre non potest; Ego sum, cui te totum dare debes, ita ut jam ultra non in te, sed in me, absque omni solicitudine vivas*, & jure meritissimo quidem, si enim totum se nobis impertit Christus, decebit utique, ut & nos absque ulla ad creaturam conversione omnes affectus nostros, nosque ipsos totaliter dedicemus.

Thom. à Kempis l. 4. c. 11. n. 4.

6. Salvatore nostro sub peregrini forma, Discipulis in Emaus abeuntibus se affociante, hi interius ad amorem ejus se inflammari senserunt, unde dicebant: *nonne cor nostrum ardens erat in nobis*, ast causamne nostis tanti ardoris? quia nimirum cum eo tractare, conversari & peregrinari gaudebant, instantes: *mane nobiscum*; hoc namque optimum communionis sanctè percipiendæ est medium; unde & subjungitur: *cognoverunt eum in fractione Panis*, quia nimirum cœlestes acquirimus illustrationes, magnumque Dei lumen recipimus & notitiam, quando cum ipso familiarius agimus in communione, per devotum aliquem secessum. *Dum nubes peregrina faciem tuam tegeret* (inquit in dictorum Apostolorum persona, Drogo Ostiensis) *nonne cor nostrum ardens erat in nobis.* Quam pariter doctrinam S. Augustinus in illorum Christi verborum Commentario (*in me manet, & ego in illo*) inculcare nobis voluisse videtur, dum ait: *signum, quia manducavit & bibit, hoc est, si manet, & manetur, si habitat, & inhabitatur, si hæret, ut non deseratur.* An non eamdem nobis obligationem ob oculos posuit Apostolus, in his verbis: *glorificate & portate Deum in corpore vestro?* tunc enim corporaliter Deum in corpore nostro portamus, quando ejusdem cibamur corpore; hoc ipsum itaque tempus est glorificandi eum. Si quis Principeps uni fervorum suorum magnum præsturus favorem, ipsum ad suam admitteret mensam, pedibus ejus advolutus, ipsos lavaret, imò cibum ex proprio præberet catino, sibiipsi venam aperire faceret, ut suo eum sanguine potaret, ac tandem Corpus suum in ejus obsequium membratim confcindi faceret, quale obsecro judicium de tam excessivo amore formaretis? hæc omnia nobis præstitit Dei Filius, & nihilominus omnium istorum immemores vivimus, imò sæpius, postquam suos nos commensales adhibuit, subitò tantum benefactorem nostrum peccatis irritamus mortalibus, qui propterea meritò conqueritur: *filios enutrivi & exaltavi, ipsi autem spreverunt me.* Unde & D. Chrysostomus de aliquibus, qui tempore ejus, post communionem sacram, theatra adibant, graviter lamentatur in hæc verba: *An non audiunt isti B. Paulum, Doctorem orbis terrarum, dicentem: quæ societas luci ad tenebras, aut quæ pars fideli cum infideli? Quanta enim condemnatione dignum censendum est, cum fidelis, qui tremendorum mysteriorum, quæ hic celebrantur, particeps fuerit, post hujus loci sacrificium. Satanico spectaculo cum infideli assideat, cum eo, qua in tenebris impietatis aberrat, is qui Solis Justitiæ radijs fuerit illustratus.* Præclarum hujus virtutis exemplum nobis præbuit B. Margarita Regis Hungariæ filia, quæ ut Bollandus refert, *die, qua communionem sumpsisset, stabat continuo in orationibus usque ad nonam, & tunc cibo valde modico utebatur.*

Sumpta S. Communione ardeat in nobis cor nostrum.
Luc. 24. v. 32.
Ibid. v. 35.
Drog. Ost.
S. Aug. tr. 27. in Joan.
1. Cor. 6. v. 20.
Et glorificemus Deum, quem portamus in corpore nostro.
Pulchrum simile.
Isaiæ 1. v. 2.
D. Chryst. ser. 9. de div. novi Test. loeis.
Boll. t. 2. Jan. 38. c. 1. n. 6.

7. Quis non admirabitur illud Salvatoris factum, quando Pane in deserto multiplicato, qui Eucharisticæ symbolum erat, *statim compulit Discipulos suos ascendere in navicula*m; quorsum enim tanta violentia, dum non quomodocumque, ut irent, institit, sed compulit eos? effectus his communionis erat; numquid enim nostis, quoniam *qui adhæret Domino, unus Spiritus est?* Omnes Discipuli ita Christo uniti conjunctique erant, ut ab eo divelli non possent, quod evidens signum est, nos ex hujus Panis Angelici esu fructum percipere, quando scilicet post communionem ab eo divelli nequimus. Equidem si tantillum sanguinis Divini in vase quopiam nobis donatum esset, quanto cum zelo, cura, & solicitudine, unusquisque nostrum assevare conaretur, ne quomodocumque deperiret? Ecce vobis longè præstantius donum,

Matth. 14. v. 15.
Cur Christus multiplicato pane compulerit discipulos à se discedere.

quandoquidem totum Christi Corpus, totum ejus sanguinem, animam & divinitatem, nec non *per concomitantiam*, tres Divinas personas in nobis possidemus, & nihilominus tam vili hæc pendimus, vix obiter consideramus, faciliter per culpam nostram omnia deperdimus. Quapropter Thomas à Kempis ingeniosam hanc instituit considerationem, dicens: *currunt multi ad diversa loca pro visitandis reliquijs Sanctorum, & mirantur audituis gestis eorum, ampla ædificia templorum inspiciunt, & osculantur fericis, & auro involuta sacra ossa ipsorum; & ecce tu præsens es, hic apud me in altari Deus meus, Sanctus sanctorum, Creator omnium & Dominus Angelorum.* Porro causam, quare ex Sacramenti hujus fusceptione nullum feramus fructum, idemque author assignat in hæc verba; *quia non satis reverenter ruminamus, quia hodie Sanctus Sanctorum ingressus est ad nos.* Panis hujus abundantia, semper ad obsequium nostrum parati, efficit, ut exili ipsum prosequamur reverentia, debitumque in nobis imminuit de eodem conceptum.

Culpa nostra perdimus fructum hujus sacramenti.
Thom. à Kemp. l. 4. c. 1. n. 9.

8. Si aliquis arboris vitæ ramus nobis donatus esset, vi cujus annos nostros prolongare possemus, quanta cum diligentia illum custodiremus? jam verò certum est, quod *qui manducat hunc Panem, vivet in æternum, ego sum Panis vitæ*; & tamen tam parvi illum æstimamus. Nescio, an aliquando ad hoc vos reflexeritis, quod Deus virgam Moysis quacum tot prodigiosa portenta patravit, in tabernaculo conservare noluerit, neque aquam quæ de petra scaturierat, neque coturnices, bene tamen in eodem Manna custodiri voluerit, tametsi subjectum fit corruptioni, & ex uno die in alium conservatum, vermibus scateat, scitisne causam, cur id fieri voluerit? nimirum Manna Eucharistiam præfigurabat, atque ideo per hoc nobis significare voluit, quod, tametsi omnium aliorum divinorum beneficiorum in nobis obliteraretur memoria, hujus tamen beneficij Eucharistici oblivisci numquam debeamus, sed continua illius & indelebilis habenda sit memoria, nec umquam prætermissa gratitudo.

Cur Deus Manna voluerit conservari in Tabernaculo, & non virgam Moysis.

9. S. Mater Ecclesia sapienter ordinavit, ut, priusquam deveniretur ad consecrationem hujus Panis, sacerdos & populus simul inter se hæc verba recitarent; & primò quidem sacerdos dicat: *gratias agamus Domino Deo nostro*, cui minister, nomine omnium, respondere debet; *dignum & justum est*, replicatque sacerdos: *Verè dignum & justum est, æquum & salutare, nos tibi semper & ubique gratias agere &c.* si enim pro ullo divinorum beneficiorum agendæ sunt gratiæ, certè pro hoc Divino Sacramento, vel maximè agi debent. Deus olim per nuncium cœlestem, Abrahæ nascituram prolem indicavit, in qua benedicendi essent omnes populi electi, nec tamen constat, quod S. Patriarcham instigaverit, ut per oblationem sacrificij, debitas fuæ Majestati ageret gratias, sed potius hoc fecerit, quando jussu Dei super montem Moria, ad sacrificandum filium suum se accinxit, tunc enim brachium illius retinens & impediens, simul eodem tempore arietem quemdam, inter spinas hærentem, ei ostendit, & loco Isaac in gratiarum actionem offerri voluit, ubi meritò causa indaganda venit, cur scilicet tunc, & non antea Angelus illum, ad hoc gratiarum tributum exolventum, extimularit? pro cujus resolutione memorandum, quod S. Thomas hoc sacrificium Isaac, inter præcipuas Eucharistiæ figuras agnoscat; *in figuris præsignatur, cum Isaac immolatur*; cum igitur mysterium hoc ne quidem per umbram aut figuram celebrari debeat sine gratiarum actione ideo Ecclesia ante consecrationem, prius hoc gratiarum tributum persolvit. Thomas à Kempis more suo devotè meditando, inquit: *ac si mendicus ad prandium vocaretur divitis, & ille nihil aliud habeat ad retribuendum beneficijs ejus, nisi se humiliando, & ei regratiando.* Et paulo post subdit; *nec minor custodia post exigitur, quam devota præparatio prius, nam bona post modum custodia, optima iterum est præparatio ad majorem gratiam consequendam.* Blosius Christum S. Mechtildi dixisse refert; *quando sacram communionem perceptura es, desidera & opta ad laudem nominis mei, habere omne desiderium, omnemque amorem, quo unquam cor aliquod erga me flagravit; & ita ad me accede, nam ego amorem illum in te attendam, atque suscipiam, non sicut in re est, sed sicut velles eum in te esse.*

Pro beneficio Eucharistiæ, nobis datæ, vel maximè agendæ sunt Deo gratiæ.
Thom. à Kemp. l. 4. c. 11. n. 2.
Ibid. c. 4.
Blosius in conclavi animæ c. 6. n. 6.

10. Inter alia opportuniora hujus interni secessus media, unum, & quidem valde utile est linguæ nostræ custodia, utpote quæ verba consecrationis profert, quæque cœlestem hunc Panem in se sumendo, ad stomachum transmittit. Unus illorum rituum, qui pro

Post S. Communionem, in primis utilis est custodia linguæ.

agni Paschalis esu,præscripti fuerunt,hic quoque recensetur;*comedetis festinanter*, cujus morale mysterium Abulensis his verbis declarat; *id est, non manebitis colloquentes ad mensam, sicut in aliis cœnis facere consuevistis.* Lingua enim, super quam hoc Sacramentum reponitur,laudibus & gratiis,Deo persolvendis, totaliter intenta esse, non verò aliunde prophanari debet. *Per has portas* (inquit D.Chrysostomus,de ore & faucibus nostris) *& januas ingressus est Christus,& ad nos ingreditur cum communicamus. Neque enim vulgari quodam honore os nostrum afficitur, cum corpus Dominicum excipit. Audiant, qui obscœna loquuntur, qui convitia proferunt, ac coinquinent, cogitantes quale os turpent ac dedecorent.* S.Pachomius Monachos suos etiam eo tempore & mane, quo hostiæ consecrandæ fiebant & præparabantur, silentium observare, sanctissque meditationibus intentos esse volebat, cujus contrarium prò dolor, hodie multi tum sæculares,tum Ecclesiastici faciunt;qui immediatè post sumptam communionem,in prophanos Discursus prorumpunt,quibus meritò improperari possunt hæc Psalmistæ verba:*memoriam abundantiæ suavitatis tuæ eructabunt.* Adversus similes S. Gertrudis sequentem adducit similitudinem ; sicut enim magna incivilitas esset,si quis hospitem ad mensam suam invitatum, lapidibus oneraret & impeteret, ita quoque inexcusabilis inurbanitatis turpitudo est, dum quis Christum, quem animæ suæ hospitem habet, immediatè post communionem verbis suis peccaminosis offendere non veretur. S. Bernardinus de ejusmodi garrulis ait : *confundunt Christum , ad priora scelera redeuntes ; sed verum est proverbium, quo dici solet, turpius ejicitur, quàm non admittitur hospes ; tales sunt similes populo Judæorum , qui cum olivarum ramis in Jerusalem Dominum susceperunt , vix paucis elapsis diebus eum de Jerusalem contumeliosè ejicientes;in crucem crudeliter affixerant. Faciesat ab ore militis Christi* (inquit B.Petrus Damianus) *omnis vani rumoris ineptia, & lingua,quæ immaculati Agni , imò summi Verbi rubet sanguine, dedignetur otiosi sermonis esse facibus inquinare.*Idem pariter consilium tradit D.Chrysostomus,dum nos monet, ut in loquendo mortificati simus , quia si lingua culparum instrumentum extiterit , castigari necessariò & emendari debet, ut tantum super se Sacramentum recipere possit : *castiga linguam & labia , quæ ingressui Christi fuere vestibula.* Et consequenter longè convenientius erit , ut lingua post communionem custodiatur , siquidem Corpore Christi sanctificata fuit. *Videt, si justum est*; inquit S. Augustinus in quodam sermone, *ut ex ore Christianorum , ubi Corpus Christi ingreditur , luxuriosum canticum, quasi venenum diaboli , proferatur ;* quod idem inconveniens cuicumque alteri, peccaminoso verbo correspondet.

Exod.12. v.11. Abul.

D.Chrysost. h.30.in 2. ad Cor.

S.Pachomius voluit monachos, etiam dum faciebant hostias,servare silentium.

Ps.144. v.7. l.3.c.28.de vit.S.Gert.

Apta similitudo S. Gertrudis ad hoc propositum.

S.Bern.t.2. ser.53.a.1. c.3.

B.Pet. Dam. op.49.c.10.

D. Chrysost. h.27.in 1. Cor.

S.Aug. serm. 215.de temp.

DISCURSUS XLIX.

ARGUMENTUM.

De fide ad Eucharistiam necessaria , & quare *mysterium fidei* appelletur , variæ adducuntur rationes.

THEMA.

Hic est calix sanguinis mei , mysterium fidei.

1. DUbitari equidem cum fundamento potest,quare Ecclesia sancta, à Spiritu Sancto directa,in verbis consecrationis sanguinis Eucharistici , ipsum nuncupet Sacramentum altaris,non verò reliqua , per antonomasiam, fidei nostræ mysterium : *hic est calix sanguinis mei , mysterium fidei.* Nostræ namque fidei mysteria sunt incarnatio indubiè , nativitas Christi , passio, resurrectio, ascensio in cœlum; & nihilominus soli Eucharistiæ Ecclesia hoc nomen specialius attribuit, cujus hanc rationem assignat Albertus Magnus, inquiens : *quamvis multa sint fidei dona,tamen hoc donum præ omnibus, fidei donum est, in quo tanta sunt fidei fundamenta, quia in hoc dono & fides Christi fundatur , & fideles sanctificantur.* Quare & idem author alio in loco de hoc Sacramento tractans , ait : *in quo consistit fundamentum fidei* , quam veritatem nos Discursu 1. fusius probavimus , scilicet quod Eucharistia fidei & Ecclesiæ sit fundamentum, siquidem nullo non tempore ad stabiliendam Sacramenti hujus fidem , innumerabilia prodigia & miracula operata est omnipotentia Divina partim ad incredulos convincendos,partim ad eos in verum Religionis gremium reducendos; quapropter hanc in præsenti materiam prætereuntes, ad nostrum digrediamur intentum.

Quare S. Eucharistia sola vocetur mysterium fidei.

Alb.Mag.dist. 3.tr.2.c.1. de Euch.t.21. ob.dist.3.tr.1. c.3.

2. *Mysterium fidei.* S.Epiphanius in annalibus Ecclesiasticis citatus, Eucharistiam, eodem afficit titulo, insuper adjungens : *mysteria autem facium ad imitationem Sanctorum in Ecclesia ab anno in annum , per azymos, hoc est, non fermentatos panes.* De quo & Sacramento Baronius tractans , narrat; ipsum ab antiquis Christianis, propter admirabilem, ineffabilem , & secretam rerum divinarum conjunctionem , à Græcis quidem *Mysterium* , à Latinis autem *Sacramentum* nuncupatum fuisse ; de cujus incruenti sacrificij excellentia discurrens Rupertus Abbas, in libro *de methodo officiorum divinorum*, inquit: *calente memoriâ tam celebri, charitas Christi concalescit, persistat super fundamentum suum , ædificium fidei.*

Bar.an.34. n.46. Olim etiam à Græcis, vocata fuit mysterium.

Rup.Abb. l.2.de div. offic.c.10.

3. *Mysterium fidei*, Ly *mysterium* Salmeron interpretans, ait : *mysterium significat arcanum , sive rem secretam aliquam, & occultam, id est , quæ fugiat omnem sensum & rationem humanam.* In cujus corroborationem, testimonium adducit Innocentij III. in lib.4.de mysterio missæ, cap.36.ex quo loco hæc citat verba : *dicitur ergo mysterium fidei, quoniam aliud ibi cernitur , & aliud creditur; cernitur ibi species Panis & vini, & creditur veritas carnis & sanguinis.* Vel etiam mysterium dicitur fidei, juxta S.Anselmum,dicentem : *quoniam, sicut dicit B. Augustinus, visibiliter necesse est celebrari , quod tam invisibiliter necesse est intelligi.* Quam veritatem S.Bernardinus fusius nobis exhibet, quando historiam discutit Geneseos, ubi Jacob ad cœcum patrem suum Isaac legitur accessisse, fingens se alium ab eo,qui veraciter erat, unde & bonus Senecio Isaac dicebat: *vox quidem vox Jacob est; sed manus sunt Esau ;* Jacob itaque filium suum, pro Esau suppositum , frumento & vino stabilivit pater Isaac; quæ utraque res gesta nostrarum specierum sacramentalium evidens typus erat , prout verbis sequentibus dictus docet Sanctus, dum ait : *Jacob hujus Sacramenti mysticum gerit typum, atque Esau sensibilis formæ, Isaac autem humani sensus figuram gerit: omnes nempe sensus præter auditum defecerant in Isaac, solus auditus immunis fuit, caligaverunt oculi ejus, & videre non poterant; gustus in esu hœdi deceptus est, & decipiebatur etiam tactus ejus , quia contingens manus & collum Jacob, pellibus coopertum Esau fore existimabat,dicens: ecce odor filij mei sicut odor agri pleni; Solus auditus à deceptione liber evasit, unde & ait: Vox quidem, vox Jacob est, manus autem Esau;sic & in hoc sacramento, præter auditum , omnis humanus fallitur in hoc sacramento sensus.* Quidquid videtur, quidquid tangitur,Panis & vini sunt accidentia;quæ materia utraque nobis tam in prandio quàm in cœna in communissimum deservit nutrimentum, & nihilominus sub his ijsdem cortinis firmiter credimus, Deum illum abscondi,*quem adorant Dominationes,tremunt Potestates*, sub hujusmodi circulorum nube opertum, velatumque credimus & veneramur,verum Justitiæ Solem. Annon igitur *vox quidem,vox Jacob est*,siquidem *fides ex auditu*;neque senior fallitur Isaac, quantumvis cæcus ad vocem Jacob ; quandoquidem species Panis & vini primam suam amittunt substantiam , utpote in Christi carnem & corpus transubstantiatæ; remanent nihilominus Panis vinique color,odor,sapor,quantitas, pondus, virtusque alendi; quæ metamorphosis quantumvis humanam excedat intelligentiam, naturæque sit impossibilis , noster nihilominus fidei subjectus , eam infallibiliter credit intellectus , quantumvis omnes sensus nostri deludantur. Quis credat ? Deus ille, ante quem contremiscunt in cœlis Potestates, qui minimo obtutu universum terrefacit mundum , qui in fœmore suo scriptum habet : *Rex Regum & Dominus Dominantium*; cui throni assistunt reverenter ; totaque hierarchia cœlestis ; in Eucharistia , tanta cum exinanitione, suique contemptu præsens est, ut se sub hostiæ atomo,qui ventorum ludus est , restringat; neque ullum , consecratam inter aut non consecratam hostiam , discrimen habetur , secundùm exteriorem sensum,neque per verba consecrationis ulla exterior & apparens coram oculis nostris fit mutatio, coloris, saporis, ponderis,formæ,aut loci , quin potius substantiæ,absque ulla qualitatum alteratione,transmutantur; operatio fit absque ulla præcedenti dispositione, suumque corpus in propria relinquit mole,quantumvis sub indivisibili quasi hostiæ atomo constrictum,& veluti si totum Spiritus foret, totum abscondit, totumque sub accidentibus illis constringit, quæ omnia fides credit, quoniam *quod non capis,quod non vides, animosa firmat fides?* In reliquis quantumvis imperceptibilibus incarnationis Verbi , Trinitatis personarum & unitatis in essentia,resurrectionis, ascensionis, aliisque similibus , nostrum

Rup.Abb. l.2.de div. offic.c.10. Salm.t.9. tr.15. Eucharistia dicitur mysterium, quia aliud in illa cernitur & aliud creditur.

S.Anselm.de sacr.alt.c.1.

S.Bern. de sac.alt.c.1.

Gen. 27. v.22.

Sensus nostri in S. Eucharistia falluntur, sicut Isaac, in filio suo Jacob.

nostrum duntaxat necessum est , ut captivemus intellectum , in præsenti autem internos quoque excitare oportet vivæ fidei actus, nostrosque captivare sensus ; dum namque dens panem sentit, fides corpus & carnem agni immaculati esse docet;iterum juxta odorem & gustum externum, vinum bibimus in calice,& nihilominus firmiter credimus, hoc ipsum Redemptoris esse sanguinem ; *Hic est enim calix sanguinis mei : &c. caro mea verè est cibus , & sanguis meus verè est potus.*

Hinc opus est firma fide S.Petri.

Joan.6. v.68.

4. Quando Christus prima vice Eucharistiæ mentionem ingessit, teste S. Joanne, Judæi adeo scandalizati fuerunt,ut se ab ejus sequela subtraxerint ; quando Salvator ad Collegium Apostolicum conversus, ipsum interrogavit: *numquid & vos vultis abire?* quibus Christi verbis quem respondisse putatis? forsitan Joannem, Jacobum, aut quemcumque alium Apostolorum? nequaquam,sed Petrus in totius Ecclesiæ nomine, ut S.Cyprianus attestatur, replicuit : *Domine , ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes,Et nos credimus... quia tu es Christus Filius Dei.*Quia dum de Eucharistia fermo est, nullus de eodem certius testimonium reddere potest, quàm Petrus, cui Christus spoponderat : *ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua.*

S.Cypr. Ibid.v.69. & 70.

Luc.22. v.32. Matth.27.60

5. Quam ob causam Sacrosanctum Christi corpus in monimento non solum novo , sed & saxeo sepultum fuisse arbitraminis? si causam quæritis, S. Paschasium audite,dicentem;quod *monumentum numquam excidatur,nisi in petra quæ Christus est,firmissima.* Cui alteram ad intentum nostrum rationem subnectere licet, scilicet quòd in petræ illius firmitate , stabilitas denotata fuerit fidei nostræ , quæ necessaria est ad credendum,nobisque includendum Christi corpus ; ad hunc namque effectum requiritur, ut supra petram stabiliti simus , inque fide nullatenus vacillemus; unde & D. Thomas in officio divino , à se compositio pro solemnitate corporis Christi sæpius eadem reiterat , dicens : *ad firmandum cor syncerum sola fides sufficit;præstet fides supplementum sensuum defectui. Quod non capis, quod non vides, animosa firmat fides præter rerum ordinem.*

S.Paschas.l.12. in Matth. c.27.

Quod etiam declaratur monumento Christi, in petra exciso.

S.Thom.

6. *Mysterium fidei* ; Verba hæc Remigius Antisiodorensis in tractatu de Missa , Commentario illustrat sequenti, dicens : *mysterium fidei* appellari , *quia credere debemus, quod ibi salus nostra consistat ; mysterium enim est,quod aliud videtur ,aliud intelligitur, quod videtur, speciem habet corporalem; quod intelligitur , fructum habet spiritualem. Sed cum mysterium, quod aliud significat,sit in veritate corpus Christi , & quare appellatur mysterium , propterea utique quod post consecrationem aliud est, aliud videtur.* Quanto namque oculus magis species attingit panis & vini, tantò magis omnem vini,panisque substantiam,inibi deesse credit fides ; quo forte sponsa respexerit , quando dilecto suo loquebatur in hæc verba : *vulnerasti cor meum , in uno oculorum tuorum*; ut namque novimus omnes , per sponsam Ecclesia , per sponsum verò Christus intelligitur; cujus vel unico oculo se vulneratam esse dicit. Igitur unum eorum occlusum tenuisse censendum est , atque ita in rei veritate contingit, quisquis enim in scopum collimat, ut rectè ad metam pertingat,unum oculum claudit; Ita quoque Ecclesia per dictam sponsam designata,Sacramentum hoc contemplans, quod est signum , *signum*, inquam, *rei sacræ*, unum oculorum claudit, id est mortificat discursum, captivat intellectum , incarcerat rationem, unumque dumtaxat aperit fidei oculum, siquidem *quod non capis, quod non vides, animosa firmat fides.*

Remig.Ant. de celebr. Miss.t.6.bibl. vet.pp.

Hoc SS.Sacramentum uno tantum fidei oculo intuendum est.

Cant.4.v.9.

7. Hoc quondam auditoribus suis Salvator noster legitur dedisse consilium : *si oculus tuus scandalizat te , erue eum, & projice abs te*; circa quæ verba insignis quidam author , cujus in Discursibus præcedentibus notitiam dedimus, in quodam, à se compositio de Eucharistia tractatu, ita sermocinatur : *in Sacramento altaris fides & humana ratio compugnant , & hoc agitur inter eas, ut altera alteri oculum eruat ; melius est enim , unum oculum sanæ fidei habentem ingredi ad vitam , quam duos oculos habentem, unum humanæ rationis , alterum fidei, mitti in gehennam ignis.* Verè equidem in casu nostro adimpleri videtur , id quod olim de filiis suis asseruit Rebecca : *major serviet minori* ; quia sensus, qui tempore rationem præcedit (siquidem primò generatur corpus, & postea eidem infunditur anima) fidei servire, eique subjectus esse debet, quando *præstat fides supplementum sensuum defectui.* Quam infallibilem Eusebius Emissenus his pariter stabilit verbis : *verè unica & perfecta hostia, fide æstimanda, non specie,*

Quod etiam Christus suas auditoribus suis. Matth.18. v.9. Balduin.de Euch.

Gen.25. v.23.

Eus.Em.h.5. de pasc.

8. *Mysterium fidei.* B. Laurentius Justinianus eamdem pertractans materiam, inquit : *non ex visu, gustu, odoratu, vel tactu percipitur fides , sed ex auditu tantum , auditus autem per verbum Christi , perhibentis ; hoc est corpus meum.* Neque in hoc dubitare licet , nisi primæ & infallibili veritati , quæ Filius Dei est, fidem negare velimus, ipse namque dixit: *hoc est corpus meum.* Quapropter doctissimè ait Chrysostomus : *quando Sacerdotem corpus tibi Christi præbere videris, noli Sacerdotis, sed Christi manum ad te porrigi arbitrari.* Quam eamdem doctrinam, discrepantibus licet verbis , sanctus quoque Bernardus in sermone de ultima cœna tradit in hæc verba:*hæc sunt,quæ fidem necessariò exigunt , rationem omnino non admittunt , expetunt simplicem creditorem , arguunt impium discussorem , & ideo credi oportet simpliciter, quod investigari non potest utiliter.* Quod idem dogma eodem in sermone paulo infra sub his novis exhibet terminis , dicens : *tria quippe in Sacramento altaris attendere debes ; speciem panis , veritatem carnis , virtutem gratiæ spiritualis ; usque ad speciem panis sensus pertingit exterior, ad veritatem carnis fides interior, ad virtutem gratiæ spiritualis, charitas superior.*

B.Laur. Justin.de Euch. Non sensibus corporis, sed sola fide hoc Sacramentum apprehendi debet. D.Chrysost. h.51.in Matt. S. Bern. ser.in Cœn. Dom.

9. *Mysterium fidei.* Rupertus Abbas illum Exodi interpretans textum , quando populus ad colligendum manna dispergebatur , de quo dicitur : *egrediatur populus & colligat* , sequens , propositio nostro peraccommodum , erui documentum, quando ait : *si dignè manducare cupimus,ab omni curiositate corporei sensus egrediamur, ne videlicet visu , gustu , odoratu & tactu dijudicandum non esse arbitremur , an verum sit Corpus Christi,an vera caro id,quod seminus.* De qua veritate nihil penitus ambiens S. Paschasius ita quoque ad institutionem nostram discurrit : *quod verò colorem aut saporem carnis minimè præbet , virtus tamen fidei & intelligentiæ,quæ nihil de Christo dubitat, totum illud spiritualiter sapit & degustat, quia qui Verbo cuncta creavit, hæc Verbo una cum Spiritu Sancto cooperatur* ; qui idem Sanctus in 8. ejusdem libri Capitulo præmiserat, dicens : *disce aliud gustare , quam quod ore carnis sentitur, aliud videre ; quam quod oculis carneis monstratur.*

Rup.Abb.l. 3.in Exod. 11.v.3. Curiositas sensuum abigenda. S.Pascha. Ibid.c.13.

10. *Mysterium fidei.* B. Algerus hoc in præsenti movet dubium, dicens : *quæritur, quare fides tantopere exigatur in hoc Sacramento,*sibique ipsi respondens ait : *quia falsa fide mundus periit , quando Adam pius diabolo , quàm Deo credere præsumpsit, dum ligno scientiæ boni & mali vetito,plus speravit divinitatis assequi , quæ ab hoste promittebatur, quàm incurrere mortem , quam Deus minabatur. Sicut ergo diabolus non umbram in ligno inobedientiæ , sed ipsum verum & visibilem fructum exhibens, promisit id, quod non videbatur , scilicet eritis sicut Dei : sic & Deus, non umbram, sed ipsum, qui in ligno pependit obedientiæ in suo visibili Sacramento exhibens, promittit vitam æternam, quæ non videtur , ut , dum in ea re plus ei modò creditur , quàm hosti, ut dignum est , sanetur hac vera fide , illa perfida fides , qua olim plus diabolo , quàm sibi injustè creditum est.* Idem quoque mysterium Rupertus Abbas diu ante tetigerat, nam verba illa exponens : *at tentem eum , utrum ambulet in lege mea, an non :* dum de manna, quæ Eucharistiæ,nostræ figura est, his verbis differit : *tentatus est homo à diabolo & victus est , tenetur à Deo , ut illius tentatoris fraudem vincat , & tali antidoto juxta naturam morbi competenter vitæ suæ subveniat. Tentati sunt primi homines à diabolo, dicente ; Comedite & eritis sicut Dii , & crediderunt plus quam Deo , dicenti : in quacumque die comederitis ex eo , morte morieminí ; proindo tenetur à Dei Filio , dicente de pane & vino : Comedite, hoc est corpus meum , hic est sanguis meus , comedite , & eritis Filij Dei, & credamus verbo ejus plus quàm oculis nostris carnalibus , qualibus non nisi exteriorum panis & vini speciem intuemur , & ita iniquam credulitatem parentum nostrorum , pia credulitate in nobismetipsis evacuemus.* Idem Vener. Abbas illa Canticorum verba exponens : *fructus ejus dulcis*

B.Algerus de sac.l.2. c.4.t.6.bibl. vet.pp. Cur in hoc Sacramento tantopere exigatur fides.

Rup.Abb. Ibid.c.32. Exod. 16. v.4.

Cant. 2.3.

gutturi

Rupp. Abb. in Cant.

gatari meo, inquit: *justa lege, ut expietur reatus malæ credulitatis, exigitur fides, ut credatis id, quod non videtis, credatis inquam Deo dicenti: hoc est corpus meum, & hoc est sanguis meus, magis quam serpenti, qui per hæreticos dicit: non est caro, non est sanguis.* Idem Doctor lib. 12. *de victoria Verbi*, lucrum nobis insinuat, quod hanc circa Eucharistiam, fidem exercendo comparare nobis possumus; eamdem namque Geneseos historiam commemorando, inquit: *contra cibum illum, qui cibus fuit mortis, oportebat dare cibum alium, qui esset cibus vitæ, & simili ordine, ut scilicet messe illi mens crederet, quod oculus non videret, esse cibum & potum, veraciter communicandæ divinitatis esse effectivum carnem & sanguinem Christi, quod sentire non possunt sensus carnis & sanguinis. Per hanc fidem sibi Deus ab homine satisfactum esse judicat, dum non minus sibi credit, quàm diabolo crediderat.*

Referuntur aliquot miracula fidem hanc confirmantia.

B. Petr. Dam. l. 2. ep. 15.

11. Ad corroborandum sui corporis in hoc Sacramento fidem & veracitatem, multa Deus de anno in annum patravit miracula, ne fideles in hac credulitate vacillarent. B. Petrus Damianus de Episcopo quodam Amalphitano refert, quòd medio juramento, in B. Damiani præsentia, Stephano Papæ attestatus fuerit, quòd quia sub sacrificio missæ de veritate corporis Christi aliqualiter dubitaverat, in ipsa confractione salutaris hostiæ, rubra prorsus ac perfecta caro inter ejus manus apparuit, ita ut etiam digitos illius cruentaret. In Annalibus Ecclesiasticis de duobus monachis stylitis, scribitur, quòd, cum unus illorum Catholicus, alter verò hæreticus esset, Severianus nomine, qui Catholicum frequenter verbis mordebat, qui proinde Deo id ei inspirante, ab hæretico perijt, ut sibi quamdam communionis suæ particulam mitteret, qui se illum ad sectam suam attraxisse credens, spectitam lætus misit particulam, quæ in bullientem ollam conjecta, subitò resoluta & consumpta fuit, cumque hostiam verè consecratam eidem olim immisisset, subito lebes refriguit, & particula integra remansit, nec quidquam humiditatis contraxit. In iisdem annalibus idem quoque refertur, quod de Episcopo illo Amalphitano jam diximus, nec non aliud quoddam prodigium, quod sacrilegæ cuidam accidit mulieri, quæ dum se communicare fingeret, medietas particulæ in carnem visibilem transmutata fuit, altera medietate, panis speciem retinente.

Baron. An. 513. n. 18.

An. 1059. n. 20.

DISCURSUS L.
ARGUMENTUM.

De varijs rationibus, ob quas Christus occultè sub accidentibus sacramentalibus delitescere voluerit.

THEMA.

En, ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos. Cant. 2. ℣. 9.

Matth. ult. v. ult. Christus latet in SS. Eucharistiâ sub velamine specierum sacramentalium.

1. EX quo Salvator noster Ecclesiæ sponsus eidem promisisset, quòd post suam in Cœlos ascensionem, semper nihilominus cum illa per præsentiam suam corporalem remanere vellet, dicens: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi*, multi fideles, enim oculo corporali præsentem non videntes, de hujus promissionis veritate perplexi esse poterant, quibus proinde confirmandis Spiritus Sanctus inquit: *en, ipse stat post parietem &c.* q. d. tametsi Christum in Eucharistia visibiliter non intuearis, utpote quia aliud quàm hostiâ & vinum non vides, attamen verè ibi præsens est quoad corpus, animam & divinitatem suam, licet sub accidentium sacramentalium cortinis absconditus delitescat. Per murum etenim vel parietem, Ven. Beda & SS. Ambrosius, Bernardus & Gregorius, à Cornelio à Lapide relati incarnationem, humanitatem, & corpus à se assumptum intelligunt, utpote quo mediante divinitas ejus nobis absconditur, unde Glossa Interlin. ait: *indutus parietem nostræ carnis, ita manet in nobis, ut à nobis videri non possit.* Porro Eucharistia, ut sacri Doctores communiter asserunt, aliud non est, quàm quædam incarnationis extensio, & ideo sicuti in corpore humano; Verbo hypostatice unito, natura divina occultabatur, ita pariter in hoc altaris Sacramento, sub velo & specie panis & vini, præsentia ejus corporalis ita absconditur, ac si staret *post parietem*. verè quidem præsens, sed tamen absconditus. Qui per fenestram prospicit, videt quidem, sed non videtur, licet nonnumquam ex certo quodam indicio, ibi reperto, præsens esse videatur; quæ similitudo à S. Gregorio in hunc textum scribente, his verbis adducitur: *per fenestram & cancellos qui aspicit, partim videtur, partim se absconditsic & Dominus Jesus dum & miracula per divinitatis potentiam fecit, & abjecta per carnis infirmitatem pertulit, quasi per fenestram & cancellos prospexit, quia & in alio latens, & in alio quis esset, apparuit.* Quis umquam id creditu rus fuisset, nisi nos id fides doceret, quòd quidam infinitæ Majestatis Deus, se ultro citroque sub minimo hostiæ consecratæ puncto, reclusurus esset, ut vilem terræ vermiculum corpore suo cibaret? & tamen licet in Eucharistia absconditus & velatus videatur, hanc tamen veritatem præsentiæ, in quavis ætate, in quovis loco, de anno in annum, per prodigiosa patrata miracula manifestam fecit, *en, ipse stat post parietem nostrum.*

S. Gregor. Ibid.

Corn. à Lap.

Glossa. Interlin. ibid.

2. Lyranus per hunc parietem, Salomonem nubem intellexisse existimat, per quam divina ejus Providentia populo Israëlitico assistebat: *per parietem intelligitur nubes densa*, inquit: *quæ inter Deum erat & populum.* Porro inter nubem illam & hoc Sacramentum, hoc est discrimen, quòd cum Deus in nube, populo suo, mediante angelo quodam, asteriterit, in hoc sacramento Filius Dei corporaliter præsens adsit, licet sub sacramentalium accidentium nube velatus. *Quæ est nubes* (interrogat Drogo Ostiensis) *quæ præcedit veros Israëlitas nisi verissimum & sanctissimum corpus suum, quod in altari sumimus, in quo velatur nobis altitudo Dei, immensitas Majestatis tuæ, cujus calorem & splendorem mortalis infirmitas sustinere non posset, nisi mediatrix nubes interposita, & ardorem temperaret desuper, & tutam subtus te viam demonstraret*, quòd si enim Sol justitiæ Christus, in Eucharistia eodem modo nobis gloriosus daretur, ut est in cœlo ad dextram Patris, cujus oculus ab inaccessibili hac luce non offuscaretur & caligaret? *Lucem inhabitat inaccessibilem.* Præterea si in cœlis *Fulgebunt justi sicut Sol in conspectu Dei*, quantò splendidius futurum erit corpus illud, quod lumen & gloriam omnibus corporibus gloriosis communicat? Sanctus Gregorius Nazianzenus de Sole materiali differens, aliqua dicit, nostro proposito non adeo dissona: *restringens*, inquit, *luminis exuberantem copiam, non secus ac vestem quamdam ad talos usque demissam; etenim potentia Dei, & lumen, nisi contrahatur, erant æquè omnibus intolerabilia.* Philo Hebræus rationem assignat, cur Deus, utpote summum bonum existens, creaturæ se non communicet, quantum communicabilis est nimirum: *Creaturæ infirmitas impar est eorum bonorum magnitudini, succumberetque, nisi Deus pro cujusque portione moderaretur gratiam*; pari quoque modo dicere possumus, quod Deus in hoc Sacramento, se creaturæ uniens & communicans, nostræ se accommodare voluerit incapacitati & debilitati, ideoque humanitatem & divinitatem suam sub accidentibus panis & vini absconderevoluerit, quia *creaturæ infirmitas impar, &c.* Nullus etenim Majestatis, Infinitatis, & Divinitatis suæ reverberationem sustinere potuisset, nisi sub cortinis specierum sacramentalium occultata fuisset.

Lyran. Ibid. Christum in sacramento intueri non possumus, nisi interposita esset nubes specierum.

1. Tim. 6. v. 16.

S. Greg. Nazianz. in Pascha. Christus in SS. Sacram. se accommodat nostræ capacitati. *Philo de opif. mund.*

3. Divus Chrysologus benignitatem Christi considerat, quâ Salvator noster cum unoquoque indifferenter conversabatur, absque eo, quod se manifestare et illis, quis esset, unde Pharisæi murmurabant & improperabant discipulis ejus, dicentes: *Cum publicanis & peccatoribus manducat ... Magister vester*, nec mirum, inquit Divus Chrysologus, quia *Majestatem texit, qui fragilem studuit parentis amore complecti.* Pergit idem Sanctus in eodem sermone, & Christum convivio Matthæi cum publicanis accumbentem adducit, dicens: *Discumbebat Jesus plus in Matthæi mente, quàm stomate, & epulabatur non cibis, sed reditu peccatoris, ut vocaret convivio, humanitatis affectu, dulcissima sui confabulatione discumbentes, quos sciebat posse judicis agnita potestate dissolvi, per culi terrore Majestatis suæ, de nuda mox præsentia posse prosterni, veluti humano corpore, qui homini voluit subvenire.* Quod si Christus in Eucharistia se conspiciendum exhiberet, eo modo, quo in throno Majestatis sedet ad dexteram Patris, quo modo *eum adorant Dominationes, tremunt Potestates*, quis non sanctum quemdam horrorem conceptus fuisset, timens propriam indignitatem, ejusque sublimitatem supremam? Nunc autem quia in hoc Sacramento videri se facit sub speciebus panis & vini, quæ sunt materia homini adeo consentanea, nos quam inficat, & ad hanc mensam dulciter allicit & trahit. Ven. Thomas à Kempis in lib. 4. ubi de communione fusè tractat, ita scribit: *Habeo te in sacramento*

D. Chrys. serm. 19.

Marc. 2. 16. Hoc ipsum fecit convertendo cum hominibus ante passionem suam.

Thom. à Kempis l. 4. c. 11. n. 1. & 2. Absconditus Majestatem suam in SS. Eucharistia confulit infirmitati nostræ.

sacramento vere præsentem, quamvis aliena specie occultatum; nam in propria & divina claritate te conspicere oculi mei ferre non possent, sed neque totus mundus in fulgore gloriæ Majestatis tuæ subsisteret. In hoc ergo imbecillitati meæ consulis, quod te sub Sacramento abscondis, habeo verè, & adoro, quem Angeli adorant in Cælo; sed ego adhuc inferim in fide, illi autem in specie, & sine velamine; me oportet contentum esse in lumine veræ fidei, & in ea ambulare, donec aspirat dies æternæ claritatis, & umbræ figurarum inclinentur. Hugo de S. Victore inter alias rationes, ob quas se Christus in hoc Sacramento velatum exhibet, hanc pariter adfert: *quia non posset mortalis homo intueri claritatem, quæ esset in corpore Christi, quam experti sunt discipuli in transfiguratione.* Beatus Laurentius Justinianus *de casto connubio* hoc punctum similiter tangit, dum ait: *prudentissimo igitur Dei Verbum usum fuisse consilio perspicax clavet, ut se corporaliter daret hominibus, & tamen accidentibus velatum, quatenus ex præsentia nosceretur charitas, & per operimentum visibilis formæ, humana ad ipsam accedere valeret infirmitas. Dignum quippe fuit, ut institutio hæc Sacramentalis potius ad charitatis promotionem, quàm timoris ordinaretur fidelium.* S. Job his quondam verbis Deum affabatur: *cur faciem tuam abscondis, & arbitraris me inimicum tuum?* hîc autem sit omnino contrarium, tantum enim abest, ut ejus sub hac nube absconsio, modici sit amoris indicium, ut potius majoris benevolentiæ & benignitatis sit expressio. Quando Rex aliquis vel Monarcha deposito sceptro, corona, purpura, & quovis alio Regiæ Majestatis signo, peregrina veste indutus, cum sibi dilectis familiariter conversatur, utique hoc manifestum est affectus, magnæque æstimationis indicium, quia se ipsis parem & similem nititur exhibere. Ita quoque in hoc Sacramento Christus Rex gloriæ, omnem Majestatis apparatum deserit, & sub grata panis & vini specie se nobis ob oculos ponit; quia *amor nomen Majestatis ignorat*; [*comedite amici & bibite, & inebriamini charissimi,*] inquit Christus in hoc Sacramento; eumdem quoque amicorum titulum Apostolis attribuit, quando eos communicavit: *Vos autem dixi amicos.* Nobiles domicellæ in usu positum habent, quòd velata facie in publicum procedant, aliquam tamen vultus sui partem discooperiam relinquentes, id eo potissimum fine faciunt, ut tanto magis sui desiderium in amatoribus suis excitent. Quando Christus in personato peregrini habitu se discipulis in Emaus abeuntibus occulit, dixerunt ad invicem: *nonne cor nostrum ardens erat in nobis?* non verò idem locuti sunt, quando illum revelata facie cognoverunt.

Hug. de S. Vict. erud. Theol. l. 3. spec. Eccl. c. 7. *B. Laur. Justi. de casto conn. c. 24.*

Job. 13. v. 24. Hæc absconsio est amoris indicium.

Cant. 5. v. 1.

Joan. 15. v. 15.

Luc. 24. v. 32.

Continuatio ejusdem propositi. *Isa. 6. v. 2.*

4. Isaias Propheta, qui futuros Evangelicæ legis eventus prophetizavit, Deum in throno Majestatis sedentem quidem, sed beatorum Spirituum alis velatum, conspexit: *duabus velabant faciem ejus, ... & duabus volabant.* Sed quinam erant in Angeli, num forte principatus, throni, potestates? nequaquam, sed Seraphini erant, qui divino amore exardescebant, nimirum per hanc visionem nobis insinuare voluit, quòd, quando Majestas Altissimi se velaram nobis conspiciendam præbet, infallibile hoc sit majoris benevolentiæ & amoris indicium. Verum enimverò, ex quo Seraphinorum mentionem facere cœpimus, opportunè mihi hic incidit Cherubinorum illorum memoria, qui propitiatorium arcæ alis absondebant; *Cherubim utrumque latus propitiatorij tegant*, at verò scitisne causam, cur Deus id ita ordinaverit, inquit Oleaster, nimirum *summus Benefactor est, & nihil magnus teltus, ut te doceat benefacere, & nulle videri*; idipsum quoque huic benefactori adaptare possumus, qui in hoc cœlesti pane se oculis nostris absondere voluit.

Exod. 25. v. 20. *Oleaster.*

S. Bernar. T. 2 ser. 54. a. 3. c. 2. Obvelatio illa est opus misericordiæ erga peccatores. *1. Reg. 6.*

5. S. Bernardinus aliud hujus mysterium his verbis tangit: *exigit malorum indignitas quod velatur, sicut indiget æger oculus, ut sibi Sol, & quodlibet lumen ingatur; in hoc erga peccatores misericorditer agens benignitas Salvatoris, nisi enim occideret us velaretur, ac nudum aspiceretur corpus Christi, & hoc forte aspectu perirent.* Id quod ex illo cap. c. lib. 1. Reg. textu, ubi de Bethsamitis sermo est, confirmat, dicens: *mysticè figuratur in Bethsamitis, qui percussi & interfecti sunt, eò quod aram Domini conspexissent, qua Sacramentum Corporis Christi præsignabatur.*

S. Bernard. ser. in Cœn. Dom. Probatur aliorum SS. Patrum assertis.

Isaiæ. 45. 15. *Ioan. 8. v. 12.*

2. Cor. 3. v. 18.

S. Bonavent. in Ioan. 6. coll. 24.

6. S. Bonaventura aliud nobis, à multis pariter sacris Doctoribus insinuatum, adducit ejusdem causæ mysterium, dicens: *ne humana infirmitas à tactu carnis horreret, consueti & principalis edulij specie illam velavit*, scilicet Eucharistiam, *& sic secundum illam proposita*; quam eamdem rationem, alias inter plures alibi quoque replicat, dicens: *propter horrorem cruditatis.* Prima omnium vice, qua Christus apud Hebræos hujus Sacramenti meminit, attestans, se iis carnes suas in cibum, sanguinemque in potum daturum, hoc loquendi modo scandalizari, utpote ineffabilem Eucharistiæ modum non intelligentes, dixerunt inter se; *durus est hic sermo, & quis potest eum audire?* Quibus ex verbis hanc consequentiam deducit S. Pascasius, inquiens: *quanto magis adhuc inscij & perfidi ista diutius fervent, & culparent Christianos fore immundissimos, quod carnem hominis comederent, & potarent sanguinem?* qui idem Sanctus Paulo ante verba præmiserat sequentia, inquiens: *durius esset contra consuetudinem humanam, licet carnem salutis, tamen carnem hominis Christi in specieu & colorem ipsius mutatam, & vinum in cruorem conversum accipere*; similiter in Bollando hæc verba leguntur: *erat apud Brandanum laicus quidam infidelis, qui non credebat, quod verum corpus & sanguis Domini esset panis & vinum, quæ super altare offerantur. Nocte Paschæ cum Brandanus Corpus Christi offerret, venit ipse laicus, ut sacrificij partem de mensa acciperet, vidit manus supra & calicem plenum sanguine & terrentibus nolunt accipere*; Quod miraculum quamvis ad miseri hujus convincendam incredulitatem perpetratum fuisset, illum tamen sanguinem sumere non præsumpsit.

Si Christus carnem suam nudam & crudam apposuisset, horrorem nobis concitasset.

Ioan. 6. 61.

S. Pasch. de corp. & sang. Dom. c. 13.

Ibid. c. 10.

Boll. t. 1. Feb. 1. de S. Birg. Th. §. 12. n. 93. Exemplum hujus refertur.

7. *En, ipse stat post parietem &c.* S. Bernardus in sermone de ultima Cœna, cur Christus sub speciebus sacramentalibus abscondi voluerit, causam assignat, dicens: *odor, species, sapor, pondus remanet ad mysterij ritum, & ad gustus suffragium, ut horror penitus tollatur, & meritum fortiatur. Etenim ne humana infirmitas esum carnis & potum sanguinis in sumptione horreret, Christus velari & palliari illa duo voluit speciebus panis & vini, quæ inter humani generis victualia quodammodo tenent principatum.* Quam eamdem rationem, varia inter alia hujus materiæ mysteria, in longo quodam sermone, B. quoque Laurentius Justinianus in medium adducit, dum ait: *illud quippè corpus, quod recubuit in præsepio, Mariæ requievit in gremio, verissime in hoc tuo Sacramento percipimus, in propria quidem natura, sed sub alia specie, non autem absque maximo Sapientiæ tuæ mysterio. Quis hominum non expaveseeret humanam carnem, ejusque cruorem manducare & bibere?* Qui idem Sanctus aliud quoddam, consideratu dignum, subnectit motivum, quod à personæ, quæ nobis in cibum datur, consideratione desumit, cum enim sit ipsummet corpus & sanguis Christi innocentissimi agni, qui hunc aut illud in propria figura sumere præsumpsisset? *& potissimum Dei & Domini sui innocentis & sancti* (verba sunt dicti Beati) *hujusmodi escam mortalium perhorrescit natura.* Cui eidem rationi insistit S. Bonaventura, inquiens: *nec convenit Christi carnem dentibus attrectare, & propter immortalitatem ipsius corporis, ideo necesse fuit, corpus & sanguinem tradi veritatis sacrissimis symbolis, & similitudinibus & expressis.*

S. Bonav. Ibid. c. 9.

S. Bonav. Ibid. Non competit statui viæ Christum aperte videre. *1. Cor. 13. v. 12.* *S. Bern. ser. in Cœn. Dom. 1. Cor. 11. v. 23.*

8. Qui idem Sanctus aliud pariter consideratione dignissimum, facti hujus attingit mysterium verbis sequentibus; *quia statui viæ non competit Christum aperte videre, propter velamen ænigmatis.* [*Videmus autem nunc per speculum in ænigmate*, ut Apostolus inquit: *tunc autem facie ad faciem.*] Quem favorem S. Bernardus prosequens, ita Ecclesiam & unamquamque animam fidelem alloquitur: *gloriosa & amabilis sponsa in terra sponsum habes in Sacramento, in Cælis habitura es sine velamento; & hic, & ibi verum, sed hic palliata, ibi manifesta.* Quæ circumstantia in ipsa etiam sacramenti hujus institutione designata fuit, utpote per noctem facta, siquidem *in qua nocte tradebatur &c.* scilicet ad denotandum, quod in hoc Sacramento nostros velit latere oculos in præsenti ille, cui dicitur: *verè tu es Deus absconditus.* De se equidem protestatur, dicens: *ego sum lux mundi*; ast hunc ipsum fulgorem, sub dicta accidentium nube velare voluit, quia scilicet Sacramentum hoc beatitudinis pignus est, ideoque non modò, sed primitus post mortem revelata facie *gloriam Domini speculabimur*, interim pro statu præsenti, oculo fidei instructi.

Dion. Carth. Ibid. Habet se Christus in hac re instar amatoris.

9. *En, ipse stat post parietem &c.* Dionysius Carth. verba hæc sequenti dilatat Glossa, inquiens: *quasi dicat, habet se instar amatoris, qui ad domum veniens suæ dilectæ, non statim ingreditur, sed per fenestras cancellosque prospicit, & aliquatiter se ostendit, quatenus majori*

suo desiderio accendat amicam, sic & sponsus iste, infinitam suam amabilitatem, suavitatemque aliqualiter nunc pandit, & intuendam præbet, ut vehementius incalescat ad clarum & beatificum ejus intuitum. Hoc tamen non obstante, Deus diversis, insuque magis illuminatis, fervis suis hanc sæpius præstitit gratiam, ut ipsum in Sacramento hoc quasi *revelata facie* intuerentur, lumine gloriæ confortati; qui rarus favor alios inter electos sancto pariter obtigit Philippo Nerio, cujus singularis privilegij memor Drogo Oltiensis, postquam accidisset in nube Sacramentum hoc præfiguratum fuisse, quæ in transfiguratione Christi Apostolos obumbravit, ita Christum alloquitur: *Moyses & Elias tecum apparuerant in monte, sed nubes lucida obumbravit eos; verumtamen illis sicut amicis & domesticis Sacramenti tui nubes erat perlucida, qua nobis jacentibus & projectis à facie oculorum tuorum, valde fuit obscura.*

Quibusdam tamen Sanctis se ostendit aperte.

Drog. Ost. l. 1. in vit. Dom. pass.

10. Nota est illa sive historia sive fabula, qua Zeuxes pictorum celeberrimus, canistrum quoddam uvis, tam naturaliter ad vivum depictis, plenum pinxisse fertur, ut aves certatim ad illas degustandas advolarint; Parrhasius ad ejus æmulationem quadrum quoddam depinxit, veluti velo quodam obductum, per quod elegans pictura transparebat, quam Zeuxes videns, velum sibi submoveri petiit, ut tanto magis perspicuè artis præstantia promicaret, sed mox cognito artificio, se ab eo devictum esse fassus est, dicendo: Ego aves deluli, tu verò homines, eosque in arte pictoria exercitatissimos. Porro Christus in sacris Canticis per uvæ botrum designatur: *botrus Cypri Dilectus meus mihi in vineis Engaddi*, & quidem adeo naturaliter expretius, ut aves, id est, dæmones advolantes (*volucres cæli comederunt illud*, inquit Christus, per volucres spiritus malignos intelligens) delusi fuerint, illum, hominem & non Deum existimantes, ignorantesque sub humanitate illa, veram absconditam delitescere divinitatem. Et licet hoc eximium Sapientiæ opus fuerit, in velo tamen hujus Sacramenti divina Sapientia multò excellentius emicuit, siquidem sub hoc velo mirabiliter abscondere potuit, non solùm divinitatem, sed etiam humanitatem, simulque efficere, ut fideles fidei lumine adhibito, ambas naturas revelatâ quasi facie conspicere possent; quod aliud quoddam mysterium est, à SS. Patribus recensitum. *Quid vaderet fides tua*, inquit S. Bonaventura, *si Christus in propria forma visibilis tibi appareret; certè & oculè eum adorares; aut quomodo carnales oculi tantam gloriam ferre possent?* Hugo de S. Victore pariformiter inquit: *sub Sacramento & non sub propria forma latitat, ut fides comprobetur, quæ est de iis, quæ non videntur*; unde Ecclesia canit: *quod non capis, quod non vides, animosa firmat fides.* Deus olim agnum paschalem, non crudum, sed tostum manducari præcepit; cujus motivum morale à Commentatore Nazianzeni, his verbis adducitur: *sanctam illam escam crudam accipite, qui fidem inermem & frigidam habet*; quanto enim Deus in puncto vix visibilis hostiæ magis absconditur, tanto vivacior est fides illius, qui illum tamquam verum Deum in eadem agnoscit, & admiratur, videlicet tamquam eum, qui apud Jeremiam dicit: *numquid non cælum & terram ego impleo, dicit Dominus?* S. Ephrem *de natura Dei curiosè non scrutanda*, optimè proinde nos monet, dicens: *participa immaculatum Corpus & sanguinem Domini tui, fide plenissima, certus, quod agnum ipsum integrè comedas.* Imò S. Paschasius dicere non dubitat, quod juxta fidei nostræ proportionem, de hoc agno immaculato plus minusve participaturi simus: *attende*, inquit, *sinum mentis tuæ, emunda conscientiam & percipe, non quantum mica exhibet, sed quantum fides capit, quia in Christo plenitudo divinitatis manet, in te autem de plenitudine, non quanta est, sed quantum idoneus fueris, præstatur.* D. quoque Chrysostomus sanctum hoc exercitium nobis commendat communicaturis, dum ait: *cum fide accedere non est, ut tantummodo propositum corpus recipias, verum etiam multo magis ut mundo corde tangas, ut sic adeas, quemadmodum ad ipsum Christum.*

Obvelatio illa explicatur duabus picturis.

Cant. 1. v. 13.

Luc. 8. v. 5.

Fuit fidei nostræ necessaria.

S. Bonav. t. 7. de præp. ad miss. 3.

Hug. Vict. Ibid.

Exod. 12. Nic. or. 42. n. 2.

Quinam Christum comedant crudum.

Jer. 23. v. 24.

S. Ephr. t. 3.

S. Pasch. c. 17. ibid.

D. Chrysost. h. 61. in Matth.

DISCURSUS LI.

ARGUMENTUM.

De variis rationibus altissimi hujus mysterij veracitatem & possibilitatem probantibus.

THEMA.

Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Joan. 6. v. 56.

1. HEbræi increduli Salvatorem nostrum die quadam, ut verax aliquod divinitatis suæ signum ederet, rogarunt, dicentes: *quod ergo tu facis signum, ut videamus & credamus tibi, quid operaris? Patres nostri manducaverunt Manna in deserto, sicut scriptum est: panem de cælo dedit eis manducare.* Qua eadem vice Christus, prima omnium vice, infallibilem illis Eucharistiæ promissionem stipulatus fuit, dicente Evangelista: *dixit ergo eis Jesus; Amen, Amen dico vobis, non Moyses dedit vobis panem de cælo, sed Pater meus dat vobis panem de cælo verum*, nec solum illis per hæc verba transubstantiationem Panis in corpus suum futuram indicare voluit, verum etiam simul veracitatem hujus sacramenti, per modum cibi & potus instituti, insinuavit, subjungens: *caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus*, id est, ut S. Paschasius exponit, *non alia planè, quàm quæ nata est de Maria, & passa in cruce, & resurrexit de sepulchro.* Hæc inquam ipsa est & ideo Christi caro est, quæ pro mundi vita adhuc hodie offertur. Idem S. Pater in quadam Epistola omnem à nobis, in hac tam difficili materia perplexitatem removere satagens, per citatam Eusebij Emisseni authoritatem, inquit: *recedat omne infidelitatis ambiguum, quandoquidem qui author est muneris, ipse etiam testis est veritatis*; Christus enim ipse, qui prima & æterna veritas est, (*cælum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt*) de hoc sacramento directè & immediatè testimonium perhibuit; unde S. Thomas de Villanova ait: *sed quid olsero magnum est, si Christo Domino creditur? Christus ait: hoc est Corpus meum, & super hoc quispiam audeat hæsitare? nam etsi quæ dicuntur, ardua, & difficilia sint ad credendum fidei tamen minatur difficultas, ubi dicentis consideratur authoritas, mihi considerare quod dicitur, sed quis dicat, attende.* Ut enim quis rei, ad credendum difficili, fidem adhibeat, afferentis authoritas totum præstat; jam verò prima, æterna & infallibilis Veritas, quæ de se ipsa dicit: *ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati; omnis, qui est ex veritate, audit vocem meam*; hæc inquam prima Veritas asserit *caro mea verè est cibus, &c.* B. Laurentius Justin. ingeniosè ad hoc se reflectit, quod Christus ipsemet in propria persona Sacramentum hoc instituere voluerit, velitque semper ipsemet, in persona Sacerdotis, idipsum conficere, ut fidem tam ineffabilis, & imperscrutabilis mysterij tanto magis stabiliret; unde ait: *cæterum ad roborandam credulitatem fidelium, nullum præter se hujus institutorem voluit fieri Sacramenti, non Prophetam, non Patriarcham, non justum, non Angelorum quempiam, sive de inferioribus, sive medijs, sive superioribus. Ipse planè illud instituit, qui semetipsum tradidit, cujus eloquia verissima sunt, cujus Sapientia falli nullatenus potest, cujusve sententia mutari nequit.* Idem quoque punctum S. Hilarius his verbis tangit: *ipse ait: caro mea verè est esca, & sanguis meus verè est potus, & qui edit carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo. De veritate carnis & sanguinis, non est relictus ambigendi locus: nunc enim & ipsius Domini professione, & fide nostra verè caro est, & verè sanguis est.* B. Laurentius Justin. observat, quod Christus ad hanc inducendam Eucharistiæ veracitatem, tantò magis authenticandam, eamdem tunc instituere voluerit, quando etiamnum passibili corpore circumamictus erat: *ne errares in fide*, inquit, *& à veritatis semita devians, malè de Christo in hoc Sacramento sentires, se dedit in cibum, dum adhuc esset passibilis, cum videretur, cum tangeretur, cum agnosceretur, cum præsens loqueretur.* Enimvero Discipuli post resurrectionem à principio, de ejus corpore non admodum certi fuere; unde ad omnem dubietatem à mentibus eorum pellendam, dixit eis: *palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet*; ac proinde Christus tunc nobis corpus suum in cibum dare voluit; quando de realitate minimè dubitari poterat, quando passibilis erat, non verò postquam factus est gloriosus & immortalis; tunc igitur *benedixit, ac fregit, deditque Discipulis suis*, & quidem notanter panem consecratum fregit, in signum, quod passibilis esset. S. Bonaventura hoc infallibilitatis punctum sequentibus verbis incalcat: *quid enim dubitationis in hoc Sacramento remanet, quod à Christo tam expressè traditum, ab Apostolis prædicatum, à SS. Patribus orthodoxis tot centenarijs annorum præfiguratum, tantisque ceremonijs, tot miraculis & prodigijs, & observantijs quasi testimonijs palpabilibus vides confirmatum? tolle hoc sacramentum de Ecclesia, & quid erit in mundo, nisi error & infidelitas?* ex quibus ultimis verbis clarè deducitur, quod deficiente in Ecclesia hoc Sacramento, defectura quoque esset veritas in

Joan. 6. v. 30. & 31.

Omnis ambiguitas circa hoc Sacramentum procul abigatur.

Ibid. v. 32.

S. Pasch. l. de Corp. & sang. Dom. c. 1.

Ep. ad Frudegard.

Nam Christus prima veritas illi fert testimonium.

Matth. 24. v. 35.

S. Thom. à Villanova in die Corp. Christi.

Joan. 18. v. 37.

Joan. 6. v. 56.

B. Laur. Just. de Euch.

Et hinc non est relictus ambigendi locus.

S. Hil. l. 8. de Trin.

B. Laur. Justin. ibid.

Luc. 24. v. 39.

Matth. 26. v. 26.

S. Bonav. t. 7. de præp. ad Miss. c. 2.

in mundo, ipseque mundus omnis erroris & infidelitatis caligine offuscandus.

2. B. Laurentius Justinianus celeberrima illa S. Joannis verba in medium adducit: *tres sunt, qui testimonium dant in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus, & hi tres unum sunt*; Pater quidem testimonium perhibuit Filio, dum ait: *hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audite.* Verbum verò de semetipso clarè asserit: *accipite & manducate, hoc est corpus meum*; *Denique Spiritus Sancti vis nosse testimonium? ex vaticinijs Prophetarum, & priscæ legis id sufficienter invenies, verum si in exordio nascentis Ecclesiæ observes, qualiter post Spiritus Sancti adventum, Sacramentum hoc frequentari cæpit, procul dubio ipsius Paraclyti illud testimonium fuisse percipies.* Cum igitur Spiritus Sanctus huic Sacramento testimonium perhibeat, qui Spiritus est veritatis, quis illud deinceps in dubium revocare poterit? *Rogabo Patrem, & alium Paraclytum dabit vobis, ... Spiritum veritatis.* Doctor Angelicus, verba B. Virginis addicit, quæ circa mysterium incarnationis Verbi protulit, quando intelligere nequibat, quomodo hæc in ipsa, voto virginitatis obnoxia, compleri possent: *quomodo fiet istud, hoc ait Virgo, quoniam virum non cognosco? respondit: Spiritus Sanctus superveniet in te & virtus Altissimi obumbrabit tibi, & tu quæris, quomodo Panis fiat Corpus Christi? & ego dico tibi: Spiritus Sanctus superveniet & ipse faciet hæc, quæ super naturam sancti, & intelligentiam.* Cum enim hoc Sacramentum mysterium quoddam sit ineffabile transcendens omnem humanam & Angelicam intelligentiam, & capacitatem incarnatæ Sapientiæ summæ curæ fuit, ut illius vivam quamdam fidem fidelibus imprimeret, ac proinde prima vice, quando in Joannis c. 6. omnium primo de hoc Sacramento locutus fuit, sæpius usus est verbis, veracitatem illius adeo perspicuè declarantibus, ut nullâ prorsus Glossâ indigeant, similiter S. Paulus in Epistola ad Corinthios de hoc Sacramento *ex professo* tractans, Christum ipsummet, sibi per immediatam revelationem hujus Sacramenti institutionem recensuisse protestatur, dum ait: *ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis, quoniam Dominus Jesus, in qua nocte tradebatur, accepit Panem &c.* Imò ab omnibus alijs Apostolis aliter dici potuit: *hanc vocem nos audivimus: ...* (id est, *hoc est Corpus meum*) *cum essemus cum ipso, habemus firmiorem Propheticum sermonem &c.* Unde Salmeron salubriter nos monet, ut de credulitate hujus Sacramenti tentati, imitemur virginem, dicentem: *quomodo fiet istud?* & audientem, *Spiritus Sanctus &c.* Similem nobis afferre debemus prudentiam, ut eam sensus & ratio humana scrupulum aliquem ingerant & dicant: *quomodo fiet istud, ut tantus Christus sub tam parva hostia delitescat, aut qua ratione mundi Conditor in vile pectoris nostri tuguriolum subintrare velit? prudentia tunc dictat ad Spiritum Sanctum & virtutem Altissimi, cui nihil est impossibile, & qui nos ardentissimo amore prosequitur spectandum esse; si enim non ederes, nisi ea, quæ intellectu tantum cognoscuntur, & quomodo sint condita, & qua ratione nos alere possent, comprehendere valeres, pauca sanè, & prorsus nihil ederes.* Idem author in Tract. 21. ejusdem Tom. ex S. Joanne Damasceno eamdem adducit confirmationem. *Si modum requiris, quonam pacto fiat*, inquit Damascenus, *sat tibi sit audire, quoniam per Spiritum Sanctum, quemadmodum ex S. Deipara, seipsum, & in seipso Dominus carnem sustentavit, & nihil aliud cognoscimus, quàm quod Verbum Dei verum est & efficax & omnipotens, modus autem inscrutabilis.*

3. Eucharistia, juxta communem sacrorum Interpretum opinionem incarnationis, est extensio, ideoque Ecclesia in Missa de sanctissimo Sacramento, præfatione utitur in Festo Nativitatis Dñi dici solita, ubi inter alia hæc canuntur verba: *per incarnati Verbi mysterium &c.* quemadmodum igitur Archangelus ad Mariam dixit: *non erit impossibile apud Deum omne verbum*; ita quoque in præsenti asserere licet, non esse Verbo, quidquid voluerit, impossibile. Quapropter & S. Joannes forsitan, priusquam Sacramenti hujus institutionem, in ultima cœna factam, commemorarer, hæc præmisit verba: *sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus.* Cui argumento stabiliendo subserviet solemnis illa inter Doctores controversia, disceptantium, in quo symboli apostolici Articulo, Sacramentum hoc, quod per antonomasiam dicitur *mysterium fidei*, contineatur; alij sustinent, ipsum insinuari in verbis illis *Sanctorum communionem*, Ast S. Thomas illud implicitè in

2. Tim. 1. v. 17.

1. Cor. 11. v. 24.

1. Joan. 5. v. 7.

B. Laur. Justin. ser. de Euch.

Tota S. Trinitas huic sacramento dat testimonium.

Joan. 14. v. 36. & 37.

S. Thom. qp. 58. c. 13.

Christus S. Paulo per seipsum revelavit hujus sacramenti institutionem.

1. Cor. 11. v. 23.

2. Pet. 1. v. 18. & 19.

Joan. 13. v. 3.

In quo symboli articulo contineatur hoc sacramentum.

Psalm. 1. 9. 11. 49.

S. Thom. p. 9. 1. a. 8.

Isai. 39. v. 8.

B. Alg. l. 2. c. 3. de Sac. Alt.

De Spiritus S cooperatione in hoc sacramento dubitare non licet.

C. 12. Ibid.

S. Bonav. t. 6. p. 6. Brev. c. 9.

Guil. Paris. de Euch.

Deus per omnipotentiam suam plus facere potest, quàm nos intellegere.

S. Bernard. t. 2. ser. 54. a. 2. c. 1. Rom. 11. v. 33.

Eccl. 1. v. 2.

Ibid. v. 3.

S. Ambr. l. 4. de sac. c. 4. Rationes SS. Patrum con-

Dubitantibus respondet cum Gabriele: Non est impossibile apud Deum omne verbum. Luc. 1. v. 37.

vincentes, vacillantes in fide hujus sacramenti.

test, qui Panis est, Corpus esse Christi. consecratione & Consecratio igitur cujus verbis & quibus sermonibus & Domini Jesu, utitur sermonibus Christi, ergo Verbo Christi hoc conficit Sacramentum, quis sermo Christi? nempe is, quo facta sunt omnia; jussit Dominus & factum est cœlum; jussit Dominus, & facta est terra; jussit Dominus, & facta sunt maria; jussit Dominus, & omnis creatura generata est. Vides ergo, quàm operatorius sit sermo Christi? si ergo tanta vis est in sermone Domini Jesu, ut inciperent esse, quæ non erant, quanto magis operatorius est, ut sint, quæ erant, & in aliud commutentur? Albertus Magnus in quodam sermone de hoc Sacramento, sequentem adducit S. Ambrosij authoritatem, illamque in forma argumenti hoc modo proponit: *de totius mundi operibus legitur, quod ipse dixit, & facta sunt; sermo ergo, qui potuit facere ex nihilo, quod non erat, non potest ea quæ sunt, in id mutare, quod non erant? non enim minus est dare novas, quàm mutare rerum naturas.* Eusebius Emissenus pariter his verbis idem conficit argumentum; *ergo sicut ad natum præcipientis Domini, repente ex nihilo substiterunt excelsa cœlorum, profunda fluctuum, vasta terrarum, pari potentia in spiritualibus Sacramentis verbi præcipit virtus, & servit effectus;* dicere enim verbi, operari est: *dixit, & facta sunt*; unde eodem momento, quo Christus in persona sacerdotis, profert hæc verba: *hoc est Corpus meum, hic est sanguis meus*, creatura locum Creatori suo cedit, nam ut S. Paschasius ait: *Verba Christi sicut Divina sunt, ita efficacia, ut nihil aliud proveniat, quam quod jubent; quia æterna sunt: Cœlum, inquit & terra transibunt, verba autem mea non transibunt, sed facient omnia, ad quæ Missa sunt, quia Patris non nisi unum, & substantivum, & consubstantiale & sempiternum est Verbum.* Idem quoque Sanctus observat, quod Christus, postquam primâ vice consecrasset, Ecclesiæ dixerit: *hoc facite in meam commemorationem*, & ideo subjungit; *sed ne forte putares, quod de illo uno tantum Pane, & in illa una hora hoc comesse jusserit, adjunxit, & ait: hoc facite in meam commemorationem.* Idem quoque Paschasius in Epistola quadam sequentem adducit Eusebij Emisseni doctrinam, dicentis: *nec dubitet quisquam primarias creaturas nutu potentiæ, præsentiâ Majestatis, in Dominici Corporis transire posse naturam, cum ipsum hominem videat artificio cœlestis misericordiæ Christi Corpus effectum.* Albertus Magn. pariter Eucharistiæ possibilitatem vivis rationibus demonstrare conatus fuit; *nec mirum est*, inquit: *si verbum, quod omnipotentia Dei fecit creaturas, eadem potentia mutat creaturam in illud, quod voluerit, quia Dominus universorum ipse est, cujus magnificentiæ cuncta obediunt, & nihil resistit.* Adducit, quoque textum illum Sapientiæ *c. 12. subest tibi cum volueris posse. Quia quamvis fides cum omnibus articulis suis, omnipotentiæ Dei immitatur, in sacramento tamen altaris, in quo consistit fundamentum fidei, & totius Ecclesiæ communio, maximè immitatur omnipotentia.* Ad propositum quoque illam Abrahæ adaptat Historiam, quando in Mambre solemne illud tribus Angelis præparavit convivium: [*festinavit Abraham in tabernaculum ad Saram, dixitque ei: accelera, tria sata similæ commisce & fac subcinericios panes.*] *Hæc est Sapientia summi Patris, quæ tria sata Deitatis & animæ & Corporis commiscuit, hoc est, sociavit. Accelerat autem, quia in momento operata est, & non per momenta temporum, ut infirma facit natura, & fecit nobis Panes æternæ refectionis sub cineribus hujus nostræ mortalitatis decoctos.*

Sap. 12. v. 18

Gen. 18. v. 6.

Alb. Mag. in ser. 11. de Corp. & sang. Dom.

Euseb. Em. l. 5. de Pasch.

S. Pasch. Ep. ad Frudegard.

Ipse dæmon admisit in Christo possibilitatem Eucharistiæ. Matth. 4. v. 3.

5. Egregia fuit illa non neminis responsio, qui circa Eucharistiæ possibilitatem interrogatus, respondit; quid de illa ambigis, quam ipsemet quoque dæmon admisit, quando in deserto ad Christum accedens, eidem dixit: *si Filius Dei es, dic, ut lapides isti panes fiant*, unde clare deducitur, quod in Christo, supposito, quod Filius Dei esset, admittebat potentiam unico verbo convertendi substantiam saxorum, in substantiam Panis; ac proinde consequens est, quod similiter per verbum suum, Panem in Corpus suum transubstantiare posset; *dic ut lapides &c.* & talis est conversio Panis in Corpus Christi, quæ in hoc sacramento per verba efficitur. Ex fide cognovimus, quod non solùm in virtute verborum Dei, verum etiam servorum suorum (dependenter tamen à Potestate, ipsis à Deo delegata,) variæ substantiæ transmutatæ fuerint in alias, specie differentes ab ijs, quæ antea erant. Sic enim Moyses petram convertit in aquam, aquam in sanguinem, virgam in serpentem. Unde S. Cyrillus Jerosolymitanus ait: *innumerabilia sunt, in quibus, si quomodo aquaris, universam tibi vertere Scripturam, necesse est; aquam aliquando mutavit in vinum in Cana Galilææ; & non erit dignus, cui credamus, quod vinum in sanguinem transmutavit? Si multitudini mavis* (S. Anselmi hæc est confideratio) *modicam vini guttam transformare in suam naturam, in tantum ut de ea penitus nihil videatur residuum, est possibile; magnitudini vel multitudini virtutis Christi, quam de Patre unus est homo Christus, omnipotentis Creatoris actione, & obedientissimæ creaturæ Passione, Panem in suam transmutare corpus, erit impossibile? & cui creare de nihilo, & formatum & formam fuit facile mutare formatum & conservare formam, quomodo erit difficile?* ad quod stabiliendum Albertus Magnus naturali hoc utitur exemplo: *natura mutat unam substantiam in alteram, sicut in vite aqua mutatur in vinum; & opere apum, succus florum in favum mellis, similiter in nobismetipsis Panis, quem manducamus quotidie, per naturam mutatur in carnem, & gramina comesta à brutis convertuntur in carnem & sanguinem; ergo multo magis virtus Verbi Christi, mutare potest Panem in substantiam sui corporis.*

Cyr. Jer. cat. 4.

Alb. Mag. ser. 11. de Corp. & sang. Dom.

Tertull. l. de resurr. carn. c. 6. n. 54. Sicut Lutum in manibus Dei mutatum fuit in hominem, sic & panis in manibus Christi mutatus fuit in corpus.

6. Præsentem accommodè Discursum promovebit illa Tertulliani contemplatio, discutientis, qualiter lutum supremi Artificis exceptum manibus, mutatum fuerit in hominem, qui *microcosmos*, id est, parvus mundus dicitur: ait itaque: *illa pusillitas, limus in manu Dei satis beatus, & si solummodo contactus. Quid enim si nullo amplius opere statim figmentum de contactu Dei constitisset? adeo magna res agebatur, quæ ista materia destruebatur. Itaque toties honoratur, quoties manus Dei patitur, dum tangitur.* Similem namque operandi modum nobis canon exhibet, siquidem in eo dicitur: *accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas.* Ubi dictus Author ait: *Panis in manu Dei satis beatus.* Quid igitur mirum, si in manibus Christi, à Verbo animati, Panis in corpus transmutetur divinum? *Beatus* utique, quia beatam Christi animam originarium beatitudinis Paradisi fontem in se recludit. Quod mysterium quoque sanctus Ambrosius venerarurus in libro, cui titulus est: *de ijs, qui mysterijs initiantur*, sequens formatargumentum: *Numquid naturæ usus præcessit, cum Jesus Dominus ex Maria nasceretur? Si ordinem quærimus, viro mixta fœmina generare consueverat; licet igitur, quod præter naturæ ordinem virgo generavit, & hoc quod conficimus corpus, ex virgine est. Quid hic quæris naturæ ordinem in Christi Corpore, cum præter naturam sit ipse Dominus Jesus, partus ex Virgine? vera utique caro Christi, quæ crucifixa est, quæ sepulta est, verè ergo illius carnis Sacramentum est. Ipse clamat Dominus Jesus, hoc est Corpus meum.*

S. Ambr. l. 4. c. 9.

Possibilitas transubstantionis probatur ex tribus capitibus.

7. Albertus Magnus hujus transubstantiationis possibilitatem ex tribus probat capitibus; & primò quidem, ex parte gratiæ, quam Deus suis communicat servis: secundò ex conversione spirituali; 3. ex conversione, quam natura operatur, unam substantiam transmutando in aliam. Et in probationem quidem primi puncti exemplum adducit Eliæi, qui postquam sâlem in amaras Jerichontinas aquas projecisset, subitò eas indulcoravit; circa quam mutationem, quatuor considerat puncta, scilicet *continens, contentum, operans, & operatum.* Secundùm exteriorem namque apparentiam, aqua illa lympida erat, & clara, amaritudo autem aquæ intrinsecè contenta, aquasque inficiens; gratia Prophetæ data, dulcedo elementum ante falsum mellificans, hæc igitur omnia & singula Eucharistiæ applicans, notat, quod, sicut in aquis illis eadem manfit quantitas, color & figura externa; ita quoque in Sacramento hoc eadem sine apparenti mutatione remaneant accidentia coloris, odoris, saporis, mensuræ &c. & sicuti amaritudo conversa est in dulcedinem, ita substantia Panis in Christi carnem transubstantiata, idque in virtute non Eliæi, id est, sacerdotis, sed ipsiusmet Christi, qui dicit: *hoc est Corpus meum.* Deinde ad conversionem spiritualem transiens prædictus author ad illa se reflectit verba lib. 1. Reg. *insiliet in te spiritus Domini, & mutaberis in virum alium*; circa quem textum ita sermocinatur. Homo in statu peccati, juxta exteriorem speciem, idem apparet, qui erat in statu gratiæ, & nihilominus quis nescit, quantam charitas & gratia in anima pœnitente operetur mutationem? quæ ulterius confirmaturus illa Eugenij ad quemdam, è statu peccati ad Deum conversum, directa adducit verba: *Quanta & quàm celebranda beneficia vis Divinæ bonitatis operatur,*

2. Reg. 2.

1. Reg. 10. v. 6.

ratur, & quomodo tibi novam, & impossibile esse non debeat, quod in Christi substantia terrena convertantur, ipsum interroga, qui præterita vilitate deposita, subito novam indutus es dignitatem. Porro quantum ad tertium punctum, in ordine ad mutationem, quam natura operatur, sequenti utitur similitudine, dicens: *videmus, quod ponuntur ova sub ave, & per naturam mutantur in carnem, imò in aviculam vivam.* Qui idem lib. *de mirab. Sacræ Script.* super illa Geneseos verba (*Spiritus Dei ferebatur super aquas*) ita discurrit: *Vel sicut avis fovens ova, dicit Glossa. ergo & si ponis sub ave unum, vel plura ova, vertit ea per naturam interius in carnem, testa manente exterius, quanto magis si ponas in altari unam hostiam Panis, vel duas, sive centum, sive mille, sive plures, manente Panis exterius specie, Spirit. S. repente interius in Corpus Christi sua virtute convertit?*

Gen. 1. v. 2.

Probatur etiam experientia.

8. Quin imo ipsamet Magistrâ experientiâ, de hujus veritatis soliditate plurimùm edocemur; à primis namque nascentis Ecclesiæ temporibus, hactenus fideles sacram communionem dignè frequentantes, magnum exinde retulerunt fructum, egregium in vita spirituali provectum, in virtutibus incrementum, perseverantiam & stabilitatem in bono, internis quoque exinde delibuti sunt consolationibus; uno verbo, exinde perceperunt *omnis saporis suavitatem*; at verò si Panis usualis, & non Corpus Christi fuisset, hosce utique supernaturales, & admirabiles effectus minimè producere potuisset. Hoc argumento utitur B. Laurentius Justin. dum ait: *porro dum Eucharistiam accipis, accidentia, Panis ac vini saporem sentis; unde oro, si Panis & vini substantia est, & non Corpus Christi, ex hac cibi manducatione & potu, tanta in anima & corpore provenit fortitudo, interioris hominis innovatio, charitatis Divinæ fervor, spiritualis suavitatis jucunda libatio, intimæ pacis affluentia, æternum amoris desiderium proficiendi in virtutibus concupiscentia, & gratiarum actionis ignita exhibitio.*

B. Laur. Justin. de Euch.

Hug. de S. Vict. in spec. Eccl. eccod. Th. c. 7. Quomodo Corpus Christi simul esse possit in diversis locis.

9. *Sed dices* (inquit Hugo de S. Victore) *quomodo corpus unum eodem tempore in diversis locis esse potest? super altare est, & in cœlo est; Hic est, ibi est; & ubicumque est, totum est, tantumque hic quantum ibi, & in multis locis similiter totus est.* Idem verò Ven. Scriptor ratione valde efficaci respondet, dicens: *noli mirari, qui fecit corpus & locum, ut unumque facit in altero esse ut vult, & est semper sicut ipse vult, qui sic & aliter facere novit & potest, cujus Sapientiæ non est numerus, cujus potentia naturis rerum imperat. Quando mirari cœperis, & dixerit tibi cogitatio tua, quomodo hoc esse potest? cogita facientem, & respice Omnipotentem.* Albertus Magnus authoritatem adducit S. Gregorij, dicentis: *sicut divinitas verbi Dei una est, quæ totum implet multis locis mundum, ita licet multis & innumerabilibus diebus illud consecretur corpus, non sunt tamen multa corpora Christi, sed unum corpus cum illo quod assumpsit de virgine, & quod dedit Apostolis, divinitas enim Verbi, quæ ubique est, replet illud.*

Alb. Mag. ibid. ser. 12. de Corp. & sang. Dom.

Alia naturalis & efficax ratio.

10. Est & alia non minus efficax ratio, quam adducere possumus. Etenim internum intellectus nostri conceptum, qui primus inter nos occultus erat, per vocem sensibilem vestitum, foris manifestamus; & qui antea solum nobis notus erat, eumdem postea aliis etiam innumeris communicamus, eodem in nobis conceptu integro & sine diminutione sui in nobis permanente; eodem modo in præsenti proposito discurrere licet; si enim Deus per Sapientiam & potentiam producere potuit effectum aliquem naturalem, qualis est conceptus noster mentalis, & vox, qua illum vestimus, qui centies & millies dilatetur & propagetur, utroque remanente in propria sua integritate, cur etiam facere non poterit, ut verbum suum carne & corpore vestitum, idem semper in seipso remanens, uno eodemque tempore innumeris communicetur personis, absque ulla sui diminutione? Albertus Magnus idem argumentum alia similitudine confirmat, dum ait: *sicut gemma virtutem suam effundendo non minuitur, sic Corpus Christi nos pascendo non minoratur?*

Alb. Mag. ibid. ser. 13.

Hug. de S. Vict. ibid. Aliæ rationes Christi in Eucharistia.

11. *Sed dicit forsitan cor tuum*, inquit Hugo de S. Victore, *ubi est Corpus Domini, postquam sumpsit illud & manducavit? audi ergo. Corporalem præsentiam Christi quæris? in cœlo quære. Tecum per corporalem præsentiam ad tempus esse voluit, quando & quamdiu necesse fuit. Exhibuit ad tempus præsentiam, ut per illam ad spiritualem inveniendam excitaret & juvaret.* Idem argumentum S. Paschasius adducit dum ait: *hydria farinæ vel hœytus olei seu Panes secundo crescunt & non minuuntur,*

S. Pascha. de Corp. &

dem satiant, quid putas caro Christi? idem alibi panum in deserto multiplicationem considerat, dicens: *quanto magis quia Verbum caro factum est, pullulat Verbi caro, & manat in sacramento ubertas Christi & sanguinis?* Quando Hebræi se erga hoc mysterium incredulos & incapaces exhibebant, incarnata illis Sapientia dixit: [*hoc vos scandalizat? Si ergo videritis Filium hominis ascendentem, ubi erat prius,*] *ac si diceret* (inquit prædictus Sanctus) *si hoc intelligere posse tis, scireris utique, quod, qui integer ascendere potest, ubi erat prius, unus idemque Christus consumi non potest dentibus, nec dividi per partes.*

Serm. Chr. c. 6. Ep. cit.

Joan. 6. v. 62. & 63.

12. Tandem ne in ingenti hoc divinorum mysteriorum mari, naufragium patiamur, necessum est, ut solidæ fidei anchoræ astricti & conjuncti maneamus; *quod non capis, quod non vides, animosa firmat fides*; ac proinde eos, qui profundissimas aquas natando trajiciunt, imitari debemus, qui oculos & os obturant, dentes stringunt, respirationem coërcent, verumtamen aures semper apertas tenent, ita quoque in hoc mysterio oculi, sapor oris, & naturalis rationis judicium obturari, solæ verò aures apertæ teneri debent, nam *fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi*, cui semper patula præbenda est auris, cum igitur Verbum Dei dicat: *hoc est corpus meum*, hic sistendum est, nec quidquam ulterius indagandum. Nam ut Ven. Thomas à Kempis ait: *si non intelligis, nec capis, quæ infra te sunt, quomodo comprehendes, quæ supra te sunt? noli disputare cum cogitationibus tuis, crede verbis Dei.* Qui idem lib. 4. de hoc sacramento tractans, rem totam hoc monito concludit: *Deus æternus & immensus, infinitaque potentiæ, facit magna & inscrutabilia in Cœlo & in terra, nec est investigatio mirabilium operum ejus. Si talia essent opera Dei, ut facilè ab humana ratione caperentur, non essent mirabilia, nec ineffabilia dicenda.*

In hoc mysterio solummodo anchoræ fidei fidendum est.

Rom. 10. v. 17.

S. Thom. à Kemp. l. 1. c. ult.

DISCURSUS LII. ARGUMENTUM.

Eucharistia compendium est & abyssus omnium mirabilium.

THEMA.

Memoriam fecit mirabilium suorum, ... escam dedit timentibus se. Psalm. 110. ℣. 4. & 5.

1. REgius Psalmista olim in Spiritu prophetico altaris Sacramentum prospiciens, idipsum memoriale & epitomen appellat omnium mirabilium, & prodigiorum, quæ unquam infinita Altissimi Sapientia & Omnipotentia patravit, dum ait: *memoriam fecit &c.* unde S. Thomas de Villanova inquit: *Christus ipse omnium prodigiorum supremum est; hoc verò Sacramentum, miraculorum ab ipso factorum maximum.* Salmeron de miraculis Eucharistiæ differens, ita scribit: *si quis rectè perpendat, deprehendet magnam miraculorum multitudinem, & varietatem Dominum in Eucharistia operari, quibus infinita Dei potentia exeritur, Latum habet campum profectò fides, in quo spatietur, habet unde admiretur, si Angeli stupent*; hic enim universa Dei omnipotentia exhauritur; unde S. Augustinus ait: *audeo dicere, quòd Deus cum sit omnipotens, plus dare non potuit*; & ideo Propheta Regius circa altare, in quo divinus hic panis administratur, in Spiritu raptus, dicebat: *circumdabo altare tuum Domine, Ut audiam vocem laudis, & enarrem universa mirabilia tua.* Unde observandum, quòd, sicut S. Mater Ecclesia in adventu, incarnatione Verbi, ejusque nativitate, in aliquas antiphonas, affectibus admirationis & stuporis plenas, solet prorumpere, dicendo: *O ineffabile mysterium! O Oriens! O Sapientia! &c.* ita pariter huic Sacramento per voces admirationis, divinum exhibet cultum, dicendo: *O sacrum convivium! O rex mirabilis! O salutaris hostia! O quàm suavis est Domine Spiritus tuus.* Sacerdos quoque in Canone Missæ, ante consecrationem panis in hæc verba prorumpit; *accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas*; ubi notandum est, Christus in hujus Sacramenti institutione, non una tantùm manu, sed ambabus usum fuisse, idque non alio fine, ni fallor, quàm ut nobis per hoc innueret, quòd in hoc mysterio totaliter se exhauriat, ultimumque omnipotentiæ suæ limitem attingat. Quando de cœlo empyreo creando, vel amplissimis cœlorum sphæris extendendis Scriptura loquitur, Spiritus Sanctus omnia illa opera à solis Dei digitis manare testatur, unde Psalmista ait: *quoniam videbo cœlos tuos opera digitorum tuorum, Lunam, & Stellas, quæ tu fundasti*; similiter

S. Th. à Villanov. conc. in pr. die corp. Christ. Salm. t. 9. tr. 26. SS. Eucharistia exhausit universam Dei omnipotentiam. S. Aug. tr. 84. in Ioan.

Psal. 25. v. 6. & 7.

Psal. 8. v. 4.

similiter cum de Verbi Incarnatione tractatur, B. Virgo in Cantico suo ait: *fecit potentiam in brachio suo*, quasi incarnatio unius dumtaxat brachij divini opus fit: in hujus verò sacramenti institutione, Christus ambas manus adhibet, quia *accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas*, ad denotandum, quod hoc opus omnibus alijs superius fit, & excellentius: *memoriam fecit mirabilium suorum &c.*

Luc. 1. v. 51.

2. *Mirabilium.* Regius Psalmista Deo ait: *mirabilis facta est scientia tua ex me*, id est, ut S. Basilius interpretatur: in productione & artificio corporis humani, Sapientia tua specialiter visa est admirabilis, propter admirabile esse; quod eidem impertiisti, quantò igitur admirabilior est hujus sacratissimi corporis, ejusdem artificis in Eucharistia productio? S. Thomas à Villanova hoc corpus in Eucharistia, velut purum quemdam Spiritum obstupescit, & veneratur, *ibi*, inquit, *corpus modum habet Spiritus, quia totum in toto & totum in qualibet parte est.* Ad hoc, ut duo corpora in eodem loco consistant, divina requiritur Omnipotentia; ac proinde miraculum ingens fuit, quòd Verbum incarnatum ex utero materno, sine læsione claustri virginalis egrederetur, sicut & quòd pertransiret lapidem sepulchri, & portas cœnaculi clausas; *potestate divina*, inquit Salmeron, *à quantitate repugnantiam, quam habet existendi simul cum alio corpore suspendens; ita prorsus efficit in hoc Sacramento. Quod verò locatum majus sit loco, & in tam parva hostia totus Christus contineatur, inde est, quòd miraculo occupationem, Corporis Christi suspendit, neque ibi existit per modum naturalis quantitatis, sed modo quodam substantiali, sacramentalique.* Adducitque montium, cœlorum, aliorumque vastorum corporum similitudinem, quæ in tenui oculi nostri pupilla locum habent, non quidem quoad esse reale, sed intentionale; ita & anima universum mundum capit & intelligit, tametsi exteroquin in angusto quodam includatur corpore.

Psal. 138. v. 6. S. Basil. Super omnia est admirabilis SS. Eucharistiæ productio.

Salm. 1. 9. tr. 26.

3. *Mirabilium*; In hoc Sacramento accidentia videntur sine ullo subjecto; imò ut Villanovanus ait: *ibi accidentia modum habent substantiæ, quia per se sunt, & per se moventur, per se vivam edentis carnem nutriunt.* S. Hilarius à S. Bernardino citatus, inquit: *præterea cum intelligere possit accidens sine subjecto, ergo multo fortius divina virtus poterit in hoc sacramento unam ab altera sequestrare.* Porro ingens miraculum est, si accidens sine illo subjecto sustentante subsistat: *vix intelligentia capit*, inquit S. Bernardinus, *seu intelligit accidentia sine subjecto, scilicet quantitatem, figuram, colorem, odorem, saporem, & sic de alijs. Sed non potest vis intellectiva per operationem, quod potest per considerationem, sed divina virtus potest per operationem, quidquid natura rationalis potest per considerationem.* Verum enim verò, quid à Deo, qui totus substantia est, magis alienum est, quam accidens, cujus penitus est incapax? & nihilominus sub his tamquam sub nube operiri & abscondi elegit humanitatem nostram, ut nos cibaret. Quis umquam audivit, colorem, albedinem, odorem, figuram ad instar substantiæ, humanum nutrire & alere corpus? hoc ipsum in nobis sacramentalia operantur accidentia. Unde Salmeron inquit: *porro quod accidentia maneant sine subjecto, hoc est, quia potentia divina sustentat illa, quemadmodum terra nixa est super nihilum, quamquam inter accidentia sola, quantitas est, quæ subjecto destituatur, reliqua vero quantitati inhærent; nec mirum, accidentia aut quantitatem subjecto destitui in Sacramento, cum in ipso Christo substantia humanæ naturæ, non in sua, sed in Verbi hypostasi subsistat.*

S. Thom. à Villanova Ibid. Mirandum est, accidentia esse sine subjecto. S. Hil. S. Bern. t. 2. ser. 54. a. 2. c. 1. Salm. ibid. Salm. ibid.

4. *Mirabilium.* Quantumvis corpus hoc sacrosanctum in terris sit in Sacramento, nihilominus non commensuratur à loco, sed privilegio gaudet purorum Spirituum; atque uno eodemque tempore in cœlis existit, & in innumerabilibus locis sub totidem hostijs consecratis, ut proinde meritò exclamet D. Chrysost. dicens: *O miraculum! ô Dei benignitatem, qui cum Patre sursum sedet, in illo ipso temporis articulo, omnium manibus pertractatur.* Quando nobiscum visibilis degebat in terris, dum eum contingeret esse in Capharnaum, desiderabatur in Jerusalem, neque corporalem suam multiplicabat præsentiam, quemadmodum in hoc Sacramento, ut scilicet nobiscum degeret in omni loco & tempore. *Singulis quodammodo mearnari, & totus esse in omnibus, & unà & eadem res cum illis fieri voluit. O stupenda Sapientia Dei* (verba sunt Blosij) *quæ hanc fabulam & salutarem mundum, pro salute nostra instituit, qui totum hunc mundum cœlestis hujus panis abundantia implere voluit.* Cui eidem materiæ inhærens Salmeron, inquit: *cæterum quod in tot locis simul existat, ideo est, quia non circumscriptivè locum occupat; sed modo quodam singulari & sacramentali, in locum substantiæ panis succedit*; ad quod comprobandum similitudinem adducit, à voce desumptam, quæ licet unica sit, plurium tamen offendit aures, ita quoque *idem in diversis locis simul collocatur idem qui est in cælo, sine motu ullo, incipit esse in Sacramento.*

Corpus Christi ad instar puri Spiritus, simul est in locis innumerabilibus. D. Chryst. t. 3. de sacerd. Blos. in marg. Spir. c. 1. n. 10. Salm. ibid.

5. *Mirabilium.* Verè equidem admirabile, quia ut S. Bonaventura ait: *est ibi corpus Christi in tanta quantitate, sicut fuit in cruce, & sicut jam est in cælo.* Quod idem documentum in quodam sermone, qui de hoc Sacramento duodecimus est, Albertus Magnus in hæc verba scribit: *primum mirabile, quod tam magna res continetur sub tam parva specie panis.* Quo in facto Dominus Deus juxta Doctorem Angelicum infinitam suam perhibuit Sapientiam & Majestatem, unde & Tertullianus de Deo nostro ait: *& ita Deus tunc maximè magnus, cum homini pusillus.* Quæ veritas etiam in ipsis artificialibus patet: siquidem artifex quisquam tanto ingeniosior reputatur, magisque scientificus, quanto majorem molem in angustiori loco restringere novit; ad quod alludens S. Thomas inquit: *videmus enim, quòd artifices quanto sunt in arte sculpendi perfitiores, tanto sculpunt imagines subtiliores, sic ad demonstrandam Sapientiam Spiritus Sancti sub minima specie sacramenti, facile esse facit totum Corpus Christi.* Locoque idem alibi ait; *fracto demum sacramento, ne vacilles, sed memento, tantum esse sub fragmento, quantum toto tegitur.* Id quod ante hunc S. Doctorem, ejusdem præceptor Alb. Magnus in quodam sermone expresserat, dum ait: *quantocumque parvia sit species illa panis, ibi est totum corpus Christi per conversionem sanguis per connexionem, anima per conjunctionem, & Deitas integra per unionem.* Vel minimus, vixque visibilis hostiæ consecratæ atomus, sufficiens est, qui non modò animam sed & corpus satiet, nutriatque illius, qui devotè illum participat, quemadmodum multis accidit servis Dei. Unde etiam in quadam secreta Feriæ quartæ resurrectionis Ecclesia legit: *Sacrificia Domine paschalibus gaudijs immolamus, quibus Ecclesia tua mirabiliter & pascitur, & nutritur.* Id quod S. Bernardinus considerans, inquit: *mirabile est, quod corpus Christi tam magnum posset in tam parva hostia contineri, cum imaginatio nostra minimè intelligere posset, majus, infra minus corpus totaliter contineri.* Porro ad propositum nostrum id adaptare possumus, quod D. Chrysologus de incarnatione tradit, inquiens: *stupet Angelus, totum Deum ventre intra virginalis uteri angustias, cui tota simul angusta est creatura*; in uterum inquam illum, qui Spiritus Sancti ejus sanctuarium, de quo scriptum est: *emissiones tuæ Paradisus.* Sed longè prodigiosius est, eumdem illum Deum sub panis atomo, vinique gutta recludi, ubi ut Angelicus Doctor ait: *nulla rei fit scissura, signi tantum fit fractura, qua nec status, nec statura signati minuitur.* De quo & S. Anselmus ait: *una est hostia, non multæ, quomodo una, & non multæ? quoniam in multis locis offertur, multi Christi sunt? nequaquam, sed unus ubique Christus, & hic plenus existens, & illic plenus.* Idem namque Salvator cum eadem infinitate, majestate, & immensitate, in minimo hostiæ reperitur fragmento, qui ad dextram residet Patris, cumque eadem latitudine & dimensione, quam in omnibus Christianismi pollidet hostijs, & quantumvis in innumerabilia fragmenta dividatur hostia, in quolibet integritas reperitur Sacramenti, siquidem *non confractus, non divisus, integer accipitur.* Id quod S. Bonaventura his docet verbis: *quando dividitur hostia, non dividitur corpus, sed sub qualibet specie, totus Christus.* Quam eamdem doctrinam his pariter verbis expressit Albertus Magnus, *in quascumque partes forma frangatur totus & integer Christus, vivus & sanus in corpore, Spiritu & anima, Deitate plena, remanet sub qualibet parte, & antequam frangatur, non est nisi unitas & indivisus sub tota forma integra.* Quam doctrinam per similitudinem confirmat, à speculo desumptam, quod in plures partes ruptum, secundùm omnes imaginem repræsentat objecti oppositi. *Cum corpus Christi* (verba sunt S. Bernardini) *in qualibet particula hostiæ totum sit, ea in plures partes divisa, non tamen corpus Christi dividi potest, sed in qualibet particula manet totum. Hujus ratio, est ineffabilis unio, scilicet hominis & Dei, carnis & Verbi, unde sicut Verbum Dei totum ubique est, ac totum replet cælum & mundum, indivisum manens; sic dedit corpori, quod assumpsit, & sibi in unitate personæ univit, esse posse in multis locis, & in se consumptum manere.* Porro Rupertus Abbas, idem stabiliturus argumentum, similitudinem adducit ab igne desumptam, inquiens: *Sicut ignis, scilicet divisus in partes, mutuati tamen luminis detrimenta non novit, sic panis iste solemni fractione divisus, non minus in singulis partibus, quam in toto, habet sacramenti ac virtutis.*

S. Bonav. t. 7. de comp. sb. ver. d. 6. c. 14. Alb. Mag. ser. 12. de corp. &c. Tert. l. 2. con. Marc. c. 2. S. Thom. op. 58. c. 13. Licet hostia dividatur in multas partes, in omnibus tamen integer est Christus. S. Bonav. Ibid Alb. Mag. de Euch. t. 21. dist. 3. tr. 3. c. 7. Alb. Mag. ibid. ser. 13. S. Bernar. T. 2. ser. 54. a. 2. c. 2. D. Chryst. ser. 142. Cant. 4. v. 13. S. Ansel. de sac. alt. c. 12. S. Bero. Ibid.

6. Hugo Victorinus ad utramque consecrationis speciem se reflectens, sequentem instituit discursum: *Nec pars sub specie panis, & pars sub specie vini, sed totus hic, & totus ibi, non pars in parte, sed totum in parte. Videtur pars una, & quasi pars esse videatur, & totum ibi est; & pars altera videtur, & idem totum est; totum hic, & totum ibi, nec minus in parte, quàm in toto, nec majus in toto, quàm in parte; & qualescumque partes fecris, totum in singulis est. Nec miveris, opus Dei est. Si in diversis locis potest esse unus quare non in singulis partibus potest esse totus.* Quàm eamdem doctrinam sanct. Thomas de Villa nova, in prima super Eucharistiam concione adducens, ait: *Ibi divisio accidens, substantia non dividitur, sed sub qualibet speciei particula, integra perseverat, neque sicut in confracto speculo, diversarum partium integra quidem, sed alia imago est, ita in sacramento; sed una eademque substantia, in pluribus indivisa, reponitur.* Qui idem Sanctus aliam quamdam considerabilem hostiæ divisæ, ejusdemque fragmentorum circumstantiam his verbis subnectit: *Ibi etiam corporis Dominici partes, quæ in ordine ad locum, nullum habent ordinem; quia simul sunt, habent ordinem ad se invicem; & ad totum quia confusæ non sunt; Collo enim caput nectitur, non pedi; & brachio manus uniuntur, non capiti.* Quod idem documentum S. Bernardinus nobis exhibet, dum inquit: *Consimili modo, cum corpus Christi ipsa hostia majus sit, nihilominus tam infra parvam hostiam continetur, non tamen contractum, sed ita magnum atque perfectum, sicut est in Cælo.* In utero quidem virginali, Christi corpus, situs illius se adaptabat angustijs, quoniam *verbum abbreviatum*; in Eucharistia autem quantumvis corpus sub imperceptibili hostiæ atomo absconditur, nihilominus inibi cum eadem existit magnitudine, qua ad dextram Patris residet, Idque S. Doctor à pupillæ nostræ proprietate probat, inquiens: *Visio cum in parva pupilla oculi sit, tamen cum ea maximi cernuntur montes.*

Hug. Vict. or. ibid. spec. Eccl. c. 3. In S. Eucharistia Christus est totus in tota specie panis, & totus in qualibet ejus parte. S. Thom. de Villa Nov. B. Bern. ib. Non contractus, sed ita integer sicut est in Cœlo. S. Cypr. de Cœn. Dom. Panis Eucharisticus non consumitur à multitudine illum sumentium: S. Bern. ibid. S. Anselm. de sac. alt. c. 12. Salm. ib.

7. *Mirabilium.* Verè equidem stupendum, quia ut S. Cyprianus inquit: *Nulla panem hunc multitudo consumit, nulla antiquitate veterascit, quin potius*, juxta D. Thomam, *sumit unus, sumunt, mille, quantum isti, tantum ille, nec sumptus consumitur.* Id quod & S. Bernardinus confirmat, inquiens: *Non augetur extransubstantiatione, nec minuitur ex perceptione.* In cujus probationem, testimonium adducit S. Augustini de consec. dist. 2. c. invitat. inquientis: *Quando manducatur; reficit, sed non deficit; manducatur Christus, vivit manducatus, quia surrexit occisus. Per partes manducatur in sacramento, manet integer totus in cœlo, manet integer totus in corde tuo.* Quam veritatem S. Bernardinus hac elucidat similitudine, dicens: *Sicut homo, cum comeditur à Leone, anima ejus non consumitur, sed tantum corpus; sic cum hostia similiter à sacerdote, non consumitur corpus Christi, sed tantum panis species.* Insuper nostro post mortem corrupto corpore, integra & absque ulla sui diminutione, ab eodem separatur anima; ita quoque consumptis speciebus sacramentalibus, non minuitur corpus Christi; sed nec recluditur amplius in illis. Ideoque S. Andreas Apostolus quondam ad Tyrannum dixisse perhibetur: *Agnus iste postquam à fidelibus est comestus, integer remanet atque vivit. Sicut gemma virtutem suam effundit, & tamen non minuitur, sic etiam corpus nos pascendo, non minoratur.* Discursus hic totus ex S. Bernardino desumptus est. Cui persimilem doctrinam B. Laurentius Justin. assignat, dum sacramentum hoc inalterabile esse probat in hæc verba: *Nullam divinitatis seu humanitatis suæ patitur detrimentum, cum dentibus premitur, attrectatur manibus, loco circumscribitur, mortali copulatur corpori, diversisque in Ecclesijs consecratur. Est enim idem in numero, ipse in gloria, non mutatus in essentia, non minoratus in forma, non multiplicatus in specie.* S. Anselmus quoque hoc punctum tetigit, manducari à Deo, vel à fervis suis patrata tandem aliquando finem acceperunt; factaque fuerunt semel aut sæpius, non tamen continuatè per omnia sæcula: At verò Eucharistiæ *memoriam fecit, & non defecit, sine intermissione mirabilia parando, hoc enim est, quod dicit: Memoriam fecit mirabilium suorum, id est, non destitit per omnes generationes mirabilia operari.* Christus in Euchar. se nobis donat, & in se consistens, permanet. S. Cypr. in cœn. Dom. Alb. Magn. de Euch. dist. 2. tr. 3. c. 3. S. Bern. ser. de Euch. c. 3. S. Bonav. ser. 5. in Cœn. Dom. Hug. Vict. p. 8. l. 2. er. th. de sac. fidei c. 3. S. Bonav. ibid. Alb. Mag. ibid. ser. 13. S. Bernar. T. 2. ser. 54. a. 2. c. 2. D. Chryst. ser. 142. Cant. 4. v. 13. S. Ansel. de sac. alt. c. 12.

Rup. Abb. l. 7. in Gen. c. 32.

nimirum, quod *corpus Christi non augetur ex multarum hostiarum consecratione, nec minuitur ex hostiarum sumptione.*

S. Bonav. ibid.

8. *Mirabilium.* Ingens quoque prodigium est, quòd, licet Christus quotidie corpus suum innumeris fidelibus communicet, eisque semetipsum dono tribuat, donum nihilominus in sua semper integritate remaneat. *Æqua omnibus portio datur*, inquit S. Cyprianus, *integer erogatur, distributus non dismembratur.* Idem quoque miraculum Albertus Magn. memorat, dicens: *Hoc omnibus mirabilibus est mirabilius, quòd se nobis donat, & in se consistens permanet, quòd sumitur in cibum, & integer perseverat, quòd perseverat in nobis, in omnem sufficientiam corporis & animæ, & vitæ, & mortis, & gratiæ, & gloriæ, nihilominus est donator & donum omnium illorum.* S. Bernardus Salvatorem nostrum in cœna confiderans ait: *Nota, quòd Christus in Cœna illa sit munerans & munus, cibus, & cibans, convivа, & convivium offerens, & oblatio.* Hugo de S. Victore ipsum quoque in prima hujus sacramenti institutione expendens, ait: *Si ergo hoc esse potuit, ut ipse seipsum manibus gestaret, ipse qui dedit, & qui dabatur, qui portavit, & qui portabatur, idem esset.*

S. Cypr. in cœn. Dom. Alb. Magn. de Euch. dist. 2. tr. 3. c. 3. S. Bern. ser. de Euch. c. 3. S. Bonav. ser. 5. in Cœn. Dom. Hug. Vict. p. 8. l. 2. er. th. de sac. fidei c. 3.

9. *Mirabilium.* S. Bonaventura modum miraculosum, circa hujus panis productionem, his verbis meditatur: *Mirabilis modus producendi panem, qui pluendo de Cœlo descendit. Sic per verba transubstantialia, essenditur in verbis istis formæ sensibilitas, gratia multiplicitas, naturæ sublimitas.* In alio quoque loco, aliud memorat prodigium: *Quando*, inquit, *venetur hostia in manibus, & videtur oculis, corpus Christi nec tangitur per se, nec videtur, sed hæc tantummodo circa species fiunt; cum desinunt istæ formæ, tunc etiam desinit ibi esse corpus & sanguis Christi.* Sanctus Thomas de Villa nova circa hanc mirabilem transubstantiationem, hunc in modum discurrit: *De mirabili illa conversione quid dicam? Panis corruptibilis substantia, in gloriosam & incorruptibilem Christi carnem subito, nulla in Christi corpore facta mutatione, solo sacerdotis sermone convertitur, & cum nihil postmodum de substantia panis remaneat, panem in consecratione annihilari pia fidei institutio non concedit, sed converti, ita ut ex illo pane corpus Christi fiat, & verè sit sub panis speciebus, non per locimutationem, sed per conversionem substantiæ in ipsum.* Prodigiosa quoque est celeritas; qua hæc transubstantiatio perficitur. *Unoquoque momento*, inquit S. Anselmus, *in dextera Patris sedet in cœlis, & sacrificatur in mensa altaris; itemque uno & eodem momento; à Solis ortu usque ad occasum, ab Aquilone ad Austrum, præsto fit omnibus.* S. Bernardinus eamdem habet ponderationem, dum in hæc verba scribit: *Mirabile est, quod in tam brevi momento, sicut dum proferuntur consecrationis verba, possit transire Christus de cœlo empyreo ad altare, quod inæstimabiliter ab eo distat; hoc autem possibile esse declarat Augustinus super Geneſin ad literam, dicens: quòd sicut oculus noster cum subito aperitur, visibile quamtumcumque distans transitu velocissimo usque ad oculum transit, nec citius cernuntur sydera proxima, quàm distantia; propterea non est mirandum, si corpus Christi virtute divina in tanta distantia, tam subito transit, cum Sol in instanti transmittit radios suos ab Oriente in Occidentem & è converso.* Idem quoque Sanctus aliud hujus sacramenti prodigium considerat, nimirum quòd, tametsi corpus Christi in innumeras hostias descendat, non tamen ob id, ab æterni Patris sui dexterea recedat. *Mirabile est*, inquit *quòd in hoc sacramento de cœlo descendit, nec tamen inde recessit.* Id qualiter possibile sit, per similitudinem ab Origene, dum super Matthæum scribit adductam, declarat, inquiens: *Dei Filius veniens in Virginem totus, totus remansit apud Deum Patrem: Sicut & veritas quam mente concipimus, cum eam docemus, tota remanet apud nos, & tota ad docentem transit.* Sol pariter à cœlo non recedit, & tamen suis radijs illuminat universum, eamdem semper in se retinens lucem.

S. Bonav. ser. 5. in Cœn. Dom. Aliæ SS. Patrum sententiæ de mirabili transubstantiatione panis, in corpus Christi. T. 7. de comp. theol. ver. l. 6. c. 14. S. Thom. de Villa Nov. B. Laur. Just. de Euch.

10. *Mirabilium.* S. Basilius se super illa Psalmistæ verba reflectit, dicentis: *Memoriam fecit mirabilium suorum, ejcam dedit timentibus se*; ubi idem Sanctus loco Ly *memoriam* legit *continuationem*; quasi diceret Psalmista; alia miracula à Deo, vel à fervis suis patrata tandem aliquando finem acceperunt; factaque fuerunt semel aut sæpius, non tamen continuatè per omnia sæcula: At verò Eucharistiæ *memoriam fecit, & non defecit, sine intermissione mirabilia parando, hoc enim est, quod dicit: Memoriam fecit mirabilium suorum, id est, non destitit per omnes generationes mirabilia ope-*

S. Basil. in Scholijs. Miraculum illud continuabitur usque in finem mundi.

rari. Unum quidem ex majoribus portentis, quæ in antiquo Testamento acciderunt, fuit, quando Josue Solem stare fecit, *obediente Domino voci hominis*: At verò in hoc sacramento Sol justitiæ Christus jam à mille sexcentis, & amplius annis quotidie obedit verbis sacerdotis, corpus suum sacratissimum de cœlo descendens (*hic est panis, qui de cœlo descendit*) captivando inter angustas panis & vini species. Ex his itaque & aliis omnibus admirandis & stupendis Eucharistiæ prodigijs, cum Hugone de Victore concludere possumus, dicendo: *Mirum sed verum: Nec tamen mirum est respectu facientis. Quid enim mirum, si Omnipotens mirabilis miranda operatur.*

Ioſ. 10. v. 14.

Hug. Vict. erud. Theol. 3. Spec. Eccl. c. 7.

TRACTATUS XXVII.

DE BONO VEL MALO EXEMPLO ET SCANDALO.

CONTINET

DISCVRSVS XV.

DISCURSUS I. Bonum exemplum auget numerum fidelium in Ecclesia, impiosque ad Deum convertit & reformat.

II. Plus persuadent opera quam verba, & ideo illa præcedere debent, ut hæc suam apud auditores efficaciam habent.

III. Si boni illius, quod persuadere volumus, aliquod in nobis præmittamus exemplum, auditori illud facilius persuadere & imprimere poterimus.

IV. Bonum exemplum magnæ est utilitatis & necessitatis, præcipue in ijs, qui in Regimine & superiotate alijs præsunt.

V. Caput communitatis velut exemplar & idæa subditis prælucere debet in virtutibus, siquidem hi, ad ejus exemplum, quod magnæ est apud illos efficaciæ, oculum directum habent.

VI. Exemplum Christi difficilem virtutis viam facilem reddidit, ad quam facilitandam, aliorum quoque exempla plurimum conferunt.

VII. Scandalum nidus est omnis malitiæ, & zizania à dæmone seminata, quibus infernus aperitur; suntque scandalosi veluti ligna ignem infernalem nutrientia.

VIII. Considerantur pœnæ & supplicia, in Scriptura sacra scandalum dantibus comminata, nec non varia pœnarum scandalum præbentibus inflictarum exempla.

IX. De supplicijs & pœnis Superiorum, qui malo exemplo subditis præeunt, magnaque damna inferunt.

X. Scandala Principum tam sæcularium quam Ecclesiasticorum ad subditos transmittuntur, cum irreparabili horum præjudicio, propter quod Deus illa summopere detestatur.

XI. Scandalosi causæ sunt & ruinæ multorum, ac proinde tamquam culpabiliores à Deo castigari merentur.

XII. Mala exempla, laquei & retia sunt dæmonis, quibus animas deprædantur, quæque naturæ nostræ depravatæ facillime imprimuntur.

XIII. Nonnullæ adducuntur rationes, ob quas scandalum præbentes ex mente S. Pauli specialiter in Christum peccare dicuntur.

XIV. De solicitudine, quam varij servi Dei habuerunt, de edendis bonis exemplis, arcendisque proximorum scandalis.

XV. Apud Deum non sufficit recta nostra conscientia, si in operibus nostris exterioribus, alijs scandali occasionem præbeamus, variaque considerantur divinæ justitiæ supplicia scandalosis immissa.

DISCURSUS I.

ARGUMENTUM.

Bonum exemplum auget fideles in Ecclesia impiosque ad Deum convertit & reformat.

THEMA.

Charissimi, obsecro vos . . . abstinere vos à carnalibus desiderijs, . . . conversationem vestram inter gentes habentes bonam, ut . . . ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum, &c. 1. Pet 2. v. 11. 12.

Bonum exemplum, optimum medium ad convertendum infideles.

1. S Petrus Apostolorum Princeps tamquam vigilans pastor dispersum gentilitatis gregem in præruptis vitiorum, & idololatriæ oberrantem ad Ecclesiæ ovile solicitè reducere volens; unicum ad id obtinendum censuit esse medium; si fidelibus efficaciter persuaderet bonum coram gentilibus edendum bonæ conversationis exemplum, ideoque in prima epistola, inquit, *charissimi obsecro vos &c.* quia ut Glossa ait: *Plerumque contingit, ut pagani, qui vituperabant fidem Christianorum; postea considerantes bonam eorum conversationem Christum laudare incipiant.* Sic enim, ut ex historijs constat, gentiles eos, qui Evangelium sectabantur: de quibusvis execrandis hominibus calumniosè accusabant, eosque tamquam Deorum suorum inimicos abominantes, omnium calamitatum & æ-rumnarum Rempublicam prementiū causam esse existimabant: At verò occulte immaculatam & exemplarem illorum vitam considerantes, & admirantes, ut S. Petrus ait, ab errore resipuerunt, Deoque corda illorum tangente falsas Sectas suas abjurarunt, seque suavi legis Christi jugo, libenter subjecerunt, ac proinde idem S. Petrus ait: *Ut in eo, quod detrectant ... tamquā de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes glorificent Deum in die visitationis*, quem textus Dionysius Carth. exponens ait: *Opera vestra, evidenter excellenterque virtuosa pensantes, & ex eis ipsa veritate convicti, bonos vos esse recognoscentes sanctitatem Domini pensent, ac faveantur in die visitationis, cum corda eorum irradiaverit, & visitaverit gratia Spiritus Sancti, dum ex prædicta consideratione compuncti fuerint & conversi.*

1. Petr. 2. 12.

Dion. Carth. ibid.

2. Tertullianus de Christianis sui temporis ita scribit: *Si Tiberis ascendit in mœnia, si Nilus non ascendit in arva, si terra movetur, si fames, si lues, statim Christianos ad leonem.* Apud gentiles Christiani, Barbari & inhumani reputabantur, utpote carnium & corporis comestores Numinis à se adorati; mysterium siquidem ignorabant Eucharistiæ, totque alia fidei nostræ imperscrutabilia sacramenta, ideoque per 300. annos usque ad Constantinum Magnum exosi, & execrabiles fuere Christiani à potiūmis paganorum. Propterea S. Blandina inter asperos cruciatus, ut malitiam falso contra Christianos ab infidelibus excogitatam propalaret, exclamare non dubitavit: *Christiana sum, & nihil apud nos male agitur.* Idcoque S. Petrus Neophytos fideles, ut calumniatrices gentilium linguas in omnibus operationibus suis per exemplum bonum ligent atque confundant, exhortatur, dicens: *Charissimi obsecro vos &c.* Circa quæ verba ita discurrit Cajetanus: *Mandat Petrus, ut honestis moribus vincant obloquutiones detrahentium, ut hæc sit quædam præparatio incredulorum ad glorificandum Deum, cum Deus visitaverit illos.*

Tertull. Apol. 40. Omnes Calamitates olim falsò imputabantur Christianis à paganis.

Sed per bonam illorum conversationem confundebantur. Cajet. ibid.

3. Verbi incarnati Secretarius, de Ecclesiæ agens stabilimento in Eucharistiæ institutione, quando Christus Apostolos ordinavit sacerdotes eisque dogmata tradidit essentialiora, historiam his exordiritur verbis: *Sciens Jesus, quia venit hora ejus &c.* quæ verba ita explicat Theophylactus: *Hoc est, quod convenidisset ei salutem fidelium, & debeat nunc omnia, quæ ad salutem eorum pertinent, monstrare eis, cæpit lavare pedes discipulorum.* Cur obsecro increata, atque incarnata Sapientia manibus, quæ Cœlum distenderant, & illuminarant, pedes lavare voluit discipulorum, rationem Salvator ipse his indigitat verbis: *Exemplum dedi vobis, ut, quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis*, q.d. summa & perfectio totius vitæ Christianæ, animarumque salutis in bono consistit exemplo. Deus olim Duce Gedeone populo suo victoriam destinans, contra implacabiles Israelitarum inimicos Madianitas milites, manibus gestare voluit pocula testacea inclusis in-

Christus discipulis suis lavit pedes, ut illis præberet Bonum exemplum. *Ioan. 13. v. 1. Theophyl. ib.*

Ioan. 13. v. 15.

tra ipsa lampadibus aliquot, quarum lumen ruptis vasis inter mutuas collisiones compareret: *Cumque per gyrum castrorum in tribus personarent tubis, & undique confregissent, tenuerunt sinistris manibus lampades, & dextris sonantes tubas, clamaverunt gladius Domini & Gedeonis.* Ita quoque Dei Filius, cujus typum magnus ille Dux gessit; Filius inquam Dei, qui *non venit pacem mittere sed gladium*, gentiles idolatras nominisque Christiani inimicos domiturus, quo putatis usus fuerit remedio? juslit, ut multi fidelium in suppliciorum carnificina corporum suorum rumperent argillam, id est, in confessione fidei constantes perseverarent, & prædicationis Evangelicæ tubas insonarent, maxime autem ut accensarum lampadum, id est bonorum exemplorum splendore alios illustrarent, *vide*, inquit Origenes, *quia electi milites Dei cum lampadibus pugnant, sic enim Christus eos armaverat dicens: [Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris]*; & iterum, *[sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona;] taltibus ergo lampadibus pugnare decet milites Christi luce operum refulgentes, & splendore gestorum.*

Judic. 7. v. 20.

Lampades Gedeonis, designant bonum exemplum. *Matth. 10. 34.*

Orig. Hom. 9. in Judic.

Luc. 12. 35. Matth. 5. 16.

4. In primitiva Ecclesia quando Divina Providentia magis quam umquam aliàs Religionis Catholicæ ursit propagationem, certo equidem cœlestis agriculturæ vinea, maxime à scandalis expurgata floruit, optimisque abundavit virtutum palmitibus & sanctitatis fructibus magis quam in reliquorum sæculorum progressu; noverat namque Deus, quantum lucrum, quantamque opem infidelium conversioni subministraret, exemplaris sequacium ejus vita. Qualem fedem Archangelus Gabriel ex supremi consitorij ordine, Verbo promisit incarnato? *Dabit ille Dominus sedem Deus Patris ejus, & regnabit.* At verò quando umquam hoc sceptro potitus est Messias? num forsitan in Bethlehemitico nativitatis suæ stabulo? aut vero in Calvariæ monte in virtute tituli illius, ludibriosi cruci superimpositi? minime equidem; Et ideo Beda dictum Textum de Ecclesia explanandum censet, utpote in qua usque ad sæculorum finem est regnaturus. Pro cujus intelligentia modus observandus occurrit, quem Rex David prinsquam Regni sui caperet possessionem, legitur tenuisse: *Factum est autem*, inquit facer Textus: *Postquam mortuus est Saul, ut David reverteretur à cæde Amalec.* Non enim fine causa David dicitur stravisse Amalecitas; prinsquam Regnum capesseret; Enimvero licet prius Gygantem attriverit Goliath, oppugnarit viceritque Philistæos multasque alias reportarit victorias, nihilominus ad sceptri illius gubernationem & possessionem sublimatus fuisse non dicitur, nisi postquam universum Amalech extinxit; *vis autem scire*, inquit Origenes, *quoniam non transitur ad terram sanctam, neque pervenitur ad Regnum, nisi vincatur Amalec? David cum multa bella gessisset, non tamen scribitur obtinuisse Regnum, nisi prius edomuisset Amalec, ait enim Scriptura: Et egressus est David, postquam cæcidit Amalec, & suscepit Regnum Saul. Amalec, à declinando populos à Deo nominatur*; Amalec enim contra populum Israël pugnabat, nō armis, sed scandalis & malis exemplis, incitando illum ad idololatriam, & ad offensas Dei provocando; unde David tamquam Rex sapientissimus Regnum suum stabiliturus, prius Amalech profligat, & ante omnia exstirpatis scandalis, bona in subditis exempla introducit, atque hinc se securum pacifici & optimi regiminis assecuturum se esse sperat progressum, hæc autem *omnia in figura contingebant illis*; idem namque etiam Christus pro dilatando & stabiliendo Ecclesiæ suæ Regno fecit maximè in nascentis Ecclesiæ primordijs; maximam namque curam adhibuit, ut dissolutorum & licentiosorum hominum scandala & abusus tolleret, efficeretque ut in fidelibus suis morum exemplaritas efflloreret.

1. Reg. 1. v. 1.

David sceptrum regni non sumpsit, nisi percusso Amalech, & quæ hujus causa. *Orig. Hom. 9. in Num.*

Primitiva Ecclesia plurimum floruit bonis exemplis.

5. S. Leo Magnus, qui quatuor post sæculis vixit, eo tempore quo hæresis varijs in Provincijs pedem fixerat, quoad poterat, in quovis loco, præcipue vero hic Romæ, bonum exemplum, veluti unicum tanti mali remedium fidelibus persuadere, & inculcare satagebat; unde ait: *Licet omnem Ecclesiam, quæ in toto est orbe terrarum cunctis oporteat florere virtutibus, vos tamen præcipuè inter cæteros populos decet meritis pietatis excellere, quos in ipsa Apostolicæ petræ arce fundatos, Dominus noster Jesus Christus cum omnibus redemit, & B. Apostolus Petrus præ omnibus erudivit.* Quando in Africa cum tanto integritatis veræ fidei dispendio Donatistarum perfecutio effervescebat, jamque Dona-

S. Leo Papa contra hæreses ursit bona exempla fidelium. *S. Leo serm. in anniv. Assumpt.*

Baron. An. 348. n. 20.

tus Episcopus, innumeros pervertisset, eorumque animos, suis imbuisset erroribus. Constans imperator duos viros sanctissimæ vitæ, summaque pietate prædotos, Paulum videlicet, & Macarium velut Legatos suos illuc misit, simulque cum illis copiosissimas illuc eleemosynas ablegavit, sub prætextu eorum paupertatem sublevandi, revera tamen ut populum hoc modo liberalitate sua beneficijs affectum ad unionem cum Ecclesia Catholica ineundam alliceret & provocaret, accidit autem, quod dum Legati Imperatoris justa exquerentur, Donatus se illis inverecundè opposuerit, Principis illius famæ graviter detrahendo, & velut alter Judas contra ejusdem liberalitatem fremendo & murmurando, inter cætera vero suis præcepit, ne quisquam pecuniam ab Imperatore Catholico transmissam recipere præsumeret; at vero quid tandem evenit? omnino videlicet oppositum illius quod Donatus machinabatur, populus namque oculos magis autem cor suum aperiens ad videndam, & considerandam Constantis pietatem; Impossibile esse dicebat quin fides quam Imperator profitebatur verissima, & indubitata esset, utpote quæ cum tanta compassione & charitate conjuncta erat: econtra vero Donatistarum Sectam falsam atque hæreticam esse dixerunt, utpote qui ex operibus misericordiæ, quæ à sanctis viris illis profusis manibus fiebant scandaliz abantur & pervertebantur.

Constans Imperator bonis exemplis & eleemosynis convertit Donatianos.

6. Si quis S. Pachomium etiamnum juvenem & idololatram in exercitu Licimi truculentissimi Ecclesiæ persecutoris militantem vidisset, quemnam obsecro de ipso formaturus fuisset conceptum? & tamen tandem innumerabilium monachorum factus est Patriarcha, quibus Regulam quamdam cœlitus per manum cujusdam Angeli à supremo Legislatore missam præscripsit. At vero quodnam præcipuum conversionis suæ motivum existit? nimirum postquam in civitatem Thebanam cum alijs quibusdam militibus venisset, Christianorum erga illos, qui ad mortem usque eos persequebantur charitatem conspiciens & admirans, quinam essent, & qualem profiterentur legem, interrogavit ac tandem interius à Deo illustratus, hanc veram Religionem esse omnino sibi persuasit sanctumque Baptismi lavacrum suscepit. Ven. Beda de S. Albano olim in Anglia idololatriæ dedito, postea vero martyrij Laurea coronato, refert, quod dum cuidam Clerico persecutionibus infidelium exagitato, in domo sua charitativum exhibuisset hospitium, vidissetque eumdem tota nocte orationibus intentum, bonis alijs operibus deditum, exinde in animo suo commotus ad fidem conversus fuerit, mutatoque cum ipso habitu clericali, martyrij cruciatibus, Clerici loco se expōsuerit, ipsumque carnificem suum palmæ suæ habuerit consortem. Porro veritatem hanc, scilicet, quod bona exempla infideles ad redeundum in Ecclesiæ gremium excitent, D. Chrysostomus his verbis confirmat: *Si manum non contineas, neque impudicam coerceas linguam, qua ratione admirabitur is, qui gentilis est, nostræ fidei dogma, neque enim ex verbis dogmata, verum ex ipsis rebus atque vita, gentiles judicare consuevertunt.*

S Pachomius idololatra bonis Christianorum exemplis conversus est ad Christum. *Baron. An. 316. n. 27.*

Item S. Albanus Martyr. V. Beda Hist. Anglic. c. 7.

D. Chrysost. Hom. 4. ad Titum.

7. Notissimum est omnibus exemplum illud à Rodriguez relatum, quod in Indijs contigit, dum enim quidam Pater Societatis Jesu magno cum fervore Evangelium prædicaret, nostræque Religionis veritatem ingenti populi multitudini efficacissimis argumentis imprimere satageret, unus ex circumstantibus per contemptum in faciem ejus exspuit, ille vero exinde nihil turbatus, sordes sudario suo è facie abstergens, prædicationem suam ardenter est prosecutus; domum vero reversus quidam ex auditoribus eum fecutus coram ipso se prostravit, dicens: Hunc virtutis actum plus ad ejus conversionem cooperatum fuisse, quam doctrina & facundia, qua ipsis veritatem edocere conatus fuerat: Siquidem secum hunc in modum ratiocinabarur, impossibile est, quin doctrina, quæ tantam docet patientiam, tantamque humilitatem cœlestis non sit. Ad idem quoque propositum adduci potest, quoddam à S. Bernardo, suis Monachis traditum consilium, qui cum ad silentium observandum astricti essent, sanctoque viro Dei dicerent, se silentium observando nullum alijs sodalibus suis voce & ore præstare posse emolumentum. S. Abbas respondit: *Ad quod ego: Non deerit certè quod facias, tantummodo charitas fraterna non desit; nullum ego consilium melius arbitror, quam si exemplo tuo fratrem docere studeas, quæ oportet, & quæ non oportet fieri, provocans eum ad meliora, & consulens ei, non verbo, ne-*

Rodriguez. p. 2. Tr. 3. c. 29. Etiam quidam Indus exemplo patientiæ cujusdam Patris è societate Jesu.

S. Bern. ser. 2. de Advent. S. Bernardus pluris fecit bona exempla, quam verba.

que lingua, sed opere & veritate. S. Paulus dilectum Discipulum suum Titum; qui gentes in vitijs induratas, & idololatriæ tenebris supra modum excæcatas ad Religionem Christianam conversurus erat, de modo id faciendi erudire volens; ita scribit: *Tu autem loquere, quæ decent, sanam doctrinam; Senes ut sobrij sint,* Tit. 2. v. 1. Ibid. v. 2. postquam vero plura alia modum vitia exstirpandi concernentia tradidisset, tandem hisce verbis concludit: *In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum;* Ibid. v. 7. quæ verba D. Chrysostomus ita exponit: *Sit omnibus doctrina exemplarque virtutis tuæ speculum vitæ, quod omnibus proponitur ad imitandum.* D. Chryf. ib.

8. Laurentius Surius de S. Luciano Martyre refert, quod multos infideles per suam vitæ modestiam, exterioremque morum compositionem ad fidei nostræ veritatem agnoscendam induxerit; Unde Maximianus Imperator pro tribunali sedens, ut illum ad martyrium condemnaret, timensque ne idipsum quoque sibi eveniret, ipsum procul ab oculis & conspectu suo collocari præcepit. Prudens ille paterfamilias Evangelicus à servis suis interrogatus, an expediens futurum esse existimaret, si zizania à tritico separarent, sine ulla hæsitatione respondit: *Non, ne forte colligentes Zizania eradicetis simul cum eis & triticum,* Deus enim mirâ sua providentia servos suos vitæ exemplaritate conspicuos nonnumquam imperiorum hæreticorum, & infidelium zizanijs commisceri permittit, ut hi, à boni exempli efficacia convicti convertantur. S. Augustin. usque ad ætatem 33. annorum pessimum lolium fuit, at vero quando ad triticum, id est, ad S. Ambros. propinquius accessit, ipse quoque in optimum tritici semen transmutatus est, factusque maximus Ecclesiæ Doctor; Unde ipsemet ad hoc propositum ait: Multi primo zizania sunt, & postea tritieum fiant. Propheta Regius temporum suorum, in quibus impietas triumphabat, miserium deplorans ait: *Diminutæ sunt veritates à filijs hominum, Vana locuti sunt unusquisque ad proximum suum, labia dolosa in corde & corde locuti sunt; Disperdat Dominus universa labia dolosa;* totus namque mundus, eo tempore tanta erat impietate imbutus, ut ipsemet David in universali inundantium iniquitatum diluvio naufragium timeret, ac proinde Deum his verbis precabatur: *Salvum me fac Domine,* at vero quænam erat præciputa hujus corruptelæ causa? *Quoniam defecit Sanctus,* q. d. non est, qui bono impijs præluceat exemplo, indeque fit, quod iniquitas passim & ubique abundet, & orbem inundet. Est enim hominis virtuosi bonum exemplum summæ efficaciæ ad hoc, ut gentem etiam ferocissimam ad virtutem amplectendam permoveat.

Matth. 19. v. 29. Psalm. 11. v. 2. 3. 4. Defectu bonorum exemplorum, abundat iniquitas. Psal. 11. v. 2.

9. Multi olim in Babyloniæ lacu quodam recluſi tenebantur Leones, qui multis diebus fame emaciati fuerant, ut S. Prophetam Danielem in eumdem lacum immissum tanto avidius & ferocius invaderent devorandum; & tamen dum sanctum hunc Prophetam præsentem conspicerent, fame potius mori quam pilum capitis ejus lædere maluerunt; cum tamen contra, mox ut æmuli ejus in eumdem lacum immissi fuerant, ab ijsdem in momento fuerint devorati. S. Ambrosius ait: Hasce feras ipsum quoque jejunantem videntes, ejus exemplo ad pariter jejunandum fuisse permotas; unde majus miraculum fuit, inquit idem S. Doctor, quod prandium ab Habacuc Danieli allatum Leones non invaserint; *Quid de puero Daniele loquar,* inquit, *qui tam sapiens, ut inter Leones fame exasperatos, nulla bestialis sævitiæ formidine frangeretur, ita alienus à metu, ut posset epulari, nec vereretur, ne ad pastum exemplo sui feras provocaret;* Quot olim fuerunt carnifices, qui manus suas actualiter in innocenti Martyrum sanguine, velut totidem feræ cruentabant ad veritatem à Martyribus annunciatam surdi & obstinati, nihilominus tandem à virtute, & heroicos Martyrum factis provocati, ad fidem conversi sunt, factique glorioſi, & constantes Christi confessores.

Dan. 14. S. Daniel in lacu leonum jejunans, leones quoque jejunare docuit. Ambr. l. 2. de offic. c. 4. Carnifices Martyrum eorum exemplo conversi sunt.

10. Valde considerabilia sunt illa verba in sacris Canticis, quibus sponsa, quæ Ecclesiam præfigurabat, cœlestem amatorem suum affatur dicens: *Trahe me post te, curremus in odorem unguentorum tuorum,* circa quæ verba observandum, quod sponsa primitus in numero singulari loquatur, dicens: *Trahe me,* postea vero in plurali, dum ait: *Curremus.* Quoniam vero spectat hæc à sponsa observata sermonis differentia? *fiste ne,* inquit S. Bernardus, *sponsa indiget trahi & adolescentulæ non indigent; edisserere nobis hujus distinctionis rationem: Trahe me ais: Quære me, & non nos,* Paulo post vero examinatis prolixe quibusdam rationibus ita concludit: *Voluntarie & cum omni alacritate curremus; non curram ego sola, si solam me trahi potierim, current, & adolescentulæ mecum, curremus pariter, curremus simul, ego odore unguentorum tuorum, illæ meo excitatæ exemplo.* Sic quoque videmus quotidie in Ecclesia Dei, quod homines virtuosi & exemplares, multos impios ad divinum servitium tandem perducant, atque è barathro vitiorum eripiant &c. S. Paschasius de S. Matthæo post conversionem suam multis publicanis convivium præparante, ita ait: *In domo ejus quæ fuerat cellarium fraudis, & spelunca iniquitatis, fons pietatis emanat. Unius peccatoris conversio, multis exemplum præbuit pœnitentiæ.* S. Pasch. ib.

Sur Januar. 7. S. Lucianus Martyr bonis exemplis multos infideles convertit.

DISCURSUS II.

ARGUMENTUM.

Plus persuadent opera quam verba, & ideo illa præcedere debent, ut hæc suam apud auditores efficaciam habeant.

THEMA.

Exemplum esto fidelium in verbo, in conversatione. 1. Timoth. 4. v. 12.

1. COnsiderandum est, quod S. Paulus priusquam Timotheum, Discipulum suum ad dandum tam in sermone quam conversatione bonum exemplum cohortetur, primo hæc verba præmittat: *fidelis sermo & omni acceptione dignus,* & paulo post, quisnam hic omni acceptione dignus sermo sit, exponat dicens: *Præcipe hæc & doce,* sed quo modo præcipiendum aut docendum? *Exemplum esto fidelium in verbo, in conversatione, in charitate, in fide, in castitate.* Si enim proximos nostros ad virtutem provocare & exhortari, inque animis eorum timorem Dei, ut cœlo fructificent, inferere voluerimus, potius bonis exemplis, quam bonis verbis insistamus oportet; quemadmodum idem quoque Apostolus Titum hisce verbis exhortatus est: *Hæc loquere & exhortare, & argue cum omni imperio;* At vero inquies, quæ humilitatem inter mansuetudinemque Christianam, ex una, & imperium ex altera parte est connexio; siquidem hinc imperio se argui, illinc clementer hortari præcipit Apostolus; unde ait: *In mansuetudine suscipite insitum verbum?* S. Gregorius optime ad propositum nostrum respondet, dicens: *Hoc autem quod Discipulo Paulus ait: Præcipe hæc, & doce cum omni imperio, non dominationem potentiæ, sed authoritatem suadet vitæ quam dicatur; nam doctrinæ subtrahit fiduciam, quando conscientia præpedit linguam.* Unde & S. Matthæus de Christi prædicatione tractans ait: *Erat docens eos sicut potestatem habens, & non sicut Scribæ eorum & Pharisæi;* quod utique intelligendum non est, quasi talem accepisset à Synagoga, Concilijs, aut summis sacerdotibus authoritatem, sed quia hujusmodi à sanctitate vitæ ejus, cui suam associabat doctrinam, promanabat; & ideo alibi quoque dicitur; *Cepit Jesus facere & docere:* secus verò Scribæ & Pharisæi, *qui dicunt, & non faciunt.* S. Paulus monet Titum, ut doctrinæ adjungat bona exempla, 1. Tim. 1. 16. 1. Tim. 4. v. 11. & 12. Tit. 2. v. 15. Cum imperio docetur, cum prius agitur, quod docetur. Jacob. 1. 21. S. Greg. l. 25. mor. cap. 14. Matth. 7. v. 29.

2. *Exemplum esto fidelium;* Doctrinam hanc S. Prosper sacerdotibus specialiter appropriari autumat, dum ait: *Nulla alia sacerdotis doctrina debet esse, quam vita; satisque auditores possint proficere, si à Doctoribus suis, quod vident spiritualiter fieri, hoc sibi etiam simpliciter audiant prædicari.* Cujus nobis formam Verbum incarnatum dedisse videtur, utpote quod licet à primis vitæ annis conversionem animarum, prædicationem Evangelij, novæque legis gratiæ promulgationem exordiri potuisset, nihilominus teste S. Matthæo: *Exinde cepit Jesus prædicare, & dicere: Pœnitentiam agite,* quonam vero tempore illud *Exinde* inchoatum fuisse existimatis? Post triginta annorum spatium in operibus, exemplisque sanctis, nec non heroicis virtutibus consumptorum, tunc siquidem suum Christus os aperuit, ut pœnitentiam annunciaret. *Ex tunc cepit Jesus prædicare,* inquit Author operis imperfecti, *ex quo tentatus est, famem vicit in deserto, vanitatem sprevit in mente, vanam gloriam reperussit super Templum, ut nobis ostenderet, quod qui ventri suo contradicere potest, qui sæculi hujus bona contemnit, qui vanam gloriam non desiderat, ille debet Christi vicarius factas justitiam prædicare.* Quam veritatem S. Petrus Chrysologus docte confirmat, in sermone cui titulus est: *De Joanne Baptista prædicante, deque pœnitentia agenda;* ibi enim S. Prosp. lib. 1. de vit. contemplat. cap. 23. Christus non incepit docere, nisi post trigesimum annum exemplaris vitæ. Matth. 4. 17. Auth. op. imperf. ho. D. Petr. Chrysol. serm. 167.

enim hujusmodi format discursum; Quis efficacius jejunij & pœnitentiæ virtutem nobis imprimere potuisset, quam ille, cujus vita continuum extitit jejunium? *Doctor dicto faltoque, Magister verus, quod verbo adstruit, demonstrat exemplo, Magisterium stat de scientia, sed magisterij authoritas constat ex vita, docenda facions, obedientem perfect auditorem, docere factis sola est norma doctrinæ, doctrina in dictis scientia est, in factis virtus, scientia ergo illa vera est, quæ fuerit mixta virtuti, illa Divina est, non humana, Evangelista probante cum dicit:* Quia cœpit Jesus facere & docere. Act. 1. v. 1.

3. Regius Psaltes ait: *Dabit voci suæ vocem virtutis;* At vero quænam est hæc vox virtutis, de qua Prophetа hic loquitur? num forte est sonoritas vocis? aut vero energia in dicendo? vel denique linguæ ad persuadendum efficacis facundia? nequaquam, sed audite id exponentem S Bernardum, dum ait; *Memento voci tuæ dare vocem virtutis. Quid illud inquis? ut opera tua verbis concinnant, imo verba operibus, ut cures videlicet prius facere quam docere,* quibus verbis Abbatem quemdam instruit, cujus munus erat alios gubernare; & mox subdit: *Pulcherrimus ordo est & saluberrimus, ut onus quod portandum imponis, tu portes prior, & ex te discas, qualiter oporteat alios moderari, alioquin subsannabit te sapiens, utpote pigrum illum, cui labor sit manuum porrigere ad os.* Nescio an aliquando ad hoc vos reflexeritis, qualesnam videlicet fuerint illæ tabulæ legis, quæ diuturno tempore à populo Dei velut inæstimabilis thesaurus in arca conservatæ fuerunt, utpote quæ non fuerunt primæ; quia de his legitur, quod *Moyses valde iratus projecit de manu tabulas, & confregit eas ad radicem montis;* & tamen hæ digito Dei scriptæ erant (*scriptas digito Dei*) de secundis vero tabulis legimus, quod Moyses in easdem legem Dei descripserit: *Panem non comedit;* inquit sacer textus, *& aquam non bibit, & scripsit in tabulis verba fœderis decem.* Quidnam pro hujus dubij solutione respondendum esse existimatis: admiratione quippe dignum est, quod lex non solum ore Dei dictata, verum etiam digito ipsius scripta, in illis tabulis lapideis ad radicem montis Sinai confracta fuerit; tabulæ verò à Moysi conscriptæ permanserint illæsæ, atque in summa à populo veneratione fuerint habitæ. Pro resolutione igitur observandum, quod sacer textus prima vice non dicat de Hebræorum Legislatore, sicut in secunda, *quod cornuta esset facies sua ex consortio sermonis Domini:* Secunda vice, non vero prima, Moyses vultum luminosum & resplendentem præ se ferens tabulas portavit, lux autem & splendor boni exempli symbolum est; ideo enim Salvator noster ait: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est;* quando enim leges non solum voce, sed & facto præscribuntur, id est si adimpleantur & executioni mandentur, tunc minime dubitandum est, quin firmum pedem figent, & stabiliter persistent. Eusebius Gallicanus prædicta Salvatoris verba (*vos estis lux mundi, sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona &c.*) exponens ait: *Lux estis, & sermone & opere lucere debetis, magis autem operando, quam loquendo proficitis, quia major est splendor operis, quam sermonis; unde non ait: Ut audientes bonum vestrum sermonem, glorificent Patrem; sed quid ait? Ut videntes opera vestra bona, glorificent Patrem vestrum.* Psalm. 67. v. 35. Prælatus det voci suæ vocem virtutis, S. Bern. Epist. 210. Exod. 32. v. 29. Exod. 32. v. 19. Exod. 34. v. 28. Cur tabulæ legis à Moyse secundo scriptæ, conservatæ fuerint in Arca. Exod. 34. v. 29. Matth. 5. 16. Non sic SS. Doctores. Euf. Gallic. Hom. in cap. 5. Matth.

4. Ingeniosa est illa S. Petri Chrysologi, in ordine ad Philosophos morales antiquos, consideratio, qui vivis quidem rationibus, & argumentis convincentibus contemptum mundi, sequelam virtutis, & vitij fugam persuadebat, nec tamen quidquam inde apud auditores proficiebant: *Audiant,* inquit Chrysologus, *qui de bono mortis veterum vetusta volumina detriverunt, nihil tamen inde capere virutis, aut consolationis aliquid invenire valuerunt, quia & si totis eloquentiæ viribus ad tolerantiam mortis armarunt animos, siccarunt lachrymas, suspiria sustulerunt, nihil tamen, aut de spe certa, aut perpetua vita, aut de vera suis lectoribus salute conquisierunt.* Si vero Doctor causam examinat, cur doctrinæ illorum, cæteroquin ad intellectum convincendum efficaces, ad voluntatem tamen movendam, nec quidquam effecerint; dicit igitur: *Sed hæc talia cum dixerint, dicunt totam de sententia non de vita;* Non vero sic fuerunt Doctores sacri, scilicet S. Augustinus, S. Gregorius S. Ambrosius, S. Joannes Chrysostomus & similes alij, qui nullam in Scriptis suis suaserunt virtutem, quin prius in semetipsis eamdem practicarint; si propriæ vitæ contemptum pro salute proximi in Scriptis suis docebant, ipsi primi fuerant, qui vitam suam pro salute gregis sui vel pro defensione honoris Dei contumeliati, vel denique pro fidei confessione constanter exponerent. Optime igitur S. Hieronymus Nepotianum monet dicens: *Non confundant opera tua sermonem tuum, ne cum in Ecclesia loqueris, tacitus quilibet respondeat, cur ergo hæc quæ dicis, ipse non facis? delicatus Magister est, qui pleno ventre de jejunijs disputat, accusare avaritiam & lauro potest: sacerdotis Christi os, mansuque concordent.* Celebre est factum illud quod in sancti & Seraphici Francisci Assisinatis vita legitur, hic enim die quadam socio suo ait: *Exeamus ad prædicandum,* quo dicto aliquot civitatis plateas obibat, moxque ad conventum denuo redijt cui socius ait: *Ergone Pater sancte non prædicabimus?* cui Sanctus subintulit: *Jam de facto prædicationem nostram perfecimus;* illa namque religiosa morum compositio & modestia, qua per plateas eundo hominibus præluximus, salutaris quædam prædicatio fuit, qua omnes ad devotionem, & compunctionem permoveri debuerunt, prout re ipsa factum fuit, nam paulo post multi confluxerunt, qui habitu Religionis indui postularunt. Unde S. Bernardus in sermone de S. Benedicto merito ita scribit: *Sermo vivus & efficax, exemplum est operis, facile faciens suadibile, quod dicitur, dum monstratur factibile quod suadetur.* Vit. S. Francisci. S. Franciscus prædicavit exemplis bonis. S. Bern. in ser. de S. Benedicto.

5. Cathedra Synagogæ Hebræorum, ex qua populus in lege Divina erudiebatur, suum à Moyse nomen sortita fuit: *Super Cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi,* sed cur non potius sedes illa Cathedra appellabatur Aaronis, qui summus sacerdos fuit, & ad quem specialiter pertinebat populum erudire in rebus Religionem & provectum spiritualem concernentibus? præterquam quod Moyses frater ejus balbutiens, & elinguis erat? respondeo hoc quidem verum esse, verumtamen quantumvis Moyses in loquendo steriliis esset valde tamen in operando fœcundus erat; magisque facundus manu quam lingua, utpote qui manu prodigiosam circumferebat virgam, tales autem admirabili cum fructu suam diffundunt instructionem & doctrinam, illi inquam, qui plus manu, quam lingua loquuntur. Unde S. Gregorius Nyssenus hominis manus à Deo datas esse arbitratur, ut majori cum efficacia loqueretur, dicit namque: *Dedit homini manus, ut melius loqueretur.* Qui loquendi modus satis impertinens esse videtur, si namque dixisset S. Doctor, bono homini obtigisse organum: vocem sonoram, pectus capax, facile equidem intelligi potuisset; at manus quodnam linguæ possunt præbere subsidium? responderi equidem posset, gestus plurimam conferre verbis energiam & opem ad exprimendum conceptum internum, eumque vivaciter animis auditorum imprimendum; nihilominus etiam afferere licet, dictum Sanctum hoc loquendi genere usum fuisse, quia scilicet in manibus opera figurantur, quæ insignem verbis nostris colorem impertiuntur & efficaciam, ideo S. Leo Papa inquit: *Facilis ad exhortandum sit ratio, efficax ad suadendum; validiora tamen sunt exempla quam verba, & plenius est opere quam voce.* Matth. 7. v. 2. Synagoga dicitur Cathedra Moysis qui plus manu & exemplo quam verbo docebat. S. Greg. Nyssen. de opificio hominis c. 8. S. Leo serm. de S. Laur.

6. S. Carolus Borromæus naturalis neutiquam facundiæ claruit dono, balbutiebat, & necessarijs naturaliter ad prædicandum talentis destitutus erat; & nihilominus quia plus exemplo, vitæque sanctitate prædicabat, quam voce; verbum Dei sæpius annuncians, maxima cum aviditate audiebatur, stupendumque producebat fructum, licet cum Moyse dicere potuisset, *impeditioris & tardioris linguæ sum.* In principio contagionis, dum discurreret fusius, probaretque, quam necessarium foret, ut Religiosi alijque Ecclesiastici se exponerent, qui peste infectis sacramenta administrarent, subito 28. eodem in momento, & postmodum innumerabiles alij ad hoc charitatis officium sese obtulerunt; præsertim quia ipsemet cum Salvatore gloriari poterat, *exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis.* Neque id mirum cuipiam videatur, quia ut diximus, & Commentator Nazianzeni protestatur: *Nihil verbis, quæ operibus confirmantur, ad persuadendum firmius ac valentius.* Giussan. l. 4. c. 3. S. Carolus Borromæus suo exemplo multos sacerdotes pertraxit ad servitium pestiferorum. Exod. 4. v. 10. Elias Cret. orat. 192. Nazian.

7. *Exemplum esto.* Volens Deus ex silice producere aquam, Moysi jussit, ut manu virgam applicaret: *Tolle virgam.* Quorsum, vos interrogo, requirebatur virga, quandoquidem miraculum per linguam patrandum erat? *Et loquimini ad petram coram eis, & illa dabit* Num. 20. v. 8.

aquas. Sensu igitur literali relicto ad mysterium me confero & dico, voluisse per hoc designare Dominum, quòd aquam compunctionis ex induratis impiorum cordibus eductùri, primitus prodigiosam operationum exemplarium & admirabilium virgam manu excipere debeant, & deinde ad petram loqui, id est, persuadere & habituatos convertere peccatores.

Matth. 5. v. 13. 14. Doctores debent esse sal & lux.

8. *Exemplum esto. Vos estis Sal terræ, vos estis lux mundi.* Christus quondam ad Apostolos, inque ijs ad alios omnes dixisse scribitur, qui ad notitiam divinam idololatras, usque ad collum in vitiorum cœno sepultos reducturi erant; qui loquendi modus nostro aprimè deservit proposito; siquidem Sal priusquam cibos condiat, sapidosque reddat, liquefit & consumitur; iterum candela, ut alios in noctis caligine illuminet, prius colliquescit & destruitur; tales itaque omnes eos esse voluit Christus, qui per Evangelij prædicationem impios ad salutis viam reducere debent; salem scilicet & lumen, id est, ut prius jejunijs, vigilijs, peregrinationibus, & eleemosynis sese emacerent, omnibusque alijs corporalis & spiritualis misericordiæ operibus vacent, quia hoc auditores dociles reddit, & faciles, ut inclinentur & convertantur; Ideo S. Cyprianus dicebat: *Philosophi factis non verbis famus, nec magna loquimur, sed vivimus.* Dum S. Carolus Borromæus tres illas valles sub dominio Helvetiorum situatas visitaret, ne Vestigium quidem Religionis ibidem invenit, utpote ex quibus passim ex omni parte hæresis invaluerat, quia tamen vallium illarum incolæ, S. Caroli vitam considerarunt, quod scilicet amore ipsorum nulli parceret labori, nec ullum præteriret locum, quantumvis alpestrem, & inaccessibilem, quem personaliter non penetraret, nudis tabulis in dormiendo, nutriendo se cibis grossis & vulgaribus, orationibus, prædicationibus, allijsque exercitijs spiritualibus indefessè insistendo, vias illas difficiles proprio sumptu conficiendo eximiamque in dandis eleemosynis munificentiam exhibendo, hoc unum illis efficax stimulus fuit, ut denuo ad obedientiam & gremium Ecclesiæ, & ad veram fidem, in qua antea vacillaverant, prompte reverterentur, & ad recipiendam quamvis strictissimam reformationem, ultro citroque propenderent. Insuper S. Archiepiscopo aperte dicendo, se in ejus ordinationes non timore censuræ, aut pœnæ cujuscumque condescendere, sed boni exempli sui efficaciâ violentatos se illas libenter admittere. Unde S. Isidorus Pelusiota ait: *Sermo actione destitutus non ultra aurem grassatur, qui autem ab actione animatus est, ut qui acris & efficax sit, alte penetrat, animumque attingit.* De duobus Apostolis Simone & Juda in ipsorum lectionibus dicitur: *fidem in efferatis gentibus disseminarunt, innumerabiles filios Jesu Christo peperierunt*; ipsi namque fidem in Persida & Ægypto, alijsque Regnis barbaris plantarunt. Indeque copiosissimam quamdam fidelium messem Evangelio compararunt; nam ut Carthusianus attestatur ad notitiam Christi & fidei Christianæ Regem Babyloniæ induxerunt, adeoque *plus quam sexaginta millia hominum cum Rege, Duce; atque Principibus acceperint Baptismum*; at vero scitisne, quænam hujus copiosæ messis causa exstiterit, inquit idem Author? nimirum *fidelissime & infatigabiliter pro humani salvatione generis laboraverunt*; quando enim prædicator aliquis sine proprio interesse, sine respectu aut fine aliquo, sive gloriæ mundanæ, sive propriæ utilitatis, solum pro servitio Dei & salute proximi sudat, ac sustinet, & mortis se periculis exponit, tunc prædicatio ejus, qualiscumque illa sit, energiam habet, & magnum fructum affert.

S. Cypr. de Patientia Giuffani l. 7. c. 4. S. Carolus Borromæus bonis exemplis convertit Helvetos.

S. Isid. Pelusiot. l. 3. Epist. 202. Indict. Apost. Simonis & Judæ. Sermo sine actione parum prodest.

Dion. Carth. Ser. de SS. Ap. Sim. & Judæ.

9. Gregorius Nazianzenus postquam se ad virtutes reflexisset, quas Salvator noster discipulis suis infinuavit, priusquam illos ad novam legem Evangelicâ prædicandam quaquaversum ablegaret, dicit Salvatorem illos potius cœlestes, quam terrenos homines desiderasse; *at uno verbo dicam*, inquit, *cœlestes, ut non minus ob eorum vitam & mores, quam ob sermonem atque doctrinam Evangelium curvat.* Legatis velim S. Abrahami Eremitæ vitam, ibi namque invenietis, ipsum quidem omnibus viribus in id connisum fuisse, ut paganos nonnullos obstinatos ad veri Dei notitiam perduceret, verumtamen multo tempore in vanum laborasse; postquam vero multas ab ijs recepisset injurias, verbera, & contumelias innumeras, *cum aspera omnia paterentur, magis ac magis amor ejus & charitas augebatur.* Unde factum est, quod die quadam simul congregati, hos inter se sermones miscuerint, *cernitis tam magnam patientiam viri & ineffabilem circa nos charitatem, quo modo in tantis tribulationibus, quas ei inultimas nequaquam ex loco discesserit, neque alicus nostrum malum verbum locutus sit, neque aversus est à nobis, sed cum gaudio magno sustinuerit universa? Unde nisi esset (ut asserit) Deus verus quem prædicat, & Regnum & Paradisus, ultio quoque malorum, non hanc tribulationem pateretur inaniter. Venite itaque credamus in Deum, quem prædicat; pariter omnes in Ecclesiam pergunt clamantes atque dicentes: Gloria Deo cœlesti, qui misit famulum suum, ut nos ab errore salvaret.* In annalibus Capucinorum scribit; quod cum Angelus Giojosa (qui Dux, par & Marscallus Franciæ fuit) Provincialis Parisiensis esset, & nonnullos Flandriæ conventus visitaret, atque circa vesperam in castellum quoddam, cujus Dominus hæreticus erat pervenisset, ab eodem Domino charitativum propter Deum hospitium petierit; qui illum in stabulum quoddam duci jussit, quod tecti expers, & semidirutum erat, in quo nocte illa magna cum lætitia commoratus fuit; diluculo vero sequenti cum abinde recedens, in itinere quemdam dicti Baronis amicum obvium habet, ab illo interrogatus quomodo à dicto Barone tractatus fuisset, respondet: optimè, & quidem valde te obtestor, ut magnas illi nomine meo pro concesso hospitio gratias agas. Quod cum ille apud præfatum Dominum exequeretur, isque quinam hi Capucini fuerint ab illo requisivisset, mox ut unum illorum patrem Giojosam fuisse intellexit, consensu equo celerrimo cursu ipsum est insecutus, cumque ad illum venisset, ad ejus pedes prostratus veniam ab eo petijt; cumque sanctus ille vir Baronem hunc ad hæresin quam profitebatur ejurandam hortaretur, tantum in illo visum à se dicti servi Dei humilitatis, mortificationis & patientiæ exemplum prævaluit, ut paucis abinde diebus ad orthodoxam fuerit fidem conversus. Quodque in hoc hæretico prædicationes & doctrinæ Catholicorum ad errores suos detestandos facere non potuerunt, id tandem obtinuit virtus tanta cum ædificatione, & per actum adeo heroicum ab hoc perfecto religioso exercitata; nam ut S. Antonius de Padua ex D. Chrysost. quem citat; ait: *Magis exempla incitant quam sermones.*

Annal. Capuc. An. 1608. n. 88. Provincialis Capucinorum Baronem hæreticum suæ patientia convertit ad fidem.

S. Ant. de Pad. in Dom. Quinq.

DISCURSUS III.

ARGUMENTUM.

Si boni illius, quod persuadere volumus, aliquod in nobis præmittamus exemplum, auditori illud facilius persuadere & imprimere poterimus.

THEMA.

Cæpit Jesus facere & docere. Act. 1. v. 1.

1. INcarnata Sapientia, postquam in terram descendisset, ut hominem doceret, prius per triginta annorum decursum operari voluit, & tandem ultimos tres annos eruditioni hominum impendit; id quod hisce verbis insinuatur: *Cæpit Jesus facere.* Ut scilicet nos instrueret, quod potius facere quam dicere debeamus, si efficaciter persuadere velimus. *Pensandus est ordo verborum*, inquit Dionysius Carthus. *in eo quod scriptum est; cæpit Jesus facere & docere, ita quod primo exorsus est operari, deinde quod fecit & docuit.* Nihilominus quod Chrysostomus observat, quod licet Filius Dei diuturnum servaverit silentium, nihilominus per exemplarem adeo sanctamque vitam efficaciter prædicabat. Idcoque S. hic Doctor, Lucæ Evangelium interpretans ait: *Indicavit, quod Jesus faciendo docuerit; considera, quo pacto Christus dictis suis per opera fidem conciliavit.* Quando namque (Discursus est S. Doctoris) ad mansuetudinem auditores exhortabatur, primum hujus virtutis exemplar semetipsum allignabat, pauperatem docuit, sed prius eam ipsemet practicavit, veraciter dicens; *Filius autem hominis non habet, ubi caput reclinet.* Dilectionem inimicorum commendavit, ast & ipse in cruce pro Crucifixoribus oravit. Consilium dedit, ut tunicâ violenter auferenti, daremus & vestem; ast ipse cum vestimentis totum elargitus est sanguinem. Ita D. Chrysostomus, qui tandem subnectit, dicens: *Idem ut faceremus, & discipulis præcipit; unde & Paulus dixit: Quemadmodum habetis formam ex nobis; nihil enim Doctore frigidius qui verbis duntaxat Philosophatur, neque enim hoc Doctoris est, sed histrionis & hypocritæ, quoque Apostoli prius vitæ exemplis accebant, deinde verbis, quam potius, neque verbis quidem ea opus, cum clamarent opera.* Quantumvis namque Apostoli donum linguarum accepissent, & admirabilis eloquentiæ flumine inebriati essent, nihilominus certissimum est, eorumdem prædicationis energiam, plus in sanctorum & admirabilium operum exemplaritate, quam in verborum efficacia fundatam, siquidem ut S. Gregorius ait: *Ad amorem Dei & proximi, plerumque corda audientium, plus exempla, quam verba excitant.*

Exemplo Christi prius faciendum, quam docendum est.

Dion. Carth. ibid.

D. Chrysost. Hom. 13. in Acta.

Luc. 9. v. 58.

Docens & nõ faciens, histrio & hypocrita est.

S. Greg. Hom. 39. in Evang.

S. Franciscus docuit suos plus prædicare exemplo quam verbo. Tom. 3. Op. S. Franc. coll. 2. D. Chrys. Hom. 8. in Gen.

2. Religio Franciscana, per Providentiam divinam à Patriarcha Seraphico in Ecclesia ideo instituta fuit, ut Apostolicum in mundo Spiritum renovaret. Sed audiatis velim maximè essentiale, quod S. Fundator suis in hæc verba præscripsit documentum: *Consideremus fratres vocationem nostram, qua vocavit nos misericors Deus, non tantum pro nostra, sed etiam pro multorum salute, ut eamus per mundi exhortando omnes plus exemplo, quam verbo.* D. Joannes Chrysost. alibi de hac eadem materia tractans, asserit, quod deficientibus verbis, bonum exemplum illorum vicem suppleat: *Præcedente opere, etiamsi non sequatur doctrina, sufficiunt opera ipsa, magis quàm ulla vox ad docendum eos qui in nos respiciunt.* Lyranus S. Franciscum verba illa Cantici S. Annæ ita declarare solitû fuisse scribit: *Sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios, infirmata est: sterilem dicebat fratrem simplicem, officium prædicandi non habentem, per quem generantur filij, id est, Ecclesia Dei, juxta illud* 1. Cor. 4. [*Nam in Christo Jesu per Evangelium ego vos genui,*] *& talis frater simplex exemplari vita plus proficit sibi & alijs, quam prædicator verbosus; & idem dicendum de alijs simplicibus personis, quæ sunt vitæ exemplaris.* S. Philippus Nerius, cum adhuc sæcularis existens, post absolutia studia sua vitæ spirituali totaliter deditus esset; coram confraternitate S. Trinitatis (quæ ipsum suum fundatorem habere gloriatur) ante sanctissimum sacramentum sermonem faciens, in unico tantum sermone triginta juvenes licentiosos, & dissolutos convertit; notatque historia conversiones istas non facundiæ, doctrinæ & talenti sui, sed potius magnæ æstimationis, in qua ipsum ob sanctam ejus vitam habebant, effectus fuisse; multi, qui eo ad ipsum audiendum accesserant, ut eum deriderent, videntes hominem laicum de materijs sacris & spiritualibus sermocinantem, sermonis ejus efficacia capti, conversi fuerunt *Illa etenim vox*, ut S Gregorius ait: *Libentius auditorum corda penetrat, quam dicentis vita commendat, quia dum quid loquendo imperat, ostendendo adjuvat, ut fiat.*

Lyran. in c. 2. Ruth.

1. Cor. 4. 15.

Lib. 1. c. 8. n. 3. Quod totaliter fecit S. Philippus Nerius.

S. Greg. p. 2. Past. c. 3.

3. Populus Dei electus sub Saulis regimine in cultu divino & sanctarum legum observantia plurimum defecerat, ac proinde Deus ut damnum hoc resarciret, David servum suum elegit, unde Psalmista postquam dixisset: *Et ædificavit sicut unicornium sanctificium suum in terra quam fundavit in sæcula*, pergit ulterius dicendo: *Et elegit David servum suum, & sustulit eum de gregibus ovium, de post fœtantes accepit eum. Pascere, Jacob servum suum, & Israël hæreditatem suam*; at vero inquies, ex quo David in juventute nullam studijs aut libris tractandis operam dedit, sed tantum pecoribus pascendis intentus fuit, quomodo Israëlem erudire vel instruere poterat? respondeo igitur, parum hoc obfuisse, quia David *pavit eos in innocentia cordis sui, & in intellectibus manuum suarum deduxit eos*; nimirum David intentum suum affecutus fuit, populum sibi commendatum in viam bonam dirigendo, per intellectum manuum suarum: *In intellectibus manuum suarum deduxit eos*; at vero dices ulterius, quis umquam intellectum in manibus repositum esse audivit? audite Cajetanum dicentem: Per intellectum *facta exemplaria significat, addendo manuum suarum*; manus enim Davidis, id est exemplaria ipsius opera combinate cum verbis illis: *In innocentia cordis sui*, & statim definetis admirari fructum, quem in populo illo produxit; nam ut Plinius in Panegyrico Trajani scribit: *Melius homines exemplis docentur, quæ in primis hoc in se boni habent, quod approbant, quæ præcipiunt fieri possè.* Nec minus utilis est illa sententia Pacati in panegyrico Theodosij dicentis: *Exasperat homines imperata correcto blandissime jubetur exemplo.* S. Bernardus in sermone quem in exequijs devoti cujusdam monachi Humberti recitavit, inter alias virtutes, quas in ipso commendat, hanc quoque recensèt: *Facilitatem vobis sermonem in omni forma sanctitatis, ipse Dei servus exhibuit, quem & longum fecit & magnum*; quando enim executioni mandatur, & factibile esse demonstratur, quod persuadetur, tunc cor auditoris subjugatur & vincitur. Et ideo priusquam cœlestis Magister noster prædicationem suam exordiretur, prius ad Jordanem se recepit, ut ibidem præcursoris sui manibus baptizaretur: *Tunc venit Jesus à Galilæa in Jordanem ad Joannem, ut baptizaretur ab eo. Joannes autem prohibebat eum, dicens: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Respondens autem Jesus, dixit ei: Sine modo, sic enim decet nos implere omnem justitiam.* Sed observo de quanam justitia ibi Christus loquebatur, quam implendam esse dicebat? audiamus authorem operis imperfecti, qui dicit: *Omnem justitiam non prius verbis, quam factis implevit; unde etiam Lucas testatur de illo, dicens; cæpit Jesus facere & docere.* S. Ambrosius super Lucam scribens eadem verba hunc in modum exponit: *Quæ est justitia, nisi ut quod alterum facere velis, prior ipse incipias, & tuo alios horteris exemplo?* quia igitur Salvator noster sacrum Baptismatis lavacrum pro salute generis humani instituere volebat, prius ipsemet baptizari voluit; sumpto Baptismo statim se ad prædicandam pœnitentiam, austeritatem, jejunia, tentationumque repulsam accingere decreverat, ac proinde ipsemet subito in horridum quoddam desertum se subducere, ibidemque summo cum rigore jejunare, atque ad præliandum cum Lucifero se accingere voluit, Unde Hugo Card. super illa verba: *Cæpit Jesus facere & docere*, observat, quod prius dicatur *facere*, & postea secundo loco *docere*; *facere prius & docere postea.* S. Bernard. verba illa Canticorum; *vox turturis audita est in terra nostra*, præsenti proposito hunc in modum adaptat; *Illius Doctoris*, inquit, *libenter audio vocem, qui non sibi plausum sed mihi planctum movet. Vere turturem exhibes, si gemere doceas, & si persuadere vis, gemendo id magis quam declamando studeas oportebit. Exemplum sanè tam in alijs multis, tam vel maxime hoc in negotio verbo efficacius est. Dabis voci tuæ vocem virtutis, si quod suades, prius illud tibi cognoveris persuasisse. Validior operis, quam oris vox. Fac ut loqueris, & non solum me facilius emendas, sed te quoque non levi liberas scabro, non jam pœnitebit ad te si quis dicat: Alligant onera gravia & importabilia, & imponunt ea in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea movere; sed neque illud verearis oportet, tu qui alios doces, te ipsum non doces?* S. Ambrosius in principio lib. 2. *de virginibus* rationem assignat cur exempla verbis majoris sint efficaciæ: *Quantam* inquit, *nos infirmi ad monendum famus, & imparis ad docendum, exemplis potius quam præceptis putavimus imbuendum, licet amplius proficiatur exemplo, quoniam nec difficile quod jam factum æstimatur, & utile quod probatum.*

Act. 1. v. 1. Hug. Card. in Acta. Cant. 2. 12. S. Bern. ser. 59. in Cant. Præclara admonitio. S. Bernardo ad Doctores & Prædicatores.

S. Bern. ser. in obitu Humberti.

Christus S. Baptisma non instituit, nisi prius ipse baptizatus fuisset.

4. Propheta Evangelicus eos, qui alios in timore Dei erudire debent, his verbis adhortatur: *Super montem excelsum ascende, tu, qui Evangelizas Sion: Exalta in fortitudine vocem tuam.* At vero dicere quis posset, quid opus est, hoc officium bene adimplere volenti ut vocem suam exaltet, vel excelsum quemdam locum conscendat? S. Gregorius respondet; ideo id præcipi, *ut qui cœlesti prædicatione utitur, ima jam terrenorum deserens, in rerum culmine stare videatur, tantoque facilius subditos ad majora pertrahat, quanto per vitæ meritum de supernis clamat.* Deus olim in Levitico volatilia sacrificanda *retorto ad collum capite* offerri jubebat; & quidem certum quod increata Sapientia ad hunc præcipiendum ritum & ceremoniam, quæ parvi momenti prima facie esse videtur, se demissura minime fuisset, nisi peculiare in eadem ceremonia mysterium lateret; quod idem S. Gregorius super Ezechielem scribens, his verbis nobis declarat: *Caput ad pinnulas retorquere præcipitur, ut ea quæ dicis, facias, & os ad opera conjungas.* Ipsemet quoque Seneca moralis Philosophus hanc nobis veritatem detegit, dum ad Lucilium suum ita scribit: *Longum iter est per præcepta, breve & efficax per exempla; quia homines plus oculis credunt, quam auribus*, dicere enim facile est, operari autem difficile, ac proinde plus operibus, quam verbis creditur. S. Cyprianus majori quam Seneca, cum authoritate loquitur, dum inquit: *Plus proficitur cum in rem præsentem venitur, nec de virtute dubitatur, quando quod præcipitur etiam exemplis firmatur.* Et ideo Plinius ait: *Erat antiquitus institutum, ut à majoribus natu, non auribus modo, verum etiam ocellis disceremus quæ facienda.*

S. Greg. 2. p. Past. c. 3. Lev. 1. v. 15. S. Greg. Hom. 7. in Ezech. Seneca ad Lucilium. S. Cypr. de discipl. & bono pudic. Seneca ibid. Plin. l. 8. c. 14.

5. Regius Psalmista de quarumdam linguarum infirmitate his verbis cõqueritur: *Infirmatæ sunt ... linguæ eorum*, sed cur infirmatæ erant? utique non ideo, quia tenuem nimis sonum edebant, sed quia ad loquendum & persuadendum efficaces non erant; unde Hugo egregiè ad intentum, inquit: *Infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum, quibus illi prædicant, quia debilis est lingua, quam manus non adjuvat*, verum inquies, qualenam

Psal. 63. v. 9. Infirma est lingua quam manus non adjuvat. Hug. Card. ibid.

nam auxilium manus linguæ subministrare poterit; constat quidem quod ad bene & cum energia loquendum dentes, labia, pectus, & arteriæ plurimum conferant, at vero manus quomodo vocem fortificare valebit? notandum est igitur, quod per manus opera, & bona exempla, vel potius correspondentia inter opera & verba intelligenda veniant, unde S. Gregorius ait: *Loquentis authoritas perditur, cum vox operis non adjuvatur*: e contra vero Hugo ait: *Sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum, id est verba semetipsos condemnantium seu parvipendentium, humilitati & mortificationi operam dantium, hæ sunt quæ veluti totidem sagittæ corda auscultantium feriunt.* S. Joannes Baptista excellentissimus prædicator fuit, ut constat; at vero dic sodes, ubinam studuit? *antra deserti teneris sub annis &c.* Certe unico tantum libro, seu homiliario ipsum usum fuisse invenio: *Sicut scriptum est in libro sermonum Isaiæ Prophetæ*, pulpitum ejus in vasta solitudine quidam arboris truncus erat, templum caverna Scorpionum, habitus ejus merum quoddam cilicium de pilis Camelorum contextum esse videbatur, quid mirum igitur: Si verba ipsius ferientes sagittæ fuerint, erit quippe *vox clamantis in deserto*, Tertullianus olim gentilibus, Christianos, quod parum loquerentur, accusantibus, his verbis respondit: *Et si eloquium quiescat, ipse habitus clamat*; pari quoque ratione tametsi non nemo fortasis sit, cujus vox vel numquam vel raro audiatur in pulpito, si tamen is exemplariter vivat, & boni nominis odorem edat, vita hæc prædicatio est omnino efficacissima, quia ipse *habitus & mores clamant.* Unde S. Anselmus ait: *Nihil prodest aliquem exercitatum esse in dicendo, & ad loquendum triviisse linguam, nisi plus doceat exemplo doctrinæ, quam verbo. Denique qui impudicus est, quamvis disertus sit, & ad castitatem audientes cohortetur, sermo ejus est infirmus, & authoritatem non habet cohortandi, sicut e contrario, quamvis sit rusticanus & tardus ad loquendum, si castus fuerit, exemplo suo homines potest ad vitæ similitudinem impellere.* S. Ambrosius verba illa S. Pauli ad Titum (*in omnibus fidem bonam ostendentes, ut doctrinæ Salvatoris nostri Dei ornent in omnibus*) exponens, in quonam hoc ornamentum doctrinæ Christi, quam persuadere nititur, consistat, his verbis declarat: *Bonis operibus & fide doctrinam dicit ornari Dominicam, tunc enim placita est, & decora, si hinc, qui eam profitetur, non illam exosam faciat, abnegans factis, sed amabilem & veram. Cum dicta sequentibus factis implentur, ostendantur vera, ac per hoc decora.* D. Chrysost. propositionem quamdam tradit, ex qua perspicue deducitur, quod ad trahenda ad notitiam Dei & ad bonum corda humana, bona exempla majorem virtutem habeant, quam miracula; dicit enim: *Convincunt magis opera virtutis, quam miracula*; cujus mox rationem reddit, dicens: *Hæc namque filiè fieri possunt; vel si verè, etiam ab improbis per gratiam gratis datam.* De eodem puncto quoque S. Prosper in libro de vita Contemplativa differit, dum ait: *Plus fideles Catholicos bonis exemplis, quam luculentis verbis solere proficere, eamque esse summam perfectamque doctrinam, quam conversatio spiritualis ostenderit, nunquam inanis sermo jactaverit*; in eodem quoque loco ulterius progreditur demonstrando, quod in die judicij non instituetur examen, vel ratio verborum, quibuscum alios ad virtutem exhortati fuerimus, sed potius de operibus bonis quibus ipsis præluximus; Ac tandem idem Sanctus his verbis concludit: *Nec facile persuaderi esse possit ile, quod docet lingua, si à vita lingua dissentiat: illud autem probare possibile est, quod sive prædices, sive non prædices, factendo confirmas, & imitari volentibus cum quadam delectatione ipsius possibilitatis incalcas.* Ideo etiam ipsemet Salvator noster glorioso Magni titulo decorat illos, qui doctrinam suam bonis exemplis conjungunt: *Qui fecerit*, inquit, *& docuerit, hic Magnus vocabitur in regno Cælorum*, id est in Ecclesia, unde S. Paulinus in epistola quadam *ad Victorem* ita scribit: *Altissimus inter Regni sui maximos nominabit, quibus concessit facto æquare sermonem, ut & doctrina tibi vitæ tuæ sit, & vita doctrinæ, quo fit, ut nemo se audeat excusare discipulus, velut difficultatis imperio, cum prius astringatur virtutis exemplo.* Sacrum Concilium Trident. de reformatione Ecclesiastic. & bonis eorumdem moribus, utpote qui ad alios instruendum electi sunt, tractans, ita scribit: *Hoc est veluti quoddam prædicandi genus, quod tamen omnes fructus semper & ubique pariit stabiles & pulchros.* In Isaia annunciantium Evangelium pedes plurimum commendantur: *Quam pulchri super montes pedes annunciantis & prædicantis pacem*; nullam de ore, vel lingua mentionem facit, licet hæc ad prædicandum quam maximè usui sit & necessaria, sed pedum tantum meminit, quia opera in prædicantibus maxime æstimantur, majoremque efficaciam obtinent.

S. Greg. Hug. Card. ibi. Unde admonitiones S. Joannis Baptistæ hausere tantam efficaciam. *Luc. 3. v. 4.*

Matth. 3. 4.

Ibid. v. 3.

Tertull. de Pall. c. 6. Honesta vita est efficacissima prædicatio.

S. *Anselm. ad Tium c. 2.*

Ad Tit. 2. v. 10. Ornamentum doctrinæ Christianæ sunt bona opera.

S. *Ambr. ad Tit. ibid.*

D. Chrys. de S. Babyla.

S. *Prosp. l. 1. c. 17. de vita Contempl.*

Illi titulum Magni merentur, qui faciunt quæ docent. *Matth. 5. v. 19.*

S. *Paulin. in Ep. 27.*

Trid. Conc. de Ref. sess. 25. v. 1.

Isaiæ 52. 7.

DISCURSUS IV.

ARGUMENTUM.

Bonum exemplum magnæ est utilitatis & necessitatis, præcipue in ijs, qui in Regimine & Superioritate alijs præsunt.

THEMA.

In omnibus teipsum præbe exemplum bonorum operum. Tit. 2. vers. 7.

Superiores debent subditis præbere exempla bonorum operum.

1. VOlens Apostolus Titum discipulum suum quem in Candia Episcopum ordinarat, adhortari, ut gregem à Barbaris seductum ad fidem veram reduceret, plus ei, per vitæ exemplaritatem, quam per eloquentiæ energiam conandum esse inculcat, dicens: *In omnibus teipsum præbe exemplum bonorum operum, ut, qui ex adverso est, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis.* Ubi S. Ambrosius subjungit: *Quod ut effici non sic arduum aut difficile, Magistrum forsan esse præcepit*; quibus verbis, ut idem S. Doctor insinuat S. Paulus Tito modum præscribit, quem in eradicandis vitiorum zizaniis, plantandisque virtutibus Christianis servare debet, *ut ea quæ docet*, inquit S. Doctor, *quomodo fiant, ostendat, ut ij, qui prophani sunt, & inimici fidei erubescant, videntes, quia quæ verbis docet, vera esse probat factis.* S. autem Anselmus personam Apostoli assumens, ita dictum exhortatur Episcopum: *Ut doctrina tua sit efficax, præbe teipsum exemplum bonorum operum, id est, ita vive, ut sis omnibus forma bene vivendi, & qui te viderint, legant in operibus tuis, velut in libro quid agere debeant.* Porro Cajetanus cur Apostolus solicite adeo Titum extimularit, juventuti ejusdem adscribit, quanto namque adolescentior erat, tanto convenientius erat, ut populum sibi subjectum, potius vitæ sanctitate, quam correctionum, & reprehensionum authoritate. *Inter instruendum juniores, instruit ipsummet Titum*, inquit citatus author, *ut hinc intelligamus, ipsum esse in numero juniorum, & ut juniores magis doceant exemplo, quam verbo.*

S. *Ambr. ibid.*

S. *Anselm. ibid.*

Cajet. ibid.

2. *In omnibus &c.* Apostolos, futuros Ecclesiarum Cardines, quæ in varijs mundi partibus plantandæ erant, Spiritus Sanctus per os Davidis titulo afficit Cœlorum, dum ait: *Cæli enarrant gloriam Dei.* Quæ verba, sicut & alia illa (*extendens cælum sicut pellem*) confiderans Hug. Card. epitheti hujus mysterium explanat, dum inquit: *Ipsi sunt cæli respectu subditorum, quia sicut motus cæli est regula omnium motuum inferiorum, ita opera Prælatorum debent esse regula subditorum, sed dicitur Jerem. 4. aspexi . . . cælos, & non erat lux in eis.*

Ps. 18. v. 1. Ps. 103. v. 2. Hug. Card. ibid.

Ier. 4. v. 23.

3. *In omnibus &c.* Simile monitum idem Apostolus alteri suo discipulo Timotheo Ephesino Episcopo tradit his verbis: [*Sed exemplum esto fidelium in verbo, in conversatione, in charitate, in fide, in castitate,*] *Ut scilicet* (subnectit S. Thomas) *quod verbo præcipis, impleas opere, & hoc in locutione; unde dicit: In verbo, scilicet ponderato, ordinato, & circumspecto. Item in conversatione exteriori, ut, sicut excellit loco & dignitate, ita & honesta conversatione.* Cujus præcepti hæc principalis est ratio, quoniam Prælati, qui Imperij sustinent habenas, ubique veluti in societate & comitatu sunt multorum, atque adeo multi ad eorum sive bonum, sive malum exemplum respective aut salvantur, aut damnantur. Ideoque S. Fulgentius in quadam epistola ad Theodorum scribens, ait: *Fit, ut qui sunt in sæculi culmine constituti, aut secum plurimos perdant, aut secum multos in via salutis acquirant.* Ita Regulus ille Capharnaita post miraculosam per Salvatorem filio restitutam sanitatem, non solum ipse legis Evangelicæ jugo, sed & tota illius familia se subjecit, dicente S. Joanne: *Et credidit ipse, & domus ejus tota.* Verisimile autem est, eam familiam habuisse; admodum numerosam, siquidem persona opulenta erat, inque honoribus constituta. Porro si tantæ conversionis rationem quæritis, S. Thomam audite dicentem: *Quia secundum conditionem Dominorum sive bonam sive malam, servi disponuntur.* Notandum autem, Spiritum Sanctum, qui fallere nequit, notanter dicere: *Domus ejus tota*; ita ut omnes & singuli ad exemplum Domini sui sese converterint; ideoque S. Hieronymus inquit; *vide, quanti referat majorum fides,*

1. *Tim. 4. 12.*

S. *Th. ibid.* Cum Prælati sint in comitatu multorum, debent illis prælucere bono exemplo.

S. *Fulg. Ep. 6.*

Ioan. 4. v. 53.

S. *Thom. in Ioan.*

S. *Hieron. in c. 65. Isai.*

dei, cum bonis conjuncta moribus; inferiores enim eos facile sequuntur.

Esdras exemplo suo reduxit populum ad obedientiam Dei. *1. Esdr. 9. v. 3.*

4. Cap. 9. lib. 1. Esdr. inconsolabilem ejusdem heros nobis commemorat planctum, tenerrime ingemiscentis propter Israëlitarum sponsalitia contra Dei præceptum cum Gentilium mulieribus contracta; ait namque: *Scidi pallium meum & tunicam, & evelli capillos capitis mei & barbæ & sedi mærens.* Annon hic illud Psalmistæ vaticinium adimpletum fuit: *Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum, Domine.* Immediatè ante populus ille sub servitutis jugo pressus fuerat, ut hac via ad debitam Deo obedientiam & obsequium præstandum induceretur; & nihilominus iterum subito in præcipitium corruit; Tantæne inconstantiæ causam nostis? Malum erat Primatum exemplum, siquidem inibi dicitur: *Manus etiam Principum & Magistratuum fuit in transgressione hac.* Ut igitur populum ab hoc perditionis barathro eriperet Esdras, quid eum fecisse arbitramini? Scandalosam forte reprehendit transgressionem? Forsitan justitiæ divinæ iratæ supplicia transgressoribus intentavit? argumentis fortasse & efficaci facundia prævaricatores ad pœnitentiam reducere conatus fuit? A minime equidem; quin potius primus omnium cilicio se vestivit, & plangere cœpit, quantumvis nullum in dicto excessu participium haberet. *Scidi pallium meum*; quæ verba ita Interlinearis illustrat: *Lugubri habitu dolorem cordis significans, ut scilicet velocius animos omnium ad pœnitentiam provocarem & sedi mærens, docens per lamenta pœnitentiæ veniam esse impetrandam.* Tantamque sancti hujus viri profuit exemplum, ut historia sacra dicere non dubitet: *Convenerunt autem ad me omnes.* Ubi Glossa inquit, *nota, quantum exempla juvant; nihil scribitur Esdras locutus fuisse, sed tantum audito fletere lachrymasse, & turbam ad se fidelium, non vociferando, sed lachrymando traxisse.*

1. Esdræ 9. 2.

Interl. Ibid. Ibid. v. 3.

Ibid. v. 4. Gloss. ord. ib.

Quantum valeat exemplum Superiorum, patet in Ninivitis.

Ezech. 1. v. 19. Applicatur ad propositum currus mysticus Ezechielis; *Gulfrid. in Alleg. Tilm.*

5. Quanto magis currus Ezechielis in sacrorum Interpretum intellectibus vertitur & rotatur, tanto plura in eodem mysteria conspiciuntur; porro facer textus ait: *Cumque ambularent animalia, ambulabant pariter & rotæ juxta ea, & cum elevarentur animalia de terra, elevabantur simul & rotæ.* Ubi Galfridus per similitudines dictorum animalium currum sustinentium illos dicit denotari, qui regimini præsunt, & ministerio destinati sunt Evangelico; per rotas vero subditos intelligit; observandum vero est, quod rotæ illæ volvebantur, juxta velocitatem vel tarditatem motus animalium, quia secundùm quod bona vel mala sunt superiorum exempla subditi vel gressum sistunt, vel cœptum à se cursum prosequuntur. *Nunc autem quod misserandum est & dolendum pluribus in locis cum retrocedentibus animalibus, revertantur simul & rotæ, & cum cadentibus cadant, & cum incurvatis ad terram pariter incurvantur.* Dionysius Carthus. super illa actuum Apostolicorum verba: *Cœpit Jesus facere & docere*, ad gubernantium institutionem ita scribit; *Primo exorsus est operari, deinde quod fecit, edocuit, quo multorum præsumptio, atque audacia increparet, qui promotos sunt docere, quam discere, loqui, quam audire, vel qui ea, quæ prædicant, facto non exequuntur, in hoc enim ipso suis ipsi doctrinis detrahunt, neque cum aliis prælati sint, erubescunt vitiose, & inexemplariter conversari coram his quibus præsunt.* Porro quantæ efficaciæ sit præsidentium exemplum, ex eo, quod in Ninive contigisse legitur, clare elucet; Jonas etenim populo Ninivitico ad fauces usque crapulis, tripudijs, carnalibus voluptatibus cunctisq; alijs dissolutionibus immerso (pro cujus describenda malitia hoc unum dixisse sufficiat, quod Sardanapalus illi tamquam Rex præfederit) jussu Dei totale comminatus est exterminium, & licet tanta illius populi malitia & impietas esset, attamen ad illam Jonæ vocem & funestum nuncium facta est mutatio quædam, qua major indifferenter in omnibus dari non poterat, nam *vestiti sunt saccis à majore usque ad minorem*, jejunium sibi in pane & aqua indixerunt rigorisissimum, tamq; austeram fecerunt pœnitentiam, quæ ad excutiendum è manibus Dei divinæ iræ flagellum sufficere poterat. At vero scirene vultis, undenam tantum hoc bonum suam derivarit originem? *Pervenit verbum ad Regē Ninive & surrexit de solio suo, & abjecit vestimentum suum à se, & indutus est sacco, & sedit in cinere.* Moxque omnes Ninivitæ sine contradictione Regis sui imitati sunt exemplum: *Clamavit & dixit in Ninive ex ore Regis, & principum ejus dicens: homines & jumenta . . . nō gustent quidquā, . . . operiantur saccis homines.* Ubi S. Ambrosius ait; *Primus plane Rex invigilat, quia ut tota civitas jejunaret, famem sibi Rex prius indixit. Exemplo suo præparavit Religionis exercitum non armis, sed sola devotione munitum.*

Jonæ 3. v. 5.

Ibid. v. 6.

Ibid. v. 7.

S. *Amb. Jona.*

6. *Qualis Rector est Civitatis*, inquit Ecclesiasticus; *tales & inhabitantes in ea.* Quisquis enim subditorum propensiones examinat, illas ut plurimum suam à Principibus, quibus subjiciuntur, originem habere inveniet. Ingeniosa est illa S. Thomæ de Villa nova propositio, qui Regi titulum magni prædicatoris attribuit, dicens: *Magnus prædicator Rex, plus proficit verbo & exemplo, quam omnes mundi prædicatores*; quamvis enim verissimum sit axioma illud, quo dicitur, quod Deus non sit acceptor personarum, nihilominus Ecclesia inter alia Sanctorum encomia, etiam illustres & nobiles illorum natales, si ejusmodi habuerint, commemorat cujus rationem S. Bernardus assignans ait. *Deus acceptor personarum non est, nescio tamen, cur virtus in nobili plus placet, nisi forte quia claret.* Ecclesiæ enim utilissimi sunt nobiles, in quibus relucet sanctitas, idque propter eorumdem exempla, quæ supra candelabrum positi & resplendentes in multos transmittunt. In vita magni illius servi Dei Joan. Baptistæ de Fulginio narratur, quod Cardinalis quidam instanter ipsum rogarit, ut bonum aliquod sibi pro vita spirituali instituenda subministraret Consilium; cui ipse respondit, quodnam tibi dare potero monitum, qui vilissimus vermis sum? attamen ut Eminentiæ Vestræ obediam, hoc solum dico, quod S. Carol. Borrom. sanctitate vitæ suæ, raroque suo exemplo lumen & ædificationem universo mundo attulerit, factusque sit specialiter Principum & Magnatum speculum & exemplar, si enim homo aliquis vilis & humilis, qualis ego sum, convertatur ad Deum, quem fructum facere poterit? At vero personæ illustres & potentes, hæ sunt, quæ Ecclesiam plurimum juvare possunt solo enim vitæ suæ bonitate & exemplaritate omnibus conspicuè exposita, populos reformant, Unde S. Augustinus ait: *Multis noti, multis sunt authoritati ad salutem.*

Ecclı. 10. 2. Reges bene viventes sunt magni prædicatores.

S. *Thom. de Villa Nov. Dom. 19. post. Pent.*

S. *Bern. Ep. 113.* Nobiles bene viventes, plurimum prosunt alijs exemplo suo. *Lib. 3. Vitæ c. 14.*

S. *Aug. l. 8. Conf. c. 5.*

7. Isaias Propheta sibimetipsi suum improperavit silentium, dicens: *Væ mihi quia tacui*; moxque illius reddit rationem; *quia vir pollutus labijs ego sum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito*; ubi ut videtis, inimunda se labia habere agnoscit, quia in medio populi eodem defectu laborantis habitabat, ut exinde discceremus, quod quales sunt Sacerdotes, Prælati, & capitales quoq; ut plurimum esse soleant illi, qui ab ipsis dependent, quia *qualis Rector est civitatis, tales & habitantes in ea.* Observandum verò est, quòd tametsi Deus balbutientis Isaiæ linguæ prospexerit, mittendo ei Seraphinum, qui per carbonem ignitum linguam ejus purificaret, nusquam tamen Deus idem beneficium populo præstitisse legatur; tametsi & ipse polluta labia haberet; cur igitur Deus Prophetæ hoc remedium contulit, non vero alijs? Responderi potest, ad propositum nostrum sufficisse, quod Deus defectui Isaiæ prospiceret, ex quo enim caput illorum purificatum erat, omnes alij suos in ipsum oculos defixos habentes, ex bono ipsius exemplo, quod communiter in inferiores transmittitur, emendari poterant; siquidem ut Poëta canit: *Regis ad exemplum totus componitur orbis.* Notandum quoque Isaiam ad prædicandum illi populo abire noluisse, nisi prius ab illa imperfectione mundatus fuisset: Mox vero ut audivit, *ecce, tetigit hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur*, tunc ut audivit vocem Domini dicentis: *Quem mittam? & quis ibit nobis?* statim dixit: *Ecce ego, mitte me.* Ubi Origenes ait: *Non propter priorem conscientiam audire fuit dicere mitte me, sed tibi audivit, ecce abluti iniquitates tuas*; tunc enim caput in subditis fructum facit, quando immaculata & irreprehensibili vita eis prælucet. Unde S. Gregorius ait: *Sit Rector operatione præcipuus, ut vitæ viam subditis vivendo denunciet, & grex qui pastoris vocem moresque sequitur, per exempla melius, quam per verba gradiatur*

Isaiæ 6. v. 7.

Ibid. v. 8.

Orig. Hom. 4. in cap. 6. Isai.

S. *Gregor. p. 2. Past. c. 3.*

8. Cum S. Petrus Antochiæ demoraretur, convertendo cum Gentilibus noviter Evangelio comparatis quemvis cibum indifferenter cum ijs manducabat; quem tamen vivendi modum cum Hebræis Neophytis minimè servabat, ne enim illis scandalum daret cibis per antiquam legem prohibitis abstinebat; quod observans S. Paulus, zelo fidei istimulatus acriter eum reprehendit: *In faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat*; quod vero hac in re vel maximè propositio nostro deservit, est quod Paulus de semetipso afferat: *Dixi Cephæ coram omnibus: Si tu cum Judæis sis, gentiliter vivis, & non Judaicè, quomodo gentes cogis Judaizare?*

Exempla siniperiorum tam mala quam bona cogunt ad imitationem.

Gal. 2. v. 11.

Ibid. v. 14.

At

At vero dicet fortasse nonnemo, quâ ratione intelligendum est, quod Petrus gentiles ad ritus Hebraicos consectandos violenter coegerit: Num igitur contrarium facientibus, carceris, vel ceusurarum pœnas imposuit? Aut si id non fecit, quomodo verbum illud cogis intelligendum erit? Audiamus S. Thomam ad hoc respondentem, cogis inquit, non imperio, sed exemplo, quia Principis & Prælati validiora sunt exempla quàm verba. S. Hieronymus in lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis, de S. Marco Evangelista ferè simile quid dicit; ait enim: *Primus Alexandriæ Christum annuncians constituit Ecclesiam tantâ doctrinâ, & vitæ continentiâ, ut omnes sectatores Christi ad exemplum sui cogeret*, quæ vis & violentia utique in bonorum exemplorum & sanctitatis eminentis vitæ suæ Apostolicæ efficacia fundabatur; *Cui nimirum Deus omnipotens*, ut S. Petrus Damianus ait: *Tantamverbi virtutem contulit, tantam prædicationis efficaciam prærogavit, ut omnes qui tunc ad fidei rudimenta confluerent, mox per continentiam, ac totius sanctæ conversationis instantiam, tanquam ad monasticæ perfectionis fastigium convolarent.* Unde verò hæc tam admirabilis populorum illorum conversio, virtutum heroicarum, summæque perfectionis exercitio associata, processerit idem Damianus in eodem sermone his verbis testatum facit: *Non modo sanctæ prædicationis eruditebat eloquio, sed ad spiritualis vitæ rectitudinem, eximijs etiam propriæ continentiæ ac pietatis provocabat exemplis.*

Cur Deus olim ex victima sacerdoti dari præcepit armum.

9. In Deuteronomio ubi de victimis in honorem Dei offerendis agitur, sequens à supremo Legislatore decretum conditum fuit: *Hoc erit judicium Sacerdotum, à populo, & ab his, qui offerunt victimas, sive bovem, sive ovem immolaverint, dabunt Sacerdoti armum ac ventriculum.* At verò quidnam in eo latet mysterij, quod Sacerdoti potius hanc victimæ partem & non aliam assignarit? Cur non potius caput vel pectus ijs cedere debuit? *Omnia in figura contingebant illis.* Unde S. Gregorius ait: *Divina lege armum Sacerdos dextrum in sacrificium accipit, & separatum, ut non solum si ejus operatio utilis, sed etiam singularis, nec inter malos tantummodo quæ recta sunt, faciat, sed bene quoque operantes subditos, sicut honore ordinis superat, ita etiam morum virtute transcendat.* Apud S. Joannem Christus Servator noster de bono pastore, id est, de bono Prælato differens ait: *Oves vocem ejus audiunt ... Et cum propria oves emiserit, ante eas vadit, & oves illum sequuntur, quia sciunt vocem ejus.* Ecce tibi in hisce verbis clarè expressam in bono Prælato relucentis salutaris exempli efficaciam, pastor enim vitæ suæ exemplaritate præcedit, quia *ante eas vadit*, & quid inde sequitur? *Et oves illum sequuntur*; at verò ex quo nulla verborum prolatorum fit mentio qualis est vox illa, quàm oves auscultant? Respondeo, exemplum est vox viva, quod proinde locum verbi supplet: Nam ut S. Leo ait: *Validiora sunt exempla quam verba.* Verum enimvero ex quo pastoris & gregis mentionem fecimus, restat, ut ad alium quemdam Psalmistæ textum considerandum vos invitem; hic enim in Psal. 79. ait: *Qui regis Israël, intende: Qui deducis velut ovem Joseph*, ubi Septuaginta legunt: *Qui pascis Israël intende*, at verò quis est, qui differentiam inter verbum *Regis*, & verbum *Pascis* ignoret? Respondeo igitur, ita quidem esse, verumtamen quia textus hic de eo qui Caput & Dux est, aliosq; gubernat, communiter exponitur, scire necessum est, quod idem sit bene ducere alios, ijsque salutaribus exemplis prælucere, quod ijsdem de optimis pascuis prospiceret. Subjungit igitur idem regius Vates: *Qui sedes super Cherubim*, quia qui alijs bona exempla edit, sedis & throni loco Cherubinos habere meretur. Dionysius Carthus. super illud ab Apostolo Tito relictum monitum (*teipsum præbe exemplum*) Apostolum discipulo suo suadere dicit, ut potius in operando quàm in docendo abundet ut sensus sit: *Præbe te ipsum exemplum, copiosius agendo quàm doces.*

S. Th. ibid.

S. Hieron. de Script. Eccl.

S. Petr. Dam. ser. de S. Mario.

S. Greg. p. 2. Past. c. 3.

S. Ioan. 10. v. 4. 5. Oves sequuntur pastorem.

S. Leo serm. de S. Laur.

Ps. 79. v. 20. Septuaginta.

Psalm. 79. 2.

Tit. 2. v. 9. Dion. Car. ib.

DISCURSUS V.

ARGUMENTUM.

Caput Communitatis velut exemplar & ideæ agendorum, subditis in virtutibus præluceat, siquidem hi ad ejus exemplum, quod magnæ est apud illos efficaciæ, semper respiciunt.

THEMA.

Forma facti gregis. 1. Petr. 5. vers. 3.

1. S. Apostolus Petrus quondam seniores id est cos, quibus incumbebat erudire & gubernare animas, instanter his verbis rogavit: *Seniores qui in vobis sunt, obsecro, consenior, ... pascite qui in vobis est gregem Dei*, scilicet eumdem in disciplina Christiana eruendo quo fine unice necessarium erat bonum illorum exemplum, ac proinde subdit *forma facti gregis*, id est, ut Cajetanus exponit, *seipsos formas exemplares exhibendo ad formandum gregem fide & moribus instruunt*; cui expositioni pariter Carthusianus subscribens ait: *Gregi vobis credito exemplares effecti*, cujus sequentem assignat rationem; *quia ex virtuosa & exemplari conversatione ac informatione Superiorum in tantum dependet profectus & salus inferiorum, ut per Jeremiam Dominus protestetur, quia stulti egerant pastores, ... propterea ... omnis grex eorum dissipatus est.* Et ideo S. Bern. de S. Malachia Episcopo dicit; *Ipse regula erat fratrum, legebant in ejus vita, quomodo conversarentur.* Eusebius de S. Gregorio Nazianzeno refert: Quod factus Episcopus tanto cum zelo populo in religione Christiana virtutumque & perfectionis exercitio eruditendo incubuerit, ut nullus fuorum umquam se aliquid boni fecisse gloriari potuerit, quod non prius in sancto Pastore suo visum imitati fuissent, S. Hieron. ab Hugone Cardin. super illa verba S. Pauli ad Galatas: *Quomodo gentes cogis judaizare*, citatus, Prælatos hisce verbis hortatur: *Omnia quæ Prælatus agit vel dicit, vocalia debent esse, ut quidquid agat, quidquid loquatur, doctrina sit, ideo Joan. Baptista vocat se vocem, quia omnis actio ejus vox est.* Porro quantæ utilitatis & efficaciæ sit exemplaritas Principis in quem omnes oculos fixos habent; Plinius in Panegyrico Trajani his verbis demonstat: *Vita* inquit, *Principis censura est, eaque perpetua, ad hanc dirigimur, ad hanc convertimur, nec tam imperio nobis opus est, quam exemplo.* Huc quoque spectat ingeniosum illud Hugonis Cardinalis dictum, qui super illa verba S. Pauli ad Titum *in omnibus teipsum præbe exemplum bonorum operum*, ait: *Quasi tu es liber & exemplar subditorum*, Discipuli enim artem scribendi addiscere volentes, in proposito sibi exemplar, continuo respiciunt, ut conformiter ad illud characteres suos formen: Ita quoque in subditis utplurimum evenire solet, qui actiones, mores, gestus, inclinationes & affectiones suas, juxta eas quas in superioribus vident, à quibus dependent, regulare & dirigere satagunt.

Prælati exemplari conversatione, sint forma gregis.

Cajet. ib.

Dion. C. ib.

Jerem. 10. 21.

S. Bern. in vita S. Malach.

Euseb. Hist. Eccl. l. 11. c. 9.

Gal. 2. v. 14.

S. Hieron. ex ab Hug. Card.

Ad Tit. 2. v. 7. S. Hug. Card. Ibid.

2. Aulæ magnorum Principum utplurimum nidi esse solent omnium vitiorum; unde Poëta ille cecinit: *Exeat aula, qui vult esse pius*, verumtamen ab hac malitia immunis prorsus fuit regia illa Davidis familia, utpote in timore Dei optime ordinata; qua de re ipsemet David luculentum perhibens testimonium, ait: *Declinantem ad me malignum non cognoscebam; Detrahentem secreto proximo suo hunc persequebar; Superbo oculo, & insatiabili corde cum hoc non edebam; Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat; Non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam; qui loquitur iniqua non direxit in conspectu oculorum meorum.* Hæc autem domus Davidicæ peregregia virtus, hæc aulicorum suorum excellens reformatio, hic totius Regiæ domus bonus odor, à solo procedebat Davidis innocuo exemplo, utpote de quo libere affirmari poterat, quod *forma factus gregis sui fuerit*, siquidem ipsemet in principio ejusdem Psalmi sancte gloriabatur: *Perambulabam in innocentia cordis mei in medio domus meæ*; quid igitur mirum quod gloriari potuerit, dicendo: *Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat*; nam ut Poëta ille canit: *Regis ad exemplum totus componitur orbis.* De hac enim innocentia D. Chrysost. ait: *Primo magna & præclara virtus est innocentia, ut quæ non in eo, qui ea præditus est, gradum figat, sed etiam ad alios dimanet, quemadmodum ait Sapientiæ Auctor: Fili si bonus fueris, tibi ipsi ac proximis eris.* Quod si igitur bonum privati hominis exemplum magna cum facilitate ad alios transfunditur, quanto magis id quod vir Princeps post se in actionibus vitæ suæ relinquit?

Fervor Davidis Regis fuit, optimè ordinare ad lam suam, pu innocentem, vitam suam.

Ps. 104. v. 4. 5.

Ibid. v. 6. 7.

Ps. 100. 2.

Chrysost. ib.

3. Nescio an aliquando observaveritis exactissimam, quam milites illi Centurioni Capharnaitico exhibebant obedientiam & obsequij promptitudinem, de qua ipsemet Centurio testimonium perhibens dicit: *Habens sub me milites, & dico huic: Vade, & vadit; & alij: Veni, & venit; Et servo meo: Fac hoc, & facit.* Et tamen nemini ignotum est, quam sit militia indisciplinata, omnisque subjectionis & reverentiæ exhibendæ incapax & idonea, utpote quæ obedire nescit, nisi quando ab imperij virga seu baculo cogitur & violentiam patitur. Verumtamen nemini nostrum prompta hæc obedientia militum mira videri debet; si

Centurio Evangelicus suo exemplo docuit milites obedientiam. Matth. 8. v. 9.

si considerentur verba, quæ sapiens & circumspectus Centurio ille paulo ante præmiserat, scilicet: *Nam & ego homo sum sub potestate constitutus*; Tametsi enim ipse alteri capiti se superiori subjectus fuerit, credibile tamen est, quod eidem exactè & punctualiter obediendo bonum quoque ad milites gregarios sub se militantes exemplum transmiserit. Magna est prærogativa, eaque ad extimulandum subditos valde efficax si is qui caput est, in exequendo eo quod præscribitur, primus sit. In libro Numerorum scribitur; *Si semel clangueris, venient ad te Principes & capita multitudinis Israël: Si autem prolixior atque concisus clamor increpuerit, movebunt castra primi, qui sunt ad Orientalem plagam.* Quodnam vero obsecro in hoc reconditum est mysterium quod Principes signo & sono brevi & modico convocarentur, ad differentiam populi, pro quo congregando plura signa requirebantur? Stephanus Cantuariensis hanc illius assignat rationem dicens: *Prælati una sola admonitione debent facere, quæ spectant ad cultum Dei, hoc contra illos potest induci qui cum audiunt primam campanam, secundam expectant, & ultimam; & nisi quod populus prolixiori clangore vocabatur, quam Principes, quia Prælati semper primi debent in bono opere inveniri.*

Luc. 7. 8.

Num. 10. v. 4. 5. Prælati unica admonitione debent facere quæ docent.

Stephan. Cantuar. apud Godofr.

4. De invicto illo Hebræorum belli Duce Gedeone in libris Judicum scribitur, quod cum se una cum trecentis illis militibus ad Madianitas debellendos accinxisset, *divisitque trecentos viros in tres partes, & dedit tubas in manibus eorum, lagenasque vacuas, ac lampades in medio lagenarum; Et dixit ad eos: Quod me facere videritis, hoc facite.* Porro tubæ, ut cuilibet notum est, ad suggerendum bellatoribus animum serviunt, suntque signum, quo militibus signum datur, ut se præparent ad prælium; unde Deus in prædicto capite Moysi præcipit dicens: *Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus convocare possis multitudinem, quando movenda sunt castra.* Cupitisne autem scire mysterium, cur Deus non unam, sed duas Moysi tubas præscripserit? Audiamus Hugonem Cardinalem, qui ait: *Prima tuba est verbum prædicationis, secunda est exemplum boni operis.* Quod si igitur Madianitas debellare volumus, id est, si vitijs & scandalis bellum movere eademque profligare nitimur, prima tuba, id est, verbum prædicationis non sufficit, non enim intentum nostrum assequemur, si solum exhortemur, præcipiamus aut leges promulgemus, vel pœnas comminemur verum insuper necessum est, ut is qui promulgat & condit legem, bonum quoque exhibeat exemplum, sitque primus in observatione eorum quæ præcipit. Relucentes quoque lampades, vitæ puræ & immaculatæ præfigurant exemplaritatem: *Sic luceat lux vestra coram hominibus; ut videant opera vestra bona.* Author Homiliæ de Virginitate, quæ operibus S. Bernardi inserta reperitur, inquit: *Gedeon repentina luce hostes terruit, & vertit in fugam, terrentur enim Principes tenebrarum, visa luce bonorum operum;* Hisce itaque tubis sonantibus; accensisque dictis lampadibus, quisquis est, animosè dicere poterit: *Quod me videritis facere, hoc facite.*

Judic. 7. v. 16. 17. Cur Deus jusserit Moysi duas tubas facere ad convocandam multitudinem. Num. 10. 2.

Hug. Card. Ut doceret opus esse tam exemplo operum quam exhortatione verborum.

Matth. 5. 16.

S. Bern.

5. In eodem Judicum libro de Rege Abimelech scribitur, quod dum obsidioni turris Sichem, quæ à Sichemitis strenue defendebatur, insisteret, una cum populo montem Selmon conscenderit; *& arreptâ securi præcidit arboris ramum, impositumque ferens humero, dixit ad socios: Quod me videritis facere, citò facite.* Ex qua historia manifestè deducitur, quanti momenti & efficaciæ sit Principis exemplum; Paulo post vero sacer Textus subjungit: *Igitur certatim ramos de arboribus præcidentes, sequebantur Ducem, qui circumdantes præsidium succenderunt.* De Manuele Comneno pariter legitur, quod civitatem Dotileum in Frisia restaurare volens, proprios humeros saxis onerarit: Quod videntes cæteri milites, exemplo ipsius certatim idem fecerint, indeque factum fit, quod mira cum celeritate, mœnia civitatis prædictæ denuo erexerint. In cap. 9. Proverbiorum ab ipsamet Divina Sapientia fabricam quamdam erectam fuisse legimus; *Sapientia ædificavit sibi domum, excidit columnas septem;* Modus autem quem in hac fabrica erigenda adhibuit, confestim subjungitur; quia *Misit ancillas suas, ut vocarent ad arcem, & ad mœnia civitatis.* Cajetanus linguæ Hebraicæ insistens, legit: *Vocavit super humeros excelsorum civitatis. Ecce modus vocandi, quo scilicet Divina Sapientia vocat homines, mittendo puellas suas, hoc est, virtutes, ipsæ enim dicuntur Sapientiæ puellæ, eo quod suapte natura famulantur, & obsequuntur Divinæ Sapientiæ; locus, unde per virtutes Divina Sapientia vocat, describitur: Super humeros excelsorum civitatis: Metaphora est significans, quod virtutes Missæ à Divina Sapientia, ejusdem vocandi exercent, non prædicatæ, nec scriptæ, sed portatæ super humeros hominum, hoc est sustentatæ factis; virtutes itaque in factis consistentes excitant homines.* Ac tandem idem purpuratus Doctor concludit, quod ex quo bona exempla unicuique homini ad bene operandum calcaria addunt, multo magis incitare deceant eos, qui in sublimi sunt dignitate constituti: *Quamvis virtutes, in factis quorumcumque hominum suapte natura invuient alios, quia tamen Divina Sapientia gubernat infima per media, ideo ad ordinem Divinæ Sapientiæ spectat quod virtutes in factis hominum excelsorum in civitate, qui alijs præsunt statu, authoritate, officio, vel consilio, excitent & invitent alios.* Eum qui molestum, difficile, ac ignotum aliquod ingressurus est iter, valde juvat, si viam aliorum viatorum vestigijs signatam & expressam inveniat, quanto magis in eodem itinere dirigeretur, si ipsiusmet Principis vestigia vijs impressa videret? *Arcta via, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt, qui inveniunt eam.* Pauci enim sunt, qui viam Regiam observantiæ præceptorum Dei & Ecclesiæ vestigijs suis terunt, multoque pauciores, qui consiliorum viam ingrediuntur: Et ideo si in hac via compareant hominis alicujus exemplaris vestigia, magnus homini viatori animus suggeritur, ut currat, ad imitationem ejus, qui dicebat: [*Viam mandatorum tuorum cucurri.*] *Ardua quidem res est*, inquit D. Chrysostomus, *& perdifficilis, maximè autem quando qui operatur, est in magna virorum bonorum paucitate: Quemadmodum enim viæ ingressus affert laborem, magis autem quando fuerit solus viator, & nullum habet viæ comitem, ita etiam hic, non parva enim res est fratrum societas & adhortatio; & ideo dicit etiam Paulus: Consideremus vosmetipsos ad provocationem dilectionis, & bonorum operum*; majoris autem efficaciæ sine dubio erit exemplum bonum Principis alicujus, quam cujuscumque hominis privati.

Et virorum in dignitate constitutorum.

Matth. 7. v. 14. Iter facienti plurimum prosunt vestigia prædecessorum.

Ps. 118. v. 32. D. Chrysost. in Psal. 115.

Ibid. v. 49.

Nicetas l. 5. in Manuel. Comn.

Prov. 9. v. 1.

Ibid. v. 3.

Cajet. ibid.

6. Hebræorum populus post quadraginta annos, quibus in deserto, & vasta solitudine oberraverat, tandem usque ad confinia terræ promissionis pervenerat, verumtamen priusquam terræ huic pedem inferre possent, ingens Jordanis flumen trajicere necessum erat; quid hic faceret populus hic numerosissimus? Neque enim naves præsto erant, nec pontes, nec ligna: Num forte Deus aquas illas ad instar montium in altum congelatas suspendet, ne diffluere possint, quemadmodum circa maris rubri aquas alias fecerat? At vero quis tali ac tanto miraculo fidet? formidabunt utique ne postquam per siccum hujus fluminis fundum gradi cœperint, aquæ illæ denuo subfidant, & ipsi submergantur. Si dixeris, eos jam in transitu maris rubri Divinam expertos fuisse Providentiam, & ideo eidem tuto se etiamnum fidere posse; Respondeo in primis, ex illis qui mare rubrum sicco pede pertransierant, duos tantum, & non plures inter vivos manisse superstites; Præterea sciebant, quod quando dictum mare Ægyptios sinu suo exceperat, Deus sub remissis in fundum aquis, solitumque locum & cursum tenentibus eosdem ad unum usque submerserit, ac proinde cum Hebræi propriæ conscientiæ statum probe cognoscentes, plurimarum se transgressionum reos esse cognoscebant, merito timere poterant, ne pari illos supplicio Deus mulctaret. Quem igitur Divina Sapientia modum adinvenit, ut illos animaret, & constanter efficeret, ut se huic Elemento intrepide committere, eidemque pedem inferre auderent? Nimirum viderunt ante se præeuntes sacerdotes Arcam Domini portantes: Viderunt magnanimum illum belli Ducem Josue, cui Deus præceperat; *Surge & transi Jordanem istum tu, & omnis populus tecum.* Sicque capite præcedente, posito omni metu secuti sunt omnes. Sic quoque licet David Uriam, qui è castris Jerosolymam venerat, multis verbis hortatus fuisset: ut non instar aliorum militum sub dio somnum caperet, sed domi suæ sub tecto quieti indulgeret, Regiam hanc sibi oblatam gratiam repudiavit, hoc solum motivo inductus, quod videlicet Joab Israëlitici exercitus Archistrategus in campis sub aperto aëre dormiret.

Judæos ad ingredientem Jordanem movit Josue, & arca, portata à sacerdotibus præcedentes;

Josue 3. v. 6. Josue 1. v. 2.

7. Priusquam S. Carolus Borromæus Mediolanensis

S. Carolus Borromæus piissimis exemplis suis totum Archiepiscopatum ad meliorem frugem reduxit.

nensis Ecclesiæ electus fuisset Archiepiscopus, præfata Ecclesia per solidum 80. annorum spatium à propriis Pastoribus, numquam in ea residentibus; derelicta fuit, & in eum redacta statum, ut esset velut vinea quædam sylvestris, vitiorum, abusuum, scandalorum, sacrilegiorum, superstitionum & Hæresum vepribus, spinisque horrida; adeo ut sancto Carolo illius regimen adeunti, merito dici potuisset, quod S. Leo de S. Petro Romam ingrediente olim dixisse legitur; *Sylvam istam fœmentium bestiarum ingrederis?* Et tamen idem sanctissimus Archiepiscopus eamdem ad tam perfectam culturam reduxit, ut Cardinalis Pinelli in voto Canonizationis dicti Sancti attestatus fuerit, Diœcesin illam jam esse domicilium sanctitatis & devotionis. At vero quonam modo usus fuit, ut illam huic Ecclesiæ Ecclesiasticæ disciplinæ inferret elegantiam? Nimirum primo omnium reformavit semetipsum, & postea familiam suam Archiepiscopalem. In primo quoque Concilio Provinciali circa vitam & mores Episcoporum decreta aliqua condiderat, quæ ut tanto arctius à subditis sibi Episcopis observarentur, ipse primus esse voluit, qui eadem observando exequeretur, & quia abusum multiplicitatis beneficiorum in eadem persona concurrentium abrogare decreverat, ipsemet in manum summi Pontificis, sexaginta millia scutorum annui reditus, generose renunciavit, solum sibi retinendo Archiepiscopatum: & pensionem quamdam à Rege Hispaniarum quotannis pendi solitam. Volebat quoque ut Ecclesiastici Divino cultui totaliter dediti essent, absque eo quod ab illo per negotia sæcularia distraherentur, ac proinde ipse primus fuit, qui Principatus aliquot vendidit illorumque pretium in opera pia liberaliter dispensavit, sicut pariter pecunias ex divenditis trimembus per mortem fratris sibi relictis. Volebat insuper timorem Dei in domos Nobilium efficaciter introductum; ac proinde ipse primus fuit qui familiam suam disciplina & regulis adeo rigorosis adstrinxit, ut Panigorola attesteturur, illam nulli quantumvis austeræ Religioni in perfectione cessisse; Ad hæc solicite curabat, ut Clerici de Ecclesiæ reditibus, statui suo superfluis, liberaliter subvenirent pauperibus, qua in re ipse cæteris exemplo primus præluxit, dum ex reditibus Archiepiscopalibus ad quadraginta duo scutorum millia eleemosynæ loco inter pauperes erogavit? Denique in Ecclesia Metropolitana Mediolanensi multa sumptuosa deposita, decori loci sacri præjudicantia, sacrisque altaribus ignominiosa, omnino eliminata esse voluit, cui decreto ipse omnium primus satisfecit, dum depositum illud quod inter cætera magis conspicuum & insigne erat, atque ad Marchionem de Melegnano avunculum suum & Pij IV. summi Pontificis fratrem carnalem spectabat, demoliri & eliminari fecit. S. Bernardus ad Episcopos & Cardinales hic Romæ residentes Epistolam quamdam scripsit, in qua ipsos inter cætera monuit, ad ipsos præcipue spectare, ut malæ herbæ, urticæ & lolia ex agro Ecclesiæ eradicentur: *Nulli dubium*, inquit, *quin ad vos specialiter spectet tollere scandala de Regno Dei, sargentes succidere spinas.* Eo in sæculo, quo S. Franciscus vixit, Ecclesiastici, ad quorum munus hæc cultura præcipue pertinet, adeo a bona virtutis semita declinaverant, ut Seraphicus Patriarcha ab Innocentio Papa visus fuerit humeris suis labentem sustentare Ecclesiam, ipse enim eo præcipuè fine à Deo electus fuerat, ut per Religiosos suos sublime hoc ædificium sustentaret & fortificaret; sed quem modum ad hunc finem consequendum ipse suis præscripsit: Nimirum Generali ordinis pro tempore existenti hanc regulam statuit: *Foveat virtutes in se & in aliis, atque in prædicando eas continuæ se exerceat, ad hæc alios plus exemplo, quam sermonibus incitando;* Demum vero, de conversione mundi, ad quam fratres sui destinati erant, differens ait: *Eamus per mundum exhortando omnes, plus exemplo, quam verbo.*

S. Bern. *Epist.* 187.

S. Franciscus exemplis suis, & suorum sustentavit labentem Ecclesiam.

Exech. 17. *v.* 3. Homines sancti & viri justi, designantur per medullam cedri.

8. Apud Ezechielem hæc verba leguntur: *Aquila grandis ... tulit medullam Cedri;* at vero quænam obsecro est hæc Cedri medulla, quam grandis hæc aquila sustulit? secundùm sensum literalem ad Regem Nabuchodonosor alludit, qui Regem Jechoniam in Babylonicam servitutem secum abduxit, hic enim Jechonias medulla Cedri appellatur, eo quod hæc arbor omnium sit nobilissima; convenit quoque nobile hoc medullæ epithetum omnibus regiminis publico admotis, quia sicut medulla in arbore omnibus ramis, foliis, floribus & fructibus vigorem præstat, ita quoque exemplum bonum Rectoris omnes in republica otiosos ad bene operandum excitat, vigorem præstat, promovet virtutes, florere facit bonos mores, & pietatem nutrit. Unde Author operis Imperfecti homines Sancti & exemplares hoc encomio condecorat, dicens: *Medulla hujus mundi sunt homines sancti*, non solum propter potentum interessionum efficaciam apud Altissimum; verum etiam propter bona exempla, quibusdum in candelabro Ecclesiæ relucentes, alios ad virtuose operandum provocant: *Sicut enim medulla quamdiu in arbore fuerit sana, semper floret, cum autem comesta fuerit, vota paulatim marcescendo siccatur, sic & quamdiu sunt fideles, stat iste mundus, & cum Sancti de isto mundo desicient, casuras est mundus.* Idem quoque propositio nostro adaptare possumus, dicendo, quod Respublica & universus grex Christi periclitabuntur, ubi medulla boni exempli in pastoribus, principibus, cunctisque alijs ad regimen destinatis defecerit. Convallo Rege pijssimo in Scotia regnante, Religio Christiana mirandum in modum floruit, adeo ut S. Columbanus de industria ex Hibernia eo se contulerit, ut de incolarum sanctitate gaudere posset; cumque inde reversus interrogaretur, quænam ibi vidisset miracula, respondit: *Vidi unum instar omnium, Regem videlicet Convallum, qui in medijs delicijs & peccatorum incitamentis, cum monachis & Episcopis de sanctimonia contendit, qua de causa suis ita est reverendus, ut ipsi nec alijs injurij, nec de Rege hisce siniſtri quippiam audeant.*

Auth. Imperf. Hom. 1.

Præclarum exemplum Convalli, Regis Scotiæ. Boet. Hist. Scot. l. 6.

DISCURSUS VI.

ARGUMENTUM.

Exemplum Christi difficilem virtutis viam facilem reddidit, ad quam facilitandam, aliorum quoque exempla plurimum conferunt.

THEMA.

Deponentes omne pondus, ... curramus ad propositum nobis certamen, Aspicientes in auctorem fidei & consummatorem Jesum. Hebr. 12. v. 1. 2.

1. POstquam Deus noster cum omnibus delineamentis & Architectura mysteriosa Moysi tabernaculum præscripsisset, tandem in fine subjunxit inquiens: *Inspice & fac secundùm exemplar, quod tibi in monte monstratum est.* Ita quoque quid aliud Apostolum in dicta ad Hebræos Epistola; textuque inferre voluisse putatis dum ait: *Deponentes &c.* credibile equidem est, quod segnitiei stimulos addere voluerit multorum Christianorum, qui in bonis operibus, maxime autem in via virtutis languebant; ideoq; eos invitat, ut oculos ad Christum elevent in monte Calvariæ existentem; hoc siquidem exemplo omnem in nobis alleviandam esse molestiam. Nam Dei Filius instar gigantis de cœlo descendit, dicente Psalmista: *exultavit ut gigas ad currendam viam, A summo cœlo egressio ejus;* siti quoque ardentissima cruciabatur, ut se in sacrificium offerret Patri æterno pro redemptione humana, ideoque teste S. Luca, quadam vice dicebat: *Baptismo autem habeo baptizari, & quomodo coarctor, usque dum perficiatur?* Nihilominus Herodianam in cujus persecutionem dum pateretur, Angelus è cœlo ad S. Joseph ablegatus fuit, qui ipsum admoneret, ut in Ægyptum fugeret; atq; hac via triginta tribus annis calicem bibere distulit, desideratæ adeo Passionis. Quam moram obstupescens S. Chrysologus exclamat: *Qui mori venerat, quare fugit mortem?* sibique ipsi ad nostrum accommodissime intentum respondet dicens: *Christus totam causam nostræ salutis occiderat, si se parvulum permisisset occidi, Christus venerat, ut quos præcepis docuerat, firmaret exemplis, & ipse faceret, quæ facienda mandaverat,* quia nimirum ipse Medicus cœlestis erat, qui de seipso dicebat: *Non est opus valentibus Medicus, sed male habentibus:* Medicus autem, ut infirmo medicinam præscriptam, minus ingratam insipidamq; esse demonstret ipse prius eam degustat, ut ad simile exemplum invitatus infirmus medicinam prompte absorbeat, quam similitudinem S. Ambrosius, ut quantum Christi exemplum ad torporem nostrum excitandum, valeat, ostendat, adducit inquiens: *Sed videamus quæ causa fuerit, ut Salvator jejunia indiceret, ipse sibi primus, ut bonus humani generis Medicus poculum quod ægro daturus erat, prior gustat, ut peritiam artis suæ ante in seipso demonstraret, & experimentum ægr accipiens, securus sit de poculo, securior de salute.* Ab inimico infernali tentari voluit, ut nobis exemplum daret animumq; adderet, ne in conflictu desiceremus;

Christus suo exemplo nos invitavit & instigavit ad omnes actus virtuosos. *Psalm.* 18. *v.* 6. 7.

Luc. 12. *v.* 50.

D. *Chrysol. serm.* 151.

Matth. 9. *v.* 12.

S. *Ambr. serm.* 39.

S. *Leo ser.* 1. *de Quadrag.*

Exod. 25. 40.

S. *Aug. in Ps.* 63.

Isai. 51. *v.* 1. 1. *Cor.* 10. *v.* 4.

S. *Bern. ser.* 61. *in Cant.* Et provocavit Martyres ad fortiter sustinenda tormenta gravissima.

Matth. 5. *v.* 44.

Matth. 5. *v.* 44. Docuit omnes diligere inimicos. *Rup. Abb. l.* 5. *de glor. & honore Filij hom.*

S. *Augustı.*

3. *Reg.* 17. *v.* 12. *Rup. Abb. l.* 5. *in Reg. c.* 7.

Christus non solum suo, sed & aliorum sanctorum exemplis, nos provocat ad operа virtuosa.

Act. Ap. 15. *v.* 10. *Matth.* 11. *v.* 30.

Matth. 22. *v.* 3.

ficeremus; ideo S. Leo nos exhortatur verbis sequentibus, dicens: *Ob hoc se Dominus tentari à tentatore permisit, ut cujus munimur auxilio, ejus eruditamur exemplo, pugnavit ergo tunc, ut & nos postea pugnaremus, vincit ille, ut & nos similiter vinceremus.* Quis umquam suum inter compedes, equuleos cataſtas, flagella, & crudelissimas omnium aliorum suppliciorum carnificinas voluisset prodigere sanguinem, nisi Christum intuitus esset supra montem, *inspice & fac secundùm exemplar, quod tibi in monte monstratum est?* Unde & S. Aug. inquit: *Parum erat Dominum hortari Martyres verbo, nisi & firmaret exemplo.* Quare & Isaias nobis suadet dicens: *attendite ad petram unde excisi estis;* quæ autem hæc petra, nisi Christus, dicente Apostolo; *petra autem erat Christus.*

2. *Deponentes omne pondus &c.* S. Bern. quemdam nobis exultabundum medijs in tormentis repræsentat Martyrem, inquiens: *Stat Martyr tripudians & triumphans, toto licet lacero corpore, & rimante latera ferro, non modo fortiter, sed & alacriter, sacrum è carne sua circumspicit ebullire cruorem.* Num forte tunc pœnam non sensit? aut per apathiam stupidus & insensibilis factus fuit? Minime, *Ubi tunc anima Martyris? in tuto, in petra, nempe in viscribus Jesu, vulneribus nimirum patentibus ad introeundum.* Quodnam esse potest præceptum sensui & fragilitati humanæ gravius & intolerabilius, quam illud à Christo dictatum, *ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos?* Porro ex verbis præcedentibus, antiquos, id est illos, qui Christi sæculum antecesserunt, se ad hoc præceptum obligatos non censuisse colligi videtur; quia dicitur in verbis antecedentibus: *audistis, quia dictum: diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum.* Unde & Rupertus Abbas in expositione hujus textus verba illa: *ego autem dico vobis*, ponderans ait: *Dicis itaque mihi, nonne & illis hominibus eadem erat tam duritia cordis quam infirmitas carnis?* nonne & ipsi ex ijsdem ossibus compositi erant? numquid sanguis in hominibus antiquæ legis æque accendebatur, ac bullit in nobis sub lege Evangelica viventibus? tandem vero conclusive respondet: *est quidem, sed exemplum accessit, quod antiquis defuit; debet plus valere doctrina, ubi docentem sua commendant opera, audiri debet præceptum, quod præceptoris roboravit exemplum. Ecce Filius Dei Præceptor & Doctor de cœlo venit; quod præcipit, fecit; quod docet, opere ostendit.* Tritum est illud S. Augustini de patibulo Christi loquentis axioma, utpote, qui crucem non solum passionis instrumentum, verum etiam cathedram è qua nos docuit, fuisse dicit; neque enim ideo solum in terram descenderat, ut nos sanguinis sui pretio redimeret, verum etiam, ut nos imperitos doceret. Enimvero vidua illa, quæ duo ligna colligens, famelicum sustentavit Eliam, Ecclesiam præfiguravit: *en colligo duo ligna* ait: id est, ut Rupertus Abbas exponit: *meam consolor inopiam, amplectens, crucem Christi;* quot enim fideles exemplo & imitatione Christi, famem, nuditatem, infirmitates, persecutiones, passiones, cunctasque alias ærumnas libentissime sustinuerunt.

3. Verumenimvero, quia Christus signum est nimis altum, multique se excusare possent dicendo, non esse sibi tam acutos oculos, ut Christum aspicere; nec arcum tam fortem, qui ad ipsum iisq; pertingere possit, siquidem Christus Deus simul erat & homo, hinc est, quod humanæ fragilitati nostræ de innumeris prospicere voluit exemplis aliorum, qui æque ac nos puri homines fuerunt, qui semper, & in omni sæculo ad bona opera facienda calcar fidelibus addiderunt. Porro status veteris Testamenti grave jugum erat, de quo etiam ipsemet S. Petrus lamentatur, dicens: quod sit *jugum, ...quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus:* econtra vero status legis Evangelicæ jugum suave habet: *jugum meum suave, & onus meum leve;* ratio autem utriusque est manifesta, quia antiqui, ut ad virtutes heroicas, paupertatem, contemptum mundi, dilectionem inimicorum, aspernationem sui ipsius, injurias, & contumelias amore Dei sufferendas, excitarentur, tot non habuerunt exempla, quot nos habemus, imo in quibus nos superabundamus, qualia sunt exempla Christi & Sanctorum suorum. In parabola nuptiarum, quas Rex filio suo præparavit, primi, qui invitati fuerunt, noluerunt venire; dicit enim sacer textus: *misit servos suos vocare invitatos ad nuptias, & nolebant venire;* per quos servos S. Hieronymus Moysen intelligit, quo mediante Deus legem suam populo dedit; ac demum succesive alios Prophetas, qui per figuras & oracula prophetica incarnationem Verbi, per hasce nuptias figuratam, licet à longe annunciarunt: observandum vero, quod dum alios convivas invitavit, iisdem dici jusserit: *prandium meum paravi, tauri mei, & altilia occisa sunt, & omnia parata.* Sed cur obsecro Rex ille eos, quos primo loco invitavit, iisdem verbis non allexit? S. Gregorius inquit: *notandum quod in priori invitatione nil de tauris & altilibus dicitur, in secunda autem jam tauri & altilia mactata esse memorantur, quia omnipotens Deus, cum verba ejus audire nolumus, adjungit exempla, ut omne quod impossibile credimus, tanto nobis ad sperandum fiat facilius, quanto per hoc transisse jam, & alios audimus.* Etenim quis non videt, quanta nos, qui ad hasce nuptias accumbimus, id est, de incarnatione & redemptione Filij Dei participamus, majori gaudeamus copia & abundantia exemplorum, quæ Sancti nobis post se reliquerunt, ut nobis sint norma & speculum in omni genere virtutum, quibus non fuere gavisi, qui sub antiqua lege vixerunt. D. Chrysost. in sermone cui titulus est *contra ignaviam*, ut gelu quo plures fideles in servitio Dei frigidi & gelidi esse videntur, dissolvat, his verbis utitur: *Hæc ita vobis commonstravi, non nudis quibusdam rationibus in medium allatis, sed eorum exemplis propositis, qui in hoc mundo vivebant.* Etenim in quocumque genere virtutum inter etiamnum viventes semper homines aliquos exemplares reperiemus; cur igitur non etiam nos (cum auxilio divinæ gratiæ, quæ numquam nobis deerit) ad imitationem illorum eamdem viam, quantumvis arduam, tenere non poterimus? Enimvero, ut similia exempla nobis continuo ob oculos versarentur, S. Gregorius libros suos Dialogorum composuit, pulcherrimis exemplis refertos, quæ potiori ex parte suæ ætate contigerunt; unde ait in principio libri primi: *sunt nonnulli quos ad amorem patriæ cœlestis, plus exempla quam prædicamenta succendunt.*

4. Jeremias Propheta olim in fossam quamdam conjectus fuerat, ut in ea marcesceret & fame periret, at vero quia Abdemelech Eunucho Æthiopi à Deo mandatum fuerat, ut priusquam moreretur, eum inde eriperet, ideo facer Textus ait: *Tulit ... veteres pannos, & antiqua quæ computruerant, & submisit ea ad Jeremiam in lacum per funiculos, Dixitque ... ad Jeremiam: pone veteres pannos, & hæc scissa & putrida sub cubito manuum tuarum & super funes; fecit ergo Jeremias sic.* Per hunc porro hominem, in hoc lacu positum, in sensu morali peccator præfigurabatur in barathrum culpæ prolapsus, è quo viribus propriis sine aliorum adjutorio egredi nequit; funes autem, quos ad evadendum adhibere debebat præcepta denotabant divina, panni denique veteres, nec non scissa & putrida, quæ funiculis circumvolvi debebant, ne manus suas excoriaret, Sanctorum denotabant exempla, prout S. Greg. his verbis clarius docet: *Quod autem divinis admonitionibus & præcedentium exemplis adjuti de hujus vitæ profundo liberamur, bene etiam per Prophetam Jeremiam in puteum missum signatum est, qui vix levetur ex puteo, funes ad eum & panni veteres deponuntur. Quid enim funibus nisi præcepta Dominica figurantur? Quæ quia nos, in mala operatione positos, & convincunt, & eripiunt, quasi ligant, & trahunt, coarctant, & levant. Sed ne ligatus his funibus dum trahitur, incidatur, simul etiam panni veteres deponuntur, quia ne divina præcepta nos terreant, aut quorum patrum exempla nos confortant, & ex eorum comparatione facere nos posse præsumimus, quod ex nostra imbecillitate formidamus.* Legatur epistola ab Apostolo ad Hebr. scripta, c. 11. in quo S. Paulus longum quemdam Sanctorum veteris Testamenti & virtutum heroicarum, quibus præfulserunt, texit catalogum, longamque ærumnarum quas amore Dei passi sunt, instituit commemorationem: *ludibria*, inquit, *& verbera experti, insuper & vincula & carceres, Lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occasione gladij mortui sunt &c.* Ubi S. Greg. ait: *quasi quosdam pannos veteres Paulus subjungebat, cum discipulis suis præceptis spiritualibus exempla veterum commodaret, dicens: justi ludibria &c.*

5. Inter alia præcepta a Deo in Levitico præscripta, unum hoc fuit: *Ignis in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos subjiciens ligna mane per singulos dies;* hic autem ignis amorem Dei prænotabat, qui in altari cordis nostri numquam extingui debet, pro cujus alimento meditatio crucis & passionis Christi aptè deservit: *inspice & fac secundùm exemplar, quod tibi monstratum est in monte;* Verumtamen S. Philippus Nerius valde etiam lectu ram quotidianam vitarum Sanctorũ, eumdem in finem commendabat; id quod forte à S. Gregorio, quem Ecclesiæ suæ, quam à fundamentis erexit titularem, & congregationis suæ protectorem

Matth. 22. *v.* 4.

S. *Greg. Hom.* 38.

D. *Chrys. T.* 2. *ser. cont. ignaviam.*

S. *Greg. l.* 12. *Dial. c.* 1.

Jer. 38. *v.* 11.

Ibid. v. 12.

Peccator efficaciter aliorum exemplis trahitur ex barathro scelerum.

S. *Greg. l.* 25. *mor. c.* 7.

Hebr. 11. 36. *Ibid. v.* 37.

S. *Gregor.*

Levit. 6. *v.* 12. Sicuti etiam ex lectione vitarum aliorum Sanctorum.

Exod. 25. *v.* 40.

S. Greg. ibid. elegit, didiciſſe cenſendus eſt, hic enim ita ait: *Altare Dei eſt cor noſtrum, in quo jubetur ignis ſemper ardere, quia neceſſe eſt ex illo ad Dominum charitatis flammam indeſinenter aſcendere, cui per ſingulos dies ligna ſubjiciat, ne extinguatur*; quænam vero aut qualia hæc ligna ſint, quibus hic in nobis accenſus ignis conſervatur, his verbis declarat: *Fidelis quisque, ne in eo charitatis flamma deficiat in corde ſuo, tam exempla præcedentium, quam ſacræ Scripturæ teſtimonia congerere non deſiſtat, nam quaſi quædam fomenta igni dare eſt, in exercitatione charitatis, vel exempla Patrum, vel præcepta Dominica miniſtrare.* Idem quoque S. Doctor paulo poſt, quantum exempla Sanctorum ad ſubminiſtrandum debilitati noſtræ vigorem conferant, his verbis proſequitur: *Quia enim interna novitas noſtra, ipſa quotidie hujus vitæ converſatione veteraſcit, ignis iſte adhibitis lignis nutriendus eſt, ut dum per uſum ſe noſtræ vetuſtatis extenuat, per Patrum teſtimonia & exempla revivi ſcat.*

Feſta Sanctorum ideo celebrantur, & eorum hiſtoriæ prælegun tur. S. Greg. l. 2. Mor. c. 1. 6. Una ex præcipuis cauſis, cur Eccleſia quotidie Sanctorum feſta celebret, eorumque acta, & vitas conſcribi fecerit, nec non Scriptura Sacra in referendis ſanctiſſimorum hominum virtutibus & geſtis, adeo ſit induſtria & exacta, illa eſſe videtur, quam idem S. Greg. his verbis commemorat: *Scriptura ſacra narrat geſta Sanctorum, & ad imitationem provocat corda infirmorum, & dum eorum victricia facta commemorat, contra vitiorum prælia debita noſtra confirmat, ſiquidem ut minus mens inter certamina trepidet, quo ante ſe poſitos tot virorum fortium triumphos vidit.* S. Greg. Nyſſenus *de vita Moyſis* ita ſcribit: *Idcirco credendum eſt præſtantiſſimorum virorum vitas exquiſitiſſime conſcriptas, ut vita noſtra imitatione ad virtutem aliorum, rectius deducatur.* Idem quoque punctum S. Thomas de Villanova his verbis tangit: *verè exemplum quàm verbum homines magis movet, & propterea Spiritus Sanctus hujus artis inventor, ſciens quantum ad bene vivendum proficiat imitatio, fere per totam Scripturam varia Sanctorum exempla paſſim ſparſit, & fidelibus imitanda propoſuit*; ſic enim in Abrahã videmus obedientiam, in Joſeph caſtitatem, in Moyſe manſuetudinem, in Job patientiam, in David humilitatem, in Elia zelum, *in quibus velut exemplaribus & ſpeculis omnis bene vivendi ars relucet & ſplendet.* Idem quoque S. Archipræſul illorum adducit ſimilitudinem, qui Mathematicam addiſcunt, qui cum nonnumquam theoricam non ſatis intelligunt illis in practica præfigurantur anguli, circuli, vel aliæ figuræ, ut tanto magis ipſis imprimantur, & intelligibiliores reddantur: eodem modo, inquit Sanctus, Deus noſter in Evangelio Theoricam nos docet perfectionis, quam ut melius aſſequi, nobisque comparare valeamus, eamdem quoque nobis demonſtrat, prout practice exercita eſt, à Sanctis; *ut qui virtutum formam legendo non intelligit, videndo ſciat; quantum in ſe nobis & in cæteris Chriſtians congregationibus, vita unius viri ſancti inſpecta, aliis proficiat, experientia demonſtrat.* Celebre eſt illud Ebbe Abbatiſſæ facinus, quæ ne periclitantem per inimicorum incurſiones caſtitatem contaminaret, labia ſibi præſcidit, cujus generoſi facinoris exemplum cæteræ moniales confectantes, palmam ſibi acquiſiverе martyrij ſimulque illibatum virginitatis lilium euſtodiere. In Duazzo civitate Macedoniæ S. Aſtius Epiſcopus cum cruci affixus fuiſſet, ſeptem alij Chriſtiani, qui ob perſecutionis timorem ex Italia eò confugerant, viſo hoc ſpectaculo ad martyrium ſe ultro citroque generosè obtulerunt, unde & in mare ſubmerſi palmam ſibi compararunt martyrij. Plura ejusmodi exempla in hujuscе veritatis teſtimonium adduci poſſent, ſi id neceſſitas exigeret. S. Hilarion per familiaritatem cum S. Antonio M. initam, brevi, id eſt, duorum menſium ſpatio, illa ſpiritualis vitæ didicit fundamenta, quibus poſtea tam ſublimis ſanctitatis ædificium inædificatum fuit. Vita S. Antonij ✝ duob. Conſt. M. Imperatoris aulicis lecta, teſte S. Auguſt. cauſa illis fuit, ut aulam omnemq; qua hactenus aliti fuerant, ſpem inde dependentem protinus deſererent; eademque S. D. Auguſtino calcar addidit ad accelerandam converſionem.

Allegantur varia ſanctorum exempla. Bar. an. 112. n. 11. S. Auguſt. l. 8. Conf. c. 6. 7. Apud Iſaiam Prophetam hæc juſtis fuit ſtipulata promiſſio: *mutabunt fortitudinem, aſſument pennas ſicut aquilæ, current, & non laborabunt, ambulabunt, & non deficient* hæcque omnia objectæ alienæ ſanctitatis exemplo conſequenda dicuntur. Sub curru Ezech. bos & aquila, Angelus alatus, & alarum expers homo, pari paſſu & curſu, parique celeritate currebant & volabant, cujus rationem hanc S. Greg. aſſignat: *Ezechiel cum volantia animalia deſcripſiſſet, adjunxit: & audivi poſt me vocem commotionis magnæ, benedicta gloria Domino de loco ſancto ſuo, & vocem alarum animalium percutientium alteram ad alteram.* Ecce tibi igitur myſterium, cur animalia quadrupedia ponderoſiſſima, volucrem aquilam, & alites Angelos celeritate ſua adæquent; *quid namque alas animalium, niſi virtutes debemus intelligere Sanctorum, volantia animalia alis ſuis ſe viciſſim ferunt, quia Sanctorum mentes in eo quod ſuperna appetunt, conſiderati invicem alternis virtutibus excitantur, alà enim ſuâ me percutit, qui exemplo ſanctitatis proprio, me ad melius accendit, & ala mea vicinam animal ferio, ſi aliquando alteri opus bonum, quod imitetur, oſtendo.* Apud eumdem Prophetam dicitur: *Qui ſunt iſti, qui ut nubes volant, & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas?* quibus verbis viri exemplares nubibus & columbis, ob myſteria ab eodem S. Gregorio ſequentibus verbis expreſſa comparantur; *volant quippe ut nubes*, inquit, *quia à gravedine culpæ ſuæ leves, & gratia Sancti Spiritus in bono opere veloces, quaſi columbæ vero ſunt ad feneſtras, quia ad exemplum per bona opera ſe nobis quaſi per foramina porrigunt.* Porro Plinius columbas decies in anno in partubus ſuis fœcundas eſſe dicit; nubes pariter agros fœcundare noſcuntur, ſunt igitur viri exemplares velut nubes & columbæ, quia exempla bona illorum, quovis tempore fœcunditatem adferunt Eccleſiæ. Hæc autem Eccleſia à Gabriële Archangelo *domus Jacob* nomine appellata fuit, quando virgini de filio quem conceptura erat, dixit: *Regnabit in domo Jacob*, id eſt, ut Beda inquit, *in Eccleſia*, at vero quem modum ſanctus hic Patriarcha in domo Laban obſervavit, ut gregis ſui fœtus multiplicaret? nimirum *tollens virgas populeas virides, & amygdalinas, & exparte decorticavit eas*, & cætera quæ ibi fuſius narrat hiſtoria; quod dicti Patriarchæ factum S. Thomas de Villanova adducit, ad demonſtrandum, quantum fideles animati, & numero aucti ſint Martyrum, omnium que aliorum Sanctorum exemplo. Tunc enim in domo Laban, id eſt, in gentiliſmo, multiplicatus eſt grex Chriſti, & numerus Chriſtianorum & electorum Dei, quando unus ad imitationem alterius ad martyrium properabat, & ex idololatriæ præruptis, horridisque deſertis ad cœleſtis paſtoris reducebatur ovile.

Iſaiæ 40. v. 31. Applicatur ad hunc ſcopum viſio Ezechielis, de curru, & animalibus. S. Greg. l. 24. mor. c. 6.

DISCURSUS VII.

ARGUMENTUM.

Scandalum nidus eſt omnis malitiæ, & ſeminatum à dæmone lolium, quo infernus aperitur, ſuntque ſcandaloſi veluti ligna ignem infernalem nutrientia.

THEMA.

Mittet Filius hominis Angelos ſuos, & colligent de Regno ejus omnia ſcandala, & eos qui faciunt iniquitatem, Et mittent eos in caminum ignis. Matth. 13. ℣. 41. & 42.

Scandalorum paleæ nutriunt ignem infernalem. 1. EX tradita nobis ab incarnata Sapientia zizaniorũ parabola, ſcandala paleas eſſe ignem infernalẽ nutrientes manifeſte colligitur, quia in ea expreſſe dicitur, quod *mittet Angelos*, qui zizania in faſciculos collecta in ignem inextinguibilem projicient: *colligent de regno ejus id eſt*, ut S. Gregorius ait: *de Eccleſia, omnia ſcandala, & mittent eos &c.* circa quæ verba obſervandum, quod Spiritus Sanctus dum ſcandali mentionem facit, ut plurimum eidem aſſociet iniquitatem: *omnia ſcandala, & eos qui faciunt iniquitatem*; & Pſal. 140. *à ſcandalis operantium iniquitatem*, ſimiliter Ezechiel. c. 7. *ſcandalum iniquitatis*, ac denique c. 14. idem Propheta eadem verba trinies repetit, unde malitia hujus peccati manifeſte deducitur, quam proinde in præſenti Diſcurſu ex multis capitibus ponderabimus.

S. Greg. l. 5. in c. 4. Reg. Matth. 13. v. 41. Pſ. 140. v. 9. Ezech. 7. v. 19. Ezech. 14.

2. S. Bruno Carthuſianorum Patriarcha, textum illum Apoſtoli in quo Corinthiis perſuadet, ut ſcandaloſum illum inceſtuoſum è medio ſocietatis ſuæ auferant & amoveant, *ut tollatur de medio veſtrùm, qui hoc opus fecit.* Hunc inquam textum exponens, ſubjungit: *hunc & omne malum de medio veſtrùm*, quaſi dicere vellet, ſcandalum centrum eſſe & omnis malitiæ nidum. Chriſtus Redemptor noſter adverſus ſcandaloſos indignatus, his illos minis percellit: *væ mundo à ſcandalis*; circa quæ verba Abulenſis ad noſtram eruditionem ita ſcribit; *prænunciat hic Chriſtus malum quod ſequitur mundo, id eſt, mandanis hominibus propter ſcandala, quæ faciunt, quia non curant cavere à ſcandalis quæ faciunt, quaſi nihil eſſet ſcandalizare homines, cum tamen valde malum ſit.* Etenim origo primaria, ſeu primus ſcandali inventor Lucifer fuit, qui peſſimum hoc lolium primo in Paradiſo cœleſti ſeminavit, & poſtea in terreſtri, prius in natura angelica, & poſtea in humana, qui tertiam ſtellarum partem ſeduxit, præcipitavit, & ex firmamento æterno extraxit, easque in tenebras

1. Cor. 5. v. 2. S. Bruno Ibid. Ex ſcandalis omnia pullulant mala. Matth. 18. v. 7. Abul. ibid.

Scandala præbentes Satanæ vocantur. Matth. 16. v. 23. thates fecit degenerare cometas; quibus tranſactis ad Evam ſe contulit, eamque ſeduxit, eaque mediante Adamum. Atque hanc ob cauſam Verbum incarnatum, quando Petrum redarguit, ab humanæ redemptionis calice bibendo cum retrahere volentem, Satanam nuncupavit, dicens: *vade poſt me Satana*: cujus hanc immediate ſubjunxit rationem: *ſcandalum es mihi*; volens per hoc demonſtrare, eos dæmones potius quam homines appellandos eſſe, qui aliis præbent ſcandalum.

Tertull. l. de veland. virgin. c. 3. 3. Scandalum, ut Tertull. ipſum definit, *male rei exemplum eſt, ædificans ad delictum.* Si quam perſonam laudare velimus, eamque exemplarem nominare, eam appellare ſolemus perſonam ædificationis qualiter igitur Tertull. aſtruit, quod homo ſcandaloſus *ædificet* & potius deſtruit, & præcipitat; nihilominus veraciter dicitur *ædificans*, non quomodocumque, ſed addita particula *ad delictum*, ſcandala enim præter lapides ſunt cæmentum & bitumen, quæ rurrim ædificant Babylonicam, *ædificans ad delictum*. Ideoque omnibus ſcandaloſis merito exprobrari poteſt: *vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere, ille homicida erat ab initio*, qui primam machinam movens, ut diximus, in diſcrimen adduxit, ruinaque oppreſſit, primitus innumerabiles angelos, deinde protoparentes, cumque illis totum genus humanum, mortem omnibus inferens ſpiritualem. *Diabolus cum invideret homini*, inquit S. Auguſt. *ſerpente induxit, locutus eſt mulieri, & mulierem venenavit & virum.* Cujus monſtri infernalis imitatores ſunt ſcandaloſi, quia malo exemplo ſuo malitiæ venenum transfundunt ad alios; *mortui ſunt*, proſequitur idem Sanctus, *diabolum audiendo quem non audiſſent, ſi Dominum audire voluiſſent.*

Scandaloſi ſunt ex patre diabolo. Ioan. 8. v. 44. S. Aug. tr. 42. in Ioan.

4. Deus noſter, prout in Diſcurſibus præcedentibus docuimus, Davidem quondam elegit, in totius Iſraëlitici populi ſpeculum & exemplar, ut ipſum intuentes, in ſancto Dei timore viverent: *Elegit David ſervum ſuum, & ſuſtulit eum de gregibus ovium... Paſcere Jacob ſervum ſuum, & Iſrael hæreditatem ſuam*, ſed qualem ab eo modum obſervatum fuiſſe putatis? *Et pavit eos in innocentia cordis ſui, & in intellectibus manuum ſuarum deduxit eos.* Præterquam quod textum hunc Richardus à S. Victore ſeq. illuſtret Commentario, dicens: *intellectibus manuum ſuarum alium deducit, qui ad viam veritatis, quam per operum experimenta didicit, certis profectuum gradibus dirigit. Parva & parum certa eſt illa ſcientia, quam non adjuvat & confirmat rerum experientia*; itaque David populum ſibi commiſſum per viam rectam, operibus virtuoſis, bonoque exemplo ducere allaborabat; aſt quia hoc neutiquam ſufficiens eſſe judicabat, inſuper peſtifera ſcandalorum lolia removere, & eradicare conatus eſt, utpotè omnium malorum origines, ideoque proteſtatur, dicens: *in matutino interficiebam omnes peccatores terræ, ut diſperderem de Civitate Domini omnes operantes iniquitatem.* Quos peccatores quales fuiſſe ſi noſſe deſideratis. S. Ambroſium audite, qui hunc Pſalmi verſiculum (*prævaricantes reputavi omnes peccatores terræ*) ita reſolvit: *utinam mihi aſpiret hæc gratia, ut gladio ſpirituali, qui eſt verbum Dei, ab Eccleſia Dei, incentiva univerſa poſſim abolere vitiorum*; hæc autem ſcelerum incentiva mala ſunt exempla & ſcandala. Notandum autem, eos appellari *peccatores terræ*, quia omni iniquitate terram implent jamque cœlo renunciarunt, de quibus veraciter dici poteſt; *oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram, Conglutinatus eſt in terra venter eorum*; homines ſunt mundi hujus, perditæque ſalutis, qui *lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus peſſimis.*

David à ſe amovit ſcandaloſos, vocatque illos peccatores terræ. Pſal. 100. v. 8. Pſal. 118. v. 119. S. Ambr. in Pſal. 118. Oſten. 15. Pſalm. 43. v. 25. Proverb. 2. v. 14. 1. Cor. 5. v. 6.

Scandalum deſignatur per fermentum. Ibid. v. 8. Exod. 12. v. 15.

5. Apoſtolus in citato Epiſtolæ ad Corinthios capite, de ſcandalo tractans, ipſum fermento aſſimilat, dicens: *neſcitis, quia modicum fermentum totam maſſam corrumpit*, & paulo poſt eidem allufioni inſiſtens, quale venenum annexum habeat, ſubnectit inquiens: *fermentum malitiæ & nequitiæ.* Quam pariter ob cauſam olim Deum ſeveriſſime inhibuiſſe arbitror, ne Iſraëlitæ quidquam fermenti in ædibus ſuis aſſervarent: *non erit fermentum in domibus veſtris, quicumque comederit fermentatum, peribit anima illa de Iſraël.* Sed quorſum obſecro tanto cum rigore mortis pœna illi intentabatur, qui maſſam hanc domi ſuæ aſſervarent? ſcilicet ut in eo diſceremus, quod vel unius dumtaxat ſcandalum, in fermento figuratum, ſufficiens peſtis ſit, quæ inficiat morteque mulctet; omnes in tali familia degentes. Unde S. Thomas inquit: *ſicut per modicum fermentum, tota maſſa paſtæ corrumpitur, ita per unum peccatorem tota ſocietas inquinatur*, in cujus confirmationem illum adducit Eccleſiaſtici textum: *à ſcintilla una augetur ignis, & ab uno doloſo augetur ſanguis*; & hoc quidem contingit, dum per peccatum unius alij provocantur aliqualiter ad peccandum. Quem pariter textum Dionyſius Carth. exponens, ſub titulo fermenti ad homines alludit ſcandaloſos, dum ait: *ſic unum peccatum, ſeu unus peſtiens & perverſus totam maſſam, id eſt, veſtram congregationem contaminat, inficit, & ſeducit, niſi auferatur.*

Dion. Carth. Pſ. 77. v. 70. & 71. Ibid. v. 72. Rich. à S. Vict. p. 1. l. 2. c. 18. S. Thom. 2. Cor. 5. Eccleſ. 11. v. 34.

6. *Mittent eos in caminum ignis &c.* Chriſtus Judex ſeverus quidem, ſed tanto inſtior in caſtigandis impijs, dum ſcandali meminiſſe vellet, minatorum hoc præmiſit verbulum: *Væ*; quæ particula æterni ſupplicij eſt imprecatio, ipſamque Salvator eodem tempore bis repetit, dicens: *væ mundo à ſcandalis; ... væ homini illi, per quem ſcandalum venit*; quod *Væ* tamquam ſulphur eſt & pix ignis infernalis, æternum hoc concipiens incendium; ſcandalum namque ut plurimum offendiculum eſt, & rupes; in quam impingentes in barathrum præcipitantur perditionis; quia ut S. Gregorius ait: *væ in Scriptura ſæpius de æterno luctu quam de præſenti ſolet intelligi. In Iſaia, væ impio in malum; Job; ſi impius fuero, væ mihi eſt. Et ſcandalum*, ſunt verba S. Bonaventuræ: *dictum vel factum minus rectum, præbens aliis occaſionem ruinæ. Scandalum Græcè, Latinè obex; ſicut ad obicem in via poſitum læditur pes cunctis, ſi dictum, vel factum minus rectum, eſt obex infirmis in via morum.* Tam enim qui ſcandalizat, quam is, qui malum ſequitur exemplum, in voraginem ſe æternæ damnationis præcipitat, quia ut idem Seraphicus Doctor optimè diſtinguit: *Eſt ſcandalum activum & paſſivum; Activum quo quis alij dat occaſionem ruinæ ſpiritualis; Paſſivum, eſt ipſa ruina, facta ad obicem mali exempli alterius, ut cum quis fornicatur exemplo alterius.* In cujus confirmationem illa à Salvatore incredulis Hebræis intentata comminatio conſiderari meretur: *Væ vobis Scribæ & Phariſæi... quia claditis regnum cœlorum ante homines, vos enim non intratis, nec introeuntes ſinitis intrare*; ubi pœnam reprobationis non ſolum in Scribas & ſcandaloſos Phariſeos fulminat, verum etiam expreſsè dicit, quod Regnum cœlorum claudebant illis, quos ſcandalizabant. Unde Origenes ait: *qui ſcandalizaverit de paſſilis Eccleſiæ prohibens illos intrare in Regnum cœlorum, patietur quod ſcriptum eſt in Evangelio, Væ.* S. Thomas de Villanova in ſermone de *S. Michaële*, illos qui proximo ſunt cauſa peccati, his verbis perterret: *numquid melius illi fuiſſet mille mortes ſubiiſſe, quam tanti rei criminis eſſe? O quam horrendum tibi eſſe deberes, ut propter te perpetuo quàs ardeat in inferno.* Neque enim in illa abyſſo locum habet propoſitio illa. qua dicitur: *ſolatium eſt miſeris ſocios habere pœnarum*, quia per multiplicationem damnatorum, augetur in quolibet ipſorum pœna, quæ accidentalis vocatur, quanto igitur majora pœnæ incrementa experietur, qui cauſa fuit perditionis multorum? idem S. Archipræſul ſubjungit: *Mallem utique fratres eorum homines corporaliter peremiſſe, quam eorum animam perpetuo incendio tradidiſſe, ſi ex ſolo damno culpa penſanda eſſet, & non ex arbitrio. Si enim ſanguis Abel ſic clamat ad Dominum in fratrem occiſorem, quanto fortius clamabit ſanguis animæ perpetuo damnatæ in ſuum interfectorem? O quomodo conqueruntur, quomodo vociferantur! O quomodo maledicunt, & imprecantur omne malum apud Dei juſtitiam in eos, qui eis tanti mali & miſeriæ cauſa fuerunt, & offendiculum poſuerunt, ut in tale præcipitium ruerent!* tota Pentapolis igne conſumpta fuit, quem divina juſtitia de cœlo miſit, ad caſtigandum hominum illorum execrabile & nefandum peccatum, nimirum etiam in hac præſenti vita in malitiam adeo deteſtabilem per ſulphur ignis infernalis animadvertere voluit, & quidem ut S. Judas Apoſtolus obſervat, ideo omnes æquali pœna puniri fuere, quia malum exemplum ab uno in alium transfuſum fuit: *ſicut Sodoma & Gomorrha*, inquit dictus Apoſtolus, *& finitimæ civitates ſimili modo exfornicatæ, & abeuntes poſt carnem alteram, factæ ſunt exemplum ignis æterni pœnam ſuſtinentes.*

Præſtaret multos corporaliter manu, quam unicum ſpiritualiter malo exemplo peremiſſo. Matth. 18. v. 7. Pſalm. 43. v. 25. Proverb. 2. v. 14. 1. Cor. 5. v. 6. Scandalum deſignatur per fermentum. Ibid. v. 8. Exod. 12. v. 15. Jud. 7.

7. Conſideratione dignus eſt modus, quo incarnata & increata Sapientia in prædicta zizaniorum parabola loquitur, dicit enim, quod ſupremus Judex Angelos ſuos in fine ſæculorum velut totidem meſſores in Eccleſiam ſuam militantem miſſurus ſit, ut in cœleſte granarium frumentum congregent, zizania autem in ignem infernalem conjiciant; quærendum enim hic venit, cur, ex quo per hanc malam herbam, vel zizania, quævis culpa, omnisque perverſitas intelligitur, nulla fiat ſpecialis peccati mentio præterquam ſcandali? dicit enim ſacer textus: *ſicut ergo colliguntur zizania & igni combu untur, ſic erit in conſummatione ſæculi... Mittet Filius hominis Angelos ſuos, & colligent de Regno ejus omnia ſcandala*;

In parabola zizaniorum nullius peccati fit mentio, niſi ſcandalorum. Matth. 13. v. 40. Ibid. v. 41.

scandala; cur nullam facit mentionem de sacrilegiis, de apostasiis, de hæresibus, de atheismo, de paganismo, de incestibus, & blasphemiis, de simoniis, de homicidijs, de usuris &c. cur sola scandala memorat? scitisne, quodnam hujus sit mysterium? hoc nimirum, quia cum ibi de igne infernali agatur, nullum est peccatum, quod majorem cum illo igne relationem habeat, quam scandalum, hoc enim unica causa extitit, cur Deus abyssi illius voraginem aperuerit, etenim à principio quidem Creator totum Universum produxit: *in principio creavit Deus cœlum & terram*, sed fine inferno. Quando igitur justitia vindicativa ignem illum centro terræ invisceravit, ibidemque tenebricosum illum dilatavit carcerem? tunc videlicet, ut diximus, quando diabolicum hoc scandali monstrum in campum prodiit; quando draco infernalis tertiam naturæ Angelicæ partem scandalo suo in abyssum protraxit: *Michaël, & Angeli ejus prœliabantur cum dracone, & draco pugnabat, & Angeli ejus: Et non valuerunt, neque locus est inventus eorum amplius in cœlo, projectus est draco ille magnus serpens antiquus, qui vocatur diabolus & Satanas*; causa igitur, cur ipsi & sequacibus ejus barathrum apertum fuerit inferni, hæc est, quia seduxit universum orbem, postquam seduxisset magnam cœlestis curiæ partem.

Gen. 1. v. 1.

Apoc. 12. v. 7. Ibid. v. 8. Ibid. v. 9.

8. S. Irenæus acutè observat, quod in processu, quem Deus summæ justitiæ & æquitatis Judex in Paradiso terrestri formavit, major condemnationis pars in serpentem devoluta fuerit, licet tam Adam, quam Eva transgressionis rei fuerint: *omnis maledictio*, inquit Irenæus, *decurrit in serpentem*; at vero ex quo præceptum de pomo non comedendo, protoparentibus nostris impositum fuit, ipsique transgressores fuere, quamobrem dæmon pœna eique severiori mulctatur? *Jedixerat eos*, inquit Sanctus: *unde dixit Deus Serpenti; Quoniam fecisti hoc, maledictus tu ab omnibus pecoribus & ab omnibus bestijs terræ. Hoc idem autem & Dominus in Evangelio, hoc qui à sinistris inventuntur, ait: abite maledicti in ignem æternum, quem præparavit Pater meus diabolo & angelis ejus, significans, quoniam non homini principaliter præparatus est æternus ignis, sed ei, qui seduxit & offendere fecit hominem.* Etiamnum hisce diebus nostris post sex mille sexcentos & amplius annos durat hæc serpentis maledictio; *quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animantia & bestias terræ.* Omnia enim animalia, etiam irrationalia serpentem fugiunt, inque summo horrore & abominatione habent, magis tamen homo, quia primus scandalosus hujus larva indutus seducere cepit. Rupertus Abbas delictum à primis parentibus commissum examinans, observat, quod Deus diverso modo procedat in instituendo transgressionis illorum examine, & in puniendâ eadem transgressione. Primo enim interrogavit Adamum, postea Evam; at vero quando deventum est ad promulgandam sententiam, primo loco condemnationem fulminavit contra serpentem, postea contra Evam & tandem in fine contra Adamum. Cujus hanc assignat rationem, quia dæmon totius mali origo fuit, utpote qui mulierem instigavit, eamque lateribus Adami admovit, ut & ipsum prævaricari faceret; *itaque repulsa venia, tandem super illos justa datur sententia, & primo in ipsum peccati principium, à quo totius mali initium emanavit.* Considerandum quoque est, quod Adam & Eva à Deo interrogati fuerint, serpens vero non item, & tamen hic instrumentum & author omnis mali fuerat. Quod dubium Procopius his verbis resolvit: *Mirabile vide judicium, deceptos interrogat, deceptorem non interrogat, sed quasi malum & mali auctorem, & penitus incorrigibilem, venisque indignum assatur.* Voluit nimirum divina Sapientia, quæ omnia alto cum mysterio disponit, ab ipsis mundi crepundiis nos docere, illos qui offendiculum sunt, & ruina animarum, ut plurimum incorrigibiles, veniæ incapaces, & peditæ salutis homines esse. Non enim fuit examinatus serpens, nec vocatus ad se defendendum, aut rationem de se reddendam, sicuti primi parentes, sed *ex abrupto* maledictus & condemnatus fuit, *quia fecisti hoc, maledictus es*; non enim opus est examine aut processu ad condemnandum illos, qui scandalum præbent, nimis enim potens & detestabile est seculus illorum, & quia *in flagranti crimine* deprehenduntur, tamquam atrocium delictorum rei, inauditi condemnantur.

S. Irenæus l. 3. c. 3. Qui alios malo exemplo seducunt majorem merentur damnationem.

Gen. 3. v. 14.

Rup. Abb. l. 3. de Trin. c. 16. Patet in damnatione, & pœna serpentis in paradiso.

Procop. Ibid.

Gen. 3. v. 14.

DISCURSUS VIII.
ARGUMENTUM.

Considerantur pœnæ & supplicia in Scriptura Sacra, scandalum dantibus comminata, nec non varia pœnarum scandalum præbentibus inflictarum exempla.

THEMA.

Qui autem scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris. Matth. 18. v. 6.

1. EX pœna, quam Salvator noster cæteroquin mitis & benignus (*discite à me, quia mitis sum*) scandalosis imposuit, facilè argui potest, quanta sit scandali gravitas: *qui autem scandalizaverit &c.* Circa hæc tamen verba dubium nascitur, cur Christus hoc potius, quam aliud supplicium scandalum præbenti imprecatus fuerit; quam enim proportionem mola asinaria collo alicujus ad mortem condemnati appensa habere potest cum supplicio peccati scandalo debito? Porro in S. Luca eamdem legimus propositionem, postquam enim Christus dixisset; *impossibile est ut non veniant scandala, væ autem illi per quem veniunt*; protinus subjungit, *utilius est illi, si lapis molaris imponatur circa collum ejus & projiciatur in mare, quam ut scandalizet unum de pusillis istis.* S. Bonaventura hunc Textum exponens, notat: cœlestem Magistrum nostrum se in hac propositione accommodare voluisse usui illius Provinciæ, in qua delinquentes in mare, appenso ad collum eorum immenso quodam saxo, proturbabantur; idque probat per sequens Ven. Bedæ testimonium, qui subjungit: *hoc dicit utilius, quam ut unum scandalizet de pusillis istis, quia longe minor est ista, quam illa, quam scandalizando proximum meretur, vere utilius innoxium gravissima pœna vitam finire quam lædendo fratrem, mortem mereri perpetuam.* Abulensis observat, in Palæstina, molendina, non per vim aquæ, ut usitatum est nobis, sed ab asino quadam circumagitari consuevisse. Et ideo S. Matthæus & S. Marcus saxum istud molam asinariam appellant, vel etiam ad denotandam saxi magnitudinem, quia nonnullæ molæ parvæ sunt, quæ manibus circumaguntur; *quæ trahuntur ab asinis*, inquit Abulensis, *molæ magnæ sunt & hanc magnitudinem exprimere voluerunt; quia vero dicitur, quod suspendatur mola in collo, & demergatur in mare, voluit Christus tangere magnitudinem pœnæ, in terra enim Chanaan sive Palæstina, in qua Christus erat, consuetudo vigebat pro maximis criminibus reos sic demergi, ideo per hoc significavit, quod pœna quæ datur à Deo scandalizantibus proximos, major est quam maxima pœnarum, quæ datur hic pro criminibus, & ita eos terret.* Quæ doctrina merito consideratione digna est, ad incutiendum scandalum præbentibus terrorem & formidinem; siquidem Christus declarat supplicium illis debitum, longe atrocius esse, quam sit atrocissimum supplicij genus, quod illo tempore, & illis in locis reis irrogari solebat, ut vel exinde agnoscerent excessivam hujus delicti gravitatem: unde paulo post idem Doctor subjungit: *posset pœnam illam temporalem, quæ maxime eos movere poterat, & illa erat de saxo ligato ad collum, quæ dabatur maxime facinorosis.*

Matth. 11. v. 29.

Ex pœna scandalosis comminata patet istius peccati gravitas.

Luc. 17. v. 1. Ibid. v. 2.

S. Bonav. in cap. 17. Luc.

Abul. q. 34. in c. 18. Matth.

2. Porro verba illa: *expedit ei &c. utilius est illi &c.* facilem habent intelligentiam, nam ut S. Ephrem in Discursu cui titulus est: *adhortatio de non scandalizando proximo*: ait: *damnum quod hinc oritur, explicari non potest*, & ideo fine dubio melior foret ejus conditio, si vitam perderet corporalem, quam si per malum exemplum vitam spiritualem & sibi, & proximis eriperet, quæ nullam cum salute & vita corporali proportionem habet. Unde optimum est illud Didaci Stellæ consilium dicentis: *unusquisque ante debet subire mortem corporalem, quam vitam animæ perdere propter peccatum mortale, ut sit proximum scandalizando, cum anima sit nobilior, quam corpus.*

S. Ephrem. Paran. 4. p. 1. Damnum quod oritur ex scandalo, maximum est. Did. Stell in c. 17. Luc.

3. D. Chrysologus in sermone 27. de malitia scandali scribens alia: hujus comminatæ pœnæ mysteria in medium adducit; *quare*, inquit, *non lapis, sed lapis molaris? quia lapis molaris dum triticum terit, dum farinam findit, à polline furfurem dum secernit, panem pro laboribus administrat. Bene ergo illi, qui eligit minister scandali magis esse quam pacis, ad collum lapis alligatur molaris, ut hoc illum ad mortem traheret, quod illum habere debuisset ad vitam, quia sensus ad vitam datos, mortis convertit in scandalum, scandendo aliud videre, aliud audire, aliud sentire, aliud sapere, quam erat in Christo, quam erat in scientia salutari. Hinc angulatum lapidem, hinc adjutorij lapidem, hinc lapidem sine manibus abscissum, quod est Christus, sic pusillorum circuit & traxit ad scandalum, ut non panem vitæ, sed panem lachrymarum conficeret, & doloris, sicut Propheta testatur dicens: qui manducatis panem doloris.*

D. Chrysol. ser. 27. Cur Lapis molaris appendendus collo scandalosi.

Psalm. 126. v. 2.

4. Considerandum quoque est, quod reus qui saxo ad collum alligato in mari submergitur, penitus ab oculis nostris subducatur, non vero item qui in publico foro justitiæ supplicio afficiuntur, hi enim quia omnibus expositi sunt, in spectatoribus excitant compassionem, atque ad porrigendum pro anima illorum precum subsidium populum commovent, econtra vero, qui in mare demerguntur & profundatur, exosus declaratur omnibus & indignus qui videatur, ne dum adjuvetur. Hanc autem detestationem & abominationem scandalosi pœnæ loco sustinebunt, quia exosi sunt Deo, hominibus, & multo magis Angelis. Advertendum est, pariter quod Salvator noster dum comminatur scandalum præbentibus commeritum supplicium, immediate post Angelorum faciat mentionem quod utique sine mysterio factum non est quia quando malum exemplum proximis nostris præbemus, sumusque causa ruinæ animarum illorum, eodem tempore pariter Angelos offendimus, qui illarum custodiæ invigilant, qui proinde zelo extimulati, Divinæ Justitiæ gladium contra nos apprehendent; ac proinde Christus ait: *Videte, ne contemnatis unum ex his pusillis, dico enim vobis, quia Angelorum in cœlis semper vident faciem Patris mei qui in cœlis est, Venit enim Filius hominis salvare quod perierat*; quibus verbis rationem assignat, cur nulli hominum præbendum sit scandalum, quisquis demum sit, ne quidem parvulis, quia ipse nimirum de cœlo descendit ad salvandas animas, quas scandalosus malo suo exemplo perdere studet, ac proinde vult dicere, Angeli zelantes honorem meum & sibi commissorum salutem, suo tempore rigorosum de illis supplicium sumere, non intermittent; nam ut S. Bernardus in quodam sermone ait: *Nihil æque offendit, & ad indignationem provocat eos, quomodo scandala, si forte inveniantur in nobis.*

Matth. 18. v. 10. Quomodo scandalum præbens gravissimè offendat SS. Angelos.

Matth. 18. v. 10. Ibid. v. 11.

S. Bern. ser. 1. de S. Michaële.

5. Sacra Scriptura plena est comminationibus, quas contra malitiam horum sacrilegorum intentant, qui animas pretiosissimum Dei thesaurum eidem Deo eripiunt. Porro quando in Scriptura de aliis peccatis sermo est, ex modo, quo de illis loquitur fatis, colligitur, quod eorum speret emendationem, unde & pro illis pietas cœlestis imploratur: at vero de scandalosis loquitur tamquam de hominibus à Deo separatis, vel tamquam de membris à corpore præcisis, unde hisce nulla spes vitæ reliqua esse poterit. S. Paulus ad Galatas scribens, deque hac peste sub titulo fermenti disserens: *Modicum fermentum totam massam corrumpit*; & paulo post subjungit: *qui conturbat vos, portabit judicium, quicumque est ille, Utinam & abscindantur, qui vos conturbant.* Clarius autem in eodem capite S. Matth. Christus loquitur dum ait: *si manus tua, vel pes tuus scandalizat te, abscide eum, & projice abs te; Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & projice abs te*; At vero forsitan dices, doctrinam quam Doct. Gentium, qui ab eadem incarnata Sapientia in Academia cœli empyrei eruditus fuit, ad Corinthios scribit, huic doctrinæ, & præcepto apud S. Matthæum à Christo tradito contradicere videtur; dicit enim Apostolus, *ut non sit schisma in corpore, sed idipsa pro invicem solicita sint membra, Et si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra... Vos autem estis Corpus Christi, & membra de membro.* Per experientiam quoque videmus, quod si pes v. g. in offendiculum aliquod impingens, graviter lædatur, non ob id subito præscinditur, aut separatur à corpore, imo ad pedem curandum manus confestim accurrit, oculus similiter ad qualitatem mali discernendam quaquaversum vertitur; denique stomachus haud invitus est ad sustinendam pro cura pedis diætam; uno verbo pro invicem solicita sunt membra, cur igitur tam Christus, quam S. Paulus ad Galatas membra nociva præcindi suadent & à corpore projici, quod idem est, ac si diceret, totaliter separatur scandalosus à communione, & consortio nostro, tamquam excommunicatus & præscitus? cur non potius ad correctionem admittitur, & per exhortationes ad sui emendationem permovetur & inducitur? respondeo prosequendo eamdem similitudinem membri putridi corporis nostri, quamdiu enim spes est ut sanari possit, pars aliqua corporis infirma, toleratur in corpore, ad illud curandum omnis generis remedia adhiben-

Scandalosi abscindentur à Deo & hominibus, tamquam omnibus exosi.

Galat. 5. v. 9. Ibid. v. 10. Ibid. v. 12. Matth. 18. v. 8. Ibid. v. 9.

1. Cor. 12. v. 25. Ibid. v. 26. Ibid. v. 27. Scandalosi abscindendi sunt, eo quod in illis vix sit spes emendationis.

tur, at vero quando evidens est periculum, ne ex eo totum corpus inficiatur, tunc à corpore præcinditur & in terra sepelitur eodem modo de aliis peccatoribus vitiosis dici potest, quod ad faciendam pœnitentiam magis sint dispositi, magisque emendationis capaces, & ideo sine perversionis periculo cum illis, utpotè spem salutis suæ promittentibus turè & securè agere & conversari possumus, at vero scandalosi sunt veluti membra putrida, quæ sana corporis membra inficiunt & destruunt, nec aliud superest pro illorum salute remedium, quam sectio; ac proinde bene S. Paulus ait: *Utinam & abscindantur*; Et Salvator, *abscide... & projice.* S. Thomas de Villanova in sermone de S. Michaële inquit; *non ad literam suffodiendum oculum aut præcindendam manum vel pedem intelligas, sed spiritualem oculum, aut manum, aut pedem, id est, amicum, qui tibi pro oculo est in consilio, aut pro manu in auxilio, aut pro pede in lucro; etiamsi dexter sit, & ad bonum te inducit, si alias te in peccatum trahit, projice abs te, declina ab eo, fuge, fuge illius societatem.* At verò quænam est pœna illius, qui scandalosum à se non separat aut projicit? nimirum ut simul cum ipsis submergatur in abyssum æternæ perditionis: *bonum tibi est ad vitam ingredi debilem, vel claudum, quam duas manus, vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum.*

Gal. 5. v. 12. Matt. 15. 30. S. Thom. à Villanova ser. de S. Mich.

Matth. 18. v. 8.

6. Apud Jeremiam dicitur, *calix aureus Babylon in manu Domini inebrians omnem terram, de vino ejus biberunt gentes, & ideo commotæ sunt.* Post quæ verba vix facta mentione calicis hujus aurei quo major pars mundi inebriabatur id est, per ejus delicias, & blanditias innumeri seducebantur, statim subjungit: *subito cecidit Babylon, & contrita est: ululate super eam:* S. Ambrosius in lib. de Elia & jejunio Propheticum hoc oraculum adducens, ita scribit: *Divina indignatione conteritur, qua ratione calix aureus, quoniam qui à veritate defecit, quærit illecebram, ut specie salutis pretiosa ad bibendum aliquos possit allicere.* Supplicium porro quo Divina Justitia in Regem Achab animadvertit severum quidem & rigidum fuit, multo tamen atrocius fuit illud quod de Jezabel conjuge ejus sumpsit: ille enim in bello infeliciter mortuus est, & modicam sanguinis sui partem canes linxerunt, septuaginta quoque capita totidem filiorum suorum à Jehu qui ei in Regno successit præcisa post mortem ejus in aliquot cophinis Missa fuerunt, Jezabel autem è fenestra præcipitata, & totaliter excepto cranio à canibus devorata fuit. Abulensis causam examinans, cur hæc majori cum rigore punita fuerit, inquit: *quanto peccata sunt majora, tanto gravior eis pœna correspondet, & tamen cæteri de progenie Achab occidendi erant, & Jezabel peccaverat plus quam omnes illi, ergo illi debebatur pœna major, quam mors, & illud erat, quod proculcaretur ab equis, & lacerarentur à canibus.* In alia vero quæstione difficultatem totaliter solvit dicens: *Ipsa incitabat Achab ad omne malum, erat enim calix aureus Babyloniæ, qui illum inebriavit, quia nihil forè illorum feci sset, nisi Jezabel movisset eum.*

Jer. 51. v. 7. Gravius puniuntur qui alios incitant ad peccata quam peccantes. Ibid. v. 8. S. Ambros. in lib. de Elia & jejun. c. 15. Patet in Achab & Jezabel.

7. Salvator noster apud S. Matth. c. 24. malum & infidelem servum illum de hac culpa potissimum accensavit: *manducet autem & bibat cum ebriosis, Veniet Dominus servi illius in die qua non sperat, ... Et dividet eum, partemque ejus ponet cum hypocritis, illic erit fletus & stridor dentium*; ubi quærendum venit, cur tam severi supplicij comminatio intentetur illi, qui gravium criminum reus non est, quin potius mediocrium communium, imò talium, in quæ major pars mundi incidere solet? D. Chrysostomus peccato servi illius scandalum annexum fuisse observat, dicit enim: *Vide hunc quoque famulum, quoniam edat & bibat, cum temulentis accusari, non enim temulentos solùm, verum etiam eos, qui cum ipsis vivunt, torquebit, nec injuria quidem, nam & se ipsos corrumpunt, & proximorum salutem negligunt, nulla verò alia re Deus magis irritatur, quàm si proximi commoditatem despicias, quapropter ut iram in illos ostendat, in duas incidi servum illum partes imperavit: hac de causa notam, quâ Discipuli sic cognoscerentur, charitatem esse affirmavit, quoniam diligentem necesse est de dilecti utilitate meditari.* Legatur horrendum illud supplicium à Deo prædictum, & postea in Heli, filios ejus, & totam ejus progeniem fulminatum: *facio verbum in Israël*, inquit, *quod quicumque audieris, tinnient ambæ aures ejus.* At verò cur obsecro Divina Justitia indignata tot in hanc domum iræ suæ fulmina vibravit? S. Textus ait: *erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram Domino*; At verò in quonam peccatum illud consistebat, num forte in eo, quod carnes sacrificatas sibi rapuerint? si ita est, peccatum hoc adeo grave esse non videtur, cum Deus per os Psalmistæ dicat: *manducabo*

1. Cor. 11. v. 20. Matth. 23. v. 25. Ibid. v. 26. Ibid. v. 27. Horrendum supplicium Heli & filiorum proveni ex malo exemplo illorum. 1. Reg. 3. v. 11. 1. Reg. 2. v. 17. Psal. 49. v. 13

quid mandacabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? respondeo igitur, malitia peccati ipsorum non consistebat in eo, sed execrandus excessus, quem Deus in illis execrabatur, scandalum publicum erat, *quia retrahebant homines à sacrificio Domini*; & ideo S. Gregor. ait: *Grande nimis peccatum esse cognoscitur, quod pœnitentiæ lachrymis non deletur*, & paulo post ait: *grande nimis coram Domino, quia ad peccandum alios pertrahebat.* Imò ipsemet Pater coram Heli sacrilegis filiis suis dixit: *quare facitis res hujuscemodi, quas ego audio, res pessimas, ab omni populo?* super quæ verba S.Greg. ait: *cum dicit, quas ego audio res pessimas ab omni populo, ipsæ res à populo agi debent intelligi, non referri*; igitur peccatum hoc ideo pessimum fuit, quia scandalum ipsorum in totum populum transfundebatur.

1. Reg. 2. v. 17.

Ibid. v. 23.

S. Gregor. l. 2. in c. 2. Reg.

8. Audianus, quousque mundus sæculo Davidis degeneraverit, adeo nimirum ut idem Regius Vates dicat: *dixit insipiens in corde suo, non est Deus, corrupti sunt & abominabiles facti sunt in studijs suis, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum; Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolosè agebant venenum, aspidum sub labijs eorum, quorum os maledictione & amaritudine plenum est, veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.* At verò scirene cupitis, unde hic iniquitatis torrens emanarit? nimirum à malis exemplis; *omnes declinaverunt*; sed quare? quia *corrupti sunt*, id est, à dissolutorum & scandalosorum hominum fœce, fuere seducti & perversi. Ex innumerabili illa hominum multitudine (tres enim milliones hominum fuisse creditur) quæ ex Ægypto egressa fuit, infallibilis Dei providentia, neminem terram promissionis ingredi permisit, præterquam solum Josue & Caleb; idque, quia ut in Ezechiele Deus ipse conqueritur: *irritaverunt me domus Israël in deserto, in præceptis meis non ambulaverunt &c.* Unde D. Chrysostomus, postquam quæsivisset, *cur omnes perierunt?* respondet pariter, *quoniam valde peccarunt.* Sequens verò ejusdem S. Doctoris ratio, magis facit ad propositum, dicit enim: *providit, ut, qui Palestinam erant occupaturi, mala quæ erant in Ægypto, non vidissent, omnem nempe superstitionem, & omnem impietatem, & ut tantæ improbitatis nullum magistrum haberent. Eos enim ita præoccuparat Ægyptiorum consuetudo, & ita eos ceperat, ut post miracula, ne in deserto quidem parè erroris reliquias abstergerent.* At verò quænam demum causa fuit, quod Josue & Caleb à communi & universali excidio fuerint exempti? audiamus idipsum, ex hujus ipsomet ore, cum enim à Moyse una cum aliis ad terram Chanaan explorandam missus fuisset, non obstante, quod illi populum seducere, ipsumque ab hoc itinere deterrere studuissent, ipse tamen ab eis se minimè seduci permisit; unde ipsemet ait: *fratres mei, qui ascenderant mecum, dissolverunt cor populi, & nihilominus ego secutus sum Dominum Deum meum.* Circa quæ verba Interpres quidam ita scribit: *dicunt, Calebum Jephonæ filium esse appellatum, non quia à parente aliquo, cui ita nominis fuerit, natus esset, sed quia fuit ipse circumspectus, cum ad scelerateæ speculatorum conspirationis societatem se nollet adjungere.*

Pſ. 13. v. 1. 3. Cur Israelitæ non intraverint in terram promissionis nisi Josua & Caleb.

Ezech. 20. v. 13.

D. Chryſ. in Pſ. 43.

Josue 14. 2. 8.

Masius ib.

DISCURSUS IX.

ARGUMENTUM.

De suppliciis & pœnis Superiorum, qui malo exemplo subditis præeunt, idque faciendo magna illis damna inferunt.

THEMA.

Initiatus est Israël Beelphegor & iratus Dominus. Ait ad Moysen; Tolle cunctos Principes populi & suspende eos contra Solem in patibulis, ut avertatur furor meus. Num. 25. ℣. 3. & 4.

Jubetur Moyses Principes crucifigere propter mala exempla data aliis.

1. QUi hanc Numerorum Historiam conscripsit Chronista, ipsemet Moyses erat, cui Dominus præcepit, ut Principes cruci affigeret, quia populus in fornicationem & idololatriam corruerat: *imitatus est Israël Beelphegor*; quare itaque contra Primates gladius acuitur: *tolle cunctos Principes &c.* Origenes respondet: *Vides, quæ sit conditio Principum, de populi peccatis coguntur reddere rationem*; principaliter autem ad rigorosissimum obligabantur, si ipsimet causa offendiculi fuerint, iis, qui à se dependent, quia nimirum Princeps scandalosus, toti est perniciosus Reipublicæ. Tales autem fuisse in præsenti, ex eodem deducitur capitulo, siquidem ille, contra quem ferrum vibravit Phinees, quique alios ad fornicationem pessimo suo exemplo inclinabat, Princeps erat, dicente Scriptura sacra: *erat autem nomen viri Israelitæ, qui occisus est cum Madianitide, Zambri filius Salu, Dux de cognatione & tribu Simeonis; Porro mulier Madianitis ... vocabatur Cozbi, filia Sur Principis nobilissimi Madianitarum*; quantumvis igitur omnes scandalosi à justitia punitiva Dei plectantur, nihilominus Capita, Prælati & Principes manifestius & severius castigantur, ideoque notanter dicitur: *suspende eos contra Solem, ut arguantur à luce*, inquit Origenes, *ostentantur contra Solem, ante quem nihil potest abscondi*, quia nimirum scandalum publicum, justitia Divina publico cœlestius supplicio expiari jubet. Porro Simeon Jacobi filius tribui huic denominationem dedit, qui juxta c. 42. reliquos inter fratres diu in carcere detentus fuit à Josephi, usque dum reliqui fratres cum Benjamin redirent; circa cujus rei gestæ seriem, vestrum ego judicium exquiro, ut edicatis, cur juxta infallibilis providentiæ cœlestis dispositionem Simeon unicus inter reliquos fratres ad carceris angustias fuerit condemnatus? dubium hoc Dionysius Carth. resolvit, dum ait: *respondetur, quod magis peccavit in Joseph sua crudelitate, & alios incitavit contra eumdem.* Dignum autem erat, ut plus castigaretur, qui reliquos animarat fratres ad tribulationes, contra Joseph, quando eum occidere meditabantur; & tandem morte in servitutem commutata, ipsum ut mancipium vendiderunt. Deque hac eadem Simeonis tribu in Josue scribitur: *egressa est sors secunda, filiorum Simeon per cognationes suas, fuitque hæreditas Eorum in medio possessionis filiorum Judæ.* Porro Abulensis notat, tribum hanc, dum ex Ægypto exiret, quemadmodum ex c. 1. Num. deducitur 59300. numerosam fuisse, ubi autem ad Jordanem deventum est, non nisi numero exstitit 2200. prout ex cap. 26. ejusdem libri patet. Circa quam differentiam scire optarem, unde tanta, tamque præjudicialis orta fuerit diminutio? Unde tanta derivata ruina? rationem jam intellexistis, tam enim filius Jacob, quàm ille Zambri alijs scandalo fuerunt; hic quidem omnibus suæ tribus, totique Israëli; iste verò fratribus suis; tales autem extremum merentur exterminium & ruinam, neque enim tunc innumerabiles defecêre sectatores, ut Abulensis notat, utpote suum sequentes ducem, partim ut ei complacerent, partim quia à nullo cohibebantur, quin imò ipsemet Princeps suo pessimo exemplo iis ad flagitia animum addebat.

Num. 25. v. 14.

Ibid. v. 15.

Gen 42. v. 25.

Dion. Carth.

Josue 19. v. 1.

Ibid. v. 2.

Abul. q. 1.

Ibid.

Cur ex tribu Simeonis tam pauci transierint Jordanem.

2. Mysteriosa equidem illa est, per S. Lucam de ficu infertili descripta parabola, quam Dominus vineæ succidi jussit; ast temporis notate circumstantiam, non equidem, dum sterilis esset, eam amputari voluit, siquidem primo anno hunc in finem crescere debebat, per tres itaque annos eam sustinuit infructiferam; quo tempore elapso, dum absque fructu permanens; umbra ramisque suis alias arbores occuparet, tandem Dominus præcepit: *succide, ut quid terram occupat?* hac itaque in arbore D. Chrysologus præsulem, & præsidentem intelligit, ita discurrens; Deus aliquando hujusmodi, etiamsi bonorum fructuum nullum ferant, per longum temporis spatium patienter sustinent; ast ubi sterilitati, malum superaddiderit exemplum & scandalum contra subditos, tunc Deus moræ ultra impatiens, contra eos iræ suæ fulmina vibrat. *Sicut infæcunda arbor* (conceptus est dicti Sancti) *si fuerit in vinea, dum fundi mortiferam subjectis vitibus umbram inimica non sibi soli, sed etiam palmitibus sit fœcundis, ita homo defes, ignavus, si præsit populis, non sibi soli sit noxius sed multis, dum sequentes se suo vitiat & perdit exemplo.* Didacus stella verba illa Christi apud S. Lucam exponens, quibus melius esse dicit, suspenso ad collum saxo in mare demergi, quàm pusillis præbere scandalum, tale format stringens argumentum: *si tam gravis est pœna illius, qui pusillum unum scandalizaverit, quid erit de illis, quos Deus tamquam mundi lucem posuit super candelabra, ut omnibus lucerent? Qui jam Episcopatus, Dignates & Principatus obtinent, non tot populum adiscent exemplo & verbo, sed in scandalum sunt multorum, & in ruinam populi totius, videntes eorum potentiam, delicias, avaritiam, superbiam, qui ovibus sunt in scandalum.* Alphonsus Rex Arragoniæ hac uti similitudine solebat: *ut herbæ quædam ad Solis motum, sic populares in Principum mores vertuntur.* Enimverò, quisquis quatuor Regum, & duos Paralipomenon libros attentè pervolvit, inveniet utique, nullum inter omnes Reges Israël atrocius fuisse à Deo castigatum quàm Jeroboam, sæpe autem dum fulminum, à Divina Justitia in ipsum emissorum, sit mentio, ratio illorum his verbis insinuatur, *quia peccare fecit Israël*; duos enim vitulos

Superiores scandalosi designantur per ficum sterilem.

Luc. 13. v. 6.

D. Chryſol. ſer. 129.

Did. St. in c. 17. Luc.

Quam graviter peccent.

vitulos aureos à subditis suis adorandos erexit, unum in Bethel in Dan verò alterum; *duo autem vituli*, ut Belluacensis ait, *duo exemplorum malorum genera significant, in Prælatis, & personis Ecclesiasticis; hic est vitulus, quem posuit in Bethel, id est, in domo Dei ad ruinam populi: vitulus in Dan, qui judicium interpretatur, significat exemplum malum Principum terrenorum.* Pro cujus majori intelligentia cap. 14. lib. 3. Reg. si lubet percurrite, ubi exterminium ejus, totiusque posteritatis ipsius fusius describitur.

Belluac. ſpec. mor. par. 3. l. 3. diſt. 17.

3. Josue quamdam proposito nostro peraccommodam describit historiam, verbis sequentibus: *cepit Azor, & Regem ejus percussit gladio, Percussitque omnes animas, quæ ibidem morabantur, non misit in ea ullas reliquias; sed usque ad internecionem, universa vastavit, ipsamque urbem peremit incendio, Unam tantum Azor munitissimam flamma consumpsit.* Cur obsecro contra hanc civitatem potius desæviit Josue, quàm contra tot alias, quæ ipsi diversas fecerunt resistentias, & majora forsitan incurrerunt demerita? cujus hæc in promptu redditur ratio, quia scilicet Jabin Princeps Azor, suum non modo contra Israëlitas exacuit gladium, sed & alios provocavit, invitavitque, dicente Scriptura sacra: *Jabin Rex Azor misit ad Jobab Regem Madon, & ad Regem Semeron &c.* Ubi Lyranus ait: *Unam Azor munitissimam flamma consumpsit de illis, quas ceperat Josue, quod fecit, quia Rex Azor induxerat alios Reges ad pugnandum contra filios Israël.* Quod equidem Magnates hujus sæculi potentes ad ignem destinati sunt infernalem, non modò propter sua scelera, sed quia aliis occasio fuerint, maxime autem sibi subjectis peccandi & delinquendi? duos à Deo luxuriosos punitos fuisse leginus, unum filium prodigum, qui totum patrimonium suum cum meretricibus dilapidarat, *facta est fames valida in regione illa & ipse cœpit egere, ... Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis quas porci manducabant, & nemo illi dabat.* Nihilominus flagellum hoc solam ipsius invasit personam, neque ad patrem, fratrem, aut reliquos ejus domesticos transfusum fuit; quin imo ut ipse dicebat; *quanti mercenarij in domo Patris mei abundant panibus?* Secundus libidinosus fuit Pharao, qui Saram intuitus, eam in palatium venire jussit, ut ejus amplexibus frueretur, moxque non solùm ipse, sed & tota numerosa ejus familia, ut novimus omnes, castigata fuit; *flagellavit Dominus Pharaonem plagis maximis, & domum ejus propter Sarai uxorem Abraham*; circa quos duos, ejusdem ambos reos vitij, quis mihi assignabit differentiam? Si causam diversi supplicij non penetratis, D. Chrysostomum audite, dicentem: *non ipsum solum & domum ejus, & qua de causa cum Rex peccet, omnes de domo ejus sunt pœnæ participes? non absque ratione hoc fit, sed ut per hoc Regis infamia compescatur*; deinde ad nostrum subnectit propositum, inquiens: *non propter illum solum pœnam sustinuerunt, sed verisimile est eos cooperatos fuisse.* Populi enim quemadmodum ad sectanda Principum exempla proclives sunt ita etiam Deus disponit, ut simul cum Principibus participent in suppliciis. *Præcipitantur in foveam peccati*, inquit Belluacensis, *scandalizantes enim primò corruentes in foveam multos secum trahunt, major autem & gravior est ruina primo cadentis, quia omnes alij corruunt super eum.* Quapropter gravissimum Manassi cœlitus inflictum supplicium Scripturæ Sacræ fusius commemorant, qui, ut lib. 2. Paralip. asserit, vitam suam in prædam dederat abominationibus horrendis, ita ut non modò carnis desideriis fræna laxasset sed insuper veri Dei cultum conculcaret, dicente Scriptura sacra: *fecit malum coram Domino juxta abominationes Gentium.* Et paulo post idem facer Textus astruit, quod populum seduxerit, ut eorumdem Gentilium sectaretur abominationes; *igitur Manasses seduxit Judam & habitatores.* Et nihilominus si totam percurreritis Scripturam Sacram, nusquam invenietis, eum actu aliquo positivo Israëlem ad idololatriam instigasse; qualiter igitur eum seduxit? sufficisset equidem Spirit. S. dixisse, quod Rex idololatra erat, hoc enim sufficiebat ad inferendam hanc aliam consequentiam, scilicet quod populum seduxisset, quia ut S. Bernardus ait: *Principis error multos involvit & tantis obest, quantis præest*; damnum equidem exile est, quando is, qui scandalum præbet, homo privatus est, quia *si quis de populo deviat, solus perit*; Princeps iter faciens, numerosum post se comitatum trahit, & ideo si extra viæ limites egrediatur, per ejus sequelam omnes à recta semita deviant, & in præcipitia labuntur. Unde verissima ex illa Magni Gregorij, omnibus manifesta propositio, dicentis: *cum Pastor per abrupta graditur, consequens est, ut & grex in præcipitium feratur.* Regius Vates in Psalmo 2. quærit: *Quare fremuerunt Gentes, & populi meditati sunt inania?* Et statim causam subjungit: *Astiterunt Reges terræ, & Principes &c.* quasi dicere vellet: Mala illorum exempla causæ sunt omnium inordinationum & dissolutionum, quæ in subditis conspiciuntur, nec non omnium, quæ ipsis superveniunt infortuniorum; ac proinde in sequentibus Principes exhortatur, dicens: *Et nunc* igitur *Reges intelligite, eruditmini qui judicatis terram, servite Domino in timore*; Circa quæ verba in Catena Græca dicitur: *Cum Reges & Principes admonet, populos quoque ipsis subjectos admonet.*

Josue 11. v. 10. Ibid. v. 11. & 13.

Rex Azor alios concitavit ad bellandum contra Israël, ideo funditus cum omni populo deletus est à Josue.

Josue 11. v. 1. Lyran. ib.

S. S. Greg. l. 1. P. Paſt. 12.

Pſal. 2. v. 1.

Ibid. v. 2.

Nicaeph. in Cat. Græc.

4. In Exodo incredibilis illa strages refertur, in qua Moyses ex instinctu Divino, aliquot Hebraici populi millia, quæ sua ante vitulum aureum genua flexerant, peremit: *Ceciderunt que in die illa quasi viginti tria millia hominum*; Et tamen numerus idololatrarum, ad ejusdem vituli adorationem concurrentium, utique longè major erat, qui salvus remanserat; unde meritò quærendum venit, cur injuria Divino cultui facta, in minori injuriantium numero, vindictam suam luat? Sed facilis est ad hoc responsio, quia Deus illos præcipuè punire voluit, qui idololatriam promoverant, illiusque authores & capita fuerant, quia hi non solum propriarum culparum rei existunt, sed etiam omnium illarum, quæ ob malum illorum exemplum ad alios transfunduntur. Et ideo S. Isidorus Peluſiota ait: *Cum omnes pene in deserto vitulum effecissent, quidam pœnas dederunt, hoc est, hi fortasse, qui scelus asseruerunt: quidam autem veniam consecuti sunt, ij nempe qui per fraudem & impostoram illorum vestigijs institerunt.* Etenim illi aliqua ex parte excusabiles censeri debent, qui malo Principum & Prælatorum fuorum exemplo provocati errant, quia hoc illos incantat, illorumque scelus certo quodam modo canonizat.

Exod. 32. 28. Cur Deus in deserto aliquos idololatras punierit, & non omnes.

S. Iſid. Pel. l. 3. Ep. 152.

5. S. Porro vindex Divinæ justitiæ gladius in Madianitas adeo desævit, ut nec mulierum imbecilliori sexui pepercerit, licet idem sexus occisus non fuerit, Ait ergo Moyses ad exercitum Hebræorum: *Cur fœminas reservastis? Nonne istæ sunt, quæ decepterunt filios Israël ad suggestionem Balaam, & prævaricari vos fecerunt?* Deus igitur majori cum severitate Madianitas, quàm alios populos punire voluit, quando Israëlitarum gladium etiam in mulierum Madianit arum sanguine cruentari præcepit, eo quod hæ Israël ad fornicationem & idololatriam seduxissent; *Illi quidem*, inquit Origenes de alijs populis, *pro peccatio suo pertulerunt vindictam, mediocritas tamen & parcitas; hi verò, qui eis fuerant causa peccandi, multo vehementiori subjacent ultioni; unde edoceamur, quod longè sit gravius, alijs causam præbere peccati, quam ipsum unumquemque peccare.*

Num. 31. v. 15. Gravius est alios inducere ad peccatum, quam ipsemet peccare.

Orig. h. 25. in Num.

6. Primus reprobus, qui ex toto genere humano in Infernum descendit, Cain fuit, qui in continua quadam nec umquam intermissa cordis anxietate per tot annos non tam vixit, quam mortem quamdam longe miserrimam protelavit; semper enim hæc cogitatio in ejus mente versabatur: *Omnis qui invenerit me, occidet me.* Author quidam haud ingenuis super illa verba: *Consurrexit Cain adversus fratrem suum*, de hoc infelici Caino in sensu morali ita scribit: *Cain est malus Prælatus, Abel qualibet est subditus. Cain ergo occidit fratrem suum Abel, quando malus Prælatus occidit exemplo malo, sive per negligentiam doctrinæ salutaris, subditum suum.* Moyses Canticum suum ab his verbis exordiitur: *audite cœli, quæ loquor; audiat terra verba oris mei*; ubi ut videtis, primò cœlos, postea terram alloquitur; at verò si tam cœlum quàm terra auditu carent, cur Moyses utraque ad porrigendum sibi aures suas invitat? nimirum ideo id facit, quia per Cœlos. Capita & Superiores, per terram verò infimus populus designatur; prius enim dicit: *audite cœli*, quia Superiores primi esse debent, qui bonum edant exemplum, ut benignos virturum, & bonorum operum influxus inferioribus & subditis suis communicare valeant, hoc enim si fiat, consequens est, ut & subditi pronas illis aures obediendo porrigant; enimverò SS. Apostoli à Davide cœlorum nomine insigniuntur dum ait: *Cœli enarrant gloriam Dei* de quibus etiam Ecclesia canit: *vos sæculi justi Judices, Ecclesiarum Principes*; observandum verò est, quòd dum in Cœlo funestus aliquis Cometa, vel alia infausta aëris impressio exoritur, universa terra exinde pa-

Malus Prælatus est alter Cain propter mala sua exempla.

Geneſ. 4. v. 14.

Ibid. v. 8.

Pepin.

Deut. 32. v.

Cur Moyses in suo Cantico prius alloquatur Cœlum, & postea terram.

Pſal. 18. v. 2.

tiatur, alia enim errantia sidera famem, strages, pestilentias, seditiones, terræ motus, & quævis alia ærumnarum genera comminantur; eodem modo, quando qui imperio præsunt, subditis suis scandalum præbent, Reipublicæ varia supplicia, flagella & damna imminent; unde S. Theod. Studita, videns, quod per pessimum Constant. VI. Imperatoris obscœnitatis exemplum, quod legitimam conjugem suam à se repellendo edebat, multi quoque etiam in remotis provinciis similes excessus committerent, repudiando à se uxores suas, aliasque juxta libidinem superinducendo, ne hoc venenum serperet ulterius, postquam illum acriter reprehendisset, contra ipsum in ejus præsentia & in conspectu omnium, excommunicationis fulminavit sententiam, Rex Balthas. diuturno tempore, in sua custodia, templi S. Jerosolymitani, ergo quod nec devotionem, nec fidem habebat, sacram tenuerat supellectilem, neque ob id per divinam justitiam punitus fuit, unde meritò quæritur, cur usque ad illud convivium, quod Magnatibus suis instituit, divinæ iræ suæ fulmina in ipsum exonerare distulerit? respondet autem S. Hieronymus: *quamdiu vasa fuerant in idolo Babylonis, non est iratus Dominus* (*videbatur enim rem Dei secundùm pravum quidem opinionem, tamen divino cultui consecrasse*) *postquam autem humanis usibus divina contaminavit, sinum pœna sequitur*; addit enim Scriptura sacra notanter hanc circumstantiam; *in eadem hora apparuerunt*, ut per hoc innuatur, quòd, quando Magnates & Potentes hujus mundi, peccatum aliquod in secreto & privatim committunt, Deus sæpe numero illud dissimulet & injuriam sibi illatam, per tempus aliquod sustineat, non verò subitò castiget, at verò quando scandalum patens est, & offendiculum omnes afficit, non item dissimulat, sed graviter punit. Christus, qui scrutabatur renes & corda, ante ultimam Cœnam Judæ indignitatem probè, haud dubiè sciebat, jamque ejus technas & proditiones sufficienter providerat, & tamen noluit, ut in barathrum illud incideret, in quod se postmodum præcipitem egit, donec prius ejus manifestaretur excessus, vel donec scandalo suo mundum inficeret. Unde Drogo Ostiensis ait: *jam diu erat quidem, quòd à Christo discesserat & avaritiæ laqueo se suspenderat, sed quod fecerat in occulto, palam omnibus innotuit*; & tunc Deus manifestam mundo fecit divinam justitiam, ipsumque indilate gravissimè punivit, quia *sisserisus creputat &c.*

Quando Reges scandalosè vivunt, imminent subditis varia supplicia. *Baron An. 795. n. 57.*

Dan. 8. v. 1.

S. Hier.

Deus sæpè dissimulat occulta peccata superiorum, sed non publica.

Drog. Ost. l. 1. de sacr. D. pass.

Act. 1. v. 18.

DISCURSUS X.

ARGUMENTUM.

Scandala Principum tam sæcularium, quàm Ecclesiasticorum, ad subditos transmittuntur cum irreparabili horum præjudicio, propter quod, Deus illa summopere detestatur.

THEMA.

Scandalizastis plurimos, ... Propter quod & ego dedi vos contemptibiles ... omnibus populis. Malach. 2. v. 8. & 9.

1. LAmentatur hic Deus per Malachiam de sacerdotibus, quos ad dandum populo bonum exemplum elegerat, quòd eum graviter scandalizarent, & ideo se illos in populo contemptibiles facturum esse comminatur: *scandalizastis plurimos, propter quod & ego dedi vos contemptibiles.* Subditi enim omnem metum & reverentiam erga Prælatos, sive Ecclesiasticos, sive sæculares deponunt, quando illos non exemplares, sed scandalosos esse conspiciunt, imò vestigiis actionum superiorum suorum se licitè insistere posse, arbitrantur, quia ut Poëta illa cecinit, *à bove majori discit arare minor*. Quamnam obsecro existimatis antiquæ idololatriæ fuisse originem, quæ insatiabile inferni barathrum, dæmones pro dijs adorari faciendo, per tot sæcula implevit? nimirum antiquus serpens, considerans, hominem ad delicias, voluptates, gulam, avaritiam, vindictas, & similia scelera vehementer esse propensum, Deos adinvenit, hisce illorum appetitibus valde proportionatos, ut peccata prædicta per exemplum Deitatis, quam venerabantur, non solùm impunitate gauderent, verùm juxta falsam illorum fidem per imitationem, meritum conciliarent; sic enim pro impudicis adinvenit impudicam deam, Venerem; pro avaris, Mercurium; pro vindicativis Martem, denique Bacchum pro epulonibus. August. in quadam epistola ait: *Teneritudines ille adolescens, qui spectans tabulam pictam in pariete, ubi pictura inerat de adulterio Regis, de eorum libidinis qua rapiebatur, stimulis, etiam tantæ auctoritatis accendit juvenem.* Seneca moralis Philosop. Poëtarum inventionem esse dicit, quòd Satanas astutiæ æquius attribuendum est, dicit enim: *quibus nihil actum est, quàm ut pudor peccandi ab hominibus tolleretur quid enim est aliud auctores vitiorum efficere deos, quàm vitia nostra incendere, & dare morbo vitiorum exemplo, divinitatis excusatam licentiam?* verum quidem est, quòd persecutor ille infernalis hodie in Christianismum, clarâ Evangelij luce illustratum, hanc caliginem effundere nequeat; attamen quid facit? alio quodam stratagemate eumdem finem assequi conatur, nimirum vitia canonizando; ac proinde omnibus modis laborat, ut hi, quos non veluti Deos respicimus & honoramus, quales sunt Superiores & Principes, innumeris sceleribus contaminentur, scit enim, quòd principis error multos involvit. Is, qui integram quamdam civitatem toxico molitur inficere, venenum suum fontibus injicit, qui postea aquam intoxicatam in omnes civitatis partes derivet, scit enim, quòd hoc pacto cum facilitate ad unumquemque insensibiliter dilatandum sit venenum. Eâdem quoque astutiâ dæmon utitur, quando integrum quemdam populum, provinciam, vel regnum inficere intendit, tunc enim fontem principalem veneni toxico imbuit, id est, efficit ut princeps, vel Rex publicum scandalum continuò præbeat, quo foveantur impij, similiter volens familiæ alicujus ruinam, caput domus invadit, illudque pessimis moribus vivere facit; denique integræ alicujus Diœcesis perditionem meditans, Episcopum depravat: *percutiam Pastorem & dispergentur oves gregis.*

Sen. l. de brev. vit. c. 16.

Tales modo sunt Prælati, sceleribus contaminati.

Matth. 26. v. 31.

2. Apud Ezechielem dicitur: *Ecce venit Rex Babylonis in Jerusalem & assumet Regem, & Principes ejus & adducet eos ad semetipsum in Babylonem, Et tollet de semine Regni, ferietque eum cæde.* Quæ verba in sensu accommodatitio explicando, dicere possumus, quòd prima præda, quam Rex Babyloniæ, id est, dæmon sibi comparat, sit persona Regis, semper enim adfoscere sibi caput solet, illudque publicè scandalosum efficit, tunc enim consequenter futurum esse novit, ut scandalum in ipsos quoque subditos subitò transmittatur. Unde Origenes ait: *instat ecce veras Nabuchodonosor, quærens aliquos capere de nobis, & primum quærit, si fieri potest, de Principibus Ecclesiæ captivos sibi ducere*; prosequitur autem Origenes Discursum suum, ostendendo, quòd quamdiu vel Josias, vel Ezechias, vel alius Rex hisce similis regnat, Nabuchodonosor cives Jerosolymitanos in Babyloniam captivos adducere non possit, sed quia consequens est, ut, quando Principes innocentes sunt & immaculati, tales quoque ut plurimum sunt illi, qui ab iisdem dependent.

Ezech. 17. v. 12. & 13.

Prima præda quam diabolus rapere conatur, est Rex, vel superior.

Orig. h. 13. in Ezech.

3. Considerabilis est quædam S. Hieronymi super Danielem scribentis, ponderatio; ut enim statua illa aurea adorationis cultum reciperet, sequens emanavit edictum, ut scilicet Satrapæ & Principes primi essent, qui coram illa, genua sua flecterent; ait enim sacer Textus: *tunc congregati sunt Satrapæ, Magistratus, & Judices, Duces, & Tyranni, & Optimates, qui erant in Potestatibus constituti, & universi Principes Regionum, ut convenirent ad dedicationem statuæ*; tametsi enim per quotidianam experientiam videamus, quod infima plebs, & fæx hominum prima esse soleat, quæ matutino tempore surgens, ad satisfaciendum devotioni propriæ Ecclesiam adeat, econtra verò Nobiles & Principes ultimi esse consueverint: nihilominus Rex ille sapienti consilio statuit, ut Principes primi essent, qui statuam illam adorarent; cujus rationem S. Hieronymus indicat, dum ait: *Principes congregantur ad adorandum, ut per Principes seducantur & gentes.*

S. Hieron. Principes primi adorâ. verunt statuam auream. *Dan. 3. v. 3.*

S. Hieron.

4. Apud Jeremiam Deus introducitur in hæc verba loquens: *Ecce ego ad te mons pestifer*, ait Dominus, *qui corrumpis universam terram, & extendam manum meam super te, ... & dabo te in montem combustionis.* Enimverò nullus est morbus, qui communiter in universum populum magis dilatetur, quàm pestis, nulli enim parcit sexui, conditioni aut professioni personarum, at verò quando ipsos quoque Principes afficit, signum est, quod stragem quamdam faciet irreparabilem, utique oraculum propheticum non sine mysterio, hanc adducit similitudinem, quia quando in Superioribus & Magnatibus scandalum reperitur, subitò omnes inde inficiuntur. *Montes pestiferi*, inquit Belluacensis, *sunt Majores, quorum corruptio derivatur in inferiores.* Unde Principis alicujus scandalosi regimen, per cathedram è qua docetur, & leges promulgantur, ejus orum, cathedra pestilentiæ appellatur, de qua Psalmista

Jer. 51. v. 25.

Scandalosi Superiores, sunt subditis montes pestiferi.

Bel. spec. mor. p. 3. l. 3. dist. 17.

Ejsd. l. 1. v. 1.

Psalmista ait: *Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit.* Tunc autem, ut Hugo de S. Vict. ait: *Rectè cathedra pestilentiæ sit, quando pravum opus in exemplum venientes, plures corrumpit.* S. Paulus de ijs, qui proximos scandalizant, ita scribit: *& perdit infirmus in tua conscientia frater, propter quem Christus mortuus est? Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis*; Circa quem textum Dionysius Carth. ait: *Eos scandalizantes, & eorum salutem non providentes; percutientes, hoc est, lædentes, & corrumpentes spiritualiter eum exempli pestiferi in Christum peccatis, quorum membra ei adhærentis.* Apud Isaiam barathrum infernale, velut ore quodam voraci, & insatiabili se dilatans, nobis describitur: *propterea dilatavit infernus animam suam*, inquit sacer Textus, *& aperuit os suum absque ullo termino*; ubi bene notandum est Ly illud *propterea*; cur enim vasta illa vorago innumeris animabus repleatur? quia *descendunt fortes ejus, & populus ejus & sublimes, gloriosique ejus ad eum*; ecce tibi manifestam causam, cur universus populus in abyssum perditionis descendat, quia nimirum illi, qui in dignitate eminentiori sunt positi, Prælati scilicet & Principes, scandalosam illam viam terunt, omnesque à se dependentes in illud præcipitium seducunt. S. Cyrillus versionem Septuaginta sequens, loco ejus, quo Vulgata legit; *gloriosi ejus*, ipse vertit: *pestes ejus, pestilentes ejus*, quia tales Principes verè sunt principatuum suorum pestes.

Ibid.

S. Cyrillus Alex.

5. In Apocalypsi videmus, civitatem Babyloniæ nobis describtam, velut dæmoniorum nidum & centrum, omnisque malignitatis centinam: *Babylon magna, facta est habitatio dæmoniorum & custodia omnis Spiritus immundi... Quia de vino iræ fornicationis ejus biberunt omnes gentes.* Aft quæ obscuro hujus universalis omnium gentium ebrietatis est causa? respondet ibidem sacer Textus: *Reges terræ cum illa fornicati sunt.* Ideoque Dominus Deus quoties singularem suam pietatem cum aliquo populo aut natione exercere intendit, Principes malos de hoc mundo transfert, id quod Psalmista exprimere voluit, dum ait: *Quia non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem justorum*, id est, non permittet, ut perversi & scandalosi virga sceptroque potiantur dominij supra bonos, ne ipsos seducant; siquidem in multis S. Scripturæ locis, per regimen virgæ, imperium intelligitur & superioritas: *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion, dominare, &c.* quem autem ob finem eos imperare non finet? *ut non extendant justi ad impietates manus suas*; ne boni malis illorum exemplis pervertantur, idcoque S. Isidorus ait: *Reges vitam subditorum facilè exemplis suis vel ædificant, vel subvertunt, ideoque Principem non oportet delinquere, ne formam peccandi faciat peccati ejus impunita licentia; nam Rex, qui vivit in vita, citò viam ostendit erroris, sicut legitur de Jeroboam, qui peccavit, & peccare fecit Israël, illi namque adjecit iter, quidquid exemplo ejus à subditis perpetratur*; Cui veritati illa consonat Ægesyppi, de Jerosolymit. excidio tractantis sententia: *Sicut boni Principis vita, prohibitis quædam participatio est, & per universos vivendi forma est, ita & Imperatoris collusio lex fingitiorum est*; ita filij Heli summi Sacerdotis, dum sanctuarium immunditia, extorsionibus & avaritia prophanarent, eodem pariter tempore totum populum Israëliticum depravatum fuisse discimus; unde proprius eorum Pater ijs exprobrabat, dicens: *quare facitis res hujusmodi, quas ego audio, res pessimas, ab omni populo?* quam historiam interpretans S. Gregorius, quemdam adducit ex cap. 5. Oseæ textum, Discursu formato sequenti: *Causa ruinæ populi sacerdotes mali, nam ideo subjectus populus cadit, quia ruentes Prælatos studuit imitari, cum ergo dicit: quas ego audio res pessimas ab omni populo, ipse res à populo agi debent intelligi, non referri, quod tale est, ac si dicat: res pessimas, quas fieri ab omni populo audio, quare facitis? unde & subjungit, quid dixerit, apertius insinuans, ait: nolite filij, non est bona fama, quam ego audio de vobis, ut transgredi faciatis populum Domini.* Quem textum paulo post idem S. Doctor manifestius explanans, illorum scandala universum populum infecisse sustinet, dum ait: *res pessimas ab omni populo, quod tale est, ac si dicat, tanto gravius delinquitis, quanto fœdius universum populum vestro crimine inficitis.*

Apoc. 18. v. 2.

Ibid. v. 3.

Mali principes à Deo tolluntur ex hac vita, ne populum inficiant.

Isaiæ 5. v. 14.

Ibid.

S. Greg. ibid.

Filij Heli totum populum depravarunt malis suis exemplis. *1. Reg. 2. v. 23.*

S. Greg. ibid.

6. Sub titulo gregis & pastoris Deus in Ezech. de ijs quos ad regimen populorum exaltarat, tractat inquiens: *Nonne fatis vobis erat, pascua bona depasci? & insuper & reliquias pascuarum vestrarum conculcastis pedibus vestris.* Quo textu usus S. August. in libro cui titulus: *De ovibus*, ad eos, qui aliorum Duces sunt & Capita, se convertens, ait: *Quid est hoc pascua Dei bona sunt, & fontes Dei puri sunt; habemus hoc in Scripturis sunt. Qui sunt ergo, qui, quod tranquillum est, inde bibunt, & quod mundum est, inde pascuntur, & conculcant reliquias, & turbant aquam, ut oves aliæ conculcatas herbas accipiant, & aquam conturbatam bibant? & hoc utique videtis displicere pastori, qui dicit, dum fiant ista; ego judico inter ovem & ovem, & hoc utique ne fiant.* Veritatem hanc agnovit famosissimus Propheta Job, familiæ admodum numerosæ caput, multorumque in Oriente statuum Princeps, quando die quadam ad divinam Majest. conversus, dicebat: *Posuisti in nervo pedem meum, & observasti omnes semitas meas & vestigia pedum meorum considerasti.* Viæ, semitæ sunt publicæ, cogitationes autem, itinera sunt minus ab hominibus frequentata, in hoc itaque loquendi modo S. Propheta inferre voluit, Deum illi imputare, non modo peccata graviora, sed & leviora, siquidem ut caput domus, Principesque populorum tanquam exemplar se præstare debebat; speculum autem tersum sit oportet, & ab omni etiam minima immunde macula. *In nervo Deus pedes hominis posuit*, inquit S. Greg. *quia prævitatem illius fortè districtionis sua sententia ligavit; possunt per pedum vestigia quædam malè acta signari, nam pes in corpore, & vestigium in via, & plerumque, dum quædam mala agimus, imitantibus hoc fratribus, exemplum malum præbemus, & quasi inflexo extra viam pede, sequentibus vestigia distorta relinquimus, dum per nostra opera, ad scandalum aliena corda provocamus.*

Job. 13. v. 27.

S. Greg. l. 18. mor. c. 25.

7. Pharao in extremam ruinam & desolationem, populum Dei præcipitare decreverat, ideoque voluit, ut se occuparent in operibus luti & lateris; aft laboribus illis homines authoritate pollentes præsse jussit; *præposuit eis magistros operum.* Ita quoque Pharao infernalis, populum electum luxuriæ luto immergere volens, ordinat & disponit, ut malum iis obtingat superiorum exemplum, dicente Origene: *ideo præsecat eis magistros operum, qui eos cogant discere opera canis.*

Exod. 1. v. 11.

Orig. h. 1. in Exod.

8. In libro Esther Reginam Vasthi ignominiosè regno privatam, & ab Assuero discimus repudiatam; aft quare? forsitan aliquam infidelitatem admiserat, forte debitum conjugale negarat? minimè equidem, sed quia invitata ad sumptuosum convivium comparere recusavit; quam transgressionem, tam gravem, concilium regale judicavit, ut decernere non dubitarit: *non solum Regem læsit, Regina Vasthi sed & omnes populos & Principes, qui sunt in cunctis Provinciis Regis Assueri, Egredietur enim sermo Reginæ ad omnes mulieres, ut contemnant viros suos, & dicant: Rex Assuerus jussit, ut Regina Vasthi introiret ad eum, & illa noluit, Atque hoc exemplo omnes Principum conjuges Persarum atque Medorum parvi pendent imperia maritorum, unde Regis justa est indignatio.* Cujus historiæ textus nostro in primis favet proposito, siquidem docet, quòd vel unica anima, quantumvis Regis gloriæ sit sponsa, multisque cumulata meritis, si tamen fortè fortuito malum aliquod præbuerit exemplum, principaliter autem quando alijs tanquam exemplar prælucere debuisset, ut repudietur, & æterno exuatur regno.

Esth. 1. v. 16. & 17.

Regina Vasthi repudiata fuit à Rege quia alijs mulieribus dederat malum exemplum inobedientiæ.

Ibid. v. 18.

9. In epistola quadam Innocentij III. hæc verba leguntur: *quanto Antiochena Ecclesia majori, Domino disponente, præminet dignitate, tanto vobis est solicitius providendum, ne fieri contingat aliquid in eadem, quod alicujus prævitatis exemplo mentes possit corrumpere subditorum, quia ea quæ vident fieri à majoribus, facile solent trahere in exemplum*; quanti enim prædicij causa futurus esset, qui scripturam aliquam originalem, juxta quam innumerabiles transcribendæ, vel typis edendæ sunt Copiæ, quæ demum per universum mundum distrahi, & ad perpetuam posterorum memoriam conservari debet, disperderet, & falsificaret. Tale autem originale est quilibet Prælatus vel Princeps, copiæ verò inde extractæ sunt quilibet subditi, quantum igitur Ecclesiæ damnum futurum erit, si hoc originale falsificetur? D. Chrysostomus verba illa S. Pauli ad Titum: *in omnibus teipsum præbe exemplum bonorum operum*, ita exponit: *sit omnibus doctrina exemplumque virtutis, tuæ speculum vitæ, quod omnibus proponatur ad imitandum veluti primitiva quædam imago, & omnia in se habens, quæ bona & honesta sunt.* S. Job c. 31. inquit: *si adversùm me terra mea clamat, & cum ipsa sulci ejus defleant, Pro frumento orticam mihi tribuat, & pro hordeo spinas, ac si apertè dicat*, inquit S. Gregorius,

S. Greg. l. 18. mor. c. 25.

Prælati & Principes sunt Originale, & subditi Copia extracta ab illis.

Tit. 2. v. 7.

D. Chrys. h. 4. ad Tit.

Job. 31. v. 38.

Ibid. v. 40.

S.Greg l.22. mor.c.17. gorius, *si magna quæ debui, solicitè non feci, punctiones marmoris à subjectis recipiam, etiam de bono quod feci. Si neglexerim exhibere, quod foveat, justè in querelam prosiliens, eorum lingua me pungat; qua in re semper solicita ponderatione pensandum est, ne aut hi qui præsunt, exempla mali operis subjectis præbeant, eorumque vitam suæ gladio pravitatis extinguant.* S. Bernardinus in hac materia sequens format valde efficax argumentum: *quòd si tantopere cavenda sunt scandala parvulorum, quanto amplius Prælatorum, quos sibi Deus æquare quodammodo in utraque parte dignatus, sibimet imputat illorum & reverentiam & contemptum.* Belluacensis observat, quòd scandala Prælatorum & Principum in causa sint, cur nomen Dei blasphemetur, de quo Deus ipse apud Isaiam c.52. lamentatur, dicens: *Dominatores tui iniquè agunt, & jugiter nomen meum blasphematur*, cujus dicti Belluacensis hanc assignat rationem: *peccata enim Majorum, id est, Principum sæcularium, & Prælatorum Ecclesiæ præcipuè faciunt nomen Dei blasphemari, unde minores excusant se à peccatis suis propter peccata Majorum.* In cujus probationem servit propositio illa Cassiodori, de hac Alma urbe Romana differentis, quæ toti Christianismo velut exemplar perfectum deservire debet; dicit enim: *quæ civitas non fiat excusabilis, si Roma deliquerit? Rex minor ad potiora currit exemplum, & alieni facti jure invidiam sustinet, qui peccatis præstat exemplum.* Belluacensis rem hanc declarat quorumdam Episcoporum, & Abbatum exemplo, qui itineri se accingebant, ut hæreticis Albigensibus prædicando, eosdem ab erroribus & hæresibus suis dimoverent; adibant verò illos in fastu & pompa equorum, Comitatuum, aliarumque similium vanitatum, unde hæretici scandalizati dicebant: *ecce quomodo isti prædicant nobis Christum Dominum suum, equites peditem, divites pauperem, pomposi humilem, & sic sine fructu de terra confusi recedere debuerunt.* Supervenit igitur S. Dominicus, qui omnia ab Episcopis & Abbatibus data scandala restauravit, dum ad illos discalceatus venit, & nudis pedibus, spinas, calcavit, pauper, humilis, & cilicio vestitus, quo habitu illos compunxit, convicit, omnesque Deo lucratus fuit.

Cass.10.var. 13.

Bell.Ibid.

10. Tametsi David à culpa adulterij & homicidij absolutus, à Nathan Propheta audisset: *Dominus quoque transtulit peccatum tuum*, pœna tamen & supplicium, scandalosò populo exhibito debitum, indelebile permansit, unde audire debuit: *verumtamen quia blasphemare fecisti inimicos nomen Domini, filius, qui tibi natus est, morte morietur; non recedet gladius de domo tua usque in sempiternum; suscitabo super te malum de domo tua & tollam uxores tuas in oculis tuis &c.* Unde patet, quàm inexpiabilia apud divinam Justitiam sint scandala, à Magnatibus & Principibus, subditis data. In infelici illo sæculo, in quo Deus totum universum per diluvium submersit, *omnis caro corruperat viam suam*, adeo ut tunc verè dici potuerit, quod ista Psalmista ait: *Dominus de Cælo prospexit super filios hominum, ut videat, si est intelligens, aut requirens Deum; Omnes declinaverunt.* Aft undenam tot tantorumque excessuum orta est inundatio? *malitia hominum ... in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta ... ad malum omni tempore. Videntes filij Dei filias hominum, quòd essent pulchræ, acceperant sibi uxores*, Chaldæus vertit: *videntes filij Principum*; ubi Lippomannus sequentem format Clossam: *corruptis Principibus, facilè reliqui depravati sunt, in quos Principum impuritas derivabatur.* Porro Nazianzenus auream quamdam, proposito nostro maxime favorabilem, ubi de scandalo superioris ait, posteritati reliquit sententiam, inquiens: *tantò gravius malum fuerit quantò pluribus imperaverit.* Id quod Herodes impius se pariter penetrasse manifestavit, quando non contra pastores, qui ad præsepium, Deum infantulum veneraturi convenerant, sed contra Reges, ab Oriente advenas, turbari cepit, & debacchari, certus, privatarum personarum exempla exilem habere vigorem, secus verò grandium & potentium, prout in ipsomet Herode patet, quoniam, ut facer textus attestatur, *turbatus est Herodes & omnis Jerosolyma cum illo*, ad exemplum namque ejus, tamquam capitis & præsidis, omnes turbati fuere, cum potius propter detideratissimam Messiæ nativitatem, tripudiare debuissent; nihilominus ne vel unicus pedem Jerosolymis ausus fuit efferre, ut abiret ad Salvatorem adorandum; ecce vobis quantæ efficaciæ sit malum Superiorum exemplum.

Ibid.v.14. Licet Davidi peccata dimissa fuerint, remansit tamen pœna propter scandalum populo datum. Gen. 6.v.12. Psal.13.v.2. Ibid.v.3. Gen. 6. v. 5. Ibid.v.7. Lipp. Ibid. Corruptis Principibus, facile corrumpitur populus. Nazianz. or. apol. Matth. 2. v.3.

11. Discursum hunc duabus insignibus terminare libet S.Gregorij sententiis, qui hac de materia in suo pastorali agens, inquit: *scire Prælati debent, qui si perversa umquam perpetrant, tot mortibus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt.* Deinde in specie de superioribus Ecclesiasticis in eodem libro tractans, dicit: *nemo amplius in Ecclesia nocet, quam qui perversè agens, nomen vel ordinem sanctitatis habet; delinquentem namque hunc redarguere nullus præsumit, & in exemplum culpa vehementer extenditur, quando reverentiâ ordinis, peccator honoratur.*

S.Greg. past. par.3 c.1. ad mon.5. Ibid.p.1.c.2.

DISCURSUS XI.
ARGUMENTUM.

Scandalosi causa sunt ruinæ & interitus multorum, ideoque tamquam culpabiliores à Deo castigari merentur.

THEMA.

Lapis offensionis & petra scandali. 1. Petr.2. ℣. 8.

1. SI quis ad lapidem offendit in via publica, in terram prosternitur, imò quandoque pedem vulnerat & lædit, idque per translationem designatur in præsenti, dum dicitur: *lapis offensionis*; cum namque effectum in anima operatur scandalum, quod naufragij & ruinæ spiritualis est scopulus; id quod ex ipso communi modo loquendi patet; quando enim de persona exemplari, bonæque famæ agimus & loquimur, dicere solemus, eam esse mulæ ædificationis; è contrario igitur sensu, consequens erit, dissolutum & scandalosum personam esse destructionis & ruinæ, unde & Apostolus hac de materia, in epistola ad Romanos discurrens, ait: *quæ ædificationis sunt, in invicem custodiamus, Noli propter escam destruere opus Dei*; ubi scandalo destructionis, bonoque exemplo ædificationis attribuit epithetum, insuper addens: *omnia quidem sunt munda, sed malum est homini, qui per offendiculum manducat.* Si quod ædificium atteritur, seipso plerumque corruere facit muros vicinos, divellit, rumpitque pavimenta, tecta, suffultus, trabes, domosque contiguas; ita quoque scandalosus unicus non solus cadit & ruit, sed etiam alios cadere facit amicos, cognatos, socios, omnesque alios, ad quos malum ejus transmittitur exemplum, ideoque S.Th.de Villanova nos adhortatur, dicens: *caveamus, scandalum præbere pusillis, & dare illis occasionem ruinæ; sufficiunt nobis peccata nostra, non simus apud Deum etiam alienorum peccatorum rei.*

Scandalosi sunt aliis lapis offensionis. Rom.14. v.19. & 20. Ibid. S.Th.à Villanov. ser. de S. Mich. Sen.ep.2. Præclare hoc testatur Seneca.

2. *Lapis offensionis.* Seneca moralis scandali efficaciam, quam in ordine ad alienam ruinam habet, ingeniosa quadam similitudine demonstrat, inquiens: *quod in strage hominum magna evenit, cum ipse se populus premit, nemo ita cadit, ut non alium in se attrahat, primi exitio sequentibus sunt. Hoc in omni via accidere videas, licet nemo sibi tantum errat, sed alieni erroris causa & author est. Nihil magis præstandum est, quàm ne pecorum vita sequamur antecedentium gregem.* Quæ ultima verba nos invitant ad examinandum illum Prophetæ Regij textum: *sicut oves in inferno positi sunt, mors depascet eos.* Quæ namque hæc per Psalmistam adducta potest esse simi itudo? etenim si ad instar caprarum, eos pressos asseruisset, facilis foret intellectu, aut forsitan ignorabat, oves electorum esse figuram? *statuet oves à dexteris.* Forsitan asserere voluit, quòd, sicut oves absque ulla resistentia ad lanienam feruntur, ita quoque reprobi propriorum consci demeritorum, absque ulla contradictione in barathrum perditionis, quod promeruere, deturbabuntur? omnes has responsiones in dubij resolutionem allegare possemus, sed nostro accommodissimam proposito, citatus allegat Seneca, advertens, hunc ovium esse instinctum, ut una saltante, omnes saltent, una currente, aut præcipitante, sequantur reliquiæ; ita quoque maxima animarum pars damnatur, quia prava aliorum sequitur exempla. Quod argumentum idem Seneca alio in loco confirmat, inquiens: *inter causas malorum nostrorum est, quod vivimus ad exempla, nec ratione componimur, sed consuetudine abducimur; quòd si pauci facerent, nollemus imitari; cum plures facere cæperunt, quasi honestius sit, quia frequentius, sequimur, & velti apud nos locum tenet error, ubi publicus factus est.* Quandoque autem non modò plurium, sed etiam paucarum, imò vel unius personæ exemplum sufficit ad seducendam multitudinem integram. Ita Nabuchodonosor Rex Ninivitarum, post reportatam celebrem contra Arphaxad. Medorum Regem, victoriam superbus divulgari fecit: *cogitationem suam in eo esse, ut omnem terram suo subjugaret imperio, quod dictum cum placuisset omnibus &c.* sic quoque quotidie videmus, quòd, dum persona aliqua insignis & conspi-

Scandalosi sunt aliis lapis offensionis. Psal.48. v.15. Matth.25. v.33. Sen.ep.123. Unius personæ malum exemplum sufficit ad seducendam integram multitudinem. Jud.1.

cua, in conspectu mundi publicè aliquid operatur vel dicit, subitò ex hominibus mundanis multi sint, qui in hoc eam imitentur. S. Chrysolog. super parabolam de centum ovibus, quarum una postquam aberrasset, tandem à pastore, illam solicitè requirente, inventa fuerat, quærit ad propositum nostrum: *quare unam? moxque respondet: ut ostendere non ex damno fuisse, sed ex numero*; at verò videri cupiam posset S. Doctorem oppositum potius dicere debuisse, quia una dumtaxat ovis perdita erat, quæ numerum non facit; verumtamen non est ita, imò verò optimè dixit, quia unica dumtaxat amissa ovicula sufficiebat ad hoc, ut omnes reliquæ pariter abirent, & à via recta aberrarent; posito enim casu, quòd vel unus homo exemplaris, quique apud omnes habeatur in conceptu & opinione sanctitatis, in errorem aliquem incidat, qui omnibus pateat, & scandalum præbeat, unicus ille abundè sufficit, ut prævaricari faciat innumeros alios; & ideo D.Chrysol. subjungit: *Amissio unius totum dissipaverat centenarium numerum, & totum de dextera redegerat ad sinistram*; etenim unicum dumtaxat in observante & reformata aliqua religione perpetratum scandalum sufficit, ut apud promiscuum vulgus cesset, & labefactetur hactenus de eadem concepta opinio sanctitatis; dico apud vulgus, quia qui Sapientiores sunt, facilè cogitare possunt, quòd lapsus Luciferi non subitò naturæ angelicæ, in gratia perseverantis candorem contaminarit, nec Judæ apostasia totius Collegij Apostolici sanctitatem infecerit.

D.Chrysol. ser.68.

3. Mira profectò fuit illa, quondam à Regio Psalmista, Deo porrecta supplicatio, in qua dicebat: *salvum me fac Domine.* Quid enim tunc metuebat num fortè, quia Saul ipsum ad mortem usque persequebatur, ideo vitæ suæ timebat excidium? aut verò propter Absalonis rebellionem timore percellebatur? vel deniq; Philisthæorum formidabat infestas incursiones? minimè, quin potius salutis æternæ timebat naufragium; subdit enim: *quoniam defecit Sanctus.* Sed neque hoc hæsitationi nostræ usquequaque satisfacit; quid enim? an igitur sæculo suo, Prophetæ & amici Dei deerant, ut proinde nullus esset, qui pro peccatis hominum apud divinam justitiam se orationibus suis interponeret? nequaquam; neque enim hoc dicere volebat, sed potius quòd viri sancti, id est, ij, qui aliis bono exemplo prælucere debebant, quique apud omnes passim habebantur in opinione sanctitatis & perfectionis, miserè collapsi, populo Israël scandala præberent, ac proinde meritò timebat, ne & ipsius æterna salus forsitan periclitaretur: In sequentibus enim ejusdem Psalmi versibus pessimos recenset, qui ex ejuscemodi lapsu in alijs resultabant, effectus: *Quoniam diminutæ sunt veritates à filijs hominum, Vana locuti sunt, unusquisque ad proximum suum; labia dolosa, in corde & corde locuti sunt.* Unde D. Chrysostomus ait: *Non dixit: Salvum me fac, quoniam non est Sanctus, sed quoniam defecit Sanctus, ostendens, eos etiam, qui erant, periisse.* Quisquis enim Ecclesiasticas pervolvit historias, facilè inveniet, quòd hæreses suam & plurimum à scandalis habuerint originem & fomentum, in quæ ij, qui antea exemplares erant, infeliciter corruerant, nec non à licentiosa & dissoluta Cleri tam sæcularis, quam Regularis vita.

Psal.11.v.2. David conqueritur, Sanctos declinasse ad vitam scandalosam. Ibid. Ibidem. Ibid.v.3. D.Chrysost. Ibid.

4. Dionysius Carthusianus verba illa S. Petri (*ex bonis operibus vos considerantes &c.*) exponens ait: *Qui alios scandalizant, & impiè conversantur, Deum quantum in ipsis est, vilificare & maculare feruntur; propter quod Deus per Exechielem ait Judæis: Commaculastis nomen sanctum meum; Et rursum: Polluistis nomen meum in Gentibus.* Hinc est, quod Gillebertus Abbas in quodam sermone super Cantica, ita scribat: *Instant his diebus nonnullis tempora periculosa, quando sicut homines seipsos amantes, superbi, elati, inventores, imò & incentores malorum. In exortu fidei Christianæ persecutio nominis hujus grandis erupit, hodie Pestilentia morum fœda satis exhalat; Corrumpunt enim mores bonos exempla mala.* De eodem quoque malo, S. Bernardus suo sæculo graviter lamentabatur, prout videre est in Concione quadam in Synodo, ad Episcopos recitata; Ibi namque ait: *Multi sunt Catholici prædicando, qui hæretici sunt operando, quod hæretici faciebant per prava dogmata, hoc faciunt plures hodie per mala exempla, & tanto graviores sunt hæreticis, quanto prævalent opera verbis.* Et ideo S. Hieronymus ad Principiam inquit: *Erubescit quavis præclara doctrina, quam propria reprehendit conscientia*; Unde fit quod, dum infidelis aliquis doctrinam quamdam salutarem auscultans, mores prædicantis illam, eidem videt esse contrarios, talis in erroribus suis magis magisque confirmetur. Legatur acerrima illa reprehensio, qua Propheta ille jussu Dei, Jeroboam perstringere debuit, quæ per prodigiosum miraculum confirmata fuit; siquidem altare in duas partes nullo cooperante scissum fuit, & brachium Regis, quo missum ad se nuntium Propheticum violenter apprehendere voluit, subitò exaruit, moxque ad ejusdem Prophetæ ad Deum effusas preces, pristinæ sanitati restitutum fuit; Et tamen *post verba hæc non est reversus Jeroboam de via sua pessima, sed econtrario fecit de novissimis populi sacerdotes excelsorum.* Scitisne autem, quisnam sit sensus literalis verborum illorum: *Post hæc verba?* legatis velim historiam, & Prophetam hunc à Pseudopropheta quodam seductum & deceptum fuisse deprehendetis, hic enim mendaciter sibi per Divinam revelationem indicatum fuisse finxit, quod præceptum, à Deo illi Prophetæ impositum, de non comedendo Pane in confinibus illis, ab eodem revocatum esset; quod cum bonus vir ille leviter nimis credidisset, per necem, à leone eidem illatam, paulo post à Deo castigatus est. Unde facerdotes idololatræ occasionem sumpserunt, ut Regi Prophetam hunc minimè à Deo missum fuisse persuaderent, utpote qui in exequendis mandatis Dei sibi impositis infidelis fuisset, obque hanc transgressionem tanta cum severitate castigari meruisset; Quâ præmissâ historiâ, sacer textus subjungit: *Post verba hæc &c.* id est, post hasce sacrificulorum falsas informationes, post hunc Prophetæ occisi funestum casum, Rex inde scandalizatus in pristinos denuo idololatriæ errores relapsus est; Tametsi scandalum hoc leve fuerit, siquidem multi classici authores Propheram hunc transgressionis venialis limites non excessisse haud improbabiliter sustinent.

Rex Jeroboam funestus casu cujusdam Prophetæ scandalizatus, lapsus est in idololatriam. 3.Reg.13. v.33.

5. Duo illi fratres Moyses & Aaron, licet Deo adeo chari & accepti fuissent, formidabilem tamen hanc sibi à Deo intimari audierunt sententiam: *Non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis.* Post pœnosissimam tot exantlatarum in deserto tribulationum iliadem, Deus illos hac plectit pœna, ne terræ promissionis suum inferant pedem. Aft quæ obsecro culpa fœveræ adeo respondebat pœnæ? *quia non credidistis mihi, ut sanctificaretis me coram filijs Israël.* Quomodo forsitan plenam fidem non habebant, forsitan Deo nòn crediderant, quos Deus ipsemet tot miraculorum & prodigiorum, in virtute omnipotentiæ Divinæ patratorum adhibuerat instrumenta? Cajetanus unico verbulo omne solvit dubium, dum legendum censet: *quia non fecistis credere in me*; cum enim uterque vacillasset, dubius, an Deus veraciter ingrato isti rebellique populo ex silice aquarum torrentes subministrare vellet, hæc perplexitas & dubium in malum cessit populorum exemplum: *nam de petra hac vobis aquam poterimus ejicere*, dicebat Moyses? Ubi Cajetanus ait: *significatur, eos non solum peccasse, sed fuisse causam peccandi filijs Israël*; ideoque D. Chrysostomus, peccatum in seipso minus perniciosum esse, quàm ex consequenti, & per sui sequelam, docet, dum ait: *neque enim peccare, tantum in se perditionis habet quantum quod reliqui ad peccandum inducuntur.* Unde & Apostolus interrogat, inquiens: *nescitis, quia modicum fermentum totam massam corrumpit*, id est, ut Primasius interpretatur; *ignoratis, quia unus mali exemplo multi possint perire?* quem eumdem textum considerans Salvianus, dicit: *non immeritò B. Apostolus ejici de Ecclesia pestilentem jubet, & cur jubeat, ostendit, dicens: quia modicum fermentum totam massam corrumpit, inde evidenter agnoscimus, etiam unum sæpissimè malum hominem, perditionem esse multorum.*

Num.20. v.12. Propter dubiam fidem, & malum exemplum Moyses & Aaron exclusi sunt à terra promissionis. Num.20. v.12. Cajet. Ibid. Num.20. v.10. D. Chrysost. 25.ad Rom. 1.Cor.5.v.6. Primas. ib. Salv. de gubi Dei.

6. S. Matthæus quamdam nobis parabolam exhibet, in qua Rex suos omnes citari jussit servos, rationem cum ijsdem inituros: *voluit rationem ponere cum servis suis.* Si omnes examinare voluit, cur itaque ad unius dumtaxat, & non reliquorum examen se accinxit? siquidem Scriptura dicit: *oblatus est ei unus, qui debebat ei decem millia talenta*; qui hominem designabat multis obnoxium debitis, id est, innumeris peccatis. Aft quis dixerit mihi, quorumnam peccatorum reus hic extiterit? credo ego, ni fallor, scandalorum, siquidem in scandalosos non modò propriæ transfunduntur culpæ, sed & omnium aliorum, qui malo eorum exemplo inducti prævaricantur. Unde S. Thomas de Villanova, animam scandali ream ita alloquitur: *O sanguinolenta, plena sanguinibus, & tot mortibus rea*; quemadmodum autem unicus scandalosus sufficit ad corrumpendos multos, ita etiam aliquando unius rigorosum suppliciû, Reipublicæ summè utile esse potest ad emendationem aliorum. *Qui forsitan tot talenta perdidit*, inquit Orig. de illo

Matth.18. v.23. Ille qui debebat decem millia talenta, erat homo scandalosus. Ibid.v.24. S.Th. de Villanova. de S. Mich.

illo decem militum talentorum debitore, *quantos perdidit homines, qui receperunt eum in se talia peccantem.*

Orig. tr. 6. in Matth.

7. Quemadmodum bonum exemplum in odore bono, ita malum in fœtore denotatur, ad quam comparationem Psalmista alludere voluisse videtur, dum ait: *Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolosè agebant.* Moxque debitum ijs supplicium insinuans, subjungit: *Judica illos Deus, decidant à cogitationibus suis, secundùm multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritaverunt te Domine.* Itaque sepulchrum clausum, peccatorem repræsentat occultum, qui sibi nocet; sepulchrum verò apertum, pestilentem exhalans fœtorem, sufficientem, ut quemcumq; inficiat accedentem, hominem denotat dissolutum & scandalosum. Talos itaque severissimè puniuntur, ingensque Reipublicæ afferunt damnum, quia plurimos suis inficiunt scandalis. Pro quorum intelligentia abundantiori, tres malitiæ gradus assignat Psalmista; quorum primus est: *Beatus vir, qui non abijt in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit.* tertius autem, qui reliquos superexcedit, omnisque malitiæ est centrum, scandalum est, quod exprimitur in his verbis; *Et in cathedra pestilentiæ non sedit.* Qui enim cathedram conscenderunt, docent, aliis præficiuntur, tamquam vitæ exemplaria; qui si scandalosi fuerint, pestilentes existunt & pessimi, tantamque animabus perniciem affert malum eorum exemplum, quanta contagio corporibus. Atque his ipsis inimicus utitur infernalis, ut suum dilatet venenum. Ita, ut Chrysologus observat ad intentum nostrum de filio prodigo, à Domino suo ad pascendum porcorum gregem ablegato, contigit per translationem, siquidem Sanctus hic per dictum Dominum, dæmonium intelligens, ait: *quod autem mercenarios suos mittat ad porcos, facit hoc infatiata crudelitas, quæ contenta non est homines criminosos fieri, nisi eos vitiorum duces, criminum faciat & magistros.*

Psalm. 1. v. 1.

Ibid.

D. Chrysol. serm. 2.

8. Ideoque David, adulterij & homicidij reus, ne populum suum graviter scandalizaret, & scandalizando, in hæc & similia alia scelera præcipitaret, in Divinam sperans misericordiam, quantum ex parte sua poterat, utrumque occultare studuit & allaboravit; quæ tamen Deus justo judicio suo, mundo innotescere voluit universo: *Tu fecisti absconditè, ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israël.* Unde & fortè idem Regius Vates protestabatur, dicens: *similis factus sum pellicano solitudinis, factus sum sicut nycticorax in domicilio, Vigilavi & factus sum sicut passer solitarius in tecto.* Ast ecce vobis, quam in pietate Divina reponat confidentiam: *Tu exurgens misereberis.* Porro Pellicanus ex instinctu naturali, serpentibus, aliisque animalibus venenatis pascitur, verumtamen in solitudine, huic igitur avi se assimilat David, quia suos quoque inordinatos appetitus veneno nutrivit desiderij, verumtamen *in absconditо. Pellicanus avis est amans solitudinem*, inquit S. Gregorius, *in qua venenatis animalibus vescitur, & ideo per eum peccator designatur, qui in deserto hujus mundi corde habitans, ærumnosæ istius vitæ captus illecebris, veneno delectatur diabolicæ persuasionis, nycticoracx, qui alio nomine bubo dicitur, in diruta rum domuum ædibus morat ur, solet autem noctu cantum cantare, per quod notantur hi, qui in tenebroso tripudiant opere*, qui enim si non caste, saltem cautè vivendo, Deum offendunt, tam rigidè à Deo non castigantur, sicut illi, *qui lætantur cum malè fecerint, & exultant in rebus pessimis.*

Psalm. 1. v. 1.

Ibid.

Prov. 2. v. 14.

S. Greg. ibid.

DISCURSUS XII.

ARGUMENTUM.

Mala exempla, laquei & retia sunt dæmonis, quibus animas deprædatur, quæque naturæ nostræ depravatæ facillimè imprimuntur.

THEMA.

Custodi me à laqueo quem statuerunt mihi, & à scandalis operantium iniquitatem. Psal. 140. ℣. 9.

Scandalosi sunt venatores diaboli.

1. Qualis sit laqueus ille, quem venator infernalis ad faciendam animarum nostrarum prædam, tendere solet, Propheta Regius præcitati thematis verbis demonstrat, quibus se ab illo præservari à Deo postulat: *custodi me à laqueo, quem statuerunt mihi*; quisnam verò, aut qualis hic laqueus sit, declarat, cum dicit: *à scandalis operantium iniquitatem, cadent in retiaculo ejus peccatores.* Ubi Cajetanus pro *scandalis*, legit *offendiculis*. Porro, qui laqueos per terram extensos vult evadere, oculos suos ad pedes dirigit: qui verò laqueos, quos dæmon tendit, evadere desiderat, quibus S. Antonius aëra plenum esse conspexit, is oculos & multò magis cor suum in cœlum defixum habeat, necessum est. Ac proinde David prius dicit: *ad te Domine, Domine oculi mei, in te speravi, non auferas animam meam*; scilicet à consortio electorum, ut glossat Carthusianus, nimirum Divino adjutorio, ut hoc ei assisteret, David se commendabat, quia auxilio valde efficaci opus est, ut quis in hæc retia non incidat; *à scandalis operantium iniquitatem*, id est, ut idem Carthusianus ait: *à vitijs impiorum scandalizantibus pusillos, videlicet ne ex dicto aut facto inordinato alterius scandalizet, sed in via Dei fortis solidusque persistam.* Bellucensis de hac materia tractans, scandalosis hoc attribuit epitheturn: *sunt*, inquit, *Diaboli venatores, qui multos venantur, illaqueant, capiunt, & acquirunt Diabolo.* Unde Michæas cap. 7. ait: *Vir fratrem suum venatur ad mortem, & apud* Jerem. cap. 5. Deus inquit: *inventi sunt in populo meo impij, insidiantes quasi aucupes, laqueos ponentes, & pedicas ad capiendos viros. Laqui autem sunt exempla vanitatis, pedicæ verò sunt exempla cupiditatis, decipulæ sunt dolositatis exempla.* In Psalmo præcedenti, idem Regius Vates eadem laquei allusione utitur, dicens: *& funes extenderunt in laqueum juxta iter, scandalum posuerunt mihi*; ubi Genebrardus inquit: *propriè laqueos aucupum, & diversas insidias, & fraudes intenderunt.* Spiritus quoque Sanctus scandalo frequenter laqueos associat; sic enim Psal. 68. hanc legimus imprecationem: *fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributiones & in scandalum.* Apud Jeremiam similiter dicitur: *perdix fovit, quæ non peperit*; ubi Theodoretus legit: *Vocem emisit perdix, congregavit quæ non peperit*; simulque specialem perdicis refert instinctum naturalem, dum ait: *Venatores perdicum manuefaciunt perdices, & harum voce alias ejusdem generis convocant, quæ concurrentes decipiunt in casses*; Cui consonat, quod S. Hieronymus, vel quisquis alius sit Author, ait: *perdices sibi insidiantur, ad unius captæ vocem, cæteræ veniunt & retibus capiuntur.*

Psal. 140. v. 8.

Dion. Carth. Ibid.

Bell. spec. mor. par. 3. l. 3. dist. 17.

Mich. 7. 2.

Jer. 5. v. 26.

Psal. 139. v. 6.

Genebr.

Psal. 68. v. 23.

Jer. 17. v. 11.

Theodoret.

S. Hier. de Cer. Pasch.

2. Inimicus infernalis quondam ad expugnandum Salvatorem omnes vires suas adhibuit, quem quia in deserto vincere non potuit, ad illum impugnandum, aliud tempus opportunius exspectavit; dicit enim S. Lucas: *& consummata omni tentatione, Diabolus recessit ab illo usque ad tempus*; quod tempus fuit nox Passionis ejus, in qua Christus ait ad Apostolos: *Ecce Satanas expetivit vos, ut cribraret sicut triticum*, & ideo Interlinearis inquit: *Usque ad tempus Passionis, quando non tantum dolis sed aperiè impugnavit*; pro hoc autem certamine, machinam quamdam adaptavit, quæ ex illo lapide fabricata fuit, à S. Petro appellatur, *lapis offensionis, & petra scandali.* Quando Redemptor noster in conspectu Caiphæ graviter adeo colaphizatus fuit, cum indignatione respondit: *si malè locutus sum, testimonium perhibe de malo; si autem bene, quid me cædis?* quæ Christi indignatio non exiguam nobis admirandi causam præbet, nam Propheta Evangelicus jam dudum de illo prædixerat: *quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non operiet os suum.* Ad hæc quot calices, pugnos, stimulos, aliasque similes percussiones, quas Evangelistæ non referunt, verisimile est ei in via ab horto Gethsemani usque ad Caiphæ palatium, fuisse inflictas? & tamen ad tot flagellorum percussiones, ad tot spinarum transfixiones, clavorumque perforationes os suum non aperuit; ad tot colaphos, inter quos derisus fuit à dicentibus: *Prophetiza, quis est qui te percussit?* omnino tacuit, & solum in hac occasione, ab indignatione se continere non potuit? augetur hæc difficultas, si consideretur, quod Christus ipsemet in S. Matthæo cap. 5. & in S. Luca cap. 6. paulo antè suis præceperit, dicens: *Ego autem dico vobis, non resistere malo, sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram*; quomodò igitur ad invicem concordant, quod Jesus, qui, ut S. Lucas ait, *cæpit facere & docere* hunc colaphum accipiens, non solùm alteram maxillam non præbuerit, verum etiam percussori hanc acceptam contumeliam cum indignatione improperarit, dicent: *si autem bene quid me cædis?* multæ porro, tam quoad literam, quàm quoad spiritum hujus difficultati reddi possunt responsiones, è quibus nos sequentem, utpotè propositо nostro opportunam, solum adducemus. S. Augustinus & alij, percussores hunc eumdem autumant fuisse Malcum, cui succisam in horto auriculam, cum evidenti adeo miraculo, restituerat Dominus, hic ipse namq; satellitum illorum Dux erat, contra quem S. Petrus plus zelo quàm ferro armatus, ut insolentiam improbam reprimeret, insiliit, secq; vindicavit; quoniam usque ad tempus illud, tanta in fama universaliter erat Christi sanctitas, irrefragabilis miraculorum

Luc. 4. v. 13.

Luce 22. v. 31.

Interlin.

Christus indignè tulit inflictam sibi alapam in domo Caiphæ.

1. Pet. 2. 3.

Ioan. 18. v. 23.

Isaiæ 53. v. 7.

Luc. 22. v. 64.

Matth. 5. v. 39.

Act. 1. v. 1. Luc. 6. v. 49.

Joan. 18. v. 23.

S. Aug. Percussor creditur fuisse Malcus.

culorum multitudo, doctrinæ integritas, sequacium copia, beneficentiæ abundantia (siquidem *pertransiit, benefaciendo omnibus*) ut ipsemet etiam implacabiles inimici ejus, reverentiâ ipsum prosequerentur & honore, unde & quidam justitiæ ministri, quos authoritas publica ablegarat, manus ei injicere nullatenus præsumpserunt: *Volebant apprehendere eum, sed nemo misit super eum manus.* Alias quoque *quærebant eum apprehendere, & nemo misit in eum manum*: dictus Malchus, primus omnium Christum comprehendere præsumpsit, reliquit satellitibus idem faciendi, Salvatorem ligandi, vinculisque onerandi, aditum præbens & exemplum. Neque tamen hic facrilega hujusmodi substitit temeritas, siquidem in summi Pontificis, Majestatis thronum considentis, præsentia, nec non coram Synagogæ Principibus, Sacerdotibus, Scribis, Phariseis, Senioribus, Magistratibus, alijsque omnibus manifestissimo Salvatori insultare gaudentibus, tam ignominiosum, tantoque circumstantium applausu, Christo colaphum impingere ausus fuit; atque ita omnibus alijs illusionibus, ludibrijs, & quantumcumque ignominiosis insultibus, scilicet oculorum velationi barbæ evulsioni, amictui fatuo, flagris mancipiorum propriis, derisoriæ purpuræ, similibusque alijs cachinnis, & subsannationibus viam aperuit planissimam; ideoque doctissimus Salmeron ait: *Fuit gravis hæc insania, quia prima fuit, & alijs audaciam idem faciendi præstitit.* Conveniens itaque erat, ut Christus, qui *omnia in Sapientia fecit*, indignationem aliquam perhiberet, ut nos doceret, quantum exacerbetur contra illos; qui primum malum dant exemplum, viamque aperiunt reliquis ad flagitia pessima. Præterea etiam ut nos discemus, astutissimum inferni serpentem, eum in instrumentum suum adhibuisse, ut maledictam illam colluviem animaret, eique audaciam adderet, ut innocentissimum agnum juxta vires suas tribularent & discerperent, quod ut verum fuisse dignoscatis, notetis velim; filium Dei, tunc & non ante hujusmodi fecisse declarationem: *Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum*, volens per hoc inferre, se omnino contentum esse, ut trifaux adversum se liber debacchari permitteretur Cerberus in nocte ista & altero mane sequenti; ideoque dicta verba in horto protulit ad turbas armatas. Quando & primum impetum; potestati huic neutiquam indormiens, Satan tentavit per Malchum, ut suo malo exemplo omnibus alijs, antea timidis, animum adderet, ut omni deposito respectu Christum caperent, & ignominiosis tractarent vilipendijs: *Alijs audaciam idem faciendi præstitit.* Aucupes prædæ inhiantes columborum, unum eorum excæcare solent, qui reliquorum sit allectator, omnesque dispersos removet; ita quoque Diabolus personam adhibet authoritate, fama, & existimatione pollentem, ut à recto virtutis & perfectionis hæc ipsa devians, scandalo suo plurimos alios reti suo implicet.

Joan. 7. v. 44.

Joan. 7. v. 30.

Malchus primo invasit Christum in horto, & hoc suo malo exemplo alios ad idem animavit.

Ecclypses Solis & Lunæ majorem causant stuporem, quam inferiorem planetarum.

Aliæ similitudines propositum confirmantes.

Cum Diabolus S. Job nullis pœnis seducere posset; Usus est ad hoc lingua uxoris ejus Job.

3. Origenes illum Apostoli Textum (*nolite locum dare Diabolo*) de Capitibus & Prælatis interpretatur Ecclesiasticis, dicens, hos portam esse, per quam Diabolus aditum habet ad subditos; si verò exemplares fuerint, & perfecti, Diabolus portam occlusam offendit. *Si autem nos*, inquit Origenes, *qui præsse videmur Ecclesiæ, peccaverimus, locum dantes Diabolo adversus Pauli præceptum, dicentes: Nolite locum dare Diabolo. Quodammodo per delicta nostra quæ facimus in Jerusalem, occasionem tribuimus Nabuchodonosor, ut ingrediatur sanctam civitatem, & abducat, quos voluerit.*

Orig. h. 12. in Ezech.

Prælati scandalosi sunt porta, per quam Diabolus intrat ad subditos.

4. Ezechiel pariter clausam nobis portam exhibet, dum ait: *Convertit me ad viam portæ sanctuarij exterioris, quæ respiciebat ad Orientem, & erat clausa*; per quam portam observatam, omissum Dei cultum & Religionem denotare voluit, nec non insinuare, eos idolatriæ alijsque flagitijs omnibus in prædam datos fuisse. Ast quænam tanti mali præcesserat causa? respondet ipsemet Propheta: *Princeps ipse sedebit in ea, ut comedat panem coram Domino*, quasi diceret, quòd Princeps cibi potusque avidus suum neglexit gubernaculum, exemplumque bonũ hujusmodi igitur escam adhibet auceps infernalis, ut laqueis retibusque suis implicet animas incautas, juxta illud Poëtæ: *Regis ad exemplum totus componitur orbis.* Ideoque Salmeron Apostoli ad Philippenses interpretans verba, dum ad illa singulariter descendit: *Inter quos lucetis sicut luminaria in mundo*; observat, quòd, sicuti majorem universaliter admirationem stuporemque causant ecclypses Lunæ & Solis, quàm aliorum inferiorum planetarum rum defectus; ita quoque, si quis privatus mala vitâ suâ proximos suos scandalizet, minus damnum causat, quàm alius in dignitate constitutus. Cui stabiliendo illud superaddere libet, quod in vita S. Regis Josaphat, per S. Joannem Damascenum descripta, reperi, hic namque sanctus Rex post mortem Patris, ut pœnitentiam austeram inchoaret, solitudinem petere decrevit, quod confirmaturus in adolescenti animo Barachias homo sapiens, multæque experientiæ, varijs illum munivit documentis, & inter alia quidem; quod sicuti in navigatione exilis putatur error, quem quis admiserit è communi viatorum turba; gravissimus autem & periculosissimus, qui perpetratur à nauclero; ita quoque in Reipublicæ gubernaculo, quando aliqua persona privata peccat, sibi ipsi præjudicat, qui autè gubernaculũ tenet, habenasque dirigit imperij, nocet omnibus delicto suo, siquidem ad omnes transfunditur; & quandoque omnibus malum ejus imprimitur exemplum, quapropter non inconvenienter mihi fecisse videntur Ægyptij, qui gubernatores cum horologio in manu dextra; in sinistra autem cum Sole, ecclypsin patiente, cum hac Epigraphe depingere solebant: *Non nisi cum deficit, spectatorem habet*; volentes per hoc insinuare, quòd, sicut Sol quantumvis splendeat, non tamen consideratur singulariter; bene tamen quando patitur; & iterum quòd sicut horologium, non quando sistit, sed dum fluens, horas indicat, transeuntium in se oculos rapit; ita quoque si quis superior malum dederit exemplum, omnes ipsum observant, murmurant; quodque pejus est, major subditorum pars idem sibi licitum esse & imitari posse arbitratur.

Ezech. 44. v. 1.

Mala Regum exempla perquam pernitiosa sunt populo.

Salm. tr. 20. ibid.

5. In exercitu omni, ut experientia docet, oculus & cura in defolationem & contritionem inteuditur principalium; ita quoque inimicus communis in bello isto, de quo scriptum est; *militia est vita hominis super terram*, Ipse enim inimicus infernalis ad hoc præcipuè conatur, ut illos vel maximè prævacari faciat, qui authoritate & sanctitate sunt eminentiores. Sanctissimus Job in Oriente, Princeps erat magnæ authoritatis cunctisq; pietatis & beneficentiæ operibus magnopere deditus; ac proinde Satanas probè sciens, quàm ingens lucrum facturus esset, si eum ad lapsum disponeret; sic enim una cum ipso subditos illius populos, subjectam q; sei numerosam familiam pariter acquireret: omnes ad id vires adhibuit, ut illum expugnare posset. Sed quænam fuit ultima ac fortissima machina, quam ad illum prosternendum admovit? audite hac de re discurrentem Origenem, qui observat, quòd dæmon invictam ejus patientiam admiratus: *Obstupuit, exposcavit, desperavit, atque semetipsum consumens, dixit; ubi est præsumptio mea? ubi est audacia mea? & omnem solicitudinem exercui, & in Job feci; omnia argumenta ostendi, & fortitudinem Job non dejeci, omnes sagittas nequissimæ pharetræ meæ evacuavi, & animam Job non vulneravi; Quid faciam illi adhuc, quod non feci? Ergo quia per universa supplicia atque tormenta cogere eum, ut Deum derelinqueret; non potui, conferam me ad seductionem.* Ecce ictum subtilem, sed & cassum, cui confidebat inimicus dicens: *Me conferam ad persuasionem, forsitan quod non valuit pœnæ coactio, hoc nihilominus efficiat suasionis seductio, confugiam ad antiqua mea arma, per quæ Adam seductum supplantavi.* Unde idem Origenes dæmonem in præsenti pariter mulieris linguam, in Jobi ruinam, exacuisse confiderat, dicens: *Nequiss. Diabolus versutè ac callidè per os uxoris loquens, nolle putare, quod uxor hæc locuta fuerit, sed ore uxoris deserviente locutus est per os ejus malignissimus*; qui optimè novit amicum, cognatum, condiscipulum, aut personam quampiam familiarem præsentissimum esse ruinæ nostræ scopolum, quapropter & S. Gregorius ait: *Callidus adversarius cum à bonorum cordibus repelli se conspicit, eos, qui ab illis valdè diliguntur, exquirit, & per eorum verba blandius loquitur, qui plus cæteris amantur, ut dum vis amoris cor perforat, facile persuasionis ejus gladius ad intimæ rectitudinis munimina irrumpat.*

Orig. l. 2. in Job.

S. Greg. l. 3. mor. c. 7.

6. Alias autem inter rationes cur astutus serpens ad deprædandas animas malum potius exemplum quàm quemcumq; alium adhibeat laqueum & gluten, hæc assignatur principalis; quia nimirum optimè novit, depravatam, corruptamque naturam nostram magis ad malum, quàm ad bonũ exemplũ inclinari, in cujus probationem accommodè subservit illa S. Hieronymi propositio, quâ quondam sanctus hic Doctor spiritualem filiam suam Lætam instruit in hæc verba: *Proclivis est malorum imitatio, & quorum virtutes assequi nequeas, eorũ imitaris vitia.* Id quod etiam in naturalibus patet,

Diabolus ad capiendas animas, singulariter utitur malis exemplis.

S. Hier. Ep. 7. ad Lætam.

ter. siquidem mala herba & lolium naturaliter crescits bonam verò cum industria & cultura produci necessum est. Quæ proinde veritas, nec ipsos etiam gentiles latere potuit reliquos inter ita discurrente Senecâ: *Plagis aguntur in vulnera; unum exemplum aut luxuriæ, aut avaritiæ multum mali facit; convictor delicatus paulatim enervat, & emollit; vicinus dives cupiditatem irritat; malignus comes, quamvis candido & simplici rubigmem suam affricavit.* Ita quicumque se à cursu, qui faciliter & naturaliter præcipitat, deorsumque trahit, in quo vitium denotatur, se abripi finit, aut virtus est difficilis, quoniam *virtus circa difficilia versatur*; nobis ipsis autem vim inferamus oportet, si contra torrentem niti volumus: *Multitudo peccantium*, inquit S. Hieronymus, *peccandi licentiam subministrat, prò nefas, orbis terrarum ruit, in nobis peccata non ruunt.* Evenit utiq; nobis, id, quod postquam Joab Amasam occidit, legimus accidisse; dicitur namq; *vidit hoc quidam vir, quod subsisteret omnis populus ad videndum eum & amovit Amasam.* Hæc namque mala vitiatæ nostræ naturæ est inclinatio, ut præcipitem mundi sectemur currentem. Quot iterum miracula in Christo viderant Pharisæi & scribæ? & tamen numquam in eum credere voluerunt, quando autem infantes eum Messiam acclamantes audierunt; quantumvis mortem ei inferre meditarentur, suos cœperunt aperire oculos, inq; notitiam aliquam extraordinariam devenientes, ad se invicem dicere cœperunt; *audis, quid isti dicunt?* Id quod per Propheticum illis oraculum prædixerat dum per os Davidis ait: *Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, ut destruas inimicum & ultorem*; etenim considerabant pueros hosce malum coram se exemplum parentum habentes, & quantum ad ea imitanda natura propendeat, utpote quæ ad pejus semper inclinat, aliud inde conjicere requirent, quàm quod verum Dei opus esset. Unde Euthymius ait: *In alijs miraculis suspicari sunt fortassis Judæi, quod deciperet Christus & falleret eorum oculos, infantium vero laudatione, qui apud eos versabantur, imò qui eorum erant filij, omnis aberat suspicio.*

Sen. Ep. 7. Præclarum testimonium hujus, ex Seneca.

S. Hier. l. 2. Ep. 16. ad Gaudent.

2. Reg. 20. 12.

Matth. 21. v. 16. Psal. 8. v. 3.

Euth. ibid.

DISCURSUS XIII.

ARGUMENTUM.

Nonnullæ adducuntur rationes, ob quas scandalum præbentes ex mente S. Pauli specialiter in Christum peccare dicuntur.

THEMA.

Peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis. 1. Corinth. 8. v. 12.

Scandalosi specialiter peccant in Christum Dominum.

1. TAmetsi per indubitatam axioma, quamvis transgressionem contra Deum militare constat; eo quod inviolabiles ejus leges per illam prævaricentur & offendant, verumtamen ut in præsenti Discursu probare statui per scandalū specialiter & directe in Christum peccatur; ac proinde S. Paulus de hac materia tractans Corinthijs significanter scribit: Peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam in Christum peccatis. In cujus Textus commentum, S. Bruno Carthusianus ait: *Nec hoc leve putes, quia hic est frater, propter quem Christus mortuus est.* Unde & S. Augustinus ait: *Transisse ipsum video in pretium meum, tam copioso munere redemptio agitur, ut homo Deum valere videatur.* Consequens est igitur, ut, quandoquidem inæstimabilis Filij Dei sanguis in animam nostram transfusus sit, ut inquam, qui eam offendit & scandalizat, eumdem quoq; sanguinem & agni immaculati pretium offendat. *Ut magnipendatur interitus infirmi*, inquit Cajetanus, *adjungit, quanti æstimatus sit infirmus ille à Christo.* Hujus autem culpæ gravitatem Dionysius Carthusianus exponit, dum ait: *Pretium sanguinis ejus parvipenditis.* Cujus tamen sceleris enormitatem profundius penetravit Apostolus, quando de ijs, qui post obtentum magnum Dei lumen, & abundantem donorum gratiarumque Spir. S. participationem postmodum à statu suo scandalose corruunt, tractans, ab hujusmodi, Redemptorem iterum crucifigi opinatur, docetq; verbis sequentibus: *Illuminati gustaverunt etiam donum cœleste, & participes facti Spir. S. Et ... prolapsi sunt, rursum crucifigentes sibimet ipsis Filium Dei.* Nec immeritò quoniam scandalizans, animæ, pro qua Christus sanguinem suum fudit, homicida dici potest; prout S. Augustinus hanc Christi de inimico infernali pronunciatam & à S. Joanne posteritati commendatam,

S. Brun. ibid.

S. Aug. t. 9. l. de dil. Dei c. 6.

Cajet. ibid.

Dion. Carth. ibid.

Hebr. 6. v. 4. Ibid. v. 6.

(*ille homicida erat ab initio*) consideraris probat in hæc verba: *Videte genus homicidij fratres; homicida dicitur Diabolus, non gladio armatus, non ferro accinctus ad hominem venit, verbum seminavit & occidit. Noli ergo putare te non esse homicidam, quando fratri tuo mala persuades; si fratri tuo mala persuades, occidis*: Quis enim nescit, magis persuasiva esse exempla, quàm verba? siquidem infallibilis est S. Leonis sententia, dicentis: *Validiora sunt exempla quàm verba.* Quisquis scandalizat, mortem infert animæ proximi, sanguini injuriatur Redemptoris, quo anima illa tincta & abluta erat.

Joan. 8. v. 44. S. Aug. t. 42. in Joan.

S. Leo de S. Lasir.

2. Alia inter, per increatam Sapientiam populo Israëlitico data in Exodo, præcepta hoc quoq; unum fuisse legimus: *Si rixati fuerint viri, & percusserit quis mulierem prægnantem, & abortivum quidem fecerit, sed ipsa vixerit, subjacebit damno, quantum maritus mulieris expetierit, & arbitri judicaverint*, quæ omnia in figura contigisse certum est, siquidem Origenes hæc eadem ita ad sensum transfert moralem, dicens: *Hæc ergo anima, quæ nunc pro infirmitate sua mulier appellatur, duobus inter se litigantibus viris & in certamine scandala proferentibus, quod habere semper verborum contentio solet, percutitur, & scandalizatur, ita ut verbum fidei, quod tenuiter conceperat, abjiciat & perdat. Et hæc est lis & contentio ad eversionem audientium. Si ergo nondum formatum, anima, quæ scandalizata est, abjecerit verbum, qui scandalizavit, damnum dicitur pati. Vis scire, quia in aliquibus est formatum verbum, in aliquibus nondum formatum? evidenter nos docet Apostoli sermo, cum ait: Donec formetur Christus in vobis*; scicndum igitur est, quod per scandalum non solum anima nostra & anima scandalizantis offenditur, verum etiam partus, quem illa intus suscepit, qui est Christus.

Exod. 21. v. 22.

Orig. h. 10. in Exod.

3. Deus in prophetia Amos hanc fulminat terribilem comminationem, *super tribus sceleribus filiorum Ammon, & super quatuor non convertam eum, eò quòd dissecuerit prægnantes Galaat*; quæ comminatio in sensu mystico illis intentatur, qui per ferrum scandali, mortem spiritualem inferunt illis, qui in innocentia vivunt, qui sunt partus communis matris Ecclesiæ, cujus caput, seu potius Sponsus est Redemptor noster Christus. S. Bern. de hac materia differens, postquam copiosè demonstrasset, quod is, qui occasio est lapsus & ruinæ spiritualis aliorū Christū ipsummet directè persequatur, eò quòd ipsi animas auferat, quas vita & sanguine suo redemerat, tādem subjungit, dicens: *Videbatur jam cessasse persecutionis tempus, sed ut palam factum est, nunquam deest persecutio Christiano, sed neque Christo, & nunc quod gravius est, ipsi Christum persequuntur, qui ab eo utique Christiani dicuntur, de quibus dicitur, amici tui Deus adversùs te appropinquaverunt & fleterunt.* Ubi notandum, quod dicitur: *Adversùs te*, quibus verbis vult, ut intelligamus, quòd, qui scandalum præbet, directè in Christum peccet. Unde ne per scandalum labamur, ingenio sum & utile valde est illud S. August. Consilium, qui, postquam considerasset illa Psalm. verba: *Juxta semitas scandalum posuerunt mihi*; subjungit: *Non in semitis, sed juxta semitas, semitæ tuæ præcepta Dei sunt; illi scandala juxta semitas posuerunt, tu noli recedere à semitis, & non erunt scandala*, si enim, quantum ex parte nostra est, omnem à Christo offensam removere volumus, non finamus nos moveri, aut impelli ne cadamus, stemus erecti, nec finamus nos seduci, & in via divinorum præceptorum constantes maneamus. S. Hieron. vel quisquis alius author est epistolæ ad Susannam lapsam, scandalosis, sequentia verba improperat: *Si tibi soli damnum feciſſes, erat quidem tristitia, sed forsitan tolerabilis, nunc verò quantas animas hoc tuo scelere fauciasti, quod de suo proposito pœnitere feciſti?* quot viam Domini blasphemarunt? S. Thomas de Villa nova in sermone de S. Michaele hanc scandali ruinam pariter deplorat, quando virum scandalosum his verbis perstringit: *Non erubescis ita impudenter te mihi post tantum sanguinem exhibere familiarem & meam quærere dilectionem? cui non satis fuit teipsum peccatis tuis fœdare, sed insuper alios docuisti vias tuas? & in alijs tuis, id est pessimis operibus & exemplis, quibus veluti alis fama volat, repertus est sanguis non corporum mortalium, sed animarum immortalium, quas tuo exemplo velati gladio jugulasti, & perpetuis ignibus tradidisti?* S. Paulus ad Romanos de eodem puncto, non scandalizandi proximum, loquens, pro motivo idem, quod statim diximus, ad Corinth. scribens, allegat: *Si propter cibum*, inquit, *frater tuus contristatur, jam non secundum charitatem ambulas, noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est.*

Amos. 1. v. 13. Per ferrum scandali intelligitur mors spiritualis animabus aliorum.

S. Bern. ser. 11. in cant. vers. S. Pauli.

S. Aug. in Ps. 139. Qui scandalum præbet, directè peccat in Christum.

S. Hier. ad Susan. lapsam.

S. Thom. de Villa Nov. ser. de S. Michaele.

Rom. 14. v. 15. Trahitur in perditionem per scandalum, animam Christi sanguine redemptam.

S. Ambr. ibid.

S. Bern. ib.

S. Ambr.

1. Cor. 8. v. 11.

S. Ambr. super hæc Apostoli verba ita scribit: *Quantum valeat salus fratris, ex morte Christi cognoscitur. Itaque qui scit, quantum constet, confirmare illum debet, non scandalizare.* S. Bernardus eum, qui alios scandalizat, majoris culpæ reum esse censet, quam qui in sanguine agni, in Calvariæ monte crucifixi, manus suas cruentarunt: *Si Dominus*, inquit, *pretium sanguinis dedit in pretium redemptionis animarum, non tibi videtur graviorem sustinere ab eo persecutionem, qui suggestione mala, exemplo pernicioso, scandali occasione, averti ab eo animas, quas redemit, quam ab illo, qui sanguinem suum fudit?* S. Ambros. super illa propositi thematis verba: *Et peribit infirmus in tua conscientia frater, propter quem Christus mortuus est*, ita commentatur: *In tua conscientia, id est, tuo alto illum occidis, quando ate fieri vides, quod ille aliter intelligit; & tu eris occasio mortis fratri, quem Christus ut redimeret, crucifigi se permisit.*

Scandalosi gravius peccant, quam alij peccatores.

S. Bonav. in c. 17. Luc.

4. *In Christum peccatis.* S. Bonav. efficacem quamdam assignat rationem, quæ scandali malitiam evidenter ostendit, adeo ut propter illam Deus à scandaloso magis offendatur, quam ab alijs peccatoribus: *Ratio*, inquit, *quare tanta pœna debeatur scandalizanti, est, quia aufert Christo illud, quod amat maximè scilicet animam. Alia ratio est, quia sicut operibus ædificationis magna debetur corona, ita de scandalizantibus magna debetur pœna.* Quam ille futurus esset impius & sacrilegus, qui templo Salomonis tantis cum fudoribus, & thesaurorum dispendio, in honorem & cultum Dei fabricato, ignem apponeret, unde totum conflagraret? at verò in dubium quis revocare poterit, quin ille, qui *Spirituum ponderator est*, non majoris æstimet unius animæ ruinam, quam templi illius materialis conflagrationem; *nescitis, quia templum Dei estis*, inquit Apostolus, *& Spiritus Dei habitat in vobis? Quis autem templum Dei violaverit, disperdet illum Deus*; *templum enim Dei sanctum est, quod estis vos*; pro hoc ædificio erigendo omnes sanguinis sui thesauros prodegit, & ideo *empti estis pretio magno* 5 quidquid Filius Dei operatus est, seque fatigavit, quidquid passus est, totum huic ædificio impensum fuit; *Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis.* Sudavit sanguinem, ad defatigationem usque laboravit, *fatigatus ex itinere*; hujus agri terram illo torrente rigavit, qui ex aperto in cruce latere ejus, copiosè manavit: *Exivit sanguis & aqua*; quantum pro hac anima passus non fuit: ergo igitur aliquis futurus est adeo arrogans & temerarius; ut ædificium hoc malo suo exemplo demoliri, & in terram prosternere ausit; advertendum est cuilibet, quod S. Paulus dicit, scilicet characterem, unde verus dignoscendus est Christianus, esse, si ædificet alios: *Dei ædificatio est*, non verò si ædificium tantis cum sudoribus à Christo erectum, demoliatur & posternat. Cornelius à Lapide in propositi thematis verba ita scribit: *Qui scandalizant proximum, in Christum peccant, quia Christi fabricam, puta proximorum probitatem & salutem, quam Christus suo sanguine construxit, malo suo exemplo destruunt & evertunt.* Dionys. Carth. eumdem hunc textum exponens, inquit: *In Christum peccatis, quoniam membra ejus et auferris, Regnum Christi minuitis.* D. Chrysol. ait? *Scandalum Sanctos sentat, fatigat incautos, incautos deficit, confundit omnia.*

1. Cor. 3. v. 16. 17.

1. Cor. 6. v. 20.

2. Cor. 3. v. 9.

Joan. 4. v. 6.

Joan. 19. v. 34.

Juxta 1. Cor. 3. v. 9.

Corn. à Lapid. ib.

Dion. Carth.

Chrysol. serm. 27.

Violant enim templa Dei.

5. D. Chrysost. mystica illa S. Pauli ad Romanos verba (*nuli propter ejcam destruere opus Dei*) considerans, notat, quod Apostolus, cum de anima per viam scandali collapsa, loquitur; non sine mysterio eamdem opus & lacturam Dei appellet; unde ait: *Salutem fratris ita vocans; destruas non humanum, sed divinum ædificium, atque ad hoc non eximiè cujuspiam, sed exilis rei gratia, nam cibi gratia, inquit Apostolus.* Quot sunt, qui propter momentaneam quamdam delectationem, vel ob modicum honorem, aut respectum humanum, vel denique ob exiguum lucrum, alijs causa sunt perditionis & ruinæ æternæ? nescio, an aliquando c. 16. S. Matth. feriâ considerationē quadam ponderaverit is, in quo Christus prolixam quamdam contexit invectivam contra eos, qui proximos temerè scandalizant, pœnasque illis severissimas comminatur, dicens: *Expedit ei, ut suspendatur mola asinaria, suadet insuper: Si manus tua, vel pes tuus scandalizet te, abscinde eum &c.* demum verò postquam in hac materia fusè digressus fuisset, tandem causam reddere volens, cur doctrinam hanc tanta cum solicitudine inculcaret, subjungit, dicens: *Venit enim Filius hominis salvare, quod perierat*; demum verò parabolam pastoris immediatè subnectit, qui amissâ unâ oviculâ, eamdem tantis cum molestijs & incommoditatibus confectan-

Matth. 18. v. 6. Ibid. v. 8.

do prosequitur; tandem verò concludit: *Sic non est voluntas ante patrem vestrum, qui in cœlis est, ut pereat unus ex pusillis istis*; per hunc autem Discursum causam nobis insinuare voluit, cur adeo sit rigorosus contra illos, qui animas per scandala sua, à via recta mandatorum Dei, seducunt.

6. S. Isidorus inquit: *Deteriores sunt, qui sive doctrina sive exemplis, vitam morēsq; bonorum corrumpunt, qui substantias, aliorum prædaque diripiunt*; cujus ratio est, quia hi terram nobis auferunt, scandalosi verò Cœlum nobis eripiunt. S. Thomas de Villa nova ait: *si eripere pallium vel tunicam alicujus, malum est, uxorem verò pejus, & vitam deterius, quanto omnium horum pessimum est, ejus animam interficere, eam æternis ignibus perpetuo torrendam adigere? væ, qui devorat plebem Domini, sicut. escam panis.* Idem quoque S. Archipræsul aliud format non minus efficax argumentum; tametsi enim nonnumquam fieri possit, ut scandalosus per divinæ gratiæ auxilium pœniteat & emendetur, *non sic nunquam erit potestate corrigere, quos læsimus; qui enim scandalo obedivit, fortè non obtemperabit consilio, & videbis fratrem in tuo exemplo labentem, nec succurrere poteris pergenti: Unde in hoc quotlibet modo ab alienis peccatis magis formidandum est, quàm à propris, quia minus nostræ potestati subest eorum remedium & medela.* Scandalosis quoq; doctrinam illam S. Aug. adaptare possumus, qui de persecutionibus contra fideles excitatis differens ait: *Quid persectus est Imperator? carnem; tu in Christiano Spiritum. Quid habet Christianus? quod homo est, commune cum multis; quod Christianus est, cernitur à multis, & plus ad illum pertinet, quod Christianus, quam quod homo, hoc tu persequeris in Christiano, quod melius habet, hoc enim illi aufers, quo vivit ad æternitatem; latrones, quos volunt spoliare, sic volunt, ut ipsi plus habeant, & illi nihil habeant, at ille tollunt animam, & ipsi duas animas non habent. Si quis unum scutum habens, alteri aliud abstulerit, duo habebit; qui autem scandalo suo animæ suæ ruinæ & perditionis causa est, nec non proximi sui, utramque perdit. Ad quod persecutor proferebat flammam, ad hoc tu producis linguam.* Idem quoq; Sanctus super illa Psal. verba: *Sepulcrum patens est guttur eorum*, ita ad nostrum discurrit intentum: *Quoniam semper inhiat illa voracitas, potest & illaqueligi quod mendacio & blanda adulatione trahunt in se, quos ad peccata illectant, & eos tamquam devorant, cum in sua vita convertunt, quod quibus contigit, quoniam peccato moriuntur; rectè illi, à quibus induuntur, sepulchra patentia dicta sunt.* Sepulchra insuper in cineres ossa convertunt & cadavera, quæ in ipsa projiciuntur; quem eumdem pessimum effectum operantur & illi, qui alijs scandalo sunt, eos pervertunt, & ad malas inclinationes pessimosque mores convertunt.

S. Isid. de Sum. bon. l. 3. c. 38. Sunt maximè fures, eripiunt enim nobis cœlum.

S. Thom. de Villa Nov. ibid.

7. D. Chrysost. indissolubile quoddam argumentum contra primum reprobum, qui fratricida erat, Deoque respondere non abhorruit: *Num custos fratris mei sum ego*, format in hæc verba: *Tametsi quia graviorstrat ætate, etiam secundum naturæ leges custodem fraternæ salutis eum esse oporteat, hoc enim natus a decrevit, & oportet eos, qui ex eodem utero nati sunt, mutuo esse custodes, quod si hoc nolebas, & noluisti esse custos fratris, quare ergo illius interfector es factus?* Ex quibus ita ad propositum nostrum resolvo; si quis reatum incurrit, quia salutis fratris & proximi sui curam non gessit (quoniam *Deus mandavit unicuique de proximo suo*) quantò magis culpabilis erit, qui illius animam & salutem perdiderit æternam.

Genes. 4. v. 9. D. Chrysost. h. 19. in Gen. Debemus esse custodes, non peremptores fratrum nostrorum.

Eccli. 17. v. 12.

8. S. Gregorius eidem suffragaturus argumento, dum de impijs & dissolutis tractat, ita eamdem promovet materiam, inquiens. *Calumniatores dicere possumus, omnes iniquos, non solum qui exteriora bona rapiunt, sed etiam qui malis suis moribus & vitæ reprobæ exempla interna nostra dissipare contendunt, illi namque ea, quæ nobis extra sunt, invadere ambiunt, isti verò nos pradare interius quærunt.* Et tandem paulo post subjungit, inquiens: *Quanto morum vita à rectum distat substantia, tantò gravior calumniator est, qui malè vivendo vim infert nostris moribus, quàm qui violenter opprimendo damna ingerit rebus, nihil iste de nostra sustentatione subtraxit, sed exempla nobis perditionis apposuit.*

S. Greg. l. 26. mor. c. 10.

9. S. denique Bonaventura debitum, quod scandalosus cum Deo & proximo contrahit, nobis considerandum proponit, dum ait: *Scandalizans obligatur non solum ad reddendam animam suam, verum etiam animam scandalizatam. Si quis aperuerit cisternam, & non operuerit eam, ceciderit que bos aut asinus in eam, reddet Dominus ejus pretium jumentorum.* Ad quod idem argu-

S. Bonav. in c. 17. Luc.

Exod. 21. v. 33. 34.

Occidens animam per scandalum, obligatur ad ejus restitutionem.

argumentum Origenes, alium hunc sequentem ejusdem Capituli textum, ubi de muliere prægnante, sed per alterius culpam aboriente, sermo est; nec non hunc secundùm (*reddet animam pro anima, oculum pro oculo*) applicandum censet, inquiens: *Potest fortassis etiam illud aptari ut, qui sibi conscius tanti scandali fuerit, ponat animam suam pro anima illius, quem scandalizaverit, & usque ad mortem det operam, quomodo redeat, quomodo reparetur, quomodo restituatur.*

Orig. h. 10.

Dion. Carth.

10. *In Christum peccatis.* Dionys. Carth. ita hæc verba explicat: *Peccat in Christum, qui tetigerit vos, tanget pupillam oculi mei*, sibi factam reputat Christus injuriam, quia nos amat sicuti pupillam propriam.

DISCURSUS XIV.

ARGUMENTUM.

De solicitudine, quam varij Dei servi habuerunt de edendis bonis exemplis, arcendisque proximorum scandalis.

THEMA.

Via justorum absque offendiculo. Prov. 15. v. 19.

S. Bernardus maluit mori, quam alteri dare scandalum.

S. Bern. de inst. do. c. 35.

1. SApiens differentiam assignans inter vias, quas mundani terunt, & justorum & timoratorum semitas, ait: *Iter pigrorum sepes spinarum, via justorum absque offendiculo*: Hi enim in omnibus actionibus cavent, ne proximis vel minimam scandali umbram præbeant. Unde S. Bern. de interiori domo c. 35. de semetipso ait: *Mori timeo quoniam non sum paratus; malo tamen mori & misericordiæ Dei me committere, quia benignus & misericors est*; at verò quamobrem Doctor hic mellifluus mori cupiebat, magis quam vivere, num forte Ecclesiæ aliqua hæresum, schismatis, vel persecutionis imminebat gravis tempestas? aut verò mortem desiderabat, ob habitualis & pœnosæ cujusdam infirmitatis, qua tenebatur, violentiam? aut verò quam fieri poterit citissimè Deo uniri anhelabat? nihil horum; sed audite verum hujus desiderij motivum, ipsiusmet melliflui Doctoris ore expressum: *malo mori*, inquit, *quàm de mala mea conversatione aliqui scandalum dare*; & tamen non jam dico anima ejus, sed corpus ipsius, vehementer extenuatum, utpote verum Spiritus Sancti sacrarium ad integrum quemdam mundum ædificandum sufficiebat. S. Ambr. illum Apostoli ad Corinthios textum (*sine offensione estote Judæis & gentibus, & Ecclesiæ Dei, Sicut & ego &c.* ponderans ait: *Sic temperandum conversationem docet, ut nullus in ea scandalum patiatur*; ibidem quoque sensum exponit laudabilis & virtuosæ illius gloriationis, qua Apostolus dicebat. *Sicut ego omnibus per omnia placeo*; dicit enim: *Omnibus per omnia placere, est, sine scandalo cujusquam agere, ad profectum utilitatis illorum, ut & illis & huic sit utile.*

1. Cor. 10. v. 32. 33. S. Ambr. ibid.

Cur Christus S. Petrum vocaverit Satanem.

2. Tametsi Salvator noster S. Petro claves Cœli consignasset, eumdemq; veluti ab æterno Patre suo in intelligentia, & altissima divinitatis sue scientia & cœlitus edoctum declarasset, quando ipsum Filium Dei confessus fuit, nihilominus, quia ex nimia affectus teneritudine cœlestem Magistrum suum à redemptione generis humani, quam mediante patibulo crucis operaturus erat, dimovere volebat, eumdem his verbis reprehendit: *Vade post me Satana*, cujus tam acerbæ reprehensionis rationem immediatè subjungit dum ait: *Scandalum es mihi, quia non sapis ea, quæ Dei sunt, sed ea quæ hominum*; quibus verbis omnes fideles instruere voluit, ut scirent numquam se Spiritum Dei habituros esse, sed potius Spiritum mundi, nisi caveant, ne alijs sint ruinæ & offendiculi occasio.

Matth. 16. v. 23. Ibid.

Christus Dominus summopere cavit ne daret scandalum.

S. Hier. in c. 1. Matth.

3. Quam causam fuisse existimatis, quòd, qui ex virgineo matris suæ sanguine sine virili semine concipi & nasci voluit, nihilominus matrem suam S. Josepho desponsari disposuerit? eamdem pariter quæstionem S. Hieronymus his verbis proponit; *Quare non de simplici virgine, sed de desponsata concipitur?* & confestim respondet: *Ne lapidaretur à Judæis ut adultera*, sive ut omne arceret scandalum, quod aliàs Judæi ex ipsius nativitate concipere potuissent; idem quoque Redemptor noster, ab omni erat tributi debito immunis, utpote in cujus fœmore scriptum erat: *Rex regum, & Dominus dominantium*, & tamen S. Petrum solicitè ad mare dimisit, ut ex ore piscis monetam erueret, qua pro se & Petro tributum exolvere posset; idque ut sapiens Magister noster ait: *Ut non scandalizemus eos*; ob eamdem quoque rationem circumcidi, & infami filiorum Adæ signo notari voluit; Deipara Virgo pariter ob eumdem finem se communi purificationis legi ultro subjecit. Imò si quisquis tam vetus quàm novum Testamentum pervolverit, hanc virtutem, tam à Deo, quàm à servis suis in multis occasionibus practicatam fuisse reperiet.

Hoc ipsum fecit B. Virgo Maria.

4. Moyses Deo adeo, ut omnibus constat, acceptus & gratus fuit, ut Dominum *à facie ad faciem* viderit, & tamen quando mortuus fuit, disposuit ut S. Michaël Archangelus, prout S. Judas in epistola sua testatur, post multos cum dæmone habitos certaminis conflictus, corpus ejus absconderet; & venerationi Judæorum subtraheret: sed cur obsecro hanc gloriam, licet accidentalem, totque alijs Sanctis in conspectu totius mundi concessam, quoad hunc magnum Prophetam impedire voluit? ratio clara est, quia, ut B. Petrus Damianus ait: *Quid est, quòd Moyses ab hominum notitia removetur, nisi ut tollatur occasio, ne, qui tam Deo charus, & familiaris extitisse cognoscitur, divinus honor illi ab Israëlitica plebe perfidia præbeatur?*

Deut. 34. v. 10. Cur Deus voluerit latere Judæos, ubi Moysis corpus sepultum esset.

B. Petr. Dam. de transl. S. Bilar.

5. Misit Deus olim Samuelem Prophetam in Bethlehem, ut ex familia Isai unum filiorum suorum in Regem confecraret: *Provide in filijs ejus mihi regem*; vidit igitur Samuel Eliab, & Dominum interrogavit; *num coram Domino est Christus ejus, & dixit Dominus ad Samuelem; ne respicias vultum ejus neque altitudinem staturæ ejus, quoniam abjeci eum*; prodijt post hunc Abinadab, & dixit Propheta; *Nec hunc elegit Dominus*; præsentarunt se tandem septem filij, qui & ipsi omnes repulsi fuerunt; tunc Samuel Isai interrogavit; *Numquid jam completi sunt filij? & quæ respondit: Adhuc reliquus est parvulus, & pascit oves*, quem protinus adductum in Regem consecravit; ubi meritò quærendum venit, cur Deus servo suo non revelarit à principio, quem in Regem unctus esset? *Attende quæso, quam diligentissimè*, inquit D. Chrysost. *non dixit ad eum Deus, vade, Davidem mihi unge, sed vade, unge mihi unum ex filijs Jesse. Cur autem ambigue loquitur, nec nomen profert? nimirum ne David accideret, quod Josepho prius acciderat*; ecce vobis, quanta cum cautela Deus omne removeat offendiculum; si namque fratres anticipatè promotionem Davidis scivissent, insidias ei utique struxissent.

1. Reg. 16. 1. Deus ab hominis non revelavit Samueli quod David deberet ungere in Regem.

D. Chrys. h. in Ps. 50.

6. Loth homo sanctus, cujus virtutes & actiones heroicas Chronista Moyses vix attingit, nihilominus patriam deliciosam, & ad habitandum amœnam elegit, Pentapolim *sicut Paradisus Domini*. In Sodoma autem, in medio impiorum, in innocentia vivere magna virtus erat; quæ constantia insuper frequenti ejus hospitalitati adstribenda est; aut nostisne, quo in puncto ejus singulariter spiritus precesque apud Deum prævaluerint? in abolendis aliorum scandalis, & alienorum casuum offendiculis. Sciens namque Loth, quantum impij illi vitio nefando addicti essent igni isti ligna subtrahere laboravit, occasionem ijs auferendo; unde vix Angelos intuitus (quos tamen, ut tales non agnoscebat) eos præoccupans, ad suum invitavit hospitium, ne in impiorum retia inciderent, qui postmodum eumdem in finem, extremam domui ejus intulere violentiam. Cujus proinde, tamquam sub civitatis porta residentis, solicitudinem conferens D. Chrysost. inquit: *Sedente Loth in foribus civitatis, quoniam sciebat perversitatem eorum, qui in Sodoma habitabant, neque vesperi discedebat sed manebat. Verè admirari licet vehementer justi hujus virtutem, quod conversans in medio tam impiorum, non solùm non fuit inde negligentior factus, sed majorem virtutem præ se tulit.*

Loth solicitus fuit ne Angeli declinarent in domum alicujus Sodomitæ.

Gen. 13. v. 10.

Gen. 19. v. 2.

D. Chrys. h. 43. in Gen.

7. Nemo historiam nescit castæ Susannæ quæ senum libidinosorum calumnijs oppressa, in totius populi conspectum, ut tamquam adultera lapidaretur, conducta fuit. Hæc ipsa *erat delicata nimis*, ut textus sacer inquit, *& pulchra facie, At iniqui illi jusserunt, ut discooperiretur, erat enim cooperta.* Forsitan innocens non erat, ut suam posset revelatam monstrare faciem? cur igitur eam obduxit? *Qui malè agit, odit lucem, & non venit ad lucem, ut non arguantur opera ejus.* Ratio itaque, cur vultum suum cooperuerat, hæc erat, quia cum antea per ipsum scnibus illis offendiculi occasio fuisset, pudicissima timebat Sancta, ne non solùm ijsdem, sed & alijs motivum daret & stimulum concupiscentiæ. Nihilominus improbi illi, ut Daniel attestatur, vultum ejus discooperiri jusserunt; *ut vel sic satiarentur decore ejus. Rea venerat*, inquit Tertull. *erubescens de infamia sua, meritò abscondens decorem, vel quia timens jam placere.* Potius itaque in reæ figura comparere elegit, vitamq; perdere corporalem, quàm innocens apparere

Cur Susanna ad mortem ducta, cooperuerit vultum suum.

Dan. 13. v. 31. 32.

Joan. 3. v. 20.

Tertull. l. de cor. milit. c. 4.

rere, qualis veraciter erat, occasionem vitæ spiritualis in eam intuentibus amittendæ prædendo.

S. Cypr. de virg. vel. ep. 13.

8. S. Cyprianus de quadam virgine tractans, ad idem sic scribit propositum: *Quid velata, quid compta procedit, quasi maritum habeat, aut quærat? timeat potius placere, si virgo est, ne periculum sui appetat.*

Unde orta fuerit contentio inter pastores Loth & Abrahæ.

9. Audistis supra illam Abrahæ & Loth pastores inter contentionem, cujus causam investiganti respondet Lyranus, opinionem Hebræorum fuisse, ideo eos rixatos esse, quia pastores Loth pecora sua in aliena pascebant terra, quod videntes pastores Abraham, illos increpabant. Circa quam seriem vos ego interrogatos velim, cur, cum omnes ejusdem fuerint professionis, hi ultimi alienos campos non infestarint, imò cum zelo reprehenderint contrarium facientes, scandalumque abolere conati fuerint sociorum respondet autem idem author in hæc verba: *Erant edocti in justitia à Magistro suo, non sic autem pastores Loth.* Abraham primus erat credentium pater, in virtute & sanctitate eminens, singulariter semper in hoc intentus, ut omnia extirparet scandala & offendicula.

10. Alias inter, quas Regi Ezechiæ Spiritus Sanctus attribuit laudes, hæc quoque non infima, imò præcipua fuit, dum dicitur: *Fecit, quod bonum erat coram Domino; Dissipavit excelsa, & contrivit statuas, & succidit lucos, confregitque serpentem æneum, quem fecerat Moyses, siquidem usque ad illud tempus filij Israël adolebant ei incensum.*

4. Reg. 18. v. 3. Ibid. v. 4.

Senex Eleazarus mori maluit, quam alijs dare malum exemplum.

2. Mach. 6. v. 24. Ibid. v. 25.

11. Præ omnibus alijs sanctum illum Senem Eleazarum quis non admirabitur qui ab amicis, multisque alijs suasus, ut ad dandam Antiocho satisfactionem saltem simularet, se vetitas in lege carnes manducare, intrepidè respondit: *Præmitti se velle in infernum*; cujus hanc subjunxit rationem: *Non enim ætati nostræ dignum est ... fingere, ut multi adolescentium arbitrantes Eleazarum nonaginta annorum transisse ad vitam alienigenarum, Et ipsi propter meam simulationem, & propter modicum corruptibilis vitæ tempus decipiantur.* Radicem ne fructiferorum horum germinum dignoscere cupitis? à puero optimæ conversationis actus, per nonaginta solidos annos vitam duxerat exemplarem, virtutemque colere didicerat; hic unicus impulsus erat, qui eum ab omni etiam scandali umbra avellebat, & absterrebat. Cujus constantiam S. Cypr. veneratur Discursu sequenti: *Non juvenibus tantum, sed & senibus congruit fratrem imbecillitati consulere, ne senectus perire provocet juventutem, ex qua debent omnia salutaria documenta procedere. Maluit vitam suam tormentis objicere, quam cuiquam causa perditionis existere, & nos ubi nulla tormenta sunt, fluxibus Solis nolumus salvandos fratres anteponere, nec contenti sumus sine ullis cruciatibus tam nobis prodesse, quam cæteris, cum ille noluit vivere moriatur.* Singularem autem notam merentur verba illa quæ & facer textus singulariter ponderat, scilicet, *at ille cogitare cæpit*, nimirum priusquam in illam generosam resolutionem descenderet, introivit in semetipsum & seriâ meditatione trutinare cœpit, quidnam malitiæ, damni detestatione apud Deum, & abominationis apud homines scandalum importaret, ac demum sine hæsitatione respondit, *præmitti se velle in infernum; cogitare cæpit à puero optimæ conversationis actus & secundum sanctæ, & à Deo conditæ legis constituta, respondit ciò dicens: præmitti se velle in infernum*; ex qua historia illos, qui in timore Dei habitudi sunt, scandalum, infinito horrore abominari clarè colligitur. Unde magnus hic Eleazarus, in annalibus Ecclesiæ celebris, à Gregorio Nazianz. hoc titulo, *primitiæ martyrum veteris Testamenti* honoratur: præterquam quòd præter consuetum stylum aliorum Sanctorum ad antiquum Testamentum spectantium, prima die Aug. Ecclesia in officio divino sanctorum Machabæorum, non verò aliorum veteris Tastamenti commemorationem instituat.

2. Mach. 6. v. 23.

Ibid.

Naz. or. 22.

Angeli sancti malos ejecerunt è cœlo, ne pravo suo exemplo plures inficerent.

Ps. 90. v. 11. Bell. ibid.

12. Hic porro zelus omnia removendi offendicula & scandala, qui quovis tempore servis Dei impressus fuit; ab ipsis quoque Angelis bonis hæreditatus fuit; siquidem ipsi primi fuerunt, qui se contra Draconem infernalem, qui tertiam cœlestis militiæ partem post se traxit, arma sumpserunt: granariumque cœleste ab hisce pessimis zizanijs citò purgarunt in inextinguibilem inferni ignem eadem projiciendo; unde Psalmista ait: *Angelis suis* Deus *mandavit de te, ut custodiant te in omnibus vijs tuis, ne umquam offendas ad lapidem pedem tuum.* Quæ verba Bellarm. ad propositum nostrum in hunc modum exponit: *Lapides in via sunt omnia impedimenta, quæ occurrunt in hac vita, sive temporalia sive spiritualia, scandala, tentationes, persecutiones; pedes quibus ad lapides offendere solemus, sunt affectus humani; tunc verò offendimus pedem ad lapidem, cum oblata occasione temporalis boni acquirendi, vel temporalis mali evadendi labimur in peccata; sed qui habitant in adjutorio Altissimi, ab Angelo custode tua juvantur, ut vel occasio illa tollatur id est, lapis ille de via removeatur vel animus ita illustretur ad vera bona & vera mala internoscenda, ut pede, id est, affectu elevato à terra, occasio temporalis boni, quod sine peccato acquiri non potest, facile contemnatur, & malum temporale, quod sine peccato vitari non potest, patientissimè toleretur.* Ex quo Discursu patet, quòd scopuli hi & saxa, in quæ impingimus, mala sint exempla, & peccandi occasiones, quæ nobis submittantur.

SS. Saulus & Barnabas valde exhoruerunt dare scandalum Lystris, Acta Apost. 14. v. 10. Ibid. v. 14.

13. Lystris in Licaonia, duo SS. Apostoli Paulus & Barnabas, per vitæ sanctitatem & Evangelij prædicationem, nec non plurima ab ipsis patrata miracula, adeo famosi erant, ut Barnabas velut Jupiter, S. Paulus autem tamquam Mercurius apud omnes in veneratione essent, unde populi clamabant; *Dei, similes facti hominibus, descenderunt ad nos; Sacerdos quoque Jovis ... tauros & coronas, ante januas afferens, cum populis volebat sacrificare*, quæ tentatio supra modum vehemens erat, quid enim sublimius homini accidere potest, quam si velut Deus aliquis in veneratione à plebe habeatur; simile quid S. Aug. de Joan. Baptista, messiatum à Synagoga messis, sibi oblatum, renunciante, his verbis indicat: *Fratres mei, nullum tantum meritum Joannes habuit, quàm de ista humilitate.* Quid igitur hi duo Apostoli hic facient? Etenim degravi scandalo agitur, ne videlicet integræ civitati Lystri, & civibus illius, si illorum voluntati assentiantur, offendiculum ponatur, per quod in grave idololatriæ peccatum corruant; ac proinde honorem Dei, & salutem incolarum istorum zelantes, *conscissis tunicis suis exiluerunt in turbas, clamantes Et dicentes: Viri quid hæc facitis? & nos mortales sumus, similes vobis homines, annunciantes vobis ab his vanis converti ad Deum vivum, qui fecit cœlum & terram.*

S. Aug. tr. 4. in Joan.

Acta Apost. 14. v. 13. Ibid. v. 14.

Sur. 8. Jul. S. Procopius Martyr maluit manum comburi, quam dare scandalum, Bar. an. 304. n. 63; Etiam S. Barlaam,

14. Surius de S. Procopio Martyre refert, quod in persecutione Diocletiani manibus illius à Judice igniti carbones impositi fuerint, ut ab eorumdem ardore victus eosdem super aram projiceret, atq; hoc signo circumstantibus se Dijs sacrificare declararet; at verò invictus Martyr manus potius sibi comburi permisit, quam ut tale circumstantibus præberet scandalum. Similiter de S. Barlaam, qui, utpote rusticus, vilibus quidem erat natalibus oriundus, sed per martyrium valde illustris factus, referunt annales Ecclesiastici, quòd pagani, posito super altare igne, manum ejus dexteram, granis incensi repletam, violenter coegerint in altari teneri super igne supinam, ut manum movendo, incensum super altare excuteret; ille verò manum in medijs carbonibus tenuit immobilem, illam potius conflagrari permisit, quam ut scandalum daret. Unde S. Basil. illum meritò Deo dicere potuisse ait: *Tenuisti manum dexteram meam & in voluntate tua deduxisti, & cum gloria suscepisti me.* Denique de Marcell. Papa in ejus lectionibus legimus, quòd cum ex timore mortis, dijs sacrificasset, mox tam sacrilegi reatus pœnitens: *Imperatorem adierit graviter eum accusans, quod se ad tantam impietatem impulisset.* Tandem verò per effusum in martyrio sanguinem, maculam diluit per datum scandalum contractam.

DISCURSUS XV.

ARGUMENTUM.

Apud Deum non sufficit recta nostra conscientia, si in operibus nostris exterioribus alijs scandali occasionem præbeamus; variaque considerantur divinæ justitiæ supplicia, scandalosis immissa.

THEMA.

Studeo sine offendiculo conscientiam habere ad Deum & ad homines semper. Act. Ap. 24. v. 16.

Præter bonam conscientiam, etiam requiritur à nobis bo-

1. MInimè sibi acquiescendum duxit Apostolus, quantumvis suam coram Deo mundâ possideret conscientiam, nisi etiam in præsentia hominum talis appareret, ita ut actiones ejus nulli penitus scandalo forent, quam solicitudinem Agrippæ loquens exprimit in præsenti, dum ait: *studeo sine offendiculo &c.* qua ma-

num exemplum.

teriam maximi momenti S. Aug. in libro ubi de vitæ vidualis bonis tractat, fusius prosequitur, eosque reprehendit, qui sibi sufficere dicitant, modò innocentem apud Deum conscientiam habeant; *sibi coram Deo sufficere conscientiam, existimationem hominum non imprudenter solum, verum crudeliter contendentes, cum occidant animas aliorum, sive blasphemantium viam Dei, quibus secundùm suam suspicionem, quasi turpis, quæ casta est displicet, vita Sanctorum sive etiam cum excusatione imitantium, non quod vident, sed quod putant.* Quisquis conscientiam suam apud Deum possidet mundam, sibi prodest, aut qui talem etiam in apparentia externa perhibet coram oculis mundi, proximos juvat 5 occasionem scandali removendo; ideoque idem Sanctus ait: *Quisquis à criminibus flagitiorum vitam suam custodit, sibi benefacit, quisquis autem etiam famam & in alijs miserecors est, nobis enim necessaria est vita nostra, alijs fama nostra, & utique etiam quod alijs ministramus, misericorditer ad salutem, ad nostram quoque redundat utilitatem.* In quorum confirmationem, hunc alium adducit

2. Cor. 8. v. 27. ejusdem Apostoli textum, dicentis: *Providemus bona non solùm coram Deo, sed etiam coram hominibus.*

2. *Studeo semper &c.* Singularem in præsenti notam merentur illa Apostoli verba: *Semper ad homines*; siquidem in omni nostra actione, continuò, omni tempore, sine intermissione nos exemplares esse oportet; nam si quis proximum vel semel scandalizarit, jam sufficiens fundamentum dedit, ut diminuatur bonus illius conceptus. Quare Sapientia incarnata servis suis titulum lucis forsitan attribuit, dicens: *Vos estis lux mundi*; quamdiu namq; Sol lucet, immensum à Deo in nos inde promanans beneficium, vix consideratur; sed si eclipsis ipsum invaserit & caligo, quantû stuporem & commotionem generat in singulis? *Sic luceat lux vestra coràm hominibus*, inquit idem Salvator ad suos; *ut videant opera vestra bona*, ubi notandum est, eum non dicere; *videant conscientiam vestram bonam, sed opera vestra bona*; si namq; coram Deo bene quis operatus fuerit, præstat, quod convenit & decet; si verò coram mundo malè quid practicarit, quot obsecro infurgunt murmurationes, lamenta, scandala, aliaque omnia præjudicia, quæ in bonum publicum influunt. Unde & S. Bernardus ad Eugenium Papam scribens, dum illa Psalmi verba (*Dominus ... decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudinem*) commentatus inquit: *Sanè inter est tuæ perfectionis, & malas res, & malas pariter species devitare; in altero conscientiæ, in altero famæ consulis. Dura tibi non licere (& si alias fortassè non liceat) quidquid malè fuerit coloratum.* Deinde asserit & subnectit, unumquemque nostrum debere Christo, tamquã ejus ministrum conformari, de quo scriptum est: [*Dominus regnavit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudinem,*] *tu quoque esto fortis in fide, decorus in gloria, ut probasti te imitatorem Dei, fortitudo tua fiducia fidelis conscientiæ, decor tuus, splendor bonæ opinionis.*

Matth. 5. v. 14.

Ibid. v. 16.

Psal. 92. v. 1.

S. Bern. de consid. l. 3. c. 4.

3. Sapiens mulierem fortem, Ecclesiæ expressivam, nobis descripturus, domesticos, & familiares ejus duplicia vestimenta habere memorat, *omnes domestici ejus vestiti sunt duplicibus*; quo loquendi modo quid aliud inferre voluit, nisi quod Ecclesiastici illi scilicet, qui præ reliquis exemplares esse tenentur, & sæculares docere, pro se quidem ipsis, bonam possidere debeant conscientiam, pro reliquis verò bonam famam & opinionem? *Induere vestimentis gloriæ tuæ*, inquit idem S. Bernardus ad Eugenium, *vestire duplicibus, quibus domesticos suos fortis illa mulier induere consuevit. Non sit in conscientia mutuus infirmitas, modicæ fidei, non sit infama nævus, malæ speciei; & vestieris duplicibus.* Porro S. Augustinus in quodam sermone nos, ut non modo in notram, sed & in proximorum salutem incumbamus admonet, dicens: *Nemo se circumveniat fratres charissimi, nullus homo sibi solummodo vivat, & sicut frequenter suggessit, quantoscumque aliquis exemplo sanctæ vitæ ædificaverit cum tantis ac pro tantis mercedem beatæ vitæ retributionis accipiet; & quantiscumque exemplum malæ conversationis etiam finem eum illi sequantur, præbuerit, pro tantis sè malis rationem noverit redditurum.* Non enim nos Deus in mundo posuit, ut destrueremus, quin potius ut ædificaremus proximos, divinarum opera manuum. Unde Divus Chrysostomus ait: *Neque enim Deus vult, ut Christianus seipso tantum contentus sit, sed ut alios ædificet, non per doctrinam solum, sed per vitam, & conversationem; nihil enim sic in veritatis viam inducit, ut integritas conversationis; nam neque tam considerantur ea, quæ à nobis dicuntur, quam quæ à nobis agantur.* Quæ ratio multò magis pro bona militat conscientia, hanc enim solus ille intuetur Deus, qui scrutatur renes & corda; cui proinde externam speciem adjungamus oportet, in hanc namque nostri defiguntur obtutus; ideoque Apostolus Thessalonicenses monebat, dicens: *Quod bonum est, tenete; Ab omni specie mala abstinete vos. Ipse autem Deus pacem sanctificet vos per omnia, ut integer Spiritus vester, & anima & corpus sine querela in adventu Domini nostri Jesu Christi servetur.* Quibus verbis Apostolus inferre voluit, tunc in nobis Spiritus coruscaturam integritatem quando non modò interius, sed & exterius actiones nostræ fuerint ædificatoriæ.

Sæmper debemus lucere bono exemplo.

S. Aug. ser. 163. de temp.

Chrysost. h. 8. in Gen.

1. Thess. 5. v. 21. 22. 23.

4. Sponsus cœlestis in Canticis sacris electam suam considerans, lilio inter vepres constituto assimilat, dicens: *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.* Quo in flore fragrantiam & venustatem singulariter obstupescens; ita scribit: *Habent & mores colores suos, habent & odores; de colore conscientia consuletur, de odore fama. Colorem operi tuo dat cordis intentio, quod ex corde puro & conscientia egreditur bona, candidum est, & est virtus; si autem & bona fama secuta fuerit, & lilium est, quippe cui nec candor lilij desit, nec odor.* Porro plurium objectionibus satisfacturus D. Chrysostomus, ijs, qui parvipendentes scandalum proximi, modo ipsi optimam habeant intentionem & conscientiam, id sibi sufficere gloriantur, respondet in hæc verba: *Non salvare fratrem, culpam habet; id quod & Evangelici talenti defossor indicat, quod non facit datum etiam scandalum? Sea inquies, quid si fuopte vitio scandalizatur infirmus?* iterum subtiliter idem ipse respondet S. Doctor inquiens: *Propter hoc ipsum æquum fuerit, ut illum feras, nam si fortis esset, tali cura opus non haberet, nunc verò quia imbecillior est, multa etiam curandi diligentia opus habet, neque enim propriorum tantummodo malorum rationem dabimus, sed & eorum, quibus aliis scandalum præbemus.*

Cant. 2. v. 2.

S. Bern. ser. 72. in Cant.

Colore, & odore bonæ vitæ nobis opus est.

D. Chrys. h. 25. ad Rom.

5. Apostolus multis argumentis evincere conatur, & probare, quod ministris Evangelicis de necessarijs in victu & vestitu providendum sit, prout fusius docet c. 9. Epist. 1. ad Corinth. nihilominus quantum ad personam propriam protestatur, inquiens, *sed non usi sumus hac potestate, sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus Evangelio Christi*: Quin potius ipse S. Apostolus manibus propijs victum & alia necessaria conquirebat, unde equidem ut annales Ecclesiastici referunt, Athenis Corinthum veniens, inibi Aquilam offendit, recenter ex Italia advenam, cui, eò quòd ejusdem secum professionis scœnofactoriæ esset, qui pelles pro papilionibus, in exercitibus adhiberi solitis, conficiebant & præparabant, adjunxit se in socium, strenuè laborans, ne Judæis & alijs occasionem præberet murmurandi & dicendi, Evangelij prædicationem esse prætextum divagationis per mundum, quietorumque dierum, beneficio alienorum sumptuum. Imo non solum Apostolus ipse sudoribus suis sibi victum comparavit, sed ut ad Corinthios scribit: ipsemet cum eo Barnaba. Nec immeritò, si namque lex antiqua vitia Romanis prohibebat, ullam aut pecuniam, aut donum accipere ad patrocinandum causis clientum, quanto justius erat, ut ab omnibus hujusmodi abstinerent prædicatores Evangelici, maximè cum Hæbræi paulo ante à Tiberio Româ expulsi essent, quia aliqui illorum sub pietatis prætextu multas à Fulvia emendicarant pecunias: Quare Apostolus hoc saluberrimum, dum ad Romanos scribit, nobis tradit consilium: *Si propter cibum frater tuus contristatur, jam non secundùm charitatem ambulas; noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est: Non ergo blasphemetur bonum nostrum:* Et paulo post ita pariter unumquemque nostrum exhortatur: *Quæ ædificationis sunt, in invicem custodiamus: Noli propter escam destruere opus Dei, omnia quidem sunt munda, sed malum est homini, qui per offendiculum manducat.* Supra quæ verba discurrens Hugo Cardin. ait: *Abstinendum est & à licitis propter fratres.* Quam doctrinam plenius nobis inculcaturus idem Doct. Gentium ita scribit in Epistola ad Philippenses: *De cætero fratres, quæcumque sunt vera, quæcumque pudica, quæcumque justa, ... quæcumque amabilia, quæcumque bonæ famæ: Si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate.* Quem Textum S. Augustinus ponderans, ita ad intentum nostrum resolvit: *Horum duorum unum propter se ipsum* sapientissime retinebat Apostolus, aliud propter alios misericordissime impendebat.

Rom. 14. v. 15. 16.

Ad hoc etiam hortatur alios.

Ibid. v. 19.

Ibid. v. 20.

Hug. Card. ibid.

Phil. 4. v. 8.

6. Idem S. Augustinus in libro, cui titulus *de ovibus*, hanc eamdem fuius pertractat materiam, ubi & eorum prodit, convincitque errorem, qui propriæ contenti con-

T. 9. c. 9. Non sufficit in secre-

to habere bonam conscientiam sed requiritur etiam bonum exemplum exterius.

scientiæ integritate, de exteriori & apparenti exemplaritate nihil cogitant, ait namque: *Sunt homines, qui putant sibi in bene vivendo, sufficere conscientiam, & non valde curant, quid de illis alter existimet, ignorantes, quia cum homo viderit hominem bonæ conscientiæ, negligentius viventem, ædificatur non ad ea, quæ perscrutatur, sed ad ea, quæ suspicatur; neque enim potest intrare in conscientiam tuam, quam videt Deus. Conscientia tua coram Deo est, conversatio tua coram fratre tuo; si de te ille aliquid malè suspicans, perturbatus ædificatur ad aliquod faciendum, quod te putat facere, dum sic vivis, quid prosit, quia venter conscientiæ tuæ hausit aquam puram, & ille de tua negligentia conversationem bibit turbatam?* In quorum confirmationem, authoritatem adducit

1. Corinth. 10. v. 32. 33. Apostoli, ita ad Corinthios scribentis? *sine offensione estote Judeis, & Gentibus, & Ecclesiæ Dei, Sicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærens, quod mihi utile est, sed quod multis, ut salvi fiant.*

Plut. in Public. Unde Publicolæ obvenerit honor primi consulatus post Reges Romanorum.

7. Subiceri nequit in præsenti à Plutarcho de Publicola; qui post Reges primus fuit Romanus Consul, tradita historia, qui ita nuncupatus fuisse dicitur, quia publicè in summa erat apud omnem populum veneratione; *quod publicè ab omnibus celeberaretur*; inquit dictus Author. Hic itaque in eminentiori quodam ædium suarum situ, magnificas aliquot construxerat mansiones: intelligens autem, se propterea in suspicionem devenisse per fabricam adeo sumptuosam, quasi Regnum affectaret, nocte unica omnes solo adæquari jussit; quæ actio ita senatui, populoque placuit universo, ut eum crearint, & pro futuris temporibus confirmarint consulem, sumptibusque publicis augustissimum illi extruxerint palatium; mortuumque extra civitatis portas; ut cæteroquin mos erat, eum sepeliri prohibuerint, sed intra urbem, ubi sumptuosum illi erectum fuit monumentum.

SS. Patres illos detestantur, qui non curant dare scandala.

Luc. 17.

8. Porro ut scandali horrorem concipiamus majorem; sciamus oportet, à Scripturis sacris, sanctisque Patribus summa in detestatione haberi illos, qui scandala parvipendunt; ita juxta Salvatoris sententiam satius foret, quemquam, saxo ad collum ligato, in mare præcipitari, quàm pusillis scandalum præbere; circa quem Textum S. Bonaventura ait: *Sicut magna crudelitas est, affligere ægrotantes, sic magna perversitas seducere simplices, unum de pusillis dicitur; ne coram cæco ponas offendiculum.* Væ scandalum danti, quisquis enim ruere fecerit proximum, ipsemet æternum certo certius in pœnam præstoletur necessum est præcipitium; cujus offendiculi irreparabilia damna, quæ animabus infert, postquam enarrasset S. Thomas de Villa nova, tandem ad unum scandalosorum hoc minatorio convertitur Discursu: *Et post hæc tu meorum gloriosus & beatus in cœlo regnabis, plenus delicijs, propter quem gemitibus sempiternis, tot animæ ululabunt in inferno? audiant hæc scandalizatores & contremiscant.* Et licet cum multis mihi arsuri sint, nihilominus ut S. Bernardinus verborum istorum (*non pecces in multitudine civitatis*) rationem assignas, ex D. Augustino probat,

S. Bonav. ib.

S. Thom. de Villa Nov. serm. de S. Mich. S. Bern. in sent. 1. ser. in fer. 2. D. 2. Quad. a. 2. c. 3.

S. Aug. 23. par. 1. c. 5. mult.

Matth. 23. v. 13.

S. Ant. de Pad. in D. 5. Trin.

non propterea minus ardebunt; quia cum multis ardebunt, imò etiam magis, quia quanto plura in igne sunt ligna, tanto magis invalescit ignis.

9. S. Antonius de Padua eidem suffragaturus proposito, illum ex S. Matthæo Textuitì: (*Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui circuitis mare & aridam*) adducens ait: *Id est, totum orbem; ut faciatis unum proselytum; Proselyti sunt de gentibus in Synagogam recepti, & cum factus fuerit, facitis eum filium gehennæ;* qualiter autem ipsum in æternæ perditionis barathrum præcipitent, idem subnectit Sanctus, dum ait; *Dum enim vidit vitia vestra, revertitur gentilis factus, & in prævaricatione; majori pœna dignus est.*

Prov. 22. v. 8.

Bedæ Ibid.

10. Audiant scandalosi terribiles Dei apud Ezechielem contra illos indignantis minas; *homo, homo de domo Israël quicumque scandalo iniquitatis suæ statuerit contra faciem suam; ... Et ponam faciem meam super hominem illum.* Alia versio legit: *Faciam eum in exemplum & in proverbium, & disperdam eum de medio populi mei.* Quam infelicissimam aleam Florentinus Presbyter subijt, qui ut S. Gregorius in suis Dialogis narrat, dum felicia instituti S. Benedicti auspicia, cujus tunc prima jaciebantur semina, toleare non posset, furijs immundis latus infernalibus, septem induxit mulieres, quæ nudæ in horto saltarent, monachorum illorum incolatui vicino; quare & Sanctus dictum subitò deseruit locum; cui veluti triumphans illætatus impius, solario domus suæ ex improviso oppressus fuit, atque ita *in veritem ipsius iniquitas ejus descendit.* Ut proinde D. Chrysostomus hoc merito formaverit argumentum; *si etiam per se ipsas graves sunt nostrorum delictorum pœnæ, ubi & istæ accedent*; scil. exemplorum malorum; *quando salvabimur? non enim putemus; nos excusationem habituros, si quando delictorum socios invenerimus; nam istud supplicium magis augebit.* Quæ dicta exemplo confirmat nostrorum protoparentum, & serpentis, quos inter hic, quia seductor erat, majorem subijt pœnam. Id quod & in Jezabele observatum advertit, cui gravius obtigit supplicium, quàm Achabo, quia nimirum illa Regem suborniarat. *Igitur & tu quoque* (concludit dictus Sanctus) *si reliquis perditionis causa fueris, graviora patieris, quàm qui per te subversi sunt; neque enim peccare tantum in se perditionis habet; quantum quod reliqui ad peccandum inducuntur.* Quo etiam Sapiens respexisse videtur, dum ait: *Qui seminat iniquitatem, metet mala.* Ubi Beda inquit: *Certum est, quia hic, qui vel verbo, vel exemplo docet iniquitatem, recipiet vindictam.*

Psal. 7. v. 17.

D. Chrysost. h. 25. ad Rom.

11. Discursum terminare Iubet nova D. Chrysologi observatione, quam super Deuteronomium instituit, ubi Deus se implacabilem Madianitarum hostem protestatus est; ait igitur: *Scandalum populo Israëlitico Balaam divinator objecit; quando bellatoribus, non cum ferratis viris, sed cum pueliis toto lenocinio fucatis occurrit, ut prophanaret totam de turpitudine sanctitatem; Hinc est, quod eum Moyses tali notavit sententia cum puniret, & Balaam, inquit, Divinum occidite, quia hic misit scandalum ante filios Israël.*

D. Chrys. serm. 22. Propter scandala Deus Madianitis valde fuit offensus.

TRACTATUS XXVIII.

DE DIEBUS FESTIVIS, EORUMQUE SANTIFICATIONE,

CONTINET

DISCURSUS XV.

DISCURSUS I. Festivorum dierum sanctificatio, à septimo post conditum mundum, suam habet originem, quæ postea Hebræis imperata & ab Ecclesia de Sabbato in Dominicum diem translata fuit; siquidem Ecclesiam tempus Dei & Sanctorum cultui congruum, deputare conveniens est.

II. De solitudine, quam Deus semper circa festorum sanctificationem; exhibuit.

III. Vacatio ab operibus, quam festa fidelibus imponunt, servilia tantum opera respicit, non spiritualia; hæc enim festa non tam profanant quam sanctificant.

IV. Inter opera servilia, quæ dies festos specialiter profanant, peccata præcipue recensenda sunt; quæ proinde ijs diebus magis quàm alias, expiare & abominari debemus.

V. In solemnitatibus, alijsque diebus festis ab impijs hominibus; ijs, ad satisfaciendum suis dissolutionibus, abutentibus, plura peccata communiter admitti solent.

VI. Quantum peccatum dies festos profanando committatur, ex nonnullis motivis multifariam consideratur.

VII. Dæmones, ut nos ad dies festos profanandos inducant, nullum non lapidem movent.

VIII. Deus festa nostra abominatur, nec ea tamquam sua agnoscit, illis enim abutimur, ut nostris vacemus commodis, nostrisque inordinatis appetitibus satisfaciamus.

IX. Sensualiter carnis per gulam nutrita, diebus festivis principaliter abutitur, ut appetitus suos carnales expleat; tametsi ijs diebus castitas præcipue à nobis desideretur.

X. Dierum festorum profanatores, Dei in se flagella & supplicia provocare varijs exemplis ostenditur.

XI. Justitia Dei in dierum festivorum transgressores graviter nascitur, eosque per ignominiam, calamitates publicas, aliaque supplicia miraculose irrogata, acriter punit.

XII. Consideratur fructus, quem per sanctificationem festorum, nobis comparare possumus per lucra tam spiritualia, quam temporalia.

XIII. Festorum sanctificatio cum pietate & devotione, nec non cum virtutum Christianarum exercitio, & conscientiæ munditie conjuncta esse debet.

XIV. In diebus festis, ab omnibus vacandum est operibus, præterquam ab operibus & actibus Religionis & charitatis; ubi etiam varia considerantur media, quibus festos dies sanctificare debemus.

XV. Dies festi in memoriam beneficiorum Dei sunt instituti, quos per gratitudinem Deo exhibitam, nostros efficimus, propter utilitatem inde dimanantem; sanctificandi autem sunt per præparationem nostram & conversionem, quam per vestes & apparatus exteriores.

DISCURSUS I.
ARGUMENTUM.

Festivorum dierum sanctificatio à septimo post conditum mundum die, suam habet originem; quæ postea Hebræis imperata, & ab Ecclesia de Sabbatho in Dominicum diem translata fuit; Ecclesiam enim, tempus, Dei Sanctorumque cultui congruum, deputare conveniens est.

THEMA.

Benedixit diei septimo, & sanctificavit illum. Gen. 2 versic. 3.

Sanctificatio dierum festorum cœpit ab initio mundi.

1: DIerum festorum sanctificatio immediatè & sine dilatione post conditum mundum à Deo præcepta fuit, quando scilicet die septimo à creaturarum productione ulterius prosequenda cessavit; prout ex citati thematis verbis (*benedixit diei septimo &c.*) clarè deducitur; *quid enim est (& sanctificavit illum*: interrogat D. Chrysostomus; *nihil profectò aliud, quam ab alijs illum segregavit, docente nos Divinâ Scriptura; propter quod postquam dixit: & sanctificavit illum, adjicit: Eò quod in illo requieverat ab omnibus operibus suis, quæ cœperat Deus facere. Jam hinc ab initio doctrinam hanc nobis insinuat Deus; eruditens in circulo hebdomadis diem unum integrum segregandum, & reponendum in spiritualem operationem.*

D. Chrysost. Hom. 10. in Gen.

Cur nimirum Deus diei septimæ benedixit.

2. Junilius Episcopus Africanus, à Lippomeno allegatus, loco V. Bedæ, se pariter huic opinioni subscribit, existimans, sacrum Chronistam hoc scribendi modo nihil aliud innuere voluisse, quàm quod Deus benedicendo diei septimo, Sabbathi sanctificationem præscripserit. Lippomenus quoque censet, Moysen per hoc verbum *benedixit*, modum exprimere voluisse, qui in obsequio & cultu, Deo exhibendo servandus est; unde ly *benedixit* ita exponit, *id est, in eo sibi benedictiones & laudes fieri voluit, sibique consecravit; cæteros quidem operum exercitio deputans, illum vero suo cultui mancipans; sanctificatio enim idem est, quod ad Divina obsequia applicatio.*

Beda ibid. in Gen. Lippom. ib.

Cornelius à Lapide similiter non modo in hoc 2. Geneseos capite, sed etiam in c. 16. Exodi, & in c. 4. Epistolæ ad Hebræos, hanc fusiùs tenet opinionem, quod ab exordio mundi conditi, Deus Adæ ejusque posteris præceperit, ut post sex dies, laboribus destinatos, in septimo in ejus honorem totaliter adhibendo feriarentur; idque probat Apostoli authoritate in citato cap. 4. Et tametsi Abulensis contrariam opinionem sustinuerit, præceptum Sabbathi populo Hebræo per Moysen primitus intimatum fuisse autumans, illi tamen citatus Cornelius respondet, præceptum Sabbathi à Moyse non conditum fuisse, sed renovatum, utpote quod temporis diuturnitate in desuetudinem abierat.

Corn. à Lap. Hebr. 4. v. 2.

Abul. q. 3. in c. 23. Levit.

3. Cur autem Deus diem septimum potius suo cultui destinarit, hujus sacer Textus sequentè assignat rationem: *Et requievit die septimo ab universo opere quod patrarat*; quibus verbis modus festa sanctificandi innuitur, qui in eo consistit, ut in illis ab omni opere servili abstineatur. Doctor Angelicus inter multas rationes, institutionis & sanctificationis hujus diei talem quoque adducit: *Primo datum fuit ad destructionem erroris: prævidit enim Spir. S. quod futuri erant aliqui dicturi mundum semper fuisse*, de quibus S. Petrus loquitur: *Volut ergo Deus, ut custodiretur unus dies, in memoriam quod Deus omnia creaverat in sex diebus, & in septimo quievit à novis creaturis condendis.* Porro hujus præcepti renovationem ex universa S. Scripturæ serie nullibi factam fuisse colligitur, nisi postquam populus Israëliticus in deserto subitit: antea enim præceptum hoc eidem populo implicitè quidem traditum fuit, quando nimirum Deus illis Manna suum liberaliter impertiens, disposuit, ut hoc illis quotidie deplueret, quotidie pariter ab ijs colligendum, præterquam in die Sabbathi: *Sex diebus colligite, in die autem septimo Sabbathum est Domini, idcirco non invenietur.* At verò quia in servitute Ægyptiaca à Pharaone in *luti, lateris-que operibus* continuo occupati, & oppressi, hanc Sabbathi sanctificationem dudum neglexerant, non obstante, quod Deus illis eo die cœlestem hujus Manna annonam minimè illis depluisse dixisset; *dixit Dominus ad Moysen: Usquequo non vultis custodire mandata mea & legem meam? Videte, quod Dominus dederit vobis Sabbathum, & propter hoc die sexta tribuit vobis cibos duplices; Et sabbathizavit populus die septimo.* Tandem verò in monte Sinai præceptum hoc, quod inter alia Decalogi tertium est, una cum alijs expressum his verbis eidem imposuit populo: *Memento, ut diem Sabbathi sanctifices: Sex diebus operaberis & facies omnia opera tua; Septimo autem die Sabbathum Domini Dei tui est, non facies omne opus in eo; tu & filius tuus, & filia tua, servus tuus & ancilla tua, jumentum tuum & advena, qui est intra portas tuas: Sex enim diebus fecit Dominus cœlum & terram, & mare & omnia, quæ in eis sunt, & requievit in die septimo, idcirco benedixit Dominus diei Sabbathi & sanctificavit eum.*

S. Thom. opusc. 6. de decem præceptis in 3. prac. 2. Pet. 3.

Hujus adducuntur variæ rationes. Gen. 2. v. 2.

Exod. 2. v. 8. Ibid. v. 9. Ibid. v. 10. Ibid. v. 11.

4. Enimverò præter Sabbathi sanctificationem, Deus eidem populo alios per annum dies festos præscripsit; quales erant dies Paschæ & Pentecostes, festum item, quod tubarum dicebatur, festum propitiationis vel expiationis, festum tabernaculorum & collectarum; præter quæ ipsimet Judæi alia quatuor festa instituerunt; nimirum liberationis, quæ Judæis per Esther Reginam obtigit, festum dedicationis Templi, *encænia* dictum; festum ignis sacri, de quo 2. Machab. 1. v. 4. legitur; ac denique festum ob Nicanoris mortem institutum, de quo primo ejusdem Historiæ lib. c. 7. scribitur. Tandem verò Sabbathum olim à populo Judaico sanctificatum, ab Ecclesia in Dominicam translatum fuit, ne populus Christianus judaizare videretur; maximè verò quia hoc eodem die Salvator noster è sepulchro redivivus surrexerat; id quod ex præhabito, inter Apostolos consilio, statim post Resurrectionem factum fuisse dicere oportet; clarum enim in Apocalypsi hujus argumentum habemus, nam c. 1. S. Joannes dicit: *Fui in Spiritu in Dominica die*; præterquam quod S. Ignatius Martyr, Apostolorum coæ-taneus, Dominicæ mentionem faciat, eamque speciosо hoc titulo *Reginam & Principem omnium dierum* condecoret. In antiquo etiam Concilio sequentia verba expressa leguntur: *Christianorum Religiosæ devotiones (quæ, ut creditur, ex Apostolorum traditione, imò Ecclesiæ authoritate descendit, mos molevit, ut in memoriam Dominicæ Resurrectionis, diem Dominicum venerabiliter atque honorabiliter colat, quoniam eo die Deus lucem condidit mundi, eo die Christus à mortuis resurrexit, eo die Spirit. S. Paraclitum Apostolis misit de cælo, eo die Manna pluit.*

Præter Sabbathum instituit Deus in V. T. etiam alia festa.

2. Machab. 1. v. 4. 1. Machab. 7.

Sabbathi veneratio modo translata est in diem Dominicam.

Apoc. 1. v. 10. Mart. ad Magnesianos 1. Tom. 3. Concil. p. 1. pag. 757. Paris. sub Greg. IV. c. 48.

5. In eodem Tomo tertio, in quodam Concilio A. 1203. sub Innocentio III. in Scotia celebrato dum in Dominicæ originem diligens institueretur indago, prout in annotationibus dicitur, celebris quidam prædicator sequentia asseruisse legitur: *Hoc mandatum subscriptum de observatione diei Dominicæ venit de cælo. Mandatum S. diei Dominicæ, quod de cælo venit in Jerusalem, & inventum est super altare S. Simeonis, quod est in Golgotha, ubi Christus crucifixus est pro peccatis mundi. Et mandavit Dominus hanc Epistolam, quæ apprehensa est super altare S. Simeonis, quam per tres dies & tres noctes*

Cultus diei Dominicæ miraculosè comprobatus fuit. Ibid. p. 2. pag. 1448.

Hes, homines aspicientes corruerunt in terram, orantes Dei misericordiam; & post horam tertiam, erexit se Patriarcha & Azarias Archiepiscopus, & expenderunt insulam, & salutem, acceperunt Epistolam Dei, quam cum accepissent, invenerunt superscriptum istud. Ego Dominus, qui præcepi vobis, ut observaretis diem sanctum Dominicum, & non custodistis eum, & de peccatis vestris non pœnituistis eis &c. Ex qua historia, quanto cum zelo Deus exactam Dominicæ observantiam urgeat, clarè deducitur; cujus diei ab antiquis Patribus multa eximia conscripta encomia legimus. *Eo die*, inquit D. Chrysostomus, *destructus est infernus, extinctum maledictum, disparuit peccatum contractæ inferorum pontæ, captivus factus est Diabolus, diuturnum bellum diremptum, conciliati Deo homines, nostrumque genus ad pristinam, imò ad majorem rediit dignitatem, viditque Sol inopinatum & admirabile illud spectaculum, quod homo factus est immortalis.*

D. Chrysost. serm. 1. de Elebin.

6. S. Antoninus præter observationes prædictas S. Leonem Papam citat, dist. 75. asserentem, hac Dominica die, Dei Filium in Bethlehem natum, eodemque die venturum ad finale judicium. S. Bernardinus 12. enumerat Dominicæ prærogativas; 1. Quia omnium dierum prima exstitit. 2. Quia omnium dierum ultimus erit. 3. Quia noctem præcedentem non habuit. 4. Quia noctem subsequentem non habebit. 5. In Dominica Deus cœlum & terram creavit. 6. Quia in ea omnes Angeli fuere creati, ex quibus boni glorificari, mali verò puniri meruerunt. 7. Quia in hoc die lex data fuit populo Israëlitico. 8. Quia in ea natus Christus, & Manna primitus è cœlo dilapsum fuit. 9. Quia in ea Christus inferno devicto, electisque animabus è sinu Abrahæ eductis, ad vitam resurrexit immortalem. 10. Quia in Dominica omnium mortuorum contingent resurrectio, justaque singulis pro meritis præmia assignabuntur. 11. Quia hoc die super Apostolos Spiritus Sanctus descendit. 12. Quia eodem die in Paradiso initium erit æternitatis illius, quam omnes animæ electæ, perennes Deos laudes & gratias persolvendo, sine fine continuabunt.

S. Antonin. p. 2. sum. Theol Tit. 9. c. 7. §. 4. S. Bern. T. 2. Serm. 10. c. 1. 2. Enumerantur 12. prærogativæ diei Dominicæ.

7. Ad hæc convenientissimum est, ut unus in septimana eligatur dies, Deo totaliter consecrandus in quo singulis à Deo dicatur: *Vacate & videte, quoniam ego sum Deus*; qua de re D. Chrysostomus sequentem habet observationem; dicit enim: *Septem habet dies hebdomada, divisit hos septem nobiscum Deus, neque sibi quidem majorem partem, nobis autem minorem impertijt; imò ne in duas quidem æquales, eos distribuit; tibi sex impertijt, unam sibi reliquit.* Cum igitur Deus unicum tantùm ex septem diebus in suum sibi servitium reservarit, convenientissimum utique erit, ut diem illum, juxta Divinum ejus beneplacitum: quilibet solicitè impendat: Aft vero, prout dictus S. Doctor hujus debiti transgressori improperat meritò; *Nec in hac tamen tota die à negotijs sæcularibus abstinere dignaris, sed hoc ipsum, quod faciunt qui sacras pecunias deprædantur, tu hac etiam die patraxe audes, dum illam jam sanctam & spiritualium eloquiorum auditioni consecratam turpis, & ad sæculares curas abutendo traducis.* S. Antoninus inter alias causas, ob quas sanctificandus est dies Dominicus, hanc quoque adducit; cum enim corpus nostrum de terra sumptum sit, naturâ suâ bona hæc terrena appetit, ijsdemque per affectus suos immersum vivit; quibus ne nimium insordescat, opus habet, ut ad bona cœlestia mentem suam nonnumquam elevet; eoque fine opportunum sibi tempus destinatum habeat; *ideoque*, inquit, *oportet habere certum tempus, in quo cum non liceat ei vacare operibus, detur ei materia vacandi spiritualibus. Sicut enim corpus indiget aliquo tempore ad refectionem sui, quæ fit per somnum, comestionem & hujusmodi, alias deficeret in operando & vivendo, ita & anima indiget refectione spirituali, ne deficiat, quæ fit per orationes & alia spiritualia.*

D. Chrysost. T. 1. Hom. 23. de Bapt. Christi. Deus, relictis nobis sex diebus, unicam sibi elegit.

Psal. 45. v. 11.

Antonin. Sum. Theol. titul. 14. cap. 4.

8. S. Bernardinus authoritatem adducens S. Gregorij, postquam dixisset: *Die Dominico à labore terreno cessandum est, atque omnino orationibus insistendum*; Postea persuadere nititur, ut, quantum in septimanæ decursu per negotia temporalia in spiritu amisimus, tantumdem in Dominica die per exercitia devotionis spiritualia recuperare satagamus. *Porro*, inquit, *cum per totam præcedentem septimanam, memoria repleta fuerit occupationibus mundanorum, nisi saltem die Dominico Domini recordetur*

S. Bern. ib. Art. 3. c. 1. Cum corpori serviamus sex diebus, congruum est ut septimum impendamus

obliviscatur omnium bonorum, relinquatur Deus, semperque mundanis lucris inhiat, & nihil cogitat nisi transitoria mundi. Enimverò quotquot sumus homines, ex duabus naturis componimur, quarum una terrena est, & deorsum trahit; teste Sapiente, qui dicit: *Corpus, quod corrumpitur, aggravat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem*; ac proinde cum proportione terrena sex septimanæ diebus laboremus & operemur, numquid justum est, ut pro alia natura, quæ immortalis est & æterna, qualis est anima, certum aliquod seligatur tempus, quo in beneficium proprium obsequio & servitio Creatoris & Dei nostri vacemus? Hoc argumento inter cætera usus est S. Thomas Aquinas; postquam enim citatum Sapientiæ Textum adduxisset, subinfert: *Homo semper ad terrena inferius tendit, nisi coëtiar se exigere ab eis, & ideo oportet habere certum tempus ad hoc.* Idem verò Doctor Angelicus observat, nonnullos ex omnibus semper & omni die celebrare Dominicam, id est, sanctificare omnes dies è quorum numero David erat, qui dicebat: *Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus ejus in ore meo.* Tales etiam Apostolus Thessalonicenses esse volebat, dum ad eosdem ita scriberet: [*Sine intermissione orate*;] *vi continuo Sabbathum habent; aliqui hoc faciunt in aliqua parte temporis*: [*Septies in die laudem dixi tibi.*] *Alij ne omnino altenarentur à Deo, oportuit, quod haberent aliquem diem determinatum, ne nimis tepescat in ijs amor Dei*: [*Si . . . vocaveris Sabbathum delicatum, . . . Tunc delectaberis super Domino.*]

S. Thom. ib.

Sap. 9. v. 15.

Psal. 33. v. 2.

1. Thess. 5. v. 17.

Psal. 118. 164.

Isaï. 58. v. 13. 14.

9. Quemadmodum verò præter hanc Sabbathi sanctificationem, ut paulò ante diximus: aliæ quoque Hebræorum populo præscriptæ fuerunt solemnitates, ita etiam Ecclesia nobis Christianis præter diem Dominicum, multa alia festa in honorem Dei & Filij ejus, ipsiusque sanctissimæ matris, & aliorum Sanctorum præscripsit, S. Bernardinus ubi supra, quærit, *quare alia festa ultra diem Dominicam addita?* Respondetque, id principaliter factum esse *propter rememorationem beneficiorum, quæ nobis à Deo in talibus diebus collata sunt.* Si enim festum Natalis celebratur in honorem nativitatis nostri Salvatoris; Pascha in memoriam resurrectionis ejus; Epiphania, ad recolenda tria illa tam insignia mysteria &c. sic pariter varias celebramus sanctissimæ Virginis solemnitates, *ob multas perfectiones, quas in se habuit*, inquit S. Bernardinus, *& nobis Divino Numine inspirante, participat & confert.* Præterquam quod SS. Virginis festa ad aliud quoddam emolumentum nostrum celebremus, quia nimirum est divinarum opum thesaurizaria, quarum participio tantopere indigemus. Quod vero alios Sanctos attinet, hi quidem, ut S. Bernardus ait, *bonorum nostrorum non egent, nec quidquam eis nostræ devotionis præstatur, sed hoc nostrum refert, non ipsorum*; dum enim eorum solemnitates celebrando, nos pro beneficijs, quæ eorum suffragijs intervenientibus, continuo recipimus, gratos exhibemus, eosdem ad patrocinij continuationem obligamus, simulque Dei nobis amicitiam comparamus, cui honor, servis & amicis ejus exhibitus mirè placet; unde David non dubitat spondere: *Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet. Quis*, inquit S. Augustinus, *magnitudini timentium Deum, æqualem se audebit dicere, qui paratum habent Deum voluntati eorum?* S. Bernardus in eodem sermone, eadem hæc utilissima motiva considerans, ait: *Nec sanè pariam fructuosa inveniter memoria festiva Sanctorum, languorem, teporem, erroremque depellens, cum eorum intercessione juvetur infirmitas nostra, consideratione beatitudinis excitetur negligentia nostra, ignorantia quoque nostra ipsorum eruditur exemplis.* S. Augustinus de profectu, quem Christianus ex Festis Martyrum colligere debet, differens, quis finis in eorum celebratione, ijs præfigendus sit, his verbis docet: *Ut ea celebritate*, inquit, *& Deo vero de illorum victorijs gratias agamus, & nos ad imitationem tantum coronarum atque palmarum, eodem invocato in auxilium, ex eorum memoriæ renovatione adhortemur.*

S. Bern. ibid. Art. 1. c. 3.

S. Bern. ser. 2. de fest. omnium Sanctorum.

S. Ang. Hom. 8. de Epiph.

S. Bern. ibid.

S. Aug. l. 22. de Civit. Dei 6. 27.

DISCURSUS II.

ARGUMENTUM.

De solicitudine, quam Deus circa Festorum celebrationem exhibuit.

THEMA.

Memento, ut diem Sabbati sanctifices. Exod. 20. v. 8.

Cur Deus præcepto de sanctificando Sabbato, solo præmiserit verbum memento.

S. Bern. T. 2. ser. 10. A. 1.

1. S. Bernardinus ingeniosè observat, quod Deus decem Decalogi præcepta condens, nulli alteri mysticum verbum *memento* præmiserit, nisi huic tertio, in quo Sabbati sanctificationem hominibus solicitè præcipit. *Consideremus*, inquit, *recordationem, quia ait, memento. In nullo aliorum præceptorum, Dominus hoc verbum memento, prævideratque humanæ fragilitatis conditionem, & quantum in aliis diebus totius hebdomadæ, mundanorum solicitudines memorias hominum occuparent, intelligentias excederent, & voluntates delectabiliter insisterent, ideo ut animarum prospiceret ruinæ, tuasque redderet ante casum, memento, ait, ut diem Sabbati sanctifices; dicit enim in fronte hujus præcepti, memento*; primum namque & præcipuum, quod Deus post absolutam vastam universi hujus machinam, ab homine, ad ejus imaginem & similitudinem creato, poposcit, fuit, ut Discursu primo dixi, exacta dierum festorum sanctificatio: *Igitur perfecti sunt cæli & terra*, inquit Scriptura, *& omnis ornatus eorum, Complevitque Deus die septimo opus suum, quod fecerat; ... Et benedixit diei septimo, & sanctificavit illum*; id est, ut V. Beda ait, *benedixit illa benedictione & sanctificatione, quam populo suo lege plenius intimavit dicens, memento, ut diem Sabbati sanctifices.*

Gen. 2. v. 1. Ibid. v. 2. Ibid. v. 3. V. Bed. ib.

Christus à pueritia, ferventer coluit dies festivos.

Luc. 2. v. 42. Ibid. v. 43. Albert. Mag. ibid.

2. Postquam Filius Dei incarnatus duodennis existens, ætatem nondum convenientem assecutus fuit, jam laboriosò itinere ex Nazareth Jerosolymam se recipere voluit, dicente Evangelistâ: *Cum factus esset annorum 12. ascendentibus illis Jerosolymam, secundum consuetudinem diei Festi, Consummatisque diebus &c.* ubi Albertus M. Ly *diei Festi* considerans, ad propositum nostrum inquit: *Ecce ratio motus, non enim sine ratione moveur de loco ad locum discurrens.* S. Antonius de Padua similiter Christum adolescentulum Jerosolymam se recepisse notat, causa devotionis & reverentiæ solemnitati, quæ ibi celebrabatur, debitæ; unde ait: *In Jerusalem accessit reverentiæ & devotionis causa.* Salmeron insuper Christum in templo ad finem usque solemnitatis, Jerosolymis commoratum fuisse, ex his observat Evangelistæ verbis. *Consummatisque diebus*, indeque hoc elicit documentum, quod scilicet festa integre, non verò ex parte tantum celebrari & coli debeant. Imò non solùm in pueritia, verum etiam sæpius in adultiori ætate constituturus, Salvator festa frequentasse legitur: *Erat autem dies Festus Judæorum*, inquit S. Joannes, *& ascendit Jesus Jerosolymam; Est autem Jerosolymis probatica piscina*, circa quæ verba Simon de Cassia inquit: *Crebrò legimus Salvatorem interfuisse ex studio festivitatibus Judæorum, ad ostendendam virtutem, ad inferendam doctrinam, non ad ostentationem, ut humanam gloriam venaretur, & sua benignitate se necessitatibus hominum inferebat*; Jerosolymam namque mox ut venit, probaticam piscinam, quæ velut hospitale quoddam infirmis refertum erat, visitasse legitur ad denotandum, quod verus festa sanctificandi modus sit, misericordiæ operibus sese applicare.

S. Ant. de Pad. ser. in Dom. infra oct. Epiph. Salm. ib. Non ex parte sed integrè.

Joan. 5. v. 1. 2.

Simon de Cassia l. 3. c. 7.

3. Alias quoque appropinquante pariter paschate (quæ maxima Judæorum solemnitas erat) Sancto Joanne teste, Jerosolymam sese transtulit. *Prope erat Pascha Judæorum, & ascendit Jesus Jerosolymam; Et invenit in templo vendentes, boves & oves, & columbas, & nummularios sedentes*; & quidem benignissimus licet Magister noster mansuetudinis virtutum summa cum solicitudine, tam verbo quam exemplo docuisset, dicens: *Discite à me; quia mitis sum*; attamen magnam illam videns irreverentiam, qua Paschatis sanctificatio contemnebatur, propria manu flagellum confecit, & zelo furoreque animatus, profanatores è loco sacro pepulit. Et quidem zelus hic honorandi & sanctificandi festa in Deo admodum est in sacris literis vulgaris & antiquus; ideoque apud Jeremiam legimus, quod Deus manum suam à fulminibus iræ suæ, contra Jerosolymam conceptæ, exarmare volens, huic Prophetæ præceperit, ut nomine suo civibus Jerosolymitanis seriò mandaret, ne Sabbatum profanarent:

Maximè Festa Paschalia.

Joan. 2. v. 13. 14.

Matth. 11. v. 29.

Zelus Dei celebrationis festorum, perantiquus est.

Hæc dicit Dominus ... ; vade & sta in porta filiorum populi, per quam ingrediuntur regis Juda, & egrediuntur; & in cunctis portis Jerusalem, Et dices ad eos audite verbum Domini, Reges Juda & omnis Juda, cunctique habitatores Jerusalem, ... Hæc dicit Dominus; custodite animas vestras, & nolite portare pondera in die Sabbati, ... Et ejicere nolite onera de domibus vestris in die Sabbati, & omne opus non facietis.

Jerem. 17. v. 19. Ibid. v. 20. Ibid. v. 21. Ibid. v. 22.

4. In libro 2. Esdræ cap. 13. legitur, quòd, quia populus cultum Sabbati per opera servilia, contractusque emptionis & venditionis, sacrilegè contempserat, dirum servitutis flagellum super se provocarit. Verum Ecce tibi finem, quo Deus movebatur, ut Jeremiam ad populum à profanatione diei festi avocandum adhiberet, nimirum justi supplicij sui fulmina à prædicto populo removeri cupiebat: præcipitur igitur *Prophetæ*, inquit Theod. *ut regijs portis occupatis, denuncient omnibus, tam Regibus quam privatis, ne transgrediantur legem de Sabbato latam, sed diem illum quiete exornent, & ne æmulentur Patrum inobedientiam; hoc enim si fiat, inquit, emolumentis pacis fruemini, & concurrent utique, qui Deo in pace sacrificia offerant.* Alias quoque huic Prophetæ idem præceptum à Deo impositum fuisse legimus, Jerem. cap. 7. *Verbum quod factum est ad Jeremiam à Domino dicens; Sta in porta domus Domini, & prædica ibi verbum istud, & dic: Audite verbum Domini omnis Juda, qui ingredimini per portas has*; sciendum verò est, portam hanc Regum Juda palatio vicinam fuisse, perque eam Reges, Principes, aliosque aulæ Regiæ illustriores Proceres transire solitos fuisse, ideoque Deum voluisse, ut Propheta ex parte sua, Regibus & Potentatibus populi, Sabbati cultum seriò præciperet, quia cura observandi dies festos, non modo faeerdotibus incumbit, sed etiam temporalibus rectoribus & gubernatoribus, ijs maximè diebus mercatus prohibendo publicos tripudia, ludos, spectacula, comœdias, aliasque similes dissolutiones; Unde S. Carolus Borromæus abrogare volens multos, circa hanc profanationem introductos abusus, nullam offendit majorem magisque insuperabilem difficultatem, quàm quòd ministri Regij populo sibi subjecto, quoad hujusmodi introductos abusus, specialiter verò in Dominica prima Quadragesimæ, faverent & protegerent, quibuscum ipsi animositate, Ambrosianæ haud dissimili, continuò pugnandum fuit. Invenerat dictus Archipræsul in Archiepiscopalis curiæ suæ exordio, in diœcesi sua, diuturno usu receptum fuisse, quod dies festi hujusmodi mercatibus, tripudijs, histriludijs, crapulis, ludis, aliisque similibus insolentijs, differenter contaminarentur, quibus proinde sensim & paulatim eliminandis abusibus toto pectore increbuit, suosque diœcesanos ad tantam demum observantiam reduxit, ut non solum Mediolani, sed & in universa illa vastissima diœcesi sua populus diebus festivis, nulli alteri rei, quam Missis, prædicationibus, exhortationibus spiritualibus, alijsque devotionis exercitijs deditus esse cerneretur. Inter alia verò, quæ parochis præscripsit, ut animabus sibi subjectis omni cum solicitudine inculcarent, unum fuit dierum festorum sanctificatio; voluit namque ut quilibet Parochus, ijdemque subjecti fideles suum agnoscerent debitum, sacrum illud tempus in exercitijs sanctis, Christianæque pietatis operibus fructuosè impendendi, quantumque id ad vitam Christiano homine dignam, animarumque salutem conferat; in casu verò contraventionis, se contra hujusmodi transgressores per pœnas comminatas, imò & per excommunicationem processurum esse minabatur.

2. Esd. 13. v. 18. Unde processerit zelus Dei contra profanatores festorum. Theod. ibid. Jerem. 7. v. 1. & 2. Ibid. v. 5. Maximè contra Reges & Principes.

Acta Eccl. Mediol. pag. 435.

5. Theodosius junior una cum Valentiniano lib. 15. C. Theod. de spectac. in dierum festivorum honorem, spectacula prohibuit, hujus prohibitionis sequentem reddens rationem: *Quia totæ Christianorum & fidelium mentes, Dei cultibus tunc occupantur. Si qui etiam nunc vel Judææ impietatis amentia, vel stolidæ paganitatis errore aut insania detinentur, aliud supplicationis esse noverint tempus aliud voluptatum.* In hac quoque veneratione, populis imprimenda, omnes pastores Ecclesiasticis quovis tempore uniformes fuisse comperiuntur. Inter decreta Ecclesiæ Gallicanæ, anni 1304. hæc verba leguntur: *Cum salus fidelium ex observatione dependeat mandatorum, juxta sententiam Salvatoris; si vis ad vitam ingredi, serva mandata, cavere*

L. 15. C. Theod. de spect. Imperatores prohibuerunt spectacula diebus festivis.

Decr. Eccl. Gallic. l. 4. c. 13. Etiam decreta Ecclesiæ Gallicanæ.

vere debent sammopere clerici, tam sæculares quam religiosi, quorum exemplo illuminari debet populus laicalis, & maximè clerici Prælati quicumque, quibus cura imminet animarum, vel in observationes ipsorum (id est, dierum festivorum) *plebes sibi commissas verbo pariter instruant & exemplo.* Similiter in antiquo quodam Concilio Matisconensi, diei Dominicæ observantia, sequenti decreto seriò præcipitur. *Videmus populum Christianum temerario more diem Dominicam contemptui tradere, & sicut in privatis diebus, operibus continuis indulgere, propterea per hanc synodalem nostram epistolam decernimus, ut unusquisque nostrum in sacrosanctis Ecclesijs admoneat sibi subditam plebem, & siquidem admonitioni consensum præbuerint, suis proderunt utilitatibus; sin autem, subjacebunt pœnis à nobis divinitus definitis. Omnes itaque Christiani, qui non frustra hoc nomine fruimini, nostræ admonitioni aurem accommodate.* Ubi specialiter consideranda sunt verba illa: *Qui non frustra hoc nomine fruimini*, quia qui cultum Deo festis diebus debitum, quo divinitatem ejus coram toto mundo protestamur & declaramus, contemnit, hic se, (sattem quoad apparentiam externam, Christianum esse minimè probat.

T. 2. Cont. Matisc. 2. Ann. 588. sub Pelag. 1. pag. 701.

6. Adrichomius in descriptione terræ sanctæ circa vocem *Engaddi* refert, in Ægypto quemdam scaturire fontem, in quo sanctissima Virgo, Herodis fugiens persecutionem, divinum suum lavit infantem, qui proinde *Jesu fons* communi nomine appellatur; cujus aquis hortus quidam balsami, eidem fonti contiguus irrigatur, quia verò aqua hæc horto illi irrigando non sufficit, ex vicino quodam puteo; mediâ rotâ à 4. bobus gyrata, hauritur aqua, quanta pro horto sufficit; idem verò auctor ad intentum nostrum subdit: *Mirum dicta, verumtamen; à meridie Sabbati usque ad auroram diei Lunæ, boves nullo verbere impelli possiunt, ut in protrahenda aqua laborent: Quod est fidei nostræ testimonium celebre.* Unde Christus jure merito, populo suo improperare poterit illud Isaiæ: *Audite cæli & auribus percipe terra ... filios enutrivi & exaltavi, ipsi autem spreverunt me; Cognovit bos possessorem suum, ... Israël autem me non cognovit, & populus meus non intellexit. Væ genti peccatrici, populo gravi iniquitate, semini nequam, filijs sceleratis, dereliquerunt Dominum, blasphemaverunt sanctum Israël, abalienati sunt retrorsum.* Verum enimvero qui sunt illi, de quibus Deus sic lamentatur, num fortè hi, qui festa & solemnitates, in ejus honorem institutas non observant? utique non modò de his conqueritur, sed & de ijs, qui festa celebrantes, bono ipsum oculo non respiciunt; Deus enim in eodem capite dicit: *Neomeniam & Sabbathum & festivitates alias non feram, iniqui sunt cœtus vestri, Calendas vestras & solemnitates vestras odivit anima mea, facta sunt mihi molesta, laboravi sustinens.* Causa igitur ob quam festa, ab ijs celebrata, Deo accepta non fiut, his verbis *Calendas vestras, solemnitates vestras*, innuitur; quia cum festa in honorem Dei & Sanctorum instituta fint, malitia tamen humana ijs abutitur, dum proprijs appetitibus in ijs vacare præcipue studeut; dum superbis & ad levitatem compositis vestimentis incedunt; dum luxui, pompæ, & consortijs malis indulgent, dum mercatus & nundinas in ijs instituunt, dum tempus illud Deo consecratum in convivijs, ludis, profanis cenventiculis, tripudijs & alijs recreationibus consumunt; hinc enim fit, ut in festis illis, devotioni & cultui Dei vix quid superfit. Observanda est autem illa ab Adrichomio notata circumstantia: *Usque ad auroram diei Lunæ*; quia sanctificatio diei festi exactissima & punctualis sit oportet; unde S. Carolus Borromæus inter alia statuit, ut observantia cuilibet diei festo debita, integra fit, 24. horis continuis constans, incipiendo à media nocte, diem festum præcedente, usque ad transactam aliam mediam noctem sequentem. Est enim cultus externus, diebus festis à nobis Christianis magno cum zelo prosequendus, ne inimicis fidei scandalum præbeamus, neve dici possit, quod Jeremias lamentatur: *Viderunt eam hostes, & derisérunt Sabbata ejus.*

Adrich. in descript. ter. sanctæ voce Eng. Approbatur cultus diei Dominicæ insigni miraculo.

Isai 1. v. 2. Ibid. v. 3. Ibid. v. 4.

Thren. 1. 7.

7. Apud S. Lucam Salvator noster à malignis Scribis & Pharisæis cinctus, mirabilem ijs quæstionem proposuisse legitur: *Cum intraret Jesus in domum cujusdam Principis Pharisæorum Sabbato manducare panem & ipsi observabant eum; Et ecce homo quidam hydropicus erat antè illum; Et respondens Jesus, dixit ad legisperitos ... : Si licet Sabbato curare?* Supervacanea hæc quæstio fuisse videtur, quis enim eo melius scire poterat; licitumne, an verò illicitum esset, in die festo sanare infirmum; quando is idem ipse erat, qui hoc præceptum Sabbati colendi condiderat? cur ergo hanc ijs interrogationem fecit? Nimirum quia *omnis Christi actio, nostra est instructio*, ideo tametsi hoc licitum esse sciret, Doctorum tamen legis sacerdotum & capitum Synagogæ opinionem desuper exquirere voluit, ut in hoc tam anxio sanctificationis festorum puncto nos instrueret, quòd, quando in iis quid operandum est, quod apparenter juxta exilem vulgi capacitatem; dubium est, an sit servile an non, prius à peritis, & maximè à Superioribus poscendum sit consilium, eorumque requirenda sententia, non verò juxta proprium cujusque cerebrum procedendum. Notandum quoque, sacrum textum dicere: *Et ipsi observabant eum*; cum enim circa transgressionem festorum vehemens sit pruritus, ideo læculares, alijque parum timorati homines, apertis oculis considerant, qua ratione Religiosi, sacerdotes, alijque, quibus majori cum exemplaritate vivere incumbit, dictos festos dies sanctificent: *Observabit peccator justum, & stridebit super eum dentibus suis*; nihil enim est, quod hæretici, infideles, fideique nostræ inimici facilius carpant, quàm sit exiguus, qui locis sacris, functionibus, & Ecclesiæ solemnitatibus à nobis defertur respectus & reverentia:

Ibid. v. 22. Ibid. v. 23. Expenditur quæstio Christi: Si licet Sabbatho curare.

Psal. 36. v. 12.

8. Porro quo fine festa instituta sint, S. Isidorus his verbis docet: *Omnes festivitates pro varietate Religionum, diversaque in honorem martyrum tempora, ideo à viris prudentibus instituta sunt, ne forte vara congregatio populi, fidem minueret in Christo; propterea ergo, dies aliqui constituti sunt, ut in unum omnes pariter convenirent, ut è conspectu mutuo & fides crescat, & lætitia major oriatur*: at verò si in festis abfit devotio, licentia autem & libertas mundana invalescat, Ecclesia non solum finem à se intentum, ut scilicet fides erga Christum augeatur; non consequetur, sed etiam propter scandala & abusus, tum fides in Christum, tum fidelium existimatio diminuetur. S. Antonius de Padua illa Evangelij verba perpendit: *Die festo mediante ascendit Jesus in templum; quod fecit*, inquit, *ad assumendam devotionem. Sicut enim Christus imminentibus solemnitatibus, templum corporaliter ascendit, sic innuit, quod nos semper devotionem debeamus ascendere in Deum, singulariter autem in festis aliquibus solum divino cultui vacare debemus.* S. Bernardinus verba illa, quæ Christus paulo ante Apostolis suis dixerat, scilicet: *Vos ascendite, ego enim non ascendam ad diem festum istum*, considerans, quærit: Quid est, quod Salvator noster dicat; *non ascendam*, cum tamen paulo post ipse ascenderit, moxque ex ore ipsiusmet Salvatoris respondet: *Ego non ascendam ad diem festum istum, scilicet ad ista festa mundana, vana & temporalia. Alia sunt spiritualia festa, & ad illa invit Christus in oculo; festa spiritualia sunt, displicentia peccati, dolendo de peccato facto, similiter gaudere de bono & Deo.*

S. Isid. l. 1. de offic. Eccl. c. 35. Quis sit finis institutionis festorum.

Luc. 7. v. 14. S. Anton. de Pad. Fer. 3. in Quadr. hebdom. 4.

S. Bern. T. 4. ser. 25.

DISCURSUS III.

ARGUMENTUM.

Vacatio ab operibus, quam dies exigunt festi, intelligenda est, quo ad servilia, non spiritualia; hæc enim dies festos sanctificant, non profanant.

THEMA.

Sabbatum Domini Dei tui est, non facies omne opus in eo. Exod. 20. v. 10.

Diebus festis vis non est feriandum ab operibus bonis.

1. Licet Deus jusserit, ut Sabbatum sanctificaturi, ab omni opere abstinerent, per hoc tamen minimè credendum est, ipsum otia illis imperare voluisse, adeo ut etiam ab omni vacarent virtutis exercitio; sed dum ait: *Non facies omne &c.* de operibus servilibus intelligendus est, non spiritualibus; id quod in Levitico clarius his declaratur verbis: *Locutus est Dominus ad Moysen dicens; loquere filijs Israël, & dices ad eos: hæ sunt feriæ Domini, quas vocabitis sanctas, sex diebus facietis opus, dies septimus, quia Sabbati requies est, vocabitur Sanctus, omne opus non facietis in eo*, quod paulo

Lev. 23. v. 2.

paulo post magis declarat, dum ait: *Nullum servile opus facietis.* Ac proinde S. Basilius causam exponit, cur Deus Isaiæ c. 1. solemnitates, quas Hebræi in ejus honorem celebrabant, rejecerit; quia nempe dies illos in otio transigebant: *Vacantes inerti otio*, inquit, *ab his, quæ præsentem concernunt vitam diebus festis nihil interim non perficiebant; absurdæ improbitatis merito, prædicabantur vacare odibili otio.* *Quomodo enim non odio prosequendum otium, quod formica & ape pejorem efficit hominem, qui utique instio suo conditionis, positus in Paradiso est, ut operaretur, & custodiret eum? primum igitur & maximè proprium humanæ conditionis studium est, ut operetur; ita ut iners otium sit propemodum præter hominis naturam, id quod asserit se Dominus odisse.* Quale vero otium Deus in festis suis desideret; idem S. Doctor declarans, inquit: *Cæterum, quonam genere otio nos feriari vult? nimirum ut ne operemur cibum, qui pervit, ne ad ullam vanitatem sustollamus oculos, ne inanes fabellas & ramusculos excipiamus auribus; manus ut excutiamas ab omni munere, ne veloces habeamus pedes ad effundendum sanguinem; utque uno sermone concludam, ne omnem curam expleamus in desiderijs istius corporis.*

Basil. in c. 1. Isai.

Quale otium Deus à nobis exigat diebus festivis.

2. S. Joannes Chrysostomus super illa Amos verba: *Væ vobis, qui venturi estis in diem malum, qui appropinquatis & tangitis Sabbata mendacia*; circa hæc inquam verba, quid Propheta per tangere Sabbata mendacia intelligat, quærens, respondet: *Judæi putant, sibi Sabbatum otij gratia fuisse datum; verum non ista est causa, sed potius ut abducti à curis rerum temporalium, otium omne consumerent in spiritualibus; quod enim Sabbatum non otij, sed spiritualis actionis materia sit, dilucidum est, ex ipsis rebus.* Moxque id testimonio Scripturæ comprobat, siquidem in lege sacerdoti, duplicem in Sabbato ut victimam offerret, præcipiebatur; unde hanc deducit consequentiam: *Si prorsus esset otij dies, oportebat sacerdotem omnium maximè otium agere.* *Quoniam igitur Judæi corporalium rerum curis liberati, non vacabant spiritualibus, ut puta sobrietati, modestiæ & audiendis divinis sermonibus, sed contrarium potius faciebant, servientes ventri; indulgentes ebrietati, distenti cibis, deficiantes; audi, quomodo istos reprehendat Propheta: Væ vobis, qui venturi estis in diem malum, qui appropinquatis & tangitis Sabbata mendacia*; idem quoque Sanctus notat, quod postquam Amos hæc verba dixisset, mox subsequentibus verbis, quid per Sabbata mendacia significare velit, exprimat, dum ait: *Qui dormitis in lectis &c.*

Amos. 6. Quid sint Sabbatha mendacia.

D. Chrys. T. 5. Conc. 1. de Laz.

Num. 28.

D. Chrysost. ibid.

D. Chrysostomus similiter quærit: *Quomodo igitur ea mendacia reddebant?* respondetque: *Dum operabantur iniquitatem, deliciis & ebrietati vacantes, & sexcenta alia fœdissima perpetrantes*; idque per eadem probat verba Prophetæ, dicentis: *Qui dormitis in lectis &c.* ac tandem concludit: *Accepisti Sabbatum, ut animam tuam liberares à vitijs, tu verò tum magis illa committis.*

3. Enimverò quo modo nihil operando festa fructuosè celebrare valeamus, S. Petrus Damianus declarat, dum opera, quibus in ijs incumbendum est, recenset dicens: *Ille porro Sabbatum Domino veraciter celebrat, qui sic ab his, quæ mundi sunt, operibus vacat, ut à spiritualibus tamen actibus non quiescat; unde veritas ait: Aut non legistis, quia sacerdotes in templo Sabbatum violant, & sine crimine sunt?* Origenes quoque integrum illorum operum texit catalogum, quibus diebus festivis, tametsi in ijs nihil operari jubeamur, utiliter vacare possumus. *Si ergo desinas*, inquit, *ab omnibus sæcularibus operibus, & nihil mundanum geras, sed spiritualibus operibus vaces, ad Ecclesiam convenias, lectionibus divinis aurem præbeas, & de cælestibus cogites, de futura spe solicitudinem geras, venturum judicium præ oculis habeas, non respicias ad præsentia & visibilia, sed ad invisibilia & futura; hæc est observatio Sabbati Christiani*, secus si feceris, Sabbatum mendax celebrabis. Nec est, quòd objicias, quod scilicet Deus in principio mundi festorum sanctificationem instituens (ut in disc. 1. probavi) *requieverit ab universo opere*, nobisque proinde ab omni opere cessandi exemplum dederit; siquidem cum S. Ambrosio respondeo: *Deus ab operibus mundi quievit, sed non ab operibus sanctis, cujus sempiterna & jugis operatio est; dicente Filio: Pater meus usque modo operatur, & ego operor; at ad similitudinem Dei, sæcularia nostra opera, non religiosa cessarent.*

D. Petr. Damian. l. 4. Ep. 16. Recensentur opera quibus diebus festivis fructuose incumbere possimus.

Orig. Hom. 23. in Num.

S. Ambr. l. 7. in Luc. n. 13.

4. Quodnam, autumatis fuisse motivum, cur inimici populi Dei solemnitates & Sabbata, à Judæis celebrata, exsibilarent, lamentante Jeremia: *Viderunt eam hostes & deriserunt Sabbata ejus?* quia scilicet observabant, quod tempus illud sacrum inerti otio transigerent, idemque sine ulla animi ad spiritualia applicatione inutiliter dissiparent; ita enim hunc textum exponit S. Antoninus: Quia proinde sequens Archiepiscopo dignissimum suggerit consilium; dum ait: *Vitanda est negligentia in festis, ne scilicet quis det se otia & ludis; omnia enim mala docuit otiositas, unde dicitur: Viderunt eam hostes, scilicet animam aut personam otiosam, & deriserunt Sabbata ejus propter otium.* Hebræos autem hujus temporis imitantur Christiani, qui in Dominicis, alijsque solemnitatibus in otio ſtertunt, nec alijs, quam recreationibus epulis, & commessationibus dediti esse cernuntur. Ita Sanctus Augustinus, qui de Sabbato Judæorum & Festis Christianorum, quæ Sabbata nostra sint, differens, ait: *Hunc in præsenti tempore, otio quodam corporali, languido & firxo & luxurioso celebrant Judæi; vacant enim nugis, & cum Deus præceperit observari Sabbatum, illi in his, quæ Deus prohibet, exercent Sabbatum. Vacatio nostra à malis operibus, vacatio illorum à bonis operibus est.* Hebræi namque præceptam in Sabbato, ab omni opere vacationem ad literam intelligunt, ut se hac ratione ab operibus quoque virtuosis & sanctis eximant. Vulgata omnibus illa est, quæ in Anglia cuidà accidit Judæo, historia; cum enim is in Sabbato in cloacam lapsus fuisset, nec inde ne Sabbati observantiam violaret, se extrahi permitteret, dicendo: *Sabbata sancta colo, de stercore surgere nolo*; tandem dum elapso Sabbato Christiani opem implorasset, ut inde emergeret, hic prætextu Dominicæ respondit: *Sabbata nostra quidem Salomon* (hoc enim Judæi nomen erat) *celebrabit ibidem.* Etenim in universo sacræ Scripturæ volumine, Deus nusquam in festis diebus virtuosè operari prohibuisse legitur; adeoque nec vetitus erat actus charitatis in proximo à præcipitio liberando exercitus; & tamen cæcus ille Hebræus Sabbati præceptum in propriam perniciem sinistrè interpretabatur, nec mirum, quia *litera occidit, Spiritus autem vivificat.*

Thren. 1. 7. Cur Judæorum Sabbatha derisui fuerint.

S. Aug. in Ps. 91.

Staplet. in Prompt. mor. Lepida historia Judæi, Sabbatum colentis.

5. S. Cyrillus Alexandrinus textum quemdam S. Matthæi adducens, ait. *Juxta Servatoris vocem sacerdotes in templo Sabbatum violant, & in eo sacra facientes & consueta facere non cessantes sine crimine sunt, ut ipse ille judex eis jure meritò protestatus est; quod enim tempus est, in quo cessare à bonis, Deoque gratis operibus abstinere debeamus? aut quo tempore à pietatis studijs impune cessare possumus? otium igitur illud Sabbaticum maximè laudabilem & execrabilis peccati cessationem continet* S. Augustinus ad dicta Geneseos verba (*requievit ab omni opere, quod paraverat*) se reflectens, ait: *Insinuata est nobis quies post bona omnia opera nostra, sicut insinuata est Dei quies post omnia bona opera sua; fecit enim Deus omnia, & ecce omnia bona valde, & requievit Deus die septimo ab omnibus operibus suis, quæ fecit; requiescere vis & tu? Fac primo opera bona valde. Vacatio imperata est, vacatio illa quod significat, tu age. Vacatio autem spiritualis, tranquillitas est cordis, tranquillitas autem cordis provenit de serenitate bonæ conscientiæ.* Idem quoque S. Doctor, postquam in Psalmum 91. scribens, Hebræos in Sabbato ab omnibus alijs operibus, præterquam à jocis & ludis suis abstinere dixisset, subjungit: *Melius est ovare, quam saltare. A bono opere vacant, ab opere negatorio non vacant. Nobis Sabbatum impositum est Deus, quale? Primo ubi sit, videte, Intus est, in corde est Sabbatum nostrum, multi enim vacant membris, & tumultuantur conscientia. Omnis homo malus Sabbathum habere non potest, nusquam enim illius conquiescit conscientia.*

S. Cyrill. l. 4. in Joan. c. 6. Numquam à bonis operibus vacandum est.

S. Aug. ser. 22. ex 40. novis.

S. Aug. in Ps. 91.

6. S. Bernardus quoque ad fannas se reflectit Gentilium, quibus Hebræos explodebant, dum in Sabbato complicatis in sinum manibus se diem illum per ignavum otium sanctificare, Deique præceptum adimplere credebant, cum tamen à solitis suis recreationibus & vanitatibus minimè desisterent: *Vacantes corpore, vacantes ubique corde, nequaquam merentur videre, quam dulcis est Dominus, nescientes facere Sabbatum ex Sabbato, merito viderunt eam hostes, & deriserunt Sabbata ejus, præcepto enim legis ab exteriori opere in Sabbato cessatur. Hostes ergo Sabbata videntes, viridentes, cum maligni Spiritus ipsa vacationis otia ad cogitationes illicitas pertrahunt.* Venerab. Beda verba illa Esdræ: *Factum est cum quievissent portæ Jerusalem in die Sabbati, dixi: Et clauserunt januas, & præ-*

S. Bern. de inter. domo c. 70. Taxantur Judæorum otia Sabbatina.

2. Esdr. 13. v. 19.

præcepi, ut non aperirent eas usque post Sabbatum, in sensu morali de puritate & munditie exponit conscientiæ, ad festivitates tanto decentius sanctificeandas requisita, dicit enim: *Conscientia cum à vitijs purgata Deo inhabitatore gaudet, Jerusalem rectè potest vocari. Quæ sunt hujus portæ Jerusalem, nisi sensus corporis nostri, videlicet visus, auditus, gustus, olfactus, & tactus? per quos illa, quæ foris aguntur, ad notitiam nostræ mentis quasi intrando pertingunt, quos in die Sabbati claudere jubemur, ut cum Deo vacare Psalmis sive orationibus nos occupando quærimus, omne quod exterius agitur, ab animo procul ejicitur.* Ad hoc etiam propositum, ut scilicet, qualem Deus à fidelibus suis in diebus festis vacationem requirat, intelligamus, ponderatione dignissima est illa Ruperti sententia, dicentis: *Celebra festivitates tuas, & redde vota tua, id est, à malis operibus vaca, & in bonis operibus persevera*; ne tibi contingat, quod S. Augustinus ait: *Multi vacant membris, & tumultuantur conscientia.* Huc quoque spectat illud S. Prosperi in sententijs effatum: *Observatione Sabbati, quæ vacatione unius diei figurabatur, ablatâ, perpetuum Sabbatum observat, qui spe futuræ quietis sanctis est operibus intentus.*

Mundâ conscientiâ sunt festa celebranda.

V. Beda l. 4. Allog. in Exist. 1. 37.

Rup. Abb. in l. 2. in Num. c. 2.

S. Aug. in Ps. 91.

S. Prosp. sent. 278.

Dies festivi optimè colluntur expiatione peccatorum.

7. Non sine mysterio utique incarnata Sapientia frequenter varijs obnoxios morbis in Sabbato curavit, unde Pharisaica malignitas ei improperavit: *Non est hic homo à Deo, qui Sabbatum non custodit.* Et quidem primâ facie non adeo iniqua videri poterat hæc eorum querela, tum quia Scribas & Pharisæos exinde contra se excitandos esse sciebat, tum quia ipse idem ille erat, qui in prima hujus festivitatis origine *requievit ab universo tempore*, tum denique quia ipse hoc præceptum condiderat: *Sabbatum Domini Dei tui est, non facies omne opus in eo*; cur ergo hæc miracula in alios Septimanæ dies non differebat? Dum in Sabbato populum in Synagoga doceret, miserabilis quædam mulier ei præsentata fuit, quæ 18. annorum spatio, morborum furijs excruciata, ad tantam curvitatem redacta fuit, ut non posset sursum respicere: *quam cum videret Jesus, vocavit eam ad se & ait illi; mulier, dimissa es ab infirmitate tua, Et imposuit illi manus, & confestim erecta est*; qua in occasione Archisynagogus iratus dixit: *sex dies sunt, in quibus oportet operari, in his ergo venite & curamini, & non in die Sabbati.* Cui sapientissimus Magister respondit: *Unusquisque vestrum Sabbato non solvit bovem suum aut asinum à præsepio, & ducit adaquare? Hanc autem filiam Abrahæ, quam alligavit Satanas, ecce decem & octo annis, non oportuit solvi à vinculo isto die Sabbati? Et cum hæc diceret, erubescebant omnes adversarij ejus.* Hæc igitur est quies & vacatio, quam Deus in diebus festis à fidelibus suis requirit; si nempe dæmonem ab anima expellere, culparum vincula solvere, & misericordiæ, charitatis, compassionisque operibus vacare satagamus, visitando infirmos, eosque consolando, & cuncta ijs possibilia subsidia impendendo.

Non sine mysterio Christus quosdam sanavit in Sabbato.

Joan. 9. v. 16.

Genes. 2. v. 2.

Exod. 20. v. 10.

Luc. 13. v. 12. & 13.

Bonis operibus non solvitur Sabbatum.

Ibid. v. 14.

Ibid. v. 15.

Ibid. v. 16.

Ibid. v. 17.

Circumcisio licitè fiebat in Sabbato.

Joan. 7. v. 23.

8. Idem Salvator noster aliud, Pharisaicam obstinationem convincens argumentum formavit, dum circumcisionem in Sabbato factam, Sabbatum non profanare ostendit: *Si circumcisionem accipit homo in Sabbato, ut non solvatur lex Moysi, mihi indignamini, quia totum hominem sanum feci in Sabbato?* quo argumento punctum hoc decidere voluit, ostendendo, quod, quidquid ad animæ salutem ordinatur, exactam diei festivi adimplectionem non rumpat, sed potius magis magisque sanctificet. Si enim contingat (hoc Discursu S. Augustinus Hebræos aggreditur) quod octavo die post natum infantem, hic secundum legem circumcidi debeat; accidatque pariter, quod dies ille in Sabbatum incidat, in quo & præceptum ab omni opere abstinendi urget, quam tunc consilij partem amplectemini? *Vacabitis, ut servetis Sabbatum; an circumcidetis, ut impleatis sacramentum diei octavi? sed novi quid factatis, circumciditis hominem. Quare? quia circumcisio pertinet ad aliquod signaculum salutis, & non debent homines Sabbato vacare ad salutem.* Eodem etiam argumento S. Cyrillus Alexand. utitur, dum in hæc verba scribit: *Circumcisio suscipitur etiam in Sabbato, legem de cessando in die Sabbati nihil metuens. Cum ergo septimæ diei Sabbatismus cessationem & relaxationem ab omni nequitia & otium à peccato significet; rursus autem spiritualis circumcisio nihil aliud, quam hæc ipsa, quamquam alio modo designet (majoribus enim cupiditatibus ac pluribus voluptatibus liberari cessationem à vitio ma-*

S. Aug. Tr. 30. in Joan.

S. Cyrill. Alex. l. 4. in Joan. c. 6. in fin.

nifeste pavere arbitror) non tantum circumcisionem nullo modo Sabbati legem evertere comperiemus, sed eam juvare, & in unam eamdemque propemodum rationem concurrere, palamque docere, à nequitia cessandum esse.

DISCURSUS IV.
ARGUMENTUM.

Inter opera servilia, quæ dies festos maximè profanant, peccata præcipuè censenda sunt, quæ proinde ijs diebus, magis quàm alias, expiare & abominari debemus.

THEMA.

Dies septimus celeberrimus & sanctus erit vobis; omne opus servile non facietis in eo. Num. 28. ℣. 25.

1. DEus non modò in hoc Numerorum capite, sed sæpius in cap. 23. Levitici, varia populo suo festa præscribens, eidem semper, ne ulli operi servili manum imponerent, interdixit; quod licet quoad sensum literalem de operibus manualibus & mæchanicis intelligatur; SS. Patres tamen in sensu mystico & spirituali de abstinentia à quovis vitio, nec non de omni eo, quod conscientiam maculare potest, communiter explicant. Unde S. Augustinus ait: *Non frustra illo die populus ab omni opere servili abstinere præceptus est, quo significatur peccatum, nisi quia non peccare sanctificatio mis est, hoc est muneris Dei per Spiritum S.* D. Antonius illis Levitici verbis (*omne opus servile non facietis*) hanc Glossam adjicit: *opus servile est peccatum*, juxta illud: *Omnis, qui facit peccatum, servus est peccati*; citatque authoritatem S. Thomæ, dicentis: *magis facit contra præceptum de sanctificatione Sabbati seu festi, qui facit peccatum die festo, quam qui facit aliquod opus corporale, de se licitum.* Citat pariter S. Augustinum, ex quo talem refert sententiam: *Melius faceret Judæus aliquid utile in agro suo agere, quam seditiosus in theatro in festo existere; & melius fœmina eorum die Sabbati lanam faceret, quam si toto die in Neomenijs suis impudicè saltaret.*

S. Aug. in lib. de spir. & lit. c. 15.

Levit. 23. v. 7.

S. Anton. sum. Theol. p. 2. tit. 14. c. 7. §. 3.

Joan. 8. v. 34.

S. Thom. 2. 2. q. 122. a. 4.

S. Aug. l. de 10. chordis.

2. S. Bonaventura in quodam sermone, hoc præceptum Moysi Exodi 20. datum exponens, varias in eo circa observantiam hujus præcepti, notat præscriptas fuisse circumstantias; unde ait: *primum peccatum tangitur, cum dicitur: nullum opus facies in eo, id est, tu nullum perpetrabis peccatum.* Præterea dicit, Deum non solum præcepisse, ne quis eorum illum directè offenderet, sed nec alijs peccati occasionem præberet; unde *secundùm peccatum tangitur; cum dicitur: Nec filius, nec filia; id est, non eris pater peccati, instigando alios ad peccatum, verbo vel opere, vel exemplo. Tertium peccatum tangitur, cum dicitur: Nec servus tuus, nec ancilla tua; ille enim qui facit peccatum, servus est peccati; sed ille qui defensat peccatum, Dominus est peccati, illi præbendo patrocinium, qui facit peccatum. Quartum peccatum est, quando aliquis peccantem acceptat; quod notatur ibi: Nec jumentum tuum, jumentum cum fuit ligatum, non ducebatur ad opus, nisi acceptante Domino, & ista acceptatio est religatio. Quantum peccatum est, quando aliquis alium castigare negligit; quod tangitur, cum dicit: Non advena, qui est extra portas tuas; advenam quis repetat hominem; quando dicit ad alium: quid ad me de peccato tuo? & sic quando homo non se opponit peccato alterius, efficitur particeps peccati illius.* Ecce tibi, quot modis Deus iuxta hanc Bonavent. expositionem, peccatum in diebus festis exterminari velit, utpote quod velut instrumentum, ad festa profananda aptissimum, infinitâ aversione abhorret.

S. Bonav. T. 7. serm. d. 10. præcept. ser. 4.

Varijs peccatorum speciebus violantur festa.

3. Deus apud Jeremiam his protestatur verbis: *Si audieritis me, dicit Dominus, ut non inferatis onera per portas civitatis hujus in die Sabbati; & si sanctificaveritis diem Sabbati, ne faciatis in eo omne opus.* Quæ verba licet de corporeo onere portando vel vehendo, utpote opere servili intelligantur, multi tamen sacri Interpretes eadem in sensu spirituali de peccatis exponunt. Unde Joann. Diacon. in vita S. Gregorij ita scribit; *Nos hoc, quod de Sabbato scriptum est: spiritualiter accipimus; Sabbatum enim requies dicitur, nos in die Sabbati onera per portas introducimus, si in Redemptoris nostri gratia constituti, pondera peccati ad animam per sensus corporeos attrahamus.* Pari quoque modo diu ante illum, Textum hunc sanctus Hieronymus commentatus fuerat, in hæc verba scribens: *Custodit animam suam, qui non per-*

Jer. 17. v. 24. Onera peccatorum in Sabbato non portando.

Joan. Diac. l. 4. vita S. Greg. c. 52.

S. Hier. ibid.

tas pondera peccatorum in die quietis & Sabbati; nec infert ea per portas Jerusalem, quas virtutes debemus accipere. Cui & Glossa Interlinearis subscribit, dicens: *Nolite portare pondera peccatorum, non enim portanda sunt, sed potius abjicienda;* festa enim ad animas per pœnitentiam, Sacramenta, aliaque devotionis exercitia sanctificandas ordinata sunt; ut sacrosanctos hos dies cum tanto digniori obsequio sanctificare possint. Dionysius quoque Carth. eamdem huic textui Glossam adhibet, inquiens: *Onera, id est, vitiorum pravitates deorsum trahentes & in profundum Tartari demergentes, portare nemquam debemus: sed potius præsertim diebus festis ea abjicere;* juxta illud Apostoli; *Deponamus omne pondus & circumstans nos peccatum.* Author operis imperfecti verba hujus thematis perpendens, ait: *In lege præcepit, omne opus servile in Sabbato quemquam facere non debere, præterquam quod sit omni animæ, scilicet quod est necessarium vitæ humanæ, hoc figurale est, quia sic Deus in Sabbato cessat ab opere; Spiritualiter secundum Evangelij veritatem, opus servile peccatum est, quoniam omnis, qui facit peccatum, servus est peccati: omne autem opus bonum non est servile, sed liberale, & pro animæ sit libertate, licet videatur ipsum opus in prima facie corporale. Vides ergo, quia Christus Sabbatis operans, adimplevit legem, non solvit?* hinc S. Augustinus continere se nequivit, quin malignos Pharisæos, Christum his verbis (*non est hic homo à Deo, qui Sabbathum non custodit*) calumniantes perstringat, dicens: *Ipse potius custodiebat, qui sine peccato erat; Sabbatum enim spirituale, hoc est, non habere peccatum.*

Intervlin. Ibid. Dion. Cart. Ibid. Heb. 12. v. 1. Auth. imperf. Hom. 10. Peccatum est opus servile. Joan. 9. v. 16. S. August. Tr. 44. ibid.

4. Spiritus Sanctus qui sacri Chronistæ calamum jugiter direxit, omnes sex creati mundi dies delineans, de quolibet ait: *Factum est vespere & mane dies;* id quod de ultimo, qui septimus erat, minime dixit: quoad hunc enim nulla vespere mentio, sed dicitur: *Complevitque Dominus die septimo opus suum, & requievit die septimo ab universo opere, quod patrarat, Et benedixit diei septimo, & sanctificavit illum.* At verò nostisne hujus prærogativæ illius diei mysterium, cur scilicet quoad illum ne minima quidem vespere vel obscuritatis mentio fiat? *Omnia in figura contingebant,* nam ut in primo Discursu dixi, idem erat benedixisse & sanctificasse diem illum, quod Sabbati sanctificationem humano generi præscripsisse: Sabbatum verò à tenebris, omnique offuscatione lucis immune esse debet, id est, omni culpæ nævo carere, ut in eo dici possit illud Apostoli: *Nox præcessit, dies autem appropinquavit, abjiciamus ergo opera tenebrarum & induamur arma lucis, Sicut in die honestè ambulemus.* Origenes ad verba assumpti thematis alludit, dum in homilia quadam ita scribit: *Qui cessat ab operibus sæculi & spiritualibus vacat, iste est, qui sacrificium Sabbati & diem festum agit Sabbatorum, neque onera portat in via, onus enim est omne peccatum, quemadmodum dicit & Propheta: sicut onus grave &c.* S. Bonaventura super illa verba: *Die festo mediante ascendit Jesus in templum,* ita scribit: *Est festivitas angelica, sive divina, in qua indulgetur divino cultui & laudibus, quiescendo ab operibus servilibus, & peccatis, de qua in Psalmo dicitur: Diem festum agent tibi.* Citatque testimonium D. Chrysostomi dicentis: *Nihil pernitiosum facere, est diem festum agere.*

Gen. 1. v. 5. Gen. 2. v. 2. & 3. Dies festivi ab omni offuscatione peccatorum liberi esse debent. Rom. 13. v. 12. Ibid. v. 13. Orig. in lib. Num. Hom. 23. Psal. 37. v. 5. Joan. 7. v. 14 S. Bonav. in c. 7. Ioan. Psal. 75. v. 11.

5. S. Augustinus serm. 1. de temp. populum suum ad solemnitates currentes fructuosè celebrandas exhortaturus, his ipsum erudiebat verbis: *Quotiescunque natalem diem aut reliquas solemnitates celebrare disponitis, ebrietatem ante omnia fugite, iracundiæ quasi bestiæ crudelissimæ repugnate, odium velut venenum mortiferum de corde vestro repellite.* Impossibile enim est, quod, quamdiu peccatum cor hominis possidet, festa ritè celebrare & interius secundùm spiritum gaudere queat; neque enim Deo & Sanctis placere potest solemnitas, quæ in peccatis in eorumdem honorem celebratur. Unde idem S. Augustinus in serm. quodam de dedicat. Templi inquit, *qui nec castitatem custodit in corpore, nec puritatem tenet in mente, quoties Sanctæ solemnitates adveniunt in corpore videtur habere gaudium, in corde non celebrat nisi luctum;* cujus mox rationem subdens, ait: *Quale enim gaudium conscientia illa potest habere, in cujus anima, malis vitiis occupata, magis diabolus probatur habitare, quam Christus?* Origenes quoque in eadem homil. dies festos à peccatoribus celebratos in lamenta potius & ærumnas ijs converti dicit: *Sed quoniam (sicut Propheticus sermo perdocuit) dies festi peccatorum convertuntur in luctum, & cantica eorum in planctum, certum est, quia qui peccat & agit diem peccati, agere non potest diem festum.* Tametsi enim oculus noster in ludis, choreis, convivijs, hastiludijs, alijsque dissolutionibus, quæ per mundanos diebus festis peraguntur, cernere sibi videatur lætitiam & risum, attamen ut bene ponderat S. Augustinus, qui 33. annis dissolutè vixit, ideoque ab experientia loquitur: *quale gaudium conscientia illa possit habere &c.*

S. Antonin. Tom. 1. Hist. tit. 14. c. 4. de tert. præc. Psal. 37. v. 5. Lev. 23. v. 8. Lev. 16. v. 31.

6. Lucæ cap. 15. Pater filij prodigi post ejus resipiscentiam, ab universa familia diem festum agi voluit, ideoque musicas, symphonias & convivia instituit, vestibus quoque novis filium induit &c. sed quo putatis fine hæc omnia fecit? *epulari & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat & revixit, perierat & inventus est.* Per quam parabolam cælestis Magister insinuare voluit, festa ad expiationem peccatorum ordinanda esse, non verò per novorum criminum patrationem profananda. Et quidem ex Textu quodam Levitici clarè deducitur, quod *tantum absit*, ut in diebus festis major permitti possit vivendi licentia, ut potius ipsamet infallibilis & æterna veritas præcipiat, dicens: *In hac die expiatio erit vestri, atque mundatio ab omnibus peccatis vestris, ... Sabbatum enim requietionis est, & affligetis animas vestras.* Atque hinc nascitur laudabilis illa Ecclesiæ consuetudo, qua in præcipuis solemnitatibus indulgentias concedere solet ijs, qui contriti & confessi sacra se communione reficiunt; ut hoc medio omnes fideles per veniam & remissionem omnium culparum, pœnarumque per indulgentias relaxationem, ad abundantiorem Spiritus fructum invitet. S. Cyrillus Alexand. super illa verba (*dies septimus celeberrimus & Sanctus erit vobis: omne opus servile &c.*) ad nostram eruditionem ita scribit: *Hæc festivitas celebranda labore atque opere intermisso; relaxari namque mos est in festis:* in quonam verò hæc relaxatio consistat, his docet verbis, nimirum in eo, quod est *ab operosis negotijs abstinere. Ex hoc item loco licet intelligere, Sanctos, qui Deo festum agunt, minimè decere peccatum committere, quod & turpe est & laboris plenum, sed potius animum relaxando, virtutis studijs oblectari.*

Festa celebranda sunt expiatione peccatorum. Luc. 15. v. 32. Lev. 16. v. 30. Ibid. v. 31. Num. 28. v. 25. S. Cyril. Alex. l. 7. de adorat & cultu.

7. Alias inter veteris Sabbati observantias, una erat, quod, ut tantò perfectius ab omni servili opere abstinerent, ne ignem quidem accendere iis licitum esset. Unde B. Petrus Damianus in favorem nostrum hanc deducit moralitatem. *Ille*, inquit, *non servile opus faciet, qui se à peccati perpetratione custodit, qui enim facit peccatum, servus est peccati. Iste non in domo sua ignem accendit, qui omnes vitiorum fomites & iræ & simultatis igniculos ex domicilio suæ mentis extinguit, ab illo cavens igne, de quo scriptum est: Ite in lumine ignis vestri, & in flamma quam accendistis.* S. Ephrem pariter, quæ festa Deo & Sanctis ejus acceptiora & pulchra sint, his verbis declarat: *Festivitas pulchra est & divina, pœnitentia cum lachrymis: festivitas hæc est, quam Christus ipse concelebrat, factus pauper cum esset dives.* S. Antoninus in 1. parte summæ suæ, de hac materia differens, inquit: *Vitanda est in festis mortalis culpa;* idque per citatum Jeremiæ c. 17. Textum probans, subdit: *Pondus est peccatum, secundum Psal. 37. [sicut onus grave &c.] Levit. 23. [opus servile non facietis in eo,] scilicet Sabbato; opus maximè servile est peccatum, quod facit servum diaboli.* Idem quoque ibidem sensum declarat verborum illorum Levit. c. 16. *Sabbatum requietionis est, & affligetis animas vestras, scilicet per contritionem; secundum Origenem, examinando conscientiam & dolendo de commissis.* Imò S. Augustinus clarè ostendit, quod in diebus festis à peccatis abstinere, magis ad Christianos, quàm ad Hebræos pertineat; dicit enim: *Observare diem Sabbati magis nobis præcipitur, quia spiritualiter observari præcipitur, Judæi enim serviliter observant diem Sabbati ad luxuriam, ad ebrietatem; spiritualiter observat Christianus, abstinens se ab opere servili. Quid enim est, ab opere servili? à peccato. Et unde probamus? Dominum interroga: Omnis qui facit peccatum, servus est peccati.*

Judæis non licebat ignem accendere in Sabbatho. B. Pet. Dam. l. 4. Epist. 16. Quid per hoc designetur in Lege nova. S. Ephrem. T. 1. de festis diebus. Quæ sint festa pulchra. S. Anton. 1. p. sum. Theol. tit. 14. c. 4. de tert. præc. Psal. 37. v. 5. Lev. 23. v. 8. Lev. 16. v. 31. S. Aug. T. 9. Tr. 3. in Joan.

8. Idem S. Antoninus in 2. tom. ejusdem summæ, iterato de diebus festis tractans, egregiam habet consideration, nempe quod, cum per decursum sex dierum Septimanæ per varia mundi negotia distracti fuerimus, justum omnino sit, ut in die Dominica nos denuo recolligamus, conscientiam nostram examinando, commissorum errorum culpam agnoscendo, eorumq; procurando remissionem & veniam; & adeoque, *tantum*

S. Antonin. p. 2. sum. Theol. tit. 9. c. 7. §. 4. Quomodo sanctificanda sit dies Dominica.

tantum abest, quod his diebus nobis dissolutionibus frana laxare liceat, ut potius in iis de hujusmodi vanitatibus dolendum nobis sit, confitendæque commissæ per Septimanam transgressiones. *Inter cætera*, inquit S. Antoninus, *debent homines vacare compunctioni & contritioni peccatorum suorum, recogitantes, quid egerint alijs diebus, in quibus fuerunt occupati.* Olim Manna in deserto quotidiè Hebræorum populo defluebat, solo die Sabbati excepto, & quidem ut hoc die perfectius feriari possent, voluit Deus, ut præcedenti die duplicem sibi colligerent annonam. *In die sexta collegerunt cibos duplices;* quos si aliis diebus congregassent, subitò inde vermes scaturissent, hujus autem divinæ providentiæ ratio hæc unica fuit, quia *requies Domini sanctificata est Domino:* pari quoque modo, si nos festa debitè sanctificaremus, justumque Dei cultum in ijs exhiberemus Domino; Manna gaudiorum & consolationum spiritualium, nobis utique defuturum non esset; quia verò illa transgredimur, vermes, id est, malæ conscientiæ remorsus experimur, corda nostra corrodentes. Angelicus Doctor in tertij præcepti expositione, in quo festorum sanctificatio præscribitur, ita loquitur: *Debemus in ijs cavere culpam, nam peccatum opus servile est, quia ut dicitur Joan. 8. Omnis qui facit peccatum, servus est peccati; unde cum dicitur; omne opus servile non facietis in eo; potest intelligi de peccato, & ideo contra præceptum hoc facit quis, quando in Sabbato peccat, quia operando & peccando Deus offenditur. Et ideo Deus apud Isaiam protestatur, inquiens: Sabbatum & festivitates alias non feram; & quare? quia iniqua sunt cœtus vestri.*

Duplex portio mannæ colligebatur ante sabbathum: sed non alijs diebus. Exod. 16. v. 22. S. Thom. Joan. 8. v. 3. Isaiæ 1. v. 13.

9. Non carent mysterijs verba illa, quæ Deus per Moysen populo, Sabbatum sanctificaturo dixit, quando cibo illo cœlesti nutriebatur: *Maneat unusquisque apud semetipsum, nullus egrediatur de loco suo in die septimo.* Quibus verbis in sensu spirituali unicuique præscribebatur examen propriæ conscientiæ. S. Lucas quoque de filio prodigo, ad pœnitentiam revertente, illum generalem culparum suarum recensionem instituisse dicit: *In se reversus, dixit, Surgam & ibo ad Patrem meum; id est*, ut Theophylactus exponit, *à sua exteriori evagatione rediens;* Porro sex Septimanæ diebus in varijs mundi negotijs distrahimur, & ideo *necessium est, corda nostra de mundano pulvere sordescere;* conveniens igitur est, ut in die Dominico & festo, sordes deponamus & abstergamus, præcedentibus diebus contractas. Sicuti enim Ecclesiæ in diebus festis, scopis emundantur, omnesque inde effluuntur immunditiæ, meliori quoque modo exornantur, quam reliquis diebus; ita & Christiani proprias purificare & evertere conscientias, animas emundare, easque virtuosis pietatis & devotionis habitibus, in ijs diebus, exornare meritò debent; *an* enim *nescitis, quoniam membra vestra*, inquit Apostolus, *Templum sunt Spiritus S. qui in vobis est, quem habetis à Deo, & non estis vestri? Glorificate & portate Deum in corpore vestro.* Idem quoque Apostolus in cap. præcedente ejusdem Epistolæ, Corinthios his verbis exhortatus fuerat. *Pascha nostrum immolatus est Christus, ... Itaque epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ, sed in azymis sinceritatis & veritatis.* Ex quo Textu D. Chrysostomus deducit, quamvis animam fidelem quovis tempore, suum posse celebrare Pascha; nam ut idem Doctor observat, quando Apostolus hæc scripsit, nec Pentecoste nec Pascha erat, ac proinde *Indicat, non tempus, sed conscientiam mundam festum efficere, nihil enim aliud est festum, quam lætitia; spiritualem verò lætitiam nihil aliud gignit, quam bonorum operum conscientia.* Oleaster, qui præ cæteris in sensibus moralibus mirabilis existit, super illa Levitici verba (*omne opus non facietis in die illo*) ita scribit: *Cum peccata delenda sint, nihil aliud curandum est: magni momenti negotium est, peccata deflere, cum gravissima vulnera sint; omnia negligenda sunt opera, cum hoc opus curandum fuerit.* Et ideo vacatio ab omni opere servili, quam Deus requirebat in diebus, quos à populo suo sanctificari præceperat, ad hunc præcipuè finem ordinabatur, ut in exequendo adhuc finito animarum suarum negotio, tantò expeditiores essent; ita Abulensis, cujus hæc sunt verba: *Ut daret eis incentivum sive occasionem vacandi Deo, nam cum aliquis videt se caventem omni occupatione, facilius ad Deum convertitur.*

Sicuti etiam in festivitatibus Ecclesiæ scopis emundantur & decentius ornantur. 1. Cor. 6. v. 19. Ibid. v. 20. 1. Cor. 5. v. 7. Ibid. v. 8. Levit. 23. v. 7 Oleaster. Abulensis Ibid.

Mansi Bibliothecæ Moralis Tom. II.

DISCURSUS V.
ARGUMENTUM.

In solemnitatibus, aliisque diebus festis, ab impiis hominibus, ijs ad satisfaciendum suis dissolutionibus, abutentibus, plura peccata communiter admitti solent.

THEMA.

Gloriati sunt, qui oderunt te, in medio solemnitatis tuæ. Psalm. 73. ℣. 4.

1. PRopheta Regius amarè deplorat injuriam, divino cultui in festis diebus, ab impijs irrogatam, dum eos ex dæmonum instigatione, dissolutionibus suis plus quàm alios profanant; dicit enim: *Et gloriati sunt, qui oderunt te, scilicet dæmones*, ut Hugo Cardinalis exponit, *quia in diebus solemnibus plura peccata fiunt.* Verè etenim sanguinea lachrymis deploranda miseria est, quod Catholico-Christiani in magno numero scandalis, aliisque gravibus offensis, dies Dominicos & alias solemnitates, plus quàm alios dies profanos tam irreverenter transigant; quia *in diebus solemnibus plura peccata fiunt.* Intra duodennium infantiæ Salvatoris, non constat sanctum Josephum & Beatam Virginem, cœlestem puerum, à suis umquam oculis amisisse, præterquam in die festo, cum Jerosolymam ascendissent, & quidem licet eum sine ulla culpa aut negligentia propria perdiderint, incarnata tamen Sapientia totum hoc ad nostram permisit eruditionem, ut intelligeremus, quod festis potius diebus, quàm alijs, Deus à nobis sæpe amittatur; quia *in diebus solemnibus plura peccata fiunt;* unde Salmeron saluberrimè his verbis monet: *Patissimum cavendum est, ne in festis diebus celebrandis, dum cibo & potui, convivijs genioque vacamus, dum pompæ & vestibus magnificis, famulisque ostendandis incumbimus, dum otio & ludis, & jucunditatibus parum honestis attendimus, Jesum, qui in nobis parvulus est, & tenera salus nostra, quæ parum intelligit vel amat, aut minus operatur & patitur, amittamus.*

Diabolus gloriatur quod diebus festivis plura fiant peccata. Psal. 73. v. 4. Hug. Card. Ibid. Lucæ 2. 41. Quid designet quod parvulus Jesus perditus fuerit in die festo. Salmer. T. 3. Tr. 46.

2. Deus olim per Ezechielem lamentabatur: *polluerunt sanctuarium meum, ... & Sabbata mea profanaverunt;* circa quem Textum Hugo Cardinalis in hoc puncto zelosissimus, festorum profanatores ita perstringit: *quia in festis magis peccant, & alios provocant ad peccandum; & conqueritur frequenter Dominus in Scripturis, quia in festivis diebus magis eum offendimus, & magis gulæ & luxuriæ vacamus.* Notum est illud Jeremiæ lamentum: *Viæ Sion lugent, eò quòd non sint, qui veniant ad solemnitatem.* Quod utique nullus hodie facilè dicere poterit de Christianorum solemnitatibus; siquidem in diebus festis tanta concurrit hominum multitudo, ut in Ecclesiis, locisque vicinis vix alter alteri cedere possit, & tamen valde timendum est, ne illa Prophetæ verba: *Viæ Sion lugent*, etiam hodie impleantur. Audiamus S. Bonaventuram hac de re ita loquentem: *Allegoricè viæ Sion sunt sancti, dantes exempla vitæ; unde dicitur: State super vias & videte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, lugent ergo hæ viæ, eò quòd non sit, qui veniat ad solemnitatem, quia sancti lugent, dum cultum Dei sperni considerant; Deum enim colere & præventiam agere, hoc est, Deo solemnitatem facere.* Quam enim obsecro sancti in festis, quæ in ipsorum memoriam & honorem celebrantur, complacentiam habere possunt, dum illa per impiorum malitiam, in Dei & consequenter ipsorum vilipendium & contemptum ordinari conspiciunt?

Ezech. 23. v. 38. Hug. Card. Ibid. Quomodo polluantur festa Sanctorum. Thren. 1. v. 4. Thren. 1. 50. v. 4. S. Bonav. Ibid.

3. In libro, summa prædicantium intitulato, de quodam, qui certo cuidam sancto valde se ferventer commendabat, refertur, quod idem sanctus *diu vocatus assuit, quærens quid tantum ad eum clamaret; cui altus: inter omnes sanctos post Deum & matrem ejus, tu es specialiter amicus meus, & in te plus confido, ideo ad te in necessitate mea clamo.* Sed quale hunc hominem à dicto Sancto responsum retulisse putatis? num forte in præbendo ei auxilio repulsam dedit? minimè, quin potius eidem dixit: *Quomodo amicus ero inimico Domini mei? Si vis, quod sim amicus tuus, vel te audiam, fac prius, quod tu jes amicus Dei. Quis enim apud mundum istam audiret amicitias ostendere inimico & proditori Regis?* tandem dictus Scriptor his terminat verbis: *Ad hoc ergo, ut in diebus festivis Deus & sancti tibi propitientur, memento ut diem Sabbati sanctifices, id est, sic teipsum dispone, ut*

Summa Prædicant. verb. Festum. c. 2. n. 7. Pulchra admonitio alicujus Sancti, quomodo festa sint colenda.

Sancti in illorum festivitatibus male coluntur, si in illis Deus offendatur.

Nicetas Orat. 38. Nazianz.

tu sanctus sis in die festo. Qua enim ratione Sanctos, in quorum honorem festa celebramus, propitios nobis futuros esse credere poterimus, si in ijsdem diebus, ipsorum cultui dedicatis, illos per Dei offensas, quæ pariter in ipsorum contumeliam redundant, contemnamus? Commentator Nazianzeni dissolutiones, nostro etiam ævo usitatas ita describit: *Quocirca festa celebremus, non ut mos est, in publicis festis & solemnitatibus, per luxum & lasciviam atque hujusmodi oblectationem, sed spiritualiter, atque ut Deo gratum est, non mundi ritu, id est, voluptuarie & ut mundi Princeps cupit; sed supra mundi ritum, id est, Angelicè, non res nostras, id est, quæ ad cultum & observantiam nostri, sed quæ ad cultum Christi spectent.* Per experientiam quotidianam verò cernimus, majorem offensarum Dei patrem in dies festos & solemnes reservari, cujusmodi sunt choreæ, tripudia, rixæ & crapulæ, otiosæ obambulationes, mercatus, hastiludia, spectacula profana, detractiones, ludi, blasphemiæ, sacrilegia & omnis generis obscænitates: ut proinde S. Antoninus meritò in hæc verba exclamet: *Heu miseranda cæcitas Christianorum, quia plura peccata faciunt & graviora in diebus festivis, quam per totam hebdomadam: nam cum alijs diebus oporteat eos diversis exercitijs laborare, ut possint vivere, diebus festivis, quando deberent laborare pro anima & Deo vacare, implicant se in multis vitijs.*

S. *Antonin. p. 2. sum. Theol. tit. 9. c. 7. §. 3.*

4. S. Bernardinus divisionem omnium rerum hujus mundi, quæ Deo opponuntur, à S. Joanne Evangelista factam his verbis (*omne quod est in mundo, concupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ*) confiderans, ait: *Superbia est in mente, luxuria in carne, avaritia autem est in substantia temporali: quæ omnia plus in festis in Dei contemeliam frequentantur.* Præter citatam S. Bonaventuræ expositionem super illa Jeremiæ verba (*viæ Sion lugent, eò quòd &c.*) Dionysius Carthusianus eadem literaliter sic exponit: *Per metaphoram lugere feruntur, quemadmodum in multitudine venientium Lætari asserebantur.* De vijs autem nostris licet in ijs magna sit diebus festivis hominum multitudo, dici tamen potest: *Multiplicasti gentem, non magnificasti lætitiam*, quia cum festa pro devotionis augmento instituta sint, in ijs tamen (quæ summa nostra miseria est) potius omnis triumphat licentia; & si aliqua in ijs videatur lætitia, hæc mundana prorsus est & dissoluta, non vero spiritualis & Deo grata. Lyranus hæc verba: *viæ Sion lugent* exponens, ait: *Metaphoricè dici potest, quando ad festa Ecclesiæ negligunt venire Christiani. Spiritualius autem viæ Sion, id est, præcepta Ecclesiæ, quæ sunt semitæ pulchræ & arctæ, lugent, id est, materiam flendi, virtuosis hominibus præbent, eò quòd non sint, qui veniant ad solemnitates; id est, celebritates ab Ecclesia institutas, ritè observent: pauci namque per viam salutis tunc incedunt.* Idem Jeremias in eodem lamentationum suarum cap. 1. inquit: *Viderunt eam hostes & deriserunt Sabbata ejus:* Scitisne causam? inquit Hugo Cardinalis causa hæc est; *Quia in festivitatibus maximè peccata procurantur & fiunt.* Citatque S. Augustinum, qui in Confessionibus suis de semetipso fatetur: *Aegras sum in celebritate solemnitatum tuarum intra parietes Ecclesiæ tuæ concupiscere, & agere negotium procurandi fructus mortis. Item tum præcipuæ gulæ & lasciviæ vacant homines, eum magis deberent ab omnibus peccatis abstinere.* Concilium quoddam Toletanum abusum, quo homines in diebus Dei & Sanctorum cultui dedicatis, vitijs vel maximè indulgere solent, his verbis execratur: *Exterminanda omnino est irreligiosa consuetudo, quam vulgus per Sanctorum solemnitates agere consuevit, ut populi, qui debent divina officia attendere, saltationibus & turpibus invigilent canticis, non solùm sibi nocentes, sed & Religiosorum officijs perstrepentes.* Enimvero quis est, qui nesciat aut dubitet, quin humani generis inimicus saltationes & tripudia, velut abominabiles bacchanalium reliquias in sacrationibus festorum diebus introduxerit? meritò igitur sanctus Carolus illas in sua & Episcoporum sibi subjectorum diœcesibus, omni conatu abolere studuit; ideoque in concilio 3. provinciali, inter cætera ita decrevit: *Provideat vero diligenter Episcopus, atque omnino efficiat, ut non modò non saltationes & choreæ, verum etiam nec comessationes in honorem Sanctorum, ludi, aliæve profanæ actiones, ab eorum festorum dierum & piorum institutorum cultu alienæ, ullo quovis modo, etiam illorum prætextu occasioneve introductæ, publicè ijs ipsis diebus fiant*, hujusque prohibitionis hanc reddit rationem, quia talia omnis malitiæ sunt seminarium: *nimis enim compertum est, nunquam fere in his convenri sine multis & ijs quidem gravissimis Dei offensionibus; idque tam ob turpes cogitationes, obscæna dicta, inhonestas actiones, morum corruptelas & pernicijosas ad omnia opera carnis illecebras, illis perpetuo conjunctas; tum propter cædes, rixas, dissidia, stupra, adulteria, aliaque plurima mala inde consequentia quam sæpissime; his tot offensionum & peccatorum seminarijs locum dari, ijs præsertim diebus, qui dies propitiationis sunt, & ijs ipsis diebus fideles plerosque nefarijs istis Satanæ blanditijs illectos.*

1. *Joan. 2. v. 16.*

S. *Bern. T. 2. serm. 10. A. 2. c. 1.*

Thren. 1. v. 4.

Dion. Carth. Isai. 9. v. 3.

In festivitatibus Christianorum omnis triumphat licentia & dissolutio.

Lyran. Ibid.

5. S. Clemens Romanus Papa inter alias suas Constitutiones de sanctificatione dierum festorum differens, hoc tradit salutare dogma: *Monemus vos fratres & conservi, ut relinquatis inania & turpia verba, facetias, ebrietates, libidines, delicias, immoderatam incundiam cum stultis sermonibus; quoniam neque in Dominicis diebus, qui sunt hilaritatis & lætitiæ concedimus vobis præter sanctitatem aliquid dicere aut facere; ait enim quodam in loco Scriptura: Servite Domino in tempore.* Quis autem non videt, quod quæ summa nostra ignominia est) id, quod S. hic Pontifex vetat, inter nos Christianos Dominicis & Festis diebus, plus quàm alijs, qui ad laborem sunt destinati, locum habeat? Verba illa Ecclesiastis *tempus acquirendi & tempus perdendi*, quidam Auctor hoc modo ingeniosè exponit, dicit enim, quod, quidquid in tota septimana in Spiritu deperditum fuit, eò quod lucris mundanis tunc dediti fuimus, in Dominica per devotionem restaurari debeat, adeoque sex dies septimanæ profani tempus perdendi sint, dies verò Dominicus tempus sit acquirendi; & tamen per inimici tartarei impugnationem sæpe omnino fit contrarium; crebrò enim quod per studia, labores, negotia, aliasque occupationes in septimana acquisitum fuit, diebus festis in multitudine & concursu populi, in occasionibus & periculis obvijs malarum societatum, recreationum, & scandalorum deperditur & evanescit.

S. *Clem. Rom. l. 5. Constit. Apost. c. 19.*

Diebus Dominicis & festivis recuperari deberet, quod alijs diebus in spiritu perditum fuit. *Eccles. 3. v. 6.*

6. Albertus Magnus hac de re ita scribit: *quidam festum evacuant, quidam deturpant, quidam ad perniciem determinant. Evacuant otiosi, lusibus & non laudibus divinis intendentes. Alij per obscœna deturpant, potibus & escis & venereis inteudentes.* Psalmista olim populo electo, inque figura hujus nobis Christianis ita præcipit: *Constituite diem solemnem in condensis, usque ad cornu altaris*; quasi dicat, inquit Lyranus, *quod Ecclesia impleatur populo*; & licet persæpe ingens & numerosus populi concursus in festis videatur, plurimi tamen ne pedem quidem in Ecclesiam inferunt; de quibus S. Paschasius super illa Jeremiæ verba (*viderunt eam hostes, & deriserunt Sabbata ejus*) inquit: *Præterea si sint, qui veniant corporeis gressibus ad Ecclesiæ limina, pauci admodum in confrequentatione usque ad cornu altaris Dei, qui ejus festiva concelebrent gaudia.* Præterea licet sæpe videantur congregationes in Ecclesijs, earumque atrijs, Deus tamen per Isaiam conqueritur: *Iniqui sunt cœtus vestri*; quia licet apparenter fideles esse videantur, dum è domibus suis ad festa honoranda egrediuntur, Deus tamen, qui *scrutatur renes & corda*, in sua lamentatione hac perstitit: *Iniqui sunt cœtus vestri*, id est, ut Haymo ait: *non meam laudem, sed vestram mente volvitis iniquitatem*; quales enim cogitationes in mente majoris Christianorum partis, in diebus festivis esse existimatis? Deus olim Ezechieli abominationes populi, erga templum sanctum suum exhibere volens, eidem dixit; *adhuc conversus videbis abominationes majores, Et introduxit me ad ostium atrij & vidi, & ecce foramen unum in pariete; Et dixit ad me: fili hominis, fode parietem.* Profectò siquis uniuscujusque fidelis cor, quæque in eo volvuntur cogitationes, intueri posset, viderer utique, quam pauci cum rectitudine intentionis in templa se recipiant, ut scilicet Deum & Sanctos in iis venerentur & colant; contra verò quàm multi eo accedant, ut pompam & luxum vestimentorum ostentare, vel ab alijs videri, aut alios videre, vel Ecclesiæ apparatus, cantuumque suavitatem percipere, aut venustas mulierum facies contemplari possint.

S. *Paseh. in 1. Thren. n. 7.*

Isa. 1. v. 13.

Haymo Ibid.

Plurimi verò ut suis illecebris satisfaciant.

Ezech. 8. v. 6.

Ibid. v. 7.

Ibid. v. 8.

7. S. Ambrosius de iis, qui suo tempore in honorem Imperatorum epulabantur, ita scribit: *bibamus, inquiunt, pro salute Imperatorum, & qui non biberit, sit reus indevotionis; videtur enim non amare Imperatorem, qui pro ejus salute non biberit. O piæ devotionis obsequium! bibamus pro salute exercituum, pro comitum virtute, pro filiorum sanitate, & hæc vota ad Deum*

S. *Ambros. de Elia & jejunio c. 17.*

Alij compotationibus incumbunt.

Deum pervenire judicant; sicut illi qui calices ad sepulchra Martyrum deferunt. Quot sunt inter Christianos, qui SS. protectorum aut tutelarium Ecclesiarum insignium solemnitates se honorare existimant; si per Ecclesiarum apparatus, musicas, cursum palliorum, hastiludia, ludos, ignes artificiales, convivia, tubas & tympana strepitum in populo percipiant, licet interea omnem pietatem & devotionem, post exhibitum hujusmodi, ut credunt, condignum obsequij tributum, totaliter intermittant? *O stultitiam hominum*, exclamat S. Ambrosius, *qui ebrietatem sacrificium putant, qui æstimant illos ebrietate placari, qui jejunio passiones sustinere didicerunt.*

S. *Bern. T. 2. serm. 10. Art. 2. c. 1.* Moraliter nobis applicantur quæ in V. T. Judæis prohibita fuerunt in diebus festivis.

Psal. 37. v. 5.

Isaiæ 50. v. 11.

Proverb. 27. v. 7.

Eccl. 10. v. 7.

Psalm. 118. v. 37.

Luc. 21. v. 34.

Jer. 31. v. 21.

Ibid. v. 22.

8. S. Bernardinus, qui contra festorum profanatores acerrimus fuit declamator, ex prohibitionibus, quas Deus Hebræis in festivitatibus præscripsit, aptas elicit moralitates improperandi & detegendi in solemnitatibus nostris commissos defectus & excessus. Primo enim loco prohibebantur portare pondera in die Sabbati. 2. Ignem accendere. 3. Uvas calcare. 4. Repetere debita. 5. Cibos emere. 6. Eosdem coquere. 7. Ultra milliaris spatium ambulare. 8. Ligna colligere. 9. Quodvis opus servile facere; quæ omnia ad interitum nostrum moraliter his verbis adaptat. *Moraliter, inquit, primo onera portat, qui divinis offensionibus non renunciat; de quibus Psalm. 37. dicitur:* [*Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus grave gravatæ sunt super me.*] 2. *Ignem accendit, qui jurgia seminat, & mala consilia promit; unde Isaiæ 50.* [*Ecce vos accendentes ignem, accincti flammis,*] *scilicet estis.* 3. *Uvas calcat, qui contra spiritualia bona nauseat; unde Proverb. 27.* [*Anima saturata calcabit favum.*] 4. *Debita repetere, est injurias malo animo ad memoriam revocare; unde præcipit Dominus,* [*Omnis injuria proximi ne memineris, & nihil agas in operibus injuriæ.* 5. *Cibos emit, qui oculos suos in vanitate pascit; ideo petit Psalmista:* [*Averte oculos meos, ne videant vanitates.*] 6. *Cibos coquit, qui ventrem suum per ingluviem pascit, prohibente Domino, Luc. 21.* [*Attendite vobis, ne forte graventur corda vestra in crapulâ & ebrietate.*] 7. *Amplius quam mille passus vadit, qui pro illicitis operibus hinc inde discurrit; ad talem animam Jerem. 31. Dominus ait: Revertere virgo Israël, revertere ad civitates tuas istas. Usquequo delicijs diffluenti filia vaga.* 8. *Ligna colligit, qui mundanis delectationibus animum frangit seu flectit.* 9. *Ille opera servilia agit, quicumque Deum offendit, amplius enim abstrahit animam à divinis quæcumque mortalis culpa, quam quodcumque exercitium corporale, licitum & honestum.* S. Bonaventura multos quidem esse dicit, qui se ab hoc ultimo excusent, dicendo, multas recreationes licitas esse & honestas, atque ab omni peccato mortali immunes; quibus tamen ipse respondet, quòd si hujusmodi recreationes diebus festis instituantur, argumento futuræ sint, festa talia non ob honorem Dei, sed animi nostri relaxandi causâ celebrari. *Est*, inquit, *festivitas humana, quæ indulgetur comessationibus superfluis & vanis ludis & otio, quæ licet secundùm se non sint peccata mortalia, tamen periculosa fiunt, & ad talia disponunt.*

S. *Bonav. in c. 8. Ioan.*

DISCURSUS VI.
ARGUMENTUM.

Quantum peccatum dies Festos profanando committatur, ex nonnullis motivis multifariam consideratur.

THEMA.

Tempus faciendi Domine, dissipaverunt legem tuam. Psalm. 118. ℣. 126.

Divinæ legis adimplendæ tempus commodissimum est dies festivus.

Psal. 118. v. 126.

S. *Ril. ibid.*

1. PRofanati festi transgressionem supra modum aggravat strictissima, qua nos Deus ad illud sanctificandum adstrinxit obligatio, quæ eo præcisè tempore, quod pro exacta divinæ legis observantia specialiter selectum est, temerè rumpitur: ideoque Psalmista meritò lamentatur: *Tempus faciendi Domine &c.* quæ verba S. Hilarius ita legit: *Cum dissipata & abjecta à Judæis lex est, tunc fuit tempus Domino eâ, quæ continebantur lege faciendi.* Et verè ita est, si enim aliquod est tempus divinę adimplendæ legi congruum, profectò nullum est aptius, magisque ad id obligans, quam dies festivus; unde Hebræi in die Sabbati de lege Domini in Synagogis disputare solebant. S. Bonaventura tertium Decalogi præceptum; *Memento, ut diem Sabbati sanctifices*, ponderans: inquit: *Innuitur nobis, ut semper cogitemus divinam legem, unde Judæi die Sabbati consueverunt disputare de lege Dei, quia hoc est opus Dei.* Conculcare igitur præceptum sanctificationis diei festi, eo tempore quo Festum celebratur, delictum est omnino inexpiabile, ob quod regius Vates graviter scandalizatus, meritò dicit: *Tempus faciendi Domino* (ita S. Hilarius legit) *dissipaverunt legem tuam.*

S. *Bonav. T. 7. serm. de 10. præcept. serm. 4.*

2. S. Bernardinus tam enormis peccati malitiam exaggeraturus, hunc in modum loquitur: *quam execrabile sit talibus diebus vacare lasciuis, canibus & choreis, ubi visu, auditu, gustu, tactu mentes astantium illaqueantur & contaminantur, quis exprimere potest? non enim delicijs & epulis carnalibus diem Dominicam deputavit Deus, sed magis ipsum sacris exercitationibus & sancto otio consecravit. Benedixit enim Deus diei septimo, & sanctificavit illum.* Enimvero ad luculentius exprimendam injuriam, quam Deo irrogat is, qui illum in die, divino suo cultui destinato, qualis est dies festivus, offendit, sequens similitudo aptè deservire poterit. Si enim amicus aliquis 7. dumtaxat scuta habens, 6. illorum tibi donaret, uno solum sibi in usum proprium reservato, numquid ingratissimus, imò abominabilis latro esses, si unicum illud scutum ei furtivè eriperes? nonne donator juxta leges justissimè faceret, si donationem sex scutorum antea factam revocaret? Deus nobis sex septimanæ dies in servitium & commodum nostrum donavit, unico tantùm sibi reservato, ut illum in ejus honorem impenderemus; quâ igitur ratione tam ingrati esse poterimus, ut & hunc profanare, & in satisfactionem nostram, idque (quod crimen plus aggravat) in ejus injuriam & offensam consumere non verecundemur.

S. *Bern. T. 2. serm. 11. Art. 2. c. 1.* Contaminatio dierum festivorum per opera prava maximum peccatum est.

Quod declaratur apta similitudine.

3. In prædictis Regij Prophetæ verbis considerabile valde est postremum, scilicet *tuam*; à supremo enim legislatore Deo, multæ promulgatæ sunt leges, tum in commune Reipublicæ beneficium, tum in privatam particularium & proximorum nostrorum utilitatem; at verò præceptum sanctificandi dies festos, in ejus cultum & honorem immediatè tendit; ideoque de ijs, qui illud prævaricantur, verè dici potest: *Dissipaverunt legem tuam*, tales enim Deum ipsum directè & immediatè vilipendunt, & contumeliâ afficiunt; unde S. Mater Ecclesia hanc observantiam magna cum solicitudine urget. Quare & S. Carolus Borromæus ait: *Sacrosancta Tridentina Synodus, cum statuit fideles religioso festorum cultu abuti non debere ad comessationes, ad luxum & lasciviam; tum pastores omnes vehementer in Domino obtestata, debitam sanctamque eorumdem observantiam pastorali diligentia magnopere commendavit* Et post citatum decretum 25. *de invocatione Sanctorum*, subjungit sequentia: *Fideles nefarijs istis Satanæ blanditijs illectos, à divinis officijs, religiosis supplicationibus, lectionibusque sacris abduci, averti que rudes à percipiendis fidei rudimentis, aliosque ab alijs Christianæ pietatis officijs, in quæ eo tempore religiosè incumbendum est, abstrahi & amoveri. Hoc certè gravissimum est in conspectu Dei & Ecclesiæ.* Confideriationem hanc de bonis, quæ non sanctificando festa, negliguntur & perduntur; & de malis, quæ eadem profanando committuntur, S. Bernardinus diu ante S. Carolum his verbis expressit: *De talibus Jerem. 2. Dominus conqueritur, dicens: duo mala fecit populus meus (scilicet non servando dies festos) me dereliquerunt fontem aquæ vivæ; ecce oblivio Dei; & foderunt (scilicet per mentis occupationes) sibi cisternas dissipatas, id est, lucra dissipantia mentem; quæ continere non valent aquas, quia insatiabilis est cupiditas avarorum.* Similiter in quodam Concilio Parisiensi ita statuitur; *Salubriter admonemus cunctos fideles, ut diei Dominico debitum honorem & reverentiam exhibeant, quoniam hujus debonoratio est, & à Religione Christiana valde abhorret, & suis violatoribus animarum periculum procul dubio generat.* Et in alio quodam moderniori Concilio, sæculo 15. celebrato, sequens reperitur decretum: *Cum juxta D. Pauli præceptum, qui Christi sunt, sobrietatem semper sectari debeant, diebus Dominicis præsertim & alijs festis, comessationes, convivia publica, tripudia, saltationes, strepitus & choreas fieri, venatu & aucupatu tempus terere, comœdias, ludos scenicos vel theatrales, & alia hujus generis irreligiosa spectacula agi, sub anathematis pœna prohibet hæc Synodus.* Cujus decreti hanc reddit rationem, quia *valde absurdum est, fideles ijs diebus, qui propitiando*

Concilium Tridentinum severissimè inhibuit profanationem dierum festorum.

Psal. 118. v. 126.

Act. Eccl. Mediol. Conc. Provinc. 3. pag. 85.

Contra hoc ipsum etiam declamarunt alij sancti, & Concilia.

S. *Bern. ibid. A. 3. c. 1.*

Jer. 2. v. 13.

Tom. 3. Conc. Par. 6. A. 829. Can. 5.

Conc. Tur. A. 1583.

Etiam addita pœna anathematis.

Deo sunt destinati, fallacibus istis Satanæ blanditijs illecti à divinis officijs, religiosis, supplicationibusque sacris abduci. Concilium verò Narbonense adversus eos, qui pœnis fulminatis obedire contemnunt, sequentem decernit condemnationem : *Quòd, qui contempserint, præter excommunicationis pœnam, tanquam superbi & hæreseos nomine suspecti, notari & puniri possint.* Mirum proinde non est, Calvinistas festa à suis Calendariis abolevisse, & ab omnibus proscripsisse Rebus publicis, qui veri cultus Deo debiti, implacabiles sunt inimici. In Concilio quodam Burdegalensi, his diebus nostris celebrato, sequentia leguntur verba : *Ita pronus ad lapsum humanus animus, atque olim à SS. Patribus, in conveniendo populo in unum sunt introducta, ea jam vice versa populum in varios distrahant excessus;* id quod optimè consonat citatis Davidis verbis : *Tempus faciendi Domino, dissipaverunt legem tuam,* id est, quo tempore divinum sanctificare debebant cultum, eo vel maxime eumdem contumeliari & conculcare studebant ; & licet *Dies Festi.* ut idem ait concilium, *contemplationi rerum cœlestium, & illuminandis fidelium animis sint destinati,* magna tamen illorum pars non solum non abjicit opera tenebrarum, nec induit arma lucis, sed potius quantum scit & valet, diebus festivis tenebras sectari contendit, quia *qui male agit, odit lucem.*

Conc. Nar. A. 1551. Can. 49.

Concil Burdegal. A. 1624. c. 2.

Psal. 118. v. 126.

Joan. 3. v. 20.

4. Oleaster verba illa Levitici : *Hæ sunt feriæ Domini, quas vocabitis sanctas*, ita verti posse dicit : *Istæ sunt solemnitates, ista sunt tempora, scilicet statuta Domini seu à Domino, convocationes sanctitatis ;* id est, *quas vocabitis sanctas, aut quibus ad sancta homines vocabitis.* Præcipue vero Ly *convocationes sanctitatis* ponderans ita scribit : *Discurrit hinc inde populus Dei in diebus festis, ludit, epulatur, choreas ducit, & multo his deteriora facit diebus festivis ; Dominus verò præcipit eos ad sancta vocare.* Quæ quidem prophanatorum culpa propter scandalum, quod inde infideles recipiunt, quam maximè aggravatur, quia *viderunt eam hostes, & deriserunt Sabbata ejus.* S. Paschasius de Ecclesia, ob id lamentante, ita loquitur : *Cum multos sadere quotidie conspiciat in manum hostium, quod æstimas sponsa Christi, inter tot miseriarum & scelerum nostrorum damna ; quanta in suis electis nobis adhibeat lamenta, quantasque lachrymas & quæso, quanto mœrore afficitur, cogitare non pigeat, præsertim cum & solemnitates nostræ, atque Sabbata festivitatum, non minus violantur à nobis, quam & ab hostibus deridentur, nec non ubi vel quis sit Deus noster, frequenter quæritur.* Idem quoque punctum olim à concilio quodam Parisiensi his verbis movebatur : *Dum hæc agunt, decus christianitatis offuscant, & nomen Christi blasphemantibus, locum amplius detrahendi attribuunt.* Dum enim dierum solemnitates nostris contaminamus excessibus, quid aliud facimus, quàm quod nos paganis & idololatris in festis suis conformemus ? nam ut Gregorius Nazianzenus observat ; *Festos dies gentilis agit, verum juxta corpus, deosque suos & dæmones ; quorum alij vitiosarum effectionum affectores atque Architecti sunt, quemadmodum ipsimet asserunt, alij ex vitiosis, affectionibus honorem consecuti sunt ; ac proinde modus etiam ille, quo facta celebrant, cum vitiosis affectionibus conjunctus est, ut hoc ipsum, quod peccant, in Dei honorem cedat. Festos dies nos quoque agimus, verum ut Spiritui gratum est ; gratum est porro eam à nobis rationem iniri, ut eorum, quæ in rem sunt, vel aliquid dicamus, vel agamus. Nec feriari nostrum, quidquam est aliud, quam animæ aliquid eorum aggere, quæ firma & stabilia sunt, & manibus tenentur, non autem suffugiunt, & dilabuntur,* quod utinam à nobis hodie adimpleretur, ast quæ nostra magna est miseria, à nobis in diebus festis ad aliud non attenditur, quam ut effræni appetitui nostro satisfiat, quasi id, quo peccamus, in Dei honorem cedat. Nicætas Commentator Nazianzeni postquam deos gentiles multorum scelerum Auctores fuisse probasset, subdit : *Hinc fit, ut apud Græcæ superstitionis sectatores, vitiosa, quoque sit festorum agendorum ratio ; etenim unumquemque deorum suorum congruenti vitio colant, ut illud ipsum, quod peccant, in Dei honorem cedat, ad quem vitium ipsum quasi res quædam honesta & prædicanda confugit.* Quis autem non videt, quod Christiani illi, qui omne studium suum diebus festivis in ludis, ebrietatibus, conviviis, saltibus, aliisque profanis vanitatibus positum habent, cum Paganis omnino conveniant, qui se in cultu idolorum suorum, tanto illis acceptiores futuros esse credunt, quantò eorum imitationi sunt vitiosiores ? contra quos S. Hieronymus ad Eustochium virginem scribens, ita loquitur : *Nobis solicitius providendum est, ut solemnem diem non tam ciborum abundantia, quam Spiritus exultatione celebremus ; quia valde absurdum est, nimia saturitate velle honorare martyrem, quem sumus Deo placuisse jejunijs.*

Gravissimè peccant qui dies festos ludis & epulis contaminant.

Thren. 17. S Pasch. Ibid.

Tom. 3. p. 1. pag. 577. Conc. Paris. sub Greg. c. 48.

Nazian. orat. 44. Similes sunt Paganis.

Nic. Ibid.

S. Hier. ad Eustoch.

5. In Opusculis S. Francisci legitur, quod, dum ejus fratres in Conventu Reatino in festo Nativitatis Christi ob ministri cujusdam Provincialis adventum, mensam solito lautiorem præparassent, Seraphicus Patriarcha fratres reprehenderit, dicendo : *In die paupertatis Christi à paupertate devians ; mementote, quod hodie B. Virgo in adventu Filij Dei in hunc mundum vix habuit panem ad manducandum ; & mundi Dominus pro incunabulis animalium habuit præsepe.* Optime igitur Commentator Nazianzeni inquit ; *congruere diei mysterio debet festi celebratio ;* quo enim modo nomen sanctificationis festi suum sortietur effectum, si Christianus ex dæmonis instigatione nulli rei sic studeat, quam ut per lascivas societates, omnigenasque dissolutiones, nec non majorem Dei & Sanctorum offensam & vilipendium festa profanet ?

Tom. 3. op. S. Franc. Aph. 44.

Celebratio diei festivi, debet congruere mysterio, quòd celebratur.

Nic. Orat. 28. Naz.

6. In Summa prædicantium hæc verba leguntur *Ad hoc, quod festa nostra Deo & Sanctis placeant, oportet, quod alio modo teneantur, quia nec ipse Deus nos in illis Sanctis exaudiet ; nec ipsi Sancti, quorum festa sic agimus, nobis amici erunt, nec nos in necessitatibus nostris ad eos, clamantes exaudient ;* quibus verbis consonat S. Bernardus, qui festum S. Joannis Baptistæ, pilis camelorum se obtegentis & locustis famem suam irritantis in luxu concelebrantes ita perstringit : *Ille corpus sic castigat, sic extenuat, sic affligit ; vos indui festinatis bysso & purpura, & splendide epulari ? Heu, hic est præsentis totus honor diei ? hæc Baptistæ reverentia tota ? Cujus memoriam agitis, O nimis delicati cultores ? cujus celebratis natalem ? nonne illius, qui in eremo fuit hirsutus veste, confectus inedià ? in vis tota versatur hæc vestra celebritas, in popularis favoris aura sectanda, in gloria vestium & voluptate ciborum.* Verum utinam hîc Christianorum se in festis sisteret irreverentia, & non insuper ad choreas, ad comœdias lascivas, ad cursus profanos, ad ebrietates, & tot sine numero & sine fræno committendas inimicitias raperetur. Qui decimas alteri rapit, latro est ; sacrilegus est, qui portas rumpit Ecclesiæ ad spoliandum eamdem : pari igitur modo sacrilegus & latro censendus est, quisquis ad suas voluptates & effrænes appetitus exatiandos, festa Dei & Sanctorum honori consecrata & obligata usurpat, seu potius abutitur ; est enim *contrectator rei alienæ invito Domino,* estque sacrilegus, quia rem sacram aufert, talis enim est festorum sanctificatio ; est insuper temerarius, abominabilis, detestabilis, qui tempore adeo sacrosancto suis indulget cupiditatibus. *Mira multorum insania est,* inquit S. Bernardinus, *per totam septimanam laborare pro misero corpore, & insuper in die festo laborare pro damnatione infelicis animæ. Admiranda dementia non velle potius laborare in servitio Christi ; stupenda vesania, per totam hebdomadam laborare in operibus licitis ; & diem Dominicum polluere & violare ludis & voluptatibus, & ebrietatibus & choreis.*

S. Bern. T. 2. serm. 10. A. 2. c. 1.

Hebr. 6. v. 6. Denuò crucifigunt filium Dei. Ibid. v. 5. & 6. Ibid. v. 4.

7. De omnibus quidem peccatoribus dici potest, quod S. Paulus ad Hebræos scribit, scilicet quod sint *rursum crucifigentes sibimetipsis Filium Dei & ostentui habentes* : magis tamen specialiter id verificatur de illis, qui vitiosis excessibus suis festa dehonestant & profanant ; & quidem notandum, quod idem Apostolus paulo ante hæc verba dicat : *Sunt illuminati, gustaverunt etiam donum cœleste, & participes facti sunt Spiritus Sancti, Gustaverunt nihilominus bonum Dei verbum... Et prolapsi sunt,* quæ omnia de plerisque festorum profanatoribus, prò dolor, verificantur ; quot enim sunt, qui, postquam diebus festivis expiatâ per confitendum conscientiâ & sacra communione refecti, verbo etiam Dei auscultato ad dissolutiones & peccata, mundi torrentem sine retinaculo sequentes prolabuntur ? hi tales profectò, quantum est ex parte ipsorum Filium Dei de novo crucifigunt.

Judei detestabile crimen Deicidij patrarunt, & machinati fuerunt in Paschali tempore. Matth. 26. 5.

8. Observastisne aliquando modum & tempus quo Redemptori nostro mortis sententia pronuncia-

quia authoritatem habentes in materiis, ad Religionem spectantibus, pœna capitali animadvertendi in transgressores, ea tamen ob primariam paschatis solemnitatem uti non voluerunt, verumtamen ne perderent occasionem, à traditore, Christum in manus eorum consignante, submiserunt, operæ pretium duxerunt, si eum Pilato consignarent, ne festo tanto polluerent crimine ; unde clamabant : *Nobis non licet interficere quemquam ;* quibus S. Augustinus appositè improperat, dicens : *exæstuerunt tanquam gladium linguas suas ; non dicant Judæi : non occidimus Christum, etenim propterea eum dederunt judici Pilato, ut quasi ipsi à morte ejus viderentur immunes ; nam cum dixissent eis Pilatus : vos eum occidite ; responderunt : Nobis non licet interficere quemquam ; iniquitatem facinoris sui in judicem hominem refundere volebant ; quid nunquid Deum judicem fallebant ?* ecce igitur qualiter scelus detestabilissimum, quod numquam humana aut diabolica impietas execrabilius commisit, in die sacratissimo, præque cunctis aliis solemnissimo, machinatum & adimpletum fuerit ; *erat enim magnus dies ille Sabbati.*

Joan. 18. v. 31.

S. August. in Psal. 64.

Joan. 19. v. 31.

9. S. Bonaventura super illa verba : *vocavit adversum me tempus,* inquit : *Tempus enim aggravat Christi passionem, aggravat autem propter festi magnitudinem, propter quod multi convenerant in Jerusalem, ut coram pluribus inhonoraretur, in quo tempore gravius est affigi.* Major enim est injuria, quæ alicui in loco conspicuo & publico, inque multorum conspectu irrogatur, quam qua solus à solo in loco privato afficitur, quia in hoc secundo casu offensus non tantum contemnitur. Quod si Christianus intra quatuor muros reconditus contra solum Deum peccatum in cella sua patraret, offensa ejus non tantum aggravaretur : at verò quando in Ecclesia, tempore sacrificij, divinorumque officiorum, coram innumerabili populo, in die soli honori & cultui divino dedicato & consecrato, Deus offenditur, tunc verè tempus *aggravat propter festi magnitudinem* ; unde & Origenes in quadam Homilia inquit : *Perierunt omnes festivitates & dies solennes ejus, quoniam in loco sancto & in die festivitatis Dominum meum Jesum Christum occiderunt ; & propterea dicit ad eos : Neomenias vestras & Sabbata & dies festos vestros odit anima mea.*

S. Bonav. ser. 6. in Par. Quod tempus plurimum aggravavit illorum crimen.

Orig. h. 23. in Num.

DISCURSUS VII.
ARGUMENTUM.

Dæmones, ut nos ad dies festos profanandos inducant, nullum non lapidem movent.

THEMA.

Quiescere faciamus, omnes dies festos Dei à terra, Psalm. 73. v. 8.

Totus infernus cõjuravit ad abolendas & violandas festivitates, & debitum illarum cultum.

1. OMnes, quotquot in inferno sunt tartarei Spiritus, ad abolenda calendaria sacra, ad explodenda festa, ad omnes proscribendas solemnitates etiam diei Dominicæ sanctificationem, his inter se verbis conjurâsse videntur : *Quiescere faciamus omnes dies festos à terra,* cujus hæc est evidens ratio, quia cum dies festi his præcipuè sint finibus instituti, ut Deo & Sanctis ejus debitus tribuatur honor & veneratio, ut exigantur in exercitiis pietatis, falusque promoveatur animarum, ut Sacramenta Confessionis & Eucharistiæ præcipuè ministrentur fidelibus, ut homines studiosius & majori cum fervore orationi vacent, & pro beneficijs per hebdomadam receptis, gratitudinis tributum persolvant ; quæ omnia dæmoni sunt velut spina in oculis, hinc ad indicendum nobis bellum totus concitatur infernus. *Quid aliud est feriari,* inquit Theodorus Studita, *quam Deo cohærescere ? cohæruisse autem Deo quis vel maximè verum hujus mundi repudio, verius penes nos est feriari, si attendamus, dignamque voto ac Christi confessione vitam ducimus.* Ideoque inimici Dei, perditionis nostræ instrumenta, præscientes ; quod in festis specialibus homines ad vitam, christiano homine dignam agendam obligentur, festa pro viribus abolere satagunt : Quiescere faciamus, &c.

Theodor. Studit. Catech. 37.

Concil. Gallic. post Trid. p. 173. Probatur ex Concilio Rothomagensi.

2. In Concilio Rothomagensi, anno 1581. celebrato, cap. *de cultu divino in genere num.* 4. scribitur : *Novimus & experimur astutias diaboli ad derogandum cultui Dei & Sanctorum, & ad suum substituendum in locum illius,* eodemque in loco idem concilium ulterius ostendit, diebus solemnibus à dæmone introductos publicos mercatus, ut per eos populus à divinis audiendis officiis & verbo Dei divertatur. *Ad negotia sæcularia,* inquit, *diligentius quam diebus alijs provocat contra festorum institutionem ; sed insuper ad augendum sacrilegium, fallacias, fraudes, perjuria, blasphemias, contumelias, proximorum offensiones & injurias, atque impudica & obscœna ludicra in his admiscet, ut totum hominem perdat in Sabbato & sibi subjiciat.*

3. *Quanta malignatus est inimicus in sancto,* inquit Psalmista ? ubi specialiter nota Ly *malignatus,* quod mysterio non caret. Sciens enim malignus serpens, diem Dominicum & alia festa ab Ecclesia præcepta & instituta esse, ad exhibendum Deo & Sanctis speciliorem & reverentiorem cultum, ad exhibendum pro divinis beneficijs & patrocinio Sanctorum, debitam gratitudinem ; atque ad animarum profectum, horum finium rectitudini & affectioni, per omnigenas excogitatas machinas se opponere nititur, homines ijs diebus, plùs quàm alijs, ad dissolutiones & scandala instigando, ut fructum, quem alias percipere possent, impedire possit. *Malignatus est,* quia licet familiaritates lascivas, mercatus, & contactus carnalitatis in alia loca & tempora, videlicet ad prostibula, theatra, fora & vias publicas differre potuisset, ea tamen est serpentis hujus malignitas, ut scelera illa fieri velit & procuret in ipsismet Dei facie, in ejus sanctuario, in conspectu altarium suorum, quando sacrificia & officia divina in festis principalioribus solemnius celebrantur, ut hac ratione scandalis & sacrilegijs conjuncta, majora tum in committentibus, tum in spectantibus damna accersere possint. Sequitur : *Et gloriati sunt, qui oderunt te in medio solemnitatis tuæ ; posuerunt signa sua, signa.* Spiritus enim infernalis in festis solemnioribus vexilla sua explicare temerè præsumit, ut clare appareat coram Deo longè majorem numerum sub ejus, quam sub Dei signis militare.

Psal. 73. v. 3. Dæmones instigant homines diebus festivis acrius ad quælibet gravia flagitia.

4. Loco illorum verborum, quibus vulgatâ legit : *Quiescere faciamus omnes dies festos* ; Textus Hebræus habet : *Comburamus omnes dies festos Dei* ; sed quonam igne id facere moliuntur, num fortè scintillis ignis illius, quem secum ex abysso inseparabiliter circumferunt, omnia Ecclesiæ calendaria, ritus, cæremonias, officia Ecclesiastica, taliter conflagrare conantur, ut nulla amplius Dominicæ, nec Sanctorum, nec aliarum festivitatum fiat commemoratio ? Nequaquam, non enim est hic verborum illorum sensus, sed ly *incendamus* alium innuit ignem, quem his diebus festis per nos sanctificandis, ubique dispergunt, ignem scilicet rixarum, litium, lasciviarum carnalium, ludorum, cupiditatum in mercatibus flagrantium, ebrietatum, aliarumque dissolutionum similium ; quo omnia opera bona, iis diebus fieri solita devastant & dispergunt. S. Bernardinus insidias & conatus dæmonis egregiè detegit, dum profanationem festorum his perstringit verbis : *Tanta est,* inquit, *nequitia dæmonum & nocendi cupiditas, quod, quidquid à Deo, pro charitate generanda & augmentanda & conservanda institutum est, totum conentur avertere in opprobrium divinæ dilectionis, & detrimentum nostræ salutis. Statuerat Deus sacras solemnitates & dies festos, ut cessaremus à vitijs, vacaremus ab operibus mundanis, & insisteremus divinis ; jamque corda nostra prægustando suavitates & præludia æternorum, delicata Sabbata celebrarent, sed insidiante humani generis inimico, quod statutum fuerat ad Dei gloriam & nostram salvationem, jam satisque conversum est ad Dei ignominiam & nostram damnationem.*

Quomodo comburantur dies festi Dei.

Et quo igne.

S. Bernard. T. 2. serm. 10.

5. Salomon, ut Deus olim Davidi Patri ejus prædixerat, sumptuosissimum Jerosolymis Templum erexit, ut ad illud ex omni parte concurrerent, quotquot veri Dei fidem & notitiam habebant ; ibidemque per oblationes, sacrificia & alios sacros ritus debitum Deo cultum in solemnitatibus, in ejus honorem institutis, exhiberent : at verò Jeroboam mox, ut decem tribuum Rex creatus fuit, in Samaria, nimirum in Dan & Bethel duo idola erexit, suosque subditos ad ea adoranda constringendo, populum à templo sancto Jerosolymitano divertit. *Omnia in figura contingebam,* hoc enim est ipsummet Satanæ artificium, quod ut Christianos in dierum festorum sanctificatione, ab obsequio, Deo debito, seducat, iisdem varia lascivorum objectorum, lucrorum sæcularium, spectaculorum profanorum, aliarumque vanitatum idola proponere soleat, ne Ecclesias adeant, neve ex stationibus, indulgentiis, aliisque lucris spiritualibus, quæ per horum dierum sanctificationem, consequi possent, in animabus proficiant.

Jeroboam erexit duo Idola, ut populum retraheret à veneratione templi Dei.

Malach. 2. v. 3. Festa profanata, vocantur à Deo stercus.

6. Deus olim per Malachiam Prophetam commi-
nabatur, dicens: *Dispergam super vultum vestrum, stercus solemnitatum vestrarum*; sed quo fine Spiritus Sanctus vili adeo loquendi phrasi hic utitur, ut festa non observata, sed profanata, turpis stercoris nomine appellet: scitisne causam? ideo nempe id facit, quia sicut ex omnibus sordibus, quæ ex quibusvis domus alicujus locis, vel ex plateis vicinis colliguntur, quidam fit sterquilinij cumulus, ita & dæmon in magnam nostram perniciem & probrum, ex omnibus gulæ, lasciviæ, avaritiæ, vanitatum, luxuum, inimicitiarum, aliorumque vitiorum immunditiebus, turpe quoddam congregat sterquilinium, quo festorum observantiam defœdat & coinquinat; vix enim ullus est vitij excessus, qui in sanctis illis diebus à dæmone colligi non possit.

2. Machab. 5. v. 3. Diabolus ad gravissima crimina homines instigat diebus festivis.

7. Apollonius Jerosolymam ingressus, fictam quam-
dam cum civibus pacem sancivit, quia ad Sabbatum usque, se amicum eorum esse finxit, quo illucescente ad stragem Judæorum milites suos enses stringere jussit; idem quoque nobilium dæmon facit, per totam enim Septimanam, cum Christianis inducias pacis continuat, quia eos partim laboribus, partim studijs, partim negotijs intentos conspicit; exspectat igitur dies festos, ut in Dei divinique cultus infamiam, stragem animarum instituat, posque spirituale lucrum, quod comparare potuissemus, amittere cogat. Ideo in 1. eorum-
dem Machabæorum libro, c. 2. dicitur: *In die festo perempti sunt mille viri.* Dic sodes, quando homi-
num innocentissimus, quem mundus umquam habuit, unius levis saltationculæ pretio decollatus fuit? in die festo, quem Herodes pro natalibus suis celebrandis instituerat. Pharao pariter coquum suum in die fe-
sto in furcam adegit. Meritò igitur David olim dixit *Ab altitudine diei timebo*; circa quæ verba Hugo Card. inquit: *Est vox Ecclesiæ primitivæ conquerentis, quod in diebus festivis strages martyrum fiebant, sicut Joannes decollatus fuit in die natalis Herodis 2. Machab. 6. ducebantur cum amara necessitate, in die natalis Regis ad sacrificia. Act. 12. Volebat Herodes in tempore Paschæ, occidere Petrum, Christus quoque in die festo crucifixus fuit. Est etiam vox Christi conquerentis de peccatis, quæ modo frequentius perpetrantur in festis, ab altitudine diei timebo, quia tunc iterum crucifigunt me peccatores.* Un-
de S. Leo magnus, Satanam tunc præcipuè laqueos

Matth. 14. v. 33. Psal. 55. v. 20. Hugo Card. Ibid.

S. Leo s. 3. de Quadr. suos nobis tendere dicit, quando sacrosanctiora fidei mysteria celebramus: *Non desinit*, inquit, *nobis antiquas hostis laqueos peccati ubique præxendere, & tunc maximè adversus Christi membra sævire, quando ab eis sunt sacratiora celebranda mysteria.*

Contra legem, à Deo Moysi datam, instigavit populum ad formandum vitulum conflatilem.

8. Quando Moyses in monte Sinai alias inter leges,
hanc de Sabbati sanctificatione pariter recipiebat, dæ-
mon cum Deo de primatu contendebat, populum ad vitulum aureum fundendum, omnique cum profani-
tate adorandum instigando: *Fecit vitulum conflatilem; dixerantque: hi sunt dij tui, Israël, quod cum vidisset Aaron, ædificavit altare coram eo & præconis voce clamavit, dicens: Cras solemnitas Domini est.* Sed qua ratione solemnitas Domini dici poterat dies ille, in quo vitulus conflatilis adorabatur? ita sanè, so-
lemnitas enim Domini quidem erat, ast diabolus in hoc quam maximè connititur, ut in præcipuis solem-
nitatibus venter adoretur, & choreæ, ludi, impudici-
tiæ principaliter exerceantur: *Sedit populus manducare & bibere, & surrexerant ludere.*

Exod. 32. v. 6.

Matth. 4. v. 3 Hug. Card. in c. 4. Luc. Matth. 4.

9. Hugo Card. illam à Lucifero, Salvatori inten-
tatam instigationem: *Die, ut lapides isti panes fiant*; in sensu morali exponens, ingeniosè inquit: *Præcipite in diebus festivis suggerit lapidem, id est, pœnitentiæ asperitatem, commutari in mollitiem causâ honestatis vel societatis, unde & Judæi petierunt à Pilato, ne corpora, quæ crucifixerant, remanerent in cruce in die festo. Hoc bene faciunt multi, quia quantumcumque pœnitentiam in alijs diebus, in festis deponunt corpora sua de cru-
ce. Quanta malignatus est inimicus, id est*, ut Hugo Cardin. exponit, *in Sancto, gloriati sunt, qui oderunt te, id est, dæmones.*

Hug. Card. ib. Hortus Past. lib. 3. Tr. lect. 9.

Populo in die festo insolenti, ostendit Episcopus sanctus illi dæmones visibiles, illum ad hoc instigantes.

10. De S. Stephano Episcopo Dienſi Auctor qui-
dam refert, quod, dum gregem suum in vitijs obdu-
ratum; ad sanctificationem diei festi, qui ab eo varie profanabatur, pro viribus inducere conaretur; eoque hac de materia prædicante, scandalosissimus in populo notaretur verbi Dei contemptus, ad populum hunc adeo rebellem, inque impietate sua obstinatum corri-
gendum, hoc fuerit usus consilio: *præcepit dæmonibus, qui eos ad dicta facinora incitabant, & quorum voluntati parebant, ut palam sè videndos exhiberent, sine tamen illorum læsione. Parent dæmones, & horrenda spectra sese iis exhibent, fœtore flammaque spirantia; ad quo-
rum aspectum gens territa cæpit oculos aperire, & vi-
tam ac mores corrigere.* Ex qua Historia dæmones præ-
cipuè illos esse colligitur, qui contra dierum festorum sanctificationem præcipuè moliuntur.

Alia notabilis historia S. Aicandri, circa violationem festorum.

11. Laurentius Surius in vita S. Aicandri Abbatis
pariter refert, quod, cum dictus Sanctus in Monasterij negotijs occupatus & distractus, tempus opportunum non haberet, coronam sibi monasticam à tonsore apportari fecerit: *quod cum ageretur, videt humanæ salu-
tis adversarium, quam promptus sit ad nocendum, quo-
modo de nostris offensionibus exultet. Et ecce diabolus intra tenebrosum cellæ angulum sè continebat, nefan-
dam cautionem in manibus tenens, & semper ut attonsa coma deorsum fluebat, ipse colligere & in numerum capillaturam omnem redigere videbatur. Res tremenda*, inquit Historia, *& solicitè pensanda*; cum enim S. vir Dei dæmonem increpando interrogasset, quid face-
ret: Respondit, *meum est officium, seu verum Dei habi-
tacula revisere & offensas singulorum breviario meo anno-
tare, & sic Principi nostro referre, ne ad concilium ipsius revertentem vacuum, supplicijs diuturnibus jubeat excru-
ciari. Nam hujus ministerij fors mihi de te singularem ho-
die palmam apud Principem meum obtinebit.* Sed quæ obsecro, hujus S. Abbatis prævaricatio erat, in qua dæmon gloriari poterat, se de eo trophæum reportasse? num forte aliquis gulæ excessus erat, vel peccatum va-
næ gloriæ aut otij defectus, vel lapsus aliquis impu-
dicitiæ? audiamus dæmonem respondentem: *Dum te, inquit, Dominicæ noctis festivum tempus illicito opere transgredi renuncio: minimè à tonsione, minimè in-
quam cessa, ut de numero capillorum nostræ cautionis abacus accumuletur.*

Levit. 23. v. 40. In solemnitatibus maximè inimicorum insidiis insectamur.

12. Levitici cap. 23. solemnitates & festa præcipua
populo imperata præscribuntur; in fine autem capitis ita statuitur: *Sumetis vobis ... fructus arboris pulcherri-
mæ, spathulasque palmarum, ... Celebrabitisque solemnita-
tem.* Circa quæ verba quærendum venit, quid in eo lateat, mysterij, quod inter aliarum arborum ramos, palmarum quoque frondes in hac occasione interseri jubeantur? S. Bruno de ornatu Ecclesiæ, mysterium hoc pandit verbis sequentibus: *Instrumenta victoriæ design-
nantur, spatula enim diminutivum est à spata, palma vero victoriam significat. Victoriæ verò instrumenta, virtutes & bona opera sunt, quibus vitia & malignæ Spi-
ritus superantur. Sunt itaque hæ spatulæ valde neces-
sariæ in solemnitatibus, quia tunc maximè inimicorum in-
sidijs infestamur:* non sine causa Jeremias inter alia lamentatur: *Viderunt ... & deriserunt Sabbata ejus*; quæ verba Glossa in favorem nostrum ita exponit: *Tunc dæmones Sabbata nostra deridet, cum à bonis nos feriari vident.* Dionysius Carth. inquit: *Invisibiles ho-
stes videntes Christianos, diebus festis à servilibus operi-
bus, non à peccatis cessare: imò tunc plus inanter agere, solemnitates eorum & eos deridet, quod etiam infideles facerent, si insanias Christianorum, diebus festis contin-
gentes, inspicerent.* Unde S. Antoninus, postquam inanes Christianorum diebus festivis occupationes re-
censuisset, exclamat, dicens: *O abusio perversa homi-
num & jactura temporis irrecuperabilis, negotium gratissi-
mum dæmonis! apte de his dixit Jeremias: [Viderunt eam hostes,] id est, dæmones, inimici pessimi animæ, [& deriserunt Sabbata sua,] id est, festa, quia scilicet non Deo, sed sibi vacant, ventri & dæmoni.*

Num. 23. v. 7. Gl. ssa. Ibid.

S. Anton. sum Theol. p. 2. Tit. 9. c. 5. §. 4. Thren. 1. v. 7.

Dæmones irridet Sabbatha nostra, *Thren. 1. v. 7. Gl. ssa. Ibid.*

13. Verum inquies: ex quo diebus festivis, ut in
Discursu 5. vidimus & quotidiana ut plurimum, do-
cet experientia, iniquitas & offensa Dei ex dæmonis instigatione magis abundat, quo igitur motivo ijdem maledicti Spiritus, simul inter se dicunt, in corde suo: *Quiescere faciamus omnes dies festos à terra*, cum ta-
men in ijs majus sibi comparent lucrum, quam in die-
bus profanis. Pro resolutione Hugo Card. notandum monet, quomodo hæc conjuratio inter ipsos instituta sit, dicunt enim: *quiescere seu cessare faciamus omnes dies festos Dei à terra.* Unde colligitur, quod festa Dei abrogata velint, non sua, licet enim Dominica & aliæ solemnitates & festa Sanctorum ad cultum Dei directa sint, Dei tamen festa non sunt, quia à fidelibus profanantur ac proinde dici potest, quod pro majori parte suum affectui sint intentum, quia ut ex sequenti Discursu patebit, Deus in festis nostris parum vel nihil invenit, quod suum est, licet in ejus dedicata sint hono-
rem. Unde Hugo *ad literam* ita exponit: *Omnes cessare faciunt dies festos Dei à terra, quia festa non cu-
stodiuntur, ut debent, quia fere omnes vadunt vel ad operationem, vel ad tabernam, vel ad prostibulum; & ad*

Festos dies dæmones quiescere faciunt, eo quod debitè non celebrentur. *Psal. 73 v. 8.*

Hugo Card. Ibid.

Hugo Card. Ibid.

ad Ecclesiam non curant ire nec facere id, pro quo festa sunt instituta, scilicet vacare Deo & sibi. Quot enim sunt, qui ab infernali Pharaone instigati servos suos laborare cogunt; dicentes ipsis: *Ite ad onera vestra...*

Exod. 5. v. 4. Ibid. v. 17. Ibid. v. 18. Psal. 73. v. 4. Hug. Card. Ibid.

Vacatis otio, & idcirco dicitis: eamus & sacrificemus Domino; Ite ergo & operamini. Hugo super illa verba: [*Posuerunt signa sua, signa;*] *signa sua, dicit, non Dei sed dæmonum.* Declarat insuper, hæc infernalia signa; quæ à dæmonibus in diebus festivis explicantur, quadruplicia præcipuè esse; *duo carnis, & duo Spiritus; scilicet gula, luxuria, superbia & avaritia*; quæ vexilla diebus festis specialiter in contumeliam & ignominiam cultus & honoris Dei ut plurimum triumphant. Unde S. Hieronymus super illa verba: *Viderunt eam hostes & irriserunt Sabbata ejus*, ita scribit: *Præcepto etenim legis ab exteriori opere cessatur in Sabbato; hostes autem Sabbata videntes, deridentes, cum malignis Spiritus vacationis otia ad cogitationes illicitas pertrahunt; unaquæque anima, remota ab externis actionibus servire Deo creditur eo magis eorum Tyrannidi, illicita cogitando, famulatur.*

Thren. 1 v. 7. S. Hieron. Ibid.

DISCURSUS VIII.

ARGUMENTUM.

Deus festa nostra abominatur, nec ea ut sua agnoscit; illis enim abutimur, ut nostris vacemus commodis, nostrisque inordinatis appetitibus satisfaciamus.

THEMA.

Solemnitates vestras odivit anima mea, facta sunt mihi molesta, laboravi sustinens. Isai. 1. v. 14.

Quomodo & quare Deus oderit solemnitates nostras. *Isaiæ 11. v. 13. Ibid. v. 14.*

1. DEus olim apud Isaiam, populi sui detestans in-
gratitudinem, ipsum Sodomæ & Gomorrhæ comparavit, dicens: *Audite verbum Domini Principes Sodomorum, ... populus Gomorrhæ: Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum dicit Dominus: plenus sum ... Ne offeratis ultra sacrificium frustra, incensum abomi-
natio est mihi; Neomeniam & Sabbatum & festivi-
tates alias non feram; iniqui sunt cœtus vestri; Ca-
lendas vestras & solemnitates vestras odivit anima mea, facta sunt mihi molesta, laboravi sustinens. Et cum extenderitis manus vestras, avertam oculos meos à vo-
bis & cum multiplicaveritis orationem, non exaudiam.* At vero dicet aliquis, nonne Deus idem ipse erat, qui in Exodo, Levitico & alibi, sacrificia, holocausta, victimas, oblationes, incensa, thymiamata, festa cunctasque alias solemnitates & ritus sacros in hono-
rem sui exhiberi præceperat? Cum igitur Deus de se-
ipso dicat: *Ego Dominus & non mutor*, qua ratione nunc rejicit, repellit & abhorret, quidquid in Divini cultus sui honorem antea præceperat? quo pacto di-
cere potuit: *Calendas vestras, solemnitates vestras odi-
vit anima mea*, quando hæc festa ejus erant, quæ in suum obsequium celebrari jusserat? sed facilis est ad hæc omnia responsio; etenim verum quidem est, quod hæc omnia festa ab eo ordinata fuerint, quod-
que populus ejus illa adimpleverit; at verò in hono-
rem ejus ipsum non fecit; unde S. Hieronymus notat, quod *non suas nominet festivitates, sed eorum, qui malè bis abutuntur*; ideoque Deus in illis solemnitatibus nihil suum cernebat, illa quidem solùm quoad exter-
nam apparentiam ad se ordinata esse videbat; cæte-
rum verò eadem ob fines & lucra sua temporalia cele-
brari non ignorabat.

Malach. 3. v. 6.

S. Hier. ibid.

2. Idem quoque Deus apud Prophetam Amos in-
fideli huic populo protestatus est, dicens: *Odi & pro-
jeci festivitates vestras, & non capiam odorem cœtuum vestrorum, quod si obtuleritis mihi holocaustomata & munera vestra, non suscipiam*; cujus epulisse & abo-
minationis rationem S. Antoninus in hoc solum refun-
dit, quia festa illa non sua, sed ipsorum erant: *Projeci festivitates vestras, quia scilicet eas vobis faciis, non mihi*; in festis enim diebus in summam Dei offen-
sam dissolutio ut plurimum regnat, non in ipsismet obsequium & honorem effloriscens pietas & devotio. Albertus pariter ita exponit: *Festivitates vestras, in quibus scilicet non ad me laudandum, sed ad concupiscen-
tias explendas convenitis*; qualem festivitatem abu-
sum Apostolus in Corinthijs reprehendit, dicens: *Hoc autem præcipio, non laudans, quod non in melius, sed in deterius convenitis.* Similiter Deus altaris sui minis-
tris indignatus, per Prophetam Malachiam comminaba-
tur: *Dispergam super vultum vestrum stercus solemni-
tatum vestrarum.* Ubi Interpres quidam ait: *Bene*

Amos 5. 21. Rejicit Deus solemnitates, quia non ipsi, sed nobis illas facimus.

Alb. Mag. Ibid.

1. Cor. 11. v. 17.

Malach. 2. v. 3. Ribera ibid.

*dicit, solemnitatum vestrarum, id est, non mearum; non enim ego in illis color, nec mihi placere studetis, sed vobis; sicut cum ait, Exod. 32. Vade, descende, pecca-
vit populus tuus.*

Exod. 32. v. 7.

3. Mysterio pariter non vacant illa Ecclesiastici
verba: *Et immutavit tempora & dies festos ipsorum, & in illis dies festos celebraverunt ad horam.* Hic enim Textus nisi ad mores explicetur, difficultate non ca-
ret, cum constet, nullum esse diem festivum, qui ad unius horæ dumtaxat breve spatium extendatur; cum diei festi exordium à primis vesperis incipiat, & ad oc-
casum usque Solis sequentis dici perseveret; imò so-
lemnitates præcipuæ sæpe numero per integram octa-
vam celebrantur; cur igitur dicitur: *Dies festos cele-
braverunt ad horam?* at verò quisquis tempus, quod diebus festivis devotioni & pietati impenditur, dili-
genter examinarit, illud brevissimum esse deprehen-
det, quia quasi totum in discursibus profanis, in cir-
culis, in curiositatibus, in audiendis musicis, in cursi-
bus, nundinis, & alijs vanis gaudijs transigitur. Quod verò Deo & Sanctorum, quorum festa solemni-
zantur, honori tribuitur, modicum est, seu potius nullum.

Eccli. 33. v. 9. Major pars diei festi, impenditur profanis.

4. Salvatore nostro, ut est apud S. Lucam, in do-
mum Jairi, ad filiam ejus resuscitandam abeunte, po-
pulus per viam copiosè confluens, ipsum comprime-
bat, quando Hæmorrhoissa ad fimbriam vestimenti ejus contingendam magna cum fide accedens, ab in-
firmitate sua erepta fuit: *Contigit dum iret*, inquit Evangelista, *à turbis comprimebatur*; unde conversus ad multitudinem illam interrogavit; *quis est qui me tetigit? negantibus autem omnibus dixit Petrus & qui cum illo erant: Præceptor, turbæ te comprimunt & affligunt, & dicis: quis me tetigit?* Pari quoque modo persæpe in aliqua processione, festo solemni, Ecclesia vel platea, incredibilem videbitis populi concursum, paucos verò qui fide & devotione sunt præditi; una tantum muliercula in hac occasione suam erga Chri-
stum fidem & devotionem exercuit; imò in hujusmodi turbis sæpè contingit, quod timor Dei amittatur & ad quævis illicita facienda licentia, dissolutio & libertas liberrimum habeat aditum, ita ut verè Deo dici pos-
sit: *Turbæ te comprimunt & affligunt.* Pauci admodum simbriam Salvatoris tangunt, id est, qui ad commu-
nionem accedant; nam ut S. Antonius de Paudua ait: *Vestimenta Christi, ipsius est caro*: de qua dicitur: *Quare rubrum est indumentum tuum?* dum in aliqua Ecclesia, plenaria lucrabilis est indulgentia, populus quidem ob Ecclesiæ apparatus, musicæ præstantiam, aliasque vanas curiositates in magna multitudine con-
currit, non verò ut animæ infirmitates per corporis Christi antidotum, curet ac sanet; imò nonnumquam huic injuriam faciunt, perque irreverentiam contem-
nunt: verificaturque in ijs, quod D. Chrysologus his verbis deplorat: *Quod nobis flendum est, mulier de vulnere medicinam tollit; nobis medicina ipsa retorque-
tur in vulnus:* De qua eadem temporum suorum mi-
seria lamentans S. Augustinus, inquit: *Qui solemnita-
tibus Jerusalem implent Ecclesias; solemnitatibus Baby-
loniæ implent theatra, & tamen fervitent, honorant, obse-
quuntur non solùm ipsi, qui portant Sacramenta Christi & oderunt præcepta Christi; verum etiam illi, qui nec Sa-
cramenta ipsa portant, pagani licet sint; Judæi licet sint, honorant, prædicant.*

Multi concurrunt ad solemnitates, & indulgentias plenarias, sed pauci ex illis capiunt fructum. *Luc. 8. v. 42. Ibid. v. 45.*

S. Ant. de Fad. s. in Dom. 24. post Trinit.

Isai. 63. v. 2.

D. Chrysol. ser. 34.

S. Aug. in Psal. 61.

5. Increata olim Sapientia Sabbati observantiam, po-
pulo annunciandam, Moysi committere volens, mi-
rabili loquendi phrasi utebatur. *Loquere filiis Israël*, inquit, *& dices ad eos: videte, ut Sabbatum meum cu-
stodiatis*; quid enim opus erat dicere: *meam?* cum nemo Sabbatum ad cultum Dei sanctificatum & con-
secratum esse ignoret? præterquam quod cum omnes dies Dei sint; *tempora vel momenta ... Pater posuit in sua potestate*; multo magis Sabbatum Dei esse nosca-
tur; & tamen is, qui *omnia in Sapientia fecit*, id non sine mysterio dixit, prævidebat namque populi istius malitiam, qui illo abusurus, illudque suum facturus erat, festa in suum commodum & beneficium pro-
prium celebrando, recreationibus & otio indulgen-
do, quieti corporis vacando; non verò in operibus pietatis & Religionis transigendo; ideoque dicit: *Facta sunt mihi molesta.* Meritò igitur S. Basilius ait: *Qui sic Sabbata perficiunt, non ut sibi temperent ab improbis operibus, sed ut abstineant his, ad quæ ex of-
ficio tenentur, hos meritò aversatur Deus ac fastidit.*

Exod. 31. v. 13. Cur Deus dixerit Sabbathum meum.

Act. Apost. 17. v. 6. Psal. 103. v. 24.

S. Basil. in c. 1. Isai.

6. Jeremias olim lamentabatur, dicens: *Viæ Sion
lugent, eò quod non sint, qui veniant ad solemnitatem*; quod certè Propheta ille in diebus nostris dicere non posset;

Thren. 1. v. 4. Quomodo intelliga-

tur quod pauci veniant ad solemnitatem.

Interlin. Oleaster. Ibid.

Quia pauci recta intentione veniunt ad Templa.

Psal. 13. v. 2. Eccli. 23. v. 28.

Ecclesiastici cantant in choro intuitu temporalis lucri

Ioan. 7. v. 8. S. August. Tr. 18. in Ioan.

In diebus festivis, plus quæritur gloria humana, quam divina.

Joan. 7. v. 3.

Ibid. Ibid. v. 4.

S. Th. Ibid.

Rup. Abb. l. 6. in Ioan.

S. Aug. ibid.

S. Ant. de Padua ser. in Fer. 3. Pass. Alb. Mag. Ibid.

Levi. 23. v. 34.

Oleaster. Ibid.

posset; quibus non modo Ecclesiæ, sed & ad easdem ducentes plateæ, populo plenæ sunt ac refertæ, sed ad hoc Interlinearis optimè ad intentum nostrum respondet, dicens: *Lugent, eo quod non sint, qui veniant ad solemnitates pedibus mentis.* Oleaster quoque in favorem nostrum inquit, causam, cur viæ Sion lugebant, non fuisse quia non ingens populi turba ad Templum & festa solemniora convolaret; sed quia eò se non recipiebant gressibus affectus & devotionis erga Deum, *quia pios & cultores Dei desiderabant*; major etenim pars fidelium finibus ducebatur temporalibus, vel ut ornatu Templi se oblectent, vel ut objecta amata videre liceat, vel ut in musica sibi complaceat, vel ut in nundinis circa Templa institutis, in quibus venditur & emitur, lucrum suum adaugeat, vel ut vestium luxum ostentet, aut si quæ sint alia ejusdem generis motiva; & ideo dici posse videtur, quod in Psal. 13. dicitur: *Dominus de cælo prospexit super filios hominum, ut videat, si est intelligens aut requirens Deum*; nam Deus, *cujus oculi sunt lucidiores super Solem*, multitudinem in diebus solemnioribus ad Ecclesias concurrentem intuetur, ut videat, num sit aliquis quærens ipsum, aut ex motivo pietatis & devotionis se eò conferens, *si est intelligens aut requirens Deum*; at verò eheu *omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt, non est, qui faciat bonum, non est usque ad unum.* Ad dices fortasse, nonne Ecclesiastici in choro psallunt, nonne sacrificia & officia divina, majori quâ possunt, celebritate solemnizant? Sed quisquis est, qui hoc opponit, huic ego verum quidem id esse respondeo: at verò quo fine id faciunt, numquid intuitu stipendiorum & emolumentorum majorum, quæ inde lucrantur? sumptuosiores aliquando in Ecclesijs instituunt apparatus, sed vel ad ostentationem vel ad æmulationem, parum curantes, ut fideles Deo reconcilient, ut mensam Eucharisticam frequentiores accedant, aliisque similibus Spiritus & pietatis exercitiis vacent?

7. S. Augustinus super illa Christi verba: *Vos ascendite ad diem festum istum*, observat Christum, dicere: *diem festum istum: in die festo hoc, vos gloriam humanam requiritis*, quia ut plurimum in apparatibus festorum, plus gloria humana quæritur, quàm gloria Dei. Festo Tabernaculorum Jerosolymis appropinquante, proximiores secundùm carnem Christi cognati, eidem in Nazareth commoranti dixerunt: *Transi hinc & vade in Judæam*: sed quo motivo id Christo suadebant, num fortè ut in Templo verbum Dei annunciando, impios ad pœnitentiam provocaret? aut ut in illo festo, ad quod omni ex parte innumerus concurrebat populus, æterni Patris sui honorem zelaret? nequaquam: sed, *ut & Discipuli tui videant opera tua, quæ facis; Nemo quippe in occulto quid facit, & quærit ipse in palam esse: si hæc facis, manifesta teipsum mundo.* Circa quæ verba S. Thomas ait: *Volebant captare gloriam de honore humano, qui Christo exhiberetur à turbis.* Eodem modo Rupertus Abbas hunc Textum commentatur, inquiens: *Gloriam hujus mundi amantes.* Volebant igitur ipsum quoque Filium Dei inducere, ut festi sanctificationem per vanitatis motivum prævaricaretur. Ideoque illos mox à se repulit, dicens: *Vos ascendite ad diem festum hunc, ego autem non ascendo ad diem festum istum*; circa quæ verba. S. Augustinus interrogat: *Quid est, hunc? ubi gloriam humanam quæritis? quid est, hunc ubi extendere velus carnalia gaudia, non æterna cogitare?* S. Antonius de Padua in concione super hoc Evangelium hanc adhibet Glossam: *Ad diem festum hunc, qui scilicet est ad mundanam conversus lætitiam, & non factus ad divinam reverentiam.* Albertus Magnus denique hanc à Christo, cognatis datam reprehensionem his clarius exprimit verbis: *Ascendite ad diem festum hunc, in quo videri & videre quæritis in vanitate & concupiscentia: non propter solemnitatem, sed propter vanitatem, quæ fiebat, ad solemnitatem ascenderunt.*

8. Observandum quoque hoc loco est, qua phrasi hoc festum in prima sui origine, Israëli à Deo præscriptum fuerit: *à quintodecimo die mensis hujus septimi*, inquit, *erunt feriæ tabernaculorum, septem diebus Domino*; ubi singulariter notandum est ly *Domino*, quod Oleaster considerat considerans ad intentum nostrum ait: *Non sunt hæ nostræ solemnitates & festa, neque commodis nostris aut jucunditatibus vacandum est, sed Domino: curanda enim tunc maximè sunt, quæ sunt Domini.* Ex Textu quodam Tertulliani colligitur, Deum, legem Sabbati & vacationem ab operibus præscribendo, dixisse: *omne opus tuum non facies in eo:* Unde subdit *In toto errabant Pharisæi circa legem Sabbati, non animadvertentes eum, conditionaliter eam indicentem, ferias operum sub certa specie eorum præcepisse. Nam cum de die Sabbati dicit: Omne opus tuum non facies in eo, dicendo tuum, humano opere definit, quod quisque ex artificio vel negotio suo exequitur, non de divino. Opus autem salutis, incolumitatis, non est hominis sed Dei proprium.* Et hæc proprie sunt opera quæ festa à Deo instituta honorant & condecorant: Quando vero in illis gloria Dei & animarum nostrarum salus non attenditur, Deus illa tamquam sua non agnoscit, quin potius tamquam sibi molesta odio prosequitur.

Tertull. l. 4. cont. Marcion. cit. à Glossa. ad c. 23. Lev.

Deus festa nostra avertatur, dum in illis non quæritur salus animarum.

9. *Facta sunt mihi molesta.* Quibus verbis, ut Dionysius Carth. inquit, *loquitur Deus more hominis fatigati & tædio affecti de aliquo facto.* Quod etiam Textus Hebraicus subindicat, qui ita legit: *Fuerunt mihi ad gravitatem: laboravi sustinens*; quia solemnitates Judæorum hypocriticæ, utpote interius ad fines temporales à Judæis ordinatæ, quasi insupportabile onus illum premebant. Unde & Oleaster legit: *Calendas vestras, & solemnitates vestras odivit anima mea, fuerunt super me ad onus, laboravi ut ferrem.* Haymo Episcopus Halberstadiensis verba illa; *laboravi sustinens* ita exponit, ut sensus sit: *quasi laborare me feci stis supportando malitiam vestram, & suspendendo vindictam, dum expectò diutissime conversionem & pœnitentiam vestram.* Cui consonat Dionysius Carth. qui per onus hoc quod Deus in hisce solemnitatibus sustinet, peccata intelligit, quæ impij & perversi Hebræi in ijsdem committebant. Unde ait: *laboravi sustinens, id est, adeo graviter me offendistis, quod sustinendo vestra peccata, per modum laboranti me habui.* Enimvero quod alios execrandos homicidiorum, rapinarum, blasphemiarum, obscœnitatum, aliarumque similium ut Scripturis Sacris sæpius expressarum iniquitatum excessus attinet, nusquam invenimus, quod Deus, qui *appendit tribus digitis molem terræ*, se gravatum & oppressum esse lamentetur, sicuti se gravatum asserit, ex peccatis, quæ in festis suis committuntur; cujus ratio est, quia, ut in Discursu 6. probavimus, hæc peccata inter alia sunt gravissima. Unde S. Hieronymus super Isaiam ita legit: *Facti estis mihi in satietatem: pro quo interpretatus est Aquila: laboravi sustinens; Symmachus vertit defeci miserans, ut ostendat, se nequaquam ultra misereri.* Peccata enim enormia esse debent quæ Deus inexpiabilia omnique venia indigna esse declarat. Imo Deus apud eumdem Isaiam eodem capite ob eamdem causam sacrificia ipsorum acceptare, & placari renuit, dum ait: [*Ne offeratis ultra sacrificium frustra, incensum abominatio est mihi,*] *id est, detestor, & pro nihilo deputo illud, ac frustra videmini mihi servire exterius dum offenditis interius.* Gratissima enim Deo sacrificia sunt, actus contritionis de peccatis concepti, Psalmista attestante, qui ait; *Sacrificium Deo Spiritus contribulatus, cor contritum*, Hebræi autem loco ejus quod Deum in festis per sacrificiorum oblationem de peccatis commissis placare deberent, nova insuper peccata committebant; Et ideo Deus ait: *Ne offeratis ultra sacrificium frustra*, id est, ut Haymo prædictus exponit: *Absque mundo corde & pura intentione.*

Dion. Cart. Ibid.

Tales solemnitates sunt Deo onei, & graves.

Oleast.

Haymo.

Dion. Cart.

Propter execranda peccata quæ in illis committuntur.

S. Hier. in c. 1. Isæ.

Isa. 1. v. 13.

Psal. 50. v. 19.

Haymo.

10. Quis umquam præsumere potuisset, quod quando Scribæ, Pharisæi, Sacerdotes & Levitæ elevatis in cœlum manibus, sacrificia & holocausta coram Sanctuario offerebant, cœtus illorum scelerati & iniqui à Deo appellandi essent? Et tamen Deus ille, *qui scrutatur renes & corda*, expressè protestatur, inquiens: *Iniqui sunt cœtus vestri, ... Et cum extenderitis manus vestras, avertam oculos meos à vobis, manus enim vestræ sanguine plenæ sunt.* Nec mirum, quia magna pars hominum non solum ad festa quæ sanctificari debent, cum conscientia contaminata convolant, verum etiam sæpe hunc sibi præcipue finem propositum habent, ut illa omni sordium genere commaculent, plerique enim impij Christiani, festis non alio fine utuntur, quam ut in iisdem carnalibus appetitibus suis plenè satisfaciant, & *servire faciant Deum & Sanctos peccatis suis.* Quem intolerabilem abusum, festa in fomentum dissolutionum adhibendi. S. Carolus Borromæus in quodam Concilio Provinciali his verbis deplorat: *Ea sunt morum corruptela, is depravatus usus, ab omni & divina & humana lege alienus, ut Deo dicati dies, sanctisque rerum officijs consecrati, ac Spiritus sancti doctrina instituti, tum ad recolenda divina beneficia, tum ad honores debitos Sanctis tribuendos, ad eorumque vitæ imitationem excitandam, non modò ut oportet sanctè non celebrentur,*

Cur Deus execratus fuerit holocausta, in sanctuario sibi oblata.

Rom. 3. v. 15. Isaiæ 1. v. 15. & 59.

Act. Eccl. Mediol. p. 85. Concil. Prov. 3.

Amos 5. v. 21. Dion. Cart. Ibid.

lantur; sed quod gravissimum est nefariè violentur, operibus, officijs, verumque alterionibus, ab eorum cultu & pietatis Christianæ studio alienis. Unde clarè videtur, quod Christiani Hebræorum imitentur abusus, contra quos Deus apud Amos Prophetam c. 5. ut diximus protestatur, inquiens: *odi & projeci festivitates vestras, & non capiam odorem cœtuum vestrorum.* Quem textum Dionys. Carth. his verbis exponit: *hæc autem idcirco dicuntur, quoniam sacrificijs & celebrationibus festivis istorum, tot scelera erant admixta, quæ Deo non placuerant, opus enim Dei fecerunt tam irreverenter*; unde pro nobis Christianis idem Author sequentem deducit moralitatem: *Festivitates Christianorum, qui festis diebus vitijs carnis, ludis & vanitatibus vacant, & plus solito peccant, despicit Deus, non enim veraciter solemnizant, quoniam Deo reverenter non adstant, nec diem expendunt, in actibus sanctis celebrier.* Idem quoque, horum verborum *non capiam odorem cœtuum vestrorum*, hunc sensum esse dicit: *Preces & hostiæ, atque obsequia talium factore sunt plenæ, cum oriantur ex turpissimo fonte, puta ex anima mortalibus culpis obnoxia*; ideo quoque apud Isaiam Deus inquit: *incensum abominatio est mihi*; quia ut incensa, quæ offeruntur, gratam Deo spirent odorum fragrantiam, necessum est ut conscientia nostra, quæ illa offert, bonum exhalet odorem, illum nimirum, de quo Apostolus dicebat: *Christi bonus odor sumus.*

Isaiæ 1. v. 13.

2. Cor. 2. v. 15.

DISCURSUS IX.
ARGUMENTUM.

Sensualitas carnis per gulam nutrita, diebus festivis, hoc præcipuè fine abutitur, ut nostris vacemus commodis, nostrisque inordinatis appetitibus satisfaciamus.

THEMA.

Incenderunt igni sanctuarium tuum, in terra polluerunt tabernaculum nomnis tui. Psal. 73. ℣. 7.

Irritamentis gulæ, & ignè cupidinis profanantur festivitates nostræ.

Psal. 73. v. 8.

1. INter alias miserias, quas Psalmista Jerosolymæ accidisse deplorat, quando à Chaldæis destructa fuit, una eaque præcipua fuit sanctuarij profanatio, festorumque & omnium aliarum solemnitatum, quæ in Dei honorem celebrantur exterminium; unde subditur: *dixerunt, quiescere faciamus omnes dies festos Dei à terra.* Quod vero spiritualem attinet sensum, dicta verba Hugo Cardinalis, de implacabilibus infernalium spirituum contra Deo, sanctisque ejus in diebus festis debitum cultum persecutionibus intelligendum censet, siquidem ad ea profananda impuras adhibent concupiscentiæ carnales flammas; unde Hugo Card. ait: *Incenderunt igni cupidinis*; neque enim tantum dæmones & sacerdotes luxuriosi incendunt sanctuarium Dei igne luxuriæ suæ. Qui abusus in christianismo impios inter & flatiosos, invaluit nimirum, dum festos specialiter dies appetituum lascivorum, defœdant turpitudinibus: *Incendunt igne cupidinis sanctuarium Dei polluunt tabernaculum nominis sui.* Nemo equidem dubitare potest, quin gula efficacissimum sit libidinis fomentum; hæc autem vel maxime in solemnitatibus locum habet, ut proinde non immerito D. Chrysostomus dixerit: *In festis multum merum, mensa refecta, ad satietatem comessatio*; sed quo successu, *ibi turpitudo, ibi omnis pompa satanica.* Cui & Origenes abusui, de diebus festivis ab Ecclesia introductis, in libro contra Celsum tractans, ingemiscit in hæc verba: *Confer mone etiam hæc quæ diximus cum Celsi festis, & gentium, & vide an non longè potiora sint hæc nostra, quam illa, in quibus superbia carnis feriatur, lasciviæque indulgens petulanter ebrietatibus, libidinibusque.* Ubi ebrietatem libidini associatam videmus, quæ vitia tunc temporis in gentilium festis insolenter triumphabant; sed utinam idem hic abusus nostris quoque diebus minime prævaleret.

Hugo Card. Ibid.

D. Chrysost. T. 5. f. 34. de Resur. Christi.

Orig l. 7. contra Celsum.

Cur vigiliæ quorumdam festorum jejunentur.

S. Bern. ser. in vig. S. Andreæ.

2. Non absque causa principaliores Ecclesiæ solemnitates, vigiliæ, jejunia, carniumque præcedunt abstinentiæ, utpote mediis quibus carnis nostræ reprimitur rebellio ut majori cum honestate & continentia festivitatem obeamus; dicente S. Bernardo: *Sanctorum festa præcipua Patrum sanxit authoritas votivis prævenienda jejunijs, utiliter planè: & non ad insipientiam nobis si affuerit, qui adveniat; multa siquidem quotidie peccata committimus; & in multis offendimus omnes, nec tutum omnino est celebrandas suscipere festivitates sacras, maximeque eas, quæ maximæ sunt, nisi prius abstinentiæ purificatione præmissa, quo & digniores & capaciores inveniamur spiritualium gaudiorum.* Atque hanc quidem institutionis vigiliarum rationem S. tradit Bernardus; veruntamen ut in Discursus hujus progressu docebimus, unicà in hoc incumbit Ecclesia sancta, ut festa, corde, animaque pura, munda, & casta quam studiosissimè solemnizemus, ideoque corporis macerationem & abstinentiam, hunc in finem singulariter deservientem præscribit.

3. Duos S. Scripturæ textus sibi invicem prima fronte dissonos mihi in præsenti contemplari video; nam apud S. Matthæum Salvator noster præcipit dicens: *orate, ut non fiat fuga vestra in hyeme vel Sabbato.* Econtra vero S. Lucas eadem verba ita recensет: *attendite vobis, ne forte graventur corda vestra in crapula & ebrietate & curis hujus vitæ*; quæ namque duos hos inter textus considerari potest relatio? S. Augustinus utrumque conjuncturus S. Matthæum metaphoricè, sanctum verò Lucam clarè locutum fuisse arbitratur; ita ut quod primus per Ly *hyeme* inferre voluit, idipsum secundus per Ly *curis hujus vitæ* declararit; & quod S. Matthæus per nomen *Sabbati* significavit, S. Lucas expresserit nominibus *crapula & ebrietate*; quia nimirum relationem Dominicam inter & festa ex una parte, & gulam ac ebrietatem ex altera intercedit, nimirum quantum confirmant, stabiliuntque sæcula nostra, & stabilierunt præterita, dicente S. Augustino *ad hyemem pertinent curæ hujus vitæ, quas Lucas aperte posuit; ad Sabbatum autem crapula & ebrietas. Curæ quippe tristes sunt velut hyems, crapula verò & ebrietas carnalis lætitia, luxuriaque cor submergit, atque obruat, quod malum propterea Sabbati nomine significatum, quia hæc est sicuti & erat Judæorum pessima consuetudo, illo die delicijs assuere, cum spirituale Sabbatum ignorant.*

Matth. 24. v. 20. Lucæ 21. v. 34.

Conciliantur duo Scripturæ S. loca circa hanc materiam, sibi apparenter contraria.

S. Aug. l. 2. de Consens. Evang. c. 77.

4. Hugo Card. illud à Deo circa Sabbatum factum præceptum: *omne opus servile non facietis in eo*, exponens, inquit: *semper illud opus faciendum est, de quo Joan 6. [Operamini, non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam;] sed in festis malè magis operantur cibum, qui perit, scilicet, qui gulæ tunc se exponunt*: Legatis si placet caput 25. Numerorum, ibidemque mulieres Madianitides ad populum à Deo seducendum à cibis & epulis idolis oblatis incepisse invenietis, ad has namque gustandas populum inducebant, indeque ad eumdem in idololatriam præcipitandam progrediebantur, idem quoque in diebus festis dæmonis est artificium, nam sub prætextu lætitiæ efficit ut lauta præparentur convivia, diversorum inter se ineantur convivia, recreationes quoque instituantur licitæ quidem, sed in eum finem ordinatæ, ut per illas ad quemvis impuditicitiæ excessum lata aperiatur janua.

Levit. 23. v. 7. Hug. Card. in c. 17. Jerem. Ioan. 6. v. 27.

In festis malè plerumque indulgent gulæ & crapulæ.

Num. 25.

5. Deus olim festorum sanctificationem prævaricantibus comminatus est, dicens: *dispergam super vultum vestrum stercus solemnitatum vestrarum.* Sed quænam obsecro solemnitates inter & stercus analogiæ est proportio? ni fallor, Deus hisce verbis ad abusum crapularum & ebrietatum à dæmone diebus festivis introductarum, quæ tandem in excrementa resolvuntur, alludere voluit, comminatus enim est, quod ejusmodi transgressores per dysenterias, per ignominiosos morbos, aliaque probra castigaturus esset. Sacra Sponsa olim in sacris Canticis ait: *Surgam & circuibo civitatem: per vicos & plateas, &c.* Idem quoque multi parum timorati diebus festis facere contendunt, siquidem à primo momento, quo è strato surrexerunt toto die nil aliud faciunt, quam quod diebus festis per vicos & plateas discurrant, ut per lascivos obtutus effræni appetitui carnis satisfacere valeant, at vero, quisnam tandem hujusce divagationis justo Dei judicio subsequitur eventus? *Invenerunt me vigiles, percusserunt me*; siquidem dum hoc modo quaquaversum oberrant similis dissolutionis affectas obvios habentes, tandem in rixas, duella, & strages pessimas incidunt. Dionysius Carth. super eumdem Malachiæ textum scribens: *Stercus solemnitatum* significare dicit: *immunditiam vitiorum, quæ in festis vestris committitis, & irreverentiam quam mihi facitis, in vos manifestè convertam, vos confundendo ac puniendo*; Deus namque in pœnam impuditicitiæ qua lascivi divinum ejus cultum profanant, permittit, ut ignominias & contumelias irreparabiles recipiant.

Malach. 2. v. 3.

Quid intelligatur per stercus solemnitatum nostrarum.

Cant. 3. v. 2.

Dion. Cart. in Malach.

Ibid. v. 3.

6. Deus olim per Isaiam populo suo exprobravit, dicens: *Iniqui sunt cœtus vestri*; idque, ut Hugo Card. exponit, *quia non spirituales hostias offertis, sed carnales, & carnali intentione*; & ideo idem Deus pariter per Isaiam alibi inquit: *Non me invocasti Jacob, nec laborasti in me Israël; Non obtulisti mihi arietem holocausti tui, & victimis tuis non glorificasti me*; Cujus ratio est quia festorum profanatores & maximè lascivi,

Isa. 1. v. 13. Hugo Card. Ibid. Isa. 43. v. 22. & 23.

Perstringitur impudicitia, quæ com-

mittitur festivis diebus. *Isaiæ.43. v.24.*

vi, festis abutuntur, ut carnalibus suis desiderijs indulgeant; Et ideo Deus ibidem mox subdit: *Verumtamen servire me fecisti in peccatis tuis, præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis.* Albertus Magnus, inter alias transgressiones quibus Deus in festis offenditur, hanc quoque annumerat, dicens: *alij per obscœna detrahant, potibus & esis, & venereis intendentes, nec veniunt ad festum, nisi ut impudico oculo ibi juvenculas inspiciant & videantur ab ipsis*; Quem admodum gentiles facere olim consueverunt, qui in sacrificijs & festis in honorem Deorum suorum institutis, primo quidem crapulæ indulgere, exinde vero magis ijs obsequium præstituri, nulli non obscœnitati vacare solebant, quem in finem circa eorum templa densæ extruebantur sylvæ, in quibus sese inter turpitudines occultabant; quo Tertullianus alludens, inquit: *Quæ idololatriæ, solemnias sine ambitione cultus & ornatus? in illa lasciviæ & ebrietatis cum plurimum victus & ventris, & libidinis causa frequentatur.* Qui idem Author de Christianis, qui à gentilibus Imperatorum inimici, eo quod in natalibus eorum licentiæ frænum relaxare nollent, proclamabantur, tractans sequentem instituit Discursum;

Gentiles festa suorum Deorum colebant crapula & libidine.

Tertull. l. de Idol. c.1.

Propterea publici hostes Christiani, quia Imperatoribus neque vanos, neque mentientes, neque temerarios honores dicant, quia veræ Religionis homines, etiam solemnia eorum, conscientiâ potius, quam lasciviâ celebrant. Grande videlicet officium, focos & toros in publicum educere, vicatim epulari, civitatem tabernæ habitu abolefacere, vino lutum cogere, catervatim cursitare ad injurias, ad impudentias, ad libidinis illecebras. Ecce vobis quam exactè paganorum idololatrarumque vestigijs inhærent Christiani, dum in festis & solemnitatibus carnales venantur immunditias. *Succine exprimitur publicum gaudium per publicum dedecus* (verba sunt consequentia ejusdem Tertulliani) *bæccine solemnes dies Principum decent, quæ alios dies non decent? qui observant disciplinam de Cæsaris respectu, hi eam propter Cæsarem deserent? & malorum morum licentia pietatis erit? Occasio luxuriæ Religio deputabitur? O nos meritò damnandos! cur enim vota & gaudia Cæsarum, casti & sobrij & probi expungimus?* Quæ inter verba quem non percellunt ista: *occasio luxuriæ, Religio deputabitur?* Igiturne temerarij adeo & sacrilegi inveniemur, ut festa in Dei Sanctorumque honorem instituta in sensualitatum, & carnalium illecebrarum adimplerione impendamus? quin potius S. Nili audiamus consilium dicentis: *Præstat domi quiescere, quam ut quis, dum festa colere sibi videtur, dæmoni in prædam cedat.* Quo pariter S. Bernardus respexisse videtur, dum ait: *Nihil dubium, quin gratior ei sit, & multo acceptabilior illa festivitas, qua intenditur epulis animarum, quam sit ea, quæ celebratur à sæcularibus, curam carnis perficientibus in desiderijs voluptatum.*

Hos sæpè imitantur Christiani diebus festivis.

S. Nilus de 8. vitiosis affect. S. Bern. serm. 2. in fest. omn. Sanct.

7. Memineritis utique quanta cum severitate irrevocabilem mortis sententiam ipsemet Deus in infœlicem illum pronunciarit olim, qui in Sabbato ligna colligebat, ut scilicet ab omnibus in mortem usque lapidaretur; ast causam tam severæ justitiæ, si nosse desideratis, S. Cyrillum audite dicentem: *Ideirco enim is, qui ligna Sabbato colligit, lapidibus obruatur, quasi qui veritatem in typo violaverit.* Alias equidem inter Sabbati observantias prohibebatur Israël ignem accendere, quam licet legem hic non transgrederetur, ligna nihilominus, quæ ignis sunt alimentum collegit, ideoque punitus fuit. Ita quoque Deus in festorum suorum sanctificatione ignem accendi vetuit concupiscentiæ carnalis, nihilominus quot quantosque reperire fecerit, qui ligna colligunt, id est, occasiones & incentiva aucupantur luxuriæ, & *incendunt igni sanctuarium Dei?* Ideoque S. Basilius 1. Isaiæ caput commentans, inquit: *jubet, ut ne ignem accenderent, hoc est, ne quis sinat se exuri incendio carnalium affectionum.* Unde ex mente ejusdem S. Doctoris in die Dominico & festo ligna colligere ad accendendum ignem, est per plateas & vicos aberrare, ad quærendam objectorum lascivorum, & impudicorum confortiorum occasionem, ac proinde quid mirum, si inde justa Dei provocetur indignatio.

Num. 15. v. 22. Continet mysterium quod Deus olim ligna colligentem in Sabbato lapidari mandaverit. S. Cyrillus Alex. l. 4. in Joan. cir. fin.

S. Basil. in c. 1. Isa.

8. Deus per sacros Doctores Spiritus sancti inspiratione illuminatos, multifariam nos monuit, ut festa anima & corpore mundo, atque ab omni amore & affectu carnali purificato sanctificemus, in iisque odoratissima Deo incensa adoleamus, in signum quod omnem immunditiæ fœtorem planè abominemur; unde S. Augustinus ait: *Ei suavissimum adolemus incensum, cum in ejus conspectu pio sanctoque amore flagramus.* Origenes specialem nos docet modum, quo paschalem solemnitatem semper celebrare valeamus, dicit enim:

Diebus festivis maximè abstinendum ab immunditijs carnalibus. S. Augustin. l. 10. de Civ. Dei. c. 4.

abstineas à mundanis voluptatibus multos seducentibus, nec alens carnis ferociam, sed suggillans corpus suum, & in servitutem redigens, semper agit parasceven. Et idcò inter ritus, quibus Deus populo suo agnum paschalem manducari præcepit, unus fuit, ut scilicet eumdem cum lactucis sylvestribus, quæ amaræ erant, manducarent, & tamen pascha inter cætera festa celeberrimum erat, cujus præcepti S. Eligius hanc rationem assignat, quia *lactuca agrestis valde amara est, & in viris luxuriam reprimit.* Origenes modum docere volens, quo solemnitates Paschatis, Pentecostes, aliasque magis insignes sint sanctificandæ, inquit: *qui perfectus est ratione, operibus, cogitationibus perpetuo hærens Deo, semper agit dies Domini.* Novarinus ex authoritate Oleastri probat verbum *solemnitas*, in Hebræo idem significare quod *agnus*, ut per hoc innuatur, quod ad digne festa celebrandum unice requiratur, ut veluti agni immaculati puri semper inveniamur.

Orig. lib. 10. Cels. Exod. 12. v. 8.

S. Elig. Novion. Hom. 14. Orig. l. 8. cont. Cels. Nov. Elect. fac. l. 2. c. 5. n. 267.

9. S. Isidorus Pelusiota præceptum de celebrando die septimo Levit. c. 23. impositum examinans, multasque enumerans virtutes, quæ in diei Dominicæ sanctificatione à nobis exercendæ sunt, ita scribit: *omnia quæ animæ lucrum afferunt expleri præcepit, hoc est precationem, quietem, admonitionem, beneficentiam, pudicitiam, continentiam, veritatem, puritatem*; ubi bene observandum est, quod trinies diversis nominibus pudicitiæ faciat mentionem. In festis quoque purificationis (prout probat Abulensis) tota die abstinebant, viginti quatuor horis in jejunio perseverantes; quodque vel maxime proposito nostro deservit, est, quod pariter à mulieribus & balneis abstinere debuerint. Origenes de eadem propitiatione in quadam homilia ita scribit: *Est adhuc & alia festivitas, cum affligunt animas suas. O mira festivitas! dies festus vocatur afflictio animæ; hic enim dies est propitiationis. Vide ergo si vis diem festum agere, si vis, ut lætetur Deus super te, afflige animam tuam & humilia eam. Non ei permittas explere desideria sua, nec concedas ei lasciviis evagari, & in quantum fieri potest afflige.* S. Augustin. in quodam sermone de dedicatione Ecclesiæ modum tradens, quo eamdem duplicato cum fructu celebrare valeamus, inquit: *Ita agere studeamus, ut semper festivitatem duplicem celebrare mereamur, & quomodo de templi vel altaris consecratione gaudemus, sic indivisibiliter de corporis castitate, vel animæ puritate, spirituale gaudium habere mereamur.* Notus est omnibus eximius ille zelus quo S. Hieronymus continèntiam æmulari consueverat, maxime quando ei in sacras basilicas ingrediendum erat; Hic igitur contra Vigilantium ita scribit: *Quando iratus fuero, & aliquod mali in animo meo cogitavero, & me nocturnum phantasma deluserit, basilicas martyrum intrare non audeo, ita totus & corpore & animo horresco.* Quod si igitur S. Hieronymus vir adeo sanctus & incontaminatæ vitæ, ita fensit, somnia, & illusiones quæ citra voluntatem patiebatur abhorrendo, quanti supplicij, qualisque culpæ reus erit ille, qui diebus festis, quibus Sanctorum virtutes nobis honorandæ, & imitandæ proponuntur, ideo ex proposito ad Ecclesias se confert, ut in ijsdem objecta lasciva & impura videre, atque in ignominiam & vilipendium cultus ijs debiti, mala sua desideria nutrire, & fovere possit? In secundo libro Esdræ Sabbati per opera servilia prophanatio describitur pariter & condemnatur, circa quam historiam V. Beda in Allegoriis ad nostram eruditionem ita scribit: *Imponunt asinis vinum, uvas, ficus, & omne opus, & inferunt in Jerusalem, cum ablectamentis carnalibus, stultos animi nostri motus onerantes, per hæc & hujusmodi tentamenta, quietem nostri cordis Deo deditam violare conantur.* Porro quanti Deus faciat, quod ejus festa, cum honestate & continentia frequentemus, Origenes his verbis demonstrat: *Est ei, inquit, magna festivitas humana salus. Quomodo putas lætificat, cum is qui fuerat, impudicus, fit castus?* pari autem modo dicere nobis licebit, quantum putas execrabilis Deo erit, qui cum antea castus esset ex industria & proposito solemnitatis loca frequentat, ut fiat impudicus? Quod si quis eo fine in ejus ingrederetur sanctuarium, ut impudici amoris ignem in se accenderet, numquid talis igne inextinguibili & infernali concremari meretur?

S. Isidorus Pel. l. 1. c. 171.

Diebus festivis debemus affligere animas nostras. Abulen. in Lev. c. 23.

Orig. Hom. 23. in Num.

S. Hieron. Vigil.

Gravissimè peccant qui ob lascivos aspectus ingrediuntur Ecclesias. 2. Esdr. 13. V. Beda l. 3. Alleg. 37.

Orig. Hom. 23. in Num.

DISCURSUS X.

ARGUMENTUM.

Dierum festorum prophanatores Dei in se flagella & supplicia provocare varijs exemplis ostenditur.

THEMA.

THEMA.

Dixit Dominus ad Moysen: Morte moriatur homo iste, obruat eum lapidibus omnis turba. Num. 15. v. 35.

Prophanatores festorũ ab ipsomet Deo judicantur & puniuntur.

1. ELectus Dei populus in solitudine constitutus, ibidemq; virum quemdam in die Sabbati ligna colligentem conspiciens, eumdem apprehensum, Moysi & Aaroni universæque Reipub. Hebrææ multitudinis præsentavit, judicandum; à quibus cum æqualidem in carcerem conjectus esset, ijdem de debito ei irrogando supplicio ambigentes. Cœleste consuluerunt oraculum, à quo ex signatura divinæ Justitiæ sequentem retulerunt sententiam: *Morte moriatur homo iste, obruat eum lapidibus omnis turba.* Enimvero pro delictis ordinarijs judicandis, Princeps, Judices, & tribunalia adhibere, solet, quæ in materijs criminalibus justitiam communiter administrant: At vero in delictis seu criminibus Læsæ Majestatis, qui contra ipsiusmet Principis personam directè committuntur, non Judices vulgares, sed ipsimet constituit; qui condemnationem promulgat, ita quoque in præsenti licet alias causas, consilium, & Judices; per Moysen & Aaronem deputati deciderent; nihilominus quia hæc Sabbati transgressio ipsummet immediate offendit, læsitque Deum, ideo, ipsemet hanc denunciavit mortis sententiam: *Dixit Dominus ad Moysen morte moriatur*, id quod Regius Propheta inferre voluit, quando contra sacrarum solemnitatum prophanatores per ipsiusmet Dei manus flagellum vibrari postulat; cum tamen Deus ordinarie per creaturas, delicta castigare soleat, juxta illud Sapientis: *Armabit creaturam ad ultionem inimicorum*: Ad puniendum verò execrandum prophanationis festorum sacrilegium Davidi usitatus hic puniendi modus minime sufficere videbatur, ac proinde suis Deum precibus ad hosce peccatores temerarios propria manu percutiendos extimulat, dicens: *Leva manus tuas in superbias eorum in finem; quanta malignatus est inimicus in sancto? Et gloriati sunt, qui oderant te in medio solemnitatis tuæ*: Et paulo post idem sanctissimus & contempti honoris & cultus divini studiosissimus Rex Deum ulterius instigare pergit, ne hosce sacrilegos propriis manibus castigare desinat; dicit enim: *Ut quid avertis manum tuam & dexteram tuam de medio sinu tuo in finem?* quæ verba, scilicet: *Leva manus tuas*, Agellius hunc sensum habere dicit: *Potentiam tuam profer ad superbiam & elationem hostis penitus dejiciendam atque deprimendam, propter ea omnia, quæ operatus est in Sancto.* Hugo Card. autem verba illa: *In finem*, idem significare dicit, quod ad ultimum usque vitæ momentum, quia hi sacrilegi mala morte communiter vitam suam claudunt, quia ut plurimum impœnitentes moriuntur. *Repellitur in finem*, inquit, *qui in peccato moritur, contra quod supra petit Psalm. 42. Exurge, scilicet ad adjuvandum, & ne repellas in finem.* S. Remigius quoque verba illa Davidis: *Ut quid Deus repulisti in finem*, exponens inquit: *Repulisti nos in finem, hoc est, omnimoda repulsione.*

Num. 15. 35.

Agell. ibid.

Hug. Card. ibid.

Ps. 43. v. 23.

S. Remig. ib.

Matt. 11. 29.

2. Tametsi Christus Dei Filius discipulis suis continuo hanc doctrinam inculcaverit, *discite à me, quia mitis sum*, attamen in Evangelio Joan. c. 2. eumdem vehementer irarum proprijs manibus suis (de quibus sponsa in sacris Canticis prædixerat: *Manus illius tornatiles aureæ plenæ hyacinthis*) flagellum contexuisse, eodemque armatis ambabus manibus suis templi & festorum prophanatores severissime flagellasse legimus: *Invenit in templo vendentes boves & oves & columbas, & numularios sedentes, Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes ejecit de templo.* Licet enim Deus à pœnis hominibus infligendis omnino abhorreat, utpote qui ad benefaciendum ijsdem totus propendet, ideoque *dives in misericordia* esse dicitur, *cui proprium est misereri semper*; & quamvis justitia verum sit divinæ suæ essentiæ attributum; attamen postquam Isaias dixisset: *Irascetur, ut faciat opus suum*, mox tamen subjungit: *Alienè opus ejus ... peregrinè est opus ejus ab eo.* In hac tamen urgentissima occasione propria manu, præter consuetudinem flagellum arripit, & signaturam justitiæ, cujus executionem cæteroquin alijs committere consueverat, ipsemet exequitur, ut hinc discamus, quod licet, quod alia scelera pœnas nonnumquam dissimulet vel suspendat: Aut vero alijs exequendas relinquat, quando tamen de festorum prophanatoribus agitur, ipsemet justi & severi vindicis officium propria manu exerceat. Unde S. Joannes notanter unicum hujus divini furoris motivum fuisse advertit, quia hi ementes & vendentes solemnitatem Paschalem præ-

Cant. 5. 14. & 15.

Hoc clarè ostendit dum flagello ejecit e templo vendentes & ementes. *Joan. 2. v. 14. & 15. Ephes. 2. v. 4.*

Isaiæ 28. 21. ibidem.

varicari non erubuerant; dicit enim: *Prope erat Pascha Judæorum & ascendit Jesus Jerosolymam &c.* Unde colligere licet; quod flagella iræ divinæ suam communiter à Christianorum impietate originem habere solent, qua dies festivos & Dominicos divino cultui & obsequio consecratos injurijs & contumelijs afficere non erubescunt. Id quod Concilium quoddam Burdigalense, aperte confirmat; postquam multa scandala & excessus, qui in diebus festivis à plerisque parum timoratis hominibus committuntur perstrinxisset, moxque subjungit:

Joan. 2. 13. Flagella iræ Dei oriuntur à profanatoribus festorum.

Ex quo dubitandum non est, magna exparte tot calamitates, quibus jam pridem conterimur, à Deo tantis sceleribus incitato jure nobis infligi; Ad cujus præsentem iram placandam, vel etiam majorem quæ cervicibus nostris immineat avertendam, omnibus Provinciæ nostræ Parochis indicimus, ut populum suum frequenter & serio commonefaciant, ut diebus festis non solum à quibuslibet prohibitis operibus sese contineant, verum etiam sacris omnibus Ecclesiæ mysteriis intersint.

Concil. Burdigal. An. 1587. de fest. 6.

3. Et porro quis dubitare poterit, quin annonæ penuria, fames, tempestates, mortes animalium, inundationes, aliæque similes malignæ influentiæ, festorum temere prophanatorum justæ sint vindictæ & castigationes divinæ? Deus enim apud Malachiam comminatur, dicens: *Si nolueritis ponere super cor, ut detis gloriam nomini meo, ... mittam in vos egestatem, & maledicam benedictionibus vestris* (de sacerdotibus veteris legis loquitur) *& maledicam illis, ecce ego projiciam vobis brachium.* Moderni cum textu Chaldæo loco *brachium*, legunt *semen*, ut sacri textus sensus sit: *Faciet Deus negato cœlesti rore, aut immissa urigine, seu locusta, ne quod germinet semen.* Alius quidam Interpres verborum illorum: *Maledicam &c.* sensum & intelligentiam hanc esse dicit: *Cuicumque rei vos benedixeritis, ego maledicam, ut si vos benedicatis agris, aut pecoribus, quo fœcunda sint, ego ea omnia sterilia reddam.* Unde sacrilegij hujus fructus est egestas, & annonæ caritas: *Mittam in vos egestatem*, ubi Commentator quidam ait: *Hæc egestas est illa, de qua scriptum est: Egestas à Domino in domo impij.* Author sanimæ prædicantium de ijs qui se ab avaritia, ne dies festos debite sanctificent, lequi permittunt, inquit: *Pigri sunt in his, quæ ad Deum pertinent, qui libentius obolum laborando, quam cœlum feriando lucrantur*; & ideo justo Dei judicio talibus contingit, quod cœlum pariter & terram amittant, quia quantamcunique terræ culturam adhibeant, nullum tamen hæc illis fructum parit, eo quod contra divinũ præceptũ cultivata fuerit. Idem quoque Author donationes propter turpem erga Benefactorem donantem exercitam ingratitudinem revocabiles esse dicit, ac proinde cum Deus adeo in nos liberalis extiterit, ut ex septem septimanæ diebus, sex nobis in proprium servitium indulserit, unico tantum die, scilicet Dominico, sibi reservato, nos autem adeo erga hunc tam liberalem benefactorem simus ingrati, ut & hunc quoq; ad nostram satisfactionem pro nostro libitu impendere nõ erubescamus, numquid justum est, ut & sex reliquis pariter destituamur? Quonam vero modo hi dies nobis eripiantur, idem Author sequentibus verbis declarat: *Juste*, inquit, *alios nobis datos revocat, talia admittendo in eis impedimenta intemperiei, vel infirmitatis hominum, vel mortalitatis animalium, quod in eis laborare non possumus; sic qui unum subtrahimus, multos amittimus.* In profectione ejusdem materiæ idem author adversus eos qui in diebus prohibitis laborant, his verbis exaggerate loquitur: *Et quia* inquit, *ab ingratis omnia juste auferantur, iste Deus ab illis omnia aufert, ut quibus abutuntur, in illis puniantur. Vos subtrahitis à Deo dies suos, & occupatis prohibitis servos & animalia, & Deus subtrahit à vobis dies vestros, per pluvias & hujusmodi, & servos per infirmitates, & animalia per mortalitates.* Hoc est, quod apud Aggæum dicitur: *Seminastis multum, & introlistis parum, ... & introlistis in domum & exsufflavi illud.* Justo namq; judicio Deus permittit, ut agri quantumvis bene exculti, nullum prorsus referant fructum, nec non ut messis abundantior granarijs illata disperdatur & pereat. *Super vos prohibiti sunt cæli, ne darent rorem, & terra prohibita est, ne daret germen suũ. Et vocavi siccitatem super terram, & super montes, & super triticum, & super vinum & super oleum, & quæcumq; profert humus, & super homines, & super jumenta, & super omnem laborem manuum*; Quarum omnium miseriarum unicam hanc rationem assignat: *Quia domus mea deserta est*, id est, quia diebus festivis negligitur Ecclesia, nec in ijs alijs rebus vacatur, quam societatibus & commercijs

Exinde plerumque oritur sterilitas terræ & pecorum. *Malach. 2. v. 2. Sanct. ibid.*

Ribera ib.

Aggæus 1. v. 6. & 7.

Michael de Palatio.

Ibid. v. 10. Ibid. v. 11.

Sum. Pred. c. Feria. 16.

Idem ib. n. 14.

Idem ib. n. 16.

Ibid. v. 9.

lascivis, nundinis, spectaculis, saltibus & tripidijs, ludis item, vel etiam laboribus; unde in fine prædicti capitis dicitur: *Faciebant opus.*

Greff. l. 1. de festis c. 13. Fervor Dagoberti Regis circa cultum festorum.

4. De Dagoberto Rege Franciæ scribitur, quod in legibus quibusdam membranæ inscriptis varias in eos statuerit pœnas, qui in diebus sacris laborem interdicentibus, opera servilia exercebant, multisq; ejusmodi pœnis enumeratis subjungat: *Talis causa vetanda est, quæ Dominum ad iracundiam provocat, & exinde flagellantur homines in frugibus, & pecuniam patiuntur.* Inter alia S. Berlendis virginis miracula, quæ Bollandus refert hoc quoque unum est ex præcipuis. In mense namque Augusto impius quidam avaritiæ nimium deditus, dum messis frugum esset, universam familiam suam ad labores continuandos adigebat, maximè quia tempus conturbatum erat; Appropinquante autem die vinculorum S. Petri quem ibidem ex præcepto festivum fuisse credibile est, *Ecce jam ubique signis denuntiantibus terminum laboris, omnes cessabant, sed ille solus operari non destitit; alij convitijs eum lacessant, alij correptionibus, alij minis, sed nec sic sedari potuit. Denique divina percussus ultione quievit, manus enim qua manipulum collegit, nervis contracta fuit.*

Stupenda punitio violatoris festi.

Bolland. T. 1. Febr. 3. pag. 382.

5. Idem quoque Author de S. Anscario refert, quod postquam in Frisia prædicando sanctificationem diei Dominico debitam inculcasset, ijs qui in eodem per opera servilia prævaricabantur, gravia supplicia comminando, nonnulli auditorum suorum parum timorati, quia cœlum serenum affulgebat, vix ab auscultato vere Deifermone templo egressi arrepta falce ad prata se receperint, ut fœnum demeterent, demessumque fœnum in cumulos adegerint; sed quisnam inde subsecutus est eventus? *Adveſperascente die, omnes illi acervi, qui eadem die facti fuerant, divinitus igne consumpti sunt, illæsis illis permanentibus, qui in anterioribus diebus in medio præparati constabant: Quo facto populi in circuitu manentes fumum à longe cernentes, hostes adesse putantes timuerint valde.*

Bolland. in vita S. Anſcharij c. 16. n. 65. p. 425. Fœnum in die festo paratum, igne cœlesti consumitur.

6. In vita pariter S. Rabani Mauri scribitur, quod quia occurrente SS. Martyrum Januarij & Magni festo, omnibus qui jurisdictioni Monasterij Fuldensis subjecti erant, tam viris quam mulieribus opera servilia exercere prohibitum erat, quidam ex ijs Christianis qui in illa quadam servitutis jugo adstricti erant, cultum & venerationem prædictis Sanctis debitam contemnens in campum ad metendum egressus fuerat, jamq; multos fugetum manipulos collegerat, crimen hoc gravi pœna luere debuerit: *Nam aër denſiſſimus crevit in nubes, & tempeſtas ſæva excorta eſt, fulgura ventiq; vehementer undiq; ferebantur, coruſcationes quoq; valde terribiles & fulgura diſcurrentia horrorem nimium mortalibus ingerebant, factumq; grande miraculum, Domino diſcernente inter venerantes, & feſta Sanctorum ejus contemnentes; omnes enim acervi frugum, quos miſer ille ea die meſſas congeſſerat, cæleſti igne conſumpti ſunt, cæteris, quos vel ipſe, vel conjunges ejus pridie meſſuerant, illæſis permanentibus,* cui optime illa ab Amos conscripta Prophetia consonat: *Et erit in die, dicit Dominus Deus, occidet Sol in meridie, & tenebreſcere faciam terram in die luminis.* Sed quænam futura est obscurati aëris, & procellosæ fulminum & diluviorum aquis agros absorbentium tempestatis causa? Audite id quod immediate sequitur: *Convertam feſtivitates veſtras in luctum, & omnia cantica veſtra in planctum*; sæpe enim, ut per experientiam videmus, Deus in diebus solemnioribus, ob irreverentiam qua à malis Christianis posthabentur & contemnuntur, cælum contra nos armat. Dicit quoque in præcitato Textu Deus: *Feſtivitates veſtras*, festa sua solemnitates & festa nostra appellando, quia uti in Discursu octavo diximus, Deus festa illa quorum sanctificatio à nobis prophanatur, veluti sua agnoscere dedignatur, eo quod ijs ad indulgendum appetitibus nostris abutamur. S. Gregorius ab authore summæ Prædicantium citatus, prædictum Amos Textum exponens inquit: *Tunc feſtivitates in luctum convertuntur, cum pro peccatis, quæ in ipſis committuntur, æternaliter puniuntur.*

Aliud simile exemplum.

Ibid. in vit. S. Rabani Mauri c. 7. n. 43.

Amos. 8. v. 9. Tales pœnas comminatur Deus per Prophetam Amos.

Summ. Prædicant. n. 16.

7. In vita Camilli de Lellis, magni servi Dei, & Religionis ministrantium infirmis institutoris, eum in observantia sanctificationis dierum festivorum adeo exactum & punctualem fuisse scribitur, ut ne quidem Ecclesiam scopis emundari, aut altaria in illis diebus accomodari permiserit, sed ejusmodi opera pridiano die fieri præceperit; quia vero in Bacchianico Patrio videlicet Solo nonnullos pauperes à divitibus in diebus festis ad laborandum cogi advertit, ijsdem imminentem Dei vindictam prædixit, prædicando quod nisi ab ejusmodi sacrilega temeritate abstinerent, agri eorum penitus devastandi essent; id quod postea re ipsa prout prædixerat, evenit; nam paulo post Regio illa per tredecim dies continuos tanta nivium copia oppressa fuit, ut multæ inde arbores olivarum aliorumque fructuum feraces ruptæ irreparabilia incolis damna conciliarint. Unde supradictus summæ prædicantium Author salubertime monet, ut si non ob aliud motivum religiosum, saltem ad minus ob interesse proprium adaugendum, observantia præcepti hujus in bona habeatur reverentia & respectu: *Cum*, inquit, *pro uno die, vel ſervitio quod ei ſubrabimus, ſubtrahi quinque, & pro uno modio ſegetum, vel uno denario quem credunt ſalvari, die tali operando, ex alia parte decem amittunt.*

Lyra. ibid. n. 16.

Aliud simile exemplum.

L. 2. c. 16. vitæ Camilli de Lellis.

8. S. Gregorius Turonensis de quodam refert; quod cum festum diem S. Mariani exemplo aliorum concivium concelebrare & sanctificare abnuisset, ignis quidam cælitus super domum ejus delapsus fuerit, qui omnem ejus supellectilem, omnesque illius greges, & armenta, sine ulla vicinorum vel minima læsione absumpsit. B. Petrus Damian. in sermone quodam de S. Rufino nonnullorum refert lamenta, qui festa in honorem hujus S. Martyris instituta ab operibus servilibus abstinendo celebrare abnuebant: *Tumultuabantur enim, oneroſum eſſe dicentes, populum geminatis unius Sancti ſolemnitatibus feriari*; Unde consumaciter *cæperunt cum ſuis mulierculis non modo textrinis operibus audaciter inſiſtere, verum etiam rurabilibus exercitijs liberius inſudare. Sed protinus in eos ſententia divinæ animadverſionis ulciſcitur, Caſas eorum repente flamma corripuit, & non ſolum domeſtica quæque, ſed quæ in agris erant omnia globis inextinguibilibus conflagravit.* Cumque ad extingendum hunc ignem omnes ad vicinum flumen ac currerent, in illudque multa quæ jam ab igne correpta ardebant injecissent, elementum illud ignis sibi activitatem vendicavit, *ut perſpicue probaretur hoc non caſum, ſed divini favoris eſſe indicium, quidquid mergebatur extingui non poterat. Miro igitur modo elementum illud vires ſui juris & partium tenebat, & ex parte perdiderat, nam & liquida erat aqua, ut immerſa quæque fluctu dehiſcente reciperet, & quoddammodo humida non erat, ut ardentia extinguere poſſet? Sed quid minimis immoror, cum & ipſa hominum membra flamma proſiliens occupaverit, & extinctionis remedium invenire, quocumque ſe verterent, non valerent? Tandem uſtulati fumigati, & in modum roris combuſti, ad altare B. Ruffini cum magnis ululatuum ſtridoribus confugium, indulgentiam petunt, & commiſſi piaculi emendationem de cætero per pœnitentiam pollicentur; & incolumes ad propria ſunt reverſi.* Idem quoque Gregorius Turonensis paulo ante citatus de muliere quadam refert, quod dum in die Dominica panem pinsseret, manus ejus igne cælitus delapso ustulata fuerit; Nec mirum, quia si sacrilegus vasa sacra Ecclesiæ surripiens igne puniri solet, cur non ab eodem elemento puniatur, qui Deo & Sanctis ejus non vasa sacra, sed dies eorumdem honori consecratos surripere non veretur?

S. Greg. Turon. de gloria Conf. c. 81.

S. Greg. Turon. l. 1. de glor. Mart. c. 15.

9. Jeremiæ Prophetæ, ut in ejusdem Prophetiæ cap. 17. videre est, à Deo præceptum fuit, ut Sabbati sanctificationem magna cum industria & solicitudine intimaret: *Vade & ſta in porta filiorum populi; ... Et dices ad eos: Sanctificate diem Sabbati &c.* In ejusdem vero capitis fine hæc Dei comminatio insuper recenſetur: *Si non audieritis, ut ſanctificetis diem Sabbati, & ne portetis onus, & ne inferatis per portas Jeruſalem in die Sabbati.* In ejusdem quoque servi Dei Camilli de Lellis vita legitur, quod cum audisset quod in die festo S. Urbani, qui in ejus Patria sub præcepto festivus erat, nonnulli in foro Patriæ suæ nundinarentur & ludos exercerent, subito de mensa surgens præ nimio zelo ad forum properarit, ut transgressores istos ferventi quadam exhortatione reprehenderet, quibus, nisi à cœpta temeritate desisterent, infernum elata voce comminatus fuit, tantoque cum ardore in hoc delictum exclavamit, ut puer quidam tremulus nepos ejus hoc audiens ad domum paternam currerit, clamando: Camillus patruus meus in foro sonora voce clamat: *Ad infernum, ad infernum.*

Tales transgressores denoventur inferno.

Jerem. 17. v. 19. Ibid. v. 20. Ibid. v. 22. Ibid. v. 27.

10. Similiter in Actis S. Ottonis Episcopi, Pomeraniæ Apostoli scribitur, quod Matrona quædam dives & potens in quadam die Dominica, in magnam sanctificationis eidem debitæ ignominiam suis præcepit, ut ad metendum egrederentur, nec quidquam timerent, se namq; proprio exemplo illos ad opus complendum

In Actis S. Ottonis Epiſc. Quod patet ex hoc exemplo.

Jerem. 17. v. 25.

Dion. Carth.

piendum animaturam esse. Quæ in propria persona egrediens, *cum in agrum veniſſet, quod me, inquit, facere videritis, omnes, ſimiliter facite*; *moxque vehrachiatis manicis, ſuccinctaque veſte falcem dextera corripuit; ſtantes vero calamos ſiniſtra tenens, ſecare niſa eſt. Sed mirum dictu; ſubito in actu ipſo, ut erat inclinis, miſera diriguit, & quaſi marmoris effigies, nec ſemetipſam erigere, nec falcem è manu dimittere potuit, nec ſegetem, ſed muta & nihil loquens ſimile ſimulachro ſtabat.* In cujus quidem subsidium accurrerunt omnes, sed frustra; illam hortabantur ad pœnitentiam sed illa immobilis instar statuæ hærebat, nec quacumque via adhibita eamdem è loco dimovere valebant; unde hic illius miserabilis finis fuit: *Sontem animam in ignem tartareum efflavit.*

DISCURSUS XI.

ARGUMENTUM.

Justitia Dei in dierum festorum trangressores graviter irascitur, eosque per ignominiam, calamitates publicas, aliaque supplicia miraculose irrogata acriter punit.

THEMA.

Ecce ego projiciam vobis brachium, & diſpergam ſuper vultum veſtrum ſtercus ſolemnitatum veſtrarum, Malach. 2. v. 3.

1. DEus hisce verbis detestabilem Sacerdotibus Hebræis irreverentiam exprobrat, qua solemnitates & festa divino suo cultui dedicata profanabant: *Ecce ego projiciam vobis brachium*, id est, ut Interpres quidam exponit, *robur omne virium, opum, prolium, amicorum, alimoniæ*; Divina namque justitia ita communiter disponit, ut profanatores vilipendium & contemptum sanctificationis dierum festorum, miserabilium infeliciumque ærumnarum pœna luere debeant. *Et diſpergam ſuper vultum &c.* quod idem est, ac si diceret, omnes ignominiosi & vituperiosi efficiemini in conspectu totius mundi. *Hac metaphora ſignificavit*, inquit Paulus de Palatio, *fore perpetuo deſpectos & ignominioſos.* Sanctus vero Antoninus ita exponit: *Peccata quæ facitis in feſtis manifeſtabuntur, coram omnibus ad confuſionem veſtram.* Ex quo enim ad Sacerdotes veteris legis olim victimas ad sacrificium offerendas mactare, laniare, & exenterare spectabat, Deus illis se facturum esse comminabatur, ut in illa laniena rupto victimarum ventriculo, stercus inibi latens in faciem ipsorum profiliret: *Faciam ut è ventriculo veſtiat ſtercus in vultum veſtrum, & vos contendetis ſtercus illud è veſtra facie revellere, at non poteritis, ipſum enim vobis tenaciter hærebit*; Porro alius quidam Interpres dictionem hanc *stercus* in Hebræo Textu bis replicari observat: *Non eſt omittendum*, inquit, *nomen ſtercus bis repeti in Hebræo, quod magis audet, & magis docet iratum.* Hugo Cardinal. hanc illius Textus adduxit expositionem, ut sensus sit: *Ad tantam ignominiam perducemini, quod facies veſtræ ſcabioſæ erant, & faetentes ut ſtercora, ut ſitis inſolemnitatibus veſtris immundi & fœdi, ſicut ea quæ polluta egeruntur.* Magna esset confusio, *ſi quis in vultum alterius projiceret ventriculum bovis, hoc eis promittit.* Theodoretus se ad ritum in sacrificijs præscriptum reflectit, inquiens: *Quoniam ſacerdotibus ſecundum legem ſeparabatur pectuſculum, & armus dexter, minatur ſe eos projecturum atque armos eis aſſignatos.*

Tyrin. ibid. Deus minatur Sacerdotibus V. L. summam confusionem propter profanationem festorum.

Paulus de Palatio S. Antonin. Sum. Theol. p. 2. Tit. 9. c. 7. §. 3.

Ribera ibid.

Hug. Card. ibid.

Theodoret.

Insuper dispersionem, & exterminium,

2. Enimvero Deus in assumpti thematis verbis sacrilegis illis non solum comminatur vilipendium atq; infamiam, verum etiam dispersionem & exterminium, prout ex sequentibus clarius intelligitur; Etenim quando temporibus Jeremiæ extrema urbi Hierosolymitanæ imminebat ruina, Deus Hebræorum populo compatiens, eumdem ex hac miseria liberare cupiisset, ideoque eidem Jeremiæ (utpote qui in prædicatione sua magnæ erat efficaciæ, magnæq; apud omnes existimationis) firmiter inculcabat, ut eis Sabbati sanctificationem serio perstuderet atque imprimeret, prout ex toto decursu capitis 17. Prophetiæ ejus clare deducitur, quasi dicere vellet, quod si Hebræi quoad hunc Sabbati negletum serio se emendaverint, exercitui inimico omnem ad vos excurrendi aditum amputabo. Unde Dionysius Carth. super illa verba: *Habitabitur civitas hæc in ſempiternum, Et eritis ſi audieritis me, ut vos &c.* inquit: *Ita quod Chaldæi eam non deſtruerent; ſi autem non audieritis me, ut ſanctificetis diem Sabbati, ſuccendam ignem in portis ejus, puta Jeruſalem, & hoc factum eſt per Chaldæos.* Theodoretus quoque super hoc caput per os Jeremiæ ita loquitur: *Quod ſi violaveritis legem quietis, & die Sabbati porraveritis onera, tradam igni non ſolum portas, ſed urbem totam.*

Theodor. ibid.

3. In Amos pariter in pœnam hujus profanationis prophetatum fuit his verbis: *Convertam feſtivitates veſtras in luctum, & omnia cantica veſtra in planctum, & inducam ſuper omne dorſum veſtrum ſaccum, & ſuper omne caput calvitium, & ponam eam quaſi luctum unigeniti.* Quibus verbis populi servitus, & desolatio Jerosolymæ prædicitur; nam ut Dionysius Carth. ait: *Venientibus Chaldæis atque Aſſyrijs ceſſaverunt feſta.* In 2. libro Esdræ hæc Deo ab universo populo circa Sabbati sanctificationem facta & solemniter stipulata promissio describitur; *Populi quoque terræ qui important venalia, & omnia ad uſum per diem Sabbati, ut vendant; non accipiemus ab eis in Sabbato, & in die ſanctificato*; Et tamen ut Poëta ille cecinit: *Auri ſacra fames quid non mortalia pectora cogis*, ubi ratio interesse seu emolumenti intervenit, nulla est lex, quæ non violetur, nullus est contractus, qui non rescindatur; Hinc non obstante hac stipulatione, Esdras in c. 13. ejusdem libri ita scribit: *Vidi in Juda calcantes torcularia in Sabbato, portantes acervos, & onerantes ſuper aſinos vinum & uvas, & ficus, & omne onus, & inferentes in Jeruſalem die Sabbati, ... Et vendebant in Sabbatis filijs Juda in Jeruſalem; Et objurgavi Optimates Juda, & dixi eis: Quæ eſt hæc res mala, quam vos facitis, & profanatis diem Sabbati?* Unde & illos reprehensione dignos esse colligitur, qui per temporalem jurisdictionem gubernant, si Prælatis Ecclesiasticis ad urgendam hujus præcepti observantiam manus non præbeant auxiliatrices, transgressoresque debitis pœnis non castigent. Idem quoque Esdras ibidem ulterius progreditur ostendendo qualiter festorum profanatio servitutis durissimum flagellum, & totale populi Hebræi exterminium causaverit: *Numquid non hæc fecerunt Patres noſtri, & adduxit Deus noſter ſuper nos omne malum, hoc & ſuper civitatem hanc?* Quem Textum Lyran. exponens inquit: *Propter hoc fuerunt in captivitatem ducti, & civitas iſta deſtructa eſt*; *propter hoc Neemias appoſuit remedium*; *Ideo ſequitur: Factum eſt autem cum quieviſſent portæ &c.* Hugo Card. pariter inquit: *Ecce aliud malum quod emendavit Neemias, poſtquam redijit de Perſide, violando Sabbatum patet, quod inter alias cauſas una cauſa captivitatis Judæorum fuit violatio Sabbati.*

Amos. 8. v. 10. Propter violationem Sabbati, minatur Deus Israelitis omne malum.

Dion. Carth. 2. Eſdr. 10. v. 31.

Ibid. 13. 15.

Ibid. v. 16. Ibid. v. 17.

2. Eſdr. 13. v. 18.

Lyran. ibid.

Ibid. v. 19.

Hug. Card. ibid.

4. De Henrico II. Rege Angliæ scribitur, quod cum die quodam ex Hibernia rediens post Missam auscultatam equum conscendisset, vir aliquis macilentus ei occurrerit, rotunda tonsura in capite tonsus, qui ex parte Christi, sanctissimæ ejus Matris S. Joannis Baptistæ, & S. Petri illum salutans, eorumdem nomine ei præcipiebat, ut in toto regno suo mercatus omnes sive nundinas in diebus festivis abrogaret; nullaq; in ijsdem opera servilia à subditis suis fieri aut exerceri permitteret, quin potius eosdem ad assistendum divinis officijs adstringeret, felicem ei omnium conatuum suorum exitum, felicemque mortem præmij loco promittendo. Quo audito Rex cuidam militi, cui nomen Philippus erat, qui frænum equi Regij tenebat, dixit: *Quare à ruſtico iſtum hæc ſomniavit? Qui reſpondit: Perinde eſt, utrum hæc ſomniaverim, vel non, niſi hoc feceris, infra annum tales rumores audies; qui etiam uſque ad vitæ tuæ exitum non deficient.* Quæ omnia per ordinem, prout ab hoc homine prædicta fuerant reipsa contigerunt, siquidem intra unius anni spatium tres filij ejus adversus ipsum rebellarunt, partes Ludovici Francorum Regis adversus Patrem suum confectando; quo etiam ipsum, quoad usque vixit, constanter persecuti sunt.

Gerard. in Itiner. per Gall. Rex Angliæ propter neglectum cultum festorum à propriis filijs judicio Dei usque ad mortem persecutus fuit.

5. David Propheta Regius Psal. 33. ab his exorsus est verbis: *Ut quid Deus repuliſti in finem, iratus eſt furor tuus ſuper oves paſcuæ tuæ?* Quibus verbis Deū ob festa profanata iratum describit, nam paulo post subjungit: *Quanta malignatus eſt inimicus in Sancto? Et gloriati ſunt, qui oderunt te in medio ſolemnitatis tuæ.* Ubi Cajetanus ex Hebræo legit: *Irenabit furor tuus; perſeverabit more fumantis, ex ira furor tuus juſtitia tua.* Dionysius Carth. autem hæc verba exponens, sacrilegia hæc, solemnitates & cultum Dei contemnendo commissa, divinam justitiam adversus Judaismum fulminibus armasse dicit: *Ideo enim*, inquit, *pervenit in vos ira Dei, & quoniam tam dirè atque finaliter deve-*

Psl. 73. v. 1. Furor Dei maxime concitatur ob violata festa.

Cajet. ibid.

Dion. Carth. ibid.

Joan. 19. v. 31. *licti sunt, intus & foris, privati omni gratia Dei, & propria terra? Idcirco dicitur in eos furor Dei iratus.*

Pro quorum meliori intelligentia memorandum est, quod Hebræi in solemnitate omnium maxima, qualis dies Paschæ erat (*erat enim magnus dies ille Sabbati*) Christum Dei Filium crucifixerint; Et ideo Deus exterminium ipsorum, & totius Jerosolymæ desolationem in eamdem usq; solemnitatem distulit, quando nimirum Titus proprium iræ Dei instrumentum, ferro vindicativo arreptò ad incxorabilem illorum destructionem processit. Unde S. Augustinus super illa verba: *In medio solemnitatis tuæ*: ita scribit: *Mementote quod dixi, tunc eversam esse Jerusalem, cum ipsa solemnitas ageretur, in qua solemnitate Dominum crucifixerunt. Congregati fuerunt, congregati perierunt*; Dionysius Carthusianus super eadem verba: *In medio solemnitatis tuæ*, ita scribit: *Quam ipsi frequenter violaverunt, sæpe enim perversi in sacrationibus solemnibusque diebus deteriora opera faciunt, secundum quod dæmones corda eorum possidentes inspirant.* S. Bruno quoque eamdem adducit observationem inquiens: *Sicut Judæi in illo festo de morte Domini suum gavisi, ita & Romani in eodem festo, de eorum obsidione & persecutione sunt lætati.* Merebantur enim dispergi & desolari in die festo, qui in die festo solemni tam execrabile scelus commiserant, quale est Christi Filii Dei horrenda crucifixio. S. Remigius: *Nota quia congregati Judæi ad Paschalem solemnitatem perierunt à Romanis, & merito hoc tempore perierunt, quia in eadem solemnitate Christum occiderunt.* Merito inquit Sanctus hic Præsul, tunc super eos divina vindicta venit *quia quando tam solemnitatem debuerunt celebrare, non timuerunt te occidere.*

Pſal. 73. v. 4. S. Aug. ibid. *Dion. Carth.* *S. Bruno in Pſal.* *S. Remig. ib.*

Ezech. 20. v. 13. Ibidem. Deus plus offenditur ob violata festa, quam idololatriam.

6. Deus olim apud Ezechielem lamentabatur dicens: *Sabbata mea violaverunt vehementer*; at vero quidnam ex hac tam enormi Sabbati violatione consecutum fuisse existimas? *Dixi ergo, ut effunderem furorem meum super eos in deserto & consumerem eos.* Alias quoq; Deus de eodem populo suo conquestus fuerat, eo quod idololatrasset, unde furore accensus inquit: *Quia dereliquerunt me, & sacrificaverunt Dijs alienis, ut me ad iracundiam provocarent, ... idcirco stillabit furor meus super locum istum*, ubi notandum est ly illud. *Stillabit*; hic autem ubi de Sabbati profanatoribus agitur, Deus non sine mysterio dicit: *Dixi ut effunderem furorem meum*, per hæc indicare volens, magis se offensum esse ob festorum profanationem, quam ob nefandum idolorum cultum; ac proinde David Deum extimulare satagebat, ut hosce sacrilegos acerbe & quidem utraq; manu adhibita castigaret, quod severissimum indicat

2. Paral. 34. v. 25.

Pſal. 3. v. 3. Ibid. v. 4. supplicium: *Leva manus tuas in superbias eorum in finem, quanta malignatus est inimicus in Sancto? Et gloriati sunt qui oderunt te, in medio solemnitatis tuæ.* Job per inauditas ærumnas in sterquilinium usq; redactus, se ab unica tantum Dei manu tactum, non vero percussum esse dicit: *Manus Domini tetigit me.* Balthasari duo digiti unius manus ad parietem conspecti scribentes vitam pariter & regnum eripuerunt; ac proinde quando Propheta dicit: *Leva manus tuas*, clarius insinuare & petere voluit, ut Deus extensis brachijs acerbissime illos puniret. Unde Hugo Card. ait: *Leva manus tuas in finem, id est, donec finiantur & annihilentur; leva manus tuas in destructionem eorum. Manus levata fortius fert. Deut. 32.* [*levabo ad cælum manum meam, & dicam, vivo ego in æternum; Si acuero ut fulgur, gladium meum, & arripuerit judicium manus mea, reddam ultionem hostibus meis.*] *Manum ergo vocat vindictam Dei, sed dicit, manus tuas, pluraliter, quia duas manus vindictæ habet Dominus, unam qua punit in præsenti, & aliam qua puniet in futuro. Utramque ergo petit, ut scilicet puniantur in præsenti per correptionem, & si noluerint emendari, ut puniantur in futuro ad damnationem.*

Job. 19. v. 21. *Dan. 5. v. 5.* *Pſalm.* *Hug. Card. ibid.* *Deut. 32. 40. Ibid. v. 41.*

7. In Tomo 3. Conciliorum in Capitulo quodam, cui titulus est: *De observatione diei Dominicæ*, Epistola quædam cælitus missa adducitur, in qua Deus atrocissima supplicia fulminat contra eos, qui diem Dominicum non sanctificabant: *Juro vobis*, inquit Deus, *per dexteram meam, nisi Dominicum diem & festivitates Sanctorum meorum custodieritis, mittam vobis paganas gentes, ut occidant vos. In eadem Epistola*, quæ etiam in Concilio quodam in Scotia Anno 1203. sub Innocentio III. celebrato adducitur, sequentia verba leguntur: *Ego Dominus qui præcepi vobis, ut observaretis diem Dominicum, & non custodistis eum, & de peccatis vestris non pœnituistis. Misi super vos Paganos, qui effuderunt sanguinem vestrum in terra, & tamen non credidistis, & quia diem Sanctum Dominicum non custodistis, per paucos dies habuistis famem, sed cito dedi vobis saturitatem, & postea pejus fecistis. Volo iterum ut ab hora nona Sabbati, usque ad Solem surgentem diei Lunæ aliquid operetur, nisi quod bonum sit, quod si quis fecerit, cum pœnitentia emendet, & si huic mandato non obedieritis, amen dico vobis, & juro vobis per sedem meam, & thronum meum, & Cherubim, qui custodiunt Sanctam sedem meam quia non mandabo vobis aliquid per aliam Epistolam, sed aperiam cælos, & pro pluvia pluam super vos lapides & ligna, & aquam calidam per noctes, ut nemo præcavere possit, quin destruam omnes malos homines. Hoc dico vobis, morte morientini, propter diem Dominicum Sanctum, & alias festivitates Sanctorum meorum quas non custodistis. Mittam vobis bestias habentes capita leonum, capillos mulorum, caudas camelorum, & ita erunt famelicæ, quod carnes vestras devorabunt.*

T. 3. Concil. p. 2. pag. 448. Horrendæ comminationes Dei contra profanatores diei Dominicæ. *T. 3. Concil. p. 2. pag. 358.*

8. Porro exempla suppliciorum quibus Deus in transgressores festorum animadvertit, varia sunt, eaque omnia horrenda & atrocia. Etenim in Germania, prout Cantipratensis refert vir quidam dives, nobilis & potens venationi adeo deditus erat, ut dies Dominicos & festivos sine auscultata Missa profanè transigeret venando; qui licet à conjuge sua valde timorata acriter sæpe reprehenderetur, ejus tamen admonitiones salutares flocci faciebat; Accidit autem ut uxor ejus filium ei abortivum & monstrosum pareret, qui canis venatici caput præ se ferebat cui ex hoc spectaculo plurimum perterritæ à multis matronis ibidem præsentibus suasum fuit, ut monstrum hoc sine mora sub terram absconderet. *Dissimulantibus autem omnibus cum pudore, instat miles extracto gladio, ut ejus partus ostendatur; Et mox uxor timore compulsa, ejici de terra jubet prolem in triste spectaculum monstrosum dicens: Ecce quam manifesto prodigio insipientiam tuam vindicavit omnipotens, qui nullum bonorem diebus sacris tribuisti, sed vanis & vagis ludis venationum indiscretis temporibus institisti.*

Varia exempla divinæ vindictæ contra tales. *Cantipratanus.*

9. Bollandus de puella quadam refert, quod in die Dominico comam suam pectendo, componendo, crispando nimium tempus insumens, sequenti modo à Deo punita fuerit: *Pectine apprehenso (credo ob injuriam diei Sancti) in manibus ejus adhæsit, ita ut infixi dentes, tam in digitis, quam in palmis, magnam ei dolorem inferrent. Quæ cum Basilicas Sanctorum flens atque obsecrans circumiret, nihilque remedij impetraret, ad sepulchrum S. Gregorij liberata est.*

Bolland. 4. Jan. S. Greg. Epiſc. Ling. c. 4. n. 14.

10. In vita S. Genovefæ Virginis refertur, virum quemdam qui in Dominico die laborans cæcitate percussus fuerat, ad eam fuisse adductum, ut illum liberaret. Similiter alius quidam, cujus ambæ manus, eo quod in die Dominico laborasset, miraculosè contractæ fuerunt, ad ejus intercessionem confugit. Ejusdem quoque Virginis sequens pariter contigit miraculum: *Homo quidam Rebarensis dum nocte Dominica molere præsumpsisset, gravium ammoræ in oculum ejus de mola resiliit, & luce privavit; orbitatem oculi gravior passio secuta est, mox etenim cæpit pectus & ventrem manibus tundere, & assiduis transionibus sanguinem vomere. Hujus Passionis remedium anno integro per multa Sanctorum loca quæsivit, sed per virginis beatæ Clementiam inventit.* S. Carolus Borromæus de hac materia loquens, Dei vindicis justitiam quam adversus hujusmodi festorum profanatores exercere solet, populo suo Mediolanensi his verbis imprimere solebat: Et quia peccata hæc publica, maxime in re ad divinum cultum proxime spectante, qualis hæc est, Dei in populos iracundiam & vindictam gravissime provocare solent &c.

Bolland. 3. Jan. S. Genovefæ Virg. c. 7. n. 36. Ibid. c. 10. n. 45. *Act. Eccl. Mediol. pag. 433.*

11. In Concilio quodam Parisiensi sub Gregorio IV. celebrato, hæc verba leguntur: *Multi nostrorum visa, multi etiam quorumdam relatu didicimus, quosdam in hac die, id est, in Dominica, ruralia opera exercentes fulmine peremptos, quosdam etiam visibili igne, corporibus, ossibusque simul sub momento absumptis, in cinerem-ve subito resolutis pœnaliter occubuisse, quibus declaratur, quod Deus in tanti diei dehonoratione offendatur.* Concilium Matisconense 2. postquam varios præscripsisset dies festivos sanctificandi modos, tandem subjungit: *Si quis vestrum hanc salubrem exhortationem parvipenderit, aut contemptui trādiderit, sciat pro qualitatis merito principaliter à Deo puniri, & detonsus sacerdotali quoque iræ implacabiliter subjacere; si causidicus fuerit, irreparabiliter causam omittet; si rusticus aut servus, gravioribus fustium ictibus verberabitur;*

Tom. 3. Concil. Pariſ. c. 48. pag. 557. *Concil. Matiſcon. 2. An. 585. fol. 701.*

vabitur; si Clericus aut Monachus, mensibus sex à consortio suspenderetur fratrum. Hæc namque omnia & placabilem erga nos Dei animum reddunt, & plagas morborum, vel sterilitatem amovent.

Ann. Capuccin. An. 1589. 12. In Annalibus Cappuccinorum in vita Didaci Perez sæcularis sacerdotis devotissimi refertur, quod cum Barchinonæ in quodam sermone acriter perstrinxisset eos, qui officinas suas ad vendendum merces diebus festivis renebant apertas, aromatarius quidam se officinam suam in ejus despectum patulam habere velle jactarit, quod cum Didaco relatum fuisset, is eumdem in die S. Joannis Baptistæ acriter reprehendit, dicendo, illum non se, qui vilis terræ esset vermiculus, sed Deum offendisse, qui utique delictum illud acerbe suo tempore vindicaturus esset, eique protestatus est futurum esse, ut Deus in hujus profanatorum festorum pœnam, tali in eum animadverfu us esset supplicio, ut deinceps tam ferialibus quam festivis diebus ejus clauderetur officina, quod reipsa tandem evenit, quia sequenti anno civitas illa pro majori sui parte per pestilentiæ contagionem desolata fuit.

Concil. 3. p. 2. 13. In Concilio quodam in Regno Scotiæ celebrato, ubi de observantia diei Dominicæ agitur, varia contra prævaricatores illius recensentur miracula. Cum enim currifex quidam, non obstante, quod à conjuge hac de re graviter reprehensus fuisset, clavum ligneum in die Dominico elaboraret, Paralysi tactus fuit. Similiter mulier quædam in Die festivo texrrino operi incumbens, pariter paralytica & muta effecta fuit. Pistor Panem eodem die Dominico sub cineribus coctum, cum ex media parte illum eadem die absumpsisset, altera parte indiem alterum reservata, illucescente hoc die sanguis inde copiosus manavit; Præterea cum molitor quidam frumenta in die Dominico in mola comminueret, loco farinæ sanguis inde copiosus effluxit, rotaque pertinaciter & immobiliter subsitit. Denique cum mulier farinam in massam subegisset in die Dominico, furnoque coquendam immisisset, cum jam affatim coctam crederet; duabus vicibus illam crudam exinde accepit: Econtra vero cum alia quædam mulier idipsum in simili die facere vellet, à marito autem ut laborem hunc in diem sequentem differret persuasa, massam linteo quidam involvisset, die sequenti massam illam requirens; ut furno immitteret, illam Panem perfectissimè coctum, haud secus ac si debita temporis mora in furno fuisset, esse deprehendit: *Invenit Panes, inde divino nutu factos, & bene coctos sine igne materiali.*

DISCURSUS XII.

ARGUMENTUM.

Consideratur fructus quem per sanctificationem festorum nobis comparare possumus, per lucra tam spiritualia quam temporalia.

THEMA.

Non defrauderis à die bono, & partiola boni doni non te prætereat, Eccles. 14. v. 14.

Fructus & merita dierum festorum nullatenus sunt negligendi. *Exod. 20. v. 8. Gen. 2. Hug. Card. ibid.* *Lyran. Interlin.*

1. SAluberrimum est hoc ab Ecclesiastico nobis traditum monitum, quo ut diebus festivis de profectu & incremento nostro tam spirituali quam temporali soliciti simus, hortatur & suadet: *Ne defrauderis à die bono*; quisnam vero dies melior esse poterit die sanctificato? (*Memento ut diem Sabbati sanctifices; benedixit diei septimo, & sanctificavit illum,*) de quo die vere dici potest: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.* Unde & Hugo Cardinalis hoc loco Ecclesiasticum per diem bonum *diem festivum* intellexisse dicit: *Ne defrauderis à die bono, id est festivo, quia illo præcipue die bona facis, & à malis cavos.* Cui Lyranus consentit, dum ait: *Die bono, id est, festivo.* Interlinearis vero hujus diei nobis lucrum insinuat, dum hisce verbis: *Ne defrauderis à die bono*, subjungit: *Ubi recipias mercedem.* In diebus etenim Dominicis & festis ex oratione, sacrificijs, auscultato verbo Dei, sacramentis administratis, Divinorum officiorum celebrationibus, alijsque operibus bonis multa bona recipimus. Ecclesiasticus quoque diem hunc donum bonum appellat, quia servitium, obsequium, & cultus quem in festis diebus Deo exhibemus, vere bonum donum est; Et ideo *particula boni doni non te prætereat*, inquit Hugo Cardinalis, *torpentem & otiosum; illum enim tempus præterit; quem otiosum dimittit, quasi dicat: Nulla sit hora vacua à bono opere.* Cornelius à La-

pide hanc refert prædictorum verborum Ecclesiastici versionem: *Ne perde margaritam in die festo*; Ea enim quæ in diebus festivis nobis comparare possumus, gemmæ sunt inæstimabilis valoris, quibus coronam gloriæ ad quam omnibus nobis aspirandum est, exornare & pretiosiorem reddere possumus, si velimus. *Cornel. à Lapide.*

Iſaiæ 58. v. 13. & 14. 2. In Isaia considerabilis quædam, ijs qui festa sanctificaturi sunt, ab æterna Veritate facta habetur promissio; Dicitur enim: *Si averteris à Sabbato pedem tuum facere voluntatem tuam in die sancto meo; & vocaveris Sabbatum delicatum, & sanctum Domini gloriosum, & glorificaveris eum, dum non facis vias tuas, & non invenitur voluntas tua, ... Tunc delectaberis super Domino, & sustollam te super altitudines terræ, & cibabo te hæreditate Jacob Patris tui, os enim Domini locutum est.* Quæ verba diligens sibi poscunt examen, ut varia quæ ijs exprimuntur bona in ijs cernere valeamus, Dicit igitur Deus primo: *Si averteris à Sabbato pedem tuum*, quibus verbis nequaquam intendit dicere, quod à festis recedere & declinare debeamus, sed juxta Angelici Doctoris expositionem, Deus his verbis innuere vult, cavendum nobis esse, ne Festivitates per dissolutiones nostras profanemus: *Ne opera prohibita facias.* Sequitur; *Facere voluntatem tuam in die Sabbato*; ubi S. Hieronymus inquit: *Cohibeat pedem suum in Sabbatis, ne faciat voluntates suas, & diem sanctum Domini sui commaculet voluptatibus.* Oleaster aliam hujus moniti tangit rationem: *Solet enim otiositas diei festi multa nociva adferre desideria, quæ enim alijs diebus quibus operari licebat, non occurrebant, omnia se se offerunt in die festo facienda, ad quæ te vigilem esse oportet.* Enimvero majus quod in nobis est malum, voluntas nostra est; & ideo ad festa sanctificanda necessario requiritur, ut eadem nos privemus. Lyranus ita exponit: *voluntatem tuam; sequendo appetitum tuum irrationabilem*; Interlinearis illa verba: *Non invenitur voluntas tua*, ita exponit: *Ut nec scilicet opere pecces, nec voluntate.* Sequitur præterea: *Nec vocaveris Sabbatum delicatum*, scil. ut Lyranus ait, *ad divina intendendo.* Interlinearis per *Sabbatum delicatum*, intelligit *Sabbatum Deo acceptum, purum & sanctum Domini.* Estque advertendum, quod Deus dicat: *In die sancto meo*, nam ut Interlinearis ait, *dies ille esse debet Domini, non tuus*, quia ut in Discursu octavo vidimus, multi die festo, qui consecratus & segregatus est in honorem Dei, abutuntur, faciendo illum suum eumdem non in alium finem adhibendo, quam ut proprijs suis illicitis appetitibus indulgeant; nec solum dicit: *In die sancto meo*, sed majoris claritatis causa subjungit: *Sanctum Domini gloriosum, & glorificaveris eum*, nam ut Hugo Card. ait: *Gloriosus esse debet, ut in omnibus quæratur gloria Dei, non propria*; Et paulo post subdit: *Sabbatum Domini delicatum, sanctum & gloriosum vocat, quia opera avaritiæ, immunditiæ & superbiæ vitat*; sequitur ulterius: *Dum non facis vias tuas*, scil. ut Lyranus exponit, *sequendo tuas concupiscentias.* Quem festa sanctificandi modum si ritè observaveris, stipulata ab æterno remuneratore promissione utiq; frueris, id est; *Tunc delectaberis super Domino, & sustollam te super altitudines terræ & cibabo te hæreditate Jacob patris tui*, hoc est, hic in præsenti vita anima tua replebitur gaudijs & consolationibus spiritualibus, & in futura vita hæreditatem filiorum Dei consequeris. *Delectaberis quantum ad bona spiritualia*, inquit S. Thomas. Quis obsecro in veteri Testamento cæco illo illuminatior fuit, de quo Cœlum ipsum testimonium perhibet, *quia acceptus erat Deo?* De seniori Tobia loquor, qui tot à Deo spiritualibus bonis locupletatus fuit; at verò satisne hujus locupletationis causam? Nimirum ideo Deus tot eum gratijs spiritualibus adauxit, quia *solus fugiebat consortia omnium, Et pergebat in Jerusalem ad templum Domini & ibi adorabat Dominum Deum Israël.* Festis diebus utebatur ad impinguandum Spiritum, non vero ut major pars populi Hebræi ad incrassandam carnem. Unde S. Cyrillus Alexandrinus inquit: *Multis modis festivitatem illam in Christo nobis significabat, in quæ qui cum Dei timore vixerint, perfectissimam & absolutam libertatem recipient in sanctificatione, & ditissima Spiritus gratia.*

Iſaiæ 58. v. 13. & 14. Sanctificantibus Sabbatha, & dies festivos magna promittuntur beneficia & gratiæ à Deo. *S. Thom. in Iſai.* *Oleaſter in Iſai.* *Lyran. ibid.* *Interlin.* *Lyran.* *Interlin.* *Hugo Card.* *Lyranus.* *S. Thomas.* *Tob. 12. v. 13.* *Tob. 1. v. 5. & 6.* *S. Cyrill. Alex. l. 4. in Joan. c. 6. circa fin.*

3. *Delectaberis super Domino.* Lyranus verba hæc de consolationibus explicat interioribus, quas experiuntur omnes illi, qui festorum sanctificationem solicite adimpleverint: *Delectaberis super Domino, sentiens intra te consolationes divinas.* At vero dicet fortasse aliquis, qua ratione hoc vere dici poterit, quandoquidem manna, quod gaudiorum & consolationem spi-

Lyran. ibid. Consolationes Spiritus sancti abundantius in nos descendunt diebus festivis.

Sap.16.v.20. ritualium typus erat (*omne delectamentum in se habentem & omnis saporis suavitatem*) omnibus septimanæ diebus de cœlo depluebat, præterquam in Sabbato? S. Augustinus ad hanc difficultatem in favorem nostrum respondet, dicens: *Et illud advertite fratres, quod Judæorum Sabbatis manna numquam omnino pluerit, nec meruerunt Judæi, ut eorum Sabbato gratia illis de cœlo descenderet: In nostra autem Dominica die non solum semper venit manna, sed etiam ab ipso die veniendi initium fuit* (Angelica namque hæc annona, ut sancti Patres probant, primitus in Dominica die de cœlo descendit) semper ergo Dominus nobis pluit manna de cœlo, abundantius tamen consolationes Spiritus in solemnitatibus principalioribus participamus. Unde S. Philippus Nerius dicere solebat, pessimum esse signum, si quis in illis festis majorem Spiritum & devotionem non experiatur. Porro animas devotas in diebus festivis hoc manna degustare, sacrilegis vero festorum profanatoribus idem manna in vermes converti (quia quantum est ex parte ipsorum Deo per hoc tristitiæ occasionem præbent) hoc inquam ex sequentibus Origenis verbis clare colligitur: *Sed sicut, inquit, boni actus nostri, & virtutum profectus lætitiam, festivitatemque Deo & Angelis gignunt, ita vereor ne mala conversatio nostra non solum terris, sed cœlo lamentationes inducat & luctus, & forte ipsis etiam ipsi Deo luctum incutiant humana peccata.*

S. Aug. ser. 91. de temp.

Orig. Hom. 23. in Num.

Isaiæ 58. v. 14. Lyranus. Si festa ritè sanctificamus mens nostra facilius ad cœlestia elevatur.

4. *Et sustollam te super altitudinem terræ*, scilicet ut Lyranus explicat, *per contemptum terrestrium, & appetitum cœlestium*; si enim festa rite sanctificaverimus, cum sanctificatio ista ordinata sit ad exercitia Spiritus, consequens est, ut sicut sequentibus Discursibus videbimus, mens & cor nostrum ad bona cœlestia eleveturr, avellaturque per affectum à bonis terrenis. In cujus probationem considerandum est, quod Propheta ulterius subjungat: *Et cibabo te hæreditate Jacob*; at vero quænam fuit hæc Jacob Patriarchæ hæreditas? Nimirum: *De rore cœli & de pinguedine terræ*, ij enim qui festa digne sanctificant, non solum cœlestibus cumulantur benedictionibus, verum etiam bonis terrenis; & hinc est, quod S. Thomas hoc verbum *cibabo*, exponat *quantum ad fruitionem bonorum terræ.*

Ibid. v. 14. Gen. 27. v. 28.

S. Thom. ibid.

5. Jeremiæ cap. 17. populo Hebræorum promittitur, quod si præceptum de colendo Sabbato perfecte adimplerent, magnopere exaltandus, magnificandus & honorandus esset: *Si sanctificaveritis diem Sabbati, ne faciatis in eo omne opus, ingredientur per portas civitatis hujus Reges & Principes, sedentes super solium David, & ascendentes in curribus & equis, ipsi & Principes eorum, viri Juda & habitatores Jerusalem, & habitabitur civitas hæc in sempiternum.* Quem textum Hugo Cardinalis in duplici sensu explicat, quorum primus hic est: *Honore & deliciis affluentes*, Deus namque Jerosolymæ promittebat, quod si Sabbati observantiam coleret, omnem habitura esset prosperitatem & honorum abundantiam. Secundus vero sensus est: *Si bene custodieritis festa hæc, promitto vobis, quod bonos Principes sæculares habebitis, & bonos Ecclesiæ Prælatos.* In Concilio quodam Burdigalensi pœnæ leguntur, quas vindex Dei justitia Regnorum & civitatum gubernatoribus intimavit, nisi in urgenda festorum observantia vigiles & zelosi fuerint, omnem à subditis proscribendo abusum & scandalum; ubi & sequens valde efficax ratio subjungitur: *Nesciat certe ulla Reipublicæ administrandæ ratio melior & laudabilior esse posse, quam quæ primas divino cultui & religioni tribuit.* Unde Deus per Prophetam suum Jerosolymæ perpetuam promittit felicitatem & pacem, quamdiu in observantia Sabbati constanter permanserit: *Et habitabitur Civitas hæc in sempiternum.*

Fer. 17. v. 24. Omnis felicitas promittitur rite sanctificantibus Sabbatum. Ibid. v. 25. Hug. Card.

Conl. Burd. An. 1583. de festo 6.

6. Esdras Sabbatum per venditiones & emptiones, quæ in divini cultus contumeliam indifferenter fiebant, scandalosè profanari videns, locorum gubernatores acerrimè reprehendit: *Et objurgavi Optimates Juda*, idque non solùm, quia ad hos præcipue subditos in fræno continere spectat, verum etiam, quia illis incumbit, ut omnem Reipublicæ quietem & tranquillitatem procurent, quæ tunc vel maxime periclitatur, quando honor, qui Deo in festis debetur, contemnitur & pessumdatur; unde Esdras ait: *Quæ est hæc res mala, quam vos facitis, & profanatis diem Sabbati? Numquid non hæc fecerunt Patres nostri, & adduxit Deus noster super nos omne malum hoc, & super civitatem hanc? Et vos additis iracundiam super Israël violando Sabbatum?* Ut vero adversus omne malum quod deinceps evenire poterat, congruum adhiberet remedium, universaq; Respublica publica quiete frueretur, in hoc unicum quam studiosissime incubuit, ut omnes ad Sabbati observantiam quam arctissime adstringeret: *Clauserunt januas & præcepit, ut non aperirent eas usque post Sabbatum, & de pueris meis constitui super portas, ut nullus inferret onus in die Sabbati*; circa quæ verba Cajetanus inquit: *Remedium ab ipso Nehemia adhibitum, ne violaretur Sabbatum, describitur.*

2. Esdr. 13. v. 17. Superiores permittentes violari Sabbatum, acriter objurgandi sunt. Ibid. Ibid. v. 18.

Ibid. v. 19. Cajetan.

7. Superius in Discursu 10. transgressiones festorum famis & annonæ caritatis causas esse probavimus, sicut è contra festorum religiosam observantiam fertilitatis & abundantiæ in agris originem esse ostendimus. In cujus confirmationem hæc à prima & infallibili veritate emanata promissio Levit. c. 26. his verbis describitur: *Custodite Sabbata mea, & ... dabo vobis pluvias temporibus suis, Et terra gignet germen suum, & pomis arbores replebuntur, Apprehendet messium tritura vindemiam, & vindemia occupabit sementem: & comedetis panem vestrum in saturitate, & absque pavore habitabitis in terra vestra: Dabo panem in finibus vestris; dormietis, & non erit qui exterreat; auferam malas bestias, & gladius non transibit terminos vestros; Persequemini inimicos vestros, & corruent coram vobis. Respiciam vos & crescere faciam; multiplicabimini, & firmabo pactum meum vobiscum; Ponam tabernaculum meum in medio vestri.* Quidnam obsecro in hac vita præsenti in præmium sanctificationis Sabbati excellentius desiderari poterat?

Omnis benedictio provenit ex religiosa observatione festorum. Levit. 26. v. 2. Ibid. v. 3. Ibid. v. 4. Ibid. v. 5. Ibid. v. 6. Ibid. v. 7. Ibid. v. 9. Ibid. v. 11.

8. Exodi c. 34. alia à Deo eidem populo legitur facta promissio, pro eo tempore quo relicta domo propria, gregibus, familia, agris, segetibus Jerosolymam se recipere consueverat ad celebrandam ibidem præscriptam solemnitatem: *Tribus temporibus anni apparebit omne masculinum tuum in conspectu omnipotentis Domini Dei Israël; Nullus insidiabitur terræ tuæ, ascendente te, & apparente in conspectu Domini Dei.* Ecce tibi qua ratione Deus in suam tutelam & protectionem omnes res nostras suscipiat, eo præcipue tempore, quo in diebus festis in divino ejus servitio occupati sumus. In Isaia quoque dicitur: *Omnem custodientem Sabbatum ne polluat, Adducam ... in montem Sanctum meum, & lætificabo eos, in domo orationis meæ: Holocausta eorum & victimæ eorum placebunt mihi*: Nos vero econtra rerum nostrarum formidamus jacturam, cum illis tantisper neglectis seu postpositis divino cultui intenti sumus, verum res ita se non habet.

Alia promissio Dei comitans festa. Exod. 34. v. 23. Ibid. v. 24. Isa. 56. v. 6. Ibid. v. 7.

9. Thomas Cantipratensis se à nonnullis Patribus Dominicanis factum aliquod audivisse refert, quod hi se ab eadem persona percepisse affirmarant, cui idipsum accidit. In Germania namque miles quidam messores ad prata demetenda sub pacto stipendio conduxerat: Quia vero in sequentem diem festum aliquod Sancti cujusdam incidebat ex præcepto in foro festivum, ideo vesperarum tempore unus è messoribus à cæteris laboris consortibus paravit discessum, dicendo: Jam sequentis diei festum suum sumit exordium; quem hi deridentes, minime vero imitantes, cœptum suum prosequebantur laborem. Ille vero postridie diei festi ad laborem suum complendum, reversus, quia multa adhuc illi demetenda restabant ex ijs, quæ alij pro parte sua decusserant; à cæteris tanto magis derisus fuit. Qui *patienter ferens risus omnium & cachinnos, ubi falcem ad manum posuit, ante se pendentem in sulculo graminis, Drachmam miræ & invisæ magnitudinis auream mox invenit, curvatus ergo genibus cum lachrymis Dominum benedixit.* Ad quam messoris fortunam miles prati Dominus, alijque collaboratores accurrentes, *vident divinum miraculum, Scripturamque miles literatus in numno voce patria legens, hæc ut interpretari potuimus, continebat: Manus Dei me compegit, & in domum me redegit pauperis, qui non infregit diem sancto celebrem.* Etenim Sancti se à nobis per comitatem & benevolentiam vinci nequaquam permittunt, cum ob illorum honorem quodvis humanum interesse postponimus, quin potius in cœlo pro nobis negotia arduissima tractant, nos ibidem concernentia, non tam pro salute æterna, quam pro temporali incolumitate, cunctisque alijs bonis terrenis nobis impetrandis.

Thom. Cant. l. 2. apum c. 53. §. 9. Insignis historia colentis festum cujusdam sancti,

10. *Cibabo te hæreditate Jacob patris tui*; Hæreditas autem Jacob (qui electus fuit: *Jacob dilexi*: Nec non Israël, quod nomen idem quod *videns Deum* significat appellatus fuit) æterna est prædestinatio, quæ illos consequitur, qui festa sanctificant. Jeremiæ cap. 10.

Isaiæ 58. 14. Rom. 9. v. 13. Colentes festa, prædestinantur ad vitam æternam,

Jerem. 17. v. 25. S. Hieron. ibid.

cap. 10. in remunerationem Sabbati religiosè observati Deus promittit, inquiens: *Ingredientur per portas civitatis hujus Reges.* Circa quæ verba S. Hieronymus inquit: *Videamus, quod sit præmium eorum, qui non portant onera in die Sabbati, & sanctificant illum. Ingredientur*, inquit, *per portas civitatis hujus Reges, quorum cor in manu Dei est, & qui regnat corporibus fides, & Principes sedentes super solium David, ut Christi imitentur exemplum & ascendentes in curribus & equis, de quibus scriptum est: Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium, Dominus in eis Sinai in sancto; Et alibi: Equitatio tua salus.*

Isaiæ 66. 23. Accepturi requiem æternæ beatitudinis. Jord. Sax. l. 2. de Comspirit. c. 17.

11. Isaiæ vaticinium est: *Et erit ... Sabbatum ex Sabbato*; quasi dicere voluisset; quia Sabbatum, quod dies est requiei, debite sanctificarunt, ideo in hujus sancti operis remunerationem, ob quietem Sabbati, requiem accipient beatitudinis sempiternæ. Jordanus Saxo de quodam religioso circa Sanctorum solemnitates concelebrandas valde devoto scribit, quod in qualibet illarum solemnitatum, in charta depictam ante se habuerit Sancti illius, cujus festum agebatur, effigiem, ac coram eodem devote orans, gemuerit, totoque die summo illam profectus fuerit devotione. Similiter approprinquante aliquo beatissimæ Virginis festo, ad eam se præparaturus salutationem Angelicam millesies dixerit. Quia vero festum omnium Sanctorum summa, in veneratione habere solitus fuerat, ideo ante eamdem solemnitatem, octo diebus jejunijs, orationibusque rigide vacabat: Alij vero idem festum consequentibus diebus in eorumdem Sanctorum honorem ordinatis devotissimis exercitijs spiritualibus tempus devotissime transigebant. Qui tandem in hujusce devotionis remunerationem in ipsamet omnium Sanctorum solemnitate devotissime cum expirasset, cuidam sodalium suorum apparens, se in eorum consortium feliciter adoptatum esse revelavit. Aliam quamdam utilitatem ex sanctificatione festorū, quæ S. Mater Ecclesia honorari præcepit, resultantem, Author summæ prædicantium his verbis refert: *Ut in diebus Sanctorum vitam ipsorum audientes ipsos tamquam exemplaria vitæ nostræ respiciamus; tamquam per duces, & per eos ad cœlestia ducamur, ut etiam qui magna & periculosa negotia in Dei curia expedire habemus, ad Sanctum, cujus diem celebramus, tamquam ad Regis secretarium curramus, hortante nos sacra Scriptura, quæ dicit Job. cap. 5. ad aliquem Sanctorum convertere.*

Accepturi requiem æternæ beatitudinis.

Summ. Prædicant. Verb. Feria c. 3. v. 12.

Iob. 5. v. 1.

DISCURSUS XIII.

ARGUMENTUM.

Festorum sanctificatio cum pietate & devotione, nec non cum virtutum Christianarum exercitio, & Conscientiæ munditie conjuncta esse debet.

THEMA.

Observa diem Sabbati, ut sanctifices eum, sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus, Deuteron. 5. vers. 12.

Sabbatum vocatur sanctum eo quod sanctis operibus in eo incumbendum sit. S. Thom. Op. 6. de 10. præceptis de 3. præcepto. Exod. 31. 14. Exod. 16. 26. & 23. Exod. 35. 2.

1. DEus diei festivi sanctificationem, non qualiscumque modo vult observari; sed juxta eumdem modum, quo ipse præceperat: *Observa*, inquit, *diem Sabbati, ut sanctifices eum, sicut præcepit tibi Dominus*, Unde S. Thomas in Opusculo quod super Decalogo conscripsit, de tertio præcepto, quo Sabbati sanctificatio præcipitur, differens, inquit: *Datus est hic dies ad opera pietatis.* Exodi etiam c. 31. de Sabbati observantia S. Scriptura ait: *Custodite Sabbatum meum, sanctum est enim vobis. In die septimo Sabbatum est, Requies sanctificata est Domino.* Et Exod. c. 35. dicitur: *Septimus dies erit vobis sanctus.* Unde liquet, quod Spiritus Sanctus hunc diem ut plurimum sanctum appellet, ut illum sanctis operibus impendendum esse intelligamus quia *datus est ad opera pietatis. Dies festus est Domini* (inquit in Homilia quadam Origenes) *si est sacrificium indesinens, si sine intermissione oremus, ita ut ascendat oratio, sicut incensum in conspectu ejus mane, & elevatio manuum nostrarum fiat ei sacrificium vespertinum.* B. Petrus Damianus verum nobis Sabbatum seu potius festivitatem Christiano homine dignam his verbis delineat: *Christiano spirituale Sabbatum agere, est à laboriosa rerum temporalium cupiditate quiescere, solis orationum, ac lectionum studijs insudare, sæcularium negotiorum pondus de mentis cervice projicere, ad contemplanda Cœlestia tota cordis intentione vacare, carnis oblectamenta contemnere, de sola spe Cœlestium spiritualiq; lætanditate gaudere; de hoc enim dicit Apostolus: Rehnquetur ergo Sabbatismus populo Dei.*

Orig. Hom. 23. in Num.

B. Petr. Dam. l. 4. Epist. 16.

2. Quia omnis Christi actio ad illum finem ordinatur, ut nostra sit instructio, ideo advertendum est hoc loco, quod licet Salvator noster à Nazarenis concivibus suis ad frequentandam Jerosolymis festū Tabernaculorum urgeretur, ipse tamen ad hoc se invitum exhibuit, dicendo: *Vos ascendite ad diem festum, ego autem non ascendo ad diem festum istum*; & tamen paulo post ut S. Joannes inquit: *Et ipse ascendit ad diem festum.* Pro cujus difficultatis resolutione notandum est, quod Salvator notanter dixerit: *Non ascendo ad diem festum istum*; hoc enim prænotato S. Anton. de Padua difficultatem his verbis resolvit: *Hoc festum dicitur scenophægia quod interpretatur fixio tabernaculorum; per quam mundanam intelligere possumus lætitiam*; hoc igitur festum Christus declinavit: at vero paulo post nihilominus Jerosolymam se recepit, solemnitatem cum fructu celebraturus. S. Augustinus circa hanc difficultatem ita scribit: *Ideo non ad diem festum hunc, quia non gloriari temporaliter, sed aliquod docere salubriter, corrigere homines, de die festo æterno admonere, amorem ab hoc sæculo avertere, & in Deum convertere cupiebat.* Lyranus hac de re ita loquitur: *Sicut noluit esse in principio festivitatis; ne fratribus suis videretur facere malum persuadentibus sic non voluit se omnino subtrahere, ne à populis doctrinam salutis subtraheret, quam venerat docere.* S. Bonav. phrasin loquendi S. Joannis notans, inquit: *Jam autem die festo mediante ascendit Jesus, & hoc in figura, quod dies festus fidelium debet esse virtuosus, virtus enim est in medio, ait Sapiens; dies festus medius est, ille qui est virtuosus; unde notat, quod est festivitas sathanica, in qua vacatur operibus peccatorum.* Pari quoque modo S. Ambrosius festa nostra tum Deo grata & accepta futura esse dicit, quando erunt virtutibus ornata: *Festus dies Dominus est*, inquit *ubi peractarum virtutum gratia est, quæ tum perfectæ sunt, si solicitudines sæculares, & corporales illecebras victor animus delimenta voluptatis excludat, liber à sæculo Deo deditus.*

Cur Christus monitus à Nazarenis noluerit ascendere ad diem festum istum. Joan. 7. v. 8. Ibid. v. 10.

S. Anton. de Padua serm. in hac Fer.

S. Aug. Tr. 28. in Joan.

Lyranus.

S. Ambr. l. 2. c. 2. de Cain & Abel.

3. Iterum Redemptor noster, teste eodem S. Joanne ad Tabernaculorum solemnitatem se quidem recepit, verumtamen nonnisi ultimo festivitatis die in eadem comparuit, ut videretur & audiretur à populo ibidem congregato; sed cur Salvator tam tarde ad festum illud accesserit? num forte ex devotionis defectu id ipsum contigit? minime gentium: hoc enim dicere blasphemia, credere hæresis foret; nam ut idem Salvator apud Mattheum inquit: *Iota unum aut unus apex non præteribit à lege, Non enim venit legem solvere sed adimplere*; & tamen sacer textus inquit: *In novissimo autem die magno festivitatis stabat Jesus &c.* sciendum igitur est Judæos alijs diebus præcedentibus solis convivijs, lætitijs, & dissolutionibus deditos esse consuevisse, ac proinde Salvator noster his diebus festivitatem sua præsentia condecorare noluit, sed potius ad ultimum usque diem tardavit, quando scilicet ad templum ad faciendas orationes, ad audiendum verbum Dei, reddendasque Deo debitas gratias convenire solebant. Unde Lucas Burgensis ait: *Solutis tabernaculis conveniebant in templum ad laudem, & agendas gratias Deo.* S. Thomas diffusius finem explicat, ob quem incarnata Sapientia tam tarde ad festum accesserit; dicit enim: *Festum illud celebrabatur septem diebus, & primus & ultimus dies solemniores erant, sicut apud nos primus dies festi, & octavus solemnis est magis; Hoc ergo quod hic Dominus fecit, non fecit primo die, quia nondum ascenderat Jerosolymam, nec inter medijs diebus, sed in novissimo, & hoc ideo, quia pauci sunt, qui festa spiritualiter celebrant, & ideo non eos à principio ad doctrinam invitat, ne per vanitates sequentium dierum aboleretur de cordibus eorum, quia ut dicitur Luc. 8. verbum Domini suffocatur à spinis, sed in ultimo die eos invitat, ut tenacius eorum cordibus imprimatur.* Unde Salvator noster per hoc nobis insinuare voluit, tunc ei festa grata futura, ipsumque beneficos gratiarum suarum influxus impertiturum esse, non quando ad vanitates, gaudia, & ad alias similes profanitates divertimur, sed quando Religionis actibus dediti fuerimus, ac proinde tunc eis dixit: *Si quis sitit, veniat ad me, & bibat &c.* Ubi S. Thomas ait: *Potus iste est spiritualis refectio, in cognitione divinæ Sapientiæ & veritatis*; Hugo Cardinalis ait: *Bibat per dilectionem vel per Spiritus Sancti Redemptionem.*

Cur Christus ultimo die festi Tabernaculorū primo accesserit ad illud celebrandum. Matth. 5. 18. Ibid. v. 17. Joan. 7. v. 37.

Luc. Burg. ibid. S. Thom. in Joan. Ut nimirum Festum illud spiritualiter celebraret,

Joan. 7. v. 37. S. Thom. ibid. Hug. Card.

Deus in dies pluebat manna excepto Sabbato.

4. Deus olim populo Israël cœlestis mannæ annonam in deserto per totam septimanam quovis die cœlitus depluebat, solo excepto die Sabbati, per quod ostendere voluit, quanta cum solicitudine cupiat, ut homines illa die ab omnibus sæcularibus negotijs expediti, soli diei illius sanctificationi totaliter sint intenti; unde sacer textus postquam manna sex diebus non vero in Sabbato è cœlo missum fuisse dixisset, immediate subjungit: *Usquequo non vultis custodire mandata mea, & legem meam? Videte, quod Dominus dederit vobis Sabbatum, & propter hoc die sexta tribuit vobis cibos duplices; maneat unusquisque apud semetipsum;* ubi præcipue notanda sunt hæc ultima verba: *Maneat unusquisque apud semetipsum*, quasi dicere voluisset, sit unusquisque in semetipso recollectus & sanctæ solicitudini deditus, prout Psalmista suadebat, dum ait: *Vacate & videte, quoniam ego sum Deus.* Justum enim est, ut cum per totam septimanam negotijs terrenis occupati fuerimus, Dominica saltem die de salute animæ, deque Dei gloria & honore solicite cogitemus, *maneatque unusquisque apud semetipsum.* Unde D. Chrysost. super illa verba Apostoli: *Omnes sub nube fuerint*, inquit, *per diem illum abstinebant, ut inviti etiam discerent illo die feriari.*

Exod. 16. v. 27.

Psal. 45. v. 11.

D. Chrys.

Levit. 23. v. 2.

Cajetan.

5. Sacer Textus cap. 23. Lev. ab his verbis exorditur: *Locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Loquere filijs Israël, & dices ad eos: Hæ sunt feriæ Domini, quas vocabitis sanctas*, Ubi Cajet. in Hebræo ita legi monet: *Vocabitis vocatione sanctitatis*; & subdit: *Istud est nomen, quo mandat Deus appellari solemnitates suas, & ut reperitio hujus nominis frequens insinuat, hoc nomen appropriatur illis diebus festis, præcipue quibus non licebat operari. Ratio autem nominis in promptu est, quoniam tempus festivum nihil aliud erat, quam vocatio hominum ad sanctitatem eorum exhibendam Deo, ad hoc enim instituuntur festivitates divinæ.* Glossa pariter in expositione hujus textus rationem assignat, cur Deus festa sancta appellari voluerit; dicit enim: *Feriæ sanctæ dicuntur, ad distinctionem carnalium gaudiorum, quæ quia mentem corrumpunt, sancta dici non possunt; dicuntur etiam sanctæ, quoniam lætitia spiritualis nos sanctificat dum divinam in nobis charitatem restaurat.* Concilium Narbonense duas rationes assignat, cur festa Sanctorum honori dedicata instituta fuerint, dum in hæc verba loquitur: *Sanctorum solemnitates celebrandas Patres censuerunt, ut vel eorum in animis nostris excitarent imitationem, vel ut eorumdem meritis consociati, beatorum mentium precibus juvaremur; nam ut ait Augustinus: Solemnitates Martyrum exhortationes martyriorum sunt, ut eos imitari non pigeat, quos celebrare delectat.* Unde D. Chrysost. in sermone quodam monet, dicens: *Martyrum festa non ex dierum circuitu solum, sed etiam ex eorum animo, qui ea celebrant, æstimantur. Exempli caussa; Imitatus es martyrem? virtutem ejus æmulatus es? etiam cum festum non esset martyris, celebrasti festivitatem martyris. Honor martyris imitatio est martyris.* Et ideo D. Chrysost. ibidem ostendit, quod is festa rite non celebrat, qui in illis male vivit, eademq; per Dei offensam profanat; subdit enim: *Ut qui scelera committunt etiam in festivitatibus sine festo sunt, & profani, sic qui virtutem exercet, etiam cum nulla est solemnitas, festum celebrat, siquidem conscientiæ puritate festum exprimitur.* Idque authoritate S. Pauli primitivæ Ecclesiæ fideles his verbis exhortantis probat: *Itaq; epulemur non in fermento veteri neq; in fermento malitiæ & nequitiæ, sed in azymis sinceritatis & veritatis. Qui enim ab omni sorde ac macula puram vitam suam conservat, quotidie festum celebrat, ac solemnitatem, licet nec in die, nec in templis martyrum, sed domi fedeat.* Cui consonat, quod idem D. Chrysost. in Homilia de Anna matre Samuëlis his verbis scribit: *Festa non multitudo convenientium facere solet, sed virtus; non sumptuosus vestitus, sed pietatis ornatus; non mensæ dapsilitas, sed curæ animæ, maximum enim festum est conscientia bona.* S. Cyrillus Alexandrinus præ cæteris diffusior est in tradendo modo, quo solemnitates insigniores à nobis sunt celebrandæ; inter cætera vero ita scribit: *Quemadmodum divinus ait Psaltes: Tempus faciendi Domine sanctam videlicet, purissimamque celebritatem; usitatum est plerumque festos dies agentibus, vestibus egregie nitidis cultos atque ornatos conspici, omnique labe sordium purgata indumenta gestare; ea namque temporis convenire aliquis dixerit. Verumtamen haud quaquam ut externis tantummodo effulgeamus ornamentis dandam à nobis operam esse arbitror, sed ut animæ sordes eluamus, omni à nobis studio laborandum puto.*

Conc. Narbon. An. 1609. c. 9.

D. Chrys. T. 5. in Matth. ser. 1. fer. 59.

D. Chrysost.

1. Cor. 5. v. 8.

D. Chrys. Tom. 2. de Anna. Hom. 5.

S. Cyrill. Alex. Hom. 29. de festo Paschali.

6. Esdras Sabbati profanati sanctificationem reparare volens, ad impediendas emptiones & venditiones multa præcepta sancivit; inter cætera vero portas civitatis claudi jussit, ne onera eamdem ingrederentur in die Sabbati; & specialia hac de re Levitis præcepta imposuit, nam ut sacer textus inquit: Dixit quoque Levitis, ut mundarentur, & venirent, ad custodiendas portas, & sanctificandum diem Sabbati; cum tamen præceptum hoc Levitis minime congruum videatur; si enim Levitis præcepisset, ut animæ munditiæ studerent, offerendisque victimis purificationem conscientiæ præmitterent, seq; ad sacrificia offerenda præpararent, facile præceptum intelligi potuisset, at vero quod Esdras hanc munditiem à Levitis eo solum fine requirat, ut portas civitatis custodirent, difficultate non caret; verumtamen si mens Spiritus sancti profundius inspiciatur, clarum evadet, quam solicite ad festa digne celebranda hanc animæ puritatem & munditiam desideret, quando eamdem etiam in illis qui portarum custodiæ in Sabbato assistunt, tam studiose requirit: *Dixi quoque Leviti, ut mundarentur &c.* & quia hoc officium erat divinum, inquit Cajetanus, utpote ad observationem Sabbati relatum, ideo Levitas mundari jussit, ad exercendum hoc officium.

2 Esdr. 13. v. 22.

Cur Esdras Levitas mundari jusserit ut custodirent portas in Sabbato.

Cajetan.

7. S. Patres olim in festis solemnioribus, in suis ad populum prædicationibus ab invectivis contra vitia abstinere solebant, vel ne per hanc reprehensionum acrimoniam festa amaricare, vel etiam quia talibus invectivis in similibus festivitatibus, minime opus esse supponebant, utpote ad quæ omnes ijs diebus sanctificati intervenire solent. Sic S. Gregorius Nazianz. in orat. 6. inquit: *Quid paleæ cum tritico? Quid carnis voluptates cum martyrum certaminibus? illa theatris congruunt, hæc meis conventibus, illa libidinis, hæc castitatis & temperantiæ studiosis; illa carni addicti, hæc ijs qui corporis vinculis solvuntur. Deinde gestit quidem animus audacis alhquid proferre, sed dies hujus reverentia cohibeor, ne quid infesti aut asperi dicam:* Clarius vero S. Bernardus suo tempore in sermone tertio de Epiphania prædicans, inquit: *Interdum contra vitia loquimur, & genus illud sermonis perutile, sed diebus cæteris videtur opportunius convenire. Festivis autem, & maxime in præcipuis solemnitatibus, magis circa ea quæ solemnitatis sunt immorandum videtur, ut pariter & eruditur animus, & excitetur affectus:* Festorum quoque sanctificationi adaptari posse videtur, quod S. Leo de diebus quadragesimalibus in hæc verba scribit: *Semper quidem nos sapienter & sancte vivere decet, & in id voluntates nostras, actionesque dirigere. quod divinæ novimus placere justitiæ, sed cum ij appropinquant dies, quos illustriores nobis salutis nostræ sacramenta fecerunt, diligentiori solicitudine corda nostra sunt mundanda & studiosius exercenda est disciplina virtutum.*

S. Patres dissuasisse festivis Concionibus abstinebant ab invectivis & quære.

Nazianz. Orat. 6.

S. Bern. ser. 3. de Epiph.

S. Leo ser. 3. de Quadr.

8. Propheta Regius salubriter nos monet, inquiens: *Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi*, quasi dicere voluisset: Sicut erga Sanctorum reliquias magna ferimur veneratione, ita quoque cogitationes, desideria, & affectus pij veluti Sanctorum reliquiæ festa tua debito cum honore sanctificabant: *Reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi*; hunc autem cogitationes & cor nostrum sanctificandi finem facile consequemur, si ad mysterium quod in illa solemnitate sive Christi, sive suæ S. Matris sive aliorum Sanctorum celebratur, animum applicuerimus, virtutemq; & sanctitatem ipsorum fuerimus imitati, vel feriam de nostris peccatis pœnitentiam egerimus; nam Hebræus legit: *Reliquiæ pœnitentiæ diem festum agent tibi.* In novissimo Concilio Bituricensi, cum de invocatione Sanctorum, deque solemnitatibus in eorumdem honorem institutis differitur, sequens Canon legitur: *Imitentur Christiani totis hisce diebus Sanctos illos, quorum memoriam colunt, per opera charitatis.*

Psal. 75. v. 11.

Sancti, quorum festa colluntur etiam opera imitari debemus.

Concil. novissi. Gal. Biturie. 1584. tit. 6. de invocat sanct. Can. 4. & 6.

9. Auctor summæ Prædicantium super illa verba sancti Joannis cap. 5. *Erat dies festus Judæorum, & ascendit Jesus &c.* ingeniosam habet observationem; Ad illa namque verba: *Ascendit ad festum*, se reflectens inquit: *In signum quod volentes festum facere, ascendere debent*, per viam virtutum; de virtute in virtutem. Divus Chrisostomus divini cultus studiosissimus zelotes in præfata Homilia de Anna Matre Samuëlis, ita scribit: *Ubi sacra doctrina & preces, ubi Patrum benedictiones, & divinæ legis auditorium, ubi conventus fratrum, & germanæ charitatis vinculum, ubi cum Deo colloquium, & cum hominibus sermo, qui fieri potest, ut ibi non sit festi celebritas?* ex quibus verbis clare

Joan. c. 5. v. 1. Sum. Pred. v. Feria, c. 3. n. 6.

Festis diebus auditur verbum Dei, & fiant opera charitatis.

D. Chrys. Hom. 5. de Anna.

clare constat, verus festa sanctificandi modus nimirum si verbum Dei audiatur, frequentetur doctrina Christiana, opera charitatis exerceantur, sitque per ferventem orationem assiduus sermo noster cum Deo. Sanctus Gregorius ad idem intentum aptissime sequentibus nos verbis exhortatur: *Ecce*, inquit: *Paschalia solemnia agimus, sed ita vivendum est nobis, ut pervenire ad æterna festa mereamur. Transeunt cuncta quæ temporaliter festiva celebrantur, curate qui his solemnitatibus interestis, ne ab æterna solemnitate separemini. Quid prodest interesse festis hominum, si deesse contingat festis Angelorum? Umbra venturæ solemnitatis est solemnitas præsens, idcirco hanc annuè agimus, ut ad illam quæ non est annua, sed continua perducamur. Frequentatione gaudij temporalis ad æterna gaudia mens incalescat & ferveat, ut ex veritate lætitia perfruatur in Patria, quod de umbra gaudij meditatur in via.* Tandem vero Discursum suum considerabili hoc monito concludit: *Vitam ergo vestram fratres, moresque componite.*

D. Chrysost. Hom. 41. in Matth.

Colluvies Judæorum volebat impedire sanitatem in Sabbato.

S. Bern. T. 2. ser. 10. Art. 1. & 2.

D. Chrysost. Hom. 40. in Matth.

Luc. 6. v. 7.

Ibid. v. 8.

Ibid. v. 9.

D. Chrysost. Hom. 41. in Matth.

Thren. 1. v. 7. Diebus festivis sunt agenda quæ sapiunt pietatem & charitatem.

Glossa ord. ibid.

Exod. 20. 8. Oleaster.

DISCURSUS XIV.

ARGUMENTUM.

In diebus festis ab omnibus vacandum est operibus, præterquam ab operibus & actibus Religionis & charitatis; ubi etiam varia considerantur media, quibus festos dies sanctificare debemus.

THEMA.

Vacate & videte, quoniam ego sum Deus. Psal. 45. v. 11.

1. DEus per hoc oraculum Propheticum, ni fallor, fidelibus suis præcipere voluit, ut in diebus cultui suo dedicatis ab omnibus servilibus operibus vacarent; unde dicit: *Vacate.* Insuper vero etiam illos docere voluisse videtur, qualis in ijs ipsemet diebus festivis nostræ debeant esse occupationes; unde subdit: *Videte quoniam ego sum Deus.* Unde non immerito S. Bernardus ita in sermone quodam ad nostram discurrit institutionem: *Sanctificatio est ipsa quæ fit ad Deum vacatio, orando, colendo, meditando, sicut ait Propheta dicens: Vacate & videte, quoniam ego sum Deus.*

2. *Vacate.* Sæpius in Discursibus præteritis illius per Jeremiam facti meminimus lamenti: *Viderunt eam hostes; & deriserunt Sabbata ejus.* Gentiles enim, Hebræo infesti populo, videntes festa quæ Jerosolyma in Dei honorem obibat, eadem irridebant, siquidem in otio recreationibus, divagationibus, gaudijsque dilapidabantur: ideoque Glossa ait: *Tunc Dæmones Sabbata nostra deridebant, cum à bonis nos feriari vident*, unde & Oleaster super illum Exodi Textum (*memento ut diem Sabbati sanctifices*) hanc utilissimam fecit observationem, inquiens; *Nota, Deum non dicere, quod Sabbati recorderis, ut in eo gaudeas, tripudies, ut tibi vaces, sed ut sanctifices.* Imo & S. Chrysost. mentem legislatoris supremi circa Sabbati decretum, quo prohibebatur Israelitis: *Nihil in die Sabbati facietis*, hunc in modum explanat: *Nihil faciatis*, inquit *præterquam ea quæ facit anima*, Quidquid enim ad salutem animæ & ad gloriam Dei, necnon ad amoris divini dirigitur augmentum, non modo non prohibitum, sed & expresse præceptum est. Cui stabiliendo subserviet illud, quod S. Lucas de Christo, in die Sabbati Synagogam, ubi quidam hærebat aridam habens manum, ingrediente, tradit in hæc verba. *Observabant autem Scribæ & Pharisæi, si in Sabbato curaret, ut invenirent unde accusarent eum; Ipse vero sciebat cogitationes eorum, & ait homini, qui habebat manum aridam, surge & sta in medium; Et surgens steit. Ait autem ad illos Jesus: Interrogo vos, si licet Sabbatis benefacere, an male? Animam salvam facere? an perdere?* miserum itaque illum non obstante malignorum rudiumque scandalo, ira & odio contra se provocato sanavit, quia nimirum ijs solicite inculcare satagebat, quod licet in diebus festis opera servilia prohibita essent; non tamen alia, ad pietatem & charitatem ordinata; *statuit hominem in medio* (inquit D. Chrysostomus) *non quia ipsos metueret, sed quoniam ad miserim cordiam eos trahere cupiebat.*

3. Attendite ad impium colluviem: sanationem impedire miraculosam satagebat in Sabbato, quæ in ipso Paschate occidere non erubuit Dei Filium; id quod idem S. Doctor acute notat, dum illa S. Joannis verba (quærebant eum in die festo) exponens, ita discurrit: *ad cædem semper ferebantur, & festis eum diebus capere tentabant; nam & alibi dicunt: Quid putatis, quia non venit ad diem festum? & dicebant, ubi est ille? diem festum maxime reverebantur & tamen capere conabantur?* Opera itaque servilia à quibus nobis abstinendum est, peccata sunt, prout in Discursu 3. probavimus non Religionis exercitia. Quam veritatem idem S. Doctor confirmare nititur, dum illum Apostoli ad Hebræos Textum (*itaque relinquitur Sabbatismus populi Dei*) sequenti illustrat Commentario dicens: *In Sabbato ab omnibus quidem malis jubet abstinere, illa autem sola fieri, quæ pertinent ad cultum Dei*, quam assertionem exemplo probat sacerdotum, qui in Sabbato omne id quod ad divinum servitium, animarumque salutem ordinatum erat, ad amussim exequebantur; ut proinde etiam non immerito S. Thomas non omnem in diebus festivis operationem vetandam duxerit quin potius distinguendam, inquiens: *Dicendum, in quibus occupari debemus, & sunt tria. Primo in faciendis sacrificijs*, juxta quod in libro Numerorum duplicata in Sabbato præscribitur his verbis oblatio: *die Sabbati offeretis duos agnos anniculos immaculatos*, duo namque mane & duo sub vesperam offerendi erant, *quæ omnia in figura contingebant; sic namque & nos*, prosequitur Angelicus Doctor, *debemus offerre animam nostram dolendo de peccatis Psal. 50. sacrificium Deo Spiritus contribulatus; Et orando pro beneficijs; factus est dies festus ad habendam spiritualem lætitiam, quam facit ratio; Unde & tali die multiplicare debent preces: Secundo corpus nostrum affligere, & hoc jejunando, tertio res suas sacrificare, & hoc, dando eleemosynas: Beneficentiæ autem nolite oblivisci.*

Joan. Diaconus l. 4. vitæ S. Greg. c. 52.

Quibus die Dominico potius vacandum sit.

Jac. 1. v. 27.

Isaiæ 1. v. 17.

Joseph non violavit festum Paschæ, emendo sindonem ad involvendum corpus Jesu.

Joan. 19. 31. Marc. 15. v. 46.

S. Antonin. 2. p. sum. Theol. Tit. 9. c. 7. §. 4.

Nec Tobias invitando pauperes die festo ad prandium.

4. Glossa vacationem & quietem quam Deus à nobis in festis exigit, in hæc describit verba: *Requies Sabbati audiendo verbum Dei & faciendo, & bene vivendo, & alijs misericordiam præstando habetur.* Joan. Diaconus vitæ S. Gregorij Papæ Chronologus de hac materia differens, à quibus laboribus in festis cessandum sit, his verbis declarat: *Dominico die* inquit: *à labore terreno cessandum est, atque omnimodo orationibus insistendum, ut si quid negligentiæ per sex dies agitur, per diem Resurrectionis Dominicæ precibus expietur.* Enimvero quin observantia diei festi verus sit Religionis actus, nemo facile inficiabitur, ac proinde quanto magis se quis in hujus virtutis actibus exercebit tanto amplius diem festum sanctificabit, Deoque & Sanctis magis placebit. S. Jacobus Apostolus, inquit: *Religio munda & immaculata apud Deum & Patrem hæc est, visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum*; Quæ verba optime consonant cum ijs quæ Isaias in persona Dei modum præscribens, quo festa celebrari debeant, ne Deus illa execretur & odio habeat, his verbis exprimit: *Quiescite agere perverse, Discite benefacere, subvenite oppresso, judicate pupillum, defendite viduam*; Hæc enim omnia aptissima sunt opera, quibus Christianus ad festa sanctificanda uti potest.

5. Apud Hebræos nihil æque interdictum erat, quam venditio & emptio in die Sabbati facta, & tamen Joseph ab Arimathia vir adeo divinæ legis zelosus observator & Synagogæ Princeps in solemnitate magis præcipua, cujusmodi Pascha erat (*erat enim magnus dies ille Sabbati*) sindonem cui corpus Salvatoris involvendum erat, emendo sibi comparavit: *Mercatus sindonem*; At vero scitisne causam cur non obstante solemnitate Paschali sindonem hanc sibi emendo compararit? nimirum corpus Christi à Pilato dono sibi datum acceperat; Ac proinde licet dies ille adeo solemnis esset, deponens eum involvit sindone, id est scalas applicuit, ut ad solvendum cœlestis Magistri sui cadaver patibulum crucis ascendere posset; adhibuit martellos & forcipes ad evellendos clavos quibus manus & pedes Redemptoris cruci affixi fuerant, sanctissimæ humanitatis pondus humeris suis imposuit, & ad locum sepulturæ deportavit, minime timendo quod per hosce labores Sabbatum violaturus esset, eo quod actus ille supremæ Religionis esset, quia per hanc dies festus non profanatur sed magis sanctificatur. Optimum igitur est illud sancti Antonini nobis post se relictum documentum, dicentis: *Insistit debet magis eleemosynis in die festo, in cujus figura legitur in Levitico, quod duo Agni offerebantur in die Sabbati, alijs diebus unus tantum. Tobias etiam præparato prandio in die festo misit filium ad vocandos pauperes, ad comedendum cum eo, prius autem sepelivit mortuum, quem audivit in platea jacere, sed quis est hic qui ita celebret festa, vacando divinis & laudabimus eum cum invenerimus? Nonne tota occupatio hominum in festis*

est circa corpus? Quot sunt qui diebus festivis laborant, solo ducti timore, ne victus necessarius ijs deficiat? contra quos Oleaster pennam & calamum suum acuit, dum se ad duplicatam Mannæ annonam reflectit, quam Deus pro die festo populo suo providebat, ut Sabbatum, ab ijs tanto melius sanctificari posset: *Audis hic*, inquit, *quanti fecerit Dominus Sabbati observantiam, ut noluerit Judæos ea die cibum quærere neque parare. Ubi simul disce, non tibi defuturum cibum ob festorum observantiam, quoniam novit Dominus dare duplum ad dies festos, si modo ex ejus imperio eos colas.* In Canone quodam Concilij Bituricensis quoad observantiam diei Dominicæ hæc verba leguntur: *Si quies animi & corporis, sanctæ & ad Deum levata mens, & à terrenis abstracta; satis sint Christiano opera charitatis, orationes piæ, Psalmi, Hymni & canica.*

Concil. Biturcen. An. 1584. Tit. 6. Can. 4.

6. Levitici c. 16. Deus Sabbati quietem præscribit, sed velim audiatis qua phrasi loquendi id faciens utatur: *Sabbatum*, inquit, *requietionis est, & affligetis animas vestras Religione perpetua*; Neque enim Deus vult, ut homines in Sabbato vel die festo otio torpeant, sed potius ut corpus suum macerent & affligant; Unde Origenes in Homilia quadam ita scribit. *Nec potest quis agere diem festum, nisi afflictionis Panes manducaverit; Audi quid essent festivitates Dei, non reciptunt dulcedinem corporalem, nihil remissum, nihil voluptuosum, aut luxuriosum, afflictionem animæ, & amaritudinem, humilitatemque deposcunt.* Ac proinde S. Gregorius verba illa Psalmistæ; *Constituite diem solemnem in condensis* hac expositione illustrat: *Solemnem Domino diem in confrequentationibus constituit, quisquis se in ejus desiderio assiduè affligit.*

Lev. 16, 31. Dies festivi colendi humiliatione, & animi afflictione.

Orig. Hom. 23. in Num.

Ps. 117. v. 27. S. Greg. l. 9. mor. c. 15.

7. *Vacate, & videte quoniam ego sum Deus.* Sanctus Bernard. sermone primo de omnibus Sanctis inquit: *Sanctorum solemnitates manifestè est ad animas magis quam ad corpora pertinere*; Ac proinde anima in ijs solemnitatibus ea quæ sancta sunt operari, sanctisque contemplationibus insistere debet, cui doctrinæ illud Ruperti Abbatis Tuitiensis monitum apte suffragatur, dicentis: *Sed quid prodest qualescumque festivitates celebrare deforis, nisi festivitas contemplationis in mente fuerit? Proinde celebra Juda festivitates tuas, & redde vota tua, Psalmistam interroga, & ipse tibi dicet quomodo facere debeas. Quoniam*, inquit, *cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi. Vovete, & reddite Domino Deo vestro omnes qui in circuitu adfertis munera. Ista sunt tuæ festivitates, ut cogitatio tua Deo confiteatur, & si non omnis cogitatio festiva esse potest & splendida, saltem vestigiæ cogitationis diem festum agant, id est, saltem post infestationes malarum cogitationum, locum mentis obtineant cogitationes bonæ, juxta illud, peccasti? quiesce* Hoc fine in diebus festivis omnes domus, officinæ, tribunalia claudantur, in signum sanctificationis illorum, ut per hoc edoceamur, quod ut tanto facilius orationi & mentis recessui vacare valeamus, claudendæ à nobis sint portæ sensuum nostri corporis, secus enim omni cum libertate & licentia divagabimur, evidensque illa profanandi periculum incidemus.

Psal. 45. 11. S. Bern. ser. 1. de festo omn. Sanct. Cultus festorum magis pertinet ad animos quam corpora.

Rup. Abb. l. 2. in Nahum. c. 2.

8. Albertus Magnus super illa verba S. Joannis: [*Ascendit ad diem festum non manifestè sed quasi in occulto, 1 id est, cum multitudine contribulium suorum, secundùm quod mos fuit ascendere, sed quasi in occulto, ut nobis daret formam publicum declinandi, nisi esset propter doctrinæ publicæ ædificationem.* Sanctus Carolus Borromæus in tertio Concilio Provinciali circa festorum sanctificationem, in hæc verba statuit: *Ut vero ij dies omni pietate & religiosius colantur, hæc crebro populum parochi & concionatores admoneant atque hortentur. Ut illorum dierum tempus, quod Deo ejusque cultui debetur, in ijs actionibus totum consumant, in quibus rectè consumendum est, ut concionem mane, & sacram lectionem à prandio, ubi explicari solet audiant. Ut divinis, vesperarum præsertim officijs præsentes pie religioseque adsint; Ut in Christianæ doctrinæ rudimentis, ac præcipuis, vel percipiendis vel recolendis versentur; ut in operibus etiam officijsque pietatis se exerceant, ægros homines visitando, mœrentes piè consolando, & alia hujusmodi præstando. Ut denique ab omnibus actionibus, unde omnis peccandi materia atque occasio existit, feriati, in ea opera incumbant, ob quæ sunt illi sacri instituti dies*, in quodam Concilio Gallicano Bituricensi, in titulo *de Invocatione Sanctorum & diebus festis* hic Canon expressus legitur: *Colantur Sancti & dies festi Sanctorum pijs orationibus, Psalmis & Hymnis & frequenti Missæ & solemnis officij celebratione, & verbi Dei prædicatione.*

Joan. 7. v. 10. Alb. Magn. ibid.

Qualiter festa sint colenda ex doctrina S. Caroli Borromæi. Act. Eccl. Med. pag. 86. Concil. Provinc. 3.

Concil. novis. Gallic. fol. 399. Concil. Bituric. Anno 1584. Tit. 6. can. 1.

9. In Actibus Apostolorum primitivæ Ecclesiæ usitatum fuisse legimus, quod diebus festivis frequentius quam quovis alio tempore verbum Dei devotè & attentè auscultaretur; Unde sacer Textus ait: *Voces Prophetarum per omne Sabbatum legentur.* Similiter Joannis cap. 5. Salvator noster se Jerosolymam ad festum transtulisse legitur: *Post hæc erat dies festus Judæorum*, inquit Evangelista, *& ascendit Jesus Jerosolymam.* Divus Chrysostomus autem observat, quod Salvator noster frequenter in solemnitatibus civitatem pericrit, tum ut videretur ipse quoque cum reliquis dies festos celebrare, tum ut simplicem ad se multitudinem alliceret: In ijs autem occasionibus incarnata Sapientia divinum verbum suum turbis annuntiare consueverat, utpote quæ ad illud audiendum, & exinde fructum referendum magis dispositæ erant quam facerdores; invidiosique & maligni Pharisæi: *Maxime hujusmodi diebus festis* (de turba Chrysostomus loquitur) *melius disposita esse consueverat*; Hæc enim orationem in Templo effundendo, offerendo victimas, satisfaciendo votis, se ad dictamina Christi audienda & exequenda faciliorem reddebant. Idem quoque Divus Chrysostomus in alia quadam Homilia modum docet, quo efficere valeamus, ne ad res profanas nos divertendo, verbi Dei fructum amittamus; Dicit enim: *Nondum quippe utilitate sermonis firmiter in mente defixa, pluribus utrueus secularium impetus actionum, omnia pariter evellit. Quod ne accidat, quoties à sancta congregatione descendens, mihi magis necessarium judicare, quam ea quæ audiendo didicistis, conservare meditando. Nimia enim omnino indevotio & prorsus extrema est, ut quinque & sex dies quidem in rebus carnalibus consumentes, unam in spiritualibus diem, imo exiguam diei partem nolitis impendere.* S. Paschasius quænam solemnitas Deo acceptior sit, explicaturus, inquit: *Solemnitas ipsius est intima cœlestis vitæ fruitio.* Hesychius verba illa; *Sabbatum requietionis est*, hac Glossa illustrat: *Bene ergo & sapienter custodiam vacationis producere ad majorem contemplationem voluerunt addidit: Sabbatum requiei est.*

Christus solemnia festa coluit alijs in exemplum. Act. Apost. 13. v. 27. Joan. 5. v. 1.

Et ut turbam commodius doceret.

D. Chrysf. Hom. 35. in Joan.

D. Chrysost. serm. 87.

D. Chrysf. Hom. 5. in Matth.

S. Paschas. in Thren. 1. 4.

Hesych. in c. 23. Levit.

10. Venerabilis Beda lib 3. Allegoriarum in c. 13. lib. 2. Esdræ præ cæteris Sabbatum nostrum spirituale diffusius describit, dum ait: *Electi etiam in hac vita Sabbatum agant Domino sacratum, cum ab hujus mundi curis ad tempus separati, orationi vacant, & cœlestium rerum contemplationi purificatam mentem suspendunt; Nam cum ea quæ carnis cura jure flagitat, sincero corde, & non in desiderijs, contra præceptum Apostoli gerimus, quasi in sex diebus quæ necessaria sunt laboramus, quoniam erga illa, quibus propter hoc sæculum vitam habemus, occupamur.* Idem quoque rationem assignat cur sanctificatio diei festi; septimo potius die quam alijs attribuatur; Ait enim: *Sabbatissimus orationum, ac devotionis nostræ in qua vacamus à temporalibus agendis, ut æternitatis gaudia dulcius gustare mereamur, rectè diei septimo assignatur, quia futuræ quietem vitæ, ac beatæ laudationis imitatur. Sed diem Sabbati alienigenæ quærunt profanare, cum terrenæ cogitationes in tempore nostræ orationis importune nos conturbant & memoria sive delectatione temporalium rerum ab amore intimo nituntur extrahere.* S. Bonaventura in tertium Decalogi præceptum scribens, germanum hujus verbi, *sanctifices* sensum declarat, inquiens: *Sanctificatio est convertens animam ad Deum sanctum, ad Deum verum, & ad Deum summe diligendum.*

V. Beda l. 3. Allegor. in Esdr. c. 37. l. 2.

Diebus festivis orationi & piæ meditationi incumbendum est.

S. Bonav. T. 7. ser. de 10. præcepti ser. 4.

DISCURSUS XV

ARGUMENTUM.

Dies festi in memoriam beneficiorum Dei sunt instituti, quos per gratitudinem Deo exhibitam nostros efficimus, propter utilitatem inde dimanantem; sanctificandi autem sunt per præparationem nostram & conversionem potius quam per vestes & apparatus exteriores.

THEMA.

Odi & projeci festivitates vestras, & non capiam odorem cœtuum vestrorum. Amos 5. v. 21.

1. TAmetsi solemnitates quas populus Hebræus celebrabat, à Deo præscriptæ fuissent, & in ejus observarentur honorem, idem tamen Deus per Amos Prophe-

Prophetam se illas rejicere, incensorumque ipsorum fragrantiam abominari protestabatur. At vero ut S. Hieronymus bene observat: *Propriè hoc contra vitium Judam dicitur, ut eos qui ex Israël ad Dei cæremonias comigrarant, & nihilominus non recedebant de excelsis colebantque Idola, & peccatorum magnitudine Dei sacrificia polluebant.* Idem vero in multis quoque festis nostris accidit, in quibus licet Deus per musicas, solemnes apparatus, concursum populi, & officia solemnia, una cum Sanctis suis honoretur, Deus nullam prorsus habet complacentiam, quin potius illa abominatur: *Proieci, ... non capiam odorem &c.* idque, quia ut Albertus Magnus ait: *Thus & Thymiama offerebant corde fœtente*; Idem quoq; prò dolor nodie sæpe nimis fieri conspicitur; nam Ecclesiastici ad solemnius divina officia celebranda inducuntur, vel propter ostentationem, vel propter interesse & emolumentum, quod exinde in eos dimanat: sæculares autem, tametsi extrinsecus festa per obsequium, imo & cum dispendio honorent non tamen ob id ab offensis Dei desistunt, sed tantum secundùm exteriorem apparentiam cultum illum profitentur, non intelligentes id quod monet Divus Chrysologus, inquiens: *Non tam libenter odoratur Arabicæ arboris guttam, quam sinceri corporis & pectoris sanctitatem.*

S. Hier. ib. Cur Deus olim, sicuti & nunc abominetur solemnitates nostras.

Amos 5. 21. Alb. Magn. ibid.

2. Quamnam existimatis esse rationem, quod Deus festivitates quas in honorem suum celebrari præcepit, nostras appellavit? *Festivitates vestras.* Enimvero præter rationes quas superius in Discursu Octavo diffuse adduximus, alia hujusmodi assignari causa potest, nimirum quia ejusmodi festivitates à Deo instituræ fuerunt, non tam ob honorem suum quam propter utilitatem & beneficium nostrum. Guilielmus Durandus ad hasce festivitates celebrandas nos exhortans, sequens adducit motivum: *Quia sanctos honorando rem nostram agimus, nam eorum festivitas nostra est.* Eumdem quoque sensum sanctus Bernardus in sermone secundo de omnibus Sanctis his verbis exprimit: *Bonorum nostrorum sanctis non egent, nec quidquam eis nostra devotione præstatur, plane quod eorum memoriam veneramur, nostra interest, non ipsorum.* Sanctus Basilius pariter ita scribit: *Ineptum si sanctis qui res orbis euerserias contempserunt, nos esse opus commendationibus putamus. Igitur nostri tantum causa profectus sat fuerit illorum celebrare memoriam, non enim indigent laudibus nostris ornari, sed nos ipsorum vitæ Historia, & commemoratione imitationis gratia indigemus, quemadmodum enim ex igne naturaliter emicat splendor, ex unguento quoque præstanti diffunditur odor, sic è sanctorum commemoratione festorum, ad omnes provenit utilitas.*

Durand. in Ration. divin. offic. l. 6. S. Bern. ser. 1. in fest. omn. Sanct.

S. Basil. Hom. 19. in Gordium Mart.

Deus abominatur festivitates, quæ colluntur immundâ conscientiâ.

Isai. 1. v. 13.

3. Observandum est, quod inter omnia Decalogi præcepta increata Sapientia in condendo tertio de sanctificatione Sabbati præcepto, hoc verbo *Memento* usa fuerit, inquiens: *Memento ut diem Sabbati sanctifices*; Cujus sanctus Thomas hanc assignat rationem: *Quia præceptum hoc ponitur ut rememorativum beneficij præteriti, ideo specialiter fit mentio de memoria, dicendo: Memento*; unde & nos superius in primo Discursu Deum hoc festum à prima mundi origine instituisse diximus, nimirū subito ut ab ipso mundus creatus & perfectus fuit, in tanti beneficij memoriam & gratam correspondentiam Sanctus Carolus Borromæus in memoriali ad populum suum de hac materia differens, ita loquitur: „Deus „olim à Populo Hebræo inter alia gratitudinis officia, „hoc specialiter exigere solebat, ut omnium beneficio„rum suorum perpetua haberetur & conservaretur me„moria; Unde per legem multa instituta erant festa, in „quibus certis anni temporibus & in deputato quo„dam loco, universus conveniret populus ad faciendam „orationem, beneficiaque à Deo recepta grata mente „recolenda. Unde Deus præceperat, ut omnes ter in „anno ad Jerosolymitanum Templum confluerent, vi„delicet primo in Paschate, in quo illius beneficij reco„lebatur memoria, quo à servitute Ægyptiaca fuerant „liberati; secundo, in festo Pentecostes, in memoriam „receptæ legis, & terræ promissionis per ipsos dono Dei „acquisitæ; tertio, in festo tabernaculorum, in quo mul„torum admirandorum beneficiorum celebrabatur me„moria, quę in deserto receperat, ubi sub tentorijs & ta„bernaculis inter tot pericula & necessitates à sola po„tente manu Dei diuturno tempore conservatus, pastus „& gubernatus fuerat. Præter hæc pariter instituti fuere „duo alij dies festivi & solemnitates, ad celebrandū li„berationis beneficium, quo Esther Regina eumdem „populum ab Amanis persecutionibus vindicaverat.

Omnia festa à Deo instituta sunt, quasi memorialia suorum beneficiorum.

S. Th. 2. 2. 2. q. 100. A. 7 ad 5.

Act. Eccl. Med. p. 7. f. 7.

Speciale quoque festum & solemnitatem instituit in, „memoriam victoriæ quā Judith contra Holofernem, „& exercitus Assyriorum gloriosè obtinuit. Similiter in, „memoria beneficij cœlestis Manna, quo Deus popu„lum in deserto quadraginta annis sustentarat, unde vas, „aliquod Manna plenum per omnia sæcula in taberna„culo conservari præcepit.„ Hactenus præfatus sanctus Cardinalis. Hæc autem *omnia in figura contingebant illis*, quia ut sanctus Antoninus clare probat, omnes illæ Hebræorum solemnitates nostrarum erant figura & typus; Idemque sanctus Archiepiscopus egregiè ostendit, quod septem Hebræorum insigniores solemnitates correspondeant principalibus festis ab Ecclesia ordinatis. *Exigat igitur à nobis gratitudinem*, ut Divus Chrysostomus inquit: *Non quod nostra celebratione opus habeat, sed ut quidquid est lucri, iterum ad nos redeat, & dignos nos faciamus majoribus subsidijs.* Inter Ecclesiæ Gallicanæ decreta hæc verba inter alia leguntur: *In Sanctis suis laudari Deus desiderat, & honorari in terris; ut accidat quod ait Psalmographus: Laudate Dominum in Sanctis ejus, non quod bonorum nostrorum, aut laudum præconijs egere noscatur, sed per merita gloriosa sanctorum quos veneramur in terris, eorum intercessionibus adjuti propitiationem mereamur obtinere in cœlis*, Idem quoque Divus Chrysostomus aliam quamdam adfert rationem dicens: *Atqui ex septem his diebus unum ad communis omnium Domini cultum servitiumque collocandum merito arbitraremur, nonne ridiculum est, ut servulos nostros in nostris semper negotijs occupatos velimus, nos verò nullum Deo exhibere servitium, præsertim cum nostra omnis servitus nihil ei quidquam conferat? Deus enim nulla re indiget; sed ad nostram penitus redundat utilitatem.*

S. Anton. 1. p. sum. Theol. Tit. 14. c. 4. Solemnitates Hebræorum fuerunt figuræ nostrorum festorum.

D. Chrysf. Hom. 8. ad Coloss.

In decretis Eccl. Gallic. l. 4. c. 15. Ex Synod. Andeg. 4314.

D. Chrysost. Hom. 2. in Joan.

4. *Non capiam odorem cœtuum vestrorum.* Per experientiam quotidianam videmus, quod quilibet festa honorare studeat per frequentem concursum, per apparatum, per luxum & vestium sumptuosarum pompam, perque exteriores obsequij nostri demonstrationes, quæ tamen omnia Deo minime placent, ipsomet dicente: *Non capiam odorem cœtuum vestrorum*, non quia ejusmodi apparatus & ornatus quibus ejusmodi solemniates honorentur Deo ingrati sint, sed ut apud Isaiam dicit: *Incensum abominatio est mihi; Neomeniam, & Sabbatum, & festivitates alias non feram, iniqui sunt cœtus vestri*; Ideo igitur Deus festa illa rejicit & detestatur, quia cum gravibus offensis suis conjuncta esse conspiciuntur; Hunc abusum Philo Hebræus sequentibus verbis improperat: *Corpora*, inquit, *abluantur lavacris, & purificationibus, affectiones verò animæ quibus vita sordidatur nec volunt, nec curant eluere, & ut candidati Templa subeant, dum operam diligentes immaculatis amictu vestibus, mentem verò maculosam in ipsa sacraria penitissima inferre non verentur.* Multi equidem pavimenta, parietes, fornicesque Ecclesiarum, dum festa instant, purificare, pompositos instituere apparatus, pretiosumque adhibere conantur supellectilem; Aſt propriam mundare nolunt conscientiam, ut bonum Deo & Sanctis (in quorum honorem festa celebrantur) præbeant honorem, ideoque ita sanctus Carolus Borromæus suum solebat alloqui populum. Quoties festivitas, aut sacrorum temporū instat solemnitas, Patris tui memento divi Ambrosij ut tuam totaliter vitam renoves & mores; Te per confessiones, communiones & exercitia Sancta ad eam celebrandam præparando. Nihilominus ut intentum distinctius explanemus, sanctum Leonem auscultasse juverit, qui primo loco animarum exigit ornatum, scilicet conscientiam bonam ad festivos digne celebrandos dies. *Cui festivitas*, inquit, *est celebranda sublimior, ipse quoque in ea reperiatur ornatior. Si enim rationabile, & quodammodo religiosum videtur, & per diem festum in vestitu nitidiore prodire, & habitu corporis hilaritatem mentis ostendere, si ipsam quoque orationis domum propensiore tunc cura & ampliore cultu, quantum possumus, adornamus; Novus dignum est, ut anima Christiana, quæ verum vivumque Dei Templum est, speciem suam prudenter exornet, & omni circumspectione præcaveat, ne illa eam macula inquinatis obfuscet? Quid prodest honestatis formam præferens cultus exterior si interiora bonitatis aliquorum fœdeant contaminatione vitiorum? omnia igitur quæ animi puritatem & speculum mentis obnubilant, abstergenda sedulo.* Specialius autem munditiam hanc atque interiorem ornatum in clero requirit, siquidem Deus in Malachia scandalosis sacerdotibus severe minatur, dicens: *Ecce ego projiciam vobis brachium & dispergā*

Deus abominatur festivitates, quæ colluntur immundâ conscientiâ.

Mundantur in festivis diebus pavimenta Ecclesiæ, & non mentes hominum. Act. Eccl. Med. p. 7. lit. past. fol. 5082.

S. Leo ser. 3. de Quadrag.

Specialiter requiritur interior animæ ornatus in clero, festivis diebus.

Malach. 2. 3.

super

super vultum vestrum stercus solemnitatum vestrarum; Quem Textum sanctus Hieronymus ita interpretatur, *voluit Deus, & omnes quidem homines, sed præcipuè sacerdotes, maculam non habere, & sive humerum sive brachium ornare bonis operibus. In pectusculo significata bona conscientia, in lingua Sancta confessio! Stercore vitiorum habemus litas facies atque pollutas, debueramus mundi venire in solemnitatibus Dei.*

S. Hieron.

Quanto sanctiores sumus in festis diebus, tanto melius illos celebravimus. S. Leo ser. cit. Psalm. 117. v. 27. Euthym.

5. Gratissima Deo Sanctisque festa, non tam cum ornatibus atque apparatibus, quam cum sanctitate & virtutum Christianarum exercitio relationem habent, dicente sancto Leone: *Quanto sanctius quisque hos dies invenietur egisse tanto probabitur Pascha Domini religiosius honorasse. Unde & diu ante per Psalmistam Deus ipsemet præcipit dicens, constituite diem solemnem in condensis*: Quæ verba Euthymius de festivo apparatu explicat dicens; *Festivitatem agite in germinantibus hoc est in florentibus coronis.* Divus Chrysostomus diversas circa prædicta verba Psalmistæ adfert expositiones; Ea vero quæ proposito nostro maxime adaptatur hæc est: *Quid est autem, constituite diem solemnem in condensis? ut vult quidam ramis Interpres, sacrificate splendidas hostias.* At vero quænam sunt hæ splendidæ victimæ quas Deo sacrificare debemus? sanctus Apostolus eas insinuat, dum ad Romanos ita scribit: *Obsecro itaque vos fratres, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum, Et nolite conformari huic sæculo, sed reformamini in novitate sensus vestri*; diebus namque festivis mortificare nos magis quam aliàs debemus, negando voluntatem propriam, sensus captivando nostros, mundique torrentem fugiendo, qui in dissolutiones plane resolvitur. Glossa super illa verba Levitici 23. *Offeretis in eis oblationes Domino*, ita scribit: *Voluit nos semper gaudere & festivitatem agere & curare, hoc est enim quotidiana libatio & holocaustum, quæ tunc offerimus, cum corpora nostra hostiam viventem Deo exhibemus.*

D. Chrysost. Rom. 12. v. 1. Ibid. v. 2. Levit. 23. v. 27. Glossa ibid.

6. Deus olim in quibusdam festis tubis clangere præcepit: *Erit vobis Sabbatum, memoriale, clangentibus tubis.* Procopius autem utilissimam nobis Christianis inde innuit moralitatem; dicit enim: *Parat nos ad extremum judicium, quasi in eo die id accipiendum sit*; tubarum enim sonus non solum nos ad vanam excitat lætitiam, verum etiam judicium finale nobis in memoriam revocat, ad augendum in nobis sanctum quemdam Dei timorem. Inter alia à Seraphico Patre sancto Francisco suis relicta monita, hoc quoque recensetur. *Festivitates Domini & aliorum sanctorum, magis honorantur inopia & paupertate, per quam ipse cælum ingressi sunt, quam curiositate & superfluitate, per quam anima elongatur à cælo.* Multi sunt, qui præparationem animæ internam festivis diebus negligunt, & toti in apparatu externo curando applicati sunt, contra quos D. Chrysost. sequentibus verbis exclamat: *Multi Christianorum in tantam vecordiam, tantumque venere contemptum, ut cum innumeris scateant malis, nullam tamen vitæ suæ curam habeant, sed in diebus festis negligenter ac temerè, ad mensam hanc accedant, non intelligentes quod communionis tempus non est festum neque celebritas, sed conscientia pura vitaque repurgata.* S. Cyrillus Alex. antiquitus usitatum fuisse refert; ut in festis publicis floribus se coronarent, lautaque & sumptuosa instruerent convivia; ad intentum vero nostrum subdit: *Novis alia in agendis celebritatibus proposita sunt. Indumentum omnium nitidissimum Christus: Induimini Dominum Jesum Christum: Mensa, non quæ obsoniorum varietate multiplici onerata sit, & cum ambitione luxum præ se ferat, sed illa potius longe amabilior, ad quam nos Sapientia invitat, clamans: Venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis.* Idem quoq; S. Pater eodem loco fusius declarat differentiam quæ festa nostra inter, & antiqua profana intercedit, de quibus tam S. Ephrem quam Nazianz. varios refert usitatos fuisse abusus. S. Ephrem enim dum ad festa solemnia nos hortatur, ita scribit: *Festivitates Dominicas honorare studiosè contendite, celebrantes eas non panegyricè sed divinè, non mundanè, sed spiritualiter, non instar gentilium, sed Christianorum. Quare non Portarum frontes coronemus, non choreas ducamus, non forum exornemus, non mollibus vestibus induamur, non tibijs & cytharis auditum effeminemus, non comessationibus & ebrietatibus dediti simus. Ista relinquamus ijs, quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum.* Nazianzenus vero modum præscribens, quo natalem Christi celebrare debemus, varios in eo abusus ab impijs in festis celebrandis introductos, declinandos esse dicit, dum ait: *Nempe si nec domus vestibula coronis cingamus, nec choros agitemus, nec vicos ornemus, nec oculum pascamus, nec aurem cantu mulceamus, nec olfactum maliebriter delinamus, nec gustui lenocinemur, nec Veneris, & circumfluentibus vestibus emolliamur, quarum quod pulcherrimum est, nulli usui est, nec gemmarum splendoribus, nec auri fulgoribus, nec colorum artificijs nativam pulchritudinem ementientibus, atque adversum divinam imaginem excogitatis, nec comessationibus & ebrietatibus, quibus cubilia & impudicitias adjunctas esse scio.* S. Antoninus quoque multorum Christianorum detestatur abusum, qui in solemnitatibus in hoc solum omnem suam curam ponunt, ut bene ornati in ijsdem comparere, valeant: *Nonne*, inquit, *tota occupatio hominum, in festis est circa corpus? mulieres vacant & non parum temporis expendunt in se ornandis ad capiendas animas; famuli & famulæ ad præparandos cibos accuratius solito invigilant. O abusio perversa* hominum & jactura temporis irrecuperabilis, negotium gratissimum dæmoni.

Naziane. Orat. 28. Quæ in die. bus festivis vitanda sint.

S. Antonius sum. Thol. p. 2. tit. 9. c. 7. §. 4.

7. Author summæ Prædicantium quoddam punctum tangit, quod utinam diebus nostris non verificaretur; dicit enim: *Venientes ad festa se ornant & præparant, & vestiunt, in signum quod sicut corpus ornant exterius, ita ornare debent animam interius, aliter corpori & non animæ festa faciunt.* D. Chrysost. similiter hunc detestatur abusum, quo homines tanto cum præjudicio animæ, & vilipendio cultus festis sanctificandis debiti tantam curam impendunt, ut mortale & fragile corpus exornent animæ prorsus obliti: *An non absurdum*, inquit, *tantam habere curam rerum corporalium, ut appropinquante festo, multis ante diebus vestem è scrinio depromptam diligenter appares, emas calceamenta, mensa largior splendidiorque paretur, denique variam undique rerum copiam excogites, omnibusque modis semetipsum ornes, animæ vero neglectæ, squalidæ, fame contabescentis nullum habere respectum?* S. Gregor. Nazianz. in Orat. 4. alias infinuat gentilium profanitates, easque nos in festis nostris pro viribus fugere his verbis monet: *Festum celebremus non corporis nitore, non vestitus mutatione ac magnificentia, non comessationibus & ebrietatibus, quorum fructum cubilia & impudicitias esse didicistis; nec floribus vicos cingamus, nec unguentorum turpitudine mensas & vestibula ornemus, nec visibili lumine splendescat domus, nec tibicinum cantu plausibusque personet, hoc enim more gentiles novæ lunæ festum celebrant. Animi puritate, & mentis hilaritate, & lucernis totum Ecclesiæ corpus illustrantibus, hoc est, divinis illustrationibus & contemplationibus, quæ super sanctum Candelabrum excitentur, atque universum terrarum orbem luce perfundant.* Origenes in quadam Homilia nos festum gratius in honorem Dei instituere non posse demonstrat, quam si animarum nostrarum conversioni studeamus. Postquam enim verba illa Numerorum 28. *oblationem meam*, ita vertisset: *In diebus festis meis*; confestim subjungit: *Habet ergo Deus dies festos suos? habet; est enim ei magna festivitas humana salus. Ego puto, quod per singulos quosque credentium, per singulos qui convertuntur ad Deum, qui proficiunt in fide, festivitas Domini oritur. Quomodo putas, lætificat eum, cum is qui fuerat impudicus, sit castus, qui fuerat injustus, justitiam colit, & qui fuerat impius, efficitur pius? Ista omnes singulorum quorumque conversiones, festivitates generant Deo. Nec dubium, quin & Dominus noster Jesus Christus, qui pro salute nostra etiam sanguinem suum fudit, agit festivitatem maximam cum opere pretium videt esse, quod se humiliavit, factus obediens usque ad mortem. Agit festa pariter Spiritus Sanctus, ubi plura sibi videt in ijs; qui convertuntur ad Deum, templa præparata. De Angelis vero quid dicam, ad quorum festivitatem lætantium dicuntur accedere omnes qui convertuntur ad Dominum? aut non est illis magna festivitas cum lætantur in cælo super uno peccatore pœnitentiam agente, magis quam super nonaginta novem justis, qui non indigent pœnitentia? Agunt ergo etiam Angeli diem festum, lætantes super ijs qui refugientes consortia dæmonum, per exercitia virtutum angelicis se festinant sociare consortijs. Mirum fortassè sit, quod dicere volo. Causas (ut videtur) festivitatis & lætitiæ nos Deo & Angelis damus, nos occasionem lætitiæ & exultationis in terris positi cælo præbemus, dum super terram ambulantes, conversationem habemus in cœlis, & per hoc sine dubio diem festivum cælestibus virtutibus generamus.*

Sum. Pred. c. 2. n. 1. Vituperatur in diebus festivis nimius corporum ornatus. D. Chrys. T. 1. de S. Pent.

Naziane. Orat. 4. Diebus festivis debemus pro viribus fugere gentilium profanitates.

Orig. Hom. 23. in Num. Sed studendum animarum conversioni.

Invectiva contra contaminatores festorum.

9. Verum enimvero quotidiana nos experientia docet, quod in festivitatibus solemnioribus *tantum absit*, ut Christiani ad veram convertantur pœnitentiam, ut in ijs potius mundi torrentem sequentes, graviora quam alijs diebus committant scelera, Hebræos in hoc imitantes, qui cum in die Palmarum Messiæ cum ramis olivarum, cum acclamationibus festivis, cum vestium suarum in terram prostrationibus occurrissent, solemniaque in ejus honorem festa instituissent, mox in eadem septimana eumdem suis spoliarunt vestibus, clamarunt, *tolle, crucifige*, imo in eumdem truncum, è quo ad eum honorandum frondes & ramos decerpserant, crudeliter crucifixerunt. Idem namque & Christiani faciunt, qui dum musicali Symphonia resonante divina officia in festis solemniter celebrant, templumque suavissimis odoribus adimplent, superbissimisque ornamentorum apparatibus Ecclesiæ parietes exornant, eodem quoque tempore irreverentiam & profanationem per scandala, obtrectationes, Discursus, & familiaritates impudicas triumphare faciunt; in festis diebus passim & ubique locum habet avaritia, perjuria, doli & fraudes, choreæ, rixæ, odia, inimicitiæ, duella &c.

TRACTATUS XXIX.

DE FIDE,

CONTINET

DISCURSUS XXIV.

DISCURSUS I. Fides consideratur tamquam omnium bonorum nostrorum principium & fundamentum cui innituntur, sine qua nemo quidquam operari potest quod bonum, Deo gratum, & æternæ vitæ meritorium sit.

II. Fides cuivis thesauro prævalet, ut tamen hoc in se pretium habeat, ipsam à charitate nequaquam sejunctam esse necessum est.

III. De multis bonis differitur quæ fides operatur, deque varijs iisque honorificis epithetis & elogijs, quibus decoratur à sanctis Patribus.

IV. Fides scutum est, quod omnes à nobis inimici hostiles ictus avertit; ut tamen hoc efficere valeat, brachio inseratur, id est, operibus conjuncta sit, necessum est.

V. Fides conjuncta esse debet cum recta conscientia, morumque & operum bonorum integritate.

VI. Fidem, nisi per opera eidem consonantia vivificetur; mortuam esse, ex authoritate S. Jacobi Apostoli ostenditur.

VII. Hominem ad fidem vocatum esse non sufficit, nisi etiam conformiter ad illam operetur.

VIII. Fidem operibus necessario conjungendam esse, per aptissimam sponsalitij metaphoram confirmatur.

IX. Varia examinantur indicia, ex quibus deveniri potest in veri cujusdam Christiani notitiam.

X. Perstringuntur, qui Christianorum quidem & fidelium nomine insigniuntur, sed inaniter & sine fructu. Consideratur insuper hujus nominis præstantia pariter & obligatio, qua eidem operibus correspondere tenemur.

XI. Abominabiles esse ostenduntur mali Christiani, qui fidem quidem profitentur extrinsecus, cum tamen eamdem per vitia & peccata sua effective negent.

XII. Christianorum vitia & mali mores sævissimam Ecclesiæ persecutionem inferunt.

XIII. Christiani qui Deum non timent, ipsis sunt Dæmonibus pejores, magisque quam Pagani & Judæi reprehendi & castigari merentur.

XIV. Fideles, eo quod promissiones in Baptismo factas non adimpleverunt, & communicato fidei lumini, nec non præclaro Christiano nomini quo fuere insigniti operibus non correspondent, severissime punientur.

XV. Mysteria Fidei integre & indubitanter credenda sunt, non vero nisi sobrie dumtaxat perserutanda & discutienda.

XVI. Fidei veritas ex testimonio divino, ex Propheterum oraculis, ex Conciliorum, totque innumerabilium Doctorum sacrorum cum sacra Scriptura consonantia clarè deducitur.

XVII. Evidens veræ fidei argumentum est, quod illa in tam brevi temporis spatio per homines idiotas & illiteratos tanto cum fructu ad omnes populos etiam illos, qui in impietate sua occalluerant, fuerit extensa, licet per illam res proponerentur difficiles intellectui, & sensui admodum repugnantes.

XVIII. Veritatem fidei Dei solius opus fuisse exinde probatur, quia semper inter persecutiones perseveravit, imo per eamdem majora in dies incrementa accepit.

XIX. Fidem Catholicam à Deo esse, ex Suppliciorum Martyribus illatorum multiplicitate & atrocitate convincitur.

XX. Martyrum in tormentis consolationes, ingens eorum pro fide, patiendi aviditas illisque frequenter à Deo exhibitum protectionis præsidium, evidens veræ fidei perhibent testimonium.

XXI. Veræ fidei specimina & argumenta sunt, quod pauperes Piscatores per illam ad Crucifixi adorationem compararint Reges & regna, ipsosque persecutores in defensores commutarint, Dæmones in Idolis compescuerint & profligarint, profanorumque numinum falsitatem, sectarumque hæreticarum errores mundo detexerint.

XXII. Fidem Ecclesiæ Romanæ in Successoribus suis numquam obscuratam, sed per æmulorum contradictiones & confutationes solidius confirmatam & stabilitam fuisse, efficax est veracitatis ipsius indicium.

XXIII. Christianæ legis sanctitas multos habuit sequaces, eosque Sanctos effecit, non obstante quod virtus, quam suadet, naturæ nostræ corruptelæ adversetur: contra verò quod sectæ profanæ multos habeant sectatores, mirum non est, cum omnem carni & sensui permittunt libertatem.

XXIV. Miracula, quæ quovis tempore illustrarunt Ecclesiam & prophetiarum impletio, earum præcipue, quæ Hebræorum dispersionem spectant, fidem nostram confirmant.

DISCURSUS I.

ARGUMENTUM.

Fides consideratur tamquam principium & fundamentum, cui omnia bona nostra spiritualia innituntur, siquidem homo sine illa nihil quod bonum, Deo gratum, & æternæ vitæ meritorium sit, operari potest.

THEMA.

Secundùm gratiam Dei, quæ data est mihi, ut sapiens architectus fundamentum posui. 1. Cor. 3. ℣. 10.

1. POstquam S. Paulus Apostolus Evangelicæ fortitus fuisset prædicationis ministerium, eamdemque jam de facto Corinthijs annunciasset, se eamdem ibidem velut sapiens architectus fundamenti loco posuisse asserebat, dicens: *secundùm gratiam &c. ut sapiens architectus fundamentum posui*, id est, ut Glossa Interlinearis exponit: *Fidem Christi*; quam glossam Lyranus pariter quoad sensum literalem amplectitur, dum ait: *Primamihia vobis fidei annunciando*, cui consonant illa Angelici Doctoris verba dicentis: *Fundamentum spiritualis ædificij collocavit Corinthijs*; moxque quodnam hoc fundamentum fuerit, declarans subjungit: hoc enim fuit *prima prædicatio fidei.* Dionysius quoque Areopagita, velut ab eodem Apostolo eruditus discipulus, hoc fidei epitheum attribuit: *divina fides, quæ est constans fidelium firmamentum, fundans illos in veritate, atque in ipsis veritatem.* Eidem pariter Apostolo alij plures consentiunt sacri Doctores, fidem eodem fundamenti titulo insignientes; nam S. Isidorus inter fidem & alias virtutes Theologicas differentiam affignare volens, ait: *Inter fidem, spem & charitatem hoc distat,*

Fides est fundamentum omnis nostri spiritualis ædificij. Glossa. Interlin. Lyran. S. Thom. Ibid.

S. Dion. Ar. l. de divin. nom. c. 7. in fin. S. Isid. l. 2. de diff. spir. dif. fer. 31.

stat. Fides est divinitatis confessio, & religionis solidum fundamentum. S. Bernard. similiter de hac virtute differens, illamque totius ædificij spiritualis lapidem fundamentalem constituens, inquit: *Fides est fundamentum totius ædificij spiritualis, id est, omnis gratiæ, & omnis gloriæ.* Certum namque est, quod nemo gratiam & amicitiam Dei, multoque minus æternam ejus gloriam consequi possit, nisi ei per præviam fidei virtutem gratus & acceptus fuerit. Et ideo S. Paulus in Epistola ad Hebræos, ubi in fidei encomia late digreditur, eamdem in principio hoc nomine condecorat, dicens: *Est fides sperandarum substantia rerum.* Quis autem est, qui substantiam omnium accidentium fulcrum & basim esse ignoret? Et ideo sicut illa deficiente hæc quoque deficiant, necesse est, ita quoque, si ab anima fidem fustulerit, pariter futurorum bonorum spes, timor pœnæ æternæ evanescet, omnis divinæ notitiæ scintilla extinguetur, omnesque veræ Religionis maximæ, articuli, & mysteria dissipabuntur. Hug. Card. super prædicta Apostoli verba inquit: *Fides est fundamentum & origo omnium virtutum.* Væ proinde nobis si hoc fidei fundamentum in anima Christiani hominis subvertatur, quis enim tunc se contemni sustineret? aut quis fuimetipsius contemptum sibi persuaderi permitteret, nisi axioma illud Evangelicum verissimum esse sciret, quo dicitur: *qui se humiliat, exaltabitur?* quis perfectionum fæviriei libens occurreret, nisi illam Christi promissionum veritatem esse crederet, qua dicit: *Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum?* Quis ciliciis, disciplinis, jejuniis, aliisque vitæ rigoribus suam macerâtus esset carnem, omnibusque carnis voluptatibus perpetuo abstineret, nisi firma fide crederet, quod *Beati sint mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt?*

S. Bern. T. 1. ser. 4. art. 1. c. 1.

Hebr. 11. v. 1.

Hugo Card. ad 1. Cor. 3. v. 10.

Est & basis omnium virtutum. Luc. 14. v. 11.

Matth. 6. v. 10.

Ibid. v. 8.

2. S. Thomas super illa verba Epistolæ ad Romanos: *Fides vestra annuntiatur in universo mundo*, subjungit: *Eo quod est bonorum omnium spirituale fundamentum.* Eusebius Emissenus, secundam Homiliam ex ijs quas super symbolum composuit, hisce verbis exordiatur: *Fides religionis Catholicæ lumen est animæ, est ium vitæ, fundamentum salutis æternæ.* Sicut enim fundamento collabescente tota fabrica corruit; ita quoque si fidei fulcrum subvertatur, ædificium spirituale disperditur, & qualiscumque boni operis meritum totaliter evanescit. Unde S. Bonaventura in sermone quodam ait: *Sicut fundamentum ratione suæ fortitudinis sustinet fabricam materialem, sic in fidei substantia & solnitate collocatur & sustentatur ædificium spirituale;* quam proinde S. Augustinus in sublimis illius Ecclesiæ molis erectione primum lapidem fuisse dicit, qui fundamenti loco positus fuit: *Domus Dei*, inquit, *credendo fundatur*; & quidem ut illos: qui sine hoc dono fidei divinorum mysteriorum intelligentiam se assecuturos esse præsumunt, subsannatione dignos esse ostendat, sequenti Eusebij Emisseni utitur similitudine dicens: *Quicumque hac dei elicita ad mysteriorum cœlestium se putat posse pervenire secretum, sic facit, quomodo si absque fundamento ædificet domum, aut si prætermisso ostio velit introire per tectum.*

Hugo Card. ad 1. Cor. 3. v. 10.

Est & basis omnium virtutum. Luc. 14. v. 11.

Matth. 6. v. 10.

Ibid. v. 8.

Rom. 1. v. 8.

S. Thom. Ibid.

Eus. Emiss. Hom. 2. de Symb.

Fundamento collabente cadit domus: sic fide deficiente collabitur omnis virtus.

S. Bonav. ser. 3. in Dom. 23. post Pen.

S. Aug. ser. 22. de ver. Apostoli.

Eus. Emiss. Hom. cit.

3. Fides pariter radici arboris vel plantæ alicujus assimilatur, eo quod hæc omnis influentiæ & vigoris, qui cernitur in frondibus, folijs, floribus & fructibus; primo est origo atque principium. Et ideo S. Bonav. postquam fidem velut fundamentum esse dixisset: *Fides est sicut fundamentum ad sustinendum*; protinus subjungit: *sicut enim videmus, quod natura quando vult producere plantam, primo ponit radicem; similiter quando domificator facit domum, primo ponit fundamentum; similiter in moralibus, si aliquis vellet ædificare bona opera debet supponere fidem, quæ est totius spiritualis ædificij fundamentum.* S. Cyrillus Alexandrinus similiter ad radicem alludens ad propositum nostrum inquit: *Radix virtutis est omnis Dei cognitio, & pietatis fundamentum est fides*; quod idem forsitan S. Bernardinus Senensis dicere voluit, quando in quodam sermone de hac virtute ait: *Fides prima & initialis est inter omnes virtutes, & quasi capitalis honorificentia summi Dei. Ipsa nempe caput humanæ mentis, id est, intellectum ad adorandum & venerandum Dei altissimam Majestatem primum incurvat atque inclinat*; quia sicut S. Apostolus ait: *Per fidem in captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi.*

Comparatur radici arboris.

S. Bonav. in Dicta sal. tit. 8. c. 5.

S. Cyril. Al. l. 4. c. 5. in Ioan.

S. Bern. Sen. T. 1. ser. 2. in princ.

2. Cor. 10. v. 5.

4. Incarnatio in virginali Deiparæ utero consummata basim suam (uti universa innititur religio Christiana) ex fide Mariæ perfectissime exercita accepit, sancta Elisabeth attestante, dum ait: *Beata quæ credidisti, quoniam perficientur ea, quæ dicta sunt tibi à Domino.* S. Thomas ut ostendat nobis, quænam sit porta, per quam Deus in animam nostram liberum aditum habet, quodque sit principium quo mediante homo spiritualiter vivere incipit; postquam hanc statuisset conclusionem: *Primum quo Deus est in anima hominis est fides.* Illico subjungit, quod sicut evidentissimum signum ex quo corpus aliquod animatum esse dignoscere possumus, sunt animæ vegetativæ operationes, ita manifestum indicium, quod Deus in nobis sit, fides existat: *Ita primum principium quo Deus est in nobis, est fides, ideo fides dicitur principium vivendi.* Quam proinde S. Augustinus *primogenitam* appellat, utpote quæ primus est partus, qui in anima fideli producitur: *Primogenita cordis nostri fides est, omnia opera tua bona, quasi filij tui sunt spirituales, sed inter istos filios tuos, primogenita tibi est fides.* Tametsi enim omnia dona à Datore omnis boni deriventur, hoc tamen fidei donum inter alia primatum obtinet, Seraphico Doctore id attestante, dum ait: *Fides aliissimum donum, omnium donorum à Deo principium.*

S. Thom. in c. 3. ad Gal.

Et per quam primo ingredietur in animas nostras.

S. Aug. T. 9. de conv. præcept. & decem præcept. & dec. plag.

S. Bonav. ser. 1. de plur. Mart. 18. in ordine.

Per fidem placemus Deo. Heb. 11. v. 6.

5. Porro in hactenus dictorum confirmationem optime servit celebris illa Sanct. Pauli in Epistola ad Hebræos tradita sententia, in qua postquam in amplissima fidei encomia digressus fuisset, tandem ait: *Sine fide autem impossibile est placere Deo; credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est, & inquirentibus se remunerator sit.* Quæ verba exponens S. Anselmus ait; *Nullus ad hoc unquam promoveri potest, ut Deo placeat, nisi meritum fidei præcedat;* Nam ut anima aliqua Deo grata fiat & accepta, divinam ejus gratiam participet necessum est, hæc autem, nisi in anima fides præcedat, locum non habet; Quod etiam S. Bonaventura sequentibus verbis manifeste declarat, dicens: *Quemadmodum corpus non potest sustentari sine anima, quantum ad esse naturæ, ita nec anima sine fide, quantum ad esse gratiæ, quoniam sine fide impossibile est placere Deo.* D. Joannes Chrysostomus quoque evidenter probat, quod opera nostra, quantumvis illa bona sint & virtuosa, nisi in fide fundentur, Deo accepta esse nequeant: *Ante opera*, inquit, *fides primum inducenda est, cum qui operatur opera justitiæ sine fide, non potest probare vivum fuisse.* Demum vero neminem umquam hominum in virtute bonorum operum justificatum fuisse concludit, quin in illo primum fides præcesserit; idque Centurionis exemplo probans ait: *Opera per se nullos unquam operarios justificarunt; & vis plane videre, quod opera sine fide non justificant? testimoniam habuit Cornelius, &c.* Cujus historia in Actibus Apostolicis seriatim describitur; Etenim vir ille eleëmosynarius, orationi deditus, & in Dei timore solidatus erat, illiusque exemplo iisdemque dictaminibus universa ejus dirigebatur numerosa familia; unde Scriptura sacra de illo inquit: *Erat religiosus ac timens Deum cum omni domo sua, faciens eleëmosynas multas plebi, & deprecans Deum semper is vidit in visu manifeste... Angelum Dei introeuntem ad se,* Dignus igitur fuit. Cui Angelicæ exhiberentur apparitiones, divinisque honoraretur revelationibus; audiretque Angelum dicentem sibi. *Orationes tuæ & eleëmosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei*; at vero putasne hæc omnia ad acquirendam gratiam & amicitiam Dei, nec non ad perficiendam justificationem suam ei sufficisse? Audi D. Chrysostomum de hoc Centurione in hæc verba scribentem: *Et quia vidit bona quidem opera, sed mortua, eo quod fidem non habebat, mittit divinum Angelum, qui operibus præmia proponeret, ita ut bene certando ob fidem coronari posset.* Quando vero à S. Petro per sacrosanctum baptismatis undæ lavacrum regeneratus, fideique Christianæ lumine & notitia illustratus fuit, tunc ad filiationem cœlestem adoptari meruit, ejusque opera cœlestis præmij meritoria esse cœperunt: *Nondum habuit Cornelius ex operibus salutem*, inquit idem D. Chrysostomus, *donec operibus suis fidei acquirendum præmium offerret.*

S. Bonav. in Dom. 23. post Pen.

D. Chrysost. T. 6. ser. de Fido & leg. nat. & Spir. S.

Nemo per bona opera justificatur, nisi præcedat fides.

Act. Apost. 10. v. 2.

Probatur ex historia Cornelij Centurionis.

Ibid. v. 3.

D. Chrysost. Ibid.

6. Quisquis multorum antiquorum moralium Philosophorum legerit vitas, ingentem utique in illis admirabitur virtutum cumulum, mirabilesque in iis obstupescet bonitatis & pietatis sensus, quibus aliis per heroicos præfulsere virtutum actus: at vero quia monetæ illæ quantumvis argenteæ & aureæ fuerint, veræ fidei iconem & effigiem non repræsentabant, ideo apud Deum, qui *Spirituum ponderator est*, nullius prorsus fuere pretij aut valoris, quia *sine fide impossibile est placere Deo.* Et ideo D. Chrysostomus in eodem sermone inquit: *Nihil extra fidem bonum, & ut quidam verbi similitudine utar, similes mihi videntur*

Omnes virtutes Philosophorum nihil profuerunt quia fide caruerunt.

D. Chrysost. Ibid.

tur, qui operibus bonis florent, & Deum pietatis ignorant, reliquis mortuorum pulchre quidem indutis, sensum autem pulchrorum non habentibus.

7. Sanctus Cyrillus Alexandrinus deridens illos, qui veræ fidei expertes virtuose vivunt, similitudinem quamdam ab allata ex D. Chrysostomo comparatione parum diversam adducens, inquit: *Qui ex stultitia contemperant rectam habere fidem, quamvis honesta vita se ornent, comparantur quodammodo viris ingenua quidem facie forma, oculis vero erraticis ac distortis.* Quibus proinde *competit, quod à Domino per Jeremiæ vocem ad Jerusalem Judæorum matrem dictum est: Ecce non sunt oculi tui recti, neque cor tuum bonum.*

S. Cyrill. Al. T. 5. Epist. in S. Synod.

Fide carens, similis est vitio habenti oculos distortos.

8. Sanctus Joannes Climachus in Capite quodam *Scalæ Paradisi*, cujus hic est Titulus: *Graduum superiorum brevis, & per summas enumeratio*, sequentem habet propositio nostro peraccommodam propositionem; *Qui non credit*, inquit, *& tamen quædam fortasse bona opera facit, similis est illi, qui aquam haurit, & in dolium pertusum infundit.*

S. Joan. Climac. in Scala Parad.

Et infundenti aquam in dolium pertusum.

9. Sanctus Augustinus mysterium considerat, propter quod Moyses divino jussu Deum facie ad faciem visurus, in petra collocatus fuit: *In petra Moyses ponitur, ut Dei speciem contempleur, quia nisi quis fidei solidatem tenuerit, divinam præsentiam non agnoscet. Azelle radium Solis à corpore, divisionem lucis unitas non capit; frange ramum ab arbore, fractus germinare non potest; à fonte præcide vivum, præcisus arescet.*

S. Aug. T. 10. ser. de Symb.

Aliæ similitudines.

10. In Prophetia Zachariæ dicitur: *Ante dies illos merces hominum non erat, hoc est*, ut S. Hieronymus exponit, *ante ædificatum templum*; Qui idem sanctus Doctor in favorem nostrum mox subjungit: *Ita priusquam fidem Christi quis recipiat, & in eo Spiritus Sancti fundamenta jactentur, nullus audire potest:* Est merces operi tuo. Idque exemplis probat tum hæreticorum qui virginitatem suam conservant, tum Philosophorum gentilium, qui olim magna cum austeritate vitam agebant, tum denique Judæorum qui sobrij sunt, & legum suarum tenacissimi, *& tamen merces congregant, & disperdunt*, inquit sanctus Doctor, *operiuntur, & non colefiunt*: Sciendum vero est, Septuaginta hunc textum modo legere: *Ante dies illos merces hominum non erat in lucrum.* Tametsi enim nemo inficiari possit, quin si Seneca conformiter illis documentis moralibus, quæ nobis post se præclare scripta reliquit, vitam suam instituisset, aut vero si divinus ille Plato, vel sagacissimus Aristoteles juxta traditam aliis doctrinam, suæ direxissent conversationis methodum, summam sibi penes homines acquisituri fuissent vitæ perfectioris bonique nominis existimationem; Et tamen, quia fidei experres erant, velut infesti Dei & cœli inimici vixerunt, & mortui sunt. S. Paulus de semetipso confitetur, dicens: *Eramus aliquando & nos insipientes, increduli errantes, &c.* & tamen numquid priusquam Christianus esset, virginitatem coluit, & legis à Deo præscriptæ observator zelantissimus fuit? numquid Gamalielis fuerat discipulus, optimis semper moribus imbutus? ut proinde de ipso Sanct. Hieronymus merito dixerit: *At quomodo Paulus hæc dicit, si eruditus ad pedes Gamaliehs, & ab infantia sacris literis institutus?* Aliud ad hoc reponderi nequit, quam quod supra ex eodem Sancto Apostolo didicimus, nimirum: *sine fide impossibile est placere Deo.* Ad hæc Christus de se ait: *Ego sum vitæ*, mirum igitur nulli videri debet, quod Apostolus se errasse fateatur, qui Christum non solum non sequebatur, sed & persequebatur acerrime?

Zach. 8. v. 10.

S. Hieron. Ibid.

Opera, quantumvis bona, sine fide nihil mercentur.

Septuag.

Tit. 3. 3.

S. Hier.

Heb. 11. v. 6.

Joan. 14. v. 6.

12. S. Bonaventura ad eorum qui sine veræ fidei ducatu virtuose vivunt, exprimendam insaniam, aptissimam quamdam adducit similitudinem; dicit enim: *Qui bene operatur sine fide, est sicut, qui facit structuram super arenam.* Quod si enim aliquem ingenti cum dispendio & labore fabricam quamdam sed super arena & sine fundamento erigere videres, numquid illum omnes sumptus suos in vanum collocare dicerres? utique; nam & Christus ipsemet eum qui hoc modo sine jacto fundamento super nuda & instabili arena ædificabat, stultum appellavit, dum ait: *Similis erit viro stulto, qui ædificavit domum suam super arenam, Et descendit pluvia, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna*; super arenam namque ædificare & sine jactis fabricare fundamentis, est sumptus & labores in ædificium tales adhibitos inutiliter perdere, quia ut tandem & subito quidem

S. Bonav. l. 4. de Comp. Theorit. c. 10.

Assimilantur enim structuræ, super arenam fundatæ.

Matth. 7. v. 26. & 27.

domus illa corruat, necesse est; Idem vero evenit illi, qui bene quidem operatur, sed sine veræ fidei lumine & notitia; nam ut S. Thomas super illa verba: *Est autem fides sperandarum substantia rerum*, inquit, *Apostolus principium omnis operis ponit fidem; unde dicit, quod est substantia, id est fundamentum; sine fide ergo frustra sunt opera.*

Heb. 11. v. 1.

S. Thom. in c. 1. Heb. Lect. 1.

DISCURSUS II.

ARGUMENTUM.

Fides cuivis thesauro prævalet, ut tamen hoc in se pretium habet, ipsam à Charitate nequaquam sejunctam esse oportet.

THEMA.

Probatio fidei... multo pretiosior auro. 1. Petri. 1. ℣. 7.

1. OMnes in terræ visceribus reconditi thesauri cum inæstimabili fidei nostræ auro comparari haud quaquam possunt; ac proinde sanctus Petrus, qui à Christo ut velut immobile fidei fulcrum esset, electus fuit, merito omnes fideles monet, dicens: *Fides multo pretiosior est auro:* Cui consonat, quod sanctus Ambrosius lib. 2. de fide, in cujus ultimo capite, multa in laudem ejus congerit encomia, his verbis scribit: *O Fides thesauris omnibus opulentior*; Et quidem, ut quanti sanctus hic Doctor Fidem faciat, & qualiter ipsam veluti thesaurum pretiosissimum æstimet, nobis innotescat, in Psalmum 37. scribens hæc verba, denuo repetit, dum ait: *Abundant nobis divinarum testimonia Scripturarum, quibus instruamur, nihil esse in homine pretiosius fide.* Glossa quoque Interlinearis super præcitata S. Petri verba inquit: *Plus placet Deo summo artifici vestra fides, quam alicui artifici aurum.*

Fides est pretiosior quovis thesauro.

S. Ambros. l. 2. de Fide c. ult.

S. Ambr. in Psalm. 27.

Interlin. 1. Petri 1. v 7.

2. Moyses Propheta, qui à filia Pharaonis adoptatus in filium, thesauris copiosissimis quidem abundabat, adeo ut tempora sua Regio diademate cingere, amplissimique illius regni sceptrum moderari potuisset, & tamen postquam aurum fidei in sicio sanctuarij accurate trutinavit, immensas ac pretiosissimas Ægypti divitias, ut S. Paulus attestatur, velut indignas sprevit & abjecit: *Fide Moyses grandis factus negavit se esse filium filiæ Pharaonis, Magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere jucunditatem, Majores divitias æstimans thesauro Ægyptiorum, improperium Christi, aspiciebat enim in remunerationem*, nimirum ad hunc fidei thesaurum oculum directum habebat, de quo fidem S. Paulus in eodem capite dixerat: *Credere oportet accedentem ad Deum, quia est, & inquirentibus se remunerator sit.* Nullus enim est hujus terræ Monarcha, qui credens quod animæ fideli in remuneratione alterius vitæ regnum cœlorum obtingat, dignitatem suam, quantumvis illa sublimis sit non aspernetur & parvipendat, Unde Salvator noster (qui de semetipso ait: *Ego sum ostium, per me si quis introierit salvabitur*) ait: *Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro, quem qui invenit, ... præ gaudio illius vadit, & vendit universa quæ habet.* Hic enim thesaurus in agro absconditus, ut diximus; fides nostra est, quia hæc in terra corporis nostri, quamdiu vivimus absconditur; Unde Apostolus ait: *Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus, ut sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis*; quia enim fides Dei donum est, nostræ nequaquam industriæ attribuenda venit: Unde mirum non est innumeros bonis hisce renuntiasse temporalibus, ut se fidei pretioso thesauro locupletes efficerent; Nam ut Interlinearis ait: *Per contemptum terrenorum, venitur ad studium æternorum.* Vocatur etiam fides thesaurus absconditus, quia est de occultis & absconditis, nam ut S. Paulus ait: *Argumentum... non apparentium.*

Moyses prætulit fidem quibusvis thesauris Ægyptiorum.

Hebr. 11. v. 24.

Ibid. v. 25.

Ibid. v. 26.

Joan. 10. v. 9.

Matth. 13. v. 44.

Fides est thesaurus absconditus in agro corporis nostri.

2. Cor. 4. v. 7.

Interlin. Ibid.

Hebr. 11. v. 1.

3. S. Augustinus de fide sub metaphora pretij & emptionis loquens in quadam Epistola sua dicit: *Intelligere debueris tempus esse, ut donum vitæ æternæ in hac vita, festinanter & alacriter comparemus*; At vero quibus putas thesauris Regnum cœlorum, æterna gloria & Paradisus cœlestis à nobis comparari poterit? *Quia cum finis sæculi venerit, non dabitur nisi eis, qui per fidem sibi hoc emerunt, antequam videre possissent.* Neque solum nobis per fidem cœlum comparamus, verum etiam cum totaliter nostrum efficimus, *in quo sunt omnes thesauri.* Notandum est autem quod S. Augustinus dicat: *Sibi hoc emerunt, antequam videre possissent*, quia thesaurus est, sed absconditus;

S. Augustin. Epist. 115. Fide emitur cœlum antequam videatur.

Coloss. 2. v. 3.

1. Cor. 13. v. 12. — condítus; *videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.*

Gen. 24. Rebecca figuravit Ecclesiam, quam nobis desponsamus Vasis, aureis, fide plenis. S. Ambros. l. de Abraham. cap. ult. — 4. Primus ille credentium Pater Abraham Patriarcha filio suo Isaac gratam adoptare conjugem volens, antiquum illum servum suum misit in Nachor, qui tunc Rebeccam in sponsam & contboralem Domini sui cooptavit, quando eidem vasa aurea & gemmas donavit; quod S. Ambrosius considerans ait: *Vasa aurea & argentea & vestem dedit Rebeccæ; ubi sponsata est Ecclesia, & accepit vasa aurea & argentea, in quibus esset thesaurus fidei.* Rebecca enim Ecclesiam præfigurabat, illa autem vasa pretiosa & gemmæ inæstimabilem denotabant fidei thesaurum. Pergit vero sanctus Doctor inquiens: *Quæ sint vasa audi; Habemus thesaurum in vasis fictilibus, vasa fictilia corpora nostra sunt, fides nostra thesaurus est.* Et licet vasa illa fragilia sint, non tamen ob id in ijs inquitus est hic thesaurus. Quoties enim vidimus quod licet terra, id est, Martyrum corpora atrocium tormentorum ferro pervestigarentur, perfectum nihilominus in iisdem salvum manserit solidissimæ fidei aurum? Ut proinde D. Chrysostomus merito dixerit: *Quorum latera radebantur, sed fides non frangebatur; patres effodiuntur, thesaurus non auferetur; Caro scinditur, & fides non rumpitur.*

D. Chrysost. ser. de Pent. — 5. Sciendum tamen est, quod ad hoc ut aurum hoc fidei pretium justum habeat, ignitum esse debeat, dicente Apostolo: *Probatio vestræ fidei multo pretiosior auro, quod per ignem probatur*; siquidem fides absque charitate neutiquam prodest; Quapropter & sanctus Joannes hanc in Apocalypsi ad aures suas audiit allapsam vocem: *Angelo Laodiciæ Ecclesiæ scribe: Hæc dicit: Amen, Testis fidelis ... Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus; utinam frigidus esses, aut calidus; Sed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te evomere ex ore meo; Quia dicis quod dives sum & locupletatus, & nullius egeo, & nescis quia tu es miser & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus; Suadeo tibi emere à me aurum ignitum, probatum, ut locuples fias.* Ast quis vestrûm causam mihi edixerit, unde tam ingens hujus Episcopi tanto in discrimine versantis, omni bono destituti, omnibusque cœli donis & gratijs spoliati promanarit miseria? Respondet Lyranus inquiens: *Ille Episcopus Laodicensis dicebat: Fidem sine operibus sufficere ad salutem*; Ecce igitur vobis in quonam hujus Prælati error præcipue constitutus fuerit, nimirum quia divitem se esse gloriabatur, qui solius fidei thesaurum possidebat, quem solum ad salutem sufficere arbitrabatur; Cui obstrepit sanctus Petrus dum ait: *Probatio fidei pretiosior auro, quod per ignem probatur*; Unde & Deus dictum Episcopum à manifesto adeo errore liberaturus subjungit, dicens: *Suadeo tibi emere à me aurum ignitum*, id est, ut Interlinearis explicat, *charitatem*; seu ut Lyranus interpretatur: *Aurum ignitum, id est, charitatis incendium:* Nam ut S. Augustinus ait: *Quis salubriter fidelis, nisi ea fide quæ per dilectionem operatur?*

Aurum fidei debet esse ignitum, id est, Charitate succensum. 1. Petr. 1. v. 7. Apoc. 3. v. 14. Ibid. v. 15. Ibid. v. 16. Ibid. v. 17. — Interlin. Lyran. S. Aug. T. 87. in Joan.

Ibid. v. 18. Episcopus Laodicensis reprehenditur, credens fidem sine operibus sufficere ad salutem. Lyran. ib. — 6. S. Ambrosius illa præcitata Apocalypseos verba (*Quia tepidus es, incipiam te evomere ex ore meo*) explicans, inquit: Aqua tepida cum bibitur nauseam parit, nosque ad eamdem evomendam provocat, quam similitudinem ad nostrum adaptans propositum, inquit: *In ore Domini tunc ingredimur, quando; per baptismum à vitijs omnibus emundati membra ejus efficimur. Igitur si fidem, quæ per charitatem operatur, & quam in baptismate promisimus à charitate repescentem operari neglexerimus, ab ore Domini velut quoddam nocivum & fastidiosum rejicimur.*

Tepidi efficiuntur ex ore Dei. S. Ambros. in cap. 3. Apoc. — 7. S. Basilius quisnam sit habitus seu vestis gentilitia sive linea, unde proprie Christianus dignosci possit, interrogans inquit: *Quid proprium Christiani?* Respondetque illico: *Fides*, verumtamen *non nuda*, sed charitati associata, *quæ per charitatem operatur.* Unde & idem S. Doctor in procemio libri, in quo de vera fide tractat, ita de charitate discurrit: *Christiani hominis peculiare est quasi quoddam insigne*; Quapropter & Salvator noster ex hoc symbolo Discipulos & sequaces suos dignoscendos esse asseruit, si nimirum amoris & dilectionis reciprocæ tessera insigniti forent. *Hoc maximum indicium fidei*, inquit D. Chrysostomus, *in hoc cognoscent quod discipuli mei estis, si dilectio maneat.* Unde S. Bernardinus Christianum quemdam interrogans, inquit: *Credis in Christum? Esto Christi opera, ut vivat fides tua.* Sicut enim ex calore corporis vita arguitur, ita pariter calor charitatis in eam nos deducit notitiam, qua an fides hominis viva, an vero mortua sit, dignoscere valeamus; Unde S. Bernardus breviter sed nervose & ad propositum præsens apte monet, dicens: *Fidem tuam dilectio animet.*

S. Basil. Moral. c. 2. S. Basil. in Prowm. de vera fide. Signum gentilitium Christiani est fides. — S. Bern. ser. 24. in Cant.

D. Chrysost. T. 2. Hom. 6. de Anna. — 8. S. Leo pernitiosam quamdam serpentis infernalis manifestat astutiam, qua multos fideles, eos præsertim, qui solo nomine tales sunt prosternit: *Sciens*, inquit, *Deum non solum verbis, sed etiam factis negari, multis quibus auferre non potuit fidem, sustulit charitatem, & agro cordis ipsorum avaritiæ radicibus occupato, spoliavit fructu operum, quos non privavit confessione labiorum.* Nota est omnibus solemnis illa Regis illius parabola, qui præparavit nuptias filio suo, ad quas cum quidam accumbentium veste nuptiali minime indutus comparuisset, idem non solum à loco convivij ejectus, verum etiam hac tam aspera sententia decretoria perstrictus fuit; nimirum: *Ligatis manibus & pedibus ejus, mittite eum in tenebras exteriores*; Cum tamen de illo non constet, quod harum nuptiarum accessum non tam inurbane ac irreverenter aspernatus fuerit, sicut plures alij fecerant, de quibus dicitur: *Illi autem neglexerunt & abierunt, alius in villam suam, alius vero ad negotiationem suam, Reliqui vero tenuerunt servos ejus, & contumelijs affectos occiderunt:* Hic autem infelix homo invitationem ad nuptias prompte & sine ulla tergiversatione accepta vit, ac proinde à Rege qui nuptias instauraverat, amici nomine appellatus fuit: *Amice, quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem.* Nec aliud quidpiam ad nuptiarum confessum requisitum, præter solam vestem nuptiali solemnitati conformem eidem decerat. Cur igitur in hunc potius quam in alios tam crudelis sententia prolata fuit? *Omnia in figura contingebant*; Etenim per factum hoc innuebatur, quod tametsi quis in aquis baptismalibus regeneraturus, atque sub Christianæ Regionis vexillo in militiam Christi adscriptus fuerit, attamen nisi fides ejus animetur à charitate, aurum quoddam sit adulterinum & falsum. Unde Gloss. Interlinearis ait: *Non habens vestem nuptialem, id est, fidem non habentem opera charitatis.* Cui S. Gregorius in Catena consonat, dicens: *Intrat ergo ad nuptias sine veste nuptiali, qui in Ecclesia fidem habet, sed charitatem non habet.* S. Augustinus quoque in libro, in quo de *fide & operibus* ex professo tractat, ad nostram eruditionem ita scribit: *Per fidem habitat Christus in cordibus nostris: porrò fides Christi illa est utique, quam definivit Apostolus, quæ per dilectionem operatur.* Qui idem Apostolus ad Galatas sic scribit: *In Christo Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed fides quæ per charitatem operatur.* Est quoque celebris ejusdem Apostoli protestatio in prima Epistola ad Corinth. cap. 13. ita scribentis: *si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum.* Hinc quoque factum est, quod Salvator noster Apostolorum suorum fidem deprædicans, sequentibus ex industria usus sit verbis, dicens: *Ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis, quia ego à Deo exivi*; quæ verba si in rectæ considerationis trutina ponderaveritis, fidem Apostolorum amori conjunctam & sociatam fuisse deprehendetis.

S. Bern. ser. 24. in Cant. — S. Leo. ser. 4. de Collect. Deus non solum verbis, sed etiam factis negatur. — Matth. 22. v. 13. — Ibid. 5. & 6. Pater in homine carente veste nuptiali. — Ibid. v. 12. — Matth. 22. 12. Gloss. Interlin. S. Greg. in Caten. cit. S. Aug. lib. de fide & oper. Illa est vera fides, quæ per charitatem operatur. Gal. 5. v. 6. — 1. Cor. 13. v. 2. — Joan. 16. v. 27.

9. S. Paulus in Epistola ad Hebræos his verbis eosdem adhortatur: *Accedamus cum vero corde, in plenitudine fidei.* Circa quæ verba S. Thomas duo præcipue necessaria esse considerat, videlicet fidem, quia sine hac Deo placere non possumus; ac deinde fidei Sacramentum; Et quidem Apostolus primo monet, ut corde veraci non vero ficto ad Deum accedamus, quod tunc veraciter contingit, quando opera nostra exteriora cordi consentiunt; *Accedamus etiam in plenitudine fidei, nec sufficit qualiscumque fides, sed fides plena, quod fit duobus modis: scilicet & quantum ad materiam fidei, ut credantur omnia, quæ proponuntur ad credendum; & quod sit fides formata, quod est per charitatem.* Ad hæc quodnam putatis esse vinculum, quo legem Christi Evangelicam profitentes, eidem adstringimur? Certe non aliud, quam vinculum charitatis. Unde S. Gregorius ait: *Caput nostrum, quod est Christus, ad hoc sua membra nos esse voluit, ut per ejus largam charitatis & fidei compagem unum nos in se corpus efficeret.*

Hebr. 10. v. 22. S. Thom. Ibid. Quomodo fides nostra sit plena. — S. Gregor. l. 12. Regist. Indict. Indict. 7. Epist. 32. A promulgata Christi fide & operibus.

10. Ab eo tempore quo lex Christi promulgata fuit, varia Christiani sunt nomina sortiti. Primo quidem

Fideles varia sortiti sunt nomina. — enim appellati sunt *Discipuli*: Postea vero *fratres* sunt nominati; Demum vero vocati sunt *Christiani*; Verumtamen nomen fratrum, religiosis proprium permansit, utpote qui proximius & perfectius Christi supponuntur esse sequaces. Similiter quando Jerosolymis prima fidei jacta sunt fundamenta, manifestius ac certius fidei hujus indicium à S. Luca insinuatum fuit his verbis: *Multitudinis credentium erat cor unum & anima una.* Et ideo ut Tertullianus refert, gentiles inter novæ legis sequaces vel maxime reciprocam admirabantur dilectionem, dicentes inter se mutuo: *Vide ut invicem sè diligant, & ut pro alterutro mori parati sint:* idque ab ijs fiebat, quia ut Tertullianus ait: *fratrum appellatione censemur.*

Act. Ap. 4. v. 32. — Tertul. Apol. c. 39.

11. Mystica porro sunt verba illa S. Pauli ad Ephesios jam tum Religionem christianam amplexatos ita scribentis: *Dei vobis secundùm divitias gloriæ suæ... Christum habitare per fidem in cordibus vestris, in charitate radicati & fundati*: Quibus verbis fidem à charitate nequaquam disjungit; valt enim Apostolus, ut juxta proportionem amoris erga Deum, ipsa quoque fides in nobis operetur. Notanda vero est mystica illa Apostoli phrasis, qua requirit, ut Ephesij sint radicati in charitate; Quando enim radix arboris alicujus emarcuit, frondes quoque, flores, & fructus perditi erunt, patientur que pariter medulla truncus & rami: Eodem quoque modo, si anima aliqua à virtute charitatis defecerit, fides pariter infructuosa & sterilis erit, nec ullos ex se bonos fructus producet. Unde S. Bernardus in sermone quodam super Cantica ait: Vides quod non faciat hominem rectum fides etiam recta, quæ non operatur ex dilectione? Sed nec opera quamvis recta, rectum cor efficere sufficiunt sine fide. Quis enim rectum dicat hominem non placentem Deo? sine fide autem impossibile est placere Deo. Qui non placet Deo, non potest illi placere Deus.

Fides radicata esse debet in charitate. Ephes. 3. v. 16. & 17. — S. Bern. ser. 24. in Cant.

12. Constat ex Evangelio, quod Salvator noster semetipsum viti assimilarit, dicens: *Ego sum vitis vera, & Pater meus agricola est, Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum*; Et paulo post subdit: *Manete in me, & ego in vobis, sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite, sic nec vos nisi in me manseritis.* Hanc autem palmitis in vite permanentiam, ad hoc ut vivat, id est, animæ post fidei donum receptum, cum Deo unionem, ad hoc ut fructum proferat, operatur charitas, nam *Deus charitas est, qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo*; Ac proinde S. Cyrillus Alexandrinus ait: *Ex hoc loco discimus, syncera fide palmites insertos viti fideles fieri: sed non est minoris curæ, jugiter per charitatem, id est, mandati observationem Christo inhærere, illud Psalmistæ clamantes: Adhæsit anima mea post te.*

Joan. 15. v. 2. Alias fructum non afferet: sicuti palmes nisi manserit in vite. Ibid. v. 4. — 1. Joan. 4. v. 16. — S. Cyrill. Alex. l. 10. c. 16. Psal. 62. v. 9.

13. Rupertus Abbas ad supracitatum S. Pauli ad Corinthios Textum se reflectit, dicentis: *Si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum:* Et postquam Apostolum post factam fidei, spei, & charitatis mentionem concluisse dixisset, & quod hæc duabus reliquis major esset; hanc nihilominus subnectit propositionem: *Vera fides numquam sine charitate, & charitas vera numquam sine fide est.*

1. Cor. 13. v. 2. Rup. Abb. l. 7. de glorif. Trin. & processu Spir. S. c. 17. Vera fides numquam est sine charitate, nec è contra.

DISCURSUS III.

ARGUMENTUM.

De multis bonis differitur quæ fides operatur, deque varijs ijsque honorificis epithetis & elogijs quibus decoratur à sanctis Patribus.

THEMA.

Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt justitiam, adepti sunt repromissiones. Hebr. 11. v. 33.

Fidei vivæ, variij adducuntur effectus. — 1. S. Paulus in cap. 11. Epistolæ ad Hebræos de fide prolixe differens, eamdem multorum bonorum fœcundam dicit esse originem; De nonnullis enim veteris Testamenti Sanctis dicit: *Per fidem vicerunt regna, operati sunt justitiam.* Quorum effectuum veritatem in præsenti Discursu oculis vestris subjicere statui. Enimvero S. Thom. de Villanova varios fidei effectus in medium adducit, dum ait: *Fides prava desideria frænat, effrenes appetitus cohibet, feroces cordis motus sedat, vitia pellit, virtutes inserit, mollia calcat, aspera tolerat, in prosperis non erigitur, in adversis non deficitur, nihil est tam arduum & tam durum, quod non aggrediatur propter Deum, qui viva fide credit in Deum.* Ubi specialiter considerandæ venit dictio illa: *Viva fide*, quia ut fides prædictos pariat effectus, necesse est, illam frequenter & assidue exercitare eamdem amori erga Deum associando, ut in Discursu præcedenti probavimus.

S. Thom. à Villanova in oct. Pasche. — 2. S. Bonaventura virtutem hanc nobilissimam appellans, de eadem inquit: *Nobilissima virtus intellectum illuminat, animum purgat, affectum fortificat, mundum contemnit, diabolo resistit.* S. Bernardinus Senensis illam omnis gratiæ, omniumque virtutum fundamentum agnoscens, multos admirabiles illius recensetur effectus, dicens: *O gratiosa & amabilis fides! virtus! Quis igitur te non amabit, quæ fundamentum es omnis gratiæ & virtutis? Purgas peccata, vivificas animos, illuminas cæcos, distinguis electos, connectis membra capiti nostro, animas fideles Deo facis sponsas, protegis, & defendis, probas justos, miracula operaris, in omnibus triumphas, atque æterna felicitate perseverantes in te coronas.*

S. Bonav. ser. 1. de pluribus. Matth. 18. S. Bern. Sen. T. 1. ser. 4. Art. 3. c. 4.

3. Imo omnes fere sacri Doctores in recensendis fidei encomiis certatim laborasse videntur. Etenim S. Augustinus illam animæ nostræ appellat animam: *Unde mors in anima?* quærit Sanctus: Et statim respondet: *Quia non est fides. Unde mors in corpore? quia non est ibi anima. Ergo anima tuæ anima fides est*; Idque probat celebri illo Christi testimonio dicentis: [*Qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet,*] *in anima scilicet, donec resurgat & caro numquam postea moritura.*

Viva fides, est anima, animæ nostræ. S. Aug. T. 49. in Ioan. Ioan. 11. v. 25.

4. Præterea licet nos homines, utpote è luto plasmati vilissimæ creaturæ simus, infinitoque à Creatore nostro distemus intervallo, attamen fides nostra adeo Deo grata est & accepta, ut per illam nos ipsi familiares efficiamus, illiusque domestici; unde D. Chrysostomus ait: *Fides hominem qui terrenus est, Deo familiarem reddit.* Quis umquam se cum illo infinitæ Majestatis Deo (*quem adorant Dominationes, tremunt Potestates*) per vinculum sponsalitium intime conjungendum fore sperare potuisset? Et tamen S. ipsemet inviolabilem hanc animæ fideli promissionem præstat: *sponsabo te mihi.* Sed cujus virtutis mercito id obtinere poterimus? num forte per viam spei? humilitatis? virginitatis? aut amoris erga Deum & proximum? nequaquam, sed audite ipsummet Deum sponsum nostrum virtutem hanc velut annulum pronubum claris verbis infinuantem, dum ait: *sponsabo te mihi in fide.* Unde & D. Chrysostomus ad illa Psalmi verba: (*Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam*) se reflectens, cœlestem amantem hisce verbis animam fidelem ad ineundum secum fide mediante sponsalitium invitare voluisse dicit; *siquidem fides ex auditu.* Unde dicit: *Audi filia, id est, crede.* Subdit proinde citatus S. Doctor: *Dos sponsæ in auditu erat; quid est, in auditu? In fide, non in fruitione.* Dos enim quam anima pro ineundo hoc cum Christo sponsalitio secum adfert, fides est: aliæ vero virtutes sunt varia sponsæ hujus ornamenta: sic enim v.g. puritas & virginitas est vestis phrygio opere elaborata, torques aurea charitas est, annulus connubialis, stricta cum Deo unio; & sic deinceps de alijs virtutibus discurrendo: at vero fides dos est, atque ideo præ cunctis aliis virtutibus avidius à Deo quæritur & æstimatur: *Dos sponsæ in auditu.*

D. Chrysost. Hom. in Euntr. Ibid. — Psal. 44. v. 11.

5. Porro anima ab hoc inæstimabili fidei dono, eximium quoddam sibi comparat auxilium, quale est, omnem mundi vincere amorem & affectum, ad hoc ut se per affectum suum cum Deo perfecte unire possit: *Hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra*, inquit S. Joannes in Epistola sua prima; Quæ verba in sensu literali de victoriis intelligenda sunt, quas fides reportatura sibi est in hoc mundo, dissipando Idolatriam, tot legi Evangelicæ subjugando populos, necnon per invincibilem innumerabilium Martyrum constantiam triumphando: In sensu vero spirituali indicant, quod fideles Christiani in virtute fidei alterius vitæ æternitatem, Paradisi gloriam, pœnarum infernalium atrocitatem, novissimi judicij horrorem, cunctaque alia Christianæ Religionis mysteria devote meditando, mundum contemnant, vincant delectationes, delicias, cunctaque alia mundana bona pro Deo deserant, perfectamque omnium appetituum suorum reportent victoriam; nam ut S. Augustinus ait: *Quia sunt invisibiles inimici, invisibiliter sunt expugnandi, quippe hostem visibilem vincis ferendo, invisibilem vincis credendo.*

Per veram fidem vincimus mundum, & comparamus cœlum. 1. Joan. 5. v. 4. — S. Aug. ser. 3. de verb. Dom. c. 3.

Euthym. in Psal. 18. S Bern. ibid. Ibid. ser. 4. A t. c. 2. Act. 15. v. 9. Fides comparatur aratro. exstirpanti lolia & vepres.

6. Euthymius fidem aratro similem esse dicit, quo è sylvescenti & inculta terra eradicantur urticæ, stirpes, spinæ, lolia &c. *Desertum*, inquit, *adventu suo Christus concussit, commovens & convertens illud ad se, & arans aratro fidei.* Ubi enim vera & viva dominatur fides, aratri instar vitia, abusus, & scandala extirpat, dicente S. Bernardo: *Purgatur anima ab omnibus inquinamentis & culpis, cum in ea fides est viva. Act.* 15. *Fide purificans corda, omnem labem diluit peccatorum.* Quam veritatem ut profundius penetretis, quis obsecro viva armatus fide contra Deum Creatorem & Redemptorem suum per mortalem culpam armari audebit? Quis credet veraciter se in Dei inimicitia vivere, se ad sempiternæ condemnationis barathrum condemnatum esse, jamque pedem unum in eodem positum habere (siquidem damnationis executio ab unica dependet respirationis intermissione) quis inquam hæc credens de die in diem pœnitentiam differet, quin potius nullo intermisso horæ spatio, in Dei gratiam redire, seque è peccatorum cœno eripere conabitur? S. Bernardinum audire libebit dicentem: *Uno modo lex diei, alio modo patibulum, atque alio modo præter latrones effugat. Sic nihil prohibet fidei lucem fugare vitia & peccata, & unamquamque virtutem in anima inserere & plantare*, juxta illum Proverbiorum Textum: *Per misericordiam & fidem purgantur peccata.*

S. Bernard. Ibid.

Proverb. 15. v. 27. Fides comparatur speculo.

7. An non quotidie dum mane surgimus, facies nostras ablutas in speculo contemplamur, ut defectus, si qui in ijsdem se infinuent, eluamus, omnesque sordes abstergamus & maculas, quæ nos deformare possent? Cur non igitur animæ nostræ vultui eamdem adhibemus solicitudinem? Audiamus salutare S. Augustini consilium inquientis: *Symbolum quotidie dicite, quando surgitis, quando vos collocatis ad somnum; Commemora fidem tuam; inspice te. Sit tamquam speculum symbolum tuum; sint divitiæ tuæ, sint indumenta tua; Ipsa fides unica est & lorica; tunica contra confusionem, lorica contra adversarium.*

S. August. Tom. 10. ex Hom. 39.

S. Cyrill. Alex. l. 4. in Joan. v. 47. Fides est via & janua ad cœlum. *Hebr. 11. v. 1.*

8. S. Cyrillus Alexandrinus novo fidem portæ cœli, viæque Paradisi honorat encomio, dum illa Salvatoris nostri per S. Joannem conscripta ponderat verba: *Amen, Amen dico vobis: Qui credit in me, habet vitam æternam. Fides itaque janua, & iter est ad vitam*; unde & Apostolus eam definiens inquit, quod sit *sperandarum substantia rerum.* Siquidem viva esse nequit, bonorum immortalium consecutionis spes, nisi fidei innitatur. S. huic Cyrillo alius Jerosolymitanus assentiri videtur, dum fidei vix discrepantem attribuit titulum, ipsam nuncupans *oculum & lampadem ad viam salutis inveniendam*; quo forte illud S. Zachariæ Canticum respexerit, in quo dicitur: *Illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.* Nostrorum namque pedum, ut per viam salutis æternæ recta gradiantur, oculus & lumen est vera fides; Unde & quando Saulus in Paulum conversus fuit, ex persecutore Apostolus effectus, *ceciderunt ab oculis ejus tamquam squamæ*, ut scilicet per hunc loquendi modum doceremur, quod veri Dei lumine carentes, obscuras teneant semitas, & inter præcipitia degant; vera autem fide illuminati cœlum versus tendant. Cui doctrinæ S. Ambrosius consonat, dum de Elia tractans ait: *Claudebatur cœlum hominibus perfidia, sed aperuit fides.* Idem namque ad propositum nostrum affirmare possimus: asserentes: Infidelitatem parulum esse os inferni e contra vero fidem cœli portam. Apte huc quadrat celebris illa & mysterijs turgida Jacob Patriarchæ visio scalæ quæ vertice cœlum, & extremitate inferiori terram contingebat, per quam & Angeli ascendere atque descendere conspiciebantur: Quis namque scalam hanc veræ fidei symbolum fuisse negare poterit, siquidem illa nos à terra securissimo tramite in cœlum ducit & deducit: Unde & S. ille Patriarcha subnectit dicens: *Non est hic aliud nisi domus Dei & porta cæli*: Ibidemque postridie altare erexit, sacro Chrismate à se inunctum. Quis autem vestrûm nescit, Jacob Patriarcham ab universa Ecclesia, tamquam primum ejus fundatorem haberi & recognosci? Dum enim Angelus ad Mariam Virginem ait; quod Filius ejus in domo Jacob regnaturus esset, Ecclesiam symbolizavit, dicens: *Regnabit in domo Jacob in æternum.* Ideoque S. Bonaventura; de fide disserens ait: *Est velut scala per quam ad cœlum ascenditur, continens duodecim gradus, id est, duodecim articulos per Apostolos declaratos.*

Act. Apost. 9. v. 18.

S. Ambr. de Elia & jejun. cap. ult. Infidelitas, os inferni.

Gen. 28. v. 17.

Luc. 1. v. 32. S. Bonav. in Dicta Sal. Tit. 8. c. 5.

9. Alij quoque sancti Patres virtutem hanc in columna nubis & ignis quæ populum Dei ad terram promissionis perducebat, figuratam fuisse arbitrantur. In columna quidem, quia ut in primo Discursu probavimus, fides ædificij spiritualis basis est, & fundamentum; ut proinde Apostolus fidem columnæ nomine honorare non dubitarit, inquiens: *Ecclesia Dei vivi, columna & firmamentum veritatis*; Cui B. Laurentius Justinianus suffragatur, dum ait: *Est enim viva, fida, & salutaris columna; deducens per desertum mundi hujus.* Quam pariter sententiam S. Bernardinus confirmat verbis sequentibus: *Fides figuratur in columna nubis, in die refrigerans populum in deserto, & per noctem illuminans eum.* Quanto enim populum Israëliticum labyrintho involvisset via incognita, tot obsepta angustijs & infortunijs, si hac duce caruisset columna? ita pariter in quot, quamque horrendos errores, in quot flagitia, in quam profundum confusionis chaos præcipitantur omnes illi, quos præviæ fidei destitutit ducatus? Quam veritatem S. Bonaventura considerans & ipse dictum columnæ epithetum fidei adscribit inquiens: *Fides est sicut columna illa, quæ præcedebat populum Israël in exitu de Ægypto; nam & illa ex parte Israël erat lucida, & ex parte Ægyptiorum tenebrosa. Sic fides credentibus lucet, & infidelibus est obscura, quia ipsi sunt rebelles lumini.* Erat autem columna illa nubis per diem, ignisque per noctem: sic neque hæc differentiæ alternatio mysterio caret, siquidem fidem nostram ex parte obscuram esse denotabat, dicente Apostolo: *Est autem fides ... argumentum non apparentium; Videmus nunc per speculum in ænigmate.* Ex parte vero claram & patentem, juxta illud Psalmi: *Testimonia tua credibilia facta sunt nimis.*

Fides figurata fuit per columnam quæ duxit Israëlitas ad terram promissionis. *1. Tim. 3. v. 15. B. Laur. Justin. de vig. vitæ c. 5. S. Bernard. Serm. ser. 4. de fidei nobili, Art. 2. c. 4.*

S. Bonav. Dicta 5al. dict. 5. c. 3.

Heb. 11. v. 1. 1. Cor. 13. v. 12. Psal. 92. v. 5.

10. Lucis quoque præconio idem Seraphicus Doctor fidem illustrat dum ait: *Fides est sicut lux primo creata, nam sicut illa primum opus in majori mundo, sic fides prima virtus in minori mundo, hoc est, in corde humano.* Quod idem epithetum ad Romanos, qui, eo tempore fidem Christianam amplexati fuerant, scribens Apostolus, virtuti huic attribuit, dum inquit: *Nox præcessit, dies autem appropinquavit. Abjiciamus ergo opera tenebrarum & induamur arma lucis, Sicut in die honeste ambulemus.* Qui idem ad Ephesios scribens eadem phrasi utitur inquiens: *Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, ut filij lucis ambulate.* Cujus lucis radios indigitaturus subnectit: *Fructus autem lucis est in omni bonitate & justitia & veritate; probantes quid sit beneplacitum Deo; & nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum.* Ad hæc quis sacram Scripturam clavem esse ignorat, qua fidei nostræ thesaurus aperitur? Hæc autem lucernæ nomine pariter in Scriptura indigitatur: *Lucerna pedibus meis verbum tuum*; De qua S. Bonaventura ad propositum nostrum ita scribit: *Per fidem habitat Christus in cordibus nostris, hoc est, notitia Jesu Christi, ex qua originaliter manat firmitas & intelligentia totius Scripturæ sacræ: Unde & impossibile est, quod aliquis in ipsam ingrediatur agnoscendam, nisi prius Christi fidem habeat sibi infusam, tamquam ipsius totius Scripturæ lucernam, januam, & etiam fundamentum.*

S. Bonav. ser. 1. de plur. Est radius illuminativus animæ. Matth. 18.

Rom. 13. v. 12. Ibid. v. 13. Ephes. 5. v. 8.

Quinam sint hujus lucis radij.

11. Idem quoque Seraphicus Doctor alio in sermone quodam fidem radij titulo honorat, inquiens; *Est fides divinus radius animæ illuminativus, ipsa enim fides disponit ad lumen summæ veritatis, eo quod animam summæ veritati facit adhærere stabiliter*; quam forte ob causam tres Magi Orientales tamquam gentium primitiæ ex Oriente vocati, ut divino infanti fidei professionis tributum persolverent, stellam habuere ducem, fidei Symbolum, juxta vetus oraculum, seu illud Evangelici Vatis assertum: *Surge, illuminare Jerusalem, quia venit lumen tuum*; Quo se reflectens S. Augustinus in solemnitate Epiphaniæ serm. quodam ita ad intentum nostrum fideles exhortatur: *Ducatum nobis præbeat velut stella cæli, lux fidei.* Quam eamdem similitudinem in secunda super symbolum Homilia Eusebius Emyssenus adducit, ut eorum, qui absque fide securo tramite se gradi posse arbitrantur, demonstraret errorem; ait enim: *Sic facit, quomodo si nocte sine lumine inferat gressum, totum se clausis oculis urgeat, in profundum. Hanc ergo nobis fidem, velut magnam lampadem, Christus adveniens erroribus exhibuit, vitam monstraturus, per quam possit Deus ignotus requiri, quæsitus credi, creditus inveniri.*

Isa. 60. v. 1.

S. Aug. ser. 1. de Epiph

Eus. Em. hom. 2. de symb.

12. Iterum quemadmodum Ecclesia navi, ita fides Anchoræ assimilatur, dicente Hugone Victorino: *Quicumque ab initio mare præsentis sæculi salubriter transfretaverat, quicumque pericula ejus evaserunt, quicumque ad portum salutis pervenerunt, omnes in navi fides navigaverunt, & transierunt.* Anchora navim assecurat, ita quoque teste D. Chrysostomo, fides in Deum, *quasi secura quædam anchora*, quam eamdem Doctrinam in Psal. 115. Commentario, ubi de fide tractans, idem repetit S. Doctor in hæc verba: *Ejusmodi res est fides, est quædam sacra anchora, quæ undique sustentat mentem; quæ ei adhæret.* Et in Tom. 5. sermone quodam eamdem idem Doctor prosequitur allusionem, verbis sequentibus: *Quemadmodum navim ventorum impetu jactatam, & fluctuum assultu, demissa anchora omino stabilit, & vel in medio Pelago radicat, ita etiam mentem nostram extraneis cogitationibus jactatam adventu suo fides ex imminenti naufragio liberat, tamquam in tranquillum portum, in conscientiæ certitudinem deducens.* In quorum confirmationem prædictus sanctus illum Apostoli ad Hebræos textum adducit, dicentis: *quam sicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam.*

Hebr. 6. v. 19.

Rom. 11. v. 15.

Hug. de S. Vict. T. 2. ser. 4. in Nativ. B. Mariæ.

DISCURSUS IV.

ARGUMENTUM.

Fides scutum est, quod omnes à nobis inimici hostiles ictus avertit; ut tamen hoc efficere valeat, brachio inseratur, id est, operibus conjuncta sit, necessum est.

THEMA.

In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere, Ad Ephes. 6. Vers. 16.

Fides animat & confortat nos contra omnes insultus inimicorum.

1. NEophytos Christianos Ephesios, inque ijs omnes reliquos fideles ad prælium & conflictum contra inimicum infernalem animaturus Apostolus, ijs inculcare nititur, ut vivæ fidei scutum amplexentur, omnesque in virtute hujus insultus inimicos illudant, cunctosque in illud evibratos ictus retundant: *In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis &c.* In cujus textus expositione occupatus Estius ita de fidei excellentia discurrit: *Nihil efficacius ad superandas diaboli, carnis, & mundi tentationes, quam si quis fidem suam diligenter exerceat, ac frequenter ante mentis oculos ponat, bona vobis in futuro promissa.* Non enim fidei scutum contra antiqui adversarij ictus dumtaxat, sed & contra mundi carnisque impetus nos defendit ac tutatur. Si enim mundus prosperitatum, opum, honorum, deliciarumque blanditijs nos oppugnat, subito fides se tutatricem interponit, illam æternæ veritatis objiciens protestationem: *Quid prodest homini, si universum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur*; si caro ad commoditates, voluptates, luxusque, quales corpus & animam certo certius perdunt in gehennam, nos extimulat, fides subito nos instruit, suggerens illud: *Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.*

Estius Ibid.

Matth. 16. v. 26.

Joan. 12. v. 25.

2. *In quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere.* S. Cyrillus Jerosolymitanus hæc Apostoli verba ad assultus exemplificat carnales, dicens: *Ignitum sæpe telum turpis voluptatis à diabolo emittitur, sed fides subjiciens menti judicium, & refrigerans mentem extinguit telum.* Cum igitur Spiritus fornicationis mentis nostræ mœnia assilierit, contra ignitas concupiscentiæ carnalis sagittas scutum obtendamus fidei, hac indubitata animati veritate: *Aut continendum, aut ardendum.*

Est firmum scutum contra tela inimici. S. Cyril. Jerof. Catech. 5.

Anast. in vita Leon III. Scutum fidei nos potenter munit, contra insultus dæmonum.

3. *In omnibus sumentes scutum fidei.* Anastasius in vita Leonis III. ita de eo scriptum reliquit: *Hic pro amore & cautela orthodoxæ fidei, fecit duo scuta argentea, scripta utraque fidei symbolo*; quod factum prima quidem fronte inconveniens quis judicarit, siquidem improprium judicari posset, quod fidei symbolum scutis, quæ bellica sunt instrumenta, incidi fecerit; Actio nihilominus mysterio neutiquam caruit, siquidem Pontifex dictus ad hoc Apostoli consilium alludere voluit, inquientis: *In omnibus sumentes scutum fidei &c.* vita hæc nostra tamquam conflictus continui est arena, siquidem *militia est vita hominis*; Mundus, Caro, Dæmon incessanter adversum nos præliantur, sed ecce securam defensionis nostræ armaturam, symbolum inquam fidei, quod cordibus nostris imprimere, & quo nos tamquam impenetrabili scuto, quod omnes divinæ legi contrarios ictus fortiter retundit, armare debemus. Si quis inimicum aggressus fuerit scuto destitutum, cum facilitate lethalibus eum obruet ictibus, nisi aliunde subsidium nactus fuerit: ita quoque anima fidei scuto carens, certa constituitur dæmonis præda. Quis vestrum Naas Ammonitæ non recordatur? Impius hic bellum indixit ijs, qui Jabes Galaad inhabitabant, qui se in angustijs constitutos videntes, pacis tractatu diffensionem terminandam censuerunt, dicentes: *Habete nos fœderatos, & servietimus tibi*; Quibus superbus ille: *In hoc feriam vobiscum fœdus*, respondit, *ut eruam omnium vestrum oculos dextros.* Circa quam historiam vos ego interrogo, an non amisso oculo solo dextro, pristinas vires, eumdem virorum numerum, priores provisiones sibi reservassent, & munitiones? Ita equidem, ast oculi dextri carentia eos ad conflictum constituebat indoneos, eo namque destituti, in obscuro, & veluti cæci in tenebris præliari debuissent, siquidem oculum sinistrum scutum cooperiebat. Quæ *omnia in figura contingebant illis*; Ideoque S. Bonaventura fidem oculo dextro assimilans, dictam historiam moraliter ita ad propositum nostrum adducit, dicens: *scutum operit sinistrum, & sic qui non habet fidem, inutilis est ad pugnam spiritualem. Naas interpretatus serpens, signaque serpentem antiquum, id est, diabolum, qui nititur eruere oculum dextrum, id est, fidem, ut ad bellum spiritualem hominem reddat inutilem.*

Quid significet quod Naas Galaaditis voluerit eruere oculum dextrum. *1. Reg. 11. v. 1. Ibid. v. 2.*

S. Bonav. in Dicta 5al. c. 3. tit. 5.

1. Pet. 5. v. 8. Amos 3. 8. Diabolo resistendum fortiter in fide. *1. Petri 5. v. 9.*

4. *In omnibus sumentes scutum fidei.* Ecclesia sancta Dei, ut quotidie lateribus nostris leonem infernalem, perditioni nostræ inhiantem assistere recordaremur, illud in dies singulos in Completorio recitari jussit capitulum: *Vigilate, quia adversarius vester diabolus, tamquam leo rugiens circuit, quærens quem devoret.* Quis leonis hujus non expavescet rugitus: *Leo rugiet, quis non timebit?* S. Petrus nihilominus contra ipsum nos animare, ab omni metu eripere, & ad resistentiam generosam extimulare satagit, dum ait: *Cui resistite fortes.* Sed qualiter furori ejus nos opponere valebimus? respondet idem Apostolus: *Resistite illi fortes in fide*; si namque Christianus vivam exerceat fidem, numquam contra eum prævalebit inimicus. Quis Pharaone formidabilior erat? Numquid hic cum exercitu numerosissimo ad mare rubrum inexplicabilibus Israëlitas intricaret angustijs? Qui cum in divinam opem sperarent, aquæ dictæ eorum in se susceperunt tutelam, murorum & fortalitiorum inexpugnabilium instar in altum consurgentes: ita quoque nos omnes filij nascimur iræ; Pharaonis infernalis mancipia, cuius manus non effugimus, donec mysticas maris illius transferimus aquas. Qua de re sanctus Ambrosius ita sermocinatur: *Aquæ vero, quæ pro muro eis erant à dextris & à sinistris, fidem designabant nostram, quam in baptismate percepimus, quæ murus est noster, ex utraque parte defendens nos, & ab invisibilibus hostibus & à visibilibus.*

S. Ambrof. in c. 6. Amos 5.

5. *In quo possitis &c.* Notabilis nihilominus in præsenti circumstantia notanda occurrit, scilicet quod arma hæc, ut nobis in defensionem deserviant, amplexari, id est, manibus nostris tractare debeamus, cæteroquin enim damnosa potius nobis & inutilia forent, inque discrimen cederent; Id quod sanctus Hieronymus forsitan insinuare voluit, quando in prædictorum verborum Commentario alios inter Discursus format & hunc sequentem: *Fidei clypeo non solum venientia tela franguntur, sed etiam telorum ipse ignis extinguitur; Qui hunc Umbonem fidei valida manu tenuerit, & confisus in Domino dicat: In Domino confido.* Per manum autem opus intelligitur, Fides igitur, ut salutis nostræ scutum impenetrabile fiat, bonis operibus associata sit, oportet: Qui hunc Umbonem fidei manu fortiter tenuerit. Væ nobis, si decertantibus scutum manu exciderit; Non enim contra inimici ictus nos defendere poterimus: ita quoque nisi per opera bona nos fortes, robustosque confirmaverimus, quorsum deserviet fides? Ideoque Aretas illa sancti Jacobi Apostoli verba (*Fides sine operibus mortua est*) interpretans ait: *Fidem dicit, quæ est post Baptisma, nihil enim prodest fides destituta operibus, nisi quod nos majori adhuc peccato reddit obnoxios.* Quando Decursum pervolvite triginta annorum vitæ Christi, investigaturi quandonam sapientissimus Salvator cum Lucifero belligerare constituerit? Non in Nativitate, non in adolescentia, quando perditus fuit, non quando primum in Cana patrabat miraculum, sed subito ut à Præcursore in Jordane baptizatus fuit, ut scilicet disceremus, quod postquam mediante sacrosancto Baptismatis lavacro scutum fidei amplexati sumus; Tunc & non ante libere cum diabolo pugnare;

Ut scutum fidei impenetrabile sit, bonis operibus firmandum est.

S. Hieron. Ibid.

Jacobi 2. v. 20. Aretas Ibid.

Christus devicerit primò cum diabolo.

nare, ictusque ejus retundere valeamus. Nihilominus eodem quoque tempore nos docere voluit, quod ad hoc ut vegeti, & sufficienter resistere possimus, opera requirantur cum fide. Quia mox à dicto baptismo se in desertum recepit, in continuo quadraginta dierum Decursu austerissimæ pœnitentiæ vacaturus. Quapropter idem Author subnectit, dicens: *Dominus velut adumbrando nobis tradit, quod post Baptisma nobis necessaria sint opera, cum à Joanne baptizatus ad desertum venit, & certamina adversus diabolum suscepit.* Serpentis siquidem astutia in eo consistit, ut Christianis persuadeat, eos de salute securos vivere, modo de numero sint fidelium; optime namque novit, eos absque correspondentibus Fidei operibus inutiles reddi & insufficientes, qui ictibus ejus valeant resistere. Ideoque sanctus Gregorius de impijs quibusdam Christianis scribens, sequentem interminat sententiam, dicens: *Qui ergo condigna fidei opera servare contemnunt, etiam fidem perdunt, quam tenere videbantur, sæpe quos bene per Prophetam sub Jerusalem specie, inimicorum destruentium verba memorantur, à quibus scilicet dicitur: Exinanite usque ad fundamentum in ea.* Per hoc autem fundamentum fidem denotari asserit, prout ex authoritate Sancti Pauli & aliorum in primo Discursu probavimus: *Inimici ergo destruentes usque ad fundamentum Jerusalem exinaniant, quando perversi Spiritus à corde fidelium, destructo prius ædificio boni operis, soliditatem quoque exhaurunt religionis; sicut enim supra fundamentum fabrica, sic super fidem opera construuntur. Usque ergo ad fundamentum exinanisse, est eversio bene vivendi opere, etiam robur fidei dispassæ.*

Aretas Ibid.

Astutia serpentis, multis suadet illis sufficere, quod sint de numero fidelium.

S. Greg. l. 25. mor. c. 10.

6. Exodi cap. 17. Bellum quod Amalec adversus Israëlem excitavit, describitur: *Venit autem Amalec, & pugnabat contra Israël.* At vero Moyses qui populi illius Dux generalissimus erat, ad vincendum hunc inimicum quid fecit? *Cras ego stabo*, inquit, *in vertice collis, habens virgam Dei in manu mea.* At vero hanccine virgam, ad inimicum hunc dissipandum sufficisse arbitraris? Minime, *Aaron autem & Hur sustentabant manus ejus ex utraque parte. Et factum est, ut manus illius non lassarentur... Fugavitque Josue Amalec*; Imo ut Scriptura testatur: *Cum levaret Moyses manus, vincebat Israël, sin autem paululum remisisset, superabat Amalec.* Quod si igitur infernalem Amalec vincere volumus, manus nostras elevemus, & operemur, nam ut sanctus Bernardinus in quodam sermone scribit: *Fides in semetipsa mortua est, nisi sint opera; In hujus mysterium Exod. 17. cum Amalec pugnaret contra Israël, id est, mundus contra fidelem animam, supposuerunt Moysi lapidem, ut sederet, & ex utraque parte manus ejus sustentabant, & tunc prævaluit populus Israël.* Adducit quoque textum illum 1. Joan. cap. 5. *Hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra*, addit tamen idem S. Bernardinus, *Fides nostra scilicet operosa.*

Exod. 17. v. 8. Ibid. v. 9. Præter fidem manus elevandæ sunt ad opera, ut vincamus hostem. Ibid. v. 12. Ibid. v. 13. Ibid. v. 11.

S. Bern. 2. ser. de multitud. mend. Art. 3. §. 3.

1. Joan. 5. v. 4.

7. Tametsi Josue ejusque exercitus plures antea de hostibus suis reportasset victorias; attamen à Civitate Hai ingenti cum confusione & jactura propulsatus fuit; Deus autem exercituum, fidelem servum suum denuo animare, gloriosamque illi de inimico victoriam indulgere volens, dixit eidem: *Leva Clypeum, qui in manu tua est contra urbem Hai, quoniam tibi tradam eam.* Circa quæ verba S. Antonius de Padua ait: *Clypeus est fides, juxta illud ad Ephes. 6. Sumentes scutum fidei &c. In clypeo viri justi solent fortiter pugnare. Unde Josue 8. Leva, inquit Dominus, Josue, manum ad Clypeum qui in manu tua est contra urbem Hai, quoniam tradam eam tibi. Clypeus in manu, est fides in opere, quam cum à terrenis elevamus, Hai (quæ interpretatur acervus lapidum, id est, abundantia temporalium) capitur & succenditur. Clypeum manu levat contra Hai, qui opere fidem adjuvat.*

Clypeus fidei in manu, est fides in opere.

Josue 8. v. 18.

S. Ant. de Pad. in Dom. 3. post Trin.

8. *In omnibus sumentes scutum fidei &c.* S. Ephremus in secundo operum suorum tomo, de spirituali animæ armatura tractans, eam fidei, verumtamen non nudæ, sed operibus vestitæ, attribuit, dicens: *sunt plerique fidem habentes, operibus destituti, sed ista non est fides, mortua enim est. Qui fidem habet, & operatur opera ipsius, ipse fidem habet.* Annon eamdem nobis veritatem Isaias exhibet Propheta, dicens: *Urbs fortitudinis nostræ Sion Salvator, ponetur in ea murus & antemurale?* Sed quid murus iste? quod hocce nostrum contra nostros inimicos antemurale? audite S. Hieron. *Urbs hæc*, inquit, *Ecclesia est, muros bonorum operum, antemurale rectæ fidei, at duplici septa sit muro, non enim sufficit munum habere fidei, nisi ipsa fides bonis operibus confirmetur.* Quam nobis similitudinem diu ante ob oculos posuit Apostolus, quando Timotheum Episcopum, ut fidei, quam profitebatur, & Evangelij prædicatione docebat, per opera bona corresponderet, exhortaturus, exemplum desumit à milite, inquiens: *Hoc præceptum commendo tibi fili Timothæe, secundum præcedentes in te Prophetias, ut milites in illis bonam militiam.* Ast quomodo invictum se fortemque in Ecclesia heroem præsituris erat? prosequitur, dicens Apostolus: *Habens fidem & bonam conscientiam:* Non enim sufficiens judicabat Apostolus scutum fidei, nisi ipsum amplexaretur discipulus, per conscientiæ integritatem illi cooperando, de qua D. Chrysostomus tractans, inquit: *Bona autem conscientia ex vita & operibus bonis contingere solet.* Miles quidam belli aleam tentaturus, primò Minervæ oraculum, ut de exitu futuro certificaretur, consulendum duxit; responsumque tulit: *Hilari animo eas, victoriam consequeris.* Hâcque animatus promissione, in campum proecessit, armatus corpore toto à capite usque ad pedes, scutum sinistrâ, ensemque portans dextrâ; in adversam igitur partem huic occurrens inimicus, unum illi alterumve impegit ictum, neque se vel in minimo tutari conatus est, qui læsus fuerat, quin potius vitæ suæ periculo ingemiscens, elevatis in cœlum oculis, ait: *Ubi est Deorum fides? nonne mihi victoriam Minerva promisit?* Moxque vocem inaudijt, sibi replicantem: *Tu quoque cum Minerva manum adhibe, Dij enim facientes adjuvant.* Ita pariter indubitatum hoc Christiano quidem favet oraculum: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit*; veruntamen quamdiu in campo præsentis vitæ militamus, nequaquam otiosas manus nostras è cingulo suspensas habere debemus, quia *Deus facientes adjuvat.*

S. Hieron. Ibid.

Lepida historia.

Mare. 16. v. 16.

S. Ambr. l. 2. de Fide cap. 4.

9. Jehu ad Regnum Israël assumptus, impiamque Achabi stirpem extirpare volens, jonadab belli Ducem ingenti comitatu stipatum, rataque experientia præditum virum obvium habuit; quia vero quam is factionem subscribere, ignorabat, interrogavit eum, & dixit: *Numquid est cor tuum rectum, sicut cor meum cum corde tuo?* Qui cum affirmaret, sequeque partium Jehu sectatorem esse dixisset, subjunxit Rex, dicens: *Si ita est*, inquit, *da manum tuam*; *Qui dedit ei manum suam, at ille levavit eum ad se in currum*; Noster quoque Salvator, qui inimicum infernalem debellaturus venerat, quoniam ipso præsente, *Princeps mundi hujus ejicietur foras*, à nobis pariter, ac sequaces ejus esse, legemque ipsius profiteri velimus, intelligere desiderat; Cui si nos *affirmativè* respondemus, nostram illico postulat manum, id est, dignis nos operibus fidei correspondere jubet: *Da manum tuam*; tuncque certo sperare poterimus nos in currum ejus, ut cœlum conscendamus, elevandos.

Deus præter fidelitatem cordis, postulat à nobis manum operatis. 4 Reg. 10. v. 15. Ibidem.

D. Chrys. Hom. 2. in Gen.

10. Alias inter igneas antiqui hostis sagittas ambiguitas pariter, & dubia fidei nostræ, quæ ipse ingerit, annumerantur, dicente Theophylacto. *Per infidelitatis ratiocinationes & cogitationes tenit nos diabolus*; Rationibus philosophicis multa ineffabilia, & incomprehensibilia fidei nostræ impugnat mysteria, verbi gratia, sine substantia (qualiter in sacramento Eucharistiæ contingit) non posse subsistere accidentia; virginem ut virginem parere non posse & concipere; Tres personas non posse in unitate naturæ subsistere, atque ita de omnibus alijs, per solam ratiocinationem & discursum nostrum indissolubilibus difficultatibus differendo; ast qualiter ardentia hæc ignis infernalis tela retundi posse arbitramini? *Fides hæc extinguit*, inquit idem Author, juxta illam S. Hieronymi doctrinam inquientis: *Fides omnes diaboli persuasiones extinguit, licet quasi lumen rationis habere videantur.*

Theophyl. Fides extinguit omnes diaboli igneas sagittas.

S. Hieron. Ibid.

DISCURSUS V.

ARGUMENTUM.

Fides conjuncta esse debet cum recta conscientia, morumque & bonorum operum integritate.

THEMA.

Commendo tibi fili Timothæe, ... ut milites ..., bonam militiam, Habens fidem, & bonam conscientiam, 1. Tim. 1. §. 18. & 19.

1. IN nascentis Ecclesiæ primordijs Apostolus instructurus eos, qui Evangelium prædicaturi erant, quos inter & Sanct. Timotheus annumerabatur, inculcare ijs satagebat, ut Christianos sedulo admoneret,

1. Tim. 1. v. 18.

Ibid. v. 9.

Philem. 6.

S. Hieron. Ibid.

Probatur aptè similitudine.

Opera bona, evidentem reddunt fidem nostram.

1. Tim. 1. v. 18. & 19.

Rom. 1. v. 17.

Magna necessitas est innocentiæ vitæ, & veræ fidei.

S. Hieron. Ibid.

D. Chrys. Tom. 4. l. 1. adv. vitup. vitæ monast. Levit. 24. v. 1. Allegoria luminis & olei, ad fidem, & bona opera.

repræsentat: *Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Jesus; Si quis autem superædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, Lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam, Unusceujusque opus manifestum erit.* Magna certè argentum, aurum, gemmas inter, & fœnum, ligna, & paleas versatur differentia; Qui proinde textus admodum mysteriosus à sancto Augustino sic explicatur: *Quod quidam ita intelligendum putant, ut illi videantur ædificare supra hoc fundamentum aurum, argentum, lapides pretiosos, qui fidei, quæ in Christo est, bona opera adjiciunt: Illi autem fœnum, ligna, stipulam, qui cum eamdem fidem habent, male operantur.* Porro idem Apostolus in alio ejusdem Epistolæ capite Corinthijs in memoriam revocat continuam Dei assistentiam & providentiam, quia per tot annorum circulos Israëlitas in deserto pavit, & direxit: *Nolo vos ignorare fratres, inquit, quoniam Patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt. Et omnes in Moyse baptizati sunt, in nube, & in mari, Et omnes eamdem escam spiritualem manducaverunt, Et omnes eumdem potum spiritualem biberunt*; quibus diversis divinæ in populum illum beneficentiæ nec quidquam obstantibus argumentis, major nihilominus pars periit Israëlitarum, dicente Scriptura: *Sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo, nam prostrati sunt in deserto.* Ex quo textu D. Chrysostomus hanc ad intentum nostrum moralitatem, imo, ut melius dicam, hanc pro omnium aliorum Christianorum institutione erunt doctrinam, dicens: *Quare obsecro magno studio, diligentique cura, & fidem veram, & vitam integram conservemus, nisi enim fidei vivendi congruat disciplina, ultima pendemus supplicia.* Quod punctum S. Augustinus summa nobis cum solicitudine inculcare nititur, coram suo protestans auditorio, ut attentas sibi aures præberet, ne sudores ejus ipsos ad æternam condemnarent perditionem: *Audite me charissimi*, inquit, *audite me, ne sit vobis testis Judor hic meus, audite me*: ubi sanctus Doctor postquam trinies repetiisset: *Audite me*, tandem suum inchoans Discursum, exorditur ex Epistola Sanct. Jacobi Apostoli inquiens: *Jacobus Apostolus cum de fide & operibus loqueretur adversus eos, qui sibi putabant fidem sufficere, & opera bona habere nolebant, ait: Tu dicis, quia unus est Deus, & dæmones credunt, & contremiscunt*; numquid ideo dæmones ab æterno igne liberabuntur, quia credunt, & contremiscunt? Ubi consequenter sanctus Doctor considerat, sanctum Petrum infigunem hanc Divinitatis Filij Dei confessionem edidisse (*Tu es Christus Filius Dei vivi*) ast non solum Petrum, sed & ad imitationem ejus dæmones quoque vociferatos fuisse: *Scimus qui sis, Filius Dei.* Unde dictus sanctus Doctor suum ita prosequitur Discursum: *Petrus tamen laudatur, dæmon compescitur, una vox, alta diversa unde separantur ista duæ confessiones? Laudatur amor, damnatur timor*; *non enim amore dicebant hoc dæmones: Tu es Filius Dei*; *timore hoc dicebant, non amore*; Nobis verò superaddere licebit: In dæmonibus hic fideles illos præfiguratos fuisse, qui juxta apparentiam exteriorem, in verbis & professione vocali, fidem profitentur Christianam, nec ob ejus discrepant dogmatibus, nisi quantum ad mores, qui, ut Apostolus ait: *Confitentur se nosse Deum, factis autem negant.* Salutare itaque sancti Ambrosij, quod Doctor hic primò quidem gregi Mediolanensi, deinde verò omnibus dedit fidelibus, sequamur Consilium, inquientis: *Semper opera Christiana fidei, Sacramentisque convenientia, & cogitemus corde, & impleamus opere.*

1. Cor. 3. v. 11. Super fundamentum fidei superædificant aurum, argentum &c. qui illi adjiciunt bona opera. S. August. T. 4. de Fide & operibus l. 1. c. 15.

1. Cor. 10. v. 1. Ibid. v. 2. Ibid. v. 3. Ibid. v. 4.

Ibid. v. 5.

Matth. 16. v. 16. Differt Confessio dæmonum à confessione S. Petri, & in quo.

Tit. 1. v. 16.

S. Ambr. ser. 58.

5. S. Augustinus ingeniosam quamdam instituit observationem, dum eam quæ inter *credere Deo*, & *credere in Deum*, servatur, considerat differentiam; Dicit enim: *Non continuò qui credit ei, credit in eum; Nam & dæmones credebant ei, & non credebant in eum*; *De Apostolis ipsius possumus dicere: Credimus Paulo, sed non in Paulum. Quid est credere in eum, credendo amare, credendo diligere, credendo in eum ire. Ista ergo est fides, quam à nobis exigit Deus, & non invenit quod exigat, nisi donaverit, quod inveniat*; siquidem in ejus dumtaxat gratiæ, auxiliorumque virtute, & non alio modo, nos in divino ejus servitio operari possumus & mereri, dicente Apostolo: *Non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.*

S. Aug. Tr. 29. in Ioan. Aliud est credere Deum, & credere in Deum.

1. Cor. 3. v. 9.

6. D. Chrysostomus ad illam turbæ, quam Salvatori proposuerunt, interrogationem; *Quid faciemus*

D. Chrys. T. 6. ser. de lago

ut Na-

ut operemur opera Dei) se reflectit, simul responsum Christi considerans replicantis: *Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem misit ille;* Ex qua increatæ Sapientiæ responsione hanc Maximam eruit S. Doctor Christianam, dicens: *Vides quomodo fidem opus vocavit;* quid enim Christum in alia protestatione inferre voluisse creditis, qua ad eumdem populum vice quadam ait: *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum?* Nequaquam certè à citata differentem doctrinam S. Hieronymus Textum hunc ita interpretans, adducit dicens: *Ne his quidem accommodandam fidem, qui cum polleant integritate fidei, turpiter vivunt, & doctrinæ integritatem malis operibus destruunt; Utrumque enim Dei servis necessarium est, ut & opus sermone, & sermo operibus comprobetur.* Quam eamdem interpretationem post se scriptam reliquit Theophylactus inquiens: *Docet autem nos, si fidem absque operibus habuerimus, nihil eam nobis profuturam.* S. Ambrosius quoque in libro de fide eamdem adducit propositionem, ut fidem rectam absque operum bonorum conformitate neutiquam sufficere probet; Unde illa Christi verba: (*Non quicumque dicit mihi: Domine, Domine intrabit in regnum cœlorum*) hac illustrat Glossa: *Non ergo perfunctoria fides debet esse.* Quam veritatem ipsimet Scribæ & Pharisæi, sufficienter cognoverunt; licet enim eos invidia & superbia propria excæcasset nihilominus tanto pollebant lumine, ut agnoscerent fidem neutiquam absque operibus sufficere; Ideoque ille, qui ad tentandum Salvatorem (*Ecce quidam Legisperitus surrexit, tentans illum*) ablegatus fuerat, suum his verbis exorsus est sermonem: *Magister, quid faciendo vitam æternam possidebo?* Notare verba: Non enim dicit: *Quid credendo:* Unde Textum hunc ita interpretatur Dionysius Carthusianus, *id est, quibus operibus promereri potero, & sortiri beatitudinem æternam?* Et Cardinalis Toletus pariter advertit, hunc Legisperitum dicta sua interrogatione sufficienter demonstrasse se hoc tanti momenti punctum abunde penetrare, scilicet quod ad vitæ beatæ consecutionem non sola fides, sed & opera requiruntur: *Hic non sola fide contentus interrogat*, inquit dictus Eminentissimus, *quid faciendo vitam æternam possidebo?*

7. D. Chrysostomus in quodam sermone pariter vitæ bonitatem cum fidei infallibilitate conjungi debere dicit: *Fides*, inquit, *opus habet auxilio Spiritus ac perseverantiæ, ut inconcussa permaneat, auxilium autem hoc vitæ puritate, moribus privatis retineri apud nos solet. Quare si cupimus fidem radicatam habere, vivendi ratione pura nobis opus est, quæ Spiritum retineat, à quo totam fidei vim dependere constat. Impossibile enim est, impossibile profectò, si vitam imperam habeas, in fide non vacillare.*

8. S. Isidorus eam quæ fidem inter & bona opera versatur differentiam his verbis assignat: *Inter fidem & opus hoc distat, quod ex fide possibilitas nobis inchoatur, ex opere fides operibus consummatur.* Quod si vultum haberes oculis destitutum, numquid defectus ille monstrositas quædam esset formæ vultus tui nimium præjudicialis? Talis autem monstrositas reperitur in eo, ut S. Joannes Climacus inquit, qui credit in Deum, & tamen ipsum offendit; nam in capite quodam, cujus Titulus est: *Gradum superiorum brevis & per summas enumeratio*, ita hac de re loquitur: *Qui professetur se fidem rectam habere, & interim peccare non desinit, similis est ille vulnus, qui oculis caret.* S. Cyrillus Alexandrinus in quadam Epistola super symbolum, fidem veram & vitam illam censendam esse dicit, quæ per viam operum bonorum in homine relucet: *Recta sane & irreprehensil ibi fides, quam fulgor ex bonis operibus comitatur, omni bono nos implet & præclaram nobis gloriam ostendit.*

9. S. Joannes Evangelista Reguli in Christum credentis conversionem recensens ait: *Credidit homo sermoni, quem dixit ei Jesus, & ibat.* Ubi notandum, quod Evangelista hoc quod est credere omnibus quæ Salvator noster dixerat, cum ambulatione conjungat: *& ibat.* Quod ipsum olim quoque S. Antonius de Padua notavit inquiens: *Nota quod prius dicit: Credidit, & postea: Ibat, quia prius est corde credere, & post ire opere.* Per hanc vero ambulationem spiritualiter intelligi potest continuus quidam in virtutibus Christianis progressus, de quo David loquitur, dum ait: *Ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus Deorum in Syon.* Subinfert quoque idem citatus S. Antonius inquiens: [*Hæc erat visio discurrens in medio animalium, splendor ignis, & de igne fulgur egrediens.*] *In splendore ignis fides, quæ illuminat, designatur: Unde fides tua te salvum fecit, id est, te illuminavit. Quid, inquit, tibi vis fieri? Rabboni, ut lumen videam; De hoc igne egreditur fulgor boni operis.* Idem quoque Sanctus Pater ex fidei Etymologia fidem nos ad operandum invitare convincit; unde ait: *Nota fides componitur ex duplici verbo, facio, scilicet & dico; si enim facio quod dico, & apprehendo quod tango, tunc est fides, & talis fides salvat.*

10. Incarnata Sapientia apud S. Joannem discipulis suis inquit: *si hæc scitis, beati eritis*, an vero protinus subjungit: *si feceritis ea:* In quorum verborum expositione S. Cyrillus ita scribit: *si hæc intelligere penitus potestis, beati estis, si facitis ipsa; non enim magnum est cognoscere, sed studiosè agere, id certe maximum est.* S. Paulus quoque ad Philippenses ita scribit: *Quæ ex Deo est justitia in fide. Ad cognoscendum illum, & virtutem Resurrectionis ejus, & societatem Passionum illius, configuratus morti ejus;* Nimirum fidem & agnitionem Christi, cum Passionis & mortis ejus participatione conjungit. Unde *Vides non nudam requiri fidem*, inquit D. Chrysostomus, *sed cum operibus conjunctam, is enim possimum credit resurrexisse Christum, qui similiter se periculis exponit, qui ei se in perpessionibus socium præbet:* nam verissima est illa S. Augustini sententia: *Difficile est ut male vivat, qui bene credit.*

DISCURSUS VI.
ARGUMENTUM.

Fidem, nisi per bona opera eidem consonantia vivificetur, mortuam esse ex authoritate S. Jacobi Apostoli ostenditur.

THEMA.

Sicut corpus sine Spiritu mortuum est, ita & fides sine operibus mortua est. Jacob. 2. ℣.26.

1. APtissima est illa S. Jacobi similitudo, qua fidem sine operibus idem esse dicit, quod corpus sine anima. Etenim ut in Discursu tertio vidimus, S. Augustinus quærit: *Unde mors in anima? quia non est fides; unde mors in corpore? quia non est ibi anima; ergo animæ anima fides est.* Enimvero undenam in corpore animam esse dignoscimus? ex operationibus vitalibus illius: Eodem modo tunc de viva Christiani hominis fide certe esse possumus, si is conformiter fidei operetur: *sicut corpus sine Spiritu mortuum est, ita & fides sine operibus mortua est.* Aretas in expositione hujus Textus inquit: *Opera fidem confirmare dicuntur, quorum expers si sit, fides mortua est.* Glossa pariter inquit: *Notandum scilicet, quia cum fides mortua sit præter opera, jam neque fides est;* cujus asserti hanc reddit rationem; *nam neque homo mortuus homo est.* Tametsi enim homo aliquis mortuus oculis nostris idem esse videatur, qui ante fuit, attamen illum hominem esse dici nequit, cum sit cadaver. Eodem modo licet in anima peccatoris fides aliqua remaneat, illa tamen nequaquam viva est, id est, non operatur conformiter illi quod credit, ac proinde est quasi non esset, nam *fides sine operibus mortua est.* Sic quoque aqua, in paludibus stagnans, vera quidem aqua est, sed tamen aqua mortua dicitur, quia non movetur nec fluit, sed otiatur, atque ideo pestilentialis efficitur: Pari quoque ratione de Anima Christiana in undis Baptismalibus ablutа, quæ symboli fidei articulos inviolabiliter profitetur, negari quidem non potest, quin fidem habeat, verumtamen si huic fidei per opera non correspondeat, est velut aqua mortua, quia fides hæc non proderit illi, sed potius pernitiosa & præjudicialis illi erit, quia *fides sine operibus mortua est.*

2. Observandum est autem, S. Jacobum non dicere quod fides sine operibus mortua sit, sicut homo mortuus esse dicitur; nam homo mortuus realiter non est homo, cum tamen fides sine operibus realiter sit fides, sed illam mortuam esse dicit, sicut corpus mortuum est; *sicut corpus sine spiritu mortuum est*, non dicit, sicut homo; quia sicut corpus, licet mortuum sit, verum tamen corpus est, ob similitudinem exteriorem, tametsi non sit vivum, hoc enim ad animam pertinet: ita quoque opera bona non faciunt quod fides, sit fides, bene tamen quod sit viva & vera fides, quia fidelis anima vitam spiritualem non à sola fide recipit, si hæc cum bonis operibus conjuncta non sit.

3. D. Chrysostomus fidem operibus destitutam figuræ alicui in tela delineatæ simile esse dicit. Dum enim hanc figuram eminus conspicis, videbitur tibi esse vel S. Fran-

Joan. 6. v. 28. Probatur ulterius, fidem sine operibus nihil prodesse. Matth. 7. v. 21. S. Hieron.

Theoph. Ibid.

S. Ambr. l. 1. de fide c. 2.

Luc. 10. v. 25. Ibid. Expenditur tentatio legisperiti. Dion. Cart. Ibid. Toletus Ibid.

D. Chrysost. ser. 23. de verb. Apost.

S. Isidorus l. 2. de sent. Spirit. 30.

Climac. in Scala Parad. n. 9. c. 39.

S. Cyril. Alex. T. 5. in S. symb. Ep.

Joan. 4. v. 50 Si facio quod dico, habeo veram fidem.

S. Anton de Pad. Dom. 21. post Trin.

Psal. 84. v. 8.

Ezech. 1. v. 13.

S. Ant. de Pad. in Dom. 24. post. Trin.

Joan. 13. v. 17. Ibid. Fidei conjungantur opera.

S. Cyrill. Alex. ib. Phil. 3. v. 9. Ibid. v. 10.

D. Chrys. Hom. ad Phil. lipp.

S. Aug. ser. 237. de temp.

Animam in corpore esse dignoscitur ex operationibus.

S. Aug. Tr. 49. in Joan.

Aretas Ibid. Et fidem vivam esse, ex operibus.

Gloss. ord. Ibid. Sicut homo mortuus, non est homo, sic fides sine operibus non est fides.

Fides sine operibus, manet fides, sed non viva.

D. Chrys. Hom. 8. in 2. ad Tim.

Similitudo figuræ pictæ.

S. Franciscus, vel S. Dominicus, & tamen si propius accesseris, eamdem nil aliud esse deprehendes, quam telam quamdam variis colorum pigmentis imbutam: sic quoque videbis aliquando hominem quemdam qui in verbis & specie exteriori se Christianum profitetur: quem proinde vere talem æstimabis: at vero si conversationem, vitam, & mores ejus examinando propius accesseris nil in eo quod ad rationem hominis Christiani pertineat, præter solum & nudum Christiani nomen deprehendes, *fides sine operibus figura solum absque virtute est.*

Matth. 8. v. 21. Quomodo intelligatur; dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Ibid. v. 22.

4. Christum Salvatorem nostrum die quadam juvenis quidam convenit, qui se ejus profitebatur esse Discipulum, qui proinde ab eo poscebat Patrem suum sepeliendi licentiam: *Domine permitte me primum ire, & sepelire Patrem meum.* Et quænam dari poterat petitio legi naturali pariter & divinæ conformior, quam erat ista? verumtamen cœlestis Magister noster eidem respondit: *sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos.* Quis hoc Christi responsum non admiretur? si enim hi ad quos Patris sepulturam Christus remittebat, mortui erant, qua ratione hoc corporale misericordiæ opus adimplere poterant? Audiamus S. Augustinum qui in verborum illorum (*qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet, Et omnis qui vivit & credit in me non morietur in æternum*) expositione ita discurrit: *si igitur non credas, etiam cum vivis, mortuus es. Caudam differenti ipsum sequi, ait Dominus: sine mortuos sepelire mortuos suos; erat ibi mortuus sepeliendus, erant mortuum mortui sepulturi; ille mortuus in carne, hi in anima, animæ tuæ anima fides est; qui crediderit, inquit, vivet.* Adolescens ille se quidem Christi profitebatur esse Discipulum, attamen eum sequi de die in diem procrastinabat; *Fides sine operibus mortua est; ille mortuus in carne*, scilicet Pater ipsius, *hic in anima*, id est, filius, quia divino se consecrare servitio negligebat: *sequere me, & dimitte &c.*

Joan. 11. v. 25. Ibid. v. 26. S. Aug. Ibid.

S. Bernard. ser. de Resur. Vita fidei est charitas. Gal. 5. v. 6.

5. S. Bernardus in corpore nullum esse vitæ præsentis certius indicium observat, quam sit motus: *sicut corporis vitam*, inquit, *ex motu dignoscimus: ita & fidei vitam ex operibus bonis. Itaque vita quidem corporis anima est, vita vero fidei est charitas, quia per illam operatur, sicut in Apostolo legis; nam ad Galatas inquit: Fides quæ per charitatem operatur.* Et ad Timotheum scribens fidem quoque dilectioni conjungit dicens: *In fide & dilectione.* Demum vero idem mellifluus Doctor in eodem sermone subjungit: *Refrigescente charitate fides moritur, sicut anima recedente.*

1. Tim. 2. v. 15.

Per motum & calorem dignoscitur an corpus vivat, per opera & charitatem, an vivat fides. S. Bernard. ser. 1. de modo vivendi. S. Gregor. Hom 30. in Evang.

6. Signum unde animam à corpore separatam non esse dignosci potest, non solum est illius motus, verum etiam calor ejusdem; Pari quoque modo si discernere velitis, an fides in anima vivat, an vero mortua sit, confidera operationum suarum motum, & calorem charitatis & amoris erga Deum. Hanc similitudinem adducit S. Bernardus serm. 1. *De modo bene vivendi: sicut*, inquit, *corpus sine anima mortuum est, ita fides sine operibus mortua est. Magna est fides, sed nihil valet sine charitate.* Quando enim fides per charitatem animatur, activa est, otiosa non est: *Operatur magna, si est*, inquit S. Gregorius, *si autem operari renuit, amor non est.* Philosophi docent, quod homo quidquid operatur, per animam operetur, quia si intelligit, hoc facit per intellectum, si recordatur, hoc ipsum quidam est memoriæ effectus; si amat, voluntate mediante id præstat; Denique ipsius audire, loqui, ambulare, videre, manducare, meri sunt actus ab anima procedentes; unde sequitur, quod anima recedente à corpore omnes quoque hi actus in eodem deficiant; unde quando Apostolus dicit, quod fides per charitatem operetur: *Fides quæ per charitatem operatur*, horum verborum hic est sensus: Charitas est anima fidei, hæc enim hominem fidelem ad omnia opera virtuosa extimulat; imo nullum horum operum meritorium esse potest, nisi à charitate informetur.

Non sufficit fides ad vivificandam animam sine charitate.

Jacob. 2. v. 14.

7. Advertendum quoque est, quod sicut ad constituendum hominem vivum sola anima non sufficit, sed insuper etiam corpus requiritur; & econtra corpus sine anima ad vivificandum hominem non sufficit: Eadem quoque proportione non sufficiat fides ad vivificandam animam sine charitate, nec charitas sine fide; neque enim solum credere nostram operatur salutem, sed insuper requiritur, ut secundum id quod credit, suam quoque vitam & conversationem instituat, unde S. Jacobus ait: *Quid proderit fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? numquid poterit fides salvare eum?* Erit nonnumquam ali quis acerrimus veritatum & dogmatum Religionis Catholicæ defensor, qui tamen si talem vitam agat, ac si nihil horum crederet, quidnam illi hæc fidei mysteriorum intelligentia, hæc infallibilitas & credendi firmitudo proderit? Nihil profecto. Econtra verò erit alius qui aufferissime vivens in virtutibus se moralibus assidue exerceat, & tamen in certo quodam fidei dogmate vacillat, hunc utique vita illa virtuosa, & aliunde meritoria nihil juvabit, si in aliquo tirubet fidei articulo. De hoc puncto S. Cyrillus Alexandrinus in Epistola quadam super symbolo in hæc verba eleganter discurrit: *At operum fulgor si expers videatur esse rectorum dogmatum, inculpatæque fidei, humanæ animæ nullo modo, ut arbitror, utilis fuerit. Nam sicut fides absque operibus mortua est, ita quod econtrario convertitur, verum est.* Ad hanc relationem quæ est inter animam & corpus nostrum, atque inter fidem & bona opera S. Joannes Damascenus his verbis alludit: *Fidei perinde ac animæ, ipsa opera velut corporis membra, rite appositeque compositi, & indidit, ac opera fide animavit, & vivificavit, quorum alterum sine altero nullius est emolumenti & utilitatis.* Cui consentit insignis illa S. Augustini sententia dicentis: *Fides quidem potest esse sed non prodesse.*

S. Cyrill. Alex. T. 5. Epist. in S. symb.

S. Joan. Damasc. orat. in Land. Christ.

S. Aug. l. 15. de Trin.

8. S. Joannes Evangelista de Regulo illo Capharnaitico refert, quod firmam à Salvatore dictis fidem adhibens, in domum suam concesserit: *Credidit homo sermoni quem dixit ei Jesus, & ibat.* Enimvero quisquis ad locum aliquem distantem recipere se cogitat, oculo & pedibus opus habet; quia si pedem & non oculum habeat, quonam vadat, scire non poterit: econtra vero si pedum usu privatus oculos habeat, ad locum ab oculis designatum transferri nequibit; oculus autem animæ nostræ fides est, opera sunt pedes, è quibus hi sine illo, nec ille sine his efficere quidquam poterit, sed necessum est, ut utrumque indissolubiliter jungantur: *Credidit & ibat.* Gentiles oculis orbati erant, quia veri Dei lumen & notitiam non habebant: Hebræi econtra oculum habebant, & pedibus carebant, quia conformiter ad notitiam quam de Deo vero habebant non operabantur; de quibus ambobus proinde S. Gregorius sequentem Discursum instituit: *Populus gentilis* inquit, *quasi oculos non habuit, quia non recepta lege non vidit, quo ire debuisset; at contra Judaicus habens oculos, claudus fuit, quia legem quidem tenuit, sed in ea vesti operis gressum non retendit.*

Joan. 4. v. 50 Oculus animæ est fides, pedes vero sunt opera.

S. Greg. l. 19. mor. c. 21.

9. S. Augustinus librum quemdam composuit, cui titulus est: *De fide & operibus*, qui Tomo 4. insertus reperitur, in cujus c. 8. id observat, quod tria Judæorum millia per primam S. Petri, prædicationem ad fidem conversa dixisse leguntur: Dicit enim sacer Textus: *His auditis compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Apostolos: Quid faciemus viri fratres?* At vero quidnam primum Christi in terris vicarium responsisse existimatis? Num forte sufficere dixit, si in novam gratiæ legem credentes, verbi Dei prædicationem lubenti animo audirent, & sacrosanctum Baptismi lavacrum susciperent? Minime; quin potius: *ait Petrus ad illos; Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum.* Quibus verbis S. Augustinus subjungit: *Ibi enim* (id est in Baptismo) *est vitæ veteris expoliatio, ut nova induantur, qui baptizantur.*

S. Augustin. T. 4. l. 1. de fide & operibus c. 8. Judæi primitus ad fidem conversi remittuntur à S. Petro ad opera. Act. Apost. 2. v. 13.

S. Augustin.

10. S. Paulus ut Thessalonicenses noviter ad fidem conversos, in eadem stabiliat, & confirmet, iisdem insinuat, quod Athenis subsistens Timotheum discipulum suum ad illos ablegarit: *Misimus Timotheum fratrem nostrum, & ministrum Dei in Evangelio Christi, ad confirmandum vos, & exhortandos pro fide vestra.* Paulo post vero idem Apostolus subjungit: *Misi ad cognoscendam fidem vestram, ne forte tentaverit vos is qui tentat, & inanis fiat labor noster.* Denique qualis fides illorum esse debebat, declarare volens subnectit: *Dominus abundare faciat charitatem vestram in invicem, & in omnes.* In principio quoque Epistolæ dixerat; *Memores operis fidei vestræ, & laboris, & charitatis, & sustinentiæ.* Ubi fidem laboribus, charitati & sufferentiæ conjungit; Et ideo Petrus Blesensis ait: *oportet sane quod viva sit fides, qua vel per quam vivere nos oportet: Notandum quod sicut vitam corporis ex motu dignoscimus, ita ex operibus bonis vitam fidei comprobamus.*

1. Thess. 3. v. 2. Thessalonicenses ad fidem conversi monentur ad bona opera facienda. Ibid. v. 12. 1. Thess. 1. v. 3.

Pet. Bles. de charit. c. 2.

11. Nazianzenus quoque multorum Christianorum perstringit abusum, qui in Carbolicorum professione & nomine nimium confisi, bona opera negligunt, Dicit enim: *Videtis hos qui in cursibus equestribus,*

Nazian. orat. 13. Male agunt Catholici de solo no-

mine fidei gloriantes.

bus studium atque operam posuerunt, qui à coloribus nominantur, atque ab ijs partibus cum quibus steterunt. Vos nomina ipsa tenetis, etiamsi non dixero. Si ad eumdem modum Christianus vocaris, parvum admodum hoc commentum est, & licet glorieris, ubique placeas. Si autem quia Deum credis, rebus ipsis quod credas ostende.

Porro certum est, quod tanto rigorosius de nobis sumetur pœnæ supplicium, quanto majus est donum, cui correspondere negligimus.

12. Matthæi cap. 21. Christus arbori ficus in qua præter frondes aliud non repererat, maledixisse, eaque subito arefacta fuisse legitur: *Videns ficu arborem unam secus viam, venit ad eam, & nihil invenit in ea nisi folia tantum, & ait illi: Numquam ex te fructus nascatur in sempiternum, & arefacta est continuo ficulnea.* Circa quam Historiam merito quærendum venit, cur Christus hanc arborem tanto cum rigore, tantaque cum Apostolorum admiratione punierit? Apud sanctum Marcum insuper legitur, quod cum ijdem Apostoli una cum Magistro suo *mane transirent, viderunt ficum aridam factam à radicibus, Et recordatus Petrus dixit ei: Rabbi, ecce ficus cui maledixisti, aruit;* at vero quidnam incarnata Sapientia ad hæc verba respondit? Sacer Textus inquit: *Respondens Jesus ait illis: Habete fidem Dei*, quasi dicere vellet: Hi qui fidem Dei, id est, vivam & veram non habent merito præparare se debent, ut velut ligna arida in igne infernali perpetuo ardeant; Cui celebris illa venerab. Bedæ Glossa optime consonat, dicentis: *Arefecit Dominus arborem maledictam, ut homines hæc videntes, sive audientes, multo magis intelligerent sese divino condemnandos esse judicio, si absque operum fructu, de plausu tantum sibi religiosi sermonis, veluti de somo & tegumento blandirentur viridantium foliorum.* S. Bernardinus de Senis quoque ut supplicium innueret illorum qui in solo Christiani hominis charactere confisi, Christiane vivere negligunt, hanc eamdem Historiam adducens inquit: *Fides sine operibus est illa ficus, cui Dominus maledixit, quæ non fecerat fructum, & arefacta est.* Adhæc Matthæi cap. 7. alterius cujusdam fructiferæ arboris fidelem quamvis animam denotantis comparatio legitur, de quo Salvator ait: *A fructibus eorum cognoscetis eos*; moxque ad majorem eorum quæ dixerat elucidationem subjunxit; *Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum, sed qui facit voluntatem Patris mei, id est*, ut S. Bernardinus explicat; *Qui credit Deum corde, & ore confitetur, intrabit in regnum cælorum, quapropter cum Dominus exemplum vitæ fidei dare vellet, cœpit facere & docere.* Ideo quoque Deus nullam in terrestri Paradiso arborem esse voluit, quæ fructifera non esset, prouti ex illis verbis manifeste colligitur: *Ex omni ligno Paradisi comede*; Ex quo enim Paradisus ille sanctam præfiguraret Ecclesiam, Deus per hoc nobis innuere voluit, nullam in Ecclesia nutriendam esse arborem sterilem, id est, nullum fidelem otiosum & inertem.

Matth. 21. v. 19. Christus maledixit ficum non habentem fructus, sed solum folia.

Marc. 11. v. 20.

Ibid. v. 21.

Ibid. v. 22. Applicatio hujus maledictionis. V. Bed.

S. Bern. Sen. T. 2. s. 7. Art. 3. c. 3.

Matth. 7. v. 16.

In Paradiso omnes arbores fuerunt fructiferæ. Gen. 2. v. 16.

13. Denique licet prima facie non nemini videri posset Columbam arcæ (quæ pariter Ecclesiæ figura est) ramum intulisse folummodo frondosum, & fructibus carentem, siquidem sacer Textus illum vocat: *ramum virentibus foliis*: attamen ramus iste, asserente S. Augustino fructibus suis minime caruit; Dicit enim sanctus Doctor: *Cum ergo Columba esset emissa, attulit ramum Olivæ, sed non solum folia habebat, sed & fructus.* Regius quoque Propheta David in Psal. 1. hominem justum arbori comparat; siquidem de fideli anima sacramentorum participe ait: *Et erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum*; sed notandum est, quod mox subjungat; *quod fructum suum dabit; fructum inquam*; inquit Hugo Cardinalis, *non vero solum germen cogitationis, aut florem propositi, aut folia verborum.* Quapropter firmiter mentibus nostris infigamus, illam Christi comminationem: *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum* (non dicit frondes, flores, vel ramos, sed fructum) *excidetur & in ignem mittetur; Excidetur inquam* (inquit Hugo Cardinalis) *de numero fidelium, inter quos computatur in Ecclesia militante, in qua non est meritò, sed numero.*

Anima fidelis comparatur arbori ferenti fructum. Gen. 8. v. 11. S. Aug. Tr. 65 in Ioan.

Psal. 1. v. 3.

Ibid.

Hug. Card. Ibid.

Matth. 7. v. 19.

Hugo Card.

DISCURSUS VII.

ARGUMENTUM.

Hominem ad fidem vocatum esse non sufficit, nisi etiam conformiter ad illam operetur.

THEMA.

Magis satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis. 2. Pet. 1. ℣. 10.

1. S. Petrus primos sui temporis fideles de ijs erudire volens, quæ ad omnium servire debebant institutionem, his eos verbis alloquitur: *Magis satagite ut per bona opera &c.* Etenim Simon Magus implacabilis ejus hostis in ipsis nascentis Ecclesiæ crepundiis hanc cœpit disseminare zizaniorum varietatem, scilicet quod ad salutem fides in Christum sufficeret, nihilque à nobis requireretur aliud, quam ut credamus Christum pro nostra Redemptione mortuum esse, ipsumque pro peccatorum nostrorum debitis plene satisfeciisse, omnemque nobis promeruisse gratiam saluti nostræ necessariam, ac proinde nullam à nobis requiri operum bonorum necessitatem. Cui proinde hæreti merito se S. Petrus toto pectore oppositi, ostendendo novellis Christianis, omnibusque in progressu sæculorum futuris Christi sequacibus solum donum vocationis ad fidem minime sufficere, verum insuper requiri ut huic per condigna & meritoria opera assidue cooperentur.

Simon Magus primus docuit solam fidem sufficere ad salutem.

Corn. à Lap. in c. 2. Iacobi.

2. Reflexistisne vos aliquando, ubinam à nobis gentilibus, prima omnium sit nostræ erga Christum fidei facta professio? utique in tugurio seu stabulo Bethlehemitico, quando tres Magi Orientales *procidentes adoraverunt eum*, suumque supremo Gloriæ Regi reverenter præstiterunt homagium; verumtamen ut sacri doctores sapientissime observant, in hoc nudo obsequio minime substiterunt, nisi insuper suos illi aperirent & offerrent thesauros. Unde S. Leo ait: *Ut Sacramentum fidei suæ manifestent, quod cordibus credunt, muneribus protestantur.*

Tres magi non solum fidem sed & munera obtulerunt. Matth. 2. v. 11.

S. Leo ser. 1. de Epiphan.

3. Postquam Deus S. Petrum miracula operandi dono condecorasset, quodnam primum fuisse existimatis opus, in quo eximiam hanc exeruit potestatem? Num forte in eo quod amissam muto restituerit vocem & loquelam? aut quod cæcum visu donarit? vel mortuum revocarit ad vitam? Minime gentium; sed primum quod operatus fuit miraculum, fuit sanatio claudi, idq; non sine ingenti mysterio, siquidem *omnia in figura contingebant.* Per hoc namque insinuare nobis voluit, quod dum Jesu Christi nomen & consequenter fidem nostram profitemur, curandum quoque nobis ut gressus probe & expedite dirigantur, id est, ut fidei, quam professi sumus, operibus correspondeamus: *Apprehensa manu ejus dixit: Surge & ambula.* Is namque qui antea claudicaverat, id est, qui veri Dei notitiam non habuerat (de quibus dicitur: *Usquequo claudicatis in duas partes*, postquam à Deo ejusque ministris erectus est, id est, postquam ad orthodoxæ pervenit fidei notitiam, eamdem quoque operibus comprobare debet, ambobus videlicet pedibus recte ambulando, id est, credendo, & bene operando. Audiamus hac de re loquentem S. Ambrosium qui ait: *Si Petrus petra est, super quam ædificatur Ecclesia, recte prius pedes sanat, ut sicut in Ecclesia fidei fundamentum continet, ita & in homine membrorum fundamenta confirmet. Recte inquam primo in Christiano pedes curat, ut jam non imbecillis possit supra petram Ecclesiæ, sed robustus & fortis insedere.*

Primum miraculum S. Petri fuit curatio claudi, & quid per hoc designetur.

Act. Ap. c. v. 7. 6.

3. Reg. 18. v. 21.

S. Ambros. s. 68.

4. In Actibus Apostolorum Deus è cœlo ad Cornelium Centurionem Angelum quemdam submisit, qui eum monebat, ut mitteret ad accersendum S. Petrum in domum suam, quia in hac gentilitati ad Religionem Christianam amplexandam portam & liberum patefacere aditum statuerat. Observanda autem sunt verba Angeli, qui de Petro ei dixit: *Hic dicet tibi quid te oporteat facere*, quibus verbis faciendi & operandi mentionem facit, quia hoc in fide præcipuum & principale est, ut scilicet juxta id quod credit, vitæ suæ actiones instituat, eique conformiter operetur. Unde S. Greg. ait: *Vera fides est, quæ in hoc quod verbis dicit, operibus non contradicit.* Cur autem non præcepit Angelo, ut ipsummet Cornelium ad Petrum inquirendum abire juberet, quod convenientius fuisse videbatur? Nimirum Deus in primæ hujus Gentilismi ad fidem conversionis exemplo toti mundo ostendere volebat, quod quando quis vivam & veram fidem veraciter recipit, necessarium fit, ut ad illius comprobationem ferventer operetur, prout hic sanctus vir Dei fecit quia omnes & singulos quotquot in numerosa familia sua habebat, ad sacrosanctum Baptismi lavacrum suscipiendum induxit, quod utique factum non fuisset si ipse solus in Joppen accessisset, & non potius Domûi suam in Ecclesiam felici commutatione consecrasset. Unde *Photinus Presbyter*, teste S. Hieronymo in Epistola ad Paulam, *l. 1. de domo Dei inquit: Fides Dei non est otiosa, neque*

Angelus mittit Cornelium ad S. Petrum ut audiat quid debeat facere. Act. Apost. 10. v. 6.

S. Greg. in Glossa ad c. 16. Marci.

S. Hieron. ad Paulam.

neque solitaria, individuæ comes ei jungitur bonæ operationis instantia, nam cum per fidem quis cognita incipit amare, consequenter exercet operando quod amat.

5. Regius Psaltes Psalm. 115. ab his verbis exorditur: *Credidi, &c.* at vero proposito hoc fidei fundamento, quid tandem subsecutum fuit? *Propter quod locutus sum, ego autem humiliatus sum nimis.* Item revelata facie, absque ullo rubore in quovis loco & tempore de Deo loquebatur: *Loquebar in testimonijs tuis in conspectu Regum & non confundebar.* Vili quoque hominum turbæ permixtus, velut plebejus quidam ex puræ devotionis instinctu coram arca saltitabat, non obstante quod à Regia conjuge sua, & à pluribus alijs deriderentur, siquidem *animalis homo non percipit ea quæ sunt Spiritus.* Insuper in eodem Psalmo dixit: *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam*; quasi diceret, omnes amarissimos persecutionis Saulis, injuriarum Semei, rebellionis Absalonicæ, fratricidiorum, & incestuum filiorum meorum calices avide epotabo; *Vota mea Domino reddam coram omni populo ejus, ... Tibi sacrificabo hostiâ laudis*; hæcque omnia in corde suo facere statuerat, postquam dixisset *Credidi*; quando enim fides vivaciter exercetur, nulla est molestia quæ non libenti animo sustineatur, nullum periculum quod timeatur, nulla est virtus heroica quæ non ferventer exerceatur. S. Paulus qui plus omnibus alijs Apostolis laboraverat: *Abundantius illis omnibus laboravi*, omnia sibi occurrentia mala libenter sustinuit, in virtute hujus verbi: *Credidi*, prout ipsemet in Epist. 2. ad Cor. c. 4. protestatur dicens: *Habentes autem eumdem Spiritum fidei, sicut scriptum est: Credidi propter quod locutus sum, & nos credimus, propter quod & loquimur*; Et paulo post subdit: *Id enim quod in præsenti est momentaneum, & leve tribulationis nostræ supra modum in sublimitate æternam gloriæ pondus operatur in nobis, Non contemplationibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur.*

Pſ. 115. v. 1. Quando viva fides in corde radices egit, omnia adversa libenter sustinemus.

Pſ. 118. 46.

1. Cor. 2. 14.

Pſalm. 115. v. 12. & 13.

Ibid. v. 14.

Ibid. v. 17.

1. Cor. 15. v. 10.

2. Cor. 4. v. 13.

Ibid. v. 17.

Ibid. v. 18.

6. Observastisne aliquando quænam fuerit occasio, qua sapientissimus Magister noster Christus usus est ad instruendum discipulos suos, & eorum exemplo omnes alias animas fideles, ut omnes mortificationes, persecutiones, passiones, & ærumnas amore suo libenter sufferrent? Sacer textus inquit; *Tunc Jesus dixit discipulis suis: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me; Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam.* Dictio vero, *Tunc*, ad tempus & opportunitatem; qua ad doctrinam illam sensualitati adeo difficilem & contrariam tradendam usus fuit, relationem habet. Observandum est igitur, quod sicut ex eodem Capitulo clare deduciter, S. Petrus paulo ante Christi divinitatem palam confessus fuerat, dicendo: *Tu es Christus Filius Dei vivi*; cui proinde dixerat: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, ... Et tibi dabo claves regni cœlorum.* Eo igitur tempore quo de cœlo & clavibus illi aperiendo necessarijs agebatur, & quo veræ fidei pronuntiabatur confessio; opportuna occasio aderat, eos ad adversa toleranda animandi: *Momentaneum hoc & leve &c.* vel etiam cum D. Chrysostomo dicere possumus, Salvatorem S. Petro insinuare voluisse, quod ad propriam ejus salutem non sufficiebat ipsum divinitatem ejus fuisse confessum; fidemque pariter & Ecclesiam stabiliviſſe, sed insuper vel maxime necessarium esse, ut subjectis cruci humeris in eadem exemplo Magistri sui moreretur: *Non enim O Petre, quoniam me Filium Dei confessus es, hac re solum coronæ tibi expectandæ sunt, & quasi hoc tibi ad salutem sufficerit, totaque res consummata sit, in otio & voluptate vivendum.*

Ibid. v. 16.

Ibid. v. 18.

Ibid. v. 19.

D. Chryſ. Hom. 56. in Matth.

7. S. Ambrosius de hisce clavibus Petri nescio quid pulchri ad propositum nostrum scribat; dicit enim: *Clavem Petri fidem esse dixerim, per quam cœlos aperuit. Ista autem ipsa clavis, quam fidem dicimus, videamus quomadmodum conflet; & solida sit; arbitror illam duodecim artificum operatione conflatam, duodecim enim Apostolorum symbolo fides sancta concepta est, qui zelat periti artifices in unum convenientes, clavem suo consilio conflaverunt.* Revera enim fidei Symbolum ex semetipso est veluti clavis quædam, qua cœlum aperitur. Quis autem est, qui clavem ad aperiendum id quod clausum est ineptam esse nesciat, nisi manibus tractetur, & ferax clausæ applicetur? Eudem modo ad aperiendam æternæ salutis viam nihil prodesset, nisi bonis operibus associetur.

S. Ambr. T. 2. ſer. de jejun. Eliæ. Fides est clavis cœli sed manibus applicanda est.

Matth. 20. 1.

8. Nota est omnibus Evangelica illa vineæ parabola, ad cujus culturam magnus ille Paterfamilias multos

conduxit laboratores; per hanc autem vineam Jansenius Ecclesiam intelligit, dicens: *Vineam intellige Ecclesiam, quæ in Scripturis per vineam sæpe significatur.* Observandum vero est, quod in eadem parabola sæpius de operarijs mentio fiat, cum tamen contra otiosi reprehendantur; qua de re S. Paschasius ita scribit: *Omnes simul qui vocantur ad vineam una Ecclesia sunt, unaque vinea de vite, quæ Christus est, propagata, in qua, & ad quam qui inviat, vel qui conducitur, nemo otiosus, sed omnes operarij esse debent: Voca operarios & redde illis mercedem*, inquit Dominus vineæ Procuratori suo, quia ut Jansenius ait: *Nulli mercedes datur, nisi his qui operati sunt.*

Vocati sumus ad vineam Ecclesiæ ut operemur. Jans. Conc. Evang. c. 101. Paſch. l. 9. in Matth. Jansen.

9. Porro per mulierem illa fortem, cujus in Proverbijs fit mentio, ut multi attestantur sacri Interpretes, Ecclesia denotatur; De illa vero scribitur: *Quæsivit lanam & linum, & operata est consilio manuum suarum; Plantavit vineam; De nocte surrexit; Manum suam misit ad fortia* ac tandem Spiritus sanctus mulieris hujus encomia his verbis concludit: *Fallax gratia, & vana est pulchritudo, mulier timens Dominum ipsa laudabitur*, quasi dicere vellet: Gratia illa quæ sit homini, dum ad Religionem Christianam vocatur, & honor, quod sub Regis gloriæ vexillo in militiam Christianam conscribatur, fallax est, nisi anima Deum timeat, & vocationi suæ per opera condigna respondeat. Tandem vero librum hunc his verbis terminat: *Date ei de fructu manuum suarum*; sed qua ejus utilitate id fiet? *Et laudent eam in portis opera ejus.* Enimvero per sponsam in sacris Canticis, ex communi omnium consensu Ecclesia intelligitur; Ac proinde observandum est, quod divinus amator sponsæ suæ effigiem delineare volens, ita eam describat: *Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lavacro, omnes gemellis fœtibus & sterilis non est inter eas.* Septuaginta legunt: *Quæ omnes geminantes, & infœcunda non est in eis.* Notandum vero est, quod sponsus dicat: *Quæ ascenderunt de lavacro*, quibus verbis ad Baptismum manifeste alludit, sive ad illos qui recenter facti sunt Christiani; nam ut sanctus Bernardus ait: *Lavacrum baptismus est, de quo ascendit, qui ad celsitudinem vitæ perfectionis intendit, descendit autem, qui se vitæ mancipat inhonestæ; omnes gemellis fœtibus, quia & verbo pariunt & exemplo, & sterilis non est in eis, quia nullus est infœcundus.*

Prov. 31. v. 13. 15. 16. 19. 20. Mulier illa fortis designat Ecclesiam, quæ manus suas applicat ad opera. Ibid. v. 30. Ibid. v. 31. Et fructus manuum suarum fructibus. Cant. 4. v. 2. Septuaginta. S. Bern. ſer. 64. in parvis.

10. Glossa Interlinearis, super illa verba S. Jacobi *Quid proderit fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? Numquid poterit fides salvare eum?* Hoc nobis suggerit consilium: *Debetis bene agere, quia falluntur, qui solam fidem sufficere credunt.* Glossa ordinaria authoritatem adducit S. Augustini dicentis: *Excutiendum est à cordibus religiosis, ne mala securitate salutem suam perdant, si ad eam obtinendam sufficere solam fidem putaverint, bene autem vivere & bonis operibus viam Dei tenere neglexerint.* Eadem Glossa ibidem ulterius progreditur ostendendo, quod cum temporibus Apostolorum nonnulla verba S. Pauli sinistrum in sensum detorquerentur, varij hominem sine operibus justificari posse existimabant. Simon Magus, ut Discursu præcedenti diximus, hunc errorem primus seminavit, scilicet quod sola in Christum fides ad salutem consequendam sufficeret, fundatus nimirûm in Epistola ad Romanos, ubi sanctus Apostolus contra Judæos discurrens, qui de Moyse & legis scriptæ operibus gloriantes, legem Christi Evangelicam contemnebant, merito dixit, illa opera ad nihilum utilia fuisse, cum ad salutem nostram fides requiratur in Christum; loquebatur autem de operibus legis Mosaicæ pro eo tempore, quo subingressa lege Evangelica, illa jam abolita fuerat. Eumdem hunc Discursum sanctus Augustinus prosequitur, dicens: *Etiam temporibus Apostolorum, non intellectis quibusdam sub obscuris sententijs Apostoli Pauli, hoc quidem eum arbitrati sunt dicere, cum dicit Apostolus, arbitrari se hominem justificari per fidem sine operibus legis, non hoc agit, ut percepta ac professa fide opera justitiæ contemnantur, sed ut sciat se quisque per fidem posse justificari, etiamsi legis opera non præcesserint, sequuntur enim justificatum, non præcedunt justificandum. Quoniam ergo hæc opinio tunc fuerat exorta, aliæ Apostolicæ Epistolæ Petri, Jacobi, Joannis, Judæ, contra eam maxime dirigunt intentionem, ut vehementer astruant fidem sine operibus nihil prodesse, sicut etiam ipse Paulus non quamlibet fidem, sed eam salubrem definivit, quæ per dilectionem operatur.*

Jacob. 2. 14. Interl. ib. Falluntur qui solæ fidei attribuunt salutem sine operibus. Gloſſ. ord. ib. S. Aug. T. 4. lib. de Fide & oper. c. 14. & 15.

11. Sponsa, id est, Ecclesia dilectum suum, id est, Christum capreæ & cervorum hinnulo similem esse

Cant. 2. v. 8. & 9. Cur Christus à sponsa assimilatur capreæ & hinnulo cervorum.

indicat, dum ait : *Vox dilecti mei : Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles, Similis est dilectus meus capreæ hinnuloque cervorum.* Quarum similitudinem mysteria nobis Origenes declarans ait : *Caprea visum habet acutissimum, ideoque de longinquo videt : Cervus autem naribus & flatu suo educit ad se serpentes, ijsque necem adfert, nec tamen ab ijsdem vel minimum læditur : Similis Capreæ quod omnem visum visus ejus præcellit, & cervo quod ad interitum serpentis adveniat.* Observandum vero est, quod sponsa sponsum suum prius Capreæ assimilet, & postea cervo, cum tamen huic primatus deberi videatur; Et ideo dubium istud his verbis idem Origenes resolvit : *Sed animadverte, ne illa potius in his adhibenda sit ratio, quia cum dupliciter constet salus credentium, per agnitionem fidei & operum perfectionem, ratio fidei quæ provintuitu & inspectione contemplationis capreæ comparatur, primus habeatur salutis gradus : secundo vero in loco operum perfectio quæ cervi formam tenet, vincentis & perimentis venena serpentium; id est, artes Diabolicas memoretur.*

Anima habens fidem & opera sperare potest salutem.

Act. 13. 22. Psal. 1. v. 10.

D. Chrysost.

12. Mysterio non vacat modus quo Propheta Regius de semetipso (qui à Deo tamquam viva verorum fidelium & sequacium suorum Idæa electus fuerat; [*Invent hominem ... Virum secundùm cor meum, qui faciet omnes voluntates meas*] loquitur dicens: *Ego autem sicut oliva fructifera in domo Dei*, non enim sufficit illi quod se olivam fructiferam appellarit, sed insuper addit : *In domo Dei*, Cujus rationem D. Chrysostomus exponens, ait : *Interpretandum est de operibus, esse olivam fructiferam, de fide autem, esse in domo Dei.* Tunc enim anima vivam æternæ beatitudinis spem jure merito concipere poterit, quando fidem & opera simul conjuncta habuerit; Hunc autem Davidis sensum esse ex eo constat, quia immediate post subjungit : *Speravi in misericordia Dei in æternum, & in sæculum sæculi.*

Psal. 51. v. 10.

Fideles à bonis operibus steriles graviter punientur.

1. Reg. 5. 10.

Ibid. n. 9.

13. Erat olim Arca Domini, velut signatura gratiæ Altissimi, in ea namque Deus velut in throno confidebat ad expediendas cunctas supplicum preces, *pertransibat benefaciendo*, & tamen in cap. 5. lib. 1. Regum auribus nostris lamenta & ejulatus insonant miserorum. Accaronitarum : *Cumque venisset arca Dei in Accaron, exclamaverunt Accaronitæ dicentes : Adduxerunt ad nos Arcam Dei Israël, ut interficiat nos & populum nostrum.* Nec immerito sic lamentabantur, quia *circumducentibus eam, sequebatur Domini per singulas civitates interfectionis magnæ nimis.* Ipsi namque fuerant ij, qui de illa remittenda Consilium suggesserant; Et ideo S. Gregorius ait : *Bene igitur qui remittendæ arcæ consilium acceperunt, Accaronitæ nominantur, quippe interpretantur steriles, quia enim de audita fidei veritate nullum credulitatis aut boni operis fructum desiderant, steriles erant*, illos nimirum figurando fideles, qui bonorum operum steriles sunt, & ideo conveniens erat, ut severe castigarentur, & licet Arca alias divinæ esset beneficentiæ instrumentum, nullum tamen ab eadem Dei arca reciperent beneficium.

S. Gregor. in 1. Reg. c. 5. lib. 3.

DISCURSUS VIII.

ARGUMENTUM.

Fidem operibus necessariò conjungendam esse per aptissimam sponsalitij metaphoram confirmatur.

THEMA.

Sponsabo te mihi in fide. Osee 2. v. 20.

Christus nos sibi desponsavit in fide.

1. TAmetsi dum de sponsalitio contrahendo agitur, saluberrimum sit illud sequi & adimplere consilium : *Apte si vis nubere, nube pari*, ex alia vero parte certum sit, quod inter Deum & creaturas infinita quædam distantia intercedat, attamen suprema illa Majestas animam nostram sibi in sponsam adoptare non dedignatur, ideoque eidem protestatur, dicens: *Sponsabo te mihi*; sed quibus nodus hic conjugalis absolvetur sponsalitius? quo contractu & vinculo maritali? *In fide.* Porro quando inter sponsum & sponsam sponsalitia celebrantur, annulus connubialis digito sponsæ infers solet, nec alibi hic annulus, præterquam in digitum reponitur manus, per quam opera designantur.

Sed fide operibus conjuncta.

Luc. 15. 22. Hug. Card.

2. Hugo Cardinalis de annulo quem benignissimus Filij prodigi pater in respiscentis filij digitum inseri jusserat, dicens : *Date annulum in manu ejus*, in sensu spirituali ita discurrit : *Id est, docete eum habere fidem in opere, fides enim per se non sufficit, quia fides sine operibus mortua est.* S. Raymundus de S. Catharina Senensi refert, quod Christus annulum ei porrigens his cum verbis fuerit allocutus : *Ecce ego qui sum Creator & Salvator tuus, te mihi despondeo in fide, jupereft, ut viriliter decertes, & in robore fidei, quam tuo cordi infixi, superes omnes illecebras & angustias mundi.* Et ideo Salvianus postquam malos exaggerasset & perstrinxisset fidelium mores, tandem subjungit, dicens : *Quæ cum ita sint, quæ ratio est, ut ipsi nos falsa opinione fallamus, æstimantes scilicet quia Christiani esse dicamur, quod opitulari nobis inter mala quæ agimus, nomen bonum possit, cum Spiritus Sanctus nec fidem quidem dicat hominibus Christianis sine operibus bonis prodesse.*

S. Raym.

Salv. l. 4. de provid.

3. Cæcus ille natus à Christo illuminatus, haud immerito gentilismum significat, qui in Idololatriæ tenebris, oberrans, veræ fidei lumine & agnitione illustratus fuit : *Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam.* Et ideo Rupertus Abbas inquit : *Genium cæcitatem originalem homo ille à nativitate cæcus significat.* Circa hunc vero observandum est, quod mox ut in templo Christum agnovit, coram eo se prosternens, illum adoraverit : *At ille ait : Credo Domine, Et procidens adoravit eum.* Circa quæ verba Rupertus Abbas ita scribit : *De hoc primitivo adoratore Filij Dei hoc notanda sunt, quæ de nullo adorante illum legis, quia videlicet & credo dixit, & procidit.* Leprosus quidem & ipse Salvatorem adoravit, non tamen dixit : *Credo Domine; Hic unus inventus tam voce confessionis, quam gestu cordis necessariam perficiens adorationem Filij Dei.* Id ipsum quoque D. Chrysost. observat, hanc subnectens rationem : *Affectum suum è vestigio adorando protulit, quod pauci curati fecerunt. Hoc pacto divinam ejus virtutem demonstravit, ne quis enim verbotenus dixisse arbitrari posset, opus etiam addidit;* populum præfigurando Christianum, qui opera fidei necessariò conjungere debet, si salvari cupiat; ac proinde Rupert. Abbas subjungit : *Idcirco rectè per singulos annos in exemplum proponitur sacrosanctæ Ecclesiæ catechumenis instante solemnitate Paschali baptizandis in morte Christi.*

Joan. 9. v. 1. Cæcus natus & credidit, & adoravit, primus adorator Christi.

Isaiæ 9. v. 2. Rup. Abb. l. 9. in Ioan. Ioan. 9. v. 35. Rup. Abb. ib.

D. Chrys. Hom. 58. in Ioan.

Rup. Abb.

4. Sub nuptiarum quoque metaphora Incarnatio verbi Dei insinuatur : *Videte filiæ Sion Regem Salomonem in diademate, quo coronavit illum mater sua in die desponsationis illius*; de quibus nuptijs etiam in Apocalypsi dicitur : *Venerunt nuptiæ Agni.* Ad idem quoque mysterium parabola nuptiarum ordinata fuit. Verumtamen audite quæso, quid S. August. circa verba Elisabethæ (quibus Matrem Dei, in cujus utero hæc cum natura humana initæ nuptiæ celebratæ fuerunt, allocuta fuit, dicens : *Beata quæ credidisti, quoniam perficientur ea, quæ dicta sunt tibi à Domino*) scribat dicit enim : *Sacratissima virgo beatior fuit per fidem perfectam concipiendo Deum in anima, quam in corpore, nam etsi tanta sit dignitas Dei matrem esse, ut major homini conferri non possit, ea tamen sola jus ad immortalem gloriam non dedit, sed fides vivacissima,*

Cant. 3. 11.

Apoc. 19. 7.

S. Aug. de S. Virg. c. 3. Luc. 1. v. 45. B. V. Maria per fidem vivacissimam obtinuit jus ad immortalem gloriam.

5. *Sponsabo te mihi in fide.* Ad hoc ut contractus matrimonialis sit validus, necessarij sunt testes. Quinam vero hujus sponsalitij testes sint, Salvianus ad illa verba sancti Jacobi Apostoli (*sed dicet quis, tu fidem habes, & ego opera habeo, ostende mihi fidem tuam sine operibus, & ego ostendam tibi ex operibus fidem meam*) se reflectens, & ad mentem sancti Jacobi scribens, indicat, dum ait : *Quo utique hoc indicat actus bonos fidei Christianæ quasi testes esse.* Et ideo sicut sponsalitium sine testibus contractum nullum est; ita quoque invalida & mortua fides erit, si operibus bonis associata non fuerit, Hugo Cardinal. similiter per eumdem S. Jacobi textum hoc modo discurrit : [*Tu fidem habes,*] *& tu dicis,* [*& ego opera habeo; ostende mihi fidem tuam sine operibus,*] *quasi dicat : Hoc non potes facere; quia opera sunt signa certa fidei*; in cujus probationem verba illa Matth. 7. adducit, quibus Christus inquit: [*A fructibus,*] *id est, ab operibus* [*cognoscetis eos.*]

Opera bona sunt testes fidei. Jacob. 2. 18.

Salv. ibid.

Hug. Card. Jacob. 2. 18.

Matth. 7. 16.

6. Lyranus ad propositi clariorem illustrationem sequentem adducit similitudinem. *Fides*, inquit : *Sine operibus, similis est verbo sine intellectu, sed tale verbum nihil prodest.* Quod si enim famelico cuipiam dixeris : Abi, & manduca, nec tamen pecuniam ei, nec panem subministraveris, talis utique per ejusmodi verba parum juvabitur, quin potius in sua paupertate magis deridebitur. Unde Glossa ordinaria ait : *Sicut sola verba pietatis nudum vel esurientem non recreant, si non & cibus præbeatur, & vestis, ita fides verbotenus servata non salvatur.* Et ideo quando Salvator noster dixit : *Qui*

Lyranus in Iac. 2. Fides sine operibus, est sicut verbum non intellectum.

Glossa ibid.

Glossa. S. Bern. Ser. 1. serm. 6. A. 1. c. 1. Declaratur alia similitudine.

Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit, intelligendus est de fide operativa mediante charitate, ut Glossa ait.

7. S. Bernardinus aliam adducit similitudinem, dum ait : Longe aliter librum apertum legit is, qui intelligit Scripturam illius: & aliter eumdem legit, qui literas non novit : Ambo quidem perspicaci oculo librum contemplantur, at qui doctus est & intelligens, novit Characteres, distinguit virgulas & puncta, sensum apprehendit, penetrat mysteria; At vero idiota ignorans apices literarum admiratur quidem, earum vero significata neutiquam capit. *Sic tales quodammodo credunt*, inquit S. Bernardinus, *& dicunt Deum esse & justos remunerantem, & impios punientem, credent alterum esse sæculum, credent malum esse peccatum, credunt bonum esse virtutes, animam immortalem, & cætera multa, & tamen in his consimilibus in particulari multipliciter errant; quia si vivè & verè intelligerent horribilitatem peccati, ornamenta virtutum, & animæ dignitatem, potius eligerent millies mori, quam in minimo mortaliter peccare. Cur igitur contra Præceptum Domini; Non furtum facies, tanta cupiditate flagrant, nisi quia non vivaciter, sed mortue credunt.*

Tales non credunt vere & viva.

Oseas 1. 2. Cant. 8. v. 6. Sponsus fide voluit poni super cor sponsæ & operibus super brachia.

8. *Sponsabo te mihi in fide.* Cœlestis amator instanter a sponsa sua hoc amoris popposcit specimen : *Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum.* Neque enim sufficiebat ei, quod solum in corde ejus locum obtineret, verum insuper brachium ipsius expetijt; ut per hoc innueret, quod non sufficiat credere, & operibus destitutum esse, neque sufficiat cor bona voluntate refertum, nisi etiam manus & brachia agilia sint ad operandum. *In corde sunt cogitationes*, inquit S. Gregorius, *& in brachio operationes; super cor ergo & super brachium sponsæ dilectus ut signaculum ponitur, quia in sancto anima, quantum ab ea diligatur & volantate & actione designatur.*

S. Gregor.

Cant. 2. v. 3. Sponsa ornari desiderabat & floribus fidei, & fructibus operum.

9. Sponsa similiter in sacris Canticis cap. 2. inquit : *Fructus ejus dulcis gutturi meo; ... ordinavit in me charitatem; Fulcite me floribus, stipate me malis.* Enimvero si horum florum & fructuum quibus sponsa se circumdari desiderabat, mysterium scire cupimus, S. Bernardum utpote sacri Epithalamij interpretem fidelissimum interrogemus; Hic enim fidem floribus, ejusque operationes fructui similes esse dicit: sicut enim flos inutilis est, nisi solidetur, & maturetur in fructu; ita quoque infructuosa fides est sine bonis operibus : *Si autem*, inquit mellifluus Doctor, *secundum moralem sensum in una anima vis tibi utraque hæc assignari, & flores videlicet & fructus, fidem florem, fructum actum intellige. Nec incongrue, ut opinor, id tibi videbitur, si advertas, quomodo instar floris necessario præcedentis fructum, bonum quoque opus fidem oporteat præveniri.* Qui idem S. Doctor paulo post concludit inquiens: *Itaque nec sine flore fructus, nec sine fide opus bonum, sed fides sine operibus mortua est, sicut inutiliter quoque flos apparet, ubi non sequitur fructus.*

S. Bern. ser. 51. in Cant.

10. In eodem quoque Canticorum libro ambos cœlestes amanter in se gloriatos fuisse legimus, de lectulo suo florido : *Lectulus noster floridus.* Idem mellifluus Doctor verba illa : *Ego flos campi* commentans pijssime observat differentiam, quæ versatur inter florem campi, & eum qui super lecto dispergi solet : *In Campo & horto oritur flos, in thalamo autem minime; redolet & lucet in eo, non tamen erectus & stans, ut in horto vel campo, sed plane jacens, tamquam qui illatus sit, non innatus, propterea & necesse est reparare frequenter, & semper recentiores apponere flores, quod dicti odorem suum minime retineant, nec decorem.* Quam eamdem materiam ulterius prosequens idem mellifluus Pater, quidnam per lectum hunc floridum intelligendum sit, declarat, dicens: *Quod si lectulus respersus floribus conscientia est bonis referta operibus, videres certe nequaquam sufficere semel, vel secundo operari quod bonum est, nisi incessanter addas nova prioribus, alioquin jacet, & non manet flos.*

Cant. 1. v. 15. Cant. 2. v. 1. Incessanter bona opera addenda sunt prioribus quod designatum per lectulum sponsæ.

S. Bern. ser. 47. in Cant.

11. Porro ex quo lecti mentionem facere cœpimus abs re non erit, si Jacob Patriarcham suaviter dormientem à somno suo excitemus. Dum enim S. Patriarcha in Aran abiret, vesperi ex itinere lassus, licet alium, quam nudam humum, lectum non haberet, ad somnū se comparavit; in quo somno apparuit illi Deus, Paradisum quoque vidit apertum, & Angelos per scalam ascendentes & descendentes; unde è somno evigilans, totoque corpore contremiscens ait : *Quam terribilis est, locus iste.* Eumdem quoque sanctissimum Patriarcham in Gen. cap. 32. cum Angelo luctantem videmus, qui ipsum uno pede claudum effecit, adeo ut deinceps claudicante semper gressu incesserit, & tamen tunc totus festivus ait : *Nunc salva facta est anima mea.* Quis obscero hasce utriusq; loci tam differentes apprehensiones non obstupescat? Potius enim tunc quando cœlum apertum, & scalam vidit expeditam, per quam illuc ascenderetur, dicere debuisse videtur : *Nunc salva facta est anima mea*, econtra vero quando ab Angelo provocatus ad luctam tota nocte usque ad claudicationem pedis præliari debuit, tunc lamentandum ei fuisse videtur, dicendo : *Quam terribilis est locus iste!* Quid igitur sibi vult hæc utriusq; loci tam differens apprehensio? Facilis est ad hanc difficultatem responsio, si consideretur, quod apertus dum esset Paradisus, ipse dormierit; Ex quo enim probe sciebat, quod ad supernæ cœlorum habitacula nullus ingreditur, qui complicatis in sinu manibus otiosus torpet & non operatur, sive qui non cum hoste certat & vincit, siquidem *non coronatur, nisi qui legitimè certaverit*; hinc est, quod dormiens cœlum apertum videns expaverit; & dixerit: *Quam terribilis est locus iste :* At vero quando tota nocte cum Angelo luctando victor evasit, & licet claudus, cœli tamen benedictionem recepit, tunc libere & audacter dicere potuit : *Nunc salva facta est anima mea.* Sic quoque Apostolus dicebat : *Bonum certamen certavi, ... fidem servavi, In reliquo reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus justus judex.* Unde S. Ephrem ad propositū nostrum convenientissime ait : *Ante luctam terribilis erat locus, quem post certamen suavem appellat, ut scias Paradisum per solam fidem nobis exilium esse, quem opera concivem nobis faciunt.*

Gen. 32. v. 30.

2. Tim. 2. v. 5.

2. Tim. 4. 7. Ibid. v. 8.

S. Ephrem.

12. Considerastisne aliquando quonam fine magnus hic Patriarcha vitam suam clauserit? *Collegit pedes suos super lectulum*, inquit sacer textus, *& obiit*; id est, pedes suos ad os usque contraxit, & expiravit. Per experientiam nobis constat, quod inter omnes humani corporis partes, nullum sit membrum, quod magis ab ore distat, quam plantæ pedum; Et ideo hæc pedum ad vultum retractio & recollectio mysterio suo utique non vacat; Per pedes enim bona nostra significantur proposita executioni mandata; per os vero verba, promissiones, & protestationes denotantur, Jacob vero *Israël*, id est, *videns Deum* erat; Anima enim quæ in hora mortis suæ Deum videre desiderat, si fidem quam professa fuit, operibus eidem correspondentibus conjunxerit, secure morietur, id est, morte Israëlis digna vitam suam terminabit : Is vero pedibus ab ore procul remotis ecentra morietur, qui multa promisit, & parum vel nihil ex promissis opere adimplevit : *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum, sed qui facit voluntatem Patris mei.*

Gen. 49. 32. Quid Deum in morte sua videre desiderat, opera conjungat fidei.

Matth. 7. 21.

13. *Sponsabo te mihi in fide.* Etenim sponsi per affectum reciprocum sese mutuo confignant in mutuum Dominium & potestatem : *Erunt duo in carne una. Viri diligite uxores vestras*, inquit S. Paulus, *sicut & Christus dilexit Ecclesiam*, at vero dic sodes, in quanam re Christus hanc erga Ecclesiam sponsam suam dilectionem probavit? nimirum *seipsum tradidit pro ea.* Idem quoque quilibet Christianus facere debet, quando fide mediante cum Ecclesia desponsatur, nimirum cum toto affectu & ex omnibus viribus dedicare esse debet observantiæ & adimpletioni præceptorum ejus, quidquid scit, quidquid habet, quidquid potest & valet, Deo consecrare debet. Aretas in Epistolam sancti Jacobi, in qua se Apostolus ad demonstrandam unionis fidei cum operibus necessitatem late diffundit, ita scribit : *Animadverte spiritualem intellectum; neque enim solum dixit : Si fidem habeas, sed etiam quæ utilitas? Ac si diceret : Ostende mihi opus, à quo existimare possim, hanc appellationem tibi convenire?* Imo sanctus Jacobus vanum vocat hominem illum, qui fidem sine operibus habet : *Vis autem scire ô homo inanis*; inanem appellavit hominem, qui de nuda fide gloriatur, jam nihil substentiæ ad completionem per opera nactus sit.

Osea. 2. 24. Ephes. 5. 20. Ephes. 5. 25. Diligendus est Christus, sicut ipse dilexit Ecclesiam, qui tradidit semetipsum pro ea.

Aretas Jacob. 2.

Jac. 2. v. 20.

14. Cornelius à Lapide sanctum Jacobum Apostolum ad confutandum eorum errorem, qui fidem sine operibus sufficere asserere non dubitabant, sex præcipue argumentis usum fuisse considerat. Primum desumit à paupere, cui non succurritur per verba, sed reali effectu ad compescendam inopiam suam opus habet: Ita quoque ad veram & vivam fidem non sufficit nuda illius professio oretenus facta. Secundum est, sicut corpus non vivit sine anima, ita non est viva & vera fides sine operibus. Tertium est, quia fides se

Corn. à Lap. ibid. S. Jacobus utitur sex argumentis contra sufficientiam solius fidei.

Conciliantur duæ historiæ Jacob Patriarchæ scalæ, & luctæ cum Angelo.

Gen. 28. 17.

non nisi per actiones manifestare potest, siquidem, Hisce fublatis, insensibilis est invisibilis. Quartum est, quia fides sine operibus similis est Fidei Dæmonum, qua credunt quidem sed sine fructu. Quintum est, quia Abraham justificatus fuit, non solum quia credidit, sed quia operatus fuit, offerendo filium suum Isaac, atque ideo electus fuit, ut esset Pater omnium credentium. Ultimum deducit ab exemplo Rahab exercentis in exploratores beneficentiam hospitalitatis.

Per inaures aurium denotatur fides, per armillas Rebeccæ datas, opera bona. *Gen. 24. v. 47.*

15. Armillæ propria sunt sponsarum ornamenta; ac proinde ex quo Abrahæ mentionem fecimus, revocandum vobis est in memoriam id quod factum est quando idem Patriarcha servum suum in Mesopotamiam misit, ad eligendum filio suo Isaac uxorem, maxime vero memorandum est, quod Rebeccæ sibi occurrenti, non solum inaures, sed & armillas dederit: *Suspendi itaque inaures ad ornandam faciem ejus, & armillas posui in manibus ejus.* Ubi per inaures, quæ aurium ornamenta sunt, fides denotatur, nam *fides ex auditu*, ac proinde Deus animæ sibi desponsandæ dicit: *Audi filia, & postea, & vide, & inclina aurem tuam, & obliviscere populum tuum, & domum Patris tui, Et concupiscet Rex decorem tuum*: Armillæ autem aureæ quæ manus adornant, bona opera charitate informata significant. Unde per hanc figuram insinuatur, quod Rebecca, id est, Ecclesia à servis Abrahæ, qui primus erat pater credentium, non solum fidem, sed & opera pariter exposcat. Hanc nobis expositionem innuit S. Cyrillus Alexandrinus, qui Christi discipulos sequentibus verbis affatur: *Ob manuum etiam opera celebrem fecerunt, hoc enim armillæ quæ manibus impositæ fuerant, sane declarant.*

Rom. 10. 17. Psal. 44. v. 11. Ibid. v. 12.

S. Cyrill. Al. in Gen.

16. *Sponsabo te mihi in fide.* Ubique usitatum est, quod in sponsalitijs sive nuptijs vestes sumptuosas auroque & argento phrygio opere intextas non solum sponsus & sponsa, sed & omnes amici & convivæ induere soleant; unde factum, quod is qui sine veste nuptiali in nuptijs comparere præsumpserat, tanta cum ignominia & confusione ejectus fuerit. Per hanc autem vestem Glossa fidem charitati conjunctam intelligit. Unde is qui sine veste nuptiali ad nuptias accessit, Christianos repræsentat fidem habentes, non opera Charitatis, sive qui credunt quidem, non tamen ijs quæ credunt, conformiter operantur. Fortis illa mulier, cujus apud Sapientem fit mentio, Ecclesiam quæ unice dilecta Christi sponsa est, præfigurabat: De hac autem à Sapiente dicitur: *Omnes enim domestici ejus vestiti sunt duplicibus.* Quem textum Rabanus in favorem nostrum his verbis declarat: *Induti sunt veste duplici, una operis, alia mentis, fidei habentes factorumque velamina, & sacramentis videlicet sui Redemptoris imbuti, & informati exemplis.*

Osea 2. v. 2. Per vestem nuptialem intelligitur fides, ornata charitate. *Matth. 22. Glossa.*

Prov. 31. 21. Raban. ib.

17. Tandem vero qualemnam in hoc contractu sponsalitio dotem intervenire existimas; In libro Sapientiæ mentio fit in primis sponsæ: *Quæsivi sponsam* ? Paulo post vero in eodem capite dicitur: *Proposui ergo hanc adducere mihi ad convivendum, sciens quoniam melior est communicatio illius, & gloria in confessione verbi ejus.* Quænam sint bona dotalia quæ nobis à fide donantur. *Sap. 8. v. 2. & 9.* Quæ à fide nobis donantur? Apud Oseam Deus ait: *Sponsabo te mihi in justitia*; Justitiæ nomine autem in pluribus Scripturæ locis perfectio intelligitur virtutum. Unde Origenes in Homilia quadam ait: *Dum igitur anima adhæret sponso suo, & audit verbum ejus, & illud amplectitur, inde nascetur generosa progenies, inde pudicitia orietur, inde justitia, inde patientia, inde mansuetudo & charitas, atque omnium virtutum proles veneranda.*

Osea 2. v. 19. Orig. Hom. 20. in Num.

DISCURSUS IX.

ARGUMENTUM.

Varia examinantur indicia ex quibus deveniri potest in veri cujusdam Christiani notitiam.

THEMA.

Mandatis tuis credidi, Psalm. 118. v. 66.

S. Bonav. ib. Veræ fidei signum est credere mandatis Dei.

1. VAria esse noscuntur vivæ & veræ fidei indicia. Regius Psaltes hoc veræ fidei signum esse statuit; *quia mandatis tuis credidi*; cui suffragatur S. Bonaventura inquiens: *Qui credit Deo, attendit mandatis.* Quisquis enim se in fide fideliter exercet, in divinorum præceptorum adimpletione sit solicitus & accuratus. Sic quoque servus in hoc sum erga Dominum debitum probat obsequium, si ei obediens existens fideliter servierit; Quam à servo desumptam similitudinem S. Augustinus in malorum Christianorum improperium adducit, inquiens: *Christi ille non famulus, sed subsannator, & irrisor est, qui ejus se servum dicit, cui servire dissimulat.*

S. Aug. de vit Christ. T. 9. c. 1.

2. S. Basilius in Proœmio libri de vera fide observat quod incarnata Sapientia Apostolos mittens, ut mediante prædicatione sua Evangelium & fidem Christianam dilatarent, simul etiam ijsdem præceperit, ut novellos fideles ad exactam præceptorum Dei observantiam efficaciter urgerent: [*Euntes docete omnes gentes, baptizantes &c. docentes eos servare omnia quæcumque mandavi vobis, quæ servantes, & charitatem erga illum nos habere demonstramus, & aigni efficimur qui in ea maneamus.* Salvianus in lib. *de Providentia* late, ut videbimus, in censurandis malis moribus & abusibus Christianorum sui temporis digreditur; Inter cætera vero ex hoc uniuo signo verum fidelem dignosci posse dicit, si in adimpletione mandatorum Dei exactus fuerit. *Hæc hominis Christiani fides fideliter Christi mandato servare; nec Christum credit, qui Christi mandata conculcat.*

S. Basil. in Proœm. ac vera fide. Christum credentes, jubentur ejus servare mandata. *Matth. 28. v. 20.* Salvian. l. 4. de Provid.

3. S. Jacobus Apostolus in Epistola sua Canonica hæresim illam ab ipsius nascentis Ecclesiæ exordio pullulantem pro viribus extirpare conatus fuit, dum hunc in modum discurrit: *Sed dicit quis, tu fidem habes, & ego opera habeo, ostende mihi fidem tuam sine operibus, & ego ostendam tibi ex operibus fidem meam*; Ubi Interlinearis ait: *Si potes, ostende per aliqua signa, ut credam te esse fidelem, sed non poteris, cum desint opera; Ego ostendam ex operibus fidem meam.* Porro varia ex sacris literis sanctisque Patribus colligere possumus, veri cujusdam fidelis indicia. Et quidem S. Paulus circa fidem nostram ad Timotheum inquit: *Firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc, cognovit Dominus qui sunt ejus, & discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen Domini.* q. d. Argumentum unde aliquem verum Christianum esse concludere possumus, infallibile est, si inculpabiliter vixerit, peccata semper abhorruerit. S. Basilius quærit: *Quid proprium est ejus qui natus est ex aqua? ut quemadmodum Christus peccato semel mortuus est, ita ipse etiam mortuus sit, & ad omne peccatum immobilis.* S. Paulus ad Romanos ita scribit: *Quid ergo dicemus? Permanebimus in peccato? Absit.* Moxque hujus dicti rationem subnectit: *Consepulti enim sumus cum illo*, id est, cum Christo, *per baptismum in mortem, ut quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus.* S. Epiphanius calamum adversus hæreses apprehendens ita scribit: *Omnis Christianæ viæ instituendæ ratio ab omni delictorum genere cavendum esse constituit.* S. Basilius in quadam Epistola egregie quemlibet Christianum docet, qua ratione vitam suam instituere debeat, ut professioni suæ correspondere possit. Ita enim scribit: *Oportere Christianum superata omni in re justitia legis, prorsus neque jurare, neque per simulationem dissimulationemve quidquam agere, non maledicere, non proterve cuiquam insultare, non litigare, non seipsum ulcisci, non malum pro malo reddere, non iracundia efferri, in quacumque quæ sibi fiat injuria patientem esse.*

S. Basil. in Epist. cit. Salvi. l. 3. de Providen. Sectarij se dignoscunt ex signis quibusdam exterioribus. Veri fideles, ex operibus charitatis. Exemplum conversionis S. Pachomij ab Idololatria. S. Epiph. T. 2. l. 2. adv. hæreses Hær. 7. S. Basil. Epist. ad Canonicam.

4. *Habens signaculum hoc.* Etenim imago & superscriptio quam moneta refert, qualis illa sit clare demonstrat. Et ideo S. Paulus ad Colossenses ad fidem noviter conversos ita scribit: *Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, induentes novum, eum qui renovatur in agnitionem secundum imaginem ejus qui creavit illum.* Super quæ verba S. Ambrosius scribens, quanam in re hæc imago consistat, his verbis declarat: *Imago hæc in conversatione bonæ vitæ intelligenda est.* S. Basilius pariter quærit: *Quo pacto effingimur ad similitudinem Dei? nimirum per Evangelia Christianismus quid est? Assimilatio Dei, quarenus eam esse qui potest humanæ fragilitas naturæ. Votive est te Christianum fore? Ne cunctere Deo fieri similis, Christum indue.* Idem in prædicta Epistola confirmat idipsum quod in libro Hexameron scripserat, nimirum *oportere Christianum, animum sumere cælesti vocationi respondentem, & vitam agere convenientem Evangelio Christi.* Salvianus quoque ait: *Qui se Christianum dicit, debet, quemadmodum Christus ambulavit, & ipse ambulare.*

Moneta cognoscitur ex imagine & superscriptione. *Coloss 3. 10.* S. Ambr. ib. Christianus ex assimilatione Christi. S. Basil. Hem. 10. in Hexam.

5. Hi qui à Religione nostra alieni falsas Sectas profitentur, signis exterioribus sacrilegæ Religioni suæ convenientibus demonstrant qualis illa Secta sit, quam profitentur, sive signum illud externum in habitu seu veste, sive in gestibus seu moribus, sive in alijs similibus

bus demonstrationibus consistat: Justum igitur est; ut nos quoq; Christiano-Catholici signum quoddam exterius edamus, unde sequaces Christi nos esse colligi possit, præcipue vero per honestam conversationem, morumq; integritatem, ac virtutum exercitium. S. Pachomius Idololatriæ tenebris etiamnum involutus in exercitu Constantij Imperatoris militabat; Cumque barbari milites magna premerentur annonæ penuria Christianiq; circumvicini eisdem ex charitatis & compassionis motivo, de omnibus quibus opus habebant, abunderanter prospicerent; Pachomius eorumdem admiratus beneficentiam, quales hi tanta pietate præditi viri essent studiose interrogavit; Cumq; eos Christianos esse intellexisset, de fide quam profitebantur mox se informare cœpit, relictaque gentilium superstitione Religionem indilate amplexus est Christianam; Et qualiter hi se Christianos esse per opera charitatis & pietatis quæ exercebant, manifeste demonstrarint. S. Augustinus in libro de cognitione veræ fidei cap. 37. ait: *Hæc fides spe nutrietur, sicut corpus cibo reficitur, dilectione animatur, sicut corpus anima vivificatur*; Et ideo Christiani illi illum imitati fuere, *qui Solem suum oriri facit super bonos & malos*, siquidem exemplo Christi benefecerunt ijs, à quibus persecutionibus agitabantur. *Oportet ut cognoscas, quis es conditione, sive professione*, inquit S. Thomas de Villa nova, *non natura ex Christianus. Et quid est esse Christianum, nisi esse Discipulum Christi, militem Christi, imitatorem Christi.*

Charitas & compassio, declarant veros fideles. *Tertull. l. de Pallio c. 6.* D. Chrysost. Hom. 12. in Matth. S. Aug. lib. de cognit. Veræ fid. c. 37. *Matth. 5. v. 45.* S. Fulg. l. 2. de remiss. peccatorum c. 1.

6. Mysticus profecto est ille loquendi modus quo S. Joannes de adoptione & filiatione cœlesti; quæ fit mediante fide; differens utitur, dum ait: *Dedit eis potestatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine ejus.* Notandum est enim Evangelistam dicere, quod Deus nobis potestatem seu facultatem dederit, ut tales fiamus, quia ad hoc ut simus veri fideles, & filij Dei, ipsiusque Christi fratres & cohæredes constituamur non sufficiant aquæ baptismales & character per illarum aspersionem impressus, sed ad hujus excellentiæ consecutionem necessum est, ut Christum per sanctam conversationem imitemur, nam ut Tertullianus in Apologetico ait: *Non erit opinor legitimus Christianus, nisi frater aut filius.* Unde pro nostra instructione plurimum confert illud D. Chrysostomi monitum dicentis: *Igitur fidelem non ab his tantum quæ accepit à Deo, verum etiam ab his quæ obtulerit ipse Deo congenit refulgere, & undique esse notum & manifestum & ab incessu, & ab aspectu, & à veste, & à voce.* Quia vero deinceps etiam in his fictionem & simulationem quadam hypocriticam accidere posse demonstraverat, ideo hanc subdit interrogationem: *Unde igitur, respondemihi, fidelem te esse potero cognoscere, cum omnia ista quæ diximus, contrariam de te ferant sententiam, imo aperti ssime infidelem esse convincant.* Demum vero respondet, sola charitas & compassio est quæ figmentum & simulationem non admittit, hæc est livrea ex qua verus fidelis infallibiliter agnoscitur. Acute Tertullianus de Christianis illos non lingua, sed exemplo loqui solitos fuisse dicit: *Est eloquium quiescat, ipse habitus jonat.* Idem præcitatus D. Chrysostomus Gentiles potius ad opera quam ad dicta Christianorum attendisse dicit: *Propterea ne gentiles fidem his quæ à nobis dicuntur, accommodant, de actibus enim non de sermonibus nostris futurorum volunt habere documentum.* Et merito fidem nostram ex moribus non vero ex verbis arguendam esse censebant, quia ut S. Fulgentius ait: *Vita bona non veraciter dicitur, quæ perversæ credulitatis vitio depravatur, neque sufficit ad salutem fides recte credentis, si conversatio moribus, atque operibus turbatur obscenis.*

Non sufficit Baptisma ut simus filij Dei & veri fideles, sed etiam Christum imitari debemus per sanctam conversationem. *Joan. 1. v. 12.* *Tertull. in Apol. c. 9.* D. Chrys. Hom. 9. in Matth.

7. Evangelij sequaces aliquamdiu à Judæis Nazareni fuere appellati, quod nomen à Christo in Nazareth concepto suam trahebat originem, de quo scribitur: *Nazaræus vocabitur*, quod idem est ac *floridus*, ad denotandum, quod sicut flores suam spirant boni odoris fragrantiam, ita quoque sequaces Christi exemplares esse bonique nominis odorem & fragrantiam edere debent, ut veri Christiani esse agnoscantur. Unde Apostolus dicebat: *Odoram notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco, Quia Christi bonus odor sumus Deo, in ijs qui salvi fiunt.* Ecclesia quoque *domus Jacob* appellatur; unde Archangelus de Christo ait: *Regnabit in domo Jacob*, ac proinde hæreditario titulo illam possidet exemplaritatem, de qua Isaac senieculus ait; *Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus.*

Matth. 2. 23. Baron. an. 43. n. 16. Matth. 2. 23. Cur fideles ab initio Nazareni vocati fuerint. 2. Cor. 2. 14. Ibid. v. 15. Gen. 27. 27. S. Isid. l. 8. Orig. c. 2.

8. *Habens signaculum hoc.* S. Isidorus ait: *Proprie*

nomen fidei inde est dictum, si omnino fiat id quod dictum est, aut promissum; & inde fides vocata est ab eo quod sit illud, quod inter utrosque placitum est, quasi inter Deum & hominem; hinc & fœdus. Certissimum igitur veri Christiani signum est; si promissiones illas, quas eo tempore quo in aquis baptismi alibus regeneratus fuit, ore suo præstitit, efficaciter adimpleverit. Examinemus igitur nosmetipsos an fidem præstemus verbis nostris, eaque exequamur, ad quæ præstanda sponte nos obligavimus: *Tunc enim veraciter fideles sumus*, inquit ex sede & cathedra S. Petri S. Gregorius; *si quod verbis promittimus, operibus complemus.* S. Isidorus in alio quodam loco fidem à nobis non solum interius sed etiam exterius protestandam esse dicit: *Sicut nihil proficit fides, quæ ore retinetur, & corde non creditur; ita nihil profutura fides, quæ corde tenetur, si ore non proferatur.* De tali fide Propheta ita quosdam objurgat: *Periit fides, ablata est de ore eorum.*

Certum signum veri fidelis est; si præstet quod in S. Baptismo promisit. S. Gregor. Hom. 29. in Evang. S. Isid. Sententi. l. 2. c. 2.

9. S. Bernardinus in ordine ad credentes tres assignat Regulas inquiens. *Hoc est fidem sentire in corde, illam fateri ore, eam quoque confirmare opere. Hæc tria necessaria sunt: Primo necesse est fidem servare atque habere in corde, dicente Apostolo: Corde creditur ad justitiam; Et ideo* S. Isidorus ait: *In corde respicit Deus fidem, ubi se non possunt homines excusare. Secundo necesse est illam fateri ore*, inquit S. Bernardinus; unde idem Apostolus in eodem loco protinus subjungit: *Ore autem confessio fit ad salutem, quia sine ista confessione non est in anima salus. Tertio necesse est fidem opere confirmare*, nam ut S. Augustinus ex Etymologia nominis fides; dicit: *Fides appellata est ab eo quod fit; duæ syllabæ sonant, cum dicitur fides; prima syllaba est a facto, secunda a dicto. Interrogo. igitur te utrum credas; dicis, credo; fac quod dicis, & fides est.* Et ideo S. Petrus nos monet, ne verecundemur, nec erubescamus in occurrentibus necessitatibus nos profiteri veros Christi crucifixi sequaces: *Si autem*, inquit, *ut Christianus, non erubescat, glorificet autem Deum in isto nomine.*

S. Bern. t. 2. serm. 7. Ad. 3. c. 3. Tria requiruntur in vero fideli. S. Augustin. 1. Pet. 4. v. 16.

10. S. Gregorius super illa verba Jobi: *Animam meam porto in manibus meis*; modum declarat, quo à nobis anima in manibus portanda sit: *Animam*, inquit, *in manibus portare est intentionem cordis in operatione ostendere.* Idem quoque sanctus Doctor alibi hanc habet protestationem: *Si veraciter Christianus esses, plus Dei judicium, quam voces hominum timeres.* Venerab. Beda quoque super illa Christi verba apud S. Lucam: *Qui me erubuerit, ... hunc filius hominis erubescet*, hunc instituit Discursum: *Sed ecce nunc apud se homines dicunt: Nos jam Dominum & sermones ejus non erubescimus, quia aperta eum voce confitemur. Quibus ego respondeo, quod in hac plebe Christi nonnulli qui Christum ideo confitentur, quia unctos Christianos esse conspiciunt, non ergo ad probationem fidei vox sufficit professionis, quam defendit à verecundia professio generalitatis.* Idem quoque Ven. Pater ulterius ostendit quanam in re nos veros fideles esse probare valeamus: *Est tamen ubi se quisque interroget, ut in confessione Christi se veraciter probet. Certe enim persecutionis tempore erubescere poterant fideles substantijs nudari, de dignitatibus ejici, verberibus affigi; pacis autem tempore, quia nostris persecutiones desunt, est aliud ubi ostendamur nobis. Veremur sæpe à proximis despici, dedignamur injurias verbi tolerare, si contingat jurgium fortasse cum proximo, erubescimus priores satisfacere.* Cui Venerab. Bedæ Discursui illa S. Maximi sententia optime consonat dicentis: *Hæc nostræ Christianitatis summa est, ut amantibus vicissitudinem, & exdentibus patientiam rependamus: Qui ergo fuerit patientior ad injuriam, potentior constituetur in regno.* In quonam vero nostra ad fidem vocatio consistat S. Petrus primis Evangelij sequacibus his verbis declarat: *In hoc enim vocati estis, quia & Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia ejus, ... Qui cum malediceretur non maledicebat.* Et ideo antiquissimus Tertullianus ait: *Jubemur inimicos diligere, ut hæc sit perfecta & propria bonitas nostra, non communis; amicos enim diligere omnium est, inimicos autem solorum Christianorum.* Olim unio & pax unicum erat Christiani hominis symbolum; Unde S. Paulus hanc communiter habebat Epistolarum suarum ad fideles directarum inscriptionem, sive titulum: *Gratia vobis & Pax à Deo Patre*; Et fideles fratrum nomine se mutuo compellabant. Apostoli quoque à Christo edocti fuere, ut novellorum Christianorum ingredientes domos dicerent:

S. Maximus Hom. de S. Michaele. In quo consistat nostra vocatio ad fidem. 1. Pet. 2. 21. Ibid. v. 23. Tertull. l. 1. ad Scapilam c. 1. *Rom. 1. v. 7.*

cerent : *Pax huic domui.* Imo observandum, quod in natali Christi à quo Christianitas suam trahit originem, Angelorum descenderint exercitus, ut pacem mundo annuntiarent. Denique Christus Apostolis suis dixit : *In hoc cognoscent omnes quod discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem.*

Matth. 19. v. 12.

Joan. 13. 35.

11. *Habens signaculum hoc.* S. Ambrosius in sermone ad populum sibi subjectum his illum verbis affatus fuit : *Scire debemus, quia ideo Christiani facti sumus, ut semper de futuro sæculo, & de æterna beatitudine cogitemus, & plus pro anima, quam pro corpore laboremus.* S. Justinus Martyr postquam varia in Christianorum laudem dixisset, tandem his verbis concludit : *Atque ut semel omnia complectar, quod est in corpore anima, hoc sunt in mundo Christiani. Dispersa est per omnia corporis membra anima, & Christiani per mundi civitates dispersi sunt. Habitat quidem in corpore anima, sed non est de corpore, sic & Christiani in mundo habitant, sed de mundo non sunt.* Unde Tertullianus primos Ecclesiæ fideles in eo gloriatos fuisse asserit, quod scilicet ambulando unico dumtaxat pede terram contingerent. *Terram suspenso pede venemus.* S. Bernardinus in Tractatu quodam, cui titulus est, *de Christiana vita*, inquit : *Hanc Christianam vitam paucis verbis, magnisque sententijs alividas ac magnus ille Apostolus declarando comprehendit, dicens : Sobriè & justè, & piè vivamus in hoc sæculo, expellantes beatam spem, & adventum gloriæ magni Dei.* Cui consonat quod S. Basilius sequentibus verbis scribens, primo quidem quærit : *Quid proprium Christiani ?* moxque respondens : *Quotidie ac singulis horis vigilare, & assidue paratum esse ad eam perfectionem per quam placeat Deo, illud scientem, venturum esse Dominum illa hora quæ non sperat.* Innumeri fuere fideles, qui in crudelissimorum tormentorum Carnificina suum libenter prodegere sanguinem, eò quòd oculum suum non in hanc, sed in alteram vitam dirigebant, in quorum laudem sancta canit Mater Ecclesia : *Tradebatur igni martyres & bestiarum dentibus ; armata sævit ungulis tortoris infans manus, sanguis sacratus funditur, sed permanent immobiles vitæ perennis gratia.* Ac proinde S. Gregorius mutos esse dicit ; qui nomen Christianorum minimè meretur : *Sunt nonnulli*, inquit, *qui Christianitatis nomine censentur, sed Christianitatis non habent fidem ; sola enim visibilia æstimant, invisibilia non appetunt, quia nec esse suspicantur.*

Tertullian.

S. Bern. T. 3. Tr. de Christiana vita.

S. Basilius Moral. c. 22.

Ecclesia. Hymnus

S. Gregor. Hom. 32. in Evang.

12. *Habens signaculum hoc.* S. Bernardus de semetipso scribit : *Particeps nominis sum, sum & hæreditatis ; Christianus sum, & frater Christi sum ; Si jam quod dico, hæres sum Dei, cohæres autem Christi.* At vero, unde nos tales esse, quales nominamur, colligere poterimus ? S. Paulus in Epistola ad Philippenses ait : *Vobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo patiamini :* Ex quibus verbis colligitur, hoc unicum esse indicium, quod donofidei suæ nobis collato digne cooperemur, si patiamur & ærumnas sustineamus pro Christo, proque ejus servitio laboremus & operemur. Unde cum Deus populo suo lumen fidei, suique notitiam communicasset eidem dixit : *Dominum Deum tuum adorabis & illo soli servies* ; Circa quæ verba Hugo de S. Victore, sequentem instituit observationem : *Adorabis*, inquit, *hoc pertinet ad fidem : Et ei soli servies, hoc pertinet ad operationem, fides enim operans ex dilectione, perfectum facit.* In multis Ordinibus equestribus, qui cruce insigniuntur, cruces aliquæ sunt, quæ vocantur cruces gratiæ, quæ ijs conferuntur, quorum natales non sufficiunt, ut crucibus : quæ vocantur justitiæ, honorari possint ; Quas tamen cruces gratiæ hi, qui nobilibus natalibus sunt oriundi, erubescunt, & dedignantur. Et ideo S. Paulus, qui tantum divinæ gratiæ attribuebat, ut in omnibus actionibus suis diceret : *Non ego, sed gratia Dei mecum*, postquam raptus fuit in paradisum, per viam gratiæ semper incidere dedignabatur, nisi etiam operum bonorum adjungeret merita, propter quæ dicere posset : *Bonum certamen certavi &c. reliquo reposita est mihi corona in justitia.* Xenophõ Agesilaum hoc encomio extollebat : quod scilicet *gloriæ nullius tangeretur dulcedine, quam non suis sibi laboribus comparasset.* Quod hominis gentilis exemplum, potens est ut cuilibet Christiano calcar addat, ne solo fidei merito cœlum sibi comparare se posse arbitretur, nisi etiam bonorum operum meritis ad illud consequendum dignum se faciat. Dubitare forsitan non nemo posset, cur cum Deus per solum fidei donum, sine bonis operibus nos cœlo dignos reddere possit, nihilominus insuper ad cœlum comparandum opera bona à nobis exigat ? Cui dubio Nazianzenus respondens, sequenti ratione satisfacit, dum ait : Ideo Deum opera bona à nobis exigere, *ut salus nostra non esset purum Dei beneficium, sed etiam nostrum meritum, quod nobis dignius, ac dulcius est.* Scribæ & Pharisæi quondam Salvatori nostro dicebant : *Si tu es Christus, dic nobis palam*, quibus ille respondit : *Opera quæ ego facio, ... testimonium perhibent de me.* Utinam idipsum de singulis Christianis dici posset : *Opera, quæ faciunt, testimonium de eis perhibent*, quod vere sint Christiani, secus enim si fiat, frustra & sine causa Christiani nominamur, nisi etiam hoc nomine per opera bona dignos efficiamus; Nam ut S. Leo ait : *Frustra appellamur Christiani ; si imitatores non sumus Christi, qui ideo se viam esse dixit, ut conversatio Magistri forma esset Discipuli.*

S. Bern. ser. 15. in Cant. Unde colligere possimus nos esse veros Christianos.

Philipp. 1. v. 29.

Deut. 10. 20.

Hugo de S. Vict.

Cur Christus ob solam fidem nobis dare non vult cœlum. Nazianz. orat. 11.

Joan. 10. 24.

Ibid. v. 25.

S. Leo ser. 5. de Nativit.

DISCURSUS X.

ARGUMENTUM.

Perstringuntur, qui Christianorum & fidelium quidem nomine insigniuntur, sed inaniter & sine fructu ; Consideratur insuper hujus nominis præstantia pariter & obligatio ; Quâ eidem correspondere tenemur.

THEMA.

Nomen habes quod vivas, & mortuus es, ... Non enim invenio opera tua plena coram Deo meo, Apoc. 3. Vers. 1. & 2.

1. UTinam de innumeris Christianis idipsum dici non posset, quod huic Episcopo, qui in bonis operibus deficiebat, exprobratum fuit, nimirum : *Nomen habes, quod vivas, & mortuus es.* Etenim dignissimum & vivificum est nomen, quo Christianus honoratur, quod Deus illis solis communicat, qui se per bona opera vitâ gratiæ dignos constituunt : At vero, propter impiorum Christianorum multitudinem, affirmari posse videtur : *Mortuus es* ; Nam ut S. Augustinus, de sui temporis Christianis ait : *Totus mundus Christianus est, & totus mundus impius.* Salvianus Episcopus Massiliensis, qui eodem sæculo post Augustinum vixit, pariter asserit, suo tempore abusus & scandala in fidelibus ita passim prævaluisse, ut paucis exceptis, vix ullus Christianorum nomine dignus æstimari possit ; Unde ait : *Cum penè nullam Christianorum omnium partem, penè nullam Ecclesiarum omnium angulum, non plenum omni offensione, & omnium lethalium peccatorum labe videamus, quid est, in quo nobis de Christiano nomine blandiamur ?* S. Bernardinus Senensis, S. Augustinum citat qui in libro, quem *de vita Christiana* composuit, ita discurrit : Quis adeo vanus est & stolidus, qui cum ignorans sit, nec legere possit, advocati nomen & munus sibi vendicare præsumat ? Quis adeo temerarius & insipiens erit, ut militem se esse glorietur, cum arma gerere & tractare nesciat ? Nullus etenim nomen aliquod sibi vendicat, cui per artem & professionem nominis correspondere nequit. Ut quis sutor appelletur, artem calceos faciendi, ut sciat necessum est. Sic quoque nullus sibi fabri ferrarij, vel aurificis nomen assumit, nisi utriusque artis peritiam habeat. Unde S. Augustinus & S. Bernardinus unanimiter in hæc verba concludunt. *Talibus exemplis agnoscimus, nullum nomen sine actu, sed omne nomen ex actu causari. Ergo tu quomodo Christianus diceris, in quo nullus Christi actus apparet ?* Multis utique in gremio Ecclesiæ impiè viventibus, & tamen Christiano nomine insignitis, adaptari potest quod S. Paulus ad Romanos scribit : *Non omnes qui ex Israël sunt, sunt Israëlitæ, Neque qui semen sunt Abrahæ, omnes filij.* Unde S. Augustinus quemdam perditæ vitæ hominem, qui se Christianum esse jactabat, his verbis perstringit. *Quomodo te gloriaris esse Christianum ? nomen habes & facta non habes, si autem nomen secutum fuerit opus, dicat te quisquam paganum, tu factis ostende te Christianum ; Nam si factis non ostendis te Christianum, omnes te Christianum vocent, quid prodest tibi nomen, ubi res non invenitur ?* Idem S. Doctor in tractatu præcedenti dixerat : Quot sunt qui vocantur Medici, & artem curandi nesciunt ? Quot sunt stipendiarij milites qui ad vigilias nocte agendas conscripti sunt, & tamen tota nocte dormiendo stertunt ? *Sic multi vocantur Christiani & in rebus non inveniuntur, quia hoc*

Qui solo nomine fideles sunt, vere mortui esse censentur.

S. Basil. Epist. ad Amphiloch.

S. Aug. T. 9. tr. 4. in 1. Joan. c. 3.

Salvian. l. 3. de Provid.

S. Bernard. Sen. T. 1. ser. 46. A. 3. c. 1. Talium stolidos explodi, tur variis similitudinibus.

Rom. 9. v. 6.

S. Aug. tr. 5. in 1. Joan. cir. fin.

S. Aug. tr. 4. ibid. c. 3.

hoc quod vocantur, non sunt, id est in vita, in moribus, in fide, in spe, in charitate.

2. S. Ambrosius reprehendit illos, qui sibi se in portu esse, & salutem suam in securo positam persuadent, eo quod in Petri navicula navigent; Nequaquam id vobis persuadeatis, inquit S. Doctor : *Non nobis sufficit, quod Christianum nomen accepimus, si opera nostra Christiana non fecerimus.* Quis umquam repertus est, qui humeros suos vere & realiter ponderoso Crucis Christi ligno supposerit, illudque ad Calvariæ montem extulerit, sicut fecit Heraclius Imperator, qui illud cum tanto Christianorum gaudio à Persis recuperavit ? & tamen quando pius hic Princeps montem sanctum conscendere cœpit, se veluti ab invisibili quadam manu retrorsum agi sensit, adeo ut ne unico quidem passu progredi potuerit. Quis hoc non obstupescat ? Numquid Salvator omnes legis Evangelicæ sequaces ad crucem suam portandam invitaverat, dicens : *Si quis vult post me venire ... tollat crucem suam & sequatur me.* ? Numquid summa Crucis gloria erat, quod tantus mundi Monarcha ejus pondere humeros suos onerare ? & tamen ut ex nota omnibus Historia constat, montem Calvariæ ascendere prohibitus fuit, & progredi non potuit ; Et quam hujus repulsæ causam fuisse existimatis ? nimirum quia Imperator auro & lapidibus pretiosis ornatus, magnifica cum pompa in processione gradiebatur ; Ideoque Zacharias Patriarcha Jerosolymitanus miraculo hoc conspecto idem dixit : *Vide Imperator, ne isto triumphali ornatu in cruce ferenda parum Jesu Christi paupertatem & humilitatem, tum Heraclius abjecto amplissimo vestitu, detractisque Calceis ac plebejo amictu indutus, reliquum viæ facile confecit, & in eodem Calvariæ loco crucem statuit, unde fuerat à Persis asportata.* Ex quo facto B. Petrus Damianus sequens ad propositum nostrum elicit documentum : *Nec sibi quisquam de solo signo crucis applaudat, si veritatem crucis in operibus non exhibeat.* Nihil profecit Heraclio, quod idemmet lignum in quo Redemptor noster crucifixus fuerat humeris suis impositum portaret, nisi etiam idipsum per internæ humilitatis, compunctionis, & contemptus sui ipsius, actus piè honoraret : Ita quoque nihil prodest fideli speciosò Christiano nomine insignitum esse, si Deo insidelis existat ; Nam ut S. Basilius in Epistola quadam ad Amphilochium scribit : *Si quis accepto nomine Christianismi Christum contumelia afficit, nulla est illi appellationis utilitas.*

S. Paul. 2. Thess. 2. v. 16.

Orig. Tr. 29. in Matth.

B. Petr. Dam. ser. de Invent. S. Crucis cir. fin.

S. Basil. Epist. ad Amphiloch.

3. S. Isidorus, unde Christiani nomen derivetur, his verbis aptè declarat : *Christianus, quantum interpretatio ostendit, de unctione dicitur, sive de nomine auctoris & creatoris ; à Christo enim Christiani sunt cognominati. Non autem se glorietur Christianum, qui nomen habet & facta non habet. Ubi autem nomen secutum fuerit opus, certissimè ille est Christianus, quia se factis ostendit Christianum, ambulans sicut & ille ambulavit, à quo & nomen traxit.* Hujus autem dignitate nominis sola peccata, iniquitates & offensæ Dei privare nos possunt. S. Paulus sequentibus verbis rationem reddit, cur Deus multos à fide apostatare permittat : *Ideo*, inquit, *mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio, Ut judicentur omnes, qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati.* Unde & Origenes ad nostram eruditionem, licet cum exiguo suo profectu ita scribit : *Nemo in tali periculo falsi dogmatis facile seperatur & fallitur, nisi qui nudus est ab operibus bonis ; propterea & Apostolus dicit de ipso periculo, pro eo quod charitatem veritatis non acceperunt, dabit illis operationem erroris, ut credant mendacio, ut judicentur homines, qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati.* Salvianus quoque eamdem causam assignat, cur multi gloriosissimi hujus nominis Christianorum virtutem amittant dum ait: *Quo fit, ut etiam nos, qui nos Christianos esse duximus, perdamus vim tanti nominis vitio pravitatis, omnino enim nihil prodest nomen sanctum habere sine moribus, quia vita à professione discordans, abrogat illustris tituli honorem ; per indignorum actuum vilitatem.*

Salvian. l. 3. de Provid.

S. Ephrem T. 3. adver. impios hæret. Non omnes sunt Christiani, qui taliter nominantur.

4. S. Ephrem ex professo probare nititur, non omnes qui Christiani appellantur, verè tales esse, quia multi illorum *nomen habent quod vivant, & mortui sunt.* Ecce tibi ipsissima ejus verba : *Volo demonstrare, ac planum vobis facere ex sacris Scripturis, non omnes qui dicuntur Christiani, eos esse Christianos, sed solo ipsos nomine vocari, & nuda nominis appellatione seduci ac decipi.* Nazianzenus in quadam oratione animam fidelem his verbis alloquitur : *Christianus vocaris & voceris sane, & maneas in nomine atque adeo in re ;* Quasi dicere vellet, non sufficit sola denominatio, nisi etiam opera nomini & professioni Christianæ correspondeant ; Ac proinde in oratione 17. hoc Christianis tradit consilium : *Ex operibus fidem, terræque vestræ fœcunditatem ostendite.* Ad quorum omnium probationem optimè servit celebris illa Salviani sententia asserentis : *Aperiè hoc totum in quod revolvitur, ut qui Christiani nominis opus non agit, Christianus non esse videatur, nomen enim sine actu, atque officio suo nihil est.* Idem quoque S. Doctor in eodem libro nonnullas instituit circa fideles considerationes, ut ostendat, quod quia hi veri Dei, divinorumque præceptorum ejus notitiam non habuerunt, non adeo sint culpabiles, sicut nos sumus, si in clara Evangelij luce reprehensibiliter vivamus, dicit enim, *Numquid dici de ullis istorum potest : Ubi Catholica est lex quam credunt ? Ubi pietatis & castitatis præcepta quæ discunt ? Evangelia legunt & impudici sunt ; Apostolos audiunt, & inebriantur ; Christum sequuntur & rapiunt, vitam improbam agunt, & probam legem habere se dicunt.* Vere in ejusmodi falsos fideles, divina illa quadrat comminatio : *Sicut lumen eorum, ita & tenebræ erunt.*

Nazian. orat. 31.

Nazian. orat. 17.

Salvian. l. 4. de Provid.

Salvian. ibid.

5. Dionysius Carthusianus super caput secundum S. Jacobi Apostoli de nostra Evangelica gratiæ lege ita scribit : *Quanto cæteris legibus est perfectior, tanto ad virtuosiorem vitam suos obligat professores. Christiani ad perfectiorem astricti sunt vitam, quam in veteri lege tenebantur Judæi, præsertim quia & ampliora, & eminentiora beneficia desuper exhibita sunt populo Christiano, quam Judæis in veteri Testamento, aut gentilibus in lege naturæ.* Adducit quoque illa S. Gregorij verba, circa parabolam talentorum ita loquentis : *Cum augentur dona, rationes etiam crescunt donorum ;* Unde sequentem deducit conclusionem : *Ideo Christiani Deo subjectiores, devotiores & gratiosiores esse tenentur.*

Dion. Carth. Jacob. 2. Quanto Lex Christiana est perfectior, eo magis nos obligat ad virtuose vivendum.

6. Eximius utique favor est, cum magnus aliquis Princeps nomen, cognomen, arma, & sigillum suum alicui subditorum suorum communicat ; Qua in re, sicuti minime vulgaris erga illum benevolentiæ signum exhibet, ita pariter eumdem ad majorem obligat fidelitatem, obsequium exactioremque in ejus servitio observantiam. Jam verò constat, quod suprema illa Majestas, *quam adorant Dominationes, tremunt Potestates*, ex solo sui erga nos amoris instinctu, creaturæ dignata, sit communicare, vocationem ad sanctam fidem suam, eamque nomine Christianorum, quod à sancto nomine suo derivatur (siquidem *à Christo dicti sumus Christiani*) insignierit ; unde S. Petrus nos is ob id congratulans ait : *Vos autem genus electum, ... gens sancta, populus acquisitionis, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum, Qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei.* Unde S. Paulus, qui una cum S. Petro in lege Christi nos erudivit (*Petrus Apostolus, & Paulus Doctor gentium ipsi nos docuerunt legem tuam Domine*) ad gratitudinem ob id Deo exhibendam nos extimulat, dicens : *Gratias agentes Deo Patri qui dignos nos fecit in partem sortis Sanctorum in lumine* ; Ubi conservandum est illud Ly *sortis*, siquidem gloriosum hoc Christianorum nomen, sine ullo nostro merito ex sola Dei erga nos benignitate fortiti sumus. Hujus à nobis debitæ erga Deum gratitudinis minime oblita fuit sanctissima Virgo Maria, quæ in virgineo suo cantico Deo gratias agens, inquit ; *Quia fecit mihi magna qui potens est*, moxque subjungit : *Et sanctum nomen ejus* ; Eamdem quoque reflexionem merito apud se facere deberent omnes Christiani, recogitando immensa quæ ex eo receperant beneficia, ac demum serio meditari & dicere ; *& sanctum nomen ejus*, quia nomen hoc Christianorum, quod à Christo hæreditavimus, sanctum omnino est, magnamque à nobis morum sanctitatem requirit, ne nobis à Christo dicatur, quod Alexander Magnus militi cuipiam, qui pariter Alexander vocabatur, dixisse legitur : *Aut muta hoc nomen, aut gere te ut Alexandrum*, vel *aut muta hoc nomen Christiani, aut gere te ut Christianum.*

Magna gratia & honor nobis est quod à Christo vocemur Christiani.

Luc. 1. v. 49.

7. Olim Christianos Galilæos appellatos fuisse novimus, unde duo illi Angeli in Ascensione Christi Apostolis dixerunt : *Viri Galilæi quid statis aspicientes ;* ac proinde S. Thomas de Villa nova Christianis otiosis & malè viventibus improperat, dicens : *O Galilæi, ô viatores, ô peregrini quid statis ? quid hæretis ?* neque enim sequaces Christi otiosos & inertes esse con-

Olim Christiani appellati fuerunt Galilæi.

Act. Ap. 1. 11. S. Thom. de Villa Nov. serm. de

Act. Dom. S. Epiph. Har. 29. Euseb. Cæs. T. 2. l. 2. c. 3. Hist. venit; Imo sanctus Epiphanius scribit: In Ægypto populos ad fidem Christi noviter conversos à Jesu Jessæos fuisse vocatos, quia admirabili vitæ sanctitate præfulgebant. Eusebius quoque Cæsariensis in historia Ecclesiastica refert, Evangelij sequaces in urbe Antiochena veluti *in florido & fertili solo* primitus appellatos fuisse Christianos. Unde deducitur, omnes Christianos ibidem concorditer multos progerminasse veræ pietatis flores & fructus. *Declarat porrò idem Propheta*, id est, Isaias, inquit præfatus Eusebius, *hanc appellationem quodammodo futuram, dicens; His qui mihi inserviunt, nomen novum imponetur, quod in terra erit benedictum*; Illa omnia verba sunt ejusdem Eusebij) *quæ Christiani nomen in se continet, nimirum ut sit Christianus, qui per Christi cognitionem & doctrinam, modestia, justitia, ardnarum rerum in vita perpessione & tolerantia, virtutis constantia, pietatis etiam verique cultus confessione unum solum Deo super omnia præstet, excellatque.*

Vocati fuerunt Iessæi à Jesu. Antiochiæ vero, Christiani.

8. De Apostolis, qui omnibus Christi fidelibus velut specula proponuntur, in Actis Apostolorum scribitur: *Apostoli ibant gaudentes à conspectu Concilij*; at vero quanam de causa, seu ex quo motivo etiam inter contumelias & flagella quibus affligebantur, tantopere gaudebant? *Quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati.* Plinius in Panegyrico Trajani de hoc Imperatore scribit: *Nomen illud, quod alio primo statim principatus die Imperatoris & Cæsaris receperat, tunc usque eo distulisti, donec tu quoque beneficiorum tuorum parcissimas æstimator, jam te mereri fatereris.* Eodem quoque modo Christianus quilibet hoc se nomine indignum merito reputare deberet, donec opera faciat, quæ hoc nomine digno censeri possint.

Act. Apost. 5. v. 41.

Ibidem.

Christianus hoc nomine se indignum æstimat si non faciat opera hoc nomine digna.

Plin. in Trajano.

9. De hoc honorificentissimo nomine Isaias Propheta Evangelicus vaticinatus fuit, quando ait: *Vocabitur tibi nomen novum, quod os Domini nominabit*; vocat autem Christiani nomen novum, quia ab illis, qui eo insigniti sunt, vitæ & morum exigit novitatem; *Ita & nos in novitate vitæ ambulemus*; Quod ut à nobis fiat, S. Paulus nos hortatur, dicens: *Omne quodcunque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini Jesu Christi facite*; hoc enim Christiani nomen secum importat, nam ut D. Chrysostomus in celebri illa sententia (quæ seriam à nobis Christianis considerationem meretur) inquit: *Nomina quo magis insignia, eo magis onerosa sunt.*

Isa. 62. v. 2. Nomen Christiani, ab Isaia vocatur novum, & qua de causa.

Rom. 6. v. 4. Coloss. 3. 17.

10. Undenam suam hoc nomen quo Christiani *fideles* appellantur, traxisse putas originem? S. Paulus idipsum insinuat, dicens: *Fidelis Deus, per quem vocati estis in societatem filij ejus Jesu Christi Domini nostri.* Hoc igitur nomen *fidelis* quod adeo insigne est atque eximium, ab ipsomet Deo promanavit, qui illud Filij sui Jesu Christi sequacibus dignatus est communicare. De quo nomine S. Cyrillus Jerosolymitan. ita scribit: *Quantum nobis Dominus dignitatibus contulerit ab ordine Catechumenorum ad fideles translatis, Paulus ait: Fidelis Deus per quem vocati estis in participationem filij ejus, Deo fidelis nomine vocato, & tu hanc eamdem accipis appellationem, magnamque accipis dignitatem, quemadmodum enim Deus bonus & justus vocatur, & omnipotens & opifex universorum, sic & fidelis; Cogita igitur in quantam proveheveris dignitatem cum divinæ factus es particeps appellationis.* Simili igitur ratione, si undenam nomen illud, Christianus, suam deducat originem, ponderare velimus, fatendum utique nobis erit, hujus nominis infignem magnificentiam, magnam nobis imponere obligationem; ut eidem nomini per condignam vitam respondeamus, nam ut S. Bernardus ait: *Christiani à Christo nomen acceperunt, & operæ pretium est, ut sicut sunt hæredes nominis, ita sint imitatores sanctitatis.* Qua de re præceptum habemus à Spiritu Sancto per os S. Pauli Ecclesiæ traditum, qui dicit: *Cognovit Dominus, qui sunt ejus, & discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen Domini.* Quod si igitur intra modestiæ limites se continere jubeantur, qui Christi nomen nominant, quanto magis Christiani sancte & juste vivere debent, qui illud profitentur? Regius Propheta David inquit: *Beatus vir cujus est nomen Domini spes ejus*, sed quamnam ex illa præmissa deducit consequentiam? *Et non respexit in vanitates & insanias falsas.*

D. Chrys. Hom. 22. ad pop. 1. Cor. 1. v. 9. Magna gratia est quod vocemur Fideles.

S. Cyrill. Jer. Catech. 5.

Psa. 39. v. 5.

Ibidem.

Nomen Christiani à Christo habemus, cui vita condigna respondere debemus.

S. Bern. in sententijs.

2. Tim. 2. v. 19.

DISCURSUS XI.

ARGUMENTUM.

Abominabiles esse ostenduntur mali Christiani, qui fidem quidem profitentur extrinsecus, cum tamen eamdem per vitia & peccata sua effective negent.

THEMA.

Confitentur se nosse Deum, factis autem negant, Ad Tit. 1. v. 16.

1. S. Apostolus Titum exhortans: ut Christianos illos, quos recenter ad legem Evangelicam comparaverat, bonis operibus mediantibus in fide confirmaret, his eum verbis affatur: *Increpa illos dure, ut sani sint in fide.* Demum vero abusum quemdam inter Christianos Novitios irrepsisse indicat: qui deinceps per omnia sæcula in Ecclesiam cum ingenti illius præjudicio dimanavit, illum videlicet cujus in verbis thematis facta est mentio: *Confitentur se nosse Deum, factis autem negant.*

Tit. 1. v. 13. Sibi debemus esse in fide.

2. S. Ambrosius ad titulum illum se reflectit, quo S. Paulus ad Romanos scribens utitur, dicit enim: *Paulus servus Jesu Christi,* & considerans quod idem Apostolus antea Saulus vocatus fuerit, hujus mutati nominis indicat mysterium, dicens: *Apud veteres ratione nomina componebantur, ut Isaac propter risum, & Jacob propter calcaneum, ita & iste propter inquietudinem Saulus est nuncupatus, postquam autem credidit, ex Saulo Paulum se dicit, hoc est, immutatum.* Nobis quando in undis baptismalibus abluimur, nomen imponitur, & ab illo tempore denominantur Christiani, ut hoc impositi nominis monimento excitati mores nostros immutemus, eosque dictaminibus legis, quam profitemur, conformemus. Cavendum tamen nobis est, ne nomen hoc solis profiteamur verbis, sed potius effectibus & operibus ipsum præstemus; prout S. Paulus fecit, de quo Christus: *Ego ostendam illi, quanta oportet eum pro nomine meo pati*; nam ad honorem illius nominis; quod omnibus erat gentibus annuntiaturus, integram ac prolixam toleravit Passionum & miseriarum Iliadem.

Rom. 1. v. 1. S. Ambr. in c. 1. ad Rom. S. Paulus se nominat servum Christi, ut insinuet operandum sibi esse.

Act. Apost. 9. v. 16.

3. Observat S. Bonaventura, rem aliquam quæ non vere, sed ficte talis est, propriè non mereri nomen quod illi attribuitur; sic enim v. g. leo depictus, non est verus leo; scutum æneum, non est aureum, licet tale esse videatur: *Tales autem*, inquit, *falsi sunt & ficti Christiani, de quibus dicitur: Confitentur se nosse Deum, factis autem negant.* Porro Salvianus culpam Christiani aggravari dicit ex arctiori obligatione, qua Christiani strictius adstringuntur ad hoc, ut tanto fideliores sint in divino servitio, quanto magis gloriosum hoc fidelium nomen præ se ferunt: *Ideo*, inquit, *hoc ipso Christiani deteriores sunt, quia meliores esse debuerunt; non probant, quod confitentur, & impugnant professionem suam moribus, magis damnabilis est malitia, quam titulus bonitatis excusat, & reatus impij est piam nomen.* Audiatis velim, quo nomine S. Jacobus Apostolus Christianum bonis operibus destitutum expresserit: *Vis scire*, inquit: *ô homo inanis, quoniam fides sine operibus mortua est*; ac proinde S. Ephrem de eisdem scribit: *Vere mortui sunt omnes, qui Deum nosse profitentur: factis autem negant, cum sint execrabiles & incredituli, & ad omne opus bonum spirit. reprobi.*

S. Bonav. in Dicta sal. Tit. 5. c. 3. Res pictæ non sunt verè hoc, quod repræsentant. *Salvian. l. 4. de Provi.* Sic nec fidi Christiani, vocantur enim inanes. *Jac. 2. v. 20. S. Ephrem. T. 1. de vita spirit. n. 91.*

4. S. Justinus Martyr in Apologia 2. pro Christianis Christianorum nomine indignos esse censet omnes illos, qui fidem lingua confitentur, quam operibus conculcant, & perfide negant. *Etenim*, inquit, *qui non ita vivere comperiuntur, sicut ille docuit, certum id documentum est, non esse Christianos, quamvis doctrinam Christi lingua profiteantur, non enim profitentes tantum, sed operibus simul professionem confirmantes salvatum iri dicit.* In cujus probationem protestationem illam adducit à Christo Matth. c. 7. factam, videlicet: *Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum, sed qui facit voluntatem Patris mei.* S. Isidorus Peluliota in Epistola quadam, de fide quæ profitenda erat, differens, modum illam profitendi tradit, ut profectio talis æternæ saluti comparandæ proficua sit; dicit enim breviter: *Fides operibus potius, quam sermonibus prædicari debet*; ad idque probandum textum illum S. Pauli adducit in præsenti themate à nobis adductum, & demum subjungit: *Divinum oraculum clamat, populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me*, quale autem damnum ex ejusmodi professione secundùm exteriorem tantum apparentiam facta resultet, protinus subjungit Deus, inquiens: *Frustra colunt me*, quasi dicere vellet, tales inutiliter & sine fructu fidelium nomine insigniuntur, nam *ex operibus & non ex sermonibus, quæ abdita sunt, indicari debent.* S. Bernardus cuidam solo nomine Christiano, malis autem moribus gentili acriter, sed convenienter his verbis improperat: *Confiteris te nosse Deum, factis autem negas? non recte plane, sed impie linguam Christo, animam dedisti diabolo.* At verò, ut idem mellifluus Doctor ait: Quænam est stulta hæc divisio, qua lingua Deo datur, fidem ejus confitendo, anima verò quæ Creatori & Redemptori suo mille titulis debetur, dæmoni ceditur? S. Gregorius super verba illa Jobi: *Quando secreto Deus erat in tabernaculo meo*; quidnam in sensu spirituali significent, his verbis indicat: *Quibus verbis non immerito etiam simulatio religionis plangitur, quia nonnulli etiam nunc Christiani esse non appetunt, sed videri. His videlicet Deus in publico est, non in secreto, sed sancta Ecclesia Deum in secreto habere desiderat, quia illos vere fideles respicit, quos ad fidei vitam corde pleno permanere cognoscit.* Porro plenum hoc cor, quod Deus à Christiano desiderat, fides quædam est à bonis operibus vivificata, atque Episcopo illi cujus in c. 3. Apocal. mentio fit, dictum fuit: *Nomen habes quod vivas, & mortuus es, ... Non enim invenio opera tua plena coram Deo meo.* Etenim multis Christianis nonnunquam accidit, quod etiam extrinsecus sanctè operentur, Intrinsecus autem rectitudo finis & intentionis, quæ actionem specificat, & qualificat, in illis desideretur.

S. Bern. Serm. 23. in Cant. Stulta divisio, qua lingua datur Deo, & cor diabolo. *Jac. 2. v. 20. S. Greg. lib. 19. mor. c. 9.*

Apoc. 3. v. 1.

S. Gregor. l. 25. mor. c. 10. Ficti Christiani repelluntur ab Ecclesia.

5. Idemmet S. Greg. illum Jobi textum: *Quasi impios percussit eos in loco videntium*, exponens, novum quoddam exordium capitulum, cui hunc præfigit titulum: *Quod locus videntium Deum sit sancta Ecclesia, a quo justo judicio falsi & ficti repelluntur, quia veritatem fidei scientes contemnunt.* In hujus vero Capitis progressu, rationem assignat, cur Ecclesia locus esse dicatur visionis. *In ipsa enim*, inquit, *recte consistitur, ut lumen verum, quod Deus est, videatur.* Peribit quoque ulterius, illorum ostendendo supplicium, qui in loco lucis tenebras amant: *Dicatur de his*, inquit, *quorum vitam Paulus Apostolus notat, qui confitentur se nosse Deum, factis autem negant: quasi impios percussit eos in loco videntium. Ibi quidem stabant, ubi Deum videre videbantur, ubi tenebras dilexerunt; ubi lumen veritatis aspicitur, & quamvis apertos habuerunt oculos in fide, tenuerunt tamen eos clausos in opere.*

6. In principio cap. 11. Apocalypseos verba nonnulla leguntur, quæ prima facie contradictoria esse videntur; videlicet: *Atrium autem, quod est foris templum, ejice foras.* Quis atrium anteriorem Ecclesiæ partem eique conjunctam, esse ignorat; qua igitur foras ejici & dimoveri poterit? Richardus à S. Victore dubij hujus nodum resolvit; dum verba hæc in sensu spirituali exponit, dicens: *Atrium falsi Christiani sunt, qui videntur consecrati, eo quod sint baptizati, sed plenè sunt cadaveribus, id est, vitijs & pravis operibus, qui quamvis fidelibus junctis sunt nomine, longe tamen ab eis sunt actione. Isti foras ejiciuntur, quoties à fidelibus separari præcipiuntur.* Propriissima certè est hæc atrij similitudo, siquidem tametsi pars quædam Ecclesiæ sit, eique appropinquet, nihilominus revera foris est: Ita quoque mali Christiani, tametsi ratione baptismi ad Ecclesiam pertineant, ratione tamen malæ vitæ suæ à bonis sunt excluſi, & emolumentis, quorum alias per fidelium mutuam communionem futuri fuissent participes; *Quid prodest fratres mei, si fidem quis dicat se habere*, quærit S. Jacobus, *opera autem non habeat? Numquid potest fides salvare eum? id est, instrumentaliter ad salutem perducere*, inquit Dionysius Carthusianus, *quasi dicat; Nequaquam; Imo reddit eum magis damnabilem; quoniam servus sciens voluntatem Domini sui, & non faciens, plagis vapulabit multis. Ideo malus Christianus gravius condemnatur, quam infidelis cæteris paribus.*

Apoc. 11. 2. Per atrium quod foris est, intelliguntur falsi Christiani.

Jacob. 2. v. 14.

Dion. Carth.

7. S. Thomas de Villa nova quorumdam confutat impiorum excusationem, ob pravum aliorum exemplum fore justificare volentium, dicendo: Majori ex parte sic vivitur, multitudo peccantium peccandi timorem adimit, quia rarissimus est perfectus Christianus, qui Evangelium custodiat: Atque ex Pico Comite Mirandulano sequentia verba in medium adducit: *Evangelio tam consummato, & probato tot testimonijs non credere, grandis indurationis & pertinacia est, sed credere & profiteri, & opposito modo vivere, major insania est.* Illimetipsi, qui indubitatum interius fidei nostræ assensum præbent, & tamen conformiter illi quod credunt, minime vivunt, sæpe numero justo Dei judicio illam ipsam amittere ab eaque apostatare permittuntur, ita enim comminatur S. Gregorius: *Nonnulli fidem nec dalitus tenens, sed vivere fideliter nullatenus curant, insequantur enim moribus, quod credulitate venerantur, quibus divino judicio sæpe contingit, ut per hoc quod neguiter vivunt, & illud perdant, quod salubriter credunt.* Est hæc de re textus quidam S. Pauli ad Timotheum scribentis ita clarus, ut Glossa penitus non indigeat; dicit enim Apostolus: *Habens fidem & bonam conscientiam, quam quidam repellentes circa fidem naufragaverunt*; Quæ verba S. Hieron. commentando inquit: *Male vivendo ipsam quoque fidem perdiderunt, quam habere videbantur, sive etiam jam vitia defendentes.* Cujus irreparabilis jacturæ Theophylactus hanc rationem assignat: *Cum enim vita impura fuerit, dogmata etiam inde perversa nascuntur; ut enim motu futurorum non turgucantur, impure viventes, persuadent sibi omnia esse vana, quæ de religione nostra dicuntur.* Id quod D. Chrysostomus multorum Christianorum confirmat exemplo, qui ob malam vitam suam ad sectas transierunt hæreticorum: *Videas plurimos in profundum malorum corruisse, atque ad gentilem vitam fuisse conversos.*

S. Greg. l. 25. mor. c. 10.

1. Tim. 1. v. 19.

S. Hier. ibid. Male vivendo perditur fides.

Theophyl. ib.

D. Chrys. Hom. 5. in 1. Tim. 1.

8. Hugo Cardinalis super illa verba: *Circa fidem naufragaverunt*, ejusdem naufragij metaphoræ insistens; ita scribit: *Conscientia bona repellitur per flagitia, fides repellitur per argumenta;* Et paulo post subdit: *Et sic fracta nave submerguntur nautæ & navigantes.* D. Chrysostomus quoq; adductam prosequens similitudinem fidem navi bene munitæ comparat, dicens; *Navis munita est fides, & nota quod navis frangitur, cum aqua doctrinæ deficit, & ventus, id est, interpretatio nimis imbecillis, & notanter dicit: Quam quidam appetentes &c. quia sicut intellectus bonus dat tur omnibus facientibus eum, ita subtrahitur non facientibus. Malam ergo conscientiam peccato maculatam sequitur naufragium erroris circa fidem, id est circa credenda.* Idem S. Doctor Tom. 5. in sermone quodam, prædicto textui ad Timotheum, alium ejusdem Apostoli textum associat, in quo dicitur: *Radix omnium malorum est avaritia, per cujus cupiditatem quidam à fide aberrarunt. Vides, quod tum illi propterea naufragium fecerunt, tam isti ob hoc ipsum aberrarunt, quoniam illi bonam conscientiam repulerant, isti vero avaritiæ adhæserunt.* Eumdem quoque sensum idem S. Pater super Psalm. 127. nobis exprimit, dicens: *Malus fidem quidem perfectam habent, scilicet quantum ad intellectum, vitam autem flagitiosam, omnium fuere miserrimi.*

Tit. 1. v. 16. S. Thomas. ad Tit. 1. Isai 29. 13.

D. Chrys. in Ps. 127.

9. Hanc fidei abnegationem (*factis autem negant*) sæpè Expositores per varios sensus explicant. Dionysius Carthusianus hanc illis verbis subnectit interpretationem: *Quia tam impiè vivunt, ac si Deus non esset; operibus ergo loquuntur Deum non esse, dum eum non sicut Deum honorant, nec ejus justitiam pensant*; citatque testimonium S. Joannis asserentis: *Qui se dicit nosse Deum, & mandata ejus non custodit, mendax est.* S. Thomas super illa citata ad Titum verba: *Confitentur se nosse Deum, factis autem negant*, Textum illum Isaiæ cap. 29. adducit, in quo dicitur: [*Populus iste ore suo & labijs suis glorificat me; cor autem ejus longe est à me,*] *negant eum factis, qui enim peccat, in quantum est de se, negat eum factis.* Dicit insuper eos qui non curant bonam conscientiam, sed in quævis se peccata præcipitant, difficulter converti ad Deum; idque aliquot argumentis confirmat, dicens: *Sunt tria per quæ homo redit ad Deum, scil. Dei gratia. Rom. 5. justificatigratia ipsius. Secundum est fides. Act. 15. Purificans fide corda eorum. Tertium exercitium boni operis. Rom. 2. Factores legis justificabuntur. Hæc tria excludit ab ipsis.*

Dion. Carth.

Tit. 1. v. 16.

S. Thom. ib.

10. Advertendum quoque est, quod postquam Apostolus execratus fuisset illos, qui ore Deum quidem confitentur, factis tamen negant: *Confitentur se nosse Deum, factis autem negant*, mox immediate subjungit: *Cum sint abominati & increduli, & ad omne opus bonum reprobi*; ac proinde S. Thomas illos ab omnibus illis auxilijs, quæ ad Deum reducere solent, excluſos esse dicit; Et quidem primo loco excludunt gratiam: *Cum sint abominati id est non accepti ad gratiam.*

Qui Deum factis negant, abominati sunt, & incredibiles.

S. Thom. à Villa nova Conc. in Dom. 3. Ad.

Picus Mirandul. Hi sæpe se excusant malo aliorum exemplo.

S. Greg. l. 25. mor. c. 10.

tiam. Secundo Fidem, cum dicit : Incredibiles, id est, non apti ad credendum. Tertio quia ad omne opus bonum reprobi, id est reprobandi. Salmeron verba illa ad Timotheum scripta (in quibus bona conscientia cum fide conjungitur, in cujus unionis defectu homo naufragij periculo exponitur) declarans ita scribit : *Cum enim conscientia ob pravos affectus tenebris respergitur, ipsa fides periclitatur, & fit naufragium, nam bona conscientia repulsa, naufragium passi sunt nonnulli, & defecerunt à fide, nihil habentes quæ se recipiant, sed huc atque illuc ab undis circumferuntur.* Quibus verbis metaphoram, per quam fides navi assimilatur, aptissimam esse ostendit; Ecclesia quoque per navim adumbratur, ideoque ut plurimum in forma navis fabricatur; unde subdit : *Est apta metaphora, qua fides navi comparatur, & bona conscientia seve spes Anchora est navis; & ut navis in procelloso mari spem portus hominibus præbet, & ducit ad portum, ita fides ad salutem æternam.* S. Augustinus qui in florentioribus vitæ suæ annis longo tempore Hæreticus Manichæus fuit, & vitam dissolutissimam duxit, ab experientia loquitur, quando dicit : *Si discutiamus omnes hæreses, invenimus eas negare Christum in carne venisse. Omnes hæretici negant Christum in carne venisse. Quid miramini si Pagani negant Christum in carne venisse?* Idem quoque de Judæis & Manichæis dicit; subjungit autem sequentem propositionem valde considerabilem : *Sed dico charitati vestræ etiam omnes mali Catholici, verbis confitentur Christum in carne venisse, factis autem negant; nolite ergo esse tamquam de fide securi; Adjungite fidei vestræ vitam rectam.*

Salm. Dis. 4. ad 1. Tim. 2. Quomodo aliqui naufragati. sint à fide.

S. Aug. ser. 31. de ver. Apost.

DISCURSUS XII.

ARGUMENTUM.

Christianorum vitia & mali mores sævissimam Ecclesiæ persecutionem inferunt.

THEMA.

Ecce in pace amaritudo mea amarissima, Isai. 38. vers. 17.

1. IN Propheta Evangelico, qui futuros novæ legis gratiæ eventus ad vivum recensuit hanc invenimus Ecclesiæ plangentis lamentationem : *Ecce in pace amaritudo mea amarissima.* Nimirum se conquassatam esse conqueritur, non inter persecutionum Tyrannicarum & barbarum procellas, sed in media sudi & sereni cœli, id est, Ecclesiæ ac fidelium suorum tranquillitate & pace : Ita enim S. Bernardus hæc verba declarat. Enimvero mellifluus hic Doctor sæculo vixit calamitosissimo, in quo per varia schismata, per improbitatem & impietatem Imperatorum, quantumvis Christianorum, per clericorum scandala & pessima exempla magnopere periclitabatur fides S. Petri, ejusque navicula; & ideo de suo tempore quo vivebat, ita scribit : *Olim prædictum est, & nunc tempus impletionis advenit : Ecce in pace amaritudo mea amarissima; amara prius in nece Martyrum, amarior post in conflictu hæreticorum, amarissima nunc in moribus domesticorum.* Si enim ferocissimæ Neronis, Diocletiani & Domitiani aliorumque Tyrannorum persecutiones, Calvini item & Lutheri hæreses & schismata, cum malis Catholicorum & fidelium moribus comparentur, plus Ecclesia ab his tribulatur, divexatur, laceratur & scinditur, quam ab istis; Ideo S. Bernardus inquit, quod Ecclesia quidem *amara* fuerit *in nece Martyrum, amarior in conflictu hæreticorum*, at verò quando ad impios descendit Christianos superlativo utitur, dicens : *Amarissima in moribus domesticorum.* At vero, inquit S. Bernardus, forsitan erro hoc ipsum dicendo : *Cum vivamus in pace?* Moxque nequaquam se errare subjungit; *Etenim & pax est, & non est pax; Pax à Paganis, & pax ab hæreticis, & non profectò pax à filijs; vox plagentis in tempore isto : Filios enutrivi & exaltavi, ipsi autem spreverunt me.* Quisnam vero sit ille contemptus, quo mali Christiani Ecclesiæ insultant, sequentibus verbis declarat : *Spreverunt & maculaverunt me, à turpi vita, & turpi quæstu, à turpi commercio, à negotio denique perambulante in tenebris.*

S. Ecclesia plus vexatur & tribulatur scandalis Clericorum, & mala vita Christianorum, quam persecutionibus Tyrannorum, & hæreticorum. S. Bernard. ser. 33. in Cant.

2. Porro ratio cur Ecclesia se truculentius à suis divexari & affligi censeat, est illa, quam Psalmista his verbis tradit : *Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique, & si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo : Tu vero homo unanimis, Dux meus & notus meus, Qui simul mecum dulces capiebas cibos.* Salvianus hujus culpæ gravitatem sequentibus verbis significanter expressit, dum ait : *Omnis Christianorum omnium culpa, divinitatis injuria est.* Neque enim illi solum Christum negant, qui in tormentorum carnificina deficiunt, verum etiam hujus impietatis rei sunt omnes illi, de quibus in Discursu præcedenti egimus, nimirum *qui confitentur se nosse Deum, factis autem negant.* Unde S. Anselmus ait : *Æstimant quidem in eo tantum negari Deum, si in persecutione quis à gentilibus comprehensus se negaverit esse Christianum : Ecce Apostolus omnibus factis quæ perversa sunt Deum asserit denegare.* Idem quoque Sanctus modum declarat, quo impij Christiani sceleribus suis Christum negare dicuntur, dicit enim : *Deus charitas est, & per odium denegatur charitas; Christus Sapientia est, justitia, veritas, sanctitas, fortitudo, & his similia; per insipientiam negatur sapientia; Per iniquitatem justitia; Per mendacium veritas; per turpitudinem sanctitas; per imbecillitatem animi fortitudo; & quotiescumque vincimur vitijs atque peccatis, toties Deum negamus, sicut è contrario, quoties boni quid agimus, toties Deum confitemur.*

Salv. l. 4. de Prov.

S. Anselm. ad Tit. 1.

3. Hugo Cardinalis probare nititur inexpiabiliorem esse negationem, quæ fit per mala opera, quam quæ per verba committitur, adeo ut si unus sit, qui Deum sola voce neget, & alius qui mala & scandalosa vita legem Evangelicam conculcat, in eo casu reprehensibilior sit hic quam ille : Nam *gravius est peccare facto, quam verbo, ergo eodem modo gravius est negare Deum facto, quam verbo; Ergo quilibet Christianus magis peccat, quia Christum facto negat, quam hæreticus qui verbo.* Modificat tamen propositionem istam, ostendendo consequentiam hanc non semper currere, *quia negare ut verbi est, propriè sumitur, ut facti est, sumitur impropriè; Si autem sumeretur univocè, tunc majus esset & gravius negare facto, quam verbo.* Glossa super caput 1. Epistolæ S. Pauli ad Titum similiter ita scribit : *Si negatio non tantum lingua fit, sed etiam factis, certe multos invenimus Antichristos, qui ore confitentur Christum, & moribus dissentiunt ab eo; Quisquis factis negat Christum Antichristus est, tales sunt omnes mali Catholici, qui non verbis sed factis negant.*

Hug. Card. Num. 1. Gravius peccatur facto, quam verbo.

Quod tamen modificati debet, Gloss. Tit. 1.

4. In libro Ruth. cap. 1. Naemi dixisse legitur : *Ne vocetis me Naëmi, id est, pulchram, sed vocate me mara, id est amaram, quia amaritudine valde replevit me Dominus omnipotens.* Per hanc mulierem amaritudine repletam Glossa Interlinearis Ecclesiam inter persecutiones positam intelligit. Quam Lyranus in primis principijs suis Naemi, id est pulchram appellari potuisse probat, siquidem de illa cœleste verificatur oraculum, dicens : *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te*; quia puritas & sanctitas primorum Christianorum incomparabilis erat : Hoc verò tempore, inquit idem Lyranus meritò dicere potest : *Ne vocetis me Naëmi sed mara*, quia multi qui de bonis Ecclesiasticis magno cum luxu vivunt, illam amaritudine replent, de quibus dici potest illud Isaiæ : *Filios enutrivi & exaltavi, ipsi autem spreverunt me.* Pergit idem Lyranus ulterius, dicendo, quod postquam Tyrannorum cessarunt persecutiones, & Ecclesia bonis temporalibus locupletata fuit, Ecclesiastici bona illa malè impendentes, truculentius Ecclesiam persequantur, quam olim fecerint Pagani; unde dicit, *plus secundum veritatem persequuntur Ecclesiam in ista pace, quam fuerit amaricata in persecutionibus Tyrannorum.*

Ruth. 1. v. 20. Quinam Ecclesiam repleant amaritudine.

Gloss. Interl. Lyranus. Cant. 1. v. 14.

Isaiæ 1. v. 2

5. Author quidam operibus S. Bernardi insertus, in sermone quodam ad Clerum hanc eamdem persecutionem ab inimico infernali implacabili rabie excitatam, his verbis deplorat : *Incipientem Ecclesiam persecutus est per Tyrannos, proficientem per hæreticos, jam lætam & florentem persequitur modo per motus illicitos, quod hæretici faciebant per prava dogmata, hoc faciunt plures hodie per mala exempla, & tanto graviores sunt hæreticis, quanto prævalent opera verbis,* Porro nascens Ecclesia verè Naëmi appellare poterat, quando nimirum S. Paulus ad Thessalonicenses scribens; de omnibus fidelibus ait : *Omnes vos filij lucis estis, & filij diei*; Filios autem lucis illos appellat, quia infideles filij sunt tenebrarum. Ubi namque in Ægypto filij Israël morabantur, Sol clarè relucebat, non vero item in reliquis vasti illius regni regionibus, quia *factæ sunt tenebræ horribiles in universa terra Ægypti.* Extendamus obsecro oculorum nostrorum obturum in universam terram & consi-

Ruth. in oper. S. Bernd. ser. ad Patr.

Quod hæretici olim faciebant per mala dogmata, hoc modo fit per mala exempla.

1. Thess. 5. v. 5.

Exod. 10. v. 22.

derem us; quantam illius partem Turca possideat, quantam Pagani, quantam Hæretici, Schismatici & Atheistæ, sic enim videbimus quam angustum sit spatium, quod à clara Evangelij luce illuminatur. Verum enim vero vel maximè miserandum est, quod etiam inter clarissimos fidei nostræ radios, tot se interponant tenebræ, tot vitiorum enormitatum & scandalorum monstra grassentur. Quod enim tot impietates inter infideles prævaleant, nihil est mirum, quia *posuisti tenebras & facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestiæ silvæ.* In nobis autem Sol veritatis Evangelicæ & Catholicæ, omnes merito malitiæ tenebras dissipare deberet, *abjiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur* arma lucis, & tamen, quæ summa nostra miseria est, quantum hæc obscuritas etiamnum abundat? *Orius est Sol & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur, Exibit homo ad opus suum, & ad operationem usque ad vesperum.*

Psal. 103. v. 20.

Rom. 13. 12.

Psal. 103. 22.

Ibid. v. 23.

6. Sancta Dei Ecclesia olim per os Jobi Prophetæ his verbis lamentabatur : *Ad dexteram Orientis calamitates meæ illicò surrexerunt*; Ubi S. Gregorius per dexteram orientis fideles intelligit, quibus Sol veritatis Evangelicæ relucet, à quibus Ecclesia miserè se afflictam & malè tractatam conqueritur; prout idem S. Gregorius his verbis declarat : *A sinistra quippe calamitates surgerent, si à quibuslibet extra Religionem positis, & aperte Christum negantibus, persecutionis adversa sustineret. Cum vero ab aliquibus quasi fidelibus tentationem cruciamentorum patitur, quasi ad dextevam illi calamitates oriuntur, quia hi qui sub Christi nomine militant, Christi in ea nomen impugnant; Quia ab Oriente lux surgit, rectè Orions dicitur, cujus justitiæ lumine, nostræ justitiæ nox illustratur. Ad Orientis ergo dexteram calamitates surgunt, quia hi quoque ad persecutionem prosiliunt qui electa membra Redemptoris nostri esse credebantur.*

Job. 30. 12. Prosecutio ejusdem argumenti.

S. Greg. l. 20. mor. c. 18.

7. Apud Regium Psaltem Psal. 30. eadem S. Mater nostra Ecclesia ad cœlestem sponsum suum conversa, aliam adducit lamentandi causam dicens : *Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium, & vicinis meis valde.* S. Augustinus legit nimium; Et subdit : *Qui sunt inimici Ecclesiæ? Pagani, Judæi. Vis videre quam omnibus pejus vivunt mali Christiani? De talibus dicit Ezechiel, quia comparantur sarmentis inutilibus;* Postquam verò S. Doctor hanc similitudinem prolixius exposuisset, in persona Ecclesiæ prosequitur dicens : *Pejus vivunt mali in sacramentis meis, quam qui ad illa nunquam accesserunt*; De quibus S. Petrus ait : [*Melius enim erat illis non cognoscere viam justitiæ,*] Cum dicit *melius erat, nonne judicavit meliores esse inimicos foris positos quam intus malè viventes, quibus premitur, & gravatur Ecclesia?* Demum vero sensum verborum illorum (*factis sum opprobrium & vicinis meis valde & timor notis meis*) declarat dicens : *id est, qui mihi jam appropinquabant ut crederent, id est vicini mei nimium deterriti sunt mala vita malorum & falsorum Christianorum. Quam multos enim putatis fratres mei velle esse Christianos, sed offendi malis moribus Christianorum? Ipsi sunt vicini qui jam appropinquabant, & nimium opprobrium illis visi sumus.*

Psal. 30. v. 12.

S. Aug. ibid. Mali Christiani magis affligunt Ecclesiam, quam olim Judæi & ethnici fecerint.

2. Petr. 2. 21.

Multos etiam infideles avertunt à veritate Evangelij.

S. August. in Ps. 33.

Quam equidem majorem hac persecutionem dicemus, dum mala vita nostra infideles à veritatis Evangelicæ professione ad quam se vocari sentiunt retrahit? Quapropter idem Sanctus alio in loco in hæc lamentabundus prorumpit verba : *Venit persecutor & non fregit cruva Christi; Venit Donatus, & dirupit Ecclesiam Christi. Integrum corpus in cruce inter manus persecutorum est, inter manus Christianorum non est integrum corpus Ecclesiæ?* Cui miseriæ S. quoque Bernardus in sermone primo de S. Pauli conversione ingemiscit dum ait : *Videbatur jam cessasse persecutionis tempus, sed ut palam factum est, nunquam deest persecutio Christiano, sed neque Christo; Et nunc quod gravius est ipsi Christum persequuntur qui ab eo utique Christiani dicuntur.* Qui idem mellifluus Doctor suum in illius temporis dissolutè viventes Ecclesiasticos retorquens Discursum subnectit : *Vereor dilectissimi, ne quis forte sit & in vobis Domini persecutor, quia manifesta docuit ratio impedire salutem, esse persequi Salvatorem.* Hinc & Salvianus acutè in illos invehitur Christianos, qui cum ipsi malè vivant, de barbaris nihilominus Paganis, omnibusque alijs fidei persecutoribus lamentari non erubescunt. *Quid prodesse nobis prærogativa illa Religiosi hominis potest*, inquit ille, *quod nos Catholicos esse dicimus, quod fideles esse jactamus quod Gothos ac Vandalos hæretici nominis cum probatione despicimus, cum ipsi hæretica pravitate vivamus.*

S. Bernard. ser. 1. de Convers. S. Pauli.

Salv. l. 7. de Provid.

8. S. Leo nostrum mirabiliter promovet intentum in sexto de Epiphania sermone, ubi impetuosas, quæ navim illam cujus ipse per multos annos timonem gessit, in præsentissimum diferimen conjiciunt, declarat procellas & tempestates; De inimico infernali, implacabili fidei persecutore, ita discurrens : *Interdictam dolet sanguinis Christiani effusionem, & quorum obtinere non potest mortem, impetit mores.* Domitiani, Valeriani, & aliorum Tyrannorum persecutiones, Ecclesiæ bonum potius promoverunt, eodem sancto Pontifice alibi sequens hoc desuper perhibente testimonium : *Non minuitur persecutionibus Ecclesia sed augetur, & semper Dominicus Ager fegete ditiori vestitur, dum grana quæ singula cadunt multiplicata nascuntur.* An non ita unicus Laurentius suis universum accendit orbem carbonibus? omnium Christianorum corda calefecit? Quis asturus operatus est serpens? *Non deposuit odium*, inquit idem Sanctus, *sed vertit ingenium, quo sibi mentes fidelium blandius subdat; Tervores proscriptionum, in avaritiæ mutat incendium.* Qui olim Christianos omnibus exuebat bonis, hodie plurimis locupletat divitijs, ut hæ illis in fomentū cedant, atque incentivum malorum omnium : *Quos damnis non fregit, cupiditate corrumpit. Inflammat concupiscentijs, quos non potest vexare tormentis; serit discordias, accendit iras, incitat linguas.* Qui primis in sæculis Martyres tauris æneis, lectisque excruciabat, & incinerabat ignitis, hodie fidelium corda concupiscentia accendit carnali; Et dum hodie carnifices deficiunt, qui in Martyres ferrum vibrent, qui compedes & torturas applicent, ut propter nominis Christi confessionem sanguinem eliciant; Astutissimus serpens dissensiones, rixas, inimicitiasque promovet mortales, ut genus humanum inter strages in odia æterna atque implacabilia præcipitetur. *Illi totius fraudis hic fructus est*, inquit Sanctus Pontifex, *ut, qui immolatione pecudum & thuris incensione non tollitur; quibuslibet ei criminibus serviatur.* Ita Constantius Imperator Arianus ut Catholicos in suam pertraheret sectam, non minas, non supplicia, non compedes adhibuit aut vincula, quin potius ut S. Hilarius ait, blanditijs eos enervare studuit, ideoque de illo dictus S. Præsul ita scribit : *Pugnamus contra persecutorem faventem, contra hostem blandientem, contra Constantium Antichristum, qui non dorsa cædit, sed ventrem palpat; Non trudit carcere ad libertatem, sed intra palatium honorat ad servitutem, non latera vexat, sed cor occupat, non caput gladio dissecat, sed animam auro occidit; non contendit ne vincatur, sed adulatur, ut dominetur.*

S. Leo serm. 6. de Epiph. Diabolus jam non urget effusionem sanguinis Christianorum, sed depravationem morum.

S. Leo ser. 1. de natali SS. Apost. Petri & Pauli. Et quos non terret tormentis, allicit blanditijs & delitijs.

Sic egit Constantius Imperator Arianus.

S. Hilar. l. adv. Constant. Aug.

9. Quod si Ecclesia hisce diebus nostris in ea esset malorum conditione posita, in qua Salvianus illam suis temporibus fuisse repræsentat væ nobis foret, nimis enim cum manifesto periculo interitus impugnanda & persequenda foret; Sic enim dictus Salvianus loquitur : *Grave & luctuosum est quod dicturus sum; Ipsa Dei Ecclesia quæ in omnibus debet esse placatrix Dei, quid est aliud quam exacerbatrix Dei? Aut præter paucissimos quosdam, qui mala fugiunt, quid est aliud pene omnis cœtus Christianorum, quam semina vitiorum?* Undenam putatis persecutiones adversus Religionem Catholicam excitatas suam traxisse originem? Utique à veneratione idolorum, quæ Pagani tamquam Deos adorabant, idcoque Deitatis ipsorum zelantissimi cultores ad mortem usque persequebantur illos, qui se huic cultui opponebant vel contradicebant. Glossa autem Interlinearis super illa verba Judicum (*servierunt Baalim Ac dimiserunt Dominum*) inquit : *Quod quisque super omnia diligit & colit, hoc illi Deus est*; atq; ideo quis non videt majorem fidelium partem propriorum appetitorum falsa adorare numina? Ideoque dum se in cujuslibet sceleris barathrum præcipitant, paulatim fides inter illos totaliter proscribitur; Nam ut S. Isidorus ait : *Christianus malus, dum secundum Evangelium non vivit, etiam ipsam fidem quam verbo colit obvia tentatione facilè perdit.* Idem quoque punctum doctissimus Salmeron his verbis tangit? *Est & alia ratio*, inquit, *cur negligetus bonæ vitæ sit causa hæreseos, nimirum quia Deus in pœnam peccati hominem excæcat, & sibi derelinquit, ut Apostolus posteriori Epistola ad Thessalonicenses expressit dicens : Eo quod charitatem veritatis non receperunt ut salvi fierent, ideo mittit illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio.* S. Bruno Carthusianorum Patriarcha, super Epistolam S. Pauli ad Titum scribens, ait : Illa verba *cum sint incredibiles*

Pauci Christiani veraciter fugiunt vitia.

Salvian. l. 3. de Provid.

Judic. 2. v. 11. & 12. Interlin. ib. Quod quis maximè diligit, hoc pro Deo colit.

S. Isid. l. 2. sent. c. 2.

Salm. Dis. 4. in 1. Tim. 1. Neglectus bonæ vitæ, causat hæreses.

S. Bruno ad Tit. 1.

dibiles, ita exponit, *id est, non habiles credere pro nimietate impietatis suæ; Cum etiam sint reprobati ad omne opus bonum, quia nihil quod boni similitudinem habeat operantur. Plerumque enim quidam infideles faciunt talia, quæ licet verè bona non sint, bona tamen esse videntur.* Hi igitur per scandala sua multos alios depravant, ipsoque hæreticos & fidei inimicos in suis erroribus confirmant & pertinaces efficiunt.

DISCURSUS XIII.

ARGUMENTUM.

Christiani qui Deum non timent, ipsis sunt dæmonibus pejores, magisque quam Pagani & Judæi reprehendi & castigari merentur.

THEMA.

Tu credis quoniam unus est Deus, bene facis, & dæmones credunt & contremiscunt. Jac. 2. v. 19.

S. Aug. l. de fid. & op. c. 14.

1. S Augustinus in libro *de fide & operibus ejus* de fide bonis operibus asserenda diffusè disserit, & præcitatum S. Jacobi textum in medium adducens inquit: *Jacobus tam vehementer infestus est eis, qui sapiunt fidem sine operibus valere ad salutem, ut illos etiam dæmonibus comparet, dicens: Tu credis quoniam unus est Deus, & bene facis, & dæmones credunt & contremiscunt. Quid verius, brevius, vehementius dici potuit.* Nam S Matthæus cap. 8. ipsos quoque Spiritus infernales Christi divinitatem confessos fuisse refert, dicentes: *Quid nobis & tibi Jesu Fili Dei? Venisti huc ante tempus torquere nos.* Circa quæ verba Glossa dæmones alia quoque vice eamdem confessionem fecisse observat, dicens: *Scriptum est exibant dæmonia ab hominibus clamantia & dicentia, quia tu es Filius Dei, sed & legio quæ homines obsidebat, timens clamabat, quid mihi & tibi Fili Dei summi?* Ex quibus præmissis hanc infert consequentiam, illos nimirum qui in Deum credentes eumdem non timent, ipsis esse pejores dæmonibus: *Qui ergo*, inquit, *Deum non credunt, vel creditum non timent dæmonibus tardiores & protervio-res sunt.* Salvianus circa hanc S. Jacobi propositionem prolixè discurrens interrogat: *Numquid erravit ut demoni Christiani fidem compararet? Non utique, sed ostendere illud volens, quod supra dictum est, quia sine operibus bonis nihil sibi per fidei supercilium deberet.*

Matth. 8. v. 28.

Gloss. fac. 2. ibid.

Salv. l. 4. de Provid.

2. S. Bernardus in sermone quodam in Synodo declamato ad Ecclesiasticos conversus fè credere dicit, neminem esse hæreticum, sed omnes credere in Deum Trinum & unum, eumque passum, & sepultum cœlos ascendisse & de cœlis ad judicandum venturum esse; Mox vero eosdem interrogat dicens: *Facitne tamen hæc fides Catholicum? hac fide utique dæmones essent Catholici, quia ut dicit Jacobus credunt & contremiscunt. Verum utique Catholicum facit, non fides communis dæmonibus & hominibus, sed ea tantum quæ communis est hominibus & Angelicis spiritibus. Quæ est illa? quæ per dilectionem operatur.* Salvianus multos impios Christianos in hoc dæmonibus similes esse dicit, quia licet hi credant in Christum, in sua tamen obstinatione & odio contra Deum pertinaciter perseverant; Unde ait: *Idcirco autem à dæmonibus Deum credi scilicet ut sicut dæmones cum Deum credunt, tamen in perversitate perdurant, ita & quosdam homines quasi credulitatem dæmoniacam habere, qui cum se Deum credere asserant, tamen à malo opere non cessant.* Quod vero nobis impie viventibus summam causat confusionem & ignominiam, est verbum illud Jacobi à prædicto Salviano optimè ponderatum, scilicet quod *dæmones contremiscant*; Unde ait: *Subjungit autem ad pudorem & condemnationem horum peccatorum, non credere solum dæmones Dei nomen, sed etiam timere & contremiscere. Hoc est dicere; Quid tibi blandiris ô homo quisquis es, credulitate, quæ sine timore atque obsequio Dei nulla est? Aliquid plus dæmones habent, tu enim unam rem habes tantummodo, illi dicas; Tu credulitatem habes, non habes timorem, illi credulitatem habent pariter & timorem.* Unde Glossa super illa verba S. Pauli ad Titum: *Confitentur se nosse Deum, factis autem negant,* sequens nobis suggerit consilium: *Adjungite fidei rectæ vitam rectam, ut Christum confiteamini, & verbis vera docendo, & factis bene vivendo, nam si confitemini verbis & non factis, fides talium proprie fides est dæmoniorum.*

S. Bernd. ser. ad Past. in Synod.

Credere verbis, & non factis est fides dæmoniorum.

Salvian.

Tit. 1. 16. Gloss. ibid.

3. Christiani quoque malè viventes ipsis sunt Paganis; infidelibus, & Hebræis deteriores, de illis namque malis Christianis celebre illud S. Petri habemus testimonium, quod scilicet illis post factam in baptismo fi-delitatis Christo debitæ promissione retro abeuntibus & recedentibus melius foret, si nullam umquam veritatis lucem & notitiam accepissent: *Melius enim erat illis,* inquit Apostolus, *non cognoscere viam justitiæ, quam post agnitionem retrorsum converti, ab eo, quod illis traditum est, sancto mandato.* Unde S. Thomas de Villa nova Christianum propriam salutem negligentem his verbis interrogat: *Quid tunc dicturus es ô Christiane? Quid responsurus es ô contemptor? dicet forsitan gentilis nescivi, dicet Indus, non audivi; dicet Paganus non intellexi. Tu vero miser quid dicturus es?* Salvianus cuidam sibi propositæ quæstioni, an scilicet magis rei sint Pagani, an vero mali Christiani, quando ambo pariter sunt vitiosi, his verbis satisfacit: *Quibus respondendum est, non veritatem his obesse sed vitia, nec legem nocere, sed mores;* Quasi diceret, dum nos Christiani magis sumus culpabiles, hoc non ex defectu legis quam profitemur contingit, sed ex mera malitia nostra, imò *lex Domini* ut Regius David veridico Spiritus Sancti calamo scribit, *immaculata convertens animas.*

Christiani male viventes, sunt peiores paganis & Judæis.

2. Pet. 2. v. 21.

S. Thom. de Villanova Conc. de Ascens.

Salv. l. 3. de Provid.

Ps. 18. v. 8.

4. Omnibus palam notus est Textus ille Apocalypticus in quo dicitur: *Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus, utinam frigidus esses, aut calidus, Sed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus incipiam te evomere ex ore meo.* Sed dicet aliquis numquid melius est aliqua ex parte calidum esse quam penitus congelari præ frigore? ad sensum spiritualem recurramus oportet; per hominem namque tepidum fidelis designatur in bonis negligens operibus, qui Religionem quidem professus est Christianam, sed nulla præstat conformia illi opera; Per hominem autem frigidum idololatra significatur, nullamque veri Dei habens notitiam, qui Deo minus exosus est quam ille; Ideoque Salvianus in hujus Textus Glossa discurrit: *Utinam frigidus esses, hoc est dicere; Utinam aut calorem ac fidem haberes bonorum Christianorum, aut certe frigus & ignorantiam paganorum, aut enim fides te calida Deo insinuaret, aut certè ad præsens adhuc legis ignorantia aliquatenus excusaret, nunc autem quia Christum jam agnovisti, Et negligis, quem agnovisti, projicieris per teporem.* Quem Discursum per allegatum istum S. Petri Textum: *Melius erat ei &c.* confirmat dicens: *Quod evidenter exposuit de vitiosis & tepidis, id est, malè viventibus Christianis.*

Apoc. 3. 15. Ibid. v. 16.

Utrum non sit melius tepidum esse, quam plane frigidum.

Salv. l. 4. de Provid.

5. Apostolus ad Romanos scribens, ita eos inter cætera verba alloquitur: *Circumcisio quidem prodest, si legem observes; si autem prævaricator legis sis, circumcisio tua præputium facta est.* Quando hæc Apostolus loquebatur, circumcisio jam tum abolita, ipseque ad novæ legis Evangelicæ prædicationem electus erat, cur igitur circumcisionis meminit? Salvianus Apostolum circumcisionis nomine Christianismum intellexisse advertit inquiens: *Circumcisionem autem Christianitatem intelligendam ipse evidentissime docet dicens. Nos enim sumus circumcisio qui spiritu Dei servimus, & non in carne confidimus.* Per ly *præputium* autem certum est gentiles intelligi; Fideles itaque legis Christianæ transgressores idololatras effici concludit Apostolus; Unde idem Author subjungit, inquiens: *Ac per hoc videmus, quod malos Christianos Paganis comparat, nec comparat tantum, sed pene postponit.*

Rom. 2. v. 25. Mali Christiani ab Apostolo postponuntur penè paganis.

Salv. ibid.

6. S. Thomas de Villa nova suum convertens sermonem, ad unum impiorum, qui absque timore Dei, characteris, & sacrosanctæ professionis suæ per quam Ecclesiæ obligatus erat, oblitus vivebat, ita eum alloquitur: *Quid dicturus es in judicio, solo nomine & professione Christianus, vita & moribus plus quam Paganus?* Verissimum utique assertum quia ut Salvianus loco citato, nostram quam præ barbaris obligationem habemus, examinans concludit: *Ex hoc deteriores sumus, si meliores non sumus, qui meliores esse debemus, criminosior enim culpa est, ubi honestior status, si honoratior persona peccantis, peccati quoque major invidia.* In cujus confirmationem exemplum adducit à fure, seu latrone desumptum; Quamvis enim furtum damnatum sit in omnibus, nihilominus si senator delinqueret in simili, longe scelus ejus abominabilius foret, ratione dignitatis. Iterum omnibus inhibita est fornicatio, nihilominus à Religioso commissa, longe reprehensibilissima foret. *Ita & nos,* inquit ille, *qui Christiani Catholici esse dicimur, si simile aliquid barbarorum imparitatibus, facimus, gravius erramus: Avocius enim sub sancti nominis professione peccamus: Ubi sublimior*

S. Thom. de Villa nova Conc. in Dom. 3. Adv. Christianorum culpa gravior est quam Paganorum.

sublimior est prærogativa, major est culpa; Et ipsa etiam errores nostros Religio, quam profitemur accusat.

Job 40. v. 18.

7. Job de inimico infernali sub nomine Behemoth tractans, alias inter proprietates & descriptiones ejus asserit, quod flumina & in specie quidem Jordanem se absorpturum speraret. *Ecce absorbebit fluvium & non mirabitur, & habet fiduciam, quod influat Jordanis in os ejus.* Neglectis reliquis aquis, soli insidiatur Jordani; Cur non potius (interrogaverim ego) contra barbaros, & idololatras, quàm contra illos, qui in aquis baptismalibus loti sunt, suas exercet vires? Audite S. Gregorij responsum: *Neque enim pro magno diabolus habuit, quod infidelis tulit, sed toto nunc amisso in illorum mortem se erigit, quos contra se regeneratos tabescit. Nemo igitur sibi fidem sine operibus sufficere posse, confidat, cum scimus quod scriptum sit, fides sine operibus mortua est; Nullus Behemoth morsum ex sola confessione fidei planè evasisse se existimet, quia jam quidem fluvium absorbuit, sed adhuc Jordanem sitit, & toties in os illius Jordanis influit, quoties Christianus quisque ad iniquitatem desinit.*

S. Greg. l. 33. mor. c. 6.

8. Considerari quoque merentur illa ad Romanos scripta verba: *Lex enim iram operatur,* Ex quo enim lex Dux & Regula est omnium operum humanorum potius dicendum videbatur, quod *lex lux sit & via vitæ;* Et tamen revera meram verba illa veritatem continent, dum verbis sequentibus explicantur, quibus Apostolus dicit: *Ubi enim non est lex nec prævaricatio:* Nam ut Salvianus inquit: *Hoc dicto utique ostendit Christianos tantum eum peccaverint legis prævaricatores esse; Paganos autem, qui legem nesciant, sine prævaricatione peccare, quia nullus potest esse rei prævaricator quam nescit. Nos ergo tantum prævaricatores sumus divinæ legis, qui legem legimus & non facimus eam, ac per hoc nihil est aliud scientia nostra, quam culpa, qui ad hoc tantummodo legem novimus, ut majori offensione peccemus, quia quod lectione & corde novimus, libidine ac despectione calcamus, & ideo rectissimè Apostolicum illud ad omnem dicitur Christianum: Qui in lege gloriaris, per prævaricationem legis Deum inhonoras, nomen enim Dei per vos blasphematur inter gentes; cujus ergo criminis rei sint Christiani, ex hoc tanto intelligi potest, quia nomen Dei infamant.*

Rom. 4. v. 15. Quomodo lex Christianorum operetur iram.

Prov. 6. v. 23. Rom. 4. v. 15 Salv. l. 4. de Provid.

9. S. Bonaventura in sermone de Cathedra S. Petri, Catholicum impium culpabiliorem Pagano esse probare volens, sequens format argumentum: Demus casum quod duo ad serviendum cuidam Domino sint astricti, & tamen ambo debitum illi servitium exhibere renuant; Domino vero neglectus ipsorum causam postulanti primus respondeat: Ego te Dominum meum esse ignoro nec te cognosco; Si enim te legitimum supra me Dominum habere scirem, utique non servirem alteri: Alter vero diceret; *Scio bene & sentio te Dominum meum esse, sed nolo tibi servire, nunquid non valde gravius offenderet Dominum iste secundus, cum ille Dominum non contemnat, hic vero contemnat & omnino ingratus existat?* Idem quoque Seraphicus Doctor exemplum adducit S. Macharij, qui in deserto invento mortui hominis cranio, illud cujus esset interrogavit; Quod protinus se Sacerdotis idolorum cranium esse respondit, Interrogatum vero denuo, an in inferno sub se inferiores haberet, qui acerbius torquerentur, respondit: *Sunt quidem inferiores nobis Judæi qui Dominum cognoverunt, & legem ab eo acceperunt, & adhuc inferiores cæteris mali Christiani sunt, qui redemptionis beneficium cognoverunt, & ex hoc ingrati fuerunt.*

S. Bonav. ser. 1. in Cath. S. Petri.

S. Bonav. Exemplum.

10. Quidam valde illuminatus Dei servus dicere solebat ad infernum pagani, ad infernum Turcæ, ad infernum Atheistæ: ad infernum Hebræi; at vero ad profundissimum inferni barathrum mali Christiani, sicut lumen eorum ita & tenebræ eorum, ac proinde idem Seraphicus in alio quodam sermone salubriter monet dicens: *O quantum tenentur Deum laudare, Deum amare, Deum prædicare, qui ad hoc vocati sunt ut Deum agnoscant, & Christiani fiant, & cum Saracenis & aliis multis in errore non permaneant, sed væ talibus si Deum cognoscunt, sed non ut Deum honorant. Non servientes Deo Christiani, plus quam Saraceni & Pagani puniendi sunt.* Ac proinde quando contra Judæos ira accendimur eo quod Christum benefactorem suum lapidare & occidere, moliti fuerint, ingrediamur intra nosmetipsos, nosque malis moribus nostris ipsis longè reprehensibiliores magisque reos esse consideremus; Qua de re S. Ambrosium audiamus his verbis loquentem: *Videte fratres, ne per opera vel cogitationes malas lapideris Jesum, lapideris Salvatorem cum Judais incredulis, de quibus hodie dicitur: Tulerunt ergo lapides Judæi ut jacerent in eum; foriè dicitis malum fecerunt Judæi, qui eum lapidare voluerunt & qui eum crucifixerunt scimus & firmiter credite, quia hoc faciunt Christiani hodie male viventes, eo quod tunc vitijs Christum persequuntur.* Unde D. Chrysostomus ait: quod si Judæi severè examinandi, & puniendi sunt, multo magis nobis timendum & tremendum erit: *Quam nos veniam speremus esse assecuturos? cujusmodi excusationem præteximus nostri purgandi causa? quo tanta gratia cumulati, inexplicabili etiam cohonestari honore? Ad hæc qui sine certa percipimus nobis promissam immortalitatem & ecce ad parem illis devolvimur paupertatem.*

S. Ambros. ser. 44.

Pravi fideles lapidant Jesum.

D. Chrysost. T. 3. enarr. in Isa. c. 2.

11. S. Hieronymus ad improperium illud apud Ezechielem civitati sanctæ Jerusalem factum videlicet: *Radix tua & generatio tua de terra Chanaan* se reflectens dicit: *Quod si Jerusalem, cujus tanta nobilitate erat, quæ de Abraham, Isaac, & Jacob stirpe descendens Deum habuit Patrem, audivit: Radix tua, & generatio tua de terra Chanaan, Pater tuus Amorhæus & Mater tua Gethæa. Si illa inquam hoc audivit, quid de nobis fiet, qui vocati ex gentium sordibus, omnem maculam in lavacro Salvatoris amisimus? Si polluerimus indumentum & non habuerimus in convivio vestem nuptialem?* S. Antonius de Padua de Judæis scribit: *Christo sitienti in cruce, non calicem aquæ frigidæ, sed acetum felle mixtum obtulerunt, qui cum gustasset, noluit bibere, qui amaritudinem, id est culpam panæ gestavit nostræ, sed culpam non sibi incorporavit. Hoc idem faciunt Jesu Christo, falsi Christiani pejores Judæis.* Idem quoque Sanctus in hoc vino myrrhato tria confiderat; *Primo fuit acerbum; secundo vinum depuratum; Tertio deterioratum fuit in acetum; sic falsus Christianus ante Baptismum fuit uva agrestis & acerba, quia infidelis:* [*Omnes, inquit Apostolus Ephes. 2. nati sumus filij iræ,*] *suscepto baptismo factus est quasi vinum odoriferum, scilicet per fidem; sed postea deterioratum est in acetum, scilicet per mortale peccatum, quod quantum in se est propinat Christo, non Deo in cruce pendenti, sed jam in cælo regnanti.*

Ezech. 16. v. 3. S. Hieron. Propinant ei acetum felle mixtum.

S. Ant. de Pad. f. in Dom. 23. post Pent.

Juxta Ephes. 2. v. 3.

12. Verum enimvero ut Discursus noster denuo ad paganos revertatur, ad diminutionem malitiæ ipsorum considerandum est, quod si fuerint adulteri, hoc ipsis condonandum sit, quia adorabant Jovem adulteriis deditum; si latrones fuerunt, mirum non est, siquidem Mercurio rapaci cultum latriæ præstabant, & sic deinceps de omnibus alijs execrandis vitijs discurrere licet, quorum illis in varijs quæ venerabantur falsis numinibus exempla pessima præluxerant; Unde Seneca inquit: *Quid est aliud Authores vitiorum efficere Deos, quam vitia nostra incendere, & dare morbo vitiorum, exemplo divinitatis excusatam licentiam;* At vero quam nos in comparatione ipsorum adducere excusationem poterimus, qui fidem adeo sanctam profitemur, quique præterquam quod talem adoremus Deum, qui ipsissima sanctitas est, innumera insuper habemus Sanctorum exempla quæ imitemur, & tamen vitam ducimus abominabilem & scandalosam: Hæ erant gentilium querelæ, quibus teste Salviano Evangelij sequaces lacerabant. Unde idem zelosissimus Episcopus hæc verba subjicit: *In nobis Christus patitur opprobrium, in nobis patitur lex Christiana maledictum, de nobis enim illud quod supra diximus, dicitur: Ecce quales sunt qui Christum colunt; falsum plane illud est quod ajunt se bona dicere, quod jactant se sancta legis præcepta retinere; Si enim bona dicerent, boni essent. Sancta à Christianis fierent, si sancta Christus docuisset; æstimari itaque de cultoribus suis potest ille qui colitur; Quomodo enim bonus Magister est, cujus tam malos videmus esse discipulos?*

Seneca lib. de brevit. vitæ c. 16.

Christianorum minime, & qua de causa.

Salv. l. 4. de Provid.

DISCURSUS XIV.

ARGUMENTUM.

Fideles, eo quod promissiones in baptismo factas non impleverint, & communicato fidei lumini, nec præclaro Christiano nomini, quo insigniti fuêre, operibus non corresponderunt severissime punientur.

THEMA.

Servus qui cognovit voluntatem Domini sui ... & non fecit, ... vapulabit multis. Luc. 12. ℣. 47.

1. EX quo dum animæ nostræ character baptismalis imprimitur, nos ad divinum servitium exactè

Quo strictius nos obligavimus ad serviendum Deo, eo gravius punimur si non faciamus.

& inviolabiliter præstandum obligamus; Dei quoque veri lumen & notitiam recipimus, ejusque voluntati nostram attemperamus, consequens omnino est, ut si infideles & perfidi fuerimus, severissima justitiæ vindicativæ Dei supplicia nobis concilemus; Et hæc sunt quæ Christus nobis in propositi thematis verbis comminatur dicens: *Servus qui cognovit voluntatem Domini &c.* Unde verissimum est illud à Salviano Christianis sui sæculi traditum monitum, in quo ait: *Utinam nesciremus, minor esset ignorantiæ reatus, secundum illud: Qui nescit voluntatem Domini sui, vapulabit paucis: Qui autem scit, & non facit eam, vapulabit multis.* Quod ipsum S. Paulus quoque dicere voluit, quando magnam hanc protestationem fecit dicens; *Voluntarie enim peccantibus nobis, post acceptam notitiam veritatis, jam non relinquitur pro peccatis hostia, Terribilis autem quædam expectatio judicij & ignis æmulatio*, unde efficax format argumentum dicens: *Irritam quis faciens legem Moysi, sine ulla miseratione, duobus, vel tribus testibus moritur; quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei conculcaverit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit.* Pagani, Mahometani, Judæi, quos sanguis Christi in Sacramenta transfusus non abluit, quemadmodum nos, neque aquæ baptismales sanctificarunt, ipsum minus conculcant, quam nos dum male vivimus. Non ipsi, sed nos cum Christo promissa stipulatis manibus inivimus, quando sub ipsius labaro militare cœpimus; nihil horum infideles attentarunt; nos qui in veritatibus Evangelicis catechizati sumus, nullam, quemadmodum illi, inscitiam prætendere possumus. Ecce igitur vobis causam cur inexcusabiles futuri simus, majoribusque supplicijs subjiciendi. *Utique hoc ipso*, inquit Salvianus, *magis per nomen sacratissimum rei sumus, quia à Sancto nomine discrepamus; nam & ideo plus sub Religionis titulo Deum lædimus, quia positi in Religione, peccamus.* Quam eamdem doctrinam his verbis expressit D. Chrysostomus: *Non tam enim quasi homo simpliciter, sed ut Dei filius peccans, severius punieris, & ipsa excellentia dignitatis majoris, tibi fiet causa supplicij.*

Pagani & Judæi Christi sanguine non abluti, minus peccant quam nos qui eo abluti sumus.

Salv. l. 3. de Provid.

D. Chrys. Hom. 12. in Matth.

2. Deus noster quondam de suis fidelibus lamentaturus, ita per os Psalmistæ indignabundus loquitur: *Filij alieni mentiti sunt mihi.* Quæ verba ita S. Antonius de Padua ad nostrum explanat intentum: *Falsi Christiani filij alieni, id est, filij Diaboli, qui mentiti sunt Domino, pactum baptismi violando, duris peccatorum lapidibus, Patrem & Dominum suum Christum, à quo denominati sunt Christiani; quantum in ipsis est, quotidie lapidant, & ipsum, id est, fidem ipsius interficere conantur.* Quam eamdem stipulationis & promissionis nostræ obligationem, quam in sacro lavacro contraximus Christiani, sanctus quoque Thomas à Villanova ventilans ait: *Professio tua altissima est, si eam bene consideres, ut credo, totus contremisces. Ecce in baptismo quando professus es, hanc regulam, & patrini tui quasi fidejussores tui, tuo nomine tecum astiterunt coram Deo in Ecclesia.* Deinde ad interrogationes nostrasque in baptismo responsiones se reflectens, subnectit: *Primo interrogatus es; abrenuncias Satanæ, & omnibus pompis ejus? & ore illorum respondisti, abrenuncio; non enim poteras Deo servire & dæmoni; deinde, immersus es in aquam, Domino consepultus, ut soli illi vivas, qui suam vitam dedit pro te mortuus mundo. Deinde tertio, unctus chrismate & oleo sancto, & sanctificatus Domino, in tabernaculum, Domicilium, & sanctuarium sempiternum. Quarto, indutus es veste candida, & dictum est tibi accipe vestem candidam immaculatam, quam præferas ante tribunal Christi, per quam designatur innocentia baptismalis. Quinto, data est tibi lucerna ardens, quæ designat fidem charitate formatam, quam pollicitus es incensam conservare usque ad mortem. Ecce tuam professionem.* Quibus dictis, per hanc considerabilem propositionem Discursum concludit; *An servaveris eam, tu videris.* Promissionem autem fallere, fidemque Deo datam derisui habere, sæpe homini vitæ impendio luendum est, quid enim putas Deus facturus est? *Deus non irridetur*, longas enim manus habet, quas nemo evadere poterit. Divum quoque Chrysostomum audiamus hac de re loquentem; *Quibus te indicijs*, inquit, *ego Christianum potero agnoscere? an quia sacrati aquas fontis ingressus es? At hoc ipsum quod tibi datum fuerat ad salutem, sit tibi gravioris causa supplicij, honoris siquidem magnitudo, his qui non digno vitam honore, cumulus incipit esse pœnarum.* Est quoque terribilis illa S. Cyrilli Alexandrini sententia, quæ serio ponderata, quemlibet consternare potest impium Christianum; dicit enim: *si quis post justificationem recidat in peccata, fidem in se ipso quasi occidit.*

Ps. 17. v. 46. S. Anton de Pad. Dom. Pasc. Mali Christiani, sunt filij alieni, dum violant pactum baptismale.

S. Thom. à Villanova Conc. in Dom. 3. Adv. Expenduntur interrogationes baptismales.

S. Cyr. Alex. in c. 4. Malach. v. 7.

3. Ex quo tu graviter scandalizaris, & abominaris illum, qui in tui præsentia publice fidem abjurat, cur non quoque detestaris temetipsum, qui eamdem fidem execrandis sceleribus & operibus tuis impiis ejurare convinceris, teque constituis de numero eorum, qui *confitentur se nosse Deum, factis autem negant.* Quem textum S. Anselmus commentans ait: *Nec arbitrandum est in die judicij illos tantum à Dei Filio denegandos, qui in Martyrio Christum negaverunt, sed per omnia opera & sermones atque cogitationes, Christus vel negatus negat, vel confessus confitetur.* Enimvero proverbium est omnibus notum, quod *habitus non faciat Monachum*; ita quoque ut quis sit Christianus, tanto dignus nomine non sufficit, quod legis Christi Professor existat, nisi etiam conformiter eidem legi operetur, unde Salvianus ait: *Nihil usque nobis prodest, si lex est bona, si vita nostra & conversatio non est bona, lex enim bona est muneris Christi, vita autem non bona, criminis, nostri, imo hoc magis culpabiles famus, si legem bonam colimus, & mali cultores simus.* Idem quoque Salvianus probare nititur, quod in fidelibus sui temporis eadem regnabant vitia quæ in Barbaris, demum vero subjungit: *Hoc interest, quod si eadem agant Barbari, quæ & nos agimus, nos tamen majori offensione peccamus*, cujus sequentem convincentem reddit rationem; Nam Barbari *legem & Deum nesciunt, nihil contemptu agunt cœlestium præceptorum, præcepta Domini nescientes, quia non facit aliquid contra legem legis ignarus. Noster ergo hic peculiariter reatus est, qui legem divinam legimus, & legalia semper scripta violamus, qui dum nosse nos dicimus, & jussa ipsius ac præcepta calcamus, ac per hoc eum spernamus, quem coli à nobis credimus, atque factamus: idipsum quod cultus Dei videtur, injuria est.* S. Augustinus in libro de vita Christiana sequens post se scriptum reliquit documentum: *Non in hoc nobis nomen tantum, quo Christiani dicimur, blandiamur, sed propter hoc etiam non judicandos credamus, si nomen nobis frustra vendicemus alienum.*

Salv. l. 4. de Provid. Nihil prodest lex bona, si vita sit mala, Salv.

S. August. de vit. Christ. cap. 6.

4. Deus olim Abrahæ in primum credentium Patrem & Patriarcham electo, nomen mutasse in libro Geneseos legitur; *Nec ultra vocabitur*, inquit Deus, *nomen tuum Abram sed appellaberis Abraham, quia patrem multarum gentium constitui te.* Circa quod Oleaster sequens movet dubium, videlicet: *Cur Deus eis, quos ad manus aliquod eligit, nomina mutare solitus est?* hujus enim exemplum non solum in Abraha, sed & in Sara conjuge ejus, nec non in Jacob & S. Petro habemus; cui dubio hanc subnectit responsionem. *Hoc facere videtur, ut quotiescumque nominis sui memores fuerint, toties in gratiarum actionem prorumpant, & meminerint mores in melius de cætero mutare.* Sic quoque quando nos profitemur, & nominamus nos Christianos, sciendum nobis est, quod huic nomini per dignos mores correspondere obligemur; ac proinde necessario ob oculos ponere debemus illam S. Cypriani gloriosissimi Catholicæ fidei defensoris sententiam dicentis: *Fidelem non oportere ob alia delicta, nisi ob nomen solum puniri.*

Gen. 17. v. 5. Cur Deus quibusdam fidelibus mutaverit nomen. Oleaster. Ibid.

S. Cypr. l. 3. ad Quirin. n. 17.

5. S. Bernardus varias nobis præscribit fidei distinctiones, easque sigillatim declarat, dicens: *Dicitur fides mortua, fides ficta, fides perversa, fides recta. Omnes enim homines in eo quod Christiani vocantur, Christo adhærere dicuntur. In eo quod Christiani sunt, fidem Christi habere dicuntur, sed quorumdam mortua, quorumdam ficta, quorumdam perversa, quorumdam Catholica. In prima, superbi & luxuriosi, pecuniæ cupidi, fures, latrones, & alij hujusmodi. In secunda, sunt non obedientes Patribus spiritualibus, ingrati de donis cœlestibus, qui sunt sine affectione fraterna, sine pace charitatis, fratrum criminatores, iræ incontinentes, voluptatum amatores magis quam Dei, habentes speciem pietatis, virtutem ejus abnegantes. In tertia, sunt hæretici contra Deum elati, de suis erroribus superbi, in Deum blasphemi, per omnia alijs deteriores & scelestiores, omnes isti conculcant Dominum Jesum Christum.* Demum vero fideles, qui nomen Christianorum & quidem Christianorum Catholicorum vere merentur, manifestando, his verbis concludit: *In fide Catholica sunt mites, patientes, mansuetæ, humiles, virgines, casti, continentes, dilectores Dei & proximi, & ad omne opus parati.*

Orig. Hom. 11. in Exod.

Salv. l. 4. de Provid.

Fidei varietas adducitur.

6. S. Tho-

Qui Christum non sequitur, Christianus nominandus non est.

6. S. Thomas à Villanova impium Christianum monet, ut cum in operibus suis sit mundanus, ne dicam paganus, non glorietur de nomine, & professione sequacis Christi, quod si vero Christianus dici & esse velit, operetur ea quæ Christiani sunt hominis; imitetur Christum, ejusque documentis vitam suam conformet; Nam *si Christum non sequeris*, inquit, *qua ratione Christianus nuncuparis?* Idem quoque Sanctus Archipræsul Athenis multas Philosophorum sectas fuisse considerat, quorum alij Platonici, alij Pythagorici, alij Epicurei, alij Stoici dicebantur, quorum singuli studiose Magistri sui sectabantur dictamina, ac proinde subjungit, quid igitur dicendum de te qui Professioni Catholicæ nequaquam conformiter vivis; *Cur Christi doctrinam amplecteris, & vitam in contrarium agis & nomine Christianus, vita mundanus? O nimiam cæcitatem! ô maximam mundanorum stoliditatem! Christo applaudunt vocabulo, & opere contradicunt, quasi non ipse cum venerit, veros à falsis nosverit discipulos separare.*

S. Thom. à Villanova Con. 2. in Nat. Dom.

S. Bonav. 7. l. 2. Comp. Theol. cap. 25.

7. *Vapulabit multis.* Doctor Seraphicus rationem reddens, cur irremissibile sit dæmonis peccatum, inter alias hanc assignat: *Quanto nobilior est cognitio, tanto pejor est error, servus enim sciens voluntatem Domini sui & non faciens vapulabit multis.* Adversus Heli filiorum sacerdotem terribilem hanc comminationem à Dei fulminatam fuisse legimus: *Idcirco juravi Domui Heli, quod non expietur iniquitas Domus ejus victimis & muneribus usque in æternum*; finis quoque vitæ ejus miserabilis fuit, quia retrorsum cadens morte repentina fuit extinctus: *Cecidit de sella retrorsum... & fractis cervicibus mortuus est.* Ubi Origenes casum hunc in loco sacro accidisse, ac proinde mortalem & irreparabilem fuisse observat; simulque ad propositum nostrum subjungit, dicens: *Talis est ergo iste locus, ubi est Heli, pro peccato enim retrorsum cadens expiravit, & nunc si quis retrorsum corruerit à fide & veritate, necesse est ut cadat, & continuo moriatur.* Væ ergo illi, qui in loco sacro cadit id est, in Ecclesia fidem nostram profitendo scelerate vivit.

Peccatum Heli fuit irremissibile, & quare.

1. Reg. 3. v. 14. 4. Reg. 4. v. 18.

Orig. Hom. unica in lib. Reg.

8. Apud Jeremiam Deum adversus Jerosolymam graviter iratum dixisse legimus: *In furore & indignatione mea facta est mihi civitas hæc*, cujus in verbis præcedentibus assignarat rationem, dicendo: *Erant filij Israël & filij Juda jugiter facientes malum in oculis meis*; ubi Septuaginta legunt: *Erant filij Israël & filij Juda soli facientes malum*; In originali Hebræo pariter quoddam verbum est idem significans, quod *tantum*. Unde D. Hieron. circa hunc textum quærit, cur Judæi soli Deum offendisse dicantur, cum tamen aliæ quoque nationes circumvicinæ Deo contumeliam intulerint maxime per idololatriam? certum enim est, quod gentiles certatim falsis numinibus latriæ cultum in Dei veri contumeliam exhibebant. Respondet vero S. Doctor magnam esse differentiam inter eum, qui ex malitia & deliberata voluntate Deum offendit, & alium qui idipsum ex ignorantia facit, *qui habet notitiam Dei, & recedit ab eo, solus peccat in oculis Domini, qui vero increduli permanserunt, quasi illo non vidente & negligente delinquunt*; Id quod Deus notanter exprimit, dum injurias illas, in oculis suis, id est, coram facie sua proterve illatas esse dicit. Prædictorum verborum sensum melius ex quadam Origenis Homilia deducere possumus, vetustus enim hic Scriptor ait: *Qui plenioremi scientiam Dei acquirunt, isti etsi magis malum faciant, coram Deo faciunt, & in conspectu ejus faciunt, sicut ille qui dixit: Tibi soli peccavi, & malum coram te feci.*

2. Reg. 12. v. 13. Gravius peccant fideles, qui malis moribus retrahunt infideles à fide.

Mali Christiani soli dicuntur peccare in oculis Dei.

Ibid. v. 30. Septuag. S. Hier. Ibid.

9. Salvianus à Propheta Regio commissum scandalum ex eo capite multum exaggerat, quia nimirum vir erat adeo illuminatus, & lucerna non sub modio, sed super candelabrum Israël posita; & ideo, licet Deus culpam ei remiserit, dicente Nathan Propheta: *Dominus quoque transtulit peccatum tuum*, illum tamen severissimis pœnis castigatum voluit, unde idem Salvianus hanc deducit consequentiam: *Ex quo intelligi potest, quod nullum penitus majoris piaculi crimen est, quam blasphemandi causam gentibus dare; Quicumque enim sine blasphemia aliorum graviter erraverit, sibi tantum affert damnationem: Qui autem alios blasphemare fecerit, multos secum præcipitat in mortem, & necesse erit, ut sit pro tantis reus, quantos secum traxerit in reatum.* Hoc autem idem Salvian. malis Christianis solum proprium esse censet, qui malis moribus suis in causa sunt, cur infideles religionem nostram aspernentur & contemnant, non reflectentes ad errorem illum, quo multi se obnoxios faciunt, dum fidem à moribus discernere nesciunt: *Qui blasphemare alios peccans fecerit, necesse est peccatum hujus supra criminis humani esse mensuram, quia per convitia plurimorum inæstimabilem Deo facit injuriam.* Hoc autem malum peculiariter tantum Christianorum est, quia per eos tantummodo blasphematur Deus, qui bona discunt, & mala faciunt.

Salv. l. 3. de Provid.

10. Verum enimvero non abs re erit, si quod Apostolus ad Roman. scribens, detestatur, audiamus, quidquid enim ibi dicit Christianismo, si depravatus sit, adaptari poterit; dicit enim: *qui abominaris idola, sacrilegium facis; qui in lege gloriaris, per prævaricationem legis, Deum inhonoras, nomen enim Dei per vos blasphematur inter gentes.* Quæ verba quod ad sensum literalem Lyranus sequentibus verbis exponit: *Per hoc quod Judæi coram gentibus dicebant se esse populum peculiarem Dei, per legem sibi divinitus traditam, & transgrediebantur eam male viventes, ex hoc dabant occasionem gentibus blasphemandi Deum, qui sibi elegerat talem populum, & sic peccatum eorum aggravabatur.* Idem quoque est populi Christiani reatus si male vivat, quod scilicet non solum propriorum peccatorum rei sint, verum etiam malorum exemplorum & scandalorum, quæ inimici Dei & Ecclesiæ ex eorum peccatis recipiunt.

Deductio ejusdem argumenti. Rom. 2. v. 24.

Lyran. Ibid.

11. Salvator noster quibusdam civitatibus in quibus varia patrarat miracula, ex quibus nullum incolæ fructum faciebant, graviter comminatus fuit; dicit enim S. Matth. *Tunc cœpit exprobrare civitatibus, in quibus factæ sunt plurimæ virtutes ejus, quia non egissent pœnitentiam: Væ tibi Corozain, væ tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in vobis olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent.* Acute enim notat Jansenius Christum de hisce civitatibus non ideo fuisse lamentatum, quod eum non recepissent aut vero, quod ejus prædicationi fuissent incredulæ, sed quia non fecissent in cinere & cilicio pœnitentiam, quid igitur dicturus fuisset, si receptam fidem scandalis suis conculcassent? *Nota*, inquit Jansenius, *Dominum culpare has civitates non in eo quod non crediderint, sed quod non egerint pœnitentiam, multi enim, ut est verisimile, in illis civitatibus crediderunt Jesum esse Messiam, quia tamen non studuerunt vitam suam in melius commutare, fidem nihil profuturam dicit.* Quid igitur dicturi essemus si fides non solum ei, qui illam profitetur, ad nihilum utilis esset, verum etiam scopulum & offendiculum, id est, scandalum præberet infidelibus? *magis damnabilis est malitia*, inquit Salvianus, *quam titulus bonitatis accusat, & reatus impij est pium nomen.* Quanto igitur verba illa de populo Judaico per Psalmist. dicta, scilicet: *Non fecit taliter omni nationi*, in populo Christiano adimplentur, tanto magis ipsis convenit meditari verba illa, quibus S. Greg. ad confusionem nostram immensa nobis in memoriam reducit beneficia, quæ nos Christianî recipimus, & quorum alij maxima infelicitate sua expertes manserunt: *Quid ergo*, inquit S. Doctor, *nos à bono opere cessantes in excusatione nostra dicturi sumus, qui pene à matris utero ad fidem venimus, qui verba vitæ ab ipsis incunabulis audivimus, qui ab uberibus S. Ecclesiæ potum supernæ prædicationis suximus cum lacte carnis?*

Cur Christus gravissimè comminatus fuerit quibusdam civitatibus. Matth. 11. v. 20. & 21.

Jansenius.

Salv. l. 3. de Provid.

Ps. 147. v. 20.

S. Greg. Hom. 29.

DISCURSUS XV.
ARGUMENTUM.

Mysteria fidei integrè & indubitanter credenda sunt, non vero, nisi sobriè dumtaxat, perscrutanda & discutienda.

THEMA.

Credere oportet accedentem ad Deum. Hebr. 11. v. 6.

Mysteria fidei indubitanter credenda, & non curiosè perscrutanda sunt.

1. NOstrum captivemus oportet intellectum in fidei obsequium, ut indubitatum omnibus nobis ab Ecclesia Cathol. Rom. propositis assensum præbeamus, absque curiosa occultorum atque imperscrutabilium infinitæ, atque imperceptibilis & ab humana ratiocinatione incomprehensibilis Majestatis mysteriorum investigatione; nam ut Sapiens ait: *qui scrutator est Majestatis, opprimetur à gloria.* Et Eccles. *Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris.*

Prov. 25. v. 27. Eccli. 3. v. 22. Psal. 115. v. 10.

2. S. Bonaventura prima Psalmi illius verba: (*Credidi, propter quod locutus sum*) examinans, sequens inde deducit documentum: *Nota quod fides debet esse fidelis, integra, firma & voluntaria, quam nisi quisque integre, fideliter, firmiterque crediderit, integram inviolatamque servaverit, absque dubio peribit.* Debet itaque esse integra, ita ut omnes absque ullius exceptione credantur articuli; debet esse invio-

S. Bonav. in Ps. 55. v. 1. Fides debet esse integra & inviolata.

inviolata, omnes declinando errores & hæreses. Quam obligationem in illis Cantici Canticorum verbis expressam arbitror; ubi sponsa, per quam Ecclesia designatur, dilectum sinum ab ijs amari asserit, qui recti vivunt: *recti diligunt te.* Quæ verba S. Bernardus, genuinus sacrorum Canticorum interpres ita ad nostrum explanat intentum, inquiens: *Rectum revera te dixerit, si vere te in omnibus sentias, & factis non dissentias.*

Cant. 1. v. 3. S. Bern. s. 25. in Cant.

3. Evidens divinæ operationis quam Deus invisibiliter in mentibus humanis exercet, argumentum est, & indicium, quod posita divinorum mysteriorum incomprehensibilitate, nostrum nihilominus exilis intellectus ubi eam sibi propositam videt, indubitatam ei fidem præstet; unde idemmet S. Bernard. in Omnipotentia & Sapientia divina, tria potissimum advertit eminere mirabilia; scilicet æterni verbi cum natura humana unionem, Virginis intactæ partum, nostrique intellectus fidem, quam incomprehensibilibus mysterijs præstamus, quæ, ut S. Thomas de Villanova bene docet, maximam in se continent difficultatem, nostrisque penitus insuperabilem viribus. Ait enim: *Adeo arduum & difficile est hoc præceptum, ut, nisi hominem interius Deus adjuvaret, implori humanis viribus omnino non posset, & ideo quisquis fidem Catholicam tenet ac credit, Deo non sibi imputet, quod Christianus est.* Porro S. Bonav. accommodam proposito nostro in ordine ad fidem adducit similitudinem, à speculo desumptam; quemadmodum enim speculum parvum altorum montium amplarumque cœlestium Sphærarum imaginem sibi imprimi finit: ita divinæ gratiæ virtus angulæ hominis menti indubitatam omnipotentiæ, Sapientiæ, & Majestatis infinitæ Dei imprimit fidem; quem conceptum his ipsemet Seraphicus Doctor exprimit verbis: *Fides comparatur speculo mundo, quia sicut turris magna in modico speculo cernitur, sic majestas & magnitudo divina in speculo fidei representatur.*

Fides nostra est mera operatio Dei. S. Bernard.

S. Thom. à Villanova Conc. de Trin.

S. Bonav. in Dicta sal. Tit. 5. c. 3. Comparatur speculo.

4. S. Augustinus de eadem infallibili atque indubitata fide agens, ita in quadam Epistolarum suarum de eadem scribit: *habet fides oculos suos, quibus quodammodo videt verum esse, quod nondum videt; Et quibus certissimè videt, nondum se videre quod credit.* Cui non incongrue ille Exodi subserviet textus, in quo dicitur: *Cunctus autem populus videbat voces, & lampades, & sonitum buccinæ montemque fumantem.* Lampadum splendorem, fumumque ab Israëlitis visum fuisse facile intelligo; ast qualiter quis conceperit, sibique persuadere poterit, quod voces tubarumque sonum intuiti fuerint? Ecce vobis enodatum mysterium, Deus tunc temporis divinam suam legem Moysi præscribebat, populo consignandam, hæ igitur voces & religionis dogmata cordibus Israëlitarum ita firmiter stabiliterque imprimebantur, quasi hujusmodi oculis proprijs intuiti fuissent.

S. August. Ep. 222. Fides habet oculos suos quibus videt, verum esse quod nondum videt. Exod. 20. v. 18.

5. Quando Parisijs quondam celebre illud hostiæ sacræ in pulcherrimum infantulum transmutatæ, contigit miraculum, plurima accurrit quæ prodigium præsens videret, hominum multitudo; quando & S. Ludovicum qui dicto loco ubi miraculum contigerat, vicinus degebat, circumstantes ursferunt aulici, ut & ipse ad prodigium contemplandum se conferret, quibus ille cunctanter respondit: *Vadat, qui non credit; ego sanè quotidie talem intueor Christum oculo fidei*; responsum utique Rege christianissimo dignum. Qua pariter in parte admodum meritoria & admirabilis excelluit Apostolorum fides, qui licet cum Magistro extrinsecus quasi alijs simili homine conversarentur, sub hac tamen fragili carne divinitatem absconditam esse credebant, unde unus illorum omnium nomine ait: *Tu es Christus Filius Dei vivi*, Eumdemque cum Patre & Spiritu Sancto in unitate essentiæ & Trinitate personarum in cœlis regnare non dubitabant.

Præclarum exemplum fidei S. Ludovici Regis de S. Eucharistia.

Matth. 16. v. 16.

6. Hugo Cardinalis super cap. 16. S. Joannis ita scribit: *Non ex hoc laudata est fides eorum, quia credebant, quod videbant, id est, filium hominis, sed quia credebant, quod non videbant, id est, Filium Dei.* S. Apostolus ad Galatas, inquit: *Ante quorum oculos Jesus Christus præscriptus est in vobis crucifixus.* At vero dicat aliquis, inquit D. Chrysostomus, numquid Christus Jerosolymis in monte Calvariæ multis centenis milliaribus ab hoc populo distante, crucifixus fuit? quomodo igitur dicit: *In vobis?* respondet autem ad propositum nostrum Apostolum ita locutum fuisse: Ut fidei vim ostenderet, quæ possit & procul dissita cernere; *nec dixit crucifixus, sed præscriptus est crucifixus, indicans quod oculis fidei quidem exactius perspicerent, quam nonnulli qui præsentes adfuerant, eaque quæ gerebantur, conspexerant, eorum enim qui spectabant complures, nullum inde fructum retulerant, hi verò qui oculis ipsis non viderant, tamen per fidem evidentius viderant.* S. Bonaventura rationem assignat, cur hæretici in cæcitate sua pertinaciter remanerant, inquiens: *hæc est ratio, quare hæretici sunt totaliter cæci, nec à Deo merentur illuminari, quia nihil stabiliter credunt, numquam in aliqua fide quiescunt.*

Gal. 3. v. 1.

D. Chrysost. Ibid.

Galatæ oculis fidei videbant Christum crucifixum.

S. Bonav. s. 1. de plur. Matth. 18.

7. Adhæc stabilis & immobilis fundamenti loco stauendum est, quod scilicet fides non rationi humanæ, sed divinæ revelationi innitatur, & ideo D. Gregorius inquit: Fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. Et Eusebius Emissenus in Homilia prima *de symbolo*, inquit: *Sit pro luce rationis magni potentia Conditoris; non causeris si non subjaceat sensui tuo ordinationum cœlestium magnitudo; Excedit divini opificij dignitas, humanæ mentis angustias.* Nec tamen ut suo loco videbimus fides rationi oppositur, sed ut S. Bonaventura ait: *Magis innititur authoritati quam rationi*; qui idem post citatam S. Gregorij sententiam adductam sententiam: *Fides non habet meritum &c.* eamdem hoc modo explicat: *Intellige, sufficiens.* Unde Psalmista omnia opera, omnia altissima divinæ Sapientiæ & Omnipotentiæ mysteria, solo fidei pondere trutinanda esse monet, inquiens: *Quia rectum est verbum Domini, & omnia opera ejus in fide.* Circa quæ verba D. Chrysostomus ait: *Facis injuriam, si requiris magnum Dominicæ Majestatis sacramentum, fide percipe, quia ne minima quidem opera Dei assequi poteris sine fide, dicente Scriptura: Omnia opera ejus in fide, sed tu hic totum vis in ratione constare, ubi totum consistit in fide.*

Fides non rationi, sed divinæ revelationi innititur. S. Greg. Eus.-Emiss. Hom. 1. de Symb.

S. Bonav. l. 3. Comp. Th. ver. c. 19. S. Greg.

Ps. 32. v. 4.

8. Neminem reperies, qui palatium inhabitare volens, interroget, an fundamentum illius profundum, satis largum & bene fabricatum sit; bene tamen explorabit conclavia, aulas, anticameras, atria, speculas, & quidquid necessitati & commoditati deservire potest. Quidnam vero me per hanc similitudinem insinuare velle existimatis? nimirum in primo Discursu fidem totius ædificij spiritualis fundamentum esse ostendimus, ac proinde sicut illud bene fundatum esse supponitur, & consequenter illud minime exploratur, aut mensuratur, nec qualiter positum sit, requiritur: Eodem modo *accedentem ad Deum oportet credere*, si spiritualiter volumus ædificare, nam *Dei ædificatio estis*, inquit Apostolus, & quidquid Ecclesia nobis revelavit, hoc totum velut indubitatum & infallibile tenere & supponere oportet absque ulla veritatum ulteriori indagine, utpote quæ difficillimæ omnem superant humanum Discursum. Unde S. Ambrosius *lib. 1. de fide* monet: *Auser hic argumenta, ubi fides quæritur, in ipsis Gymnasijs jam Dialectica taceat. Non quæro quid loquantur Philosophi, requiro quid faciant; soli in suis Gymnasijs remanserunt. Vide quam fides argumentis præponderet.* Atque ideo in petra fidei stabiles & constantes stare debemus, adversus omnes quantumvis impetuosissimas ventorum procellas. S. Basilius quærit: *Quid proprium fidei? certissima animi expletio de divinorum verborum veritate, quæ nulla, neque à naturali necessitate inducta ratione, neque ad veræ pietatis simulationem conformata, ullo modo possit labefactari.*

Apto simili declaratur fundamentum fidei non esse curiosè perscrutandum.

S. Amb. l. 1. de fide c. 5.

S. Basil. c. 3. moral.

9. D. Chrysostomus id quod S. Zachariæ evenit, considerat, quando Angelo partum Elisabethæ conjugis suæ eidem revelante perplexus hæsit; dixit enim: *Unde hoc sciam? senui percanui, uxor sterilis, ætas inepta, natura incommoda, quæ ratio hujus pollicitationis sit non equidem video*, & licet sanctus vir ille rationabile habuisset de revelatione Angeli dubitandi motivum, attamen ex pœna eidem inflicta clare satis videtur Deum velle, ut revelationi ejus nostrum subjiciamus intellectum, omnemque Discursum humanum. Unde Div. Chrysostomus sanctum hunc Pontificem his verbis affatur: *Nescis fortia esse opera sermonum illius? jam enim verbum cœlum instituit, Angelos creavit, orbem terrarum condidit, creaturam omnem produxit, & tamen tu de filij procreatione, & tantæ animæ inspiratione dubitas?* quando igitur serpens ille astutus nos circa fidem per dubia quædam aggreditur, necessum est, ut illis nos verbis armemus, quæ S. Gabriel mysterium illud fidei nostræ in perceptibilissimum incarnationis verbi in utero virginali consummatum possibile esse, monstrare volens, protulit, dicens: *Non erit impossibile apud Deum omne verbum.* Unde Eusebius Emissenus in homilia prima *de symbolo* inquit: *Sic ergo crede in universitatis potentissimum creatorem, ut tibi non æstimes inquirendum, quomodo fecerit cœlum & terram, scire non potes, quomodo conjunxerit*

D. Chrysost. Hom. 27. de incomp. Dei nat. T. 1. Quia Zacharias verbo Angeli simpliciter non credidit, sed curiosè investigavit, mutus factus est. D. Chrysost.

In mysterijs fidei credendum est Deo nihil impossibile esse. Eus. Emiss. Ibid.

conjunxerit corpus & animam tuam. D. Chrysostomus de eodem S. Zacharia in pœnam indagatæ revelationis muto effecto, loquens, argumentum quoddam format à majori ad minus his verbis: *Si ille cum minus credideris, humano, mortalique puerperio punitur, tu qui divinam, ac ineffabilem & supernam illam Unigeniti generationem pensitas varie & rimaris, quo pacto effugere valeas, quin supplicio plectaris gravissimo?* quod argumentum acriter contra illos exaggerat, qui cœlestium arcanorum & sacramentorum altitudinem & profunditatem brevi intellectu suo investigare præsumunt: *Intellige*, inquit, *homo infelix & miser, quidnam sis, & quid quæras atque explores. Homo cum sis, Deum scrutaris, & nosse omnibus viribus contendis.*

D. Chrysost. Ibid.

10. Terribilis est illa Exodi 19. adversus populum Israëliticum fulminata comminatio. *Cavete ne ascendatis in montem, nec tangatis fines illius: Omnis qui tetigerit montem; morte morietur*; At vero inquies, cur Deus tam rigoroso præcepto videlicet sub pœna mortis populo Sinai montem, antea ab uno quoque indifferenter sæpius calcatum ascendere prohibuit? Pro resolutione tempus distinguere oportet; Tunc enim Deus salvificæ religionis dogmata revelabat, quæ populo suo volebat præscribere, atque ideo illum prohibebat propius accedere, id est, in sensu spirituali, easdem humanis rationibus & argumentis examinare verabat. Unde Lippomanus ait: *Significatur nos in divinis rebus non debere esse curiosos, ne sacrosancta Consilia temerè attingamus, quod sibi speciale* inquit Emissenus, *quod proprium reservaret incomprehensibilis illa Majestas, si semper comprehendere posset sapientia hominum, altitudines cœlestium secretorum? Quid haberem supernа pretiosum, si nostræ familiariter scientiæ subjacerent?* Secretorum igitur Altissimi penetralia ingredi velle, temeritas est præsumptuosissima; per quam homo meretur, ut in sua ignorantia remaneat, atque insuper gravissimis suppliciis subjaceat. Firmiter itaque teneamus illam S. Augustini sententiam, dicentis: *Deus credi se voluit, non examinari. Periculosa disputatio de Trinitate, humana & vas figuli de creatore disputat, quod nec Angeli in cœlo scire possunt. Quid enim agunt? quis est iste Rex gloriæ? Et apud Isaiam: quis est iste, qui ascendit de Edom? Vis scire naturam Dei? hoc scito, quod nescias; sed scias hoc ipsum, quod nescias, plus cæteris scies; gentilis homo videt lapidem & Deum putat; Philosophi vident cœlum, & Deum putant: In eo quod se scire dicunt, vesciunt. In die judicij non damnor, quia dico: nescivi naturam creatoris mei.*

Exod. 19. v. 12. Secreta altissimi scrutari velle temerarium est.

Lippom.

Euseb. ib.

S. Ang. T. 10. s. de Trin.

11. Impossibile est, ut exilis intellectus nostri visio in reverberantem Solis illius, qui cum tribus luminibus in una resplendet luce, Sphæram defigatur; ideoque Fulbertus Carnotensis ait: *Incomprehensibilem enim divini consilij altitudinem sapientia humana puro cognitionis intuitu comprehendere non potest.* Si talpa in lucem obtutum defigere pupillasque aquilinas imitari præsumeret, numquid summam hujusmodi & arrogantem diceremus esse temeritatem? eadem omnino homuncionum, nostra inquam est conditio, quapropter Apostolus Romanos ne mysteria fidei recenter iis annunciata, capacitatemque eorumdem longè transcendentia indagare attentarent, solicitè præmonet, ita singulos alloquens: *Tu autem fide stas, noli altum sapere sed time.* Primo namque in divinarum revelationum fide (*fide sta*) stabiliamur oportet, Hacque jacta anchora, nullum fragilis intellectus nostri navis seu cymba discrimen incurret.

Impossibile est intellectui nostro capere, quæ sunt divina. Fulb. Carn. Ep. 1. ad Adeodatum T. 3. Bibl. vet. Patr.

Rom. 11. v. 20.

12. Idem Apostolus alio in loco ad Romanos ita scribit: *dico per gratiam, quæ data est mihi, omnibus qui sunt inter vos, non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.* Quæ verba S. Anselmus ad intentum nostrum sequenti illustrat Discursu, dicens: *dico vobis, id est, præcipio, ne inscrutabilia ejus arcana discutere præsumatis; dico enim per gratiam, quæ data est mihi, id est, per Apostolatum gratis mihi datum, omnibus qui sunt inter vos, non plus sapere, id est, non plus inquirestigare de mysterijs, quam oportet sapere.* Non tamen propterea omnis inhibita est hujusmodi inquisitio, sed limitata dumtaxat, & in finem convenientem licitumque indulta; id quod idem S. Anselmus his verbis docet: *non plus sapere, id est, non plus inquirere de occultis Dei, quam oportet; id est, quam ad fidem & religiosos mores pertinet; sed sapere ad sobrietatem, ut mens eorum non inebrietur, ut sensum perdat nimietate sapientiæ, dum in his, quæ supra vires humanæ rationis sunt, se immerserit; sed moderato intelligentiæ poculo sobria sit.*

Rom. 12. v. 3. Arcana divina non sunt à nobis discutienda. S. Anselm. Ibid.

S. Anselm.

13. Sapiens eamdem confirmaturus doctrinam melis nimium sumpti adducit similitudinem, inquiens: *Sicut qui mel multum comedit, non est ei bonum: sic qui scrutator est Majestatis &c.* Quæ verba à S. Gregorio ita ad nostrum invenio explicata intentum: *Dulcedo mellis si plus quam necesse est, fumitur, unde delectatur os, inde vita comedentis necatur; dulcis etiam est inquisitio Majestatis Dei, sed qui plus illam scrutari appetit, quam humana cognitio permittit, ipsa hanc ejus gloria opprimit, quia velut immoderatè mel sumptum, perscrutantis sensum, dum non capitur, rumpit.* Debitam itaque hoc in exercitio & contemplatione à nobis observandam mensuram à S. Basilio discamus, dicente: *Quæ concernunt, diligenter discat & sapiat, nihil amplius per curiositatem investigans* quasi diceret: In tantum secreta fidei nostræ mysteria investigare licitum esse, in quantum ex iis fructum in ordine ad bonos mores haurire possumus, non ut nostrum satiemus intellectum. Atque hanc ob causam homines minus scientifici & studiosi, sed præ reliquis devoti & spirituales, ad divinorum mysteriorum intelligentiam vel maximè sunt dispositi; siquidem *cognovit bos possessorem suum*; Simplices magis quam ingenia alta & perspicacia, suum valent & solent submittere judicium.

Proverb. 25 v. 27.

S. Greg. l. 24. mor. c. 29. Hoc ipsum probatur similitudine mellis.

Isaiæ 1. v. 3.

De hac eadem materia videat Lector in Promptuario nostro sacro; ubi in Dominica SS. Trinitatis, octo hac de materia adduxi Discursus, quos inter præ reliquis ad insentum præsens deserviet octavus.

DISCURSUS XVI.

ARGUMENTUM.

Fidei veritas ex testimonio Divino, ex Prophetarum oraculis, ex Conciliorum, totque innumerabilium Doctorum sacrorum cum sacra Scriptura consonantia, clare deducitur.

THEMA.

Non doctas fabulas secuti, notam fecimus vobis Domini nostri Jesu Christi virtutem, ... sed speculatores factis illius magnitudinis, 2. Pet. 1. ℣. 16.

1. EXimia est & inter alias specialissima Religionis Christianæ prærogativa, unde infallibilis & inexpugnabilis ejus veritas plurimum stabilitur, quod scilicet non super fabulas & excogitata Poëtarum figmenta, sed super veridicum & indubitatum Spiritus veritatis testimonium, per omnia sæcula in Scripturis sacris, Prophetarum oraculis & Apostolorum, qui Ecclesiæ electi sunt cardines attestatione perhibitum fundetur. S. Petrus in Epistola sua secunda se in societate Apostolorum Spiritus Sancti vocem cœlitus editam audivisse perhibet, qua Christus unicus & electus æterni Patris Filius esse declarabatur, à quo genus humanum omnia credenda velut ab Oraculo edisceret jubebatur; ac proinde gentilibus cunctisque aliis idem Evangelium à Christo promulgatum prædicans ait: *Non doctas fabulas &c.* illiusque rationem reddens subjunxit: *Accipiens enim à Deo Patre honorem & gloriam, voce de lapsa ad eum hujusmodi à magnifica gloria, hic est Filius meus dilectus in quo mihi complacui, ipsum audite, & hanc vocem nos audivimus de cœlo allatam, cum essemus cum ipso in monte sancto*; Et quidem si idololatriæ & prophanæ Deitatis Jovi, Veneri, Vulcano, Mercurio, aliisque attributæ originem diligenter examinaveritis, hanc non aliunde quam ab excogitatis Poëtarum inventionibus atque mendaciis principium suum sumpsisse reperieris; Non verò item Religio Catholica. Etenim S. Bonaventura similem Discursum instituens ex quatuor præcipue capitibus indubitatam Catholicæ fidei firmitatem deducit, nimirum: *Ex testificantium notitia certa, fama præclara, concordia plena, sententia firma, quia si sit notitia certa, non sit autem fama bona, non creditur; si quando bonus est homo, scitur quod veritatem dicit, & si habet certam notitiam & famam claram; Sed sibi multi contradicunt, adhuc potest esse dubitatio; Si autem hæc tria habeat, & notitiam, & famam, & concordiam, & tamen non habeat sententiam firmam, dubitatio esse potest.* Hæc autem omnia in probatione fidei nostræ concurrere evidenter probat, & primo quidem loco dixit: [*Lex ordinata per Angelos manu mediatoris*,] *secunda certitudo fidei fuit in mentibus Propheticis*, citatque authoritatem S. Petri dicentis: [*Habemus firmiorem Propheticum sermonem*;] *Tertia*

Tribus argumentis certitudo fidei probatur.

2. Pet. 1. v. 17.

S. Bonav. ser. 9. in Hexam.

Galat. 3. v. 19.

2. Pet. 1. v. 19.

1. Joan. 1. v. 1. *in mentibus Apostolicis*, quam probat per verba S. Joannis dicentis : *Quod fuit ab initio, quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectaverunt de verbo vitæ ... Et vidimus, & testamur, & annunciamus*; Qui idem Apostolus in alio Evangelij sui loco testatur diceus : *Qui vidit testimonium perhibuit.*

Ibid. v. 2.

Ibid. cap. 19. v. 35.

2. S. Thomas de Villanova ad illa se verba reflectit quibus frequenter Sancta utitur Ecclesia: *Quoniam tres sunt qui testimonium dant in cœlo : Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus, & hi tres unum sunt*; additque idem Apostolus; *Et tres sunt qui testimonium dant in terra, Spiritus, Aqua, & Sanguis, & hi tres unum sunt*; Quibus verbis diffuse ponderatis, idem Archipræsul ad propositum nostrum inquit : *Vides quam apertè ostendit, de quo dant testimonium? scilicet de fide Catholica, & de ejus fundamento, in quo fundatur, qui est Jesus Christus Filius Dei, quasi diceretur; Ne putetis fidem Catholicam fabulam aliquam esse Deorum gentium, aut figmentum Manichæorum, aut Mahometicas nugas; Veritas firmissima est, fundatissima, gravissimis testimoniis de cælo & de terra corroborata, quoniam tres sunt qui testimonium dant de illa in cælo, & tres qui testimonium dant in terra, Spiritus, Aqua, & Sanguis, & hi tres unum sunt.*

1. Joan. 5. v. 7.

Ibid. v. 8.

S. Th. à Villanova. Conc. 2. de Trin.

Fides Catholica non fundatur in fabulis, sed testimonio cœlesti, & certissima veritate.

3. S. Joannes in eadem Epistola indissolubile quoddam in hæc verba format argumentum : *Si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei majus est.* Nonne si factum aliquod à 30. vel 40. fide dignis, authoritate & fidelitate prædictis hominibus audiremus, infallibiliter simili dicto assensum præberemus? Utique nihilominus *testimonium Dei majus est*; fidei nostræ testimonium à tribus divinis provenit Personis; Cui eidem similitudini S. Thomas de Villanova insistit in hunc sensum dicens; Numquid, si Archiepiscopus Toletanus instrumentum aliquod depositet, Papæ, Imperatoris, Regisque Franciæ testimonijs comprobatum; Numquid inquam veritatem ejus quisquam in dubium revocare posset? *Hæc est fidei Catholicæ sublimitas & dignitas*, inquit ille, *quæ non humano aut Angelico, sed Divino etiam fulcitur testimonio.* Unde S. Joannes Apostolus & Evangelista, qui dictum instrumentum registravit (*quod audivimus, quod vidimus &c.*) postquam dixisset; *Tres sunt qui testimonium dant in cœlo Pater &c.* immediatè subjungit, de eodem Patre loquens : *Hoc est testimonium Dei quod majus est, quoniam testificatus est de Filio suo.* Non enim sufficiebat ei semel patefecisse cœlos, Spiritumque Sanctum, Spiritum veritatis ad nos ablegare, nec non mundo manifestare Christum suum esse unigenitum, sed & idem testimonium in monte Tabor replicare voluit; Unde Bellovacensis ita in præsenti *ad hominem* argumentatur : *Quisque credit vicinis suis & matri, licet nesciat quando fuit genitus ab illo patre & natus ab illa matre; tamen requisitus statim incunctanter respondit, illum esse suum patrem, illam suam matrem, licet nesciat nisi ex auditu suorum; nec alienis crederet de contrario. Sic per peccatum Adæ in hoc carcere nati & nutriti, debemus credere Matri Ecclesiæ & vicinis, Sanctis filijs ejus, de his quæ pertinent ad fidem, licet ea non viderimus.*

Spiritus S. ad nos ablegatus fuit ut redderet testimonium veritati fidei nostræ.

S. Thom. à Villanova.

Bellovac. Spec. mor. T. 3. l. 1. dist. 14. p. 3.

4. Multos inter infallibilis hujus veritatis fidei nostræ prærogativas S. Bernardinus, honestatem seu rationabilitatem credendorum statuit; Mox sequentia subnectens verba : *Christianæ fidei solus Deus veritas, imo Deus veritas testis est. Nam sive credat per miracula, seu per oracula Prophetarum, ubique & in omnibus illi credit, cujus testimonijs credit. Qua de re si in aliquo erraret (quod tamen impossibile est) non ei esset imputandum, sed ipsi testificanti Deo.* Quis obsecro Alcorani Author fuit, eique veritatem contulit? apparentem impius sacrilegus deceptor Mahometh. Cui sæculorum præteritorum hæretici fidem præstitere? Omnis impietatis impuritatisque monstris Luthero & Calvino. Quapropter S. Thomas à Villanova fidem testimonio Divino debitam accuratè ponderans, ita unumquemque interrogat Christianorum : *Quid multum facis O homo, si Deo credis, quamvis ardua & difficilia dicenti? Nonne attendis quis est qui dicit?* Erubescamus merito, siquidem quotidie personis authoritate pollentibus in rebus etiam in verisimilibus fidem præbemus, verbi gratia, dum secreta ab ijs audimus naturalia, aut opere, arte, industria, studioque nobis incognito perpetrata? *O homo Regi aut Imperatori sine testimonio credis, & non credis Deo? quæ est omnis authoritas hominis ad authoritatem Dei?* Dei inquam totius Scripturæ sacræ authoris; Siquidem dum Pentateuchon, S. Pauli & S. Petri Epistolas, S. Matthæi Evangelium, S. Joannis Apocalypsin legimus, non Scriptoribus, sed horum librorum Dictatori, Sancto scil. Spiritui credimus fidemque præstamus; ita ut merito omnibus librorum Canonicorum authoritatibus dici possit : *Non estis vos qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis.* Ideoque & dictus S. Præsul subtiliter observat Prophetas in vaticiniorum exordio hanc plerumque præmittere protestationem : *Hæc dicit Dominus; audite verbum Domini &c.* quasi dicerent, non nobis fidem adhiberi postulamus, non nostra sunt verba quæ loquimur, sed Dei. Ad quod comprobandum S. Pauli adducit exemplum, qui de Eucharistiæ institutione, cui ipse præsens non interfuerat tractaturus, præmittit : *Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis*, nimirum in Paradiso ab increata Sapientia edoctus fuerat, quando *audivit arcana verba.* S. Bernardinus in sermone quodam de fide differens, inquit : *Manifestum est fidem quæ fundamentum est veræ Religionis, & principium Divini cultus, per se esse ex Prophetia, vel ex revelatione Divina, nec per alium modum innotescere potest, solus enim Deus & non alius, naturaliter prævidet certitudinaliter contingentia, quæ sunt futura.* Quis enim tot veteris & novi Testamenti Prophetias tot ante sæcula prolatas, demum vero *ad unguem* adimpletas scire & prævidere poterat, nisi solus Deus, cui omnia tempora tam hoc, quam quod futurum aut præteritum est præsentia exsistunt? *Nulla secta autem Prophetijs innititur.* Unde S. Ambrosius super illa verba S. Pauli ad Romanos ita scribentis : *Sive Propheriam secundùm rationem fidei*, inquit : *A Prophetia incipit, quæ prima probatio est, rationabilem esse fidem nostram. Credentes acœpto spiritu prophetabant.*

S. Scripturæ omnino credendum est, eo quod illam dictaverit Spiritus æterni Patris. Matth. 10. v. 20.

1. Cor. 11. v. 23.

S. Bern. ser. 1. in Quinq. Art. 1. c. 1.

S. Ambros. l. de Elia & jejun. cap. ult.

5. Considerare insuper possumus Doctorum sacrorum summam in suis dogmatibus traditis concordiam & unionem, quæ dogmata ab infallibili S: Petri cathedra ventilata & stabilita fuere, discussa in Concilijs, à Sanctitate vitæ innumerabilium servorum Dei modo quodam particulari illustratorum authenticata. Quot enim hactenus à mille sexcentis annis convocata fuere Concilia, in quibus per Spiritus Sancti assistentiam à doctissimis quorumlibet sæculorum Theologis declaratæ fuere fidei veritates? Quisnam adeo reperiri poterit insolens, qui sine manifesta hominis hæretici, temerarij & falsarij nota asserere ausit, omnes tot Conciliorum Patres suum penitus amisisse rationis judicium, Discursum, & scientiam, delirijsque & mendacijs assensisse? Quis adeo delirus erit, qui Mahometi potius, quam alicui S. Dionysio Areopagitæ, S. Augustino, S. Hieronymo, totque hactenus celebratis Concilijs œcumenicis fidem adhibendam esse, dicere non erubescat. Multi viri sapientissimi postquam in infidelitate constituti Religionis nostræ quæstiones accurate discussissent, tandem eidem se submittentes, eam sunt amplexati & defenderunt pro viribus, prout fecit S. Augustinus postquam usque ad trigesimum tertium ætatis annum fuisset hæreticus pertinacissimus, S. Justinus Martyr, S. Cyprianus, & plures alij. Adhæc semper fuere Doctores sine numero, qui veritates Evangelicas Scriptis suis quovis tempore illustrarunt, & confutarunt hæreses, quique ingenijs perspicacissimis & sapientia admirabili præditi adversariorum detexerunt errores & fraudes.

Aristot. l. 1. Rhet. Verum dicere, qui credi potest tribus rationibus.

6. Aristoteles *lib. 1. Rhetoricæ* aliquem verum dicere tribus potissimum rationibus credi posse dicit; nimirum si talis Sapiens, virtuosus, & amicus fuerit; si enim Sapiens fuerit, de illo confidenter supponimus, quod non erret per ignorantiam : Si vero fuerit virtuosus, illum mendacium penitus abominari æstimamus : Si denique amicus fuerit, de illo audacter confidimus, quod nos solita confidentia non sit defraudaturus : jam vero legaris obsecro omnes illos qui de fidei nostræ dogmatibus hactenus libros conscripserunt, certique estote, quod in illis summam vitæ sanctitatem sapientiam admirabilem, syncerumque veræ amicitiæ amorem deprehendetis, quos proinde nos decepisse, ne suspicari quidem possumus. Quis enim de S. Gregorio, D. Chrysostomo, S. Greg. Nazianzeno, S. Thoma de Aquino Doctore Angelico id suspicari audebit? Et sic de alijs discurrere licebit, quorum multi præter assiduam literarum studia, insuper dono Prophetiæ, revelationibusque & apparitionibus cœlestibus à Deo fuere illustrati.

Arias l. de imit. Virg. c. 11.

7. Arias impossibile esse sapienter observat, quod plures ijsque opinionibus varij intellectus in rebus per rationem naturalem evidentibus, in unam eamdemque doctri-

Variorum opiniones in eamdem sententiam non concordabunt, nisi ab aliqua intelligentia moveantur.

doctrinam & sententiam concordent, maxime si quilibet de re pronuntiet, prout intelligit, semper enim inter se discrepabunt, nisi ab aliqua intelligentia moveantur ad sententiarum concordiam. Id namque experientia nos docet in sectis Philosophorum, nec non in diversissimis Sapientum hujus mundi opinionibus, inter quos tanta semper extitit sententiarum varietas etiam circa res per rationem naturalem assequibiles : Constat autem, quod Prædicatores & doctrinæ Evangelicæ Interpretes & Scriptores, præterquam essent perspicacissimis profundissimisque intellectibus præditi quibus in diversas abire sententias facile poterant, insuper etiam in diversis mundi partibus scripserint; nam S. Petrus Evangelium annuntiavit in Judæa, in Antiochia, in Italia, In Achaia S. Andreas; S. Jacobus major in Hispania; In Græcia S. Joannes, & sic de alijs; Et tamen summam in docendo servarunt concordiam, adeo ut nec in magnis, nec in minimis umquam inter se discreparint. Et quidem si ea quæ prædicarunt & scripserunt, modica fuissent, eáque Discursui naturali subjecta, illique in literis humanis magnopere fuissent exercitati, hæc inter illos quoad doctrinam concordia miranda non foret: jam vero constat quod multa scripserint, & varia, & quidem de mysterijs sublimissimis & supernaturalibus, idque cum essent viri simplices, illiterati, Idiotæ, & piscatores rudissimi, impossibilis igitur fuisset tanta ipsorum in scribendo & docendo concordia, nisi ab infinita potentia Dei, amatoris pacis & unionis, in ijs quæ bona sunt, supernaturaliter moti fuissent.

Apostoli in diversissimis regionibus prædicantes, maximam tamen in docendo servarunt concordiam.

S. Bonav. ser. 9. in Hexam. Tertia fidei firmitas oritur ex plena concordia testificantium.

9. S. Bonaventura in eodem præcitato sermone super Hexaméron inquit : *Tertia firmitas fidei ex testificantium concordia plena, quæ est in tribus; in eloquijs Scripturarum, in decretis Conciliorum, in documentis Sanctorum. De primo : De medio petrarum dabunt voces, hoc est, de medio duorum Cherubim, de quibus loquebatur Dominus, sive de quorum medio, scilicet duorum testamentorum.* Ac demum id quod paulò ante diximus, his verbis confirmat : *Firmitas fidei in documentis doctorum & sapientum : Documenta istorum concordant, & idem dicunt, idem saniunt. De his dicit Job : Quis enarrabit cælorum rationem, & concentum cæli quis dormire faciet? Hæc est concordia Scripturarum, Conciliorum, Doctorum.* Tertullianus quoque Idololatras circa Christianæ Religionis nostræ veritatem convincere volens, Scripturam sacram eis proponere solebat, dicens : *Qui audierit, inveniet Deum, qui etiam studuerit intelligere, cogetur & credere.* Idem quoque in ejusdem Apologetico cap. 40. idipsum confirmans ait : *Adhuc enim mihi proficit antiquitas præstructa Divinæ literaturæ, quo facile credatur thesaurum eam fuisse, posteriore cuique Sapientiæ.*

Tertull. c. 18. Apolog.

Ibid. c. 40.

Scriptura sacra fidei nostræ tot continet testimonia, quot apices.

S. Hieron. in Proœm. in Psal.

Ex qua omnes habent quo erudiantur.

10. Gentiles porro sacrosanctum hoc volumen legendo ad instar aranearum se habuerunt, quæ ex flore venenum exugit; ipsi namque inde mendacia confinxerunt & fabulas; hæretici quoque errores & falsitates: non vero idem fideles Catholici qui velut apes mel extraxerunt suavissimum veri Spiritus, nec non mysteria, & arcana sacramenta Catholicarum veritatum; Nobis enim solis data est clavis, qua aperire valeamus pretiosissimum hoc ærarium. S. Augustinus in tractatu, quem *de fide rerum invisibilium* composuit, inquit : *Quis ergo nisi mirabili dementia excæcatus; aut mirabili pertinacia durus ac ferreus, nolit habere sacris Literis fidem, quæ totius orbis prædixerunt fidem?* Observandum quoque sacrorum librorum authores summa semper cum ingenuitate scripsisse omni prætermisso fuco & dolo; Nam S. Matthæus in Evangelio suo de semetipso se Publicanum fuisse testatur; S. Marcus S. Petri (qui ipsum in Interpretem suum adoptarat) commissum refert negationis Christi & perjurij peccatum. S. Joannes se præ cæteris Apostolis eximie dilectum fuisse referens, suum verecunde subticuit nomen.

Gentiles legendo sacram Scripturam ex ea velut aranea extraxerunt venenum.

S. Aug. l. 4. ex Quæst. novi Test.

11. S. Augustinus aliam quamdam circa Judaismum considerationem instituit, inquiens : *Gens Judæorum à sedibus suis extirpata per mundum usquè dispergitur, ut ubique portet codices suos, ac Propheiæ testimonium ab ipsis adversarijs proferatur.* Sacræ enim Scripturæ, quas Judæi in varias mundi partes secum deferunt, eosdem de infallibilitate fidei nostræ convincunt, siquidem hæc in pœnam repudiati Messiæ, Judæorum à Deo decreta dispersio in multis ejusdem Scripturæ locis clarè prædicta fuit, prout alibi observat idem Sanctus. Quisnam vero omnium illarum Propheiarum, quæ tot sæculis Christi adventum præcesserunt, præcipuus inspirator & Author fuit? Certe nullus alius, præterquam Deus : *Numquid ut ista homines ante per Prophetas prædicerent, Christus magicis artibus fecit? aut Discipuli ista finxerunt, ut dilataret Ecclesia locum tabernaculi sui omnes nationes & linguas occupans? ut longius quam Romani Imperij jurа tendantur usque in Persas, & Indos, & alias barbaras gentes funiculos porrigat?*

S. Augusi. Epist. 3. ad Velusian. Judæi exitipati, per totum mundum circumtulerunt testimonia veritatis fidei nostræ in S. Scriptura.

S. Aug. l. 2. de consensu Evang.

DISCURSUS XVII.

ARGUMENTUM.

Evidens veræ fidei argumentum est, quod illa in tam brevi temporis spatio, per homines idiotas & illiteratos tanto cum fructu ad omnes populos, etiam illos, qui in impietate sua occalluerant, fuerit extensa, licet per illam res proponerentur difficiles intellectui; & sensui admodum repugnantes.

THEMA.

In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum, Psal. 18. ℣. 5.

Evidens signum veritatis fidei nostræ, quod per pauculos piscatores promulgata fuerit.

1. INgeniosa profecto est illa olim à D. Chrysostomo circa primos Religionis nostræ progressus consideratio, videlicet quod sicut à tribus Noë filiis post diluvium universale inter vivos superstitibus, nova denuo facta est in omni parte mundi humani generis propagatio, eodem modo mediante debilissima pauculorum piscatorum opera dilatata fuerit in omnibus populis lex Evangelica : *Sicuti per tres illos hominum genus multiplicavit universi Conditor; ita quoque & in fide per undecim piscatores illiteratos & idiotas, qui neque os aperire audebant, omnem sibi orbem conciliavit.* Jam dudum quoque ante plurima sæcula adimpletum fuit illud ab Isaia emanatum oraculum : *Erit in novissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & elevabitur super colles*; Mons enim ille mons est vaticanus, qui ob sedis & throni Pontificij dignitatem, cunctis septem collibus Romanis superior exsistit; Et ideo *fluent ad eum omnes gentes, Et ibunt populi multi; ... Quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Jerusalem.* De Sion enim & lex & Apostoli prodierunt, qui postquam Spiritus Sanctus in forma linguarum super cænaculum Sioniticum descendit, eamdem legem prædicarunt; Id quod Regius Psalmista in persona Christi loquens, jam dudum ante prædixerat, dum ait : *Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, prædicans præceptum ejus; Dominus dixit ad me : Filius meus es tu, ...*

D. Chrysost. hom. 28. in Gen.

Isaiæ 2. v. 2.

Ibid. v. 2.

Ibid. v. 3.

Psalm. 2. v. 6.

Ibid. v. 7.

Ibid. v. 8. *Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.* Eodem namque die quo Divinus ignis ille, super Apostolos descendit (*sedituque supra singulos eorum*) Ecclesia, ut ita dicam in principalioribus mundi partibus fundata & stabilita fuit, quia in tribus illorum hominum à S. Petro conversorum millibus, diversissimarum Provinciarum advenæ comprehendebantur, *Parthi, & Medi, & Ælamitæ, & qui habitant Mesopotamiam, Judæam, & Cappadociam, Pontum, & Asiam, Phrygiam, & Pamphiliam, Ægyptum, & partes Lybiæ quæ est circa Cyrenen.*

Act. Ap. 2. v. 9. Ibid. v. 10.

2. Idem quoque Propheta Regius in alio quodam Psalmo prædixit; Quod *Convertentur ad Dominum universi fines terræ, Et adorabunt in conspectu ejus universæ familiæ gentium.* Verum quidem est, quod Alcoranus quoque nec non aliæ perversæ & sacrilegæ sectæ, in variis plurimisque regnis pedem suum fixerint, at vero nullius umquam sectæ exemplum hactenus fuit, nec deinceps erit, quod ad instar Religionis nostræ in universum se mundum extenderit; ac proinde Ecclesia Romana vulgari nomine Catholica, id est, universalis appellatur: *In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* Verum quidem est, inquit S. Augustinus, quod nos Catholici modo quoad numerum pauci simus, fuit tamen aliquando tempus, in quo Christo tributum pendebat universus mundus: *Pauci sumus, & totum orbem implevimus, juxta illud Malachiæ: Ab ortu Solis usque ad occasum offertur nomini meo oblatio munda.* Idem quoque sanctus Doctor in eadem Epistola Donatistis, se in majori præ Catholicis numero constitutos esse gloriantibus respondendo, simul ijsdem improperat dicens: *Ideo magis justi sumus, quia pauci sumus.*

Psal. 21. v. 28. Fides Ecclesiæ Catholicæ distenditur per universum mundum.

Psal. 18. v. 5.

S. August. Epist. 48. ad Vincentium.

3. S. Bernardinus in quodam sermone *de fide* differens tria hæc ponderanda esse dicit, scilicet: *Quinam hanc fidem prædicaverint; Secundò, quid prædicaverint; Tertiò, quibus prædicaverint;* Hæc enim tria, inquit Sanctus si attente considerentur, clare totum mundum sine miraculis ad Christum conversum fuisse apparebit, quamvis, inquit, hoc miraculorum omnium maximum fuerit; citatque authoritatem S. Augustini dicentis: *Non minus incredibile est, homines ignobiles, infirmos, paucissimosque atque imperitos, qui rem tam incredibilem, tam efficaciter mundo, & in illo etiam doctis, persuadere potuisse, ut mundus illa credat, sicut & credidisse videtur.* Quantum ad secundum hi qui fidem prædicarunt primitus non fuerunt Philosophi, nec oratores, sed piscatores rudes & ignorantes, literarumque expertes. Unde S. Bonaventura S. Ambrosium citat lib. de fide cap. 5. dicentem: *In his quæ fidei sunt, piscatoribus creditur, non Dialecticis.* Etenim è cænaculo duodecim egressi sunt piscatores, ut ad plantandam Ecclesiam per totum se mundum diffunderent, viri humillimis oriundi natalibus, qui non tam calamis, quam remis tractandis assueti, libros numquam pervolverant, sed laccra potius rètia reparare noverant, & tamen prædicatione sua cunctos mundi Sapientes ad fidem compararunt; Id quod D. Chrysostomus hisce verbis obstupescit, dicens: *O rem novam atque inauditam in natura, Judæorum innumera millia Romam tunc vicerunt, atque ceperunt, & à duodecim viris nudis, atque inermibus superati sunt; quæ oratio exponere poterit tanti miraculi magnitudinem?* Cur autem hoc tam ingens miraculum fuerit, rationem hanc assignat, quia duo præcipuè necessaria sunt illis, qui nova volunt insinuare dogmata; Videlicet: *Ut authoritate polleant, & ab audientibus diligantur: Et ad hæc tertium, ut ea dicantur quæ audienti placeant, & in tempore quietis prædicentur.* Jam vero in Apostolis deerat authoritas, quia Galilæi erant, qui gens erant omnibus nationibus odiosa & contempta; insuper pauperes erant, repetiati, laceri, *omniumque peripsema*, ut dicebat Apostolus; In ipsamet quoque Judæa à Synagogis proscripti vagabantur incertis sedibus, & velut mancipia flagellabantur, erantque excommunicati tamquam schismatici. Omnibus quoque exosi erant, utpote voluptatum, honorum, divitiarum, omniumque quæ quilibet homo amabat & procurabat implacabiles hostes & persecutores. Adhæc adeo abjectis erant animis, ut in horto Gethsemani strictos solum lictorum enses videntes, Magistro suo in satellitum manibus relicto & deserto omnes turpi se fuga propiperint: *Omnes, relicto eo, fugerunt;* Et quidem tametsi S. Petrus in amputanda Malchi auricula tunc se generosum probaverit, paulò post tamen, id est, eadem nocte, unius mulierculæ voce perterritus, non semel, sed trinies, turpi perjurio Christum negavit. Scitisne, inquit S. Ambrosius, quonam mysterio incarnata Sapientia ad conversionem totius mundi ignorantes elegerit? Nimirum: *Non in Sapientia verbi, ut non evacuetur crux Christi: quia prædicatio Christiana non indiget pompa, & cultu sermonis, ideoque piscatores homines imperiti electi sunt, qui evangelizarent, ut Doctrinæ veritas ipsa se commendaret, teste virtute, ne hominum versutia & calliditate humanæ sapientiæ acceptabilis videretur, non autem veritate.* Unde D. Chrysostomus in hac Evangelij per totum mundum promulgatione potentem Altissimi manum agnoscebat dicens: *Quæ res maximum argumentum omnipotentiæ Christi est, viginti enim annis, aut ad summum triginta ad omnes oras orbis Evangelium transcurrit.*

Maximum miraculum, & certum fidei nostræ testimonium quod promulgata fuerit ab Idiotis piscatoribus. S. Aug.

2. Cor. 4. v. 13.

S. Ambrosius 1. ad Cor.

D. Chrysost. Hom. 76. in Matth.

Matth. 26. v. 56.

D. Chrysost. Hom. 30. in Matth.

4. *Quid prædicaverunt?* Pro hujus puncti declaratione sciendum est, quod universus vastissimus terræ globus, unico tantum illius excepto angustissimo angello, Judææ videlicet, dæmonibus in falsis simulachris genuæ sua flectebat; id quod David de sui temporis mundo prædixerat, cum ait: *Notus in Judæa Deus, in Israël magnum nomen ejus;* Et tamen S. Joannes attestatur, quod suo sæculo *in propria venerit, & sui eum non receperint.* Ex gentibus autem quidam cœlestes adorabant planetas, alij serpentes, alij alias allia & cepas, adeo ut Poëta de illis ludibrioso cecinerit: *O Sanctas gentes, quibus hæc nascuntur in hortis numina:* Harum inanium rerum existimatæ Deitati suos sacrificabant filios, eosque laniabant & in cineres redigebant; *Immolaverunt filios suos & filias suas dæmoniis.* Ubique superstitiones magiæ, incantationes, & atheismi inundabant: *Dominus de cœlo prospexit super filios hominum, ut videat, si est intelligens aut requirens Deum: Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt.* Inter ipsos denique Judæos non solum Cæsar, sed & Barrabas Messiæ præferebatur; In quavis ætate, sexu, statu, & professione impietates, incestus, sacrilegia, rapinæ, stupra, & strages, impune regnabant: *Mundus totus in maligno positus erat.* Hæc autem errorum, ignorantiæ, malitiæ, & sacrilegiorum pernitiosa lolia & stirpes duodecim istorum pauperum & mudipedum virorum prædicatione eradicanda erant. At vero quænam obsecro Doctrina per illos tradenda erat? Difficillima profecto, omnemque exuperans intellectus humani capacitatem, longeque difficilior voluntati, ut illam amplexaretur; Etenim angusto hominis intellectui, qui eo tempore totus carnalis erat, hæc proponebantur, seu potius opponebantur credenda: videlicet corporum humanorum post mortem Resurrectio, quam viri illi scientifici in Areopago à sonora illa Spiritus Sancti tuba audientes, velut fatuam subsannabant: *quidam quidem irridebant.* Insuper sanctissimæ Trinitatis mysterium, scilicet tres in illo adorandas esse personas, & unum solum Deum; Præterea Sacramenti Eucharistiæ veracitas, in quo pauculis verbis panis in verum Corpus & Sanguinem Christi ita transubstantiatur, ut minima & imperceptibile illius particula, integram ejus Divinitatem & humanitatem perfectè contineat. Quantas obsecro mysterium Incarnationis Verbi secum ferebat difficultates, utpote quod perspicacissimis etiam Theologis, necdum Paganis & idololatris est imperceptibile; Christum namque de Spiritu Sancto conceptum, atque ex Virgine natum esse, adeo gentilibus peregrinum erat, ut interrogati Corinthij: *S. Spiritum Sanctum accepistis credentes?* Respondèrint: *Neque si Spiritus Sanctus est audivimus,* quia *animalis homo non percipit ea quæ sunt Spiritus.* Quantæ difficultatis opus erat, persuadere infidelibus, quod filius fabri lignarij (ita enim Christus à vulgo vocabatur; *Nonne hic est faber, Filius Mariæ*) idem ipse esset, qui unico dumtaxat verbo, cœlum fabricaverat & terram; quod is qui tot annis ferram tractaverat & fecurim. Solum, Lunam, & elementa creasset, totumque gubernaret de facto universum. Unde Sapor Rex Persarum, qui Solem adorabat, quemdam aulicorum suorum, qui fidem nostram profitebatur subsannando interrogabat, dicens: Ergone etiamnum fabrum lignarium adoras? his omnibus accedebat prædicatio crucis: *Judæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam;* Et hæc quidem omnibus adoranda proponebatur, licet summi probri & ignominiæ loco passim haberetur, haud secus ac hodie furcæ & patibula, in quibus fures & latrones suspenduntur. Quantopere à verisimilitudine

D. Chrysost. Hom. 67. in Matth.

S. Bernard. Ibid.

S. Aug. l. 22. de civ. Dei. c. 20.

Joan. 15. v. 1. Psal. 67. v. 12.

Exod. 5. v. 2.

S. Petr. Dam. ser. 1. de S. Marc.

D. Chrysost. in 1. in Act. Apost.

Joan. 6. v. 69

Joan. 6. v. 62.

Act. Apost. 19. v. 2.

1. Cor. 2. v. 14.

Marc. 6. v. 3

1. Joan. 5. v. 19.

1. Cor. 1. v. 23.

Stupendæ operationes evangelici seminis in cordibus infidelium.

Converstus tamen fuit pauculorum pauperum prædicatione,

Licet fides Christi valde sublimia & ardua credentibus proposuerit per Apostolos homines simplices, attamen penetravit corda infidelium.

Act. Apost. 17. v. 32.

In prædicatione Apostolorum excepta sola Judæa, totus mundus fervebat Idolatris.

Psal. 75. v. 2. Joan. 1. v. 11.

Psal. 105. v. 37. Psal. 13. v. 2.

dine distabat, quòd Deus Majestatis infinitæ, in quo sunt omnes thesauri, in medio duorum latronum nudus mortuus fuerit? Enimvero quantumvis hæc omnia valde ardua & ad persuadendum, dura nimis essent, attamen id quod prædicatio Apostolica voluntati proponebat, longe insuperabiliora in se continebat obstacula, persuadendum namque omnibus erat, qui novam hanc professuri erant religionem, omnino illis necessarium esse, ut suos cruci Christi humeros subjicerent, in eaque ad ejusdem Christi imitationem omnes crucifigerent appetitus inordinatos denegando illis consensum, adhibendo jejunia, cilicia, aliasque similes austeritates, voluptates proscribendo, deserendo delicias, divitias, vale perpetuum propter fidem dicendo patriæ: parentibus, amicis, patri, matri, filijs, vitamque & sanguinem pro Christo prodigendo cum opus fuerit, profitendo insuper omnes alias Christianas virtutes, paupertatem scilicet, continentiam, patientiam, humilitatem, mortificationem, obedientiam & alias ejusdem generis. Hæc tamen adeo difficilia, captuique intellectuum adeo obtenebratorum, quales gentilium illius temporis erant, quasi impossibilia; hæc inquam hominibus in quovis scelerum genere adeo habituatis, & consuetudinis callo obduratis, adimpletu nimis ardua pauperes illi piscatores omnibus persuaserunt, omnibusque & singulis populis vivacissime impresserunt.

S. Bernard. Ibid. S. Aug l. 22. de civ. Dei. c. 20. 5. *Tertio quoque considera*, inquit S. Bernardinus, *quibus prædicaverunt:* citatque S. Augustinum lib. 22. de civit. Dei c. 20. dicentem: *Quid incredibilius, quàm quod ad legem contrariam carni & sanguini, Doctores pauci, rudes, & pauperes possent plurimos Potentes & Sapientes convertere? Quod quidem patet de multis Sapientibus, primo fidei rebellibus, postea conversis.* Profecto semen illud Evangelicum, quod tanto cum fœnore incredibiliter fructificavit, ab illo agricola in agrum cordium humanorum jactatum & sparsum fuisse convincitur, qui de seipso ait: *Pater meus agricola est,* siquidem *dedit verbum Evangelizantibus virtute multa.* Equidem, inquit D. Chrysostomus, si daretur casus quod quispiam omnibus valde exosus, in civitatem vel familiam quamdam se intromitteret ad faciendas divisiones hominum mutuas, persuadendo videlicet filio ut deserat Patrem, hæreditatem, domi suæ commoditates, uxori quoque ut deserat maritum, ambosque inducerer, ut omnia quæ possident, vendant, & collectum inde pretium inter pauperes dispensent, talis utique persæpe vitæ sibi periculum non vulgare conciliaret: *Id igitur quod in una domo,* inquit D. Chrysostomus, *facere impossibile est, in universo terrarum orbe, Christus per præcipitia, ignes, præruptas, scopulos, per bella, terra mariique frementia, discipulis missis perfecit.* Nullum erat in mundo regnum idololatriæ magis deditum Ægypto; unde Pharao Regni illius Monarcha dicere non dubitavit: *Nescio Dominum,* & tamen regnum istud per prædicationem S. Marci talem sibi spiritum acquisivit, ut quot in eo domus erant, totidem in eo viderentur esse monasteria & eremitoria: unde B. Petrus Damianus ait: *Talis sub Marco Alexandrina fuit Ecclesia, qualis & Jerosolymæ fuisse sub Apostolica legitur disciplina.*

S. Petr. Dam. ser. 1. de S. Marc.

D. Chrysost. in 1. in Act. Apost.

Joan. 6. v. 69

6. Apostoli, ut bene notat D. Chrysostomus, tametsi tanto tempore cum Christo fuissent conversati, ejusque prædicationem, in qua *verba vitæ æternæ* promebat, ut Petrus ait, sæpius auscultassent, attamen intelligentiæ mysteriorum Religionis nostræ sublimiorum se incapaces monstrarunt, quia quando Christus prima omnium vice de Eucharistia loquebatur, ijsdem dixit: *Hoc vos scandalizat?* unde idem S. Doctor hunc in mundum arguit: *Quod si illi ferre non poterant, qui tantum temporis cum ipso consuetudinem habuerant, & quibus tam multa arcana communicarat, qui tot miracula viderant, quomodo homines, qui recens ab aris, simulachris, & sacrificijs, à felibus, & crocodilis veneram?* Quis præter omnipotentiam & sapientiam Dei alius efficere potuit, ut Dij illi qui per tot sæcula communiter ab omnibus in vastissimis illis regnis in veneratione fuerunt, conculcarentur, & concremati in pulveres redigerentur, desolarenturque erecta ijs templa, terraque coæquarentur? Apostoli patibulum, sive ut melius loquar furcam illam in qua tot pessimi malefactores mortui fuerant, gentilibus adorandam proposuerunt, eo quod in illam Galilæus (ita Julianus Apostata Salvatorem ex contemptu appellabat) confixus fuisset: imo crucem hanc à Regibus & Imperatoribus suis diadematibus inseri procurarunt, in ejusque honorem sumptuosa ab Augustis templa erigi fecerunt: *Dedit verbum Evangelizantibus virtute multa.*

Joan. 6. v. 62. Omnipotentia Dei, dedit fidei prædicatæ virtutem.

7. Illi idem quoque nudi pedes & pauperculi piscatores Philosophis, Oratoribus, alijsque terræ hujus Sapientibus persuaserunt, ut firmiter illum qui in monte Calvariæ crucifixus fuerat, veri ssimum mundi Creatorem, nec non Judicem supremum esse firmiter crederent, qui in judicio finali, in tremendo tribunali suo universum judicaturus est genus humanum, qui gloriam electis prædestinat, & ad infernum condemnat reprobos; qui voce sua omnibus cadaveribus resurgendi impertitur facultatem. Hæcque illorum prædicatio eo usque prævaluit, ut pro profitenda, quàm ipsi præconizabant lege integra meri sanguinis Christiani flumina manare fecerint, siquidem Martyres certatim ad carnificinas & Tyrannorum lanienas properabant, ut vel feris objicerentur in theatris, vel vivi Vulcani flammis consecrarentur, aut alijs atrocissimis carnificinæ dilaniarentur supplicijs.

Nudipedes piscatores, persuaserunt Philosophis crucifixum esse adorandum.

8. *Dedit verbum Evangelizantibus virtute multa:* quia haud secus quam si verba piscatorum totidem fuissent fulmina, ad eorum prolationem templa dejicebantur profana, statuæ deturbabantur, Dæmonumque veluti incarnatorum dissipato cultu, hi qui antea gentiles fuerant, totidem fiebant in carne Angeli, imò cœlestes Seraphini; ex desertis quæ antea ferarum erant diversoria, faciebant sanctuaria, ut verificaretur illud Prophetæ Evangelici cœleste oraculum: *In cubilibus in quibus prius dracones habitabant orietur vivor calami & junci, Et erit ibi semita, & via, & via sancta vocabitur.* Ut proinde S. Hieronymus qui sylvarum illarum à primo fidelium fervore sanctificatarum oculatus testis fuit, ad Heliodorum Monachum in hæc verba scripserit: *O desertum Christi floribus vernans! ô solitudo in qua illi nascuntur lapides, de quibus in Apocalypsi civitas magni Regis exstruitur!* Idololatræ illi, qui antea adeo fuerant rapaces, & ad aliena rapienda assuefacti, suas vendentes substantias, illarum pretium ad pedes deportabant Apostolorum. Hi qui antea Consulatus & sceptra ambiebant, ultro citroque vilissimæ plebeculæ se faciebant ludibria & peripsemata, unice in eo gloriantes, quod pro Christi nomine stulti æstimarentur. Numquid de his verè dici poterat: *Hæc mutatio dexteræ Excelsi.* Hæc utique mutationes & reformationes eum qui hæc operabatur, verum Deum, Apostolos vero illarum solum instrumenta esse evidenter arguebant.

Verba istorum Piscatorum fuerunt fulmina, dejicienia delubra & Idola, cum Idololatris.

Isaiæ 35. v. 7. & 8. *S. Hieron. Ep. 8. ad Heliodorum.*

Psal. 76. v. 11.

9. Porro quod olim Joves, Veneres, Mercurij & similia alia prophana Numina à gentilibus excogitata suos in magno numero habuerint sequaces, quod item Lutherus pariter & Calvinus infinitos post se populos traxerint, nequaquam mirandum est, siquidem ijs, qui eorum professionem errores, ea tantùm proponebant, quæ sensualitati placebant carnis, qualia erant omnimodò à legibus divinis & Ecclesiasticis libertas, vita voluptuosa, hancque vitam conformiter ad inordinatos appetitus suos transigere: Econtra vero valde mirandum est, quod tot post se sequaces traxerit fides Christiana. Quæ de re Didacus Stella his verbis opportune loquitur: *Solius dexteræ Excelsi,* inquit, *hoc opus esse videtur, ut homines pauperes, humiles, abjecti, universum mundum suo subderent imperio, gentes debellarent, Idola rejicerent, Sacramenta sublimarent, & Christi crucem in alium extollerent. Hoc autem non quemadmodum Hæretici nostri temporis, carni, ejusque cupidini indulgendo, jejunia tollentes, sique miscentes omni vitiorum & malorum generi;* siquidem Evangelium econtra non nisi crucem, mortificationem, & ærumnas suis sequacibus annuntiat, omnibusque carni & sensualitati abblandientibus nuntium remittit; ac proinde S. Bernardinus authoritatem adducit S. Augustini contra Epistolam Fundamenti dicentis: *Quis tantam multitudinem ad peccata pronam, ad legem contrariam carni & sanguini servandam induceret, nisi Deus?* Idem quoque S. Doctor alibi *contra Faustum hæreticum* ita scribit: *Sed tot tamosque gentilium populos, pene jam totos à nefaria superstitione simulachrorum, ad unius Dei cultum Christiano Imperio subjugavit, edomito orbe terrarum, non violentia bellici certaminis, sed invictæ potentia veritatis.* Neque Christianos ad Christum voluptates carnales traxerunt, aut vita Epicuri & Sardanapali, sicut Mahometes & Lutherus traxerunt hæreticos, sed virtus Evangelicæ veritatis & crucis.

Dij gentium, sicuti etiam Lutherus &c. post se multos traxerunt, quia proponebant placentia carni.

Did. Stella in c. 10. Luc. Fides autem Catholica mundum convertit proponendo aspera & dura.

S. Bern. T. 1. ser. 1. Art. 2. c. 4. *S. Aug. cont. Epist. Fundamenti.* *S. Aug. l. 22. cont. Faustum.*

DISCUR-

DISCURSUS XVIII.

ARGUMENTUM.

Veritatem fidei Dei solius opus esse exinde probatur, quia semper inter persecutiones perseveravit, imo per eamdem in dies majora incrementa accepit.

THEMA.

Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam, Matth. 16. v. 18.

1. Cor. 2. v. 10. S. Aug. ser. 29. de SS. Fides nostra ideo indubitata est, quia fundata est super præscientiam Christi quoad fundamentum ejus.

1. QUando Filius Dei, *ut sapiens architectus fundamentum posuit*, Ecclesiam suam supra solidissimam Petri petram erigendo (de quo S. Augustinus ait: *Dignus qui ædificandis in domo Dei populis lapis esset ad fundamentum, columna ad sustentaculum*) simul etiam eidem portas inferi numquam contra illam prævalituras esse, per altissimam præscientiam suam infallibiliter prædixit, dum ad S. Petrum inquit: *Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ &c.* Circa quæ verba Doctor Angelicus quærit: *Quæ sunt portæ inferi? Hæretici, item Tyranni, Dæmones, peccata*; ac proinde fidem ab Ecclesia nobis propositam indubitatam esse, ex eo præcipue argumento convincitur, quia scil. divinum hoc circa illam adimpletum est præsagium. Similiter Albertus Magnus, qui magnus S. Thomæ Aquinatis Magister fuit, super eadem verba, glossando inquit: *Non prævalebunt, ut evertant, venerunt flumina, flaverunt venti, descendit pluvia in domum illam, & non cecidit, fundata enim erat supra firmam petram:* Idque probat testimonio S. Pauli ad Timotheum ita scribentis: *Firmum fundamentum Domini stat habens signaculum hoc.* S. Leo ad illa à Christo prolata verba: *Quia tu es Petrus*, se reflectens, de tujus petræ soliditate ita scribit; *Id est, cum ego sim inviolabilis petra, ego lapis angularis, qui facio utraque unum, tamen tu quoque petra es, quia mea virtute solidaris, super hanc fortitudinem æternum extruam templum, & Ecclesiæ meæ cælo inferenda sublimitas in hujus fidei firmitate consurget.*

S. Thom. in Matth. Alb. Mag. in Matth. S. Leo ser. 2. in Nat. SS. Ap. Petri & Pauli.

2. Aptissime proposito nostro inservit observatio quædam, quam in Annalibus Ecclesiasticis facit Eminentissimus Cardinalis Baronius, quod scil. incarnata Sapientia Petro dixerit: *Tu vocaberis Cephas*: ubi in lingua quidem Syriaca est *Cephas*, sed in Latino legitur *Petrus*: Et licet neutra ex hisce dictionibus, qualis sit petra sufficienter exprimat, non tamen quamlibet petram illum esse dixit, sed quæ sit omnium durissima, nempe cautem; Nimirum hic Apostolorum Princeps instar cautis omnibus se exurgentibus procellis opponere debebat, quæ in progressu sæculorum Ecclesiæ naviculam adorturæ erant; ac proinde pro corpore emblematis assumptus fuit scopulus seu cautes marina, quæ procellosis maris undas robore suo frangit, cum tamen ipsa minime fracta stabiliter perseveret, cum hac emblemati subjuncta sententia: *Frangit, non frangitur.* Unde D. Chrysost. ait; *Supra petram statuta est fidelis, propterea & undarum ictibus inexpugnabilis est.* Idipsum diebus nostris sæpius accidisse novimus, & ad finem usque mundi infallibiliter eveniet. Ad hunc scopulum, ad hanc fidei Catholicæ Romanæ petram omnes persecutionum à Paganis, Mahometanis, Hæreticis, Schismaticis, aliisque ejusdem farinæ fœcibus motarum undæ allidentes confractæ semper fuerunt & dissipatæ; nam ut lib. 2. Esdræ dicitur: *Super omnia vincit veritas*; Et S. Joannes ait: *Hæc est victoria quæ vincit mundum, fides nostra.* Sanctus quoque Leo Magnus eximius S. Petri successor ex Cathedra Petri futurum pronuntiavit, quod *nec ullo crudelitatis genere destrui possit Sacramento crucis Christi fundata religio.* Similiter D. Chrysostomus Catholicæ fidei nostræ hoc attribuit encomium, quod scilicet *Ecclesia firmioribus, quam cælum ipsum radicibus defixa hæreat.* Tametsi enim arbor aliqua recenter in terræ solo fundata, quamdiu scilicet ob temporis modicitatem nullas adhuc in terra firmas radices egit, à quovis modico vento evelli soleat; attamen hoc fuit divinæ Omnipotentiæ, ejusque infallibilis erga Ecclesiam suam providentiæ miraculum, quod licet in primis principijs in Ecclesiam nondum firmiter fatis radicatam impetuosissimi persecutionum venti ex omni parte insurflando insurrexerint, ipsa tamen solida & inconcussa perstiterit; *Oppugnati sunt undecim discipuli, totus orbis oppugnabat, verum qui oppugnabantur, vicerunt, qui oppugnabant, sublati sunt, oves devincere lupos.*

Baron. An. 31. Firmitas fidei nostræ fundata est supra firmam petram. D. Chrys. t. 1. h. 2. ad pop. Antioch. Et hinc inconcussa manet contra omnes hostium impetus. 2. Esdra 4. 1. Joan. 5. v. 4. S. Leo ser. 1. in Nat. SS. Ap. Petri & Pauli. D. Chrysost. t. 3. h. 4. de ver. Isaiæ. D. Chrys. ibid.

3. Regius Propheta David hujus terrestris Jerosolymæ persecutiones in Spiritu Prophetico prævidens, his Deum verbis affatur: *Memor esto Domine filiorum Edom die Jerusalem, qui dicunt: exinanite usque ad fundamentum in ea.* Tyranni quidem omnibus Christianis diversa mortis genera inferre, specialissime vero Religionis nostræ fundamentum, id est, Petrum & Successores ejus extirpare atque è medio tollere machinabantur, sed quonam id eventu ab eis factum fuerit, S. Augustinus egregiè exponit, dum in hujus Psal. Commentario ita scribit: *Quantas persecutiones passa est Ecclesia, quomodo dicebant filij Edom, id est, carnales homines: Extinguite Christianos, nec unus remaneat, evertite usque ad fundamentum. Nonne dicta sunt ista? sed interim persequentes improbati sunt, Martyres coronati sunt;* Quasi enim omnes qui fidem nostram persequebantur, funesto vitam suam fine clauserunt; Dico autem, quasi omnes, quia ut sanctus Augustinus bene probat, Dei providentia eo modo mundum hunc gubernat, ut hic in terris non omnes impios castiget, nec tamen etiam majorem illorum partem castigare desinat, quia si omnes puniret, homines facile omnia in hac vita terminari, in altera vero vita nihil castigandum superesse persuadere sibi possent: Quod si vero neminem castigaret, in alium homines errorem prolabi possent, videlicet quod vel nulla in cœlis habeatur justitiæ ratio, vel quod Dei providentia de rebus humanis parum vel nihil curet. Herodes qui primus Christi persecutor fuit, severè vapulavit, nam oculi ejus ex capite prosilierunt, & occisis prius tribus filijs suis, semetipsum tandem desperatus cultro transfixit. Alter vero Herodes, qui S. Jacobum majorem in Christianæ fidei odium occidi, & ob eamdem causam S. Petrum in careeres conjici jussit, ab Angelo percussus, & vivus à vermibus devoratus, ex hac vita infelicissime migravit. Nero qui Sanctis Petro & Paulo necem intulit, se à pernitiosis conjuratorum consilijs eximere non posse videns, sibimetipsi manus intulit violentas. Domicianus qui S. Joannem in lebete ferventis olei adurere decreverat, à suis familiaribus occisus est. Valerianus implacabilis Ecclesiæ hostis à Persis in bello victus, Persarum Regi equo insidere volenti, tamquam vilissimum mancipium scabelli loco servire debuit postquam ambo ejus oculi illi eruti fuissent. Aurelianus & Decius à suis fuere contrucidati. Diocletianus, qui se tamquam Deum adorari voluit, ad tantam redactus est miseriam, ut Regni Romani Diadema deferere, & rusticanam vitam agere coactus fuerit; Ad similem quoque conditionem dejectus fuit Maximinianus, siquidem Maxentius filius ejus, ut thronum patris sibi vendicare & conscendere posset. Roma illum turpiter ejecit, eumque ad Constantinum generum suum confugisset, ab eoque benigne acceptus fuisset, tandem perfidiæ in Constantinum reus factus, infami & ignominiosa morte ab illo occisus fuit. Maxentius pariter filius ejus à Constantino victus, & de eodem ponte, è quo æmulum deturbare decreverat, ipse misere in Tiberim præcipitatus interijt, adimpletumque fuit regium illud Davidis vaticinium: *Lacum aperuit, & effodit eum & incidit in foveam quam fecit.* Maximinus quoque in bello profligatus, ut periculum eveaderet inter aquarios se immiscuit, ubi postquam intestina ejus emarcuissent à vermibus consumptus interijt, cui hæc patienti in faciem improperatum fuit, miseriam hanc apertam esse divinæ justitiæ in ipsum sævientis vindictam, eo quod Dei persecutus fuisset Ecclesiam. Licinius qui in Oriente regnabat, in prælio cæcus misere occubuit. Julianus Apostata paucis diebus imperium suum finivit, & à sagitta graviter sanciatus sanguinem è vulnere hausium in aëra projecit, dicens: *Vicisti Galilæe.* Valens Arianus à Gothis stratus, in tugurium quoddam se recepit, in quo ab igne consumptus fuit. Unde S. Thomas à Villanova in Concione quadam in hæc verba prorupit: *Totus orbis à principio tibi contradixit, sed tu potentissime de omnibus triumphasti, hæc est enim victoria quæ vincit mundum, fides nostra.* Etenim Tyranni, Barbari, Pagani & Mahometani multoties quidem per suos exercitus adversum Catholicos crudelissime prævaluerunt. Verumtamen ut D. Chrysostomus in oratione, quadam, cui titulus est: *De non contemnenda Ecclesia*, optime advertit: *Quid Ecclesia Dei potentius esse potest? Mœnia Barbari destruant, Ecclesiam vero ne damones superant, cum oppugnatur, vincit.*

Psal. 136. v. 7. Tyranni omni modo conati sunt opprimere hoc fidei fundamentum, sed frustra. S. August. Ibid. Exempla infelicissimæ mortis Tyrannorum, Christum, & Ecclesiam persequentium. S. Thom. à Villanova Conc. de oct. Paschæ. D. Chrysost. de non contemn. Eccles.

Muros quidem civitatis sanctæ dejicere, demoliri templa, septem ejus colles acriter impugnare potuerunt, sed fides semper magisque fuit propagata, etiam quando sub atrocissimis ingemiscebat persecutionibus, ut adimpleretur illud Jeremiæ oraculum, dicentis: *Bellabunt adversùm te, & non prævalebunt:* Corporibus quidem Christianorum prævaluerunt, sed cordibus & animabus nihil inferre nocumenti potuerunt, utpote in quibus viva semper fides conservabatur. Imo dignissimus & de Ecclesia Dei optime meritus Cardinalis Cajetanus observat, quod quanto contra Ecclesiæ temporalia magis prævaluerunt, tanto magis Ecclesia aucta est numero vel merito. Adducitque sequentem S. Leonis Magni de semine similitudinem dicentis: *Non minuitur persecutionibus Ecclesia, sed augetur, & semper Dominicus ager fegete ditiore vestitur, dum grana quæ singula cadunt, multiplicata nascuntur, unde duo illa præclara divini seminis germina, in quantam sobolem germinarint, beatorum millia Martyrum protestantur.* Simili quoque allusione Divus utitur Chrysostomus, nam ut ostendat quanto incremento Ecclesia in eorum fidelium diminutione adaucta fuerit, ita scribit: *Enimvero sicut plantæ rigatæ magis crescunt, ita & fides nostra oppugnata magis floret; neque horti aquis irrigati ita germinant, & fœcundi sunt, ut Ecclesiæ, si Martyrum irrigentur sanguine.* Nulli, ut existimo, ignotum est illud Tertulliani effatum, dicentis: *Plures efficimur, quoties metimur à vobis semen est sanguis Christianorum.*

Tyr. 1. v. 19. Persecutionibus fides & fideles aucti fuerunt. Cajet. in Matth. 16. S. Leo ser. 1. de Natali SS. Ap. Petri & Paul. D. Chrysost. h. 40. de SS. Juvent. & Max. Mart. Tertull. in Apolog. c. ult. Hoc declaratur apta similitudine ignis, qui insufflatus, augetur. Luce 12. v. 49. Act. Apost. 8. v. 1. Baron. An. 35. n. 1. D. Chrysost. Ibid.

4. Sæpe contingit, quod dum ignem insufflando extinguere nitimur, idem ignis tanto magis dilaretur & excrescat, & quanto impetuosior ventus, tanto lucu lentiores magisque flammas edat. Ignis ille quondam super cænaculum Syoniticum cecidit, de quo ipsemet Salvator ait: *Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi ut accendatur*; licet vero paucæ illius scintillæ in Judæa exarsissent, nec minima tamen ejusdem ignis favilla in Gentilissimum se effuderat, attamen postquam Synagoga Ecclesiam in sui primordio in persona Protomartyris persecuta fuit, hunc que ignem per ventum persecutionis totaliter extinguere tentavit, eumdem tanto vehementius totum mundum accendere fecit: *Facta est... persecutio magna in Ecclesia*, inquit facer textus, ... *& omnes dispersi sunt.* At vero quisnam tandem hujus persecutionis extus fuit? Nimirum ut Cardinalis Baronius observat, fides extinde in diversis, valdeque remotis regionibus propagata fuit, siquidem Apostoli, ut sanctus Lucas ait, eamdem non solum per Judæam & Samariam propagarunt, verum insuper in Phœniciam, Cyprum, Antiochiam, variasque alias Provincias prædicando fidem Christi pertransierunt. Unde Divus Chrysostomus ait: *Cum adhuc parva Religionis scintilla esset, eam tamen non extinxerunt, neque confregerunt, sed ipsi potius confracti sunt. Augebatur quotidie scintilla hæc, ferebaturque in sublime, & omnem undique orbem invadebat, cum occiderentur, adurerentur, suspenderentur, bestijs objicerentur omnes fideles.*

Luce 22. v. 32. Deus oppugnatoribus fidei, semper virum aliquem fortem & sanctum opposuit. S. Greg. Nyss. in laud. S. Basilij. Cur, & quamdiu Deus permittat Ecclesiam suam concuti tempestatibus persecutionum. S. Cyp. de mortalit. Matth. 8. v. 23. Ibid. v. 24. Lyranus Jansen. Concord. c. 30. Psal. 120. v. 4. Cant. 5. v. 2. S. Thom. Ibid. Prov. 8. v. 28. Ibid. v. 29. Matth. 8. v. 21. Author Imperf. ibid. In persecutionibus videtur Christus in navi Ecclesiæ dormire. D. Chrysost. ser. 20. Cajetan. Matth. 16. Psalm. 94. v. 5. Luc. 22. v. 32. Auth. Imp. Ibid.

5. Quando Cerbero infernali adversus Ecclesiam nascentem fœviendi potestas concessa fuit, Salvator noster ad Petrum conversus dixit: *Rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua.* Et ideo Nyssenus in laudibus Basilij Magni, prudenter observat Deum pro religionis Orthodoxæ fulcro & præsidio acerrimos semper in Ecclesia suscitasse defensores, qui se ejusdem oppugnatoribus toto pectore opponerent: Quod quidem in primis probat exemplo nonnullorum Veteris Testamenti Abrahami, videlicet, Samuëlis, & Eliæ; Demum vero descendit ad Apostolos & Martyres, ac tandem ad sanctum Basilium pertingit dicendo, quod postquam Arrius horribile illud Ecclesiæ monstrum ab Ægypto processisset, Deus subitò in Ponto Basilium exurgere fecerit, qui linguæ & calami ministerio sine ulla Imperatorum cum Arrio sentientium formidine, instar aggeris, se huic procellæ opposuit, ne Petri naviculam posset submergere. Sic quoque Pelagius divinæ gratiæ juratus hostis in Anglia prodierat in lucem, cum ecce Deus subitò quoque nasci voluit sanctum Augustinum Hæreticorum malleum, ut eumdem scripto & vocetenus retunderet & profligaret. Vix in Provincia Tholosana in Francia pellima illa Albigensium zizania germinare cœperant, cum ecce Sapientia increata in Hispania, eodem sæculo, Ecclesiæ dedit Sanctum Dominicum, qui eadem zizania doctrina & sanctitate sua & suorum succenderet, & in nihilum redigeret. Eo demum tempore quo Lutheri & Calvini hæreses in magna Europæ parte, cum irreparabili fidei Catholicæ damno pedem fixissent, Deus ad confutandos horum hæresiarcharum errores, eisdem almam Societatem Jesu oppositi.

6. At vero dicet aliquis cur Deus huic naviculæ, cujus clavum Sancto Petro gubernandum commisit, tot validas tempestates immisit? Hujus efficacem quamdam rationem Sanctus Cyprianus paucis verbis assignat, inquiens: *Confitetur in adversis, probatio est veritatis*; Quanto enim longius errores & hæreses progrediuntur, tanto veritates Catholicæ quæ ab Hæreticis impugnantur, à sacris Doctoribus illas scriptis suis profligantibus majori certitudinis lumine illustrantur. Quando nos Dei infallibilem providentiam suam deseruisse Ecclesiam credimus; quando atrociores Aquilo ventos suscitat, quibus Ecclesiæ concutiatur, tunc Christus in hac navicula vel maxime præsens adest, & quiete ac suaviter dormit: *Ascendente eo in naviculam, secuti sunt eum discipuli ejus; Et ecce motus magnus factus est in mari, ita ut navicula operiretur fluctibus, ipse vero dormiebat.* Per quam naviculam Author Imperfecti Ecclesiam interpretatur, quæ *navigat instructa fidei gubernaculo felici cursu per hujus sæculi mare, habens Deum Gubernatorem, Angelos remiges, portans choros omnium Sanctorum, erecta in medio ipsa salutari arbore crucis, in qua Evangelica fidei vela suspendens, flante Spiritu Sancto ad portum Paradisi & æternitatis quietis æternæ perducitur.* Tempestates vero illæ persecutionum symbolum erant, inquit Lyranus; Et specialius Jansenius hac de re ita scribit; *Hinc concussa Turcarum impugnatione, hinc hæresum diverjarum inquinata ventis, hinc Christianorum inter se beligerantium distracta discordijs.* Et quidem licet Christus in hisce tempestatibus suæ promissionis immemor esse videatur, qua pollicitus est, *Portæ inferi, &c.* nam ipse dormiebat, non vero pro naviculæ salute vigilabat, attamen æternæ Veritatis propositio est, qua dicitur: *Non dormitabit neque dormiet, qui custodit Israël*, sicut & illa qua Sponsus cælestis Sponsæ suæ Ecclesiam indicanti dicit: *Ego dormio, & cor meum vigilat*; videtur quidem quasi dormiat, dum Ecclesiam suam à persecutoribus male & indigne tractari permittit, at vero ut Doctor Angelicus ait: *In tanta tempestate manebat securus*; Et ut in Proverbiis dicitur; *Librabat fontes aquarum, quando circumdabat mari terminum suum, & legem ponebat aquis ne transirent fines suos*, eo usque tempestates furere permittit, quamdiu adversariorum dissimulat oppositiones & contradictiones, quando vero tempus opportunum adesse cognoscit, fugat tempestates; *Imperavit ventis & mari, & facta est tranquillitas magna.*

7. Apostolos ipso præsente timore perculsos his verbis reprehendit; *Quid timidi estis modicæ fidei?* Author Imperfecti inquit: *Dormire in hac navi Dominus tunc intelligitur, cum ad probationem fidei Ecclesiam suam pressuris & persecutionibus mundi istius tentari permittit.* Divus Chrysologus ait: *Gubernatoris peritiam non probat tempestas serena, sed procellosa tempestas; Blandiente aura navim regit ultimus nauta, in confusione ventorum primi quæritur ars Magistri.* Quo eodem argumento pariter Cardinalis Cajetanus utitur, ut nullum præter Deum Ecclesiam & fidem illius protegere & tueri posse demonstret; dicit enim: *Ut intelligamus ædificium Ecclesiæ nullis contrarijs concutiendum, ac per hoc non humana, sed divina virtute consistere, declarat vanum conatum omnium contrariorum ad destructionem illius.* Ideo etiam quotidie ad Matutinum canimus: *Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud*; Ac proinde Navicula Petri securissima est quod per quamvis procellosam tempestatem non periclitabitur, quia Deus illius est Dominus & Nauclerus, qui inviolabili fide ei pollicitus est, dicens: [*Rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua.*] *Unde quamvis infestatione inimici Ecclesia, vel sæculi tempestate laboret*, ut Author Imperfecti inquit, *quibusvis tentationum fluctibus pulsetur, naufragium facere non potest, quia Filium Dei habet Gubernatorem.*

8. Idem quoque divus Chrysologus Deum eisdem ventorum furijs præcipere inquit, ut se in hujus naviculæ emolumentum & profectum obsequiosè inclinent, & subnittant: *Mare, hoc est, mundum corripit, tranquillat orbem, Reges mitigat, sedat fluctus, compnit populos, Romanos efficit Christianos, ipsosque executores Christianæ fidei reddidit, qui fuerunt Persecutores*; adeoque dum ut Cardinalis Baronius observat,

Cajet. in Matth. 16. Psal. 7. v. 14. Deus oppugnatoribus fidei, semper virum aliquem fortem & sanctum opposuit. S. Greg. Nyss. in laud. S. Basilij. Matth. 8. v. 21. D. Chrysost. ser. 10. Fidei Veritas ex persecutoribus facit Ecclesiæ defensores.

Baron. an. 112. n. 19. Ps 76. v. 11.

servat, persecutores in Ecclesiæ suæ defensores commutat, aliud inde concludi nequit, quam quod *hæc* sit *mutatio dexteræ Excelsi.* Quis enim alius præter Deum judicium rationis & Discursum perfecutorum obfuscare poterat, quando per suam impietatem fidei exaltationi insensibiliter cooperabantur? *Nescientes Ecclesiam Dei*, inquit sanctus Leo, *per furorem suæ crudelitatis augeri, quoniam in supplicijs & mortibus beatorum Martyrum, qui putabantur minui numero, multiplicabantur exemplo.* Philistæi eo quod Arcam Dei accepissent in prædam, se vires populi Dei debilitaturos, & per hanc victoriam se adversus adversarium suum magis corroborandos esse credebant, & tamen arca hæc Dagon idolum ipsorum in minutas partes comminuit, eosque irreparabili strage profligavit. *Omnia* autem *hæc in figura contingebant.* Pari namque modo hujus mundi potestates Idololatræ per fidei persecutionem, per captivitatem Christianorum, per crudelissimorum suppliciorum ijs illatorum carnificinam se Christianismum abolituros esse sperabant, minime attendentes tanto magis veritatem manifestari & roborari Evangelicam, Ecclesiamque fidelium multiplicitate, & invicta Martyrum constantia stabiliri, unde in fidei encomium dici posse videtur, quod in simili proposito Emissenus his verbis dixit: *Ecce profanus hostis nequaquam ei tantum prodesse potuisset obsequio, quantum profuit odio.* Sanctus Cyprianus de Tyrannis, qui in perversis consilijs & conatibus suis remanserunt illusi, inquit: *Sic Sanctorum persecutionibus Tyrannus crudelis illuditur, qui dum putat perdere quos occidit, melioris vitæ statum eis procurat, & quod ille in perditionem molitur, hi utuntur pro beneficio.*

S. Leo ser. 6. de Epiph.

Eus. Emiss. de S. Blandina.

S. Cypr. de Epiph.

9. S. Ambrosius parabolam illam, in qua Christus fidem grano sinapis similem esse dicit, exponens ait: *Granum sinapis martyres nostri sunt. Felix, Nabor, & Victor, Gervasius & Prothasius & Nazarius, habebant odorem fidei, sed latebant. Venit persecutio, contriti gladio per totius terminos mundi gratiam sui sparsere martyrij, ut jure dicatur: In omnem terram exivit sonus eorum.* Quodnam obsecro Imperatores sibi lucrum comparaturum per carbones sancti Laurentij? *Omnium Christianorum corda calefecit*, inquit idem sanctus Ambrosius. Quod idem quoque dicere forsitan sanctus Paulus voluit, dum ad Philippenses in hæc verba scripsit: *Scire vos volo fratres, quia quæ circa me sunt, magis ad profectum venerunt Evangelij, ita ut vincula mea manifesta fierent ... in omni prætorio.* Eo namque tempore quo fideles heroica cum fortitudine tormenta sustinebant, fama Religionis Christianæ per mundum tanto validius fragrabat, tantoque magis æstimabatur esse vera, quanto major erat in martyribus generositas, qua illam modo quodam superhumano & miraculoso defendebant. Unde sanctus Hieronymus ad propositum nostrum de S. Paulo ita scribit: *A Cæsare missus in carcerem, notior familiæ ejus factus, persecutoris domum, Christi fecit Ecclesiam*, teste Apostolo qui ad Philemonem ita scribit: *Salutant vos omnes sancti, maxime autem qui de Cæsaris domo sunt.*

S. Ambr. l. 7. in Luc. c. 13. Martyres fuerunt granum Sinapis propter multiplices fructus, ex ijs germinatos.

S. Ambros. Phil. 1. v. 12. Ibid. v. 13.

S. Hieron. in Epist. ad Philemon. Philip. 2. v. 22.

DISCURSUS XIX.

ARGUMENTUM.

Fidem Catholicam à Deo esse ex suppliciorum Martyribus illatorum multiplicitate & acerbitate convincitur.

THEMA.

Omnes Sancti quanto passi sunt tormenta.

S. Bonav. serm. 9. in Hexam. Sanguis tot millionum Martyrum testatur fidem nostram esse à Deo.

Causs. in aula sancta. l. 2. c. 1.

1. SEraphicus Doctor irrefragabilia fidei Christianæ examinans testimonia, inter alia dicit: *Certitudo veritatis apparet, quando homo vult mori pro veritate quam prædicat*; Atque ideo Ecclesia laudabilem hunc morem habet, quod quotidie pro fidei nostræ confessione, postquam in Martyrologijs multorum sacrorum heroum varia retulit gloriosa Martyria, & partarum victoriarum palmas, in fine subjungat: *Et alibi aliorum plurimorum sanctorum Martyrum, &c.* Neque enim dubium est, quod plures sint Martyrij corona glorificati præter illos qui in Martyrologij serie recensentur. Nicolaus Caussinus in aula sua sancta refert ex allegato quodam Scriptore, quod post institutum exactum calculum deprehensi sint undecim milliones Martyrum, qui pro confessione & testificatione Fidei sanguinem & vitam suam prodegerunt. Clarum est autem, quod hi Martyres non casualiter & fortuitò, neque ex aliqua animi pervicacia aut temeritate passi sint, & mortui fuerint; Neque idipsum ex quadam mentis vesania aut stultitia fecerint; neque impassibiles fuerint; ut proinde Eusebius Emissenus dicat: *Hos charissimi ita miremur, ut homines fuisse meminerimus, hos inquam ita miremur, ut eos nostri similes noverimus; & sub eadem qua nos famus carnis fragilitate vixisse.* Quodnam igitur calcar fuit, quod illos ad ensES, ad equuleos, ad fornaces, ad feras certatim currendum, sanguinemque & vitam prodigendam extimulavit? Calcar hoc Magnus ille expressit Gregorius, dum ait: *Numquid carnem suam in mortem darent, nisi eis certissime constitisset, esse vitam, pro qua mori debuissent?* Emissenus similiter ideo Martyres tanta cum promptitudine & jubilo ad lanienam properasse dicit: *Ut vel sic intelligamus, quantum debeat desiderari vita illa, quam per cruciatus, per vulnera, per intolerandos labores videmus inquiri, quam cognoscimus pretio sanguinis comparari.* Denique quam virtutem Martyria ad fidem solidandam habeant Tertullianus succincte quidem, sed acute expressit, dum ait: *Per Martyria fidei examinatoria*, quasi dicere vellet, Ecclesia accuratius fidei examen, aut certius ejusdem specimen sive experientiam habere nequit, quam quod per Martyrium editur.

Eus. Emiss. de nat. S. Genesij.

S. Greg. hom. 32. in Evang.

Eus. Emisin. nat. SS. Petri & Pauli.

Tertull. in Scorp. c. 7.

2. Jojada mortuo Principes Juda Joas adorasse leguntur, qui ipsorum obsequijs deceptus, eosdem idololatrandi veri Dei cultui dorsum vertere permisit; Unde zelo ardens Zacharias Jojadæ filius eos acriter reprehendens lapidatus fuit. Qua de re sanctus Hieronymus in hæc verba scribit: *Fundamentum domus Dei, eo quod Zachariæ sanguis, usque ad fundamentum templi & altaris perveneret.* At vero scitisne causam cur hic sanguis viri illius qui honorem & religionem veri Dei tantopere zelaverat, ad fundamenta usque templi penetrarit? *Omnia in figura contingebant?* Nimirum ad denotandum quod sanguis Martyrum fundamentum sit, cui fides nostra innititur; Unde Ecclesia de Apostolis canit: *Isti sunt qui viventes in carne plantaverunt Ecclesiam sanguine suo.* Hinc sanctus Justinus Martyr ex ingenti copia effusi sanguinis Martyrum fidei nostræ arguit stabilitatem, dicens: *Cujus vero Religionis pluribus mortis cruciatibus & supplicijs, quam eorum ipsorum pietatis doctrina est constabilita?* A quo tempore enim mundus stetit, nullam invenietis in mundo religionem, quæ majoribus pluribusve radicata & fundata sit sequacium suorum passionibus & tormentis, quam Catholica religio: *Quid autem fecit Martyres divos agones, & acerrimas pœnas subire, nisi fides?* inquit Villanovanus.

Sanguis Martyrum est fundamentum cui initiatur fides nostra.

S. Hieron. ex trad. l. 1. Paral. 24. v. 17.

Just. Mart. 2. 2. Grat. Conf. n. 12.

S. Thom. à Villanova conc. de Oct. Paschæ. Hebr. 11. v. 33. 34. 36. & 37.

3. *Quanta passi sunt tormenta?* Sanctus Apostolus integrum quemdam cruciatuum à sequacibus veri Dei ad sua usque tempora patienter toleratorum texit Catalogum, inquiens: *Obturaverunt ora leonum, Extinxerunt impetum ignis... Ludibria & verbera experti... Vincula & carceres; Lapidati sunt, secti sunt, ... in occisione gladij mortui sunt, circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti... In solitudinibus errantes, in montibus, & speluncis, & in cavernis terræ, Et hi omnes testimonio fidei probati sunt.* Verumtamen si omnes pœnosissimi & innumerabiles dolores, & tormenta, quæ ad dilaniandos Martyres à Tyrannis per inimicum infernalem instigatis excogitata fuerunt, in æqua bilance ponderentur, dici utique poterit: *Circumdederant eos supplicia quorum non est numerus*, ex quibus tamen Ribadeneira nonnulla describit, inquiens: Sæpius quidem Martyres affigebantur in crucem, non tamen semper uno eodemque modo, aliquando enim illos capite sursum erecto ad imitationem Christi crucifigebant, frequenter alios exemplo S. Petri capite deorsum verso in cruce mori finebant. Item illos nonnumquam ad humilem quemdam suspendebant truncum, ut eisdem tanto vicinores carnifices eos unguibus dilaniare, vel ustulare facibus ardentibus, vel forcipibus ignitis dilacerare commodius possent: Illos quoque nonnumquam ex uno dumtaxat pede, sæpe etiam ex ambobus suspendebant, subtus illis ex fœtente materia succenso igne, ut illius fumo & ardore suffocati lenta quadam morte contabescerent; Multoties illos ex unico tantum brachio suspendebant, vel ex digito grossiori, & ad laxandas membrorum compages, gravissima pedibus pondera alligabant, sæpius etiam ad instar uvarum sub torculari ad mortem usque confringebantur eorum

Petr. Ribadeneira.

ossa; vel manibus pedibusque extensis agebantur in rotam, eosque ad rotas acutissimis clavis instructas alligatos deorsum agebant in præcipitia, vel circumagebant, ut clavi tanto profundius eorum penetrare carnes possent. Ad hæc ordinarium Martyrum tormentum equuleus erat, tale nimirum instrumentum, quod ex ligno instar equi formatum, in capite rotulas habebat, quibus inserti funes Martyrum corporibus alligati, eosdem per brachia retrorsum vinctos sursum trahebant, ut singula humerorum ossa è suis dimota juncturis dolorosissime luxarentur. Catasta tabulatum quoddam in edito loco positum erat, unde Martyr conspicue ab omnibus videri poterat, in quo sine ulla compassione flagellabatur vel nervis boum, vel nodosis fustibus, aut virgis spinosis, quæ scorpiones, dicebantur; sæpius etiam illorum corpora virgis quatiebant ferreis, vel plumbatis, quibuscum eorum corpora tanta cum truculentia dilaniabantur, ut sæpe lictores potius percutiendo fatigarentur, quam verbera excipiendo Martyres; Unde Lactantius Firmianus gentiles invincibilem militum Christi in cataftis & equuleis videntes constantiam stupefactos & attonitos stetisse dicit: *Inter fatigatos carnifices, invictam tenere patientiam; existimant id quod res est, nec perseverantiam morientium vanam esse, nec ipsam patientiam sine Deo cruciatus tantos posse superare.*

Lact. Firm. l. 5. divin. Instit.

Alia tormentorum genera.

4. Quibus accedit; quod ungulis & forcipibus hinc inde aculeatis ex chalybe dentibus armatis carnes sanctorum Martyrum dilacerarint, & frustratim decerpserint; pectinibus quoque utebantur ferreis ad dilaniandæ eorum membra, corpusque hoc modo cruentatum & saucium cultris decoriabant, laminas item ignitas lateribus adhibebant; Calci nonnumquam vivæ, aut ferventi oleo, vel plumbo liquefacto immergebant. Quique hisce tormentis nonnumquam evaserant superiores, bobus includebantur æneis ex suppositio & continuato igne candentibus, vel lebetibus pice, plumbo, vel alio metallo liquefacto plenis, verubus arcte alligata corpora lento igne assabant, vel in caldarijs frigebant, galeas ignitas claviculis acutissimis intus plenis eorum imponebant vertici, calceisque ferreis punctoris undique plenis torquebant pedes: Candentibus igne fornacibus, vel ferarum latibulis includebant, præscindebant linguas, dentes evellebant, eruebant oculos, fides acutas sub digitorum unguiculis infigebant, excoriabant vivos, & minutissimas partes senim conscindebant: Eorumdem viventium viscera paulatim à muribus & gliribus corrodi curabant: Mille delibutos ardentissimis exponebant Solis radijs, ut à muscis & apibus lente & crudeliter conficerentur, fœtentibus cadaveribus arctissime viventium alligabant corpora, eaque sic etiamnum viventia sepelebant: Uno verbo *circumdederunt eos mala quorum non est numerus.* Nunc vero invictam eorum auscultate constantiam, qua innumerabilium & crudelissimorum tormentorum istorum carnificina se superiores esse probabant: *Latera effodiebant*, inquit D. Chrysostomus, *carnem deradebant, viscera ipsa & interiora pervadebant, attamen cum cuncta pervestigarent, thesaurum fidei depradari minime valuerunt.*

D. Chrys. hom. 47. in S. Julian.

5. Sanctus Clemens, Episcopus Ancyranus & individuus ejus Comes Agathangelus, per viginti octo annos continuo fuere cruciati Martyrio, quod à P. Ludovico Granatensi in Introductione ad Symbolum fusius describitur, in cujus tamen laudem affirmare possumus, quod olim de Apollinari inquit D. Chrysologus: *Injecit tela quæ potuit, persecutor videlicet & omnia armorum suorum genera callidus exegit inimicus, nec tamen fortissimi ductoris movere mentem potuit, aut temerare constantiam.* Eusebius Emissenus invincibilem describit Sancti Romani Martyris in perferendis supplicijs constantiam, cui proinde verba illa quantumvis, à profano homine prolata adaptari merito possunt: *Agere & pati fortia Romanum est. Magnanimus est confessor impiadus*, inquit præfatus Eusebius, *ferens secum in ore quidem judicium mortis, sed in corde pretium immortalitatis. Quæ est ista rerum, & quam stupenda diversitas est? Corpus pro anima expositurus unus atque idem & pœnæ secum causam portat & gloriæ: extrinsecus affligendas, intrinsecus coronandas*; Unde vero intrepidum in hoc Martyre animi robur processerit, idem Eusebius his verbis exponit: *Et inde evenit, ut impossibile non sit ingentia feri hostis tormenta superare, quia licet quod torquet, foris expositum sit, tamen quod persequatur intus inclusum est, & propterea thesaurum pietatis fidei si non*

Gran. in symb. p. 2.

D Chrys. ser. 88.

Eus. Emiss. de S. Romano Martyre.

producat voluntas, non potest expugnare crudelitas.

6. Anno 1622. 10. Septembris, viginti quatuor gloriosi fidei nostræ Confessores mortis sententiam intrepido animo exceperunt in Japonia; Pro cujus executione ignis in loco, viginti quinque palmis à Columnis quibus Martyres alligati constiterant dilitio accendebatur, ut quanto ignis remotior erat, tanto ejus apprehensio tormentum acerbius adficeret, siquidem prius torrebantur, quam fomburerentur: At vero notandum est speciale quoddam & diabolicum inimici infernalis stratagema; Etenim vincula quibuscum ad palos vincti stabant, non ferrea, sed viminea erant, nimirum ut hisce subito ab igne dissolutis, ab ignis vehementia solicitati seu potius coacti, fuga se ex igne prorripientes, signum se tormentis cessisse, fidemque abnegasse edere viderentur. Verumtamen invicti Christi milites ad ultimum usque vitæ spiritum immobiles perseverarunt. Quibus proinde eadem debentur laudum præconia, quibus Sanctus Cyprianus invictos quosdam Christi athletas, eorumque fortitudinem celebrat, dum ait: *Non cessistis supplicijs sed vobis potius supplicia cessarunt: Finem dolorum quem tormenta non dabant, coronæ dederunt. Steterunt torti torquentibus fortiores. Inexpugnabilem fidem superare non potuit sæviens situ plaga repetita, quamvis rupta compage viscerum torquerentur in servis Dei jam non membra, sed vulnera: Fluebat sanguis qui incendium persecutionis extingueret, qui flammas & ignes gehennæ gloriosa cruore sopiret.*

Crudelitas in martyres Japonenses, eorumque in fide constantia.

S. Cypr. ep. 2. ad Mart. de Mappal.

7. Quis vero in dubium revocare poterit, quin hi tam heroicæ fortitudinis actus profecti sint ab immediatis divinæ Omnipotentiæ auxilijs & præsidijs, quibus Ecclesiæ suæ per specialem protectionem assistit? Examinemus obsecro egregia quædam facinora, ex quibus veritas hæc evidenter elucescere poterit. Etenim in authenticis quorumdam Martyrum actis, linguas nonnullis in odium fidei præcisas non tantum, sed & radicitus evulsas fuisse legimus, qui tanta tamen cum facilitate deinceps elingues loquebantur, ut cum majori antea bene linguati sermones articulare nequirent. Unde Justinianus Augustus in quadam Constitutione sua inquit: *Vidimus Venerabiles viros, qui abscissis radicitus lingais pœnas suas miserabiliter loquebantur.* Eusebius Emissenus ad propositum nostrum de quodam Martyre scribit, quod post amputatam ei linguam Tyranno improperando dixerit: *Licet organum Christi ornamentis suis expoliasse te gaudeas, eruor ipse oris peragit sacrificium veritatis.* De alio quodam simili inquit: Hic defecta lingua inviolabilem fidem melius loquitur. Eusebius Cæsarienfis de Sancta Blandina inquit: *In Blandinam, per quam Christus evidenter ostendebat, eos qui apud homines viles, despecti, & contempti videntur, apud Deum propter charitatem erga illum, non specie jactam & simulatione, sed vi & virtute declaratam magno splendore & gloria donari.* Ubi speciatim observari merentur verba illa: *In Blandinam per quam Christus evidenter ostendebat, &c.* Pergit tamen idem Scriptor, quidnam in cruento illo, sed glorioso prælio acciderit, hisce verbis recensere: *Nam cum non nos solum pertimescremus, sed etiam hera illius secundum carnem (quæ etiam ipsa una in Martyrum pugna dimicaverat) mecum in certamen descenderet; præ corporis imbecillitate non libere, & ingenue fidei suæ confessionem prologui pergeret, Blandina tanto animi robore & virtute imbuebatur, ut tortores, qui illam vicissim omni supplicium genere à primo mane ad vesperam usque afflixissent, prope labore defessi languescerent, neque tum ab illa victos, tum nihil amplius habere cruciamenti reliquum, quod ei irrogarent, faterentur, atque adeo magnopere mirarentur, quo pacto (cum totum ejus corpus ita dilaceratum esset) perseverans spiritum duceret, palamque testarentur, unum tormenti genus satis habuisse virtum ad vitam ei eripiendam.* Undenam vero sancta hæc virgo in hac toties repetitorum crudelium tormentorum carnificina hanc animi generositatem invictumque robur hauserit, ab eodem Eusebio id exponente percipite; Dicit enim: *Beata Martyr (sicut generosum athletam decet) in ipsa fidei confessione vires colligebat, atque probatio istorum verborum Christiana sum, & nihil apud nos admittitur scelevis, erat dolorum, qui eam urgebant, summa levatio, fomentum cruciatus, & cujusque molestiæ depulsio.* Idem eodem in loco de Diacono quodam refert, qui Sanctus nomine & re vocabatur, cui supra quam credibile est, & supra omnem humanum

Baron. an. 484. n. 87. Quidam martyres ex secta radicitus lingua, clarissime fuerunt locuti Justiniani.

Aug. in Constitut.

Eus. Emis. hom. de S. Rom. mart. Eus. Emis. l. 4. de Epiphan. & 7. Infant. Eus. Cæs. l. 5. Eccles. Hist.

S. Blandina omnem fortitudinem in tormentis, hausit ex virtute fidei.

captum verbera à carnificibus impacta fuere; quæ omnia cum inaudita patientia silenter pertulit, absque eo quod umquam de loco unde oriundus erat, item de stirpe, statu, & professione sua interrogatus, quidquam aliud responderet, quam: *Christianus sum, illudque pro nomine, pro civitate, pro genere, ac denique pro re quoque iterum ac sæpius eloquebatur.* Unde carnifices exasperati tanta cum crudelitate eum cæciderunt, ut jam nullam amplius præ se ferret hominis similitudinem. Audite vero quidnam post renovata aliquot post diebus majori cum impietate tormenta acciderit: *Corpus in illis posterioribus tormentis, recreatum, & in integrum restitutum, formam priorem atque usum membrorum recuperavit, adeo ut secunda illa Carnificina, non inflicta pœna, sed medicina per Christi gratiam adhibita videretur.* Numquid vobis ad hæc

Jerem.14.9. cum Jeremia Propheta dici posse videtur: *Tu in nobis es Domine, & nomen* sanctum *tuum invocatum est super nos, ne derelinquas nos* Domine Deus noster.

8. Porrò ad magis obstupescendam Martyrum in supplicijs constantiam & animi jucunditatem & jubilum optime serviunt illa Sancti Bernardi celeberrima

S. Bern. ser. 61. in Cant. verba, dicentis: *Stat Martyr tripudians & triumphans, toto licet corpore, & rimante latera ferro, non modo fortiter, sed & alacriter, sacram è carne sua encæmpsicit ebullire cruorem. Ubi ergo tunc anima Martyris? Nempe in toto, nempe in petra, nempe in visceribus Jesu, vulneribus nimirum patentibus ad introeundum. Si in suis esset visceribus sentiens ea, ferrum profecto sentiret, dolorem non ferret, succumberet, & negaret; nunc autem in petra habitans, quid mirum si in modum petræ duruerit?* Sanctus Gregorius Nazianz. *De Martyribus*, inquit: *Christianam religionem potius illustrarunt, quam debilitarint, animas ad pietatem roborantes, ac periculis ut aqua calens ferrum obdurames.* Idem quoque Sanctus Bernardus alibi ad invictam S.

Nazianz. orat. 3.

S. Bern. ser. 66. in parvii. Vincentij Martyris se reflectens constantiam & animi jubilum, eumdem carnifici dixisse refert: *Insurge & toto malignitatis spiritu debaxhare; videbis me Dei virtute plus posse dum torqueor, quam possis ipse qui torques.* Constat per experientiam ex diversorum Martyrum Historijs quod Tyrannorum acinaces, equulei, catastæ, scorpiones, fornaces, feræ aliaque sævissima supplicia eousque tantum in Martyres desævire potuerint, quousque Deo placebat, & non ulterius; Unde proposito nostro aptissime congruit, quod Eusebius circa tres pueros in fornace Babylonica constitutos observat, dum ait: *Ecce horrendum, nisi tu quid anhelantes globi, & per quadraginta cubitos ebullientes, extrinsecus sævirent, intrinsecus parcunt, extra fornacem sapiens ignis trajectur, & intus in fornace famulatur; quanta castis visceribus reverentia debeatur arbiter ignis agnovit.* Nimirum elementa, creaturæ illæ insensatæ Creatoris sui per potentiam obedientialem exequebantur voluntatem.

Euf. Emis. hom. 3. de Epiph.

9. In honorem Sancti Laurentij sancta mater Ecclesia sequentem Antiphonam decantat: *Misit Dominus Angelum suum, & liberavit me de medio ignis & non sum æstuatus.* Quo viso miraculo S. Romanus gentilis, qui velut minister persecutoris spectaculo huic crudelissimo præsens aderat, conversus fuit; Et quot non alia his similia miracula in defensionem ac præsidium sacrorum Heroum acciderunt, quando suum pro Christo fuderunt sanguinem? Ut proinde Ecclesia in more positum habeat, quod in divinis officijs quæ in ipsorum natalibus decantantur, illa Ecclesiastici verba recitare soleat: *Confitebor tibi Domine Rex, & collaudabo te Deum Salvatorem meum; Confitebor nomini tuo, quoniam Adjutor & Protector factus es mihi, Et liberasti corpus meum à perditione, ... & in conspectu astantium factus es mihi adjutor; Et liberasti me secundum multitudinem miserationis nominis tui, à rugientibus, præparatis ad escam, De manibus quærentium animam meam.* Applicanturque verba hæc ut plurimum sanctis Virginibus, utpote in quibus præ cunctis cæteris Martyribus sexus virilis clarius & evidentius liquet, quod Deus in ipsis, per ipsas, & pro ipsis pugner.

S. Laurent. in suis tormentis convertit S. Romanum.

Eccli. 51. v. 1. Ibid. v. 2. Ibid. v. 3. Ibid. v. 4. Ibid. v. 5.

10. Quando Moyses per virgam suam ingentia illa patravit prodigia, facer Textus de Magis Pharaonis inquit: *Fecerant similiter;* siquidem & ipsi aquam in sanguinem, virgas in Dracones mutarunt, ranisque impleverunt terram Ægypti. At vero quando Moyses per cinerem in aëra dispersum infinitam quamdam muscarum & zyniphum produxit multitudinem, prædicti quidem Magi idipsum imitari tentarunt, sed in cassum; Unde & se victos fuisse fati sunt, dicentes: *Digitus Dei est hic*, quasi dicerent: Ex hoc prodigio manifeste se

Exod. 7. v. 22. Quid signetur quod Magi Pharaonis non potuerint producere zyniphes. Exod. 8. 19.

prodit veri Dei Omnipotentia; at vero quidnam ex hac Historia præcipue evincitur? Nimirum, quia *Omnia in figura contingebant illis*, ideo per Historiam illam innuitur; quod videlicet si solus sexus perfectior, id est, virilis similia ederet in tormentis insuperabilis fortitudinis suæ specimina, idipsum facile incredulus & malignus quispiam naturæ viribus adscribere posset: At vero quis nam esse poterit temerarius, qui invictum animi robur, sapientiam & generositatem in sexu debiliori consp iciens ultro non confiteatur dicens: *Digitus Dei est hic?* Imo ipsemet tenellæ Virgines dicunt: *Habemus thesaurum istum*, id est, fidem & pudicitiæ honestatem, *in vasis fictilibus, ut sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis.* Ut igitur Pharao ille infernalis confundatur, ejusque manifesteur debilitas; Deus zyniphum & muscarum contra illum excitavit exercitum, id est, virgunculis teneris & infantili ætati corda leonina suggessit: Teste Ruperto Abbate, qui ait: *Ecce quales rustraxit acies, ex hujusmodi cohortibus contra fortes Ægyptios compositæ acies.* Unde factum sæpe est, quod rabidi Imperatores exclamarint præ stupore: *Ergone una nos puella superabit?*

Exod. 8. v. 19. Et ultro. 2. Cor. 4. v. 7.

Rup. Abb. l. 2. in Exod. c. 38.

DISCURSUS XX.
ARGUMENTUM.

Martyrum in tormentis consolationes, ingens eorum pro fide patiendi aviditas, illisque frequenter à Deo exhibitum protectionis præsidium, evidens veræ fidei perhibent testimonium.

THEMA.

Lapides torrentis illi dulces fuerant.

1 EVidens veritatis Fidei nostræ quovis tempore impugnatæ, & à Martyribus generosè defensæ testimonium, est & semper fuit illa quam in crudelissimis supplicijs præ se tulerunt cordis exultatio & jubilus, nec non insatiabilis ultro illis occurrendi eademque procurandi & ambiendi aviditas & desiderium. De sanctissimo Protomartyre canit Ecclesia, quod ex projectis in corpus suum silicibus nectar suxerit Paradisi: *Lapides torrentis illi dulces fuerunt.* Unde illud Regij Psalmistæ Vaticinium: *Tu exurgens misereberis Syon*, id est, ut Lyranus exponit, *Ecclesiæ: Timebunt gentes nomen tuum Domine, & omnes Reges terræ gloriam tuam, quia ædificavit Dominus Syon, id est*, ut Hugo Card. inquit: *Ecclesiam*; maxime vero quod statim sequitur: *Placuerunt servis tuis lapides*, secundùm literam in S. Stephano adimpletum fuit; De quo proinde B. Laur. Justinianus merito ait: *Jam experiebatur miseras, quam magna multitudo est divinæ dulcedinis, quam pro veritate certantibus poterat esse paratam.*

Aviditas patiendi martyrium est ejusdem fidei testimonium.

Ribaden. Etiam infantum.

Pf. 101. 14. Lyran. ibid. Hug. Cardin. B. Laur. Justi. ser. de S. Steph.

2. Enimvero quis est qui non videat, quod dum Redemptor noster in lapidatione Stephani cœlos aperuit, seque veluti spectatorem certaminis primi Martyris ab eodem se videri voluit, toti Christianismo perhoc innuere voluerit, quod in cunctis sæculis futuris Ecclesiæ eorum qui pro ejus fide præliantur & certant, auxiliator futurus sit atque perpetuus defensor. Unde super illa verba: *Jesum stantem*, inquit Glossa, *Habitus auxiliantis, & pro servis suis pugnantis sic ostenditur.* Circa quæ verba Oecumenius pariter ait: *Stantem & non sedentem, vidit Jesum Lapidatus, ut suam exhibeat Christus protectionem, & magnam suo athletæ tribuat alacritatem.*

Christus S. Steph. & alijs præbuit patiendi alacritatem.

Vict. Vticens. l. 2.

Act. Ap. 7. 55. Glossa.

Baron. an. 309. n. 35. Mirabile stratagema S. Euphrasiæ ut perveniret ad palmam martyrij.

Oecumen. ibi.

3. Manifestum est omnibus illud S. Ignatij illustrissimi Martyris exemplum, qui instante Martyrij sui agone Deo se enixè commendavit; Cur putas? Non forte ut leonum pollet fauces evadere? Minime, quin potius ait; *Utinam fruar bestijs.* Scio equidem multos magnam habere circa bestias vel in latibulis, in quibus asservantur spectandas, vel in venatione capiendas, vel in theatris ad ostentationem agitatas delectationem, sed non erat hic Martyris finis, dum ait: *Utinam fruar bestijs*; sed potius ab eis devorari pro Christo desideravit: *Si ipse noluerint, ego ipsis vim faciam, ego urgebo.*

S. Hieron. de Script. Eccles. Ardor patiendi Ignat. Epist.

4. S. Basilius Magnus de S. Barlaam scribit: *Flagella loco gaudij duxit: flagellis se tamquam rosis impeti arburatus, efferatas satellitum artes risit, pericula calcavit, ac si super rosis trepidaret, carceris claustra quasi prato quodam viridi oblectatus est, tormentorum admoventibus velut variis floseulis jucundatus est.*

S. Basil. de S. Barlaam. Item S. Barlaam.

5. De S. Agatha in ejus laudem Sancta canit Ecclesia: *Agatha lætissimè & gloriosè ibat ad carcerem, & quasi ad epulas invitata;* Quando enim Virgines in acerbissimorum

Varia aliorum martyrum exempla.

acerbissimorum tormentorum carnificina torqueban-

Surius. Specialiter S. Vincent.

tur, haud secus ac si ad nuptias abirent, gaudebant, & tripudiabant. Sic quoque de S. Laurentio Archilevita legitur, quod cum tyrannus omnia suppliciorum genera oculis ejus à carnificibus proponi & exhiberi jussisset: *Subjicite oculis ejus omne genus tormentorum*, Sanctus Levita subridendo respondit: *Infelix has epulas ego semper optavi, hæc enim tibi quædam tormenta sunt, nobis vero gloria.* Quis similiter incomparabilem S. Vincentij generositatem & cordis jubilum non obstupescat, quam sub lictorum sævitiæ constitutus hilari fronte exhibuit? De quo proinde S. Augustinus ait:

S. Aug. ser. de S. Vinc.

Tanta pœna erat in membris, tanta securitas in verbis, tamquam alius loqueretur, alius torqueretur. Daciano quidem se in metu positum esse dixit: *Hoc solum valde metuo.* Sed quidnam illud, quod tantopere timebat, fuisse arbitraminii? Nam forte sævam minarum in tentationem? Aut vero suppliciorum sibi imminentium multiplicitatem? Minime: sed ipsum metum sui causam exponentem audite: *Valde metuo*, inquit: *quia te fingis velle mihi misereri, nolo ut aliquid minuas de supplicijs, ut te victum in omnibus fatearis.* Quibus verbis Tyrannus se derideri videns, in furorem redactus, flagellis è lictorum manibus (quos ignaviæ redarguebat) surreptis, ipsemet flagellator & carnifex Martyris esse voluit. Quem intrepidus Martyr benigno vultu respiciens, his verbis affatus est: Valde tibi me obstrinxisti, eo quod me tibi vendicaveris tutelam & protectionem veritque amici partes erga me expleas, percutiendo eos qui hactenus me flagellarunt. Qui sanè nam hisce verbis obtectam animadvertens, seu carnificibus atque lictoribus flagella restituit, qui crudelioribus ipsum flagellis cruentantes; ab eodem tamquam infirmi & debiles fuere derisi. Post innumera tandem, quibus in ipsum desevierant, supplicia, quibus haud secus ac floribus fruebatur, in molliem & delicatum positus lectum, veluti si pluribus acutissimis tranfixus ensibus fuisset, Deo qui illum ad tantam destinaverat gloriam, sanctissimum reddidit Spiritum; Ubi notandum, quod cum antea tormenta animi robur & vigorem in ipso adauxissent, mollis hic plumeusque lectus mortem illi accelerarit.

Ribaden. Etiam infantum.

6. In vita S. Blasij Episcopi & Martyris legitur, quod cum devotæ quædam fœminæ copiosum à Martyre in tormentis effusum colligerent sanguinem, tyrannus illas à lictoribus comprenensas igni adjudicarit; quarum una duos habebat filiolos, qui ad matrem se Christo in holocaustum offerre properantem protinus accurrerunt, eamque flebilibus vocibus instanter rogarunt, ut quæ ad vitam corporalem eos enixa fuerat, æternæ quoque vitæ eis comparandæ cooperaretur, illisque Martyrij indulgeret societatem. Quod videns audiensque Tyrannus, exclamavit: *Vah dedecus! Exgone mulierculæ & infantes nos publico exponent ludibrio?*

In quo differat Christianus à Gentili. D. Chrys. t. 5. h. 2. ad pop. Hom. 5. ibid.

7. Victor Episcopus Uticensis in libris de persecutione VVandalica tam excellivum fidelium fervorem fuisse scribit, ut Martyres ad macellum & lanienam duci videntes, singuli certatim accurrerint, ut ejusdem fierent consortes Martyrij: *Per vertices montium & vallium concurrens turba fidelium inæstimabilis desiderabat, cereos manibus gestantes, suaque ipsorum tulos vestigijs Martyrum projicientes.* Cardinalis Baronius in Annalibus Ecclesiasticis de Virgine quadam Nicomediensi Euphrasia nomine scribit, quod cum in fidei ignominiam duceretur ad prostibulum, virginitatis amittendæ jacturam metuens, se artem magicam nosse, ex eaque secretum aliquod illis detegere velle, finxit, illudque in eo positum esse dixit, quod dum certo quodam corpus suum oleo perunxisset, quovis ferrum ad feriendum corpus humanum inutile redderet: Cumque illa hujus in se experientiæ specimen fieri postularet, lictores verbis ejus fidem habentes eamdem decollarunt, tuneque verba hæc merum stratagema fuisse cognoverunt ad affecurandam corporis sui pudicitiam & virginitatem. Ecce tibi quibusnam debiles virgunculæ utæ fuerint miris adinventionibus, ut patiendo & moriendo ad palmam pervenire possent Martyrij.

Vict. Vticens. l. 2. Baron. an. 309. n. 35. Mirabile stratagema S. Euphrasiæ ut perveniret ad palmam martyrij.

Gentiles videntes Christianos cum jubilo mori, & effuso sanguine fidem astruere convertebantur. S. Hier. ad Hedibiam q. 2.

8. Undenam vero hic jubilus, patiendique & moriendi cupiditas (cujus varia in Historijs Ecclesiasticis habemus exempla) derivari aliunde poterat, quam à Deo, pro cujus amore adeo generosis conatibus decertabant? Sanctus Augustinus de Sancto Laurentio loquens ait: *Nec enim poterat in visceribus ignium tormenta sentire, qui sensibus Paradisi refrigeria possidebat.* Divus Chrysostomus Christia-

S. Aug. de S. Laur.

Manss. Bibliothecæ Moralis tom II. Ii 2 num

num á Pagano distinguens, inquit: *Christianum in hoc ab infidelibus differre oportet, ut omnia generose ferat, & spe futurorum erectus, humanorum malorum impetu se superiorem exhibeat.* Idemque Sanctus Doctor in alia quadam Homilia ita fatur: *Si Christianus es, Christo crede; si Christo credis, per opera mihi fidem demonstra; In hoc ab infidelibus differimus, illi merito timent mortem, resurrectionis enim spem non habent, tu vero ad meliorem vadens vitam, non times?* Sanctus Augustinus acute considerat, quod licet Ecclesia nonnumquam Dominum in multos populos habuerit, per quos suam potuisset persecutoribus opponere resistentiam, attamen ob spem vitæ futuræ, numquam hoc modo defendere voluerit vitam præsentem: *Non pro temporali salute pugnavit, sed potius ut obtineret æternam non repugnavit; Ligabantur, includebantur, cædebantur, lanabantur, excidabantur, & sic multiplicabantur. Non erat eis pro salute pugnare, nisi salutem pro Salvatore contemnere.* Sanctus Ambrosius ad stragem se reflectens Christianorum, quam persecutores ijsdem inferebant, & ex parte altera lætitiam considerans, qua Christiani ad mortem procedebant, in sermone quodam ait: *Numquam hanc vitam tam constanter expenderent, nisi esse alteram incomparabiliter beatiorem perfecta definitione sentirent. In sanctis itaque præcordibus veritatis, resurrectionis authoritas est, prompti enim pereunt in melius reparandi, quibus per angustias tribulationum aperitur exitus ad amplitudinem gaudiorum.*

S. Aug. l. 22. de civ. Dei c. 6.

S. Ambr. ser. 14. de SS. Naz. & Celso.

9. Sanctus Hieronymus quoque de triumpho, quo Sancti Martyres se in enses & ignes sibi paratos tanto cum jubilo ingerebant, differens, gentiles id videntes non solum admiratos fuisse, verum etiam fidem nostram utpote quam Christiani propriæ vitæ impendio defendebant, veram fuisse, omnino sibi persuasum habuisse, his verbis asserit: *Triumphus Dei est passio Martyrum pro Christi nomine cruoris effusio, & inter tormenta lætitia. Cum enim quis viderit tanta perseverantia stare Martyres, atque torqueri, & in suis cruciatibus gloriari, odor notitiæ Dei disseminatur inter gentes, & subit tacita cogitatio, quod nisi verum esset Evangelium, numquam sanguine defenderetur.* Et ideo in omnibus semper sæculis per experientiam compertum fuit, quod quanto Christiani in majori numero, atrocioribusque tormentis excruciabantur, tanto plures ad Christum conversos fuisse gentilium manipulos; Qua de re Justinus Martyr ita scribit: *Quod namque, dum gladio percutimur, & in crucem agimur, & bestijs objicimur, & vinculis, & igne, & tormentis alijs omnibus plectimur & excruciamur, à professione nostra non discedimus, satis constat, & quanto magis ejusmodi quædam in nos expediuntur tormenta, tanto alijs plures fideles, & veræ religionis per nomen Jesu fiunt cultores.* Cum igitur tam atrocia tormenta intrepide perpeti, in eorumdem summa acerbitate gaudere & exultare, eademque summo cum desiderio & ambitione sectari & appetere, tales sint actus, qui humanæ mortalitatis sphæram longè transcendunt, manifesto utique signo inde eosdem actus divinæ gratiæ, & particularis assistentiæ Dei partus esse convincitur: *Per gratiam, quæ data est mihi*, inquiebat Sanctus Paulus, *omnia possum in eo qui me confortat.*

Justi. Mart. in dissert. cum Tryphone.

Rom. 12. v. 3. Phil. 4. v. 13.

10. In vita sanctæ Perpetuæ legitur, quod quia metuebat, ne velut uterum gerens ad Martyrij honorem una cum alijs sodalibus perfruendum non admitteretur, à Deo impetrarit, ut licet fœtus octavum tantummodo mensem affecutus fuisset, illum tamen cum bona salute subito eniteretur, eo quod ardentissimum se pro Christi fide sacrificandi desiderium nullas sustinere moras posset; Accidit vero, quod cum acerbissimos sustineret in partu dolores, Ministri Tyranni id in ea animadvertentes ei dixerint: Ec quomodo crastina luce nostra sustinebis tormenta, quæ hodie inter partus dolores tantopere lamentaris; Quibus ipsa sapientissime respondit: *Naturæ debitas pœnas, naturali tantum virtute ægre sustineo, quæ autem quantumvis immania, pietatis causa subire cogar, divina gratia superabit.*

Præclarum exemplum & dictum S. Perpetuæ.

11. Salvatorem nostrum inter cætera præclara nomina boni Pastoris titulum sibi attribuisse ex Evangelio novimus: *Ego sum Pastor bonus*: Et tamen die quadam discipulis suis dixit: *Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum.* Poteratne quid magis paradoxum illis prædicere? Quisnam enim ex pasto-

S. Aug. de S. Laur.

ribus

An Christus crudelis fuerit Apostolos tendo inter lupos.

ribus adeo erga oves suas indiscretus & barbarus esse poterit, ut data opera oviculas suas voracibus luporum faucibus ingerat? At vero ut notat Divus Chrysostomus bonus hic Pastor, non temere oves suas in tantam stragem præstituit, siquidem dicit: *Ego mitto vos*, inexplicabilem virtutem meam proferens; quasi diceret: *Sic virtutem meam maxime ostendam, cum ab ovibus lupi superabuntur, & si quamvis illæ sint in medio leporum, & innumeris morsibus lacerentur, non modo non consumptæ fuerint, verum etiam illos in sui naturam transmutaverint.* Quot enim vicibus carnifices, dum Martyres in medijs tormentis constantes non solum & mansuetos, verum etiam gaudentes & exultantes conspiciebant, exinde ad Christi fidem conversos fuisse ex Historijs novimus *Majus certe*, inquit Divus Chrysostomus, *atque admirabilius est, mentem adversariorum commutare, & animam in diversa transferre, quam illos occidere, præsertim cum duodecim tantum essent, & lupis plenus esset orbis universus.* Demum vero, idem Sanctus concludit dicens; quod quamdiu fideles se oves Christi esse reipsa ostenderint, Dei tamquam providi pastoris erga ipsos providentiam & assistentiam continuò experientur, *quando æstimati sumus sicut oves occisionis, & quando tamquam oves mortem pro Christo subire non dubitamus. Quamdiu oves fuerimus, vincimus, etiamsi mille circumstent lupi, superamus, & victores sumus; quod si lupi fuerimus, vincimur; tunc enim à nobis auxilium pastoris recedit, qui non lupos, sed oves pascit.*

Admirabilis solicitudo Dei pro suis Martyribus patet in S. Thecla.

12. Admirabilis profectò quovis tempore paterna illa Dei solicitudo fuit, qua Martyrum suorum constantem sibi semper protectionem vendicavit; Et quidem, ut exemplis res manifestior fiat, à quot supplicijs liberavit? Sanctus Ambrosius de leonibus Sanctam hanc Martyrem offendere formidantibus disserens ait: *Cernere erat lingentem pedes bestiam, cubitare humi muto testificante sono, quod sacrum virginis corpus violare non posset. Ergo adorabat prædam suam bestia, & propriæ oblita naturæ, naturam induerat, quam homines amiserant.* Quisnam alius obsecro præter Deum hunc leonibus humanitatis & benevolentiæ instinctum suggerere poterat? *A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris.* Efficiebat namque sæpissime Deus ut Martyres frequenter securiores essent inter rapacissimos leonum ungues & dentium rictus, quam in lictorum carnificumque manibus. Unde Sanctus Hieronymus in vita Sancti Malchi considerans, quod leæna illa juxta fores speluncæ servi Dei; impiissimo illi servo necem intulerit, qui duos alios stricto operiebatur gladio, ut ambos trucidaret, inquit: *Similis ante oculos nostros versabatur interitus, nisi quod tutius erat rabiem leonis, quam iram hominis sustinere.* Quales Deus olim Danieli excubitores & custodes assignavit, adversus invidorum satraparum conjurationem, indeque emanantes insidiarum machinas? Certe non alios, quam feroces & famelicos leones; *Feræ enim non solum non devorabant*, inquit Divus Chrysostomus, *sed etiam Danieli erant loco satellitum*; quod quidem divina Omnipotentia ita disponente factum fuisse in dubium vocari nequit: Ipsemet namque Daniel ait: *Deus meus misit Angelum suum, & conclusit ora leonum, & non nocuerunt mihi.* Idipsum quoque alias multoties operatus est Deus, quando Martyres in theatris, vel ferarum latibulis ferocibus belluarum unguibus & dentibus fuere prostituti, prout videre est in diversorum Martyrum actis. Sanctus Ambrosius argutè considerat, quod Christus Sanctam Agnetem Sponsam suam ad prostibulum perductam contra Præfecti Romani impuros conatus à periculo pudicitiæ violandæ liberare volens, ipsomet dæmone veluti ministro usus fuerit, qui illum confestim suffocavit. Eusebius Emissenus ad respectum & reverentiam quam creaturæ insensatæ Martyrum corporibus detulerunt se reflectens, ait: *Dilacerata vario tormentorum genere membra sanctificant flammæ, dum pascere nesciant, honorant bestiæ, dum sævire non norunt. Ubi sunt qui dicunt, venerationem sacris Martyrum deferendam non esse corporibus? Ecce cruentæ feritatis immanitas, quæ religionis non recipit sensum, defert venerationis obsequium, & quæ discretionem rationis ignara non recepit, ad malorum tamen damnationem quid honoris Sanctis debeatur agnoscit, ac sic supplicij ministerium vel instrumentum miro modo meritorum efficitur testimonium, & dum pietatis reverentiam præstat, profert tacitam de impietate sententiam.*

Matt. 10. 16.

S. Chrys. h. 34. in Matt.

S. Ambr. l. 2. de Virg.

Ps. 117. v. 23. Martyres sæpe securiores fuerunt inter ungues & dentes leonum, quàm manus carnificum.

S. Hieron. in vita S. Malchi.

D Chrys. in Ps. 110.

Paret in Daniele.

Dan. 6. v. 22.

Eusseb. Emis. hom. de S. Blandina.

13. Postquam P. Granatensis in introductione ad symbolum plura ponderasset insignia martyria, tandem ut exinde fidei nostræ probet veritatem & firmitudinem, ita circa illam ratiocinari incipit: Ubinam, inquit, à principio mundi umquam inventus est, qui tanta cum fortitudine, jubilo & libertate atrocissima, sustinuerit tormenta, judices adversum se exasperatos concitarit, & cum insatiabili aviditate pati & mori concupierit, sicut post Christi adventum & plantatam ab eodem Ecclesiam factum est multoties? si umquam alias in ulla natione Barbara visus fuisset homo qui mortem non formidasset, utique non adeò mirum foret, quod Christiani Martyres mortem non timeant, nunc autem hanc pro Christo patiendi ac moriendi avidissimam cupiditatem civilissimorum hominum ex Alexandria, Antiochia; vel Roma à nobilissimis parentibus progenitorum cordibus inviseratam esse conspicimus. Quod si homines dumtaxat robusti, & ærumnis, molestijsque devorandis assueti, cujusmodi sunt milites & rustici, in truculentis illis Tyrannorum persecutionibus constantes, stabilesque permansissent, nihil in eo admiratione dignum esset: Jam vero maxime heroica invictæ fortitudinis, & per acerbissima quæque tormenta insuperabilis patientiæ specimina, ab imbelli muliérum sexu edita quis non obstupescat? *Mors est ultimum terribilium*, quam proinde Philosopho & experientia teste, omnia, quæ Deus creavit, animalia abhorrent & fugiunt; quis igitur alius præter Deum, hunc ad mortem tanta cum impatientia anhelandi instinctum humanis cordibus inserere potuit? Quid non molitur qui propter scelera sua morti justè est adjudicatus, ut ab illius sententia liberari queat? quas non sustinet infirmus diætas, incisiones ac mutilationes, adustiones, potionesque amaras, ut sanari & mortis periculum evadere valeat? Et tamen ut Sancta Mater Ecclesia canit: *Tradantur igni Martyres, & bestiarum dentibus, armata sævit ungulis tortoris infami manus, nudata pendent viscera, sanguis sacratus funditur, sed permanent immobiles*: Eo quod in futuro sæculo meliorem illis vitam repositam esse firmiter credunt, *vitæ perennis gratia.* Ecce tibi motivum, cujus gratia Sancti Martyres in tormentis immobiles persistunt, nimirum quia se patiendo ingens vitæ immortalis lucrum sibi comparaturos esse norunt.

Ludov. Gran. part. 2. Symb. c. 25. Probatur fidei nostræ veritas ex aviditate moriendi Martyrum.

S. Thom. de Villa nova Conc. de oct. Pasch. S. Aug. l. de Quæstion. nov. Test.

S. Ambr. ser. 14. in Fest. SS. Nazarij & Celsi.

Maximè in imbelli sexu muliebri.

14. Romanorum quidem Historiæ actionem illam Mutij Scævolæ, manum suam intra flammas immissam constanter ustulari sibi permittentis, magnopere extollunt: At verò quot millena fuerunt fœminarum pariter & virorum agmina, qui postquam scorpionibus & flagellis fœvissimè dilaniati fuissent, positen flammis ignis ardentis injecti cantantes, & jubilantes combusti, & in cineres redacti fuerunt? juxta communem Philosophorum doctrinam, effectus causas sibi proportionatas habere debent. At verò quidnam omnes naturæ leges magis supergreditur, quàm sit vehemens illud, quod in Martyribus reperitur patiendi & moriendi desiderium, & inter tormenta mortis jubilus & excessivum gaudium? Qua enim ratione fieri naturaliter potuisset ut Sancta Felicitas, & Sancta Symphorosa vehementer gauderent, eo quod filij earum, quorum non solum duo vel tres, sed septem erant, quos omnes tenerrime diligebant, dilaniarentur, fœvissimoque mortis, ad quam illos hæ matres animabant, afficerentur supplicio? ubinam tunc à natura congenitus amor erat, quo matres filios suos prosequi solent? Quis illum sopiverat? Audiamus Gillibertum Abbatem verba illa Canticorum: *Tulerunt pallium meum*, sequente Commentario exponentem: *Jucundum plane videtur*, inquit, *ex præsentis occasione verbi, Martyrum inter tot vexationum & mortis genera, charitatem indefessam recolere, quomodo passiones corporis passione intrinseca temperabant amoris; stimuli enim qui illos ad patiendum, moriemque subeundam excitabant, erat amor quo erga Deum ardebant, erat zelus fidei quam profitebantur, erat denique juramentum fidelitatis Deo præstitum: Hæc est victoria quæ vincit mundum, fides nostra.* Hæc enim fides, & filijs & matribus, & delicijs, & honoribus, & thesauris, imo & ipsamet vita superior erat & charior.

Unde jubilus & gaudium Martyrum provenerit in tormentis.

Cant. 5. v. 7. Gillib. Ab. ser. 45. in Cant.

1. Joan. 5. v. 4.

DISCURSUS XXI.

ARGUMENTUM.

Veræ fidei specimina & argumenta sunt, quod pauperes piscatores per illam Reges & regna ad adorationem Crucifixi comparârint, ipsosque persecutores in defensores commutarint, Dæmones in Idolis compescuerint & profligarint, prophanorumque Numinum falsitatem, Sectarumque hæreticarum errores mundo detexerint.

THEMA.

Testimonia tua credibilia facta sunt nimis Psalm. 92. vers. 5.

1. PRopheta Regius superiori spiritu à Deo illustratus, postquam ei felices Ecclesiæ in lege Evangelica obventuri progressus revelati fuissent, merito exclamavit dicens: *Testimonia tua credibilia facta sunt nimis*; nam ut Sanctus Thomas de Villa Nova ait: *Fides tua Domine sanctis fidelibus tuis, qui in hujusmodi testimoniorum tuorum scrutinio versantur, jam vix fides est, quoniam de fide jam quodammodo transit ad Lucem.* Unde Sanctus Ambrosius se minime capere posse dicit, quomodo de religionis nostræ veracitate dubitare quis possit: *Noverimus*, inquit, *quia non sine magno discrimine, de religionis veritate dubitamus, quam tantorum sanguine confirmatam videmus; magni periculi res est, si post Prophetarum oracula, post Apostolorum testimonia, post Martyrum vulnera, veterem fidem quasi novellam discutere præsumas, & post tam manifestos duces in errore permaneas, & post morientium judices ouosa disputatione contendas.*

Ps. 2. v. 1. Ibid. v. 2.

Ibid. v. 9.

Bellovac. l. 2. Spec. mor. dist. 14 p. 3. S. Aug. l. de Symb.

Virtute fidei persecutores facti sunt defensores fidei. Rup. Abb. l. 7. in Gen. c. 9.

1. Cor. 1. v. 26. & 27. Fidei veritas ex eo patet, quod non per Philosophos & Oratores, sed piscatores & idiotas sit promulgata. S. Aug. tr. 7. in S. Joan. Damasc. l. 4. Fid. orth. c. 4.

2. *Credibilia facta sunt nimis.* Apostolus Corinthijs scribens, eosdem modo docere voluit, quo ad Christi agnitionem & fidem vocati fuerant, ut hac ratione tanto firmius confirmarentur & stabilirentur in Christo; unde ait: *Videte vocationem vestram fratres, quia non multi Sapientes secundum carnem, non multi Potentes, non multi Nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus*; Omnipotentia enim & Sapientia Altissimi, omnes mundi populos suæ subjectura legi, non elegit Philosophos, nec Oratores, nec Principes, aut Monarchas, sed idiotas & pauperes piscatores; ut in hisce ejus agnosceretur & adoraretur potentia: *Non quæsivit per Oratorem piscatorem*, inquit S. Augustinus, *sed è piscatore lucratus est Imperatorem.* Sanctus Joannes Damascenus lib. 4. *de Fide*, idem punctum attingens ait: *Toto orbe Evangelium illud, quo nobis Dei cognitio patuit, promulgatum est, non bello, & armis, copijsque militaribus adversarios fundens, atque in fugam vertens, verum paucis hominibus nudis, pauperes ac literarum ignari, vexati, excruciati, necati, eam qui carne in gruem altus, moriequæ affectus fuerat, prædicantes, doctos viribusque pollentes superaverunt.* Unde Sanctus Thomas à Villa Nova inter alias Catholicissimi victorias hanc quoque enumerat, quod scilicet Reges potentissimos Christi Imperio subjugarit, populosque ferocissimos Christi obsequio manciparit. Et Sanctus Augustinus in Tractatu. *De fide rerum invisibilium* de Ecclesiæ ejusque Religionis infallibili signo loquens ait: *Etsi de Christo, & de Ecclesia testimonia nulla præcederent, quem non movere deberet, ut crederet illuxisse humano generi claritatem, quando videmus reiectis Dijs falsis, confractis simulachris, templis subversis, toi vanis vitibus expiatis, unum verum Deum ab omnibus invocari?* Demum vero idem sanctus Doctor, ad hujus in toto mundo factæ mutationis Authorem se reflectit, qui secundum exteriorem apparentiam nequaquam honoratus & conspicuus, sed contemptibilis erat: *Et hoc esse factum per unum hominem*, inquit, *ab omnibus illusum, vinctum, flagellatum, expoliatum, exprobratum, crucifixum, occisum, & discipulos ejus idiotas, & imperitos, & piscatores, & publicanos, per quos ejus magisterium commendaretur, electos.*

Nudi piscatores idololatriam eliminarunt, & Crucifixum adorandum persuaserunt.

3. Quot olim annis, immo quot sæculis idololatria in omnibus universæ terræ nationibus (si parvulum quemdam mundi angulum, id est, Judæam exciperis) regnaverat, atque à Philosophis, Oratoribus, cunctisque alijs Sapientibus, & mundi Potentatibus propugnata & defensa fuerat? & tamen 12. nudorum piscatorum qui eum qui duos inter latrones crucifixus fuerat, adorandum proponebant, generosa opera in brevi tempore prostrata & abolita fuit? *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania*, Ajebat olim Propheta Regius: *Adstiterunt Reges terræ, & Principes convenerunt in unum adversus Dominum, & adversus Christum ejus*; Omnes totius universi Monarchæ contra duodecim hosce piscatores omni virium conatu se opposuerunt, ut legem Evangelicam, quam promulgabant, supplantarent, & tamen in ijs adimpletum fuit, quod Regius Psaltes olim prophetaverat, nimirum. *Qui habitat in cœlis, irridebit eos, & Dominus subsannabit eos, in furore suo conturbabit eos; ego autem constitutus sum Rex ab eo super Syon; Dominus dixit ad me: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam & possessionem tuam terminos terræ.* Nimirum Psalmista prævideràt; quod licet universus gentilismus omnesque sæculi Potentatus, contra fidem congregandi & contra Apostolos conjuraturi essent, omnia tamen illorum consilia in nihilum essent redigenda, ideoque subdit: *Reges eos in virga ferrea, & tamquam vas figuli confringes eos*; Omnes namque deinceps obsequiose & reverenter ad osculandos piscatoris, id est vicarij Christi, pedes se prosternere debuerunt.

4. Vincentius Bellovacensis inquit: *Testimonium perhibent multi prius perversi, & fidei persecutores, qui conversi, facti sunt fidei defensores, ut dicit S. Augustin. in libro de Symbolo; & qui alios ad Martyrium trahebant, postea voluntarij Martyrium suscipiebant, sanguinem Christi fundere prius sitierant, & postea credentes illum biberunt & suum pro Christo fuderunt*; Quam eamdem observationem diu ante Rupertus Abbas instituit, inquiens: *Ipsi terreni Principes jugum Christi susceperunt & ejus quam prius impugnabant, Evangelicæ fidei vel Christianæ Religionis Defensores esse cœperunt.* Ad quod stabiliendum illa subservire poterit de Samsone historia, qui in Thamnata se conferens, cum Dalila gentili Philistæa sponsalia contracturus, in ore à se prius dilacerati leonis favum mellis invenit: *Oomia enim in figura contigisse* nemo dubiter. Erat namq; ille Nazarææ Religionis cultor Christi, qui fibi gentilitatem desponsavit, typus; quem vero mellis favum in leonis faucibus ab eo repertum fuisse existimatis? *Respondeo* erat, quia persecutores comprehendi, qui primitus leonum instar rugiebant, furebantque contra fidem Catholicam; id quod S. Augustinus *contra Faustum Manichæum* scribens, aperte attestatur his verbis: *Quid sibi vult in ore leonis occisi favus extractus, nisi quia videmus leges ipsas regni terreni, quæ ante adversus Christum fremuerant, nunc dulcedini prædicationis Evangelicæ munimenta præbere.*

Bellovac. l. 2. Spec. mor. dist. 14 p. 3. S. Aug. l. de consensu Evangelist.

Sap. 13. v. 5.

5. *Credibilia facta sunt nimis* Salvator in ultima cœna protestatus fuisse legitur: *Nunc judicium est mundi, nunc Princeps hujus mundi ejicietur foras, & ego si exaltatus fuero à terra, omnia trahàm ad meipsum*, quorum verborum explanationem non à S. Augustino, non à S. Hieronymo aliisque Doctoribus sacris emendicare necessum fuerit, siquidem Spiritus Sanctus per S. Joannis calamum immediatè subjungit, inquiens: *Hoc autem dicebat significans qua morte esset moriturus.* Quibus verbis Tyrannidem Sathanæ, qui in falsis simulachris latriam sibi exhiberi, & sacrificia ab universo populo sibi offerri faciebat, atterendam prædixit; Quis enim est, qui nesciat exili post tempore Idololatriam funditus eversam fuisse, quis ignorat Numinum profanorum oracula, in quibus diabolus loquebatur, penitus obmutuisse? Ac proinde mirum, quod spiritus maligni atque mendaces sua contra Christi fidem andent ora aperire. *Ubi enim sunt nunc Dij gentium*, interrogat S. August. *ubi vaticinia fanaticorum & divinationes Pythonum? ubi auguria & auspicia?* Quisquis igitur solidius in fide nostra radicari affectat, ad Deos reflectionem faciat, quibus cæca gentilitas cultum præstabat; quorum in hæc verba ficut & Dei nostri meminit Sapientia, inquiens: *A magnitudine speciei & creaturæ, cognoscibiliter poterit Creator horum videri.* Quod idem argumentum in favorem nostrum formans Bellovacensis quemdam citat S. Aug. textum, inquientis: *Da mihi qui faciat aliud cœlum & terram & dicam quia est Deus.* Cæci Pagani serpentes crocodilos, quinimò & cæpas & porros adorabant, *Ipsi dæmones* (verba sunt Bellovacensis) *testimonium perhibent pro fide nostra, qui per ejus articulos adjurati de suis habitaculis expelluntur, secundum quod Dominus prædixerat, multiplicater in fine, in nomine meo dæmonia ejicient.* Quare & Tertull. qui Idololatra prius quam Christianus extirit, ex tribus potissimum motivis se ad fidem nostram amplexandam inductum fuisse profite-

Joan. 12. 31. Eversio idololatriæ, & profanorum numinum oraculorum, probant fidei nostræ veritatem.

Ibid. v. 33.

S. Aug. l. 2. de consensu Evangelist.

Bellovac. l. 2. Spec. mor. dist. 14 p. 3.

Tertull. l. 1. Apol.

tur; scilicet ex *Christianorum innocentia, ex Scripturarum excellentia, ex Deorum seu Dæmonum potentia.*

S. Gregorius, fide munitus, imperium exercuit in dæmones.

6. S. Greg. vice quadam per noctem integram in quodam Idolorum templo subsistere coactus orationibus suis constantibusque precibus monstra illa infernalia adeo prostravit & profligavit, ut nullum amplius sacerdotibus suis redderent responsum; quorū proinde unus præ reliquis excandescens Sanctum aggreditur, minisque plurimis eū lacescens, virū sanctum oppugnare non verebatur, qui incunctanter respondit, se eadem authoritate qua dæmonium pepulerat revocaturum, eumq; sacrilegus conditionem accepturum, S. Greg. in chartula quadam hæc paucula descripsit verba: *Gregorius Sathanæ ingredere* quæ cum super illorum Idolum posuisset subito loqui cœpit; Sacrificulus autem Sanctū hunc Deo suo imperare cognoscens, subito non illum quem hactenus latriæ cultu affecerat, sed eum, quem S. Episcopus adorabat, verum Deum esse agnovit, moxque factus est Christianus. Eodem pariter argumento S. Cyprianus, qui antea Magus fuerat, convictus fuit, quando enim ipsosmet dæmones audivit confitentes, quod ultra id quod Deus illis permitteret, nihil penitus facere prævaleret, Christianam fidem amplexus est, in eaque martyrij corona decoratus.

Tertull. c. 21. Apolog. Apol. c. 23. Fide vincuntur & expelluntur dæmones.

7. Tertull. insuper Deos gentilium non solum vero & vivo Deo; verum etiam servis illius subjici considerans ait: *Sed demonstrabimus vobis idoneos testes Christi, ipsos illos quos adoratis: Edatur hic aliquis* (inquit in c. 23.) *sub tribunalibus vestris, quem dæmone agi constet, jussus à quolibet Christiano loqui spiritus ille, tam se dæmonem confitebitur de vero, quam alibi Deum de falso.* Tandem vero ad cæcos Paganos se convertens, Discursum suum notabilibus hisce verbis concludit, dicens: *Hæc testimonia Deorum vestrorum Christianos facere consueverunt.* Idem Tertull. c. 22. *ad Scapulam* hanc gloriam fidelibus attribuit, dicens: *Dæmones non tantum respuimus, verum & revincimus, & quotidie tradacimus, & de hominibus expellimus.*

Tertull. c. 2. ad Scapulam. Dij gentium sibi ipsis contrariebantur.

8. Verum enimvero quis Idololatrarum non admiretur cæcitatem, Deos tam turpes & sceleratos, quales Vulcanus, Saturnus, Venus, & similes alij fuere adorantium? quorum unius Deitas, alterius Deirati opponebatur; unde Virgilius canit: *Jupiter in Trojam pro Troja stabat. Apollo Æqua Venus Teucris, Pallas migua fuit.* Horum Deorum unus fortis præsidebat, sicut Vulcanus, alius impudicitiæ, ut Venus, alius avaritiæ & cupiditati, ut Mercurius, vitiosos & criminosos legibus suis permittebant, imo tales homines esse præcipiebant; illos in omni loco esse minime fatebantur, atque ideo alijs Dijs mare commissum esse fingebant, alijs sylvas & lucos, alijs ignem, *& sic de singulis.*

Idololatræ Deos suos habebant ludibrio. *Tertull. c. 2. ad Scapulam.*

9. Idem quoque Tertull. in eodem capitulo, eosdem Idololatras Deos suos ludibrio habuisse dicit, prout ex fabulosis Poëtarum inventionibus, & profanis historijs plane liquet, unde ait: *Longum est si retexamus, quibus aliis modis & derideantur & contemnantur omnes Dij ab ipsis cultoribus suis.* Sacrificia quoque quæ illis offerebant, juxta proportionem Deorum quos venerabantur, indigna prorsus erant; è quibus nonnulla quæ inhonestissima erant, qualia Veneri & Floræ litabantur, nequidem convenit nominari; sicut nec illa quibus Bacchum honorabant. Alia sacrificia Barbara & inhumana erant, quorum meminit sacra Scriptura, in quibus genitores omnem erga filios amorem (quem nequidem bestiæ deponere possunt) exuentes, eosdem sacrificabant, in flammas conjiciendo viventes, sicut Manasses Rex Juda fecit.

Errores sectariorum nihil continent ludidi. S. Bern. t. 1. ser. 1. art. 2. c. 1.

10. At vero quid de innumeris aliarum Sectarum erroribus & fraudibus dicemus, quæ à vera fide apostatantes, à perversis impijsque hominibus fuerunt inventæ? *Omnes aliæ Sectæ, omnesque errores*, inquit Sanctus Bernardinus, *aut fulcimenta spei pentus volluut; aut debilia adhibent fundamenta instar paleorum, quæ sopportare cor humanum omnino non potest.* Deus apud Jeremiam populo suo à divino suo cultu devianti, hanc intentat comminationem; *Servietis*, inquit, *Dijs alienis, die ac nocte qui non dabunt vobis requiem*; communiter enim infideles, Hæretici & inimici Evangelij hoc à divina Justitia vindice referunt supplicium, quod nihil umquam invenire possint, in quo ipsorum quiescat & contentetur intellectus, & ideo novos semper inveniunt errores, novas semper moliuntur hæreses: *Circumferuntur omni vento doctrinæ, in nequitia hominum, in astutia, ad circumventionem erroris*; Examinetis velim Lutheri & Calvini errores & fraudes, certus sum enim quin in inviolabili Catholicæ fidei veritate solidè confirmabimini.

Jerem. 16. v. 13. Hæreticorum pœna est, quod in nullo inveniant quietem. *Ephes. 4. v. 14.*

Bellovacensis enim ad hoc sequenti utitur argumento, dicens: *Collatio ad alias sectas, quando videt Scripta, positiones, & assertiones earum, in fide confirmatur. Multi enim Saraceni conferentes Evangelia cum Alcorano legem Mahometi invisibilem, contemptibilem, naturali ratione judicantes, ad Deum converse sunt.* Idem proinde Bellovacensis de illustri quodam viro; qui Marchio de Monteferrato vocabatur, refert, quòd cum per multos annos cum ingenti sumptuum impendio omnes sibi comparasset Sectarum fidei Catholicæ contrariarum libros, eosque diligenter legisset & examinasset, existimatum ab omnibus fuerit, futurum fore, ut appropinquante mortis hora, tamquam alienus à fide & Ecclesia Catholica moriturus esset, maxime quia Dominia ipsius proxime ad Albigensium limites conterminarentur. Hic autem in agone de fide interrogatus, hoc edidit responsum: *Verum est, curiosus fui per quadraginta annos, cum multis sumptibus libros Sectarum omnium colligere & legere, & studere in eis, & quia videbam, quod quanto plus ibi aspicerem, tanto magis in fide Catholica roborabar & plus hæreses abominabar, videns fallaciam traditionis eorum, in signum hujus vilipensionis quam habebam ad alias Sectas, feci fieri scrinium ligneum, quod fect poni sub pedibus meis, quando sedebam in sede cameræ privatæ, quasi non possem ipsas Sectas magis vilipendere, nisi pedibus meis subjecissem, quando sedeo vile naturæ officium expleturus, Evangelia autem Domini mei multo honore servavi.* Ratio igitur cur vir hic illustris tot sibi Hæreticorum libros procuraverat & evolverat, non fuit quia in fide Catholica vacillabat, sed quia Albigenses dominio suo vicinos habens, scire volebat eorum ficut & aliarum Sectarum errores & deceptiones, ut in quavis obvia occasione Hæreticam sacrilegorum illorum pertinaciam confutare & convincere posset. Imo omnes illos libros impios & hæreticos coram se adduci, & in sua præsentia comburi jussit. Tandem vero idem Author sic concludit: *Multis annis ante mortem suam, in memoriam passionis & fidei, stigmata Domini Jesu in corpore suo portaverat, cum alijs pœnitentijs, & cum quibusdam clavis carnem suam singulis sextis feriis, usque ad sanguinis effusionem configebat.* S. Antonius magnus Paganis Crucifixum deridentibus, sequens propositi argumentum, cui numquam ab illis responderi potuit: *Numquid*, inquit, *non magis credi debet ei, qui ex summa benignitate, propria voluntate, pro amicis suis Deus in mundum venit, & pro ijs liberandis crucem subijt, & mortem sustinuit, honesta omnia, & fecit & docuit, quam hominibus quos Deos colitis, qui stuprā & adulteria & alia quæ vos in alijs morte damnatis & fecerunt & diuerunt? Numquid magis est rationabile crucem colere nobis à qua mundi redemptionem, & salutem nostram profectile profitemur, quam à vobis colī homines quasi Deos, quos adulteros & incestuosos, & corruptores, & proditores hominum profitemur?* Id quod de Hæreticis hæresiarcharum dogmata: qui, ut annales perhibent Ecclesiastici, quasi omnes perditissimis fuere moribus, præsertim autem carnis vitio inquinati, sectantibus dici potest. Unde nec immerito Sanctus Augustinus gentilibus die quadam, hanc cur Christiani adversum Deos illorum prævaluissent rationem affignantibus (*offendimus*, inquiunt *Ethnici, Deos nostros, & deseruerunt nos, ideo adversus nos Christiani præcelluerunt*) respondet id in nostram summam cedere laudem, dum Idolis Idolorumque Deitati prævaluimus; siquidem *Omnes Dij gentium Dæmonia, Dominus autem cælos fecit.*

Bellovac. t. 3. l. 1. dist. 14. p. 3.

Præclarum hujus exemplum in quodam Marchione de monte sacrato.

Hæresiarchæ perditissimis fuerunt moribus.

S. Aug. l. 1. de consensu Evangelist.

Ps. 95. v. 5.

11. Mentiebantur autem improbè gentiles dicendo Deos illorum peccatis offendi, siquidem solis placabantur execrabilium sacrificiorum, quæ enormissima scelera & vitia annexa habebant, oblationibus; numquid enim Jovem adulterum offendebant adulteria, Vulcanum latrocinia, Venerem inhonestas? Profecto quisquis Hæreticorum examinaverit sectas, veraciter de unaquaque earum afferere poterit, quod quondam de Roma, quando Babylonia erat, asseruit S. Leo inquiens: *Magnam sibi videntur assumpsisse religionem, quia nullam respuunt enormitatem.*

DISCURSUS XXII.

ARGUMENTUM.

Fidem Ecclesiæ Romanæ in successoribus suis, numquam obscuratam sed per æmulorum contradictiones & confutationes solidius confirmatam & stabilitam fuisse, efficax est veritatis ipsius judicium,

THEMA.

THEMA.

Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua. Luc. 22. v. 32.

1. REdemptor noster in ultima passionis suæ nocte, esse mediante morte sua Ecclesiæ, juxta illud Apostoli assertum (*Ecclesiam quam acquisivit sanguine suo*) jamjam desponsaturus, Petro, quem pro fundamentali ejusdem Petra elegerat, insinuat, qualiter inimicus infernalis omnes suas adhibuerit vires, ut Religionem novam pessumdaret, nihilominus in casum, dum Christus pro fidei ejusdem constantia, ne umquam deficeret, se oraſſe attestatur: *Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua.* Sed ecce offensionis lapidem, qui præcipitavit plurimos, præsertim eum, paulo post Evangelistis testibus, Petrus non una duntaxat, sed trina vice suum abnegavit Magistrum; qualiter igitur efficaciam effectumque suum fortita est Christi oratio? Cajetanum audire placebit dicentem: *Non dicit, ut non deficiat charitas tua, non dicit, ut non deficiat confessio fidei tuæ; sed fides tua, quæ est in corde: Corde enim creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Deficit Petri charitas, deficit & confessio fidei, cum Christum ter negavit, sed non defecit suus, quoniam timore negavit, non incredulitate.* De Marcellino Papa quoque in lectionibus ejus Ecclesia sancta tradit qualiter ceciderit commemorans in hæc verba: *In immani illa Diocletiani Imperatoris persecutione terrore perterritus, Deorum simulacris thus adolerit.* Qui licet constantiam perdidisset confessionis fidei, non tamen ipsam fidem, quemadmodum subsequens ejus pœnitentia publica & exprobratio quam Imperatori crudelissimo fecit, & animosissima Martyrij sufferentia testimonium perhibuere. Notandum autem, Christum Petro non autem discipulis reliquis dixisse, se pro eo, ne quandoque fides ipsius deficeret, supplicam æterno suo Patri obtulisse. Prævidebat namque in sæculorum progressu Ecclesias alias, à reliquis Apostolis plantatas, vacillaturas, numquam tamen Petri, id est, sedem Apostolicam Catholicam Romanam. Hoc argumentum, inquit Alb. Magnus, efficax est pro sede Petri & Successore ipsius, quod fides ejus finaliter non deficiat. Cui veritati S. Cyrillus pariter testimonium perhibet, dicens: *Secundum hanc Domini promissionem Ecclesia Apostolica Petri ab omni seductione, hæreticaque circumventione manet immaculata in suis Pontificibus, in fide plenissima & authoritate Petri: Et cum aliæ Ecclesiæ quorumdam errore sint verecundatæ, stabilita inquassabiliter ipsa sola regnat, silentium imponens, & omnia obturans ora Hæreticorum,* S. Thomas ad aliam Petro à Christo factam promissionem se reflectens, quando nimirum Salvator ei dixit: *Super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam*, de hac eadem veritate certos nos reddit inquiens: *Quamvis aliæ Ecclesiæ vituperari possint per Hæreticos, Ecclesia tamen Romana non fuit ab Hæreticis depravata, quia supra petram erat fundata, unde in Constantinopoli fuerunt hæretici & labor Apostolorum amissus erat, sola Petri Ecclesia inviolata permansit.* S. Leo quoque in serm. 2. de duobus Apostolis SS. Petro & Paulo idem punctum his verbis tangit: *Firmitatem Petræque nullis impulsionibus quateretur, accepit.* Idem quoque ad hoc se reflectit, quod licet Tyrannus infernalis sua adversus omnes Apostolos prælia moverit, juxta i lam Christi prædictionem: *Ecce Sathanas expetivit, ut cribraret vos*, Christus tamen ad solum Petrum se convertens, eidem dixerit: *Rogavi pro te*; unde subjungit: *Diabolus omnes exagitare, omnes cupiebat elidere, & tamen specialis à Domino Petri cura susceptitur*) *& pro Petri fide proprie supplicatur.*

Soliditas fidei in S. Petro, quasi firma petra fundata, inviolabilis permansit.

Cajet. in Luc.

In Act. S. Marcellini Papæ.

Alb. Magn. in Luc.

S. Cyrill. in lib. Thesaur.

Matt. 16. 18.

S. Thom. ib.

S. Leo ser. 2. de Natal. Ap. Petri & Pauli.

Luc. 22. 31.

2. Tametsi in manibus Sacerdotum velum templi scissum fuerit, immanes quoque lictores agni immaculati innocentissima membra in Calvariæ monte dilacerarint, saxa quoque ex compassione scissa fuerint, petræ scissæ sint, monumenta quoque mortuorum se aperuerint, attamen infallibilis cœli providentia ita disposuit, ut inconsutilis Redemptoris nostri tunica à carnificibus & militibus dispertita non fuerit, sed jaciendæ sortis consilium inierint, dicentes: *Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cujus sit*, Hæc autem Christi tunica (prout idem Salvator noster S. Petro Alexandrino in veste lacera apparens, declaravit dicendo: Arrium eamdem per suam hæresin adeo ignominiosè dilacerasse) fidei & Ecclesiæ suæ integritatem præfigurabat: Quam proinde inconsutilem vestem ad perpetuam rei memoriam indivisam ad hæc usque tempora permanere voluit, ut per hoc denotaret, quòd licet crucifixores ejus, id est Hæretici, Pagani, Atheistæ, Mahometani, Hebræi, & si qui sint alij ejusdem generis, in Ecclesiæ suæ ignominiam copiosos Christiani sanguinis torrentes effundere potuerint, inviolabilis tamen fidei suæ ne minimam quidem partem lacerarint. Atq; hinc est quod S. Augustinus, qui usque ad trigesimum tertium ætatis suæ annum, Manichæorum Sectam pertinaciter secutus fuerat, cognita per divinam gratiam veritate Catholica, calamo suo eamdem ad mortem usque defendorit, hancque notabilem protestationem, qua causas quæ illum in Ecclesia continebant, declarat, sequentibus verbis ediderit: *Tenet consensio populorum atque gentium, tenet authoritas miraculis inchoata, spe nutrita, charitate aucta, vetustate firmata; Tenet ab ipsa sede Petri Apostoli, cui pascendas oves suas post resurrectionem Dominus commendavit, usque ad præsentem Episcopatum, successio sacerdotum: Denique ipsum Catholicæ nomen, quod non sine causa inter tam multas hæreses sic ista sola Ecclesia obtinuit, ut cum omnes Hæretici se Catholicos dici velint, quærenti tamen peregrino alicui, ubi ad Catholicam conveniat, nullas hæreticorum vel basilicam suam, vel domum habeat ostendere.* In quibus verbis singulariter observanda sunt illa: *Catholicæ nomen ista sola Ecclesia obtinuit*, quibus addi potest, *ut sit sancta & immaculata*, quia post mille, sexcentos & amplius annos Ecclesia ne minimo quidem erroris nævo denigrata fuit.

S. Aug. t. 6. c. 4. lib. contra Epist. Manichæi.

3. Paschalis II. Papa in Concilio in Basilica Lateranensi convocato, cum à Brunone Episcopo Segniensi, tamquam Hæreticus argueretur, Joannes Cajetanus ex hac calumnia graviter indignatus, eidem dixit: *Tune hic, & in Concilio, nobis audientibus Romanum Pontificem appellas Hæreticum?* Subditque Scriptor Actorum Concilij ut videre est in Annalibus Ecclesiasticis: *Ad hæc patientia Domini Papæ, horrendo hæresis nomine pulsata, expergefacta est, & manu silentium indicens, dissidentium clamores & murmura tali oratione compescuit: Fratres & Domini mei audite, Ecclesia ista numquam habuit hæresin, imo hic omnes hæreses conquassatæ sunt;* Adfert quoque idem Auctor Arrianæ hæreseos exemplum, quæ licet per trecentos annos in suo vigore permanserit, in fine tamen ad Vaticani petram allisa conquassata fuit, sicut pariter hæretis Euthymiana & Sabelliana, & cuncti alij hæresiarchæ; pro hac enim Ecclesia Filius Dei in passione sua oravit, cum dixit: *Ego pro te rogavi Petre; ut non deficiat fides tua.*

Baron. ann. 1116. n. 3. Omnes hæreses alliæ fuerunt ad Cathedram S. Petri.

4. Sanctus Irenæus Martyr ut Romanæ fidei infallibilitatem ostendat, omnes sancti Petri Successores enumerat, cum tamen ad finum usque tempus nonnisi tredecim enumerare posset. Eodem quoque Argumento usi sunt S. Epiphanius, Optatus Milevitanus, Sanctus Hieronymus & S. Augustinus qui uno eodemque sæculo simul vixerunt, in quo nonnisi 40. circiter Pontifices enumerare poterant; quid vero dicturi fuissent, si Cardinalis Baronij pervolvissent Annales, in quibus ad obtinranda hæreticorum omniumque aliorum Ecclesiæ Romanæ inimicorum ora (*ut obstruatur os loquentium iniqua*) innumerabilium Pontificum series distincte recensetur: Et licet nonnumquam ex ijs aliqui fuerint de pernitiosis moribus & vita contaminata notati, nullus tamen ex ijs umquam in vera fide vacillasse invenietur.

S. Irenæus adv. hæres. Nullus successor S. Petri defecit à vera fide.

5. Incarnata Sapientia non sine mysterio Simoni nomen mutavit, dicendo: *Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus*, Similiter quando ipsum Ecclesiæ suæ fundamentum declaravit, eidem dixit: *Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*; ubi nomine Petræ Religionis nostræ stabilitatem denotare voluit, non vero est eadem aliarum sectarum conditio, utpote quæ instabiles & variabiles sunt. Ven. Pater Granatensis refert, quod egregius quidam è Germania Nobilis interrogatus quam sectam nonnulli populi, vicini ejus profiterentur, responderit superiori anno talem tenebant opinionem, qualem hoc anno profiteantur, nescio. Veritas porrò una semper est & eadem, mendacium vero plures facies habet. Idem quoque Granatensis de suo sæculo, id est, de immediate præcedenti loquens, hæreticos ad suum usque tempus centum & octodecim, differentes sibique invicem contrarias sectas professos fuisse refert; Unde plures suo tempore fuerunt hæretici, quam in turre Babylonica fuerint linguarum genera Jerem. c. 32. Deum promisisse refert: *Plantabo eos in terra ista in veritate*: Septuaginta legunt: *in fide*; quia idem est fides

Uniformitas & communis consensus, probat veritatem fidei nostræ. *Gran. Intr. ad Symb. p. 2. c. 8.*

Idem ibid.

Jerem. 32. v. 41.

quod veritas, siquidem fides à Spiritu Sancto, qui Spiritus est veritatis revelata fuit: Gloſſa S. Hieronymi
S. Hieron. ib. hunc locum de populo Chriſtiano explicat, *cujus religio fides eſt.* Unde quod attinet Articulos & dogmata eſſentialia fidei, de hac omnia Concilia, omnes Canones, omnes Scripturæ, omnes Doctores cunctique alij Interpretes, uniformiter & quaſi uno ore & corde locuti ſunt.

6. In Deuteronomio hoc Moyſi laudis præconium attribuitur, quod intra centum & viginti annos lux oculorum ejus nullam ſit paſſa caliginem, nec motus fuerit vel minimus dens illius: *Non caligavit*
Deut. 34. v. 7. *oculus ejus, nec dentes illius moti ſunt.* Ita pariter tametſi Eccleſia per tot hæreticorum contradictiones;
Omnes hæreticorum contradictiones nec unicam fidei noſtræ articulum obtenebrare potuerunt. per tot tyrannorum & Chriſtiani nominis implacabilium inimicorum perſecutiones per ſedecim ſæcula & amplius crudeliſſimè infeſtata fuerit, attamen ne vel unius dumtaxat articuli claritatem unquam obtenebrare potuerunt: Unde hodie dum idem Evangelium, idem Symbolum & traditiones Apoſtolicæ, in eadem integritate & vigore ſuo remanent, in quo hactenus unquam fuerunt. Si fortaſſis aliquod mille annis & ultra arctiſſima obſidione cinctum, & à validis exercitibus impugnatum, invicto ſemper robore perſtitiſſet, cunctiſque inimicis ſuis non ſolum omnem invadendi ſpem ademiſſet, verum etiam eoſdem irreparabili ſtrage à ſe profligaſſet: Quid de illo diceres? Numquid tuto te illi & omnes facultates tuas fideres, numquid illam inexpugnabilem eſſe cenſeres? Numquid ad evadendum imminens tibi ab inimicis periculum, ad illud omni cum ſecuritate confugeres? Faceres utique, ut reor; merito igitur dicere poſſumus: *Credo in Spiritum Sanctum, Sanctam Eccleſiam Catholicam; Sanctorum communionem, vitam æternam;* quia *Portæ inferi non prævaluerunt adverſus eam.* Sancta Eccleſia Catholica enim à mille ſexcentis annis, ſicut & fides illius impugnata fuit, & tamen eſt, fuit & erit ſemper inexpugnabilis.
Matth. 16. v. 18.

7. S. Bernardinus ad propoſitum noſtrum illam adducit ſententiam, qua Gamaliel adverſus Synagogam uſus fuit, quando hæc ſe novæ legis Evangelicæ promulgationi opponebat: *Probatur etiam*, inquit, *firmitas fidei noſtræ ex ſententia vera Gamalielis.* Act. 5. *Si eſt ex hominibus conſilium hoc, opus diſſolvetur, ſi vero ex Deo eſt, non poteritis diſſolvere eos, ne forte & Deo repugnare videamini.* Citatque S. Auguſtinum in libro de utilitate credendi cap. 8. dicentem: Dubitamus nos ejus Eccleſiæ gremio credere, quam ufque ad conſummationem generis humani ab Apoſtolica ſede per ſucceſſiones Epiſcoporum fundata hæreticis circumlatrantibus culmen authoritatis quondam obtinuit?
S. Bern. t. 1. ſer. 2. A. 3. c. 2. Act. 5. v. 38. Fides noſtra ſecura conſiſtit utpote à Deo veniens.

8. Ingenioſiſſime nonnemo fidem piſci aſſimilavit, quia ſicut hic licet à tempeſtatibus & aquarum procellis hinc inde diſjiciatur & propulſetur, in ſuo tamen centro vivit, & ſine ulla læſione in elemento ſuo reſpirat: Ita pariter fides Catholica, licet contra illam ſimul conjurent Mundus, Infernus, Mahometus, Judaiſmus, Paganiſmus, Atheiſmus, ſuorum tamen dogmatum integritatem, ſuasque ſacroſanctas & inviolabiles veritates nec quidquam diminuere poſſunt, quin potius de æmulis ſuis eorum malignitatem & fallitatem impugnando & manifeſtando glorioſè triumphat: *Dixit quidam Sanctus* (verba ſunt Sancti Auguſtini) *& nos dicere delectat; piſcis bonus pia eſt fides: Vivit inter fluctus, nec frangitur; vivit inter tentationes tempeſtatesque hujus ſæculi pia fides, ſævit mundus & integra eſt.* Albertus Magnus pariter fidem & ſpem piſci comparat, dicens: *Bene fides & ſpes piſcibus comparatur, quia ſicut piſces tunduntur à fluctibus & ſemper ſurſum contra gurgitem nituntur, ita etiam fides & ſpes, licet diverſis tribulationibus puniantur in hoc mundo, faciunt tamen homines ſemper niti ad ſuperiora, ubi eſt illius fontis æterni dulcedo.* Commentator Nazianzeni ſuis quoque temporibus hoc teſtimonium perhibet: *Chriſtianorum fides ſemper vigens; nam gentilium fides tanquam fœnum conſenuit & exaruit.*
Fides aptiſſimè comparatur piſci. S. Aug. ſer. 28. de verb. verb. Albert. Mag. ſer. in D. 8. poſt Trin. Elias Cret. in orat. 19. Nazianz.

9. Neque ſolum Eccleſia gentiliſmi perſecutionibus imperterrita fronte reſtitit, glorioſamque de iis reportavit victoriam, verum etiam ſicut virga Moſaica Pharaonis devoravit ſerpentes, ita fides Chriſtiana ſerpentes devoravit hæreſum, omniumque aliorum errorum. Immenſa illa ſtatua quam Nabuchodonoſor ex capite aureo, pectore & brachijs argenteis, ventre æneo, pedibuſque ferreis compaginatam conſpexit, quatuor præfiguravit formidabiliores mundi Monarchias: *Diſſeſſus eſt autem lapis de monte ſine manibus*, inquit facer Textus, *& percuſſit ſtatuam, & comminuit.* At vero quiſnam hic lapis à monte præciſus alius fuit, quam Sanctus Petrus; quando è monte Syon egreſſus, poſtquam Spiritum Sanctum recepit, ad diſſipandam idololatriam, omneſque populos, cunctaſque Monarchias ſedi Apoſtolicæ ſubjiciendas ſe accinxit? Dicitur autem quod lapis iſte *Factus eſt mons magnus*, quia ſedis Petri omnibus Regnis, Imperijs & Monarchijs, quando inobedientes & infideles ſunt metum & pavorem incutit.
Dan. 2. v. 34. Ose. 12. v. 11. Sicut oleum ſupernatat, ſic vera fides hæreſibus ſuperior eſt.

10. Author ille qui contra Hiſtoriam F. Pauli Suavis adverſus Concilium Tridentinum exaratam, ſcripſit in Epiſtola dedicatoria Catalogum hæreſiarcharum, qui fidem impugnarunt, ad noſtra uſque tempora ad numerum ducentorum aſcendere aſſerit; hi autem omnes, cum manifeſte convicti & confutati fuerint, fidem noſtram magis magiſque ſtabiliverunt, eamque ſuis contradictionibus clariorem reddiderunt. Sanctus Philippus Nerius intenſiſſimo ardebat deſiderio proficiſcendi in Indias, ut pro fide Chriſti ſanguinem ſuum funderet, jamque cum nonnullis ſodalium ſuorum itineri accinctus erat; Verumtamen prius explorare volens quænam circa hoc Dei voluntas eſſet, religioſum quemdam valde illuminatum conſuluit, qui facta ferventi oratione, ſibi revelatum eſſe reſpondit, Deum Philippo Romam Indiarum loco aſſignaſſe; & merito quia ſicut in Indijs ad Dei notitiam reducere potuiſſet Idololatras, ita hic innumerabiles convertit perverſos peccatores, & in ſpecie præſtatus eſt contra hæreticos, præcipiendo Baronio ut adverſus hæreticorum Centurias annales Eccleſiaſticos componeret, ut per eos in ſæculis futuris Catholicæ fidei veritas tanto magis ſtabiliretur; eodemque fine etiam Thomæ Bozio ambobus noſtræ congregationis filijs præcepit ut libros de ſignis Eccleſiæ Dei conſcriberet. Namut Sanctus Auguſtinus ait: *Improbatio hæreticorum facit eminere quid Eccleſia tua ſentiat, & quid habeat ſana doctrina.* Ehem quod hæretici per hoſce labores obmutuerunt? Quot errores & falſitates in apricum fuêre productæ? Apud Oſeam Prophetam inter alia dicitur: *Oleum in Ægyptum ferebat;* At vero quodnam in eo latet myſterium, quod Spiritus Sanctus in hac Hiſtoria ex Samaritæ terra olei feraciſſima oleum in Ægyptum amandatum eſſe renſenſat? Audite idipſum in ſenſu allegorico his verbis explicantem S. Hieronymum: *Conantur hæretici miſcere veritati mendacium, at oleum aquis & cæteris liquentibus rebus copulari non poteſt, ſemper veritas ſupra eſt, decorſumque mendacium*: Hæreſes namque idem fidei noſtræ attulere damnum quod lima ferro adferre ſolet, veritas enim ſemper prævalet. Mirum eſt videre quanto cum zelo omnes Petri ſucceſſores hanc Religionis Catholicæ integritatem & ſinceritatem ſemper conſervarint, ſiquidem pro unico dumtaxat dubio, quod circa aliquem fidei articulum movetur, Concilia congregare ſatagunt, in quibus oppoſitiones, rationes, argumenta, concluſiones diligenter examinantur, & in pondere ſanctuarij trutinantur, tandemque quid credendum ſit, per aſſiſtentiam Spiritus Sancti deciditur. In alijs autem ſectis id ſolum ad credendum proponitur, quod novatoribus, viris ſacrilegis & ut plurimum ex paſſione & vindicta ab Eccleſia apoſtatarantibus, in mentem venit.
Hæreſes ſibi dem noſtram ſuis contradictionibus clariorem reddiderunt. S. Philip. Nerius.

DISCURSUS XXIII.

ARGUMENTUM.

Chriſtianæ legis ſanctitas multos habuit ſequaces, eoſque ſanctos effecit, non obſtante, quod virtus quam ſuadet, naturæ noſtræ corruptelæ adverſetur: Econtra vero quod ſectæ profanæ multos habeant ſectatores mirum non eſt, cum omnem carni & ſenſui permittant libertatem.

THEMA.

Lex Domini immaculata convertens animas, teſtimonium Domini fidele. Pſalm. 18. v. 8.

1. REgius Pſalmiſta prædictum Pſalmum decimum octavum ab his verbis exorditur: *Cæli enarrant*

enarrant gloriam Dei; per hos autem cœlos Gloſſa Interlinearis Apoſtolos intelligit, dum ait: *Cæli id eſt, Apoſtoli exponunt gloriam Chriſti*; Ac proinde Regius Vates in ſequentibus progreſſus prædicit quos Apoſtoli in dilatanda nova gratiæ lege habituri erant; Dicit enim: *In omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum*; At vero ſcire velim inquies, undenam hæc tam copioſa fidelium meſſis quam Apoſtoli per omnes terræ partes collegerunt, derivata fuerit (motivum quo infideles ad amplexandam Chriſtianam fidem inducti fuerunt, unica fuit legis Evangelicæ ſanctitas; quia *Lex Domini immaculata convertens animas, teſtimonium Domini fidele*; Fideliſſimum namque fidei noſtræ teſtimonium eſt ſanctitas legis quam Eccleſia Chriſtianis obſervandam proponit. Hæc enim nihil omnino permittit, quod vel luminis rationis, vel naturæ dictaminibus vel gloriæ Dei, vel bono proximi contrarium ſit; præcipit ut Deum ſuper omnia creata amemus, abhorreamus ejus offenſam, proximumque ſicut nos ipſos diligamus. Prohibet omne furtum, omne mendacium, omnem dolum, omnem falſitatem, impudicitiam, injurtam & omne peccatum, non ſolum in actu, ſed & in deſiderio commiſſum, adeoque lex illa manus noſtras ligat ne faciamus malum, cor noſtrum refrænat, ne illud deſideret, gubernat linguam ne aliquid effutiat, quod in damnum alterius cedere poſſit: Reprimit oculos, ne quidquam inordinatum videant vel appetant: *Sola fides Chriſtiana*, inquit Sanctus Bernardinus, *prædicat ea quæ maxime honorem Dei ſuadent. Sola Chriſtiana fides Idololatriam de hoc ſæculo effugavit, quæ tamen ab initio legis uſque ad Chriſtum, non ſolum in populo Paganorum, ſed nec etiam in populo Judæorum potuit aliquo modo excludi. Sola Chriſtiana fides dilatat magnificentiam cultus unius Dei.* Admirabilis prorſus eſt religioſus ille cultus, qui hactenus a tot ſæculis per ritus & cæremonias ſacras in Eccleſia Dei ſemper eſt uſitatus; nam per orationes vocales Deus ſeptem vicibus in die in horis Canonicis ab utroque Clero regulari & ſæculari honoratur: eriguntur pariter in honorem ejus innumera templa, redditibus Eccleſiaſticis dotata, inſtitutæ ſunt variæ ſolemnitates, offeruntur quotidie ſacrificia, adimplentur vota, inſtituuntur peregrinationes, & per totalia devotionis obſequia & demonſtrationes tam ſanctas legiſlator perpetuo veneratur & adoratur.
Gloſſ. Interlin. Fideliſſimum teſtimonium fidei noſtræ, eſt ſanctitas legis, quæ nobis obſervanda proponitur. Rom. 10. 18. Pſ. 18. v. 8. S. Bern. t. 1. ſer. 1. A. 3. c. 1.

2. *Lex Domini immaculata*: Examinetis licet omnes leges quæ hactenus à principio mundi in præſens uſque tempus emanarunt, ſic enim legem Evangelicam rectiſſimam ſemper eſſe invenietis: *Omnia quæcumque vultis* (inquit cœleſtis magiſter noſter) *ut faciant vobis homines & vos facite illis*, quod ſi ab unoquoque executioni, mandaretur, vita humana futura eſſet paradiſus quinam in terra. Promittit præmia bonis, & malis ſupplicia, quia ut Solon dicere ſolebat: *Duabus rebus contineri Reſpublicam præmijs & pœnis.* Præmium quod legem adimplentibus datur, tam eſt excellens & eximium, ut excellentius nec dari nec imaginari à quopiam poſſit. Præter præcepta quæ jubentur, inſuper inſinuat conſilia, quæ ad perfectionem & ſanctitatem comparandam diriguntur, qualia ſunt vitam ducere cœlibem, purum ſe conſervare & virginem, per diſciplinas, jejunia, & alias auſteritates corporales, propriam mortificare carnem; bonis niſce temporalibus ſe privare, ad acquirendum cœlum quo pauperes Eleemoſynarium præmiant, inimicis noſtris benefacere bonum pro malo reddendo.
Examinatis omnibus legibus, Lex Evangelica inveniretur rectiſſima. Matth. 7. v. 12. Solon.

3. Tametſi ſectæ ſacrilegæ nonnumquam virtutes aliquas morales legibus ſuis præcipiant, invenietis tamen majorem eſſe numerum eorum, quæ mala ſunt & pernitioſa: At vero in lege Chriſtiana omnia ad rectitudinem ordinantur, quia *Lex Domini immaculata.* Unde ſanctus Ambroſius ſuper illa Apoſtoli verba: *non in ſapientia verbi*, inquit, *omnis ſumma diſciplinæ noſtræ in miſericordia & pietate eſt.* Undeigitur lex adeo ſancta inventa aut ordinata eſſe potuit, quam ab ipſamet Sapientia æterna incarnata, & à ſumma infinita & divina bonitate? Impoſſibile fuiſſet, quod homo ex luto plaſmatus, vel pura aliqua creatura tanto fuiſſet lumine prædita ut legem aliquam adeo irreprehenſibilem tradere, & veritates adeo ſublimes, & mundi Sapientibus abſconditas revelare, & inſuper virtutem ad illas inſinuandas & docendas hominibus impertiri potuiſſet: Impoſſibilius autem fuiſſet, dare hominibus efficaciam, qua infidelibus illas firmiter credendas efficaciter perſuaderent. Lex Evangelica in hac natura noſtra per peccatum primorum parentum depravata, prælia movet interna intellectum inter & voluntatem; intellectus enim propriæ opinionis fericiſſimus, & ad illa quæ eidem capienda proponuntur per rationes & argumenta diſcurrienda inclinatus, ægrè inducitur, ad credendum ea quæ ſphæram activitatis ſuæ omnisque humani diſcurſus excedunt. Voluntas pariter quæ appetitibus ſuis ſatisfacere amat, difficulter inducitur ut proprios ſenſus liget, & conſtringat: Voluptates & gaudia, ad quæ inclinatur, ſibi deneget: Continuamque ſibi crucem imponat; Unde ſit quod lex illa tam ſancta alios non habeat inimicos, quam proprium judicium & propriam voluntatem, ſiquidem inclinationibus carnis omnino opponitur, cujus contrarjum accidit in Sectis, & novatorum Religionibus, quæ ad proprias inclinationes frena prorſus laxant: Et tamen ut quotidiana nos docet experientia lex illa tam ſancta & ſeria innumeros quovis ſæculo habuit ſectatores.
S. Ambr. in 2. ad Cor. In Lege Chriſtiana omnia ordinantur ad rectitudinem.

4. *Convertens animas.* Tertullianus horrorem conſiderat, quo gentiles, poſtquam ad Chriſtum converſi fuêre, execrabatur idololatriam, quam antea in tantum ſequebantur, in quantum legem adeo ſanctam ignorabant; unde ait: *Teſtimonium ignorantiæ eſt, quæ iniquitatem, dum excuſat, condemnat, cum omnes qui retro oderant, quia ignorabant qualia ſit quod oderant ſimul ut deſinunt ignorare, ceſſant & odiſſe, ex his ſunt Chriſtiani utique in comperto, & incipiunt odiſſe quod fuerant, & profitenti quod oderant.* Agnoſcebantur enim jam fideles eſſe, inquit idem Tertullianus, ex virtutibus Chriſtianis in quibus ſe exercebant, illius magiſtri ſe probando diſcipulos, cujus doctrinam profitebantur: *Ex diſciplina patientiæ divinæ*, inquit, *agere nos ſatis manifeſtum eſſe vobis poteſt.*
Tertull. c. 1. Apolog. Infideles ad fidem converſi, ſummopere execrabantur idololatriam. Tertull. ad Scapulam. c. 3.

5. Sanctus Propheta Job de equo quodam bellicoſo inquit: *Gloria narium ejus terror*, quæ verba Sanctus Hieronymus in ſenſu ſpirituali his verbis commentatur: *Spiritus Dei eſt in naribus ejus, quod & Sanctus Job dixit: Spiritus divinus qui eſt in naribus meis. Hoc unguento, Spiritu utique Dei, perfuſa eſt Eccleſia, ut Joannes ait: Et vos unctionem habetis à Spiritu; Cum ante Salvatoris noſtram ipſum unguentum intra alabaſtri vaſis anguſtias teneretur: Hac igitur gloria odoris hujus quaſi terrore perfunditur ſenſus interior.* Odor & fragrantia novæ legis Evangelicæ per totum mundum diffunditur, optimum ſui ſpecimen edens: Ac proinde Apoſtolus de Chriſti ſequacibus dicebat: *Chriſti bonus odor ſumus*; non vero eadem eſt ratio Paganorum, qui jovem, Venerem, Mercurium, qui adulteri, fornicarij, avari, & gu'oſi erant, venerantur: *In Chriſtiana fide*, inquit Sanctus Bernardinus, *nihil de Deo credimus vel ſentimus quod aliquam importet imperfectionem; imo etiam magis atteſtamur perfectioni divinæ.* Idem quoque Sanctus ex Sancto Auguſtino lib. 2. de Civit. c. 28. inquit, *Nihil turpe aut flagitioſum ſpectandum imitandumque unicuique proponitur, ubi veri Dei aut miracula narrantur, aut dona laudantur, aut beneficia poſtulantur.* Legatis obſcero fabulas & figmenta gentilium, in illis namque nihil aliud invenietis præterquam adulteria, inceſtus, peccata nefanda, latrocinia odia, & implacabiles Numinum & Deitatum ſuarum diſcordias, & conſequenter tales quoque erant eorum ſequaces. Sanctus Ambroſius de fide noſtra ſcribit: *Sacroſancta Religio moralibus diſciplinis & mitibus pietatis exemplis, etiam fidei exules ad reverentiam tamen ſui clementer invitat.* Quis non admiretur tamquam opus divinum illam mutationem dextræ Excelſi qua in breviſſimo tempore hi qui antea vitioſiſſimi erant, mox ut hujus legis jugo ſubjiciuntur, immaculati fiunt & ſancti? *Inſiſtet in te Spiritus Domini, ... & mutaberis in virum alium* Idem quoque punctum Lactantius Firmianus his verbis tangit: *Da mihi virum qui ſit iracundus, maledicus, effrenatus, pauciſſimis Dei verbis tam placidum quam ovem reddam. Da rapidum, avarum, tenacem, jam tibi eum liberalem dabo, & pecuniam ſuam plenis manibus largientem.* Quodnam obſcero Deus in Eccleſia in ſequacibus ſuis evidentius ſignum patrare poteſt, quam quod ex tritione inferni intra modicum tempus faciat Seraphinum Paradiſi, prout in tot animabus accidiſſe novimus? infallibilia enim hujus in Magdalena pœnitente in bono latrone, in Matthæo, Zachæo, denique in Sancto Auguſtino habemus exempla, hic enim vir doctiſſimus fuit
S. Ambr. l. 7. in Luc. c. 12. Et Brevi tempore vitioſiſſimos, reddit immaculatos. 1. Reg. 10. v. 6. Lact. Firm. l. 2. Inſtit. Div. c. 26. Fidei bonus odor allicit infideles ad credendum Evangelio. 2. Cor. 2. v. 15. S. Bern. t. 1. ſer. 1. An. 2. c. 4. S. Aug. l. 2. de Civit. Dei c. 28.

&

& tamen ad annum usque trigesimum tertium ætatis licentiosæ & pessimæ vitæ assuefactus, postquam vitæ impudicæ diutissime insorduisset, postea adeo mutatus fuit, ut innocentiam baptismalem denuo recuperaram ad ultimum usque vitæ suæ Spirium conservarit : *Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine ? nonne tu qui solus es ?*

Job. 14. v. 4.

Comparantur fidei nostræ opera, ad illa gentilium & Sectariorum.

Aristotel.

6. Discurratis obsecro per omnes tam gentilium quam hæreticorum & Mahometanorum sectas, & invenietis quod à quo tempore hactenus durarunt, vix ullum protulerint virum exemplarem, vitaque honesta & perfectione conspicuum, quales Ecclesia in omni ætate, in omni climate, in omni statu, conditione & professione plurimos habuit. Porrò teste Aristotele alijsque Sapientibus, virtus bonum illud est, in quo beatitudo consistit, hocque bonum à nobis in hac vita comparari potest : Quis autem Historias plenas esse nescit, facinorum insignium & heroicorum innumerorum fidelium, qui in gradu sublimi virtutum egregiè profecerunt ? idque non alio auxilio, quam divino, quod solum ad adeo eminentem sanctitatem producere potuit, cum irrefragabilis sit veritas, quod

Jac. 1. v. 17. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est descendens à Patre luminum.*

7. Tertullianus de gentilismo scribit, quod Pagani suo tempore Christianorum admirantes innocentiam & virtutem, ex industria scire contenderint, undenam illa derivaretur, mox vero ut originem illius legem Christi adeo sanctam esse intelligebant, eamdem ultro citroque fuerint amplexati : *Inquirere accenditur*, inquit, *quid sit in causa, & ubi cognoverit veritatem, & ipse statim sequitur.* Porrò primitivi Christiani adeo strenuè in legis Evangelicæ studio currebant, ut etiam ipsemet Sanctus Paulus eosdem Sanctos appellare non formidarit, etiam illos qui in Cæsarea Neronis aula velut Aulici & Ephebi morabantur, unde dicit : *Salutant vos omnes Sancti maximè autem qui de domo Cæsaris sunt.* Unde Hugo de Sancto Victore de modo vivendi primorum Christianorum scribens, inquit : *Cælestis vita in terra colebatur, & virtutum flores quasi de Paradiso Dei in deserto sæculi pullulare cœperunt. Alij martyrio rosas, alij lilia castitate, alij puritate violas plantaverunt. Alij miraculis coruscaverunt, alij virtutibus & signis effulserunt, alij secreta cœlorum videre meruerunt.* Idem quoque Apostolus in alijs Epistolarum suarum locis fideles sui temporis Sanctos appellat; Ad Romanos enim ita scribit : *Dilectis Dei vocatis Sanctis*; ad Ephesios sæpius inquit : *Omnibus Sanctis*; *mihi omnium Sanctorum minimo.* De Saulo etiamnum persecutore Ananias apud Redemptorem lamentans ait : *Quanta mala fecit Sanctis tuis.* Tertullianus qui secundo sæculo vixit, de Christianis matrimonio junctis ait, *Permiserat Sanctis vulgo nubere.*

Tertull. c. 5. ad Scapul.

Primitivi Christiani propter fervorem fidei, vocati fuerunt Sancti.

Philipp. 4. v. 22.

Hug. de S. Vict. T. 2. Instit. Monast. l. 4.

Rom. 1. v. 7. *Ephes. 1. v. 1.* *Ephes. 3. v. 8.* *Act. Ap. 9. v. 13.* *Tertull. l. 2. ad uxor. c. 2.*

8. Fuerunt quoque primi Christiani fratres appellati, prout refert Cardinalis Baronius, quod nomen cum à gentilibus in calumniam traduceretur. Tertullianus hanc illius assignabat rationem : *Fratres & dicuntur & habentur, qui unum Patrem Deum agnoverant.* Sanctus Petrus in Epistola secunda Christianis ita scribit : *Ministrate in fide vestra virtutem, in virtute scientiam, In scientia abstinentiam, in abstinentia patientiam, in patientia pietatem, In pietate amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem.* Quinam autem ex hoc fraterno affectu effectus producti fuerint, idem Apostolorum Princeps declarat cum subdit : *Conversationem vestram inter gentes habentes bonam, ut ... ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum.*

Etiam fratres.

An. 43. n. 10. *Tertull. Apolog. c. 39.* *2. Petr. 1. v. 5.* *Ibid. v. 6.* *Ibid. v. 7.*

1. Petr. 2. 12.

Numerus infidelium major est quam fidelium.

9. Verum enimvero operæ pretium erit, objectioni cuidam respondere, quæ Evangelij inimicis difficilis pariter & plausibilis esse videtur ; hi enim in hoc præcipuè gloriantur, quod in sectis illorum major reperiatur illas profitentium numerus ; & revera ita est ; si enim calculus rectè instituatur, major erit Mahometanorum & Turcarum quam Religionem Christianam profitentium Numerus ; At verò si rem penitus intueamur, hæc multitudo sectariorum sectam ipsorum omnibus prudenter æstimantibus suspectam reddit. Didacus Stella optime ostendit solius dexteræ Dei opus fuisse, quod in exordio primitivæ Ecclesiæ viri nudi, mendici & ignorantes, quales erant duodecim illi piscatores, Apostoli videlicet, universum doctrinæ suæ mundum subjecerint, demoliendo templa & falsa gentilium Numina, in eorumque locum sublimando hominem crucifixum, eumque ad adorandum proponendo ; *Hoc autem*, inquit, *non quemadmodum hæretici nostri temporis fecerant, carni ejusque cupidini indulgendo, jejunia vollentes, seque miscentes omni vitiorum & malorum generi.* De Martino Luthero refertur, quod quando VVormatiam ad Carolum V. proficiscebatur, Hæresum suarum daturus rationem, in rheda deaurata vectus multisque servis alijsque ad ejus obsequium ultroneis comitibus stipatus, in eamdem urbem invectus fuerit, omnis generis secum vehendo musica instrumenta. Non sic Christus legem suam prædicavit, neque ad eamdem annunciandam Apostolos per hunc mundum dispersit : *Sanctissimi Christi discipuli*, inquit præfatus Stella, *non in divitijs & in deliciis viventes, sine sacculo, sine pera, sine pecunijs, iter faciunt, jejunijs castigando corpus, vigilijs instando, nudi, afflicti, despecti, Crucis mortificationem in suis corporibus gerentes, Ecclesiam Dei plantaverunt suo sanguine.* Econtra vero lex Lutheri corruptæ naturæ nostræ apetitibus valde est conformis, quia scholam sequitur Epicuri, omnem concedit licentiam lascivienti carni, tollit omnia quarumlibet legum vincula, unumquemque pro arbitrio suo vivere permittit, opera afflictiva condemnat, aufert omnem timorem inferni, econtra vero cœlum infallibiliter omnibus assedis suis promittit, dummodo fidem retineant, licet nudam & bonis operibus destitutam. Purgatorium fabulam esse contendit, vota vero, jejunia, peregrinationes cunctasque alias pœnitentias Papistarum dicit esse figmenta. Thomas Morus magnus Regni Angliæ Cancellarius, qui fidem Catholicam sanguine suo obsignavit ; huic impietatis monstro, Luthero inquam, se magna cum facilitate & celeritate sectam suam propagasse glorianti, respondit : *Ad propositam vitæ libidinem & licentiam populum ruere, majus non est miraculum quam saxa deorsum cadere.* Quod optimè consonat cum sequentibus Lactantij Firmiani verbis : *Epicuri disciplina*, inquit, *multo celebrior semper fuit, non quia veri aliquid afferat, sed quia multos ad populare nomen voluptatis invitat, nemo enim non in vitia pronus est, eaque vincere difficillimum est.* Ut quis multis hominibus voluptatem unam delicias aliasque similes voluptates persuadeat, non magno labore opus habet; terra enim sine ligionis & aratri cultura à semetipsa sentes, tribulos & lolia producit, at vero ut frumentum, flores, herbas delicatas, fructusque salutiferos generet, opus est labore, industria agricultura : Eodem modo naturæ humanæ corruptæ facillime vitium inseritur, at vero ad consectandum virtutem aratrum requiritur illius, qui dicit : *Pater meus agricola est. Quia omne bonum desursum est &c.*

Ratio datur, cur secta Lutheri magnum habuerit accessum.

Joan. 15. v. 1.

10. Sanctus Thomas de Villa Nova ait : *Quid fecit Anachoretas contemptis delicijs, spretis honoribus, calceatis divitijs, cælibem in solitudine vitam agere, nisi viva fides ? quid hodie Christi fidelis facit inter luctuosas sæculi delicias impollato pede transire, nisi fides quæ per charitatem talia operatur ?* Quis sanctior & in literis præcipuè sacris eruditior fuit Sancto Hieronymo hic autem ad faciendam austerissimam pœnitentiam in desertis semetipsum vivum sepelivit, tametsi alias vitam semper sanctam duxisset & immaculatam ? horrebant, inquit ad Virginem Eustochium Sanctæ Paulæ filiam, *sacco membra deformia, & squalida cutis situm æthiopicæ carnis obduxerat* ; legatis sapientissimorum Doctorum, quos Ecclesia umquam habuit, incredibiles vitæ rigores, & sine dubio inde colligetis ipsos se hisce subjecisse suam exercendo fidem eamque agnoscendo infallibilem, intelligebant namque hac via securius perveniri ad gloriam. Verum quidem est paucos admodum esse qui hanc viam terant, at verò audite hac de re scribentem Sanctum Augustinum in libro *de utilitate credendi*, ubi ait : *Parumne consultum rebus humanis arbitramur, quod nihil terrenum, nihil igneum, nihil quod corporis sensus attingat, pro Deo colendum esse ; etiam imperitum vulgus in tam multis diversisque gentibus & credit & prædicat ? quod castitas usque ad conjugij prolisque contemptum ? quod patientia usque ad cruces, flammasque negletas ? quod liberalitas usque ad patrimonia distributa pauperibus ? quod denique totius hujus mundi aspernatio usque ad desiderium mortis incenditur ? pauci hoc faciant, sed populi probant, favent, diligunt, & suam imbecillitatem non sine quibusdam scintillis virtutis accusant. Hoc factum est divina providentia per Prophetarum vaticinia, per humanitatem, doctrinamque Christi, per Apostolorum itinera, per Martyrum sanguinem, per prædicabilem Sanctorum vitam, & per digna*

Quia docebat placentia carni, & durare probabat.

S. Thom. de Villa nova Conc. de oct. Paschæ.

Jac. 1. v. 17.

Sancti Doctores Ecclesiæ & practicarunt, & docuerunt contraria carni.

S. Hieron. ad Eustoch. Ep. 22.

S. Aug. l. 6. ex lib. de utilitate credendi.

digna rebus tantis pro temporum opportunitate miracula. Sed quamnam sanctus Doctor ex hisce præmissis infert consequentiam ? *Et dubitamus*, inquit, *nos etiam Ecclesiæ condere gremio, quæ adversarijs frustra latrantibus, populorum judicio, concilionum gravitate, miraculorum majestate damnatis, culmen authoritatis obtinuit ?* Merito igitur Divus Chrysostomus fideles monet ; ut in omni opere suo salutare præbeant exemplum : *Luceat*, inquit, *lux vestra coram hominibus ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in cœlis est. Cum enim viderit infidelis se fidelem, compositum, modestum, ornatum esse, mirabitur, & dicet : Vere magnus Christianorum Deus, quales constituit homines, quales è qualibus fecit. Angelos ex hominibus ipsos reddit. Contumeliam fecerit, non convinciantur, si quis percusserit, non agre ferunt, si quis injuriam intulerit, pro his qui se læserint, orant ; inimicam non habent, iram jerare non norunt, mentiri non didicerunt, pejerare non sustinent, quin imo & jurare.*

Ibid. v. 16.

Joan. 6. v. 30.

S. Cyrill. l. 2. Thesaurie. 4.

S. Franciscus obtulit se ad ingrediendum rogum ardentem ad probandam fidem.

Opusc. S. Francisci Apopth. 53.

DISCURSUS XXIV.

ARGUMENTUM.

Miracula quæ quovis tempore illustrarunt Ecclesiam, & prophetiarum impletio, earum præcipuè, & quæ Hebræorum dispersionem spectant, fidem nostram confirmant.

THEMA.

Mirabilia testimonia tua ideo scrutata est ea anima mea ; declaratio sermonum tuorum illuminat. Psal. 118. v. 129. & 130.

Donum miraculorum Apostolis & Ecclesiæ datum confirmat fidem suam.

Marc. 16. 15.

Ibid. v. 20.

S. Bonav. ser. 9. in Hexam.

Joan 5. v 36.

Ejusque veritas clare patet ex Sacra Scriptura, *Ps. 118. v. 129.* *Ibid. v. 130.*

Joan. 5. v. 39.

Joan. 10. v 37. *Ibid. v 38*

S. Aug. t. 10. ser. 8. de verb. Dom.

Ipsemet Christus fidem comprobandam dixit miraculis.

Matth. 11. v. 1. 3

1. DOnum miraculorum quod Salvator noster Apostolis contulit, priusquam illos ad fidem suam annunciandam, per mundum dispergeret, manifestum est veracitatis suæ argumentum. Unde cum ante suam ad cœlos Ascensionem Apostolis suis præcepisset, dicens : *Euntes in mundum universum, prædicate Evangelium omni creaturæ*, mox signa declarat, quæ circa credentes in ipsum patraturi erant, nimirum quod pulsuri essent dæmones, serpentibus erepturi essent toxicum, curaturi infirmos, aliaque similia prodigia patraturi ; Id quod Evangelista attestante deinceps reipsa factum fuit : *Illi autem profecti prædicaverunt ubique, Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.* Sanctus Bonaventura inter alias rationes quibus Hæreticorum convincit fallaciam, hanc quoque adjungit : *Non habent miracula, numquam audium est quod Hæreticus vel ante vel post mortem miracula fecit.*

2. Cœlestis Magister noster in die quodam ut incredulos & obstinatos Hebræos confutaret & convinceret, ita de se gloriabatur : *Ego habeo testimonium majus Joanne. Opera enim quæ dedit mihi Pater ut perficiam, ea ipsa opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me, quia Pater me misit.* Atque ideo Regius Psalmista idipsum Prophetico prævidens, inquit : *Astrabilia testimonia tua ideo scrutata est ea anima mea* ; nequè hoc ei sufficiebat, sed protinus subjungens, inquit : *Declaratio sermonum tuorum illuminat*, quia ex Scripturis & Prophetarum vaticinijs Lumen recipitur ; ac proinde Christus postquam miraculorum testimonium adduxisset, ut Hebræi ipsum Filium Dei esse crederent, hoc eis suggessit consilium : *Scrutamini Scripturas, quia illæ sunt quæ testimonium perhibent de me.* Ideo quando Scribæ & Pharisei apud Sanctum Joannem cap. 10. in fide sua vacillabant, iterata vice eisdem dixit : *Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi, Si autem facio, & si mihi non vultis credere, operibus credite.* Sanctus Augustinus proinde finem quem Omnipotentia & Sapientia divina in tot patrandis miraculis habuit, hunc unicum fuisse dicit, ut incredulos populos ad fui traheret cognitionem & notitiam : *Miracula fecit Dominus*, inquit, *ut inviteret ad fidem, hæc fides fervet nunc in Ecclesia toto orbe diffusa.*

Ibid. v. 1.

Ibid. v. 2.

Ibid. v. 4.

Joan. 6. v. 30.

S. Cyrill. l. 2. Thesaurie. 4.

S. Bern. t. 1. ser. 1. art. 2. c. 4.

Richard. à S. Vict. l. 1. de Trin. c. 2.

S. Aug. l. 22. de civ. Dei c. 5.

S. Aug. in Tr. de Fide l. 4. ex Quæst. Novi Test.

S. Greg h. 29. in Evang.

S. Sylvest. insigni miraculo convertit S. Helenam & multos Judæos.

Bellovac. Spec. mor. l. 2. dist. 19.

3. Discipuli Sancti Joannis Baptistæ, brevi magistro suo, qui ab Herode mox occidendus erat, detituendi, quia exiguam Salvatoris nostri habebant existimationem & notitiam, ad Christum à Baptista cum hæc eis imposita legatione missi fuere, ut dicerent : *Tu es, qui venturus es, an alium expectamus ?* Christus vero ut eosdem in fide sua stabiliret, suæque divinitatis agnitione illuminaret, ad miracula ipsis præsentibus patranda se accinxit, eosque his verbis à se dimittit :

Euntes, renunciate Joanni quæ audistis ; cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt. Contumaces Judæi Christum die quadam interrogarunt, dicentes : *Quod ergo tu signum facis, ut videamus & credamus tibi ?* sciebant enim, ut Sanctus Cyrillus ait : Quod *Christus miraculorum simul magnitudine & multitudine ostendat se Messiam esse.* Celebris est historia quæ de Sancto Francisco refertur : Cum enim in Ægypto Soldanum ad veram fidem reducere conaretur, neque sacrificulos suos, ut cum ijs vir Seraphicus disputaret congregasset, Seraphicus Pater sapienter eidem respondit : *Secundùm rationem naturalem de fide disputari non potest, cum supra rationem sit ; nec per Scripturam, quia illam non recipiunt tui sacerdotes.* Quo igitur consilio utendum putas, inquit Soldanus, ut sacerdotes mei convincantur ? cui Franciscus respondit : *Fiat rogus, & ego in fidei meæ testimonium me ardentibus tradam flammis, ut dum non lædor fidei veritas appareat.* Plenæ sunt historiæ simulibus miraculis, imo longe prodigiosioribus in veræ fidei testimonium patratis, idque non in uno tantum sæculo sed in omnibus.

Cum miracula omnem excedant humanam capacitatem ; merito per illa probatur Veritas fidei.

4. Quis est cui non manifesta sint prodigiosa miracula in magno Xaverio sæculo superiori in Indijs patrata, quarum ipse gloriosus fuit Apostolus non solum propter innumeras animas in tot regnis ad Deum conversas, verum etiam ob vitam Apostolicam quam continuo duxit, præcipuè vero, quia in illis fuit velut alter quidam Taumaturgus ? certissimum est, quod cum miracula omnem excedant naturæ capacitatem & potentiam humanam, soli Deo primo illorum Authori tribui debeant, ac proinde cum servi Dei illa dependenter à Deo in sanctitatis suæ confirmationem, nostræque fidei veracitatem ostendendam operantur, hæc verè à Deo, tamquam prima & æterna veritate, quæ falli non potest, nec fallere, tamquam primo illorum Authore procedere infallibiliter deducitur. Unde Catholici in finali Judicio coram divino tribunali comparentes, audacter dicere poterunt, quod si Religio quam professi fuerunt, falsa sit & fallax, Deus ipse illos deceperit, utpote qui illam per miracula & portenta in ejus confirmationem facta, quæ præter ipsum nemo patrare potuisset, infallibilem & certam esse demonstrarit. Unde Sanctus Bernardinus authoritatem citat Richardi à Sancto Victore in libro 1. de Trinitate cap. 2. dicentis : *Domine si est error, à te decepti sumus, nam tot & tantis signis confirmata sunt quæ nonnisi per te posse fieri.* Citat quoque in eodem loco Sanctum Augustinum lib. 22. de civit. Dei cap. 5. contra incredulos dicentem : *Si illa miracula facta esse non credunt nobis, unum grande miraculum sufficit, quia jam orbis terrarum sine allis miraculis credidit.* Idem quoque Sanctus Augustinus in tractatu de fide rerum invisibilium, idipsum quasi asserit, dicens : *An vobis inane, vel leve videtur, & nullum, vel parvum putatis esse miraculum divinum, quod in nomine Christi unius crucifixi universum genus currit humanum.*

5. Porro causam, cur hisce diebus nostris tantam miraculorum multitudinem oculis nostris non conspiciamus, Sanctus Gregorius optime exponit, dicens : *Ut ad fidem crescret multitudo credentium, miracula fuerat nutrienda*, id quod sequenti aptissima clarius ostendit similitudine ? *Quia & nos, cum arbusta plantamus, tamdiu eis aquam infundimus, quo usque ea in terra jam coaluisse videamus, & si semel radicem fixerint, irrigatio cessabit.* Quot non quotidie ab operarijs Apostolicis in mundo novo apud Antipodas Evangelium annunciantibus, hodie fiunt miracula ? Tempore Sancti Sylvestri quando Constantinus Magnus recenter ad fidem accesserat, perque eum aliorum populorum conversio sperari poterat, magnus ille sacerdos, ut Bellovacensis refert, sequens patravit miraculum. Cum enim Helena sacris Christianæ fidei mysterijs nondum initiata esset, ad illa tamen plurimum propenderet, Judæi vero econtra eamdem, ne Ecclesiæ crederet, pervertere niterentur ; multi ex Paganis sapientissimi, ex altera vero parte cum Sancto Sylvestro multi Episcopi simul congregati fuerunt, cumque duo Pagani controversiæ Judices constituti fuissent, Sanctus Pontifex autem eosdem multis confutasset argumentis. Judæus quidam eidem opposuit Christianos adorare Crucifixum, se vero certum quoddam nomen nosse, cujus virtutem ne ipsa quidem saxa sustinere valeant ; ac proinde ferocissimum quemdam taurum coram se produci fecit, ut ostenderet quod nec hic virtutem hujus nominis sustinere

sustinere valeret; cui cum in aures nescio quod nomen insusurrasset, taurus statim mortuus concidit: cunctis vero factum hoc admirantibus, Sylvester, nil magnum esse ait, tantum occidere, cum hoc & araneæ possint, imo & modicum venenum animal interimere queat, neque insusurratum hoc nomen Dei nomen esse dixit, sed dæmonis, cum Deo proprium sit vivificare, dæmonis vero sit occidere. Potius igitur Dei virtutem exinde colligendam esse ait, si insusurrato eodem nomine occisum hunc taurum vitæ restituant. Tunc igitur deputati Judices Judæum urserunt, ut taurum resuscitaret; quibus ille se id minime facere posse, ingenue fassus est. Sylvester igitur invocato crucifixi nomine, Christianis seorsim orantibus tauro in crucifixi nomine præcepit ut surgeret, qui statim redivivus surrexit. Quo viso Judæi præsentes una cum Helena ad fidem conversi sunt & baptizati una die plus quam tria millia hominū.

Hæretici irrito conatu finxerunt miracula. *Bellovac. ibid. Hist. Franco.*

6. Hæretici quoque ad Mágorum Pharaonis æmulationem & ipsi miracula per præstigia, & incantationes fingere attentarunt, sed irrito semper successu, dum perfidiæ eorum frandes semper innotuerunt; prout idem Author cuidam Episcopo Hæretico Arriana hæresi imbuto accidisse ibidem refert. Simile quid est, quod de VVandalis eadem Arriana hæresi contaminatis refertur; Cum enim hi universam Franciam & Hispaniam cum non modico utriusque regni dispendio pervagarentur, multosque Episcopos, Catholicos ingentia prodigia patrantes secum in servitutem abducerent, Episcopus quidam Arrianus Cerula nomine, Catholicorum Episcoporum rationibus & argumentis, speciatim vero miraculorum fama, quam sibi per cæci cujusdam illuminationem compararant, convictus & confusus, ut se quoque miraculorum dono pollere ostenderet, ad fraudes & technas confugit, ut hac ratione hæreseos suæ assecias in Secta confirmaret, cuidam enim suæ Sectæ quinquaginta aureos eo pacto donavit, ut cæcum se, & ab eo illuminatum esse fingeret: *Cum autem transiret Cerula cum exercitu VVandalorum & Episcopis captivis Catholicis, clamavit dictus homo: Audi me beatissime Cerula, & respice cæcitatem meam, & experiar virtutem tuam, qui reddis cæcis visum, surdis auditum, leprosos enim mundas, mortuos suscitas;* Tunc Cerula *eum trahens ad partem ait, tangens ejus oculos: Secundum fidem nostram qua recte credimus in Deum, aperiantur oculi tui & videant; quo dicto incœperunt oculi miseri hominis instari, & tantus dolor eum arripuit, ut vix posset digitis oculos comprimere, quam crepabantur, & præ dolore ejulans omnibus dolum detexit, & clamabat projiciens æreos: Ecce aurum tuum redde mihi visum meum, tunc bono usus consilio, clamans & ejulans, projecit se ad pedes Episcoporum Catholicorum abnegans Arrianas perfidias & profitens fidem Catholicam. Tunc beato Eugelio Episcopo crucem ejus oculis imprimente, sanitatem & visum recepit. Videns Hunnericus Rex VVandalorum Sectam suam confundi, & fidem exaltari, Sanctos diversis supplicijs lacerazit; quo facto Sol obscuratus est & dictus Hunnericus à diabolo arreptus, proprijs dentibus se lacerazit.* Episcopus Arrianus pecunia corruptus quem dam ut se cæcum simularet, & vere cæcum reddidit.

Granat. p. 2. c. 27. & seqq. usque *in finem.*

Porrò de miraculis non modo præteritis, sed & modernis, quæ ad nostra usque tempora publice contingunt, longum dignissimumque catalogum Pater Granata texuit; quæ ego, utpote ingentium librorum materiam, brevitatis amore hoc loco pertranseo.

Mysteria fidei nostræ, diu ante prophetizata, veritatem fidei astruunt. *Ps. 137. v. 6.*

7. *Declaratio sermonum tuorum illuminat.* In Scripturis sacris omnes fidei nostræ successus multis ante seculis descripti prædictique fuere id quod ad fidem nostram illustrandam nulli non sufficere debet; juxta rationem enim naturalem res futuræ à libero hominis arbitrio dependentes, solus Deus penetrat, *quorum excelsus Dominus, ... alta à longe cognoscit*; ideoque Sanctus Bernardinus hanc considerationem dignissimam statuit conclusionem: *Nulla Secta Prophetijs immittur*; res namque futuras, quas non cœlestium orbium aut causarum naturalium, sed liberarum influxus operantur, infallibilis dumtaxat Dei, cui æternitas præsens est, scire potest Providentia in Scriptura innumerabiles millenis, imo & bis millenis annis, priusquam contingerent, prædicti fuere successus, qui eodem modo, ijsdemq; circumstantijs, prout divinitus per oracula prædicta fuere postmodum contigerunt. Ita vaticinatum fuerat, defensurum secundùm carnem Messiam ex progenie David, nasciturum in Bethlehem, indigitandum à stella, tres ab Oriente, qui eum adorarent, venturos Reges: Quis autem nescit hæc omnia *ad unguem* adimpleta fuisse? Quapropter Pater Granata hanc assignat rationem, cur Prophetijs potius, quam miraculis credere, & ab ijs convinci nos oporteat, ijs namque fidem præstamus non visis, sed in Scriptura sacra tot ante sæcula expressis & adimpletis: Si enim ad confirmandam fidem nostram aliud testimonium non haberemus, numquid miracula à mille sexcentis annis hactenus patrata abunde sufficerent Hebræorum populo, in pœnam repudiati ab ipsis Salvatoris, prout ipsemet eis sæpius prædixit? dum vero per mundum dispersi verus secum Testamentum deferunt, omnibus nobis Christianis manifestum esse faciunt, quod nos non fingamus nobis pro arbitrio nostro novam Religionem, sed quod Religio nostra fundamentum habeat in Prophetijs, in figuris, in doctrinis Veteris Testamenti, ab increata sapientia stipulatis.

S. Bern. ibid. Duodecim adducuntur fidei nostræ firmitates,

8. S. Bernardinus multa recenset infallibilia Catholicæ Ecclesiæ indicia: *Ad convincendum*, inquit *omnes Hæreticos & Paganos, ad firmandum quosdam Christianos vacillantes in fide, duodecim ostendamus Catholicæ & Christianæ fidei firmitates. Prima est prænunciatio Prophetica: Secunda Scripturarum concordia: Tertia authoritas scribentium: Quarta diligentia recipientium. Addantur aliæ quatuor: Prima est honestas contentorum: Secunda inhonestas singulorum errorum: Tertia asperitas Martyriorum: Quarta limpiditas seu claritas miraculorum. Super addantur alia quatuor: Prima est divina honorificentia: Secunda est Ecclesiæ permanentia: Tertia Judæorum captivitas: Quarta divinæ providentiæ æquitas.* Idem quoque Sanctus Judaici populi servitutem clarum fidei nostræ testimonium esse per evidentes rationes convincit. Sunt enim quoad temporalia & spiritualia adeo à Deo deserti, ut nec habeant Prophetas, nec templum, nec sacerdotes, nec sacrificia, nec locum aliquem proprium, sed ubique per universam terram velut exules circumvagantur. *Quamdiu steterunt in vera fide*, inquit idem S. Bernardin. *exaltabat illos Deus super omne hominum genus, sicut patet in terra quam dedit eis, & in lege & in regno, & in templo, & victoriis, & miraculis, & signis, & Prophetis, & cultu, & beneficijs: postquam autem Dei filium negaverunt, & ejus fidem abjecerunt, nulla gens adeo fuit depressa & abjecta, oppressionibus Tyrannorum, latronum, sicariorum, Schismatibus, & depopulationibus mutuis, & dissensionibus & obsidionibus, pestibus & cladibus, gladio, fame, captivitate, nece, strage, servitute, ludibrijs, venditione, & desperatione.* Unde considerandum divinæ Justitiæ trutinam in pondere Sanctuarij librasse illorum ingratitudinem, invidiam & malignitatem; Deus enim ijsdem passibus progressus est, in ijs castigandis, quibus illi processerant in ejus reprobationem, & exercita in eum inhumanissima crudelitate. Quodnam obsecro habuerunt motivum ut Christo necem tam crudeli & barbaro modo inferrent? audite ipsosmet dicentes: *Quid facimus, quia hic homo multa signa facit?* circa quam temerariam propositionem doctissimus Salmeron ita discurrit: *Vide insignem nequitiam, alibi petunt signa ut credant, dum dicunt: Quod ergo tu facis signum, ut videamus & credamus tibi? nunc signa confitentur & propter illa Christum perdere conantur.* Paulò ante dixerant: *Christus cum venerit, numquid plura signa facies?* Imo Nicodemus manifestè confessus fuerat, dicens: *Scimus quia à Deo venisti Magister, nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.* Præterea persuasum sibi habebant, quod si Christum vivere finerent, Romani illos in extremum actu essent exterminium & perditionem, unde dicebant: *Si dimittimus eum ... sic, & venient Romani & tollent nostrum locum & gentem.* Ac proinde in pœnam hujus acti sunt in desolationem à Romanis sub Tito & Vespasiano, utpote à Deo electis iræ suæ instrumentis, ut pateret *Deo iracundiam contra Judæos demonstranti manas suas præbuisse*, ut dicitur in annalibus Ecclesiasticis. Ad hæc Judæi Judæ opera usi fuerunt, ut capturæ Christi instrumentum esset: *Judas cum accepisset cohortem ... venit cum laternis, facibus, & armis.* Et ideo sicut integram adhibuerunt militum cohortem, ut eum vinculis onerarent, ita ijdem Romani validissimo exercitu in universam circumdedere Jerosolymam. Circa hoc quod in hortum Gethsemani venerant cum laternis, Sanctus Leo ita scribit: *Irruerunt in Lumen veram filij tenebrarum, & utentes faculis atque laternis, non evaserunt infidelitatis suæ noctem, quia non intellexerunt Lucis Autorem.* Deus olim apud Sophoniam prædixerat: *Scrutabor Jerusalem in lucernis*, id est, ut Sanctus Hieronymus exponit, tempore desolationis Jerosolymitanæ, reconditissima loca subterranea illius civitatis in lucernis perquiram & explorabo, ut inibi latentes

S. Bern. in Art. 3. c. 3. Servitus Judaici populi, est clarum fidei nostræ testimonium.

Deus æqua lance usus fuit in punitione Judæorum. *Joan. 11. v. 47. Salmeron. T. 8. tr. 53. Joan. 7. v. 31. Joan. 3. v. 2. Joan. 11. v. 48. Baron. an. 72. n. 33. Joan. 18. v. 3. S. Leo. serm. 8. de Passione. Sophon. 1. v. 12.*

tentes & absconditos extrahere possim; adeoque cum ipsi ad capiendum Christum lucernis usi fuerint, Deus illis pariter talionem rependit; Item quemadmodum Judæi Christum in monte Calvariæ crucifixerunt tempore Paschatis, ita quoque Romani idem Paschale tempus expectarunt, ut obsidione cingerent Jerosolymam; hoc enim tempore Judæi ad festum illud celebrandum in ingenti numero convenerant; Insuper sicut Judæi Redemptorem crucis morte enecarunt, ita quoque excessivus fuit Judæorum numerus, quem Romani crucifixerunt, adeo ut nec patibulis plantandis supereesset locus, nec ligna ad eadem fabricandia haberi possent. Denique sicut Judæi triginta denariorum pretio vitam emerunt Salvatoris, ita quoque in ipsis adimpletum est illud Psalmistæ Oraculum: *Vendidisti populum tuum sine pretio*, Judæi namque minimo pretio velut mancipia venditi, & per omnes nationes dispersi fuerunt. *Ps. 43. v. 13.*

TRACTATUS XXX.

DE GRATITUDINE ET INGRATITUDINE.

CONTINET.

DISCURSUS XXVII.

DISCURSUS I. Deum à nobis gratitudinem exigere, ex diversis, à creaturarum ad hominis beneficium productione, nec non ex hominis creatione, desumptis considerationibus probatur.

II. Deus gratiarum tributum pro beneficijs suis in lege naturæ, scripta & Evangelica postulavit.

III. Gratiarum actio, laudumque tributum est acceptissimum Deo sacrificium.

IV. Quan loquidem omnis creatura Deo gratitudinem exhibere obligata est, multo magis nos ad hoc tributum solvendum obligamur, ad quod dum nos insufficientes sumus, ipse nobis auxilium præbet; nosque plurimis historiæ Evangelicæ exemplis adhortatur.

V. Ex varijs veteris Testamenti exemplis, quantam Deo gratitudinem debeamus; quamque in ea exolvenda perfectissimi, maximeque sancti viri exercuerint, demonstratur.

VI. Dum Deo pro receptis gratijs nos gratos præstamus, Deum, ut majores nobis largiatur, *velut debitorem nostrum obligamus.*

VII. Receptorum beneficiorum gratitudo benefactores nostros ad nova impertienda movet.

VIII. De diversis, qui gratitudinem in beneficos exhibuerunt, exemplis.

IX. Beneficiorum divinorum recognitio & gratitudo, legis divinæ observantiæ, perfectioni & charitati cooperatur, modo cum corde puro & mundo tributum hoc exolvamus.

X. Varia variorum animalium erga communem Creatorem, aliosque benefactores consideratur gratitudo, quæ nos ad eamdem virrutem impellere debet.

XI. De bonorum, quibus hominem, in creaturarum ad beneficium destinatarum, productione, Deus cumulavit, multiplicitate & varietate.

XII. Continuum creaturarum conservationis beneficium, perpetuam à nobis exigit gratitudinem; ad minus verbis præstandam, quamvis Deus nobis benefaciat in effectu.

XIII. Maximum hominis beneficium est, dum à Deo esse, hocque nobilissimum, accepit, dum corpus ex luto compactum, flatuque suo animatum ad maximam utilitatem ejus, illi impertijt Deus, quapropter ad gratiarum actionem præstandam obligamur.

XIV. De gratijs & auxilijs, quibus Deus assistit animæ, deque beneficio vocationis ad fidem.

XV. Deus nobis benefacit, multa culpæ & pœnæ mala, etiam incognita removendo, quantumvis in medijs quandoque præcipitijs periclitemur.

XVI. De immenso beneficio quod Deus homini peccatori præstat dum æternæ condemnationis executionem suspendit, pœnitentiam expectat, eumque in finem illi auxilia & gratias suas efficaces offert.

XVII. De varijs beneficijs quibus Deus propriam uniuscujusque personam replet.

XVIII. Maximas Deo gratias agere debemus in adversitatibus, utpote ex quibus magnum capimus lucrum, Dæmonium vincimus, & salutem nostram promovemus, cum ad eam ordinentur à Deo.

XIX. Quo majora sunt beneficia, eo severiora sunt supplicia ingratorum, quibus suas Deus quandoque subtrahit gratias, ne eorum pœna & culpa aggravetur.

XX. De varijs supplicijs, maximè autem exterminijs publicis, quibus Deus tam in particulari quàm in universali, ingratos punivit.

XXI. Ingratitudo reproborum est tessera, qui ignis æterni qui vitij hujus Symbolum est præda fiunt.

XXII. Ingrati omnibus abundant vitijs, omnisque rei sunt malitiæ, ideoque maximè abominables Deo.

XXIII. Ingratitudo gratiarum & beneficiorum Dei arescit fontem, dum ingratum ijs recipiendis, fruendisque indignum facit.

XXIV. Contra pessimam eorum retributionem qui mala pro bonis reddunt, unde & multoties à Deo puniti.

XXV. Contra ingratos, beneficiorum immemores, aut inidoneos eorum æstimatores: Ubi & nos nisi gratitudinis debitum solverimus, inexcusabiles esse probatur.

XXVI. Ingratitudo ingrati est confusio; unde ad eam detestandam varia adducuntur motiva, singulariter autem ab aliquorum animalium exemplo desumpta.

XXVII. Hebræi propter continuam ingratitudinem suam contra Deum, reprobari & exterminati meruerunt.

DISCURSUS I.

ARGUMENTUM.

Deum à nobis gratitudinem exigere, ex diversis à creaturarum ad hominis beneficium productione, nec non ex hominis procreatione desumptis considerationibus probatur.

THEMA.

Gratias agite, hæc est enim voluntas Dei. 1. Thes. 5. vers. 16.

1. NOn potuisset equidem Apostolus efficacioribus calcaribus fideles ad exhibendam Deo gratitudinem extimulare, quam dum hanc Dei voluntatem esse docet; ita namque & S. Joannes Apostolus ut proximorum dilectionem audientium cordibus imprimeret tenacius, eodem usus est motivo inquiens: *Præceptum Domini est; si hoc fiat sufficit.* Idem sane & nos de gratiarum actione, & tributo gratitudinis divinæ Majestati præstando afferere possumus, dicentes cum Apostolo: *Gratias agite, hæc est enim voluntas Dei.* Ubi S. Bruno inquit: *Voluntas Dei hæc est; in omnibus, ut omnes agatis gratias.* Quem enim finem Deo præfixum fuisse putatis, dum prodige adeo in hominis beneficium innumerabilium naturæ, fortunæ, gratiæ, gloriæque bonorum thesauros dispensavit? Num forsitan luto hoc in empyreo indigebat, quod tot Hierarchiæ Angelicæ, spiritusque adeo nobiles exornant? Annon præter tot beatorum spirituum milliones & milliones, vel unico solo voluntatis actu multo plures creare non poterat, quam minutissimæ existant arenæ maris? *Quid est homo, quod memor es ejus?* Propheta Regius tantam Dei benevolentiam, cui humana imbecillitas impar correspondere nequit, admirans jure meritissimo exclamat, inquiens: *Dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.* Ratio quare quis alteri benefacere solet, triplex potissimum hæc assignatur: *Timor malispes boni, virtus hominis*; in Deo autem nulla harum locum habere potest: non *timor*; quia *non accedet ad te malum*, neque *spes boni*, quia Deus omnia creata, increata & imaginabilia in se continet bona. Neque tertia, scilicet *virtus hominis*, quia homo non modo nullum ex se habet meritum, sed & innumerabilium apud Deum est demeritorum reus. *Considera*, verba sunt S. Bonavent. *quod ipse benefactor tuus Dominus Deus ita tibi benefecit, ut nihil à*

Deus infinitis beneficijs suis nihil à nobis exigit, nisi gratitudinem. *Ps. 90. v. 12. S. Bruno. ib. S. Bonav. de 7. Fascicul. c. 6.*

te repetat, nec te nec aliqua creatura indiget. Quam eamdem materiam discutiens Bellovacensis quadam Senecæ utitur auctoritate, dum inquit: *Multum interest, utrum aliquis beneficium nobis det sua causa, an sua & nostra.* Deus autem numquam nobis vel minimam etiam gratiam impertitur cum spe alicujus boni; neque etiam beneficia ejus partim, sed omnino in nostram, cedunt utilitatem; siquidem nec Deus creatura indiget nec homine. Quin potius ut Rup. Abbas, de Altissimi infinitis nos beneficijs accumulantis liberalitate tractans docet, *Adhuc divina nobis tam sedula erga nos & tam profusa beneficentia commendatur, ut solicitemur ad gratiam, invitemur ad dilectionem.*

Bellovac. spec. mor. l. 1. p. 3. dist. 74.

Rup. Abb. l. 1. in c. 1. Apoc.

2. Prima quam Spiritus Sanctus per Moysis calamum in Scriptura sacra de suprema Altissimi Majestate notitiam fecit, sequens fuisse perhibetur: *In principio creavit Deus cælum & terram.* Pro quorum verborum intelligentia, differentiam; Quæ inter hæc duo nomina (*Dominus & Deus*) versatur à Philone Hebræo discamus oportet inquiente, *Dominus & Deus indicant potentias, Dominus eam, qua imperat, Deus eam, qua est beneficus: Quamobrem & sacer Moyses in toto mundi opificio nomen Dei assumit:* Ubi & idem Auctor, quantum Dei nomen beneficentiæ sit expressivum, latius docet: id quod etiam ipsi gentiles, qui Jovi, omnis profanæ Deitatis origini hoc attribuerunt nomen: *Jupiter à juvando. Jam hæ voces Deus æternus, idem valent ac si dicat: Non qui aliquando largitur, aliquando non, sed semper & continuo, qui sine intermissione benefacti qui nullam occasionem benefaciendi sunt præterfluere.* Qui idem Scriptor ad creaturas in mundi principio productas oculos suos reflectens, observat, quod non obstante Textus facer infallibile de ijs testimonium perhibeat *erant valde bona. Complevit ... opus suum quod fecerat*) nihilominus eas in re maximi momenti fuisse defectuosas: Sed quis nobis defectum hunc, nisi ipsemet hic author eum insinuasset, divinare potuisset? Dicit itaque, ijs defecisse: *Vocem fortem, potentem, Harmonicam, quæ lata alis ventorum, vecta curru aëris & nubium, omnes mundi partes suo repleret sono, & quæ neque die neque nocte, umquam cessaret.* Hanc autem sonoram tubam qua mundus, ut omni in parte resonaret, carebat, quam esse credidit? *Tonare laudes gratiarum pro incomparabilibus Dei beneficijs.* Unde & Novarinus hanc apud Judæos viguisse attestatur doctrinam: *Tribus rebus mundus consistit: Super lege, cultu sacro; & super retributione beneficiorum:* Qui propterea etiam titulum columnæ & fuleri totius universi beneficiorum adscribebant gratitudini. Ego autem, ni fallor, Philonem errasse existimo, dum sonoram hanc tubam in immensa illa mundi machina, ad hominem pro bonis innumerabilibus, illa à communi creatore concessis, gratias reddendas instigandum deficere asseruit: Siquidem natura nihil est aliud, quam volumen apertum, quod nos ad dandas supremo artifici laudes & gratias exhortatur & instruit: Imo & ipsa cœlorum harmonia, de quibus Psalmista inquit (*cæli enarrant gloriam Dei*) à sex millibus annorum & amplius regulata, ad Deum laudandum, glorificandum summoque artifici, qui ipsos cœlos extendit, sine intermissione gratias agendas ordinata est: Eodem dicente Vate Regio: *In omnem terram exivit sonus eorum:* Quis enim adeo mentis inops est, qui dum oculos ad cœlum sublevat, cœlestiumque sphærarum structuram, decorem, influentiamque considerat & admiratur, gratias non reddat illi, ejusque in notitiam veniat, qui ipsis nobile admodum esse impertijt? Unde S. Ambrosius inquit: *Aspice cælum hoc, nonne authori refert gratiam, cum videtur.*

Gen. 1. v. 1.

Philo de plant. Noe. Ipsum nomen Dei quo beneficus est, exigit à nobis gratitudinem.

Ibid. v. 5.

S. Ambr. l. 4. de obitu Satyri.

3. Imo Sanctus Augustinus in Meditationibus suis nos invitat, ut oculos nostros ad creatas illas res, pro gratitudinis stimulo erga liberalem adeo benefactorem, qui hæc omnia non ob suum sed nostrum nobis contulit bonum, sublevemus; ait enim: *Respice universum mundum istum & considera, si in eo aliquid sit, quod tibi non serviat. Omnis creatura ad hunc finem cursum suum dirigit ut obsequijs tuis famuletur, & utilitati deserviat, suisque oblectamentis pariter & necessitatibus, secundum affluentiam & deficientiam occurrat. Hoc cælum, hæc terra, hic aër, hæc maria, cum eis quæ in ipsis sunt universis, explere non cessat. Hic circuitus temporum annuis innovationibus, redivivis partibus antiqua innovans, dilapsa informans, consumpta instaurans, pasta perpetuo subministrat.* Quo autem sine idem prosequitur Sanctus, tot continuis & inæstimabilibus nos beneficijs accumulat Deus, nisi ut nobis totidem ad tanto benefactori nostri laudes gratiasque agendas stimulos & calcaria addant? *Quis ergo putas,* inquit, *hæc instituit? quis illud naturæ præcepit, ut uno sensu tibi serviat? beneficium accipis & authorem ejus non cognoscis? donum in manifesto est, largitor occultus, & ipsa ratio tua te debitare non sinit, hoc tuum non debitum esse sed beneficium alienum.* Deus enim Creator in creaturis operatur, quæ nobis tamquam totidem ministri famulantur.

S. Aug. in Medit. c. 4. Ad gratitudinem nos extimulare debet, quod omnes creaturæ ad nostrum servitium factæ sint.

4. Porro Sanctus Basilius tunc nos pro divinis tam naturæ quam aliarum creaturarum rerum beneficijs gratos fore insinuat, quando in hujusmodi Deum ipsum nobis tamquam authorem Principalem benefacere perpenderimus. *Si persuasum sit nobis,* verba sunt dicti sancti Patris, *Deum quidem ipsum bonorum omnium & authorem esse & perfectorem; eam vero, per quem ea accipimus tamquam ministrum beneficij Dei esse nobis persuaserimus.* Cui & Sanctus Antoninus assentitur, dum hanc utilissimam instituit considerationem inquiens: *Cum omnia fecerit Deus propter hominem, ut dicit Augustinus, qualibet creatura est quodam beneficium homini collatum, ut inviteat eum ad regratiandum ipsi pro tali beneficio.* Omnes enim creaturæ, quæ penitus innumerabiles sunt, ad nostram ordinatæ sunt utilitatem; Singulæ ad debitas authori earum, qui ipsis esse dedit, gratias reddendas nos invitant; unde & idem Sanctus Antoninus alio in loco authoritatem Hugonis Victorini, ut idem nostrum confirmet propositum, adducit, dum ait: *Quælibet creatura trina voce quemlibet alloquitur videlicet; accipe, redde, fuge. Accipe beneficium ex me ad usum tuum, accipe, inquit ignis, à me calorem; accipe ab aëre respirationem; Accipe ab aqua refrigerium & lotionem. Accipe, ait terra, à me animalia, victualia, metalla, sustentationem. Secunda vox est; redde, scilicet obsequium tuo Benefactori, & meo Creatori: Qui ideo me creavit, ut tibi servirem, ego autem grata semper tibi obsequor, dum tibi servio; tu ergo multo magis illi obsequium præstes, in honorem suum me utendo, & sibi de meo obsequio tibi impenso gratias agendo, ne ingrata inveniaris. Tertia vox est: Fuge, scilicet supplicium tibi paratum propter ingratitudinem, nam si ingrata eris, non me bene utendo & gratias agendo omnes erimus contra te ad judicandum tuam ingratitudinem.* Id quod ex illo probat Sapientiæ textu: *Pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos.*

S. Basil. in reg. brevior. Interrog. 219. Cum omnes Creaturæ ordinatæ sint ad nostram utilitatem gratos esse nos convenit.

S. Antonin. sum. Theol. 4. p. t. 5. c. 12. §. 1.

S. Antonin. p. 2. sum. Theol. tit. 3. c. 9. §. 6.

Sap. 5. v. 21.

5. A nostro penitus incomprehensibilis est intellectu, neque nostra effabilis lingua, aut manifestabilis calamo, dignitas nimia ad quam Deus hominem in ejus creatione exaltavit, dicente Psalmista: *Minuisti eum paulo minus ab Angelis; gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum, omnia subjecisti sub pedibus ejus;* Quos autem thesauros in sublimem adeo creaturam divina illa & increata Sapientia profudit? à Nazianzeno responsum accipiamus, dicente: *Hoc igitur cum artifex verbum ostendere voluisset, animal unum ex utroque, hoc est, ex invisibili ac visibili natura hominem fabricatur, atque à materia quidem ante producta sumpto corpore, à se autem insito spiraculo (quod quidem intellectualem animam Deique imaginem Scriptura vocat) velut alterum quendam mundum, in parvo magnum in terra collocat, Angelum alium mixtum adoratorem, visibilis naturæ spectatorem, intellectualis mysten, eorum quæ in terra sunt, regem; Superis autem subditum, terrenum & cælestem, caducum & immortalem, visibilem & intelligibilem, medium inter magnitudinem & humilitatem, eumdem spiritum & carnem: Spiritum per gratiam, carnem ob elationem.* Qui sanctus Doctor postquam tot ac tanta, quibus homo locupletatus est, enumerasset, finem ostendit, quem in ijs conferendis Omnipotentia & Sapientia habuit divina; *Ut* scilicet homo *eum, cujus beneficijs ornatus est, concelebret.*

Summa dignitas ad quam Deus hominem creavit, ut mulat nos ad gratitudinem.

Ps. 8. v. 6.

Nazianz. orat. 2.

Probatur ex militudine.

6. Profecto si faxum aliquod primitus in plateis publicis conculcatum, postmodum à celebri quodam sculptore studiosè atque industriè elaboratum, in statuam formaretur Salvatoris, ut publicæ adorationi exponatur, quas non ageret obsecro, si ratione polleret, tanto artifici, gratias, à quo tam nobilem existentiam accepit? Quid autem aliud homo præterquam luti pugillus exitit in campo Damasceno elaboratus? Manus autem Altissimi minuit eum paulò minus ab Angelis gloria, &c. *Ut eum, cujus beneficijs ornatus est, concelebret.*

7. *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem*

Gen. 1. v. 26.

Tres divinæ personæ, ad sublimandum hominem, diviserunt suas operationes.

Rup. Abb. l. 2. de Trin. & oper. ejus. c. 1.

nem nostram, inquit Deus in Scriptura sacra quando hominem formaturus erat; Cæteras vero creaturas productur us nil ait, præterquam: *Fiat lux, fiat firmamentum*, &c. in creatione namque hominis omnes tres divinæ personæ suam videntur conjungere voluisse operam; unde & Rupertus Abbas inquit: *Magnum plane consilium in illo Sapientiæ consilio, in illo talium personarum, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti non tam Senatu, quam soliloquio venerando de nobis habitum est; ut unaquæque persona suam operis partem susciperet, ut scilicet tunc quidem Pater conderet, postea in plenitudine temporis Filius perditum redimeret, Spiritus Sanctus remissionem peccatorum perficeret.* Sed quorsum obsecro tres divinæ personæ (ut ita loquar) ad sublimandum sanctificandumque hominem suam diviserunt operationem, suosque dilatarunt labores? Tantummodo ut hic ijs gratus foret, ideoque Rupertus Abbas subnectit dicens: *Laus sapientiæ Creatoris, honor gratiæ liberatoris, gratiarum actio pietati illuminatoris; repleatur os nostrum laude.* Quodnam sodes reliqua inter animalia linguam ad loquendum verbaque formanda habet præter hominem? Huic uni hujusmodi indultum est privilegium. Sed quare? Forsan ut alter alterum intelligeret: At vero numquid fieri poterat ut unus homo alterum ad eum modum intelligeret, quomodo Angeli se mutuo intelligunt? Aut vero lingua fortasse ideo nobis data est, quia Deum amamus? Sed nec hoc dici potest, cum amor cor habeat loco linguæ. Sanctus Antoninus igitur melius nobis hujus rei declarat mysterium, dicens: *Ore debemus Deo regratiari, secundum illud Psalmi: Semper laus ejus in ore meo;* Propterea enim dedit Deus homini inter cætera animalia loquelam, ut non solum corde, sed & ore ipsum lauder.

S. Antonin. ibid.

Ps. 33. v. 2.

Ipsum lutum ex quo formati sumus monet nos gratitudinem.

Job. 10. v. 9. Ps. 32. v. 6.

8. Vix hominem creaverat Deus quando eum Paradiso collocavit: Sed quo putatis fine? *Ut operaretur & custodiret illum.* Sed quæ illi cultura necessaria erat: Labor & defatigatio naturæ corruptæ est pœnalitas; ita quidem est, nihilominus à Ruperto Abbate verba illa ad propositum nostrum explicante responsum accipiemus: *Hoc est*, inquit, *intelligere debemus, ut Creatori suo in laude & gratiarum actione fidelem animum gereret.* Eumdemque ob finem illi amœnissimum plantavit deliciarum paradisum, scilicet, ut ad majorem eum constringeret gratitudinem: *Imperavit in terra Paradisum fieri*, inquit Sanctus Chrysostomus, *ut productus homo in eo versaretur. Extra Paradisum formavit illum, sed mox introduxit, ut re ipsa sensu beneficiorum frueretur, & ut ex aspectu & conversatione multam perciperet voluptatem, provocareturque ad gratitudinem, intelligens, quantas sit affectus beneficijs, cum nullum adhuc boni specimen præbuisset.*

Gen. 2. v. 15. Ab ipsa Mundi Creatione exegit Deus à nobis gratitudinem.

D. Chrys. hom. 13. in Gen.

9. Ast quam ob causam Deum in corporis nostri fabrica lutum ex quo membra nostra coagulavit, tractare voluisse putatis? *Memento quod sicut lutum feceris me.* Numquid alia mundior, pretiosior, pulchriorque materia illi deficiebat artifici, qui unico verbo amplissimas extenderat cœli Sphæras: *Verbo Domini cæli firmati sunt;* Quin potius materia nobilis corpori competere videbatur, utpote quod animæ ad imaginem & similitudinem ipsiusmet creatoris formatæ habitaculum esse debebat. Nihilominus dicendum est: *Omnia in sapientia fecisti.* Ut igitur ad nostrum deveniamus intentum terra, quæ gratitudinis est Symbolum, ideo à Deo adhibita fuit ad formationem hominis, ut hic ei gratus existeret; ipsa namque experientia teste; quò magis terram industriæ agricultoris manus cultivaverint subegerintque, tanto uberiorem profert sementem, quòdque super eam projicitur semen, non perditur, sed colligitur centuplicatum. Quapropter S. Ambrosius ita discursum suum ad quemdam dirigit ingratum, dicens:

S. Ambr. l. 3. Hexam. c. 7.

Herba generi respondens suo, tu non respondes tuo generi? Tritici granum sparsum terræ, generis sui gratiam reddit, tu degeneras? Qui idem Sanctus ita in alio quodam loco scribit: *Imitanda nobis est natura terrarum, quæ susceptum semen multiplicatum refert numero reddere, quam acceperit.*

S. Ambr. l. 1. de offic. c. 31.

10. Denique D. Chrysostomus post enumerata plurima bona, quibus Deus in Protoparente nostro totum genus humanum locupletavit, tandem ita concludit: *Ut succinctius dicam, quemadmodum maris fluctus iterum atque iterum conemur dinumerare, numquam poterimus ita neque beneficiorum Dei, quæ*

D. Chrys. hom. 26. in Gen.

DISCURSUS II.

ARGUMENTUM.

Deus in lege naturæ, scripta & Evangelica semper gratiarum tributa postulavit.

THEMA.

Invenietur in ea gratiarum actio & vox laudis. Isa. 51. v. 3.

1. DEus ab homine quovis tempore gratiarum perpetua tributa, adeo ut gratitudinem in lege nova gratiæ præscriptam suam ex lege naturæ & scripta originem trahere, dicere valeamus, quia ut præsenti Discursu ostendam, hæc gratitudinis virtus in utroque statu frequenter exercitata fuisse legitur.

Primi parentes propter ingratitudinem lapsi sunt in barathrum miseriarum.

Rup. Abb. l. 3. de Trin. & oper. ejus. c. 13.

2. Post lapsum primorum parentum nostrorum, qui in pœnam ingratitudinis accidit, prout Discursu præcedenti diximus, Eva ab errore suo resipiscens, subito post primum partum suum gratam se Deo exhibuit, partumque eidem Deo in acceptis retulit: *Concepit & peperit Cain*, dicens: *Possidi hominem per Deum*; Septuaginta legunt: *Acquisivi hominem per Deum.* Circa quæ verba Oleaster inquit: *Admonet locus iste, quanti faciendæ sint beneficia Dei, tanti enim Eva æstimavit hanc filium, ac si Dominus magnum illi dedisset possessionem; non consideravit se filium secundum naturæ ordinem genuisse, aut illud beneficium esse naturæ, sed illud totum in Deum refert, ac si nulla in beneficio essent naturæ partes; in quo nos vehementer arguit, qui nunnisi miraculosa Deo damus, neque illi accepta fatemur beneficia naturæ.* Basilicus Seleucus hæc Evæ verba ad gratiarum actionem erga Deum tendere dicit, utpote quem immediatum & primum filij geniti agnoscebat Autorem. Divus Chrysostomus considerans, qualiter prima mater nostra his verbis præcedentem ingratitudinem emendare voluerit: *Vide*, inquit, *quomodo pœna infixa mulierem emendaverit, meliorem que reddiderit, nam puellum natum non naturæ sed Deo acceptum refert, suamque gratitudinem declarat: Non natura inquit puellum mihi dedit, sed divina gratia. Et adjecit, ut pareret fratrem illius Abel, quia pro nato filio grata fuit, & prius beneficium agnovit, assecutus est & aliud.* Hic autem secundus Evæ partus, utpote Christi Redemptoris nostri in Abel præfigurati Typus in Scriptura sacra per totum vitæ suæ decursum nullam aliam actionem, qua divinam gratiam & benevolentiam sibi compararet, exercuisse legitur, præterquam solum actum gratitudinis suæ erga Deum; quia *Obtulit de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum, & respexit Dominus ad Abel, & ad munera ejus.* Unde Divus Chrysostomus in ejus laudem dicit: *Sciebat, & clare sciebat, quod congruum esset ex suis possessionibus aliquid Deo offerre, non quod ab eo Dominus indigeat, sed ut suum gratitudinem declaret, qui tali beneficio fruitur.*

Eva post genitum Cain Deo grata fuit, ipsum beneficium affingnans partus sui.

Gen. 4. v. 1. Oleast. ibid.

D. Chrys. ib.

3. Noe priusquam arcam ingrederetur, à Deo jussus est omnia animalia bina & bina, id est masculum & fœminam introducere. Quando vero de animali-

Gen. 6. v. 19. Cur Noe jussus fuit

sit de animantibus mundis in arcam ducere septena.

Gen.7. v. 2.

bus mundis agebatur, inquit sacer Textus, Deum dixisse : *Ex omnibus animalibus mundis tolle septena & septena, masculum & fœminam de animantibus vero immundis duo & duo.* Quæ verba magnam in se continent obscuritatem, si enim Deus sena & sena ex animalibus mundis in arcam introduci imperasset, facilis fuisset hujus dati præcepti intelligentia ; justum enim, ut hæc animalia in majori numero essent, ut tanto facilius multiplicarentur : Hoc enim fine majorem esse volebat numerum animalium mundorum quam immundorum : At vero septimum quod consorte carebat, cui fini servire poterat ? Dubium hoc solvit S. Hieronymus dum ait : *Ingrediuntur septena quæ munda sunt, ut habere: Noë post diluvium ; quod de impari numero statim Deo posset offerre.* Idem Noë vix arcam egressus fuerat, cum ecce confestim summa cum industria hinc inde lapides conquirebat ; quo autem fine idipsum feciſſe existimas ? num forte ad domus fabricandas lapides hosce congregare contendit ? Minime : Sed mox ut Moyses dixit : *Egressa sunt de arca:* immediate subjungit ; *Ædificavit Noë altare Domino, & tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis, obtulit holocausta super altare ; odoratusque est Dominus odorem suavitatis.* Sed quis hic est odor suavitaris inter tot innumerabilium cadaverum totius generis humani extincti, totque mortuorum animalium fœtores ? Numquid terra tot aquis stagnantibus inundata pestiferos exhalabat vapores ? Numquid aër ob luxuriam & carnalitatem non sufficienter expiatus totaliter adhuc infectus erat ? unde igitur nascitur hic odor suavitatis ? Verum quidem, hoc est, attamen hæc à Noë Deo reddita gratiarum actio adeo naribus Dei accepta fuit, ut Moyses dicat : *Odoratusque est Dominus,* &c. Ubi D. Chrysostomus ait : *Discamus quam gratæ animæ fuerit Noë, & unde sibi multo uberiorem Dei erga se benevolentiam elicuerit.* Ponderanque verba illa : *Odoratusque est Dominus* ; &c. inquit : *Vide quomodo animus offerentis, fumum, & nidorem, & omnem quæ inde nascitur insuavitatem, multa fragrantia impleuit.* Etenim gratus Noë animus per cœlestem suam fragrantiam omnem penitus fœtorem è cadaveribus obortum dilipavit.

S. Hier. l.1. adverſ. Jovin.

Gen. 8. v. 19. & 20.

Quis fuerit odor suavitatis quem Deus percepit ex holocausto Noe statim post diluvium.

S. Chryſ. hom. 27. in Gen.

Abraham etiam excellit in gratitudine erga Deum.

4. Præterea hoc loco alios plures, qui in lege naturæ viventes in reddendo gratiarum actionis tributo assidui fuerunt, verumtamen minime dissimulandus videtur Abraham electus à Deo Patriarcha & primus Pater credentium, qui in hac gratitudinis virtute inter omnes excellit. Postquam enim Deus illum in Ægypto magnis auxisset divitijs, inquit sacer Textus: *Ascendit Abram de Ægypto, ... Erat enim dives valde in possessione auri & argenti : Reversusque est per iter quo venerat,* At vero quo fine S. hic Patriarcha in reditu suo eamdem ingressus est viam qua venerat ? Nimirum *Inter Bethel & Hai, In loco altaris quod fecerat prius, & invocavit ibi nomen Domini. Visisti mentem gratam ? quia mox ut tabernaculum fixit,* inquit D. Chrysostomus, *statim pro facta sibi promissione gratiarum actiones obtulit Domino.* Idem quoque Patriarcha postquam generosam illam exercuisset actionem à Loth cognato suo se separando, atque ad tollendam omnem dissensionis occasionem, ad illam se partem recipiendo, quam Loth repudiaverat, Deus illi magnam hanc præstitit promissionem: *Omnem terram quam conspicas, tibi dabo,* &c. neque facer Chronista idem caput terminat, quin dicat : *In Hebron ædificavit altare Domino. Vidisti animam,* inquit D. Chrysostomus, *divino amore flagrantem, & ad divina promptam, perque omnia gratias agentem ?*

Gen. 13. v. 2.

Ibid. v. 3.

Ib. v. 3. & 4.

D. Chryſ. hom. 34. in Gen.

Gen. 13. v. 14.

Ibid. v. 18.

D. Chryſ. ib.

In lege scripta, institutione Sabbathi, & aliorum festorum refricare voluit Deus beneficiorum suorum memoriam ut excitarentur ad gratitudinem.

Theod. 9. in Gen. 11.

Procop. ib.

Pſ. 80. v. 4.

Ibid. v. 5.

5. Verum enim vero si ad legem scriptam nos convertamus, multa ibidem hujus gratitudinis à Deo condita præcepta inveniemus, quibus populus Hebræorum in receptorum beneficiorum memoriam gratus esse jubebatur. Vix Deus ab immensa totius universi fabrica manum removit, cum ecce subito diem septimum, id est, sabbatum sibi sanctificari præcepit, sed quo putas fine ? inquit Theodoretus, & subdit: *Sanctificavit, ut majori cultu prosequantur sabbatum.* Procopius aliam hujus præcepti assignat rationem : *Ut si oblivio Dei obreperet invitis, tamen ex ipso die quo quietem capiunt, in memoriam revocetur is, qui omnia fecit.* Cujus dicti observantia se deinceps inviolabiliter ad omnes populi illius posteros transfudit, sicut & successivè cum illo aliorum dierum sanctificatio. Psalmista inquit : *Buccinate in Neomenia tuba, in insigni die solemnitatis vestræ, quia præceptum in Israël est* ; nam in principio cujuslibet mensis celebrabatur festum, in quo multæ fiebant oblationes & sacrificia in cap. 28. Numerorum diffuse præscripta ; idque in tributum & redditionem gratiarum ob continuam, nec umquam prætermissam, circa hæc bona temporalia ad commune hominum beneficium conservata & aucta divinam providentiam. In libro Exodi scribitur : *Solemnitatem hebdomadarum facies tibi in primitijs frugum messis tuæ triticeæ, & solemnitatem, quando redeunte anni tempore cuncta condantur.* Ibidem quoque capite vigesimo tertio Deus præceperat : *Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebrabitis* ; Ubi sigillatim præscriptæ solemnitates pariter repetuntur ; Circa quem locum Oleaster inquit : *Gratitudinem ex nobis quæsivit Deus noster, ut quamprimum cœperis beneficium obtinere, incipias ei gratias agere, & similiter in fine cum beneficium fuerit consummatum. Putant homines se satis Deo gratos esse, si post acceptum beneficium gratias egerint, sed non sic docentur à Deo suo hic, imo gratitudinem ostendere, cum primum cœperint spicæ ad maturitatem pertingere & cum omnes fructus domi incluserint.* Sacer quidam interpres de hisce festis Hebraicis à Deo ordinatis & maximè de festo Calendarum inquit : *Ut enim rerum è terra nascentium primitias sibi Deus offerri voluit, ita & voluit temporis primitias.*

Num. 28. v. 11.

Exod. 34. 22.

Ibid. v. 23.

Oleaſter.

Ribera de Feſt. dieb. l. 5. c. 2.

6. Recolendus hic quoque est finis, ob quem Deus luminaria cœlestia creavit ; Dicit enim sacer Textus : *Dixit Deus, fiant luminaria in firmamento cœli, & dividant diem ac noctem & sint in signa, & tempora, & dies, & annos* ; Nimirum ut quovis tempore, quovis die, & anno recepta beneficia grata mente in memoriam revocentur, & ideo in principio cujuslibet mensis hoc sibi mensium pendi voluit tributum. Solemnitas Paschalis quovis anno celebrari debebat in memoriam magni illius beneficij, quo è compedibus servitutis Pharaonicæ liberati in terram promissionis tot miraculosis modis perducti fuerant. Festum tabernaculorum eidem populo in memoriam revocabat quadraginta annos, quibus in deserto commoratus, & cœlesti alimonia, quæ quotidie de cœlo defluebat, omnesque in se continebat saporum suavitates, pastus fuerat. Festum Pentecostes habebatur in memoriam tabularum legis à Deo traditarum. In Levitico ritus leguntur quorumdam sacrificiorum ; Quæ Deus in gratiarum actionem præscripserat. In Deuteronomio ob eumdem finem instituta fuit primitiarum oblatio, & similia sexcenta alia exempla adduci possent ; ex quibus omnibus Dei colligitur solicitudo, qua populo sibi electo gratitudinis virtutem inculcare contendebat.

Gen. 1. v. 14. Enarrantur rationes aliorum festorum V. L. ut juvaci essent grati.

Exod. 12. v. 27.

Levit. 7. v. 11.

Deut. 26. v. 2.

7. Sanctus Bernardus optime considerat quod ad gestificandam per omnia sæcula erga Deum benefactorem nostrum debitam gratitudinem, varia composita fuerint hymnorum & carminum genera: *Cecinit*, inquit, *Israël carmen Domino, quando gladium pariter & jugum evasit Pharaonis, gemino magis mirabiliter liberatus simul & vindicatus obsequio ; cecinit Debbora ; cecinit & Judith ; cecinit & mater Samuelis ; cecinerunt ne ingrati Divinis beneficijs inventur, juxta illud : Confitebitur tibi, cum benefeceris ei.* Nullum Deus huic populo præstitit eximium beneficium, quin debitam semper ab eo exigeret gratitudinis vicissitudinem ; unde pro eo quod eos ab Ægypti fornacibus eripuerit, quovis anno in recepti beneficij memoriam agnum Paschalem sacrificare volnit ; Quando manna depluit, ad perpetuam hujus beneficij memoriam vas conservari jussit, in Arca dicitur ; ita refertum, summo sacerdotio Synagogam honorari ; ita tamen ut Aaronis virgam miraculose floriferam, semper in tabernaculo depositam esse disposuerit : Ita quoque postquam filij Israël pedibus siccis Jordanem transissent, ubi idem quod in maris rubri transitu miraculum operabatur, ordinavit ut è qualibet tribu unus eligeretur ex fluminis profundo lapidem secum assumeret, sanè diversoria collocandum ; ast quo fine id actum fuisse putatis ? *ut sint signum inter vos, & quando interrogaverint vos filij vestri eras dicentes, quid sibi volunt isti lapides ? respondebitis eis : Defecerunt aquæ Jordanis ante arcam fœderis Domini, cum transiret eum* ; neque tamen hinc gratitudinis signo Josue, ut tanto magis Deo placeret, acquiescendum duxit: ideoque facer subjungit Textus : *Altos quoque duodecim lapides posuit Josue in medio Jordanis alveo, ubi steterunt sacerdotes, qui portabant arcam fœderis, & sunt ibi usque in præsentem diem.*

Deut. 26. v. 2.

Ibid. v. 3.

S. Bern. ſer. 1. in Cant. In signum gratiarum actionis varia olim composita, & incantata fuerunt Cantica, & carmina.

Josue 4. v. 6.

Ibid. v. 7.

Ibid v. 9.

8. Longe autem exactius hanc gratitudinem Deus in lege exigit Evangelica, quæ non sine causa lex gratiæ denominatur, Isaia (qui Propheta Evangelicus, quia futuros Ecclesiæ eventus prædixit, appellatur,) ita prophetante ; *Invenietur in ea gratiarum actio & vox laudis. Et hoc notandum*, inquit ibidem Sanctus Hieronymus, *quod in Syon, quæ comparatur Paradiso Dei*, aliud esse non debeat, nisi gaudium & lætitia, confessio & vox laudis, ut, quod in cœlis acturi sunt Sancti cum Angelis Dei, hoc etiam in terra, *jugi in Domini laude meditentur.* Quapropter etiam quotidianus apud nos viget incruenti usus, ritusque sacer sacrificij, in quo sacerdos omnes fideles, ut se Ecclesiæ triumphanti conforment, invitat his verbis : *Gratias agamus Domino Deo nostro* : Cui per ministrum populus respondet : *Dignum & justum est, æquum & salutare, nos tibi semper & ubique gratias agere &c.* Postquam ergo continuarum quas Angeli divinæ Majestati exhibent laudum, gratiarumque meminit sacerdos, nostram quoque reverenter subjicimus supplicam in hæc verba *Cum quibus & nostras voces ut admitti jubeas deprecamur, supplicij confessione dicentes : Sanctus, Sanctus &c.* Hoc quoque ipsum specialiter tributum à primis fidelibus novimus exigisse Apostolum, dum ait : *Implemini Spiritu Sancto, loquentes vobismetipsis in Psalmis, & Hymnis, & Canticis spiritualibus cantantes & psallentes in cordibus vestris Domino gratias agentes semper pro omnibus.*

Iſai. 51. v. 3.

S. Hier. ibid. maxime exigit à nobis gratiarum actiones.

Ephes. 5. v. 19.

9. *Invenietur in ea gratiarum actio &c.* Textum hunc Sanctus Antoninus sequenti illustrat Commentario, dicens : *Cum opus istud scilicet gratiarum actionis sit exercitium supernæ Patriæ, secundum illud Isa. 51. Gaudium & lætitia invenietur in ea, gratiarum actio & vox laudis* : Quanto quis copiosius & perfectius se exercet in gratiarum actione, tanto magis appropinquat statui Beatorum ; Quod ut penetremus solidius, oculos nostros ad visionem sublevemus illam Sancti Joannis, quando in superna Jerusalem spiritus conspexit Angelicos, circum Majestatem supremam Dei, actibus obsequiosis intentos, hasque inaudijt voces : *Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, & virtus, & fortitudo Deo nostro in sæcula sæculorum, Amen* : Ita quoque in Ecclesia militante, horæ Canonicæ à tot tam regularis quam secularis Cleri ministris, quotidie recitantur, in quibus continue Deo laudes, benedictiones, gratiarumque actiones offeruntur & redduntur : & uniuscujusque Psalmi terminus hoc clauditur versiculo : *Gloria Patri, &c.* item verbum *Deo gratias*, frequenter tam in divini Officij, quam Missæ progressu replicare solemus.

S. Antonin. in 4. p. ſum. Theol. Tit. 5. c. 12. §. 1.

Iſai. 51. 3. Quanto plus se quis exercet in gratiarum actione, tanto magis appropin quat statui Beatorum.

Apoc. 7. v. 12.

10. Sanctuarij pondus quædam Chrysostomi meretur sententia, dum ita ad intentum nostrum discurrit : *Optima beneficiorum custos est ipsa memoria beneficiorum, & perpetua gratiarum actio.* Sed ut ad illud revertamur, unde vix digressi sumus, Altaris Sacramentum, quare à Christo illud institutum, & Eucharistiæ epitheto affectum fuisse arbitramur ? eumdem auscultate Sanctum, dicentem : *Propterea & reverenda ac salutaria illa mysteria, quæ in omni certe Ecclesiæ congregatione celebramus ; Eucharistia (id est gratiarum actio) nuncupantur ; Sunt enim beneficiorum recordatio plurimorum, caputque ipsum divinæ erga nos charitas ostendunt, nosque faciunt debitas Deo gratias semper exolvere.*

D. Chryſ. h. 26. in Matt. Oblatio S. Eucharistiæ est gratiarum actio.

11. Devotus quidam accuratè advertit Deum nostrum in omnibus specialioribus beneficijs, quibus hominès accumulavit, gratiarum actionem exegisse: ita namque in Incarnatione sanctissima Dei Genetrix linguam suam resolvit in Canticum : *Magnificat anima mea, &c.* ita in natalibus suis Deus Hierarchias Angelicas cœlitus descendere jussit, Hymnum intonantes, *Gloria in Altissimis Deo* ; pastoresque animavit, *glorificantes & laudantes Deum in omnibus, quæ audierant & viderant*, ita in visitatione B. Virginis in Judæam properantis, ut Baptistam in Sanctæ Elisabethæ utero adhuc recluſum sanctificaret, Infans præ gaudio exilijt, mater vero ejus in laudes & cantica prorupit. In præsentatione Christo in templo, Simeon senex & Anna Prophetissa certatim ei applauserunt ; In triumphali Christi in Jerosolymam ingressu, pueri Hebræorum decerptis ex arboribus olivis & palmis ei acclamabant, dicentes : *Benedictus qui venit in nomine Domini* : Imo ipsemet Christus proprio exemplo suo hunc Spiritum sequacibus suis infinuare voluit, nam postquam præcursor ejus digito ipsum demonstrans, dixisset : *Ecce agnus Dei*, Christus in conspectu totius populi gratum se illi exhibuit, Angelum eum appellando ; unde Author imperfecti inquit : *Amplius recessit à Christo quam præstitit ; Joannes enim Christum glorificans humanam illi contulit laudem, Christus autem Joanni divinam contulit gloriam, nam isse illum agnum ostendit, ille autem ipsum Angelum prædicavit.* Similiter postquam Sanctus Petrus admirabilem de Christi divinitate confessionem fecisset, dicens : *Tu es Christus Filius Dei vivi*, Christus se gratum erga illum exhibuit, dicendo : *Beatus es Simon Barjona*, simulque summum ei Pontificatum contulit, quæ maxima dignitas est quæ post Deum dari aut imaginari potest.

Luc. 2. v. 14. Luc. 2. v. 20.

Christus exemplo suo, docuit suos sequaces gratiarum actionem.

Auth. Imp. h. 27.

Matth. 16. v. 16.

Ibid. v. 17.

12. Institutio Festorum ab Ecclesia per assistentem ei Spiritum Sanctum facta, nullum aliud præter debitam gratiarum actionem finem habet : *Quia enim in multis homo Deo exstitit ingratus, ipse ubique justificavit vicem nostram, & ea quæ ad nos pertinent, per divitias suæ dispensationis operatur*, inquit Divus Chrysostomus, *nam quod pro Judæorum aliquando salute faciebat, temporibus, locisque ac festivitatibus variis, in memoriam illos suorum beneficiorum reducens, id nunc equidem magno cum cumulo est operatus in nobis ipso genere sacrificij, ad jugem nos pro beneficijs suis gratiarum incitans actionem.* Et quidem id quod Divus Chrysostomus hoc loco de sacrificio asserit, nos quoque ad omnia festa extendere possumus, per quæ varia nobis beneficia in memoriam revocantur, ut debitas pro illis Deo tribuamus gratias.

Institutio festorum pro fine suo habet gratiarum actionem.

D. Chryſ. h. 26. in Matt.

DISCURSUS III.

ARGUMENTUM.

Gratiarum actio, laudumque tributum acceptissimum est Deo sacrificium.

THEMA.

Immola Deo sacrificium laudis. Pſ. 49. v. 14.

Gratiarum actio, est Deo acceptatissimum sacrificium.

1. PRopheta Regius in hoc Psalmo futuros Ecclesiæ eventus in spiritu Prophetico prævidens futurum esse ait, ut novæ legis tempore Deus jam non amplius agnorum, boum, & aliorum similium animalium, hostijs & sacrificijs delectetur, sed potius laudum, gratiarum & benedictionum oblationibus honorandus sit ; unde ait : *Immola Deo sacrificium laudis.* Videbatur enim huic Prophetæ ac si Deum audisset universum mundum ad gratiarum actiones invitantem, ac proinde ait : *Deus Deorum Dominus locutus est, & vocavit terram, à Solis ortu usque ad occasum. Utique omnem terram ad Testamentum novum*, inquit Sanctus Augustinus, *cui dicitur in alio Psalmo : Cantate Domino canticum novum, cantate Domino omnis terra ; non ergo sicut antea ex monte Sina locutus est uni populo, quem vocavit ex Ægypto Deus Deorum, sed hic locutus est ut vocaret terram à Solis ortu usque ad occasum.* Qualiter vero Deus in eodem Psalmo antiquæ legis sacrificia se repudiaturum in Novo Testamento esse dixerit, totum hunc Psalmum attentè legenti manifeste patebit, in eo namque inter cætera dicitur : *Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos &c.* Ubi iterum S. Augustinus ait: *Certe hic sacrificiorum veterum aperta mutatio est ; cultoribus suis sacrificium laudis indixit, & hoc non quod à nobis tamquam indigens expectat laudem, sed ut in ea nobis consulat ad salutem, nam eumdem Psalmum ita concluſit : Sacrificium laudis glorificabit me, & ibi via est, ubi ostendam illi salutare Dei.* Porrò hæc veritas, quod scilicet gratiarum actio Deo acceptissimum sit sacrificium, ex multis Scripturæ locis manifeste colligitur.

S. Aug. t. 8. or. cont. Judæos c. 6.

Pſ. 49. v. 9.

2. Post obtentam à populo Hebræo adversus Amalech victoriam, contra quem Moyses manibus in cœlum elevatis, & ab Hur & Aaron sustentatis pugnabat, inquit sacer Textus, *Ædificavitque Moyses Altare, & vocavit nomen ejus : Dominus exaltatio mea.* Mira profecto res, quod cum in Altaribus veteris legis, ex mactatis victimis offerri solerent sacrificia, hic tamen similium victimarum nulla fiat mentio. Enimvero ut Cornelius à Lapide refert, quod Ly *exaltatio mea* idem significet, quod *Dominus est vexillum meum* ; Quasi Moyses dicere voluisset ; Deus in prælio contra Amalech victorioſi vexilli loco astitit mihi, & ideo illo mediante prostravi inimicos. Josephus Hebræus ab eodem Cornelio citatus, hoc altare ad imitationem Romanorum erectum fuisse dicit, qui Janitori trophæa erigebant ; unde infuper nullum in hoc Altari, animalium sacrificium oblatum fuisse existimat, sed solum in gratitudinis tesseram erectum. Ast

Exod. 17. v. 15. Moyses obtulit sacrificium gratiarum actionis tamquam Deo gratissimum.

Corn. à Lap.

numquid latebat Moysen, victimas & sacrificia acceptissima erga Deum benefactorem nostrum, devotionis, obsequij, & gratitudinis nostræ esse testimonia? noverat id utique, sed insuper aliud non nesciebat dari holocaustum æque, imo magis acceptum divinæ Majestati scilicet gratiarum actionem; quem conceptum ne forsan à me fictum fuisse putetis, Philonem Hebræum audiatis dicentem: *Quantum autem præstat lapidibus* tantum acceptior est spiritus gratiarum actionis, quam mactata victima.

Philo. l. de vict. offer.

3. Observastisne quandoque qualium sacrificiorum prima omnium vice meminerit Scriptura sacra; prima inter omnia fuere illa Abelis & Cain; sed quo successu? *Respexit Dominus ad Abel & ad munera ejus, ad Cain vero & ad munera illius non respexit.* Sed quis mihi vestrum tantæ differentiæ assignabit causam? forsitan quia Cain de fructibus terræ, Abel vero animalia obtulit, hujus grata, illius verò reprobata fuere sacrificia? nequaquam, quin potius ut diximus, Deus protestatur, dicens: *Numquid manducabo carnes taurorum aut sanguinem hircorum potabo?* Primus oblationem instituit Cain, & ad ejus imitationem postmodum Abel; atque ideo vel ob hanc rationem illius & non alterius sacrificium Deo perplacere debuisset. Nec mihi quispiam respondeat, melioris conditionis greges fuisse quam fructus, siquidem paulo ante docuerat Moyses: *Vidit cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.* Resolutionem à S. Ambrosio excipiamus, dicente; non fuscepisse Deum greges ab illis propter animalium qualitatem, quantumvis primitiæ essent, sed propter gratiarum actionis tributum, quod illius sacrificio associatum erat valorem hunc accepisse. *Quantum primitiva est*, inquit Sanctus Ambrosius, *puro corde & simplici sermone oblata Deo gratiarum actio. Hæc munera obtulit Abel, & ideo respexit Deus in munera ejus.*

Gen. 4. v. 4. Ibid. v. 5. Munera & sacrificium Abelis Deo acceptum fuit, quia continebat gratiarum actionem,

Gen. 1. v. 31.

S. Ambr. l. 1. de Abel & Cain c. 10.

4. Sanctus Lucas per novam historiam nostrum promovet. Discursum, dum illud Salvatoris, decem leprosos, dum ad templum ex ejus præscripto ad sacrificia à lege præscripta offerenda properarent, mundantis miraculum recensit in hæc verba: *Factum est dum irent, mundati sunt. Unus autem ex illis, ut vidit, quia mundatus est, regressus est cum magna voce magnificans Deum.* Circa quam rei gestæ seriem scire percuperem, cur Christus non ordinarit, ut mundatus suum prosequeretur iter, præceptoque satisfaceret, oblationem à lege determinatam implendo: ut se sacerdotibus præsentaret? numquid non alibi hæc ipsa incarnata Sapientia protestatur, dicens: *Non veni legem solvere, sed adimplere? non iota unum aut unus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant?* In præsenti autem reducem non modo remittit unde venerat, sed & præ reliquis novem laudat. Responsumne nostis, quod in ejus non tam excusationem quam laudem potius reddi potest? sacrificium obtulit præ omnibus alijs maxime nobile atque acceptum, dum *cecidit in faciem ante pedes ejus gratias agens.* Unde Tertull. hoc ad perpetuam hujus leprosi mundati gloriam scriptum reliquit encomium: *Hunc tamquam Christianum factum ad Christum tamquam ad verum templum & verum sacerdotem redijsse, ut verum oblationem offeret, & hostiam pacificam gratiarum actionis & laudis.*

Luc. 17. v. 14. Ibid. v. 15. Cur unus ille mundatus leprosus non fuerit cum alijs novem ad Sacerdotes, & tamen laudatus fuerit.

Matth. 5. v. 17.

Ibid. v. 18.

Luc. 17. 16.

Tertull. l. 4. cont. Marcion.

5. Sanctissimus David se à divina magnificentia innumeris videns accumulatum beneficijs, quia scilicet ab ovium custodia ad populorum regimen sublimatus fuerat, atque à crudelissima Saulis persecutione præservatus, multisque fortunatus victorijs; inter omnes, quibus abundabat, thesauros, nullam penitus victimam, tantis beneficijs pro gratitudine dignam reperire poterat, unde die quodam dicebat: *Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi?* Præmissa vero circa pretiosam & acceptabilem oblationem faciendam deliberatione, tandem concluit, dicens: *Tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini invocabo; Hoc est*, ut D. Chrysostomus declarat, *gratias agam, laudabo & nomen Domini invocabo. Vides quomodo est sacrificium laudis? vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi ejus, in atriis domus Domini, in medio tui Jerusalem*; & quidem ut idem Divus Chrysostomus ponderat: *Hoc faciebat non ut se ostentaret, nec ut gloriam captaret, sed omnes ad suam invitans imitationem, & volens eos habere socios gratiarum actionis.* Huic porrò tam devoto Regi non deerant utique tauri, oves, & alia animalia similia, quæ in sacrificium offerret, illa tamen negligenda duxit, quia cognoscebat nihil Deo gratius & acceptius esse, gratiarum actione; unde Sanctus Augustinus inquit:

David pro omnibus divinis sibi collatis beneficijs, obtulit sacrificium laudis & gratiarum actionis.

Ps. 115. v. 12.

Ibid. v. 17.

D. Chrys. ib.

Quod est sacratius laudis sacrificium, quam in actione gratiarum? quod si enim aretum greges vel integra boum armenta sacrificare voluerimus, Deus illa utique repudiat, dicendo: *Numquid manducabo carnes taurorum?* si obtulerimus omnes terræ fructus omnesque ærarij nostri thesauros, nihil horum adeo Deo acceptum erit, quemadmodum cor & animus Deo devotus & gratus. Unde divus Chrysostomus ait: *Nihil tam gratum Deo, ut anima grata & gratias agens; nam cum innumeris beneficijs quotidie omnes nos prosequatur, nihil aliud à nobis exigit, quam habere gratam.* Idem quoque in alia quadam Homilia eamdem hanc veritatem repetit, dicens: *Nullum gratiarum actioni par bonum, quemadmodum blasphemia pejus nihil.*

S. Aug. l. 1. cont. adversi. legis & Proph. c. 18. Ps. 49. v. 13.

S. Chrys. h. 52. in Gen.

6. Sanctus Paulus Apostolus Corinthijs ita scribit: *Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas; & si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest*, eodem quoque modo in casu nostro dicere possumus, si obtuleris Deo omne id quod habes, & tamen eum per hoc gratiarum sacrificium honorare neglexeris, nihil illi dederis, quod in comparatione hujus æstimari possit, quia *nullum gratiarum actionis par bonum.* Sanctus Gregorius enim super illa verba scribens: *Flebam super eo qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi*, optime declarat quantum eleemosyna in pecunia erogata minus excellens sit, compassione cordis nostri ega proximum: *Vir sanctus*, inquit, *apud omnipotentem Deum, aliquando majus datum noverat esse mentis quam muneris; exteriora enim largiens, rem extra semetipsum præbuit; qui autem fletum & compassionem proximo tribuit, ei aliquid etiam de semetipso dedit:* Pecunia enim ex bursa, compatio vero ex corde depromitur; quam porro doctrinam præsenti proposito nostro sequenti modo accommodare possumus. Quidquid enim bonorum temporalium, eorumque quæ extra nos sunt, Deo offertur, bona sunt exteriora, at vero oblatio gratiarum actionis, sive tributi devoti & humilis, laudis & benedictionis, ex intimis animæ præcordijs depromitur: Et ideo, per illud ei aliquid de nobismetipsis damus. Hic forte fuit sensus & mens Davidis, quando semetipsum per sequentia affectuosa desideria incitabat, dicens: *Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me sunt nomini sancto ejus.*

1. Cor. 13. v. 3. Si sacrificium gratiarum Deo offerre neglexeris, nihil dedisse censeberis.

Job 30. v. 25.

S. Greg. l. 20. mor. c. 26.

Ps. 102. v. 1.

7. Verum enimvero ex quo paulo ante charitatis & amoris Dei mentionem fecimus, extra orbitam me non abiturum existimo, si propositionem quamdam retulero, quæ cum sita Sancto Bernardo tradita, eam sine hæsitatione hic transcribo & sapientium discussioni eam remitto. In quodam igitur sermone de festivo hoc ingratitudinis vitio, circa finem ita scribit: *Nec verbo tantum, vel lingua sed opere & veritate exhibeamus nos gratos ei, qui gratiarum actionem magis quam dilectionem à nobis exigit dator gratiarum Dominus noster.* Verum quidem est amoris actibus præ cunctis alijs primatum deberi, *major autem horum est charitas*, & tamen hic sanctus adeo excellens & famosus hoc gratiarum sacrificium Deo longe acceptius esse dicit, quia sine dubio holocaustum quoddam est perfectissimum, in Dei honorem per ignem charitatis concrematum. Sanctus Hieronymus super illa verba: *Immola Deo sacrificium laudis*, inquit, *hoc est sacrificium acceptabile, hoc est holocaustum pingue, & laudetur Deus ab homine:* Et paulò post subdit: *Vel vox Prophetæ admonet Sanctos immolare spiritualiter & vota reddere, dum ait: In me sunt, Deus, vota tua quæ reddam laudationes tibi.* Sanctus Bruno in eorumdem verborum expositione in persona cœlestis Benefactoris nostri ita scribit: *Ego non manduco carnes taurorum, neque potu sanguinem hircorum; postquam vero ostendit hoc sacrificia se nolle, ad illud quod sibi placet sacrificium invitat, dum dicit: Immola Deo sacrificium laudis.* Cajetanus Cardinalis hoc sacrificium Deo quovis tempore acceptissimum esse his verbis asserit: *Est sacrificium internæ devotionis, & æternæ laudis. Inter exteriora opera nostra sola locutio attingit per se ad Deum, quia sola locutio est verum instrumentum intellectus, & propterea debetur Deo locus suus in nostra locutione, propterea siquidem in sacra Scriptura præcipimur plus quam infinities laudare Deum. Propria itaque materia divini sacrificij inter omnes res exteriores est divina laus.* Et paulò post subjungit: *Tunc laus divina induit rationem sacrificij, cum ideo Deus laudatur, ut honoretur: Et propterea significantius hic dicitur: Sacrifica confessionem seu laudem Deo: Et quoniam hoc est debitum Deo secundum rectam justitiæ rationem, ideo sub actu religionis præcipitur sacrifica: Religionis quippe actus est sacrificare, & constat religionem partem esse justitiæ:* Hugo Cardinalis quoque de hoc sacrificio ita scribit: *Sacrificium non bovis, sed laudis. Sed quomodo potest immolari laus? numquid potest occidi? non; sed lauda occisum.* Citatque textum illum 2. Paralip. cap. 29. *offerre victimas & laudes in domo Domini, id est, in Ecclesia.*

S. Bernardus præfert gratiarum actionem amori.

1. Cor. 13. v. 13. Quia est holocaustum perfectissimum, igne charitatis concrematum.

Ps. 49 14. S. Hieron. ib. Ps. 55. v. 12.

S. Brun. ib.

Cajetan. ibid.

Hug. Card. ib.

2. Paralip. 29. v. 31.

Ps. 68. v. 31. & 32. Sacrificium laudis & gratiarum actionis, Deo gratius est, quàm omnia sacrificia & holocausta. V. L. Hug. Card. ib.

8. Hoc sacrificium ut ex Psalmo sexagesimo octavo colligitur, incomparabiliter acceptius est quam olim erant vituli, quantumvis juvenci, prout his verbis testatur: *Laudabo nomen Dei cum cantico, & magnificabo eum in laude; sed quo fructu id facies? Et placebit Deo super vitulum novellum, cornua producentem & ungulas.* Volvite circumquaque oculos, & revolvite memoria omnia sacrificia, holocausta, & victimas tot sæculis in antiqua lege oblatas, solum hoc sacrificium laudum & gratiarum longa intercapedine omnes alias victimas superexcedere invenietis: *Et placebit Deo ista laus*, inquit Hugo Cardinalis, *plusquam sacrificia legis, in qua offerebatur vitulus unius anni.* Incognitus Carmelitanus P. Michael de Bononia oblationes antiquitus in sacrificijs factas Deo solum gratas fuisse observat propter devotionem offerentis; ac proinde subjungit: *Sed sacrificium laudis cum cantico, id est, ex devoto corde procedentis, ratione sui Deo est acceptum; & hoc est quod hic dicit, quod sit laudare Deum cum cantico placebit Deo super vitulum, id est, magis quam sacrificium vituli.*

Job in morte filiorum suorum non obtulit aliud sacrificium Deo quam laudis, & gratiarum actionis.

9. Memorandum quoque est, quod tametsi Job quotidie sacrificia pro filijs suis obtulerit, ut in convivijs suis temperantes permanerent: *Ne forte peccaverint*, nihilominus quando illos sub ruina domus mortuos fuisse intellexit, ne ullum quidem vitulum obtulisse legitur, & tamen tunc de salute animarum in medijs convivijs, & inter gaudia sæcularia defunctarum agebatur; qua igitur ratione fieri potuit, quod ille tam in filios suos eorumque salutem pius & propensus, pro illis sacrificare omiserit? In promptu est responsio, nimirum quia postquam hoc de filiorum interitu audivit nuncium, sacrificium quoddam Deo longe gratius & acceptius obtulit, quam fuerint ea quæ hactenus de animalibus in templo obtulerat; fuit autem hoc sacrificium laus, benedictio & gratiarum actio, super omnibus quæ Deus circa filios suos disposuerat, dicebat enim: *Sit nomen Domini benedictum.* Unde Divus Chrysostomus ait: *Perfectam gratiarum actionem loco sacrificij obtulit, dicens: Sit nomen Domini benedictum.* Sanctus Augustinus super illa verba Psalmi: *Magnificabo eum in laude & placebit Deo super vitulum &c.* ita scribit: *Magnæ divitiæ. Quas gemmas laudis Dei de thesauro interiori protulit? magnificabo eum in laude, hæ sunt divitiæ meæ, Dominus dedit, Dominus abstulit. Ergo miser remansisti? Absit. Vide divitias; sicut Domino placuit ita factum est, sit nomen Domini benedictum; & placebit Deo super vitulum; gratius enim erit illi sacrificium laudis quam sacrificium vituli. Laudabo Deum; & plus ei placebit quam vitulus; amplius placebit Deo laus ejus exiens de ore meo, quam magna victima adducta ad Aram ipsius.*

Job 1. v. 21. S. Chrys. h. 1.

Ps. 68. v. 31. S. Aug. ib.

2. Reg. 23. David aquam de cisterna Bethlemitica libavit Deo in gratiarum actionem.

10. In lib. 2. Reg. cap. 23. legitur vehemens illa fitis quam David militibus suis declaravit, qui certatim ad fontem aquæ, qui erat juxta portam Bethlehem, illo tempore à Philistæis forti præsidio munitam & custoditam properantes, inde ei potum desideratum attulere. Sanctus Hieronymus hunc Regem excusat, dicendo eum hosce milites ad locum hunc adeo periculosum destinasse, non tam ob sitis vehementiam qua cruciabatur, quam ex desiderio explorandi militum suorum generositatem. *Non desiderio aquæ hoc fecit*, inquit, *sed ad probandum utrum tam fortes inveniri potuissent, qui hoc attentarent.* Illorum porro qui hoc facinus aggressi sunt, tres numero fuerunt, dicente Scriptura: *Irruperunt ergo tres fortes castra Philistinorum, & hauserunt aquam de cisterna, ... & attulerunt ad David.* Abulensis in quadam quæstione in horum militum, qui animi robore insignes fuerunt, nomina studiosè inquirit. Quod vero vel maxime in hac historia admirandum venit, est mysticum illud sacri Textus verbum, nimirum: *Et attulerunt ad David, at ille noluit bibere, sed libavit eam Domino.* Enimvero sacer Textus dixisset, Davidem ad placendum Deo bibere noluisse, ut se mortificaret, facile equidem mens Spiritus Sancti intelligi potuisset, jam vero Davidem aquam illam in sacrificium Deo obtulisse inquit: *Libavit eam Domino.* Circa quæ verba Abulensis inquit: *Quæritur quomodo aquam poterat libari Domino, quia non pertinet ad aliquod genus sacrificij; quia scilicet nec holocaustum, nec hostia pacifica, nec hostia pro peccato jubetur habere aquam:* Et tamen idem Auctor in progressu quæstionis dicit: *Fundens aquam libavit eam Domino, & in sacrificium Domini aqua effusa conversa est.* Transmutata enim hæc aqua fuit, in sacrificium omnium nobilissimum & gratissimum, quæ umquam pro horum trium heroum salute offerri potuissent, id est, in affectuosissimam Deo factam gratiarum actionem, quæ ut hactenus probavimus, omnibus superior est holocaustis & oblationibus, quantumvis opulentis & pretiosis: Unde Josephus Hebræus ait: *Deo libavit, gratias agens pro virorum incolumitate*; Quodipsum Sanctus Hieronymus confirmat, dicens: *Sacrificavit eam Domino, gratias agens quod tam fortes viros in Israel dederat.*

Abul. ibid.

Joseph. Hebr. l. 7. Ant. c. 9. S. Hieron. ib.

11. Ad sacrificiorum valorem pertinet divinam placare Justitiam, divinæque iræ fulmina coercere; eumdem vero effectum quoque habet hoc laudum & gratiarum Deo aptarum tributum; teste D. Chrysostomo dicente: *Sacrificium laudis honorificabit me; non solum iram meam sedabit aut rescindet condemnationem, sed me etiam honore afficiet.* Enimvero si inter omnes religionis actus sacrificium dignissimum, gratissimum & utilissimum deputatur; de mystico hoc sacrificio, S. Augustinus ad antiquum Religionis ritum alludens, è quorum ore hæc verba: Deo gratias, frequenter audiuntur, inquit: *Quid mentes & animo geramus; & ore promamus, & calamo exprimamus; quam Deo gratias? Hoc nec dici brevius nec audiri lætius, nec intelligi grandius, nec agi fructuosius potest*, Sanctus Anselmus verba illa S. Pauli ad Romanos: (*Gratias ago Deo meo ... pro omnibus vobis*) ponderans: inquit: *Id est, sacrificium laudis illi offero, agere Deo gratias est sentire omnia bona ab eo esse data, & pro illis laudare corde, voce; & opere.*

Sacrificium laudis & gratiarum actionis, placat iram Dei. S. Chrys. in Ps. 77.

Rom. 1. v. 8. S. Anselm. ib.

DISCURSUS IV.
ARGUMENTUM.

Tametsi omnis creatura ad gratitudinem Deo exhibendam obligetur; multo tamen magis nos ad hoc tributum solvendum obligamur; ad quod dum insufficientes sumus, ipse nobis auxilium præbet; nosque plurimis Evangelij exemplis adhortatur.

THEMA.

Grati estote. Coloss. 3. v. 15.

1. SAnctus Paulus Apostolus probè sciens, quam pretiosum donum fidelium sit gratitudo pro divinis beneficijs, Colossensibus noviter ad fidem conversis breve quidem hoc: sed valde necessarium suggerit monitum, nimirum: *Grati estote*; nulla enim creatura dari potest adeo vilis, quæ non aliquod Creatori suo pro viribus gratias agendi contraxerit debitum, tametsi illud non aliunde nasceretur, quam quod suum à Deo esse acceperit. Præcipue vero nullus inter homines dari potest adeo infortunatus, in quo hæc gratias agendi obligatio non militet. Qua de re B. Laurentius Justinianus ita scribit: *Quis, ovo, valet veraciter dicere, se nihil accepisse à Domino, unde nec debere illi gratias referre se credat? cæcus quippe est, & de collatis sibi merito privandus muneribus, qui hoc ullo pacto, vel etiam cognare præsumpsit; nam ex quo quisque habet esse, vivere, & intelligere, per quod cæterorum capax efficitur beneficiorum, hujus vel saltem debitor sit muneris. Qui enim non est, non vivit, neque discernit, Deo non valet gratias agere, quoniam unde id possit nequaquam accepit. Nemo igitur est; qui non debeat jugiter Creatori suo exolvere gratias, sive justus, sive peccator, sive fidelis, sive omnino sit alienus a fide, si tamen rationis sit compos.*

Nulla creatura adeo vilis est, quæ non teneatur gratias agere Deo, ad minus ex eo, quod est.

B. Laur. Just. in Prolog. de instit. & vit. gim. Prael.

2. Sanctus Joannes inter cæteras visiones Apocalypticas se omnes terræ & cœli creaturas laudes, gratias, & benedictiones Deo certatim referentes vidisse his verbis refert: *Et omnem creaturam quæ in cælo est, & super terram & sub terra, & quæ sunt in mari, & quæ in eo, omnes audivi dicentes: Sedenti in throno & Agno, benedictio & honor, & gloria, & potestas in sæcula sæculorum, ... Amen.* Regij quoque Propheræ auribus affectuosè & grate omnium creaturarum

Hæc omnes fecisse attestatur S. Joannes.

Apoc. 5. v. 13.

Ibid. v. 14.

Pſ.28. v. 3. rarum inſonuerunt vocès, unde ait: *Vox Domini ſuper aquas; vox Domini confringentis cedros, vox Domini intercidentis flammam ignis, vox Domini concutientis desertum: Vox Domini præparantis cervos.* S. Ambroſius ſuper illa Pſalmi verba: *Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum ejus annunciat firmamentum*, Pſalmiſtam his verbis dicere voluiſſe cenſet, quod omnes ſphæræ cœleſtes continuo per motus regulares ſe revolventes harmoniam licet à nobis

Pſ.18. v. 1.

S. Ambr. l. 2. Hexam. c. 4. minime auditam edant, ut communi Creatori hoc pacto laudes & gratiarum actiones inceſſanter referant: *Hoc*, inquit, *eſt mundi opus, cum videtur, ſuum laudat auctorem.* S. Gregorius Nazianzenus poſtquam prolixum contexuiſſet creaturarum catalogum, quæ ad laudandum & benedicendum ſummum bonum intentæ ſunt; tandem ſummariè concludit: *Omnia Deum laudant, & vocibus muris concelebrant.* Quæ cum ita ſe habeant, longe utique convenientius erit, ut hoc tributum homo Deo exolvat, utpote qui ad imaginem Dei, velut parvus quidam mundus, Microcoſmos conditus fuit: *Oportet me Domine* (dicebat S. Auguſtinus)

Etiam voci-bus mutis.

S. Aug. in Medit. c. 12. *tanto magis tibi gratioſam & devotum, & promptiorem ad ſerviendam exiſtere., quantam me de tantis beneficijs obligatiorem conſpicio in reddenda ratione.* Verum quidem eſt, quod ad reddendas tanto benefactori condignas gratias, lingua noſtra minime ſufficiat, verumtamen hanc inſufficientiæ noſtræ agnitionem Deus libenter gratiarum actionis loco acceptat: Unde idem Sanctus Doctor alibi dicit: *Et tamen cum de illo nihil digne dici poſſit: admiſit etiam humanæ vocis obſequium, & verbis noſtris in laude ſua gaudere nos voluit.*

S. Aug. l. 1. de doctr. Chriſt. c. 6.

3. Creavit Deus tres Angelorum hierarchias in novem Choros diſtinctas, quæ continuo venerabundum gratias agendo exhibent obſequium: *Et omnes Angeli ſtabant in circuitu throni*, inquit Sanctus Joannes in Apoc. *& adoraverunt Deum dicentes: Amen, benedictio, & claritas, & ſapientia, & gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo Deo noſtro in ſecula ſeculorum, Amen.* Sancta vero mater Eccleſia quotidie pro fidelibus Deo ſupplicat, ut noſtras quoque voces, una cum ſpirituum Angelicorum laudibus conjungere & admittere dignetur. Dicit enim in Miſſæ præfatione: *Cæli cælorumque virtutes ac beata Seraphim ſocia exultatione concelebrant; cum quibus & noſtras voces ut admitti jubeas deprecamur, ſupplici confeſſione dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus, &c.* Nos etenim qui ex luto plaſmati ſumus, ſufficiens laudum & gratiarum tributum Deo exolvere ne præſumere quidem poſſumus, ac proinde Eccleſia Deum rogat, ut noſtras voces cum cœleſtis curiæ laudibus clementer dignetur conjungere.

Apoc. 7. v. 12. Omnes Angelici Spiritus laudes & gratias canunt Deo.

4. Beatiſſima Virgo quæ glorioſo hoc titulo *ſedes ſapientiæ* honoratur, dum ſe ad maternitatem Deo ſublimatam eſſe vidit, linguam ſuam ad Deo gratias agendas modo quodam inexplicabili laxavit, dicens: *Fecit mihi magna qui potens eſt*; & tamen Didacus Stella in perſona ipſius inquit: *Multitudo beneficiorum Dei impedit narrationem: Quis obſecro adeo ingenio & dexteritate pollebit, dicendi, ut narrare poſſit, quanta fecerit mihi Dominus, quæ ſunt iſta? Præ ipſorum magnitudine dicere non valeo.* Si itaque ipſi Deiparæ impoſſibile videbatur beneficijs divinis grato animo correſpondere, quanto minus id humana præſtabit imbecillitas & ignorantia? Id quod & Sanctus Bernardus in ſermone cui titulus eſt, *de ſeptem miſericordijs*, conſiderans, ait: *Onus ſentio, ſuavitas quidem, ſed utique multo major, ſic enim onerat me miſerationibus ſuis Deus, ſic concludit, ſic obruit beneficijs ſuis, ut onus aliud ſentire non poſſim. Quid enim retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Tanta retribuit & tanta retribuit, & tu mihi de alio onere loqueris? Deficit ſpiritus meus, prorſus deficit in tanta beneficiorum conſideratione.* Propterea tamen nequaquam animo cadamus oportet, ſiquidem ſi ad hanc gratitudinis virtutem nos diſpoſuerimus, Deus ipſemet ut onus hoc ſuſtinere valeamus, auxilium præbet; Unde Theophylactus illa Pauli verba (*In omnibus gratias agite, hæc eſt enim voluntas Dei in Chriſto Jeſu in omnibus vobis*) conſiderans ait: Chriſtus nobis ad gratiarum actionem adjutor eſt, qui & illud nos facere docuit in Evangelio.

S. Bern. ſer. 2. de ſeptem miſericord.

1. Theſſ. 4. v. 3.

Prima Orationis Dominicæ petitio, ordinata eſt ad agendas Deo gratias.

5. Prima orationis Dominicæ, ab ipſa incarnata Sapientia compoſitæ petitio ad dandas Deo laudes gratiasque divinæ Majeſtati agendas eſt ordinata; Dicimus namque: *Sanctificetur nomen tuum*; ut primum omnium quod Deo offeramus, B.V. Maria fatetur ſe inſufficientem ad debitam gratiarum actionem pro multiplicibus beneficijs Dei.

Did. Stell. in c. 1. Luc. Quomodo ergo nos ſufficientes erimus.

gratitudinis tributum eſſe diſcamus; quo ſoluto maximam nobis utilitatem comparamus: Prout ex illa copioſiſſima quam Apoſtoli ad littora Genezareth facientes, (*concluſerunt piſcium multitudinem copioſam*) piſcatione manifeſtè colligere licet; immenſa enim hæc piſcium copia, cœtum præfigurabat fidelium, per Apoſtolicæ prædicationis retia, Cardinalis Toletus explicat, capiendorum. Circa quam prædam notandum occurrit, hunc gratitudinis extitiſſe effectum, Chriſtus namque Petro, eo quod ab ipſo in navim, ad prædicandum Dei verbum admiſſus eſſet, per tantum beneficium ſe gratum exhibere voluit; unde Sanctus Lucas ait: *Aſcendens in unam navim, quæ erat Simonis, rogavit eum à terra reducere puſillum; & ſedens docebat de navicula turbas.* Circa quam rei geſtæ ſeriem Theophylactus à S. Thoma in Catena citatus, ita diſcurrit ad intentum noſtrum: *Quia turbam de navicula Dominus inſtruxerat, non ſine mercede navicule Dominum develiquit, dupliciter beneficans ipſum, quia primo dedit ei multitudinem piſcium, & deinde diſcipulam ipſum fecit.*

Luc. 5. v. 6.

Ibid. v. 3.

Theophil. in Cat. D. Thoma.

6. Poſtquam Chriſtus quemdam, qui nudus in ſepulchris demorabatur, & ab integra ſpirituum malignorum legione torquebatur, ab inquilinis peſſimis liberaſſet, hic ſuo ſe benefactori gratum præſtiturus, eum rogavit, ut ſecum perſistere non gravaretur: *Rogabat illum vir, à quo Dæmonia exierant ut cum eo eſſet.* Quod gratitudinis tributum volens lubensque Salvator vix acceptarat, quando ei præcepit, ut immenſum hoc beneficium quo affectus fuerat, longe lateque divulgaret: *Dimiſit autem eum Jeſus dicens: Redi in domum tuam, & narra, quanta tibi fecit Deus, & abiit per univerſam civitatem prædicans, quanta illi feciſſet Jeſus.* In capitulo pariter 17. ejuſdem Evangeliſtæ Hiſtoriam offendimus decem leproſorum, quæ, quantum Chriſtus in laudum gratiarumque tributo ſibi complacuerit, quantisque encomijs Samaritani gratitudinem extulerit, demonſtrat: *Non enim qui ſeipſum commendat ille probatus eſt*, ut ad aliud quoddam propoſitum accommode inquit Sanctus Paulus, *ſed quem Deus commendat.* Igitur *unus ex illis ut vidit quia mundatus eſt, regreſſus eſt cum magna voce magnificans Deum.* Neque in præſenti quiſquam admiretur, quod humana Sapientia Samaritanum hunc adeo laudarit; ſiquidem Albertus Magnus dictum gratitudinis actum conſiderans advertit, quod octo notabiles eſſe in eodem prodant circumſtantiæ, ſcilicet: *Ipſius ab ingratis diviſio; beneficiorum ſibi impenſorum (ut vidit, quia mundatus eſt) recognitio: Ipſius ad benefactorem regreſſio, regreſſus eſt. Vocis in laude magnificatio: Cum magna voce magnificans Deum: Magnifica benefactoris prædicatio: Caſus in faciem, adoratio: cecidit in faciem ante pedes ejus; ad pedes Chriſti humiliatio; gratiarum de beneficio accepto exhibitio.* Sicut autem unum gratum laudavit Dominus; ita reliquorum novem indignatus eſt ingratitudini; Quapropter hanc inibi quæſtionem inſtituit Salmeron, dicens: *An voluit vendere beneficium? An eget Deus laude noſtra? An non regula eſt, benefacientes oblivi beneficij impenſi, ſicut beneficium accipientis eſt ſemper recordari?* Reſpondetque non abſque cauſa, hujuſmodi à Chriſto poſtulatum fuiſſe gratitudinis tributum: *Primo propter Deum, cui omnis debetur gratiarum actio & laus pro beneficio; Deinde propter alios, ut conſtaret de beneficio per Chriſtum accepto, non per legem: Et ut gratum animum oſtendentes, majora beneficia perciperent.* Lyranus autem ſingulariter ad Ly *Alienigena*, quo titulo divinus Magiſter Samaritanum affecit, dicens: *Niſi hic alienigena*, reflectionem facit, dicitque: *In hoc ſignificatum fuit, quod gentiles venturi erant devote ad Chriſti fidem.* Quandoquidem igitur Alienigena iſte populum repræſentabat Chriſtianum, ad Evangelij notitiam deventurum, omnino conveniens erat, ut ſuam in gratiarum actiones reſolveret linguam; quia ut in Diſcurſu ſecundo probavimus: *Inveniretur in ea*, id eſt, in Eccleſia, *gratiarum actio*, Sanctus Bernardus pariter eodem alienigenæ titulo in quodam contra ingratitudinem ſermone utitur dicens: *Felix proinde, qui ſe alienigenam reputans, etiam pro quibuſque minimis beneficijs non minimas refert gratias, gratuitum eſſe non dubitans, neque diſſimulans, quod alieno impenditur & ignoto.*

Luc. 17. 15.

Eccl. Magn. in Luc.

Lyranus. ibi.

S. Bern. in ſer. cont. peſſimum ingratitud. vitium.

7. Idem Sanctus Lucas aliud quoddam à Chriſto circa cœcum quemdam perpetratum narrat miraculum. Salvatore namque Jericho appropinquante mendicus quidam dum à ſtrepitante & tranſeunte turba quæreret, quis tranſiret, audiſſetque Jeſum eſſe Nazarenum, ſubitò exclamare cœpit: *Jeſu fili David miſerere mei.* Benigniſſimus itaque Dominus greſſum ſiſtens miſerum ad ſe adduci juſſit, præſentemque interrogavit: *Quid tibi vis faciam?* Circa quæ verba Albertus Magnus ita ſcribit: *Attende magnam dantis beneficium liberalitatem; quid vel quantum dat in voluntate conſtitut petentis.* Optime utique Chriſtus, qui *alta à longe cognoſcit* quid miſer vellet, ſciebat, quare igitur eum interrogavit? ita quoque Deus olim afflictam deſolatamque in ſolitudine compellavit Agar: *Quid agis Agar*, cum tamen quo fine ibi degeret, intimè penetraret. Ita & Salvator 38. annorum paralyticum allocutus eſt, dicens: *Vis ſanus fieri?* Quorſum hæ ſimiles Omniſcij interrogationes? Oleaſter dubium reſolvit, dum ait: *Licet Dominus optime noverit mala quæ patimur, ea tamen à nobis audire deſiderat, ne poſtea dicamus eum nobis ſine neceſſitate ſubveniſſe. Quæſivit Chriſtus à languido quem apud probaticam piſcinam ſanavit, velleme ſanus fieri? Ad quid quæſo? Nonne Domine noveras eum velle? Novi inquit: Sed interrogavi ne poſtea diceret, me invitum illum ſanaſſe, & beneficium tanquam ingratus præteriiſſet.* Unde quamprimum cœcus reſpondit Salvatori: *Domine ut videam, Et Jeſus dixit illi: Reſpice; ... Et confeſtim vidit & ſequebatur illum magnificans Deum*; Adeoque nullum inter illuminationem Chriſtique ſequelam, nec non gratiarum actionem mediavit tempus: *Sequebatur tamquam gratus & beneficium rependens*, inquit Euthymius. Cujus veſtigijs viriliter inſtitit alter ille à nativitate cœcus, quem cum maligni Phariſæi à Chriſto illuminatum eſſe negarent, eum in medio Concilij ſtatuerunt dicentes: *Da gloriam Deo; nos ſcimus quia hic homo peccator eſt.* Aſt illuminatus vera Dei luce atque notitia illuſtratus, ad hæc verba tanto magis in frequentiores ardentioreſque prorupit gratitudinis actus, beneficium receptum ſequentibus irrefragabiliter confirmans, gratificanſque verbis: *Si peccator eſt neſcio, unum ſcio, quia cæcus eram & modo video; ... Niſi eſſet hic à Deo, non poterat facere quidquam.* Homo enim gratus licet benefactoris ſui noverit defectus, eos nihilominus diſſimulat, tantumque in bona recepta ſuos conjicit oculos. Quemadmodum & paralyticus ille præſtitit, cujus paulò ante mentionem fecimus, qui a Chriſto ſanctus, licet eum verum eſſe Meſſiam non agnoſceret primitus; mox tamen ut veritatem agnovit, non obſtante quocumque, quod timere poterat, Judæorum odio; *Abijt ille homo & nunciavit Judæis, quia Jeſus eſſet qui fecit eum ſanum.*

Luc. 18. 43.

Joan. 9. v. 24.

Ibid. v. 25.

Ibid. v. 33.

Joan. 5. v. 15.

8. Sanctus Lucas miraculoſam quoque, quam Sancti Petri febricitans ſocrus obtinuit, commemorans ſanitatem ait: *Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus, ... ſtans ſuper illam imperavit febri, & dimiſit illam.* Sed quo putatis ſucceſſu? vix infirmam morbus deſeruerat, quando gratitudinis tributum ſolutura, *continuo ſurgens, miniſtrabat illis.* Ubi notanter ſacer Textus ait: *Illis*, non *ilh*; quia ſcilicet non modo Chriſto, ſed & Apoſtolis ad menſam deſervibat; aſt cauſamne noſtis tanti obſequij? Ecce vobis rationem: Quantumvis Dei Filius principalis ejus fuiſſet benefactor, nihilominus & Apoſtoli per ſuas orationes ſeſe interpoſuerant, dicente Scriptura facta: *Et rogaverunt illum pro ea.* Quare talem in præſenti diſcurſum format Simon de Cailia: *Continuo ſurgens miniſtrabat ijs, Chriſto ſcilicet ſanatori ejus & ſanctis Apoſtolis interceſſoribus ejus. Non iſta beneficium otioſe ſuſcepit: Nam accepta illico ſanitate ſe contulit ad agenda, conſpiciens fore neceſſitatem & decentiam Chriſto pauperi & ejus collegio miniſtrare; non expectavit de miniſtratione præceptum, quamquam non ſine præcepto importuna febris abijſſet. Optimum in moribus eſt acceptæ gratiæ cooperari, & omne quod à Deo accepimus, in dedicationem convertere Creatori, ſicut iſta ſanitatem acceptam in obſequium illico ſtatuit largitoris.* Cui ſententiæ Carthuſianus ſubſcribit, dum ſervitium hoc non ob miniſtrorum defectum ſed ex gratitudine proceſſiſſe tradit, inquiens: *Tamquam grata de beneficio ſanitatis, ſibi tam miraculosè collato.*

Luc. 4. v. 38. Gratitudo Socrus Simonis, à febre liberatæ.

Ibid. v. 38.

Sim. de Caſſia l. 5. c. 9.

Euthym.

D. Carth. ib.

9. In præſenti quoque vobis in mentem veniat Hæmorrhoiſſa, quam à fluxu ſanguinis, poſt miſerabilem decem annorum infirmitatem Salvatori ipſemet liberans, titulo filiæ honoravit, atteſtante Evangeliſta in hæc verba: *At Jeſus converſus & videns eam dixit: Confide filia, fides tua te ſalvam fecit; & ſalva facta eſt mulier ex illa hora.* Ubi pro Ly filia, vertio Syriaca legit *filia mea*, Quem tantæ benignitatis & honoris titulum Chriſtus mulieri illi propter immenſam ejus, quam prævidebat, gratitudinem, attribuit; hæc autem mulier gentilitatis erat figura, dicente Janſenio: *Gentium populus ſignificatur, in quo ſanguinis fluxus, dupliciter ſecundum Bedam poteſt intelligi, ſcilicet vel ſuper idolatriæ proſtitutione, vel ſuper his quæ carnis & ſanguinis oblectatione parantur*; Quia igitur, gentilitas in locum Synagogæ ſuccedere, & veluti filia, qualis eſt Eccleſia, amari debebat, omnino ipſam gratam eſſe conveniebat. Albertus Magnus in ejus laudem inquit: *Devotiſſima ad Chriſtum remanſit, & in horto ſuo imaginem ad figuram Chriſti conſtruxit, & hanc ſimili veſtimento veſtivit, juxta quam quædam herba in horto ſimilem virtutem curandi fluxum ſanguinis habens nata fuit, & quando veſtimentum herba attigit, tunc perfectam virtutem curandi herba accepit.*

Matth 9. 22.

Albert. Magn. in Marc.

10. Quando Chriſtus apud Sanctum Marcum ſurdo illi & muto homini, qui ei à devotis turbis curandus præſentatus fuerat, auditum & loquendi facultatem reſtituit, hoc ei præceptum impoſuit, ut ſcilicet beneficium hoc coram alijs non divulgaret: *Præcepit illis ne cui dicerent*; Sed quid tandem venit? Nimirum huic præcepto Chriſti minime paruerunt, ſed laudabiliter id ab illis factum eſt, dicente Evangeliſta: *Quanto autem eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant, Et eo amplius admirabantur dicentes: Bene omnia fecit, & ſurdos fecit audire & mutos loqui.* Theophylactus autem circa hanc inobedientiam ita ſcribit: *Docemur ex hoc loco, cum alicui beneficia largimur, minime applaudas, & laudes petere, cum vero accipimus beneficia, benefactores prædicare & laudare, quamvis noſtrum.* In eodem momento, quo ſublimis hujus ædificij Eccleſiæ nimirum primus lapis in utero virginali fundamenti loco poſitus fuit (unde Archangelus Mariæ dixit: *Regnabit in domo Jacob in æternum, & regni ejus non erit finis*; & Apoſtolus inquit: *In ipſo ſummo Angulari lapide Chriſto Jeſu*) Beatiſſima Virgo ſine mora in celeberrimum illud laudum & gratiarum Canticum prorupit dicens: *Magnificat anima mea Dominum* &c. adeoque hæc ab ipſamet increatæ & incarnatæ ſapientiæ matrè exercita gratiarum actio, cum primis naſcentis Eccleſiæ crepundijs conjuncta fuit.

Marc. 7. 36.

Ibid. v. 37.

Theophyl. ib.

Luc. 1. v. 32. & 33.

Epheſ. 2. 20.

Chriſtus præ videns tudinem Hæmorrhoiſſæ, nominat illam filiam ſuam.

Licet Chriſtus hominibus illi, qui fuerat furdus & mutus præcepiſſet ne divulgaret miraculum, ille tamen gratus benefactori illud ubique prædicabat.

DISCURSUS V.

ARGUMENTUM.

Ex varijs veteris teſtamenti exemplis, quantam Deo gratitudinem debeamus; quamque in ea exolvenda perfectiſſimi viri ſe exercuerint, demonſtratur.

THEMA.

In dedicatione muri Jeruſalem requiſierunt Levitas de omnibus locis ſuis, ut adducerent eos in Jeruſalem & facerent dedicationem, & lætitiam in gratiarum actione & Cantico. 2. Eſdræ 12. v. 27.

1. POſtquam electus Dei populus è ſervitute Babylonica reverſus urbis Jeroſolymitanæ mœnia reſtauraſſet & reædificaſſet, ex omnibus locis circumvicinis Sacerdotes & Levitas convocarunt in magno numero, ut ſacrum gratiarum actionis tributum in tanti beneficij recognitionem Deo perſolverent: *In dedicatione muri Jeruſalem*, &c. Unde deducitur inſtinctum hunc cœleſti benefactori ſuo ſe gratos exhibendi, Hebræis quaſi congenitum firmiterque in ijs radicatum fuiſſe. Enimvero ſi tempora legem Moſaicam præcedentia in memoriam revocare velimus, hoc gratitudinis teſtimonium multifariam à varijs perhibitum fuiſſe inveniemus. Etenim duo primi fratres Cain & Abel, qui primorum parentum noſtrorum primi partus fuere, ad offerenda in gratiarum actionem Deo ſacrificia certatim properarunt. Sed quo putas eventu? Scriptura inquit: *Reſpexit Dominus ad Abel & ad munera ejus, Ad Cain vero & ad munera illius non reſpexit.* Cujus differentiæ hanc S. Ambroſius

Gratitudo pro beneficijs divinis olim Hebræis quaſi congenita fuit.

Gen. 4. v. 4. & 5. Incepit in Abel & Cain.

S. Ambr. l. 2. de Cain & Abel c. 1.

brosius assignat rationem, dicens: *Recte Cain obtulit, quia oblatio insigne devotionis & indicium gratiarum est, sed non recte divisit, quia ante omnia Deo debuit offerre primitias, ut à gratia inchoaret Auctoris.* Abel gregum suorum primitias obtulit, dicente Scriptura:

Gen. 4. v. 4. *Abel obtulit de primogenitis gregis sui & de adipibus eorum*, Ac proinde sacrificium ejus Deo acceptissimum fuit. De eodem Abel idem S. Ambrosius scribit:

S. Ambr. c. 10. *Primitiva puro corde & simplici sermone oblata gratiarum actio; hæc munera obtulit Abel, & ideo respexit Deus in munera ejus, quoniam à primitivis obtulit.*

2. Sanctus Anselmus in devotis suis Meditationibus gratitudinem quam Deo pro divinis suis beneficijs exhibere volumus, minime parcâ & frugalem esse debere dicit: Ac proinde de semetipso pluribus à Deo beneficijs cumulato inquit:

S. Anselm. lib. Medit. c. 7. Noe non expectavit mandatum Dei de offerendo sacrificium in gratiarum actionem post diluvium. *Plus debeo quam meipsum totum, sed nec plus habeo, nec hoc ipsum possum per me reddere totum: Trahe me Domine in amorem tuum, & hoc ipsum totum quod sum, tuum est conditione, ac totum tuum dilectione.* S. Ambrosius in libro quem de Noë & Arca composuit, sequens dubium proponit; ex quo enim Sanctus hic Patriarcha in omnibus actionibus suis, Dei præceptum expectavit, ut illas conformiter divino arbitrio regulare posset, cur post diluvium ad offerendum Deo sacrificium altare erexit, nec tamen divinum ejus beneplacitum expectavit vel requisivit?

S. Ambr. c. 1. de Noe & Arca c. 22. *Quæ ratione supra Dominus admonuit quæ faceret & fecit Noë omnia, hoc autem quod non admonitus cur fecerit fortasse requiratur.* Cui difficultati S. Doctor adæquate sequentibus verbis respondet: *Utique Dominus non debuit quasi avarus mercedem gratiæ postulare, & justus eam intellexit veram actionem gratiarum esse, quæ non juberetur, sed deferretur; itaque nec dilationem passus est; etenim grati animi virtus passionem dubitationis excludit, qui autem debitum gratiæ, ut à se exigatur, expectat, ingratus est.*

3. Numquid aliquando ad hoc vos reflexistis quod Paradisi depositum, in quo omnes animæ, à primo electo, qui fuit Abel usque ad Redemptoris ascensionem, reconditæ fuerunt, sinus Abrahæ appellatus fuerit? cur enim locus ille potius nomine Abrahæ, quam nomine aliorum Patriarcharum veteris testamenti insignitus fuisse dicitur, cum tamen priusquam Abraham in eo reciperetur, multæ aliæ animæ electæ ad eumdem descenderint? in offertorio quippe Missæ defunctorum Ecclesia ipsummet Paradisum Abrahæ sinum appellare solet, dicendo: *Signifer Sanctus Michael repræsentet eas in lucem sanctam, quam olim Abrahæ promisisti & semini ejus.* Audite huic difficultati respondentem Chrysostomum:

D. Chrys. hom. 40. in Gen. *Quando audis, inquit, quod omnes justi ab illo tempore usque nunc, & usque ad consummationem temporum maxime in votis habent, ut ad sinum Patriarchæ perveniant, quem alium hoc majorem honorem exhibere quis poterit;* Moxque specialissima hujus prærogativæ rationem assignat, dicens: *Videlicet quantum sit magnum præ se ferre gratitudinem in beneficijs Dei? Quia enim quando oportebat sua attulit cum gratiarum actione, omnia ferens, tam jucunda quam injucunda; propterea misericors Deus caput bonorum, & id quod justus maxime concupiscebat, largitus est.* Nimirum in magna hac anima prout Divus Chrysostomus in hac & in alijs Homilijs probat, gratitudo erga Deum in gradu heroico relucebat. Legatur caput 24. Geneseos, ubi inter cætera dicitur:

Gen. 24. v. 1. Quia gratitudo in eo relucebat in gradu heroico. *Erat Abraham senex, ... & Dominus in cunctis benedixerat ei.* Quibus verbis quidem ipsum à Deo supra omnem modum beneficijs auctum fuisse innuitur, verumtamen hæc quoque divina beneficia, sicuti paulò pòst audietur, in memoria & multo magis in corde suo tenacissime insculpta tenebat, & jugitur recolebat. Cum Deus illi præcepisset ne Isaac uxorem de terra Chanaan, in qua tunc morabatur, eligeret, sed potius eamdem in patria unde originem traxerat, filio suo exquireret, subitò ad hunc effectum unum ex fidelissimis servis suis in patriam remisit, cui tamen prius omnia beneficia à Deo accepta, atque à liberalitate & magnificentia Altissimi ei promissa per ordinem recensuit, dicendo:

Ibid. v. 7. *Dominus meus cæli, qui tulit me de domo patris mei, & è terra nativitatis meæ, qui locutus est mihi, & juravit mihi, dicens: Semini tuo dabo terram hanc*, &c. At vero nostisne causam cur servo suo hanc Dei erga se beneficentiam memoraverit? Lippomannus causam hanc sequentibus verbis declarat:

Lippomans. *Ideo, inquit, servo prolixe explicat Dei promissiones & beneficia, quibus corroboretur ipsius fides, ut qui sibi tantis favoribus hactenus astitisset, commissum quoque negotium tam arduum feliciter dirigeret. Sanctis Dei beneficia adsunt, & in numerato illa habent semper grati.*

Justi, quo majora accipiunt beneficia eo gratiores fiunt.

4. Post gloriosam illam à Regibus Pentapolitanis reportatam victoriam, in qua Loth cognatum suum ab hostium manibus liberavit, obviam ei processit Melchisedech summus Sacerdos Rex Salem, ut una cum ipso in gratiarum actionem gratum Deo offerret sacrificium:

Gen. 14. 18. *Proferens panem, & vinum, erat enim Sacerdos Dei Altissimi, benedixit ei, & ait: ... Benedictus Deus excelsus, quo protegente hostes in manibus tuis sunt;* Nec mirum, quia ut Beatus Laurentius Justinianus de homine verè grato inquit:

B. Laur. Just. de Humilit. c. 15. *Quo amplius postera admittit beneficia, & quo magis se ditari cognoscit ex munere, eo ardentiores gratiarum Deo exhibet actiones.*

5. Jacob Patriarcha à domo paterna, propter implacabilem fratris sui Esau persecutionem, profugiens, prima nocte, quando sub dio pernoctare coactus fuit, cœlum aperiri vidit, ut beneficas munerum spiritualium & temporalium thesaurorum influentias super eum deplueret: quando & scalam videns, per quam ascendebant, descendebantque Angeli, ipsumque audivit Deum, qui scalæ vertici incumbebat, sibi dicentem:

Gen. 28. 12. Gratitudo animi Jacob, movit Deum ut illi præstantissima promitteret beneficia. *Ego sum Dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Isaac; terram, in qua dormis, tibi dabo, & semini tuo, Eritque semen tuum quasi pulvis terræ:* Ibid. v. 13. *dilataberis ad Occidentem & Orientem, & Septentrionem, & Meridiem, & benedicentur in te, & in semine tuo cunctæ tribus terræ.* Et ero custos tuus quocumque perrexeris. Ibid. v. 14. Quæ obsecro nudipedis, miseri nudique hujus, qui fructum dumtaxat panis & necessarium corporis petebat indumentum, tanta fuere merita? Annon enim ipse supplicabat dicens: *Si fuerit Deus mecum, ... & dederit mihi panem ad vescendum & vestimentum ad induendum*, &c. Hæc omnia aliaque plura illi promisit & impertijt Deus, propter eam quam in illo prævidebat gratitudinem. Vix enim à somno excitatus, summo mane. *Tulit lapidem, quem supposuerat capiti suo & erexit in titulum, fundens oleum desuper; Appellavitque nomen urbis Bethel quæ prius Luza vocabatur.* Ubi postmodum in gratiarum actionem innumerabilia Deo sacrificia oblata fuerunt. Circa quod Patriarchæ factum Theodoretus inquit:

Theodoret. Q. 83. in Gen. *At qui non respuit etiam minima benignissimus Dominus, gratam habens operis intentionem.* Quamvis enim tunc temporis in gratiarum actionem dumtaxat unicum erigeret lapidem, Deus nihilominus non minus sibi in eo complacuit, quàm in ipso Salomonis templo, intentionem optimam remunerans abundantissime, utpotè æqualiter opulentam & reverentem, cum illa Salomonis;

Deus non minus sibi complacuit in lapide à Jacob erecto, quam templo Salomonis, Gen. 35. v. 1. Unde & Ecclesia Sancta in Ecclesiæ consecrationis solemnitate, hanc ipsam fidelibus proponit Historiam. Iterum alio in loco ejusdem libri, hoc Jacob à Deo præceptum accepit: *Surge & ascende Bethel, & habita ibi, facque altare Deo, qui apparuit tibi, quando fugiebas Esau.* Adeo namque Deus in prima illa Jacobi gratiarum actione sibi complacuerat, ut eodem in loco per ipsum Patriarcham altare extrui voluerit, in quo & ille & ipsius posteri gratitudinis tributum Domino exolverent. Quæ accurate observans Oleaster ita ad propositum nostrum scribit:

Oleast. ibi *Frequentissime nos admonet gratitudinis supremus Pater, quod noverit nos ad ingratitudinem promptissimos, & ubi beneficia contulit aut promisit, illic nos gratos esse cupit. Neque fuit satis, quod Jacob jam illi pro gratiarum actionibus victimas obtulisset, altareque construxerit, ut videas non sat esse, semel Deo pro magnis beneficijs gratias agere, & hostias obtulisse.*

6. In Deuteronomio Deus suo quondam populo hoc legitur statuisse præceptum:

Deut. 23. 3. Ibid. v. 7. Prohibuit Deus commercium cum Ammonitis & Moabitis, & non cum Idumæis & Ægyptijs, quamvis urisque idololatris. *Ammonites & Moabites etiam post decimam generationem non introibunt Ecclesiam Domini in æternum.* Et nihilominus paulò pòst subjungit: *Non abominaberis Idumæum, quia frater tuus est: Nec Ægyptium, quia advena fuisti in terra ejus;* At verò nonne omnes hi populi Idololatræ erant, verique Dei inimici? Quorsum igitur hujusmodi distinctio? Pro solutione notandum Israëlitis, penuria laborantibus Idumæos quandoque succurrisse; pariter & tempore ingentis famis in terra Canaan, Ægypti aluerunt terram Gesse; ideoque Deus tanti beneficij perpetuam haberi voluit memoriam: non obstante

Theodoret. Q. 26. in Deut. ante contraria benefactorum Religione; quem nobis conceptum his verbis expressum reliquit Theodoretus: *Cum Idumeo tamen & cum Ægypto conversari jubet post tertiam generationem & cum hoc tamquam cum fratre, cum illo vero tamquam beneficio tempore opportuno: Urgente enim fame Patres nostri accedentes, acceperunt ab Idumæis alimenta. Lex igitur docet nos antiqui beneficij non oblivisci.*

Moyses semper gratissimus fuit Deo pro beneficijs. Exod. 24. v. 4. 7. Ab Abrahamo ad Moysen progrediamur, cujus gratitudinis plurimas expressivas actiones reperimus in locis diversis; & in primis quidem in libro Exodi de eo dicitur: *Mane consurgens ædificavit altare ad radices montis, & duodecim titulos per duodecim tribus Israël;* Ubi Arias legit: *Magnificavit in mane*: Quorsum obsecro tanta opus erat festinatione & solicitudine? Numquid Solis ortum expectare potuisset? conveniens utique videbatur, differre opus hoc, donec omnes à somno excitati fuissent, erectioni altaris in sacrosancto illo loco interventuri: Responderet hac de re dubitantibus Lyranus:

Lyran. ibid. *Ædificavit ad gratiarum actionem & legis receptionem: Ideoque festinavit Moyses, ne in debito gratitudinis tributo solvendo piger culpari posset.* Iterum vix aquæ maris rubri concurrentes Pharaonem cum toto exercitu submerserant, quando Moyses suam in gratiarum actiones resolvit linguam, & universum populum, qui tribus millionibus hominum constabat, ad solvendas conjunctim supremo Redemptori gratias, invitavit per hoc prolixum Canticum:

Exod. 15. v. 1. *Cantemus Domino*, &c. Sed qualiter obsecro tantum hymnum confessim omnes juvenes, mulieres, senes, reliquumque Judæorum vulgus memoriæ mandare poterant, ut unitim illud eodem tempore decantarent? Ecce vobis quantum sibi Deus in hac gratitudine complacuerit, dum eam insigne decoravit miraculo, prout Sanctus Augustinus attestatur; dicens:

S. Aug. l. 1. de mirab. S. Script. c. 21. *Carmen hoc universi pariter decantabant, ubi omni satis admiratione accidit dignum miraculum, ut cunctis pariter senes cum pueris & omnes ætates, eodem inspirati flamine, uno quasi ex ore, nulla præmonitione edocti eadem continentes litteras decantarent in unum.*

Cur Hebræi in deserto à Moyse petierint Carnes, cum tamen plurima secum haberent pecora. Exod. 10. 26. & c. 12. 37. 8. Verum enimverò priusquam hic populus in deserto oberrans ob oculis nostris abscedat, considerare nos velim illam ab eo toties tamque importunè repetitam carnium postulationem. Nemo quippè nescit, Hebræos ab Ægypto recedentes omnes secum conduxisse greges, & armenta copiosa, quæ ibidem possederant, dicente Scriptura:

Num. 32. 4. *Non remanebit ex eis ungula*; & iterem ex c. 11. *profectique sunt filij Israël, & oves, & armenta, & animantia diversi generis:* Nec est quod dicatur animalia hæc interijsse ex pascuarum defectu, vel nimia defatigatione ex continuato per desertum itinere; Quia postquam tribus Ruben & Gad prope Jordanem appulissent à Moyse petierant dicentes:

S. Aug. l. 4. in Exod. *Regio uberrima est ad pastum animalium, precamur ut des nobis famulis tuis eam in possessionem.* Cur igitur qui tot carnibus abundabant alias sibi insuper carnes à cœlo ministrari petebant? Respondet Sanctus Augustinus ideo illos greges suos & armenta propria integra conservare voluisse, & carnibus aliunde ministratis satiari, ne illis deesset victima pro sacrificijs, quibus cum debitum gratiarum tributum Deo continuo exolvere possent:

Psal. 33. v. 3. S. Antonin. Sum Theol. p. 4. tit. 5. c. 12. §. 2. Insignis gratitudo Davidis, promeruit ut ejus progenies in Christo perennereatur. Luc. 2. v. 32. 2. Reg. 7. v. 18. *Nisi forte dicatur, pepercisse illos pecoribus, ne omnibus deficientibus, etiam sacrificijs necessaria deessent.*

9. Sanctus Propheta David frequens quod obire solebat gratiarum actionis exercitium his verbis insinuat: *In Domino laudabitur anima mea*: Quæ verba Sanctus Antoninus ita explicat: *Laudabitur, id est, occupabitur, quod non est aliud, quam ipsa Dei beneficia cogitare, & noscendo & recognoscendo ipsum benefactorem amare.* Quodnam obsecro meritum David habuit, ut ejus progenies in perpetuum perennaret, siquidem Dei Filius de domo David nasciturus, & in eadem regnum suum, id est, Ecclesiam fundaturus promittitur; *cujus regni nullus futurus est finis?* dicit enim Gabriel Archangelus: *Dabit illi Dominus sedem David Patris ejus, ... & regni ejus non erit finis*; Pro responsione observandum; quod quando Nathan huic Regi ex præcepto Dei Filium Dei ex ipso incarnandum promisit; facer Textus dicat: *Ingressus autem est Rex David, & sedit coram Domino, & dixit: Quis ego sum Domine Deus, & quæ domus mea, quia adduxisti me hucusque?* Legatis totum hoc caput & invenietis, quanta cum emphasi David infinitum hoc beneficium ponderarit, & in quot gratitudinis actus ex illius consideratione prorumperit. Præterea cum Abiathar sacerdos Davidem in illius eidem à Saule intentatis persecutionis angustijs tutatus fuisset, David hujus beneficij continuo memor permansit:

1. Reg. 22. v. 22. *Et ait David ad Abiathar*, inquit sacer Textus, *sciebam in die illa quod cum ibi esset Doeg Idumæus, procul dubio annunciaret Sauli; ego fui reus omnium animarum Patris tui; mane mecum ne timeas, si quis quæsierit animam meam, quæret & animam tuam, mecumque servaberis.* Similiter quia Jonatas Davidem in omnibus suis persecutionibus strenue & fideliter defenderat, ideo post mortem ejus diligentem instituit perquisitionem, num aliquis ex ejus prosapia supereset, cui se beneficum exhibere posset; & licet nullus ex Jonatæ posteris superstes mansisset, præterquam solus Mephiboseth, qui monstrosus & ambobus pedibus claudus erat, illum tamen aulæ suæ consortem habere, & mensæ suæ perpetuum commensalem declarare voluit Berzellai Galladites, qui in seditione per Absalonem Davidis Filium excitata fideliter Davidi astiterat, sufficientem exercuit suo annonam procurando, ab eodem Davide invitatus fuit, ut una secum palatij Regij delicijs frueretur:

2. Reg. 19. v. 33. *Veni mecum, ut requiescas secum in Jerusalem*; cumque is utpote decrepitus gratiam hanc acceptare renuisset; David post multos annos priusquam moreretur Salomoni filio suo præcepit, dicens:

3. Reg. 2. v. 7. *Filijs Berzellai Galladitis reddes gratiam, eruntque comedentes in mensa tua, occurrerunt enim mihi, quando fugiebam à facie Absalon fratris tui.* Quid igitur mirum, si qui erga Deum & homines adeo gratus fuit, deinceps tantopere prosperari meruerit?

Commendatur Elisæi gratitudo. 10. Postquam Elisæus tamquam accitatus & fidelis Eliæ discipulus eidem longo tempore ministrasset, priusquam dilectus ejus Magister in curru igneo ab oculis ejus eriperetur, spiritum ejus duplicem sibi dari postulavit; illumque promptissime obtinuit, simus cum relicto sibi pallio, quocum deinceps tam in signia operatus est miracula. Idem Propheta cum à Sunamitide charitativo exceptus hospitio fuisset, pro accepto beneficio gratum se exhibere volens, suarum illi apud Regem in magnum ejus beneficium intercessionum interpositionem obtulit; insuper quoque filium ei à Deo impetravit, quem postea mortuum vitæ denuo restituit. Ex quibus omnibus hactenus dictis sufficienter probatum esse existimo, hanc gratitudinis virtutem perfectissimis sanctissimisque veteris quoque Testamenti viris tenaciter fuisse impressam.

4. Reg. 2. 4. Reg. 4.

Insuper Tobiæ senioris & junioris. 11. Sed quid de Tobia seniore nec non ejus filio Tobia juniore dicemus? cum hic in focietate Raphaelis Archangeli licet ipsi ignoti ex Raches domo reversus fuisset; pater ejus illum advocans ait:

Tob. 12. v. 1. *Quid possumus dare viro isti sancto, qui venit tecum?* Respondens Tobias dixit Patri suo: *Pater quam mercedem dabimus ei? aut quid dignum poterit esse beneficijs ejus?*

Ibid. v. 2. *Me duxit, & reduxit sanum; pecuniam a Gabelo ipse recepit, uxorem ipse me habere fecit; & dæmonium ab ea ipse compescuit, gaudium ipse parentibus ejus fecit; meipsum à devoratione piscis eripuit, te quoque videre fecit Lumen cæli, & bonis omnibus per eum repleti sumus. Quid illi ad hæc poterimus dignum dare:* Videte obsecro quam accuratè & stigillatim omnia à Gabriële recepta beneficia recensuerit & ponderarit, quamque solitus fuerit; ut dignum ei pro omnibus retributionem grata mente referret; mox enim subjecit:

Ibid. v. 4. *Sed peto te Pater mi ut roges eum, si forte dignabitur medietate de omnibus, quæ allata sunt sibi assumere.* Quid igitur mirum, si Archangeli à throno Altissimi descendant, ut animabus gratis ministrent, quando certatim tam Pater quam Filius se erga benefactores liberales & prodigos exhibere contenderunt; quibus proinde Sanctus Raphael Archangelus quis esset clare se revelavit, dicens:

Ibid. v. 15. *Ego sum Raphaël Angelus, unus ex septem qui astamus ante Dominum.* Ad quas voces ambo perterriti in terram se reverenter prostrarunt, quos Archangelus animavit dicendo:

Ibid. v. 17. & 18. *Pax vobis, nolite timere, Etenim cum essem vobiscum, per voluntatem Dei eram, ipsum benedicite & cantate illi.* q. d. laudibus, benedictionibus gratijsque Deo, si ejus continua assistentia frui vultis, insistite; *benedicite Deum, & narrate omnia mirabilia ejus.*

DISCUR-

DISCURSUS VI.

ARGUMENTUM.

Deo pro receptis donis gratos nos exhibentes, ipsum debitorem nostrum, ut majora nobis largiatur, constituimus.

THEMA.

Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Psalm. 115. v. 12.

Referendo Deo gratias, ostendimus nos debitores esse, sed simul evadimus creditores. Probatur exemplis. Davidis. Noe.

1. SAnctus Augustinus Davidis, dum de solvendo divinæ Majestati gratiarum tributo anxius hæret, loquendi observat modum: non enim dicit: *Pro omnibus quæ tribuit mihi*, sed *pro omnibus quæ retribuit mihi*. Noverat namque hic Propheta, quod quamvis gratias reddamus ut debitores, nihilominus simul etiam creditores evadamus, dum gratitudo pro beneficijs receptis præstita, retributionem correspondentem habet. Noë inter omnes homines, qui tunc temporis innumeri degebant in terris, per singulare Privilegium cum familia sua ab universali diluvio præservatus, insuper & à Deo non vulgaribus encomijs honoratus fuit, ast si causam nosse desideratis tantæ prærogativæ, me auscultetis velim: Nimirum erga Deum propter cœlestia sibi collata beneficia gratus extitit; ita D. Chrysostomo per os Dei discurrente: *Quia te vidi justum coram me in generatione ista, quæ tam mala, quæ in tantam malitiam declinavit, quæ tantam ingratitudinem præ se fert. Te solum invenio gratum.* Sed ab hoc Patriarcha ad aliam veteris quoque Testamenti sanctissimam Annam digrediamur, quæ postquam per laudum canticum pro partu felici Samuelis obtento se Deo gratam exhibuisset, novam ab Heli summo sacerdote sibi audijt annunciari prolem, dicente Scriptura: *Visitavit ergo Dominus Annam & concepit, & peperit tres filios & duas filias.* Sed ecce mysteriosum augurij modum & discursum: *Benedixit Heli Helcanæ & uxori ejus, dixitque ei: reddat tibi Dominus semen de muliere hac, pro fœnore, quod commodasti Domino.* Ubi de Sancto Propheta Samuele, quem in beneficij recepti agnitionem in tabernaculi obsequium parentes consecrarant, sermo erat. Sed cur potius *reddat* dixit, quam *det*? Ecce vobis rationem, quia nimirum Deus dum illi grati animus se nostrum constituit creditorem, seque ad retributionem obligat, unde divus Chrysostomus ait: *Initio non dixerat, reddat tibi; sed dat tibi Deus; verum postquam illa Deum fecerat debitorem, ait: reddat tibi.*

Annæ. 1. Reg. 2. v. 21. Ibid. v. 20.

S. Chrys. h. de Anna.

2. *Quid retribuam &c.* Sanctus Augustinus verba hæc considerans in quodam sermone ad Psalmistam se convertit, dicens: *Retribuere cogitabas, ad hoc accipere quærebas.* Circa quæ eadem verba aliam quamdam ingeniosam considerationem instituit Sanctus Basilius dicens: Facile quidem intellectu esse, verbum *retribuam*, secus vero Ly *retribuit*, in ordine ad Deum positum; siquidem Deus nec ab homine nec à creatura ulla bonum aliquod recipere potest, dicente eodem Psalmista: *Dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges*, præterquam quod ipse suis nos gratijs præveniat, ijsque mediantibus nos mereri faciat, juxta illud tritum axioma: *Deus coronat in nobis sua dona, non nostra merita, Tanta enim est Dei erga homines bonitas* (inquit Concilium Tridentinum) *ut eorum velit esse merita quæ sunt ipsius dona.* Qualiter itaque dubio huic respondebimus, inquit magnus Basilius? *Ne forte quis diceret Paulum Rom. 11. vers. 34. contradicere Prophetæ, cum ait: Quis prior dedit illi, & retribuitur ei? quam pro accepta gratia tu rependis gratiarum actionem, innumerum rejecit, & habet beneficij loco, & tametsi nihil aliud accepit, quam quod suum est, solidam tamen ac sinceram retribuit gratiam, ac si propria dedisset.* Sane si quispiam plenum possideret ducatis seu ungaris ærarium, ex quo quanto plures extraheret, tanto magis accresceret, quis ipsum non fortunatissimum reputaret? Ecce vobis ipsilimam gratitudinis naturam, quanto namque nostra liberalior est in receptis à Deo beneficijs gratitudo, tanto abundantiora nobis eadem comparamus; unde S. Chrysostomus ait: *Magnus itaque futurus gratiarum actio, magnæ divitiæ, in consumptum bonum.* Quam veritatem confirmat in homilia super Genesin, dicens: *Ne simus ingrati, neque dum re ipsa beneficia experimur, gravemur offerre Domino verbis nostris gratiarum actionem, reundant enim in nos;* Quod si de primis gratijs fuerimus, præterquam quod majora nanciscimur, etiam fiduciam nobis magnam comparamus. Quam doctrinam Sanctus Augustinus his quoque insinuat verbis: *In his, quæ jam habemus, laudemus Deum largitorem; in his quæ nondum habemus, teneamus debitorem.* Sed qualiter Deum nobis debitorem futurum esse sperabimus? nonnisi per viam laudis & gratitudinis; ideoque præmittit, dicens: *Laudemus Deum largitorem;* ac proinde David dicebat: *Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi*, moxque confidenter subjungebat: *Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini invocabo.* Salvator quidem noster qui de semetipso ait: *Pater meus agricola est*, beneficum in nos semen suum spargere, nosque divinis suis beneficijs cumulare desiderat, verumtamen terram fertilem & non sterilem pro hoc semine recondendo requirit, qualis terra soli sunt grati; Deus enim ingratos abominatur, unde Sanctus Irenæus ait: *Neque enim Deus cessat aliquando in benefaciendo & locupletando hominem, neque homo cessat beneficium accipere, & ditari à Deo, exceptorium autem bonitatis, & organum clarificationis ejus est homo gratus.*

S. Aug. ser. 151. de temp. c. 5. S. Basil. Hom. 5. in Psalitam Mari. Ps. 15. v. 2. Primis beneficijs grati, merentur ampliora. Conc. Trid.

S. Aug. ser. 16. de verb. Apost. c. 2. Grati beneficijs, Deum faciunt debitorem. Ps. 115. 13. Joan. 15. v. 1. S. Iren. l. 4. c. 24.

3. Inter alias benedictiones quas Sanctus Patriarcha Jacob inter filios suos distribuit, valde mysterijs referta est illa, quam Nephtali est impertitus dicendo: *Nephtali cervus emissus; & dans eloquia pulchritudinis.* Andreas Masius Analogiam & similitudinem considerat, quæ cervum inter & hanc tribum esse videtur; unde dicit: *Sicut cervus emissus & liber in herbosa & fertili terra exulsim ludit, ita & in sua fertili sorte, ludet & exultabit Nephtali.* Hæc enim tribus præ cæteris fertilibus gaudebat agnis, abundantioremque messem exinde colligebat; ac proinde ut se pro bonis à benefactore suo receptis erga eumdem gratam exhiberet, prima erat quæ templo primitias inferebat; atque hæc est causa, quare Jacob subjunxerit: *Dans eloquia pulchritudinis;* neque enim Dei auribus gratior sonus insonare potest, quam redditæ gratiarum actionis. Abulensis quoque hac de re ita scribit: *Dicenatum quod in sorte Nephtali erant terræ nascentia temporaneæ valde, ita quod ibi fructus & segetes crescebant, & maturabantur priusquam in aliis sortibus tribuum. Dicebatur ergo ista terra velox sicut cervus emissus, id est, emissus ad cursum, idem enim signat emissus, quod velox; Dans eloquia pulchritudinis, id est, quod de ipsis novis fructibus & frugibus quæ nascebantur in sorte Nephtali, offerebantur oblationes primitivorum in templo & propter has, sacerdotes pulchras laudes Domino personabant, quæ vocantur eloquia pulchritudinis.* Apostolus enim ait: *Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.* Quanam vero causa tibi fuisse videtur; quod segetes tribus Nephtalim prius maturabantur, copiosioresque erant quam quæ à reliquis tribus colligi solebant? hæc nimirum, quia tribus hæc prima erat, quæ primitias suas offerendo gratam se Deo exhibebat, linguam suam ad benefactorem suum laudandum expediebat, fertilitatem suam non tam cœlorum influentijs, quam Dei benignitati & liberalitati tribuendo.

Gen. 49. v. 28 And. Masius in Josue 19. v. 21. Dei auribus gratissimus sonus est gratiarum actio. Abul. ibid. 1. Cor. 3. v. 8

4. Ecclesiastes inquit: *Ad locum unde exeunt flumina revertuntur, ut iterum fluant.* Omnia namque flumina suum mari tributum inferunt, ita tamen ut hoc fluminum aquas recipiens easdem denuo ad eadem flumina continuanda remittat. S. Thom. hunc Textum adducit, ad infinuanda lucra, quæ nobis comparamus dum grati sumus; unde ait: *Ad principium, unde proveniunt beneficia, reverturtur per gratiarum actiones, ut iterum fluant per beneficiorum exhibitionem.* Cum igitur omnia dona omnes virtutes, & alia charismata quæ à cœlo quam quæ à terra proveniunt, dona Dei sint: dicente Scriptura: *Omne datum optimum & omne donum, perfectum desursum est, descendens à Pane Luminum.* Necessum est, ut eadem agnoscamus, debitasque pro ijs gratias agamus; flumina imitaturi, quæ sicuti tributarijs aquis suis novos à mari influxus sibi comparant, ita quoque & nos Deum laudando summoque Benefactori propter beneficia recepta gratias agendo, ad novos nos favores disponamus. Mare ut nostis omnes, fluminum, torrentium, lacuumque non indiget aquis, & nihilominus has in sinu suo fovere, & colligere tamquam tributum sibi debitum affectat, ut per reciprocam retributionem *iterum fluant.* Ita quoque nec Deus nostris indiget laudibus, gratijs, & benedictionibus, quo igitur fine eas exigit à nobis? respondet D. Chrysostomus: *Non ut nostra celebratione opus habens, hoc fieri vult, sed ut, quidquid ibi lucri est, retorquendit.* Idem quoque Sanctus Pater Homilia 52. in eumdem Geneseos librum, hanc veritatem iterata vice confirmat; postquam enim Deus nobis continuo benefacere, nosque multis bonis à Deo datis gaudere dixisset, ad quæ non advertimus, nec in nobis agnoscimus, mox subjungit: *Nihil tamen aliud à nobis exigit; quam habere gratiam pro his quæ nobis facta sunt, ut pro illa ipsa gratiarum actione, ad ampliora danda provocetur.* Inter alia motiva quæ Sanctus Thomas à Villa Nova ad nos in amorem Dei extimulandos, & ad reddendas pro beneficijs à Deo receptis continuas gratias, adducit, unum est ratio lucri, quod inde resultat; dicit enim: *Si ad amorem non te promovent exhibita beneficia, moveat te saltem vel ipsem exhibendum præmium. Si non vis amare Deum propter Deum, ama jam ipsum vel propter ipsum. Quid enim amore Dei utilius?* Forsitan is qui magnis à Deo beneficijs affectus est, dicere posset, se non amplius cujuspiam ope indigere, non tamen per hoc semetipsum à probrosa ingratitudinis nota eximere poterit: cum igitur lucrum unumquemque ad laborandum excitet, gratiarum vero tributum solvendo dona Dei nobis concessa, augere & multiplicare, ac donatoris benevolentiam nobis magis conciliare possimus, quis adeo insensatus erit, qui hoc lucrum & emolumentum pro viribus consectari non satagat? Sanctus Bernardus in quodam sermone hactenus dicta confirmat, dicens: *Consistenti humiliter & devotè gratias referenti, non immerito ampliora beneficia promittuntur. Nam qui fidelis inventus in modico, jure constituetur super multa, sicut è contrario accipiendis indignus est, qui fuerit de acceptis ingratus.*

Ecclæ. 1. v. 7. Gratitudo similis est mari, quod flumina recepta, iterum effluere facit. S. Thom lect. 4. in c. 1. ad Rom. Jac. 1. v. 17.

S. Chrys. h. 26. in Gen. S. Aug. ser. 16. de verb. Apost. c. 2. S. Bern. ser. 2. de septem misericordijs. Gratitudo multiplicat beneficia. S. Bern. ser. com. pessimum ingratitud. vitium. S. Ambr. l. 5. in Luc. c. 6. Qualiter Deus remunerauerit gratitudinem Noe propter oblatum sibi sacrificium. Gen. 8. v. 21. D. Chrys. h. 27. in Gen.

5. Deus quondam à populo suo omnes sibi offerri justit tam animalium quam hominum primitias in agnitionem singularissimi beneficij, quod in Ægypto receperat, dum omnia Ægypti primogenita occidit, solis Israelitarum reservatis illæsis; cui ittragi, protinus electi populi è servitute successit liberatio. Ast inquies, numquid præceptum hoc populi imminebat minorabatque numerum, dum omnia primogenita Deo consecrari debebant? Nequaquam, quia potius hoc modo longe amplius Israelitæ ampliandi erant; imo unice ob hunc finem id Deus ordinarat, juxta hæc Lippomanni verba: *Ut hac oblatione testentur gratitudinem suam, testari autem gratitudinem opus est acceptissimum Deo, & invitat Deum ad majorem liberalitatem, quare qui ex fide obtulerant primogenita, consecuti sunt parvo sumptu magna Dei beneficia.*

Gratitudo invitat Deum ad majorem liberalitatem. Exod. 13. v. 2. Lippoman. ib.

6. Sanctus Joannes Christi in Cana Galilææ redeuntis descripturus adventum, considerabilem quamdam infinuat circumstantiam, dum ait: *Venit ergo iterum in Cana Galilææ*; cujus hanc assignat rationem S. Cyrillus inquiens: *Libentius cum gratis hominibus & cum ijs, qui beneficiorum sensum aliquem capiunt, Christus conversatur*; postquam enim Christus in nuptijs aquam miraculosè convertisset in vinum, cives illius urbis erga eum affici, ergaque ipsum reverentes & devoti fieri cœperunt; quam cum gratitudinem benignissimus Salvator cognosceret, novis beneficijs, & gratijs eos accumulare itatuit, *majora*, ut S. Cyrillus subjungit, *largiri paratus.* Quapropter accommodatissime B. Laurentius Justinianus inquit: *Nullum officium referenda gratia magis necessarium, quia majora meretur suscipere, qui collata bona de corde non probatur delere. Discе ergo ô homo in gratias referendo non esse tardus; discе ad singula gratias agere; diligenter considera, quæ tibi præstantur à Domino ut, nulla ipsius dona, debita gratiarum actione frustrentur. Nam jugiter sibi subvenire facit, cui impensam beneficium ante oculos semper assistit.* Quibus præmissis, qualiter per condignum laudum gratiarumque tributum ad novas gratias Deum inducamus nobis conferendas, subdit, dum ait: *Invitatur ad magna, qui de parvis gratias agere assuescit, & spem de futuris recipit, qui transacta beneficia recognoscit.*

Joan. 2. v. 46. S. Cyrill. Al. l. 2. c. 115. Christus propter gratitudinem incolarum Canæ altera vice eo divertit. B. Laur. Just. de ligno vitæ c. 7.

7. Sanctus Bernardus in sermone cui titulus est *de septem misericordijs*, idem nobis in hæc verba exhibet lucrum: *Oportet paratum esse hominem & devotum, qui percepta gratiæ munera non modo manere sibi desiderat, sed & multiplicari.* Qui idem Sanctus alibi contra ingratitudinis vitium invehens, hanc eamdem inculcare nititur veritatem, dum ait: *Felix qui ad singula dona gratiæ redit ad eum, in quo est plenitudo omnium gratiarum, cui dum nos pro acceptis non ingratos exhibemus, locum in nobis facimus gratiæ, ut majora adhuc accipere mereamur.* Imo & Sanctus Ambrosius naturam explanat hominum gratorum, qui beneficia & recipere & compensare norunt; quod autem de ijs asserit, nos quoque illi, cui gratias egimus, applicare convenienter poterimus. Dicit itaque: *Nescit virtus mensuram gratiæ, nec contenta referre quod acceperit, vult cumulare quod sumpserit; ne inferior sit beneficio, licet æquetur officio. Non enim cumulo tantum, sed ordine & tempore beneficia pensantur, cum in beneficio pari prior sit, qui prior cœpit; beneficus enim est, qui gratiam cœperit, debitor qui retulerit.*

8. Vix Noë pedem ex Arca protulerat, quando aliquot solicitè circumquaque ad erigendum altare collegit lapides; super quod in gratiarum actionem aliquot ex residuis animalibus, quæ in dicta arca in hunc finem viva asservarat, in acceptissimum Deo obtulit sacrificium: *Odoratusque est Dominus odorem suavitatis.* At vero cupitisne lucrum intelligere? quod Sanctus hic senex inde sibi comparavit? Nimirum Moyses immediate post Deum protestatum fuisse subjungit: *Nequaquam ultra maledicam terræ propter homines. Discamus igitur*, inquit D. Chrysostomus, *quam grata animæ fuerit Noë, & unde ipse sibi multo uberiorem Dei erga se benevolentiam elicuerit: Nam quando Deus talem aliquem videt, qui gratus est de prioribus, largius & cumulatius sua dona in illum*

profundit. Idem quoque Sanctus Pater Homilia 52. in eumdem Geneseos librum, hanc veritatem iterata vice confirmat; postquam enim Deus nobis continuo benefacere, nosque multis bonis à Deo datis gaudere dixisset, ad quæ non advertimus, nec in nobis agnoscimus, mox subjungit: *Nihil tamen aliud à nobis exigit; quam habere gratiam pro his quæ nobis facta sunt, ut pro illa ipsa gratiarum actione, ad ampliora danda provocetur.* Inter alia motiva quæ Sanctus Thomas à Villa Nova ad nos in amorem Dei extimulandos, & ad reddendas pro beneficijs à Deo receptis continuas gratias, adducit, unum est ratio lucri, quod inde resultat; dicit enim: *Si ad amorem non te promovent exhibita beneficia, moveat te saltem vel ipsem exhibendum præmium. Si non vis amare Deum propter Deum, ama jam ipsum vel propter ipsum. Quid enim amore Dei utilius?* Forsitan is qui magnis à Deo beneficijs affectus est, dicere posset, se non amplius cujuspiam ope indigere, non tamen per hoc semetipsum à probrosa ingratitudinis nota eximere poterit: cum igitur lucrum unumquemque ad laborandum excitet, gratiarum vero tributum solvendo dona Dei nobis concessa, augere & multiplicare, ac donatoris benevolentiam nobis magis conciliare possimus, quis adeo insensatus erit, qui hoc lucrum & emolumentum pro viribus consectari non satagat? Sanctus Bernardus in quodam sermone hactenus dicta confirmat, dicens: *Consistenti humiliter & devotè gratias referenti, non immerito amplioria beneficia promittuntur. Nam qui fidelis inventus in modico, jure constituetur super multa, sicut è contrario accipiendis indignus est, qui fuerit de acceptis ingratus.*

D. Chrys. h. de Lazaro. Luc. 4. v. 14. Matth. 9. 25. Cur Christus majoribus ceremonijs usus fuit in resuscitatione Lazari, quam aliorum mortuorum. Lyran. ibid.

9. Quando Abraham jussu Dei Eliezer servum suum in Mesopotamiam misit, ut Isaac filio suo sponsam eligeret, simul eidem servo specialissimam cœli assistentiam promisit, dicens: *Ipse mittet Angelum suum coram te, & accipies inde uxorem filio meo.* Legatis licet Scripturam sacram, nusquam tamen Abraham hanc à Deo promissionem accepisse reperietis; cum tamen revelationes, apparationes, & visiones quas Abraham à Deo habuit, à Moyse instinctu Spiritus Sancti exactissime sint conscriptæ; qua igitur fiducia Abraham securum reddere servum suum potuit de hoc secuturo prospero eventu? Pro responsione observandum, quod quia Abraham coram eodem servo omnia divina beneficia, quibus hactenus cumulatus à Deo fuerat, grata mente recensuit, hæc gratitudo certam ei spem suggessit qua in futurum deinceps se multo majora recepturum esse confidebat, audiamus hac de re Oleastrum in hæc verba scribentem: *Admonui supra, justorum esse morem, enumerare accepta beneficia, cum nova accipere cupiunt: Similiter ex acceptis beneficijs animum sumere accipiendi majora.*

Gen. 24. v. 7. Abrahain propter gratitudinem, sibi certam persuasit assistentiam Angeli famulo suo. Oleast. ibid.

10. Salvator noster filium viduæ ad vitam revocaverat, sequentia verba proferendo: *Adolescens, tibi dico surge*; filiam vero Archisynagogi resuscitavit, manum ei porrigendo: *Tenuit manum ejus, & surrexit puella.* At verò quando Lazarus ab eo resuscitandus erat, quæ non fecit? imo quæ non dixit? etenim affectuosam quamdam gratiarum actionem æterno Patri suo factam remisit, dicendo: *Pater gratias ago tibi quoniam audisti me.* At vero ex quo hoc resuscitationis miraculum nondum patraverat, cur æternum Patrem suum his verbis alloquitur, quasi jam de facto illud præterito tempore accidisset? quia nimirum gratiarum actio, earum gratiarum quas postulamus, consecutionem certam & securam facit; nam ut Lyranus ait: *Deus ex gratiarum actione de præteritis, ad præsfanda beneficia sequentia provocatur.* In duobus alijs suscitandis major videtur fuisse facilitas: At vero hic quando cadaver aliquod putrefactum, quatriduanum suscitandum erat, ut illud è monumento egredi faceret, licet in manibus & pedibus, per vincula fortiter constrictum & facie velatum esset, ad hoc miraculum cæteris eminentius patrandum hac loquendi formula uti voluit: *Gratias ago:* non quasi Omnipotentia & Sapientia ejus hac gratiarum actione indigeret, sed potius ut modum nos doceret, quem observare debemus, ut gratias à Deo recipiamus, & quidem gratias tales, quæ præcedentibus longe sunt majores, qui modus in eo consistit, ut pro gratijs receptis gratias Deo referamus. Merito igitur Euthymius in hæc verba exclamat: *O maximum ac duplum miraculum, non solum qui jam olebat resurrexerit, sed etiam qui obvinctus erat, exivit à monumento. Itaque gratiarum actio dispensationis erat jussio ac opus auctoritatis.*

Euthym. ibid.

DISCURSUS VII.

ARGUMENTUM.

Receptorum beneficiorum gratitudo ad nova impertienda beneficia benefactores impellit.

THEMA.

Ad locum unde exeant flumina, revertuntur, ut iterum fluant. Eccles. 1. v. 7.

Flumina gratiarum actionis reverti debent ad mare beneficiorum.

1. APtissima profecto est hæc præsens ab Ecclesiaste adducta similitudo, qua gratitudinis effectus declarat, eo ipso enim quo aquæ debitum mari tributum persolvunt, iterum revertuntur ut de novo in fontibus & fluminibus suis scaturiant & fluant; *Ad fontem unde exeunt flumina, revertuntur, ut iterum fluant.* Sanctus Bernardus hunc Textum adducens ait: *Non vero ut minus habens, quod dederat Christus, repetit, sed ne tibi pereat quidquid ad eum referre volueris; siquidem etiam fluminis aqua si stare cæperit, & ipsa putrescet, & inundatione falta superveniens repelletur. Sic plane, sic gratiarum cessat decursus, ubi recursus non fuerit, nec modo mihi augetur ingrato, sed & quod acceperat, pertitur ei in perniciem.* Sanctus Antoninus quoque ut nos ad gratitudinem extimulet his Ecclesiastis verbis utitur, dicens: *Flumina, scilicet gratiarum, de Mari omnia exeunt, scilicet divinæ largitatis, & si non revertantur ad ipsum mare unde exeunt, scilicet per beneficiorum recognitionem, & gratiarum actionem, ædificantur, & aqua gratiæ provadat, & si redeant ad mare, id est, ad Deum, regratiando, vel recognoscendo ab ipso venire, ab eo recipiunt influxum aliarum gratiarum seu beneficiorum.*

S. Bern. ser. 1. in cap. jejunij.

S. Antonin. 4. p. sum. Theol. c. 5. Tit. 12. §. 1.

Cur odor sacrificij, à Noe Deo oblati, ipsi fuerit gratissimus, & oblatori proficuus.

2. In præcedentibus discursibus varias adduximus, considerationes circa sacrificium à Noë, postquam arcam egressus fuerat, in gratiarum actionem subito oblatum; circa quam Divus Chrysostomus quoque in quadam Homilia ita inquit: *Cum egressus ex arca, & in pristinum statum restitutus esset, statim benedictionem consecutus est, & iterum solitam præ se tulit gratitudinem, factaque gratiarum actione, etiam tum majoribus beneficijs divina gratia eum cumulavit. Mos enim divinæ misericordiæ est, ut si nos tenuia quædam & vilia obtulerimus, sed tamen obtulerimus multa liberalitate nos remuneret.* Nequaquam æstimandum est Deum sibi complacuisse in odore fumi carnium super prunis assatarum, quando animalia concremabantur, ut proinde Moyses dixerit: *Odoratusque Dominus odorem suavitatis.* Quin potius gratam habuit animi grati & venerabundi à sancto hoc senioulo editam fragrantiam. Unde Lyranus ait: *In hoc ostenditur acceptatio divina, & per consequens Noë devotio declaratur, quia tales oblationes non erant acceptæ Deo, nisi ex fide & devotione offerentium, & quia propter gratitudinem in aliquo beneficio, homo meretur aliud beneficium, ideo post beneficium liberationis, datur beneficium assecurationis, cum dicitur: Nequaquam ultra maledicam terræ.*

Gen. 8. v. 21.

Lyran. ibid.

Jacob propter gratitudinem plura à Deo expectavit beneficia.

3. In libro Geneseos Jacob Patriarcha Dei beneficentiam suam in memoriam revocans, ait: *Tu locutus es quod benefaceres mihi, & dilatares semen meum sicut arenam maris.* At vero quonam fine S. hic Patriarcha Deum factæ sibi promissionis memorem facere voluit? num forte timuit ne Deus promissionis factæ oblitus fuisset, vel suam mutasset voluntatem? ex neutro capite profecto timebat sed solum manifestum facere voluit, quod beneficia à liberalissima Dei manu sibi exhibita cordi suo tenacissime insculpta teneret; sed quo fine id manifestavit? utique non propter ostentationem sed potius quia in necessitate constitutus, alia beneficia à Deo postulare debebat, nec frustra hoc fuit usus consilio, quia à multis periculis sibi ex odio Esau fratris sui imminentibus ereptus, facultatibus & familiæ suæ de securitate prospexit, fratrem sibi reconciliavit: Tota nocte cum Angelo luctatus victoriam obtinuit, gloriosissimum Israëlis nomen, à quo postea omnes Hebræi Israëlitæ appellati fuere, sibi imponi meruit, ac proinde sanctè gloriari potuit dicendo: *Vidi Deum facie ad faciem, & salva facta est anima mea,* & hæc omnia quidem obtinuit ut Cajetanus observat, *ad fontem gratiarum recurrens*: sciebat namque quod ad hoc gratiarum tributum recurrendo, spe sua nequaquam defraudari posset.

Gen. 32. 12.

Cajetan. ibid.

4. Cum Loth in Sodoma constitutus, familiarum à communi incendio præservandam esse sciret, prout ei promiserant Angeli, quos hospitio susceperat: jamjam inde discessurus, his verbis Deum rogavit: *Quæso Domine mi, Quia invenit servus tuus gratiam coram te, & magnificasti misericordiam tuam quam fecisti mecum, ut salvares animam meam, nec possum in monte salvari, ne forte apprehendat me malum, & moriar; Et civitas hæc juxta, ad quam possum fugere, parva, & salvabor in ea; numquid non modica est, & vivet anima mea?* At vero numquid ei sufficere debebat, quod ipse cum universa familia sua ab incendio Sodomæ præservatus esset, cur igitur insuper parvæ illius civitatis præservationem efflagitavit? in quonam postulationis hujus spes fundata erat? Oleaster inquit: *Volebat petere nobis liberationem, sed prius proponit collata beneficia, quæ valde exaltat, ut nos doceat, cum volumus nova obtinere bona ab aliquo accepta numerare, quod & David fecisse invenies.* 2. Reg. 7. *Quis, inquit, ego sum, & quæ domus mea, quia adduxisti me huc usque?* quibus nimirum verbis ad illam alludit promissionem quam Nathan jussu Dei ei fecerat, scilicet quod regnum ejus futurum esset æternum, eo quod Messias suam ex ejus stirpe suscepturus esset humanitatem: Mox enim ut hoc audivit, immensa quæ ad illum diem usque à Deo acceperat beneficia commemorare & meditari cœpit: observandum vero est, quod facer Textus post recensitum hoc gratitudinis Davidicæ testimonium subito commemoret victorias aliasque novas prosperitates, quibus Deus illum auxerat: *Factum est,* inquit, *post hæc, percussit David Philistijm, Et percussit Moab,* &c. *percussit Adarezer*, sciebat namque David gratitudinem securitatem quamdam viam esse, ad novas à Deo gratias recipiendas, ac proinde iu Psalmo duodecimo his Deum verbis alloquitur: *Ego in misericordia tua speravi: Exultavit cor meum in salutari tuo*; At vero scitisne in quonam hæc ejus spes fundabatur? nimirum in eo quod protinus subjungit: *Cantabo Domino qui bona tribuit mihi & psallam nomini Domini Altissimi.* Idem quoque David alia quadam vice hanc sibi gratiam fieri postulavit: scilicet: *Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ*: & quasi futuræ exauditionis pignus in manibus teneret, protinus subjungit: *Et exultabit lingua mea justitiam tuam, id est,* ut Divus Chrysostomus exponit: *Loquetur lingua mea misericordiam tuam: Neque enim veniam consecutus tacebo: Verum laudes tuas sine intermissione ulla canam, ac beneficia tua commemorabo.*

Oleaster ib.

2. Reg. 7. 18. David commemorando beneficia Dei, insignes promeruit victorias contra hostes.

Psal. 12. v. 6.

Ibid.

Psal. 50. v. 16.

Ibid. D. Chrysost. hom. 1. in Psal. 50.

5. Priusquam Salvator noster in deserto panes & pisces multiplicaret, turbisque divideret, linguam suam in gratiarum actionem æterno patri suo reddendam expedivit, dicente Joanne Evangelista: *Accepit ergo Jesus panes, & cum gratias egisset, distribuit discumbentibus.* Quæ actio sine dubio ad aliquod mysterium ordinata fuit; siquidem Christus *omnia in sapientia fecit.* D. Chrysostomus ad aliud quidem propositum inquit, quod tamen præsenti materiæ congruè adaptari potest, videlicet: *Mensa ab oratione sumens initium & in orationem desinens, numquam deficiet, sed unde largius omnia nobis adfert bona*; Eamdem quoque causam Albertus Magnus his verbis tangit: *Ut nos doceret, non sine gratiarum actione & verbo orationis panem sumere, & ideo cum alia miracula sine tactu & oratione perfecerit, hic & tangit propter benedictionem, & gratias agit propter divinæ largitatis Donationem*; Alij etenim Evangelistæ addunt Ly *Benedixit*, idque Dion. Carth. inquit: Ut priusquam mensæ accumbamus, eamdem benedicamus. Rupertus Abbas notat Christum in hac gratiarum actione nobis dare voluisse exemplum, ut & nos gratissimus, tam pro beneficijs receptis, quam pro illis quæ speramus: *Videlicet ut nos de perceptis vel percipiendis cœlestis gratiæ donis, exemplo suo gratias agere præduceret.* Cajetanus Christum in hoc nobis insinuare voluisse existimat, quod spes novas gratias recipiendi, fundari debeat in gratiarum actione pro beneficijs præcedentibus exhibita: *Ad eruiendum nos,* inquit, *quod futurorum petitio ex præteritorum gratitudine conjungit.* Enimvero gratias reddendo nosmetipsos gratijs minime privamus: Quæ quidem propositio prima facie contradictoria esse videtur, siquidem experientia contrarium doceat; Qui enim alteri adamantem reddit, semetipsum ut illo privet, necesse sum est, & tamen in præsenti materia contrarium fit, nam quando hoc gratiarum tributum persolvimus & reddimus,

Cur Christus panes & pisces multiplicaturus, prius egerit gratias, Joan. 6. v. 11.

D. Chrysost. h. 72. ad pop.

Albert. Mag. in Joan.

Dion. Carth.

Rup. Abb. l. 6. in Joan.

Ut nos doceret gratias agere pro donis cœlesti. bus.

Cajetan. ib.

reddimus, secutos nos facimus, quod novarum gratiarum creditores fiamus. Nam ut S. Ambrosius ait: *Gratiam & qui reddit habet, & qui habet, in eo ipso quod habet, solvit, nam & redeundo habetur, & habendo redditur.* Quis scalam Jacob non admiretur, in qua ascendentes & descendentes Angeli videbantur? Quonam fine Deus hujus scalæ vertici innixus erat: *Et Dominum innixum scalæ?* S. Bernardinus inquit: *Dominus innixus describitur scalæ, quasi desiderio flagrans, & nostra bona opera acceptare, & propter illas novas gratias nobis multiplicare.* Nam ut Seneca ait: *Beneficia plura accipit, qui scit reddere.*

S. Ambr. l. 8. in Luc.

Gen. 28. v. 13. S. Bern. s. 1. ser. 63. in princ. Senec.

Machabæorum Victoriæ ab illorum gratitudine provenerunt.

6. Tametsi Macchabæi in exiguo numero constituti cum Regum validis exercitibus pugnaturi essent, atque insuper inimicos domesticos haberent, nihilominus à Deo prosperati, plurimisque victorijs & triumphis adaucti fuere; sed undenam hæc ipsorum gloria derivabatur? Nimirum quia gratiarum actionem non omittentes, oculos suos in beneficia à Deo accepta defixos habebant. Postquam enim templum purificassent, inquit sacer Textus: *Adoraverunt & benedixerunt in cælo eum qui prosperavit eis.* Similiter Judas victo Timotheo, fortique illius præsidio superato, mox in gratitudinis exhibitionem prorupit: *In Hymnis & Confessionibus benedicebant Dominum, qui magna fecit in Israël.* Omnes namque eventus prosperos non sibi, sed Deo immediate attribuebant.

1. Machab. 4. v. 55.

2. Machab. 10. v. 38.

Gratitudo assimilatur lusui pilæ.

7. Apud certum quemdam Authorem ingeniosam invenio similitudinem, qua utilitas quam ex hoc gratitudinis exercitio recipimus, aptissime exprimitur; Dicit enim hic Author: Opera nostra bona in Deum referre debemus, quemadmodum dum pila luditur, jacit unus, alter vero refert illam, tamdiuque ludis producitur, quamdiu inter utriusque manus jacta & reciprocata pila non excidit: atque ita qui pilam non rejicit perdit: Eodem modo omnis ingratus suum non compensans beneficium, spe destituitur novorum recipiendorum; Secus vero qui gratus existit: *Qui gratus futurus est*, verba sunt Senecæ, *statim dum accipit, de reddendo cogitat.*

8. Mirabilem semper obstupui illam de servo Eliezer in libro Geneseos Historiam, qui de sponsa, Isaaco præparata certificandus, ita secum discurrebat: *Puella, cui dixero, inclina hydriam tuam, ut bibam, & illa responderit: Bibe, quin & camelis tuis dabo potum, ipsa est quam præparasti servo tuo Isaac.* Quæ quidem ad sponsam eligendam indicia judicia esse videbantur & nihilominus exitus Discursibus imaginationibusque famuli punctualissime correspondit. Cujus si causam nosse vultis, Cajetanum audite dicentem: *Laudat Deum, gratias agendo.* Imo & ipse Abraham, fervum ablegaturus ingentem beneficiorum divinorum cumulum recensuit, idque ut Cajetanus subjungit: *Ad persuadendum servo ex tot beneficijs sibi à Deo collatis, quod non deseret ipsum in hoc negotio, sed mittet Angelum suum antecedentem ipsum ad hoc, ut succedat negotium ad votum, & hoc vere rei probavit eventus.* Quin & ipsemet magnus hic Patriarcha hac in virtute radicatus erat, quia quando vice quadam à Domino sibi dici audierat: *Ponam fœdus meum inter me & te, & multiplicabo te vehementer nimis.* Indilate ut sacer Textus attestatur, *Cecidit Abraham pronus in faciem.* Ubi Divus Chrysostomus notat Abrahamum non expectasse promissi adimplectionem, sed subito in eo ipso momento in devotissimum prorupisse gratitudinis actum. *Non expectavit*, inquit S. Doctor, *donec promissa complerentur, sed & mox pro promissione gratias egit, & faciebat quod in se erat, ut de præcedentibus dignam & sinceram gratitudinem præ se ferens, Dominum suum provocaret ad promissiones suas implendas.* Verumtamen tantæ gratitudinis forsitan expectabitis intelligere fructum, audite itaque quid immediatè subjungat Moyses: *Dixitque ei Deus, eris pater multarum gentium, nec ultra vocabitur nomen tuum Abram, sed appellaberis Abraham; quia patrem multarum gentium constitui te, faciam te crescere vehementissime & Reges ex te egredientur.*

Gen. 24. 14. Unde Eliezer cognoverit quæ puella futura esset sponsa filij Domini sui.

Abraham radicatus fuit in virtute gratitudinis. Gen. 17. v. 2. Ibid. v. 3.

D. Chrysost. h. 14. in Gen.

Gratitudo etiam anticipat auxilium, & dona Dei.

9. Curiosum in præsenti factum mihi occurrit, adductum in vita servi Dei Joannis Baptistæ Fulginiensis, qui cum in opinione rarè bonitatis sanctitatisque obierit, circa vitam suam ut processus hodie formentur, meruit in Ecclesia. Quidam igitur homo varijs suggestionibus motibusque carnalibus tentatus, ad orationum virique hujus devotissimi confugit Consiliorum asylum; qui cum varia ei remedia, sed incassum, assignasset, tandem hoc ei suggessit: Si te iterum tentatio invaserit, genu flecte, inque gratiarum actionem, quasi hostem jam victum, Hymnum Te Deum laudamus cane: Obedijt itaque, victorque evasit qui tentabatur, ecce vobis qualiter gratitudo etiam anticipata, id est, ante beneficium collatum, exhibita certissima sit divinarum gratiarum recipiendarū arrha.

10. Sanctus Joannes de Paralytico quem Christus post triginta octo annorum spacium in lecto decubum, inque templo repertum sanavit, ita scribit: *Postea invenit eum Jesus in templo & dixit illi, ecce sanus factus es, jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Abijt ille homo & nunciavit Judæis, quia Jesus esset, qui fecit eum sanum*: Ast nimquid hanc in benefactorem suum, ipsi velut vero Messiæ acclamando prius exhibere debuisset gratitudinem? Verum quidem hoc est, id tamen facere non potuit, quia ut ex hoc S. Joannis textu colligitur, paralyticus iste antea Christum quis esset nondum agnoverat. Et ideo novum hic exurgit dubium, videlicet quonam merito hanc sibi de Christi Messiatu perfectam notitiam acquisiverit in templo? Cui dubio respondet Euthymius: *Invenit eum orantem ut opinor & Deo gratias agentem*, Per hanc igitur gratitudinis viam, se disposuit dignumque effecit, novo Dei lumine & notitia. Atque ideo quantumvis Judæos contra se ob publicum hocce testimonium exacerbandos esse sciret (*Conspiraverant enim Judæi, ut si quis eum confiteretur esse Christum, extra Synagogam fieret*) nihilominus gratitudinem cuicumque præponderare censebat periculo; præterquam quod credibile sit, eum omne floccifecisse discrimen, cum certus esset hanc gratitudinem apud benefactorem suum adeo sibi patrocinaturam, ut per ejus potentiam, ab omni sinistro deinceps eximeretur eventu.

Joan. 5. v. 14. Ibid. v. 15. Paralyticus à Christo curatus, tunc primo cognovit illum esse Messiam, cum in Templo oraret, & Deo gratias ageret. Euthym. ib.

Joan. 9. v. 22.

11. Hugo Victorinus hucusque dicta confirmaturus hoc sequenti Discursu nostrum magnifice confirmat intentum, dum ait: *Origo fluminum, & fontium, mare viruum, & scientiarum Dominus Jesus. Ex isto fonte manant, ut ad locum unde exeunt, flumina gratiarum revertantur, ut iterum fluant. Remittantur itaque ad fuum principium, cœleste profluvium, spirituales vivi proprio fonti sine fraude & sine intermissione reddantur, ut arva mentium rigare non desinat. Qualiter inquit? Audi Apostolum: In omnibus gratias agentes, ut, quidquid Sapientiæ, quidquid virtutis habes & gratiæ, totum Dei virtuti & Dei adscribas Sapientiæ.*

Hug. de S. Vict. t. 3. Erudit. Theol. ex miscell. 2. l. 2. c. 54. Confirmat intentum Hug. Vict.

12. Si quis nostrum mille scutorum debitor existeret, eumque creditor ad solutionem urgeret, non quia ipse tali indiget pecunia, sed ut per hujusmodi solutionem magis magisque debitori benefaceret, eum protegeret & amaret, numquid debitor solutionem procrastinans, stultitiæ notam incurreret manifeste? Ita sane; Sed moraliter ad intentum discurrentem audiamus D. Chrysostomum: *Gratias Deo agamus*, inquit *qui tanta apud nos beneficia collocavit. Neque enim grave aliquid & onerosum à nobis requirit, sed solum ut testemur & fateamur beneficia sua: Et pro his gratias referamus: Non quod ipse his egeat, qui sufficientissimus est, nullaque re indiget: Sed ut nos discamus authorem bonorum nobis conciliare; nam sic ipsum ad majorem nostri solicitudinem provocabimus.* Nobis itaque dicto laudum, gratiarumque tributo, summi Dei, qui in fœmore scriptum habet: *Rex Regum & Dominus Dominantium*, gratiam, amorem, protectionemque multiplicamus.

Gratias agendo, plura acquirimus beneficia.

D. Chrysost. h. 10. in Gen.

DISCURSUS VIII.

ARGUMENTUM.

De diversis, qui gratitudinem in benefactores exhibuerunt, exemplis.

THEMA.

Replebitur retributione domus illius. Eccli. 23. vers. 14.

Qui est liberalis in alios, grati animi experitur affectum.

1. HÆc Ecclesiastici verba, ab eo quidem ad aliud intentum prolata, ad remunerationem nos accommodare poterimus, quæ tam illum qui beneficit, quam cui beneficium exhibetur, consequitur: Qui enim suas in alium liberaliter dispergit gratias, in eo ut plurimum grati animi experitur affectum; quique gratus existit, post recepta beneficia, sed de novis recipiendis

piendis assecurat,& clientem ad novam obligat gratitudinem ; ita ut in præsenti illud optime verificetur edictum : *Replebitur retributione domus illius.* Filius Dei in judicio finali, quando in totius cœli, terræ & inferni præsentia æternam largiturus est retributionem, bona eorum quæ in pauperibus ab ipsis recepit, tamquam personæ suæ propriæ exhibita memorabit; Matth. 25. v. 35. Dicit namque : *Esurivi & dediſtis mihi manducare*, &c. Ubi Jansenius inquit : *Mira relucet Christi benignitas, quod tantilla charitatis opera recensere sit dignatus, tamquam ea, quibus pro mercede reddatur regnum.* Imo in Sancto Matthæo Salvator ipsemet hoc expressivum summæ charitatis, statuit promissum : *Quicumque potum dederit uni ex minimis istis, calicem aquæ frigidæ tantum, ... Amen dico vobis, non perdet mercedem suam* ; Id quod Psalmista diu ante prædixerat, inquiens : *Confitebitur tibi cum benefeceris ei.* Quis enim adeo erit ingratus, qui post accepta beneficia benefactori suo gratias non referat ? *His laudibus dignus est*, inquit Theodoretus, *qui divitias in proprium utilitatem dispensavit, quandoquidem beneficia in alios collata in ipsum beneficij authorem revertuntur.*

Jansen. c. 126. Conc. Evang. Matth. 10. v. 42. Psal. 48. v. 19. Theodoret. ib.

2. Joseph Patriarcha in Ægypto pauper erat, aulici cujusdam, seu potius Eunuchi servitijs adstrictus adulterij calumnia defœdatus, ac proinde tamquam reus longo tempore carceris compedibus vinctus ; at vero postquam Pharaonis somnia interpretatus fuisset, hic tantam erga illum exhibuit gratitudinem, ut eumdem ad thronum Regium evectum, suum totius Ægypti declaraverit Vice-Regem, eique dixerit : *Uno tantum Regni solio te præcedam.* Moyses in Madian vesut in exilio oberravit, *Negavit se esse filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei* ; Ob defensum Hebraismum Regis furorem declinans, & fugiens, *moratus est in terra Madian omnino incognitus* ; At verò quia filias Sacerdotis terræ illius à peregrinorum pastorum insultibus defenderat, loco retributionis in ejus domum benigne susceptus, atque cum una filiarum suarum conjugali vinculo copulatus fuit, Raab Gentilis erat & meretrix infamis, atque in civitate Jericho, quam divinæ Justitiæ fulmina in extremum exterminium redactura erant, morabatur; At vero quia cum propriæ vitæ periculo exploratoribus populi Israël hospitalitatem in domo sua exhibuit, jussu Josue Ducis, non solum ipsa sed & omnes domus suæ familiares præservati fuerunt, ipsa vero deinceps à Deo illuminata, relicto idololatriæ cultu ad veræ Religionis Hebraicæ professionem se recepit. Quia Gedeon jugum quod Madianitæ Hebræis imposuerant, excussit, memorabilem illam de eis reportando victoriam, omnes certatim summum ei obtulerunt principatum, dicentes: *Dominare nostri tu, & filius tuus, ... quia liberasti nos de manu Madian.* In Actibus Apostolorum legimus, quod media nocte Paulus & Silas orantes laudabant Deum ; ex hoc autem laudum divinarum sancto exercitio, quia nimirum pro sua incarceratione & persecutione (quæ Sanctos communiter consequitur Deo gratias reddebant, factum est quod portæ carceris apertæ, non solum ipsi, sed & alijs concaptivis qui Cantica illa virorum Apostolicorum auribus exceperant, liberum exitum indulserint. *Hoc igitur studeamus & nos facere*, inquit Divus Chrysostomus, *& aperiemus nobis non carcerem sed cœlum.* Si enim in omnibus tam prosperis quam adversis eventibus Deo gratias egerimus, Deus nobis beneficiorum & favorum suorum ærariu liberalissime pandet. Unde Sanctus Basilius ad hanc pro beneficijs receptis gratitudinem nos exhortans ait : *Ut pretiosum quoddam depositum, gratiarum actionem in anima tua custodias, & recipies eu quoque duplicem illius jucunditatem, remnisceere Apostolici dicti : In omnibus gratias agite.*

Exod. 2. v. 15. Raab. Josue 6. v. 1. Gedeonis. Judic. 8. v. 22. Act. 16. Paulo & Silæ orantibus & Deum laudantibus, aperitur porta carceris. D. Chrys. ib. S. Basil. h. de divit. & avar.

3. Porrò quod nomina eorum qui gratos se pro beneficijs exhibent in libro vitæ describantur, ut ego existimo, idipsum ex textu quodam Sancti Matthæi clare deduci posse videtur. Cum enim Salvator noster in regionem se recepisset Gerasenorum, duo illi occurrerunt Dæmoniaci. Quam eamdem Historiam SS. Marcus & Lucas describentes, unius dumtaxat meminerunt, quorsum autem hæc differentia, siquidem duo fuerunt ? Hi ultimi duo Evangelistæ non negarunt plures fuisse inibi Dæmoniacos, sed unum dumtaxat reliquis insigniorem nominarunt: *Quem Regio ipsi maxime dolebat*, inquit Sanctus Augustinus, *& pro cujus salute populus fatagebat de quo facti hujus fama præclarior flagravit.* Divus autem Chrysostomus hunc unum singulariter memoratum fuisse opinatur, eo quod à crudeliori Dæmonio, prout ex Evangelio eruitur, vexaretur. Alia vero opinio nostro favet proposito, hunc Dæmoniacum Salvatori gratum extitisse advertit, & ideo ex dæmoniaco in ministrum transijt Apostolicum, nam ab ipso Salvatore, ad tantum omni in loco miraculum deprædicandum ablegatus fuit, dicente Scriptura : *Dimisit autem eum Jesus, dicens : Redi in domum tuam, & narra quanta tibi fecit Deus; Et abijt per universam civitatem, prædicans quanta illi fecisset Jesus.* De altero autem Dæmoniaco nihil horum traditur, siquidem ne vel unicum gratitudinis verbum Christo reddidisse describitur, ita ut de ipso illud (quod Hugo Cardinalis de novem alijs leprosis erga benefactorem suum ingratis, qui ubi essent, Christus interrogavit, dicens : *Novem ubi sunt ?* scribit) affirmari posset: *non ex ignorantia quærit, sed ingratos ingotos reputat.*

Matth. 8. v. 28. Quia dæmoniacus liberatus Christo gratus fuit, elegit eum in suum ministrum. S. Aug. l. 21. de mirab. S. Script. c. 24. D. Chrys. Luc. 8. v. 38. Ibid. v. 39. Luc. 17. v. 18. Hug. Card. ib. Cant. S. v. 3. S. Bern. ser. 51. in Cant. n. 5.

4. Sanctus Bernardus illa Canticorum verba (*Læva ejus sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me*, interpretans ita subtiliter ad nostrum pariter intentum suum acuit calamum, inquiens: *Fœlix anima quæ in Christi recumbit pectore & inter verbi brachia requiescit ; Læva ejus sub capite meo & dextera illius amplexabitur me ; non ait amplexatur, sed amplexabitur, ut noveris prioris gratiæ adeo non ingratam, ut secundam gratiarum actione prævenerit.* Quæ verba nos docent, ne in reddendo gratitudinis tributo, post recepta beneficia, tardi pigrique inveniamur : *disce in referendo gratiam non esse tardus, ut segnis disce ad singula dona gratias agere ; Diligenter considera quæ tibi apponuntur, ut nulla videlicet Dei dona, nulla gratiarum actione frustrentur, non grandia, non mediocra ; non pusilla, denique minutur colligere fragmenta, ne pereant, id est, nec minima obliviſci beneficia.* Quæ animo meo agitanti, Historia occurrit Patriarchæ Joseph, qui fratres suos quos proditores appellabat, mortificaturus, ut Benjamin in Ægyptum conducerent. Simeonem incarceravit; Sed cur obsecro non potius Ruben, utpote primogenitum, vinculis mancipavit ? Quia nimirum memoriam abolere nolebat beneficij ab eo recepti, dum hic fratribus mortem Josepho intentantibus se opposuit, consuluitque ne sanguine fraterno manus suas conspurcarent, quin potius puerum in vicinam cisternam, postmodum in mancipium divendendum projicerent; quam circumstantiam his verbis intinuat Theodoretus : *Noverat animum ipsius Ruben, & probè sciebat, quanta defensione pro eo usus esset apud fratres, & quantum laboravit pro salute.*

Gen. 41. v. 40. Recensentur remunerata beneficia Joseph. Hebr. 11. v. 24. Moysis. Exod. 2. v. 15. Gen. 41. 14. Cur Joseph in Ægypto non incarceraverit Ruben, sed Simeonem. Theodoret. Q. 102. in Gen.

5. Alia quoque gratitudinis celeberrima in Historijs occurrunt exempla, quorum aliqua in præsenti pariter subjicere libet. Rusticus quidam Sancto Antonino Archiepiscopo Florentino Corbem obtulit fructibus plenam, non nescius quanta liberalitate Archipræsul pauperes ditaret ; unde & ipse abundantem se remunerationem accepturum sperabat. Donum benigne suscepit Sanctus, locoque remunerationis ei dixit : *Retribuat tibi Deus.* Male itaque contentus discessit Donator, quod ut Sanctus Archiepiscopus intellexit, eum revocari jussit, ut suam illi gratitudinem docet adeo à rustico æstimatam clare demonstraret. Dicta igitur verba in chartula describi jussit Sanctus, assumptaque bilance in una hujus parte chartulam, in altera vero corbem collocavit pomis refertam, moxque evidenter omnibus spectantibus pars illa ubi charta erat, quasi pondus gravissimum foret præponderavit pomis; tumque Sanctus ad rusticum conversus ait : *Ne me ingratitudinis argue, disce vel sero divina tuis munera præponderare.* Gratitudo enim pro beneficijs exhibita, donis præstitis æquivalet, imo etiam sæpe superior est quando nimirum gratitudo est ordinis superioris, id est, quando quis non habens unde benefactori retribuat, Deum rogat, ut retributionem in nomine suo faciat. P. Rho de Matthia Paulo VVagnero Societatis Jesu Sacerdote refert, quod pestilentia correptus supra modum doluerit, quod se ijs qui cum evidenti propriæ salutis periculo ipsi inferviebant, gratum se exhibere non posset : Eosdem tamen consolatus fuerit dicendo, se id facturum eo modo, quo id sibi facere permissum esset : *Itaque dimidiam bonorum eorum partem, quæ ex acerrimorum dolorum patientia sibi obventura sperarent, se ijs libentissime transcribere dixit.*

Vinc. Manard. in vita S. Antonini. Gratiarum actio, præponderat alijs muneribus præclarum hujus exemplum. Rho. Hist. cit. l. 4. c. 8. §. 5.

6. De Balduino Rege Jerosolymitano legitur, quod cum in prælio Admirato Turcarum capite victo uxorem ejus partui vicinam captivam accepisset, eidem de tentorio, lecto, omnibusque alijs necessarijs prospexit, illique & toti familiæ ipsius omnia lautissime subministrando, & vestis loco propriam chlamydem cedendo, eamdem demum læsam ad maritum suum remisit. Quia vero post aliquod temporis spatium idem Balduinus à Turcis victus, postquam se in Ramam fortalitium valde munitum, ad vitam salvandam se recepisset, nocturno tempore Admiratus clam accessit : *Qui plus accepti beneficij* (verba sunt Historiæ) *quam ob religionis diversitatem, odij, aut etiam prædæ, quam sperare posset, memor, periculi imminentis magnitudinem aperuit, postridie enim mane Turcas imperum facere in eum constituisse : Si se sequeretur, incolumem se servaturum esse promisit, & promissis reipsa satisfecit.*

Flor. Exempl. t. 4 c. 7. n. 32. §. 4. Stupendum grati militis exemplum, qui se morti obtulit pro benefactore.

7. In expugnatione Castri Cronzoniæ, quod Galli Hispanis violenter eripuerant, Aumuntius Marescallus Exercitus, omnibus, quos in exercitu habebat, militibus præcepit, ut omnes in castro repertos minutim truncarent; cumque omnes obvios in ore gladij interimerent, jamque castrum in omnibus locis sanguine manaret, sequens memorabile factum contigit : *Dum maxime ira cædibus incalesceret, nec tam pugna, sed ſtrages esset, Anglus gregarius, Hispanum, qui se in latebras penetraverat, indeptus, jugulaturus protrahebat, cum subito agnitum bono animo esse jussit, non perituram. Aderant jam Manipulares Hispanumque ad cædem deposcebant ; Abſterrere Anglus, & si in deditio fieret, ferro se repulsurum : exorta inde rixa, & clamore invicem sublato, ad Aumuntium res tota defertur, qui accitum Anglum suo cum Hispano interrogat, quid ita jussa ducis intempestiva illa humanitate contempserit, facessat illico imperata, ne perire velit. Enimvero Anglus, moriturum se cum Hispano, si vitam illi conservare non posset, se profiteur. Agnovisse se hominem, à quo in Belgio pari humanitate olim fuisset conservatus ; nolle se ingratum vivere, si illi moriendum sit, commori certum sibi esse, quando simul vivere non possent.* Unde licet olim Poëta ille cecinerit : *Nulla fides pietasque, viris qui castra sequuntur*, ideoque licet milites qui fidei & pietatis, multoque minus gratitudinis capaces esse censeantur, hæc tamen regula in hoc tam grato milite suam visa est habere exceptionem. Tandem vero Historia his verbis concluditur : *Aumontius supra gregarij fortunam, virtutem admiratus utramque liberam abire permisit, & mutuo frui beneficio, factum laudans ; ut rayis grati animi exemplis olim inservendum.*

Rho. ibid. §. 3. Quomodo B. Borgias recompensaverit beneficium hospitalitatis.

9. Beatus Borgia, ut in eodem traditur libro, cum suis vice quadam ab Archiepiscopo Toletano liberalissimè exceptus. *Sensit hospitem sum, ut humanitatis laude clarissimus esset, fœdis nihilominus vitijs obumbrari, non sine civium offensione*, cum igitur Sanctus vir æquivalentem tantæ liberalitati monetam adinvenire non posset, temporalem manum immisit in talterius cujusdam pretiosissimæ solutionis gazophylacium. *Quamobrem socijs edixit*, inquit prædictus Auctor, *ut se in preces darent quam accuratissimas, proque hospitis sui salute apta manu Deum exorarent ; hanc sibi optimam gratiæ referendæ rationem videri. Nec diu illi paruerunt præeunti Francisco, cum Archiepiscopus aliam sibi dari mentem, novosque sensus pectus sibi percellere admiratus, hospitum beneficio mores induit non pœnitendos.*

Rho. ibid. §. 9. Item Alfonsus Valentius.

10. Alfonsus Valentinus Ordinis Prædicatorum cum sæpe domum transiret cujusdam Sacerdotis à quo sæpius in hospitium receptus erat, semper animæ ejusdem memor, quoties dictas ædes transiret, aliquot pro ejusdem suffragio preces recitare solebat : Et, ut citatus narrat Author : *Ab hac ille ratione non antea destitit, quam hominі bene esse divinitus admonitus, sua ope non amplius intellexit indigere.*

S. Theresiæ gratitudo pro hausta aquæ frigidæ.

11. De S. Theresia conforme ad doctrinam Evangelicam traditur factum, siquidem Christus ait, quod qui vel unicum aquæ frigidæ calicem ex motivo charitatis alteri sitienti propinarit, ut in principio probavimus, sua non destituendus mercede. Igitur ut ad intentum deveniamus: *Cum sanctæ hanc Virgini in via æstuanti obvius viator frigidam aquam dedisset, ingentem sane retulit mercedem, nam per aliquot annos pro ejus salute supplicaturam se Deo, recepit, præsittique cum fide. Hoc uno Theresiæ facto vel in hac vita Christi Domini oraculum laudatum est, qui frigidæ aquæ calicis mercedem minime defuturam pronunciavit.*

Matth. 10. v. 42. Eccli. 12. v. 2. Justo beneficiens retributione non carebit. Cicer. l. 2. de offic. Oseæ 10. 12. Prov. 21. v. 26. Rho. ibid. §. 3. Insigne exemplum Pij Quinti circa benefactorem. Item Sixti Quinti.

8. Ecclesiasticus inquit : *Benefac justo & invenies retributionem magnam, etsi non ab ipso, certe à Domino.* Bene autem hoc de justo dicit, nam & Cicero hanc bonorum præ malis conditionem esse dicit, quod beneficia accepta grata mente recolant, & ideo ait : *Melius apud bonos beneficium collocari puto.* Sic quoque in terram fertilem, post adhibitos ligones, aratra, & alias terræ consuetas culturas, libenter unusquisque semen suum spargit ; ob copiosiorem quem inde sperat habere fructum; Unde Scriptura ait : *Seminate vobis in justitia*, Ubi Hebreus legit *ad justitiam :* Et Sapiens de homine justo inquit : *Qui justus est tribuet, & non cessabit* ; Et quidem si hæc virtus gratitudinis etiam in hominibus mundi torrentem sequentibus invenitur, quanto magis invenietur in viris timoratis & perfectis. Pius Quintus Bergomi Inquisitor hæreticæ pravitatis existens, dum ob Episcopum quemdam in fide suspectum, ideoque inquisitioni subjectum, ne is per illum detegeretur, graves ab eo persecutiones sustineret, Mediolanum fugiens, in itinere in domum pauperis cujusdam rustici se recepit, à quo magna cum charitate tractatus fuit. Accidit autem quod cum eodem die, quo solemni cum pompa ad capiendam Papatus sui possessionem, ad S. Joannem in Laterano deferebatur, suos in confertam multitudinem direxisset oculos, inter cæteros hunc quoque rusticum conspexerit, qui verisimiliter, ut communis hujus totius Christianismi lætitiæ participem se redderet, Romam properarat ; Dicit autem Historia : Quod illum subito agnoverit, atque ad se accersiri fecerit, duas quoque quas habebat filias dotarit, unicuique illarum pro dote mille scuta attribuendo, ipsi vero rustico quingenta est impertitus. Idem quoque Pontifex quia Sixtum Quintum ad Cardinalatum promoverat, magnam quoque ab hoc ad Pontificatum sublimato gratitudinem post mortem accepit : *Nam Pio sepulchri molem amplam & verum ab ipso gestam*

rum sigillis è pario marmore & majoribus virtutum ipsiusque ad vivum expressa statua, undique ornatum struxit. Exemplum secutus Paulus Clementis statuam & titulos ac monumenta rerum gestarum spirantì è marmore, sepulchro circumposuit. Tandemque Historicus talibus finem verbis concludit : *Itaque quamvis & ipsi sibi sepulchrales ibi statuerint moles, ut in suis aliquantulum in aliorum multo magis sepulchris vivunt, æterna grati animi commendatione laudatur.* Quia nimirum Deo & hominibus grati existunt, quicumque virtuti & perfectioni acquirendæ student. Id quod ex subjecto clarius manifestabitur exemplo.

Turcarum Admiratus vitam servavit Balduino Regi ex pura gratitudine accepti beneficij.

DISCURSUS IX.

ARGUMENTUM.

Beneficiorum divinorum recognitio & gratitudo, legis divinæ observantiæ, perfectioni & charitati cooperatur ; modo cum corde puro & mundo tributum hoc exolvamus.

THEMA.

Inclinavi cor meum ad faciendas justificationes tuas in æternum, propter retributionem. Ps. 118. v. 112.

Ps. 118. 36. Divinorum beneficiorum recordatio seria, stimulos addit ad observantiam mandatorum Dei.

1. Regius Propheta David, vir secundùm cor Dei existens & de quo præsumi non potest, quod in Divinæ legis servitio ob solum æternæ retributionis emolumentum se exercuerit; hic inquam in hoc eodem Psalmo sequentem ad Deum dirigit petitionem, inquiens : *Inclina cor meum in testimonia tua, & non in avaritiam* ; At vero dari ne poterit major avaritia, aut lucrosior usura, quam si quis gloriam Paradisi, pro observantia præceptorum, alias tot titulis debita & conveniente stipuletur ? *Lex Domini immaculata convertens animas*, inquit David, *testimonium Domini fidele, sapientiam præstans parvulis, Justitiæ Domini rectæ, lætificantes corda, præceptum Domini lucidum* ; ac proinde licet hujus legis adimplerionem æterna non sequeretur remuneratio, nihilominus hæc lex ex semetipsa adimpleri meretur, meretur quoque Deus qui illam ordinavit, licet nullam, pro illius adimplerione ducet retributionem ; nimis viles sunt illi, qui ob solum lucrum Deo obediunt, ac proinde credibile non est Davidem, qui adeo generoso spiritu regebatur ab his motivis ad observandam legem se induci permisisse : Quin potius ut bene operaretur, oculum suum ad beneficia à liberalissima Dei manu recepta directum habuit (siquidem semper hæc verba : *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi ?* in corde suo ruminavit) ac proinde aliud quo se gratum

Ps. 115 v. 12.

exhiberet, minime inveniens, pro acceptorum beneficiorum retributione, exactam ei præceptorum divinorum observantiam obtulit, dicens: *Inclinavi cor meum &c.* ex qua Davidis protestatione deducitur, quod divinorum beneficiorum seria recordatio, ingens sit ad divinæ legis observantiam stimulus, & pariter frænum quo ab ejus prævaricatione abarceamur. Optimè igitur monet D. Chrysostomus inquiens: *Deo semper gratias agamus, est enim prorsus absurdum nos opere quidem ipso beneficijs ejus quotidie perfruentes, gratias ei nec sermone persolvere, & hoc cum nobis retrorsus prosit ipsa confessio; neque enim ille alicujus nostri eget; sed nos omnium quæ illius sunt indigemus, siquidem gratiarum actio illi quidem nil omnino addit, nos autem magis illi familiares facit.* Ex quibus verbis colligitur, quod maximum lucrum, quod ab hac beneficiorum grata memoria nobis provenit, sit divinorum præceptorum adimpletio; unde idem sequens format argumentum: *Si enim nos hominum beneficia recordantes vehementius eorum amore succendimur, multo magis beneficiorum in nos Dei memores, studiosiores erimus ad illius mandata servanda.*

Ps. 118. 112. Et frœnum quo abarceamur ab illorum prævaricatione.

D. Chrys. h. 26. in 5. Matth.

2. Reflexistisne vos aliquando ad illam in Exodo cap. 32. conscriptam historiam, quando scilicet Moyses duas legis tabulas digito Dei in monte Sinai conscriptas ad populum Dei electum detulit? hæ utique tabulæ, ex omnium opinione, videri poterant mereri ut æternæ & incorruptibiles essent, & ut veluti inæstimabilis quidam thesaurus ad perpetuam conservarentur memoriam, eo quod characteres illi ipsiusmet Dei digito ipsidem impressi essent; & tamen quis est qui nesciat, Moysen ardenti zelo suo extimulatum, postquam populum idololatrare cognovisset ad montis radices eadem confregisse? Idem vero Moyses duas alias tabulas postea contecit, eamdem legem continentes, à Deo tamen minime scriptas, quæ prorsus illæsæ ab ipso conservatæ fuerunt. *Præcide tibi duas tabulas lapideas instar priorum*; mira profecto res, tabulæ Moysi artifice factæ intactæ permanent, aliæ vero digito Dei conscriptæ rumpuntur! merito indagandum est hujus differentiæ mysterium. Sanctus Ambrosius hanc illius causam fuisse, respondet, quia secundæ tabulæ receptæ fuerunt leum cantico, cum gratiarum actione, commemorando maxima Altissimi beneficia; non vero item primæ; unde ait: *Legis tabulæ priusquam cantico firmarentur, per indignationem Moysi fractæ & comminutæ sunt, ubi vero tali signaculo consecratæ sunt, humana locum ira non habuit, quia sanctificatio eam sacræ suavitatis exclusit.* Quod si igitur legem Dei conservare, divinisque præceptis ejus obedire velimus, ecce tibi modum: reducantur ad memoriam gratiæ & beneficia quæ cœlestis Benefactoris nostri liberalitas nobis communicavit, sic enim *beneficiorum in nos Dei memores, studiosiores erimus ad illius mandata servanda.*

Exod. 32. *v.* 19.

Ratio enodatur cur tabulæ legis à Moyse conscriptæ, conservatæ fuerint, & illæ digito Dei conscriptæ, confractæ fuerint.

Exod. 34. *v.* 1.

S. Ambr. præf. in Ps. 1. *n.* 5.

3. Quamnam existimatis esse causam, quod faciliter adeo perversis appetitibus nostris fræna laxemus? audite Jeremiam ad hoc respondentem: *Desolatione desolata est omnis terra, quia nullus est qui recogitet corde*, nullus qui oculum multoque minus mentem & memoriam, ad beneficentiam divinam, continuo in beneficium nostrum adeo prodigam intentam habeat; & hinc fit, quod conscientia omni culparum genere sine metu coinquinetur. Vultisne scire, quisnam conscientiam puram & mundam retineat? is nimirum qui gratias à Deo receptas in corde suo jugiter commemorat. Vultisne hujus evidens exemplum? Ne Davidem prætereamus, considerandum, quod hic ex industria nocte dieque immensa bona, quibus anima ejus à Deo cumulata fuerat, per ferventem orationem fuerit meditatus, unde ait: *Cogitavi dies antiquos: ... meditatus sum nocte cum corde meo, id est*, ut Genebrardus exponit, *præterita tempora & ea quæ olim Deus beneficia præstitit*, nimirum quod à pecorum custodia abreptus, ad regnum sublimatus fuerit, à tot periculis evaserit, totque gloriosas victorias ad hostibus suis retulerit: At vero quidnam ex hac consideratione consecutum fuit? exactissimum nimirum conscientiæ examen: *Exercitabar*, inquit, *& scopebam spiritum meum*: Id quod cum præcitatis verbis: *Inclinavi cor meum ad faciendas justificationes tuas propter retributionem* optime convenit, nam ut Divus Chrysostomus in alia quadam

Jerem. 12. *v.* 11. Qui Deo jugiter gratias agit, retinet conscientiam mundam.

Ps. 76. *v.* 6.

Genebrard. ibid.

Ps. 76. *v.* 7.

Ps. 118. 112.

Homilia super Genesin inquit: *Dum nos non videmur indigni ejus beneficijs, statim vitam egregiam instituemus, & malitiæ periculum effugiemus: Beneficiorum enim memoria idonea nobis est magistra ad vitam virtute præditam.*

D. Chrys. h. 26. in Gen.

4. Quodnam existimas in eo latere mysterium, quod increata Sapientia, quando in principio, ut diximus, Decalogi præcepta populo suo Israël præscribere voluit, dixerit: *Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, & de domo servitutis?* Quo fine ante legum sanctionem, eximium hoc illis beneficium in memoriam revocavit? *Quorsum hæc, Domine Deus?* interrogat Oleaster, *vide. Legislatoris prudentiam. Solent collata beneficia hominum retinere, ne benefactorem offendat, & libertas ad memoriam revocata, servum quasi cogere ad obedientiam, ideo Dominus hæc duo præmittit ante legem; ut Judæos inviteret ad suarum legum observantiam.* Memorari semper meretur illa adeo generosa & heroica à Josepho impudicæ illi fœminæ data repulsa, dum ait: *Quomodo ergo possum hoc malum facere, & peccare in Deum meum?* Cum enim quotidie ad adulterinos ab ea solicitaretur concubitus, quæ domina ipsius erat, in eumque habebat Dominium, utpote servum ipsius & mancipium, idque dum adhuc in pulcherrimo erat annorum flore constitutus, quo tempore sanguis bullire, & stimuli carnales vehementiores esse solent; Item quando multis erat bonis temporalibus locupletes, quo tempore *prodijt quasi ex adipe iniquitas*, qua ratione se lascivis adulteræ illecebris minime consentire posse dicebat: *Quomodo ergo possum?* maxime cum juvenis esset rarè pulchritudinis, & extra omnium hominum oculos inter quatuor parietes solus cum sola constitutus, quæ duo magnum addere solent ad libidinem incentivum. Pro resolutione observandum est illud Ly *ergo*, hoc enim ad præmissas antecedentes relationem habet: Joseph enim Domini sui erga ipsum confidentiam considerans, qua ipsum tamquam amicum, & Dominum, non vero tamquam servum tractabat, inquit: *Ecce Dominus meus, omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo sua, Nec quidquam est quod non in mea sit potestate, vel non tradiderit mihi, præter te quæ uxor ejus es:* Ex quibus præmissis hanc infert consequentiam: *Quomodo ergo possum hoc malum facere, & peccare in Deum meum. Pulchra ratio*, inquit Sanctus Ambrosius, *quod nec beneficijs Domini deberet esse ingratus:* Eodem igitur modo quisquis sibi ex industria innumera quibus à Deo affectus est beneficijs serio in memoriam revocat, in ejus offensam amari numquam poterit.

In initio dei calogi Deus Judæis in memoriam revocavit beneficia sua.

Exod. 20. *v.* 2. *Oleaster ib.*

Hoc ipsum declaratur insigni similit.

Gen. 39. *v.* 8.

Joseph ob beneficia Domino suo accepta, recusavit Dominæ suæ stuprum.

Ibid. v. 8.

Ibid. v. 9.

S. Ambr. l. de Fac. c. 2.

Ibid.

5. Quemnam obsecro modum Noë in perversis illis fæculis observavit, in quibus *omnis caro corruperat viam suam*, & ne quidem palmus terræ à sorde immunis reperiri poterat, quem inquam servavit modum, ut in illo mundi perversi torrente constitutus vitam duceret irreprehensibilem & ad quingentesimum usque vitæ annum cælibem? in hac enim ætate & non prius illum proles habuisse constat, cum tamen antea æternæ veritatis testimonio ei dictum fuerit: *Te vidi justum coram me in generatione hac*; subjungit Divus Chrysostomus: *Quæ tam mala, quæ in tantam malitiam declinavit, quæ tantam ingratitudinem præ se ferat.* Scirene ergo cupitis quo fræno se coercuerit, ne in commune barathrum præceps rueret? hac unica scilicet virtute gratitudinis; Ei namque dictum est *te solum inveni gratum.*

Noe solus inventus fuit justus propter gratitudinem animi.

Gen. 7. *v.* 1.

D. Chrys. h. 24. in Gen.

6. David longo tempore publico in adulterio magno cum scandalo subditorum insordueraat; at vero obstrictissime aliquando modum, quo Nathan Propheta instinctu superiori afflatus usus est, ut illum ex turpi hoc luto erueret? Alium non adhibuit modum, quam quod immensa quibus à Deo locupletatus fuerat beneficia, sigillatim ob oculos poneret, dicendo: *Hæc dicit Dominus Deus Israël: Ego unxi te in Regem super Israël, & ego erui te de manu Saul, Et dedi tibi domum Domini tui, & uxores Domini tui in sinu tuo, dedique tibi domum Israël, & Juda, & si parva sunt ista, adjiciam tibi multo majora; Quare ergo contempsisti verbum Domini ut faceres malum in conspectu meo?* quæ divinæ erga ipsum liberalitatis commemoratio, tantum in Davide facere prævaluit, ut à turpi vita sua respiscens, ingenue confessus dixerit: *Peccavi Domino*; quam confusionem secuta est pœnitentia adeo rigida, quæ ipsum ad componendos suos Psalmos pœniten-

Nathan induxit Davidem ad pœnitentiam, recensitis beneficijs Dei, illi præstitis.

2. *Reg.* 12.

Ibid. v. 7.

Ibid. v. 8.

Ibid. v. 9.

pœnitentiales adegit, vitamque adeo sanctam ducere cœpit, ut in veritate dicere potuerit: *Perambulam in innocentia cordis mei in medio domus meæ.* Eodem pariter modo diu ante Nathan usus fuerat Samuel ad exprobrandum Sauli, quam contra Deum exercebat inobedientiam, ut ipsum ad respiscentiam provocaret: *Nonne*, inquit, *cum parvulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israël factus es? unxitque te Dominus in Regem super Israël &c. Quare ergo non audisti vocem Domini, sed fecisti malum in oculis Domini?*

Ps. 100. *v.* 2.

1. Reg. 15. *v.* 17. *Ibid. v.* 19.

Hoc ipsum declaratur insigni similit.

7. Imaginemini vobis hominem qui mutus sit, manibusque & brachijs destitutus, cui expertus quidam Chirurgus, loquelam perfectam manusque & brachia expedita restituat, putatisne fieri posse, ut vir ille adeo sit ingratus & temerarius, ut linguam suam ad promenda improperia adversus eum laxet, qui illum ex muto loquentem fecit, vel quod brachia & manus extenderet ad mortaliter percutiendum & vulnerandum illum, qui manibus & brachijs calorem, vigorem, & motum pristinum restituit? quot quotidie nascuntur muti? quot claudi? quibus, si Deum illis usum linguæ, manibusque & brachijs motum & vigorem subministrasse, in mentem veniret, utique in blasphemias, aliaque verba turpia numquam prorumperent, multo minus in opera talia quibus Deum benefactorem suum enormiter offenderent: *Certum est fratres charissimi*, inquit S. Augustinus, *quod si semper beneficia Dei nostri, quæ nobis nullis præcedentibus meritis nostris collata sunt, assidue cogitamus, peccata nostra nobis non dominantur, aut si forte subrepserint, cito per pœnitentiam corrigantur.* Rupertus Abbas ad discursum quem Nathan cum Davide habuit (cujus paulò ante meminit) se reflectens, inquit: *Taliter præloquendo mollire studuit, & efficere teneram cor, ut melius & profundius vulnerare posset, protinus inferendo: Quare ergo contempsisti verbum Domini, ut faceres malum in conspectu meo?* nimirum per divinæ beneficentiæ memoriam lucrari illum satagebat.

S. Aug. ser. 67. *de temp.*

Rup. Abb. l. 3. *in c.* 4. *Mich.*

8. *Ad faciendas justificationes tuas.* Ubi Sanctus Hieronymus legit *justitias tuas*, Hugo Cardinalis pro Ly *justificationes* legit *opera bona.* Gratitudo enim & gratiarum retributio eadem gratias, Deique benevolentiam & amicitiam in nobis confirmat. Quis umquam inter omnes alias creaturas inæstimabilioribus gratiarum thesauris locupletatus fuit, sanctissima & magna Dei matre? hæc autem in laudes, cantica & gratiarum actiones subito prorupit, scitisne vero causam cur id fecerit? inquit Divus Chrysologus: *Quia*, inquit, *devotus animus insulis beneficiorum crescit ad obsequium, augetur ad gratiam:* Salmeron super illa verba Apostoli ad Philippenses: *Gratias ago Deo meo*, sequentem de censu sumptam adducit similitudinem: *Est autem gratiarum actio census*, inquit, *quem Deus præcipuè à nobis exigit, non quod ipse sui causa humanis laudibus delectetur, sed ut per hanc viam nosipsi excitemur ad consecrandam nostram salutem, nam gratias agendo, testamur nos omnia quibus utimur è manu Dei accepisse.* Est igitur gratiarum actio stimulus ad bonum: est & frænum ad declinanda peccata. Unde Deus per Isaiam tributum laudum & gratiarum, quod à nobis requirebat, fræni loco futurum esse dicit, quo indomitus effrenis appetitus nostri equus coerceatur, ut in præcipitium nos proturbet: *Laude mea*, inquit, *infrænabo te ne intereas.*

Ps. 118. 112. *S. Hier. ib. Hug. Card. ib.* Gratitudo confirmat & auget beneficia Dei in nobis.

D. Chrys. ser. 242.

Philip. 1. *v.* 4.

Salmer. disp. 2. *ad Philipp. c.* 1.

Isai. 48. *v.* 9.

9. Energumenus à quo Salvator noster in regione Gerasenorum Dæmonem expulerat, eumdem ut se in sequacium suorum numerum admitteret, rogavit; cui Salvator respondit: *Redi in domum tuam & narra quanta tibi fecit Deus; & abiit per universam civitatem, prædicans, quanta illi fecisset Jesus.* Sed obsecro cur hunc hominem in suam sequelam nequaquam admisit; cur illi ad suum collegium veniendi aditum præclusit, quo minus non tam pedum suorum, quam admirabilium exemplorum vestigia imitari posset? nimirum causam hujus hanc fuisse existimo, ut illum tanto efficacius à dæmone præservaret, ne aditum in ejus animam, sicuti antea in corpus suum, habere posset; cœlestis namque Magister noster probè sciebat, quod gratiarum actio & laudum tributum Deo exolutum nos à communis inimici insidijs & insultibus efficaciter conservet; unde Divus Chrysostomus post-

Luc. 8. *v.* 39. Cur Christus virum illum, quem à dæmone liberaverat, in suam sequelam admittere recusaverat.

quam dixisset: *Lætitia officit gratiarum actio*, subjungit: *Hoc diabolo lethale vulnus infligit, hoc reddit animam studio Sapientiæ præditam*, Ideo Samaritanus ille, qui pro recepta sanitate gratias acturus ad Christum redijt, hac via ut Titus Bostrensis advertit, ab omni relapsu securum se fore existimavit: *Gratiam agnovit*, inquit Bostrensis, *& gratiarum retulit actiones, sanitatem stabilitus, ne forte per ingratitudinem recidivum patiatur.* Divus Chrysostomus quoque gratitudinem efficacem ad virtutes & perfectionem stimulum esse considerat, inquiens: *Memoria beneficiorum Dei sufficiens est, quæ ad virtutum labores nos adhorretur & præparet.* Sicut enim certum est quod amor & charitas radix sit omnis spiritualis vitæ, omnis perfectionis, omnisque profectus, ita quoque ex mente Sancti Thomæ de Villa Nova certum est, hanc accendi per viam gratitudinis & reminiscentiæ divinorum beneficiorum; unde gratitudinem vocat *Beneficiorum Dei in nos continuam retractionem.* Rupertus Abbas pariter de hac gratitudine ita scribit: *Gratiarum actio est divinis beneficijs respondens digna retributio, tanta videlicet, ut ei nihil ad perfectionem desit, vel qua major esse non possit. Gratiarum inquam actio est digna retributio respondens beneficijs Dei charitas, quam majorem nemo habet aut habere potest, ut animam suam ponat pro amicis suis.* Clarius vero Sanctus Augustinus in libro *de diligendo Deo* ita scribit: *Ad Dei dilectionem in nobis excipiendam, nutriendam & augendam, nihil ita valet, sicut beneficiorum ejus frequens & diligens recordatio vel consideratio.*

Qualis conditio requiratur ad perfectam gratiarum actionem.

Ps. 149. 1. *D. Chrys. ib.*

D. Chrys. in Ps. 49.

Matth. 5. 14.

Titus Bostr. in Catena.

D. Chrys. h. 27. in Gen.

S. Thom. de Villa nova Conc. 3. *in Dom.* 17. *post Pent. Rup. Abb. l.* 6. *de glorif. Trinit. c.* 11.

S. Aug. l. de diligendo Deo c. 2. *T.* 9.

10. Porro ad hoc ut tributum hoc laudum & gratiarum actio Deo grata sit, sequens conditio necessario requiritur, scilicet ut linguæ & voci cor purum & mundum conjungatur. Unde Divus Chrysostomus super illa verba Psalmi: *Laus ejus in Ecclesia Sanctorum*, ita scribit: *Vides quomodo ante verba, requirit gratiarum actionem, quæ fit per vitam & bona opera? non sufficit enim verbis solum gratias agere, nisi etiam factorum virtus concurrat, nam laus ejus in Ecclesia Sanctorum.* Et in Psalmum 49. ait: *Ita vivas, ut Dominus tuus glorificetur*, juxta illa Christi verba: *Sic luceat Lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum. Sit vita tua ejusmodi, ut tuus laudetur ac celebretur Dominus, & perfectum obtulisti sacrificium.* Idem quoque in Psalmum 112. ita scribit: *Oportet vitam hujus recte instituentem hymnos Dei canere, non est enim pulchra laus in ore peccatoris; secundo non verbis solum, sed etiam factis laudare oportet, & hanc laudem Deus maxime requirit.* Idem-quoque Sanctus Doctor Psalmistam Psalmum illum ab his verbis ordiri observat: *Laudate Dominum de cœlis, laudate eum in excelsis, laudate eum omnes Angeli ejus, laudate eum omnes virtutes ejus*: Cujus hanc assignat rationem: *Ideo cum præcipit laudes offerre, incipit à superioribus potestatibus, sic dicens: Laudate Dominum de cœlis, laudate eum in excelsis, oportet enim ita Angelum fieri, & ita laudare. Ne ergo hanc laudem rem esse levem existimemus, sed ante os nostrum, vita nostra ipsum sonet, atque ante linguam conversatio clamet, ita enim vel tacenter Deum laudare possumus.*

Ps. 112.

Ps. 148. *v.* 2.

D. Chrys. ib.

DISCURSUS X.

ARGUMENTUM.

Varia variorum animalium erga communem Creatorem, aliosque benefactores consideratur gratitudo, quæ nos ad eamdem virtutem impellere debet.

THEMA.

Profectus est autem Tobias & canis secutus est eum Tob. 6. *v.* 1.

A cane Tobiæ & aliorum animantium assistentibus à throno Dei in terram se recipit, ut lium deducis loco huic viatori servire posset, nimirum Raphael Archangelus; at vero quod valde mirandum est, Spiritus Sanctus qui sacram hanc historiam tamquam primus illius Author conscripsit, canem quoque ambos hosce viatores comitatum fuisse refert: *Profectus est autem Tobias, & canis secutus*

mur grati esse benefactoribus.

est eum; quam obsecro Spiritus Sanctus necessitatem habebat, ut sublimem Sacræ Scripturæ calamum ad recensendam hanc adeo vilem & exigui momenti circumstantiam dimitteret? Respondet Sanctus
S. Ambr. l. 6. Hexam. c. 4. Ambrosius: *Talis canis viator & comes Angeli est, quem Raphael in libro Prophetico non otiosè sibi, & Tobiæ adjungendum putavit, quando perexit ut Asmodæum fugaret. Memor is enim affectus gratia pellitur dæmonium. Mutæ itaque specie bestiæ Sanctus Raphael Angelus, Tobiæ juvenis, quem tuendum receperat, ad relationem gratiæ erudiebat affectu. Quis enim non erubescat, gratiam bene de se merentibus non referre, cum videat etiam bestias refugere crimen ingrati? illæ imperitiæ alimoniæ servant memoriam, tu non servas salutis acceptæ?* Deus igitur in hac gratitudinis virtute multorum animalium exemplo docere nos voluit, ut erga Creatorem & Benefactorem nostrum
Tob. 12. grati simus; sic enim junior Tobias ex eo quod à cane suo didicit multum profecit, adeo nimirum, ut quemadmodum videri potest in libro Tobiæ cap. 12. erga Deum & Archangelum comitem se in fine itineris gratissimum & benevolentissimum exhibuerit.

Lud. Gran. symb. p. 1. c. 14. Fidelitas est proprietas canis. Granat. ib. 2. P. Granatensis in introductione ad symbolum de canis proprietatibus prolixè discurrit, quibus hoc inter alia proprissimum est, ut per fidelitatem, suam erga Dominum gratitudinem animose demonstret, in cujus beneficium vitam suam sæpe mortis periculo generose exponit, ut modicum panis fructuum, vel os sibi à Domino porrectum retribuat; Idem quoque de quadam nobilissima & virtuosissima Domina, illam sæpe fassam fuisse refert, catellum sibi blandientem magnam sæpe sibi peperisse confusionem, dum recogitabat, quod Deo placere cum tanta solicitudine minimè quæreret, quemadmodum bestiola illa suam sibi gratiam per quotidiana blandimenta conciliare ambiebat. Sanctus Basilius quoque in suo Hexameron laudabilem facit canis commemorationem,
S. Basil. h. 4. in Hex. inquiens: *'Memoria vero beneficiorum animantis bujusce, gratiæque reddendæ, quem ingratum beneficiorumque immemorem, non pudore ac dedecore asperserit? jam quidem & interfectis à latrone in solitudine Dominis complures à cadaveribus canes non recessisse, sed ibidem expirasse memoriæ traditur. Nonnullos etiam cæde adhuc recente, duces illis fuisse, qui latrones inquisierunt & ad pœnam maleficos rapi fecerunt.*

Bos & asinus gratt sunt alentibus illos. Isai. 1. v. 3. 3. Verum quidem est, quod asinus communiter pro stoliditatis symbolo accipi soleat, verumtamen stolida hæc bestia erga eum, cui se debitorem recognoscit, semper se gratum exhibet, ideoque eum in Isaia Spiritus Sanctus laudavit, inquiens: *Cognovit asinus præsepe Domini sui*, quia nimirum cuicumque Domini sui verbo auditum præbet, ejusque nutibus obtemperat. *Si curatorem inspexerit*, inquit Gallenus, *hominem agnoscit, micat auribus & caudam quatit, & lasciviit cum aspexerit, utique indicans se familiarem agnoscere.* Unde & in hyemis rigore maxime, quando inclementes aquilones filium Dei in Bethlehem nudum emacerabant; hoc jumentum cum suo flatu quantum potuit, calefacere studuit. Unde nec defuerunt aliqui sentientes, Redemptorem nostrum hanc ob causam dictum animal in solemni palmarum triumpho, inque pompa illa regia adhibere voluisse; quia nimirum ut Textus sacer inquit: *Ecce Rex tuus venit, sedens super asinam & pullum.* Iterum juxta præsepe bovem Dei Filius adhibere voluit, inter omnia animalia cæteras; utique non absque mysterio, siquidem incarnata illa Sapientia omnia ordinatè & nihil casualiter ordinat; ecce igitur vobis rationem: Bos, dum juvenis est, quantumvis taurus ferox sit, & indomitus, sub jugo nihilominus mansuescit suumque agnoscit bubulcum, Domino suo se alenti atque defatiganti obedit, laborat, se subjuganti accommodat, vadit, redit, onus portat, indefessè defudat, idque totum in pasculi sibi submin istrati retributionem, ita ut merito Isaias exIsa. 1. v. 3. clamavit: *Cognovit bos Possessorem suum & asinus præsepe Domini sui. Mira res* (vociferatur Tho. de Villa Nov. quando de his animalibus in præsepio Bethlehemitico
S. Th. de Vill. in die Nativ. Conc. 1. repertis tractat) *& cui similis à sæculo non est audita. Agnoscunt supernaturali instinctu Creatorem suum irrationales bestiæ, genua flectunt bruta, & insentis naturæ motibus reverentiam exhibent Conditori, rudis aliquam asina, coram illo trepidat reverenter, & quia eloquio nescit, mugitu bos divinam personat laudem. Prosternitur brutum factori suo, quid factorus est rationalis homo? Deus pro homine homo factus est; brutum prosternitur, jumentum adorat, & non sua beneficia recognoscens filabit homo?* Quam bestiarum ingenuitatem ipse quoque Seneca his delineat verbis, inquiens: *Officia etiam feræ sentiunt, nec ullum tam immansuetum animal est, quod non cura mitiget & in amorem sui vertat. Leonum ora à magistris impunè tractantur, elephantorum feritatem usque in servile obsequium demeretur cibus.* Senec. l. 1. de Benefic. c. 3.

4. Pater Cæsar Franciotti in lib. de corporibus Sanctis, quæ Luca civitas veneratur in vita Sancti Pellegrini tradit, quod cum multo tempore Sanctus hic in Alpibus Garfanensibus in pœnitentia demoratus fuisset, ubi & postmodum in ejus honorem Ecclesia & hospitale extructum fuit, sequens etiam temporibus nostris continuo miraculum experiantur incolæ; scilicet quod greges & armenta ad dictam domum spectantia, numquam à lupis aliisque feris offendantur; ita ut si quatuor aut decem v. g. dicti hospitalis oves cum alijs decem commixtæ pascerentur, hæ ultimæ decem devorentur à lupis reliquis illæsis permanentibus, id quod miraculum sanctus hic constanter operari existimatur, ut erecto in honorem suum templo & hospitali per gratitudinem continuam correspondeat. Aliud quoque factum memorabile eidem huic subserviens proposito in hunc sensum narrat Aulus Gellius. Androdus à Domino suo profugus inque spelunca latitans, è leonis cujusdam pede spinam eruit, qui suo gratificaturus medico, eum per tres solidos annos aluit quotidianis suis prædis; sed miser profugus tandem in manus Domini iterum incidens, Romæ in Amphitheatro Circi Maximi ad feras condemnatus fuit. Igitur Leo ille, qui ipsum tot paverat annis, & ipse captus ut reum devoraret è caverna emissus fuit, qui cum benefactorem suum agnosceret, illi obvius, sua ei cauda adblandiri cœpit quasi exultans, quod hac in occasione debitam posset retribuere charitatem, bestiam igitur ut agnovit Androdus & hic eam amplexari non destitit: Quæ cum omnia magiæ attribuerentur, alia subito fera in medium excurrere permissa fuit: cui Leo ille constanter se opposuit impetumque repressit, in defensionem Androdi eam lacerans & discerpens. Quod cum obstupescerent omnes, servusque Cæsari historiam narrasset, ab eodem liberatus cunctisque petentibus dimissus & pœna solutus fuit, Leoque, ei suffragijs populi donatus: Quem per varia loca circumducens sese ditavit omnesque in admirationem rapuit, tantam hujus bestiæ obstupescentes gratitudinem. Quæ similiaque considerans Nazianzenus ita in nos ingratos invehitur: *An vero nos non pudebit, cum tot tantaque ab eo partim acceperimus partim speremus ne hoc quidem unum ipsi conferre, nimirum benignitatem & humanitatem? an cum ille nos à feris disjunxerit, soluseque ex omnibus ijs, quæ in terra sunt, ratione ornaverit, ipsi contra nosmetipsos efferabimus?* Aulus Gellius l. 5. c. 14. Stupenda gratitudo Leonis, conservantis, vitam benefactoris sui. P. Cæsar. Franciotti l. 1. de corpor. Luca. Lupi non dilacerant oves illius loci, ubi S. Pellegrinus sepultus est. Nazianz. orat. 16.

5. De Sancto Macario pariter tradit Rufinus, eum quamdam cellæ suæ vicinam habuisse Lœnam quæ partus suos cœcos ad Sanctum detulit, qui ejus, postmodum orationibus luce oculorum donati sunt; quæ benefactori gratiam retributura: *Paulo post cum catulis suis regrediens pelles ovium lanatas plurimas, velut munus prosuscepta gratia ad eum defert, morsu oris enectas, ante fores ejus depositis abscedit.* Gratitudo Lœnæ. Ruffin. l. 2. Hist. Eccl. cap. 4.

6. De Delphino hominis amantissimo Leonides refert, se unum ex ijs vidisse, qui dum parvulus esset, à duobus conjugibus una cum filio suo, cui idem Delphini nomen imposuerunt, enutritus esset adeo arctam animal illud cum hoc puero familiaritatem iniere, ut dum ab illo vocaretur, licet in medio mari cum alijs luderet piscibus, subito ad ripam accurrere assueverit; suisque benefactoribus adeo gratum se exhibuit, ut factus paulatim major, ex præda, quam in mari nactus fuerat, sumpto sibi inde necessario nutrimento, reliquam illius partem illis attulerit. Ælian. l. 2. c. 6. Delphini.

7. Sed quid dicemus si etiam illa animalia quæ numquam curari potuerunt, qualia serpentes sunt gratos suis benefactoribus fuisse audierimus? Plinius inquit: *De aspide miraculum Philarcho reddatur; Is enim auctor est. Cum ad mensam cujusdam veniens in Ægypto alereatur assidue, enixam catulos, quorum ab uno filium hospitis interemptum, illam reversam ad consuetudinem sibi intellexisse culpam, & necem intulisse catulo, nec postea in tectum id reversam.* Aspidis. Plin. l. 10. c. 74.

8. De locustis Sapiens inquit: *Regem locusta non habet, & egreditur universa per turmas suas:* Per quotidianam experientiam videmus locustas integros agrorum campos devastare, segetes abinde devorando, non tamen indifferenter, tametsi non ut apes Regem Prov. 30. v. 27. Locustarum.

Regem habeant, cui obedientiam præstent. Dixi, non indifferenter, quia Sanctus Ambrosius locustam hunc instinctum naturalem habere testatur, quod videlicet segetes illorum locorum, in quibus nata est, perdere non soleat, nisi divina Justitia aliter ordinaverit: *Usque ad locustam quoque gratia divina penetravit, quæ cum agmine confecto regionis cujusque occupaverit latitudinem, innoxio primum fertur habitaculo, nec fructus in hospitali occursione depascitur, nisi divinæ signum præceptionis acceperit.* Estque hæc gratitudo vel ex eo admirabilior, quia S. Ambrosius hæc animalia insatiabilia esse dicit: *Cui Creator inexplebilem dedit devorandi naturam.* S. Ambr. l. Hexam. c. 23.

Avium. 9. Quod si oculos, magis autem mentem nostram ad aves dirigamus, hasce omnes certatim se ei à quo beneficium acceperunt, gratas se exhibere comperiemus. *Jam avis nidum construit*, inquit Nazianzenus, *atque alia quidem reimplet, hominemque garritu demulcet. Omnia Deum laudant & vocibus multis concelebrant. Propter omnia enim gratiæ Deo pro me habentur, atque ita illarum laudatio mea efficitur, nimirum à quibus ego laudis argumentum capio.* Sic quoque in vita magni illius servi Dei Joannis Baptistæ de Fulginio refertur, quod cum aviculam, quam ex nido educaverat, cantantem audisset Deum benedicens & laudans alta voce exclamarit: O ingratitudinem & confusionem nostram! hæc animalia Deum laudare eique gratias agere dicerunt, & homines illum blasphemant, cum tamen pro nobis, non vero pro ejusmodi animalibus mortuus sit. Multi contemplativi observarunt, aviculas haud secus ac si ratione præditæ essent, ut se creatori gratas exhibeant, tempora diei & noctis inter se dividere, ut Deo laudes referant, ne vel minimum momentum abeat, in quo gratiarum & obsequij tributum non rependant. Hirundines à summo diluculo usque in meridiem cantant, circa meridiem cicadæ, alia vero animalia nocturna in medijs tenebris. *Venit in mentem avium memoria*, inquit Sanctus Ambrosius, *quæ cum eunt cubitum æthera cantu mulcere consueverunt, ut, decursi, vel adoriendi nocturni juxta ac diurni temporis laudes suo referant authori: Magnum igitur incentivum excitandæ in nobis devotionis amiseram; quis enim sensum hominis gerens non erubescat sine Psalmorum celebritate diem claudere, cum etiam minutissimæ aves solemni devotione & dulci carmine, ortus dierum & noctium prosequantur?* Idem in cap. 24. ejusdem libri hunc eumdem avium replicat instinctum, quo certatim circa vesperam, priusquam cubitum concedant, harmoniacis cantillationibus suis aëra replent, ut pro alimentis ipsis per Diem à Deo submin istratis eidem gratias agant: *Canoro occasum diei carmine prosequentes, ne immunes abeant gratiarum, quibus creatorem suum omnis creatura collaudat.* In alio quoque loco idem Sanctus Doctor usum Deo per psalterium quotidie laudes persolvendi commendans, continuumque nostrum commemorans debitum, quo Deo pro beneficijs grati esse tenemur, earumdem avium adducit exemplum inquiens: *Nonne videmus minutissimas aves, cum elucescentem diem aurora producit, in quibuslam nidorum cubiculis varia dulcedine personare, & id studiose agere, priusquam procedant, ut creatorem suum, quia loquela non possunt, suavitate demulceant? Et quemadmodum unaquæque earum quoniam confessione nequit, modulis probat obsequium, ita ut videatur sibi devotius gratias agere quæ dulcius personavit; hoc etiam peralto diei cursu similiter facere? Quid ergo sibi vult ista diversis temporibus dispositacantilena & jugis intentio, nisi gratiarum quædam sit immoderata confessio: Pastori enim suo avis innoxia, quia sermone non potest, suavitate blanditur.* S. Ambr. ibid. c. 24. S. Ambr. l. 2. ser. in cap. 1. Malach. D. Chrys. hom. 26. in Gen.

Etiam incarceratæ. 10. Aves diversas cum magno comparatas dispendio, cum quotidiano sumptu molestiaque alere solemus: Quæ quamvis incarcerentur, suis nihilominus se alentibus Dominis per melodiam & cantum quotidianum gratæ correspondent: *Habent & aves pastorem suum* (idem prosequitur Sanctus Ambrosius) *sicut ait Dominus: Respicite volatilia cæli, quoniam non nent, neque metunt, & Pater vester qui est in cælis, pascit illa. At quibus tamen cibis pascuntur aves? vilissimis scilicet & terrenis. Aves ergo propter viles escas gratias agunt, tu preciosissimis epulis pasceris, & ingratus es? Quis igitur non erubescat sensum hominis habens, sine psalmorum celebritate diem claudere, cum ipsæ aves ad gratificandum psalterij suavitate persistent & ejus gloriam non versuum dulcedine personare, cujus laudem volucres modulata cantilena pronunciant?*

11. Verum enimverò quid tandem si ipsis etiam vilioribus rapacibusque avibus gratitudinem erga benefactorem disceretis innatam esse, concludendum censeretis? De accipitre Granata scribit, quod in noctibus hyemalibus solito longioribus, & congelatis, dum avem aliquam capit, hanc, ut se calefaciat, suis nitatur firmiter constringere unguibus, postridie vero quantumvis propter præcedentis diei concoctum cibum famelicus, dictam nihilominus avem, à qua caloris beneficium accepit, in signum gratitudinis liberam dimittat, ipsaque alteri exinde ut famem sedet, insidietur prædæ; Verumtamen ne in priorem reincidat voluerem, quam semel gratus ob beneficium dimisit, in oppositam partem ubi avem dimiserat suum instituat volatum. Gratitudo Accipitris. Lud. Gran. ad symb. p. 1. c. 17.

12. Quam forte ob causam Salvator noster ad perhibendum divinæ Providentiæ testimonium ad corvos nos ablegat; siquidem & ab his, qualiter benefacientibus nobis gratos nos exhibere debeamus, discere poterimus. Per corvum itaque diu in antiquo testamento & novo, duos fidelissimos sibi servos Eliam scilicet & Paulum primum Eremitam pavit Dominus: Sed quare non potius columbam, cygnum aquilam aut aliam è nobilioribus avibus ad ministerium hoc adhibitam fuisse putaris? S. Augustinus respondet: *Corvis ministerium Prophetæ præcipitur, ut culpam, quam in diluvio commiserat, purgare illa avis, videretur, dum fidelis minister efficitur Eliæ, qui negligens, ac fallax fuerat Noe.* Non defuere qui propter rapacem voracemque carnium corvinam naturam illustre hoc miraculum, dum corvus etiam famelicus illæsas integrasque carnes Prophetæ detulit, extitisse, observarunt. Ad nostrum nihilominus intentum asserere possimus, id à Deo ministerium corvis impositum, ut se in gratitudine exercerent; Pro cujus notitia sciendum, quod pulli corvorum in nido existentes, dum propter ætatem teneram plumis destituti adhuc albi existunt, à genitoribus suis, qui eos adulteros existimant, deserantur: Ne igitur fame enecentur, crocitando communi se commendant Creatori, *Qui dat jumentis escam ipsorum & pullis corvorum invocantibus eum.* Illos itaque rore cœlesti divina alit providentia; aut animalculis ut ali volunt in nido enatis, aut vermibus: Jure itaque meritissimo debitam ab ijs suo tempore exigit gratitudinem, juberque ut servis suis necessariam annonam fideliter submin istrent. Etiam à Corvis discenda gratitudo. S. Aug. de mirabil. S. Script. l. 2. c. 25. P. 146. v. 9

13. *Et canis lecatus est eum.* S. Bonaventura hoc efficax statuit argumentum, dicens: *Si sic canis Dominum suum amat pro pane modico, si sic equus pro modico hordeo; si sic asinus pro pabulo & fœno; quantum ille à nobis amandus existit, qui carnem suam dedit nobis in cibum, sanguinem in potum, vitam in meritum, & se totum in præmium? Nam Leo dum à serpente cinctus, & ab eo fortiter astrictus esset, dum traheret à quodam milite liberatus, sic illi toto corde adhæsit, ut ab eo nisi morte separari nequierit. Cur ergo non facit homo rationalis, quod animal brutum facit? Et Deo suo negabit, quod homini mortali leo impendit?* Quo equidem fine nos per rationis usum à brutis differre putatis? Audite Chrysostomum dicentem: *Propter hoc rationales facti sumus & à brutis differimus, ut glorificemus jugiter Dominum;* Quod rationis beneficium, quo super reliqua animalia eminemus, homines, Beatus Laurentius Justinianus considerans ita concludit: *Non rationalis sed potius animalis nuncupandus est, dum præcipuum sui conditoris conculcat beneficium, & naturæ donum dissipat;* Homo namque dictum dilapidat dilapidatque donum, dum per debitas gratias illud se à Deo recepisse non agnoscit; neque ipsum in Dei gloriam impendit. Homo ingratus, non rationalis, sed animalis habendus est.

DISCURSUS XI.

ARGUMENTUM.

De bonorum, quibus homo in creaturarum, ad beneficium ejus destinatarum, productione accumulatus fuit, multiplicitate, & varietate.

THEMA.

Constituisti eum super opera manuum tuarum, omnia subjecisti sub pedibus ejus. Psalm. 8. v. 7. & 8.

1. EFficacius equidem motivum, quod ut homo erga summum benefactorem gratus existat dari posse Hominem ad gratitudinem.

movere debent innumerabilia Dei beneficia.

posse non credo, quam si omni ex parte se innumerabilibus immensisque Dei beneficijs circumdatum esset consideret, prout de homine Deum alloquens Regius attestatur Psalmista, dum inquit: *Constituisti eum super opera manuum tuarum, omnia subjecisti sub pedibus ejus.* Divus Chrysostomus gratitudinem ad majorem benefacientis amorem nos eximiare existimat dicens: *Quoniam nihil apud nos homines æquè solet accendere amicitiam, ut assidue meminisse beneficiorum quæ accepimus: Hoc etiam in Deo faciamus, apud nos consideremus, quæcumque fecit propter nos;* Si autem ad universum à Deo creatum oculos reflectere volverimus, utique in tota hac mundi machina nihil esse reperiemus, quod suum esse non possideat in utilitatem nostram.

Psal. 8. v. 7.

D. Chrys. h. in Psal. 4.

2. *Omnia subjecisti sub pedibus ejus*; Verba hæc Divus Chrysologus examinans, Prophetam merito ita locutum fuisse concludit, siquidem *Quidquid cœli micat, radiat, & splendet ornatus, quidquid terra fragrat in floribus, sapit in fructibus, in animantibus gaudet, nostro amore factum nostræ additum est servitati.* Quæ beneficia fusius prosequens subnectit: *Ipsam cœlum, terram, mare, aërem; Quæ in terra sunt, arbores, varios flores, jumenta reptilia; ea quæ sunt in mari, quæ in aëre medio, astra quæ sunt in Cœlo, Solem, Lunam; & ut semel dicam, omnia quæ videntur.* Nihilominus S. hic Doctor parum mihi dixisse videtur; dum creaturam pulcherrimam, qualis cœlum est Empyreum, ad nostram creavit habitationem: *Paratum vobis Regnum à constitutione mundi*; Sed & hoc ipsum à nostris abscondit oculis, siquidem *Cœlum à celando dicitur.*

D. Chrys. ser. 69. Cœlum & terra, & omnia in ijs contenta, creata sunt ad hominis servitium.

Matt. 25. 34.

Astruit hoc ipsum Seneca

3. Non deficere homines, qui creaturas, ne in Creatoris notitiam se insinuarent, adorarunt; quos similesque Seneca moralis solo lumine naturali dotatus, merito reprehendit, dum naturæ & non naturæ authori tot tantaque adscribunt, quibus in dies accumulantur beneficia; ideoque in unum eorum ita invehitur: *Non intelligis te, cum hoc dicis, mutare nomen Deo? quid enim aliud est natura quam Deus: Et divina ratio toti mundo & partibus ejus inserta?* Quæ prius quàm eloqueretur jam ante talem præmiserat doctrinam dicens: *Unde hæc innumerabilia, oculos, aures, animum, malcentia? Unde illa luxuriam quoque instruens copia? Neque enim necessitatibus tantummodo nostris provisum est, usque in delicias amamur. Tot arbusta non uno modo frugifera, tot herbæ salutares, tot varietates ciborum, per totum annum digestæ, ut inerti quoque fortuita terræ alimenta præberent. Animalia omnis generis, alia in sicco, solidoque; alia in humido innascentia, alia per sublime dimissa, ut omnis rerum naturæ pars aliquod tributum nobis conferret.*

Senec. l. 4. de benefic. c. 7.

Senec. ibid. cap. 5.

4. S. Bernardus in sermone quodam *de quadruplici debito*, nos, ut divinam beneficentiam omni ex parte cognoscamus, ad elevandos primum quidem in cœlum oculos, postmodumque in terram reclinandos invitat dicens: *Tibi ministrat siderum cursus, aëris temperiem, fœcunditatem terræ, fructuum ubertatem.* Id quod & Nyssenus insinuare voluisse videtur, dum ingratis nimiam beneficiorum communium in hæc verba exprobrat oblivionem: *Quis mihi terram subtravit? Quis perviam, solertia atque industria naturam humidam fecit? Quis fixit mihi cœlum tamquam cameram? Quis præstat mihi facem Solis: Quis emittet fontes in convallibus? Quis mihi brutorum animantium ministeriam subjecit?*

S. Bern. ser. de quadrup. debito.

Hinc oculi sæpe elevandi in Cœlum & in terram figendi.

S. Greg. Nyss. orat. 1. in orat. Dominic.

5. Quando Moyses mundi hujus creationem recensere instituit, de planetis cœlestibus dissertaturus inquit: *Dixit Deus, fiant luminaria in firmamento cœli, & dividant diem ac noctem, & sint in signa & tempora, & dies & annos, ut luceant in firmamento, & illuminent terram*; At verò S. Bernardus, in cujus servitium, Deus Solem, Lunam, & Stellas, primum mobile, firmamentum, planetas, & quidquid boni vel pulchri coram oculis nostris relucet, creaverit, his verbis interrogat: *Cui putas? nulli utique nisi tibi. Cæteræ siquidem omnes creaturæ, aut in nullo egent his omnibus, aut non intelligunt ea.* Nazianzenus in alia quadam oratione hunc eumdem cœlorum ornatum considerans, inquit: *Unde tibi hæc omnia, & à quo? Aut parva hæc oculisque subjecta dicam, cujus munere ac beneficio cœli pulchritudinem cernis, Solis cursum, Lunæ orbem, siderum multitudinem, eamque, quæ in his omnibus velut in Lyra elucet concinnitatem atque ordinem, semper eodem modo se habentem, partium anni vicissitudines, temporum mutationes, annorum conversiones, diei noctisque æquas portiones, terræ productiones, aëris fusionem, maris fluxi simul ac stabilis immensam latitudinem, fluminum profunditatem, ventorum profluvia?* Agrestius Prætectus fidei nostræ crudelis persecutor Solem veluti Deum adorandum esse sustinere volens, Tranquillinum sibi adversantem habuit, qui eum hoc sequenti argumento convicit, inquiens: *Num navibus tibi alimenta ferentibus gratiæ agendæ potius, quam Regibus? Si ergo Regibus asportata adscribitur annona, quanto magis tui Dei gratiæ agendæ, cujus nutu omnia elementa nostris usibus deserviunt?* Profectò nec cœli, nec planetæ, nec Sol, Luna, Stellæ, elementa animata sunt; motus quoque quem hactenus tot sæculis regularissimum habent, à cœlestibus intelligentijs, spiritibusque Angelicis procedit, qui à supremo motore moventur; ac proinde *Uni Deo gratiæ agendæ, cujus nutu, &c.* Optime igitur & verissime Hugo à S. Vict. ait: *Quocumque se verterit oculus, familiarum habet admonitionem amoris, & in omne quod cernit, Dei amatoris sibi resultat memoria.*

Theatr. vitæ humanæ v. Gratitud. Tranquill.

Hug. de S. Vict. ser. 3. in Cant. de grad. charit. c. 3.

6. Seneca tametsi gentilis fuerit circa hæc creata, quæ etiam à fidelibus admirationem merentur, sequentem Discursum instituit: *Si pauca quis tibi donasset jugera, accepisse te diceres beneficium, immensa terrarum late patentium spatia negas esse beneficium? Si pecuniam tibi aliquis donaverit, & arcam tuam implexerit, beneficium vocabis; tot metalla defodit, tot flamina emisit in aera, super quæ decurrant sola aurum vehentia, argenti, æris, ferri immane pondus omnibus locis obrutum, cujus investigandi tibi facultatem dedit, ac latentium divitiarum in summa terra signa disposuit, & negas te accepisse beneficium?* Non sufficit Deo nostro, se nobis prospexisse de omnibus, quibus ad necessitatem nostram indigemus, nisi etiam multa ad solam nostram recreationem & voluptatem creasset: *Quanta largitus est ad sustentationem*, inquit S. Bernardus, *quanta ad eruditionem, quanta ad consolationem, quanta ex hoc jam ad correctionem, quanta etiam ad delectationem?* Idem præcitatus Seneca ad aliud quoddam se reflectit beneficium, parum à paucis consideratum, nimirum ad flumina aquarum, quæ in varias terræ partes dispersit, ad facilitandum tanto magis humanum commercium, agrosque fœcundandos: *Flumina*, inquit, *hæc amœnissimis flexibus campos cingentia, illa præbitura commerciis viam, vasto & navigabili cursu vadenti.* Ad hæc tot aquas medicinales, tot balnea, tot venas sulphureas & salutares, quis est qui consideret? *Quid medicatorum torrentium venæ? quid in ipsis littoribus, aquarum calentium exundatio?* Neque solum de aquis mineralibus & medicinalibus nobis prospexit, verum etiam de venis metallorum & pretiosorum lapidum; quot sunt herbæ, ligna, semina, gemmæ, quæ infirmitates curandi virtutè habent, quas sæpe propter offensas eidem Deo, qui his omnibus instinctu hunc salutarem indidit, irrogatas contraximus?

Senec. ibid. cap. 6.

Præclara Senecæ monita ad gratitudinem movendam.

S. Basil. ibid.

S. Bern. ser. 14. super Ps. Qui habitat.

S. Antonin. sum. Theol. p. 3. tit. 3. c. 9. §. 12.

Senec. ibid. Flumina à Seneca recensentur inter maxima Dei beneficia.

Sicuti & aquæ calidæ.

7. Regius Psalmista David ad gratitudinem Deo benefactori nostro reddendam his verbis nos exhortatur: *Benedic anima Dominum ... qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas, qui redimit de interitu vitam tuam.* Enimvero quia post lapsum primorum nostrorum parentum hæc nostra mortalitas plurimum debilitata fuit, ideo Dei providentia multa medicinalia creata fuerunt, quæ illam sufficiunt, corroborant, sustentant, & à morte præservant. Beatus Laurentius Justinianus de gratitudine alicujus servi Dei ita differit: *Miratur utique terram, pontum, æthera, volatilia, quadrupedia, arbusta, & de humo germinantia, ipsos agrorum Cultores, Negotiatores, Sapientes, Potentes, & Nobiles, Peccatores, Pœnitentes & Justos, Solem, Lunam, & Stellas, Angelos, & Archangelos, Sanctos in suam præordinatos esse obsequium, pro tempore, pro dispositione, pro qualitate; pro necessitate, pro forma, & si non actu, habitu tamen, ministerio, & fine.* Sanctus Basilius quòque ad creaturarum in beneficium nostrum productarum, multiplicitatem & varietatem respiciens inquit: *Propter nos omnes fluunt, scaturiunt, ac promanant fontium scatebræ; ad negotiandum nobis se adaperit mare navigationum, è fodinis metallicis effodiuntur opes. Undevis affluit amœnitas exuberans deliciarum, omni nos obvallante creatura, ac protegente, per luculentam ac prædivitem erga nos beneficentissimi Dei gratiam.* Præterea hanc astrorum, influxuum cœlestium & elementarium dispositionem adeo regulatam, ut tempore opportuno per pluvias, nives, ventos, & calores æstivos in variarum anni partium circulis terra fœcunderur. Quis est qui consideret? *Qui facit magna*

Psal. 102. v. 2. ibid. v. 3.

Magnum beneficium Dei, sunt herbæ medicinales.

B. Laur. Just. de Instit. & regimine Prælat. c. 21.

S. Basil. h. 3. in Mart. Julitam.

Mineralia.

Influxus astrorum.

Job. 5. v. 9.

magna & inscrutabilia, inquit Job, *& mirabilia absque numero*; Qui idem eodem loco primo confiderat, quod Deus *dat pluviam super faciem terræ, & irrigat aquis universa*; Revera si ad modum illum admirabilem quo Deus in nubibus pluvias generat, & ad tot alias cœlestes & elementares influentias quis se reflectat, influxus illos cœlestes animatos esse videri nonnemini possent, siquidem non semper sed convenientissimo tempore terræ communicantur, & tamen tanta est nostra stoliditas, ut authorem naturæ, & eum qui in ipsis in beneficium nostrum operatur, minime observemus, aut intelligamus; Cum tamen ipse dixerit: *Dabo vobis pluvias temporibus suis, & terra germen suum & pomis arbores replebuntur, apprehendet messium triturа vindemiam, & vindemia occupabit sementem. Quis tibi pluvias dedit*, inquit Nazianzenus, *agriculturam, cibos, aves, domicilia, leges, rempublicam, vitam mitem & humanitate excultam, amicitiam & familiaritatem cum eo, cum quo tibi cognatio intercedit? unde habes quod animantia partim curaras ubi subjecta sunt, partim in cibum tradita?* Quis te omnium rerum quæ in terra sunt Dominum & Regem constituit?

Ibid. v. 10.

Levit. 3. v. 4. Ibid. v. 5. Germina terræ.

Nazianz. orat. 16.

Inventiones quarumvis artium.

Senec. l. 4. de benef. c. 7.

7. Magnum præterea est Dei beneficium, quod tam excellens homini ad varias artes inventendas ingenium suggesserit, de quo Seneca ait: *Insita sunt nobis omnium artium semina, omniumque artium semina, magisterque ex occulto Deus producit ingenia.* Sanctus Basilius quoque hujus doni mentionem facit, inquiens: *Inventum artium gratuitò contulit, quæ adjumento sint nobis ad tuendam vitam.* Sanctus Antoninus considerat idem ingenium homini ad multarum misseriarum provisionem aptè deservire, dum ait: *Miseriæ famis & sitis providet cibariis, & potibus variis, ne fastidium generetur. Miseriæ nuditatis vestimentis plurimis, laneis, lineis, sericis.* Homini quoque ingenium dedit ex vermium viscеribus eruendi fila serica, ex herbis telas lineas, ab ovibus lanas, ab animalibus pelles: *Miseriæ frigoris calore ignis: miseriæ tenebrarum lumine Solis & Lunæ: Miseriæ paupertatis, divitijs auri & argenti, & exterorum metallorum & lapidum pretiosorum: Miseriæ infirmitatum, medicinis innumeris.* Idem quoque Sanctus ulterius ostendit Deum minime contentum fuisse, quod nostris prospexerit necessitatibus, verum etiam, ut paulò ante diximus, nos cumulare voluit delicijs: *Sensibus quoque copiosè & suaviter providit. Vtjus de pulchritudine cœlorum? Auditui de suavitate sonorum cantus; & instrumentorum, gustui de dulcedine ciborum; odoratui de fragrantia odorum, florum & aliorum? Tactui de lenitate diversorum objectorum.*

S. Basil. ibid.

S. Antonin. sum. Theol. p. 3. tit. 3. c. 9. §. 12.

8. Obsservandum quoque Psalmistam, postquam dixisset *Constituisti eum super opera manuum tuarum, omnia subjecisti sub pedibus ejus*, Mox idipsum in animalibus, quadrupedibus, volatilibus, & aquaricis exemplificando subjunxisse: *Oves & boves universas, insuper & pecora campi, volucres cœli & pisces maris*; alia qua enim animalia ad excolendam terram creavit, ut subleveret à laboribus; alia ut onera & impedimenta nostra ferant, alia ut nuditatem nostram lanis & pellibus suis contegant, alia denique ut nutrimentum nobis exhibeant. *Ille Deus est*, inquit Seneca, *non qui paucos boves, sed qui per totum orbem armenta dimisit, qui gregibus ubique passim vagantibus pabulum præstat, qui pascuis hibernis æstiva substituit, qui non calamo tantum cantare, & agreste atque inconditum carmen ad aliquam tantum oblectationem modulari donavit, sed tot artes, tot vocum varietates, tot sonos, alios spiritus nostro, alios externo cantu edituros commentus est.* S. Basilius in prædicta homil. hanc nobis tam beneficam & liberalem provisionem his verbis ob oculos statuit: *Et terræ viscеribus alimenta eduxit; nobis præorgavit in ministerium omnigenum pecus. Propter nos imbres, Sol, montana Regio, atque item campestris nostri causa pulchrè exculta est & ornata.*

Psal. 8. v. 7. Subjectio omnium animantium.

Senec. ibid. cap. 6.

S. Basil. ibid.

9. Beatus Laurentius Justinianus ad illa Christi verba se reflectens: *Pluit super justos & injustos*; Beneficos cœlorum & elementorum influxus communes esse dicit, adeo ut etiam participentur à rebellibus, & creatori suo contumacibus: *Quamvis*, inquit, *delinquas graviter, quamquam in multis offendas frequenter, tametsi te voluntariè ab illo avertas, nunquid suavum stillicidia gratiarum cohibet, ne pluant super te? Nunquid Solis, Lunæ, Stellarumque splendorem abscondit, ut non super te luceant? Porro terra germinat fructum suum, arbores diversarum specierum poma producunt, & (pro dolor) intelligere dissimulas, à quo ista percipias? Tibi cuncta famulantur elementa, nubes de cœlo imbrem opportunum spargunt. Dies diei, & nox succedit nocti, ut tibi cunctisque viventibus præstent gaudium, tribuant alimentum, levent fastidium, & sine sensu, & absque gustu torpescis & jaces.* Quod si fortitan à primis annis subterranеæ cuidam specui inclusus fuisses, in qua nullum unquam vidisses lumen, ibidemque per viginti annos in tanta obscuritate moratus, nullo alio cibo, præterquam pane pastus & aqua potatus fuisses, si tandem inde ereptus, ad lucem mundi conspiciendam exponereris, in quantam rapereris admirationem, quamprimum in sphæras cœlestes, in firmamentum, Stellas, Lunam, & Solem, tuum defigeres obtutum; Quantum obstupescеres ex pulchritudine florum, ex præstantia viriditate, ex tot herbarum germine, ex tot arborum varietate? Quantum haberes gustum, & delicias percipereres, ex fructibus, piscibus, avibus, vinorum generositate, variarumque lautissimarum epularum apparatus; quam affectuosè ei qui te ex tam miserabili statu eructum inter tot statuisset delicias, gratias ageres? Jam vero homo his omnibus à tot annis gavisus est, à quot hac vita mortali donatus fuit, & tamen numquam ad hoc animum suum applicat, ut Creatori hæc omnia ipsi indulgenti gratum se exhibeat.

Ibid. v. 7.

Psal. 103. v. 13. 14. 15.

Senec. ibid. cap. 6.

10. Postquam Christus in vasta solitudine panes & pisces multiplicasset, admiratæ sunt turbæ, & tamen ut S. Augustinus ait: *Miracula ejus quibus totum mundum regit, universamque creaturam administrat, assiduitate viluerunt, ita ut penè nemo dignetur attendere opera Dei mira & stupenda in quolibet seminis grano.* Propheta Regius cœlos Creatori suo incessanter laudes dicere asserit: *Cœli enarrant gloriam Dei?* Job quoque Deum à Stellis laudari dicit: *Cum me laudarent simul astra matutina?* Solus vero homo in cujus servitium cœli extensi creatæ Stellæ, & tota hæc mundi machina condita fuit, linguam suam ad referendas divino benefactori suo laudes & gratias, adhibere penitus negligit. Utique gratiores erga Deum futuri essemus, si Deus innumerabilium bonorum, quæ nobis concessit, usum nobis totaliter eriperet, quia, ut S. Greg. ait: *Salus corporis quanti sit, amissa sentitur.* Nunc vero quia incessanter rerum creatarum utilitatem participamus, nec ea aliquando amittere timemus, de beneficio ne quidem cogitamus, multo minus de gratiarum actione pro eo reddenda, quia *assiduitate viluerunt.*

Hæc omnia miracula Dei, assiduitate vilescunt.

S. Aug. tr. 24. in Joan.

Ps. 18. v. 1.

Job. 38. v. 7.

S. Greg.

11. Oleaster ad illa se Geneseos verba reflectit, quibus Deus dicit: *Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & universa ligna, quæ habent in semetipsis sementem generis sui, ut sint vobis in escam; & cunctis animantibus terræ, omnique volucri cœli & universis quæ moventur in terra.* Et subdit, quod quilibet homo hæc verba serio considerans, haud immeritò dicere posset: *Numquid de bobus cura est Deo?* Cur enim Deus eodem tempore quo homini de cibo suo prospexit, simul etiam animalibus alimoniam suam præscribere voluit? *Quid quæso ministerij, bone Deus, ab his, quos tam sumptuose alis, consequeris? Quid tibi aves? Quid bruta? Quid homines præstant?* Tantum abest, ne inutiles sint. *Sed quod creaveras providere dignatus es. Discamus tam liberalem, tamque piam in suos Dominum habere, illique totis viribus ministrare, qui etiam eos, qua proprijs inserviunt utilitatibus, tam munificè & largè alere dignatus est.* Advertendum porrò est, terram quidem ex semetipsa sine adhibito aratro, ligone, vel alia quavis cultura germina sua producere debuisse, quia Deus dixit: *Germinet terra herbam virentem, & lignum pomiferum faciens fructum*; At verò cur ipsemet Deus postea dixit: *Maledicta terra in opere tuo ... spinas & tribulos germinabit tibi?* nimirum ob solam Protoparentum nostrorum ingratitudinem: *Quia ... comedisti de ligno ex quo præceperam tibi, ne comederes.* Imo tametsi terra sudoribus ipsorum humectata, prout Adæ promiserat, fructum suum subministratura fuisset; attamen Deus ingrato Cain filio suo protestatus est dicens: *Maledictus eris super terram, ... quam cum operatus fueris, non dabit tibi fructus*; Ingratitudo enim largum divinæ beneficentiæ fontem obturat.

Hæc omnia miracula Dei, assiduitate vilescunt.

Pulchrum filios mittere ad hoc faciens.

Gen. 1. v. 29. Oleast. ib. Ob solam primorum parentum ingratitudinem terra produxit spinas & tribulos.

1. Cor. 9. v. 9.

Gen. 1. v. 11.

Gen. 3. v. 17. Ibid. v. 18.

Ibid. v. 17.

Gen. 4. v. 12. Ibid. v. 12.

DISCURSUS XII.

ARGUMENTUM.

Continuum creaturarum conservationis beneficium perpetuam à nobis exigit gratitudinem: Adminus verbis præstandam, quamvis Deus nobis benefaciat in effectu.

THEMA.

THEMA.

Gratias agimus Deo sine intermissione. 1. Thessal. 2. v. 13.

Beneficium conservationis exigit à nobis continuas gratiarum actiones.

1. HIc utique verus est Deo gratias agendi modus, si scilicet sine intermissione grati simus: *Gratias agimus Deo sine intermissione*, quia non jam dico omni die & omni hora, sed omni momento, incessanter, quovis instante immensum & infinitum recipimus conservationis creaturarum beneficium. Ponderetis velim distinctè & sigillatim omnium rerum creatarum à principio mundi, omniumque deinceps in sex mille sexcentis & amplius annis productarum & multiplicatarum essentiam, & invenietis, quod præter esse suum, supremo quoque artifici suam in acceptis referre debeant subsistentiam, quia si hoc beneficium brevissimo temporis spatio deficeret, omnia in nihilum redigerentur, juxta illud Psalmi: *Auferes spiritum eorum & deficient, & in pulverem suum revertentur.* Unde quondam Poëta cecinit: *Non minor est virtus parere quam parta tueri.* Et ideo homo non tantum obligatur Deo ob universi hujus productionem, quantum ei obstrictus est ob conservationem illius. Clemens Alexandrinus super illa verba Geneseos: *Igitur perfecti sunt cæli & terra & omnis ornatus eorum, complevitque Deus die septimo opus suum quod fecerat, & requievit ab omni opere quod patraverat.* Circa hunc inquam textum inquit: Nequaquam existimandum esse hanc Dei quietem ab operibus significare desinentiam influxus in creaturas, quia conservare illas continuo sine intermissione, est quædam creationis continuatio: *Non ergo*, inquit, *sicut existimant quidam Dei quietem, cessabit Deus facere, nam cum sit bonus, si cessaret unquam benefacere, Deus quoque esse cessaret.*

Pſ. 103. v. 29.

Strom. Gen. 2. v. 1. Clem. Alexandr. l. 6.

Conservatio hæc in eo consistit, quod Deus creaturas jam productas conservet.

2. At vero in quonam hæc continua beneficentia consistit? Certe non in eo, quod det esse novis creaturis, sed quod jà productas conservet, sicut enim sole deficiente, lux quoque in Stellis, Planetis, aëre ab oculis nostris deficeret, ita quoque si Deus circa vultum hanc mundi machinam concursum suum suspenderet, hæc tota ad primum suum nihilum subito rediret: Deus olim à populo suo inter alia festa sibi deputari voluit quemlibet primum cujusllibet mensis diem, illumque solemniter peragi, in recognitionem continuæ providentiæ, qua illi assistebat: Id quod Oleaster ponderans ait: *Mensem Hebræis innovationem significare, quod eorum initijs Luna innovari soleat. Grati animi est, non solum beneficia referre cum primum dantur, sed plus cum eadem repetuntur, & multiplicantur.* Talia autem sunt illa numquam intermissa conservationis beneficia, hæc enim dici possunt infinities à tot hactenus sæculis evolutis multiplicari, quando illa sæcula magis increverunt. At vero quemadmodum S. Augustinus de miraculis ait, quæ divina Providentia in quolibet frumenti grano quotidie operatur, *assiduitate viluerunt*, ita idipsum multo magis dici potest de innumeris conservationis beneficijs, quia nemo est qui illa consideret. S. Augustinus de hoc beneficio hisce verbis discurrit: *Neque enim sicut structuram ædium, cum fabricaverit quis, & absedit, atque illo exeunte & absidente, stat opus ejus: Non ita mundus vel ictu oculi stare poterit, si ei Deus regimen suum subtraxerit.* Tametsi enim conservare creaturas non sit idem quod dare illis novum esse attamen est quædam subsistentiæ illarum continuatio à divina voluntate & Omnipotentia dependens, quæ si per unum tantum momentum deficeret, totum universum in suum nihilum reincideret.

Oleast. ibid.

S. Aug. tr. 24. in Joan.

S. Aug. l. 4. de Gen. ad literam c. 22.

3. Forsitan hocipsum incarnata Sapientia dicere voluit, quando de æterno Patre suo ait: *Pater meus usque modo operatur, & ego operor.* S. Antoninus in summa sua ait: *Attendendum est ad opera singula naturalia interiora & exteriora, ut intelligere, velle, memorare, videre, ambulare, & hujusmodi, quæ omnia à Deo habemus; Unde Plato ait: Deum dico Authorem omnium naturarum, lumen omnium rationum, finem omnium actionum*; Moxque in confirmationem omnium quæ hactenus diximus, subjungit: *Sine quo nulla natura subsistit, nulla ratio discernit, nulla actio expedit.* Quid Psalmistam intendisse arbitrami, dum diceret: *Ad nihilum devenient, tamquam aqua decurrens?* Si quis vestrum Principis cujusdam hortum aliquando perlustravit, varios utique aquarum observaverit ludos; alijs in locis se sublimante in altum, in alijs gyrum conficiente, hinc organa insonante aliaque instrumenta musicalia personante aqua: Iterum alia profunda implebit vivaria, omnis generis piscibus plena aquarum, aliæ herbas vivificant, sepes aliæ inter calidissimos æstatis calores florescere faciunt, & ut verbo dicam, Paradisum terrestrem spectacula hujusmodi exprimere videntur: Ast si aquam hanc dispergi, inque alias partes dividi contigerit, aut fontem hujusmodi exsiccari, omnia languescunt; atque hoc est, quod Psalmista infinuare gestit, dum ait: *Ad nihilum devenient.* Eumdem omnino effectum in creaturis eventurum esse vobis imaginemini, quæ ad nostram deserviunt utilitatem; aut oblectamentum, nisi Deus per continuam activitatem & concursum suum ijs assisteret: *Auferes spiritum eorum & deficient.*

Joan. 5. v. 17.

S. Antonin. sum. Theol. p. 4. tit. 5. c. 12. §. 1.

Omnes creaturæ in nihilum desinerent sine hoc beneficio continuæ conservationis.

Pſ. 57. v. 8.

Pſ. 103. 29.

4. Supremus artifex hanc animam nostram ad suam fabricavit imaginem, siquidem *Creavit Deus hominem ad imaginem suam*, si autem tela, supra quam depicta est imago, deficeret; aut murus, aut tabula in qua delineata est, vivisque coloribus expressa, corrueret, utique deficeret pariter imago. Ecce vobis moralem resolutionem, tela seu tabula dictam sustinens figuram, assistentia & conservatio est Dei, quam hic continuo, & absque intermissione nobis subministrat; ut proinde Sanctus Bernardus asserere non dubitarit: *Ne hoc quidem licet maximo contentus munere* (scilicet creationis ad imaginem suam) *qui dedit ut esses qui ante non fueras, adjecit etiam unde subsisteres, qui jam eras. Nec minus liberaliter hoc, quam illud mirabiliter est operatus.* Quod ingens beneficium in soliloquijs suis cum affectuosis verbis prosequens Sanctus Augustinus cum hac gratiarum actione ad cœlestem suum sese convertit Benefactorem: *Omnibus horis & momentis, fruor bonis misericordiæ tuæ; quoniam semper perirem, nisi quia semper regis me; semper morerer, nisi quia semper me vivificas & omni momento me tibi obligas, dum omni momento mihi tua beneficia præstas;* quod ut verum esse agnoscatis, si 30. si 50. si 70. annos vos vixisse contigerit totum illud vitæ vestræ spatium minutissime dividite, non modo in horas, sed in momenta singula, hocque computu absoluto vos totidem à Deo beneficijs in vestri per singula momenta à Deo facta conservatione affectos fuisse deprehendetis. Audite hac de re Sanctum Antoninum: *Considera*, inquit, *quod tot sunt Dei beneficia erga te, quot vitæ momenta, per continuum enim Dei influxum homo consistit & vivit.*

Gen. 1. v. 27. Anima nostra ad imaginem Dei efformata & depicta, periret omnino sine ejus conservatione.

S. Bern. ser. 14. super Pſ. Qui habitat.

S. Aug. soliloq. c. 18.

S. Anton. ibi.

5. Verum enimvero, qualenam ex hactenus adductis præmissis, deducemus consequentiam? hanc videlicet: *Gratias agamus Deo sine intermissione.* Sanctus Augustinus postquam beneficium istud æqua lance ponderasset, tandem ita concludit: *Sicut ergo nulla est hora vel punctum in omni vita mea, quo tuo beneficio non utar, sic nullum debet esse momentum, quo te non habeam ante oculos.* Sicut enim naturæ bonis quotidie fruimur, ita quoque justum est, ut authori naturæ incessanter agamus gratias. *Quid est tam secundum naturam*, inquit Sanctus Ambrosius, *quam referre authori gratiam? Aspice cælum hoc, nonne authori refert gratiam? cæli enarrant gloriam Dei; Mare ipsum dum sedatum atque tranquillum est, divinæ serenitatis testatur judicium? Nonne omnes Dei gratiam jure miramur, cum advertimus quod insensibilis natura quadam sensibili ratione suos fluctus coerceat, & fines suos unda cognoscat? Nam de terris quid loquar, quæ divino obedientes præcepto, omnibus sponte animantibus pabulum subministrant, atque id quod acceperint, velut crescentibus usuris multiplicatum cumulatumque restituunt.* Quod si igitur omnes creaturæ, etiam illæ quæ irrationales existunt Deo Creatori suo debitum gratitudinis & laudis tributum certatim licet insensibiliter pendunt, quanto magis homo idipsum facere debebit.

Hinc Deo incessanter agendæ gratiæ. S. Aug. ibid.

S. Ambr. l. de Obitu Satyrit. 4. Ad exemplum cœli, maris, & terræ.

6. Sanctus Apostolus ad Corinthios scribens de semetipso testatur: *Gratias*, inquit, *ago Deo meo semper pro vobis*; At vero dicet fortasse aliquis, quomodo possibile erat Apostolo idipsum adimplere, cui necessum erat gentium conversionem per verbi Dei doctrinam, per operum misericordiæ corporalis exercitium, per peregrinationes & laboriosa itinera promovere, præterquam quod dormire quoque manducare & bibere pro corporis necessitate debuerit? qua igitur ratione linguam semper ad reddendas Deo gratias expeditam habere poterat? audiamus Cajetanum dicentem: *Agebat gratias non solum habitu gratitudinis, sed etiam actu; ex eo namque quod Paulus universas suas tam actiones, quam passiones, etiam ipsum dormire offerebat Deo pro universis beneficijs, sibi sub specie omnibus collatis (inter quos erant Corinthij) sufficienter habetur, quod semper actu gratias agebat Deo pro Corinthijs, non quod semper actu cogitaret de Corinthijs, sed virtualiter, virtute scilicet primæ intentionis universa ejus opera erant gratiarum actiones.* Eumdem quoque continuam gratiarum actionem Deo persolvendi modum, & nos ab eo discere possumus. Sanctus Basilius admonet ejusdem Apostoli insistit, alibi ita suadentis: *Sive manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis: omnia in gloriam Dei facite. Accumbens meum sæpe ora; estans panem largitori gratiam rependito; sustollens firmamque infirmis corporis vires vino, ejus fac memineris, qui hoc te dono impertivit ad inserendam cordi tuo lætitiam, & ad multiplicium infirmitatum non mediocre solamen.* Et in Epistola ad Thessalonicenses inquit: *Sine intermissione orate, in omnibus gratias agite*; quem Textum Theophylactus ita exponit: *Qui assuevit cum Deo versari, eique gratias agere in omnibus rebus. Quomodo autem semper gratias ages? si agnoveris hanc esse voluntatem Dei, ut sis gratus erga ipsum, ut qui semper tibi benefaciat.* Sanctus Ambrosius ut nos ad hanc continuam & numquam intermissam gratiarum actionem eximulet, sequenti nos evidenti ratione convincit: neque enim nos unquam respirare possumus, quin ad quamlibet respirationem beneficijs Dei fruamur, & ad hanc beneficentiam alliduam & quotidianam incessanter continuat & conservat; unde ait: *Quando non habes quod Deo debeas? aut quando sine Dei munere es? quod enim habes, aut ex quo non accepisti: ergo quia semper accepis, & quod habes à Domino est, debitorem te semper esse cognosce.* Deus per suam incomprehensibilem providentiam in commodum nostrum continuo operatur, neque enim natura nobis benefacere potest, sine eo operationis divinæ influxibus. *Vide ergo*, inquit Seneca, *Quanta quotidie Deus moliatur, quanta distribuat, quantis terram fructibus impleat, quam opportunis & in omnes oras ferentibus ventis maria promoveat, quantis imbribus solum molliat?* imperceptibilia sunt bona quæ homo à Deo recipit; quæ proinde non cognoscit, multò minus autem gratias agendo agnoscit. *Circa beneficia quæ dedit tibi*, inquit sanctus Bonaventura, *cogita quam multa, quam bona, quam utilia, quam magna; quis enumeravit ea? quis intelliget? quis loquetur? cogita quomodo dedit tibi dona naturæ, dona gratiæ, dona superexcellentiæ.* Idem quoque Seraphicus Doctor modum immensa hæc bona ponderandi edocet, ut nos erga divinam bonitatem gratos exhibere valeamus: *Gratitudinis alius gradus est*, inquit, *digne ponderare naturalia dona corporis; alius digne ponderare naturalia dona animæ, scilicet memoriam, intelligentiam, & voluntatem. Altissimus, digne ponderare gratuita dona animæ, scilicet dona Spiritus sancti, & virtutes.*

1. Cor. 10. v. 31. S. Basil. h. 5. in Martyr. Julitt.

1. Thessal. 5. v. 17. & 18. Theoph. ibid.

Ad hoc extimulare nos debet continua Dei beneficentia.

S. Ambr. de obitu Theodoſij.

Seneca l. 4. de benef. c. 22.

S. Bonav. t. 6. in Fascicul. c. 6.

S. Bonav. de grad. virt. c. 20. T. 7.

1. Cor. 1. v. 4. Quomodo cum S. Paulo possimus Deo incessanter agere gratias.

Quæ est præterita, præsens, & futura.

7. Hæc dona ut plurimum continua sunt, ac proinde æquum est, ut assiduæ quoque sint nostræ gratiarum actiones: *Gratias agamus sine intermissione* Enimvero tempus dividitur in præteritum, præsens & futurum; in omnibus autem hisce temporum spatijs in memoria nobis præsens esse debet divina beneficentia. *Si quod præsens est consideraveris*, inquit S. Nyssenus, *per ipsum vivis; si futurum, ille tibi earum rerum, quæ sunt in expectatione, spes est; si præteritum, non esses, nisi prius ab illo factus esses; idipsum quod natus es, ab illo beneficium accepisti: ac postquam natus es, beneficio afficeris, dum per illum & vivis, & moveris*, ut inquit Apostolus, *rerum futurarum spes ex eodem beneficio pendet, tu vero solius præsentis compos es. Itaque si vel per omne vitæ tempus gratias agere. Deo non intermiseris, vix præsentis temporis gratiam explebis, cum interim nullam rationem excogitari possit, quia futuri vel præteriti temporis debita compensentur.*

S. Greg. Nyſſ. or. 1. in orat. Domin.

Job. 7. 1.

8. Vita nostra ex communi omnium opinione est continuum quoddam prælium, *Militia est vita hominis*, inquit S. Job: Fulgida autem & valida armatura nostra in hoc prælio est continua beneficiorum Dei commemoratio. *Quam diu hic sumus pugnare debemus*, inquit D. Chrysostom. *& domi sedentes, & in forum euntes, & ægroti, & sani*, ut autem inimicum nostrum vincamus nec ei subjiciamur, ecce tibi arma in hunc finem valde opportuna quæ idem Chrysostomus subministrat, dicens: *Maxime nos munni oportet, tegi lorica, clypeo, galea, & armis cæteris*; sed quomodo hæc arma tractare debemus? *Perpetuo*, inquit, *Deo gratias agere debemus. Hæc sunt gravissima quæ in diabolum torquentur tela, hic est ictus in dæmonem certissimus, tunc sunt coronæ splendidissimæ.* In antiqua lege non cuilibet ad manum erat victima, quæ in holocaustum offerenda erat, non quilibet Jerosolymæ morabatur, non cuilibet denarij suppetebant, ad comparandam hostiam, non semper promptus sacerdos aderat; nos vero semper, quavis hora, in omni loco promptum habemus sacrificium, quod Deo acceptissimum & gratissimum est, hoc videlicet gratiarum tributum. Unde Psalmista ait, *Non in sacrificijs tuis arguam te, holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper.* At vero quale est hoc sacrificium? *Immola Deo sacrificium laudis, hoc est gratiarum actionis*, inquit D. Chrysostomus. Sanctus Bernardus ad quotidianam nos exhortatur hujus gratitudinis continuationem, propter quotidianas victorias, quas de inimicis nostris reportamus; qui semper lateribus nostris assistunt: *In quotidianis*, inquit, *exercitijs, & bellis, quæ nulla hora pie in Christo viventibus desunt, à carne, à mundo, à diabolo, sicut militiam esse vitam hominis super terram, incessanter experimini in vobismetipsis, quotidiana necesse est cantica pro assecutis victorijs renovari.*

Pſ. 49. v. 8. D. Chryſoſt. ibid. S. Bern. ſerm. 1 in Cant. Ibid. v. 14.

9. Est quoque eximia hæc gratiarum actionis excellentia, quod hoc tributum etiam exolvere possit, qui pauper est & mendicus; unde S. Antoninus ait: *Pauper ingratus non est, si faciat quod potest; sicut enim beneficium consistit magis in affectu, quam in effectu, ita recompensatio etiam beneficij magis in affectu consistit, unde pauper, si opere recompensare non potest beneficatori, potest tamen recompensare per gratiarum actionem & laudem.* B. Laurentius Justinianus se quidem ad satisfaciendum infinito debito quo Deo astringebatur, insufficientem esse dicebat, verumtamen si magna ex parte eidem satisfacere posse existimabat, sed audite quomodo id fieri posse censuerit: *Quamvis de innumeris bonis mihi exhibitis numquam tibi gratias debitas valeam referre, tamen illud certe non desinam confiteri, me referre non posse, hæc enim humilis confessio non parva est gratiarum satisfactio.* Ad Deum pertinet dare nobis & benefacere, ad creaturam vero recipere & gratias agere. S. Augustinus super illa Psalmistæ verba: *Benedictus Dominus in æternum fiat*, ita scribit: *Gratias misericordiæ ipsius; quid dicam aliud quam gratiæ ipsius? nos enim gratias agimus; non damus sed reddimus, nec referimus nec rependimus gratiam, si tamen vere agimus, retribuimus.* Hanc quoque inæqualitatem inter Deum & hominem D. Chrysostomus his verbis considerat: *Ut discas quanta sit humana tenuitas & quanta Dei munificentia, nos etiam si quid voluerimus offerre, quid amplius offerre possimus, quam quantum verbis gratias referimus? Ea sane quæ ipse exhibet, opere præstat; quam imparia autem sunt opera & verba? & Dominus nullarum rerum indigus est, nullaque rerum nostrarum eget, præterquam verbis, atque hanc ipsam in sermonibus gratiarum actionem exigit, non quod ea ipse opus habeat, sed ut nos doceat gratos esse, & agnoscere tantorum bonorum suppeditatorem.*

Tributū gratiarum etiam exolvere possunt pauperes. S. Anton. ibi. §. 11.

B. Laur. Juſt. de lig. vitæ c. 7.

Pſal. 88. 53. S. Auguſt. Ibid.

Ad Deū pertinet nobis dare, ad nos recipere & gratias agere. D. Chryſ. h. 26. in Gen.

DISCURSUS XIII.

ARGUMENTUM.

Maximum hominis fuit beneficium, dum à Deo esse suum, hocque nobilissimum accepit; dum corpus ex luto compactum, flatuque animatum ad maximam utilitatem ejus illi impertiit Deus; quapropter ad gratiarum actionem præstandam obligamur.

THEMA.

Lætetur Israël in eo qui fecit eum. Pſ. 149. v. 2.

Pſ. 149. v. 2. Maximū Dei beneficium est quod sine omni nostro merito esse ab illo acceperimus. D. Chryſoſt. ibid.

1. REgius Psalmista populum Israëliticum ad laudandum & gratias agendas Deo in Hymnis & Canticis his verbis invitat: *Cantate Domino canticum novum, laus ejus in Ecclesia Sanctorum*; unum vero ex primis insignioribusque beneficijs quæ ponderat, est, quod esse à Deo acceperit: *Lætetur Israël in eo qui fecit eum: Ante singularia beneficia*, inquit D. Chrysost. *ponit generale, per ea quæ subjunxit, propemodum adhortans & dicens: Age Deo gratias, quod cum non esses te produxerit, & animam inspiraverit.* Sanctus Bernardus pariter ad agendas ex eodem motivo gratias affectuosis hisce verbis nos invitat: *Agamus gratias factori nostro, Benefactori nostro, Redemptori nostro, Remuneratori nostro, aut potius spei nostræ. Primum quod nobis præstitit nos ipsi sumus, si quidem ipse fecit nos & non ipsi nos. Parumne tibi videtur quia te fecit?* Ante triginta vel quadraginta annos tu nullum esse habebas, & quis cogitare potuisset, quod illud tibi daturus esset, sine ullo tuo merito, sine postulatione & desiderio tuo. S. Paulus de prædestinatione Jacob ad gloriam & reprobatione Esau loquens, inquit: *Cum enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent aut mali, . . . non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei, quia major serviet*

S. Bern. ſerm. 14. ſup. Pſ. Qui habit.

Rom. 9. v. 11. Ibid. v. 12 & 13.

minori. Deus enim sine ullo præcedenti merito ex solo bonitatis suæ motivo, nos è nihilo eduxit, quia ab æterno nos amavit. *In charitate perpetua dilexi te, ideò attraxi te.* *Cum non essēs*, inquit B.Laurentius Justinianus, *non erat qui resisteret, obaudiret, renueret; & tamen ipsē sine te dignatus est facere te sine te.* Sanctus Augustinus similiter in suis meditationibus, in eosdem prorumpit affectus, dicens: *Primum cogita ô anima, quod aliquando non fueris, & ut essē inipseres hoc Dei dono acceperis! donum ergo ejus erat ut fieres. Sed numquid ei aliquid dederas, priusquam fieres, quod tibi hoc redderet ut fieres? nihil prorsus, nil tu dederas, nil tu dedisse poteras, priusquam fieres, qui utique si nil amplius dedisset pro eo ipso tamen semper à nobis laudandus.* Ad cognoscendum immensum hoc bonum esse nostri, quod à Deo accepimus, ponderatione dignissima est illa Sancti Antonini doctrina, dicentis: *Major miseria esse non potest quam non esse. Tanta est hæc, quod in appetitum creaturæ cadere non potest absolute: ante conceptum tuum nihil eras: anima enim cælestibus de nihilo creatur, cum corpori infunditur: cum ergo nihil essēs, tantam misericordiam fecit Deus, ut tibi esse daret.*

Jerem. 31. v. 3. B.Laur. Justin. l. de Obed. c. 5. S.Aug. Medit. c. 6.

S. Anton. p. 2. sum. Theol. Tit. 3. c. 11.

Quod autem acceperimus esse tam nobile, recompensare non possumus.

2. Deum alicui dare quod sit in rerum natura quocumque tandem modo beneficium magnum erat, quia illum hoc faciendo è nihilo eduxit; at vero Deum nobis dedisse esse aliquod adeo nobile & sublime, quis id ipsum per æquivalentem gratitudinem recompensare poterit? Idem S. Archipræsul in alia parte summæ suæ de hac materia differens, hanc instituit considerationē: *Invitant creaturæ ad regratiandum Deo, quia omnes, exceptis Angelis, sunt inferiores nobis, & cum Deus potuerit nos facere vilissimas creaturas, nobilissimas fecit.* Narrat quoque quod dum SS. Patres in Eremo in conferentijs suis spiritualibus congregati essent, unus illorū dixerit: *Benedictus Deus qui fecit tot innumeras & mirabiles creaturas, ex quibus nulla est, quæ me nō doceat Deum laudare, & regratiari.* Quod audiens quidam qui modicam habebat vitæ spiritualis experientiam, eidem opposuit dicens: *Quomodo te docet laudare Deum bufo? & respondit ille: Multum quidem, & multipliciter: nam cum intueor illud animal ita horribile in aspectu, veneno plenum, corpore turgidum, super pectus gradiens super terram, oculis transversis, considero Deum talē me potuisse facere, fecit autem rationabilem creaturam sui capacem.* S. Aug., pariter per similem reflectionem unicuique homini debitum, quod habet Creatori suo gratias referendi, intimans, ait: *Gratiarum actiones deberi Creatori nostro; cujus profectò largissima bonitas justissime laudaretur, etiamsi in aliquo inferiori creaturæ gradu nos condidisset.* Si enim Deus nos fecisset esse silicem, arborem, viperam, magnum utique fuisset creatoris beneficium; at vero ex quo nos creavit, esse tam sublime nobis dedit, longe majus nostram sibi astrinxit gratitudinem. *De dono naturæ est*, inquit S.Bonav. *quod creavit te in tempore, & quod ab æterno te disposuit creandum, non creavit te pecus sed hominem. Dedit animam immortalem, cui dedit rationem, ingenium, industriam, qua omnia materialia potest intelligere. Dedit mentem, vel intellectum, qua immateriales Spiritus, Deum & Angelum intelligeret. Propter te omnia in terra creavit; omnia elementa ad tuam vitam, omnia animantia ad tuum nutrimentum.*

S. Aug. l. 3. de lib. arbitr. c. 5.

Et si fecisset nos creaturā vilissimam, adhuc teneremur ad gratiarum actionem.

S. Bonav. T. 7. in Fascicular. c. 6.

3. S. Gregorius Nyssenus postquam oculos suos ad hanc vastam universi machinam direxisset, camdem à superno artifice fabricatam esse considerans, subjungit: *Quis me cum pulvis inanimis essem, vitæ pariter & mentis participem fecit? quis hoc lutum ad imaginem figuræ divinæ formavit?* & S. Bern. in serm. quodam *de quadruplici debito*, inquit: *Ecce in januis est qui fecit cœlum & terram, & Creator tuus est, tu creatura, ille figulus, tu figmentum. Totum ergo quod es illi debes, à quo totum habes, illi præcipuè Domino, qui & te fecit, & benefecit tibi.* Idem quoque in alio serm. ad hoc tam sublime esse contemplandum his verbis invitat: *Cogita qualem te fecit; nempe etiam secundum corpus egregiam creaturam, sed secundum animam magis, utpote imaginem Creatoris insignem, rationis participem, capacem beatitudinis sempiternæ.* S. Antonin. hoc esse quod à Creatore accepimus nobilissimum esse hoc discursu dicit: *In anima posuit imaginem Trinitatis, & distinctius quam in Angelis. Similitudinem Deitatis, magis quam in alijs; in quantum sicut Deus est totus in toto orbe, & totus in qualibet parte, ita in orbe suo, id est, corpore, anima tota est in toto, & tota in qualibet parte corporis.* Participationem cum omnibus creatis; *esse* scilicet commune cum elementis, *vegetare* cum plantis, *sentire* cum brutis, *intelligere* cum Angelis. *Repræsentationem universitatis. Ibi cum sint quatuor humores cum corpore, conformes quatuor elementis: quinque sensus exteriores, visus, auditus, gustus, odoratus & tactus, & quatuor interiores, scilicet sensus communis æstimativa, phantasia & memoria: quasi novem cœli: nam decimum empyreum in quo Deus residet per gloriæ manifestationem, est pars intellectiva, scilicet intellectus & voluntas.* Porrò de animæ dignitate, nec non de imaginis & similitudinis divinæ excellentia fusius egimus in Tom. 1. per Discurs. varios in Tract. de anima.

S. Greg. Nyss. or. 1. in or. Dom.

S. Bern. in ser. de quadruplici debito.

S. Bern. ser. 14. in Psalm. Qui habitat.

Fecit autem nos creaturam nobilissimam & perfectissimā.

S. Antonin. ibid. §. 11.

Expenditur excellentia corporis & animæ.

4. S. Aug. aut quisquis demum libri illius *de contritione cordis* sit Author, ita ad intentum nostrum discurrit: *Non eram & de nihilo fecit me, non arborem, non avem, nec aliquod de animantibus brutis, sed hominem me voluit esse, dedit mihi vivere, sentire & discernere.* Si namque ad corporis nostri structuram oculos nostros reflectere voluerimus, quis non admirabitur eam, ad instar parvi mundi seu Microcosmi fabricatam? *Te Deus*, inquit B.Laur. Just. *de humano ac vilissimo semine matris tuæ formavit in utero, corporis organum distinxit per partes, strixit artus, sensus disposuit singulisque propria indixit ministeria, ut non esset fabrisma inter eos, sed compago indissolubilis, amoris vinculum, unitatis exemplum, dilectionis forma, decus sapientiæ, & corporis Ecclesiæ, similitudo vel optima.* Si vero quisnam me interrogare voluerit, cur supremus artifex, qui *omnia in sapientia fecit*, habitaculum animæ nostræ adeo nobilis, corpus inquam ex luto componere voluerit: hoc ipsum maximum atque incomparabile Dei beneficium fuisse respondeo, dicente Isaia: *Et nunc Domine Pater noster es tu, nos vero lutum: & figulus noster tu, & opera manuum tuarum omnes nos.* Id quod Moyses ubi de naralibus nostris tractat, clarius expressit, dicens: *Formavit Dom. Deus hominem de limo terræ.* Ubi Nazianz. ait: *Haud equidem scio quo pacto simul & imago Dei sim, & cum cœno voluter?* quodnamque in hoc latet mysterium, quod homo hinc ad imaginē Dei sit creatus, illine vero ex tantillo compaginatus luto? *Lætetur Israël in eo qui fecit eum;* Exultet homo, seque Creatori suo gratum exhibeat, quod ex materia adeo abjecta ab ipso compactus fuerit, siquidem hæc fabrica ad majorem ejusdem cedit utilitatem: Noverat namque Deus, Luciferum, cū Angelis apostatis propter factus sui nobilitatem & sublimitatem superbisse, atque in fastu suo evanuisse; ut igitur homo humilis persisteret, neque evanesceret, hoc illi addidit pondus scilicet vilem corporis materiam, vi cujus deorsum traheretur. *Hæc nostra temperatio est*, inquit Nazianz. *ut cum imaginis dignitas nobis animos extulerit, pulvis eosdem deprimat, contrabatque.* Ideoque etiam dum animalia cætera ita efformaret Deus, ut cū corporum suorum luto terram pariter intuerentur, solum hominem sursum erexit, cœlos contemplaturum, ut scilicet noverit limum hunc quantumvis vilem, ex quo compositus est, cælos quandoque inhabitaturum, modo animæ quæ ipsum vivificat subjectus manserit & obediens: Imo ut S.Bern. tradit, corpus hominis sursum elevari voluit Deus, ut nimiam animæ exprobraret dis-ordinationem, dum hæc terrenis illis sese immergit bonis: *Ut decor limi*, inquit, *deformitatem arguerit animi.*

S. Aug. T. 9. de Contrit. cord. c. 1.

Gratias Deo agendæ quod nos talem creaverit creaturam, B. Laur. Just. serm. de Christi corp.

Gen. 2. v. 7.

5. *Inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ & factus est homo in animam viventem.* Quam sodes anima in æternum victura, Dei imago, Sanctissimæ similis Trinitati, in quam Deus cælestes profudit thesauros, per unicam respirationem aut flatum suum esse consecuta est? Lux per unicum *fiat* formata fuit: firmamentum pariter, cęteræque creaturæ, nec non *verbo Domini cæli firmati sunt:* ast quænam inter flatum seu anhelitum animamque nostram est proportio? nulla penitus: sed qui animam creavit, corpusque compegit, tamquam Pater providus, de hominis bono unicè solicitus, dispsouit, ut spiritus carnisque ligamen, in quo vita consistit, fundamento à Deo labili, quale est respiratio seu flatus unicus, inniteretur, ut scilicet oculos nostros omni momento in vitam æternam conjiceremus, quocumque temporis puncto defectibilitati subjecti, atque ita corpus animæ in ordine ad salutem æternam, non gravamen, sed auxilium conferret, dicente B.Laur. Just. *Rationalem spiritum fragili atque passibili copulavit naturæ, ut qui luteo amictus erat indumento, atque in hoc exilio cum cæteris animantibus æquanimior esset, ac humiliter præstolaretur tempus quo de hac traheretur peregrinatione.* Medio flatu itaque dicebat Deus, vitam impertiar homini, ut noverit, vitam mortalem in sola consistere respiratione & flatu unico: quod considerans, totum studium, amorem, omnesque potentias suas ad beatæ & immortalis vitæ consecutionem convertat, suo obsequiosior, obedientiorque Creatori. Ideoque David postquam dixisset: *Anima mea in manibus meis semper*, v. 109.

S. Aug. T. 9. de Contrit. cord. c. 1.

Gratias Deo agendæ quod nos talem creaverit creaturam, B. Laur. Just. serm. de Christi corp.

Psalm. 118. v. 61.

Juxta Ps. 8. v. 5. 6. D. Chrys. h. 27. in Gen.

Omnes Creaturæ servitio suo à nobis exigunt gratitudinem.

Seneca l. 4. de benef. c. 6.

D. Chrys. h. 15. in Gen. Cur ratione differamus à brutis.

S. Aug. ust l. de spiritu & anima Gen. 2. 7.

S. Anton. p. 2. sum. Theol. Tit. 5. c. 9. §. 3.

Pro omnibus divinis beneficijs aliud rependere non possumus quā gratiarū actionem.

S. Aug. ust. Medit. c. 6.

S. Bonav. T. 6. in Fascicular. c. 6.

Psalm. 118. v. 109.

semper, mox subjungit? *Et legem tuam non sum oblitus:* nihil Chald. legit: *Anima mea periclitatur, ac si in superficie manus meæ esset.* Idem autem Beatus Laurentius Just. hanc, cur Deus corpus nostrum ex vili adeo materia constare voluerit, rationem assignat hanc aliam, dicens: *Ut ex qualitate exterioris hominis discat, non elate præferre se cæteris, sed ex continuis puntionibus, quas indesinenter propter infirmitates & necessitates carnis patitur, spiritus materiam sumat, se in humilitate continendi.*

6. D. Chrysost. diversa divinitus homini inditas gratias favoresque considerans (siquidem ut in disc. 11. diximus, *constituit eum super opera manuum suarum, Omnia subjecit sub pedibus ejus*) sequentem enarrat beneficiorum seriem, dicens: *Quomodo quis cogitare sufficeret ea quæ in nos jam sunt collata, quæ item promissa, quæ & quotidie conferuntur? quod ex nihilo produxit ut essēmus, quod corpus & animam dedit, quod rationales nos formavit, quod aërem respirationi concessit, quod creaturam omnem propter humanum genus produxit?*

Omnes Creaturæ servitio suo à nobis exigunt gratitudinem.

Seneca l. 4. de benef. c. 6.

7. Totum universum in operatione occupatur, cælum continuo movetur; imo tota natura creata intenta est, ut homini serviat; Sol in beneficium nostrum dies distinguit & noctes, sub signis Zodiaci; nobis perflant & inter se luctantur venti, nobis nubes aquis implentur aer frigidum distillat rorem, decurrunt flumina, scaturiunt ex fontibus aquæ, pisces natant, volant aves, prata florent, messes maturantes fructificant: unde Seneca quantumvis gentilis scribit: *Cum ista quæ habes magno æstimes, quod est ingrati hominis, nulli debere te judicas? unde tibi istum quem trahis spiritum? Unde istam per quam actus vitæ tuæ disponis atque ordinas Lucem? Unde sanguinem cujus cursu vitalis commetur calor? Unde ista palatum tuum saporibus exquisitis ultra satietatem lassentia? Unde hæc irritamenta jam lassæ voluptatis?*

D. Chrys. h. 15. in Gen. Cur ratione differamus à brutis.

8. D. Chrysost. causam assignat ob quam nos præ cæteris animalibus rationis usu dotati sumus: *Propter hoc*, inquit, *rationales facti sumus & à brutis differimus, ut laudemus, celebremus, glorificemus jugiter Dominum; ea propter & animam nobis inspiravit, & linguam dedit*, ut ejus in nos beneficia animis percipientes, Dominum agnoscamus, & nos gratos exhibeamus, gratias pro viribus agentes. Si lignum illud quod igni destinatum est, postquam scalpellis in statuam factum Salvatoris, ut incensaretur, & adorationis honores acciperet, usum rationis haberet, utique continuo gratias sculptori referret, qui ei tam nobile esse dedit. S. Aug. animam humanam à supremo Datore hoc fine ad imaginem & similitudinem suam creatam esse dicit: *Ut factor em suam pro imagine cognoscat, & pro similitudine diligat.* Unde ubi Vulgata nostra legit: *Factus est homo in animam viventem*, in Hebræo legitur: *In animam loquentem*; optaret namque Creator, ut anima subitò post tam sublime esse receptum, linguam suam in gratias referendas adhiberet; at vero, quia anima hoc multis titulis debitum tributum solvere neglexit, Deus illam in hoc miseriārum barathrum cadere permisit, in quod simul universum humanam progeniem egit precipitem: Unde S. Antoninus ait: *Primi parentes, quia repleti omnibus bonis naturalibus, & spiritualibus omnium virtutum, & temporalibus, ingrati fuerunt Deo, adhærentes adversario ejus, & mandatum transgredientes, omnibus virtutibus expoliati sunt.*

Pro omnibus divinis beneficijs aliud rependere non possumus quā gratiarū actionem.

S. Aug. ust. Medit. c. 6.

S. Bonav. T. 6. in Fascicular. c. 6.

9. Nobis alia moneta præsto non est, qua infinitas obligationes nostras erga Deum exolvere valeamus, præterquam humilis & obsequiosa gratiarum actio. *Magno debito obligata es anima mea*, inquit, *in meditationibus suis* S. Auguſt. *multum accepisti, & nihil à te habuisti, & pro omnibus his non habes quod retribuas, nisi tantum ut diligas.* S. Bonav. modum tradit, quo bona quæ recipimus dignè meditari & ponderare valeamus. *Scias*, inquit, *quod triplici consideratione potes tuas meditationes variare, & dilatare, at nunc tua quidem meditatio vertetur circa ipsum benefactorem, nunc circa teipsum cui benefecit, nunc circa ipsa beneficia, quæ tibi multipliciter elargitur.*

DISCURSUS XIV.

ARGUMENTUM.

De gratijs & auxilijs quibus Deus assistit animæ, deque beneficio vocationis ad fidem.

THEMA.

S. Paulus Deo agit gratias pro gratia cōfortante, & vocatione ad fidem. Philipp. 4. v. 13.

Gratias ago ei, qui me confortavit, Christo Jesu Domino nostro, quia fidelem me existimavit. 1. Tim. 1. ℣. 12.

1. SAnctus Paulus in hisce verbis duo præcipue beneficia agnoscit, primo videlicet beneficium gratiæ divinæ qua se confortatum fatetur: Unde alibi inquit: *Omnia possum in eo qui me confortat. Non ego sed gratia Dei mecum.* Alterum est quod vocatus fuerit ad fidem: *Fidelem me existimavit.*

1. Cor. 15. v. 10.

2. Nazian. Discursum suum ad animam Christianam dirigens, inquit: *Agnosce unde habes quod sis, quod speres, quod ratione ac mente utaris, quodque maximum est, quod Deum cognoscas, cæterum regnum speres, honoris æqualitatem cum Angelis, gloriæ contemplationem, nunc quidem in speculis & ænigmatibus, tunc autem plenior ac periorem quod Dei filius, Christi cohæres, atque ut audaciter loquar, Deus etiam factus sis? unde tibi hæc omnia? & à quo?* Propha Regius postquam sphæras cælestes super nos extensas, & magni illius palatij totius universi ob hominem fabricati tectitudinem contemplatus fuisset, dicendo: *Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum, Lunam & Stellas quæ tu fundasti*, in admirationem & stuporem raptus supremum illorum factorem his verbis alloquitur: *Quid est homo, quod memor es ejus, aut filius hominis, quoniam visitas eum? Minuisti eum paulo minus ab Angelis, gloria & honore coronasti eum*; cum enim Angeli ad hoc à Deo destinati sint, ut orbes cælestes in nostrum beneficium volvant, & tamquam custodes nobis inserviant, juxta illud: *Angelis suis Deus mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis*, illos nobis inferiores esse necessario sequitur: Imo ipsemet Dei Filius naturam Angelicam non æque, ac humanam sibi assumere & cognatam facere voluit: *Nusquam enim Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ.* S. Thomas super illa verba *coronasti eum*, inquit: *Coronavi est Regum: Deus fecit hominem quasi Regem inferiorum, & est gloria scilicet claritas divinæ imaginis, & hæc est quædam corona hominis.* 1. Cor. 11. *vir imago est & gloria Dei*; Cajet. in Hebræo vertit: *Et deficere fecisti eum modicum à Dijs; significatur per hoc tanta hominis exaltatio, quod parum defuit à Deo.* Observat autem D. Chrysost. Davidem primo nobiliorum meminisse creaturarum, scilicet Solis, Lunæ, Stellarum, Cælorum: postea que subjungere: *Omnia subjecisti sub pedibus ejus:* quia scilicet universa creatura, propter hominem est: ideoque David ut idem subnectit Sanctus Doctor; taliter discurrit, ut, prudenter & grate, pro toto orbe terrarum ageret gratias.

Psalm. 8. v. 4. Ibid. v. 5. Ibid. v. 6. Psalm. 90. v. 11. Et quod nos quasi Reges fecerit. Hebr. 2. v. 16. Psalm. 8. v. 6. S. Thom. ibid. 1. Cor. 11. 7. Cajet. ibid. Psalm. 8. v. 8. D Chrysost. ibid.

3. Spiritus illi beati etiam sublimissimi divino assistentes throno, à Deo ad servitium nostrum ablegantur in terras. Ita Archangelus Raphaël Dux obtigit Tobiæ itinerantis; similiter S. Michaël cœlestis militiæ Princeps, in columna nubis populum Israëliticum comitabatur; S. Gabriël in exile Nazarenum tuguriolum descendit, ut de Incarnationis verbi mysterio tractaret. *De excelso cœlorum habitaculo*, inquit S. Aug. *ad consulendos, visitandos, & ad adjuvandum nos attrahit supereminens charitas Angelos propter Deum, propter nos, & propter seipsos. Propter Deum utique, quia tanta erga nos pietatis viscera ipsi quoque, ut dignum est, imitantur; propter nos, in quibus nimirum propriam similitudinem admirantur; propter seipsos, quorum ordines instaurandos ex nobis toto desiderio præstolantur.*

In ministeriū nostrum destinavit Angelos, suos. S. Augustt. de Medit. c. 3. Job 2. v. 1. Orig. l. 1. in Job.

4. Origenes illa Jobi (*venerunt Angeli Dei ut starent ante Deum*) considerans, Angelos docet nobis deficientibus continuum persolvere divinæ Majestati gratiarum laudumque tributum. *Gratias illi*, verba sunt Origenis, *pro ejus* (scilicet hominis) *beneficijs agunt, quæ ille incessanter impertit filijs hominum.*

Rupp. Abb. T. 2. l. 2. de glorif. Trinit. c. 19. Magnum beneficiū quod Christus humanam, non Angelicam assumperit naturam.

5. Rupertus Abbas varia inter Dei erga homines beneficia nobis proponens, speciatim sequentia his verbis commemorat: *Ut quantum Creatori debeas homo perpendas, & causam tuam melius ipse discernas, adde quod nusquam Angelos apprehendit sed humanam de semine Abrahæ naturam, tali apprehensione, ut Auctor salutis tuæ dignaretur per passionem mortis consummari. Quota in hoc est portio debiti tui, debitæ gratiarum actionis? Angelos & creavit, & eos qui non peccarant magnificavit, te autem & creavit, & cum simul cum universis in Adam peccavisses, justificavit, & insuper magnificavit.* Deinde humanorum supra Angelicorum, beneficiorum excessum prosequens concludit: *Cum hæc ita sint, putasne plura in altari pectoris tui ligna, quam Angelus habet ad nutriendum ignem divini amoris? scriptum est enim in sancta ac mystica lege Domini, ignis in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos, subjiciens mane ligna per singulos dies. Igni ligna subjicere, est commemorationem SS. Trinitatis beneficiorum jugiter habere, & propter hæc in amorem ejus, magis atque magis proficere.* Quis autem nescit Protoparentum nostrorum peccatum quod universam infecit stirpem humanam, hominem aliqualiter Angelis inferiorem constituisse? unde S. Chr.

D Chryſoſt. h. 27. in Gen.

ait: *Ab initio voluit hominem in Paradiſo vitam agere extra omnem dolorem, & laborem & nihil in nus habentem Angelis & incorporeis illis virtutibus exiſtentem in corpore, & corporalibus neceſſitatibus non obnoxium.*

6. S. Antoniñ. himium ab æterno Deí erga hominem amorem conſiderat, quando eum ad gloriam elegit, inque tempore ad finem hunc conſequendum, gratiarum

S. Antonin. 1. p. ſum. tit. 4. c. 7. §. 3.

ſuarum præbet auxilia: *Prima electio eſt*, inquit, *Dei ab æterno, qua videlicet elegit ex toto humano genere beatificandos in gloria.* In cujus confirmationem illum Apoſtolicum ad Epheſios textum adducit: *Benedixit nos Deus in benedictione ſpirituali, id eſt, plena benedictione, in cœleſtibus, id eſt, gloria, in Chriſto, id eſt, per merita Chriſti.* Diſpoſuit namque ſupremum SS. Trinitatis Conſitorium, ut Verbum in terram deſcenderet, noſtra fragili carne amiciendum, ut per merita ſanguinis ſui cœleſtes homini communicaret gratias, ut tandem aliquando ad gloriam, à qua ob culpam ſuam proſcriptus erat, pertingere poſſet. Neque ſolum per communicatum nobis eſſe benefacere voluit, verum etiam ad utilitatē noſtram omnes creaturas, præcipue vero nobiliores ordinavit. Unde B. Laur. Juſt. ait: *Illo ordinante, jubente, atque dominante tibi ſerviunt Angeli, miniſtrant Archangeli, univerſæque cœlorum obſequuntur virtutes, tuam quærentes ſalutem, tuam cupientes profectum, tuam beatitudinem anhelantes, & neque ex his te convertis ad illum, qui ſua bonitate antequam eſſes, ſe convertit ad te.* Idem quoque alibi eximia illa ponderat beneficia, per quæ animæ egregia ſubminiſtrat ſpiritualia auxilia: *Infundit Deus*, inquit, *filijs ſuis ſpiritum ſuum multiplicitèr; ad ſalutem, ad miraculum, ad auxilium, ad ſolatium, ad fervorem: Ad ſalutem, cum in toto corde revertimur ad eum: ad miraculum, cum ſignis & prodigijs coruſcare facit fideles: ad auxilium, cum in tentationibus & preſſuris adjuvat infirmitatem noſtram: ad ſolatium, cum per internam ſuavitatem, teſtimonium reddit ſpiritui noſtro quod filij Dei ſimus: ad fervorem, cum in cordibus perfectorum vehementius accendit ignem charitatis, ut non ſolum in ſpe filiorum, ſed etiam in tribulationibus glorientur, contumeliam gloriam reputantes.* Cum igitur natura noſtra adeo ſit ad lapſus periculoſos & lubrica propenſa, inæſtimabilis eſt illa Dei gratia, quæ nos ſuſtinet, & à lapſu præſervat, ne præcedentia amittamus merita ejuſque amicitiam.

B. Laur. Juſt. lib. de obed. c. 5.

Et infundat nobis ſpiritum ad ſalutem.

S. Auguſt. in Medit. c. 12.

7. S. Aug. in Meditationibus ſuis ait: *Magnum æſtimo & illud fuiſſe beneficium, quod Angelum pacis ab ortu nativitatis meæ ad me cuſtodiendum uſque ad finem meum, mihi dediſti.* S. Antonin. ſimiliter circa difficultatem quā habemus, ut nos conſervemus in gratia, ſequentem habet diſcurſum: *Conſideranda difficultas ſtandi quæ apparet in tribus ſpecialiter. In Lucifero: primo parente: & Juda Chriſti diſcipulo. Lucifer cum eſſet maxima arbor in Paradiſo Dei, ad modicum ventum ſuperbiæ in terram corruit. Adam cum eſſet abſque corruptione naturalium, propter cohabitationem unius mulieris paradiſum amiſit;* Atque ideo ut S. Hieron. ait: *Si potuit mulier ejicere eum, qui jam erat in Paradiſo, non eſt mirum, ſi eos impediat, qui nondum in Paradiſum perveneruut.* S. Aug. uſque ad 33. ætatis ſuæ annum in carnalis vitæ ſordibus immerſus fuerat, & tamen poſt ſuam converſionem adeo conſtanter in gratia perſeveravit, ut ad ultimum uſque ſpiritum baptiſmalem innocentiam illeſam conſervarit: Quod beneficium idem Sanctus, ut videre eſt, in ejus Meditationibus attente conſiderans ait: *Dediſti mihi Dominus continentiam non à luxuria ſola, ſed à cæteris quoque ſicut neceſſe eſt, vitijs & peccatis, & quia aliquando vix per triduum continebam, poſtea Dei auxiliante gratia pe. longum tempus potui continere. Forte parum quid reputat aliquis continentiam, ſed ego non ita. ſcio enim quos habeat oppugnatores.*

S. Auguſt. in Medit. c. 13.

8. Neque ſolum continentiam inter dona Dei recenſere debemus, juxta illud: *Scivi quoniam aliter non poſſem eſſe continens niſi Deus dei;* Verum etiam quodvis aliud bonum, quod per Dei gratiam operamur. *Inſpiciendum ad opera bona*, inquit S. Anton. *ſeu meritoria, quorum omnium principalis eſt ipſe auctor*, unde Iſa. 26. ad eum ait: *Omnia opera noſtra operatus es nobis*; & Auguſt. *Cum coronat merita noſtra, remanerent opera ſua, quia ſcilicet ipſe dedit virtutem hanc bene operandi.* Subjungit idem S. Anton. *Quia Deus eſt ſummus benefactor noſter, imo omnia bona quæ habemus, ſive naturalia, ſive gratuita, ſive fortunæ ſint ejus beneficia;* juxta illud Apoſtoli 1. Cor. 4. *Quid habes quod non accepiſti? Sciiicet à Deo: quaſi dicat, nihil.* B. Laur. Juſt. inſuper ad inſpirationes & illuſtrationes internas ſe reflectens ait: *O quam frequenter ad cordis pulſat oſtium, ut ingrediatur ad te, tecum maneat, in te conquieſcat! ſuisque te participem faciat eſſe delicijs. Inſequitur quippe te, quaſi tuo ipſe Dominus indigeat famulatu, & tamquam ſine te nequeat eſſe beatus.*

Sap. 8. v. 21.

S. Antonin. ib.

Omnia bona quæ operamur Deo ſunt adſcribenda.

Iſaiæ 26. 12.

S. Antonin. 4 p. tit. 5. c. 12. §. 1.

1. Cor. 4. v. 7.

B. Laur. Juſt. lib. de obed. c. 5.

9. *Idolem me exiſtimavit.* Inter alia Dei dona vocatio ad fidem inæſtimabile eſt quoddam beneficium; S. Anſelm. hunc Apoſtoli textum ponderans ait: *feſtum eſt, ut illi grates referam, quia fidelem me exiſtimavit.* Idem quoque Sanctus alibi infinitum hoc bonum meditans inquit: *Chriſtianam me feciſti vocari de nomine tuo, per quod & ego confiteor, & tu noſcis me inter redemptos tuos, & erexiſti, & levaſti me ad notitiam, & amorem tuum.* Volvatis velim ſuper univerſæ terræ vaſtitate oculos veſtros, & majorem illius partem Ægyptijs tenebris Atheiſmi, Paganiſmi, Hebraiſmi & Alcorani involutam, totque hæreſum erroribus implicitam eſſe invenietis: Quænam igitur gratiæ prærogativa eſt iſta qua nos in clara Evangelij luce, & in Religionis Catholicæ Romanæ ſinu naſci fecit? Certè *Non fecit taliter omni nationi & judicia ſua non manifeſtavit eis.* In quot ehen Provincijs & Regnis juſto Dei judicio fides amiſſa eſt? Quot ſæcula elapſa ſunt, in quibus ſi modicum quemdam mundi angulum Paleſtinam videlicet exceperis, totum univerſum dæmonibus cultum & adorationem deferens, nullam vel modicam habebat veri Dei notitiam? Quod ſi in hæc tempora natales tui incidiſſent, quidnam obſecro de te futurum fuiſſet? Quot Catholici in Germania, Belgio, Francia, Anglia & alijs mundi partibus à diabolico Calvini & Lutheri aliorumque Hereſiarcharum contagio ſæculis ſuperioribus infecti & mortui fuerunt? *Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater qui miſit me, traxerit eum.* In eo ipſo momento in quo anima mea creata fuit, haud dubie dena & forſitan centena millia animarum ſimul creata fuerunt, ex quibus paucæ in corporibus aqua baptiſmali ablutæ fuerunt. Quodnam igitur anima mea apud Creatorem meritum habuit, ut illam inter innumeras alias eligeret quam ſanctæ & orthodoxæ fidei ſuæ notitia illuminaret? *Magnum æſtimo beneficium*, inquit S. Auguſtin. *quod eo tempore & inter tales me naſci voluit Deus, per quos ad fidem ſuam & ſacramenta perveniem. Video innumerabilibus hominibus hoc negatum, quod mihi gratulor eſſe conceſſum, cum quibus tanta nobis eſt una conditio.* Illi derelicti ſunt per juſtitiam, & ego vocatus ſum per gratiam. Omnes ex eodem luto plaſmati ſumus, omnes in Adam pariter peccavimus, omnes denique ad eamdem maſſam damnatam pertinemus; Quod vero Deus mihi hanc gratiam me prædeſtinandi, mihique tot auxilia ſpiritualia porrigendi conceſſerit, idipſum ex ſola ipſius infinita erga me benecentia, in me derivatum fuit, quia *Non volentis, neque curentis, ſed miſerentis eſt Dei.*

S. Anſel. ibid.

S. Anſelm. in Medit. c. 5. Vocatio ad fidem inæſtimabile eſt Dei beneficium.

Rom. 9. v. 16.

10. S. Auguſt. utpote qui antea hæreticus fuit, præ omnibus alijs poſt ſuam converſionem majorem habuit ſe erga Deum gratum exhibendi occaſionem; Auſcultate itaque qua id ratione præſtiterit: *Audiſti ab initio uſque ad hanc diem, quod multæ generationes pertranſierunt, quæ omnes ſine cognitione Dei & pretio ſuæ Redemptionis in interitum ſempiternum dilapſæ ſunt. Omnibus illis Redemptor tuus te prætulit, quando tibi hanc gratiam largitus eſt, quam nullus eorum percipere meruit. Sed numquid tu fortior, numquid ſapientior, numquid nobilior, numquid omnibus illis ditior fuiſti, qui hanc præ omnibus illis ſpecialem gratiam ſortiri meruiſti? Quot fortes, quot ſapientes, quot nobiles, quot divites ibi fuerunt, & tamen univerſi relicti & abjecti perierunt?* Utique ſi ſæcula illa, in quibus idololatria triumphabat, vixiſſemus, & nos torrentem communem ſecuti fuiſſemus; qualis itaque hæc eſt prærogativa, ut loco cultus dæmoniaci, verum genuinumque obſequium vero Deo cum animo grato, remuneratione & præmio ſempiterno exhibeamus? *dæmonum cultus extinctus eſt*, inquit S. Joan. Damaſc. *creatura ex divino cruore ſanctitatem conraxit, aræ & idolorum templa dicta ſunt, Dei cognitio in hominum animis conſita eſt, virtutes ſtudio ſunt, dæmones, homines eos, quos olim mancipio ſuo conſtrictos tenebant, perhorreſcunt.*

Confirmat hoc ipſum S. Auguſt. de ſeipſo. S. Aug. c. 7. ibid.

S. Joan. Damaſc. de fide orthod. l. 4. c. 4.

11. Solidam equidem contemplationem illa Apoſtoli verba (*ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis*) merentur ad excitanda corda oraque noſtra in gratitudinis affectus; quando namque Deus diluvio abſorpſit terram, *Omnis caro corruperat viam ſuam*; iterum tempore Abrahami, quando de Ur educebat, quis verum Deum agnoſcebat? Poſtquam vero ſuper duodecim Apoſtolorum fundamenta Eccleſia ſtabilita fuit, quælibet merito anima fideliis dicere poterit: *In loco paſcuæ ibi me collocavit, ſuper aquam refectionis educavit me, Nihil mihi deerit;* Quam temporis felicifſimam

2. Cor. 6. v. 2.

Gen. 6. v. 12. Qualitas temporis gratiæ invitat nos ad gratiarum actionem.

Pſ. 22. v. 2. & 1.

S. Anton. ib. §. 1.

ſimam circumſtantiam his verbis S. adumbrat Antoninus, inquiens: *Invitat ad gratiarum actionem, qualitas temporis, dicitur enim tempus novi Teſtamenti tempus gratiæ, quia ſuperabundavit multiplex gratia humano generi collata poſt Chriſti adventum & ideo multiplicatis beneficijs multiplicandæ ſunt gratiarum actiones.* In cujus dicti confirmationem, illud S. Pauli ad Corinthios monitum: *Exhortamur vos ne in vacuum gratiam Dei recipiatis*) adducens ſubjungit: *In vacuum recipit & fruſtra gratiam, id eſt, ſua beneficia, qui ea non recognoſcit, non laudat, nec ea exercet in multiplicando, & ſic non ſolum demeretur alia ſibi dari, ſed & collata ſibi auferri.*

2. Cor. 6. v. 1.

Conſideratio miſeri ſtatus Indorum Idololatrarum nos ad gratiarum actionē provocat.

Rho. Hiſt. virt. l. 4. c. 8. §. 7.

12. Si quis veſtrum præſentem Indorum Idololatrarum, qui miniſtrorum Evangelicorum penuria laborant cœcitatem conſiderarit, qualiter non ad humillimas continuasque Deo gratias agendas extimulari poterit, dum in Chriſtianitatis gremio à parentibus Catholicis ſe natum eſſe conſiderat? Hiſtoriam audite quam de Japone quodam Pater Rho tradit in hæc verba: *Temazuca recennis fidei homo, ſed indolis ac generis clarus, cum à præeuntibus ſalutare Jeſu nomen invocari audiſſet, equo deſiliens. Deo quam potuit eximiſſimè gratias retulit, quod, quibus in terris paulò ante profana idolorum nomina aërem quadam infidelitatis contagione afflabant, jam nunc filij ſui ſanctiſſima floreret invocatio.* Confundatur ergo quilibet Chriſtianus, qui tanto beneficio grata mente non correſpondet, ſibique dictum eſſe cenſeat, quod Salvianus inquit: *Interrogo omnes Potentes ac divites mundi hujus, cujus piaculi reus ſit ſervus ille, qui probo ac bono Domino malum cogitet, qui bene merenti convivium faciat, & pro bonitate quam accepit contumeliam reddat; abſque dubio maximi criminis reus creditur, qui malum pro bono reddit, cui etiam malum pro malo reddere non liceret. Hoc ergo etiam nos, qui Chriſtiani dicimur, facimus, irritamus in nos miſericordem Deum, impuritatibus noſtris, ſordibus lædimus, blandienteni injurijs verberamus.*

Salvian l. 6. de provid.

DISCURSUS XV.

ARGUMENTUM.

Deus nobis beneficit, multa culpæ & pœnæ mala etiam incognita removendo; quantumvis in medijs quandoque præcipitijs periclitemur.

THEMA.

Confitebor nomini tuo, quoniam adjutor & protector factus es mihi. Eccleſiaſt. 51. v. 2.

Magnū Dei beneficium, quod ipſius auxilio & protectione plurima evaſerimus periricula.

S. Bonav. T. 7. in Faſcicul. c. 6.

S. Leo ſer. 11. de Quadrag.

1. Ecclesiaſticus inceſſanter à nobis Deo gratias referendas eſſe docet, quod ejus defenſione & amoroſa protectione varia evaſerimus imminentia infortunia & pericula; dicit enim: *Confitebor nomini tuo, quoniam*, &c. S. Bonaventura, innumeris nos à divina beneficentia donis cumulatos eſſe conſiderans inquit: *Innumerabilia tibi contulit dona*; inter quę tamen id quod excellentius eſt, his verbis indigitat: *Dimiſit tot mala quæ feciſti, imo tot quod facere potuiſti, à quibus te præſervavit.* S. Antonius aërem laqueis à ſpiritibus perditionis nobis protenſis plenum eſſe conſpexit; ut proinde S. Leo non immerito dixerit: *Quis in hujus vitæ conſtitutus incerto, aut immunis à tentatione, aut liber inveniatur à culpa?* Quæ cum ita ſint, certum eſt, quod dum in his periculis conſtituti, aliquem nobis aſſiſtentem habemus, qui nos protegat, pro nobis prælietur, nosque ab inſultibus, inſidijs & fraudibus hoſtis tartarei defendat & præſervet, inæſtimabile id à nobis cenſendum ſit beneficium; Ac proinde S. Anſelmus ad noſtrum propoſitum optime inquit: *Conſidera quid tibi erat, & quid tibi factum ſit, & penſa qui hoc tibi fecit, quo amore dignus ſit. Intuere neceſſitatem tuam, & benignitatem ejus, & vide quas gratias reddas, & quantum debeas amori ejus. In tenebris, in lubrico, in deſcenſu, ſubter irremeabile Chaos inferni eras immerſus*; poſtquam vero profunditatem barathri in quam velut homo lapſus fuerat, oſtendiſſet, diſcurſum ſuum his erga benefactorem ſupremum gratitudinis affectibus concludit: *O bone Jeſu Chriſte, ſic poſito; nec petenti, nec opinanti, ut Sol mihi illuxiſti.* Janſenius ſuper propoſiti Thematis verba ita ſcribit: *Adjutor factus es ad ſuperanda mala jam parata; protector ne obveniant nova mala.*

S. Anſelm. in Medit. c. 6. de Redempt.

Corn. Janſ.

2. Regius Pſalmiſta idem quod per experientiam quotidie comprobamus, his verbis lamentatur: *circumdederunt*, inquit, *me mala, quorum non eſt numerus.* Quis enim inter tot prærupta & præcipitia ſe aſſecurare poterit? *Fallitur*, inquit S. Leo, *quicumque inter tentationes hujus vitæ ab omni ſe vulnere credit immunem: plena omnia periculis, plena ſunt laqueis. Incitant cupiditates, inſidiantur illecebræ, blandiuntur lucra, damna deterrent, amaræ ſunt obloquentium linguæ, nec ſemper veracia ſunt ora laudantium.* Quantum igitur æſtimandum eſt eſſe beneficium, ſi quis inter hæc omnia defenſorem habeat, qui frandes detegat, inſidias diſſipet, violentiam inimici repellat, innocentiam conſervet, & ad præliandum ac vincendum robur ac vigorem ſubminiſtret? Quod ſi quis videre poſſet, quod & qualia ſint beneficia occulta & nobis ignota, quæ Deus nobis nec quidquam ea poſtulantibus quavis hora concedit; inveniret utique numerum illorum longe majorem eſſe quam ſciamus. Sicut enim nullus eſt homo qui non ſubjectus ſit periculo contrahendi infirmitatem, ſub qua alius homo ſuccumbit (cum omnes pariter ex eadem corrupta & vitiata maſſa plaſmati ſimus) ita pariter nihil eſt eorum in quæ ſceleratiſſimus hujus mundi homo prævaricando incidit, in quæ & nos non incideremus, niſi Deus nos præſervaret & protegeret. Unde D. Chryſoſtomus modo ſequentem orandi nos docet, inquiens: *Orationi inſtate, tamquam de re laboriioſa, vigilantes in ea in gratiarum actione. Hoc ſit veſtrum munus & officium, in precibus agere gratias, & pro manifeſtis & pro non manifeſtis, & pro ijs qui dolentibus, & pro ijs quæ in vitijs benefecit, & pro regno, & pro gehenna, & pro afflictione & pro recreatione.* Idem quoque S. Doctor modum quemdam refert, quo vir quidam ſanctus, ſibi optime notus, uti ſolebat, ut hoc gratiarum tributum Deo exſolveret: *Scio ego*, inquit, *quemdam virum ſanctum ſic oraſſe. Ante hoc verbum nihil dicebat, nempe: Gratias agimus pro omnibus beneficijs tuis, quæ à primo die uſque ad præſentem diem nobis indignis ſunt collata, pro ijs quæ ſcimus & neſcimus, pro manifeſtis, & pro non manifeſtis, quæ opere facta ſunt & quæ ſermone, quæ voluntariè facta ſunt, & involuntariè.* Sæpe, ut ſuo loco videbimus, rem aliquam nobis infauſtam futuram eſſe cenſemus, à qua proinde, quantum poſſumus, declinamus, & tamen Deus illam ad noſtrum ordinat beneficium, tametſi nullam ad id ex parte noſtra ſibi impoſitam obligationem habeat; imo licet de illa doleamus noſtroque maledicamus infortunio.

S. Leo ſer. 11. de Quadr.

Si autem à tali periculo à Deo eximamur, Deo grati eſſe debemus.

D Chryſoſt. hom. 10. ad Coloſſ.

3. Quam gratus Deo futurus fuiſſet Phariſæus ille in ſua Deo exhibita gratiarum actione, niſi per occultam ſuperbiam ſuam ſe deduci permiſiſſet ad contemnendum Publicanum, & calumniandum bona ejus opera, è contra quot ſunt qui ad agendas Deo gratias obligantur, magnamque cauſam habent dicendi: *Gratias tibi ago quia non ſum ſicut cæteri hominum, raptores, adulteri*, &c.? Quot videmus quotidie homines in iniquitatibus obduratos, ſuisque diſſolutionibus & ſcandalis ad plenum uſque frænа relaxantes, quod dum conſpicimus, tunc verè tempus eſt gratias agendi Deo, quod nos à ſimilibus peccatis & exceſſibus illæſos conſervarit; *Non ego, ſed gratia Dei mecum.* Dicebat Apoſtolus, *Non quod ſimus ſufficientes cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt.* Optime immenſum hoc beneficium ſanctus Auguſtinus his verbis declarat: *Adulter non fuiſti in illa tua vita præterita, plena ignorantia. Hoc tibi dicit Deus tuus; Regebam te mihi: ſervabam te mihi. Ut adulterium non committeres, ſuaſor defuit, ut ſuaſor deeſſet, ego feci. Locus & tempus defuit, & ut hæc deeſſent, ego feci. Affuit ſuaſor, non defuit locus, non defuit tempus, ut non conſentires, ego tenui;* Ac proinde idem ſanctus Doctor ſoli Deo nos debere dicit, quod in præcipitium criminis lapſi non ſimus; & tamen pauci admodum ſunt, qui ad hoc ſe reflectant: *Agnoſce ergo*, inquit ſanctus Doctor, *gratiam ejus cui debes, & quod non admiſiſti. Mihi debes quod non admiſiſti; nullum eſt peccatum quod fecit homo, quod non poſſit facere alter homo, ſi deſit Rector à quo factus eſt homo.* Quis non videt, quod ſi in medio occaſionum in commoditate prompta, in correſpondentia mutua, imo in incentivo objecti concupiti conſtituti eſſemus, atque à malo aliorum ſtimularemur exemplo tentationis vehementiæ minime reſiſtere poſſemus? At vero Deus facit ne ſequeretur conſenſus, & ambularemus via altera, vel quia nonnumquā commoditatē ſubmovit: vel quia tentationem compeſcuit: vel quia virtutem illam vincendi ſubminiſtravit: vel denique quia ad peccatum declinandum timorem & horrorem animo impreſſit; Id quod S. Paulus optime animovit, dum ait: *Fidelis Deus eſt, qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis, ſed faciet etiam cum tentatione proventum, ut poſſitis ſuſtinere.* Seneca de beneficijs diſſerens prædictæ ſanctiAuguſtini doctrinæ ſubſcribit, dum ait: *Renuiſſe ne in ſcelus*

Dum videmus alios in peccata præcipitari, gratias agamus Deo quod nos ab illis præſervarit. Luc. 18. 11.

1. Cor. 15. v. 10.

2. Cor. 3. 5.

S. Aug. l. 50. h. 23. c. 6.

Deo adſcribendū quod in occaſione peccati conſtituti non peccemus.

1. Cor. 10. v. 13.

Seneca de benef. l. 3. c. 8. scelus rueres inter maxima beneficia recenſendum eſt. Sed audiamus iterum ſanctum Auguſtinum, qui ait : *Bona ſunt hæc tua Domine, mihi à te miſericorditer indulta, quod me in periculis ſæpe conſtitutum clementer eripuiſti, nec unquam in peccatis meis me deſeliquiſti; Oblitum tui de te admoniſti, averſam à te revocaſti, venientem ad te benigne ſuſcepiſti, pœnitenti indulſiſti. Non enim ea ſola quæ commiſi peccata, ſed etiam quæ te protegente non commiſi, totum à te dimiſſum deputandum eſt : nam ſicut in multa peccata cecidi, ſic & in multo plura, niſi me conſervaſſes, cecidiſſem.* Optime S. Propheta David infinitum hoc beneficium agnoſcebat, dum ait : *Niſi quia Dominus adjuvit me, paulo minus habitaſſet in inferno anima mea.* S. Bernardus in ſermone *de ſeptem miſericordijs*, eidem Davidicæ gratiarum actioni inſiſtit, dicens : *Quis non videat, quia ſicut in multis cecidi, ſic & in alia poteram cecidiſſe peccata, niſi Omnipotentis pietas conſervaſſet? Fateor, & fatebor, niſi quia Dominus adjuvit me, paulo minus cecidiſſet in omne peccatum anima mea.* S. Antoninus ex S. Thoma 2. 2. Q. 106. Art. 2. movet dubium, quis magis aſtrictus ſit ad reddendas Deo gratias, innocens, vel pœnitens? & cum S. Thoma ita ſtatuit : *Aliquo modo tenetur magis innocens & aliquo modo magis pœnitens; pro cujus declaratione dicit idem, quod actio gratiarum in accipiente reſpicit gratiam datis, unde ubi eſt major gratia ex parte dantis, ibi requiritur major gratiarum actio ex parte recipientis; gratia autem eſt quia gratis datur, unde dupliciter poteſt eſſe ex parte dantis major gratia : uno modo ex quantitate dati, & hoc modo innocens tenetur ad majores gratiarum actiones, quia majus donum ei datur à Deo, & magis continuatur, cæteris paribus, abſolute loquendo. Alio modo poteſt dici major gratia, quia magis datur gratis, & ſecundum hoc magis tenetur ad grattarum actiones pœnitens, quam innocens, quia magis gratis datur illud quod ei datur à Deo : Cum enim eſſet dignus pœna, datur ei gratia;* Et quidem ut innocens immenſum hoc, quod recipit, beneficium clarius cognoſcat, idem S. Antoninus, authoritatem citat S. Aug. dicentis : *Quis hominum ſuam cogitans infirmitatem audet viribus ſuis retribuere caſtitatem, aut innocentiam ſuam, ut minus amet te, quaſi minus fuerit ei neceſſaria miſericordia tua, donans peccata converſis à te?* Similiter citat eumdem Auguſtinum in libro Confeſſionum dicentem : *Ideo tantumdem, imo amplius te diligat, quia per quem me videt tantis mearum languoribus exui, per eum te vides tantis peccatorum languoribus non implicari.* Adducit quoque ejuſdem S. Auguſtini teſtimonium dicentis : *Gratiæ tuæ deputo, & miſericordiæ tuæ, quod peccata mea tamquam glaciem ſolviſti : gratiæ tuæ deputo & quæcumque non feci mala : quid enim eſt quod facere non potui?* Hanc quoque gratiam S. Antonin. tanto majorem eſſe conſiderat, quanto major eſt noſtra debilitas & lubricitas, quæ quovis momento ad lapſum propendet : *Tanta eſt,* inquit, *humana fragilitas, ut ad ſibilum unius verbi dejiciatur, ad aſpectum ſeu erectionem oculi proſternatur.* Cujus lubricitatis exemplum in Davide habemus, qui licet adeo in virtute habituatus eſſet, ut non dubitaret gloriari : *Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ,* nihilominus ad unicum Berſabeæ nudæ aſpectum in tam enormes lapſus eſt fordes. Citat quoque idem Antonin. illum Pſalmiſtæ locum : *Viæ illorum tenebræ & lubricum;* & notat, quod Pſalmiſta, *non dicat vias per quas imus eſſe lubricas, ſed ipſum lubricum.* Idem quoque Archipræſul, *in ſecunda parte ſummæ ſuæ,* ita ſcribit : *O quantæ ſunt miſeriæ animæ : Repletus, ait Job, ſum multis miſeriis, quas relevat diverſis miſerationibus : quantas enim inſpirationes, & incitamenta ad bonum immittit? Quot documenta Scripturæ ſacræ, quot exhortationes ſanctorum? Quot exempla perfectorum? Quantas varietates artium? Quot evaſiones periculorum.*

Pſ. 93. v. 17.

S. Bern. ſer. 2. de ſept. miſericord.

S. Antonin. ſum. Theol. p. 4. tit. 5. c. 12. §. 1.

S. Thom. 2. 2. Q. 106. Art. 2.

Quis magis teneatur ad agendas gratias Deo, innocens, an pœnitens.

S. Antonin. S. Auguſt.

S. Auguſt. in lib. Conf.

S. Auguſt.

Pſ. 100. v. 2.

Pſ. 34. v. 6.

S. Antonin. p. 2. tit. 3. c. 9. §. 12.

Magnum beneficium quod Deus noſtras voluptates aſpergat aliqua amaritudine.

S. Bern. ſer. cit.

4. Agnoſcunt quoq; diverſi illuminatiſſimi Dei ſervi, tamquam ſummum Dei beneficium quod per providentiam ſuam, dulcedinem voluptatum ſæpenumero alicujus tribulationis amaritudine aſpergat, ut à Sirenarum cantibus & illecebroſis delicijs, quæ ad mortē nos urgebant, divelleret : *Miſeratio fuit,* inquit S. Bernardus, *quod viſitavit cor meum & immutavit, ut amara fierent quæ mihi male dulcia prius erant, qui lætabar cum male facerem.* Si illecebroſum V. G. mulieris certæ conſortium per amicabilem correſpondentiam continuaſſem, & non interveniſſet alterius competitoris indignatio & furor : niſi ſe in medium amoris illiciti inſinuaſſet zelotypia vel prava competitoris ſuſpicio, vel immiſſa infirmitas, ſi ſcortum amatum è domo mea non aufug iſſet, in quod carnalis vitæ barathrum non incidiſſem? 5. S. Auguſt. inſuper ſequentia adfert non minus inſignia beneficia, dicens : *Magnæ gratiæ fuit quod me Deus ad ſe fugientem perſecutus eſt, inventi blandius, quod erexit in ſpem toties deſperatum quod ſuis obruat beneficijs ingratum, quod guſtu interioris dulcedinis immenſis affluentem delectationibus attraxit, & dilexit, quod indiſſolubilia malæ conſuetudinis vincula dirupit.* Quod vero attinet gratiam illam cujus S. Bernard. ſupra meminit, ſcilicet, quod Deus ſæpe hactenus uſitatas voluptates amaritudine repleat, ut illas naufeas convertatur, majorique cum diſpoſitione homo cervicem ſancto Dei jugo ſubmittat, hujus quoque idem S. Auguſtinus in Confeſſionibus ſuis meminit, dum ait : *Quam ſuave mihi ſubito factum eſt carere ſuavitatibus nugarum, & quas amittere metus fuerat, jam dimittere gaudium erat; ejiciebas eas à me, & intrabas pro eis omni ſuavitate dulcior.* Oſeas animam quamdam in reprobum ſenſum datam nobis repræſentaturus, inquit : *Vadam poſt amatores meos.* Sed quidnam ad hunc indomitum equum refrænandum, ne forſan in præcipitia incideret, Deum noſtrum feciſſe exiſtimatis? Audite patienter : *Propter hoc, ecce ego ſepiam viam tuam ſpinis & ſepiam eam maceria : & ſemitas ſuas non inveniet. Et ſequetur amatores ſuos, non apprehendet eos & quæret eos, & non inveniet.* Deus namque ille ipſe eſt qui hujus illiuſve perſonæ, quam inordinate amatis averſionem evenire permittit, diſponens ut mutua deficiat correſpondentia; pungentesque vobis ſpinæ occurrant loco roſarum, quibus vos gaviſuros eſſe ſperabitis; Unde S. Greg. inquit : *Spinis electorum viæ ſepiuntur, dum dolorum punctiones inveniunt, in hoc quod temporaliter concupiſcunt. Quaſi interpoſita maceria vijs eorum obviat, quorum nimirum deſideria perfectionis difficultas impugnat.* Idem quoque in alia quadam homilia hunc eumdem textum his verbis examinat : *Amatores ſuos ſequitur, quando mens carnali delectatione paſcitur, exquiſitis voluptatibus nutritur. Sed plerumque Omnipotens Deus talem animam miſericorditer reſpicit & ejus voluptatibus amaritudines permiſcet. Viæ noſtræ ſpinis ſeptæ ſient, quando in hoc quod male cupimus dolorum punctiones inventimus; viæ noſtræ maceria ſepiuntur, cum deſiderijs noſtris duræ in hoc mundo objectiones reſiſtunt, & ſemitas noſtras invenire non poſſumus, quia hoc quod male quærimus, adipiſci prohibemur.*

S. Auguſt. Med. c. 14. Profecutio ejuſdem argumenti.

S. Aug. l. 9. Conf. c. 3.

Oſea 2. v. 5.

Ibid. v. 6.

Ibid. v. 7.

S. Greg. lib. 34. mor. c. 1.

S. Greg. h. 36. in Evang.

6. Peſſimum ſignum eſt quando à Deo nobis fræna laxantur, nosque pravis appetitibus noſtris ſatisfacere permittimur; Maximum enim hoc eſt à Deo nobis immiſſum ſupplicium, unde in Pſal. 80. dicitur : *Dimiſi eos ſecundùm deſideria cordis eorum, ibunt in adinventionibus ſuis;* E contra vero ſummum eſt Dei beneficium, ſi ab ejuſmodi præcipitijs retrahamur : *Tribus modis à peccato me memmi conſervatum,* inquit S. Bernard. *occaſionis ſubtractione, reſiſtendi data virtute, affectionis ſanitate; multum enim in peccata cecidiſſem, ſi data eſſet occaſio, ſed Dei miſeratione non me talis opportunitas apprehendit. In multa quoque paulo minus cecidiſſem, graviter impulſus violentia tentationis, ſed virtutem dedit Dominus Rex virtutum, ut ſub me eſſet appetitus meus, & ei quam ſentiebam concupiſcentiæ minime conſentirem. Sed & à quibuſdam tam longe me fecit miſeratio tua, ut penitus abominarer ea, & ne ulla quidem eorum me tentatio moleſtaret.*

Malum ſignum quando Deus noſtris appetitibus frena laxat.

Pſ. 80. v. 13.

S. Bern. ſer. 3. de fragm. ſeptem miſericord.

7. In Exodo de filijs Iſraël ſcribitur : *Viderunt Ægyptios mortuos ſuper littus maris.* At vero quonam fine Deus tot cadavera ad littus ejici voluit, quandoquidem ex alia parte legimus : *Submerſi ſunt quaſi plumbum in aquis vehementibus?* Plumbum in fundo remanet, neque aquæ quantumvis impetuoſæ ſint, illud ejiciunt. Oleaſter ait : *Oſtendere ſolet Dominus Deus beneficia ſua ſuis, & mala à quibus eos liberavit, ut cognoſcant ea, & grati ſint.* In Deuteronomio cap. 3. legimus, quod poſtquam Moyſes à Deo Jordanem trajiciendi facultatem petijſſet, licet hoc ei à Deo negatum fuerit, ipſe tamen terram illam promiſſionis his verbis commendaverit : *Tranſibo & videbo terram hanc optimam trans Jordanem, & montem iſtum egregium.* Cujus laudis Oleaſter hanc aſſignat rationem, dicens : *Commendat valde terram ut eos gratos Domino vedat, quo nos admonet, commendare alijs beneficia Dei, potiſſimum ijs qui ea ante oculos habent, neque tamen conſiderant; plerumque enim quo viciniora Dei dona ſunt, eo vilius à nobis æſtimantur.* Quod ſi vero beneficia manifeſta & patentia contemnamus, quanto minoris faciemus ea quæ nec novimus nec vidimus, quorum innumera & eximia ſunt, prout hactenus probavimus. Porrò quantum vel unicum

Exod. 14. v. 31.

Exod. 15. v. 19.

Oleaſt ibid. Deus oſtendit ſuis beneficia ſua ut ſint grati.

Deut. 3. 25.

Sicuti etiam mala à quibus eos liberavit.

Oleaſt. ibid.

Mirabilis virtus illorum verborum *Deo gratias.*

Deo gratias caſualiter prolatum apud Deum valeat ad evadendum etiam, quod uſpiam incurrere poſſemus, maximum periculum, id eſt, damnationem æternam, ex ſequenti Hiſtoria colligere licet. In quodam Prioratu Belgij tres morabantur Monachi concubinarij & crapulones, qui certatim carnis voluptatibus vacabant. Veſpertino tempore poſtquam ſe cibo & potu ingurgitaſſent, unus illorum dicebat *Deo gratias*, cui alter reſpondit, ego non Deo, ſed Diabolo gratias ago; Quibus dictis ſinguli cum ſuis concubinis ad lectum conceſſerunt : accidit autem, ut dum vix lectum ingreſſi eſſent, dæmon illis in habitu venatoris apparens dixerit : ubinam eſt ille qui mihi gratias egit? Ecce præſto ſum, habebat vero ſpiritus ille duos alios Dæmones habitu coquorum indutos, quibus ut impium illum è lecto extraherent, & ad ignem torrent præcepit, ſicuti & factum eſt : alij vero terrefacti audierunt dæmones eisdem dicentes : *Digni vos etiam pari ſupplicio, nec dveſt volumus mihi : altor vi majori inimus abeo, reſpiſcite aut manent terribilora.* Porrò quænam cauſa fuerit, cur dæmon coërcitus ſit, ne de illis pariter ſumeret ſupplicium, tametſi author non referat, vel declaret, verumtamen ex narrativa Hiſtoriæ ſatis deducitur, reliquos duos ex eo ſolum capite liberatos fuiſſe, quia ſcilicet dixerant *Deo gratias.*

DISCURSUS XVI.
ARGUMENTUM.

De immenſo beneficio, quod Deus homini peccatori præſtat, dum æternæ condemnationis executionem ſuſpendit, pœnitentiam expectat, eumque in finem illi auxilia & gratias ſuas efficaces offert.

THEMA.

Niſi quia Dominus adjuvit me, paulo minus habitaſſet in inferno anima mea. Pſalm. 93. ℣. 17.

Maximum divinæ beneficentiæ ſignum erga nos eſt, quod commiſſo peccato mortali non ſtatim nos damnet, ſed reſurgendi tempus, & auxilium præſtet.

1. NUlla dari poteſt divinæ erga nos beneficentiæ major & evidentior demonſtratio, quam ſi Deus nos, poſtquam illum mortaliter offendimus, à pœnarum infernalium æternitate eximat; Ac proinde David adulterij & homicidij a ſe commiſſi memor, videnſque ſe ab imminenti æternæ perditionis ſupplicio præſervatum, inquit : *Niſi quia Dominus adjuvit me, paulo minus habitaſſet in inferno anima mea.* Enimvero ut omnes Theologi docent, in eodem momento quo anima mortalis culpa rea conſtituitur, gratiam & amicitiam Dei amittit, tamquam exul à cœlo proſcribitur omnium meritorum bonorum operum patitur jacturam, velut mancipium dæmoni ſubjicitur, & ad ignem ſempiternum condemnatur; quæ ſententia à Spiritibus rebellibus utique ſine ulla dilatione executioni mandaretur, ſed quis eſt qui pro hujus graviſſimi ſupplicij executione ſuſpendenda ſe interponit? Idem ille qui utpote injuriatus & offenſus, idem ſupplicium quam maxime deberet accelerare; Et tamen Pſalmiſta ait : *Niſi quia Dominus adjuvit me, paulo minus habitaſſet in inferno anima mea,* Ille inquam Dominus, cui poſtea dicit : *Ibi ſolt peccavi & malum coram te feci;* Deus ab hoc vili vermiculo, ab hoc ex luto formato homine injuriatur & offenditur, & tamen pro nobis ab inferno eximendis ſe interponit. Unde idem David alibi ait : *De abyſſis terræ iterum reduxiſti me.* Quia quando animam ſuam adulterio coinquinaverat, jam de facto uno quaſi pede in inferno conſtitutus erat, unde illum Deus eripuit, potentis & efficacis gratiæ manum ei porrigendo. *Ego te offendebam,* inquit ſanctus Auguſtinus, *& tu me defendebas : inimico meo me exhibebam, & tu ipſum ne me arriperet deterrebas. Quoties ego peccavi, & ille ſlabat paratus ut me raperet?* quoties animæ juſto Dei judicio in barathrum delapſæ inextinguibiliter ardent, ob unicam dumtaxat culpam mortalem commiſſam, & tamen is qui *bene omnia fecit;* & qui *omnia quæ facit in vero Judicio facit,* tot mendibus & annis me innumeris peccatis onuſtum æquanimiter ſuſtinuit, & in ſtatum ſalutis perduxit. Sanctus Bonaventura fidelem quamdam animam his verbis allõquitur : *Heu quanto tempore te in peccatis tuis toleravit? & quot & quantos ante tuam converſionem in peccatis damnavit, & te ſemper peccantem miſericorditer expectavit?*

Deus ab homine mortaliter peccante, ſæpiſſime arcet mortem tam temporalem, quam æternam.

S. Antonin. Ibid. §. 5.

S. Antonin. ibid. Ecclo. 9. v. 13 *Ibid. v. 14. Ibid. v. 15.*

Joan. 12. v. 31.

S. Auguſt. in Soliloq. c. 18

Marci. 7. v. 37.

S. Bonav. Soliloq. c. 1. tom. 7.

S. Anton. p. 2. Tit. 3. c. 9. §. 10.

2. Sanctus Antoninus inquit : *ab interitu infernali redimit Deus hominem toties, quoties mortale remittit;* quæ verba mihi penitus conſideranti parum nimis inſinuare videntur, quia quando Deus homini peccatum remittit, jam homo ſe illud commiſiſſe ſincere doleat, ſeque illum numquam deinceps offenſurum eſſe proponit; Deus autem benefaciendo homini plus ultra progreditur, quia tametſi homo offenſas offenſis multiplicet & augeat, & ſemper adverſus eum contumax & rebellis perſeveret, ſibique ab injurijs deinceps inferendis deſiſtere velle minime proponat, Deus tamen ſæpiſſime mortem multo tempore ab illo arcet & retrahit, ſeque carnificibus infernalibus opponit, ne æternam contra ipſum exequantur condemnationem. *O igitur ingratitudo immenſa,* inquit ſanctus Antoninus, *& cæcitas miſeranda, ſi à morte corporali te aliquis ſemel liberaret, perpetuo illum amares, illum laudares, eique ſervires; & libertatem à morte peſſima non recognoſcis?* Idem quoque Sanctus aliam quamdam habet ingenioſam conſiderationem, ſuper illa verba Eccleſiaſti : *Hanc ſub Sole vidi ſapientiam & probavi maximam. Civitas parva, & pauci in ea viri; venit contra eam Rex magnus, & vallavit eam, extruxitque munitiones per gyrum, & perfecta obſidio. Inventus eſt in ea vir pauper & ſapiens, & liberavit urbem, & nullus deinceps recordatus eſt hominis illius pauperis.* Per hanc civitatem Sanctus Antoninus terram intelligit, quæ in comparatione ad univerſum angusta eſt & parva; in hac pauci ſunt homines virtuoſi; Rex potens civitatem hanc obſidione premens, eſt Princeps tenebrarum; qui genus humanum per multa ſæcula ſerviliter ſibi ſubjecit : vir pauper & ſapiens qui ab hoc obſidione mundum liberavit, Chriſtus fuit, qui paſſione ſua mediante debellavit Dæmonem juxta illud : *Nunc Princeps mundi hujus ejicietur foras.* Quid vero prohibet, quo minus per hanc civitatem, per gyrum obſidione cinctam uniuscujusque hominis in peccato mortali conſtituti intelligamus animam? pro hac liberanda, & obſidione illius repellanda, Chriſtus ſe interpoſuit, efficiendo ut ruina & deſolatio ejus, ad quam erat condemnata, in longum differatur, ac tandem efficacia gratiæ auxilia illi ſubminiſtrando, ut ab inferni obſidione liberetur. *Sed non eſt qui recogitet tantum beneficium.*

Probatur inſigni ſimilitudine ex Eccleſiaſte.

1. Cor. 15. v. 56.

3. Deus B. Mechtildi quondam dixit : *Bonum eſt homini, bonum eſt, ut ſæpe recogitet, quam bene de ipſo cogitaverim, quamque amanter illum reſpexerim, etiam cum in peccatis jaceret, & quam benigne mala ejus in bonum converterim.* Unde utilißima eſt illa à Sancto Antonino in quarta parte ſummæ ſuæ, circa hoc beneficium his verbis facta conſideratio : *Debet cogitare in quali ſtatu Deus illum elegit, quando juſtificavit, hoſtis enim erat tunc Dei, & indignus etiam pane, exercens contra Deum inimicitias peccatis ſuis;* unde de illo dici poteſt quod Moyſes ait in Deuteronomio : *Invenit eum in terra deſerta, id eſt, in ſtatu à gratia derelicto; in loco horroris, ſolicet meriti æternæ damnationis; & vaſtæ ſolitudinis, id eſt, magnæ obſcuritatis mentis, in qua habitant variæ feræ peccatorum.* Pergit idem ſanctus ulterius ponderando punctum illud paulo ante à nobis infinuatum : *Debet cogitare,* inquit, *quot Dominus reliquit, quibus tale beneficium juſtificationis non præſtitit, imo in peccatis ſuis perire permiſit.* Magnam ſanctus Auguſtinus immenſum hoc bonum ponderandi habebat occaſionem, quia divina pietas adeſque ætatem triginta trium annorum condemnationis ejus executionem clementer ſuſpenderat : *Quoties me jam abſorbuerat ille draco? & tu Domine ab ore ejus extraxiſti me. Quoties enim peccavi? & ipſe paratus fuit degluire me, ſed tu Domine Deus meus defendiſti me. Deſiendi uſque ad portam inferni, & ne illuc intrarem, tu me tenuiſti. Sciebas tu quidem Domine, quia ſi tunc mors me occupaſſet, infernus animam meam ſuſcepiſſet, & perpetuo damnatus fuiſſem; ſed tua miſericordia & tua gratia prævenit me, eripiens me de morte corporis & de morte animæ;* Quæ ſane reflectio admodum efficax eſt, ut debitam à nobis erga cœleſtem benefactorem extorqueat gratitudinem. *Stimulus mortis peccatum eſt;* quoniam mors, quæ tardior cæteroquin vitæ noſtræ filum reſcinderet, à peccato impellitur, quando hoc poſſeſſionem accepit in anima, ipſum quoque corpus ad vitam corporalem amittendam condemnatum eſt : aſt Deus pro utriuſque, ſcilicet tam animæ quam corporis & vitæ condemnatione ad tempus differenda ſeſe interponit; ideoque S. Antoninus ita unumquemque noſtrum admonet : *Debet cogitare quam proximus fuerit quandoque amiſſioni vitæ.*

Deus gravißimè peccata

Ludov. Blo-ſius. Hoc ſæpius cogitandum, & deſuper gratiæ agendæ ſunt.

S. Ant. p. 4. Tit. 5. c. 12.

Deuter. 32. v. 10.

S. Anton. ibid. §. 1.

4. Beatus Laurentius Juſtinianus tunc impium, quando vel maxime Deo ingratus rebellisque vivit, quando eum vel impudentiſſime offendere, inque malitia ſua perſiſtere fatagit, ſingularibus quandoque præ-

B. Lau. Juſt. l. de Obed. c. 5

forem quandoque singulari prævenit gratia & misericordia.

veniri Dei, ipsum ad pœnitentiam vocantis expectantis, misericordijs. *Te resistente*, inquit, *prævaricante, fugiente, expectavit patienter, ut pœnitentiam ageres.* Sed D. Augustinum iterum qualiter in meditationibus suis præterita effræns juventutis suæ tempora sibi nobisque ob oculos ponat, audire juverit *Ego te irritavi*, inquit, *ego malum coram te feci, furorem tuum provocavi; iram promerui, peccavi & passus es; deliqui, & adhuc sustines. Si pœnitео, parcis; si revertor, me suscipis: si differo præstolaris: revocas errantem, vinctis repugnantem, expectas torpentem, amplectens redeuntem, doces ignorantem, mulces mœrentem, à ruina suscitas, post lapsum reparas, petenti largiris, quæ venti inveniris, pulsanti aperis.*

S. Aug. lib. Medit. c. 12.

Grave supplicium meretur, qui condonato magno crimine, denuo illud committit.

5. Sanctus vero Antoninus hominem, ut Dei beneficia plenius recogiter, sese reflectere debere ait: quoties mortem promeruerit: scilicet toties quoties Authorem vitæ offendit mortaliter. Sane si quis à Principe gratiam, post crimen grave, ut supervivat, consecutus est: si iterum favore hujusmodi abusus fuerit, utique vita privari dignissimus erit: nos autem soli hoc infinito fruimur Dei beneficio, ut ille nostram nobis vitam conservet, per cujus abusum, offendimus sæpissime præservatorem. *Tanto misericordia est gratior*, verba sunt sancti dicti Archiepiscopi: *quanto pœna proximior est ad quam paratur. Si enim suspendendus jam laqueum haberet in collo, majus beneficium putaret, si tunc liberaretur: unde debet cogitare, si quando fuit in periculo mortis, dum in statu erat damnationis: & quo iturus esset si in illo statu decessisset, & quid promeruit apud Deum, ut Deus illi peperceret? funibus peccatorum suorum constringitur impius, quibus scilicet suspendatur in inferno. Unde Ezechias, tu autem eruisti animam meam ut non periret, projecisti post tergum tuum omnia peccata mea.* Si quis reus, qui in principis necem conjurarat, per justitiam publicam ad ardentem fornacem comburendus condemnatus esset, jamque super eam per unum crinem suspensus, gratiam experiretur ipsiusmet Principis, pro ejus liberatione sese interponentis: reus autem eodem tempore tanto benefactori injurius & contumeliosus in novam conspiraret conjurationem contra eumdem: quis vobis sensus foret, si nihilominus Princeps benignissimus tanti impij condemnationem procrastinandam statueret? Ecce vobis ipsissimum quod in dies singulos magnæ accidit impiorum parti, ad infernalem condemnatorum ignem, super quem per unicum dumtaxat filum suspensi hærent, siquidem vita humana uni soli flatui, qui filo minor est, & debilior, annexa manet; divina autem pietas sententiam differri urget; & nihilominus eodem tempore non modo sese nō emendat homo, sed & insuper ipsidem insistit peccatis, imo & quandoque graviora frequentat, magis magisque obstinatus est & rebellis. *Cui gratias referre debeo* (ita meditatur S. Augustinus) *quod non secundùm iniquitates meas retribuisti mihi, quod me terra non absorbuit, non me cœlum fulminavit, non me fulgur combussit, non flamma submerserunt, nec alia pœna vel morte, prout dignus eram me afflixisti? cum enim peccando à te recederem, non solum iram tuam promerui, sed & omnem creaturam tuam adversum me excitavi, nam si servus cujusdam à Domino suo recederet, non solum Dominum ipsum exacerbaret, sed & totam ejus familiam justissime irritaret.*

S. Aug. ibid. cap. 12.

Non solum morti & diabolo sed etiã omnibus creaturis opponit se Deus, ne in peccatorem insurgant.

6. Imo non morti solum, dæmonio, totique inferno, ne nostram ream, Deoque rebellem animam deglutiat, sese opponit Deus, sed insuper refrenat omnesque continet creaturas, ne impios nostros in Creatorem factos, vindicent insultus. *Cum ergo te Deum omnium Creatorem offendi*, idem subjungit S. Doctor, *omnem creaturam, quantum spectat ad meritum meum in iram commovit; ita ut merito pro te pugnaret adversum me totus orbis terrarum. Posset enim terra dicere mihi, non debeo te sustinere, sed potius absorbere, quoniam à Creatore meo non timuisti peccando recedere, & inimico scilicet diaboli adhærere. Posset dicere Sol, non debeo tibi ad salutem lucere, sed ad vindictam Domini mei qui est Lux & fons Luminis, penitus tibi radios meos abscondere, sic etiam cuncta quæque creatura ad ulciscendum tantam injuriam sui Creatoris, nisi impetum cohiberet ipse qui eas condidit.* S. Antoninus efficacem quamdam adducit rationem ad ostendendum qualiter Deus offensus in illum commissas clementer remittat, dicit enim: *Debet cogitare, quot & quanta ei Deus dimisit; pro quolibet enim mortali reus erat mortis æternæ. Si quis enim esset reus temporalis mortis, quæ momentanea est, nonne pro dimissione illius paratus esset illi servire toto tempore vitæ suæ? Quid ergo benefaciendum est erga Deum pro dimissione mortis æternæ, quæ etiam uni peccato mortali debetur?* S. Bernardus in Serm. quodam, *de septem misericordijs*, hanc quoque divinam patientiam in nobis ad pœnitentiam expectandis his verbis expendit: *Ego peccabam & tu dissimulabas: Non continebam à sceleribus, & tu à verberibus abstinebas, prolongabam ego multo tempore iniquitatem meam, & tu Domine pietatem tuam. Sed quid prodesset expectatio, nisi sequeretur pœnitudo? cumulus esset damnationis, dicente Domino: Hæc feci sti & tacui.* Celebris item est illa Apostoli sententia: *An divitias bonitatis ejus & patientiæ, & longanimitatis contemnis? ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ, & revelationis justi Judicij Dei.*

S. Bern. ser. 2. de sept. miseric.

Rom. 2. v. 4. & Ibid. 5.

Maximũ Dei donum sunt, efficacia auxilia gratiæ ad pœnitentiam pervenidi.

7. Verum enimvero beneficium quod alteri succedit, scilicet quod dum nos expectat ad pœnitentiam, ut ad hanc nos efficaciter perducat, auxilia nobis specialia & efficacia gratiæ suæ subministret, bonum quoddam est infinitum & incomparabile; de quo sanctus Augustinus ita loquitur: *Percussit cor meum, excitans illud ut adverteret suorum vulnera peccatorum, & vulnerum sentiret dolorem, & deducens ad portas inferi & præparata iniquis supplicia monstrans.* S. Bonavent. dona gratiæ considerat, quæ nobis infundit, & inter alia quod voluntatem nostram à culpa revocatam ad pœnitentiam inclinet: *Quod voluntatem tuam*, inquit, *ab eo aversam à te revocavit, & ei gratiam suæ justificationis infudit, deditque voluntatem ut velles te emendare.* Præterea considerandum est donum perseverantiæ quod nobis donat, ne reincidamus & redeamus ad peccata præterita, maxime in ea in quibus eramus habituati, de quo dono S. Bernardus ita scribit: *Mihi continendi deinceps & emendatius vivendi præstitisti virtutem, ne recidivum paterer, ne esset novissimus error pejor priore. Omnino enim manifestæ tuæ est, Domine Deus, & non humanæ virtutis, susceptum semel peccati jugum à cervicibus excutere, quoniam omnis qui facit peccatum, servus est peccati, nec est liberari nisi in manu fortis.* S. Aug. obstupescebat, considerando promptitudinem, qua nos Deus noster recipit ad pœnitentiam, semper paratus ad nos amplectendos & paternè recipiendos: *Talia*, inquit, *sunt, quæ misericorditer Deus ignoscit, alia quæ affluenter attribuit, agnoscit mala nostra, largitur bona sua, semper præsto ad ignoscendum, paratus semper ad largiendum, hinc pius, hinc largus, utrobique pius & largus.* S. Bonavent. mysterium explicat, ob quod Redemptor expansis in cruce manibus mori voluit: *Christus*, inquit, *in cruce te expectans, habet caput inclinatum ad te peccatricem & immundam osculandam, habet brachia extensa ad amplectendum, manus apertas ad remittendum, pedes affixos ad recum commanendum, latus apertum ad te in illud intromittendum.*

S. Bonav. Solil. c. 5. T. 7

Aptissima similitudo hujus auxilij & gratiæ.

8. Quod si aliquis te à latronibus ad nudum usque corpus expoliatum, arboriquæ alligatum & præ fame & ærumna quasi mortuum, à vinculis solveret, & non solum in libertatem pristinam remitteret, verum etiam efficeret, ut tu, quidquid ablatum tibi fuerat, perfectè recuperares, imo insuper te cum insigni lucro in domum tuam remitteret, numquid exinde gravi obstringereris obligatione, ut illum in perpetuum velut eximium benefactorem tuum coleres, eique gratus esses? audiamus quid S. Antoninus peccatori à Deo ad pœnitentiam revocato his verbis inculcet: *Debet cogitare à quibus vinculis Deus liberavit eum; tot enim vinculis est peccator ligatus, quot peccatis est irretitus, & sunt adeo fortia ista vincula, quod nec etiam per mortem quandoque solvuntur, & solus Deus potest ea dirumpere non vero aliqua creatura; unde non parum debet esse Deo gratus is, quem Dominus ab hujusmodi vinculis, quibus captivus ducebatur ad infernum, liberavit.* Imo per pœnitentiam peccator omnia recuperat bonorum omnium merita quæ per peccatum amiserat, majorisque gratiæ lucrum sibi comparat, propter quod S. Ambrosius dicebat: *Plus acquisivimus qui plus perdidimus, quia beatiores facit tua gratia, quam nostra innocentia.*

S. Antonin. ibid. §. 1.

S. Ambr. in Psalm. 37.

DISCURSUS XVII.

ARGUMENTUM.

De varijs beneficijs particularibus, quibus Deus propriam uniuscujusque personam replet: nosque ad gratitudinis obligationē astringit.

THEMA.

Quid dignum poterit esse beneficijs ejus. Tob. 12. v. 2.

1. SAnctus Joannes Chrysostomus nos pluribus in locis invitat, ut Deo nos gratos exhibeamus non solum

D. Joann. Chrys. h. 10. in Gen. Non solum communia, sed & particularia beneficia, sedulo ruminanda sunt.

solum pro beneficijs communibus, quæ simul cum alijs participamus, verum etiam pro particularibus: *Oro*, inquit, *ne desides simus, sed unusquisque pro viribus suppetat apud se singulis horis, non solum communia beneficia, sed & privata in se collata, non ea tantum quæ omnes patentia, & quæ omnibus manifesta, sed & propria & plerosque latentia; si enim ad continuam gratiarum actionem Domino referendam incitabatur. Hoc maximum sacrificii, hæc perfecta oblatio est.* Hanc quoque eamdem doctrinam idem S. Doct. in alia quadam Homilia his verbis insinuat: *Recogitemus singuli quid sibi peculiariter datum, recogitemus autem quotidie. Beneficia Dei quæ conscribi præ multitudine nequeunt, tamquam in libro habeat.* Merito autem, inquit, quod beneficia præ multitudine conscribi nequeant, quia ut in Psal. 41. scribens, ait: *Reputa quæ per totam tuam vitam accepisti, à Deo beneficia, omnino ea permulta invenies, non solum in tota vita, sed vel in uno die. Si vellet Deus omnia beneficia quibus nos quotidie afficit, imprædentibus nobis & nescientibus in medium afferre, ne ea quidem enumerare possemus.* Sanctus Bernardus modum tradit quem observare debemus cum mane surgimus, ut mentem nostram ad Deum elevemus, eique gratias agamus, *Quando surgendum est ad vigilias, præparandus est animus ad devotionem, ita ut ferventer exitus de lecto, & corpore discusso, gratias divinæ misericordiæ agas pro quiete indulta, pro custodia & protectione Angelica.* Confidera quot in hac eadem nocte extra Dei gratiam mortui in barathrum perditionis sint præcipitati, cum tamen Deus tibi in eodem peccati mortalis statu constituto, peccata dimiserit & ad pœnitentiam te expectarit.

S. Aug. ibid. cap. 9.

S. Bern. in Dr. Sern.

Deus promptissimus est ad succurrendũ nobis.

2. D. Chrysostomus ait: *Nolentibus nobis sua interdum beneficia largitur, & juvat sæpius nescientes.* Sanctus Paulus se à stimulis & moribus carnis solicitatum sentiens, timebat ne forte in aliquod continentiæ suæ periculum laberetur, & tamen Deus hosce stimulos ipso id ignorante ad majorem salutis suæ fecuritatem permittebat, Apostolus quidem trina vice Deum rogarat, ut hosce à se stimulos abigeret. *Ter Dominum rogavi ut discederet à me, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Non ad petitionem ejus*, inquit D. Chrysost. *sed ad utilitatem potius aspexit Deus, idque declarans, ait: Sufficit tibi gratia mea, &c. Itaque antequam ei causam panderet beneficium præstabat invito ac penitus nescienti*, S. quoque Augustinus hanc licet occultam divinam beneficentiam his verbis meditatur: *Magnum est etiam & hoc nomine quod multa mihi antequam petere possem, vel vellem, aut nossem, dona contulisti. Non solum ante sed & postquam senui, & potui te petere, te quærere, te desiderare, tibi inhærere, gratuita bonitate tua, non petenti, non quærenti, non desideranti, imo etiam parvipendenti, vel etiam contemnenti longius es.* Credibile omnino est, quod Deus S. Augustinum per illum triginta trium annorum decursum, gratia sua extimularit, ut illum à carnalitatis suæ luto extraheret, & in densis hæresium suarum renebris illuminaret, suæque Ecclesiæ compararet; at vero quam patiens & perseverans fuit hæc beneficentia? quoties repulsam passa est? *Quando errantem eduxisti me, quando ignorantem docuisti me, quando peccatori corripuisti me, quando tristabar consolatus es me, quando cecidi erexisti me quando stetti tenuisti me.*

D. Chrysost. ho. 38. in Act. Apost.

D. Chrys. in Psalm. 41.

S. Aug. ibid. cap. 9.

Maximum donum Dei, est sanitas corporalis, quod pauci recogitant.

3. Est & aliud beneficium Dei continuum, ad quod pauci se reflectunt, nimirum prompta ejus assistentia ad concurrendum ad omnes nostras actiones, sine qua nec sensum, nec vitam, nec motum haberemus. In fornace Babylonica ignis elementaris Esse suum habebat: manus quoque Jeroboam, priusquam ad Prophetam apprehendendum extenderetur vigorosa erat, & tamen Deus nec ad activitatem ignis, nec ad manus Regiæ motum concurrere voluit. Quando nobis ad peccandum abeuntibus (*veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem*) pedes nostri contremiscunt, quando vox faucibus hæret, quando cor nobis congelatur & palpitat, tunc credendum nobis est manum nobis Dei adesse, hæc enim omnia sunt effectus bonitatis Dei, nos invisibiliter à talis peccati excessu retinentis. *Quot dæmones feruntur per hunc aërem?* inquit D. Chrysostomus, *Quot adversæ potestates? si ergo eis solum permitteret terribilem illum suum, & horrendum aspectum nobis ostendere, an non mente dimoveremur? an non perire mus? an non omnino interiremus?*

Ps. 13. v. 3.

D. Chrys. in Psal. 41.

4. Verum enimvero præter hæc aliud est inæstimabile beneficium, quo licet continuo, & non numquã per quinquaginta vel septuaginta annorum decursum fruamur, parum tamen illud à nobis consideratur, estque sanitas & salus corporalis, hæc enim adeo ingens bonum est, ut communi proverbio dicere soleamus: *Qui sanitatem habet dives est & ignorat*, quia pauci sunt qui hanc sanitatem Deo in acceptis referant, eique pro illa debitas gratias agant; & tamen ut Ecclesiasticus ait: *Non est census super censum sanitis corporis.* Hoc lutum è quo nos homines componimur, mille subjectum est infirmitatibus; Unde Job ait: *Homo natus de muliere, brevi vivens tempore repletur multis miserijs.* Ac proinde quod tu sanus & incolumis perseveres, beneficium est Dei id tibi indulgentis; quod corporis fruaris integritate, quæ in tot alijs defectuosa est, non tibi ex meritis tuis evenit, sed ex mera Dei bonitate & clementia. Græcus non legit: *Census, sed divitia. Non sunt divitiæ melliores*, inquit, *quam sanitas corporis.* Tametsi nonnumquam peritia Medici ab hac vel illa infirmitate sanatus fueris, recuperata tamen salus principaliter attribuenda est Deo. Unde Olcaster ait: *Stent qui sola miraculosa Deo offerunt; & pro eis gratias agant, nempe si subito ex ægritudine convaluerint, aut ab incurabili sanentur morbo; quæ vero beneficio naturæ aut Medicorum ope proveniunt, negligant in Deum referre, ac si ipse nihil in hujusmodi effecisset, quos locus iste redarguit, qui pro sanitate ope naturæ adepta, sacrificium offerre jubet, ut alingrain mundatus, cognosceret hoc se à Deo recepisse, & ille gratus esset.* S. Augustinus quoque ait: *Magnum est certe & hoc, quod sana & integra membra creavit mihi Deus, ne essem meis dolor, opprobrium alienis.* S. Bernard. similiter hoc beneficium præ cæteris in sermone quodam his verbis examinat: *Si quis oculorum Lumen, si quis usum aurium, si quis narium, si quis manuum, si quis pedum tibi præpeditum aliquo modo reparasse videretur, si quis sopitam quavis occasione excitasset in te rationem, quis non alias tibi vehementissime succenseret, si quando forte beneficij hujus memorem, aut benefactori deprehendisset ingratum? Enimvero Dominus Deus tuus ipsa etiam sibi instrumenta largitus, ex nihilo fecit hæc omnia; nec modo fecit, sed & compegit ea tam, & formavit, ac suo quoque illustravit officio. Quomodo non is omni jure tibi gratias exigit ampliores? multi quidem sortiti sunt oculos, aures, linguam & alia similia membra, sed ingenti malo suo eorumdem sunt usu privati. Accepi corporis formam*, inquit S. Aug. *Accepi in corpore distinctionem sensuum, oculos ad videndum, aures ad audiendum, nares ad odorandum, manus ad contrectandum palatum ad gustandum, pedes ad ambulandum.* Idem quoque gloriosus Doctor ulteriùs progrediens, considerat, quot Deus hosce corporis sensus, delicijs unicuique conformibus & proportionatis affecerit. *Magnum fuit & hoc*, inquit, *quod eorumdem sensuum meorum obsequentia, singula sensibus singulis convenientia crearent Deus, multa pulchrè lucentia, canorè mulcentia, suavè olentia, dulcè sapientia, tactu placentia, etenim providentia Creatoris tam diversas qualitates rebus induit, ut omnes sensus hominis sua oblectamenta invenirent. Aliud enim percipit visus, aliud auditus, aliud olfactus, aliud gustus, aliud tactus. Visum pascit pulchritudo colorum, suavitas cantilenæ demulcet auditum, fragrantia odoris olfactum, dulcedo saporis gustum. Toi oblectamenta oculorum in diversitate colorum monstramus, tot oblectamenta aurium in diversitate sonorum, audimus, quibus homines ad invicem suas voluntates communicant, præterita narrant, præsentia indicant, futura annunciant, occulta revelant, adeo ut si careat his vita humana, bestijs comparabilis videatur.*

Exod. 30. v. 15.

Eccli. 30. v. 16.

Job. 14. v. 1.

Gratus Textus.

Oleast. in c. 14. Levit.

A medicis curati, non tam illis, quã Deo gratias agant.

S. Augustin. Medit. c. 11.

S. Bern. ser. 14 super Psalm. Qui habit.

S. Aug. c. 11. Ibid.

Omnibus sensibus corporis Deus dedit sua oblectamenta.

5. Sed eheu quot quantique quantumvis in rationales stolidis nihilominus insensatisq; bestijs similes vivunt? quot obscero merito ingenium intelligentiamque perspicacem consecuti sumus? Respondet ibidem dictus S. Præsul. *Tu dedisti mihi sensum capacem, intellectum facilem, memoriam tenacem efficacem in opere, gratiam in conversatione, profectum in studijs, profectum in conceptis.*

Gratiæ Deo etiam agendæ pro beneficijs quę nobis ignorantibus confert.

6. D. Chrysostomus non solum gratitudinis præstandæ rationem assignat dicens: *Non communia tantum beneficia, quæ toti naturæ omnium opifex contulit, sed & privata & quotidiana, & quæ ignorantibus nobis confert, propter quæ his gratias agamus. Addita in nos nescios beneficia confert sæpe è periculis erait.* Quod gratitudinis tributum, specialibus proprijsque cujuscumque hominis beneficijs correspondens idem S. Doctor sæpe alibi inculcare nititur; præsertim autem in Comment. Psal. 41. ubi ait: *Nec vero commenta solum beneficia, sed etiam propria & privata apud te reputa; quemadmodum si quando falsis delatus per calumniam, absolutus es ab accusatore; si quando cum media & intempesta nocte incidisses in latrones, effugisti illorum insidias; si quando ex damno tibi illato te expediveris; si, cum in morbum gravem incidisses refectus & recreatus es.* Quam benevolam

D. Chrys. h. 76. in Gen.

D. Chrys. in Psalm. 41.

Dei

Dei erga te protectionem recognovit optime S.Aug. quando in hos prorupit gratitudinis affectus erga Deū

S. Auguſt. Medit. c.9. *Solamen in adverſis, tutelam in proſperis, & quocumque verebam me, ubique gratia tua & miſericordia tua præceſſit.*

Pſ.70. 6. Magna Dei gratia quod non illegitimi, nec inter infideles ſimus nati.

6. Novum illudque immenſum Dei erga nos beneficium illa exprimunt Davidis verba: *In te confirmatus ſum ex utero, de ventre matris mex tu es Protector meus;* quod ſcilicet non illegitimis proceſſerimus ex natalibus, non inter Hebræos, Turcas, Paganoſve in lucem editi, quod bonam bonorum parentum educationem nacti, quòd aquis baptiſmalibus abluti, ideoque David dum hujuſmodi plenius contemplaretur beneficia, in divinas has indilatè prorupit gratiarum actiones & laudes: *In te cantatio mea ſemper; tamquam prodigium factus ſum multis, & tu adjutor fortis; repleatur os meum laude ut cantem gloriam tuam, tota die magnitudinem tuā. Munus ejus,* inquit S. Aug. *quod educatus ſui à parentibus, quod me flamma non leſit, quod aqua non abſorbuit; quod non vexatus à dæmone, quod à beſtijs non peruſſus, quod non præcipitio necatus, quod uſque ad congruam ætatem in fide ejus & bona voluntate ſum nutritus.*

Pſ.7. v.6.

S. Aug. ibid. cap. 11.

Item inſpirationes divinæ & bonæ cogitationes.

2. Cor. 3. v. 5 2. Cor. 9. v. 15. S. Anſelm.

8. Certiſſimum eſt Apoſtoli axioma, nos ne minimam quidem abſque ope & inſpiratione divina, bonam habere poſſe cogitationem, Deo itaque non modo omnes bonas actiones noſtras, ſed & cogitationes, de fideria, ac quidquid boni in mente noſtra verſatur, attribuamus oportet, *Gratias Deo ſuper inenarrabili dono ejus,* inquit S. Anſelmus, *Inenarrabile enim Dei donum eſt, quod incitat homines ad bene agendum, quando bona operantur.*

S. Anton. p. 4. Tit. 5. c. 12. §. 1. Etiam pro quibuſvis bonis temporalibus Deo gratiæ ſunt agendæ.

9. S. Antoninus à ſpiritualibus ad tranſitoria digrediens Dei erga nos beneficia, iterum ad gratitudinem fideles provocat, dicens: *De bonis temporalibus ſive ſubſtantiæ, ſive famæ, ſive potentiæ, ſive dignitatis, gratias agere oportet cum Dei beneficia ſint; & ut ait Salvator; cui multum collatum eſt, plus exigetur ab eo.* Quot namque vivunt mendicando? quot infelices vilißimis quandoque & infamibus applicati ſunt miniſteriis? quot vilißimæ etiam plebis jocus, probrum ſunt & ludibrium? cui idem argumento inſiſtens S. Ambr. diſcurſum ſuum ad divitem illum, qui copioſam collegerat meſſem, convertit, dicitque: *Dicis forſaſſe cur ager hominis nihil boni operatur? uberes fructus attulit? ut magis magisque Dei patientia notaretur, dum ad hujuſmodi homines beneficia ſuæ benignitatis extendit. Pluit enim ſuper juſtos, & injuſtos, & Solem ſuum oriri jubet ſuper bonos & malos. Verum talis iſta benignitas Dei, ſicut per nimiam patientiam facultatem converſionis & emendationis indulget, ita majora, & graviora ſupplicia coacervat, ut convertat ingratos. Largities eſt ergo Deus imbres uberes agris hominis avari; Solem præſtitit ad nutriendas ſegetes, multiplicandasque fruges, ut acervos divitis augeret in omnibus modo ata temperies. Igitur quæ à Deo prehenitur ingratis, iſta ſunt terræ fœcunditas, aëris temperies, fructuum lætitia, & boum ſubſidia, & omnia quibus anni proventus fœcundis ſucceſſibus adimpletur. Quæ vero ab homine procedant, qualia quæſo ſint videamus. Anguſtus animus, & parum putans omne quod naſcitur, cujus abundantiæ deeſſe aliquid computans, tum deinde inhumanum propoſitum impertiendi cuiquam, cauſam nullam idoneam putat, vide beneficijs divinis dives quam ingratus exiſtat.* S. Bernard. ad continuam defenſionem & aſſiſtentiam, quam

S. Bern. ſer. 1. in Cant. Item pro ſuperatis tentationibus.

Deus nobis præſtat, ſe reflectens, inquit: *Quoties tentatio ſuperatur, aut vitium ſubjugatur, aut imminens periculum declinatur, aut laqueus inſidiantis deprehenditur, aut annoſa & inveterata quæcunq; animæ paſſio perfectèque ſanatur, aut multum, diuque cupita, & ſæpius petita virtus tandem aliquando Dei munere obtinetur, quid niſi toties (juxta Prophetam) perſonat gratiarum actio, & vox laudis, & ad ſingula quæque beneficia, benedicitur Deus in donis ſuis? alioquin ingratus reputabitur cum diſcuſſio venerit, qui non poterit dicere Deo: Cantabiles mihi erant juſtificationes tuæ in loco peregrinationis meæ.*

S. Anton. p. 4. Tit. 5. c. 12. §. 1. Inſuper pro pretioſo tempore.

9. S. Antonin. tempus expendit, nobis à Deo conceſſum, alijs vero perſæpe ab eodem negatum: *Debet,* inquit, *Cogitare quam pretioſam rem Deus ei commiſit, quando tempus pœnitentiæ ei dedit; pretioſitas temporis ex hoc perpenditur, quia in momento poteſt homo lucrari regnum æternum. Debet cogitare, quam male meruiſſet, ut res tam pretioſa ei conferretur, qui magnum tempus ſibi prius datum in contumeliam ipſius Dei concedentis expenderat.* Citatque authoritatem S. Aug. dicentis: *Non eſt dignus dandis, qui non eſt gratus datis.* Pergit ulterius S. Antonin. inquiens: *Inſuper debet cogitare qualiter ſciebat eum Deus eſſe uſurum tali beneficio, in hoc enim eſt cumulus divinæ miſericordiæ, quod licet Deus ſciveris eum uſuram tanto beneficio pro magna parte in contumeliam Dei, non dimiſit propter hoc dare illi.*

S. Bern ſer. 14 ſuper Pſ. Qui habit. Deus æque ſolicite cogitat de quolibet in particulari, ac ſi ſolus eſſet in mundo.

S. Aug. ibid. cap. 10.

10. Præterea beneficium eſt aliud, quod eſt infinitum, omnibusq; alijs longe ſuperius, nimirum venia & remiſſio peccatorum noſtrorum, quam Deus nobis ſæpe concedit, tametſi in illa perſæpe reincidamus. *Onerat nos,* dicebat S. Bernardus, *cum exonerat Deus, onerat beneficio, cum exonerat peccato.* De hoc tamen beneficio fusè tractatum eſt ſuo loco, in Tract. de confeſſ.

S. Anton. p. 3. Tit. 3. c. 9. §. 12.

11. S. Auguſtino ad beneficia particularia ſe reflectenti, Deus de quolibet noſtrum æquè ſolicitè cogitare videtur, ac ſi ſoli eſſemus in hoc mundo. Unde ait: *Sic certè mihi videtur cum ejus miſerationes circa me attendo, quod, ſi fas eſt dicere, nihil aliud agit Deus, niſi ut mex ſaluti provideat, & ita totum ad cuſtodiam meam occupatum video, quaſi omnium oblitus ſit, & mihi ſoli vacare velit, ſemper præſentem mihi ſe adhibet Deus, ſemper paratum offert, quocumque me verto; me non deſerit, ubicumque fuero; non recedit; quidquid egero, pariter aſſiſtit, & eandem cunctis actionibus meis perpetuus inſpector, & quantum ad bonitatem ſuam pertinet, quaſi individuus cooperator adeſt.* Hanc eamdem doctrinam in S. Antonino his verbis traditam invenio: *Coronat te circumdans te totum ubique beneficijs. Coronat ſingulari providentia, quaſi nil de alijs creaturis videatur curare, ut tibi ſubveniat.* S. Bonav. circa hanc divinam beneficentiam, devotiſſimas quoque conſideriationes conſcripſit, ut nos ad gratitudinis obſequium inflammaret: *Conſidera,* inquit, *quam ſolicita ſit tanta Majeſtas circa te in tribuendo beneficia: Modo quo tibi magis expedit, ab æterno diſpoſuit tibi ea dare, ab æterno, & ſemper actualiſſime cogitavit, & talia tibi beneficia præordinavit. Ita ſolicitus erga te, ſicut circa integrum orbem, vel univerſitatem creaturarum; ita enim hic magnus Rex, tibi & circa te intendit, ac ſi vacaret ſingulis.* Hac autem concluſione poſita, debitum quo ei grati eſſe obligamur, his verbis demonſtrat: *Et hoc affectum tuum non modicum ad gratitudinem & amorem accenderet, ſi ſingula beneficia divina toti humano generi collata, ita tibi attraheres, & ita te ex eis ad gratitudinem intelligeres obnoxium, ac ſi tibi ſoli fuiſſent collata v. g. ac ſi pro te ſolo crucifixus, factus homo, &c. Propter te ſolum creaſſet cælum & terram.* De hoc puncto ſuperius in primo Tomo per duos diſcurſus egimus in Tract. *de amore Dei.* Hanc quoque praxim Moyſes in ſuo cantico, poſt victoriam ab Ægyptijs obtentam edito, his verbis nos docet: *Fortitudo mea & laus mea Dominus, & factus eſt mihi in ſalutem.* Ubi Dion. Carth. ait: *Hoc ad ſervum Dei ſpecialiter gratum, devotum, fidelemque pertinet, ut de generalibus beneficijs Creatoris ſpeciales gratias & laudes referat Domino, quaſi ſint ſibi ſoli condonata ab illo.*

S. Bonav. T. 7. in Reſicul. c. 6. Hoc nos maxime ad gratitudinem excitare deberet.

Exod. 15. v. 2. Dion. Carth. ibid.

DISCURSUS XVIII.

ARGUMENTUM.

Maximas Deo gratias agere debemus in adverſitatibus, utpote ex quibus magnum capimus lucrum, dæmonium vincimus, & ſalutem noſtram, ad quam à Deo ordinantur, magnopere promovemus.

THEMA.

Quaſi ex uno ore laudabant, & glorificabant, & benedicebant Deum in fornace. Dan. 3. v. 51.

Pro adverſitatibus & tribulationibus etiam Deo agendæ ſunt gratiæ.

1. TRes pueri mox ut fornacem Babylonicam ingreſſi ſunt, Deo laudes & gratiarum actiones rependere cœperunt, eo quod pro honoris ſui defenſione ad ingentes haſce flammas damnati fuiſſent. Quod miraculum nequaquam nobis mirum eſſe debet, quia, ut D. Chryſoſtomus inquit, gratiarum tributum Deo in medio ignis exolvere pariter miraculum fuit: *Conſideremus,* inquit, *novum quiddam atque mirabile, hominem in fornace gratias ſuppliciter agentem, hominem in flamma dulci modulatione cantantem, hominem in extrema inopia colligatum, plurimam tamen Deo gloriam laudeſque referentem.* Et quidem hæc gratiarum actio tantopere Deo placuit, ut eorum ſe ſocietati in medio fornacis ardentis jungere voluerit; Unde Nabuchodonoſor ait: *Ecce video quatuor viros ſolutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis eſt, & ſpecies quarti ſimilis Filio Dei.* Quibus verbis tribulatis Hierarchias aſſociavit cœleſtes; Quæ ſuprema Majeſtati laudes inceſſanter gratiaſque perſolvunt: *Angelus Domini,* ſcilicet S. Michael, *deſcendit cum Azaria & ſocijs ejus in fornacem, & excuſſit flammam*

D. Chryſoſt. Tabitus aſſociat ſe Deus.

Dan. 3. 92.

Dan. 3. 49. & 50.

ignis de fornace, & fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem. Pueris illis nos, ſi cum gratiarum actione paupertatem toleraverimus, ſecundùm merita pares conſtituere poterimus, dicente D. Chryſoſtomo: *Illis pueris inveniuntur æquales quotquot paupertatem cum gratiarum actione patiuntur.* Equidem in proſperitatibus Deo gratias agere facillimum eſt, ſiquidem; *Confitebitur tibi cum benefeceris ei;* ſed gratiæ in tribulationibus actæ Deum noſtrum debitorem conſtituunt, dicente alibi eodem D. Chryſoſt: *Hoc eſt maxime grati animi, hoc ſapientiæ ſtudioſi, in rebus etiam aſperis & adverſis gratias agere; non ſolum pro beneficijs ſed etiam pro ſupplicijs; hoc enim majorem mercedem conciliat: nam in bonis quidem gratias agent, redditi ſi debitum; in malis autem, Deum conſtituiſti debitorem.*

D. Chryſoſt. in Pſalm. 9.

Pſ. 48. v. 19.

2. D. Chryſoſt. illum Pſalmi commentans Verſicul. *Invoca me in die afflictionis, eruam te & honorificabis me;* à Deo hujuſmodi gratiarum actionem non propter ſuum ſed noſtrum lucrum requiri ſtatuit his verbis: *Hoc dicit, non egens noſtra gloria, quomodo enim egeret, qui eſt Deus gloriæ? Sed ut per Hymnum gratiarum actionis, fiat memoria beneficij & ſit vehementior in eum affectio, quod primo felicitatum maximam accipiemus.* Idem Pſalmiſta alibi hanc à Deo gratiam poſtulaſſe ſcribitur, ut ſcilicet os ejus laudum divinarumque gratiarum plenitudine exunderet; ſupplicat enim, dicens: *Repleatur os meum laude ut hymnum dicam gloriam tuam tota die magnitudinem tuam,* prout S. Auguſt. legit, qui immediatè ſubjungit: *Quid eſt tota die? ſine intermiſſione. In proſperis, quia conſolaris; in adverſis, quia corrigis: antequam eſſem, quia feciſti: cum eſſem, quia ſalutem dediſti: Cum peccaſſem, quia ignoviſti: cum converſus eſſem, quia adjuviſti: cum perſeveraſſem, quia coronaſti.* Noverat namque David, utpote mentem lumine cœleſti illuſtratam habens, quod optima pro bonis receptis in tempore præterito ſolutio, ſit gratitudo animo prompto præſtita, præſertim dum amarum quis bibit tribulationum calicem; ideoq; alibi dicebat: *Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam & nomen Domini invocabo. Non video aliud munus faciendum pro retributione tanti beneficij,* inquit S. Anton. *ne ingratus ſim, quam ut calicem ſalutaris accipiam & ſuſtineam pœnas & paſſiones, prout ipſe ſuſtinuit.*

D. Chryſoſt. ibid.

Pſal. 49. v. 15.

D. Chryſoſt. ibid. Talem gratiarum actionem requirit à nobis Deus, non propter ſe, ſed propter nos.

Pſ. 70. v. 8.

I. Aug. ibid.

S. Antonin. 4. p. tit. 5. c. 12. §. 1.

Pſ. 115. v. 12 ibid. v. 13.

3. Recordabimini forſitan illius viſionis quam S. Joannes in Apocalypſi circa innumerabilem cujuscumque tribus Iſrael, agnum, in throno ſuo conſidentem, laudantis & benedicentis multitudinem habuit; de qua dicitur: *Clamabant voce magna dicentes: ſalus Deo noſtro, qui ſedet ſuper thronum & agno.* Ubi S. Auguſt. cur ita elata voce innotarint, hanc reddit rationem, inquiens: *Magna voce ſalutem Deo decantant, qui magna gratiarum actione recolunt, non ſua ſe virtute, ſed ipſo auxiliante tribulationum impugnantium ſuperaſſe certamina.* Hi autem populi unde venirent dum interrogaretur, reſponſum fuit: *Hi ſunt qui venerunt de tribulatione magna, & laverunt ſtolas ſuas & dealbaverunt eas in ſanguine agni.* Aſt ſi ſanguinem profuderant ſi inter angustias tribulati, qua ratione voces ſuas in gratiarum actionem erga Deum ſublimare potuerunt? reſpondet S. Antoninus: *Etiam in flagellis Deo eſt regratiandum, quod Job fecit, dicens: Sicut Domino placuit, ita factum eſt: ſit nomen Domini benedictum. Sunt enim & ipſa Dei beneficia in ſalutem ordinata.* In cujus confirmationem libri 2. Machabæorum adducit textum, ubi dicitur: *Etenim multo tempore non ſinere peccatoribus ex ſententia agere, ſed ſtatim ultiones adhibere, magni beneficij indicium eſt.*

2. Mach. 6. v. 13.

Pſ. 33. v. 2.

4. Pſalmiſta ita quondam gloriari auditus eſt: *Benedicam Dominum in omni tempore, ſemper laus ejus in ore meo.* Ubi S. Aug qualiter David continuas Deo laudes gratiaſque perſolvere intenderit, explicat dicens: *Omni tempore & ſemper ſive in proſperis, ſive in adverſis: nam ſi in proſperis & non in adverſis, quomodo omni tempore? quomodo ſemper?* Quod idem propoſitum Regius Vates alibi repetit in hæc verba: *Per ſingulos dies benedicam tibi.* Quam generoſiſſimam reſolutionem poſtquam D. Auguſt. diu in Davide admiratus fuiſſet, tandem ad Prophetam Job, qui pariter in tribulationibus ſe Deo gratum præſtitit, ſe convertens ait: *Numquid quia ille dies, quo totum perierat, triſtis exuxit, ideo lux interior in corde defecit? Sicut quippe in luce & ait: Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit, ita factum eſt; ſit nomen Domini benedictum: ergo per ſingulos dies laudavit, qui etiam in die tam triſti laudavit.* Et paulò poſt ſubjungit: *Sive ergo in ejus donis, ſive in ejus flagellis laudat eum: laus flagellantis meritina eſt vulneris.* Idem quoque Propheta in Pſal. 118. ſe media nocte ad divinam beneficentiam laudandam ſurrexiſſe inquit: *Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi.* At verò, qua ratione potuiſſe huic Regi erat, ut à publicis regni negotijs & laboribus in bello habitis, cùi in propria perſona intereſſe ſatagebat, fatigatus, quavis nocte neceſſario ſe ſomno privaret? Hugo Card. ad noſtrum propoſitum, difficultatem hanc ita exponit: *Mediam noctem vocat graviorem tribulationem, in qua, inquit, ſurgebam ad confitendum tibi, quia non ſic flagellas, ut dejiceres; ſed exercebas ut ſurgerem, & fortius confiterer, de omnibus gratias agens, etiam de adverſis.* Chryſoſt: verba illa Pſalm. 117. (*Confitebor tibi quoniam exaudiſti me, & factus es mihi in ſalutem*) exponens ita ſcribit: *Non dicit ſolum exaudiſti me ſed cum prius caſtigaſſet, & meliorem feciſſet, & ideo agit gratias, non ſolum quod ſit exauditus, ſed etiam quod fuerit caſtigatus; ideo enim fuit exauditus; & ubique magnum eſt apud ipſum hoc genus gratiarum actionis: quemadmodum enim dixi, nec ceſſabo dicere, hoc eſt maximum ſacrificium & oblatio.* Quæ ultima verba relationem dicunt ad id, quod antecedenter dixerat, nam ſuper illa verba Pſalm. 115. *Tibi ſacrificabo hoſtiam laudis;* ita ſcripſerat: *Nihil eſt quod Deus majori ſtudio complectatur, quam eſſe gratum, non ſolum in rebus fecundis, ſed etiam in adverſis. Hoc eſt pulcherrima hoſtia, hæc maxima oblatio.* Idem quoque Chryſoſt. conſiderans, Jobum omnibus divitijs, cunctaque familia ſua nudatum gratias egiſſe, inquit: *Hoc maxime clarum reddidit, hoc maximis laudibus affecit, hoc coronavit, quod tempore tentationis, morbi, & paupertatis, immutabili animo apparuerit, & mente immobilis, quibus gratias ageret, Deo verba obtulit, & ſpirituare illud ſacrificium; erant enim ſcripturæ verba ejus quæ dixit: Dominus dedit, Dominus abſtulit.*

Pſ. 115. v. 17. D. Chryſoſt. ibid. Laus in tribulatione, eſt pulcherrima hoſtia Deo oblata.

D. Chryſoſt. in Pſalm. 5.

5. Sacrificium quidem quod Salvator noſter æterno Patri ſuo de ſemetipſo in ara crucis obtulit, acceptiſſimum fuit: At vero hoc aliud quoddam ſacrificium anteceſſit, non minus gratum, nimirum gratiarum actio, nam quando ad paſſionem ſuam adeundam ſe recepit, *Hymno dicto exierunt in montem Oliveti,* De quo ſacrificio Vict. Antioch. ait: *Ante paſſionem laudes gratesque Deo depromit, per hoc oſtendens ſe ultro, libenterque patitum nos quoque exemplo admonens, ut adverſa, ſi quæ nonnumquam ſeſe offerant, grato patientique animo perferamus.*

Chriſtus paſſionem incepturus, gratias egit Patri æterno.

Marc. 14. 26. Vict. Antioch. in Marcum. tom. 1. Bibliоth. vet. Pat.

6. Inimicus tartareus incurabiliori vulnere affici nequit, quam ſi quis in adverſitatibus Deo gratias agat. Unde D. Chryſoſt. ait: *Quando privatus fueris pecuniis, & gratias egeris, non tantum te mordere poteſt damnum, quantum lætitia afficit gratiarum actio, hoc diabolo lethale vulnus infligit.* Verbum autem hoc *mordere* in memoriam mihi revocat illam à D. Chryſoſt. adductam canis cum dæmone comparati ſimilitudinem: nam dum illos qui in adverſitatibus Deum non laudant, ſed adverſus illū lamentantur, his verbis perſtringit, ita ſcribit: *Quemadmodum canis aſſiſtens menſæ, ſi viderit hominem veſcentem, ſubinde aliquid eorum, quæ in menſa ſunt, ipſi projicientem monet aſſidue: quod ſi ſemel atque iterum ſic aſtitit, ut diſceſſerit nihil adeptus, protinus abſtinet, velati qui jam fruſtra aſſiſtat; itidem & diabolus juguer nobis inhiat, ſi quod blaſphemum verbum ipſi ceu cani projiciamus, hoc accepto, rurſus aggrediturus. Quod ſi perſeveraveris, gratias agere jugulabis illum fame, celeriterque abigeris, & aufugere coëgeris: Verum non potes tacere cruciatus ſtimulatus, inquis, nec ego prohibeo te loqui, ſed volo te pro blaſphemia loqui gratiarum actionem. Clama vehementer glorificando: ſic tibi & morbus reddatur levior, diſcedente quidem diabolo propter tuam gratiarum actionem, Dei vero auxilio accedente.* Qui heroica Job Prophetæ opera legerit, videlicet profuſam, quam erga pauperes exercebat, miſericordiam, incorruptam quam ſubditis ſuis adminiſtrabat Juſtitiam, exemplaritatem, qua numeroſam ſuam in timore Dei ædificabat & educabat familiam, minime hanc ei ab æterna Veritate attributam fuiſſe laudem mirabitur, ſcilicet quod nullus in univerſo mundo ei fuerit ſimilis; Verumtamen ut D. Chryſoſt. advertit, diabolus magis ſe per gratiarum actionem debellatum eſſe cenſuit, quæ ab ejus corde pariter & lingua in illa facultatum & liberorum ſuorum deſolatione manavit, quam per omnes alias virtutes hactenus ab ipſo in gradu etiam eminentiſſimo exercitas; Unde ait: *Scias quod gravius poſtea vulnus intulit diabolo, cum ſpoliatus gratias egit, quam cum poſſidens miſerabatur.*

Similitudo canis & diaboli.

D. Chryſoſt. Conc. 3. de Laz. 6. 5.

D. Chryſoſt. h. 1. ad pop.

7. Propoſitio illa D. Chryſoſtomi qua in Pſalmum

Etiam pro repulsis Deo agendæ sunt gratiæ.

145. scribens, nosque ad agendum etiam in repulsis gratias invitans, eas etiam Deo rependendas esse dicit, quando recipimus quod postulamus, licet non detur quod petimus, hæc inquam propositio prima facie contradictoria esse videtur; hæc enim ejus sunt verba: *Indigens hominum precatio quando è mente grata proficiscitur. Sed quomodo fiet ut mens grata habeatur? Si ita instituti fuerimus, ut non in adeptione, sed in repulsa quoque Deo gratias agimus: nam tametsi Deus nunc petita concedat: nunc neget, utrumque tamen utiliter facit, adeo ut in non accipiendo accipias.* Verumtamen pro hujus contradictionis apparentis declaratione notandum, quod dum Chyrurgus tibi contra nitente voluntate, & totaliter invito, cucurbitulam igneam capiti applicat, vel membrum præscindit, aut secat, tametsi inde dolorem & displicentiam concipias, immensum tamen tibi confert beneficium, pro quo postea recuperata sanitate summas illi gratias agis. Ita quoque Deus animarum nostrarum Medicus, qui dixit: *Non est opus valentibus Medicus sed male habentibus.* Adversitates velut afflictivas & dolentissimas medicinas in æternâ nostram ordinat salutem. Mortalis filij Reguli infirmitas causa fuit, cur universa domus ejus ad Deum conversa fuerit: *Credidit ipse & domus ejus tota.* Stesichorus apud Pierium Valerianum refert, quod dum rustici in agro quodam simul laboribus insisterent, unus illorum qui pro haurienda ex vicino fonte aqua abierat, aquilam quamdam ab ingenti quodam serpente circumplexam conspexerit, mortem ei comminantem: ac proinde correpta falce, eumdem in minutas partes conscindens, aquilam liberavit, haustamque aquam laboris consortibus attulit, qui cum ex ea bibissent, in eodem momento quo & ipse os hydriæ ad extinguendam sitim applicare voluit, aquila, pernici volatu ad eum properans, hydriam è manibus dejecit; omnemque aquam ex inversa hydria effudit; moxque rusticus hoc se refrigerio privatum conspiciens, aquilæ tamquam ingratæ vehementer indignatus fuit: At vero postquam è socijs aliquis post hausturn ore aquam in terram mortuus corrueret, alios vero atrocibus doloribus cruciari conspexisset, aquam illam veneni toxico infectam fuisse arguens, aquilæ erga se gratitudinem agnovit, cheu quot hisce temporibus sunt homines, qui mundi torrentem sequentes, dum *bibunt quasi aquam iniquitatem* in ipsa appetituum suorum obsecundatione mortiferum animæ & corporis contrahunt venenum, quando igitur Deus nostris se opponit consilijs, ne ad honores præsensos pertingamus, ne desideratis carnis voluptatibus perfrui possimus, vel concupitas hæreditates, vel divitias assequi valeamus, summum utique nobis præstat beneficium, utpote Medicus pro æterna salute nostra omnino solicitus. Agnovit idipsum Seneca inquiens: *Sunt quædam noxia impetrantibus, quæ non dare sed negare beneficium est.* Clarius verò S. Augustinus dum ait: *Melius novit ille quid tibi expediat quam tu, & ob hoc si vis de eo bene sentire, totam quod ab illo tibi fit, bene fieri intellige; talis est enim amor Dei in nobis, nec quidquam omnino humana infirmitas tolerat, quod ipsum, quantum in sua bonitate est, & ad bonum nostrum non disponat.* Idem quoque S. Doctor ad consolandum eos, qui nonnumquam tali virtute præditi non sunt, ut in tribulationibus constantes permaneant paulò post & hoc divino beneficio tribuendum esse his verbis dicit: *Forte gratiam virtutum non habes, sed dum vitiorum impulsu concuteris, melius in humilitate solidaris.* D. Chrysost. ne ex vehementi adversitatum vento lapsum timeamus, sequenti nos promissione animare contendit: *Afflictione quæ cum gratiarum actione toleratur, solet magnam præbere ansam misericordiæ, & Deum reddere propitium.* Propheta Regius, non solum tunc quando post pecora custodienda gradiebatur in Bethlehem, sed & quando in throno Israëlitico sedebat, semper ut diximus intra se dicere cogitabat: *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?* Et quidem tametsi inæstimabiles pro templi fabrica congregasset thesauros, tametsi quotidie victimas innumeras in holocaustum offerre potuisset, vel ex reportatis victorijs obtenta trophæa in honorem Dei velut gratitudinis anathemata appendere, nihilominus his omnibus præteritis, labia sua amaro adversitatum calici epotando admovere statuit, dicendo: *Calicem salutaris accipiam,* eodemque tempore divinæ bonitati laudes & gratias referre decrevit, *& nomen Domini invocabo,* sciebat enim quod reddita Deo in adversis gratiarum actio accepti ssima sit Deo oblatio.

Simile Chyrurgi, membrum secantis.

Senec. de benef. l. 1. c. 14.

S. Augustin. Medit. c. 8.

Omnia adversa cedunt in nostrum commodum, Deo ita disponente.

D. Chrysost. in Psal. 6.

Matth. 9. 12.

Joan. 4. 53.

Pier. Valer. Aquila pro beneficio sibi præstito grata, benefactorem à morte liberat.

D. Chrysost.

Ps. 115. 12.

Ibid. v. 13.

Job. 5. v. 17.

8. S. Propheta Job ait: *Beatus homo qui corripitur à Deo increpationem Dominus ne reprobes, quia ipse vulnerat & medetur, percutit & manus ejus sanabunt.* Certissimum est quod Medico non minus gratias agere teneamur, quando nos per remedia lenitiva restaurativa vel refrigerium opportunitia curat quam quando ferra, ignem, dietas, & bolos amaros nobis adhibet: in utroque enim eventu aliud nihil, quam sanitatis nostræ recuperationem intendit, ita quoque ut Procopius ait: *Tam est nostræ salutis peritus artifex Deus, ut vel plagas inculcans medeatur, utrimque nos ad pietatem provocans.* S. Cyprian. eamdem adducens Chirurgi similitudinem, inquit: *Imperitus est Medicus qui tumentes vulnerum sinus manu parcente contrectat, & in alis recessibus viscerum, virus inclusum, dum servat, exaggerat. Aperiendum vulnus est & secandum: vociferetur, & clamet licet, & conqueratur ager impatiens per dolorem, gratias aget postmodum cum senserit sanitatem.* Quando fidelium grex D. Chrysostomo commendatus in præsenti hærebat naufragij periculo, eodem tempore idem Chrysostomus gregem suum gratiarum & laudum tributum Deo offerre suadebat, inquiens: *Urkem totam, & populum tantam jam submergendum, & sub undas agendum & perdendum funditus, sic animo temporis momento ab omni naufragio liberavit. Gratias igitur agamus, non tantum quoniam tempestatem sedavit, sed etiam quoniam fieri ipsam permisit.* Apostolus enim suadet dicens: *In omnibus gratias agite. Cum dicit in omnibus, hoc dicit: non tantum in gratiarum solutione, verum & in gravium calamitatum tempore, nam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.*

Ibid. v. 18.

Deus etiam plagas inculcans, medetur.

Procop. in c. 9 Isai.

S. Cypr. de lapsis n. 56.

D. Chrys. T. 1 h. 17. ad pop.

1. Thes. 5. v. 18.

DISCURSUS XIX.

ARGUMENTUM.

Quo majora sunt beneficia, eo severiora sunt supplicia ingratorum, quibus suas Deus quandoque subtrahit gratias, ne eorum pœna & culpa aggravetur.

THEMA.

An divitias bonitatis ejus, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? Secundum duritiam tuam... thesaurizas tibi iram. Rom. 2. ℣. 4. & 5.

1. CItatis nos verbis Apostolus docet, quod juxta liberalissimæ & benignissimæ Dei erga nos beneficentiæ proportionem, severissimum pariter experturi simus supplicium, si ingrati fuerimus, dictisque abusi bonis. Ideoque dicit: *Secundum duritiam, &c.* Quam veritatem Author operis imperfecti his verbis expressit: *Quanto majora beneficia hominibus sunt constituta, tanto majora peccantibus judicia sunt præparata.* Quemadmodum damno suo ille decem millium talentorum debitor juxta parabolam Evangelicam didicit, in quo peccatorem ingratum designari astruit, Salmeron dicens: *Significatur insignis & ingratissimus peccator, quasi millies transgressus sit decem præcepta Dei;* Circa hunc vero Deus compassivam pietatem suam benignè exercet, immensum & infinitum peccati debitum ei remittendo & condonando, at vero in pœnam ingratitudinis suæ hoc debitum de novo resurgit, supplicium que secum adfert longe primo atrocius: *Ivatus Dominus tradidit eum tortoribus quousque redderet universum debitum.* S. Bernardinus de vitio ingratitudinis differens, in sermone quodam ait: *Ingratitudo videtur esse illud peccatum, propter quod redeunt iterum peccata dimissa; juxta verbum Domini Matthæi 18. dicentis ad ingratum: Serve nequam omne debitum, &c.* S. Antoninus sensum declarat, quo intelligi debeat, quod debitum peccatorum semel condonatum per ingratitudinem denuo suscitetur. Citat namque authoritatem Rabani dicentis: *Considerandum est, quod dicit universum debitum, quia non solum peccata quæ homo egit post baptismum imputabantur ei ad pœnam, sed etiam originalia quæ ei in baptismo dimissa erant.* Idque multorum Theologorum, & specialiter S. Thomæ authoritate confirmat S. Antonin. hac de re ita scribens: *Peccata dimissa realiter numquam redeunt ad animam, nec quo ad culpam, nec quo ad pœnam, at scilicet pro omnibus dimissis sustineat pœnam, sicut si numquam fuissent dimissa, nec etiam sequens culpa recidivi, est tantæ gravitatis, sicut omnia dimissa peccata simul, nec etiam digna tanta pœna, quanta merebantur omnia illa; Sed redire dicuntur secundum quid, non simpliciter, id est, secundum quemdam effectum aggravationis, propter illam circumstantiam ingratitudinis, habet enim illa culpa recidivi quamdam majorem gravitatem propter illam ingratitudinem, quam gra-*

Ingratitudo pro majoribus beneficijs gravius punietur.

Anth. Imp. hom. 1. in Matth. 18.

Salmer. t. 7. tr. 8.

Pater in illo cui debitum decem millium talentorum dimissum erat.

Matt. 18. 34

S. Bern. t. 1. ser. 41. A. 2. cap. 3.

An Peccata dimissa, post relapsum redeant ad animam.

Rabanus.

S. Antonin. sum. Theol. p. 2. tit. 3. c. 9 §. 4.

vitatem non haberet, qui beneficium illud non percepisset, sicut etiam ille qui percepisset magnum beneficium à Domino suo temporali, super excessu perpetrato contra eum sibi relaxato, utique majori pœna dignus est, quam si non recepisset tantum beneficium. Offensa enim qua benefactori injuria irrogatur, divinæ vindicativæ justitiæ contra ingratum excrescendæ trutinam plurimum aggravat. Unde Psalmista ait: *Si inimicus meus maledixisset mihi sustinuissem utique . . . tu vero . . . Dux & notus meus,* &c. Subjungitq; prolixum quemdam receptorum ab ipso beneficiorum catalogum, ut ostendat, quanto cum jure de ipsius ingratitudine lamentetur. S. Antoninus authoritatem citat Gratiani de Pœnit. dist. 4. §. Verum dicens ubi dicitur: *Illa peccata redire dicuntur, quia quisquis post acceptam remissionem ad vomitum redierit, tanto gravius punietur, quanto benignitate Dei abusus, singulorum remissioni acceptæ ingratus extitit.* Hacque doctrina præmissa S. Archipræsul hac propositione Discursum concludit: *Quanto quis recipit majora beneficia, tanto faciens mala, magis ingratus est; unde exteris paribus gravius peccat, & gravius punitur.*

Ps. 54. v. 13.

S. Antonin. ibid. §. 5. Gratia, de Pœnit. dist. 4. §. Verum dicent.

2. Inter omnes mundi nationes nulla est quæ excellentioribus à Deo beneficijs affecta fuerit, quam natio Hebræorum; Unde David inquit: *Non fecit taliter omni nationi;* At vero quia se erga Deum ingratissimam exhibuit, merito est & erit in finem usque seculorum omnium miserabilior & vituperosior: *Judæi enim ingratissimi de beneficijs Christi,* inquit S. Antonin. *ut eum crucifigerent, capta tandem Jerosolyma, post mortem innumerabilium, ferro, peste, & fame dispersi sunt per orbem.* Legatur Psal. 105. ibi namque David innumerabilia refert bona, quibus Deus Hebræos adauxit, quibus detestabilem eorum contraponit ingratitudinem. S. Antoninus insuper considerat, quod tametsi Dei iram multis criminibus horrendis irritarint, nimirum murmurando contra ejus providentiam, adorando vitulum aureum, & alia idola, &c. uihilominus sive per intercessionem Moysis, sive per supplicia de eis à Principibus extraneis, cui subjecti fuerunt, desumpta, vel per alia severa flagella eos percutiendo, non totaliter exterminati sint; At vero quando beneficia ad summum usq; excreverunt, adeo ut Deus illis Unigenitum Filium suum miserit, tunc *Addentes summam ingratitudinem Deus dispersit in universum in servos & ancillas destructa usque ad fundamenta civitate Jerusalem.* Subdit vero idem Sanctus: *Hæc autem omnia facta sunt propter nos,* ait Apost. 1. Cor. 10. *Fuit enim iste populus figurativus populi Christiani, unde ita demum evenient Christianis & pejora, si ingrati fuerint inventi.* Tum enim severissimum merito timere debemus supplicium, quando multis ab eo cumulati beneficijs conscientia nos ingratos fuisse redarguerit.

Ps. 147. 20. Quia Judæi pro maximis beneficijs ingrati fuerunt, miserrimi erunt usque in finem mundi.

Psalm. 105.

3. Ex quo in verbis Thematis propositi duritiæ & obstinationis mentionem fecimus, opportune occurrit supplicium quod Deus de Pharaone sumpsit, quando illum cum universo exercitu suo in mari rubro submersit: hic etenim Pharao ingratum hominem ad vivum repræsentat, quia in Ægypto tot annis persecutus fuit universam Josephi progeniem, licet ille Regni illius fuisset Salvator, & census Regios prudentia & providentia sua mirum in modum auxisset; siquidem per scientiam à Deo ei infusam omnium eventuum futurorum præscius, ingentem illam frumentorum provisionem fecit, per quam deinceps per tot annos Ægyptios in vita conservavit. Ut vero clarius constet, acerbiora futura esse illorum supplicia, qui tunc se ingratissimos exhibent, quando summis fuere beneficijs affecti, observandum est, undenam divini furoris huic indurato Regi immissa fulmina processerint. Gregor. Turonensis inquit: *Quoniam de hoc mari transitu plures multa dixerunt, visum est ut de suis locis illius, vel ipsius transitu aliqua huic inseram lectioni. Nilus per Ægyptum, sicut optime nostis, decurrit, & eam imbru suo irrigat; super ripam vero ejus non Babylonia, sed Babylonica civitas collocatur, in qua Joseph horrea mirro opere de lapidibus quadris & Cæmento ædificavit, quæ horrea usque hodie cernuntur. De hac civitate Rex ad persequendos Hebræos cum exercitibus curruum ac multa pedestri manu directus est.* Ingratissimus ergo Rex universam Josephi & fratrum suorum progeniem exterminare volens cum exercitu suo ex eodem loco Hebræos persecuturus iter suum adorsus est, in quo Joseph ad confervandam Ægyptiorum vitam, frumentum distribuendum conservarat, ac proinde merito morte aljisque acerbissimis pœnis puniri promeruit, qualis fuit ejus & omnium suorum in eodem loco facta submersio. Unde S. Joan. Damasc. ait: *Grave est eum qui maximis beneficijs obstrictus est, non modo nullam gratiam referre, sed etiam eum qui de se bene meritus sit, contumelia atque ignominia lacessere: grave inquam est istud, sed tamen facienti gravius malum est, quam patienti.* Quod in Pharaone adimpletum fuit, qui populum Hebræum, à quo beneficijs affectus fuerat, maxima cum ingratitudine persequens, & male tractans, majorem incurrit pœnam & supplicium, non modo decem plagarum præcedentium, quæ Ægyptum percusserant, sed denique per mortem propriam, totiusque exercitus extinctionem, flagitium luit. Ita pariter qui innumerabiles à benignissimo Salvatore in Judam collatas examinaverit gratias, ex alia vero parte Apostoli hujus ingratitudinem, quis difficulter poterit, pœnam hujus extitisse traditionem, despe-rationem, furcam, & infernum ad quem se condemnavit obstinatus. Cujus nefas magis nobis ob oculos posituras S. Ambrosius, Judam usque ad ultimum halitum benignitatis divinæ excessibus locupletatum fuisse dicit, unde infert: *Nec immeritò, graviori telo tantæ dignationis percussus est Judas, quam si eum fulmine perculisset.*

Pharao ad unguem repræsentat hominé ingratum.

Did. Stell. in c. 17. Luc.

Greg. Turon. l. 1. hist. Franc. in Bibl. vet. Patr. t. 7. Pharaonis ingratitudo & punitio, ex eo gravior fuit quod posteros Josephi afflixerit, à quo maxima acceperat beneficia.

Ingratitudo ejusque pœna in Juda expenditur.

S. Ambr. Enarrat. in Psalm. 39.

4. Interrogare quispiam forte posset, quare Judæi in Ægypto existentes, à Deo puniti non fuerint; credibile namque est eos falsis Ægyptiorum numinibus genua sua quoque incurvasse, quin potius Deus pœnam differens maxima eos severitate in deserto & terra promissionis examinavit? Theodoret. difficultati huic satisfacit, dum ait: *Quinta generatione filij Israël ascenderunt de Ægypto, nihilominus non luerunt pœnas, qui in Ægypto coluerant Deos Ægyptiorum, neque patres eorum, neque avi illorum; isti tamen qui majorum illorum secuti sunt impietatem, supplicium passi sunt; quia post tanta beneficia accepta & tam multa miracula edita, non abjecerunt impietatem.*

Quare Judæi in Ægypto non luerint pœnas ob cultum idolorum.

Theodor. q. 40. in Exod.

5. Davidem considerare libet, solius adulterij & homicidij reum, & nihilominus gravi propterea subjectum punitioni, prout Nathan Propheta ex parte Dei illi denunciavit; quamvis enim, dum Rex proferret verbum *peccavi*, audire meruerit: *Dominus quoque transtulit peccatum tuum*; hoc tamen de culpa, non verò secundum pœnam intelligitur, siquidem postmodum adimpletæ fuerunt pœnæ sequentes scilicet: *Non recedet gladius de domo tua usque in sempiternum . . . suscitabo super te malum de domo tua, tollam uxores tuas in oculis tuis,* &c. Nonne plures alij longe execrabiliores, pluresque admiserant excessus, & nihilominus justitia divina suum contra eos non exeruit mucronem adeo severum: quæ itaque tam differentis supplicij est ratio? Audite D. Chrysostom. qui illi Psalmistæ confessioni (*tibi soli peccavi & malum coram te feci*) intentus, ita discurrit: *multa & ampla beneficia à te accepi, contrarijs autem rebus vicem tibi rependi,* Moxque subjungit idem S. Doctor inquiens: *Maxima iniquitas adversum ipsummet Deum, à quo electus ac Rex effectus fuerat; rectè autem adjunxit: malum coram te feci.* Atque hanc ipsam ob causam postmodum tempore pœnitentiæ suæ, tam beneficiorum receptorum, quam suæ, memor correspondentiæ ingratissimæ, per hæc affectuosa verba sese Deo commendabat: *Amplius lava me ab iniquitate mea... Asperges me hyssopo & mundabor, lavabis me & super nivem dealbabor.* Ubi ad lotiones & lustrationes antiquas legales alludit; sed quænam in eo erat macula, quæ tam accuratam exigeret ablutionem? resolutionem accipite à D. Chrysost. qui dum hunc Psalmistæ textum (*incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi*) considerat, ita inquit: *Tanto me honore affecisti, tanto me amore complexus es, ut etiam maximum mysterium, hoc est filium tuum mihi patefeceris.* David namque ad multas, circa verbi incarnationem, aliaque novæ legis Sacramenta, sibi factas revelationes, oculos mentis suæ convertebat; ideoque in persona ejus ita concludit D. Chrys. *Ego quidem post tot beneficia, ingrati animi vitio laboravi, nulla venia dignum me esse censeo.*

Cur peccata Davidis tam graviter punita fuerint, & non aliorum, qui gravius delinquerant.

2. Reg. 12. v. 10 & 11.

D. Chrysost. hom. 2. in Psalm. 50.

Psalm. 50. v. 4.

Ibid. v. 9.

Psalm. 50. 8.

D. Chrysost. h. 2. ibid.

6. Imo ipsemet Seneca primum suum de beneficijs librum, ut gratitudinem debitam inculcaret omnibus, his notatu dignissimis exorditur verbis: *Inter multos ac varios errores vemerè viventium inconsulteque; nihil propemodum dixerim innocentius, quam quod beneficia, nec dare scimus, nec accipere.* Liberrime namque asserere licet, maximum hominí divinum beneficium habenti damnum esse & nocumentum, culpam ingratitudinis, prout ex hac subjecta clarius patebit parabola, quam S. Matthæus describit ubi multæ personæ à Rege ad mensam Regiam, quando hic filij sui nuptias solemnizare parabat, leguntur fuisse invitatæ. Numquid forsitan honor major donumque obtingere pote-

Senec. lib. 1. de benefic. in princ.

Culpa ingratitudinis, maximum infert hominí nocumentum.

Matth. 22. v. 3.

rat desiderabilius isto? Utique arrogantiæ & temeritatis notam incurrere dicendus foret, qui ad similem favorem dumtaxat aspiraret, ne dicam procuraret; & nihilominus. *Neglexerunt & abierunt, alius in villam*
Ibid. v.4. *suam, alius vero ad negotiationem suam.* Sed quo puratis
Ibid. v.7. eventu? Audite successum: *Rex cum audisset, iratus est & missis exercitibus suis perdidit homicidas illos, & civitatem illorum succendit.*

Deus quandoque honorat ingratos, subtractione gratiarum divinarum.

7. Inter alia autem beneficia quibus Deus honorat quandoque ingratos licet mysterij nescios, est gratiarum divinarum subtractio, ne majorem sibi comparent & adsciscant suppliciorum severitatem: Dicente S. Joan. Damasc. *Deus eorum, quos beneficio afficit, saluti vehementius consulens, interdum non stasim dona sua ipsis impertit, atque infundit, idque utilitatis ipsorum causa; ne scilicet majori supplicio obnoxij reddantur, qui divinas gratias proculcarint*, ita Nazareni Christo improbabant in miraculis apud ipsos perpetrandis, alijsque beneficijs in eos conferendis raritatem, cum tamen apud alios prodigus esset, dicente Scriptura: *Pertransiit benefaciendo & sanando omnes*: Sed non attendebant miseri, hanc ipsam parcitatem, eorum esse beneficium; cognoscens namque Christus eorum ingratitudinem à severioribus subsecuturis, eos eximere volebat supplicijs; licet enim de toto genere humano verificetur, quod *Deus in propria venit gloria, & sui eum non receperunt*: Nihilominus culpæ hujus vel maximè rei extiterunt proprij populares. Nazareth enim Dominus inter omnes mundi civitates solemni illa cœlitus missa legatione, Reginæ Cœlorum natalibus, atque incolatu diuturno ipsiusmet Christi incarnatione, educatione, & supra triginta annos apud ipsos demoratione honoravit: Numquid plura hominibus istis præstare poterat Deus beneficia? Et nihilominus ingratissimi præsentem Messiam agnoscere non laborarunt, imo adversus ipsum concitati, è civitate ejecerunt, supraque montis verticem ut præcipitaretur deorsum, conduxerunt, tantam itaque Judæorum invidiam, malitiam & ingratitudinem probè sciens Deus, majora ijs beneficia exhibere detrectavit: *Considera post quantam signorum manifestationem*, inquit Divus Chrysostomus, *ad ipsos venerit, & ne sic quidem rursus sustinuerit, quin rursus odio inflammaretur, quocirca nec fecit signa multa, ne majus supplicium illis accresceret*; lamentabantur illi dicentes: *Quanta fecisti in Capharnaum, fac & hic in patria tua.* Ast quia Capharnaum ex beneficijs receptis fructum non tulerat, merito & contra hanc sibi datam injuriam exclamavit Christus: *Et tu Capharnaum nunquid usque in cœlum exaltaberis? usque in infernum descendes, quia si in Sodomis factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in te, forte mansissent usque in hanc diem; Verumtamen dico vobis, quia terræ Sodomorum remissius erit in die Judicij quam tibi.* Idcòque S. Bernardus in eodem serm. *contra pessimum vitium ingratitudinis*, ita scribit: *Nec reprehensibile quod instanter petimus, sed plane petitioni negat affectum quod invenimus ingrati. Et forte hoc etiam clementia videtur ingratis negare quod postulant, ne contingat nobis, ut tanto gravius de ingratitudine judicemur, quanto magis accumulatis beneficijs ingrati probabimur extitisse.*

D. Chrys. h. 49. in Matt.

Ingratitudo Capharnaitarum.

Matth. 11. v. 23.

Ibid. 24.

S. Bern. serm. contra pessim. vit. ingratitud.

8. Postquam vitulum adorasset, veniamq; per Moysis intercessionem populus Israëliticus à Domino impetrasset, hoc Moyses à Domino præceptum accepisse legitur: *Vade, ascende de loco isto tu, & populus tuus... & mittam præcursorem tui Angelum... non enim ascendam tecum, quia populus duræ cervicis es, ne forte disperdam te in via.* At verò, quam obsecro ob causam populum se dispersurum fuisse dicit? aut vero ex quo cum eo semper permansurus erat, cur id se, non vero Angelum facturum fuisse ait: Num forte quia hic indulgentior, divinique honoris minus zelans est? Lyranus de hac assistentia inquit: *Quod non adesset eis per miraculorum operationem sicut antea fuerat.* Quoad Angelum vero quem ei viæ ducem dederat, mox subjungit: *Non est hoc intelligendum, quod Angelus, de quo dixerat*, quod esset eis ductor, esset misericordior ipso Deo, sed quod si adesset Dei præsentia modo prædicto, ex hoc rebellio populi esset gravior, & per consequens gravius punienda.

Exod. 33. v. 1. 2. & 3.

Post adoratũ vitulum substituit Deus in locũ suum Angelum ducatorem viæ, & quare.

DISCURSUS XX.

ARGUMENTUM.

De varijs supplicijs, maximè autem exterminijs publicis, quibus Deus tam in particulari quam in universali ingratos punivit.

THEMA.

Deum qui te genuit dereliquisti, & oblitus es Domini Creatoris tui; vidit Dominus, & ad iracundiam concitatus est. Deut. 32. ℣. 18. & 19.

Supplicia ingratorum, acerbissima sunt.

1. MOyses cœlum & terram ad audiendam populi Hebræi ergà Deum benefactorem suum ingratitudinem his verbis invitat: *Audite cæli quæ loquor, audiat terra verba oris mei.* Moxque integrum contexit immensorum beneficiorum Catalogum, quibus illos per tot sæcula affecerat, eisque offensarum opponit gravitatem & multiplicitatem, quibus eum irritarat, & sine dilatione districtum illis comminatur divinæ justitiæ gladium, in vindictam illatarum sibi injuriarum: *Ad iracundiam concitatus est,... Ignis succensus est in furore meo, &c.* Ex quibus verbis supplicia, quæ ingratitudinem consequuntur, argui possunt, quæ utique acerbissima sunt, prout in hoc Discursu videre licebit.

Deut. 32. 1.

Ibid. v. 19.

Ibid. v. 22.

Hoc ostenditur primo quoad personas particulares.

2. Consideremus igitur primo loco iram Dei in ordine ad personas particulares ingratas, & positea trademus vindictas, quibus divina justitia damna infert universalia. Absalon utpote traditor & patricida mille mortes commeritus fuerat: & tamen David ex indulgentia paterna eum ab exilio, in quod se præcipitarat, revocare decrevit, cum hoc pacto: ut *faciem ejus non videat.* Demum vero precibus Joab superatus illum totaliter in pristinam gratiam recipiens, tanti sceleris ei veniam concessit; sed audite inhumanam quam erga Patrem tam beneficum exhibuit ingratitudinem; nam populum contra Patrem suum ad rebellionem excitare, eumque secum contra eumdem armare, vitamque simul cum regno eidem eripere non erubuit; at vero Deus illum subito severissimè punivit, disponendo ut ex arboris quernæ ramo per capillos suspensus, tribus lanceæ ictibus in corde sauciaretur.

Absalonem. 2. Reg. 14. v. 24.

Saülem.

3. Cum Saül in procinctu esset, ut ob crebras Philisthæorum victorias, & ob provocationem ad duellum cum Goliath ineundũ una cum exercitu, regnum quoque Israëlis amitteret, David tanta cum animositate fastuosum & jactabundum Goliath prostravit in terram, ut deinceps diadema regni in capite Saülis stabilitum fuerit: cumque idem Saül deinceps plurimum à spiritibus vexaretur infernalibus, David sono cytharæ suæ eosdem pro arbitrio suo cogebat in fugam: Idem quoque David quotiescumque inimici in pernitiem Israëlis quidpiam moliebantur, hostilium exercituum insultus & vires reprimebat, & tamen ingratus, & ab invidia, & impia status ratione stimulatus Rex Saül, illum incessanter ad mortem est persecutus: ac proinde nequaquam mirandum, quod infeliciter mortuus, cum æterna ignominia insepultus, & ab avibus rapacibus fuerit dilaceratus, una cum vita, tam terræ, quam cæli regnum pariter amittendo? Jeroboam humilibus erat ortus natalibus, & servus Regis Salomonis, & tamen eum modo quodam miraculoso, quem Deus ipsi prædici fecerat, ad regnum fuisset sublimatus, timens ne subditi sui ad templum Jerosolymitanum adorationis causa abeuntes ad Regem Juda redirent, in Dan & Bethel duo idola erexit, ut ea adorarent: At vero vidit Dominus *& ad iracundiam concitatus est*, ideoque hanc terribilem illi intimari fecit sententiam: *Percutiam de Jeroboam mingentem ad parietem... & mundabo reliquias domus Jeroboam, sicut mundari solet fimus usque ad purum; Qui mortui fuerint de Jeroboam in civitate, comedent eos canes; qui autem mortui fuerint in agro, vorabunt eos aves cæli.* Cum Amasias Rex Juda faveute Deo exercituum hostes suos superasset Idumæos, ipse pro tanto beneficio ingratus non Deo sed idolis suis adorationis cultum exhibuit: At vero ingratitudinis illius gravem pœnam protinus luere debuit, factus post civitatis sanctæ invasionem Joas Regis Israël infelix captivus: cumque è captivitate fugisset in Lachis, ibidem ei vita miserabiliter ereptа fuit.

3. Reg. 14. v. 10.

Ibid. v. 11.

Amasiam.

Jeroboam.

4. In Isaia legimus Menodach Regem Babyloniæ suos Jerosolymam ad Regem Ezechiam misisse legatos, donis Regijs copiosè onustos, ut ei ob recuperatam suam congratularentur salurem: Ezechias autem illis benigne exceptis, omnes suas prædivites ostendit facultates, hortos, æraria, thymiamata *& universa quæ inventa sunt in thesauris ejus.* Quo audiro Isaias ne ad momentum quidem tardavit, sed Regiam ingressus, interrogavit Ezechiam; *Quid dixerunt viri isti? & unde venerunt ad te? Et dixit Ezechias: De terra longinqua,... Non fuit res quam non ostenderim eis in thesauris meis.* At vero audite quid Propheta huic Regi ex parte Dei infinuarit: *Ecce dies venient, & auferentur omnia quæ in domo tua sunt,... non relinquetur quidquam dicit Dominus, & de filijs tuis qui exibunt de te, quos genueris tollent, & erunt eunuchi in palatio Regis Babylonis.* Quid equidem mali patrarat Ezechias, suas legatis illis ostendendo divitias? nonne hic mos inter Principes invaluit? cur igitur tam severè incurrit pœnam? ecce vobis rationem miraculosam! Nimirum à Deo Sole egrediente, ad totius mundi stupore (propter quod & dicti Legati principaliter ad ipsum missi fuerant) sanitatem recuperarat: loco igitur gratitudinis erga Deum & instructionis Legatorũ in mysterijs notitiaq; veri Dei, ad vanam se contulit thesaurorum ostentationem, neglecto laudum gratiarumque divinarum tributo: Ideoque de Ezechia S. Hier. scribens ait:

Isa. 39. v. 2.

Ezechiam.

Ibid. v. 2.

Ibid. v. 3.

Ibid. v. 4.

Ibid. v. 6.

S. Hier. ibid. *In diebus illis ægrotavit usque ad mortem, & oravit Dominum & exaudivit eum: & dedit ei signum: sed non juxta beneficia quæ acceperat, retribuit, quia exaltatum est cor ejus, & facta est contra eum ira, & contra Judam & Jerusalem.* S. autem Antoninus aliud quoddam supplicium Regi huic propter ingratitudinem inflictum fuisse advertit, dicens: *Ezechias Rex Jerusalem post victoriam maximam & liberationem de manibus Sennacherib, quia non sufficienter gratias egit cantando canticum Domini, secundum morem hujus populi, ideo propter ingratitudinem ægrotavit usque ad mortem, ut dicit Josephus*; Omissio itaque gratitudinis propter priora beneficia recepta, eum in primam infirmitatem mortalem reincidere fecit, dictisque subjacere minis, quamvis quoad omnes alias actiones suas irreprehensibilis esset, maximeque cultum zelaret divinum.

S. Anton. 3. p. sum. Tit. 3. c. 9. n. 5.

Joam.

5. Idem Sanctus de alio pariter Rege Judæ, cui nomen Joas, discurrit in hæc verba, ut priorem suum confirmet discursum. *Ingratissimus fuit*, inquit sanctus, *erga Joiadam summum sacerdotem, nam uxor ejus occultavit eum cum parvulus esset, & quærentur ad occidendum ab Athalia, & postea in septimo anno ipse Joiada ordinavit sibi dari regnum interfecta Athalia, cum postea mortuo Joiada filius ejus Zacharias reprehenderet eum de vitijs suis, adeo malus & ingratus fuit, quod fecit eum occidi.* Quod flagitium postquam recensuisset Scriptura immediatè subjungit: *Non est recordatus Joas Rex misericordiæ quam fecerat Joiada Pater illius secum, sed interfecit filium ejus, qui cum moreretur, ait; videat Dominus & requirat.* Neque pœna dilata est diu, quin potius subito oppressit ingratum, quia *cumque evolutus esset annus, ascendit contra eum exercitus Syriæ, venitque in Judam & Jerusalem, & interfecit cunctos Principes populi, atque universam prædam miserunt Regi in Damascum. Cum permodicus venisset numerus Syrorum, tradidit Dominus in manibus eorum infinitam multitudinem,... In Joas quoque ignominiosa exercuere judicia: Et abeuntes dimiserunt eum in languoribus magnis, surrexerunt autem contra eum servi sui in ultionem sanguinis filij Joiadæ sacerdotis & occiderunt eum in lecto suo.* Porro tituli hujus percurrentes principium, invenietis Joam in Regni sui principio optime regnasse, sed ubi se ingratum præstare cœpit, in profundum sese præcipitavit barathrum.

S. Anton. ibid.

2. Paral. 24. v. 22.

Ibid. v. 23.

Ibid. v. 24.

Ibid. v. 25.

Æsopus Fabula cervæ damnat ingratitudinẽ.

6. Æsopus de cerva quadam tradit, quæ venatores fugiens, sub frondosa se occuluit vite, cum itaque insidiatores transissent, illa securam se putans, frondes vitis decerpere & mandùcare cœpit, quem strepitum ut audierunt venatores, subito redeuntes propter latentis feræ suspicionem, ut ad dictam vitem accesserunt, cervam deprehensam, sagitta trajecerunt, quæ moriens ita ab authore fingitur lamentata fuisse: *Merito hoc mihi evenit, quæ violare non dubitaverim servatricem meam.* Indeque concludit Æsopus ad nostram doctrinam, dicens: *Docet fabula ultionem Numinis non effugere eos, qui pro beneficijs malefacta rependunt.* Basilius Macedo tertius Imperator in Ecclesiasticis annalibus diversis ob rationes reprehenditur, & vituperatur; singulariter autem de eo traditur, quod cum in die quadam in venatione ingentis magnitudinis cervum offendisset, jamque illum apprehenso gladio transfixurus esset, cervus ut se defenderet, uno cornuum suorum ramo in cingulum Imperatoris infixo in sublime eum elevare conatus est, & quidem nisi unus servorum suorum subito accurrens, cingulum præcidisset, & Imperatorem hoc facto à periculo liberasset, Imperator utique mortuus fuisset. Huic vero liberatori suo ingratissimus Princeps caput amputari fecit, sub prætextu, quod districto in se gladio læsæ Majestatis crimen commisisset: At vero sine mora ad tantam vindicandam ingratitudinẽ, divina super eum vindicta celerrimè descendit, quia convulsis intestinis inter acerbissimos dolores expiravit.

Baron. Ann. 869. n. 80. Basilius Imperator propter ingratitudinem, miserrime periit.

7. Transeamus nunc ad ea hujus vitij supplicia, quæ populis immittuntur. S. Bernardinus inquit: *Quartam*

peccatum est divinorum beneficiorum ingratitudo, quæ maxime ex cæca malitia & ignorantia venit, contra quos Jerem. 33. dicitur: Ab scindam faciem meam à civitate hac propter omnem malitiam eorum. In quibus Jeremiæ verbis peculiariter notandum, quod ingratitudo ab eo vocetur: *Omnis malitia*, & jure meritò nam ut suo loco dicemus, ingratitudo radix & compendium est omnium iniquitatum. Unde S. Bernardinus Salvatorem nostrum super ingratam Jerosolymam lachrymantem considerans ait: *O ingrata civitas! audi Dominum, utinam tibi non prædicentem Luc. 19. qui videns civitatem, flevit super illam, dicens, scilicet cum singultu, si cognovisses, & tu, scilicet fleres*; quibus verbis in pœnam suæ ingratitudinis ultimam ei desolationem & ruinam prædixit; nam ut Sapiens ait: *Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo ejus.* Sichemitæ Gedeoni in primis obligati, ut Abimelech illegitimo filio regnare cupido placeret, crudeli morte septuaginta innocentes filios ejus, ut tantò securiùs regnaret, de medio sustulerunt; sed non absque præsentissima divina vindicta, quando ipsemet Abimelech ultimum homicidis intulit exterminium, supraque Sichem seminavit Salem: dicente Scriptura: *Interfectis habitatoribus ejus, ipsaque destructa ita ut sal in ea dispergeret.*

S. Bern. Tom. II. serm. 18. Art. 3. c. 4.

Ingratitudinis pœna, in populum in communi.

Primo Jerosolymitanos.

S. Hier. ibid.

Prov. 17. v. 13.

Sichemitas.

Judd. 9. v. 45.

8. Ab his ad Ammonitarum Regem transeamus, qui insigni per Davidem honoratus legatione ad ipsum propter Patris mortem consolandum ablegata. *Dixit autem David* (verba sunt Scripturæ sacræ) *faciam misericordiam cum Hanon filio Naas... misit ergo consolans eum per servos suos.* Mali autem Regis consiliarij, legationem hanc veluti exploratricem interioris status & regni à Davide sinistrè factam fuisse; identidem Regi acclamabant: *Putas quod propter honorem Patris tui miserit David ad te consolatores, & non ideo ut investigaret & exploraret civitatem, & everteret eam?* Rex itaque incredulus, sed longe ingratior hoc eos affecit opprobrio: *Tulit servos David, rasitque dimidiam partem barbæ eorum & præcidit vestes eorum medias usque ad nates.* Sed quale putatis subsecutum fuisse supplicium? tam severa populos ipsumque Regem oppressit pœna per Davidẽ illata, ut similem ei nec sacræ nec profanæ tradant historiæ. Regem itaque subjugavit, civitates omnes destruxit, singulos ferris attrivit; deinde currus acuminatos supra eorum corpora rapi, protrahique ordinavit, nec non omnes acutis cultris diminuit, ardentibusque concremari in fornacibus: *Prædam civitatis asportavit multam valdè, Populum quoque ejus adducens serravit, & circumegit super eos ferrata carpenta, dividitque cultris, & traduxit in typo laterum, sic fecit universis civitatibus filiorum Ammon.* Ecce tibi quantum Rex ille, quantumvis mitis fuerit (juxta illud: *Memento Domine David & omnis mansuetudinis ejus*) de ingratis sumpserit supplicium. Porrò Abulensis Ammonitas veniam injuriæ Legatis illatæ petere ausos non fuisse dicit, eo quod excessum seu crimen suum inexpiabile esse reputarent: *Nam si Ammonitæ fecissent injuriam David quolibet alio modo, erat remissibilis aliqualiter & quod vero David vellet benefacere eis, & pro beneficio ei contumeliam inferrent, erat irremissibile quasi apud homines, quia pro bono reddebatur malum.*

2. Reg. 10. v. 2.

Ibid. v. 3.

Ibid. v. 4.

2. Reg. 12. v. 30. & 31.

Ps. 131. v. 1.

9. Mentionem paulò ante fecimus exterminij populi Hebraici, funesti adeo, ut veritatem quasi excedere videatur, fames obsessos premebat extrema, ita etiam ut ad equorum stercora, calceos, propriosque filios manducandos compellerentur incolæ. Inter gladios autem, aliosque crudelissimos angores in obsidione illa obierunt integer millia & centum milliarita ut tandem fabricandis crucibus ligna deficerent & loca, propter innumerabilem crucifixorum multitudinem. Quorũ exterminiorum adeo deplorabilium causam ipsemet insinuat Christus dum ait: *Quia si cognovisses & tu &c.* Maxime autem execrabile flagitium populi hujus, detestabilissima fuit ingratitudo, prout ex supracitato patet 32. c. lib. Deut. Ideoque S. Zeno supra illum Isaiæ textum (*Filios enutrivi & exaltavi, ipsi autem spreverunt me,*) ita discurrit: *Infinita Judæi infidelitate sua apud Dominum nostrum odia meruerunt, quod jam quanta fuit de amore gratia, tanta de eorum offensione futura vindicta est. Certum est enim in eum filium posse quam deliquit graviter vindicari, quem Pater plurimo dilexit affectu, & quantam pietatem dilecto Filio amatus Pater exhibuit, tantam læsus exigit ultionem.*

Maxima culpa exterminij Jerosolymæ, & incolarũ, fuit ingratitudo.

Luc. 19. v. 42

Isa. 1. v. 2.

S. Zeno ser. 2. in Isa.

Baron. Ann. 452. n. 56.

10. Leo magnus Attilæ, qui cum invincibili exercitu in Italiam irrumpebat, ut Annales perhibent Ecclesiastici, se opposuit viriliter, eumque ut rediret, Italiamque deseret, coëgit, ne imminenti eam devastaret exterminio. Anno 455. scilicet tribus postea

annis Genſericum Regem Wandalorum ſimili facundia & eloquentia permovit, ut imminentem ab urbe deſolationem averteret, obtinuitque ne civitas comburetur, ut à ſtragibus abſtineretur, thesaurisque trium principaliorum Baſilicarum ſcilicet S.Petri, S. Pauli,& Conſtinianæ parceretur;cum tamen debachatio hoſtilis per 42. duraſſet dies, quid ad hæc reſpondebimus ? forſitan præ Attila magis Barbarus inhumanusque erat Genſericus ? forſitan Leonis inefficacior in perſuadendo energia ? reſpondet ſubtiliſſime S.Auguſtinus : *Si de acceptis ingrati non ſumus, iterum accipiuros conſidimus.* S. Leo enim poſt reportatam ab Attila victoriam dum urbem repeteret, multos offendit gentiles, qui quod ipſe in virtute Dei operatus fuerat, fato attribuebant. Aſt S.Pontifex bonum recognoſcens ſanctorum Apoſtolorum defenſione exitum, in ſermone quodam, habito in anniverſario tanti beneficij, populo Romano ludos exprobravit Circenſes, nimiamque ejus ingratitudinem,ac Spiritu Prophetico imminentem ijs, qualem & à Genſerico paſſus eſt,gravitiſſimam pœnam prædixit.

Baron. Ann. 455. n.13. Romani propter ingratitudinem graviter puniti fuerunt, tempore S Leonis Papæ.

S Auguſt de bono viduit.

11. Sed quorſum inter Catholicos limites nos conſtringimus ? ad ipſos tranſeamus Paganos, qui licet veri Dei notitia deſtituti eſſent, probe nihilominus intellexerunt ingratitudinem publica populis inferre infortunia ; ideoque Plutarchus in vita Camilli, cui ſe Roma ingratam exhibuerat,ita loquitur : *Tanta Deorum ira urbi Romanæ incubuit, tamque ea tempeſtas ſecum trahens, cladem & diſcrimen, una cum ignominia tabem oppreſſit, ſive caſus in id temporis incidit, ſive minus Deus hoc curat quiſpiam, ne impune opprimatur virtus in ingratitudine.*

Ingratitudo etiam exoſa fuit gentilibus.

Plutarch. in Camillo.

12. In vita S. Severini legimus, quod ſanctо hoc Præſule in Francia (quo ſe ad conveniendos Arrianos receperat) mortuo, cum populus Colonienſis nullo prorſus ſigno ſuam erga illum gratitudinis obligationem agnoviſſet,integro triennio magna terræ ſiccitate puniti fuerint, prout illis Angelus quidam revelavit, Moyſes Hebræorum populo olim comminabatur dicens : *Mittet ſuper te Dominus famem,& eſuriem, & increpationem in omnia opera tua quæ tu facies.* Multi quidem ſunt,qui meſſes copioſas, quas in horreum ſuũ congregent, proprijs laboribus & induſtriæ adſcribunt, ac proinde ne minimum quidem divinæ beneficentiæ recordantur,quorum proinde ingratitudinem Deus ſequentium annorum ſterilitate punire ſolet, qua *neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus.* Unde S.Bernardin. in cap. quodam cui titulus eſt : *Quod patria & civitates, propter ingratitudinem divinorum beneficiorum à Domino ſæpius flagellantur*, expreſſe fatetur,ſolam hominum ingratitudinem eſſe quæ beneficos in agros deſcendentes influxus ſteriles efficit,qui alias benigni futuri fuiſſent.

Suritus T.5. 23 Mart. Colonienſes puniti fuerunt propter ingratitudinem.

Deut. 28. v.20.

1. Cor.3. v.7.

S.Bern ibid.

DISCURSUS XXI.

ARGUMENTUM.

Ingratitudo reproborum eſt teſſera, qui ignis æterni, qui vitij hujus ſymbolum eſt, præda fiunt.

THEMA.

Nonne decem mundati ſunt ? & novem ubi ſunt ? Luc. 17. ℣. 17.

Pſ 137. v.6.

1. NOn eſt dubium, quin incarnata Sapientia, quæ *alta à longe cognoſcit*,novem hoſce leproſos lepra ſua mundatos fuiſſe probe noverit,verumtamen ut Hugo Card.ait : *Non quærit ex ignorantia,quia omnia antequam ſint novit,ſed hoc ipſo myſtice inſinuat, quia ingratos ignotos reputat.* Ideoque in tremendo noviſſimi Judicij die præfatis (qui omnes erga Deum ingratiſſimi fuerunt) à Judice dicetur : *Neſcio vos.* Ingratus enim quamdam habet ſibi impreſſam teſſeram, ex qua filius perditionis eſſe cognoſcitur, adeoque dum erga Deum & homines, ſibi benefacientes ingratus eſt,minime temere judicabit, qui illum de reproborum numero eſſe dixerit:ovis enim, quæ ſymbolum eſt Electorum, erga illos qui eam nutriunt & cuſtodiunt, eſt gratiſſima,ſiquidem ijs lac,agnos, lanam, carnes & pellem liberaliſſimè rependit. Conjiciamus velim oculos in primum electũ, & primum reprobum, Abel nimirum & Cain, de quorum primo S.Ambr.ita ſcribit : *Abel,qui omnia refert ad Deum, pta devotus mentis intentione, nihil ſibi arrogans, ſed totum tribuens conditori, quod acceperat ab eo.* Non vero eodem modo de præfato Caino loquitur,ſed potius inquit : *Cain dictus eſt acquiſitio, quod omnia ſibi acquireret.* Et ideo hic caput eſt eorum, qui quidquid boni habent, ſibimetipſis attribuunt,talis enim Cain erat,de quo idem Ambr.inquit: *Totam mentis ſuæ deputat tamquam principali.*

Ingratitudo reproborum eſt teſſera.

S Ambr. de Abel & Cain. l.1. c.2.

2. In arca diuturno ſimul tempore aſſervabantur pariter & nutriebantur columba & corvus, & tamen non hic ſed illa Noë ſe gratam exhibuit,quando ad arcam reverſa, Olivæ ramuſculum ore ſuo attulit.Unde & D.Chryſ. hanc in columba virtutem extollit,dicens: *Juſtus meliori ſpe concepta emittit columbam quæ mirum præ ſe fert gratitudinem.* Hæc igitur gratitudinis virtus in columbis,id eſt,animabus electis reperitur,non vero in corvis, qui ſymbolum ſunt reproborum. *Vidiſti quanta acris ſit gratitudo*, inquit D. Chryſ. *quomodo redtens juſtum docuit, ut aliquantiſper adhuc longanimitatem exhibeat ?* B.Laur. Juſt. prologum libri *de inſtitutione & regimine Prælatorum* ab his verbis exorditur: *Cum innumera mortales quique à ſuo Conditore percipiant dona, dignum profectò eſt, ut ſingula gratiarum referant actiones, & ad illius, qui gratis contulit gloriam eadem munera accepta miniſtrent.* Horum vero altero deficiente, tam viriji ingratitudinis efficiuntur rei,quam etiam æterno ſupplicio digni ; quibus ultimis verbis ut vides ingratitudinem cum æterna damnatione ſimul conjungit.

Columba eſt ſymbolũ gratitudinis.

D.Chryſ. h. 20.in Gen. Corvus ingratitudinis.

B.Laur.Juſt. de Inſtit. & regimine Prel.

3. Ex eo quod S. Scriptura de Saüle & Jonatha refert ſatis innoteſcunt peſſimæ conditiones ingrati,ejuſque qui beneficiorum acceptorum memor eſt,optimæ qualitates. *Locutus eſt Jonathas*, inquit ſacer Textus, *de David bona ad Saül patrem ſuum : dixitque ad eum : ne pecces Rex in ſervum tuum David, quia . . . opera ejus bona ſunt tibi valde, & poſuit animam ſuam in manu tua,& percuſſit Philiſthæum, & fecit Dominus ſalutem magnam univerſo Iſraël, vidiſti, & lætatus es ;* Ecce tibi bonorum & timoratorum virorum gratitudinem,qui bona quæ receperunt, in recenti & bona tenent memoria : Paulo poſt vero in eodem capite legimus,quod Saül licet ex ſermonibus Jonathæ tantiſper fuerit mitigatus,mox tamen contra innocentem David lanceam ſuam vibravit,adeo ut niſi fuga ſibi conſuliſſet,lethaliter vulneratus interiiſſet, inſuper irreconciliabili odio adeo illum perſecutus eſt, ut alia quadam vice indignatus ad Jonatham dixerit : *Numquid ignoro quia diligis filium Iſai, in confuſionem tuam,& in confuſionem ignominioſæ matris tuæ ?* Ecce tibi quænam ſit in reprobis animi ſententia.

Jonathæ ergà Davidem gratitudo.

1. Reg. 19. v.4. Ibid. v.5.

Saülis erga eumdem ingratitudo.

1. Reg. 20. v.30.

4. In Principio Exodi dicitur : *Surexit interea Rex novus ſuper Ægyptum, qui ignorabat Joſeph.* Sed qui fieri poterat, quod Pharao non amplius agnoſceret Joſeph,qui paulo ante ſalvator Ægypti fuerat, & ærarium publicum tempore famis providentia ſua locupletando immortalem ſui memoriam reliquerat Abulenſis inquit: *Peſſimus ille Rex,& omni indignatione indignior, qui cum quotidiana in ſe Joſeph beneficia experiretur, quintam partem proventuum Ægypti percipiens annuatim, quod diſpoſitione provida Joſeph redditibus Regis fuerat attributum,benefactorem Joſeph,quem ipſa beneficia neceſſariò demonſtrabant, ingrata mentis ægritudine tabefactus, numquam in recordationem ſaltem levi rimula redacebat.* In quibus verbis notandum Præſulem hunc præcitatum huic Pharaoni hunc attribuere titulum : *Peſſimus & omni indignatione indignior*, erat enim verum reprobi alicujus ſymbolum, quia *induratum eſt cor Pharaonis*, talibus autem peſſimum ingratitudinis vitium ſpecialiter adhæreſcit.

Exod. 1. v.8. Pharaonis ingratitudo erga Joſephum.

Abul. ibid. q. 31.

5. Sine ſtupore nemo cogitare poteſt, quod Redemptor noſter in paſſionis ſuæ tempore, in quo tantacum liberalitate latroni donavit Paradiſum,ad ſui notitiam multos convertit carnifices, qui *revertebantur percutientes pectora ſua*, centurionem,qui lancea latus ejus aperuit,illuminavit, condonavit Petro non ſemel ſed ter ipſum neganti, perfidiam ejus, & tamen ex alia parte Judam in deſperationis æternæque perditionis barathrum cadere permiſerit : *Suſpenſus crepuit medius*; non obſtante, quod pactam proditionis pecuniam ſacerdotibus retulerit,magiſtrum ſuum innocentem declaraverit,tantique commiſſi ſceleris pœnitudinem demonſtrarit: *Retulit triginta argenteos . . . dicens: Peccavi tradens ſanguinem juſtum.* Verumtamen omnem hanc difficultatem ſolvit ſequens reſponſio,videlicet, quod quia poſt plurima à Salvatore recepta beneficia ipſe ſemper magis magisq; ſe erga Dominum ſuum ingratũ exhibebat, evidens de ſe æternæ reprobationis ſuæ ſignum ediderit. Unde D.Chryſoſtomus ait : *Illum Judam ab intolerabili non liberavit ſupplicio, quamvis multo magis jure vexabitur, quia omnipotentiæ, lenitatisque Domini tot tantaque habens argumenta, omnibus feram belluam crudelitate ſuperavit.* S. Auguſtinus exponens

Judas à Chriſto derelictus & damnatus fuit propter ingratitudinem.

Luc.23.48.

Act. Ap. 1. v.28.

Matth 27. v.3. & 4.

D.Chryſoſt. h.48.in Mat.

Ioan.13.26. S.Aug.Tr. 62.in Joan.

ponens verba illa:*Cum intinxiſſet panem dedit Judæ,& poſt panem tunc introivit in eum Sathanas* ; ita ſcribit : *Dicunt enim, itane hoc meruit panis Chriſti porrectus de menſa Chriſti, ut poſt illum intraret in ejus diſcipulum Sathanas ? quibus reſpondemus, hinc nos potius doceri, quam ſit cavendum male accipere bonum :* Audite enim quiſnam fuerit Chriſti panem Judæ exhibentis ſenſus, quidve illi inſinuare intenderit : Subdit enim idem S.Auguſtinus : *Quid erat panis traditori datus, niſi demonſtratio cui gratiæ fuiſſet ingratus ?* non quidem S.Auguſtinus negat dæmonem jam de facto liberum habuiſſe in anima Judæ aditum,ſed dicere intendit, quod quando Chriſtus ei ſe ſupra alios Apoſtolos beneficium exhibuit, ipſe vero in ingratitudine ſua continuo perſeveravit, tunc inimicus infernalis totaliter ipſum ingredi & poſſidere cœperit: *Prius*,inquit,*intraverat immittendo in cor ejus cogitationem, qua traderet Chriſtum, talis enim jam venerat ad cœnandum, nunc autem poſt panem introivit in eum, non ut adhuc alienum tentaret, ſed ut proprium poſſideret* ; quia ingratitudo hominem inferni mancipium irreparabiliter conſtituit : *Si autem bonum aliquod hæc ſignificat intinctio, eidem bono ingratum non immerito eſt ſecuta damnatio. Adhuc tamen Juda poſſeſſo non à Domino ; ſed à Diabolo, cum homini ingrato intraſſet panis in ventrem, hoſtis in mentem venit.*

Ingratitudo conſtituit hominẽ inferni mancipium.

Ingrati ſimiles ſunt diabolo.

6. Quod ſi D.Chryſoſtomus diabolo ſimiles cenſet illos, qui ſine gratiarum actione à menſa recedunt, quanto magis illos qui illum ingrati directè offendunt, dum bonis ab illo receptis contra proprium ſuum beneficiorem uti non erubeſcunt ? *Vultis dicam*, inquit idem Chryſoſtomus, *cujuſnam opus perficiant illi, qui ante complementum ſinemque diſcedunt, neque Cœna abſoluta gratiarum actionis hymnos offerunt ? earum fortaſſe, odioſumque videbitur quod ſum dicturus. Quando ultimæ Cœnæ communicavit Judas, nocte illa poſtrema, cæteris omnibus recumbentibus, ipſe ſe propitiens exceſſit,illum imitantur & iſti, qui ante ultimam gratiarum actionem diſcedunt, niſi enim exiiſſet, proditor factus non eſſet.*

D.Chryſoſt. T.1.h.24.de Baptiſ.Chriſti.

7. In omnibus cujuſcumque generis oblationibus & ſacrificijs, in antiqua lege præſcriptis & acceptatis,nuſquam piſces admiſſos fuiſſe invenietis; quonam vero id myſterio factum fuiſſe exiſtimatis ?, nimirum piſces quoad ſenſum litteralem excludebantur, quia hi non ſicut alia animalia reſpirando vivunt, unde mox ut ex aqua eximuntur, agonizare incipiunt, atque ideo in ſacrificijs mors illis inferri non poterat , quia extra aquas poſiti jam mortui ſunt. Quoad ſenſum vero myſticum (quia *omnia in figura contingebant illis*) ideo Deus piſces à ſe rejicit , quia ingratorum proprium ſunt ſymbolum;piſces enim inter alia animalia muti ſunt ; præterea per experientiam videmus , quod aliæ quantumvis crudeles feræ nativa crudelitate depoſita , erga illos,qui eas nutriunt, benevolas & gratas ſe exhibeant,ſoli tamen piſces licet in piſcinis & vivarijs diu & liberaliter nutriantur , ſemper tamen eos à quibus nutriuntur , fugiunt,ſeque inciviles & ingratos oſtendunt.

Piſces in ſacrificijs non admittebantur,quia ſunt ſymbolũ ingratitudinis.

8. S.Petrus Chryſol. quamdam habet obſervationem,ex qua manifeſtè deducitur divitem Epulonem in infernum deturbatum fuiſſe , eo quod Deo ingratus fuerit,ſtatumque ſuum proſperum, quo gaudebat proprijs meritis attribuit. *Recordare*,inquit ad eum Abraham , *quia recepiſti bona in vita tua.* Circa quæ verba D.Chryſol.advertit , Patriarcham hunc reprobum ſecundùm internos illius ſenſus allocutum fuiſſe: *Videtis*, inquit , *fratres , quia Abrahæ ſanctі verbo iſtius divitis animus proditur , ſenſus argutur , intellectus punitur , qui non ſibi data ſed reddita credidit , quæcumque Domino largiente poſſedit. Intelligite quo ſenſu inceſſerit , quo corde ambulaverit , qui Deum ſibi credidit debitorem.* Nihil igitur mirandum eſt ſi Chriſtus de hoc præſcito hominis ingratiſſimi typo manifeſtè pronunciaverit,ipſum in inferno ſepultum fuiſſe,quia infernus proprium eſt peſſimi hujus vitij centrum.

Dives Epulo damnatus fuit propter ingratitudinẽ.

Luc.16.25.

D.Petrus Chryſ. ſer. 123.

9. Chriſtus Salvator noſter apud S.Lucam de miſerabili homine illo in quem poſtquam à Dæmone liberatus fuit,idem dæmon denuo regreſſus eſt, non ſolus, ſed ſeptem alij cum ipſo qui illum torquerent (*aſſumit ſeptem alios Spiritus ſecum nequiores ſe, & ingreſſi habitant ibi*) de illo inquam ſubdit: *Et fiunt noviſſima hominis illius pejora prioribus.* At vero ſcitisne cauſam,cur miſer hic homo à tot dæmonibus poſſeſſus fuerit ? in promptu cauſa eſt,quia in pœnam ingratitudinis hoc ei accidit.Cum enim jam à dæmone liberatus fuiſſet,hoc beneficio abuſus fuit,adeoque inimico de novo portam animæ ſuæ aperuit.Nec ſine cauſa dicitur : *Hominis ſi-*

Septem dæmones ingreſſi ſunt hominem propter ingratitudinẽ.

Luc.11.26.

10. Inter omnes , quæ circa vitium ingratitudinis adducuntur ſimilitudines propriiſſima eſt ignis ſimilitudo qua ſacri Doctores perſæpe utuntur , quia infernus in quo ignis ardet inextinguibilis perpetuum ingratorum centrum eſſe debebit. Priuſquam tamen recenſere incipiam Analogias, quæ ingratitudinem inter & ignem reperiuntur, reflectere vos velim ad c.1. Geneſeos, in quo omnium refertur productio creaturarum , & tamen nuſquam invenietur,quod Moyſes, vel ut melius dicam,Spiritus S. qui calamum ejus direxit,ullam hujus elementi faciat mentionem. Hujus ratio eſſe poteſt , quia cum ignis ingratos præfiguret,minime nominari meretur. Unde Rupertus Abbas idipſum conſiderans,ait : *Solus ignis licet gignentibus terræ & aquis cooperetur, nihil tamen ex ipſo giguntur,& proinde de hoc elemento non injuria ſiletur.* Quod ſi rem quampiam in aëra projeceris, ſubito illam ad te redire videbis ; Quod ſi vero in aquam conjeceris,hæc illam vel ad littus ejiciet,vel eamdem in ſua ſuperficie portabit,vel ſaltem in fundo conſervabit; ſi denique in terram eamdem ſepelieris, ſæpe à te centuplicata redibit , prouti in ſemine fieri conſpicimus : At vero ſi ignimiſeris,ſtatim conſumitur & devoratur,vel ſaltem formam mutare cogitur.Ingratiſſimus omnium qui hactenus fuerunt vel deinceps ad finem uſque ſæculorum erunt inter omnes creaturas ; fuit pulcherrimus ille Angelus,Lucifer videlicet: qui merito à Deo cum omnibus ſequacibus ſuis ad ignis æterni pœnam condemnatus fuit, quia hoc elementum ingratitudinem ad vivum repræſentat. Quando Deus populum ſuum à ſervitute Ægyptiaca liberare conſtituit , cum Moyſe loquens in medio Rubi ardentis conſpectus fuit : *Apparuitque ei Dominus*,inquit ſacer Textus , *in flamma ignis de medio Rubi.* Quia vero Deus *Omnia in ſapientia facit*,dubium non eſt, quin per hanc actionem myſterium aliquod infinuare voluerit , quod à D.Chryſol. his verbis infinuatur : *Daturus legem,ignem præmiſit in rubo, ſed divinum rubus portavit ; non concepit incendium , jam tunc aculeis malitia plenum , & ingratum culturæ legis populum præfigurans.* Quia enim hic populus reprobandus & ingratus futurus erat , merito Deus ſe in medio flammarum conſpiciendum præbet, ut ei ſuam exprobret ingratitudinem,ignis ſterilis eſt & infœcundus,quia non ſolum non generat,vel producit quidpiam,ſed etiam quidquid boni aut pulchri ad illum propius acceſſerit,conſumit & devorat : Ita pariter ingratus ſterilis eſt, beneficiisque acceptis non ſolum non correſpondet per gratitudinem, verum etiam perſæpe eadem per injurias & contumelias rependit: *Retribuebant mihi mala pro bonis, ſterilitatem animæ meæ.* Ignis per ſubminiſtratam illi extrinſecus materiam nutritur & alitur , adeo ut ſine hac ſubito deficiat ſic V.G. Pix, lignum,oleum,cera, ignem alunt,eique calorem,ſplendorem,& activitatem conferunt,in quorum tamen beneficiorum retributionem ignis illa omnia conſumit,& vel in aëra vel in cineres convertit, *Ipſe ignis*,inquit S. Bernardus , *propria fomenta conſumit* ; Idem ſæpenumero ingrati faciunt, conſumunt enim dona, & bona, quibus à ſuis benefactoribus honorati fuerunt,idque in ignominiam & offenſam eorum, à quibus illa acceperunt , prout videre eſt in peccatoribus , qui naturæ & fortunæ bonis alijsque donis ad Deum offendendum utuntur. B.Petr. Damianus reprehendens quemdam , qui ut ſponſæ ſuæ complaceret propriam ſuam matrem contempſit, ita ſcribit : *Quid aliud quam naturam ignis cerneris imitari, qui cum ex lignis prodeat , ligna conſumit , & in cinerem vertit ? Ligna namque ex quibus egreditur quaſi matrem naſcendo conſumit.* Verum quidem eſt,quod hoc elementum , quod civitates infames Sodomiticas exuſſit , proprium ſit nefandorum illarum libidinum ſupplicium: Verumtamen etiam verum eſt,quod ingratitudo,quam Sodomitæ erga Deum benefactorem ſuum exhibuerunt,divinam Juſtitiam ad illud inferendum ſupplicium promoverit , quia populus ille præ alijs maximis à Deo beneficijs affectus fuerat: ſiquidem illis regionem illam aſſignavit,quæ veluti Paradiſus quidam terreſtris,amœnis,deliciosa & fertilis erat , quam proinde Loth præ cæteris concupivit : *Erant impij Sodomitæ circa Deum* , inquit Joſephus Hebræus , *ut nequaquam recordaverunt beneficiorum ejus* ; Juſtum igitur erat,ut ingratus hic populus etiam hic in terris igne torqueretur , qui peſſimum ingratitu-

Ignis ſterilis eſt,deſignat ingratitudinem.

D.Chryſol. ſerm.104.

Ignis illa cõſumit quibus nutritur : ſic ingrati benefactores ſuos.

S.Bern.

B.P.Dam. *l.8. Ep.3.*

Lucifer ab initio fuit omnium ingratiſſimus.

Pſ.34. v.12.

Gen.13.10. Joſeph. Hebr. l.1. Antiq.c.12.

dinis vitium symbolice significabat. Moyses enumeratis innumeris bonis, quibus Deus Hebraïsmum cumulaverat, & contraponens adversùs illa pessimam Hebræorum ingratitudinem, tandem subjungit: *Ignis succensus est in furore meo, & ardebit usque ad inferni novissima, devorabitque terram cum germine suo, & montium fundamenta comburet, Congregabo super eos mala, & sagittas meas complebo in eis.*

Deut. 32. v. 22.

Ibid. v. 23.

DISCURSUS XXII.

ARGUMENTUM.

Ingrati omnibus abundant vitijs, omnisque rei sunt malitiæ, ideoque maxime sunt abominabiles Deo.

THEMA.

Audite cæli & auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus est; Filios enutrivi & exaltavi, ipsi autem spreverunt me. Isaiæ 1. ℣. 2.

Deus vitium ingratitudinis vel maxime detestatur.

1. ISaias Propheta in principio Vaticinij sui cœlos provocat & terram ad auscultandum, protestans, non se, sed Deum ipsum prædicatorem esse: *Audite cæli & auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus est.* Cum igitur totam curiam cælestem, universamque naturam creatam, ut attentas illi aures præberent, invitarit, utique rem momenti maximi annunciare intendebat, ita sane: subito namque in acerbas hasce contra ingratos prorupit querelas: *Filios enutrivi & exaltavi, ipsi autem spreverunt me*, quasi vitium hoc Deo, qui omnem detestatur malitiam, maximam afferret nauseam & stuporem. Unde & Christus, quando inter decem leprosos unicus dumtaxat ad Christum gratus redibat, totus admiratus quæsivit: *Nonne decem mundati sunt, & novem ubi sunt?* Quasi certo quodam modo denotare vellet, se neutiquam capere posse, qualiter in personis beneficio affectis oblivio, & enorme ingratitudinis vitium reperiri possit.

Luc. 17. 17.

Ingrati sunt debitores decem millium talentorum.

2. Ipsamet incarnata sapientia illam de talentorum decem millium debitore composuit parabolam: quod debitum, utpote ad centum viginti millionum summam accedens penitus insolubile infinitumque erat; in hoc autem debitore ingratus figurabatur homo, dicente Theophylacto: *Decem millium talentorum debitores nos sumus, qui quotidie multis beneficijs afficimur, & nihil boni reperiendimus Deo.* Ad quod idem propositum Origenes ita scribit: *Forsitan ideo multorum talentorum factus est debitor, quoniam secutus est mulierem super talentum plumbi sedentem, cujus nomen iniquitas.* Nec immerito, siquidem vitium hoc omnem habet sibi annexam malitiam, ideoque subjungit Origenes: *Intelige unumquodque maximum peccatum dici talentum.* Id quod & sanctus Augustinus sustinet, dum ingratum, cujuscumque legis transgressorem esse concludit in hæc verba: *Lex in decem præceptis commendatur, ideo ille qui debebat decem millia talentorum, omnia peccata significat.* Quam veritatem ipsi pariter gentiles penetrarunt, siquidem de Persianis tradit Xenophon, ingratos, maximos Deorum, patriæ, amicorum, cognatorumque contemptores esse: ideoque ipsos maximis conficiebant tormentis.

Theophyl.

Orig. tr. 7. in Matth.

S. Aug. serm. 25. de verb. Dom.

Xenophon.

Adam ingratus fuit Deo pro beneficio ingratitudinis.

Rup. Abb. l. 2. in Gen. c. 35.

3. Rupertus Abbas Adami erga communem creatorem, post indultam adeo nobilem substantiam, considerat ingratitudinem: siquidem ut divino illi artifici à quo formatus fuerat, gratias tribueret, ne suum quidem os aperire dignatus fuit: *Nam in eo quod hominem gratis fecit*, inquit ille, *& gratis nihilominus in illo voluptatis loco, in illo tali Paradiso deliciis affluente, patrem futurum malitudinis Sanctorum posuit, plane debitorem magnæ charitatis eumdem sibi effecit hominem, & valide suis beneficijs obligavit. At ille ingratus tantæ gratiæ, debitum charitatis non rependit, in quo ob magnitudinem iniquitiæ nullus est qui æstimare possit*; Ubi titulum hunc quo dictum vitium appellat, observetis velim scilicet *magnitudinem iniquitiæ.* Doctrinam hanc forte ex Apostolo desumpserat, qui ad Timotheum scribens, ingratos maximè iniquorum scelleratissimorumque hominum annumerat cœtui, dicens: *Hoc autem scito, quod in novissimis diebus instabunt tempora periculosa* (scilicet quando Antichristus dominabitur, malitiaque humana ad extremam pertinget perfidiam) *Erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, Sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, ... Proditores, protervi, ... & voluptatum amatores magis quam Dei.* Ubi nemo vitium ingratitudinis in iniquitatis centro collocari obstupescat, siquidem B. Laur. Justiniano teste: *Grande prorsus malum est ingratitudo, quæ divinæ bonitatis exficcat fontem, hominum benevolentiam divimit, spoliat bonis, dignitate privat, elationem parit, infert cæcitatem, amicos despicit, conturbat pacem, disseminat scandala, detractiones fovet, nutrit jurgia, odia auget, sequè possidentem coram Deo & hominibus facit inglorium. Nonne detestabile virus ingratitudo existit, quæ adversus benefactorem suum cordis cervicem erigit, perceptorum oblivisitur numerum, atque eorum quæ mereri poterat reddit indignum.* Quin & Seneca in principio libri in quo *de beneficijs* tractat, tale de ingratitudine dat testimonium, dicens: *Nec mirum est inter plurima maximaque vitia nullum esse frequentius quam ingrati animi.*

2. Cor. 3. 2.

Ibid. v. 2.

Ibid. v. 3.

Ibid. v. 4.

2. Tim. 3. 1.

B. Laur. Just. de Instit. & regim. Prælat. c. 21.

Enarrantur pessimi fructus ingratitudinis.

Senec. l. 1. de benefic. in Princ.

Ingrati sunt Atheistæ.

Lorin. ibid.

4. Psalmista in principio Psalmi 13. quoddam nobis impietatis & iniquitatis exhibet monstrum, dum ait: *Dixit insipiens in corde suo non est Deus, corrupti sunt & abominabiles facti sunt in studijs suis, non est qui faciat bonum*, &c. Quem autem hunc esse putatis stultum Atheistam non credentem in alteram vitam, seque in detestabiles præcipitantem vitiorum excessus? Ingratus est, inquit Lorinus: Abulensis pariter dicit ingratum significare, qualis erga David fuerat proprie hoc nomine vocatus Nabal.

Deus præ omnibus vitijs Hebræi exprobravit ingratitudinem.

Dict. Stellæ c. 17. Luc.

5. Ingeniosam quamdam ponderationem Didacus Stellæ instituit circa Dei querelas contra populum Hebraicum, prout meminimus fusius supra. Non enim alia deerant, inquit ille, execrabiliora Hebraïsmi vitia, & nihilominus inter cætera unicam maxime Deus illis exprobravit incredulitatem: Cujus hanc assignat rationem: *Maluit ab hac exordium sumere tamquam ab ima radice, & fonte omnium vitiorum. Audite cæli & auribus percipe terra; cælos & terram in testes vocat, ut justissime querentem audiat, hominesque ingratitudinis notat, inquiens: pejores brutis facti sunt.*

Christum in sua passione maxime afflixit ingratitudo hominū.

Isa. 53. v. 8.

6. Non ita Redemptorem nostrum in Calvaria vulnerarunt, transfixerunt que clavi, & spinæ, aut percussêrunt flagella, quam crimina nostra, siquidem ut Pater æternus attestatur: *Propter scelus populi mei percussi eum.* Ast quale inter peccata reliqua, pœnosam ejus passionem maxime aggravavit? Audiamus sanctum Antoninum, ita in persona Christi discurrentem: *Vide homo quæ pro te patior; Ad te clamo qui pro te morior. Vide plagas quibus afficior; vide clavos, quibus confodior, & cum sit tantus dolor exterior & interior, plus tamen crucior, quod te ingratum experior.* Quibus ex verbis clare deducitur, acerbissimum Filij Dei patientis supplicium, hominis erga eum extitisse ingratitudinem. Quapropter S. Bernardus ne in hunc scopulum impingamus, ita nos exhortatur: *Ab hoc tam nequissimo vitio ingratitudinis, longe fieri studeamus.* Rupertus autem Abbas pessimam ingratorum considerans generationem, ita fermocinatur: *Sunt homines ingrati, qui in operibus mundi nulla benevolentia laudant Deum artificem, quos Apostolus percutit, dicens: qui cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt. Tales spiritus nunquam dignatur, qui Deo odibiles ingratitudine nimia legem naturalem prævaricantur.* Consequens autem est, ingratos summè Deo execrabiles esse, siquidem omnibus vivunt immersi malitijs. Unde S. Bernardus ait: *Dico enim vobis, quoniam pro meo sapere, nihil ita displicet Deo, præsertim in filijs gratiæ, in hominibus conversionis, quemadmodum ingratitudo.*

S. Antonin. 2. p. sum. tit. 3. c. 9. §. 5.

S. Bern. serm. cont. pessim. vit. ingratitud.

Rup. Abb. l. 6. de div. offic. c. 8.

S. Bern. ser. 2. de sept. miseric.

Cur nulla pœna in legibus constituta sit contra ingratos.

7. Contra quoscumque homicidas, adulteros, latrones, fures, blasphemos, simoniacos, & quoscumque alios execrabiles excessus, pœnas à legibus statutas reperimus, præterquam contra ingratos; nulla de his fit mentio, ast causamne nostis? Noverunt utique legislatores, quod cum ingrati Deo sint odibiles, ipsemet digno eos supplicio sit puniturus; ideoque pro similibus pœnam non assignant leges. Quam veritatem ipsimet gentiles penetrarunt, siquidem Seneca ita scribit: *Hoc tam inviso vitium an impunitum esse debeat quæritur, &c. nostri majores maximi illi viri ab hostibus tantum res repetierunt, beneficia magno animo dabant, magno perdebant. Excepta Macedonum gente, non est in ulla data adversus ingratum actio. Magnamque in hoc argumentum dandum non fuisse, quia adversus maleficium omne centesimas & homicidij, veneficij, parricidij, violatorum religionum alibi atque alibi diversa pœna est, sed ubique aliqua. Hoc frequentissimum crimen nusquam punitur, ubique improbatur, neque absolvimus illud, sed cum difficilis esset incertæ rei æstimatio, tantum odio damnabimus & inter ea reliquimus, quæ ad Deos vindices mittimus.*

S. Bern. serm. cont. pessim. vit. ingratitud.

8. Deus

Cur Moyses non mutaverit aquas Ægypti in sanguinem, sed Aaron.

8. Deus noster hanc singulariter gratitudinis virtutem suis inculcare allaboravit, condemnando prævaricatores, & puniendo ejusdem violatores. Ita Deus manibus Moysis prodigiosam illam consignaverat virgam, virtute cujus varijs horrendisque flagellis percussurus erat Ægyptum. Cum autem hic belli Dux aquas Nili in sanguinem transmutandas dicta virga percussurus esset, præceptum accepit à Domino, ut virgam fratri suo Aaroni traderet, nicque & non ille prodigium patraret, circa quod factum vestram requiro sententiam, cur in alijs plagis omnibus Deus manum Moysis, præterquam in hac, adhibuerit pro instrumento? *Dic ad Aaron, tolle virgam tuam & extende manum tuam super aquas Ægypti & super fluvios eorum, ... ut vertantur in sanguinem & sit cruor in omni terra Ægypti.* Ratio est, quia ita Deus noster gratitudinem zelat, ut etiam illam à nobis circa creaturas insensatas velit exerceri, Moyses itaq; aquis Ægypti obligatus fuerat, siquidem in universali infantium Hebræorum submersione, ipse solus evaserat, ipsumque in superficie sua aquæ sustinuerant illæsum; atque ideo Sapientia divina vetuit, ne ille, quin potius Aaron loco ejus, dictas percuteret aquas, earumque naturam immutaret. Ita Abulensis speculator, inquiens: *Quia Moyses liberatus fuerat de aquis*, ut patet ex cap. 2. Exodi: *Ideo non erat rationabile ut percuteret aquas.*

Exod. 7. 19.

Abul. ibid.

Asina exprobravit Balaam suam ingratitudinem.

Num. 22. v. 28.

1. Cor. 9. 9.

9. Quis umquam majus audivit portentum, quam dum asina humanam distinctam, claramque proferret vocem? & nihilominus Dominus ipsam loqui fecit, dicente Scriptura: *Aperuitque Dominus os asinæ & locuta est.* Annon alibi Apostolus ait: *Numquid de bobus cura est Deo?* Cur igitur divina Sapientia atque Omnipotentia jumentum post tot annorum millia loqui disposuit voce humana? quo fine portentum ordinavit adeo insolitum & numquam auditum? ut scilicet pessimum ingratitudinis vitium exprobraret. Balaam in manifestû currebat præcipitium, divinis rebellis præceptis: ideoque asina subsistere cogebatur, progressumque inhibere, dicente Scriptura: *Cernens asina Angelum stantem in via, evaginato gladio, averiit se de itinere, & ibat per agrum: quam cum verberaret Balaam, & vellet ad semitam reducere, Steitit Angelus in angustijs duarum maceriarum, quibus vineæ cingebantur: Quem videns asina, junxit se parieti & attrivit sedentis pedem.* Ecce vobis multiplicata miracula; siquidem non modo loquitur asina, sed etiam spiritum Angelicum ut videret, Deus disposuit: rationisque usum & discursum Dominus bruto impertijt, ut ingratitudinem flagitioso sessori exprobraret, quia *Retribuebat mala pro bonis.*

Num. 22. 23.

Ibid. 24.

Ibid. 25.

Psal. 34. 12.

Isa. 53. 7.

Cur Christus in sua passione de sola insticta alapa fuerit conquestus & non de alijs tormentis.

Matth. 27. v. 13. 14.

Joan. 18. v. 22.

Ibid. v. 23.

Hoc causavit ingratitudo Malchi.

10. Propheta Evangelicus de Redemptore tractans, dum pœnosæ passionis ejus prædicit eventus, *Oblatus est*, inquit, *quia ipse volait, & non aperuit os suum... quasi agnus coram tondente se obmutescet.* Et veraciter silentium servavit admirabile per totum noctis illius decursum, absque eo quod tot tantisque insultibus vel semel ingemisceret, ipseque admirabundus Pilatus ei diceret: *non audis quanta adversum te dicunt testimonia? & non respondit ei ad ullum verbum, ita ut mirareter Præses vehementer.* Nihilominus qui sex millia & amplius sustinuerat flagellorum ictus, qui acutissimis transfixus fuerat spinis, perterebratus clavis, totque alijs exanimatus tormentis, & insultibus, unicè coram Caipha sibi infictæ indignari visus est alapæ: *Unus assistens ministrorum dedit alapam Jesu dicens: sic respondes Pontifici? Respondit ei Jesus: si male locutus sum, testimonium perhibe de malo, si autem bene, quid me cædis?* Si hæc defensio eo tendebat, ut Christus se purgaret, quoniam summum Sacerdotem neutiquam inhonorasset, quemadmodum accusabatur: cur etiam in passionis suæ progressu contra tot alias imposturas, longe majores, quibus opprimebatur, sese non justificavit? Responsio equidem alia dari nequit, quam quod temerarij impijque hujus ingratitudo adeo eum exasperarit & irritarit, ut se continere non potuerit ab oppositione; siquidem juxta gravium Authorum opinionem, percussor ille Malchus fuit, cui paulo ante in horto Gethsemani succisam à Petro auriculam restituerat, dicente S. Joanne: *Erat autem nomen servo Malchus*, ubi singulariter notandum, quod S. Evangelista inter omnes alios satellites hujus unius meminerit, cujus rei mysterium indigitat D. Chrysost. dum ait: *Servi nomen meminit Evangelista quoniam magna res erat, non tantum quod eum curaverit, sed & quod paulo post esset ab eo alapam accepturus.*

Joan. 18. 10.

D. Chrysost. hom. 83. in Matth.

Ambr. Catharin. in vit. S. Cathar. Sen. l. 2. c. 28 & 29.

11. Ambrosius Catharinus in vita Italica S. Catharinæ Senensis lib. 2. cap. 28. & 29. scribit: Sanctam hanc inter alias revelationes illi à cœlesti sponso factas hanc quoque habuisse, quod amaritudo calicis admodum nauseabundi (unde & Patrem suum æternum rogavit: *Pater, si possibile est, transeat à me calix iste*; & S. Michael ad confortandum eum de cœlo empyreo ablegatus fuit: *Apparuit illi Angelus de cœlo, confortans eum*) ab ingratitudine procedens generis humani contra redemptionem suam.

Matt. 26. 39.

Luc. 22. 43.

12. Imo adeo ingratos detestatur Deus, ut eosdem procul semper à se arceat, quia *Longe à peccatoribus salus.* Postquam Redemptor noster nonnulla inter Gerasenos operatus fuisset miracula, *tota civitas*, ut Evangelista inquit, *exiit obviam Jesu, & viso eo rogabant ut transiret à finibus eorum*; Circa quæ verba D. Chrysostom. inquit: *Clementiam Christi considera, nam eum à Regione sua qua hæc miracula viderant, cum ingrati abigerent, non repugnavit sed cessit.* Videri autem nonnemini posset potius Chrysost. dicere debuisse: *Vide Justitiam Christi*, quia in hoc suo ab eis recessu severum se judicem demonstrabat; unde per Oseam comminatur dicens: *Væ eis cum recessero ab eis.* Didacus Stella super illa verba Christi apud S. Lucam de ingratis leprosis querulose, dicentis: *Nonne decem mundati sunt, & novem ubi sunt?* inquit: *Sciebat unde esserat; rogabat tamen in detestationem vitij ingratitudinis: & ut magis attenderetur ratio ingratitudinis, ostendit etiam quantum nos à Deo separet ingratitudinis vitium, nemo enim solet quærere eum qui adest, sed absentem: unde sequitur, nullum malorum hominum genus tam esse à Deo separatum quam ingratos, quia omne peccatum ingratitudo est, nullumque vitium itidem gravius quam ingratitudo.* S. Bern. in serm. *Contra pessimum ingratitudinis vitium*, hanc historiam commemorans inquit: *Bene Salvator in Evangelio novem illos ubi sunt quærit, quoniam longe est à peccatoribus salus. Sic enim & primum hominem post peccatum, ubi sit interrogat, & in judicio nescire se profitebitur operatos iniquitatis.* Idem quoque in alio quodam sermone, infinitam Dei ab hoc vitio aversionem insinuans, causam simul illius his verbis assignat: *Ingratitudinem prorsus odit anima mea: Peremptoria siquidem res est ingratitudo, hostis gratiæ, inimica salutis.*

Ingratitudo exficcat fontem gratiarum & donorum Dei.

Psal. 118. 158.

Ingrati Gerasæni Christum à se abegerunt, miracula facientem.

Matt. 8. 34.

D. Chryst. hom. 29. in Matth.

Osc. 9. 12.

Luc. 17. 17.

Dict. Stellæ ibid.

S. Bern. ser. 2. de sept. miseric.

B. Laur. Justin. de humilit. c. 15.

S. Aug. Solil. loq. c. 18.

Eccle. 1. 7.

S. Bern. ser. de Quadr.

DISCURSUS XXIII.

ARGUMENTUM.

Ingratitudo gratiarum & beneficiorum Dei arefacit fontem, dum ingratum ijs recipiendis fruendisque indignum facit.

THEMA.

Omni habenti dabitur & abundabit, ei autem qui non habet & quod videbitur habere, auferetur ab eo. Matth. 25. ℣. 29.

Ingratitudo exficcat fontem gratiarum & donorum Dei.

1. POstquam incarnata sapientia in parabola de talentis, servi illius pigri & inertis, qui cum talento recepto negotiatus non fuerat, seque benefactori suo gratum minime exhibuerat, recensuisset ingratitudinem, mox propositi hujus thematis verba subjungit dicens: *Omni habenti, &c.* quasi dicere vellet, omni homini qui pro receptis beneficijs gratus fuerit, beneficium datum semper augebitur: è contra vero, qui ingratus pro illo fuerit, in pœnam ingratitudinis suæ etiã dona & beneficia hactenus communicata amittet: *Et quod videbitur habere, auferetur ab eo*, quia ut S. Bernard. de hoc vitio scribit: *Vias obstruit gratiæ, & ubi fuerit illa, jam gratia accessum non invenit, locum non habet. Nonne jure perditum reputatur, quod ingrato donatum est? aut dedisse non pœnitet, quod perisse videtur?* S. Laur. Justin. similiter animam ingratam his verbis perstringit: *Merito quod sibi donatum est, amittit, nec non & ipsa, quæ nondum accepit, se reddit indignam. Dispergit utique repente cum fudore maximo aggregatas spirituales divitias, obstruit contra se ostium divinæ bonitatis, misericordiarum Dei exficcat fontem, & charismatum cœlestium communicatione se privat.* S. Aug. ingratitudinem ventum urentem & desiccantem appellat, dicens: *Scio quod ingratitudo multum tibi displiceat, quæ est radix totius mali spiritualis, & ventus quidam desiccans, & urens omne bonum.* S. Bernard. illa Ecclesiastæ verbis (*ad locum unde exeunt flumina, revertuntur ut iterum fluant*) considerans similitudinem aquarum stagnantium adducit ad propositum præsensajt namq; *Non vero ut minus habens quod dederat Christus, repetit, sed ne tibi pereat quidquid ad eum referre volueris, siquidem etiam fluminis aqua, si stare cœperit, & ipsa putrescet: sic plane, sic gratiarum cessat decursus, ubi recursus non fuerit, nec modo nihil augetur ingrato, sed & quod acceperat vertitur in perniciem.* Qui idem San-

ctus in alio quodam super Cantica sermone, damnum gratiarum divinarum, quod ingratus incurrit, irreparabile perhibet in hæc verba : *Ingratitudo inimica est animæ, exinanitio meritorum, virtutum dispersio, beneficiorum perditio. Ingratitudo ventus urens, siccans sibi fontem pietatis, vorem misericordiæ, flaventa gratiæ.*

S. Bern. ser. 51 in Cant.

Maximum beneficium Dei est, quod homini communicet cognitionē Dei.

2. Donorum quæ Deus homini communicare potest, maximum, & præ reliquis inæstimabilius est, dum illi lumen notitiamque sui communicat; hoc autem beneficio Deus veteres Sapientes, eo quod primis illustrationibus suis non corresponderent, sed sibi potius quidquid possidebant, boni adscriberent, privavit, quos indigitasse videtur Apostolus dum ad Romanos scribens inquit : *Cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt aut gratias egerunt, sed evanuerunt in cogitationibus suis.* Ubi S. Anselmus ita discurrit : *Non possunt excusari de ignorantia, sicut volebant asserere, qui revera per naturalem rationem cognoverunt Deum, & cum cognovissent eum, non glorificaverunt eum, sicut Deum, bene vivendo, aut colendo, aut etiam gratias illi non egerunt de cognitione ejus, quam ipso donante perceperant. Debuissent gratias illi semper agere, quod eorum cordibus notitiam dignatus esset infundere, gratias agere, id est, pia devotione grati existere, ut recognoscerent se, sapientiam & omnia bona ab illo habere; sed non glorificaverunt eum, nec gratias ei reddiderunt, sed sibi tribuentes sapientiam quam à se non habebant, evanuerunt in cogitationibus suis; & obscuratum est paulatim cor eorum, donec omnino fieret insipiens.* S. Antoninus dum de eodem vitio tractat, dictum quoque S. Pauli textum adducens inquit : *Propter ingratitudinem incurrit quis multa mala, & temporalia, & spiritualia; Dicit enim Apostolus de antiquis Philosophis : quod non cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, &c.* concluditque, quod quia scientiam, ingeniumque suum sibi ipsis attribuerunt, veram non consecuti sint notitiam Dei : *Propter hoc vitium ingratitudinis, tradidit illos Deus in reprobum sensum & vitio idolatriæ contra naturam, illos, tradi permisit, & ponit multa alia peccata in quæ incurrerunt, repletos, inquit, omni iniquitate, malitia, fornicatione, avaritia, &c.* Deinde idem Sanctus, quām justè Deus, dum beneficijs ejus non correspondemus hos iisdem priver, consequenter subjungit, dicens : *Nemo donis Dei fiet beatus, qui eis exteriùs ingratus.* Cujus hanc assignat irrefragabilem rationem : *Sicut enim secundùm jura civilia propter ingratitudinem Pater potest privare filium ex tota hæreditate bonorum suorum, qui alias non posset, ita Deus Pater privat ingratos hæreditate gloriæ, si perseverent in ingratitudine.*

S. Antonin. 2. p. sum. tit. 3. c. 9. §. 5.

S. Antonin. ibid. §. 6.

Primi Parentes propter ingratitudinem lapsi sunt in peccatum.

3. Primi Parentes nostri à Deo in creatione suâ investituram acceperant gloriæ, vix tamquam in depositō ejus, in Paradiso collocati sunt terrestri, ineffabilibus supremi artificis gratiarum thesauris locupletati, quando subito suam patefecerunt ingratitudinem, siquidem *Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est jumentis.* Circa quam veritatem Rupert. Abbatem auscultare juverit dicentem : *Hic enim advertendum est, quam pertinaciter homo primus, homo terrenus à Creatoris laude mutus perstitit, quam obstinatus labijs ab omni gratiarum actione abstinuit, & ingratum Domino Deo silentium dedit. Formante Deo & inspirante spiraculum vitæ, factus in animam viventem, non respiravit eodem spiraculo vitæ acceptæ in plastæ sui faciem, ut adoraret, ut eum glorificaret, ut ei gratias ageret. Item ab eodem Domino Deo positus in Paradijsum voluptatis, nullas ei gratias egit, & taciturna ingratitudine, tantum tamque facilem deliciarum Dei locum quasi rapinam arbitratus, occupavit. Ecce nunc tertio divinæ dignationis dono locupletatus est in eo, quod fecit ei adjutorium simile sui. Tribus divinæ beneficentiæ ditatus muneribus tacet adhuc, & nihil quod laudem Domini resonet eloquitur, nec ullum dilectionis vel gratiæ verbum in ore ejus fuisse Scriptura testatur.* Tandemque concludit hic Author tantam immensorum beneficiorum ingratitudinem & oblivionem in causa fuisse, cur turpiter adeo ceciderit, cœlique exutus fuerit thesauris ; Dicit enim : *Qui ergo gratiam Dei non agnovit, non mirum quod peccaret, & peccatum suum non agnosceret; quia res vicina est : eodem quippe intuitu & suum malefactum & divinum erga se recognoscit homo beneficium.*

Quo veteres sapientes ingrati abusi fuerunt.

Rom. 1. 21.

S. Anselm. ibid.

Ingratitudo impedit profectum vitæ spiritualis.

4. Profectum insuper spiritualem & progressum in perfectione, qui in virtutum acquisitione consistit, vitium impedit ingratitudinis, quia aliquibus nos privat specialibus gratijs & auxilijs ad consecutionem Spiritus cooperantibus, dicente S. Bernardo : *Omnino sola nos a profectu conversationis impedit ingratitudo nostra, dum quodammodo amissum reputans dator, quod ingratus accepit, cavet sibi de cætero, ne tanto plura amitteret quanto plura conferret ingrato.* Quod & Beatus Laurentius Justinianus insinuat, dum ait : *Ingratitudinis vitium ascendendi ad sublimiora virtutum impedimentum esse quam maximum, dubitet nemo.* Quam eamdem doctrinam idem Beatus alibi replicat in hæc verba : *Experientia teste nec non innata ratione suadente didicimus, nihil sic adversari cupientibus in virtutum exercitatione atque in omni laudabili bono proficere, quemadmodum ingratitudo.*

S. Bern. ser. cont. pessim. vit. Ingrat.

B. Laur. Justin. de Instit. & regim. Prælat. c. 21.

B. Laur. Justin. de humil. c. 15.

5. Paulo ante citatus S. Bernardinus ad ingratum illum se reflectit, qui debiti infiniti decem millium talentorum remissionem consecutus, conservum suffocabat Domini sui, qui ei summam pecuniariam remiserat, conservum inquam centum dumtaxat denariorum debitorem ; idcoque ingratus ille juxta Domini præceptum incarceratus fuit, pristinumque recontraxit debitum summæ jam semel remissæ. Quam parabolam hic Sanctus ita ad nostrum applicat intentum, dicens : *Tradidit eum tortoribus, scilicet propter ingratitudinem, & hoc quousque redderet universum debitum. Est enim ingratitudo ventus urens & desiccans fontem pietatis & fluentia gratiæ Dei.*

S. Bernard. ser. 1. ser. 41. A. 2. c. 3.

6. Sub nomine vineæ Isaias Propheta quamdam nobis exhibet Dei beneficijs ditatam animam, dum inquit : *Vinea facta est dilecto meo,... sepivit eam & lapides elegit ex illa & plantavit eam electam & ædificavit turrim in medio ejus, & torcular extruxit in ea.* Quibus in verbis interpretes sacri cœlestia animæ uniuscujusque considerant beneficia. Ast qualem fructum mystica hæc reddidit vinea ? *Expectavit ut faceret uvas, & fecit labruscas ; Nunc ergo... judicate inter me & vineam meam, Quid est quod debui ultra facere vineæ meæ, & non feci ei ? an quod expectavi, ut faceret uvas, & fecit labruscas ? Et nunc ostendam vobis quid ego faciam vineæ meæ ; auferam sepem ejus, & erit in direptionem, diruam maceriam ejus, & erit in conculcationem.* Deus enim in nostræ ingratitudinis pœnam, & suo justissimo judicio, suas nobis subtrahit gratias & auxilia, nosque prædam fieri permittit ineffrænium appetituum nostrorum, viribus destitutos, ut resistamus tentatori ; Unde sanctus Antoninus ait : *Auferam sepem, id est, subtraham custodiam scilicet solicitudinem Angeli custodientis : diripiam maceriam, id est, Patres removendo: ponam eam desertam, subtrahendo gratiam : non putabitur à Prælatis per reprehensionem : nec fodietur per contritionem & confessionem : ascendent spinæ malorum desideriorum super eam : & nubibus mandabo ne pluant super eam, id est, subtraham verbum compunctionis à Prædicatoribus.*

Isa. 5. v. 1. & 2.

Deus justissimo judicio suo subtrahit ingratis auxilia gratiæ.

S. Antonin. ibid. §. 3.

Ingratitudo impedit ne oratio nostra exaudiatur.

7. Oratio efficacissimum est, ad recipiendas Dei gratias tam spirituales quam temporales, medium ; & nihilominus ingratitudo nostra eam multories infructuosam constituit, dicente S. Bernardo : *Sed jam omnino movet fratres mei, quid sibi velit, quod minus erga nos liberalis nunc divina clementia videatur : ut quibus tanta contulit non rogantibus, non desiderantibus, imo & fortassè recusantibus : nunc orantibus, obsecrantibus, postulantibus, sæpissime, imo & continue videatur multa minora negare ? Quid putamus charissimi ? abbreviata est manus Domini ? an forte thesauri gratiæ defecerunt ? quid putamus, utrum voluntas mutata sit ? an immutata facultas ?* In sermonis autem progressu tandem concludit ingratitudinem nostram hujus esse repulsæ causam ; subdit namque : *Heu, heu, non inventur qui redeat & agat gratias Deo.* Quod ut stabiliat efficacius, exemplum adducit decem leprosorum qui primordialiter quidem reverentes & confidentiales offerentes supplicas, *Levaverunt vocem dicentes : Jesu Præceptor miserere nostri ;* Ast recepta sanitate omnes præter unicum ingrati extitere.

S. Bernard. ser. 1. ser. 41. A. 2. c. 3.

Luce 17. 13.

Declaratur apta similitudine.

8. Ratio autem quare ingratitudo steriles efficiat, cæteroquin benignos nimis, beneficentiæ divinæ influxus, consistit in eo, quod debita in nobis deficiat correspondentia & recognitio ; quis enim umquam super infecundam seminavit arenam ? Aut super saxa sufficienti ad fementem nutriendum aut fructificandum humore destituta ? Sane Salvator noster se filium professus est patris illius, qui hanc agriculturæ professionem optime callebat : *Pater meus agricola est.*

Joan. 15. 1.

S. Antonin. ibid. c. 6.

Justè denegantur beneficia ingratis.

9. S. Antoninus testimonium adducit S. Augustini dicentis : *Non est dignus dandis, qui est ingratus de datis* ; Citatque hunc Sapientiæ textum : *Ingratus spe tamquam hybernalis glacies tabescet* ; id est, ut explicat ille, *deficiet : scilicet quia non recipiet beneficia quæ sperabat.* Quod idem maximi momenti punctum B. quo-

B. Laur. Justin. de Instit. & regim. Prælat. c. 21.

que Laurentius Justinianus attingens, ait : *Quis oro cuiquam ingrato, beneficiaque sperneti cupit aliquod humanitatis præbere obsequium ? nempe hoc ipsum usus docet, confirmat ratio, experientia manifestat, jura clamant, eloquia divina testantur, natura insinuat, declarant bruta animalia ; atque singuli confitentur mortales ; confitentur inquam justum, beneficia negare ingratis.*

Memorabile exemplum hominis ingrati.

Cajet. Flor. Exempl. To. 3. tit. 45. c. 3. §. 6.

10. Alios inter hujus materiæ eventus de quodam impio traditur, quod in carceribus constitutus, dum à sacerdote ad confessionem animaretur, obstinatus persistens, in periculosam tandem incideret febrim, ex qua se obiturum timens, sacerdotem citat & confitetur ; absolutioneque donatus, adeo ab infirmitate convaluit, ut postridie sanus surrexerit è lecto ; *Id cum facer homo vidisset, rogare sacrificatorem illum morbo liberari cœpit, ut se gratum immortali Deo ostenderet, propter recuperatam sanitatem : habendasque gratiæ optimam esse rationem dixit, si Christi bolpes esse vellet, atque convivia. Sacerdoti justa petenti minime parere volenti vindictas, obstinationisque pœnas confestim dedit, morbo, quo paulò ante solutus erat redeunte.*

Alia damna ingratitudinis.

S. Ephrem. T. 1.

11. Ne igitur & nos similem experiamur pœnam S. Ephremum audiamus, qui gratiarum tributum pro receptis beneficijs à nobis exigens, ait : *Si de tot bonis præsentibus, quæ in nos Deus contulit, gratias ei non reddimus, merito sane nostro his ipsis spoliamur atque privamur jam : sicut oculi quæ nimis apposita sunt & propinqua non cernunt : ita & animæ ingratæ demum post bonorum adeptionem, gratijs ac donis præsentis asficiantur. Interea dum bonis frui licet, tanquam ijs minime contenti, nullam eorumdem largitori gratiam habemus : at illis jam privati, beneficium tandem agnoscimus, beationque prædicamus.* Maxima nam que hominum pars hunc illumve fortunatum negotij exitum, culturæ messisque abundantiam, felicem actionum successum, saniratem corporalem, suæ attribuunt industriæ, curæ, & diligentiæ, gloriantes : *Manus nostra excelsa, & non Dominus fecit hæc omnia :* & nihilominus certissimum est, hæc omnia soli esse attribuenda Deo, sine quo nulla penitus res favorabilem poterit obtinere finem. Ideoque accommodatissime ad intentum nostrum Salvianus ita discurrit : *Si quando sua ipsius misericordia Deus pacificos nobis dies, prosperitatis ubera, divitum bonis omnibus tranquillitatem, & abundantiam dederit, super vota crescentem, secundarum rerum prosperitate corrumpimur, tanta morum insolentia & pravitate vitiamur, ut & Dei penitus obliviscamur, & nostri, & eam omnem fructum datæ à Deo pacis in hoc consistere Apostolus dicat, ut quietem & tranquillam vitam agamus, in omni pietate & castitate, ad hoc tantum à Deo data quete utimur, ea in ebrietate, in luxuria, ut in flagitijs, ut in rapinis, ut in omni scelere, atque impiobrate vivamus ; quasi vero beneficium datæ pacis vacatio sit probrositatis, & ad hoc inducias tranquillitates Deo donante capiamus, licentius atque securius peccemus. Indigni itaque cœlestibus donis sumus, qui beneficijs Dei non bene utimur qui facimus rem operum bonorum materiam tantam esse vitiorum.*

Ingrati sibi-ipsis adscribunt felices suos successus.

Deut. 32. v. 27.

Salvian. l. 6. de Provid.

De quibus & qualiter Deo sit reddendū tributū gratitudinis.

S. Basil. h. 5. in Mart. Julittam.

12. Denique ne ignorantiam prætendere valeamus, in reddendo gratitudinis tributo ; S. Basilium audire placebit, qui hoc utilissimum, quo continuo in omnibus actionibus nostris grati Deo esse possumus, docet exercitium, dum ait : *Nulla tibi est fumendi edendi necessitas ? cave te prætereat ejus memoria, cujus liberali beneficio ventrem implesti. Tunicam indueris ? gratias agito benigno datori. Amictus pallio ? fac in te ignoscat intensior erga Deum charitas, qui integumenta gratuito largitus est hyemi, æstatique accommodata : quibus & vita conservetur, & obtectior reputudo.* Qui S. Doctor ibidem hoc gratitudinis exercitium ad nova demerenda Dei beneficia efficacissime defervire docet, dum subjungit : *Tibi dies expletus abiit ? illi referto gratiam, qui Solem quidem nobis nihil tale commentis indulsit in diurnæ operationis ministerium : ignem vero contulit illustrandæ nocti, atque subservat reliquis vitæ commoditatibus :* Omnes namque creaturæ ad servitium nostrum productæ, nobis motivum esse, & præstare possunt, ut Creatoris beneficentiæ nos gratos exhibeamus.

DISCURSUS XXIV.
ARGUMENTUM.

Contra pessimam eorum retributionem qui mala pro bonis reddunt, unde & multories à Deo puniuntur.

THEMA.

Numquid redditur pro bono malum ? Jer. 18. v. 20.

Turpissima ingratitudo, qua beneficatori redditur pro bono malum.

1. JEremias Propheta se ab ingrato Judaico populo in fossa quadam vivum sepultum ingemiscens, cum admiratione exclamasse describitur : *Numquid redditur pro bono malum, quia foderunt foveam animæ meæ ?* Deinde ad Deum conversus, quid pro Israëlitis præstiterit, ut eorum magis innotescat ingratitudo commemorans, subjungit : *Recordare quod steterim in conspectu tuo, ut loquerer pro eis bonum & averteren indignationem tuam ab eis.* Sed observetis velim, quale ingratus supplicium imprecetur propter suam oppressionem : *Propterea da filios eorum in famem, & deduc eos in manus gladij,* atque exinde funestissima alia prædicit Jerosolymitanæ urbis infortunia, & exterminia. Ecce vobis detestabilia ingratorum abusum scilicet beneficatoribus malum reddere pro bono, unde & Psalmista lamentabatur : *Retribuebant mihi mala pro bonis.* Quia Saul cui plurimum benefecerat, cujusque Regiam coronam stabilire satagebat, innocentem Davidem irreconciliabiliter persequebatur usque ad mortem.

Jer. 18. v. 20.

Ibid. v. 21.

Psal. 34. v. 12.

2. S. Joannes Damasc. postquam hunc pessimum ingratorum confinxerat genium, ita tandem ad nostrum scribit intentum : *Incredibilis quædam ingratitudo ac malignitas, hæc est, cujus beneficio ornatus sis, ejus benignitatem in ingratitudinis anfam trahere.* Quod vitium, scilicet malis compensare bona, utique pessimum, & maxime est abominabile. Quando Jacob filium suum mittebat Joseph, ut, qualiter circa fratres suos ageretur, exploraret, illi præcepit, dicens : *Vade, & vide, si cuncta prospera sint erga fratres tuos :* moxque abijt Joseph ut suis beneficaret fratribus. Sed qualiter hos correspondisse putatis ? mortem intentarunt innocuo Joseph, & nisi Ruben intercessisset, cum morte peremissent ; quem denique in cisternam projecerunt, dictorum ad litteram, cum Jeremia : *Numquid redditur pro bono malum, quia foderunt foveam animæ meæ ?*

S. Joann. Damasc. l. 1. Parall. c. 29.

Ingratitudo fratrum Joseph expenditur erga ipsum.

Gen. 37. v. 14.

Jerem. 18. v. 20.

Tandem fratricidæ postquam puerum vendidissent Ismaëlitis, patri dixere : *Fera pessima devoravit Joseph.* Bestia hæc impiissima ingratitudo erat, quæ fratres se duxit contra fratrem, *reddentes malum pro bono.* Joseph autem jam in Ægypti Vice-Regem assumptus, antequam fratribus se manifestaret, in sacco Benjamin scyphum suum aureum occultari fecit : moxque unum è ministris justit insequi abeuntes, qui ipsis diceret & exprobraret : *Scyphus quem furati estis, ipse est in quo bibit Dominus meus,... pessimum rem fecistis.* Qua phrasi, fratrum arguebatur ingratitudo. Numquid enim tantum crimen erat calicis unius furtum, ut dicendum foret : *Pessimam rem fecistis ?* profectò si contra vitam Joseph conjurassent, si læsæ Majestatis reos argui potuissent, dicta utique verificari potuisset propositio. Et nihilominus veritatem illis ipsissimam annuntiatam fuisse nemo dubitet : quia per hunc loquendi modum propter ingratitudinem accusabantur, prout Josephi verba declarant, inquientis : *Apprehensis dicito ; quare reddidistis malum pro bono ?* quem texcum Abulensis hunc in modum explanat : *Non vocatum fuit ista ad peccatum malum, sed pessimum ; quia aggravabatur valde ex circumstantijs, quia scilicet ingratitudo fuerat reddendo malum pro bono.*

Gen. 44. v. 5.

Ibid. v. 4.

Abul. ibid.

3. Idem hic Author supra decimum Matthæi caput, ingeniosam quamdam instituit reflectionē, ubi Evangelista dicit : Apostolos potestatem acceptie à Christo, malignos ex corporibus obsessis fugandi spiritus, omnesque sanandi morbos ; quibus præmissis omnes recenset nominatim Apostolos, perveniens autem ad Judam, ait : *Et Judas Iscariothes qui tradidit eum.* Quæ scriptionis circumstantia Tostatum permovit, ut diceret : *Quare dicitur hic de Juda ; Qui tradidit eum ; ubi tunc ingratitudo maxime apparet cum beneficio conjungitur.* Ac proinde in decursu quæstionis idem subnectit Author : *Fuit ad ostendendam ingratitudinem, quia nunquam melius apparet ingratitudinis magnitudo, quam ubi ingratitudo & beneficium simul sunt propter oppositionem, sed hic ponitur beneficium, quod Christus Judæ contulit, constituendo eum unum de Principibus Ecclesiæ, & in gradu altissimo, cum Apostolatus sit dignitas maxima Ecclesiæ.* Porrò Judæ illa applicantur Psalmi verba, quibus contra eum divinus lamentatur Magister, dicens : *Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique ... tu vero homo unanimis, dux meus, & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulavimus cum consensu.*

Abul. q. 42. in cap. 10. Matth.

Ingratitudo Judæ erga Christum expenditur.

Alph. Tost. ibid.

Psal. 54. v. 13. & 14. & 15.

4. Alio quoque in Psalmo similem reperire est Prophetæ Regij quærelam lamentantis : *Pro eo ut me diligerent,*

gerent, detrahebant mihi, id est, ut exponit Genebrardus, *cum me debuissent diligere; pro eo quod ego eos diligebam, odium reportavi. Pro eo quod me diligere debebant, ob quotidiana beneficia, eorum erat me diligere, ob beneficia miraculorum & aliorum donorum, quibus eos affeceram.* Postquam vero, qualiter iis per preces suas beneficeret, recensuisset, dicens: *Detrahebant mihi, ego autem orabam. Et posuerunt adversum me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea*) spiritu postmodum non vindictæ aut minatorio, sed prophetico subjungit: *Constitue super eum peccatorem & diabolus stet à dextris ejus; Cum judicatur, exeat condemnatus, & oratio ejus fiat in peccatum, Fiant dies ejus pauci,... Fiant filij ejus orphani, &c.* Unde videtur, quantopere Deus illis, qui beneficia per ingratitudinem recompensant, irascatur, horribilissima illis comminando supplicia.

Genebrard. Deus ingratis horribilia comminatur, & prædicit supplicia. *Psalm. 108. v. 4. & 5.* *Ibid. v. 6.* *Ibid. v. 7.* *Ibid. v. 8.* *Ibid. v. 9.*

5. Jeroboam, ut in discursibus præcedentibus diximus, homo, & quoad natales, & quoad professionem, vilis erat. Quem Deus, ut Roboæ insolentiam puniret, ad regnum sublimavit Israëlis, sceptrumque illi contulit super decem tribus; sed retributionem audite, quam pro summo hoc, quod in mundo præsenti recipere poterat, præstitit beneficio: tergum obvertit benefactori suo divino, cultumque ejus conculcavit, quando subditos suos à templo alienavit Jerosolymitano, duos exponens vitulos, adorandos in Dan & Bethel: *Nolite ultra ascendere in Jerusalem, ecce Dij tui Israël, qui te eduxerunt de terra Ægypti, excogitato consilio fecit duos vitulos aureos.* Ex qua historia hanc Lyranus erüit moralitatem, dicens: *Per ipsum Jeroboam quem Dominus de humili statu elevaverat ad regnum & tamen fecit vitulos aureos ad tollendum cultum divinum, signantur illi, qui de Dei beneficijs ingrati, non solum Deo gratias debitas non deferant, sed etiam ipsum pugnant quantum possint.*

Detestanda ingratitudo Regis Jeroboam. *3. Reg. 12. v. 28.*

6. Quoties equidem hic illeve miser propter votum, aut orationem pij cujusdam servi Dei, miraculose ab hac illave mortali reconvaluit infirmitate, aut vulnere, & nihilominus hanc ipsam sanitatem in majores quàdoque convertit Dei offensas, inordinatis suis frænum laxans appetitibus? Ast quia vitulorum aureorum à Rege illo sacrilego fabricatorum mentionem fecimus; intelligere optarem, si quando tempus obserVastis, quo populus electus Dei ingratissimus in prædam se dedit Idololatriæ in deserto; *Fecerunt vitulum in Oreb.* Quando scilicet Deus jamjam ipsum lege sua honoraturus erat; duabus nimirum tabulis digito Dei conscriptis; quando per 40. dierum spatium de varijs cum Moyse consultarat beneficijs, quibus populum illum afficere volebat; tunc tumultuosè Israël rebellavit adversus Deum, summumque sacerdoteni, ut vitulum fabricaret, coëgit. Ut proinde merito Didacus Stella asserat: *Vix explicari potest, quanta sit hominum ingratitudo, nam quando majora beneficia ipsis impertitur, tum magis illum contumelijs afficiunt & inhonorant. Cum enim Deus legem dabat Moysi, & tabulas illas lapideas, & Israëlitas legem docebat, ipsi tamquam ingratissimi vitulum faciebant. Illi occupabatur in eorum gubernatione, ipsi vero in Idolorum cultu.* Quam populi ingratitudinem Deus per Oseam pariter arguit, dicens: *Ego dedi ei frumentum, & vinum, & oleum, & argentum multiplicavi ei, & aurum, quæ fecerunt Baal.*

Ingratissimi Judæi tunc conflarunt vitulum, cum Deus illis maximum præstaret beneficium dando legem. *Psalm. 105. v. 19.* *Didacus Stella in c. 11 Luc.* *Osea 2. v. 8.*

7. Quare infames illas Pentapoleos civitates in nefandis libidinibus suis immersas fuisse putatis? nisi quia abundantia & fertilitate, qua fruebantur, abusi fuere: *Hæc fuit iniquitas Sodomæ... saturitas panis, & abundantia.* Divitiæ enim, deliciæ, honores, prælaturæ, ut plurimum ad impugnandam & conculcandam justitiam, ad fomentandum fastum, & superbiam, ad effrænes explendos appetitus deserviunt; hoc illudve ingenium pariter excellens, ad seminandos errores, & novorum dogmatum ordinatur falsitates. Ideoque sanctus Hieronymus merito lamentatur: *Multi acceperе aurum & argentum, sapientiæ & eloquentiæ, de quibus facerent candelabrum septem lucernarum ex auro purissimo, & mensam propositionis aream, & propitiatorium, & Cherubim, auri splendore radiantia, & bases columnarum argenteas, & triticum sermonis Dei, & vinum, gaudium Spiritus sancti, vestimenta quoque & linteamina, quibus credentes vestiventur in Christo, qui universa verterunt in Idololatriæ cultum, varia errorum dogmata componentes, & decepti alios deceperunt.*

Sodomitæ à Deo ditati in temporalibus gravius peccarunt. *Ezech. 16. v. 49.* *S. Hier ibid.*

Alb. Magn. ibid.

8. Porrò ut Albertus Magnus advertit, dicto per Oseam loquendi modo, populo suo ingratitudinem ejus (*improperat hic ingratitudinem*, inquit) exprobrare voluit, siquidem bona benefactoris sui in ejusdem convertebat offensam. Vel ut Dionysius Carthusianus exponit: *Argentum, id est, gratiam eloquentiæ in Scripturis; aurum, divinorum notitiam; fecerunt Baal, id est, istis bonis abusi sunt, fabricantes sibi proprij dogmatis sectam.* Ita & hodie alij perspicaciam ingenij in compositionibus dilapidant obscœnæ poesios, in texendis dolis, fraudibus, & deceptionibus, alij divitias in nutriendis odijs & implacabilibus inimicitijs, vindictis, luxurijs, cunctisque immoderatis pompis & luxibus impendunt. Sed justissimas audite, quæ eos manent divinæ justitiæ minas: *Idcirco convertar*, ait Dominus, *& sumam frumentum meum in tempore suo, & vinum meum in tempore suo, & liberabo lanam meam & linum meum quæ operiebant ignominiam ejus.* Deus enim in supplicium eis justissimam famem quandoque immittit, & annonam, etiam quando jam messis præ foribus est, aufert. *Gravior autem ea est*, inquit S. Hieronymus, *quando in tempore messis & vindemiæ speratæ fruges auferuntur.*

Ingratis aufert Deus dona sua, quia illis abutuntur. *Dion. Carthus. ibid.* *Osea 2. v. 9.* *S. Hier. ibid.*

9. David in Psalmo quodam integrum bonorum immensorum, quibus beneficentia divina Hebræos accumulavit, texens numerum, inquit: *Et dedit illis regiones gentium & labores populorum possederunt.* Invesituram & possessionem obtinuerunt terræ adeo fertilis ut lacte, butyro & melle flueret; insuper universos Palestinæ populos exterminavit Deus, ut Hebræi absque labore, agris, vineis, olivetis, domibus, urbibusque eorum fruerentur; ita ut merito de ijs dici posset: *Alij laboraverunt, vos in labores eorum introivistis.* Sed quare Deus adeo illis benefecit? forsitan quia cœlesti grati extitere benefactori? aut ut imposterum se gratos illi præberent? *labores populorum possederunt, ut custodiant justificationes ejus, & legem ejus requirant.* Ast totum evenit contrarium; siquidem *incrassatus est dilectus & recalcitravit, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem suum*; hujus autem culpæ dignam reportarunt pœnam, dicente Spiritu Sancto: *Ignis succensa est in furore meo, &c.* Ubi S. Gregorius ait: *Considerandum quippe est, ne acceptam munus vertamus in vitium, ne per favorem vitæ nos absorbeat vorago nequitiæ; iram namque contra nos Superni Judicis inextinguibiliter accendimus, si contra benignitatem illius etiam ex ipsa sua largitate ponamus.*

Deus Judæis abunde providit temporalibus, ut legem ejus servent, & illi facerunt contrarium. *Psal. 104. v. 44.* *Joan. 4. v. 38.* *Deut. 32. v. 15.* *Jerem. 15. 14.* *S. Greg. l. 30. mor. c. 9.*

10. Alias Deus per Malachiam minatus est dicens: *Mittam in vos egestatem, maledicam benedictionibus vestris, & maledicam illis.* Ubi S. Hieronymus legit: *mittam super vos maledictionem, maledicam maledictioni vestræ.* Quibus verbis hoc subjicit Commentarium: *Cui plus dederint, plus exigent ab eo, unde proprie sacerdotibus dicitur; quod si audire noluerint & corde retinere, ut dent gloriam nomini Domini per bonam conversationem: sed è contrario nomen illius per eos maledicatur in gentibus, mittet in eos egestatem bonorum omnium, & benedictiones eorum vertet in maledictiones. Qui sanitate abutuntur in libidine, & divitias vertunt in luxuriam, bonamque famam sordida conversatione detorpant, hi benedictiones Dei mutant in maledictionem.* Notandum autem quod Deus primo loco minetur dicens: *Mittam in vos egestatem*; quia quando terra aliqua, quæ prius aratro subacta, fimo impinguata, omnique cum diligentia & studio culta fuerat, spinas, & urticas, pro bono fructu retribuit, paulatim sylvescere permittitur, idque ipsum Psalmista insinuare voluisse videtur dum ait: *Retribuebant mihi mala pro bonis*; ingratitudo namque sterilem infœcundamque ingrati instituit animam, secundùm beneficia divina: unde & consequenter subnectit: *Et sterilitatem animæ meæ.* Ubi S. Aug. ait: *Ego attuli fœcunditatem, ipsi retribuebant sterilitatem: ego vitam, ipsi mortem: ego bonorem, ipsi contumelias: ego medicinam, ipsi vulnera: & in his omnibus quæ retribuebant, utique sterilitas erat. Hanc sterilitatem in arbore maledixit, ubi fructum cum quæreret, non invenit, folia erant & fructus non erat.* Hæc autem ficus, juxta communem Doctorum opinionem, Synagogam, quæ Deo ingratissima fuit, figurabat.

Malach. 2. v. 2. Comminatur Deus maledictiones ingratis. Et sterilitatem bonorum temporalium. *Ps. 34. v. 12.* *S. Aug. ibid.*

11. S. Bernardus ad supra citatum Oseæ textum alludens, eos, qui mala pro bonis retribuunt, sententia perterrefacere conatur sequenti: *Paveant quod in Propheta legitur, dicente Domino: Dedi eis aurum meum, & argentum meum; ipsi vero de argento & auro eorum operati sunt Baal.* Qui idem sanctus alio in loco Salvatorem, ingrato cuidam beneficia sua exprobrantem introducit in hæc verba: *Nonne ei iuste potest dicere Dominus: quid debui facere tibi & non feci? non eras, & creavi te, peccasti, & diaboli servum te feceras, & redemi te, &c.*

S. Bern. ser. 41. in Cant. Improperantur à Deo ingratis præstita illis beneficia. *S. Bern. in Scala claustralium.*

te: in mundi circuitu cum impijs currebas, & elegi te: dederam tibi gratiam in conspectu meo, & volebam facere apud te mansionem, tu vero despexisti me, & non solum sermones meos, sed meipsum projecisti retrorsum, & ambulasti post concupiscentias tuas. Ecce vobis ad vivum expressam, quæ inter beneficentiam Dei & hominis ingratitudinem versatur concertatio.

12. S. Cyrillus Alexandrinus idem ingratorum hominum genium confinderans, ita scribit: *Sicut accepta contumelia bonus fit melior, ita malus de beneficio fit pejor, odientes Deum omnia etiam bona convertunt in mala.* Veritatem discamus in exemplo sequenti 15. Junij, Ecclesia natalem celebrat S. Viti diem, quem Diocletianus Imperator, ut filiam suam à dæmonio liberaret, rogaverat; miraculum præstitit S. Martyr; sed quam putatis Imperatoriæ gratitudinis retributionem? *Ingratus Imperator vinculis constrictum mittit in carcerem.* Ast necdum hic ejusdem defævire cessavit barbaries: Siquidem Sanctum in vas immitti jussit liquefacto plumbo, pice refinaque plenum, ubi Sanctus canticum exorsus trium puerorum illæsus perstitit, postea vero leonibus objectus, hos ad pedes suos reverenter prostratos vidit: quo miraculo excandescens Imperator, jussit Sanctum supra catastam extendi, omniaque ejus convelli ossa, quia scilicet *odientes Deum omnia etiam bona convertunt in mala.*

S. Cyrill Alex. l. 6. in Joan. c. 10. In Lection. 15. Junij. Turpissima ingratitudo Diocletiani, in S. Vitum.

13. Quandonam putatis illud adimpletum fuisse oraculum Propheticum: *Venite mittamus lignum in panem ejus, & eradamus eum de terra viventium, & nomen ejus non memoretur amplius?* ponderationem desuper audire placebit Didaci Stellæ inquientis: *Christus cum in ultima cœna Corpus & Sanguinem suum cibum salutiferum mundo conficiebat, mundus de acerbissima ejus morte tractabat, ille constituebat illis, & ordinabat, vitam, ipsi vero mortem illi parabant. Hoc egregiè Apostolus perpendit inquiens: Dominus Jesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, &c. Ubi diligenter debes illa verba notare: In qua nocte tradebatur, tempus enim assignat, in quo tantum beneficium mundo contulit. Ac si diceret: O nimia Christi benignitas, & execranda hominum ingratitudo!*

Jerem. 11. v. 19. Quando Christus in ultima cœna hominibus præparabat effectum Corporis sui: illi agebant de eo occidendo.

14. Apud Oseam Deus populo præcepit, dicens: *Nolite ingredi in Galgala*; at vero quænam hujus prohibitionis causa? num forte Galgala locus pestilentior esset, ut proinde ad cavendum mortis periculum declinandus fuerit? aut vero falsa ibidem numina adorabantur? nequaquam jam enim dudum Idololatria quasi in omni loco dilatata erat. Pro resolutione igitur sciendum, quod in Galgala Deus olim duodecim erexerat lapides, in memoriam beneficij, quod siccis pedibus per Jordanem transeundo à Deo acceperant; tametsi igitur peccatum Idololatriæ, passim in omni loco inexpiabile sit, in hoc tamen loco longe abominabilius erat, quia ibi perpetua conservari debebat tanti beneficij memoria. Unde Theodoretus ita scribit: *Inde magnum damnum & detrimentum acceperant iniqui, erga suum benefactorem ingrati effecti. Galgala urbs est multis dedicata & devota idolis, ubi Jesus Filius Navæ, non circumcisos populi cultris lapideis circumcidit, in hac eadem duodecim lapides reposuit, quos ex medio Jordanis alveo accipiendos jusserat Dominus, ut beneficij accepti essent monumentum, atque per hos lapides posteri nascerent, ut siccato alveo populus flumen transmisisset. Maxime ingrati animi signum est, urbem illam in qua tanta divinæ benignitatis monumenta accepissent, impietatis esse factam Metropolim.* In alio quoque loco apud eumdem Oseam Deus lamentando, inquit: *Ego eruditi eos, & confortavi brachia eorum, & in me cogitaverunt malitiam.*

Osea 4. v. 15. Cur Deus prohibuerit Hebræis ingredi in Galgalam. *Isai. 4. v. 20.* *Theodoret. in Oseam.* *Osea. 7. v. 15.*

DISCURSUS XXV.

ARGUMENTUM.

Contra ingratos beneficiorum immemores, aut inidoneos eorum æstimatores, ubi & nos, nisi gratitudinis debitum solverimus, inexcusabiles esse probatur.

THEMA.

Multi dicent, quis ostendit nobis bona? ... à fructu frumenti, vini, & olei sui multiplicati sunt. Psal. 4. v. 6. & 8.

1. REgius Psaltes ad exprimendam omnium bonorum terrenorum abundantiam, quibus ingrati fruebantur, inter alia, frumentum, vinum & oleum adducit: *A fructu frumenti, vini & olei multiplicati sunt*, id est, *omnigenis terræ fructibus fruuntur*, inquit Theodoretus, *per has enim tres species humanæ naturæ utilissimas, necessaria alia comprehendit bona* & tamen non obstante qua actualiter fruebantur fertilitate, omniumque facultatum temporalium copia, eodem tempore ingrati dicebant: *Quis ostendit nobis bona? Accusat illos*, inquit idem Theodoretus, *qui dicunt quis ostendit nobis bona? Tamquam his in præsenti vita perfruentes, & ingrati animi vitio laborantes.* Quænam vero excogitari potest major ingratitudo, quam oblivisci, imo negare illa beneficia quæ actualiter recipimus? subdit idem Theodoretus: *illorum insolitam redarguens, qui etiam in manibus Dei munera ferentes, & magnifice ejus bonis se delectantes, ac nihil recipientes dicere audent, quis ostendit nobis bona?* ingratis enim proprissimum est bonorum receptorum oblivisci; ac proinde Seneca merito inquit: *Nihil charius æstimamus, quam beneficium, quamdiu petimus; nihil vilius, cum acceperimus.*

Summa ingratitudo est, eorum beneficiorum obliviscì quæ actu accipimus. *Theod. Hid.* *Senec. Ep. 82.*

2. In libro Geneseos cap. 40. una cum Joseph pincerna Pharaonis in carcere vinctus reperitur; qui ad mortem se condemnandum metuebat, propter somnium, quod pridiana nocte passus fuerat. Curiosus autem sciendi hujus somni prognosticum, Josephum, ut somnium interpretaretur, rogavit, qui sequens hoc illi dedit favorabile responsum: *Tres adhuc dies sunt, post quos recordabitur Pharao ministerij tui, & restituet te in gradum pristinum... tantum memento mei dum bene tibi fuerit.* Ecquidem enim Josephus pro retributione interpretationis minus ab eo exigere poterat, quam ut è captivitate sua in gradum pristinum restitutus sui memor esset, utpote qui injustè, sine ullo formato processu, & defensione innocentiæ suæ indulta in carcerem redactus fuerat: *Hic innocens in lacum missus.* Tandem vero Moyses caput illud his verbis concludit: *Et tamen succedentibus prosperis præpositus pincernarum oblitus est interpretis sui.* Ubi sanctus Ambrosius acutè notat Josephum binis vicibus eum ut sui memoriam haberet rogasse, nec tamen quidquam ab eo obtinere potuisse: *Ideo secundo repetivit, memor eris mei, quia sciebat non recordaturum, cum potentiam recepisset. Ideo secundo admonit, quia secundo liberavit, ut si prioris beneficij eum memoria non teneret, vel posterioris subiret, nec despiceret authorem salutis suæ. Sed quod pejus est, cito beneficij irrepit oblivio secundis rebus.*

Gen. 40. v. 18. Ingratitudo pincernæ Pharaonis erga Joseph. *Ibid. v. 12. 13. & 14.* *Ibid. 23.* *S. Ambr. l. de Joseph. c. 6.*

3. In progressu temporis Reges quoque Ægypti populum Hebræum miris modis exagitarunt, prout facer Chronista in principio Exodi his verbis inquit: *Surrexit interea Rex novus super Ægyptum, qui ignorabat Joseph, & ait: Ecce populus filiorum Israel multus, venite sapienter opprimamus eum.* De quo proinde ingrato Rege Didacus Stella inquit: *Joseph genus est persecutus, à quo summis fuerat beneficijs affectus; Josephi namque opera eximia, adeptus est opum abundantiam.* Adducitque hanc ab hædera desumptam similitudinem: *Quemadmodum hædera, quæ parietis ope & infirmitate nixa, paulatim ascendit, & diffunditur, & postea totum parietem complexa ipsum destruit, sic multi sunt ea animi perversitate, ut illis non modo gratias agant, à quibus beneficium acceperunt, sed etiam quacumque ratione possint, noceant; hoc autem non rarum aut insolitum est; quotidie videmus improbos homines divites evadere, cum illorum detrimento, quorum auxilio sæpenumero steterunt; quod si rebus conversis, fortunaque commutata paululum minari ruinam cæperis, non modo desereris, sed etiam impelleris ab illis, quos majoribus beneficijs affecisti.* Abulensis varios distinguit ingratitudinis gradus, dicens: *Primus est, quando quis in effectu attribuere aliquid pro susceptis beneficijs negligit, licet beneficia agnoscat, & esse met esse beneficia; secundus est, quando beneficia in affectu contemnit; tertius est, quando beneficia obliviscitur; Quartus & ultimus est, ut contra benefacientem aliquid operetur indebite.*

Exod. 1. v. 8. Ingrati comparantur hæderæ. *Did. Stell. in cap. 17. Luc. 11.*

4. Oleaster ad detestabilem se reflectit Hebraismi ingratitudinem, qui potius in compedibus duræ servitutis mortem præstolari quam pro innumeris gratijs & favoribus ab omnipotentia & providentia divina in deserto receptis gratum exhibere maluit; dicebant enim: *Utinam mortui essemus in Ægypto, &c.* Uti Oleaster inquit: *Extremæ ingratitudinis est, beneficium maleficium reputare, minus enim malum isti reputabant in Ægypto mori, quam in solitudine cum Domino morari; Et expende ingratorum morem esse, inconvenientia potius quam utilitates in beneficio explorare, quemadmodum gratus, utilitates, at munus adoret.*

Summa ingratitudo est beneficium reputare maleficium. *Num. 14. v. 2.* *Oleast. ibid.*

Ingrati cum Rege Achab, silent beneficia & opera stupenda benefactorum.

5. Quando ingratus beneficij accepti oblivisci non potest, eo quod illud quotidie ante oculos habeat, tunc cum illud negare non possit, saltem extenuat, & diminuit illud, ut minorem videatur erga benefactorem suum habere obligationem, semper enim aliquem in beneficio explorat defectum, dissimulando & tacendo emolumenta, quæ inde in ipsum derivarunt. Olim in Judæa cœlum clausum erat annis tribus & tribus mensibus, adeo ut ne stilla quidem aquæ in terram laberetur, Deus vero tandem ad preces Eliæ commotus,

Jac. 5. v. 18. abundantem concessit pluviam: *Oravit, & cælum dedit pluviam, & terra dedit fructum suum.* Porro Prophera divini honoris zelantissimus cœlum claudi fecit, ut idololatras castigaret; At vero facta Prophetarum Baal strage illud aperuit, adeo ut liberalissime fuos impertiretur benignissimos influxus. In capite vero sequenti sacer textus innuit, qualiter Achab impiam Jezabelem conjugem suam de toto successu certiorem

3. Reg. 19. 1. reddiderit: *Nuntiavit Achab Jezabel omnia quæ fecerat Elias, & quomodo occidisset universos Prophetas gladio.* Ubi notandum, quod licet sacer textus dicat Achabum Jezabeli nunciasse omnia quæ fecerat Elias, nusquam tamen invenietis ingratum hunc Regem vel minimo verbo meminisse prodigiosi illius miraculi, quod Elias ignem è cœlo in sacrificium suum evocarit; vel veritatis revelatæ circa falsitatem Baal, vel pluviæ per orationem suam impetratæ, solum ea recensuit, quæ pessimæ illius fœminæ iram & furorem irritare poterant. Ecce stylum & consuetudinem hominum ingratorum, scilicet receptorum oblivisci bonorum, illa dissimulare, negare, aut benefactorem potius irritare; Quam malitiam obiter insinuasse videtur S. Thomas, dum inter alios ingratitudinis humanæ gradus, sequentes annumerat, dicens: *Sicut gratitudo, vel gratia est una specialis virtus, ita etiam ingratitudo est unum speciale peccatum, habet tamen diversos gradus, secundum ordinem eorum quæ ad gratitudinem requiruntur, in qua primum est, quod homo acceptum beneficium recognoscat; secundum quod laudet, & gratias agat. Tertium est, quod retribuat pro loco, & tempore secundum suam facultatem. Sed quia quod est ultimum in generatione, est primum in resolutione, idco primus ingratitudinis gradus est, ut bonum beneficium non retribuat; secundus est, ut dissimulet, quasi non demonstrans se beneficium accepisse. Tertium & gravissimum est, quod non recognoscat, sive per oblivionem, sive quocumque alio modo.* Ast contra benefacientem armari, & confugere, hic ultimus est & pessimus ingratitudinis gradus; & nihilominus idipsum continuo agitur inter Deum, & peccatorem, dum hic eum, quantumvis scopus sit, & divinorum beneficiorum meta, mortaliter offendit.

Enumerantur gradus ingratitudinis.

6. S. Ambr. ingrati gratique genium his paucis efficaciter expressit verbis: *Sapperit gratio viro memoria, ingrato irrepit oblivio.* Qui idem S. alibi nos continuam beneficiorum memoriam gerere debere docet, quantumvis recepta recompensans tempus abierit. *Aliud itaque beneficium est,* inquit, *beneficij principatus; nam si qui pecuniam reddidit non solvit gratiam, manetque debitor gratiæ, & si jam non sit pecuniæ, cur gratiam referendo putemus & posse vacuari, cujus relatio accepta magis est testimonium quam solutæ.* Gratus itaque homo affectum considerare debet benefacientis potius quam effectum: ideoque D. Chrysostomus de Dei erga nos beneficentia tractans, docet: *Tam de magnis, tam de exiguis gratias ei referamus assiduas. Etsi enim parvum aliquid fuerit quod datum est, sit magnum tamen de honore dantis: imo nihil exiguum est quod illo largiente confertur: non solum etiam quia datur à Deo sed quia tale est quidquid ille confert, ut dici non mereatur exiguum.*

S. Ambr. T. 1. l. 2. de Abraham c. 3. *S. Ambr. l. 5. in Luc. c. 6.* Honestum est cõtinuam beneficiorum gerere memoriam.

D. Chrysost. hom. 26. in Matth.

Donum ex qualitate datoris crescit, quamvis exiguum.

7. Baptista de Camerino omnes simul Angelos, cum B. Virgine, omnibusque hominibus debitas Deo gratias propter vel unicum camporum florem referre posse negabat frequentius: quæ propositio quamvis prima facie paradoxi quid continere videatur, nihilominus veritima est, nam donum juxta donatoris qualitatem crescit & doni dignitas; si namque Rex aliquis rem quampiam, exilis licet momenti, manu propria V. G. stabulario daret, quis, quantusque hic non reputaretur honos? *Contrariorum autem est eadem disciplina.* Atque ita ingratitudo etiam eo semper abominabilior est, quo digniori magisque meritoriæ exhibetur personæ, quam absurditatem ut B. Laur. Justinian. ob omnium oculos ponat manifestius, ita discurrit: *Reprehendunt universi ingratitudinem erga seipsos exhibitam, propriam vero, quam ipsi contra Deum exercent, minime saltem intelligere curant: Magni pendunt quidam exigua, quæ sibi sunt illata ab aliis; maxima vero & innumerabilia, quæ quotidie irrogant, nullius æstimant, ad hoc procul dubio impellente ingratitudine ignorantiaque supina.* S. Joan. Damascenus hunc alium ingratorum assignat effectum: *Plerosque homines esse videmus, qui postquam beneficijs affecti fuerint, eos, à quibus ea acceperint, perinde ac mancipia contemnant. Cum tamen nemo omnino ab hoc gratitudinis debito omnibus communi se eximere possit.* Quin potius adeo innatus est naturæ nostræ erga benefactorem quempiam amor & affectus, ut gentilium aliqui, veri Dei notitia lumineque destituti, divinitatem creatoris attribuerint creaturis, easque adorarint, propter recepta ab ijs beneficia; quemadmodum in Sole, igne alijsque similibus contigisse novimus. Atque hanc ipsam ob causam Moyses in principio Geneseos nobis inculcare nititur, quod omnia naturæ beneficia à larga procedant Dei manu; ideoque ait: *Terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ erant super faciem abyssi.* Deus fuit qui dixit, & nullus alius: *Fiat lux, fiant luminaria, germinet terra, &c.* Ubi S. Chrysostomus talem format quæstionem, dicens; *Cujus causa, dii quæso, cælum clarum & absolutum creavit, terram autem informem effecit? Quoniam ipsa est nutrix & mater nostra, & ex ea facti sumus & educamur; ipsaque nostra patria est, & variis per eam fruimur, ideo ut ne homines ob usus necessitatem, plus quam dignum est, eam venerentur, ostendit primum rudem, & absque forma & inexpolitam, ut ne beneficia terræ, telluris naturæ imputes, sed ei tribuas, qui illam ex nihilo, ut esset creavit.* Eamdemque ob causam Deus ante herbas, arbores, fructusque à terra produci voluit, quam Solem ipse aut Lunam crearet; ne scilicet homo luminarium istorum influxibus continuum suum attribueret alimentum, sed Creatorem recognoscerat omnium esse bonorum Authorem. Quam doctrinam subtiliter insinuat D. Chrysostomus, dum ait: *Scriptura prævidens propensos ad errores, docet nos post tertium diem hoc elementum esse conditum, postquam terra omnigena semina protulit, & suum accepit ornatum, ut nulli posthac dicere liceat, quod sine Solis cooperatione non maturescant fruges, & proventus terræ. Et idcirco monstrat tibi, antequam Sol formaretur, omnia fuisse impleta, ut ne Soli fructuum proventus adscribas, sed omnium opifici Deo, qui dixit ab initio: germinet terra.*

S. Joan. Damasc. l. 1. Barlaam. c. 29.

Gentilium gratitudo.

Genes. 1. 2.

Cur terra creata fuerit inanis, & informis.

D. Chrysost. h. 2. in Gen.

Cœlum verè clarum.

Gen. 1. v. 11.

D. Chrysost. h. 6. in Gen.

8. S. Ambrosius nostram considerans negligentiam qua nihil minus, quam Dei beneficia, & pro illis debitam gratitudinem, nequidem pro quot alimentis quotidianis rependendam recogitamus, hanc nostram inexcusabilem oblivionem his verbis detestatur: *Gratias Deo agere quid sit, plerosque de vobis arbitror ignorare, qui surgentes primo diluculo nonnisi de prandio cogitent, cum pransi fuerint, somno se tradant, numquam divinitati gratias referentes, quæ illis & prandium ad refectionem, & somnum dederit ad quietem. Utique in Christiane, si es utilis, meminisse debes cujus panem comedis, & ei laudem dicere.* Nos, inquit idem Sanctus, ita comparati sumus, ut dum alicui beneficia elargimur, debitam ab eo gratitudinem expectemus, qua non subsecuta, clientem velut ingratum detestamur: Ita & à nobis expectat qui nos pascit Deus, ut pro præstitis ab eo escis, illi gratias referamus, & saturati donis ipsius, laudes ei dicamus. D. Chrysost. ad eamdem pro victu, qui quotidianum est beneficium, alludens inquit: *Convivium quod à præcatione captum, in præcationem desinit, numquam deficiet, sed quovis fonte uberius nobis omnia afferet bona.* Quod si quando, inquit idem sanctus Doctor servis nostris aliquas mensæ nostræ elargimur reliquias, gratias ab iisdem præstolamur, nos igitur qui quotidie Deo largiente mensa fruimur corporali, & spirituali (*Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*) qua ratione ab hoc debito immunes esse poterimus? Tandem concludit: *Ubi precatio & gratiarum actio, eo sancti Spiritus advenit gratia, abigantur dæmones.* Optime hoc erga Deum gratitudinis debitum intelligebat S. Anselmus, quando in Meditatione sua his semetipsum verbis affabatur: *Intendire omnia intima mea, quantum illi debeat substantia mea tota. Certe Domine quia me fecisti, debeo amori tuo meipsum totum, quia tantum promitis, debeo meipsum totum imo tantum debeo amori tuo plusquam meipsum, quantum tu es major me, pro quo dedisti teipsum, & cui promitis teipsum.*

Culpatur ingratitudo nostra.

S. Ambr. ser. in c. 7. Joh.

D. Chrysost. hom. 2. de Anna.

S. Anselm. de Medit. Redempt. c. 7.

Quid intelligatur per fragmenta quæ superfuerunt.

8. Quodnam in eo latere existimatis mysterium, quod Christus discipulis suis præceperit, dicens: *Colligite quæ superaverunt fragmenta?* Quo fine is qui tanta cum liberalitate panes multiplicaverat, de reliquijs panum colligendis solicitus erat? Utique *Omnia in figura contingebant illis*; nam ut S. Bernardus ait: *Jubentur colligere fragmenta ne pereant, id est, nec minima beneficia obliviscl. Namquam non perit quod datur ingrato.* Seneca inquit. *Nunquam fieri gratus potest, cui totum beneficium elapsum est.* Et Symmachus in Epistola, quadam scribit: *Inepta est magnificentia, quæ negligitur indignis.*

Joan. 6. v. 12. *S. Bern. ser. 2. in Can Dom. Sanct. l. 3. de benef. c. 1.* *Symmach. l. 5. Ep. 57.*

9. S. Antoninus neminem se per impotentiam ab hoc gratiarum tributo pendendo excusare posse his verbis ostendit: *Nec potest se aliquis excusare ex impotentia, quia non potest recompensare benefactori, quia ad debitum gratitudinis reddendum, magis attenditur voluntas quam opus;* Citatque authoritatem Senecæ lib. 1. *de beneficijs*, dicentis: *Beneficium non in eo quod fit, aut datur consistit, sed magis in animis aut facientis animo, & Deo sufficit voluntas recompensandi, cum deest facultas. Procedit siquidem debitum gratitudinis ex debito amoris à quo nullus debet velle abstrahi.* Præterea Rupertus Abbas ait: *Sacrificium quod semper offerat nullis deerit in æternum, scilicet hostia gratiarum, & vox laudis.* Deus enim affectum & amorem nostrum gratanter acceptat; quia probe novit, quod numquam eum digne compensare valeamus, quodque totum quod rependere possumus, plane sunum sit; cui consonat sequens Salviani sententia dicentis: *Ita ergo & Deo hoc majora debemus, quod ab eo cuncta perdipimus; & hoc respondere beneficijs illius minus possumus quod ei etiamsi quod debemus redhibere cupiamus, tamen de suo reddimus.* D. Chrysost. alium nobis faciliorem huic debito satisfaciendi modum his verbis insinuat: *Quid igitur magnum reposcit, qui pro tanta cura & solicitudine in nos sua, solummodo gratos sibi esse nos præcipit.*

Nemo ex impotentia excusatur à gratiarum actione.

Senec. l. 1. de benef.

Rup. Abbas l. 1. in c. 1. Apocal.

Salv. l. 4.

D. Chrysost. 26. in Matth.

DISCURSUS XXVI.

ARGUMENTUM.

Ingratitudo ingrati est confusio; Unde ad eam detestandam varia adducuntur motiva, singulariter autem ab aliquorum animalium exemplis desumpta.

THEMA.

Cognovit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui, Israël autem me non cognovit. Isai. 1. v. 3.

Ingratitudo Christianorum turpior est, quam Judæorum.

S. Thom. de Villanova in die Nativ. Conc. 1.

1. DEus his verbis in magnam Israëlis confusionem exemplum ei exprobrat bovis & asini, qui ambo Dominis suis grati esse noscuntur, cum tamen Israël divinis præceptis suis rebellis recalcitrarit: *Cognovit bos,* &c. S. Thom. de Villanova Concione prima de Nativitate, inquit: *Quantum extremæ hujus ingratitudinis ergo conqueritur Dominus per Prophetam dicens? Cognovit bos,* &c. *Israël inquam, pro quo hæc omnia pertuli, me cæteris omnibus adoranibus ignoravit, abjecit, & vilipendit, cum insensibilia omnia in majorem ejus infamiam venienti mihi in mundum reverentiam & obedientiam præstiterint.* Quod si igitur Deus Judaismo suam improperavit ingratitudinem, quanto magis eamdem Christianismo objecere poterit, utpote qui incomparabiliter majora beneficia recepit.

Ingrati confusionem & infamiam mereantur.

Abul. ibid.

2. Quotiescumque sacri Interpretes de hoc vitio loquuntur, eo stylo illud perstringunt, veluti quod confusionem & infamiam conciliet eidem obnoxiis. Proroparentes nostri confestim ut manum suam ad pomum extenderunt vetitum, latibula quæsierunt, ut se absconderent; At vero quænam ad hoc illos causa permovit? nimirum *erubescerunt se ex verecundia ingratitudinis,* inquit Abulensis, quia contra Deum benefacientem eis peccaverant, ingratus enim vultum suum videndum exhibere erubescit, ob ingratitudinis infamiam. Idem Villanovanus in alia quadam Concione ingratum hominem sequentibus verbis reprehendit: *Quid dicam tibi, ô homo? Quid tibi misserime dicam? nonne super tanta iniquitate tua confunderis? nonne de tanta ingratitudine & malitia erubescis? pallium tuum diligis, caligas tuas diligis, zonam tuam diligis, & Deum tuum non diligis?* Epaminondas Thebani exercitus Dux generalis cum ab æmulis suis accusatus, quod munus suum quatuor mensium spatio supra tempus, à legibus statutum continuasset, nec deponere voluisset, atque ideo à Thebanis mortis condemnandus esset, se hoc infame supplicium libenter quidem subiturum esse respondit, si tamen hanc ei post mortem reperendere dignarentur gratiam, ut nimirum sepulchro suo sequentia verba insculperentur: *Epaminondas à Thebanis morte mulctatus est, quod eos cogit apud Bœotiam superare Lacedæmonios, quos antea se imperatorem nemo Bœotiorum ausus est aspicere; in acie ullo prælio, non solum Thebas ab interitu revocavit, sed etiam universam Græciam in libertatem vindicavit.* Quo audito responso accusatores ejus confusione & robore pleni discesserunt.

S. Thom. à Villanov. Conc. 3. in Dom. 17. post Pent.

Epaminondas ab ingratis ad mortem condemnatur.

3. Pro totali ingratitudinis procurando exterminio cuilibet Christiano sufficere posse videtur, si attentis auribus & mente præsenti infignem illum ponderaret Discursum, quem magnus ille spiritualis vitæ Magister Ludov. Granatensis *in introductione ad Symbolum* instituit. Postquam enim prolixum innumerabilium beneficiorum, quibus à Deo locupletati sumus, contexuisset, Catalogum, mox probare satagit, nihil esse magis nos obligans, magis justum, magis debitum, magis utile, magis necessarium, magis honestum & excellens, quàm servire, honorare, amare, revereri, laudare, & adorare Dominum, eique hæc obligatio tam ingens, ut omnes aliæ obligationes, quibus obstringimur parentibus, amicis, benefactoribus, aut cuicumque alteri personæ: si omnes simul conjungerentur, in comparatione ad illam, obligationes appellari minime mereantur, sicut omnes aliæ perfectiones creatæ, divinis comparatæ, tales vocari indignæ sint. Subdit ulterius, quod sicut supernus Pater semper nos conservat & sustinet, absque eo quod ab hoc munere vel unico etiam momento desistat, ita quoque justissimum sit, ut creatura in ejus laudibus & servitijs semper & continuo occupetur: & sicuti huic obligationi satisfacere justissimum, summeque debitum est, ita econtra obligationem hanc non adimplere, injustissimum sit, omnique scelere deterius. Unde nascitur, quod quælibet offensa contra supremam Dei Majestatem commissa infinitam in se gravitatem & malitiam contineat: & ratio est manifesta, quia quanto persona aliqua sublimior est & eminentior, tanto quoque gravior est offensa in ipsam commissa, adeoque quot sunt gradus dignitatis offensæ, tot quoque sunt gradus iniquitatis contra ipsam commissæ: ac proinde ei in altera vita pœna correspondet infinita, non solum ex eo quod nos bono quodam infinito, id est, clara Dei visione privet, verum etiam propter pœnarum infernalium æternitatem. Demum vero ad homines erga Deum ingratos discursum suum dirigens inquit: Quænam cœcitas est ista, quis animi stupor, quænam fascinatio, qua dæmon hominum corda seducit, ne malum hoc grande agnoscant, quomodo oblivisci possunt illius, qui illos in brachijs suis continuo portaret, cujus est aer unde respirant, cujus est terra quæ illos sustinet, mare quod nutrit, Sol qui illuminat, & alia elementa, quæ ipsis serviunt, & Angeli qui ipsos custodiunt? Qualiter eum semper offendunt, à quo indesinenter sustentantur & gubernantur? Qualiter eum offendere audent Dominum. *Quem laudant Angeli, adorant Dominationes, tremant Potestates?* Qualiter eum offendere non horrent qui *potest & animam & corpus perdere in gehennam?*

Pro innumeris Dei beneficijs gratis esse debemus. *S. Granat. Symb. p. 1. in ult.*

Matth. 10. v. 28.

4. *Filios enutrivi & exaltavi, ipsi autem spreverunt me. Cognovit bos,* &c. Postquam dictus Author hæc per Isaiam proposita considerasset verba, & Hebraismi perpendisset ingratitudinem, eamdemque quoque oblivionem & contemptum in populo Christiano invaluisse probat: ideoque mirandum non esse dicit, si justus ille Judex nos tot calamitatibus, toties fame, peste, bello, rebellionibus & quod omnium pessimum est, tam multiplici hæresi quæ maximam contaminavit Christianitatis partem, percutiat: permittens insuper, quod tot nationes Catholicæ, in quibus per longum seculorum gyrum fides floruit, cultusque divinus hodie à crudelissimis barbaris & infidelibus occupentur & destruantur impie. Ex quo sancti hujus viri discursu gravitatem nostræ erga Deum ingratitudinis, nostramque confiderare possumus confusionem.

Isaiæ 1. v. 2. & 3.

Ex ingratitudine Christianorum proveniunt omnes calamitates.

5. *Cognovit bos,* &c. S. Antoninus ipsos quoque barbaros erga benefactorem se gratos exhibere testatur: dicens: *Benedic affectu, super omnia diligendo tantum benefactorem, nam Ethnici hoc faciunt, ut diligant eis benefacientes;* Ad quod stabiliendum sancti Augustini adducit sententiam, inquientis: *Si amare piget, veamare non pigeat, scilicet Deum pro tantis beneficijs, nullus est tam ferus mentis, id est, ita ingratus, & durus, qui eis non velit impendere, velit tamen rependere. Sed tanta est ingratitudo hominis, ut quodcumque temporale etiam vile, magis quam Deum diligat.*

Barbari sunt grati benefactoribus. *S. Antonin. p. 2. tit. 3. c. 8. §. 6.* *S. Aug. in lib. de Catechiz. rudibus.*

Ingratitudo omni scelere deterior est.

6. *Cognovit bos,* &c. David nostram nobis exprobraturus ingratitudinem, exemplum desumit à brutis dicens: *Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.* Primo namque divina nobis ob oculos posuerat beneficia, & deinde ne equis mulisque nos assimi-

Ingratus designatur per mulum. *Ps. 50. v. 6.*

Innoc. III. in Psal. 2.

lemus adhortatur; quia *Per mulum, qui generatur, & non generat*, ut inquit Innoc. III. *designatur ingratus, qui accipit gratiam, & non reddit.* Præterquam quod malus hanc habeat proprietatem, quod postquam diu à Domino suo pastus nutritusque fuit, tandem ex improviso calces ei impingit; ideoque David hoc animal tamquam ingrati typum proponit.

S. Basil. h. 4. in Hexamer. Extollitur gratitudo canum.

7. *Cognovit bos*, &c. S. Basilius canum, quorum nos meminimus in discursu decimo, fidelitatem refert & gratitudinem, qua in benefactores suos feruntur: *Quid hic isti dixerint*, ait ille, *qui nullo suum opificem, altoremque suum prosequantur amore, sed ut amicis etiam & necessarijs ijs utuntur, qui loquuntur adversus Deum iniquitatem, ejusdem participes mensæ facti, & ad alimoniam sumendam admissi, adversus beneficum suum altorem blasphemas voces toleram efferri?* Plinius de quodam cane tradit, quod corpus Domini sui feretro impositum videns, ipsum constanter custodierit, neglecto etiam pabulo, imo dum ei unus astantium panem projecit, canis acceptum frustum ad os detulit Domini sui; qui ubi postmodum in Tiberim projectus fuit, canis quoque se in eumdem præcipitavit, omnibus viribus Dominum suum super aquæ superficiem sustinere conatus. Quot equidem bestia hæc ingrato condemnabit, versus Redemptorem, propter amorem & redemptionem nostri exanguem & crucifixum?

Plin. l. 8. c. 40.

Pagnin. Gen. 8. v. 6. Ingrati sunt similes corvo, ex Arca emisso.

8. Corvus à Noë ex arca explorator emissus legitur, quem textum aliis his verbis vertit Pagninus: *Aperuit Noë fenestram arcæ quam fecerat, dimisit corvum qui egrediebatur & non revertebatur, donec siccarentur aquæ, super terram.* Ita ut donec aquæ deficerent super terram, corvus circa arcam vicinus circumgyrarit; ut primum autem superficies apparuit terrena, ad cadavera se conferens, non rediit amplius. Numquid expressius dari poterit, ingratorum symbolum, qui erga benefactores suos benevoli existunt, quamdiu eorum indigent gratia, ast postmodum tergum illis obvertunt? *Præ se ferunt corvus iste illos*, inquit Oleaster, *qui domum frequentant alicujus, quamdiu opus habent, cum vero quæ ibi sunt necessaria acquirunt, neminem noverunt.* Tritum sane nostis proverbium: *Servitium exhibitum amicus perditus.* Qui idem Author alio in loco hanc aliam vitij hujus insinuat proprietatem dicens: *Ingrati animi est, beneficio gratias non reddere, nisi omnia quæ desiderat, conseserit.* Quia nimirum multi pro beneficijs gratias rependere detrectant, eo quod longe majoribus se dignos reputent, lamentantes de arroganti aliorum præsumptione, qui collata bona recompensari urgent ab iis, quemadmodum ab aliis, qui absque ullo præcedenti merito beneficium aliquod acceperunt.

Oleast. ibid.

Oleast. in c. 16. Exod.

Jerem. 8. v. 7. Ingrati insipientiores sunt bestiis. *D. Chrysost. 1 ser. de Ascens. Christi t. 5. ser. 35.*

9. *Cognovit bos*, &c. Juxta Jeremiam Prophetam, *Milvus in cælo cognovit tempus suum, turtur, & hirundo, & ciconia custodierunt tempus adventus sui; populus autem meus non cognovit judicium Domini.* Quem textum D. Chrysostomus considerans, sermonem suum in ingratos contorquet verbis sequentibus: *Ecce asinus & bobus, ecce & volucribus, turture, atque ciconia nos insipientiores ostendimur: imo lapidibus ipsis stupidiores evadimus. Visne horum quoque proferam testimonium? Audite convalles, inquit Propheta Michæas, & fundamenta terræ, quia judicium Domino adversus populum suum: cum hominibus judicium exerces, & eos vocas fundamenta terræ? imo vero, nam & terræ fundamentis stolidiores sunt homines, quem ergo adhuc quæris in his excessum malitiæ, quando & asinis stupidiores & bobus irrationabiliores & hirundine ac turture rudiores, & formicis dementiores, ipsis lapidibus stupidiores reperiuntur?*

4. Reg. 8. v. 12. Probatur verbis Azaelis. *Chaldæus.*

10. Plato aliquando interrogatus, quis titulus homini ingrato foret convenientior? Respondit, dicatur *canibus pejor.* Benadab Rex Syriæ infirmatus Azaeli fido Principi suo, ut nomine suo Elisæum conveniret, eumque circa futurum salutis suæ statum consuleret præcepit; qui abiens favorabile hoc retulit responsum: *Vade, dic sanaberis.* Propheta autem deinceps directis in eum, oculis, profunda ducens suspiria lachrymatus est, quem cum Azael interrogasset, dicens: *Quare Dominus meus flet?* Elisæus respondit: *Quia scio quæ facturus sis filijs Israël malas: civitates eorum munitas igne succendes, & juvenes eorum interficies gladio, & parvulos eorum succides, & prægnantes dividies,* quod Rex Azael audiens, seque ingratitudinis culpa à Propheta notatum fuisse existimans, respondit: *Numquid enim servus tuus canis?* Chaldæus legit: *Numquid canibus pejor, ut faciam rem istam magnam?* Quasi dicere vellet, ergone me cane ingratiorem existimas? Quasi tanto beneficio tam sim futurus ingratus? S. Isidorus Peluliota ad Serapionem Episcopum contra Eusebium, qui se Ecclesiæ rebellem, & ingratum exhiberat, scribens, hunc ei titulum attribuit exhortans cum, ut ad imitationem Christi, mansuetudini vacet, *Verum ô amice*, inquit, *lenem animum præsta. Effera illa bellua (sic enim eos appellare fas est, qui ne beneficijs quidem meliores redduntur) Salvatoris lenitate ac patientia saturata, adversum eum petulantem impetum fecit.*

S. Isid. lib. 3 Epist. 44.

11. Regius Propheta in Psalmo 34. suam erga Saulis aulicos, & singulariter in Doeg Idumæum, aliosque traditores suos recenset benevolentiam: Sed qualiter hanc ipsam recompensatam fuisse creditis? *Adversum me lætati sunt & convenerunt, congregata sunt super me flagella, ... frenduerunt super me dentibus suis.* Qua phrasi David utitur, ut eorum perhibeat feritatem & tyrannidem, qui in benefactores ingrati vivunt: *Quasi proximum & fratrem nostrum sic complacebam.* Id est, ut Hugo Cardinalis explicat: *Habens me ad adversarios sicut ad proximos & ad fratres*; Deinde prosequitur Psalres ostendens, ingratos illos bestiarum titulum demereri: *Domine quando respicies? Restitue animam meam à malignitate eorum, à leonibus unicam meam.* Quare & sanctus Ignatius Martyr milites illos, à quibus custodiebatur, quibusque omnem ille urbanitatem exhibebat, bestias forsitan appellare non dubitavit, dicens: *De Syria usque ad Romam pugno ad bestias, in mari & in terra, nocte dieque cum decem leopardis, hoc est, militibus qui me custodiunt, quibus & cum benefecoris, pejores sunt.*

David conqueritur de ingratitudine Doeg, & aliorum. Psal. 34. v. 15 & 16. Ibid. v. 14. Hugo Card.

In Lectionibus.

12. In vita S. Sabæ Abbatis tradit Surius, quod cum Agareni, gens barbara, Christiano inimica nomini, per S. hujus cellam transirent, Sanctus ille eos insecaturus, aliquot apposuerit radices arundinum, aliarumque herbarum, cibum sibi familiarissimum: *Ast illi vevers'scaseos & dactilos deferunt. Tum Saba heu mihi, barbari isti, parvi nostri beneficij memores, referre gratiam munifice studuerunt; Nos qui bonis creaturæ fruimur in dies, nullam ei studemus referre gratiam per mandatorum observationem. Quæ venia? quæ excusatio?*

Barbarorum gratitudo in S. Sabam. Surius. t. 5. in vita S. Sabæ.

13. Ægypti populi idololatræ & inhumani, prout per Hebræorum oppressiones tribulationesque nimium probarunt, virtutem tamen non amisere gratitudinis Scriptura teste; Siquidem cum Joseph moriens fratres suos rogasset, ut ossa fraterna ex Ægypto secum auferrent, ubi eos in terram promissionis transire contingeret: *Cum adjurasset eos atque dixisset: Deus visitabit vos, asportate ossa mea vobiscum de loco isto.* Quid enim Joseph intererat, an cineres ejus in Ægypto remanerent, an vero ex Regno illo auferrentur, à quo tot ac tanta receperat beneficia? Ecce vobis rationem à Divo allignatam Chrysostomo dicente: *Hoc non temere neque frustra agebat, ne Ægyptij memores beneficiorum ejus, cum pro more suo facile ex hominibus Deos appellent, corpus justi haberent in impietatis occasionem.* Quantumvis enim de cætero flagitiosi essent, falsorum que cultores numinum, imo Atheistæ, siquidem Rex eorum dicebat: *Nescio Dominum*, Nihilominus ab hac se liberare voluerunt ingratitudinis infamia.

Ægyptij, licet alias inhumani, gratitumen fuerunt. Gen. 50. v. 24. D. Chrys. hom. 67. in Matth. Exod. 5. v. 2.

14. Juxta Historiam Geneseos Creator noster volatilibus, non vero quadrupedibus benedixisse legitur. Forsitan minus illa quam hæc irrationabilia animalia erant? Quare igitur hæc differentia? Ratio est, quia quadrupedia divinam non merebantur benedictionem, sicuti aves; quia illa licet continuo à divina alantur Providentia, numquam tamen Deo laudes persolvunt: aves autem & surgentes & ad quietem se componentes, nec non aliis temporibus per suavem harmoniam, Deo eas nutrienti & pascenti laudes gratiasque deferunt. Atque hanc ipsam ob rationem incarnata Sapientia frequenter aves nominare easque nobis proponere amabat, prout patet ex variis Evangelij textibus Matth. 8. ℣. 20. cap. 13. ℣. 4. Marc. 4. ℣. 32. Luc. 3. ℣. 34. de his namque discurrere gaudebat Christus, quia eas gratas esse noverat benefactori. Vide Discursum X.

Gen. 1. v. 22. Cur Deus in creatione benedixerit avibus & non quadrupedibus.

Matth. 8. v. 20. & c. 13. v. 4. Marc. 4. 32. Luc. 3. v. 34.

DISCURSUS XXVII.

ARGUMENTUM.

Hebræi propter continuam ingratitudinem suam contra Deum, reprobari & exterminari meruerunt.

THEMA.

THEMA.

Auferetur à vobis regnum Dei & dabitur genti facienti fructus ejus. Matth. 21. ℣. 43.

Deus Judæis maxima contulit beneficia.

1. QUod si quinquies millium & amplius annorum à condito mundo omnium terræ populorum pervolveritis Historias, nullam usquam invenietis nationem, majoribus à divina magnificentia beneficiis cumulatam, quam Hebraismum, de quo proinde Psalmista ait: *Non fecit taliter omni nationi*, & apud Isaiam Deus inquit: *Filios enutrivi, & exaltavi*; & tamen pariter inter omnes universi nationes, nullam invenietis hucusque severius ab eodem Deo castigatam, ac eamdem gentem Hebræorum, ut proinde de ea dici possit: *Sicut tenebræ ejus, ita & lumen ejus*, etenim gens illa veluti mancipium quoddam in omnia terræ loca dispersa, digito ab omnibus monstrata, atque in ludibrium omnis populi versa fuit. At vero quænam hujus reprobationis & exterminij causa extitit? Audite Chrysost. dicentem: *Judæos nihil magis perditioni dedit, quam quod ingrati Deo esse voluerunt.* Videtur idipsum Christus insinuare voluisse per parabolam vineæ, per quam Synagoga denotabatur, utpote quæ à Deo multis prærogativis honorata fuerat, huic enim suam dederat legem, sacerdotium, templum, sacrificia, & veram religionem, ut beneficia hæc agnoscens grata esset, & ex iisdem profectum sibi acquireret: & tamen eadem defecit in Patriarchas, Prophetas, & Apostolos, imo ipsummet Dei Filium in crucem adegit. S. Antonin. proinde authoritatem adducit S. Aug. dicentis: *Quod Deus dederat gratis abstulit ingratis; unde Salvator dixit Judæis ingratis, postquam proposuit parabolam vineæ plantatæ & locatæ agricolis, ubi ostenditur ingratitudo illorum: ideo auferetur à vobis Regnum Dei.*

Psal. 147. v. 20. Isa. 1. v. 2.

Psalm. 138. v. 12. Sed propter ingratitudinem meruerunt reprobari. *D. Chrysost. h. 26. in Matth.*

S. Antonin. p. 2. sum. tit. 3. c. 9. §. 3. Judæos nihil aliud impulit ad occidendum Christum, quam multa illis collata beneficia.

2. Certissimum est quod per filios, qui apud Isaiam à Deo exaltati & enutriti dicuntur, Hebræi intelliguntur, quia post illa verba protinus subjungitur exprobratio bovis & asini: *Cognovit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui, Israël autem me non cognovit.* At vero quodnam est supplicium quod illi committunt Deus? *Væ genti peccatrici, populo gravi iniquitate, semini nequam, filijs sceleratis.* Imo incarnata Sapientia confuse illos redegit, ut propria sponte hocce exterminium per ingratitudinem suam promeruisse fatererentur dicendo: *Malos malo perdet, & vineam suam locabit alijs agricolis; id est*, ut Theophylactus exponit: *Cum respexerit ad iniquitatem quam fecerunt Judæi, tunc malos male perdet, missò Romanorum exercitu.* Enimvero quodnam aliud putas fuisse motivum, unde Judæi ad inferendam Messiæ necem extimulati fuerunt, nisi quod ab eodem summis & semper continuatis fuerint beneficiis affecti: *Continuo enim pertransijt benefaciendo & sanando omnes.* Unde in illo conciliabulo Caiphas sententialiter pronunciavit dicens: *Expedit, unum hominem mori pro populo*; Aliam inferendæ ipsi mortis causam non attulerunt, quam quia *hic homo multa signa facit.* Idem quoque punctum S. Joannes Evangelista his verbis tangit: *Quidam ex illis abierunt ad Pharisæos, & dixerunt eis quæ fecit Jesus. Collegerunt ergo Pontifices*, &c. Ecce tibi quid ingratos hosce ad inferendam Salvatori mortem induxerit.

Matth. 21. v. 41. Theophylact. ibid.

Joan. 11. v. 46.

Act. 10. v. 38. Ioan. 18. v. 14.

In die Veneris sancto, exprobratur Judæis illorum ingratitudo.

3. S. Mater Ecclesia à Spiritu Sancto directa, in die Veneris sancto Redemptorem nostrum introducit exprobrantem Hebraismo, quod ab eodem propter immensa ei collata beneficia crucifixus fuerit: *Ego plantavi te*, inquit, *vineam meam speciosissimam, & tu facta es mihi nimis amara: aceto sitim meam potasti. Ego propter te flagellavi Ægyptum cum primogenitis suis, & tu me flagellatum tradidisti.* D. Chrysostomus considerat Hebræos tunc præcipue vitulum adorasse aureum, quando à Providentia & Omnipotentia divina maximo adaucti fuerunt cumulo beneficiorum: *Judæi circa Deum bonorum omnium largitorem, fuerunt effræna diffidentia contumaces, & ejus beneficia oblivione prætervibant, nam post Ægypti profectionem, viderunt scindi maria, & denuo convenire, & dicunt hæc nobis Deos, qui nos antecedant*; & subdit idem Chrysost. *Adhuc inspicis quod miveris, & oblitus es Dei largitoris tui?* Sanctus Zeno similiter Hebræorum populum tunc maxime ingratum fuisse confideret, quando in conspectu Dei erat, & immensa beneficia sua abscondere non poterat, unde ait: *Ingrate, Angelus prævius tua castra promovit, ut etiam præsenti Deo probareris ingratus.*

D. Chrys. h. in Jud. Quando fuerint maxime ingrati.

S. Zeno ser. 2. in Exod.

Urna, manna, in arca reposita, cur mul-

4. Deus olim postquam Manna Hebræis cœlitus depluisset, Moysi præcepit, ut unam quamdam eodem manna plenam conservaret, ut esset eisdem perpetuum beneficentiæ testimonium, qua illos hac cœlitus dilapsa annona per quadraginta annos in deserto nutrierat. At vero, inquies, numquid hoc manna ejus naturæ erat, quod ex uno die in alium conservatum, mox vermes scaturirent? Respondeo verum quidem esse & tamen Dominus præcepit: *imple gomor ex eo & custodiatur in futuras retrogenerationes*; Nimirum Deus contra hujus Panis angelici naturalem proprietatem continuum operari voluit miraculum, eumdem per omnia sæcula conservando, ut huic populo suam erga divinum & providum suum benefactorem exprobraret ingratitudinem. Unde Oleaster inquit: *Mira est hominis ingratitudo, ut opus Deo sit testes beneficiorum suorum adhibere, quoniam sciebat eos statim beneficij immemores*; Alius quidam Interpres ad idem propositum, ita scribit: *Reservabatur in urna aurea ad posterorum memoriam, & ad taxandam Judæorum ingratitudinem, qui hoc cœlesti cibo abusi sunt diuentes: Nauseat anima nostra super cibo isto levissimo.*

tis annis à putrefactione conservata fuerit. Exod. 16. v. 32. Oleast. ibid. Joan. Arbor. in c. 9. ad Hebr.

5. D. Chrysostomus causam, cur Hebræi carnis nervos non manducarint, his verbis assignat: *Sciens eorum magnam ingratitudinem, & quod oblivisceretur Dei beneficia, perpetuo artibus quibusdam induxit eos; ut habeant memoriam eorum quæ à se facta sunt, taliaque excogitat monimenta per illas observationes, id quod per Scripturam totam invenies. Hæc enim maxima causa est plurimarum observationum, & quod vult perpetuo figaras generationes meditari beneficia Dei, & non oblivione umquam obliterantes ad suos errores recurrere.*

D. Chrys. h. 58. in Gen. Gen. 32.

6. In exprobratione quam Deus ingrato huic populo proposuit, mystica quædam est notanda circumstantia. Etenim tam Moyses, quam Isaias hanc exprobrationem exprimentes, eodem fere modo & phrasi loquendi utuntur; Etenim Moyses Deuteronomium his verbis exordiritur, quibus Deus de Hebræorum ingratitudine acerbe lamentatur: *Audite cæli quæ loquor, audiat terra verba oris mei*: Propheta autem Evangelicus pariter inquit: *Audite cæli, & auribus percipe terra*; in utroque autem loco Deus exaggeranter invehitur contra bonorum immensorum oblivionem, quibus Hebræi per gratitudinem minime correspondebant, & ob quam severissima illis comminabantur supplicia. Nec immerito uterque Propheta ad detestabilem hanc ingratitudinem audiendam cœlum & terram invitavit, ne populi illius, qui tot antea beneficiis à Deo aucti fuerant, videntes exterminium, admirarentur, ac proinde Deus tam universam curiam cœlestem, quam omnes mundi nationes causam scire voluit, cur à Paradiso proscripti, in universam terram dispergerentur. Hunc sensum S. Zeno innuit, dum ait: *Injuriæ suæ testes citat cælum, terramque. Terram in qua universa gerantur, cælum sub quo gerantur. Judæos etenim nihil magis perditioni dedit, quam quod ingrati Deo esse voluerunt.*

Deus in testes ingratitudinis Judæorum vocat cælum & terram. Deut. 32. v. 1. Isaiæ 1. v. 2. S. Zeno ser. 5. de Isa.

7. In Psalmo 80. Regius Psalmista hunc populum ad laudes & gratias Deo agendas his verbis invitat: *Exultate Deo adjutori nostro, jubilate Deo Jacob, sumite Psalmum & date tympanum &c.* Deinceps vero multa ei bona proponit, quibus fuerat cumulatus, simulque declarat, quod si ei obedierint, numquam sua coram Numinibus profanis genua curvarent. *Non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum.* At vero quibus motivis eum ad hoc inducere contendebat? his nimirum: *Ego enim sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, dilata os tuum & implebo illud: Et non audivit populus meus vocem meam, & Israël non intendit mihi; Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinventionibus suis*; Ecce tibi supplicia quibus Deus in hunc ingratum populum animadvertit, nimirum omnem illis libertatem indulsit, ut post desideria sua abeuntes in quodvis corruerent præcipitium. S. Augustinus pariter in expositione hujus Psalmi omnes malos & ingratos Christianos his verbis perstringit: *Qui eduxi te de terra Ægypti; non tantum illi populo dicitur, omnes enim educti sumus de terra Ægypti, omnes per mare rubrum transivimus. Non simus ingrati Deo nostro; non obliviscamur Deo; dilata os tuum & adimplebo illud, dilata confitendo, amando & non obaudiendo populus meus vocem meam, & Israël non intendit mihi. Quis? tu? Israël mihi. O ingrata anima: per me anima: à me vocata anima: à me in spem reducta: à me à peccato abducta.*

Ps. 80. v. 2. ibid. v. 10. Judæi beneficiis divinis ingrati, in maximam pœnam dimittuntur omni libertati & inordinatis desideriis. ibid. v. 11. 12. & 13. S. Aug. ibid.

8. Quando Deus hunc populum judicaturus descenderet, ut observat S. Ambrosius, non solum ei ob oculos ponet execranda facinora, verum etiam bona infinita

Deus ad judicium veniens illis

exprobrabit ingratitudinem illorum. S. Ambr. in Pſ. 50.

quibus illum locupletavit: *Veniens*, inquit, *ad judicium Deus, dicit: Populе meus quid feci tibi, aut quid contriſtavi te, aut quid moleſtus fui tibi? quia eduxi te de terra Ægypti, & miſi ante faciem tuam Moyſen & Aaron. Singula in conſpectu tuo locat beneficia ſua, ut tamquam de his judices quæ ſervare debueras, quo magis reus ſias, qui divinis non potueris ſtare beneficijs. Quid feci, inquit, tibi? tamquam reum ſe conſtituit, & te judicem.*

Pſ. 50. v. 6. Quomodo intelligendum ſit illud Davidis: Tibi ſoli peccavi.

9. Obſervandum eſt quod Propheta Regius his Deum verbis affatus fuerit: *Tibi ſoli peccavi & malum coram te feci.* At vero numquid uſusquiſque peccatum ſuum in conſpectu Dei committit? ut proinde S. Bernardus merito dixerit: *Ibi pecca, ubi Deus non eſt.* Verum quidem hoc eſt, nam omne peccatum immediate contra Deum militat, & ideo quilibet peccator dicere debet: *Tibi ſoli peccavi.* D. Chryſoſtomus tamen hæc verba de Hebræis ita exponit: *Si autem ad captivum populum hoc referatur, ad hanc modum hæc verba intelligenda ſunt: tibi ſoli peccavi, tuis beneficijs ingratum me præbui, multisque bonis à te acceptis animum horum immemorem geſſi.*

D. Chryſ. h. 2. in Pſ. 50.

10. Moyſes Propheta ſpreta Pharaonis Regia, in qua ſceptro præeſſe poterat, loco Regiæ chlamydis ſervile ſibi ſagum elegit: *Negavit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis magis eligens affligi cum populo ſuo, quam temporalis peccati habere jucunditatem*: Poſt tot vero oppreſſiones cum vitæ ſuæ periculo ſuperatas, Hebræorum populum ex duriſſima illa liberavit ſervitute, in magnum ejus emolumentum, prodigioſa per virgam ſuam operando miracula; & tamen audité ad quam uſque ingratitudinem populus ille eodem tempore pertigerit, quo Moyſes in Sinai monte actualiter circa legem & tot alia divinæ beneficentiæ dona eidem populo concedenda occupatus erat. Dicit enim ſacer Textus: *Videns populus quod moram faceret deſcendendi de monte, Moyſes congregatus adverſus Aaron dixit: Surge fac nobis Deos qui nos præcedant. Moyſi enim huic viro, qui nos duxit de terra Ægypti, ignoramus quid acciderit:* Ex quo loquendi modo patet, quod de Moyſe qui Dux generalis ipſorum erat, & cum Aarone fratre ejus qui ſummus erat illorum ſacerdos, haud ſecus locuti fuerint, ac ſi de communi plebe fuiſſent, imo ac ſi illos numquam noviſſent, aut vidiſſent; quia ut Abulenſis ait: *Loquantur de eo quaſi de viro ignoto, vel de aliquo, de quo multum non curarent*: poteſtne ingratitudo major excogitari? Rupertus Abbas obſervat Hebræos in honorem bovis erecti ſaltaſſe & tripudiaſſe, eique liberationem ſuam ex Ægypto attribuiſſe: iiſdem videlicet pedibus, quibus antea per inauditum portentum mare rubrum, ne humectatis quidem calceis tranſierant, iisdem poſtea in honorem vituli aurei chorcas ducunt.

Abul. ib. q. 9.

Rup. Abbas ibid.

11. Salvator noſter die quadam Judæos lapidibus congregatis ad ſe lapidandum accinctos eſſe videns, iisdem dixit: *Multa bona oſtendi vobis ex Patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis?* hæc autem ingratitudo magnam illam poſt ſe traxit deſolationem, quam alibi prædixerat, inquiens: *Non relinquent in te lapidem ſuper lapidem, eo quod non cognoveris tempus viſitationis tuæ.* Lucas Burgenſis Judæos lapides illos ex pavimento extraxiſſe dicit, ut in Chriſtum jacerent: *Irritati ac furore perciti, levaverunt de terra lapides, forte ex pavimento porticus ſive atrij extractos*: Sanctus Thomas Chriſtum hac occaſione, ut Judæos reprimeret, beneficia à ſe illis collata commemoraſſe obſervat: *Commemorat*, inquit: *ets exhibita beneficia in ſanitatibus infirmorum, in exhibitione doctrinæ & miraculorum.* Et ideo his commemoratis ſubjungit: *Propter quod eorum me lapidatis? quaſi dicat, benefactorem oportebat honorare, non lapidare.* Sanctus Bonaventura aliter exponit: *Quaſi dicat, injuſte retribuitis, quia mala pro bonis.* S. Auguſtinus ſuper illa verba Pſalmi: *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi*, obſervat Pſalmiſtam non dixiſſe: *Pro omnibus quæ tribuit mihi*, ſed *pro omnibus quæ retribuit mihi. Quæ igitur præceſſerunt hominis, ut omnium bonorum Dei non attributio, ſed retributio vocari poſſit? quæ præceſſerant hominis niſi peccata? retribuit ergo Deus bona pro malis, ita homines retribuunt mala pro bonis.*

Joan. 10. v. 32. Judæi retribuebant Chriſto mala pro bonis.

Luc. 19. v. 44

Luc. Burg. ibid.

S. Tho. ib.

S. Bonav. ib. Pſal. 115. v. 12.

S. Auguſt. ibid.

12. Enimvero inter omnes ingratos populus Hebræus omnium ingratiſſimus fuit, prouti videre licet ex improperiis quæ Chriſtus in die Veneris Sancto ei objicit, quando S. Mater Eccleſia in perſona Chriſti longum texit multorum bonorum à Deo receptorum catalogum, eique opponit econtra multa mala, quibus beneficia Chriſti rependerunt. S. Thomas à Villanova in Conc. 1. de Natali. Chriſti in confuſionem & ignominiam Judæorum in perſona Chriſti loquens, dicit: *Me Magis cælum ſtella radiante monſtravit: aër me jubente conticuit: mare pedibus meis ſe ſolidum & calcabile præbuit: terra me moriente contremuit: Sol ut meam nuditatem palliaret radios ſuos abſcondit: ſaxa etiam duriſſima, ut meam ſentire mortem viderentur, me moriente ſunt ſciſſa: aruit juſſa ficus: piſces me imperante glomerantur ad rete, animalia muta expoſito mihi genuflectunt infanti, me omnia Creatorem ſuum ſuo modo venerata ſunt, & coluerunt; ſolus me carnalis populus, ad quem, & per quem veneram, ignoravit. O ingratitudinem inauditam, digno utique ſupplicio vindicandam.* S. Gaudentius poſtquam innumeras à Deo huic ingrato populo collatas gratias ponderaſſet, tandem hac phraſi de illis loquitur: *Iſſe in carne adveniens docuit eos, & inſtruxit, & verberavit curationum beneficijs.* Qui loquendi modus valde peregrinus videtur: qua enim ratione Chriſtus infirmos ſanans & per univerſam Judæam in ſingulis greſſuum ſuorum veſtigiis beneficos influxus imprimens, populum hunc verberaſſe dici potuit? ut S. Gaudentius liberè dicere poſſit: *Verberavit eos curationum beneficijs?* myſterium hujus phraſis loquendi in eo forſitan conſiſtit, quia ut in Diſcurſu 19. probavimus, quanto majores nobis Deus gratias & favores præſtat, tanto acerbiora ſuper nos venient ſupplicia, ſi illis per debitam gratitudinem non correſponderimus D. Chryſoſt. parabolam vineæ exponens ita ſcribit: *Principes populi accuſat, & illic quidem ait: Quid oportebat me facere vineæ meæ, & non feci? & alibi ſimiliter: quod invenerunt patres veſtri delictum in me? & rurſum: Populus meus quid feci tibi? in quo te contriſtavi? ideo ingratam mentem eorum, & innumeris beneficijs contraria eos ſemper retribuiſſe oſtendit.* Judas carnificum ſe ducem & caput fecit, quando hi ad Chriſtum capiendum in hortum Gethſemani abierunt: *Judas ergo cum acceptiſſet cohortem, & à Pontificibus & Phariſæis miniſtros, venit illuc cum lanternis, faculis, & armis.* Quia igitur ad Salvatorem noſtrum capiendum militum Romanorum conduxerunt cohortem, ideo Deus diſpoſuit, ut in hujus ingratitudinis pœnam non per unam ſed per multas eorumdem Romanorum cohortes ſub Tito Jeroſolyma expugnaretur. Similiter quia in capiendo Chriſto lucernis ſunt uſi, ideo in tempore obſidionis Jeroſolymitanæ, ut adimpleretur ad litteram, quod apud Sophoniam prædictum fuerat: *Scrutabor Jeruſalem in lucernis*, cum multi Judæorum metu mortis ad loca ſe ſubduxerant ſubterranea, ut eoſdem inde extraherent, facibus uſi ſunt Romani & lanternis. Præter hæc vero mala aliud quoddam longe terribilius ſupplicium illis immiſſum fuit, quod S. Leo his verbis innuit; *Iruerunt in Lumen verum filij tenebrarum, & utentes faculis atque lanternis, non evaſerunt infidelitatis ſuæ noctem, quia non intellexerunt lucis authorem.* Quia Filium Dei in tempore Paſchali tali videlicet ſolemnitate, quæ in memoriam liberationis Judæorum in Ægypto celebratur, crucifixerunt; Ideo Deus juſto ſuo in tam abominabilis ingratitudinis ſupplicium ordinavit, ut tempore Paſchali Jeroſolyma obſideretur, ſequereturque totalis ejus deſolatio; quia Filium Dei confixerunt in crucem, ipſi pariter in tanto numero crucifixi fuerunt, ut nec ligna amplius ad fabricanda patibula, nec locus ad ea collocanda ſupereſſent. Quia vitam Chriſti triginta denariis ſibi coëmerunt, ideo & ipſi velut mancipia minimo pretio fuerunt divenditi, ut Propheticum illud verificaretur oraculum: *Vendidiſti populum tuum ſine pretio.*

Populus Hebræus omnium creaturarum fuit ingratiſſimus.

S. Thom. à Villanova in die Nat. Conc. 1.

Sophon. 1. v. 12.

Joan. 18. v. 3.

Pſal. 43. v. 13.

Videatur hujus Bibliothecæ Tomus I. in Tractatu de amore Dei, ubi varia recenſentur motiva, ad divina expendenda beneficia, excitant namque in nobis veram gratitudinem.

TRACTA-

Quomodo intelligendum quod Deus verberaverit beneficiis curationum, S. Gaud. ſerm. 9.

D. Chryſ. h. 69. in Matth.

TRACTATUS XXXI.

DE GULA ET EBRIETATE.

CONTINET

DISCURSUS XXVII.

DISCURSUS I. Serpens aſtutus ad proſternendum hominem, inter omnia alia vitia gulam elegit, quia per hanc nos diſponit ut ſuis facilius cedamus tentationibus.

II. Dæmon eſt Epulonum architriclinus cui ipſi ſe voluntariè ſubjiciunt, eique in prædam ſæpe cedunt.

III. Vitium gulæ in pœnam ſibi adſciſcit infernum perpetuum, à Paradiſo exilium & animæ perditionem.

IV. Crapula & ebrietas ſentina ſunt omnium vitiorum, ſuoſque ſequaces, in quævis præcipitia impellunt.

V. Ex guloſitate Eſau, qui pro pulmento ſuam vendidit primogenituram, nonnullæ hujus vitij tanguntur malitiæ, ſpecialiter vero feritas, truculentia, & rixæ ad quas nos inclinat, nec non ſervitus, qua propriæ ſubjicimus carni.

VI. Ebrij & guloſi in intellectu & mente ſua excæcantur, fiuntque per hoc vitium beſtijs ſimiles.

VII. Per gulam homo in multa mala prolabitur; hæc enim Judaiſmum Deo ingratum conſtituit, in vitioſam nos pertrahit lætitiam, ſecreta pandit, & linguam hominis ad multa peccata relaxat.

VIII. Exceſſus in cibo & potu eſt concupiſcentiæ carnalis incentivum.

IX. Voluptates carnales per crapulam & ebrietatem inſtaurantur & foventur.

X. Vinum & cibus nimius intellectum impediunt, eumque à ſapientia & intelligentia, maximè vero à contemplatione bonorum ſpiritualium & cœleſtium divertunt.

XI. Primum quod inter omnia vitia vincendum nobis, eſt gula; guloſus etenim Deum & proximum parvi facit, neque ad hujus compaſſionem facile movetur.

XII. Gula Dei & gratiarum ejus eſt inimica, ſpiritui opponitur, proſternit virtutes; Deique & alterius vitæ oblivionem inducit.

XIII. Gulam religionis, fidei & cultus veri Dei contemptum cauſare variis argumentis & exemplis oſtenditur.

XIV. Perſtringuntur guloſi, quia proprium ventrem veluti Deum quemdam adorant.

XV. De ira Dei juſtisque ejus ſuppliciis, quibus in crapulam ejusque amatores animadvertit.

XVI. Guloſus pariter impœnitens, incorrigibilis & inemendabilis eſſe ſolet; morte improviſa ut plurimum è medio tollitur, eſtque erga illum Deus, ut frequenter implacabilis & inexorabilis.

XVII. De damnis & ruinis quæ in rempublicam reſultant ex crapula gubernantium & rectorum; hæc enim fortiſſimos vincit, populoſque in exterminium redigit.

XVIII. Nimia edendi & bibendi aviditas & voracitas abbreviat vitam, indiſpoſitiones & infirmitates corporales ſæpe cauſat.

XIX. Per multiplicitatem & exceſſum in vino & epulis mors acceleratur, & pœnoſæ ac mortales ægritudines contrahuntur.

XX. Vilitas & opprobrium hominum crapulæ & ebrietati deditorum examinatur; ſimulque ludibrium & irriſiones quibus ebrij exploduntur conſiderantur.

XXI. De aviditate & inſatiabilitate gulæ cui numquam ſatisfit, etiamſi venter plenus exiſtat. Ubi etiam de ſolicitudine & anxietate crapulantium diſſeritur.

XXII. Ingenium guloſi in præparatione epularum, & elementorum aliarumque omnium rerum creatarum quas gulæ ſuæ ſervire facit per quiſitione oſtenditur.

XXIII. Guloſi quidquid lucrantur, per crapulam conſumentes, tandem in paupertatem redigi ſolent.

XXIV. Varia tanguntur ad gulam refrænandam remedia.

XXV. Vult Deus ut cibus corpori neceſſarius, ſobrius ſit non ſuperfluus, neceſſitati ſerviens, non voluptati: ideoque manducandum eſt ut vivamus, non vivendum ut manducemus.

XXVI. Virtute opus eſt, ne per cibi neceſſitatem ſubingrediatur aviditas & immoderata voluptas, ſiquidem in hac & in exceſſu malitia gulæ conſiſtit, quæ etiam in cibis vilibus locum habere poteſt.

XXVII. Gula ſæpe etiam viros timoratos & perfectos ſeduxit.

DISCURSUS I.

ARGUMENTUM.

Serpens infernalis ad proſternendum hominem, inter alia vitia gulam elegit, quia per hanc nos diſponit ut ſuis facilius cedamus tentationibus.

THEMA.

Tulit de fructu illius & comedit, deditque viro ſuo qui comedit. Gen. 3. v. 6.

1. INimicus infernalis ſublimem ad quam natura humana elevata eſt dignitatem (*Minuiſti eum paulo minus ab Angelis*) eidem invidens, omnes ſuas vires adhibuit, ut eumdem in rebellionem adverſus Creatorem ſuum extimularet. Obſervandum vero eſt, quod Spiritus Sanctus qui calamum Moyſis direxit primo maligni hujus ſpiritus ſagacitatem nobis indicet, dicens: *Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ*; poſtea vero proſequatur narrationem machinæ, quam inter omnes alias elegerat ad proſternendos primos noſtros parentes, quantumvis ab innocentia & juſtitia originali bene munitos, innumerisq; gratiarum & cœleſtium auxiliorum præſidiis fortifieatos. Enimvero non dubito, quin omnibus notum ſit, quod dæmon velut alter quidam Protheus ad illaqueandas animas innumeris ſit artificiis & ſtratagematibus inſtructus, & tamen ut homini lethiferum ictum impingat, ſeque de victoria ſecurum reddat, gulæ pruritum elegit, quia tametſi dæmon ab inſtanti creationis Adæ & Evæ perniciem continuo machinatus fuerit, apertum tamen cum illis prælium inire minime præſumpſit, niſi poſtquam oculis eorum objeciſſet pomum pulchrum & delectabile aſpectu, guſtuque omnino gratum: *Vidit igitur mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectuque delectabile, & tulit de fructu illius, & comedit, deditque viro ſuo, qui comedit.* S. Baſilius de Gula differens, quantumque hæc generi humano pernicioſa extiterit, oſtendere volens, inquit: *Hæc fuit quæ Adæ interitum, & poſt ipſum, etiam univerſæ illius poſteritatis exitium apportavit*: O magna gulæ malitia, quæ non ſolum in primum parentem, ſed etiam in univerſam ejus poſteritatem transfuſa fuit! quæ proinde à S. Joanne Climacho: *Totius generis humani crudelis Dominatrix appellatur.* Poſitum quidem Protoparentibus noſtris inviolabile præceptum fuit, ne ſub pœna mortis, de fructu arboris illius guſtarent, & tamen gulæ inſcatio magis in iisdem prævaluit; Unde Tertullianus acute inquit: *Acceperat Adam à Deo legem non guſtandi de arbore agnitionis boni & mali, moriturus ſi guſtaſſet; facilius ventri, quam Deo ceſſit; pabulo potius quam præcepto annuit; ſalutem gula vendidit, manducavit denique & periit. Teneo igitur à primordio homicidam gulam.* Ecce tibi primum peccatum, gulam videlicet, quæ univerſam naturam humanam infecit. Quamdiu Adam & Eva intra jejunij & temperantiæ limites ſe continuerunt, in omnibus aſtuti ſerpentis inſultibus & tentationum machinis fortes & inſuperabiles permanſerunt, quam primum vero pomum intra fauces admiſerunt, dæmoni ceſſerunt in prædam. Optime igitur D. Chryſologus inquit: *Jejunium fratres ſcimus eſſe Dei arcem, Chriſti caſtra, murum Spiritus; Hoc Adam ſervavit in Paradiſo: quem iude gula detraxit*; arces enim ab inimicis capiuntur & perduntur, militibus in ſervitutem adactis, ſola gulæ violentia; ad hujus pruritum Adam fortis perſeverare non potuit, ac proinde Paradiſum amiſit, ſervus peccati factus & inferni. Non conſtat, aſtutiſſimum hunc ſerpentem, cui laquei ſine numero non deſunt, alium tetendiſſe laqueum in Paradiſo terreſtri, præterquam iſtum, ut homo in prædam ſibi cederet, ſciebat enim ſolum hunc gulæ laqueum ad eum perdendum ſufficere; quia ut Sanctus Ambro-

Pſal. 8. v. 6. Per gulæ gladium primi Parentes perierunt in prælio cum diabolo.

Gen. 3. v. 1.

S. Baſil. lib. de abdicat. rerum.

S. Joan. Clim. Grad. 14 ſub n. 24.

Tertull. de jejunijs.

Primum peccatum gula quæ univerſam naturam infecit.

D. Chryſol. ſer. 12.

S. Ambr. de Elia & jejun. c. 8.

Ambrosius ait : *Per escam laqueus non cavetur in esca hamus latet, & cibus inducit in retia, cibus visco etiam aves illigat.* Et ideo sicut esca laqueos & hamos obducens, secure deprædatur aves, & pisces, ita quoque Venator infernalis ad capiendas animas, securiorem modum non habet, quam quem gula subministrat.

Filios Job alias sanctos dæmon tentavit per gulam. Matth. 7. v. 17. Job. 1. 13.

2. S. Job omni cum studio per quotidianam sacrificiorum pro filiis suis factam oblationem, eosdem sanctificare satagebat; & quidem licet fructiferæ & optimæ arboris germina essent, de qua dicitur : *Omnis arbor bona, fructus bonos facit*; Nihilominus venenosus ille abyssi serpens toxicum suum in filios Jobi evomere volens, quomodo idipsum affecutum fuisse putatis? *Cum autem quadam die... comederent & biberent*, inquit sacer Textus. Nimirum ut Petrus Blesensis ait: *Opportunissimum tentationis tempus elegit, cum scilicet filios Job comedentes & bibentes invenit: Comessationes siue peccato vix esse possunt; comessationibus libenter se ingerit inimicus.* Aves magnæ & pingues, quia ponderosiores sunt, facilius aucupi in prædam cedunt, quia ad fugiendum non sunt adeo agiles & veloces, sicut sunt graciles & macilentæ: hanc similitudinem S. Bonaventura adducit, ad infinuandum, quanta cum facilitate hi, qui gulæ dediti sunt, dæmonis tentationibus cedant: *Gulosus*, inquit, *similis est avibus pinguibus: coturnices in vendemijs quando sunt bene pingues de facili capiuntur ab accipitre, sic homines dediti gulæ facile vincuntur ad tentationem.* Beatus Petrus Damianus in Epistola quadam, impossibilem nobis esse dicit de inimicis nostris victoriam, quando saturi sumus, *Sed quomodo*, inquit, *de inimicis nostris triumphum possimus obtinere, qui semper in epulis, semper in poculorum affluentium voluptatibus ingurgitatione jacere?* pergit idem ulterius ostendendo, quod dum ventrem ad satietatem replemus, aliud non facimus, quam quod inimico nostro portam animæ pandamus: *Ventrem vino & epulis assuescere*, inquit, *quid est aliud, quam hostibus animæ, ut ingrediantur, aditus aperire.*

S. Bonav. T. 6. in Diat. sal. Tit. 1. c. 8.

B. Pet. Dam. l. 6. Epist. 32.

Dæmonis virtus ad superandum homines ex gula & voracitate. Job 40. v. 11.

3. Sanctus Propheta Job dæmonem nobis sub titulo Behemoth describit, simulque in quo omnem suam positam habeat fortitudinem his verbis insinuat: *Fortitudo ejus in lumbis ejus, & virtus illius in umbilico ventris ejus*: Ubi per lumbos concupiscentia carnalis intelligitur, per quam dæmon multas vincit, sibique subjicit animas, per umbilicum vero, qui ventris centrum est, gula & voracitas intelligitur, in qua velut in fortissima quadam ad omnem animam perdendam machina, Dæmon omnem suam repositam habet fortitudinem.

Psal. 90. v. 1. Quid intelligatur per dæmonium meridianum cujus periculum evadunt qui sub adjutorio altissimi confugiunt.

4. Regius Psalmista in illo tam celebri Psalmo: *Qui habitat in adjutorio Altissimi*, super quem Sanctus Bernardus multos sermones composuit, inter alia pericula, quæ illos evasuros esse promittit, qui sub adjutorium & protectionem Dei confugiunt, unus pericula illa evadendi modus, valde magni est faciendus, nimirum si quis à dæmonio se eximat meridiano: *Non timebis ab incursu & dæmonio meridiano.* At vero scitisne, quale sit hoc dæmonium? pro hujus meliori intelligentia Discursum nostrum ad c. 3. Geneseos reflectamus. Dic igitur, quandonam Deus in Paradiso comparuit, ut Protoparentes nostros examinaret, & de manducato pomo vetito processum institueret? dicit Scriptura: *Cum audissent vocem Domini Dei deambulantis in Paradiso ad auram post meridiem*; igitur serpens in meridie paulò ante Dei adventum primos parentes nostros in peccatum cadere fecit, hoc enim tempore ut plurimum lautiora instruuntur convivia, mensæque copiosiores & superfluæ apparantur: & ideo Glossa dæmonium meridianum ita exponit: *Id est, à spiritibus de castrimargia tentantibus.* Audiatis velim quonam titulo Sanctus Basilius vinum indigitet, quod superflue potatum comes est gulæ individuus. *Vini fervor*, inquit, *corpori infusus, incendium fit ignominiæ inimici jaculorum.* Videmus per experientiam quantam in se virtutem habeant præstigia magiæ, incantationes diabolicæ, quæ per occultam & violentam virtutem voluntates hominum minus corroboratas in maleficia pertrahunt. Nazianzenus autem convivia & superfluum cibum & potum velut incantationes quasdam nobis esse dicit: *Nec turgida*, inquit, *cibisque congesta mensa, stupidique ventris incantamentis efficimur.* Et ideo dæmon hominem gulæ dedi tum, in quævis præcipitia pro libitu suo trahit nosque incantat, eorumque possessionem in arbitrio suo positam habet. Et ideo sanctus Bernardus ait: *Nemo potest à semetipso tentationes dæmonum repellere, nisi refrænaverit in se appetitum gulæ.*

S. Basil. h. 10. in ebriet. Convivia superflua sunt incantationes.

Nazian. orat. 21. ad Arvian.

S. Bern. serm. 24. de modo bene vivendi.

5. Ad hoc ut dæmon Evam pomi suavitatem & saporem experiri faceret, primo procuravit, ut Dei præceptum, respectum item & obedientiam Deo & Creatori suo debitam, & timorem mortis & inferni à se abjiceret & contemneret, nec quidquam faceret, thesaurorum, donorum, gratiarum, virtutumque cœlestium infusarum jacturam, sicut nec cœli amissionem, perpetuum à Paradiso terrestri pariter & cœlesti exilium, omniumi pœnarum miseriarum, & deplorabilium æruminarum barathrum, sicut nec suum & conjugis sui miserabile præcipitium, & ideo merito à sancto Joanne Climacho ut paulò ante diximus gula *crudelis Dominatrix* appellatur.

Ioan. Clim.

Diabolus gulæ instigator ea mediante animas illaqueat puriss. mas, quod exemplo Scripturis confirmatur.

6. In collationibus Cassiani de Serapione Abbate legitur, quod cum in juventute Theonæ Abbati serviret, hora nona post refectionem cum ipso habitam, malam hanc contraxerit consuetudinem, qua prandio absoluto, panem quemdam in sinu suo abscondere solebat, quem vesperi sine Abbatis sui scitu manducabat, & quamvis magnum inde pateretur conscientiæ remorsum, difficillimum tamen sibi esse videbatur, ut à prava illa consuetudine abstineret. Audiamus ipsissima ejus verba quibus illatam sibi à gula violentiam describit: *Cumque illud molestissimum opus*, inquit, *velut ab exactoribus Pharaonis inditum, mihi vice latericum singulis diebus explere non sine cordis mei dolore compellerei, nec tamen eruere me possem ab hac eorum sævissima tyrannide & clandestinum furtum seni manifestare confunderer, conigit Dei nutu de hoc me captivitatis jugo volentis eripere, ut quidam fratres cellam senis obtentu ædificationis expeterent.* Cumque hi ad refectionem capiendam remansissent, ea terminata conferentiam instituentes spiritualem de gulæ vitio inter se differuerunt; Pius itaque senex vitij hujus Dominium, & tyrannidem, quam circa nos usurpat, inculcare studuit, maxime quando non manifestantur tentationes illius, quibus has pandere oportet. Qui discursus Serapionis cor permovit, unde propria cum remordente conscientia, pavidus, ratusque, delictum suum innotuisse, totumque hoc in ejus reprehensionem dictum esse, primo clam illachrymari, deinde compunctione invalescente, è sinu panem educere cepit, furto sublatum, publiceque coram omnibus culpam suam multis cum suspiriis confessus est. Ad quem subito sanctus ejus Magister: *Confide, absolvit te ab hac captivitate etiam me tacente, confessio tua*; ast scire desideratisne, quantum diabolus per hoc vitium cor animamque nostram constringat? vix hæc elocutus fuerat reus, & mox, ut per os Serapionis Cassianus loquitur: *Ecce lampas accensa de sinu meo procedens, ita cellam replevit odore sulphureo, ut vehementer fœtoris ipsius vis in ea nos non relaxare permitteret.* Ex qua veridica historia clarè patet, diabolum immediatum esse gulæ instigatorem, eaque mediante illaqueare vinculisque mancipare animas cæteroquin purissimas, & ad suam perrahere persuasionem.

Ioan. Cassian. collat. 11. c. 11.

7. Abbas Poëmon ut Bellovacensis attestatur, dicere consueverat: *Nisi Nabuzardan Princeps coquorum venisset in Jerusalem, templum Dei non arsisset igne; hoc est, nisi desiderio castrimargiæ in anima venerit, cor & sensus homins non succenditur impugnatione diaboli.*

Bellovac. Spec. mor. l. 3. p. 8. dist. 1.

8. Ad semper magis magisque ponderari meretur decollationis sancti Joannis Baptistæ historia, etiam in præsenti uberem nobis discursus segetem suppeditatura. Herodes itaque valde erga eum afficiebatur, quia *libenter eum audiebat*; ejusque prædicationem ad interiorem admittens cordis auriculam, magnam salutarium monitorum partem executioni mandabat: *Et audito eo multa faciebat. Metuebat Joannem, sciens eum justum & sanctum, & custodiebat eum.* Sed a quo eum liberabat? ab infidiis & furore Herodiadis, quæ morti ejus inhiabat; prout aliqui tradidere Authores. Qualiter itaque induci potuit ut in præmium unius saltus, caput ejus detruncari juberet? Dæmon utpote serpens astutus, opportunissimam quamdam præstolatus est conjunctu ram, dicente Scriptura; singulari cum mysterio: *Cum dies opportunus accidisset, Herodes natalis sui cœnam fecit.* Nonne alias, versipellis serpens adhibere poterat machinas in Præcursoris mortem destinatas? numquid imposturam delicti læsæ Majestatis adinvenire poterat? alij forsitan illi deficiebant modi & arietes, quibus Sanctum prosternere et? Minime equidem, sed machinam gulæ infallibilem esse astutissimus noverat inimicus. Unde Basilius Seleucus in quadam contra Herodiadem oratione ita discurrit: *Splendida, ut verissimile est, luxuriosæ Regis erat mensa, & convivium regifici luxus notis*

Machinam gulæ infallibilem esse noverat inimicus in Præcursoris mortem destinandam. Marc. 6. v. 20.

ibid. v. 21.

Basil. Seleuc. or. 18.

notis insigne, in quo ebrietas perbacchabatur, & dæmonum fraternitas nativitatis tempus festum ducebat.

Bellovac. Spec. mor. l. 3. p. 8. dist. 1.

9. Mysteriosum quoddam in præsenti mihi occurrit Bellovacensis assertum inquientis: *Vitium gulæ est frænum & capistrum diaboli, & ponit ad os & collum gulosi, ut circumducat eum, quocumque vult.* Id quod & sanctus Nilus, juratus hujus vitij inimicus expressit in hæc verba: *Posteaquam diabolus helluonum manus ac pedes somno tamquam vinculis quibusdam astrinxit, ita demum arbitratu suo omnia agit.* Recordabimini utique qualiter incolæ Jabes Galaad, cum Naas Ammonita decertantes, cum inferiores vincerentur, fœdus cum eo inire statuerint; *Habeo nos fœderatos & ferviemus tibi.* Sed quod putatis Naas dedisse responsum, qualemve admisisse conditionem? *In hoc feriam vobiscum fœdus, ut eruam omnium vestrum oculos dextros.* Oculum sinistrum scutum operit in bello; idcoque sublato dextero totidem quasi cæcos quocumque libuisset; circumduxisset Tyrannus. *Omnia in figura contingebant illis.* Naas enim, si sancto Gregorio credimus, dæmonem figurabat. *Naas interpretatur serpens*, inquit ille, *Jabes, excæcata. De serpente autem in Genesi dicitur, quia callidior erat cunctis animantibus cujus profecto serpentis similitudo si in vitijs quæritur, quid similius, quam violentum castrimargiæ, id est gulæ motum invenimus?* Porro oculus dexter quem Naas eruit, & quem nos amittere procurat, est discursus, ratio, timor Dei, omneque bonum virtutis, eumque eruit per ebrietatem & crapulam, per hanc enim nos veluti cæcos in quævis scelera impellit. Feliciter ipsi hic conatus in Protoparente nostro cessit, qui in homine qui ab Jerusalem in Jericho descendens vulneratus, semimortuus relictus, & spoliatus fuit, præfigurabatur; ipse quidem se eumdem conatus sui successum in secundo Adam prosternendo habiturum esse sperabit, verumtamen spes eum fefellit, licet cæteroquin pauci ex aliis idcum ejus evadant, quia, ut suo loco dicemus, si hic ignis in viris perfectis & sanctis accendatur, eosdem ut plurimum aliqua saltem ex parte absumit & destruit. Quapropter S. Basilius solicite nos admonet, dicens: *Cave ne te adversarius simili atque primum parentem peccato circumveniat, circumventumque quamprimum de Paradiso deliciarum expellat; nam & qui illum callida esca objectione ita malitiose vita spoliavit, & item Jesum eodem se modo supplantaturum speravit; nihil est quod is vereatur, quin & tanto ausit confidentius tibi quoque primam malorum originem propinare. Etenim præsentissimum prodesse illi venenum intelligit.* Notandum autem, quod tanto importunius nos per gulæ impugnet vitium, quanto minus, homo absque cibo sustentari valet: *Serpens iste gulæ designat aviditatem*, inquit S. Gregor. *qui & respectu justæ necessitatis repit, & virus impiæ delectationis spargit.* Suum itaque venenum dolo commiscuit gustus saporisque cibi; venenum sane pluribus delectabile avideque conquisitum. Unde S. Basilius inquit. *Ebrietas dæmon est voluntarius ex voluptate animabus nostris indutus.* Longe autem ad propositum nostrum accommodatius discurrit S. Augustinus, quando gulam suave & amabile appellat venenum, inquiens: *Dæmon es, venenum dulce es, peccatum suave es.* Bellovacensis authoritatem citat S. Gregorij de ebrietate pariter dicentis: *Ebrietas est blandus dæmon, suave peccatum, dulce venenum.* Adducitque similitudinem navis quæ nauclero dormiente ventorum sit ludibrium, sicut etiam anchora amissa in cujuslibet est venti potestate: *Sicut navis*, inquit, *cum gubernator dormit & anchora amissa est, ductur & circumfertur à quolibet flatu venti, sic mens ebrij, cujus ratio consopita est, & sine anchora timoris Dei de facili ducitur ad omne peccatum lexi flatu tentationis.* Tunc enim is qui olim dixit: *Sedebo in lateribus aquilonis*, per aquilonares tentationum suarum ventos, navim, id est, corpus & animam gulosi & ebrij, in arenas & quosvis voraginum & præcipitiorum scopulos allidit & submergit. A qua similitudine parum differt ea quam Sanctus Bonaventura his verbis adducit: *Comparatur gula fræno, nam sicut Jessor ducit equum quocumque voluerit, postquam ipsum infrænavit, sic gula ducit gulosum ad omne peccatum, ex quo homo vitio gulæ infrænari se permittit, ideo in Psal. 31. dicitur in Chamo & fræno maxillas eorum constringe.*

S. Greg. ibid. Comparatur gula veneno & dæmon vocatur.

S. Basil. hom. 24. in ebriet.

S. Aug. ser. 33. ad Fratr. Bellovac. ibid. dist. 3.

Mens ebrij est sicut navis sine gubernatore & anchora. Isa. 14. v. 13.

S. Bonav. in Dieta salut. tit. 1. c. 8.

DISCURSUS II.
ARGUMENTUM.

Dæmon est epulonum architriclinus, cui se voluntariè subjiciunt, & sæpe in prædam cedunt.

THEMA:

Quia feciſti hoc,... super pectus tuum gradieris, Genes. 3. v. 14.

Super pectus gradiuntur qui ventri & gulæ vivunt.

1. Pœna quam Deus serpenti Protoparentes nostros ad prævaricandum per gulam impellenti imposuit, hæc fuit, ut scilicet deinceps super pectus suum graderetur & serperet: *Quia feciſti hoc, super pectus tuum gradieris.* Verumtamen scire percuperem, quonam hæc sententia collimarit, eam namque mysterio carere nemo mihi facile persuaserit. S. Ambrosius dubium hoc resolvens, inquit: *Ut scias autem quia serpens typus est delectationis, damnationem ejus adverte; supra pectus inquit tuum & in utero tuo ambulabis, & terram manducabis omnibus diebus vitæ tuæ. Qui sunt qui in utero suo ambulant, nisi qui ventri, & gulæ vivunt, quorum Deus venter est, & gloria in pudendis eorum qui terrena sapiunt, & cibo onerati ad terrena curvantur? Bene ergo delectationi ait; quæ cibis intenta terram videtur manducare, supra pectus tuum, & in utero tuo ambulabis, & terram manducabis omnibus diebus vitæ tuæ.* Etenim dæmon epulonum est architriclinus & pincerna ebriorum: epulones autem sunt sequaces illius, eique veluti servi & mancipia, irreparabilibus animæ & corporis damnis indignum pendunt tributum. Unde Clemens Alexandrinus ait: *Iis qui ad luxum mensarum propensi sunt, & suos sibi morbos enutrunt, præst dæmon helluo maximus, quem ego non verebor appellare ventri dæmonem, dæmonum omnium pessimum & perniciosissimum.* Quibus in verbis maxime ponderari merentur hæc ultima: *Omnium pessimum & perniciosissimum*; Per hæc namque gravis hic Author clare innuit, dæmonem qui hominem de gula tentat, neminem ex omnibus aliis habere se pernitiosiorem & pejorem. Itane? Ergo majoris malitiæ non erit spiritus ille infernalis, qui homines tentat & incidere facit, in rapinas, homicidia, adulteria, incestus, apostasias, idololatriam, odium Dei aliaque similia enormissima peccata? Responsio in promptu est, solum enim gulæ peccatum origo & propagatrix est omnium malitiarum, prout in sequentium Discursuum progressu videbimus; Ac proinde merito dicitur esse omnium pessimum & perniciosissimum. Quis umquam crediturus esset hoc vitium, congeriem seminarium, & compendium esse omnium machinarum diabolicarum? Et tamen de ea hisce verbis loquitur D. Chrysostomus: *Ubi multum merum, ubi mensa referta, & ad satietatem comessatio, ibi turpitudo, ibi omnis pompa satanica.* Enimvero aliis vitiis particulares infernalis turbæ dæmones præsident, at vero gulæ ipsemet Lucifer caput abyssi omniumque aliorum dæmonum princeps magna cum pompa & fastu se præsidere gloriatur. *Lucifer princeps dæmonum est*, inquit S. Joannes Climachus, *qui de cœlo cecidit, & gulæ ventris caput vitiorum*; Ubi Luciferum gulæ unitum sociatumque videmus.

S. Ambr de Parad. c. 15.

Dæmon qui hominem de gula tentat est pernitiosissimus, & ipse Lucifer. Clem Alex. Pedag. l. 2. c. 1.

D. Chrysost. t. 5. ser. 34. de Resurr.

S. Ioan. Clim. Grad. 14. n. 20.

2. Primum ictum, quo hominem aggressus est, ut eum prosterneret, gulam fuisse novimus; ita quoque secundum Adamum in deserto oppugnavit oblatione cibi; id quod S. Ambrosius advertens ait: *Tetenderat diabolus primum laqueum gulæ*, dicens: *Si Filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant*; Qui idem S. Doctor in S. Lucam scribens, gulam sagittam appellat dæmonis, quam primo omnium loco in Christum evibravit. *Inde cæpit, unde jam vicerat*, inquit ille; *Discamus cavere gulam quia telum est diaboli; Didicisti diaboli telum, sume loricam abstinentiæ.*

Sicut primum, sic secundum Adamum per gulam impugnavit. S. Ambr. l. 1. de Abel. & Cain. c. 5. S. Ambr. l. 4. c. 4. in Luc.

3. Bellovacensis postquam in speculo suo morali vitij hujus plurimum exaggerasset detestationem, tandem concludit, dicens: *Breviter loquendo, gula omnia mala generat, quia gulosus est servus omnium vitiorum; gula enim est officina diaboli, introducens eam cum tota familia sua, id est, universitate vitiorum, quod significat Luc. 9. Immundus enim spiritus non inveniens requiem in locis aridis: rediit introducens secum septem alios spiritus nequiores se, & ingressi habitant ibi.* Qui idem Author postquam alimenti corporalis necessitatem in nobis considerasset: Diabolum suos indentidem laqueos per hanc viam nobis gradientibus tendere, nosque eos non absque singulari cura & circumspectione de-

Bellovac. Spec. mor. l. 3. p. 8. dist. 1.

Gula omnia mala generat, per viam alimenti nobis diabolus laqueos parat. Bellovac. ibid.

clinare advertit, inquiens: *Gula vitium est laqueus diaboli, quem diabolus quasi auceps ponit in via, per quam necesse habemus transire, sicut faceret & venator feræ.* In cujus confirmationem hæc utitur Psalmistæ authoritate: *In via hac qua ambulabam, absconderunt superbi laqueum mihi.*

Psal. 139. v. 6. Diabolus mensas ambit helluonum; Angeli frugalibus intendunt, ponitur-que illius rei exemplum horrendum.

4. Ex Historia divitis epulonis clarè patet, diabolum mensas ambire helluonum; dum econtra spiritus Angelici abstinentibus frugalibusque, ubi temperantia & jejunium imperat mensis, suum gaudent intendere servitium. Dæmones autem ad infernum deduxere Epulonem, Angeli vero certatim humeris suis sublevare conati sunt famelicum, mendicumque Lazarum, ut eum in Abrahæ sinum, tamquam æternæ beatitudinis depositum abducerent, Ideoque Divus Chrysostomus inquit: *Hac* (scil. fames) *vitam ad cœlum præparat; illa* (id est crapula) *ad gehennam trahit; Diabolus illius, Christus istius Princeps est: luxus & lasciviam illam, Philosophia, & moderatio istam præparat; hic Deus adest, ibi diabolus; ubi enim vemulentia, ibi verba turpia; ubi venter satur, ibi dæmones & diabolus exultant; talis erat mensa divitis illius, qui nec aquæ guttam post mortem patiebatur;* Qui tamen in vita, ut Scriptura attestatur, *epulabatur quotidie splendide*: Ubi S. Bonaventura exclamat: *Ecce voracitas!* Cajetanus autem ad Ly *quotidie* se reflectens ait: *Congruit quandoque epulari, sed quotidie nimis est.* Insuper sanctus Lucas adjungit *splendide*; *id est*, ut Theophylactus explicat, *sumptuose & prodigaliter*; vel ut Dionysius Carthusianus interpretatur: *Crapulose, superflue, delicate, pompose, excedendo in ciborum & potuum multiplici varietate, exquisita præparatione.* Quid igitur mirum, si hujusmodi convivius ipsemet diabolus pincerna astiterit & minister? Halberstadij similis quidam legitur alter vixisse epulo, dives admodum, lautissimis quotidie indulgens conviviis; adeo effræni huic immersus appetitui, proprizque immemor salutis, ut dicere soleret, se Deo Paradisum renunciaturum, vitamque futuram, modo hujusmodi posset ad placitum suum continuare vitam. Mature itaque obiit infelix, inque domo ejus instructissima quotidie circa horam, qua lautas hujusmodi epulas instruere solebat, diversæ diabolicæ apparuere visiones & spectra. Ipsemet quoque in loco, ubi federe consueverat, cum suis commensalibus conspiciebatur, sicut & ministri crateres vino plenos parop sidesque dapibus repletas offerentes: Cantorum insuper musicorumque interstrepente varietate; quæ spectra domum hanc tandem omni viduarunt incola, nemine eam propter horrorem inhabitare volente. Ex quo facto clare patet, quoniam diabolus crapularum & ebrietatum fidelissimus assistit assecla.

Luc. 16. v. 9. *S. Bonav. ibid.* *Cajet. ibid.*

Theophyl. Dion. Carth.

5. Ingenioso admodum epitheto ebrium Divus Chrysologus afficit, dum ait: *Ebrietas est dæmon blandus;* Quod autem quantique nihili ducunt ab hoc possideri spiritu; imo eumdem omni studio & solicitudine indagant? Sed ut veraciter S. Basilius docet: *Lymphatus & malo dæmone captus, misericordia quidem dignus: Ebrius vero, eadem ferè & ipse patiens, minime misericordia dignus, qui spontaneo servit dæmoni.*

D. Chrysost. hom. 26. *S. Basil. h. 14. de Ebriet.*

6. Bellovacensis dæmones suos dicit pingues efficere porcos, ut & ipsi eos in conviviis Inferni depascere possint; quæ autem hujusmodi putatis à diabolis impinguata esse animalia? Epulones sunt; ideoque ita discurrit ille: *Nota quod dæmones impinguant gulosos, sicut porci impinguantur in pascuis glandium quas avide sumunt, nec eum qui excutit & dat eis, respiciunt, & dum attendunt glandibus comedendis, lanista pervenit eos secuti, & subito occidit incautos.* Talis quoque saginatus porcus ille dives erat, qui dicebat: *Anima mea, habes multa bona reposita in annos plurimos, comede, bibe, epulare;* At vero dæmones tamquam laniones eumdem jam incrassatum & impinguatum, ex improviso mactarunt: *Stulte hac nocte repetunt à te animam tuam, id est, dæmones* inquit Lyranus.

Epulones porci sunt dæmonum ab his impinguandi. *Bellovac. Ibidem.*

Luc. 12. v. 19.

Ibid. v. 20. Lyran. Ib d.

7. Bellovacensis de quibusdam populis gentilium refert, quod nonnullos ex juvenibus suis soliti fuerint prius bene saginatos sacrificare: *Faciunt dæmones de gulosis,* inquit, *sicut faciebant Avelatenses tempore gentilitatis, dicit Magister Gervasius lib. 2. de mirab. terræ. Tres juvenes emebant, quos per totum annum deliciosè pascebant, & in fine anni eos impinguatos occidebant, & super aram Veneris super columnas altas singulis annis eos dæmonibus immolabant: ideo Avelatum dicebatur, quasi ara lata; sanguine autem illorum juvenum innocenter occisorum, se conspergebant, quasi per eum purgarentur, quos arguit Sanctus Gregorius prædicans eis fidem, & quod purgandi erant per sanguinem Christi innocentis. Similiter diabolus gulosos postquam diu pavit & impinguavit, occidit; Hieronymus cuidam divini pingui ait: impinguatus es ad victimam.*

Bellovac. ibid. Demum mactandi bene saginati.

8. In litteris annuis Societatis Jesu Anni 1585. de Indo quodam legitur, qui cum antea vino deditus fuisset, postea respipiscens, & mutata natura & moribus, die quadam in somnum incidit, in quo vidit candidum quemdam adolescentulum, qui eum per manus apprehensum ad locum quemdam perduxit, ubi multi potatores & epulones congregati erant, videbatur autem ei eos qui prima vice bibebant, in vultu mutari, valdeque deformes fieri; imo quando immoderate bibendo continuabant dæmonibus assimilari (*qui vero porgerent porpotare, & crebris poculis indulgere, eos fœtidissimo ore, similimosque dæmonibus evadere*) dixitque ei adolescentulus, tales fieri solent qui ebrietati sunt dediti.

Ex litteris annuis Soc. Jesu. An. 1585. pag. 199. Ebrietati dediti mutantur, & dæmoni assimilantur, exemplo comprobatur.

9. S. Gregorius Turonensis de Presbytero quodam refert, cui nomen Binocus Brito erat; hic cum vir abstinentissimus esset, herbis vivebat silvestribus minime coctis, vinum vero tanta cum temperantia sumebat, ut magis putaretur libare osculo, quam haurire. Accidit autem, ut dum ex magna devotorum concurrentium multitudine, ut se ejus intercessionibus commendarent, quidam eorum multa ci offerebant munera, & inter alia quoque vinum, unde paulatim à cæpto pie vivendi modo declinavit: *Didicit extra modum haurire & in tantum dissolvi, ut plerumque ebrius verteretur: unde factum est, ut invalescente vemulentia, tempore præcedente à dæmone correptus vexaretur in tantum, ut accepto cultro, vel quodcumque ioh genus, aut lapidem, aut fustem potuisset arripere, post homines in sano furore discurreret.* Unde necessum fuit, presbyterum arreptitium vinculis & catenis constrictum in ejus cella coërcere.

Vir abstinentissimus, ex vino dissolutus, à dæmone correptus. *S. Greg. Turon. Hist. Franc. l. 8. c. 34.*

10. In Chronicis S. Dominici de quodam Conventus Bononiensis infirmario legitur, quod à gulæ suæ pruritu seductus, carnem ab infirmis relictam clam comedere consueverit: quodam vero vesperi cum simul cum bolo dæmon in ipsum ingressus fuisset, cum omnium admiratione clamare cæpit, adeo horrende, ut omnes accurrerint, causam vociferationis scire cupientes, inter quos & S. Dominicus erat, qui efficacibus orationibus suis eum liberavit. Alia quadam vice in eodem Monasterio pariter conversus quidam fuit à spiritu maligno possessus; cui cum fratres indicassent S. Dominicum in Ecclesia orationi operam dare, illuc accurrit, cumque S. vir Dei dæmonem de sua præsumptione redarguisset, is se excusando respondit, conversum hunc statim optime fuisse commeritum, eo quod pridiana die in civitate fine licentia vinum biberit, ac proinde in eodem potationis actu corpus ejus Dei permissione ingressus fuerit.

Prætum sanctid. l. 2. c. 86. Alius cum bolo canis à dæmone obsessus precibus S. Dominici liberatur.

11. In vita S. Philiberti Bellovacense referente legitur, quod cum die quadam excessive plus solito manducasset, indeque corpus ejus dilatatum fuisset, dæmon ad illum accesserit, corpusque illius hinc inde palpaverit, lætus & festivus dicens: *Modo bene hic, modo bene.* Adducit vero præfatus Episcopus à venatoribus desumptam similitudinem; dum inquit: *Diabolus per gulam capit, tenet, & alligat, gaudet, & videt, sicut laxantur aucupes, quando vident aves per gulam captas laqueo, & piscatores, quando vident pisces captos per gulam hamo.* Sanctus Basilius de hominibus huic vitio deditis differens, eosdem dæmonis stipendiarios esse his verbis dicit: Voluptatibus addicti, duce diabolo stipendia meruere, S. Bonaventura illos immundis comparat animalibus, quia hæc præ cæteris esse solent gulosiora, unde gulosi sunt dæmonis porci: *Diabolus nutrit & impinguat porcos scilicet gulosos,* inquit Bonaventura, *& postea ad fumum inferni ponit eos, ut in inferno devoret & pascatur.* Per textum illum S. Matthæi cap. 8. probat, quando dæmones à Salvatore petierunt licentiam immundum porcorum gregem ingrediendi, eaque accepta, eosdem porcos in fundum aquarum egerunt præcipites; unde idem Seraphicus Doctor verba illa: *Mitte nos in porcos,* ita exponit; *id est, in gulosos.*

Dæmon corpus Philiberti ubi dilatatum palpat. *Bellovac. ibid.* *S. Basil. ser. de abdicatione rerum.* Gulosi sunt dæmonis stipendiari, sunt animalia immunda & porci. *S. Bonav. in Dieta salutis. c. 6. 8.*

Matth. 8. v. 31. Gulosi sunt filij Belial, veram futuram non credunt. *S. Hier. T. 9. in Reg. Monach. 1. Reg. 2. 12.*

12. S. Hieronymus, qui, ut ex operibus eius deducitur, implacabilis fuit hujus vitij inimicus, prout specialiter & clare ex invectivis illius contra Jovinianum perspicitur; hic autem gulosos filios Belial appellat, dicens: *Omnes qui ebrietatem sectantur, filij Belial vocantur.* De hisce filiis & dæmonis sequacibus in primo libr. Regum dicitur: *Porrò filij Belial nescientes Dominum;*

Dominum; Hi enim qui ventrem pro Deo adorant, in vitam futuram minime credunt. Thom. Cantipratensis de quibusdam in taberna collegialiter compotantibus refert, quod cum essent ebrij, de variis rebus maxime vero de iis, quæ in futura vita agentur, discurrere cœperunt. Tunc unus præ cæteris præsumptuosior dixit: Nos à Presbyteris decipimur & deludimur, hi enim nobis persuadere contendunt, quod animæ a corpore separatæ, post hanc vitam etiamnum vivant: cui cum omnes circumstantes cum risu non modico applaussissent, vir quidam robustus, & altæ staturæ ibidem supervenit, in exteriori speciem hominis repræsentans, qui in medium illorum se constituens, sibi quoque vini vitrum propinari petiit, cumque bibisset, quinam eorum sermones mutui essent, ab iis popposcit. Cui præfatus sacrilegus respondit: *De animabus. Si quis esset qui meam vellet emere, foro optimo darem eam* (vilem enim quamdam nominabat monetam) *& de pretio ejus in communi omnibus darem ad bibendum. Tunc cachinnantibus omnibus, ille qui supervenerat, talem, inquit, mercatorem quæro; paratus sum eam emere, dicitò quami dabo? & ille elato vultu, tanti inquit. Mox convenientibus eis in pretio, solvit emptor statim pecuniam, & lætantibus omnibus biberunt pleno calice, non curante illo quod animam suam vendidisset.* Vespere autem appropinquante emptor inquit, jam tempus est, ut quilibet in domum suam se recipiat, priusquam tamen abeatis, sequens à vobis dubium mihi resolvi peto. Est qui equum emit fræno alligatum, numquid is simul cum equo frænum sibi comparasse censetur? Cui omnes unanimiter affirmarunt: *Nec mora, venditorem quæstionis & responsionis horrore tremendum emptor cum anima & corpore videntibus omnibus sursum levavit in aëra, & secum, ut certum est, ad inferna pertraxit, diabolus enim erat in hominis specie.*

Thom. Cantipr. l. 2. Apum. c. 56. §. 2.

Vir abstinentissimus, ex vino dissolutus, à dæmone correptus.

13. Anno 1584. in oppido quodam Velaviæ *Appeldorn* nuncupato, sequens accidit funesta Historia, duo enim Nobiles Germani sub Hollandorum signis militantes inter se pacti sunt, eousque bibere, donec alter illorum creparet, simulque sibi invicem promiserunt, quod qui primus è mensa surgeret, illum dæmon ingrederetur, possessurus deinceps eumdem. Accidit autem, quod mercator quidam in eorum venerit societatem, quem pariter, ut in eadem cum ipsis pacta veluti tertius descenderet, coëgerunt, qui timore mortis consensum suum eis abnuere ausus non fuit; At vero quisnam fuit horum miserabilis finis? *Paulò post spiritus malignus locum ingressus, utrique cervicem fregit.* In hujus vitij detestationem optimè serviunt S. Augustini sequentia verba: *Illud ante omnia rogo, & per tremendam diem judicij vos adjuro, ut illam fœdam consuetudinem, per quam grandi mensura sine mensura tres homines, aut volentes, aut inviti solebant bibere, tamquam venenum diaboli de vestris convivijs respuatis.* Divus quoque Chrysostomus eos qui ebrietati assueverunt deplorans, ebrietatem dæmonem quemdam voluntarium esse dixit: *Quid ebrietate*, inquit, *miserabilius? Mortuus est animatus, ebrius, dæmon est voluntarius.*

Hujus rei terribile exemplum. *Grandes mensuræ sunt respuendæ. S. Aug. ser. 131. de temp.* *D. Chrysl. 1. ad pop.*

14. Bellovacensis modum, quo ursi capi solent, confiderans, eamdem similitudinem dæmoni applicat, animas hominum per gulæ vitium deprædanti: *Capit autem diabolus gulosos,* inquit, *sicut rusticus capit ursos, linens ramos arboris melle, & cum gradatim ascendit per ramos arboris, o dens attingere ad examen, & favum, quem credit invenire in arbore, subito cadens, capitur in fovea, quam rusticus subtus paravit. Sic gulosus delectationem quærit per diversa fercula, quibus repletus, incidit in foveam diaboli, id est, in infernum.* Celebre est factum illud quod S. Gregorius in Dialogis suis de sanctimoniali quadam refert, quæ cum supra modum extimularetur appetitu cujusdam lactucæ, quæ in horto monasterij erat, magna & pulchra, cum illam ex horto decerpisset & magna cum aviditate manducasset, eamdem sine mora ingressus est dæmon, à quo postea per efficaces sancti Equitij intercessiones liberata fuit. Spiritus hic malignus multas prò dolor animas per inordinatum bibendi & comedendi appetitum deprædatur & seducit, id quod S. Bernardus his verbis deplorat: *Multi per vinum à dæmonibus capti sunt, nec est aliud ebrietas quam manifestissimus dæmon:* S. Antoninus de hac materia differens, authoritatem citat S. Ambrosij, ad Quæstionem cur scilicet dæmon Adamum de gula tentaverit, & cur tanto cum studio hanc tentationem circa gulam potius, quam circa aliud vitium efficaciter continuet, respondentis: *Ideo serpens gulam suadet, quia novit inde multa lucrari.*

Bellovac. Ibid. Gulosos capit dæmon sicut rusticus capit ursos. *S. Greg. l. 4. Dialog.* *Mich. Isselt P. Thirens Hort. Past. in Tub. Sacerd. Tr. 5. sect. 10.* Alia funesta historia. *S. Bern. serm. 25. de modo bene vivendi.* *S. Antonin. sum. Theol. p. 2. tit. 6. c. 1. §. 4.* *S. Ambros.*

DISCURSUS III.

ARGUMENTUM.

Vitium gulæ in pœnam sibi adscisci infernum, perpetuum à Paradiso exilium, & animæ perditionem.

THEMA.

Mortuus est autem dives & sepultus est in inferno, Luc. 16. v. 22.

1. IN universo amplo & mystico sacræ Scripturæ volumine nullius alterius reprobi adeo manifeste describitur æterna condemnatio, quemadmodum hujus epulonis, siquidem idem ille, qui de seipso inquit: *Ego sum veritas*, in Annalibus æternitatis ad perpetuam memoriam, illum non solum anima tenus in infernum deturbatum, verum etiam ibidem sepultum esse conscribi fecit: *Et sepultus est in inferno.* Unde inferre licet, quod qui gulæ & crapulæ dediti sunt, ut plurimum ligna sint, quibus ignis infernalis nutritur. D. Chrysol. miserum hunc hominem corpore & anima tenus ab abysso perditionis absorptum fuisse existimare videtur; Dicit enim: *Eu fraues, quam verum lamentanda mutatio, pauperem portant Angeli, divitem degluttt infernus.* Albertus Magnus & Didacus Stella in suis super S. Lucam conscriptis Commentariis in usu esse dicunt, ut unusquisque post mortem suam in sua speliatur Parochia, atque à propriis ad sepulchrum deducatur Parochis: *Ecce exequiarum officium,* inquit Albertus Magnus, *à dæmonibus presbyteris impensum, in hoc enim præcipue verum est, quod dicitur Matth. 8. Dimitte mortuos sepelire mortuos suos.* Lyranus pariter de illo scribit: *Erat diaboli Parochianus, ei primitias reddens.* Enimvero tametsi Spiritus S. de aliis divinæ legis transgressoribus in pluribus sacræ Scripturæ locis verba quædam habeat æternæ perditionis illorum indicativa, nusquam tamen adeo aperte de aliis, quod in infernum sepulti sint, declaratur, sicut de hoc Epulone, nec non de Chore, Dathan, & Abiron, ut exinde intelligamus, modicam spem Regni cœlestis habere illos, qui ventri suo, tamquam Deo, cultum exhibent.

Qui gulæ serviunt, ligna sunt quibus infernalis nutritur ignis, modicamque spem habent regni cœlestis. *D. Chrysol. ser. 121.*

Alb. Mag. in Luc. Did. Stell. ibid. Matth. 8. v. 22. Lyran. ibid.

Num. 16. v. 33.

2. Apud Isaiam os inferni ad absorbendas innumeras animas non solum apertum, sed & dilatatum esse invenimus: *Propterea dilatavit infernus animam suam, & aperuit os suum absque ullo termino.* Ubi Ly. *Propterea*, relationem dicit ad causam, cur barathrum infernale tanta cum aviditate fauces fuas ad genus humanum devorandum aperuerit. Causam autem idem Propheta paulò ante his verbis insinuavit: *Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum usque ad vesperam, ut vino æstuetis; Propterea*, subdit paulò post, *dilatavit*, &c. In eodem capitulo verbum *Væ* mortis æternæ ebriis comminatur, cum dicitur: *Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem, ... Propter hoc sicut devorat stipulam lingua ignis, & calor flammæ exurit, sic radix eorum quasi favilla erit.* S. Augustinus quoque ebrietatis vitium sub nomine inferni describens, inquit: *Ebrietas quasi inferni puteus, quoscumque susceperit ita fortiter sibi vendicat, ut eos dem ipsos de interni tenebroso puteo ad sobrietatis lucem redire non permittat.* In vita insignis illius servi Dei Camilli de Lellis peregrina quædam, quæ suo tempore accidit, refertur Historia; Fundaverat is Religionem suam Clericorum infirmis ministrantium, in qua vinea laborantes, cum hic Romæ ad moribundum quemdam vocati fuissent, miser ille horribiliter & continuo blasphemare non desistebat, quem proinde ipsi ad compunctionem, & resipiscentiam, nec non ad postulandam à Deo peccatorum suorum veniam inducere omnibus modis satagebant, ipse vero ad illorum quemdam propinquius sibi astantem conversus, dixit: *Quid tua interest, si ego ad infernum proturber?* Eoque dicto expiravit. De quo proinde dici potest: *Mortuus est dives, & sepultus est in inferno.* Hujus autem defuncti familiares hisce patribus, illum crapulæ adeo immersum fuisse, dixerunt, ut pro uno dumtaxat capreolo condiendo decem sæpius scuta impenderit; quid mirum igitur, si miser ille inter hædos, id est, inter damnatos collocatus fuerit?

Isa. 5. v. 14. Quare barathrum infernale suas fauces ad genus humanum devorandum aperuerit? *Ibid. v. 11.* *Ibid. v. 21.* *Ibid. v. 24.* *S. Aug. ser. 231. de tempore* Ebrietatis vitium est infernus. *Lib. 3. c. 9. vitæ Camilli de Lellis.*

3. D. Chrysostomus ad illa verba: *Cum esset in tormentis*, se reflectens dicit Evangelistam hoc loquendi modo excessivum quemdam suppliciorum cumulum

Luc. 16. v. 23. *D. Chrys. in Cat. D. Thom.* *Ibid.*

Quod gulosi infinita tormenta & gravissima patiantur exemplo demonstratur.

S. Augustl. 2. q. 38. de Quæst. Evangel.

Bellovac. spec. moral. l. 3. p. 8. dist. 3.

lum insinuare, voluisse: *Istum infinita tormenta possidebant, unde non dicit cum esset in tormento, sed in tormentis, totus enim in tormentis erat.* Hanc quoque innumerabilium pœnarum congeriem phrasis illa subindicat, qua Evangelista dicit: *Sepultus est in inferno*; de eo enim qui vitio cuidam sum mopere immersus est, dicere solemus, *Sepultus est in eo usque ad fauces.* Sanctus Augustinus à S. Thoma in Catena citatus prædictorum verborum sensum declarans inquit: *Sepultura inferni pœnarum profunditas est.* Bellovacensis de artifice quodam refert: Qui in certo quodam illorum Monachorum monasterio laborabat, cujus V. Beda, *de gestis Angelorum* mentionem facit. Hic igitur diebus festivis potius crapulis & ebrietatibus vacabat, quam ut operam suam divino cultui, & animæ saluti impenderet; cum vero infirmatus morti proximus esset, pios Monasterij illius religiosos ad se accersivit, iisque salutem suam desperatam esse dixit, addiditque quod viderat infernum apertum, & Satanam in profundum mersum cum Caipha, & cæteris crucifixoribus Domini, æterno incendio traditum, in quorum infimis viderat sibi locum deputatum. Cui cum dicti religiosi cum ingenti spiritus fervore promitterent veniam, dummodo ipse pœnitens, veræ compunctionis actus in se excitaret; infirmus hac promissione spreta respondit, quod videbat instare judicium, nec esse sibi ultra spem salutis, & hæc dicens expiravit, sine viatico, & aliis signis salutis. Unde ab aliis separatim sepultus fuit, nec quisquam pro anima ipsius sacrificium Deo offerre præsumpsit.

Luc. 13. v. 28. Quare Christus inferni tormenta ad fletum & stridorem restrinxerit?

4. Apud S. Lucam cap. 13. nonnulli à Regno Dei proscripti fuisse leguntur: *Nescio vos unde sitis, discedite à me omnes operarij iniquitatis; ibi erit fletus & stridor dentium*; Observandum vero ante hanc sententiam immediate nimij cibi & potus factam fuisse mentionem; hi enim qui exclusi fuerant, jam ante dixerant: *Manducavimus & bibimus*; Verumtamen in hactenus dictis non est difficultas; sed ulterius progrediamur inquirendo, cur Salvator noster solam & specialem fletus & stridoris dentium faciat mentionem, cum tamen constet justitiam Dei vindicativam in illa pœnarum abysso omnium atrocissimorum tormentorum coadunasse congeriem? Evolvatis universum S. Matthæi textum, & invenietis, quod in variis occasionibus Christus de inferno loquens, non semel, sed octies illius tormenta ad hæc duo scilicet ad fletum & stridorem dentium restrinxerit. Scitisne hujus rei causam? Nimirum duo peccata reliqua inter in mundo triumphant, quibus dictus accenditur focus, scilicet illa quæ suam originem ab oculis minus bene custoditis trahunt; ideoque fletus & inconsolabilis planctus illis correspondebit; aliud genus ad gulam spectat, quæ ad dentes relationem habet: ideoque ibi erit *stridor dentium*, quia *per quæ quis peccat, per hæc & torquetur*, ecce vobis conceptum hunc claris Hugonis Cardinalis expressum verbis, dicentis: *Flebunt oculi, quia in vanis fuerunt vagi; stridebunt dentes, quia edaces fuerunt. Per hæc duo notantur duo genera culparum, pro quibus puniuntur; scilicet concupiscentia oculorum, id est, avaritia, quæ per fletum; & gulositas, quæ per stridorem dentium designatur.* Merito itaque Divus Antoninus, vitium hoc gulæ, sequentibus detestatur verbis: *Quam spem habere possunt de Deo & de beatitudine, quorum Deus venter est, ut dicit Apostolus, & gloria in confusione ipsorum; qui terrena sapiunt?* Sanctus quoque Antonius de Padua ad dictum à Christo insinuatum stridoris dentium in inferno supplicium se reflectit inquiens: *Si stridor dentium, qui de edacitate gavisi sunt.* Imo S. Bernardus in sermone *de modo bene vivendi* non solum semel pœnam æternam talibus intimat, sed eamdem comminationem trina vice repetit, inquiens: *Ebrietas efficit hominem à Regno Dei; expellit hominem à Paradiso; demergit hominem in infernum.*

Luc. 23. v. 28. Sap. 11. v. 17. Hug. Card. in Luc. c. 13.

S. Antonin. sum. Theol. p. 2. tit. 6. c. 1. §. 3.

Philip. 3. 19. S. Ant. de Pad. ser. in Dom. 20. post Trin.

S. Bern. serm. 25. de modo bene vivendi. Mart. Delrio lib. 3. de Magia p. 1. q. 7.

5. Terribile factum quoddam à Martino Delrio & ab aliis Classicis Scriptoribus refertur: videlicet quod in Comitatu Flandriæ in quodam Prioratu, ubi tres morabantur Monachi, de nulla alia re quam de cibo, potu & fornicationibus cogitantes: quorum unus vesperi finita mensa aliis dixit: *Sat Baccho, libidinique datum, Deo gratias agamus*, ubi alter respondit: *Ego demon gratias ago, & agendam censeo cujus opus agimus*; his dictis singuli lectum petierunt, singulas secum impudicas ducentes fœminas, cumque vix se vestibus exuissent, comparuit dæmon, portam aperiens, & habitum venatoris aspectumque præ se ferens horribilem, cum duobus aliis minoris staturæ, qui coci esse videbantur, ingressus est, torvoque vultu quaquà versum respiciens voce horribili exclamavit: *Ubi est qui mihi gratias egit? adsum, referam.* Ad quæ verba temerarius exhorruit, & tantum non mortuus est. Dæmon vero illum è lecto extractum subito astantium cocorum consignavit manibus, ut eumdem feru infixum ad ignem ibidem accensum torrent: *Assatur infelix*, inquit Author, *emoritur planissime*; alij autem cadaver hoc ad ipsorum exemplum tostum videntes, & fœtorem inde intolerabilem percipientes longe amplius inhorruerunt, quibus diabolus, priusquam discederet, inquit: *Digni vos etiam estis pari supplicio, nec deest voluntas mihi, Vetor vi majori, invitus ab eo, & moneo respicite, aut manent terribiliora.* Dicite sodes quinam fuere illi qui in hac præsenti vita igni, si non infernali (quia de cœlo lapsus fuerat) indubitatè tamen infernalis ignis præludijs, experientiam fecerunt? utique infamium civitatum Sodomiticarum habitatores, qui saturati, nefandis libidinibus in prædam cesserunt; nam *Sodoma idcirco sulphure & igne periit*, ut sanctus Ambrosius advertit, *quia inter cætera mala panem in saturitate comedit.* Clemens Alexandrinus admirari se dicit illos, qui amant sobrietatem, sed audite, quibus id verbis dicat: *Eos laudo & admiror, qui vitam auferam delegerunt, & moderatæ vitæ medicamentum, aquam appetunt, vinum autem tamquam ignis minas quam longissime fugiunt*; quasi dicere vellet, vinum flammas spirat infernales, vel saltem minatur, si fine moderatione bibatur.

S. Ambr. T. 1. in precat. ad Missam. Clem. Alex. l. 2. Pædag. c. 2.

Luc. 16. v. 21. D. Chrysost. Cat. Themist. c. 16. Luc. S. Thom. Illib. Anima vitio crapulæ coinquinata, non vivit. Petr. Blesc. Epist. 83. S. Basil. ser. de abdicat. rerum.

6. D. Chrysostomus super illa verba: *Mortuus est autem & dives*, inquit, *mortuus est quidem cum corpore, sed erat illi ante anima mortua.* S. Thomas quoque ait: *Anima ejus dum viveret, sepeliebatur obruta corpore quasi sepulcbro.* Anima enim quæ hoc gulæ & crapulæ vitio coinquinata est: *Non vivit Deo sed jam mortua est, tuta ad infernum.* Petrus Blesensis cuidam qui in hoc crapulæ vitio incorrigibilis erat, in hunc modum scribit: *In animæ tuæ perniciem conjurasti, atque in ipsius gravamen ventris imploras auxilium.* S. Basilius ad Protoparentes nostros alludens, qui quamdiu abstinentes fuerunt, Paradisi incolatu gavisi sunt, inde vero proscripti, mox ut manum suam ad pomum vetitum extenderunt, inquit: *Si gulam in hoc vitio continueris, Paradisum habitabis, sin minus, hoc tibi persuade, pabulum te mortis futurum.*

Epist. 83. S. Basil. ser. de abdicat. rerum.

Quod de ebrietate nascitur, igni præparatur.

Bellovac. ib. dist. 1.

Similitudo.

7. Nescio an aliquando observaveritis quod pro custodia ejusdem Paradisi Deus olim Cherubinum quemdam gladium ignitum versatilem vibrantem collocarit, qui primos parentes nostros abinde arceret, circa quod Bellovacensis sequentem habet considerationem: *Ne redire posset homo ad ejus voluptatis, opposuit Deus Cherubim & flammeum gladium, in quo figuraliter ostendit Deus, gulam esse cavendam, ne mortem ignis infernalis incurramus.* S. Augustinus propiissimam quamdam adducit similitudinem prati alicujus stagnantis, & paludinosi, in quo serpentes & alia similia animalia nociva generantur, in quo post elapsam æstatem ignis accenditur, ut pratum ab omni noxio germine & animalibus pestiferis, per ignem devorantem expurgetur; hanc que similitudinem terræ corporum nostrorum adaptans, ex nimio cibo impinguatæ, & in ebrietate stagnanti & natanti: *Ipsa*, inquit, *corporis terra, velut in paludem conversa, serpentes & ranas potius, quam fructus generat, & ideo annis singulis, quæ in ipsis paludibus, aut citra ripas nascuntur, incendio concremantur, ita quod de ebrietate nascitur igni præparatur.* Audite proinde quale consilium homini ad cœlum aspiranti, & de propria salute solicito S. Isidorus Peluliota his verbis suggerat: *Si te ad Deum abiturum esse expectas, consilys meis obtempera, galaque tibi rabiem extingue, voluptatum igniculos conspicens, quarum immoditias usus homines ad futuras flammas transmittit.*

S. Aug. ser. post Remens. 8.

S. Isid. Pelus. l. 1. Ep. 165.

Gulosi cum epulone à cœlo sunt ejecti.

8. S. Bernardus gulosos in eadem classe cum epulone reponit, utpote quos à cœlo exules esse existimat: *Imitatores*, inquit, *sunt pauperrimi & miserrimi divitis, qui epulabatur, non aliquando, pro sanitatis remedio, sed quotidie pro voluptate splendidæ*, propter quod nec guttam aquæ cum in inferno sepultus esset, meruit impetrare, ut refrigeraretur lingua ejus, ardens profecto in flamma, quæ alienis semper, & superfluis fuerat delectata saporibus. In dubium quidem revocari poterat, an reprobus ille in inferno sepultus fuisset ob superbum nimis & pretiosum vestitum, vel ob male collocatas suas divitias, an vero quia erga pauperes crudelis extiterat, at vero Christus, quamvis & totum hoc accuratè consideraret, nihilominus voluit ut per ipsum epulonis os, quo potissimum supplicio, scilicet intolerabili atque excessivo linguæ ardore, intelligeremus; Ast causam nostis? In uno linguæ nostræ nervo sensus situatur gustus, ubi sapores discernuntur, quia igitur hac in parte deliquerat Epulo, ideo justitia divina membrum istud præ reliquis puniri voluit. *Ibi plus cruciabatur*, inquit Lyranus, *quia per eam plus peccaverat.* Quam veritatem sanctus Bonaventura clarius expressit, dum ait: *Hæc præcedit ad judicium, quæ præcessit ad peccatum; hæc primo degustat cruciatus, quæ pretiosos cibos & odoriferos pocula degustavit, secundum illud: Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur.*

Luc. 16. v. 24. Lyran. ibid. S. Bonav. in Luc.

Odit Deus cum Esau illos, qui vitio gulæ traducuntur.

Rom. 9. v. 13. S. Bonav. in Diæta salut. T. 1. c. 8.

9. Sanctus Joannes Climachus insigne hoc pro refrænando gula tradit documentum: *Si ventrem seu gulam restrinxeris, Paradisum incoles; si laxaveris mortis pabulum factus es.* In quo eodem libro aliud traditur sancti Basilij dogma, asserentis: aliquos quidem secundùm apparentiam de numero esse electorum, sed propter hunc gulæ excessum statui inter reprobos; *qui cum specie seu habitu*, inquit ille, *inter salvos esse videantur, re ipsa inter damnandos numerandi sunt.* Quia ut D. Chrysostomus, postquam multis hoc in vitium invectus fuisset, concludit, Gulosi è cœlo penitus excludantur, ait enim: *Vis ut dicam id quod his omnibus majus est & gravius? Ebrius homo in regnum cœlorum intrare non potest.* Quis hæc dicit? Paulus dum ait: *Nolite errare, neque fornicarij, neque idolis servientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt*; ubi ut videmus, ebrij inter perditæ salutis homines annumerantur. Porrò idem Sanctus in prima ad populum Antiochenum Homilia eamdem repetit sententiam, dicens; *Quod malorum caput est, cœlum ebrijs inaccessum hic morbus efficit, nec æterna bona assequi permittit.*

S. Joan. Clim. Grad. 14. scala 24. ibid. n. 20.

1. Corinth. 6. v. 9.

D. Chrysost. hom. 1. ad pop. Antioch.

10. Gulosum præfiguravit Esau qui ex effrænis appetitus sui pruritu primogenituram, in qua cœli denotabatur hæreditas, propter unum jusculum vendidit; quid igitur mirum si Deus protestatus est, dicens: *Esau odio habui*, odit enim Deus, quotquot ab hoc vitio se traduci sinunt: *Gulosus comparatur Esau*, inquit sanctus Bonaventura, *qui pro cibo lenticulæ vendidit primogenita sua: sic gulosi pro gula vendunt præmia æterna, nam dicitur Thren. 1. Dederunt quæque pretiosa pro cibo.* Non utique in tam abundanti Patriarchæ domo deficiebant cibi; sed nimia aviditas, infelicem seduxit, ut cibi adeo conditi inesceretur affectu, adeo quidem ut diceret: *En morior. Primogenitorum gloriam Esau amisit*, inquit sanctus Gregorius, *quia magno æstu desiderij vilem cibum, scilicet lenticulam, concupivit; quam dum vendendis etiam primogenitis præstulit, quo in illam appetitu anhelaret, indicavit; neque enim cibus sed appetitus in vitio est.*

Causa, ob quam innumerabilis populi Hebræi cœtus, terram promissionis non attigerit.

S. Joan. Clim. Grad. 3. n. 79. Rom. 14. v. 17.

S. Basil. l. 1. de jejunio.

11. Quis umquam gulam vitiorum sentinam esse sibi persuaderet? Sanctus Joannes Climachus speciosum admodum ei attribuit titulum; sed in idem penitus recidentem: ait enim: *Si hanc vitiorum Reginam devicteris, ubique locorum tranquilla animi pace perfrueris; ab eadem victus ad mortem usque semper de salute periclitabere.* Neque dictum hoc multa indiget Glossa, siquidem Apostolus aperte protestatur, dicens: *Non est regnum Dei esca & potus.* Innumerabilis populi Hebræi cœtus ex Ægypto, præter commune inutile vulgus, ascendit ad sexcenta millia pugnatorum; tres quasi milliones hominum; quot autem ex his omnibus pedem suum terræ promissionis intulerunt? duo dumtaxat, scilicet Josue & Caleb, quantum nobis constat. Sed tantæ ruinæ causam à sancto Basilio discamus asserente: *Quam diu contenti erant manna & aqua ex petra, Ægyptios vincebant, per mare viam faciebant, non erat in tribubus infirmus; postquam vero mentionem fecerunt carnium, lebetum, & conversi sunt cupiditatibus in Ægypto, non viderunt terram promissionis.* Tandem vero ad Epulonem Discursum suum dirigens, exclamat: *Non times exemplum? non horres edacitatem, ne te à speratis bonis excludat?*

DISCURSUS IV.

ARGUMENTUM.

Crapula & ebrietas sentina sunt omnium vitiorum, suosque sequaces in quævis præcipitia impellunt.

THEMA.

Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum, Psalm. 72. v. 7.

Psal. 72. 6. Vitium crapulæ scopulus est in quodvis peccatum impellens, janua aliorum vitiorum, eorumdemque propagatrix: fœcunda mater.

1. Regij Psalmistæ Propheticum oraculum omnis enormissimæ malitiæ facem, quorumdam impiorum his verbis describit: *Tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate & impietate sua; iniquitatem in excelso locuti sunt, posuerunt in cœlum os suum*; sed unde obscuro tanta impietatis malitia derivata fuit? ex gula videlicet, ex vitio crapulæ, cui immersi erant: *prodijit quasi ex adipe iniquitas eorum*; Per adipem vero voracitas in comedendo figuratur, quia hæc est omnium iniquitatum receptaculum. Quænam, dic mihi, causa fuit quod tam primus quam secundus Adam à tortuoso colubro per gulam tentatus fuerit? *Per gulæ peccatum*, inquit S. Bonaventura, *mors intravit in orbem, unde Christum diabolus primitus per gulam tentavit, quasi per januam aliorum vitiorum aditum quæreret ad ulteriora.* S. Basilius super Isaiam scribens, ebrietatem fœcundam appellat omnium & singulorum vitiorum nutricem: *Ebrietati vitiorum omnium propagatrici &c.* Et in alio quodam sermone, cui titulus est; *De abdicatione rerum*, postquam multa mala enumerasset, quibus lautè viventes & ebrietatem quotidie continuantes obnoxij sunt, tandem his notabilibus verbis concludit: *Ut gulæ libidinem obtegant, innumerabilibus se vitijs involvunt.* Clemens Alexandrinus in suo Pædagogo ex libro Sapientiæ & Ecclesiastici vinum excessive potatum scopulum esse dicit ad omnem lapsum, in quodvis peccatum provocantem: *Clamavit* inquit, *Sapientia Prov. 2. & Eccli. 31. vinum quod bibitur multum in irritatione & omni lapsu replet.* S. Cyrillus Alexandrinus abstinentiam matrem vocat omnium virtutum; ebrietatem vero econtra detestatur velut originem & seminarium omnium & singulorum vitiorum: *Sobrietas*, inquit, *omnium virtutum mater est, sicut è contrario ebrietas omnium vitiorum.* D. Chrysostomus quoque *in hom. 1. ad populum Antiochenum* ebrietatem dicit esse malorum omnium radicem; Et in cap. 5. Isaiæ: *Ebrietas*, incuit, *innumerabilium malorum fons est atque fundamentum.* Idem quoque in alia quadam homilia crapulam & voraciatem in cibis delicatis & exquisitis, omnis vitij dicit esse tyrannidem, qua servi & mancipia efficimur: *Crapula*, inquit, *nostras post terga ligans manus, vitiorum tyrannidi velati cudam præbet. Dominæ servos nos captivosque reddit.*

D. Chrysost. hom. 53. de Pœnit. t. 1. 1. Cor. 6. v. 9. Causa quare Apostolus ebrietatem in medio ponat iniquitatum. D. Chrysost. 5. ser. 34.

2. Sanctus Apostolus iniquitatum pessimarum contexens catalogum, ebrietatem velut omnium ducem in medium earum collocat, dum inquit: *Fornicarij, idolis servientes, adulteri, molles, masculorum concubitores, fures, avari, ebriosi, maledici, rapaces.* Super quibus verbis D. Chrysostomus de ebrietate differens, se reflectit, inquiens: *Audisti qualem in turbam ipsum conjecerit? cum impudicis, cum scortatoribus, cum idololatris, cum adulteris.* Unde Sanctus Gregorius considerat, quod sicuti ex civitate armorum præsidio bene munita variæ egrediuntur bellatorum phalanges ita ex unico vitio gulæ, & nimio cibo & potu, innumera alia pullulent peccata: *Ex uno*, inquit, *gulæ vitio innumera vitiorum agmina ad conflictum animæ producuntur.* Subditque saluberrimum quoddam monitum, in consolationem eorum, qui hac in re se refrænare nolunt, dicens: *Cum idem gulæ vitium rescinditur, alia multa nobis vitia subjugamus.* Sanctus Joannes Climachus, gulæ irreconciliabilis inimicus, similem quamdam habet propositionem, inquiens: *Quæ ramus & ex hoc nostro, imo omnium malorum nostrorum architecto & hostium maximo, gulæ inquam, omnium vitiorum principe & auctore.* Quam eamdem paulo post causam esse asserit omnium animæ macularum, omniumque transgressionum ducem: *Omnium iniquitatum causa & dux est*, inquit. Idem quoque specialiter quoad religiosos considerat damna quæ inde ipsi recipiunt, quia propter gulam omnes causantur errores & peccata quæ committunt: *Ut apud eos qui in sæculo degunt avaritia est radix omnium malorum, ita in religione gula.* Sanctus Nilus in Tractatu *de octo vitiosis affectionibus*, gulam quoque reponendam non dubitavit; in ejusque execrationem invectus asserit, quod sicut Sathan dæmoniorum Princeps est, ita quoque illa, inter vitia principatum teneat. *Dæmonum Princeps est Sathanas*, inquit ille, *vitiorum autem gula.*

S. Greg. l. 5. in 1. Reg. c. 11. Sicut Sathan dæmoniorum princeps est sic gula inter vitia primatum tener. S. Joan. Clim. Grad. 14. n. 24.

S. Joan. Clim. Grad. 26. n. 57.

S. Nilus de 8. vitiosis affect.

3. Beatus Laurentius Justinianus in lib. 1. intitulato: *De spirituali animæ interitu*, multa ab hoc crapulæ vitio enumerat promanantia mala, dum inquit: *Per hanc*

Quæ vitia promanent ex unica gula.

B. Laur. Justin. de Spirit. anima interitu l. 1.

hanc natura corrumpitur, libidinis nutrimentum incendia, subvertitur ratio, flagella pandantur, homicidia fiunt, proferantur stultiloquia, detractiones & verba scurrilia; hebetatur mens, nativus relaxatur, latitia inepta dissolvit, immunditia pollut. Neque enim in dubium revocari potest, quin hoc peccatum totam stirpem humanam omnibus replerit malis, & damnis, & de pœna quidem dubium non est, quin nec de culpa, utpote radice vitiata & infecta. Ne quis tamen ullus ambigendi locus relinquatur, Sanctum Antoninum audite dicentem: *Crapula est malorum initium, nam omnes pœnalitates & miseriæ; mors, quam patimur secundum corpus, & ignorantia & inclinationes ad vitia processerunt ab illa inobedientia Adæ & vitio gulæ.*

S. Antonin. sum. Theol. p. 2. Tit. 6. c. 1. §. 4.

4. Seneca moralis de Cajo Cæsare, misero crapulæ mancipio tractans, priusquam exorbitantes ejus & inauditas incredibilesque recenseret prodigalitates, sequentia scribit verba. *C. Cæsar, quem mihi videtur natura edidisse, ut ostenderet quid summa vitia in summa fortuna possint.* Ecce vobis qualiter edacitas & voracitas monstrum dicatur constituere vitiorum omnium, quisquis se in eam immergit. Idem quoque alibi hanc notabilem adducit sententiam, inquiens: *Omne vitium ebrietas & incendit & detegit.* Quia vinum immoderate sumptum ad vitia inflammat, sed & insuper latentia propalat & manifestat, multarum namque malitiarum frœnum est verecundia, hanc autem ebrietas penitus extinguit, prout idem Scriptor attestatur, dum ait: *Obstat autem malis conatibus verecundiam removet, plures enim pudore peccandi, quam bona voluntate prohibitis abstinent.*

Gula monstrum est omnium vitiorum. Senec. in consol. ad Helviam.

Seneca Ep. 83.

Animæ arx omnibus vitiis redditur pervia, si in ea ratio vino sopita, jaceat sepulta & victa.

5. Modernus quidam Author similitudinem à bene munita defensaque desumit civitate, quam, licet cæteroquin inexpugnabilem, optimeque instructam, si gubernator victam esserit, certo certius in potestatem cedit inimicorum. Ita quoque ebrietas rationem, quæ in hoc nostro residet corpore sapiens, vinoque in prædam donans, invincibile cæteroquin animæ fortalitium hostibus pandit, dum omnibus portam aperit vitiis. *Sicut castri custode interempto, facile illud occupatur; sic est & in animæ arce, cujus custodia rationi est concredita, quæ si jacet sepulta, jam omnibus vitiis redditur pervia.*

7. Salvator noster tremenda extremi judicij signa nobis prædicens, ita consulit: *Tunc qui in Judæa sunt, fugiant ad montes,* moxque subjungit: *Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus,* quorum verborum spiritualem sensum si intelligere voluerimus, ad sanctum Ambrosium recurramus oportet, dicentes: *Hæ sunt itaque prægnantes, quibus dicitur; quæ animam suæ carnis extendant & quibus intimorum gressus pregrediantur animorum, effœtæ virtutum fœtæque vitiorum.* Ecce vobis unitam cum vitiorum multiplicitate pinguedinem, quacumque exclusa virtute. Quapropter & Philo Hebræus de Pentapoleos incendio agens, extremam ejus ruinæ crapulæ adscripsit; ubi autem de Sodoma loquitur, ita specialiter scribit: *Infinitis iniquitatibus referta, præcipue propter ventris libidinem.* Neque enim ullum vitium reperiri erit, quod cum ullo scelerum genere strictius ineat fœdus, quam gula.

Luc. 21. v. 21. & 22. Quid intelligatur per prægnantes & nutrientes in diebus extremi judicij. S. Ambr. l. 10. in Luc.

Philo l. de Abraha.

8. Plutarchus eum apud Ægyptios tradit viguisse morem, ut cadaver tumuletur, ventrem, primoquam illud sepulturæ traderent, exsciderent, eumque profane projicerent; cujus facti hanc allignat rationem, inquiens: *Ægyptij ventrem defunctorum exemptum & evisum, quasi caput scelerum omnium ab homine admissorum ejiciunt, ingluviem & carnificinam execrantes.*

Plutarch. de esu carnium. Cur Ægyptij ventrem defunctorum ante sepulturam excident eumque projecerint? Comparatur Gula fonti, ut præjudiciaria Gulæ damna exaggerentur.

9. Fontem aliquando videritis in delicioso horto, qui in plures dilatatus rivos, spaciatur delectabiliter, herbas, flores, arbores, sepesque vivificans, vivaria implens, prata virore fœcundans, camposque vicinos locupletans, animalia potans, nec non multos alios utilissimos operans effectus. Comparationem hanc sanctus Basilius adducit, ut præjudiciaria Gulæ damna nobis ob oculos ponat. *Ut enim aquæ,* inquit ille, *si in plures sit rivulos dissectus, vicina omnia loca herbarum viriditate convertit, sic vitium gulæ si per cordis sui venas se distraxerit, indeque sensus tuos omnes irrigavit, & libidinum multarum silvam in te conseverit, animam tuam feraram hactenus esficiet.* Per quas feras Sanctus hic appetitus & inordinatas partis inferioris intelligit passiones, quales virides efficit atque vivaces hoc gulæ vitium. Unde nec immerito in sermone *de modo bene vivendi* asserit S. Bernardus, quod *sicut per abstinentiam omnes virtutes spirituales radicantur atque ædificantur in anima, sic & per suavitatem ciborum omnia vitia nutriuntur & confortantur in corpore.* Quod de ebrietate testimonium diu ante perhibuerat S. Augustinus dum hoc eam afficit titulo: *Ebrietas malorum mater.*

S. Basil. ser. de abdicatione rerum.

S. Bern. serm. 24. de modo bene vivendi.

S. August. ser. 33. ad Fratres. Helluo hydropico comparatur, & bene. Luc. 14. v. 2.

10. Maligni Pharisæi die quodam Sabbatino hydropicum Salvatori obtulerunt teste S. Luca, experturi si eum curaret; *Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum.* Per hunc infirmum nos helluonem intelligere possumus, quia ut suo loco videbimus, qui se crapulæ in prædam dat, infatiabilis efficitur; quemadmodum enim Hydropicus qui quanto magis bibit, tanto majori cruciatur siti; ita & gulosi teste Osea, *comedent & non saturabuntur.* In præsenti autem notandum est, incarnatam Sapientiam similitudine uti animalis, in puteum cadentis; *cujus vestrum asinus aut bos in puteum cadet, & non continuo extrahet illum die Sabbathi?* quam similitudinem convenientissimam fuisse asserit S. Augustinus, dum ait: *Congruenter autem hydropicum animali, quod cecidit in puteum, comparavit.* Sed quare? quia sicuti bos aut asinus in puteum corruunt ab ardente tracti siti, absque hoc quod ad præcipitium attendant; qui etiam effectus sæpe in hydropicis probatus fuit, ita & gulosi à vehementi voracitatis appetitu se vinci permittunt. Cui ut satisfaciant, moremque gerant, flocci æstimant, dum se in omnia vitia & mala præcipitent, modo suam adimpleant perficiantque concupiscentiam.

Luc. 14. v. 2. Osee 4. v. 10. S. Augustin. tract. Evang. c. 19.

11. *Quis dic mihi,* interrogat sanctus Basilius, *Currus equorum indomitorum ita præceps fertur, Dominum suum excutiens, quam helluonem ebrietas.* Si navis aliqua in medio maris constituta, vela amisit, antennas ruptas habet, gubernatore destituta est, anchoræ jacturam fecit, ventorum efficitur ludus omniumque offendiculum seopulorum nullo non momento interitui vicinissima. Ita quoque circa eum qui in vino naufragatur, se rem habere attestatur idem Sanctus in hæc verba: *Quod navigium ita gubernatore destitutum, ita fluctibus exagitatum & concussum, si contingat, ut non sit ebrio securius.* Cui non absimilem instituit Discursum D. Chrysostomus, dum ait: *Sicut navis quæ ita impletur aquis, ut exhauriri nequeat, statim submergitur; ita & homo qui crapulæ & ebrietati se ipsum exponit in præceps vadit, & rationem suam submergit.*

S. Basil. l. 1. de ebrietate. Idem confirmatur in alia accommoda similitudine. D. Chrysost. 10. in Gen.

12. Sixtus III. in *Tomo quinto Bibliothecæ veterum Patrum* citatus, quæ vitia cum irreparabili impetu & absque resistentia nos in profundum detrahant, docet in hæc verba: *Tria sunt, quæ nimio feruntur impetu, & ita cupiditatis ignibus accenduntur, ut restingui sopirique vix possint; gula scilicet, & avaritia & libido.* Gula libidinem generat, prout suo loco dicemus; cupiditas pariter divitiarum ad crapulam fœpissime ordinatur; ideoque idem subnectit Author: *Ex quibus quisque vel uni fuerit mancipatus, tamquam de mente lucis ac vitæ, præceps instabilis volutatione in mortem fertur; ac tenebras ut vix ullis eruditionum frænis, & disciplinarum retinaculis revocari jam queat. Difficillimum est, gulæ voluptatibus deditum, avaritiam vel libidinem vincere; cum una illi solatium præbeat, altera vero præsidium; tam desolata est enim absque libidine gula, quam absque avaritia destituta.* Gulæ multa serviunt, obsequunturque vitia, eodemque tempore omnium se constituit mancipium: *Avaritia vero ipsa quodammodo se odisse videbitur, nisi gulæ libidinique deserviat; sed & libido penitus stare non poterit, nisi gulæ, quæ per avaritiam constat, foveatur auxilio.* S. Ambrosius post relatos multos pessimos ebrietatis effectus, concludit his verbis: *In quod facinus non præcipitat ebrietas?*

Sixtus III. l. de vitiis. Inter vitia quæ irreparabili impetu in profundum trahunt est gula.

S. Ambr. l. 1. de Abraham c. 6.

13. S. Augustinus in quodam sermone sequens atrox factum, quod in Hippone suo tempore accidit recenset: *Accidit,* inquit, *hodie terribilis casus (ut enim populum suum per tam funesti casus memoriam ab ebrietatis & crapulæ excessu refrænaret, populum civitatis in Ecclesiam convocarat, ut rei eventum eidem annunciaret) is cui infortunium acciderat, notus erat omnibus, utpote civis dives, & spectabilis nomine Cyrillus; potens in sermone & opere, & fere dilectus ab omnibus. Etenim habebat & eum unicum possidebat, & quia unicus erat, eum nimiopere diligebat & supra Deum;* ideoque omnem ei libertatem indulgebat, parum curans, quod sine timore Dei viveret, amoris sui teneritudinem præterendo debito bonæ educationis. Excessus vero abominabilis quem commisit, hic fuit: *Hodie enim ebrietatem perpessus, matrem prægnantem neguiter*

S. Aug. ser. 33. ad Fr. Casus funestus tempore Augustini qui populum ab excessu crapulæ refrænet,

Repetitur superadicta comparatio. Bellovac. Spec. mor. l. 3. p. 8. dist. 3.

neguiter oppressit, sororem violare voluit, patrem occidit, & duas sorores alias vulneravit ad mortem. Merito igitur S. Greg. à Bellovacense citatus, inquit: *Ebrietas est blandus dæmon, quam qui habet, se non habet, quam qui facit, peccatum non facit; sed totus est peccatum.* Idem quoque hominem ebriosum navi comparat nauclero & anchora destitutæ, quæ ubique allidit ac tandem submergitur: *Sicut navis,* inquit, *cum gubernator dormit, & anchora amissa est, ductur & convertur à quolibet flatu venti; sic mens ebrij cujus ratio consopita est, & sine anchora timoris Dei, de facili ducitur ad omne peccatum levi flatu tentationis,* nam ut Seneca moralis de hoc vitio inquit: *Crescit insolenti superbia, crudelitas sævo, malignitas livido omne vitium.* Unde S. Joannes Climacus hæc Philonis Carpathi adducit: *Mihi permirum videtur, si quis satur epulis summam animi tranquillitatem ab omni perturbatione vitiorum vemotam possidere potest, tranquillitatem dico, non quæ in abstinentia à peccato consistit, hæc enim continentia seu temperantia vocatur, sed illam, quæ omnes ex animo etiam vitiosas cogitationes perturbationibus obnoxias radicitus evellit, & extirpat, quæ & munditia cordis appellatur.* Huc quoque spectant sequentia S. Leonis verba dicentis: *Circumstant undique pericula innumerabilium delictorum, & per licitos usus ad immoderatos transitur excessus, dum per curam salutis irrepit delectatio voluptatis, & non sufficit concupiscentiæ, quod potest satis esse naturæ.* Dicit autem circumstare hominem ex ebrietate *pericula innumerabilium delictorum*, quia hoc vitium hydra quædam est, quæ multa capita habet.

Senec. Ep. 83.

S. Joan. Clim. Grad. 3. Scal. 20. ibid. Quies conscientiæ cum gulæ subsistentia non servatur.

S. Leo serm. 12. de Quadr.

DISCURSUS V.
ARGUMENTUM.

Ex gulositate Esau, qui pro pulmento suam vendidit primogenituram, nonnullæ hujus vitij tanguntur malitiæ, specialiter vero feritas, truculentia, & rixæ, ad quas nos inclinat, nec non servitus, qua propriè carnis subjicimur insolentiis.

THEMA.

Accepto pane, & lentis edulio, comedit, & bibit, & abijt, parvi pendens quod primogenita vendidisset. Gen. 25. v. 34.

Jacob ex avidosamis & in Esau pruritu occasionem sumpsit ad vendendam primogenituram ab Esau factam. Gen. 25. v. 38

1. IN multis quidem divinæ Scripturæ locis irreparabilia gulæ damna exprimuntur, sed nullibi vivacius, & multiplicius ejus effectus repræsentantur, quam in hac historia. Cum enim Esau die quadam ex venatione lassus domum rediret, vixque paternum limen attigisset, obviam habuit Jacobum Germanum fratrem suum, lentis edulium in manibus ferentem; unde famis avido pruritu extimulatus, eidem dixit: *Da mihi de coctione hac rufa.* Ex qua petitione Jacob occasionem sumpsit, ut eum ad vendendam sibi primogenituram urgeret, utpote sibi divina ordinatione debitam, quemadmodum à Rebecca matre sua intellexerat: *Cui dixit Jacob: Vende mihi primogenita tua; Ille respondit, en morior, quid mihi proderunt primogenita? Ait Jacob: Jura ergo mihi; jurazit ei Esau, & vendidit primogenita.* Quod factum per plura puncta nobis examinandum & defendendum in hoc Discursu assumpsi, ut variæ gulæ & voracitatis malitiæ in medium adduci possint.

Ibid. v. 31. Ibid. v. 32. Ibid. v. 32.

Abul. ibid. Quare Esau lentes concupierit, aut lentis edulium. Ioan. 21. v. 5.

2. Abulensis Scripturam edulium Jacob nomine pulmenti appellasse considerat: *Coxit Jacob pulmentum: hoc vero nomen aliquando accipitur pro quocunque cibo;* prout videre est Joannis cap. 21. ubi Christus post surrectionem suam ad litora maris subsistens, Apostolos interrogavit: *Numquid pulmentarium habetis?* mirum profecto videtur, quod Esau filius Jacob tam delicate enutritus; hoc lentis edulium, quod simplicissimum cibi genus est, apperere potuisset, nunquid enim in domo Isaac adeo opulenta alij cibi, aut fercula deerant pretiosiora, & delicatiora, quando etiam in eadem domo armenta & greges impinguabantur? nequaquam. Quod vero Esau lentes concupierit, id factum est, ut idem Author inquit, quia tam delicato modo conditæ fuerant lentes illæ, ut etiam hujus opulonis appetitum merito excitare potuerint: *Erant lenticulæ,* inquit, *sic confectæ quod rufæ videbantur, quia forte aliquid superfusum fuerat ad colorandum brodium, sicut nunc fit in cibis confectis, sed tunc nondum guloſæ aviditas cavisitatem in cibis invenerat.* S. Augustin. in Psal. 46. hoc legumen peregrinum & ex Ægypto allatum fuisse existimat, illa namque regio optimi saporis & gustus lenticulam producit: *Magnificatur lenticula Alexandrina, & venit usque ad terras nostras, quasi hic non nascatur lenticula. Ergo desiderando cibum Ægyptium, perdidit primatum.*

S. Aug. in Psal. 46.

3. Verum enimvero ut idem S. Doctor aliis in locis opportune declarat, transgressio Esau, & effrænis ejus appetitus, non ex ea parte culpabilis & reprehensibilis fuit, quod scil. qualitatem pulmenti hujus ambiverit, sed immoderata ejus gula ream ipsum constituit. Nam in Tract. 37. in Joan. ita scribit: *Ut sciremus non Dei creaturam esse culpabilem, sed inordinatam cupiditatem; Esau primatus suos non per gallinam, sed propter lenticulam perdidit.* Et l. 16. de civit. Dei c. 37. hoc factum adducens & examinans, hanc nobis tradit instructionem: *Ubi discimus,* inquit, *in vescendo non cibi genera, sed aviditate immoderata quempiam culpandum.* Neque enim credendum est Jacob adeo in fratrem suum inhumanum fuisse futurum, ut fratrem suum fame emori passus fuisset, multoque minus Rebecca mater ejus, & Isaac pater illius, & numerosæ familiæ ipsorum famuli & servi, quin potius quando Esau dixit: *En morior,* avidam suam infinuavit voracitatem, quæ ex hoc pulmento fatiari cupiebat. Hanc quoque Esau gulæ vehementiam alij sacri Interpretes haud obscure insinuarunt. Nam Rupertus Abbas, hunc gulæ pruritum his verbis describit: *Immoderatus rufæ coctionis appetitus.* Abulensis quoque ait: *Cibum illum guloſus supra modum desideravit.* Dionys. Carthus. pariter inquit, quod dum Esau inquit: *En morior,* dicere voluerit: *Præ fame ac desiderio hujus cibi deficio.* Consuetum enim & usitatum est guloſis, quod dum rem aliquam supra modum ipsis placentem appetunt, dicere solent: *Hic me appetitus nocat.* Tam enim vehemens in illis est hic appetitus, ut se à voracitate & gulositate sua deficere existiment, & ideo ex illa ad quævis se deduci permittant. Unde S. Thomas, inquit: *Nota quod vitium gulæ in omni fame de facili facit imaginari periculum & angustiam mortis.* Unde Theophyl. haud fundare miratur de eo, quod omni caret admirandi causa, scil. quod Esau à gula tentatus, quod majori cum conatu huic tentationi restiterit, maxime cum de boni cujusdam tanti momenti, qualis primogenitura est, jactura agebatur: *Nec quidquam adversus escæ cupiditatem resistens.* Fortasse non se ad id reflexit, quod inter omnia vitia nullum sit, quod hominem viribus & virtute vincendi tentationem magis destituat, quam vitium gulæ, maxime in eo, qui in hoc vitio habituatus est, prout in primo Discursu vidimus.

In cibi genere vescendo nemo, sed in aviditate immoderata quilibet est culpandus. S. Aug. Tract. 37. in Joan. S. Aug. l. 16. de civ. Dei c. 37.

Rup. Abbas l. 11. in Abdiam. c. 1. Abul. ibid. Dion. Cart. ibid.

S. Thom. ibid.

Theophylact. ad hæc.

4. *Et vendidit primogenita.* Lyranus ingeniose observat. Esau omnibus modis in hoc incubuisse, ut patris sibi benevolentiam per carnes ferinas, quas venando sectabatur, sagaciter conciliaret, utpote quas Patri suo gratissimas esse noverat: nisi enim hac fuisset industria usus, idem Esau utpote à Deo reprobatus, omnibusque creaturis abominabilis, non solum Patri, sed & omnibus aliis exosus esse debuisset: At vero quid per hanc industriam suam lucratus fuit? *Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur.* Divinæ namq; providentiæ & justitiæ ordinatione factum est, quod pro vili lenticulæ edulio suam vendiderit primogenituram. *Cujus appetitu vendidit primogenitas. Et sic qui per cibum Patrem decepit, per cibum primogenita perdidit.* Quam jacturam plurima alia damna sunt consecuta. Nam *de jure primogenituræ erat,* inquit idem Lyranus, *quod haberet duplicem partem in bonis paternis respectu aliorum.* Atque ideo Joseph, quem Pater ejus Jacob primogenitum suum declaravit, duas sortes habuit: ac proinde cum Isaac in possessionibus suis opulentus fuerit, cessionem primogenituræ ab Esau factam ingentia ei damna peperisse necessario sequitur. Præterea S. Isidorus, & cum eo communiter plures alij dicunt, quod *primogenitura vestis erat sacerdotalis, qua induti majores nati, cum benedictione Patris victimas Deo velut Pontifices offerebant.* Adeoque primogeniti primatum tam in temporalibus, quam in spiritualibus possidebant, & tamen inter omnes hasce tam graves & damnosas jacturas sacer Chronista asserit: *Et sic accepto pane & lentis edulio, comedit, & bibit, & abijt, parvipendens quod primogenita vendidisset.* Etenim eorum qui crapulæ & ebrietati dediti sunt, vulgaris mos est, quod in voluptatibus convivium deliciis, vinij; suavitate adeo absorpti sint, ut nullum sive facultatum, sive sanitatis, sive animæ curent dispendium, neque Deum aut vitam cogitent futuram & æternam, quia *eorum Deus venter est.* Unde S. Aug. ait: *Plus amavit quod corporaliter concupierat* (Esau videlicet) *quam quod spiritualiter prius nascendo meruerat; & deposuit primogenita sua, ut manducaret lenticulam.*

Lyran. ibid. Qui crapulæ dediti sunt in voluptatum suavitate absorpti, nullum quarumcumque facultatum, dispendium, nec Deum, nec vitam curant. Sap. 11. v. 17.

Lyran. ibid.

S. Isidor. in Glossa ibid.

Gen. 25. v. 34.

S. August. in Ps. 46.

4. Quisquis huic vitio immergitur omnem sive naturalem, sive humanam aut divinam legem contemnit, & conculcat. Unde Dionys. Carthusianus de Esau differens, inquit: *Multipliciter & graviter valde peccavit, videlicet gula, simonia, illicita juratione, aspernatione spiritualium, ac pravo proposito, violentiam atque perjurium committendi.* Rupert. Abbas hunc reprobum cum Caino comparat, quia tametsi suas in sanguine Jacob fratris sui non cruentarit manus, prout fratricida ille in sanguine Abel fecisse legitur, Homicidialis tamen voluntas ei non defuit: *Inzidendo fratri, licet non actu, voluntate tamen fuit fratricida*; Dixit enim: *Venient dies luctus Patris mei, & occidam Jacob fratrem meum.* Nec est quod quispiam hoc adeo truculentum Esau propositum, & irreconciliabile odium admiretur, siquidem Gula, à Tertulliano *primus homicida* appellata fuit; De Adami namque transgressione loquens ait: *Manducavit & periit: teneo igitur à primordio homicidam gulam.* Quoties in conviviis, in quibus communiter rixæ, vulnera, strages suscitantur, triclinia humano madefiunt sanguine? nam ut S. Bernardus de modo bene vivendi differens ait: *Ebrietas grave peccatum est, inter homicidia reputatur.* Et ideo quis unquam Esau guloso ferociori & implacabilior fuit? S. Antoninus de hoc vitio fusè tractans, inquit: *Quæ irrisiones, detractiones, proditiones, homicidia fiunt in conviviis? Nonne Absalon fratrem suum proditorie in convivio suo occidi fecit?* Similibusque exemplis plenæ sunt Historiæ, nostrisque diebus variis temporibus hujus rei veritatem frequens demonstravit experientia. Quam igitur apta & opportuna fuit illa benedictio, seu potius maledictio, quam Isaac Esau imprecatus fuit inquiens: *Vives in gladio*: siquidem ferox semper, turbulentus, crudelis & sanguinolentus fuit: ejusque exemplum ut plurimum epulones sequuntur, dum inhumani in conviviis sæpenumero ad rixas, & homicidia præcipitantur, vitæ alterius insidias ad mortem usque machinantes. *Plerique inter epulas*, inquit S. Ambrosius, *judere animas, & mensas proprio replevêre sanguine.*

Dion. Carth. *Ibid.* Gula, primus homicida, ipsum Esau, sicut & Cain fecit fratricidam. Rup. Abbas *l. 7. in Gen. c. 6.* Gen. 27. 41. Inter homicidia reputatur. Tertull. *de jejunio.* S. Bern. *serm. 25. de modo bene vivendi.* S. Antonin. *sum. Theol. p. 2. tit. 6. c. 1. §. 3.* Gen. 27. *v.* 40. S. Ambr. *l. de Abel & Cain c. 5.* Marc. 6. 29. Ebrietas cædis est mater, parens litium, furoris genitrix

5. Adverterat quidem astutus ille serpens infernalis, quod Herodes prædicationem Baptistæ auscultans ad cordis moveretur compunctionem: *Libenter eum audiebat, & audito eo multa faciebat, sciens eum virum justum & sanctum.* Imo nonnulli verba illa: *Herodes custodiebat eum*, examinantes, existimant hunc Regem Baptistam custodivisse ob metum vitæ ejus, cui insestuosa Herodias continuo insidiabatur, ac proinde pro ejus defensione circa corpus ejus constituisse custodias seu vigiles, qui ab omni eum eriperent imminenti periculo. Verumtamen non ob id inimicus tartareus despondit animo, nec dormivit, sed *tamquam leo rugiens qui circuit, quærens quem devoret*, natalem expectavit Herodis, in quo sumptuosa instituere convivia solitus erat: *Cum dies opportunus accidisset, Herodes natalis sui fecit cænam magnam*: Securus namque erat, quod in hac crudelitas triumphatura, ipseque Rex omnem pietatem & compassionem exuturus esset; Ac proinde S. Ambrosius ait: *Inter epulas atque convivia consummandæ crudelitatis profertur edictum, & à convivio ad carcerem, de carcere ad convivium feralis flagitij circumfertur obsequium.* Id quod paulò post latius exaggerans subdit: *Rapitur ad pœnam Prophetæ convivali tempore, convivali præcepto, quo non cuperet vel absolvi, perimitur gladio, caput ejus affertur in disco. Hoc crudelitati ferculum debebatur, quo infatiata epulis feritas vesceretur.* Apud S. Lucam de perverso illo servo, qui Domino suo moram faciente epulari cœpit, dicitur: *Quod si dixerit servus ille in corde suo, moram facit Dominus meus venire & caperit percutere servos, & ancillas, & edere, & bibere, & inebriari.* Circa quæ verba advertendum, quod Magister cœlestis non fine mysterio truculentiam percutionum manibus commissam cibo & potui immoderate sumpto conjunxerit, quia ut D. Chrysolog. hunc textum allegans inquit: *Ebrietas cædis est mater, parens litium, furoris genitrix.*

S. Ambr. *l. de Abel & Cain c. 5.* Marc. 6. 29. Ebrietas cædis est mater, parens litium, furoris genitrix id in Herode comprobatur. 1. Pet. 5. *v.* 8. Marc. 6. 21. S. Ambr. *l. 3. de Virg.* Luc. 12. *v.* 45. D. Chrysol. *ser. 26.* Petrarch. *l. 3. Ep. 9.* Bellarm. Enumerantur crateres in conviviis ex quibus tres tendunt ad iram, litigium & furorem.

6. Franciscus Petrarcha ab Eminentissimo Card. Bellarmino inter Scriptores Ecclesiasticos digne relatus, in quadam Epistola sua adversus ebrietatem acerrimè invehens, singulos enumerat ciathos & crateres qui in conviviis ut plurimum præbibuntur: *Primus*, inquit, *crater pertinet ad sitim: Secundus ad lætitiam: Tertius ad voluptatem: Quartus ad ebrietatem: Quintus ad iram: Sextus ad litigium: Septimus ad furorem: Octavus ad somnum: Nonus ad morbum.* Unde liquet quod ex novem hisce ciathis, tres ad illam tendant inordinationem de qua in præsenti disserimus, scilicet, *ad iram, litigium & furorem*, quia rixæ suam communiter à conviviis trahunt originem. Unde Sapiens ait: *Cui vixæ? cui foveæ? cui sine causa vulnera? cui suffusio oculorum? Nonne his qui commorantur in vino, & student calicibus epotandis?* Clitus charissimus Alexander Magni amicus erat, & tamen in convivio quodam adeo contra eumdem desæviit, ut stricto ipsum ferro transegerit: *Refert Alexandri Macedonis exemplum*, inquit Seneca: *qui Clicum charissimum sibi ac fidelissimum inter epulas transfodit.*

Prov. 23. *v.* 29. & 30. Sen. *ep.* 83.

7. In conviviis, prout experientia quotidiana testatur, convivæ communiter ad superflue bibendum invitantur, quique haustui præbibito punctualiter non respondet, ut plurimum sanguine luere debet: Quænam est barbaries & inhumanitas ferocior illa, quæ etiam inter nos Christianos in magnam nostram perniciem usitatur, quæque etiam tempore S. Augustini viguisse legitur, qui proinde hominibus timoratis sequens tradit documentum: *Etiamsi ad hoc veniretur, ut tibi diceretur: Aut bibas, aut morieris, melius erat, ut caro tua sobria occideretur, quam per ebrietatem anima moreretur. Sed excusatio ista falsò objicitur: Ipsi enim Reges, & quicumque sunt alij Potentes quia Deo propitio & Christiani sunt, & prudentes & sobrij, & toto corde Deum timentes, si te videant definisse, ut eis non acquiescas pro timore Dei inebriari, si tibi sub mora videantur irasci, postea vero in grandi admiratione te suscipient. Deus qui te videt per ejus amorem inebriari non velle, ipse tibi gratiam etiam illorum dabit, qui te ut amplius biberes, videbantur hortari & cogere.*

Vitanda pernitialis Germanorum consuetudo, haustui præbibito ad unguem respondendi. S. Aug. *ser.* 232. *de temp.*

8. At vero ut ad illam Sapientis sententiam: *Ubi rixæ, &c.* denuo revertamur, hanc Hugo Cardinalis ita exponit: *Cui discordia & contentiones clamosæ, nisi ebriosis?* Superius namque in cap. 20. dixerat: quod sit *tumultuosa ebrietas.* Cornelius à Lapide *ex lib. 2. rerum Germanic. apud B. Rhenanum.* Constitutionem quamdam refert antiquam, in qua dicitur: *Nemo militiæ socium, aut quemquam alium ad potandum invitato, quod si quis ebrius repertus fuerit, ejectus, quoad culpam agnoscat, aquam bibito.* Ubi nostra vulgata legit: *Cui sine causa vulnera.* Hebræus legit: *Vulnera gratis*: Ebrij enim sepulto rationis usu sine causa irascuntur, & involant in quemvis obvium, quantumvis intimus sit amicus, quia hæc est gulæ proprietas, quod feroces & crudeles suggerat spiritus; Sicut enim oleum accendit ignem ita gula iram magis accendit & furorem. Unde S. Ambrosius ait: *De ebrietate ad arma conjurgunt, inter pocula injusta certamina, & nullis stantibus causis, asperam excitat rixam, quia interponendo verba vana, aliorum sana non patitur, & in contumeliam erigitur convivarum, & crimina proximorum.*

Hugo Cardin. *Prov.* Prov. 20. 1. Corn. à Lap. *ibid.* Gulæ proprietas quod feroces & crudeles suggerat spiritus. *Text. Hebr.* S. Ambr. *de Elia & jun. c. 12.*

9. *Vives in gladio, & fratri tuo servies.* Ecce tibi aliud quoddam gulæ pestiferum germen, nimirum quod hominem servum & mancipium faciat esse propriæ carnis, impediatque quo minus Dominus sit suipsius. Etenim servitutis nomen numquam hactenus in mundo auditum fuerat, nisi postquam vinum in usu esse cœpit, quod mentem Authoris sui effascinavit. Audiamus S. Ambrosium hac de re loquentem: *Manebat*, inquit, *antequam vinum inventetur omnibus inconcussa libertas, nemo sciebat à consorte naturæ jure obsequia servitutis exigere, non esset bodie servitus, si ebrietas non fuisset.* Posit hanc enim & non antea auditum fuit: *Servus servorum erit fratribus suis.* Enimvero corpus nostrum spiritui & rationi obedire illique subjectum esse deberet, & tamen mox ut saturitate ciborum & potus repletum est, insolescit, & recalcitrat, mentemque nostram sibi servire & ancillari facit. Id quod S. Isidorus his verbis deplorat; dicens: *Quid tam noxium, quam ut animus fervat ventri & esca, quæ sunt destruenda, vestante Apostolo ac dicente: Deus autem & hunc & has destruet?* Saluberrimum igitur est illud S. Augustino à Spiritu Sancto utique dictatum consilium: *Semper caro nostra subjecta sit animæ nostræ, & sicut ancilla famuletur Dominæ suæ.* Ut vero idipsum obtineamus, ideo protinus subjungit: *Ne præbeamus vires illicitas corpori, ne committat bellum adversus spiritum nostrum, sed semper subjecta sit caro, ut obtemperet jussis sancti Spiritus, neque incrassari permittamus ancillam, ne contemnat Dominam suam.* B. Petrus Damianus sequens adducit Sapientis testimonium, dicentis: *Qui delicate à pueritia nutrit servum suum, postea illum sentiet contumacem*; Et subdit: *Bene hunc servum loris cohibebat medicæ, qui dicebat: Castigo corpus meum & serviat subjicio. Adversus hunc servum disputabat cum diceret: Esca ventri & venter escis, &c. Hunc servum sub calcibus esse fræ-*

Gen. 27. *v.* 40. C. 9. 21. Gulæ pestiferum germen hominem facit mancipium propriæ carnis impeditque quo minus homo sit Dominus sui S. Ambr. *l. 2. de Elia & jej. c. 5.* S. Isid. *l. 2. de sentent. c. 42.* S. Aug. *de serm. dom. 3. 35.* B. Petr. Dam. *l. 6. ep. 32.* Prov. 29. *v.* 21. 1. Cor. 9. *v.* 27.

nandum

naxdum significabat, cum diceret: Multi ambulant, quos sæpe dicebam vobis &c.

DISCURSUS VI.

ARGUMENTUM.

Ebrij & gulosi in intellectu & mente sua excæcantur, fiuntque per hoc vitium bestiis similes.

THEMA.

Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis: Psal. 48. *v.* 13.

Ex vilis pomi gulosa cupiditate homo seductus turpiter corruit. *Ps. 8. v. 6.*

1. SUblimius homo evehi non poterat, quam dum ad nobilissimum sublimatus est justitiæ & innocentiæ originalis statum; Unde Regius Psaltes ait: *Minuisti eum paulo minus ab Angelis; Gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum*; Et tamen ex vilis pomi gulosa cupiditate seductus, è gloriosissimo illo statu, adeo infeliciter & turpiter corruit, ut Psaltes Regius ex instinctu Spiritus veritatis illum irrationali cuidam jumento similem esse dixerit: *Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Cujus sententiæ verba in præsenti Discursu figillatim ponderabimus.

Explicatur & applicatur ly non intellexit.

2. Dicit igitur in primis: *Non intellexit.* Quia gulosus discursum, & omne judicium rationis amittit, quia intellectus ejus obtenebratur & offuscatur; Nisi enim hoc gula efficeret, qua ratione Adam persuadere sibi potuisset, sibi per bolum pomi cujusdam divinam communicandam esse sapientiam & scientiam, adeo ut Deo similis effectus divinorum futurus esset attributorum particeps? Vel quomodo sibi promittere potuisset hanc fiduciam, quod scilicet ab ejus se præsentia post peccatum commissum absscondendo ejus declinaturus esset examen atque judicium? Nimirum est hic proprius gulæ effectus, quod scilicet efficiat ut homo mentis & rectæ rationis patiatur inopiam. S. Nilus ut pessimos ex gula nascentes furculos exprimat, vaporum & exhalationum terrestrium adducit similitudinem; hæ enim tandem in nubem condensantur, & solares radios offuscant: *Ut nubes Solis radios obscurat, inquit, sic crassus vapor è cibis emergens, menti obscuritatem affert.* Sicut enim aëre conturbato Sol lucere nequit: ita quoq; corpore per cibum & potum nimium aggravato, intellectus discurrere & ratiocinari non potest, nec mens suas operationes exercere valet; Quia ut S. Isidorus inquit: *Ebrietas perturbationem gignit mentis.* S. Bernardus in quodam sermone *de modo bene vivendi*, pariter hoc punctum tangit, inquiens: *Vinum sine mensura superat mentem*; ipsa quoque quotidiana experientia aperte demonstrat, rationem & Discursum nostrum à vino copiosè nimis potato suffocari.

S. Nilus *de 8. vitios. affect.* Illustrissima comparatio. S. Isid. *lib. 2. sent. c. 43.* S. Bern. *serm. 24. de modo bene vivendi.*

3. B. Laurentius Justinianus inter laudes viri humilis hanc quoque enumerat, quod videlicet a nimiis in cibo & potu deliciis abhorreat: *Exquisita non quærit fercula, coquorum arte condita, quæ oris palatum lenunt, ventrem replent, inducunt crapulam, hebetant intellectum, evertunt sensum.* Cujus rationem assignat S. Antoninus, quia nimirum in hominibus gulosis & voracibus prudentia extinguitur, quæ pertinet ad operationes intellectus: *Prudentiam profligat gula, quia*, ut ait Hieronymus: *Pinguis venter, id est, gulæ deditus, crassum sensum generat, dist. 44. c. fin. famositates enim ciborum & potuum, ascendunt ad caput, & obtenebrant intellectum ut male discernere possit verum.* Idem quoque Antoninus exemplum adducit Herodis, cujus intellectus in cœna offuscatus, juramentum illicitè factum, non obligare, discernere non potuit, ac proinde tanta cum imprudentia & crudelitate ad juramenti executionem processit. D. Chrysostomus Epulonum stoliditatem per similitudinem ab utribus desumptam deducit, nemo enim, inquit, utres totaliter adimplet, ne forte rumpantur; ita quoque magna est hominis stoliditas quantumvis alias Discursu & ratione præditus sit, quod se manifesto ex nimio cibo & potu ruptionis periculo exponat: *Amentiam atque stoliditatem ipsorum*, inquit, *maxime quispiam admirabitur, quia nec ita sibi parcere volunt sicut utribus contingit; nam qui vina hinc & illinc traducunt, nolunt utres nimium implere, ne distenti rumpantur; isti vero avaritiosum ventrem, nec auris quidem dignitate condonant, sed distendunt & replent usque ad fauces.* Hunc quoque nimio vino rationem & intellectum suffocandi abusum Petrarcha in quadam Epistola his verbis detestatur; *Quantus furor, scienter obruere atque enecare spumanti dolio rationem, quod singulare atque præcipuum habet hominis natura.*

Abusus nimio vino rationem suffocandi pulchra comparatione reprobatur. D. Chrys. *h. 25. in Matth.* Petrarch. *l. 3. Epist. 9.*

4. S. Job tametsi familiam suam in timore Dei semper educaret, ac proinde nullum haberet de bonitate & virtute illius dubitandi motivum, attamen considerans filios suos cum sororibus alternatim in conviviis lautè prandere solitos, metuere cœpit, ne forte in re quapiam prævaricarentur: *Ne forte peccaverint*; At vero scitisne hujus metus causam? Inquit Petrus Blesensis, nimirum: *Sciebat quod ex comessatione frequenter surgit ebrietas, & ex ebrietate temeritas. Comessatio turbat animæ statum, ebrietas confundit rationis judicium.* S. Basil. in homilia quadam *de ebrietate & luxu*, inquit: *Ebrietas rationis interitus.* Seneca pariter ebrietatem voluntariam vocare solebat amentiam: *Dic quam multa ebrij faciant, de quibus sobrij erubescant, nihil aliud esse ebrietatem quam voluntariam insaniam.* Unde S. Augustinus in ebrietatis abominationem exclamat: *O ebrietas tu mentem cæcas, judicio rectò caves, consilium nullum habes.* Plato vir sapientissimus pariter & prudentissimus inter alias leges ita statuit: *Multo magis quam Cretenses, Lacedæmoniorumque usu, Carthaginensium legem probarant, ut numquam in castris quisquam gustare vinum audeat, sed toto illo tempore aqua bibatur. Sed nec magistratibus toto eo anno quo Magistratu fungantur; Gubernatores suos atque Judices, manus suum obituros à vino penitus prohibebrent*; Quia ut apud Oseam dicitur: *Vinum & ebrietas auferunt cor*; Quando enim corpus nimio vino repletur, ratio pariter & discursus amittitur; nam *ubi est crapula*, inquit B. Laurentius Justinianus, *ratio cessavit, intellectus obtunditur, consilia deviant, judicia subvertuntur.*

Jobi. *v.* 5. S. Job familiæ suæ prævaricationem timebat, considerans lauta convivia inter fratres & sorores. Pet. Bles. *in l. Job. c.* 1. S. Basil. *h.* 14. Sen. *ep.* 83. Ebrietas voluntaria insania. S. Aug. *ser.* 33. *de fratr.* Plato *de legib. l.* 2. Ose. 4. *v.* 11. B. Laurent. *Justin.*

5. Richardus à S. Laurentio ut idipsum clarius explicet, Charybdis adducit similitudinem, in qua naves sæpissime à maris undis absorbentur: *Charybdis*, inquit, *est vorago circumvolvens naves & absorbens, & hoc periculum signat gulam, quæ absorbet rationem.* Unde Isaias postquam dixisset: *Præ vino nescierunt, & præ ebrietate erraverunt, ...Ignoraverunt judicium*, Paulò post navigij mentis & intellectus nostri in vini naufragio absorpti facit mentionem, dicens: *Absorpti sunt à vino.* Cui Isaiæ textui optimè respondet illa S. Joan. Climachi sententia, dicentis: *Inquiramus, & omnino intelligemus, gulam nobis hujusmodi naufragiorum unicam esse causam & auctricem.* S. Bonaventura quoque corpore nimio cibo aggravato, mentem naufragari dicit: *Ex nimia quantitate cibi nascitur corporis gravitas & infirmitas, hebetudo mentis & cæcitas, judicij præcipitatio.* S. Basilius in homilia prima de Ebrietate inquit: *Rationem ac mentem vinum deprimit.*

Rich. à S. Laur. *l. 11. de laud. Vir.* Gula est Charybdis & naufragiorum causa. *Isaiæ 28. v. 7.* S. Joan. Clim. *Grad. 14. n. 12.* S. Bonav. *spec. c. 3.* S. Basil. *h. 1. de Ebriet.*

6. Plutarchus curiosam quamdam narrat Historiam præsenti proposito nostro valde opportunam, cum enim apud Pyrrhum nonnulli juvenes accusati essent; quasi simul epulantes, variis detractionibus & injuriis ejus dilacerassent famam, ille eosdem die sequenti coram se parere præcepit, *Primamque ex his percunctatus est, an de se alia dixissent. Omnino respondit unus, talia & his plura dixissemus, si plus vini nobis fuisset.* Cui responso Pyrrhus acquievit, probè intelligens, quod *Ebrias non sit sui compos.* Porrò quinam sint vini effectus primus ejus Author Noë videlicet damno suo expertus fuit, cum enim vini ignoraret fortitudinem, nimium bibendo à mente & corde alienatus fuit: *Cæpit Noë vir agricola exercere terram, & plantavit vineam, bibensque vinum inebriatus est, & nudatus in tabernaculo suo.* Ubi D. Chrysostomus inquit: *Quod inquit cæpit, ostendit quod ipse vini bibendi primus inventor fuit, & per ignorantiam, & nescientes sumere mensuram in ebrietatem incideret.* Vinum igitur à primis suis natalibus ostendit, quod si nimiopere bibatur, virtuti rationali prædominetur. Unde S. Ambros. de Noë inquit: *Vidit naturam, sed ignoravit potentiam, itaque vinum nec suo pepercit Authori.* Idem quoque S. Pater in eodem libro *de ebrietate* insaniæ incentivum appellat: *Ebrietas incentivum insaniæ*; & paulò ante dixerat: *Veneno caro vulneratur, vino mens: noxia est ebrietas ad corporis sanitatem, menti etiam crimen adjungit.* Idem pariter de ebrio dixerat: *Ipse sibi reus est insaniæ voluntariæ.*

Varij vini effectus. Gen. 9. *v.* 20. & 21. D. Chrys. *h. 29. in Gen.* S. Ambr. *l. de Elia & jejun. c. 5.* S. Ambr. *ibid. c. 14.*

7. *Comparatus est jumentis & similis factus est illis*: Quam veritatem plurimæ probant sacrorum Doctorum authoritates. Unde Ecclesiasticus sobrietatem his verbis inculcare nititur: *Utere quasi homo frugi his quæ tibi apponuntur.* Ubi notandum est singulariter Ly *quasi homo*, quod Hugo Cardinalis interpretans ait: *Id est, quasi sobrius.* Ubi in Græco legitur: *Utere quasi*

Eccli. 31. 19. Explicantur & applicantur verba: comparatus est jumentis, & similis factus est illis.

homo ijs, quæ tibi apposita sunt & non devores. Devorare namque ferarum & animalium rapacium, non vero hominum est: *Quasi homo temperatus*, inquit Hugo, *non quasi ursus aut lupus.* D. quoque Chrysologus se ad prodigum reflectens, *qui cupiebat implere ventrem suum*, helluonis insatiabilis typum, ita discurrit: *A se migrat & ab homine totus transit in bestiam.* Postquam Deus in Genesi arbores, herbas & animalia produxisset, ad hominem conversus dixisse scribitur: *Ecce dedi vobis omnem escam & vniversa ligna, ut sint vobis in escam & cunctis animalibus terræ.* Ubi indifferenter eumdem nobis & brutis animantibus præscribit cibum, quia scilicet communi eademque tenemur vitam cibis sustentandi necessitate; in hoc vero ipsis similimi efficimur, si quemadmodum illa, in cibo finem ultimum reponamus. Unde Divus Chrysologus in sermone cui Titulus, *de terrenorum cura despicienda*, in illos invehitur homines, qui dum totam curam studiumque suum in cibum potumq; transferunt, bestiis se similiores quam hominibus efficiunt; *Qui sic ventri serviunt, ut divinam nesciant servitutem, & de carnis voluptate, solicitudinem occursus Dominici peraderunt, homines non vocandi sunt sed jumenta.*

Hug. Card.

D. Chrysol. ser. 2.

Luc. 15. v. 16.

Gen. 1. v. 30. Unus hominis & bestiis cibus sed dispar sumendi modus.

D. Chrysol. ser. 22.

8. Philo Hebræus insigne quoddam helluonis corpori attribuit epithetum, dum ipsum *præsepe* appellat. Quemadmodum enim hoc omnium jumentorum, equorum, aliorumq; similium animalium in se recludit pabulum, ita & corpus ingluvici deditum quoscumque suscipit & refundit cibos ad brutales explendos appetitus. *Porro venter, nihil aliud est*, inquit ille, *quam præsepe bruæ concupiscentiæ, qui potationibus rigatur & ingluvie.* Memineritis utique divitis illius qui teste S. Luca in copiosa sibi complacens messe, ita animam suam consolabatur: *Anima mea habes multa bona reposita in annos plurimos, comede, bibe, epulare;* Cui proinde merito nomen stulti impositum fuit (*stulte hac nocte, &c.*) quia scilicet gulosus comparatur jumentis insipientibus. Circa quam parabolam Hugo Cardinalis eum non animæ sed animalitati potius dicere debuisse advertit, dicens: *Tam improvidus est erga bona animæ, ut escas corporeas animæ adscribat. Comede gula, bibe ebrietas, epulare magno apparatu: Si dici potest, muti animalis vox ista est, ita totus animalis est homo, ut animam suam putet escis pascere.* Quæ veritas nec ipsos latuit gentiles, qui solius luminis naturalis vi, sibi persuaserunt homines cibo, potui, appetitibusque suis unice deditos, bestias potius, quam homines nuncupandos esse; unde Seneca ait: *Hos itaque*, ut ait Salustius, *ventri obedientes, animalium loco numeremus non hominum.* Quapropter & Seraphicus Doctor cætera inter vitij hujus damna statuit mentis brutalitatem, inquiens: *Mentis brutalitas quantum ad rationis defectum; nam dicit Petrus: Hi scilicet gulosi sunt velut irrationabilia pecora.* Oves enim cæteraque animalia suo dumtaxat inhiant alimento, in coque ultimum suum collocant finem, talium autem veri sunt imitatores, qui in hoc unice collimant, ut suam exsatient ingluviem & voracitatem.

Helluonis corpus præsepe appellatur.

Philo Hebr. l. de honor. facend.

Luc. 12. v. 19. Ibid. v. 20.

Gulosus jumentis comparatur.

Hug. cit. in Glossa.

Senec. Ep. 60.

9. Clemens Alexandrinus in suo Pædagogo ita de Helluone discurrit: *Ahhi videtur is, qui à Mathematicis dicitur Acephalus qui ante stellam errantem enumeratur, capite in pectus compresso, significare helluones homines & volupiuarios & ad ebrietatem propensos: nam in his ratiocinandi facultas, non in capite sed in intestinis collocatur.* Nescio si quando mysteriosa illa in Joële Propheta contra ebrios prolata audieritis verba: *Expergiscimini ebrii, flete & ululate;* Ubi Ly *flete* quilibet facile intellexerit; secus vero Ly *ululate* siquidem hoc bestiarum, & non hominum est proprium; & nihilominus accommodatissimè dictum nemo dubitet, siquidem per voracitatem, hemines, animalia, feræ, & lupi efficiuntur: Unde & communiter, vorax lupus appellari solet; Quem pariter in scopum ille in eodem Propheta citatus videtur collimare Textus: *Audite hoc verbum vaccæ pingues, quæ estis in monte Samariæ, quæ calumniam facitis egenis.*

S. Bonav. T. 6. in Dist. salut. T. 1. c. 3.

Clem Alex. l. 2. Pædag. Urgetur prædicta infamis comparatio.

Joël. 1. v. 5.

Amos 4. v. 1.

10. D. Chrysologus in gulam invehens, alia inter ejus improperia pariter annumerat hoc sequens: *Hanc qui habet, se non habet; hanc qui non habet, homo non est.* S. quoq; Antoninus varia hujus vitij enumerat mala; sed quinque principaliora inter, audire obsecro quod collocet in fronte: *Primo facit hominem*, inquit ille, *ut animal brutum: sicut enim bestiæ comedunt, cum trahit appetitus eas ad cibum sine discretione vel aliqua consideratione: ita ut gulosus non respicit nec ad diem, nec ad modum, nec ad necessitatem sed ad appetitum.*

D. Chrysol. ser. 26.

S. Antonin. ib. §. 4. Idem confirmatur.

11. Ad probandum hactenus dicta, & ut clarius ejusdem vitij damna pateant, nos per hoc vitium non solum jumentis similes, sed & deteriores esse, quidam nostri temporis Author curiosum quoddam, & præsenti proposito, opportunum factum refert: quidam enim Studens à Parisiis, ubi studiis operam dederat, in Patriam suam revertens, ad quemdam amicum suum in via divertit: ubi postquam sufficienter manducatum & bibitum fuisset, de novo ad sæpius bibendum, jam ad salutem hospitis, jam ad conjugis, mox ad filiæ, denique ad ancillæ sanitatem invitatus fuit, qui diluculo ingenti dolore capitis gravatus, itineri se rursus accinxit: cumque ad flumen quoddam accessisset, illud jumenti potandi causa ingressus est, vidensque illud modicè bibere calcaribus ad largius bibendum extimulavit, quo repugnante, ut ad salutem hospitis, ejusque conjugis, filiæ, & ancillæ biberet, vehementius invitavit; sed nèque hoc quidquam juvare videns, dixit ad asinum: *Vere longe prudentior me es, cum omni studio & doctrina mea, si enim ego eodem me modo continuissem, quo tu modo, ea nunc saucius alteratione, & capitis dolore non torqueret.* Tandem vero Author hæc scribens concludit: *Sic homo jumentis insipientibus insipientior redditur per crapulam & ebrietatem.* Et D. Chrysostomus inquit: *Quod homo vorax & gulosus est bestijs molestior: bestiæ contenduque bibunt quousque fert sitis, & cupiditatem sistunt necessitate, hic temperantia cupiditatem transilit, & ratione carentibus à ratione alienior apparet.*

Per vitium gulæ non tantum similes, sed & deteriores jumentis efficimur. Horæ Past. Tub. Sacerd. tr. 5. sect. 4.

D. Chrysh. s. 5. t. 34. de Repent.

DISCURSUS VII.
ARGUMENTUM.

Per gulam homo in multa mala prolabitur; hæc enim Judaismum Deo ingratum constituit, in vitiosam nos pertrahit lætitiam, secreta pandit, & linguam hominis ad multa peccata relaxat.

THEMA.

Habeo adversus te pauca, habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere scandalum coram filijs Israël, edere & fornicari. Apoc. 2. v. 14.

1. DEus Episcopo Pergami hanc proposuit querelam & accusationem; quod videlicet malam profitentes Balaam doctrinam in suum suorumque admisisset consortium; *Docendo Regem Balac in populum Israël seminare scandalum, edendo & fornicando*, circa quæ verba exurgit Quæstio videlicet cur Deus utrumque peccatum gulæ videlicet & fornicationis, scandali nomine appellarit? Quam eamdem difficultatem ab Hugone Cardinale motam decisamque fuisse reperio; Dicit enim in primis: *Quare peccatum gulæ & luxuriæ dicantur peccatum magis, quam alia peccata?* Et mox respondet id fieri: *Quia inter omnia ista peccata noxiora sunt & manifestiora, pluresque ad malum exemplum eximulant: Quia hæc duo*, inquit, *inter alia maxime sunt nota, & ad malum exemplum maxime efficacia.* Nos hoc loco solum de gula tractavimus, quæ, ut in Discursu quarto probatum fuit, origo est & incentivum omnium vitiorum, & occasio lapsus & ruinæ animarum, propter multiplicitatem malorum ab ipsa procedentium.

Cur Deus peccatum gulæ & fornicationis nomine scandali appellarit.

Hug. Card. ibid.

2. S. Bernardinus in sermone quodam *de exercita malignorum spiritaum*, hunc adducens Textum Apoc. c. 16. *Vidi de ore bestiæ exire tres spiritus immundos in modum ranarum;* Visionem hanc crapulæ vitio adaptat, cujus dæmon, ut in primo & secundo Discursu probavimus, primus est Author atque Promotor: *Tres*, inquit, *de principalibus satellitibus ejus ad ejus imperium currebant per mundum;* Cur vero hi spiritus ranarum similitudinem præ se tulerint, hujus sequentibus verbis declarat mysterium: *In modum ranarum*, inquit, *propter garrulitatem, quæ est filia gulæ, sic spiritus immundus cum exercitu suo infestationibus multis impellit animas ad quinque filias gulæ: scilicet ad scurrilitatem, ad multiloquium, & detractiones, & vituperia & alia inania verba: ad ineptam lætitiam, ad lasciviam carnis, inordinatos corporis gestus, demonstrantes lasciviam mentis, sicut sunt choreæ: ad immunditiam, quæ scilicet provenire solet ex gula, atque luxuria: ad habitudinem mentis, id est, rationis subversionem.* Observandum vero hic est, quod populo Israël accidisse dicitur, scilicet *coram filijs Israël scandalum edere.* Etenim quamdiu Hebræi ad terram promissionis per acsertum contendebant, fobrij manserunt, neque contra Deum providum benefactorem suum recalcitrarunt. Ad quod propositum optime servit ingeniosa quædam à S. Ambro-

S. Bern. s. 3. de exercitu spirit. malign. A. 3. c. 6. Cur spiritus immundi in modum ranarum crapulæ vitio adaptentur.

S. Ambro. l. de Elia & jejun. c. 5.

S. Ambrosio adducta confideratio: *Moysen*, inquit, *cognovimus sitienti populo amaritudines aquarum temperasse, non vina, cui petra aquam vomuit, potuit & vinum abundantia non deesse. Denique dixit Deus; Percuties petram, & exiet aqua ex ea, & bibet populus: non dixit exiet vinum populo: Periculosum enim erat populo vinum ministrare, quod fortiores ferre vix possent.* Similiter quia populus Israël ad terram proficiscebatur promissionis, quæ beatitudinis cœlestis est Symbolum, à vino abstinere debuit, quia *vinum apostatare facit.* Gula enim & ebrietas, ut suo loco probavimus, à Deo, à virtute, à pietate & omni bono nos divertunt.

Eccli. 19. v. 2.

Ebrietas causa fuit quod populus Judaicus contra Deum murmurarit Christum negaverit & rebellaverit. D. Chrys. t. 1. hom. 34. ad v. Jud.

3. Quænam obsecro causa fuit quod populus ille qui solus & unicus inter omnes terræ nationes Dei veri notitia & fide illustratus innumerisque beneficiis cumulatus fuerat, contra Deum tam infolenter rebellarit? Divus Chrysostomus in homilia prima adversus Judæos, inquit: *Impinguatus est, & recalcitravit dilectus: quemadmodum enim animantia bruta uberiori pabulo distensa, magis refractaria atque indomita fiunt; & neque jugum, nec frænum, nec aurigæ manum ferunt; ita populus Judaicus ex ebrietate & nimia corporis obesitate ad extremam præcipitatus malitiam lasciviæ, neque Christi jugum acceptavit, neque doctrinæ aratrum duxit.* Porrò quantum in hoc populo cibi farietas prævaluerit, ex Historia quadam Joan. c. 6. descripta facile deducitur; Dicit enim facer Textus: *Illi ergo homines cum vidissent quod Jesus fecerat signum, dicebant, quia hic est vere Propheta qui venturus est in mundum; Jesus ergo cum cognovisset, quia venturi essent ut raperent eum, & facerent eum Regem, fugit iterum in montem.* At vero numquid hi Judæi iidem erant qui postea Salvatorem Samaritanum & Dæmoniacum per calumniam appellarunt? Quique adversus Præsidem Judææ exurgentes vociferati sunt: *Non habemus Regem nisi Cæsarem.* Quodnam igitur hoc miraculum erat, quod illos in admirationem & stuporem rapiens, induxit, ut ex animi gratitudine illum, tamquam verum in lege promissum Messiam, confessi fuerint, illumque in Regem suum coronare voluerint? subjungit facer Textus: *Accepit Jesus panes & cum gratias egisset, distribuit discumbentibus, similiter & ex piscibus quantum volebant. Ut autem impleti sunt, dixit: Colligite quæ superaverunt fragmenta;* tametsi igitur Christus innumera eaque prodigiosa patrarit miracula, ipsi tamen solum ad hoc multiplicationis panum & piscium prodigium oculum suum direxerunt, ex illiusque consideratione, ne similis superabundans annona illis aliquando deficeret, fuæque gulæ semper satisfacere possent, Salvatorem violenter in Regem sibi rapere decreverant; mox vero ut ipsorum gulæ alimentum & esca deficere cœpit, jam illum amplius non cognoscebant, dicentes: *Hunc autem nescimus unde sit.*

Joan. 6. v. 11.

Ibid. v. 12.

Joan. 19. v. 15.

Joan. 9. v. 29.

D. Chrysh. 41. in Joan. Confirmatur idipsum.

4. Merito igitur exclamat D. Chrysostomus: *O gulæ incredibilem aviditatem! majora his miracula, & quidem immensa operatus est Jesus, neque hoc unquam confessi sunt, nisi nunc exstaturi. Pro quanta gulæ vis? quam mutabilis sententia? jam non amplius calumniantur, nec Sabbathi transgressionem jurant, neque Dei zelo moventur, omnes has curas pleno ventre abjecerant; Propheta erat Regemque volebant.* In deserto autem, ubi juxta gulosi appetitus sui mensuram saturati non erant, linguas suas in blasphemias & maledicentias adversus Dei providentiam laxare cœperunt. *Hæc est illa funesta pestis*, inquit, de gula sanctus Bernardus, *quæ patres nostros in deserto ingratos beneficijs fecit, quæ compulit eos contra Deum murmurare, & dicere: Utinam mortui essemus in Ægypto quando sedebamus super ollas carnium.*

S. Bern. ser. 1. in die Purificat.

Et pulchre concluditur.

5. Moyses quidem ingentem tenuit beneficiorum catalogum, quæ divina beneficentia, specialiter quoad abundantiam & delicias alimentorum, prodiga manu illis contulerat, adeo *ut fugerent mel de petra oleumque de saxo durissimo, butyrum de armento, & lac de ovibus, cum adipe agnorum, & arietum filiorum Basan & hircos cum medulla tritici, & sanguinem uvæ biberet meracissimum;* sed audire eorum pro innumeris hisce bonis ingentem ingratitudinem: *Incrassatus est dilectus, & recalcitravit; impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem suum & recessit à Deo salutari suo.*

Deut. 32. v. 13. & 14.

Ibid. v. 15.

6. Sancti Patres præter supradicta, alia quoque mala considerant ab hac gula & crapulæ voracitate procedentia. Etenim sanctus Basilius de gulosis ita scribit: *Qui insatiabiles sunt, ij mendaces sunt, ad jusjurandum parati, perjuriosi, litigiosi, furtivaces, clamosi, & qui saturi edisse se pertinacissime pernegent, illiberales, qui victu delicate opprime gaudeant, quæruli, aliorum curiosi exploratores, tenebriones.* Sanctus Joannes Climachus hujus quoque perniciosæ matris partus seu potius abortus describere volens ipsammet gulam, ad eos sequentibus verbis manifestandos, introducit: *Filiæ ex me natæ, sunt desidia, loquacitas, audax confidentia seu audacia, risus comitatio, scurrilitas, contradictio, pervicacia, contumacia, stupor animi & captivitas.*

S. Basil. de abdicatione rerum.

S. Joan. Climi. Grad. 14.

7. Experientia quotidiana demonstrat quod ex conviviis & vino abundantius potato lætitia quædam procedat scandalosa, quæ ut plurimum ad choreas tripudia & jocos impellit: *Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere;* in cœna solemni quam Herodes in die suo natali instituit, filia Herodiadis per unicam saltationculam caput impetravit Præcursoris. Philisthæi *lætantes per convivia, sumptis jam epulis; præceperunt ut vocaretur Samson & anteeos luderet, qui adductus ludebat ante eos.* Ludi taxillorum, & chartarum, quibus sæpe amplissima prodiguntur patrimonia suam ut plurimum cum vino & crapula habent originem. Bellovacensis varias gulæ inordinationes, præcipue vero inordinatam lætitiam, seu petulantiam his verbis perstringit: *General ineptam lætitiam, id est, jocos, cantus, lascivias, dissolutiones, quibus effunduntur homines sicut vituli super herbam.* Sanctus Lucas malas infinuare volens consequentias quæ ex epulis epulonis procedebant, inquit, *Epulabatur quotidie splendide;* ubi Sanctus Gregorius ait: *Soleter intuendum est, quia celebrari sine culpa convivia vix possunt, pene semper epulas comitatur voluptas, nam cum corpus in refectionis delectatione resolvitur, cor ad inane gaudium relaxatur.* Sanctus Basilius postquam dixisset quod ebrietas mentem nostram suffocet, *rationem ac mentem vinum deprimit;* subjungit: *Voluptates & animi cæteros affectus malos, velut airum examen excitat.*

Exenviolætitia procedit scandalosa, & inordinata. Exod. 32. v. 6.

Judith. 16. v. 25.

Bellovac. Spec. mor. l. 3. p. 8. dist. 1.

Luc. 16. v. 19.

S. Greg. ib. in Ezr.

S. Basil. hom. 1. de ebriet.

8. Est quoque ex hoc capite scandalosa ebrietas, quia secreta manifestat. Seneca Moralis Philosophus inquit: *Quemadmodum musto dolia ipsa rumpuntur, & omne quod immo jacet, in luminam partem vis caloris ejectat, sic vino exæstuante, quidquid in imo jacet ablatum effertur, & prodituri in medium.* De Germanis refert Tacitus, quod negotia belli vel pacis publicæ etiam arduissima ad mensam sedentes inter se tractare soliti fuerint: *Tamquam nullo magis tempore, aut ad simplices cogitationes pateat animus, aut ad magnas incalescat, Gens non astuta, nec callida, aperit adhuc secreta pectoris licentia loci.* Seneca ad hoc ipsum declarandum sequentem adhibet similitudinem, inquiens: *Onerati mero quemadmodum non continent cibum vino redundante, ita nec secretum quidem, sed quod suum, alienamque est pariter effundunt.* Aurelianus summis Bonosum prosequebatur honoribus, eo quod vir expertus & in bello validus esset; cui proinde sequens insinuavit consilium: *Si quando Legati Barbarorum undecumque gentium venissent, ipsis propinaret ut eos inebriaret, atque ab his per vinum cuncta cognosceret.* Plinius quoque vinum abditissima cordium alienorum secreta manifestare his verbis insinuat: *Tunc animi secreta proferuntur; alij testamenta sua nuncupant, alij mortifera loquuntur, redituraque per jugulum voces non continent, per quam multis ita inter empiis.* Franciscus Petrarcha lib. 3. Ep. 9. in ebrietatem invehens, inter alia damna hoc quoque perniciosissimum esse dicit: *Secreta effutunt, sæpe cum propria, sæpe cum aliena pernicie.* Rex Salomon qui longam habuit conviviorum experientiam, utpote quæ summa cum prodigalitate, & magnificentia Regia in sacris Litteris non parum celebrata, instituebat, hic inquam in cap. ult. Prov. sequens insinuat monitum: *Noli Regibus ô Lamuel, noli Regibus dare vinum.* Quæ instructio profecto admodum peregrina videtur, quænam enim rusticitas & incivilitas esset, si quis in mensa Regia vinum abesse juberet? verumtamen idem Salomon sequentem hujus moniti assignat rationem: *Quia nullum secretum est, ubi regnat ebrietas*, secretum vero anima est politica & boni regiminis. in consiliis secretis præstatur juramentum secreta non revelandi, at vero vinum omnia prodit, estque veluti tuba omnia divulgans secreta.

Exenumerantiæ filiæ gulæ, crapulæ effectus.

Senec. Ep. 83.

Tacit. de morib. Germ. c. 22.

Vopiscus c. 4. in Bonoso.

Plin. l. 14. c. 22.

Petrarch. 3. Ep. 9. 3. Reg. 4. v. 22.

Prov. 31. v. 4.

Prov. 31. v. 4.

Senec. ib.

9. Effectus quoque crapulæ sunt mala linguæ non refrænatæ, quæ pariter notabilium scandalorum causa existunt. In Psalm. 57. dicitur: *Evomuerunt ab utero, locuti sunt falsa*, quem Textum Hugo Cardinalis in favorem nostrum sic explicat: *Ecce pecca-*

Psal. 57. v. 4. Ex crapulâ lingua dissolvitur effræonata.

peccatum gulæ ; & bene dixit ; erraverunt , quia error est facere ventrem suum Deum ; hoc vero peccatum ingentem quamdam multorum malorum congeriem post se per consequentiam trahit, ideo subditur : *Locuti sunt falsa , ecce peccatum mendacij seu linguæ ; furor illis , ecce ira & invidia.* In alio vero Psalmo David homines illos, qui ventrem Dei loco venerantur his verbis describit : *Adipem suum concluserunt* , id est , incrassati & impinguati sunt , sed quid inde sequitur ? nimirum lingua fine fræno ad quemvis excessum relaxatur : *Os eorum locutum est superbiam;* insuper in iram, odium & vindictam prorumpunt : *Suscceperunt me sicut leo paratus ad prædam, & sicut catulus leonis habitans in abditis.* Similiter in Psalm. 72. idipsum per malitiæ multiplicitatem indicatur ; dicit enim Psaltes : *Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum ; cogitaverunt , & locuti sunt nequitiam, iniquitatem in excelso locuti sunt , posuerunt in cœlum os suum.* Unde vero hæc temeritas processit ? *ex adipe prodijt.*

Psal. 57. v. 4.

Psal. 16. v. 10.

Ibidem.

Ibid. v. 12.

Psalm. 72. v. 7.

10. In conviviis quoque inter alias profanas lætitias & dissolutiones licitum esse videtur, deridere homines timoratos , sacræ Scripturæ sensus indignis Commentariis profanare, conculcare honorem Dei, blasphemare & ut uno verbo dicam omnis legibus divinis adimitur respectus , ut suo loco dicemus. Sanctus Bonaventura exemplum adducens Herodis , inquit : *In convivio, temere promisit & juravit saltatrici puellæ , se daturum quidquid peteret & ad petitionem ejus præcepit amputari caput Joannis.* Bellovacensis quoque aliis gulæ damnis hoc annumerat , dicens : *Generat loquacitatem , sicut ait Gregorius ; abundare in conviviis loquacitas solet , videlicet de Deo & Sanctis blasphemando , vel proximis detrahendo.* Juxta illum Proverbiorum Textum : *Noli esse in conviviis Potatorum nec in comessationibus eorum qui carnes ad vescendum conferunt , quod faciunt aliqui* , inquit ille , *qui in conviviis suis blasphemant seu detrahunt bonis , aliquando in conviviis suis , abstinent à carnibus animalium & devorant carnes aliorum ; contra quos Beatus Augustinus scribi fecerat hos versus ; si quis amat dictis absentum rodere vitam hanc mensam indignam noverit esse sibi.*

In conviviis omnis legibus divinis adimitur respectus.

S. Bonav. T. 6. in Diat. sal. Tit. 1. c. 8. Bellovac. ibid. Gula generat loquacitatem.

Prov. 23. v. 20.

11. Dives epulo in inferno, aquæ petebat guttulam in linguæ suæ refrigerium ; sed numquid usque ad fauces infernalibus immersus erat flammis ? utique ; quia *sepultus est in inferno*, & ut sanctus Lucas attestatur in numero plurali *in tormentis* ; cur igitur de solo lamentabatur linguæ cruciatu ? Respondet Sanctus Augustinus : *Ideo in lingua majorem sentit ardorem , quia per eam , superbè loquendo , contempserat pauperem.* Et Lyranus inquit : *Ibi plus cruciabatur, quia per eam plus peccaverat.* Interlinearis autem subjungit : *In hoc nota , quia sicut mos est , inter convivia loquacitati studeat.* Quam eamdem doctrinam sanctus Gregorius his confirmat verbis : *Nisi gulæ dediios immoderata loquacitas raperet , dives ille , qui epulatus quotidie dicitur splendidè , in lingua gravius non arderet* , dicens : *Pater Abraham mitte &c. Quibus profecto verbis ostenditur , quia epulando quotidie crebrius in lingua peccaverat , qua totus ardèns refrigerari se in lingua præcipue requirebat.* Mensa namque & locum , & tempus opportunissimum suppeditare videtur , ad lacerandam proximorum famam, ad effutienda ludibriosa , probrosa, & insultatoria contra eosdem verba , ad scurrilitates , obscœnitates , nequitiasque multiplicandas ; ita ut lingua primitus refrænata , postmodum arrogans evadat ; inverecunda, & temeraria , vigorem crapula submininstrante & gula ; quare sanctus Joannes Climachus optime consulebat dicens : *Frænagulam , & linguam intra os penitus conclude , per copiam enim esculentorum , lingua vires sumit & roboratur.* In quo eodem loco verba quoque leguntur sequentia ad idem intentum : scilicet *ventris ingluvie , pravis & noxijs occursibus seu colloquijs , malas in animo cogitationes generari , & existere , à peritis , & ijs qui rerum usum habent senibus audiri.*

Cur epulo in tormentis desolo lamentatus fuerat linguæ cruciatu. Lucæ 16. v 24. S. Aug. ser. 227. de temp. Lyranus. Gloss. Interlin. S. Greg. 3. p. cura Pastor. admon. 20.

Mensa locum præbet ad lacerandam proximi famam.

S. Ioan. Clim. Gra. 14. n. 17. Ibid. Scholion. 31.

12. Job integerrimam filiorum suorum noverat educationem, & nihilominus pro convivantibus quotidiana duxit necessarium fore ut offerantur sacrificia, *ne forte peccaverint filij mei.* Sed quo fine id ab eo factum fuisse putatis ? Blesensis respondet : *Offerebat Job pro filijs suis holocausta per singulos dies , timens ne in convivijs suis Domino detraxissent; solet siquidem oriri ex comessatione garrulitas.*

Linguam animat ad blasphemandum. Petr. Bles. L. in Job. c. 1.

DISCURSUS VIII.
ARGUMENTUM.

Superfluus potus & cibus concupiscentiæ carnalis sunt incentiva,

THEMA.

Nolite inebriari vino in quo est luxuria. Ephes. 5. ℣. 18.

Crapula lasciviæ fomentum.

1. EBrietatem & crapulam lasciviæ fomentum esse, concors Doctorum tradit sententia,& ipsa docet experientia , ideoque Apostolus Ephesios ne vinum superflue bibant admonet , dicens : *Nolite inebriari &c.* Circa quem Textum ita discurrit Sanctus Cyrillus Alexandrinus : *Aperiè pronunciavit Apostolus, vinum in quo est luxuria, ut ostenderet ex ebrietate , veluti primogenitam filiam generari luxuriam.* Ita Noë vix à se plantatæ vineæ guttaverat fructum;quando in incontinentiam incidens:*Nudatus est in tabernaculo suo, quod cum vidisset Cham, pater Chanaan, verenda scilicet patris sui esse nudata &c.*

S. Cyrill. Alex. l. 7. in Levit. circa Princ. Gen. 9. v. 22.

Hortatio ad aquæ potum amplectendum.

2. Beatus Petrus Damianus ad Guilielmum Monachum, qui eremum,ne aquæ potu vitam abbreviare,vinoque renunciare cogeretur , adire differebat, litteram quamdam enarrans his sequentibus verbis cum animare , omnemque propulsare conatur timorem. *A sæculi origine repetamus ; mundus hic usque ad sexcentesimum tertium Noë annum prorsus vinum ignorasse cognoscitur ; cum per tot curricula temporum , obijsse quidem , sed nullus hominum ægrotasse legatur. Sed cum in Genesi dicitur, cœpit Noë vir agricola exercere terram , & plantavit vineam ; veluti in laudem aquæ protinus additur , bibensque vinum inebriatus est & nudatus est in tabernaculo suo, ac si perspicuè diceretur ; quem diu aqua vestitum sine confusione continuat, hujus repentè vinum verenda nudavit.* Divus Chrysologus super illa verba Sancti Lucæ : *Quod si dicat servus ille : Moram facit Dominus meus venire, & cœperit edere, & bibere & inebriari*, in ebrietatis detestationem eamdem *illecebram honestatis* appellat *& pudoris injuriam.* Quem intra sexcentos & amplius annos Noë continentiorem vixisse invenietis ? eo præsertim tempore, quando *omnis caro corruperat viam suam*, neque enim in universo toto palmus terræ mundus erat ; & tamen Deus de illo inquit : *Te vidi justum coram me* , neque enim totius generis humani mala exempla ad eum vel latum unguem à sua continentia & pudicitia seducendum prævalere potuerunt ; & tamen quod diluvium & inundatio universalis carnalitatis & lasciviæ ab eo obtinere non potuerunt , obtinere potuit vel unus cyathus vini excessive nimis potati , dum veneni ipsius malignitatem ignorabat;unde notanter inquit sanctus Bernardus : *Noë bibit vinum , & virilia quæ per sexcentos annos celaverat , nudavit* ; quia tametsi adeo fuerit circumspectus , tantusque per sexcentos annos fuisset pudicitiæ amicus, & in virtute habituatus,ut vel ipse solus divinæ justitiæ fulminibus in totum universum evibratis resistere potuerit, vini tamen violentia absorptus suam enormiter læsit pudicitiam.

D. Chrysl. ser. 26. Luc. 12. v. 45. Noë inter alios continentior, à continentia seduci non potuit nisi per solum vinum. Gen. 6. v. 13. Gen. 7. v. 11. S. Bern. serm. 25. de modo bene vivendi.

3. Merito igitur exclamat sanctus Ambrosius : *Cujus pudorem non læsit ebrietas ?* Protoparentes nostri in fœlici illo innocentiæ statu amicti opulenta justitiæ originalis chlamyde, quæ omnium donorum, gratiarum,thesaurorumque cœlestium centrum erat, vix manum suam ad pomum extenderunt vetitum,avidasque fauces ejus gustu imbuerunt, cum ecce Moyses de illis inquit : *Conjuerunt folia ficus , & fecerunt sibi perizomata* ; At vero dicet aliquis quid illis opus erat vestibus, quando etiamnum in Paradiso nulli spirabant aquilonares venti , nec ullæ humane corpora vexabant aëris injuriæ? præterea cur potius manus suas ad folia ficus extenderunt, quam ad alias arbores, quibus deliciosum illud viridarium copiose abundabat ? cur non ad platanum ? cur non in Cedros vel Lauros manibus suis involabant ? Dubium hoc resolvit S. Antonius de Padua inquiens : *Exules Paradisi habuerunt vestes de foliis ficuum quæ carnis excitant pruritum , ille enim sub ficu est qui in pruritu libidinojæ carnis habitationem sibi elegit*; est etenim gula genitrix libidinis, & ut S. Nilus ait: *Assidua mentis saturitas venereas prurigines extimulat* ; qui enim quamdiu abstinentes & jejuni erant, virgines fuerunt, post pomum gulosè degustatum carnis in se experti sunt sensualitatem & rebellionem. Unde S. Ambrosius ait : *Adam Evam non-nisi intemperantia provocante cognovit ; quamdiu mansit in illis intemerata paritas , mansit & impolluta virginitas ,*

S. Ambr. de Elia & jejun. c. 8. Quæritur cur primi parentes manus potius extenderint. Ad folia ficus, quam ad alias arbores. Gen. 3. v. 7.

Bolland. fol. 595. To. 1. Ioan. 14.

S. Anton. de Padua s. 1. in Dom. 1. post Pasch. S. Nilus de octo vitios. affect.

Tertull. l. 2. cont. Marcion. 18.

S. Ambr. ser. 39.

Quæritur, cur in Noë, nuda-

tas , & quamdiu jejunaverunt ab interdictis epulis,tamdiu & à pudendis jejunaverunt peccatis. Saturitas castitatem prodigit.

Expenditur iterum textus ille : super pectus tuum gradieris. Gen. 3. v. 10. S. Greg. p. 3. cura Past. admon. 20.

4. Tortuosus ille inferni coluber primus gulæ Author & instigator (quemadmodum in duobus primis Discursibus probavimus) postquam duos hosce protoconjuges ad pomum vetitum manducandum induxit,hanc à Deo retulit condemnationem: *Supra pectus tuum gradieris*; cujus sententiæ mysterium S. Gregorius his verbis detexit : *Edacitas usque ad luxuriam pertrahit, quia dum satietate venter extenditur, aculei libidinis excitantur ; unde & hosti callido , qui primi hominis sensum in concupiscentiam pomi aperuit, sed in peccati laqueo strinxit,divina voce dicitur : Pectore & ventre repes, ac si aperte diceretur : cogitatione & ingluvie super humana corda dominaberis.*

S. Bonav. Centiloq. p. 1. sect. 23. Quinque filiæ gulæ concupiscentiæ carnali cooperantur.

5. S. Bonaventura doctrinam quamdam affert S. Gregorij l. 21. mor. c. 17. quinque pellimas gulæ filias his verbis declarantis: *Inepta lætitia , scurrilitas , immunditia, multiloquium, hebetudo mentis vel sensus circa intelligentiam.* Has autem filias omnes Seraphicus Doctor concupiscentiæ carnali cooperari his verbis demonstrat : *Inepta lætitia est voluntas per externos luxus excitans libidinem in gustu, & ex ipsa postmodum excitata ; Scurrilitas , est voluntas per verba carnalia libidinem gustus commovens , & ex ipsa postmodum commota : Immunditia , est voluntas per nimiam cibi sumptionem libidinem in gustu continuare desiderans. Multiloquium est voluntas per multiplicationem verborum intendens in gustu conservare libidinem. Hebetudo est voluntas libidinis conservandæ propriæ carnis absorpta , intelligere spiritualia fastidiens.* Imo gulam & libidinem mutuam inter se habere connexionem, adeo verum est , ut si una ab altera separata daretur, hanc Tertullianus monstro similem esse futuram existimarit. *Mirarer*, inquit, *Psychicos si sola luxuria tenderentur, qua sæpius nabunt , & non etiam ingluvie lacerarentur , qua jejunia oderunt. Monstrum scilicet haberetur libido sine gula, cum duo hæc tam amita atque conveta sint, ut si disjungi omnino potuissent, ipsa prius ventri pudenda non adhærerent :* efficacissima etenim , & quæ omne removet dubium, ratio,qua relatio convincitur,quæ erapulam inter est & libidinem, est propinquitas & vicinia, quæ ventrem bene pastum & saturum inter & generationis instrumenta invenitur. Paulò post vero subjungit : *Pro dispositione membrorum, ordo vitiorum,prior venter,& statim cætera jaginæ substrata lascivia est.* Hanc quoque ventris & genitalium viciniam S. Bonaventura tangit,dum impudicitiam inter alias pestiferæ hujus radicis propagines recenset , inquiens : *Carnis luxuria : nam ex vicinitate membrorum ventris , & genitalium , intelligitur confœderatio vitiorum :* in cujus confirmationem Textum illum Jerem. 5. adducit,ubi Deus lamentatur : *Saturavi eos, & mœchati sunt.*

Gula & libidio inter se mutuam habent connexionem. Tertull. de Jejunijs.

S. Bonav. in Diat. sal. Tit. 1. c. 8. Jerem. 5. v. 7.

Confirmantur prædicta exemplo tempore Petr. Damian. S. Petr. Dam. l. 6. Epist. 32.

6. Beatus Petrus Damianus factum aliquod refert, quod suo tempore in quodam Monacho accidit , qui utpote reus, idipsum manifestavit: Cum enim in refectorio,prout moris erat, serviret, monachisque mensæ accumbentibus frixuram quamdam adferret,se ab ejus appetitu immoderatè extimulari sensit : *Prurientis eum gulæ stimulus pupugit, moxque sibimet unam in os projiciens furtivè comedit.* Verum cum bolus hic vix etiamnum stomacho immissus esset, subito vehementem in partibus genitalibus commotionem sensit. Ecce tibi ipsissima sancti hujus Cardinalis verba: *Sed illico eum tantus libidinis ardor invasit , ut quod numquam eatenus fecerat, nulla se ratione comprimeret , donec immunditiæ fluxum semen sibi propriis manibus ejecisset. Hic itaque servum suum merito contumacem sensit , quia juxta viri Sapientis eloquium , molliter enutrivit : de quo jure dici potest : post buccellam introivit in eum Sathanas.* P. Bollandus in historia de morte Religiosorum Sinai montem in Arabia inhabitantium , inter alias illorum virtutes , quibus Deo vehementer placuerunt, plurimum quoque hanc abstinentiæ virtutem commendavit , inquiens : *Per abstinentiam fortiter consultant resistere vitio gulæ :* cujus hanc mox subdit rationem : *Nam qui ciborum se dedit voluptati , facile prosternitur ab eo,quod est sub ventre, vitio.* Tertullianus contra Marcionem Hæreticum scribens voracitatem pariter sensualitati carnis conjungit,inquiens: *Agnosce & comitibus gulæ, libidini atque luxuriæ , prospectum , quæ ferè ventris castigatione frigescunt :* manducaverat populus, & biberat, & surrexerat ludere.

Quæritur, cur in Noë, nudatus fuit, nec non ad tempus & occasionem, qua id contigit, se reflectens, interrogat : *Cur nudatio fœmorum post ebrietatem secuta est ?* Respondetque : *Quia sæpius satietatem libido subsequitur.* Consideratione omnino dignus est titulus ille, quem Apostolus Esau attribuit,dum eum fornicarium vocat,dicens : *Ne quis fornicator, aut profanus ut Esau.* Etenim quod illum profanum nominaverit , haud difficulter intelligitur, quia sacrilegus fuit,cultumque Dei contempsit;ut gulositatem suam per lentis edulium satiaret ; *Jus enim primogenii erat*, inquit S. Thomas ; *quod habebat duplicem portionem, ante sacerdotium Aaron habebat honorem sacerdotalem :* hoc autem ministerium,& sacrum hunc honorem pro lenticula divendidit; & ideo profanus fuit: At vero eum fornicarium fuisse , nusquam ex sacro Textu , præterquam ex solius Pauli testimonio constat. In quo igitur hæc propositio fundatur ; num forte S. Paulus hac de re particularem cœlitus revelationem habuit? S. Thomas quidem respondet inquiens: *Esau non solum fuit gulosus,sed etiam luxuriosus,quia contra voluntatem parentum duxit uxores alienigenas.* Verumtamen aliam quoq; huic dubio adæquatam responsionem dari posse existimo:siquidem quod is,qui gulæ deditus est, fornicationis vitio pariter immersus esse creditur, nequaquam judicium est temerarium, sed convincens idipsum persuadet argumentum;ad hoc namque probandum aptissime serviunt sequentia Tertulliani verba : *Appendices scribit gula lasciviam atque luxuriam, quam societatem & Apostolus sciens, cum præmisisset : non in ebrietatibus , & comessationibus, adjunxit : nec in cubilibus & libidinibus.* Et ideo S. Ephrem Syrus inter alia documenta quæ juvenibus in ætate florida, & bullitu sanguinis constitutis tradidit, hoc quoque non infimum est,quo illos abstemios esse jussit: *Semper*, inquit, *tibi à vino time, ô juvenis, quandoquidem vinum numquam parcit corpori , ignemque malæ concupiscentiæ continuo in ipso accendit.*

Tertull. de Jejun.

S. Ephr. tr. 1. de Virgin.

8. Quonam remedio Josephum usum fuisse existimas;ut in ætate lubrica rara pulchritudine præditus , quotidie à Domina sua ad adulterium solicitatus, atque in tam abundanti & opulenta domo constitutus, castum se & continentem conservavit? Illum equidem Putiphari Eunucho venditum fuisse novimus. Deque illo S. Augustinus ita scribit : *Vendiderunt Joseph præposito coquorum ; Nolunt quidam præpositum coquorum interpretari, sed præpositum militiæ, nam sic etiam appellatus est ille, quem Nabuchodonosor misit.* Ex quo igitur amicus ille, ut est verisimile,caput & princeps coquorum fuit;quid mirum est, quod in illa domo impudicitia regnaverit? ut proinde Scriptura dicat,quod uxor Putipharis *per singulos dies molesta erat adolescenti, dicens : Dormi mecum.* S. Paulus ad Timotheum inquit : *Mulieres similiter* decet *pudicas esse*; At vero qua ratione in sexu quodam adeo debili & delectationibus dedito, virtus hæc pudicitiæ conservari poterit? docet idipsum Apostolus dum immediate subjungit: *Sobrias*;ac proinde hæc Putipharis conjux utique temperantiæ & sobrietati minime studuit, quæ capitis coquorum tam potentis Regis conjux erat;quin potius in illa adimpletum fuit,quod Ecclesiasticus de muliere quadam meribibula scribit: *Mulier ebriosa...turpitudo illius non tegetur*;impudica igitur & lasciva mulier fuit. At verò quibus mediis Joseph se defendit,ut in tam continuo prælio,cui etiam viri fortissimi ut plurimum succumbunt, fortis & constans in pudicitia permanserit ? numquid enim Sapiens in Eccl. dicit : *Mulieres apostatare faciunt sapientes?* sed facilis est responsio,non enim hoc *mulieres* facere prævalerent, nisi *vini* quoque potentia accederet. Et ideo Sapiens eodem in loco non de mulieribus solum sed & de vino loquitur, inquiens: *Vinum & mulieres apostatare faciunt sapientes* , vinum enim est quod etiam viros perfectos & sanctos in concupiscentiæ carnalis barathrum communiter præcipitat, Joseph autem continuo sobrius & abstinens mansit,licet omnes Putipharis lautissimos cibos in sua facultate & custodia haberet : unde licet Scriptura dicat: *Præpositus omnibus gubernabat sibi creditam domum, & universa quæ ei tradita fuerant ... multiplicavit tam in ædibus quam in agris cunctam ejus substantiam:* Moyses tamen postquam Josephum in tanta abundantia & opulentia constiturum fuisse dixisset,non sine mysterio mox quoq;additum ejus quotidianum explicuit,ut nemo triumphum illius miraretur, quem de sua castitate tot modis quotidie impugnata reportavit:dicit enim:*nec quidquam aliud noverat nisi panem quo vescebatur* ; ubi Author Catenæ inquit: *Sic nonnulli intellexerunt, Joseph nihil ex cibis Domini sui cognovisse, præter siccum panem quo vescebatur.*

Aptissime monstratur cur Joseph à Domina ad adulterium solicitatus castum se servaverit & continentem. S. August. l. 2. ex. l. qq. in Gen. T. 2.

Gen. 39. v. 10. 1. Tim. 3. v. 11.

Ibid.

Eccli. 26. v. 11.

Ibid. c. 19. 2.

Gen. 39. v. 6. & 5.

Ibid. v. 6.

tio fœmorum post ebrietatem sit subsecuta. Alcuin. in Gen. Inter. 139. Heb. 12. v. 16

S. Thom. ibid. Fornicator fuit Esau ex mente Apostoli, unde autem idipsum colligi possit probatur.

Herodes Joannem metuebat, illum Herodiades in cœna interfecit. *Marc. 6. 19.*

9. Herodias, ut detestabiles incestus suos majori cum licentia & securitate continuare posset, nihil adeo ac præcisum in disco Præcursoris caput videre desiderabat: Alia vero ex parte eumdem præcursorem apud Herodem in magna sanctitatis opinione esse, ab eoque libenter auscultari, & ab omnibus ei imminentibus insidiis custodiri sciebat; dicit enim sacer Textus: *Herodias insidiabatur illi, & volebat occidere eum, nec poterat: Herodes enim metuebat Joannem, sciens enim virum justum & sanctum, & custodiebat eum, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat.* Quo igitur consilio mulierem hanc, ut intentum suum assequeretur, usam fuisse existimas? Regiam nimirum præstolata est cœnam, quam Rex Principibus Galilææ in die suo natalitio instaurare solebat: *Cum dies opportunus accidisset,* inquit Evangelista, *Herodes natalis sui fecit cœnam magnam Principibus, & tribunis, & primis Galilææ.* Intelligebat videlicet Herodiades, quantum crapula libidinis incendium inflammet, ac proinde se victoriam in manu sua habere censuit. *Dracones, & aspides, & caraxæ,* inquit D. Chrysost. *Joannem formidarunt: Herodiades autem ipsum in cœna interfecit*: nec mirum quia ut S. Ambros. ait: *Ebrietas fundamentum libidinis, accendit cupiditates, inflammat libidinem, animam capit, mentem subruit, sensum extorquet: in quod facinus non præcipitat?*

Ibid. v. 21.

D. *Chrysost. or. in decollat. Joan.*

S. *Ambr. l. 1. de Abr. c. 6.*

10. B. Petr. Damia. exemplum Loth adducit, qui tot annis in Sodoma fobrius & continens permansit, tandem vero à filiabus suis per vinum nimiopere bibitum ad incestum cum ipsis committendum inductus fuit: *Loth quoque,* inquit, *qui & inter Sodomitas in castitate vixit, in monte postmodum percepto vino cum utraque filia nesciendo concubuit, & pudoris mendacium vinum in solitudine una nocte fuasit amittere, quam diu inter tot adulteros ipsa non potuit Sodoma violare.* Plutarchus quoque simile quid de Valerio referens inquit: *Per ebrietatem cum filia congressus, præ mœrore præcipitio se dejecit.* Gula enim & ebrietas tale in luxuriam dominium habet, ut Petrachæ utraque potestate absoluta in sensum & carnem dominari & imperium exercere afferat: *Taceo libidinis regnum*, inquit de ebrietate. Regnare autem idem est, quod leges præscribere, imperare, & dominari; nec mirum quod corpus & anima in delectationem à gula imperatam facile consentiat, quandoquidem iisdem hoc ipsum præscribat, quod maxime placet, præcipuè verò, quando gulæ imperium accedit. Valerius Maximus inquit: *Vini usus Romanis fœminis ignotus fuit, ne scilicet in aliquod dedecus prolaberentur, quia proximus à Libero patre intemperantiæ gradus, & ad inconcessam Venerem esse consuevit.* Author Imperfectus inquit: *Omnis mulier quæ vinolenta est & comessatrix, etiam meretrix est, nam sive in cibis sive in libidinibus, delectatio carnis est, quæ præcipitat hominem, mulier quoque quæ suavitatibus gulæ suæ non contradicit, multo magis neque libidini suæ resistere acquiescit.*

S. *Petr. Damian. l. 6. Ep. 23.* Loth multis annis in Sodoma continens mansit à filiabus per vinum ad incestum inductus fuit.

Plutar. in Parall. Petrar. l. 3. Ep. 9. Ebrietas in luxuriam dominium habet.

Valer. Maxim. l. 1. c. 1.

Auth. Imperf. h. 1.

DISCURSUS IX.
ARGUMENTUM.

Voluptates carnales per crapulam & ebrietatem instaurantur & foventur.

THEMA.

Saturavi eos, & mœchati sunt, & in domo meretricis luxuriabantur. Jerem. 5. ℣. 7.

Gula & luxuria strictum invicem contrahunt fœdus.

1. DEus noster his verbis contra Israëlem, eo quod ipsum abunde saturasset, & postmodum in compensationem tanti beneficij sese libidini in prædam dedisset, lamentatur, dicens: *Saturavi eos & mœchati sunt, & in domo meretricis luxuriabantur*: neque enim simplicibus tantum acquiescebant fornicationibus, sed etiam adulteriis veluti indomiti equi sese polluebant: *Equi amatores & emissarij facti sunt, unusquisque ad uxorem proximi sui hinniebat:* sed quid mirum subsumit Interlinearis, siquidem gula & luxuria strictum invicem contraxere fœdus: *amica sient venter & genitalia: sine Cerere & Baccho friget Venus.* Quam eamdem relationem D. quoq; Chrysost. considerans ait: *Vides è defectijs libidinem & impuritatem ortam.* S. autem Basilius duobus verbis eam, quæ inter gulam, & honestatem seu inter gulosos, & continentes antipathia versatur, & contrarietas, ad vivum expressit, dum ait: *Totus honestæ vitæ de industi in inimici.* Vinum namque excessive potatum verecundiam tollit, castitatis custodem & tutatricem. Ideoque quidam magnæ authoritatis Episcopus ita ad rem nostram discurrit: *Si aliquis bibe it vinum in ebrietate, cogitationibus sordidis conturbat intellectum in fornicationem: operatur peccatum & non verecundatur.*

Jerem. 5. v. 8

Interl. ibid.

D. *Chrys. T. 12. Græc.* Inter Gulam & honestatem antipathia.

S. *Basil. ser. abdicat. rerum, Rover. Lincoln in Test. 12. Patriarch.*

2. *Equi amatores &c.* Equis Hebræi assimilantur saturi, siquidem illi in publico etiam coitum non detrectant: Quam circumstantiam, dum malos ebrietatis effectus considerat, D. Ambros. simulque in ejusdem fecquaces invehitur expressit inquiens: *Per hanc fiunt ex hominibus equi adhinnientes: siquidem natura ali vapore corporis calidi, & præter naturam vini calore flammati, cohiberi se non queunt, & in bestiales libidines excitantur:* Quin & Seneca moralis hunc eumdem libidinosorum à vino agitatorum appetitum in quadam Epistola manifeste indigitat, dum ait: *Ubi possedit animum nimia vis vini, quidquid mali latebat, emergit: non facit ebrietas vitia, sed provabit: tunc libidinosus ne cubiculum quidem expectat, sed cupiditatibus suis, quantum petierint, sine dilatione permittit: tunc impudicus morbum profitetur ac publicat.*

Equis Hebræi assimilantur saturi.

S. *Ambr. de Elia & jejun. c. 16.*

Sen. Ep. 83.

3. S. Petrus primos Christianos, ut se ab aliquibus illorum temporum Hæreticis, qui *Gnostici* appellabantur solicitè caverent, legitur admonuisse: eo quod hi post Eucharistiam, Agapen denominatam, conviviis sese ingererent, eo fine ut libidinosis suis indulgerent satisfaccerentque appetitibus, unde ita de iis scribit Apostolus: *Voluptatem existimantes diei delicias, conquinationis, & maculæ delicijs affluentes, in convivijs suis luxuriantes vobiscum, oculos habentes plenos adulterij.* In Græco autem pro Ly *luxuriantes* legitur *coepulantes.* Quo autem fine hujusmodi instituerint convivia Oecumenius docet, inquiens: *Dum vobiscum coepulantur; non ob charitatem faciunt, sed ut occasiones ad decipiendas mulieres nanciscantur.* Porro Minutius Felix ad perpetuam abominabilium & incestuosarum inhonestatum hujusmodi crapulæ correspondentium infamiam ita scribit: *Ad epulas solemni die coeunt, cum omnibus liberis, sororibus, matribus, sexus omnis hominibus & omnis ætatis. Illic post multas epulas, ubi convivium caluit, & incestæ libidinis fervor exarsit, canis qui candelabro nexus est, jactu offulæ ultra spatium lineæ, qua vinctus est, ad impetum & saltum provocatur: sic everso atque extincto convivio lumine, impudentibus tenebris nexus nefandæ cupiditatis involvunt.* Nec id mirum cuiquam videatur, siquidem ubi gula regnat, vinumque intellectum deprædari & hominis mentem turbare potest, etiam quævis impiissima attentantur & patrantur flagitia; Ut proinde S. Basilius merito dixerit: *Voluptatis incontinentia omnis, ex vini fonte originem vimque habens, præceps ad omnem impuritatem atque intemperantiam ruit.*

Gnostici ut libidini suæ satisfacerent, statim post Eucharistiam conviviis se ingesserunt. 2. *Pet. 2. v. 12.*

Textus Græcus.

Oecumen. *ibid.*

Minut. Felix *in Octavium.*

S. *Basil. h. 14. in ebrietat. & luxum.*

4. Loth meminerit is velim, ejusque miserandi casus, quem idem S. nobis alio quodam in loco adumbrare conatus est, dum ait: *Loth se cum filiabus miscet, idem suipsius gener factus, & socer, & qui parens antea, modo vir etiam, postea efficitur & avus parens utrimque in præscriptos à natura hominibus fines petulanter proterv us.* Annon & detestabilem pariter Amnonis, Prophetæ secundùm cor Dei Filij incestum cum Thamar sorore ejus, promovit, adimplevitque gulæ? Imo vero; incestuosus enim patri suggerebat, dicens: *Veniat obsecro Thamar soror mea, ut faciat in oculis meis duas sorbitiunculas, & cibum capiam de manu ejus: cum obtulisset ei cibum, apprehendit eam, & ait: Cuba mecum soror mea, prævalens viribus oppressit eam.* Quid mirum? gulosus erat, atque ideo supra modum pariter libidinosus.

S. *Basil. de Elia & jejun. c. 16.*

Describuntur casus miserandi ipsius Loth & Amnonis. 2. *Reg. 13. v. 6.*

5. *Saturavi eos,* &c. S. Basilius de eodem latius tractans vitio, ita scribit: *Satietas lasciviæ initium est, hinc equi insanientes in fœminas fiunt homines, ob æstrum, ac furorem, quem in animo gignunt delicæ. A temulentia orta est naturæ inversio.* Unde & S. Joannes Climachus luxuriam primogenitum appellans gulæ partum, ira luxuriam introducit loquentem: *Ex me sentina & vorago.* Qui idem Author paulò post subjungit: *Dæmon dæmonem non pellit, sed spiritus gulæ transmittit gulosum ad spiritum luxuriæ.* Sanc si ign alimenta deficiant lignorum, olei, alteriusve materiæ combustibilis, subito extinguitur, & deficit: libidinis autem fomentum, vinum est cibusque superfluus; Quem conceptum S. Nilus exhibet his verbis: *Ut ignis materia lignum est, sic libidinis materia est ingluvies; atque ut illud flammam excitat, eodem modo hæc turpem cupiditatem.* Cui similitudini alteram idem Sanctus à sagittis, ut tanto crudelius feriant interiora, acutis desumptam subnectit dicens: *Exacuit ignita libidinis tela,* scilicet gula; *exacuit, ex quovis cibi genere venter ingargitetur, passionum flammam excitare consuevit.* Quis unquam incendium ingens extinguere potuit, per superimmissam plurimam eamque aridam stuppam? *Qui ventrem implens,* prosequitur Sanctus, *pudicitiæ cultum profitetur, huic similis est, qui se ignis impetum stup-*

Saturavi eos, &c. cibum quoque superfluæ sumptum, libidinis incentivum esse, innumerabiles attestantur SS. Patrum authoritates. Et in primis quidem S. Hieronymus in capitulo cui titulus (*de abstinentia, & præcipue à carnibus*) ita discurrit: *Nihil sic inflammat corpora & titillat membra genitalia sicut indigestus cibus, ructusque convulsus. Quod enim voluptatum seminarium est, venenum puta; est autem esus carnis seminarium libidinis.* Quid mirum juvenem illum effræ-nem, de quo S. Lucas scribit: Omnem suam portionem inter libidinosos amplexus cum meretricibus dilapidasse, siquidem ventris unicè cultui vacabat? *Cupiebat implere ventrem suum. Neque enim alia cura est luxuriosis,* subdit S. Ambros. *nisi ut ventrem suum impleant, quorum Deus venter est.* Adolescens hic in ætatis suæ vigore, gulam sectabatur, ideoque sub paterna coërcebatur disciplina, ne in carnis præcipitia corrueret. Quapropter Clemens Alexandrinus hoc optimum pro bona filiorum educatione scriptum reliquit documentum: *Non ferventi ætati, quod est omnium humidorum calidissimum, vinum infundere convenit, perinde ac si*

S. *Nilus ibid.*

pa

DE GULA ET EBRIETATE, DISCURSUS IX. 453

pa comprehensarum aut flammam oleo extinctarum policetur. Quam eamdem doctrinam S. Bernard. in quodam, *de modo bene vivendi*, sermone scriptam reliquit in hæc verba: *Ubi cumque saturitas abundavit, ibi luxuria dominabitur: ventrem distentum cibis & vini potionibus irrigatum, voluptas luxuriæ sequitur.*

S. *Bern. ser. 24. de modo bene vivendi.*

6. S. Antonin. impossibile, aut ad minus difficile fore existimat, ut indemnis in convivis persisteret continentia; ideoque contra gulam protestatur, dicens: *Temperantiam fugat ex toto venter mero æstuans, facile desumat in libidines.* Scire utique poterat Holofernes, Judithæ in annorum suorum flore, rari fœminam decoris, mortuo primo conjuge, à Primatibus Hebræorum ad sponsalitia iteranda provocatam fuisse; & nihilominus in statu viduali continenter vivere decrevisse: noverat heroïnæ modestiam, quod nec oculum, nec pupillam elevaret, ne suæ præjudicium inferret honestati, quod omni nocte ad orationes divinas sese conferret, quod viveret sobriissimè, allatis secum hunc in finem cibis vilibus: qualiter itaque pudicitiam ejus expugnatum iri sperare potuerat? Vagaonis quidem confidebat persuasionibus, quando dicebat: *Vade & suade Hebræam illam, ut sponte consentiat habitare mecum.* Sed respondeo ego ne integram quidem numerosissimum illum exercitum sufficientem futurum fuisse, ut adamantinum illius pectus expugnaret; & multo minus unus Eunuchi verba, id efficere potuissent. Astutiam itaque notare Holofernis, solemnissimam institutionis cœnam, ad quam Judith pertrahi posse sperabat, ideoque tunc Vagao, ut castitatem ejus tentaret, anmandavit: *Holofernes fecit cœnam servis suis, & dixit ad Vagao eunuchum suum: vade & suade Hebræam illam,* &c. comparuit Judith, & licet mensæ libidinosi helluonis, ebriisque affidens invitaretur; *Bibe nunc, & accumbe in jucunditate*; Nihilominus Spiritu S. teste, illa *Accepit, & manducavit, & bibit coram ipso ea, quæ paraverat illi ancilla ejus.* In tantum itaque illæsam protexit honestatem suam, in quantum omnem ab Holofernis cibis colui abstinentiam: si enim è vino bibisset, lautisque epulis saturata fuisset, suam utique pudicitiam in discrimen conjecisset, *Bibebant vinum in ebrietate Potentes,* inquit S. Ambrosius, *sed non bibebat Judith, his armis munita,* scilicet abstinentiæ & jejunij, *processit sobrij vigore consilij abstulit Holofernis caput, servavit pudicitiam, victoriam reportavit.* Quod ut propositum stabiliam amplius, non abs re fuerit, quamdam subnectere B. Petri Damiani sententiam, dicentis: *Ut non sentiat pudicitia periclitata naufragium, inter fluctuantis hujus vitæ discrimina, sobrietas Magistra, tui corporis teneat clavum*; Quia scilicet in vino naufragatur continentia.

S. *Antonin. sum. Theol. p. 2. tit. 6. c. 1. §. 3.* Difficile est ut indemnis in conviviis persistat continentia.

Naufragatur continentia ubi sobrietas corporis non tenet clavum. Astutia notatur Holofernis, quam elicit sobrietas Judith.

Judith. 12. v. 10.

Ibid. v. 19.

S. *Ambr. de Elia & jejun. c. 9.*

B. *Pet. Dam. l. 6. Ep. 26.*

7. Bellovacensis authoritati innixus S. Bernardi eamdem confirmat sententiam Discursu sequenti: *Ebrietas verecundiam interimit, pudoris characterem ejicit, castitatis signaculum frangit.* Quo pariter Propheta respexisse videtur Oseas, dum vino fornicationem copulavit, dicens: *Fornicatio & vinum & ebrietas auferunt cor.* Plinius quoque in hoc idem ebrietatis invehens vitium, tale de eodem perhibet testimonium: *Præmium summum ebrietatis, libido portentosa, ac jucundum nefas.* S. quoque August. in sermone illo citato, ubi funestum refert casum, temporibus suis in urbe Hipponensi famosum, filij cujusdam ebrij, qui matre patreque occiso, proprias tandem etiam per stuprum oppressit sorores, cui miserrimo juveni ingemiscens dictus Archipræsul, ait: *Ebrietas luxuriæ soror.*

Confirmatio præcedentis. *Bellovac. spec. mor. l. 3. dist. 3. p. 8. Osee 4. v. 11. Plin. l. 14. nat. Hist. c. 22.*

S. *August. ser. 33. ad fratr. in Reg. Monach.*

8. *Saturavi eos,* &c. cibum quoque superfluæ sumptum, libidinis incentivum esse, innumerabiles attestantur SS. Patrum authoritates. Et in primis quidem S. Hieronymus in capitulo cui titulus (*de abstinentia, & præcipue à carnibus*) ita discurrit: *Nihil sic inflammat corpora & titillat membra genitalia sicut indigestus cibus, ructusque convulsus. Quod enim voluptatum seminarium est, venenum puta; est autem esus carnis seminarium libidinis.* Quid mirum juvenem illum effræ-nem, de quo S. Lucas scribit: Omnem suam portionem inter libidinosos amplexus cum meretricibus dilapidasse, siquidem ventris unicè cultui vacabat? *Cupiebat implere ventrem suum. Neque enim alia cura est luxuriosis,* subdit S. Ambros. *nisi ut ventrem suum impleant, quorum Deus venter est.* Adolescens hic in ætatis suæ vigore, gulam sectabatur, ideoque sub paterna coërcebatur disciplina, ne in carnis præcipitia corrueret. Quapropter Clemens Alexandrinus hoc optimum pro bona filiorum educatione scriptum reliquit documentum: *Non ferventi ætati, quod est omnium humidorum calidissimum, vinum infundere convenit, perinde ac si quis ignem in ignem derivet, ex quo agrestes immanesque appetitiones ardentesque cupiditates & mores ingeniosi incendantur. Excalefacti autem intus adolescentes evadunt prompti ad libidines.* Moxque subjungit: *Hinc fit, ut mastum juventutis fines pudoris transiliat.*

Gulam esse libidinis incentivum attestantur Patrum allegatæ authoritates.

Luc. 15. v. 16. S. *Ambr. l. 7. in Luc.*

9. Tertull. quemdam nobis usque ad fauces vino plenum repræsentans ait: *Totum illud domicilium interioris hominis escis stipatum, vinis mundatem*; Sed quo successu? *In quo plane nihil aliud in proximo supersit, quam ad lasciviam sapere.* Noveritis utique Heli summo Sacerdoti filios fuisse crapulæ in primis deditos, & adeo quidem impudenter, ut Scriptura attestetur, dicens: *Quicumque immolasset victimas, veniebat puer Sacerdotis, dum coqueretur carnes, & habebat fuscinulam tridentem in manu sua, & mittebat eam in lebetem, vel in caldariam, ut in ollam, sive in cacabum, & omne quod levabat fuscinula, tollebat Sacerdos sibi.* Quia scilicet juxta S. Gregorij sententiam, carnes has singularibus condimentis apparare, sibique meliores ex iis particulas asservare volebant: *Etiam antequam adolerent adipem, veniebat puer Sacerdotis & dicebat immolanti; da mihi carnem, ut coquam Sacerdoti; non enim accipiam à te carnem coctam, sed crudam.* Sed quis tandem hujus voracitatis & ingluvies, delicatiorem sacrificiorum carnem absumentis fuit exitus? *Dormiebant cum mulieribus, quæ observabant ad ostium tabernaculi*; Ecce vobis gulæ terminum.

Tertull. *de jejun.*

Filij Heli crapulæ dediti dormiebant cum mulieribus. 1. *Reg. 2. v. 13.*

10. S. Ephrem hoc nobis protegendæ honestatis tradit efficacissimum remedium, dicens: *Non multa edendo sumas, à mensarum oblectatione abstine, ne & lasciviæ efficiaris parasitus.* S. quoque Gregor. in Comment. supra libr. Regum idem perstringens vitium, ita scribit: *Unum quidem gulæ vitium est, sed à gula libidines innumeræ sunt.* Deinde plurima crapulæ recensens mala, primo omnium loco luxuriam collocat, dum ait: *Luxuriæ motus, furti crimen, turpis lucri appetitus, iræ impetus, amaritudo sæcularis tristitiæ, desidia acediæ, appetitus vanæ gloriæ, tumor superbiæ aperte detestabilis est: Gulæ vero vitium tanto est fraudulentius, quanto & occultius, quia & quasi necessarium suggerit cibum corpori, sed dum abundantior carnem vesicit, luxuriæ gladium in mentem mergit.*

S. *Ephr. tr. 2. in Doctr. de perfect. Monach.*

S. *Greg. l. 5. in 1. Reg. c. 15.*

Mala crapulæ recensentur.

11. S. Joan. Climacus superflui cibi esum, libidinum fontem appellare non dubitat, dum ait: *Gula est fons voluptatum, vena libidinis, fautrix ciborum est parens libidinis.* Quod ut confirmet, similitudinem desumit ab eo qui ignem oleo extinguere satagit; eamque illi, qui nimio cibo epulisque indulget, applicans, subnectit: *Qui servit ventri suo, & interim conatur spiritum luxuriæ vincere, perinde facit, atque is, qui incendium oleo vult extinguere.* S. Isidor. vicinitatem considerans ventris, & partium genitalium, ita quoque ad intentum nostrum fermocinatur: *Proxima est ventri libido, sicut loco, ita vitio. Ubi enim ventris cura, ibi & eorum quæ circa ventrem sunt proxima in ordine namque membrorum genitalia ventri jungantur, dumque unum ex his immoderate reficitur, aliud ad luxuriam excitatur.*

S. *Joan. Clim. Grad. 14.* Superfluus cibi esus libidinum fons appellatur, & similitudine confirmatur.

S. *Isid. lib. 2. sent. c. 42.*

12. S. Nilus in Tractatu *de affectionibus vitiosis*, ubi ad gulam pervenit, per varias similitudines, qualiter per eam concupiscentia carnalis accendatur, ostendit dicens: *Ut terra vasta atque inculta spinas producit; sic venter cibis onustus obscœnas cogitationes.* Quod idem damnum S. Joan. Climacus attingens, insuper ostendit per gulam stimulos excitari carnales, suggestiones, phantasmata, & cogitationes obscœnas: *Malus ille Veneris satelles ubi venit, ridet, & primum per somnum vinctis manibus & pedibus, deinde quid quidlibet facit, animumque simul, & corpus fœdis sordibus, & phantasmatibus obscœnisque egestis humoribus inquinat, & conspurcat.*

S. *Nilus de 8. vitios. affect.* Per gulam, stimuli excitantur carnales.

S. *Joan. Clim. Gr. 14. n. 17.*

13. S. Nilus exemplum à stercore, vermium quantitatem generante desumit, dicens: *Copiosam stercus ingentem vermium numerum jungit: eodemque modo ciborum copia magnum libidinosarum cogitationum numerum procreat.* Qui hæc sequentia paulò ante præmiserat verba: *Gula turpissimarum animi oblectationum fontem aperit.* Quam eamdem veritatem S. quoque Bernardus his verbis nos docet: *Ubi venter est cibis repletus, ibi est ignis luxuriæ succensus.*

S. *Nilus ibid.*

S. *Bern. ser. 24. de modo bene vivendi.* Satietas nefandarum libidinum extitit pabulum.

14. Nescio si quando observaveritis, quod Spiritus S. dum impios illos describit, qui deliciabantur *edentes & bibentes*, immediate subjunxerit: *& nuptui tradentes.* Cujus textus mysterium his verbis aperit Tertull. *Agnosco animalem fidem studio carnis, quia tota constat, tam multivorantia, quam multinubentiæ pronam.* S. Gregorius ad illam in Ezechiele circa Sodomitarum incendium, Jerusalem pariter intentatum, Dei protestationem (*hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia*

Tertull. de jejun.

S. *Greg. l. 30. mor. c. 13.*

bia saturitas panis, & abundantia) se reflectens, sequentem formet discursum: *Aperte ostenditur, quia idcirco salutem perdidit, quia cum superbiæ vitio mensuram moderatæ refectionis excessit.* Satietas namque illarum nefandarum libidinum extitit pabulum. Unde & S. Isidorus inquit: *Prima est luxuriæ materies, saturitas panis*; Id quod ex dicto probat Ezechielis textu, inquiens: *Panem quoque Sodomitæ immoderate sumentes in turpitudinem defluxere flagitiorum, atque inde meruerunt cœlestibus adueri incendijs, ex quo modum non tenuerunt edacitatis.* Porro hucusque dicta finaliter tandem confirmare placebit S. Hieronymi sententia, qua gulam castitatis appellat carnificem, dicens: *Gulæ horridum scelus, genitrix luxuriæ & castitatis carnifex cum Dei ancillis nullam habeat sortem.*

Ezech. 16. v. 49.

S. Isid. l. 2. sent. c. 42.

S. Hieron. T. 9. c. 35 de regulis Monach.

DISCURSUS X.

ARGUMENTUM.

Vini cibique nimietas intellectum impedit; eumque à sapientia & intelligentia, maximè verò à contemplatione bonorum spiritualium & cœlestium divertit.

THEMA.

Cogitavi in corde meo abstrahere à vino carnem meam, ut animum meum transferem ad sapientiam. Eccle. 2. ℣. 3.

Præjudicium intellectus speculationibus damnosissimum affert ebrietas.

Dion. Carth. ibid.

1. REx Salomon in hoc Ecclesiastis libro se tamquam prædicatorem, mundi contemptorem, divinæque sapientiæ totaliter dedicum orbi exhibet universo; merito itaque, ut supremæ intelligentiæ serio se applicaret, convivijs, deliciis, & cibi potusque excessibus renunciare protestatur: *Cogitavi in corde meo*, &c. ubi Carthusianus ait: *ut animum, id est, intellectum meum transferrem ad sapientiam, ad quam obtinendam tanto aptior fit anima, quanto corpus à delectationibus carnalibus amplius elongatur.* Notat autem Lyranus, sapientem non omnem vini prohibere usum, quasi ipsum intelligentiæ studiique nostri obstaculum simpliciter foret; sed excessum dumtaxat illius, siquidem intellectus noster, inquit ille, *non impeditur per vinum moderate sumptum, cum acuat ingenium, abstracto à vino non accipitur hic simpliciter, sed cum moderamine.* Præjudicium igitur intellectus, intelligentiæ, & speculationis nostræ operationibus damnosissimum affert ebrietas & crapula, eodem Salomone alibi attestante: *Luxuriosa res, vinum & tumultuosa ebrietas, quicumque his delectatur, non erit Sapiens.* Quia tam vini quam cibi fruitio nimia rationem offuscat & intellectum turbat: *Utrumque absorbet rationem*, inquit Lyranus, *& causat mentis hebetudinem.* In Hebræo legitur: *Omnis qui erraverit in eo* (scilicet in vino) *non erit sapiens.*

Lyran. Ibid.

Prov. 20. v. 1

Lyran. ibid. Textus Hebraus.

2. Antiquus quidam Philosophus acute dixisse fertur: *Homo vinosus animam habet humidam, anima sicca sapientissima & optima.* Siccitas enim aptior est ad intelligentiam dispositio; hæc autem in sobrietate, non in vini reperitur humiditate. Porro Dion. Carthusianus in Commentario supra dictum Proverbiorum Textum; facetum quoddam refert Platonis dictum inquiens: *In Phædro asserit Plato, nequaquam est Philosophi circa delectationes gustus versari; unde cum quidam interrogasset Platonem, unde tibi sapientia tanta? Respondit, quia plus consumpsi de oleo in lampade, quam de vino in calice.*

Heraclitus apud Stobæum ser. 5. de temper.

Dion. Carth. in Prov. 20. v. 2.

Adducitur platonis sententia,

S. Cyrill. l. 4. Proverb. suorum.

3. S. Cyrillus in 4. Proverbiorum suorum libro plurima, imi recensetmala, dum inquit inter cætera: *Vinum mel oris est, sed fel capiti venenosum*: *Sapit in ore, ardet in ventre, fœmat in capite, confundit sensus; vigorem confundit, imaginationem destruit, tollit mentem.* Vinum enim & crapula mentem intellectumq; nostrum ligant & mancipant, ita ut anima ad speculationes se sublevare nequeat: cujus hanc similitudinem rationemque affignat D. Chrysostom. *Ut in cythara cum soni fuerint molles & remissi, nec bene intenti, artis quoque peritissima frustratur, ac citharœdes nervorum vitio servire cogitur, ita & in corpore ex vinolentia accidit, acerbam fervoratem animus perfert.* Mens, imaginatio, & intellectus siquidem noster pruritui delicisque immerguntur gulæ; Ideoque Hugo Cardinalis ait: *Ebrietas transvertit sensum & mentem gentium*; unde Hieronymus: *nihil adeo obtrat intelligentiam, sicut comestio & ebrietas.*

Lyran. Ibid.

Septuaginta.

Hugo Card. in Prov.

Damna enumerantur vini.

Prov. 23. 29.

4. Idem Salomon paulò ante in c. 23. varia quoque vini excelsive potati enumerat damna dicens: *Cui vixdum tui pectus? cui sine causa vulnera? cui suffusio oculorum?* Quis unquam propter ebrietatis vitium oculos cuipiam erutos fuisse vidit? respondet Hug. Cardinal. *Cui suffusio oculorum exteriorum & interiorum nisi ebriosis? quia nimius potus vini tam oculos interiores, quam exteriores excæcat.* Teste namque experientia, prout S. Leo prædicat, acumen intellectus, mentisque perspiciam, cibi & vini obtenebrat superfluitas: ideoque dictus S. Papa ubi de jejunio quatuor temporum Decembris tractat, ita sermocinatur: *Quotidiano experimento probatur, potus sacietate acies mentis obtundi, & ciborum nimietate vigorem cordis hebetari, ita ut delectatio edendi, etiam corporum contraria sit saluti, nisi ratio temperantiæ obsistat illecebræ.*

Hugo Card. ibid.

S. Leo. ser. 8. de jejun. decimi mensis.

5. Boëtius Severin. de necessariis ad bonam studentium directionem dogmatibus agens, alia inter temperantiam in potu assignat, dum ait: *Vinum modice sumptum, intellectui videtur conferre acumen, non autem immodice sumptum, sic enim rationem perturbat, intellectum hebetat, memoriam enervat, oblivionem immittit, errorem infundit, ad ignorantiam perducit. Ubi enim ebrietas, ibi nulla sapientia, sed insipientia pervagatur.* Quod idem damnum Clemens quoque Alexandr. in suo Pædagogo insinuat in hæc verba: *Vitium qui sufficientiam excedit ac obruit, homini multum officit, animam certe segnem & inertem reddit.* Nec immerito, siquidem juxta sacrum axioma corpus corruptibile animæ pondus est dicente Scriptura: *Corpus quod corrumpitur aggravat animam.* Quid ni igitur longe amplius corpus vino superfluo, cibisq; excessivis plenum atq; aggravatum animâ in terram usq; detrahet? Quare S. Isidor. hanc dignissimam pronunciavit, simulque verissimam sententiam: *Gulæ saturitas nimia acies mentis obtundit, ingenium que evanescere facit.*

Boët. Sever. l. 1. de disc. scholar. c. 2.

Temperantia est necessaria ad bonam studiorum directionem.

Clem. Alex. Pædag. l. 2. c. 2.

S. Isid. lib. 1. sent. c. 42.

6. S. Ant. de Padua in serm. quodam Quadragesimali sequentes pariter crapulæ enumerat effectus, dicens: *Redditi hominem ponderosum quantum ad corpus, & quantum ad animam.* Unde Isidor. lib. 1. de summo bono: *Gulæ satietas*, &c. Quam veritatem ut nobis inculcet Bellovac. practicum scholasticorum in studiis scientiisque progressum affectantium adducit exemplum, dicens: *Vitium gulæ dissuadent exempla sodalitium, qui ut possint sibi acquirere sapientiam, abstinent à deliciis & cibis lautioribus, maxime in prandijs, scientes quod in pergameno pingui, & humido, non formatur vel imprimitur bene liter.a, quia diffunditur, nec retinet debitam impressionem, sed in sicco & in tenui bene imprimitur & retinetur. Sic homo imbutus deliciis, non bene retinet sapientiam, quæ ut dicitur Job 28. non invenitur in terra suaviter viventium.* Exemplo sit nobis aula Nabuchodonosoris, in qua litterati sapientesque multi stipendia merebantur: & nihilominus ne vel unus eorum urgente necessitate somnium Regis interpretari potuit, præter unicum Danielem, qui cum tribus pueris, leguminibus victitabat, & aqua: quos proinde & Dominus præ omnibus aliis admirabili & supernaturali dotavit Sapientia: *Tres pueri*, prosequitur idem Author, *qui fuerunt præ cæteris abstinentiores, inventi sunt sapientiores aliis.* Moxque quoddam Socratis, in Philosophorum Proverbiis citatum adducit dictum; qui Philosophus, eo quod frugalem parcamque cœnam hospitibus quibusdam apparasset, à quodam confidente amico suo reprehensus, se humaniter excusavit, dicens: *Si sapientes sunt, talis cœna decet sapientiam.*

S. Anton. de Pad. ser. 3. in Dom. 2. Quadr.

Crapulæ enumeratur effectus à sapient. scholasticus.

S. Isid. l. 1. de summ. Bono. Bellovac. spec. mor. l. 3. p. 8. dist. 1.

Abstinentiores præ cæteris inveniuntur sapientiores.

Dan. 1.

7. Verum enimvero maximum inordinati potus, cibique voracitatis damnum in obstaculo consistit, quod sapientiæ cœlesti, contemplationi & spiritualium æternorumq; bonorum applicationi præstat, dicente Hugo. Card. *Non enim simul esse possunt sapientia & ebrietas.* In cujus dicti confirmationem, quamdam S. Greg. citat authoritatem, inquiens: *Venter pinguis nil cœleste, nil tenue cogitare potest: dicit enim quidam Philosophus, quod anima cibis & potibus velut speculum incrassatur, in tantum ut in ea relucere ad liquidum non possint rerum imagines.* Quam veritatem S. Bonav. ulterius similitudine à pinguibus avibus desumpta, declarat, dicens: *Gulosus similis est avibus pinguibus, quia avis pinguis non potest multum volare alte, sic gulosus nec cœlestia desiderare.* Ideoque merito lamentabatur Psalmista: *Filij hominum usquequo gravi corde?* Qui namque sunt hi ponderosa & gravia habentes corda? nelluones, qui omnem affectu, amorem, cordaq; sua in crapula collocarunt, in hoc unu collimantes, ut corpus impinguent: atque ideo suam ad alterius vitæ bona non elevant mentem: ut proinde Psalmista merito subjungat, dicens: *Ut quid diligitis vanitatem? Quid est autem esse gravi corde*, interrogat D. Chrysost. *graves corde sunt, qui sunt crasso corde.* Ita populus Dei quando cor affectumq; suum crapulæ immergens, Sedit manducare & bibere, tunc intellectum, tunc Discursum bonorumq; cœlestium perdidit cognitionem, irrationa-

Impedit crapula à Cœlestium contemplatione. Hug. Card. Eccli. 2.

S. Bonav. in Dict. salut. tit. 1. c. 2. Psal. 4. v. 3.

Ibid. D. Chrysost. Ibid.

Exod. 32. v. 6.

irrationabiles quasi bestiæ, dicentes ad invicem: *His sunt Dij tui.* Quapropter D. Chrysostom. exclamat: *Nihil gula pernitiosius, hac obtusum & crassum ingenium, hæc carnalem animum reddit, hæc cæcat intellectum.* Quod idem punctum S. Basilius in Comment. super Isaiam attingit dū ait: *Contingit istis carnulentis mentem reddi infirmiorem.*

D. Chrysh. 40. in Ioan.

S. Basil. in c. 2. Isa.

8. Alia inter legis Mosaicæ sacrificia aves quoq; oblatas fuisse novimus, dicente Scriptura: *Si autem de avibus holocausti oblatio fuerit Domino, ... Vesiculam verò gutturis, & plumas projicies ... ad Orientalem plagam, in locu, in quo cineres effundi solent.* Ubi merito illum Apostoli Textum quis objicere posset: *Numquid de bobus cura est Deo?* Quorsum Sapientia illa increata ad minutam adeo Præceptorum suorum circumstantiam descendit? dicendo: *Vesiculam gutturis projicies? Omnia* sane *in sapientia fecit Dominus*, cunctaque hæc ordinavit mysteriis plena. Vesicula cibi devorati est receptaculum, per hanc itaque legem Deus nos docere voluit, animas illas, ad bonorum cœlestium contemplationem, avium instar elevari, si vesiculam plenam non habuerint, si gulæ se in prædam non dederint: alias vero crapulæ mancipatas turpiter, ad sacrificium minime deservire, neque ad bonorum æternorum intelligentiam aptas esse, tales namque plumis carent, quibus in altum volitent, item gulosi cœlestia conjicere nequeunt desideria, aut alterius vitæ, dum ad hanc dumtaxat aspirant, induere affectus; *Quarum*, scilicet, *Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt.*

Levit. 1. v. 14.

1. Corinth. 9. v. 9.

Cur Deus præceperit ut in lege Mosaica vesicula Gutturis projiceretur in oblatione avium.

Philip. 3. 19.

Isaiæ 5. v. 11.

S. Basil. l. 14. in Ebriet. & luxum.

9. S. Basilius illum Isaiæ textum (*Væ surgentibus mane, & siceram amantibus, ad vesperam usque in finem permanentibus, opera Domini non respicient*) considerans, sequentem instituit Discursum. *Sicera, omne quod ebrietatem inducit, apud Hebræos vocari solet. Quos Propheta deplorat, ij sunt, qui luce incipiente vinum quærunt, œnopolia, cauponasque circumagunt, sodales convenient, & invicem ad potandum invitant. Ornem curam, cætera posthabentes, in hoc collocant, nec temporis partem aliquam in rerum cœlestium atque operum Dei consideratione ponunt.* Tandemque concludit totum eorum cor, studia, cogitatus, industrias, in ventris defudare cura; ita ut non mentem, imo ne supercilium quidem sursum elevent, ideoque discursum suum his contra helluones terminat verbis: *Eorum oculi numquam suspiciunt, & ad sydera tolluntur*; quia scilicet, *Deus eorum, venter est.* De quibus S. Hieronymus in Epist. ad Paulinum, ita scribit: *Animas nimio sanguine, & adipibus quasi luto involutas, nihil divinum, vel cœleste, sed de carnalibus erubescere, & de ventris inglavie.* Ut tritum merito illud de gulosis circumferatur axioma: *Animus in patinis.*

S. Hier. cit. à S. Anton. de Padua s. 2. in Dom. Quadr.

In helluonibus nullum locum reperire potest intelligentia mysteriorum cœlestium.

10. Plutarchus Catonem interrogatum quondam fuisse narrat à quodam, quem gulosum esse fama narrabat, ut amicitiam secum inire non gravaretur; quem hac arguta repudiavit repulsa: *Abnuens negabat vivere se posse cum homine, qui palatum, quem cor haberet actiore sensu præditum.* Ingenium namque hominis literati & docti, identidem scientias meditatur, & speculatur, Philosophiæ, Rhetoricæ, Astrologiæ, Theologiæ, aliasque similes: Architectus fundamentis contemplandis insudat, & disponendis, ut ædificium construat, ut hi illive parietes proportionaliter consurgant, fornices æqualiter disponantur, atque ita de omnibus aliis artium liberalium discurrendo Professoribus. Helluo autem omne studium, artem, ingenium, intellectumque suum, in epulis sapidisque dilapidat & absumit condimentis; in talibus itaque nullum aut locum aut dispositionem intelligentia reperire potest mysteriorum cœlestium. Quod Isaias prævidens dicebat, *Præ vino nescierunt, ... Sacerdos & Propheta nescierunt præ ebrietate, ... nescierunt videntem, ignoraverunt judicium ... Quem docebit scientia? & quem intelligere faciet auditum? ablactatos à lacte.* Qui enim in deliciis impingue scunt voci divinæ aures occludunt, pinguedine eorum internum obstruente auditum, siquidem *adipem suum concluserunt.* Unde & alibi apud eumdem Prophetam dicit Dominus: *Vade & dic populo huic; audite audientes, & nolite intelligere, & videte visionem & nolite cognoscere.* Causamne tantæ inordinationis nosse quæritis? *Excæca cor populi hujus*; Septuaginta legunt: *Incrassatum est cor eorum*, ecce vobis rationem, quare voces, illustrationesque divinæ ad corda eorum non penetrent: *Incrassatum est cor eorum, Adipem suum concluserunt.* Quem textum Origenes ita exponit: *Incrassatum est cor populi hujus, intellige ex eo, incrassatum esse cor, quia nihil sit in eo præter carnales sollicitudines. Quomodo enim materia corporis pinguis est, eodem modo etiam corporei intellectus & cogitationes.* Quam doctrinam paulò post elucidat, dum ait: *Sciens, quia si incrassatum fuerit cor ejus, neque accipiat sermones Dei, neque videat salutis sacramenta.*

Isa. 28. v. 7. Ratio, quare voces divinæ ad cor helluonum non penetrent.

Ps. 16. 10.

Isa. 6. v. 9.

Septuaginta.

Orig. h. 6. in Isa.

11. S. Hieronymus inter bonæ monasticæ disciplinæ regulas sobrietatem quoque recenset, dum ait: *Nec cingulo ampliatione sit opus, ut & sic mens à Dei meditationibus minime retardetur per crapulam.* Cui monito S. Nilus assentire videtur, dum ait: *Ventre saturo nihil divinum investiga*; similitudinemque à nube desumit, Lunæ prospectum eripientes; ait enim: *Ut nubes Lunæ prospectum eripit, sic gula Dei sapientiam nobis occultat.* Sed longe ingeniosius est, quod S. Ambr. ebrietati tribuit epithetum, dum eam sapientiæ nuncupat venenum, dicens: *Ebrietas incentivum insaniæ, ebrietas venenum sapientiæ.* Quia ut Oseas attestatur: *Vinum & ebrietas auferunt cor.* Sed qualiter, objiciet forte quispiam, absque corde vivere potest homo, siquidem vinum illo destituit hominem? Experientia teste ebrius multoties cadaveri similior est, quam homini vivo; quæ una quidem ratio satisfacere posset difficultati; Lyran. nihilominus hanc ad propositum nostrum assignat expositionem: *Avertunt intellectum & voluntatem à studio legis divinæ.* Intellectus enim per crapulam ita offuscatur, turbaturque, ut bona nequeat contemplari cœlestia, divinis mysteriis capiendis penitus indoneus, dicente Apostolo: *Animalis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei*; Per ebrietatem autem homo animal, brutumque efficitur.

S. Hier. t. 9. in Reg. Monach. c. 35.

S. Nilus de 8. vitios. affect.

Inter regulas monasticæ disciplinæ est regula sobrietatis.

S. Ambr. de Elia & jejun. c. 16.

Ose. 4. v. 11.

Lyran. ibid.

1. Cor. 2. v. 14.

12. Quis inter sordes, mediumque lutum aromata, thymiama, odoresque suaves sperare poterit se inventurum? *In cœno non licet aromata reperire*, inquit S. Nilus, *neque in guloso contemplationis suavitatem.* Cujus hanc facile assignaverim rationem, quia scilicet omnem sufficientiam nostram divinitus expectare & suscipere debemus, dicente Spiritu S. *Non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra à Deo est.* Spiritus autem S. qui meditationis & contemplationis ductor dicitur, crapulam & ebrietatem odit.

In Guloso contemplationis non reperitur suavitas.

S. Nilus pr. or. de Gula.

2. Cor. 3. 5.

13. B. Antiochus aliam à citatis ad intentum præsens adducit similitudinem, dum ait: *Sicut fumus dirè angit apes, & persequitur; ita & exsatiandæ gulæ studiosus gratiam à se repellit Spiritus S.* Isaac autem Presbyter in lib. 1. *de contemptu mundi*, vix differentiam ab illa Nili adducit comparationem, dicens: *Sicut nubes operiunt lumen Lunæ, ita & vapores mentis in anima jejuniantem Dei; sicut & flamma ignis in sicco ligno, ita & in ventre repleto.* Quæ doctrina ex Clem. Alexandrino desumpta esse videtur, qui in suo Pædagogo ita scribit: *Ipsa autem sicca anima est sapientissima, & optima, ea autem ratione etiam contemplativa, nec ex iis, quæ ex vino ascendunt exhalationibus madefacta, instar nubis in molem corpoream coacta est.*

Adducuntur illius rei similitudines.

B. Antioch. hom. 4. de edacit. Isaac. Presb. l. 1. de cont. mundi. Clem. Alex. l. 2. Pædag. c. 1.

DISCURSUS XI.

ARGUMENTUM.

Primum quod inter omnia vitia vincendum nobis, est gula, gulosus etenim Deum & proximum parvifacit, neque ad hujus compassionem facile movetur.

THEMA.

Præcepit ei dicens; ex omni ligno Paradisi comede; de ligno autem scientiæ boni & mali, ne comedas. Genes. 1. ℣. 16. & 17.

Qui Deo fidelis esse cupit, gulam ante omnia refrænare debet.

1. PRimum quod Deus Protoparentibus nostris dedit præceptum, in refrænanda gula, inordinatoq; ad eam appetitu cohibendo consistebat; Quia vero semper *nimium in vetitum*, ideo prohibitio hæc eorum magis eximulavit pruritum, ut pomum vetitum manducarent: *Præcepit ei dicens, ex omni ligno*, &c. numquid alia Deo deficiebant munera, per quæ primo omnium loco, post substantiam adeo sublimem, inque Paradiso terrestri collationem, Evæ & Adamo gratiosè factam eorum obedientiam subjectionemque experiretur? Minime equidem, sed per hoc præceptum Deus, ni fallor, universum docere voluit genus humanum, in Adamo primo illius stipite, quod qui Deo fidelis esse cupit, gulam ante omnia refrænare debet, ideoque Tertullianus hanc Adæ transgressionem his memorabilibus detestatur verbis: *Facilius ventri quam Deo cessit, pabulo potius, quam præcepto annuit.*

Tertull. de Jejun.

2. Sanctus Bonaventura *de spirituali contra septem capitalia vitia conflictu*, ita ad nostram quoque scribit instructionem: *Videtur incipiendum certamen primo contra*

S. Bonav. T. 7. de Pugna Spirit. c. 1.

Primum contra vitia certamen incipiendum est contra Gulam.

contra gulam, quia quamdiu gula in nobis dominatur, aliorum vitiorum certamina magis occulta videre non possumus. Citatque sancti Gregorij authoritatem, dicentis, multos actiones attentare heroicas, sed frustra, & inconstanter, dum ab hoc se sinunt superari vitio. *Multi quandoque ardua*, inquit ille, *& magna incipiunt; sed quia gulam non vincunt, ea quæ fortiter egerunt, turpiter perdunt.* Quam eamdem doctrinam in libro *de profectu Religiosorum* idem repetit Seraphicus Doctor, dicens: *Hæc est secundum traditionem seniorum prima pugna, quam devincere nos oportet, & quanto minus superata fuerit, tanto validiora sunt vetera vitia contra nos, & nos debiliores sumus contra ea.* Hunc quotidianum, obstinatum, & ab homine, qui hoc luto cingitur, insuperabilem carnis contra spiritum urgentem conflictum quilibet homo in se experitur, dicente Apostolo: *Caro concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem*; ac proinde si caro lautitiæ ciborum, & vini generositate à nobis corroboretur, nihil mirum est, si spiritus succumbere debeat; Nam ut Clemens Alexandrinus ex Androgyde inquit: *Vinum & carnis ingurgitationes, corpus quidem robustum efficiunt, animam vero debiliorem; est ergo impium, & a Religione alienum hoc nutrimentum ad perfectam intelligentiam.* Sanctus Gregorius ad assumpti thematis verba alludens, inquit: *Tanto longius à secundo parente receditur, quanto per immoderatum usum, dum manus ad cibum tenditur, parentis primi lapsus iteratur.* Tametsi enim nos Christiani, postquam sub crucis Christi vexillo mereri cæpimus, divinis præceptis ejus omnem fidelitatem & obedientiam promiserimus; hæc tamen promissa per gulam aperte rescindimus: Et ideo sanctus Joannes Climacus ait: *Si Christo per angustam & asperam viam ambulando, addiscerum te promisisti, coerce ventrem tuum, hunc enim si bene curaveris, & jaginatam extenderis, pacta cum Christo inita præsidisti.*

S. Bonav. lib. de prof. Relig. l. 1. c. 3.

Gal. 5. v. 17.

Clem. Alex. Pædag. Strom. l. 7.

S. Greg. p. 3. curæ Pastor. Admon. 20.

S. Ioan. Clim. Grad. 14. n. 14.

Serpens callidior in via spirituali progredientem animam vitio gulæ retardat.

3. Postquam Deus Adamum ad dignitatem naturæ Angelicæ minime inferiorem sublimasset, aliud ab ipso non requisivit, præterquam solam gulæ mortificationem ab unius dumtaxat arboris fructibus se abstinendo subeundam, & tamen *facilius ventri quam Deo cessit.* Unde Sanctus Bernardinus hanc primi hominis gulositatem considerans, inquit: *Muniamus thalamum cordis, ne gula redtens introeat, quæ & Adam innocentiæ veste, & Esau privavit primogeniti dignitate.* Gula enim cibi, innocentia nos privat, divinorumque præceptorum reos facit, dum *pabulo potius quam præcepto annuit*: Et ideo anima in virtutibus Christianis proficere volens, majus non patitur, quam hujus vitij obstaculum. Notissima est de Athalanta fabula, quæ agilitate & velocitate sua, ipsos conabatur æmulari & provocare ventos; ne itaque ad metam pertingeret, primaque victoriam reportaret, sex per semitam projecta fuere poma aurea, quæ currentem retardarent; *O avarum genus mulierum!* his colligendis immorata, substitit tarda, palmamque amisit. Ecce vobis expressum in moralibus casum. *Serpens callidior reliquis animalibus*, semper in vita spirituali progredientem animam, quæ cum Psalmista gloriatur: *Viam mandatorum tuorum cucurri*, hoc retardat gulæ vitio, dum sub necessitatis specie fortive subintrat, limitesque corporalis necessitatis transcendere facit, ad delicias impellens. Unde Sanctus Antoninus de gulæ vitio tractans ait: *Impedit virtutis profectum*; neque hunc finem testimonium adducit Sancti Gregorij dicentis: *Qui non vincit vitium gulæ, male potest alia vincere, id est, quanto corpus impletur, tanto anima minoratur.*

Psal. 118. v. 32.

S. Antonin. sum. Theol. p. 2. Tit. 6. c. 1. §. 4.

4. Sanctus Gregorius illa Jobi explanans verba: *Clamorem exactoris non audit*; quis hic exactor sit, interrogat, respondetque, eum nostrum esse ventrem, qui quotidie necessarij à nobis exigit cibi tributum. *Nonnulli per exactorem intelligi ventrem volunt, ipse namque à nobis quotidiam exigit debitum*: Moxque ad intentum nostrum Sanctus hic subjungit, dicens: *Abstinentes igitur viri dum violenta gulæ desideria reprimunt, quasi clamantis exactoris verba contemnunt. Sed cum continenti viro contra innumera vitia multa virtutum certamina suppetant, cur sub exactoris clamore contempto de solo hic ventre dicitur, quod ejus impetum impulsumque restringat, nisi quod nullus palmam spiritualis certaminis apprehendit, qui non in semetipso prius per assiduam ventris concupiscentiam carnis incentiva devicerit? Neque enim ad conflictum spiritualis agonis assurgitur, si non prius intra nosmetipsos hostis postius, gulæ videlicet appetitus edomatur. Incassum contra exteriores inimicos in campo bellum geritur, si intra ipsa urbis mœnia civis insidians habetur.*

Job 38. v. 7. S. Gregor. Exactoris clamorem non audit, qui violenta gulæ desideria reprimit.

Ad conflictum spiritualis agonis animo assurgit, qui domesticum hostem gulæ appetitum non edomat.

5. Quis nescit quoniam *militia est vita hominis super terram?* hoc in conflictu, qui, quamdiu respiramus, contra inimicos & effrœnes appetitus nostros durat continuo, primo omnium immoderatum gulæ appetitum atteramus oportet; qui quamdiu prævalet in nobis, anima debilis, & ad prælium penitus inhabilis efficitur; quia quanto magis prævalet corpus, tanto majores spiritus amittit vires. Josue palmis, triumphisque onustus obtentæ Palæstinæ, terræ lacte & melle redundantis, cum universo nihilominus Israëlitico populo mensæ frugali sobriæ, & fructibus terræ, polenta, paneque azymo institutæ scribitur assedisse, contemptis perdicibus, quibus ille quondam populus in deserto fuerat copiose pastus: *Comederunt de frugibus terræ azymos panes & polentam ejusdem anni.* Ecce vobis figuram nostris quoque adimplendam temporibus: quisquis enim in terra promissionis progredi, in perfectione profectum facere, suum ad gloriam æternam iter dirigere, Cananæos, id est, sensus & appetitus nostros, qui nos oppugnant, devincere desiderat; primo omnium loco gulam vincat oportet, quia ut Divus Chrysologus inquit: *Onustus venter ad vitia cor deponit, premit mentem, ne superna valeat sentire pietatem.* Id quod Sanctus hic de prodigo loquitur, gulæ & inhonestatis mancipio, quæ vitia maximam inter se connexionem habent; unde & sacer Textus, ut sæpius diximus, attestatur dicens: *Cupiebat implere ventrem suum.* Porro Sanctus Augustinus illa ejusdem Parabolæ verba (*adhæsit uni civium regionis illius*) examinans, per eum, cujus se servituti mancipavit, dæmonium asserit intelligi; ubi singulariter notetis velim, diabolum per omnem astutiam & tyrannidem suam id in eodem efficere non potuisse, quod sola præstitit gula, siquidem non ipsum violentare poterat, quin suam ad patrem erigeret mentem, (ad Patrem in sensu mystico cælestem,) sola autem gula eum à Patre alienavit. Unde subditur: *In se autem reversus dixit; surgam & ibo ad patrem meum.* Ubi Divus Chrysologus hoc annectit Commentarium: *Fames illi parem dedit sapere, cui copia tulerat sentire genitorem.* Atque ita in veritate contingit; fames enim nos Dei memores efficit, gula autem immemores & contemptores. In cujus confirmationem ille in primis deservit Isaiæ Textus: *Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum usque ad vesperam, ut vino æstuetis; Cithara, & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in convivijs vestris.* Sed quis hujus ebrietatis totiesque inculcatorum sumptuosorum conviviorum terminus? contemptus Dei, divinique servitij: ideoque subnectitur: *Et opus Domini non respiciitis.* Ubi sanctus Basilius à Glossa citatus interrogat, dicens: *Qua temporis parte possent & isti quidvis de Deo edoceri? mane? sed confestim ut somno à se excusso surrexerunt, confestantur sicevam. Media die? sed tunc augescit libido bibendi, vesperene? sed & tam bibunt, & quidem illos destituit dies; sed non deserit ebrietas.* Et consequenter spatio 24. horarum numquam de Deo cogitant; siquidem residuum noctis profundo vini lethargo absorpti; sepultique transigunt; *nihil agendo*, ut Lyranus ait, *ad ejus, scilicet Dei, honorem, sive obsequium.* Id quod & Carthusianus insinuat, dum ait: *Opus Domini non respicitis, id est, divino cultui non vacatis, neque divina officia frequentatis, quoniam gulam acedia comitatur, imo & omnis boni negligentia.* Oleaster autem per Ly *opus Dei*, ad divinorum præceptorum observantiam alludi posse autumat, dicens: *Puto significari per opera, præcepta, quæ dicuntur opera, quoniam præcipitur ea operari.* Idque ex quadam probat Judæorum Salvatori proposita interrogatione: *Quid faciemus, ut operemur opera Dei?* quibus mox Christus: *Hoc est opus Dei, ut credatis in eum, quem misit ille, ac si dicat: ut faciatis, quod ille præcepit.* Præcepta autem Dei atterit spernitque gula; quemadmodum in Adamo vidimus, qui *Pabulo potius quam præcepto annuit.* Quibus idem Author aliam subnectit expositionem, quæ probabile manifestumque reddit, id quod experientia quotidiana docet; scilicet quod gula animam charitate, compassione, & pietate in proximos privet, ait namque: *Secundo per opus possimus hominem proximum intelligere*; in cujus probationem,

Isaiæ 5. v. 11.

Ibid. v. 12.

Ibid. v. 12. S. Basil. in Glossa.

Lyranus. Ibid. Dion. Carl. Ibidem. Præcepta Dei atterit Gula. Oleast. ibid.

Ioan. 6. v. 28

Ibid. v. 29.

Gula animam pietate erga proximos privat.

tionem, Prophetam, postquam dixisset: *Opus Dei non respicitis*, immediate subjungere advertit: *Nec operа manuum ejus considerastis*; ac si dicat, inquit ille, *non curarunt proximos pauperes, qui sunt opus manuum Dei; quod enim homo vocetur opus manuum Dei, in Scripturis constat ex Job: Operi manuum tuarum porriges dexteram, id est homini, quem fecisti*; & *arguit eos, quod utramque negligant, scilicet præceptum, & rem præceptam, quæ sunt opera pietatis.* Quam eamdem expositionem his verbis insinuat Hugo Cardinalis: *Opera manuum ejus non considerastis, id est, pauperes, quos Dominus fecit, non respicitis.*

Hug. Card. ibid.

Amos 6. v. 4. Omni compassione exuuntur, qui Gulæ immersi vivunt. Dion. Carth. ibid.

6. Deus olim per Amos Prophetam lamentatus fuisse legitur: *Comeditis agnum de grege & vitulos de medio armenti.* Hebræi namque pinguiores è gregibus vitulos agnosque seligebant, non ut victus necessitati, sed voraci suæ satisfacerent gulæ, *bibentes vinum in phialis & optimo unguento delibuti*; sed quis tandem hujus crapulæ finis? omnem deseruerant compassionem: *Nihil patiebantur super contritione Josephi*; *id est vastitati & destructioni populi decem tribuum*, ut Dionysius Carthusianus explicat, *non condoluerunt.* Omni namque compassione exuti sunt, qui gulæ immersi vivunt. Sanctus vero Augustinus per hoc Joseph nomen proximum intelligendum censens ait; *Miro decore non dictum est: Nihil patiebantur super contritione fratris, sed positus est pro fratre Joseph; ut quicunque frater proprio significaretur ejus nomine, cujus ex fratribus fama prælara est, vel in malis, quæ pendit, vel in bonis, quæ rependit.*

S. Aug. l. 4. de doctr. Christiana c. 7.

7. Postquam Ezechiel voracitatem Sodomitarum exaggerasset, dicens: *Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ; saturitas panis & abundantia*: eorumdem immediate in pauperes subjungit omni ferro durioremque crudelitatem, dum ait: *Manum egeno & pauperi non porrigebant.* Ubi Bellovacensis illum Proverbiorum Textum (*generatio quæ pro dentibus habet gladios ut comedat inopes de terra,*) citans ait: *Aliquando est non spoliant, subtrahant pauperibus ea, quæ eis de jure naturæ debentur. Aliquando unus gulosus expendit in superfluitate, unde decem vel plures pauperes refici possent.*

Ezech. 16. v. 46. Prædicta cõsimantur in Sodomitis. Proverb. 30. v. 14. Bellovac. Spec. mor. l. 3. p. 8. dist. 1.

8. De Epulone, qui teste veritate æterna, *epulabatur quotidie splendide*, in eodem contextu, Spiritus Sanctus agens dicit: *Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui jacebat ad januam ejus ulceribus plenus.* Hunc inopem providentia divina epulonis continuo objecerat oculis, ut è domo exiens & intrans, eum famelicum, indigumque conspiceret, nec ullus illi excusationis locus superesset, dicente Hugone Cardinali: *Ut Dives eum videre posset, exiens & revertens*; vel ut sanctus Bonaventura ait: *Ut Dives jam non posset prætendere ignorantia excusari*; dum quotidie Lazarum videbat, qui præ fame moriens, *cupiebat saturari de micis, quæ cadebant de mensa divitis & nemo illi dabat, sed & canes venebant & lingebant ulcera ejus.* Quin, ut Lucas Burgensis ait: *Lazarus miseriæ suæ ostentatione potius quam clamore mendicabat* solas ex Epulonis mensa deciduas petens micas. *Quod projicis de mensa*, inquit sanctus Thomas, *hoc præbe in eleemosynam.* Et nihilominus nullam unquam micam ei datam esse scimus, quoniam *nemo illi dabat*; quin potius servi, Domini sui patrocinaturi votis, quem charitati & compassioni inimicum noverant, cadentes micas potius projiciebant, & dispergebant: ideoque Albertus Magnus ait: *Nemo illi dabat, nec Dominus, nec famulus, quia qualis erat Dominus, tales sibi quæsivit ministros.*

Luc. 16. v. 19. & 20. Et clarius in Divite Epulone ostenditur immisericordia. Hug. Card. ibid.

Ibid. v. 21.

Luc. Burg. ibid.

S. Thom. in Cat. Luc. 15. 16.

Alb. Magn. ibid.

9. Alia inter voracitatis dispendia hoc quoque annumerat sanctus Bonaventura quod *Nulla compassione movetur gulosus ad pauperem & afflictum, ac si esset animal brutum.* In cujus probationem citatum Amos Textum & Epulonis hujus citans exemplum ait: *Non est compassus Lazaro, cui tamen compatiebantur canes, ejus ulcera lingendo.* Quem eumdem charitatis & compassionis defectum sanctus quoque Antoninus considerans ait: *Charitatem ignorant proximi, scilicet gulosi, sicut dives ille qui epulabatur quotidie splendide & Lazaro &c.* Textumque addicit sancti Joannis Apostoli dicentis: *Qui habuerit substantiam mundi hujus, & viderit fratrem suum egere, & non dederit, quomodo charitas Dei est in illo?* quasi dicat, Non est utique.

S. Bonav. T. 6. in Diæta sal. Tit. 1 c. 8. Gulosi Charitatem ignorant Proximi. S. Antonin. ibid. §. 3. S. Joann. 3. v. 17.

10. Sanctus Antonius de Padua interrogat quare astutus Lucifer, dum plura alia, quæ Salvatori offerret, dona ipsi abunde supperterent, saxa nihilominus eidem in panes transmutanda obtulerit? respondetque dicens: *Hoc factum ad designandam peccati gulæ qualitatem: lapis est frigidus, aridus, & durus.* Idque crudelitati helluonum, qui saxeum in pauperes cor habent, applicat dicens: *Peccatum gulæ primo infrigidat fervorem dilectionis.* Sanctus Antonius ad gulosi se reflectit prodigalitatem, qui quanto magis prodigus est ut effræno suo satisfaciat appetitui, tanto minus ad proximi attendit famem. *Justitia exilio relegatur*, inquit ille de guloso, *quas enim tam injustus, tam avarus*, inquit sanctus Ambrosius, *quam qui multorum alimenta non suam usum sed abundantiam & delicias facit, comedens pretiosa, quod multi pauperes possent ex illo vivere?* reliquæ namque mensarum divitum, quantum possent pauperum explere famem? & nihilominus experientia teste canibus potius & volucribus projicitur, quam proximis porrigatur.

S. Anton. de Padua ser. 2. in Domin. 10. Quadr. Quare Lucifer obtulerit saxa Salvatori in panes transmutanda. S. Ambros.

11. Ad intentum nostrum illa Apostoli verba facile adaptare possumus: *Si propter cibum frater tuus contristatur, jam non secundum charitatem ambulas; noli cibo tuo perdere illum, pro quo Christus mortuus est.* Si namque proximo nostro famem patiente, præque famis penuria deficiente, nostra abundet mensa, maximus hic utique charitatis & compassionis est defectus: in cujus defectus correctionem recordari oportet, proximum nostrum eum esse, pro cujus salute suam Filius Dei prostituit vitam: quanto igitur magis nos eidem panis frustulum suppeditare tenemur, maxime si saturi simus? Quid tandem reponet epulo ille, qui mendicum Lazarum tot diebus ante fores suas conspiciens, ne vel unico eum dignatus est compassionis obtutu? *in inferno vidit Lazarum.* Tempora distinguite; in flammis, inter damnatos cruciabatur, qui *famem patientur ut canes*; inque domo sua, dum viveret, pauperis immemor epulabatur; quia scilicet crapula omnem eximit compassionem, & ut dici solet: *Pastus non credit famelico.* Ideòque D. Chrysologus de Epulone hoc tractans ait: *Respicit ibi sursum, quem despexerat hic deorsum, videt eum de inferno in sinu Abrahæ, quem jacentem se coram, superbo de stigmate non videbat.*

Rom. 14. v. 15. Si nostra abundet mensa dũ proximus famẽ patitur & penuriam, maximus est charitatis defectus.

D. Chrysolog. serm. 124.

DISCURSUS XII.

ARGUMENTUM.

Gula, Dei & gratiarum ejus est inimica, spiritui opponitur, prosternit virtutes, Deique & alterius vitæ oblivionem inducit.

THEMA.

Noli propter escam destruere opus Dei. Rom. 14. v. 20.

Septem dona Spiritus Sancti ex gula ruunt.

1. APostolus quamvis in diverso proposito hoc Romanis dederit monitum, nos nihilominus ipsum ad irreparabilia applicare possumus gulæ damna, utpote cui proprium est, opponi pauperibus Dei, divinumque negligere honorem, & salutem animæ nostræ. Ideoque S. Antoninus de gulæ vitio tractans ait: *Aufert Deum*, idque ex illo probat Jobi Textu: *Non invenitur in terra suaviter viventium, id est*, ut exponit hic Sanctus, *gulosorum.* Postquam enim domus Jobi consideraset ruinam, quæ septem ejus oppressit filios, & filias, septem Spiritus sancti dona, quæ vitium hoc in anima nostra annihilat, significantes, ita discurrit: *Septem dona Spiritus sancti ex gula ruunt, quod figuratum fuit Job. 1. quando septem filijs convivantibus in domo primogeniti domus percussa a vento ruens oppressit omnes*; *figurant enim, secundum Gregorium, septem dona Spiritus sancti septem filij Job.*

S. Anton. sum. Theol. p. 2. Tit. 6. c. 1. §. 4. Job 28. v. 13. Job 1.

Gula exhaurit fontes gratiarum.

2. S. Joannes Climacus spiritualissimus præceptor, inque perfectionis dogmatibus in primis excellens ait: *Ventris ingluvies & saietas, exhaurit fontes gratiarum.* Nullum namque commercium est vino superfluo cum divinorum mysteriorum participatione; dicente D. Chrysostomo: *Nemo qui vino inebriatur, divinorum esse cupidus eloquiorum potest.* Imo ut S. Basilius protestatur, nulli unquam gulosо, quantum ipse novit, spirituale aliquod donum impertit Deus; ideòque interrogat, dicens: *Quis in splendidis epulis perpetuisque delicijs particeps factus est untus doni spiritualis?* atque eamdem ob causam eadem in homilia quemdam reprehendit sobrietatis transgressorem, qui Christum intra se recepturus erat. *An ignoras*, inquit ille, *quem hospitio es excepturus? Nimirum illum qui nobis ita pollicitus est: Ego & Pater veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Cur igitur prius recepti temulentiam, ac Domino ingressum præcludis? cur permittis ut hostis menti-*

S. Ioan. Clim. Grad. 14. n. 12. D. Chrysost. T. 5. serm. 34. de Resurr. S. Basil. h. 1. de jejun.

Idem ibid.

menta tua prior occupet? quod idem punctum S. Bernardus insinuat, dum ait: *Ubi curiosa diversitas ciborum pascit ventrem, cælestis panis jejunum deserit mentem.* Heroica Samsonis in mentem revocate facta; & unde hæc, nisi à singularissimo isto, quo à Deo privilegiatus erat, processere dono? siquidem Textus sacer sæpius replicat, dicens: *Spiritus Domini irruit in Samsonem*; & nihilominus tandem hoc fuit destitutus spiritu, ludibrium ludusque factus Philisthæorum: *Ab eo fortitudo discesserat, nesciens quod recessisset ab eo Dominus.* Dalilam utique, vitiumque carnis, cui mancipatus vivebat, in culpa fuisse respondebitis. Et quidem licet id verum sit, attamen verius est quod superfluvini potus eum in hoc barathrum præcipitarit, dicente S. Augustino: *Samson vino repletus per meretricem inimicis traditur.* Iterum prodigus ille, cujus sæpe meminimus, quique suum cum meretricibus patrimonium dilapidavit, usque ad fauces gulæ immersus vivens, *cupiebat implere ventrem suum*: quæ propterea crapula eum inter & patrem ipsius divortium constituit, & ut D. Chrysologus ait: *Filium patris pissimi desertorem, qui à se migrat paternæ pietatis immemor, gratiæ genitoris obitus.*

S. Bern. Ep. ad Fulg. Superfluvini potus Samsonem in barathrum præcipitavit perditionis. Jud. 16. v. 20.

S. Aug. ser. 33. ad fratr. Gula inter prodigum, & patrem divortium constituit.

D. Chrysolog. serm. 2. Nemo perfectionem accipiet virtutū nisi prius intra se domuerit ventris gulam.

3. Magnis passibus viam spiritus perambulabant percurrebantque sequaces S. Francisci Seraphici, quos ut astutus serpens retardaret, hanc adinvenit astutiam, ut multos instigarit, qui magnam quotidie eleëmosynarum abundantiam, lautasque dapes impertirent eorum monasterijs, ut sic delicate viventium relaxaretur spiritus. Unde & D. Chrysol. de Christo famelico tractans, ingeniosum quadam instituit considerationem, dum ait: *Diabolus qui manducantem contemperat Christum bibentem velut hominem computarat, ubi jejunantem vidit, suspicatur Deum.* Quando namque homines prius spirituales, postmodum à gula seduci se permittunt, si primitus eos Sanctos reputastis, postea cæteris similimos imo & inferiores hominibus existimate: unde S. Bernardus in sermone *de modo bene vivendi* ita discurrit: *Non potest quisquam accipere perfectionem virtutum, nisi prius inter se domuerit ventris gulam, neque potest à semetipso tentationes Dæmonum expellere, nisi refrænaverit in se appetitum gulæ.*

D. Chrysolog. serm. 12.

S. Bern. ser. 24. de modo bene vivendi.

4. S. Joann. Chrysost. postquam gulam immani assimilasset tempestati, varijs utrimque adductis effectibus & proprietatibus, tandem quamdam insinuat dispar itatem, dicens: quod quamvis maris tempestas tandem remittat, perditæ nihilominus, inque aquas projectæ merces numquam recuperentur. *Sic omnium pene bonorum ebrij jacturam patiuntur*, inquit ille: *modestiam enim, pudorem, prudentiam, patientiam, humilitatem; hæc omnia quasi naufragium passi iniquitatis pelago submerserant.* Ideoque S. Ephrem vinum nobis cavendum docet, ne opulentum virtutum Christianarum thesaurum perdamus. *Timeto vinum*, inquit ille, *ne ebrietate vincaris, & virtutibus naderis.*

Cavendum vinum ne opulentū virtutū thesaurū perdamus. D. Chrysost. hom. 58. in Matth.

S. Ephr. T. 1. ser. de Virgin.

5. Ultimum libri 4. Regum caput, qualiter Rex Babyloniæ, Nabuzardan, ut Jerosolymæ muros destrueret, ablegarit, commemorat in hæc verba: *Venit Nabuzardan Princeps exercitus, servus Regis Babylonis in Jerusalem, omnemque domum combussit igni & succendit domum Domini, & ... muros Jerusalem in circuitu destruxit.* Quis hic fuerit, cujusque professionis extiterit, versio Septuaginta distincte docet. Hac autem Historia S. Greg. ut gulæ damna, quæ præjudiciosè virtutibus infert, ostendat, utitur, inquiens eum coquorum caput extitisse, & Principem: *Princeps coquorum destruxit muros Jerusalem, princeps coquorum venter est, cui magnæ curæ obsequium à coquis impenditur, ut ipse delectabiliter cibis impleatur. Muri Jerusalem virtutes sunt animæ, ad desiderium superni Patris elevatæ. Coquorum igitur Princeps muros Jerusalem dejicit, quia dum venter ingluvie extenditur, virtutes animæ per luxuriam destruuntur.* S. Joannes Climacus hanc adfert similitudinem: *Quemadmodum ovi non convenit cum lupo ad generandum fœtum, ita nec labori cordis cum cibi saturitate ad concipiendas virtutes.* Etenim abstinentia, ut in Tom. 1. Bibl. moral. fuse probavimus, ferrum est, quo omnes noxiæ affectuum, passionum & appetituum inordinatorum herbæ præciduntur: Econtra vero per gulam omnes virtutes ab anima eradicantur: unde S. Isidorus inquit: *Sicut omnes cavnales cupiditates abstinentia resecantur, ita omnes animæ virtutes edacitatis vitio destruuntur. Inde est, quod & Princeps coquorum muros Jerusalem subvertit, quia & venter, cui servitur à coquis, virtutes animæ destruat.* S. Nilus inquit: Sicut in luto non percipitur fragrantia odoriferi muſci vel zibetti, ita virtutes inter vinum & crapulam, suavitatem odoris sui spirare non possunt: *Neque in cæno unguentum, neque in venere ingluvie laborante fragrans virtutis odor inveniri potest.*

S. Bern. Ep. ad Fulg. Gula inter prodigum, & patrem divortium constituit.

S. Greg. curæ Past. p. 2. admon. 20.

S. Joan. Clim. Grad. 14. Schol. 3. 3. Per gulam omnes virtutes ab anima eradicantur.

S. Isid. l. 2. sent. c. 42.

S. Nilus de 8. vitios. affect.

6. Bellovacensis de hoc vitio differens, idem quoque virtutibus subnascens notat præjudicium, inquiens: *Omne bonum spirituale dissipat ebriositas, quia ebrietas est mors omnium virtutum & morum. Ebrietate fit jactura omnium bonorum. Si habeat homo humilitatem, mansuetudinem, prudentiam, & cætera hujusmodi, omnia projicit in pelagus iniquitatis, & sicut ebriosi sæpe vestibus suis materialibus spoliantur, sic eorum animæ virtutibus denudantur.* Juxta illud Jerem. Thren. cap. 4. *Inebriaberis, atque nudaberis:* Et paulò post ex S. Bernardo subjungit: *Ebrietas est virtutum deprædatio.* S. Nilus postquam crapulam omnium vitiorum matrem & nutricem esse dixisset, subjungit: *Omnes virtutes aufert, ea enim dominatum obtinente, temperantia, modestia, fortitudo, constantia, & reliquæ virtutes concidant necesse est.* Adducitque præfatam Nabuzardan historiam, eamque proposito nostro adaptat, inquiens: *Gulæ vitium appellat coquorum Principem: ciborum varietas vertit, ac diruit virtutum propugnacula, suavitas enim condimentorum tamquam machina bellica prosternit munimenta jam à virtute constructa.* Habitus enim ex quo quispiam Christianus esse dignoscitur, sunt virtutes in Christi schola acquisitæ; ac proinde Divus Chrysologus præmissis varijs abominandis nominibus quibus ebrietatem detestatur, subjungit: *Hanc nullus noverit Christianus, ne qui est forma virtutum, vitiorum inde fiat & inveniatur exemplum.*

Bellovac. Spec. mor. l. 3. p. 8. dist. 2. Ebrietas est mors omnium virtutum & morum depradatio.

Thren. 4. v. 21.

S. Bern.

S. Nilus in Asct.

D. Chrysol. serm. 26.

7. *Noli propter escam destruere opus Dei.* O utinam homines eadem mentis applicatione de Deo & propriæ animæ salute cogitarent, qua de lauto soliciti sunt cibo & potu. In antiqua lege sacerdotibus, pro muneris sui ministerio templum ingressuris vini potus interdicebatur, unde S. Augustinus hanc infert moralitatem: *Si ergo hoc erat, dum templum tantum ingrederentur, & quid nos miseri facere debemus? O quam plures sunt ex vobis, qui prius tabernam visitant, quam templum, prius corpus reficiunt, quam animam, prius Dæmonem sequuntur, quam Deum?* Vinum & crapula stupiditatem generant, & hominem à Deo, & ab omni eo quod ad divinum ejus servitium ordinatur, avertunt. Unde licet populus Hebræus Deum illi quotidie miraculosam illam mannæ annonam cælitus dispensare nosset, attamen propter carnium Ægyptiacarum inordinatam cupiditatem cibum hunc cælestem nauseabat, unde Tertullianus dicit: *Populus mare transgressus, & in solitudinem translatus, per quadraginta annos illic cum divinis copijs alueretur, nihilominus ventris & gulæ plus meminerat, quam Dei.* Licet quotidie illis manna, quod cibus erat Angelorum deplueret, licet petra limpidissimas illis propinaret aquas, eosque continuo sequeretur: *Consequente eos petra:* licet Angelus illis in columna nubis & ignis ducatum continuum præberet, totque alia quotidie experirentur prodigia, attamen cor eorum plus carnibus & ollis Ægyptiacis adhærescebat, quam Deo.

Vinum & crapula hominē à Deo & à divino servitio avertunt.

S. Aug. ser. 33. ad fratr.

Tertull. l. de Baptismo c. 20. n. 1405.

1. Cor. 10. v. 4.

8. Ex Textu quodam S. Lucæ manifeste colligitur, quod homines & diluvij tempore, parum de Dei comminationibus diluvium illud universale intentantibus cogitarint, aut fide easdem apprehenderint, & in ultimo interituri mundi fine signa judicium præcedentia nec quidquam crediturí sint. Etenim sicut licet Noë per centum annos Arcam fabricando imminentia illis supplicia annuntiarit, attamen dicta & facta ipsius cum risu explodebant, & universalis totius mundi inundatio ex improviso illos apprehendit: Ita quoque idem circa novissimi judicij diem hominibus continget, tametsi tot illud signa & prodigia ejusdem judicij manifestativa, ipsisque ab ipsomet judice figillatim prædicta, præcessura sint, nullam tamen illis fidem adhibebunt, sed tanquam si hæc illos non concernerent, in dissolutione vitæ continuabunt, donec *repentinus illis superveniat interitus.* Cuinam vero causæ hanc incuriam, oscitantiam, & negligentiam attribuendam esse existimas? causam hanc ipsemet præcitatus Textus Evangelicus subindicat: Postquam enim hæc verba præmisisset: *Sicut factum est in diebus Noë, ita erit & in diebus Filij hominis*, mox rationem subnectit, quia scilicet, *edebant & bibebant: similiter factum est in diebus Lot, edebant & bibebant.* Crapula enim de futura vita cogitare non permittit, nec vocem Dei audire, nec ad imminentia ultricis justitiæ supplicia mentem nostram applicari sinit: *Et his qui in carcere erant spiritibus veniens prædicavit, qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noe.* Hanc quoque hujus negligentiæ causam D. Chrysostomus insinuat inquiens; *Qui erant tempore Arcæ non credebant.*

Luc. 17. v. 26. Crapula de futura vita cogitare non permittit, nec vocem Dei audire, nec ad imminentia alterius justitiæ supplicia mentem nostram applicari sinit.

Ibid. v. 26.

Ibid. v. 27.

1. Petri 3. v. 20. Gulosi insensati sunt.

Undenam processit eorum incredulitas? Bibebant & comedebant, & propterea non credebant. Ideni quoque in alia Hom. postquam multa quæ novissimum judicij diem præcessura sunt signa notasset, miratur qua ratione fieri possit, quod homines incurij & negligentes inter tot signa cælitus ostensa in utramque aurem dormiturí sint, adeo ut ad imminentem hanc ruinam ne vel minimum se reflectant: *Quomodo autem post tribulationem dierum illorum ait, si deliciarum lascivia, si pax, si securitas secundum Paulum futura est?* Respondetque sequentibus omnem difficultatem submoventibus verbis: *Si delicijs lascivient, quomodo tribulantur? Pax & lascivia insensatis erit.* Gulosi enim, qui ventrem pro Deo habent, non credunt, sed insensati sunt, vel ad minus alium Deum, sive aliam vitam secuturam esse non cogitant.

D. Chrysost. h. 2. in Ep. 1. ad Col. 1. D. Chrys. h. 78. in Matt.

9. Moyses in lib. Deut. Hebræis in memoriam revocabat immensa quæ à liberalissima Dei manu receperant beneficia, simulque prædicebat felicitatem & prosperitatem, qua cum ad terram promissionis perventuri essent, quod scilicet ibidem non jam lutum, lateres, & cophinos, sed sceptra & lauros manibus suis tractaturi essent; verumtamen audite quo illos monito præmunierit: *Cave diligenter ne obliviscaris Domini, qui eduxit te de terra Ægypti de domo servitutis.* At vero quamnam Moyses causam habebat timendi, ne populus ingratus, beneficiorum Dei obliviscereturˀ nimirum jam ante dixerat: *Cum comederis, & saturatus fueris.* Hoc igitur edere & bibere Moysi sufficere videbatur, ut absque metu judicij temerarij timeret, ne Dei oblivisceretur, eique irreverenter & temere dorsum obverteret, prout postea reipsa factum est, quando *incrassatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem suum.*

Quænam causa fuerit data Moysi timendi ne populus ingratus beneficiorum Dei obliviscereturˀ

Deut. 6. v. 12.

Deut. 32. v. 15.

Ponitur ratio frugalis tractamenti turbæ famelicæ in deserto Salvatorem sequentis.

10. Salvator noster bina vice turbam famelicam se insequentem in deserto refecit, propter quod illum constanter sequebantur: Observa autem, qualem illis apposuerit cibum; panes nimirum & pisces. De quibus à Christo turbæ appositis ferculis Bellovacensis ita scribit: *Quando Dominus Jesus quinque hominum millia satiavit, de quinque panibus hordeaceis, & duobus piscibus, æque facile fuisset illis parare omnes mundi delicias, sicut illos panes multiplicare. Item de vino non audio ibi fieri mentionem: sed quia in hoc exilio non decet nos uti deliciis, sed cibis duris, & asperis, ideo Dominus tale convivium præparavit.* Addi potest & aliud frugalis hujus tractamenti mysterium, videlicet ne si illos laute tractasset, per crapulam exinde secutam omnem amisissent ex auscultatione prædicationis suæ & ex sequela ipsius comparatum sibi fructum. Nam ut Tertullianus de jejunio differens, inquit: *Dominus ipse oblivionem sui exprobrans Israëli, causam plenitudini deputat: Incrassatus dilectus, & pinguefactus & dilatatus est, & reliquit eum qui fecit eum, & abscessit à Domino Salvificatore suo. Denique in eodem Deuteronomio eamdem causam præcaveri jubens, Ne, inquit, cum manducaveris & biberis, & domos optimas ædificaveris, extollatur cor tuum, & obliviscaris Domini Dei tui.* Clemens Alexandrinus de sobrietate vitæ Christianæ tractans, hanc exhibet exhortationem: *Hanc vitam (siquidem vita est appellanda, quæ libidini & voluptati dedita ex nimio vino hallucinans,) divina despiciens, Sapientia præcipit suis filijs Prov. 23. Eccl. 19. Ne sis vini potor, nec stipes extendas ad emptiones carnium.*

Indignum Moyses judicabat ebrio populo legē dari & tabulas iratus frangit. Exod. 32. v. 19. & 20.

Tertull. de jejun.

Clem. Alex. l. 2. Pædag. c. 2.

11. Nescio an aliquando ad hoc vos reflexeritis, quod quando Deus post tot sæcula legem suam scriptam populo Israëlis in tabulis lapideis dare disposuit, Moyses prius in monte Sinai per 40. dies & totidem noctes continuum instituerit jejunium. Quonam vero fine increata illa Sapientia hanc abstinentiam legis exhibitioni à Moyse præmitti voluit, maxime cum minime decuisse videatur, quod Moyses duas hasce tabulas lapideas, per tam longam ærumnosam peregrinationem portaturus, tam prolixa extenuaretur inedia? Respondet Philo: *Qui autem ita est dispositus, eorum ventrem, ejusque voluptates in alijs quæ inde nascuntur eluit, & repurgat à sordibus.* Ex quo enim Moyses primus esse debebat, qui legem recepturus erat, justum erat, ut per jejunium ab omni macula expurgaretur. Considerandum quoque est, quod licet mundus majori locupletari thesauro non potuerit, quam hisce tabulis digito Dei exaratis, attamen Moyses easdem ad pedem montis dirupit & fregit: *Projecit de manu tabulas, & confregit eas ad radicem montis.* Quod si porro dixeris, Moysen ira & furore percitum hoc feciſſe: *Iratusque valde.* Respondeo, indignationem hanc ab iræ passione nequaquam pro-

Moyses per jejunium ab omni macula expurgari debebat, qui primus legem recepturus erat.

Philo lib. de Alleg. 2.

cessisse, siquidem *Moyses* ipsiusmet Dei testimonio omnium hominum *mitissimus erat.* Hæc igitur animi affectio, quam Scriptura iram vocat, zelus quidam vehemens fuit, hunc enim indicant verba quæ sequuntur: *Arripiensque vitulum quem fecerant, combussit, & contrivit.* Nec mirum, quia tunc adimplebatur in populo, quod sanctus Paulus postea scripsit: *Quarum Deus venter est: sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere;* Post ebrietatem namque & crapulam vitulo tamquam Deo suo cultus divinos exhibere cœperunt. Merito igitur Moyses tabulas confregit. Qua de re S. Ambrosius ita loquitur: *Et superioribus montis lex dabatur Moysi jejunanti, inferioribus populo manducanti prævaricatio sacrilega luxu accendebatur epulantium. Quo spectaculo motus, fregit tabulas Moyses, indignum judicans, ne ebrio populo lex daretur.* Epulones enim legem Dei abjiciunt & conculcant.

Num. 12. v. 3. Phil. 3. v. 19. Exod. 32. v. 6.

S. Ambr. l. de Elia & jejun. c. 6.

DISCURSUS XIII.

ARGUMENTUM.

Gulam Religionis, Fidei, & cultus veri Dei contemptum causare varijs argumentis & exemplis ostenditur.

THEMA.

Multi ambulant, quos sæpe dicebam vobis (nunc autem & flens dico) inimicos crucis Christi. ad Philipp. 3. v. 18.

Inimici crucis Christi sunt, qui proprium ventrem tamquam Deum adorant Epulones.

1. SAnctus Paulus Apostolus Philippensibus hisce verbis, quinam inimici sint crucis Christi, & tamquam tales Religioni se veræ opponunt, declarat, illi videlicet, qui proprium ventrem tamquam idolum & Deum suum adorant: *Quorum Deus venter est.* B. Petr. Damianus vero inde deducit, quod scilicet epulones tamquam Christi inimici, consequenter à fidelium communicatione excluſi & separati esse censeantur, utpote qui veræ fidei contrariantur: *In inimicos crucis Christi tremendam deprimit idem Apostolus sententiam, dicens: Si quis non amat Dominum Jesum Christum, anathema sit.* Qui vero ventrem pro Deo veneratur, Deum quodammodo negare convincitur. Clemens Alexandr. ex eo quod quantum nimius cibus & potus corpus instaurat & corroborat, tantum animam debilitat & languere facit, hanc deducit conclusionem: *Est ergo impium & à Religione alienum hoc nutrimentum.* Quisquis enim fidei dogmata credit, scil. animam esse immortalem, cœlo adipiscendo creatam, atque à Dei Filio redemptam, huic utique non convenit, ut animam corpori postponat: *Impium & à Religione alienum est hoc nutrimentum.*

B. P. Dam. l. 6. ep. 32.

Clem. Alex. strom. lib. 7.

2. Populus Hebræus à prima sua origine inviolabilem habebat in Abraha Messiæ ex ejus progenie nascituri promissionem, qui licet tanta cum evidentia à Prophetis fuisset prænuntiatus, tot vet. Testam. figuris adumbratus, à Patriarchis tantopere desideratus, & cum tam laudabili impatientia ab ijsdem solicitatus & expectatus, ac tandem. *Post hæc in terris visus & cum hominibus conversatus*, atque à tribus Regibus Orientalibus per prodigiosam stellam excitatis adoratus, regiisque tributis honoratus, omnibusque ab ijsdem manifestatus: attamen mox ut in hunc mundum natus fuit, *Turbatus est Herodes, & omnis Jerosolyma cum illo:* at vero quamobrem ex adventu Filij Dei tot sæculis totq; suspirijs desiderati non potius lætificati fuerunt? Undenam hæc eorum nascebatur turbatio? *In terra eorum isti requirebant* (inquit de sanctis tribus Regibus Orientalibus S. Augustin.) *quod illi in sua non agnoscebant.* Præterea Salvator noster per triginta trium annorū decursum se verum Messiam esse ostenderat per legis Evangelicæ promulgationem, per prædicationem, per miracula, per eminentem denique vitæ sanctitatem, & tamē tamquam Samaritanum, Dæmoniacum, & impostorem turpiter & ignominiosè rejecerunt; scitisne causam cur id fecerint? *Inimici crucis Christi erant*, gulæ & delicijs totaliter dediti, atque ideo ad recipienda novæ legis Christianæ dogmata dispositi non erant; Hanc causam D. Chrysost. in Hom. 1. adversus Judæos his verbis insinuat: *Populus Judaicus ex ebrietate, & nimia corporis obesitate ad extremam præcipitatus malitiam, lasciviit, neque Christi jugum accepiavit, neque doctrinæ aratrum duxit.* S. Joan. Climacus illud gulæ damnum hisce verbis inculcat: *In Religione*, inquit, *gula virtutem omnem profligat, & Religionis contemptum adfert.*

Populus Judaicus ex ebrietate nimia ob gulā & delicias nec Christi jugum accepit, nec doctrinæ aratrū duxit.

Baruch. 3. v. 38.

Matt. 2. v. 3.

S. Augustin. serm. 2. de Epiph.

D. Chrysost. h. 34. adv. Judæos.

S. Joa. Clim. Gr. 3. n. 79.

3. In Historia Evangelica divitem epulonem ex inferno hanc Abrahæ petitionem proposuisse legimus, ut vi-

delicet

delicet Lazarum ad fratres suos Legatum, seu potius monitorem mitteret: *Rogo ergo te Pater, ut mittas eum in domum patris mei, Habeo enim quinque fratres, ut testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum.* Sed quid illi ab Abraha responsum fuit? *Habent Moysen, & Prophetas, audiant illos.* Cui Epulo respondit: *Non pater Abraham, sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent.* Nimirum qui quondam ventrem pro Deo adoraverat, flocci faciebat Scripturas Sacras, & quæ ab ijs præscribuntur præcepta charitatis & pietatis, omniaque Religionis dogmata deridebat, & quia fratres suos ad sui imitationem crapulæ pariter deditos esse sciebat; ideo Scripturam Sacram exiguum apud illos locum habituram prævidens, ad eorum emendationem portentosum aliquod miraculum coram eis exhibitum profuturum existimabat, quale fuisset si corpus mortuum animæ denuo reunitum, & ex sinu Abrahæ ad illos missum inusitato quodam modo coram illis apparuisset. Unde S. Thomas authoritatem adducit S. Gregorij dicentis: *Sed qui Dei verba despexerat, hoc audire non posse suos sequaces existimabat.*

Luc. 16. 27. 28. 29. & 30. Quare dives Epulo ab Abraham petierit ut Lazarum ad fratres mitteret legatum, seu potius monitorem.

S. Thom. in Caten. ibid.

4. Apud Isaiam Deus impios quosdam ad pœnitentiam invitans his verbis introducitur: *Vocabit Dominus Deus exercituum in die illa ad fletum & ad planctum, ad calvitium, & ad cingulum sacci.* At vero quemnam divinæ hæ voces in impijs viris illis effectum habuisse existimatis? nimirum *Iniimici crucis Christi, quorum finis interitus*, haud secus ac si nec Deus, nec justitiæ ultrix, nec alia post hoc sæculum vita supereset, contempta ac spreta hac divina parænesi, vanis gaudijs, convivijs ac ebrietati operam dabant: *Et ecce gaudium & lætitia, occidere vitulos, jugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum. Comedamus & bibamus, cras enim moriemur.* Animam namque simul cum corpore pariter interire credebant, & ideo cum gula Religionis contemptum adferat, omnino contrarium facientes illius quod Deus præcipiebat, bona monita deridebant, ad eum modum quo tempore Noë faciebant impij, qui *edebant & bibebant*, quando ex parte Dei divina illis intimabantur supplicia: *Hæc est illa funesta pestis*, inquit S. Bernardus, *quæ eos ad blasphemiam duxit, quasi non esset alia vita post istam, cum dicebant: Comedamus & bibamus, cras enim moriemur, id est, in futuro quasi dicerent: Hoc solum habemus, quod comedimus, nihil in futuro post hanc vitam nos habituros speramus.* Ipsemet quoque Plinius de gulosis ait: *Millibus scelerum deditis tanta dulcedine, at magna pars non aliud vitæ præmium intelligat.*

Isa. 22. 13. Impij spreta divina parænesi variis gaudijs & ebrietati operam dabant.

Ibid.

Luc. 17. 27.

S. Bern. serm. in die Pursific.

Plin. l. 14. c. 22.

5. Deus olim in Levitico ritus præscripserat, qui in sacrificiorum oblationibus, utpote eximijs Religionis & pietatis erga Deum testimonijs observari debebant, quos tamen sola gula pervertit; Filij enim Heli summi Sacerdotis à propriæ voracitatis gula seducti, ab offerentibus carnes crudas violenter rapiebant, ut illas ad arbitrium & palatum suum coquere & condire possent: *Da mihi carnem, ut coquam Sacerdoti, non enim accipiam à te carnem coctam, sed crudam. Erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram Domino*, inquit sacer Textus, *quia retrahebant homines à sacrificio Domini.* At vero numquid ex vi muneris & ministerij sui ad homines alliciendos non vero sacrificijs offerendis retrahendos obligabantur? Non est dubium, verumtamen gula Religionis est inimica, *Religionis contemptum affert.* S. Antoninus in detestationem hujus vitij hanc Historiam adducens, observat filios Heli carnes contra ritus & cæremonias præscriptas, rapuisse crudas, *Ut accuratius possent præparare.*

Sola gula pervertit, quos Deus in Levitico præscripsit ritus.

1. Reg. 2. v. 15. Ibid. v. 17.

S. Antonin. sum. Theol. p. 2. tit. 6. §. 7.

6. S. Paulus de Esau mentionem faciens eusdem profanum appellat: *Ne quis fornicator aut profanus, ut Esau, qui propter unam escam vendidit primitiva sua.* Quod si illum in hac venditione præcipitem, inconsideratum vel prodigum appellasset, nulla fuisset intelligentiæ difficultas, hæc autem dictio *profanus* ad violationem rei sacræ refertur, quæ qualiter in venditione primogenituræ ab Esau commissa sit, vix apparet. Verumtamen fallitur quisquis id arbitratur: Verè etenim rem sacram violavit. Quid porrò inter Esau & Jacob acciderit, notissimum est, nam ut effræni appetitui suo quo erga lentis ferebatur edulium satisfaceret suam divendidit primogenituram; Et ideo ut S. Antoninus ait: *Ex nimia aviditate illius edulij graviter peccavit. Simonium committens, quia jus primogenituræ tunc, scilicet in lege naturæ erat spirituale, nam primogenitus tenebat locum & officium Sacerdotis.* Vultisne igitur perspicue videre, quam sit verum quod gula derideat & aspernetur Religionem, *& Religionis contemptum afferat?* In hoc sacrilego idipsum *ad litteram* verificatum fuit, de quo Moyses ad perpetuam ejus infamiam scribit: *Accepto pane & lenis edulio, comedit, & bibit, & abijit, parvipendens quod primogenita vendidisset.* S. Hieronymus præceptum S. Prophetæ Jeremiæ traditum (videlicet, *Vade & clama sermones istos contra Aquilonem, & dices: revertere aversatrix Israël,*) consideranter inquit: *Omnis Hæreticus habitat in Aquilone, & calorem fidei perdidit.* De eodem Aquilone idem quoque Propheta cap. 1. prædixerat: *Ab Aquilone pandetur malum.* At vero undenam hæc Hæreticorum, inimicorum crucis Christi, & sanctæ fidei ejus persecutorum inundatio derivata fuit? *Quia voluptati se tradidit, recessit à Domino, nulla enim hæresis nisi propter gulam ventremque constructa.*

Hebr. 12. v. 16.

Esau profanus appellatur eo quod in venditione primogenituræ rem sacram violaverit.

S. Antonin. ibid. §. 8.

Gen. 25. 34.

Jer. 3. v. 12.

S. Hier. ibid.

Jer. 1. v. 14.

7. Bellovacensis de quibusdam Monachis refert, quod cum ad Saltanum ut eum per prædicationem & doctrinas suas ad fidem nostram converterent, profecti essent; hic illos circa abstinentiam à lege nostra Evangelica præscriptam interrogavit, an videlicet carnem manducarent, & à mulieribus abstinerent? Quibus affirmative respondentibus iterum interrogavit, num abstemij essent? Qui se à vino bibendo non abstinere responderunt. Quo audito magna cum honorificentia eosdem excepit, & lautissimum convivium, sine tamen vini potu instaurari fecit; nocte vero sequenti, cum ad lectum, quietis captandæ causa, concessissent, impudicas quasdam fœminas ad eosdem immisit, quæ eos tentarent, at ipsi constantes permanentes easdem generosè repulerunt: *Post aliquantulum tempus cum abstinuissent à vino, fecit eis propinari vinum fortissimum, illi autem qui à vino diu abstinuerant, avidius biberunt, non temperantes ut oportuisset, & cum essent inebriati & quasi consopiti, missi ad eos dictas mulieres, quibus solicitantibus absorpti à vino consenserunt.* Verecque tunc in ijs adimpleta fuit illa Ecclesiastici sententia: *Vinum & mulieres apostatare faciunt sapientes, & arguent sensatos.* At vero quod magis deplorandum erat, hic eorum lapsus in contemptum & præjudicium Religionis Christianæ subsecutus fuit, quia *dictus Saracenus confutazit eos & seduxit.*

Bellovac. spec. mor. l. 3. p. 8. dist. 3. Aptissima historia, per quâ probatur quod vinum & mulieres apostatare faciant sapientes.

Eccli. 19. 3.

8. Scitisne quo nomine Spiritus Sanctus gulosos Heli filios divini cultus profanatores appellarit? *Porrò filij Heli, filij Belial*, inquit sacer Textus, *nescientes Dominum.* Quando enim oculis & corde crapulæ intenditur, cultus & honor Dei conculcatur. Subditque idem Textus: *Nescientes Dominum*, neque officium Sacerdotum ad populum. Sed qua ratione fieri potuit, quod cum summi Sacerdotis filij essent, ritus & cæremonias sacras sacrificia concernentes, omniaque alia ad ipsorum ministerium spectantia ignorarent? Responsio in promptu est, quia licet ritus illos probè sibi perspectos haberent, à gula tamen seducti cultum Deo debitum pedibus conculcarunt; quia *Gula Religionis contemptum adfert.* Sic quoque Jovinianus Hæreticus, adversus quem sanctus Hieronymus doctrinæ suæ lanceam vibravit, à fide Catholica ad hæresin transgressus est, postquam tamen à pane & aqua, quibus hactenus vitam duxerat, in Sardanapalum transmutatus, lautis convivijs assuescere cœpit; Ecce tibi Religionis jacturam, quæ ut sequatur, hæresis primo loco abstinentiam proscribunt, & crapulæ assuescunt.

1. Reg. 2. 12. Gulosi filij Heli crapulæ intendentes à gula seducti, cultum & honorē Dei contemplerunt.

Baron. Ann. 382. n. 30.

9. Est quoque funestus casus ille, qui in libro Levitic. cap. 10. recensetur; dicit enim Scriptura: *Arreptis Nadab & Abiu filij Aaron thuribulis, posuerunt ignem & incensum desuper, offerentes coram Domino ignem alienum, quod eis præceptum non erat.* Hi pariter Aaronis summi Pontificis filij erant, ac proinde ea, quæ ad munus sumum pertinebant, utique non ignorabant; cur igitur in contumeliam, & contemptum cultus, & observantiæ Deo debitæ, hoste ritus sunt prævaricati? Nimirum quia *Gula Religionis contemptum affert*; Quam grave autem fuerit hoc ipsorum sacrilegium, ex supplicio, quo Deus in illos animadvertit, facile arguitur; nam *Egressus ignis à Domino devoravit eos, & mortui sunt coram Domino.* Quod si vero Divo Chrysologo credimus, solum vinum illos sacrilegos effecit; dicit enim hic S. Pater: *Denique Nadab & Abiu Sacerdotes, filij Aaron, dum templum contaminare externo igne altaria præsumunt, ipsius altaris consumantur incendio, ut sumerent de propitiatione peccatum, quod peccatum illis suscitarat ebrietas, nam vini odor odorem fugarat incensi, & ebrietas ignis flammam provocarat altaris; unde quia alienati vino alienum*

Lev. 10. v. 9. Aaronis filijs in contemptum cultus divini ritus præscriptos in oblationibus sunt prævaricati, ebrietate provocati, divino igne extincti.

Ibid. v. 2.

D. Chrysol. serm. 26.

alienum portaverant ignem, mox divino igne referuntur extincti. Ebrietas in alio crimen est, in Sacerdote sacrilegium, quia alter animam suam necat vino, Sacerdos Spiritum sanctitatis extinguat. Paulò post vero Moyses in eodem capite, postquam supplicium ebrijs hisce illatum recensuisset, subjungit: *Dixit quoque Dominus ad Aaron: Vinum & omne quod inebriare potest, non bibetis, tu, & filij tui, quando intratis in tabernaculum testimonij, ne moriamini, quia præceptum sempiternum est in generationes vestras.* Ex quo enim manus stirpis Sacerdotalis erat, ut Religionem, & Dei cultum promoveret, ideo illos pedem tabernaculo inferre volentes, à vino abstinere jussit, quia *Religionis contemptum affert.*

Lev. 10. v. 9.

Jude v. 4. *impij Dei nostri gratiam transferentes in lasciviam, & solum Dominatorem & Dominum nostrum Jesum Christum negantes.* Paulò post vero de epulonibus subdit: *Hi sunt in epulis suis maculæ, convivantes sine timore, semetipsos pascentes.* Ibid. v. 12.

10. Idem quoque præjudicium nonnulli intellexere gentiles, quia ut Athenæus scribit: *Apud Græcos soli sacrificantes mel libant, cum vinum non inferant altaribus, quia æquum esse arbitrantur, ut Deum ipsum, qui omnia continet, omnibus dominatur, semperque mundum circumit, ab ebrietate prorsus alienum esse credant.* Tametsi igitur Gentiles hi omnibus vitiorum generibus contaminatissimi essent, Dijs tamen suis ne quidem oblationem vini immolari volebant, eo quod illud inimicum censerent esse Religioni, quam profitebantur, licet falsæ, & profanæ. Ideo pariter S. Carolus Borromæus *in Concilio quarto Provinciali*, omnes illos, qui ebrietati & gulæ dediti essent, ab ordinibus sacris arcendos esse decrevit.

Athen. lib. 5. c. 10. Gentiles ipsi Dijs suis vinum immolari noluerunt, eo quod illud inimicū censerent esse Religioni.

Act. Eccle. Mediolan. fol. 143.

11. Nescio an aliquando observaveritis, ex quonam stipite ineffabilis Dei providentia Ecclesiam suam propagari voluerit? Ex progenie Jacob nimirum, non vero ex Esau, licet hic filius Isaac Primogenitus esset, nam S. Gabriel beatissimæ Virgini ex parte supremi Consistorij sanctissimæ Triados, de filio, quem conceptura erat, dixit: *Regnabit in domo Jacob in æternum.* Notum omnibus esse credo, quod Rebecca, quæ Ecclesiæ figura erat, Jacob induxerit, ut benedictionem Isaac patris sui per cautelam præoccuparet, at vero numquid & Esau filius ejus erat? Erat utique: Ipsa tamen cœlitus inspirata, quia à Deo movebatur, operata fuit. Sed quæ causa erat, cur Esau filium suum à benedictione accipienda impedierit? Nulla profecto alia quam quia infœlix ille gulæ supra modum deditus erat, & ideo prosapiam illius malam hanc propensionem pariter contracturam esse metuebat. Observaverat nimirum prudens mater, quod Esau ut gulæ pastris sui obsequeretur, ejusdem se genio, ferinas sectando carnes, studiosè adaptarit: *Isaac amabat Esau*, inquit Scriptura, *eo quod de venationibus ejus vesceretur*; minime igitur decebat, ut populus Dei electus, id est Christianus, ex hac per gulam vitiata radice propagaretur; nam ut Oleaster inquit: *Noluit Dominus gulam viam esse ad promissiones suas.* Et ideo ex progenie Esau nati sunt tales populi, qui veri Dei inimici erant, quia gulæ partus non sunt alij, quam impietas, sacrilegia, & contemptus fidei ac cultus divini. Sic enim Nicolaitæ Hæretici pessimi, crapulæ pariter dediti fuerunt, ac proinde monitus fuit Pergami Episcopus: *Habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere scandalum coram filijs Israël, edere & fornicari, ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum.* Henricus VIII. Rex Angliæ, qui impijs Hæresibus Regna sua contaminavit, apostatando ab Ecclesia Catholica, quam antea ense & calamo defenderat, crapulæ se totaliter addixit, adeo ut jam moriturus, ingentem vino repletum cyathum evacuarit. Lutherus similiter Quadragesimæ & jejuniorum observantiam è medio fustulit. Denique in Annalibus Ecclesiasticis refertur de S. Triburtio, quod dum Torquatus se apud S. Cajum summum Pontificem, Christianum esse simularet, cum tamen perfidus esset apostata, quantumvis fraudulentus & occultus: tandem apostasia ipsius manifesta evaserit, postquam sequaces Evangelij de magia calumniatus fuit, dictumque S. Tiburtium per traditionem in tetrum carcerem conjici procuravit. Priusquam vero S. Tiburtio vincula injicerentur, idem S. Martyr jam ante protestatus fuerat, Torquatum nequaquam tamquam Catholicum in fidelium consortio tolerandum esse, utpote qui Christianismum fingeret, jam enim à se sæpius observatum fuisse, ipsum cibo & potui supra modum deditum esse, adeo ut os ejus ex præcedenti crapula continuo fœteret, ebrius patereturque fitim, & vomendo famem. S. Augustinus proinde subditos suos Hipponenses ab ebrietate divertere volens, inquit: *O fideles non fideles, quid vobis cum vino?* S. Thadæus Apostolus in Epist. sua Canonica nonnullos Hæreticos

Baron. Ann. 286. n. 19.

Ostenditur cur Deus Ecclesiam suam ex Jacob, & non ex Esau propagari voluerit.

Luc. 1. v. 33.

Gen. 27.

Ratio datur, quia non decebat ut populus Dei electus ex Esau per gulâ vitiata radice propagaretur.

Gen 25. 28. Oleast. in c. 27. Gen. Hæretici quidam & apostatæ crapulæ dediti referuntur.

Apoc. 2. v. 14.

S. Aug. serm. 34. ad frat.

DISCURSUS XIV.

ARGUMENTUM.

Perstringuntur gulosi, quia proprium ventrem veluti Deum adorant.

THEMA.

Quorum Deus venter est, ad Philip. 3. v. 19.

1. S. Paulus Apostolus inter omnes ad barathrum perditionis concitato cursu properantes, gulosos vel maxime & inconsolabiliter deploravit: *Nunc autem & flens dico.* Ratio autem quæ S. Apostolum ad tam amaras provocabat lachrymas, hæc unica erat, quia videlicet sensualitati cibi & potus adeo immersi erant, ut proprium ventrem Dei loco adorare viderentur: *Quorum Deus venter est.* Ventrem autem Deum ipsorum vocavit, inquit Theodoretus, *Eorum taxans ingluviem.* D. Chrysolog. Apostolum pro gulosis istis merito ploravisse his verbis dicit: *Vere lachrymis digni sunt, qui in deliciis degunt, & indumentum quidem, id est, corpus pinguefaciunt, futuri vero, quod ipsos manet, supplicij, nullam rationem habent.* Dion. Carthusianus assumpti Thematis textum ita exponit: *Delectationibus gulæ ita insistunt, quasi in repletione ventris salus consisteret, unde ventrem suum plus colunt quam Deum.* Qui proinde ventri ab ijs exhibitus cultus Idololatricus sanguineis lachrymis deplorari merebatur.

Sanctus Apostolus illos deplorat, qui sensualitati cibi immersi erant, quorum Deus venter est.

Philip. 3. v. 18.

Theodor. ibid.

D. Chrysol. h. 13. ad Philip.

Dion. Carth.

2. Divina providentia generi humano carnibus se nutrire, solum post universale diluvium, non vero ante concessit: Prius enim ex foliis terræ fructibus se nutriebant: at vero cur Deus hanc dispensationem tam sero post sedecim videlicet sæcula elapsa concessit, dicens: *Omne quod movetur & vivit, erit vobis in cibum*: D. Chrysostomus ait: *Hic est initium edendarum carnium, non ut ipsos ad venatis ingluviem paret, & instituat, sed quia ex ipsis erat Noë sacrificaturus, & gratias Deo acturus, & ne videamus quasi à consecratis abstinere*, vel ut versio antiqua legit: *quasi ab execratis.* Non defuere qui dicerent, Deum hoc alimentum indulsisse, veluti magis nutritivum, eo quod humana complexio plurimum debilitata fuisset; at vero quis est, qui nesciat, etiam post hanc carnium concessionem vel maximè abbreviatam fuisse hominis vitam? Theodoretus inquit: *Prævidens Deus homines in extremam dementiam lapsos, hæc omnia animalia pro Dijs habituros, permisit illorum esum, ut impietatem illam cohiberet: Summa enim est insania adorare quod comeditur. Propterea vero animalia quædam immunda dixit, alia vero munda, ut illa quæ immunda sunt, pro Deo colere exhorrescant, quæ vero munda sunt, quia comeduntur non adorent.* Deploranda profecto est humana cæcitas, quæ hoc illis à Deo concesso beneficio abutitur. Deus enim hominibus carnes indulsit, ad manducandum, ut quando, & quantum opus est, se inde nutriant, non vero ut illas tamquam Deum adorent; *Summa enim est dementia, adorare quod comeditur*; gulosi vero epulones creaturam loco Creatoris adorant, eas videlicet carnis epulas, quas post paucas horas in vilia & fœtida excrementa visuri sumus conversas, nam *Quod in os intrat in ventrem vadit, & in secessum emittitur.*

Gulosi Epulones carnis epulas loco Creatoris adorant.

Gen. 9. v. 3.

D. Chrysost. in Gen. h. 27.

Theodoret. Q. 55. in Gen.

Matth. 15. v. 17.

3. D. Chrysostomus super propositi thematis verba, inquit: *Alijs pecunia, alijs venter Deus est; nonne hi etiam sunt idololatræ, & illis etiam deteriores ac nequiores?* Etenim gula Idololatriam vel maxime semper promovit & fovit, quia olim simul cum sacrificijs, quæ ad honorem falsorum Deorum offerebantur, lauta celebrari solebant convivia. Unde vetustus quidam Author inquit: *Merum thuris est socium*, quia incenso, quo profanum numinum suorum Deitatem honorabant, vina quoque generosa conjungebant. Populus quoque Hebræus, se ab hoc pruritu moveri permisit, quæ præterquam quod *Immolaverunt Dæmonijs & non Deo, Dijs quos ignorabant*, se quoque à gula vinci sinebant, quia *Incrassatus, impinguatus, dilatatus dereliquit eam.* In deserto pariter vix bovem seu vitulum aureum erexerat, quando eodem tempore gentilium pariter imitabantur usum: *Sedit manducare & bibere.* Undenam vero hanc adeo sacrilegam

D. Chrysol. h. 13. cit. Arnob. lib. 7. Gula idololatriam semper promovit & fovit, id varijs exemplis demonstratur.

Deut. 32. v. 17. Ibid. v. 15.

Exod. 32. 6.

impietatem suam traxisse originem existimatis? Olim tot ante sæcula, specialiter vero quando per tot annos in Ægypto medios inter idololatras morabantur, numquam Israëlitæ falsa erexisse numina ad idololatrandum leguntur, sed tantum in deserto, sive in Horeb. Ibi namque Aaronem tumultuose convenientes, eumdem vitulum aureum erigere coëgerunt, dicentes: *Exod.32. 1.* *Fac nobis Deos.* Scitisne causam? nimirum carnium & ollarum Ægyptiacarum memores, manna fastidiebant? *Num. 21. 5.* *Nauseat anima nostra super cibo isto levissimo.* Sciebant enim crapulam semper idololatriæ esse conjunctã; *cultu enim Idolorum fiebant ijs multa gaudia*, inquit *Abul. Q. 6. in Exod. 32.* Abulensis, *& hoc tam in delectatione ciborum, quam in delectatione communicationis vulgaris, & accipientis requiem à laboribus*; Cujus rei multa habemus SS. Patrum testimonia. D. Chrysologus ait: *Comessatio, & D. Chrysol. serm. 12.* *ebrietas Israëliticum populum simulachrorum tenebravit erroribus.* Sanctus Basilius in homil. 1. *de laudibus jejunij*, de eodem populo Hebræo clare inquit: *S. Basil. b. 1. de laud. jejunij.* *Inglacies ad idololatriam dementavit.* In alio quodam sermone *de abdicatione rerum*, idem S. Pater de *S. Basil. serm. de abdicat. rerum.* crapula dicit: *Hæc Israëlitas induxit, ut simulachrum adorarent.* In homilia *de jejunio* similiter dixerat: *In unico temporis momento populus ille, qui maximis prodigijs Dei cognitionem acceperat, ad insaniam idola Ægyptiorum more colendi devolutus est.* Imo ab ipsis primis natalibus nostris, cum Adam proparens noster ex una parte ab obedientia & respectu Deo debito urgeretur, ex alia vero parte stimularetur à gula, relicto Deo in hanc declinavit, unde Tertullianus de ipso dicit: *Tertull. de jejun.* *Facilius ventri, quam Deo cessit.* Populus Hebræus Moysen à monte Sinai revertentem expectavit, ut quæ pro ipsis cum Deo negotiatus fuerat, ei enarraret, & traditam à Deo legem eidem adferret; qui tamen veniens, eumdem a gula non solum tentatum, sed & superatum invenit. *Facilius ventri quam Deo cessit:* cum tanta enim pertinantia ventri servire cœperat, ut genua sua coram vitulo flectere non erubescerent. Merito igitur sanctus Ambrosius ait: *Videmus ebrietati S. Ambr. de Elia & jejun. c. 12.* *servilegium fuisse conjunctum, nam sicut mater fidei continentia, ita perfidiæ mater ebrietas est. In quod facinus non ista præcipitat?* Filiæ Herodiadis præcisum Baptistæ caput non suffecit, sed insuper dixit: *Marc. 6. 25.* *Volo ... ut des mihi in disco caput Joannis.* Cur autem illud in disco positum habere desideravit? Quia cum in hoc cibi delicati beneque conditi apponi soleant, per hoc significare voluit, gulam omnis impietatis & sacrilegij esse instrumentum: *In quod igitur facinus non ista præcipitat?* Sanctus Antoninus de hac materia differens, ad probandum quæ damna fidei nostræ per gulam inferantur, prædictum Hebræorum exemplum adducit inquiens: *S. Antoninus sum. Theol. p. 2. tit. 6. c. 1. §. 3.* *Quod fides ruinam patiatur, patet in illo populo Hebræo*, de quo 1. Corinth. 10. *Sedit* *1. Cor. 10. 7.* *populus manducare & bibere & surrexerunt ludere, id est, festinare in veneratione vituli aurei, declinantes ad idololatriam.*

4. *Quorum Deus venter est*, S. Hieron. in c. 14. Oseæ, similiter inquit: *Guloši venter Deus est.* D. Chrysost. pariter de gulosis inquit: *Nihil spirituale cum animo suo cogitant, sed omnia sua hic habent, atque hæc sola curant, merito ventrem Deum habent, dicentes: Comedamus & bibamus, cras enim morientur.* Idipsum *ad unguem* in Rege Babyloniæ adimpletum fuit, cum hac tamen differentia, quod is *Non cras, sed eadem nocte interfectus est.* Porro Historia hæc quanto magis examinatur, tanto plures in ea difficultates reperiuntur. Etenim Babylonia illo tempore à formidabilissimo quodam exercitu cincta in imminenti posita erat periculo, ut in manus Cyri corrueret, prout eadem nocte contigit, in qua impius ille, & sacrilegus Rex solemne Principibus Regni sui in numero millenario congregatis, nec non concubinis suis solemne instruxit convivium. Videbatur potius eo tempore operæ pretium fuisse, ut tam Rex, quam omnes convivæ ejus, civitatis suæ mœnibus defendendis invigilarent, atque in varijs locis ad communis patriæ tutelam vigilias & custodias disponerent; & tamen vide quam verum sit, quod *Vinum & ebrietas auferunt cor.* Etenim S. Hieronym. ex traditione Hebræorum inquit, Balthasarem, cum vidisset Vaticinium Jeremiæ de populo Judaico post Septuaginta annos à servitute Babylonica liberando, ijs evoluris nondum adimpletum fuisse, hac de causa solemne instituisse convivium: *Iritam putans Dei pollicitationem Balthasar, falsamque promissum, versus in gaudium, convivium grande fecit, insultans spei Judæorum, & urbis, ac templi.* Quodq; plus admirandum est, *præcepit, ut afferrentur vasa aurea & argentea quæ asportaverat Nabuchodonosor pater ejus de templo quod fuit in Jerusalem, ut biberent in eis Rex, & Optimates ejus, uxoresque ejus, & concubinæ.* In Dei scilicet, templique divini, & sacri cultus contemptum, sacram hanc supellectilem asportari fecit, ut eam & sua, & Satraparum, & uxorum, & concubinarum suarum conspurcaret ebrietate, neque id vos admirari velim, quia ut Scriptura attestatur, *Præcepit* *Dan. 5. v. 2.* *jam temulentus*; hæc namque sacra vasa per 30. solidos annos in honore fuerant absque contaminatione ulla; quare autem modo ea conculcata fuisse putatis? *Temulentus hoc fecit*, respondet S. Hieronymus, *oblitus* *S. Hier. ibid.* *scilicet pœnæ quæ Nabuchodonosor patruum ipsius consecuta erat.* Gula namque Deum honoremque divinum sub pedibus conculcat. Ideoque, ut sua honoraret Idola, impius iste verum Deum conculcandum, viliterque tractandum putavit: *Bibebant vinum & laudabant Deos suos aureos & argenteos.*

5. Principale Babyloniæ idolum Bel erat, eodem Daniele teste: hoc autem simulachrum, juxta eorum gentilium opinionem crapulæ addictissimum erat, dicente Scriptura: *Erat idolum apud Babylonios nomine Bel, & impendebantur in eo per dies singulos simila atrabæ duodecim, & oves quadraginta, vinique amphoræ sex.* Ecce vobis gentilium Deum: quid igitur mirum, si eum honoraturi, eique devoti essent in crapulam conjecerint, veri Dei conculcato honore, de quibus merito verificatur quod Apostolus ait, scilicet. *Quorum Deus venter est.* Quæ Apostoli verba considerans Cornel. à Lapide existimat S. Paulum in hoc textu alludere voluisse ad idolum Dagon, quod Philisthæi, abundantiam victualium ab eo expectantes, adorabant: in cujus templo, postquam arca Dei collocata fuit, simulachri infelicis corruerunt brachia cum capite solo superstite, corpore, & ventre, cui nihilominus cæca illa gentilitas cultum pristinum exhibere non dubitabat, ut ita *ad litteram* impleretur in ijs dictum Apostoli assertum. *Quorum Deus venter erat. Qui sese dederunt ventri*, verba sunt Cajetani, *ventrem habent pro Deo, utpote præferentes* *Cajet. ad Philipp.* *illum cæteris quæ amantur.* Cui Lyranus subscribere videtur dum ait: *quorum Deus venter est, quia student* *Lyran. ibid.* *ei satisfacere in omnibus*, quemadmodum enim loco videbimus, gulosus omnem solicitudinem, curam, & industriam suam in hoc collocat, ut effrænem suum exatiet ventrem.

6. Apostolus ad Hebræos scribens, Esau primogenituram suam pro jusculo vendenti nomen hominis profani adscribit, dum ait: *Profanus ut Esau, qui* *propter unam escam vendidit primitiva sua.* Cujus nominis significationem Hugo Cardinalis his explanat verbis: *Profanus longe à phano, id est templo Dei, id est, peritus irreligiosus, & piger ad divina & alienus à Deo, incrassatus, impinguatus, dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo.* Moxque gulam nos à veri Dei cultu separare idem subjungit, fusiusque docet Eminentissimus verbis sequentibus: *Dicitur profanus, quia castrimargus, id est, servus ventris existit, & gulosus; dicitur autem gulosus profanus, quia destruit in se phanum id est, templum Dei; quia de corpore suo phanum Diaboli, imo suum ventrem facit Deum suum.* Ideoque Sanctus Ambrosius in quadam ad Sabinum Episcopum epistola ita merito discurrit: *Ubi* *S. Ambr. l. 61. Epist. 36.* *cæperit quis luxuriari, incipit deviare à vera fide. Qui non sequatur Dominum Deum suum, ingurgitat se luxuriæ ac libidini, pestiferis corporis passionibus; qui autem se ingurgitaverit atque immerserit hujusmodi voluptatibus, perfidiæ laqueos incurrit.*

7. Luxuriæ comes fomentumque est crapula, ideoque Spiritus Sanctus attestatur dicens: *sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere*; De qua eadem ingratissima gente alibi quoque dicitur: *fornicatus est populus cum filiabus Moab*; sed & nox in turpem idololatriam corruerunt quando *adoraverunt Deos earum, vocaverunt eos ad sacrificia sua.* Cujus præcipitij si causam nosse quæritis, unicam gulam esse respondeo. Quæ populum sufficienti cæteroquin veri Dei lumine illustratum, tantisque cœlestibus beneficijs affectum in fornicationem adduxit, & idololatriam; Ideoque Spiritus Sanctus notanter ait: *at illi comederunt*; sed quis hujus gulositatis terminus? *& adoraverunt Deos earum.* Quapropter S. Bernardus hanc à Deo apostasiam, tamquam gulæ effectum deplorans, ita ingemiscit: *Væ væ in domo Dei horrendum videmus, quid in idololatras ministrantes? mentior, si non quibusdam venter suus fa-*

1. Cor. 7. 10. Causa luxuriæ & idololatriæ est gula.

Num. 25. v. 1.

Ecce nos reliquimus omnia.

S. Bern. in Declamat.

ctus est Deus suus; quod enim quisque præ cæteris colit, id sibi Deum constituisse probatur.

Theophylactus. 8. *Quorum Deus venter est.* Quia *servient huic*, inquit Theophylactus, *tamquam Deo & omnem curam adhibent*, seu *quidquid faciunt*, ut inquit S. Anselmus, *pro ventre faciunt.* S. Vero Antoninus longe vivacius eam, qua gulosi Deum suum, id est, ventrem proprium prosequuntur, exprimit devotionem, cum dicit: *Gulosi cultum & solicitudinem suam quam debent erga Deum, habent pro ventre suo. Verus enim Dei cultor, cum surgit mane, cogitat primo de Deo, se ei commendans, sed gulosus cogitat quid debeat mane comedere quod magis delectet. De coquina templum facit, de mensa altare, ibi ponit victimas carnes varias, ministri sunt servi mensæ, orationes & lectiones sunt locutiones de cibis & vinis qui sint meliores.* Sacrilegum hunc Christianorum abusum S. Paulus urbi Romanæ, (quæ lupam crapulæ symbolum pro insigni refert) scribens his verbis deplorat: *Christo Domino nostro non serviunt sed suo ventri;* In historijs Ecclesiasticis infideles & Pagani sæpius sacra templa, in ignominiam Christi, in stabula convertisse leguntur; & quid tu dicturus esses, si aliquem ex nobis Ecclesiam in culinam transmutare videres? & tamen quis est, qui corpora nostra templa Christo consecrata esse ignoret? *Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi? Nescitis quia templum Dei estis? membra vestra templum sunt Spiritus Sancti.* Et nihilominus gulosus ex hoc corpore vilem quamdam facit culinam seu pistrinum. Apud S. Joannem Climacum in cujusdam viri abstinentis laudem dicitur: *Mens continentis est templum Spiritus Sancti, gulonis est nidus corvorum*; corvi enim de nulla re alia, quam de devorandis carnibus soliciti sunt, & ideo symbolum sunt dæmonum, quibus gulosus pariter, ut in duobus primis discursibus probatum fuit, devotus esse noscitur.

Rom. 16. v. 18. Gulosus ex templo Dei facit, culinam seu pistrinũ.

S. Joan. Climac. grad. 14 Scholion. 14.

1. Cor. 6. v. 16.

3. Cor. 6. v. 15

3. Cor. 3. v. 16.

1. Cor. 6. v. 16.

9. Tertullianus nonnullos gulæ deditos his verbis perstringit: *Deus tibi venter est, & pulmo templum, & aqualiculus altare, & sacerdos coquus, & Sanctus Spiritus nidor; & condimenta charismata, & vultus prophetia. Apud te Agape in cacabis fervet, fides in culinis calet, spes in furculis jacet.* Idem quoque alibi eodem libro de iisdem gulosis scribebat: *Hi Paraclito contumeliam faciunt.* Bellovacensis pariter in eorumdem detestationem ita scribit: *Gula reddit hominem Deo abominabilem & exosum, quia creaturam vilissimam deificat, præferens eam Deo*; idque per illa ad Philippenses transcripta verba probat: *odit Deum quia templum suum convertit in fanum diaboli, & in latrinam, seu vas stercorum, & sentinam omnium victorum & habitaculum dæmonum, imaginem Dei denigrat, & deturpat, Dei quoque majestatem blasphemat.*

Tertull. adv. Psych. c. 10. Invectiva in gulosos.

Tertull. ibid. cap. 1.

Bellovac. spec. mor. L. 3. p. 8. dist. 1.

10. Primos fideles Apostolus solicite admonuisse legitur, quoniam *non est regnum Dei esca & potus, sed justitia & pax, & gaudium in Spiritu Sancto.* Quis obsecro christianos inter, veri Dei notitia imbutos sibi persuadere poterat, beatitudinem in cibo potuque consistere? sane si hæc ad Epicuræos scripsisset Apostolus, intentum facile intelligeremus; sed quæ hæc tanta de Christianis opinio, ut hujusmodi illis monitum dare non dubitaret? Justissime equidem, quia experientia teste multi Scholæ Christi sequaces, magis proprij ventris quam Dei sunt cultores: *Quorum Deus venter est & gloria.* Quis enim Sanctum Jerosolymitanum destruxit templum? quis divinum ejus pessumdedit cultum? Bellovacensis ex Abiate Pæmone in vitis Patrum ita respondet: *Nisi Nabuzardan Princeps coquorum venisset in Jerusalem, templum Dei non arsisset igne.* Id est, si gula inter Christianos non prædominata fuisset, numquam Lex, honor, cultusque Dei sub pedibus conculcatus fuisset. Dives ille abundantem collegerat messem cerebrilimum Dei donum, *Neque enim qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.* Et nihilominus Justitiæ divinæ contra se iratæ fulmina subito quoque deplnere super se, suo expertus est damno. Causamne nostis inquit magnus Basilius: *at unde hoc?* respondetque: *quia Deum habet ventrem.* Suam enim animam ita alloquebatur *comede, bibe, epulare.* Neque enim aliud cogitabat, fructusque collectos nullum alium ordinabat in finem, præterquam in gulæ & crapulæ delicias, ita ut jure meritissimo de illo asseri potuerit, *cujus Deus venter est*; quia *hoc ab homine colitur*, inquit Interlinearis in sententia S. Augustini, *quod præ cæteris diligit.*

Luc. 12. v. 19. *1. Cor. 3. v. 7.*

S. Basil. Hom. 6. in ditescentem avarum.

S. Aug. in Gloss. Interlinearis.

DISCURSUS XV.

ARGUMENTUM.

De ira Dei justisque ejusdem supplicijs, quibus in crapulam ejusque amatores advertit.

THEMA.

Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos. Psal. 77. v. 30.

1. POpulo electo Deus quotidianum in deserto de Cœlo providebat victum, omnes desiderabiles continentem gustus, qui nihilominus carnium Ægyptiacarum memor, cœlestis nauseabundus populi, instanter atque infatiabili cum aviditate carnes expetivit; quas in abundantia & voluptate petentibus quoque subministravit cœlum; quando *pluit ... sicut* *Ps. 77. v. 27.* *pulverem carnes & sicut arenam maris volatilia pennata.* Quæ gulositas quantum Dei exacerbarit iram, mox consequens docuit supplicium, quoniam *adhuc* *Ibid. v. 30.* *escæ eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos.* Equidem *mandacaverunt & saturati sunt* *Ibid. v. 29.* *nimis, Non sunt fraudati à desiderio suo*; verumtamen *Ibid. v. 30.* & subito *occidit pingues eorum.* Quam historiam dum *Ibid. v. 31.* fusius prosequitur Moyses, qualiter divinæ justitiæ gladius, adversum helluones illos furere cœperit, distinctius enarrat inquiens: *Adhuc carnes erant in den-* *Num. 11.* *tibus eorum, nec defecerat hujusce modi cibus, & ecce* *v. 33.* *furor Domini concitatus in populum, percussit eum plaga magna nimis, Vocatusque est ille locus Sepulchra con-* *Ibid. v. 34.* *cupiscentiæ.*

2. *Adhuc escæ eorum, &c.* Sanctus Basilius in prima de jejunij præconio homilia ita scribit: *Quorum* *S. Basil. Hom.* *membra ceciderunt in deserto, nonne eorum qui escam* *1. de Jejun.* *carnium flagitabant.* Hanc autem mortem, non modo corporalem, sed & æternam, gulosis iftis inflictam fuisse Sanctus docet Antoninus, inquiens: *Et* Mors & corporalis & æterna gulosis inflicta. *ira Dei ascendit super eos, scilicet gulosos. Ira Dei est* *S. Antonin.* *punitio ejus, qui punivit illos, scilicet ignem mittendo* *sum. Theol.* *de cælo, qui combussit illos, & occidit*; Sanctus vero *p. 2. Tit. 6.* Augustinus causam interrogat, quare Hebræi, cum *c. 1. §. 3.* greges & armenta propria secum in desertum abduxissent, & consequenter carnibus abundarent, tanta *Num. 11.* nihilominus cum cupiditate Deo supplicarint, pro *v. 13.* carnibus impetrandis; quia ut Moyses populi quærelas ad Deum delaturus recensset, ingemiscebant continuo quasi morituri, nisi Deus illorum annueret votis: *Flent coram me dicentes, da nobis carnes ut comedamus.* Respondet autem Sanctus Augustinus inquiens: *Nisi forte dicatur pepercisse illos pecoribus, ne* Causa quare hebræi Deo supplicarunt pro carnibus impetrandis. *omnibus deficientibus; etiam sacrificijs necessaria de-* *S. Aug. l. 4. ex QQ. in* *fuissent.* Sed hæc insufficiens mihi videtur ratio, siquidem non adeo pietati deditus erat populus ille, qui facile adeo sita vitulo genua inclinabat; ideoque dictus S. Præsul ipsemet hanc secundam assignat rationem dicens: *congruentius tamen creditur, non eas* *Exod.* *eas desiderasse quas de pecoribus habere poterant, sed* *eas quæ deerant, unde illis coturnices datæ sunt*; Erant namque gulosi & helluones ovium, vitulorum, similiumque animalium carnibus minime contenti, sed lautiores & delicatiores optantes epulas, ut gulæ fœ pruritui satisfacerent. Ubi singulariter notandum quod Deus, dum manna depluerat, populo præceperit, ut tamen colligerent in certa mensura, quantum pro eo die sufficeret: *Hic est sermo, quem præ-* *Exod. 16.* *cepit Dominus, colligat unusquisque ex eo quantum* *v. 16.* *sufficit ad vescendum.* Tale nihilominus præceptum circa Coturnices datum non fuit, quia *surgens populus* *Num. 11.* *toto die illo & nocte, ac die altero congregavit coturnicem, qui parum decem choros*; Unde non immerito hic quærendum venit cur manna, cibus ille cœlestis, tam frugaliter & parcè carnes autem illæ tam delicatæ in tanta abundantia datæ fuerint? respondet quidam author: *quia manna non ad appetitus votum* *v. 32.* Quare manna parce, carnes vero delicatæ in abundantia datæ fuerint. *sed ad naturæ usum dabatur; coturnix non ad naturæ indigentiam, sed ad appetitionis ingluviem.* Verumtamen dici etiam posse videtur, quod quo lautior & abundantior est alimonia ad satiandum gulosum, tanto etiam severius fit supplicium iræ Dei, quod sibi adscisit; quanto enim pinguiora sunt animalia tanto sunt macello viciniora.

Gravissimis ærumnis & Dei supplicijs vicini sunt ebrij & epulones.

3. Regum sapientissimus Salomon in Proverbijs olim interrogabat *cui væ? cui væ?* sed audiatis velim quantæ per datum ei responsum, ebrijs & epulonibus fuerint comminatæ æruminæ; postquam enim præmisisset: *Prov. 23. 29.* *cujus patri væ? cui vixæ? cui foveæ? cui sine causa vul-*

S. Antoninus sum. Theol. p. 2. tit. 6. c. 1. §. 3. *1. Cor. 10. 7.*

S. Hieron. in c. 14. Oseæ. *D. Chrysost. b. 13. cit.*

Gula Deum verum, honoremque divinũ contemnere & negligere facit, & sacram supellectilem profanari, id in Balthasaro comprobatur. *Oseæ 4 v. 11.*

S. Hieron. in Dan.

Ibid. v.30. *nera? cui suffusio oculorum? Nonne his qui commorantur in vino, & student calicibus epotandis? Ne intuearis vinum quando flavescit, cum splenduerit in vitro color ejus, ingreditur blande, Sed in novissimo mordebit ut coluber, & sicut regulus venena diffundet.* Numquam enim rigidioribus Dei supplicijs adeo vicini sumus, quam quando justissimum ejus furorem per crapulam irritamus; Deus apud Isaiam commi-

Ibid. v.31.

Ibid. v.32.

Isa.5.v.22. natur dicens: *Væ qui potentes estis ad bibendum vinum,...*

Ibid. v.24. *Propter hoc sicut devorat stipulam lingua ignis, & calor flammæ exurit, sic radix eorum quasi favilla erit, & germen eorum ut pulvis ascendet, Abjecerunt enim legem Domini exercituum, & eloquium Sancti Israël blasphemaverunt; Ideo iratus est furor domini in populum suum, & extendit manum suam super eum, & percussit eum... & facta sunt morticina eorum quasi fœtus in medio platearum. In his omnibus non est aversus furor ejus.* Imo quotiescumque in sacris paginis de hoc vitio agitur, semper Ira Dei in eo castigando exacerbata demonstratur, siquidem infinita Dei Majestas per hoc vehementer contumeliatur. Ecclesiasticus de muliere quadam ebria loquens inquit: *Mulier ebriosa ira magna*; Quem eumdem textum Clemens Alexandrinus adducens, iram hanc non se ex parte mulieris tenere existimat, sed ex parte Dei vehementer adversus illum irascentis, unde sic legit: *Tamquam ira Dei mulier temulenta.* Cur vero Deus noster ad iram provocetur Isaias hanc assignat rationem: *Populus qui ad iracundiam provocat me ante faciem meam semper,... Qui comedent carnem suillam, & jus profanum in vasis eorum,... Isti fumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die.* Minitabunda adversus eos, qui simul convivantur, apud Nahum Prophetam legitur finitivodo, dicit enim: *sicut spinæ se invicem complectuntur, sic convivium eorum pariter potantium:* Verumtamen non diu subricet immittendum super eos à Deo supplicium, dicit enim: *consumentur quasi stipula aridissima plena.*

Ira Dei in castigando gulæ vitio demonstratur.

Eccli.26.v. 11.

Clem. Alex. Lib.2. Pædag. c.2.

Isa.65.v.3.

Ibid. v.4.

Ibid. v.5.

Nahum. 1. v.10.

1.Reg.2. v. 31.

Nullum vitium vitam hominis magis abbreviat quam crapula frequentata.

S.Greg. L.30 mor. c.13.

4. *Ira Dei ascendit super eos, &c.* Filij Heli summi sacerdotis, ut in præcedentibus discursibus diximus, ad satisfaciendum gulæ suæ, parum curabant ritus, & leges, à Deo pro oblationibus & sacrificijs præscriptas violare, auferendo etiam ab offerentibus violenter carnes crudas, & meliorem victimæ portionem, ut easdem pro gustu & beneplacito eorum coquere & præparare possent. Unde Sanctus Gregorius ait: *Prima filiorum Heli culpa, suborta est, quod ex eorum voto, sacerdotis puer non antiquo modo coctas vellet è sacrificio carnes accipere, sed crudas quæreret, quas accuratius exhiberet.* Quam eorumdem Heli filiorum culpam Sanctus Isidorus Pelusiota his verbis pariformiter exponit: *An non rabidus venter*, inquit, *& carnium ereptio, & crapula, & insanus multorum amor effecit, ut Ophni & Phinees sacerdotio, & arca, & tribuum imperio, & gloria, & honore truncati hostili gladio trucidarentur?* Quod eorum severissimum supplicium dudum ante prædictum fuerat, dicente sacro textu: *Ecce dies veniunt, & præcidam brachium tuum, & brachium domus Patris tui, ut non sit senex in domo tua. Et videbis æmulum tuum in templo in universis prosperis Israel, & non erit senex in domo tua omnibus diebus.* Quæ pœna in nullum aliud vitium adeo, sicut in gulam quadrat, nam ut suo loco videbimus, nullum est peccatum quod vitam hominis magis abbreviet, quam crapula frequentata. Porro Deus Heli prædictorum filiorum patrem graviter reprehendit quod huic effræni filiorum suorum appetitui nullum apponeret remedium, cum tamen divino sui cultui tantopere adversarentur: *magis*, inquit, *honorasti filios tuos, quam me, ut comederentis primitias omnis sacrificij populi mei.* Quia tamen hæ Dei querelæ minime profuerunt, ipse una cum filijs gravissime luere debuit, nam *Elidit ur pro templi foribus senior Heli*, inquit Tertullianus, *filij ejus in acie ruunt, narus expirat in partu, hinc enim meruerat à Deo plagam domus impudens, sacrificiorum carnalium depræda trix.*

S.Isid. Pelusiotæ L. 1. Epist.69.

2. Reg. 2. v. 31.

Ibid. v.32.

Ibid. v.29.

Tertull. de Jejunio.

5. Ex omnibus, quæ extenso iratæ justitiæ divinæ arcu evibrata sunt sagittarum spicula, nullum est terribilius, quam illud, quod in regem Babyloniæ Balthasarem cecidit; dicit enim sacer textus: *Apparuerunt digiti quasi manus hominis scribentis, contra candelabrum, in superficie parietis aulæ regiæ, & Rex aspiciebat articulos manus scribentis.* Unde impij & sacrilegi imperatoris cor, spectaculo hoc, tanto terrore repletum fuit, ut oculatus testis Daniel scribere non dubitarit: *Facies Regis commutata est, & cogitationes ejus conturbabant eum, & compages renum ejus solvebantur, & genua ejus ad se invicem collidebantur.* Regius itaque Propheta formidabiles hos characteres exposuit, instantemque nocte illa Regi mortem, divisionemque regni ejus in Medos & Persas significare docuit, quemadmodum etiam perfectissime adimpletum fuit. Mysteriose autem sacer textus tempus describit, in quo prodigiosi illi digiti apparuerunt, scilicet *in eadem hora*. Quæ temporis circumstantia ad id relationem habet, quod paulo ante historia sacra dixerat, scilicet *Balthasar Rex fecit grande convivium optimatibus suis mille,... Præcepit jam temulentus, ut afferrentur vasa aurea & argentea quæ asportaverat Nabuchodonosor pater ejus de templo,...ut biberent in eis:* Ecce igitur vobis lautorum excessi vorumque convi-

Dan.5.v.1. Ibid. v.2.

viorum pœnam atque supplicium.

Infelix successus duorum monachorum gulæ dedito-rum.

6. De duobus vitæ licentiosæ, gulæque deditis monachis, qui universum monasterium suum conturbabant, hunc infœlicem tradit eventum successumque Thomas Cantipatrensis: *Accidit quodam vespere, ut secundum consuetudinem suam esculento ore ad voraginem inhiarent. Vix ori cibis appositis, quartum aut quintum morsellum manus obtulerat, cum ecce unus subita ingluvie strangulatus, everso statim oculis expiravit. Terrii omnes qui consederant, surrexerunt.* Forsitan fodalem hoc spectaculo compunctum fuisse creditis? ab epulis spatio destitit brevissimo; & paulo post ad mensam redijt; *& cum enormi crapula sic est repletus, ut amens penitus portaretur ad lectum, & quasi brutum animal expiravit.* In annalibus quoque Ecclesiasticis de Alexandro imperatore ita Baronius scribit: *Pransus, vinoque ebrius, post meridiem pila lusurus descendit, exortoque labore quodam, in ipsius intestinis præcibis, quibus se ingurgitaverat, atque ebrietate reversus in palatium, multo è naribus ac pudendis effuso sanguine mortuus est.* Aman pariter superbus, barbarus, & implacabilis populi Dei inimicus, ubinam in se divinam expertus est justitiam, rumpentem innumerabilium fœlicitatum ejus filum? Audiamus Sanct. Ambrosium dicentem: *Aman dum se regali jactat convivio, inter ipsa vina præmium suæ ebrietatis exolvit.*

Tom.Can. tip. l. 2. Apum.c.12. §.3.

Baron.An. 912.

S.Ambros. de Elia & jejunio cap. 9.

7. Philisthæi, qui Samsonem devicerant, oculosque ejus eruentes, veluti jumentum vertendæ molæ manciparant, dum mutua convivia jocosque in gratiarum actionem congregati instituerent, *præceperunt ut vocaretur Samson, & ante eos luderet*, Deus autem hujusmodi vindicaturus insultus, utpote divino quoque injurios cultui & honori, in solemni convivio, gravissimum impijs immisit supplicium, dicente scriptura: *lætantes per convivia, sumptis jam epulis,... cecidit domus super omnes principes & cæteram multitudinem quæ ibi erat, multoque plures interfecit moriens, quam ante vivus occiderat.* S. Isidorus Pelusiota id quod Idoli Baal sive Belis sacerdotibus accidit in Babylonia, considerat accuratius ad intentum præsens; Regi namque persuaserant, simulachrum illud manducare, quo sine Rex abundantem quotidie victum Idolo disponebat: *impendebantur in eo per dies singulos similæ artabæ duodecim, & oves quadraginta unique amphoræ sex.* Totumque hoc ab idolo absumi dictitabant: ideoque Danieli Rex improperabat dicens: *annon vides quanta comedat & bibat quotidie?* Regem itaque ab errore liberaturus Propheta, non Belem, sed sacerdotes, eorumque familias, quidquid Idolo Rex offerret, abligurire clare ostendit, unde meritas impij luerunt pœnas, dicente scriptura: *occidit illos Rex:* ideoque Sanctus Isidorus inquit: *Annon ventris appetitus & carnium desiderium Belis cultores & adoratores per cinerem convictos & deprehensos exitio addixit.*

Dan.14.v.2 S.Isid. Pelus. ibid.

Ventris appetitus Belis cultores exitio addixit.

8. Liber Geneseos aliqua nobis commemorat somnia, quæ uno eodemque tempore duobus Regis Pharaonis incarceratis servis obtigere, quæ utrumque quidem conturbarunt, sed differenti exitu erant terminanda; præsagium annunciavit Patriarchæ Josephi. Pincernæ itaque eum in gratiam rediturum; Pistori vero, suam in patibulo vitam claudendam esse prædixit: *Hæc est interpretatio somnij; tres propagines tres adhuc dies sunt, Post quos recordabitur Pharao ministerij tui, & restituet te in gradum pristinum, dabisque ei calicem juxta officium tuum sicut ante facere consueveras;* deinde ad pistorem conversus ait: *Tria canistra, tres adhuc dies sunt, Post quos auferet Pharao caput tuum, ac suspendet te in cruce; & lacerabunt volucres carnes tuas.* Unde hæc obsecro diversitas; siquidem uterque ejusdem erat Regis servus, uterque eidem mancipatus carceri, ejusdem forte reus transgressionis,

Judicium non formatemerarium, qui gulosis severissimum statuit supplicium.

Gen.40.12. Ibid.v.13.

Ibid.v.18. Ibid.v.19.

nis, & eamdem habuerant circa materiam somnia, scilicet circa gulam, dum hic vinum, ille panem quæfiviſſe ſcribitur? interpres ingeniosè quidam respondet, Pincernam unam dumtaxat vidisse vitem, ex qua paucos uvarum in calice exprimendo decerpserit uvarum botros; vitemque illam nonnisi trinis constitisse palmitibus; adeoque in illa vini quidem figurari usum, sed temperatum. Pistor vero varios variorum apparatuum & condimentorum conspexerat panes pastusque; quemadmodum ipsemet confitetur dum ait: *Vidi somnium quod tria canistra farinæ haberem super caput meum & in uno canistro quod erat excelsius, portare me omnes cibos, qui fiunt arte pistoria.* Quid igitur mirum, si Joseph ex hoc duplici somnio, pistorem cruci affigendum & à rapacibus volucribus diſcerpendum esse concluſit? siquidem non judicium quis formet temerarium, sed cum fundamento discurrit ille, qui gulosis severissimum imminere statuit supplicium. Amnon honestatem violaturus sororis suæ gulæ adinvenit medium, dum manibus ejus jusculum sibi porrigi fecit; siquidem, ut suo loco probavimus, crapula auxilium incendiumque est libidinis; sed præsentissimam notare Dei iram, dum violenta morte incestum luit improbus; siquidem frater ejus Absalon præceperat dicens: *Observate cum temulentus fuerit Amnon, vinoque dixero vobis, percutite eum, & interficite, nolite timere; fecerunt sicut præceperat eis.*

Ibid.v.16. Ibid. v.17.

Amnon temulentus incestum luit violenta morte.

2.Reg.13. v.28.

9. Funestum quemdam casum cujusdam, qui universum substantiam suam in potationibus dilapidarat scriptum reperio, quem cum die quadam uxor inventura abiisset, ut extremam familiæ necessitatem illi exprobraret; usque ad mortem coram reliquis combibonibus pariter ebriis à marito percussa fuit, & ut talis credita, desertaque ab omnibus. Paulo itaque post nonnihil respirans, juxta vires suas domum versus repere cœpit, quo cum pervenisset, duo parvuli filij ejus plangentes vociferari inceperunt: *da panem mater, fame perimus, jam biduum est ex quo nihil sumpsimus.* Quibus verbis irritata, inque desperationem adacta mater, absque eo quod suos ad divinam & numquam errantem providentiam, quæ *sperantes in se non deserit*, elevaret oculos, expedientius judicans; unam potius filijs, quam multiplicem præstare mortem, utrique vitam cultro abrupit; maritoque tandem domum reverso in nocte, planeque ebrio, postquam se ad quietem composuisset, ex eodem furore caput amputavit. Michael quoque tertius Imperator in lecto ebrius, somnoque oppressus profundo, velut alter Holofernes jacebat, quando Basilius confractis cameræ imperialis portis, ne aulici eas occludere possent, cum quibusdam conjuratis in interiora ingressus, rumoremque excitans, Imperatorem excitavit, cui unus evaginato gladio ingressus, ambas manus amputavit, præ ebrietate immobili, fugamque arripere non potenti; unde & alius conjuratorum subingressus, vivo gladium impegit in pectus tanto cum impetu, ut ventrem dividens intestina ejus dispergeret. De Zenone pariter orientalium imperatore tradit Zonaras, quod & ipse ebrietatibus indulgens, frequentissime veluti insensibile cadaver reddi soleret, quare suæ exosus uxori, dum hæc eum mortuum esse fingeret, vivum sepeliri fecit, super sepulchrum ejus immensum collocari jubens petram, ne clamantis vox ullatenus audiri posset; atque ita inibi infelicissime vitam in exemplum aliorum cum morte commutavit æterna.

Joan. Benedict. sum. Lib.3.c.7.in Appendice.

Baron. An. 867.n.9.

Zonaras Tom.3. Annal.

DISCURSUS XVI.

ARGUMENTUM.

Gulosus pariter impœnitens, incorrigibilis, & inemendabilis esse solet, morte improvisa ut plurimum è medio tollitur, estque erga illum Deus ut frequenter implacabilis & inexorabilis.

THEMA.

Reprobatus est, non enim invenit pœnitentiæ locum quamquam cum lachrymis inquisisset eam. Hebr.12. vers. 17.

Ebrietas & gula absque ulla emendatione, usque ad impœnitentiam tractus est, &c. quæ verba sufficientia sunt, ut quodcumque gulosi cor in gelu convertat, & à crapulæ alienent calore; siquidem voracitas & ingluvies nostris adeo inviscerat corporibus, ut ordinarie usque ad sepulturam absque ulla emendatione nos concomitetur; ideoque S. Basilius nos admonet dicens: *Multos animadverti sæpe, qui cum alterius cujusvis generis vitijs laborarent, ad sanitatem tamen redierint postea; qui autem hoc morbo tenerentur, neminem ex omnibus vidi unquam qui convaluerit.* Experientia namque docet omnium temporum, quod qui ebrietati & gulæ immersi vivunt, & improviso (maxime & apoplexia) moriantur, & dum mortem minus expectant; ac licet compungi & contritionis in se actus excitare vellent, id tamen minime facere possint quia ex vini violentia mentem perturbatam habent. Unde licet usurarius in ultimo mortis articulo de restituendis facultatibus alienis cogitet; carnalis malum, & suspectum contubernium è domo sua eliminet; detractor de restituenda fama aliena prospiciat; vindicationis quoque de inimico reconciliando sollicitus sit, ebrius tamen intellectum offuscatum, & memoriam diminutam habens, adinstar cadaveris cujusdam insensatus esse communiter videtur; atque ideo *non dat cogitationes suas ut revertatur ad dominum*, quia liberas mentis suæ operationes non habet, nam *vinum & ebrietas auferunt cor.*

S.Basil. serm. de abdicat. rerum.

Osea.5. v.4.

Osea.4.v.11

2. Insuper observandum est, nullum esse vitiosum hominem qui illibentius moriatur, quam gulosus; pro cujus intelligentia notandum, quod incarnata sapientia de eo asserit, qui copiosa perfruitus segetum messe spem conceperat, se longo tempore inter delicias & voluptates victurum, &, ut ita dicam, in quodam ex butyro & lacte congregato mari nataturum esse, ac proinde dicebat: *Anima habes multa bona posita in annos plurimos requiesce comede, bibe, epulare,* sed ecce mors ex improviso ei supervenit in eadem nocte, prout ab ipsomet Deo eidem intimatum fuerat, dicente: *Stulte hac nocte animam tuam repetent à te;* In quibus verbis maxime notandum est ultimum illud verbum: *repetent.* His enim de quibus in psalmo dicitur: *Conglutinatus esset in terra venter eorum*, ubi moriendum est, anima ut è corpore violenter quasi extrahatur oportet, secus enim ex voluntate propria numquam egrederetur. Unde cum Agag (de quo sacer textus inquit: *Agag pinguissimus*, quique proinde hominis ex gula impinguati propriissimus typus fuit) à Sathuele morti tradendus esset; suspirans & tremens dixit: *siccine separat amara mors?* cui lamento optime consonat illa Ecclesiastici gementis sententia: *O mors quam amara est memoria tua homini, pacem habenti in substantijs suis & adhuc valenti accipere cibum?* hi enim qui tales sunt, ut plurimum desperati moriuntur, prouti ex sequenti Amos textu facile licet deducere: *separati estis in diem malum, & appropinquatis sedo iniquitatis, ... qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti.*

Nullus vitiosus illibentius moritur quam gulosus, & ut plurimum moritur desperatus.

Luc.12.v.19

Ibid. v. 20.

Ps 43.v.25.

Amos 6.v.3.

3. Porro ex ijs rationibus, quæ hanc impœnitentiam efficaciter probant, una est, eaque præcipua, exigua nimirum vel nulla spes emendationis, quæ in gulosis reperitur. Unde Petrus Blesensis ad quemdam in hoc vitio incorrigibilem scribens, in principio epistolæ his eum verbis affatur: *Si tibi increpatoria, & solito duriora propono, facit hoc insolentia tua, & inquietas ex adipe prodiens.* Comminationis enim, adhortationes, consilia, rationes, argumenta, & similia quæ ad gulosum emendandum, & ad resipiscentiam provocandum adduci possunt, ob nimiam ejus pinguedinem, ad cor usque ejus minime pertingunt, quia *adipem suum consuluerunt.* In Deuteronomio de illis pariter scribitur: *Fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile*; ubi vinum veneni nomine appellatur, quia corpori pariter & animæ mortem adfert, nec est mitridaticum, vel theriaca, quæ contra illud prævalere possit, & ideo *venenum est insanabile*, id est vitium sine remedio. S. Ambrosius quoque circa hunc locum observat dicens: *Pulchre additur insanabile, multi enim à reliquorum serpentium veneno curantur, nemo ab ebrietate*, atque hæc est causa, inquit idem S. Doctor, cur vinum non cuilibet veneno, sed draconum, quod est insanabile, assimiletur.

Petr.Blesens. Epist.85.

Deut.32. v.33.

S.Ambr. de Elia & Jejunio c 14.

Exod.32. v.10.

4. In libro Exodi populi Hebræi vitulum aureum adorantis, Idololatria describitur, simulque refertur, quod cum Moyses ad hoc scelus vindicandum, cruentum divinæ vindictæ ensem in totalem ejusdem populi dispersionem vibrandum esse conspexisset, efficaciam

Moyses pro populo idolatrante oravit, non vero pro gulosos & quare?

efficaciſſimis precibus apud Deum pro illo ſe interpoſuerit; cui, ut à potentibus precibus ſuis deſiſteret: Deus dixit: *Faciam te in gentem magnam.* Quaſi diceret, tametſi tu hujus populi, vindicta hac ſubſecuta, amiſeris imperium, certus tamen eſto, te à me creandum fore populi cujusdam longe numeroſioris principem, ac proinde nihil hujus dignitatis amittes: *Ibid. v. 10.*

Exod. 32. 31. at vero Moyſes animoſe reſpondit: *aut dimitte eis hanc noxam aut dele me de libro quem ſcripſiſti.* In libro autem Numerorum idem populus, ut in diſcurſu præcedenti diximus, cum inſolentiſſima petulantia carnes à Deo poſtulavit, cum ecce Moyſes coram Deo proteſtatus eſt, ſe munus ſuum & populi hujus gubernium totaliter deſerere ſtatuiſſe: *non poſſum ſolus,* inquit, *ſuſtinere omnem hunc populum, quia gravis eſt mihi*; non tamen tum pro illo apud Deum interceſſiſſe legitur tametſi Deus magna cum ſeveritate eumdem caſtigare decreviſſet. Quænam vero cauſa eſt quod Moyſes pro eodem populo idololatrante interceſſerit, non vero pro guloſo? nunc forte idololatria minus peccatum eſt, quam gula? nequaquam; major enim offenſa committi non poteſt, quam ſi honor & cultus Deo debitus conculcetur, & bovi fictili operi manuum hominum attribuatur, cur igitur Moyſes populum idola adorare videns regimine illius ſe exonerare voluit, non vero item quando guloſus carnes à Deo ſibi dari poſtulavit? Clara eſt ad hoc reſponſio, quia idololatria facilius curari poterat, dum enim videbant, quod vituli illius comminuti pulveres ab eis potati, per fœtida excrementa ejicerentur, manifeſte agnoſcere poterant illum verum Deum non eſſe, qui per ſeceſſum evacuaretur: at vero gula & crapula, cum omnia vitia annexa habeant, ut in diſcurſu quarto probavimus, ſintque vitia natura ſua inemendabilia & incorrigibilia, Moyſes ſe ad illum populum deinceps gubernandum minime ſufficere credebat; *Num. 11. v. 15.*

Cajetan. ibid. *quia*, ut Cajetanus ibidem dicit, *peccatum gulæ quaſi eſt incorrigibile*, cognovit inſuper Moyſes preces ſuas pro illis in hoc caſu effundendas, minime exaudiendas fore, quia ſciebat eum contra hoc peccatum omnino inexorabilem eſſe.

1. Reg. 2. v. 31. Guloſus vix aliter quam morte mores mutabit, hujus rei varia exempla. *S. Bern. Sylv. Epiſt.* 5. Licet Deus filijs Heli evidenter prædixiſſet ſupplicia graviſſima, quæ in pœnam ſacrilegæ guloſitatis ipſorum cælitus ijs immittere decreverat, dicendo: *Ecce dies. veniunt, & præcidam brachium tuum, &c.* nulla tamen in ijs emendatio ſecuta fuit. Unde in quadam epiſtola operibus S. Bernardi inſerta, eo quod ab eodem Sancto exarata fuiſſe credatur, ſequentia verba leguntur: *Qui guloſus eſſe&tus eſt vix aliter quam morte mores mutabit.* Et ideo licet Noe vir ſanctitate tot ſæculis probata conſpicuus, cœleſtibusque & infallibilibus à Deo revelationibus illuſtratus, arcam per decurſum centum annorum, per innumeros operarios fabricando, omnibus prædixiſſet, quod niſi ſe emendarent, & ab aſſuetis crapulæ exceſſibus deſiſterent, imminentia diluvij ſupplicia illis ſuperventura eſſent, nullos tamen ex toto genere humano verbis ejus credidit, aut fructum aliquem ex ijs retulit; ſcitisne hujus pertinaciæ cauſam? cauſa hæc eſt, quia *in diebus Noe... edebant & bibebant.* Similiter licet. S. Joannes in eremo ad pœnitentiam induceret ceraſtas & viperas (*genimina viperarum*) milites item & publicanos, qui *percutiebant pectora ſua* & baptizabantur; Denique ipſemet *Herodes libenter eum audiebat, & audito eo multa faciebat*, illum tamen Herodiadem dimiſiſſe, & inceſtum, quem Baptiſta publice in ipſo reprehendebat, emendaſſe nuſquam legitur, cujus pertinaciæ unica cauſa erat, quia *fecit cœnam magnam, &c.* *Luc. 17. v. 26 & 27.* *Luc. 3. v. 7. Marc. 6. v. 20.*

Ibid. v. 21. Dives epulo varie reprehenſus incorrigibilis erat. *D. Chryſoſt. in Gen. ibid.* 6. Dives epulo quoad vixit, perſuadere ſibi non potuit, poſt hanc vitam mortalem, aliam futuri ſæculi vitam ſecuturam eſſe, ideo tametſi propter crapulas ſuas frequenter reprehenderetur, ipſe tamen incorrigibilis erat, nam, ut bene obſervat D. Chryſoſtomus, Scripturas ſacras pro fabulis habebat, atque ideo illas exſibilabat & deridebat, tandem vero licet ſero nimis in Inferno reſipuit, quando ab Abraha Lazarum in domum ſuam petijt mitti ad fratres ſuos corrigendos, exiſtimabat enim, quod ſi hi de damnatione ſua certiores fierent, & miraculum aliquod adeo prodigioſum, quale futurum fuiſſet, ſi Lazarus mortuus, ad vitam reſuſcitatus, coram illis apparuiſſet, ita ut oculis ſuis eum conſpicerent, utique ad reſipiſcentiam & vitæ emendationem revocandi forent; Causa quare Abraham nō miſerit Lazarum ad fratres divitis Epulonis.

Luc. 16. v. 29. Ibid. v. 30. cumque Abraham ei reſpondiſſet: *Habent Moyſen & Prophetas, audiant illos*; ipſe ſubjunxit: *Non patur Abraham, ſed ſi quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent.* Nam ut D. Chryſoſtomus ait: *quia audiendo ſcripturas contemnebat, & fabulas eſſe putabat, ex ijsque paſſus fuerat, ipſe quoque dijudicabat de fratribus.* Videtur itaque Abrahamum ſtatum fratrum epulonis irremedicabilem & incorrigibilem cenſuiſſe, tametſi etiam ad eos miſſus fuiſſet a mortuis ſuſcitatus Lazarus, ſiquidem ait: *Si Moyſen & Prophetas non audiant, neque ſiquis ex mortuis reſurexerit credent.* Ratio autem hujus eſſe poteſt, quia exigua vel nulla ſpes eſſe poteſt emendationis, dum emendandus eſt gulæ & crapulæ deditus. Unde S. Auguſtinus in deteſtationem ebrietatis, ad populum ſuum olim in hac verba declamavit: *Ebrietas quaſi inferni puteus, quoscunque ſuſceperit, ita fortiter ſibi vendicat, ut eosdem ipſos de Inferni tenebroſo puteo ad ſobrietatis lucem redire non permittat.* Balthaſar quidem Rex Babyloniæ exemplum audierat Nabuchodonoſoris, tantâ cum ſeveritate puniti, propter ſuam erga Deum rebellionem exercitam & tamen illud floccifecit, quia gulæ præda factus incorrigibilis erat. *D. Chryſoſt.* *S. Auguſt. ſer. 231. de temp.*

7. Eſt & alia ratio cur hoc vitium gulæ communiter ſociam habere ſolet finalem impœnitentiam, quia videlicet Epulones ut plurimum morte repentina ex hac vita rapiuntur; Unde Chriſtus ipſemet, qui noſter futurus eſt Judex, in hæc verba monet: *Attendite vobis ne forte graventur corda veſtra in crapula & ebrietate,... & ſuperveniat in vos repentina dies illa, Tamquam laqueus enim ſuperveniet.* Ubi notandum aptiorem ſimilitudinem, quam eam, quæ à laqueo deſumpta eſt, adduci non potuiſſe, quam proinde Sanct. Bonaventura de guloſo differens, his verbis pariter tetigit: *Comparatur piſci, & avi, nam ſicut piſcis per guttur capitur cum hamo, & avis per collum cum laqueo tenetur, ſic guloſus per guttur & collum capitur gulæ vitio*; utrumque enim animal quando minùs timet, inſidianti cedit in prædam. Unde S. Ambroſius ait: *Cibus viſco aves alligat, cibus volantes deponit ad mortem*; Item S. Bonaventura eodem in loco paulo ante aliam adduxerat ſimilitudem, inquiens: *Gula eſt ſquinantiæ ſimilis, nam ſquinantia eſt morbus gutturis, & cito ſuffocat hominem, ſic gula eſt gutturis vitium, faciliter ſtrangulat hominem per peccatum*; Nam ut Eccleſiaſticus cap. 37. ait: *Propter crapulam multi obierunt*, morte ſcilicet naturæ, culpæ, infamiæ, Gehennæ. Regius Pſalmiſta in Pſal. 77. ſupplicium, quod Deus de hebræis, per gulæ appetitum carnes deſiderantibus, ſumpſit, his verbis exprimit: *Adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum, & ira Dei aſcendit ſuper eos.* Ubi notanda eſt dictio illa *adhuc*, quia quando vel maximè ſe per cibum illum vitam ſuam longius producturos eſſe ſperabant, eumdemque adhuc inter dentes manducabant, divinum ipſos invaſit ſupplicium. Apud Iſaiam nonnullos legimus ad cibum & potum mira cum celeritate properaſſe, dicentes: *Ecce gaudium & lætitia, occidere vitulos, jugulare arietes, comedere carnes, bibere vinum, comedamus, & bibamus*; ſed quonam ſpectat hæc tanta celeritas? *Cras enim moriemur* inquit. Diviti illi Evangelico, qui ſe ad manducandum excitabat dicens, *Comede, bibe, epulare*, in eadem nocte vitæ filum detruncatum fuit, licet ſibimet ipſi diceret: *habes multa bona poſita in annos plurimos.* Et ideo S. Baſilius in homilia *contra ebrietatem & luxum conzivantium* inquit: *Ebrietas fortitudinis pernicies, ſenectus immatura, mors momentanea.* *Ibid. v. 31.* *Ibid.* *S. Baſil. Hom. 10. in ebriet. & luxū.*

8. Præterea ſciendum quod ſicut Eſau plorantis lachrymæ infructuoſæ fuerunt, Deusque juſtiſſimus Judex inexorabilis erga ipſum factus, numquam eum recepit ad pœnitentiam, ita quoque ſæpe guloſis contingit, ut Deum ſibi implacabilem eſſe experiantur. S. Thomas verbis illis S. Pauli: *Non invenit pœnitentiæ locum* aliquam dicit videri poſſe ineſſe contradictionem, maxime ſi conferantur cum textu illo Ezechielis cap. 18. *quacumque hora ingemuerit peccator &c.* at vero ſubito adverſus reprobum illum reſpondet: *Non dolebat de peccato venditionis, ſed de damno perditionis, & ideo pœnitentia ejus non fuit accepta, quia non erat vera, ſic enim pœnitent etiam damnati in inferno.* Sic igitur & illi, qui gulæ & voracitati ſunt addicti, dolent quidem, non tamen de offenſis contra Deum commiſſis, ſed quia ſibi filum vitæ detruncari, ſeque deinceps crapulari non poſſe vident, quia cor & mens eorum totaliter crapulæ eſt immerſa & *animus in patinis hæret.* Non habent fidem altera vitæ, *quorum Deus venter eſt*, nec curant hæreditatem vel cœli primogenituram, *parvi pendens quod primogenita vendidiſſet*; Epulo omnes admonitiones & minas ſibi propoſitas excutit, & à ſe repellit, quia futuræ æternæ retributionis exiguam curam habet, eſtque de numero illorum de quibus S. Paulus ait: *quorum finis interitus & gloria in confuſione ipſorum qui terrena ſapiunt.* Et hæc eſt cauſa, cur Deus pœnitentiam illorum non acceptet quia vera non eſt. *D. Chryſoſt.* *Ibid. v. 31.* *Ratio cur vitium gulæ ſociam habere ſoleat finalem impœnitentiam.* *Luc. 21. 34, & 35.* *S. Ambroſ. de Elia & jejunio c. 8.* *S. Bonav. in Dieta Salut. Tit. 1. 8.* *S. Bon. ibid.* *S. Bonav. in* *Gula ſquinantiæ ſimilis.* *Eccli. 37. v. 34.* *Pſ. 77. v. 30.* *Ebrietas mors momentanea.* *Iſa. 22. v. 13* *Luc. 12. v. 19.* *Ibid.* *Philip. 3. v. 19.*

Philip. 3. 19. *quorum finis interitus & gloria in confuſione ipſorum qui terrena ſapiunt.* Et hæc eſt cauſa, cur Deus pœnitentiam illorum non acceptet quia vera non eſt.

Qui ventrem ſuum adorant, pietatē Dei non mentur. *Pſ. 77. v. 3.* 9. Neſcio an aliquando obſervaveritis, quod Pſalmiſta poſtquam ſupplicium Deus Iſraëlitis propter cotunices guloſe nimis devoratas immiſit, his verbis expreſſiſſet: *Adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum, & ira Dei aſcendit ſuper eos*, ſtatim immediate ſubjungat: *& occidit pingues eorum, & electos Iſraël impedivit*, his etenim verbis Pſalmiſta objectioni cuidam reſpondere voluit, quæ fieri poterat, cur ſcilicet Moyſes tunc ad placandam iram Dei efficacibus interceſſionibus ſuis ſe non interpoſuerit, ſicuti in alijs occaſionibus fecerat; huic inquam dubio David occurrere volens, inquit: *Et electos Iſraël impedivit*, quaſi diceret, priusquam Deus enſem furoris ſui in illos ſtringeret, anticipate Moyſen, & omnes alios ſervos ſuos monuit, ne ſuas pro illis funderent preces & orationes, ſiquidem illi qui ventrem ſuum adorant, pietatem & miſericordiam Dei minime merentur. *Ibid. v. 31.*

Arguitur comeſſatio ſumptuoſa. *Iſai. 22. v. 14.* *S. Iſid. lib. 2. ſent. c. 42.* 10. Cum Iſaias, ut paulo ante diximus, epulantes congregatos vidiſſet, ſubito cœleſte audivit oraculum, in hæc verba prorumpens: *Et revelata eſt in auribus meis vox domini exercituum; ſi dimittetur iniquitas hæc vobis, donec moriamini.* Circa quæ verba S. Iſidorus inquit: *Conſiderandum quam vehementer arguatur comeſſatio ſumptuoſa, nam per Prophetam comminatur Dominus ſe non hanc relaxare iniquitatem his, qui eam libenter ambiunt.* Quia Heli filios ſuos gulæ deditos paterna ſeveritate, prout par erat, non reprehendit, Deus illi & filijs ſuis graviſſima comminatus eſt flagella; at vero ut hanc culpam ut plurimum inexpiabilem eſſe intelligerent, ideo in capite ſequenti proteſtatur inquiens: *Prædixit ei, quod judicaturus eſſem domum ejus in æternum, propter iniquitatem, eo quod noverat indigne agere filios ſuos & non corripuerit eos.* Sed dices fortaſſe, ideo Heli illos efficaciter non correxiſſe, quia eos, qui huic vitio immerſi ſunt, inemendabiles eſſe ſciebat; Verumtamen audite quid ſacer textus ad propoſitum noſtrum ſubjungat: *Idcirco juravi domui Heli, quod non expietur iniquitas domus ejus victimis & muneribus uſque in æternum.* Hæc autem iniquitas, qua ſacrilegas impudicitias ſuas fovebant, crapula erat, quia ut in diſcurſibus præcedentibus vidimus, meliores, & crudas carnes ab offerentibus violenter rapiebant, priusquam in ſacrificijs offerrentur, ut illas præparari & condiri facerent, conformiter ad effrænem appetitum ſuum. *1. Reg. 3. v. 13.* *Ibid. v. 14.*

Hortus Paſtor. in Tr. 5. Tube ſacerdot. Lect. 2. Terribile judicium Dei in quodam blaſphemo guloſo. 11. Refert author quidam modernus, ex plurium aliorum Hiſtoricorum teſtimonijs, ſequens factum; quod in quodam Germaniæ Caſtello Anno 1580. 24. Julij contigit, Neckershovij enim duo impij hoſpitium ingreſſi vinum poſtularunt, quod quidem illis datum eſt, non tamen adeo generoſum, quale poſtea petierunt & impetrarunt, quo accepto, petulanter ſe mutuo ad hauſtus faciendos invitarunt, quod cum diu continuaſſent unus illorum ex vino incalefcens, ſodali ſuo dixit: *Cui nunc bibam?* reſpondet alter; *Bibe Deo, videbis quid reſponſurus ſit*; *vitrum arripit miſer, & his verbis Deum compellat: O Deus audi me, tibi de pleno ſcypho propino, & niſi rationem feceris injuriam mihi feceris.* Hinc ſocium interrogans, quod Deo vinum propinare deberet, quia duplicis ſortis vinum bibebant, communique conſenſu debilius electum fuit, dicendo: hoc Deo ſufficere poſſe, ſcyphum itaque elevans, ait: *Tibi ô Deus. Miror an reperies bonum? ſi hoc anno illud melius effectiſſes, melius bibiſſes*, his prolatis confeſtim *irrigat, immobilis factus, ſine ſenſu, reſpirationis quoque & loquelæ imponens. Socius eo prodigio deterritus, fugit*; *alij eo in loco tunc præſentes amovere conati ſunt ſed fruſtra.* Quare funibus eum ligarunt, quibus tres admoti equi, ut eum loco dimoverent; Sed ne ad unicum quidem paſſum protrahi potuit: hinc Magiſtratus, ut accenſus circa eum ad comburendum ignis extrueretur, præcepit; ſed neque hic quidquam in reo operatus fuit, ſicque multo tempore ibi ſterit immobilis, non loquens, neque bibens neque manducans, ut omnes agnoſcerent Judicum Dei.

Hortus paſt. ibid. Lect. 10. Horrendum naturæ monſtrum, ebriū 12. Eodem in libro alius non minus funeſtus traditur ſucceſſus, qui Anno 1595. contigit in Bacharach, oppido in Rheni ripa ſito, inter Moguntiam & Confluentiam; Horrendum namque ibi ſcribitur natum fuiſſe monſtrum, ſecundùm partem anteriorem & ſuperiorem ſerpenti ſimile, caudam habens longitudinis trium brachiorum; quod ad tantum temporis ſupervixiſſe narratur, quantum ad finem, propter quem à Deo productum fuerat, expediebat. Igitur ebrium quemdam, Dei hominumque contemptorem, in Dominica quinquageſimæ potibus in taberna indulgentem, uxor vicina partui ſecuta eſt, ut eum amoveret à propoſito, domumque ſecum duceret; aſt ille neutiquam aſſentiens petenti, eam potius percuſſit dicendo, appage cum diabolo, quem portas in corpore, cæteroquin hoc te gladio conficiam. Cui mœſta conjux: *itane ego vivum gero dæmonem? non plura locuta, domum revertitur, doloresque partus ſtatim ſenſit, & terribile hoc monſtrum peperit. Ille vero cum jam potando libidinem explevi ſſet, domum revertitur. Ingreſſus locum ubi partus jacebat, monſtrum in eum involat, & caudæ ſuæ implicatum venenoſis ictibus ita tranſfigit, ut paulo poſt infælicem animam exhalarit; marito mortuo, puerpera quoque extincta eſt, & tandem monſtrum illud horrendum vivere deſiit.* miſere petimit.

DISCURSUS XVII.

ARGUMENTUM.

De damnis & ruinis quæ in rempublicam reſultant ex crapula gubernantium & rectorum; hæc enim fortiſſimos vincit, populosque in exterminium redigit.

THEMA.

Væ tibi terræ, cujus principes mane comedunt, beata terra, ... cujus principes veſcuntur in tempore ſuo. Eccl. 10. v. 16.

Afflictiones prædicit ſapiens illis ſtatibus, quibus guloſi dominantur. *Cajet. ibid.* 1. Sapiens Salomon ſupernaturali ſapientiæ politicæ, ad bonum populorum gubernium, pro omnibus alijs regibus dotatus privilegio; hoc magni momenti omnibus civitatibus, provinciis, & regnis dat monitum. *Væ tibi terræ, &c.* afflictiones, calamitates ruinasque publicas omnibus ſtatibus illis imminere prædicens, quibus principes guloſi fuerint dominati. *Apoſtrophat*, inquit Cajetanus, *ad terram, ad civitatem, ſeu regnum.* Paulo autem ante idem præmiſerat dicens: *Væ tibi terra, cujus Rex puer eſt.* Pueri namque numquam ſaturandi putantur; ſiquidem ingentem habentes calorem, vix excitati, cibum quærunt; neque in aliud collimant, quam ut ſuæ ſatisfaciant eſuriei; atque ideo gulæ deditos præfigurant. *Qui mane comedunt*, inquit Dionyſius Carthuſianus, *id eſt gulæ vacant, nec ſobrietati ſtudent.* Quando quis mane comedit ante tempus, ſignum eſt intemperantiæ; dicente Cajetano: *Ab intemperantia comedendi ante tempus ſignificatur ſtudium principum ad crapulam, quorum Deus venter eſt.* Alius autem interpres per matutinum tempus maximam diei partem in crapulis abſumptam intelligendam cenſet, dum ait: *malus princeps eſt qui mane comedit, hoc eſt, qui dies noctesque comeſſationibus perdit, id quod plerumque videmus in aulis principum.* Unde & contra hujusmodi illa Iſaiæ minitatio directa fuit: *Væ qui mane conſurgitis ad ebrietatem ſectandam*; Væ namque ſtatibus illis quibus tales dominantur principes, quia ſuum apud populos reſpectum perdunt, à ſubditis deſpiciuntur, ijsque tumultuum, & inſolentiarum præbent occaſionem, teſte Ariſtotele, qui ideo Dionyſium regem invaſum ſtratumque fuiſſe docet, quia ebrietati ſæpius indulgebat, ejusque ad imitationem Syracuſani pariter ebrietatibus abſorbebantur. *Dionyſ. Cart.* *Ibid.* *Cajet. ibid.* *Joan. Ferus.* *Iſaiæ 5. v. 11* *Ariſt. l. 5. Polit. c. 10.*

2. Aliud pernitioſum reipublicæ præjudicium ex hac gula matutinalis temporis promanare confiderat Hugo Cardin. dum per eſſentiam cauſarum ceſſant impediunturque expeditiones audientiæ negliguntur ſubditorum conſilia quieſcunt regalia, aliaque in nihilum recidunt maximi momenti negotia, quia vacare deberent cauſis ſubditorum examinandis, ſplendor autem & affluentia epularum intellectum humanum obruit penitus, & obturat, & ideo cum mane gula ſibi vendicat, ſequitur negotiorum confuſio, ſubditorum diſpendium, judiciorum ſubverſio, juſtitiæ periclitatio. S. Bonaventura ſimiliter hunc textum exponens, reginine indignum cenſet eſſe omnem illum, quicumque hac gulæ ac voracitatis pice coinquinatus eſſe noſcitur, quia intellectu & prudentia privantur, *Juxta illud: luxurioſa res eſt vinum & tumultuoſa ebrietas, quicumque ijs delectatur non erit ſapiens.* Ad gubernationem publicam etenim experientia opus eſt, ſapientia, ingenio, perſpicacia, prudentia, Mala reipublicæ ex guloſo Principe. *Hug. Card. ibid.* *S. Bonav. ibid.* Regimine indignus eſt qui huic vitio occupatur. *Prov. 20. 21.*

dentia, maturitate, crapula autem & vinum intellectum obtusum reddunt, & obtenebrant mentem. Antigonus Alexandrum Magnum (Monarcham cæteroquin adeo glorioſum) indignum imperio eſſe dixit ob ſuam ebrietatem, ex qua etiam immatura morte obijt; hæc tamen ebrietas in ipſum à Philippo Patre ſuo transfuſa fuit, cui vetula quædam aliquando ſe à Philippo ebrio, ad Philippum ſobrium appellare dixit, contra vero inquit Eccleſiaſtes: *Beata terra... cujus principes veſcuntur in tempore ſuo, ad reficiendum, & non ad luxuriam.* In Hebræo ut Cajetanus notat dicitur: *Comedent in fortitudine, non in potatione; ordinatur enim comedere ad ſervandum vobur corporis, & non ideo comedendum eſt, ut vacemus potationibus, intemperati enim comedunt ea quæ provocant delectationem potus, & convivia celebrant ad potandum, non ad reficiendum corpus.* Tigurina legit: *comedunt ob vires reficiendas, non ut cerent pocula.* Alia quædam verſio habet: *Comedunt quantum ſatis eſt ad vires conſervandas, non conceſſationibus dediti.*

Eccle. 10. v. 17. *Cajetan.* *Tigurina.* *Campenſis.*

3. Julius Cæſar, qui primus Romanum obtinuit & fundavit imperium, cura, vigilantia & ſobrietate negotia publica tractabat, de quo proinde Cato inquit: *Unum ex omnibus Cæſarem ad everſandam rempublicam ſobrium acciſiſſe*; Ipſe enim ſuper reipublicæ ruinas erexit imperium. Auguſtus quoque ſucceſſor ipſius, qui in monarchia ſua, Univerſali gavius eſt pace, & tranquillitate, totum diem, à mane uſque ad veſperam, ſine cibo tranſigebat, ut gratam omnibus daret audientiam. De Alfonſo Aragoniæ rege hiſtoriæ memorant, quod cauſam cur adeo abſtemius eſſet, interrogatus, reſponderit: *Vino ſapientia obſcuratur, ideoque non decet regem, ut hanc immodica computatione extinguat, ſine qua imperatoris ac regis nomen vitè tueri non poteſt.* Notam omnibus eſſe reor illam in libro Judicum deſcriptam hiſtoriam, in qua inter alia refertur, arbores ad olivam ſuam tranſmiſiſſe legationem, ut regium ſuper ipſas imperium acceptaret: *Jerunt ligna ut ungerent ſuper ſe regem, dixerunt que olivæ, impera nobis; quæ reſpondit: numquid poſſum deſerere pinguedinem meam, & venire ut inter ligna promovear?* Ubi quærendum venit, quo motivo oliva oblatum ſibi ſceptrum acceptare renuerit, ſiquidem in ea dignitate conſtituta, pinguedinem ſuam non ſolum conſervare, ſed & augere potuiſſet? quia principes omnibus abundare deliciis ſolent; ſed in promptu eſt reſponſio quia tametſi hoc verum ſit, probe tamen ſciebat oliva, quod ad rempublicam bene adminiſtrandam ſobrietas omnino ſit neceſſaria cum gula è contrario eidem potius ruinam afferat, & jacturam irreparabilem. *Beata terra cujus principes veſcuntur in tempore ſuo.* S. Hieronymus à Cornelio à Lapide citatus inquit: *Eos judices prædicari, qui nequaquam voluptatem negotijs civium præferunt, ſed poſt medium laborem, & adminiſtrationem reipublicæ, cibum capere quaſi neceſſitate cogantur.*

Sueton. c 53. in vita Cæſaris. *Exempla ſobrietatis in Principibus neceſſariæ ad rempublicam bene adminiſtrandam.* *Panormit. l. 2. de geſtis Alfonſ. Aragonia Regis.* *Judic. 9. v. 8.* *S. Hieron. à Corn. à Lap. cit. ibid.*

4. Seneca Philoſophus Moralis in ebrietatis deteſtationem hanc ſcribit ſententiam: *Hæc acerrimas gentes bellicoſasque hoſtibus tradidit; Hæc multorum annorum pertinaci bello defenſa mœnia patefecit.* Quidnam obſecro validiſſimam Aſſyriorum monarchiam penitus devaſtavit? Abulenſis in Cap. 25. Gen. ſcribens, illam ſuum à Belo, Anno 25. Sarug. proavi Abrahæ, principium duxiſſe probat, & duraſſe uſque ad Annum 7. Oſiæ, Regis Juda, lepra in fronte percuſſit, quo temporis ſpatio mille trecenti & tres anni continentur, & viginti ſex regum continuata ſeries. Sardanapalus autem, ultimus fuit, in quo dicta monarchia finem ſuum habuit, quem quia ad gulam uſque luxui conviviorum, & ebrietati immerſus vixit, ut omnibus eſt manifeſtum; quem proinde Arbaces in regia ſua una, cum omnibus ſuis vivum combuſſit, illiusque vaſtiſſimi imperij potentiam in Medos tranſtulit. Quis templum Jeroſolymitanum ſolo æquavit, & paleſtinæ metropolim adeo in toto univerſo memorabilem & formidabilem cunctis regnis deſtruxit? *Nabuzardan princeps militiæ*, ſeptuaginta legunt *princeps coquorum*; Pagninus vero vertit: *princeps Lanionum.* Babylonia item, unde dictus Nabuzardan miſſus fuit, quæque per invictos exercitus ſuos, totum mundum tremere faciebat, qua ratione poſt longam & obſtinatam Cyri obſidionem hoſtibus ſuis in prædam ceſſit? nimirum eadem nocte quando Balthaſſar mille regni ſui ſatrapis ſumptuoſum illud inſtituit convivium, & qui ad mœnium defenſionem invigilare debuerat, vaſa ſacra templi profanando, ſe & omnes alios certatim inebriabat, *in ipſo inquam convivij flore* & vigore, eidem cœlitus annuntiatum & immiſſum eſt ultimum exterminium. D. Chryſoſtomus de Nineve loquens ait: *Ebrietas & crapula urbem ſtantem quati, ad caſumque nutare compulit, jejunium nutantem ipſam caſu amque firmavit.* In hiſtorijs Phocæ Imperatoris legitur, quod eodem die, quo poſtquam in crapula cibi & potus enormiter exceſſiſſet, ludi celebrabantur equeſtres, ipſe verbis contumeliosis à plebe derijſus fuerit, nocque exceperit improperium quo cerebro carere dicebatur.

4. Reg. ult. v. 11. *Dan. 5. v. 1.* *Seneca Epiſt. 83.* *Ebrietas integra regna evertit & ad alios tranſtulit.* *Abulenſ. in c. 25. Gen.* *D. Chryſoſt. Tom. 1. Hom. 53. de Pœn. 1.* *Michael Glycas 4. p. Ann. Bizantij.*

Nam ut Ariſtoteles lib. 5. Polit. Cap. 10. ſcribit: *Etiam ſuis Rex ebrius contemptui eſt.* Ex qua injuria Phocas offenſus & exaſperatus, ſubditorum ſuorum pluribus mortem ſæviſſimam intulit, adeo ut magiſtratus, & alij nobilitatis & populi primores ex præjudicio publico, nec non ob confiſcationem bonorum temporalium; quam diverſis familijs indixerat, in furiam exagitati, ad Heraclium, qui Africæ Prætor erat, litteras miſerint, rogantes, ut omni mora ſepoſita cum exercitu ſuo, quem in procinctu habebat, ad reprimendam Phocæ tyrannidem celerrime properaret qui confeſtim accedens inſtituto prælio vicit Imperatorem; Photinus autem unus ex primoribus, cujus conjugis pudicitiæ laſcivus Imperator paulo ante violentiam intulerat, Palatium imperiale ingreſſus, illum captivum & vinctum coram Heraclio adduxit, à quo his verbis objurgatus fuit: *Itane miſer rempublicam adminiſtraſti?* cui imperator reſpondit: Tibi per me licet, ut rectius eam geras. Cui mox manus dextera & pedes amputati, pellis ab humeris detracta detruncatæ partes pudendæ, & ad haſtam quamdam ſuſpenſæ fuere, ac demum amputato capite vitam ſuam miſerrime clauſit; reliquum vero corporis buſtum communis plebeculæ inſultibus expoſitum remanſit; Ecce tibi fructus crapulæ, admirandam videlicet integri imperij demolitionem. *Ariſt. l. 5. Polit. c. 10.* *Fructus crapulæ adminiſtrandi imperij demolitio.*

5. Bellovacenſis terribile quoddam facinus quod Theodorico Hunnorum regi evenit; cum enim Hunni, Wandali, & Germani ex paludibus Meotides egreſſi Gothos è regno ſuo pepulſſent, hi timore perculſi, ad exercitum Romanum confugerunt, quem Valens Imperator Arrianus moderabatur, à quo recepti, & in eamdem cum ipſo ſectam tranſeuntes, tandem adverſus Romanorum exercitum ſe erexerunt, ob denegatam illis neceſſariam vitæ alimoniam, licet pro ipſorum partibus militarent; occiſoque eodem Valente, & exercitu ipſius deleto, Theodoricum in regem acclamarunt; Qui cum Romanos, Italiam, Græciam, aliosque multas mundi partes occupaſſet Attila rex Hunnorum Wandalorumque copijs adjutus, Theodoricum una cum Gothis ſuis perſecutus eſt, adeo, ut Theodoricum Gothorum regem una cum univerſo ſuo exercitu deleverit; poſt hanc vero victoriam innumerosque alios de Eutricio & pluribus alijs reportatos triumphos, allataque innumera ſpoliorum trophæa, tandem à vino hoc modo turpiter devictus occubuit: *Dum enim in nuptijs eſſet, adeo inebriatus eſt, quod per vini calefactionem abſorptu, tantum per nares ſanguinem effudit, quod quaſi inſenſibiliter mortuus expiravit; de quo ſcribitur: Hic eſt Attila metus orbis, tremor hominum, flagellum Dei, amator belli; qui cum vicijſſet omnes, à vino victus eſt.* Celebre item eſt factum illud, quod circa inſignem quemdam belli ducem cui nomen Hugutius de Faggiola evenit; cum enim huic menſæ ſuæ accumbenti, populi annuntiaretur rebellio, & rogaretur, ut relictis epulis ad populum ſedandum & compeſcendum tumultum ferro appreheuſo in propria ſe perſona ſpectandum præberet, bonis monitis minime acquieſcens, è menſa ſurgere noluit, ſed alacriter manducando progreſſus eſt; Unde contigit, quod ſimul & ſemel duarum inſignium civitatum, Lucæ videlicet & Piſarum dominium amiſerit, unde commune natum eſt proverbium, quod in uno prandio duas obligurierit civitates. Seneca in paulo ante citata epiſtola in contemptum ebrietatis ita ſcribit: *Hæc invictos, ade, mero domuit Alexandrum, qui tot itinera, tot præcha, tot hyemes, per quas victa temporum locorumque difficultate tranſierat, tot flumina ex ignoto cadentia, tot inavia tutum dimiſerunt, intemperantia bibendi & ille Herculeus ac fatalis ſcyphus condidit.*

Bellovac. ſpec. mor. l. 2. p. 8. diſt. 3. *Attila cum omnes vicit, ſet, à vino victus eſt.* *Theatr. vitæ human in V. Cibu fol. 220. col. 1.* *Quidam Belli Dux in unico prandio duas obligurivit civitates.* *Seneca Epiſt. 83.*

6. Hebræorum populus, licet per miraculoſam Dei in columna nubis & ignis expertus fuerit aſſiſtentiam, videritque quoque univerſum Pharaonis exercitum in mari rubro ſubmerſum, varias adverſus gentes, aditum in terram promiſſionis ipſis denegantes, victorias glorioſe reportarit; attamen poſtquam cum in

Nullus ex populo Hebræorum in ſuæ guloſitatis pœnam moreis ſup-

plicium evaſit. *Numer. 11. v. 31.* *Exod. 32. v. 28.* *Integri exercitus turpiſſime cecidere occaſione ebrietatis.* *Numer. 25. 2* *Bellovac. ibid.* *Bellov. ibid. diſt. 1.* *3. Reg. 20. v. 1.* *Ibid. v. 3.* *Ibid. v. 19.* *Ibid. v. 16.* *4 Reg. 18. v. 31.* *S. Hieron. Tom. 9. in Reg. Monach.* *Eccli. 31. v. 37.* *Homines crapulæ dediti raro pericula curant.* *Amos. 6. v. 6.* *Dionyſ. Carthuſ. ibid.* *Tigurina.*

in numero trium millionum hominum, ut creditur, ex Ægypto egreſſus fuiſſet, & ſexcenta pugnatorum virorum millia numeraſſet, in guloſitatis ſuæ pœnam, duobus tantum exceptis, nullus in deſerto mortis ſupplicium evaſit; ſimiliter dum cœlitus demiſſas coturnices manducarent, Deus ultricem juſtitiæ ſuæ macharam in eos vibrans, *percuſſit eos plaga magna nimis*, quia ſtrages ſine numero illis illatæ fuerunt: Denique quando pariter in Horeb crapulabantur, & *ſedit populus manducare & bibere*, quando 23. millia gladio corruerunt. Capite pariter 25. num. de eodem populo, Madianitarum cibis inhiante ſcribitur, *comederunt, & adoraverunt Deos earum*; moxque Deus præcepit, ut omnes principes contra ſolem ſuſpenderentur in patibulis; præter quos ut textus idem facer aſſerit, *occiſi ſunt 24. millia hominum.* Ad quod propoſitum confirmandum, vetus quædam à Bellovacenſi adducta deſerviet hiſtoria, quam his tradit verbis. *In hiſtoria Caroli legitur quod cum Franci eſſent inſuperabiles à Saracenis, & ſemper eos vincerent, duo reges Saracenorum promittentes quod baptizaventur, miſerunt eis vinum fortiſſimum, & mulieres Saracenas; quorum multi inebriatati, & victi à vino, inciderunt in fornicationem & victi ſunt & occiſi à Saracenis; victi inquam ſpiritualiter, & poſtea corporaliter.* Qui idem Author modum pariter recenſet, quo Cyrus Rex Perſarum Scytas & robuſtiſſimum Tamaris Reginæ exercitum, prout Oroſius ſcribit, devicerit. Suum namque amandarat filium cum medietate exercitus contra Cyrum, quod hic inaudiens, lautas abundantesque epulas, nec non vinum generoſum verſus flumen præparari fecit, quo cum hoſtis perveniret, Cyrus fugam fingens abſceſſit; *Tunc barbari menſas paratas invenientes, ederunt, comederunt, & cum repleti eſſent & inebriati, Cyrus de facili eos ſuperavit*; cui ſimillimum factum legimus lib. 3. Regum cap. 20. ubi dicitur; *Benadad Rex Syriæ congregavit omnem exercitum ſuum & triginta duos reges ſecum*, de victoria ne quidquam ambigens; Unde & legationem ad Achas miſit, inquiens: *Hæc dicit Benadad, argentum tuum, & aurum tuum, meum eſt, & uxores tuæ, & filij tui optimi, mei ſunt.* Sed quis tandem harum minarum, & victoriarum tanti exercitus, qui totum facile attriviſſet mundum, fuit exitus? *Egreſſi ſunt pueri principum provinciarum ... & percuſſit unuſquiſque virum, qui contra ſe veniebat, fugeruntque Syri & perſecutus eſt Iſraël eos; fugit quoque Benadad ... nec non egreſſus rex Iſraël percuſſit Syriam plaga magna.* Cauſamne noſtis? *Benadad bibebat ipſe & reges in umbraculis*; id eſt, quando exilis militum cœtus in arenam proſiliebat, inquit, textus facer; *Benadad bibebat temulentus in umbraculo ſuo, & reges triginta duo, cum eo, qui ad auxilium ejus venerant.*

7. Alia quadam vice Rex Aſſyriorum numeroſiſſimum Duce Rabſace contra Ezechiam direxit exercitum; inimicus ergo facile populum abſque ſanguinis effuſione ad deditionem inducturum ſe ſperans, quo putatis uſus fuit ſtratagemate; Audite modum: *Nolite audire Ezechiam, hæc enim dicit Rex Aſſyriorum: facite mecum, quod vobis eſt utile, & egredimini ad me, & comedet unuſquiſque de vinea ſua, & de ficu ſua; veniam donec transferam & vos in terram fructiferam, & fertilem vini; terram panis & vineærum, terram olivarum & olei ac mellis.* Noverat namque optime populos cibi potusque ineſcatos delicijs, dum urbes ab inimico ſtrictius cinguntur, & obſidentur, facile tumultuari, faciliterque ſeſe dedere, adeòque unicum victoriæ medium fore, ſi abundans lautusque ijs proponeretur cibus & potus. Ideoque & S. Hieronymus in regulis Monachorum hanc digniſſimam adducit ſententiam, inquiens: *Diogenes Tyrannos & ſubverſiones urbium bellaque hoſtilia vel civilia, non pro ſimplici vitæ olerum, pomorumque, ſed pro carnibus epularumque delicijs aſſerit excitari.*

8. *Sanitas eſt animæ & corpori ſobrius potus*, inquit Eccleſiaſticus, *vinum multum potatum, irritationem, & iram, & ruinas multas facit.* Quia nimirum homines ebrietati immerſi, crapulæque dediti, flocci faciunt ruinas & exterminia publica, quem defectum Amos quoque Propheta deplorat dum ait: *bibentes vinum in Phialis; nihil patiebantur ſuper contritione Joſeph, id eſt*, ut Dionyſius Carthuſ. explicat, *vaſtitati & deſtructioni populi decem tribuum non condoluerunt*: ſeu ut verſio Tigurina legit: *Neque illis dolet quod Joſeph, id eſt, regnum Iſraël atteritur.* Principes illi, qui continuam convivijs operam navant, ſuumque affectum in oſtentanda per ſumptuoſas epulas magnificentia poſitum habent, raro ad ſalutem publicam, ſubditorum proſperitatem, pacisque conſervationem oculum directum habent.

Crapula hominis abbreviet vitam. *3. Reg. 20. v. 3.* *Ibid. v. 12.* *Ibid. v. 16.* *Eccli. 31. v. 30.*

9. Sanctus Antoninus ex S. Ambroſio ſequentem adfert ponderationem: *Quantum ſit deteſtabile vitium gulæ oſtendit Ambroſius; ſexto die beſtiæ creatæ ſunt, & cum beſtijs orta eſt poteſtas edendi, & uſus eſcarum; ubi cibus cæpit, ibi finis factus eſt mundi, ibi cæpit ſua incrementa neſcire, ubi cæperunt divina erga eum opera feriari, quo judicio declaratum eſt, quod per cibos mundus haberet imminui per quos deſijt augeri.* Dic ſodes, quomodo in noviſſimo die deficiet, quomodo deſolabitur mundus? Audiamus Salvatorem noſtrum in ſancto Luca ad hoc reſpondentem: dicit enim: *ſicut factum eſt in diebus Noë, ita erit & in diebus filij hominis; edebant & bibebant, ... & venit diluvium & perdidit omnes; Similiter ſicut factum eſt in diebus Loth; edebant & bibebant, ... qua die pluit ignem & ſulphur de cælo, & omnes perdidit.* Ecce tibi igitur quam verum ſit, quod *vinum multum potatum, iram & ruinas multas facit.*

S. Antonin. Sum. Th. p. 2. Tit. 6. c. 1. §. 4. *Per crapulam mundus minuitur & in noviſſimo die deſolabitur.* *Luc. 17. v. 26.* *Ibid. v. 28.*

DISCURSUS XVIII.

ARGUMENTUM.

Nimia edendi & bibendi aviditas & voracitas abbreviat vitam, indiſpoſitionesque & infirmitates corporales ſæpe cauſat.

THEMA.

Propter crapulam multi obierunt, qui autem abſtinens eſt adjiciet vitam. Eccli. 37. v. 34.

1. TAmetſi authoritati Spiritus veritatis, qui in Eccleſiaſtico loquitur, credere nollemus, ab ipſa tamen quotidiana experientia convicti, veriſſimum eſſe fateri cogeremur, quod crapula hominis abbreviet vitam; ac proinde Eccleſiaſticum vere dixiſſe: *Propter crapulam multi obierunt, qui autem abſtinens eſt adjiciet vitam.* Multos etenim novimus, qui propter intemperantiam immatura morte perierunt, cum tamen nullum ſit exemplum alicujus, qui ſobriam & temperatam vitam ducens ante tempus immature pericrit. Ut proinde merito Sanctus Ambroſius dicat: *Plurimos gula ſua occidit, nullum frugalitas*; & quidem quiſquis medicinæ peritiam habet, facile cauſas intelligit, ob quas temperantia ſalutem corporalem conferat, crapula vero eamdem diſperdat.

S. Ambr. l. 1. de Abel & Cain. c. 5.

2. Sanctus Baſilius in homilia, *de jejunio* inquit: *Naturæ vis, quæ diſpenſat alimoniam animantium corporibus, temperatum ac parcum cibum facile concoquit, & in corporis, quod alitur, ſubſtantiam vertit: at eadem ubi ſumptuoſos, variosque cibos complexa eſt, nec deinde ad deficiendam edulitorum portionem, pares vires habet, diverſa gignit morborum genera.* Quod ſi igni modico & tenui, ingentem lignorum ſuperimpoſueritis quantitatem, eamdem extinguetis, non vero augebitis: eodem modo cum calor naturalis ſtomachi in certa ſit menſura conſtitutus, ſi in eumdem magnam ingeſſeritis alimenti quantitatem, cum illam digerere & conſumere non poſſit, non ſolum inde nullum augmentum accipiet, verum & nocumentum ſibi adſciſcet, nam ut Clemens Alexandrinus ait: *Victus qui ſufficientiam excedit ac obruit, homini multum officit, animam ſegnem & inertem reddit, corpus vero valetudinarium, & quod in morbos facile prolabatur, efficiens qui ad luxum menſarum propenſi ſunt, ſuos ſibi morbos enutriunt.* S. Antoninus ex Galeno ita ſcribit: *Athletas, quorum vita & ars ſaginæ eſt, dicit in exhortatione medicinæ, nec vivere poſſe diu, nec ſanos eſſe; & de quodam Podagroſo narrat ipſe, quod depauperatus cum non poſſet ita vacare guloſitatibus ſuis, factus eſt ſanus.* Idem quoque Archipræſul de quodam Abbate refert, quod cum in nimiæ crapulæ pœnam, amiſſo appetitu, ad balnea tenderet, in itinere factus captivus, à Domino ſuo in quoddam caſtellum ibidem vicinum perductus fuerit, qui audita indiſpoſitionis ſuæ cauſa, eumdem in cubiculum quoddam reclauſit, in quo nonniſi fabæ crudæ, & aqua erant, nec ullus alius cibus vel potus, in quo cum longo tempore dimoratus fuiſſet, ut idem Author his verbis inquit, *conſumptis ſuperfluis humoribus, fame ductus, comedit illas fabas & ſanatus eſt.*

S. Baſilius Hom. 1. de laude jejun. *Clem. Alex. Pædagog. l. 2. c. 1.* *S. Anton p. 2. Theol. mor. Tit. 6. c. 1. §. 3.*

3. Eccleſiaſticus paulo ante propoſiti thematis, verba, hoc monitum tradit: *Noli avidus eſſe in omni epulatione, & non te effundas ſuper omnem eſcam, in multis enim eſcis infirmitas, & aviditas appropinqua-*

Eccli. 37. v. 32.

Epicurus parsimoniam in cibis suadet. *S. Hieron. Tom. 9. in Regul. Monach.*

vit usque ad coleram, S. Hieronymus in capite *de abstinentia & præcipue à carnibus*, certas quasdam monachis regulas præscribens, Epicurum (qui fœlicitatem & beatitudinem in voluptatibus positam esse dicebat) parsimoniam in cibis suasisse his verbis refert: *Quodque virandam sit; Epicurus voluptatis assertor, omnes libros suos replevit oleribus, & pomis, & vilibus cibis, dicens, ita esse vivendum, quia carnes & exquisitæ epulæ, ingenti cura & miseria præparantur, majoremque pœnam habent in quærendo, quam voluptatem in abutendo.*

4. Potest insuper hujus alia assignari causa, illa nimirum, quam idem S. Doctor paulo ante tetigerat inquiens: *Nec cinguli ampliatione sit opus, ut corpus non egeat medicinis.* Legatis velim à creatione mundi, usque post diluvium, primorum sæculorum historias, & invenietis, quod quando genus humanum herbis nutriebatur & fructibus, carniumque usus nondum indultus fuerat, in summa corporis sanitate vitam duxerit, prolongando videlicet vitam ad octingentos & nongentos usque annos; adeoque priusquam vinum adinventum fuisset, complexiones hominum non carneæ, sed ferreæ & chalybeæ esse videbantur. Unde Beatus Petrus Damianus inquit: *A sæculi origine si repetamus, mundus hic usque ad sexcentesimum tertium Noë annum, prorsus vinum ignorasse cognoscitur, cum per tot curricula temporum obisse quidem, sed nullus hominum ægrotasse legatur.* Populus Israël similiter per quadraginta annorum decursum in deserto commoratus, omnibusque aëris injurijs expositus, per loca invia; & inaquosa proficiscens sanus semper permansit, adeo ut Psalmista dicat: *Non erat in tribubus eorum infirmus*, scitisne causam? Causa erat, quia *percussit petram & fluxerunt aquæ.* Poterat equidem cœlestis providentia æque faciliter vinum ac aquas è petra educere; quis autem scit, si populus vinum bibendo, corporali gavisus fuisset sanitate? *Vina prætendis*, interrogat S. Ambrosius? *venena suffundis. Vinum tollit sensus, viscera exurit, somnum infestat, caput vexat; etiam major vis vini, quam veneni est.* Et paulo post, postquam eamdem vini superflui inordinationem reprobasset, ita subjungit: *Noxia est ebrietas ad corporis sanitatem* & in capite decimo sexto ejusdem libri ad præjudiciales ebrietatis circumstantias descendens, suum ita prosequitur discursum. *Hinc Phrenesis periculosa, hinc calculi gravis pœna, hinc exitialis cruditas, hinc vomitus frequens, semesas epulas cum internorum visceruin cruore fiendentium.*

S. Hieron. ibid. c. 35. Dum vinum ignorabatur nullus hominum ægrotasse legitur.

B. Petr. Dam. lib. 6. epist. 23. Cur populo Israëlitico ex petra aquæ fluxerint & non vinum. *Ps. 104. 37. Ps. 77. v. 20.*

S. Ambr. de Elia & jejun. c. 14.

Ibid. c. 16. Incommoda narrantur vini.

Corporis natura pluralitate ciborum demergitur. *Plutarch. de ira cohibenda.* *Prov. 23. v. 34.*

5. Plutarchus de Calisthene magnæ sapientiæ & facundiæ viro tractans, narrat, quod Alexandri convivio assidens, vini sibi propinati repudiarit craterem, causamque interrogatus sapienter responderit; *nolle se, dum Alexandri poculum ebiberet, Æsculapio indigere.* Quare & alius in Scriptura sacra citatus sapiens dum pestilimos crapulæ effectus in proverbijs commemoraret, hac utitur similitudine dicens. *Eris sicut dormiens in medio mari & quasi sopitus gubernator amisso clavo.* Quam comparationem instituit postquam varie in ebrietatis vitium invectus esset q. d. quis securus de vita erit in medio tempestatum, præsertim si temonem amiserit? cui non dissimilem longe allegoriam subnectit divus Chrysostomus dum ait: *Sicut navis oneraria, quæ supra suam magnitudinem vehenda capit, oneris magnitudine prægravata submergitur, ita anima & corporis nostri natura, si plures acceperit cibos, quam ferat natura, impletur, & injectorum gravitate in perditionis laqueum demergitur.* Alius quoque author qui ipse corporalia per gulam superfluumque vinum redundantia mala se indagasse ostendit, ita de eisdem discurrit: *distillationes stuffocantes, apoplexia, lapsus è scalis, casus ex equo, aut ex alto; lethale vulnus, pectoris oppressio, animæ interclusio, gulæ obstructio, quot pori corporis, tot ostia mortis;* Quare merito S. Augustinus debilitatem infirmitatemque omnium membrorum corporis; quam potus excessivus causat, nobis ob oculos ponit dicens: *O ebrietas, numquid non cuncta membra debilitas, numquid non mortem accelerat?*

D. Chrysost. ser. cont. luxum & crap.

Ostenduntur per vinum redundantia mala.

S. Aug. ser. 31. ad fratres.

6. Seneca in quadam epistolarum suarum alios pestiferos ejusdem vitij assignat effectus dicens: *Inde pallor & nervorum vino madentium tremor, & miserabilior ex cruditatibus, quam ex fame macies, inde stupefactio luridæ bilis & decolor vultus, tabesque in se crescentium, & retorti digiti articulis obrigentibus, nervorum sine sensu jacentium torpor, aut palpitatio, sine intermissione vibrantium. Quid capitis vertigines dicam? quid oculorum auriumque tormenta, & cerebri æstuantis verminationes, & omnia per quæ exoneremur internis ulceribus affecta?* Petrus Blesensis Epistolam quamdam scripsit, in qua ut hominem quemdam in manducando gulosum & voracem corrigeret, eidem Dionysij tyranni exemplum his verbis ob oculos ponit: *Refert Pompejus Trogus, quod deterrimus ille tyrannus Siciliæ Dionysius, cum gulæ & edacitati vacaret, lumen oculorum perdidit; edacitas enim cibos frangit, sed oculos vorat.* Idem quoque motivum paulo antea, ad eumdem ab hoc vitio detorquendum, his verbis allegaverat: *Si de salute animæ tuæ, aut saltem de incolumitate corporis cogitares, plus animæ & minus corpori, minus ventri & plus spiritui defervires.* Verum enimvero quia major pars hominum plus corporis quam animæ diligit sanitatem, ideo apud hos saltem potentissimum argumentum esse deberet studium sobrietatis, hoc enim hominem corpore sanum conservat, cum econtra gula illum infirmum, multisque & gravissimis indispositionibus subjectum efficiat. Petrarcha observat, quod personæ nobiles, ut plurimum, breviorem habeant vitam, & male sani vivant, quia plus alijs appetritui & voluptati gulæ inserviunt: *hæc est*, inquit, *mors nobilium ante alios.* Clemens Alexandrinus aliam quamdam nobis tradit consideationem, quam ipsamet quoque experientia ratam habet: *Qui esis utuntur vilissimis, sunt robustiores, sanjores, & generosiores, ut famuli dominis, & agricolæ possessoribus.*

Petr. Blef. Epist. 85.

Potentissimi sobrietatis argumentum.

Petrarch. 2. de rem. ver. fort. Dial. 108.

Clem. Alex. l. 2. Pædag. c. 1.

7. Legatis velim cap. 5. Geneseos, nec sine summa admiratione recensitam ibidem videbitis vitæ longitudinem, quam primorum sæculorum homines attingebant; vixit Adam 930. annis, Seth. 807. annis, Enos. 905. Cainam 900. Malaleel. 890. annis Noë 905. ostendatis mihi post diluvium similem ætatem, & complexionem quamdam adeo vigorosam, & sanam, quæ ad duo vel tria vitæ sæcula attigerit. Quamnam vero hujus differentiæ existimatis fuisse rationem? Jam illam ex Beati Petri Damiani sententia retigimus; ex quo enim fructus, & herbas, cum piscibus, volatilibus, & quadrupedibus commutavimus, quid mirum si morti viciniores facti sumus? audite quam ad propositum nostrum apte, & opportune Seneca dixerit; dum enim tot animalia mortua in ventre nostro suam accipere sepulturam conferatur, in hæc verba prorumpit: *Quidquid avium volitat, quidquid-piscium natat, quidquid ferarum discurrit, nostris sepelitur ventribus, quære nunc, cur subito moriamur? quia mortui vivimus.*

Gen. 5.

Ratio vigorosæ & sanæ complexionis hominum primorum sæculorum.

Seneca, l. 1. Rhetor.

8. Notandus est modus, quo divina providentia errare nescia facultatem nobis manducandi carnes indulsit: *Omne*, inquit, *quod movetur & vivit erit vobis in cibum*: sed quo putas fine? num forte ut illa manducantes, gulæ & appetitui nostro inserviamus? Minime; sed *quasi olera virentia tradidi vobis omnia*; quasi diceret, ex quo vigor corporum post diluvium defecit, herbarum quoque, & fructuum alimentum extenuatum est, ideo ad nutrimentum & substantiam infirmorum, & debilium corporum vestrorum, ijsdem utamini, ita tamen, ut illæ herbæ & fructus hortenses esse videantur: *quasi olera virentia tradidi vobis omnia.* D. Chrysostomus monet inquiens: *Quod necessitatem in comedendo excedit, id non alimentum, sed pestis est.* Vinum quidem, pisces, & carnes in sustentationem corporis nobis concessæ sunt, ita tamen, ut illis temperanter utamur; secus enim si fiat pestes corporibus nostris erunt.

Gen. 9. v. 3.

Vinum & carnes in sustentationem ijs temperanter utamur.

Ibid. v. 4.

D. Chrysost. Hom. 45. in Matth.

9. Salvator noster vix epulonem quotidie crapulantem nobis repræsentarat, cum subito illum in inferno sepultum esse subjungit; *Epulabatur quotidie splendide*; & paulo post *mortuus est, & sepultus in inferno*; Vita enim gulosorum ingenti cum brevitate decurrit, & finitur, nam *propter crapulam multi obierunt.* Ideo quoque D. Chrysost. coquos homicidas nostros esse dicit, propter condimentorum & variationum industriam, quibus gulam nostram ad nimium comedendum extimulant. Unde Magnus quidam Princeps in certa quadam occasione coquum suum videns, *hic mihi vitam abbreviat* inquit, alludere volens ad diversa condimentorum lenocinia, quibus illum ad manducandum ultra necessitatem invitabat: *Ad quid enim ars coquorum nobis prodest, imo vero ad quid non obest, cum tam corpori quam animo non mediocriter officiat? Matrem enim omnium ægrotationum, deliciarum usum, magna pompa constipatum, in medium adducit.* Seneca in eadem epistola de crapula ita scribit: *Innumerabilia præterea febrium genera, aliarum impetu fœvientium, aliarum tenui peste repentium, aliarum cum horrore & multa quassatione membrorum venientium.*

Luc. 16. 10.

Vita gulosorum cū brevitate decurrit.

Coqui vocantur homicidæ.

D. Chrysost. Hom. 50. in Matth.

Seneca Epist. 95.

Quid

Quid alios referam innumerabiles morbos? Bellovacensis Brachmanes ad Alexandrum Magnum ita scripsisse refert: *Mensas nostras delicijs non implemus, & ideo nobis nec nocent, nec infirmitatem generant; apud nos enim illicita est ventris extensio, proinde famus sine aliqua ægritudine, & diu vivimus, & quamdiu vivimus sani famus, medicinas nullas facimus, quia naturam nostram nullis superfluitatibus gravamus.* S. Hieron. varia adducit podagra laborantium exempla, qui per victus parsimoniam pristinæ fuere restituti sanitati: *legimus*, inquit: *quosdam morbo articulari & podagræ humoribus laborantes, proscriptione bonorum, ad simplicem mensam, & ad pauperes cibos redactos, convaluisse.*

Bellovac. Spec. mor. l. 3. p. 8. dist. 1.

S. Hieron. ibid.

Luc. 8. v. 15. Deliciæ & voluptates spinis comparantur.

10. Incarnata sapientia in parabola seminis, delicias & voluptates spinis comparavit; quam comparationem Divus Chrysostomus præcipue in delicato cibo & potu verificari asserit; & tametsi hæc comparatio prima facie impropria esse videatur, proprietatem tamen similitudinis illius quotidiana experientia declarat. Unde idem Chrysostomus ait: *Ne mireris, si nomine spinarum delicias appellavit; vehementius omnibus stimulis pungunt ciborum deliciæ, acerbissimos dolores tam corpori, quam animæ inferentes. Itaque quando vigiliæ, quando aurum, quando capitis dolores atque tinnitus, quando stomachi subversio, cæteraque hujusmodi hominem occuparunt nonne omnium stimulorum pœnituras hæc superant?* Idem quoque S. Doctor confiderat, quod sicut spinæ fortiter in manibus nostris constrictæ easdem transfigunt, atque in pluribus partibus sanguinem eliciunt; ita quoque gula & ebrietas in pluribus corporis nostri partibus infirmitates generant; & dolores intolerabiles. *Quemadmodum* inquit, *acutæ vepres tendequaque captantur manus cruentant, eodem modo deliciæ pedibus, manibus, capiti, oculis, omnibusque similiter membris officiunt.* Clemens Alexandrinus ex authoritate cujusdam Medici in suo Pædagogo ita scribit: *Antiphanes Delius, Medicus, vel unam hanc dixit esse morborum causam, ciborum varietatem, cum qui veritatem ægre ferunt, multiplici nescio qua vana gloria, frugalem & moderatum victum abjerent, & trans marinas escas anxie perquirant.* S. Ambrosius contra illos, qui vino se replent, ita scribit: *Alij cruditas vocem simul vapuit & sensum, & si aliquibus cruditas noxia non fuit, his ratnam fesii ebrietas.* Et paulo ante dixerat: *Innumeris vina nocuerunt, nulli parsimonia.* D. Chrysostomus ad ea se damna reflectens, quæ mare suos egressum limites infert, mox ad præjudicia descendit enarranda, quæ corpus nostrum à voracitate & ingluvie recipit; nam super illa verba S. Pauli ad Philippenses: *Quorum Deus venter est*, scribens inquit: *Ventrem accepisti, ut nutrias, non ut distendas, ut illi domineris, non ut dominum habeas, ut tibi inserviat ad cæteras partes alendas, non ut tu illi inservias; non ut fines transilias. Non tot malorum causa est mare fines supergressum quot venter corpori.* Ingeniosa est illa Diogenis Cinici de hominibus in convivijs continuo hærentibus propositio; solebat enim dicere, quod sicut in domibus, quoad alimenta abundantibus, multi nascuntur mures, multique vagantur feles, canes, & alia animalia, ita quoque in corporibus humanis bene saginatis, variæ nascuntur dispositiones, & infirmitates.

D. Chrysost. Hom. 45. in Matth.

Philipp. 3. 19. D. Chrysost. Hom. 13. ad Philipp.

Ser. 6. apud Stobæum.

DISCURSUS XIX.

ARGUMENTUM.

Per multiplicitatem & excessum in vino & epulis mors acceleratur, & pœnosæ ac mortales ægritudines contrahuntur.

THEMA.

In multis esis erit infirmitas. Eccli. 37. ℣. 33.

Per mortem immaturam deficit, qui per gulositatē suam consumit annonam. S. Bonav. T. 6. in Dieta salut. Tit. 1. c. 8.

1. CIbo, quem Deus ad vitæ sustentationem indulsit, inguvies humana, & inordinatio nostra sæpissime abutitur, excedendo in quantitate & qualitate ipsius, hacque ratione abbreviando vitam, eamque multis infirmitatibus obnoxiam efficiendo. S. Bonaventura ebrietatem hoc modo definit: *Ebrietas est excessus in potu, & dicitur ebrietas quasi extra briam; nam bria dicebatur antiquitus calix, vel poculum, quod erat mensura potus, nam vinum dabatur ad mensuram.* Gulam vero ita definit: *Castrimargia est excessus in cibo. Dicitur autem à castro & mergo ideo quod omnia mergit in castro ventris.* Quotidie videmus, quod civitates fortiores sufficienti provideantur annona, in longum usque tempus duratura, ut si forte obsidione cingeretur, hostem defatigare, ejusque vires frangere possit, ne eam suo jugo subjiciat; at vero si milites præsidiarij civitatis illius provisionem illam, quæ integro anno sufficere posset, per voracitatem, & ingluviem suam paucis mensibus consumant, mirum non est, quod talis civitas subito inimico in prædam cedat, eodem quoque modo in præsenti discurrere licet; Divina namque providentia certam quamdam & limitatam annonæ quantitatem unicuique deputavit pro individui proprij sustentatione assignatam. Unde Psalmista ait: *Oculi omnium in te sperant domine, & tu das escam illorum in tempore opportuno:* at vero si quis per gulositatem annonam hanc ante tempus consumat, consequens erit, quod pariter ante tempus per mortem immaturam deficiat.

Psalm. 144. v. 15.

2. Tritum est illud proverbium: *ad mensam nemo senescit*; quod licet prima facie alludere velle videatur, ad lætitiam conviviorum, in quibus animi expanduntur; & sine ulla melancholiæ cogitatione exhilarantur; Verus tamen & germanus sensus est, quod qui mensæ diu nimis adhæret, multumque epulatur, numquam consenescat, sed præpropere moriatur in juventute, nam *in multis esciis erit infirmitas.* Unde S. Ambrosius cuidam illum ad convivium invitanti respondit: *Rogas ad jucunditatem? cogis ad mortem: invitas ad prandium? efferre vis ad sepulchrum; cibos promittis? tormenta irrogas; vina præsendis? venena suffundis.* Sapiens acriter invehitur contra illos, qui vini sibi violentiam dominari permittunt: *cui Væ? cui fovea? cui sine causa vulnera?* at vero quidnam per hasce fossas, per hæc vulnera infinuare voluit? hoc nimirum, quod ebrietas vicina sit fossæ, & cæmeterio contermina, quia vitium hoc frequentando evidens vitæ periculum incurritur; Unde S. Basilius ait: *Vocas ad cænam ut amicum, postea ejicis ut cadaver* Idem quoque ebrium interrogat: *Quousque vinum? quousque ebrietas? periculum miser est, ne pro homine cænam, lutumque fias.* Porro qua moderatione vinum à nobis sumendum sit Clemens Alexandrinus per antiqui cujusdam Scriptoris directionem ita exponit: *Artorius quidem in libro de longa vita (sic enim commemini) existimat, oportere eo usque potum solummodo præbere, donec sibi humectentur, ut nobis vitam paremus longiorem.* Sicuti enim licet medicina ad sanitatem conferendam ordinaretur, eadem tamen, si debitam mensuram excedat, mortem infert: eodem modo parcus cibus & potus nos conservat, vitamque prolongat, attamen si in ijs aliquis committatur excessus, nos enecat, nam *in multis esciis erit infirmitas.* S. Ephrem monachis suis quidem salutare monitum reliquit, quod tamen cuivis alteri adaptare licebit; dicit enim; *Ventrem continenter non cures, ne hinc mentem tuam obtenebres. Non multa edendo jumas, ne carnem tuam cito in limum convertas.*

Qui multum epulatur non consenescit sed præpropere moritur.

S. Ambros. lib. de Elia & jejun. c. 14.

Prov. 23. v. 30.

S. Basilius Hom. 14. in ebrietat. & luxum.

Clem. Alex. Pædagogi l. 2. c. 2.

Qua moderatione vinū sumendum.

S. Ephrem. T. 2 in doctr. de perfect. Monast.

3. Paulo ante ebrium ex mente Sapientis fossæ vicinum vidimus, *cui fovea*; & ideo Divus Chrysostomus eumdem animarum mortuum appellat; *Quid ebrietate miserabilius? mortuus est animatus ebrius*, & in alia quadam homilia ita interrogat: *Quid enim, respondemihi, ita pingue corpus efficere studes? an ut te ad immolandum ducamus? aves certe pingues ad saniorem diætam inutiles sunt. Adeo mala deliciarum lascivia est, ut irrationabilibus quoque pestifera sit.* Quo enim alio fine vituli, boves, oves, aliaque similia animalia in agris & pratis viridibus saginantur, nisi ut impinguata macello conscerentur? S. Bernardus quoque calamum suum adversus gulosos exacuens, ijsdem præjudicia, quæ ex satisfactione proprij ventris recipiunt, his verbis ob oculos ponit: *Hinc monstrosius dilatantur humeri, hinc tumentes uteri non tam impinguantur, quam impregnantur aruina, & dum carnis onus ossa non sustinent, etiam morbi varij generantur.* S. Nilus epulonem impinguatum porco ad macellum bene saginato assimilat, inquiens: *obesus belluo porcus est ad cædem paratus.* S. Basilius in homilia quadam *contra ebrietatem & luxum conziviorum*, interrogat: *Quæ est hominis structura adeo firma quæ tantis ebrietatis malis resistat? quis umquam madidum semper & inanans vino corpus conservavit, ut non exite, dissolutum, & omnibus obnoxium morbis existat?* Idem quoque S. Basilius adversus quempiam à vino se seducī per mittentem hoc format argumentum: *Famulus profugit ab hero verberante, tu vero non recedis à vino quod quotidie contundit caput tuum? modus utendi vino optimus est corporis necessitas. Cum fines prægredieris, postridie venies capitis gravedine affectus, oscitans,*

S. Bern. c. 13. de Convers. ad Clericos.

S. Nilus de octo vitios. affect.

S. Basil. ibid. Corpus vino madidum dissolutum est & omnibus morbis obnoxium.

S. Basilius Hom. 1. ac laud. jejun.

tans, vertigine laborans, putrefactum obolens vinum. Quis adeo propriæ vitæ prodigus erit, qui calicem ebibiturus esset, in quo serpentem venenosum, à quo feriendus esset, latere præsciret? audiamus eumdem supra memoratum S. Ephrem in eodem monito, quod ad confervandos fratres suos sobrios, & abstemios, his verbis tradit. *Communi fratrum contentus sis mensa, & erit sanitas carni tuæ, & cura ossibus tuis, & anima tua detrimentum non patietur. Sin autem in Phialas, & pocula inflexeris oculos tuos, nonnisi me dolore affligeris, velut à serpente ictus.* Quibus ultimis verbis, ni fallor, ad sententiam illam alludit sapientis qui dicit: *Ne intuearis vinum quando flavescit, cum splenduerit in vitro color ejus, ingreditur blande, sed in novissimum mordebit ut coluber, & sicut regulus venena diffundet.* Venenū aspidum enim, quo Cleopatra usa fuit, sensus sopore afficit, stupidos facit, & sine magno dolore mortem infert, idem quoque vinum copiose potatum operatur, ligat enim rationem, tollit judicium, causat infestibilitatem, lethargum efficit, & tamen venenum est, tam corpori quam animæ mortiferum. Androclides vir sapiens Alexandro Magno, quia meribibulus erat, protestatus est dicens: *Vinum potaturus Rex, memento te bibere terræ sanguinem; cicuta homini & venenum est vinum.* S. Bernardus quoque in sermone 25. *de modo bene vivendi*, inquit: *Vinum intemperatum venenum est.* Bellovacensis authoritatem adducit Senecæ dicentis: *Quis hystis in quemquam sic contumeliosus fuit, quantum in quosdam voluptates suæ, quæ non solum eos excæcant corporaliter, sed faciunt eos mutos, paralyticos, & contractos, obligatos & diversis infirmitatibus corporaliter & spiritualiter obligatos?* loquitur autem hoc loco de immoderato conviviorum luxu. Beatus Laurentius Justinianus nos monet, ne à gustu palati nos seduci patiamur, inquiens: *Quæ oris palatum liniant, ventrem replent, inducant crapulam, hebetant intellectum, evertunt sensum, sospitatem auferunt.* Mel quidem palato suave est, suamque ad fauces dulcedinem transfundit, & tamen in stomacho bilem nutrit, propter quod idem author inquit: *Mel est quod afcendit in labia, fel est quod descendit in viscera*; eodem modo de exquisitis & lautis epulis dicere possumus, quod magnum quidem palato gustum & saporem afferant, at vero quando excessive ingurgitatæ sunt, aggravant stomachum, causant indigestiones & cruditates, suntque infirmitatum mortalium, & dolorum acerbissimorum origo & nutrimentum. Sanctus Antonius de Padua factum explicat filiorum Heli, carnes crudas à sacrificantibus rapientes, ut illas juxta gulæ propriæ arbitrium conirent: *Veniebat puer sacerdotis habens fuscinulam tridentem in manu sua, & vellebat carnes crudas. Sacerdos est venter; puer, gulæ appetitus*, de quo pucro prov. cap. 29. dicitur: *Puer qui derelinquitur voluntati suæ, confundit matrem; Si enim gulæ appetitus non refrænatur, sed relinquitur voluntati propriæ, matrem, id est carnem suam confundit, quæ propter cibi immoderantiam, aliquando ægritudinem incurrit.* Prima mater nostra, in gulositatis suæ pœnam, sibi dici audivit: *In dolore paries.* Circa quæ verba Sanctus Zeno ait: *Ubi sacræ arboris pomum, maledulce libavit, lachrymas reperit, dolores, & gemitus, Spinas & tribulos sibimet comparavit, posteris hæreditatem indigestæ mortis, quæ homicidium mox peperit, dereliquit.* Imo omnes pœnalitates, omnes morbi, qui corpus hoc nostrum cruciant, suam ab illo pomo originem habent. Ab hac eadem depravatæ naturæ nostræ invisceratæ gulositate, nisi refrænetur, omnes infirmitates & morbi, qui nos affligunt, derivantur. *Annon videtis quotidie*, inquit D. Chrysostomus, *ex sumptuosis mensis, & immodica ingluvie, infinita morborum genera induci? unde podagræ? unde capitis dolores? unde corruptorum humorum abundantia? unde innumeri alij morbi? nonne ab intemperantia & largiore vini ingurgitatione quam oportet?* idem quoque S. in alia quadam homilia non quidem edere & bibere condemnat, sed intemperantiam, quia victus sobrius alimentum & sustentatio est corporis, at vero intemperans, depressio & venenum est, quod corpus impugnat, & dejicit: *Quod necessitatem in edendo excedit, id non alimentum, sed pestis est, fatietas morborum omnium origo.*

4. In libro Esther d. rege Assuero qui felicissimus mundi Monarcha erat, legitur: quod passus fuerit vigilias & integras noctes insomnes duxerit: *Noctem illam duxit Rex insomnem.* Undenam vero insomnium hoc causatum fuisse existimatis, num forte ex aliqua in personam ipsius regiam facta conjuratione? nequaquam, hæc enim jam detecta erat. Num igitur aliquam in bello imminentem jacturam formidabat? Multo minus, quia summa pace gaudebat. Quin potius si causam hujus vigiliæ scire vultis, observate verba sacri textus dicentis: *Venerunt itaque rex & Aman ad Convivium, quod eis Regina paraverat; dixitque ei Rex, postquam vinum biberat abundanter.* Rex igitur ille conviviorum luxui supra modum deditus erat, prout ex celebri illo convivio quod in Susan præparaverat, omnibusque ejus circumstantijs à sacra Scriptura descriptis videre licet. Quid igitur mirum si insomnium passus fuerit? hi enim qui cum stomacho cibo & vino nimio aggravato ad lectum se recipiunt, ad somnum & quietem indispositi esse solent; nam ut Sanctus Basilius ait: *Cum cerebrum æstu ex vini vapore redundante vacillat, dolorem intolerabilem capiti parit.* D. Chrysostomus ad effectus, quos vinum in illis operatur, qui intemperanter illud bibunt & ad mala, quæ inde in corpus derivantur, se reflectens, hunc ebrietati titulum attribuit: *Jacet quasi vivum cadaver, ad mala quidem operanda sæpe potens, ad bona autem omnia nihilo se melius habens, quam mortua*, in alia quoque homilia idem S. inquit: *delicijs fenectus citius surrepit* (de lautitie ciborum loquitur) *delicijs sensus obtunduntur, corpus dissolvitur, major stercoris copia vecondatur.* Et paulo post subdit: *qui pinguioribus ventres voraciter replent, ad ægrotandum aptiores fiunt. Nihil ita corpori nostro repugnat & obest, ut satietas, nihil ita suffodit.*

5. In lib. 4. Regum cap. 4. Elisæus in Galgalis constitutus, cuidam discipulorum suorum herbas quasdam ad faciendum pulmentum colligere præcepit: *Pone ollam grandem, & coque pulmentum filijs Prophetarum.* Collegit igitur, quantum opus erat ar vero pulmento cocto, & distributo, *cum gustassent de coctione, clamaverunt dicentes: Mors in olla.* Eheu quot sunt, quibus idem omnino contingit, qui postquam cum dispendio, sudoribus, & anxietate delicatas præparaverunt epulas, lautaque instruxerunt convivia, in gulositatis suæ pœnam mortem in illis inveniunt.

6. Sapiens in proverbijs dicit: *cibos quos comederas evomes*, quia crapula ut plurimum vomitum causat, quamvis etiam dici possit, Sapientem his verbis hortari voluisse ad abstinentiam, & victus diætam, ut morbos per intemperantiam contractos sanare valeant. Enimvero ad declarandum damnum quod excessus cibi & potus corpori adfert aptissime inservit illa ab oleo lampadi infuso desumpta similitudo: *Vita enim in corpore mortali cibarijs nutritur, quemadmodum lumen in lampade nutritur oleo, quod enim oleum lumini, hoc nutrimentum facit corpori; Sicut enim oleum ordinate & modo debito Lampadi infusum lumen nutrit, impetuose vero & nimis abundanter & inordinate infusum, lumen extinguit*: eodem modo cibus cum parsimonia stomacho administratus, calorem conservat naturalem, in quo vita consistit, at vero cum excessu & superabundantia in Stomachum transmissus, illum suffocat. Seneca sequens hac in re nobis tradit documentum: *Sani erimus*, inquit, *& medica concupiscemus, si unusquisque se numeret, & metiatur simul corpus, sciatque nec multum capere nec diu posse.* Petrarcha gulosorum deplorat miseriam, qui dum ad opprimendum ventrem suum laborant, *non modo explendo sed onerando fatigant & angustum ventrem varia arte laxant ac premunt obsequendo, cui utilior fames esset, utilissima sobrietas.*

7. *Qui abstinens est adjiciet vitam*, inquit Ecclesiasticus. Pro cujus textus intelligentia Bellovacensis sequentem adducit Senecæ instructionem, & admonitionem, dicentis: *Potest nostra providentia huic corpusculo longiorem procurare moram, si voluptates, quarum major pars gulæ parit, poterimus regere & coërcere.* Docet nos quotidiana experientia quantum quisque sanitatem & longam vitam amet & sectetur, quantum impendat, quantumque pro illa consequenda laboret, quod si vero illam brevi compendio comparare tibi velis, ecce tibi unicum modum, qui in sola sobrietate consistit. Idem quoque author modum docet, quo hunc gulæ scopulum declinare valeamus; Dicit enim: *Gulæ vitium docent esse vitandum exempla infirmorum, qui cum propter gulam infirmitates incurrerint, abstinent propter recuperandam corporis sanitatem, & vitæ duratione & pro morte vitanda. Quanto ergo nos fortius debemus abstinere, ut curemur ab infirmitatibus animarum, & evitemus earum mortem*

S. Ephr. T. 3. de Timore Dei. Monitum ad conservandos homines sobrios.

Prov. 23. v. 31. Venenū homini est vinū immodice sumptum & repetitum.

S. Bern. ser. 25. de modo bene vivendi. Bellovac. spec. mor. l. 3. p. 8. dist. 1.

B. Laur. Justin. de Humilit. c. 12.

S. Ant. de Padua in Dom. 2. post Trin. 1. Reg. 2. Prov. 29. v. 15. Factum explicatur filiorum Heli. Gen. 3. 16.

S. Zeno serm. de patientia. Omnes pœnalitates suā à maledulci pomo originem trahunt.

D. Chrysost. Hom. 10. in Gen à Gulositate omnes infirmitates derivantur.

D. Chrysost. Hom. 21. in Joan.

Esth. 6. v. 1.

Causa punitur cur Assuerus nostē duxerit insomnes. cap. 5. v. 5.

S. Cyrillus Alex. Lib. 7. in Levit. Lamentabilis finis ebrietatis & crapulæ.

S. Basilius Hom. 14. in ebrietat. & luxum.

D. Chrysost. Hom. 10. in Gen.

D. Chrysost. Hom. 45. in Matth.

4. Reg. 4. v. 38. Ibid. v. 40. Multi in gulositatis pœnam, mortē in epulis inveniunt.

Prov. 23. v. 8. Similitudo ad declarandum damnū ebrietatis & crapulæ.

Sum. Tradicant. in verb. Gula. c. 5. A. 7. n. 13.

Senec. Epist. 114.

Petrarc. L. 2. de remed. ver. fort. Dial. 108.

Eccli. 37. v. 34.

Bellovac. ibid. Abstinentiæ & frugalitas animam & corpus servat.

Bellovac. ibid.

rem & æternam damnationem? Quod si enim crapulam à nobis proscripserimus, animæ salutem asseverabimus, quæ longe superior est salute corporis, & eodem tempore hanc pariter consequemur, quia hæc *corpus & animam servat.*

8. S. Cyrillus Alexandrinus in memoriam nobis revocat illius cœlestis protomedici saluberrimum monitum, dicentis: *Attendite ne corda vestra graventur in crapula & ebrietate, & superveniat in vos repentina dies illa*; & quidem, ut nos idem Sanctus Doctor à crapula efficaciter divertat, sequentem subjungit gravissimum discursum: *Audistis editum regis æterni, & lamentabilem finem ebrietatis vel crapulæ didicistis. Si quis vobis peritus & sapiens medicus his ipsis verbis præciperet: attendite vobis ne quis V. G. de illius vel illius herbæ succo avidius sumat, quod si fecerit, fabitus ei venter intortus, non dubito quod unusquisque propria salutis intuitu, præmonentis medici præcepta servaret; nam verus animarum & corporum medicus, simulque dominus, jubet ebrietatis herbam & crapulæ vitandam, & nescio si quis nostrum non his consumitur, ne dixerim sauciatur. Sola est quæ simul cum corpore & animam debilem reddat. In cæteris enim potest fieri, ut secundum Apostolum, cum infirmatur corpus, tunc magis potens sit spiritus, & ubi is qui deforis est homo corrumpitur, ille qui intus renovetur; in ebrietatis vero ægritudine, corpus simul & anima corrumpitur, spiritus pariter cum carne vitiatur.*

DISCURSUS XX.

ARGUMENTUM.

Vilitas & opprobrium hominum crapulæ & ebrietati deditorum examinatur; similque ludibria & irrisiones quibus ebrij exponuntur, considerantur.

THEMA.

Dederunt pretiosa quæque pro cibo, considera quoniam facta sum vilis. Threnor. 1. ℣. 11.

Dirigitur hic scripturæ locus ad deplorandam Epulonum stultitiam.

1. TAmetsi in his verbis Jeremias lamenta sua ad deplorandam extremam Jerosolymæ famem direxerit, attamen eadem ad deplorandam quoque epulonum stultitiam usurpare possumus; hi enim cum facultarum suarum dispendio, imo cum impignoratione salutis, corporis & animæ, ut propriæ ingluviei serviant, maximi pretij epulas, & fercula sibi præparant, *dederunt pretiosa quæque pro cibo*, nec tamen ad ignominiam se reflectunt quæ exinde in illos redundat.

Gen. 25. v. 33. Esau peccavit vilitate animi, quia per gulæ ingluviē se vilem prostituit.

2. In præcedentibus discursibus primogenituram ab Esau pro vili lentium edulio divenditam ponderavimus, qualiter scilicet non à necessitate, sed ex condimenti illius cupiditate stimulatus, talem amiserit dignitatem, quæ tum ob annexum ministerium sacerdotale, tum propter insignem super alios fratres suos præeminentiam, tum ob bonorum patrimonialium egregium super alios augmentum, multarumque aliarum benedictionum cumulum præstantissima erat, ut proinde vere de ipso dici possit: *dedit pretiosa quæque pro cibo, & vilis factus est.* Unde Cajetanus inquit: *Certum est quod Esau peccavit, saltem vilitate animi*, quia per gulæ ingluviem omnibus sæculis se infamem constituit; seque modico cerebro præditum fuisse manifestavit; Quia, ut notat Abulensis, *valde stultus fuit, qui rem tanti valoris, pro minima re dedit. Et in hoc Apostolus eum redarguit ad Hebræos 12. Propter unam escam vendidit primogenita sua. Dederunt pretiosa quæque pro cibo*; quod si quis pauperem se faceret, erogando omnia quæ habet, pro acquirendo sterquilinio, ut inde nato fœtore domum suam repleret, utique vilissimum hominem, imo fœtidissimam bestiam, omnis judicij & discursus expertem esse diceres, utpote qui voluptati ducit, in stabuli cujusdam fœtido sterquilinio jacere. Homo qui crapulæ immergitur, *factus est vilis*, quia quidquid habet facultatis, expendit, salutem suam evertit, & animam vendit, pro nimio cibo, qui tandem in stercus convertitur. Enimvero quod aliquis argentum, aurum, gemmas, imo vitam ipsam impendat, pro obtinendis honoribus, pro fabricandis palatijs, pro acquirendis dignitatibus, tametsi in hoc inique agat, id tamen honoratum aliquem præ se fert prætextum; at vero qui gulæ deditus est, *dat pretiosa quæque pro cibo*, ut cloacam aliquam fœtidis excrementis adimpleat. *Vilis est hæc servitus* (inquit Bellovacensis, id est, servitus, quæ impendi-

Cajet. in Gen.

Abul. ibid.

Homo qui crapulæ immergitur factus est vilis.

tur corpori, ad illud excessive & laute nimium satiandum) *quia facit servire stercoribus, id est, confectione stercorum replere vas, & saccum stercorum, & latrinas, cum vilissimi reputentur qui eas evacuant.* Audiamus quam vivaciter Tertullianus his verbis gulosum epulonem delineat: *Totum illud domicilium*, inquit, *interioris hominis esciis stipatum, vinis inundatum, decoquendis jam stercoribus æstuans, præmeditatorium efficitur latrinarum.* Hugo Cardinalis super illa verba: *An non habet potestatem sigulus luti ex eadem massa, facere aliud quidem vas in honorem, aliud in contumeliam*: ita scribit: *Quidam sunt ipsa latrina, ut gulosi. Quarto Regum decimo destruxerunt ædem Baal, id est corpus voratoris, & ædificaverunt pro ea latrinas, quia fœtidi sunt.* Omnes gulosi cogitationes, omne studium, & industria eo dirigitur, vel ut se promoveant ad vomitum, ad rejiciendum cibum, ut novo te ingurgitare possit; vel certe ut solicite curet digestionem & evacuationem cibi manducati, ut denuo ad crapulandum redire possit; & ideo merito de illo dici potest cum Tertulliano: scilicet *præmeditatorium efficitur latrinarum.*

Bellovac. spec. mor. L. 3. p. 8. dist. 1.

Tertull. de jejun.

Rom. 9. v. 21. Hug. Card. ibid.

Tertull. ubi supra.

3. In Babylonia olim idolum quoddam adorabatur, cui Bel nomen erat: *Erat quoque Idolum apud Babylonios nomine Bel*, per hoc autem Idolum, Deum illum intelligere possumus, quem gulosi venerantur, de quo Apostolus ad Philippenses scribens ait: *Quorum Deus venter est*; facet enim Textus apud Danielem subjungit: *impendebantur in eo per singulos dies similæ atrabæ duodecim & oves quadraginta, vinique amphoræ sex; Rex quoque colebat eum, & ibat per singulos dies adorare eum.* Nimirum adeo cæcus & insensatus Rex ille erat ut sua coram hoc Idolo, velut vero Deo, genua flecteret. Quonam vero modo Daniel usus fuit, ut deceptionem hanc detegeret, & manibus quasi palpari faceret, annonam hanc non à Belo, sed à falsis ejus sacerdotibus devorari? *præcepit Daniel pueris suis, & attulerunt cinerem, & cribravit per totum templum coram Rege, & egressi clauserunt ostium*, illis vero absentibus sacrificuli more solito quilibet cum sua familia per portas quasdam secretas ingressi sunt, & inter se diviserunt quidquid ibi præsto erat; *Illucescente vero diluculo revertsus est Rex*, cumque mensam illam, opipare vesperi stratam, vacuam vidisset exclamavit. *Magnus es Bel, & non est apud te dolus quisquam*; *Et risit Daniel, & tenuit Regem, ne ingrederetur intro, & dixit: Ecce pavimentum animadverte, cujus vestigia sint hæc.* Dicite sodes, quot sunt hodie, qui in hac mundi Babylonia, Belem, id est, proprium ventrem, veluti Deum idololatrice adorant? quos ut erubescere & confundi facias, nullum est efficacius medium, quam si per seriam quamdam meditationem cloacam quamdam, vel etiam sepulchrum inspiciant, ut cum verecundia videant & agnoscant, quale sit Idolum ipsorum, stercus scilicet, putredo, & vermes. *Vilissima servitus est*, inquit Bellovacensis, *intendere refectioni vermium, & esse coquum eorum, & servum, & impinguare eorum prædam, & servire illi Dominæ, quæ totum tempus & laborem hominis requirit.* Idem quoque, addicta Innocentij Papæ authoritate, paulo ante dixerat: *Gula tributum exigit, & corruptum reddit, quia quanto delicatiora, & pretiosiora fuerint cibaria; fœtidiora sunt stercora, turpiter ingeritur, quod turpius egeritur.* Sine dubio enim observaveritis, quod quanto cibi sunt sapidiores, quantoque pluribus cum cynamomis, aromatibus, alijsque similibus condimentis, & odoribus cocti, & pretiosè præparati fuerint, tanto in suis excrementis intolerabiliores exhalent fœtores. *Ex quo* igitur *cibus quantumcumque delectabilis & preciosus fuerit immissus in ventrem, ita redditur abominabilis, quod si per eamdem partem fuerit emissus, per quam fuerit in ventrem missus, majorem dolorem & afflictionem in emittendo faceret, quam delectationem in intromittendo.* Est certus ille medicinæ aphorismus: *Corruptio optimi pessima*; ac proinde quanto cibus delicatior & substantiosior fuerit, tanto postea cum in stomacho putrefactus est, fit fastidiosior & fœtentior, prouti ex vaporibus, quos stercora illa exhalant, experiri possumus. Unde idem Bellovacensis gulosorum stultitiam, hoc adhibito discursu deducit: *Factus est*, inquit, *qui multo pretio emit pretiosa ut ponat ea in vase, de quo sit, quod est talis conditionis, quod omnia, quæ intromittuntur, fiunt statim fœda & abominabilia; tale vas est venter.*

Innocent. Papa III. à Bellovac. cit.

Bellovacensis.

4. Margarita illa pretiosissima, quam Cleopatra, in aceto resolutam, Marco Antonio propinavit, tametsi valore suo integras provincias & regna præcelleret, nihilominus & illa in fœtida, & abominabilia ex-

crementa transmutata fuit. *Dederunt pretiosa quæque pro cibo ; & vilis facta est.* Petrarcha de ingeniosis adinventionibus venationum & piscationum differens quibus homines utuntur, ut ventrem suum exatient, inquit : *Stupor & pudor est cogitare quo se humanum inclinat ingenium ad majora creatum ;* quæ enim homo non excogitat stratagemata ? quos non adhibet labores, sudores, & industriam, ut appetitui suo satisfaciat ? qui tamen paulatim in tam probrosò fine terminatur, cujusmodi est sterquilinium ; quæ igitur stultitia, quod ei placere & adblandiri nos non pudeat, de quo Job ait : *Putredini dixi Pater meus es, Mater mea & soror mea vermibus ?* quodque S. Bernardus nihil aliud dicit esse, quam vas stercorum & escam vermiũ? Quod si quis hominem, per continuam crapulam, & ingluviem se sanginantem, alicui animali assimilare vellet, cuinam illum aptius comparare posset ? num forte herminio ? generoso equo ? vel lascivienti vitulo ? nequaquam ; sed communiter porco talis homo similis esse dicitur, solemus enim dicere : *Est pinguis & crassus instar porci*, unde D. Chrysostomus ait : *Quid enim deliciarum hæc fœditas mali non inducit ? sues ex hominibus facit ; imo vero etiam suibus multo deteriores, sus enim in luto volvitur, & stercore nutritur, hic vero abominabilem magis sibi mensam construit, excogitans amores nefarios.*

Petrar. L. 2. de remedi ver. fort. Dial. 108. Deliciarum fœditas sues ex hominibus facit.

Job. 17. 14.

S. Bernardus.

D. Chrysost. Hom. 38. in Matth.

5. In quadam Epistola, quæ S. Bernardi esse creditur, inter cætera dicitur : *Golositas vilis & negligentis hominis patredo est.* In discursibus præcedentibus idolum Dagon, quod Philistæi adorabant, voracitatis & ingluviei ventris humani symbolum esse diximus, unde postquam in conspectu arcæ positum idolum liſud, confractum, manibusque, & capite mutilatum in terram concidisset, solus ventris truncus reliquus remansit, & tamen vel sic mulitatum illud adorabant ; at vero quosnam hi ejus adoratores exinde fructus reportarunt ? nimirum divina Justitia illos, prout par erat, castigare volens, legem illam : *per quæ quis peccat per hæc & torquetur*, inviolabiliter observare voluit, ideòque pœnis erubescendis, turpibus, & ignominiosis in illos animadvertit ; nam *percussit in secretiori parte statuam Azotum & fines ejus. Vivi qui mortui non fuerant, percutiebantur in secretiori parte natium* propter quod Psalmista quoque ait : *& excitatus est tamquam dormiens Dominus, tamquam potens crapulatus a vino, & percussit inimicos suos in posteriora opprobrium sempiternum dedit illis.* Tale supplicium quoque, ut plurimum, reportant illi, qui gulæ & ebrietati se dedunt ; communiter enim infirmitatibus ignominiosis, & probrosis, fistulis nimirum & gangrænis in partibus secretis afficiuntur.

S. Bern. Sylv. Epist.

Qui gulæ & ebrietati se dedunt communiter infirmitatibus ignominiosis afficiuntur.

1. Reg. 5. v. 5.

Ps. 77. v. 65.

6. Canis animal est vilissimum, adeo ut cum Miphiposetli ad infimum humiliationis gradum se demittere vellet, Davidi, qui propter Jonatam ipsi benefacienti dixerit : *Quis ego sum servus tuus, quoniam respexisti super canem mortuum similem mei ?* Similiter Abisai Semei Davidi insultantem vituperare volens, inquit : *Quare maledicit canis hic mortuus Domino meo ?* ac proinde Prophera Evangelicus, non sine Mysterio gulosum epulonem cani assimilavit, tamquam animali abjecto, & contemptibili, inquiens, *Canes impudentissimi nescierunt saturitatem.* Numquam enim gulosi saturi esse videntur. Sed sunt veluti canes, de quibus S. Petrus scribit : *Canis reversus ad suum vomitum.* Propter gustum enim quem in cibo capiunt, plus manducant, quam stomachus ipsorum capere valeat ; Imo evomunt, ut novo se cibo ingurgitare possint ; quos proinde Seneca his verbis perstringit : *Dic quam turpe sit, plus sibi ingerere quam capiat, & stomachi sui non nosse mensuram* ; quam multa ebrij faciunt, de quibus sobrij erubescunt ? quibus proinde, quando post ebrietatem ad se redeunt, merito dicere possumus, quod Apostolus Romanis exprobrabat, scilicet : *Quem fructum habuistis tunc, in illis in quibus nunc erubescitis ?* Petrarcha in Epistola sua ebrietatem detestans eamdem hoc epitheto circumscribit : *Quam fœda, quam periculosa, quam tristis agritudo est.*

Guloſi velut canes numquam saturi videntur.

2. Reg. 9 v. 8.

2. Reg. 16. v. 9.

Isa. 56. v. 11.

2. Petr. 2. v. 22.

Seneca Epist. 83.

Rom. 6. v. 21.

Petrarc. L. 3. Epist. 9.

7. Ecclesiasticus mulierem quamdam ebriam ob oculos nobis ponens, eamdem ignominioso hoc nomine appellavit : *Mulier ebriosa ira magna & contumelia* ; imo unus tantum contumeliosus titulus, ad ejus viliratem exprimendam, non videbatur sufficere, verum ut deformitatem & turpitudinem hujus vitij clarius demonstraret, aliud quoddam illius subjungit improperium, nimirum ; *Et turpitudo illius non tegetur.* Porro ad quam ignominiam & viliratem gulosus redigatur, ex hac historia, à veridico quodam authore relata deduci potest. Refert enim hic author de quodam epulone, quod videns delectationem cibi, ob colli brevitatem tam subito evanescere, oravit quod guttur ejus in longitudine collo gruis assimilaretur, nihil verens, quod grui similis factus, monstrosus foret, dummodo epularum saporibus diutius frui & gaudere posset. *Dederunt pretiosa quæque pro cibo, viles facti sunt.* Porro quod animalia, quæ in macello lanienam subeunt, saginentur, & supra necessitatem copiosius manducent, illis vitio verti non potest, quia comedunt ut nos sustentent ; at vero homò quo fine saginatur, nisi ut vermes pascat, & latrinas ac cloacas adimpleat ? potestne autem hoc fine excogitari alius abjectior & indignior ? Homo hoc fine potissimum creatus est, ut Deo anima & corpore serviat, quæ autem abominabilior vilitas, quam ventri se in prædam dare ? ita ut tunc merito de hujusmodi dici possit, quod alio in proposito Apostolus asseruit scilicet : *Christo domino nostro non servivit, sed suo ventri.* De mente, anima, & corde ipsorum bibere verificatur illud ; *animus in patinis.* Omnis namque eorum cogitatio circa ventrem versatur totaque eorum vita tribus consumitur occupationibus : scilicet in eo quod est, *ingerere, digerere, & egerere.* Ideòque Bellovacensis de ea, quam guloſi patiuntur, tractans ventris servitute, inquit : *Ejus servitus est laboriosa, sua gravitate intolerabilis, ignominiosa, sua viliitate abominabilis, pernitiosa, sua gravitate detestabilis.* S. Antoninus in præsenti ad protoparentes nostros sese reflectit, qui ut pomum vetitum manducarant ; subito se absconderunt, in Dei præsentia comparere erubescentes ; citat autem S. hic in majorem nostram confusionem & probrum, quamdam Tullij sententiam dicentis : *Mente recta uti non possunt, cibo & potu repleti ; in cujus figuram post gulam commissam se absconderunt. Primi parentes quasi amantes tenebras, ne viderentur à Deo, & hoc est, quod ait Ambrosius, latebra post cibum.* Sane si quis à dæmonio obsessus fuerit, declinatur & vitatur ab omnibus, neque ullus cum eo tamquam infami amicitiam inire satagit. *Vin tu discere,* verba sunt Divi Chrysostomi, *quo pacto, dæmoniaco ebrius sit deterior, miseremur ejus qui à dæmone vexatur, at hunc odisse solemus, illi condolemus, huic autem irascimur, & indignamur.* Qui idem Sanctus alibi quoque ita in ebrietatem invehitur dicens : *Commune generis nostri opprobrium est* ; Et postquam paulo post eam nos à vitæ æternæ consecutione excludere probasset, subjungit : *Post vitæ hujus opprobrium, & illic tali morbo laborantes, pœna manet æterna.* Vita namque vino crapulæque deditorum non modo coram mundo probrosa est, sed & æternis punienda supplicijs.

Summ. Prædicant. verb. Gula. c. 5. Art. 7. n. 13.

Ulterius & fusius hujus modi vilitas demonstratur.

Rom. 16. 18.

Bellovac. ibid.

S. Antonin. Sum. Theol. p. 2. Tit. 6. c. 1. §. 9.

Tullius. Ebrietas commune generis nostri est opprobrium.

D. Chrysost. Tom. 5. from 24. de Reform.

D. Chrysost. Hom. 1. ad pop. Antioch.

9. Experientia teste ebrij innumeris omnium subjacent insultibus & derisionibus ; unde idem Sanctus ait : *Spontaneus est furor ebrietas ; ridicula calamitas, morbus sanus expositus.* Ebrij namque veluti cæci ; membrisque destituti aliorum necessum est ducantur manibus ; unde S. Ephrem ita quemdam admonet ebrium dicens : *Ne vinum ad ebrietatem bibas erubescens facie ; tunc enim magna tibi erit ignominia & pudor, quando ut ebrius ductus fueris.* Anacharses Philosophus interrogatus quandoque qualiter quis temperantiam acquirere posset, sapienter respondit : *Si turpes ebriosorum motus sibi ob oculos ponat.* Plato pariter vino sepultis, ut dum à violentia vini agitari sentiunt, se in speculo contemplarentur, suadere solitus fuit, teste Laertio, dum ait : *Plato ebrijs consulere solitus erat, ut in speculo se studiose intuerentur, quo ab ejusmodi fœditate deterrerentur.* Quare & Seneca aliquot pariter inciviles ebriorum actus in quadam epistolarum suarum commemorat his verbis : *Adjice illam ignorantiam sui, dubia & parum explanata verba, incertos oculos, gradum errantem vertiginem capitis, lesta ipsa mobilia, velut aliquo turbine circumagentem totam domum.*

D. Chrysost. Tom. 5. fer. 34. de Reform.

S. Ephrem. T. 3. de Timore Dei

Qualiter quis temperantiã possit acquirere.

Laert. Lib. 5.

Seneca Epist. 83.

10. Mascardi quoddam in Sicilia in civitate Agrigentina narrat accidisse factum, ad nostram in primis accommodissimum intentionem. Scilicet quod aliqui juvenes die quodam adeo immoderate potibus indulserint, ut præ ebrietate stulti facti, se navigare crederent, & ab horrenda agitari tempestate ; nec id mirum, quia teste S. Basilio. *Ebrius capitis gravedine affectus, vertigine laborans, omnia sibi circumferri, omnia circumvolvi videntur ; at itaque periclitantem allevarent navim, è fenestris* omnem pretiosiorem ejecerunt substantiam ; ut verificaretur illud : *Dederunt pretiosa quæque pro vino & viles facti sunt.* Ad spectaculum

Mascard. Concl. p. 2. disc. 1. Narratur factum valde appositum.

S. Basil. Hom. 1. de Laud. jejunij.

culum curiosa concurrit multitudo, spoliorum avida ; neque tamen ab insania destiterunt. Postridie itaque advenere Magistratus, qui ebrios caperent ; Quorum unus nauseabundus, sub coopertura, quam abditissimus, eos tamquam Neptunos aut Tritones alloqui cœpit, omniumque sodalium nomine vovere, se in honorem eorum statuas & altaria erecturos, modò à præsenti undarum periculo liberarentur. Atque ita concludit author, Infœlices illi existimantes se medijs aquis illis falsis ad securum pertigisse portum, in dulcedine vini, abominabile passi sunt naufragium, dum alios Tritones, alios Deos, alios alijs affecere nominibus, ipsi inhumani & irrationales effecti.

11. Merito itaque miserabiles illos D. Chrysostomus, dum quemdam Isaiæ textum considerat, deplorat inquiens : *Animam suam in captivitatem abducendam exponebant, intolerandæ istius temulentiæ tyrannidi, quemadmodum navis non saburrata gubernatore item destituta, & nautis, quaquaversum circumacta, confuso aquæ impetu temere fertur & fortuito ; eumdem in modum & isti se gerebant, qui se gurgiti ebrietatis immergebant.* S. Basil. ignominiosos & ridiculos vini effectus, exemplo cujusdam belli ducis, cæteroquin validi & victorioſi, his verbis describit : *Miserum profectò Christianorum oculis spectaculum vir ætate florens, corpore robustus, obeundis in exercitu laboribus aptus aliorum subsidio domum deportatur, nec erigere seipsum valens, nec propriis incedere pedibus, & qui terrori hostibus fuerat, ridiculus in foro pueris videtur, occasionemque, ut ab omnibus contemnatur, præbet, sine ferro vulneratus, sine hostibus enectus.*

D. Chrysost. Tom. 3. in Cap. 5. Isa.

S. Basil. hom. 14. in Ebriet. & Luxum.

DISCURSUS XXI.

ARGUMENTUM.

De aviditate & insatiabilitate gulæ, cui numquam satisfit, etiamsi venter plenus existat. Ubi etiam de solicitudine & anxietate crapulantium disseritur.

THEMA.

Comedent & non saturabuntur. Oseæ 4. ℣. 10.

Supplicium quod Deus infert Epulonibus est insatiabilitas. Philip. 3.

1. INter alia, quæ Deus epulonibus infert supplicia, unum est, quod manducent nec tamen sacientur, quia illorum appetitus & voracitas semper crescit, & augetur ; unde apud Oseam dicit : *comedent & non saturabuntur.* Apud Ezechielem quoque Deus *inimicas crucis Christi, quorum Deus venter est*, ad institutionem quoque nostram, gravissime comminatur, inquiens : *Animam suam non saturabunt, & ventres eorum non implebuntur.* At vero dicet aliquis, numquid sæpe ad fauces usque adimplentur adeo ut nihil ultra capere possint ? cur igitur dicit *ventres eorum non implebuntur ?* cui respondeo quod tametsi venter impleatur, non tamen propter hoc acquiescit appetitus, qui novum semper cibum desiderat, licet venter plenus sit, imo appetitui displicet, quod stomachum capaciorem & corpus amplius non habeat, & ideo *animam suam non saturabunt.* Scitisne qua ratione S. Bonaventura hoc vitium definiat ? *Definitur gula,* inquit, *quantum ad excessum in cibo sic : gula est immoderatus amor edendi* ; hic autem amor hæcque aviditas in corde & in voluntate guloſi residet, non vero stomachum intrat, neque ventrem ; & ideo licet hic plenus sit, non tamen ideo appetitus, & interior animæ aviditas saciatur.

Exech. 7. v. 19

S. Bonav. T. 6 Gemiteq. p. 1. sect. 23.

Guloſi cor in ventre habent.

2. Refert Clemens Alexandrinus in suo Pædagogo de pisce quodam, qui Asinus appellatur, de quo etiam Aristoteles inquit, quod *solus ex alijs animalibus cor in ventre habeat.* Tales sunt guloſi qui non solum cor, mentem, & animam ventri inviscerat habent, verum etiam hic illorum est idolum, & Deus, quem venerantur ; *ut qui mentem in ventre infoderunt.* Et ideo S. Ambrosius hosce tales insatiabiles esse censet, inquiens : *male servitur gulæ quæ semper expetit, numquam expletur. Quid enim insatiabilius ventre ? hodie suscipit, & cras exigit.* Verumtamen parum nimis dixit, quia ut plurimum, quando corpus plenum est, gulæ aviditas crescit, quæ se nihil devoraſſe cuperet, ut in nobis denuo cibis, novam voluptatem haberet, & quia majorem capacitatem non habet, inde affligitur. S. Joannes Climacus, Magnus vitæ spiritualis Magister in hac materia permultas sententias fuse digreditur inter alia vero hanc veritatem hactenus stabilitam, scilicet quod guloſus numquam satietur, hisce verbis confirmat : *Ne hoc ignorandum, ma-*

Clem. Alex. L. 2. Pædag. cap. 1.

S. Ambr. de Elia & Jejun. c. 8.

S. Joan. Climac. grad. 14 sub. n. 17.

lum gulæ spiritum subinde stomacho insidere, ut saziari homo non possit, etiamsi totam Ægyptum devoret, & totam Nilum exhauriret.

3. Supremus ille rerum omnium artifex de quo Sapiens inquit : *omnia in mensura, & numero, & pondere disposuisti*, manibus suis hoc corpus nostrum fabricans (*manus tuæ* Domine *fecerunt me & plasmaverunt me totum in circuitu*) eidem stomachum & ventrem indidit limitatum, ad capiendum cibum & nutrimentum sufficiens, non vero excessivum, unde quando corpus satiatum est, per inappetentiam cibum nauseat, & rejicit, & tamen quia gulæ vitium in superiori mentis portione nidum tuum habet, ideo hoc non satiatur, sed sæpe corpori violentiam infert, ut plura in se recipiat ciborum fercula, quam capere potest. Væ igitur nobis, nisi natura voracitati nostræ suos præscripsisset limites, quot enim majora nobis accerseremus infirmitatum & morborum mala ? optime igitur D. Chrysostomus ait : *Mirifica dispensatione dixerim divinitus factum, ut si sponte moderatiorem vivendi contemnis normam, saltem invitus, quoniam videas tantum ex saturitate tibi imminere periculum, modestus vivere coneris* ; Quamvis sæpenumero nec hoc frænum, naturæ ab eo inssertum, ad nos coërcendos sufficiat ; quoties enim, & quam frequenter experimur, quod gula etiam cum salutis corporalis præjudicio, superior esse velit, & excedere, nec umquam satietur.

Sap. 11. v. 21

Job. 10. v. 8.

Gulæ cum salutis corporalis præjudicio non satiatur.

D. Chrysost. Hom. 45. in Matth.

4. Mysterio non vacant illa proposito nostro aptè inservientia Sapientis verba : *Justus comedit, & replet animam suam, venter autem impiorum insaturabilis.* Etenim homo justus & timoratus tametsi frugaliter vivat, & nutriatur, ut videre est in tot abstinentibus religiosis, nihilominus satiatur, sibique sufficit hoc modicum, quod manducavit, quia non dominatur ei gula : impij autem insatiabiles sunt tametsi continuo epulentur. Hugo Cardinalis avari cujusdam adducit exemplum, qui quantumvis opulentum thesaurum possideat, numquam tamen satiatur ; cujus hanc assignat rationem : *quia nihil eorum quæ cupit, mittitur in ventrem, cupiditas enim in corde est, ubi pecunia intrare non potest, quomodo extinguere potest famem cordis pecunia in arcam missa ?* Idem quoque gulæ adaptari potest ; vitium enim gulæ & voracitatis, non in ventre est, sed in mente, & corde guloſi residet, huc autem cibus non intrat, & ideo insatiabilitas in animo semper perseverat.

Prov. 13. v. 25.

Guloſi insatiabiles sunt etsi continuo epulentur.

Hug. Card. ibid.

5. Seneca excessivam guloſorum detestatur aviditatem, corporis humani angustias ijsdem ob oculos his verbis ponens : *Non vultis cogitare quam parva vobis corpora sint ? Nonne furor & ultimus mentium error est, cum tam exiguum capias, cupere multum ? Licet itaque augeatis census, promoveatis fines, numquam tamen corpora vestra laxabitis. Cum bene cesserit negotiatio, multum militia retulerit, cum indagati undique cibi coierint, non habebitis unde istos apparatus vestros colloceitis.* Merito in dubium revocari potest, an dives ille Evangelicus, qui propter natæ sibi messis abundantiam granaria sua destruere voluit, ut nova & ampliora granaria erigeret, an inquam ille ampliorem in anima sua circumtulerit aviditatem, an vero copiosior messis fuerit, quia non corpus, sed animam alloquens ait : *Anima mea habes multa bona reposita in annos plurimos, comede, bibe, epulare* ; unde apparet quod guloſitas insatiabiliorem reddiderit animam, quam corpus illius, & non corpus sed animam increaſſare & saginare intenderit ; Dicit enim : *anima mea.*

Seneca. in Consol. ad Helviam n. 129.

Corporis humani angustiæ proponuntur excessivæ aviditati.

6. Præfatus, numquam tamen satis laudatus Seneca, ad intentum nostrum melius dicere non poterat, quam dum ad illos scribens, qui in comparandis bonis temporalibus adeo anxij sunt, ut laute vivere, & inordinato gulæ appetitui satisfacere possint, ita loquitur : *Ad vos transeo, quorum profunda & insatiabilis gula ; hinc maria scrutatur, hinc terras.* Quod cum pluribus exaggeraſſet tandem concludit dicens : *Infelices etiam, quod non intelligitis, vos majorem habere famem, quam ventrem*, venter enim sæpe satur erit signaque evidentia edet, se ampliorem cibum non poscere, at vero quid facit insatiabilitas ? concitabit nonnumquam homini vomitum, stimulabit appetitum ferculis dulcibus vel salsis, cogitabit de modo facilis digestionis, ad faciendum exercitium solicitabit, ut evacuet digestum, & ideo *venter imperium insaturabilis.* Idem Seneca observat, quod venter paucis sit contentus, natura enim solum requirit, unde sustentetur, ideoque cibo modico, &

Naturæ modicum ad sustentationem sufficit cor vero & mens guloſi non acquiescit.

Seneca. in Consolat. ad Helviam n. 123.

temporali, ad vitam conservandam quiescit, cor vero & mens gulosi non item : *Corporis exigua*, inquit, *desideria sunt, alimentis vult famem ac sitim extinguere, quidquid extra concupiscitur, vitijs, non usibus laboratur.*

Cunctis animantibus cibus unus sufficit, uni homini non sufficiunt omnes. *Petrarcha L. 14. Epist. 4.*

7. Alia animalia particularia solent habere alimenta, greges enim & armenta nutriuntur herbas, capreæ arborum folijs; equi asini, fœnum, herbis, vel avenam manducant, feræ carnes expétunt : at homo ob insatiabilitatem suam, quidquid comestibile in tota natura creata adducatur, non acquiescit. Quod Petrarcha in quadam epistola notans inquit : *Nulli solicitior, atque operosior gula est, adeo ut cum cunctis animalibus cibus unus sufficiat, uni homini non sufficiunt omnes.* In Daniele historiam quamdam legimus, quæ ardentem gulosi sitim numquam extinguí evidenter probat. Fecit enim Balthasar mille satrapis solemne convivium, cui etiam omnes accumbebant uxores ipsius, & concubinæ; quantum vero hic Rex crapulæ deditus fuerit, ex tempore instructi convivij facile præsumere licet; tunc enim conviviúm illud instituit, quando Civitas validissimo cingebatur exercitu, qui ultimum ei comminabatur exterminium, quod & eadem nocte subsecutum fuit. Dicit vero sacer texrus : *Præcepit jam temulentus, ut afferrentur vasa aurea, & argentea, quæ asportaverat Nabuchodonosor Pater ejus de templo quod fuit in Jerusalem, ut biberent in eis Rex & Optimates ejus, uxoresque ejus & concubinæ.* Mirum vero est, quod cum omnes convivæ, ex vasis illis aureis & argenteis biberint, solus tamen Rex, non vero alij convivæ ebrius fuisse dicatur; dicit enim Daniel : *Præcepit jam temulentus*; & tamen subdit : *biberunt in eis Rex & Optimates*; sed notandum quod ebrietatis hujus effectus hic fuerit, quod afferri jusserit præter vasa plurima quæ in mensa præsto erant, vasa quoque aurea, & argentea, ex templo allata, quod fuerat in Jerusalem, quia qui ebrius est, vino numquam satiatur. Unde Seneca ait : *Ista congerantur licet, numquam explebunt inexplebilem animum, non magis, quam nullus sufficiet humor, ad satiandam eum, cujus desiderium non ex inopia, sed ex æstu ardentium viscerum oritur, non enim sitis illa, sed morbus est.* Quibus ultimis verbis aptissimam insinuat similitudinem hominis febricitantis, qui semper siti ardet; & licet integrum aquæ flumen biberet, non tamen inde extinguitur, sed potius magis augetur, quia ardor febris inde crescit : eodem modo quanto plus aliquis cibum, vel potum gustui sapidum comedit, vel bibit, tanto magis in illo crescit pruritus complacentiam & voluptatem illam continuandi; & licet fatietur, & impleatur venter, non tamen gula, quia semper remanet vitium, quod *non sitis, sed morbus est.*

Dan. 5. v. 2.

Seneca ibid. Quanto plus quis concedit & bibit tanto magis crescit continuándi pruritus.

8. Filij Israël in deserto hæc contra divinam providentiam proferebant lamenta : *Utinam mortui essemus, ... quando sedebamus super ollas carnium, & comedebamus panem in saturitate.* Quod si lamentati fuissent, dicendo : minus malum fuisse, in dura illa servitute, in operibus luti & lateris duris opprimi, & tamen manducare carnes, quam continua in illa solitudine conficiendo itinera laborare, facile intelligi lamentum illorum potuisset, jam vero non hoc dicunt, sed potius optant dicendo : *Utinam mortui essemus,... quando sedebamus super ollas carnium*, ita enim carnium avidi erant, ut præ nimia illarum insatiabilitate & appetitu, desiderarint manducando mori, ipsasque ollas pro tumbis & monumentis accipere. Et ideo Abulensis ait : *In hoc eorum magna notatur voracitas, & desiderium ad sumendos illos cibos, quia non solum carnes ad saturitatem comedebant, sed etiam super ollas carnium sedebant affectuose, ne quid eis de cibo periret.* Hunc effrænem appetitum nos à primis Parentibus nostris hæreditavimus, quibus licet Deus immediate post eorum creationem (tametsi in illo innocentiæ statu nullam paterentur famem, utpote quæ pœna fuit gulositatis ipsorum, in universam humanam progeniem transfusæ) omnes paradysi terrestris fructus assignasset, unius tantum arboris fructibus exceptis (*ex omni ligno paradysi comede ., de ligno autem scientiæ boni & mali, ne comedas*) se tamen ab hujus vetiti fructus appetitu seduci permiserunt, ut hunc, non vero illos, decerpserunt; ac proinde merito Basilius Seleucus ait : *Unius privatio, recordationem illius excitet, qui dedit universa, ne voluptas undequaque circumfusa, beneficij memoriam spoliet, ne per inexplebilem voracitatem in ignorantiam delabaris.*

Exod. 16. v. 3. Magna notatur filiorum Israël voracitas.

Abulensis ibid.

Effrænem appetitum à Protho-Parentibus hæreditavimus.

Gen. 2. v. 16.

Basil. Seleucus orat. 3.

Habentes in facultate suâ omnes fructus, in nullum tamen magis ferebantur, quam in eum, qui interdictus erat, quia gulosus non fertur in cibum, ob corporis sustentationem, sed ut gulam suam exsatiet.

9. Hujus febris in medullis ossium nostrorum, seu potius in animæ sinu latentis malignitatem, Salvator noster detexit inquiens : *Ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis*; ubi notandum quod Salvator non stomachum & ventrem alloquatur, cui cibus immittitur, quia huic victus sobrius sufficiens, & temperatus sufficit : sed alloquitur animam, quæ vorago quædam est insatiabilis : *ne solliciti sitis animæ vestræ* inquit : non vero dicit *corpori*. Sanctus Jacobus Apostolus discursum suum ad gulosos per sequentes comminationes dirigit dicens : *Epulati estis super terram, & in luxurijs enutristis corda vestra in die occisionis.* Potius videbatur dicere debuisse, *corpora vestra* quia cordi nihil de cibis interest; verumtamen notanter dicit : *corda vestra*, ut per hoc insinuet gulam & aviditatem vitiosam non in corpore sed in corde latere.

Matth. 6. v. 25. Aviditas vitiosa non in corpore, sed in corde latet.

Jacobi 5. v. 5.

10. Salvator noster nos monet dicens : *Attendite vobis, ne forte graventur corda vestra in crapula & ebrietate*; non dicit *corpora, viscera*, sed *corda*, peccatum enim crapulæ, quod nos aggravat, in anima, & voluntate, non in ventre consistit. Ingeniosa est illa sancti Augustini ponderatio, qua nos instruit, vitium voracitatis non in quantitate, vel qualitate cibi, sed in inordinata voluntatis & effrænis appetitus nostri aviditate consistere : *Ut sciremus*, inquit, *non Dei creaturam esse culpabilem, sed inobedientiam contumacem, & inordinatam cupiditatem; non propter porcum, sed propter pomum, mortem primus homo invenit.* Dionysius Carthusianus super illa verba Sapientis : *Venter impiorum insaturabilis*, ita scribit : *Tam gulosi sunt* inquit : *ut quasi satiari non valeant, nova quoque exquisita expetant fercula.* Porro quod ebrij sitim suam extinguere nequeant, hujus sequens adduci potest naturalis ratio, quia calorem in se magis accendendo, fauces illorum tanto magis inarescunt. Id quod sanctus Basilius de ebrietatis effectibus differens, sequenti explicat similitudine : *Tumescit corpus, oculi humoribus prægravatur, ora siti ardentia, fauces continuo siccæ. Nam sicut valles donec torrentibus inundantur, plenæ esse videntur, unda vero deficiente statim siccæ vacuaque remanent, sic & vinolentorum ora, vino ac potatione diuturnibus exsaturantur, ac madescunt, paulo post continua siccitate laborant, ex quo ad frequenter bibendum invitantur, unde humor naturalis amittitur.*

Luc. 21. 34. Idem confirmatur monito Salvatoris & sancti Augustini Testimonio.

S. Aug. Tr. 7 in Joan.

Proverb. 13. v. 25. *Dion. Carth.* Ratio naturalis adducitur cur ebrij sitim extinguere non possint. *S. Basil. Hom. 14. in ebriet. & luxum.*

11. Manna olim, quod divina providentia in solitudine populo suo quotidie depluebat, in mensura limitata colligendum erat, & qui mensuram hanc excedebat hujus manna statim scaturiebat vermibus; sicut pariter qui illud conservare volebat in diem sequentem, excepto sabbatho, illud statim verminosum reperiebat, & tamen idem manna in arca per tot sæcula incorruptum permansit. Unde non immerito quærendum est, quodnam sit horum vermium mysterium? siquidem alio modo illud corrumpi facilè potuisset, scilicet indurando illud, veluti sanum, vel illud liquefaciendo, aut annihilando; verumtamen *omnia in figura contingebant illis*; voluit namque Deus per hoc denotare, cor gulosi continuo à verme perpetui pruritus corrodi, pruritus inquam, numquam intermissæ anxietatis, quotidianæ solicitudinis, ad satisfaciendum appetitui suo intentæ; Unde Rupertus Abbas inquit : *Quamdiu vivit, eum curarum atque solicitudinum vermis comedit.* Et Bellovacensis ait : *Pro re tam brevi & inutili imponit gulæ labores, curas, inquietudinem mentis, & sumptus maximos*; Continuo enim laboratur, studetur, sudatur, navigatur, venationi & piscationi incumbitur, vigilatur pro cibo & potu; & quasi omnis labor hominis ad solum victum confectandum ut plurimum ordinatur. Unde Ecclesiastes inquit : *Nonne ad unum locum properant omnia? omnis labor hominis in ore ejus, sed anima ejus non implebitur*; Quasi diceret, omnia absorbet venter, & consumunt fauces, anima vero semper insatiabilis, avida & cupida permanet. S. Joannes Climacus de gula tractans, eamdem quoque insatiabilem appellat, inquiens : *Sed unde gula? & quibus ex parentibus nascitur? quæ hujus progenies & nepotes? quis illius hostis, qui illam edidit, aut conterit? ede nobis totius generis humani crudelis domina-*

Manna quod ultra mensuram collecti vermibus scaturiebat cor gulosi denotat.

Rup. Abb. Tuit. Bellovac. Spec. mor. L. 3. p. 8. dist. 1.

Eccles. 6. v. 7.

S. Joan. Climac. Grad. 14. n. 24.

trix quæ omnes inexplebilis vorandi desiderio auro emisti, unde tibi aditum ad nos parasti? Sed ex quo illa insatiabilem nos devorandi voracitatem habet, quid mirum est, quod animæ quoque nostræ eamdem hanc insatiabilitatem insinuet? S. Gregorius cor gulosi innumerabilium solicitudinum spinis transfodari dicit : *Gulosi pro solicitudine ventris innumerabilium curarum frequentia deprimuntur*, notandum vero est Ly illud *frequentia*, est enim gulosi anxietas quotidiana, quia mane & vesperi ab hoc inordinato edendi & bibendi appetitu agitatur. Clemens Alexandrinus gulosos appellat *insatiabiles, solicitos, & anxios ciborum indagatores.* S. Bonaventura idipsum sequenti similitudine declarat inquiens : *Comparatur gulosus sacco pertuso vel perforato in fundo, qui quantumcumque ex una parte accipit, tantum ex altera parte perdit, talis saccus est gulosus homo, qui ex una parte habet coquinam ad implendum ventrem, & ex altera parte latrinam ad evacuandum*; ac proinde idem Sanctus, eorum deplorans miseriam, textum illum Aggæi cap. 1. adducit : *qui mercedes congregavit, misit eas in saculum pertusum.*

S. Greg. Lib. 5 in 1. Reg. 11.

Clem. Alex. L. 2. Pædag. cap. 1.

S. Bonav. in Diæta salut. Tit. 2. c. 8.

Petrarch. Petrarcha.

Aggæi 1. v. 6.

DISCURSUS XXII.
ARGUMENTUM.

Ingenium gulosi in præparatione epularum & elementorum aliarumque rerum creatarum quos gulæ suæ servire facit, perquisitione offenditur.

THEMA.

Ne solliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis : Matth. 6. ℣. 25.

Salvator noster intemperantiæ solicitudinem prohibet.

Ps. 144. v. 16

S. Bonav. T. 7 in Spec. anim. c. 3.

Luc. Burg. ibid.

1. SAlvator noster quanta sit hominis in cibo immoderata aviditas probe sciebat, ac proinde cum ipse sit qui *aperit manum suam, & implet omne animal benedictione*, necessarium & conveniens alimentum nobis non prohibet, sed intemperantiam, & excessivam illius solicitudinem, à nobis amovere volens, nos monet : *Ne solliciti sitis, &c.* Nam ut Sanctus Bonaventura ait : *Ex gula procedit mordacitatis delectatio, & has fructus secum habet; solicitudinem in quærendo, studiositatem in præparando, multiplicitatem in diversificando, voracitatem in sumendo.* Porro anxietatem, quæ nobis prohibetur. Lucas Burgensis his verbis declarat : *Solicitudinem vetat, immodicam illam, & anxiam, qua totus in hoc est homo, ut de rebus vitæ necessarijs sibi prospiciat, nihilque Deo commendat, nihil divinæ providentiæ relinquit* ex quibus verbis sequens confici potest argumentum : quod si Christus hanc solicitudinem, etiam circa illa exercitam prohibet, quæ nobis ad propriam sustentationem sunt necessaria, quanto magis condemnari meretur illa, quæ circa superfluitatem, luxum, & intemperantiam excessivam conviviorum, ebrietatum, & crapularum versatur? S. Joannes Climacus gulæ propriissimum attribuit epithetum, siquidem illam non solum ingeniosam, sed & ingeniosissimam appellat, inquiens : *Quando mens nostra varias ciborum delicias effugit, quærit id, quod naturæ animalis proprium est, proinde ingento singulari contra ingeniosissimam gulam utendum est, quod nisi fiat, gravissimum nobis faciet bellum, aut ratnæ laqueos tutendet.*

S. Joan Climac. grad. 14

Petrarch. de remed. ver. fort. L. 2. Dial. 108. Gula ingeniosa appellatur & probatur. *Gen. 1. v. 26*

2. *Ingeniosissimam gulam.* Vir magni ingenij, & pietatis, & scriptoribus Ecclesiasticis à Cardinali Bellarmino annumeratus, inquit : *Stupor & pudor est cogitare, quo se humanum inclinat ingenium ad majora creatum.* Etenim propter peccatum, homo subjectionem & dominium in animalia amisit, quod alias in prima ejus conditione à Deo ipsi his verbis datum fuerat : *Præsit piscibus maris, & volatilibus cæli, & bestijs... omnique reptili, quod movetur in terra.* Post protoparentum enim nostrorum transgressionem, adeo rebellasse videmus animalia, ut feræ desæviant adversum nos, nostrumque aliquando sanguinem, gulosus nihilominus artificiosa adeo adinvenit instrumenta, ut quidquid natitat in aquis, volat per aëra, currit per terram, deprædetur. Modum excogitavit ut per solos nutus obedientes sibi faciat rapaces aves, struthiones, falcones, & canes, quia scilicet obedientes obsequiosæque vivunt ad quemcumq; venatorum nutum ad capiendas sylvestres sævasque feras quas captas prædas nobis obedienter impertiuntur, quantumvis naturali ex instinctu in eamdem avidissime ferantur. *Meditari estis*, inquit idem Petrarcha, *vetia & hamos, & viscum, & laqueos & rapaces volucres imperio parere & prædari vobis docuistis, ad nusquam aliud, nisi ut gulæ satisfiat.*

3. S. Ambrosius de avibus, quæ in agris demorari assolent, tractans, postquam varias naturales earum considerasset proprietates & instinctus, tandem subjungit dicens : *Quibus nos inhospitali immanitate molimur insidias, & diverso genere nunc insida crapula decipere, nunc viseo eas fallere, nunc laqueis captare comendimus.* Unde S. Doctor nostram merito stupet excessivam nimis ingluviem. Providentia divina nobis ad sufficientiam suppeditavit omnia, subdit idem Sanctus, *ut tantum satisfiat unicuique quantum ad usum abundet, non quantum aviditas quædam immoderata sibi vendicet. Lex quædam naturæ est, tantum quærere, quantum sufficiat ad victum.* Deinde paulo post guloforum in piscando ostendit solicitudinem dicens : *Pro singulorum libidine mare infunditur, ut insulas faciat, ut possideant freta, spatia maris sibi vendicant jure mancipii, piscium que jura sicut vernaculorum condictione sibi servitij subjecta commemorant. Iste inquit sinus maris meus, ille alterius.* Dividunt elementa sibi potentes. *His Ostreæ in fluctibus nutriuntur, his in vivario piscis includitur. Luxuriæ nec mare sufficit, nisi apothecas habeant ostrearum. Itaque ætates earum numerant, & piscium receptacula instruunt, ne convivia divitis mare non possit implere.* Seneca quoque exquisitam quorumdam circa pisces gulositatem his verbis indicat : *Ad hunc fastum pervenit venter delicatorum, ut gustare non possint piscem, nisi quem in ipso convivio natantem, palpitantemque viderint.* Narratque varia ingeniosorum commenta, quibus pisces in medium convivarum vivos apportare satagunt.

Miratur Sanctus Ambrosius excessivam hominum ingluviem & solicitudinem. *S. Ambr. L. 5 Hexam. c. 14*

Senec. natur. Quæstionum Lib. 3.

4. Mascardus famosus sæculi nostri Academicus, in discursu primo de mensa Cebetis ita scribit : quod si ingenium humanum magnopere se exerceat, ut corpori bene provideatur, certe in præparandis epulis tantum femetipsum superat, ut opera illius ad id adhibita effecerit, ut gula à Martiali & Petronio ingeniosa appellata fuerit. Porro ars coquendi olim in tantam æstimationem ascenderat, ut Athenis non solum excellens esset coquorum tribus, sed publicorum, honorum quoque declarati fuerint capaces; profitebantur enim bene condiendi & præparandi cibos exercitium, non à mediocris conditionis hominibus, sed à viris principibus fuisse introductum; asserebant insuper aspiranti ad supremum hujus artis apicem necessarium esse, ut primo in pictura, postea in Geometria; demum vero in medicina & astrologia erudiretur; Præsides quoque erant nuptiarum, & sacrificiorum; & cum apud Homerum ipsemet & Agamemnon & Filius Nestoris, apud Romanos vero Censor Victimas mactarent, Athenis nobile hoc ministerium coquis tamquam personis spectabilioribus committebatur. Quid plura? quemadmodum ex omnibus Græciæ scholis septem dumtaxat electi fuere, sapientiæ titulo famosi, ita quoque coquorum secta totidem famosos è coquinis extulit coquos, quorum nomina pariter, & centena alia laudum encomia apud Athenæum leguntur, nec sine Mysterio idem Mascardus Cocis picturæ peritiam necessariam esse dicit, quia gulæ, ad satisfaciendum in convivijs palato, non sufficit cibos bene conditos & præparatos esse, nisi simul etiam pascantur & oculi, nam ut S. Bernardus ait : *Ipsa qualitas, rerum talis deforis apparere curatur, ut non minus aspectus quam gustus delectetur, & cum jam stomachus crebris ructibus repletum se indicet, necdum tamen curiositas satiatur, sed dum oculi coloribus, palatum saporibus illiciuntur, infelix stomachus, quem nec sapores demulcent, dum omnia suscipere cogitur, oppressus magis obruitur quam reficitur.* Merito etiam antiqui gulam ingeniosam appellarunt; quid enim gula inutitatum & inexquisitum non adinvenit? *hinc Maria scrutatur, hinc terras.* inquit Seneca, *Alia hamis, alia laqueis, alia retium variis generibus cum magno labore persequitur; nullis animalibus, nisi ex fastidio, pax est.* Quot inventiones, quot venationum & piscationum artes adinventæ non fuerunt? quot instrumenta ingeniosa hominis excogitavit intellectus, ut proprio appetitui satisfaciat? Pergit ulterius eodem in loco Mascardus dicendo : Nostris temporibus, de regno in regnum, de provincia in provinciam, uni ventri satiando diversa transportantur vinorum genera. Clemens Alexandrinus multas vinorum differentias memorat, quæ suo tempore magnis cum laboribus & sumptuum impendijs navigijs & curribus, ex pro-

Ingenium humanum in præparandis epulis semetipsum superat narranturque inventiones quas excogitavit intellectus ut appetitui satisfaciat.

In Floribus S. Bern. c. 99.

Senesa Epist. 89.

Clem. Alex. Pædageg. L. 2. c. 2.

provincijs & regnis diſtantibus advehebantur; Quorum prolixo adducto cathalogo, tandem ex ebriorum ſordida plebe quemdam his verbis alloquitur: *Quid enim? an non vinum in ſua patria natum cuique ſufficit ad ſuam explendam cupiditatem?* quaſi diceret, nequaquam ſufficit, guloſi enim ingenium novos ſemper & inuſitatos modos excogitat, ut faucibus voluptatem & ſaporem adferat, hactenus minime probatum. *Quidam toti in gutture*, inquit Petrus Bleſenſis, *Merito gurgalionibus comparandi, quorum cogitatio tota de ventre & intra ventrem, & ſub ventre eſt, quibus ſatisfieri omnino non poteſt.* Pro una cœna, inquit Maſcardus, ex utroque Mari, ex fluminibus, ex torrentibus, ex lacubus transferuntur piſces; per millenas ſylvas agitantur feræ, à prædatoribus fatigatæ, ut unius guloſi ori cruentum pendant tributum. Nec myſterio caret dictio, illa, *tributum*, qua Maſcardus utitur, quia S. Propheta Job de viro temperante, & in cibis ſobrio & continente inquit; *clamorem exactoris non audit*, id eſt gulæ, quæ partes exactoris exequitur. Bellovacenſis ad noſtrum propoſitum ita ſcribit: *Venter eſt graviſſimus exactor, cui difficile nimis eſt ſervire, quotidianum enim & continuum tributum exigit, ut eum qui plus ei ſervit, gravius opprimit, & cum pluries & de pluribus ei ſervitur, frequentiorem & majorem exigit exactorem.* Idem quoque paulo poſt guloſum, ad exigenda ab omnibus creaturis tributa terram ſusque deque vertere his verbis indicat: *Gravis eſt hic exactor, qui in elementis vult habere dominium, & de omnibus exigit tributum.* Citatque authoritatem S. Hieronymi voracitatem noſtram hiſce verbis reprehendentis: *Tauri multi paucorum jugerum paſcuis alebatur, ſylva una pluribus elephantibus ſufficit, mare ſufficit piſcibus & aquæ; terra quadrupedibus, ventri autem non ſufficit unum elementum, cum ſuis animalibus, ſed vult habere volucres cæli & piſces maris, & beſtias terræ;* adducit quoque verba quædam Innocentij III. qui guloſi inſatiabilitatem ita notat: *Guloſo non ſufficient fructus arborum, grana leguminum, radices herbarum, piſces maris, beſtiæ terræ, volucres cæli, ſed quæruntur piperata, comparantur aromata, nutriuntur altilia; capiuntur obeſa.* Ubi palato, inquit Maſcardus, ſudant miniſtrorum, ſervitorum, coquorum innumerabiles turbæ, uno palmari ſtomacho altiſſimi fumant camini, ardent amplæ fornaces, epulæ accumulantur epulis, inferunturque menſis expondere gementibus, natant culinæ vino, præ frumentorum copia rumpuntur granaria, & cum una ſylva centum elephantibus opportunum præbeat nutrimentum, centum provinciæ uni dumtaxat homini faturando non ſufficiunt. S. Baſilius ſtrepitum conſiderat, qui fit in domo, quando in ea lauta præparantur convivia; dicit enim: *Conquaeſcat domus ob infinitis tumultibus, à fumo, à nidore, ab his qui ſurſum deorſum curſitant, ac ventri velut imperioſæ dominæ miniſtrant.* Clemens Alexandrinus hanc guloſorum ſolicitudinem & anxietatem hoc modo deſcribit: *Inſatiabiles, ſolliciti & anxij ciborum indagatores, ad delicias & voluptates ſuas, mundum videntur irretire*, quia per univerſum mundum retia diſtendit; *ſibillantibus ſartaginibus undique circumſtrepentes, & circa cochlear & mortarium totam vitam ſuam conſumentes, edaces, atque adeo omnivori homines.*

5. Tametſi animalia bruta, ut obſervat S. Ambroſius, omnis ſint delicti incapacia, illa tamen mactantur, necantur, trucidantur, ut gulæ noſtræ ſatisfiat: *Muta*, inquit, *animalia crimen neſciunt, & in hoc ſolo tamquam pro crimine puniuntur.* Idem quoque Sanctus ad culinam epulonis oculos deflectens, ſtragemque animalium conſiderans, inquit: *Non coquinam ſed carnificinam putes, prælium geri, non prandium curari, ita ſanguine omnia natant*; Bellovacenſis eamdem nobis ſtragem delineat, quæ ſit non à militibus; ſed à coquis, quorum hi cultro, illi verubus, alij craticulis, alij ferris armati circumcurſitant: *Tot exigit venter miniſtros, quorum alius excoriat, alius lacerat; alius coquit, alius aſſat, alius frigit, alius contundit, alius colat, alius conficit.* Hic autem immoderatus conviviorum luxus, in hominem quovis ſæculo tyrannidem egit, quia de ſuis temporibus Seneca ita ſcribit: *Aſpice culinas noſtras, & concurſantes inter tot ignes coquos noſtros; unam videri putas ventrem, cui tot conſulum regionumque vina fundamur? aſpice quot locis ventatur terra, quot millia colonorum arent, fodiant. Unum putas videri ventrem, cui & in Sicilia, & in Africa ſeritur?* in alio loco idem Seneca corpus noſtrum cibo ſobrio contentari & reſtaurari oſtendens, hac utitur phraſi loquendi: *Non eſt neceſſe omne perſcrutari profundum, nec ſtrage animalium ventrem onerare, nec conchylia ultimi maris ex ignoto littore eruere; Dij iſtos deæque perdant, quorum luxuria tam immenſos imperij fines tranſcendit. Ultra Phaſim capi voluit quod ambitioſam popinam inſtruat, nec piget à Parthis à quibus nondum pœnas repetimus, aves petere, undique convehunt omnia nota faſtidienti gulæ. Quod diſſolutus delicijs ſtomachus vix admittat, ab ultimo portatur Oceano.* Paulo poſt idem Seneca turbam conſiderans hominum armatorum, qui omnia loca percurrunt, ut feras & aves capiant, tandem exclamat: *Libet dicere, quid deducitis naves? quid manus & adverſus feras, & adverſus homines armatis? quid tanto tumultu diſcurritis?* denique in Epiſtola quadam hunc luxum pariter exaggerans ita ſcribit: *Vide quantum rerum per unam gulam tranſiturarum permiſceat luxuria, terrarum mariſque vaſtatrix.*

6. *Ingenioſiſſimam gulam.* Supracitatus Maſcardus in eodem loco diſcurſum ſuum proſequitur inquiens: Taceo, quod per diverſas adinventiones procuretur, ut fames non tam extinguatur, ut irriteturſ; Prætereo, quod per diverſa conditurarum genera, animalia in alienam naturam degenerare cogantur; unde Quintus Flaminius, haud immerito Oſtienſem illum interrogavit: unde tot falſugines ex improviſo attuliſſet, cum tamen delicioſum convivium unico tantum carnis genere abunder. Non hic repeto, bene cuſtodita vivaria ne gula tempeſtatum patiatur periculum habeatque ingluvies media inter communia naufragia fœlicem ſuum portum, in quo per denſum piſcium gregem voraciter nutriatur. De quo eodem puncto in eadem Epiſtola Seneca inquit: *Non ad voluptandam, ſed ad irritandam famem inventæ ſunt mille condituræ, quibus aviditas excitetur.* Bellovacenſis ad epularum ſe reflectit Metamorphoſes, quibus per condimenta & exquiſitas coquorum artes, cibi differentes eſſe videntur ab illis qui revera ſunt, unde inquit: *Subſtantiam convertis in accidens, & naturam in artem.* S. Antoninus authoritatem adducit Alani dicentis: *Hodie gula vitium profundius ſe porrigit in Dominos, & Prælatos, qui Salmones, Lucios, cæteroſque piſces æquipollenti generoſitate inſignes, variis decoctionum cruciant Martyrijs, balneantes officio ſacri piperis fonte baptizant, ut multiformem ſaporis gratiam conſequantur.*

7. *Ingenioſiſſimam gulam.* Idem Maſcardus progreditur ulterius inquiens: Silentio prætereo, quod ad delectandum palatum anni tempora confundantur, ſiquidem menſæ in medijs caniculæ & leonis ardoribus, propter nives & præparatas glacies, in alium polum, & in rigidæ hyemis frigora redactæ cernuntur. Idem quoque anni tempora pro arbitrio invertendi à gula inventum prodigium Plinius his verbis memorat: Heu prodigia ventris! hi nives illi glaciem potant, pœnasque montium, in voluptatem gulæ vertuntur. Servatur algor æſtibus, excogitaturque ut alienis menſibus nix algeat.

8. Aliam quoque guloſorum Seneca deplorat inſaniam, qui cibum, non tam ob ſaporem, quam propter raritatem, æſtimare conſueverunt. *O miſerabiles, quorum palatum niſi ad pretioſos cibos non excitatur; pretioſos autem non examinus ſapor, aut aliqua faucium dulcedo, ſed raritas & difficultas parandi facit.* Author aulæ ſanctæ ad tractandum de hac immoderata convivarum ſenſualitate deſcendens, in hunc modum ſcribit: Totum univerſum, ad ſatiandum guloſi ſtomachum, nimis eſt exiguum, ſiquidem ad novas inveniendas voluptates, vix quidquam ulterius humanum adinvenire poteſt ingenium; Servantur Oſtreæ vivæ, quæruntur magna cum induſtria fungi, tentatur ſapor, quem habent carnes teſtudinum, & limacum, licet enim infœlices hæ beſtiolæ, turpitudinem ſuam, vitam ipſarum ſecuram redituram fuiſſe exiſtimare potuiſſent, inſenſata tamen hominum ingluvies ſuam ob omni creatura expoſcit tributum, venietque tempus, cum nec corvis, nec ſerpentibus parcetur. Unde Seneca ſcribit: *Terrarum & maris bona conquirentes, & ſuper menſam recognoſcentes omnium genera animalium*; quamvis ſæpe accidat, quod coquorum arte & induſtria, diſcerni non poſſint animalia, an aërea ſint, an aquatica, an vero quadrupedia, arte nimirum immutante, naturam: Unde Clemens Alexandrinus poſtquam multa enumeraſſet animalia, quæ ex varijs provincijs multifariam adducuntur, ſubjungit: *Hæc condimentis immutantes ij, quos ſunt gulæ dediti, obſonijs inhiant, quæcumque tellus, & profunda Ponti, immenſaque alij latitudo aëris, in gluviei ea ſuæ comparantes.*

Petr Bleſenſ. Epiſt. 85.

Venter comparatur Exactori.

Maſcardus.

Job. 39. v. 7.

Bellovac. Spec. mor. L. 3. p. 8. diſt. 1.

S. Hieron.

Innoc. III.

Maſcardus.

S. Baſil. Hom. 1. de Jejun.

Clem. Alex. l. 2. Pædag. cap. 1.

Immoderatus conviviorum luxus deſcribitur.

S. Ambr. de Elia & jejun. c. 8.

Bellov. ibid.

Seneca Epiſt. 114.

Senec. in Conſol. ad Helviam n. 123.

Senec. ibid. n. 129.

Senec. Epiſt. 95.

Ad famem irritandam mille ſunt inventæ condituræ.

Senec. ibid.

Bellovac. ib.

S. Antonin. Sum. Theol. p. 2. Tit. 6. §. 7.

Maſcardus. Anni tempora confundantur ad delectandum palatum.

Senec. in Conſol. ad Helviam. n. 119

Aula Sanctæ obſ. 10.

Guloſus ſemper Pauper manet.

S. Aug. ſerm. 33. ad Fratres.

Lyran. in Proverb.

Eccli. 19. v. 1

Hug. Card. ibid.

Clem. Alex. l. 2. Pædag. cap. 1.

DISCURSUS XXIII.

ARGUMENTUM.

Guloſi quidquid lucrantur per crapulam conſumentes, tandem in paupertatem redigi ſolent.

THEMA.

Qui diligit epulas, in egeſtate erit, qui amat vinum & pinguia non ditabitur. Prov. 21. v. 17.

Reprehenduntur deliciæ inordinatæ.

1. AD deteſtandam porro gulam Sapiens in præmiſſo themate efficax adducit argumentum, paupertatem videlicet & mendicitatem, quæ gulam communiter conſequitur, advertendum tamen eſt, quod Sapiens in his verbis, minime velit, ut cibum habeamus in odio, vel ut eumdem cum abominatione rejiciamus, ſiquidem quotidiana illius nobis recurrit neceſſitas, imo ipſemet Dei Filius in oratione quotidiana, quam nobis tradidit, his verbis æternum Patrem ſuum nos rogare voluit: *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*, ſolum ergo diſſuadere intendit aviditatem, affectum nimium, & ſuperfluitatem, ac delicias inordinatas illius, prouti Lyranus optime declarat, dum ita legit, *qui diligit epulas immoderate, ſicut gluto*; ac proinde Sapiens notanter utitur verbo *diligit* & verbo *amat*. Idem quoque Cajetanus obſervans inquit: *Amantes, hoc eſt affectus ſuos potentes.*

Lyran. ibid.

Cajetanus.

Dives Epulo punitur non quod convivia inſtituerit, ſed quia affectu crapulæ nimis adhæſit, Luc. 16. v. 19 Cajetan. in Luc. Dion. Carth.

2. Veriſimile non eſt juſtitiam Dei ſeveriſſimum illud de divite epulone ſumpſiſſe ſupplicium, quod lauta inſtituerit convivia, ea namque ſtatum ipſius, utpote hominis opulenti, dicere videbantur, ſed ideo condemnatus fuit, quia affectu & corde ſuo crapulæ nimium adhæſit; Unde Evangeliſta non dicit ſolum, *epulabatur*, ſed inſuper adjungit, *quotidie*, & *ſplendide* ſuper, atque ideo ſemper pauper manet; quam proinde veritatem Eccleſiaſticus pariter his inſinuat verbis: *operarius ebriоſus non locupletabitur.* Siquidem licet ſe ad labores conferat, nihil tamen lucro dignum operabitur ſi ebrietati deditus fuerit. *Quid mirum?* exclamat Hugo Cardinalis, *Ipſe eſt ſervus duarum ſanguiſugarum inſatiabilium, ſcilicet gulæ & luxuriæ, quæ ſemper clamant affer, affer.* Atque hæc principalis eſt, convincensque ratio, quare homo ingluvici manci-pium ſemper inopia laboret, quia gulæ ſemper ſe aſſociat inhoneſtas; quæ ambo vitia profundum veluti ſunt barathrum, omnem abſumens pecuniam; ideoque S. Joannes Climacus ait: *Gula & ventris inſaniens ſoboles libido eſt, ut quæ ex gula nata eſt.*

Dion. Carth. in Prov. 21.

S. Joan. Clim. grad. 26. ſchol. 50.

3. Quid diceretis, ſi quis omnem pecuniam ſuam lucrabilem in faccum projiceret perforatum? utique talis perderet univerſa ſed audiamus in præſenti Aggæum: *Et nunc hæc dicit Dominus exercituum, ſeminaſtis multum, & inuliſtis parum; comeditis, & non eſtis ſatiati; bibiſtis, & non eſtis inebriati; operuiſtis vos, & non eſtis calefacti, & qui mercedes congregavit, miſit eas in ſaculum pertuſum.* Laboret enim quis, & accumulet quantum poteſt; ſeminet, meſſemque colligat abundantem, nihilominus ſi hoc infectus fuerit gulæ vitio, numquam ditefcet; & quamvis manducet, bibatque multum, imo & ventrem ſuum impleat; quantum poteſt, numquam tamen ſuæ ſatisfaciet guloſitati; ideoque S. Bonaventura ait: *Miſer homo, qui eſt deditus tam vili officio; Unde dicitur Aggæi primo qui mercedes congregavit, miſit eas in ſaculum pertuſum.* Porro Lyranus rationem aſſignat, quare ebrius, quantumvis continuo in laboribus ſolicite deſudet, ſemper nihilominus mendicitatem experiatur; quia ſcilicet *Per ebrietatem lucrum conſumit, & ab opere impeditur.*

Aggæi. 1. v. 5 Homo quantumcumque laboret, gulæ vitio infectus, nonnumquam ditefcet.

S. Bonav. in Dieta ſalut. Tit. 1. c. 8.

Aggæi. 1.

Lyranus Eccl. 19. Guloſi Totum ex laboribus proveniens lucrum per voraces trajiciunt fauces.

5. Viliſſima plebis fæx, lucrum per totam ſeptimanam acquiſitum, in tabernis abſumere ſolet, prandium bonum, cœnamque meliorem ſibi præparari faciens, permittendo interim, ut præ fame moriantur uxores & proles; illi igitur, ubi diem Dominicum in ebrietatem dilapidarint, poſtridie malum & dolorem experiuntur; propter quem indiſpoſiti, numquam tantum poſſunt ſibi comparare lucri aut pecuniæ, ut proprijs ſubveniant neceſſitatibus; Equidem quem illorum Eccleſiaſtis verborum ſenſum eſſe putatis: *Omnis labor hominis in ore ejus, ſed anima ejus non implebitur?* judicio meo inferre voluit Sapiens per hunc loquendi modum, magnam guloſorum partem totum ex laboribus eorum proveniens lucrum per voraces trajicere fauces; Unde & S. Hieronymus textum hunc ita explanat, dicens: *Omne quod laborant homines in hoc mundo, ore conſumitur, & attritum dentibus ventri traditur* digerendum. Deinde immediate ſequentia Salomonis verba: *anima ejus non implebitur*, interpretando, idem Sanctus porro ſubjungit dicens: *cumque paululum gulam delectaverit, tamdiu videtur tribuere voluptatem, quamdiu gutture continetur, cum vero in alvum tranſierit, deſinit inter cibos eſſe diſtantia, & poſt hæc omnia non impletur anima comedentis, ſive quod rurſum deſideret quod comedat, ſive quod nullam utilitatem anima ex refectione corpuſculi capiat.* Hæc ipſa maximæ Chriſtianorum partis eſt ſtultitia, quod ſcilicet laborent, ſudent, lucrentur quod poſſunt, ut corpus impinguent, nihil de anima cogitantes, quæ cibis hiſce materialibus minime reficitur, *non enim eſt regnum Dei eſca & potus, ſed juſtitia & gaudium & pax in Spiritu Sancto*, Quæ etiam major dari poteſt ſtultitia, quam impinguare corpus, animæ inimicum, *corpus quod corrumpitur aggravat animam*, idque ut anima magis emacietur, magiſque Dei inimica evadat? Chaldæus legit: *Omnis labor hominis eſt propter eſcam oris ſui, pro qua ipſe laborat; neque tamen animus eſculentis & poculentis ſatiari poteſt.* Eheu quot ſunt, quibus id accidit, quod in eodem Eccleſiaſte legimus: dicente. *Hoc itaque viſum eſt mihi bonum, ut comedat quis, & bibat, & fruatur lætitia ex labore ſuo quo laboravit ipſe ſub ſole, numero dierum vitæ ſuæ?* guloſi fœlicitatem & beatitudinem ſuam in cibo, potu, & gaudijs mundanis poſitam habent, quia præter ventrem, alium Deum non agnoſcunt, *quorum Deus venter eſt, & gloria, &c.*

Maxima Chriſtianorum ſtultitia, quod laborent ut corpus impinguant, nihil de anima cogitantes.

Rom. 14. v. 17.

Sap. 9. v. 15.

Chaldæus textus.

Philip. 3.

6. Verum enimvero Cajetanus ſuper propoſiti themati verba ſcribens, quinam ſint illi quos Sapiens à divitijs excludit, his verbis indicat: *Duo genera hominum à divitijs excludit; alterum diligentium vinum quoad potum, & pinguia, quoad cibum, & alterum diligentium lætari & gaudere*; Hi enim ambo in juſtam gulæ & diſſolutionum ſuarum pœnam incidunt, dum pauperes & mendici efficiuntur, verumtamen malum adhuc tolerabile foret, quod vero vel maxime timendum eſt, jactura eſt bonorum ſpiritualium & æternorum; Hugo Cardinalis explicans verba illa: *Qui diligit epulas, in egeſtate erit*, nos mendicitatem ex crapula provenientem fugere non poſſe dicit, quia hæc nos vel in hac, vel in altera vita infallibiliter cruciabit: *In egeſtate*, inquit, *erit in præſenti vel in futuro*; idque

Cajetan. Prov. 21. Duo genera hominum à divitijs excluduntur.

Hug. Card. Prov. 21. Crapula vel in hac vel in altera vita nos cruciabit.

idque evidenter probat per textum illum Evangelicum, in quo de divite epulone differitur ; *Patet*, inquit, *de divite epulone, qui hic epulabatur quotidie splendide, & postea mendicavit guttam aquæ, nec potuit impetrare.* Alter quoque dives Evangelicus, qui copiosam sibi messem collegerat, nec de alio quam de cibo, potu, & gaudijs cogitabat, inquiens ? *Comede bibe, epulare* ; hic enim subito æternam expertus est mendicitatem, *stulte hac nocte repetunt à te animam tuam* ; nam granaria frumentis referta, vino natantes cantinæ, greges, & æraria argento & auro affatim referta, hic in terris remanserunt, anima vero in aliam vitam transiit, omnium bonorum operum inops & nudaqnam ut Psalmista ait : *Cum interierit, non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria ejus.* Idem Cardinalis jam allegatum Ecclesiastici textum : *operarius ebriosus non locupletabitur*, glossa sua illustrans inquit : *non locupletabitur temporalibus divitijs neque spiritualibus.*

Luc. 16. v. 19

Luc. 12. v. 19

Ibid. v. 20.

Psal. 48. v. 18.

Eccli. 19. 1. Hug. Card.

7. Dionysius Carthusianus ex S. Cyrillo sequentem refert similitudinem : Sicut enim res unctuosæ & pingues nutriunt ignem, ita quoque guloſi incendij infernalis fomentum suum, & alimentum : *sicut pinguia fovent ignem, quousque consumantur, sic qui amant vinum & pinguia, erunt cibus infernalis incendij.* Salutare igitur est illud S. Isidori Consilium dicentis : *Cui abundantia est epularum, ardentis divitis intendat supplicium, cujus tanta in inferno inter ignes erat inopia quanta hic epularum fuerat copia.* S. Bonaventura quoque prædictum Ecclesiastici monitum præsenti nostro proposito his verbis adaptat : *Omnis labor hominis in ore ejus, id est, quidquid ex labore acquirit, ore suo guloſe consumit* ; & tamen per hanc dissipationem animam nequaquam satiabit ; *Quidquid laborando acquirit ex rebus terrenis*, inquit Dionysius Carthusianus, *ore, seu comestione consumit* ; *Anima autem ejus non implebitur, id est, cor ejus plura desiderabit.* Tametsi enim venter adimpleatur, apperitus tamen guloſi per hoc fatiatur, imo quanto sapidior cibus est, tanto magis crescit pruritus & cupiditas plus manducandi. Cornelius à Lapide ad hoc propositum scribit, quod quotidiana etiam experientia confirmat, scilicet : *Quo magis impletur, eo magis esurit* ; *quo melius prandet, eo melius cænare studet* ; quia *anima ejus non implebitur.* Optimum igitur est quod idem Sapiens in iisdem parabolis nobis his verbis tradit Consilium : *Audi fili mi* inquit *& esto sapiens, & dirige in via animum tuum. Noli esse in convivijs potatorum, nec in comessationibus eorum qui carnes ad vescendum conferunt, quia vacantes potibus, & dantes symbola, consumentur, & vestietur pannis dormitatio.* Porro verborum illorum (*Carnes ad vescendum conferunt*) sensum, glossa de detractoribus intelligendum esse dicit, nam detractiones, ut in discursibus præcedentibus diximus, suum in convivijs specialissimum centrum habent : *Carnes ad vescendum conferre*, inquit prædictus glossa *est in collocatione derogationis vicissimvitia proximorum dicere. Symbolum dare, est sic in confabulatione verba conferre, sicut pro parte cujusque cibos ad vescendum* ; *sed vacantes populis, & dantes symbola consumentur, quia omnis detractor eradicabitur.* S. Hieronymus dictionem hanc, *Symbolum*, græcam esse observat, quæ in lingua Latina ibidem quod *collatio* significat. *Symbolum dare est, sicut vernsquisque solet pro parte sua cibos ad vescendum conferre.* Inter guloſos autem usu. receptum est, ut epularuri singuli suum sibi assignatum solvant sympoſium his itaque ex parte Dei interitum & exterminium minatur Salomon. Dionysius vero Carthusianus dictum textum ita explicat dicens ? *Consumentur, quia corpus & animam destruunt, vitam abbreviant, & depauperantur.* Quamvis enim ad corporis sustentationem deputatus sit cibus, hic nihilominus sobrius esse debet, inque certa sumi mensura ; quando enim superfluus est, corpus potius debilitat.

Prov. 23. v. 19. Optimum sapientis consilium.

Glossa. ibid. Detractiones in convivijs specialissimũ habent centrum.

S. Hieron. ibid.

Dion. Carthus. ibid.

S. Antonin. sum. Theol. p. 2. Tit. 6. c. 1. §. 3.

8. S. Antoninus alios inter gulæ effectus hunc quoque annumerat dicens : *Fortitudo per gulam infirmatur, unde & qui certat in agone, ab omnibus se abstinet* 1. Cor. 9. *Scilicet gravamine ciborum & potuum ut sit fortis.* Cajetanus suum quoque ad hominem voracem convertens discursum, ait, *Si non moveris amore virtutis, saltem moveat te amor boni utilis, moveat te evitatio paupertatis. Inuvrunt enim hujusmodi homines paupertatem, tam propter majores sumptus, tam propter otium annexum* ; *oportet enim edaces & bibaces multum dormire, & propterea apponitur, quod somnus facit inducere laceris vestibus.* Dionysius nihilominus Carthusianus per dictam somnolentiam guloſi, intelligit mortem, quæ ut plurimum vilis, abjecta, & probrosa esse solet ; ideoque dicit : *Dormitio mortis eorum erit despecta, vel sensus est, quod ad tantam deveniet paupertatem, ut dormiendo non habeat sufficiens, sed tenue operimentum.* Glossa pariter ad eorum alludit mortem, bonis penitus nudatam operibus, quando ait : *Vestietur autem pannis dormitatio*, quia despectum & inopem à cunctis bonis operibus mors sua invenit. Sensus nihilominus germanus & litteralis in hoc collimat, ut mendicitas demonstretur, in quam, qui soli potui ciboque intentus vacat, incidit, dicente Lyrano : *Consumentur quantum ad bona exteriora quæ in talibus expenduntur, & quantum ad bona exteriora, quæ in talibus pejorantur & corrumpuntur ; Vestietur pannis, scilicet vilibus, unde in Hebræo habetur, laceratis, dormitatio, scilicet tua, quasi dicat, non remanebit tibi in quo dormias, nisi pannus vilis & laceratus*, sique exemplum hujus quæritis, ecce præsens in terminis in filio prodigo, lascivo pariter, & guloso, adeoque ventri mancipato, ut *cuperet implere ventrem suum.* Copiosam equidem primitus obtinuerat substantiam quando dicebat : *Da mihi portionem substantiæ quæ me contingit*, credibile utique est patrem ejus admodum opulentum fuisse, utpote qui præter numerosam servorum familiam, cantores quoque & muscos habuit : hoc autem universum patrimonium, in gula & libidine dilapidans adolescens, tandem *cœpit egere* in eam reductus mendicitatem, ut se servum faceret & mancipium cujusdam rustici, pascendisque porcis operam suam impenderet, ne glandibus quidem suam saturaturus famem. Vestimentis utique laceris indutus erat, & quasi nudus, quia longe eum intuitus pater, ut verecundiam & confusionem ejus redimeret, ad servos ait, *cito proferte stolam primam, & induite illum.* Septuaginta legunt : *Ne sis bibax vini, neque extendaris symbolis, carnimumque emptionibus, omnis enim ebrius & leno mendicabit & vestietur raptis vestibus & laceris.* Chaldæus pariter legit : *Qui ebrius est & vorax, inopia afficietur, & pannis raptis vestietur.*

Glossa. ibid.

Lyranus.

Guloso nequidem pannus remanet vilis & laceratus hoc in filio prodigo demonstratur.

Luc. 15. v. 12.

Luca 15. 22.

Septuaginta.

Chaldæus textus.

9. Ingeniosum quoddam traditur Diogenis dictum, qui unum nepotum suorum, crapulæ immersum, domum suam vendidisse intelligens, lepide dixisse fertur : *Sciebam quod vino oliquoque oppleta, quam primum dominum evomeret.*

10. S. Ambrosius de immoderato conviviorum luxu agens, ita discurrit : *luxuries videtur esse jucunda, sed exhausto sit amara patrimonio. Suaves epulæ cum sumuntur, sed fœtidæ cum egeruntur.* Sortis hujus quondam sectator & professor quidam in extremam prolapsus paupertatem & infirmitatem, uni amicorum suorum cordialiter conquestus est, qualiter annis præteritis in magna vixerit rerum abundantia utpote usque ad fauces voracitati immersus ; Interrogavit ergo eum amicus : si tunc temporis bonos pisces comparasset, cui ille : utique optimos, quos in foro reperire erat, nulla sumptuum habita ratione ; cui mox replicavit amicus ; quid igitur tuis nunc ingemiscis tribulationibus, quia modo tempus est digerendi & evacuandi spinas. Heliogabalus, prius-quam ad imperium assumptus esset, qui & ipse crapulæ monstrum vixit, à quodam interrogatus : *an non times ne post delicias pauper sias ?* respondit : *quid melius quàm ut ipse mihi haxes sim ?*

S. Ambros. T. 9 in Psalm Luxuriosæ sortis quidam sectator in paupertatem incidisse narratur.

11. Seneca ad idem scribens intentum ait : *Cajus Cæsar centies sestertio cœnavit uno die, & in hoc omnium adjutus ingenio, vix tamen invenit, quomodo proviciarum tributum una cœna fieret.* De Cleopatra scribitur, quod gemmam inæstimabilis pretij, integroque æqualem regno, in aceto liquefecerit, non absque naturæ prodigio. Diones quoque Cassius de quodam Apicio infimo ingluviei mancipio agens, ita scribit : *Omnes homines luxu & gulæ studio superavit, & cum scire aliquando vellet quid absumpsisset, quid reliqui haberet, audito centies sestertio restare, mœstus, & ut fame moriturus sese interemit.* Hic à patre suo integrum hæreditarat, & medium aurei millionem, quem universum in potu ciboque dilapidavit.

Seneca in Consol. ad Helviam. Exempla quorumdam helliconum.

Dion. Cassius lib. 57.

12. B. Bernardus inter alia opera sua in quadam epistola ubi de regimine rei familiaris tractat, ut nos à dicto gulæ vitio distorqueat, ita exhortatur : *Eat gulam lingere cum bursa, & cave cujus advocatus exitas ; si autem inter gulam & bursam judex existas, sepius pro bursa sententiam feras, nam gula affectionibus probat, & sic testibus non juratis ; bursa evidenter probat jam arca & salario evacuatis, vel brevi tempore vacuandis. Tunc male judicas contra bursam quando avaritia ligat bursam, nunquam recte inter gulam & bursam avaritia judicabit.* Quis periculis, sudoribus, vigilijs, & tribulationibus conquisitum, tenerrime non diligit nummum ? O quam charus est, & ab omnibus protegitur furibus ? gula nihilominus eam dilapidat & in cloacam seu fœtidum projicit sterquilinium usque eo dominum denudans, ut vix induso cooperiatur. Ubi nostra vulgata legit : *Venter impiorum insaturabilis*, alij vertunt & inter eos Vatablus : *egebit* ; Hebraica autem versio habet : *egebit, deficiet.* Tandem S. Ambrosius de excessiva vini potione, ejusque damnis agens, ita concludit : *His ruinam facit ebrietas, alios enim in crimen egit, alios etsi non in crimen ad egestatem redegit.*

S. Gula delapidat, quæ summis sudoribus sunt acquisita.

S. Bern. Sylvest.

Prov. 13. v. 25.

S. Ambr. l. 1. de Abel & Cain. c. 5.

DISCURSUS XXIV.

ARGUMENTUM.

Varia ad refrænandam gulam attinguntur remedia.

THEMA.

Attendite vobis, ne forte graventur corda vestra in crapula & ebrietate. Luc. 21. v. 34.

1. SAlvator noster ut in cibo sumendo cauti & circumspecti simus, solicite nos admonet ; cum enim ad sustentandam vitam cibis indigeamus, ne in eorum sumptione excedamus, admonet dicens : *attendite* ; quasi diceret : oculum conjicite mentis vestræ, sedulo advertentes, ne excessivo pabulo vos gravetis, ne alimentum in crapulam convertatur : *attendite vobis ne &c.* Contra gulam itaque remedia plurima spirituales assignant magistri.

2. Hunc Deus naturæ instinctum indidit : ut quando, quantum sufficit ei, cibum accepit, mox cibi concipiat nausæam & inappetentiam. Sicut enim de camelo Philosophi naturales referunt, quod onus excepturus incurvetur, accepto autem, quantum ferre poreſt, onere, ut vires suas majori ponderi capiendo insufficientes esse demonstret, denuo sese erigat, eodem modo quando cibus temperatus est, natura sublevatur, mox vero ut superfluitas superaccedit, aggravatur ; *gravantur enim corda crapula & ebrietate*, hujus quidem aggravationis signa sunt, ructus, vomitus, & nausea. Seneca guloſis tumultum improperat, quem in terra pariter & mari excitant, per venationes, piscationes, & navigationes, & quævis alia ad ingluviem suam saturandam ordinata : *Non vultis*, inquit, *cogitare quam parva vobis corpora sint ?* & in alio loco ad Lucillum scribens ait : *quis enim mi Lucille hic furor est, quod nemo nostrum mortalem se cogitat ? quod nemo imbecillum ? imo quod nemo nostrum unum esse se cogitat ?* quidnam obsecro Chrysostomus aliquid fructuosius & religiosius dicere poterat ? Obsecro vos, O auditores, ut quando nonnemo qui in hac vita corpus suum laute nutrivit, ex hac vita mortali discedit, post tempus aliquod ad ejus sepulchrum accedentes, mortuum illius cadaver inspiciatis, deprehendetis enim, quod vermes & ex illo corpore, in majori numero, & majori cum voracitate ad illud devorandum egrediantur, & discurrant, quam si cadaver illud ficcum & per jejunia extenuatum fuisset ; & quanto fragrantiora & delicatiora, quibus accubuit convivia fuere, tanto abominabiliorem experiemini esse fœtorem, qui inde exhalabit ? *Emittit enim fœtorem tanto majorem, quanto carnem habuit pinguiorem.* Falcones ex rapina viventes in principum palatijs conspiciuntur grandes, & bene pasti, quia ex aliarum avium præda vitam agunt, subito vero ut mortui sunt, deplumati in sterquilinium projiciuntur : ita quoque homines divites laute epulantur, impinguantur, satiantur, & gaudent ; at vero quia superveniente morte corpora illorum plus alijs fœtent, vix videtur aliquis præter viles vespertiliones, qui illorum corpora tangere velit, ut è domo exportati in sepulchrum deferantur, ne fœtore suo nares suas offendant. Utinam idipsum considerantes sequeremur illud S. Joannis Damasceni, vel ut alij volunt S. Nili salutare monitum, dicentis : *Animæ separatio à corpore judicium venturum, & horrenda Gehennæ flamma, pariter & regni cœlestis desiderium, assidue coram oculis obversentur. Sicque ventris opprimetur voluptas* ; vel illam S. Joannis Climaci doctrinam : *Restringamus ventrem æterni ignis memoria* ; qui idem paulo post iterum monet : *Ubi ad capiendum cibum accubueris, in medio pone mortis & judicij memoriam, sic enim vel modice gulam refrænabis.*

Natura quando superfluitas accedit aggravatur.

Senec. in Consol. ad Helviam. n. 12. 9. Senec. Ep. 114.

Monitii sancti Chrysostomi, ne in hac vita corpus laute nutriamus.

S. Joan. Dam. de affect. Pass. Venter quomodo restringendus.

S. Joan. Clim. grad. 14. n. 12. Ibid. n. 20.

3. Ad vincendum hujus vitij venenum Albertus Magnus quatuor in medium adducit antidota inquiens : *Remedia gulæ sunt quatuor. Primum est spiritualium ciborum frequens sumptio*, ideo enim Christus ait : Matth. cap. 4. *non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Secundum, futuræ carnis nostræ consideratio*, nam ut S. Hieronymus ait : *facile contemnit omnia, qui se semper cogitat moriturum. Tertium æternæ cœnæ meditatio*, facile enim quis hic se escarum fame conficit, ut æterna cœna tanto liberalius frui possit. *Quartum est famis Christi & suorum pensatio*, ad quod nos Salvator noster per Jeremiam Prophetam hortatur Thren. 3. inquiens : *Recordare paupertatis meæ, absynthij & fellis.* Quod ultimum punctum etiam alij adducunt, & inter alios Idiota dum ait : *Quoties resistendo alicui tentationi, alicui ex sensibus tuis vim facis, cogita etiam pœnas crucis Christi conformis reddaris, ut quando gulæ resistens, gustum affligis, recordare illam fellè potatam & aceto.* S. Paulus inimicos crucis appellat, qui ventrem pro Deo adorant : *Inimicos crucis Christi, quorum Deus venter est* ; ergo à contrario sensu qui gulam suam mortificaverit, felli & aceto Christi se conformabit, & amicus crucis Redemptoris efficietur ; unde S. Joannes Climacus ait : *ubi poculum bibiturus sumpseris, aceti & fellis domini tui numquam oblivisceris, & omnino vel moderate bibes, vel ingemisces, vel certe humilior & inde modestior evades.* S. Antoninus pariter nonnulla contra gulam adducit remedia ; præcedentibus valde conformia ; *Remedia*, inquit, *contra gulam sunt lectio seu audito sacræ scripturæ ; spiritualis enim cibus inducit oblivionem & contemptum cibi corporalis ; elongatio ab his quæ dant occasionem excedendi in cibo & potu, ut sint delectabilitas, varietas, nimietas ciborum, propter quod dicitur : melius est ire ad domum luctus, quam ad domum convivij Ecclesiastis septimo quia in convivio sunt occasiones gulæ.*

Alb. Magn. l. 3. c. 20.

Camp. Theol. verit.

Matth. 4. v. 4.

S. Hieron.

Quatuor producuntur antidota contra gulæ venenum.

Thren. 3. v. 19.

Idiota in 4.

Regula Christiana vita.

Philipp. 3. 19

S. Joa. Clim. grad. 14. n. 20.

S. Antonin. sum. Theol. p. 2. Tit. 6. c. 1. §. 10.

4. Remedium quoque efficax gulæ est, cogitare quam brevis sit gustus & sapor cibi, qui velociter transit, & tamen tanti constat, tam corpori, propter damnum quod ex excessivo cibo & potu recipit, quam animæ, propter culpam quam contrahit. S. Bonaventura crapulam detestans ita scribit : *Contra quam, pro ut est contra alias voluptates vitiosas, considerare debemus, quam cito pertransit, quam breviter durat & quando transacta fuerit, sic est quasi numquam fuerit.* Pecunia accumulata in agris coemptis, vel in censibus comparatis, vel in scrinio saltem remanet ; dignitate, quam confectati fuimus, fruimur per imperium, superioritatem, authoritatem, & famulitium, comitatum ; injuria vindicata nos ab hujus vel illius inimici timore liberat, & sic consequenter per alias similes passiones male licet à nobis usurpatas, discurrere licet : at vero gula in fœtida quadam cloaca terminatur, ejusque gustus & gaudium in brevissimo tempore transit, quoadusque videlicet cibus intra trium & non plurium digitorum angustiam deglutiatur. Optime idipsum consideravit B. Petrus Damianus cum inquit : *Suavem vero cibum cur debeamus expetere, qui quantislibet apparetur impendijs, & antequam in os invret nobis non sapit, & postquam flumine gluteare trajicitur, venter cui illapsus est, non discernit. Totius autem nostræ voluptatis iter, cui tanta ambitione servimus, brevissima palmi summa concluditur.* Eamdem considerationem diu ante ipsum S. Bernardus habuerat, in hæc verba scribens : *Voluptas gutturis, quæ tanti hodie æstimatur, vix duorum obtinet latitudinem digitorum, & ejus tam modicæ partis tam exigua delectatio quanta paratur solicitudine, quantum deinde molestiam parit ?* Seneca infinitam considerans solicitudinem, quia gulam fectamur, ita scribit : *Quantulum enim ex istis epulis, quæ per tot comparatis manus, fesso voluptatibus ore bibebatis ? Quantulum ex ista fera periculose capta Dominus crudus ac nauseans gustat ? Quantulum ex tot conchylijs tam longe advectis per istum stomachum inexplebilem labitur ? infelices etiam quod non intelligitis, vos majorem famem habere quam ventrem.*

S. Bonav. de prof. relig. l. 1. c. 37.

Passiones aliæ suum habent in quo finiuntur cõmodum, sola gula in fœtida cloaca terminatur.

B. Petr. Dam. l. 6. Epist. 26.

S. Bern. in flor. c. 99. & c. 12. de converſ. ad Clericos.

Sen. Ep. 89.

5. Regius Psaltes ait : *Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos* ; ubi notandum illud Ly *adhuc*, quia bolus ille vix per linguam ad stomachum transierat, cum ecce gustus preterit, & Ostiensis interrogat : *Ubi sunt coturnices ? ubi carnes exficcatæ ? certe putruerunt in dentibus edentium* ; *si in dentibus putruerunt, quanto magis in ventribus*, apud Joëlem dicitur ; *Expergiscimini ebrij, & flete, & ulu-*

Psal. 77. v. 30. Fugax & transitorius gulæ gustus.

Drogo de Sacramento Dom. Passionis.

Joël. 1. v. 5.

late omnes qui bibitis vinum in dulcedine, quoniam perijt ab ore vestro; si dixisset *peribit*, facile intelligi potuisset at vero in tempore preterito locutus, quo modo intelligetur? nimirum infinuare voluit, quam fugax & transitorius sit gulæ gustus, quasi qui primo perit quam gustatus fuerit. Unde facer quidam interpres ait: *Satius dixit, perijt, quam dixisset, perit, vel peribit, quia adeo est instantanea delectatio gulæ ut potius dicenda sit præterita quam futura, vel duratura, licet sit in præsenti.* Bellovacensis alludens ad verba illa Job cap. 3. ℣. 18. 19. *non audierant vocem exactoris*; ita scribit: *Bene debet hujus exactoris servitus reputari gravissima, quia quasi pro nihilo solicitudines & expensas innumeras, & immensas, pro nihilo*, imò minus quam pro nihilo, *quia pro delectatione quæ cito transit, & in putredinem convertitur*, quæ ultima verba considerabile quoddam motivum in se continent, quod etiam D. Chrysostomus agnovit, dum ait: *Stercus autem, non alimentum intemperantem illam voracitatem appellavit.* Enimvero ut Deus nobis cibi intemperantiam nauseabundam redderet, utpote quæ tot damnorum irreparabilium, tam corporis, quam animæ origo est, & instrumentum, per infinitam sapientiam suam optime disposuit, ut intra paucas horas videamus, omnes à nobis sumptos delicatos cibos, in stercus, fœtorem, & putredinem nauseabundam, & interminabilem converti. Idem pariter in alia quadam homilia ita concinnatur: *Ideo ut reor esca ipsa sine tam abjecto concluditur, ne simus delicatorum amatores; nisi illa hoc fine desineret, neque in perniciem corporis immodicam verteretur, etiam invicem voraremus.*

6. Remedium quoque non minus quam prædicta efficax est, si ad gulæ amaritudinem nos reflectamus, quæ, si recte consideretur, major est, quam cibi dulcedo, quia hæc, ut experientia docet, cito valde transit. S. Ephrem ait: *In manibus ebrij spinæ crescunt.* Nahum quoque convivantes spinis comparavit: *Sicut*, inquit, *spinæ se invicem complectuntur, sic convivium eorum pariter potantium.* Rosæ uno die florent, & eodem die pariter languent at spinæ, quæ manum perfodiunt, toto anno in sepibus permanent: ita quoque vini sapor & epularum suavitas, una tantum hora, vel duabus ad summum placet, at vero damna, quæ corpori adscisunt, integris nos annis suspirare faciunt. *Amaritudo animæ*, inquit Ecclesiasticus, *vinum multum potatum; ebrietatis animositas imprudentis offensio, minorans virtutem & faciens vulnera.* Dum plura bibuntur vina ex varijs regionibus allata, & quoad saporem differentia, unum nonnumquam alteri, quoad saporem, contrarium esse videbitur, quod ipsum pariter in cibis frequenter experimur; unde Seneca deducit, nequaquam mirandum nobis esse, si eadem vina in stomacho quoque bellum inter se ficiant & dissideant: *Necesse est itaque* inquit: *inter se tam diversa dissideant, & hausta male digerantur.* Petrus Blesensis in quadam epistola ad epulonem quemdam conscripta, hactenus dicta confirmat, inquiens: *convertetur dulcedo in amaritudinem; in asperitatem suavitas, delectatio in dolorem, eritque instar inferni, aut pœnæ infernalis initium, dolorum continuatio, & desiderium moriendi.* Si quis enim in delicata convivia omnes facultates suas expenderit, ijs præteritis male se habere sentiet, eaque sæpe sæpius in lecto graviter luere debet, tantumdem in medicos expendendo, & medicinas amaras sorbendo, potiones & pillulas, incisiones ferri patiendo, & ignis ustulationes. Unde non immerito Ezechiel ebrietatem cum doloribus & viscerum cruciatibus conjungit, dicens: *ebrietate & dolore repleberis, calice mœroris & tristitiæ.*

7. Est & aliud quoddam motivum ad gulam refrænandam, quo B. Petrus Damianus ex textu quodam Jeremiæ cap. 35. deducit. Ibi namque Deus huic Prophetæ præcepit, ut ad Rechabitas se transferret, eosque in quodam templo contiguo conclavi congregari faceret, ibidemque eos ex præparatis vini scyphis ex parte sua ad bibendum invitaret; Executus est prompte impositum sibi præceptum Prophetæ, cum enim omnes convenissent, inquit Propheta: *Posui coram filijs Domus Rechabitarum scyphos plenos vino & calices, & dixi ad eos, bibite vinum.* At vero liberam ab omnibus Propheta passus est repulsam; omnes enim responderunt, *Non bibemus vinum quia Jonadab filius Rechab, Pater noster, præcepit nobis, dicens: Non bibetis vinum vos & filij vestri usque in sempiternum. Obedivimus ergo voci Jonadab filij Rechab patris nostri in omnibus.* Circa quam historiam præfatus S. Cardinalis discurrere incipiens ait: *Sed numquid in hac recusatione Deus ostenditur? numquid hoc illis ad inobedientiam reputatur? Sed audi quid illis postmodum divina vox dicat: Pro eo quod obedistis præcepto Jonadab, patris vestri, & custodistis omnia mandata ejus, ...Propterea hæc dicit Dominus exercituum Deus Israël, non deficiet vir de stirpe Jonadab...stans in conspectu meo cunctis diebus.* Unde S. hic pater exclamat dicens: *O felix inobedientia, quæ tanti judicis digna fuit habere præconium, qui divini obsequij perpetuum meruit habere famulatum.* Ut igitur ab omni cibi & potus intemperantia nos custodiamus, optimum remedium erit, ut una ex parte consideremus præmium, quod ex temperantia reportabimus, ex alia vero parte cogitemus supplicium quod per gulam nobis adscisemus.

8. Nescio an aliquando ad hoc vos reflexeritis, quod primis nostris accidit parentibus; *An non gula primos parentes*, inquit S. Isidorus Pelusiota *è deliciis expulit?* nos sæpe in immo Serato esu credimus experturos esse gaudia & delicias, nec tamen intelligimus, illas momentaneas esse tantum, & apparenter, nobisque varias tam in hac quam in altera vita parituras esse ærumnas, & sæpe sempiternas. Bellovacensis inquit: *Gula immittit corporales angustias & dolores; imo gulæ vitium fuit in Adam causa omnium malorum præsentium, famis, frigoris, caloris, paupertatis*, & *miseriæ, quas sustinemus. Multum debemus habere gulam exosam, quæ tot mala fecit nobis, & antecessoribus nostris, & facit nobis & successoribus nostris quos occidit.* Unde prædictus author considerabilem valde format consequentiam inquiens: si gula aliena tam fuit præjudicialis, facile credere possumus, quod justo Dei judicio longe majus nobis damnum conciliabit gula nostra propria, citatque textum illum Apoc. cap. 5. *memor esto unde exciderís, & age pœnitentiam.* Etenim memoria lapsus in tot ærumnas primorum parentum ob unum dumtaxat pomum manducatum nos deterret ne eos imitemur, si propriam amemus salutem. Lupus si in fossam quamdam cadat, in quo laqueo captus hæret, tametsi ibi oviculam reperiat, quæ eo ad fagināam collocata fuit, præ verecundia & confusione sua illam non tangit; nimirum *erubescit se captum propter gulam*, inquit idem author, *& non gustat de ove licet esuriat; nec avis capta per gulam laqueo, gustat granum, propter quod capta est, considerans se captam cibo. Sic nos debemus abstinere à vitijs gulæ, propter quam hic cecidimus, & capti vetinemur.*

9. In libro, qui *Hortus pastorum* intitulatur, sequens legitur memorabile exemplum. Vir quidam ebrietati deditus, conjugem habebat admodum piam, quæ ut illum ab hoc vitio liberaret, quotidie Deum præcabatur, multasque in eumdem finem distribuebat eleemosynas. Accidit autem quod dum nocte quadam domum ebrius rediens, & per cæmiterium transiens in lapidem quemdam impingeret, moxque contra Deum & Beatam virginem varias blasphemias evomeret. Cum ecce subito coram eo mortuus quidam apparuit, qui ab eo interrogatus, quis esset, respondit illi: *quod ego sum tu eris.* Ille vero vino plenus illum ad cœnam invitavit, dicens: *Quisquis es, veni mecum ad cœnam, te invito*, acceptavit mortuus invitationem, & dixit: vade, mox sequar. Domum vero reversus, omnia, quæ contigerant, mulieri enarravit, & timore plenus omnes domus portas & fenestras firmiter claudi jussit ne venienti mortuo aditus pateret. Sed nulla illum juvit industria, dum enim cœnæ accumberet, pulsatur ad fores domus, cumque nemo responderet, hic fortiorem domui impetum fecit, unde tota domus contremuit; moxque foribus ultro apertis, mortuus ingressus dixit: *en adsum, quem invitasti: tecum mihi cœnandum est*, mox omnes fuga se receperunt, solo ibidem remanente phantasmate, quod altius inclamavit: *Tu invitasti me, nec fercula jam apponis? ego te ad cœnam meam revenio; fercula mea videbis, tertia die venies & comparebis*; quo dicto disparuit; ille vero die sequenti per bonam se armans confessionem, pro tertio die se præparavit: *Illo die raptus est in locum, ubi vidit omnia genera potatorum, & mensam serpentibus, sulphure, pice, igne refertam*; dixitque ei: *En cœna mea, comede nunc, & bibe, potum sume, cibumque appositum.* Qui perterrefactus ab hac visione, in se rediit, canus factus, velut vir decrepitus, ac deinceps vitam suam emendavit, austeram faciendo pœnitentiam quoadusque vixit.

DISCUR-

Stephanus Cantuar.

Job 3. v. 18. Bellovac. spec. mor. lib. 3. c. 25. p. 8. dist. 1.

D. Chrysost. Hom. 21. in Joan.

D. Chrysost. Hom. 23. in 1. ad Titul.

Gulæ amaritudo major quam cibi dulcedo.

S. Ephrem. T. 3. De Timore Dei.

Nahum. 1. v. 10.

Eccli. 31. v. 39.

Senec. Ep. 95.

Petr. Blos. Epist. 85.

Ezech. 23. v. 33.

Obedientia Rechabitarũ in non bibendo laudatur & præmiatur.

Jerem. 35. v. 5.

Ibid. v. 6.

Ibid. v. 8.

Hort. Past. Tub. Sac. Tr. 5. lect. 5. Memorabile narratur exemplum de quodam ebrio, qui mortuum quemdã invitavit ad cœnam ab hoc reinvitatus post horrendam visionẽ vitam emendavit.

DISCURSUS XXV.

ARGUMENTUM.

Vult Deus, ut cibus corpori necessarius sobrius sit, non superfluus, necessitati serviens: non voluptati, ideo manducandum est ut vivamus, non vivendum ut manducemus.

THEMA.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, Luc. 11. ℣. 3.

Explicatur quid importet petitio orationis Dominicæ: panẽ nostrum quotidianum da nobis hodie.

1. SAlvator noster se corpus nostrum, cum tali simetria plasmasse & organizasse probe sciens; ut quamdiu in hac præsenti vita respiramus, alimento indigeamus, ideo in oratione quotidiana patrem nostrum cœlestem sic orare docuit: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Notandum vero, solum à nobis petendum esse panem & nihil amplius; quo guloso homini nimis frugale alimentum videri posset. Cum enim Deus in erogandis homini bonis creatis adeo liberalis, imo prodigus semper extiterit, ut David dicere non dubitet: *Omnia subjecisti sub pedibus ejus, oves, & boves, jumenta, insuper & pecora campi, volucres cœli & pisces maris*, cumque nos paulo ante ad integrum regnum cœleste postulandum his verbis invitarit: *Adveniat regnum tuum*, cur igitur (dicere posset gulosus) manum illam, de qua scribitur in Psalmis: *Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione*, ita stringit, ut nos solum panem, & nihil aliud postulare præcipiat? S. Thomas dubium hoc solvit inquiens: *Non decuit delicata petere, non exquisita, sed panem sine quo vita hominis duci non potest*, juxta illud Eccli. 29. *Initium vitæ hominis aqua & panis.*

Psal. 8. v. 8.

Psal. 144. 16.

S. Th. in Orat. Dom.

Eccli. 29. v. 28.

2. Deus protoparenti nostro, & una cum ipso universæ humanæ progeniei dixit: *In sudore vultus tui vescéris pane tuo*, ubi etiam solius panis fit mentio, non vero alterius cibi; aut vero, si cum S. August. in Epistola ad Probam, nomine panis sufficientiam vitæ intelligamus, adeoque hanc petitionem ad aliquid aliud, præter panem extendere velimus, ad minus hoc intelligendum erit, de sufficientia, non vero de superfluitate victus, ut videlicet tantum petamus quantum corpori sustentando sufficit. S. Greg. Nissi. multorum perstringit ingluviem & luxum, qui ad propriam satiandam gulositatem, mundum fusque deque vertunt, non cogitantes, quod ad vitæ sustentationem panis sufficiat. *Ad Indos*, inquit, *negotiandi causa proficisceris, & in barbarico mari periclitaris, & omniversarijs navigationibus teipsum committis ut rebus illinc importatis & advectis cibum condias, non considerans, quod non ultra palatum sensus condimentorum progreditur. Panem pete propter vitæ necessarium usum, brisas te corpori debitorem natura fecit*, quasi dicere vellet; verum quidem est, quod sub pœna mortis victum corpori procurare debeamus, hic tamen sufficiens tantum, & temperatus esse debet, id est, ut S. Bernardus in quodam sermone *de modo bene vivendi* inquit: *Non debemus comedere, ut venter impleatur, sed ut corpus sustentetur.* In hoc autem maxima pars hominum graviter errat, quod se à propria ingluvie seduci & decipi permittat, nec tamen se reflectat, quod cibus corpus nostrum sustentare tantum, non vero excessive adimplere debeat.

Nomine panis sufficientia tantum, nõ superfluitas est intelligenda; perstringitur proinde ingluvies & luxus

S. Aug. Epist. 121. ad Prob. c. 11.

S. Bern. serm. 23. de modo bene vivendi.

3. Deus noster, quem quotidie tamquam patrem nostrum qui in cœlis est invocamus, S. Eliani servum suum sustentare volens, unicum tantum ei panem transmisit; S. Paulo primo Eremitæ per multos annos quotidie solum modicum panem, & non amplius, per corvum deferri fecit, solum quo tempore S. Antonium hospitio exceperat, integrum ei panem misit, ut ambo sustentari valerent; & tamen ipse ille Deus erat, cui ab ingrato Hebræorum populo dictum fuerat: *Numquid poterit Deus parare mensam in deserto*, quique pro suo libitu cidem populo è cœlo demittebat annonam cœlestem, & coturnicum delicatissimas carnes; nimirum erga hos charissimos servos suos Eliam, Antonium & S. Paulum primum Eremitam, exhibere voluit, verum esse, quod Nyssenus ait: *Panem pete, propter vitæ necessarium usum.*

In facti contingentia ostenditur verum esse panem peti debere propter necessarium usum.

Psal. 77. v. 19.

Deus Soli necessitati prospicit, non vero voluptati.

4. Idem Deus filios Israël, in numero trium millionum comprehensos, in vasta illa solitudine, per quadraginta annos ex liberalissima providentia sua quotidie sustentavit, depluendo illis manna cœleste, quod licet omnes in se recluderet desiderabiles sapores, licet panis non esset, panis tamen nomine illud appellari voluit: *panem de cœlo præsentasti eis. Panem de deserto pluviæ instar fudus*, inquit Nazianzenus, *obsonium è cœlo missum, illi necessitati correspondens*; Unicum ergo illis cibum solum providit, eumque panem appellari, & quotidie cum certa & proportionata mensura colligi, & manducari voluit, ut intelligeremus, Deum soli necessitati prospicere, nequaquam vero voluptati. Idem Gregorius Nazianzenus de coturnicibus differens ait: *Hæ supra necessitatem impertitæ*; & ideo tam hæ quæ superfluæ erant, quam manna præter ordinem à Deo datum, ad voracitatis & ingluviei ipsorum satisfactionem collectum & conservatum, subito putrefiebant; Unde dixit: *Unusquisque colligat ex eo quantum sufficit ad vescendum*, non vero ad superfluitatem. Unde Clemens Alexandrinus gulosorum anxietatem, qui tanta cum solicitudine variam vinorum, aliarumque rerum comestibilium multiplicitatem adferri curant, reprehendens ait: *Non didicerunt Deum paravisse suo opificio homini cibum & potum, ut conservetur, non autem ne voluptate afficiatur.*

Nazianz. Orat. 3.

Exod. 16. 16.

Clem. Alex. lib. 2. c. 1.

5. Priusquam protoparentes nostri ad pomum vetitum manus suas extendissent, varias illis præparaverat delicias, inquiens: *De omni ligno paradysi comede*, mensam illis in paradyso amœnissimo instruxerat opulentissimam, omnigenis fructibus refertam, adjuncto illis dominio omnium animalium terrestrium, volatilium, & aquaticorum: at vero post gulositatem in pomi manducatione commissam, Adamo hanc pœnam injunxit: *In sudore vultus tui vesceris pane*, dispositque ut deinceps in sobrietate viverent, manducantes quantum postulabat necessitas, non vero quantum gulæ superfluitas exigebat, qui idem divinus ordo à nobis etiamnum observandus est; ac proinde Gregorius Magnus suadet dicens: *Ea sumenda sunt, quæ naturæ necessitas quærit, & non quæ edendi libido suggerit.* Verum quidem est quod tale nobis Deus corpus dederit, quod sine nutrimento continuo conservari nequit, in eo tamen sumendo tali cum circumspectione nobis procedendum est, ut nullum intemperantiæ aditum indulgeamus. Unde D. Chrys. ait: *Dominus noster tali corpori conjunctos nos esse volait, quod aliter consistere nequit, nisi cibo pascatur, tantum intemperantia ne admittatur, id quod nobis ad sanitatem, & corporis bonam habitudinem plurimum conducit.*

Divinus est ordo disponens ut manducemus quantum postulat necessitas.

Gen. 2. v. 10.

S. Greg. lib. 30. mor. c. 13.

D. Chrysost. Hom. 10. in Exod.

6. Notanda vero est serpentis infernalis astutia, qui sub necessitatis prætextu superfluitatem nobis insinuare sategit; sciens enim nos cibi sumendi necessitati subjectos esse, si vitam conservare volumus, in hoc unice contendit, ut in cibi sumptione per luxum & intemperantiam excedamus. Unde S. Greg. ad nostram cautelam inquit: *Suadet quod peccatum non est, sed ande comestio quasi non peccatum recipitur, inde peccato luxuriæ animus subjugatur. Unde & in paradyso ad mulierem gulæ vitio decipiendam serpens venisse ostenditur, qui aliud suggereret, aliud obtineret, ut dum comedenda ostenderet, improvisam mortem propinaret. Serpens ergo iste gulæ designat aviditatem, quia & respectu justæ necessitatis repit, & virus impiæ delectationis spargit.* Qui perniciosum sibi sodalem habet adjunctum, cum quo sibi conversandi necessitas intercedit, ne ullum ab eo recipiat nocumentum, curat quidem, ut ejus conservet amicitiam, familiaritatem vero omnibus modis cavet; quod idem de cibo dicere possumus, quia enim illius necessitate urgemur, illum nec debemus rejicere, nec nauseare, hoc solum cavendum est, ne ei per nimiam aviditatem & ingluviem affringamur, sed solum eo utamur, quantum naturæ postulat necessitas. S. Joan. Climacus gulam hunc in modum mortales alloquentem introducit: *Quid me maledictis incessitis, cum mihi sitis obnoxij? quomodo à me sejungi capitis, quos mihi natura devincit?* S. Propheta Job gulam exactoris nomine appellat, inquiens: *Non audierunt vocem exactoris*, circa quæ verba S. Isid. ita scribit: *Nullus homini tam importunus exactor est, quam venter, qui quotidianam refectionẽ, quotidianą famis exactione adimplet.* Assignat quoque Idem S. differentiam, quæ inter vitium gulæ & alia vitia intercedit: *Cum cæteris vitijs*, inquit, *& si interdum nascimur, interdum tamen cum eisdem non morimur, cum isto autem, & nascimur, cum isto & morimur.* Unde quotquot Sancti à Deo illuminati fuerunt, semper nos sunt exhortati, ut magna cum cautela cum hoc exactore procedamus, ejusque fraudes suspectas semper habeamus, Unde idem S. Pater ulterius progrediens inquit. *Pleramque voluptas vescendi ita sub obtentu necessitatis subripit, ut dum putatur servire necessitati, voluptati*

Serpens infernalis sub necessitatis prætextu, superfluitatem nobis suggerit.

S. Greg. l. 5. in 1. Reg. 11.

S. Joan. Clim. gr. 15. n. 24.

Job 3. v. 18. S. Isid. l. 2. sent. c. 42.

tatis desiderio ferziatur, nec facile discernitur, utrum quod accipitur, gulæ, an indigentiæ deputetur.

Sicut medicina, sic & alimenta sunt sumenda.

7. S. Auguſt. & S. Ambr. optimam aſſignant medicamentum inter & cibum ſimilitudinem; etenim medicina ad nos ab infirmitate præſervandos, vel ad ſanitatem corporalem acquirendam ordinatur, cavendum tamen nobis eſt, ut in debita menſura & quantitate percipiatur, quia ſi in illius ſumptione exceſſus fiat, loco ſanitatis mortem nobis potius accelerat. Unde S. Ambr. his verbis Deum alloquitur: *Clementiam tuam Deus imploro, ut ſicut æger ad medicinam ſic ad ſumendas dapes accedam, nequaquam in eis voluptatem appetens, ſed neceſſitati ſubveniens.* Huic ſimile eſt quod S. Auguſtinus in ſuis confeſſionibus ait: *Hæc me docuiſti, ut quemadmodum medicamenta, ſic alimenta ſumpturus accedam.* Porro in quo gulæ malitia conſiſtat S. Antonius S. Auguſt. authoritatem adducit dicentis: *Conſiſtit in deſiderio inordinato cibi vel potus, dum ſcilicet appetuntur propter delectationem corporis, non propter ſuſtentationem ad quam ſunt ordinati*; citatque textum illum Pſalmiſtæ qui ait: *Adhuc eſca eorum erant in ore ipſorum, & ira Dei aſcendit ſuper eos*; ſcilicet *quia habuerunt deſiderium comedendi carnes propter delectationem. Sicut igitur medicina ſumitur non ad delectationem, ſed propter neceſſitatem ſcilicet ad præſervandum corpus à morte; & cum timore ſumitur, ne lædat, ita cibus debet ſumi ad ſuſtentandum corpus ne deficiat, & cum timore ne offendat ex nimia complacentia.* Ideo S. Auguſt. ſe contra gulæ pruritum pugnaſſe dicit, qui dum neceſſitati ſatisfacere conabatur, eor ejus furtivè gula intrabat, ut ad delectationem induceret: *Suavis eſt mihi neceſſitas*, inquit, *& adverſus iſtam ſuavitatem pugno ne captar.* Idem quoque S. Doctor aliis in locis eadem medicinæ alluſione utitur, inquiens: quod ſicut hæc ad vitam conſervandam ordinatur, ita quoque cibus ad eumdem finem reſpiciat, quo deficiente homo periret. *Naſci hic in corpore mortali*, inquit, *incipere ægrotare eſt quotidiana medicamenta ſunt refectiones, temperamus ipſis fomentis, æruinam ægritudinis noſtræ.* Enimvero ſi medicina vel unica dumtaxat uncia excedat ſupra id, quod ferre poteſt infirmi complexio, vel debilitas, quantum obſcero damnum afferr? eodem modo ſi ſupra neceſſariam ſuſtentationem, corpus per exceſſum cibi, & per crapulam aggravare velitis, quale inde tam corpus, quam anima præjudicium patietur? Idem S. Doctor ſuper illa verba pſalmi: *Ego ſum pauper & dolens*, de mortalitatis noſtræ miſeriis differens, ita ſcribit: *Non eſt iſta ſalus corporis ſed infirmitas paragorizamur quotidie medicamentis Dei; manducamus & bibimus; hæc medicamenta ſunt.* Calor porro naturalis deficeret utique, niſi continuo per alimenta reſtauraretur; Verumtamen ſi hæc exceſſiva ſint, potius calor inde ſuffocabitur, ad eum modum, quo modicum lumen per exceſſivam olei ſuperabundantiam extinguitur. *Si plus refeceris* inquit S. Doctor, *inde deficit.* Bellovacenſis ex Philoſophorum & Medicorum doctrinis ita ſcribit: *Natura paucis & minimis eſt contenta, unde temperantia amica eſt naturæ, & per eam ſalvatur, & bona naturæ continentia conſervatur.* In cujus probationem ingenioſas quaſdam obſervationes adducens inquit: *In ſignum hujus natura parvum os homini dedit, nam inter animalia magnæ corpulentiæ; homo minus os habet, ſecundum corporis ſui quantitatem. Item natura cætera animalia dejecit ad paſtum, hominem erexit ad ſydera ut erigatur ad ſupernas delectationes & delicias appetendas, non ad inferiores quærendas.* Quadrupedia enim ore prono ad terram vertuntur, quia finem ſuum in cibo, potu & vita repoſitum habentia, de anima nihil cogitant, quia hæc cum corpore ſimul interit, multo minus de vita futura; non vero ita facere debet homo.

8. Socrates, celebris ille Philoſophus, Laertio teſte inquit: *Dijs ſimillimus eſt, qui quam pauciſſimis eget, cum dij nullius egeant rei*; unde cum nonnullis amicis ſuis ſobrium quoddam inſtituiſſet convivium; conjugi ſuæ cum ob nimiam menſæ frugalitatem reprehendenti ſapienter reſpondit: *Convivæ, ſi frugi temperanteſque ſunt, boni conſulent; ſin minus nulla nobis horum cura eſſe debet: alij vivunt ut edant, ego edo ut vivam*; Manducandum itaque nobis eſt, eo dumtaxat fine, ut vitam ſuſtentemus, non vero deſideranda eſt vita, ut manducemus. Clem. Alex. ait: *Vivere, ex duobus ſanitate ſciliset & viribus conſtitutis, quibus maxime convenit alimenti facilitas, ut quod ad digeſtionem & corporis levitatem ſit utile.* Quia ſi longam vigoroſam & vegetam vitam ducere deſideramus, ad hunc finem conſequendum magis temperantia ſerviet, quam crapula.

S. Ambr. T. 3. prec. 2. in præp. ad Miſſam.

S. Aug. l. 10. Confeſſ. c. 31.

S. Anton. Thomor. p. 2. c. 1. §. 2.

Pſ. 77. v. 30.

S. Auguſt. ibid.

S. Auguſt. in Pſalm. 102.

Sicut medicina ad vitam conſervandã ordinatur, ita & cibus eumdem finem reſpicit.

Pſ. 68. v. 30.

S. Auguſt. in Pſalm. 122.

Bellovac. ſpec. mor. l. 3. p. 8. diſt. 1.

Laert. l. 2. c. 5.

Manducandum eſt eo tantum fine ut vitam ſuſtentemus.

Clem. Alex. ibid.

S. Bernardus rectum hominis Chriſtiani à gula alieni finem his verbis indicat: *Chriſtianus homo comedit ut vivat non vivit ut comedat*; Unde colligitur, quod Chriſtiani nomen minime mereatur is, qui ſe, ut comedat, vivere putat. Nec eſt quod dicas, Deum fructus, herbas, animalia terreſtria, piſces, volucres, & alia commeſtibilia ad noſtrum creaſſe uſum, ut videlicet non cum tenacitate & frugalitate, ſed liberaliter & prodige utamur, huic enim oppoſitioni per verba S. Ambr. reſpondebo, quibus proroparentem noſtrum reprehendit: *Nihil*, inquit, *natura deliquit, alimenta dedit, non vitia præſcripſit, ſuos fructus terra producit, omnes fœtus ſuos generari aquæ, & his non contentus, interdixit tibi alimenta guſtaſti.* Deus quidem abundanti providentia ſua multiplicitatem nobis annonæ ſubminiſtravit, ut per delectum ciborum, ſatisfactionem habeamus, non vero ut convenientem excedamus menſuram. *Alimenta dedit, non vitia præſcripſit.*

S. Bern. De Paſſ. c. 42. Deus annonam multiplicavit ut ſatisfactionem habeamus nõ ut menſuram excedamus.

S. Ambr. l. 5. Hexamer. c. 1.

10. Tertull. cauſam quærit, cur Deus in lege Moſaica populo ſuo multos interdixerit cibos, cum tamen ab ipſo mundi exordio omnibus indifferenter ſuam fuerit impertitus benedictionem: *vidit cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Si lex aliquid cibis detrahit, & immunda pronunciat animalia quæ aliquando benedicta ſunt; conſilium exercendæ continentiæ intellige, & frænos impoſitos illi gulæ agnoſce, quæ cum panem ederet angelorum cucumeres & pepones Ægyptiorum deſiderabat.* Seneca Philoſophus nos exhortatur, ut omni cum induſtria efficiamus, ut corporis noſtri deſideria modeſta ſint, & temperata: *Corporis*, inquit, *exigua deſideria ſunt, frigus ſubmovere vult indumentis, alimentis famem ac ſitim extinguere, quidquid extra concupiſcitur, vitijs non uſibus laboratur.* Quid igitur neceſſum eſt, inquit idem ipſe, ut pro alendo hoc corpore, mare terramque ſuſque deque vertamus, quando natura ſponte omnia illa paſſim germinavit, quibus corpus hoc noſtrum pro ſui ſuſtentatione opus habet? *ſi ad ſanam illam mentem placeat reverti, quid opus eſt tot artibus ventri ſervientibus? quid mercaturis? quid vaſtatione ſylvarum? quid profundi perſcrutatione, paſſim jacent alimenta quæ rerum natura omnibus locis diſpoſuit*; ſed *hæc velut cæci tranſeunt, & omnes regiones pervagantur nare trajiciunt cum famem exiguo poſſint ſedare, magno irritant.* Eſtque hoc ipſum, quod Seneca de ſuis temporibus ſcribit, adeo verum, ut noſtris quoque diebus deplorandus hic vigeat abuſus, quo unus alterum ad immoderate, certatim, & cum æmulatione bibendum & manducandum invitat, ſub pœna incivilitatis, niſi immoderate crapulerur ſeſeque inebriet, quam miſeriã D. Chryſ. ſuis verbis deplorat: *Illud multo intolerabilius eſt, quod morbus tot malis redundans, totque ſecum invehens calamitates, ne crimen quidem cenſetur, ſed in divitum menſis, hujus turpitudinis gratia, pugna oritur atque certamen, atque inter ſe majori ſtudio contendunt, qui ſeipſum magis infamet quis majorem ſubſannandi occaſionem præbeat, quis nervos amplius infringat, quis vires amplius debiliet, quis communem domum gravius irritet, ac videre eſt ſtudium certamenque diabolicum.*

Tertull. l. 2. cont. Marc. c. 18.

Senec. in conſol. ad Helviam. n. 13. Exhortamur ut corporis noſtri deſideria modeſta ſint & temperata.

DISCURSUS XXVI.

ARGUMENTUM.

Virtute opus eſt, ne per cibi neceſſitatem ſubingrediatur aviditas, & immoderata voluptas, ſiquidem in hac & in exceſſu gulæ malitia conſiſtit, quæ etiam in cibis vilibus locum habere poteſt.

THEMA.

Antequam comedam, ſuſpiro. Job 3. ℣. 24.

Quare Job ſuſpiraverit, antequam comederet.

1. S. Propheta Job his verbis declarat quod priuſquam menſæ accumberet, ex profundo cordis ſui ſinu gemebunda ducere ſuſpiria ſolitus fuerit: *Antequam comedam, ſuſpiro.* Sed quamobrem id faciebat? num forte cibi patiebatur nauſeam? aut vero ſtomacho male affecto laborabat? vel dentium experiebatur dolores? vel unde hi procedebant gemitus quando ei neceſſarium ſumendum erat nutrimentum? S. Antoninus hanc illius aſſignat rationem: *Antequam comedam, ſuſpiro, ſcilicet timens offendere.*

S. Anton. ſum. Theol. p. 2. Tit. 6. c. 1. §. 2.

2. Abbas quidam Laureacenſis, Maubrunus nomine, priuſquam menſæ accumberet, familiaria ſibi habebat quædam perfectionis exercitia, quibus ſe armabat, ne vinceretur à gula, nimirum excitabat in ſe quoſdam doloris, verecundiæ, timoris, & gratitudinis affectus;

Perfectionis exercitia quibus armamur ne vincamur à gula.

S. Iſidor.

fectus doloris quidem, quia revocabat in memoriam jacturam immortalitatis, quam primi parentes noſtri ob guſtatum pomum veritum paſſi, in hanc neceſſitatem ſeu potius vilitatem lapſi fuerant ut ad manducandum aſtringerentur, quo eodem motivo S. Iſid. ducebatur, quando ad refectionem accedebat: *Erubeſco irrationabilem cibum ſumens, qui rationabilis à Deo factus in paradiſo deberem cibo ſaturari divino.* Deinde verecundiæ excitabat actus, eo quod ab exactore adeo vili & abjecto à corpore ſcilicet humano, ſtercoris facco importuno, inſatiabili, indiſcreto, incivili, qui nullis acquieſcit rationibus, aut precibus. Timorem quoque exercebat, eo quod aſtutus ſerpens continuos in ſumendo cibo nobis laqueos oſtendat, ut in culpam aliquam præcipiter. Ad gratitudinis pariter actus convertebatur, dum providam Dei manum eum paſcentem conſideraret, patri, quem in cœlis invocamus, gratias agens. Cum itaque protoparentes noſtri in ſtatu innocentiæ, juſtitia induti originali, in hoc corruerint gulæ vitium, quanto magis nobis timeamus oportet, præſertim quia ut S. Aug. ſcribit, *cum ſalus ſit cauſa edendi & bibendi, adjungit ſe tamquam pediſſequa periculoſa jucunditas, & plerumque præire conatur, ut ejus cauſa fiat, quod ſalutis cauſa me facere* vel dico, vel *volo*; nec idem modus utriuſque eſt, nam quod ſalutis eſt, delectationi parum eſt. Atque ideo S. hic Doctor in hoc periculoſo quotidie deſudabat certamine; dum ex una parte, quemadmodum quicumque alius homo inevitabilem experiretur manducandi neceſſitatem; ex alia vero parte eodem tempore ſedulo reſiſtebat, ne quem in eo exceſſum, aut ſuperfluam admitteret delectationem; ideoque profitebatur dicens: *His tentationibus quotidie cogor reſiſtere & invoco dexteram tuam ad ſalutem meam.*

S. Aug. lib. 10. Conf. c. 31. Timendum nobis eſt ne in vitium gulæ corruamus.

3. Bellov. aptam in præſenti adducit in patrum collationibus citatam hiſtoriam; ubi S. quidam Eremita ita quemdam legitur allocutus fuiſſe Philoſophum: *Pater meas dimiſit me multis debitoribus obligatum, cæteris ad integrum ſolvi, uni eorum quotidie oportet me ſolvere, & ſatisfacere ei non poſſim, quia per Dei gratiam mundum contempſi, & omnia reliqui, & ab omnibus quæ in mundo obligatum me tenebant, liberatus, à cæſtimargiæ ſtimulis cavere non poſſim.* Guſtus namque cibi naturalis eſt, palatumque decipit: atque ideo magna opus eſt virtute, ut quis ſe ejus opponat complacentiæ & delectationi, ſed prò dolor neutiquam perpendimus, quia in pœnis & tribulationibus noſtris deliciamur, ſiquidem cibi uſus corporis eſt debitum, illi poſt potni morſum aſſignatum, in naturæ corruptæ pœnalitatem; Ideòque S. Aug. ſaluberrimè monet: *Non hoc eis optamus, ut terrena neceſſaria deſint eis, quibus indigent, dum mortaliter vivunt, ſed ut hoc plangant, quod amiſſa ſocietate cœleſti, terrenis non ad fruendum ſtabilibus bonis, ſed ad ſuſtentandum neceſſariis indigere meruerunt, agnoſcant, & lugeant iſtam miſeriam*, quod enim veluti irrationabilia animalia, vitam noſtram potu, ciboque frequenti fovere, cogamur, S. Auguſtinus noſtris idipſum adſcribit miſeriis; & nihilominus maxima pars hominum in hac ſibi complacet miſeria.

Bellovac. ſpec. mor. l. 3. p. 8. diſt. 1. Guſtus cibi naturalis eſt, palatum decipit ideo magna opus eſt virtute, ut quis ſe opponat.

S. Auguſt. in Pſalm. 141.

Complacentia in cibo ſæpe culpabilis eſt, niſi eam virtus moderetur.

4. Quid ſi Deus cibos noſtros placito deſtituiſſet ſapore, nonne homini graviſſimum foret manducare? Ecce itaque inſipientiam illorum, qui cibos nauſeant, & infirmi inappetentiam patiuntur, intenſos ſufferunt in neceſſario alimento digerendo aut tranſmittendo dolores; quibus & ſæpe neceſſum eſt violenter refectionem ingerere: hæc igitur complacentia & guſtus, quem Deus cibo impertiit, ſæpe culpabilis eſt, niſi eum virtus moderata fuerit. Sed eheu gulæ impetum vix eſt qui ſuſtineat, quæ ſuam exercet tyrannidem, violentiamque facit, & dominatur nobis; Unde S. Iſidorus Peluſiota ſobrie nos monet dicens: *Conſiderationis ope atque auxilio ipſius, ventris tyrannidem amputemus.*

S. Iſidor. Pel. l. 2. Epiſt. 40.

Fatuus in perditionem utitur cibo, qui ad ſalutẽ eſt ordinatus.

S. Cyrillus Alex. l. 2. Apol. c. 4.

S. Bern. ſerm. 49. De inter. domo.

5. S. Cyrillus Alexandrinus cibum quidem ad vitæ noſtræ ſuſtentationem ordinatum eſſe, ſed à ſtulto homine in propriam ejus perditionem converti confiderat, dicens: *Cum ad ſalutem & vitam naturali lege ordinatus ſit cibus, eo in perditionem & mortem ſuam immoderate utitur fatuus.* Quod ultimum verbum ſcilicet ly *fatuus*, admodum conſiderabile eſt, quia ubi virtus ſolida non viget, difficile eſt pruritui gulæ ſe opponere, atque reſiſtere dicente S. Bern. *Gula ſemper eſt in pugna, & in culpa; ſive manduces ſive vivas; adeſt illa tecum pugnatura; ſi bene non pugnas, certe vinceris ab illa; quæ cum multis pugnat & à paucis expugnatur.* Ad eam itaque vincendam Spiritu opus eſt non vulgari, qualem in S. Romualdo prævaluiſſe narrat B. Petrus Damianus; ſed quid mirum? ſiquidem veteranus erat & viginti annorum miles in militia Chriſtiana? *Si quando eum ex aliquo eſculentiori cibo*, inquit hic Sanctus, *gulæ vitium titillaret, mox accurate illum præparari præcipiens, ori & naribus accommodari, & ſolum captans odorem dicebat; O gula gula, quam ſuavis modo mihi ſaperet iſte cibus, ſed væ tibi, ex eo namquam guſtabis, & ſic intactum ad cellarium remittebat.* S. Joan. Clim. malã ab hoc vitio derivantia ponderare incipiens, his uſus eſt verbis: *De gula dicturi, ſi unquam alias, nunc maxime contra nos ipſos philoſophari ſtatuimus; Miraculi enim loco duco, ſi quis ante montem & ſepulchrum ab hac domina ſe in libertatem vindicavit.* S. Auguſt. omnem ſibi vim inferebat, at vero prout in confeſſionibus ſuis dicit: *Cum ad quietem ſatietatis ex indigentiæ moleſtia tranſeo, in ipſo tranſitu mihi inſidiatur laqueus concupiſcentiæ.* S. Anton. de Padua cibi intemperantiæ nomen attribuit febris quotidianæ; nam de ſocru S. Petri febricitante loquens, varias diſtinguit febres, & ad propoſitum noſtrum inquit: *Quædam procedit ex inflammatione phlegmatis, & hæc vocatur quotidiana, & hæc appropiatur peccato gulæ ad litteram.* Sicut enim febris ex nimio ardore & inflammatione procedit, ita quoque vitium gulæ non in manducando conſiſtit, ſed in appetitu immoderato cibi, quantumvis ille vilis & exiguæ ſit ſubſtantiæ; Unde S. Bonav. inquit: *Ille vitiis dicitur comedere, qui ultra commoditatem naturæ comedit & bibit, & eſt contra rationem; cum actus nutritionis ſit ad conſervationem individui, & per talem culpam fiat naturæ ſubverſio, unde patet quod ibi eſt abuſio & peccatum.* Deus etenim vinum quidem ad noſtræ debilitatis reſtaurationem creavit, nos autem in quantitate excedentes, illo abutimur. Audite S. Baſilium dicentem: *Vinum Dei donum ad infirmitatis robur, ac ſuſtentationem ſapientibus conceſſum, nunc inſtrumentum incontinentiæ, intemperantibus eſt factum*; ubi notanda eſt dictio, *intemperantibus*; voracitas enim & nimia aviditas eſt, quæ reos & vitioſos non efficit, abuſus eſt non vero uſus. Ac proinde Clemens Alexandrinus nos monet inquiens: *Ego tunc maxime cenſeo rationem eſſe in convivio una introducendam, quæ inſtar pædagogi corrigat temulentiam, ne nobis imprudentibus convivium delabatur ad ebrietatem.* Idem paulo antea in vini defenſionem dixerat: *Illud ergo benedictum eſt; exultatio animæ & cordis vinum eſt ab initio, ſi quantum ſatis eſt bibatur.*

S. Bonav. in ſpec. anima c. 3. Exceſſus in quantitate vini abuſus eſt, nõ uſus.

S. Baſil. Hom. 14. in ebriet. & luxum.

Clem. Al. l. 2. Pædag. c. 2.

7. Verum quidem eſt S. Paulum dixiſſe: *Vinum in quo eſt luxuria*, hoc tamen intelligendum eſt, quando nimi opere bibitur. Numquam genus humanum adeo immerſum fuit luxuriæ quam eo in ſæculo, in quo *omnis caro corruperat viam ſuam*, & tamen tunc vini uſum fuiſſe nuſquam conſtat, quia primus vineæ plantator fuit Noë, poſt diluvium; imo neque carnes manducabant, & tamen homines omnino carnales erant; id quod Procopius obſervavit, dicens: *Fortaſſis non citra divinam providentiam nec carnis, nec vini uſus ante diluvium frequentatus eſt, ſi enim, ut dicit ſcriptura tanta fuit dementia illorum mortalium, ut aquis domanda fuerit, quid evenſſet, ſi carnium & vini uſus fuiſſet?* negari quidem non poteſt, quin carnes, & vinum gulæ ſint fomentum, & incentivum, verumtamen malitia non in uſu moderato, ſed in intemperantia & exceſſu conſiſtit. Unde S. Baſilius guloſum quemdam monet inquiens: *An ignoras quod immoderata expletione ilvipſe pinguem paras vermem, conſcientiæ carnificem, & diſcruciatorem?* ubi nota, quod dicat *immoderata expletione.*

Eph. 5. v. 18.

Gen. 6. v. 13. Carnes & vinum gulæ ſunt fomentum.

Procop. in c. 9. Gen.

S. Baſilius Hom. 1. de Jejun.

8. D. Chryſoſt. ſuper Geneſin ſcribens, quando ad vineam à Noë plantatam conſiderandam pervenit, erit fortaſſe inquit nonnemo qui de vite mihi dicat: *Quare planta tot malis plena in hanc vitam producta eſt?* cui proinde reſpondet S. Dicens: *ne ita temere loquaris homo. Non eſt planta hæc mala, neque vinum malum, ſed illius abuſus, quia non propter vinum, ſed propter perverſam voluptatem nefaria ſcelera fiunt, & cum in eo ſit utilitas, ut noceat, in cauſa eſt intemperantia; quocirca nunc poſt dilavium oſtendit tibi vini uſum; ut oſtendat quod & ante vini uſum in immodicam luxuriam humanum genus inciderit, multiſque peccatis ſe contaminarit, cum adhuc vini uſus neſciretur*; Hic autem abuſus in aliquibus reperitur, qui animam ſuam flocci æſtimantes, corpori indulgent, & irrefrænatis ſuis obediunt appetitibus; contra quos S. Iſidorus ſcribit, dum ait: *Non ad luxuriam vel ad ſatietatem, ſed tantum modo ut corpus ſuſtentetur epulis eſt utendum, nam ut Philoſophi*

D. Chryſoſt. Hom. 29. in Gen. Commendatur vini uſus ſic tamen ut tollatur abuſus.

S. Iſid. l. 2. Sent. c. 40.

sophi dixerunt cibos inventos esse ut contineant animam non ut corrumpant.

Joël. 1. v. 5. S. Isid. ibid. c. 43. Ostenditur quod cũ cautela vinum sit bibendum.

9. Idem S. illam Joëlis minitationem contra ebrios (*expergiscimini ebrij & ululate omnes, qui bibitis vinum in dulcedine*) considerans, ita discurrit ad intentum præsens. *Quo testimonio non ait tantum flete omnes qui bibitis vinum ut bibere omnino non liceat, sed adjecit : in dulcedine, quod ad voluptuosam pertinet & prodigam effusionem.* Quam eamdem doctrinam his verbis S. Nilus insinuat : *ciborum usus ad tuendam dumtaxat vitam adhiberi debet, non item ut cupiditatibus serviamus.* S. vero Bern. in sermone *de modo bene vivendi* ; qua cautela vinum nobis bibendum sit ostendit, dum ait : *Caveamus, ne illud quod Deus ad medelam nobis corporis tribuit, vitio gulæ deputemus. Caveamus ne vinum quod Deus nobis dedit ad salutem corporum in usum vertamus vitiorum* & S. Antoninus ad victum pariter seu necessarium corporis nostri cibum, se reflectens ait : *Tantum potest & debet quis somedere & bibere, quantum credit se indigere ad sustentationem & executionem eorum, quæ sibi incumbunt agenda, ita ut non usque ad nauseam sumat, sed cum aliquali adhuc appetitu finem faciat.* Quapropter & S. Hieron. inter alias Monachis præscriptas regulas in capitulo cui titulus est : *de abstinentia & præcipuè à carnibus*, ita quoque scribit : *Nobis non corporum cultus, sed animæ vigor quæritur, quæ carnis infirmitate fit fortior.* Paulo autem ante præmiserat dicens : *tanta sit in sumendo sobrietas, talisque parcitas, ut venter potius conqueratur, quam gaudeat.* Qui idem Sanctus de ciborum qualitate tractans, hoc sequens quantum vis personis per viam perfectionis gradientibus suggerit consilium, inquiens : *Non ciborum nobilitas appetitum moveat, sed fames, non apponantur incentiva libidinum sed quæ possint famem extinguere.* Cui eruditioni nihilominus idem S. Doctor aliam quamdam adjungit S. Ambrosij, in cujus venenum discooperit, quod serpens circa gulæ vitium, in perditionem nostram evomitat ; dicit enim : *Cujus mortiferum virus tum utcumque vacuatur cum non qualitas, sed libido in esis præcavetur ; Prima enim mulier non exquisitarum dapium, sed sola pomi delectatione mortem mundo induxit, & antiquus hostis regem nostrum non de carne sed de pane tentavit.* In cujus confirmationem Sanct. Bernardus exemplum adducit Esau, qui exilis jentaculi appetitu illectus, suam vendidit primogenituram. *Repleti ventrem faba*, inquit ille, *mentem superbia, cibos damnamus saginatos, quasi non melius sit exiguo sagimine ad usum vesci, quam ventoso legumine usque ad ructum exsaturari, præcipue cum Esau non de carne, sed de lente sit reprehensus, & de ligno Adam, non de carne damnatus ; & Jonathas de gustu mellis, non carnis, morti adjudicatus.* Unde & S. Gregorius pariter ait : *Nonnunquam abjectius est, quod desiderat, & tamen ipso æstu immensi desiderij deterius peccat*, ideòque mox suum ita prosequitur & exaggerat discursum dicens : *Antiquus hostis, quia non cibum sed cibi concupiscentiam esse causam damnationis intelligit, & primum sibi hominem, non carne, sed pomo subdidit ; & secundum non carne, sed pane tentavit.*

S. Antonin. ibid. §. 9. S. Hieron. Tom 9. in Reg. Monach. S. Ambr. T. 5. precat. 2. in prapar. ad Missam. Non qualitas, sed libido in esis est præcavenda. S. Bern. in flor. c. 99. S. Greg. L. 30. mor c. 13.

10. Inordinationes autem circa gulam multæ sunt, æque notabiles omnes, quas varij considerant Sancti, & inter alios quidem S. Antoninus ita scribens : *Ciborum sumptio secundùm se non potest esse peccatum, nisi quatenus repugnat rectitudini voluntatis, quod autem repugnet contingit dupliciter, uno modo propter repugnantiam ad proprium finem ciborum, sicut cum aliquis propter delectationem quæ est in cibis, utitur cibis contrariantibus salui corporis ; vel secundùm speciem, ut infirmis, fructus, herbas, & hujusmodi nocent, vel secundùm quantitatem, ut cum nimis comedit de aliquo ; ita quod gravat stomachum, vel caput, vel hujusmodi.* S. Bonaventura alios assignat casus in quibus gula culpabilis existit ; nimirum ; *Quando quis mensuram excedit, scilicet nimis comedendo ; quando nimis ardenter & festinè quis comedit, non enim usus ciborum, sed concupiscentia in vitio est.* S. Nilus idipsum observans ait : *Gulam veteres appellarunt, raptim ac festinanter, & multum ac citra delectum, ac præmature comedere ; ingluviem autem cibis delectari.* S. Joannes Climacus quærit : *Signum gulæ quale est ? explica mihi ; & respondeo, quando videris cogitationem tuam cibo delectari, & urgere, ut feve omnes anteverras, ac ut patinam ad te trahas, hoc gula est.*

S. Antonin. ibid. §. 1. Inordinationes circa gulam notabiles assignantur. S. Bonav. T. 7. in Comp. Theol. verit. L. 2. c. 20. S. Nilus. ibid. S. Joan. Climac. Grad. 26. schol 15. S. Greg ibid. Modi assignantur quinque

11. S. Gregorius quinque assignat modos, quibus in sumendo cibo excedere possumus, ait enim : *Sciendum quia quatuque nos modis gulæ vitium tentat, aliquando indigentiæ tempora prævenit, aliquando tempus non prævenit sed cibos lautiores quærit, aliquando quælibet sumenda sint, præparari accuratius expetit ; aliquando autem & qualitati ciborum & tempori congruit, sed ipsa quantitate sumendi mensuram moderatæ refectionis excedit.* bus in sumendo cibo excedere possumus.

12. Ingeniosa quædam in catena Græca super Genesin reperitur institutæ observatio ; animalia enim irrationabilia certum non habent ad manducandum tempus, sed ab congenita sua rapiuntur aviditate ; isti igitur qui nulla non hora manducant, brutis merito assimilantur. *Homo ita à Deo constitutus est*, (discursus est dictæ catenæ) *ne aliorum animalium exemplo, ventri semper servire cogatur, sed statuto ei tempore* atque ita per hoc motivum abstinentia merito perpetua debite colenda homini inculcari potest ; *Si in censum generis humani referri, non autem in bestiarum ordinem redigi velit.* S. vero Hieronymus ad eumdem sobrie manducandi modum intentus, ita nos instruit dicens ; *Non sit in sumendo ferculo talis velocitas faucium & tam velox masticatio boli, quod merito de ingluvie aliqua possit oriri suspicio.* Tandem S. Bonaventura alio quodam in loco pessimos à præteritis distinctos vitij gulæ assignat à S. Gregorio traditos effectus, quando in hunc se diffundit discursum : *Ex hoc ramo tres rami exeunt, incontinentia gulæ, immodestia, & delectatio. Incontinentia istos fructus affert secum, anticipationem, frequentationem, & jejunij fractionem, anticipationem, cum quis horam comedendi anticipat, quod potest fieri tempore jejunij, vel alio tempore. Ista anticipatio fit etiam alio tempore, ut multi, qui volunt comedere statim, quando de lecto exeunt, sicut bruta etiam quandoque absque aliquo appetitu ex pravia consuetudine. Ramus gulæ est immodestia, scilicet cum in nutriendo corpus modus debitus non servatur ; & duos fructus habet, aviditatem & nimietatem.* S. Hieron. S. Bonav. in spec. anim c. 3.

DISCURSUS XXVII.

ARGUMENTUM.

Gulæ quandoque timoratos & perfectos viros ex parte seduxit.

THEMA.

Isaac amabat Esau, eo quod de venationibus illius vesceretur. Gen. 25. ℣. 28.

Quæritur quare Isaac amaverit E. sau præ Jacob.

1. SI quis præter Scripturam Sacram, à Spiritu veritatis dictatam, asseruisset, Esau ab Isaaco, propter venationes carnium ferinarum, dilectum fuisse, forsitan difficilem dictis fidem adhibuissemus ; sed mentiri nescit sacer Chronista clare protestans, absque quocumque commentario aut glossa : *Isaac amabat Esau.* Sane si aliud tanti affectus allegasset motivum œconomiam V. G. aut primogenituram, aut alias dotes naturales ; mirum neutiquam fuisset ; sed dicit aperte Moyses, *eo quod de venationibus illius vesceretur.* Nonne Isaac supernaturali pollebat Spiritu prophetico ? nonne hunc filium suum, à Deo reprobatum, Jacob vero ecentra prædestinatum esse cognoverat ? *Jacob dilexi, Esau autem odio habui.* Item Deus se Isaaci Deum quam multoties appellare non est dedignatus, quando ait : *Deus Isaac* ; fervorum autem est suam ut dominis conformet voluntatem. Quare itaque amare dicitur Esau hominem incivilem, rudem, profanum, sacrilegum, Deo exosum ? & non potius amore trahi Jacobi tantæ virtutis filij, ut totius populi electi Israelitici caput futurus esset ? *amabat eo quod de venationibus illius vesceretur.* Numquid igitur ex gulæ instinctu filium amabat ? Nequaquam, respondet Dionysius Carth. *Nec enim putandum, quod ex gulositate talia amabat cibaria & filium propter ea.* Abulensis autem hunc Isaaci affectum beneficio adscribit, quod decrepitus ex illo ferino capiebat cibo, utpote levioribus indigus cibis, quales erant illi ex venatione provenientes ; Ideoque doctissimus hic author ait : *Homines in illa ætate libentius comedunt delicata cibaria, non diligebat ex intemperantia, quasi vellet intemperatis cibis uti, sed quia ætas illud exposcebat, egebat levibus cibarijs.* Rom. 9. v. 13. Dion. Carth. ibid. Abul. ibid.

Quæritur quare Isaac amaverit E. sau præ Jacob.

2. Nihilominus pauciſſimus verbis S. insinuat Cyrillus, Isaacum aliquatenus ex gulæ motu hunc impio filio indebitum induisse affectum, ut hinc discamus, viros illos, quamvis pios, homines tamen fuisse. Quisquis enim præteritas legerit historias, personas etiam timoratas, & perfectas à cibi pruritu & complacentia seductas fuisse comperiet. Ita cibus lentium ut in præcedentibus vidimus discursibus, qui tanta cum vehementia ingluviem & ineffrænem extimulavit S. Cyrill. in Caten. Respondetur quod ex gulæ instinctu amaverit, ut discamus homines etiam pios cibi prævitæ, fuisse seductos. 2. Reg. 29. v. 13.

Tres Pueri ex timore periculi legem prævaricandi dapes pretiosiores respuerunt.

vit Esau appetitum ut suam venderet pro eo primogenituram, exquisite præparatus in manibus versabatur Jacobi. David vir erat secundùm cor Dei, virtutisque & perfectionis typus ; & nihilominus se ab aquæ haustu è cisterna Bethlehemetica tanta cum aviditate abripi permisit, ut aliqui militum, ejus gratiam regiam singulariter demeriturj, cum propriæ vitæ periculo, Phalanges penetrarint hostiles aquamque asportarint.

Eccli. 19. v. 2. Vinum homines aliosquin prudentes deviare facit. Hug. Card. ibid. Gen. 6. v. 8. Noë vir justus in vino naufragatur. Gen. 7. v. 1. S. Ephrem. T. 1. serm. de virginit.

3. Ecclesiasticus de gulæ vitio tractans inter alia scribit : *Vinum & mulieres apostatare faciunt sapientes* ; ubi post vinum vitij carnalis ingerit mentionem, quia nimius vini potus ad libidinem incendit ; singulariter autem circa hunc textum advertendum est, Ly *apostatare* ; hoc enim verbum ad illas relationem habet personas, quæ prius in offenso pede per viam Dei gradiebantur, cœlesti deditæ sapientiæ, doctæ, prudentes. Hugo autem Cardinalis dictum textum ita explanat : *Apostatare faciunt sapientes & arguent sensatos, Apostatare id est jugum Domini abjicere.*

4. De Noë in Genesi dicitur : *Noë invenit gratiam coram domino, vir justus atque perfectus in generationibus suis, cum Deo ambulavit.* Ab universali illum Deus ejusque meritorum intuitu familiam ejusdem liberavit diluvio ; *Te enim vidi justum coram me in generatione hac.* Nihilominus qui in aquarum diluvio illæsus evaserat, post universi inundationem in vinario scypho periculosum naufragium subiit ; *bibensque vinum inebriatus est, & nudatus in tabernaculo suo.* Qua super re S. Euphremus ita discurrit : *Noë vir justus, sanctus, atque perfectus in generatione illa, quæ sibi ipsi pernicies extitit, qui à Deo meruit de pietate sua commendari, dum ad eum dixit, te solum vidi justum in generatione hac corrupta, justus hic qui inundationes aquarum tempore diluvij universalis fecerat, à modico viluque vino victus est. Aquæ infinitæ non potuerunt vincere ipsum, vinum autem vile inter dormiendum justi vini corpus vadavit.*

Rom. 13. vs. 13. A fallacijs gulæ decipiuntur qui alias fuerunt invincibiles. D. Chrysol. serm. 41.

Gen. 19. v. 32 Loth in Segor à vino deceptus.

5. Loth Abrahæ nepos tot meritis sublimis, qui angelos cœlestes hospitio recipere meruit, tanti à Deo æstimatus, ut quoadusque ipse in Sodoma moraretur, regionis illius flagella suspenderit, qui in medio nefandissimorum hominum plurium annorum tempore innocentem & immaculosam vitam duxit, hic inquam vir, tam perfectus, & sanctus, in Segor à vino se decipi permisit, adeo ut non solum inebriatus fuerit, verum etiam cum propriis filiabus execrabilem incestum commiserit. Unde S. Ambrosius ait : *Vicit S. Noë, vel etiam Loth Abrahæ nepotem ebrietas, quorum alter cum jejunaret, diluvio superstes fuit, alter incendio.* S. Ephrem pariter ostensurus, quod gula perfectissimos etiam & timoratos viros seducat, idem Lothi exemplum in medium adducens, tandem concludit : *Si ergo justis ac sanctis viris vinum non pepercit, te abjectum quanto magis superabit.*

S. Ambr. L. de Elia & jejun. c. 5. S. Ephrem. ibid. Job. 1. v. 5. Viri Spirituales in conviviorum gaudijs ad Ipsius sunt prodiviores. Ps. 132. v. 1. Matth. 7. v. 18. Job. 1. v. 5.

6. S. Propheta Job familiam suam in timore Dei semper educaverat, prouti ex unione & concordia quæ inter filios & filias ejus vigebat, clare deducitur ; *quam* autem *bonum, & quam jucundum habitare fratres in unum, quoniam illic mandavit Dominus benedictionem*, præterquam quod cum Job sanctus fuerit, filios quoque ejus sanctos fuisse facile arguere licebit, quia *non potest arbor bona malos fructus facere* ; & tamen quia quotidie simul in convivijs mutuis conveniebant, pater illorum non immerito timebat *ne forte peccaverint*, ac proinde quotidiana pro illis holocausta immolabat ; nec immerito mali quid inde secuturum suspicabatur, probe namque sciebat, viros etiam spirituales, in conviviorum gaudijs, ad aliquas transgressiones committendas sæpe fieri procliviores ; interpres quidam modernus interpretans verba illa : *ne forte peccaverint filij mei & benedixerint Deo in cordibus suis*, legit : *valedixerint Deo*, quod idem est quod dorsum Deo verterint, idque conforme est propositioni illi, quæ in Deuteronomio legitur, *Incrassatus est dilectus* (per Ly *dilectus* autem hominem in dilectione, gratia & benevolentia Dei constitutum intelligit) *& impinguatus* ; sed quid inde secutum fuit ; *dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo.* Et ideo S. Gregorius de hisce Jobi filijs inquit : *Vir quippe sanctus noverat, quia celebrari convivia sine culpa vix possint.* Tres illi juvenes regia stirpe prognati, inter quos Daniel erat, postquam in captivitate Babylonica in Regiam Nabuchodonosoris fuissent perducti, ut sacer textus inquit : *Constituit eis Rex annonam per singulos dies de cibis suis, & divino, unde bibebat ipse.* Daniel autem alijque ipsius collegæ dapes

Lyranus. D. Chrysost. cont. Luxum & crap. Bellovac. spec. mor. L. 8 p. 8. dis. 3. Petr. Blesf. in Job. c. 1. Religiosi cavere debent ne vitio gulæ præoccupentur. Bolland. T. 1. Febr. 4 fol. 561.

regias respuentes præfectum rogarunt, ut ipsis leguminibus vesci & aquam bibere permitteret ; at vero quonam motivo Regiam hanc à se benevolentiam repulerunt, quonam munere pretiosiori ac honorificentiori affici potuissent, quam dum servi ipsidem cum Rege cibis nutriti fuerunt ? & quidem notandum est Danielem non dicere, quod Rex illis mensæ suæ reliquias dari præceperit, sed eumdem ciborum apparatum, qui mensæ Regiæ inferebatur, proponeretur quoque & ipsis *constituit eis Rex annonam de cibis suis, & de vino unde bibebat ipse.* Cur igitur honorem tam eximium non acceptarunt ? Scriptura sacra claram hujus rationem indicat dicens : *Proposuit Daniel in corde suo, ne polluereturde mensa Regis, neque de vino potus ejus.* Circa quem textum nonnuli expositores dicunt, dapes illas Regias ex illis fuisse quæ prius falsis Dijs oblatæ fuerant, vel certe quæ secundùm religionis Hebraicæ leges, quas juvenes illi observare firmiter decreverant, vetitæ erant : at vero D. Chrysostomus aptius ad propositum nostrum dicit, quod juvenes illi imminens ex lautis & delicatis cibis illis periculum præcognoscentes, omni cum studio illos declinare sategerint : *Quin delicatorum & suavium ciborum usus officere poterat integritati mentis & cordis munditiei.* Vides igitur qualiter hi juvenes, licet in virtutibus & innocentia firmiter radicati fuerint (prouti postea in tot occasionibus, præcipue vero in adoratione statuæ, & Daniel in lacu leonum probarunt) periculo tamen prævaricandi, quod ex dapibus illis pretiosis manducatis incurrere possent, se exponere nequaquam voluerint, quia *vinum apostatare facit sapientes & arguit sensatos.*

Rom. 13. vs. 13. A fallacijs gulæ decipiuntur qui alias fuerunt invincibiles. D. Chrysol. serm. 41.

8. Observantissime aliquando, quod postquam sanctus Apostolus nos hortatus fuisset, ad induendam candidam divinæ gratiæ & Christianæ innocentiæ vestem (*induamur arma lucis, sicut in die honeste ambulemus*) immediate subjunxerit ! *non in comessationibus & ebrietatibus.* D. Chrysologus quemdam ex sermonibus suis ab his verbis exorditur : *Bella gentium legimus saperasse quam plurimos, quos tamen pugnas carnis legimus non vicisse, & audivimus eos dedisse relictis pectora qui dorsa hostibus non dederunt. Prò Dolor, victores gentium, vitiorum fuisse captivos, nationum Dominos, turpi servisse criminibus servitute, stetisse inter sævientes gladios & inter enervata lenocinia corruisse, regnis quoque fuisse terrori, ludibrio fuisse peccatis.* Sed unde totum hoc ? Idem respondet Chrysologus : *Adversas acies contrivisse jejunos & crapulatos suarum castra dissipavisse virtutum, jacuisse effuso vino, qui jacere effuso sanguine nescierunt.* Quot enim penitus attriverant assultus spiritus fornicarij, applausus mundanæ gloriæ, odiorum, & vindictarum ? quot Cilicijs se induerant, disciplinas sanguine tinxerant, aliasque austeritates & rigores aggressi fuerant, qui nihilominus tandem à fallacijs gulæ decepti fuere ? ad quod corroborandum non inepte deserviet illud, quod Bellovacensis scribit, dum ait : *De aurifabro refert Petrus Cluniacensis, quem liberavit B. Nicolaus à dæmonibus & damnatione inferni, quia ei devotus erat ; qui bonus in alijs erat, nisi quia consueverat nimis bibere quem aliquando nimis ingurgitatum Diabolus suffocavit, sub specie bufonis, cor ejus opprimens & subito extinguens, ad infernum trahebat torquendum, liberatus per beatum Nicolaum.*

9. Petrus Blesensis id in præsenti adaptat quod de Nabuzardan murorum Jerusalem destructore (qui ut sæpius diximus coquorum caput erat) traditur, unde ita ad nostrum discurrit intentum : *Legitur quod Nabuzardan princeps militiæ destruxit muros Jerusalem, quia plerumque evenit ut vitium gulæ merita eorum destruat, qui viam religioni elegerunt. Illud præcæteris mihi doloris materiam importat, quod hodie viri religiosi & sancti ordinis Professores de ferculorum numerositate contendunt.* Cui stabiliendo subservire illud potest quod in vita S. Remberti à Bollando traditur in hæc verba : *Cum esset in obsequio decessoris sui Domini Anscharij, apparuit ei presbyter Arnulphus, jam diu defunctus, & percunctanti in ejus causa in hac sæculi vita, dolenter respondit : cum adhuc in carne essem, negligenter de animæ meæ agebam salute interdicta in esca & potu frequenter usurpans, indignus fui habitenus ad præsentiam Dei venire* ; qui, ut patet, non aliam ob causam, quamvis in gratia discessisset, se à præsentia Dei ad tempus remotum fuisse attestatur, nisi quia gulæ frequenter vacarat ; Ideoque mox subjunxit supplicans : *Si tua fraternitas, pane, sale & aqua contenta,*

& cæteris victualibus abstinentiam 40. diebus pro me facere vellet, credo per Dei misericordiam, ab hujus repulsionis meæ sententia sine pœna liberari. Ecce vobis quanto cum rigore S. Rembertus illam dicti sacerdotis transgressionem luerit, solverit, miserumque liberarit.

Diabolus mediante gula ipsum Christum seducendum sperabat. *D. Chrysol. serm. 6.*

10. Ingeniosam D. Chrysologus circa Luciferum astutissimum serpentem instituit ponderationem, hic enim Spiritus malignus exploraturus utrum Christus Dei filius esset, eum aggredi, atque tentare præsumpsit. Circa quod factum taliter discurrit præmonimatus Doctor: *Quid est quod jejunante Christo deitatis signa tota, in sola panis promissione perquirit? & quem Dei filium cominus significatione jejunij præsentit, esse Dei filium de promissione panis, de cura ventris desiderat approbare? si Filius Dei es dic ut lapides isti panes fiant. Quare non dixit, si Filius Dei es, dic ut homines, aut angeli, aut aliquid aliud fiant, sed dic, ut lapides isti panes fiant?* quia scilicet mediante gula, etiam per solum panem Christum à se, quantumvis ipsiusmet Dei Filius esset, seducendum sperabat. *Panem malus ingerit, ut virtutem matet*, inquit author operis imperfecti. Cum enim cum propter continuum quadraginta dierum jejunium, Filium Dei esse suspicaretur, animo despondit; inquit hic author: ast vero ubi se famelicum exhibuit; quando *postea esurijt*, tunc eum à se pervertendum fore speravit, probe sciens, homines, etiam perfectissimos, gulæ implicari laqueis; tunc omnia ejus proposita facile se annihilaturum confidit. *Diabolus videns per 40. dies jejunantem* inquit dictus author, *desperaverat, postquam sensit esurientem, rerum cœpit sperare, & sic accessit ad eum esurientem.*

Auth. imperf. Hom. 5.

3. Reg. 13. v. 8. Propheta per gulam perversus à leone occiditur.

11. Admirationi in primis digna est, quæ cap. 13. lib. 3. Regum traditur Historia, in qua ad Jeroboam Sanctus quidam à Deo legitur ablegatus fuisse Propheta, qui suam illi exprobraret impietatem, suppliciaque intimaret, illi, rotisque stirpi illius imminentia. Propheta itaque dictus insigne operatus est miraculum, dum aridam Regis sacrilegi manum ad offerendum extensam sanavit, pristinoque restituit vigori; altare æneum frangi fecit; quodque omnium mirabilissimum dixerim omnia Regia aspernatus est dona; *si dederis mihi mediam partem domus tuæ, non veniam tecum.* Astutus nihilominus serpens suis tandem irrequietis gyris rem eo deduxit, ut Prophetam hunc per gulam perverteret; cum enim illi sobrietas & abstinentia præcepta esse, prout proprio confessus est ore dicens: *Mandatum est mihi in sermone Domini præcipientis, non comedes panem, neque bibes aquam, sed reverteris per viam per quam venisti.* Postquam igitur mensam repudiasset Regiam, tandem serpentis subdoli victus insidijs, ad falsi Prophetæ instantiam, contra ordinem divinum comedit; Unde & in transgressionis pœnam à leone occisus fuit. Circa quam historiam S. Basilius ita discurrit. *Hæc Propheta qui à Deo, ad objurgandum sceleratum Regem fuerat missus, feræ bestiæ devorandum objecit, & de quo universo regio suo apparatu Jeroboam Rex pœnam sumere non potuerat, is gutturis fraude implicatus miserabili morte consumitur.* Unde & S. Joannes Climacus ait: *Vidi Sacerdotes senes à dæmonibus delusos, qui juniores sibi non subjectos in computationibus per speciem fraudis deprecationis seu benedictionis, per pocula & alia solvunt seu corrumpunt.*

S. Basil. ser. de abdicatione rerum.

S. Joan. Climac. Grad. 14.

12. Noverat in primis Josue juxta expressam Dei prohibitionem illicitam Israëlitis esse omnem cum populis terræ Canaan confœderationem, & nihilominus amicitiam fœdusque inijt cum Gabaonitis, Respondebiris utique eum deceptum fuisse, dum hi ex remotissimis regionibus se adventare dictitarent. Ast numquid in diebus illis studium deerat Cosmographiæ? pollibilene erat in tam numeroso populo nullum inventum fuisse, qui civitatum haberet notitiam, nationumque terræ illius adeo vastæ, ne dicam unius civitatis Gabaæ? *Qui credit cito levis corde est.* Sacer textus quid Josuæ fefellerit, manifeste docet, dum gulam & ingluviem militum aliorumque ministrorum minime permisisse narrat, ut stratagemata discernerent Gabaonitarum, qui astuti multam secum asportarunt materiam comestibilem, ut eorum animos sibi demererentur. Atque ita tantum in præsenti hæc præstitit gulositas, ut cum alias in rebus dubijs, ut dirigerentur, prudenter ad arcam & oraculum recurrere solerent, modo à voracitate fascinati, nec pristino institerint recursui, nec ullam adhibuerint diligentiam. Primo equidem, non nego, aliquam facere oppositionem pactumque recusarunt, sed victi postmodum à gula, omnibus eorum placitis annuerunt. *Susceperant igitur* (Notante Ly *igitur*) *de cibarijs eorum, & os domini non interrogaverant.* Ubi Abulensis ait: *Israëlitæ panes ad comedendum, & vinum, & si quæ alia attulerunt in usus vitæ susceperunt.* Ecce vobis expressam fœderis initi causam atque rationem.

Josue 9. v. 14. Exod. 34. v. 15. Josue per gulam inductus ut cum Gabaonitis fœdus iniret.

Eccli. 19. v. 4.

Josue 9. 14.

Abul. q. 16. ibid.

13. Bis Salvator juxta Evangelium refecit populum Hebræum in solitudine ubi multa hominum millia congregata erant; cum eadem autem facilitate, qua panes ijs piscesque multiplicavit, epulas longe lautiores, & humanæ optatissimas ingluviei poterat præparare; & nihilominus solo eos pane pavit & pisce; imo una vice panis simplex, scilicet hordeaceus erat, nulla autem vini fit mentio. Per hanc igitur refectionem incarnata sapientia, quanta cum sobrietate Christi sequaces vivere debeant nos docere voluit, teste Chrysostomo, dum ait: *Hinc delicijs dediti intelligant, quid magni illi viri, & admirabiles comederint, quam vilis & modica eorum mensa erat.* Quod autem admirationem singularem meretur, non obstante Christi præsentia & pabulo immediate antecedenti prædicationis divinæ; quia *non in solo pane vivit homo sed de omni verbo quod procedit de ore Dei*; nihilominus turbæ illæ, cum tota devotione sua, se continere non potuere, quin se gulosos esse ostenderent; quia de panibus multa collegerunt fragmenta; *impleverunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordeaceis, quæ superfuerunt his qui manducaverant.* De piscibus autem nihil penitus dicitur, quamvis & ipsi multiplicati fuerint. Solus igitur superfluit panis hordeaceus, sed quid mirum cibus vilis erat; lautior autem, scilicet pisces, absumptus fuit, quia scilicet experientia teste homines etiam perfectissimi à gula se perverti sinunt. Circa quod Christi factum S. Vincentius Ferrerius aurumat, Salvatorem nostrum suos ante refectionem ad cœlos elevasse oculos, mensamque benedixisse verbis sequentibus: *Oculi omnium in te sperant Domine & tu das illis escam, &c.* Atque hinc prius apud religiosos mensam benedicendi processit ritus, cujus benedictionis hanc assignat causam: *quia esca corporalis fuit venenata per Diabolum ideo debet poni medicina, sive theriaca contra venenum.*

Ostendit Christus quanta cum sobrietate ipsius sequaces vivere debeant.

D. Chrysost. Hom. 41. in Joan.

Matth. 4. 4.

Matt. 14. 20.

Ps. 144. 15. S. Vincent. Ferrer. ser. 1. in Dom. Lætare.

TRACTATUS XXXII.

DE HUMILITATE

CONTINENS

DISCVRSVS XXI.



Iscursus I. Quænam sit vera humilitas, & in quo consistat; ubi etiam varij hujus virtutis gradus assignantur.

II. De Humilitate sub nomine fundamenti disseritur, utpote cui omnia opera bona secure innituntur, & sine quibus illorum valor evanescit.

III. Humilitas mater est omnium virtutum, quæ ipsam quoque charitatem excedit.

IV. Humilitas opera bona, omnesque alios actus virtuosos custodit & confervat.

V. Humiles ad recipiendas gratias & Dona Dei, ejusque divinas illustrationes, capaciores sunt, magisque dispositi.

VI. Humilitas Deum in animas hominum attrahit, utpote qui in illis, tamquam in loco deliciarum, & tamquam in centro suo commorari gaudet.

VII. Summa doctrinæ à Christo nobis traditæ, ut eamdem ad ejus imitationem opere exerceamus, humilitas est, à qua amplectenda nemo se excusare valet.

VIII. Humilitas Filium Dei mundo manifestum fecit, qui priusquam humiliaretur; in Sua Majestate nec agnoscebatur, nec adorabatur.

IX. Quanto Christum in principalioribus vitæ ejus Mysterijs magis humiliatum invenimus, tanto magis eumdem ab æterno suo patre exaltatum admiramur.

X. Celebriorum veteris testamenti sanctorum quorumdam consideratur humilitas, ob quam ipsos à Deo exaltatos fuisse ostenditur.

XI. Profecutio ejusdem argumenti continuatur, ponderando pariter exaltationem aliorum sanctorum ad novam legem gratiæ pertinentium.

XII. De nobilitate, excellentia, & gloria humilitatis, quantumvis in actibus vilibus & humilibus exerceatur.

XIII. Multæ ex humilitate derivantes utilitates hoc discursu ponderantur.

XIV. Oratio quidem efficax est, nobisque impetrat quæ postulamus, si tamen humilitati conjuncta fuerit.

XV. Humilitatem ad sapientiam, divinorumque mysteriorum intelligentiam plurimum conferre probatur.

XVI. Humiles specialiori titulo cœlorum sibi regnum acquirunt.

XVII. Insultus dæmonis humilitas vincit, ejusque evadit insidias & tentationes.

XVIII. Quanto quis majori lumine à Deo est prædictus, Deoque vicinior factus, tanto magis se humiliat, summque nihilum agnoscit, idque beatissimæ Virginis Mariæ exemplo specialiter probatur.

XIX. Varia indicia, ex quibus vera agnosci potest humilitas.

XX. Qui vult vere esse humilis, memor sit vilitatis suæ originis, nec nō finis ob quem condita fuit natura humana.

XXI. Ad conservandam humilitatem alia adducuntur motiva.

DISCURSUS I.

ARGUMENTUM.

Quænam sit vera humilitas & in quo consistat; ubi etiam varij tanguntur gradus hujus virtutis.

THEMA.

Humilem Spiritu suscipiet gloria. Prov. 29. ℣. 23.

Explicatur quis sit humilis Spiritu.

1. REx sapientissimus Salomon in Proverbijs suis, humiles verbo æternæ veritatis magnificare desiderans, hanc eis stipulatam facit promissionem: *Humilem spiritu suscipiet gloria.* Sed ad quid opus erat adjungere *spiritu*, numquid sufficiebat dicere *humilem suscipiet gloria?* dubium hoc Hugo Cardinalis paucis verbis resolvit, inquiens: *Humilem spiritu, id est, qui vere est humilis*, ac proinde in hoc discursu, sacrorum interpretum sequentes vestigia, propriissimas hujus virtutis dotes examinabimus.

Hug. Card. ibid.

S. Bonav. *Tom. 7. L. 2. de profectu Relig. c. 29.* Submissio à nobis ipsis derivari debet. *2. Reg. 6. v. 20. Alb. Magn. ser. in Dom. 3. Adv. Matth. 23. v. 12.*

2. S. Bonaventura humilitatem hisce terminis definit: *Humilitas est ex intuitu propriæ conditionis, vel fragilitatis, voluntaria mentis inclinatio.* Contemptus enim & submissio, per quam humiliamur, à nobis metipsis, & ab interno cordis nostri derivari debet, unde Propheta Regius tametsi super solium Israëliticum inthronizatus esset, dicere tamen non erubuit: *Ero humilis in oculis meis.* Porro Albertus Magnus quatuor huic virtuti epitheta his verbis attribuit: *Humilitas est oculus animæ, per quam homo conditionem suam, ac statum suum verissimè recognoscit; Unde dicit Bernardus: Humilitas est virtus, qua homo verissima sui cognitione sibipsi vilescit.* Quapropter observandum, quod quando incarnata sapientia humilibus exaltationem promittit, his verbis loquatur: *Qui se humiliaverit exaltabitur*; non dicit: *qui humiliatur*, sed *qui humiliaverit se*, id est, qui sponte, & ex propria voluntate sibipsi vilescit. *Significat profectò*, inquit S. Bernardus, *Non omnem exaltandam esse humilitatem, sed eam tantum, quæ de voluntate venit, non ex tristitia, vel ex necessitate.* Prima inter octo beatitudines hæc est: *Beati pauperes spiritu*; at vero D. Chrysostomus interrogat, quinam sunt hi pauperes spiritu? & respondet? *Humiles scilicet mente atque contriti spiritu, spiritum enim possit hic pro anima & voluntate. Quia enim sunt humiles plurimi, non sua sponte ducti, sed necessitate veram coacti, relinquens hujusmodi (neque enim hoc inter laudanda numerandum est) eos qui se humiliant & comprimunt voluntate, eos primos beatos appellat.* Ecclesiasticus nonnullorum declarat artificium, qui se humiles esse fingunt, cum tamen interius vel maxime æstimari, & honorari affectant: *Est qui nequiter humiliat*

S. Bonav. Tom. 7. L. 2. de profectu Relig. c. 29. Submissio à nobis ipsis derivari debet. *2. Reg. 6. v. 20. Alb. Magn. ser. in Dom. 3. Adv. Matth. 23. v. 12.*

S. Bern. serm. 34. in Cant.

Matth. 5. v. 3. D. Chrys. Hom. 15. in Matth.

Eccli. 19. v. 23. Artificia falsæ humilitatis damnantur & arguuntur.

se, inquit, & interiora ejus plena sunt dolo, & est qui se nimium submittit à multa humilitate, & est qui inclinat faciem suam, & fingit. Quorum proinde humiliationem cavendam esse monet Doctor Angelicus dicens: Quandoque *sit solum secundum signa exteriora, secundum fictionem, unde hæc est falsa humilitas, de qua S. Augustinus dicit in quadam Epistola, quod est magna superbia, quia videtur tendere ad excellentiam gloriæ.* B. Laurentius Justinianus prædictum Ecclesiastici locum adducens, inquit: *Quidam honores fugiunt, ut honoribus fruantur, fingunt subesse ut possint præsse.* Sanctus Gregorius Magnus vitæ spiritualis Magister, eximiusque omnium virtutum, præcipuè vero contemptus sui ipsius cultor, alia indicat falsæ humilitatis artificia; dicit enim: *Sunt nonnulli, qui de semetipsis humilia sentiunt, qui in honoribus positi, nihil se esse nisi pulverem, favillamque produnt, sed tamen coram hominibus despecti apparere refugiunt, & contra hoc quod interius cogitant, quasi rigida exterius verecundia palliantur. Et sunt nonnulli, qui viles videri ab hominibus appetant atque omne quod sunt, dejectos se exhibendo contemnunt, sed tamen apud se introrsus, quasi ex ipso merito ostensæ vilitatis intumescunt, & tanto magis in corde elati sunt, quanto amplius in specie elationem premunt.* S. Joannes Climacus prolixe de hac humilitatis virtute discurrens, dum suam quoque hujus virtutis definitionem assignare contendit, hanc pariter circumstantiam exprimit dicens: *Humilitas est altissima, & labilissima vilitatis propriæ cognitio.* S. quoque Thomas de Villa nova in quodam sermone *de S. Martino*, humilitatis definitionem inquirens inquit: *quid est humilitas?* moxque per authoritatem S. Bernardi respondet: *Humilitas est virtus, qua quisque vera sui cognitione sibi ipsi vilescit, id est, contemptus & vilipendium suum nosce ns ex vera & clara cognitione sui. Qui ergo in sua reputatione parvus est, & inutilis, & in corde suo nullius reputat se esse valoris, hic vere humilis est.*

S. Bonav. ibid. c. 33. Verus humilis amat despici ab alijs

S. Joan. Clim. grad. 25. fcal. Parad. n. 13. S. Thom. de Villa nova Conc. 1. de S. Martin.

S. Greg. L. 1. Dial. c. 5.

3. Salvator noster ad intentationem suam, per hujus virtutis exercitium confectandam nos monens mirabili loquendi modo usus fuit, dum ait: *discite à me, quia mitis sum, & humilis corde*; Neque enim ei satis fuit dicere *humilis*, nisi protinus adderet *humilis corde*, de qua additione S. Paschasius ita scribit: *Notandum quod ait humilis corde, siquidem non labiorum superficie, sed cordis integritate; Neque in ulla compositione, vel dejectione habitus, licet & in corpore atque verbo sit exhibenda coram hominibus, sed in omni devotione atque abjectione mentis. Ibi namque primum ferenda, & habenda est, ubi Deus videt; deinde ex fonte cordis exterius exhibenda, ut Deo sit placita & accepta hominibus.* Ad confirmandum porrò ea, quæ hactenus diximus, considerari merentur verba illa S. Pauli ad Ephesios ita scribentis: *Obsecro itaque vos ego vinctus in domino, ut digne ambuletis, vocatione qua vocati estis, cum omni humilitate.* Quidnam enim Apostolum dicere voluisse existimatis, quando ait *cum omni humilitate?* Dionysius Carthusianus hæc verba ita exponit: *Cum omni humilitate, interiori, & exteriori, in verbis & factis.* Verus namque humilis, vilipendium & contemptum suiipsius tenet intus in corde, pariterque illum exprimit in opere studetque vilis haberi in conspectu mundi, non tamen apparenter, sed vere. Unde B. Laurentius Justinianus appositè inquit: *Amor propriæ vilitatis, humilitatis insigne est testimonium. Verus humilis vilis vult prædicari, non humilis reputari, gaudet contemptu sui.* Hic igitur in Medio suiipsius contemptu jubilus, hoc sui vilipendij desiderium verissimum est veræ humilitatis indicium, prout SS. Patres unanimiter docent. S. Bonaventura inter gradus hujus virtutis, quos enumerat, unum hunc esse dicit: *Cum non solum seipsum agnoscens homo spernit se, pro vilitate sua, sed etiam ab alijs sperni se patienter accipit, imo quia veritatem amat, & se privato amore non diligit, contra veritatem etiam desiderat ab alijs reputari talis, qualem se reputat, scilicet vilem, vitiosum, & ignobilem*; adducitque authoritatem S. Gregorij Lib. 1. Dialog. cap. 5. ita scribentis: *Sicut superbi honoribus, ita plerumque humiles sui despectione gaudent, quia judicium quod de se intus habent, ab alijs sentiunt approbari.*

Christus vult nos esse humiles corde. *Matth. 11. v. 29. S. Paschas. L. 6. in Matt.*

Ephes. 4. v. 1. S. Paulus vult nos cō versari cum omni humilitate. Dion. Carth.

B. Laur. Justin. de Ligno vitæ c. 6.

S. Greg. L. 27 mor. c. 27.

S. Joan. Clim. grad. 25. fcal.

4. Richardus de S. Victore, lib. 2. de eruditione hominis interioris tres adducit, eosque valde considerabiles humilitatis gradus inquiens: *Humilis est, qui se ipsum apud semetipsum veraciter contemnit; humilior autem qui se contemni etiam ab alijs non refugit; humillimus vero qui contemptum suum non solum contemnit, sed admodum concupiscit.* De S. Philippo Nerio in ejus vita, ubi heroici hujus virtutis ab eo exercitati actus

Tres gradus humilitatis. *Rich. de S. Vict. p. 1. Libro 2. de eruditione hominis interioris c. 32.*

Vit. S. Philip. Ner. L. 2. c. 17. n. 10. 1. Cor. 3. 18. Magna & verâ humilitas S. Philippi Nerij describitur.

actus fuse describuntur, inter alia legitur, quod summopere gavisus fuerit de suo contemptu, dum nonnumquam pro nullius frugis homine à nonnullis habebatur; semper in corde suo fixam tenens illam Apostoli sententiam: *si quis videtur inter vos sapiens esse,... stultus fiat ut sit sapiens*, unde multi de S. Philippo dici posse censuerunt, quod S. Gregorius Nissenus de S. Ephrem ait: scilicet *esse potius, quam videri humilis volebat*. Hac de causa sæpius in præsentia virorum conspicuorum, etiam Prælatorum, & Cardinalium, & in locis ubi major erat populi frequentia, videlicet in palatijs, in foris, in plateis publicis visus est saltare, gaudens nimirum se vilipendi, & tamquam stultus contemptui haberi, sicuti in atrio S. Petri ad vincula, prima die Augusti, qua major Ecclesiæ illius solemnitas celebratur, re ipsa accidit, quando eo in loco saltans, à nonnullis existimatus fuit stultus. Etenim *ex humilitate*, ut Rich. à S. Victore inquit, *humiliatio vera oritur, humilitas interna, humiliatio externa; humilitas in corde, humiliatio in actione, humilitas pertinet ad effectum, humiliatio autem ad actum*. In Dialogis S. Gregorij legitur, quod cum Constantinus Monachus, propter multa patrata miracula, magnam sibi apud omnes comparasset sanctitatis opinionem, omnes ad illum videndum certatim accurrerint; acciderit vero die quadam, quod rusticus quidam in Ecclesiam ingrediens, quando S. vir ille scalam quamdam ascendens accommodabat lampadem, vidit quod *erat pusillus valde* (ita enim refert historia) *exilis forma, atque despectus. Cum is, quisnam esset, inquireret, hi qui illum noverant, monuit averunt; sed ille eum despectum videns, non credidit, sed irrisit, dicens: Ego grandem hominem credidi, iste de homine nihil habet; quod ut vir Dei audivit, in ejusdem rei est. cè complexum rut, gratias illi agens, quod de se tanta judicasset, dicens: Tu solus es qui in me oculos apertos habuisti*. Quem Constantij Jubilum, quem in hoc sui contemptu expertus fuerat, postquam S. hic Pontifex retulisset, subjungit dicens: *ut sæpe bi honoribus sui beatus sea despectione gloriantur*.

Rich. de S. Vict. p. 1. de gemino Paschate.

Constantinus Monachus, valde fuit humilis, & amator sui contemptus.

S. Greg. L. 1. Dial. c. 6.

5. Alias inter veræ humilitatis conditiones, hanc quoque Thomas de Villa nova ex S. Gregorio desumptam adjungit, scilicet tanto magis de iiu ipsius contemptu & vilipendio gaudere quantum superbus & elatus in sua fibi complacet exaltatione atque existimatione; unde postquam S. Bernardi adduxisset sententiam, prosequitur: *Ille humilis censendus est qui pro nihilo se reputat, & ab alijs reputari vult, qui proprix conscientix testimonio contentus, ignorantis populi favores non soliùm non quærit, sed pro nihilo despicit, qui laude falsa non leuitur, sed pungitur; qui ita gaudet despecta, sicut superbus in honore*. Ita sanctissima Virgo veræ humilitatis prototypon, quando Archangeli audivit salutationem, quando gloriosa adeo legatione se honoratam vidit, *turbata est*, ubi S. Bernard. ita discurrit: *Hæc turbatio orta est ex laudis suæ flamma honore. Si enim ei dixisset angelus: Væ tibi omnium creaturarum vilissima creatura, minò modo exhilarata fuisset, quia talem se æstimabiliter jactitabat. At cum è contra se audivit dici gratia plenam, inter mulieres singulariter benedictam, non potuit talis laudis præconium tolerare, merito ergo postquam concepit exultando inquit: Quia respexit humilitatem Ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes; respexit humilitatem, inquit, non dicit, nobilitatem, vel altitudinem, quia Dominus humilia respicit & alta à longe cognoscit*. Qui idem S. Bernardinus alio in loco eam explicans, quam verus humilis in sui vilipendio sentit lætitiam, in sexto & septimo gradu, authoritatem adducit S. Anselmi dicendo: *Anselmus in libro de similitudinibus, septem ponit humilitatis gradus. Primus est, se contemptibilem & peccatorem esse cognoscere, secundus, affectualiter credere; Tertius, aliis confiteri; Quartus, hoc velle credi; Quintus, velle ita dici, Sextus, exultare & lætari vitem, & peccatorem dici, Septimus, quod amet & gaudeat, se velut contemptibilem conculcari; Ad hæc etiam addi potest, quod, ut homo efficacius fiat hujusmodi, se verbis & factis & gestibus cordialiter vilipendi desideret*. Præter quos gradus S. Bonaventura, dum & ipse de humilitatis tractat incremento, atque profectu, tres quoque assignat sequentes dicens: *Primus est, habesse majori, nec præferre se æquali; Secundus, habesse pari, nec se præferre minori, nec velle præferri, Tertius habesse minori*. Quam eamdem instructionem diu ante Seraphicum, mellifluus tradidit in hæc verba: *Humilitatis virtus habet hæc tria, superiori subdi, æquali non præferri, minori potius subdi, quam præferri*. Equidem superioribus subjici tam facile est, quam debitum atque conveniens, æqualibus cedere actus est virtutis, atque meriti; inferiorum autem substernere se pedibus, longe altior reliquis, omnibusque alijs sublimior est perfectionis gradus. Atque in his ipsis gradibus Apostolus humilitatem nobis expressit Christi, qui cum nullum haberet supra se, utpote Patri, & Spiritui Sancto æqualis, secundum naturam divinam, quoniam *qualis pater, talis Filius, talis Spiritus Sanctus*; & *Non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo*; nihilominus *semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus*. Quamvis enim angelos atque homines haberet in infinitum inferiores, se sponte nihilominus hominis servum atque mancipium fecit, illi se subjiciens. Teste Spiritu Sancto dum ait: *& erat subditus illis*. Patrem quoque tamquam majorem & superiorem, se, agnovit, quia *minor patre secundum humanitatem*.

S. Bernard. Tom. 2. ser. 3. Quinquag. A. 2 c. 3. Varij enumerantur gradus veræ humilitatis.

S. Bonav. Tom. 6. in Dicta salut. Tit. 7. c. 1.

S. Bern. in sententijs.

Philipp. 2. v. 6. Ibid. v. 7. Luc. 2. v. 51. In Symb. S. Athan.

6. S. Basilius, quæ vera sit humilitas, hac sequenti definit propositione, dum ait: *Sane humilitas quidem ea est, cum quis cæteros omnes scitsò superiores existimat*. Ideoque S. Dionysius Areopagyta ab eo, qui vitam ejus conscripsit, his glorioso commendatur verbis: *Cum esset, uti prius fuerat, Areopagi Caput, sic modo totius Athenensis Ecclesiæ princeps; tamen tantum infra se modestia, mansuetudine, affabilitate descenderat, nulli ut se præferre, cunctos sibi æquare vellet*. S. Thomas de Villa nova conditiones quoque veri humilis expressurus, ita discurrit: *Omnibus se inferiorem exhibens, neminem contemnit, nemini se præfert, majoribus cedit, æqualibus se subjicit, inferioribus adæquat*. Quæ postquam dixisset, exemplum adducit S. Dominici inquiens: *Neque tamen inficior, vere humilem, ad hoc quandoque perungere, ut sibi cunctos homines anteponat, ut omnibus inutiliorem vilioremque esse se credat, quod vel ex illo B. Dominici exemplo facile perfuaserim, qui intraturus civitatem, & oppida, perorare solebat, ne indignaretur Dominus illi populo, propter ipsum, & propter ejus peccatum, in populo illo iram immittere & vindictam*.

S. Basil. in Reg. brev. Interr. 198. Vit. S. Dion. cap. 5. Verus humilis omnes putat esse se superiores.

S. Thom. à Vill. nov. ibid. Exemplum humilitatis S. Dominici.

7. B. Laurentius Justinianus, sicut superbiam intolerabilem esse dicit, si quis primatum etiam super illos prætendat, qui ipso evidenter sunt superiores: ita quoque ad veram & perfectam humilitatem pertinere dicit, ut quis suis se etiam inferioribus subjiciat. *Inferiori se subdere, plena perfectaque humilitas est*. Hæc autem humiliatio Deum pro objecto habere debet, ideo enim quis se humiliare debet, ut Deo placeat, ita enim nos Angelicus Doctor S. Petri doctrinam sequens his verbis monet: *Per humilitatem debemus nos subjicere omnibus proximis propter Deum secundum illud* 1. Petr. 2. *v.* 13. *Subjecti estote omni humanæ Creaturæ propter Deum*. In responsorio quodam officij divini quod in die S. Martini recitatur, Ecclesia ita canit: *Martinus hic pauper & modicus, cælum dives ingreditur*. Hic enim S. Episcopus in statu seculari, quando etiamnum sub equestri militia merebatur, adeo humilis erat, ut proprio suo servo deservire non erubuerit. De S. Carolo Borromæo pariter legitur, quod per ardua montium prærupta cum familia sua iter faciens, ut Ecclesias sibi subditas, ovesque concreditas visitaret, dedignatus non fuerit, onera fervorum humeros gravantia suismetipsis humeris imponere, ut servos suos exonerando tantisper sublevaret S. Joannes Baptista Christi præcursor veram nos cœli viam docere volens juxta illud: *Præibit enim ante faciem Domini parare vias ejus*, in tribus prædictis à S. Bernardo insinuatis humilitatis gradibus egregie se quoque exercuit, in primis enim se Christo submisit, qui ipso superior erat, dicendo: *Non sum dignus ut solvam ejus corrigiam calceamenti*; humiliavit quoque & contempsit seipsum, Elia se inferiorem æstimando, licet ipsimet incarnata sapientia teste ei æqualis esset: *Ipse est Elias; venit in spiritu & virtute Eliæ*; & tamen se Eliam non esse protestatus est, sed potius, *Ego vox clamantis in deserto*, denique se etiam inferioribus submisit; Licet enim Salvator de ipso testatus fuisset, quod *plus quam Prophetam* erat, ipse tamen contrarium declaravit dicendo: *Propheta non sum*. Aliud vero punctum S. Thomas de Villa nova hujusce virtutis puritatem ad vivum exprimens, his verbis tetigit: *Neque, ut existimo, ad plenam perfectamque humilitatis rationem sufficit hominem despicere semetipsum, nisi idipsum ab alijs libenter patiatur, & qui in oculis suis parvus est, talis etiam velit cæteris apparere, & cæteros de se sentire quod sentit*. S. Augustinus ad illa S. Pauli verba: *Noli aliud sapere* se reflectens inquit: *Quid tibi prodest, videri*

Joan. 1. v. 23. Matth. 11. v. 14. Joan. 1. v. 23

S. Thom. de Vill. nov. ibid. Verus humilis est, qui libenter ab alijs despicitur.

S. Aug. in psal. 118. Conc. 2.

videri hominibus humile esse, quod dicis, si Deus videt aliud esse quod sapis? certe si auribus divinum intonaret oraculum: noli aliud dicere, nec sic immerito damnaveris, si humile in ore coram hominibus, & aliud in corde coram Domino loqueveris: Cum vero audias noli aliud sapere, sed time (non enim ait, dicere sed sapere) cur non etiam intus es humilis, ubi sapis? an ideo mens altitudine inflatur, ut humilitatem lingua mentiatur?

DISCURSUS II.
ARGUMENTUM.

De humilitate sub nomine fundamenti disseritur, utpote cui omnia opera bona fecurè inniuntur, & sine quibus illorum valor evanescit.

THEMA.

Ut sapiens Architectus fundamentum posui. 1. Corinth. 3. ℣. 10.

S. Aug. ser. 10 de Verb. Dom. Humilitas est fundamentū totius structuræ virtutum.

1. QUodnam ædificij spiritualis fundamentum sit, S. Augustinus tritis & vulgatis hisce verbis subindicat dicens: *Cogitas magnam fabricam construere celsitudinis? de fundamento prius cogita humilitatis, & quantam quisque vult & disponit superimponere molem ædificij, quanto erit majus ædificium, tanto altius fodit fundamentum, & fabrica quidem cum construitur, in suprema consurgit, qui autem fodit fundamentum ad ima deprimitur*. Quis umquam eminentius sublimis sanctitatis vidit ædificium, quam fuerit illud à S. Paulo Apostolo in semetipso erectum, cujus supremus vertex ipsum quoque tetigit cœlum empyreum? *Raptum usque ad tertium cælum; Raptus est in paradysum*; merito igitur in propositi Thematis verbis se per sapientem architecturam stabile fundamentum jeciisse indicat, ne fabrica in altum erigenda corrueret, aut vacillaret: *ut sapiens architectus fundamentum posui. Fundamentum autem sanctitatis*, ut S. Cyprianus ait: *semper fuit humilitas, nec in cœlo stare potuit superba sublimitas; hanc primam gratiam ingredientes in mundum noster parvulus attulit*. S. Hieronymus maximarum solidissimarum virtutum & spiritus competens judex, in Epistola quadam ad Eustochium virginem, in qua sanctam Paulam dignissimam ejus matrem dilaudat, de humilitate loquens, utilissimum hoc tradit documentum: *Quæ prima Christianorum virtus est, tanta se humilitate dejecit, ut qui eam non vidisset, & pro celebritate nominis videre gessisset ipsam esse non crederet, sed ancillarum vilissimam*.

2. Cor. 12. v. 2.

S. Cypr. de Natiu. Christi.

S. Hieron. L. 1. Q. 27.

2. Supremus ille mundi artifex sublimem Ecclesiæ suæ fabricam super duas illas solidissimas bases, Petrum & Paulum, erigere decreverat, de quibus Ecclesia canit: *Petrus Apostolus & Paulus Doctor gentium ipsi nos docuerunt legem Domini*. De uno vero illorum, scilicet de S. Paulo, eodem tempore quo à Salvatore nostro hisce verbis: *Ego sum Jesus quem tu persequeris* miraculose conversus fuit, idem Salvator Ananiæ dixit: *vas electionis est mihi iste ut portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filijs Israel*. Sanctus Paulus autem ad tam altum sanctitatis culmen sublimatum se videns, quid fecit? *Secundum gratiam Dei quæ data est mihi* inquit, *ut sapiens architectus fundamentum posui*: unde nomen Saul in Pauli nomen commutavit, de qua mutatione S. Augustinus inquit: *Cum vocatus esset de cælo, ubi cæpit Apostolus prædicare verbum Dei, mutavit sibi nomen, & dixit se Paulum. Et hoc quare elegit? Quia Paulus, modicus est, Paulus parvus est; nos solemus sic loqui, videbo te post paulum, id est modicum; unde ergo Paulus? ego sum minimus Apostolorum*. Factus igitur est, ut ita dicam, centrum quasi hujus virtutis, prout ex ipsiusmet verbis deducitur, dicentis: *Gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi*, id est, ut in corde meo velut in centro humilitas conquiescat, prout communiter sacri interpretes exponunt. In eo ipso momento quo ad Apostolatum sublimatus fuit, in profundissimam suiipsius abjectionem se conjecit, inquiens: *Non sum dignus vocari Apostolus; quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei; fidelis servo, & omni acceptione dignus; quod Christus Jesus venit in hunc mundum, peccatores salvos facere, quorum primus ego sum*. Scientia & sapientia, ac cœlitus huic Apostolo infusa (*audivit arcana verba, quæ non licet homini loqui*) visiones item revelationes, raptus, extases, dona prophetiæ, & miraculorum, cunctæque ejus heroicæ virtutes, veluti totidem fuere lapides, quæ sublime hoc erexerunt ædificium, quod vertice suo ad tertium usque cœlum pertigit; ac proinde ut sublimitas ista firmiter staret, atque ab omni ruina secura esset, profundissimo opus erat fundamento; Nam ut S. Bonaventura ait: *Humilitas est omnis nostræ virtutis, & operationis fortificativa, & omnis spiritualis roboris augmentativa, quia ponit omnes vires nostras, ac operationes, super solidum fundamentum*. S. Dorotheus in sermone quodam *de cordis humilitate*, eamdem humilitatem stabile fundamentum esse dicit, cui fecure innititur omnis nostræ bonæ operatio. *Cernis stabile, atque adeo potens fundamentum? cernis gratiam virtutis? revera nihil est cordis humilitate firmius, nihil robustius, nihil solidius*. Quidquid in domo aliqua pulchri est, quidquid boni, quidquid pretiosi, imo ipsimet domus incolæ, à fundamentis fulciuntur & sustentantur, sine his enim palatium corrueret; unde tametsi illud non videamus, illud tamen primam & præcipuam fabricæ partem esse, secure asserere possumus: Eodem igitur modo dicendum quod interior nostri ipsius contemptus, propria vilitas, in intimo cordis nostri occultatur, solidissima sit pars totius ædificij spiritualis, qui omnes alias virtutes sustentat; ne deficiant.

S. Bonav. de uno Sancto Confess. ser. 2. in ord. 2.

S. Doroth. ser. 2. de cordis humilit.

3. Quando condiscipuli cœlestem magistrum suum interrogarunt, quisnam eorum major esset in ejus Ecclesia, nomine Regni cœlorum appellata (*quis putas major est in Regno cœlorum*) protinus ipsiem respondit: *Nisi... efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in Regnum cœlorum*; quæ verba cum diceret, *adzocavit* subito *Jesus parvulum & statuit eum in medio eorum*; Qua de re D. Chrysostomus hunc textum explicans ita scribit: *Recte autem ante oculos monstratione parvuli totam rem posuit*; in quibus verbis præcipue notandum est Ly, *totam*, per hoc enim S. Doctor innuere voluit totam Christianæ disciplinæ summam in humilitate fundari. *Parvuli maximam hanc virtutem possident, puram dico simplicitatem & humilitatem*; *parvulos hic homines humiles appellavit*.

Omnis disciplina Christiana, consistit in humilitate.

Matth. 18. v. 1. 3. & 2. D. Chrysost. Hom. 59. in Matth.

4. Idem D. Chrysostomus ad hoc se reflectit quod incarnata sapientia inter octo beatitudines, quæ sunt veræ perfectionis cardines, primo & præcipuo loco humilitatem posuerit, dicens: *Beati pauperes Spiritu; humiles scilicet mente*, inquit dictus S. Doctor; *quasi fundamentum quoddam forte atque munitum hanc primum collocavit, siquidem unusquisque humilitate suppositā tutissime cuncta alia superponit ædificans*. Deinde deficiente humilitate omnium aliarum, quantumcumque eminentium virtutum, valorem meritumque deficere ostendit dicens: *Hæc subducta, etiamsi ad ipsum usque cælum conversationis sublimitate pervenias, simul omnia subtrahuntur, atque in finem pessimum relabuntur; nam sive orationem, sive jejunium, sive misericordiam, sive prudentiam, sive aliud quid bonorum absque humilitate congreges, statim cuncta destruunt*. Oculos vestros in Pharisæum conjicite, qui multorum bonorum operum constructor ædificium, per arctam gradiebatur virtutis semitam, mundique fugiebat torrentem: *Non sum sicut cæteri hominum, raptores, injusti, adulteri*: Supra duos hosce polos tota vertitur lex divina: *Declina à malo & fac bonum*: utrumque ad unguem executioni mandabat Pharisæus; loca enim sacra frequentabat: *Duo homines ascenderunt in templum; ut orarent*; Ecce orationis studium; *decimas do omnium quæ possideo*; Ecce eleemosynarium; *jejuno bis in Sabbatho*; ecce abstinentiam & nihilominus hic reprobatus atque à Deo projectus fuit; clementerque Publicanus exceptus: *Descendit hic justificatus in domum suam ab illo quia omnis qui se exaltat humiliabitur*. Ecce vobis causam ruinæ ejus, defectum scilicet à vero fundamento; unde Chrysostomus ait: *Et si quis innumera bona fecerit, virtutemque omnem absolverit, si tamen magnum quid de se sentit, maxime omnium miserabilis est & miser*. Qui idem Sanctus nunc eamdem doctrinam alio loco in sequentia exhibet verba dicens: *Quamvis innumera desuper contraxerit, sive eleëmosynam sive orationem, sive jejunia, sive omnem virtutem, nisi hanc pro fundamento jecerit, frustra & abs re superstruentur. Nihil est enim, nihil in nostris rectè factis, quod absque ea consistere possit, sed sive temperantiam dixeris, sive virginitatem, sive pecuniarum contemptum, sive quidvis tandem, omnia impura, detestanda, & execranda sunt, si animi humilitas desit*; Quis non arrogantiam fastumque hujus abominabitur Pharisæi, quo omnes alios contemnebat, & huic specialiter insultabat Publicano? sed quid mirum,

Paret in Pharisæo, in templo orante.

Luc. 18. v. 11.

Pſ. 36. v. 27.

Luc. 18. 10. Ibid. v. 12. Ibid. v. 12.

Ibid. v. 14.

D. Chrysost. Hom. 31. in Gen. D. Chrysost. Tom. 6. Hom. 7. de Humilit. animi.

S. Bern. Epist. 41. Christus inter octo beatitudines, humilitati dedit præcedentiam.

mirum, quoniam S. Bernardo teste; *Si amittitur humilitas, virtutum aggregatio omnis ruina est.*

5. D. Chrysostomus in sermone, cui titulus est, *Paulus vocatus, &c.* Postquam octo inter beatitudines, humilitati præcedentiam a Christo datam fuisse demonstrasset subjungit dicens: *A cohortatione ad humilitatem inchoavit; nam quemadmodum is qui magnas & magnificas ædes fuerit ædificaturus, conveniens facit fundamentum, ut eam, quæ postea imponetur, possit ferre molem ita nimirum etiam Christus, cum ingens illud ædificium Philosophiæ in illorum animabus erigeret, tamquam fundamentum, & basim firmam, & immobilem, cohortationem humilitatis ponit prius, cum probe noverit, postquam hæc in auditorium mentibus radices egerit, reliqua omnia virtutum genera ædificari tuto posse.*

Cant. 6. 9. S. Bern. ser. 61. in parv. 9. Aurora designat humilitatem.

6. S. Bernardus illa Cantici Canticorum discutiens verba: *Quasi aurora consurgens*, ad nostrum ea applicat propositum dum ait: *Aurora ergo quæ fugat tenebras, lucem nunciat, meritò humilitatem designat, quia sicut illa diem & noctem, ita ista dividit justum & peccatorem; ab humilitate justus quisque incipit, & inde proficit; unde etiam ipsa aurora consurgens dicitur; ut videlicet virtutum structura surgens ab humilitate, tamquam proprio fundamento erigatur.* Qui idem S. huic eidem virtuti in alio super Cantica Commentario Fundamenti nomen adscribit dicens: *Nisi enim super humilitatis stabile fundamentum, spirituale ædificium stare minime potest.* Quam pariter doctrinam in Cassiani Collationibus inter alias humilitatis delinciones expressam reperimus verbis sequentibus: *Ipsa est cœlestis beneficij firmissimum fundamentum.* Sub qua eadem allusione de hac virtute in operibus suis Cardinalis agit Viguerius dum inquit: *Vide quid utilitatis afferant prædura & grandia fundamenta magnis ædificijs. Vide quid interfit, domum in arena, in luto vel arca non solida, & in lapide firmo construere. Quod porro firmius, quid solidius, quid immobilius humilitate?* atque paulo post in humilitatis se laudem diffundens subjungit: *Non mirum, si omnium virtutum fundamentum & præsidium censetur humilitas.* Idem epithetum virtuti huic Thomas de Villa nova, in prima *de S. Martino* Concione attribuit dum ait: *Præclara virtus humilitas tantarum virtutum parens, sed & aliarum virtutum fundamentum, custos, & supplementum est; quidquid enim super hanc non fundatur, erigitur ad ruinam.*

Caff. Collat. 15. c. 7. Card. Viguerius in Decachordo Christ. Chord. 7. Can. 20. S. Thom. de Villa nova, Conc. 1. de S. Martino.

A fundamento humilitatis, pervenitur ad fastigium charitatis. 2. Cor. 12. v 7. S. Bernard. T. 3. Dom. 10. post. Pent. A. 3. c. 1.

7. S. Paulus ad secretorum divinorum Sacrosanctæ Triados communionem sublimatus quidem fuisse legitur; ast ne ex eminenti adeo gradu corrueret, in solidissimo atque immobili humilitatis fundamento stabilitus erat; quemadmodum ipse confitetur dum ait: *Ne magnitudo revelationum exiollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus Sathanæ qui me colaphizet.* Unde & S. Bern. Senensis merito S. Bernardi authoritati innitens ait: *Consulit B. Bernardus quemlibet peccatorem in quodam epistola dicens; fode in te fundamentum humilitatis, & pervenies ad fastigium charitatis. Vis capere celsitudinem Dei, cape prius humilitatem Christi.* Ex quibus facile fuerit intellectu, quare alia inter dogmata per cœlestem sponsum B. Angelæ Fulginiensi revelata, Christus illi, ut Bollandus refert, dixerit: *vivæ erant opera & stabilia, quando in hoc fundamento subsistent.* Ita cordis humilitas mater est, è qua generantur, & procedunt aliæ virtutes, & ipsarum virtutum operationes, ficut stipitem & ramos procedere cernimus à radice. Quo etiam Cassianus respexit, quando alias inter veræ solidæque spiritualis vitæ regulas, ita scribit: *Nullo modo poterit in anima nostra virtutum structura consurgere; nisi prius jacta fuerint veræ humilitatis in corde nostro fundamenta, quæ firmissime collocata, perfectionis & charitatis culmen valeant sustinere.*

Bolland. 4. Jan. c. 18. n. 216. B. Angela Fulg. Cassian. L. 12 cap. 32.

8. Centurio Capharnaita à Salvatore omnibus alijs Israelitis præpositus fuisse legitur: *Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Israël;* & nihilominus si quis sacrum diligenter examinarit textum, prima facie reperiet eum in contemptu proprio fundatum minime fuisse; quando potius certo quodam modo suam ostentavit potentiam dicens: *Habens sub me milites; Et dico huic vade & vadit; & alij: veni & venit; & servo meo: fac hoc & facit.* Nihilominus certissimum est, quod Christus ejus admiratus fuerit virtutem, siquidem Matthæus immediate subjungit dicens: *Audiens autem Jesus miratus est, & sequentibus se dixit: amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Israël.* Omnem S. Bernardinus difficultatem solvit dum ait:

Matth. 8. v. 10. Centurionis Capharnaitæ humilitas expenditur. Ibid. v. 9. Ibid. v. 10.

Quam pulchre locutus est beatus ille centurio, cujus fidei nulla par inventa est in Israël; & ego, inquit, homo sum sub potestate. Prius se agnovit hominem, quam potentem; agnovit inquam se hominem homo gentilis, ut in se jam impleri offenderet, quod longe ante dixerat David; Sciant gentes quoniam homines sunt. Homo, inquit, sum & homo sub potestate; jam quid subinferat, suspectam non habemus jactantiam, præmissa siquidem est humilitas, ne altitudo præcipitet. Nec enim locum invenit arrogantia, ubi tam clavum humilitatis insigne præcesserit. Ubi obscuro differentiam consideremus Regum inter Prophetam & hunc centurionem; ille dum suos recensuit milites, offensam incurrit Dei, prout subsequens docuit pœna, quando tria illi eligenda proposita sunt flagella, pro ut latius narrat cap. 24. L. 2. Reg. econtra vero centurio ex dicta declaratione laudem reportavit, & encomium? quia scilicet hic hujusmodi recensionem ex subjectionis instinctu instituit; unde S. Bern. ait: *Agnoscis infirmitatem, confiteris subjectionem, jam & te sub te habere milites profiteri securus, revera quia non es confusus de subjectione, jure ex prælatione meruit honorari.* Non ita David, qui potius oculos suos in potentiam & authoritatem, quam supra subditos habebat, conjiciebat, minime cogitans se quoque Deo subjectum esse; cum tamen *justum sit subditum esse Deo, & mortalem non parta Deo sentire.* Aliquatenus igitur spirituale virtutum, meritorumque Davidis ædificium pati cœpit; quamvis postmodum sæpius per humilem pœnitentiam sese in pedes erexerit.

S. Bernard. Epist. 42. David recensens milites suos, peccavit; Non vero hic Centurio. 2. Reg. 24.

9. S. Bernard. D. citat Augustinum, ita de Dioscoro scribentem: *Non aliam tibi ad capescendam & obtinendam veritatis viam invenies, quam quæ inventa est ab illo, qui gressuum nostrorum tamquam Deus vidit infirmitatem. Ea autem est prima humilitas; Secunda humilitas, tertia humilitas; & quoties interrogarem, hoc dicerem.* Experientia teste, si quod fundamentum super arenam aliamque materiam minus solidam constructum fuerit, nullam habebit stabilitatem, sed totaliter renovetur necessum est: Ita quoque cuivis ad virtutem & perfectionem aspiranti responderi potest; nisi ante omnia fundamentum jecerit humilitatis; quod si neglexerit, *Similis erit viro stulto,* ut Salvator inquit, *qui ædificavit domum suam super arenam, Et descendit pluvia & venerunt flumina & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam & cecidit, & fuit ruina illius magna.* Quia ut ex S. Bernardo probavimus: *si amittitur humilitas, virtutum aggregatio omnis ruina est.*

S. Aug. ad Dioscor. Ep. 6. 56. Ad inveniendam veritatem, necessaria est humilitas. Matth. 7. v. 26. Ibid. v. 27. S. Bernardus.

10. S. Gregorius super illa Psalmi verba: *Non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum*, ita scribit: *Qui sine humilitate virtutes congregat, quasi in ventum pulverem portat.* D. autem Chrysostomus similitudini a fundamento desumptæ insistens, in homilia 15. super Genesin, sequens nobis dat consilium: *Bonis operibus nostris humilitatem, quasi fundamentum, & basim substruamus, ut secure virtutes super exstruere valeamus; virtus enim non est, nisi conjunctam habeat humilitatem. Qui hoc fundamentum recte jecerit, potenti, in quantam voluerit altitudinem, structuram excitare. Hæc maxima est munitio, hæc murus inconcussus, hæc inexpugnabilis turris, hæc omne continet ædificium.* Alias quidem inter virtutes Apostolus charitati, tamquam reginæ, primum assignat locum, dicens: *major autem horum est charitas*; nihilominus si quis hanc amiserit, per humilitatis viam gradiendo, facile reinveniet, ideoque B. Laurentius Justinianus Cap. 3. Libri, cui titulus: *de ligno vitæ*, ita scribit: *Hæc charitatem reparat, scilicet humilitas; ô homo, qui per elationem amisisti charitatem, fode in te fundamentum humilitatis, & attinges ad fastigium amissæ charitatis.*

Psal. 37. 4. S. Greg. in Psalm. 37. pœnit. D. Chrysost. Hom. 35. in in Gen. Ad acquirendam charitatem, opus est humilitate. 1. Cor. 13. v. 13. B. Laur. Justin. de Ligno vitæ cap. 3.

DISCURSUS III.

ARGUMENTUM.

Humilitas omnium virtutum mater est ipsamque præcedit charitatem.

THEMA.

Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum. Cant. cap. 6. ℣. 1.

Vera humilitas est parens omnium virtutum. S. Ant. de Padua ser. in Dom. 3. Quad.

1. SPonsus cœlestis in Ecclesiæ descendens hortum, juxta spiritualem sensum, coronam texere cœpit, ex omnibus aromatibus id est, ex nulla non contextam virtute; per hanc autem coronam S. Antonius de Padua humilitatem intelligit dicens: *Ad areolam aromatum, diminutive areola ab area, propter humilitatem, quæ humilitas est procreatrix virtutum.* Neque enim dignior humilitati laus attribui potest, quam quod fœcundissimi omnium virtutum partus eidem referantur in acceptis. Scio equidem quod mihi opponetis, charitatem, juxta Apostoli doctrinam, matrem, imo reginam esse virtutum, ita enim & nos paulo ante in fine præcedentis discursus asseruimus, juxta illud: *Major autem horum est charitas*; & alibi idem Apostolus de eadem charitate inquit: *Adhuc excellentiorem viam vobis demonstro*; quod S. Prosper de charitate intelligendum esse dicit dum ait: *Hæc est charitas vera, germana, perfecta, quam excellentiorem viam nominat S. Apostolus, & vere ipsa est via quæ ducit per se ambulantes ad patriam.* Si itaque amor Dei omnes alias præcedit virtutes; inque gradu eminenti eas continet, & producit, qualiter idem de humilitate etiam asseri poterit? S. Augustinus optime dubium solvit dum ait: *Charitatem dixit superexcellentiorem viam; nihil excellentius est via charitatis.* Moxque in favorem nostrum subjungit: *Et non in illa ambulant nisi humiles.* Vera enim nequit dari charitas, nisi eam prius informaverit humilitas ut patet in simili de arbore, multos habente ramos, eosque fructibus varijs onustos; unde obsecro hi omnes suum habent nutrimentum? quis trunco sufficientem subministrat vigorem? nec non ramis, frondibus, floribus, atque pomis? radix: ita quoque radix est vitæ spiritualis humilitas, quæ omnibus quidem virtutibus, singulariter autem charitati vigorem confert; ita ut deficiente illa, totus homo in vitium degeneret; adeoque S. Augustinus in quadam ad Dioscorum epistola ait: *Nisi humilitas omnia quæcunque benefacimus, & præcesserit, & comitetur, & consecuta fuerit, & proposita, quam intueamur; & apposita cui adhæreamus, & imposita qua imprimamur, jam nobis de aliquo bono facto gaudentibus totum extorqueet de manu superbia.* Humilitas itaque non modo omnes alias virtutes, sed & ipsam præcedit charitatem; nisi enim illa quemcumque actum, etiam virtuosissimum præcesserit Deo gratus & acceptus esse nequit, neque virtuosi insigniri characterem. Unde idem S. alio in loco de hac eadem agens virtute, eam charitatis custodem & conservatricem esse affruit; dicit enim: *Contra superbiam, matrem invidiæ, maximæ militat veniversa disciplina Christiana; hæc enim docet humilitatem, qua & acquiratur, & custodiat charitatem; de qua cum dictum esset: charitas non emulatur, velut si causam quæreremus; unde fiat ut non æmuletur; continuo subdidit; non inflatur.*

1. Cor. 13. v. 13. 1. Cor. 12. v. 31. S. Prosp. L. 3. de vit. Contempl. cap. 13. S. Augustin. in Psalm. 141. Vera charitas non datur, nisi sit informata humilitate. 1. Cor. 13. v. 1. Nemo potest Deum amare, nisi fuerit humilis. S. Augustin. Tom. 6 lib. de S. Virg. c. 31. D. Chrysost. Tom. 6. De prof. Evang. serm. 27. S. Greg. l. 9. mor. c. 31.

2. In dialogis S. Catharinæ Senensis humilitatem charitatis nutricem esse docemur, verbis sequentibus: *Humilitas est præcipua nutrix charitatis & hujus*; quo forsitan Salvator noster respexit, quando discipulis suis parvulum proponens dixit: *quicumque humiliaverit se, sicut parvulus iste; hic est major in regno cælorum.* Sane si dixisset: *quicumque amaverit & dilexerit me*, faciliùs utique sermonis fuisset intelligentia; præsertim cum Apostolus de paradysi gloria tractans, ad Corinthios scribat: *Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus iis qui diligunt illum.* Quasi diceret, amantibus Deum æterna præparata est beatitudo; qualiter igitur Christus ait (qui gloriatur dicens, *Ego sum ostium per me si quis introierit, salvabitur*) *quicumque humiliaverit se; ... hic est major in regno cælorum?* certissimum est, prout idem attentatur Apostolus quod nullum omnino opus ullo apud Deum polleat merito, si divini fuerit expers, auroris: *si linguis hominum loquar, & angelorum, charitatem autem non habeam factus sum velut æs sonans &c.* Ast idem penitus, juxta S. Augustini sententiam, de humilitate afferere possumus; siquidem nullus Deum amare potest, nisi prius humilis fuerit; quantoque anima in conspectu Dei sese magis exinanierit, tanto majori fervore, atque reverentia Deum ab illa amari, signum est certissimum, quod itaque de charitate asserit Apostolus, quod scilicet cujuscumque operis nostri meritum apud Deum dependeat à charitate; de humilitate pariter idem asseruit Chrysostomus dum ait: *Nihil est in omnibus nostris bonis operibus, quod hac non egeat; nihil est quod sine hac stare possit.* Iterum sic de charitate protestatur Apostolus: *Adhuc excellentiorem viam vobis demonstro.* Humilitati quoque simile attribuit encomium. S. Gregor. dum ait: *Humilitas ante districti judicis oculos, exteris virtutibus præeminet.* Non solum namque Deus sibi complacet in humilitate, sed etiam illi præeminentiam concedit supra virtutes omnes; si namque sola charitas sufficiens est, quæ nostram Deo gratam acceptamque reddat animam, eamque sanctificet, quoniam *plenitudo legis est dilectio*; S. mox Augustinus respondet, omnique satisfacit difficultati, cum Demosthenem, quæ principaliores artis oratoriæ partes esset interrogatum, respondentemque nobis ob oculos ponit in hæc verba: *Itaq; sicut Rhetor ille nobilissimus, cum interrogatus esset, quid ei primum videretur, in eloquentiæ præceptis observari debere, pronunciationem dicitur respondisse; cum quæreretur, quid secundo? eandem pronunciationem dixisse; si interrogares, & quoties interrogares de præceptis Christianæ religionis, nihil me aliud responderе, nisi humilitatem libere.*

S. Aug. ibid. ad Dioscor.

3. Qui aurum possidet, omnia possidet; quia per ipsum omnia alia bona terrena acquiruntur, ita quoque qui amorem possidet divinum, omnes alias virtualiter atque eminenter possidet virtutes; idem autem de humilitate astruere possumus; siquidem ut S. Ambrosius super illum Lucæ textum: *Beati pauperes spiritu* scribit: *Humilitas spiritus divinæ virtutum sunt.* Cui & S. Thomas de Villa nova in prima *de S. Martino* Concione de hac virtute tractans, subscribit dum ait: *Hæc virtus plurimarum virtutum mater est; & origo, ex hoc enim fonte manuerunt aliæ virtutes sequentes. Inde obedientia, timor, reverentia, patientia, modestia, mansuetudo, amicitia, pax. Qui enim humilis est, libenter omnibus obtemperat, omnes reverentur; omnes facile offenderе, injurias vero aut per mansuetudinem non sentit, aut per patientiam sustinet; quietus sibi; pacificus omnibus; omnibus mitis, nullam despicit, nullum lædit, omnibus subditur.*

Omnes aliæ virtutes acquiruntur humilitate. Matth. 5. 3. S. Ambr. lib. in Luc. S. Thom. de Villa nov. Conc. 1. de S. Martin.

4. Talem Abrahæ quondam à Deo datam fuisse novimus legem, quem omnes inter viventes in patrem & Patriarcham credentium omnium sibi delegerat, scilicet: *Ambula coram me & esto perfectus*; moxque ut facer textus ait: cum profunda submissione sese prostravit in terram: *Cecidit Abraham pronus in faciem.* Quis nescit, Abrahamum in omnibus eminuisse virtutibus; maxime autem in illa obedientiæ, quem admodum clarissimum illius edidit specimen, quando prompta cum executione se ad præceptum Dei de unigenito suo filio manibus propijs in holocaustum immolando datum; generose explendum accinxit; quomodo igitur modo dum agili passu in præsentia Dei progredi jubetur; *Ambula coram me*, sese projicit in terram: *cecidit pronus in faciem?* respondet quidam interpres dicens: Ille casus significat, quod Abraham recognovit beneficium à Deo, cui humiliabatur. Nec obstat quod ei præceptum esset: *ambula coram me*: quia ut bene advertit Guilielmus Pepinus: *Non ita est in morum, sicut in via pedum; imò hoc est coram Deo ambulare, per profectum; se humiliando prosternere ante conspectum illius.* Humiliare se coram Deo, est magnos in via perfectionis, virtutumque acquisitione facere progressus. *Prius dixerat Dominus ad Abraham*, inquit Beda, *ambula coram me & esto perfectus, & quia*, inquit, *primus perfectionis gradus est humilitas, recte subjungit: cecidit Abraheim pronus in faciem.*

Gen. 17. v. 1. Ibid. v. 3. Abraham propter acepta à Deo beneficia se humiliat coram eo. Guilielmus Pepinus. V. Beda. Porrecta.

5. S. Nilus superbiam detestans, eique oppositam commendans virtutem sequentem adducit similitudinem, à gemma annulo inserta desumptam; informis namque auri languescit circulus, si in ejus medio defecerit Adamas aut Smaragdus ita quoque quantumcumque pretiosæ fuerint gemmæ, extra annulum suo languent in decore. *Lapis pretiosus in annulo aureo decorus est; & in virtutum corona inserta humilitas excellit.* Quandoquidem coronæ mentionem fecimus, S. Isidorum Peluſiotam audire placebit dum illa Pauli discutit verba: *Novissime autem omnium tamquam abortivo, visus est & mihi.* Ita namq; in hunc discurrit textum. *Ego vero humilitatem tuam admiratus, quodque maxima Pauli prærogativa, non secus ac diademate quodam caput tuum cinxisti.* Diademata regia, coronæque gemmis scyntillantes in regum capitibus, status, provincias, & regna exprimunt, quibus dominantur; ita quoque humiliratem titulo coronæ atque diadematis honoratam esse asserere licet; quia scilicet omnibus alijs, tamquam sibi subjectis, præsidet virtutibus; ita ut quemadmodum magistro subjiciuntur discipuli, eodem prorsus modo omnes alias virtutes dependeant ab humilitate, hæcque suum super eas exerceat magisterium; prout subtiliter confiderat Magnus Gregorius dum ait: *Humilitas quæ magistra est omnium, mater que virtutum.*

Omnes aliæ virtutes acquiruntur humilitate. Matth. 5. 3. S. Ambr. lib. in Luc. S. Thom. de Villa nov. Conc. 1. de S. Martin. Humilitas est lapis pretiosus in annulo aureo. S. Nilus Orat. 16. 1. Cor. 15. v. 8. S. Isid. Pelusiot. l. 3. Epist. 198. S. Greg. l. 23. mor. c. 7.

6. Hugo Victorinus nobilissimo alio humilitatem

Sicut superbia vitiorum, sic humilitas est virtutum regina.

honorat titulo, dum eam virtutum omnium appellat reginam, ut enim illæ virtutis sortiantur, mereanturque nomen, reverens necessum est humilitati præstent obsequium ; nec ullus umquam, juxta veri spiritus regulas atque dictamina, virtuosus reputabitur, nisi in humilitate solide fundatus fuerit : *Habet multitudo vitiorum regem sua reginam*, inquit ille, *regina est superbia. Sic virtutibus regina est humilitas.* Quam eamdem veritatem S. Bruno in quodam super illa Psalmi verba : *Clamavi in toto corde meo &c.* Commentario insinuat verbis sequentibus ; *Humilitas dicitur caput, sive primatus virtutum cæterarum, eo quod initium est, & prima, quæ ex omnibus virtutibus habetur, & quoniam ipsa à fidelibus habita, custos est omnium virtutum ; sum sine ipsa omnes virtutes debiles sint & inutiles ; sicut à capite, quod principale est in toto corpore, omnia cætera membra regantur, quo ablato totum corpus inutile est, & quasi truncus, examine.* S. Joannes Climacus cum in quodam congressu virorum admodum illuminatorum, singulis per ordinem suam de humilitatis virtute sententiam denunciantibus, se ultimum fuisse gloriatur, ita enim de seipso scribit : *Ultimus omnium & vilissimus, tamquam catellus, de micis è mensa & ore sapientum illorum & beatorum illorum Patrum cadentibus, collegi, & de humilitate disserturus dixi : Humilitas est gratia animæ, nominis expers, solis nominata ijs qui ejus experimentum cæperunt, inexplicabilis thesaurus, à Deo nomen sortita, singulare munus Dei.* Ubi ut debitum de inexhaustis spiritus, virtutumque esca divitijs, quas in se continet humilitas, conceptum formemus, ponderasse sufficerit verba illa : *inexplicabilis thesaurus.*

Climac. Grad. 15.

Eccli. 2. v. 20. Vere humilè esse, & seipsum sanctificare, sumuntur pro eodē.

7. Ecclesiasticus quodam in loco sequentem nobis tradit instructionem : *Qui timent Dominum præparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas.* In Græco autem idem est *sanctificabunt* quod *humiliabunt* ; prout & de facto textum hunc legerunt Vatablus, & Jansenius ; hinc itaque clare deducitur, idem esse animas nostras sanctificare, quod in verarum virtutum progressu atque profectu ambulare nihilque aliud fit, quam in humilitatis, propriique contemptus actibus se exercere. Ideoque S. Bonaventura, varios humilitatis frequenter consendebat gradus, nobisque eos, ut æmularemur, exhibuit ; quos S. Philippus Nerius voce quidem exprimebat, sed longe tenacius in corde suo impressos, inque operationibus suis expressos circumferebat. *Gradus humilitatis sunt quatuor, inquit ille ; primus est spernere mundum ; secundus spernere nullum ; tertius spernere seipsum ; quartus contemnere se semper, vel non curare sui contemptum.*

S. Bonav. Tom. 6. in Diæt. salut. T. 7. c. 1.

Humilitate consumitur cursus virtutum.

8. Ex Hildeberti doctrina manifeste colligo, in Scriptura sacra sub justitiæ titulo, sæpius denotari virtutum Christianarum exercitium ; verumtamen, ut subjungit ; *Humilitate cursus ille consummetur, quo velut de interis domibus ad cælestes ascenditur mansiones. Si nescis, quis iste cursus sit, Augustinum lege his ad Macedonium scribentem verbis : Virtus in hac vita nihil aliud est, quam diligere quod diligendum est ; id diligere prudentia est ; nullis inde averti molestijs fortitudo est ; nullis illecebris temperantia est, nulla superbia, justitia est ; humilitas hoc in loco nomine intelligitur justitiæ, tamquam cæterarum consummatio & clausiuncula virtutum.*

Humilitas dicitur omnis justitia.

9. Salvator noster in terram descenderat, non modo ut humanam operaretur redemptionem ; sed etiam ut verum se mundo præberet perfectionis sanctitatisque speculum & exemplar ; sed ad baptismum ejus singulariter vos invito in præsenti, quando scilicet cum inter alios peccatores, vulgusque commune & ipse à Joanne Baptista voluit baptizari ; Cui id renuenti respondit Christus : *Sine modo, sic enim decet nos implere omnem Justitiam.* Quid enim obsecro hoc loquendi modo inferre voluit Salvator ? B. Laurentius Justinianus in una sententiarum suarum ad nostrum facile alluisse videtur propositum dum ait : *Si quis innocentiam retineat, & nihilominus humilitatem jungat, hic nempe geminum censendus est possidere decorem.* Quod vero sensum concernit litteralem ; observat Cajetanus, Cœlestem magistrum ad præcursorem de utraque, de se scilicet, & illo attruere : *decet nos implere omnem justitiam* ; hinc sequens subdit commentarium : *Decet nos ambos implere opere statutam à Deo Justitiam omnem, commonem mihi, & tibi. Dum baptizatur Christus à Joanne, impletur justitia ministerij, non verbi, sed operis, Joannis versus Christum ; quia debebat secundum divinum ordinem baptizare Christum. Impletur quoque justitia operis Christi ad Joannem ; nam & secundum divinam dispositionem, debebat Christus voluntarium subire Baptismum à Joanne.* Nos vero per omnem justitiam juxta citati Hildeberti doctrinam intelligere possumus, omnem humilitatem, cui & glossa suffragatur dum ait : *Omnis justitia, qui humilitas.* Unde & D. Chrysost. super illa Evangelij verba : *Nisi abundaverit justitia vestra plusquam Scribarum & Pharisæorum*, ita discurrit : *Hic justitiam, universam dicit profectò virtutem.*

Matth. 5. v. 15.

B. Laur. Justin de ligno vitæ c. 6.

Cajet. in Matth.

Matth. 5. 20 D. Chrysost. Hom. 16. in Matth.

10. In vita B. Laurentij Justiniani, de Maffæo scribitur, qui illi postmodum in Patriarchatu successit, cum enim ambo simul juxta receptam consuetudinem exissent, per civitatem mendicaturi ; dum hic præ reliquis magis habitatas penetraret plateas cum dicto Beato, hic eum erubescere advertens, ad discipulum conversus ait : *Maffæe quid moveris ? vadamus constanti gradu ; nihil enim profecimus, si reliquimus verbo mundum, nisi etiam opere declaremus.* Si quis enim omnes possideret virtutes, præter unicam humilitatem, meritum certo certius amittet omnium ; siquidem humilitas cunctas alias conservat virtutes. Cui stabiliendo quidam deserviet Apocalypseos textus, in quo ad Episcopum quemdam ita Deus locutus fuisse legitur : *Scio paupertatem tuam sed dives es.* Qui loquendi modus prima facie contradictionem involvere videtur, si enim dives est qualiter inops appellatur ? S. Ansbertus per paupertatem, humilitatem intelligit, quæ omnibus opulenta est virtutibus ; quo enim anima humilior est, minusque se virtuosam reputat, & perfectam, tanto majoribus abundat perfectionis & sanctitatis divitijs. *Quæ est ista dives paupertas* inquit ille, *nisi illa contritio Spiritus, qua superbia minuitur, humilitas vero augetur ? Hæc paupertate locupletibus Dominus dicit : beati pauperes Spiritu, ille Spiritu pauper est, qui etiam cum bona agit ; semper se inutilem autendit. Ille Spiritu pauper est, qua cum plures virtute & sanctitate superet, cunctis seipsum inferiorem meritis perpendit.* Ideòque & S. Basilius in admonitione ad filium spiritualem hanc humilitati attribuit laudem dicens : *vir humilis Deo est similis, & in templo pectoris sui gestat eum.*

Omnes virtutes sine humilitate, pereunt omne meritum.

V. B. Laur. Justin. c. 3. n. 14.

Ap. 2. v. 9.

S. Ambert. ibid.

DISCURSUS IV.

ARGUMENTUM.

Humilitatem virtutum, omniumque aliorum bonorum operum custodem & conservatricem esse probatur.

THEMA.

Vide humilitatem meam, quia legem tuam non sum obtus. Psalm. 118. ℣. 153.

Humilitas custodit, & tuetur omnia opera virtuosa.

1. DIvinæ legis observantia, ex humilitate recognosci potest ; siquidem Psalmista tunc eam accurate à se adimpletam fuisse protestatur, quando in humilitatis actibus sese exercebat, ideoque dicit : *Vide humilitatem meam, quia legem tuam non sum obtus.* Humilitas enim omnia alia bona & virtuosa opera, quæ absque ejus societate infallibiliter perderentur, custodit atque tuetur ; ita ut S. Bernardus in quadam Epistola sua hanc notabilissimam tradere doctrinam non dubitarit : *Meretur humilitas, ut aliæ virtutes dentur, quoniam humilibus Deus dat gratiam, servat acceptas, quia non requiescit spiritus, nisi super humilem, servatas consummat, quia virtus in infirmitate, hoc est, in humilitate perficitur.*

S. Bern. Epist. 41.

2. S. Dorotheus in quodam sermone cui titulus est ; *De ædificio, sive congruitate, & concordia virtutum animæ* ; ut intimam, virtutes inter omnes, & opera bona ex una parte, & inter humilitatem ex altera ostendat connexionem, hac sequenti ingeniosa utitur similitudine dicens : *Debet qui fabricat, singulos lapides, ana cum cæmento ponere atque connectere ; nam si lapides projecerit super lapides, absque cæmento, procul dubio excutiuntur, nec consistere penitus poterit ædificium sed omne ruet. Porro cæmentum cordis humilitas est, est enim à terra cæmentum, quæ pedibus omnium subjicitur* ; tandemque suam ita concludit sententiam dicens : *Omnis virtus sine humilitate, non est virtus.* In Deuteronomio mirabile Deus humileque legitur dedisse populo Israëlitico præceptum, dum ait : *Cum ædificaveris domum novam, facies murum tecti per circuitum*, ad interiorem vero necessum est ut peneremus, & mysticum, seu spiritualem sensum, siquidem *omnia in figura contingebant illis.* Hebræi itaque in palæstina suas tali cum architectura fabricare solebant

S. Doroth. serm. 14. Humilitas est cæmentū virtutum.

Deut. 22. v. 8.

Est murus tecti per circuitum ne decidamus. Matth. 16. v. 27.

bant ædes, ut supra tectum ambulacrum esset subdiale, quo discursus gratia, & ad conferentias habendas convenire solebant ; unde & Salvator ad ipsos vice quadam dixit : *Quod in aure auditis, prædicate super tecta.* Ne igitur ex tectis deciderent, præcepit Dominus ut circumcirca murum ædificarent in coronæ figuram, pro cujus præcepti mystica intelligentia S. Nilum auscultare oportet dicentem : *Corona domus est humilitas, & ascendentem servat incolumem.* Quasi diceret : Si sublime virtutum Christianarum construxistis ædificium, neque ex vertice & sublimitate earum corruere vultis, corona ipsum circumdate humilitatis. *Cum ad virtutum fastigium perveneris, tum magna tibi opus est custodia ; qui enim ex humili loco cadit, celeriter surgit ; qui autem ex alto decidit, mortis adit periculum.* Non enim ad conservandum sustinendumque ædificium profunda sufficit jacisse fundamenta ; sed insuper necesse est, ut jam exstructum, ne quis ex alto cadat, munimento aut septo circumdetur. Quem eumdem conceptum S. quoque Dorotheus sequentibus expressit verbis : *Corona quoque circumponenda est domui ; scriptum est autem in lege veteri ; si ædificaveritis vobis domum, fabricate circumcirca coronam in tecto, ne parvuli vestri ruant de tecto ; Corona illa est humilitas mentis ; hæc enim est, quæ virtutes omnes coronat & conservat. Quemadmodum omnis virtus ex humilitate gignitur, & cum humilitate producitur, atque exercetur ; ita virtutum omnium absoluta perfectio humilitate completur.* Moxque idem Sanctus interrogat : sed quinam illi sint parvuli, pro quorum tutela & salute dicta fabrica per modum coronæ extrui jubeatur, ne cadant ; dicit enim : *Sed quinam sunt parvuli illi, de quibus lex ait, ne parvuli vestri cadant & ruant de tecto ?* respondetque dicens : *parvuli quidem sunt cogitationes, quæ in anima nostra gignuntur, quas oportet humilitate custodiri, ne ruant ex tecto, quam diximus esse omnium virtutum conflammationem.*

S. Dorot. Corona domus spiritualis, est humilitas mentis.

3. S. Gregorius exemplum adducit Davidis, innumeris locupletati meritis apud Deum, summeque glorioſi, propter innumerabiles heroicarum virtutum actus ; Ideòque nobis eumdem contemplandum objicit dicens : *Intuere libet, quanta virtutum munera David perceperat, atque in his omnibus quam forti se humilitate servabat. Quem enim non exulceret ora leonum frangere, ursorum brachia dissipare, despectis prioribus fratribus eligi, reprobato rege ad regni gubernacula ungi, timendum cunctis uno lapide Goliam sternere, à rege proposita extinctis Allophylis numerosa præputia reportare, promissum tandem regnum percipere ; cunctumque Israëliticum populum sine ulla contradictione possidere.* Quem generosorum, celebrioremque Davidis conatuum numerum, postquam dictus texuisset Ecclesiæ Doctor ; mox ad saltus ponderandos descendit quos coram arca in solemni processione coram universo populo instituit, propter quos & à Regina Michol uxore sua delusus fuit ; *Et tamen cum arcam Dei in Jerusalem revocat, quasi obstitus prælatum se omnibus admixtus populis ante arcam saltat ; & quia coram arca saltare, ut creditur, vulgi mos fuerat, rex se in divino obsequio per saltum rotat.* Tandemque per hunc vilipendij suique contemptus actum, optimo fine exercitum, omnium operationum stiarum stabiliisse meritum concludit dicens : *coram Deo egit vilia vel extrema, ut illa ex humilitate solidaret, quæ coram hominibus gesserat fortia.*

S. Gregor. l. 27. mor. c. 17. David per humilitatis actus solidavit omnia generosa opera sua.

2. Reg. 6.

4. S. Ansbertus citatum illum Apocalypsis textum (*scio... paupertatem tuam, sed dives es*) ad præsens quoque accommodat intentum, quando paupertatis nomine humilitatem, quæ nos coram Deo spiritualibus ditat thesauris, intelligendam esse docet ; quare & sedulo nos monet, ut hanc circumspecte custodiamus virtutem, nisi omnis lucri spiritualis, omniumque meritorum & bonorum operum jacturam incurrere velimus. *Scire te facio* ; inquit hic Sanctus ; *ista paupertas spiritualium virtutum congregatis divitias conservat, quæ si desit, cunctas elatio tollit.* Unde & S. Ambrosius fidelissimam, quam virtutibus alijs præstat humilitas, assistentiam, vel ut melius dicam, patrocinium, nobis proponit dicens : *Humilitas virtutum omnium caput est, quæ totum velut quoddam nostrorum actuum fovet corpus.*

Apoc. 2. v. 9. Humilitas custodit omnia lucri spiritualia.

S. Ambert. ibid.

5. Inter omnia opera nostra, quæ peragimus in terris, maximum conciliant stuporem, miracula sunt, utpote potentiæ humanæ, & naturalis excedentia sphæram ; hæc autem, teste Chrysostomo, humilitatis principaliter sunt partus ; Ideòque de furdo illo, quem Salvator miraculose sanavit, discurrens, ita ad propositum nostrum ait : *Jesum à turba oblatum surdum, & mutum apprehendit, ut divina miracula non faceret manifesta, instruens nos, ut vanam gloriam ejicere, & tumores, nihil enim est, ex quo aliquis sic miracula operetur, sicut si humilitatem colat, & modestiam sequatur.* Numquid Elias coram universo Israële Taumaturgus audiebat, propter plurima portenta, quæ operabatur quotidie ? audiamus S. Gregorium : *Elias ignem de cælo deposcrat, aquas cælo ligaverat, & tamen pavore unius mulieris territus, per deserta fugiebat, apparet fugienti angelus, cibum præbet, quia longum iter restat prædicti, & tamen timorem de corde non exuerat.* Quare obsecro cœlo terræque imperans ; clementis dominans, creaturas insensatas sibi obedientes habens, nihilominus quemadmodum cæteri homines, & quasi nihilum timet & contremiscit ? respondet S. Gregorius : *Quia in corde Prophetæ, mentis magna erat custodia fortitudinis, illa infirmitas timoris.*

D. Chrysost. in Cat. Marc. 7.

S. Greg. l. 2. Hom. 14. in Ezech.

Ps. 103. 24.

6. Salvator noster (cui merito omnes acclamamus dicentes : *Omnia in sapientia fecisti*) intimam suam coram mundo manifestaturus humilitatem, priusquam hinc migraret, vilibus pisces rorum discipulorum, & sequacium suorum se advolvit pedibus, eosque abluere cœpit ; Circa quod factum author quidam sancta cum curiositate finem indagat, quare Salvator noster ad hujus virtutis exercitium aquam præcipe, & non quamcumque aliam elegerit materiam ; Adducensque illa Genesis verba (*Spiritus Dei ferebatur super aquas*) ita discurrit : *Hæc profunda humilitatis exempla, tam magna, tam multa, ideo in aqua natura facta sunt, ut quemadmodum ab initio Spiritus Dominus ferebatur super aquas, ut mundi informis machina pondus, numerum, & mensuram per illum acciperet, ita in fine temporum mores hominis (qui minor est mundus) informes, & nulla rationis norma moderati, sed ponderc, numero, & virtutis mensura carentes, per sanctam humilitatem, matrem morum, ad lineam vitæ, vtamque salutis æternæ redacrentur.*

Joan. 13. v. 5. Cur Christus actū humilitatis in lotione pedum, per aquā exercere voluerit.

Gen. 1. v. 2.

7. Quo quis thesaurus opulentior est, tanto majorem exigit vigilantiam, atque custodiam ; actus autem humilitatis à nobis exerciti firmissima sunt custodia, & munimentum, gratiarum, meritorumque nostrorum thesaurum jugiter protegens, & defendens. Hinc Hildebertus in quadam epistola sua subtiliter considerat, Christum sequacibus Apostolis suis humilitatem persuasisse, quando Petrus & Andreas sua deserverant retia, & navigia, quando Joannes suam in holocaustum obtulerat virginitatem, & S. Matthæus universum repudiaverat argentum & aurum ; nec non omnes protestati fuerant : *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Attende*, inquit ille, *cur ad humilitatem invitantur carnis hostes, & mundi ; attende quo egebant ad perfectionis plenitudinem, jam secuti Christum, relictis omnibus præter Christum* subtiliterque ad nostrum ita respondet assumptum : *Magnus thesaurus, magna eget custodia ; erat Apostolis preciosa & inæstimabilis thesaurus, ipsa redemptoris gratia, divinum ejus colloquium &c.* Quibus varios annumerat favores, gratias, & singularissimas prærogativas quibus cœlestis præceptor eos privilegiative dotarat ; quis autem hæc omnia securissimus erat conservandi modus ? *Hujus thesauri custodem oportuit esse humilitatem.*

Actus humilitatis sunt firma custodia & munitio gratiæ & meritorum nostrorum.

Matt. 19. 27. Hildebert. Cœnoman. Epist. Tom. 3. Bibl. vet. PP. Epist. 71.

8. Præclarissimum S. Bernardus, tantoque dignum magistro humilitatis propalat encomium, dum ait : *Oportet humiliter sentire de se sitientem ad altiora ; ne, dum supra se attollitur, cadat à se, nisi in se firmiter per veram humilitatem fuerit solidatus.* Neque enim ut idem alibi protestatur sanctus, humilis ulli expositus est casus periculo, sed semper constans, erectusque persistit ; id quod alibi longe clarius, in sermone scilicet *de modo bene vivendi* reperit in hæc verba : *Humilitas casum nescit, humilitas casum non novit, humilitas ruinam nunquam incurrit, humilitas lapsum nunquam passa est.* Non enim ipsa solummodo ab omni exempta est casu, sed & alios, ne ruant, præservat. Pro cujus confirmatione illa menti vestræ occurrat, non una, sed triplex per Salvatorem nostrum S. Petro, utrum se diligeret præ reliquis, facta interrogatio : *Simon Joannis diligis me plus his ? dicit ei : Etiam Domine, tu scis, quia amo &c.* Ubi, cur hanc instantiam ter repetierit Christus, vos edicatis velim ; siquidem cor discipuli intime penetrabat magister : *ipse enim sciebat quid esset in homine ?* mundo scilicet universo, non modo pœnitentiam, sed & humilitatem S. Petri Dominus manifestare volebat ; dum scilicet non, quem-

S. Bern. serm. 34 in Cant. Humilis, non est expositus periculo lapsus. S. Bern. serm. 39. de modo bene viv.

Joan. 21. v. 15. Christus voluit toti mundo manifestā esse humilitatem S. Petri.

admodum alias gloriatus fuerat : *Etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego numquam scandalizabor* ; ita audaciter se omnibus alijs in amore superiorem ventilavit , sed modestissime respondit *tu scis quia amo te.* Ecce vobis efficacissimum, virtutes & gratias divinas conservandi remedium. Hunc autem non meum sed Toleti esse sensum profiteor, dicentis : *ut eam humilitatem notam faciat omnibus, dicit : diligis me plus his non jam Petrus respondet, ut prius, nec se præfert cæteris.*

Joan. 2. v 25.

Matth. 26. v.33.

9. Novam in humilitatis encomium doctrinam in medium adducit S. Joannes Climacus , dum inquit : *Omnia quæ cernuntur , sol illuminat , omnia quæ ratione fiunt , humilitas confirmat , absente sole omnia tenebris inhorrescunt , absente humilitate omnia nostra opera marcent & fœtent.*

Climacus Grad. 25. n. 9 de scala Parad.

10. Sal non modo pisces , carnes , aliasque similes materias comestibiles, condit , sapidasque reddit ; sed & insuper à corruptione liberat , atque conservat ; sale autem humilitatem figurari Petrus docet Blesensis dum ait : *sal , & condimentum reliquarum virtutum est humilitas.* Unde & Isaac sacerdos in tractatu *de contemptu mundi* in Capitulo in quo de humilitatis perfectione discurrit , multos asserit repertos fuisse , qui ut à vana gloria se conservarent illæos, stultitiam finxerunt , quantumvis interius veræ sapientiæ sale conditi essent. *Ne glorificaverntur* , inquit , *in virtuosa conversatione sua , quæ occulta erat in ipsis , se insanos ostendebant , cum essent divino sale conditi.* Quo etiam S. Thomas de Villa nova respexit , quando hanc auream pronunciavit sententiam dicens : *sine humilitatis condimento omnis virtus virtus est animarum*, quantumcumque enim anima aliqua bonis instructa fuerit operibus atque virtutibus ; si humilis esse desierit , virtutes singulæ in mortiferum convertentur venenum, propriumque subjecti damnum.

Humilitas est sal reliquarũ Virtutum.

Petr. Blef. serm. 16. in Hebd. Pœn. Isaac. Presb. de cont. mun. ai.

S. Thom. de Villa nova Conc. 1. de S. Martino.

11. S. Hieronymus de eadem *ad Celantiam* scribens, virtute ita fermocinatur : *Sit humilis animus, & adversus sola vitia erectus ; nihil humilitate præstantius , nihil amabilius , quæ præcipua conservatrix est , & quasi custos virtutum omnium* ; quam veritatem ut stabiliat Hugo Victorinus , encomia præmittit honestatis & virginitatis , quæ utraque virtus inæstimabile apud Deum , hominesque obtinet pretium & authoritatem ; tandemque concludit omni eas , si humilitate careant, destitui merito ; Unde ita nobis consulit : *Melius est agnum sola humilitate , quam sola virginitate sequi ; quia humilitas sine virginitate salvare hominem potest , virginitas sine humilitate non potest.* Atque hanc ob causam S. Gregorius vitæ continentis cultoribus tale dabat consilium, & monitum : *Per humilitatis custodiam servanda est mundities castitatis ; si enim piè Spiritus sub Deo premitur caro illicite super Spiritum non levatur.* Summum omnibus per spiritualem viam gradientibus solatium affert Sancti Bonaventuræ doctrina , dum opera nostra bona per humilitatem vegetari , roborarique docet in hæc verba : *Nullus cadit, nisi qui in alto existit ; & tanto gravius, quanto altius sedet ; ergo cum humilitas in loco infimo sedem ponit, hominem in esse stabilitat , & omnibus operibus ejus vehor donat.*

S. Hieron. lib. 1. Ep. 14. Sine humilitate, bona opera carent merito.

Hug. de S. Vict. Erud. Theol. ex miss. ell l. 1. 178. S. Greg. l. 26. mor. cap. 24.

S. Bonav. ser. 2. de uno Confess.

12. Novam ad propositum similitudinem in præsenti adducit B. Humbertus , à cinere desumptam ; qui ignem conservat & protegit vivum. *Ut humilitatis fructum agnoscatis, quod cinis est virtutum , carbones in fervore conservans.*

B. Humbert. De Humil. utilit. c. 37.

13. David in arbore quadam hominem justum se agnovisse fatetur ; non tamen qualicumque sed *juxta aquas* seu flumen proximè radicata; Aitenim : *erit tamquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo, & folium ejus non defluet.* Ubi Euthymius virtutes Christianas per fructus intellexit dicens: *Ipsas nempe virtutes opportuno ferens tempore* ; Sed unde perpetuus ejus, & numquam marcescens vigor ? *Folia non dimittet , hoc est humilitatem non deponet , quæ virtutes omnes, non secus ac fructus proprios , profert atque conservat.* B. vero Isaias hanc aliam adducit similitudinem inquiens : *Nisi vinum in locis profundis & subterraneis refundatur , evanescit , sic adolescentiæ labores omnes sunt vani , nisi in humilitate conserventur.* Thesauri in locis humilibus subterraneis, inter cæmenta, vilesque materias absconduntur, ne agnoscantur , aut explorentur, & eruti auferantur ; eodem modo vilipendium , & contemptus nostri ipsius , reconditos servat gratiarum , & virtutum thesauros , qui alias complacentiæ propriæ & vanæ gloriæ subjecti forent. S. Basil. inquit : *Humilitas ditissimus est virtutum omnium thesaurus.* De fide , quæ cujuscumque boni spiritualis est fundamentum S. Ambrosius de humilitate loquens , pariter inquit : *Hæc munimentum, hæc sepes est fidei nostræ.* S. Joannes Climacus similiter in ejus laudem dicit : *Humilitas est tuela divina , & velum , quo opera virtutum nostrarum tegantur.*

Euthym. ibid.

B. Isai. Orat. 11.

S. Basilius Const. monast. c. 17.

S. Ambr. l. 1. Ep. 8.

Climac. ibid. n. 13.

DISCURSUS V.

ARGUMENTUM.

Humiles ad recipiendas gratias, & dona Dei, ejusque divinas illustrationes , capaciores sunt, magisque dispositi.

THEMA.

Humilia te in omnibus , & coram Deo invenies gratiam. Ecclesiast. cap. 3. ℣. 20.

1. HUmilitas gratiarum cœlestium est attractiva , sicut econtra dissipatrix earumdem est superbia ; *Deus enim superbis resistit , humilibus autem dat gratiam* ; & Psalmista ait : *Quoniam excelsus Dominus & humilia respicit* ; hic autem Dei aspectus beneficus est, & gratiarum cœlestium instrumentum , maxime vero in humilibus ; *Oculi enim Domini multo plus lucidiores sunt super solem circumspicientes profundum abyssi* ; ecce tibi signum & scopum in quem Dei diriguntur obtutus; quanto enim anima plus sibi vilescit , suumque nihilum magis agnoscit , tanto magis supremæ illius & excelsæ majestatis obtutus ad se trahit ; *quoniam excelsus Dominus & humilia respicit* ; Unde S. Augustinus in quodam sermone inquit: *Quanta humiliatæ inclinatur cor ad ima, tantum profuit in excelso.*

Jacob 4. v. 7. Psal. 137. v. 6.

Eccli. 23. v. 28.

Humilitas trahit gratias cœlestes.

Psal. 137. 6. S. Aug. ser. 70. ad fratres.

2. Certum est equidem authorem gratiæ Christum esse , *per quem*, ut Apostolus ait , *accepimus gratiam* ; at vero nescio an aliquando observaveritis cuinam rei Christus ipse gratiam assimilaverit, nimirum aquæ elemento ; cum enim cum lasciva illa muliere Samaritana discurreret, ut eam ad divinæ gratiæ suæ infusionem disponeret , dixit ei ; *Qui biberit ex aqua , quam ego dabo ei,... fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* Cur vero Salvator noster divinam gratiam suam fonti aquæ salientis comparavit , S. Bernard. his verbis insinuat : *Per talem aquam gratia gratum faciens designatur , hoc est donum Dei, quod numquam sine Spiritu S. est, imo sine tota Trinitate esse non potest.* S. Antonius de Padua pariter exponit mysterium, cur incarnata Sapientia divinam gratiam suam aquæ similem esse dixerit , nimirum *propterea quod purificat , & multum refrigerij præbet suscipientibus.* Ad hæc dici potest , quod sicut aqua, quantum Deorsum descendit, tantumdem quoque denuo ascendit in altum : eadem quoque proportione , tantum gratiæ ascendit in animam , quanto illa profundius se humiliat. Præterea aqua, experientia teste , loca profunda naturaliter diligit , & in tantum per artificium in altum ascendit, quantum prius descendit deorsum : eadem pariter est divinæ gratiæ conditio, quod scilicet centrum suum in animabus humilibus habeat : *humilibus autem dat gratiam* & ideo quanto quis se per vilipendium & contemptum sui ipsius demittit, tanto illum Deus magis exaltat, & ad cœlum usque evehit.

Rom. 1. v. 1. Christus affert gratiam aquæ ejusque ratio datur. Joan. 4. v. 13 14 S. Bernard. Serm. Tom. 2. ser. 31. A. 2. c. 2. S. Anton. de Pad. ser. in Fer. 6. post Dom. 3. Quadr. Jacob. 4. 6.

3. Salvator noster apud S. Joannem occasione solemnis cujusdam festi alta voce clamare cœpit : *si quis sitit , veniat ad me , & bibat* ; quæ verba Dion. Carth. ad nostrum propositum , hunc in modum exponit, ut sensus sit : *Veniat, non corporis grossa dumtaxat, sed & mentis humili præparatione* , quisquis hauriendæ aquæ causa ad fontem contendit , vas quoque secum adfert , in quo illam excipiat, & quanto capacius vas illud fuerit tanto quoque major in illo hauritur aquæ abundantia ; humiles autem præ cæteris hanc prærogativam habent, quod cum se ab omni virtute & merito vacuos esse existiment , vasa ipsorum majora & capaciora ad recipiendam aquam hanc mysticam existant ; nam ut S. Bonav. ait : *Humilitas cum recipit Dei beneficia , gratias agendo se dilatat , & sic recipiendo parat semper locum, ut Deus amplius infundat ; Unde ipsa est vas admirabile , opus excelsi, & bene humilitas vas admirabile dicitur, quia dum impletur , de impletione capacior efficitur.* Ingeniosa pariter est similitudo quam S. Cæsarius Arelatensis adducit inquiens : *Sicut de fonte terreno , & corporali fluvio non potest aliquis bibere , nisi se voluerit inclinare : ita & de vivo fonte Christo, & S. Spiritus fluvio nemo aquam vivam haurire poterit, nisi se humiliter inclinare voluerit , propter illud quod scriptum est : Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* S. Bonav. hunc S. Jacobi Apostoli

Dion. Carth. ibid. Humilitas est capacissimũ vas quo hauritur copiosa aqua gratiæ. S. Bonav. Tom. 6. in Dict. sal. T. 7. c. 1. S. Cæsar. Arelat. Hom. 34. Jacob. 4. 6.

Apostoli textum allegans in quodam sermone ita scribit : *Cum humilitas recte Deo subjiciat , ad majus divinum auxilium mentes parat , unde Deus resistit superbis ; humilibus autem dat gratiam , & propter hoc dicit Petrus : humiliamini sub potenti manu Dei, quasi dicat, si humilis fuero Deum auxiliatorem habebit, quod fortis erit, nihilque timebit.*

S. Bonav. ser. 2. de uno Confess.

4. Juxta Philosophorum doctrinam , & ipsam experientiam testem, natura adeo abhorret à vacuo , ut in hac universi mundi machina numquam fuerit , aut futurum sit vacuum ; Unde & in tubis artificialibus, quibus aqua evacuatur , hæc contra naturam suam sursum ascendit, ne vacuum detur. Hanc naturæ conditionem B. Laurentius moraliter ad nostrum accommodat intentum dicens : *sicut non patitur natura vacuum ; quin illud repleat , sic nec gratia humilem, quin se illi infundat. Humiliare ô homo Dei , evacua cor tumore elationis , quia tanto perfunderis abundantiori gratiæ suavitate , quanto mundior fueris à fœce præsumptionis.* Quem eumdem conceptum S. quoque Vincentius Ferrerius his proponit verbis : *Ut impleretur vacuum, si esset , citius descenderet cœlum , quam ut permaneret vacuum in aëre.* In Pharisæum vestros concipere oculos, qui omnibus se meritis , donis , virtutibusque dum in templum ascenderet , ornatum esse gloriabatur, dicens : *Jejuno bis in Sabbatho , decimas do omnium quæ possideo , non sum sicut cæteri hominum* , nihilominus propter præsumptuosam superbiam suam omnium perditi bonorum operum meritum ; contra vero Publicanus qui profundissimæ humilitatis , dum ne pupillas quidem rursum elevare præsumpsit (*nolebat nec oculos ad cœlũ levare...dicens, Deus propitius esto mihi* maximo *peccatori*) per hoc animæ suæ humillimæ vacuum cœlos ad se attraxit ; dicente S. Bern. *vim faciebat Publicanus ille regno cœlorum , qui cum non auderet oculos ad cœlum levare ipsum cœlum ad se potuit inclinare.* Qua in eadem homilia S. Cæsarius Arelatensis allusionem continuans aquæ cum gratia divina, ita discurrit : *fratres optimi nostis , quia pluvia si montem nimis erectum invenerit , cito in vallem decurrit ; & ideo qui se ad accipiendam benedictionem humiliter inclinantes, quasi valles faciunt, ipsi pluviam divinæ benedictionis accipiunt, & impletur in ijs, quod scriptum est : Omnis vallis implebitur, & omnis mons, & collis humiliabitur, quid est, omnis vallis implebitur, nisi, omnis qui se humiliat exaltabitur ?*

Sicut in natura nõ datur vacuum, sic non invenitur humilis , gratia vacuus. B. Laur. Justin. de ligno vit. c. 3. S. Vinc. Ferr. serm. 2. in Fer. 2. Pasch. Differentia inter superbum. Luc. 18. 12. Et humilem Publicanum. Ibid. v. 13. S. Bern. ser. de 4. modo orandi. S. Cæsar. Arelat. ibid.

5. Psalmista pariter Deum nostrum fontes in valles deducere admiratur, dum ait : *Qui emittis fontes in convallibus.* Quorsum obsecro veritas adeo patens & nullis non clarissima oculis manifestatur à tanto Vate? ad mysterium , seu mysticum sensum, ni fallor ego, alludere voluit, scilicet quod gratiæ Divinæ fontes in vallibus (*fiet in eis fons aquæ salientis in vitam æternam*) id est in humilibus copiosissime scaturant; Valles enim bassæ sunt , & humiles , cum econtra colles & montes sint in altum erecti.

Psal. 103. 10. Sicut aqua defluit è montibus in valles, sic gratia Dei in humiles.

6. Moyses de apparitione Patriarchæ Abrahæ à tribus divinis personis in trium Angelorum figura facta tractans, locum nobis denotat , ubi hæc contigit ; dicit enim: *Apparuit autem ei Dominus in convalle Mambre.* Quorsum hæc situs seu loci mentio ? si patriam memorare voluisset, dixisse satis fuisset : *in Mambre*, absque aliqua mentione vallis. Respondet nihilominus glossa dicens : *Per hoc designatur, quod revelationes divinæ fiunt illis , qui sunt in humilitatis convalle.* In vallibus fœcundiores germinant messes , arbores , fructusque majori abundant , fœcundanturque in copia, quam in montium verticibus, ubi ventorum subjacent furoribus ; ideòque dicitur : *Valles abundabunt frumento.*

Gen. 18. v. 1. Glossa ibid. Psal. 64. v. 14.

7. S. Dorotheus in sermone quodam cui titulus est *de cordis humilitate* , hanc aliam nobis verbis sequentibus insinuat doctrinam : *Quemadmodum in arboribus multo & copioso fructu onustis , fructus ipse ramos incurvat , & deflectit, nonnonquam autem frangit, vanus autem , qui nullum habet fructum , in altum attollitur, & rectus assurgit, sic & nonnullæ arbores , quarum rami si forsan quidem attollantur , & erigantur nullam penitus asserunt fructum , si vero lapis appendatur in eis , ita ut deorsum flectantur rami & incurventur , tunc (quod à multis expertum est) uberes fructus parunt, sic & anima nostra cum vera cordis humilitate deprimitur , uberrimos parit fructus , qui quanto sunt plures & uberiores, tanto magis animam ipsam inclinant, & per veram cordis humilitatem in terram deflectunt.*

S. Doroth. serm. 2. de cordis Humilit.

8. Admiramur omnes copiosos gratiarum confo-

lationumque paradysi torrentes in Davide, cum cœlestibus obstupescimus illuminatum illustrationibus : *Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos , quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen, prætende misericordiam tuam scientibus te* ; sed omnia hæc humiliationis ejus extitere fructus quia immediate hanc divinæ majestati porrigit subjicitque supplicam: *Non veniat mihi pes superbiæ.* q. d. ad conservandos dictos favorum thesauros, necessaria mihi est humilitas ; Inde & in alio loco protestatur dicens: *Elegi abjectus esse in Domo Dei mei*, quia scilicet quantumvis regiam portaret coronam , nihilominus ex devotionis & obsequij instinctu , inter reliquum vulgus ante arcam ludere non erubuit : *ludam, & vilior fiam , plus quam factus sum.* Sed tantæ abjectionis atque contemptus fructum observetis velim, postquam enim dixisset : *elegi abjectus esse in domo Dei mei* , immediate prosequitur dicens : *gratiam & gloriam dabit Dominus.* Ita quoque alibi postquam dixisset: *Ego autem humiliatus sum nimis*; mox extasium suarum ingerit mentionem dicens: *Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax* ; ut scilicet nos , altissima Dei dona humilitatis fructus esse , doceret ; quod veritimum esse , omnium docuit temporum experientia , quando scilicet servi Dei , quo plus suum ambirent contemptum, inque oculis propriis humiles à mundo separari, faccoque vestiti viverent , tanto abundantiores donorum Prophetiæ, raptuum, revelationum, apparitionum, visionum, extasium, miraculorum, aliarumque similium prærogativarum possederunt thesauros. *Confiteor tibi pater Domine Cæli & terræ , quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & revelasti ea parvulis.* Ratio autem quare humiles præsertim à Deo illustrentur , ex hoc sequenti potest deduci discursu. Si quis in puteo profundo circa meridiem versaretur, facilius inibi stellas contemplari , aut ad minus magis limpide cœlum intueri poterit, quam quicumque alius, supra altum existens montem; cujus hæc ratio est, quia cum nulla lux oculos circumdet, qua mediante virtus visiva dispergatur , consequens est ut eadem potentia magis conforretur, ad respiciendum in altum ac procul dissita, è contra vero alius, qui virtutem visivam dispergatam habet, nihil tale videre possit, ita quoque in præsenti dicere possumus , quod quanto quis se profundius , per virtutem humilitatis, demittit , tanto magis dispositus sit , ut bona cœlestia videat , majoremque Dei , & sui ipsius notitiam acquirat, talis enim in proprio nihilo concentratus est , neque à bonis terrenis divertitur , unde S. Thomas de Villa nova ait : *Hæc sola virtus omnium donorum & gratiarum capacem animam facit* ; *Unde Jacobo teste , humilibus nobis Deus dat gratiam.*

Psal. 35. v. 9. Omnes cœlestes illustrationes suas promeruit David sua humilitate. Psal. 83. v. 11. 2. Reg. 6. v. 22. Psal. 83. 11. Ibid. v. 12. Psal. 115. 16. Ibid. v. 11. Matth. 11. v. 25. Ratio cur humiles specialius à Deo illustrentur. S. Thom. à Villa nov. Conc. 1. de S. Martino.

9. In Exodo legitur , quod Deus Moysi in Madian greges Jethro soceri sui pascenti apparuerit , in medio rubi ardentis , & tamen incombusti manentis, quem rubum videns : *Abscondit Moyses faciem suam non erat audebat aspicere contra Deum.* Quam vero existimatis fuisse causam, quod Moyses suos ad Deum oculos erigere ausus non fuerit ? interpres quidam modernus ait: *Cum abscondisset Moyses faciem suam ex humilitate, tunc Dominus revelavit faciem suam ; pariter & secreta opera sua, quæ facturus erat* ; Tunc quoque in generalem populi sui Ducem illum elegit, perpetuamque assistentiam suam ei promisit , & in divinorum secretorum suorum penetralia introduxit. S. Greg. in quadam Homilia super Ezechielem , textum illum Psalmistæ (*Ascensiones suas disposuit in valle lachrymarum*) exponens inquit : *Convallis propriè humilis locus est , & peccator quisque dum se in lachrymis humiliter afflixit in corde, per assensum virtutis profecit ; qui vas sic ait : emittet fontes in convallibus , quia omnipotens Deus dona spiritualis gratiæ humilibus præstat.*

Exod 3. v. 9. Moyses propter suam humilitatem electus fuit in Ducem populi. Guilielm. Peñ. in. ibid. Psal. 83. v. 6. S. Greg. l. 2. Hom. l. 9. in Ezech.

10. Convalles, ut superius notavimus , fertilissima communiter locorum campestrium pascua & agros exhibent , ac proinde S. Joan. Climacus inquit : *Non ignores frumentum & fructum spiritualem in vallibus copiosum proferri ; vallis enim humilis anima est , quæ inter montes laborum, & virtutum semper depressa, humilis, & immobilis manet.* In sacris Canticis amator cœlestis in hortum descendisse dicitur , ut videret poma convallium : *Descendi in hortum meum ut videret poma convallium.* Sed cur potius poma vallium & non potius poma collium vel montium videre voluit ? nimirum per hoc significare intendit animarum electarum dilectus sponsus , quod gratias suas liberalius in humiles, per valles denotatos, quam in alios dispenset. Unde S. Greg. ait : *quid est, quod non poma montis , sed poma*

Humilis animа & fertilissima vallis, Climacus Grad 25. de Scala Parad. n. 8. Cant 6. v. 10. Cœlestis sponsus electis spontis suis pomagit vallium. S. Greg. ibid.

convallis,ut videat,descendit, nisi quod illis respuatur suæ miserationis tribuit, quos in humilitate persistere cognoscit: de quo per Psalmistam dicitur: quoniam excelsus Dominus & humilia respicit, & alta à longe cognoscit. S. Hier. de Sophonia Propheta differens, sequens ad propositum nostrum congruum tradit documentum: *Iste Propheta,*inquit,*qui erat in specula,& in sublimibus constitutus, & noverat mysteria Domini, filius erat Chusi, qui interpretatur humilitas; habebat quoque avum Odoham,qui dicitur magnitudo Domini, & proavum Amasiam,qui & ipse vertitur in sermonem Domini;& Atavè Ezechiam,qui sonat fortitudinem Domini.* Ecce igitur tibi quot & quam insignes virtutes cooperentur humilitati; specialiter autem ab hac virtute cognitio & illustratio mysteriorum cœlestium & divinorum procedunt.

S. Hieron. in Sophon.

11. De Centurione, qui cor & affectum Salvatoris adeo sibi rapuit, quod supra omnes Israëlitas ab illo deprædicatus fuit (*Non inveni tantam fidem in Israël*) S.August. ingeniose ait: *Tecto non recipiebat,cor de recipiebat,quanto humilior, tanto capacior, tanto plenior, colles enim aquam repellunt, valles implebuntur.* Ille à nativitate cæcus à divino Thaumaturgo per lutum oculis impositum illuminatus,vilem utique & fragilem quemdam hominem denotavit,qui per divinam omnipotentiam & bonitatem ad cœlestes ejus illustrationes capiendas evehitur. Et quidem Hugo Card. per cæcitatem à nativitate contractam, superbiam intelligit,quam nonnumquam nobilis aliquis de illustri progenie sua concipere consuevit: *Cæcus à nativitate,*inquit, *est ille qui excedit per superbiam de nobilitate suæ stirpis;* quod vero vel maxime ad propositum nostrum facit,sequens est documentum: Nam idem Card. ait: *cæcus ille illuminatur per duo, per sputum & lutum, si apponas ad oculos suos; considerare enim debemus vilitatem nostram, quæ significatur per sputum: & fragilitatem, quæ significatur per terram;* hæc enim efficacissima sunt media ad lumen acquirendum.

Matth. 8. v 10. S. Aug. ser. 74. de temp. Joan. 9. Centurio humili corde excepit Christum.

Hug. Card. ibid. Quid designet quod cæcus à nativitate illuminetur sputo & luto.

12. Consideratione digna est sequens S. Gregorii Thaumaturgi propositio, dicentis: *Humiles exaltati sunt,quoniam humilitatem suam, & divinæ cognitionis famem,qua detinebantur, ostendentes, divinum verbum sicut Cananæa micas deprecantur & propterea divinorum mysteriorum repleti sunt divitijs.* Hæc porro mulier licet à Christo passa fuisset repulsam, exinde tamen constantior & humilior evasit, suamque necessitatem submissius ei commendavit; & tametsi canis nomine à Christo appellata fuisset, ipsa tamen hoc nomen minime erubuit, quin potius ex profundissimæ humilitatis instinctu vere se talem esse agnoscens inquit: *Etiam Domine,nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum.* Unde S.August. in quodam sermone de hac muliere ait: *Ex ipso velati conditio humilitatem ostendit, misericordiam impetravit. Videte quemadmodum humilitas commendata est, cavem illam Dominus dixerat, ipsa vero non dixit, non sum; sed dixit, sum, & continuo Dominus quia se agnovit canem dixit: O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut petisti, Q. D. tu te agnovisti canem, ego te jam agnosco hominem.* S.Bern. quoque hunc Doctrinæ subscribere voluisse videtur quando ait: *Quia nisi humilitatis merito maxima minime obtinentur, propterea qui provehendus est, correptione humiliatur; ita ergo cum te humiliari videris, habeto id signum in bonum omnino argumentum gratiæ propinquantis.*

Humilitas trahit Deum ad animas nostras.

Matth. 15. v. 22. S. Aug. serm. 74. de temp.

S. Bern. serm. 34. in Cant.

DISCURSUS VI.

ARGUMENTUM.

Humilitas Deum in animas omnes attrahit, utpote qui in illis tamquam in loco deliciarum. & tamquam in centro suo commorari gaudet.

THEMA.

Ad quem autem respiciam, nisi ad pauperculum.
Isa. 66. v. 2.

1. QUando Deus apud Isaiam inquit: *Ad quem respiciam nisi ad pauperculum,* per pauperem, humilem intelligit, uti in discursu primo probavimus; prima namque beatitudo, *beati pauperes Spiritu*, ad pauperes ordinatur. Unde & S. August. super illa Psalmistæ verba: *Excelsus Dominus,& humilia respicit,& alta à longe cognoscit,* inquit: *Alta posuit pro superbia, humilia vero respicit, ut attollat, id est, superba cognoscit, ut ejiciat; discamus humilitatem, per quam Deo propinquare poterimus.* Ecce tibi insigne emolumentum, quod ab humilitate derivatur, siquidem hæc Deum ad animas nostras attrahit, easq; majestati cuidam infinitæ appropinquare facit. Paulo post vero idem S.Doctor subjungit: *Quicumque humilis & quietus non fuerit, non potest in eo habitare gratia Spiritus Sancti,* Richardus de S. Victore de *missione Spiritus S.* differens, quam libenter hic se in humilium animas insinuet his verbis ostendit. *O quam libenter, O quam gratanter debemus nos ad omnem subjectionem deficere, ad omnem humilitatem inclinare, ut mereamur hunc Spiritum accipere, & talem Consolatorem habere;* hisce autem verbis textum propositi thematis ex Isaia desumpti præmiserat, in quo dicitur: *Super quem requiescet Spiritus meus,nisi super humilem?*

Humilitas Deum trahit à cœlo.

Isaiæ 66. 2. Ps 112. 4. 6. Luc. 7. v. 3.

Rich. de S. Vict. p. 1. ser. de miss. Spiritus Sancti.

2. S. Bonav. quæstionem hanc valde considerabilem,valdeque ad resolvendum, ut ipse dicit,difficilem proponit; quærit enim quænam fit ratio, quod cum Deus sit altissimus (*tu solus altissimus*) omnique natura creata superior, nos nihilominus ad eum approximare non possimus ascendendo, sed potius descendendo,hoc enim ut S.Aug. ait contrarium esse videtur, ad ea enim quæ in alto sunt,ascendendo,non verò descendendo pervenitur; Unde S.Aug. lib. 14. de Civit. Dei cap. 13. inquit: *Cum cœlum situ sit altius,non proximior est ei,qui in altissimum montem ascendit, quam ille qui in profundissimam vallem descendit? quis unquam in arborem altam, quis in domum elevatam, quis in turrim altissimam ascendit, se inclinando, & non se potius elevando? nam ad hoc fiunt scalæ in turribus, ut per gradus ad summum perveniamus; videtur igitur quod magis debemus proximare Deo, nos elevando, quam deficiendo:* in contrarium vero adducit authoritatem Psalmistæ in Ps. 63. clare dicentis: *accedit homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Mira res quia quanto plus se elevas,tanto plus à Deo distas. Sed attende,quod in rebus creatis, quæ situm habent,in loco & inter se distant, sicut ab eis loco distamus, sic & loco earum, si volumus, proximamus, & per locales gradus ad eas accedimus; Nulla enim res creata inferior infra cœli circumferentiam adæquate est concluſa, licet intra eam, sit in certa & finita proportione contenta,quæ utique mensurata est & finita, quia si cœlum infinitum esset, utique mensurari non posset, sicut Philosophus dicit. Cum inter creata distantia sit finita, dum partes medias pertransimus, illi cœlo approximamus, imo cum montem ascendimus, cœlo proximiores sumus. Exemplum de iis, qui ædificaverunt turrim Babel, ut in cœlum ascenderent; Sed nota quod non sic Deo approximamus; Deus enim est immensus & infinitus, nullo loco concluſus, sed est ubique totus,ut sine eo omnino nullus sit locus, ergo nec loco a Deo distamus; nec ei, ut dicit Auguſtinus,loco, sed affectibus approximamus, quod non facimus nos exaltando, sed ei nos potius subjiciendo, nam cum ipse à nobis distet in infinitum (cum infinitum pertransiri non possit, ut dicit Philosophus) ideo sic ei non approximamus. Nos ergo per nos non possumus accedere ad eum, sed ipsius est ad nos inclinare,& nos ad se levare, cum sit potentiæ infinitæ. Cum ergo humilitas nos Deo perfecte subjiciat, Deum ad nos inclinat, cujus gratia nos exaltat.* Quidnam aliud præter humilitatem,Deum è cœlo in terram trahere potuit,ut nostræ se naturæ copularet, nosque unum secum efficeret? *Respexit humilitatem ancillæ suæ* inquit beatissima virgo, quæ eadem,vix verba hæc ore protulerat. *Ecce ancilla Domini fiat mihi secundùm verbum tuum*, cum ecce Dei Filius se nostræ humanitati univit, & *verbum caro factum est.* Unde Richardus à S.Laurentio inquit: *Cupiens filium procreare,qui noster servus fieret, ideo se nominavit ancillam, quia partus ventrem sequitur; quod etiam innuit filius patri dicens: servus tuus sum ego,& filius ancillæ tuæ.* Enimvero quia in utero virginali altissimo præparandus thronus erat, fieri idipsum melius non poterat,quam per viam humilitatis. Unde S.Bern. verba illa Mariæ: *Ecce ancilla Domini*, his verbis ponderat: *semper solet esse gratiæ divinæ familiaris viritas humilitas, hanc ister ergo respondet, ut sedes gratiæ præparetur.*

S. Bonav. de uno Confess. serm. 3. in ord. 15.

Ad Deũ, qui altissimus est, pervenitur descendendo.

S. Aug. l. 14. de Civ. c. 13.

Rich. à S. Laur. l. 4. de laud. B. Virg.

S. Bern. Hom. 4. super Missus est.

3. Guerricus Abbas ad propositi Thematis verba se reflectens, in sermone 3. de assumptione Mariæ inquit: *super quem autem requiescam nisi super humilem? O humilitas angusta tibi, ampla divinitati; pauper & insufficiens tibi, sufficiens et quem non capit orbis, coepisse ac deliquse reficiens illam, qui & angelos pascit. Super quem*, inquit, *requiescam, nisi super humilem? in omnibus requiem quæsivi, sed apud humilem ancillam meam. Non est inventa similis illi in gratia humilitatis, ideo in plenitudine humilitatis, requievit etiam corporaliter omnis plenitudo divinitatis.* Idem author ulterius progreditur, ostendendo, quod Spiritus S. super Christum requieverit, quia humilis erat, pariterque in omnibus requiescat animabus,quæ hac virtute præditæ esse noscuntur: *Ideireo,* inquit, *Spiritus sepiformis non solum super ipsum requievit sed etiam omnes qui humiles ab eo esse didicerint, diversas in ea felicissima quæris mansiones præparavit,imo totum quoddam aureum fecit incitamentum, ad quiescendum.* In officio divino frequenter hæc verba canit Ecclesia: *Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suavitatis*, hæc autem herba Nardus dicta, humilis, & odorifera, humilissimam virginem denotabat, quæ per profundam humilitatem suam verbum increatum, ex sinu æterni patris sui, in virginalem uterum suum pertrahere potuit, ut ipsum humanæ naturæ nostræ adstringeret. Unde S. Anton. ait: *Dum esset rex in accubitu suo, id est, in requie sua quasi dormire videretur, & non curare de salute humana; Nardus mea, herba parva est, & significat virginem humilem, quæ maxime dedit odorem suæ humilitatis, quando se totam Deo subjiciens, ait: Ecce ancilla Domini; qui odor usque ad cœlum ascendit, & in cœlo accumbentem, quasi evigilare fecit,& in utero suo requiescere.*

Guerric. Abb. ser. 3. de Assumpt.

Spiritus Sanctus requievit super Christũ humilem,& super omnes, ad ejus exemplum humiles.

S. Anton. p. 4. Tit. 15. c. 21.

4. Hæc virtus præ cunctis aliis corporalem Christi præsentiam attrahere prævaluit, prout ex multis sacræ Scripturæ historijs facile liquet. Salvator noster die quadam per civitatem Jericho perambulans, certum quemdam vidit hominem, Zachæum nomine,principem publicanorum, qui cum Jesum videndi cupidus esset, statura pusillus existens,ascendit in arborem sycomorum, subito autem benignissimus Salvator elevatis in ipsum oculis aspexit illum: *Suspiciens Jesus vidit illum*, nec solum vidit,verum etiam semetipsum in Domo ejus ad simul prandendum obtulit: *dixit ad eum: Zachæe, festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere*; at vero quonam motivo Salvator noster ducebatur, ut ultro in domum ejus ingrederetur? respondet S. Bonav. *Hunc aspiciebat, quia pusillus erat statura*, & ideo personam quamdam humilem repræsentabat: *ad quem autem respiciam, nisi ad pauperculum?* nam *excelsus Dominus, & humilia respicit.* Idem Salvator noster incitatus à Regulo Capharnaita, ut pro sanando filio ejus in domum ipsius descenderet tametsi, utpote provinciæ illius moderator, vir magna dignitate conspicuus esse in domum tamen ipsius per præsentiam corporalem se recipere renuit, imo eum reprehendit, tametsi magna cum submissione eum rogasset dicens: *descende priusquam moriatur filius meus*; dixit Jesus ad eum *nisi signa & prodigia videritis non creditis*; econtra vero cum alia quadam vice à Centurione rogatus fuisset, ut pristinæ servum suum sanitati restitueret, subito se in domum ipsius descensurum esse ultro promisit, dicens: *ego veniam & curabo eum*, at vero scitisne quid Christum in Domum Centurionis contendere permoverit? sola id fecit humilitas; tametsi enim S. Lucas dicat, quod *misit ad eum seniores Judæorum*, attamen ut S. Auguſtinus bene notat: *Fidelissima humilitate magis ipse accessit,quam illi quos misit.* Albertus Magnus super S. Matthæum scribens: similiter hanc Centurioni huic laudem attribuit, dum ait: *Commendatur de humilitate.* Etenim tametsi miles esset, hanc tamen sibi notitiam acquisierat, quod apud eum omnes nos paris conditionis simus: *Recognovit apud eum non esse distantiam inter Dominum & servum.* Hæc igitur humilitas, qua se indignum reputabat, ut sub tectum suum Christum reciperet (*non sum dignus ut intres sub tectum meum*) hæc inquam humilitas Christum ad domum ejus adeundum vel maxime permovit. Unde Albertus Magnus ait: *Princeps existens, habitationem suam non vocat domum, sed tectum.* S. Antonius de Padua similiter hanc ejus admiratus humilitatem: *nota in verbis Centurionis profundam humilitatem.* S. Bonaventura verba illa S. Lucæ, *cum jam non longe esset à domo* exponens inquit: *Prope enim erat domus corporali, sed propior domui mentali, juxta illud Psalmi, prope est Dominus omnibus invocantibus eum; dixerunt dicitur de malis prope es tu ori eorum, longe à renibus eorum, non talis erat iste, cujus signum erat præcipua humilitas.*

Luc. 19. v. 1. Quia Zachæus statura pusillus, hoc est humilis erat, Christũ in domum suam attraxit. Ibid. v. 5.

S. Bonav. ib.

Alb. Magn. ibid. S. Ant. de Padua ser. in Ser. 5. Cin. Luc. 7. v. 6. S. Bonav. in Lucam.

5. Cardinalis Toletus ingeniosam quamdam adducit observationem circa factum S. Petri, ex instinctu humilitatis cœlesti magistro suo dicentis: *Exi à me quia homo peccator sum: Sic eum Petrus*, inquit Chrysologus, *exire à se rogat, quomodo Centurio eum ad se supplicat non venire:* verumtamen quanto magis ex indignitatis motivo Christum à se arcebat, tanto magis illum ad se venire provocabat, & in animæ suæ centrum alliciebat. *Et tamen Christum habuit præsentem*, inquit Toletus, *nec a se abeuntem, imo cumulatius, quam oportebat, collatum est ei beneficium, nam audivit, eris posthac homines sapiens ad vitam, quod munus vota omnia illius excessit & superavit*: S. Dorotheus in sermone de cordis humilitate & modestia inquit, *Magna profectò res est humilitas cordis, & adeo potens, & efficax ut gratiam Dei in nostram animam queat attrahere.* Inter alias doctrinas spirituales, quas divinus sponsus dilectissimæ sponsæ suæ B. Angelæ de Fulgineo tradidit, hæc quoque legitur: *Major & principator omnium virtutum est dilectio Dei & proximi, unde S. Paulus ait: major autem horum est charitas*; quam S. Joannes nos cum Deo unire eique astringere his verbis asserit: *Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo*; verumtamen hic amor Dei, ardens hic ignis charitatis, quos alios accendit, & in quibus augetur præterquam in humilibus? *Ab hoc lumine hæc dilectio trahit originem*, inquit, prædicta beata Angela, *qua anima videndo se nihil, & Deum pro tam vili nihilo incitamentum & vilificatum, & etiam suæ nihilitati tam viscerosè unitum accenditur in amorem, & accensa amore transformatur in Deum.*

Luc. 7. v. 3. Luc. 5. v. 8. Tolet. ibid. Annot. 19. D. Chrysol. serm. 15.

Ignis amoris Dei specialiter accendit humiles.

S. Doroth. ser. 2. de cord. humil.

Belland. 4. Jan. in vit. B. Angelæ Fulg. c. 18. n. 218.

1. Cor. 13. v. 13.

1. Joan. 4. v. 16.

6. Eucharistia porro *Sacramentum amoris* communi nomine appellatur;ac proinde S. Joannes qui Christi secretarius fuit, priusquam hujus Sacramenti institutionem recenseret, hæc verba præmisit. *Cum dilexisset suos,in finem dilexit eos*: at vero cum se per communionem animabus unire & invisterare decrevisset, quamnam potissimum virtutem exercuit, tamquam propriissimam dignissimamque præparationem ad eum in nobis recipiendum? certe nullam aliam quam humilitatem, quia priusquam Apostolos suos corpore & sanguine suo pasceret, primo pedibus eorum advolvi, eosque lavare & osculari voluit, moxque subjunxit: *Exemplum dedi vobis,&c.* ut quando S. Paulus de humilitate loquitur, illam specialiter virtutem Christi appellat, licet enim omnes aliæ virtutes in gradu heroico in ipso relucerent, hanc tamen præ cæteris glorioso hoc nomine decoravit; notandum vero Apostolum hanc virtutem interius in centro cordis sui desiderasse; dicit enim: *Ut inhabitet in me virtus Christi, sed nondum forsitan intelliges*, inquit S. Bernardus, *De qua specialiter dixerit, quia Christus omnes virtutes habuit, sed cum omnes habuerit, præ omnibus tamen unam, id est, humilitatem in se nobis commendavit, cum ait: discite à me quia mitis sum & humilis corde.*

Actus humilitatis præparant ad dignam susceptionem S. Eucharistiæ.

Joan. 13. v. 1.

1. Cor. 12. v. 9.

S. Bern. de grad. Humilitatis.

7. Parabolæ Salomonis Deum in animabus nostris suas attestantur reperire, repositasque habere delicias; siquidem Deus manifeste protestatur dicens: *Deliciæ meæ esse cum filijs hominum.* In horto amœno, in loco delicioso magnates plerumque suos recreant labores & curas; quæ itaque animarum nostrarum erunt consolationes;quæ Deo,ut ita dicam,delicias, gustumque afferre poterunt? deliciæ in sola consistunt humilitate, ipso dicente Deo: *super quem requiescit Spiritus meus, nisi super humilem?* Ita Apostolus intimam sibi afferebat animæ unionem existere cum Deo, ut gloriari non dubitaret: *vivo ego, jam non ego,vivit vero in me Christus*; nec id mirum,quia infimis humilitatis initabatur fundamentis, unde alio in loco hanc emittere non erubescit professionem: *Mihi autem absit gloriari,nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi,per quam mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.* Circa quem textum S. Gregorius hujusmodi instituit considerationem dicens: *Non sufficit,ac diceret: Mundo crucifixus sum, nisi etiam præmitteret: Mihi mundus crucifixus est; ut non solum se mundo mortuum, sed etiam mundum sibi mortuum esse attesteretur; quatenus nec ipse mundum, nec ipsum jam mundus appeteret. Si enim duo fortasse in uno loco sint,quorum unus vivus, alter vero mortuus sit, etsi mortuus viventem non videt,vivus tamen mortuum videt. Prædicator autem Dei, ut ostenderet, quia per objectionem, qua se humiliando dejecerat talis jam factus esset, & nec ipse mundum,nec mundus ipsum concupisceret; non solum ait, se mundo crucifixum, ut ipse mundi gloriam, quam appeteret, tamquam mortuus non videret, sed etiam mundum sibi asseruit crucifixum in quo tanta se humilitate dejecerat,ut ipse & mundus, tamquam ad eum mortuus, Paulum humilem atque despectum jam videre nequaquam posset.*

Prov. 8. v 31. Deliciæ Dei, consistunt in humilitate animæ nostræ.

Gal. 2. v. 20.

Gal. 6. v. 14.

S. Greg. l. 18. mor. c. 28.

8. B. Laurentius Justinianus in libro cui titulus de *humilitate*, ad præsens descendens punctum, scilicet, quod humilitas magnes sit, ipsummet ad se attrahens

B. Laur. Justin. Lib de Humil. c. 8.

Matth. 17. v. 21 Humilitas est magnes attrahens ad se Deum.

Deum, idipsum ex illo Lucæ probat contextu : *Regnū Dei intra vos est.* Quæ verba postquam considerasset, subjungit dicens : *In cordibus quippe humilium regnum cælorum esse narratur.* Utique tantam Empyrei Cœli vastitatem cor capere nequit humanum, sed hoc loquendi modo docemur, quod Deus (qui cœlo æquivaler, visionisque beatificæ objectum est) humilitatis inescatus raptusque virtute, in corde humili, quasi in suo deliciarum centro, & paradyso. *Sic pollicitari dignatus est dicens* ; subdit ille, *super quem requiescet spiritus meus, nisi humilem ? Cernisne quam sublimis, quam præcelsa, quam commendabilis, quam diligenda sit humilitatis virtus, quæ possessorem suum effecit templum Dei, & sanctitatis habitaculum, in quo tamquam in loco sibi placito universorum Dominus delectabiliter requieverit.* Quo alio fine publicanus ille ad templum se contulit, nisi ut in gratiam Dei se insinuaret, ferventer ad hunc effectum ibidem orando : *Duo homines ascenderant in templum, ut orarent, unus Pharisæus, & alter Publicanus*, at vero quodnam in eo putas latere Mysterium, quod Publicanus procul ab altari remotus, in templo steterit : *Publicanus à longe stans, nolebat nec oculos ad cælum levare, sed percutiebat pectus suum dicens : Deus propitius esto mihi peccatori.* S. Antonius de Padua respondet : *Publicanus sicut humilis, non audet appropinquare, ut Deus ad eam appropinquet ; non aspicit, ut aspiciatur.* Unde in nullo Deo acceptiori situ corporis in templo se præsentare poterat, quam si in quodam angulo, & ultimo templi loco se absconderet ; *Nihil enim Deo tam charum est*, inquit D. Chrysostomus, *quam in extremis sedere semetipsum numerare.*

Patet in Publicano, in templo orante. Luc. 18. v. 10

Ibid. v. 13.

S. Anton. de Pad. serm. in Dom. 11. post Trinit.

D. Chrysost. Tom. 7. hom. 7. de Humilit.

9. S. Gregorius optime considerat, tunc præcipue hanc virtutem relucere, quando nos humiles etiam erga illos exhibemus, qui per improperia sine ulla causa indignis nos modis tractant : *Non grande est*, inquit, *ijs non esse humiles, à quibus honoramur, quia & hoc sæculares faciunt ; sed illis maxime humiles esse debemus, à quibus aliqua patimur, nam Psalmista dicit : Vide humilitatem meam de inimicis meis* ; ac proinde quid mirum, si Deus per gratiam suam in publicani hujus animam descendit, qui humilitatem adeo heroicam, erga illatos sibi à superbo Pharisæo insultus, & improperia demonstraverat ; confitebatur namque ingenue, omni se contemptu dignum esse, licet jam de facto in gratia & amicitia Dei redintegratus fuisset.

S. Greg. L. 2. Indict. 10. Epist 24. Regis. Veri humiles sunt qui se tales exhibent etiam erga improperantes.

DISCURSUS VII.

ARGUMENTUM.

Summa doctrinæ à Christo nobis traditæ, ut eamdem ad ejus imitationem opere exerceamus, humilitas est, à qua amplectenda nemo se excusare valet.

THEMA.

Discite à me quia mitis sum, & humilis corde. Matth. 11. v. 29.

In humilitate Christi continetur summa totius doctrinæ ipsius. S. Aug. T. 6. L. de S. Virginit. c. 37.

1. SAnctus Augustinus obstupescit, considerans, quod verbum increatum, cui sapientia attribuitur, cum in terram hoc fine descenderit, ut genus humanum erudiret suæque divinæ scientiæ thesauris locupletaret, in Cathedra postus, aliud non docuerit, quam humilitatem, & nostri ipsius contemptum : *video te*, inquit, *bone Jesu oculis fidei quos aperuisti mihi tamquam in concione generis humani clamantem, atque dicentem : venite ad me & discite à me. Quid obsecro te, per quem facta sunt omnia, Filij Dei, & idem qui factus es inter omnia filij hominis, quid ut discamus à te, venimus ad te ? quoniam mitis sum, inquit, & humilis corde ; Huccine redacti sunt omnes thesauri, sapientiæ & scientiæ absconditi in te, ut hoc pro magno discamus à te, quoniam mitis es & humilis corde ?* similes admirationis actus S. Bern. *in Epistola* 42. expressit inquiens : *Author & dator virtutum Christus, in quo omnes thesauri sapientiæ & scientiæ sunt absconditi, in quo omnis quoque plenitudo habitat corporaliter, nonne tamen & ipse de humilitate, tamquam summa sua doctrinæ, Jesumque virtutum gloriatus est dicens : discite à me quia mitis sum & humilis corde ?* ubi specialiter ponderanda sunt verba illa : *tamquam summa suæ doctrinæ*, sicut enim angelicus Doctor in sua summa medullam totius Theologiæ compendiavit & restrinxit, ita S. Bernardus hoc loquendi modo insinuare voluisse videtur, quod videlicet summa doctrinæ, ab increata & incarnata sapientia traditæ, in hac humilitatis virtute, tamquam in brevi Epilogo contineatur.

S. Bernard. Epist. 42.

2. Et quidem specialiter ponderandum est verbum illud *à me*, non enim solum dixit, *discite humilitatem : sed discite à me quia mitis sum & humilis corde* ; non enim verbum æternum hoc solum fine de cœlo in terram descenderat, ut genus redimeret humanum, verum etiam ut viam virtutis & professionis Christianæ nos edoceret ; Cum igitur juxta tritum illud axioma *omnis Christi actio fuerit nostra instructio*, hinc per hæc verba nos excitare voluit, ut nos in ipso specularemur, & primo quidem loco humilitatem disceremus ; *Inspice* igitur Christum *& fac secundum exemplar quod tibi monstratum est.* Petrus Blesensis in opusculo de *Confessione Sacramentali*, inquit : *Præ cunctis virtutibus humilitas Deo familiariter, & confidenter assistit, hæc Deo cognata est & amica.* Tametsi enim Christus omnes virtutes dilexerit, hanc tamen virtutem infinita quadam dilectione prosecutus fuit, & honoravit, eamque super omnes alias æstimavit. Richardus de S. Victore inquit : *Humilitat amor ipsius virtutis, quam ideo amplexitur ; quia Christus hanc specialiter amavit & habuit, unde & singulariter virtus Christi dicta est.* Hæc in throno, in quo ipsum *adorant Dominationes, tremunt potestates*, in ipso singulariter eluxit, & gyganteis greffibus in hanc lachrymarum vallem properare fecit, ut fieret hominis servus ; *exultavit ut gigas ad currendam viam, A summo cœlo egressio ejus ; Formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus.* Merito igitur B. Petrus Damianus exclamat. *O gloriosa virtus humilitatis, per quam homo vere discipulus efficitur Salvatoris.* Qui idem in sermone quodam *de S. Michaele* significantius loquens dicit : *Hæc sola virtus virtutum nutrix, quam solam in virgine Matre respexit altissimus, cujus quamdiu conversatus est in terris Filius Dei, & executor extitit, & magister.* Innumeræ quidem & insignes in magna Matre sua fuere virtutes, & tamen in nullam oculum suum adeo direxit, quam in humilitatem, *quam solam in Virgine Matre respexit.*

Christus magni facit omnes virtutes, specialiter autem dilexit & docuit humilitatem.

Exod. 25. v. 40.

Petr. Blesen. de Confess. sacram.

Rich. à S. Vict. p. 2. in Cant. c. 14.

Ps. 18. v. 6.

Ibid. v. 7.

Philip. 2. 7.

B. Petrus Dam. L. 2. Epist. 14.

B. Petrus Dam ser. de S. Michaele.

3. Inter alia pia colloquia, quæ Christus cum Beata Angela de Fulgineo miscuit, Bollando referente ; eriam hoc fuit : *Discite à me, non ab Angelis, non ab Apostolis, sed à me, cujus humilitas tanto major, quanto majestas mea sublimior. Discite à me, non dixit jejunare, quamvis ad exemplum nostrum, quadraginta diebus & noctibus jejunaverit ; nec dixit discere mundum spernere, nec in paupertate vivere quamvis ipse in maxima paupertate vixerit ; nec dixit, discite à me quomodo cælum feci ; Nec dixit, discite à me miracula facere ; sed hoc solum, quia mitis sum, & humilis corde, quasi dicat, si non facto & opere vobis humilitatis exempla monstravero, nolite credere mihi*, similem quamdam reflexionem S. Bernardus in Epistola citata his verbis expressit : *à me, inquit, discite* ; quasi diceret, non vos ad veteris testamenti remitto Patriarchas, aut Prophetas, non ad Salomonem, vel ad Ecclesiasticum, sed memetipsum vobis in magistrum sisto. *Non ad doctrinam Patriarcharum, non ad Prophetarum libros ego vos mitto, sed me vobis exemplum me formam humilitatis exhibeo. Inciderunt mihi altitudinem, quam habeo apud patrem, angelus & fœmina, ille potentiæ, illa scientiæ : Vos autem æmulamini charismata meliora, discentes à me, quia mitis sum & humilis corde.* S. Thomas de Villa nova pariter observat, increatam sapientiam eo fine in hanc terram descendisse, ut cathedram quamdam erigeret, ex qua animas edoceret & instrueret ; universam vero Philosophiam Christianam in hac unica humilitatis virtute restrinxit : *vere*, inquit, *in hoc jai & mundi contemptu, omnis fere Philosophia Christiana consistit, siquidem quia Lucifer in cælo superbiæ cathedram locaverat, & per superbiam multos angelos inde dejecerat, Filius Dei in terra contrariam humilitati Scholam posuit, ut per eam homines in cœlum reducret. Unde in plateis Jerusalem clamore valido discipulis suis clamans ajebat : discite à me, quia mitis sum, & humilis corde ; non vos doceo potentiæ meæ miracula, non cæcos illuminare, leprosos mundare ; mortuos suscitare, sed mansuetudinem, humilitatemque ; hæc omnis mea doctrina.* Lucifer se jactabat : *In cœlum conscendam :* Christus vero inquit : *Vita mea inferno appropinquavit*, & ut in Symbolo legimus : *Descendit ad inferos.* Lucifer superbus evanuit dicens : *Super astra Dei exaltabo solium meum :* Christus vero de cœlo in terram descendit : *à summo cœlo egressio ejus ; quod autem ascendit*, inquit Apostolus ad Ephesios *quid est nisi quia & descendit primum in inferiores terræ partes ; propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cœlis.* Lucifer superbivit dicendo : *sedebo in monte testamenti :* Christus vero vilissimorum piscatorum pedibus advolutum cernimus, ut illos lavaret ijs manibus, in quas, ut Evangelista ait, cœlestis pater omnia consignaverat : *Sciens quia omnia dedit ei pater in manus.* Lucifer ad æqualitatem aspiravit altissimi : *Ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo :* de Christo vero S. Paulus inquit : *Cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens.* Lucifer regnorum omnium se dominum & moderatorem constituit, eaque Christo obtulit dicens : *Tibi dabo potestatem hanc universam & gloriam illorum, & cui volo do illa :* Christus autem tametsi cœlorum Dominus esset : *Ego sum ostium per me si quis introierit salvabitur*, nihilominus filijs Zebedæi protestatus est inquiens : *Sedere ad dextram meam, vel sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à patre meo.*

Bolland. 4. Januar. Vit. B. Angelæ Fulg. c. 18. n. 216. Christus vult ut ab ipsomet discamus humilitatem.

Isa. 14. v. 13.

Ps. 17. v. 7.

Ephes. 4. v. 9.

Isaiæ 14. 15.

Christus omnia elegit, quę præferunt humilitatem. Isa. 9. 6. S. Antonin. sum. Theol. p. 4. Tit. 4. c. 11. §. 3.

4. S. Antoninus in summa sua sequentes ad propositum nostrum habet considerationes : *Parvulus natus est nobis*, Isaiæ 9. *de humilis nasci voluit* ; tametsi enim virgo è stirpe regia progenata esset, attamen Filius Dei non nobilitatem, sed humilitatem ejus respexit. *Dei Filius*, inquit Antoninus *in Beata virgine, licet de sacerdotali & regali stemmate duxisset originem, non nobilitatem, sed humilitatem elegit ; respexit, inquit, humilitatem ancillæ suæ.* Pergit ulterius S. Antoninus inquiens : *Humilem domum habuit, quia diversorium, humilem lectum, quia præsepium ; humilem vestem, quia pannis involutus est ; humilibus per angelum suam nativitatem nunciavit pastoribus ; Sacramenta humilitatis suscepit, et circumcisionis, & Baptismatis, parentibus humiliter subditus.* Refert S. Marcus quod Christus parvulum apprehensum in medium Apostolorum suorum constituerit, ut illius exemplo hanc eos virtutem edoceret ; *humiles piscatores elegit.*

Marci 9. v. 35.

Continuatio ejusdem argumenti. B. Laur. Justin. de Ligno vit. cap. 2.

5. Postquam B. Laurentius Justinianus prolixum operum Christi texuisset catalogum, in quibus humilitatem suam exercuit, tandem subjungit ; *Omnem exercuit humilitatis, formam in vita, in peregrinatione, in discipulorum electione, necessitatibus, in angustijs, in persecutionibus, in opprobrijs, in passione & morte.* Prima lectio quam Doctor aliquis ad insignem cathedram promotus suis præsegit discipulis, præ cæteris sequentibus curat esse elaboratissimam, quænam autem prima lectio fuit, quam incarnata sapientia suis prælegit ? Thomas à Villa nova respondet : *venite, & videte Regem omnium Salomonem, quo nascitur Palatio, quo residet throno. Audite primam ejus lectionem, quam in silentio docet, & discite ab eo quia humilis est corde.* Voluit namque in stabulo nasci Dominus, in via publica, in medio jumentorum. Unde & S. Augustinus illa Sapientis verba : *Dominus possedit me in initio viarum suarum* ; ita ad nostrum accommodat propositum, dicens : *viarum ejus principium Christus est, hæc est via certa qua pervenimus ad Deum, non enim redire possumus nisi humiliter, qui superbia lapsi sumus.* Filio autem Dei Titulus attribuitur viæ teste S. Joanne, ab omnibus calcatæ. Quale autem ab Angelis datum fuisse putatis pastoribus indicium ut incarnatum verbum reperirent in terris ? *Hoc vobis signum ; invenietis infantem pannis involutum & positum in præsepio ;* Quod itaque præsepium in suum elegerit thronum Deus Majestatis, manifeste nos docet, quod infinitum erga humilitatem portaverit affectum. Lyranus ad illa se reflectit quæ in divino nativitatis Christi officio ex Habacuc juxta 70. versionem translata canimus verba : *Domine audivi auditum tuum & timui, consideravi opera tua & expavi, in medio duorum animalium.* Ubi Lyranus ait : *Pavit Prophetæ admirationis pavor, quod in loco tam humili reclinaretur Salvator.*

S. Thom. à Villa nova Conc. 2. in Nativ. Dom.

S. Aug. Lib. de Fide & Symbolo.

Joan. 14. v. 6

Luc. 2. v. 12.

Lyran. in Luc.

Christus debellavit Sathanam humiliter. S. Leo ser. 1. de Nativit.

6. Redemptor noster cum inimico decertaturus infernali, ad quem debellandum in terras descenderat, ut pariter S. Leo notat, humilis apparere voluit ; ait enim : *In quo conflictu pro nobis inito, magno & mirabili æquitatis jure certatum est, cum omnipotens dominus, cum fortissimo hoste non in sua Majestate, sed in nostra congrediatur humilitate objiciens ei eamdem formam, eamdemque naturam.* Quam eamdem intimam Christi exinanitionem S. quoque Thomas de Villa nova obstupescens, ita tandem in nostram invehitur arrogantiam : *Domina, & regina cælorum tali hospitatur hospitio ; & indignabitur vilis vermiculus, quidquid illi accidat, quomodocumque tractetur, & pauper non gratias agat, in tam despecto loco Filium Dei videns ?* tandemque concludit sanctus Præsul Salvatorem in hac præsepij Cathedra, usque ad sæculorum finem, universum genus humanum hanc necessariissimam edocere virtutem ; Ideoque exclamat : *O magna cathedra, præsepium istud, in quo residet divina Sapientia Magister orbis, totum ibi legitur Evangelium ; Quidquid enim bone Jesu postea verbo docuisti, hic statim operis opere demonstrasti.* Ubi notandum præcipue est Ly : *totum ibi legitur Evangelium.*

S. Thom. à Villa nova Conc. 1. de Nativit.

Isaiæ 14. 13.

A se nos discere vult humilitatem. S. Basil. hom. 22. de Humilit.

7. *Discite à me, &c.* Hanc doctrinam æternum verbum, patrisque Sapientia ad humilitatem specialiter adaptat, utpote totius cœlestis ejus doctrinæ summam, dicente S. Basilio : *Universam Domini dispensationem ad humilitatem nos instruere deprehendimus. Cum infans esset, mox in spelunca, nec lecto, sed præsepi imponitur ; deinde in domicilio fabri & matris pauperculæ enutritur, subditus matri & ipsius sponso. Docetur audiens, quorum non egebat ; subditur Joanni, & Baptismum suscipit à servo Dominus.* Cujus pariter virtutis quantum vis vilitatem contemptumque ambiat, venustatem laudans Nazianzenus, alia inter exempla illud adducit Christi, omnibus alijs superioris, qui *Non modo seipsum ad ejusque servi formam dejecit, ac sputorum probro & contumelijs faciem suppositit, & cum sceleratis reputatus est, is inquam, qui mundum à peccatis maculis expiabat.*

Cant. cant. v. 4.

Christus specioso per sua actibus humilitatis, quæ operatione miraculorū.

Gillibert. Abb. ser. 21. in Cant.

8. In Canticis anima gloriatur electa dicens : *Nigra sum, sed formosa*, forsitan ad suam hinc alludere volens in oculis proprijs vilitatem ; illinc vero ad decorem, quem coram oculis divinis hujusmodi illi conciliabat exinanitio, ita quoque nos de Christo asserere possumus, quod longe speciosior, in heroicis profandæ humilitatis actibus, quam in miraculosis stupendisque apparuerit operationibus ; Unde Gillibertus Abbas dicit : *Gloriosus plane in illo splendore gloriæ & paternæ figura substantiæ, sed superaddito nostræ quodam velut fuco naturæ, dum sublucet, plus placet. Dignatio hæc, qua voluit incarnari, quemdam videtur attulisse decorem dignitati Majestatis ; quamodo enim non plus placebit humiliata sublimitas, exinanita immensitas, & divinitas incarnata ?*

S. Paschas. L. 6. in Matt.

9. *Discite à me, &c.* Circa hoc Christi dogma talem S. Paschasius argute format discursum : *Discere mandat à se non mundum fabricare ; non virtutes signorum facere, sed humiles esse.* Quid autem convenientius aut facilius esse potest ? *Frustra appellamur Christiani*, inquit S. Leo, *si imitatores non sumus Christi, qui ideo se viam dixit esse, ut conversatio Magistri, forma esset discipuli, & illam humilitatem eligeret servus, quam secutus esset dominus.* Quod si nos Salvator docuisset facere miracula, mundum convertere, eventus futuros prædicere, rigorosissime jejunare, vel alia opera similia facere, hæc utique magnam humanæ debilitati causare difficultatem potuissent : at vero quis ab humilitate se subducere poterit ? Quis est qui non facillime sibi vilescere, seque contemnere valeat ? ad honores pertingere arduum est, ut experientia demonstrat : *Si forte sublimitatis esset via proposita*, inquit S. Bernardus, *& illic iter, quo offenderetur salutare Dei, quanta facerent homines, ut exaltarentur ; quam crudeliter invicem se sternerent, invicem conculcarent, quam impudenter raperent, manibusque & pedibus conarentur in altum, ut imponerent sese homines super capita altera. Et certe qui comendit supergredi proximos, multas inveniet difficultates, multos habebit æmulos, multas patietur contradictiones, ascendentes equidem ex adverso. Nihil vero facilius est volenti, quam humiliare seipsum. Hoc verbum est dilectissimi, quod omnino nos reddit inexcusabiles, ut ne tenue quidem nobis velamen prætendere liceat.* Et in sermone de ascensione pariter idem mellifluus inquit : *O abusio filiorum Adam, quia cum ascendere difficillimum sit, descendere autem facillimum, ipsi & leviter ascendunt & difficilius descendunt.* S. Dorotheus similiter inexcusabiles nos esse declarat nisi in hac affidue exerceamur virtute : *Demus*, inquit, *nos impotentes & imbeciles esse, ac nimia corporis debilitate laborare posse, sed non humiliare nosipsos non possumus ? inveniretur fortasse non nemo in tali statu positus, ut virtutem hanc per actus exteriores actualiter exercere non possit* ; & ideo Christus inquit *humilis corde* ac proinde nec talis se excusare poterit, quo minus saltem in corde hanc virtutem exercere non possit. Ad hoc ut Christus doctrinam aliquam traderet, unicuique sexui, ætati, conditioni, & professioni indifferenter consentaneam, nullam poterat prædicare virtutem, omnibus in communi convenientiorem & possibiliorem ; multi enim sunt, qui non possunt vacare solitudini ; alijs pro austeritatum corporalium exercitio deerit sufficiens corporis robur & complexio, alij contemplationi se applicare nequibunt,

S. Leo ser. de Nativit.

S. Dorothæ ser. 2. de corruptis Humilit.

Nullus se potest excusare, quod non possit esse humilis.

S. Bern. ser. 2. in Capite jejunij.

S. Bern. ser. de Ascens.

Ad minus corde.

nequibunt, at quis est qui humilitatis impotentiam
Mich.6.v.14 prætendere possit? *Humiliatio tui, in medio tui est*, inquit Deus per Michæam Prophetam. Unde S. Joannes
Joan. Clim. Climacus humilitatem his laudibus exornat: *Beata iteramque beata humilitas, quod tam juvenibus quam senibus secura, tutaque, & quæ in cujusque facultate sita sit.*

DISCURSUS VIII.
ARGUMENTUM.

Humilitas Filium Dei mundo manifestum fecit, qui priusquam humiliaretur, in sua majestate nec agnoscebatur, nec adorabatur.

THEMA.

Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & Deus exaltavit illum. Philipp. 2. ℣. 8. & 9.

Plin. in Panegyr Trajani. 1. PLinius in Panegyrico Trajani ad ejus se majestatem & potentiam reflectens, in laudem ipsius ait: *Cui nihil adaugendum fastigium superest; hic uno modo crescere potest, si ipse se submittat.* Idem quoque secundum proportionem de suprema altissimi majestate dici posse videtur, nihil enim excellentius imaginari sibi quis potest, illa Dei gloria; & infinita magnificentia, *quam laudant Angeli, adorant dominationes, tremunt potestates*, & tamen *uno tantum modo crescere potuit, cum se submisit*; quanto namque Filius Dei magis se humiliavit, tanto honor & gloria ipsius magis
S. Bern ser. 2. de Ascens. aucta fuit. Unde S. Bernardus ait: *Christus cum per naturam divinitatis non haberet, quo cresceret, vel ascenderet, quia ultra Deum nihil est, per descensum quomodo crescere invenit. Humiliavit semetipsum, &c. Propter quod, &c. Donavit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris.* Priusquam is, quem solum in cœlis Angelorum militia adorabat, mortali hac nostra carne vestiretur, in terra, ex toto genere humano, unus dumtaxat Judææ angulus aliquod Divinitatis suæ lumen habebat, quia
Ps.75. v.2. tunc tantum *notus in Judæa Deus* erat: at vero postquam se usque ad patibulum crucis humiliavit, gloriosúsque nominis sui titulus tribus linguis, quæ principales totius universi monarchias denotabant, conscriptus eidem crucis superimpositus fuit, tunc gloria & adoratio ejus ad omnes totius mundi populos extensa fuit.

Christo igitur carvantur genua quod se humiliaverit usque ad mortem crucis.
Joan. 1. v. 14 Ps. 118. 1. S. Hilar. ibid. 2. S. Joannes gloriæ Christi nullam mentionem fecit, nisi postquam ad nostram se mortalitatem demisit, servili carnis nostræ habitu vestitus; prius enim, ut ita dicam, incognitus erat in sinu patris constitutus, quia *in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum*: postquam vero *verbum caro factum est & habitavit in nobis*, mox S. Joannes subjungit: *Et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a patre.* S. Hilarius super illa verba Psalmi: *Domine probasti me, & cognovisti me*, ita ad propositum nostrum scribit: *probatus est, ut cognosceretur. Videamus secundum Evangelicam doctrinam, hic Dei Filius, quomodo sit & probatus, & cognitus; humilitas namque ejus, per quam meruit ab omni cœlesti, terrestri, & inferno adorari, & in gloria Dei Patris esse, probatio ejus fuit*; idque confirmat per verba propositi thematis in principio discursus hujus adducta. In alio quodam loco Psalmi 118.
S. Hilar. in Psalm. 118. v. 107. super versum 107. Idem S. Pater eadem S. Pauli ad Philippenses verba ponderans inquit: *Hoc humilitatis fuit præmium, ut corpus assumptum in gloria Dei Patris maneret, ut in nomine ejus genua cœlestia, terrestria, & infernasse curvarent. Cœlum ex præcepto Dei ipse formavit, mundum ex paterno jussu in hanc speciem tanti decoris ornavit, terram, & quæ in ea sunt, creavit, sed numquid ab illa meruit hominem assumptum in æterni patris gloria collocare? humilitatis hoc præmium & merces est.* S. Ambrosius eamdem habet considerationem, quod supremæ illi majestati non ideo genua incurventur, quod nobilem adeo, vastamque hanc creasset mundi machinam,
S. Ambr. in Psalm. 118. oct. 14. sed quia se super Calvariæ monte humiliasset: *Quanta fuit Dominus, audeo dicere*, inquit ille, *& non flexi ei genu sed flexi ei, postquam se humiliavit, sic enim per humilitatem sibi Ecclesiam congregavit.* Si quis terram contemplatus fuisset, pijusquam verbum de patris æterni sinu in uterum descendisset virginalem; profectus utique fuisset illud adimpletum fuisse oraculum propheticum: *Dominus de cælo prospexit super filios hominum, ut videat, si est intelligens, aut requirens*
Ps. 13. v. 2. *Deum*; omnes idololatriæ dediti erant, *omnes declinaverunt*: postquam autem in hujus mortalitatis nostræ corona se se humiliavit, tunc se infinitæ ostendit omnipotentiæ Deum, ideoque S. Maximus ait: *Unigenitus altissimi, sic humiliter ingressus est mundum, ut indubitata divinitatis suæ deferret indicia.* S. Maxim. Homil. de Epiph.

3. Propheta Evangelicus futuros venturi Messiæ prædicens eventus, alios inter, hunc quoque adducit: *Iste in excelsis habitabit, munimenta Saxorum sublimitas ejus*; Septuaginta legunt *hic habitabit, in excelsa spelunca Petræ.* Ubi ad Bethlehemiticum alluditur præsepium, in spelunca excavatum; ibi itaque *Regem in decore suo videbunt*, quia inibi agnitus atque adoratus fuit a regibus, qui ab oriente advenientes, tributum illi tamquam Regi gloriæ detulerunt, jacenti in præsepio; ibi pariter Angelicæ hierarchiæ in ejus obsequium descenderunt, cantantes *gloria in altissimis Deo.* Neque enim coronati illi vertices certius divinitatis pueri hujus indicium habuere, quam humilitatem ejus; unde S. Leo in quodam super Epiphaniam sermone ita discurrit: *Cum tres magos ad adorandum Jesum novi sideris claritas deduxisset, non eum imperantem dæmonibus, non suscitantem mortuos, non cæcis visum, aut claudis gressum, aut mutis eloquium reformantem, vel in aliqua divinarum virtutum actione viderunt, sed puerum, in quo nullum quidem apparebat de potestate signum, sed magnum præbetur de humilitate miraculum.* Præditerat equidem Deiparæ Gabriel: *Dabit illi Dominus sedem David patris ejus, & regnabit*: sed qualiter obsecro Regnum incepit Davidicum? Autumat Salmeron, Angelum per hoc Regnum spelunca intellexisse Bethlehemiticam, ubi suum exordius est Regnum, seque illum esse propalavit, qui in semore suo scriptum circumfert: *Rex Regum & Dominus Dominantium.* Nihilominus si ad anteriora oculos reflectere velimus, humile inveniemus fuisse Regni Davidici principium, dicente Scriptura: *Convenerunt ad eum omnes, qui erant in angustia constituti, & factus est eorum Princeps.* S. autem Thom. de Villa nova dictos confiderans tres Magos, ab oriente advenas, ita fuisus ad nostrum discurrit intentum, dum ait: *Nulla viderant adhuc infantis miracula, nulla prodigia, non eum maria calcantem, non mortuos suscitantem, non cæcos illuminantem viderant, non ejus sapientiam noverant, non doctrinam audierant, & tamen in summa rerum egestate, & ultima humilitate Dei Majestatem agnoscunt & colunt.*

Isaia 33.16. Septuag. Sancti tres magi Christi divinitatis, & regiam majestatem agnoverunt ex ejus humilitate. S. Leo ser. 7. de Epiph. c. 2 Luc. 1. v. 32. 1. Reg. 22. Salmeron. Tom. 3. Tr. 6. 1. Reg. 22. v. 2. S. Thom. de Vill. nov. de Epiph.

4. S. Chrysostomus in quadam homilia sua, evidentibus rationibus sublimitatem ostendit, convicitque gloriæ & honorificentiæ Filij Dei, quam sua illi imperitit humiliatio. *Antequam carnem assumpsisset ille, ac seipsum abjecisset*, (verba sunt D. Chrysostomi) *perierant omnia, postquam autem seipsum dejecit, omnes in altum evexit, maledictum delevit, mortem extinxit, paradysum aperuit, peccatum mortium reddidit, cælorum januas reseravit, primitias nostras in cælum sustulit, innumera bona præstitit. Priusquam se humiliasset, Angeli tantum eum noverant postquam autem seipsum humiliavit, omnis eum natura agnovit humana.* Et alio pariter in loco apud eumdem Doctorem verba reperio ad intentum nostrum accommodissima sequentia: *Cujus descensus gloriam ejus manifestavit, nam antequam homo factus esset, ab Angelis solum cognoscebatur, postquam autem hominem assumpsit, & in crucis patibulo pependit, non solum gloriam illam non amisit, verum etiam hanc acquisivit, quæ à cognitione orbis refulsit.* Christi majestas post assumptam naturam humanam, totius mundo manifestata fuit; D. Chrysost. Hom. 33. de petit. filiorum Zebedæi. D. Chrysost. Hom. 66. in Matth.

5. Nescio si quando ad illam Davidis Prophetiam vos reflexeritis: *Deus in domibus ejus cognoscetur, cum suscipiet eam*; hoc enim loquendi modo inferre voluit vates, quod postquam Deus in humillimum domus Nazaretanæ tugurium, (quod hodie S. Domus est Lauretana) divertit, nunc ejus notitiam efficius habituri; qui namque primitus vix cognitus erat populo Hebræo, postea ut verus Deus ab universo adoratus fuit. Primo mundus animabus carebat, versus divinum ejus cultum obsequiosis, dum quasi omnes genua flecterent numinibus falsis, ast postquam infinitæ Majestatis Deus, *humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis*, tunc Satanica corruit Tyrannis: *nunc princeps mundi hujus ejicietur foras*; & *ego si exaltatus fuero a terra, omnia trahan ad meipsum.* Porro non hic mens, sed S. Ambrosij conceptus est, dicentis: *Vacuus erat totus hic mundus, antequam numero credentium eum Christus impleret, ideoque scriptum est, Judicabit inter gentes, replevit ruinas, quid enim aliud erat in hoc mundo nisi ruina perfidiæ? nos Adæ illius ruina vacuavit, sed Christus replo-*
Pf 47. v. 4. Continuatur eadem Materia. Philip. 2. v. 8. Joan. 12. v. 31. S. Ambr. in Psalm. 48.

vit gratia. Ideo se ille exinanivit, ut nos repleret. Qui
S. Ambr. in psalm. 118. sern. 20. idem S. alio in loco ad idem intentum sic fermocinatur: *Qui nihil habebat, quod ad potestatem suam adderet; habuit quod ad cultum suæ Majestatis adjungeret; audeo dicere: operationis suæ munus amiserat.* Quod ut penetretis clarius, vos interrogo, quis ex universo humano genere, seculis præteritis, ante adventum Dei, noverat eum hoc nostrum fabricasse corpus, eam animam illi infudisse, creatam ad imaginem & similitudinem divinam? Quis noverat, qualiter soli lux, elementis activitas, cœlis motus, terræ fœcunditas, floribus fragrantia, qualiter fructibus obtigisset sapor? quis eum verum esse cognoscebat totius naturæ creatæ creatorem, & conservatorem? numquid populi certatim dæmonijs Idolisque cultum præstabant, ipsíusque latriam exhibebant? postquam vero Deus hic in ita-
Incarnatio, Christi & nostra redemptio, ex humiliatione Christi provenerunt. Philip. 2. 8. S. Greg. in Pastorali Adm 18. p. 3. bulum descendit, patibulumque ascendit, tunc universi Deus agnitus, veneratusque fuit; unde S. Ambrosius inquit: *Suscepi quem nesciebam; agnovi quem non agnoscebam, confiteor quem negabam, ipse genu corporis flecto, ipsum adoro, quem antea fugiebam.*

6. Unum ex insignioribus divinitatis, omnipotentiæ, & sapientiæ altissimi operibus incarnatio extitit, & redemptio nostra, sed hæc ex humilitate, propriaque dimanavit Christi exinanitione, qui *humiliavit semetipsum, &c.* Ubi S. Gregorius ita fideles admonet dicens: *Audiant humiles, quia redemptor noster humiliavit semetipsum; argumentum redemptionis nostræ inventa est humilitas Dei.* Unde observandum est quod S. Joan. de multiplicatione adoptionis & filiationis divinæ, id est, de innumera fidelium multitudine, quam Ecclesia acquisitura erat his verbis differat: *Dedit eis potestatem Filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt* & immediate subjungit: *Et verbum caro factum est & habitavit in nobis.* quasi diceret, ecce tibi causam ob quam Filius Dei omnibus infervivit fidelibus, ob quam ita se demisit, ut hac se nostra mortalitate indueturus, in terram descenderit; Quem sensum D. Chrysostomus his verbis indicat: *Cum dixisset ex Deo natos, & Filios Dei factos, qui eum receperunt, tanti honoris causam adjecit, quod verbum caro factum est, & servi formam dominus accepit.* Nimirum *infirma mundi elegit*, ut inquit Apostolus, *ut fortia quæque confundat*, id est, viles, contemptos, & pauperes piscatores elegit, ut mundo bonitatem, & Divinitatem suam manifestarent, eumque legi suæ Evangelicæ subjicerent.
D. Chrysost. hom. 10. in Joan. 1. Cor. 1. v. 27.

7. Moyse prodigiosa virga sua tot portenta operante, facer textus de Magis Pharaonis ita loquitur: *Et fecerunt similiter malefica*; Siquidem haud secus ac Moyses aquas in sanguinem, virgas in dracones transmutarunt, terram quoque ranis impleverunt; at vero quando ad Ciniphes producendas conati sunt, victi fuerunt, sicque impotentes esse agnoscentes dixerunt: *Digitus Dei est hic.* Cum igitur verissimum sit, quod hæc *omnia in figura contingebant illis*, Rupertus Abbas ad Muscarum & Ciniphum exercitum se reflectens ait: *Ecce quales instruxit acies! ex hujusmodi enim cohortibus, contra fortes Ægyptios exercitus composuit acies*; infigne enim omnipotentiæ & sapientiæ Divinæ ad superbi Regis confundendos ministros, ejusque superbiam deprimendam artificium fuit, per medium adeo vile, quale pulvis & cinis per aërem sparsus erat, ex quo tam importunus Muscarum exercitus natus fuerat, eorumdem conatus in nihilum redegere: eodem modo licet principes & Tyranni omnibus adhibitis machinis & viribus suis novæ fidei, id est, religioni Catholicæ ac Christi crucifixi prædicationi se opponerent, attamen quando humilitatem & contemptibilium piscatorum paupertatem (*facti sumus omnium peripsema*) innumera viderunt operari prodigia, totque heroicis actibus resplendentes, ad tot dona cœlestia perveniisse viderunt, pleno & aperto ore confessi sunt dicentes: *Digitus Dei est hic.* Venerabilis
Exod. 7. v. 22 Præclarissimum miraculum quo Moyses vicit Pharaonem ejusque magos fuit productio muscarum & Ciniphum. Exod. 8. v. 19 Rupp. Abb. l. 2 in Exod. c. 18. 1. Reg. 2. v. 8 Sic Christus per humiles & viles homines, Apostolos, manifestavit mundo gloriam suam. S. Hieron. Rup. Abb. ib. 1. Cor. 1. v. 27 Anna Samuelis mater in Cantico suo ait: *Suscitat de pulvere egenum & de stercore elevat pauperem, ut sedeat cum principibus & solium gloriæ teneat; Domini enim sunt cardines terræ & posuit super eos orbem.* Ecclesiasticæ autem hierarchiæ Cardines, circa quos Ecclesiæ volvuntur poli, Apostoli sunt, & omnes illi, qui vitam ducunt Apostolicam; ac proinde verba prædicta hunc sensum habent, qui humiles sunt, & semetipsos ac mundum contemnunt, hi sunt qui mundum sustentant, & quos sapientia altissimi elegit, ut gloriam suam mundo manifestent. Porro S. Hieron. legit *afflixit terræ*; Unde Rupertus Abbas ait: *In Hebræo scriptum est, aut ait B. Hieronymus: Afflicti terræ, & posuit super eos orbem; afflictio hæc humilitas est, quæ ad portandum orbem constantes eos facit & fortes. Ignobilia mundi & contemptibilia elegit*, id est, ut se à paganis adorari faciat; ut templa profana diruat, ut regia lucis suæ insignia in campo inimicorum suorum erigat, sive ut infideles Evangelio suo subjiciat, operam adhibebit, hominum vilium, humilium, & à mundo contemptorum, quia hic communis est Dei stylus & consuetudo, quod *infirma mundi eligat, ut fortia quæque confundat*; ac proinde cum Hebræi in non credenda Messiæ divinitate obstinati persisterent, quonam usus est remedio, & indicio evidenti, cui se opponere nequaquam possent? num forte ut se in monte Thabor de novo transfiguraret? aut vero ut quinque panibus & duobus piscibus quinque millia hominum pasceret? vel denique auditum surdis, mutis loquelam, cæcis lumen, aut vitam quatriduanis defunctis restitueret? Nequaquam; quin potius *cum exaltaveritis filium hominis tunc cognoscetis quia ego sum*, quando enim in crucem (quæ illis temporibus haud secus ac hodie patibulum probrioſissimum supplicium erat) in societate duorum latronum affixus fuit, *& cum sceleratis reputatus est*, tunc Centuriones gentiles eum Filium Dei esse confessi sunt dicentes: *Vere Filius Dei erat iste*; tunc *alij revertebantur percutientes pectora sua.* Porro verbum hoc *exaltare* ad ejus crucifixionem utique alludit, ac proinde idem Evangelista postquam alia in occasione Christum introduxisset dicentem: *Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia trahan ad meipsum*, protinus subjungit: *hoc autem dicebat, significans, qua morte esset moriturus.*
1. Cor. 1. 27. Christus per ignominiam crucis convertit multos Hebræos & gentiles. Joan. 8. 28. Isai. 53. v. 12 Matth. 27. v. 54. Luc. 23. v. 48 Joan. 12. v. 32.

8. Apud S. Lucam legimus quod Christus in puericia sua à parentibus suis in templo reinventus, ut se, & aliquantulam sui ab iisdem absentationem apud matrem & S. Josephum excusaret, iisdem dixerit: *Nesciebatis quia in his quæ patris mei sunt oportet me esse?* subdit vero Evangelista neminem ipsorum quid dicere vellet capere potuisse: *Et ipsi non intellexerunt verbum quod locutus est ad eos*, neque enim æternam cœlestis patris sui generationem; etiamnum capere poterant; ac proinde advertendum est, quod ad hoc ut agnoscere-
Luc. 2. v. 49. Ibid. v. 50. tur ab illis incarnata Sapientia, humiliatem coram illis exercere cœperit: *Et erat subditus illis.* Ubi
Ibid. v. 51. V. Beda Hom. 2. Beda ait: *Cum arcem tanti ministerij ascendere intelligendo non possent, descendit ille cum ipsis, ad inferiora conversationis eorum, cæpitque manere in his, quæ illorum erant, & erat eis pia dispensatione subjectus, donec proficiente humilitatis mysterio, quantum omnibus creaturis esset præferendus cognoscerent.*
Christi in puericia sua humiliter subjectus fuit parentibus suis.

9. Plinius in Panegyrico de Trajano, eum singulariter laudat ab humilitate, dum absque fastu & pompa sæpius non dedignatus est pedes gradi cum subditis, licet alij quadrigis fastuosis insiderent. *Te ad sidera tollit humus, ita communia & confusa principis vestigia.* Quia nimirum terram calcabat dignus censebatur, cui pavimentum fierent Stellæ. Idem penitus de nostro nos Deo astruere possumus, quod scilicet postquam descendit in terram, postquam *cum hominibus conversatus est, & verbum caro factum est*, tunc primo & in primis hominem in admirationem rapuerit gloriæ & infinitæ Majestatis suæ quia scilicet tunc & non ante *vidimus gloriam ejus.* Psalmista equidem speciosum illum pulchrumque nobis exhibet dum ait: *Decorem indutus est; speciosus forma præ filijs hominum*; sed numquid humilitas & exinanitio eum vel levissime deformavit? respondebit Rupertus Abbas dum illa Canticorum interpretatur verba: *Ecce tu pulcher es*, tibi ita discurrit ad propositum præsens: *Dico ergo ecce tu pulcher es dilecte mi & decorus, dicis mihi ecce tu pulchra es, & ego dico tibi: ecce tu pulcher es. Ex quo ego pulchra facta sum, ex eo tu qui semper pulcher fuisti, pulchrior factus es, nam vere in eo pulchritudinem tuam adauxisti, quod cum Deus esses, homo dignatus es fieri.*
Plin. in Paneg. Trajani. Christus homo factus, rapuit primo homines in admirationē gloriæ suæ. Baruch. 3. v. 38. Joan. 1. Pf. 94. v. 1. Pf. 44. v. 3. Cant. 1. 15. Rup. Abb. l. 1. in Cant.

DISCURSUS IX.
ARGUMENTUM.

Quanto Christum in principalioribus vitæ ejus mysterijs magis humiliatum invenimus, tanto magis eumdem ab æterno suo patre exaltatum admiramur.

THEMA.

Ponit humiles in sublime. Job. 5. ℣. 11.

1. INter alia divinæ omnipotentiæ incomia Prophe-
Deus humiliationem ta Job humilium agnovit exaltationem, quando dicebat:

Christi per augustas gloriæ demonstrationes voluit compensare.

dicebat: *Qui ponit humiles in sublime*, id quod in omni ætate quidem, circa Dei servos adimpletum fuit; singulariter autem in Salvatore nostro qui à primo conceptionis suæ instanti, usque ad resurrectionem suam, nihil aliud quæsivit, nec in aliud collimavit, quam ut se humiliaret, & exinaniret; voluit nihilominus æternus pater per excelsas augustasque gloriæ & magnificentiæ demonstrationes, heroicos profundæ humilitatis ejus actus compensare; quemadmodum per principaliora vitæ Christi mysteria ordinate discurrenti patebit.

Hoc primo pater in ejus incarnatione.

2. Et in primis quidem si quis in incarnationem ejus fios conjecerit oculos; quis infinitam non videt, quæ vilissimum inter terræ vermem, hominem dico, inter mortalitatis nostræ lutum, & supremam illam Verbi increati majestatem interedit distantiam? nihilominus, ut bene advertit S. Leo, Sapientia illa infinita, naturæ nostræ vilitatem, divinitati suæ ita unire scivit, ut in hac servili forma magis magisque coruscaret divina ejus magnificentia, unde dictus S. Pontifex in primo supra Christi nativitatem sermone ita discurrit: *Verbum igitur Dei Filius, Filius Dei, qui in principio erat apud Deum, per quem facta sunt omnia, & sine quo factum est nihil, factus est homo, ita se ad susceptionem humilitatis nostræ sine diminutione suæ Majestatis inclinans, & manens quod erat, assumensque quod non erat, veram servi formam ex forma, in qua Deo Patri est æqualis, univit; & tanto fœdere naturam utramque contexeret, ut nec inferiorem consumeret honorificatio, nec superiorem minueret assumptio; suscipitur à Majestate humilitas, à virtute infirmitas, ob æternitate mortalitas.* Inque eo temporis puncto, quando mortali humilis se luto vestivit, voluit pater æternus, ut ipsum omnes, cum profundissima submissione, adorarent angelicæ hierarchiæ, dicente Apostolo: *Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit; & adorent eum omnes Angeli Dei.* Incarnatio enim verbi à sanctis Patribus non immerito *negotium omnium sæculorum* appellatum fuit, quo epitheto idem Leo Papa utens inquit: *Hoc Sacramento universa præcedentium sæculorum servierant*; voluit namque æternus Pater ut infra decursum quinque millium centum & nonaginta novem annorum tanti momenti negotium per tot visiones, revelationes, figuras, prophetias, apparitiones, sacrificia, & quæcumque alia quæ à veridico Spiritus Sancti Calamo in veteri Testamento describuntur, agitaretur. Tandem vero *Ubi venit plenitudo temporis*, in qua Filius Dei incarnandus erat è cœlo empyreo gloriosissimam, quam umquam sive cœlum, sive terra vidit, expedivit legationem: *Missus est Angelus Gabriel, &c. Ad hoc quippe ministerium, summum*, inquit Gregorius, *Angelum venire dignum fuit qui summum omnium nunciabat.* Unde Salmeron ex authoritate Damasceni de S. Gabriele inquit: *Gabriel non ex aliquo infimo ordine, sed supremo missus fuit*, citatque ipsissima S. Damasceni verba dicentis: *Clamemus cum Gabriele, qui primum locum obtinet inter angelos.* Imo Lucas Burgensis in ea est opinione, quod in hac annunciatione, ut legatio hæc cum tanto majori honorificentia explereretur, Gabriel multos secum adduxerit sanctorum Angelorum exercitus; dicit enim: *Comitatus, ut credibile est, pluribus aliis angelis, corporum expertibus, tua apparatus & instructus fuit, ut præ se ferret supremæ majestatis legatum, qualis revera erat.* S. Bern. Senensis ad illa se cantici Mariæ verba reflectens: *Respexit humilitatem ancillæ suæ*, inquit: *Nec ait, respexit potentiam, quia Dominus deposuit potentes de sede, & exaltavit humiles; Neque inquit: respexit sapientiam, quia stultam fecit Dominus sapientiam hujus mundi.* 1. Corinth. 1. *non denique ait: Quia respexit virginitatem, sed humilitatem, quia inveniuntur & fatuæ virgines; proinde Bernardus ait; etsi ex virginitate placuit, tamen ex humilitate concepit.* Quando igitur sanctissima Virgo hæc verba protulit; *Ecce ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum*, tunc in profundissima sua humilitate concentrata verbum incarnatum concepit, quod cum humilitatis partus exiterit (quia *humilitate concepit*) mirum non est, quod quamdiu hic nobiscum vixit, tori generi humano acclamarit dicens: *Discite à me quia mitis sum & humilis corde.* Unde S. August. ad propositum nostrum apte exclamat: *O insignis gratia, quæ dum fidem humiliter dedit, cœli in se ipsius coporavit.*

S. Leo ser. 1. de Nativit.

Hebr. 1. v. 6.

S. Leo ser. 3. de Passione.

Gal. 4. v. 4.

S. Greg. hom. 34 in Evang.

Salmer. Tom. 2. Tr. 1.

Luc. Burg. in Luc.

S. Bernard. Sen. Tom. ser. 9. S. de Annunt. Art. 1. cap 1.

B. Virgo ex humilitate concepit Christum.

Matth. 11. v. 29.

S. Aug. ser. 10 de Sanctis.

Christus eò cepi voluit in humili civitate, & nasci

3. Porro legatio hæc in Nazareth, civitatem humilem & vilem expedita fuit; unde Nathanael Messiam ex Nazareth nasciturum audiens, clara voce clamavit dicens: *à Nazareth potest aliquid boni esse?* hoc autem augustum tugurium in quo incarnatus fuit, factum est augustissimum, quando infallibilis illa cœli providentia idipsum locupletavit, & honoravit, prout hodie videre est in S. Domo Lauretana, quæ ab Ecclesia per universalem fidelium concursum ex omnibus mundi partibus à Christianismo adoratur. Verum quidem est quod in fœtido quodam stabulo nasci elegerit, verum super illud nova & luminosa stella prodigiose apparuit, quæ eum tamquam Regem gloriæ indicavit, & adorari fecit; *Quod si sensuum tuorum fragilitate* inquit S. Maximus, *Minus dignum videtur, Filium Dei natum de fœmina credere, virginem cogita peperisse; si tibi pannis quibus obvolutus est forsasse vilescat, Angelos collaudantes, & multitudinem cœlestis exercitus admirare; si præsepe in quo infans jacuit despicis, erige paulisper oculos, & novam in cœlo Stellam protestantem mundo nativitatem dominicam micare, si credis visa, crede mirifica*; De tribus illis Solibus, qui ad illustrandam in natalibus Redemptoris humilitatem, in qua natus est, coruscarunt; Albertus Magnus inquit: *Tres soles exorti sviam naturarum signant radios, corporalis, & spiritualis, & Deitatis, quæ in unum collectæ; in unitate personæ Christi totum illuminaverè mundum.* S. Thomas de Villa nova in prima concione de nativitate Christi ita scribit: *Admirantur nimis cœlestis curiæ principes, immensam intra tenerrimi corporis sacellum inhabitantem domini majestatem; majestas simul & humilitas eodem spectacolo proponuntur. Nascitur ex muliere, sed ex virgine; jacet in præsepio, fulget in cœlo; sociatur brutis, & adoratur ab Angelis; pannis involvitur, & à prostratis coram se regibus colitur, obmutescit in gremio, & prodiitur radiante cœlo absconditur in stabulo & cœlestibus hymnis ejus natalitia celebrantur*, quod si ad fœtidum stabulum non Synagogæ principes invitat, sed ignorantes pastores, ad quos è cœlo cœlestes misit paranymphos, memorandum est, quod ex altera parte, per Stellam in aëre noviter apparentè tres ad se ex Oriente attraxerit Reges, qui illum adorarent, & tributa penderent. Et ideo *quanto inimicus in hac Christi humilitate*, inquit S. Maximus, *per incerta distractus stupore mutabat, cum per Chaldæos, præcipuos utique Tyrannidis suæ ministros novum videret infantulum, velut novi Imperij Regem, regijs muneribus honorari?* Enimvero cum sapientes hi magi Herodi, se novum quærere Regem, dixissent, inde in Bethlehem abeuntes, quænam in stabulo illo Majestatis Regiæ viderunt insignia? divus Chrysostomus ait: non alia, quam *humile vagitum, squalidamque præsepium, & parvulum pannis involutum*, & tamen hanc vilitatem cernentes, *procidentes adoraverunt eum, & apertis thesauris suis obtulerunt ei munera.* Nam *magnificentiam ejus*, ut inquit S. Maximus, *universo orbi mirabilis ab alto Stella prodebat.* S. Augustinus similiter in quodam sermone de Epiphania de his tribus Regibus loquens ait: *Apud sensus eorum humilitas nativitatis, reverentiam divinitatis non minuit.* Valde etiam huic proposito illa sancti Fulgentij verba deserviunt, quibus Filium Dei Filio Archelai comparans inquit: *Ille natus in palatio contemnitur, iste natus in diversorio quæritur, ille à Magis nullatenus nominatur, iste inventus supplicter adoratur, omnino spernitur primogenitus Regis, & moneribus adoratur primogenitus paupercula mulieris. Quis est iste Rex Judæorum, pauper, & dives, humilis & sublimis, portatur ut parvulus, adoratur ut Deus, parvus in præsepio, immensus in cœlo, vilis in pannis, pretiosus in Stellis.*

in stabulo.

D. Chrysost. Hom. 6. in Matth.

S. Maxim. Hom 3. de Epiphan.

S. Aug. ser. 6. de Epiphan.

S. Fulgent. de Epiphan.

4. Quodnam existimatis in eo latuisse mysterium, quod Angeli solis pastoribus hoc humilitatis in Filio Dei agnoscere dederint indicium: *Hoc vobis signum invenietis infantem pannis involutum, & positum in præsepio*, respondet S. Bernardinus: *Quid est quod sola ab angelo commendari videtur humilitas, nec tamen solam à Pastoribus inveniri? forte specialius commendat Angelus humilitatem, quia ruentibus cæteris per superbiam, ipse in humilitate stetisset, aut propterea certe cœlitus annuntiatur humilitas, quod hæc quasi propria virtus, divinæ exhibenda sit Majestati?*

S. Thom. de Villa nova Conc. 1. de Nativit.

Luc. 2. v. 12.

5. Quod si vero à nativitate ad circumcisionem Filij Dei transire placeat, quæ stigma erat, communi fœci à primis parentibus nostris impressum, quis est, qui quantum se in hac Filius Dei humiliaverit, ignoret? de quo constat quod *peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus?* Sanctus Bernardus in Sermone 3. *De Circumcisione* de æterno patre ait: *In hoc maxime signo poterat ignorare eum, inventa in eo circumcisione, quam peccatoribus ipse providerat, ob purgationem utique delictorum.* In eodem sermone hanc

Christus maxime se humiliavit in circumcisione.

1. Petr. 2. v.

S. Bern. ser. 3. de Circumcis.

hanc humiliationem, cui sponte se subjicere voluit, infimam fuisse his verbis confideratur: *Minoratus est ab angelis & habitu inventus fuit homo; hodie minoratus est multo minus ab angelis, qui non solum formam hominis, sed formam habet peccatoris, & infigitur velut quodam cauterio latronis.* Huic autem tam altæ humilitati immensus quidam honor correspondit, videlicet, gloriosissimi nominis Jesu impositio, pro cujus veneratione genu flectere debet quidquid est in cœlo, in terra, & in inferno; quod nomen adeo dignum & excellens est, ut Petrus Cellensis dicat: *Quis æstimare valeat hoc nomen in pondere? numquam sine pondere nominandus est Jesus, pondere utique sanctuarij*, quia nemo potest dicere *Dominus Jesus, nisi in Spiritu Sancto.*

Petr. Cellens. l. 2. Epist. 4.

6. In Exodo statuta lex erat, ut omnia primogenita, tam hominum, quam animalium, Deo immolarentur, in memoriam liberationis populi sui è duræ servitutis Ægyptiacæ compedibus, per mortem primogenitorum Ægyptiorum completæ; Item ut numeratis quinque siclis redimi possent, nec non ut matres purificationis legi subjacerent. De quo mysterio Petrus Blesensis in sermone quodam de Circumcisione inquit: *Ne accedas Domine Jesu ad purificationem, tu immunis à peccato, fide mundans corda tuorum, tu sine semine conceptus, & natus de Spiritu Sancto, expecta donec tecipsum offeras pro mundo.* Verumtamen Dionysius Carthusianus rationem assignat, cur non minus ipse quam omnes alij Adæ posteri huic legi se subjecerit: Nimirum *ad dandum humilitatis exemplum.* Cui consonat, quod Didacus Stella in hæc verba scribit: *Ex hoc contextu discamus humiles esse, exemplo Christi Salvatoris nostri, qui humilis peccator & servus apparuit, cum esset Dominus universæ terræ.* Verumtamen æternus pater qui ponit humiles in sublime, provide disposuit ut Spiritus Sanctus Simeoni seni revelaret (siquidem *venit in Spiritu in templo*) ut eum dulciter amplecteretur, exclamando: *Nunc dimittis servum tuum &c.* aperte omnibus demonstrando, puerum hunc verum Messiam esse, quemadmodum & Anna Prophetissa fecit, quæ *loquebatur omnibus qui expectabant redemptionem Israël.*

Exod. 13. Et tempore purificationis, dum in templo offerretur. Num. 18. v. 15. Levit. 12. Petr. Bles. de Purificat.

Dion. Cart. Ibid. Luc. 2. Did. Stella Ibid.

Luc. 2. v. 27. Ibid. v. 29.

Luc. 2. v. 38.

7. *Ponit humiles in sublime.* Voluit quoque Redemptor noster in ætate 30. annorum constitutus ex initiatu profundissimæ humilitatis suæ instar aliorum peccatorum à S. Joanne Baptista baptizari; quam dignationem S. Joannes cœlesti revelatione edoctus, admirando ait: *Ego à te debeo baptizari & tu venis ad me?* cui Redemptor respondit: *sine modo sic enim decet nos implere omnem justitiam*; quibus verbis Baptista acquiescens, ipsum baptizavit: Verumtamen Deus Filij sui humilitatem glorificari non diu distulit; ait enim Evangelista. *Baptizatus autem Jesus confestim ascendit de aqua; & ecce aperti sunt ei cœli, & vidit Spiritum Dei descendentem sicut columbam & venientem super eum; Et ecce vox de cœlis dicens: Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui.* S. Anselmus porro Ly, *descendit*, Spiritui Sancto adaptatum, notans inquit: *Dicitur Spiritus descendisse, quia se humiliavit cum per tam humilem speciem præsentiam suam manifestavit*; videns enim verbum humiliatum, ad imitationem ejus humiliatus quoque est & Spiritus Sanctus descendendo: *Super quem requiescet Spiritus meus nisi super humilem*, inquit Deus apud Isaiam. Porro Spiritus Sanctus super caput ejus descendens, eumdem in desertum indilate properare fecit, ut ibidem instar aliorum peccatorum à diabolo tentaretur: *Ductus est in desertum à Spiritu, ut tentaretur à Diabolo*; in qua quidem lucta, sacratissima Christi humilitas ad eum usque contemptus suiipsius terminum pervenit, ut à dæmone raptus, super templi pinnaculum collocaretur; At vero post longum certamen victor evadens, hunc ab æterno patre suo honorem obtinuit, ut Angelorum exercitus ad ei ministrandum properaret: *Accesserunt Angeli & ministrarunt ei.*

Christus ex humilitate voluit à S. Joanne Baptizari instar peccatoris. Matth. 3. v. 14.

Luc. 3. v. 16.

Ibid. v. 17. S. Anselm. in Matth.

Matth. 4. v. 1.

Ibid. v. 14.

Joan. 13. v. 4. & 5.

8. *Ponit humiles in sublime.* S. Joannes Cap. 13. inquit: *Ponit vestimenta sua, & cum accepisset linteum præcinxit se. Deinde mittit aquam in pelvim, & capit lavare pedes discipulorum, & extergere linteo quo erat cinctus*; post hosce autem heroicos submissionis actus, Eucharistiam instituit, in qua ad finem usque sæculorum vilissimo terræ vermiculo, id est homini, se in cibum dedit. Qua humiliatione nulla alia excogitari potest profundior, quia licet in incarnatione exinaniverit semetipsum, in hoc tamen Sacramento, quod à Theologis extensio incarnationis appellatur, longe magis se exinanivit, dum sub imperceptibili panis atomo se præsentem constituit; in hujus autem humiliationis re-

tributionem, æternus pater in idem cœnaculum, in die Pentecostes misit Spiritum Sanctum, qui omnis Regni Ecclesiæ suæ dedit investituram, prout ipse jam dudum per Psalmistam prædixerat, inquiens: *Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, prædicans præceptum ejus; Dominus dixit ad me filius meus es tu, ego hodie genui te; Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.* Ex hoc quoque cœnaculo generosi egressi sunt athletæ, qui idololatriam debellantes, infignibus Christi universos populos subjecerunt.

Psal. 2. v. 6. Ibid. v. 7. Ibid. v. 8.

9. *Ponit humiles in sublime.* Ad Christi humilitatem elucidandam ponderanda sunt illa celeberrimi textus Apostolici verba, nimirum: *Humiliavit semetipsum Dominus noster Jesus Christus factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.* Quibus verbis in primis infinuatur, eum non fuisse humiliatum ab alio, quia S. Paulus inquit: *humiliavit semetipsum*, & alibi Propheta inquit: *Oblatus est quia ipse voluit:* sæpe etiam increduli Hebræi, ipsum lapidare, vel ex monte in præcipitium deturbare tentarunt, sed minime id facere prævaluerunt, quia ut ipsemet de se ait: *ego pono animam meam, ut iterum sumam eam, Nemo tollit eam à me, sed ego pono eam à meipso*, & *potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eam.* Ratio igitur cur Christus non lapidari, nec è monte præcipitari, sed in cruce mori voluerit, hæc est, ut scilicet se tanto humiliorem hominibus demonstraret, ac proinde S. Mater Ecclesia in Dominica Palmarum hac utitur oratione: *Omnipotens sempiterne Deus, qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplum Salvatorem nostrum carnem sumere, & crucem subire fecisti.*

Voluit in Cruce mori, ut se magis humiliaret. Philip. 2. v. 9. Isa. 53. v. 7. Joan. 10. v. 17. & 18.

10. Porro notandum quod postquam S. Paulus dixisset: *humiliavit semetipsum &c.* mox subjungat: *Propter quod & Deus exaltavit illum &c.* effecit namque ut nomen Jesu per ludibrium Crucis patibulo impositum, ab omnibus creaturis adoraretur, nec non ut crux, quæ antea infamis fuerat, diademata Regum & Imperatorum locupletaret & condecoraret; Eheu quot æternus pater, ad manifestandam Filij Dei divinitatem, operatus est portenta? totus namque mundus à fundamentis usque commotus fuit, lugubri veste se Sol contexit; velum templi scissum est, os latronis ad paradisum postulandum sese aperuit, resuscitata sunt multa mortuorum corpora, aperta sunt monumenta, rupti montes, petræ & durissima marmora scissa sunt, Longinus lumen recuperavit oculorum, milites præ dolore percutiebant pectora sua, dicentes: *vere Filius Dei erat iste. Humiliavit itaque semetipsum*, inquit Euseb. Emissenus, *factus obediens usque ad mortem, ut sublimior appareret, & angelis, & hominibus; inclinata sublimitas. Quid agis inter hæc superba mortalitas? ecce Deum non minus delectat humilitas quam majestas.* Enimvero post mortem ad infernum descendit: *descendit ad inferos*: profundius etenim humiliari & dejici non poterat, ac proinde tanta cum gloria postea ascendit super omnes cœlos ex monte Oliveti, in quo passionem suam exorsus fuerat. *Quod autem ascendit, quid est nisi quia & descendit primum in inferiores partes terræ? qui descendit ipse est qui & ascendit super omnes cœlos.*

Philipp. 2. v. 8. & 9. Deus Pater plurima operatus est portenta ut compensaret ejus humiliationem utque ad mortem crucis.

Euseb. Emiss. Hom. 2. de Symb.

Ephes. 4. v. 9.

11. Juxta doctrinam Doctoris Angelici potestas judiciaria, ab æterno Patre Filio suo pro eo tempore delegata, quando tanta cum majestate in throno sedens comparebit in judicio, in remunerationem heroicæ humilitatis in morte exhibitæ concessa fuit; dicit enim idem Angelicus doctor. *Meritum humilitatis est judiciaria exaltatio, qua ei omnia subduntur*; Et alibi ait: *Potestas judiciaria Christo homini collata est, in præmium humilitatis quam in passione exhibuit.* Sanctus Bernard. exemplum nobis humilitatis Christi, tamquam scalæ, per quam in cœlum ascenditur, his verbis insinuat: *Quis docebit nos ascensum salubremè quo nisi de quo legimus. Qui descendit ipse est, & qui ascendit? ab ipso nobis erat demonstranda ascensionis via, ne ductoris, imo seductoris iniqua aut vestigium, aut consilium sequeremur. Quia ergo non erat quo ascenderet, descendit altissimus, & suo nobis descensu suavem ac salubrem dedicavit ascensum.* Per quotidianam experientiam videmus, quam firmiter Adæ posteris verbum illud *Dominamini* impressum existat; *Cupidi quidem sumus*; inquit S. Bernard. *ascensionis, exaltationem concupiscimus omnes nobiles enim creaturæ sumus, & magni cujusdam animi, ideoque altitudinem naturali appetimus desiderio.* Ait quoque S. Gregorius. *Si divities esse cupitis, veras divitias amate*, si exaltari cupimus, verum, non vero vanam magnificentiam diligamus, nam ut

S. Thom. 3 p. q. 59. A. 2. ad 4. Idem A. 5. in Corp. Præmium humiliationis in cruce exhibitæ erit judiciaria potestas in judicio.

S. Bernard. ferm. 4. de Ascens.

S. Gregorius,

Boët. Severin. Boëtius Severinus ait: *Non in hoc terræ puncto, sed in cælo, propagnanda gloria.* Hoc autem per humilitatem assequemur, quæ ut in sequentibus discursibus visuri sumus, in cœlo pariter & in terra nos exaltat. *Christus qui descendit, ipse est & qui ascendit*, inquit S. Bernardus; *Apostoli verba sunt hæc: Ego autem credo eum in hoc ipso quod descenderit ascendisse, sic enim oportebat Christum ascendere, ut nos ascendere doceremur.*

S. Bernard. Ibid.

DISCURSUS X.
ARGUMENTUM.

Celebriorum veteris Testamenti Sanctorum quorumdam consideratur humilitas, ob quam ipsos à Deo exaltatos fuisse ostenditur.

THEMA.

Humiliamini in conspectu Domini, & exaltabit vos. Jacobi 4. ℣. 10.

Illa solum humilitas exaltatur quæ procedit ex instinctu virtutis. S. Bern. ser. 34. in Cant.

1. SAnctus Jacobus Apostolus ad humilitatis actus exercendos nos invitat, quia scilicet Deus liberalissimus remunerator nostram abundanter per exaltationem compensabit exinanitionem: *Humiliamini in Conspectu Domini & exaltabit vos.* Circa quam materiam insigne quoddam advertendum est, quale nobis S. Bern. in hæc verba tradit dogma: *Generaliter hic audi regulam: omnis qui se humiliat, ait, exaltabitur: significat profecto non omnem exaltandam esse humiliatem, sed eam tantum, quæ de humilitate venit; non ex tristitia, nec ex necessitate.* Aliqui enim humiles sunt, utpote propter conditionis & vocationis suæ necessitatem, contempti spretique ab omnibus, pauperes, humilibus nati cæsis; hæc autem humilitas nec meritoria est nec virtuosa, quia necessitatis est effectus, non libera & voluntaria qualem exercet ille, qui cum existimationem & venerationem sibi conciliare posset, nihilominus ex virtutis instinctu, se abjicere, & exinanire studet: atque hunc ipsum crediderim ego verborum S. Jacobi sensum esse dum ait: *Humiliamini in conspectu domini.* Quasi diceret humilitas in conspectu Dei, ex motivo supernaturali, & propter amorem Dei exercenda est; hæcque ipsa exaltationem annexam habet, prout varia in præsenti evincent ex veteri Testamento desumpta exempla.

Non vero illa quæ procedit ex necessitate.

2. *Humiliamini in conspectu Domini;* In primis quidem S. Bonaventura insignem quamdam adducit similitudinem, nullius non accommodam capacitati, ab aqua desumptam; ait enim: *Aqua quanto in suo motu ab alto descendit, tanto ex parte opposita sursum tendit, qui appetit exaltari, laboret humiliari; quia tanto exaltabitur amplius quanto vixerit in terra humilius.* Abraham considerate, à Deo electum in omnium credentium Patriarcham & Patrem, imo ita à Deo dilectum ut aliquando ipsemet Dominus ex nimio in Abrahamum affectu dixerit: *Ego Deus Abraham, num celare potero Abraham, quæ gesturus sum, Cum futurus sit in gentem magnam,... Et benedicendæ sint in illo omnes nationes terræ?* Insuper illi appromisit, se stirpem ejus instar stellarum cœli arenarumque maris multiplicaturum; terram promissionis illi indulturum, omniaque ejus Dominia, sceptra, provincias & regna. Sed quod tandem adhuc agnabimus tantæ exaltationis meritum? frustra id inquirimus alibi, quam in stabili humilitatis ejus fundamento; supra quod, quid mirum si sublime adeo atque eminens sanctitatis & dignitatis erectum fuit ædificium: *Loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis & cinis.* Ecce vobis quos de se fecerit conceptus, quando ad divinorum secretorum participationem admissus, dignusque inventus fuit, qui sub angelica forma tres divinas personas in suum reciperet hospites tabernaculum. Quam abyssalem Patriarchæ hujus exinanitionem obstupescens S. Ambrosius, illum Psalmi versiculum (*vide humilitatem meam & eripe me*) ita ad præsens accommodat intentum: *Hac humilitate Abraham pater fidei nuncupatus est, qui cum divino participaretur alloquio, terram se esse dicebat & cinerem* Quo pariter respexit S. Isidorus, quando per humilitatem & contemptum proprium, quantumvis in alto emineamus gradu, nos magis magisque glorificari docet verbis sequentibus: *Quamvis summus sis, humilitatem teneas humilitatem tenueris, habebis gloriam, quanto enim humilis fueris, tanto te sequetur gloriæ altitudo.* B. autem Alcuinus in præsenti de Abrahamo propositio, quando se pulverem & cinerem appellavit, interrogat: *Quare Abraham dixit; pulvis sum & cinis; cum tantas promissiones à Deo accepisset?* respondetque: *sublimitatem promissionum humilitatis temperavit subjectione, apte enim intelligitur; in quo loco se posuerat, qui pulverem se ac cinerem, etiam tum cum Deo loqueretur, æstimabat;* ex quibus tandem ad nostram institutionem, sequentem statuit conclusionem dicens: *Si igitur se ita despicit, qui usque ad honorem divinæ collocutionis ascendit, solicita intentione perpendum est, qua pœna illi feriendi sunt, qui ad summa non proficiunt, & tamen de minimis exultantur.*

S. Bonav. ser. 2. de uno Confess. in ord. 24. Abraham propter humilitatem suam à Deo exaltatus, & honoratus fuit. Gen. 18. v. 17. & 18.

Ibid. v. 27.

Psal. 118. v. 153. S. Ambr. in Psal. 118. oct. 20.

S. Isidor. Synon. L. 2. c. 5.

Alcuin. Interrog. 108. in gen.

3. *Humiliamini &c.* Jacob patriarcha integra quondam nocte cum angelo decertans, cum superavit, nomenque suum, in *Israël*, id est, *videns Deum*, transmutari meruit. Quis per omnium sæculorum decursum, duellum audiit gloriosius, aut victoriam augustiorem? Si enim vel unicus solum angelus in unica nocte ineffabilem stragem exercitui intulit Sennacherib, numeranti milites centum octoginta quinque millia; cur alter hic Angelus Jacob superare nequiit; quin potius suam agnoscens imbecillitatem seque victum professus, illi respondit; *si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines prævalebis?* Fortitudo Jacob, qua sublime adeo erexit trophæum, benedictionibus locupletatum cœlestibus; tamque insigni honoratum nomine, supra humilitatem fundata erat; unde nec mirum si angelo superior evasit: quia *humiliamini in conspectu Domini, & exaltabit vos.* Quem nobis conceptum ingeniose de Abrahamo expressit Emissenus dum ait: *Traditio sacularium litterarum est, habuisse quemdam in exercitio, usuque certaminis, hoc genus virtutis ac roboris, ut quoties in luctamine succumbens, viarum suarum amicam, & nutricem terram impulsu adversarij contigisset, toties de solo surgens, magis ac magis in adversarium prævaleret, ac sui dejectio prostrati, occasio fiebat triumphi, dabat enim quodammodo infirmitas fortitudinem, lapsus palmam, ruina victoriam. Puto hæc illi cælesti athletæ, qui contra Jacob legitur fuisse luctatus, justius aptari posse.* Oleaster vero Hebraico insistens originali, verbum *luctabatur* idem quod *pulverem* significare docet, dum ait: *Varie tam Hebræi quam nostri sentiunt de significatione verbi (Abach) quod hic vertunt luctari, dicunt enim Abach nomen significare pulverem, & quia luctantes pulverem pedibus ciere solent, inde verbum Abach luctari significare dicunt.* In hac itaque lucta, per humilitatem & contemptum proprium corroboratus Jacob Victor evasit, & triumphator angeli. Neque à Patre genius deflexit filialis Joseph, quem cum divina providentia ad Ægypti Thronum sublimare vellet, qualem putatis observasse methodum? forsitan eum tunc exaltatum putatis, quando somnia somniabat, in quibus Deus superioritatem, imperiumque super fratres, & patrem illi manifestabat; minime equidem; quin potius fratres in eum exacerbati, illi exprobrarunt dicentes: *Numquid rex noster eris, aut subjiciemur ditioni tuæ?* imo & pater illi indignabatur non leviter, dicens Scriptura: *Increpavit eum pater suus.* Primo itaque Deus illum in servitute & mancipatu, quantumvis innocentem, inque obscuri carceris compedibus seu vinculis divexari permisit: *humiliaverant in compedibus pedes ejus, manus ejus in cophino servierunt.* Ubi Oleaster inquit: *Servos esse permittit ut ex servis Dominos faceret.* Et Lipomannus: *Humiliatur castus adolescens; ut exaltetur; captivatur ut regnet.* Quando namque in regio confidebat throno, ipsemet gloriabatur dicens: *crescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ*, ubi septuaginta legunt: *in terra humilitatis meæ.* Circa quam historiam S. quoque Ambrosius se diffundens ait: *Quid fuisset Joseph, si humilis non fuisset? prælio armavit fratres, humilitas concitavit extraneos; prælatio concitavit germanos, humilitas regem subditum fecit.* Rupertus vero Abbas longe magis distinctam ad honores Joseph, variis humiliationis ejus actibus correspondentes, reflexionem facit, dum ait: *Pro compedibus in quibus humiliaverunt pedes ejus, torquem auream suscepit; pro pallio quo in manu adulteræ relicto, nudas effugit, stola byssina Deo Judice indutus fuit; pro servili nomine, regium gestat annulum, & pro carceris humilitate, super altum sedet imperij curum.*

Similiter Patriarcha Jacob.

Gen. 32. v. 28.

Eusseb. Emissenus.

Oleaster. in Gen. ibid.

Rup. Abbas lib. 8. in Gen. c. 40.

4. *Humiliamini &c.* Moyses quam sublimiter à Deo exaltatus fuerit, neminem vestrum latere puto; primo namque in palatio Pharaonis, filius filiæ Pharaonis audiebat, ex hinc generale possedit per 40. annos totius Israëlitici populi gubernium, insuper ad familiaritatem Dei, ad imperscrutabilium secretorum participationē, & ad divinæ essentiæ visionem quamvis per modum transeuntis, ut scholæ loquuntur, admissus fuit; tantis dotatus prærogativis ut nulli in corpore mortali majores conferri potuisse videatur; Unde autem tantam exaltationem promanasse putatis?

Joseph.

Moyses.

tis? ex humilitate præcessit, quam in conspectu Dei in diurni honoris defensionem exercuit, quando *negavit se esse filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere jucunditatem, majores divitias æstimans thesauro Ægyptiorum improperium Christi.* Ubi Rupertus Abbas argute advertit, hinc Dei favorem illi dicentis: *constitui te Deum Pharaonis*; illinc vero constantem Moysis humillimi in acceptando gubernio repulsam & recusationem, suam identidem allegantis inhabilitatem, *Gloriosa virtutum regina humilitas*, inquit ille, *quæ in cælum volare consuescit, locuta est in eo, dicentem se incircumcisum esse labijs, & idcirco dignum, ac prosua reverentia magnificum accepit responsum, ut audiret homo privatus regnantis hominis se esse Deum.* Considerat autem insuper, Deum non dixisse se in tempore futuro Moysi consignaturum superioritatem in superbum hunc regem, sed in tempore præterito, *constituí*, cujus hanc subnectit rationem dicens: *Quoniam eam tam glorioso negotio cum Pharaone dimicare, & cum regibus confligere te indignum ducis, atque ad nozissima terræ deprimis, ecce ego sustollam te super altitudinem nubium faciamque te Deum, non quem ille fideliter adoraret, sed quem servilitter formidet.*

Exod. c. 26.

Josue.

Josue 10. v. 12.

5. *Humiliamini &c.* Josue immediatus Moysis in generalatu Israëlitico successor, tam celebris extitit, ut solo verbo cursum stiterit solis: *sol contra Gabaon ne movearis, stetit itaque Sol ... obediente Domino voci hominis*; nihilominus ad hæc omnia per humilitatis virtutis merita exaltatus fuit; quia cum illum Deus Moysis loco substituere vellet, Moysi præcepit dicens. *Tolle Josue filium Nun, virum in quo Spiritus, & pone manum tuam super eum.* Ubi Abulensis præcipue ad Ly tolle se reflectens ait: *Tollere significat ductionem quamdam non voluntariam in quo significatur, quod Josue non petierit istum principatum, nec appetebat, sed solum ex mandato Dei assumpsit illum, & hoc quia vir bonus erat, & hujusmodi viri non sunt ambitiosi, sed in humilitatis statu permanere volentes*; Justinus Historicus in principio historiarum suarum advertit, temporibus illis, eos dumtaxat ad gubernium promotos fuisse, qui ipsum præ reliquis ex humilitate detrectabant: dicit enim: *Principio rerum, gentium, nationumque imperium penes reges erat, quos ad fastigium hujus Majestatis, non ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio provehebat;* Ideoque & S. Bernardus, ut nos ad honores promoveat, humilitatem, tamquam unicum eos assequendi præscribit medium dicens: *Quanto humilior fueris; tanto te sequetur gloriæ altitudo, descende ut ascendas, humiliare, ut exalteris.*

Num. 27. v. 18.

Abul. Q. 41. ibid.

Justin. Historicus in princ. Histor.

S. Bern. ser. 34. de modo bene vivendi.

6. *Humiliamini &c.* Saul quamdiu humilis vixit, toto melior erat Israële; ideoque quantumvis bassæ esset conditionis, & agasonem ageret; attamen qualiter hac in virtute fundatus esset, docuit manifeste, quando ne ad thronum raperetur, se in latebras conjecit, & absondit. Sed *honores mutant mores*; siquidem sceptrum adeptus, propter fastum suum reprobatus, & diademate exutus fuit, succedente in ejus locum humillimo filio Isai; circa quam historiam S. Bernardinus talem format discursum: *Sciendum magnopere est, quod tantum unaquæque anima sit pretiosior ante oculos Dei, quantum pro amore veritatis despectior fuerit ante oculos suos; hinc 1. Reg. 15. ad Saul dicitur: Nonne cum parvulus esses in oculis tuis, caput te constituí in tribubus Israël? ac si aperte diceret: Magnus mihi fuisti, quia despectus tibi; Sed nunc quia magnus tibi es factus, es despectus mihi. Tanto ergo sit quisque vilior Deo, quanto pretiosior sibi, tanto pretiosior Deo, quanto propter eum sit vilior.*

Saul quamdiu humilis fuit, melior erat in toto Israël.

David propter suam humilitatem omnibus Patriarchis prælatus fuit. Act. Apost. 13 v. 22. Matth. 1. v. 1. Ps. 77. v. 70.

7. *Humiliamini &c.* Celebrem Davidis magnificentiam, atque exaltationem tota depredicat Scriptura sacra; modo gloriante Deo: *Inveni David filium Jesse virum secundum cor meum*; modo Spiritu S. ejus exaltante stirpem, ex qua humanitatem suscepit verbum: *liber generationis Jesu Christi, filij David, filij Abraham:* Ubi, ut patet, Spiritus S. qui calamum direxit S. Matthæi, Davidi super Abraham, omnesque alios veteris Testamenti Patriarchas præcedentiam assignat; illi inquam, quem *de post fœtantes accepit*; quem pro pelle ovina, donavit purpura, cui virgam pastoralem commutavit in sceptrum, palmis, lauris, trophæis, triumphisque onustum innumerabilibus. Quæ prærogativarum congeries ex profunda ejus procedit humilitate. Quo namque titulo se denominabat David? *Ego autem sum vermis & non homo, opprobrium hominum & abjectio plebis.* Ast quia aliqui vermes in pretio sunt, quemadmodum bombyces; Ideoque se profundius exinaniturus, Sauli se persequenti dicebat: *quem persequeris? Canem.* Verumtamen quia & horum pretiosa quandoque habetur ratio, aut quia blandiri, aut venari, aut substantiam domesticam solicitè custodire norunt; ideo mox subjunxit dicens: *Canem mortuum.* Quia Canes mortui deferuntur ab omnibus, & ut inutilia pondera supra simum aut in sterquilinium conjiciuntur; quia nihilominus pellis canis mortui pecunia comparatur, ad componendas ex ea chyrothecas; ideo magis magisque se humiliat inquiens: *& pulicem unum* quia scilicet culex ad nihilum valet; atque ita in eo veraciter adimpleum fuit illud quod alibi dicit: *Ego autem humiliatus sum nimis*; circa quam Davidis humilitatem S. Hieronymus sequens tradit documentum: *Indignum se judicans vocari hominem, & canem mortuum, & pulicem unum*; Quamvis enim tanta cum gloria à Samuele in regem consecratus esset, quando in ovium degebat societate, nihilominus functione impleta, mox ad idem rediit humillimum Ministerium, cujus proinde dimissionem S. Zeno dum illa Psalmi considerat verba (*Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei, neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus super me*) nobis exhibet in discursu sequenti: *In magnis mirabilibus se dicit non ambulasse, utique non Dei, sed in illis, quæ magna ab hominibus hoc putantur in sæculo. At cum addidit super me, ostendit numquam se elatum fuisse cum posset; nulli enim facilius efferuntur, nisi quos inopinati honoris culmen extollit. David quippe humilis, abjectus, ignobilis, sui jacebat in domo patris oves semper pascendo. Placuit Deo unctus in regem, spiritus in vatem; non insolescit, humilem retinet ubique pastorem;* Idem quoque mox verba sequentia considerans (videlicet: *Si non humiliter sentiebam sed exaltavi animam meam*) inquit: *Videamus ne forte Propheta ipse se impugnet, exaltando animam suam; qui cor suum se non exaltasse gloriatur,* moxque dubium hoc in favorem nostrum resolvens inquit: *Non sibi repugnat, sed ostendit animæ esse sublimitatem superiora vicisse, quia qui se humiliaverit exaltabitur.* Porro quod David in oculis propriis, vilem se æstimarit, quando tamquam pastor gregem agebat, mirum non est; at vero quod jam rex existens, fœci totius populi immixtus, ex motivo devotionis & mortificationis, ante arcam saltitarit, deridente eum non solum populo, sed & Michol conjuge & regina sua, in hoc actum exercuit adeo heroicum, tantique meriti, ut Sapientia increata, quæ *omnia in mensura & numero & pondere struinat*, adeo illum æstimaverit, ut illum incomparabili dignitate illa remunerarit, ut ex ipso filius Dei incarnaretur. Unde S. Eucherius inquit: *In hac historia B. Regis & Prophetæ David, moraliter humilitas approbata, superbia damnata, & temeritas vindicata monstratur; quia ut David coram arca Domini humiliter saltando non erubuit, mox promissionem filij Dei ex sua stirpe nascituri suscipere promeruit.* Idem regius vates alibi id est Psalm. 27. protestatur inquiens: *Ut jumentum factus sum apud te, & ego semper tecum.* At vero quisnam hinc honor resultavit? *Tenuisti manum dexteram meam, & cum gloria suscepisti me.* S. Antoninus in summa sua de præconiis humilitatis differens ait: *Humilitas hominem temporaliter exaltat. Moyses humilis in excusando se ad eundum ad Pharaonem, factus est Dux populi. Humilis Jeremias qui dicebat a,a,a. Domine nescio loqui, constitutus est super gentes & regna. David minimus inter fratres tengitur in regem. Gedeon coram Angelo se excusans dicendo: ecce familia mea infima est in Manasse, & ego minimus in domo patris mei, ad munus supremum electus & exaltatus fuit. Quid de Gedeone dicendum*, inquit S. Laurentius Justinianus, *qui dux populi sui constitutus est ob humilitatem.*

1. Reg. 24. v. 15.

Ibidem.

Ibid.

Psal. 115. v. 10. S. Hieron. Marc. 8.

Ps. 130. 1. S. Zeno s. 1. ib.

Ibid. v. 2.

2. Reg. 6. David etiam ad regnum elatus, servavit humilitatem.

Sap. 11. v. 21.

S. Euch. ibid.

Psalm. 27. v. 23.

S. Antonin. p. 4. tit. 4. c. 12. §. 3.

B. Laurent. Justin. de lig. vitæ c. 2.

DISCURSUS XI.
ARGUMENTUM.

De quorumdam Sanctorum novæ legis gratiæ exaltata humilitate.

THEMA.

Qui se humiliat exaltabitur. Luc. 18. ℣. 14.

Christus in N. L. summopere studuit nobis inculcare humilitatem. Matth. 23. & Luc. 14. 11.

1. INcreata & incarnata Sapientia, quæ, ut in discursu septimo ostendimus, ad nullam aliam virtutem accuratius studium adhibuit, quam ad virtutem humilitatis, utpote quæ summa est totius doctrinæ suæ cœlestis, non semel, sed sæpius dictam inculcare voluit propositionem: *Qui se humiliaverit exaltabitur*; Siquidem eamdem in S. Matthæo cap. 23. in S. Luc.

Luc. 18.

Luc. 1. v. 52.

Cap. 14. ad unguem repetierit nec non in cap. 18. præterquam quod in cantico Mariano B. Virgo, quæ *sedes sapientiæ* appellatur, protestetur dicens: *Et exaltavit humiles.* Quis itaque se sublimandum esse dubitabit, si prius se humiliaverit, utpote infallibilibus primæ veritatis toties asseveratus testimonijs.

Similitudo pilæ.

2. *Qui se humiliat &c.* Pila quanto magis, majorique cum violentia deprimitur in terram, tanto magis resilit, erigiturque versus cœlum; de humilitate vero S. Paulæ in ejus Epitaphio S. Hieronymus scribens eamdem nobis videtur in humilitate indigitare proprietatem dum ait: *Quanto plus se dejiciebat, tanto magis à Christo sublevabatur; latebat & non latebat, fugiendo gloriam, gloriam meretur a, quæ virtutem quasi umbra sequitur, & appetitores sui deserens, appetit contemptores.* Amos Propheta quondam Deum à se visum fuisse narrat, habentem murarij instrumentum quo calx subministratur in ædificium dicit enim: *Ecce Dominus stans super murum litum & in manu ejus trulla cementarij.* Ubi Septuaginta pro *trulla* legunt *adamas*; O insolitam connexionem, quis enim insinitam non agnoscit distantiam, quæ inter vile illud ferrum, magnique valoris adamantem versatur? sed ecce vobis mysterium quisquis enim in conspectu Dei se humilians, opera vilia in suum aggreditur contemptum, inæstimabilis adamantis apud Deum adæquarit pretium; id quod dictus agnoscens Propheta paulo post subdit dicens: *Non sum Propheta, & non sum filius Prophetæ sed armenarius ego sum*; cumque se Spiritu Prophetico indignum existimasset, sibi à Deo dici audivit: *Vade Propheta ad populum meum Israël.* Ubi S. Gregor. ait: *Mox habere Spiritum prophetandi meruit, quia se prophetam non esse humiliter agnovit.* S. Basilius magnus perfectionis magister, filium quemdam suum spiritualem erudiens de vero humili inquit: *Cum consummaverit omnia mandata Domini, nihil se fecisse testatur, & omnes virtutes animæ suæ celare festinat, sed divulgat Dominus omnia opera ipsius, & profert in medium, & mirificat gesta ipsius, & exaltabit, & clarum faciet eum.* Divus Chrysost. quoque unicum exaltationis & honorificentiæ, tam in conspectu Dei, quam penes mundum, procurandæ modum, verum & heroicum suipsius contemptum & vilipendium esse his verbis indicat: *Si gloriæ laudumque factus es amator, fac laudem, quæ ab hominibus est, fugias, & tunc vere innumeris laudibus, & apud Deum, & apud homines, frueris.* S. Greg. de Joan. Episcopo Ravennatæ, quia pallium sibi usurpare prætendebat, conquerens, humilitatem optimum & opulentissimum mitræ suæ monile & ornamentum futuram esse dicit: *Decorari, inquit, pallio volumus, forsitan moribus indocori, dum nihil in Episcopali cervice splendidius fulgeat, quam humilitas.* Ad probandum quod quanto magis quis in hac virtute se exerceat, tanto sublimius exaltetur, nulla est similitudo aptior, quam quæ ab arbore sumitur, hæc enim quanto profundiores in terra radices agit, tanto sublimius ramos suos in aleum extollit. S. Ambr. super illa verba: *Humiliatus sum nimis*, ita scribit: *Grande est in omnibus humilitatis tenere mensuram, superbia hominem prima dejecit, quapropter dum plus volumus, etiam quod minus est solemus amittere. Humilitas est quæ nihil appetendo, totum quod contemnit adipiscitur.* Superest nunc, ut idipsum exemplis quorumdam Sanctorum novæ legis, qui in hac virtute excellentius emicuerunt, comprobemus.

S. Hieron. in Epitaph. Paulæ.

S. Paulæ humilitas commendatur.

S. Gregor. dib. 2. Ep. 54.

S. Ambr. in Ps. 118. Oct. 14.

Amos 7. v. 7.

Quia Amos se plurimum humiliavit, electus fuit in Prophetam.

Amos 7. v. 14.

Ibid. v. 15. S. Greg. l. 2. mor. c. 27.

3. *Qui se humiliat exaltabitur.* Quod si virum quemdam humilem videre volumus, consideritionis nostræ oculos in S. Joannem Baptistam conjiciamus quo enim tempore, hic protestatus est dicens; *Ipse est qui post me venturus est, qui ante me factus est, cujus ego non sum dignus, ut solvam ejus corrigiam calceamenti.* tunc videlicet, quando principes synagogæ, sive concilium Sinedri solemnem ad illum instituit legationem, ad offerendam ei sublimissimam Messiatus dignitatem, & ad eum tamquam Dei Filium adorandum; tunc enim in profundissima humilitate suæ concentratus, se vocem clamantis in deserto professus est, seque dignum non esse dixit, qui solveret corrigiam calceamenti Christi: & tamen in eodem momento adeo exaltatus fuit, ut Christus ipse factus fuerit ejus Panegyrista, & tamquam omnium encomiorum suorum epilogum, de eo dixerit: *Inter natos mulierum non surrexit major Joanne Baptista* illæque eædem manus, quas reputabat indignas; quæ Christi pedibus obsequio præstarent, adhibitæ fuerunt in signum maximæ authoritatis, cum baptizando capiti Salvatoris imponerentur: *Lacrou manum suam*, inquit D. Chrysost.

Exempla Sanctorum N. L. qui humiliati, exaltati fuerunt.

S. Joannis Baptistæ.

Joan. 1. v. 27.

Matth 11. v. 11.

D. Chrysost.

quam Joannes indignam calceamentis esse dicebat, eam Christus ad caput suum sublevavit. De eo pariter S. Augustinus ita scribit: *Quantum se abjecit? & ideo multum elevatus est.* S. Joannes Apostolus in Principio Evangelij sui de eodem præcursore dicit: *Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine.* At vero, quomodo Baptista Christum, qui verus Justitiæ Sol erat, ipse vero lucerna: *Ille erat lucerna ardens & lucens*, demonstrare poterat? etenim experientia docet, quod lumen majus offuscet minus, de Christo autem dicitur: *Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem*; quomodo igitur, hic sol per diminutionem propriæ lucis indigitari poterat, quando ipsemet dicebat: *Illum oportet crescere, me autem minui?* nimirum renunciando Messiatui, dicendo se dignum non esse qui solveret corrigiam calceamenti Salvatoris, protestando, quod in comparatione ad verbum incarnatum ipse esset veluti echo quoddam, hoc inquam modo filium Dei demonstravit dicens: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.*

S. Augustin. Tr. 4. in Joan.

Joan. 1. v. 3.

Joan. 5. v. 35

Joan. 1. v. 9.

Joan. 3. v. 30.

Joan. 1. v. 29.

4. *Qui se humiliat exaltabitur.* S. Petrus postquam per totam noctem retibus suis frustra piscatus fuisset, demum per obedientiam verbis Cœlestis magistri sui exhibitam, eadem retia extendens, copiosissima cœpisset piscium multitudinem, mox se ad ejus pedes prosternens dixit: *Exi à me Domine quia homo peccator sum*, quasi diceret inquit Lucas Burgensis: *Meam agnosco vilitatem, dum tua se mihi manifestat celsitudo.* Unde Dionysius Carth. prædicta verba exponens inquit: S. Petrum hæc verba locutum fuisse, *non quasi eum indignanter repellens, sed ex profundissima humilitate honorans.* Porro, quantum hic Apostolus in profundissima humilitate stabilitus fuit, manifestum fecit, quando se divino magistro suo in lotione pedum opposuit inquiens: Domine *non lavabis mihi pedes in æternum.* At vero vultisne videre, quantum propter duos hosce heroicos actus sublimatus fuerit? quantum ad primum Christus ei dixit: *Ex hoc jam homines eris capiens*, quibus verbis ex mente Divi Chrysostomi illum Ecclesiæ suæ caput declarabat: *Propterea factus est Ecclesiæ fundamentum*, inquit S. hic Doctor S. Antonius de Padua verba illa hoc modo exponit *Ex hoc, quia fuisti humilis, vitæ tuæ maculas erubescens, confessionem verecundia non reprimens sed detecto vulnere remedium quærens, eris homines capiens:* Porro humilitas quam idem Apostolus in cœnaculo Syonitico exhibuit, per excelsam illam dignitatem remunerata fuit, quam Filius Dei eidem Petro & omnibus successoribus illius delegavit, & videlicet omnes fideles, cunctique monarchæ Christiani, pedibus illius, & successorum suorum se advolverent, cosque osculando venerarentur; sub hisce pedibus ipsos quoque imperatores coronas & diademata sua submittere voluit, ut proinde vere de ipso & successoribus illius dici possit: *Omnia subjecisti sub pedibus eius.*

S. Petri Apostoli.

Joan. 13. v. 8.

Luc. 5. v. 10.

D. Chrysost. Hom. 3. in Matth.

S. Anton. de Pad. ser. in Dom. 5. post Trin.

5. *Qui se humiliat exaltabitur.* Quantum se S. Paulus in omnibus illustrissimis actionibus suis humiliavit? tantum nimirum ut Divus Chrysostomus dicere non dubitet: *Scire cupis quis vere sit humilis? Paulum respice, qui vere humilis erat; Paulum Doctorem orbis terrarum vas electionis, portum tranquillum, turrim inconcussam qui modico cum esset corpore, totum orbem terrarum circuivit, & quasi alatus esset illum pervolavit. Cerne illum modeste ac humiliter sentientem de se, idiotam & philosophum, egenum & divitem, qui labores innumeros exantlavit, qui mille trophæa adversus diabolum erexerat, qui præducebat ac dicebat; gratia ejus in me vacua non fuit, sed plus omnibus laboravi, qui carceres sustinuit, & plagas & verbera qui orbem terrarum epistolis venatus est, qui cœlesti voce vocatus est, ille humilis erat cum diceret: Ego sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari apostolus.* Quis autem est qui non consideret, qualiter in tantæ humilitatis præmium, qua se apostoli titulo indignum reputabat, illa falli nescia divina providentia dispofuerit, ut per antonomasiam vocaretur Apostolus? quia se justificatione indignum censuit, dicens: *Non in hoc justificatus sum*, Deus illum glorioßissimo hoc encomio honorare voluit, ut diceretur, *verum vas electionis*, quia de Sapientia sua ex sensu humilitatis dixit: *In insipientia dico*, increata Sapientia illum in cœlo empyreo erudiri voluit, *quando raptus ad paradisum audivit arcana verba quæ non licet homini loqui.* S. Thomas hanc ejus tam sublimem exaltationem humilitati suæ attribuit; siquidem verba illa: *Paulus Apostolus*, exponens, inquit: *Paulus nomen est humilitatis, Apostolus vero nomen est dignitatis, quia qui se humiliat*

S. Pauli Apostoli.

D. Chrysost. Tom. 6 ser. 68. de Pœnit & mœstitia.

Reg.

Rup. Abbas l. 9. in Matt.

Luc. 5. v. 8. Luc. Burg. Ibid.

Dion. Cart.

Gen. 9. 25. Rup. Abb. l. 4. in Gen. c. 37.

1. *Cor. 4. v. 4.*

Rud. Gran. Cone. 4. de S. Francisco.

2. *Cor. 11. v. 21.*

2. *Cor. 12. v. 4.*

S. Thom. in Epist. ad Eph. 1.

1. Reg. 2. v. 7.

humiliat exaltabitur. Alludens quoque ad hunc textum S. Antonius de Padua, parabolam illam adducit, à Salvatore de convivio nuptiali propositam, cujus convivis Salvator suasit, ut se in ultimum locum reponerent, ut ad primum locum promoveri mererentur, dicit enim: *Recumbe in novissimo loco, nulli te præferens, indigniorem te cæteris reputa, & tunc audies, amice ascende superius; ex humilitate amicum te recognoscit, qui ex præsumptione te proposuit.* Quam veritatem & confirmemus ulterius, scilicet, quod humiles exaltentur, ex tribus dumtaxat fontibus, scilicet S. Gregorio Magno, Francisco & S. Carolo Borromæo ejusdem argumenti hauriamus stabilimentum.

S. Gregorij Magni.

6. Et in primis quidem S. Gregorio ore patenti, præ omnibus aliis, acclamare possumus: *Hic magnus vocabitur in regno cœlorum*; siquidem Ecclesia quæ regnum cœlorum denominatur, titulum magni illi adscripsit, nec absque causa; siquidem in tantum se humiliavit, ut primis subscribere non detrectarit, quibuscumque indultis suis: *servus servorum Dei*; cum tamen prædecessores ejus omnes sibi titulum dederint sublimiorem, dicentes: *Episcopus Episcoporum* merito itaque magni obtinuit encomium, quoniam *qui se humiliat exaltabitur.* Rupertus Abbas de Christo ita scribit: *Humilior humilibus cunctis, miro modo ministrans, ut minimus, reguans ut maximus.* Quantumvis autem S. Gregorius se servum appellarit servorum Dei (ita ut in illo tunc adimpletum fuerit illud quod dicitur; *minimus vocabitur in regno cœlorum*) nihilominus *regnabat ut maximus*, cum *respiciebant, tremebantque principes, & imperatores, magis propter humilitatem ipsius, quam plurimos illius antecessores, propter eorum fastum & magnificentiam.* Hoc autem humillimum nomen quod sibi imposuit Gregorius, primus omnium pronunciavit Noë, quando in irreverentiæ pœnam erga patrem exercitæ, Cham maledixit inquiens: *Maledictus Chanaan, servus servorum erit fratribus suis. Quo additamento*, inquit Rupertus Abbas, *servitus extrema, imo servitis nequitia solet exprimi, nisi cum per egregiam humilitatem seipsum profitetur quis, servus servorum Dei; qui se humiliat exaltabitur.* Qui igitur titulus in origine sua instrumentum fuit maledictionis, successu temporis, juxta dispositionem divinam in laudem cessit & encomium servi Dei S. Gregorij, adeoque ad omnes ejus fuit derivatus successores; quam autem innumerabiles titulus hic omnibus fidelibus augurareturcœlestes benedictiones, pontifex in omnibus litteris suis post verba *hæc servus servorum Dei*, immediate subdit: *salutem & benedictionem.*

S. Francisci Assysiatis. Wading. An. 1212. n. 80.

7. S. Franciscus de Assytio hac insigni salutatur antiphona: *Franciscus pauper & humilis*; propriæ ipsius, sequaciumque ejus gentilitiæ vestes miram spirant humilitatem; Unde merito S. Bonaventura in officio, divino, quod in honorem ejus conscripsit, dicit: *Humilitas Dei virum sui juris effecerat.* Imo & in religionis ejus annalibus hoc præclarissimum posteritati traditum est de eodem Seraphino testimonium: *Summam adhibebat studium, ne quovis vel minimo auræ pulveris pulvere foraderetur, insensibilem se omnibus exhibebat honoribus*, se conculcari convellique gaudebat, & cum laqueo ad collum suspenso per plateas incedens, se maximum reputabat mundi peccatorem; incedebat pedibus nudis, sacco vestitus, fune ligatus, oculis demissis, & veluti mille reus scelerum, quasi semper ad patibulum duceretur; sed quantum putatis eum per hanc humilitatem sibi comparasse magnificentiæ & sublimitatis? audiamus S. Antonini sententiam dicentis: *Ascendit super Cherubim, & volavit; ascendit super Cherubim Franciscus, & volavit; deposuit potentes de sede & exaltavit humiles.* Plurimorum namque opinio sustinet eum ad thronum sublimatum fuisse, unde corruit Lucifer. Unde & alias inter sepulchra ejus incisas laudes hæc pariter legitur expressa: *Francisci celsa humilitate conspicui.* Cujus exinanitionem dum pluribus exaltare conatur Pater Ludovicus Granatensis, ita in quodam in honorem ejus habito discurrit sermone panegyrico: *ille abjectione sua Dei gloriam fidelissime quærebat, Deus contra servi honorem miris modis amplificabat; ille totus divinæ voluntatis obedientiæ traditus erat, contra vero Deus creaturas omnes atque adeo semetipsum obedientem illi exhibebat;* ita ut merita illa cantici Annæ verba ei applicemus: *Dominus pauperem facit, & ditat, humiliat, & sublevat, suscitat de pulvere egenum, & de stercore elevat pauperem, ut sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat; Domini enim sunt Cardines*

S. Antonin. p. 3. Hist. c. 1.

Psal. 112. v. 7. & 8.

Mensi Bibliothecæ Moralis tom. II.

terræ & posuit super eos orbem. Humilis erat originis, filium se appellans Bernardi; à matre genitus medias inter fabuli immunditias, ad Chorum tandem sublimatus Seraphinorum; Unde & *Seraphici* titulo honoratur. Vice quadam cum eo gradiens frater Pacificus, quem de se conceptum & opinionem haberet, interrogavit, cui respondit Seraphicus, se maximum esse mundi peccatorem; quando ille servus Dei vocem audiit interius sibi dicentem: *Modo credere potes, visionem esse veram, quod humilis Franciscus sua humilitate debet in fede Luciferi sedere.* Supra humeros ejus mundum reclinari vidit Innocentius III. sub specie Ecclesiæ Lateranensis cadentis. Stigmata, (quibus sæculis præteritis fuerat insignitus Christus) illi impressit Dominus in meritum ut notat S. Bernardinus, profundæ ejus humilitatis: *S. Franciscus dicit, ad nihilum redactus sum, quia in humiliori loco montis Alvernæ, data sum sibi stigmata Christi, ad denotandum quod propter humilitatem suam promerui habere stigmata sacra Dei*; Summa apud omnes Cardinales fuit in veneratione, nec non apud reges summosque pontifices, imo apud ipsummet Sultanum Ægypti nostræ licet fidei inimicum; Rex quoque Franciæ pulvinar, super quod caput ejus reclinarat, thesaurum reputabat, sibique vindicabat inæstimabilem: *Sic honorabitur, quemcumque rex voluerit honorare.*

Pisan. l. 2. Fruct. 8. n. 2.

S. Bernard. ser. 16. Tom. 4.

8. S. Carolus Borromæus quantum obsecro usque ad vitæ finem in humilitatis virtute collocavit studium? hæc ordinaria ejus & quotidiana erat epigraphe: *Humilitas*; similiter circumcirca imaginem ejus sequentia leguntur incisa verba: *Sola gaudet humiliate Deus*; fuit autem hæc virtus tanto in eo rarior, quanto magis per extraordinariam semitam illi instituit comparandæ, siquidem non sicut major reliquorum Sanctorum pars, aut inter quatuor cœnobiorum muros reclusus, aut sepultus in eremis, sed in mediis magnificentiis & obscquiis mundi universi, cui admirationi, stupori & veneration erat: *Non est magnum esse humilem in abjectione*, inquit S. Bernardus, *magna & rara virtus humilitas honorata.* Familiæ suæ, armisque renuncians gentilitiis domus Borromææ, titulum sibi assumpsit S. Praxedis, comamque sibi radi fecit instar mancipij, inque habitu Cardinalitio indumenta adeo ferebat lacera, ut cum unum eorum cuidam pauperi in eleemosynam elargiri vellet, hic ipsum accipere detrectarit. In visitationibus ambulabat pedes, propriosque servos multoties ab impedimentis liberabat propriis ea imponens humeris, cum vilissima plebe familiaritatem inibat; & ut plurima paucis concludam, dixisse sufficerit, quod diabolus die quadam, dum chlamyde extensa per terram, ut Cardinalium mos est, ecclesiam intraret, per obsessæ cujusdam os (quam eo temporis momento deserere cogebatur) exclamarit: O utinam vel tantillum superbiæ super hanc caudam reponere possem. Verumtamen ad quam sublimitatem tanta ejus fuerit exaltata humilitas coram universo mundo, quis est qui nesciat? corpus suum in loco Ecclesiæ, qui calcaretur præ reliquis tumulari voluit, ut aliorum ut omnium Ecclesiam intrantium conculcaretur pedibus, eorumque se commendaret orationibus; Deusque dispositi, non solum ut non conculcaretur, sed & auro gemmisque includeretur, omnesque fideles temporibus futuris ejus certatim implorarent patrocinium, existimantes se beatos, si illi loco os infigere possent, ubi ipse omnium pedibus calcari desiderabat. Tandem intra quatuor annorum spatium post mortem ejus cum nondum canonizatus esset, ad sepulchrum ejus delata sunt octo millia vota argentea; & supra quatuor: decem millia tabularum aliæque oblationes, æquantes triginta octo millia scutorum. Ex humilitatis instinctu cognomen sibi sustulit nobilissimæ familiæ Borromææ; Deusque disposuit, ut in Canonizationis ejus medallijs, qualia centum & quinquaginta milliones excussisse feruntur, per mundum universum augustissime deprædicaretur. Sed qui distinctius intelligere cupit, qualiter in eo ad litteram impletum fuerit dictum Salvatoris, *qui se humiliat exaltabitur*; librum legat intitulatum: *de successibus mirabilibus S. Caroli Borromæi.*

S. Carolus Borromæus.

S. Bernardus.

DISCURSUS XII.
ARGUMENTUM.

De humilitatis, in vilibus abjectusque actibus se exercentis, nobilitate, magnificentia, & gloria.

THEMA.

Non cum parvulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israël factus es. 1.Reg.15.℣.17.

Saul per humilitatem conscendit thronum regium.

1. PRopheta Samuel regi Sauli his verbis ostendit, eum ad Israëliticum thronum per humilitatem suam conscendisse, quia quanto magis se abscondebat, sceptrumque vitabat, tanto magis eodem se dignum reddidit; unde clare deducitur, humilitatem, quamvis contemptum & vilipendium amet, regiam, honorabilem, & gloriosam etiam coram mundo existere; Unde S. Isidorus inquit: *Qui sibi vilis est, ante Deum magnus est; qui sibi displicet, Deo placet, esto parvus in oculis tuis, ut sis magnus in oculis Dei; tanto eris apud Deum pretiosior, quanto fueris ante oculos tuos despectior.* Equidem plurima humiliandi nos habemus motiva, & ad proprium aspirandi contemptum, Et in primis quidem, ut per hanc viam magnum coram mundo nobis conceptum comparemus, & exiltimationem; cum enim virtus hæc faciliter, atque meritorie, imo laudabiliter, & cum Dei beneplacito à nobis exerceri possit, quare obsecro ad ea practicanda abstinemus? quia scilicet vilipendi, contemnique timemus; in præsenti igitur quam angusta, honorabilis, & digna sit humilitas exami nabimus.

S.Isidor.Synon.l.2.c.5.

D.Chryf.h. 33. Ex humilitate generatur vera gloria & magnificentia.

2. Et in primis quidem D. Chrysostomus in libro cui titulus est, *de petitione filiorum Zebedæi*, eminentem virtutis hujus demonstraturus dignitatem, Christi adducit exemplum qui licet rex gloriæ esset, ex humilitatis nihilominus exercitio majorem sibi comparavit honorificentiam. *Quod si in Deo*, inquit ille, *qui bonis omnibus affluit, nec ulla re indiget quod seipsum humiliaverit, tantum ut bonis peperit, plurésque famulos illi conciliavit ac regnum dilatavit, quid tu verearis, ne cum te humiliaveris, minor fias? tum sublimior eris, tam magnus.* Ad eum fere modum quo umbræ in figura quadam bene delineata, colores clarius & magis elucescere faciunt, ita quoque humilitatis actus efficiunt, ut anima, & virtus, quæ in ipsa relucet magis perspicua & pulchra appareat. Unde Petrus Blesensis ait: *Hæc Deo cognata est, & amica, hæc sola virtutem se esse ignorat, ipsa de suo contemptu fit honorabilior.* S. Isidorus Peluliota in quadam Epistola, virtutem hanc in animo nobili natales suos habere dicit: *Equidem ipse humilitatem ab animo magno & excelso, superbiam autem à vili & abjecto proficisci existimo, atque hoc confirmant Deo charus Abraham & Pharisæus; etenim ille divino colloquio fruens, terram se ac cinerem appellabat; hic autem etiam à nemine commotus, efferebatur animumque arrogantem gerebat, ac seipsum universo orbi anteferre conabatur.* Quod si nobilissimam humilitatis prosapiam edíscere vultis, legite S. Hieronymum in Cap.1. Sophoniæ Prophetæ; ibi namque super illa verba: *verbum Domini, quod factum est ad Sophoniam filium Chusi, filij Godoliæ, filij Amariæ, filij Ezechiæ*, ita scribit: *Iste ergo Propheta qui erat in speculis, & in sublimibus constitutus, & noverat mysteria Domini, filius erat Chusi, qui interpretatur humilitas; habebat quoque avum Godoliam qui dicitur magnitudo Domini & Proavum Amasiam, qui & ipse vertitur. in sermonem Domini; & Atavum Ezechiam, qui sonat fortitudinem Domini.* Ecce tibi parentes & majores, à quibus hæc virtus suam trahit originem & generationem; *De fortitudine enim Domini natus est sermo Domini, & de sermone Domini nata est magnitudo Domini, & de magnitudine Domini nata est humilitas.*

D.Chryf.h. 3. Ex humilitate generatur vera gloria & magnificentia.

Petr.Bles. Opusc. de Confess. Sacram.

S.Isid. Pel. l.3.Ep.188. Humilitas ignorat se esse virtutem.

Sophon.1. v.1.

S.Hier.ibid.

David parvulus & humilis præ fratribus suis electus est in Regem.

1.Reg.16. ℣.11.

Ibid.v.12.

Ibid.v.7.

S.Greg.ibid.

3. Quando Samuel ex jussu Dei in Bethlehem se recepit, ut unum ex filiis Isai consecraret in Regem, cum omnes Isai filios, qui domi erant, vidisset, & rejecisset, quæsivit, num plures alij ipsi filij superessent, qui respondit: *adhuc reliquus est parvulus & pascit oves*; quem proinde à grege avocatum ad se accersiri fecit, & tametsi adolescentulus parvæ staturæ esset, Samuel nihilominus Deum his verbis se alloquentem audivit: *Surge, unge eum ipse est enim.* Quod si Eliab ungere justus fuisset, non tantopere admiraret; quia statura altus, & procerus erat, & tamen Deus Prophetæ dicebat: *Dixit Dominus ad Samuelem, ne respicias vultum ejus neque altitudinem staturæ ejus quoniam abjeci eum;* Hinc vero quædam nascitur difficultas cur videlicet Deus Samuelem qui Davidem parvæ staturæ adolescentulum uncturus erat in pedes se erigere, & stare jusserit? S. Gregorius hanc difficultatem hanc in favorem nostrum resolvens inquit: *Quid est surge, & unge eum? an tantus erat parvulus, ut sedendo ungi non posset? sedendo quippe alta tangere non possumus, magna ergo est virtus, magna celsitudo humilium, si ad eorum summa nec Prophetæ pertingunt.* Divus Chrysostomus in alia quadam homilia super epistolam ad Philippenses, illorum manifestat errorem, qui se humiliando, in existimatione & honorificentia, quam possident, aliquam passuros esse jacturam formidant, cum tamen revera ita non sit, quin potius contrarium semper accidat; dicit enim S. hic Doctor: *Quoniam magnam partem homines arbitrantur si humiliter se gesserint, fore ut propriam amittant dignitatem, & minoris habeantur; hunc metum adimit Apostolus in celeberrimis verbis illis, quibus Philippenses ad humilitatem sedulam exhortatur dicens: Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Jesu, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus;* quibus verbis S. Paulus, postquam verbi cum patre æqualitatem docuisset, mox subjungit, quod se exinanierit, atque ad vilem & abjectam naturam nostram assumendam se humiliarit, indeque mirum in modum exaltatus fuerit; *Humiliavit semetipsum... usque ad mortem... Propter quod & Deus exaltavit illum &c.* SS. Joan. Evangelista pariter, ne quis forte dubitare posset, annon filius Dei, hoc se mortalitatis nostræ luto vestiendo, aliquam majestatis suæ passus fuisset jacturam, & diminutionem, subito postquam incarnationem delineavit dicendo: *Verbum caro factum est & habitavit in nobis*, subjunxit: *& vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti à patre, plenum gratiæ, & veritatis.* Unde S. Cyrillus in hunc textum pariter scribit: *Quamquam verbum Dei carnem, id est, hominem factum esse asseruerit, conservare tamen etiam integram deitatis dignitatem, non minus, quam antea ostendit.* Et paulo post idipsum confirmando subjungit: *Quamvis verbum caro factum sit, nec tamen infirmitate carnis superatum est, nec de pristæ majestate atque omnipotentia decidit.* Confiderari quoque merentur illa laudum encomia, quibus B. Laur. Justinianus incomparabiles hujus virtutis excellentias extollit, inquiens; *O Sancta humilitas, sola in tuis vilis oculis, tuo te condemnas judicio; quantum Deo amabilis es? quam cara? quam dignitate sublimis? quam dives meritis? quis te digne laudare valeat?* & paulo post, ut quam sit gloriosa, ostendat, licet sibimetipsi vilis sit in oculis propriis subjungit: *Tu omnium te nocissimam credens, cæteris honorabiliter antecedis; dum descendis, ascendis; dum gloriam fugis, acquiris; dum latere cupis, efficeris manifesta, sine tui detrimento proficis, sine elatione præes.* D.Chryf. idem quoque punctum commemorat, scilicet: quod frustra multi se ab actibus humilitatis exercendis subducant, timentes ne inde eorum honor & reputatio diminuatur; at vero S. Doctor inquit: *Nullo pacto metuas: quasi vilescat honor tuus, si teipsum humiliaveris, hinc enim vel ad cælos usque gloria tua pertransit, hinc amplior atque præstantior redditur, hinc regni janua tibi aperitur.*

Humilitas non causat jacturam existimationis & honorificentiæ.

D.Chryf.h. 7.ad Philipp.

Philipp.2. v.6.

Imo plane contrarium, quod patet in ipsomet Christo.

Ibid.v.8. & 9.

Ioan.1. v.14.

D.Chryfost. Hom.66. in Matth.

S.Cyrill. Alex.l.11. 17.in Joan.

B.Laurent. Justin. de triumph. Christi ago. n.13.

D.Chryfost. Hom.66.in Matth.

4. Eminentissimo S. Aug. ingenio digna est ponderatio, quam is facit circa tempus, quo incarnata Sapientia ex Cathedra, doctrinæ suæ Evangelicæ summam id est, humilitatem, docendo commendavit, *discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Hæc in verba præcisè illo tempore pronunciavit, quando paulo ante divinæ omnipotentiæ suæ commemorationem his verbis fecerat: *omnia mihi tradita sunt à patre meo & nemo novit filium nisi pater, neque patrem quis novit nisi filius, & cui voluerit filius revelare. Quid ergo amplius de humilitate præcipiam,* inquit S. August. *quam quod ille qui omnibus dicit: Discite à me quia mitis sum & humilis corde, cum magnitudinem suam supra commemorasset, & idipsum voluss ostendere quantus propter nos quantillus effectus est! confiteor,* inquit, *tibi pater Domine cæli & terræ quia abscondisti hæc à sapientibus, & revelasti ea parvulis, sta pater quoniam sic placitum est coram te? omnia mihi tradita sunt à Patre meo, & nemo cognoscit filium nisi pater. Discite à me quia mitis sum & humilis corde. Ille, Ille, cui omnia tradidit pater, & quem nemo agnoscit nisi pater, & qui patrem solus agnoscit & cui voluerit filius revelare, non dicit discite à me mundum fabricare, aut mortuos suscitare, sed quia sum humilis corde.* Ecce tibi, qua in re divinam omnipotentiam & sapientiam suam ostenderit, & manifestavit, nimirum in practicanda & exercenda hac humilitatis virtute. Paulo post idem S. Augustinus postquam Thesauros scientiæ & sapientiæ suæ in humilitatis documentis confistere demonstrasset, ita demum concludit: *Itane magnum est, esse parvum, ut nisi à quo tam magnus est fieret, disci omnino non posset.*

Notanter expenditur tempus quo Christus dixit: Discite à me quia mitis sum & humilis corde. Matth.11. v.29.

Ibid.v.27.

S.Aug.T.6. lib. de S.Virginit.c.43 5°

5. Nescio an aliquando observaveritis quod S. Joannes

Expenditur circumstantia humilitatis Christi in lotione pedum. Joan.13. v.3.

Thophyl. ibid.

D.Chryfost. Hom.66. in Matth.

Philip.2.v.9. S.Ambr. in Psal.118. oct.20. Deus pater uti voluit humiliatione ut filium suum exaltaret.

Oleaster. ibid.

nes (de quo S. Mater Ecclesia canit: *fluenta Evangelij de sacro Dominici pectoris fonte potavit*) describere nobis volens heroicam illam humilitatem & submissionem, quam Salvator in lotione pedum Apostolorum suorum exhibuit, verba illa præmisit: *Sciens quia omnia dedit ei pater in manus, & quia à Deo exivit, & ad Deum vadit.* Quænam enim hæc verba cum lotione pedum vilium piscatorum connexionem habent? & tamen nequaquam dubitandum est, quin Evangelista cum altissimo mysterio eadem verba præmiserit. Audiamus Theophilactum hac de re loquentem: *cum sciret,* inquit, *quod omnia tradidisset ei pater, & quod à Deo exiisset, & quod ad Deum iret, non timebat minui gloriam suam, lavans pedes discipulorum, non enim rapuerat gloriam, at timeret ab illa excidere, & propterea non dignantur humile quiddam facere, qui generosi non sunt, quoniam gloriam rapuni nolentes ullo modo humiliari, ne prodant quod rapuerant. At omnium rex erat, & Dei Filius, hoc enim vult cum dixit: à Deo exivit, hoc est ex patris substantia, ut iterum ad Deum iret.* Tandem quam honorificum sit homini se humiliare, quando etiam ipsemet Christus illam suo exemplo glorificavit, & extulit, his verbis concludit: *Considera igitur quod humiliari opus est ejus qui à Deo egressus est, & ad Deum vadit; Superbire opus est ejus qui à dæmonibus exivit, & ad dæmones vadit.* Fieri nequit, quin in gloria mundi proficiamus, quando nosipsos humiliamus & contemnimus: *Noli ergo timere*, inquit D. Chrysostomus, *quasi honorem tuum humilitate amittens, numquam enim poteris tantum humilitatis ostendere, quantum pro te Dominus suscepit, cujus defensus & alios erexit & gloriam ejus manifestavit.*

6. S. Ambrosius super illa verba Apostoli ad Philippenses: *Propter quod & Deus exaltavit illum*, considerat Deum, ut exaltationem filij sui, majestatem & sublimitatem ejus, potentiam & magnificentiam, qua sublimatus fuit in cœlo & in terra, manifestam efficeret, humiliatione ipsius uti voluisse, *Considera*, inquit, *O homo, quid legas, non laboravit Apostolus potentiam Christi probare, sed demonstrare quanta sit humilitatis gratia, quantus ejus profectus*, quasi dicere vellet: ut aliquem gloriæ illius conceptum formare nobis valeamus, qua ab æterno patre suo exaltatus est (*propter quod & Deus exaltavit illum*) profunditissimæ humilitatis suæ trutina uti voluit, subjungit iterum: *Si putas quod Christo profuit humilitas sua, cui ergo non prodesset si illum exaltavit, quem non augebat? factus est minister omnium Dominus? & Author omnium vapulavit, pedes lavit, crucifixus est, mortuus est, sed in his omnibus detrimentum nullum video divinitatis ejus, profectum operationis agnosco. Qui nihil habebat, quod ad potestatem suam adderet, habuit quod ad cultum suæ majestatis adjungeret. Nihil humilitas adfert dispendij, qui enim se exinanivit plenus est, ille, qui non rapuam arbitratus est esse se æqualem Deo, formam servi accipiens, in gloria est Dei patris.* S. Hilarius postquam ostendisset, quisnam sit stylus mundi in plausus & existimationis mundanæ gloria acquirenda, pergit ulterius ostendere, qualiter semper in Schola Christi, honor & gloria per viam comparetur humilitatis, & contemptus. *Cum Domino opum, contemptus opulentia est: cum Domino terreni honoris despectus cælorum regnum est, Cum Domino humilitas cordis, generosæ & regiæ nativitatis ornatus est. Hoc à se disci voluit, quod virtutum omnium maximum est.* Observandum vero quo S. Hilarius humilitatem glorioso hoc titulo honoret, quod scilicet sit *generosæ & regiæ nativitatis ornatus.* At vero qua ratione S. Hilarius hoc ornatus epithetum humilitati adscribere potuit, cum hæc virtus in infimis & vilibus ministeriis semper exerceatur? audiamus S. Augustinum, qui ait: *Qui sibi vilis est, ante Deum pulcher est & qui sibi displicet, Deo placet.*

Expende quanti Deus faciat hæc; latum laboris eorum in sapphyrum versum est, & margaritum. *Quid quæso luto immundius & latere? quid vero mundius aut pulchrius cælo? non sat fuit Domino latores terrenos in cælestem sapphyrum mutasse, nisi etiam in cælum latum mutet, neque in qualecumque cælum, sed mundissimum. O beata utilitas humilianus se propter Deum, quæ in cælestem munditiem tam facile commutatur.*

Rup.Abb. l.2 in Apoc. circa fin. Excellentia, est filia humilitatis.

8. Rupertus Abbas de Christi tractans humilitate, epitherum ille adscribit sequens: *Inæstimabilem magnitudinem suæ humilitatis.* Ubi humilitatem cum magnificentia conjungit; qui tamen loquendi modus extravagans videtur, siquidem incompatibilis videtur humilitas cum Majestate & excellentia; & nihilominus certissimum est excellentiam humilitatis esse filiam; quemadmodum nos S. Gallicani docet historia, quando enim hunc non modo coram Deo, sed & coram mundo, stupori pretioque maximo fuisse arbitramini, forsitan quando suos devicit inimicos, aut vero quando ad ostia Tiberina sanctæ humilitatis incumbebat exercitiis, pauperumque lavabat pedes? responsum à Martirologio audiamus Romano quod 25. Junij ita loquitur: *Alexandriæ Sancti Gallicani Martyris viri consularis, qui triumphalibus insulis sublimatus, & Constantino Augusto charus, à SS. Joanne & Paulo ad fidem Christi conversus est, quæ suscepta cum sancto Hilario ad ostia tiberina recedens, hospitalitati & infirmorum servitio totum se dedit, cujus rei fama in toto orbe divulgata, multi undique illuc venientes; videbant virum ex Patritio & consule lavantem pauperum pedes, ponentem mensam, aquam manibus affundentem, languentibus solicite ministrantem, & cætera pietatis officia exhibentem.* Ecce vobis augustissimam non à palmis & triumphis, sed ab humilitatis exercitiis derivatam famam.

Patet exemplo S.Gallicani.

9. *Nonne cum parvulus esses &c.* S. Gregorius in humilitatis se diffundens laudes, inquit; *Quid humilitate sublimius, quæ dum se in ima deprimit, authori suo manenti super summa conjungitur.* Cur autem humilitas, dum ipsa exercetur, humiliantem exaltet, hanc D. Augustinus assignat rationem dicens: *Est igitur aliquid humilitatis, miro modo quod sursum facit cor, & est aliquid elationis quod deorsum facit cor. Hoc quidem quasi contrarium videtur, ut elatio sit deorsum, & humilitas sursum, sed pia humilitas facit subditum superiori, nihil est autem superius Deo, & ideo exaltat humilitas quæ facit subditum Deo. Elatio verò quæ in vitio est, eo ipso quo respicit subjectionem, & cadit ab illo, quo non est quadquam superius, & ex hoc erit inferius, & sit quod scriptum est; dejecisti eos dum allevarentur.* Per viam itaque humilitatis Deo nos similes reddimur, ideoque virtus hæc, sublimis & grandis est.

S.Greg.p.3. Pastor. Admonit.18. Humilitas exaltat humilantem se. S.Aug.l.14. de Civ. Dei c.13.

S.Greg.ibid.

10. *Nonne cum parvulus esses &c.* S. Gregorius ita ad intentum præsens discurrit: *Hostis noster inter omnia conditus, voluit videri super omnia elatus, redemptor autem noster magnus manens, super omnia fieri inter omnia dignatus est parvulus, dicatur ergo humilibus, quia cum se dejicium ad Dei similitudinem ascendunt, dicatur elatis, quia dum se erigunt, in apostatæ angeli imitatione cadunt.* Quam non obscure veritatem sacer quidam confirmat interpres, dum illum Ecclesiastici textum (*quanto magnus es, humilia te in omnibus*) ita explanat dicens: *Humilitas sine honore ipsa sufficit ad honorem, honor vero sine humilitate, se producit ad confusionem.* Quam eamdem denique virtutem S. Bonaventura per sequentes deprædicat similitudines, dicens: *Est humilitas luminosa, instar sideris, radiosa, nam sicut sidus, vel stella, modica est in apparentia, cum tamen fidus in veritate, ut tradunt Mathematici, sit majus tota terra, sic humilis cum sit, parvum in veritate est apud Deum maximus, & ex sua tamen & hominum reputatione, vult esse quasi nullus; Est instar lunæ, nam sicut luna est luminare, quod minuitur ex consummatione, ut dicitur Eccli.43. Sic humilis se minorave nititur, cum à Deo per gratiam consummatur.*

Eccli.3. 20. Godfrid.in Alleg.Tirolmanni. Declaratur similitudinibus. S.Bonav. T.6. in Dies. salut. Tit.7. c.1.

DISCURSUS XXIII.

ARGUMENTUM.

Multi ex humilitate derivantes utilitates hoc discursu ponderantur.

THEMA.

Omnes invicem humilitatem insinuate, quia Deus ... humilibus dat gratiam. 1.Petr.5.℣.5.

1. RAtionem S. Petrus assignat cur fideles ad insinuandam in proximis humilitatem exhortetur:

Humilitas est fons divinarum gratiarum.

omnes invicem humilitatem insinuate, quia hæc est fons vivus divinarum gratiarum, *quia Deus humilibus dat gratiam*, hæc autem gratia in anima operando, illam ad virtuosos actus promovet, multisque meritis, & operibus bonis fœcundam reddit. Examinemus igitur ab hujus virtutis exercitio derivantia emolumenta, sic enim illa & multa & valde præstantia esse videbimus.

Varij fructus humilitatis.

2. S. Bonaventura primum humilitatis fructum esse docet, quod hominem à multis tam culpæ quam pœnæ malis præservet; inniti tur autem cuidam textui Psalmistæ in Psalm. 30. inquiens: *Considera quod homo per humilitatem à malo liberatur juxta illud Psalmi* 30. *quoniam respexisti humilitatem meam, salvasti de necessitatibus animam meam. De necessitatibus culpæ mortalis, pœnæ gehennalis, miseriæ temporalis.* In cujus confirmationem aliud quoddam ejusdem Psalmistæ testimonium adducit dicentis: *Circumdederunt me dolores mortis, & pericula inferni invenerunt me; genitus mortis* id est ut Seraphicus exponit, *culpæ mortalis; & pericula inferni invenerunt me scilicet pœnæ infernalis; tribulationem & dolorem inveni, scilicet miseriæ vel temporalis adversitatis*; tandem verò Seraphicus Doctor discursum suum ad Psalmistam dirigens interrogat eum: *Sed quomodo ô David* evasisti? moxque ex ore ejus respondet: *Humiliatus sum & liberavit me.* Paulo ante pariter dixerat: *custodiens parvulos Dominus*; Deus enim humiles specialiter custodit & præservat. Alibi quoque idem Psaltes ait: *custodi me ut pupillam oculi.* Ubi S. Hieronymus ait *oculus est Ecclesia, pupilla humilitas Christi, per cujus exemplum vivimus, & movemur*; Ecce tibi singularem hujus virtutis honorem & prærogativam, utpote quæ in corpore nostro, veluti pupilla oculi, primum & nobilissimum locum obtinet, ita quoque eadem proportione humilitas est animæ pupilla, ac proinde hæc nos ab omni nævo quantumvis minimo pulveris custodit & protegit. S. Dorotheus sermone 2. *De cordis humilitate & modestia* idem quoque laudis præconium tangit dicens: *Ab omnibus animi agritudinibus, ac perturbationibus, & tentationibus censeo liberari animam nostram posse humilitate cordis & protegi.* Sicut igitur antidotum & remedium quoddam inæstimabilis valoris futurum esset illud, quod talem in se activitatem haberet, ut potens esset ad liberandum ab omnibus & quibuscumque malis, atque ad præservandum nos, ne in illa incidamus. Ita virtus humilitatis pretiosissima censeri debet, quia juxta mentem hujus magni spiritualis vitæ magistri hæc virtus eosdem effectus in animabus operatur, sanando eas & præservando ab omnibus infirmitatibus spiritualibus. S. Gregorius super illa verba Jobi cap. 5. *Porro salvum faciet egenum à gladio oris eorum*, quamdam proposito nostro aptissimam adducit expositionem inquiens: *Pauper quippe est quisquis apud semetipsum elatus non est; unde & per evangelium veritas dicit: beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Duobus autem modis unusquisque ad culpam pertrahitur aut enim delectatione perducitur, aut terrore superatur, gladius namque oris est iniquitas persuasionis, manus autem violenti est adversitas potestatis, sed quia veraciter humilis, qui hoc loco pauper vocatur, quo nulla hujus mundi prospera appetit, eo audenter etiam universa contemnit, recte dicitur salvum faciet egenum à gladio oris eorum, ac si aperte diceretur: sic in se Deus mentes humilium solidat, ut eas ad perpetrandam nequitiam, nec blandimenta persuasionem protrahant, nec dolores suppliciorum frangant.* S. Ephrem de *timore Dei*, differens specialem huic virtuti attribuit prærogativam, scilicet quod nos à lapsibus præservet: *Magna felicitas & gloria est humilitas* & non est in ea lapsus, neque ruina atque ideo anima hac virtute prædita nihil habet quod timeat, quia semper in pedes erecta stabit. Richardus de S. Victore lib. 2. *de eruditione hominis interioris*, ad hactenus dicta probanda sequens facit argumentum; *cum attestante scriptura initium sit omnis peccati superbia, quid quæso contra illud possit peccatum, cui ex victoria superbia, longe est omnis peccati initium* superbia est, quæ offendiculo pedibus nostris ponit, & cadere facit: humilitas autem ab omni est lapsu secura; qui humi prostratus jacet, prout facit humilis, lapsum non timet; *humilitas autem ab humo dicitur*, unde S. Joannes Damascenus inquit: *humilis dicitur quasi humo* acclinis. Ac proinde David Deum affectuosis hisce precibus rogabat: *Non veniat mihi pes superbiæ*; at vero cur David de superbia differens, non potius illi aliam corporis partem attribuit. V.G. caput, oculos, brachia, quibus corpus in altum elevatur? quare potius pedis meminit, scilicet ad denotandum, superbum nullum habere caput, quo se gubernet, nullos oculos, quibus se custodiat, neque manus quibus se sustineat, sed pedes dumtaxat, in præcipitium & ruinam accommodatos. Unde & mysteriosè unius dumtaxat memini pedis; quia enim uno dumtaxat graditur pede facillime cadit.

Prov. 5. v. 15. S. Gregor. l. 6. mor. c. 13.

Psal. 16. v. 8. S. Hieron.

S. Doroth. ser. 2. de cordis humilit.

3. S. Bonav. in sermone quodam illa S. Petri verba: *humiliamini sub potenti manu Dei*) sequenti ad intentum nostrum peridóneo illustrat commentario inquiens; *quasi dicat, si humilis fuerit, Deum auxiliatorem habebit, quo fortis erit, nihilque timebit.* Beda autem cœlestis magistri de ultimo capiendo loco (*recumbe in loco novissimo*) documentum ad Davidem applicat dicens: *Psalmista gloriatur; humiliatus sum usquequaque Domine, vivifica me secundùm verbum tuum; manifestè significans, ita se à Domino posse vivificari, si de suis ipse virtutibus humilia sentiret.*

1. Pet. 5. v. 6. S. Bonav. serm. 4. de uno S. Conf. Ven. Beda in Luc. 14.

4. *Omnes invicem humilitatem insinuate.* Justissimum hoc Apostoli Petri monitum fuisse intellexit S. Augustinus, quando absque humilitate virtutes colligere, idem esse asserit, quod pulverem in ventum portare; ideoque ait: *Qui sine humilitate bona opera agit, in vento pulverem portat.* S. autem Dorotheus ut humilitatis semitam facilem nobis expeditamque reddat, nos ita interrogat dicens: *Quæ obsecro expeditior est ad salutem via, per laborem an per humilitatem?* nemo non prima fronte responderet, per viam laborum atque sudorum, planiorem reddi salutis semitam, quoniam *non coronabitur, nisi qui legitime certaverit; labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es & bene tibi erit*, nihilominus ejus audire placebit responsum dicentis: *Citra humilitatem non est verus & animæ nostræ utilis labor; labor enim per seipsum frustra fit, & ad nihilum valet penitus.* Quam sententiam suam Psalmistæ confirmat testimonio, qui prius humilitatis, postea vero bonorum meminit operum dicens: *Vide humilitatem meam & laborem meum, & dimitte universa delicta mea.* Unde S. subjungit proprium nostri ipsius contemptum, humiliationem nostram coram Deo, conceptum exilem de nobismetipsis, æquivalere & præponderare omnibus laboribus, plurimisque aliis operibus bonis: *Contemptus, laboris locum tenet.* Ita sane Pharisæus quamvis orationibus, jejuniis, eleëmosynis, aliisque in se laudabilibus & virtuosis vacaret operibus, à Deo nihilominus reprobatus fuit; econtra vero Publicanus humilis propter humilitatem suam justificatus & sanctificatus fuit.

S. Aug. ser. 70. ad Fratres. S. Doroth. ser. 21. 2. Tim. 2. v. 5. Psal. 127. v. 2. Psal. 24. v. 18. Luc. 18. v. 14.

5. S. Basilius in illa ad filium spiritualem instructione alia inter documenta, sequens assignat humilitatis in hæc verba: *In omnibus tuis operibus humilia te coram Domino, quia non erit gratum Deo quidquid efficitur cum superbia; quod autem fit humiliter, acceptum est ei. Fili præ omnibus humilitati studie; quod est omni virtute sublimius, ut ad perfectionis fastigium possis conscendere.*

2. Fructus est quies animæ. S. Basil. admonit. ad fil. spirit.

6. Divinus Magister noster alios inter humilitatis fructus, dum nos ad eam invitat, requiem assignat dicens: *Discite à me quia mitis sum & humilis corde, & invenietis requiem animabus vestris.* Finis laboris animæ fidelis in vita præsenti quies est, quæ per serenam & tranquillam obtinetur conscientiam; hanc autem media humilitate possidemus; Unde & S. Bernardus ait; *Nunquid tam magnum est, quod est parvum & utique, quia per hoc inventur requies animabus; quæ enim alia est causa omnis laboris & certaminis nostri nisi ut inveniamus requiem animabus nostris & brevis doctrina, brevis via demonstrata est.* Cui confirmando subservit illud, quod Bollandus tradit in vita Beatæ Angelæ Fulginiensis, quæ alias inter doctrinas spirituales à sponso suo cœlesti, pariter accepit sequentem: *Verè qui est in humilitate fundatus, habet conversationem angelicam, purissimam, benignissimam, & pacificam. Et quia hæc pretiosa virtus humilitatis benignum animum facit, ideo bono humilis omnibus appetibilis efficitur, & omnibus amorosus, & præcipue electis Dei.* Videmus per experientiam, quantum amentur, existimentur, & honorentur viri quieti, pacifici & benigni, hic autem honor & respectus illis contingit, solius merito submissionis, & humilitatis, quia omnibus se subjiciunt, nec superioritatis, aut primatus Spiritus habent. S. Thomas ait: *Humilitas secundum quod est specialis virtus, proprie respicit subjectionem hominis ad Deum, propter quem etiam alijs humiliando se subjicit.* Similiter B. Laurentius Justinianus ait: *Hæc virtus gratum hominem Deo & hominibus reddit; nempe nihil adeo efficax est, O homo ad exhibendum se studijs benevolum, quam se vitæ merito, & humilitatis*

Matth. 11. v. 29. S. Bern. de Pass. Dom. cap. 17. Luc. 18. v. 14. D. Chrysost. Tom. 5. de prof. Evang. ser. 27. Bolland. 4. Jan. in vit. B. Angelæ Fulg. n. 249. S. Thom. 2. 2. Quæst. 161. Art. 1. B. Laur. Justin. de Ligno vitæ c. 3.

militatis exiteris decorùs. Verum enimvero ut discursus noster ad materiam antea infinuatam revertatur scilicet *& invenietis requiem animabus vestris*, multa circa hoc habemus sacrorum interpretum testimonia. S. Joannes Climacus inquit: *Quod si quem videris vel audieris intra paucos annos ad summam animi tranquillitatem aspirasse, non alia illum via ad hanc perfectionem pervenisse scias, quam per hanc beatam & compendiosam semitam pedestrem.* Referensque sæpe repetita Salvatoris verba: *Discite à me quia mitis sum & discite*, inquit, *non ab angelo, non ab homine, non ex libro, sed à me, hoc est, ex mea in vobis habitatione, illustratione, & operatione, quia mitis sum, & humilis corde, & invenietis bellorum interiorum requiem animabus vestris.* S. Thomas de Villanova in Concione quadam *de S. Martino* de hac virtute fusè differit, & inter alia illius encomia hoc quoque enumerat beneficium quietis & tranquillitatis interioris animæ: *In hoc apparebit quod discipuli mei estis, si mites & humiles inventi fueritis: sed quo fructu? quia utilitate? & invenietis requiem animabus vestris. Non est requies fratres, non est pax, nisi in humilitate sola. Unde tanta vexatio & infælicitas in orbe nisi ex superbiæ tumore? quia videlicet reputari, & honorari volumus, plusquam sumus*, Postquam vero superborum exaggerasset inquietudines in hæc verba concludit: *Vere contritio & infælicitas in vijs eorum, quoniam viam pacis, humilitatis non cognoverunt, si enim hac procedervent via quietissimos & fælicissimos dies agerent.*

Matth. 21. 29. S. Joan. Climac. grad. 25. de Scala Parad. n. 20. S. Thom. de Villanov. Conc. 1. de S. Martino.

3. Fructus est, recuperatio amissorum meritorum. *Hug. de S. Victor Tom. 2. Inst. mon. ser. 53.*

7. Ab eadem humilitate aliud quoddam eximium derivatur beneficium, scilicet amissorum meritorum recuperatio; de qua Hugo de S. Victore sequentem insinuat doctrinam; *Vovisti Deo virginitatem tuam, & post votum perdidisti? virginitas autem semel amissa, reparari, aut recuperari numquam potest. Quid ergo, reddes Deo, pro eo quod vovisti, & irrecuperabiliter perdidisti? Audi, redde pœnitentiam tuam, redde contritionem, redde humilitatem, pro virginitate carnis, redde humilitatem cordis, humilitatem per se debueras, etiamsi virginitatem habueras, & tamen si virginitatem reddere non potes, redde pro illa humilitatem, & satisfaciet tam pro se, quam pro illa. Vide quanta virtus est humilitatis. Socia est humilitatis virginitas, & socia est virginitatis humilitas, non tamen potest, si abest humilitas, satisfacere virginitas, potest autem, etsi abest virginitas satisfacere, si habeatur vera humilitas.* Quod vero charitatem quæ regina est omnium virtutum, (*major autem horum est charitas*) attinet, ad hujus damna reparanda, ejusque recuperanda merita, si S. Bern. credimus, unica sufficit humilitas, dicit enim S. hic Pater: *Sola virtus humilitas læsæ charitatis reparatio.* Quando enim anima vere humiliatur, indeque Dei amor accenditur, per hanc humiliationem cum ferventibus charitatis actibus conjunctam, damna præcedentia restaurantur. Consideratione digna est illa S. Thomæ de Villanova sententia dicentis. *Neque solum omnem gratiam & virtutem custodit humilitas, sed etiam supplet; quidquid enim tibi obedientiæ, castitatis, patientiæ, sanctitatis, deest, humilitate suppletur.* Publicanus nullas fecerat eleëmosynas, sicut Pharisæus imo multas commiserat extorsiones; similiter non jejunaverat, neque virtutis & perfectionis exercitio operam dederat; imo torrentem mundi in omnibus secutus fuerat, & tamen quia in profundissimam usque humilitatem se demisit, indignum se æstimando, qui vel oculos ad cœlum levaret, *descendit justificatus in domum suam*: D. Chrysostomus facilem nobis viam demonstrat, per quam exemplo boni latronis amissam recuperare possumus sanctitatem: *Scimus*, inquit, *quod arrogantia ex ipsis cœlis superbientem deducere, & humilitas ex abyssô peccatorum modestè agentem in altum reducere potest; superbia incorporeas virtutes, diabolum è cœlo deturbavit humilitas & proprioram peccatorum agnitio, latronem ante Apostolos in paradisum induxit.*

1. Corinth. 13. v. 13. S. Bern. t. 3. Dom. 10 post Pent. A. 3. c. 1. S. Thom. de Villanov. ibid. D. Chrysost. Tom. 5. de prof. Evang. ser. 27.

8. Idem quoque Chrys. in alio quodam loco alium humilitatis fructum observat, inquiens: *Qui labi permissus est, modestèque de se loqui ex suo casu didicit, is & citius resurget, & seipsum, si modo velit, recuperabit celerius.* Sciendum enim est, quod sicut à radice humor vitalis in universam arborem transfunditur, adeo ut sine hoc frondes, flores & fructus marcescerent, & languerent: ita quoque omnes virtutes in tantum vigent, summque meritum habent, in quantum ab humilitate, quæ radix virtutum est, nutriuntur; nam ut S. Gregorius ait: *origo virtutis humilitas est, illa in nobis virtus veraciter pullulat, quæ in radice propria, id est, in humilitate perdurat, à qua nimirum si abscinditur, arescit, quia vivificantem se in intimis humorem charitatis perdit.*

D. Chrysost. Tom. 5. Hom. 7. de Humilit. anim. 4. Fructus est, quod lapsi, facilius resurgant. S. Greg. L. 27. mor. c. 27.

9. B. Laurentius Justinianus multa hujus virtutis accumulat encomia, inquiens: *Humilem honor, & eorumdem exaltatio, est gratiarum cumulus additamentum donorum, conscientiæ pax, cognitionis lumen, exaltatio spiritualis, orationis munditia, rectitudo mentis, fidei constantia, compassionis affectus, compunctionis studium spei robur, charitatis incendium, internorum gustus, proficiendi desiderium, virtutum situs, & fœnorum præmiorum expectatio certa.* Hi procul dubio sunt imprædicabiles humilium thesauri. D. quoque Chrysostomus in humilitatis præconium sequens format valde efficax argumentum: *Si humilitas peccatis sociata tam expedite currit, ut justitiam cum arrogantia junctam superet, ac prævertat, quando eam justitiæ conjunxeris, quo nunc perveniet? quos non tranjibit cœlos? stabit plane fiducia magna inter angelos, apud ipsum Dei thronum.* Et S. Bonavent. ait: *Humilitas est brevis Schola dei orationis, & brevis via Salvationis, brevis scala si vis ascendere, brevis schola, si vis addiscere; & brevis via, si vis incedere. Est humilitas brevis schola, est enim compendium totius justitiæ*; Idque probat ex illis Christi ad Baptistam verbis: *Decet nos implere omnem justitiam*; ubi glossa legit *humilitatem. Ideo Salvator & Magister optimus* (prosequitur idem Seraphicus) *in sua Schola, prolixitatem totius legis, reduxit ad quamdam summam, id est, ad methodum humilitatis, dicens: discite à me quia mitis sum & humilis corde.* Quandoquidem autem præcursoris meminimus, non abs re foret considerare, ad quam sanctitatis eminentiam humilitas eum adduxerit, nisi ipsamet incarnata Sapientia ejus laudes abunde nimis coram mundo universo deprædicasset, dum ipsum maximum inter natos mulierum esse asseruit; quo non obstante præconio, S. Augustinus hinc omnia innumerabilia & admirabilia ejus merita, illinc vero profundissimam Messiæ honoris repudiantis collocans humilitatem concludit: *Fratres mei nullam tantum meritum Joannes habuit quam de ista humilitate, quod cum posset fallere homines, & putari Christus, & haberi pro Christo* (*tanta enim gratia, tantaque excellentia fuit*) *confessus est tamen aperte & dixit; non sum Ego Christus.*

B. Laurent. Justin. Lib. de Humil. c. 24. D. Chrysost. Tom. 5. de profectu Evang. ser. 27. S. Bonav. in Dieta salut. Tit. 7. c. 1. Matth. 3. v. 15. S. Bonav. ibid. S. Aug. T. 4. in Joan.

10. S. Dorotheus *de humilitate* tractans, in hæc pariter verba præcedentem confirmat doctrinam ait: *Brevi compendio, vel sola cordis humilitas ad perfectionis viam introducere poterit.* Hinc eos, qui propter imbecillitatem in servitio Dei laboriosius se exercere nequeunt, exhortatur dicens: *Si propter imbecillitatem laborare non possumus, humiliare saltem nos ipsos studeamus; confido enim in Domini misericordia, quod si modicam hanc & brevem amplexati fuerimus humilitatem, inveniemur & nos inter Sanctorum illorum Choros qui innumeris laboribus se affligentes Domino servierunt.*

S. Doroth. ser. 2. de cordis humilit.

DISCURSUS XIV.
ARGUMENTUM.

Humilitas orationem efficacem reddit, impetratque quamlibet petitionem.

THEMA.

Oratio humiliantis se, nubes penetrabit. Eccli. 35. ℣. 21.

1. A Postolus Paulus facilitatem nos edocturus, quam in maximi negotiis momenti animam nostram concernentibus, apud Divinam Majestatem promovendis possidemus; ita nos alloquitur dicens: *Ne dixeris in corde tuo, quis ascendet in cœlum? ... quid dicit scriptura? prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo*; quasi diceret, fallimini, & supplicas vestras apud Deum minime exaudiendas putatis; siquidem in vestra est potestate, ut ille faciliter subscriptæ favorem impertiatur optatum; sed quo fodes modo? Quis *descendet in abyssum*? idem subjungit Apostolus, illi scilicet planissima est ad divinum thronum via & audientia, qui in proprij nihili se mergit abyssum, & indignitatis suæ absorbetur exinanitione, hæc secura est via, per quam nostra subsignari curemus memorialia, Spiritu veritatis per os Ecclesiastici nobis promittente: *Oratio humiliantis se, nubes penetrabit.* Quamvis enim Filius Dei ad Dexteram excelsi residet patris, in majestate, & eminentia infinita, nihilominus quanto magis in humilitatis nostræ centrum nosipsos demerserimus, tanto magis nostræ apud altissimum exaudientur preces; Ideoque Hugo Cardinalis in præsenti ait: *Oratio non omnium, sed humilium nubes penetrabit.* Quanto namque anima supplicans per humilitatem & submissionem

Rom. 10. v. 6. Humiliantis se oratio, omnia facile impetrat. Hug. Card. in Eccles. Astic. cum.

sionem suam ab Empyreo remotior fuerit, tanto magis ei appropinquabit, inde sua infallibilis exaudienda oratione; *Quanto humilior est oratio*, inquit Lyranus, *tanto majorem effectum habebit coram Deo.* Quod pariter Carthusianus his verbis docet; *Qui enim orans seipsum cordialius profundiusque humiliat, eo coram Creatore amplius sublimatur, & plenius acceptatur*; ubi singularem meretur notam Ly, *cordialius*; id quod ad Ecclesiastici verba respicere videtur, qui non dicit: *Oratio humiliati, sed humiliantis se nubes penetrabit*; Siquidem humilitas & contemptus noster à nobismetipsis, ex voluntate propria, & ex corde toto procedere debet.

Lyranus. Ibid. Dion. Cart. ibid.

2. S. Basilius alia inter Filio spirituali data documenta, eum, si humilis fuerit, infallibilem omnium suarum precum, & orationum exaudition consecuturum affecurat dicens: *In tempore precum suarum, quod postulat, impetrabit.* Unde & Ecclesiasticus suum confirmaturus propositum subjungit: *Donec propinquet, non consolabitur, & non discedet, donec altissimus aspiciat.* Ubi originale Romanum prò Ly *consolabitur*, legit: *non revocabitur*; & alia pariter versio: *non conquiescet nec desistet, donec pervenerit ad altissimum.* Prophetа pariter Evangelicus animæ oranti qualiter exaudienda foret: eamdem proponit methodum dicens: *Humiliaberis, de terra loqueris*; sed quis hujus erit humiliationis fructus? *& de humo eloquium tuum mussitabit.*

S. Basil. in admonit. ad Fil. spirit. Eccli. 35. 21. Roman. Tigurin. Isaiæ 29. v. 4.

3. Memorabiliora inter, quæ Scriptura Sacra memorat gesta, per Adami posteros adimpleta facile eminet illud, quod unica imbecillis mulier innumerabilem, fortissimum, innumerisque formidabilem triumphis prostravit exercitum; Quod enim Angelus de cœlo descendens in castra Sennacherib, in nocte unica milites peremerit, centum octoginta quinque milia, quis obstupescit, quoniam *facit angelos suos spiritus & ministros suos ignem urentem.* Angelus autem ille erat; Judith vero mulier, colum non ferrum tractare assueta; sed modum forsitan, quem hac in Victoria servavit, scire desiderabitis? *Ingressa est oratorium suum, ... posuit cinerem super caput suum, & prosternens se Domino, clamabat ad Dominum.* Forsitan & vocem, ut nubes penetraret, & ad Dei pertingeret thronum elevavit? nequaquam, respondet Hugo Cardinalis, sed *clamavit per humilitatis affectum, sperans exaudiri.* Aspersio quoque cinerum super caput, humilitatem aperte protestabatur, unde Abraham dicebat: *loquar ad Dominum meum cum sim pulvis & ... cinis*, & Jeremias de humili pariter tractans ait: *Ponet in pulvere os suum, si forte sit spes.* Noverat utique Judith, per Spiritus sibi assistentis instinctum (utpote juxta S. Augustini testimonium, *divino spiritu ducta*) noverat inquam illud veritatis æternæ assertum: *super quem respiciam nisi super humilem?* sciebat principalissimam ac orationibus præstandam efficaciam, caputque Holofernis amputandum, remedium esse humilitatem; unde & Tertullianus ait: *Cum modestia & humilitate adorantes, magis commendamus Deo preces nostras.* Quemadmodum ipsamet hæc Heroina pariter profitetur, dum ad Deum conversa ait: *Nec superbi ab initio placuerunt tibi, sed humilium & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio. Exaudi me miseram deprecantem, & de tua misericordia præsumentem.* Quam humilem Judithæ figuram cinereamque cinerum aspersionem, & affectus demissimos postquam expressisset Scriptura sacra subjungit in capite sequenti: *Factum est autem, cum cessasset clamare ad Dominum, surrexit de loco, in quo fecerat prostrata ad Dominum &c.* Quasi ex tunc de triumpho secuta, è cineribus, & humilitatis pavimento se erexisset; Unde & Isaias de anima orante, sub nomine Jerusalem tractans, eam in virtute humilitatis suæ, precibus suis efficaciam præstitisse asserere volens, similiter in hæc verba adhibet phrasin: *Excutere de pulvere, consurge, sede Jerusalem, solve vincula colli tui captiva filia Sion.*

Tertull. de Orat. c. 13. Judith. 9. 16. Ibid. v. 17. Judith. 10. v. 1. Isaiæ. 52. v. 2.

4. Propheta regius suas quodam loco exauditas esse gloriatur instantias dicens: *Exaudiet Dominus vocem orationis meæ, Quia inclinavit aurem suam mihi, & in diebus meis invocabo*; Moxque subdit: *circumdederunt me dolores mortis, & pericula inferni invenerunt me, tribulationem & dolorem inveni, & nomen domini invocavi*; hinc que maxima iterum cum confidentia replicat dicens: *O Domine libera animam meam.* Sed cui tandem hujusmodi Prophetæ spes innitebatur infallibilis? Ecce vobis fundamentum: *humilitatis suæ, & liberavit me*; quia scilicet veritas est Catholica; quod *oratio humiliantis se, nubes penetrabit.* Unde & David prosequitur dicens, *convertere anima mea in requiem tuam quia Dominus benefecit tibi.* Ast quare quietem requiemque animæ suæ obtigisse memorat? quia scilicet hæc humilitatis virtus est, ut in discursu antecedenti ex illis probavimus Christi verbis: *Discite à me quia mitis sum, & humilis corde, & invenietis requiem animabus vestris.* Verum enimvero quam exacte orationem Psalmistæ post humilitatem ejus exaudierit, ex proprio ipsius ore plenius intelligamus dicente: *eripuit animam meam de morte, oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapsu.* Idemque alia pariter vice nos ad eamdem, invitaturus virtutem, ut faciles nobis Dei compararemus aures, protestatur dicens: *Non est oblitus clamorem pauperum.* Ubi non de pauperum, qui bonorum temporalium laborant penuria, sed de humilium clamoribus & vociferationibus sermo est asserente Chrysostomo: *Non dicit absolute pauperes, sed illos qui sunt pauperes spiritu, sicut dicit Christus, ij enim maxime exaudiuntur, dum orant, qui sunt corde humili. Hic duo ponit, & orationem, & humilitatem. Ad quem, inquit, respiciam, nisi super humilem? Ubique orationis vehiculum invenitur humilitas.*

Matth. 11. v. 29. Psal. 114. v. 8. Psal. 9. v. 13. D. Chrysost.

5. Affligebatur Agar, eo quod à Domina sua male tractaretur, sed non absque ratione, siquidem debitum erga eam perditerat respectum, dicente Scriptura: *Affligene igitur eam Sarai, fugam iniit; Cumque inventisset eam Angelus Domini, juxta fontem aquæ, in solitudine... Dixit ad illam: ...unde venis? & quo vadis? quæ respondit: à facie Sarai Dominæ meæ ego fugio. Dixitque ei Angelus Domini: revertere ad Dominam tuam & humiliare sub manu illius.* Ubi Abulensis advertit, eam priusquam hoc ab Angelo accepisset consilium se humiliasse. Unde Saræ titulum Dominæ seu patronæ attribuebat, cum tamen prius illi subjici recusaret: *Bene respondit se humilians*, inquit ille, *& eam Dominam recognoscens, ideo meruit ab Angelo benedictionem in filijs audire.* Ex qua Historia discere possumus, quod ad recipiendas cœlestes benedictiones, nosque dignos reddendos gratiis, unicum medium sit humilitas, quia *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.*

Agar se humilians exauditur. Gen. 16. 6. 7. Ibid. v. 8. Ibid. v. 9. Abul. ibid. Jacob. 4. v. 6. Alb. Mag. ibid.

6. Chananæa, ut omnes novimus, animam designat orantem, cujus preces admirans Albertus Magnus, verbum, *clamavit*, sequenti illustrat commentario, *non tam alta voce oris quam magna cordis devotione.* Unde & Jeremias nomine Dei suadet dicens: *Clama ad me, & ego exaudiam te.* Primo itaque benignissimus Salvator, licet miracula sua liberaliter multiplicaret circa omnes preces ejus, quasi surdaster sprevit, *Qui non respondit ei verbum*; permoti itaque Apostoli pro supplicante intercesserunt, sed & ipsi repulsam tulere apud Dominum dicentem: *Non sum missus nisi ad oves quæ perierunt domus Israël.* Cumque ille nihilominus instaret, iterum respondit Dominus: *Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus*; quod cum audiret supplex, mox subjecit dicens: *Etiam Domine, nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum*, & ecce subsignatam mox supplicami, abundantius quam petiisset, respondente domino: *O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut vis; & sanata est filia ejus ex illa hora.* Ubi Ly, *tunc*, notetis velim, utpote ad præcedentia verba relationem habens, quasi S. Matthæus inferre voluisset, orationem ejus exauditam fuisse, quando se humili cani assimilavit; unde & D. Chrysostomus ait: *Ex hac humilitate ex abjecta conditione canum, filia facta est.*

Matth. 15. v. 23. Chananæa non fuit exaudita, nisi prævia humiliatione. Ibid. v. 24. Ibid. v. 26. Ibid. v. 27. Ibid. v. 28. D. Chrys. Hom. 53. in Matth. Similiter Centurio. Matth. 8. v. 7. Ibi d. v. 8. S. Antonin. de Padua ser. in Fer. 5. in Ibid. v. 10.

7. Centurio Capharnaita vix suum in servi salutem os aperuerat, quando Christus inaudita cum promptitudine se ad ædes ejus venturum appromisit dicens. *Ego veniam & curabo* eum sed undenam tanta Christi in exaudiendo Centurionem benignitas procedebat & facilitas? ex profunda ejus humilitate dicentis: *Non sum dignus ut intres sub tectum meum.* Ubi S. Antonius de Padua inquit: *Nota in verbis Centurionis profundam humilitatem*; qui propterea præter servi salutem, hoc quoque insigne meruit encomium: *Non inveni tantam fidem in Israël.* Quæ verba ponderans S. Augustinus inquit: *Tantam quid est? & tam magnam; unde magnam? de minimo, id est de humilitate grandem.*

S. Aug. ser. 74. de verb. Dom. Psal. 118. v. 1. S. Hieron. in Matth. 8. v. 8. Parvulo est humilis exaudit inclinans se ad eos.

8. S. Hieronymus Psalmistæ verba. *Exaudiet Dominus vocem orationis meæ* (sequenti illustrat commentario dicens: *Quoniam nos parvi sumus, & humiles, & non possumus nos extendere; & exaltare, propterea Dominus inclinavit aurem suam, & dignatus exaudire nos. Custodiens parvulos Dominus*, inquit David, *humiliatus sum & liberavit me*; *si quis se magnum putat, hujus non miseretur Deus*; *sed si quis se humiliat, hujus miseretur.* Ideoque & alio quodam in Psalmo idem Psalmista ad humilium preces se reflectens ait: *respexit in orationem humilium & non sprevit precem eorum*, quemadmodum *Deus oculo pietatis*, ut Dionysius Carthusianus ait: *In orationem humilium respexit, sicut per Isaiam protestatur, ad quem respiciam nisi ad pauperculum, & contritum spiritu.* Beatus quoque Laurentius Justinianus in Capitulo cui titulus est *de perseverantia*, de humilis orationis efficacia tractans ait: *Nulla potest esse in oratione repulsa, quando hæc deprecantis fuerit socia & orationis prævia, eo namque meus in oratione erit alacrior, & in contemplatione sublimior, quo in se exiterit abjectior atque humilior.*

Psal. 101. v. 18. Dion. Cart. ibid. B. Laurent. Justinian. de Orat. 4. Reg. 4. 4. Reg. 5. Eliseus Sunamitidem facile exaudivit, & non Naaman, quamvis à Rege commendatus.

9. Sunamitis pro sui apud Elisæum institit filij salute, qui mox ad eam se in persona propria se conferens, miraculum indilate operatus est, è contra vero Naaman praviter in Elisæum indignatus, conquestusque fuit, quod ne pedem quidem in ejus gratiam movere dignaretur, licet per litteras regias illi commendatus fuisset; & ex longinqua adveniret regione; princeps, magnique assecla Monarchæ, & nihilominus idem erat utrobique Eliseus, eamdem semper fovens in corde charitatem; quorsum itaque hæc differentia? Ecce vobis mysterium nostrum. Eliseus præfigurabat Salvatorem, qui suas humilibus dumtaxat dispensat gratias, quoniam *respexit in orationem humilium*, Naaman autem ad Prophetam cum magno venit fastu, cœtuque numeroso; Sunamitis vero maxima cum humilitate ad pedes ejus provoluta, lubrinisfimeque orans pro filio, apprehendit pedes ejus; atque ideo hæc faciliter exaudita fuit, quoniam *oratio humiliantis se &c.* Unde & Naaman, quando se Prophetæ obedienter submittit, præceptumque lotionis (*unde & lavare*) punctualiter executus est, à sua lepra liberatus fuit.

Assuerus repudiavit Vasthi reginam propter fastum. Esth. 1. v. 12. Esther vero servavit propter humiliatem, quam precibus junxit. Esth. 14. v. 1. Ibid. v. 2. Ibid. v. 3. Esther 15. v. 19. Esther 13. v. 13.

10. Duæ Reginæ Assueri uxores, mandata Regis transgresse fuisse leguntur, & nihilominus cum diversissimo utriusque exitu. Vasthi namque ad regium convivium vocata, *venire & ad Regis Imperium venire contempsit*, quare Rex iratus suorumque acquiescens consilio eam repudiavit. Esther vero in locum ejus substituta, probe nostens legem emanasse regiam, ne quis non vocatus sub pœna capitali ad Majestatem Regiam introire præsumeret; ipsa nihilominus, licet non invitata, ad audientiam penetravit, & non modo repulsam non tulit, aut pœnam, sed benigne excepta, omnem quam petebat obtinuit gratiam, scilicet liberationem à morte pro toto populo Hebraico; tantæne differentiæ causam intelligere vultis: *Esther quoque Regina confugit ad Dominum, pavens periculum; quod immebat, Cumque deposuisset vestes regias, flatibus & luctui apta indumenta suscepit, & pro unguentis variis, cinere & stercore implevit caput, & corpus suum humiliavit, ... Et deprecabatur, Dominum Deum Israël.* Neque modo Regem sibi propitium, sed & omnes nacta est favorabiles consiliarios: *Omnes ministri ejus consolabantur eam.* Vasthi vero econtra per superbiam suam omnium provocavit in se odium; utpote quæ venire contempsit. Mardochæus, qui exaltatus & à patibulo, quod illi Aman præparat, liberatus, à Deo exauditus fuit propter humilitatem suam, pro totius populi Judaici liberatione, propter suam dico humilitatem, quia sancte protestabatur dicens: *Vestigia pedum ejus deosculari paratus essem, sed timui ne honorem Dei mei transferrem ad hominem.* Motivum itaque cur Aman revereri & salutari dedignaretur, non superbia, sed timor erat; ne debitum Deo cultum Idolo, quod ipse ad collum portabat, præstaret.

Esther 13. v. 13.

11. B. Laurentius Justinianus de humilitate quoque tractans ita discurrit: *Quæ virtus omnibus necessaria est, & præcipue quiescentibus, & Deo per orationis exercitium vacare volentibus, quia numquam poterit quis Deo veraciter inhærere, si non fuerit hac virtute munitus.* Duo, ut nostis, templum ascenderunt Jerosolymitanum oraturi; Pharisæus scilicet, cum omnibus suis eleëmosynis, jejuniis, aliisque bonis operibus; qui quamvis per strictam graderetur virtutis viam (*non sum sicut cæteri hominum, raptores, injusti, adulteri*) nihilominus reprobatus fuit; Publicanus autem domum rediit, optatum precum suarum consecutus effectum; *descendit hic justificatus in domum suam ab illo.* Quænam tantæ differentiæ causa? respondet Chrysostomus *se miserum clamabat, pectus tundebat ne cælum quidem aspicere audebat; si te quoque ita oraveris, vel penna leviorem reddes orationem.* Quod pariter S. Paulinus Severum docet in hæc verba: *Publicanus in corde contrito, serpsim accusans Deo, & pectus afflictum crebra manu tundens, & oculos conscientiæ pudore depressos in cælum levare non audens, ipsi-*

B. Laurent. Justin. de Lig. Vitæ cap. 1. Cur Pharisæus orans reprobatus, & Publicanus exauditus fuerit. Luc. 11. v. 11. Ibid. v. 14. D. Chrys. in Psal. 4. S. Paulin. Epist. 10.

quitate illa vitiorum dorso cameli æmula, se in humilitatem debitam strinxit.

B. Laurent. Justin. de casto Connub. c. 22. Humilitas est ala orationis.

12. B. Laurentius Justinianus humilitatem proinde orationis astruit esse alam, dicens: *Humilitas & charitas spiritualis orationis sunt alæ; quarum remigio usque ad interiora ingreditur velaminis, ubi verbum in sinu residens paterno, æterna virtute generatur.* Quam veritatem Job quoque penetravit; quando *toto capite corruit in terram*; Ubi S. Gregorius ait: *Notandum quod in terram corruens adoravit, ille enim verum Deo orationem exhibet qui semetipsum, quia pulvis est, humiliter videt.*

Job. 1. v. 20. S. Greg. L. 7. mor. c. 16.

S. Bernardus in præsenti exemplum desumit à Mendicis, qui ut eleëmosynam exorquerant, laceris ruptisque incedunt vestibus, humiles & abjecti. *Alner & Japientius mendici*, inquit ille: *Quam nos misericordiam implorant; nam Eleëmosynam petentes, non pretiosas vestes ostentant, sed seminuda membra atque ulcera.*

S. Bern. ser. 4. de Aven. Simile mendicorum. Moyses vicit Deum humilitate. Exod. 32. v. 10.

14. Justitia Divina in populum suum exacerbata vindicativum justi furoris sui gladium, in Idololatram & rebellem populum vibrare volebat, quando manus suas per Moysen ligatas conquerens dicebat: *Dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos, & delcam eos, faciamque te in gentem magnam*, sed constanter obstitit, Deumque placavit Moyses; quod factum Richardus Victorinus considerans ait: *Audis dimitte, & Deum teneri non dubites; nec aliunde quam amoris fortitudine. Quæris cujus? illius utique servi fidelis, qui in populum majorem, major fieri; & gloriosior venit.* Deus namque promiserat Moysi se eum imperio, regno, dominioque condecoraturum longe potentiori, modo pro isto non intercederet populo; ast dum ex profundæ humilitatis instinctu hæc omnia à Moyse repudiari vidit, se ab eo victum protestatus est; omnibus ejus annuens precibus; quia scilicet *respexit Dominus in orationem humilium, & non sprevit preces eorum.*

Rich. de S. Vict. p. 1. de grad. Charit. c. 1.

DISCURSUS XV.

ARGUMENTUM.

Humilitatem ad sapientiam, divinorumque mysteriorum intelligentiam plurimum conferre probatur.

THEMA.

Ubi est humilitas ibi & Sapientia. Prov. 11. v. 2.

Humilitas generat sapientiam.

1. INter nobiliores, quorum heroica hæc humilitatis virtus fœcunda mater est; partus, unus est sapientia, ita enim perspicuis verbis Sapiens in propositi thematis verbis asserit: *ubi est humilitas ibi & sapientia.* Unde de Verbum incarnatum, *in quo omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi* erant, discipulos suos erudire volens, hanc illis lectionem majori cum studio, præ quibusvis aliis infinuavit: *Discite à me quia mitis sum & humilis corde*; Idem quoque paulo ante æterno patri suo dixerat: *confiteor tibi pater, Domine cœli & terræ quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & revelasti ea parvulis.* Ubi venerabilis Beda ait: *Non insipientes & hebetes, sed parvulos id est humiles approbat; ut probaret se timorem damnasse, non acumen.* B. Laurentius Justinianus de humilitate differens, hanc ei laudem attribuit: *Hæc sapientiam in hominem introduxit; sicut enim qui thesauros effodit, terram rejicit, foveam in altum facit, sic qui thesauros sapientiæ reperire desiderat, in se foveam humilitatis agat.* Fastus enim & superbia inimici sunt sapientiæ, utpote quæ humiles diligit; unde S. Gregorius pariter ait: *Lumen intelligentiæ humilitas aperit, superbia abscondit, nam secretum quoddam pietatis est, & tanto minus ad illud animus pervenit, quanto magis intumescit.*

Colos. 2. v. 3. Matth. 11. v. 29. Ibid. v. 25. Ven. Beda ibid. B. Laurent. Justin. de Ligno Vitæ cap. 3. S. Greg. L. 25. mor. c. 8.

2. Divina & increata Sapientia, ut in eodem libro Proverbiorum Salomonis Cap. 9. legitur sumptuosum quoddam decreverat apparare convivium: *Sapientia ædificavit sibi domum, excudit columnas septem, immolavit victimas suas, miscuit vinum, & posuit mensam suam.* At vero quosnam ad hasce Sapientiæ epulas invitatos fuisse existimaris? num forte Platones, Socrates? Aristoteles? Augustinos? nequaquam, sed solos invitavit humiles, qui semetipsos in proprio conceptu & existimatione contemperant: *Si quis est parvulus veniat ad me, id est*, ut Lyranus exponit: *si quis est humilis, quia talis est dispositus ad sapientiam divinam.* Unde B. Laurentius Justinian. in quodam sermone ait: *In scientia Divinitatis rectissimas nosciur esse profectus ut quanto magis intelligis, minus te scire cognoscas.* Ad nuptias

Prov. 9. v. 1. Humiles invitantur ad Convivium Salomonis. Ibid. v. 4. Lyranus, Ibid. B. Laurent. Justin. ser. de S. Matthia.

nuptias Evangelicas omnes passim obvij, sine personarum acceptione, vocati fuerunt: *Congregaverunt omnes quos invenerunt, id est*, ut Chrysostomus ait: *abjectos & viles obviam datos.* S. August. ad illa se Psalmistæ verba reflectens: *Saurabuntur ligna campi, & cedri Libani, quas plantavit*, ad nostrum propositum in hæc verba scribit: *Prius humiles satiati dicuntur, deinde etiam cedri Libani, sed quas plantavit ipse.* Et revera ita est, sic namque viles piscatores, aliique humiles, de quibus S. Paulus ait: *Fatui sumus omnium peripsema*, primi ante omnes in Sapientiæ incarnatæ ærarium introducti fuerunt, postea vero Philosophi, & omnes alij, sive ob ingenium, sive ob nobilitatem, sive propter dignitatem illustres & conspicui.

Matth. 22. v. 10. D Chrysost. Hom. 70. in Matth. Psal. 103. 16. S. Aug. ibid.

1. Cor. 4. v. 13.

3. S. Antonius de Padua præsenti proposito nostro egregie accommodat historiam Josephi, præcipientis fratribus suis, ut Benjamin ad se adducerent: *Fratrem vestrum minimum ad me adducite ut possim vestros probare sermones;* Quæ verba prædictus Sanctus in sensu spirituali in hunc modum exponit: *Per fratrem minimum, intelligitur humilitas, sine qua infructuose egreditur prædicator, nec ejus à Deo probantur sermones: & econtrario qui Benjamin secum habet, multum fructum adfert; unde adducto eo dixit Joseph dispensatori: Imple saccos eorum frumento, quantum possunt capere, & in ore sacci fratris minimi ponatur Scyphus argenteus quia quanto quis humilior est, tanto ei Deus confert gratiam ampliorem.* Idem quoque Sanctus textum illum adducit Apocalypseos cap. 3. ubi legitur: *Ecce dedi ostium apertum coram te, quod nemo potest claudere, quia modicam habes virtutem, id est*, ut idem S. Antonius exponit, *humilitatem; de quo ostio ad Coloss. 4. dicitur: orantes simul & pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi: Hinc Paulus qui se minimum Apostolorum dixit, fructum cæteris attulit ampliorem;* nam ut constat, scientiæ & sapientiæ divinæ thesauris, plus omnibus cæteris locupletatus fuit, idque quia præ cæteris humilior extitit. Unde rationem assignans doctrinæ in Schola Gamalielis à se comparatæ, sequenti utitur phrasi loquendi: *sedens secus pedes Gamahel eruditus*, quo loquendi modo magnam sui exprimit submissionem.

Gen. 42. 20. S. Anton. de Pad. de Ap. ser. 4. Quo quis humilior est, eo capacior est gratiæ Dei.

Gen. 44. v. 1.

Apocal. 3. v. 8.

Coloss. 4. v. 3.

Act. Ap. 22. v. 3. Deut. 33. v. 3. Humiles sunt magis dispositi ad capienda mysteria divina. S. Aug. ser. 27. de verb. Dom. S. Bonaventura humillimus fuit.

4. In Deuteronomio legitur: *Qui appropinquant pedibus ejus, accipient de doctrina illius*, id est, qui magis se humiliaverit, ad altissimorum & imperscrutabilium mysteriorum intelligentiam magis dispositus erit. Unde S. Augustinus in sermone quodam ait: *Quanto humilius sedebat, tanto amplius capiebat, conflat enim aqua ad humilitatem convallis*, quæ verba de S. Maria Magdalena pœnitente exprimuntur, pro tempore, quo sedebat ad pedes Salvatoris prædicantis. Quis est qui sapientiam S. Bonaventuræ ignoret? hic autem sancta fuit humilitate præditus, ut Archiepiscopatum Eboracensem in Anglia, sibi oblatum respuerit, summoque pontifici ut illum in sua paupertate, & humilitate Evangelica relinqueret, humillime supplicavit. Hic igitur in quodam sermone post adducta proposita à nobis thematis verba, subjungit: *Ptolomæus Philosophus dicit: Inter sapientes ille est sapientior, qui est humilior.* Citat pariter authoritatem S. Bernardi in lib. 2. *de consideratione* dicentis: *Bonus fundus humilitas, qua veritas inquiritur, claritas acquiritur, irradiationes sapientiæ percipiuntur.*

S. Bonav. ser. 2. de uno S. Confess. in ord. 24.

5. S. Thomas de Aquino, qui Scholæ Theologicæ Angelus extitit, adeo humilis fuit, ut per totum vitæ suæ decursum, nullum umquam complacentiæ propriæ, aut vanæ gloriæ stimulum senserit, quin potius fratri Reginaldo sodali suo confessus fuerit, dicens: *Deo gratias ago immortales, eum inanis superbiæ morbo numquam laboraverim;* Cui proinde Joannes Papa XXII. in Bulla Canonizationis suæ hoc præconium attribuit: *Erat vir à terrenorum ambitione semotissimus, nulla de se scientiæ opinione superbus* in Psalmo 118. Regius Psalmista (de quo sacer textus inquit: *sedens in Cathedra sapientissimus*) sanctissime de semetipso gloriatur dicens: *Humiliatus sum usquequaque Domine, vivifica me secundum verbum tuum;* Quæ verba S. Ambrosius in favorem nostrum ponderans inquit: *Beatus qui gloriatur humilitate magis, quam potestate;* qua etiam de causa, ut idem S. Doctor ait; In secretorum divinorum penetralia introduci meruit: *Incerta enim & occulta sapientiæ sibi patefacta testatur, & ideo se magis humiliabat.* In Psalmo 50. Deum his verbis alloquitur: *Incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.* Idque merito humilitatis in conspectu Dei exercitæ, propter quod paulo post subdit: *Exultabunt ossa humiliata; auditui meo dabis gaudium & lætitiam.*

Sicut etiam S. Thomas de Aquino.

Pizzani Chron.

In Bulla Canoniz. c. 3. & 7. Psal. 118. v. 107. 2. Reg. 23. v. 8. S. Ambr. oft. 14. in Psal. 118.

Ps. 50. v. 8.

6. Nicodemus à Christo vehementer diligebatur, idque merito quia partibus ejus adhærendo, Synagogam sibi inimicam fecerat; erga hunc peculiaria exhibuit amoris obsequia, magna cum familiaritate, præcipua divinitatis & humanitatis suæ mysteria ei communicando; at vero scire velim quænam causa sit, quod Salvator noster eamdem apud S. Joannem cap. 3. ignorantem appellavit, dicens: *Tu es Magister in Israël & hæc ignoras?* audiamus S. Augustinum huic difficultati sequentibus verbis respondentem: *O fratres, quid putamus Dominum huic Magistro Judæorum quasi insultare voluisse? noverat Dominus quid agebat; volebat illum nasci ex spiritu, nemo ex spiritu nascitur, nisi humilis fuerit, quia ipsa humilitas facit nos nasci de spiritu;* volebat multa illi revelare mysteria, eumque in sapientia & scientia sua erudire: prout ex decursu Evangelij facile deducitur, ad hanc autem eruditionem, veluti dispositio requiritur, præcedens humilitas, quia *revelat ea parvulis.* Sublimissimum & ineffabile fidei nostræ Mysterium est Eucharistia, quæ proinde *Mysterium fidei* per Anthonomasiam appellatur. Ut autem piscatorum id est, discipulorum suorum mentes hujus mysterij intelligendi capaces redderet, humilitatem illis primo insinuare voluit; unde postquam pedes illorum lavit, subjunxit: *Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis.* Circa quæ verba Sanctus Bernardus de gradibus humilitatis differens ait: *Tradebat discipulis humilitatis formam veritatis magister, qua in primo gradu primum eis veritas innotescebat.* Optimum igitur & salutare est illud B. Laurentij Justiniani consilium, quo nos ad humilitatis exhortatur subeunda exercitia, ut cum fructu ad Sacramentorum altissimorum sublimemur contemplationem. *Efficiatur itaque humilis qui contemplari vult magna.*

S. Aug. ser. 7. de Ver. Dom.

S. Bonav. in cap. 8. Luc. Humilitas est præambula ad intelligentiam mysteriorum. S. Bonav. ser. 2. de uno S. Confess. Exemplum cujusdam Eremitæ. D. Chrysost. Hom. 36. in Acta. Act. Ap. 8. v. 27. Eunuchi Reginæ Candacis humilitas expenditur.

7. Observandum quoque ad hoc propositum, quod S. Joannes de Sacramento altaris tractaturus, postquam pedum lotionem præmisisset, discipulos Christum Magistri nomine appellare subjungat, quod nomen ab ipsomet Christo approbatum fuit, & minime rejectum, subjungebat enim; *vos vocatis me Magister & bene dicitis sum etenim.* At vero cur non potius se redemptorem appellari fecit, siquidem illa nocte illos pretiosissimo sanguine redempturus erat? quænam proportio inter humillimos lotionis pedum actus, & magisterium quod ad doctrinam & scientiam relationem dicit intercedebat? nimirum is qui *omnia in sapientia fecit* connexionem nobis ostendere voluit, quæ est inter humilitatem & sapientiam, quæ tanta est, ut illa huic magno sit subsidio.

Christus voluit Nicodemum humiliari, ut ipsi posset revelare divina mysteria. *Joan. 3 v. 10.*

S. Aug. Tr. 12. in Joan.

Dedit etiam Apostolis exemplum humilitatis ut caperent mysterium SS. Eucharistiæ. *Joan. 13. v. 15. S. Bern. de grad. Humilit. & Superbiæ. B. Laur. Justin. de triumph. Christianæ. c. 3.*

Post actum humilitatis in lotione pedum, vocant Apostoli Christum, Magistrum. *Joan. 13. v. 13.*

8. Quando redemptor noster puer duodennis in templo Doctores ob admirabilem sapientiam suam reddidit attonitos, mœstaque virgo & S. Joseph illum in templo videntes his verbis lamentati fuerint: *Fili quid fecisti nobis sic?* ipse respondit, *nesciebatis quia in his quæ patris mei sunt oportet me esse? & ipsi non intellexerunt verbum, quod locutus est ad eos.* Ut igitur illos tanti Mysterij intelligendi capaces redderet, quemnam ab eo modum observatum fuisse existimatis? nimirum *descendit cum eis,... & erat subditus illis.* Ubi V. Beda ait: *Qui cum arcem tanti Mysterij ascendere intelligendo non possent, neq; aliter eum in his quæ vere patris essent; manere decernerent, nisi ut comprehendere nossent, descendit cum ipsis ad inferiora conversationis eorum, cæpitque manere in his quæ illorum erant, & erat eis pia dispensatione subjectus, donec proficiente humilitatis Magisterio, quantum omnibus creaturis esset præferendus agnoscerent.*

Christus voluit parentibus fuerit subditus, descendens cum illis in Nazareth. *Luc. 2. v. 50.*

Luc. 2. v. 51. Ven. Beda Hom. in Dom. 1. post Epiph.

9. Isaias Propheta inter alia de venturo Messia ab ipso pronunciata vaticinia, in hæc quoque verba loquitur: *Butyrum & mel comedet, ut sciat reprobare malum & eligere bonum;* Quidnam vero sub hoc obscuro verborum contextu Propheta insinuare velit, non adeo facile liquet, siquidem nec butyrum nec mel, hanc discernendi virtutem infundere possunt. Verumtamen Lippomanus difficultatem hanc sequentibus verbis resolvit: *Nec enim per butyrum pecudam, vel mel apum, quis umquam discet bonum à malo secernere; factis autem comparatur, & ab eo denominatur hæc sapientia, quia pascit illos de quibus dicitur: Nisi efficiamini sicut parvuli non intrabitis in Regnum cælorum, quo lacte abundavit terra illa, quia inde venit Evangelium, Propheta, & Lex.*

Sapientia pascit parvulos. *Isaiæ 7. v. 15.*

Petr. Cellen. Lib. de Panis. c. 13.

Lippom. in c. 3. Exod.

10. Matthæi Cap. 8. sequens petitio cœlesti Magistro a quodam legis Doctore proposita fuisse legitur: *Unus scriba ait illi: Magister, sequar te quocunq; ieris,* cui Dominus respondit: *vulpes foveas habent, & volucres cæli nidos, filius autem hominis non habet ubi caput reclinet;*

Joan. 9. v. 39. Joan. 1. v. 9. S. August. Tr. 44. in Joan.

Christi schola sola admittit discipulos humiles. *Matth. 8. 19.*

reclinet; Circa quam historiam merito quærendum venit, cur Christus ei hoc modo responderit, quasi petitionis repulsam daturus, num forte homines doctos & eruditos in sequacium suorum numero habere nolebat; cur igitur S. Paulum & S. Barnabam, qui ambo doctissimi fuerunt, in Apostolos elegit? Cajet. de hoc legis scriba inquit: *Scribæ iste offert se non discipulum, sed comitem itineris, quocumque Jesus iret, non enim dignabatur, dum esset scriba, hoc est, peritus in lege, subire discipuli nomen, illi vero qui in humilitate non sunt bene fundati, à Christi Schola reiciuntur* tamquam divinorum mysteriorum intelligendorum incapaces. Unde S. Augustinus sequentia Christi verba eidem legis scribæ applicans ait: *Vulpes foveas habent in corde tuo, quia dolosus es; volatilia cæli habent nidos in corde tuo, quoniam elatus es; dolosus, & elatus non me sequeris.*

Cajet. ibid.

S. Aug. ser. 7. de Ver. Dom.

11. S. Bonav. postquam in semetipso admirabilem quamdam expertus fuisset divinorum Mysteriorum intelligentiam & illustrationem, per sui humiliationem acquisitam, inquit: *Humilitas est opportuna, & præambula ad intelligentiam Mysteriorum, quia dicitur: abscondisti hæc à sapientibus & revelasti ea parvulis.* Idem quoque alibi refert, quod cum quidam S. Eremita longo tempore, id est, septuaginta octo septimanis super certo quodam scripturæ loco studuisset, adhibito etiam in studium austero jejunio, ut tanto facilius per hujus austeritatis media locum illum scripturæ caperet, tandem cum se in eadem ignorantia & perplexitate constitutum videret, se humiliavit, & ad alium quemdam Eremitam, ut ab eo instrueretur, se recepit: *Tunc Angelus ei apparuit dicens: Septuaginta octo hebdomadæ quasi jejunasti, non te fecerunt proximum Deo, sed postquam te humiliasti, ut ad alium ires.*

S. Bonav. in cap. 8. Luc. Humilitas est præambula ad intelligentiam mysteriorum. S. Bonav. ser. 2. de uno S. Confess. Exemplum cujusdam Eremitæ.

12. D. Chrysost. humilitatem obstupescit thesaurarij Eunuchi Reginæ Candacis, magnæ authoritatis & æstimationis viri, quando tanta cum reverentia atque respectu cum S. Philippo Diacono tractavit; *Non dixit tu quis es?* inquit Sanctus; *non redarguit, non insolenter locutus est; non dicit se scire, sed fatetur ignorantiam, ideo & discit. Vidit alienum à fastu.* Primi illi Evangelij promulgatores pauperes erant, mundo contemptibiles, laceri, ulcerosi, ab omnibus declinabantur; & nihilominus Eunuchus ille Philippum sibi assidere voluit æqualem; *Major hic honor est*, subjungit dictus Sanctus; *quod non simpliciter ascendere facit, sed etiam orat.* Quid igitur mirum, si ob tantæ submissionis merita faciliter adeo incarnationem intellexerit Verbi æterni, juxta Isaiæ vaticinium.

D. Chrysost. Hom. 36. in Acta. Act. Ap. 8. v. 27. Eunuchi Reginæ Candacis humilitas expenditur.

13. Liber Numerorum peridoneum proposito nostro quemdam insinuat textum, quando de falso Propheta Balaam, Israëliticum Exercitum contemplaturo tractans, ait: *Irruente in se spiritu Dei, assumpta parabola ait; dixit Balaam Filius Beor, dixit homo, cujus obturatus est oculus, dixit auditor sermonum Dei, qui visionem omnipotentis intuitus est, qui cadit, & sic aperiuntur oculi ejus, quam pulchra tabernacula tua Jacob & tentoria tua Israël?* Quis est iste qui cadens lumen sibi acquirit, quin potius minæ corporales oppositum docent; ad sensum itaque spiritualem recurrentes Oleastrum audiamus dicentem: *Quales esse debent, qui à Domino de arcanis Mysterijs docentur, pulchre locus iste describit, qui videlicet oculos corporis ad omnia terrena obturatos habent, & sola cælestia contemplantur. Debent etiam cadere, id est, humiles esse; humiles apti & digni sunt, qui intima Dei cognoscant, & futura prævideant.* Qui Idem author sensum insuper addens litteralem asserit Balaam divinas revelationes clausis recepisse oculis, interius in mente nihilominus illustratum, tunc-que humi procumbentem in faciem, eventus futuros prædixisse; *Antequam ei fiat revelatio, oculus cordis obturatum habens, non videns aliquid divinum, sed dum cadit revelantur & aperiuntur oculi ejus, scilicet mentis,* ad quem eumdem locum Petrus Cellen. alludens ait? *Visum non recipit qui non cadit; humilitas in casu, in visu intelligentia.* Ita Evangelicus cæcus vix pedem intulerat Scholæ Christi, quando magnam acquisivit doctrinam, utpote per lutum, humilitatis Symbolum, visu optato donatus, quo pariter incarnata repexit Sapientia dum ait: *Ego in judicium in hunc mundum veni, ut qui non vident videant, & qui vident cæci fiant,* quæ hæc est contradictio? Numquid *erat lux vera quæ illuminat omnem hominem? Quid est hoc Domine*, exclamat S. Aug.? *Magnam quæstionem fecisti intuitu, sed erige vires nostras, ut possimus intelligere, quod dixisti. Venisti, ut qui non vident, videant; recte, quia lumen es, recte, quia dies es, recte, quia de tenebris liberas, hoc omnis anima accipit, omnis anima intelligit. Quid est hoc quod sequitur, & qui vident cæci fiant? ergone quia venisti, cæci fient, qui videbant? audi quod sequitur, & fortasse intelliges. Quidam ex Pharisæis dixerunt ei: Numquid & nos cæci sumus?* Concluditque S. dicens: *Quid est, ut qui non vident videant? & qui se non videre confitentur, & medium quærunt, ut videant. Quid est, qui vident, cæci fiant? qui se putant videre, & medicum non quærunt, in sua cæcitate permaneant.* Qui enim se Idiotas ignorantes, cæcos, divinisque Mysteriis capiendis indignos profitentur à Deo illuminantur; alij vero qui de sua præsumunt scientia, in cæcitate permanent ignorantiæ propriæ; contra quos S. insurgit Gregor. Magnus dum illum commentatur Jobi textum; *Ideo timebant eum viri & non audebant contemplari omnes, qui tibi videntur esse sapientes*, ait enim: *Summa cura providendum est, ne accepta sapientia cum ignorantiæ tenebras illuminat, lumen humilitatis tollat ut jam sapientia esse nequeat.*

Num. 24. v. 3. Ex humilitate in terram cadentes, illuminantur revelationibus. Oleast. ibid.

Joan. 9. v. 39. Joan. 1. v. 9. S. August. Tr. 44. in Joan.

Job. 37. v. 27. S. Greg. l. 27. mor. c. 27.

DISCURSUS XVI.

ARGUMENTUM.

Humiles specialiori titulo cœlorum sibi Regnum acquirunt,

THEMA.

Humilem spiritu suscipiet gloria. Prov. 29. v. 23.

1. S Anctus Joannes Climacus spiritualis vitæ eximius Magister in Scala Paradisi modum ascendendi ad gloriam, defensum esse docet his verbis: *Humilitas est janua Regni cælestis, quæ accedentes introducit;* Salvator noster, se ostium cœli esse dicit: *Ego sum ostium per me si quis introierit salvabitur;* hoc autem ostium valde est humile & submissum: *discite à me quia humilis sum corde;* & ideo qui caput sublime habet, nisi illud submittat & humiliet, per ostium illud aditum habere non poterit. Unde S. Isidorus inquit: *Qui intrat per ostium quod est Christus, humiliter se, & sic sano capite poterit intrare.*

Humilitas est ostium Cæli. *S. Joan. Clim. grad. 25. n. 15. Joan. 10. v. 9. Matth. 11. v. 29. S. Isid. de contempt. mundi.*

2. Discipuli cœlestem Magistrum suum, quisnam eorum in Regno cœlorum major esset, interrogarunt: *Accesserunt discipuli ad Jesum dicentes: quis putas major est in Regno cœlorum?* At vero quidnam Christum illis respondisse putatis? *advocans Jesus parvulum statuit eum in medio eorum, & dixit Amen dico vobis nisi efficiamini sicut parvuli non intrabitis in Regnum cœlorum:* At vero qua ratione ij, qui jam ad ætatem maturam pervenerant, ad primam denuo infantiam redire poterant, ergone cum omnibus operum suorum meritis ab æterna beatitudine excludentur nisi parvuli fiant? pro resolutione observandum est, quod verbis præcedentibus dicitur: *Quicumque ergo humiliaverit se sicut parvulus iste, hic est major in Regno cælorum;* quasi diceret, hic ad eminentissimam gloriæ dignitatem ascendet, qui futurus est magis humilis, seque magis demittet. Unde B. Laurentius Justinianus humilitatem Januam appellat, per quam ad cœlorum intratur Regnum, hancque nomenclaturam probat per jam adducta verba: *Nisi efficiamini sicut parvuli &c.* quia humilium, regnum perhibetur esse cœlorum, quemadmodum ore veritatis prolatum est inquientis: *Beati pauperes spiritu, id est, humiles, non habentes inflatum spiritum, quoniam ipsorum est Regnum cœlorum.* S. Maximus similiter ad hoc Christi parvulum adducentis documentum se reflectens ait: *Unde intelligimus; quod humilitate perveniur ad regnum; quisquis cupit divinitatis tenere vestigia, humilitatis ima sectetur;* Ad idem quoque propositum D. Chrysost. in homilia quadam super Matthæum inquit: *si quis humiliorem se cæteris non efficerit, ipso ingressu cælesti illum omnino indignum asero. Recte autem ante oculos monstratione parvuli totam rem posuit.*

Matth. 18. v. 2. Efficiantur parvuli, qui intrare volunt in regnum Cælorum. Ibid. v. 4.

Humiles habent jus in Cælum. B. Laurent. Justinian. de Humilit. c. 24.

S. Max ser. de S. Mich.

D. Chrysost. Hom. 59. in Matth.

3. Apostolus de gloria corporis nostri post resurrectionem differens inquit: *reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ;* at vero quisnam est hic tam peregrinus loquendi modus, quo corpus humilitatis nostræ in splendore configurandum esse dicit splendori Sacrosanctæ humanitatis Salvatoris nostri? pro resolutione observandum, cum S. Bernardo, Apostolum non dixisse *corpus nostrum*, sed *corpus humilitatis*, ut hujus lilij miro & sempiterno candore solos significet humiles illustrandos; Unde S. Paulus dicere velle videtur. Quod solum illæ animæ illustrandæ sint dotibus corporum gloriosorum, quæ se in actibus humilitatis exercitabunt. Idem quoque mellifluus Doctor alibi hoc idem punctum tangit dicendo: *Arcta est janua Regni cælorum, nec recipit nisi parvos; dicit & docet hoc ipse humilitatis Magister, qui advocans parvulum statuit in medio discipulorum, &*

Philip. 3. v. 21. Dotes corporum gloriosorum, solis dabuntur excercitibus actus humilitatis. S. Bernard. ser. 47. in Cant.

S. Bern. c. 27. de Pass.

dixit: nisi conversi fueritis & efficiamini sicut parvulus iste, non intrabitis in Regnum cælorum.

4. Consideratione quoque dignus est textus ille Psalmistæ de homine justo & electo dicentis: *Ascensiones in corde suo disposuit in valle*, quod si dixisset *in vertice montium* facile intelligi potuisset; at vero quomodo in vallibus ascensus dari poterit? ad montes ascenditur non vero in Valles in has enim potius descenditur, Et tamen sapienter Vallium mentionem facit, valles enim humiles significant, qui per actus humiliationis velut per totidem gradus in cœlum ascendunt. Unde S. Greg. ait: *Sancti viri quanto magis se exterius despiciendo deficiunt, tanto amplius interius revelationum contemplatione pascuntur, unde scriptum est, ascensiones in corde suo disposuit in convalle lachrymarum, quia quos exterius in fletu continet convallis humilitatis eos interius sublevat ascensus contemplationis.*

Psal. 83. v. 6. Quomodo ascendatur in valles.

S. Greg. L. 30. mor. cap. 35.

5. Angelicus Doctor rationem assignat cur Salvator noster specialius nobis humilitatem commendaverit, inquiens: *Ideo Christus præcipue nobis commendavit humilitatem, quia per hoc maxime removetur impedimentum Beatitudinis salutis, quæ consistit in hoc, quod homo ad cælestia & spiritualia tendit, à quibus homo impeditur, dum in terrenis magnificari studet, & ideo Dominus, ut impedimentum salutis auferret, exteriorem celsitudinem contemnendam monstravit per humilitatis exempla, Quia humilitas est quasi quædam dispositio ad liberum accessum hominis in spiritualia & divina bona.* Quidem Angelicus Doctor *in opusculo de eruditione principum* humilitatem primam esse docet Christianorum virtutum, & evidentissimum prædestinationis signum. Quam pariter veritatem S. Gregor. confirmat dum ait: *Quia redemptor noster corda Regis humilium & Leviathan Rex dicitur superborum, aperte cognoscimus, quod evidentissimum reproborum signum superbia est, at contra humilitas electorum.* Unde & idem Sanctus ad verba se reficientes Isai, quando Samueli unicum dumtaxat sibi superesse filium, in pascuis opilionem, respondis dicens: *adhuc reliquus est, qui pascit oves*; Ita discurrit: *Merito parvulus iste dicitur oves pascere, quia electus, quisque humilis est, & sterilis non est, qui quotidie magna agit, sed de se magna non sentit.*

S. Thom. 2. 2. Q. 161. Art. 5. Humilitas est certum signum prædestinationis.

S. Thom. Opusculo de eruditione Princip.

S. Greg. L. 34. mor. cap. ultim.

S. Greg. L. 6. in 1. Reg. c. 181.

6. S. Paulus ad tertium raptus cœlum a Christo hunc meruit sibi gaudii titulum: *vas electionis est mihi iste*; imo & juxta multorum insignium authorum opinionem, *per modum transeuntis*, ut Scholæ loquuntur, essentiam vidit divinam, sed unde tantis eum doratum fuisse prærogativis propter profundam dumtaxat humilitatem suam, ait veritati Guilielmus Durandus in rationali divinorum officiorum astipulatur dum ait: *Quia dixit Non sum dignus vocari Apostolus: propter hanc humilitatem raptus fuit usque ad ultimum cælum.* Porro huc usque dicta sequens abunde confirmat S. Ambrosij sententia, dicentis: *Nemo magis potest videre Deum, nisi qui humilitatis suæ conscius, nescit extolli.*

Act. 9. v. 15. S. Paulus ideo propter humiliationem suam raptus fuit in cælum. Durand. Ration. divin. Offic. L. 6. c. 125. S. Ambr. de viduis.

7. Arguit considerans S. Bernardus nequaquam Christo diversos defuisse modos, per quos Apostolis suis, quis eorum in cœlis major esset, responderet, & satisfaceret, & nihilominus statuit parvulum in medio eorum. *Numquid posuit ibi in exemplum*, inquit ille, *discipulis lilium castitatis Joannem, vel rosam charitatis Petrum, qui & tunc præsentes erant?* postquam ergo insignia utrinsque hujus Apostoli examinasset merita, subjungit dicens: *Nec tamen ipsos in exemplum posuit, cælorum januam intraturos, sed parvulum humilitatis virtute præclarum.*

S. Bern. Ibid.

8. Deus noster primo credentium patri numerosam prædicturus ab eo descensuram stirpem, hac legitur usus fuisse termonis Phrasi: *Multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, & velut arenam.* Alias quoque progenici ejus fœcunditatem & multiplicitatem pulveri assimilasse scribitur, quando dixit: *faciam semen tuum sicut pulverem terræ* quæ obscero pulverem seu arenam inter stellasque cœli est proportio? respondet Hugo Card. *Eumsiunt pulvis per humilitatem, qua se instar pulveris pedum, omnibus viliores reputant, ideoque ad stellas usque evehuntur, qui ita se abjecerint sicut pulvis.*

Gen. 22. v. 17. Humiles existantur quia se indicant omnibus esse viliores. Gen. 13. v. 16 Hug. Card. Ibid. S. Bern. ser. in Vig. Nat. Humilibus promittitur de præsenti regnum Cælorum, reliquis beatitudinibus de futuro. Matth. 5. v. 4. & 7.

9. S. Bern. oculos suos conjiciens in abditissimos, in profundiori humilitatis cuarro reclusos thesauros ita quondam exclamabat: *Quid humilitate divitius? quid pretiosius inveniatur, qua mundum Regnum cælorum emitur, & divina gratia acquiritur? sicut scriptum est. Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est Regnum cælorum.* Ubi octo inter beatitudines primus locus humilibus assignatur; dumque cæteris præmium spondetur in tempore futuro, solis humilibus præmium affertur præsens, dicente Christo: *Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram, Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur, Beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt, Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Humilibus vero dicitur in tempore præsenti, *ipsorum est Regnum cælorum.* Ubi proinde B. Laur. Justin. sequentem format discursum dicens: *Non ait, quoniam intrabunt in Regnum cælorum, sed signanter dixit quoniam ipsorum est Regnum cælorum, ut scias quam gratis sint humiles Deo, & quam facile hæreditatem adipiscantur æternam, ad quam priusquam migrent de corpore, ipsam possidere dicantur.*

Ibid. v. 7. B. Laurent. Justin. L. de Humilit. 8.

10. S. Hieron. super illa verba Psalmi 115. *credidi propter quod locutus sum &c.* hanc habet consideationem: *Quidam conjungunt hoc verbum cum ultimo versu superioris Psalmi, placebo Domino in regione vivorum, ut mox sequatur: Credidi, scilicet me placiturum; Ego autem humiliatus sum nimis*; qua consideratione præmissa exclamat: *O magna intelligentia divini sermonis: Credidi quoniam placebo Domino, quoniam ero Angelus, ergo in cœlis.* Unicum vero cui hæc spes innitebatur fundamentum erat, quia nec erat elatus, sed humiliatus: *Ego autem humiliatus sum nimis; q. d. novi meipsum, quoniam sum terra & cinis.* S. Dorotheus inquit *omnium* (scilicet eorum, qui suo sæculo eximij fuerunt spiritualis vitæ & perfectionis Magistri) *fuit una sententia, ita impossibile esse salvari animam absque humilitate, ut navim sine clavis ædificari. Quicumque igitur boni quidquam facit, cum humilitate, facta ut per humilitatem conservetur quod factum est.* Videmus per experientiam omnium temporum, quod in claustris, in quibus religiosi continuos humiliationis propriæ frequentant actus, paradisi reperiatur scala dicente S. Joanne Climaco: *Qui per viam Christi & humilitatis religiosam vitam est ingressus, hic bene in illa ingreditur, & præsentem vitam egreditur, pascua cum gaudio reperiet in paradiso.* Quisquis ferram calcat, id est, humilis vivit, incognitus, contemptus, ex instinctu fulciet virtutis, magnis passibus cœlum versus graditur, dicente S. Augustino: *Humilitatis passibus ad cæli culmina conscenditur, quia Deus excelsus, non superbia sed humilitate attingitur.*

Psal. 115. 10. S. Hieron. ibid. Unicum fundamentum cui innitebatur spes salutis in David, erat humilitas. Ibid.

S. Joan. Climac. grad. 25. Barad. grad. 25. Schol. 16.

S. Aug. Jun. 70. ad fratres.

11. Quando Pater æternus ruptis cœlis inde prospexit, Spiritusque Sanctus in forma columbæ descendit in terras, quando augusta hæc vox audita est: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui*: tum scilicet, quando Christus inter peccatores, vulgusque abjectum humiliter degens, à Joanne Baptista aquis ablui voluit Jordanis. Quandonam Angelicæ Hierarchiæ de cœlis descendentes gloriam ei annunciarunt cœlestem? tunc scilicet, quando in medio duorum animalium nasci voluit in præsepio, vilibusque cooperiri pannis. Unde Euthymius inquit: *Aperti sunt ei cæli ut viderent eum quasi unum de populo baptizari, idcirco cæli aperti sunt*; Unde & B. Petrus Damianus *in sermone de Protomartyre Stephano* hanc instituit ponderationem dicens: *Inuendi in cælum, videt jam non cælum, sed cælos apertos; videt gloriam Dei. Movet me hoc intentio quæ vim facit cælis, & ad ipsius divinitatis conspectum penetrat, & attingit. Cæli aperiuntur; gloria Dei videtur, Jesus conspicitur. Hanc intentionem fecerat abjectio mundi, contemptus sui.* Notandum autem vel in terris etiam ipsius propterea vultum intrat Angeli radiatæ, quia nimirum ut S. Nilus attestatur; *Humilitas hominem in cælum tollit, & inter choros collocat angelorum.*

Matth. 3. v. 17. Christus à Patre pro filio dilecto agnoscitur, cum ex humilitate baptizari voluit à Joanne. Euthym. Ibid. B. Pet. Dam. ser. 36. de S. Steph. S. Nilus de superb. Orat. 8.

12. Qualiter angelicas cœlestis Jerusalem ruinas restauratas fuisse putatis? Apostolus respondet: *Instaurare omnia in Christo, quæ in cælis & quæ in terra sunt in ipso; quia*, subjungit S. Greg. *in ipso restaurantur ea quæ in terra sunt, dum peccatores convertuntur; in ipso restaurantur ea quæ in cælis sunt, dum illuc humilitate homines redeunt, unde Angeli Apostatæ superbiendo ceciderant.* Hinc ad Collegium Apostolicum de beatitudinis regno consequendo assecurandum, Salvator noster hac loquendi phrasi usus fuit: *Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum.* At vero quinam sunt illi pusilli, quibus à Patre cœlesti regna præservantur? D. Chrysol. ait: *Grex pusillus in mundo, magnus Deo, pusillus grex est, qui non de magno minatur, sed crescit de pusillo.* Quando inter Apostolos, ut paulo ante diximus, de primatu in regno cœlorum contendebatur, Christus eisdem dixit: *Nisi... efficiamini sicut parvuli non intrabitis in regnum cælorum.* Q. D. ut S. Basil. ait: *Qui majorem gloriam affecta cupit in regno cælorum, hic humilitatem & infimam omnium conditionem debet sectari in hac vita, quia quicumque humiliaverit se ut parvulus iste, hic est major in cælo.*

Ephes. 1. v. 10. S. Greg. L. 33 mor. c. 19. Pusillo gregi, id est, humilibus, promittitur regnum cœlorum. Luc. 12. v. 32. D. Chrysol. Ser. 22. Matth. 18. v. 3. S. Basil. moralia. Reg. 45. c. 1.

13. In parabola illa Luc. 14. in quo Salvator Scribas & Pharisæos monebat, & ad convivium invitati ultimo loco

Luc. 14. v. 10.

Quanto magis nos hic humiliaverimus tanto magis exaltabimur in cœlo. Luc. 14. v. 10. Ven. Beda ibid.

loco sedere contenderent, ut cum honore raperentur ad primum, Christus nos docere voluit, quod quanto nos magis humiliaverimus tanto ad eminentiorem gloriæ gradum in cœlo promovendi simus; *recumbe in novissimo loco, ut cum venerit qui te invitavit, dicat tibi. Amice ascende superius, tunc erit tibi gloria*, quia *humilem spiritu suscipiet gloria.* Quem textum Ven. Beda in sensu spirituali his verbis exponit: *Veniens Dominus, quem humilem invenit, amici nomine beatificans, superius ascendere præcipiet.* Ubi notandum est Ly illud, *beatificans*, quod humilibus adjungit. In eodem S. Lucæ capite mentio fit consilij, quo Christus pauperes, infirmos, & claudos ad convivium invitari suadet; id quod etiam in magna illa cœna, quæ gloriæ Symbolum est, factum fuisse legitur; quod consilium unus de circumstantibus audiens, levavit vocem suam dicens: *Beatus qui manducabit panem in Regno Dei.* At vero dicite fodes, quinam sunt pauperes illi & claudi de quibus hic Salvator loquitur? Hugo Card. inquit: *pauperes spiritu, vel sui reputatione; pauperes debiles, id est, humiles cæcos, id est, reputantes se nihil scire.* Certum quoque est quod ille convivij apparatus in deserto factus, beatæ gloriæ convivium præfiniscet; in quo ut S. Joannes ait: *impleti sunt*; S. vero Marcus inquit: *Saturati sunt*: quæ utique satietas ad beatum illud pertinet convivium de quo Psalmista ait: *satiabor cum apparuerit gloria tua*, S. vero Lucas Christum paulo ante instructam hanc mensam, de beatitudine locutum fuisse dicit: At vero si ita est cur turbis præcepit ut in terris sederent super fœnum: *facite illos discumbere, Erat autem fenum multum in loco?* Mysticum nobis sensum declarat Emissenus dum ait: *Quicumque es, qui vis satiari de panibus Christi, discumbe prius super fœnum prius fœnum te esse cognosce.*

Luc. 14. v. 8. Joan. 6. v. 12. Eusseb. Emissenus. Hom. in Dom. 4. Quadr. Matth. 25. v. 10. Virginitas sive humilitate nihil facit ad salutem. S. Ambr. in Psal. 118. n. 105. Petr. Blesf. ser. 28. in Assumpt. S. Joan. Climac. Grad. 25. n. 28. Ibid. v. 8.

14. Virgines stultæ, quamvis illibatum conservassent virginitatis Lilium, nihilominus repulsam passæ apud sponsum, & à nuptiis cœlestibus exclusæ sibi audierunt dici: *Nescio vos, clausa est janua.* Cujus hæc causa fuit quia scilicet in lampadibus earum oleum defecit, id est, virginitatem absque humilitate posse derunt, quia S. Ambr. ait: *oleum tuum humilitas est.* Virginitas itaque, ut in cœlos aditum habeat, humilitati conjungenda est, dicente Petro Blesensi: *Comes individua virginitatis & quasi collateanea ejus est humilitas.* Animæ vero absque humilitate nullum ad superna palatia ingressum patere, adeo certum est, ut S. Joan. Climacus dicere non dubitarit. *Sine prædictionibus, illustrationibus divinis, seu vivis signis & prodigijs multi salvatem consecuti sunt, sed sine humilitate nemo unquam in thalamum sponsi ingrederetur, nam illorum priorum signorum hac altera fida custos est*; Hinc in eodem dicitur gradu: *Non jejunavi, non vigilavi, non humi in nudo solo somnum cæpi, sed humiliatus sum, inquit scriptura, & velociter salvavit me Dominus. Pœnitentia suscitat, luctus ad fores cæli pulsat, sanctæ humilitas aperit.*

Matth. 25. v. 10. Ibid. v. 12. S. Ambr. in Psal. 118. n. 105. Petr. Blesf. ser. 28. in Assumpt. S. Joan. Climac. Grad. 25. n. 28. Ibid. v. 8.

15. Sancti in gloria beatificati, qui divinæ Majestati continuas decantant laudes, illi ipsi sunt, qui hic in terris amore ejus se humiliarunt, quemadmodum clare ex illo trium puerorum colligitur cantico: *Benedicite sancti & humiles corde Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula.* 24. illi Seniores ante agni pedes, suas humiliter prosternebant coronas & diademata in obsequij signũ, ad sublimissimarum potestatum imitationem, de quibus dicitur, quoniam *tremunt potestates* quia scilicet ut S. Augustinus docet, *tutam veramque in cælum viam monstrat humilitas, sursum levans cor ad Dominum, non contra Dominum.*

Humilitas est tuta via ad cœlum. Dan. 3. v. 87. Apoc. 4. v. 10. S. Aug. L. 16. de Civit. Dei cap. 4.

DISCURSUS XVII.

ARGUMENTUM.

Humilitas inimici infernalis assultus, insidias & tentationes vincit & declinat.

THEMA.

Quoniam respexisti humilitatem meam, salvasti de necessitatibus animam meam, nec conclusisti me de manibus inimici. Psalm. 30. v. 8.

Diabolus vel maxime vincitur humilitate. S. Bonav. Tom. 6. in Diæt. salut. In 7. c. 2.

1. MAgna equidem hæc est ex humilitate in animam nostram redundans utilitas, scilicet quod nos ab inimici infernalis eripiat laqueis; *Quoniam respexisti humilitatem meam &c.* Nec immerito, subjungit Seraphicus, quoniam *humilitas despicit & parvi pendet diabolum, ejus laqueos evadendo*; quemadmodum in S. Antonio magno apparet, qui dum omnes laqueos in terra videret, & suspirans diceret, *Manus Bibliotheca Moralis tom. II.*

domine quis poterit istos effugere? audivit Antonius; humilitas; cum enim diabolus sit superbissimus, subjungit S. Bonaventura, *& propter hoc sit de cœlo ejectus, à nulla re sic vincitur, sicut à virtute, quæ superbiæ immediate opponitur.*

S. Bonav. ser. 2. de una Confess.

2. Ad debellandum patientissimum Jobum, totus conjurans infernus, omnes suas vires adhibuit, ita ut nullus supereesset laqueus, quem ei non tenderet, nec ullum stratagema, quo non uteretur, & tamen turpiter devictus, & detrumphatus fuit; eo quod se usque ad sterquilinium insidendum humiliavit: in cujus proinde laudem S. Paulinus ait: *Postquam sedit in stercore, tentari destitit. Consumpserat tentatoris invidiam humilitate perfecta, quæ facilius surgere, quam dejici potest, quia in imo sedens, unde cadat non habet, & habet, unde consurgat, per eum qui suscitat de terra inopem, & de stercore erigit pauperem, & in stercora redigit superbos.* Hildebertus in quadam Epistola, quam ad Comitissam quamdam, quæ ex sæculo in quo multas inter delicias vixerat, ad austeram religionis vitam transferat, scripsit, ita eam alloquitur: *Ampletti humilitatem memineris* (erat hoc primum documentum, quod eidem præ cunctis aliis tenacius impressum esse volebat, ut eodem, veluti forti & valida armatura, munita, omnes à se inimici sagittas repellere posset) *sciens nihil esse quo gloriosius de Satana triumphetur. Illius jaculis scutum humilitatis oppone.* Ad confundendos namque exercitus inimicos, impetusque militares illudendos, turres fabricantur & mununtur; ita quoque inquit S. Joannes Climacus: *Humilitas est turris fortitudinis à facie inimici, nihil proficiet inimicus in eo, & filius, seu potius cogitatio iniquitatis non apponet nocere ei, & concidet à facie ejus inimicos ejus, & eos qui oderunt eum, in fugam convertet.* S. Bern. quoque ait: *Per hanc, scilicet humilitatem, nonnulli possedere etiam portas inimicorum; quæ enim virtutum potest æque dæmonum debellare superbiam.* Verum quidem est quod etiam fortissimæ turres, & propugnacula bene munita, inimicum arcere nonnumquam minime sufficiant, maxime quando improvisis utitur insidiis, & stratagematibus, & consequenter cum de Satana scriptum sit, *serpens erat callidior*; cumque ipse laqueos tendat continuo, quibus etiam cautiores irretiuntur, quis non timebit? sed ecce vobis præstantissimum remedium, humilitas inquam quæ omnia discernit, devitatque stratagemata dicente S. Ephræmio: *Humilitatem diligito, & numquam diaboli laqueis capieris, velocissimis enim humilitatis alis semper sublevatus, sublimior eris, quam ut inimici retibus capi possis.*

Humilitas fugit laqueos applausus, & vanæ gloriæ. S. Ephrem. de recta vivendi forma.

3. Astutus ille serpens animabus perfectioribus vanæ gloriæ venenum instillare tum vel maxime satagit, cum inter applausus mundi hujus exaltatæ inque veneratione constitutæ esse conspiciuntur; sed laqueos hosce B. Petrus Damianus facile ab iis juxta exemplum & institutionem Apostoli evitari posse scribit, qui quamvis se æstimari vellet in prædicatione Evangelij, idemque postularet in aliis idem Evangelizantibus; Licet humilitatis limites nequaquam à se aut ab aliis transgredi vellet, unde ad Thessalonicenses ita scribit: *Rogamus autem vos fratres, cum noveritis eos qui laborant in vos, & præsunt vobis in Domino, & commonent vos ut abundantius habeatis illos in charitate propter opus illorum. Hinc quoque est quod de Epaphrodito ad Philippenses dicat: Excipite illum cum omni gaudio in Domino, & ejusmodi cum honore habetote, si ergo Apostolus*, inquit prædictus Damianus *reverentiam fugiendam omino decernere, dum auditoribus præcipit: ut doctori suo honorem exhibeant, fundet profecto ut eum de suis similibus, honore prosequente, expellant.* Hoc tamen suppositio idem Damianus modum tradit quo viri perfectiores, qui in divino servitio ferventiores existunt copiosioremque animarum messem colligunt, hunc scopulum, in quem, ut plurimum, præ aliis impingunt, effugere debent, dum in hæc verba scribit: *Hoc monere videtur prædicator egregius, ut discretus vir, & honorem sibi delatum exterius pro fratrum utilitate suscipiat, & eumdem honorem intrinsecus pro sua humilitate contemnat, quatenus undique circumspectus, sic illorum salvati provideat, ut ipse tamen elationis vitio non succumbat.* Idem quoque paulo ante humilitatem scuti nomine insignierat, quo intentati ab inimico ictus avertuntur, vel eliduntur. De reverentia namque qua perfectiores astici solent, differens, inquit: *Quæ si quando ante mentis nostræ januam vanæ gloriæ vento submurmurat, scutum protinus humilitatis opponitur, & quo violentior ictus impingitur, eo nobis locupletius peracta victoria præmium cumulatur.*

B. Pet. Dam. L. 3. Epist. 12.

Eos diabolus maxime struit prædicatoribus.

Psal.17. v.40. David humilitate præcinctus, vicit omnes hostium insultus.

4. Ad præsens quoque propositum illa Psalmistæ verba considerari merentur, quibus dicitur: *Et præcinxisti me virtute ad bellum, & supplantasti insurgentes in me subtus me*; quibus verbis hic Rex Deo se gratum exhibet, pro armatura quadam impenetrabili, qua adversus omnes inimicorum ictus munitus fuerat. Sed qualis hæc armatura erat, num forte lorica fortissima, qua à capite ad pedes usque præcinctus gigantibus se opponere, omniaque inimicorum tela imperterritus excipere posset? minime; quin potius Hugo Cardinalis per hanc armaturam humilitatem intelligit Davidis, ut sensus sit: *præcinxisti me virtute, scilicet humilitate, quæ anthonomastice virtus dicitur, sicut superbia maximam peccatam.* Psalm. 18. *Emundabor à delicto maximo.* Unde superius aliquoties diximus, quod quando Apostolus de suis gloriabatur infirmitatibus, dicens: *Gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi*, per hanc virtutem, humilitas, quæ specialis Christi virtus est, intelligatur. S. Aug. verbum illud *præcinxisti* observans ad, pedum Apostolorum lotionem à Salvatore factam se reflectit de qua dicitur: *Præcinctus est linteo, & lavit pedes discipulorum suorum; omnis autem fornicado in humilitate, quia fragilis est omnis superbia*; & ideo omnes victoriæ, quas servi Dei de inimico infernali reportant, per unicam humilitatem acquiruntur. Rupert. Abbas super illa verba, *Ego vici, & sedi cum patre meo in throno ejus*, inquit: *In isto gradu vincere, est per maturitatem sapientiæ cunctam jactantiæ & inanis gloriæ levitatem procul abigere, & cum ipse magnus alys videatur, parvulus ipse in suis oculis est. Humilitas ab hujus societate sapientia numquam defuit, in cælum volare confuevit, ait ergo: qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, non ut exæquetur divinitati, sed ut consocietur æternitati. Sicut & ego vici inquit. Quomodo is, qui hæc loquitur, Christus vicit, nisi per inæstimabilem magnitudinem suæ humiliatis?* Lucifer irreconciliabile Dei Filio bellum movit, quando hic ad ejus debellandam tyrannidem; hominemque à servitutis ipsius vinculis liberandum de cœlo descendit; at vero quando Christus *humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis*, tunc tartareus hic Tyrannus totaliter prostratus & devictus remansit: *Nunc princeps mundi hujus ejicietur foras*; ac proinde S. Leo Magnus jure merito inquit: *Tota Victoria Salvatoris, qua & diabolum superavit, & mundum, humilitate est concepta, humilitate est confecta.*

Hugo Card. Ibid.

Psl.18.v.14.

2. Cor. 12. v. 9.

S. August. ibid. Docet nos Christus suo exemplo quomodo hostem vincere, & exaltari debeamus.

Apoc. 3. v. 21 *Rup. Abbas L. 2. in Apocal. v. 12.*

Philipp. 2. v. 8.

Joan. 12. v. 31. *S. Leo. ser. 7. de Epiph.*

Humilitas est fortis machina ad dissipandum infernum.

5. Ad dissipandum infernum nullam habemus securiorem machinam quam humilitatem, Unde B. Laurentius Justinianus ait: *Perneccessaria est humilitatis virtus peregrinantibus, & in hoc sæculi stadio pugnaturis. Hanc malignorum spirituum innumerabilis exercitus, tamquam flagellum, perhorrescit & fugit.* In vita S. Caroli Borromæi refertur, quod dum S. hic Cardinalis die quadam in Ecclesiam ingrederetur, dæmon per os cujusdam energuminæ altum inclamarit: *O si mihi in laciniam purpureæ chlamydis tuæ vel mozetam superbiæ immittere liceret*; qui tamen, ut in discursibus præcedentibus diximus, sine ulla dilatione abyssum repetere, & miseram illam energuminam liberam relinquere coactus fuit. Cum in Thebaide celebris quidam è senioribus Eremitis oblatum sibi habuisset dæmoniacum, ut illum adjuraret, hic dæmon serio, ut egrederetur, præcepit; qui respondit: recedam quidem, verumtamen prius à te scire volo, quænam sit differentia inter Hœdum & Agnum, cui sanctus vir Dei respondit: *Hædi tales sunt, qualis ego; agni qui sint, Deus scit; quod audiens dæmon exclamavit dicens: Ecce propter humilitatem tuam exeo; & exivit eadem hora.* Idem quoque dæmon alia quadam vice Macario Abbati obviam occurrit, falcem in manu sua habens, qua messores uti solent cumque eum hac falce percutere niteretur, non potuit, sed dixit ei: *Multum à te patior violentiam, quia non possum prævalere tibi. Quidquid tu facis, facio, jejunas; & ego non comedo, vigilas, & ego non dormio; unum est solum in quo me superas; & dicit Macarius, quid est illud? respondit Humilitas tua per quam non possum prævalere adversum te.* S. Ephrem se quemdam cognovisse refert, qui vitam quamdam ducebat quietam, religiosam, summaque cum obedientia ordinatam, accidit vero quod in eodem loco ubi demorabatur, alius quidam à dæmonio vexatus simul habitaret; ambo autem sub eadem alterius monachi disciplina constituti erant. Videns autem ille vir Dei afflictionem alterius dæmoniaci, eidem, ut sibi serviret, inque sui custodiam advigilaret, præcepit, cui alter prompte obediens, cum primitus in cellam ingrederetur, impositum sibi executurus ministerium, energuminus se ex tunc à solitis vexationibus dæmoniacis notabiliter sublevatum esse confessus est, cumque simul colloquerentur, alter à dæmone agitatus clamare cœpit: *Tu iterum huc male per malam venis viam; mali sunt tui occursus, mala si dixeris, mala etiam audies. Primumque tu me ejecisti atque ligasti per humiliatem tuam. Rursumque ad eum dæmon: ne extolleris bone vir, ne quæso exaltaris, vistandas enim mihi & tu eris, nisi humilitate tua protegaris, nam ea & nunc ego crucior impugnor que*, qua recensita historia S. Ephrem sequens format argumentum: *quod si igitur ipsi quoque dæmones, quantumvis inviti, confitentur se nihil cum humilitate posse sed eam umere atque horrere, quare nos tantam illius dignitatem adeo parvi facimus?*

S. Ephrem. ser. 8. Humilitas comparatur Calceamento.

Psalm. 90. v. 13.

Luc. 3. v. 16.

S. Joan. Clim. grad. 25. n. 13.

Et per illam effugantur.

S. Joan. Clim. gr. 25. n. 7.

6. Hanc spirituum infernalium fugam, in virtute humilitatis impetratam SS. Patres antiqui veræ perfectionis magistri sæpenumero experti fuere. Unde S. Joannes Climacus ait: *Quemdam ex providentissimis fratribus, maligni spiritus, oculis ejus spectabili forma obversantes, beatum prædicabant; quibus ille sapientissimus: Si me*, inquit, *in anima mea laudare dejeceris, ex discessu vestro me magnum & eximium existimabo: si vero laudare perrexeritis, ex vestra laudatione meas ipsius sordes & impuritatem facile conjectabor.* De B. Francisco Borgia scribitur quod eum quemdam obsessum ab immundo spiritu liberasset, subjunxerit: *Atrum non est quod dæmon semel voluntatem meam perfecerit, quando ego tot repetitis vicibus ejus sum obsecutus voluntati.* Idem quoque sanctus dicere solebat: fieri quidem potest quod dæmones alias fingant virtutes, verumtamen hanc humilitatis virtutem imitari numquam poterunt, quia ab eadem infinitam quamdam habent aversionem & antipatiam: *Una hæc virtus humilitatis est quam nemo diabolorum imitari potest.* S. Dorotheus in sermone 2. *de cordis humiliate & modestia* inquit: *Humilitate cordis omnia inimici & adversarij nostri tela confringuntur.* D. Chrys. ait: *Hæc magna est munitio, hæc muros inexpugnabilis, hæc turris inconcussa.* Similiter S. Dorotheus in prædicta sermone asserit: *Humilitate cordis adversarij nostri tela omnia & omnes ejus molitiones, & conatus exinguuntur & pereunt.* Regius Propheta David se quaquaversum astutissimi inimici laqueis circumdatum videns inquit: *Posuerunt laqueum mihi; laqueum paraverunt pedibus meis; absconderunt superbiæ laqueum mihi, & funes extenderunt in laqueum juxta iter scandalum posuerunt mihi*; & tamen dicere non dubitavit: *Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium, laqueus contritus est & nos liberati sumus.* Undenam vero orta est hæc tam subita Prophetæ liberatio? nimirum tametsi rex diademate regio cinctus esset, se tamen in conspectu Dei humiliavit, unde ait: *Ego autem humiliatus sum nimis*; & alibi: *elegi abjectus esse in domo Dei mei.* S. Isidorus ait: *Humilitas casum nescit, humilitas casum non novit, humilitas ruinam numquam incurrit, numquam lapsum passa est.*

Dæmones fingere possunt alias virtutes, sed non humilitatem.

S. Dorothæus ser. 2. de cordis humili. D. Chrysost. Hom. 25. in Gen. S. Dorothæus ibid.

Psal. 118. v. 110. *Psal. 56. v. 7.* *Psal. 139. v. 6.* *Psal. 123. v. 7.* *Psal. 37. v. 9.* *Psal. 83. v. 11.*

Psal. 115. v. 10. *Psal. 83. v. 11.* *S. Isid. syn. l. 2. c. 5.*

7. S. Mariam Magdalenam septem dæmoniorum cubile aliquamdiu fuisse legimus: *de qua septem dæmonia exierant.* Cum igitur per æternæ veritatis testimonium constet, quod Spiritus fornicationis numquam quiescant, donec in animam è qua ejecti fuerunt, denuo revertantur; *cum immundus Spiritus exierit de homine, ... quærens requiem, & non inveniens, dicit; revertar in domam meam, unde exivi; ... Assumit septem alios spiritus secum, nequiores se, & ingressi habitant ibi, & fiunt novissima hominis illius pejora prioribus*: quemnam obsecro modum Sancta hæc pœnitens adhibuit, ut hisce ejectis dæmonibus omnem in animam suam aditum præcluderet? Cardinalis Viguerius in laudem humilitatis dicit: *Quia porro firmus, quod solidius, quid immobilius humilitate? hæc mundum vincit, & spernit; diabolum fugat, carnem penitus ignorat?* Hac igitur humilitate Magdalena, tamquam scuto, usa fuit, ut omnes adversarij insultus à se repelleret. Unde S. Hieronymus super illa verba apud S. Marcum: *Amplius ne introeas in eum*, inquit, *Namquam revertitur, si cor suum clavis servaverit humilitatis.* S. Bernardinus Senensis merito sanctam Mariam Magdalenam pœnitentem interrogat: *Quare semper cadis ad pedes Jesu?* Ex eo namque momento quo Christus septem illos dæmones ab ejus anima pepulit, ipsa semper ex ejusdem profundissimæ humilitatis motivo, quo Publicanus stimulabatur, ne oculos suos in cœlum levare auderet, ad pedes se humiliavit Salvatoris: *Stans retro secus pedes ejus*, imo ut Dionysius Carth. circa ipsam observat; si in domo Pharisæi

Luc. 8. v. 2. *Luc. 11. v. 24 & 26.* Septem dæmones ejecti ex S. Maria Magdalena ad illam redire nequibant propter ejus humilitatem. *Card. Vig. in Decalo. Christ. Chord. n. 6. Can. 20.* *S. Hieron. Marc. 9. v. 24.* *S. Bern. Sen. Tom. 4. ser. 32. 1. part. princ. 2.* Semper invenitur ad pedes Jesu. *Luc. 7. v. 38.*

Dion. Carth. in Luc. Luc. 10. v. 39.

Joan. 12. v. 3.

Pharisæi peccata sua defleat, ipsam ad pedes ejus procumbentem invenimus; si divinum ejus verbum auscultat, ad pedes Domini sedet: *sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius*; si per odorosam unguentorum pretiosorum fragrantiam Salvatori obsequia exhibet, circa pedes occupatur, quia *unxit pedes Jesu.* Unde hisce omnibus præmissis S. Bernardinus in persona illius respondet: *Quia ibi reperio meam defensionem*; quasi dicere vellet, humiliari ad pedes Salvatoris nihil est aliud quam stare sub protectione adversus omnes inferni potestates.

S. Ephrem. ser. de Humilitate. 8. S. Ephrem in sermone *de armatura monachi*, inquit: *Pro calceamento sume tibi humilitatem, sicut enim calceamentum calcatur jugiter, ita & quem humilitas sancta repleverit, studet ab omnibus conculcari; & tu itaque frater humilitatem posside, hæc namque calceamentum est, non carnale, sed spirituale, custodietque te, ne unquam offendas ad lapidem pedem tuum; lapis Christus est. Humilitas tua custodiet te ne offendas Christum.* Si pes noster nudus fuerit, facile à serpente vulnerari & intoxicari poterit, si autem fuerit calceamento munitus, caput ejus facile conteremus. Calceamus nos igitur mystico hoc humilitatis calceamento; *ipsa enim conteret caput ejus*; *Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.* Lucifer omnes machinas suas ad Baptistam præcipitandum adhibuit, dum ipsi altissimam melliatus dignitatem offerri fecit, & tamen semper victor triumphavit, quia hoc calceamento indutus, protestatus est dicens: *Non sum dignus solvere corrigiam calceamentorum ejus.* S. Joannes Climacus proinde huic humilitatis virtuti, hoc perhibet testimonium, quod scilicet a latronibus infernalibus nos liberet: *Humilitas*, inquit, *est altissima & subtilissima vilitatis propriæ cognitio paribus cunctis inaccessa.*

Ecclí. 43. v. 7.

DISCURSUS XVIII.
ARGUMENTUM.

Quanto quis majori lumine à Deo est præditus, Deoque vicinior factus, tanto magis se humiliat, suumque nihilum agnoscit; idque Beatissimæ Virginis Mariæ exemplo specialiter probatur.

THEMA.

Quanto magnus es, humilia te in omnibus. Eccli. 3. v. 20.

Quanto quis est humilior, tanto fit Deo proximior.

1. EGregium est hoc Ecclesiastici documentum, quod quotidie opere ipso exequuntur, quotquot in via Dei magis magisq; proficere contendunt, quia quanto plus luminis sibi acquirunt, tanto magis in conspectu Dei humiliantur, sibique ipsis vilescunt. Cum enim luna verũ sit perfectionis symbolum (*sicut luna perfecta in æternum*) quis est qui nesciat eamdem, postquam ad suam plenitudinem pervenit, majusque à Sole lumen recepit, subito in claritate & luce deficere & minui: Ut proinde Ecclesiasticus de illa dicat: *luminare quod minuitur in consummatione.* Similiter stellæ & planetæ luminosissimi, quanto proximius in nostro Horizonte ad Solem accedunt, tanto velocius lucem suam amittunt. Idem igitur servis Dei evenit, quanto enim vero Soli Justitiæ propinquiores fiunt, tanto magis proprium suum nihilum agnoscunt, teste S. Gregorio dicente: *Sancti omnes quanto in Dei visione proficiunt, tanto magis se nihil esse cognoscunt.* Patet idipsum in Abrahami Exemplo, qui postquam ad hunc supremum honorem assumptus fuit, ut tres divinas personas in tabernaculo suo sub specie Angelica recipere mereretur, ab iisque divinorum secretorum factus particeps, & ad Dei colloquium admissus fuisset, tunc, & non antea, se pulverem & cinerem appellavit. *Nusquam quippe legitur*, ut idem D. Gregorius observat, *quod Abraham pulverem & cinerem se esse professus est, nisi cum habere meruit Dei colloquium, ait enim: Loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis & cinis*; Et quidem attente ponderandum est, qualiter se ad infimam usque humilitatem submiserit siquidem non solum dixit quod pulvis esset, quia hæc aquis permixta fertilis & fœcunda efficitur, verum etiam cinerem se nominavit, ut se totaliter inutilem esse monstraret.

S. Gregorius. *S. Greg. l. 18. mor. c. 27.* Patet in Abraham.

Gen. 18. 27.

Simile arborum fructibus onustarum. *S. Bonav. Tom. 6. in*

2. S. Bonaventura arborum utitur similitudine, quæ quanto magis fructibus sunt onustæ, tanto amplius earum rami terram versus se demittunt: *sicut ramis*, inquit, *in quo pendet fructus, & sicut spica plena grano respicit & declinat versus terram, sic anima humilis quæ instar rami est onusta fructibus bonorum operum, & ad modum spicæ grauatæ est plena gravis virtutum, respicit terram, id est, propriam fragilitatem: Econtrario ramus erectus monstrat quod in eo nullus est fructus; & spica erecta, quod est gracilis & vacua; ita homo per superbiam rectus, est ad modum rami sterilis & infructuosus, & ideo dixit Salvator in Matthæo; à fructibus eorum cognoscetis eos.* Quisnam fructibus S. Paulo onustior erat, qui de semetipso sancte gloriari non dubitabat: *Abundantius ... omnibus laboravi*, cuique S. Mater Ecclesia totius mundi conversionem attribuit; de eo vero S. Bernardus notat quod dixerit: *Ego sum minimus omnium Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus*; ideoque subjungit idem Bernardus: *vides hic magnus quam parvus sibi erat? O miro modo sit, ut bis quibus conscientia secura est, qui nihil sibi conscij sunt, tam humilia de semetipsis sentire contingat.* Quando ei altissima divinitatis mysteria revelata fuere, quando immediate eruditebatur à Christo ei visibiliter apparente; quando *circumfulsit eum lux de cælo*, quando tot ineffabilium & cœlestium particeps fiebat illustrationum, tunc lumen amisit oculorum, ita ut nihil videret; & quodnam in hoc latere existimas mysterium? nimirum Christus qui *omnia cum sapientia fecit*, nos per hoc intelligere voluit, quod servi Dei, quanto magis ab ipso illuminantur, tanto magis se cæcos esse arbitrantur. Unde Rupertus Abbas super illa verba Apocalypsis: *Collyrio iunge oculos tuos ut videas*, ita scribit: *collyrium quo oculorum vitia purgantur, humilitatis suavitatem significat, quæ parvulos adjuvat, ut ea quæ sapientibus & prudentibus abscondita sunt, illis revelentur mysteria. Collyrio ergo iunge oculos tuos ut videas, id est, cor tuum vera humilitate purifica.* Vix quoque idem Apostolus ad eminentem Apostolatus dignitatem sublimatus vas factus fuerat electionis, & doctor gentium, cum ecce subito nomen Sauli in Pauli nomen commutavit, quod idem significat, quod parum. Scitisne causam cur id fecerit? audite S. Dorotheum dicentem: *Omnis Sanctorum profectus, atque perfectio, accessus quidam est, & progressus ad humilitatem quanto quisque Deo fit propior & conjunctior, tanto se magis agnoscit & intelligit peccatorem.*

Dion. Carth. Tom. 7. c. 1.

S. Paulus quo magis proficiebat in sanctitate, eo fiebat humilior. *1. Cor. 15. 10.*

Ibid. v. 9. *S. Bernard. de Pass. Dom. c. 17.*

Act. Ap. 9. v. 3.

Apocal. 3. v. 18. *Rup. Abb. l. 2. Ibid.*

S. Dorot. ser. 14.

3. Quo putas nomine David, *vir secundum cor Dei*, & in divinorum secretorum fuorum penetralia admissus, se appellavit? *Quasi tenerrimus ligni vermiculus, qui ob ingentes interfecit impetus anno.* Ejus quidem heroica opera & facinora abscondi non poterant, & tamen se vili vermiculo assimilabat, qui ingentem quamdam trabem sensim & paulatim corrodens, eam cadere facit subque ejus ruina ingentem sepelit hominum multitudinem. Hugo Cardinalis proinde super præcitata verba ita scribit: *Describitur qualis debet esse, qui eligitur in prælatum, fortis in operibus, conspicuus in moribus, humilis in sermone, imo magis humilis corde.*

2. Reg. 23. v. 8. David sanctissimus se comparavit ligni vermiculo.

Hugo Card. ibid.

4. Postquam Moyses cum Deo locutus, supremum ab eodem recepisset populi imperium, divinaque consilia & determinationes ei revelatæ fuissent, tunc vel maxime se humiliavit, protestando quod elinguis esset & loqui nesciret, nec deesse alios ad illud officium se habiliores: *Ignorabat Moyses, quod cornuta esset facies sua ex consortio sermonis Domini.* Hoc enim eorum, qui vere humiles sunt, proprium est, quod dum aliis sunt admirationi, summisque à Deo afficiuntur favoribus, nullum prorsus de seipsis conceptum & existimationem habeant. Similiter in præfatione Missæ quotidie auribus nostris hæc verba insonant: *Quem laudant Angeli, adorant dominationes, tremunt potestates*; Circa quæ verba observandum quod *potestates* quæ Deo proxime assistunt, tremere dicantur; *Dominationes* vero, quæ à Deo magis distant, quam potestates, eumdem adorent, cum tamen omnino oppositum dici debuisse videatur, quia inter nos homines, ij, qui principi alicui intimiores & familiariores assistunt, minorem erga illum concipiunt timorem, quam illi qui procul à principe absunt, quibusque non tanta cum principe intercedit familiaritas. Verumtamen licet hæc regula quoad homines vera sit, non tamen in ordine ad Deum; quanto enim servi Dei Divinæ majestati propinquiores sunt, majusque magnitudinis suæ lumen habent, tanto magis coram illo contremiscunt, tantoque magis humiliantur, quanto intimius ejus excellentiam & proprium nihilum agnoscunt.

Moyses post colloquium cum Deo habitum, se plus humiliavit. *Exod. 34. v. 29.*

5. D. Chrysostomus similitudinem adduxit hominis

Hoc faciunt omnes Deo familiares.

Magna de se præsumens, humiliatus agnoscit imperfectionem suam.

nis in planicie quadam constituti, huic enim cœlum vicinius esse videtur; quod tamen postea tanto magis à se distare experitur, quanto magis in altum ascendendo progreditur: Ita quoque homo aliquis longe à perfectione remotus, velut si magnum rerum divinarum lumen habeat, magna de se præsumit, cum tamen postea quanto amplius in spiritu proficit, tanto magis propriam imperfectionem agnoscit, magisque humiliatur. *Age igitur, nos quoque quantum in virtute proficimus, tantum nosmetipsos conteramus*; inquit D. Chrysostomus, *quoniam & hoc magnæ virtutis est, sicut enim quanto auctius viderimus, tanto magis discimus quam longe à cæli regione distamus, sic etiam quanto superius ad virtutis ascendimus excelsum, tanto amplius docemur, quam sit inter Deum & nos grande discrimen. Ille est maxime seipsum sciens, qui se nihil esse existimat; propterea quippe & David & Abraham postquam ad summum jam virtutis evaserant, istud videntur implesse, nam unus quidem dixit se esse terram & cinerem, alter vero se vermem vocabat.* Quod aliquis meritorum, virtutum, & honorum expers, ac in mediocri conditione constitutus humilis sit, mirum non est, quod vero vel maxime mirandum, est illud, quod notat S.Bernardus inquiens: *Non magnum est esse humilem in abjectione, magna prorsus & rara virtus humilitas honorata.* Unde salutare est illud S.Isidori Pelusiotæ consilium dicentis: *Qui virtutes suas magnas reddere cupit, ne eas magnas esse æstimet.* Quod optime consonat cum eo, quod S. Bernardus in alio loco his verbis dicit: *Magna & rara virtus profecto est, ut magna licet operantem, magnum te nescias, & manifestam omnibus, tuam te solum lucre sanctitatem. Mirabilem te apparere, & contemptibilem reputare, hoc ego ipsis virtutibus mirabilius judico.*

S. Bern. Hom. 4. super Missus est. S. Isid. Pel. l. 3 Ep. 373. S. Bern ser. 23. in Cant.

6. S. Joseph Christi nutritius ad altiorem dignitatis gradum conscendere non poterat, quam ut sponsus fieret virginis & Filij Dei Pater putativus, & tamen postquam ad hunc sublimem gradum pervenit, tum vel maxime nihilum suum agnovit, pro ut Idem S. Bernardus super illa verba: *voluit occulte dimittere eam*, notat inquiens. *Accipe in hoc, non meam, sed patrum sententiam. Propter hoc Joseph voluit dimittere eam, propter quod & Petrus Dominum à se repellebat dicens: Exi à me Domine quia homo peccator sum; propter quod & centurio à domo sua eum prohibebat.*

Matth. 1. v. 19. S. Joseph Christi pater putativus factus, humilior effectus fuit. Matth. 1. 19. S. Bern. Hom. 2. super. Miss. est.

7. Verum enimvero efficacius humilitatis exemplum habere non possumus, quam si illud quod in Magna Dei Matre & Virgine Maria conspicimus, quæ quanto altius sublimata fuit, tanto se humiliorem, viliorem, & indigniorem esse æstimavit, inquiens: *respexit humilitatem ancillæ suæ*; Ubi S. Augustinus, vel quisquis est tractatus illius author, inquit: *Quia se humiliavit, & quod ancilla erat cogitavit, ideo quod non erat sublimitatis, mater esse meruit, quia humilitatem ostendit servitutis.* Quando Dei electa est mater, quando Verbum æternum Patris concepit, oculum suum non ad dignitatis sublimitatem, qualis maternitas Dei erat, nec ad Verbi incarnati generationem, sed ad humilitatem & submissionem suam direxit, dicens: *Ecce ancilla Domini.* Unde ipsamet humillima virgo S. Birgittæ revelavit: *Ut quid enim ego me tantum humiliabam, aut unde promerui tantam gratiam, nisi quia cogitavi & sibi me nihil à me esse, vel habere.* Eadem sanctissima virgo *sedes* appellatur *sapientiæ*; ipsaque patris sapientia in ejus utero incarnata fuit; qualem Deo existimas Mariam à Filio suo didiciffe sapientiam? Audite B. Laurentium Justinianum dicentem: *Ipsa beata Virgo non à Filio suo Domino nostro cœlos didicit fabricare, non angelos creare, non mirabilia & divinitatis insignia perpetrare, sed se humiliare, unde & in se solam humilitatem respexisse fatetur Domino.* Hanc autem humilitatem tunc specialissime exercuit, quando vel maxime sublimata & exaltata fuit. Archangelus ex parte supremi Consistorij sanctissimæ Triados ei Christi maternitatem annunciavit: *Ecce concipies in utero & paries filium, & vocabis nomen ejus Jesum*; tunc enim hac se dignitate indignam existimans, cum profundissima humilitate dixit: *Ecce ancilla Domini* quasi diceret, inquit Guerricus Abbas: *O Domine tu matrem me dicis, ego ancillam me profiteor*; nimirum consilium Ecclesiastici exequi volut dicentis: *Quanto magnus es humilia te in omnibus, & coram Deo invenies gratiam*, id quod in ipsa *ad litteram* adimpletum fuit, quando ab Angelo *gratia plena* fuit salutata, tali nimirum gratia, *quæ dedit cœlis gloriam*, Ut D. Chrysologus inquit: *terris Deum fidem gentibus, finem vitijs, vitæ ordinem, moribus disciplinam.*

Matth. 1. v. 48. S. Augustin. Tom. 9. Tr. 24. super Magnific. S. Birgittæ revelat. l. 2. c. 23. Hanc didicit à Filio suo. B. Laur. Just. de ligno vitæ c. 2. Hanc exercuit cum maximè sublimaretur. Luc. 1. v. 31. Guerric. Abb. ser. 3. de Nativit. Eccli. 3. v. 20

8. Confideratione dignum est quoque tempus, in quo se ancillam esse professa est, tunc nimirum, quando genitrix erat Dei, imperatrix cœli, sponsa Spiritus Sancti, æmula Patris æterni, in generatione verbi filij sui, tunc inquam *non de singularitate meriti se extollit, sed suæ conditionis, & divinæ dignationis per omnia memor, se ancillam illius esse fatetur, cujus mater eligitur*, inquit Glossa. Vix Verbum æternum conceperat cum ecce se famulam & ancillam esse probat, quia fine dilatione montana Judææ conscendit, ut Elisabethæ ex præcursore gravidæ ancillaretur, & serviret: *Abiit in montana cum festinatione.* Ubi S. Ambrosius ait: *Discitis virgines pudorem Mariæ, discite humilitatem: decet ut quanto castior virgo, tanto humilior sit.* Quanto enim altius per dignitatem evehebatur, tanto majori cum studio se humiliabat & contemnebat. Quamvis illi filium Dei parturienti promissum fuerit ab Archangelo: *Dabit illi Dominus sedem patris ejus, & regnabit*, attamen dum in Bethlenem civitate David se ab omnibus rejectam, & in stabulum remissam vidit, licet se illum parituram esse sciret, *in cujus femore scriptum est: Rex Regum & Dominus dominantium*, ne minimum tamen quærulosum verbum ipsam protulisse constat. Quamvis etiam in adoratione trium regum orientis, thesauros pedibus suis advolutos haberet, quia *apertis thesauris suis obtulerunt ei munera aurum, thus, & myrrham*, attamen intra quadraginta dies verisimile est illam totum hoc aurum inter pauperes distribuisse, quia solitam factura in templo oblationem, ea obtulit, quæ à vilibus & pauperibus parentibus per legem offerri solebant. At vero ut S. Bernardinus Senensis optime notat, juxta humilitatis suæ mensuram, innumeris & inæstimabilibus gratiarum thesauris locupletari meruit. Nam *gratia sanctificationis, quæ eam omni virtute replevit, sic à principio mentem ejus in abysso humilitatis fundavit, quod sicut nulla post Filium Dei Creatura, tantam ascendit in gratia dignitatem, sic nec tantum descendit in abyssum humilitate profundæ; nec insuper alicui puræ creaturæ in hoc sæculo est datum, tantum gustare nihilum creaturæ, nec tantum se humiliare & annihilare.* Ubi nos legimus: *Respexit humilitatem ancillæ suæ*, legunt alij *nihilitatem*; Unde Exemplo ipsius verissimum esse deducitur, quod quanto anima illuminatior, Deoque vicinior existit, tanto magis se humiliet suumque nihilum confiteatur & agnoscat.

Et in Imperatricem Cæli, genitricem Dei, & Sponsam Spiritus S. eligeretur. Glossa. Luc. 1. v. 39. S. Ambr. l. 2. in Luc. c. 1. Luc. 1. v. 32. Apoc. 19. 16. Matth. 2. v. 11. S. Bernard. Tom. 2. ser. 5 l. c. 3. Luc. 1. v. 48.

9. Olim inter eruditos hoc motum est dubium, quidnam illud esset, quod uno eodemque tempore simul & maximum & minimum appellari posset; fuerunt que qui solem esse dicerent, qui oculis nostris parvus quidem esse videtur, cum tamen terra centies & sexagies major esse probetur. Alij stellam esse dixerunt, quæ nobis velut quadam ignis scintilla appareat, cum tamen una illarum centies major sit mundo terrestri. Alij pupillam oculi esse afferebant, quæ ad contemplandam altissimam cœli empyrei partem extenditur, cum tamen instar atomi minutissimæ sit. Nec defuere qui illud intellectum humanum esse affirmarent, qui non solum ad capiendum cœlum terram, & totum universum dilatatur, verum etiam extra illum per imaginationem plures mundos capit. Subjunxerunt alij, non minus ingeniose, illud esse animam, quæ cum invisibilis sit, & purus spiritus, in se tamen tres potentias restringit & includit, & in quavis corporis animati minima parte est tota in toto & tota in qualibet parte. At vero aptius ad propositum nostrum affirmare libere possumus, id quod simul maximum & minimum est, esse humilitatem & nihilum beatissimæ Virginis, quæ dicit: *respexit nihilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes; fecit potentiam in brachio suo, fecit in me magna qui potens est*; nemo enim imaginari sibi potest humilitatem magis infimam, nec dignitatem magis sublimem. Unde S. Bernardus Mariam interrogat, inquiens: *Unde tibi humilitas & tanta humilitas ô Beata? digna plane quam respiceret Dominus, cujus decorem concupisceret rex, cujus odore suavissimo, ab æterno illa paterni sinus attraheretur accubitu. Vide quam manifeste sibi concinant virginis nostræ canticum & nuptiale carmen, nimirum cujus æterus sponsi thalamus fuit. Audi Mariam in Evangelio: respexit inquit humilitatem ancillæ suæ; audi eamdem in Epithalamio; cum esset rex*, inquit, *in accubitu suo, Nardus mea dedit odorem suum. Nardus quippe herba humilis est, at manifestum sit humilitatem Nardi nomine designari, cujus odor & decor invenerit gratiam apud Deum.*, nec mirum, qui ut S. Dorotheus in sermone de humilitate cordis ait: *Viri sancti*

Adducuntur diversæ opiniones, quid simul sit maximum & minimum. Concluditur esse humilitatem B. Virginis Mariæ. S. Bernard. serm. 4. de Assumpt.

S. Dorath. ser. 2. de cordis humilit. *sancti quanto magis adhærent Deo, & illi propius accedunt tanto se magis peccatores agnoscunt, & deteriores dicunt.*

DISCURSUS XIX.

ARGUMENTUM.

Varia adducuntur indicia, ex quibus vera agnosci potest humilitas.

THEMA.

Humiliatus sum usquequaque Domine vivifica me secundum verbum tuum. Psal. 118. ℣. 107.

Quænam sint vera signa humilitatis.

1. REgius Propheta hisce verbis se omnes conditiones adimpleviffe declarat, quæ ad veram humilitatem requiruntur, ac proinde se à Deo per divinæ gratiæ suæ vitam vivificari postulat, *Humiliatus sum usquequaque &c.* quænam vero hujus virtutis infallibilia signa sint, & indicia, in præsenti discursu fusius examinabimus.

Adducuntur duodecim gradus & signa veræ humilitatis. Apoc. 12. S. Antonin. summ. Th. 4. p. Tit. 4. c. 12. §. 2.

2. S. Antoninus ex doctrina S. Benedicti in ejus regula ex variis humilitatis signis duodecim præcipuè enumerat in gradibus scalæ Jacob præfigurata; quæ etiam inquit idem S. Archiepiscopus, dici possunt præfigurata in duodecim stellis, quibus exornata & locupletata fuit magnæ illius mulieris Apocalypticæ corona, cujus tamquam Sole amictæ mentio fit in eadem Apocalypsi Cap. 12. *Primus gradus est, corde & corpore semper humiliatem ostendere defixis in terram aspectibus; Secundus; ut pauca verba & rationabilia loquatur aliquis, non clamosa voce; Tertius, ut non sit facilis aut promptus in risu; Quartus, taciturnitas usque ad interrogationem; Quintus, tenere quod habet communis regula monasterij; Sextus, pronunciare & credere se omnibus viliorem; Septimus, ad omnia se indignum & inutilem confiteri & credere; Octavus, confessio peccatorum; Nonus pro obedientia in duris & asperis patientiam amplecti; Decimus ut cum obedientia se subdat superiori; Undecimus, ut voluntatem propriam non deleetur adimplere; Duodecimus, ut Deum timeat, & memor sit omnium quæ præcipit.*

1. Gradus est demissio oculorum. Luc. 18. v. 12. S. Anton. de Pad. in Dom. 11. post Pent. Eccli. 23. v. 5. 2. Silentium colere. S. Joan. Damasc. Parall. l. 3. c. 84.

3. S. Antonius de Padua ex Publicani exemplo verum humilem in demissione oculorum agnoscendum esse dicit: Hic enim *nec audebat oculos ad cælum levare*, propter quod à Christo principaliter de virtute humilitatis commendatus fuit. Unde ait: *Insigne humilitatis solet apparere in oculis, unde Ecclesiastæus à Deo petijt: Extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi.*

4. S. Joannes Damascenus Italæ Abbatis doctrinam sectatus alia indicat hujus virtutis signa, prognostica inquiens: *Opus humilitatis est silentium colere, se cum nemine metiri; non contendere; subjectum esse; oculos humi demissos habere; mortem sibi ob oculos proponere; à mendacio abhorrere; inanibus sermonibus operam non dare, majori non reluctari; sermonem suum constabilire nolle; Contumeliam ferre; requietem odisse; ad labores se adigere.*

Sententia Cassiani, quæ sit vera humilitas. Cass. l. 4. de instit. renunt. c. 39.

5. Cassianus quoque multa alia veræ humilitatis signa adducit, quæ tametsi vitæ monasticæ & religiosæ conformia sint, multa tamen illorum sæculari etiam statui accommodari facile possunt. *Humilitas*, inquit, *his indiciis comprobatur: Primo si mortificatas in se habeat omnes voluntates? Secundo, si non solum actuum suorum, verum etiam cogitationum nihil suum celaverit seniorem; Tertio, si nihil suæ diffidentiæ, sed judicio ejus universa committat; ac monita ejus sitiens ac libenter auscultet; Quarto si omnibus servet obedientiam, mansuetudinem, & patientiæ constantiam; Quinto si non solum injuriam inferat nulli, sed ne ab alio quidem sibimet irrogatam doleat atque contristet; Sexto si nihil agat, nihil præsumat, quod non vel communis regula, vel majorum cohortantur exempla; Septimo si omni vilitate contentus sit, & ad omnia quæ sibi præcipiantur, velut operarium malam se judicaverit, & indignum; Octavo, si semetipsum cunctis inferiorem, non superficie pronunciat labiorum, sed intimo cordis credat affectu.*

Item S. Bonaventuræ. S. Bonav. Tom. 6. in Dict. salut. Tit. 7. c. 1.

6. S. Bonaventura virtutis hujus signa ad quinarium numerum restringit, dicens: *Quinque sunt signa inter alia humilitatis demonstrativa. Primum humilitatem amare; secundum honores & laudes fugere; tertium opprobria & contumelias æquanimiter tolerare, quartum vilia officia non recusare, quintum, libenter obedire.*

7. Gaudere si contemnatur.

7. Excellentissimus autem index humilitatis est, si quis suipsius amet contemptum, ac proinde gaudeat si contemnatur, hic enim est eminentissimus humilitatis gradus. Ad hunc gradum S. Philippus Nerius per-

venerat, qui ex motivo mortificationis, in conspectu incognitis populi, in atrio S. Petri ad vincula; prima die Augusti, qua præcipuum Ecclesiæ illius festum celebratur, saltitans à nonnullis velut senex delirus digito monstratus fuit, imo hoc fine nonnumquam per Romanæ urbis vicos manipulum florum manu sua deferens præcessit, ut ab omnibus tamquam fatuus, & insanus derideretur. Similiter in actibus Apostolorum legimus, quod Apostoli non solum libenter ludibria sustinebant, verum etiam particulare in iisdem habuerint gaudium: *Ibant gaudentes à conspectu Concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati.* Similiter S. Gregorius postquam historiam recensuisset Constantij Mon. sanctitate celeberrimi, postea tamen ob statuæ suæ humilitatem; tamquam si insanus esset, non sine magno illius viri Dei gaudio derisi, demum subjungit: *ut superbi honoribus, sic humiles sua despectione gratulantur.* S. Thom. de Villanova Exemplo S. Martini idem adducit veræ humilitatis indicium; *Qui ita gaudet in despectu*, inquit, *sicut superbus in honore, hic vere humilis est.* Et paulo post subjungit: *humilis nemini facit injuriam, & illatam ab alio patienter sustinet; gaudet cum contemnitur, quia cognoscitur, neque injuriam reputat si quisquam ei præferatur.* S. Ephrem factum memorat Davidis regis, quando à Semei tot impropriis oneratus, magno cum ardore se suis opposuit, ne molestaretur, ostendendo se tamquam humilem, ex hoc sui contemptu magnum concepisse gaudium, unde S. Ephrem ipsum in hac virtute optime radicatum fuisse concludit. Beatus quoque Laurentius Justinianus inquit: *Reddit hominem humilem injuriarum patientia, quia humilis gloriam non quærit, injurias non sentit, nec veretur confundi in præsentia hominum, qui solam gloriam quærit apud Deum.* Et in cap. 7. ejusdem libri de vero humili dicit: *Cum irritetur gaudet, cum despicitur exaltat, quando persecutionem patitur securus est; si maledicitur è contrario benedicit; quidquid applaudit fugit; omne quod abjectum est gratanter suscipit ac veneratur.* Petrus Blesensis in sermone quodam de sancti. Augustino dicit: *Vera humilitas est, injuriam non posse facere, & factam posse tolerare.*

Hoc fecit S Philippus Nerius. Et alij sancti. S. Greg. l. 1. Dial. c. 6. S. Thom. de Villanov. Conc. 1. de S. Martino. S. Ephrem. Paran. 32. 2. Reg. 16. B Laurent. Iustin. de Ligno vitæ c. 5. Ibid. c. 7. Pet. Bles. ser. 30.

Refert S. Basilius in monasterio quodam virginem quamdam fuisse religiosam, quæ se stultam & dæmoniacam esse fingebat, adeo, ut ab omnibus alijs monialibus in tanta haberetur abominatione, ut ne quidem in eadem cum ipsa mensa sedere potuerint; ex industria vero se stultam simulabat, ne illam à culinæ obsequiis dimoverent, in qua se abjectis & laboriosis ministeriis occupari gaudebat; imo præter hæc laboriosa servitia, in quibus jugiter occupabatur, sæpius etiam pugnis & fustibus vapulabat. Deus autem sublimem ancillæ suæ humilitatem manifestare volens, angelum suum ad sanctum quemdam virum, Procherium nomine, direxit, ut illum interrogaret, an mulierem quamdam, quæ ad summum sanctitatis apicem perveniffet, videre cuperet, cui hanc anxie videre cupienti angelus dixit: *Vade ad Tabernas Jotatarum monasterium, & unam ex ipsis invenies habentem in capite coronam ipsamque agnosce esse te meliorem; cumque illa fuisset exhibita, omnibus alijs prius visis, vidit seque frontem ejus panno involutam, projecit se ad pedes ejus dicens: Benedic me; quod & ipsa ad pedes ejus fecit. Omnes autem sorores obstupuerunt dicentes: Noli Abbas talem injuriam sustinere; fatua est enim ista.*

S. Quædam Virgo stultam se simulabat, ut in humilitatis officijs maneret posset. S. Basil In manip. Exempl.

Tum Sanctas omnibus ait: Vos estis fatuæ, deprecor Deum ut tam dignas ac ipsa in die Judicij mereamini. Quo audito omnes ad ejus pedes procidentes, confitentes se dictæ virgini diversas injurias irrogasse; Ecce tibi veræ humilitatis infallibile indicium, non solum tolerare, verum etiam ardenter quærere, quæ ab aliis irrogantur, improperia; quia vero humiles oblatos honores fugiunt, ipsa pariter per fugam suam probavit humilitatem; *Post paucos enim dies non ferens illa tantam suam gloriam, egressa est de Monasterio illo occulte, & quo iverit, vel quo fine defecerit, ad nullius potuit notitiam pervenire.*

Verus humilis horret honores & applausus; & hinc magis emicat.

8. B. Laurentius Justinianus aliud agnoscit veræ humilitatis signum, nimirum si quis honores, applausus, & existimationem humanam abhorreat: *Humilis enim*, inquit, *omnem altitudinem abhorret, dignitates fugit, latere appetit, apparere refugit, dejici concupiscit, neminem odit, vilipendit se ipsis, intus nihil se pendit, pro voto subjiciatur cunctis*

B. Laur. Just. de casto Conn. c. 20.

contumelijs non irritatur. In ore sancti Philippi Nerij frequentia erant verba illa, quæ cordi suo tenaciter impresserat, suisque frequenter repetendo inculcabat, scilicet: *Ama nesciri, & pro nihilo reputari.* B. Laurentius Justinianus inquit: *Verus humilis parcit animæ suæ, qui ne putetur quod non est, quantum in se est, vult nesciri quod est.* Veri etenim humiles recepta à Deo dona occultant, propriasque imperfectiones manifestant, easque omnium conspectui exponunt, ut omnibus vilescant & contemnantur ab omnibus. D. Chrysostomus inquit: quod quando humilis se virtutibus præditum, & à mundo æstimatum, variisque gratiis cœlestibus cumulatum esse novit, tunc vel maxime curandum ipsi fit, ut semetipsum ignoret: *Humilitas est*, inquit, *si te excellsam per virtutum officia, humilem per opinionem reddas.* Author summæ prædicantium sequentem adducit similitudinem, *Ad oculum apparet*, inquit, *quod quanto stella altius in cælo situatur tanto minoris apparet quantitatis: Ita quanto quis major est in gratijs & apud Deum, tanto minoris debet apparere vanitatis, & majoris humilitatis.* Sanctus Bonaventura aliis similitudinibus idipsum illustrat; inquiens: *Si formica novit sub terra grana sua celare; si apes sua mella noverunt abscondere, nonne homo probat se stultum esse, qui thesaurum nobilissimum quo emitur regnum cælorum negligit occultare, & pro vanis laudibus non curat illum amittere?* Idem quoque exemplum vini adducit, quod *citius virtutem perdit, si clausum in vase non steterit, sed evaporare poterit. Similiter aromata si teneantur aperta, perdunt virtutem & efficaciam; similiter ignis cito extinguitur, nisi cineribus cooperatur. Ergo homo cito omnia bona perdit, nisi ea sub humilitatis cinere cooperiat, sic enim per humanam laudem evanescere possent.* Præter quæ idem Sanctus alio in loco *de religiosorum profectu* fusius tractans, sequentem in hæc verba insinuat doctrinam: *Humiles esse debemus in nobis, humiles ad proximum, & humiles ad Deum.* Qualiter autem humilitatem in proximum exercere debeamus, immediate subjungit dicens: *Ad proximum debemus esse humiles, meliores & digniores ipsos reputando, non deficiendo, vel temere judicando.* Quare Divus Chrysostomus humilitatem indifferenter circa omnes practicandam esse demonstraturus ita discurrit: *Si humilis esse velis, nec verbis nec habitu solo, sed & re & voce hanc virtutem ostendito, & ne sis erga istum humilis, adversum illum insolens, sed erga omnes humilis, sive amicus sit, sive inimicus, sive magnus sit, sive parvus, hæc enim est humilitas animi.* Circa quoscumque igitur exercenda est humilitas, omnes nobis indifferenter meliores reputando & digniores; quare & Laurentius Justinianus, ad idem intentum tres assignat hujus virtutis gradus dum ait: *Hæc est humilitas sufficiens & abundans, quæ tres habet gradus: Primus est, subdere se majori, & non se æquali præponere; Secundus est, subdere se æquali, & non se præferre minori; Tertius, subdere se minori, & hæc est perfectio omnis humilitatis.* Cujus ultimi gradus facilitandi modum nobis Sanctus Thomas tradit, dum illum Apostoli ad Philippenses textum (*Superiores sibi invicem arbitrantes*) explicat dicens: *Non hoc ita debemus æstimare, ut nos æstimare fingamus, sed vere æstimemus posse esse aliquid occultum in alio, quo nobis superior sit, etiamsi bonum nostrum; quo illos videmus superiores esse non sit occultum.*

9. Aliud veræ humilitatis signum est, dum quis obedientiæ ultro citroque se subjicit, dicente sancto Dorotheo: *Humilitas est, cum te nullius existimas valoris ac momenti; cum tuam ipsius voluntatem abnegas, & eam in omnibus abrumpere omnino studes, ita ut omnibus subditus sis & obediens, & quidquid evenerit constanter feras.* Quod & B. Laurentius Justinianus confirmat, dum ait: *Libenter obedire: certum est humilitatis signum quod exemplo Christi magis quam auctoritatibus probari potest, de quo Apostolus: Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem;* cui & illud consonat, quod Richardus Victorinus in hæc tradit verba: *Quæ sit vera humilitas & non ficta, ipsis verbis expressit loquens ad patrem dicens: Non sicut ego volo sed sicut tu. Hæc est vox veræ humilitatis, quæ semper humanæ voluntati præponit divinam, nec hoc solum, sed etiam alterius hominis, non solum majoris, vel paris, sed etiam inferioris voluntati suæ præponit.*

10. Nazianzenus aliud insigne pariter insinuat humilitatis signum, quando scilicet propriæ quis cedit opinioni, intellectum captivat, proximoque cedit in certamine scientiæ & ingenij; quia ut Poëta cecinit: *Qui velit ingenio cedere, rarus erit;* Ideoque Nazianzenus ait: *Turpe est profecto in veste ac victus ratione, non sublimiorem, sed viliorem eligere, ac genuum callo, lachrymarum fontibus, jejunijs, vigilijs, chameunijs, labore, atque omni corporis macerazione humilitatem præ se ferre, ac propriam imbecillitatem agnoscere in divinis autem disputationibus, & principatum & tyrannidem sibi vendicare, nec cuiquam omnino cedere, verum supra omnes supercilium efferre, ubi humilitas non solum gloriam habet, sed etiam fecuritatem.*

11. Sanctus Dorotheus sequentia humilis veraciter animæ assignat indicia: *Si molesti quidpiam viro humili & demisso contigerit, confestim ad se revertitur; se contrahit, secum habitat vir humilis corde, se abjicit, & quavis pœna & supplicio dignum se censet, nec vult quemquam accusare, nec causam vejicere in alium patitur, proinde non immerito absque perturbatione degit, & molestia, imo incredibilem animo suo sentit quietem.*

12. Sanctus Joannes Climacus de humilitate sub sponsæ allusione tractans, quinam ejus sint partus, his docet pariter verbis, *Qui cum* hac velut sponsa sponsus copulatus est, *lenis, placidus, pronus in compunctione, misericors, super omnia vero fervens & tranquillus, lætus & alacer, obsequens, omnium molestiarum expers, vigil & impiger est, & ut uno verbo complectar omnia, imperturbatus; siquidem in humilitate nostra memor fuit nostri Dominus, & liberavit nos de inimicis nostris, & animi morbis, & inquinamentis nostris.* Quam eamdem viri humilis imperturbabilitatem sanctus quoque Ephremus assignat, dum ait: *Humilis egestate pressus non abjicit animum, & in prosperitate ac gloria non insolescit, sed in eadem perpetuo virtute perstitit.* Tandem S. Bonaventura hoc nonum humilitatis signum in medium adducit: *Gradus humilitatis est, quando etiam in magnis virtutibus & donis & honoribus homo nihil extollitur; Nihil sibi ex hoc blandiatur, totum illi refundens, & in integrum restituens, à quo fluit omne bonum.*

DISCURSUS XX.
ARGUMENTUM.

Quisquis humilis esse desiderat, vilitatem originis, orta sue fui, nec non naturæ humanæ consideret finem.

THEMA.

Humilia valde spiritum tuum. Eccli. 7. ℣. 19.

1. MOtiva cur homo se humiliare debeat, innumerabilia sunt; præsertim vero illa quæ ex profunda nostri ipsius, propriique nihili promanant cognitione, dicente Sanctus Thoma de Villanova: *Radix & origo humilitatis est cognitio sui; radix superbiæ ignorantia sui. Ignorat se peritus omnis superbus, nam si sciret quis esset, non utique superbiret.* Ideoque Beatus Laurentius Justinianus ad conservandam humilitatem, sui ipsius cognitionem adeo necessariam esse docuit, quanto ad vitam requiritur cibus, ad navigationem navis, & lux ad discernendos colores. *Quemadmodum*, inquit ille, *ad sustentandum corpus humanum necessarius est cibus ad transvetanda maria opportuna est navis, nec non discernendum colores & corpora expedions est lux, æque ad adipiscendum cordis humilitatem, sumet debet cuique inesse cognitio.* Dicit autem S. Bernardinus: *Tria sunt quæ radicatam nutriunt humilitatem, assiduitas subjectionis, consideratio propriæ fragilitatis, & comparatio meliorts. Si primum Lucifer habuisset, non de cælo ruisset; si Adam secundum habuisset, non de paradiso ejectus esset; si Antichristus tertium haberet, non se Deo præferret.*

2. Et quidem in primis necessarium est, ut ad natales nostros serio nos reflectamus. Unde D. Chrysostomus ait: *Repeta tecum naturam tuam, & fabricam, & sufficit tibi istud ut perpetuo te in officio contineas.* Idem quoque in homilia 12. super Genesin metallum è quo fusi sumus considerans ait: *formavit Deus hominem, pulverem accipiens de terra. Hinc si attendere volumus, non parva nobis humilitatis offertur doctrina; nam cum cogitaverimus unde constitutionis, quæ initium naturæ nostra susceperit, etiam si sexcenties pervicax*

Signum humilitatis est, propriæ opinioni cedere.
Nazian. Orat. 26.

S. Doroth. serm. 2. de cord. Hum.
Item ad omnes molestias illatas statim ad se reverti.

S. Ioan. Clim. Grad. 25.
Enumeratur varij partus humilitatis.

S. Ephr. Tom 2. adhort. 2.

S. Bonav. T. 7. l. de prof. relig. c. 33.

DISCURSUS XX. DE HUMILITATE, 525

pervicax inquit quidam interpres, sicut inter angelos, sed inter animalia sylvestria; quod certe sine mysterio non fecit: non factus fuerat in paradiso, id est cœlesti; *ut ex hoc esset humilior.* Magni apud nos primogenita æstimantur, & ideo ex eorum numero hominem esse noluit, quia homo post omnes alias res visibiles creatus fuit.

6. Multa legimus diversorum hominum exempla, qui in dignitatibus sublimibus positi humiles permanserunt, per propositam sibi ante oculos vilium natalium suorum memoriam. Sanctus Hieronymus super illa verba Danielis: *Intellige fili hominis*, rationem assignat cur Deus hunc Prophetam filium hominis appellarit, sicut & Ezechielem, & Zachariam, hoc eodem nomine sæpe insignivit: *Quia*, inquit, *sæpe inter angelos esse se cernunt ne eleventur in superbiam, & angelicæ, vel naturæ, vel dignitatis se esse credant, admonentur fragilitati suæ, & filij hominum nuncupantur, ut homines se esse noverint.* De Primasio Bohemiæ Rege in ejusdem regni historiis refert Æneas Sylvius, quod cum ex statu rusticano ad sceptrum promotus fuisset, idem rex in die coronationes suæ sagum quoddam rusticum sibi ob oculos explicari præceperit, ne rusticanæ suæ oblivisceretur originis. Quaninam existimatis fuisse causam, cur David ex paltore ad thronum Israëliticum subvectus, in pristina sua semper humilitate permanserit? Nimirum quia primam nativitatis suæ originem semper ob oculos habuit, unde Deum hisce verbis affatus dixit: *quis ego sum Domine Deus, & quæ domus mea, qui addaxisti me huc usque?* de quo proinde Divus Chrysostomus vel quisquis alius author est inquit: Agnoverat iste Sanctus, *quod Geneseos 18. dixit Abraham Deo: Ego sum terra & cinis; & singuli ita Deo dixerunt, ut forma esset perfectæ humilitatis. Ergo quis sum ego Domine mi? Ecce se nihil esse dixit, & servum se esse non negavit, quia omnis qui confitetur servitutem, meretur gratiæ libertatem. Ergo dicit: quis sum ego Domine mi? videtis ubique regnare gratiam, cor humile illustrare. Noverat se pastorem esse ovium, & non genere nobilitatum, sed quanto facilius est nobilis, agnovit se ex nihilo fuisse sublevatum, & quia non est oblitus qui natus esset, perseveravit in culmine regali.* Wiligisus Archiepiscopus Moguntinus ex patre currifice natus, rotam insignium loco sibi assumpsit, ut semper natalium suorum abjectorum ob oculos haberet memoriam. B. Petrus Damianus, ut Desiderium Abbatem montis Cassiani, ad Cardinalitium dignitatem evectum in suo humilitate conservaret, in Epistola quadam sequentia ad eum verba scripsit: *Age, noli frater, quod pleriquæ faciunt, tantummodo si quid est in te virtutis attendere, & vitia quasi post tergum posita negligas judicare. Imitare naturalis in Pavone diversitatis exemplum, qui nimirum pullinos, & velut ignobiles pedes præ oculis semper habet, insignem vero caudæ pulchritudinem post se spectabilem præbet, videt in pedibus rusticum aliquid quod despiciat, ignorat in cauda quod eum mirabilem reddat. In promptu est unde se debeat in humilitate deprimere; post tergum gerit, unde valeat quasi præ cæteris avibus superbire;* quod exemplum humilitatem amantibus applicans subjungit: *Te quoque quodammodo quod in te virtutis est lateat, si quid vero vitiosum & correctionis est dignum ab aspectus tui judicio non recedat.* Verum quidem est quod animam quamdam, ad imaginem & similitudinem Dei creatam habemus, verumtamen ut humiles maneamus necesse est oculos ad pedes, id est ad corpus, ad lutum, quo anima tegitur dirigere. Prima vestis qua Deus corpus nostrum induxit, ex pellibus animalium facta fuit. *Post lapsum & prævaricationem veriti*, inquit B. Laurentius Justinianus: *Adam cum omni sua posteritate tunica pellicea, & carne corruptibili & mortali contexit; atque in hac miserarum valle collocavit peregrinaturum, ut ex qualitate exterioris hominis, discat non elate præferre se cæteris, sed ex continuis punctionibus, quas indesinenter propter infirmitates & necessitates corpus patitur, Spiritus materiam sumat ipse in humilitate custodiendi.* Sanctus Bernardus ad Eugenium, qui ex claustri latebris ad vaticani majestatem evectus fuerat his verbis scribit: *Salubris est copula ut cogitans te summum Pontificem, attendas pariter vilissimum te esse cinerem; imitetur cogitatio naturam, & quod dignius est author. verem naturæ, summa, imaque consocians. Nonne natura in persona hominis vili limo colligavit spiraculum vitæ? nonne author naturæ in sui persona verbum simum-*

B. Laurent. Justin. de Ligno vitæ cap. 4.
Multi in dignitate positi humiles permanserunt ex memoria natalium suorum.
Dan. 8. v. 17.
S. Hieron. in Dan. Ibid.

Pet. Bles. epist. de Confess. Sacram.
Homo dicitur ab humo, ut nobis humilitas sit connaturalis.

Luc. 13. v. 9.

S. Paulin. Epist. 10. ad Severi.

Æneas Sylvius in Hist. Bohem.
Sic Primasius Rex Bohemiæ.

David. 2. Reg. 7. v. 18.

D. Chrysol. ser. 106.

Luc. 1. v. 37.
S. Bonav. Tom. 7. de profect. rel. l. 2. c. 33.
Cur Deus naturam nostram non formaverit, sicut angelicam & purum spiritum.

D. Chrysol. ibid. Hom. 7. fin.

D. Chrysost. Hom. 12. in Gen.
Homo non in Cœlo sed in terra, & inter bestias creatus fuit ut disceret humilitatem.

Nazianz. Orat. 16.

Quid. Pepin.

D. Chrysost. Tom. 6. Hom. 7. de Humilit. animi.
D. Chrysost. Hom. 12. in Gen.

D. Chrysost. Tom. 6. l. 7. de humil.
Verus humilis alios reputat se digniores esse.

B. Laurent. Justin. de Lig. Vitæ cap. 6.

Philip. 2. v. 3.
S. Thom. 2. 2. Q. 161. A. 3.

Humilitatis signum est, omnibus se subjicere.
S. Dorothæ. ser. 2. 1.

B. Laurent. Justin. de dig. vitæ c. 5.
Philip. 2. v. 8.

Rich. de S. Vict. ser. in die Paschæ.

S. Bonav. Tom. 7. de profect. rel. d. 2. c. 30.

D. Chrysost. Tom. 6. l. 7. de humil.
Verus humilis alios reputat se digniores esse.

B. Laurent. Justin. de Lig. Vitæ cap. 6.

D. Chrysost. Hom. 30. de incomprehensibili Dei nat. 5.
Summ. Prædic.
Probatur Variis similitudinibus SS. Patrum.
S. Bonav. ser. 2. de uno S. Confess.

Philip. 2. v. 3.
S. Thom. 2. 2. Q. 161. A. 3.

Humilitatis signum est, omnibus se subjicere.
S. Dorothæ. ser. 2. 1.

B. Laurent. Justin. de dig. vitæ c. 5.
Philip. 2. v. 8.

Rich. de S. Vict. ser. in die Paschæ.

S. Thom. in Gen.

B. Petr. Dam. l. 2. Epist. 11.
Similitudo Pavonis.

Wiligisus Archiepiscopus Moguntinus.

Ut humiles simus, oculos convertamus ad pedes.

B. Laur. Just. de disciplin. monast. c. 4.

S. Bernard. ser. De Conc. fid.

que contemperavit? Ita tibi fume formam ut altus sedens, non alta sapiens sis, sed de te sentiens humilia, & consentiens humilibus.

Cur manus Moysi infecta fuerit lepra.

7. Quis umquam in toto antiquo testamento dignitatem assecutus est sublimiorem Moyse, qui Deo colloquebatur *sicut solet loqui amicus ad amicum* domesticum & familiarem atque insuper verus Thamaturgus fuit? & tamen Deus voluit ut manus illa, quæ tot portentorum esse debebat instrumentum lepræ defœdaretur contagio; scitisne causam cur id factum fuerit? inquit Theodoretus: *Moysen admonuit non superbire debere, sed agnoscere naturam cum recordatione dextræ lepræ prius infectæ.* Quodnam in eo latet mysterium, quod ingens illa Nabuchodonosoris statua ex tot pretiosis validisque metallis fabricata, tandem nihilominus in minutissimas comminueretur partes? Ideo nimirum, quia lutum ad pedes positum, caput vero aureum erat. *Omnia in figura contingebant illis.* Erit nonnumquam anima aliqua, quæ per multos virtutis & meritorum heroicos actus, conspicuum sibi erexerit statuam, & tamen eadem in proximo habet miserum sui præcipitium & lapsum; cur ita; quia in mente sua semper aurum volvit, & revolvit, & illud quidem solum, id est, honores, & applausus mundanos, propriæ autem miseriæ & mortalitatis lutum pedibus substratum habet, nec quidquam de illo cogitat, & ideo mirum non est, quod nonnumquam parvulus quidam vanitatis & vanæ gloriæ lapillus, colosseum illum, in virtute & sanctitate sublimem, turpiter cadere faciat. S. Paulus vas electionis, in paradisum raptus, & Sacrosanctæ Triados Secretarius (*audivit arcana verba*) ad continuas visiones, apparitiones, & revelationes cœlestes admissus, copiosissima conversionis universi mundi messe locupletatus, oculos suos tamen ad lutum directos habebat, quia priorem vitam suam in memoriam revocans, inquit. *Non sum dignus vocari Apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam Dei.*

Theodor. Q. 10. in Exod.

Insignis allusio circa caput aureum, & luteos pedes statuæ Nabuchodonosoris.

2. Cor. 15. v. 9.

8. De quatuor illis animalibus, quæ *plena erant oculis ante & retro*, inquit Rupertus Abbas: *In circuitu, & intus plena sunt oculis, id est sciunt unde veniant aut quo vadant. Scire namque unde veniant, multum valet illis ad profundæ humilitatis custodiam; scire autem quo vadant, proficit illis ad fortitudinem suam legitime custodiendam. Unde cum veniunt aut quo vadunt? de nihilo veniunt, quia de nihilo creati sunt, & hoc oculis retro aspiciunt; vadunt autem ad revelationem gloriæ filiorum Israël, & ista ad oculis ante se prospiciunt.* D. quoque Chrysostomus nos monet, ut omni cum industria nihilum nostrum consideremus: *Cogitemus*, inquit, *naturam nostram, reputemus peccata, discamus qui simus, & satis nobis erit ad totius humilitatis materiam; hic enim maxime se novit, qui nihil se esse putat.* Seraphicus Doctor inquit: *Humilitas se annihilat, ut de novo creetur, ipsa est enim illud nihilum, super quod Deus fundavit terram, ut dicit Job: qui appendit terram super nihilo, id est animam super humilitatis fundamento.* Magnam profecto habemus humilitatis conservandæ occasionem, si miserias, quas cum aliis creaturis communes habemus, serio consideremus, unde in eodem loco idem Seraphicus Doctor paulo post inquit: *Cum homo considerat proprias vilitates, tunc humilitas resumit vires; sicut enim muscus in locis fœtentibus recuperat odorem, sic humilitas fragrantior efficitur, cum quis considerat propriam vilitatem.* Salutare proinde est illud S. Bernardi Consilium dicentis: *ista tria semper in mente habeas, quid fuisti? quid es? quid eris? quid fuisti? quia sperma fœtidum; quid es? quia vas stercorum; quid eris? quia esca vermium.* Innocentius tertius ad probandum hactenus dicta ita scribit: *O vilis conditionis humanæ indignitas! O indigna vilitatis humanæ conditio! herbas & arbores investiga; illæ de se producunt flores, & frondes, & fructus, & tu de te lendes & pediculos & lumbricos.* Quot sunt arbores, quot herbæ, floribus, odoribus, virtutibus medicinalibus, oleo, balsamo; pomis fœcundæ; cum tamen homo nihil spiret nisi fœtorem, nihil spumet nisi sanicm, nihil ex ipso redundet nisi stercus & putredo? *Illæ de se effundunt oleum, vinum & balsamum & tu de te sputum, urinam, & stercus; illæ de se spirant suavitatis odorem, & tu de te reddis abominationem fœtoris. Qualis arbor talis fructus, non enim potest arbor mala fructus bonos facere.*

S. Bernard. in Formul. honestæ vitæ.

Innoc. lib. de contempt. mundi.

9. Est & alia S. Bonaventuræ de humilitate differentis ingeniosa ponderatio: *Debet*, inquit, *creaturas corporales diligenter considerare, & ex illis humilitatem haurire; si enim consideret terram, videt proprium sepulchrum; si attendat ignem super terram, videt supplicium peccatorum; si consideret quadrupedia, videt ea fortiora; si volatilia, videt ea leviora & agiliora, si terræ nascentia, videt meliora, sicut sunt fructus, & pulchriora sicut flores; si consideret proprium subjectum, videt quod in principio est semen immundum, in medio saccus stercorum, & in fine cibus vermium, ut dicit Bernardus meditationum cap. 3. Vide unde veneris, & erubesce; ubi es & ingemisce; quo vadis, & contremisce.* B. Laurentius Justinianus multa animalia variis prærogativis nos excellere his verbis confidetur: *Considerare non negligas*, inquit, *quod singula quæque nascentia propria quædam habent munimenta, quibus naturam suam ab incommodis defendant. Cortex ambit arborem; penna tegit volucrem, piscem squama operit; lana ovem indacit, pellis jumenta & feras vestit; concha testudinem excipit; solus homo inermis nascitur, & nudus, ut eo ad humilitatem fiat promior, quo cæteris rebus in ipso suo nativitatis primordio conspicitur abjectior.* Quod si quis metallum ex quo formati fumus serio considerare voluerit, sibimetipsi improperare poterit dicens: *Quid superbis terra & cinis? cogitatio mortis & corporis resolutio*, inquit B. Laurentius Justinianus, *virtutem in nobis gignit humilitatis. Quo sine claudatur hominis caro, insinuant sepulchra ossibus plena; fœtoribus intolerabilia, vermibus referta; nam post hominem vermis generatur, post vermem fœtor & horror exhalat, sicque in non hominem vertitur omnis homo.* D. Chrysostomus, ut nos in humilitate stabiles esse faciat, sequentem nobis doctrinam insinuat: *Cum viderit eum, qui non ita pridem cum ipso incedebat, in vermes, & saniem, & cinerem, & pulverem esse resolutum, licet ipsius diaboli arrogantia intumescat, metu contrahitur, reprimitur, modeste se gerit, philosophari docetur, & bonorum parentem humilitatem suam mentem introducit.*

Alia insignia, hujus motiva, ex consideratione aliarum creaturarum.

B. Laurent. Justin. de ligno vitæ c. 4.

Eccli. 10. v. 9.

B. Laurent. Justin. ibid.

D. Chrysost. Tom. 5. d. 1. ad eos qui scandalizati sunt.

DISCURSUS XXI.
ARGUMENTUM.

Ad conservandam humilitatem alia adducuntur motiva.

THEMA.

In Spiritu humilitatis suscipiamur. Dan. 3. v. 39.

Nemo ad pignus gratiæ pervenit nisi per humilitatem.

1. HAnc obsecrationem: *In spiritu humilitatis suscipiamur*, quælibet anima divinæ majestati proponere debet, cum enim gratia pignus sit gloriæ nemo se ad hanc perventurum esse sperare potest, nisi veræ humilitatis spiritum præ habuerit, quia *Deus humilibus dat gratiam.* In hoc igitur discursu modos examinabimus, quos ad hanc virtutem conservandam & augendam adhibere oportet.

Jacob. 4. v. 6.

Ex eo humiliari debemus quod anima, cessante levi halitu, à nobis auferatur.

2. In primis igitur consideranda est anima, in quantum ad imaginem & similitudinem Dei creata est, tametsi enim hoc modo considerata infinitam quamdam in se habeat ad capacitatem, excellentiam, nihilominus quamdiu huic humani corporis luto conjuncta est, quanta cum facilitate ab eodem separatur? in quonam enim hanc unionem consistere existimatis? nimirum in unica dumtaxat respiratione, & in anhelitus continuante duratione; hoc enim deficiente, homo in eodem momento, cadaver effectus mortuum, in cineres resolvitur, dicente Scriptura: *Auferes spiritum eorum & deficient, & in pulverem suum revertentur.* Omnes quidem creaturæ visibiles, Sol videlicet, Luna, Stellæ, firmamentum, cœli, terra, animalia quadrupedia &c. suos ab unico Dei præcepto trahunt natales, mox enim ut Deus dixit: *fiat Lux, facta est lux; fiat firmamentum, germinet terra*, hæc quoque subito esse suum habuerunt & sic de aliis: At vero animam Deus humano corpori unica respiratione & anhelitu infudit: *Insufflavit enim in faciem ejus spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viventem;* Quidnam vero respiratione exilius aut tenuius esse potest? ac proinde quam facile hæc anima, licet Dei capax, & ad regnum cœlorum possidendum creata sit, amitti potest; *cum metu igitur & tremore salutem vestram operamini.* Sanctus Isidorus in libro *de conflictu vitiorum & virtutum* ita tandem post principium ita scribit: *Quam densissimis patranus in terra superbiæ tenebris latum nostrum involvit, si potuit in cælo Stella quæ mane oriebatur lucis suæ globos amittere? audi potius Lucem veritatis dicentem: Qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ.* S. Bonav. quoque hac de re sequentibus verbis loquitur:

Ecclesiast. 9. v. 1.

S. Thom. de Villanov. Conc. 1. de S. Martino.

Phil. 2. v. 12.

S. Isidor. de conflictu vitæ & vitiorum.

S. Bonav. ibid.

S. Bonav. T. 6. in Dist. sal. Tit. 7. c. 1. Homo, etiam ex parte animæ debet se reputare cinerem, & se humiliare.

quitur: *Notandum*, inquit, *quod omnis homo debet se pulverem & cinerem reputare, ex parte carnis, de qua certus est, quod efficietur pulvis; & similiter ex parte animæ qualibet se pulverem & cinerem reputare debet.* Enimvero quod homo pulvis sit ex parte corporis, difficultatem non habet, quod vero etiam ex parte animæ homo se cinerem & pulverem æstimare debeat, paradoxum quidem prima facie esse videtur, & tamen idem Seraphicus Doctor hujus dicti sui sequentem assignat rationem: *Propter tria homo se ex parte animæ pulverem debet censere. Primo propter vilitatem; sicut enim cinis est vilis quantumcumque fuerit de pretiosa materia, sic anima valde vilis est ex culpa, quamvis sit valde nobilis ex natura. Secundo propter resistendi difficultatem, quia sicut cinis statim dispergitur; & non potest resistere modico flatui, sic homo non potest resistere modicæ tentationi, imo frequenter cadit ad sibilum modici verbi. Tertio propter resurgendi impossibilitatem, nam sicut cinis non potest redire ad statum suæ materiæ; sic homo peccator non potest redire ad statum gratiæ, nisi sola Dei virtute.*

Motiva, animam inducentia ad humiliationem. B. Laurent. Justin. de Ligno vitæ cap. 7.

3. B. Laurentius Justinianus multa quoque considerat motiva, quibus anima ad sui humiliationem moveri debet, præcipue quando à superiori illustrata luminè semetipsam cognoscit. *Primus gradus* est inquit: *se peccatorem vel contemptibilem esse agnoscere; cum namque mens ex infusione gratiæ cœlestis irradiari cœperit, & justificari, tunc revelantur quæ prius fœda latebant tunc animi deformitas, peccandi promitas, casus frequentia, omniumque vitiorum fomites detegunt, & ex hoc lumine convincitur. Mens cognoscere infirmitatem suam & horrere per gratiam; quod ante ignorabat per culpam.* Idem paulo ante in Cap. 4. in hæc verba monuerat, *Nonne se per humilitatem despicit homo, si solerter conspicit in se negligentiam proficiendi, difficultatem standi, facilitatem cadendi, laborem resurgendi, & debilitatem vitia vincendi?* Similiter ad bonorum naturæ & fortunæ mutabilitatem & fragilitatem, nec non ad anxietates & inquietudines continuo nos conturbantes se paulo ante reflectens dixerat: *Humores tumidant, dolores extenuant, ardores desiccant, tussiæ morbidant, sitis inflant, jejunia macerant, tristitia consumit solicitudo comedat, securitas hebetat, divitiæ jactant, paupertas dejicit, juventus extollit, senectus maceravit, infirmitas frangit & post hæc omnia mors interimit.* Quis igitur suam in humilitate vitam non transigat? quis propriæ salutis metu non exagitetur, quando per universum laboriosæ vitæ suæ decursum scire nequit (nisi per divinam revelationem illustretur) an in gratia aut vero in ira Dei constitutus sit? quia *nescit homo utrum amore vel odio dignus sit. Quæ tibi causa timoris*, interrogat S. Thomas de Villa nova? *de quo gloriaris? de quo intumescis inter mille sortes, inter mille discrimina rerum? quæ utique te agnosceres, tibi ad omnem humilitatem sufficeret. Omitto nunc perpetrata facinora, quæ te coram Deo ad nihilum redegerunt; omitto instantem mortem, ægritudines assiduas; quæ te vel invitum cogant agnoscere temetipsum. Numquid jam regnas, numquid de salutis præmio securus es? an non hiantem infernum sub pedibus attendis, & judicem desuper vibrantem gladium, diramque mortis sententiam comminantem? quæ nam est igitur ista inflatio.*

S. Franciscus, in maxima veneratione, sepium villicabat. S. Bonav. Tom. 6. in Dist. salut. Tit. 7. c. 1. Adducuntur causæ cur nos meritò humiliare debeamus.

4. S. Franciscus de Assisio quando in maxima veneratione se positum videbat, seipsum humiliandi causam filium Bernardonis appellare, majoremque totius mundi peccatorem reputare solebat. S. Bonaventura ad persuadendam humilitatem sequens format indissolubile argumentum, inquiens: *Causa humilitatis consideratio status inferioris. Omnis homo aut scit se esse peccatorem, aut justum; si sciat se esse peccatorem, multum habet humiliari, quia quantum ad hoc deterior est cane vel bufone, quia peccator est debitor temporalis & æternæ mortis; ille vero solum temporalis; & in illis solum est miseria pœnæ, in peccatoribus vero pœnæ & culpæ; & in hoc solum similes diabolo; si autem fuerit peccator aliquando, nescit utrum justificatus sit à peccato, quia dicitur in Ecclesiaste: Nescit homo utrum amore an odio dignus sit, sed omnia in futuro servantur incerta: si autem sciat aliquis se esse in gratia, tamen se humiliare debet propter quatuor quæ interdum etiam viris justis & perfectis nocent; scilicet negligentia proficiendi, difficultas standi vel præservandi, facilitas cadendi, difficultas resurgendi, homo enim per se potest ire ad culpam, & per se non potest ire ad gratiam.* Enimvero Deum nos graviter sæpius offendisse certum est, dubij vero fumus an illum pro peccato placaverimus, & an dignam ei reddiderimus veræ pœnitentiæ satisfactionem; similiter tametsi nos conscientia non remordeat, in continuo tamen metu & tremore vivendum nobis est, quando etiam Apostolus ille, de quo æterna Veritas pronunciaverat: *Vas electionis est mihi iste*, protestatus est dicens: *Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum, qui judicat me, Dominus est.* Hugo Cardinalis super illa verba Psalmi: *Quoniam dolosè egit in conspectu ejus*, addit: *similiter in conscientia sua, ubi Deus conspicit; quasi dicat non veraciter, & diligenter discussit.* Nam ut S. Bernardus inquit: *Ad se humiliandum, nihil vivacius invenire potest anima, quam si seipsam in veritate inveniat, tantum non dissimulet; nec sit in spiritu ejus dolus.*

Act. 9. v. 15. 1. Cor. 4. v. 4. Hug. Card. in Psal. 35. v. 3.

5. S. Bonaventura insuper considerat, magnam nos habere humiliationis nostræ causam & occasionem, si conideremus potentes inimicos, qui lateribus nostris incessanter assistunt: *Causa*, inquit, *humilitatis est consideratio hostis adversantis, cui sine Dei adjutorio non possumus resistere; cujus tanta crudelitas est, ut omni hora nos deglutiret, nisi divina potentia nos custodiret.* Est quoque efficax ad nos humiliandos motivum nimirum frequenter recordari moniti illius, quod per S. Apostolum nobis perhibuit æternæ Veritatis Spiritus Sanctus inquiens: *Non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis sed sufficientia nostra ex Deo est.* Unde S. Augustin. ait: *Domine gratiæ tuæ depato, quæcumque non feci mala.* Et S. Paulus alibi dicebat: *gratia Dei sum id quod sum*; & ideo D. Chrysostomus eumdem se ultimum omnium Apostolorum appellasse considerans ait: *Neque solum se pronunciat esse ultimum, & indignum qui appelletur Apostolus, sed offert causam dicens: Quoniam persecutus sum Ecclesiam. Utique omnia illa fuerant remissa, sed tamen ipse unquam est eorum oblitus. Volens ostendere gratiæ magnitudinem subjungit dicens: gratia autem Dei sum id quod sum, Vidisti aliam humilitatem? nam delicta quidem sibi attribuit, ex velle autem factis nihil; sed totum Deo adscribit.* Hoc quoque documentum idem Apostolus discipulo suo S. Timotheo his verbis tradit: *Depositum custodi.* Enimvero qui aliquam magni pretij gemmam in deposito habet, non inde effertur, aut inflatur, sciens eamdem non esse suam, imo potius in continuo versatur timore, ne ei auferatur. Porro dona, virtutes & gratias è cœlo habemus velut depositum quoddam nobis confignatum. Quidquid boni operamur totum ex virtute proficiscitur auxilij, à Deo nobis liberaliter communicati, unde apud Isaiam dicitur, *omnia opera nostra operatus es nobis*; ideo quoque cœlestis sponsa dilectum suum his verbis invitat: *veniat dilectus meus in hortum suum, & comedat fructum pomorum suorum.* S. Gregorius verba illa Ezechielis exponens: *Animalia ibant & revertebantur, in similitudinem fulguris corruscantis*, causam assignat cur hæc animalia illuminatissimos Dei servos repræsentantia hoc modo Prophetæ in visione delineata fuerit, dicens: *Vadunt & revertuntur in similitudinem fulguris corruscantis; quia postquam mira Sancti inter homines faciunt, postquam corda audientium sparso lumine incendunt, ad quamdam authori suo gloriam redeunt, ut illi laudem reddant, per quem se posse talia sciunt.* Ponderatione proinde dignissima est illa S. Bonaventuræ sententia dicentis: *Duo sunt, quæ admonent nos ut humiles simus, videlicet quod sumus & quod non sumus; quod sumus non habemus à nobis, nec ex meritis nostris, & ideo non oportet nos inde extolli, quia alienæ potestatis est & bonitatis, quidquid boni sumus & habemus.*

Alia ejusdem motiva. S. Bonav. Ibid. Potentia hostium nostrorum.

2. Cor. 3. v. 5. S. Aug. l. 2. Conf. c. 7. D. Chrysost. Hom. 38. ad 1. Cor. 15. Insufficientia nostra ad operandum bonum.

1. Tim. 6. v. 20.

Isa. 28. v. 12. Cant. 5. v. 1.

Ezech. 1. v. 14

S. Greg. Lib. 2. in Ezech. Hom. 5.

S. Bonav. ibid.

6. B. Laurentius Justinianus efficax ad nos humiliandos medium esse dicit, si proprias imperfectiones frequenter consideremus: *Propheta*, inquit, *sanctæ virgat humilitatis in se pariunt & nutriunt virtutem, cum quædam mirabilia faciunt, ante mentis oculos studeat revocare quod nondum agere queunt, ut dum ex una parte considerant infirmitatem suam, ex ea parte qua perfectius est eorum animus non se extollant.* Author summæ Prædicantium de quodam refert, quod cum humilibus esset parentibus oriundus, pistoris videlicet cujusdam filius, tandem ad supremos honores evectus, in Camera sua furnum fabricari fecerit, ut vilium natalium suorum præsentem semper haberet memoriam. Sic quoq; Amicus Episcopus Aquilanus à Paulo II. S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalatu insignitus, quia ovium Pastor fuerat, pro Natalitiis insignibus suis agnum librum in capite deferentem exprimi voluit; Hæc enim propriæ vilitatis & imperfectionum, sive naturalium, sive moralium agnitio, & memoria, humiliatem in nobis mirabiliter excitant, & enutrient, ad eum modum,

B. Laur. Just. de Ligno vitæ c. 4. Consideratio nostrarum imperfectionum, & natalium. Auth. sum. Prædicant. Varia hujus exempla. Flor. Exempl. Tom. 4. Tr. 30. c. 7. §. 4.

dum, quo ignis sub cineribus suis vivus conservari solet. Joseph Pastor ovium fuerat, tandem vero postquam velut mancipium Madianitis divenditus fuit, *humiliaverant in compedibus pedes ejus; manus ejus in cophino servierunt*; ad thronum Ægypti evectus fuit. Sed quomodo in sublimi hoc culmine positus modestiam & humilitatem suam conservare potuit? Rupertus Abbas ait: *Sicut in Domo, sicut in carcere, sic & in curru Pharaonis tam humiliter servivit, quam fideliter, illud semper attendens, quia servus emptitius est, non illud quia per prudentiam Pater Pharaonis effectus est.* Ad hæc cur eo tempore, quo ei in somno Regnum prognosticatum fuit, manipuli grano pleni ei demonstrati fuerunt, & non potius regium quoddam diadema, vel sceptrum? ni fallor eo id fine à Deo factum est, ut se hominem rusticum, agricolam, & vilis conditionis hominem fuisse recordaretur; vel etiam ideo id factum esse dici potest, quia sicut spicæ quanto pluribus sunt granis refertæ, tanto magis terram versus se inclinant, ita quoque electi, quanto sunt meritis opulentiores, tanto se magis humiliare debeant.

Psal. 80. v. 7.

Rup. Abb. l. 8. in Joan. 1. 40.

7. Observandum quoque est ad idem propositum, quod incarnata Sapientia S. Petrum Regni Pontificij possessione & investitura decora volens, eumdem non semel sed trinies Simonem Joannis appellarit dicendo: *Simon Joannis diligis me?* nam ut Toletus observat. *In his omnibus interrogationibus semper Dominus nomine proprio usus fuit & parentis etiam nomine. Simon, inquit Joannis; nec Petrum appellat, quod nomen dignitatis & officij erat; volens eum in hoc admonere, ut quamvis sit in tantam dignitatem provectus, ut super omnes sit fidelis, & totius Ecclesiæ caput, præ oculis habeat, se piscatorem fuisse & hominem communem, ne se extollat, ne suis id meritis adscriberet, quo enim in altiorem effertur, & erigitur gradum, oblivisci non debet se hominem esse, & aliquando ex humili & ignota familia.*

Cur Christus S. Petrum ter nominarit: Simon Joannis. Joan. 21. v. 15. & 16. Toletus ibid.

8. Aliud quoque documentum à S. Bernardo discere possumus, qui ait: *Noli te bono comparare melioribus, noli minoribus, noli aliquibus, noli humili, quid scis enim ô homo, anus ille quem forte omnium vilissimum, atque miserrimum reputas, cujus vitam sceleratissimam atque fœdissimam horres, & propterea illum putas spernendum, non modo pro te, qui sobrie & caste vivis, sed etiam præ cæteris omnibus sceleratis, tamquam omnium sceleratissimum; quid scis inquam, si melior te & illis mutatione dextræ excelsi in se quidem futurus sit, in Deo jam sit?* his addi potest illa Apostoli sententia dicentis: *qui se existimat stare videat ne cadat*; quot enim sunt qui ex statu perfectionis in horrenda præcipitia corruunt? *Dicique Beatus* (ut Poëta olim cecinit) *ante obitum nemo, supremaque funera debet.* S. Thomas de Villa nova unicuique humilitatis studioso suadet, ut ad agnoscendam imperfectionem propriam, se perfectioribus commetiatur, & comparet; dicit enim: *Si te sapientia elevat confer te cum doctoribus; Si patientia, confer te cum Martyribus; Si castitas cum virginibus; qui tibi magnus videbaris, illis compositus exiguus apparebis*; Cui consonat illud à B. Laurentio Justiniano traditum monitum dum inquit: *Respectus meliorum acquisitio est humilitatis.*

S. Ber. ser. 37. in Cant. Quibus humilis se comparare debeat.

1. Cor. 10. v. 12.

S. Thom. de villa nova. Conc. 1. de S. Martino.

B. Laurent. Justin. ib. c. 4. Humilitas est virtus regia.

9. In hujus tamen virtutis studio unus precipue cavendus est scopulus, ne in superbiam urgeamur, patiamurque animæ nostræ naufragium; multi enim sunt, qui ab humilitatis exercitiis abhorrent, timentes, ne digito ab aliis monstrentur, quasi vero hæc virtus hominum dumtaxat abjectorum & vilium propria existat; quos proinde Gillebertus Abbas his verbis perstringit: *Quid tu dices, qui humilitatem servitutem putas? servilis non est, quam regalis nobilitas purpura, ornamentum est enim purpura regium; hos si tu dedignaris, vel horres gradus, respice quod purpurei sunt. Humilitas suscepta pro Christo, Regiam refert dignitatem.* Unde Heraclius Imperator, ut crucem Dominiad Montem Calvariæ deportare dignus esset, insignia & ornamenta imperialia deponere, & saccum filicinum induere medisque pedibus incedere debuit. Quot sunt hodie Reges & Imperatores, quos cœlum pariter & terra suspicit & admiratur, non propter pompam & fastum, sed propter humilitatis exercitia, in quibus se ex virtutis hujus amore strenue exercuerunt? David non tam laudatus fuit propter omnes suos triumphos, quam propter saltus, quos ante arcam Domini edidit, quando à conjuge sua derisus respondit: *Vilior fiam plus quam factus sum.* Tritissima est illa proinde S. Gregorij sententia dicentis: *Ego David plus saltantem stupeo, quam pugnantem.* Cum S. Eduardus Rex Angliæ, cum prope Ecclesiam quamdam S. Petro dedicatam suam haberet Regiam, à quodam Hyberno qui pedum suorum impos erat, eo quod nervi tibiarum retracti gressum impedientes, per terram ut reperet, urgebant, conventus fuisset, quidam Regis Cubicularius, nomine Hugolinus, idipsum videns, Regem ut ad compassionem erga pauperem commoveretur, rogavit; cumque Rex pauperem, quid illi beneficij præstare posset, interrogasset, respondit ei egenus sexies se limina Apostoli pro recuperanda sanitate sine ullo fructu visitasse, firmam tamen totalis salutis suæ recuperandæ promissionem accepisse, si Rex illum humeris suis in eamdem inferre Ecclesiam dignaretur; quod cum S. Eduardus Rex intellexisset, *ut spiritualis ille asinus fortis accubans in terris, supposuit humeros suos ad portandum. Pendet de humero tanti Principis plenus sordibus, squalidis manibus brachiisque squamosis, regium illud pectus collumque complectitur. Interea ex assistentibus videbant nonnulli, alij à paupere Regem delusum jocabantur; alij simpliciatem justi fatuitatem judicabant. Cum itaque Rex paululum processisset, subito nervi extenduntur, rigantur ossa, carnes marcidæ recalescunt, emergunt à carne articuli; pedes à natibus solvuntur; Distendit homo crura, poplite jam flexibili, & sanie cum sanguine profluente, vestis regia ornatur potius, quam fœdatur*; Quam historiam tandem author illius his verbis concludit: *Quo tam novo & insolito in persona Regia humilitatis exemplo, quantopere divinus Apostolus humilitatis virtutem coluerit, & quanto in pretio habuerit, satis aperte monstravit.* O quam gloriosus & admirabilis magnus ille Rex fuit, cunctisque sæculis ad Deum & universum mundum, propter unicum tam profundæ humilitatis actum futurus erit. Cum verissimum sit, *qui se humiliat exaltabitur*? S. Dorothæus dictum quoddam refert à S. quodam Eremi patre pronunciatum, dum ait: *Dicitur in libro Seniorum, quod interrogatus quidam senex à fratre quopiam quid sit humilitas, responderit dicens: Magnum opus est humilitas atque divinum.* S. Bernardus quoque ad Eugenium Papam ita scribit: *Nescio quo pacto vis ejus major in majoribus, & in clarioribus comprobatur. Nulla splendidior gemma in omni præcipue ornatu summi pontificis. Quo enim celsior cæteris, eo humilitate apparet illustrior.* Idem S. Dorothæus hanc virtutem per exactam præceptorum Dei observantiam magis magisque semper radicari his verbis insinuat: *Quo magis recte & cum virtute se gerit, eo magis humilitatem cordis ampleditur, & custodit; versus quanto magis humilitatem sectatur, tanto magis auxilium sentit divinum, ac proinde in via Dei per cordis humilitatem ulterius progreditur ac proficit.* Paulo ante vero dixerat: *Viri sancti omnes humilitatem ex observatione mandatorum Dei possidebant.* Unde S. Joannes Climacus post varias allatas humilitatis definitiones inquit: *Hic quidem ajebat, humilitatem esse perpetuam seu continuam omnium recte factorum oblivionem.* Profecto si quis in æqua bilance heroica Apostoli facinora trutinare posset, quibus resplendebat quando ait: *Quæ retro sunt obliviscens*, ingentes utique meritorum in cœlesti illo ærario obstupesceret thesauros, & tamen omnem illorum deposuerat memoriam; veris etenim humilibus proprium est, quod se in via Dei jam pridem incipere, nec ullum umquam bonum opus feciss existimat; unde idem Apostolus ait: *Ego me non arbitror comprehendisse ad ea quæ sunt priora extendens meipsum.*

Illam exercuit David, saltando ante arcam. 2. Reg. 6. v. 22.

Flores Exempl. ibid. §. 20. Stupendum humilitatis exemplum S. Eduardi Regis Angliæ.

S. Dorath. ser. 2. de cod. Humilit.

S. Bern. l. 2. de Consid. c. 6.

S. Joan. Climac. in Scala Parad. c. 25.

TRACTATUS XXXIII.

DE HYPOCRYSI.

CONTINET.

DISCVRSVS XV.

DISCURSUS I. Hypocrisis abominabilis est Deo, ejusque contra nos iram graviter provocat.

II. Hypocrisis indigna est cœlo, utpote ad ignem infernalem destinata.

III. Varia considerantur supplicia, quibus Hypocritæ subjacent, & à Deo puniuntur.

IV. In maledictione ficui à Christo interminata; multa in Hypocritarum perniciem denotantur Mysteria.

V. Dæmon in Angelum se lucis transformans multa per Hypocrisin seducit animas, quas à Deo, & à fide apostatare facit; quod idem Antichristus primo genitus ejus efficiet.

VI. Hypocritæ, tamquam præde dæmonis, in ejus speciale liter sunt potestate constituti, eique indissolubiter alligati.

VII. Vitium hoc cum multis alijs est conjunctum peccatis; unde variæ ejus malitiæ considerantur.

VIII. Hypocrisis Deum, & quidquid ad divinum ejus cultum ordinatur, sibi servire facit, Propter quod in transgressionibus suis inexcusabilis existens severe punietur.

IX. De damnis quæ ex Hypocrisi in Rempublicam resultant; quæ sæpenumero majora sunt illis quæ ex scandalis proveniunt.

X. Difficillimum est Hypocrisin & fictionem à veritate discernere, utpote quæ in inferiori hominis sinu sub virtutis larva occultata lateat,

XI. Deus primo omnium loco rectitudinem cordis in operibus nostris requirit, siquidem opera nostra, quantumvis extrinsecus bona sint hac inutilia sunt & mortua.

XII. Hypocrita operum bonorum merita amittit; ubi damnum hoc quam ingens sit graviter consideratur.

XIII. De stultitia Hypocritæ, qui laborando, & patiendo, in hac & in altera vita infernum sustinet.

XIV. Hypocrisis sæpe magna cum ignominia detegitur, & tametsi homines sæpe lateat, Deo tamen occultari nequaquam potest.

XV. Varia examinantur indicia, per quæ Hypocritæ à veris virtuosis discerni possunt.

DISCURSUS I.

ARGUMENTUM.

Hypocrisis abominabilis est Deo ejusque contra nos iram graviter provocat.

THEMA.

Væ vobis Hypocritæ. Matth. 23. v. 13.

Nullum vitium sæpius & durius increpatur à Christo quam hypocrisis.

Luc. 12. v. 1.

Severe præmonuit Apostolos, illud caveant. Luc 12. v. 1.

Alb. Magn. in Luc.

1. NUllum vitium ab incarnata Sapientia in universo historiæ Evangelicæ volumine adeo frequenter reprehenditur, & arguitur, quam hoc Hypocrisis peccatum, adeo ut in hoc solo capite 23. S. Matthæi Christus Scribas & Pharisæos, hac lepra contaminatos, non semel, sed octies acriter reprehendat, ipsique per verbum hoc *Væ*, sempiternarum ærumnarum expressivum, æternam comminetur damnationem. In S. Lucæ Cap. 12. legimus quod Christus discipulos suos (qui universum mundum docturi, suæque Ecclesiæ bases futuri erant) instruere volens, specialiter coram de Hypocrisi fugienda commoverit; ita tamen ut hanc illis doctrinam non in privato tradiderit, sed eam præstolatus fuerit occasionem, in qua ingens populi multitudo congregata eamdem audire posset, ut hac ratione unicuique constaret, quam illa sit abominabilis, omnesque ad eam detestandam inducerentur; dicit enim Evangelista: *Multis autem turbis circumstantibus, ita ut se invicem conculcarent, cœpit dicere ad discipulos suos: Attendite à fermento Pharisæorum quod est Hypocrisis.* Præmittit vero ex industria hoc verbum *attendite*, ut Albertus Magnus observat, ut eorum exciter attentionem, quod non ideo facit, quod multum difficile sit, quod docet, sed quia est valde utile doctoribus veritatis, qui verbo & exemplo fundare debebant Ecclesiam. Magnopere videlicet Christo cordi erat, ut hujus Reipublicæ tam pertinosi (prouti in progressu hujus materiæ videbitur) & specialiter Christianæ Religionis nostræ stabilimento damnosissimi horrorem discipulis suis imprimeret, nam ut idem Albertus Magnus subjungit: *Omnis hæresis hypocrisi confirmatur.* Unde Richardus de S. Victore in prædictorum confirmationem inquit: *Hoc est illud crimen pessimum & præ cæteris abominandum; quia Deo præ omnibus odiosum, de quo Joseph fratres suos apud Patrem accusat; vitium, quod Deus singulariter detestatur, nullum aliud quam hypocrisis rectius intelligitur.*

Rich. Vict. p. 1. c. 69. Benjamin minor.

2. Tametsi Salvator noster peccata, & excessus aliorum occultos, & internos, sub silentio absconderc & dissimulare summa cum industria consueverit ne illos apud populum diffamaret: Attamen hypocrisin, quæ malignitas quædam; & venenum absconditum est, semper detexit, publice manifestavit, omnesque ad illius cautelam & detestationem admonuit? Unde B. Laurentius Justinianus de humilitatis virtute ab hypocritis adulterata differens ait: *Hypocritarum genus plus quam cæteros infectus est Dominus, eorum cautelizatam conscientiam patefecit populis, atque æternum supplicium illos manere testatus est.*

Licet Christus alia vitia occulta dissimulaverit, non tamen hypocrisin.

B. Laur. Justin. Lib. de Humilit. c. 15.

3. Deus in veteri lege populo suo præcepit dicens: *Veste quæ ex duobus texta est, non indueris*, sed quonam obsecro fine sublimis illa ac suprema altitimi Sapientia & Majestas eousque se demittit, ut ad tales usque minutias præscribendas; quale est hoc præceptum de non faciendis ex materia variegata vestibus descendet. Utique is qui *omnia in sapientia fecit, Propter nos utique hoc dicit*, inquit Apostolus. Dionysius itaque Carthusianus dictum interpretans textum ita discurrit: *Vestis animæ est operatio ejus, vestis autem ex duobus contexta; est operatio apparenter bona & foris clara, intus autem infecta, & ex vana emanans intentione.*

Levit. 19. v. 19.

Vestis ex duobus contexta, designat hypocrisin. Ps. 103. v. 24. 1. Cor. 9. 10. D. Carth. in Levit.

4. Non absimilem in Deuteronomio in hæc verba legimus factam prohibitionem. *Non induetis vestimento, quod ex lana linoque contextum est.* Horum verborum Mysterium. S. Gregorius declarat dum ait: *Vestem ex lana linoque contextam induit, qui in locutione, vel actione, qua utitur, intus subtilitatem malitiæ operit, & simplicitatem foris innocentiæ ostendit.* Qui igitur vestem exterius laceram portat; & ex panno rudi, intus vero juxta carnem linum fovet delicatissimum, & interioribus indulget delicijs, is vestem portat ex lino, lanaque confectam, dicente Sancto Antonino: *Vestis quæ corpus circumstat, est conversatio exterior nostra, in qua apparemus hominibus lana quæ calida est, & fructus ovis animalis innocentis, sunt opera charitatis, id est de genere bonorum, quæ proprie sunt ab ovibus Christi; linum quod frigidum est, & fructus terræ sunt opera infructuosa, quæ frigidam reddunt animam, & oriuntur ex cupiditate, In veste autem lana linoque contexta; lana apparet, & linum quasi sub ea latet, & ideo congrue signat conversationem hypocritarum, in quibus opera deforis bona patent, sed intus in corde opera prava latent, & cupiditate plena.* Unde & ob eumdem finem Deus in eodem Deuteronomij Capite prohibet dicens: *Non induetur mulier veste virili, nec vir utetur veste fœminea, abominabilis enim apud Deum est, qui facit hæc.* Oculi namque nostri interiora penetrare non valent cordium, & intentionum alienarum, ut ideo exterior apparentia sæpius non fallit, cum igitur hypocrisis, ut suo loco videbimus, in larvata forma symbolizetur, maximamque cum ea proportionem habeat, hinc Deus ait: *Abominabilis enim est &c.* Ut ostendat quanto odio hujusmodi persequatur deceptionem, unde & S. Antoninus ait: *Prædicatio Christi*

Deut. 22. 11.

S. Greg. l. 8. Mor. c. 51. Similiter vestis ex lana, & lino contexta.

S. Anton Summ. Theol. p. 2. Tit. 4. c. 7. §. 2.

Deut. 22. v. 5. Prohibetur viris ne induant vestem muliebrem, & econtra.

S. Antonin. ib. §. 1.

multum fait contra Hypocritas ; & nullam hominum genus videtur ita tam acriter & frequenter reprehendisse sicut Hypocritas.

5. Rupertus Abbas consimiliter ad ea quæ diximus, reflexionem facit, ad vehementes scilicet invectivas Sapientiæ incarnatæ contra Scribas & Pharisæos hypocritas, prout fusius legere est in Cap. 23. Matthæi *Quam magna fuerit religionis illius hypocrisis* (de Hebræismo loquitur autem) *ipse Dominus satis acerbe innuit, toties sub uno ductu sermonis dicendo: væ vobis Scribæ & Pharisæi Hypocritæ, ubi cum septies Væ super illos detonuerit ; per singulas vices hypocritæ dixit, excepta una duntaxat vice, ubi taliter dixit Væ vobis Duces cæci.*

Rup. Abb. l. 1. in Habac. c. 2. Hypocritis interminatur Væ à Christo.

6. Alia inter per Sophoniam Prophetam severissima divinæ justitiæ contra transgressores intentata supplicia, unum quoque legitur hoc sequens : *Visitabo ... super omnes, qui induti sunt veste peregrina.* Quem textum idem Rupertus Abbas taliter ad nostrum exponit propositum : *Putasne, hypocrisis vestis est peregrina? utique nimirum peregrina, quid enim in vestibus magis peregrinum, quam sunt lupis rapacibus vestimenta ovium? quid inquam magis peregrinum, quam eum, qui intus est plenus iniquitate, foris hominibus justum apparere ?*

Sophon. 1. v. 8. Quid designet vestis peregrina prohibita.

7. Idem ante citata Deuteronomij verba, in quibus vestis ex lino & lana contexta prohibetur, examinans, sequens desuper format documentum : *Quid vero per hanc vestem, nisi hypocritarum natura significatur qui benignitatem erga proximos ostendant, & dolo suæ iniquitatis quæ loquantur, cooperiunt ? Vestis enim quæ ex lana linoque fit, lanam semper in faciem reddit, & linum subter absconditi; quid ergo per lanam, nisi simplicitas sonat ? quid vero per linum, nisi subtilitas designatur? & sæpe homo subtilis & acutus exterius simplicitatem mansuetudinis ostendit, & interius subtilitatem malitiæ contegit. Iste ergo veste se actionis suæ quasi ex lana & lino induit, quando ab eo & simplicitas monstratur in superficie, & subtilitas malitiæ servatur in mente.*

Rup. Abb. l. 1. in Deut. 18.

8. alias inter S. Joanni in Insula Pathmos exhibitas Visiones, una quoque notabilissima fuit, de quadam muliere manibus poculum abominatione plenum portante : *Et mulier erat circumdata purpura & coccino & inaurata auro, ... habens poculum aureum in manu sua plenum abominatione.* Quem textum S. Augustad hypocrisin applicans ait : *Aurum immanditiarum hypocrisis est, quia foris quidem parent hominibus quasi justi, intus autem sunt pleni omni immunditie.* Sed quare obsecro S. Joannes eam immunditiarum congeriem, per quam varia designantur vitia, hypocrisin concomitantiam, titulo afficit abominationis? Nimirum, ut, quam peccatum hoc coram Deo abominabile sit, edoceremus, quam veritatem fusius probare possumus ex Sapientis testimonio, dum ait : *Pondus & pondus, mensura & mensura, utrumque abominabile est apud Deum.* Quibus verbis, quantumvis Salomon ad mensurarum & pondo, quibus mercatores in comparandis vendendisque rebus utuntur, inæqualitatem alludere voluerit, S. Nihilominus Bernardus adagium ad hypocrisin docte applicat dum ait : *Time ne de teipso legas, quoniam dolose egit in conspectu ejus, ut inveniatur iniquitas ejus ad odium. Pondus, inquit, & pondus abominatio est apud Deum. Quid enim ? tu deprecaris in secreto apud teipsum, veritatis trutina ponderatus, & foris ulterius pretij mentiens, majori te pondere vendis nobis, quam ab ipsa acceperis.*

Apoc. 17. v. 4. Hypocrisis est poculum aureum, plenum abominatione.
S. Aug. t. 9. Hom. 14. in Apoc.
Prov. 20. 10. Est pondus & mensura falsa.
S. Bern. ser. 42. in Cant.

9. Nequaquam vero, quantum vitium hoc divinam provocet iram, exprimere licet, cujus scelleris se juratum hostem professus est S. Propheta Job, unde & insigne hoc à Deo meruit encomium; *vir simplex.* Ubi Origenes ait : *Simplex, non fictus, non erat in illa duplicitas, non loquebatur aliud in ore, aliud vero cogitabat in animo, non aliud dicebat verbis, & aliud cogitabat corde.* Moxque in ejusdem Prophetæ laudem subjungit dicens. *Quod est omnium maximum, verax in conspectu omnia inquirentis Dei.* Imo & ipsemet Job alio in loco protestatur dicens : *Et ipse erit Salvator meus, non enim veniet in conspectu ejus omnis hypocrita*, adeo namque Deus abominatur hypocritas, ut illos à suo arcent conspectu; quod & Psalmista confirmat dum ait : *Dissipavit Deus ossa eorum, qui hominibus placent, confusi sunt, quoniam Deus sprevit eos.* Quas minas dictus author cum hoc alio Jobi confert testimonio dicentis: *Simulatores & callidi provocant iram Dei;* ubi Hebraica versio habet : *Hypocritæ falsi cordis iram coacervabunt;* siquidem longe amplius est, coacervari, ita ut sensus sit, hypocritas vindictam Dei non modo in suam provocare, sed & accumulare pernicicm. Unde & merito Apostolus ait: *Thesaurizabant sibi iram in die iræ, & revelationis justi judicij Dei,* ubi septuaginta legunt : *Ordinabunt colorem* atque hanc ipsissimam causam Salvator noster (cæteroquin benignissimus & mansuetissimus) quoties de hypocritis ait, ut plurimum cum magna in eos invehitur indignatione, & quasi semper tremendum hoc præmittit verbum : *Væ.*

Job 36. 13. Hypocritæ coacervant sibi iram Dei.
Ps 52. v. 6.
Job. 36. 13. Hebraic. Text.
Job. 1. v. 1. Orig. L. 1. in Job.
Job. 13. 16. Hypocritæ coacervant sibi iram Dei.
Rom. 2. v. 5. Septuagint.

10. Deus in Isaia quondam obsequia Hebræorum, quæ circa divinum ejus cultum præstabant, se abominari protestatus est dicens : *Ne offeratis ultra sacrificium frustra ; incensum abominatio est mihi.* Forsitan talem Deus declarationem facit propter vicinum legis novæ Evangelicæ tempus, in quo loco veterum sacrificiorum, incruentum successurum erat Unigeniti ejus ? Nequaquam ; siquidem à diebus Isaiæ, usque ad Christi adventum, plurima intercurrerunt sæcula : cur itaque tantam Deus circa sacrificia illa ostendit nauseam, præsertim cum illa ipsemet ad divinam iram placandam conciliandamque benevolentiam ejus ega Hebræos sancte instituisset? Hebraicus forte textus nobis difficultatis nodum solvit quo dicitur *sacrificium mendacij.* Imo ex alio quodam ejusdem Prophetæ textu, causa evidenter deducitur hujus abominationis, utpote quæ hypocrisis erat, siquidem pietatem & devotionem fingebant, & humilia inclinabant colla, interius autem divinæ rebellabant majestati ; unde per dictum Prophetam ita Dominus in alio loco contra Hebræorum lamentatur jejunia: *Numquid tale est jejunium quod elegi, per diem affligere hominem animam suam ... numquid istud vocabis jejunium, & diem acceptabilem Domino? Nonne hoc est magis jejunium quod elegi, dissolve colligationes impietatis ?* Nullo equidem totius anni tempore humana impietas suis magis frænum relaxat dissolutionibus, quam in bacchanalibus; nec ullum anni tempus, magis divinam irritat iram, quam istud; Sancta itaque mater nostra Ecclesia nostræ compatiens ruinæ, charorumque suorum invigilans filiorum saluti, in quadragesimæ principio, summo cum studio nos ad pœnitentiam & reconciliationem invitat cum Deo, quem quia hypocrisis vitio inimicissimum novit, primo omnium loco solicite ex fidelium cordibus & mentibus dictum conatur eradicare flagitium, quando illa intonat Evangelij verba *nolite fieri sicut hypocritæ tristes &c.* quemadmodum enim sponsus fidelis adulterium odit conjugis suæ, ita quoque Zelotypus animarum nostrarum sponsus Deus fictionem odit & hypocrisin. *Non amat falsum author veritatis* (verba sunt Tertulliani) *adulterium est apud illum omne quod fingitur.* Nec enim exteriora animæ amantis opera satisfaciunt Deo, sed & insuper internum exigit cor, ipse namque jubet animæ fideli : *Pone me ut signaculum super cor tuum;* principale namque quod à nobis exigit Deus, bonæ intentionis rectitudo est, & cor nostrum, secundo autem loco opera bona ; ideoque subjungit: *Et signaculum super brachium tuum.*

Isa. 1. v. 13. Cur Deus rejecerit incensum & sacrificia Hebræorum.
Isa. 58. v. 5.
Ibid. v. 6.
Matth. 6. 16. Tertull. de spectac. n. 23.
Cant. 8. v. 6. Ibid.

11. Quemadmodum conjux severo supplicio adulterium vindicat conjugis, ut suum reparet honorem, ita quoque Deus cum omnimodo rigore hypocritam punit, qui virtutem adulterat & perfectionem; Unde S. Cyrillus Alex. ait : *Deum audivimus dicentem ; cum proximo suo loquitur pacem, ac in seipso continet inimicitiam. An super his non visitabo dicit Dominus ? aut de tali gente non sumet ultionem anima mea ? fraus enim & seductio, & abscondita amarulentia detestabiles sunt coram Deo.* Ad eamdem igitur mensuram qua hypocritæ hominibus placere satagunt, Deo displicent. *Quid ista cæcitate tenebrosius?* inquit S. Augustinus. *homini de falso bono placere studes, de vero malo displicet Deo ?* At vero longe expressius S. Bern. in libro *de ordine vitæ* adversus hoc vitium ita scribit ; *quanto hominibus placent, tanto fiunt Deo odibiles, sicut scriptum est : Astuti & simulatores provocant iram Dei. Boni enim viri timentes Deum, idipsum quod esse merentur, videri refugiunt. Sana laus humana bonos cruciat, malos lætificat. Dupliciter autem damnantur hypocritæ, sive pro occulta iniquitate, sive pro aperta simulatione, nam non semper latent hypocritæ.*

Hypocritæ adulterant virtutem : Unde placentes hominibus, displicent Deo.
S. Cyrill. Alex. in Apol. ad Theodor.
S. Aug. T. de l. 4. in Exod. Epist. ad Gal. Lat.
S. Bern. de ordine vitæ.

12. Consideranda quoque est aversio, qua divina sapientia & Spiritus S. animam fictam & hypocritam abhorrent, siquidem ambo protestantur dicentes : *In malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis, Spiritus enim S. disciplinæ effugiet fictum.* Præterea sicut Spiritus S. primarius & originarius omnium gratiarum, virtutum, donorum, omnisque solidæ & veræ sanctitatis est author, ita hypocrisis hæc omnia destruit, si credere volumus divo Chrysologo dicenti : *Hypocrisis subtile malum, secretum viras, venenum latens, virtutum fucus, tinea sanctitatis ;* siquidem sanctitatem, quæ Spiritus Sancti partus est, extinguit, atque ideo Deus meritò hypocrisin adeo abominatur.

Spiritus, Sicur adeo detestetur hypocrisin.
Sap. 1. v. 4.
D. Chrys. ser. 7.

DISCURSUS II.

ARGUMENTUM.

Hypocrisis indigna est cœlo, utpote ad ignem infernalem destinata.

THEMA.

Possedit tremor hypocritas, quis poterit habitare de vobis cum igne devorante ? quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis ? Isa. 33. v. 14.

Hypocritarum Centrum, est infernus.
Matth. 23. v. 33.

1. HIc Isaiæ textus glossa non indiget, siquidem evidenter docet centrum hypocritarum infernum esse. Unde & S. Matthæus, postquam Salvator noster vitij hujus impietatem pluribus exaggerasset, tandem concludit dicens : *Serpentes, genimina viperarum, quomodo fugietis à judicio Gehennæ ?* & in fine cap. 24. apud eumdem Evangelistam, ubi eadem incarnata Sapientia de pœna, perverso servo ; qui conservos suos percutiebat, pessimeque habebat, debita tractat, hunc funestum prænunciat eventum. *Veniet Dominus servi illius in die qua non sperat, & hora qua ignorat, & dividet eum, partemque ejus ponet cum hypocritis;* quis autem horum sit locus, aperte demonstrat, quando immediate subjungit dicens : *Illic erit fletus & stridor dentium.*

Matth. 24. v. 50.
Ibid. v. 51.

2. Job Prophetæ de pessima hac tractans generatione, sequens de ea perhibet testimonium : *Gaudium hypocritæ adinstar puncti ; si ascenderit usque ad cælum superbia ejus, & caput ejus nubes tetigerit, quasi sterquilinium in fine perdetur, & qui eam viderant, dicent: ubi est?* similitudo equidem accommodatior dari non potuisset, siquidem in mundi oculis hypocritæ sagaciores, perfecti præ reliquis, & sancti apparent, existimanturque extasibus & contemplationibus suis cœlum contingere, quando juxta rei veritatem inferno sunt vicinissimi : Unde S. Gregor. ait : *Superbia hypocritæ usque ad cælum ascendere dicitur, quando ejus elatio cœlestem agere vitam videbitur, cujus etiam caput quasi nubes tangit, quando principalis pars, videlicet intellectus illius, Sanctorum præcedentium coæquari meritis creditur, sed quasi sterquilinium in fine perdetur, quia in morte sua, cum ad tormenta ducitur ; stercoribus viriorum plenus à malignis spiritibus conculcatur ;* quam pariter expositionem Rupertus Abbas in medium adducit.

Job 20. v. 5. Licet hypocritæ videantur in Cælum conscendere tamen in fine vitæ detrahuntur in sterquilinia infernj.
S. Greg. l. 15. Mor. c. 3.
In initio quadragesimæ proponitur nobis Evangelium quo deterremur ab hypocrisi.
Matth. 6. 16. Tertull. de spectac. n. 23.

3. Umquamne reflexionem fecistis, quoniam hypocrisis abyssum pandit, barathrumque stabilit perditionis æternæ ? Veritatem discite & obstupescite. Supremus fabricæ universi Artifex infernum non constituit, quoniam *Deus mortem non fecit nec lætatur in perditione vivorum.* Sed Lucifer cum a sequacibus Apostatis suis, centrum aperuit terræ, in quod infœlicissimus corruit, ut ardeat æternum, Lucifer inquam primus hypocritarum pater, prout ex hoc subjuncto patebit Lucæ textu, ubi discipuli 72. post plurimas in Judaismo factas conversiones, gloriabundi ad cœlestem suum redierunt Magistrum dicentes : *Domine ; etiam dæmonia subjiciuntur nobis in nomine tuo.* Quibus mox Christus hoc celebre dedit responsum : *Videbam Satanam sicut fulgur de cælo cadentem.* Circa quem loquendi modum scire percuperem, cur Lucifer fulguri potius, quam alteri Meteorologicæ impressioni assimiletur ? Pro hujus difficultatis enodatione sciendum, hanc inter nostrum, & fulminis ignem dari differentiam, quod noster consumat, inque cinerem redigat materiam combustibilem, ita ut ne vestigium quidem ligni V. G. lini, aut similis relinquat materiæ, præter solos cineres, ignis autem fulguris fæpe totum absorbebit in vase vinum, absque ullo vasis damno; totum argentum & aurum, destruet in crumena hac penitus permanente illæsa, totum exuget corporis humani sanguinem, & nihilominus vivum apparebit, quemadmodum prius, non obstante quod in cadaver transierit. Ecce igitur vobis Mysterium propter quod Christus dæmonem fulguri comparavit quia tametsi inimicus & rebellis sit Dei, atque ad tenebrosum abyssi ignem condemnatus, nihilominus ut hominem decipere posset, in specie Angelica & lucida comparere satagit, dum *transfigurat se in Angelum lucis,* Sic enim dæmonem in habitu ficto Filius Dei tamquam primum hypocrisis authorem de cœlo deciduum videre fecit; Alias quoque in ficta specie primæ matri nostræ se pariter in paradiso terrestri præsentavit, tentaturus annon ei sicut & toti posteritati ipsius occludere posset & cœlestem; ac proinde serpentis sibi speciem assumpsit: *Serpens autem erat callidior cunctis animantibus terræ,* septuaginta legunt *prudentissimus ;* Chaldæus ; *sapientior* quam vero fictionem hac majorem desiderare potestis ? Similiter è cœlo proscriptus, & in abyssum projectus, sub similitudine draconis repræsentatus fuit dicente S. Joan. in Apoc. *Projectus est draco ille magnus ;* & tametsi draconis specie nulla excogitari possit horribilior, nihilominus per hypocrisin illam adeo occultare novit, ut hac non obstante in Angelum lucis se transfiguraverit. Primus quoque omnium hominum præscitus, qui ut omnibus notum est, maledictus Cain fuit, eadem pice coinquinatus fuisse noscitur, ac proinde totius humani generis primus fuit, qui ad flammas infernales præceps est actus, licet idem quoque primus inter omnes homines fuerit qui sacrificium Deo obtulit, neque enim idipsum Adam patrem ejus feciste ufpiam legitur ; Abel quidem frater ejus suas quoque Deo oblationes obtulit, verumtamen post Cain idipsum fecit, ac proinde non obstante quod Cain primus obtulerit, *respexit Dominus ad Abel & ad munera ejus, ad Cain vero & ad munera illius non respexit.* Quisnam vero hujus nobis pandet Mysterium ? nullum profecto idipsum S. Aug. luculentius explicasse existimo, siquidem in libris de civitate Dei ait : *Nonne si recte offeras, recte autem non dividas, peccasti ? datur,* inquit, *per hoc intelligi propterea Deum non respexisse in munera ejus, quia hoc ipso male dividebat, dans Deo aliquid suum, sibi autem ipsi suum, quod omnes faciunt, qui non Dei, sed suam sectantes voluntatem, id est non recto, sed perverso corde viventes, offerunt tamen Deo munus, quo putant eum redimi, ut eorum non opituletur sanandis pravis cupiditatibus, sed explendis.*

Lucifer primus hypocrita, aperuit centrum terræ.
Sap. 1. v. 13.
Luc. 10. v. 17.
Ibid. v. 18.
Cur Lucifer comparetur fulguri.
Gen. 3. v. 1.
Gen. 4. v. 4.
S. Aug. l. 15. de Civ. Dei cap. 7.

4. Ad hoc quoque propositum optime deservit illa mysterijs turgida decem virginum à Christo proposita parabola; omnes namque virginitatis florem illibatum in se conservabant, & tamen quinque illarum à cœlesti ipsarū amantissimo sponso hucusque tam subtilis virtutis ardentissimo Zelote audierunt : *Nescio Vos* : Patensque cœli porta coram oculis earum clausa fuit & remanet : *Clausa est janua* : Joachimus Abb. super illa Apoc. verba: *Non enim invenio opera tua plena,* ita scribit : *Habent & Hypocritæ opera quæ ostendant hominibus, sed non habent coram Deo, qui etsi habent lampades, quas accendant, oleum tamen in vasis suis cum lampadibus non assumunt, sic pleramque testa nucis vacua est pinguedine nuclei & tamen in formæ specie plenum se ad integrum esse mentitur.* Multæ quidem sunt in corporibus virgines, non vero in conscientia; dum enim eis ad adimplendum carnales appetitus suos occasio deficit, carnem quidem non maculant, & tamen contaminant mentem, licet oculis nostris fragrantia lilia esse videantur.

Matth. 25. Applicatur hypocritis parabola 5. Virginum fatuarum.
Apoc. 3. v. 2.
Joachim. Abb. ibid.

5. In Apocalypsi sequens recensetur visio : *Et ecce equus pallidus, & qui sedebat super eum, nomen illi mors, & infernus sequebatur eum.* Quo loco equus extenuatus, macilentus, & pallidus Hypocritas præfigurat, qui coram oculis hominum *exterminant facies suas,* ut quasi mortui & mortificati esse videantur, unde Hugo Card. ibidem ait: *Congregatio hypocritarum, qui hodie multum abundant in Ecclesia Dei, recte per equum pallidum designantur, quia ut de religione laudentur, jejunijs & afflictionibus multis seipsos opprimant coram hominibus, ut viribus subtracti is, & sanguine minorato, quasi jam moribundi pallescant.* S. Ant. de Padua similiter ait: *Equus pallidus significat falsos fratres, simulatores, & callidos, qui super se provocant iram Dei,* & ideo super hoc equo dæmon sedere dicitur, eumdemque ut S. Joan. ait: Infernus proxime consequitur, quia quocumque se hypocrisis recipit, illuc quoque ignem infernalem suum conducit, quia omnes Hypocritæ homines sunt desperatæ salutis.

Apoc. 6. v. 8. Per equum pallidum signantur hypocritæ.
Hug. Card. ibi.
S. Ant. de Padua ser. in Dom. 6. post. Tem. Hypocritæ sunt arboris infructuosæ.

6. Postquam Salvator noster apud Matth. Cap. 7. hypocrisin graviter perstrinxisset dicendo : *Attendite à falsis Prophetis qui veniunt ad vos &c.* mox arborum subnectit similitudinem: quæ verminosos ex se fructus producunt. Obfervandum vero, quod in eodem discursu Salvator noster ligna similes fructus producentia igni adjudicet inquiens : *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excindetur, & in ignem mittetur.* S. Bernardus per hasce arbores hypocritas designari asserit : *Omnis arbor inquit Dominus Jesus quæ non facit fructum bonum, excindetur, & in ignem mittetur. Timeam ego arbores infructuosæ hypocritæ.*

Matth. 7. 18.
Ibid. v. 19.
S. Bern. ser. 12. in Cœna Dom.

7. Nota est omnibus illa nuptiarum parabola, in quibus cum etiam temeratius ille veste nuptiali carens

Matt. 22. 13. Homo carens veste nuptiali, designat hypocritas,

cum aliis accubuisset, horrendam illam audijt sententiam: *Ligatis manibus & pedibus ejus, mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium.* At vero dicat aliquis cur in medio tantæ lætitiæ nuptialis, tam inopportuna severitas adhibebatur? in quonam hujus delicti tam enormis consistebat gravitas? si enim veste ornata & compta indutus non fuit, facile id excusari potuisse videtur, quando in via non vero domi, & ex improviso ad eadem nuptias invitatus fuit, præterea numquid pœna hæc differri poterat, donec convivium terminatum fuisset: Cur igitur in medio lætitiæ nuptialis tam violenter in ipsum manus conjiciuntur? pro resolutione sciendum est, in hac parabola Christum de puniendis hypocritis sermonem instituisse, ideoque per hanc parabolam declarare voluit, hosce hypocritas fine ulla remissione aut dilatione promereri infernum. S. Ambrosius in quodam sermone inquit:

S. Ambr. ser. 4. in Dom. 2. Adv.

Nec societatem habere poterunt immundus & Sanctus, in cœtu Sanctorum invitatus ad nuptias venire ausus est, vestem non habens nuptialem, & cum alius niteret justitia, alius luceret fide, alius castitate fulgeret, ille solas conscientiæ fœditate pollutus, cunctis splendentibus, deformi horrore sordebat, & quanto plus simul discumbentium candebat sanctitas tanto magis peccatorum illius apparebat improbitas, qui potuerat minus displicuisse forsitan, si in consortium justorum minime se dedisset. Tandem vero idem S. Doctor eumdem ad ignem condemnari meruisse, quia ficta veste amictus, videri volebat, qualis minime erat, his verbis concludit: *Propterea ergo sublatis manibus & pedibus in tenebras exteriores expellitur, non solum quia peccator erat, sed quia cum peccator esset, sanctitatis sibi meritum vindicabat.*

8. Ab hac veste nuptiali, si placet, ad pallium sponsæ transeamus, de quo ipsa in sacris canticis his verbis lamentatur:

Cant. 5. v. 7. Pulchre enodatur ratio cur sponsus permiserit sponsæ auferri pallium.

Invenerunt me custodes qui circumeunt civitatem, percusserunt me, & vulneraverunt me, tulerunt pallium meum mihi. At vero quis umquam vidit, quod sponsa aliqua, quæ vestibus quidem concinnandis, & corpori eleganter adaptandis, solicita esse consuevit, de pallio quoque superimponendo curam habeat? Idem S. Ambr. de Rebecca, Isaac sponso suo occurrente differens ita scribit:

S. Ambr. l. de Isaac. c. 6.

Bene quidem quasi sponsa veniebat cum pallio, quo obnuberet caput suum, cum sponsus occurreret, sicut Rebecca, quæ cognito quod Isaac sibi veniret obvius, descendit de camelo, & pallio se operuit: Ita & hæc anima nuptialis vestis præferebat insignia, ne forte rejiceretur, quasi vestem non habens nuptialem. At vero novum hic nascitur dubium, cur videlicet sponsus permiserit, ut amantissima sponsa sua hoc pallio à custodibus spoliaretur priusquam Jerosolymæ aditum habuisset? verisimiliter namque timere poterat, ne hoc modo spoliata, veste debita carens, confunderetur in publico. Audiamus quid ad hoc respondeat idem S. Ambrosius:

S. Ambr. ibid.

Tulerunt ei pallium, inquit, *quærentes si veram decorum nudæ virtutis afferrent, sciebant etenim quod multi lupinam rapacitatem ovino tegerent velle re. Attendite à falsis Prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ovium intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* Ac proinde experiri volebant, an interiora ejus exterioribus conformarentur. Idem quoque Sanctus aliam quamdam adducit rationem, propositio nostro non minus idoneam; dicit enim:

Matth. 7. v. 15.

Vel quia sine integumento quis in illum civitatem cœlestem debeat introire, nulla deferens secum operimenta secorum. Jerosolyma enim mansiones præfigurabat cœlestes, in quas nemo introire poterit, qui hypocrisi contaminatus aut infectus fuerit, quia *Deus illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.*

Ibem ibid.

2. Cor. 4. v. 5.

9. Bellovacensis in speculo suo morali de vespertilione sequentem refert fabulam; dum enim omnes volucres in unum convenissent consortium, hoc quoque animalculum cæteris se avibus commiscens, quatuor pedibus occultatis, suas dumtaxat distendit alas, ut se de earum, & non quadrupedum specie esse perhiberet. Postmodum autem dum & quadrupedia conventum instrueret, ijsdem pariter se associavit vespertilio, alisque occultatis quatuor cœpit gradi pedibus. Quam fraudem ubi intellexerunt aves & animalia terrestria, omnia vespertilionem odio persequi cœperunt, & unanimi consensu fraudulentum à se expulerunt. Hanc igitur fabulam nostro adaptat proposito, ostendens, Hypocritas cum servis Dei convenire, perfectiorem & sanctitatem fingere, contemplationis distendere alas & exterius se usque in cœlum elevari jactitantes. Qui ubi in personas inciderint licentiosas & dissolutas, se monstrant animalia esse bathro immersa brutalium appetituum, quæ eorum duplicitas ubi innotuerit, omnibus tam bonis quam malis odio odibiles fiunt. Tandemque concludit dicens: *Ideo tamquam aves noctis lumen æternum sustinere non poterunt, nec Dei faciem videbant.*

Bellovac. spec. mor. p. 3. l. 3. dist. 10. Hypocritæ comparantur vespertilioni per aptam fabulam.

10. Ut plurimum Scriptura Sacra tam veteris quam novi Testamenti, dum vitij hujus meminit, particulam *Væ* præmittere solet; quam Dionysius Carth. exponens ait: *Hoc est æterna damnatio, sic enim accipi solet væ in divinis scripturis.* Unde & Job aperte hypocritas desperatæ esse salutis homines protestatur dum inquit: *Spes hypocritæ peribit. Quæ est enim spes hypocritæ avare rapiunt & non liberet Deus animam ejus? numquid Deus audiet clamorem ejus cum venerit super eum angustia?* Quæ verba Rupertus Abbas ita interpretatur: *Quæ merces speranda? nulla.* Videlicet quia *nulla spes hypocritæ superest, si avare rapiat, id est si per ambitionis intemperantiam, laudem in præsenti præoccupet, & non liberet Deus animam ejus, videlicet in futuro, quia nunc recepit mercedem suam. numquid Deus audiet clamorem ejus scilicet dicentis, Domine, Domine aperi nobis, cum venerit super eum angustia, scilicet cum sicut alibi scriptum est, irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit?*

Semper hypocriti comminatur æternum, væ. D. Carth. in Matt. 23. Job. 8. v. 13. Job. 27. v. 8. Rup. Abb. ibid.

11. Sophonias Propheta has tremendas nobis intonat minas: *Dies iræ, dies illa, dies tribulationis & angustiæ, dies calamitatis & miseriæ, dies tenebrarum & caliginis.* Sed quorsum tantos iræ divinæ turbines spectare putatis? *Super angulos excelsos.* Hi namque, scilicet hypocritæ, in mortis hora, quæ dies caliginosus est & furoris, æternam experietur damnationem, dicente Hieronymo Sancto: *Opera perversa & à recta via deviantia*, unde & à Salvatore arguuntur, Pharisæi, *quod adorent in Angulis platearum, via enim recta, & tendens ad paradisum arcta, & angusta est quæ ducit ad vitam; via autem fracta habens Angulos, & tortuosa, lata & spatiosa est, quæ ducit ad mortem.*

Sophon. 1. v. 15. Hypocritæ in morte sua experientur caliginem tenebrarum damnationis.

12. Psalmista in conspectu Dei, se justificaturus, quoniam divinorum ejus præceptorum viam graderetur, quondam protestatus est dicens: *Domine ante te omne desiderium meum, & gemitus meus à te non est absconditus.* Quæ verba S. Gregorius ita interpretatur: *De reprobis dicitur; Non apparebit in conspectu Dei omnis hypocrita, hypocrita nequaquam cœlos penetrat, quia per opus bonum non Deum, sed humanas laudes, vel transitorios quæstus affectat.*

Psal. 37. v. 10. S. Greg. ibid.

13. Incarnata Sapientia duo potissimum infiniti damni mala ex hoc indicio promanare ostendit, dum ait: *Væ vobis Scribæ & Pharisæi Hypocritæ! Quia claditis regnum cœlorum ante homines, vos enim non intratis nec introeuntes sinitis intrare.* Unde & S. Antonius de Padua citatum Apocalypsis textum hypocritis, qui iram Dei contra se provocant, applicat dicens: *Hi sunt in atrio, de quo Apocalypsis. 11. Atrium quod est extra templum ejice foras; à Civitate enim Jerusalem falsi hypocritæ ejiciuntur foras cum claudetur janua.* Atque hanc ipsam ob causam postquam Baptista Regnum annuntiasset cœlorum dicens. *Pœnitentiam agite appropinquavit enim Regnum cælorum*; Salvator omnibus innotescere voluit sæculis, quam hic sanctus ejus præcursor, in omnibus rigoribus & austeritatibus suis, ab omni hypocrisi alienus esset; hinc reliquas inter laudes, quibus eum deprædicabat insigniter, hanc quoque statuit: *Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam?* Ubi S. Antonius de Padua sequentem instituit discursum: *Arundo dicta, quasi aura ducta, vel quasi arida; notat quod arundo radicem habet in luto, in quo gula & luxuria; vacua interius, pulchra exterius, in quo hypocrisis & vana gloria. Infœlix & maledictum illud clausitrum, in quo talis arbor plantatur & concrescit, ad radicem cujus securis jam posita est, ut excidatur, & in ignem mittatur.*

Apoc. 11. v. 2. S. Anton. de Padua Dom. 6. post Trin. Matt. 3. v. 2. Hypocrisis comparatur arundini. Matth. 11. 7. S. Anton. de Pad. ser. in Dom. 2. Adv.

DISCURSUS III.

ARGUMENTUM.

De varijs hypocritarum stultitijs & pœnis.

THEMA.

Væ duplici corde, .. & peccatori terram ingredienti duabus vijs. Eccli. 2. v. 14.

1. A Bulensis se ad verbum Væ reflectens, quod in S. Mattheo Christus sæpius intentat Scribis & Pharisæis, hoc ipsum funestum maledictionis nuntium esse docet, dum ait: *Væ vobis, ad maledictionem pertinet.* Merito itaque Ecclesiasticus fictionem & hypocrisin

Matt. 23. v. 2. Abul. ib. Hypocritæ sunt duplici corde.

crisin in servitio Dei condemnaturus, præmittit particulam *Væ*, quia super illam omnia depluent justitiæ divinæ supplicia. Væ namque duplici corde de hypocrita intelligit Spiritus Sanctus, duplicatum cor habente, utpote cum aliud interius sentiat & aliud exterius monstret; quæ perversitas pariter per duas differentes vias exemplificatur. Unde S. Gregorius illa de Jobo considerans verba: *Simplex & rectus*, ita scribit:

Job. 2. v. 3. S. Greg. Lib. 1. Mor. c. 11.

Sunt nonnulli qui in bonis, quæ faciunt, simplices non sunt, dum non in his retributionem interius, sed exterius favorem quærunt, unde bene per quemdam Sapientem dicitur: Væ peccatori terram ingredienti duabus vijs. Moxque, quales hæ semitæ sint demonstrat dicens: *Duabus vijs, peccator quippe terram ingreditur, quando & Dei est, quod opere exhibet, & mundi, quod per cognitionem quærit. Væ igitur illis, væ autè ad maledictionem pertinet.*

2. Hinc Isaias prout & in principio discursus præcedentis diximus de hypocritis agens, dicit: *Possedit tremor hypocritas.* Quæ verba Lyranus de illis explicat templi ministris, qui exterius hominibus videbantur pietatis cultores, sed secundum sensus interiores, & mores impietatem sectabantur: *Quia erant*, inquit ille, *in statu ministrandi domino & sic apparebant boni & devoti exterius, sed nihil habebant interius dignum sacerdotis*; septuaginta legunt: *Apprehendet tremor impios*, quia tanto magis impij sunt Hypocritæ, quanto magis se pios simulant & devotos. Ideoque

Isai. 33. v. 14. Lyran. ibid. Hypocritæ eo sunt pejores, quo se simulant Sanctiores.

S. Hieron. in Isa.

S. Hieronymus subjungit: *Contervit sunt, tremor possedit Hypocritas, quibus Dominus in Evangelio loquebatur, Væ vobis Scribæ & Pharisæi Hypocritæ.*

3. Hugo Card. pariter eumdem S. Matthæi textum considerans, maledictiones quas Filius Dei adversum hypocritas fulminavit, perpendit dicens: *Nota quod Matthæus ponit octo Væ, quæ respondent quasi per contrarium octo beatitudinibus supra positis; à quibus privati sunt per octo peccata mortalia, de quibus reprehendit eos Dominus per ordinem.* S. vero Antonius de Padua illum Isaiæ textum (*Væ qui profundi estis corde*) contra duplices fallaciasque contorquet animas dicens: *Id est, celantes iniquitatem vestram; ut à Domino abscondatis consilium, quorum sunt in tenebris opera & dicunt: Quis nos videbit? Quis novit nos? Hypocrita claudicat uno pede, unum enim pedem suspendit à terra, & alterum ponit in terra. Dum vilitas in veste, humilitas in voce, pallor in facie apparet, à terra levat pedem; sed cum pro his laudari appetit, Sanctus videri quærit, tunc procul dubio alterum pedem in terra ponit.* Contra hoc itaque claudicandi genus, æterna intonatur maledictio dum dicitur: *Væ qui profundi estis corde.*

Hug. Card. in Matth. 23. Octies repetitur Væ contra octo beatitudines. Isa. 29. 15. S. Anton. de Pad ser. in Dom. 2. Adv. Isaiæ 29. 15.

4. Job de pessima hac generatione agens, illam ita describit: *Simulatores & callidi provocant iram Dei, ... morietur in tempestate anima eorum.* Ubi Sanctus Gregorius Ly, *provocat*, singulariter perpendens ait: *Bene cum diceret, simulatores & callidi, non subdidit, merentur, sed provocant iram Dei, iram quippe Dei meretur, est etiam nesciendo peccare; provocare vero, est etiam mandatis illius sciendo contraire; sive bonum, sed despicere, facere posse, nec velle. Perpetratione nequitiæ intrinsecus tenebrescunt, & ostentatione justitiæ superficietenus dealbantur, quibus voce dominica dicitur: Væ vobis Scribæ & Pharisæi Hypocritæ.* Quod & Jeremias sequentibus delineavit verbis, quando ad Deum conversus ait: *Prope es tu ori eorum, & longe à renibus eorum, Et tu Domine nosti me, vidisti me & probasti cor meum tecum.* Ubi Jeremias se justificare conatur, & ab hoc se alienissimum vitio monstrare apud illum, qui *scrutatur renes & corde*, simulque hypocritam exprimit, qui semper in verbis & lingua sanctitatem circumfert, loquiturque sancta, ad Deum, pietatem & cœlum spectantia: *Prope est Dominus ori eorum.* Ast si affectus ejus, & interiores examinaveriris appetitus, quam remotissimum eam esse deprehendetis, ab apparentia externa, unde D. Hieronymus ait: *Cum Christi nomen sæpius replicent, habitatorem tutum non habent Deum, juxta illud Matthæi: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me* sed quo tandem fine? audite Jeremiam: *Congrega eos quasi gregem ad victimam & sanctifica eos in die occisionis. Usquequo lugebit terra, & herba omnis regionis siccabitur, propter malitiam habitantium in ea.* Ecce igitur vobis quoniam non modo mortem, sed & supplicia sterilitatem, annonæ caritatem, aliaque similia causat infortunia.

Jer. 12. 3. Ibid. v. 4. Horrenda punitio hypocritæ, & pulchrum circa illum dictum.

5. Alphonsus Rex Arragoniæ manifestatam intelligens hypocrisin Antonij Picentini, qui ficta sanctitate sua, & rarissima abstinentis vitæ æstimatione, magnum sibi in Italia & Hispania acquisierat nomen, ita etiam ut strictam se cum Angelis familiaritatem habere fingeret; qui discooperta tandem fictione, & in vitæ termino ex justo Dei judicio constitutus, a vermibus devoratus, & blasphemans mortuus fuit; hæc inquam de impio illo sapientissimus intelligens Rex, in sequentia prorupit verba: *Propterea Deus in hypocritas tantoperè sævit, quod eam homines decipiunt, interponunt Deum ipsum tamquam sceleris mediatorem, ideo ut plurimum viventes adhuc plectuntur, in oculis hominum, quos Dei nomine fefellerunt, ut intelligant mortales, à tali monstro maxime sibi cavendum esse, quod Deum ipsum non tantum post mortem, sed etiam in vita ipsa indubitatum habent auctorem:*

Cum Alphonsi Regis.

6. Compassionem utique exterminium & desolatio meretur domus Job, sub qua tota ejus corruit oppressa progenies, sed modum observetis velim, quem in hac pugna inimicus observavit infernalis: *Ventus vehemens irruit à regione deserti, concussit quatuor angulos domus.* Quod putatis in eo latere mysterium; quod turbo ventosus, non tectum, non trabes, non muros, sed quatuor in terram prostraverit angulos? *omnia in figura contingebant illis*; hæc itaque ruina pœnas designabat hypocritis imminentes, quamvis autem tales nequaquam fuerint Filij Job; Origenem nihilominus defuper audire juverit dicentem: *Eo vero quod quatuor domus angulos ventus contigit, vitio in angulis platearum hypocritas ad orandum consistere.* Voluit itaque per hoc divina denotare justitia, quod iræ suæ fulmina in eos singulariter fulminet peccatores, qui huic dediti sunt vitio.

Job. 1. v. 19. Ira Dei singulariter fulminat hypocritas. Origen. in Cat. Græcas.

7. S. Cyrillus Jerosolymitanus stricto pariter in hypocritas invehitur gladio, quando eos Simoni comparans Mago dicit: *Si quis est inter vos homo hypocrita, & ostentator, devotionem quidem simulans, non ex corde autem credens, Simonis Magi habens hypocrisim, qui non ut gratiæ particeps sit, accedit, sed ut perscrutetur, anxieque speculetur id quod datur, audiat & ipse à Joanne: Jam enim securis ad radicem arboris posita est, omnis igitur arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Inexorabilis est Judex, relinque hypocrisim.* Numquid horribiliores possent esse minæ, quam, ut dicitur, æternum judicem contra hoc vitium penitus inexorabilem esse?

S. Cyrill. Jerosol. Cateches. 3. Comparatur Simoni Mago.

8. Multæ extant fructiferæ arbores, quæ ubi fructum ferre desierunt, amputantur; inque ligna conscinduntur ad ignis usum, eadem quoque hypocritarum est semperque erit conditio, dicente Chrysologo: *Sicut sterilis arbor, quæ vernali tempore tum tota candescit in florem, fructum non dat illa, sed fallit; ita ista cupiditas, quæ putatur & non est, occasionum concussa fluctibus evanescit, ac lædit solicitos, & decipit incautos.* Hæc autem arbores steriles taliter succisæ ad nihilum deserviunt, præterquam ad ignem.

Item arbori infructuosæ. D. Chrys. ser. 162.

9. Infirmatus cum esset Abias Regis Jeroboam Filius, præcepit Rex conjugi suæ: *Surge & commuta habitum ne cognoscaris, ... & vade in Silo ubi est Abias;* Ab hoc namque Propheta, quia illa Regnum prædixerat, si filius à dicta infirmitate resurrecturus esset, certificari volebat. Sed quale putatis fuisse responsum: *Quare aliam te esse simulas? ego autem missus sum ad te durus nuntius*; hæc autem mulier eos representabat, qui viam Dei fictè ambulant, contra quos divina excandescit ira. Ideoque & exterminium totius stirpis annuntiavit illi Propheta, verbis admodum horrendis, & tanto pavore plenis, qualia vix in tota reperiuntur Scriptura; Insuper quin & Absalon hypocritam representarit, nulli dubium est, siquidem subditis, eo quod non audirentur, causæque eorum minime expedirentur, se compari simulabat; sed interius nihil aliud, præterquam eorum sibi affectus conciliare studebat, ut rebellionem contra patrem suum adoptatum posset perducere exitum, ideoque coram popularibus se humiliabat personis, in corde interim insignem nutriens superbiam & ambitionem; quin ut perversam suam tanto certius exequeretur intentionem, habitu se induit religionis cum dixit: *Vadam & reddam vota mea quæ vovi Domino in Hebron.* Cum tamen buccinam ibi insonare disposuisset; seque in Regem coronari: *statim ut audieritis clangorem buccinæ, dicite: Regnavit Absalom in Hebron.* Sed quis tandem hujus fictionis & duplicitatis fuit exitus? tribus lanceis in corde duplici confossus, expiravit; quia scilicet *væ duplici corde*; suspensus in aëre ad quercum infelicissimus perijt.

3. Reg. 14. v. 12. Uxor Jeroboam signat hypocritas. Ibid. v. 6. 2. Reg. 15. v. 3. Absalon hypocrita, miserè perijt. Ibid. v. 7. Ibid. v. 10.

10. Herodes quoque hypocrita fuit, quia coram tribus regibus cultum & adorationem promittebat Christi, quando dicebat: *Ut & ego veniens adorem eum;* & nihilominus in corde suo mortem machinabatur

Herodes fuit hypocrita. Matt. 2. v. 8.

Similiter Judas.

præsentem; quem in finem tyrannidem aggressus est funestissimam in strage innocentium, ita ut proprio vix parceret filio. Ita & Judas in Schola Christi reliquos inter Apostolos, imo in tota Galilæa & Judæa, suam ita novit obtegere nequitiam & bonitatem fingere, ut nullus umquam, quid mali de eo suspicatus fuerit; imo usque ad ultimum vitæ suæ diem, in tali apud confodales conceptu erat, ut cum Christus se ab aliquo eorum tradendum esse astrueret, singuli timerent magis de se, quam de illo; Sed tandem quis esset interius, patefecit exterius in horto, quando Magistrum suum in manus tradidit satellitum armatorum, eique osculum dedit, dicens: *Ave Rabbi, & osculatus est eum*; quo facto post breve temporis spatium, de propria, penitus desperans salute, *suspensus crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera ejus.* Nec enim obstante replicata pientissimi magistri prædictione, admonitione, frequenti inspiratione interna, & obsequio vario pedibus ejus exhibito, nec non participatione sacratissimi corporis Christi, ne de aliis auxiliis efficacibus sermonem faciam, in barathrum se præcipitavit desperationis, cum econtra eodem quasi tempore, vi paucorum verborum paradysum sibi acquisiverit latro in calvaria, sed quæ obsecro tantæ differentiæ ratio, respondet ex B. Laurentio Justiniano favorabile forsitan haurietur, quando de hypocrisis peccato tractans ait: *Faxta sententiam sapientiæ, est peccatum irremissibile, nec non inexpiabile scelus. Hujusmodi homines dolo ac simulatione imbuti, qui ut commodius suam supplantent proximum, humilitatis virtutem ostentare conantur, difficile emendantur.* Plurima jam præterire sæcula, in quibus populus Hebræus ex tot fidei nostræ progressibus, suos potuisset agnoscere errores, & nihilominus eum quotidie magis obstinatum durumque videmus, non obstante, quod nunc magis quam umquam meta constitutus sit iræ divinæ, in omnia terrarum regna, cum maximo suo vilipendio dispersus, & nihilominus non obstantibus omnibus auxilijs hujusmodi, continuo, inter ignorantiæ & cæcitatis propriæ tenebras contabescit. Quæ tantæ miseriæ causa? aliud certe responderi nequit, quam quod hocipsum hypocrisis ejus sit supplicium, quæ Deum constituit inexorabilem, viamque occludit pœnitentiæ, quoniam *difficile emendantur.*

Matth. 26. v. 49. Act. Apost. 1. v. 18.

S. Bas. Iuser. Just. de Hom. c. 15.

Judæorum vilipensio & dispersio per mundum, est hypocrisis pœna.

11. Isaias vindicativam Dei iram contra aliquos transgressores defuturam exprimere volens, sequenti utitur Phrasi: *Inebriatus est in Zelo gladius meus, ecce super Idumeam descendet & super populum interfectionis meæ ad judicium. Gladius Domini repletus est sanguine, incrassatus est adipe, de sanguine agnorum, & hircorum de sanguine medullatorum arietum.* Quem textum S. Antoninus, ut severitatem Christi judicis in puniendis Hypocritis ostendat, ita interpretatur: *Gladius est potestas Domini, ulciscens se de inimicis; repleta sanguine & incrassata adipe id est peniet peccata;* at vero quinam sunt illi, qui omnium primo hoc gladio castigati fuerunt? *De sanguine agnorum, id est hypocritarum, qui cum sint lupi, agnos se simulant; hircorum, id est libidinosorum, & medullatorum arietum, id est aliquorum pinguium Abbatum.*

Isai 34. v. 5. Gladius primarie desevit in hypocritas.

S. Ant. de Pad ser. in Dom. 1. Advs

2. Reg. 9. v. 30. Jezabel miserrime perijt, quia fuit hypocrita.

12. Considerationi dignum est severissimum illud supplicium, quod rex Jehu de Jezabel regina sumpsit, quæ tamen in nulla re alia erraverat, quam quod ad novum hunc regem per illecebras suas alliciendum, per fenestram prospexerit; quam Jehu videns subito ex eadem fenestra præcipitari mandavit, cujus carnes tandem, solis manuum extremitatibus, & cornia exceptis, à canibus in agro devoratæ fuerunt. Optime vero hoc Jezabel promerebatur supplicium, quia ipsa hypocrisis vivum erat symbolum. Quæ de re audire libeat S. Antonium Paduanum ita loquentem: *Depinxit oculos suos stibio, & ornavit caput suum, & respexit per fenestram. Nota ista tria. Jezabel interpretatur stercorilinium; stercorilinium, id est, locus plenus stercore, stercorilinium dictum, quod stercore linitur, id est, inficitur; significat hypocritam, qui stercore vanæ gloriæ linitur. Stibium est idem quod cerussa vel ceruleus color, quo mulieres faciem ornant, & significat laudem populi, qua hypocrita oculos suos depinxit, cum enim à populo laudatur, oculi ejus vident, facies hilarescit, caput ornat cum sua bona laudat, & sic respuat per fenestram, ut videat & videatur.*

S. Ant. de Padua ser. in Dom 18. post Trin.

Act. Apost. 5. v. 3. Ananias & Saphyra morte subitanea puniti ob hypocrisin.

13. Ananias & Saphyr videntes quod primitivi fideles redactas ex divendito patrimonio pecunias cerratim ad pedes deferrent Apostolorum eorum exemplo permoti; voluerunt & ipsi easdem pietatis demonstrationes exercere, verumtamen in oculis dumtaxat primitivæ illius Ecclesiæ, non vero in oculis Dei, qui corda & intentiones ipsorum videbat; Et tametsi unam facultatum suarum partem prompte quidem obtulissent alia sibi furtive reservata, omnia tamen se penitus dedisse videri volebant. At vero ut ex nota ipsorum historia constat, subito & ex improviso in ambos, licet separatim, per Sanctum Petrum divina justitia per mortem subitaneam animadvertit, ut tam horribilis supplicij exemplo, primitivi fideles ab hac tam pernitiosa peste deterrerentur. *Licebat initio Animæ possessiunculam suam Deo non polliceri, nec vovere, sed postquam humanæ gloriæ cupiditate inductus, quidquid in bonis habebat, per professionem Deo consecravit, quo videlicet egregio istiusmodi facto hominum de se admirationem excitaret, de pretio autem callide nescio quid intervertit, cujus Petrus minister fuit, ut nec ad pœnitentiam aditum invenire potuerit*, inquit S. Basilius.

14. Una ex memorabilioribus à Deo factis stragibus, fuit illa qua universus Sennacherib exercitus deletus fuit, dicente scriptura: *Factum est igitur in nocte illa, venit Angelus Domini, & percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia.* Refert autem Lyranus ex Hebræorum traditione, quod omnia illa occisorum militum cadavera, secundum speciem exteriorem, visa fuerint quasi viventia, sine ulla vestium & armorum læsione; cum tamen interius nil nisi cinis esset. Quot sunt obsecro hisce diebus nostris, qui secundum exteriorem apparentiam, coram oculis mundi hujus videntur esse homines virtuosi & perfecti, qui tamen intrinsecus vacui & vanitate pleni sunt? præsigurant igitur hi Sennacherib milites dolosos Hypocritas, ac proinde mirum non est, quod Deus divinæ justitiæ vindicem gladium tam horribiliter in eos strinxerit. Quonam obsecro motivo rex Balac motus fuit, ut ad Balaam falsum Prophetam recurreret, quando exercitum Israëlis, in suam perniciem adproperare vidit? cur non potius de acie instituenda, de civitatibus communiendis, de armandis subditis, de defendendis stratibus & Dominijs suis cogitavit? quamnam opem ab hoc Hypocrita sperare poterat? magnam profecto; quia sciebat hosce scopum esse in quem divinæ iræ fulmina ut plurimum diriguntur, sciebat illos instar magnetis vim habere attractivam maledictionum divinarum, ac proinde loco exercituum, hunc unicum ad dissipandas populi Dei vires sufficere existimabat, iræ divinæ fulmina incitando. Unde Origenes in sensu allegorico ait: *Balaam hic, qui interpretatur, populus vanus, videtur mihi personam habere Scribarum & Pharisæorum Judaici populi.* Et paulo post subjungit: *Isti sicut iste Balaam simulans se cuncta ad Deum referre, & zelo Dei agere.* Unus itaque hypocrita, ad totius cujusdam populi exterminium abunde sufficit.

4. Reg. 19. v. 35.

Lyran. ibid. Milites Sennacherib ab Angelo occisi, designant hypocritas.

Num. 22. Balaam falsus propheta, fuit hypocrita.

Origenes Hom. 14. in Num.

DISCURSUS IV.

ARGUMENTUM.

In maledictione ficui à Christo interminata multa in hypocritarum perniciem denotantur mysteria.

THEMA.

Numquam ex te fructus nascatur in sempiternum & arefacta est continuo ficulnea. Matth. 21. v. 19.

1. STupendum profecto prima facie esse videtur facinus, quod S. Matthæus Sapientiam incarnatam patrasse refert, quando in ficulnea fructum desideratum minime reperiens, eidem maledixit adeo, ut subito arefacta permanserit. Causa autem majoris admirationis est, quia S. Marcus Evangelista hanc historiam pariter scribens, inquit: *Non enim erat tempus ficorum.* Porro Abulensis sequentem quæstionem diffuse examinat, *quid videlicet voluerit Christus significare per maledictionem & desiccationem ficulneæ*, ac tandem ex communi sacrorum interpretum sententia, per arborem hanc solijs plenam, sed fructibus vacuam, synagogam denotari dicit: *Per hujus arboris maledictionem significatur maledictio synagogæ*; cum enim Dei Filius ad assumendam ex Judaismo carnem humanam in hunc mundum descendisset, ut primo loco Judæorum operaretur salutem, ab ijsdem minime receptus, aut acceptatus fuit, tametsi per prædicationem, miracula, beneficia, & alios diversos modos, ipsos ad veram sui notitiam perducere sategerit, nihil tamen

Ficus à Christo maledicta, designat judæos hypocritas.

Marci 11. v. 14. Abul. Q. 117. in cap. 21. Matth.

tamen in ijs profecit, siquidem Pontifices, Scribæ, & Pharisæi, & omnes alij, in incredulitate & obstinatione sua contumaciter permanserunt, ac proinde æternam sibi compararunt damnationem. Desiderabat quidem Salvator noster in illis bonorum operum invenire fructus, sed præter folia id est externam sanctitatis apparentiam nihil invenit. *Non invenit nisi folia*, inquit idem Abulensis, *scilicet exteriorem apparentiam sanctitatis, & ideo maledicti sunt in æternum, ut fructus afferre non possint.* Cajetanus quoque hunc textum de hypocrisi Hebræorum exponit ihquiens: *Invenit populum colentem Deum foliis tantum, hoc est, exterioribus tantum verbis, & ablationibus*; de quo apud Isaiam Deus his verbis lamentabatur: *Populus iste ore suo & labijs suis glorificat me, cor autem ejus longe est a me.* Dionysius Carth. de scribis, sacerdotibus, & Pharisæis pariter ita scribit: *Simulatores & callidi, non veritatem, sed apparentiam sanctitatis habentes, induti vestibus ovium, intus vero pleni hypocrisi, crant divinitus maledicendi.* Verum inquies ex quo tempus illud, quo Christus ficus in arbore invenire desiderabat, ficubus producendis opportunum non erat, non enim quovis tempore ficulnea ficus habet, quæ igitur in ficulnea culpa erat, quod tam graviter castigaretur? respondit Albertus Magnus: *Maledictio est reprobationis, nec injuria est, quia creator utitur creatura ad signum & institutionem.* Porro si examinare fuius voluerimus, cur Salvator noster, qui nihil sine mysterio operatur, potius ficulneam, quam aliam arborem elegerit, reperiemus profecto, quod ad figurandam in ipsa populi hypocrisim, multa inter hanc & ficulneam interveniant symbola & analogiarum convenientiæ, de quibus in præsenti discursu fusius agemus.

Solum enim folia, & non fructus ferebant.

Cajetan. in Matth.

Isai. 29. v. 13. D. Carth. Matth.

Alb. Magn. in Matth.

2. Est quidem in primis ficus præ cæteris arboribus folia habet ampliora & spatiosiora eaque rudia, & adinstar cilicij aspera, quæ proinde fructui minime correspondet, utpote qui non solum interius dulcis est & suavis, verum etiam in sua cortice delicatus, & gratiosus. Merito igitur hypocritam præfigurat qui in operationibus exterioribus erga semetipsum rigidus & austerus apparere satagit, cum tamen in interiori cordis & mentis suæ ad otia, delicias, commoditates, & gaudia totaliter inclinet. Unde S. Bernardus hanc adducens Evangelicam historiam ita scribit: *An ignoratis amantissimi mei, quod esurivit Dominus vidit ficus viam ficulneam magnam, latam, & spatiosam, habentem folia & frondes, qua in ea non inveniens fructum, maledixit ei, & arefacta est? Sic est omnis hypocrita qui speciem sanctitatis habet, & virtutem non habet sanctitatis, qui palliat sanctitatem in veste, quam non habet in mente.*

Adducuntur rationes, cur ficus designet hypocritas.

1. Ratione foliorum.

S. Bern. ser. 30. in Cœna Dom.

2. Quia frondes ejus, habent speciem manus.

3. Ficus frondes habet, quæ speciem præ se ferunt manus humanæ, apertæ, & explicatæ, id quod author imperfecti observans inquit: *Vide folia sici quomodo secundum similitudinem manus formata sint, folia autem viriditatis sunt species tantummodo sanctitatis in homine, & sine fructu operum verba religiosa.* Frondes quidem sunt similitudinem manus referentes, at vero folia tantum sunt, & non fructus; Opera quidem externa animæ alicujus fictæ & dolosæ, vitæ æternæ meritoria esse videntur, sed revera præter folia nihil sunt, deest enim illis rectitudo intentionis. Unde idem author imperfecti ait: *Quicumque homo religiosus, id est, arbor rationabilis profitetur se esse Dei, & justitiam non operatur, arbor est tantummodo folia sine fructu portans.* De quibus Sanctus Prosper pariter in hæc verba scribit: *Illos dico, qui velut conversi ex pristinis moribus, nihil abjiciunt, non mente mutati sed veste, nec actu sed habitu; His sit sermone tantum, non opere sæculo renunciasse contenti, seculariter vivunt, & vitia sua inani professione vitæ melioris abscondunt ac religionis imaginariæ nomine palliati opinionem virtutis pro virtute suscipiunt. Prædicant magna, nec faciunt; accusant vitia, nec deponunt; publice sibi displicere simulant, quod occulte committunt. Magni student videri non fieri. Jejunant ut vultus sui pallorem pernitiosis laudibus vendant.*

Aub. Oper. imperf. Hom. 39.

S. Prosper. lib. 2. de vit. Contemp. c. 4. Describuntur hypocritæ.

4. Nescio an aliquando ad visionem illam vos reflexeritis, quam S. Joannes in Mystica sua Apocalypsi, habuit, quando ei stellæ de cœlo ad instar præcoquarum ficuum, per impetuosum ventum è ficulnea decussarum, cadentes repræsentatæ fuere; Verba sacri textus velim audiatis: *Et stellæ de cœlo ceciderunt super terram, sicut ficus emittit grossos suos, cum à vento magno movetur.* S. Bernardus per hasce deciduas stellas hypocritas denotari existimat, qui non immerito ficubus hyberno tempore in arbore, sine perfectione & maturitate sui permanentibus assimilantur, hi enim à vento valido agitati facile corruunt, porro per experientiam quotidianam videmus in ficulneis remanentes aliquos fructus, qui à radicibus humorem vitalem attrahentes, & plus alijs Soli expositi, & minus ab umbra contecti facile matureseunt, alij vero econtra à pruina decocti, oculis quidem nostris pulchri & boni esse videntur, cum tamen revera sint pessimi; hi igitur mox ut à valido quodam vento arbor agitatur, in terram decidunt, & à viatoribus conculcantur, fiuntque transeuntium animalium cibus. Quæ similitudo in hypocritas aptissime quadrat. Multi enim sunt, qui secundum exteriorem apparentiam mundo videntur esse homines virtuosi, spirituales, & perfecti, at vero vento aliquo contradictionis, persecutionis, vel alterius adversitatis superveniente, cum interius omni solida virtute, charitate, mortificatione, conformitate ad divinam voluntatem, patientia vacui, & inanes sint, subito produnt quales interius veraciter & realiter existant: *Bonorum ficuum habent speciem*, inquit Sanctus Bernardus *sive similitudinem, non vero saporem, forte hypocritas designantes.*

Stellæ de cœlo cadentes assimilantur ficubus.

Apoc. 6. v. 13. S. Bern. ser. 59. in Cant.

S. Bern. ser. 42. in Cant.

5. Apud Prophetam Jeremiam sequens describitur visio: *Calathus unus ficus bonas habebat nimis, ut solent ficus esse primi temporis; & Calathus unus ficus habebat malas nimis, quæ comedi non poterant, eo quod essent malæ. Et dixit Dominus ad me: Quid tu vides Jeremia? Et dixit: ficus, ficus bonas, bonas valde, & malas, malas valde.* Ficus enim hujus est naturæ, quod quando bona est, supra modum suaviter sapiat, at vero si mala sit, pessimum saporem edat, ita quoque animæ fideles, se veraciter & cordialiter cum integritate intentionis virtuti & divino servitio operam dederint, Deo supra modum gratæ & acceptæ sint. At vero si sanctitatem & perfectionem simulent, & fingant, incredibile dictu est, quantum culpam suam aggravent, Deique in se iram provocent, utpote qui ut in primo discursu probavimus, & inferius in progressu diffusius ostendemus, virium hoc in summo gradu detestatur. *Ficus bonas, bonas valde*, quia hypocritæ in oculis quidem hominum se supra modum austeros, zelosos, exemplares esse fingunt, *exterminant enim facies suas* ut Christus ait: At vero in conspectu Dei, propter hanc malitiosam fictionem, pessimi & abominabiles existunt: *ficus malas, malas valde.*

Jerem. 24. 1.

Ibid. v. 3.

Ficus malæ, pessimi sunt saporis sic & hypocritæ sunt apud Deum abominabiles.

Matth. 6. 16.

6. Protoparentum nostrorum primum peccatum, quod in totam humanam progeniem æternam derivavit maledictionem, sub arbore ficus in paradyso terrestri commissum fuisse, & sub hujus arboris umbra illos veritum manducasse pomum probabiliter satis asseritur, quia de Eva sacer chronista inquit: *Tulit de fructu illius & comedit, deditque viro suo, qui comedit, & aperti sunt oculi amborum, cumque cognovissent se esse nudos, consuerunt folia ficus & fecerunt sibi perizomata.* Perdita namque innocentia, & justitia originali se ab oculis Dei abscondi posse credebant, dum comparebant vestiri solijs ficus, sicut antea veste virtutis, & sanctitatis amicti fuerant: *Foliis ficulneæ peccatores se tamquam fraudis veste texerunt, ut conscientiam velarent. Ergo folia suspecta sine fructu. Tales vestes paradysi exules habent*, inquit S. Ambrosius. Enimvero quod Deus ficulneæ frondes, quibus se primi parentes vestierunt, tametsi asperæ, & rudes adeoque pœnitentiæ expressivæ essent, abominatus fuerit, vel ex eo satis deducitur, quod Deus illas deponi voluerit, submuniistratis ipsiem vestibus pelliceis, nam ut sacer textus ait: *Fecit quoque Dominus Deus Adæ & uxori ejus tunicas pelliceas & induit eos*, ut scilicet ostenderet, quantum abhorreret ab omni eo, quod vel solam hypocrisis continet umbram. Notandum autem qualiter protoparentes nostri culpam suam abscondere, seque de eadem purgare voluerint, quando Adamus in Evam, & hæc in serpentem conjecit scelus; hæc namque ipsissima est pessimæ hujus generationis proprietas. Prout S. Bernardus observat: *Frondium sycophantiis & verbis excusatoriis quam late extare & deinceps omnem posteritatem hæreditarium hypocrisis virus infecit? quem dabis de filijs Adam, qui quod est, non dico velit, sed vel patiamur videri?* ideoque S. Bonaventura hanc pertractans materiam, ubi ad hypocrisis essentiam pervenit, ita refolvit: *Hypocrisis sic definitur à Rabano; Hypocrita est qui vult videri quod non est, scilicet bonus, quæ alterius personæ representator. Item aliter definitur; hypocrita est qui vult videri bonus cum non sit.*

Protoparentes sub arbore fici transgressi sunt mandatum Dei. Gen. 3. v. 7.

S. Ambr. l. 15. in Luc. c. 22.

Gen. 3. v. 21. Peccatum suum foliis fici abscondere voluerunt.

S. Bern. ser. 42. in Cant.

S. Bonav. Cemilog. p. 2. sect. 30.

7. Ficus insuper, ut experientia docet, hanc pessi-

Ficus est

etiam simbolum ingratitudinis.

mam habet conditionem, ut quanto magis à suo fovetur agricultore; tanto magis insipidos ingratosque producat fructus, ideoque ingratorum exsitit typus, qui quanto majoribus ditati sunt beneficijs, tanto minorem exhibent retributionem, quis autem majus à Deo beneficium, lumenque obtinuit, quam hypocrita, qui exercitijs se applicat spiritus & pietatis, continua frequentat, tam corporalis, quam spiritualis misericordiæ opera, & nihilominus unicuique Hypocritæ dici potest: *Sicut tenebræ ejus ita, & lumen ejus.* Audite S. Gregorium: *Cum per accepta dona in sua laude se elevant, ipsis muneribus contra largitorem pugnant, inde quippe contra dantem superbiunt, unde amplius humiles ei esse debuerunt.* Nec mirum hanc arborem maledictam fuisse, siquidem immediate idem Sanctus contra dictos transgressores invectus subjungit: *Sed eos postmodum eo districtior sententia percutit, quo nunc superna bonitas & ingratos largius infundit, sitque eis amplitudo muneris, incrementum damnationis.* Sanctus insuper Matthæus dictam arborem ad Christi maledictionem subito exaruisse scribit: *Et arefacta est continuo ficulnea.* Nec enim pœnam divina differt justitia contra hypocritas, prout in Anania & Saphyra experti fuimus.

Ps. 138. 12. *S. Greg. l.* 8. *Mor. c.* 24.

Matth. 21. *v.* 19.

Hypocrisis comparatur fermento. *Gal.* 5. *v.* 9.

8. Quandoquidem vero hoc peccatum, prout suo loco videbimus latius, fermento in primis assimilatur, ideo nova quoque idipsum subito exterminandi nobis suadet ratio, quoniam *modicum fermentum totam massam corrumpit.* Insuper numquam Salvator noster ulli alteri arbori magis indignatus fuisse scribitur, quam ficulneæ, unde & alia quadam vice, cum eam fructibus nudatam offenderet, radicibus illius ferrum applicari jussit, penitusque succidi prout patet ex 13. cap. S. Lucæ, ubi quoque dum mentio incideret de quorumdam Galilæorum strage, per Pilatum facta, quorum sanguinem cum sacrificijs miscuerat impius

Christus singulariter arboti fici indignatus fuit.

præses, ita fermocinatur Salvator: *Putatis quod hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? Non, dico vobis, sed nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis; Sicut illi decem & octo supra quos cecidit turris in Siloe & occidit eos.* Ubi notandum, quod postquam Christus hæc subitanea mortis commemorasset supplicia, subito ficulneæ, quæ hypocritæ typus est, subnectat parabolam, inquiente Evangelista: *Dicebat autem & hanc similitudinem: Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua, & venit quærens fructum in illa, & non invenit, Dixit autem ad cultorem vineæ; Ecce anni tres sunt, ex quo venio, quærens fructum in ficulnea hac, & non invenio; succide ergo illam, ut quid etiam terram occupat?* quod repentinum supplicium Jobi correspondet Prophetæ dicentis: *Gaudium hypocritæ ad instar puncti*, siquidem, *in puncto ad inferna descendunt*; ideoque mox subditur. *Arefacta est continuo.*

Luc. 13. *v.* 2.

Ibid. v. 3.

Ibid. v. 4.

Ibid. v. 6.

Ibid. v. 7.

Job. 20. *v.* 5. *Job.* 21. *v.* 13. *Matt.* 21. *v.* 19.

Simonis Magi hypocritæ, punitio.

9. Memorabile in præsenti Simonis magi nobis deservit exemplum, qui tandem suscepto baptismo viam mandatorum Dei sincere se ambulare ostendebat; quem proinde Salmeron in hoc nobis representat discursu, dicens: *Tunc Simon & ipse credidit, & cum baptizatus esset, adhærebat Philippo; Intellige credidisse fictè, ut volunt multi patres, & præsertim Eusebius Cæsarienses, & Cyrillus Hierosol. inquit in proœmio Cath. suarum. Accesserat aliquando Simon magus ad hoc lavacrum, baptizatus est, sed non illuminatus, & corpus quidem lavit aqua, cor autem non illustravit Spiritu.* Prosequitur Salmeron. *Cum laudis avidissimus esset, ut tradit Beda, credere se quousque baptisma susciperet, simulavit, ut ab alijs in pretio haberetur, quo artes edendi signa disceret;* Romæ itaque divinam gloriatus est se esse virtutem, & Angelis se imperaturum, ideoque cœlum versus volare cœpit, primo supra nubes, ad Dei usque thronum se volatu suo fœliciter deventurum promittens, sed volantem subito infirmavit præcipitavitque oratio. S. Petri, vi cujus ex aëre corruens in terram pedes fregit, præque excessivis nimium doloribus & confusione ex altissima rupe in profundissimum corruit inferni barathrum.

Salmer. Tom. 12. *Tr.* 26.

Baron. An. 68. *n.* 13.

Quid significet ficum arefactam.

10. Mysteriosa autem illa sunt Evangelistæ verba dicentis: *Arefacta est*, per quæ docere voluit, quod omnem subito perdiderit humorem vitalem, & humido prorsus exuta fuerit radicali, quæ pœna interiorem Spiritus & devotionis ariditatem & sterilitatem denotat in anima illa, quæ huic est immersa vitio. Cui confirmando subservit nobis quædam Hugonis Cardinalis glossa, quam super illa instituit Ecclesiastici verba: *O præsumptio nequissima unde creata es cooperire aridam malitia, & dolositate illius? Sodalis amico conjungatur in oblectationibus, & in tempore tribulationis adversarius erit. Id est*, (exponit ille) *simulata sive palliata hypocrisis; cooperire aridam nequitiam, id est malitiam, quæ animam facit aridam, sine pinguedine Charitatis. Miratur, unde habeat ortum hypocrisis.*

Ecclı. 37. *v.* 3. *Ibid. v.* 4.

Hug. Card.

11. Ad tempus tandem vos reflectatis velim; in quo contra arborem hanc divinæ iræ fulmina evibrata fuerunt; postridie scilicet postquam Populus Hebræus magna ediderat æstimationis, honoris, obsequij & devotionis indicia in triumpho palmarum; qui quantam in his pompis foveret hypocrisin, per subsequentis septimanæ decursum patuit manifestissime; ad quod intendens S. Bernardus in hunc admirabundus prorumpit discursum: *O quam dissimile est; tolle tolle crucifige eum, ab illo; Benedictus qui venit in nomine Domini; quam dissimile; Rex Israël, & non habemus regem nisi Cæsarem? quam dissimile: Rami virentes & crux, flores & spinæ? cui prius sternebantur vestimenta aliena, ecce sais exuitur & fors mittitur super ea Væ tibi.* Quid igitur mirum si super ficulneam dictam, quæ generationem hanc fictam, simulatam, & ex hypocrisi compactam representabat generationem, tanta depluerit maledictio?

Notatur tempus quo Christus ficulneam maledicto arefecit.

S. Bern. ser. 2 *in Trium. Palm.*

DISCURSUS V.

ARGUMENTUM.

Dæmon, in Angelum lucis se transformans, multas per hypocrisin seducit animas, quas à Deo & fide apostatare facit, Quod pariter & Antichristus operabitur, diaboli primogenitus.

THEMA.

Ipse Satanas transfigurat se in Angelum lucis.
2. Cor. 11. v. 14.

Hypocritæ raro verè pœnitent.

1. APostolus de quibusdam lamentans, qui se Apostolicos jactabant, ut populum seducerent inque suam attraherent sequelam, ita fermocinatur, atque discurrit: *Non mirum; ipse enim Satanas transfigurat se in Angelum lucis; non est ergo magnum, si ministri ejus transfigurentur.* Quod hominum genus Tertullianus his maxime notabilibus perstringit verbis: Quorum *individua cum diabolo amicitia est, quorum pœnitentia numquam fidelis.* Quamvis enim peccatores alij pariter cum dæmonio fœdus ineant, nihilominus per pœnitentiam multoties contra eum rebellant; ast tale quid numquam ab hac perversa sperari potest generatione *quorum pœnitentia numquam fidelis:* Numquam illi à dæmonio separantur; *quorum individua cum diabolo amicitia est.*

Tertull. de Pœnit. n. 6.

Cur in initio quadragesimæ specialiter moneamur cavere hypocrisin.

2. In quadragesimæ Exordio Ecclesia Sancta per Spiritum Sanctum directa, ex Christianorum cordibus hypocrisin penitus depellere conatur, quando illis in primo Evangelico proponit dicens: *Nolite fieri sicut hypocritæ.* Cur etenim non potius mentibus nostris imprimere satagit memoriam mortis, ut ijsdem tanto tenacius hanc insculpat maximam: *Memento homo quia pulvis es?* cur non potius contra gulam, carnem aut vanitatem gaudiorum, deliciarumque mundialium, quæ paulo ante universale possederunt imperium, sacram instituit dirigitque armaturam; quæ proportio esse potest inter pœnitentiæ principium, & hypocrisis exilium? respondet Divus Antonin. in hæc verba: *Primum vitium à quo Ecclesia in principio quadragesimæ docet abstinere, est hypocrisis. Ratio est, quia hypocrisis est impeditiva fructus pœnitentiæ, ad quam inducere intendit Ecclesia in illo tempore; fructus enim pœnitentiæ est remissio culpæ & adeptio gloriæ, secundum illud: Pœnitentiam agite, appropinquavit enim in vobis regnum cœlorum, sed hoc aufert hypocrisis.* Qui idem Sanctus paulo post de diabolo, in sua semper malitia & impœnitentia obstinatissimo tractans ad idem taliter discurrit intentum. *Magnus hypocrita est diabolus, ut ait Apostolus 2. Cor. 11. ipse se transfigurat in Angelum lucis visibiliter, & invisibiliter. Visibiliter dum sumit speciem sanctitatis, in qua corporaliter apparet, sanctus æstimatus persuadet malum.* Ita quondam Sancto apparuit Antonio in figura Christi Novitio cuidam in specie sanctissimæ virginis; multisque alijs in figura Angeli boni. *Invisibiliter* (dum prosequitur Sanctus) *dum suggerit malum sub specie virtutis.*

S. Antonin. summ. Th. p. 2. *Tit.* 4. *c.* 7. §. 1. Quia est impeditiva pœnitentiæ.

S. Antonin. ibid. §. 2.

3. Certissimum est, Satanam sub horribilis Draconis nomenclatura nobis repræsentari à S. Joanne dum ait: *Projectus est draco ille magnus, serpens antiquus qui vocatur diabolus & satanas, & projectus est in terram.* Ex empyreo namque in terram tanto corruit impetu, ut

Hypocrita similis est Angelo Sathanæ.

Apoc. 12. *v.* 9.

ut ejus aperuerit & penetravit centrum, ubi abyssus est, dicente Spiritu Sancto: *Tenebræ erant super faciem abyssi*; infernus igitur caligine tenebris & igne, lucis experte repletus est; & nihilominus *transfigurat se in Angelum lucis.* Quo autem titulo eumdem spiritum infernalem cœlestis affecit Magister? titulo fulguris, dum ait: *Videbam Satanam sicut fulgur de cœlo cadentem*, quia scilicet totum studium & industriam suam in eo collocat, ut suam occultet malitiam, unde venerabilis Beda dicit: *Quod autem ait sicut fulgur vel præcipitem de supernis ad ima lapsum significat, vel quia dejectus adhuc transfigurat se in Angelum lucis.* Cui simillimus quicumque est hypocrita, dæmoni indissolubiliter confœderatus, quem Bellovacensis proinde sequenti depingit colore: *Similis est Angelo Satanæ qui se transfigurat in Angelum lucis, quia hypocrita extra sunt homines, sed intus sunt dæmonia; Angeli sunt in exteriori apparentia, sed interius sunt Angeli Satanæ in lucis Angelos transformati; ut decipiant homines simulata sanctitate.*

2. Cor. 11. *v.* 13.

Luc. 10. *v.* 18.

Beda ibid. in Catena.

Bellovac. Spec. morali p. 3. *l.* 3. *dist.* 10.

Diabolus in paradiso simulabat se amicum primorum parentum.

S. Bern. ser. 82. *in Cant.*

4. Certo certius, si primi parentes nostri sibi lucifernm consultorem esse intellexissent, numquam nec pomum attrectare, nec aures suggestui præbere præsumpsissent, utpote quem Dei & hominis noverant inimicum; deluti itaque fuere, quia consilium hujusmodi credebant syncerum, & à bono derivatum amico, ideoque S. Bernardus ait: *Quam incongruæ simplicitati duplicitas admiscetur? quam indigne tali fundamento talis structura committitur: Hujusmodi sibi versutiam serpens induerat, cum se, ut deciperet, consiliariam exhibebat, simulabat amicum.*

Baron. An. 395. *n.* 82. Stupenda historia ejusdam hypocritæ.

5. Innumerabiles vero per hypocrisin, cum notabilissimo fidei nostræ dispendio astutus seduxit serpens; & alijs quidem inter historias hæc sequens in Annalibus traditur Ecclesiasticis. Quidam enim, ex patria oriundus Bituricensi, cum aliquando in Sylvis ligna fecaret, opera Spiritus maligni apinm exercitu circumdatus, annisque duobus tamquam fatuus ab omnibus habitus fuit; quibus elapsis, per vicinas discurrens civitates, in Provinciam se contulit Arelatensem, ubi pellibus vestitus, religiosi instar orabat, quando & à dæmonio concitatus, divinare, seu vaticinari cœpit; verumtamen ut impietatum suarum ampliaret progressum, relictis hisce locis in Gabalitariam abijt, dictitans, & divulgans se Christum esse, ubi in societatem suam quamdam assumpsit mulierem, quam suam asserebat sororem esse, cui & nomen Mariæ imposuit. Hic igitur innumerabilis ad eum concurrit populi multitudo, infirmos ante pedes ejus collocantis, quos impius vel solo multoties sanabat attactu; vestes ei, argentum, aurumque populi deferebant in abundantia, quæ omnia ille ut tanto facilius decideret incautos, dispensabat in eleemosynam inter pauperes. In terram prostratus ferventes se simulabat cum dicta muliere ad Deum fundere orationes, quibus finitis se erigens, circumstantibus se adorandum exhibebat. Eventus prædicebat futuros, alijs infirmitatem, damna honoris & substantiæ alijs, pacis salutem, omnia operans per artes diabolicas. Atque in errores suos innumerabilem pertraxit multitudinem, non modo infimæ conditionis homines sed & sacerdotes, sequelam nactus trium millium hominum & amplius; quorum potentiæ innixus peregrinantes spoliare cœpit, acceptasque ab ijs vestes & pecunias distribuere inter inopes; quin & mortem minari Episcopis & civibus, qui cum hominem asserebant vilem, omnique indignum cultu. Bellum itaque Aurelio indixit Episcopo Bellovacensi, jamque non paucos suorum præmiserat, qui nudi saltantes & ludentes, proximum Messiæ sui assignarent adventum; quo spectaculo conterritus Episcopus, aliquot ablegavit prudentes sapientesque viros, ut mentem intelligerent advenientis, quando ipsemet in persona supervenit impius, ad quem dum Episcopi legatus accederet, se humillime inclinans, genua ejus exosculari se velle simulavit, quando mox impius eum apprehendi & spoliari jussit, sed ille dexterior evaginato gladio Propheram deportorem in minutissima secuit frusta; moxque omnes ejus dispergi & evanescere cœpere adhærentes; Maria autem tormentis subjecta, omnia mirabilia per artem & præstigia diabolica cum operatum fuisse professa est; nihilominus sequaces ejus suæ insistentes perfidiæ atque pertinaciæ, hypocritam istum pro Christo Martyrizatum fuisse sustinere constanter. Totus hic S. Gregorij Turonensis est discursus, à Baronio adductus.

6. S. quoque Hilarius modum describit quem Constantius Augustus ut multos sectæ suæ sibi conciliaret affectas, observavit, dum plurimos honoravit, blandicijs, beneficijsque affecit Catholicos, non ex benevolentiæ motivo sed ut ab orthodoxa eos apostatare faceret: fide sed modum obscuro, quo ejus fictionem reprehendit, ex proprijs sancti viri verbis intelligatis velim. Ait igitur: *Christum confitetur, ut neget; virtutem procurat ne pax sit; hæreses comprimi ne Christiani sint; sacerdotes honorat, ne Episcopi sint, Ecclesiæ tecta struit, ut fidem destruat; nulla gravior jactura, quam sub religionis specie Christum opprimere:* Moxque ad eumdem conversus, Christi ipsissimet armis, nomen & religionem sacram ipsum oppugnare ostendit in hæc verba: *Osculo sacerdotes excipis, quo & Christus proditus est: Caput benedictioni submittis, ut fidem calces, convivio dignaris, ex quo Judas ad proditionem egressus est; quæ tua sunt relaxas, ut quæ Dei sunt amittantur. Hæc tua falsa otia indumenta sunt. Longeque periculosiores fuere impetus quos in naviculam Petri fecit per hypocrisin, quam per apertas tyrannes persecutiones;* Quoniam rupes quæ non videntur, neque timentur, longe periculosius excidium creant navibus.

S. Hilar. lib. cont. Constantium Augustus plus nocuit Ecclesiæ Dei sua hypocrisi, quam gladio.

7. Notabilem quemdam nostroque peraccommodum propositio in Apocalypsi reperio textum, dicente S. Joanne: *Et cum aperuisset sigillum quartum, audivi vocem quarti animalis dicentis; veni & vide, Et ecce equus pallidus; & qui sedebat super eum, nomen illi mors, & infernus sequebatur eum, & data est illi potestas super quatuor partes terræ, interficere gladio, fame, & morte, & bestijs terræ.* In qua visione persecutiones afflictæ Ecclesiæ per hypocritas inferendæ prædictæ fuere juxta sententiam Hugonis Cardinalis ita discurrentis: *Quos tandem diabolus in Ecclesiam introduxit, & per eos domesticos ejus secretius & familiarius turbare tentavit, unde & periculosius; quando enim vidit diabolus quod nec per apertas tribulationes, nec per apertas hæreses proficere potuit, sed per has Sanctam Ecclesiam robustiorem & cautiorem reddit, fratres in hypocrisi ambulantes subintroduxit vulpes scilicet subdolas ut latenter demoliantur vineam Domini.*

Apoc. 6. *v.* 7. Afflictiones Ecclesiæ inferendæ designatæ fuerunt per equum pallidum id est hypocrisin. *Hug. Card. ibi.*

Baron. An. 345. *n.* 5. Julianus Apostata fuit Ecclesiæ pernitiosissimus sua hypocrisi.

8. Quis Ecclesiæ perniciosior extitit, quam Julianus Apostata, à satana in principale electus instrumentum ad concutiendam Apostolicam navim? Sacrilegus iste ut Constantij sese gratiæ insinuaret, capillos sibi abscindi fecit; Clericatum assumpsit, sacros populo colligebat libros, qui ab unguiculis à gentili quodam viro in paganismo eruditus fuerat, verumtamen ne ullam Imperatori ingereret suspicionem, in religionis Christianæ operibus sese exercebat, templa ædificando, & martyres honorando; interim & cum incantatoribus, magis negromanticis famosioribus conversabatur familiarius, ea tamen semper circumspectione, ut sub pelle ovina rapacitatem obtegeret lupi.

Hypocritæ, sunt infideles.

Ps. 11. *v.* 1.

S. Hier. ibi.

9. Lamentabiliter aliquando ingemuisse legitur Psalmista, quando ad divinam conversus majestatem in hæc prorupit verba: *Salvum me fac Domine quoniam defecit sanctus, quoniam diminutæ sunt veritates à filijs hominum.* Ubi S. Hieronymus legit: *diminuti sunt fideles, regnant infideles.* Quinam isti sunt regnantes infideles? si eos hypocritas esse dicerem, fidem negaretis verbis; nisi probatione veritatem deduxero. Sciendum itaque quod dum Sanctus Matthæus de illis tractans dicit: *Dividet eum, partemque ejus ponet cum hypocritis*, S. Lucas idem commemorans astruit: *Partem ejus cum infidelibus ponet.* Quod vero David ijs qui sanctitatem simulant loqui voluerit, ex hoc sequenti patet versu: *Vana locuti sunt unusquisque ad proximum suum, labia dolosa in corde, & corde locuti sunt.*

Matth. 24. 51. *Luc.* 12. *v.* 46. *Ps.* 11. *v.* 3.

D. Chrys. Hom. 74. *in Matth.*

10. D. Chrysostomus in quadam homilia sua ad quintum S. Joannis alludens caput, ubi hæc leguntur verba: *Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab invicem accipitis*, ita nostrum quoque confirmat intentum; *Causam exposuit quare non crediderunt, quia hypocrisi & iniquitate referti erant.* Si vero mihi objeceritis hypocritas neutiquam infideles dicendos esse, quia sacrificia offerunt, eleemosynas dispensant, jejunia & orationes instituunt, dieque toto sanctum invocant Dei nomen. Respondeo ego quia *nomen habent, quod vivant, & mortui sunt.* Recta in ijs deficit intentio, quam primo omnium loco exigit fides. *Hæc via illorum scandalum ipsis, & posteæ in ore suo complacebunt*, Ubi S. Augustinus legit: *fit posteæ in ore suo maledicent. Nomen Dei, & nomen Christi audis in labijs, in corde non invenis*, de *quibus dictum est: Populus*

In hypocritis deficit intentio bene operandi, & hinc vivi mortui sunt. *Apoc.* 3. *v.* 1. *Ps.* 48. *v.* 14. *S. Aug. ibid. Com.* 2.

Cur comparentur ovibus, in inferno positis.

palus hic Iabijs me honorat, cor autem eorum longe est à me. Notandum autem quod postquam Psalmista dixisset: *Posthea in ore suo complacebunt*, mox subjungit dicens: *Sicut oves in inferno positi sunt.* Sed quare obscero hypocritæ in infernum præcipitati ovibus potius, quam lupis assimulantur? ratio est, quia *veniunt ad vos in vestimentis ovium*, quia autem cum dæmonio confœderationem habent. Omnino conveniens est ut in ejusdem quoque ipsis præparato degant hospitio.

Psal. 48. v. 14. *Ibid. v. 15.* *Matth. 7. 15.*

Matth. 24. 51. *S. Antoninsum. Theol. Ibid. §. 2.* Antichristus erit insignis hypocrita.

11. S. Antoninus proinde sequentia Matthæi verba: *partem ejus ponet cum hypocritis*, ita interpretari non dubitat: *Id est, cum dæmonibus*, quasi idem esset dæmonium & hypocrita. Qui idem quoque Sanctus Antichristum detestabilem satanæ ministrum pelle pariter ovina vestiendum esse tradit, dum ait: *Pessimus ille hominum Antichristus maxime cum hypocrisi decipiet.* Gujus stygij monstri fictio & tyrannis in illis Jobo verbis prædicta fuit: *Regnare facit hominem hypocritam.*

Job. 34. 30. *Glossa. Lyran.*

Utpote quæ verba Glossa & Lyranus de Antichristo exposuerunt, præterquam quod Sanctus Gregorius dictum textum ita interpretetur: *In eo quod dicitur, qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi, potest ipsum omnium hypocritarum caput Antichristus designari. Seductor quippe ille tunc sanctitatem simulat, ut ad iniquitatem trahat; Annon ejus membra sunt qui per affectata sanctitatis speciem apparent videri quod non sunt, ille namque principaliter hypocrisin sumit, qui cum sit damnatus homo, & nequam spiritus, se Deum esse mentitur sed procul dubio ex ejus nunc corpore prodeunt, qui iniquitates suas sub tegmine sacri honoris abscondunt, ut professione videri appetant quod esse operibus recusant.*

S. Greg. l. 25. Mor. c. 14.

12. S. Bernardus in quodam super Cantica sermone, hypocritas, secundum exteriora, se Christi quidem sequaces esse, in animo autem & mente Antichristi mancipia veraciter se probare ostendit, dum ait: *Ministri Christi sunt, & serviunt Antichristo.* Quin & discipulus in sermone super Dominicam octavam Trinitatis rationem indagat, quare benignissimus Salvator tanta cum severitate hypocritas, non vero reliquos redarguerit peccatores; moxque propositioni per aliorum satisfacit sequentia verba: *Ideo quia sunt proditores, simulantes se esse ex parte Dei, & sunt ex parte diaboli; Videntur esse amici sunt inimici, & ideo multum possunt nocere Ecclesiæ Dei, unde hæretici per hypocrisin homines decipiunt, & Antichristus qui erit caput malorum, per hypocrisin homines decipiet.* S. Hilarius quoque in libro contra Constantium Imperatorem eumdem similiter Antichristum appellat inquiens: *Pugnamus contra persecutorem faventem contra constantium Antichristum.*

S. Bern. ser. 33. in Cant. Hypocritæ sunt proditores Christi. *Discipulus ser. 100. in Dom. 8. post. Trin.*

S. Hilarius ibid.

13. Enimvero si prima principia examinare voluerimus omnium hæresium, quæ in Ecclesiam Dei introductæ fuerunt, easdem ut plurimum à talibus personis feminatas & nutritas fuisse inveniemus, quæ sanctitatem, & Catholicæ religionis zelum simulatorie præ se tulerunt. S. Bernardus in eodem *sermone 33. super Cantica* illud Propheticum oraculum de Ecclesia adimpleri dicit: *Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Amara prius in nece martyrum, amarior post in conflictu hæreticorum, amarissima nunc in moribus domesticorum.* Hæc enim ultima persecutio omnium aliarum est truculentissima, alluditque ad eos, qui sub perfectionis & sanctitatis specie suam occultant malitiam; hæc enim tempestas, & stratagema est insignæ dæmonis contra fidem; Unde idem mox subjungit Sanctus. *Sed inquam in pace? & pax est, & non est pax; pax à paganis, & pax ab hæreticis, & non profecto pax à filijs vox plangentis in tempore isto; filios enutrivi & exaltavi, ipsi autem spreverunt me. Spreverunt & maculaverunt me à turpi vita, à turpi quæstu, à turpi commercio, à negotio denique perambulante in tenebris.* Quod autem sit negotium hoc in tenebris consummatum, quo Ecclesia se contaminatam lamentatur, idem ostendit Sanctus dum ait: *A negotio perambulante in tenebris, quod est hypocrisis, etenim ista de ambitione descendit, & in tenebris habitatio ejus, quippe absconditur quod est, & quod non est mentitur; negotiatur autem omni tempore, formam retinens pietatis; ad sese occultandam, virtutem autem ejus vendicans & emens honores.* Singulariter autem notandum est, quod Psalmista immediate subnectat dicens: *Ab incursu & dæmonio meridiano;* quia nimirum hypocrisis dæmonium sibi socium individuum habet, cumque eo incessanter negotiatur, cum innumerabilium animarum jactura; quemadmodum & filius dæmonis primogenitus Antichristus, per hanc eamdem hypocrisin innumerabiles seducit animas, *Utpote homo peccati & filius perditionis.* Ad quam veritatem Albertus Magnus se reflectens ait: *Spiritus manifeste dicit, quod in novissimis diebus discedent quidam à fide.* Sed qualiter putatis hanc perversionem tempore Anti-Christi executioni mandandam esse: *Attendentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium.*

Hypocrisis, habet dæmonium individuum socium. *Ps 90. v. 6.*

2. Thess. 2. v. 3. *Alb. Magn. in cap. 23. Matth.*

DISCURSUS VI.

ARGUMENTUM.

Hypocritæ specialiter in potestate sunt dæmonis, cui indissolubiliter alligati, stygia sunt præda.

THEMA.

Vos ex Patre diabolo estis. Joan. 8. v. 44.

Hypocritæ, sunt progenies diaboli.

1. Magister noster Pharisæos & Scribas hypocritas reprehensurus, eos diaboli nuncupat progeniem, inquiens: *Vos ex patre diabolo estis*, quorum etiam impietatem apud Matthæum per octo maledictiones in totidem *Væ* contentas reprehendit; ad quod S. Anselmus se reflectens, ita de hac pestima hominum scribit generatione: *Sunt una civitas diaboli & unum corpus diaboli.* Id quod in progressu hujus discursus manifestius patebit, ubi quantum hypocritæ diabolo inviserati sint, ejusque subjecti tyrannidi, fusius probabimus. Et in primis quidem recordabimini illius, quam S. Joannes terribilem habuit visionem de quodam dracone, qui tertiam stellarum partem sua post se cauda attrahebat: *Et ecce draco magnus, . . . cauda ejus trahebat tertiam partem stellarum cæli & misit eas in terram*, sane si mysterium hujus intelligere voluerimus, ad Sanctum Gregorium recurramus oportet dicentem: *Stellas in terram trahere, est eos, qui videntur studio vitæ cælestis inhærere, ex amore terreno iniquitate aperti erroris involvere. Sunt namque nonnulli, qui ante humanos oculos velut magnis operibus lucent, sed quia hæc ipsa opera à mundo corde non prodeunt, captis in occultis cogitationibus noctis hujus tenebris obscurantur, qui sæpe ea, quæ mundo corde non faciunt, etiam opera amittunt.* Nec draco hic in attrahendis stellis multum desudasse scribitur, non suos adhibuit rictus, non venenum pestiferum, sed solam caudam, cauda eos trahebat; hypocritæ namque adeo subjecti sunt tyrannidi diaboli, ut ad quoslibet ei obediant nutus. Sanctus quidem Petrus Apostolus antiquum nobis adversarium exhibet prorsus inquietum, laboriosum, circumquaque discurrentem, ut animarum faciat prædas: *Adversarius vester diabolus, tamquam Leo rugiens, circuit, quærens quem devoret*; Verissimum enim est quod ad hoc ut alios peccatores deprædari possit, dæmon magnopere laboret & huc illucque circumeat necessum sit; at vero hypocritas semper ad suum arbitrium paratos habet, in ijsque velut in centro suo dormit; & requiescit adeoque illos illaqueatos tenet, ut fugam aut liberationem illorum nequaquam timeat.

Apoc. 12. v. 4. Designati per caudam magni draconis, *S. Greg. l. 4. Mor. c. 14.*

1. Petr. 5. v. 8.

2. Sanct. Propheta Job eumdem malignum spiritum sub nomine & specie Behemoth nobis repræsentat, dum ait: *Sub umbra dormit in secreto calami, in locis humentibus; circumdabunt eum salices.* Sanctus Gregorius hujus arboris proprietatem his verbis manifestat: *Infructuosæ quidem arbores sunt salices; sed tamen tantæ viriditatis sunt, ut arescere vel abscissæ radicitus & projectæ vix possint.* Enem quam bene hi salices hypocritas præsignificant? hi enim per exteriorem apparentiam bonorum operum viriditatem intus divinæ gratiæ vita vegetari & vivere videntur, cum tamen revera mortui sint; Calami pariter hypocritas ad vivum representant, quia hi exterius quidem splendent, & pulchri esse videntur; cum tamen interius vacui sint, & inanes, nec ullam habeant stabilitatem & subsistentiam; inter hos igitur calamos, & salices dæmon requiescens, somnum suum capit, id est, in animabus fictis & hopocritis centrum suum possider. Apud Sanct. Lucam Salvator noster de dæmone quodam adeo inquieto mentionem facit, ut nullibi quietem reperire posset: *Cum immundus spiritus exierit de homine; ambulat per loca inaquosa, quærens requiem, & non inveniens, dicit: Revertar in domum meam unde exivi, & cum veneris, inventa eam scopis*

Job. 40. v. 16. *S. Greg. l. 33. mor. c. 6.* Hypocritæ similes sunt salicibus & Calamis.

Luc. 11. 24.

S. Bern. ser. 2. de Assumpt.

pis mandatam & ornatum. Circa quæ verba merito quærendum venit, qua ratione dæmon in animam hanc mundatam, purificatam, nec non virtutibus Christianis & operibus bonis adornatam aditum habere potuerit? Sed audite Sanctum Bernardum ad id his verbis respondentem: *An verò aliud est, quam fictio execranda, si peccata superficie tenus radas, non intrinsecus eradices?* animam adpræsentabat hypocritam quæ se secundum apparentiam securam & mundam esse ostentat, interius autem nequaquam talis est in substantia; ideoque dicitur: *scopis mundatam*, quia scilicet anima talis secundum solam apparentiam pura est, quia nimirum scopæ solam purificant superficiem; ideoqae tales homines merito a Deo & divina gratia derelicti sunt, inque dæmonis sunt constituti potestate. *Quod si nequaquam Spiritus disciplina, subditum manifeste peccatoris corpus inhabitat, fictum utique non modo declinat, sed & effugit atque elongatur ab eo.*

Hypocrisis multa post se trahit vitia. *Ibid. v. 26.*

Ut autem cœlestis magister plenius ostendat, quot quantisque catenis hujusmodi anima rea constringatur a diabolo, immediate subjungit dicens: *Tunc vadit & assumit septem alios spiritus secum, nequiores se, & ingressi habitant ibi.* Supra quem proinde textum S. Bernardus hunc instituit discursum: *Certus esto, quantam pullulabit uberias, & emundatam seu vacantem domum cum nequioribus spiritibus septem, qui ejectus fuerat hostis malignus intrabit.* Qui autem hi septeni sunt spiritus maligni, nisi septem vitia capitalia hypocrisi affociata? alios inter textus hujus expositores id ipsum textificante V. Beda dum illam præ reliquis particulam, *nequiores*, examinans dicit: *Quia non solum habebit illa septem vitia, quæ septem spiritualibus sunt contraria virtutibus; sed etiam per hypocrisin ipsas se virtutes habere simulabit.*

V. Beda ib.

3. Commune S. Augustini de hoc vitio tractantis hoc circumfertur axioma: *Simulata æquitas non est æquitas, sed duplex iniquitas.* Quam eamdem veritatem alijs licet verbis infinuat dum ait: *Sunt septem simulationes, quæ virtutes esse se simulant & mentiuntur, quæ ideo sunt nequiores vitijs apertis, quia majorem habent malitiæ perversitatem.* Singulariter autem in præsenti notanda sunt verba illa: *habitant ibi*; quo stabilitatem & permanentiam denotant, quia scilicet dæmon pro domo atque habitatione sua animam habet fictam atque hypocritam.

S. Aug. Anima ficta & hypocrita, est domus diaboli.

Cor hypocritæ, plenum est diabolica malitia. *Act. Apost. 5. v. 3.* Pater in Anania.

4. Quando Sanctus Petrus contra Ananiæ fictiones qui medietatem bonorum suorum ad pedes deferebat Apostolicos, residuo fraudulenter reservato, excandescebat, iracundus Spiritusque Sancto agitante plenus respondisse scribitur: *Cur tentavit satanas cor tuum, mentiri te Spiritui Sancto?* Ubi Græcus & versio Syriaca legunt, *implevit cor tuum.* Quia scilicet dæmonio & diabolica malitia plenum est cor, quod virtutem fingit & pietatem; omnesque tales Spiritui Sancto se odibiles constituunt, quia, ut diximus, *Spiritus Sanctus disciplinæ effugiet fictum.* Quis equidem in Schola Christi majorem simulabat hypocrisin quam Judas, qui per trium annorum decursum inter Apostolos & 72. discipulos se noverat abscondere, suamque tegere nequitiam? sed observastisne unquam, qualiter incarnata Sapientia de ea locuta fuerit? non dicit ipsum dæmonio subditum esse, ejusque adimplere voluntatem in impietatibus suis, sed: *Unus ex vobis diabolus est*, quasi una eademque res esset hypocrita cum inimico infernali, ita Judæ cor, centrum erat diaboli. *Cum diabolus jam misisset in cor ut traderet eum*; Ideoque dæmon quidquid vellet circa eum disponebat.

Sap. 1. v. 5. Et Juda. *Joan. 6. v. 71.* *Joan. 13. v. 2.*

Drogo de sacram. Domin. Passionis, Corpus Satanicum sunt, qui peccatis pleni, pietatem fingunt.

5. Drogo in tractatu *de Sacramento Dominicæ passionis* execrandum Judæ considerans exitum ita discurrit: *Crepuit medius, ubi fides erat satanæ, crepuit ergo vas contumeliæ, quia non erat de vasis figuli, quæ probantur in fornace*; Qui author paulo ante Absalonis præmiserat exemplum, qui osculo pacis, subditos ad bellum, contra regem patrem suum, invitare & extimulare fatagebat: Ait enim: *Absalon patris pax, ipse est Judas, & quicumque in pace Christo est amaritudo amarissima. Ave Rabbi. Voce, & osculo patri pacem ferebat, ore suo benedicebant, & corde maledicebant. Homo*, inquit, *pacis meæ; in quo sperasi, magnificavit super me supplantationem; amus est, & multi sunt. Ecce Absalon, Ecce Judas, Ecce corpus Satanæ.* Ubi corpus satanicum eos appellat, qui bonitatem, & pietatem fingentes, postmodum cum mortalibus culpis & offensis contra Christum eriguntur. Et licet Simon de Cassia longe minus asserierit, dum hypocritas diaboli appellat pictores, nequaquam tamen in præsenti præterendus est, dum hoc insigne verbis sequentibus tradit consilium: *Nolite hypocritis similes fieri, qui sunt pictores Diaboli, periti sua doctrina in arte pingendi. Non enim pictores, cum aliquam ex adverso subjectis coloribus coloribus colunt formare imaginem, de interioribus curant, quomodo stomachus, cor, pulmo, jecur que loceniur, aut qui forte nigredinem cætera disponantur, sed dumtaxat qualiter exteriora intuentium oculis aptiora reddantur. In similitudinibus autem non veritas simulata, sed potius fastus inveniter & virtus, non similitudo, veris certaminibus sit in votis.*

Simon. de Cassia. l. 10. c. 36. Tales, sunt pictores diaboli.

6. Seniores populi in Babylonia Judices teste Daniele, honestatem castæ Susannæ non modo maculare attentarunt, sed & insuper postquam repulsi essent, fœdis adeo illam affecerunt calumnijs, ut simulatione dexterrime ficta atque occultata triumphassent, nisi Spiritus per Propheram Danielem impietatem manifestasset. Ubi S. Zeno nequaquam nos admirari debere asserit siquidem in fictis illis falsisque judicibus diabolus loquebatur. *Non respexit castitas* (inquit ille) *quid falsi testes diterent, non qualiter diabolus infamaret*; Moxque de Susanna tractans subjungit: *Ibat ad supplicium non adulterum corpus, sed quod infamaverat diabolus.*

Dan. 13. Senes Babylonici fuerunt hypocritæ.

S. Zeno de Daniele. ser. 9.

7. S. Antonius de Padua in sermone super illa Christi verba: *Venient ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces*, ita discurrit: *Quæ convenitio Christi ad Belial? ovis ad lupum? Ovis in veste lupus in mente.* In cujus confirmationem illam libri tertij regum adducit historiam, ubi uxor Jeroboam, ne à Prophera cognosceretur habitum mutasse scribitur; cui merito Propheta exprobravit; *Quare aliam te esse simulas?* eamdemq; in sensu morali ita ad nostrum applicat propositum: *Jeroboam interpretatur divisio populi. Hic est falsus religiosus, qui in ovem & lupum divisus, divisionem & discordiam solet facere in claustris, & capitulis, est enim quasi Satan inter Filios Dei. Iste est, ut dicit Psalmista, negotium ambulans in tenebris.* Negotium hoc, prout in præcedenti asseruimus discursu, opus est diaboli & hypocrisis vitium.

Matth. 7. 15. *S. Ant. de Padua ser. in Dom 6. post. Trin.* *2. Reg. 14. 6.* Tegunt malitiam suam veste ovina.

Pf. 90. v. 6.

8. Sæpius alijs in locis illum capituli sexti Apocalypsis adduximus textum, in quo quartum sigillum apertum fuisse docetur; quem in præsenti repetere non piget, dum eum Dionysius Carthad nostrum in hæc verba accommodatissime explicat propositum: *In apertione quarti sigilli, per equum pallidum status Ecclesiæ tempore hypocritarum signatur. Hic equus est pallidus, quoniam designati sunt per eum, qui Christiane & sapientia quasi aurum se fulgere fingunt, sed simulatione pallescunt. Et infernus sequebatur eum, id est, æterna pœna morientem talem mox comitatur, sed & multi diaboli currunt post eum, & suæ dolositatis sunt comites & consortes.*

Equus pallidus, designat hypocritas. *D. Carth. Ap. 6.*

9. Enthimius, ut catechismus tradit historialis, quondam hujusmodi habuisse scribitur visionem de quodam agonizante monacho, qui impudicus quidem vixerat, sed in oculis vulgi magnam sibi compararat sanctitatis & honestatis famam; vidit itaque diabolum fuscinula ream è corpore eruere animam, subitoque vocem inaudijt cœlitus delapsam, quæ omnes ejus manifestavit inhonestates & fictiones. S. quoque Antoninus de simili quodam discurrens, cum in tanta refert apud omnes fuisse opinione, ut orationibus suis mundum conservare crederetur, à cujus ptoinde morte magnæ timebantur dependere ruinæ; sed successum audiatis velim ex ipsiusmet S. Archipræsulis verbis: *Qui hypocrita erat, visus est in morte à quodam Sancto, quod dæmones advenirent pro anima ejus, & dictum fuit ten eorum: Educ miseram illam animam de corpore per violentiam, & qui nunquam passus est me quete habitare in ea, propter hypocrisin suam; sic cum violentia & inquietudine ducatur ad inferna; subito tanus dæmonum emisit uncinos ferreos per os ejus & eam maxima violentia illam de corpore extraxit, quam multitudo dæmonum sequebatur, verberando & cum magno impetu deducendo ad inferos.*

Cathech. Histor. Tit. 3. c. 10. n 7. Horrendæ pœnæ duorum hypocritarum.

10. S. Joan. Climacus, ut nos ab hoc infernali præcipitio præserver, sequens nobis salutare dat Consilium: *Caveamus ab hypocrisis practipitio, & fabdolæ versatæque calliditatis luce, attenti ad dictum illius, quoniam qui malignantur exterminabuntur, & quemadmodum olera herbarum cito decidentshujusmodi enim sunt pabulum dæmonum.*

S. Joan. Clim. Grad. 12. n. 5. Sunt pabulum dæmonum.

11. S. Gregorius in dialogis suis quemdam personæ cujusdam, quæ tempore ejus vixit, cujusque ipse oculatus extitit testis, in hunc sensum enarrat eventum

S. Greg. l. 4. Dial. c. 38. Aliud tes-

DISCURSUS VII.

ARGUMENTUM.

Hypocrisis plurima habet sibi associata vitia, ideoque variæ ejusdem considerantur malitiæ.

THEMA.

A foris quidem paretis hominibus justi, intus autem pleni estis hypocrisi, & iniquitate. Matth. 23. v. 28.

Nobile exemplum cujusdam hypocritæ morientis.

Monachus igitur quidam magnum sibi acquisierat sanctitatis conceptum, modestiam, sanctitatem inque omnibus actionibus suis meram simulando virtutem & perfectionem; quæ tamen omnia nil nisi fictio erant, siquidem qui jejunium ostentabat, manducabat in occulto; hic igitur moriturus omnes ad lectum suum convocavit Monachos; *At illi*, verba sunt dicti S. Doctoris, *tali ut putabant viro moriente magnum quid ac delectabile se abeo audire credebant, quibus ipse afflictus & tremens compulsus est prodere, cui posti traditus cogebatur exire.* Et quando Cygni sperabantur affuturi, qui funerale prosequerentur, corvi apparuere; atque proinde hanc sequentem coram omnibus fecit professionem: *Quando me vobiscum credebatis jejunare, occulte comedebam, & esse nunc ad devorandum draconi traditus sum, qui cauda sua, mea genia pedoribus colligavit, caput vero suum intra os meum mittens spiritum meum ebibens extrahit.* Atque ita infœlix expiravit anima. Ubi S. Gregor. immediate ad institutionem nostram verba subjungit sequentia: *Ut liberare se pœnitendo potuisset, à Dracone quem viderat, expectatus non est.*

Flor. Exempl. Tom. 3. Tit. 39. c. 6. §. 4. Bern. Luxenb. in Historijs S. Domin.

12. Neque minus terribilem historiam in quodam fide dignissimo reperio authore, quem in historijs S. Dominici refert Bernardus Luxenburgensis; Nam in Diœcesi Brixiensi quondam tantæ vixit homo famæ & existimationis, ut S. Joanni Baptistæ propter innocentiam, & vitæ suæ austeritatem assimilari crederetur, ideoque ex provincijs varijs innumerabiles ad eum venerandum concurrebant homines, in veritate autem hæresi & hypocrisi infectissimus erat; objitque cum conceptu & opinione optima, cum qua vixerat; ast quia juxta infallibile Christi axioma, *nihil opertum, quod non revelabitur*; ideo animadverso errore ejus inquisito, postquam eum per testes sufficientes & sufficienter examinatos tamquam hæreticum condemnassent, de consilio & consensu Episcopi cadaver ejus effodi justum est; ut ossa impij in omnium conspectu comburerentur; quæ cum super ignem projecta essent, subito è manibus invisibilibus sublevari, inque aëre sustentari visa sunt, idque mediantibus dæmonijs. Populus itaque id Dei miraculum esse credens qui servum suum defendere intenderet, incandescens contra Episcopum ejusque ministros, & condemnationis executores, cum sententiam iniquam judicarent, eos interimere decreverunt; ideoque perterritus prælatus fugam inire statuit; sed à suis subito animatus, causam Dei fideique sanctæ propugnare statuit, inque eumdem finem sacrificium offerre agni immaculati, missam itaque celebravit in honorem virginis Mariæ, de qua Ecclesia cantat: *Cunctas hæreses sola interemisti in universo mundo*, sed quem tandem tragœdiæ hujus putatis fuisse exitum? *cum corpus elevaretur, ab Episcopo, dæmones in aëre exclamare auditi sunt, O Guido de Lacha, te hac usque quantum potuimus defendimus, sed amplius non possumus, quia major nobis adest.* Mox que *in ignem ossa ceciderunt, & combusta sunt, & sides ab omnibus exaltata, ex quo diaboli dolus facili negotio perpendi potest.* Deinde subjungit historicus: *Qui hæreticum hominem vita functum defendit, quo plures animas decipiat.* Nuntij qui Jobo servorum, armentorum, gregum, filiorumque interitum annuntiabant & mortem, dæmones fuisse creduntur, qui omnia hæc operati sunt, ut Jobum præcipitarent; unde ille qui domus insinuabat ruinam, sequenti scribitur usus fuisse Phrasi: *Ventus vehemens irruit à regione deserti, & concussit quatuor angulos domus, quæ corruens oppressit liberos tuos, & mortui sunt.* Quorsum namque necessum erat, ut quatuor dicerentur cecidisse anguli domus, sufficiebat enim: Universam ejus progeniem sub dicta ruina occubuisse asseruisse? respondet Origenes: *Tu videlicet es Spiritus ab eremo veniens* (ita dæmonem alloquitur) *tu quatuor angulos domus tetigisti, atque filiorum interneciones fecisti. Tu qui aliquando in hostes prædantes te transfigurasti.* Anguli hypocritarum sunt figuræ quia juxta observationem Evangelicam hypocritæ orationem instituunt in platearum angulis, ut videantur. Dæmon itaque hujusmodi angulos præ reliquis omnibus in terram detrahere conatur, id est hypocritas in angulis figuratos, eorumque vel maxime inhiat internecioni.

Job. 1. v. 19.

Origen. ibid.

Et quid de ejusdem ejus actum.

3. Per totum quatuor Evangeliorum decursus incarnata Sapientia nulli umquam peccatori tot tantasq; transgressiones & excessus quot hypocritæ exprobrasse scribitur, quando reliquis textibus omissis. 23. S. Matthæi eos viduarum asseruit & pupillorum esse fures, extorsiones multiplicare, perjuria iterare, plenos vivere immunditia, cæcos esse stultos, aliosque in infernum præcipitare. Nihilominus non fures, non traditores, non perjuros tot umquam legitur affecisse ignominiosis titulis, nisi solos, ut dixi, hypocritas, quia nimirum solum hypocrisis vitium omnia alia in se eminenter recludit flagitia: quibus proinde merito dicitur: *Pleni estis hypocrisi & iniquitate.* Subtiliter autem Hugo Cardinalis observat. Christum in citato 23. capite Matthæi octo principaliter in fictis simulatisque scribis reprehendisse vitia: *Primum est*, inquit ille, *exempli pernicies; secundum castri margia, sive spoliatio subditorum sub prætextu prolixæ orationis; tertium perversitas doctrinæ; quartum assertio falsitatis; quintum vitium cupiditatis; sextum & septimum simulatio sanctitatis; octavum pietas simulata*, qui idem visionem dictaque adducit Ezechielis verba: *Fode parietem, si quis conscientias scindet*, inquit ille, *multos vermes; multum famem inveniet.* Insuperque ad propositum nostrum illa Sancti Pauli ad Ephesios adducit verba: *Quæ in occulto fiunt ab ipsis turpe est & dicere.*

Hypocritæ solum solit sunt de exteriori apparentia.

Ps. 44. v. 14.

Matth. 23. v. 27.

Hug. Card. in Matth. 23.

Eph. 5. v. 12.

4. Salmeron de Simone Mago tractans, considerat, quod sicut Deus cum omni severitate fictionem punire voluit Ananiæ & Saphiræ, qui votum paupertatis simulabant: Ita in hoc impio fideles suos admonere voluerit, ne ad servitium Dei ejusque sequelam ficto accederent animo, cujus hanc assignat rationem: *Nam hypocrisis omnium vitiorum est seminarium atque fomentum, & omnium verarum virtutum extirpatio.* Quæ ultima verba cum quadam concordant Sancti Bernardi propositione dicentis: *Non est apud hypocritas virtutes colere; sed vitia, colore quodam quasi virtutis mimo.* Chrysol. quoque de hypocrisi tractans dicit, quod sit *virtutum fucus, tinea sanctitatis*, moxque subjungit: *crudeli arte virtutes truncat, mucrone virtutum, jejunium jejunij perimit.*

Salmer. Tom. 12. Tr. 26.

Hypocrisis est omnium virtutum extirpatio.

S. Bern. ser. 66. in Cant.

D. Chrys. ser. 17.

5. In tertio Apocalypsios capite in illa ad Episcopum Sardensem scripta littera folæ expressæ reperiuntur

Hypocrisis in se eminenter omnia includit vitia.

Cur nulla fiat Apoc. 3.

mentio ullius virtutis Episcopi Sardensis.

Apoc. 3. v. 1.

ibid. v. 1.

Matth. 23. v. 27.

Hypocritæ sunt sepulchra dealbata.

Levit. 19. v. 13.

Nequiter se humiliant.

B. Laur. Just. de Humilit. c. 13.

Auth. Imperf. hom. 45.

D. Chrys. Hom. 74. in Matth.

Comparantur sterquilinio, nive operto.

S. Greg. lib. 12. Mor. c. 25.

Gen. 6. v. 5.

Bellovac. Spec. mor. p. 1. l. 3. dist. 10.

Exemplum cujusdam Canonici.

S. Hieron. in Cat. Matth. 23.

Levit. 11. 13. Cygnus est aquilam, & gryphem, & cygnum. Neque hæ cygni carnes solum à mensa populi Jui arcebantur, verum etiam proscribebantur ab eorumdem sacrificijs; & tamen avis hæc bene considerata pulcherrima esse videtur; in plumis candidissima, in cantus harmonia amabilis & grata. Quodnam vero sub hac prohibitione lateat Mysterium Origenes manifestat dum ad simulationem & fictionem, quam Deus tantopere abominatur, alludens, inquit: *Cum albus sit foris, intus nigerrima carne cooperitur, quia animum sic solent & hypocritæ habere, qui cum castitatem exterius prædicant, intus deterrima labe laxuriæ maculantur.* Hugo Card. similiter ait: *Exterius in pluma habet albedinem, & interius in carne nigredinem.* S. Bonaventer pariter in quodam sermone Cygni adduceris similitudinem, ostendit qualiter hypocritæ, ne sua detegant peccata, neve bonum apud homines de ipsis conceptum obscurent; à sacramento confessionis plurimum adhorrere soleant: *Hypocritæ*, inquit, *ne videantur malè, nolunt sua peccata confiteri, sed ad modum cygni sub penna alba, id est, sub vitæ apparentia, occultam carnem nigram, id est animam habent peccatis infectam.*

simile hypocritarum.

Origen. ibid.

Hug. Card. ib.

S. Bonav. ser. 1. de S. Mare.

S. Bonav. Centiloq. p. 1. sect. 30. Designantur per Pardum.

9. Idem quoque Seraphicus Doctor in alio quodam loco ex S. Gregorio vitium hoc in Pardo designari his verbis dicit: *Pardus in Daniele habet quatuor alas: Hypocrita habet quatuor species. Prima est jactantia de bono manifesto; secunda simulatio de bono occulto; tertia excusatio de malo manifesto; quarta dissimulatio de malo occulto.* Quando Regius Psalmista ex instinctu Spiritus veritatis omnem hominem labilem & peccatis subjectum esse pronuntiat, hac utitur phrasi loquendi: *Omnis homo mendax*; idque quia ut S. Joannes Climacus de hypocrisi scribit: *Hypocrisis est parens mendacij, sæpe etiam argumentum ex materia; sunt enim qui docent hypocrisin nihil aliud esse, quam excogitationem seu meditationem, adeoque opificem mendacij; quæ conjunctum secum habeat, & coæquam mendactam.* Apud Ecclesiasticum superbia omnis culpæ fons & origo esse dicitur: *Initium omnis peccati est superbia.* Circa quæ verba S. Augustinus in Epistola quadam inquit: *Horum autem morborum mater superbia est, & humanæ laudis aviditas, quæ etiam hypocrisin sæpe generat*; est igitur vitium hoc velut primogenitus superbiæ partus. Non enim hypocrita ad propriam respicit salutem, nec ad Dei cultum, nec ad virtutis exercitium, sed omne studium suum eo dirigitur, ut existimationem & gloriam mundanam apud homines sibi acquirat. Unde S. Gregorius ait: *Mens hypocritæ nihil aliud in omni quod agit nisi opinionis suæ gloriam cogitat, nec curat quo post per meritum ducitur, sed quid interim dicatur.*

Psal. 115. v. 11. Est parens mendacij.

S. Joan. Clim. Grad. 12. n. 3.

Eccli. 10. 15.

S. Aug. Epist. 64.

S. Greg. l. 22. Mor. c. 27.

10. Quando Scribæ & Pharisæi Christum simulatorie consulentes, eidem vel Cæsaris vel populi odium conciliare nitebantur, hanc ei proposuerunt quæstionem: *Num liceat censum dare Cæsari vel non*; quibus Salvator respondit: *Quid me tentatis hypocritæ?* verumtamen observandum quo nomine Evangelista hanc Pharisæorum fictionem appellet: *Cognita autem Jesus nequitia eorum, ait.* Nequitia autem nomen est generi cum, quod multos malitiæ actus specie diversos includit; Unde & dæmon qui author & centrum est omnis mali. *Spiritus nequam* appellatur; Psal. 63. *firmaverunt sibi sermonem nequam, narraverunt ut absconderent laqueos.* Similiter is qui in infernum præcipitatus, hypocritam prætigurabat, ut in præcedentibus discurribus diximus, sub infami hoc nomine reprehensus fuit: *Serve nequam*, Spiritus quoque maligni, in aëre circumvagantes hoc nomine à S. Paulo indigitantur, scilicet *spiritualia nequitiæ in cælestibus.* Origenes multorum declarat simulationem, qui in dignitate superioritatis constituti, ubi bonum reliquis dare debent exemplum, virtutem fingunt, zelum pietate simulant, interius autem perversam fovent intentionem: *Simulatores justitiæ cum sint*, inquit ille, *ab intus iniqui, & alij aliarum virtutum simulatores existunt, cum sint ab intus contrarijs vitijs pleni. Sunt quidam & martyrij simulatores, quidam autem Episcopatus vel Presbyteratus, vel Ecclesiasticæ scientiæ vel doctrinæ, tantum ostentationem virtutum habentes, vere autem sunt inimici earumdem virtutum quas simulant.* Ecclesiasticus vitium hoc eodem afficit titulo dum ait: *O præsumptio nequissima.* Quem textum Rabanus ita ad nostrum accommodissime interpretatur proposito: *Miratur vir sapiens ortum nequitiæ, quam tamen constat ex mala voluntate creaturæ ortam esse, & detestatur valde hypocrisin, quia pessimum vitium hoc est, quemlibet hoc se fingere velle, quod penitus non est. Cum malus*

Origen. Tr. 25. in Matth. 22. Multi in dignitate constituti Zelum pietate simulant.

Eccli. 37. v. 3.

Vitium hypocrisis, dicitur nequitia quia continet multos actus malitiæ. Matth. 22. v. 17. 18.

1. Reg. 16. v. 14. Ps. 63. v. 6.

Matth. 18. v. 32. Eph. 6. v. 12.

se simulet bonum, injustus justum, iniquus æquum, inimicus amicum, cooperiendo dolositatem.

Christi mortem promovit & ursit hypocrisis.

11. Sane omnium maxime abominabilis atque execrabilis excessus fuit crucifixio Christi, quis autem tam horrendum flagitium umquam attentare præsumpsisset, nisi hypocritæ ita sane hypocrisis sola apud Pilatum injuriose & calumnioſe accusavit Christum, eumque suspendit in cruce. *Nos legem habemus, & secundum legem nostram debet mori.* Ex alia vero parte ex invidia persidos Christo mortem intentasse discimus: *Sciebat enim, quod per invidiam tradidissent eum,* Joan. 19. v. 7. Matt. 27. 18. Joan. 11. 47. *Quid facimus, quia hic homo multa signa facit?* prætorium intrare recusabant, ne se contaminarent qui Pascha jamjam celebraturi erant, & nihilominus sine omni scrupulo manus suas sanguine innocente Christi cruentare non abhorruerunt.

Matt. 23. 28. Abul. Q. 227. ib. Hypocrisis est duplex iniquitas.

12. *Pleni estis hypocrisi & iniquitate.* Abulensis hæc considerans verba ita discurrit in præsenti; *dicendum quod hypocrisis est, imo magna iniquitas, quia bonitatem corrumpit & mentitur, imo plus quam iniquitas, nam simulata sanctitas duplex est iniquitas.* Qui idem author hypocritam alio in loco vel ideo maxime reum esse ostendit, quia gloriam mundi malis sibi comparat medijs, operibusque vitiosis, quod plerumque in alijs evenire non solet peccatoribus. *Non dicatur quis habere gloriam nisi de factis bonis,* inquit ille, *ideo Salus ejus invehitur contra illos qui quærebant gloriam per malas artes, id est, per turpem modum vivendi, sicut alij per virtutem. Hypocrita autem quærit gloriam per mala opera, nam cum bonitatem nullam habeat, per solam falsam repræsentationem bonitatis gloriam vult, & tamen quod falsum est, in moribus malum est, ideo per malum volunt isti gloriam, & quantum ad hoc, hypocrita est injustus, Et ita sunt ista peccata hypocritæ, scilicet mendacium, superbia, & injustitia, & in omnibus errat.* Didacus Stella proinde ad modum attendit, quo incarnata Sapientia hoc reprehendit peccatum ideoque ait: *Quam malum hoc sit, bene Christus ostendit, cum non obiter & velut in transcursa, sed tam efficaciter dixerit: Attendite, cavete & diligenter videte ne hypocritæ sitis, maximum hoc malum est.* Propter quod & Salvianus sequens tradit in hæc verba documentum. *Magis damnabilis est malitia, quam titulus bonitatis accusat, & reatus impij est ipsum nomen.* Quod licet hic author de malis scripserit Christianis, nos nihilominus ad hypocritas applicare possumus, qui sub perfectionis & sanctitatis chlamyde occultam cooperiunt malitiam.

Did. Stella in Luc. 12.

Salv. L. 4. de Guber.

DISCURSUS VIII.

ARGUMENTUM.

Hypocrita Deum, & quidquid ad divinum ejus cultum ordinatur, sibi servire facit, propter quod in transgressionibus suis inexcusabilis existens severe punietur.

THEMA.

Servire me fecisti in peccatis tuis, præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. Isa. 43. v. 24.

Hypocritæ faciunt Deum servire in suis sceleribus.

1. Deus noster olim per Isaiam lamentatus fuisse legitur, quod cum nostris cogeretur servire peccatis, nostrisque aggravaremus iniquitatibus. *Servire me fecisti &c.* id quod sane *ad literam* adimpletur in hypocrita, qui pietate, devotione, zelo, & religione internam suam cooperit malitiam; quorsum enim hypocritæ spectant, respiciuntque jejunia, communiones, eleemosynæ, orationes aliaque tam corporalia, quam spiritualia misericordiæ opera, nisi ut lupinam rapacitatem sub pelle cooperiat ovina; id est, ut peccata occulta charactere abscondat occulteque spiritualitatis & religiositatis? nullum violentia latet quam Achab intulit Naboth, ut ejus obtinerét vineam; a quo cum repulsam passus esset, cum dolore maximo, consulente Jezabeth regina iniquissimam exorsus est executionem, ut proinde merito Deus illi dicere potuerit: *servire me fecisti in peccatis tuis.* Sed modum observetis velim quem in vindicta contra Naboth Rex impius observavit. *Prædicate jejunium, & sedere facite Naboth inter primos populi, & submittite duos viros filios Belial contra eum ut falsum testimonium dicant.* Hic literarum fuit tenor, quas ad optimates & magistratus suos ablegavit. At vero quæ obsecro proportio esse poterat inter jejunium, & rapacitatem, seu extorsionem alienorum bonorum & alienæ substantiæ, sive cum machinatione tam atrocis calumniæ, qualem ordita sunt, dum innocentem velut blasphemum erga Deum, & læsæ Majestatis reum diffamarunt? porro jejunium medium est opportunum ad placandam, non vero ad magis irritandam justitiam divinam. Hæc vero est hypocritarum deordinatio; quod jejuna, sacramenta, sacrificia, & omnia alia ad cultum Dei ordinata, suæ faciant servire vanitati, superbiæ, ambitioni, odio, voluptatibus, & sensualitatibus suis, quia exterioris innocentiæ veste se contegentes licitum sibi esse judicant tanto majori cum licentia latenter & clandestine peccare. *Ideo jussit quod prius prædicaretur jejunium*, inquit Abulensis, *ad significandum quod aliquam rem magnam facere volebat, & illam non faciebat ex aliqua passione, sed ex magna maturitate & zelo Dei;* Nimirum sub colore divini honoris, adeo indignam & crudelem pallionem occultavit? volebat enim intimando pœnitentiam & simul eodem tempore Naboth condemnando; per comparatam sibi inde viri probi existimationem, omnibus persuadere, quod hoc faceret non ex motivo odij, vel vindictæ, sed pro Dei honore contumeliato refarciendo. Idem prorsus est quod ficti Christiani, & hypocritæ per totum diem facere meditantur; qui multis devotionis operibus se deditos esse ostendunt, non quod vere tales sint, sed ut per ejusmodi simulationem ad hanc vel illam prælaturam, ad hos vel illos reditus Ecclesiasticos pertingere valeant, habeanturque ab alijs in fama & existimatione bona, & pro nata occasione promoveantur.

Abul. ibid.

Adducitur differentia inter hypocrisin, & alia peccata.

2. Peccatum hypocrisis in hoc differt ab alijs peccatis, quod in hisce committendis ut plurimum velut instrumentum concurrat fomes concupiscentiæ innatæ, vel dæmon cum suis suggestionibus, quibus nos tentat, vel mundus cum suis illecebris, quibuscum nos allicit? Non vero idem fit in hoc vitio hypocrisis, in quod committendum, ipsummet Deum velut mediatorem & instrumentum adhibemus; huic enim per propria arma sua bellum inferimus, siquidem per dona & gratias, quibus nos locupletavit, hostiliter eum aggredimur, ijsdem in ejus offensam turpiter abutendo. *Sanctitatem vertit in crimen*, inquit de hypocrisi D. Chrysologus, *placationem facit reatum, generat de propitiatione discrimen.* Illa etenim opera, quibuscum Deum magis placare, ejusque gratiam & amicitiam sibi comparare deberet, ad inordinatas passiones suas fovendas, ad sectandam vanitatem, superbiam, & majorem Deum offendendi libertatem applicat & adhibet. Alij transgressores scelera committentes nequaquam a Deo videri desiderarent, unde impij & dissoluti viri illi apud Jobum dicebant: *Circa cardines cæli perambulat, nec nostra considerat;* & Psalmista ait: *Dixit insipiens in corde suo non est Deus;* unde sequitur: *Corrupti sunt:* Hypocrita vero econtra Deum offendere gaudet in conspectu ejus, huncque in finem se his illisque infinuat ingeritque consortijs bonis, communionem frequentat publicam, ne ullus de eo quidquam mali præsumere possit, oratoria & Ecclesias frequentat, idque ut in certo quodam commodo & interesse proprio suum faciliter decipiat proximum. Ita & experientia docet, quod hypocritæ dum aliquem moliuntur inhonestatis actum Deo urantur tamquam medio, & Ecclesia, hanc illam ve sectabuntur stationem, solemnitatem aut concursum, in quo nulla possit oriri suspicio mali.

D. Chrys. ser. 7. Hypocritæ atrocius punientur quam alij peccatores.

Hoc fecit Achab, qui per hypocrisin & speciem pietatis machinatus fuit mortem Naboth.

3. Reg. 21. 9.

Exemplum cujusdam mulieris, pessimæ hypocritæ.

3. Ita in civitate quadam principali mulier quædam, quæ magnam fingebat sanctitatem, inque domo sua oratoria fabricabat, instituens devotiones, ad quas primariæ concurrebant matronæ; sicque in secretioribus demorabantur ædium stationibus, quasi minorem inibi inter orandum passuræ distractionem; in eas autem per portas secretas viri introducebantur; mulierum incestati amoribus, qui proinde inibi impuris earum fruebantur amplexibus.

Matth. 23. v. 14. S. Thom. ib. Hypocritæ peccant, contra Deum & proximum sæpe.

4. S. Thomas illa Christi contra scribas hypocritas fulminata verba (*propter hoc amplius accipietis judicium*) sequenti ad intentum nostrum illustrat commentario: *Id est amplius peccatis; & quare? quia si aliquis rapit per arma Diaboli peccat, & si per arma Dei, peccat duplicter, quia peccat contra Deum & contra proximum.* Hinc Salmeron injuriam considerat quæ per vitium hoc Deo infertur; in cujus præsentia pietatis & devotionis exercitia, quæ ad honorem divinum ordinata sunt, eique debita, in pessimum dirigimus finem, ut scilicet nostris per ea satisfaciamus inordinatis appetitibus. *Hypocrisis vitium*, monet ille, *magna ratione à nobis fugiendum est, & nullum in Evangelio Christus est magis infectatus, atque hypocrisis crimen quia mendacium est in factis, & pejus est mendacium quam*

verare veritatem quam aurum. Deinde ita ad nostrum subjungit propositum dicens: *Et graze est committendo Deo spectatore, ignorantibus hominibus velle placere, & neglecto præmio æterno, ab hominibus expectare mercedem, quam accipiant.*

Luc. 22. 22. Pilatus fuit insignis hypocrita. Matt. 27. 24.

5. Pilatus, qui innocentiam Christi declaravit dum ait: *Nullam causam mortis invenio in eo;* & postea nihilominus eumdem condemnavit, eodemque tempore, dum manus aqua abluit, sanguine agni immaculati suam conspurcavit conscientiam cum diceret: *Innocens ego sum à sanguine justi hujus;* Hic inquam Pilatus citra omne dubium hypocritam designabat, qui etiam laudes annuntiat Dei, ad sacramenta accedit, verbum prædicat divinum, animas convertit, gratiam ijs confert, Dei zelat honorem, sed in eodem pariter tempore Deum mortaliter offendit in occulto, *rursum fabricet ipse Filium Dei crucifigens.*

Hebr. 6. v. 6.

Hypocritæ sunt coram Deo inexcusabiles.

Sap. 5. v. 6.

6. Plurimos nobis Sapientia exhibet reprobos, qui in perditionis barathro, hanc adducturi sunt excusationem: *Ergo erravimus à via veritatis, & justitiæ lumen non luxit nobis, & Sol intelligentiæ non est ortus nobis.* Quot namque sunt, in via seu vita præsenti, qui in obscuro ambulant, in propriæ ignorantiæ tenebris, absque eo quod vel minimum suum elevent supercilium ad lucem illam, *quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum?* Nequaquam ita hypocrita, de quo potius liberrime asserere possumus, quod *cognovit voluntatem Domini sui, & non præparavit, ideo vapulabit multis; sicut tenebræ ejus ita & lumen ejus;* Unde Abulensis ita in præsenti discurrit: *Habent autem hypocritæ specialem damnationem inter cæteros homines, quia alij poterunt aliquam pœnarum allevationem sentire quasi ignorantes mala egerint; hypocritæ autem cum bona simulent, quia non faciant, non possint bonitatis ignorantiam allegare.* Imo ipsemet Deus judex inexorabilis ijs in faciem exprobrabit dicens: *Verumtamen servire me fecisti in peccatis tuis &c.*

Joan. 1. v. 9.

Luc. 12. v. 47. Abul. Q. 226. in Matth. 23.

Isaiæ 43. 24.

Job. 7. v. 1. Perfidia hypocritarum duobus similibus declaratur.

7. Vita hæc nostra nil nisi pugna est & certaminis locus dicente Jobo: *Militia est vita hominis super terram.* Quantam vero pœnam miles prometur, qui a suo Capitaneo diversos consecutus favores & gratias, confidenter admissus ad secretorum & resolutionum ejus participationem nihilominus cum inimico ejus occultam haberet correspondentiam, & in Capitanei mortem conjuraret? Hoc autem proprie hypocrita facit, qui in exteriori apparentia Dei partibus adhærere se simulat, utpote ad cujus honorem & cultum cooperatur, & cum quo in orationibus & oblatis sacrificijs familiariter conversatur; interea vero clam & in abscondito cum inimico infernali collidit, nec aliud quam Deum mortaliter offendere nititur. Quod si creditum aliquod mille scutorum à principe tuo liberaliter tibi mutuatum; in ejus mortem machinandam adhiberes, numquid pro ejusmodi atroci delicto expiando mille mortes promereri videreris; Similem vero infidelitatis & perfidiæ nequitiam hypocrita contra Deum committit, nam creditum tot donorum, gratiarum, & beneficiorum quæ Deus hypocritæ contulit; ipse ad Dei offensam; vel certe ad vanam mundi gloriam comparandam adhibet, & Dei gloriæ promovendæ adversatur. Idipsum est quod D. Chrysologus dicere & reprehendere voluit dum ait: *De Dei credito humanum negotium perfecisti.*

D. Chrys. ser. 7.

Matt. 22. 12. Hypocritæ nullam apparentem adducere possunt excusationem sui peccati, sicut alij peccatores.

8. Is qui se à concupiscibili vel irascibili potentia ad Deum offendendum seduci permittit, culpabilis quidem est, quia inordinatum hunc motum minime refrænavit, ac proinde sine dubio suo tempore punietur, verumtamen non tam atrociter, quam hypocrita, qui per æmulationem virtutis & innocentiæ, data opera & studio, atque scienter, licet clam & absconditè, Deum offendit, quem in oculis mundi se honorare & revereri fingit. S. Prosper inter alias S. Augustini sententias hanc quoque recenset: *Simulata innocentia non est innocentia; simulata æquitas non est æquitas, sed duplicatur peccatum in quo est & iniquitas & simulatio.* S. Isidorus æternæ condemnationis fulmen contra pessimam hanc generationem evibrat dicens: *Duplicter damnamur Hypocritæ; sive pro occulta iniquitate, sive pro aperta simulatione; ex illo enim condemnantur quia iniqui sunt; ex isto, quia offendunt quod non sunt.*

S. Prosper sent. 219.

S. Isid. Hispal. sent. L. 2. c. 24.

9. S. Matthæus nulli non notissimam, adeoque celebrem de nuptijs nobis exhibet parabolam; quibus dum quemdam affidere contingeret veste nuptiali destitutum, his ille fuit reprehensus verbis: *Quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem?* at ille obmutuit, nec in excusationem sui vel minimum respondit verbum. Causamne nostis? ex figura discite figuratum,

Matt. 22. 12. Hypocritæ nullam apparentem adducere possunt excusationem sui peccati, sicut alij peccatores.

Reliqui namque peccatores omnes aliquam suarum transgressionum poterunt adducere apparentem excusationem; hic allegare, quoniam malis sodalium seductus sit exemplis; ille quod vehementia iræ & appetitus vindicativi fuerit absorptus; alter quod voluptatum illecebris eum immerserint syrenes; & sic discurrendo de reliquis. Hypocrita autem in infœlicissimo hoc homine (ut supra probavimus;) figuratus, qualiter se excusare audebit: *Cognovit voluntatem Domini sui & non præparavit, vapulabit multis.* Sed quanto majus promerebitur supplicium *qui cognovit voluntatem Domini sui & præparavit*, sed secundum exteriorem duntaxat operationem inque majorem Dei offensam? Temerarius itaque ille sequenti fuit multatus supplicio, *Ligatis manibus & pedibus mittite eum in tenebras exteriores; ibi erit fletus & stridor dentium.* Mirandum equidem quod inter tot alios convivas veste indutos nuptiali, charitatis figura; nullus penitus ad compassionem permotus fuerit, proque infœlici hoc viro interfesserit, maxime in tempore tantæ festivitatis, quando Rex in gratijs suis dispensandis vel maxime liberalis esse debuisset. *Non vestitum veste nuptiali*, inquit S. Anselmus; *non ornatum charitate, quæ maxime vestis Dei dicitur.* Ipsemet se justificare potuisset dicendo, quod ex improviso in plateis invitatus fuisset, errorem suum ex inadvertentia & ignorantia contigisse respondere potuisset, veniamque petere. Sed totaliter *obmutuit*; nec minimam autus fuit adducere excusationem; quia nimirum hypocritam repræsentabat, qui apud Deum inexcusabilis erit, utpote cui Dominus improperabit: *Servire me fecisti in peccatis tuis.* Optime sane ad intentum hanc super parabolam S. Hilarius discurrit, dum ait: *Numquid invitatorum habitum designaverat? deinde cum invitari quosque jussisset, quomodo unus omnibus poterat esse vestitus? aut ut certus ex consuetudine convivantium in nuptijs habitus soleret esse, ab invitantibus administris potuisset tibiberi. Sed quia malos intelligere non omnium est, & humana simplicitas difficile fraudulentiam simulitæ mentis intelligit; idcirco hanc malum & indignum, cæta nuptiali Deus solus invenit:* Quis enim umquam apud Deum pro salute se interposuit hypocritæ? apud Deum inquam, qui per tale vitium tegravissime offensum lamentatur, siquidem *quem adorant dominationes, tremunt potestates*, eum hypocrita temerarijs suis facit servire iniquitatibus.

Cæteris possunt excusationem sui peccati, sicut alij peccatores.

Luc. 12. 47.

S. Hilar. Can. 22. in Matth.

Salmeron de Scribis & Pharisæis tractans, eos aperte à Christo reprehensos fuisse scribit, eo quod illos incorrigibiles esse cognosceret. *Noverat Dominus*, inquit ille, *insanabilem esse Pharisæorum malitiam, ideoque voluit eorum hypocrisin palam traducere.* Ratio autem quare dicti convivæ, qui paradysi Sanctos, supernæ beatitudinis convivio assidentes figurabant pro infœlici illo non intercesserint, ex S. Antonino deduci potest quando in hypocrisin ita invehitur: *Hoc vitium summe sunt detestati omnes Sancti, unde & Augustinus dicit; nolo habere hypocritas. Malum est cadere à proposito, pejus est simulare propositum. Si non servat foris sanctitatem dumtibus cecidit; Si intus habuit simulationem, totus cecidit.* 12. Q. 1. *Certe, ubi dicit glossa, quod vult dicere, quod est pejus per hypocrisin peccare, quam manifeste, id est magis periculosum sibi & alijs, quia corrigi non potest, cum sit occultum peccatum ejus. Alijs, quia non ita potest cavere, ad quod facit lex quæ dicit, plus est occidere veneno quam gladio C. de maneficis. L. unica.*

Salm. Tom. 4. Tr. 18. Pharisæorum, & hypocritarum malum, fuit insanabile. S. Antonin. Sum. Theol. p. 2. Tit. 4. c. 7. §. 2.

11. Ob aliam adhuc causam idem infœlicissimus irremissibilem expertus est condemnationem, eamque ex Glossa colligo, dum illa interpretatur verba: *Non vestitum veste nuptiali*, hanc namque desuper adducit expositionem: *Id est fidem habentem, non opera charitatis.* Hi enim qui in actibus exterioribus se fideles Christianos, hominesque virtutis cultores esse monstrant, interius autem omni destituti sunt pietate & charitate, rei semper manent miseriarum æternarum. Unde & S. Ambr. ait: *Qui calorem fidei non habet, tolerabilius illi fuerat, fidem non accepisse quam neglexisse.*

Quia fidem habentes, carent charitate. Matth. 22. 11. Glossa in Matth.

S. Ambr. ser. 2. in Ps. 118.

12. Quandoquidem Deus noster, pro ut ipsemet protestatur, est *veritas & vita*, nequaquam à bono tramite & veritate deviare possunt ejus sequaces, nisi data malitiose opera; atque ita hypocritæ faciunt, qui *servire facunt Deum in peccatis suis*, quos proinde debita pariter expectat pœna, dicente S. Gregorio: *Ante districtum judicem, excusationem jam de ignorantia sic habere non possunt, quia dum ante oculos hominum omnem modum sanctitatis ostentant, sibipsi sunt testimonio, quia bene vivere non ignorant.*

Joan. 14. v. 6.

Isaiæ 43. 24.

S. Greg. L. 26. Mor. c. 23.

Uxor Loth in statuam salis conversa, fuit vera figura hypocritarum.

13. Terribile prorsus, est bene consideranti illud supplicium quo Deus in Lothi conjugem animadvertit, tunc præcipue, quando divinæ ultricis justitiæ ensem in pentapolim vibrans, nil adeo cupiebat, quam ut servi Sui Lothi tantopere de se bene meriti familiam illæsam conservaret: Hoc enim fine ad eumdem non unum, sed plures Angelos amandavit; species autem supplicij ex sequentibus verbis manifesta evadit, dicit enim sacer textus: *Respiciens uxor ejus post se, versa est in statuam salis.* Præteritis hoc loco variis motivis, quibus justum Dei judicium ad hoc irrogandum supplicium moveri poterat, hoc solum adduco, quod vel maxime præsenti proposito deservit, videlicet, mulierem hanc talem repræsentasse animam, quæ postquam vitam quamdam multo tempore duxit irreprehensibilem, tandem a via bene cepta retrogreditur; verumtamen quia in exteriori specie hac de re notari erubescit, semper se talem esse exterius probat, qualis hactenus fuit, licet revera in corde talis non existat; atque ideo uxor Loth in statuam transmutata fuit. Audite hac de re sus verbis loquentem Hugonem Cardinalem: *Statua*, inquit, *habet speciem hominis, sed non habet spiritum vivificantem, quia talis habet habitum religiosi, sed non habet animum, ad quem redit Diabolus cum septem nequioribus se.* Sicut enim statua licet oculos habeat, non videt, aures habens non audit, ita quoque hypocritæ, tametsi lumen Dei habeant, oculos tamen suos eidem minime aperiunt. Unde Christus internam illis cæcitatem sæpius exprobravit, sicut & quod aures habentes ad aliorum tamen admoniones surdi perseverent, quia in malitia sua obstinati & incorrigibiles persistunt.

Gen. 19. 26.

Hug. Card. ib.

Matth. 23. v. 24. & 25.

DISCURSUS IX.

ARGUMENTUM.

De damnis, quæ ex hypocrisi in rempublicam resultant, quæ sæpenumero majora sunt illis, quæ ex scandalis proveniunt.

THEMA.

Attendite à fermento Pharisæorum quod est hypocrisis. Luc. 12. v. 1.

Vitium hypocrisis, comparatur fermento, quia bono publico damnosum est.

1. Cœlestis Magister noster, ut Sanctus Lucas Evangelista observat, hasce contra hoc hypocritis vitium invectivas pronunciare nonnisi in innumeræ multitudinis præsentia voluit, dicit enim sacer Evangelij Lucæ textus: *Multis turbis circumstantibus, ita ut se invicem conculcarent cœpit dicere ad discipulos suos: Attendite à fermento Pharisæorum quod est hypocrisis;* nimirum vitium hoc bono publico damnosissimum, ex universo mundo proscribere, & à fidelium cordibus eradicare moliebatur, ac proinde illud fermento simile esse dixit; id quod in universa Sacra Scriptura tam veteris quam novi Testamenti in deteriorem ut plurimum partem sumi solet. Sic enim oblationes panis, quæ jussu Dei in sacrificijs fiebant, sine fermento esse voluit inquiens: *Cum obtuleris sacrificium coctam in clibano, de simila panes sciliect absque fermento.* Similiter sub pœna mortis in septem diebus Paschalibus fermentum ne quidem in domo asservari voluit, prout legitur Exodi capite 12. Sanctus Apostolus pariter ad Galatas inquit: *Modicum fermentum totam massam corrumpit.* Incarnata igitur Sapientia ingentia hypocritis damna his verbis denotare voluit; si enim obscure locutus fuisset dicendo: *Cavete à fermento Pharisæorum,* & non addidisset: *quod est hypocrisis,* ad Glossas ut Cajetanus inquit: Recurrere opus fuisset, sed ubi explicavit, *quod est hypocrisis,* non est opus Glossa.

Levit. 2. v. 4.

Exod. 12. v. 15.

Gal. 5. v. 9.

Cajetan. in Luc.

Ratio hujus comparationis.

2. Venerabilis Beda hujus à fermento sumptæ similitudinis rationem his verbis assignat: *Sicut modicum fermentum totam farinæ massam corrumpit, sicut simulatio animam, tota virtutum sinceritate & veritate fraudabit.* Sanctus Bonaventura verba illa Exodi & Levitici (*non apparebit fermentatum in omnibus terminis tuis*) adducens, pariter hæc Sancti Lucæ verba sic exponit: *Quia hæc simulatio & hypocrisis debet elongari à sanctis operibus nostris, ideo Scriptura docet hoc vitium esse vitandum, tamquam operum bonorum maxime corruptivum.* D. Chrysologus hypocrisin pestilentiæ titulo indigitat inquiens: *Fratres fugiendum est hoc virus;* pestilentia autem cavenda est. Quis enim est qui nesciat, quantum se dilatet, quantumque pernitiosum sit pestilentiæ contagium, quantumque stragem & mortalitatem civitatibus & provincijs adferat. Abulensis ad hujus vitij perniciem & damna se reflectens; non minora exinde dispendia nasci existimat, quam quæ Reipublicæ per falsam conciliantur monetam unde ait: *Sunt autem hypocritæ valde inexpabiles, quia bonitatem falsant, & sicut dicit Aristoteles de falsis amnis, quod gravius peccant quam falsatores monetæ, cum meliorem falsent; & ita hypocritæ ipsam bonitatem falsant, & aliena sibi usurpant; unde duplicitur peccant, primo quia mali sunt, secundo quia per simulationem, bonorem debitum bonis sibi usurpant.* Didacus Stella eamdem similitudinis hujus notat proportionem, specialiter observans, quod sicut moneta exterius quidem argentum repræsentat, vel aurum, interius vero falsum continet metallum, ita pariter coram oculis nostris hypocrita, virtuosus quidem, & perfectus apparet, interius vero totus vitiosus est, & sceleratus. Moneta autem, quæ regis superni insculptam habet imaginem, & per quam æterna comparatur beatitudo, opera bona sunt facta in gratia, V. G. eleemosynæ, jejunia, orationes, austeritates corporales; Hypocritæ autem talem falsificant eleemosynam, eaque abuntur, ut gloriam & existimationem populi sibi comparent, suamque occultam foveant malitiam.

Abul. Q. 226. in Matth. 23. Majus damnum infert Reipub. quam falsa moneta. Did. Stella in Luc. ib.

3. Fermentum intra massam operatur atque hanc ipsam ob causam hypocrisis fermento assimilatur; dicente Theophilacto: *Vocate fermentum hypocrisin, tamquam alterantem & corrumpentem intentiones hominum, quibus se ingesserit.* Innumerabiles sane extitere illi, qui in occulto vitijs vacantes, publice simulationem finxerunt virtutum, qui proinde per longa tempora pro ijs quales revera erant, agniti non fuere, ut proinde non immerito Jeremias dicat: *Pravum est cor omnium* (Hebræus legit, *deceptorium*) *& insanabile, quis cognoscet illud? ego Dominus scrutans corda, & probans renes.* Providentia itaque divina recessus patefacere debet cordium & intentionum humanarum. Porro idem Propheta hypocritam depicturus, exemplum adducit perdicis inquiens: *Perdix fovet quæ non peperit.* De qua ave Pierius scribit, quod summe perfida sit, & fraudulenta, quod & Ælianus confirmat Lib. 1. Cap. 35. Plinius vero Lib. 11. Cap. 30. perdices in Paphlagonia cor asserit habere duplicatum. Sanctus vero Hieronymus in ejusdem textus commentario, perdicis ait esse proprietatem, ut ova congreget aliena, è quibus cum pulli excluſi fuerint, vocemque audierint matris propriæ, genetricem deserunt supposititiam. Porro Psalmista ad cordis hujus duplicitatem alludere voluisse videtur dum ait: *Labia dolosa in corde & corde locuti sunt.* Sed quis tandem eorum exitus?

Theoph. in Caten. in Luc. Hypocritæ habent cor pravum. Jerem. 17. v. 9. Assimilantur Perdici. Pier. Valer. L. 24. Hierogl. Ælian. L. 1. c. 35. Plin. L. 11. c. 30. S. Hier. ib. Ps. 11. v. 3.

4. Annales Ecclesiastici post mortem Eutichij Patriarchæ Constantinopolitani ad eumdem certum quemdam monachum, cui nomen erat *Joannes jejunans*, invitatum fuisse scribunt; qui proinde hujusmodi promotionem se abominari & fugere ostentavit; sed quo animo id faceret, paulo post clare perhibuit, quando ad throni hujus sublimitatem fuit evectus, non enim modo Patriarchali contentus fuit honore, sed & insuper Oecumenicus appellari voluit; quem proinde Sanctus Gregorius Magnus in sua Epistola reprehendit dicens: *Tu qui te nomine Episcopi indignum dicebas, eo progressus es vanitatis, ut fratres contemnens, soli non acquiescas Episcopali titulo.*

Baron. An. 586. n. 8. Hypocrisis cujusdam Monachi. S. Greg. Magnus.

5. *Attendite à fermento &c. fermentum hypocrisin appellat*, inquit Cajetanus, *eo quod latens virtutem habet elevativam ad similitudinem fermenti, modicum enim fermentum elevat totam massam.* Prout clarissime in jamjam memorato patet monacho, qui superbissimus ex monachali solitudine ad Patriarchatum Constantinopolitanum assumptus, titulos ambire non erubuit, sua longe superiores conditione. Ideoque & Salmeron ait: *ut fermentum conspersionem elevat & acorem suum illi communicat, ita hypocrisis superbiam & tumorem fovet, & corruptionem suam omnibus operibus communicat, & præcipua doctorum perniciosorum plaga est hypocrisis.* Per decem igitur annorum decursum suum taliter occulit fastum, ut in morte sanctus haberetur à pluribus; hinc Nicephorus tradit, quod munus ab Imperatore multa acceperit auri talenta, in subsidium pauperum, cum relicta chartula obligationis & restitutionis, cum autem Mauritius nihil in hæreditate ejus superesse videret, majorem sanctitatis ejus concepit opinionem, inque imperiale palatium suum deferri jussit exilem defuncti lectum,

Cajetan. in Luc. 12. Ejusdem Monachi simulatio sanctitatis. Salmer. Tom. 6. Tr. 18.

ctum, & aliquot viliores vestes quæ in usum deservirent hypocritæ; supra quod proinde grabatum in solemnibus jejunijs Imperator, postpositis aureis gemmeisque thoris, nec non delicijs alijs contemptis, dormiebat; quin & populus Imperatoris insistens vestigijs eum tempore multo tamquam Sanctum veneratus est, cumque opinione tali nomen ejus ad posteros propagatum fuisset, nihilominus illuminatissimus Christi vicarius Sanctus scilicet Gregorius Magnus, tamquam redivivus Samuël eum velut alterum reprobum deploravit Saulem.

6. Si quis Giezi Eliseo adhærentem continuo contemplatus fuisset, eum Sanctum esse minimè dubitasset; & nihilominus qualis secundùm interiora fuerit, dona docuere Naamani, quæ hic Prophetæ offerebat, sed ab eo repudiata, Giezi fraudulenti artificio sibi vendicavit, quam historiam B. Petrus Damianus sequenti illustrat Commentario dicens: *Regressus est leprosus quasi; nix enim alba, sed frigida, hypocrita nempe, qui se per sanctitatis adumbratæ figmentum transfigurat in Angelum lucis, nullis infervet æstibus charitatis, atque ad instar nivis simul est albus, & frigidus, quia pijs quidem se deservire operibus simulat, sed viscera solidæ pietatis ignorat.* Lepra, ut omnes noſtis, saluti publicæ perniciosissima est; ita quoque lepra hypocrisis generi humano summe præjudicialis est; hinc Christus Magister noster de ea tractans, præmonet solicite: *Attendite, cavete.* q. d. curate ne hujusmodi inficiamini morbo.

B. Petr. Dam. L. 6. Epist. 32. Lepra Giezi designat hypocrisin.

7. S. Cyprianus in tractatu *de jejunio & tentatione Salvatoris* de hypocrisi agens, sequens de ea perhibet testimonium: *Quasi tinea quod integrum erat, rodit, & occupat, & sanctitatis fundamenta evellit & dissipat.* Numquid execrabilius quid de hypocrisi asserere possumus quam dicendo quod fundamenta, sustentacula basesque sanctitatis in terram prosternat? Sacerdotes Scribæ & Pharisæi à Deo electi erant, ut populum bonis imbuerent moribus, bonoque relucerent exemplo, & nihilominus Christus illis exprobrat dicens: *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ: quia circuitis mare & aridam, ut faciatis unum proselytum, & cum fuerit factus, faciis eum filium Gehennæ duplo quam vos.* Causa autem, propter quam discipulos suos ad infernum præcipitarit, est eadem quæ hisce quoque temporibus in multis viget, qui bene docent, & abscondite male vivunt. *Hypocrita verba Sanctorum habet*, inquit S. Isidorus; *vitam non habet, & quos per sermonem doctrinæ genuerit, non fovet exemplis, sed deserit, quia quos verbo ædificat, vita & moribus destruit.*

S. Cyprian. de jejun. & tentat. Christi. Comparatur tineæ. Matt. 23. 15. S. Isid. sent. Lib. 3. c. 24.

S. Antonius de Padua hypocritas Herodi similes esse dicit, qui Christum contempsit: *Deus Pater*, inquit, *filium glorificavit, quem Herodes sprevit. Pro dolor sic fit hodie. Herodes interpretatur gloria pellis, & significat hypocritam, qui in interiori conversatione, quasi in pelle gloriatur, sed cum omnis gloria filix, id est animæ, regis cælestis sit ab intus, hic Jesum spernit & illudit, Spernit cum crucifixum prædicat, & crucifixi stigmata non portat. Illudit cum sub gloria pellis se abscondit, ut Christi membra dirupere possit.*

S. Anton. de Pad. in die Parasc. Item Herodi Christum illudenti.

8. Sanctus Augustinus illa Psalmistæ verba, *perscrutati sunt iniquitates, defecerunt scrutantes scrutationes*, ita exponit: *Id est acerba & acuta consilia*; simulque modum explicat quem Scribæ & Pharisæi in morte crucifixionis Christo machinanda servaverunt. Unde hoc modo illos introducit loquentes: *Non tradatur per nos, sed per discipulum suum; non occidatur à nobis, sed à judice; totum nos faciamus, & nihil feciſſe videamur* Ecce tibi quam verum sit mortem Christi hypocritis fuisse artificium. Subdit vero: *Et ubi est clamor linguæ, crucifige, crucifige, sic cæci estis ut & surdi sitis? simulata innocentia non est innocentia, simulata æquitas non est æquitas sed duplex iniquitas, quia & iniquitas est & simulatio.*

S. Aug. in Ps. 63. Hypocrisis fuit artificium mortis Christi.

9. Si majus in rempublicam ex hypocrisi, quam ex scandalo damnum promanare asserem, nequaquam id mihi difficile probatu foret, multorum sacrorum interpretum mihi suffragante authoritate, & in primis quidem apud S. Matthæum legimus dixisse Christum: *Væ mundo à scandalis, ... væ homini illi per quem scandalum venit.* Ubi Christus tremendum illud *Væ*, cum de scandalo tractat, bis tantum repetit, ubi vero apud eumdem Matthæum de hypocrisi agere incipit, octies væ tremendum repetit, præterquam quod Sanctus Hieronymus dum in Isaiam scribit, eamdem clarissime docet veritatem in hæc verba. *Si castum esse*

Majus malum derivatur in rempub. per hypocrisin occultam quam publicum scandalum. Matth. 18. 7. S. Hieron I. 6. in Isa. circa fin.

Patet in Salomone, & Jeroboam Regibus.

Theodor. ibid.

Hypocritæ magis affligunt Ecclesiam quam hæretici.

Apoc. 17. v. 5. S. Aug. T. 9. in Apoc. Hom. 14.

Hoc ulterius deducitur.

Alb. Magn. in Luc. 12. v. 1.

Hector Pintus in Isa. 6. 9.

Cicero Lib. de Offic.

S. Anton. de Padua ser. in Dom. 4. post Pascha.

Malitia hypocritarum probatur similitudinibus.

rire debuissent salutiferum, econtra ad moriendum leciferum sumerent toxicum. Hoc est quod Didacus Stella his verbis insinuat: *Ut in Pharmacopolæ officina sint aliqua vasa litteris designantibus, aliquod medicamentum salubre ibi esse inclusum, cum tamen revera nihil nisi toxicum continent; sic hypocritæ foris singunt se virtute præditos esse, cum interius nefarijs sceleribus sint imbuti*; & ut Pauli verbis utar, *repleti sunt omni iniquitate, malitia, fornicatione, avaritia, nequitia.* Unde D. Chryf. monet inquiens; *Fratres fugiendum est virus pestilentiæ eavendo, quæ de remedijs creat morbos, conficit de medicina languorem.* Verumtamen advertendum est, quod una hypocrisis minus pernitiosa sit altera, ac proinde sicut minus culpabilis existit ita præ alia quoque est tolerabilior, sic enim V. G. si agricola terram cum grano commisceat, vel œnopola vinum aqua diluat, damnum quidem aliquod ea comparantibus adferret, tale tamen, quod haud difficulter refarciri quadantenus posset: At vero si pharmacopola medicinam veneno commisceret, venderetque toxicum pro salutari remedio, adeoque sumenti vitam adimeret, damnum hoc utique nulla posset ratione reparari. Aft vero quidnam per hanc similitudinem dicere intendo? animirum quod eodem modo si quis eleemosynam copiosam faceret, ut nomen sibi charitativi eleemosynarij acquireret, vel si aliquis se pronum ad virtutem & vitam spiritualem esse simularet, ut per hoc Episcopi sibi favorem conciliaret, ab eoque copiosis proventuretur reditibus Ecclesiasticis, id sine dubio bono publico pernitiosum quidem esset, adeoque gravem culpam talis committeret: At vero hypocrisis hæc nequaquam comparanda venit, cum alia quæ etiam per sacrificiorum celebrationem, & Sacramentorum participium sacrilegè committitur, dum instar Judæ alicujus ad mensam Eucharistiam, vel ad confessionem Sacramentalem, quæ veræ sunt animæ medicinæ, fictè & hypocriticè accedunt, talis enim hypocrisis gravissimam in se continet enormitatem, efficitque ut verificetur quod Divus Chysologus ait: *De remedijs creat morbos, conficit de medicina languorem, placationem facit rearum &c.* Enimvero quis umquam sufficienter æstimari poterit, quantum damnum Pharaonis Magi in Ægypto causarint, quando eadem patrarunt portenta, quæ Moyses operatus fuerat, tametsi solum apparentia, non autem vera essent? *Vocavit*, inquit facer textus, *Pharao sapientes & maleficos & fecerunt sic.* Ex quibus verbis Oleaster sequentem elicit doctrinam moralem; *Nihil magis impios detinet in peccatis suis, quam facere quædam opera similia Sanctis, nam si Sancti jejunant, idem hypocritæ faciunt; idem de oratione, eleemosyna, & alijs operibus; & quia talia faciunt, & ijs sua peccata operiunt, a peccatis suis non retrahuntur.* Imo vero quod majus infert præjudicium, dum ita facientes, magnum sibi apud homines applausum acquirunt, vitia sua occulta in alijs tanto facilius insinuant. Unde idem author subdit: *Hoc est iniquorum munus, obscurare opera Sanctorum, nihilque magis nocet Sanctis operibus quam opera hypocritarum; multi enim iniqui strictius jejunant quam Sancti: Et prolixius orant, & id genus multa faciunt, non ut faciant, sed ut observent Sanctorum opera.*

Did. Stella in Luc. 12.

Rom. 1. v. 29.

D. Chryf. ser. 7. Una hypocrisis est pernitiosior altera.

Gravissima hypocrisis est facilege celebrare & communicare.

D. Chryf. ibid.

Exod. 7. v. 11.

Oleast. ibid.

DISCURSUS X.

ARGUMENTUM.

Difficillimum est hypocrisin & fictionem à veritate discernere, utpote quæ in interiori hominis sinu sub virtutis larva occultata latet.

THEMA.

Attendite à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Matth. 7. v. 15.

Christus nos monens ab hoc vitio cavere, notanter utitur verbo attendite, & cavete. Luc. 12. v. 1. Luc. 20. 46.

1. SAlvator noster hypocrisin ab oculis hominis, quantumvis sagacissimi, occultam & abscondi-tam esse sciens, de eodem vitio tractans, non sine mysterio, illo verbo exhortatorio: *Attendite*, utitur. Sic enim pariter apud S. Lucam cap. 12. vitium hoc fermento assimilans idem adhibet verbum, inquiens: *Attendite à fermento Pharisæorum quod est hypocrisis.* Similiter in cap. 20. discipulos suos præmunire volens, ut caute sibi ab hujus vitij scopulo prospicerent idem verbum, *attendite*, subinfert dicens: *Attendite ab scribis qui volunt ambulare in stolis &c. simulantes longam orationem.* S. Paulus post suum à noviter conversis fidelibus discessum, futurum esse prædicens, ut in gregem suum homines subingrediantur hypocritæ idem usurpat verbum: *Attendite*, inquiens: *Attendite vobis & universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, ego scio quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos.* S. Matthæus, S. Marcus, Lucas de hoc hypocrisis vitio tractantes sapius Christum introducunt hoc verbum, *Cavete*, repetentem. Sic enim Matthæi c. 16. Christus non solum dicit *Intuemini*, verum insuper addit, *& cavete à fermento Pharisæorum, hoc est*, ut Dionysius Carth. exponit, *Prudenter discernite, & solerter cavete.* Franciscus Toletus super Lucam scribens, verbum, *attendite*, sequenti Glossa illustrat, inquiens: *Cauti estote, & advertite hypocrisin istorum, quæ est velati fermentum, hoc enim latet intra massam, & occulta actione & virtute totam corrumpit. Tales sunt isti, qui etiamsi videantur exterius justi, & zelum religionis & legis præ se ferant, tamen eorum malitia latens & occulta est, & alios corrumpit.* Atque ideo ad pestem hanc agnoscendam, discernendam, & fugiendam, homo magna opus habet cautela & circumspectione, siquidem homo solum videt id quod exterius apparet. S. Bonaventura super illa verba Psalmistæ: *A negotio perambulante in tenebris*, inquit: *Hypocritæ bene ambulant in tenebris, nam abscondunt quod est, & mentiuntur quod non est.* Idem quoque alibi vitium hoc definiens ait: *Hypocrisis est vitium claudum, simulatione virtutis palliatum.*

Aft. 20. 28.

Matt. 16. 6.

D. Carthus.

Toletus in Luc. 12.

Pf. 90. v. 6.

S. Bonav. ib.

S. Bonav. Centiloq. p. 1. sect. 30.

2. Sanctus Augustinus perversorum volens declarare astutiam, sequentem adducit propositio nostro congruam similitudinem. *Sicut*, inquit, *mel venenato admiscetur, per quod latet, ita ut lagi Diaboli quadam justa malis admiscent, & nomen applicant veritatis.* Idem quoque illi faciunt, qui perfectionem & sanctitatem fingentes sub exteriori bonorum operum apparentia, malitiam internam occultant. Hoc autem venenum absconditum discernere non est adeo facile, nam ut B. Laurentius Justinianus ait: *Omnem isti adhibent diligentiam, quatenus humiles esse appareant, sæculi contemptores, sectatores virtutum, orationi dediti, paupertatis amatores, jejunijs macerati attenuati pœnitentia, & corpore ob Spiritus nimium fervorem confecti.* Quisquis malum operatur, idipsum in absconditio facere fatagit, inquiens: *Quis me videt? Tenebræ circumdant me, & parietes cooperiunt me, & nemo circumspicit me*, quamvis hoc facientes, turpiter errent, nam ut Ecclesiasticus de eo quisquis talis est ait: *non cognovit quoniam oculi Domini lucidiores sunt multo plus super Solem circumspicientes omnes vias hominum, & profundum abyssi, & hominum corda intuentes & absconditas partes.* Hanc vero discernendi virtutem homo habere nequit; de quo scribitur, *homo videt ea quæ parent, Dominus autem intuetur cor*; Hypocritæ autem, ut S. Greg. ait: *Multa in occulto mala faciunt, quædam vero bona in publico*; & ideo idem in alio quodam ejusdem libri capite ostendit, quam facile in formando de fictis his animabus conceptum falli possimus; dicit enim: *Cum corpus abstinentia domat, cum largiendo quæ possidet, studio pietatis exudat, cum notitia sacræ legis eruditur, cum verbo prædicationis utitur, quis tanquam tanta plenum largitate conspicies, à gratia æstimet largioris alienum?*

Aft. 20. 28.

S. Aug. Tom. 4. L. 4. ex. 8. hoot Test.

Hypocrisis, est similis veneno latenti sub melle.

B. Laur. Just. L. de Humil. c. 15.

Eccli. 23. 25.

Eccli. 23. v. 26.

Ibid. v. 28.

S. Greg. l. 8. Mor. c. 27.

Ibid. c. 30.

3. S. Thomas sensum observat quem cœlestis Magister per hoc verbum *attendite*, nobis insinuare nititur; ait enim: *Non dicit, aspicite, sed attendite; ubi enim res certa est aspicitur, id est simpliciter videtur, ubi autem incerta, attenditur, id est caute consideratur; item dicit, attendite, quia firma tutela salutis est, scire quem fugias.* In Babylonia celeberrimum quoddam adorabatur idolum, cui Bel nomen erat, in cujus honorem oblata Victus annona à sacerdotibus devorabatur, qui eamdem ab idolo consumptam esse prædicabant, ac proinde Rex coram eo reverenter genua flectens una cum populo sacrificia certatim offerebat, fumabantque in honorem ipsius ex thymiamatum incenso & odoribus altaria. Hanc autem hypocrisin & abscondiram fictionem, nemo alius, quam solus Daniel, veri Dei servus, dignoscere & discernere valebat, qui ait: *Neerres rex, iste enim intrinsecus luteus est, & forinsecus æreus; neque comedit aliquando.* Et quidem tametsi hæc à Daniele Regi dicerentur, difficilem tamen ei fidem adhibebat, donec evidens depositionis suæ specimen in cineribus videret. Hugo Cardinalis super illa verba S. Matthæi Cap. 23: *Intus autem pleni estis hypocrisi*, ita scribit; *Isti significantur per Bel, qui extra æreus, intus luteus est.* Quot sunt hodie qui instar sacrorum numinum, à mundo, veluti homines enimenti sanctitate conspicui, in veneratione habentur, qui tamen intrinsecus

S. Thom. in Cat. Matth. 7. Hypocrisis sacrificiorum Idoli Bel.

Dan. 4. v. 6.

Matt. 23. 28. Hug. Card. ib. Hoc idolum exterius æneum

erat, intus vero Luteum, 2. Tim. 3. v. 5.

rius *turpi luto pleni sunt & ne erres, iste intrinsecus luteus est. Habentes speciem pietatis*, inquit Apostolus; Ecce tibi æs, ecce pellem ovinam: *Virtutem autem ejus penitus abnegantes*; Ecce tibi lutum, & lupi rapacitatem Salvator noster scribis improperabat dicens: *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui ædificatis sepulchra prophetarum, & ornatis monumenta justorum, & dicitis: Si fuissemus in diebus patrum nostrorum non essemus socij eorum in sanguine Prophetarum.* Circa quæ verba prima quidem facie Salvatorem sine data justa occasione hanc scribarum actionem reprehendisse videri non nemini posset, quia pietatis & gratitudinis opus est, si quis Prophetis & omnibus sanctis, nobis in hac vita benefacientibus, & in alia vita pro nobis interecedentibus, altaria erigat, & adornet, præterquam enim quod per hoc Sancti honorem accipiant, ipse quoque Deus in servis suis per hanc honorari censetur. Idem dubium Doctor Angelicus his verbis movet, inquiens: *Sed quid est? numquid ipsi male faciebant? nonne nos bene faciamus, qui corpora Sanctorum in capsis argenteis & aureis ponimus?* Mox vero in sententia plurium aliorum respondet, Pharisæos non propter opus, sed propter intentionem fuisse reprehensos: *Mala enim eorum erat intentio, facichant enim ut memoria scelerum patrum suorum ad memoriam redigeretur hominum.* Quam quidem expositionem tametsi Angelicus Doctor non rejiciat; subjungit tamen: *Non tuppertantur propter hoc, sed qui non faciebant hoc nisi ut exterius ostenderent signa pietatis.* Quæ cum ita se habeant, quis alius ad discernendos perversos hominum finem & intentiones pertingere poterit, præterquam solus Dei Filius, qui ut scriptura inquit, *scrutator cordis & renes Deus.* Subdit insuper idem Angelicus: *Ornabant sepulchra, & tamen habebant animam ad interficiendum propter simulationem.*

Num. 27. v. 16. Difficulter discernitur hoc vitium à vera virtute.

S. Thom. in Matth.

Pf. 7. v. 10.

Jerem. 51. 7. Quid designet Calix aureus Babylonis.

4. In Jeremia dicitur: *Calix aureus Babylon.* Sæpenumero in manu Sacerdotis calicem videbimus aureum, credemusque quod idem sacerdos charcteri quem in anima sua portat, per charitatis internæ aurum correspondeat; & tamen decipiemur eo quod in corde & anima sua veram quamdam Babyloniam foveat; ac proinde Christus Pharisæos his verbis perstringit: *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia mundatis quod de foris est calicis, intus autem pleni estis rapina; & immunditia.* S. Anselmus hæc verba exponens inquit: *Pharisæos arguit simulationis, & mendacij, quod aliud ostendatur hominibus foris, aliud agatur intus, non quod in Paropside, id est, calice eorum, superfluitio nominaretur; sed quia foris hominibus ostendant sanctitatem in habitu, in sermone in Phylacteriis, in fimbrijs, in orationibus longis & talibus, intrinsecus autem sunt pleni sordibus vitiorum.* Hanc hypocrisin discernere supra modum difficile est, quia oculos noster solam videt ovis speciem exteriorem, sub qua tamen lupus sæpe absconditur.

Matt. 23. 25.

S. Anselm. ib.

Jerem. 51. 7.

5. In libro Numerorum Moyses Deus his verbis precabatur: *Provideat Dominus Deus Spirituum omnis carnis hominem, qui sit super multitudinem hanc.* At vero numquid certum est, quod Moyses discretione pollebat spirituum? numquid longam habebat habilitatis & aptitudinis uniuscujusque subditorum experientiam? numquid operum illorum oculatus semper testis extiterat? Cur igitur à Deo immediate aliquem eligi postulat, qui multitudinem illam gubernaret; dicendo, *Provideat Dominus Deus &c.*? Abulensis ad hoc respondet inquiens: *Pro tanta multitudine regenda requiritur optimus vir, qui erat in populo, Moyses autem non cognoscebat hoc, quia ipsud non apparet sufficienter in actibus exterioribus.* Sanctus Bernardus suo sæculo hanc pestem inter Ecclesiasticos spectalissime detestatur; quot enim sunt etiam hisce temporibus qui forinsecus honoris Dei zelum, exemplaritatem, & ostentationem virtutis & spiritus præ se ferunt, ut tanto facilius ad gradus supremos promoveri possint? *Serpit hodie*, inquit, *putrida tabes hypocrisis per omne corpus Ecclesiæ, & quo latius, eo desperatius, eoque periculosius quo interius.* Quanto enim hæc pestis magis occultatur, tanto difficilius declinatur & discernitur. Idem quoque mellifluus Doctor Hypocritarum naturam in alio quodam sermone his verbis delineat: *Hypocritæ oves sunt habitu, astutia vulpes, æstu & crudelitate lupi. Hi sunt qui videri, non esse, mali non videri sed esse volunt. Mali sunt & boni videri volunt.* Qua autem ratione is qui continuo faciem suam mutat, & sub larvarum ac vestium multiplicitate quotidie variatur agnosci & discerni poterit? repræsentabit nonnumquam in theatro aliquis personam S. Petri aut S. Francisci, qui licet peccata gravissimis sit onustus, & Dei & sanctorum inimicus, nihilominus in tali scena Sancti personam ad stuporem spectantium repræsentans tales in theatro hujus mundi comœdi sunt viri hypocritæ. Sanctus Basilius in homilia *de laudibus jejunij*, inquit: *Noli obscurare faciem tuam more hypocritarum. Obscuratur facies, cum internus affectus externa specie velut incrustamento inducto tegitur, ac mendacio, ceu velo obtento zelatur, siquidem hypocritis dicitur hisitio, qui in theatro personam sustinet alienam, sæpe heri cum sit servus, hodie regis sit privatus. Isidem hac vita plerique vitam suam velut è proscenio ad ostentationem componunt, aliud in corde gerentes, aliud in specie hominum oculis præ se ferentes.* S. Joan. Clim. definitionem quamdam hujus vitij adducit, huic proposito nostro valde congruam; dicit enim: *Hypocrisis est contrarius corporis & animæ status, omni genere commentorum perplexus.* S. Anton. de Padua similiter ad scenicam, quæ in hypocrita sæpe videtur, & per quam vel maxime homines decipit, & deludit, mutationem se reflectens inquit: *In oculis hypocritæ est multiplex varietas oculorum; aliquando elevat eos ad cœlum, & suspirat; & aliquando ad terram, & gemit. Nec est sola in eo oculorum commutatio, sed & color. Modo enim est pallidus, modo niger, modo habet vestes despectas, modo compositas.*

In quo Pharisæi peccaverint adornando sepulchra justorum.

S. Thom. in Matth.

Abul. ibid.

S. Joan. Clim. Grad. 24. n. 4.

S. Ant. de Padua ser. in Dom. 8. post. Trin.

6. S. Hieronymus super illa verba Matthæi cap. 22. *Cognita autem Jesus nequitia eorum ait: Quid me tentatis hypocritæ*; hunc in modum hypocritam definit inquiens: *Hypocrita appellatur, qui aliud est, & aliud simulat; id est, aliud opere agit, & aliud voce prædicat.* Videbis nonnumquam histrionem in scena plangentem, flebilemque vocem naturalissime edentem, cum tamen interius aliud quam risum & lætitiam non desideret. Similes sunt perversæ hujus generationis hypocrises & dolosæ fictiones. S. Augustinus ethymologiam hujus nominis, *hypocrita*, indicans ait: *Hypocrita Græco sermone simulator interpretatur; qui cum intus malus sit, bonum se palam ostendit. Nomen autem, hypocrita, translatum est à specie eorum, qui in spectaculis tecta facie incedunt, distinguentes vultum cerussa, niveoque colore, & cæteris pigmentis.* Quis visis decem illis virginibus lampades manibus suis portantibus; aliquam inter illas notare potuisset differentiam, & tamen quinque illarum erant fatuæ, quæ sibi dici audierunt, *lassa est lampas nostra. Nescio vos.* Porro causa hujus exclusionis erat; quia sufficiens in lampadibus suis oleum non habuerunt. S. Augustinus per fatuas hasce virgines illos denotatos fuisse existimat, qui virtuose operantur, non ut Deo placeant, sed ut hominum sibi applausum concilient: *Bonis operibus satis quando lampades ferre videntur, hominibus volunt placere; laudabilia faciunt, oleum secum non portant. Tu ergo tecum porta, intus porta. Ubi videt Deus, ibi porta testimonium conscientiæ tuæ.*

Matt. 22. 18. S. Hieron. ib. Ethymologia nominis, hypocrita.

S. Aug. ser. 35. de diver. sis.

Quinque virgines fatuæ, denotant hypocritam. Matth. 25. v. 10. & 12.

S. Aug. ser. 23. de Verbo Dom.

7. S. Ambrosius sequens movet dubium, videlicet cur supremus omnium artifex, qui *omnia in Sapientia fecit*, in aliarum creaturarum productione eas bonas fuisse declararit, de homine vero quoad bonitatem nihil ejusmodi dixerit: *Cum* inquit, *omnia opera sua laudaverit Deus, eadem, terram, maria, noctem & diem, quod ipse profecerit ad usum laboris, illa ad fructum quicis, laudaverit feras bestias; uti ad hominem ventum est, solus non videtur esse laudatus, propter quem omnia generata sunt.* Cum igitur homo microcosmus quidam sit, cur non potius ille quam aliæ creaturæ à creatore suo laudari meruit, maxime cum ad imaginem & similitudinem ejus creatus fuerit? *Quæ igitur causa est, nisi forte ea, quia alia in specie sunt, homo in occulto? nihil in bestijs plus reperias, quam quod videtur; in homine nihil est inferius, quam quod videtur, qui cum ex animo constet & corpore, hoc utique in eo servit quod videtur, illud quoque in eo regit, quod non videtur.* Ex qua observatione facile deducere possumus, quam sit humano intellectui difficile de bonitate hominis solidum formare judicium, cum hæc ab interiori cordis & intentionis dependeat, quam penetrare & scrutari nemo valet. Episcopus ille Sardorum, cujus in c. 3. Apocalypsis fit mentio, magnam sibi apud populum suum comparaverat opinionem sanctitatis, at vero sine ullo fundamento & ratione, quia omnia opera sua vana erant, unde de eo dicitur: *Nomen habes quod vivas, & mortuus es.* In exteriori apparentia videbatur mundo vir perfectus, cum tamen mere ficta & simulata ejus sanctitas esset. Quis vero idipsum detexit? solus Deus qui ait: *Et angelo Ecclesiæ Sardis scribe: Hæc dicit qui habet septem Spiritus Dei, & septem*

S. Ambr. l. de Inst. Virg. c. 3. Cur in creatione homo non fuerit laudatus à Deo de bonitate, sicut aliæ creaturæ.

Hypocrisis Episcopi sardorum.

Apoc. 3. v. 1.

Rich. à S. Vict. p. 1. in Apoc. l. 2. c. 9.

stellas, scio opera tua. Quæ Richardus à S. Victore ita explicat; *Scio opera tua per meam sapientiam, quod nomen habes, videlicet in vulgo, per inutilem famam, quod vivas per justitiam, & tu è converso mortuus es per culpam.*

A similantur Lupis. *Bellovac. spec. mor. p. 3. l. 3. dist. 10.*

S. Vincentius Bellovacensis rationem assignat cur hypocritæ ab incarnata Sapientia lupis assimilentur: *Dicit Aristoteles in lib. de natura animalium, quod lupi Africani sibilos pastorum fingunt, & oves eos esse pastores credunt, & ad eos conveniunt, & ipsi eas postquam tenuerint, dirripiunt.* Quot sunt qui fingere noverunt vocem pastoris illius qui de se ait: *Ego sum pastor bonus*, ut tanto liberius innocentius gregem dilaniare possint. Idem quoque author aliam quamdam adducit similitudinem, ex qua perspicue cognoscere possumus, quam facile in discernendis hypocritis decipi & falli possumus, dicit enim: *Sunt similes arboribus Sodomorum, de quibus in historia Scholastica dicitur, quod ferunt juxta mare mortuum poma lucida apparentia exteriori, sed cum matura creduntur, & aperiuntur, scintillis plena inveniuntur: Sic opera hypocritarum, quæ videntur modo viva, inveniuntur coram Deo & Sanctis morte plena.*

Joan. 11. 14.

Et aliorum Sodomorum.

DISCURSUS XI.

ARGUMENTUM.

Deus primo omnium loco rectitudinem cordis in operibus nostris requirit, siquidem opera nostra quantumvis extrinsecus bona sint, sine hac inutilia sunt & mortua.

THEMA.

Testis mihi est Deus cui servio in spiritu meo. Rom. 1 vers. 9.

Deus in operibus bonis vel maxime requirit rectitudinem cordis & intentionis.

1: S. Apostolus probe sciens quantam Deus in servitio, quod illi exhibetur, cordis & intentionis rectitudinem desideret, & quantum alia ex parte hypocrisin detestetur, eumdem Deum in testem advocat, quod eidem in toto Spiritu & sine fictione serverit. Unde S. Anselmus hunc textum exponens inquit, *In spiritu meo, id est, in affectu mentis mea, quia non per simulationem illi famulatum exhibeo, sed quidquid foris erga servitutem ejus operor, hoc intus in voluntate cordis similiter facio.* Porro eadem quæ naturam inter & artem est differentia, similiter inter veram & fictam virtutem, ut Didacus Stella observat, reperitur. Sicut enim natura in generatione hominis à corde principium ducit, & postea ad aliarum partium formationem digreditur, ita pariter vera virtus incipit à corde, & à recta intentione, quam primo per virtuosos actus internos expoliendo formet, & postea ad exteriores transit operationes. Ars vero econtra interiora nihili facit, sed de sola superficie solicita est: *Sic falsa & ficta virtus non curat de interiori animi ornatu, cura, & munditia, sed externa tantum quærit, ut hominibus placeat, & illis bona appareat. Deus autem eam veritatem diligat, talem exteriorem similitudinem non vult, & ut hoc insinuaret, præcipiebat in Levitico, ut animal detracta pelle immolaretur, & ut membra igne combarentur; exterior simulatio vult, ut auferatur, & quod interius igne charitatis exardescat, ideo ait: Fili præbe mihi cor tuum.* Poterat & S. Prophetæ David diu ante Apostolum in veritate dicere: *Testis mihi est Deus, cui servio in spiritu meo*, tum quia Deus de ipso gloriabatur, dicens: *Inveni hominem secundum cor meum*; tum quia ipsemet se omnem à se fictionem proscripsisse his verbis testatur: *Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ*, quasi diceret juxta expositionem Theodoreti: *cum integritate dixi non usus sum fraude; neque alius eram intus quam foris videbar, sed occulta apparentibus respondebam.* Agellius proinde authoritatem Eusebij adducens ita scribit: *Plerique composito habitu; ac sumpta gravitatis persona, in publico modesti videntur ac probi, at vero domi mores suos deregunt, & se improbos produnt: Ego vero in innocentia cordis mei, in medio domus meæ ambulavi, cogitationesque malas ex intimo corde prodeuntes non habui.*

Differentia inter operationes naturæ & artis.

Prov. 23. 26.

Act. Ap. 13. v. 22.

Ps. 100. v. 2.

Theod. ibid.

Agellius ibid.

2. In Apocalypsi c. 3. de hypocrisi in persona Episcopi Sardensis sequens describitur revelatio: *Hæc dicit qui habet septem Spiritus Dei, & septem stellas, scio opera tua, quia nomen habes quod vivas, & mortuus es.* Quem textum Hugo Cardinalis ad nostrum propositum hoc modo exponit: *Hæc dicit qui habet septem Spiritus Dei: Id est, qui dat omnem vitam spiritualem & internam; quod est contra hypocritas, qui sunt intus mortui.* In quonam vero vita hominis consistit? in respiratione & in anima, quæ spiritus est & oculis corporeis non videtur; & ideo hypocritæ æstimantur mortui, qui omne esse ipsorum in apparentia exteriori consistit, de interiori vero nequidquam curant. *Hunc Episcopum arguit de hypocrisi. Recte prius loquitur de Spiritu, quia prius est vivere quam lucere. Hypocrita est corpus sine Spiritu, quia habet opera sine charitate, quæ est forma operum.* Allimilantur quoque ijdem sepulchris forinsecus dealbatis, quæ intus mortuorum plena sunt ossibus: *Væ vobis Scribæ & Pharisæi Hypocritæ, quia similes estis sepulchris dealbatis; quæ aforis parent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum.* Ad quam similitudinem alludens Origenes in detestationem hypocritarum ita scribit: *Hypocrysis cum sit aliqua simulatio boni, nihil quidem habet vitale, ex eo bono quod simulat. Ossium autem (ut sic dicam) virtutis illius quam simulat, mortua justitia est, aut castitas. Si enim sapienter audiamus, quod vult ostendere sermo præsens, intelligimus quod omnis justitia simulata, mortua justitia est? Sicut homo mortuus videtur quidem homo, sed non est homo; Sic & mortua castitas, nec castitas est; mortua autem est, quæ non propter Deum, sed in simulatione propter homines fit.* S. Cypr. sub veneni mortiferi Metaphora de hoc vitio loquens inquit: *Mens hoc veneno imbuta, in miseriis deliciatur, & occupata hac scabie, in ulceribus gloriatur. Religio fit superstitio, & succedit ei ambitio subornata; extincto Spiritu, quatriduano cadaveri solæ supersunt exuviæ, virtutis species exanimis, simulachrum sanctitatis. Tanta est hypocritarum dementia, ut fœtoribus pro odoribus abutantur.*

Similes sunt sepulchris mortuorum. *Matt. 23. 27.*

Origen. in Matth. 25.

S. Cypr. de jejun. & tent. Christi.

3. Abulensis similiter de motivis, ob quæ hypocrita sepulchris assimilatur, diffuse discurrens, idemque quod Origenes, observans, inquit: *Corpus mortuum similitudinem quidem habet humanam, sed homo non est, ita & hypocritæ videntur quidem justi, sed justitiam nullam habent. Qui autem vere boni sunt, sunt sicut corpora viventia, quia illa similitudinem habent humanam & vere sunt homines, quia vitam habent & animam.* Doctissimus Salmeron in quonam anima operum nostrorum, ad hoc ut viva Deoque grata sint, consistat, his verbis exponit: *Dictum est, ut caveamus ab hypocrisi, ut nihil ficte, nihil simulate faciamus, sed omnia ex animo & veritate; nec enim curat Dominus quid facias, sed quo animo facias, & juxta cor Domini potius, quam juxta facta tua à Domino judicaberis. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ*, inquit Salvator: *qui mundatis quod de foris est calicis & paropsidis intus autem pleni estis rapina, & immunditia.* Quæ verba Ven. Beda de interiori calicis purificatione ita exponit: *Hoc est, munda prius cor & conscientiam à concupiscentijs & pravis desiderijs à fraude & dolo, & sic foris per opera ostendes veraciter sanctitatem.* Moxque errorem quemdam quo multi decipiuntur, his verbis manifestat, inquiens: *Hoc contra illos valet, qui peccata corporalia, fornicationem, furtum, & cætera talia, quasi gravissima, detestantur, spiritualia vero quæ non minus damnat Apostolus, hoc est amaritudinem, iram, indignationem, clamorem, superbiam, & cætera, ut levia contemnunt.*

Abul. q. 226. in c. 23. Matth. Amplificatur eadem similitudo.

Salm. Tom. 4. Tr. 18.

Matth. 23. v. 25.

V. Beda ibid.

4. Illa Dei sponsi sui amore flagrans anima de semetipsa dicit: *Nigra sum, sed formosa, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis*; circa quorum verborum intelligentiam sciendum est, tabernacula Cedar intus pulchra, speciosa, & elegantia, quoad aspectum vero exteriorem vilia fuisse; Similiter pelles quibus Salomon arcam contegi fecit, intus auro splendebant, gemmisque & margaritis locupletissime distinctæ erant, foris autem rudes, viles, turpesque cernebantur. Unde hisce verbis sponsa cœlestis insinuare vult, quod anima regi gloriæ in hac præsenti vita se desponsare volens, hanc in se virtutem habere debeat, quod scilicet non sit apparenter & extrinsecus in oculis hominum, sancta, sed interius & in divino conspectu, quia sancta esse, non vero apparere debet.

Cant. 1. v. 4. Anima Deo placere volens, non exterius, sed interius sancta esse debet.

5. D. Chrysologus examinans illam à Christo discipulis suis traditam doctrinam, videlicet: *Attendite ne justitiam vestram factatis coram hominibus*; diversitatem assignat, quæ est inter opera Deo accepta, & alia ob vanam ostentationem elicita, dicitque *Justitia quæ per se sibi abundat ad gloriam, spectaculum populi, vulgi laudes; favores hominum, mundi gloriam non requirit. A Deo genita cœlum spectat, in oculis agit divinis supernis virtutibus mixta, semper à Deo solo, ut glorificetur, expectat. Hæc est justitia quæ ex Deo est: Illa vero*

Matth. 6. v. 1. D. Chrys. ser. 9. Affertur differentia inter opera Deo grata, & ob ostentationem facta.

vero justitia quæ est hypocrisis, justitia non est; mentitur oculis, fallit aspectum, videntibus illudit, decipit audientes, seducit turbas, trahit populos, famam vendit, emit clamorem, sit sæculo, Deo non sit mercedem rapit præsentem, Deum non quærit in futuro. Idem aureus D. Chrysologi calamus de eleemosyna ob auram populärem acquirendam, vel alios terrenos fines consequendos facta ita scribit: *Ostentationis mundinatio est, non commercium charitatis, si enim charitatis pretium mercaremur, utique talium vanorum finium facile oblivisceremur.*

D. Chrys. ib.

Unde valor operum nostrorum sumatur.

D. Chrys. ib.

Valorem enim operum nostrorum unde desumendum esse existimas? utique non ab actione exteriori, sed ab intentione ex qua fit, desumi debet; Deus enim æquissima trutina voluntatem ponderat, nec non affectum & amorem quo ei servimus. Unde idem divus Chrysologus ait: *Deus judicat non ubi facias, quando facias; sed qualiter facias, quia Deus de cordibus, non de manibus facta meditur.* Ecclesiasticus inter prima & præcipua nobis tradita documenta in principio libri sui hoc quoque recenset: *Ne accesseris ad illum duplici corde.* At vero inquies, quis umquam hominem duplici corde fuisse audivit? verum quidem est, nonnumquam visos fuisse, qui plures in una manu quam quinque digitos, plures dentes, plures oculos, vel alias similes corporis partes habuerint, sed qui duo corda habuerit homo, nusquam nec umquam visus est. Pro resolutione igitur observandum Sapientem in sensu mystico loquentem de Hypocrisi intelligendum esse, ideo enim immediate subjungit: *Ne fueris hypocrita in conspectu hominum.* Unde Paulus de Palatio præsentem difficultatem his verbis exponit: *Duplex vocatur, qui vult gaudere cum sæculo & regnare cum Christo; qui Dei est per fidem, mundi per amorem, Deo dedit intellectum, mundo affectum. Hi sunt quos Elias dicit claudicare in duas partes colentes simul Deum & Baal. Hi sunt Samaritani servantes legem Dei & servientes idolis suis.* Præfatus Ecclesiasticus in hujusdem capitis fine subjungit: *Accessisti maligne ad Dominum, & cor tuum plenum est dolo & fallacia.* Græcus legit: *Quoniam non accessisti in veritate timori Domini.* Cain quoque in prima Epistola Joannis, tamquam malignus his verbis reprehenditur: *Non sicut Cain qui ex maligno erat; & occidit fratrem suum. Et propter quod occidit eum? Quoniam opera ejus maligna erant, fratris autem ejus justa.* Verum inquies qua ratione opera Cain maligna esse poterant, quando sacro textu attestante hic primus fuit, qui Deo oblationes & sacrificia sua obtulit? Abel namque quas obtulit oblationes, post sacrificium Cain Deo immolavit: *Factum est autem post multos dies*, inquit sacer textus, *ut offerret Cain de fructibus terræ munera Domino. Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui.* Verumtamen in promptu est ad hanc difficultatem responsio; Deus enim intentionem nostram respicit, cum qua oblationes nostras ipsi immolamus, si enim hæc defectuosa fuerit, neutiquam ei placebit quidquid demum illi obtulerimus. Salubriter proinde nos monet Apostolus inquiens: *Accedamus cum vero corde, in plenitudine fidei, aspersi corda à conscientia mala & abluti corpus aqua munda, teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem.* Circa quæ verba observandum, quod primo loco requirat quod interius est, postea vero quod est exterius: *Cum vero corde*, inquit, *in plenitudine fidei.* Unde Salomon in principio libri Sapientiæ nos monet dicens: *In simplicitate cordis quærite illum*; moxque subjungit: *Spiritus Sanctus disciplinæ effugiet fictum.*

Eccli. 1. v. 36.

Quid intelligatur per duplex Cor.

Eccli. 1. v. 37.

Paulus de Pal. ibid.

Eccli. 1. v. 40.

1. Joan. 3. v. 12.

Differentia inter oblationem Cain & Abel.

Gen. 4. v. 3.

Ibid. v. 4.

Hebr. 10. v. 22.

Sap. 1. v. 1.

Ibid. v. 5.

6. Apud S. Marcum Cap. 7. reprehenduntur Pharisæi ob quosdam illorum ritus superstitiosos: *Pharisæi & omnes Judæi nisi crebro laverint manus non manducant, tenentes traditionem seniorum, & à foro nisi baptizentur non comedunt, & alia multa sunt, quæ tradita sunt illis servare, baptismata calicum, & æramentorum & lectorum.* Circa quæ verba Albertus Magnus inquit: *Hæc observantia exterioris munditiæ non vituperatur, nisi per comparationem ad interiorem immunditiam, quæ non curabatur ab eis.* Ac proinde cœlestis magister noster eos monuit dicens: *Pharisæe cæce, munda prius, quod intus est calicis & paropsidis, ut fiat id quod de foris est mundum.* Ubi idem Albertus Magnus ait: *Calicis, hoc est cordis, à quo propinanda est sapientia.* Unde Jeremias cap. 4. ait: *Lava à malitia cor tuum Jerusalem.* Hugo Cardinalis super Matthæum similiter inquit: *Munda prius quod intus est calicis, quasi dicatur: Utrumque mundari oportet, & corpus & animam, sed mundatio hæc debet incipere ab interiori.*

Marci 7. v. 3. Mandatio hominis debet incipere ab interiori.

Alb. Magn. in Matth. 23.

Matt. 23. 26.

Alb. Magn. ib. Jerem. 4. v. 14.

Hug. Card. in Matth. 23.

Ps. 72. 7.

7. Regius Propheta David inquit: *Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum*; quia transgressio divinæ legis ab intentione; & à Deo aversa voluntate derivatur, ac proinde hæc primo omnium loco regulanda est; neque enim Deus sine mysterio in antiqua lege requirebat, ut omnis adeps victimæ in ejus honorem concremaretur, hic enim adeps intentionem rectam, affectum, & voluntatem nostram prægurabat, quæ omnium operationum nostrarum, sive malarum, sive bonarum unica regula esse censetur; nunc autem adipem sibi foli Deus reservari volebat. Idem quoque præceptum Hesichius in favorem nostrum his verbis interpretatur: *Quia adipem in æternum præcepit Dominio offerri, manifestum est, quia conservari Deo nostram desiderium vult, idque in æternum, ne ad Deum illud, & ad mundum dividamus.*

Adeps, debet esse rectam intentionem. *Levit. 3. v. 16.*

Hesichius l. 2. in Levit.

8. Laban hominis mundani reprobi, & veri Dei inimici typus erat; hic igitur mox ut cognovit Jacob generem suum una cum filiabus & substantijs ab eo meditari discessum, obstinatè illum insecutus est, quam persecutionem facer textus his verbis exprimit: *Persecutus est eum diebus septem*; & licet Deus, qui servum suum Jacob defendebat, Laban apparens præcepisset, dicendo: *Cave ne quidquam aspere loquaris contra Jacob*; Ipse tamen, mox ut illum assecutus est, de improvisa ejus discessione his verbis lamentatus fuit: *Cur ignorante me fugere voluisti, nec indicare mihi, ut prosequerer te cum gaudio, & Canticis, & tympanis, & Cithara? non es passus ut osculer filios meos.* Ecce tibi evidentem hominis fictionem, & hypocrisin, qua iram & furorem suum cooperire satagebat; nimirum *veniunt in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.*

Laban fuit in signis hypocrita.

Gen. 31. v. 23.

Ibid. v. 25.

Ibid. v. 28.

Matth. 6. v. 7.

Ibid. v. 15.

9. Ob eumdem finem, apparentiam videlicet abominandi exteriorem; quando hæc cum interiori essentia minime conformatur, Salvator noster hypocritas his verbis perstringit: *Exterminant facies suas ut appareant hominibus jejunantes.* Vultus enim sensus indicat hominis interioris; Sic enim iratus vultum suum sanguine habet perfusum & ardentem: qui timore percellitur, subito in vultu palleseit, & quasi emoritur: Hypocrita autem adeo est doloso & fagax, ut faciem suam alia sciat imbuere specie, seque longe diversum exhibere ab illo, qui revera est interius. Optime igitur S. Ambrosius his verbis nos admonet dicens: *Lava faciem tuam, munda animam tuam peccatricem, lava illam, & omnem conscientiam tuam. Index enim facies pleramque est conscientiæ, & quidem tacitus sermo mentis; cum aut peccato compungimur, aut integritate lætamur. Noli hanc exterminare faciem; lava illam; & omnem sordem conscientiæ tuæ dilue. Exterminat faciem suam ille, qui aliud corde gerit, aliud foris prætendit.* Incarnata Sapientia de præcursore suo, qui præparaturus erat viam ad regnum cœlorum, non sine mysterio omnibus notam esse voluit austeritatem corporalem, cum interiori rectitudine perfecte conjunctam. Porro S. Matthæus de ipso scribit: *Vox clamantis in deserto parate viam Domini; rectas facite semitas ejus. Ipse autem Joannes habebat vestimenta de pilis Camelorum, esca ejus erat locusta & mel Sylvestre.* Observandum vero est dictio illa: *vox clamantis*, quia *ex abundantia cordis loquitur.* Talis quoque virorum spiritualium vita esse debet, ut opera quædam ex abundantia cordis promanatæ voces exittant, nam ut S. Isidorus Peluliota ait: *Ad numeros omnes religiosæ vitæ absolvendos, Joannis cibus, ac potus, & cubile immane sufficit, verum ad perfectionem adipiscendam Joannis quoque animus requiritur.* S. Augustinus in libro *de conflictu vitiorum & virtutum* similiter ita ad nostram eruditionem scribit: *Quia nihil boni in absondito facis, ne à cunctis cognitus detestaveris, finge te foris esse, quod intus non appetis. Religio vero respondeat. Imo magis sage esse, quod es, nam ostendere te hominibus quod non es quid aliud quam damnatio est?*

Opera hypocritæ, similia sunt telis aranearum.

Matth. 3. v. 3. Virorum Spiritualium vita, similis esse debet vitæ S. Joannis Baptistæ. *Marc. 12. 34. S. Isid. Pelus. l. 1. Epist. 162.*

S. Aug. T. 9. lib. de conflictu vit. & virt. c. 4.

DISCURSUS XII.

ARGUMENTUM.

Hypocrita operum bonorum merita amittit, ubi damnum hoc quam ingens sit, graviter consideratur.

THEMA.

Spes hypocritæ peribit. Job. 8. v. 13.

1. Spiritus veritatis adhibito in testimonium Jobo, magno illo innocentiæ speculo, spem hypocritarum tandem disperdendam esse monere volens, inquit:

Job.8. v.13. Ibid. v.14.

quit : *Spes hypocritæ peribit*, atque in illius confirmationem aptas quasdam similitudines subjungit : *Sicut tela aranearum fiducia ejus innitetur super domum suam, & non stabit.* De hisce vero aranearum telis sanctus Gregorius hunc in modum discurrit; *Bene hypocritarum fiducia aranearum telis similis dicitur, qui omne quod ad obtinendam gratiam exudant, ventus vitæ mortalis dissipat, nam quonam æterna non quærunt, bona temporalia cum tempore amittunt. Aranearum tela studiosè texitur, sed subito venti flata dissipatur, quia quidquid hypocrita cum labore peragit, aura humani favoris tollit.* Ad hoc idem propositum apte historia illa deservit, quæ in libr. 4. Regum. cap. 20. describitur. Quia postquam Ezechias Rex corporis salutem miraculosè recuperasset, nonnulli ad eum Jerosolymam è Babylonia amandati fuere legati, quibus ipse ostentationis causa, quidquid in thesauris suis reconditum erat, jactabundè ostendit : *Non fuit quod non monstraret eis Ezechias in domo sua & in omni potestate sua.* At vero quis tandem ostentationis hujus eventus fuit ? nimirum Deus indilate ad eum Isaiam Prophetam misit ut ei diceret : *Ecce dies venient, & auferentur omnia quæ sunt in domo tua, et non remanebit quidquam.* Verum inquies, quanam culpa bonus hic rex tam rigidum promeruit supplicium ; numquid mundi hujus principibus passim ostitatum est, ut è longinquo advenientibus legatis quidquid in palatio raritatum, deliciarum, rerumque pretiosarum possident, ostentare soleant ? cur igitur Deus adversus hunc regem adeo benemeritum, divinique cultus sui zelosum servum suum tam acriter animadvertit ? vix aliud ad hoc responderi potest, quam quod *omnia in figura contingebant illis*, hic namque Ezechias in hac actione repræsentabat illum, qui spirituales operum bonorum, & gratiarum cœlestium, comparatorumque meritorum thesauros alijs publice ostentat ; solo hoc fine motus, ut inde mundi sibi applausum comparet ; Talis autem justo Dei judicio omnibus hisce bonis spoliari meretur. *Suscepit Babylonici regis nuntijs*, inquit S. Gregorius, *bona omnia quæ possidebat ostendit, sed Prophetæ vocem protinus audivit : Ecce dies venient, & auferentur omnia quæ in domo tua sunt, ... in Babylone: non relinquetur quidquam dicit Dominus. Sic, sic nimirum hypocrita, postquam magnis virtutibus excreverint, quia cavere malignorum spirituum insidias negligunt, & celari in ijsdem virtutibus nolunt, bona sua ostendendo hostium faciunt, & prodentes subito amittunt, quidquid divitijs studentes operantur ; hinc per Psalmistam dicitur : Tradidit in captivitatem virtutes eorum & pulchritudinem eorum in manus inimici ; Virtus quippe & pulchritudo, arrogantium inimicorum manibus traditur, quia bonum quod per concupiscentiam laudis ostenditur, occulti adversarij jure mancipatur.*

4. Reg. 20. v. 13. Ezechias Rex, figuravit hypocritas.

Ibid. v. 17.

S. Greg. ibid. c. 30.

Hypocritæ similes sunt Spicis vacuis à vento excussis.

2. Tempore messis nonnumquam contingit, quod dum venti impetuosi valide spirant, frumenti spicæ granis onustæ, & maturæ, per ventorum agitationem concussæ, in terram cadant, granaque hinc inde dispersa intereant, adeo ut agricola, qui apparentem messis liberalitatem videns, granarium suum exinde adimplere speraverat, spe sua delusus remaneat. *Oseæ. 8. v. 7.* Theophylactus super illa verba Oseæ : *Quia ventum seminabunt & turbinem metent, culmus stans non est in eo ?* de hypocritis ita scribit: *Similes vento perditis spicis, quæ thecas quidem plenas forinsecus ostendunt, intrinsecus vero fructum non continent, & vacuas aristas habent.* Unde haud secus ab agricola, qui postquam seminando granum, illudque mandando, custodiendo, plurimum fatigavit, demum se spe sua delusum conspiciens, lamentatur & mœstus efficitur. Dicere quidem possum cum Apostolo: *Ego plantavi, Apollo rigavit, sed Deus incrementum dedit*, quia ille qui ait : *Pater meus agricola est*, in agrum animæ ipsorum semen jacere, illudque cultivare satagit, ut tandem illud suo tempore in granarium cœleste congregare possit juxta illud: *Triticum autem congregate in horreum meum :* At vero eheu sæpenumero accidit, ut ventus hypocrisis & applausus humani illud auferat, & fructus meriti bonorum operum in paleas degeneret, cessuros in ignis inextinguibilis perpetuam escam, de quo proinde supernus agricola magnam habet lamentandi occasionem. *Non enim vult disciplinæ cælestis Magister*, inquit S. Maximus, *irreligiosè agi, quod fieri pro religione præcipitur, nec patitur invocantium se laborem, quibus æternam parat mercedem, infructuosæ jactantiæ vitio deperire.* Quod si aliquem videres, qui post adhibita in agrorum culturam multa dispendia, post multos sudores, & labores, aristas in spicas intumescentes amputaret ; ut fœnum sibi inde congregaret, numquid illum fatuum & delirum esse judicares? & tamen hoc ipsum hypocritis frequenter accidit, qui postquam per pœnitentiarum suarum sudores copiosam in cœlo messem congregare possent, ab aura & vanitate mundi seducti, nil nisi fœnum solum & paleam flammis infernalibus desservituram inde colligunt. *Multa contra hypocritas sacer textus loquitur*, inquit Simon de Cassia ; qui idem postquam multa adduxisset Sacræ Scripturæ testimonia, tandem subjungit: *receperunt mercedem suam*, moxque addit : *Et his quibus possumus mercari cœlestia, perfunctoria & terrena nanciscimur ; quid huic dementiæ possit æquari ? in malo pene situs simile non invenio!*

S. Max. Hom. in die Cinerum.

Sim. de Cass. l. 10. c. 26.

Matth. 6. v. 6.

3. Ex quo autem seminis mentionem fecimus, opportunum hoc loco esse videtur, ut etiam parabolam à S. Luca c. 8. recensitam paulisper examinemus. Dicit igitur sacer textus : *Exijt qui seminat ; seminate semen suum, & dum seminat, aliud cecidit secus viam, & conculcatum est, & volucres cæli comederunt illud.* Ex omnibus autem seminis partibus intereuntibus, nullum invenio tot dispendijs obnoxium sicut illud quod secus viam cecidit, nam de alijs dicitur : *Aliud cecidit supra petram ; & natum aruit, quia non habebat humorem : Et aliud cecidit inter spinas, & simul exortæ spinæ suffocaverunt illud ;* at vero semen illud quod *secus viam cecidit*, non solum conculcatum pedibus, sed & à volucribus cæli devoratum fuit. At vero hostilisne quosnam illud semen præfigurarit, nimirum opera bona, quibus ex motivo humano hypocritæ insudant, justo namque Dei judicio fit, ut non solum talium bonorum operum meritum amittant, verum etiam ejusmodi opera inimico infernali fœtissimè in prædam cedant : *Quia venit Diabolus & tollit verbum de corde eorum, ne credentes salvi fiant.* Audite Origenem hac de re his verbis loquentem : *Sed & illud admonendum necessarium duximus, ut fructus noster non sit secus viam, sed in ipsa via ; in illa quæ dicit : Ego sum via ; seminetur utique in ea, ne aves cæli comedant fructus nostros.* Merito autem per hoc semen secus viam seminatum, hypocritam denotant, quia hi quidem exterinsecus ita se exhibent, ac si per bonam viam procederent, & velut si homines virtuosi & timorati essent, & tamen non sunt in via, sed secus viam, propter deordinationem cordis & intentionis ipsorum. Unde apud Jobum dicitur : *Congregatio hypocritæ sterilis, & ignis devorabit tabernacula eorum.* Circa quæ verba S. Gregorius ait : *Congregant bona opera, sed eorum sterilis & ipsa congregatio, quia per hoc quod agunt, fructum recipere in æterna retributione non appetunt. Fœcundi ac virides in suis operibus humanis oculis videntur, sed in conspectu oculi judicij infœcundi & aridi apparent.* Quod si aliquem videres per multos annos à morte non magis distantem, quantum fabrile quoddam lignum, sive tabula ab undis distat, oceanum inter tempestates, variaque pericula fulcantem, & tamen cum sudoribus & laboribus ingentem sibi pecuniarum thesaurum comparantem, eo solum fine, ut eumdem in ventorum ludibrio dissiparet, quidnam de ejusmodi stultitia & fatuitate dicturus esses ? Audite divum Chrysologum hanc similitudinem ad propositum nostrum adducentem dicit enim : *Hypocrita elaborasti jejunijs ut labor tibi jejunij non prodesset. Hypocrita abstinentiæ fluctus intrasti, continentiæ conscendisti undas, enatasti jejunij pelagus ; & in ipso portu jejunij naufragasti ; quia non comparasti lucrum, sed mercatus es vanitatem.*

Luc. 8. v. 5. Semen quod cecidit secus viam, deliguiat operabonum, ex motivo humano, ab hypocrita

Ibid. v. 7.

Oseæ. 7. v. 8.

D. Chrys.

4. In Oseæ dicitur : *Ephraim factus est subcinericius panis ; qui non reservatur ; comederunt alieni robur ejus ;* Quæ verba à S. Gregorio hypocritis adaptantur, dum is hunc in modum discurrit : *Panis subcinericius super se cinerem portans, partem mundiorem deorsum premit, partemque superiorem tanto sordidiorem habet, quanto in eo cinerem tolerat.* Cinis enim, ut omnibus constat, pœnitentiæ signum est, quam pœnitentiæ speciem sibi assumunt illi, qui fingunt se coram vulgi oculis, ac si animæ puræ & mundæ essent, quum tamen in conspectu Dei immundæ sint, & tanto immundiores, quanto magis hoc pœnitentiæ ficto cinere se conspergunt. Dicit insuper Propheta : *Comederunt alieni robur ejus*, quia motiva propter quæ virtuosos austeritatum, jejuniorum, & orationum actus exercent, in malignorum spirituum beneficium cedunt ; & ideo dicitur : *Volucres cæli comederunt illud.* Unde D. Chrysologus de hypocrita ita scribit : *Jejunium jejunio permixit, orationem oratione evacuat, misericordiam miseratione prostravit.* S. Gregorius super illa verba Jobi : *Ossa ejus implebuntur vitijs adolescentiæ*

S. Greg. l. 8. Mor. c. 23.

Job 15. v. 34.

S. Greg. l. 24. Mor. c. 24.

Aliud simile.

Job. 8. v. 14.

Hugo Card. Pineda.

Ossa ejus implebuntur vitijs adolescentiæ ejus, & cum eo in pulvere dormient; ad ossium soliditatem, per quam opera bona intelliguntur, reflectit, inquiens : *Habet hypocrita nonnumquam forte & validum aliquid in operatione, sed dum multa bona se simulat habere ; quæ non habet, perdit etiam quæ habet. Unde bene nunc dicitur : Ossa ejus &c. Quia cum levis ac mobilis multa pueriliter fecit, etiam in his quæ fortia egerit, in vitio mollescit, quæ videlicet ejus ossa cum eo in pulvere dormient, quia scilicet sicut pulvis est omnis simulatio illa quam agit, ita & in illo si quid habet validum, omni soliditate vacuatur, ut per virtutis arrogantiam, hoc quoque perdat, quod in eo potuit esse virtutis ; Ossa ergo in eo cum pulvere dormire est, cum pravis ejus artibus etiam si qua sunt bene acta, deperire.*

1. Cor. 3. v. 10. Hypocritæ super fundamentum quod Christus est, ædificant fœnum, ligna, stipulam. *Ephes. 2. v. 20.*

5. Sanctus Paulus Apostolus magnus spiritualis vitæ magister egregie nos docet, quanta cum cautela in via Dei procedendum sit, dirigendo semper oculos ad stabilitatem & firmitudinem fundamenti, cui operibus nostris innitimur : *Unusquisque* inquit, *videat quomodo superædificet, fundamentum enim aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Jesus. Si quis autem superædificat supra fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam, manifestusque opus manifestum erit.* At vero quinam sunt illi, qui supra hoc fundamentum (quod idem Apostolus alibi ipsummet Christum esse dicit : *Superædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum ipso summo angulari lapide Christo Jesu :*) fœnum, stipulam, & ligna superædificant ? nulli profecto alij quam hypocritæ, qui secundùm externam apparentiam virtuosè, & cum merito vitæ æternæ operari videntur, ac proinde quidquid operantur, velut argentum, aurum, & gemmæ lucet & splendet, de quibus Sanct. Thomas ait : *Quidam videntur superædificare aurum, argentum, lapidem pretiosum, qui tamen superædificant lignum, & fœnum, & stipulam, in rebus spiritualibus corporalia meditantes, puta lucrum vel favorem humanum.* Hi igitur postquam in novissimi judicij die ignis conflagrationis exarserit, sine ullis se meritis esse invenient, quia ignis ille fœnum & stipulam in cinerem rediget & favillam.

S. Thom. ibid.

Orig. Hom. 1. in Gen.

B. Laur. Just. lib. de Hum. c. 15. Aliæ similitudines hypocrisis.

6. B. Laurentius Justinianus eosdem hypocritas alijs similitudinibus adumbrat ; dicit enim : *Sepulchris deauratis, dealbatis parietibus, nubibus sine aqua, infructuosis arboribus, cæcis errantibus, exclusis à regno, & à proprio conditore assimilati sunt isti, nam aliud ostentant in facie, aliudque gerunt in corde.* B. Petrus Damianus postquam artificiosas quasdam recensuisset Sancti Barbatiani inventiones, quibus eum in miraculis, quæ frequenter patrabat, ab omni humano applausu eminentia à Deo accepta dona occultabat, demum perstringit illos qui de nullo alio æque curant, quam ut à mundo sancti æstimari & reputari possint : *Quantos*, inquit, *hodie cernimus, qui si de virtutibus admirabilis hujus viri vel ultimam particulam attingere potuissent, ad cælum se in superbiæ cornibus exaltarent, qui sæpe forte aliquid de virtutibus faciunt : Sed per hoc non cælum, sed terram petunt; Affectantes nimirum laudes hominum, in semetipsis dissipant fructum laborum, cumque se ostendere alienis oculis appetunt, ante divinæ majestatis intuitum damnant omne quod agunt.*

B. Petr. Dam. ser. de S. Barbariano. S. Barbariani ars in occultanda sanctitate.

Job 8. v. 11. Hypocritæ assimilantur scirpo.

7. Baldad Subites Jobum his verbis interrogat : *Numquid virere potest scirpus absque humore, aut crescere calectum sine aqua.* Quibus verbis ad hypocritas alludit, siquidem, ut in principio discursus notavimus, mox subdit, *sic spes hypocritæ peribit.* Rupertus Abbas postquam Jobum à Baldad calumniatum pluribus defendisset, demum in sensu spirituali ad propositum nostrum ita scribit : *Numquid virescere potest &c. id est, virorem aut speciem alicujus virtutis, potest habere scirpus; id est, hypocrita, absque humore, id est absque aliquo dono supernæ gratiæ ?* hanc autem cœlestem gratiam impositibile est ut simulata & ficta aliqua anima obtineat, hæc enim quidquid operatur, facit ad captivandam non Dei gratiam ; sed hominum : *Ille hypocrita est*, inquit Rubertus Abbas, *qui eleemosynam quidem dat, & orat, & jejunat, sed intus aurum dilectionis non habens, dupliciter ambulat, penetralibus, sive interioribus fœtidis, superficie aurea.*

Rup. Abb. ibid.

Rup. Abb. l. 5. in Matth. 50.

Matth. 6. 25. S. Aug. ser. 35. de div.

8. S. Augustinus ad illa se Redemptoris nostri verba reflectens, (*receperunt mercedem suam,*) illudque verbum, *Suam*, præcipue observans inquit : *Signanter dixit : receperunt mercedem suam, hoc est, non Dei, sed suam, laudati enim sunt ab hominibus, quorum causa exercuere virtutes.*

9. S. Job de Hypocrita inquit : *Sicut tela aranearum fiducia ejus.* De aranea autem Hugo Cardinalis ait : *Multum laborat, & cito dissipatur opus suum.* Pineda insuper inquit : *Aranea telam suam ingenti cum artificio fabricat* ; circumferentiam per quatuor fila in crucem in quatuor partes deducta, in spacia æqualia dividit, quorum singula postea in girum divisa, per alia fila intermedia contexit, relinquendo ex omni latere nexus æquales, donec tandem rete rotundum perfectè texuerit, quod octoginta continet lineas, per totidem nodos connexas, ac proinde adimplet idipsum quod Hugo dicit : *Multum laborat.* Sed quo fine id facit ? nullo alio, quam solum ut muscam deprædetur. Quis autem non videt quantum se hypocritæ emacerent, & apparenter humilient & mortificent ? idque non ob aliud, quam ex motivo vanæ gloriæ, ut scilicet bonam sibi in vulgo opinionem acquirant ; sed *dissipatur opus suum*, quia meritum omnium bonorum operum amittunt, quæ cæteroquin virtuosa & æternæ retributionis meritoria essent, si cum rectitudine intentionis facta fuissent. Dicit insuper idem Cardinalis de aranea : *Facit telam inutilem;* Nam vitij hypocrisis comes individuus est vana gloria, quia nihil aliud quam vanam penes vulgum gloriam sibi acquirere prætendit. Unde S. Gregorius ait : *Qui pro virtute quam agit, humanos favores desiderat, rem magni meriti vili pretio venalem portat, unde cæli regnum mereri potuit, inde nummum transitorij sermonis quærit.* Utique stultus censeretur esse negotiator ille, qui merces suas projicit, quas sine læsione & diminutione servare valens, novit continuo excessivo pretio comparandas ; Cum igitur eleemosynæ, jejunia, orationes, opera misericordiæ corporalia & spiritualia, & omnia alia in gratia Dei facta, jus habeant ad æternam retributionem, sintque moneta qua cœlestis comparari beatitudo possit, numquid maxima est hæc Christianorum stultitia, qui ab hypocrisi seducti, omnia prædicta opera abjiciunt, dum illa ob vanum mundi applausum tantum faciunt, vere de ijs dici potest illud Aggæi Prophetæ : *Seminastis multum & intulistis parum, comedistis & non estis saziati, bibistis & non estis inebriati, operuistis vos, & non estis calefacti, & qui mercedes congregavit, misit eas in sacculum pertusum.*

S. Greg. l. 8. Mor. c. 23.

Aggæi. 1. v. 6.

DISCURSUS XIII.
ARGUMENTUM.

De stultitia hypocritæ, qui laborando & patiendo, in hac, & in altera vita infernum solum sibi acquirit.

THEMA.

Induc super eos diem afflictionis, & duplici contritione contere eos. Jerem. 17. v. 18.

1. QUidnam S. Propheta hypocritis hisce verbis ex cœlesti instinctu imprecetur, ex S. Bernardo facile colligitur, qui de hac perversa Deoque vehementer abominabili veneratione ita scribit : *Duplici contritione conterantur hypocritæ, quando & hic pro temporali gloria temporaliter se affligunt, & in futuro pro interna superbia ad æterna supplicia protrahuntur.* Falsi Prophetæ Baal, videntes quod ignis super ipsorum sacrificium è cœlo minime descenderet; *Incidebant se juxta ritum suum cultris & lanceolis, donec perfunderentur sanguine* ; Qui utique felices & fortunati fuissent, si vel unicam dumtaxat sanguinis stillulam pro Dei honore effudissent ; qui pro unico calice aquæ frigidæ, in ejus nomine submINistrato, æternam promisit remunerationem ; nunc autem pro tot vulneribus, & tam copioso sanguine, aliud nihil præter æternæ retributionis barathrum promeruerunt : Quot sunt hypocritæ, qui cruentas disciplinas faciunt, per jejunia se extenuant, in continuis orationibus genua sua callo obducunt, idque solum ut sibi in oculis mundi hujus opinionem acquirant, quia omnia *opera sua faciunt, ut videantur ab hominibus.* S. Augustinus proinde de illis ait : *Hypocrita multa sustinet, multa portat, & fortis in cunctis apparet, sed væ hypocritæ, quia venando mundi gloriam, æternam pœnam meretur. Hic sic trahit gloriam, quod non habeat gloriam, hæc enim fortitudo non virtus est, sed vitium.*

S. Bern. in Flor. c. 10. Hypocritæ per temporalem gloriam quam hic venantur æterna sibi acquirunt supplicia.

3. Reg. 18. v. 28.

Matth. 23. 5.

S. Aug. ser. 23. ad fratres.

2. Optime proinde nos exhortatur S. Apostolus, ut de nobismetipsis vivum Deo eique acceptissimum offeramus sacrificium : *Obsecro itaque vos fratres*, inquit, *per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra*

Rom. 12. v. 1. Hypocrita de semetipso sacrificio

cium offert diabolo.

sira hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum. Hypocrita quidem etiam de semetipso sacrificium offert, dum per actus pœnitentiæ exteriores se exercet; at vero cui tale sacrificium offert & immolat? nulli alteri, quam dæmoni, quam Baal, nam ut Hugo Cardinalis de Hypocritis ait: *Significantur per Bel, qui extra æreus, intus luteus est.* Bellovacensis similiter inquit: *Comparatur idolo, ac proinde Zacharias cap. 11. de illo ait: O pastor, & Idolum, quoniam nec habet vitam gratiæ, nec motum virtutis, vel affectionem ad bene operandum nec sensum compassionis, magis vult apparere bonus, quam esse, magis habere simulachrum bonorum, quam vera bona:* B. Petrus Damianus pariter ad diabolicum hoc hypocritarum motivum se reflectit, dum ait: *Pleramque hypocritæ mira se abstinentia affligunt, omne robur corporis attenuant, & quasi carnis vitam funditus in carne viventes extinguant, sicque per abstinentiam morti appropiant, ut pene quotidie morientes vivant.* Nimirum semetipsos martyrio afficiunt, estque ipsorum tyrannus mundi applausus, & propria æstimatio, quia ex nullo alio motivo corpora sua conficiunt. Unde subdit: *sed ad hoc humanos oculos quærunt, admirationis gloriam expetunt, veritate attestante quæ ait: Exterminant enim facies suas ut appareant hominibus jejunantes. Nam ora pallescunt, corpus debilitate quatitur, pectus interrumpentibus suspiriis urgetur; sed inter hæc ab ore proximorum sermo admirationis quæritur, nihilque pro tanto labore aliud, nisi æstimatio humana cogitatur.* Merito igitur idem Sanctus nos ad hanc illorum stultitiam considerandam invitat, qui sudores & austeritates suas vanitati & dæmoni patri ipsorum, ut in discursu sexto probavimus, vendunt, cum tamen si easdem austeritates in Dei honorem ex optimo corde direxissent, excessiva liberalitate remunerata fuissent. *Perpendite, inquit, dilectissimi fratres mei, quam miserabilis vecordiæ est, laboriose agere & ab ore hominum laudes quærere, forti opere cœlestibus præceptis inservire, sed terrenæ retributionis præmium sectari.* Non enim cœleste præmium sperare possumus, si opera nostra ab interiori cordis, & rectitudine intentionis, valorem suum non recipiant. *Intus fratres mei, intus servanda sunt bona quæ agimus, si ab æterno judice vicem recipere nostri operis expectamus.* Sed eheu hic pruritus acquirendi aurum & famam hominis vituosi, & probi, naturæ nostræ adeo firmiter est impressus, ut Seneca moralis Philosophus in Epistola quadam *ad Lucilium* ita scribat: *Quod pertinaciter studes, ... ut te quotidie meliorem facias, & probo, & hortor, ut perseveres; illud autem te admoneo ne eorum more, qui non proficere sed conspici cupiunt, facias aliqua, quæ in habitu tuo aut genere vitæ notabilia sint, asperum cultum, & intonsum caput, & negligentiorem barbam, & indictum argento odium, & cubile homi positum, & quidquid aliud, ambitione perversa via sequitur dezita.* Demum vero ad ponderandam eorum stultitiam descendit, qui vanitatem pro austeritatum pretio gratanter acceptant: *Videamus, inquit, ne ista per quæ admirationem parare volumus, ridicula & odiosa sint, nempe propositum nostrum est secundum naturam vivere, hoc contra naturam est, ... squalorem appetere, & cibis non tantum vilibus uti, sed teetis.* Quod si quis Simonem Cyrenæum crucem Christi humeris portantem Calvariæ montem ascendere vidisset, utique crediturus fuisset, hunc vere consilium adimpleße Evangelicum, quod cœlestis Magister paulo ante discipulos suos docuerat, inquiens: *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, tollat crucem suam & sequatur me:* Magnum igitur Simon ille Cyrenæus videri poterat sibi acquisiviße meritum, dum Christum in portanda ponderosißima cruce sua adjuvabat; & tamen sacer textus inquit: *Angariaverunt eum, ut tolleret crucem ejus;* non igitur ad opus hoc, cæteroquin dignißimum, maximeque meritorium, ultro & voluntarie subivit, tales autem Simones Cyrenæi veri sunt hypocritæ inquit Sanctus Bernardus, quos nos quidem crucem Christi libenter portare existimamus, dum carnem suam crucifigunt, credimus ipsos simul convitijs & concupiscentijs suis crucifigi, sed graviter decipimur. *Arbores quæ fructum faciunt, sed non suum hypocritæ sunt, cum Simone Cyreneo crucem portantes non suam, qui religiosa intentione carentes, angariantur, & quæ non amant, amore gloriæ, quam desiderant, facere compelluntur.* S. Thomas similiter inquit: *Quod dicitur, coegerunt eum, significat illos qui exteriùs crucem ferunt, interius autem coactè ferunt, quia non propter Deum, sed propter mundum.* Quin & Hugo Cardinalis in Sanct. Marcum scribens, hanc aliam ex eodem textu eruit moralitatem: *Per istum Simonem, qui portat crucem Domini in angaria, significantur hypocritæ, qui labores multos sustinent in hoc mundo pro laude humana;* tales namque crucem portant alienam non suam, ideoque nec Christum sequuntur, qui dicit: *Tollat crucem suam, suam autem portant crucem,* ut ait Hugo Cardinalis, *qui pro Christo laborant.*

Hug. Card. in Matth. 23. Bellov. spec. mor. p. 3. l. 3. dist. 10.

B. Petr. Dam. ser. de S. Bartho.

Mundi applausus est hypocritarum tyrannus.

Simon Cyrenæus designat hypocritas.

Matth. 16. v. 24.

Matth. 27. v. 32.

Hug. Card. in Marc.

3. Job hypocritam (prout & in discursu præcedenti diximus) aranеæ assimilat dicens: *Spes hypocritæ peribit, non ei placebit vecordia sua, & sicut tela aranearum fiducia ejus.* Quam similitudinem Salmeron exinanis dicit: *Nam ut aranea de propriis visceribus telam magnis laboribus conficit, quæ levi auri flatu frangitur, vel ad summum si tela constet, muscas venatur; ad hunc modum hypocritæ seipsos evisceranti, sua facta prodentes, quæ levi visu aut verbo aut facto perdunt, ut ad summum laudes vanas & immundas venentur.*

Job. 8. v. 14.

Salm. Tom. 4. Tr. 64.

4. Petrus Blesensis hopocritas perditæ nuncupat salutis homines, siquidem eorum stultitiam ita in quadam epistola sua perstringit dicens: *Perditæ vitæ homines se laboribus torquent, cruciant curis, expensis evisceranti, telam texit, ut capiat muscam vilissimam. Quid est inanis gloria, quam venantur, nisi musca?* Aſt longe terribilius Michæas in hypocritarum invehitur turbam quando illi minatur dicens: *Tu seminabis, & non metes; tu calcabis olivam, & non ungeris oleo, & mustum, & non bibes vinum,* cujus textus expositionem si intelligere volumus Stephanum Cantuariensem audiamus oportet dicentem: *Tu calcabis olivam, & oleo non ungeris id est, tu venaberis gloriam, de qua dicitur: Oleum adulationis, & tamen eam minime assequeris.* Quantumvis enim hypocrita quandoque gloriam acquirat, hujusmodi tamen vera non est, sed vana, quin & potißimum permittente Deo, confunditur; inque infamiam incidit, & opprobrium hypocrita, etiam in vita præsenti, ad majorem sui confusionem; Quemadmodum, ut alios taceam innumeros, cuidam accidiße monacho in vita scribitur S. Pachomij, cùm enim singuli monachi stoream unam quotidie texere solerent, usus eorum ex motivo vanitatis duas die uno indefeße laborando perfecit, easque, ut viderentur ab omnibus, publice exposuit, quod factum Sanctus advertens suspirando ait: *Miserabilem illum indefeßo vacaße labori absque quietis intervallo ut dæmonio placeret, gloriam humanam præferens divinæ:* Quem postquam severe reprehendißet, tandem illi jußit, ut utramque à se confectam stoream in humeris suis deferens, ad locum accederet orationis, quando reliqui monachi ad orandum conventuri essent; ijsque se commendaret, ut pro eo intercederent, qui duas storeas pluris feciße, quam cœlum.

Petrus Blesf. Epist. 14.

Hypocritæ sunt hominet perditæ fidutiæ.

Mich. 6. v. 15.

Stephan. Cantuar. apud Tilem.

5. Insuper hypocrita novo evidenti se exponit discrimini, dum etiam in vita novum quasi semper secum portat infernum; quod supplicium reliqui non experiuntur peccatores, utpote qui aliquam in hoc mundo experientes satisfactionem, *tenent tympanum & citharam, gaudent ad sonitum organi, ducunt in bonis dies suos.* Ita avari accumulant thesauros; ambitiosi aspirant ad honores & dominatus, quos ubi obtinuerint, se authoritate pascunt & imperio; luxuriosi suos explent carnales appetitus, hypocritæ vero vitam ducunt austeram inter humilitatis, contemptus, mortificationis, abstinentiarum, disciplinarum, & solitudinis exercitia, ut proinde merito exclamet Hugo Victorinus; *Miser talis homuncio, qui tanto laborare & industria studet non esse, imo potius non videri sicut cæteri hominum? siccine non inventur hypocrisis via ut ita dicam, utcunque tolerabilior ad infernum? cur saltem illam quam multi incedunt, viam latam quæ ducit ad mortem non eligunt, ut velut de gaudio & non de labore ad laetum transirent? O quam felicius est illis, quorum non est respectus morti eorum, & firmamentum in plaga eorum, qui in labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Qui etsi peccatores & pro temporalibus gaudijs perpetuis cruciatibus addicti, saltem abundantes in sæculo obtinuerunt divitias.*

Hypocritæ etiam in vita novum semper circumfert secum infernum.

Hugo de S. Vict. lib. 4. Tit. 18. Miscell. 2. Tom. 3.

6. S. Bernardus ad memoratum se reflectens Simonem Cyrenæum, hoc aliud pariter contra hypocrisin adducit motivum dum ait: *Væ portantibus crucem, non sicut Salvator suam, sed sicut Cyrenæus alienam. Væ Citharœdis Citharizantibus non velut ipsi de Apocalypsi in Citharis suis, sed vere ut hypocritæ in alienis.*

S. Bernard. Hypocrita in finali judicio multos vide;

bit damnari propter varia crimina, & se, ipsum propter virtutes, mala intentione, exercitas.

nis. Hypocrita equidem in judicio finali plurimos videbit damnatos, alios propter ambitionem, alios ob avaritiam & extorsiones, alios ob odium & vindictas, propter adulteria, incestus & blasphemias alios, sed omninm maxime mirabile erit, quod ipse quoque, qui nil aliud nisi honorem zelavit & laudes Dei, ejus sanctum invocavit nomen, animas convertit, in vigilijs, austeritatibus & rigoribus sudavit, cilicia portavit, nihilominus & ipse cum ijs ad infernum condemnatus sit, propter eadem opera, virtute quorum electi ad dexteram vocati sunt. Hæc omnia in damna hypocrita incidet, propter defectum rectitudinis bonæ intentionis; ideoque apud S. Matthæum Salvator protestatur inquiens: *Multi dicent mihi in illa die; Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo dæmonia ejecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia numquam novi vos; discedite à me, qui operamini iniquitatem.* Veruntamen si tot virtuosa & pia fecere opera, qualiter ipsis dici poterit: *Operamini iniquitatem;* siquidem fornicationes, rapinas, homicidia, perjuria & cætera foverunt? facilis est responsio: *Omnia opera sua faciant ut videantur ab hominibus;* non Deum sed superbiæ vitium, mundique applausum, Deo inimicum, pro objecto habentes; Quorum proprietates ita describit D. Chrysologus: *Justitia quæ se humanis oculis locat, divini patris non potest expectare mercedem; voluit videri & visa est; voluit hominibus placere & placuit, habet mercedem quam voluit; præmium quod habere nolut, non habebit.* Porro S. Cyrillus Alexandrinus dictam Christi ad hypocritas responsionem ita quoque explicat. *Non enim, inquit, prohè me quæsistis, nec sanctimonia splendere voluistis, sed mercaturæ modo religionem ostentastis, propterea vos non cognovi.* Quod idem irreparabile damnum beatus quoque Laurentius Justinianus his attigit verbis: *Laudes hi tales dum quærunt humanas, æternæ remunerationis efficiuntur expertes; pro brevissima & inani voluptate, delicias commutant perpetuas.*

Matth. 23. 5.

D. Chrysol. ser. 9.

S. Cyrill. Alex. l. 3. in Joan. c. 27.

B. Laur. Just. de Humil. c. 15.

7. Dum Noe arcam ex præcepto divino fabricaturus esset, verißimile est, Sanctum hunc senem præter filiorum suorum, ope pariter indiguiße externorum in hac fabrica consummanda; qua supposita veritate dubium occurrit non leve, qualiter scilicet laboratores illi, scientes arcam contra diluvium deseri venturam, timorem Dei non induerint, & juxta dictamen Dei & rationis vixerint? cur non & ipsi arcam intrare contenderunt? responderi potest, eos ad solum attendiße laboris stipendium; ita quoque hypocritæ in arca Ecclesiæ laborant quotidie, qua sacramenta administrando, qua verbum Dei divulgando, qua studendo, qua disciplinam & observantiam religiosam zelando, sed in his omnibus applausus & conceptus quærunt mundi, *omnia faciunt ut videantur ab hominibus*, atque ideo extra arcam excludentur.

Cur illi, qui præter filios Noe, construxerunt arcam, in illa Salvati non fuerint.

8. Ubi Jeremias dicit: *Numquid avis discolor hæreditas mea mihi, numquid avis tinctа per totum?* S. Hieronymus legit: *Numquid pavo?* moxque subjungit *venite congregamini omnes bestiæ terræ, properate ad devorandum.* Ubi clare ostenditur, hujusmodi à dæmonibus devorandos esse; Si autem, cur in pavone hypocritæ designentur, curiose me interrogaveritis, facile respondeo, quia nimirum pavo pulchras habet pennas, easque plurimis oculis plenas; sed quorsum deserviunt, si eas vel tantillum è terra elevarit? ad nihil aliud, nisi ut intuentium in se convertat oculos; conspectu quidem mundi hypocritæ tales esse videntur, quales illos Apostolus describit dicens: *Quorum conversatio in cœlis est*, sed in ijs prorsus sit oppositum, non enim se à terra evehunt, sed quidquid operantur, ad auram popularem acquirendam ordinatur, *ut videantur ab hominibus.*

Jerem. 12. v. 9.

S. Hier. ibid.

Hypocritæ comparantur pavoni.

Phil. 3. v. 20.

9. S. Remigius de duobus latronibus simul cum Redemptore nostro crucifixis differens inquit: *Per istos duos latrones designantur omnes, qui arctioris vitæ continentiam approbendunt, quicumque enim sola intentione placendi Deo id faciunt, designantur per illum qui à dextris Dei crucifixus est: Qui vero pro appetitu humanæ laudis, vel aliqua minus digna intentione, designantur per illum qui à sinistris est crucifixus.* Hugo Cardinalis ad Casum Eleazari se reflectens, qui in bello elephantem occidens, sub ingenti illius mole extinctus, & sepultus fuit, sequentem eruit moralitatem: *Dum enim vestis asperitatem* (de hypocritis loquitur) *vilitatem cibi libenter patimur, diam labore calloja squalet manus, & frigore cutis riget, & Sole nigrescit, tunc Eleazarus elephantem occidit; cum vero in hujusmodi favorem quærimus hominum, tam elephas cadens opprimit Eleazarum.* V. Beda de ijs, qui professione se Christianos esse asserunt, operibus vero eidem professioni efficaciter non correspondent, his verbis optime scribit: *Qui fidem transitorie nec fixa intentione recipiunt, non solum nihil commodi credendo merentur, sed & pœnam de pretio salutis hiseri mercantur æternam,* quia nimirum jejunia, cilicia, sacramenta, sacrificia, orationesque frequentant, ut per labores & sudores ad infernum perveniant.

S. Remig. in Cat. D. Tho. ad 27. Matth. Latro à sinistris Christi crucifixus designat hypocritas.

Hug. Card. ib. Sicut etiam Eleazarus, ab elephante oppressus.

V. Beda.

10. Rex Abimelech se à muliere prostratum indignatus, cum id honoris sui censeret præjudicium suo præcepit armigero, ut evaginato cum gladio interimeret: hanc ipsam historiam S. Antonius de Padua ad nostrum applicat favorem dicens: *Armiger qui arma gerit, & ipsis non pugnat est hypocrisis, per quam injecta lix Abimelech magis valet perire quam per mulierem, id est per opera carnalia.* Ita namque & hypocritæ, ut bonum acquirant conceptum, à peccatis exterius abstinent carnalibus, sed cor occulte contaminant lasciva alijsque peccatis spiritualibus, quæ mortem ijs inferunt æternam.

Rex Abimelech maluit occidi à suo armigero, quam à muliere.

S. Anton. de Padua in Dom. 13. post. Trin.

DISCURSUS XIV.

ARGUMENTUM.

Hypocrisis sæpe magna cum ignominia detegitur, & licet homines sæpius lateat, Deo tamen occultari nequaquam potest.

THEMA.

Attendite à fermento Pharisæorum quod est hypocrisis; nihil autem opertum est, quod non revelabitur, neque absconditum, quod non sciatur. Luc. 12. v. 2.

1. Noverint hypocritæ ex primæ & æternæ veritatis testimonio se manifestandos & confundendos esse; postquam enim discipulos & sequaces suos admonuisset dicens: *Attendite à fermento Pharisæorum quod est hypocrisis*, mox crimen hoc infallibiliter manifestandum esse docet, dum subjungit; *Nihil autem opertum est &c.* Quem textum Salmeron sequenti illustrat glossa dicens: *Rationem affert vitandæ hypocrisis ex eventu contrario, nam propterea homines hypocrisis vitium fectantur, quia existimant vitium suum latere posse, & propterea subjungit, nihil esse tam opertum in præsenti vita, quod non sit revelandum & discooperiendum non solum in alta vita, sed etiam in præsenti.* Toletus pariter idem hujus conjunctionis verbum considerans, ita discurrit: *Hypocritæ quæ secreta cordis sui sciant, occultant dissimulatis intentionibus & cogitationibus, cumque intus mali sint, boni tamen apparere procurant, ideirco dicitur nunc quod occultum est, revelandum. Præterea hypocrita cum à nemine videtur, opera etiam exteriora mala facit, turpiterque vivit, contemtus ea bona exteriora facere, quæ apparent, per hæc enim existimant se gloriam hominum adipisci, idcirco adjungit Dominus: Absconditа etiam sciri debere & propalanda esse.*

Hypocritæ manifestati confunduntur.

Salmer. Tom. 4. Tr. 18.

Tolet. ibid.

2. Dia autem ante Salvatorem Ecclesiasticus notabile hoc in libro suo dederat monitum: *Ne facias hypocrita in conspectu hominum.* Quod ut vitium nobis detestabile & execrabile reddat, ipsum manifestandum esse subjungit dicens: *Ne forte adducas animæ tuæ inhonorationem, & revelet Deus abscondita tua, & in medio synagogæ elidat te, quoniam accessisti maligne ad Dominum; & cor tuum plenum est dolo & fallacia.* Utique nullus adeo stultus foret, qui hypocrisin fectaretur, qui confusionem suam manifestandam esse sciret, nullus pœnitentias austeras attentare & amore mundialis conceptus aggredi præsumeret, si hoc modo solam se infamiam sibi comparaturum esse nosset, & nihilominus infallibilis est primæ veritatis protestatio, quia *nihil opertum &c.* disponit namque Deus justo judicio suo, ut & gloria humana, & cœlestis, in perpetuam hypocritæ cedant confusionem. Dicente alibi per Prophetam: *Revelabitur ignominia tua & videbitur opprobrium tuum; ultionem capiam, & non resistet mihi homo.* Quod namque in publico sanctum proscripsit excommunicavitque S. Inquisitionis officium? Ut proinde S. Cyprianus merito nos admoneat dicens: *Hæc est vera dementia, non cogitare, nec scire, quod mendacia non diu fallant; noctem tamdiu esse quam illucescat dies; clarificato autem die, ac sole orto, laci tenebras & caliginem, & quæ grassabantur per noctem, latrocinia cessare.*

Luce 12. 2.

Isai. 47. v. 3.

S. Cyprian. ad Cæcil.

Magna confusio est honestæ matronæ, si calva detegatur.

3. Ingens sane matronæ honestæ & nobilissimæ est confusio, si in conspectu omnium calva detegatur, & multo magis si incestuosam esse denoretur aut adulteram. In quanam principali urbis Romanæ Ecclesia accidisse constat, quòd mulieri cuidam fictos habenti crines, quidam Helverus, qui in porta vigilias agebat, bipenni sua dictam in altum elevarit casualiter cæsariem, moxque deformis fœminæ calvities cum derisione apparuit in conspectu multitudinis marinæ. Hanc ipsissimam pœnam Deus per Isaiam filiabus Jerusalem, id est virtuosis minatur animabus, ut eas à fictione & hypocrisi abstrahat; *Decalvabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum nudabit.* Circa quæ verba S. Hieronymus inquit; *Hoc & nobis accidet, quorum peccata celentur, cum impletum fuerit illud, quod scriptum est: Nihil occultum quod non revelabitur; quamdiu enim protegimur crine, & veste ignorantiæ, & homines nos putant sepulchra dealbata, qui intus sumus pleni ossibus mortuorum, videmur aliquid habere mundiitiæ, cum autem paruerit, quod occultum est, auferetur universa exsaries, & fœda calvities omnibus apparebit.*

Isaiæ 3. v. 17. S. Hieron. ib. Applicatur Hypocritis.

4. Hugo Cardinalis multorum in discernendis cordibus & mentibus aliorum detegit errorem, dum super illa Psalmistæ verba: *Dum discernit cœlestis reges super eam, nive dealbabuntur in Selmon*, ita scribit: Terreni homines non discernunt nisi ea quæ parent oculis, unde multoties approbant aliquos, quos Deus reprobat, qui interiora discernit. *Hi sunt hypocritæ, qui sunt nive dealbati, scilicet exterius tantum in oculis hominum, sed intrinsecus sunt pleni omni turpitudine, sicut solet contingere in hyeme, quod sterquilinia nive cadente respersa dealbantur exterius, sed qui parum interius foderet, inveniret simum nigrum & fœtentem.* Vix enim ardens Solis radius sterquilinium attingit, cum ecce nix subito dissolvitur & quidquid in eo spurciciei est, manifestatur. Idem quoque purpuratus author Ly, *Selmon*, hoc modo declarat: *Quod interpretatur virtutis umbraculum & significat hypocrisin quæ tantum umbram & speciem virtutis habet, rem autem non.*

Ps 67. v. 15. Hug. Card. ib. Qui comparantur sterquilinio, nive cooperto.

5. Salvator noster, qui in fine mundi universalis & rigorosus futurus est judex, de horrore ultimæ illius diei differens inquit: *Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus:* Circa quem textum scire percuperem, cur hæc æternæ damnationis comminatio mulieribus prægnantibus intimetur, quæ potius compassione dignæ essent, siquidem præter imminentis partus dolores, insuper supervicturæ sunt universalibus tremendi illius diei ærumnis, & in tenebris & caligine mundi, tempore partus sui conflagrantis, sunt parituræ. Pro declaratione horum verborum, maxime in sensu spirituali, sciendum est, quod per hasce mulieres prægnantes animæ intelligantur fictæ, simulatæ, & hypocritæ, quæ sub pallio hypocrisis occulta peccata sua occultari vellent, at vero instar prægnantis cujusdam mulieris, illa occulere nequeunt, quia filius vim facit, ut ex utero materno egrediatur, seque per planctus & ejulatus, nec non matris suæ dolores & spasmos manifestum reddat: Eodem modo in judicio finali *illuminabit Dominus abscondita tenebrarum*; & ut S. Bonaventura ait: *Veniet dies illa, dies omni amaritudine plena, quando publicabuntur coram universo mundo omnia, non solum verba, sed opera, sed ipsa cordis secreta.* Et super Lucam idem Seraphicus ita scribit: *Vitanda sunt omnia mala, quantumque occulta, quia omnia fient manifesta in judicio, & quod plus est, ad majorem confusionem sient ibi manifesta omnibus.*

Matth. 24. v. 19. Et mulieri prægnanti.

1. Cor. 4. v. 5. S. Bonav. ser. 1. de S. Mario. S. Bonav. in Luc. 12.

6. S. Jeremias Propheta de hypocritis tamquam ab hæreditate cœlesti exclusis differens in Cap. 12. inquit: *Numquid avis discolor hæreditas mea mihi?* ubi alia quædam versio legit: *numquid cornix?* pro cujus intelligentia servire potest illa omnibus passim nota corniculæ fabula; dum enim hæc ab omnibus volucribus pennas aliquas sibi mutuassent, adeo effecta est pulchra & elegans, ut ab omnibus concordibus votis in volucrum reginam fuerit electa: Singulis vero avibus postmodum pennas suas ab ipsa repetentibus, ipsa pene nuda, omnibus facta est in derisum & improperium, idipsum quoque cuilibet animæ hypocritæ & fictæ eveniet, quando in novissimi judicij die coram oculis cœli & terræ, defectus & fictiones illius, peccata item occulta, deceptiones, & cordis sui perversitates manifestabuntur, tunc namque omnibus manifestum fiet omnia jejunia, eleemosynas, austeritates, cunctaque alia quæ actiones virtuosæ esse videbantur, nil nisi mera fuisse peccata, tunc certe in quamdam confusionis & erubescentiæ speciem plorabunt abyssum: Quod similiter aliquis sub vexillo Capitanei cujusdam conscriptus, apparenter quidem suam probet fidelitatem, occulte vero cum inimico colludat, ejusque conatibus faveat, numquam idipsum tanta cum circumspectione facere poterit, quin tandem dolus ejus manifestus evadat, & in aliorum exemplum atrociter castigetur, prout ex historijs sæpius factum fuisse constat: Eodem modo licet hypocritæ, se sub Christi vexillo militare simulent, furtive tamen & occulte inimici infernalis partes sustineant, hunc tamen dolum diu continuare vix poterunt, quin cum maxima eorumdem confusione in publicum erumpat. Unde saluberrimum est illud S. Cyrilli Jerosolymitani monitum dicentis: *Cave simulatam mentem habere, O homo, propter illum qui scrutatur renes & corda. Quemadmodum qui milites sunt conscripturi, & ætatem, & corpora deligendorum ad pugnam diligenter excutiunt; sic & dominus delectum faciens animarum, voluntatem illarum scrutatur, ac si quam hypocrisin deprehenderit occultam, rejicit hominem tamquam ad veram illius militiam non idoneum*; ad hoc quoque propositum optime deservit ingeniosa illa Cathodori sententia dicentis; *Amicum est crimini velle nescire, at qui vias occulit, confitentiam prodit.* Saul sub prætextu religionis suam nitebatur cooperire avaritiam, cum enim contra expressum Dei mandatum greges & armenta viva, necnon alia multa Amalech spolia reservasset, inque sui excusationem dixisset: *Pepercit populus melioribus ovibus & armentis, ut immolarentur Domino Deo suo*, his quidem verbis avaritiam suam coram oculis Prophetæ abscondere se posse credebat, verum vix hæc animalia in conspectu Saulis prodierunt, cum ecce se balatibus suis prodiderunt; dixitque Samuel: *Et quæ est hæc vox gregum, quæ resonat in auribus meis, & armentorum quam ego audio*, quasi dicere voluisset, ut inquit S. Gregorius; *Hæc vox te sub falsa virtutis tuæ simulatione reconditum denudat.* Seniores illi qui judices populi erant, se quidem in castigandis adulteris, & in patrocinando honestati administrandaque justitia zelosos exhibuerant, & eo usque technas suas redegerant, ut populus correptis lapidibus ad lapidandam Susannam innocentem promptus esset: At vero Daniel, ex instinctu Spiritus Sancti, calumniam, & detestabilem ipsorum hypocrisin manifestavit. Quot non excogitarunt Judæi stratagemata, ut mundo contestarentur, se agni immaculati sanguine coinquinare se nolle, neque ad machinandam Salvatori mortem ulla passione moveri, & tamen etiam intimæ cogitationes, & consilia illorum prodierunt in lucem, & per omnem æternitatem magis magisque manifestabuntur.

Hypocritæ simulant se militare sub vexillo Christi.

S. Cyrill. Jerosol. Cathec. 1.

Cassiod. Var. L. 12. v. 17. Hypocrisis Saulis additur.

1. Reg. 15. v. 14.

S. Greg. l. 6. in Lib. Reg. ibid. Et seniorum judicum Babylonis. Dan. 13.

7. Possunt quidem homines per fictiones hypocritarum decipi & seduci, sed non Deus, ipse enim *novit omnes, & opus ei non est, ut quis testimonium ei perhibeat de homine, ipse enim scit quid sit in homine.* In Apocalypsi quamdam tenore sequenti ad unum Episcoporum legimus exaratam Epistolam: *Et Angelo Ecclesiæ Sardis scribe, hæc dicit, qui habet septem Spiritus Dei, & septem Stellas; scio opera tua, quia nomen habes quod vivas, & mortuus es.* Quorsum obsecro necessum erat dicere Christum septem pollere donis Spiritus Sancti, siquidem verbum & Pater eumdem spirant simul Spiritum: *Qui ex Patre filioque procedit?* Mysteriumne penetrare vultis? Prælatus ille, ut in discursibus præcedentibus insinuavimus, homo quidem magna virtute & perfectione apparenter præditus esse videbatur (*nomen habes quod vivas*) hæc tamen virtus ficta & simulata erat, ac proinde ei manifestum esse volebat iniquitatem suam Deum minime latere; siquidem inter alia septem dona, ab Isaia enumerata, hæc quoque recensentur: *Spiritus sapientiæ, scientiæ, & intellectus.* Quasi diceret inquit Richard. à S. Vict. *Tu qui te coram hominibus per hypocrisin bonum facis, sed in occulto me contemnendo malus existis, dum me audis septem Spiritus Dei habere, animadverte me per meam sapientiam non solum manifesta, sed & occulta, non solum opera, sed & cogitationes spiritualiter penetrando videre, & dum me audis habere septem Stellas; intellige me ad puniendum te & alios Episcopos, si deliqueriut, potentem esse.*

Homines decipi possunt per fictiones, sed Deus minime. Joan. 2. v. 25. Apoc. 3. v. 1.

Isaiæ 11. v. 2. Rich. à S. Vict. p. 1. in Apoc. l. 2. c. 3.

8. Consideratione digna sunt illa apud S. Lucam Cap. 16. à cœlesti Magistro ad Scribas & Pharisæos pronunciata verba: *Vos estis qui justificatis vos coram hominibus; Deus autem novit corda vestra, quia quod hominibus altum est, abominatio est ante Deum.* Et ideo homines quidem decipere possumus, sed non Deum, de

Luc. 16. v. 15. 1. Cor 4. v. 5. Rich. de S. Vict. ibid.

1. Cor. 4. v. 5. de quo Apostolus ait: *Illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.* Unde & præfato Episcopo ait: *Scio opera tua*, id est, ut Richardus de S. Victore exponit, *cognosco te, quis sis; omnipotentem namque Deum, sicut nemo potest vel pretio corrumpere, quia justus est; vel excedere, quia æternus est; nec loco effugere, quia ubique est; vel virtute superare, quia fortissimus est: Sic nemo potest eum absconsione latere, quia sapientissimus est*; Bene ergo dicit, *scio opera tua, quia nomen habes quod vivas, & mortuus es.* In toto Testamento, tam veteri, quam novo, nullum reperimus vitium quod sapientissimus Magister noster majori cum vehementia reprehenderit, aut cujus malignitatem, & venenum occultum studiosius propalarit, quam hujus vitij hypocrisis. Olim Deus in Levitico leprosis præcepit, ut vestes circa latera portarent apertas; & quidem quantum ad sensum litteralem, nonnulli ideo id Deum præcepisse existimant, ut leprosi majori cum facilitate vestes induere & exuere possent; verumtamen convenientius id ad beneficium publicum factum fuisse dicitur, ut videlicet unusquisque infirmitatem & morbum ipsorum agnoscere posset, quem, utpote contagiosum, omnes fugere debebant; hoc quoque fine illos aperto capite in medium procedere voluit, ut lepra ipsorum cunctis manifesta fieret. *Omnia in figura contingebant.* Voluit nimirum Deus, ut intelligeremus, unum ex omnibus peccatis, quod minus tolerabit, quodque severius castigabit, & unicuique manifestum esse volet, sit hypocrisis, atque ideo ad instructionem nostram de hoc vitio loquens toties hæc verba repetijt: *Attendite, cavete, intuemini*; Q. D. declinate ab illis qui cum leprosi sint, sanos se esse jactant.

Christus in hoc vitium vehementius invehitur quam illum aliud.

Illud vitium à nobis maximè cavendum.

Hypocritæ effimilantur larvatis. Matt. 6. 16. D. Chrysol. ser. 7.

9. Is qui larvatus est, aut personato indutus habitu, sibi persuadet se ab alijs minime cognosci, ideoque ab aliorum notitia absconditus insolentius agit. Idem quoque faciunt hypocritæ: *Exterminant facies suas.* Ubi D. Chrysologus ait: *Et si facies exterminatur, ornamentum corporis quod manebit? vere sicut Dominus dixit: Si lumen quod in te est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt? Hypocrita, sit licet tibi facies inculta, neglecta cutis, tristis vultus, exterminatus aspectus, nec ab hominibus invenisti laudem, & apud Deum fructum jejunij perdidisti.* Mutet & fingat hypocrita faciem suam, quantum potest, Deo tamen illam celare non poterit. Simon de Cassia verbum hoc, *exterminare*, ponderat sequentibus verbis: *Exterminare* inquit, *est extra terminos proprios aliquid ponere, sed si decipum homines intuentes, non decipient dæmones, à quibus decepti sunt, neque decipient illum desuper inspectorem, cujus oculi omnia latentia intuentur.* S. Augustinus verba illa Psalmi: *Narraverunt ut absconderent laqueos*, hoc modo legit: *Narraverunt ut absconderent muscipulas, dixerunt, quis videbit nos?* moxque subdit: *Latere putabant eum, quem occidebant, latere Deum. Ecce putas homo erat Christus, sicut & cæteri homines, nesciebat quid de illo cogitarent, numquid & Deus nescit? O cor humanum, quare tibi dixisti, quis videt me? cum ille videat qui te fecit?* Pharisæi pelle ovina se contegebant, quando instar tamelicorum luporum agnum immaculatum, ad eum dilaniandum invaserunt, ideo enim zelum honoris divini prætexebant dicentes: *Ecce nunc audisti blasphemiam, & ideo secundum legem debet mori*, ut sub hoc zeli prætextu suam celarent iniquitatem: At vero non solum Deum decipere non poterant, sed neque ipsum Pilatum, quin invidiam & malignitatem ipsorum manifestaret; *sciebat enim quod per invidiam tradidissent eum.* Unde S. Augustinus super illa verba: *Exacuerunt tamquam gladium linguas suas*, inquit: *Non dicant Judæi non occidimus Christum, etenim propterea eum dederunt Judici Pilato, ut quasi ipsi à morte ejus viderentur immunes; nam cum dixissent eis Pilatus: Vos eum occidite, responderunt: Nobis non licet occidere quemquam: Iniquitatem facinoris sui in judicem hominem refundere volebant, sed numquid Deum judicem fallebant?* S. Gregorius verba illa (*revelabunt Cæli iniquitatem ejus; & terra consurget adversus eum*,) hypocritis hunc in modum adaptat: *Hypocritæ cæli iniquitatem revelant, atque adversus eum terra consurgit, dum & bi qui cum Deo judices veniunt, & bi qui per judicium liberantur, pravitatis illius testes existunt. Nihil ergo ex his quæ egit in tempore damnationis ejus absconditur, unde apte subjungitur: Apertum erit germen domus illius, detrahetur in die favoris Dei, tunc germen domus illius aperitur, cum omne malum quod in conscientia illius nascebatur ostenditur. Modo quippe germen domus hypocritæ manet occultum, quia etsi bona imagine appa-*

Matt. 6. 16. D. Chrysol. ser. 7.

Sim. de Cassia l. 10. c. 36.

Ps. 63. v. 6. S. Aug. ib.

Judæi Christi mortem machinati sunt per hypocrisin. Matth. 26. v. 65.

Latere tamen non potuerunt. Joan. 19. v. 7. Matt. 27. 18. Ps. 63. v. 4. S. Aug. ibid.

Job. 20. v. 27.

S. Greg. l. 25. Mor. c. 19.

rent ejus operatio, sed latet intentio, aliud est namque quod agit, & aliud quod intendit.

DISCURSUS XV.

ARGUMENTUM.

Varia examinantur indicia, per quæ hypocritæ à veris virtuosis discerni possunt.

THEMA.

A fructibus eorum cognoscetis eos. Matth. 7. v. 16.

Varia indicia deteguntur ex quibus hypocrita dignoscatur.

1. INfallibilis est arboris cognitio, quæ ex ejusdem habetur fructibus; aliquando nihilominus fallit regula hæc universalis, siquidem sæpius arbori species inseritur diversa, sicque fructus producet non proprios. Tales quoque inter fictas, seu hypocritas, nec non inter virtuosas, atque perfectas animas intercedit differentia, ita ut semper infallibile maneat Christi axioma dicentis: *A fructibus eorum cognoscetis eos*; quia Angelico Doctore teste: *Dicendum, quod potest vix aliquis hypocrita esse ita compositus, quod non appareat aliquid malitiæ vel verbo, vel facto; quomodo in aquis resplendent vultus prospicientium, sic corda hominum manifesta sunt prudentibus.* In præsenti itaque varia hypocritarum à sacris expositoribus adducta examinabimus indicia.

S. Thom. ib.

Minima præfert maximis. S. Bonav. in c. 11. Luc. Matt. 23. 23.

2. Et in primis quidem S. Bonaventura illud adducit, quod & a Salvatore in specie notatum fuit scilicet: *Hi sunt qui minima præferunt maximis*; ideoque Christus ijs minatur dicens: *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui decimatis mentham, & anethum, & cyminum, & reliquistis quæ graviora sunt legis, judicium & misericordiam & fidem.* Quod & idem Seraphicus author alio in loco repetens ait: *Magna scelera perpetrant, & modica peccata devitant, colantes culicem & camelum glutientes*; Quod ut confirmet, scrupulum scribarum & facerdotum manifestat, quem habebant in inferendo pedem in Prætorium Pilati, ne contaminarentur, qui Pascha celebraturi erant, siquidem se puros munquosque rebantur, licet alia ex parte mortem Filij Dei urgerent quam instantissime; ideoque ait: *Magis timuerunt intrare Prætorium Pilati, quam nequissime procurare crimen homicidij.* Utpote qui absque scrupulo clamabant, *tolle, tolle, crucifige.*

S. Bonav. in Bibliapaupere

3. *A fructibus eorum &c.* D. Chrysostomus eadem citata (*decimatis mentham & anethum*) discutiens verba, ita pariter ad intentum nostrum discurrit: *Minimarum rerum decimas offerebant, ostendendæ religionis gratia, in judicijs autem erant injusti in fratribus, sine misericordia, in veritate increduli.* Cui & S. Hieronymus consonat dum ait: *Præcepta quæ magna sunt, devoramus, & negligimus, & operationem religionis in parvis, quæ lucrum habent, cum diligentia demonstramus.* Quibus merito exprobrat Christus dicens: *Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides?*

Matth. 23. v. 23. D. Chrysf. in cat. ibid.

S. Hieron. in Caten.

Matt. 7. v. 3.

4. *A fructibus eorum cognoscetis eos*; Hypocritæ enim solam sectantur apparentiam exteriorem, non solliciti de substantia, *ut appareant hominibus jejunantes, omnia opera sua faciunt ut videantur.* Hinc Salvator Apostolos, omnesque alios sequaces suos solicite admonuisse legitur: *Cum oratis, non eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis & angulis platearum stantes orare, ut videantur ab hominibus*; vel juxta Theophylactum, *ut conspicue sint hominibus.* Ubi notandum est verbum, *amant*, quia scilicet affectant & concupiscunt videri ab alijs. Quin & author operis imperfecti Christum non prohibuisse advertit orationes in plateis, sed in angulis fieri platearum. *Christus non dixit, in plateis*, inquit ille, *sed in angulis platearum; ut ne, si in plateis oraverint, quasi religionis simulatores vituperentur, sed in angulis, ut videantur absconditæ orare; astuta vanitas, sciunt enim quia hoc ipsum abscondite orare laudabilius est, ideo fingant se abscondere, ut duplicitur laudentur; primo quia orant, secundo quia abscondite, & in hoc amplius se manifestent, quod se abscondant.* Vel etiam dicere possumus, eos in angulis magis observatos fuisse, per angulos intelligendo platearum capita; hinc qui falsa adorabant numina hujusmodi frequentabant stationes, ut à pluribus conspicerentur undique, dicente Spiritu Sancto de quodam Idolatra: *Fecit sibi altaria in universis angulis Jerusalem.* Si namque hujusmodi homines nemo contemplaretur, nec orationi nec ulli vacarent operi bono. Ita Diogenes Cynicus in majoribus hyemis rigoribus se immergebat in aquas, ut fortis, patiensque audiret apud

Solam sectantur apparentiam exteriorem. Matth. 23. v. 5. Matt. 6. v. 5. Theophyl. ib. Auth. Imperfect. Hom. 13.

Quid intelligatur per angulos in quibus orabant hypocritæ.

2. Paralip. 28. v. 24. Acutum dictum Platonis, de Diogene

ne hypocrita. omnes, idque faciebat sæpius coram alijs, quos interdum Plato semel adveniret, finemque Diogenis penetraret, cum circumstantes nuic compati videret, ad eos conversus ait: *Si vultis ejus miserèri, discedite.* Idem quoque nos de hypocritis asserere possumus; si enim fictionem eorum cessare volumus, efficiamus ne videantur ab ullo, quia certissimum est, quod omnia

Matth. 23. 5. *opera sua faciant ut videantur*; unde & S. Gregorius
S. *Greg. l.* 18. *Mor.* 6. 7. inquit: *Studium esse hypocritarum solet, ut & quod sunt supprimant, & hoc quod non sunt, esse se hominibus innotescat.* Quando igitur eos apparere velle advertimus & videri, hoc certum fictionis est signum; unde idem in eodem loco subjungit S. Doctor dicens: *Veraciter Sancti non solum gloriam supra modum suam omnino non appetunt, sed etiam hoc ipsum videri refugiunt, quod esse meruerunt.*

Matth. 23. 6. 5. S. Thomas ad Salvatoris exprobrationem (*magnificant fimbrias*) se reflectens, præceptum adducit libri
S. *Thom. ib.* Num. 15. ubi Populus Hebræus, ut à gentilitate distinguatur, fimbrias portare jubetur; hinc ad hypocritas rediens subjungit: *At isti ut magis se ostenderent religiosos, magnificabant fimbrias, & alligabant spinas, ut viderentur se pungere, non ergo exhibent nisi exteriora.*

6. *A fructibus eorum &c.* Hypocritæ apud S. Lucam fermento assimilantur, nec immerito, quia, ut
Luc. 12. *v.* 1. Theophylactus advertit, *sicut fermentum inflat, & inflando vanum facit, & sic corrumpit, sic superbia inflando*
Theophil. ib. Hypocritæ comparantur fermento. *introducit vanitatem gloriæ, & hæc vanitas introducit falsitatem corrumpentem.* Non modo autem fermento dumtaxat, sed & lupis assimilantur hypocritæ à Christo dicente: *Intrinsecus sunt lupi rapaces.* Quæ vero inter lupum & ovem est differentia? Nimirum hæc vultu terram versus balatum edit, ille vero ululat vultu cœlum versus elevato; ita quoque qui virtute solida pollet, de se humiliter sentit, seque mortificari credit, dum laudatur & æstimatur ab alijs; homo vero fictus virtutemque simulans, applausus sectatur, nec aliud quærit, nisi ut ab hominibus indigitetur & magnificetur; unde S. Gregorius inquit: *Multa hypocritæ in occulto mala faciant, quædam vero bona in publico, cum ex bonis patentibus laudes recipiant, ab occultis malis considerationis oculos avertunt, talesque se existimant, quales foris audiunt, non quales se intus noverunt.* Contristantur dum se ab alijs aspernari & minimi fieri vident; econtra vero, qui vere humilis est, contemni se gaudet & amat. Sæpe quidem accidet, quod & hypocrita semetipsum aspernetur, & in profundos prorumpat humilitatis actus, hoc tamen non alio fine facit, quam ut ab alijs æstimetur & in veneratione habeatur, sciens nimirum humilitatem omnis esse perfectionis fundamentum.

Et Lupis addit*ur* differ*entia inter Balarum Ovis, & ululatum Lupi.* S. *Greg. l.* 8. *Mor. c.* 27.

7. *A fructibus eorum &c.* Discipulus in quodam sermone hoc novum hypocritas cognoscendi signum adducit, inquiens: *Cognoscantur etiam, quando nimis humilia de seipsis dicunt, & eadem ab alijs de se dici audire nolunt, sicut aliqui dicunt; ego sum malus & pessimus, sed si hoc alius de illis proferret, hoc non sustinerent, sed protervis verbis contradicerent.* In cujus confirmationem, exemplum cujusdam adducit mulieris, quæ viam spiritualem magnis passibus secundùm apparentiam sese currere ostentabat; quæ confessarij sui sæpius se commendabat orationibus, ut pro se intercederet, utpote tantorum criminum rea, tantæ malæ vitæ fœmina, ut propter peccata sua, non modo sibi, sed & severum alijs timeret infligendum supplicium; *Tunc sacerdos ait vir discretus voluit experiri, utrum esset sibi fundamentum veræ humilitatis.* Sed qualiter cum veram à ficta virtute decrevisse putatis? audite medium; Cum itaque eadem mulier alia vice replicaret, se omnium esse pessimam & flagitiosissimam, Moxtum sacerdos subjungit: *Hoc ego sæpius audivi antea de te dici; tunc illa immediate commota dixit: Mentiris ad collum vestrum, & quicumque vobis dixit vel de me talia locutus similiter mentitur, quia nunquam fui talis sicut vos asseritis: tunc sacerdos humiliter respondit dicens: Modo ego intelligo tuam superbiam & hypocrisin, quia tu loqueris de ipsa, quod ab alijs dedignaris audire.*

Discipulus *fer.* 100. *in Dom.* 8. *post Trin.* Hypocritæ, nimis humilia de seipsis dicunt, quæ ab alijs audire nolunt. Patet in exemplo mulieris hypocritæ.

Hypocrisis provenit ex superbia.

8. Fictionis igitur & deceptionis hypocritarum ex superbia & existimatione propria procedunt; Ideoque servi Dei, quanto majoribus abundarent cœlestium donorum & gratiarum thesauris, tanto magis coram oculis mundi se occultabant, ut applausum fugerent, è contra vero hypocritæ *magnificant fimbrias,*
Matth. 23. *v.* 6. *amant primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis.*

Matth. 7. 16. 9. *A fructibus eorum cognoscetis eos. Id est*, inquit Dionysius Carth. *Ex operibus eorum cognoscetis, quales extrinsecus sunt, quia si diligenter consideretur, invenientur vanæ religiosi non homines, sapientes in oculis suis & proprij sensus, non veraciter patientes, sed pleni privato amore & aliquibus singularibus vitijs deformatis;* spirituales ostentant, alienas reformant domos, novas condunt leges; à quarum observantia seipsos eximunt, dicente cœlesti Magistro: *Alligant onera gravia & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea movere.*

Ex operibus cognoscitur. D. Carth. in Matth. 7.

10. *A fructibus &c.* Agnoscuntur insuper hypocritæ ex repugnantia, qua admoneri & corrigi se molestissime ferunt; Hinc S. Bonaventura illa Christi considerans verba: *Hypocrita ejice primum trabem de oculo tuo*, ita discurrit: *Hypocritam vocat talem judicem temerarium, qui in judicando alios, ostendit & prætendit zelum justitiæ, & seipsum non judicando, habet vitium intus latens superbiæ, unde Gregorius: Hypocrita cæteros reprehendit, ut in aliorum comparatione sanctior videatur.* Alios arguit, sed ipse corrigi & reprehendi non vult, utpote qui se alijs virturis & sanctitatis normam esse prætendit; hinc merito inquit Sapiens: *Non amat pestilens eum, qui se corripit*, pestifer namque ille, hypocrita est, dicente Chrysologo in sermone quodam ubi in hoc invehitur vitium verbis sequentibus: *Fratres fugiendum est virus, pestilentia cavenda, quæ de remedijs creat morbos.* Quam eamdem hypocritæ proprietatem S. Gregorius attigit dum ait: *Sanctus esse non appetit, sed vocari, & cum fortasse corripitur, quasi in opinionis gloria detruncatur. Deprehensum se in pravitate sraficitur, loqua sibi redarguentem prohibet, quia velut in occulto vulnere tactus dolet.* S. Prosper similiter de pessimis illorum qualitatibus differens hoc punctum his verbis tangit: *Ad reprehendendos alios prompti, se non patiuntur à quibuslibet vel leviter reprehendi, suorum actuum negligentes, sunt aliorum procaci libertate censores.* De ijsdem apud S. Matthæum dicitur: quod sint *excolantes culicem*, quibus verbis ut S. Thomas ait: *Notatur eorum nimia severitas, non quidem erga semetipsos, sed erga alios, alienorum namque errorum rigorosissimi sunt censores: Onerosa non faciunt, sed aliqua quæ exterius patent, benefacient*, unde S. Bernardus ait: *Portant vestes sanctitatis, & hoc non est onerosum, quod ostendebant in phylacterijs & in fimbrijs.* Ex quo Deus in Deuteronomio cap. 6. populo præcepisset, ut legem Domini manibus alligatam portaret, ut illam tanto promptius oculis objectam haberet: Dicit enim sacer textus. *Ligabis in manu tua & ante oculos tuos*; ipsi verba hæc literaliter interpretati sunt, cum tamen teste S. Thoma verborum illorum sensus sit: *In manu tua, id est, in completione operis, & ante oculos tuos, id est, in consideratione tua; ipsi autem volentes gloriam, ut viderentur zelatores mandatorum Dei, scribebant mandata in schedula, & ponebant ante oculos, & illa phylacteria vocabatur, & dilatabant magis ista, ut viderentur ab hominibus.* Seniores illi populi Babylonici judices, quantum non exhibuerunt zelum & severitatem, in castigando adulterio, de quo ipsimet honestissimam Susannam tentarant, licet postea ejus innocentiam hac calumnia onerarint? hoc autem eo præcipue fine fecerunt ne ulla de occulta illorum malitia conciperetur umbra vel suspicio: *Colantes culicem, Camelum glutientes; Videt festucam in oculo fratris, trabem in oculo suo non considerant.*

Hypocritæ nolunt moneri & corrigi. *Matth.* 7. 5. S. *Bonav. in c.* 6. *Luc.*

Matt. 23. 24. *Matth.* 7. *v.* 5.

11. *A fructibus eorum &c.* S. Joannes Climacus ait: *Hypocrita quamdiu quidem videtur latere gloriam ex opinione venatus, justus apparet, ubi autem fuerit deprehensus, virulentis & mortiferis calumnijs de alijs inspersis suum dedecus & ignominiam tentat velare.* Salvator noster non sine causa Pharisæis exprobravit, quod sepulchra in honorem Prophetarum erigerent; *Quid enim est ædificare sepulchra aliqua*, inquit Hugo Card. *Nisi corrumpere ea, vel eis detrahere, quod proprium est hypocritarum, & postea ornant ea; quoniam postquam detraxerunt, dicunt aliqua bona de eis, ut videantur non causa detractionis, sed compassionis animo & affectu hoc dixisse.* Idem quoque hypocrisis indicium Salmeron his verbis manifestat: *Detegitur hypocritarum vitium, qui maximorum suorum peccatorum obliti, semper inveniunt in altero, quod calumientur, & reprehendant.* Salvator noster apud S. Matthæum de illis dicit: *Intrinsecus autem sunt lupi rapaces*; oves quippe dentes non habent scindentes, quemadmodum lupi, qui ea quæ mordent dentibus velut serra dividunt; Porro electi qui per oves intelliguntur alienæ famæ minime detrahunt, hoc enim solorum est hypocritarum proprium, qui nihil æque libenter faciunt, quam quod detractionibus

S. *Joan. Clim. Scal.* 3. *ad gr.* 12. Hypocrita invehitur in alios, sui oblitus. *Matth.* 23. *Hug. Card. ib.*

Salm. Tom. 8. *Tr.* 14.

Matth. 7. 15. Pronus est ad detractionem.

bus suis alios deprimant, ut per illorum vilipendium ipsi in conspectu mundi tanto magis elucescant. *Ad*
S. *Prosper ibidem.* *factum publicam patientiam singunt*, inquit S. Prosper, *& in animo vacundiæ virus abscondunt, ad nocendum parati, cum nocendi tempus invenerint.*

12. *A fructibus eorum.* Quando incarnata Sapientia de hac materia loqui intendebat, ut superius sæpius
Comparantur Idolo Bel. ponderavimus, communiter his verbis utebatur: *Invenimini, cavete, attendite*, quia occulta cordium penetralia, in quibus hypocrisis latet, penetrare, vel aperire difficillimum est. Adorabatur in Babylonia certum quoddam idolum, nomine Bel, coram quo unusquisque genua flectebat, adeo ut neque ipsemet Rex huic ei honorem exhibere erubesceret; Idolum hoc foris æneum, intus vero luteum erat; at vero, quomodo Daniel hanc sacrificulorum deceptionem manifestavit? nimirum per pavimentum templi cinerem spargi jussit, ut falsorum facerdotum, ad devorandas oblationes furtive ingredientium vestigia, huic cineri impressa
Dan. 14. *v.* 14. clare conspici possent; *Video vestigia virorum, & mulierum, & infantium.* Eodem modo si lutum impudicitiæ eorum, qui exterinsecus sanctitatem simulant, & velut numina cœlestia venerari volunt, detegere vultis, diligenter gressus illorum observate & explorate, sic enim dicetis; *video vestigia &c.* Verum quidem est, quod ad hoc, *video*, necesse sit, ut in densissimis tenebris fiat; nam ut facer textus ait: *Ostenderunt ei abscondita ostiola per quæ ingrediebantur.* Cognoscuntur enim *ex vitæ qualitate*; inquit Abulensis de Hypocrisis indicijs differens) *quia hypocrita nec est bonus, nec*
Abul. q. 28. *in c.* 7. *Matt.* *vult esse bonus, sed solum videri bonus, ideo vere malum operatur, sed studium suum est illud malum occultare, & bonitatis speciem prætendere; si quis tamen solicite inquirat, facilter inveniet hypocritam non esse id quod apparet; licet aliquando solicitè caveant, ne videantur opera sua, non possunt tamen semper ad hoc esse attenti, & ideo interdum ipsi se manifestant, quia falsa non possunt diu latere.* Idem quoque doctissimus author ulterius

Falsitas illorum non potest diu latere, dicit, quod hypocritæ nonnumquam opera sancta & perfecta operentur, quia tametsi voluntatem, ut sint virtuosi & sancti nequaquam habeant, attamen ad virtuose operandum, ab æstimatione & opinione mundi, quam desiderant, se adscari permittunt, dicit enim: *Tamen tunc etiam cooperatur ex operibus, quia non manebit diu bene operans, intendit enim gloriam hujus sæculi & non futuri, operari autem bonum est difficilezande nisi quis firmiter sperat vitam æternam, illam cæteris præponens, non potest diu bene operari.* Adducitque sequens Divi Chrys. Testimonium dicentis: *Facile hypocritæ capiuntur, via enim qua justi sunt ambulare labor ipsa est Hypocrita autem laborare utique non eliget, & sic capitur ex fructibus, id est ex operibus, & isti sunt fructus*
Galat. 5. 19. *carnis, de quibus Apostolus ad Galatas 5. Manifesta sunt*
Job. 4. *v.* 11. *opera carnis, quæ sunt immunditia &c.* S. Gregorius
S. *Greg. l.* 5. verba illa: *Tygris pervit*, exponens inquit: *Nimirum*
Mor. c. 16. *omnis hypocrita tygris est, quia dum mundus color de simulatione ducitur, vitiorum nigredine interrumpente*
Comparantur Tygridi. *variatur: Sæpe enim dum de castitatis munditia extollitur, sordes avaritiæ fœdatur, sæpe dum de virtute largitatis speciosus ostenditur, luxuriæ maculis inquinatur. Sæpe dum castitatis atque largitatis decore vestitur, zelus ex zelo justitiæ crudelitatis arguitate fuscatur. Sæpe largitate, castitate, pietate, & pulchra visione indutur, sed interfusa obscuritate superbiæ notatur.* Hoc peccatum non sine Mysterio per fermentum denotatur, quia sicut *modicum fermentum totam massam corrumpit*, ita
1. *Cor.* 5. *v.* 6. unicus dumtaxat actus vitiosus, multis actibus apparenter virtuosis intermixtus, ad detegendum hypocritam sufficit, nam *Jota unum aut unus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant*, ut plurimum vero in
Matth. 5. *v.* 18. illis residens in manifestum degeneret vitium & transgressionem.

13. *A fructibus eorum &c.* S. Antonius de Padua inquit; *Attendite à falsis Prophetis, qui ut dicit Glossa, maxime per impatientiam discernuntur, in tempore adversitatis, cum enim prosperitas arridet, pelle sub agnina corda lupina latent, sed cum adversitas flavescit, pellis ovis laceratur.* Infallibile veræ virturis indicium est, si
S. *Ant. de Padua ser. in Dom.* 8. *post Trinit.* Hypocrita impatiens est, & contristatur in adversis. quis in adversitatibus sit patiens; *non enim contristabit justum quidquid acciderit ei.* Tangat quis Hypocritam in emolumentis, in æstimatione & reputatione propria, vel in alia quapiam re, in qua necessium est, ut genium & inclinationem suam deponat, & statim
Prov. 12. *v.* 21. apparebit, quis sit: *Tange montes & fumigabunt.* Cum
Ps. 143. *v.* 5. die quadam coram Alfonso Rege Siciliæ moveretur quæstio, cur scilicet hypocritæ natura sua superbi sint, publici autem peccatores humiles, varijque ex circumstantijs varie respondissent, tandem Rex subjunxit: *Publicanorum vitia ut plurimum manifesta esse, puta luxuriam, gulam, & cætera hujusmodi, quæ quotidiani oculis hominum subjecta forent, solverentur in ruborem, verecundiam & humilitatem: Hypocritarum vero vitia in occulto latere, utpote odium, invidiam, malevolentiam, quæ cum in arcano tolerari diutius non possint, erumpant in superbiam necesse est, iram, arrogantiam & insolentiam.* Didacus Stella ad allegatam à Christo luporum similitudinem alludens, qui scilicet ovina vestimuntur pelle, differentiam notat; quæ est inter pellem vivæ ovis, & pellem ovinam mortuam, qua
Did. Stella in Luc. 12. lupus contegitur, & hunc in modum discurrit: *Ea quæ ovis viva cooperitur, dum magis scinditur & tondetur, magis ac magis crescit, quod idem si fiat in ea quam induit lupus, deperditur & destruitur: Sic bonus dum majores persecutiones & calamitates illi advenerint, in virtutum exercitio magis crescit & augetur, sed impius hypocrita in tribulatione statim ostenditur, quam falsa est, fallax sit ipsius virtus.* Salmeron similiter dicit: *In re-*
Salmer. Tom. 4. *Tr.* 16. *pentinis & subitaneis motibus hypocritæ larvam sibi abstrahunt, detrahuntque suam astutam vulpem, & ad ingeniam redeunt, ita ut recte inspicientes simulata sanctitate non seducantur.* S. Bernardus quoque aliud hypocrisis exprimit indicium inquiens: *Nonnulli falsa*
S. *Bern. de ordine vitæ circa fin.* *opinione arrogantiæ se perfectos esse existimant, dum non sunt, qui obortis tentationibus innotescunt.*

TRACTATUS XXXIV.

DE INFERNO ET ÆTERNITATE.

CONTINET.

DISCURSUS XXXII.

DISCURSUS I. De cura, qua Prædicatores exemplo Christi & præcursoris sui de pœnis inferni sæpe ad populum prædicare debent.

II Ideo homo peccatis immergitur, quia de inferno nec quidquam cogitat; hujus enim assidua meditatio à culpa coercet.

III. Deus adeo nobis comminatur infernum, ne in illum corruamus, qui enim hunc frequenter cogitat, eumdem evadit, & in timore Dei assiduè vivet.

IV. Examinatur consilium Davidis, suadentis, ut homines in infernum descendant viventes.

V. Pœnarum æternarum consideratio ad pœnitentiam nos convertit, in divino servitio ferventes & profectos efficit.

VI. De situ & varietate nominum, quibus infernus appellatur; item de ejus capacitate, angustia, immobilitate & catenis damnatorum differitur.

VII. Varia inferni tormenta in genere considerantur.

VIII. De voracitate ignis infernalis, nec non de quibusdam nostrum inter & inextinguibilem ignem versantibus differentijs, cum hujus nutrimentum & ligna sint hominum peccata.

IX. Ira Dei inferni ignem accendit & nutrit, qui cum sit devorans non tamen consumens, inextinguibilis existit.

X. Deus ab igne infernali lumen sustulit, ut perpetuo, sit tenebrosus, si tamen aliqua ex parte illuminet, hoc solum in majorem sit damnatorum pœnam, ubi etiam tenebrarum illarum obscuritas consideratur.

XI. De abyssi infernalis fœtore & horribili graveolentia.

XII. Dæmones damnatores carnifices per horribilem præsentiam consortium & crudelitatem suam, eosdem atrociter torquebunt,

XIII. Consideratur fames & sitis æterna quam reprobi in flammis infernalibus patientur.

XIV. De acerbitate frigoris quo damnati in inferno cruciabuntur, correspondente nimirum eorumdem pigritiæ qua in vita torpuerunt.

XV. De quatuor dotibus corporum damnatorum, beatorum dotibus è diametro oppositis, & de pœnis quinque sensibus correspondentibus, aliisque multis; nec non de timore & tremore eorumdem.

XVI. Consideratur dissensio quæ inter corpus & animam damnati futura erit, nec non potentiarum suarum depravatio, aliæque pœnæ internæ.

XVII. De verme malæ conscientiæ, qui damnatos, de propriis demeritis convictos, in æternum corrodet.

XVIII. De horribili damnatorum deformitate & confusione, qua percellentur dum omnia scelera sua in sempiternum manifesta videbunt.

XIX. Consortium damnatorum pœnam eorumdem magis adaugebit, maxime eorum qui illis sanguine juncti & amici fuerunt, nec non aliorum quibus malo præluxerunt exemplo causæque damnationis exiterunt.

XX. Deliciæ & voluptates præsentes ad ignem infernalem protrahunt reprobos, quorum pro culpa acerbior pœna erit præteritarum voluptatum memoria.

XXI. Pœna damnatorum multum augebitur propter invidiam, qua exagitabuntur ob beatorum gloriam, de tanto bono amisso perpetuo dolentes

XXII. Examinatur pœna damni, eaque pœnâ sensus major esse ostenditur.

XXIII. Ærumnæ hujus vitæ aliquam consunctam habent consolationem, at vero pœnæ infernales omnis sunt solatii expertes.

XXIV. De desperatione damnatorum.

XXV. Damnati propter voluntatis suæ obstinationem, & malitiam, omnis sunt pœnitentiæ & placationis Dei incapaces; unde hanc vitam solum pœnitentiæ tempus esse ostenditur.

XXVI. De continua & inseparabili morte qua damnati cruciabuntur, nec tamen umquam mori poterunt.

XXVII. Ex nonnullis hujus vitæ tormentis in aliqualem atrocitatis pœnarum infernalium notitiam devenire possumus.

XXVII. Qui tormenta inferni assidue cogitat, dolores veræ pœnitentiæ & omnia alia tormenta constanti & intrepido animo tolerabit.

XXIX. Variæ adducuntur considerationes circa æternitatem, quæ pœnas infernales consequitur.

XXX. Variæ examinantur rationes, cur damnati qui Deum temporaliter offenderunt, in inferno nihilominus in æternum sint puniendi.

XXXI. Sola peccata sunt, quæ nos ignem infernalem timere faciunt, utpote cujus pabulum & nutrimentum existunt, qui tamen adversus animas innocentes nihil facere prævaluit.

XXXII. Majorem esse numerum eorum qui damnantur, quam qui salvantur multifariam probatur.

DISCURSUS I.
ARGUMENTUM.

De cura, qua Prædicatores exemplo Christi & præcursoris sui de pœnis inferni sæpe ad populum prædicare debent.

THEMA.

Ibunt in supplicium æternum. Matth. 25. v. 46.

1. VErbum æternum incarnatum, Sapientia patris, in quo omnes scientiæ & sapientiæ divinæ thesauri reclidebantur; & de quo Psalmista jure merito dicit: *Omnia in sapientia fecisti,* ultimam suam concionem ad turbas pronunciaturam non sine Mysterio verbis propositi thematis, infernales pœnas nobis comminantibus figillare voluit. Enimvero primæ concionis thema fuit cœlestis beatitudinis prædicatio: *Cæpit Jesus prædicare & dicere, pœnitentiam agite, appropinquavit enim regnum cœlorum.* Sane monita, quæ proximorum tenacius imprimere volumus mentibus, in finem usque reservare solemus, quemadmodum patres erga filios, superiores erga subditos, & magistri spirituales versus discipulos suos præticare solent. Cum itaque Christus usque in finem prædicationis & vitæ suæ has de inferno minas reservarit, id utique fecit, ut ejus impressionem tanto majorem efficeret in animabus nostris, nec non ut demonstraret, quantum hujusmodi exhortatio proficiat ad gloriæ considerationem; Teste vero Sancto Matthæo, postquam Jesus dixisset: *Ibunt in supplicium æternum; factum est, cum consummasset Jesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis: scitis quia post biduum Pascha fiet, & filius hominis tradetur ut crucifigatur.* Post trium namque annorum prædicationem, de judicio finali discurrere cœpit, discursumque comminatione finivit æternæ damnationis, & quidem duobus ante mortem suam diebus, idque, ut Divus Chrysostomus advertit, non alio fine, quam ut *regni non ita memineris sicuti gehennæ, metus enim majorem vim habet urgendi quam promissio;* Et ideo incarnata Sapientia cordibus fidelium minus solicitè insculpere satagit Paradysi, quam Inferni considerationem; hæc enim majori pollet efficacia in movendo voluntates perversas ad emendationem; Imo juxta eumdem doctorem nulla omnino prædicatio, tam moralis quam spiritualis, tam proficua & utilis est animabus nostris, quam ista de inferno; *Nihil est æque utile,* inquit ille, *atque de gehenna differere, quæ argento pariores nobis efficit animas.*

finem vitæ suæ.

Matth. 25. v. 46.

Matth. 26. 1.

D. Chrys. Hom. 2. in 2. ad Thessal.

D. Chrysost. ibi.

2. Petrus Apostolus nomine Apostolorum omnium aliquando ad cœlestem suum conversus Magistrum, ita cum affatus est: *Verba vitæ æternæ habes.* Omnes certè Christi admirabiles erant maximèque proficui discursus, animas ad æternam inducentes vitam; unde ut ullius non capacitati sese accommodaret, multoties sermonibus suis parabolas admiscebat, quoniam *sine parabolis non loquebatur eis;* postquam vero in S. Matthæo cap. 13. varias vice una adduxisset parabolas, tandem universum unicâ concluſit parabolâ discursum, de æternis pœnis & supplicijs tractante: *Mittet eos in caminum ignis, ibi erit fletus & stridor dentium;* ubi S. Gregorius ait: *Postmodum pœnas inferni de malorum combustione narravit, atque in conclusione subjungit: Ideo omnis scriba &c.* Imo nec hoc monito contentus, ut auditorum percelleret animos, vehementiam recensuit pœnarum infernalium, moxque subjunxit: *Intellexistis hæc omnia?* quibus affirmative respondentibus superaddidit, quemcumque prædicatorem etiam eruditissimum debere in regno cœlorum id est in Ecclesia militante, hanc tanti momenti annunciare & inculcare materiam: *Ait illis: ideo omnis scriba doctus in regno cælorum, similis est homini Patrifamilias, qui profert de thesauro suo nova & vetera. De thesauro suo,* (ita Hugo Card. præsentem exponit textum,) *id est de sapientia sua.* Prov. 21. *secundùm aliam translationem legitur: Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis;* debet enim omnem facundiam & scientiam suam in hoc adhibere argumentum, ut auditorum in animis: conceptum formet pœnarum æternalium: *Nova & vetera,* subjungit ille, *id est, promissa & minas.*

Joan. 6. v. 69.

Matth. 13. v. 34.

Matt. 13. 42.

S. Greg. Hom 11. in Evang.

Ibid. v. 51.

Omnis prædicator hanc materiam serio annuntiet.

Matth. 13. v. 52.

Hug. Card. ib. Prov. 21. v. 20.

3. Longè vero clarius S. Gregorius in citata homilia discurrit, dum eadem exponens verba, ait: *Vetustum quippe humani generis fuit ad inferni claustra descendere, pro peccatis suis æterna supplicia tolerare.* Et paulò post: *Ille in S. Ecclesia prædicator est, qui & nova scit proponere, de suavitate regni, & vetusta de terrore supplicij, ut vel pœnæ terreant, quos præmia non invitant.* Insuper S. Matthæus de Christi prædicatione agens ita in quodam loco ejusdem describit circumstantias: *Et factum est dum consummasset Jesus verba hæc, admirabantur turbæ super doctrina ejus, v. 29. erat enim docens eos, sicut potestatem habens.* Curiosi indubie intelligere desiderabitis, quam Christus tanta cum energia, affluentia doctrinæ, & facundia prædicarit materiam, desidérioque vestro immediate antecedentia abunde satisfaciunt verba, scilicet: *Omnis qui audit verba mea hæc & non facit ea, similis erit viro stulto, qui ædificavit domum suam super arenam Et descendit pluvia, & venerunt flumina & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam & cecidit, & fuit ruina illius magna.* Quâ similitudine, ut S. Chrysostomus opinatur; Christus denotare voluit damnationem animæ cujusdam, impetu agitatæ tentationum; assaltuumque inimici infernalis; Dicitur autem ruina ingens, quia scilicet omnium ruinarum maxima est, quæ æternitatem pœnarum, æternamque jacturam annexam habet; Ideoque D. Chrysostomus subjungit: *neque enim exiguarum leviumque rerum periculum est, sed de animæ dissolutione, de immortalibus supplicijs sustinendis, de cœlestis regni æternorumque bonorum amissione res agitur.* Unde Christus postquam prolixam præmisisset concionem, prout ex 5. 6. & 7. patet Matthæi Capite; hanc, ut cordibus imprimeret audientium, terminavit per mentionem inferni, designati in Ly *ruina magna;* ut scilicet omnes doceret Ministros Evangelicos, quod Discursum & exhortationum suarum lineas, ad hoc singulariter centrum trahere debeant, ut auditores cum fructu recedentes ab irreparabili eximantur animæ ruina.

D. Chrys. Hom. 11. in Evang.

Matth. 7. v. 28. Ibid. v. 29.

Matth. 7. v. 26. Ibid. v. 27.

D. Chrys. Hom. 25. in Matth.

Ut animæ evadant ruinam æternam.

4. Ideo Christus ipse postquam paupertatem Spiritus, tolerantiam injuriarum, munditiam cordis; aliasque res sensui contrarias annunciasset, ne hæ in ventum evanescerent, contemptoribus & negligentibus pœnas minatur æternas, id quod D. Chrysostomus caute advertens subjungit: *Ibi apto prorsus fine bona hæc præcepta concludens, eos qui non plenè credunt futura de præsentibus vitia fugere, est cohortatus. Etsi enim majus longè doctrinæ pondus sit quo futuris vel provocamur præmijs, vel deterremur supplicijs, tamen crassiores quosque animos hic magis sermo cohibet, atque à studio malignitatis abducit, propter quod etiam tali fine sermo ejus impletus est, ut magis in eorum mentibus tam utilis sententia figeretur.*

Pontif. Roman. Episcopis in consecratione inculcatur æternitas.

5. Episcopi, qui commissum sibi gregem verbo Dei pascere tenentur, hoc singulariter in consecratione sua, à consecrante accipere solent documentum: *Annos æternos in mente habe,* quibus verbis singularissime commonentur, ut continuam æternitatis vitæque futuræ foveant memoriam, hocque punctum omnes sibi commissos singulariter edoceant populos, quemadmodum ijs hac in re gradu quidem Episcopis inferior, sed multis forte sanctitate superior præluxit S. Pachomius, quando longam quamdam exhortationem suam sequentibus terminavit verbis: *Ante omnia præoculis habeamus ultimam diem, & momenta singulis æternorum dolorum supplicia formidemus;* ubi notetis velim Ly *ante omnia,* quia inter omnia, quantumcumque utilia themata, nullum ita salutem nostram promovet, quemadmodum hoc de pœnarum infernalium propositum atrocitate. Quam veritatem, ut vitæ patrum perhibent, optimè penetravit Macharius, nam quando ex monte Nitriæ multi ad ipsum ablegati fuere servi Dei, rogaturi eum, ut tanta sanctitate celebris, tantique Spiritus Magister ad eos accedere dignaretur, sin minus se omnes ad eum properare paratos esse: Abijt ille, cujus præsentia gaudentes fratres, avidis certatim auribus verba excipiebant Magistri, at ille lachrymis potius, quam verbis perorans, universum exhortationem, conferentiam & discursum suum his pauculis quidem, sed summè considerabilibus terminavit syllabis: *Ploremus & lacrimas O fratres nostri oculi producant, antequam hinc eo migremus, ubi lachrymæ comburunt corpora.* Quæ doctrina tantum effecit ut singuli in ferventes veræ compunctionis actus proruperint.

Vita S. Pachomij.

Pelagius L. 3. n. 9.

6. Jeremias quondam in hæc verba lamentatus fuisse legitur: *De excelso misit ignem in ossibus meis & eruditvit me.* Quis obsecro ignis ille fuit, qui virtute docendi & instruendi animas fideles, in quarum persona Propheta loquebatur, easque immaculatas efficiendi pollebat: Respondit S. Paschasius dicens: *Porro anima peccatis obnoxia, dum pro suis iniquitatibus à Domino nonnunquam corripitur, ad se introrsus redens, dum salubri dolore compungitur, quasi de excelso in suis ossibus ac in medullarum cogitationibus ignem venisse non dubitatur, quo divinitus attacta castigatur & eruditur disciplinis divinis.* Neque enim ad inducendas ad virtutem, Deique timorem animas, doctrinæ aliæ, eruditiones, aut conceptus requiruntur ingeniosi, sed solus hic sufficit infernalis ignis ad docendam quamcumque animam, prout in sequentibus probabimus discursibus.

Thren. 1. v. 13.

S. Paschasius ibid. Ignis habet vim docendi.

7. Baptista à Deo electus erat, ut vias dirigeret; id est, perversos reformaret Hebræorum mores; *parate viam Domini, rectas facite semitas ejus;* idque per prædicationem suam operari debebat, dicente S. Luca: *Factum est verbum Domini super Joannem Zachariæ filium;* hoc est, subjungit Albertus Magnus; *vade prædica;* seu ut Theophylactus interpretatur: *Per verbum, intellige Spiritum Sanctum;* Spiritus itaque Sanctus præceperat ei officium prædicandi; idcoque *venit in omnem regionem Jordanis prædicans;* sed quale putatis eum ex Spiritus Sancti instinctu habuisse thema? *prædicans baptismum pœnitentiæ.* Sed ut populum hunc ad veram induceret pœnitentiam, ut *genimina viperarum* in columbas transmutaret, quibus eum argumentis, quibus rationibus, quâve Rhetoricâ usum fuisse putatis? *Exibat ad eum Jerosolyma, & omnis Judæa, & omnis regio circa Jordanem, & baptizabantur ab eo in Jordane, confitentes peccata sua.* Publicani etenim certatim accurrebant, in dictis se abluentes aquis; *Venerunt autem & Publicani, ut baptizarentur.* Imo milites, de quibus Poëta canit: *Nulla fides, pietasque viris, qui castra sequuntur,* venerabundi & tremontes interrogabant eum: *Quid faciemus & nos?* Quot equidem in sæculis præteritis Prophetæ in austeritatibus prodigijsque magnis verbum Dei annuntiaverant; & nihilominus toto eo tempore tantam non potuere colligere messem, quam Baptista diebus paucis. Quæ tantæ operationis differentia? illi temporalia iræ justitiæque divinæ supplicia intentabant in vita præsenti inferenda; Baptista vero atrocitatem prædicebat inferni, inquiens: *Omnis arbor quæ non facit fructum excidetur & in ignem mittetur, paleas comburet igne inextinguibili.* Hinc S. Chrysostomus stupendam hanc conversionem admirans ita discurrit: *Quid factum est, quod cum impiorum essent filij, tamque nequiter educati, sese coeperant subito pœnitentiam? unde hoc facta est repente tanta conversio? quis vulnera immedicabilia curavit? ignis infernalis inveteratas curavit plagas,* ideoque subjungit Sanctus: *Considera quemadmodum illos ab ipsis omnino principijs attonitos reddiderit, de gehenna scilicet inferendo sermonem;* Hunc-que ignis infernalis timorem tanto incutiebat majorem, quanto dictam pœnam viciniorem, non verò remotam esse doceret, in deserto illo exclamans: *Jam securis ad radicem arboris posita est.*

Matth. 3. v. 3.

Luc. 3. v. 2. Alb. Magn. ib. Theophil. ib. Luc. 3. v. 3. Joan. Baptista Prædicator egregius.

Matt. 3. v. 3.

Ibid. v. 2.

Luc. 3. v. 2.

Ezech. 2. v. 9.

Ezech. 3. v. 2.

Hug. Card. ib. Joan. 16.

8. Propheta Ezechiel quondam à Deo electus erat, ut populo electo prædicaret, cum instrueret, inque viam reduceret salutis, utpote à divinæ legis, sanctique cultus tramite deviantem; sed quem putatis modum inceratam Sapientiam hoc in præcepto observasse: *Et vidi & ecce manus missa ad me, in qua erat involutus liber, & expandit illum coram me, qui erat scriptus intus & foris.* Sed quod putatis libri hujus fuisse contentum, ad contumacem rebellemque populum illum convertendum? *Scripta erant in eo, lamentationes, carmen, & væ; Et dixit ad me: Comede volumen istud, & vadens loquere ad filios Israël. Væ* autem, ut nostis omnes, in Scriptura Sacra minas denotat damnationis æternæ. Unde Hugo Card. in cujusdam S. Joannis textus Commentario ita scribit: *In libro erant lamentationes, carmen & væ, Dominus lamenta proponit, & nos sequamur carmina, & mundi gaudia, & ideo concludit væ æternum.* In septimo pariter ejusdem Prophetiæ capite minas expressas legimus iræ divinæ in hæc verba: *Terra plena est judicio sanguinum, & civitas plena iniquitate.* Ad extirpandos itaque tantarum iniquitatum vitiorumque vepres, ignem jubet adhiberi æternum.

Item Ezechiel Propheta.

Ezech. 7. v. 23.

9. Mysteriosa in primis est per S. Lucam de muliere illa expressa parabola, quæ ut amissam gemmam reinveniret, toram susque deque evertit domum, lucernamque accendit? *Aut quæ mulier habens drachmas decem, si perdiderit drachmam unam, nonne accendit lucernam, & evertit domum, & quærit diligenter donec inveniat.* Ubi scire percuperem, cur non potius fenestras aperuerit ut major lux subintraret, sed lucernam accendere expedientius judicavit? Gemima hæc perdita animam figurabat, quæ ut plurimum inter sordes perit bonorum terrestrium, de quibus Apostolus dicebat: *Omnia arbitror ut stercora;* ut igitur animæ hujus cooperemur saluti, certissimum apprehendamus oportet medium, scilicet verbum Dei; dicente Psalmista: *Lucerna pedibus meis verbum tuum;* vel etiam ideo factum fuisse dicere potuimus, eo quod lucerna ignem annunciet infernalem: Lucerna enim ardet, fumat & ignita est; mulier vero Ecclesiam denotat, de fidelium suorum solicitam salute; quem conceptum his verbis expressit Hugo Cardin. inquiens: *Domum evertit, quando conscientias hominum de reatu suo perturbavit, id est, comminatione pœnæ æternæ perterruit, quia plerique hominum non prætabant sè damnandos æternaliter pro peccatis, & sic deterrini pœnituerunt; & sic drachma est inventa, id est imago Dei in homine reparata.*

Luc. 15. v. 8.

Quid prosit lucerna ad inveniendam gemmam.

Philipp. 3. v. 8.

Psal. 118. 105.

Hug. Card. ib.

10. Epulo ex inferno oculos sursum elevans; inque sinum conjiciens Abrahæ, supplicam ei præsentavit, qua obtestabatur instanter, ut magnus hic Patriarcha Lazarum ablegaret ad instruendos fratres ejus, ne & ipsi in tantæ perditionis barathrum præcipitarentur; sed quid Abrahamum respondisse putatis? *Habent*

Luc. 16. 27.

Ibid. v. 29. *Ibid. v. 31.* *Moysen & Prophetas, audiant illos, at ille dixit; Non Pater Abraham; sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent*, cui mox replicavit Abraham: *Si Moysen & Prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.* Ita sane, nam si ex abysso illa infernali ipsemet aut Epulo, aut quicumque alius damnatus flammis cinctus prodisset, sufficeret indubie ad totius illius familiæ conversionem, non vero anima aliqua paradysi, hæc enim minus efficaciter contumaces illos ad virtutem convertisset. Imo sufficiens, longeque potentior, & efficacior erat lectio Scripturarum sacrarum, de his tractantium pœnis, ut proinde S. Bonaventura merito dicat in præsenti: *Habent Moysen & Prophetas audiant illos, id est doctrinam legis & Prophetarum*, juxta illud S. Petri Testimonium dicentis: *Habemus firmiorem Propheticum sermonem cui benefacitis attendentes, quasi lucerna lucenti in caliginoso loco, donec dies elucescat & lucifer oriatur in cordibus vestris.* Quin & Hugo Ætherianus ad idem scribens propositum, in tractatu *de regressu animarum ab inferis*, ita scribit: *Si ab inferis regressio ad fidem conferret, frequenter humano generi Salvator hoc præstitisset. O dives, tu obloqueberis cum dicentibus: Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Quis ab inferis regressus est ut credamus ei? O fatue, si pater tuus resurrexisset, iterum moriturus, ei credidisses? qui Scripturæ docenti te fidem non adhibuisti. Scrutentur ergo fratres tui scripturas, & fidem ei accommodent. Mortuos quippe per phantasmata faceret etiam Diabolus resurgere, à veritatis corde insipientes, corde abducere; & de his quæ in inferno sunt, dogmata erroris & nequitiæ disseminaret, cujus versutijs ut non decipiamur, sancta instruimur pagina: Ipsa est lucerna, qua lucente fur apparet & invenitur.* Lucerna namque verbi Dei, Ministri Evangelici, quibus dicitur (*Lucerna ardentes in manibus vestris, lucerna pedibus meis verbum tuum,*) infernales dissipare debent tenebras, fidelibusque rectam ostendere viam, ne in obscuro ambulantes in perditionis corruant barathrum.

Epulo petit aliquem ex mortuis ad fratres suos converrendos ablegari. *S. Bonav. ib.* *2. Petri 1. v. 19.* *Hugo Æthe-rianus c. 11.*

DISCURSUS II.
ARGUMENTUM.

Ideo homo peccatis immergitur, quia de inferno ne quidquam cogitat, hujus enim assidua meditatio à culpa coercet.

THEMA.

Sicut oves in inferno positi sunt. Psal. 48. v. 15.

1. PRimâ quidem facie hæc Psalmistæ similitudo, quâ infernales reproborum pœnas describere intendit, impropria esse videtur; siquidem oves electorum sunt symbolum dicente Christo: *Statuet quidem oves à dextris.* Nihilominus qui animalis hujus considerarit proprietatem, reperiet ad unguem præscitos in eo delignari, qui plerumque in barathrum corruunt perditionis, quia communem mundi sequuntur torrentem. Talis enim ovis est proprietas ut quidquid sociam facere viderit, & ipsa faciat; ita ut una saltante omnes saltent, una per devia se præcipitante, sequantur & reliquæ. Quæ autem tot tantarumque animarum in abyssum infernalem corruentium interitus causa est, & origo? Responsum habebimus, si D. Bonaventuram audire non displicuerit, dicentem: *Hæc est jam quasi præcipua causa, quare ita multiplicata sunt mala in Ecclesia, dum quilibet vult alios imitari, sive quia aliud nescit, quam quod videt in alijs, sive quia non audet aliter vivere, quam illi cum quibus versatur, ex malo pudore timens alijs videri dissimilis.* Sane si quis ad inferni accederet atrium, damnatosque intueretur; disceret utique maximam eorum partem, innumerabilibus omnitorum iniquitatibus, non ob aliud damnatos esse, quam quia torrentem sectati sunt mundanorum, tantarum immemores pœnarum, siquidem S. Chrysostomo teste: *Fieri non potest ut anima de gehenna solicita cito peccet; Audi enim optimam admonitionem; in memoriam revoca novissima tua, & in æternum non peccabis.*

Matth. 25. v. 33. *Proprietas ovis.* *S. Bonav. T. 7. l. 1. de prof. Relig. c. 39.* *Reperitur in damnatis.* *D. Chrys. Hom. 2. in 2. ad Thessal.*

2. Regius Psaltes impium quemdam enormibus excessibus suis iram Dei contra se provocantem his verbis introducit: *Non est Deus in conspectu ejus, inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore*; vultisne veram hujus tantæ abominationis causam percipere? Nimirum unica hæc fuit, quia *auferuntur judicia tua à facie ejus*; neque enim peccator finem attendit, neque tormenta æterna quæ inde est reportaturus. Hugo Card. verba illa hoc modo exponit: *Non consideravit pœnam infernalem, quæ sibi & peccatoribus reservatur, à facie ejus, id est à mente & memoria ejus.* D. Chrysostomus in expositione hujus Psalmi, exemplum adducens cæci cujusdam qui gradiendo in profundam præcipitatur foveam, considerat, quod postquam David dixisset: *Inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore*: Mox causam subjungat, cur id factum fuerit: Cur nimirum: *Auferuntur judicia tua à facie ejus*, Q. D. non cogitant de fine, numquam tormenta memorantur æterna quæ inde sunt reportaturi. Unde ita scribit: *Inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore; vidisti fructum vitij, lux ejus extinguitur, orba redditur ratio, traditur captivus improbitati; quemadmodum enim qui est luminibus orbus, frequenter incidit in barathrum, ita hic etiam, quoniam Dei timorem non habet præ oculis, nec gehennæ meminit, nec futuri judicij, nec reddendæ rationis,*

Hug. Card. ib. *Peccator cæco assimilatur.* *D. Chrys. ib.*

3. Ante Redemptoris nostri incarnationem plurimi fræna laxantes iniquitati, in abyssum corruebant; dicente Propheta: *Omnes declinaverunt* (quæ verba ad omnia legem Evangelicam præcedentia sæcula applicari possunt;) *non est qui faciat bonum non est usque ad unum.* Cujus ratio est quia distinctam pœnarum infernalium non habebant notitiam, quam Christus postea in Evangelio clare intimavit. Imo quando Christus in mundum venit, ne vel minimam reperit pœnarum alterius vitæ fidem, ipsomet attestante dum ait: *Verumtamen filius hominis veniens, putas inveniet fidem in terra?* hic autem innumerabilium iniquitatum torrens post Spiritus Sancti in terram descensum sisti cepit; Quæ autem mutationis hujus affignabitur causa? Ecce vobis rationem: *Cum venerit ille, arguet mundum de peccato, & de justitia & de judicio; de peccato quidem quia non crediderunt in me.* Cujus textus interpretationem Hugo Cardinalis doctè adducit dum ait: *Qui enim vere crederet pœnam peccantis, non peccaret.* Ita fideles qui veraciter credebant in Christum, religionemque amplexati fuere Christiani, nec non pœnas crediderunt infernales, esse emendarunt, peccata & dissolutione suas refrænantes. Equidem dives ille Epulo indubiè usque ad gulam pluribus erat immersus vitijs, *quoniam ipsi peccatores & abundantes in sæculo obtinuerunt divitias.* Epulis, vestibus, satellitio superbo fruebatur indefinenter; canesque fatians, mendicum præfame mori sinebat Lazarum: sed cotius hujus impietatis tantorumque excessuum causa unica fuit, quia suum non consideravit finem, & supplicia æterna; hinc Abrahamo supplicabat ut ad fratres suos ablegare dignaretur Lazarum, qui eos de tantis flammis rederet certiores; ex quibus deducitur, quod familia illa ne quidem quid infernus esset, noviset; Ita Chrysostomus attestatur dum in homilia quadam ait: *Si dives ille illum ignem cogitasset, non peccasset, quoniam autem ejus numquam meminit, idcirco in eum incidit.*

Hug. Card. ib. *Pf. 13. v. 3.* *Pf. 52. v. 2.* *Non habet fidem pœnarum alterius vitæ.* *Luc. 18. v. 8.* *Joan. 16. v. 8.* *Hug. Card. ib.* *Luc. 16 v. 19.* *Pf. 72. v. 12.* *Idcirco incidit in eas.* *D. Chrys. Hom. 2. in 2. ad Thessal.* *Pf. 48. v. 15.* *Michael de Bononia ibid.*

4. *Sicut oves in inferno posuit sunt, id est*, inquit Incognitus, *ponentur post ipsorum mortem; quia sicut ovis ignoranter ducitur ad mortem, sic isti ignorantes vitam futuram, in infernum ducentur*; qui lamentabiliter in Libro sapientiæ ingemiscunt dicentes: *Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, ... viam Domini ignoravimus.* Ideoque S. Bernardus nobis consulit, ut dum vivimus, nos in inferno abscondamus; sed replico ego, *quis ex nobis habitare poterit cum ardoribus sempiternis?* modum ipsemet subito subjungit Sanctus dum ait: *Vivens in infernum descendet*; percurrere mentalibus oculis tormentorum officinas, fuge scelera, & vitia, pro quibus scelerati homines & vitiosi perierunt. Ligna hujusmodi flammas nutrientia peccata sunt; hæc itaque tolle, & definet esse infernus. Unde Minutius Felix, errorem multorum, qui inordinatis suis appetitibus, omni cum libertate atque licentia habenas laxant, redarguit dicens: *Nec ignoro plerosque conscientia meritorum nihil se esse post mortem, magis optare quam credere, malunt enim extingui penitus, quam ad supplicia reparari. Quorum error augetur, & in sæculo lshertate remissa & Dei patientia maxima, cujus quanto judicium tardum tanto magis justum est. Et tamen admonetur hominum doctissimorum libris, & carminibus poetarum illius ignei fluminis, & de stygia palude sæpius ambientis ardoris, quæ cruciatibus æternis præparata, & damnorum indicijs, & de oraculis prophetarum cognita tradiderunt*

Sap. 5. v. 7. *S. Bern. ser. de quinque negotiat.* *Ovis ignoranter ducitur ad mortem.* *Isai. 33. v. 14.* *Minut. Felix in Octavio.* *Sic peccator ignorans fe tura.*

5. Totum percurrentes secundum sapientiæ caput, quamdam inibi offendetis maxime effrænium impiorum turbam in id conjurantium, ut quodcumque execrabile committant flagitium. Sed quis tandem scopulus eos in tam deplorabilia impingebat naufragia? defectus

Sap. 2. v. 1. Prat. Florid. 1. p. l. 4. c. 29. *Doctrina de inferno contemnitur à Temerario.* *S. Prosp. l. 3. de vit. Contempl. c. 12.* *Luc. 13. v. 4.* *Ibid. v. 5.* *Parabola ficulneæ.* *Luc. 13. v. 7.* *Exponitur & applicatur ad propositum.* *Ibid. v. 8.* *Ibid. v. 9.* *Beda l. 4. in Luc.* *Pf. 9. v. 18.* *D. Chrys. ib.* *S. Bern. ser. 4. de mod. bene vivendi.*

defectus crudelitatis, quia scilicet pœnas non credebant infernales: *Non est qui agnitus sit reversus ab inferis.* Quod ex Prato florido confirmare lubet, ubi impius quidam die quodam ad tabernam accessisse scribitur, seque circulo immisceuisse plurium aliorum, quorum unusquisque quidquid occurreret eructabat; quos inter unus memorare cœpit, qualiter parochus ejus in sermone quodam mirabilia prædicasset de altera vita, & qualiter animæ nostræ Deo præsentandæ sint, ut rationem reddant de omnibus perpetratis malis. Quibus auditis ille novus advena præ reliquis temerarius & impudens ait; ne nugis credatis sacerdotum illorum, quia mille vendunt mendacia, ut populum suis attrahant novitatibus, quibus dictis omnes in effusum soluti sunt risum; quorum ille applausum aucupatus docere cœpit, nec dæmonia, nec infernum, nec animarum esse immortalitatem? inter hæc supervenit Diabolus formam humanam indutus staturæque sublimis, qui cum ijs assidens, novum jussit portari vinum, & circumstantes ad bibendum invitans, quid rerum loquerentur interrogavit, cui sacrilegus iste: Ego sodalibus meis recensebam qualiter sacerdotes nostri millenas de animabus, dæmonijs, inferno, alijsque similibus inventionibus ventilant novitates. Sane quod me concernit, hanc si quis animam meam comparare vellet pro amphora vini eam venderem, quin & hanc ipsam cum socijs meis ebiberem. Tunc omnibus alijs in risum effusis subjunxit dæmon, ego hujusmodi quæro venditores, inque hujusmodi mercaturæ genere delector. Mox itaque inter eos iniquus factus est contractus, & juxta infelicis illius hominis dispositionem omnes iterum bibere cœperunt; postque aliquantuli temporis inducias circumstantes interrogavit dæmon, annon justum foret, ut qui comparavit equum, capistrum quoque jure sibi vendicet, quo ligatur equus? quibus omnibus affirmative respondentibus, subjunxit ille: Tempus est, ut singuli suas denuo repetant ædes; tuncque miser ille risum in tremorem convertens, sibi dici audijt à diabolo: *Vena mecum amice mi, & dise, utrum anima, infernus, & alia sit vita.* Moxque eum rapuit per aëra nec amplius comparuit. Ecce vobis evidentem rationem, quare miser ille in reprobum fuerit sensum datus, inque iniquitatum corruerit abyssum, ipsas divinas res irridens; quia scilicet non modo de inferno non cogitabat, sed nec ipsum credebat; sola namque ejus consideratio frenum est sufficiens, ut nos ab omni prævertet ruina.

Justo Dei judicio à diabolo abreptus ut veritatem experiatur.

6. S. Prosper postquam ingentem tormentorum infernalium texuisset congeriem, tandem concludit dicens: *Hæc & multa similia cognare, nihil est aliud, quam vitijs omnibus repudium dare, & omnia blandimenta carnalia refrænare.* Magister noster Christus suos vice quadam ad pœnitentiam exhortans auditores, ijs mortuos proposuit, qui sub turri occubuerant Siloe, ac demum subjungit: *Si pœnitentiam non egeritis, omnes similiter peribitis.* Moxque parabolam subjungit de homine, qui arborem ficulneæ habens in vinea sua, cum sæpius in ea fructum quæreret, nec inveniret vinitori præcepit dicens: *Ecce anni tres sunt, ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac & non invenio; succide ergo illam, ut quid etiam terram occupat?* Arbor hæc animam designabat in bonis sterilem operibus, infructuosam, vitaque indignam; Pro hujus conservatione se interponit vinitor, id est, Angelus custos, aut quicumque alius intercessor, promittendo fructum, sed quonam putatis medio? *dimitte illam & hoc anno, usque dum fodiam circa illam, & mittam stercora, Et siquidem fecerit fructum; sin autem, in futurum succides eam.* Per hunc autem fimum Beda pœnarum infernalium intelligit considerationem dicens: *Mittam stercora, fodiam circa illam; horrorem perpetuæ damnationis incutiens.* Hinc & David orabat dicens: *Convertantur peccatores in infernum, omnes gentes quæ obliviscuntur Deum.* Ast quis nescit in abysso centrum esse desperationis, nec ullum conversionis, aut pœnitentiæ locum superesse vel tempus? qualiter itaque Sapiens iste illuminatusque vir ait: *Convertantur in infernum?* D. Chrysostomus aliam textus hujus proposito nostro peraccomodam adducit versionem dum ait: *Alias, convertentur.* Q. D. quemcumque peccatorem, quantumcumque impium & sceleratum, si per seriam meditationem ad os accederet inferni, omninò convertendum esse, suosque detestaturum errores. Unde S. Bernardus ait: *Cum timore gehennæ, homo recedit à peccato, & omnia bona quæ facit, non propter dilectionem Dei, sed propter timorem inferni facit.*

7. Quod si quis in campo constitutus, profundam forte contemplaretur flammarum voraginem, Vesuvium V. G. vel Ætnam, ignem cœlum versus evomantem, seque super hujusmodi flammas per filum sericum cerneret suspensum, detentumque ab implacabili inimico suo, quem sæpius offendisset, quantum utique sibi non timeret & contremisceret? numquid humiliter ab eo veniam peteret? numquid injurias detestaretur? numquid de offensis doleret, atque omne imposterum obsequium atque reverentiam sponderet, ne filum succideret, inque igneam abyssum se cadere permitteret? Ast si pro humilitate injurias multiplicaret & contumelias, eamque ad justum provocaret furorem, quam conveniens foret, ut reum illum in voraginem cadere permitteret? Ecce vobis casum *in terminis* in peccatore completum, etenim fides nos docet, quod quando anima Deum mortaliter offendit, secundum præsentem justitiam rea sit ignis infernalis; & inter hunc & illum nulla sit alia distantia, quam unius duntaxat respirationis, vel halitus, qui longe minus quid est, quam ex filo suspensum hærere. Hæc autem via nostra pauxillo aëris, hoc est, unicæ respirationi innititur; eaque in manu Dei consistit, qui per culpam factus est implacabilis & irreconciliabilis noster inimicus; quid facimus igitur, dum qui illum placare debebamus, novis illum sceleribus irritamus, neque de commissis peccatis pœnitemus? Dæmon qui animæ nostræ insidias struit, hunc vitæ nostræ filum detruncare nititur, adeoque undique evidentissime nos cingunt pericula; utique nullum excogitari potest frœnum efficacius & potentius ad dæmonem ab hoc conatu coercendum, quam si quis imminens hoc tam vicini ignis æterni periculum actualiter credat & apprehendat. Unde S. Bernardus postquam dixisset: *Tam tremendam majestatem audet irritare vilis pulvis, uno levi flatu dispergendus, & minime colligendus?* mox subdit: *Time gehennam. Contremisce à dentibus bestiæ infernalis, à ventre inferi, à rugientibus præparatis ad escam. Time vermem rodentem, ignem torrentem, fumum & vaporem, sulphur & spiritum procellarum; time tenebras exteriores & dicito; quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, ut præveniam fletibus fletus, & stridores dentium.* Etenim unus ignis ad alium ignem compescendum, ne noceat, remedium est: Juxta illud: *Ignis igni remedium est*, sic enim experientia docet, quod dum caminus ex concepto igne luculentas flammas edit, unus dumdaxat sclopeti explosione flamma illa confestim extinguatur. Porro ignis concupiscentiæ carnalis infestissimus præ cunctis alijs nobis est inimicus, qui continuo nos exagitat, & sæpe vincit; quia *caro concupiscit adversus spiritum*; Quonam igitur ad hunc ignem extinguendum utemur remedio? Rabanus ad hoc respondet inquiens: *Illum gehennæ ignem, his quæ te nunc exagitant flammis libidinis & cupiditatis oppone, est enim hoc mirabile quoddam meditamenti genus, ut ignes ignibus extinguantur, si enim extinctæ non fuerint libidines istæ quæ te nunc exagitant, illos tibi æternos ignes acriores & inextinguibiles reddent.* D. Chrysostomus similiter inquit: *Ignem illum oppone isti, qui te occupat nunc, concupiscentiæ ardori, ut olim à gehennæ fornace libereris.* In vita S. Antonij Magni à S. Athanasio descripta legitur, quod cum à spiritu fornicationis vehementissime tentaretur, ipse, tamquam expertus miles, eidem inimico suo resistebat, mente sua recolendo ignes æternos: *Hic ultrices gehennæ flammas, & dolorem vermium recordans, ingestæ sibi libidini opponebat.* Suggestiones porro vehementes erant, nam diabolus per noctem in pulchræ mulieris vertebatur ornatum, nulla omittens figmenta lasciviæ, verumtamen ignis æterni recordatio omnes diaboli machinas subito abegit.

Simile. *S. Bern. ser. 3. super Salve Regina.* *Memoria ignis gehennæ remedium ignis concupiscentiæ.* *Gal. 5. v. 17.* *Rabanus t. 6. l. 3. de modo Pœnitentiæ c. 10.* *D. Chrys. tom. 4. ad Theodor. lapsum Paræn. 1.* *S. Athan. in vit. S. Antonij Magni.* *Experitur hujus efficaciam S. Antonius Magnus.*

7. S. Joannes Damascenus in historia de S. Josaphat, de sancto hoc juvene refert, quod cum ex incantationibus Teudæ Magi concitatus, in procinctu esset, ut uni puellarum coram se congregatarum in prædam cederet, eique sub specie & colore eamdem ad fidem convertendi desponsaret, subito in extasin raptus, ad pœnas infernales contemplandas ab Angelo ductus fuerit, moxque ab extasi sibi restitutus omnem in se ignem sensualem extinctum esse expertus fuerit: *Statim ad se rediens toto corpore contremiscebat, lachrymæ flumnum instar ex ipsius oculis fluebant, atque omnis impudicæ illius puellæ, reliquarumque aliarum pulchritudo, quovis cœno & sanie fœtidior ipsi visa* est

S. Joan. Dam. *Item S. Josaphat.*

Calvinus habet plurimos sectatores & quare?

est. Tametsi Calvinus multos nimis manifestos contra veritatem Catholicam Romanam à Scripturis sacris, sanctis Patribus, plurimisque consilijs œcumenicis, per tot sæcula celebratis authenticatam seminaverit errores, attamen secta ejus habuit & etiamnum habet plurimos illius professores. Scitisne causam? nimirum quia sequacibus suis frænum laxat ad omnes voluptates & delicias carnales; ignemque infernalem metaphoricum, imaginarium, & phantasticum, non vero realem & verum esse docet, sicut & quod damnati in inferno non realiter ab igne patiantur aut ardeant, sed quod à continua quadam ignis apprehensione, quam Deus ijsdem iratus immittit, crucientur, quodque omnis damnatorum pœna ad hanc solam apprehensionem restringatur.

DISCURSUS III.

ARGUMENTUM.

Deus ideo nobis comminatur infernum, ne in illum corruamus, qui enim hunc frequenter cogitat, eumdem certò evadet, & in timore Dei assiduè vivet.

THEMA.

Dominus deducit ad inferos & reducit. 1. Reg. 2. v. 6.

Thematis apparens error elucidatus.

1. IN Cantico Annæ matris Samuëlis, quædam legitur propositio, quæ in superficie, & secundum sonum exteriorem considerata, prima facie erronea esse videtur, dicitur namque ibidem: *Dominus deducit ad inferos & reducit*; cum tamen indubitata fidei veritas sit, quod *in inferno nulla sit redemptio*, æternæque damnationis sententia irrevocabilis prorsus existat; quapropter ut ad sensum spiritualem recurramus necesse est, qui à S. Gregorio sequentibus verbis nobis insinuatur: *Omnipotenti Deo ad inferos ducere, est peccatorum corda æternorum cruciatuum consideratione terrere. Ei quoque ab inferis reducere, est veritas pœnitentium, atque commissa lugentium mentes spe vitæ indeficientis attollere. Tum quippe peccare desinimus, cum superna gratia mollitis cordibus futura tormenta formidamus.* S. Basilius in oratione quadam de futuro judicio, postquam quemdam pœnarum infernalium contexuisset catalogum, tandem concludit dicens: *Hæc time, & horum timore institutus, animam à malo velati fræno quodam coerceas.* Quod si ego nos tantam erga Deum obligationem non habere dicerem, ex eo quod Paradysum creaverit, eumque nobis in præmium dare promiserit, quin potius exinde quia infernum condidit, illumque in pœnam scelerum nostrorum nobis comminetur, non adeo extra orbitam rectæ doctrinæ digressum me esse existimarem, utpote qui solidis rationibus idipsum probare possem. Ex quibus hæc unica sufficiet; Quis enim de cœlo cogiraret, aut quis in hac præsenti vita à peccatis abstineret, & per virtutum viam ad viam beatam contenderet; si infernum non timeret? Imo ut D. Chrysostomus ait: *Si minis gehennæ non essemus territi, omnes forte in gehennam præcipitaremur.* Major enim pars hominum libenter omni juri ad paradysum cœlestem renunciaret, ut delicijs in hac vita sibi frui liceret, nisi supplicia infernalia sempiterna timeret. Idem D. Chrysostomus in homilia 2. in Epistolam 2. ad Thessalonicenses ita scribit: *Nullus ex his qui gehennam habent ante oculos, incidit in gehennam, nullus ex his, qui gehennam despiciunt, effugit gehennam.* Et in Homilia 15, ad populum Antiochenum pariter inquit: *Quid gehenna gravius? sed hujus metu nil utilius; gehennæ namque timor regni nobis affert coronam.* Profectò si quis oculis suis in cœlum empyreum penetrare posset, multos utique animarum glorificatarum milliones visurus esset, quæ salvatæ fuerunt ex eo, quod tempore vitæ suæ Dei timorem conceperint, non solum amore virtutis, verum etiam pœnæ timore? Idem quoque Chrysostomus super Psalmum 11. ita scribit: *Dum volunt se recreare, efficiunque ut gehennæ non meminerint, per hanc securitatem metuque vacuitatem, in magnum interitus sē barathrum imprudentes immittunt; & ideo rogo ut gehennæ memineris, de gehenna loquaris.*

S. Basil. ex. 11. 23.

D. Chrysf. t. 6. de futuro Judic. Græcolat fol. 914.

D. Chrysf. Hom. 2. in Epist. 2. ad Thessal.

D. Chrysf. Hom. 15. ad pop. Antioch.

Nil utilius metu gehennæ.

D. Chrysf. in Psal. 11. Tom. 3.

2. Hanc Abyssi infernalis continuam memoriam eximius consequitur fructus; licet enim abyssus illa fumo, caligine, & horrore, plena sit, indubitata tamen veritas est, quod fumus ille animam nostram in oculis Dei elegantiorem & pulchriorem efficiat: Ita animam tuam compone, pulchramque & decoram effice: Non eam temere Deus minatus est, atque manifestam hinc reddit, sed id fecit ut metu meliores redderet; & ideo diabolus omnia facit & molitur, ejus volens auferre memoriam. S. Thomas de Villa Nova inferno ingeniosum quidem, sed parum plausibile attribuit epithetum inquiens: *O vere necessariam gehennæ pœnam, vere decoram inferni pyram;* At vero inquies, qua ratione illam carbonum ignitorum simulque tenebrosorum & obscurorum catastam pulchram & decoram appellare potuit? ratio hujus epitheti esse potest, quia timor ignis illius animas nostras purificat pariter & venustat, unde idem S. Archipræsul subdit: *Vere decoram inferni pyram, quæ creatoris sui injurias vindicat & inordinata per culpam reordinat per pœnam. Vere pulchram creaturam, mundoque utilissimam post reatum, quæ si post culpam deesset, defectuosus & imperfectus mundus maneret.* Nulla quidem potest regno cœlorum excogitari pulchrior & opulentior fabrica, nec deformior & horribilior abyssō infernali: & tamen D. Chrysostomus inquit: *Et si cœlorum est regno gehenna contraria, ad unum tamen ambo finem respiciunt, hominum salutem, illud quidem ad se alliciens, hæc autem ad illud compellens, & timore corrigens se negligentius habentes.* Idem quoque S. Doctor. lib. 1. *de providentia Divina* non minus admirandam esse dicit Dei clementiam, dum cœlum nobis promittit, quam dum nobis comminatur infernum; *Non minus*, inquit, *gehennæ comminatio, quam promissio regni ineffabilem ipsius clementiam commendat. Nisi enim ille gehennam minatus esset, non facile quispiam cœlestibus bonis potiretur.*

S. Th. de Vill. Conc. 1. de supremo judicio.

Animas purificat.

D. Chrysf. Hom. 7. ad pop.

D. Chrysf. de Provid. Divina Tom. 4. Clementiam Dei commendat.

3. Regius Psalmista inquit: *Salvum me fecit, quoniam voluit me, & retribuet mihi Dominus secundum justitiam meam, & secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi, quia custodivi vias Domini nec impiè gessi à Deo meo.* At vero undenam immaculatam hanc cordis puritatem, adeoque vivam æternæ retributionis spem in tam lubrica regia dignitate, populi regimine, & in vocatione & statu conjugali in medio sæculi positus acquisiverat? audiamus ad hoc ipsummet his verbis respondentem: *Quoniam omnia judicia ejus in conspectu meo, & justitias ejus non repuli à me, & ero immaculatus cum eo, & observabo me ab iniquitate mea.* Nimirum oculum suum non solum ad cœlum, sed vel maxime ad infernum directum habebat; ita enim asserit Hugo Card. inquiens: *Et vere non gessi impie, quoniam judicia ejus in conspectu meo, scilicet præmia justorum & pœnæ damnandorum; in conspectu meo, quia ea attendo.* In dubium quidem revocari non potest, quin regnum cœlorum à supremo artifice fabricatum fuerit propter hominem: *Possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi:* Econtra vero infernus non propter hominem, sed propter rebellem Angelum conditus fuit; *Maledicti discedite in ignem æternum, qui paratus est diabolo & Angelis ejus;* & tamen infernus quoque in multis scripturæ locis etiam homini comminando intentatur, sed quonam putas fine? *propterea gehennam minatus est,* inquit D. Chrysostomus, *non ut eam inflingeret sed ne inflingeret, & illam quidem paravit diabolo, ita enim inquit, in ignem qui paratus est diabolo, regnum autem hominibus, ostendens se nolle hominem intrudere in gehennam.*

Expertus est David.

Hug. Card. ibi.

Matth. 25. v. 34.

Ibid. v. 41.

D. Chrysf. in Psal. 44.

4. In parabola de bono semine in agrum seminato denotata fuit electio justorum ad gloriam, & reprobatio præscitorum ad infernum: Unde ait: *Zizania alligate in fasciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum.* At vero quærendum hic venit, cur ille Paterfamilias rogatus an sibi placeret ut ex agro seminato zizania eradicarentur, id à servis suis fieri noluerit, cum tamen juxta bonæ agriculturæ regulas in hunc laborem potius consentire debuisset; siquidem mala hæc herba, nisi ab agro tollatur substantialiorem terræ humorem absorbet, & grano vegetando eripit? difficultatem hanc facile solvere poterimus, si finem consideremus quo parabola hæc à Christo tradita fuerit. Zizania enim ignem denotabant infernalem, atque ideo prudens Paterfamilias illa jure merito simul cum tritico usque ad messem crescere voluit, ut anima per considerationem inferni in operibus virtuosis & sanctis ad mortem usque perseveret; *Duabus igitur rationibus prohibuit*, inquit S. Chrysostomus, *altera, quia fermento parum nocerent; altera, quia nisi sanarentur, extrema supplicia non evaderent.*

Matth. 13. 30.

Id probat zizania servata ad messem.

D. Chrysf. ibi.

5. S. Augustinus illa Psalmistæ considerans verba (*ignis ante ipsum præibit*) sequens nobis salutare dat consilium: *Timeamus, misemur & non timebimus, ignem*

Ps. 96. v. 3. S. Aug. in Ps. 49.

ignem palea timet, auro quid facit? Ut quis vas ferreum ab ærugine liberet, non sufficit adhibuisse aquam, sed ignis applicetur necesse est; quam similitudinem D. Chrysostomus verbis adducit sequentibus: *Ut enim vasa æruginata si aqua solum ablueris, & si multum temporis insumas, nequaquam omni vitio expurgabis, qui autem ea in conflatorium immittit, brevi temporis momento splendidiora illa facit: Quam quæ nova sunt, ita etiam anima peccata scoria infecta, si leviter & utcumque semel exterserit, & per singulos dies pœnitentiam assumserit, nihil commodi nanciscetur; quod si velut in fornace in Dei timorem se injecerit, brevi temporis momento quidquid vitij est, excoquet.*

D. Chrysf. t. 1. Hom. 22. de simultate & ira.

Simile.

Eccle. 7. v. 3.

6. Prudentissime proinde nobis consuluit Ecclesiastes dum ait: *Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum convivij; in illa enim finis cunctorum admonetur hominum, & vivens cogitat quid futurum sit. Melior est ira risu: quia per tristitiam vultus corrigitur animus delinquentes.* Ita sunt non pauci qui convivium sibi repræsentant gloriæ cœlestis, alij vero qui mentis suæ oculos in pœnas conjiciunt infernales; alt hi ultimi longe majorem sibi comparabunt profectum, certioremque obtinebunt emendationem, siquidem pœnarum meditatio efficaciam habet, ut animam ab omni eximat culpa & flagitio, magis quam spes præmij & beatitudinis contemplatio, cui S. Bernardus in sermone quodam cui titulus: *De primordijs & novissimis nostris*, subscribit in hæc verba: *Hic timor initium sapientiæ dicitur, non pudor, non dolor, quia neuter eorum sic initiat ad sapientiam.* Quin & D. Chrysostomus, propterea populum suum Antiochenum assecurare non dubitavit & dicere: *Si quis gehennæ semper meminisse laboret, omnem mortem devicerit, & non præsente tantum angustia liberabitur; sed & ab illa flamma eripietur, Gehennam continue timens, nunquam in gehennæ ignem incidet, continuæ hoc castigatus metu.*

Hic timor est initium sapientiæ.

S. Bern. ser. de primordijs & novissimis nostris.

D. Chrysf. Hom. 5. ad pop.

7. Propheta Regius quondam Deo gratias egisse legitur, quod per ejus misericordiam ex inferno liberatus esset; *Domine eduxisti ab inferno animam meam.* Quis umquam Davidem in voraces illas flammas præcipitatum fuisse audivit? & nihilominus clara ejus sunt verba. S. itaque Basilius textum hunc de recuperata à gravissimo morbo sanitate exponit dicens: *De hac sanitate Deo gratias agit, nam quando morbo affectus ad infernum descendit, inde per illius virtutem qui pro nobis pugnavit, contra eum qui imperium supra mortem habuit, est reductus.* S. Bruno autem peccatum, quod infernus quidem portatilis est, per infernum intelligit dicens: *Salvasti me ab omni peccato.* Denique Albertus Magnus Davidem gratias Deo egisse autumnat, quod eum à tormentis præservasset æternis; ideoque ait: *Conservans me & mihi cavens, ne descenderem in infernum.* Nam quæcumque anima per seriam meditationem ad inferni fores accesserit, secura sit, quia numquam in eum corruet, dicente Chrysostomo: *Si gehennam semper cogitemus, non cito in eam incidemus; Propterea supplicium minatus est Deus, si eam cogitare non magnum aliquod haberet lucrum.* Quam eamdem Doctrinam idem Sanctus in sermone de S. Basso martyre his verbis plenius inculcat; *Prædicendo terret te ne re ipsa in periculum incidas, Deus enim cum minatur, servare vult, cum vero silet, statuit castigare. Possumus ex aliorum experimento hoc discere. Comminatus est Ninivitis, & pepercit, tacuit apud Sodomitas, & punivit, cupit gehennam otiari, cupit tenebrarum carcerem claudere, cupit iram omnem diabolo reservare, væ nobis futurum esset, nisi sacræ scripturæ in tot locis pœnarum illarum atrocitatem comminatæ fuissent, sine dubio enim in longe obscuriorem & profundiorem præcipitandi fuissemus abyssum.* D. Chrysostomus nonnullis qui ad audiendos mœstos hosce de inferno discursus inviti erant his verbis respondet: *At verborum times importunitatem; num si sileas, gehennam extinxeris? num si dixeris, accenderis: seu dixeris, seu non dixeris exardescet ignis. De ea dicatur assiduè, ut numquam in eam incidas.*

Simile.

Luc. 6. v. 12.

Hug. Card. ibi.

Levit. 2. 14.

Hug. Card. ibi.

Spicæ virides igne torreantur.

Ps. 29. v. 4.

S. Basil. ibi.

Ps. 14. v. 6. S. Basil. ib.

D. Chrysf. Hom. 2. ad Thessal. cit.

Ps 119. v. 4.

8. Mysteriis plena sunt verba illa Psalmi 119. *Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus desolatoriis.* Quam enim relationem aut connectionem inter se habere possunt sagittæ & carbones? S. Basilius super illa verba Psalmi 44. *sagittæ tuæ acutæ populi sub te cadent*, inquit: *Sagittæ potentis acutæ sunt sermones solerter & ingeniose excogitati, audientium corda pertingentes, animasque probe sensatas ferientes, atque sauciantes:* Quænam vero est ratio, inquit idem S. Doctor, quod hæ sagittæ cum inextinguibilibus abyssi carbonibus conjungantur? *Quæsit item carbones sibi adesse desolatorios, ut quorum corda ob duritiem callosam spirituales sagittæ non contingunt, his paratum sit supplicium, quos carbones desolatorios appellavit, quicumque enim sē privaverunt Dei præsentia, his carbonum desolatorio-rum apparatus est necessarius.* Verba enim Ministri Evangelici veluti sagittæ corda feriunt, quando cum inferni comminatione conjunguntur. Chirurgus ad vulnus sanandum primo utitur lenitivis & corrosivis medicamentis, ubi vero hæc nihil proficere videris ad eruendam saniem ferro utitur & igne. Eodem pariter stylo uti debet spiritualis animarum medicus, quando enim se per vicem amoris, vel per motivum æternæ remunerationis animam à vitij putredine liberare non posse videt, ad consequendum sanitatis spiritualis intentum necessum est ut æterni supplicij quoque ignem adhibeat.

9. S. Lucas c. 6. refert quod dum Salvator noster per agros discurreret in quibus maturæ segetes ad messem paratæ erant, discipuli ejus aristas decerpserint: *Cum transiret per sata, vellebant discipuli ejus spicas & manducabant, confricantes manibus*, omnes porro Christi & discipulorum suorum actiones, mysterijs turgidæ, & ad erudiendam Ecclesiam suam ordinatæ erant. Doctores igitur sacri & ministri Evangelici tunc spicas evellunt, cum auditores suos à terrenorum bonorum amore avertunt, tunc vero easdem manibus confricant, quando eosdem ad pœnitentiam inducunt. *Hic est rectus ordo*, inquit Hugo Cardinalis, *primum est avulsio à terrenis, secundum, confricatio pœnitentiæ; tertium est incorporatio Ecclesiæ.* Ad propositum vero nostrum probandum, advertendum est, quod quando spicæ etiamnum sunt virides ignis adhiberi, aut vero spicæ ardentibus Solis radijs exponi soleant, hoc namque medio adhibito grana excutiuntur; in hujus confirmationem præfatus Hugo textum illum adducit Levit. c. 2. *Si obtuleris munus primitiarum frugum tuarum Domino de spicis adhuc virentibus, torrebis eas igne, & confringes &c.* Per fata significantur hominum corda; per spicas significantur virtutes; Per fata vadunt prædicatores, corda hominum diligenter considerando; spicas vellunt, virtutes à terrena intentione separando; confricant omnia opera sua dijudicando, ut Job 9. *Omnia opera mea verebar*; & Judicum 6. Gedeon excutit, & purgat frumenta, ut fugiat Madiam, id est diabolum. Spicæ virides non possunt, fricari, nisi prius igne torreantur, nec homines agere pœnitentiam, nisi à peccatis separentur, antequam comminatione extremi judicij, vel igne tribulationis aut inferni exurantur; Quia qui quoadusque vivit de his cogitat, pœnitentiam facere conabitur.

Job. 9. v. 28. Judic. 6. v. 11.

10. De Davide in Psalmo 38. legimus: *Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis; locutus sum in lingua mea, notum fac mihi Domine finem meum.* Porro Difficultas hujus textus in illis præcipue verbis consistit: *Concaluit cor meum intra me*; Quid enim opus erat dicere *intra me*; num forte David aliquando cor suum extra se positum habebat? Hugo Cardinalis inquit: *Intra me; multi enim sunt qui non habent cor intra se, sed extra, ad temporalia, ad mundana quæcumque; Unde Psalmo 39. dicitur. Cor meum dereliquit me; & his fiat frigidus ventus Aquilo, nec possent calefieri, & inde est quod refrigescit charitas multorum.* Vult igitur David dicere, quod cogitando de fine suo, id est de præmio & de igne seu pœna infernali, (*Notum fac mihi Domine finem meum:*) se senserit amore Dei inflammatum; & adcontemnenda mundi bona permotum, ac proinde subito protestatur inquiens: *Veramtamen universa vanitas*; quia qui de bonorum æternitate, nec non æternitate pœnarum cogitaverit, confestim emendabitur, vitamque & mores suos reformabit, & in vita semper magis magisque proficiet.

Ps. 38. v. 4. & seqq. David concaluit per meditationem ignis.

Hug. Card. ibi.

Ps. 39. v. 13.

Ps. 38. v. 5.

Ibid. v. 6.

DISCURSUS IV.

ARGUMENTUM.

Examinatur Consilium Davidis, suadentis ut homines in infernum descendant viventes.

THEMA.

Descendant in infernum viventes. Ps. 54. v. 16.

Isai. 33. v. 14.

1. ISaias Propheta interrogat: *Quis poterit habitare de vobis cum igne devorante? Quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis?* Unica enim ignis infernalis scintilla ad conflagrandum totum hoc universum

sum sufficeret ; Quomodo igitur David nos in abyssum illam viventes descendere suaderet, num forte sententiæ Isaiæ contrarius esse voluit. Porro literalis interpretatio ad supplicium respicit quod divina justitia de Dathan & Abiron sumpsisse legitur, qui dehiscente sub pedibus eorum terra in æternæ perditionis barathrum vivi prolapsi sunt. Cassiodorus implicantiam considerat quæ est inter mortem descendentis ad infernum & vitam ejusdem, unde ait : *Quod utique fieri non potest, ut moriatur aliquis, & vivus descendat ad inferos* ; ac proinde pro loci hujus intelligentia ad sensum spiritualem recurrit inquiens : *Spiritualiter accipiendum est, quia more suo emendationem magis quam consumptionem venire postulat inimicis.* In infernum descendunt viventes, qui cogitationes suas pessimas expavescunt, & ad melioris institutionis tramitem divina gratia transferuntur ; Sic enim quasi viventes in infernum descendimus, quando malorum nostrorum recordatione terremur. Haymo ad Ly *vivientes*, se reflectens, Davidem dicere voluisse inquit : Pœnarum illarum atrocitatem per seriam quamdam meditationem attente & ex proposito esse considerandam. *Descendant*, inquit, *in infernum viventes non mortui, scilicet agilitate mentis, sed attendentes pœnas infernales quæ parantur impiis, recedant à malis.* S. Bernardus à Lorino citatus ad fratres de Monte Dei hanc suggerit expositionem : *Descendant in infernum viventes, ne descendant morientes, dolores ejus recusent, ut horreant, & refugiant.* Incognitus Carmelitanus Michael de Bononia verba hæc explicans inquit: *Psalmista orat pro malis, ut convertantur ; Ubi notandum, quod inter alia quæ peccatorem movent ad conversionem, est meditatio pœnarum inferni.* Assignans differentiam inter eos qui mortui ad infernum descendunt, & inter alios qui eò vivi commigrant, subdit: *Illi in infernum mortui descendunt, qui post mortem damnati in inferno cruciantur : Illi autem vivi descendunt, qui hic viventes mentem inclinant ad ipsum meditandam.*

Cassiodor. ib.

Haymo ib.

S. Bern. in Ep. ad Frat. de monte Dei, à Lorino cit. Mich. de Bon. ibid.

2. Isidorus Clarius Episcopus Fulginensis in quadam oratione angustias considerat rei cujusdam, qui à judice in carcerem horrendum, & ad supplicia acerbissima destinatus est ; quantum enim hic horrorem supplicia illa in mentem revocando pateretur, priusquam illis subjaceret ? utique toto eo tempore quo id expectaretur, imago illa malorum etiam invito animo obversaretur, & tamen illa cogitatio nihil imminuere de intentata pœna posset, sed adderet potius præsentem mœrorem futuro dolori, qui si speraretur ita cogitando esse imminuendus, dies noctesque in ea cogitatione immoraretur. Ex quibus præmissis conclusionem quamdam deducit, valde utilem ad hoc, ut tormenta æterna continuo cogitemus. ait enim : *Est etiam ista æternarum pœnarum contemplatio maximè idonea ſit efficere, ut eas evadamus, quæ hæc hominum infanta tam raro aut fortasse nunquam, rem tanti ponderis, aut cætera ſe comparentur, nihil sunt, in consilium non adhibere ?*

Isid. Clar. Episc. Fulg. orat. 12. extraord. de judicio.

3. Populus Electus, dum in terram promissionis proficisceretur, disponente Deo, columnam nubis habuit in die, & columnam ignis per noctem; quoniam *deduxit eos in nube diei, & tota nocte in illuminatione ignis.* Populus hic Christianos figurabat, qui in vita hac ad veram, Deo duce, tendunt terram promissionis, scilicet ad cœlum ; ut igitur eo feliciter perringant, nube, id est, fide, & baptismo opus habent ; dicente Apostolo : *Omnes sub nube fuerunt, . . omnes sub Moyse baptizati sunt in nube & in mari.* Per ignem vero juxta S. Augustinum abyssus intelligenda est infernalis, cujus consideratio animas in cœlum secure deducit.

Ps. 77. v. 14.

1. Cor. 20. v. 1.

Consideratio ignis infernalis deducit securè in cœlum.

4. Mirabantur olim Thebani Rempublicam Lacedæmoniorum ob miram eorumdem prosperitatem & pacem, virtutem atque observantiam, cujus gubernij ordinem ut & ipsi sectari possent, quemdam eò ablegarunt Philosophum, nomine Philonium, qui rediit, quidquid vidisset, referret ad unguem. Sed quid eum post reditum fecisse putatis ? non eloquentem aliquem aut eruditum instituit disciplinam, sed tacens locutus est plurima, in theatro namque ingentem exposuit omniumque objecit oculis quantitatem virgarum, laqueorum, nervorum bovinorum, flagellorum, catastarum, equileorum, compedum, rotarum, patibulorum ; Cumque tantisper siluisset, tandem Thebanos allocutus est dicens : *Ecce vobis ô viri Thebani hæc quæ oculis vestris videtis, leges sunt, quibus Lacedæmonij suam stabilitum quietem, atque optimum reipublicæ gubernium, nullas enim vitiosas habitum apud eos evadit supplicium.* Quibus verbis sapiens ille Philosophus solam externam suppliciorum speciem sufficientem esse opinabatur, ut populum Thebanorum ad veram induceret disciplinam atque emendationem ; quanto igitur efficacior erit vel unica ignis æterni scintilla, ut quemcumque dissolutum reformet, omnesque tepidos & frigidos in viam animet & dirigat virtutis ? *Si legum, quæ hic sunt latæ, metus tantam vim habet,* inquit D. Chrysostomus, *ut nos à pravis abducat actionibus, multo magis futurorum memoria, supplicium immortale, pœna sempiterna.*

Unde tanta prosperitas & pax apud Lacedæmonios.

D. Chrys. Hom. 2. in 2. ad Thess.

5. Quamdiu hic vivimus ignis concupiscentiæ carnalis infestus est nobis nosque ad flammas condemnat inextinguibiles dicente V. Beda : *Præcedit quidam ignis occultus, ignis scilicet incentivorum, qui per traducem peccati nobiscum nascitur, naturaliter enim in nobis est titillatio* ; Hunc igitur ignem si quis vitare & in se extinguere velit, efficaciori medio uti non potest quam si futurum jugiter cogitet gehennæ incendium. Unde & D. Chrysostomus hoc nobis salutare atque paternum dat consilium dicens : *Si libidinis igne flagras ; ignem illum oppone, atque hic confestim extinguetur & evanescet. Si quid quod turpe & abjectum sit, loqui gestis, dentium stridorem cogita, & frænum instar tibi hic metus erit. Si animum inducis, cupiam aliquid cripere, audi judicem imperantem & dicentem : Ligate manus ejus & pedes &c. Si vino deditus, nec à crapula abstrahi potes, audi divitem illum dicentem : Mitte Lazarum, ut extremo digito suo linguam meam ignis ardore conflagrantem refrigeret, nec tamen id obtinentem. Si deliciarum amore teneris, afflictionem illam & angustiam cogita, & delicias ne quidem cogitabis.*

Beda in Ps. 57.

D. Chrys. Hom. 10. in 1. ad Cor.

Considerațio ignis infernalis extinguit ignem concupiscentiæ.

6. Quid equidem Psalmistam inferre voluisse putatis, dum dixit : *Inimici fecerunt framæa in finem, & civitates eorum destruxisti ?* nil aliud, nisi quod omnes inimici infernalis contra nos ictus, impetus atque insultus penitus atterat & allidat consideratio finis nostri seu illius quem peccatum habet, termini memoria. Ita Hugo Cardinalis textum hunc explicat dum ait : *Framææ, id est gladij, vel enses, inimici, id est diaboli. Dicitur autem framææ pluraliter, quia diabolus duos habet gladios, prosperitatem & carnalem delectationem, de quibus Ezechiel Cap. 21. Gladius, Gladius exacutus est, & limatus, his dicat gladius, propter gladium qui est prosperitas, & gladium qui est carnalis delectatio ; & subjungit Ezechiel : Ut cedat victimas exacutus est, ut puniat æterna pœna, ut fulgeat limatus est per transitoriam delectationem. Framææ defecerunt in finem, id est, quando tentati considerant finem tentationum, id est pœnam æternam quæ latet.* Citatque Sancti Gregorij authoritatem dicentis : *Dum culpa blandiri incboat, ad quem interitum mens trahatur, necesse est agnoscat.* Quonam vero modo Civitates Satanæ per considerationem finis nostri destruantur, sequentibus verbis declarat ; *Et civitates eorum destruxisti, id est colligationes & munitiones impiorum, in quibus diabolus regnat ; Psalm. 138. accipient in vanitate civitates suas. Has inquam civitates destruxisti expellendo diabolum, & eos Dei servitio subjugando, vel civitates eorum, id est impiorum, quæ sunt tres in regno Diaboli, id est, in hoc mundo, scilicet avaritia, luxuria, superbia* ; omnia enim hæc vitia æternarum pœnarum consideratione deficiunt.

Ps. 9. v. 7.

Hug. Card. in.

Ezech. 21. v. 9.

Ibid. v. 10.

S. Greg. ibid. Destruit civitates Satanæ.

Ps. 138. v. 20.

7. Hinc Guilielmus Parisiensis spiritualem quamdam qua suggestionibus inimici nos opponere debeamus, praxin exhibet in verba sequentia, in illo igne sempiterni ardoris, ardores concupiscentiarum extinguo ; *In omni æstu tentationum mearum, fornacem illam infernalem refrigerium mihi facio, & quod est mirabilius, ab illa fugiens, ad illam fugio ; Quantum ab illa fugio, tanto ipsa est mihi fortius refugium atque securius ; Quanto enim illam magis timeo, tanto ab illa magis securus sum.* Certò namque sibi persuadebat ille hanc de igne infernali considerationem sufficientissimam esse, ne in ipsum incederet, quia ignem Deus infernalem produxit, non ut in eo ardeamus, sed ut mediante eo paradysum acquiramus, prout Divus advertit Chrysostomus dum ait : *Gehennam propterea condidit, ut metus pœnæ intolerabilisque cruciatus ad regnum nos cogat.* Cui confirmando illud in primis deservire potest, quod Bellovacensis de quodam Monacho tradit, qui sanctos eremi incolas interrogarat, remediumque ab ijs postularat cuitodiendæ cellæ & amandæ solitudinis ; Cui respondentes omnes : *Quod si cogitaret de vermibus & de pœnis inferni,*

Guilielmus Paris.

D. Chrys. Hom. 3. in Gen.

Bellovac. Spec. mor. p. 3. lib. 2. dist. 4.

fervi, si haberet ibi usque ad collum vermes, pacifice sustineret. Qui idem author in libro 5. *de cladibus Judæorum*, de Egæsippo tractans narrat qualiter Titus Vespasiani filius in obsidione Jerosolymitana dum suos milites ad intrepidum certamen animare vellet, exemplum ijs proposuerit Leonidis, qui unus fuit è socijs Alexandri Magni; cum enim Magnus hic Capitaneus innuberabilem Persarum contra se adventare cerneret exercitum, seque nonnisi trecentos numerare Lacedæmonios, ita eos allocutus est : *Prandeamus hodie in terris, quia sumus cænaturi apud inferos ; quod dictum militibus tam generosum suggessit animum ut nullus uno excepto, à prælio se subtraxerit, sed adeo generose pugnarint ut victores gloriosè evaserint.* A quibus Bellovacensis ad nos transitum faciens ita subjungit : *Qui cogitat quam mala sit cæna inferni, viriliter dimicat ne vincatur, & victus & captus ad illam perducatur.*

Prov. 30. v. 30.

8. Teste sapiente, *Leo fortissimus bestiarum, ad nullius pavebit occursum*, & tamen qui eum perterrefacere intendit, ignem objiciat ferocienti, moxque depositio furore atque ferocia profugiens intra specum sese recludit. Leo iste dæmon est dicente Apostolo Petro : *Tamquam Leo rugiens circuit quærens quem devoret* ; qui igitur contra eum victoriam reportare desiderat, meditatione se armet ignis infernalis ; plurimi namque per hoc unicum medium suam emendantes vitam atque mores, se e servitute eripuerunt dæmoniaca ; prout Drexelius, ut reliquos taceam, de quodam narrat Belga, cui nomen Bertrandus, feroci, turbido, vitioso & bellicoso quin & crapulæ, & ebrietati, lusibus, choreisque dedito adolescente. Hic enim dum pridie cinerum convivijs, saltationibusque vacaret ; interius se tangi advertit à Deo, radioque illustrari æternitatis ; hinc sub prætextu respirandi sub aëre liberiori, tantisper se subduxit à reliquis ; quem paulò post sequentibus sodales dum tristem offenderent, unanimiter exhortati sunt, ut depulsa melancholia ad choreas & convivium rediret ; Ille vero de morte, de rigorosissimo judicio, deque æternitate discurrere cœpit ; quod circumstantes merum esse jocum existimantes, facile contempserunt ; sed ubi seria verba esse adverterunt attentiores præbuere aures, quibus ille in hunc cœpit protestari modum : Definitum est mihi socij deinceps alium agere hominem ; hisce ludicris abstinere, mutare mores pristinos, legibus Christianis vivere. Et certè si sapio, nullam imposterum occasionem negligam consequendæ salutis ; nec puto fero nimis respiscere ; quamvis doleo, non citius huic cogitationi animum adjecisse, cum jam satis intelligam fugacissimis his voluptatibus unam imminere æternitatem. Sic pergo, vos singuli rem vestram agite. Hisque dictis à sodalibus suis se sequestravit, quos ob subitaneam mutationem omnino reliquit attonitos. Eodem vero tempore ibidem præsens erat frater Eleuterius Pontanus Societatis Jesu religiosus, qui olim Bertrando optime notus in domum ejus hospes diverterat, cujus improvisam præsentiam cernens sine mora ejus se pedibus advolvens in societatem Jesu admitti ardenter postulavit ; Unde post aliqualem vocationis suæ factam experientiam, Anno 1602. in eamdem Lovanij receptus fuit, ubi magna cum exemplaritate & bonitate vitæ non vulgari vixit : Hinc igitur sequens licet facere argumentum ; Quod si enim modicum ab æternitate & inferno profectum lumen, & quidem semel tantum, inter summa gaudia, dissoluto cuidam juveni submini stratum, tantæ fuit efficaciæ, ut eumdem subito ex titione inferni in Angelum transmutarit paradysi ; Quantam igitur efficaciam in anima quadam jam dudum in via Dei provecta habitura erit continua quædam & seria pœnarum illarum meditatio ? *si hæc in viridi, quid in arido ?*

1. Petr. 5. v. 8.

Jerem. Drex. damnat. rogo c. 17.

Adolescens lascivus ex ista consideratione conversus.

Patavin. Petr. Bavocc. l. 2. de ratione bene moriendi.

9. Ibidem paulo post aliud quoddam narratur factum observatione dignissimum ; nam homo quidam doctus familiari amico suo post mortem apparuit, eique retulit, qualiter in agone dum cum morte luctaretur inimicus generis humani secum in materijs fidei nostræ disputans, eumdem seduxerit, ideoque ad infernum æternaliter damnatus fuerit, *in ignem*, inquit, *abire jussus sum, quem etsi maximus sit, utcumque tamen tolerabilem judicarem si post mille annorum millia finiendas esset ; sed æternus est, idemque tantus quantum apud vos nulla conspexit ætas. Maledicta scientia, quæ in tam immane præcipitium me dejecit. Dixit, & in auras abijt.* At vero qualem existimatis amicum ejus ex hac apparitione collegisse fructum ? *Superstes alter, tum rei novitate, tum amici exitio æterno motus, amicissimos quosque, qui super ea re in melius consulerent, interrogavit ; moxque aliter vixit, sanctius obijt.*

Exemplum.

10. Sanct. Antoninus in summa sua sequentem refert historiam à pluribus quoque alijs scriptoribus enarratam. Nam Bononiæ juvenis quidam voluptuosus impurisque amoribus deditus studijs operam dabat, nil nisi delicias & vitæ commoditates mente sua volvens. Cumque à priore Dominicanorum Patriota suo visitaretur, timens ne forte de rebus spiritualibus ad se à tam dissoluta vita divertendum discursus misereret, eumdem prævenire volens, dixit ei ut de quacumque materia præterquam de rebus spiritualibus secum colloqueretur ; Cui præfatus religiosus assensum præbuit, ita tamen ut in discessu sententiolam quamdam animæ ipsius perutilem eidem pro valedictione relinqueret. Ecce tibi ipsissima Sancti Antonini verba : *Postquam de multis & varijs rebus, de parentibus, & amicis, & notis, habuerunt sermones demum ab eo recedere volens dixit : Illa duo verba scripturæ volo vobis dicere ; ut convenimus. At ille, dicas tuo, & breviter ; scriptum est ait ; Isaiæ 14. de unoquoque qui se tradit delicijs, & vanitatibus mundi ; quod in alia vita hoc ei eveniet : Super te sternetur tynea, & operimentum tuum erunt vermes, & inde recessit. Ita autem inhæsit firmiter hoc verbum menti ejus, ut nullo pacto posset à corde ejus illud excidere, sed illud recolendo inde considerabat quomodo posset sustinere talem lusum vermium & tinearum semper, qui nec morsum pulicis patienter ferret ;* Cumque omnes se ab hac consideratione, quæ menti ejus firmiter infixa hærebat, divertendi modos tentasset, nec tamen quidquam proficeret, tandem se religiosum statum ingredi velle resolvit. Hinc igitur tale formari potest argumentum. Quod si sola molestia vermium & tinearum post mortem sustinendarum apprehensa tantæ fuit efficaciæ ut illum ad Deum converteret, quanto plus animam ad virtutem monere poterit infinitorum eorumque horribilium & sempiternorum tormentorum inferni congeries.

S. Antonin. p. 4. Tit. 14. c. 5. §. 3.

Isai. 14. v. 11.

DISCURSUS V.
ARGUMENTUM.

Pœnarum æternarum consideratio ad pœnitentiam nos convertit, & in divino servitio ferventes & perfectos efficit.

THEMA.

Convertantur peccatores in infernum. Ps. 9. v. 18.

1. COmmunis, & à sacris doctoribus concorditer recepta doctrina est, in inferno jam non amplius nec locum nec tempus superesse faciendæ pœnitentiæ. Unde Nazianzenus inquit : *His qui è vita excesserunt, non est in inferno confessio, nec morum correctio.* Similiter D. Chrysostomus ait : *Ne expectemus infernum, ubi pœnitentiæ remedium nihil valet.* Cum vero hæc ita se habeant qua ratione David in propositi thematis verbis, peccatores exhortari potest, ut inter acerbas inferni flammas ad Deum se convertant ? Sanct. Thomas verba illa hunc in modum exponit : *Convertantur, id est puniantur ; Propheta enim dicit hoc per modum prænunciationis ; Psalmo 62. introibunt in inferiora terræ ; vel per infernum* intelligitur obstinatio mentis in peccato ; etiam vivus in inferno convertitur peccator quando innititur in obstinatione. D. Chrysostomus, ut in discursibus præcedentibus diximus, lectionem quamdam adducit à vulgata differentem. Non enim legit *convertantur*, sed *convertentur* in tempore futuro ; veruntamen per hoc minimè solvitur dubium, quia voluntas reprobi adeo est in odio Dei obfirmata, ut per totum æternitatem ad eum converti numquam possit. Necessum est igitur dicere, impium postquam in infernum præcipitatus est, frustra expectare ut ad pœnitentiam reducatur, quamvis id fieri posset in vita præsenti, si nimirum atrocitatem & æternitatem pœnarum illarum ex proposito & industria recogitet. D. Chrysostomus efficax quoddam ad hoc persuadendum format argumentum, nimirum ad effectum se reflectens, quem ut plurimum ad nostram respiscentiam in nobis mortui alicujus aspectus operari solent ; *Si mortuus*, inquit, *solum videatur animum nostrum ita reprimi, quanto magis gehenna, & ignis qui nequit extingui ?* Sanctus Augustinus similitu-

Nazianz. Orat. 15. D. Chrys. T. 1. Hom. 77.

S. Thom. ibid. Ps. 62. v. 11.

D. Chrys. Hom. 2. in 2. ad Thess.

D. Chrys. ib. S. Aug. de ovibus.

Simile.

similitudinem quamdam omnibus notam adducit inquiens: Si quis virgam viridem distortam rectam facere cupiat, ignem adhibere solet; dum enim virga calorem sentit in quamlibet sibi libitam partem eamdem flectit: Eodem modo quamtumvis Christianus aliquis dissolutus sit, & scandalosus, si tamen per seriam considerationem in flammas æternas respiciat, perversos mores suos sine mora reformabit: Evigila igitur, inquit, ex dolore tuo, corrigere ex cruciatu tuo. Ligno male curvo nosti calorem solere adhiberi; corrigat te dolor iste, mundus est flamma ignis æterni tamquam color voci admotus curvo cordi tuo, ut hinc admoneatur & corrigatur.

S. Thom. à Kempis 3. p. ser. 6. Cogitans de inferno non pigritabit.

2. Ven. Thomas à Kempis de Monacho quodam refert, quod cum post matutinum piger & somnolentus in Choro hæreret, aljus quidam eidem vicinus ad eum à somno excitandum, auribus ejus inclamavérit: *Infernus, quo audito, ille subito perterritus, & expergefactus, omnem soporem à se abjecit.* Postquam relatam historiam magnus ille spiritualis vitæ magister hoc monitum subjungit: *Cogita ergo piger de inferno, & non dormitabis præ tædio.* S. Mater Ecclesia in prima Dominica adventus fideles suos à pigritiæ suæ lethargo suscitare volens, hæc verba intonat: *Fratres, hora est jam nos de somno surgere, nunc enim propior est nostra salus, quam cum credidimus;* in eadem quoque Dominica Ecclesia Evangelium de finali judicio proponit, quod subsequetur vel æterna retributio, vel æterna damnatio. In Sanct. Joanne Climaco de Anachoreta quodam legimus, quod cum in via perfectionis piger admodum & negligens fuisset, tandem ad extremum vitæ perveniens, per spatium unius horæ veluti mortuus permanserit; demum vero in se reversus omnes circumstantes ut à se recederent rogavit, statutum sibi esse subjungens deinceps vitam quamdam ducere austeriſſimam, & ab omni consortio humano penitus sequestratam. Unde pauperculi tugurij sui portam muro obstruxit, parvulam dumtaxat in eo relinquendo aperturam, per quam modicum panis & aquæ submini strari sibi posset. In eoque tugurio per duodecim annorum decursum permansit, rigorosum observando silentium, in pane & aqua jejunando, jugique meditatione inferni pœnas ruminando, copiosissimisque lachrymis peccata sua deflendo. Novissimè vero cum ad mortem usque infirmatus fuisset, monachi dejecto ad terram muro quo ostium obstructum fuerat, ad illum ingressi sunt; cumque morti proximus esset à monachis rogatus ut salutare quoddam documentum eis memoriæ loco post se relinqueret, profundo ducto suspirio inquit: *Quisquis mortem, quæ porta est per quam intratur in æternitatem serio cogitaverit, in æternum non peccabit.* Sed quid mirum est si vir ille tam rigorosum vitam ducendo, magnis passibus ad sanctitatem properavit, qui per duodecim annos æternas inferni pœnas mente serio revolvit? observandum vero est historiam de eodem ulterius asserere, eum amare planxisse, nec immerito, si sequens ponderetur Bellovacensis consideratio, dicentis: *Nota quod sicut ignis & fumi propinquitas, fletum & lachrymas provocat, sic & meditatio ignis & fumi infernalis lachrymas compunctionis extorquet; unde quidam dixit: Si non potes habere lachrymas, pone oculos tuos ad fumum inferni, & ardorem ejus, & ad vehementiam Aquilonis, à quo panditur omne malum & sic habebis.*

Rom. 13. v. 11.

S. Joan. Clim. Grad. 6. de mortis mem. Verificatur in quodam Anachoreta.

Ejusdem salutare monitum ad fratres.

Bellovac. Spec. mor. p. 4. lib. 2. dist. 4.

3. Sanctus Gregorius in Dialogis suis narrat se sequentem à quodam sibi connivente monacho audivisse historiam. Cum enim is in eremo habitasset; eremitam quemdam Petrum nomine agnovit; in solitudine quadam Evasa denominata demorantem; qui prius quam in hac eremo vivum se sepeliret, etiamnum sæcularis existens graviter infirmatus & mortuus ac paulo post in vitam revocatus fuit. *Qui inferni se supplicia, atque innumera loca flammarum vidisse testabatur. Qui etiam quosdam hujus sæculi potentes in ipsdem flammis suspensos se vidisse narrabat; qui cum jam ductus esset, ut in illas mergeretur, subito Angelum consuso habitu apparuisse fatebatur, qui eum in ignem mergi prohiberet, eui etiam dixit: Regredere & qualiter tibi posthac vivendum sit cautissime attende.* Tandem ulterius rigorosum quam postea duxit vitam, idem Sanctus Gregorius his verbis enarrat: *Tantum se postmodum jejuniis vigiliisque constrinxit, ut inferni eum vidisse & pertimuisse tormenta, etiamsi taceret lingua, conversatio loqueretur.*

S. Greg. l. 4. Dial. c. 36. Historia.

4. Cœlestis Magister noster salutare hoc nobis præscribit consilium inquiens: *Quærite ergo primum regnum Dei & justitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis*, quæ verba author operis imperfecti, ad propositum nostrum exponens, per Ly *justitiam ejus* punitivam Dei justitiam intelligit, quæ in abysso infernali præcipue centrum suum habet, ut proinde sensus verborum Redemptoris is sit, considerate non solum præmium quod est in regno Dei, verum etiam pœnam, & supplicium inferni, siquidem tritum est axioma illud, *oderunt peccare boni virtutis amore, oderunt peccare mali formidine pœnæ.* Verumtamen ecce tibi ipsissima authoris imperfecti verba: *Si ergo die ac nocte cogitas qualis erit gloria Sanctorum, vel quales erunt interitus impiorum, necesse est, ut aut propter timorem pœnæ territus recedas à malo, aut propter desiderium excitatus festines ad bonum.* Sanctus Bernardinus Senensis quærit: *Quid faciendum est ut infernum evitemus?* & respondet, *quod Deus, qui secundum Apostolum vult omnes homines salvos fieri duo, nobis verba in Evangelio proposuit, quorum unum dixit manens in carne, alterum dicturus est in extremo judicio; in quibus verbis proponit nobis bonum & malum, vitam & mortem, benedictionem & maledictionem. Elige ergo ô homo alterum illorum sequi, elige ergo quod volueris unum ex his duobus. Unum ex his duobus oportet te eligere, primum scribitur Matthæi 3. Pœnitentiam agite; secundum dicitur in districto judicio, & scribitur Matthæi 25. Ite maledicti in ignem æternum.* Ut autem ad subeundam pœnitentiam nos resolvamus, sufficit in proposito modica hæc verba recolere: *Iguem æternum. Si primum accipies pœnitentiam agens, securè evades secundum; si autem primum contemnis, absque dubio incides in secundum.* Ut vero nobis facilem reddat asperam & difficilem vitæ pœnitentis viam authoritatem adducit Sancti Bernardi inquiens, de istis verbis simul junctis dicit Sanctus Bernardus: *Respondent nobis mundi amatores, cum pœnitentiam persuademus, & dicunt: Durus est hic sermo & quis potest eum audire? Erratis insani; Durumne vobis videtur cum dicit: Pœnitentiam agite? auditori estis durorem; scilicet, ite maledicti in ignem æternum.* D. Chrysost. similiter cuidam mœstos de inferno discursus invito animo auscultanti, ac proinde illius reminiscentiam à se repellenti his verbis respondet: *Noli eam à memoria ejicere. Ne dicas, quid me importuna afficium tristitia? Importuna erit justitia, quando angeris in gehenna.*

Matth. 6. v. 33.

Auth. Imperf. Hom. 16.

S. Bern. ser. de Contemptu mundi.

1. Tim. 2. v. 4.

Matth. 3. 2. Matt. 25. 41.

S. Bern. ibi.

D. Chrys. in Ps. 11.

5. Regius Propheta David die quadam particularem sibi poscebat audientiam & attentationem; inquiens: *Venite filij audite me.* Sed qualem existimatis fuisse doctrinam, quam auscultantium animis imprimere satagebat? *Timorem Domini docebo vos*; nimirum ut Basilius Magnus exponit, auditores suos ad memoriam pœnarum infernalium disponere conabatur. Unde idem S. subjungit. *Cum te appetitus invaserit peccandi, velim cogites profundum barathrum inferni*; moxque multorum tormentorum serie enarrata ita concludit: *Hæc time, & horum timore instructus, animam à peccatorum concupiscentia tamquam fræno quodam reprime.* Porro idem Regius Psaltes postquam dixisset: *Timorem Domini docebo vos*, mox quoque quem ex hac doctrina percepit fructum subjungit: dicens: *Prohibe linguam tuam à malo, labia tua ne loquantur dolum, diverte à malo & fac bonum, prosequere pacem &c.* hæc enim omnia timorem Domini ex continua inferni memoria provenientem consequuntur Sanct. Propheta Job vir erat opulentissimus & nobilissimus inter omnes Orientales; multorum statuum & Dominiorum patronus erat & Dominus, plurimos numerabat subditos, conjugatus erat, in medio gentis perversæ, & inimicorum veri Dei vivebat, & tamen quam immaculatum se in vocatione illa adeo periculosa conservaverit testimonio æternæ veritatis constat, de ipso asserentis quod in universo mundo nullus suo tempore fuerit paris cum ipso sanctitatis, quot non superavit ab inferno adversus eum obstinatè conjurato intentata certamina? At vero scitisne causam cur adversus omnes insultus infernales victor existens, omnes astuti serpentis laqueos & insidias evaserit, & in sua innocentia permanserit? nimirum tormentorum inferni atrocitatem continuo cogitabat; prout ex pluribus libri sui locis clarè colligitur; dicit enim *semper quasi tumentes super me fluctus timui Deum & ponderis*

Cogitare bathrum inferni tollit appetitum peccandi.

Ibid. v. 14.

Probavit hoc S. Job.

S. Greg. l. 21. mor. c. 17.

ponderis ejus ferre non potui; quem textum S. Gregorius in favorem nostrum his verbis exponit: *Fluctus cum tumentes desuper imminent, cumque eum quam deforum mortem minantur, nulla tunc navigantibus rerum cura temporalium, nulla carnis delectatio ad mentem reducitur; ea quoque ex navi proiciunt, pro quibus longa navigia sumpserunt cunctæ res in despectum mentis veniunt.* Eumdem prorsus effectum operatur suppliciorum æternorum consideratio hæc enim thesaurorum, sceptrorum, deliciarum, delectationum nos facit concipere nauseam ac proinde Job à divitijs, à filijs, & imperijs adeo se exhibuit alienum, ut dicerét: *Nudus egressus sum de utero matris meæ, & nudus revertar illuc.* Verumtamen in alio loco idem Propheta clarius hanc à se exercitatam, sibique familiam inferni considerationem exprimit, dum Deum his verbis interrogat: *Quis mihi tribuat, ut inferno protegas me, & abscondas me.*

Job. 1. v. 21.

Job. 14. v. 13.

6. S. Antoninus modum nos docet intentatos nobis ab inimico communi ictus fugiendi, dum inquit: *Cum tentatio urget. Sic consideranda est illa perpetuitas pœnæ, & timenda quia si momentaneum est quod delectat, æternum tamen quod cruciat* ait B. Gregorius. Et quis umquam fuit qui si sciret se propter delectationem qualemcumque etiam diu duraturam, in ignem mittendum, & pœnam ibi gravissimam toleraturum diu, & si non semper, vellet illam non consequi? certe nullus. S. Propheta Job nos ab errore quodam liberat, qui multos fascinavit, ut tormenta inferni semiterna non esse crederent; dicit enim; *Æstimabit abyssum quasi senescentem.* Ubi S. Gregorius ait: *Abyssum namque senescere æstimant, qui terminare quandoque in supplicijs supernam animadversionem putant. Igitur antiquus ille persuasor, in membris suis, id est in mentibus imiquorum, futuras pœnas quasi certo fine determinat, at eorum culpas sine termino correptionis extendat, & eo magis hic peccata non sentunt, quo illic æstimant peccatorum supplicia finienda.* Ex quo S. Gregorij discursu clarè colligitur, majus aut efficacius peccatis frænum injici non posse, quam si jugiter homo tormentorum illorum consideret perpetuitatem & æternitatem; Unde & Ecclesiasticus monet dicens: *In omnibus operibus tuis memorare novissima tua & in æternum non peccabis*; Ubi notandum est illud Ly *tua*; neque enim recogitandæ à nobis sunt flammæ illæ quæ torquent alios, sed potius ruminandæ sunt eæ quibus corpora nostra conflagrabunt, haud secus ac si actualiter intra illam voraginem & fornacem constituti essemus. S. Bernardus impium quemdam, qui novitium persuasionibus suis extra religionis septa extraxerat, indignatus his verbis alloquitur: *Utinam saperes & intelligeres, ac novissima provideres. Saperes quæ Dei sunt, provideres quæ inferni sunt; profecto inferna horreres; superna appeteres, quæ sunt mundi contemneres.*

S. Antonin. 4. p. Tit. 14. c. 5. §. 5. B. Greg.

Job. 41. v. 23. S. Greg. l. 34. mor. c. 16.

D. Chrysost. hom. 10. in 2. ad Cor.

Eccli. 7. v. 40.

S. Bern. Epist. 292.

7. Vincentius Bellovacensis modum recensét quo idem mellifluus Doctor, postquam omnes fratres suos ad statum religiosum attraxerat, ad patrem suum ad religionem quoque amplectandam inducendum usus fuit. Nimirum una cum patre in quamdam Villam suam profectus ibidem sub antiquo quodam trunco in conspectu patris sui prædicavit, vidensque patrem in obstinatione sua persistere, præcepit circumstantibus ut ad viridem illum truncum ignem applicarent, apposita tamen prius circumquaque sufficienti lignorum siccorum strue; quæ subito concepereunt incendium: *Truncus vero tardè circa medium ab extremis emittens humorem fœtidum, & fumum tetterrimum, diu ignem servavit. Tunc incepit sanctus loqui de Pœnis inferni, dixitque patri, quod esset similis illi trunco, qui hic non poterat igne diurno succendi, nec flere peccata sua, nec suspirare ad Deum, sed ipse in inferno, nisi pœnitentiam ageret, in æternum arderet, fleret, & fœtentem fumum emitteret; ad quæ verba pater compunctus, eum secutus est, & monachus factus.* Enimvero tametsi motivum gloriæ & consideratio retributionis efficacia sint calcaria, nos ad strenuè currendum in via mandatorum Dei excitantia, longè tamen efficacior in hunc finem est ignis inferni, inquit Chrysostomus: quod enim utile est, tam in bonorum adeptione, quam in malorum fuga consistit; quæ quidem duo sunt, cœlorum regnum, & gehenna. Cæterum posterius, hoc est pœnam effugere, maximum habet, plerique enim eo sunt animo, ut cum mulcta non ultra se porrigit, quam ut bona non accipiant, facile id ferant, cum autem dolor etiam accedit non ita.

Bellovac. ibid.

Quod non facit suavis monitio, tandem efficit prædicatio de inferno.

8. Cum tempus appropinquaret, in quo maligni

Hebræi ex motivo invidiæ, Salvatori nostro mortem machinaturi erant, ipse omnia prævidens eosdem ad pœnitentiam reducere conatus fuit, oculis eorum objiciendo inferni memoriam; at vero quia in malitia sua obstinati erant, merito misericors Dominus de illis dicere potuit: *Curavimus Babylonem & non est sanata, derelinquamus eam*, refert S. Joannes quod ante sex dies Paschæ Redemptor noster in Bethaniam concesserit, ubi Lazarum à mortuis resuscitaverat, quodque ibidem à Martha hospitio receptus fuerit, sibique & alijs pluribus ad mensam assidentibus, idem quoque Lazarus accubuerit. Hugo autem Cardinalis ex authoritate S. Augustini de hoc Lazaro ita scribit: *Lazarus & Bethanatos dicebatur, & multa de locis pœnalibus referebat convivantibus, & de visis eis inferni.* Verum inquies ex quo trita veteribus regula fuit, ne quis ad mensam mortuos nominaret, longe inconvenientius fuisse videtur quod ea in occasione de pœnis inferni sermones miscerent; sed ecce tibi mysterium. Nimirum Salvator noster per hunc discursum, Judam qui illum traditurus erat, quique de effusione pretiosi unguenti paulo ante murmuraverat, ad pœnitentiam reducere, omnibusque circumstantibus salutaria documenta ad deserendam mortis suæ, quam postea tanto cum excessu procuraturi erant, machinationem submini strare conatus fuit, licet incassum: quia *impius cum in profundum peccatorum venerit, contemnit.*

Jerem. 51. v. 9.

Joan. 12. v. 1.

Hug. Card. ibi.

In Juda locum non habet.

Prov. 18. v. 3.

9. Regius Propheta David in Psalmo 17. ait: *Ascendit fumus in ira ejus, & ignis à facie ejus exarsit, carbones succensi sunt ab eo*; Quæ verba S. Augustinus hoc modo interpretatur: *Ascendit lachrymosa deprecatio pœnitentium, cum cognovissent quid minetur Deus impijs.* S. Joannes Climacus refert, quod monasteria sibi subjecta visitando fratrem quemdam invenerit culinarium, qui etiam inter coquendum donofruebatur lachrymarum; quem cum interrogasset quonam modo hoc sibi donum à Deo obtinuisset, frater ille respondit: *En ignis quem perpetuo cernebam conspectu vasta ignis inferni incendia animo versabam, quæ consideratio uberes ex oculis lachrymas solet elicere.* S. Augustinus prædicta Psalmi verba: *Carbones succensi sunt ab eo*, exponens inquit: *Qui jam mortui erant, deserti ab igne desiderij, & luce justitiæ, ac frigidi, rursus accensi & illuminati revixerunt*; qui effectus connexionem habet cum illo, qui antea expressus fuit his verbis: *Ascendit lachrymosa &c.* D. Chrysostomus quadam vice cum de atrocitate pœnarum infernalium exaggeranter discurrens auditores suos tædio sermonis artici animadverteret, his verbis iisdem ipsorum improperavit socordiam inquiens: *Ne stirps ad istorum verborum gravitatem difficiles, nam ista verborum gravitas, occasionem animabus vestris à peccatis resurgendi parit*; idque duplici scripturæ probatur testimonio. Quorum primum est in Psalm. 16. *Igne nos examinasti, sicut examinatur argentum.* Alterum vero 1. Corinth. 3. *Uniuscujusque opus quale sit ignis probabit.* Natura & ars in omnibus quibus decipi possumus, de certis modis prospexit, quibus rei de qua dubium nascitur realitatem & sinceritatem experiri valeamus, ita ignis aurum, lapis lydius gemmas probat; hac vero in vita qualiter zizania à frumento, reprobos ab electis secernemus? facile decipi possumus, *ne forte colligentes zizania, eradicemus cum eis simul & triticum.* Sed ecce vobis infallibile certitudinis argumentum: *Unius cujusque opus quale sit ignis probabit*; id est si animam aliquam videritis pœnas contemplantem & meditantem infernales, ignisque æterni concipientem timorem, hanc de numero electorum esse vobis persuadeatis, nemo enim infernum cogitans, eumque timens, corruit in infernum; cum probè sciat solam legis divinæ transgressionem cum in hujusmodi præcipitare suppliciis.

Psal. 17. v. 9. S. Aug. ibid.

D. Chrysost. Hom. 2. ad Philipp.

Psal. 16. v. 3.

1. Cor. 3. v. 13.

Matt. 13. 29.

10. Psalmista aliquando de justis agens post discursus varios, ita tandem concludit: *Lætabitur justus cum viderit vindictam, manus suas lavabit in sanguine peccatoris.* Aft vero quænam est hæc vindicta de qua exultabit anima justa? respondet S. Augustinus: Numquid quando feriuntur homicidæ, debent illuc innocentes ire, & lavare manus suas? sed quid est in sanguine peccatoris lavare manus suas? justus quando videt pœnam peccatoris, proficit ipse; & mors alterius valet ad vitam ipsius. Quia scilicet reproborum in abyssum infernalem præcipitium justos sustinet atque electos, ne & ipsi corruant.

Psal. 57. v. 11.

S. Aug. ibid. Quid sit lavare manus in sanguine peccatoris.

DISCURSUS VI.
ARGUMENTUM.

De situ & varietate nominum, quibus infernus appellatur; item de ejus capacitate, angustia, immobilitate & catenis damnatorum.

THEMA.

Dilatavit infernus animam suam, & aperuit os suum absque ullo termino. Isaiæ 5. v. 14.

1. EX Sacræ Scripturæ testimonijs, historijs profanis, commentis poëticis, visionibus, apparitionibus & variorum librorum traditionibus: Infernum, qui damnatorum carcer est in centro terræ situatum esse clare colligitur; Hinc inter alios S. Hieronymus inquit: *Inferi in corde terræ esse dicuntur*; Qui idem Doctor in Danielem scribens Zenonem quoque Stoicorum principem inferni in terræ centro situati meminisse testatur. S. vero Bernardinus dictum inferni situm varijs probat rationibus; Et inter cæteras quidem adducit sequentem inquiens: *Quanto corpus est nobilius, tanto ei debetur locus nobilior si ergo nobilissimis corporibus, id est, gloriosis, debetur locus supremus, id est cælum empyreum, restat, ut corporibus ignobilibus, puta damnatorum debeatur locus infimus, qui est sub terra*; Hunc que in finem, illum citat Isaiæ textum: *Infernus subter conturbatus est in occursum adventus tui.* S. vero Antoninus hanc aliam assignat rationem dicens: *Locus conveniens gravibus est terra, & quia reprobi, quorum iniquitates ut ait Psalmus 37. sicut onus grave gravatæ sunt super eos, cum ipso gravamine huic recedunt, apte in centro terræ collocantur.*

S. Hier. in Isai. 7.
S. Hieron. in Dan. 1.
S. Bernard. Ser. T 4. fer. 18. extraord.
Isa. 14. v. 9.
S. Antonin. Sum. Theol. p. 4 Tit. 14. c. 5. §. 3.

2. Abulensis ad inferni nomen, quod ad terræ profunditatem relationem habet, sese reflectens idem in præsenti probat intentum, dum ait: *Infernus non potest poni nisi in terra, apparet ex nomine inferni, quod est infra nos.* S. vero Antoninus idem per aliam viam argumentum confirmat, dum varia, quibus cæca gentilitas infernum descripsit, adducit nomina dicens: *Dicitur Herebus à genitibus, quia semper adhæret illi talis pœna unde etsi Diabolus vel anima damnata, ad horam de illo loco exeat, ut appareat alicui, Deo disponente, secum tamen portat infernum, semper ei illa pœna adhæret.* Cur autem infernus Acheron appelletur, idem in hæc verba docet Author: *Dicitur Acheronta, id est, luctuosas; vel Acheronta ab A, quod est sine, & cheronta quod est salus, quia sine salute sunt lachrymæ illæ.* S. Isidorus Etymologiam baratri quoque explicat in præsenti dicens: *Barathrum eximiæ altitudinis nomen est, & dictum barathrion, quasi vorago atra, scilicet à profunditate.* Cui confirmando subjicere placet S. Antonini contemplationem, quam super illa hymni Paschalis verba (*consurgis Christus tumulo, victor redis de barathro*) instituens ait: *Barathrum dicitur, quasi latitudo arcta, quia est latus locus ad ingrediendum, sed arctus ad exeundum.* Quin & tartarus appellatur infernus; ad quam denominationem S. Isidorus se reflectens ait: *Tartarus, vel quia omnia illic turbata sunt; vel timore frigoris, quod est algere, scilicet quia luce Soleque caret.* S. vero Cyrillus Alexandrinus carceris hujus deplorans horribilitatem, in hos prorupit gemitus: *Heu qualis est locus, ubi fletus & stridor dentium, qui tartarus appellatur, quem vel ipse Diabolus horret.* Quos eosdem terrores S. Bonaventura describens, his varijs utitur epithetis, *Aspice chaos horribilissimum, lacum subterraneum, puteum profundissimum, & totum ignitum.*

S. Isid. L. 14. Origen. c. 9.
S. Anton. ib.
Tartarus.
S. Cyrill. Alex. Orat. de exitio animæ & de secundo adventu.
S. Bonav. t. 7. c. 3. in Fascicular.

3. In varijs Sacræ Scripturæ locis sub profundi putei forma exhibetur dicente Psalmista: *Neque urgeat super me puteus os suum*, quem textum S. Hilarius ita explicat dicens: *In puteo infernæ mortis sedem significari, & Psalmus alius testis est, cum dicitur; ut vero domine deduces eos in puteum interitus, demersum hoc, profundumque puteorum in inferno terræ significari demonstrans.* Qua sub metaphora S. quoque Bernardus nobis infernum exhibet *in sermone de modo bene vivendi*, quando, ne in eam voraginem incidamus, nos ita admonet dicens: *Antequam puteus te absorbeat, pœnitere, priusquam infernus te rapiat, peccata tua lege; priusquam in profundum inferni mergaris, negligentias tuas plange.* Nomine autem magis accommodo infernus quoque gehenna appellatur; Quam denominationem idem Sanctus ita explicat: *Regio gehennis dura, & extimescenda, terra afflictionis & miseriarum, terra tenebrarum, terra turbinis & caliginis, terra maledictionis & mortalitatis, terra sitis & famis, terra combustionis, & frigoris, in qua nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.* Gehennæ insuper Etymologiam S. Anton. explicat dicens: *Dicitur gehenna, quasi generans ignem, vel generans Ænam, qui est mons in Sicilia, ignem eructans, & interpretatur vallis tristitiæ, quia ex cruciatu ejus, anima habet magnam tristitiam.* Singulariter autem notandum, quod in universo Sacræ Scripturæ volumine numquam mentio facta fuerit gehennæ, nisi primo omnium apud S. Matthæum, ubi Christus minitabundus ait: *Qui autem dixerit fatue; reus erit gehennæ ignis.* Qui locus vallis quædam erat cujusdam viri, cui nomen Hinon, ubi gentiles, & ad imitationem eorum Hebræi, idolo Moloch honorem deferebant divinum, suos ei offerentes filios; Quem locum Iosias Rex ossibus mortuorum immunditijs, fordibusque maxime pestilentialibus repleri fecit; cœlestis itaque Magister in valle hac rudibus Hebræis infernum repræsentavit, utpote, quæ & ignem evomebat, & summam continebat abominationem, dicente S. Isidoro: *Gehenna est locus ignis & sulphuris, quem putant ita nominatum à valle idolis conjecrata, quæ est juxta muram Jerusalem, repleta olim cadaveribus mortuorum. Ibi olim Hebræi filios suos immolabant dæmonibus, & appellabatur locus iste gehennon, futuri ergo supplicij locus, ubi peccatores cruciandi sunt, hujus loci vocabulo designatur.*

Gehenna. S. Anton. ib.
Matt. 5. 22. Paul. ibi. Pal. ib.
S. Isidor. ibid.

4. S. Antonius de Padua illum Isaiæ in præsenti adducit textum: *Præparata est ab heri Topheth à Rege, præparata & dilatata*; quorum verborum interpretem agens, ad Ly Topheth singulariter se reflectit inquiens: *Topheth interpretatur latitudo, id est infernus, qui absque ullo termino dilatavit animam suam; præparata ab Heri id est ab æterno à Rege Jesu Christo. Dicitur hæc infernus profunda & dilatata; profunda, quia procul à fundo id est fine pœnarum; dilatata ad suscipiendas animas damnatorum; unde infernus dicitur: Eo quod animæ igni inferuntur, cujus nutrimenta sunt ligna multa, id est animæ peccatorum & flatus, id est ira Dei sicut torrens sulphuris, qui ardet, succet & succendit eam.*

S. Ant. de Padua Dom. 8. post. Trinit. Topheth.

5. S. Bernardus in sermone *de quinque negotiationibus* ita nobis delineatum exhibet infernum. *Locus tenebrifer, in quo ignis ardens, ubi frigus rigens, vermis immortalis, fœtor intolerabilis, mallei percutientes, tenebræ palpabiles, confusio peccatorum, mandatio vinculorum, horribiles dæmonum facies.*

S. Bern. ser. de quinque negotiationibus.

6. *Dilatavit infernus os suum.* Inferni amplitudinem ipsemet declarat Psalmista, dum immediate subnectit dicens: *Aperuit os suum absque ullo termino*; quod S. Antoninus ut confirmet plenius, illum superaddit Ecclesiastici textum: *Profundum abyssi, id est inferni, quis dimensus est? Q. D. multus nisi Deus, aut forte Diabolus.* Cornelius vero à Lapide capacitatem ejus dimetiens strictius, eam esse dicit mille sexcentorum milliarium, id est ducentorum milliarium Italicorum sive 40. Germanicorum in omni circuitu suo; atque ita concludit profunditatem ejus ducenta continere milliaria, latitudinem ducenta, & tantumdem altitudinem. Quantum vero amplitudinem situs concernit, omnes concordare adverto, alios inter dicente S. Bonaventura: *Imaginare civitatem magnam; & horribilem & penitus tenebrosam, obscurissimis & terribilissimis flammis succensam, diamantibus, ululatibus & plangentibus universis præ inexplicabilibus doloribus.* Cujus infernalis stationis vastitatem in Libro pariter Jobi expressam reperio verbis sequentibus: *Igitur salvabit te de ore angusto latissime, & non habente fundamentum subter se.* Ubi S. Hieron. (vel quicumque demum alius ille fuerit author) ait: *Hoc in loco inferorum habitacula ab Helia describuntur, quæ immensa capacitate sui fundamentum non habeant.* Cur autem os inferni admodum angustum sit, ipsa vero viscera admodum larga, hanc assignat rationem dicens: *Ore autem angusto inferi ideo appellantur, eo quod amplum sit ad recipiendum angustum ad dimittendum.* Quam eamdem veritatem in tertio supra Jobum libro Beda confirmans, hunc Psalmistæ adducit textum: *Libera me ... de profundis aquarum, non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum.* Cui textui hanc immediate subnectit glossam: *Proinde noverimus, quia loca infernalium cœgastulorum, secundum fidem scripturarum, inter immensas abyssi aquas esse constituta.*

Ejus amplitudo.
S. Anton. ibid.
Cornel. à Lapide in Matth. 7.
40. Milliarium Germanicorum.
S. Bonav. ib.
Psal. 68. v. 15.
Abul. Q. 520. c. 25. Matth.

7. Abulensis ad ejusdem puncti perveniens discussionem, barathri capacitatem, ita deterbit: *Locus inferorum habet magnam capacitatem, & tamen antequam ita sit, quantum requirit omnium damnatorum & damnandorum, si sigillatim & distincte ponerentur, locabilitas, non constat; quia potest esse quod in parvo loco multi ponantur, & intra solidum, sit aliud solidum per dimensionum penetrationem, & tunc quantumcunque parvum spacium pro omnibus illis sufficiet; si tamen detur quod sit tantum spacium, quantum pro omnibus requiritur, non videtur impossibile, quia divina virtus in his operatur.* Et nihilominus stante tanta carceris hujus amplitudine, damnati per omnem æternitatem ne vel minimum moveri poterunt, adeoque inter atrociores pœnas, quas sufferunt, una principalis erit infinita illa angustia qua continuò comprimuntur, & supra se invicem agglomerantur, quemadmodum uvæ in torculari, lateres in fornace, & ligna in caasta, & carbones in fornace vastissima præsertim cum ibi innumerabiles corporum damnatorum præcipitandi sint milliones, quando absque ordine ullo in summa numquam finienda examinabuntur torturæ; ut meritò quidam dixerit, quod *ibi nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat.*

Angustia.
Job. 10. v. 22.

8. Psalmista quondam ingemuisse legitur lamentabiliter: *Pericula inferni invenerunt me*, quorum discriminum qualitatem dum indagarem Cardinalis Bellarminus mihi satisfacit, dum versionem Hebraicam secutus ait: *Vox Hebraica propriè angustias inferni significat, qua voce designatur locus angustus, per quem qui gradiuntur, in periculo præcipitij versantur, nisi singulos gressus vigilantissimè observent, & talis est via salutis, arcta atque angusta, unde nullo negotio in præcipitium inferni ruunt, qui non cautè ambulant, unde monet Apostolus: Videte quomodo caute ambuletis.* De qua damnatorum angustia doctores sacri variè tractarunt, & clarè satis; dicente in primis S. Bernardino: *Compressa erunt mutuo corpora damnatorum, ita ut nec contrahere nec extendere se possint.*

Psal. 114. v. 3. Card. Bell. ib.
S. Bern. T. 4. ser. 18. extraord.

9. Prima quidem facie impropria illa Psalmistæ videtur simulitudo dicentis: *Sicut oves in inferno positi sunt*; siquidem judex supremus electos assimilavit ovibus, & non præscitos; & nihilominus ut idem notat S. Bernardinus: *Sicut oves in inferno positi sunt, quia sicut oves fortiter se comprimunt in hyeme propter frigus, & in æstate ad umbram, ad declinandum æstum sic peccatores in inferno ordinabuntur.* Quam eamdem similitudinem S. quoque Antoninus explicat in hæc verba; *sicut oves in inferno positi sunt, unus super alium constipati*; quando namque in laniena integri catervatim mactantur greges, super invicem projiciuntur animalia, altissimosque efficiunt vertices. Imo corpora præscitorum eumdem immobiliter in perpetuo conservabunt situm, qualiter primitus corruerunt, quando damnati tremendam illam exceperunt sententiam: *Discedite à me maledicti in ignem æternum.*

Psal. 48. v. 15.
S. Antonin. ibid. §. 2.
Matth. 25. 14.

10. Hinc & Psalmista prænunciat dicens: *Pluet super peccatores laqueos, sulphur &c.* q. d. flammas, quasi totidem catenas, damnatos constricturas, ut penitus immobiles, nequaquam se de loco in locum movere possint; quisquis enim cum capite in abyssum illam resupino corruente, ita manebit semper; unde alibi sub inferni typo dicitur: *Descenderunt in profundum quasi lapis.* Sane si quod è molendino saxum ex alto corruens in caverna quadam suum invenerit centrum, inibi perpetuo persistit immobile; ita quoque reprobis eveniet, quorum centrum profundissima est inferni abyssus: quam veritatem S. Anselmus clarius exponit dum ait: *Tanto pœnarum premuntur pondere, ut ne pedem vel manum impij movere possint.*

Psal. 10. v. 7.
Exod. 15. v. 5.
S. Anselm. in Elucidat. Damnati in inferno quasi immobiles.

11. S. Macharius aliquando in extasi tormentorum infernalium contemplans acerbitatem, à quodam pagano intellexisse legitur, quod Christiani in profundissimo barathri illius loco attinerentur, ex qua relatione deducere possumus quanta corporis damnati sit angustia, atque insupportabile pondus, quod quandoque sustinere cogetur innumerabilium corporum supra se pondera absque eo quod se vel semel (ne levissimè quidem) movere valeat, aut in commodum mutare situm, quem horrorem ulterius per similitudinem quamdam explicare lubet, si quis enim vestrum ex altissima corrueret turri, omniaque cæmenta, saxa, ligna, ferra super ejus caderent humeros, utique is se sub tam immenso pondere movere numquam posset: Ita quoque erit in inferno.

12. Alia inter justitiæ divinæ flagella, quibus Ægyptus afflicta fuit, tenebræ fuere, quæ ad obscuritatem damnatorum relationem habent, de illis namque dicitur: *Factæ sunt tenebræ horribiles, nemo vidit fratrem suum, & nec movit se de loco suo in quo erat.* Atque hoc ipsum atrocissimum inferni erit tormentum, scilicet se in æternum movere non posse, quam pœnam S. Bernardinus quoque ex Christi erui verbis, quando de Epulonis damnatione agens inquit: *Sepultus est in inferno.* Circa quæ verba ita dictus discurrit Sanctus: *Dicit autem sepultum, ut ostendat eis undique immobilem incarcerationem, seu alligationem, seu oppressionem.*

Et sepulti. Exod. 10. v. 23.
S. Bern. T. 4. ser. 22. Luc. 16. v. 22.

13. Postquam David dictam adduxisset de ovibus coagmentatis similitudinem dicens: *Sicut oves in inferno positi sunt, mors depascet eos*, immediate subjungit: *Et auxilium eorum veterascet in inferno à gloria eorum*; Etenim quamdiu quidem in hac vita sumus; spem habere possumus, ut carceris angustia per dona & munera carceris præfecto erogata, allevietur; vel qui ad triremes condemnatus est, per viam favoris, vel pecuniarum efficere potest, ut alius loco ipsius substituatur: At vero in altera vita Augusti Cæsares & potentissimi Reges eodem loco habebuntur; quo vel infimi mendici: *Auxilium eorum veterascet in inferno* id est ut incognitus Carmelitanus ait: *Auxilium quod hic viventes habebant, ut puta auxilium divitiarum, potentiæ, scientiarum, vel amicorum, nihil ibi proficiet eis; Veterascet, id est, cessabit.* Monarchæ qui in hac vita dominabantur provincijs, regnis, mundis, qui ad dilatandum fines suos copiosum effuderant sanguinem humanum, in altera vita cum omnibus thesauris suis, ne palmum quidem situs acquirere poterunt, ut se ex uno latere ad aliud vertere aut volvere possint. *Ligatis manibus & pedibus mittite eum in tenebras exteriores.* Is cujus pedes & manus, compedibus & manicis ferreis victi sunt, ne unicum quidem gressum ambulando facere potest, nec manus dirigere, aut pro necessitate usurpare; Et ideo Lucas Burgensis circa præfata verba ad propositum nostrum inquit: *Ligantur veis mortis manus ne defendere; pedes ne fugere; utraque ne quovis se modo juvare possint.* Bellovacensis de densitate tenebrarum obscuritihmæ illius abyssi differens ait: *Tantæ sunt condensitatis, ut nullus de eis se movere videat vel valeat*; ac proinde de illis dici poterit illud Sapientiæ cap. 16. *Una catena tenebrarum omnes erant ligati, unde erant quasi lapis immoto, quia non poterunt se movere pro voluntate*; ad eum fere modum quo ex Ægyptijs in Cymmerijs illis tenebris constitutis *vir non est motus de suo loco.* Albertus Magnus similiter inter alia inferni supplicia hasce catenas recenset inquiens: *Pœna est, catenæ stringentes, & urentes, & prementes; & illæ catenæ vocantur rudentes inferni, secunda Petri: Sunt autem catenæ istæ nihil aliud quam vincula spiritualia quibus ligantur impij ad pœnas, ex culpis suis*, & jure quidem merito hisce catenis irretiuntur damnati, quia cum in hac vita omni libertate sua gaudere, suisque appetitibus sine ullo divinæ legis fræno satisfacere voluerint, ut proinde de ijs dicatur: *Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem*, justum profecto est, ut per hanc immobilitatem, & arrestum perpetuum debitum luant supplicium.

Bellovac. spec. mor. p. 3. L. 2. dist. 1.
Sap. 17. v. 17.
Exod. 10.
Alb. Magn. de muliere forti. c. 16. §. 4.
Erunt sicut Lapis in muro.
Psal. 13. v. 3.

DISCURSUS VII.
ARGUMENTUM.

Varia inferni tormenta in genere considerantur.

THEMA.

Pluet super peccatores laqueos, ignis, & sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum. Ps. 10. v. 7.

1. REgius Propheta David enumeratis tormentis quibus reprobi in inferno cruciabuntur (*pluet super peccatores*) immediate protestationem subjungit, in qua id non ideo fieri dicit quasi in hoc supplicio æquitatis limites transcendat, quin potius inquit: *Quoniam justus Dominus & justitiam dilexit, æquitatem vidit vultus ejus.* Quia tametsi atrocissima pœnarum & suppliciorum diluvia damnatis immittat, verumtamen in comparatione ad ipsorum demerita roseis flagellis castigati videbuntur. Sanctus Basilius Prophetam Regium hoc loquendi modo ingentem quamdam multorum horribilem cruciatuum congeriem exprimere voluisse his verbis dicit: *Per hæc nomina multum habentia supplicij, condemnationem inevitabilem, supplicij abundantiam, plagæ promptitudinem, vimque consumendi exprimere volens, significavit.* Bellovacensis atrocitatem & congeriem infinitam pœnarum infernalium imperceptibilem esse ostensurus, illum Apostoli textum, de imperceptibilitate

Pœnæ infernales atrocissimæ, justæ tamen.
S. Basil. in Schol. ibid.

gloriæ beatorum differentis adducit, in quo dicitur: *Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus bis qui diligunt eum*; indeque argumentum format, unde ostendat imperceptibilem pariter esse infinitam pœnarum infernalium congeriem & atrocitatem; dicit enim: *Sic profecto debemus agnoscere, quod humanus oculus numquam vidit, nec auris hominis viatoris audivit, nec in cor hominis ascendit, quanta sint mala quæ præparavit Deus his, qui offenderunt eum*, prædictumque Davidicum textum adducta pluviæ similitudine his verbis declarat: *Quia sicut guttæ pluviæ sunt innumerabiles, sic & pœnæ malorum.* Deus quidem se ad castigandam Hebræorum incredulorum rebellionem & contumaciam sè simul super eos congregaturum esse protestatur, quæcumque illis ærumnæ irrogari possent; verumtamen quis est qui nesciat, supplicia, quæ in præsenti vita irrogantur, quantumvis severissima sint, nullam habere proportionem cum illis, quæ in inferno damnatis irrogabuntur? quia *finiti ad infinitum nulla est proportio. Congregabo*, inquit, *super eos mala, & sagittas meas complebo in eis; id est*, ut Oleaster exponit: *Omne genus malorum in eos immittam, non unum, aut aliud.* S. Anton. de hac materia tractans inquit: *De quolibet damnato potest illud Deuteronomij 28. verificari: Percutiet te Dominus egestate, frigore, pœnæ ardore, & æstu, & aëre corrupto, ac rubigine ... Percutiat te Dominus ulcere Ægypti, scabie, & prurigine, amentia, & cæcitate, quoq; furore mētis. Augebit Deus plagas tuas magnas, & perseverantes, infirmitates pessimas & perpetuas, & convertet in te omnes afflictiones Ægypti quas timuisti, & adhærebunt tibi.* Enimvero si nos in unum eumdemque hominem omnia congregaremus tormenta, dolores & accerbitates quæ hactenus cruciarunt aut deinceps ad finem usque sæculorum cruciabunt non solum generis humani omnia & singula individua, verum etiam omnia sensibilia animalia hæc tamen omnia ne minimam quidem habitura essent proportionem, cum unica dumtaxat abyssalis ignis illius favilla; siquidem *in uno igne omnia supplicia sentiunt in inferno peccatores*, ut inquit S. Hieronymus. S. Augustinus ad omnes, quæ in hac valle lachrymarum sunt, & hactenus fuerunt, ærumnas, oculum mentis dirigens, illas nihil omnino esse censet, in comparatione ad tormenta illa sempiterna: *Quæ quisque gravia valde patitur in hac vita, in comparatione æterni ignis, non tantum parva, sed & nulla sunt.*

2. Isaias de inferni barathro loquens, de eodem hunc in modum fatur: *Dilatavit infernus animam suam, & aperuit os suum absque ullo termino.* Cæci porro gentiles trifaucem in inferno Cerberum esse finxerunt, alludentes nimirum ad insatiabilem carceris illius voracitatem, omnia pariter consumentis; nec non ad fidem Christianorum quæ conformiter ad oraculum Isaiæ profitetur, quod *infernus aperiat os suum absque ullo termino*; cum innumeri ejus cruciatus nullo prorsus limite constringantur; sicut enim gloria paradysi definitur, quod sit *status omnium bonorum aggregatione perfectus*, ita quoque pœnarum illarum acerbitatem definire possumus, dicendo, quod sit *status omnium malorum excogitabilium*; est etenim carcer aliquis in centro terræ positus, fumo, caligine, tenebris, igne, fœtore, & ut verbo dicam, omni miseria plenus, qui æternam in se includit omnium bonorum privationem, estque aggregatum quoddam malorum omnium excogitabilium. In illo sunt ut S. Bonaventura ait: *Septem pœnæ, ignis, vermis, fœtor, fames, tenebræ, vincula, frigus.* In illo horribili loco in supplicium reproborum adimplebitur, quod in libro Sapientiæ dicitur: *Pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos; nam omnibus creaturis*, ut Lyranus inquit, *auctur ad afflictionem reproborum.* Divina namque justitia omnia elementa, velut supplicorum suorum instrumenta adhibebit. *Non solum ignis reprobos inflammabit*, inquit S. Bonaventura, *sed & cætera elementa confusa & permixta in reprobos convertentur, ita quod erit ibi ignis ardens, aqua congelans, aër inquietus & perturbatus, & terræ fœtor.* Quod ipsum idem Seraphicus Doctor alibi diffusius repetit, dum cruciatuum illorum multiplicitatem & horrorem examinans inquit: *Ibi est ignis inextinguibilis, obscurissimus, frigus intolerabile, fœtor horribilis, tenebræ palpabiles.* V. Beda visionem quamdam infernī à S. Paulo habitam recensēt, in quo inter alia tormenta hæc quoque enumerat: *Vidit fornacem ignis ardentem septem flammis, & multi puniebantur in ea, & septem plagæ erant in circuitu fornacis. Prima nix; secunda glacies; tertia iguis; quarta sanguis; quinta serpentes; sexta fulgur; septima fætor*, subditque, in eumdem locum immissas omnes illas animas quæ ex hac vita sine pœnitentia emigrarunt; E quibus *aliæ flent, aliæ ululant, aliæ gemunt; aliæ ardent.* Hugo Æthereanus ad dæmonum se reflectit multitudinem, & aspectum horrendum, inquiens: *Illic est palus, frequentia dæmonum horrenda, ad compediendum armata vinculis ferreis*, & paulo post subdit; *si hic pro peccatis nostris non flagellamur, ferreis malleis sedulo ibi quassabimur.* Sanctus Bernardinus caliginosæ illius abyssi lamenta, planctus, stridores meditatur inquiens: *Nihil aliud ibi audietur, nisi fletus, & planctus, gemitus, & ululatus, mœrores atque stridores dentium, nihilque ibi videbitur nisi vermes, & larvales facies tormentorum, atque deterrima monstra dæmonum, vermes crudeles mordebunt intima cordis. Hinc dolor, inde pavor, gemitus, stupor, & timor horrens.*

3. Narrat Innocentius III. qualiter defunctus quidam scholaris, disponente Deo, nocte quadam suo apparens Magistro, se in æternæ damnationis barathrum præcipitatum esse dixerit; nec interitum discipuli obstupuit præceptor, utpote cujus pessimam vitam, simili terminandam exitu probe noverat. Cum autem inter argumentantes facile primus fuisset, dum viveret, eum interrogavit, utrum etiam in inferno disputationes locum haberent; cui miser: *Apud inferos solum quæritur, quid non sit pœna*; cumque qua ratione quæstio hæc resolveretur eum interrogasset; respondit discipulus *pro parte negativa*, per hoc insinuare volens, nihil adeo in inferno exile esse, quod dolore & excessivo careat tormento; Ideoque omnes merito damnati ingemiscere possunt perpetuo dicentes: *Circumdederunt nos mala, quorum non est numerus.* Supra eos paradysus est, sed in æternum ipsis occlusus; sub ijs abyssus est, sed numquam aperienda ne fugæ pateat locus; ante se æternitatem videbunt omnium tormentorum, perpetuo tolerandorum; à tergore illos amarissima cruciabit indelebiliter præteritarum voluptatum memoria; ad dextram Dæmones experientur carnifices, furibundos, indefessos, & malignos tortores; ad sinistram innumerabiles habebunt culparum comites, qui pœnas augebunt: Intus numquam moriturus ream conscientiam mordebit vermis & desperatissima desperatio; Hinc B. Laurentius Justinanus, postquam damni pœnam in inferno fusius considerasset, subjungit dicens: *Illis autem addita est societas dæmonum, horrendus ipsorum aspectus; ardor inextinguibilis ignis, stridor dentium, palpabiles tenebræ, interiores lachrymæ, improperiorum vociferatio, intolerabilis sitis, sulphureus fœtor, conscientiæ vermis, carcer abyssi, evadendi desperatio, & interminabilis divinæ visionis carentia.*

4. Hugo Cardinalis super illum Ecclesiastici textum (*non semines mala in sulcis injustitiæ, & non metes ea in septuplum*) ita discurrit ad intentum præsens: *Quia sicut boni habebunt septem bona, in quibus eorum consistit gloria; tria ex parte animæ, quatuor ex parte corporis, sic & mali in inferno septem dotes horribiles habebunt.* Et in primis quidem odium Dei, contra amorem & dilectionem, quam habebunt Beati, cæcitatem mentis & intellectus, contra claram divinæ essentiæ visionem, tristitiam & pavorem perpetuum, contra animarum glorificatarum gaudium. Contra vero dotes corporum beatorum, sequentes damnatorum apponit dicens: *Contra claritatem habebunt obscuritatem; contra agilitatem, ponderositatem, contra impassibilitatem, passibilitatem omnimodam, contra formositatem & subtilitatem, deformitatem & densitatem.*

5. S. Bernardinus Senensis in sermone quodam, postquam fusius de his ijsdem discurrisset pœnis, tandem ita concludit dicens: *Quia voluntas damnati rebellis fuit contra Jaum, & omnium creatorem; & omni amaritudine plena erat, ideo tantam passibilitatem corpori suo communicabit, quod omnis creatura minima in immensum potuit ei nocere.* Idque ex eo probat Sapientiæ textu: *Pugnabit pro illo orbis terrarum*, nec non ex illis Deuteronomij verbis: *Congregabo super eos mala &c. quia cruciabuntur*, subjungit ille, *à beatis, à cœlis, à sideribus, & à plantis, à quatuor elementis, à dæmonibus, & ab alijs damnatis, & generaliter ab omnibus creaturis*; quod ut plenius confirmet, illa Sacræ Scripturæ verba (*& sagittas meas complebo in eis*) hoc docto illustrat commentario dicens: *Sagittæ hæ, sunt septem pœnæ, in præsenti homini per peccatum infixæ, vel inflictæ, scilicet fames, sitis, calor, frigus, infirmitas, lassitudo & mors, quæ licet in præsenti à Deo homini multipliciter infligantur, tamen in inferno perfectissime complebuntur.*

6. Albertus Magnus quoque decem principaliores carceris infernalis pœnas enumerat in hæc verba: *Calor ignis interius & exterius ardens, frigus interius & exterius persequens, tenebra interior & exterior, fœtor loci, horror societatis, quæ est in loco illo, præsentia facies dæmonis perpiua, catenæ stridentes & urentes, stridor dentium, fletus oculorum, & ipsius carceris captivitas.* Qui idem Doctor in libro, cui titulus *de Compendio Theologicæ veritatis*, ubi quamdam Tullij confideret doctrinam, alia enumerat Inferni supplicia dicens: *Octo genera pœnarum in legibus esse scripsit Tullius, scilicet damnum, vincula, verbera, talionem, ignominiam, exilium, mortem, servitutem.* Quæ omnia damnatis ita applicat: *Hæc omnia possunt pœnis infernalibus adaptari. Primum patet, quia damnati amiserunt Deum, & omnia bona, tam gratiæ quam gloriæ, non solum in re, sed etiam in spe. De secundo: ligatis manibus & pedibus projicite in tenebras exteriores. De tertio; Mallet percutientes impiorum corpora. Prov. 19. id autem non intelligitur de malleis materialibus, sed de diversitate pœnarum, quibus impij malleantur. De quarto. Apoc. 18. quantum glorificavit se, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum. De quinto Isaiæ 13. facies combustæ vultus eorum; Imo tam ignominiosum erit corpus peccatorum, quod anima resumens ipsum stupebit, quando tam terribile illud videbit, & vellet habere tale sicut fuit, quando dividium comestum fuit à vermibus. De sexto; Projicite eum in tenebras exteriores &c. De* septimo Gregorius: *Ibi mors semper vivit. De octavo; Thren. 1. Princeps provinciarum facta est sub tributo, nota quod damnati sub tributo pœnarum semper servient, & tamen numquam persolvent.* Ex quibus omnibus dictus author multiplicitatem intensissimorum tormentorum colligens, suum ita prosequitur discursum: *Ex prædictis collige, quod erit ibi calor ignis, stridor rigoris, tenebræ, fumus, lachrymæ, mœrores, aspectus dæmonum, clamor improperij, aviditas, sitis, fœtor sulphureus, vermis conscientiæ, vincula, carcer, timor, dolor, pudor, invidia, rancor, carentia visionis divinæ, ablatio spei omnis salutis; ipsum etiam esse, quod omnis creatura appetit, erit eis pœna, quia quærent mortem naturalem & non invenient.*

7. *Pluet super peccatores &c.* per hanc pluviam Bruno Astensis innumerabilem tormentorum infernalium multitudinem intelligit inquiens: *Quare dixit pluet? quia innumerabilia tormentorum genera super peccatores effundet, à quibus semel detenti, numquam amplius expedirī poterunt.* Quin & S. Bonav. ad pœnam se reflectit excessivam purgatorij, omnes vitæ hujus transcendentem cruciatus, ut ex ea inferni deducat horrorem: dicit enim: *Gravissima pœna quæ in hoc mundo potest tolerari, minor est pœna purgatorij ut ait Augustinus, quanto magis pœna inferni?*

8. Hugo Cardin. accuratè observat qualiter Epulo in inferno summo cum cruciatu & angustia damnationem fratrum suorum adhuc viventium impedire voluerit; & ex eo dolore, novum colligit tormentum dicens, *Notatur cumulus supplicij, novum enim genus tormenti est solicitum esse de parentibus suis, unde præter propria tormenta duplicater torquebatur dives, & quia videbat Lazarum in gloria, quem male desjexit, & quia timebat de supplicio fratrum quos male amavit.* Suppliciorum equidem in inferno plurima sunt manifesta; at illa quæ in intimo latent conscientiæ reæ penetrali, longè citra dubium graviora sunt, & plura, quam nos penetrare possimus.

9. Quam obsecro rationem esse putatis, quod dæmon cum sequacibus suis, horrendam adeo expertus tormentorum atrocitatem, atque æternitatem, propter unicum superbiæ peccatum, in sua perseverans malitia, Deum incessanter blasphemans, cique constanter se opponens, imo infinitas alias causans offensas, severius nequaquam pertimescat supplicium respondet Abul *Non timet facere quidquid potuerit, scit enim nullam jam sibi ex hoc futuram pœnam, nam damnatis non potest advenire major damnatio, quidquid faciant aut velint.* Adeo namque atrox est inferni cruciatus, quamvis puniat citra condignum, ut Scholæ loquuntur, nequaquam tamen major illo dari possit, nec imaginari; Hinc S. Bern. ait: *Damnatorum pœnæ innumerabiles existunt, quibus explicandis nec vox nec humana lingua sufficeret, juxta illud Ps. Circumdederunt me mala quorum non est numerus.*

10. Ideo Sanctissimi quique ad æternæ hujus perditionis & barathri memoriam totis contremuere artubus, inter alios S. protestante Bern. *Totus tremo, atque horreo, ad memoriam regionis istius & concussa sunt omnia ossa mea.* Quod idem in alio quodam sermone cui titulus est *de quinque negotiationibus*, & in sermone 16. repetit dicens: *Contremisco à dentibus bestiæ infernalis, à ventre inferi, à rugientibus præparatis ad esçam, horreo vermem rodentem, & ignem torrentem, fumum, & vaporem, & sulphur & spiritum procellarum. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum ut præveniam fletibus fletum, & stridorem dentium, & manuum pedumque duram vinculā, & pondus catenarum frementium, stringentium, tenentium, nec consumentium.*

DISCURSUS VIII.

ARGUMENTUM.

De voracitate ignis infernalis, ejusque (cui pro lignis sunt peccata) & nostri differentia & perpetuitate.

THEMA.

Devorabit eam ignis qui non succenditur. Job. 20. v. 26.

1. JOb ex instinctu Spiritus S. de pœnis infernalibus, quas justitia divina reprobo præparavit, tractans, eas ad vivum describit dum ait: *Devorabit eum ignis qui non succenditur.* Ubi S. Greg. ait: *Nitro valde modo paucis verbis expressus est ignis gehennæ, Omnipotentis justitia futurorum præscia, ab ipsa mundi origine gehennæ ignem creavit, qui in pœnæ reproborum esse semel inciperet, sed ardorem suum, & etiam sine lignis numquam finiret.* Hinc S. Anton. de Padua Etymologiam subtiliter considerans inferni, ad intentum pariter ait: *Infernus dicitur eo quod animæ igni infernantur.* Ut autem de his flammis fructuose discurreremus, una nobis necessaria foret, de linguis istis, de quibus dicitur: *Apparuerunt illis dispertitæ linguæ tamquam ignis*, siquidem ipsum magnum Ecclesiæ lumen S. Aug. qui in scientia & eloquentia parem sibi non habuit, in quodam sermone protestatur dicens: *Ignis illius potentiam nulla vox exponere, nullus poterit sermo explanare.* Si enim igni proprium est arefacere & exsiccare fauces, quanto magis effectum hunc flamma præstabit infernalis?

2. Et quidem quantumvis flammarum harum veritatem nos doceat fides, nihilominus etiam multæ eam perhibent conjecturæ, siquidem in multis locis profundæ voragines, fumum, caliginem, ignem, sulphur, absque intermissione exhalant, prout in Vesuvio, Ætna, alijsque similibus patet locis, è quibus providentia divina, non absque mysterio grandi, tot flammarum eructat globos, ut impios terrefaciat, frænumque ijs injiciat, atque ideo primo loco voracitatem ignis hujus examinabimus.

3. *Devorabit eos ignis*; Scriptura S. ut incendij hujus tartarei exprimat voracitatem, sæpius dicto utitur verbo *devorare*, ita Ps. namque ait; *Devorabit eos ignis*, & Joel: *Ante faciem ejus ignis vorans & post eum exurens flamma.* Sanè crudelior & sensibilior corpori humano nequit inferri cruciatus, quam si super carbones ardentes comburatur; si igitur quis non semel, sed millies, vivus aslari posset, quam excessivam talis pateretur pœnam? indubitata autem fides nos docet, damnatos in igne illo inextinguibili per omnem æternitatem incessanter arsuros. Experimentum capite ad medium horulæ spacium in digito ad candelam accensam applicato, postea in manu tota, tandem in ferrea ignitaque craticula, vel ad brevissimum temporis spacium si quis extendat quemadmodum S. Laur. quot quantosque talis patiens non subibit spasmos atque cruciatus? *Quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis*, si temporaneam & momentaneam flammam sufferre non possit? præsertim cum omnes Doctores sacri hanc inter ignem nostrum & infernalem assignent differentiam, quod hic virtutem habeat & efficaciam, suos æqualiter extendendi ardores ad partes exteriores, & interiores, ita ut horum activitas, simul pellem, carnem, ossa, medullas, nervos, arterias, viscera, omnesque alias intimas partes, quin & ipsam animam ejusque potentias excruciet; cum è contra ignis noster elementaris calorem suum in parte generet externa, & postmodum ad internam gradatim penetret: *Quantum putatis vobis futurum fore tormentum, si oculorum vestrorum pupillæ duo forent ardentes carbones? si flammeus Ætna vestrum contiguè cruciares corpus?* Audite Card. Bar. quoddam memo-

memorantem factum ex relatione Petri Abb. Cluniac. de supplicio sumpto divinitus de quodam dissolutæ vitæ presbytero agonizante. *Sartaginem illi objecerunt dæmones bullienti adipe plenam, circum circa ignitam, in qua reus frigendus erat, ex qua dum una liquoris igniti prosilientis gutta in peccatoris manum cecidisset, subito pellem, carnem, atque intimam ossis partem absumpsit, tuncque reus cum doloroso gemitu exclamavit: ecce indubitatum damnationis meæ specimen, sicuti enim guttula sartaginis illius unica partem devoravit carnis meæ, ita ignis infernalis vorago me totum consumet. Et quidem post mortem ejus, licet diebus aliquot sepultus fuisset, in miserrimi manu signum repertum fuit quod dicta efformarat & excavarat gutta damnationis ejus præsentia.*

Baron. an. 1100. n. 25. Abb. Cluniac. Eam experitur Præsbyter vitæ dissolutæ.

4. Hinc Abulensis ait: *Ignis erit violentior, & fortior apud inferos, etiam naturaliter, quam alibi; nam ignis fortificatur, ex conditione rei ignitæ, nam quanto res ignita est solidior, & compactior, tanto est actio fortior, & intensior caliditas; Alia etiam intensionis causa est, scilicet per antiperistasin, qualis ibi erit. Nam erit illa concavitas inferni in corde terræ, & quia ibi est locus valde frigidus, cum terra sit nimis frigida; ibique sit elongata ab omni calore, frigiditas totius terræ circumstantis faciet congregari virtutem ignis, & erit efficacior in actione & intensior in calore.*

Abul. Q. 520. in cap. 25. Matth. Ignis inferni intensior per antiperistasin.

5. Quantumvis enim, ut suo loco dicemus, excessiva in abysso regnent frigora, quoniam *ad nimium calorem transiret ab aquis nivium*, nihilominus gelu hoc, voracitatem numquam temperare poterit harum flammarum, dicente Bellovacensi: *nec aqua poterit ignem extinguere, nec ignis aquam consumere; quin imo glacialis aquæ frigiditas in nullo ignis mitigabit ardorem, nec ardoris ignis immensitas in aliquo glacialem temperabit rigorem.* Qui idem author de ijsdem alibi pœnis tractans ait: *Vis quæ diffunditur per diversa, minor est, quæ in unum tendit, major est; cum ignis iste habeat diversos effectus per quos dividitur; ille ignis totam suam vim ponit in torquendo. Item quanto fortius est combustionis subjectum, & durabilius, tanto vehementior est ardor; unde acrius ardet in ferro quam in palea; sic in anima est acerrimus quæ est immortalis.* Porro ut flammæ infernalis ardorem penitius intelligamus, quamdam à S. Anton. adductam audire non pigeat historiam, ait enim; Quod quidam Parisijs studens, dum in mortem incideret, cum lachrymarum abundantia confessus & sacramentis munitus fuerit, sicque discedens, opinione omnium ad salutem pertigisse credebatur. Quidam vero Doctor, qui ejus fuerat magister, eumque sæpius inviserat à vivente petierat instanter, ut si Deo ita placeret, ei statum suum post mortem manifestaret. Elapso itaque aliquo tempore, nocte quadam ei apparuit vestem indutus ex pergameno, plenam sophismatibus, igneque contextam; quem ubi recognosceret præceptor, quis ejus status esset interrogavit, cui hic se damnatum esse asserit; Tunc ille obstupescens, causam requisivit interitus, cui respondit damnatus: *Pœnitentia mea, & lachrymæ non fuerunt ex amore Dei, & principaliter propter Deum offensum, sed propter timorem inferni, ne ad illum deportarer, & ideo mihi non valuit.* Præceptori autem mysterium dictæ vestis interroganti respondit damnatus; Eam sibi in superbiæ & vanæ glotiæ, quam in argumentando & disputando habuit, obtigisse supplicium; eamque longè sibi ponderosiorem esse quam si vastissimam portaret turrim. Ignis autem vestimenti in pœnam ei datus erat vanitatis, quam in vestitu quæsierat vivens: *Foderatura ignis sibi erat pompa vestium.* Cumque Doctor tantarum pœnarum acerbitatis peteret indicium; tunc miser: *Aperi*, inquit, *tu manum tuam & super eam imponam unam guttam sudoris ex fronte mea egredientis; quod cum tle feciſſet, & guttam parvam sudoris immisisset, persensit ille pœnam intolerabilem ad mortem usque inducentem. Sic ardeo, exclamans disparuit.*

Abul. Q. 520. in cap. 25. Matth. Ignis inferni intensior per antiperistasin.

Job. 24. v. 19.

Bellovac. Spec. mor. p. 4. l. 2. dist. 3.

Bellovac. Spec. mor. p. 3. l. 2. dist. 2.

S. Anton. 4. p. Tit. 14. c. 5.

6 Experientia teste quemcumque voracem mundi ignem sufficiens extinguit aquæ quantitas, at vero licet totus in infernum confluereet oceanus, ne minimam quidem ignis illius poterit extinguere scintillam, dicente S. Bern. *Si aliquis in inferno tantum lachrymarum funderet, quanta est aqua in toto mundo, non sufficeret ad ablutionem maculæ animæ mortalis.* Quæ verba ad nostrum applicantes intentum liberrime dicere possumus, ne integrum quidem mare & vastissimum lachrymarum pelagus, vel unicam dicti ignis posse extinguere favillam, cum tamen hodie vel unica veri planctus stilla totum illud possit delere incendium.

S. Bern. T. 4. ser. 18. extraord. Totus oceanus Lacrymarum non extinguet unam favillam ignis.

7. Ignis, ut experientia docet, insatiabilis est, quamcumque materiam combustibilem sibi approximantem totaliter consumens & devorans, absque facietate ulla, unde & Sapiens ait: *Tria sunt insaturabilia & quartum quod numquam dicit sufficit.* Horum autem quatuor insatiabilium duo enumerat nostro accommoda proposito, primum scilicet & ultimum; id est infernus & ignis: *Infernus & os vulvæ, & terra, quæ non satiatur aqua, ignis vero numquam dicit sufficit.* Non enim ignis ille nostro similis est, qui ligno aut alimento deficiente extinguitur; sed *in inferno dicunt ignem inextinguibilem*, inquit Hugo Victor. *& qui ut semper ardeat, nutrimento non egeat.* Sane flamma hæc inextinguibilis per sex millium sexcentorum & plurium annorum decursum jam arsit, nec tamen ullius umquam sylvæ ligna ad ejus conservationem subministrata fuere. Nec id mirum; si enim artificium humanum naturaliter ignem conservare potest, absque nutrimento, & continua fomenti subministratione, quanto magis justa Dei voluntas ignem hunc facere poterit inextinguibilem? *Per operationem artis*, inquit S. Bernard. *dicunt aliqui quod potest fieri, quod ignis non extinguatur, sicut dicunt aliqui, qui experti sunt, quod si ignis includatur in vase, ex quo nulla possit fieri evacuatio, in æternum duraret sine nutrimenti appositione.*

Prov. 30. 15. Hugo de S. Vict. Tom. 3. de Sacram. Fidei l. 12. p. 16. cap. 4. Non foveat lignis. S. Bern. ib.

8. Quam veritatem S. Hier. ab ignis sensibilis proprietate desumit & irrefragabiliter evincit dicens: *Ignis tamdiu succenditur, quamdiu habet materiam, qua voracitas flamma pascatur.* Nunc itaque quodnam ignis infernalis est pabulum? peccata reproborum, hæc autem inexpiabilia sunt, per omnem duratura æternitatem, imo magis amplianda, siquidem rea damnati voluntas magis magisque semper pervertetur & obdurabitur; Ideoque D. Seraphicus ait: *Ille ignis non agit, nisi per dispositionem peccati, & reatus & maculæ, ex improbitate libidinis procedentis, & hæc non est æqualiter in omnibus; hinc est, quod ab eodem igne, alij cremantur plus, alij minus, sicut ab eodem igne aliter uritur palea, & aliter comburitur lignum.*

S. Hieron. in c. 66. Isai. Sed peccatis. S. Bonav. Breviloq. p. 7. c. 6. Adeoque diversimode.

9. Quidam vero Isaiæ textus, prima quidem facie, has pariter flammas ignis quoque, ut nostras nutriri docere videtur; siquidem de abysso tractans ait: *Nutrimenta ejus ignis & ligna.* Sed quænam hæc sunt ligna? Sive ex quibus arboribus succidentur hi stipites? vultisne scire quænam sint hæc ligna? Nimirum: *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.* Ita Christus; cujus præcursor quoque impijs protestatus est, dicens: *Jam securis ad radicem arboris posita est;* de quibus etiam lignis Ecclesiastes tractat dum ait: *Si ceciderit lignum ad austrum aut ad aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit.* In arbore igitur designatur homo, dicente Spiritu S. *lignum quod plantatum est secus decursus aquarum. Video homines velut arbores ambulantes*, quemadmodum igitur ligna sterilia & inutilia, nec ad allū apta ministerium, in ignem projiciuntur, ita quoq; reprobi, qui nullum in mystica Ecclesiæ vinea fructum reddant, in infernales conjicientur flammas. Quarum pabuli qualitatem annales Ecclesiastici quoque recensent, dum de quodam Dei servo agunt; qui vitam solitariam in alta quadam rupe agebat quæ publico itineri territorij Neapolitani vicina erat. Hic itaque dum psallens per noctem cellæ suæ aperiret fenestram, ut quæ hora esset adverteret, plurimos vidit homines æthiopum instar nigros, qui per longum spatium plurimas secum deferebant fœni vecturas. Hos itaque quinam essent, quidque portarent, interrogavit, cui illi, se spiritus malignos esse, responderunt, seque materiam præparare non in animalium pastum, sed in hominum combustionem. *Hæc paramus non pabula pecoribus alendis, sed fomenta potius ignium hominibus comburendis.* Qua præmissa historia Baronius ad illum Apostoli textum se reflectit in quo dicitur: *Supra fundamentum hoc alij ædificant fœnum & stipulam, quale cujusque opus sit, ignis probabit. Per fœnum & stipulam* (subjungit ille) *peccata significans, quæ gehennæ accensa incendio perpetuo peccatores incendent.* Insuper ijdem adjunxerunt dæmones; se Pandolfo principi Capuensi & Joanni Duci militum in urbe Neapolitana in vigilare solicitè, quorum ultimus servus Dei, mortuo jā primo, convenit, visionemque narravit, eodem itaque tempore, Otto II. Imperator in Calabriam secesserat, pugnaturus cum Saracenis; Quare & Joannes illi obviare constrictus, licentiam petijt, promittens se hac expeditione completa nuntium mundo daturum, vitam q; monasticam amplexaturum. Nihilominus ut de visionis veritate certificaretur, quemdam ablegavit Capuam versus, qui qualiter circa Pandolfum ageretur intelligeret, mortuumque esse didiciſ

Isai. 30. v. 33. Matth. 7. v. 19. Matth. 3. 19. Eccli. 11. v. 3. Ps. 1. v. 3. Marc. 8. v. 24. Baron. An. 984. n. 1. Historia.

1. Cor. 3. v. 12.

dijdicit: Qui & ipse priusquam Imperator dictis in partibus prælium exorsus esset, infra quindecim dierum spatium vivere desijt; *Quo mortuo* (verba sunt Baronij) *Vesuvius, unde videlicet gehenna frequenter eructat, in flammas erupit, ut liquido probaretur, quia fœnum quod à dæmonibus portaretur, nihil aliud fiat nisi ignis trucis incendij, qui prazis & reprobis hominibus debebatur. Nam quandocumque in illis partibus reprobus dives moritur, ignis erumpere de prædicto monte videtur, & tamquam sulphureæ resinæ congeries, ex ipso Vesuvio protinus fluit, ut torrentem faciat, atque decurrente impetu in mare descendat, ubi videlicet corporaliter videri potest, quod in Apocal. Joannis de reprobis dicitur: Quia pars illorum erit in stagno ardenti, igne & Sulphure quod est mors secunda.* Qua ex historia manifeste colligitur, verissimum esse id quod in discursu præsenti asseruimus videlicet majus vel minus esse ignis infernalis nutrimentum; juxta peccatorum numerum quæ istuc deferuntur; Tandemque Baronius in hæc sequentia verba concludit: *Licet autem poeticè magis, quam theologicè credita sint ejusmodi ora terræ, evomentia jugiter flammarum globos, esse inferni portas, & quod idem ignis sit ille inferni, peccatoribus præparatus, atque id scripsisse reperiantur aliqui Theologi non vulgares, ut alias superius memmisse recolimus, tamen certum, ista potuisse similitudinem gerere illius gehennæ, mortalibusque in exemplum vel indicium posita gehennalis ignis illius, qui sine luce ardens, animas simul comburit, & corpora, cui tantum peccata fomenta ministrent.*

Baron. ibid.

10. Hugo Ætherianus quoque qualiter hic ignis & accendatur & diminuatur verbis nos docet sequentibus: *Unus gehennæ ignis est in inferno, sed non uno modo omnes cruciat peccatores; unusquisque enim quantum exigit culpa, tantum illic sentitur & pœna, nam cur hic unus Sol non omnia corpora æqualiter calefacit, ita illic unus ignis animas pro qualitate criminum dissimiliter exurit.* Hinc & S. Ephremus ait: *In illo igne, loco lignorum papyri & stipularum, impij ac peccatores divino igne eoque sempiterno comburantur, & ipsorum peccata in ipsos exeunt, ac vehementiorem in ipsos flammam accendunt.* Cui confirmando subjicere placet quamdam *in vitis patrum* repertam historiam, eoque nostrum terminare discursum; S. namque Macarius, aliquando per desertum gradiens, cranium invenit hominis mortui, quod baculo attingens, cujus fuisset in vita, interrogavit; respondituque, cujusdam eodem in loco gentilis sacerdotis, *adjiciens, quod, quantum distabat cælum à terra, tantum habebat de igne super caput suum cum alijs paganis, & tantumdem ab infra sub eo esse ignem, in quo cruciabantur mali Christiani.* Quia scilicet citra omnem comparationem peccata nostra longè graviora sunt quam infidelium; utpote qui vero Dei lumine & notitia destituti sunt; atque ideo non pariter ardebimus crudelius.

Hug. Æther. de regressu animarum ab inferis c. 12. S. Ephrem de Virginit. & continent. Ibid. v. 10. Ibid. v. 11. S. Antonin. tit. §. 3. Mali Christiani magis cruciantur quam pagani.

DISCURSUS IX.
ARGUMENTUM.

Ira & Justitia Dei ignem nutriunt infernalem, qui inextinguibiliter devorat sed non consumit.

THEMA.

Flatus Domini sicut torrens sulphuris succendens eum. Isaiæ 30. v. 33.

1. POstquam Isaias Propheta his infernum descripsisset verbis: *Præparata est ab heri Topheth profunda & dilatata, nutrimenta ejus ignis & ligna multa,* mox pariter quinam folles eamdem inextinguibilem flammam foveant, de qua dicitur: *Ignis eorum non extinguetur*, docet, dum ait: Justitiam seu flatum Dei incendium hoc infernale continuo accendere: *Flatus Domini sicut torrens sulphuris succendens eum.* Quæ supplicia dum aliquando S. Joanni repræsentarentur, hanc minitabundam audijt ab Angelo proferri sententiam. *Si quis adoraverit bestiam, & imaginem ejus, & acceperit Characterem in fronte sua, aut in manu sua, Et hic bibet de vino iræ Dei, quod mistum est mero, in calice iræ ipsius, & cruciabitur igne & sulphure, ... ante conspectum agni; Et fumus tormentorum eorum ascendet in sæcula sæculorum, nec habent requiem die ac nocte.*

Isa. 66. v. 24. Apoc. 14. v. 9. Ibid. v. 10. Ibid. v. 11.

2. Punitiva Dei Justitia suum specialissimè in inferno centrum habet idque quamdiu durabit Deus, *in æternum & ultra* ita ut ne vel brevissimo temporis spatio de Inferno sit egressura, sed semper in reprobos debacchatura *de toto rigore justitiæ*, licet ira Dei & justissima ejus indignatio reprobos puniat citra condignum; Ideoque Apostolus dum viveret, ita reprobum sæpe est allocutus: *Secundum autem duritiam tuam & impœnitens cor thesaurizas tibi iram.*

Deus punit citra condignum damnatos. Rom. 2. v. 5.

3. Albertus Magn. dictum Apocalyptis examinans textum ita discurrit: *Ascendet fumus in sæcula sæculorum, id est, sine fine perseverabit, ubi enim fumus semper ascendit, ibi ignis numquam deficit;* Unde & S. Anton. de Padua subjungit dicens: *Cujus nutrimenta sunt ligna multa; id est anima peccatorum, & flatus, id est ira Domini, sicut torrens sulphuris, qui ardet, fœtet, & succendet eam.* Ira Dei quamdiu respirat homo per veram pœnitentiam mitigari potest, & extinguisasit ubi damnatus impœnitens atque incessanter blasphemans, in abyssum corruerit, non modo illam non placare poterit, sed semper eam magis magisque irritabit, inque suppliciu suum provocabit. Hinc que Spiritus S. furorem Dei contra damnatos exprimere volens per Chronistam sacrum, iram divinam titulo affecit furoris dicens: *Ignis succensus est in furore meo, & ardebit usque ad inferni novissima.* Quod & Hug. Vict. ubi de flammis agit infernalibus, clarissime expressit in hæc verba: *Ignis corporeus ut esse ignis valeat, corporis indiget fomentis, qui cum necesse ut fervetur, per congesta ligna procul dubio nutritur. At contra gehennæ ignis cum sit corporeus, & aniversos reprobos corporaliter exurat, nec studio humano succenditur, nec lignis nutritur, sed creatus semel, durat inextinguibilis, & succensione non indiget.* Imo tanta ignis infernalis est voracitas; ut de eo ad nostrum comparato veraciter dici possit juxta S. Bonav. sententiam. *Ignis ille ad ignem nostrum tanti dicitur esse caloris, quanti noster ignis est ad depictum.* Noster enim ignis activitatem limitatam habet, juxta naturalem virtutem suam, neque suos transcendit terminos; Imo nec in ullam imprimi potest materiam, in quam majorem exerceat voracitatem, quam eam, quam naturaliter obtinet, utpote intra limites operans naturales sphæræ suæ. Ignis vero ille infernalis, utpote omnipotentis & rigorosissimæ justitiæ divinæ instrumentum suum in ira, in furore atque voluntate divina, quæ contra damnatos exacerbatissima est, fundamentum habet. Sicut enim Deus creaturas illas, quæ ad nobis beneficiendum formatæ sunt, per infinitam sapientiam & potentiam suam eo elevat, ut omnem propriam exuperent naturalem virtutem, ut videre est in aquis baptismalibus, quæ ad mundandas & purificandas animas à macula culpæ originalis imo & actualis in adultis per dispositionem divinam elevantur, ita quoque justitia vindicativa Dei, ignem infernalem adhibet, ut per eum omni cum severitate impios puniat, idque citra proprium ignis vigorem, siquidem cum ignis noster elementaris in abysso illa nonnisi corpus cruciare possit, infernalis ipsas quoque excruciat animas: Cum enim ex communi Philosophorum axiomate ignis noster sit calidus *ad octo*, quidni Deus per omnipotentiam & voluntatem suam, juxta scelerum & flagitiorum proportionem efficere poterit, ut ignis infernalis ad 30. 60. imo centum & plures pertingat excedatque caloris gradus, juxta divinæ iræ proportionem? quia *quis novit potestatem iræ tuæ & præ timore tuo iram tuam dinumerare?* nam S. Paulus ait: *Horrendum est incidere in manus Dei viventis.* Ex qua verborum phrasi præscitorum in barathro supplicia indicante, quam impetuosus sit Dei flatus, qui hujusmodi accendit flammas. Clarè deducitur. Notandum vero est Apostolum dicere quod Deus utramque applicet manum: *In manus Dei viventis.* Quia scilicet vitæ hujus supplicia etiam acerbissima in una tantum Dei designantur percutiente manu; Hinc Job totius inferni in damna sua conjurantis cinctus furijs, in fimeto residens, à capite usque ad pedes ulceribus plenus, una dumtaxat Dei manu se percussum esse lamentabatur dicens: *Extende paululum manum tuam. Manus Domini tetigit me.* Quin & David suppliciorum divinorum, quibus ob adulterium & homicidium affectus fuerat describere volens acerbitatem dicebbat: *Gravata est super me manus Domini.* Imo cum Dominus Balthasari funestissimam mortem insinuare vellet, duo apparuerunt, digiti unius manus; ast vero ubi de pœnis æternæ perditionis agitur, de duabus manibus fit mentio dicente Psalmista: *Leva manus tuas in superbias eorum in finem.*

Psal. 89. v. 12. Hebr. 10. v. 31. Deut. 32. v. 22. Hug. de S. Vict. T. 3. de Sacram. Fidei p. 16. c. 5. Job. 1. v. 11. Job. 19. v. 21. Psal. 31. v. 4. Dan. 5. v. 5. Psal. 73. v. 3.

4. Idem Apostolus in eadem paulo ante citata Epistola præmiserat dicens: *Terribili quædam expectatio judicij, & ignis æmulatio, quæ consumptura est adversarios.* Quo loquendi modo Apostolum dicere voluisse

Hebr. 10. v. 27.

Conferens igni activitatem voracissimam.

voluisse existimo, ignem illum veluti si sensibilis, animatus, rationalis, & à zelo creatoris offensi stimulatus esset, longè voracissimum fore in excruciandis inimicis ejus, sicut enim Romani olim in theatris publicis feras irritabant atque exacerbabant, ut tanto magis ferocientes desævirent in martyres; ita & Deus noster absque ulla compassione voracissimam igni illi, tamquam justissimi furoris sui instrumento conferet activitatem; Unde alibi damnatis exprobrat dicens: *Ignem succendisti in furore meo, usque in æternum ardebit.* Ex quibus verbis clarè deducitur ignis hujus fodes furorem Dei esse.

Jerem. 17. v. 4.

5. Ut vero intensissimum incendij hujus ardorem penitus penetremus ad annales Ecclesiasticos tantisper declinare non abs re fuerit, in quibus narratur, qualiter Henricus II. Imperator tempore Corradi Patris sui, à quodam Clerico fistulam acceperit argenteam, qua pueri ludicrè attrahere, solent aquas, in ejus vero recompensam Episcopatum eidem Clerico promiserit mox ubi Imperator foret; suo itaque tempore ut regio satisfaceret promisso, rogatus, desiderio satisfecit petentis, & post paucos dies postea infirmatus, in eam tandem incidit mortis angustiam, ut per dies tres omnibus manserit destitutus sensibus, mutus, nec ullum signum ediderit vitale, nisi exilem respirationem. Circumstantes itaque Episcopi, trium dierum indicto jejunio pro agonizantis vita devotissimas ad Deum lachrymas effudere vi quarum, ut pium est credere, sanitati pristinæ restitutus, dictum ad se vocavit Clericum, qui male ad Episcopatum ab eo promotus fuerat, eumque per concilij sententiam depositit, commemorans, qualiter per tres illos dies dæmones vidisset, qui per fistulam quamdam, mordaces adeo Ignes in eum jaculabantur, ut in comparatione ad flammas nostras illi soli calidi, nostri autem ignes frigidi dicendi essent, insuper idem Imperator retulit elegantem ad se venisse juvenem, qui media quidem ex parte assatus, sed lætus, magnum manu deferens calicem aureum, aqua plenum, quo eum aspergebat, refrigerabat & sanabat. Atque hic ipse S. Laurentius erat, cujus dictus Imperator Ecclesiæ tectum ædificarat, cuique calicem aureum donarat.

Baron. An. 1047. n. 10.

Historia.

6. Nova quoque est ignis illius à nostro differentia videlicet, quod ille ardeat quidem, carnemque excruciet, illam tamen nequaquam mortificet aut consumat dicente Eusebio Emisseno: *Hanc solam debet damnato homini rationabilis ille ardor, ac vindex flamma reverentiam, ut traditos sibi reos, cum possit punire, non possit extinguere, sed deputata in pabulum suum corpora & consumat & nutriat.* Nostet vero ignis adeo carnem mortificat, ut prima concremationc facta ejus voracitas minus vivaciter sentiatur; in damnatis vero idem semper continuabitur ardor absque ulla diminutione, post mille annorum imo & sæculorum milliones; eosdem semper experientur spasmos, quos, dum in barathrum illud, primitus inciderunt, subiere. *Longe alius est ignis*, inquit Tertullianus, *qui usui hominis, alius qui Dei justitiæ deservit; hic enim non absumit quod exurit, sed dum erodit, reparat. Quid mirum si æternaliter ardebit? æterna erit materia æternum pabulum, anima & peccatum.* Quam eamdem utriusque ignis differentiam S. quoque Augst. assignat dum ait: *Ignis hic qui est in vita præsenti, absumit cuncta quæ recipit, ille vero quos susceperit semper cruciat, & pœnæ suæ semper integros servat; propterea enim, & inextinguibilis dicitur, non solum quia ipse non extinguitur, sed quia nec eos quos susceperit, extinguet, & permet.*

Eusseb. Emiss. Hom. 2. de Symb.

Ineffabiliter cruciat sed non consumit.

Tertull. in Apolog.

S. Aug. ser. 59. in Apend. de diver. c. 18.

7. *Flatus Domini sicut torrens &c.* Nequaquam ab eodem sensu ille libri Judith discrepat textus in quo dicitur: *Dabit ignem ... in carnes eorum, ut urantur, & sentiant usque in sempiternum.* Hinc S. Bern. evincentes aliquot vivacissimi & voracissimi hujus sed numquam consumentis incendij rationes investigans, commotus fuit ut diceret: *Urit & non consumit, quia pabulum non requirit, & est exemplum manifestum, in inflammatione auri ab igne, quod quidem inflammatur, sed non consumitur, quia igni non præbet pabulum, sic nec hominum corpus igni infernali.* Quod confirmaturus idem S. Author se in vita S. Nicolai legisse narrat, qualiter in partibus Orientalibus quædam ignis species reperiatur, quæ manum quidem graviter cruciet, ast numquam absumat, cujus hanc assignat rationem dicens: *Si autem quæratur ratio hujus dicendum est, quod hoc venit ex parte agentis, & ex parte patientis, isti enim igni data est virtus ad inflammandum, non ad consumendum, & corpori data est virtus passibilis.*

Judith. 16. v. 21.

S. Bern. ser. 18. extraord. T. 4.

S. Cyprian. ad Demetriadem.

Similis.

Si autem quæratur ratio hujus, dicendum, quod à parte naturæ passibilitas est ad suscipiendum, & ex parte Dei est potestas ad dandum, ex parte finis est congruitas ad sic faciendum, quia in infinitum debet homo in corpore cruciari; ut manifestetur Justitia Dei infinita. Hinc & S. Cyprian. de abyssi hujus incendio tractans, scribere non dubitat: *Cremabit addictos ardens semper gehenna, & vivacibus flammis vorax pœna nec erit, unde habere possint tormenta vel requiem vel finem.*

Ratio cur corpora non consumantur.

8. Si igni nostro subtraxerimus ligna, aut in eum conjecerimus aquam, aut deficiet, aut pœnitus extinguetur; flamma autem tartarea, ut inter alios advertit Hugo Ætherianus, *adeo pertinax est incendio, ut si mare influeret, caloris nullam remissionem haberet.* S. vero Augustinus varijs vigorem diuturnum ignis naturalem argumentis evincere conatus, exemplum adducit Salamandræ, quæ in ipsis quoque vivit incendijs, præterquam quod eamdem ignis efficacitatem à varijs, quos in Sicilia natura operatur, probet effectibus dicens: *Et quidam notissimi Siciliæ montes, qui tanta diuturnitate temporis, atque vetustate, usque nunc, & deinceps flammis æstuant, atque integri perseverant, satis idonei testes sunt, non omne quod ardet absumi, & anima judicat, non omne quod dolere potest, posse etiam mori. Quid adhuc à nobis rerum petuntur exempla, quibus doceamus non esse incredibile, ut hominum corpora sempiterno supplicio puniorum, & in igne animam non amittant, & sine detrimento ardeant, & sine interitu doleant? Habebit enim tunc ista carnis substantia talem in illo inditam, qui tam mirus & varius toi rebus indidit, quas videmus, ut eas, quia multæ sunt, non miremur.*

Hugo Æther. de anim. regressu ab inferis.

S. Aug. L. 21. de Civit. Dei cap. 4. Salamandra ab igne non consumitur.

9. In quorum confirmationem author hic pavonis adducit proprietatem, cujus carnibus, ut mensium & annorum docet experientia, hanc Deus contulit prærogativam, ut nequaquam putrefiant; dicit enim: *Quis paleæ dedit vel tam frigidam vim, ut objectas nives fervet, vel tam fervidam, ut poma immatura maturet? de ipso igne mira quis explicet, quo quæque adusta nigrescunt, cum ipse lucidus, & ejuè omnia, quæ ambit, & lambit, colore pulcherrimo decoloret, atque ex prava fuligine carbonem deterrimum reddit?* Quandoquidem vero carbonum meminimus, S. Antoninum nequaquam prætcrire licet, qui S. Augustini innixus authoritati ait: *Quid in carbonibus? nonne miranda res est, & tanta infirmitas, ut tactu levissimo frangantur. Pressa facillimo conterantur, & tanta sirmitas, ut nullo humore corrumpantur, nulla ætate vincantur, usque adeo ut eos subsistenere soleant, qui limites figant ad convincendum litigatores? quis eos in terra humida infossos, ubi ligna putrescerent, tam diu durare incorruptibiliter posse, nisi rerum ille corruptor ignis efficit?* Qui idem Sanctus alios admirandos naturæ coram oculis nostris positos commemorat, subjungit effectus dicens: *Agrigentinum Siciliæ silem perhibent, cum fuerit admotus igni, velut in aqua fluescere, cum vero ipse aquæ, velut in igne crepitare; Apud Caramantem quemdam fontem tam frigidum diebus, ut non bibatur, tam fervidum nocte, ut non tangatur. In Epiro alium fontem, in quo faces, ut in cæteris, extinguuntur accensæ, sed non ut in cæteris accendantur extinctæ. Arbessum Arcadiæ lapidem propterea sic vocari, quod semel accensus jam non possit extingui. Pyritem lapidem Persicum tenentis manum, si vehementius prematur, adhærere propter quod ab igne nomen accepit.* Ex quibus naturalibus adeo stupendis effectibus clarè deducitur, quod per potentiam supernaturalem justitia atque omnipotentia divina longe potentiorem ignem creare possit, qui inflammet, comburat, devoret quidem, nec tamen consumat, nec corpora in cineres reducat, semperque maneat inextinguibilis & absque lignis, aliove pabulo nutriatur.

Pavonis carnes non putrefiunt.

S. Aug. l. 21. de Civ. Dei c. 6. Ope dæmonum erat apud Gentiles Lucerna inextinguibilis.

10. S. Antoninus idem consolidaturus propositum testimonium adducit S. Augustini l. 21. de Civit. Dei cap. 6. qui quemdam gentilium ritum, quem circa veneris templum observabant, in hæc describit verba: *Ibi Candelabrum & in eo lucernam jab divo fic ardentem ut eam nulla tempestas, nullus imber extinguat unde lucerna inextinguibilis nominata est.* Quod dogma nostro in primis deservit argumento; si namque dæmones ad deludendos cæcos mortales hujusmodi operati sunt præstigia; quanto magis Sapientia & omnipotentia Dei, quæ omnia scit, & potest, inextinguibilem poterit producere ignem, quo eosdem dæmones omnesque legi suæ rebelles puniat, uniens in

S. Antonin. sum. p. 4. Tit. 14. c. 5. §. 4. Carbonum infirmitas & mira firmitas.

Alia mirabilia in naturalibus.

S. Anton. ibid.

in barathro illo qualitates omnino contrarias ignis & nivium, caloris & gelu: Ideoque S. Antoninus concludit dicens: *Si hoc immundi dæmones possunt, quanto potiores sunt Angeli sancti? quanto potentior est omnibus Deus, qui tantorum miraculorum effectores etiam ipsos Angelos fecit?*

Ignis inferni ab origine mundi inextinguibilis.

11. Jam sex mille & plures præteriere anni, à quibus terra & aquæ illi Dei Creatoris imperativæ obediere voci: *Fiat lux; germinet terra; producant aquæ reptile* jamque per tot sæculorum decursum, ne vel semel hoc primum infregerunt præceptum; quidni igitur pari ratione nos in præsenti dicere poterimus, quod ignis ille à mundi principio inextinguibilis creatus, juxta Dei beneplacitum conservandus sit, de quo Innocentius III. ita discurrit: *Ignis gehennæ nec lignis nutritur, nec flatu succenditur, sed à Deo creatus est inextinguibilis, ab origine mundi.* Cujus activitatem Albertus Magnus, ut suos aliquando permoveret auditores, ita depinxit: *Quamvis ille ignis sit corporeus, nec possit agere in spirittum, ipsum calefaciendo, agit tamen in ipsum ut instrumentum divinæ justitiæ ipsum ledendo, & ille dolor est maximus, tum propter potentiam divinæ manus, ipsum ignem movenis, tum propter sensibilitatem patientis.*

Innoc. III. De Contemptu mundi c. 6.

Alb. Magn. l. 7. Compend. Th. Verit. t. 12.

Isai. 33. v. 14. Infertur salubris consequentia.

12. Quamnam ex hisce Prophetæ verbis: *Quis de vobis habitare potcrit cum igne devorante* inferendam putatis consequentiam? hæc sane evidentissima est, si namque ne vel per minimum unius *Ave Maria* spatium quis digitum tenere potest super carbonem accensum, qualiter cum anima, & post judicium finale cum corpore in flammis infernalibus ardere poterit æternum? audite S. Bonaventuram dicentem: *Nunc videmus quod homo non possit sine maximo tormento ignem in parte tenius digiti sustinere per unam horam, quantus ergo erit dolor, quando totus homo ardebit in igne?* Ideoque S. Augustinus sæpe ad Deum conversus, supplicabat: *Hic seca, hic ure, ut in æternum parcas;* Si itaque ab hoc incendio nos eximere volumus, Christum audiamus & exaudiamus dicentem: *Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignem mittent & ardet.* Palmes quamdiu viti unitus est, aut uvas profert, aut ad minus pampinis suis umbram creat, ast ubi abscissus fuerit, ad nihilum nisi ad ignem deservit, teste Deo qui ait: *Quid fiet de ligno vitis? scilicet amputato?* ad nihilum utile est, nisi ut comburatur; hinc S. Augustinus ait: *Unum de duobus palmiti congrait, aut vitis, aut ignis; si in vite non est, in igne erit, ut ergo in igne non sit, in vite sit;* Quænam vero est vitis illa? Salvator noster ipse, hic namque de semetipso dicit:

S. Bonav. in Dict. salut. Tit. 10. c. 1.

S. Aug. ibid.

Joan. 15. v. 6.

Ezech. 15. v. 2.

S. Aug. Tr. 81. in Joan.

Joan. 15. v. 3. *Ego sum vitis vera & vos palmites;* Si itaque tamquam veri palmites huic viti vivere volumus uniti, igne ardeamus oportet charitatis, quoniam *qui manet in charitate in Deo manet & Deus in eo.*

DISCURSUS X.

ARGUMENTUM.

Deus ab igne infernali lumen sustulit, ut semper sit tenebrosus, si tamen aliquatenus illuminet, hoc in majorem sit damnatorum pœnam, ubi etiam abyssi hujus perpenditur obscuritas.

THEMA.

Terram tenebrosam, & opertam mortis caligine.
Job. 10. v. 21.

1. JOb Propheta profundum æternæ damnationis barathrum, tenebrarum atque mortalis caliginis nuncupat terram dicens: *Terram tenebrarum &c.* Quantumvis enim in fornace illa flammæ ardeant incessanter, nequaquam tamen illuminant; Cui veritati omnes unanimiter sacri Doctores testimonium perhibent, & in primis quidem S. Cyrillus dum ait: *Gehennam timeo interminatam, exhorreo tartarum ut cui nimium insit caloris, pavco tenebras, quonium nihil admittunt lucis.*

S. Cyrill. Orat. de exitu animæ.

S. Basil. in Ps. 28. Visustoria & illuminatoria ignc isto.

2. S. Basilius illum Psalmistæ textum (*vox Domini intercidentis flammis ignis*) interpretans; idem quoque confirmat in hæc verba propositum: *Arbitror quod ignis præparatus Diabolo & Angelis ejus, discesset vocc Domini, ut, quoniam duæ sunt in igne facultates, ustoria una & illuminatoria; acris quidem & punitoria vis ignis permaneat apud eos, qui digni sunt qui urantur; illuminatoria vero ac splendida ipsius fa-*

culeas ad exhilarandos beatos gaudio fruentes cedet. Vatablus pro Ly *intercidentis* legit: *Dividentis*; Theodoretus autem: *Separantis flammam ignis.* Quin & Albertus Magnus dictam S. Basilij expositionem secutus, ita discurrit: *Vox Domini, id est, præceptum Domini, intercidentis, id est, dividentis flammam, id est, lucem ignis; hoc est, ab arbore ignis, ut lux subsistat Sanctis superius, calor autem prosequatur injustos inferius.* Quam eamdem S. Basilij doctrinam idem author alibi adducit in hæc verba: *Secundum Basilium Deus facta mundi purgatione, dividet à calore splendorem, & totum calorem mittet ad regionem damnatorum, ut amplius crucientur; & totum splendorem mittet ad regionem damnatorum, ut amplius jucundentur.* Quibus testimonijs coætaneum S. Basilij, summèque ab eo veneratum subnectere lubet Sanctum Ephremum, ita in oratione de futuro Judicio sermocinantem: *Tunc ignis ille, qui in supplicium à diabolo præparatus est, & Angeli ejus, dissecabitur voce Domini, ut cum duplex insit igni facultas, adusiva una, & illuminativa altera; acris quidem vis ignis & punitoria reposita est ijs, qui ustione sint digni; illustratoria vero his, qui claritate perennis gaudij perfruituri sunt, succedet.*

Vatablus Theodoretus. Alb. Magn. l. de muliere forti c. 16. §. 4.

Alb. Magn. l. 7. Comp. Th. Verit. c. 21.

S. Ephrem. Orat. de futuro jud.

3. Abulensis non facile prima fronte solvendum in præsenti movet dubium, dum scilicet proprietatem ignis illuminationem esse considerans, vix fieri posse ambigit quin tam amplæ inferni flammæ nullum contineant lumen; sed quæstionem ipsemet resolvit in hæc verba: *Dicendum, quod ille ignis erit in pœnam damnatorum, & non ad aliquid aliud, & ideo ut magis torqueantur, erit ignis obscurus & fumosus, ut sic simul in fumo & ardore puniantur; & potest accidere ei fumositas ex natura materiæ, in qua est, scilicet quia est picea, & nigra, & fœculenta.* S. Isidorus nihilominus aliqualis lumnis scintillam in igne illo admittit; sed audite quo fine: *Ignem gehennæ*, inquit, *ad aliquod lumen habere, ad aliquid non habere; hoc est habere lumen ad damnationem, ut videant impij unde doleant, & non habere ad consolationem, ne videant unde gaudeant.* His consonat quæ Hug. de S. Victore in hæc verba scribit: *Illa ultrix flamma vitiorum cremationem habet, lumen non habet. Illic ignis, & ad consolationem non lucet, & tamen, ut magis torqueat, ad aliquid lucet; nam sequaces quoque suos secum in tormento reprobi, flamma illustrante, visuri sunt, quorum vivi amori deliquerant, quatenus quorum vitam carnaliter contra præcepta conditoris amaverant, ipsorum quoque imitatus eos in augmento sæ damnationis affligat.* Habebunt igitur damnati inter illas tenebrosas flammas lumen sufficiens ad Dei iratum vultum conspiciendum.

Abul. Q. 137. in c. 8. Matth.

Ignis fumosus & obscurus.

S. Isid. l. 12. sent. c. 28.

Lucet tamen ut

Hug. de S. Vict. de Sacram. Fidei T. 3. l. 2. p. 16. c. 5.

Videant complices.

4. Sanctus Bernardinus damnatis contra opponit jucundam, visionem quam Beati habituri sunt, conspiciendo benignissimum erga illos Dei vultum, qui erga damnatos implacabilis erit; dicit enim: *Si quis autem intelligere cupit, quam magna erit confusio hæc, pensct quanta erit beatis exultatio gloriosa, videre regem, & Dominum Jesum Christum, in gloriosa decore, & tunc è contrario intelligere poterit, quanta damnatis confusio erit, Christum videre iratum. Psalmista ait: Abjcondam faciem meam ab eis;* intellige, quantum ad visionem beatificam, cæteroquin enim idem Psalmista ait: *Vultus autem Domini super facientes mala,* & in Psalmo 20. Damnatis pariter imprecatur dicens: *Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis, dextera tua inveniat omnes qui te oderunt; pones eos ut clibanum ignis, in tempore vultus tui, Dominus in ira sua conturbavit eos, & devoravit eos ignis.* Et in Psalmo 79. inquit: *Incensa igni & suffossa, ab increpatione vultus tui peribunt.* Verum quidem est quod Deus apud Jeremiam dicat: *Dos sum, & non faciem ostendam eis in die perditionis eorum;* hoc tamen duobus modis declarari valet; primo videlicet dici potest, quod privabit eos beatitudine, quæ in visione divinæ faciei consistit; secundus modus est, quod Filius Dei damnatus perterrefaciet eos, monstrando illis dorsum suum percussum, & flagellatum, ut illos redimere, & è dæmonis servitute, nec non tormentis sempiternis, liberare posset, vehementer quoque exprobrando illis, quod sanguine in flagellatione sua effuso tam turpiter abusi fuerint: *Videbunt in quem transfixerunt.* Unde Albertus Magn. ait: *Terribilis intuitus judicis horribilis pœna est tanta, videlicet, quod potius vellet operari monibus, quam videre filium in forma servi judicantem, & tamen necesse est videre;* hocque improperium abusus, & ingratitudinis, nec non repudij tot auxiliorum, quæ Deus in propriam illorum salutem eis subministravit, continuo illis ob oculos versabi-

Jerem. 18. v. 17.

Et exprobrantem ingratitudinem.

Joan. 19. v. 37.

Alb. Magn. l. de muliere forti c. 16. §. 4.

Et vultum Dei iratum

Ps. 33. v. 17.

Ps. 20. v. 9.

Ps. 79. v. 17.

tur,

Sap. 5. v. 2. tur, & præsens erit, juxta illud : *Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis, dicentes intra se pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes. Nec mirum*, inquit Dion. D. Cart. ibid. Carthusianus : *Quia horrendum incidere in manus Dei viventis. Videntes inquam Judicem omnipotentem iratum, quem offenderant, blasphemaverant, spreverant;* Idem quoque Carthusianus visionem illam adducit Apoc. 1. v. 14. S. Joannis cujus mentio fit Apoc. cap. 1. *Oculi ejus tamquam flamma ignis;* Ibid. v. 15. *Et pedes ejus similes aurichalco, sicut in Camino ardentis... De ore ejus gladius utraque* Ibid. v. 16. *parte acutus exibat. ... Cum vidissem eum, cecidi ad pedes ejus tamquam mortuus.* Unde idem Carthusianus Ibid. v. 17. ad horrorem, quem S. Joannes in hac occasione conceperat, se reflectens, sequens format argumentum : *Si ergo imaginaria visio judicis hujus fuit ita terribilis etiam Sancto Joanni, quod ex ejus horrore cecidit tantus Apostolus tamquam mortuus, quid mirum si iniqui & reprobi ex reali & sensitiva Judicis hujus visione turbabuntur timore horribili?* hæcque terribilitas Dei irati, perpetuam quamdam apprehensionem & visionem damnatos torquebit.

D. Carth. ib. Terribilitas Dei irati est perpetua.

5. *Terram tenebrarum.* Cœlestis Magister noster in parabola nuptiarum, condemnando infœlicem illum hominem, qui vestem nuptialem non habebat, quoad tormenta æternalia instruere nos volens terribilem hanc pronunciavit sententiam : *Mittite eum in tenebras exteriores*, id est, ut V. Beda exponit : *In æternam noctem damnationis.* Per hasce tenebras exteriores S. Augustinus in Epistola quadam consortium intelligit rebellium spirituum, quo reprobi perpetuo cruciabuntur; Alij vero ideo hasce tenebras exteriores denominari existimant, ut illas distinguant ab interioribus, quæ damnatorum obscurarunt intellectum; Alij ideo illas exteriores vocari dicunt, quia sunt foris extra hunc mundum visibilem, in infernali abysso reclusæ, quo numquam vel minimum lucis spiraculum penetrare poterit, quæ etiam tenebræ nullo umquam solis radio dissipabuntur. Jansenius ideo exteriores dici existimat, quia obscurissimæ sunt, & profundissimæ, ac quam longissimè ab ipsa luce distantes. Quibus consonat illa Doctoris Angelici doctrina dicentis : *Locus ille tenebrosus est, sed ex divina dispositione est ibi aliquid luminis, quantum sufficit ad videndum illa quæ animam torquere possunt.* Sanctus Ambrosius interrogat inquiens : *Quæ sunt tenebræ exteriores? Numquid illic quoque carcer aliquis, latumæque subeundæ sunt? Minime, sed quicumque extra promissa sunt cœlestium mandatorum, in tenebris exterioribus sunt, quia mandata Dei lumen sunt, & quicumque sine Christo est, in tenebris est, quia lumen in tenebris est Christus.* Et quidem quis est qui nesciat quod peccata & divinæ legis transgressiones à Spiritu Sancto tenebrarum nomine appellentur? *Abjiciamus ergo opera tenebrarum; Tenebræ erant super faciem abyssi;* quot vero peccata, quot & quantæ tenebræ profundam illam voraginem obfuscant, quæ omnium est scelerum sentina?

Matth. 22. v. 13. Beda ibid. S. Aug. Epist. 120. Tenebrarum exteriorum & interiorum distinctio. Jansenius Concord. Evang. c. 115. S. Thom. in addit. 3. p. Q. 97. A. 5. S. Ambr. l. 7. in Luc. c. 15.

6. S. Augustinus in sermone quodam postquam hanc considerasset condemnationis sententiam: *Projicite in tenebras*, interrogat, an sola ibi futura sit hæc obscuritatis pœna; dicit enim : *Age quid posteà? tenebræ erunt, & dolor non erit? absit. Non solum tenebræ erunt, non ei sola tollitur species, qua gaudebant, sed datur etiam, quod in æternum gemant. Unde Christus postquam dixisset : Projecte eum in tenebras exteriores* immediatè subjungit : *Ibi erit fletus*; quod idem Sanctus Doctor ad propositum nostrum considerans, sequentia verba subnectit : *Ne contemneres enim tenebras, ô quisquis es flagitiosus, qui soles propter tua mala facta, & propter lasciva adulteria, non solum tenebras non horrere, sed quærere, qui soles plus gaudere, quando lucerna extinguitur, non tales tenebras habebis, ubi gaudeas, ubi lateris, ubi te voluptatibus carnis oblectes, non sic erunt istæ tenebræ. Quomodo erunt? Ibi erit fletus & stridor dentium.* Consideratione quoque dignus est textus ille. Apoc. c. 9. in quo S. Joannes inquit : *Vidi stellam de cœlo cecidisse in terram, & data est ei clavis putei abyssi, & aperuit puteum abyssi, & ascendit fumus putei sicut fumus fornacis magnæ, & obscuratus est Sol, & aër de fumo putei.* Per unicam nimirum abyssi illius aperturam pro brevissimo temporis spatio patulam, in tanta copia fumus egressus est, ut ad obtenebrandum universum aërem, & Solem obscurandum abundè sufficerit. De hisce tenebris Bellovacensis ita scribit : *Tenebræ ita spissæ sunt, quod nulla luce possint fugari vel penetrari.* Considerandum quoque sunt ad præsens propositum illa sapientiæ verba : *Ignis quidem nulla vis poterat illis lumen præbere, nec siderum limpidæ flammæ illuminare poterant illam noctem horrendam.* Ubi de tenebris Ægyptiacis, quæ decem plagarum una fuerunt, sermo est, de quibus porrò Spiritus Sanctus subjungit : *Una catena tenebrarum omnes erant colligati.*

Matth. 25. 30. S. Aug. ser. 44. de Sanctis c. 5. Ibid. v. 30. Apoc. 9. v. 1. S. Joannes vidit fumum putei obscurantem solem. Bellovac. spec. mor. p. 3. §. 2. dist. 1. Sap. 17. v. 5. Ibid. v. 17.

7. Observastis indubiè qualiter prædicatores gloriam cœli empyrei ad vivum delineaturi, eam repræsentare soleant, veluti luminosam & splendoribus radijsque plenam; Unde sequitur quod infernus econtra tanto esse debeat obscurior, caliginosior, tetrior, quanto paradysus est pulchrior & venustior; ille namque est *terra miseriæ & tenebrarum, ubi umbra mortis & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.* Porro Bellovacensis abyssi hujus obscuritatem describens, sequentem caliginis tantæ assignavit rationem : *Erunt ibi tenebræ ex ipsa obscuritate loci, propter densitatem aëris, & caventium luminis solaris, vel cujuslibet alterius luminaris. Ignis etiam infernalis non præbet splendorem, sed lumen fœtidum, & obscurum. Item erunt ibi tenebræ ex turpitudine, & opacitate corporum damnatorum, quæ omni fuligine nigriora horrendas tenebras ex se reddent; quantæ ergo erunt ibi ex tanta multitudine turpissimorum corporum resultantes? erunt ibi tenebræ inferiores, quia reprobi interius excæcati omni intellectus lumine privabuntur, & omni cognitione carebunt, nisi eorum dumtaxat, quæ desolationem eis & supplicium ministrabunt.* Quin & S. Bernacitatis in principio discursus Jobi verbis (*terram tenebrosam & operam mortis caligine*) insistens, non exteriores dumtaxat, sed & interiores ex illis colligit tenebras : *Cujus ratio est, quia intellectus hominis damnati horribili caligine obscuratus, damnatoque corpori junctus, tantum ei communicabit obscuritatis, quod impossibile est calamo scribere aut mente pensare.*

Joh. 10. 22. Inexplicabilitas. S. Bern. T. 2. ser. 22. Ad.

8. Sanctus Gregorius quoque illum Psalmistæ textum (*supercecidit ignis & non viderunt Solem*) præsenti applicat proposito dicens : *Ignis enim super impios cadet, sed sol igne cadente non cernitur, quia illos quos gehennæ flamma devorat, à visione veri luminis cæcat, ut foris eos dolor combustionis cruciet, & intus pœna cæcitatis obscuret.* S. vero Bernardinus eamdem abyssi infernalis obscuritatem alia quadam convincenti in hæc verba probat ratione : *Angeli qui sunt luminosi per gratiam, oportet quod sint in loco supremo & luminoso, & damnati qui sunt obscuri per culpam, debent esse in loco tenebroso; sed nullus locus in mundo est tenebrosus, nisi medium terræ, sicut patet ad visum, quia cælum est luminosum, & ignis & aër, & aqua & terra, in superficie illustratur, & sic nullus locus prater centrum terræ manet tenebrosus;* Hæ autem ad centrum terræ, in quo infernus est, est pertinentes tenebræ, magis magisque condensantur, prout Sanctus Bernardus docet in hæc verba : *Obfuscæ tenebræ cumulatis indensantur.*

Ps. 57. v. 6. S. Greg. l. 9. mor. c. 38. S. Bern. T. 4. ser. 18. ex. tract.

9. *Terra tenebrarum &c.* Porro qui expertus non est, quantus in cæcitate sit cruciatus, idipsum ex responso discat Tobiæ, qui per hirundinum stercora excæcatus, dicenti sibi archangelo : *Gaudium tibi sit semper :* In hæc mœstus replicavit verba : *Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo & lumen cæli non video?* Hanc ille cæcitatem non ex culpa, sed dum virtutum opera, per quæ magnum cœlestium meritorum cumulum comparare intendebat, exerceret, contraxit; adeoque licet Sanctus & in patientiæ virtute stabilitus esset, per hanc tamen miseriam plurimum affligebatur. Quam igitur longè intolerabilior æterna damnatorum cæcitas erit, cujus illi ipsimet, per proprias iniquitates, quæ veraciter tenebræ sunt authores fuere & artifices.

Tob. 5. v. 12. Tenebræ plurimum sunt afflictivæ.

10. Salmeron illam Christi considerans commination em : (*Mittite eum in tenebras exteriores*) ita discurrit pariter ad intentum præsens : *Mittitur in tenebras exteriores, sive in carcerem subterraneum, qui extra domum situs est, & significat locum inferni, remotissimum à lumine divinæ gloriæ, qui locus tenebras habet externas, internis in mente tenebris, in quibus in vita versatus est, respondentes.* Quamdiu enim vixerunt reprobi, tenebras amarunt, non solum interiores, sed etiam exteriores; interiores quidem, quia sectati sunt voluptates & appetitus suos carnales; De quibus interioribus tenebris Christus loquitur, dum inquit : *Hoc est autem judicium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem;* Quales vero hæ ab ipsis amatæ tenebræ fuerint, mox declarat cum subjungit : *Erant enim eorum mala opera, omnis*

Matth. 22. 13. Salm. T. 7. Tr. 37. n. 28. Peccator plus amavit tenebras quam lucem. Joan. 3. v. 19.

omnis enim qui male agit odit lucem, & non venit ad lucem, ut non arguantur opera ejus. Enimvero quia reprobi suas quidem iniquitates celare vellent, ideo tenebras quoque amant exteriores, ut illas abscondant, unde reprobus ille apud Ecclesiasticum hunc in modum discurrebat : *Quis me videt? tenebræ circumdant me, & parietes cooperunt me, & nemo circumspicit me; quem vereor? delictorum meorum non memorabitur altissimus;* justum est igitur ut qui in hac vita tenebras interiores & exteriores dilexerunt, ijsdem in infernali abysso immergantur in sempiternum, juxta illud axioma : *Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur.*

Eccli. 23. 26.

DISCURSUS XI.

ARGUMENTUM.

De abyssi infernalis fœtore & horribili graveolentia.

THEMA.

De cadaveribus eorum ascendet fœtor. Isaiæ 34. v. 3.

1. FOetor Inferni horrendus, qui ex filijs perditionis exhalabitur, unum est ex acerbissimis suppliciis, quibus damnati inter alia innumera cruciabuntur. Lucas Burgensis in c. 5. Matthæi in quo gehennæ fit mentio ita ad propositum nostrum scribit : *Hoc cujus loci nomen, translatum est ad infernum designandum ob fœtidam atque abominabilem loci spurcitiem, qui aliquando amœnissimus ac deliciosissimus fuerat. Ne quis enim amplius filium suum aut filiam per ignem dæmonijs sacrificaret, & Deus quidem occasorum illic magna multitudine cadaveribus locum contaminavit;* Idque ex c. 7. v. 32. Jeremiæ, & c. 19. deducit dicens : *Josias pias rex, mortuorum hominum ossibus jumentorumque cadaveribus excrementis & sordibus, quas è viana Jerosolymorum civitate omnes eo deferri jussit, spurcum reddidit atque abominandum;* in quorum pleniorem confirmationem caput adducit 23. 10. lib. 4. Regum. Merito itaque incarnata Sapientia pœnarum infernalium in nobis formatura conceptum, eas dicto assimilat gehennæ loco, quæ omnium maxime abominabilium horrendorumque fœtorum, quos sibi quis super terram imaginari posset, erat congeries; ut scilicet ex *his quæ animus novit* (ut cum S. Gregorio loquar) *surgat ad incognita quæ non novit.*

Franc. Luc. Burg. in Matth. 5. Fœtor inferni acerbissimum supplicium. Jerem. 7. 32. Jerem. 19. 4. Reg. 23. v. 10. S. Greg. Hom. 11. in Evang.

2. Abyssus equidem infernalis in pluribus Apocalypseos textibus, sub stagni figura nobis exhibetur; *Stagnum ignis ardentis sulphure, Descendit ignis à Deo de cœlo, ... & diabolus ... missus est in stagnum ignis, & sulphuris. Timidis, incredulis & execratis, homicidis & fornicatoribus, & veneficis, & idololatris & omnibus mendacibus, pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure*, sed quare titulo hoc infernum affici creditis? Experientia teste aqua paludis stagnantis inter majores æstatis ardores fœtet, imo si per mensem aut annum immobilis perstiterit, aërem inficit, atque corrumpit, ita quoque in inferno qui omnium totius universi immunditiarum cloaca est, longe majores fœtores in omnem æternitatem asservari necesse sit, siquidem inde nullæ umquam sordes egrediuntur sed omnes omnino in ipsum tamquam in proprium suum centrum confluunt, ibique subsistunt. Unde Bellovacensis unumquemque nostrum solicitè admonet in hæc verba scribens : *Cogita quod ineffabilis erit fœtor, in multitudine innumerabilium corporum fœtidorum; de ardore simul & fœtore dicitur Apoc. 20. Missi sunt in stagnum ignis & sulphuris. Unde in figura hujus cum Deus Sodomam & Gomoram punire decrevisset, punivit eos igne & sulphure; sic etiam peccatores, qui & perversis desiderijs, & fœtore carnis arserunt, justè in igne & sulphure pœnas luunt. Infernus est lacus fœtidus, & immundus, ubi omnes sordes hujus mundi tam spirituales confluunt, quam etiam corporales post judicium congregandæ creduntur. Unde & quasi sentina vilissima, & lutrina fœtidissima hujus mundi.* Psalmista de impijs ait; *Ut latum plateærum delebo eos, quod scilicet latum per plateas colligitur, & in foveam conjicitur; propter hoc vocatur infernus, puteus abyssi; & potest dici puteus à puteo putes, id est fœtere fœtes.*

Inferni merito stagnum dicitur & quare. Bellovac. spec. mor. p. 3. l. 2. dist. 1. Apoc. 20. Ob eamdem rationem puteus abyssi dicitur. S. Bern. ser. de S. Nicolao. Apoc. 19. v. 19. Apoc. 20. v. 9. Apoc. 21. v. 8.

3. *De cadaveribus &c.* Si quis ex tumulo duo aut tria erueret recenter sepulta cadavera, totam Ecclesiam quantumcumque amplam inficeret; Quantus itaque in barathro infernali fœtor erit, ubi cadaverum millones & milliones, super se invicem congmentantur? audite Sanctum Bernardum : *Ibi fœtor intolerabilis ex corporibus damnatorum exoritur.* Quo pariter Sanctus Antoninus respexit in illius versus Commentario : *Eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fœcis;* sequentem namque peraccommodum circa verba hæc instituit discursum; *Id est de inferno. Dicitur puteus Apoc. 9. de puteo abyssi obscurato est aër, & potest dici puteus à puteo id est a fœtore, est enim quasi lacuna mundi, & quasi sentina, ubi omnes sordes confluunt.*

Ps. 39. v. 3. S. Anton. p. 4. sum. Tit. 14. c. 5. §. 3.

4. Albertus Magnus ut eumdem naribus fœtorem temporaliter, ingerat ne æternaliter crucier, illum Amos textum (*Ascendere fecit putredinem castrorum vestrorum in nares vestras*) ita explicat : *Castra dicuntur damnati, qui armaverunt se contra Deum :* Idque ex illo probat Isaiæ textu : *Egredientur & videbunt cadavera virorum, qui prævaricati sunt in me, sancti egredientur passibus contemplationis, & videbunt decorem justitiæ vindicantis in cadaveribus & corporibus cadentibus in vermes fœtoris & putredinis suæ.* Quam eamdem considerationem Sanctus Bernardinus, hanc pertractans materiam, instituit dicens : *Propter immunditiam infernus dicitur lacus, ubi scilicet omnes sordes fluunt quasi in latrinam, unde Psalmista; Immundam eos ut pulverem ante faciem venti, ut lutum plateæ non delebo eos, quoniam collectum in foveam mittitur. Ideo infernus dicitur lacus divinæ iræ, Apoc. 14. Missit in lacum iræ Dei magnum. Per hunc lacum proprie notatur infernus, qui est lacus miseriæ, in quo est lutum fœcis peccatorum.* Ex historijs manifestum est crudele illud tormentum, ad cruciandam & lenta morte affriciendam corpora humana à Maxentio Tyranno inventum. Hic enim cruciandorum corpora recens defunctorum cadaveribus adeo strictè alligari præcipiebat, ut os ori, manus manibus, pedes pedibus, oculis oculi; pectus pectori corresponderet, ut hac ratione cadaveribus paulatim putrescentibus, ex ijsque scaturientibus vermibus, tandem ex graveolentibus fœtoribus & sanie vivi quoque infirmarentur, pestiferoque extinguerentur fœtore : *Ascendet fœtor de cadaveribus eorum.* Ad nunc modum cadavera damnatorum ad invicem arctabuntur, adeo, ut non solum unum alteri arctissimè conjunctum sit, verum etiam unum intra alterum repositum, vermibus utrimque scateant (*Vermis eorum non morietur,*) nec non & sanie, putredine, sulphure commixtis sese invicem affligant : Id vero quod vel maximè fœtorem hunc adaugebit, erit innumerabilium inexpiatorum scelerum congeries, quæ abyssum illam squalidam & fœtidissimam efficiet. Pater Mendoza in nonnullis in lucem editis concionibus funestum hunc casum refert : Apparuit inquit, cuidam religioso spiritus damnatus qui ex tristi hoc spectaculo (maximè quia hoc eum in fine apparuisse audierat, ut aliquod ei pœnarum infernalium specimen ederet, ideoque quale sibi exhiberi vellet, ab eo interrogaretur) obstupefactus, respondit; Velim ut unum ex minoribus minusque terrefacientibus mihi exhibeas; cumque, per quem sensum illud percipere desideraret, Spiritus interrogasset, & religiosus illud sibi per odoratum exhiberi petijsset; reprobus ille Spiritus luctuosa chlamyde coopertus nihil aliud fecit, quam quod sola illius fimbria levata pectus monstravit, è quo tam horrendum exhalavit fœtorem, ut subito religiosus ille in terram mortuus conciderit, & per diffusam per universum monasterium pestilentialem putrolentiam omnes illius religiosos pariter mori fecerit, cujus monasterij situs adeo desolatus fuit, ut in ruinam declinans, vix lapidem super lapidem residuum habuerit. Sane si effectum hunc vel unica damnati anima operari potuit, quanto magis post universale judicium putridum fœtensque erit, spurcum & immundum cadaver illius.

Amos. 4. 10. Alb. Magn. l. de muliere forti c. 16. §. 4. Isai. 66. v. 24. S. Bernard. T. 2. ser. 15. A. 3. c. 3. Apoc. 14. 19. Item lacus divinæ iræ. Maxentij Tyrannis. Cadaverum intolerabilis fœtor. Mendoza ser. 5. in Dom. Quadr. Horrendum spectaculum. Beda Tom. 7. ser. 2. in die Cinerum. Visio S. Paulo exhibita.

5. V. quoque Beda quamdam de pœnis infernalibus S. Paulo factam visionem ad idem intentum commemorat in hæc verba : *Flevit Paulus, & ait Angelus ei: Paule cur fles super humanum genus? nam videbis adhuc majores pœnas; & ostendit ei puteum signatum septem foribus, & dixit ei, sta longius ut possis sustinere fœtorem; & aperuit os putei, & surrexit fœtor magnus superans omnes pœnas.* S. equidem Catharina Senensis, prout in vita ejus legitur, inter alios heroicos virtutum actus, hunc quoque exercuit, ut per longum tempus cuidam cancro fœtido laboranti serviret fœminæ; adeo quidem malè olenti, ut nullus ad eam accedere posset; at verò longè molestius quid damnatis contingat, horum enim corpora à capite usque ad pedes exulcerata scatentia putredine, vermibus, omnique alia immunditia, dicente Propheta : *De cadaveribus eorum ascendet fœtor*, hæcque ipsa numero

infinita, tenaciſſimè veluti lateres in fornace ſibi mutuo jungentur.

6. De Antiocho utique ſæpius audieritis, qualiter potens hic Rex in delicijs regijs enutritus, cum à Deo in præſenti vita caſtigandus eſſet, infirmitate oppreſſus fuerit adeo fœtida, ut toti & numeroſiſſimo exercitui ſuo penitus intolerabilis extiterit, quantumvis cæteroquin milites ad delicias nequaquam aſſueti eſſe ſoleant; Unde ſcriptura de ipſo loquens ait: *Manifeſtam Dei virtutem in ſemetipſo conteſtans, ita ut de corpore impij vermes ſcaturirent, ac viventes in doloribus carnes ejus efflucrent, odore etiam illius & fœtore exercitus gravaretur, & qui paulo ante ſidera cœli contingere ſe arbitrabatur, eum nemo poterat propter intolerantiam fœtoris portare.* Quot vero ſacrilegi Deoque inimici Antiochi in horrendo illo infernali ſqualebunt fœtore, de quibus longè melius quam de illo dici poterit: *Cum nec ipſe jam fœtorem ſuum ferre poſſet.* Si itaque proprium reprobi non poterunt tolerare fœtorem, quanto magis tot innumerabilium millionum cadaverum fœtor eos excruciabit? Si regem illum à fœtore nequaquam liberare poterant omnia Arabiæ thura atque aromata, utpote qui juſtiſſimæ Dei, contra ſe irati ſubjacebat vindictæ, multo minus damnatos alleviabunt pix, ſulphur, fumus, omnesque aliæ ſordes, quibus abundat infernus tamquam omnium mundi ſpurcitiarum ſentina & cloaca.

2. Machab. 9. v. 9. Antiochi intolerabilis fœtor inficit exercitum.

7. Tantum fœtoris exceſſum dæmones augebunt numero innumerabiles, qui teſte D. Chryſologo: *Cœcum petunt ruentes cœlo, ambiunt volutabra porcorum*; deliciantur ſeque oblectant in rebus peſtilentialibus; unde & Salvatorem rogabant dicentes: *Mitte nos in porcos*; ubi idem Sanctus hanc fœtiditiſſimam dæmonis inclinationem conſiderans ſubjungit: *Vide ubi Satanas ſedem deſiderat collocare, de ſepulchris in porcos, ſemel infectus putredine, habitacula fœtida & immunda perquirit, ſordibus delectatur & cœno qui utique ſemper fœtore criminum & ſqualore paſcitur vitiorum. Sed ſic eſt odor ejus tartareus & crudelis, ut eum nec porcorum natura ſuffiœret juſtinere. Denique demergi in mare, & fluctibus malcit deperire, quam ejus immunditiem pati & putredinem tolerare.* Ita quoque damnati ſecundùm majorem partem, vita hic vixerunt animalium immundorum, & licet Dæmonum exemplo omnis fuerint immunditiæ amatores, fœtorem tamen qui à Dæmonibus (quos ſocios ſemper habent & carnifices) proficiſcitur, ſufferre nequaquam poſſunt; Et licet eum declinare contendant, cum tamen per omnem æternitatem effugere nequeunt umquam; Ut hunc fœtorem evadant, mortem quidem ambiunt & deſiderant, mors tamen magis ſemper magisque ab ijs fugit.

D. Chryſ. ſer. 16.

Mavei. 5. v. 12. D. Chryſ. ſer. 17.

Dæmonum fœtor eſt ineffabilis.

8. Dæmon aliquando, ut narrat Severus Sulpitius, ſpecioſam indutus formam, in capite coronam, in corpore deferens purpuram, Sancto apparuit Martino, eique dixit: Vicæ nunc quo me honore proſequi debent; Ego enim ſum Chriſtus; Moxque Sanctus fraudulenti ſerpentis fraudem cognoſcens, reſpondit: Dominus meus non ſe in hac forma appariturum eſſe promiſit, ſed ſanguineum, ſpinis coronatum, inque cruce pendentem, ſe videndum exhibet; Et ideo regem hunc peregrinum non agnoſco. Quibus dictis Dæmon diſparuit, talemque poſt ſe reliquit fœtorem ut S. Martinus ſe in inferno poſitum eſſe putaret, diceretque apud ſe: *Si vel diabolorum unus ſic fœtet, quis tam diabolorum, quam damnatorum fœtor erit?* nec mirum, quia ut S. Chryſologus veraciter atteſtatur: *Dæmones naſcuntur cadaveribus, putredine ſaginantur, dehtantur fœtore.* Unde ab oppoſito hanc pariter deducere poſſumus conſequentiam: Si enim ut indubitata eſt veritas, in paradyſum *non intrabit aliquid coinquinatum, aut abominationem faciens*, quidni etiam in infernum tamquam in amplam cloacam omnes ſcelerati reique mundi confluent immunditiæ? Habuerunt quidem & electi plurimi aliquas per culpam contractas animarum maculas, ſed has ipſas aut per pœnitentiam in hac vita, aut per purgatorium poſt mortem mundarunt; nequaquam vero reprobi, ſiquidem certiſſimum eſt quod poſt judicium finale purgatorium cum inferno commune futurum ſit, adeo ut nullæ amplius, nec amplius luſtrales futuræ ſint flammæ; unde ſequitur quod omnes ſordes, quas in flammis ijs Sancti eluerunt, in infernum exonerandæ ſint, unde putredo & exinde naſcens naſea notabiliter augebuntur; adeoque locus ille centrum erit non ſolum omnium ſpurcicierum & immunditiarum quæ à reprobis, verum etiam earum, quæ ab electis in flammis luſtralibus purgatis per omnium ſæculorum decurſum provenerunt.

Severus Sulpitius in vita S. Martini Epiſcopi.

Id experius eſt S. Martinus.

9. Deus olim per Iſaiam comminatus eſt dicens: *Et erit pro ſuavi odore fœtor*; Cujus cauſam, Albertus Magnus adducens inquit: *Quia cum juſtis in odorem unguentorum Chriſti currere noluerant.* Q. D. ex quo præſciti, quoadusque vixerunt, in hoc omnem dederunt operam ut immundis appetitibus ſuis ſatisfacerent, juſtum eſt, ut & ſpurcicierum, quibus ſe coinquinarunt, pœnas experiantur. Enimvero peccatum peſſime olet in naribus ſervorum Dei, prouti ex varijs hiſtorijs liquide conſtat. Etenim in vita S. Philippi Nerij legitur, Deum huic Sancto talem communicaſſe gratiam ut ex odore ſubito vitium agnoſceret puritati contrarium, adeo ut dum in plateis nonnumquam laſcivas obvias haberet mulieres ſudario naribus adhibito fœtorem declinare, eaque facere conſueverit, quæ ij qui rem aliquam odoratui ingratiſſimam olfaciunt facere ſolent; Unde & dicere ſolebat ad præſens noſtrum propoſitum fœtorem hujus vitij adeo eſſe intolerabilem, ut nullus ad ejus vehementiam fœtor pertingere poſſet. In ejuſdem Sancti vita narratur, quod cum manum ſuam cujuſdam dæmoniacæ capiti impoſuiſſet, tam peſtiferum fœtorem eidem manui ſuæ impreſſum ſenſerit, ut tametſi camdem aquis odoriferis ſæpius laviſſet, fœtor tamen ille manibus ſuis per plures dies continuo adhæſerit; Unde eamdem manum multis poſtea olfaciendam dedit, ut ex peſſimo eidem impreſſo odore ab illo peccato declinando occaſionem caperent. Unde ſequens fieri poterit argumentum: Apud inferos non ſolum recluſi erunt fornicarij; adulteri, Sodomitæ, inceſtuoſi; verum etiam Simoniaci, blaſphemi, perjuri; uſurarij, incantatores, homicidæ; & ut uno verbo dicam *Sicut omnia flumina intrant in mare*; ita omnes abominationes & impietates execrabiles in ſempiternum ad inferos deſcendant; ac proinde ſi unaquæque earum in particulari intolerabilem exhalat fœtorem; quid futurum erit in inferno, ubi omnes execrandæ iniquitates ſimul conglomeratæ erunt?

Vita S. Philippi Nerij l. 2. c. 13. n. 12.

S. Philippus Nerius eum experitur.

Lib. 3. c. 23. n. 16.

In dæmoniaca.

Isai. 3. v. 24. Alb. Magn. in Pſ. 6.

Tanti fœtoris ratio.

10. Chriſtus Redemptor noſter in Evangelio reprobos hædos appellat, inquiens: *Statuet oves quidem à dextris ſuis, hædos autem à ſiniſtris.* At vero cur non potius illos vocat lupos, urſo, leones, tigrides, aſpides, vel dracones? Lucas Burgenſis ait: *Propter vitæ immunditiam & fœtorem peccatorum*; peſſimè enim olent & intolerabilem emittunt fœtorem. Sanctus Gregorius in Dialogis de quodam refert, quod in inferno manantem viderit fluvium peſſimum fœtorem ſpirantem: *Fœtentem*, inquit, *fluvium accurrentem vidit, qui ad ima deſluit quotidie, hic carnalium putredo vitiorum, & quorumdam habitacula fœtoris nebula tangebat, quorumdam vero ab ea tangi non poterant, quia ſunt plerique, qui multa jam bona opera faciunt, ſed tamen adhuc carnalibus vitijs in cogitationis delectatione tangantur; & juſtum valde eſt, ut illic nebula fœtoris aſſideat, quos hic adhuc carnis fœtor delectat.* Nam ut Hugo Cardinalis in Pſalmum 29. inquit: *Fœtor eſt in peccato; & Iſaiæ 34. dicitur: Fumus ejus convertetur in ſulphur, & Joelis. 1. Computruerunt jumenta in ſtercore ſuo*; quibus verbis peccatores velut jumenta in ſtercore ſuo computreſcentia deſcribuntur, *computruerunt*; jumenta enim mortua in ſterquilinium projecta fœtore ſuo nimio, ipſum quoque aërem inficiunt; Similibus autem jumentis impij haud immeritò comparantur, Unde dicitur: *Homo cum in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt jumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis*; ſiquidem quo ad usque vixerunt, *Computruerunt ... in ſtercore ſuo*, quia bonis hiſce terrenis, quæ Apoſtolus *arbitrabatur ut ſtercora*, corde ſuo nimium adhæſerunt, ſeque à voluptatibus carnalibus paſſi ſunt ſeduci.

S. Greg. l. 4. Dial. c. 36. Fluvius fœtorem ſpirans.

Hug. Card. in Pſ. 29. v. 4.

Matth. 25. v. 33.

Lucas Burg. ibid.

Joel. 1. v. 17.

Phil. 3. v. 8.

11. In Prato florido refertur, quod Sanctus Dominicus Spiritus infernales, qui certum quemdam dæmoniacum poſſidebant, interrogarit, quinam inter Chriſtianos potiſſimum damnarentur; moxque dæmoniacus è naribus edere inceperit ſanguinem immundum & craſſum, ex auribus vero lutum deforme, venenoſum edens odorem, è faucibus denique ſpumam evomuerit horribilem, & ſupra modum fœtentem;

Prat. Florid. p. 2. l. 3. c. 26.

Hiſtoria.

tem; tuncque Sanctus vir Dei malignis ſpiritibus, ne inde recederent, præceperit, niſi prius ad propoſitam quæſtionem reſponderent. Quapropter magnam oſtendentes renitentiam, tandem ululando reſponderint. Nos ingentem poſſidemus Prælatorum Eccleſiæ & principum multitudinem, ruſticorum vero aliorumque opificum paucos habemus, quia tametſi hi quoque ad perfectionem non contendant, tot tamen tamque gravium malorum rei non ſunt, ſicuti hujus ſæculi viri potentes. Verum quidem eſt, quod agricolæ peſſimum de ſe ſpirent odorem propter continuos ſudores quibus laborando perfunduntur, verumtamen quia ut plurimum vitam innocentia Chriſtiana conſpicuam agunt, in naribus divinis bono odore fragrant; putredo autem, quæ cloacam infernalem graveolentem efficit, ſola eſt illa, quæ ex peccato oritur, quo magis abundant illi, qui inter divitias & ſæculi hujus delicias vitam agunt.

DISCURSUS XII.

ARGUMENTUM.

Dæmones damnatorum carnifices per horribilem præſentiam, conſortium, & crudelitatem ſuam, eoſdem atrociter torquebunt.

THEMA.

Collegit furorem ſuum in me, & comminans mihi, infremuit contra me dentibus ſuis, hoſtis meus terribilibus oculis me intuitus eſt. Job. 16. v. 10.

1. S. Propheta Job, adverſus quem univerſus conjuraverat infernus, exiguam, imo nullam habebat inſultus & inſidias malignorum ſpirituum timendi cauſam, ſiquidem Satan ſerium à Deo mandatum acceperat, ne tentando eum, animæ ipſius quidquam noceret: *Verumtamen animam illius ſerva*, & tamen hoc non obſtante acerbe lamentatur dicens: *Collegit furorem ſuum in me &c.* Longè igitur majorem damnati habebunt ſine intermiſſione de dæmonibus lamentandi cauſam, ſiquidem hi & animas & corpora ipſorum in ſua habent facultate ſine ulla exceptione, ut illa diabolica impietate ſua in ſempiternum torqueant. De quibus proinde S. Ephrem ait: *Heu quales ſunt Angeli tormentis præpoſiti, qui immites atque immanes in ſupplicijs illis jugiter convitiando exprobrant, & graviter admodum increpant.*

Job. 2. v. 6.

S. Ephrem. de patient. & conſummat. ſæculi.

2. Sapiens in libro Sapientiæ de ærumnis æternis, quibus damnati in ſempiternum cruciabuntur, differens, inquit: *Turbabuntur timore horribili.* Porrò S. Bonaventura terrorem hunc ex pluribus capitibus horribilem futurum eſſe dicit; Nimirum, *propter remordentem conſcientiam*; Spiritus namque maligni damnatis exprobrabunt, quod tametſi ipſi utpote Spiritus Angelici longè ſint nobiliores, nihilominus propter unum dumtaxat ab ipſis commiſſum ſuperbiæ peccatum, in barathrum ſempiternum præcipites facti fuerint, abſque eo quod Deus illos redimeret, aut pro ipſis moreretur, ſicuti mortuus eſt pro nobis qui vermes & lutum ſumus; improperabit quoque nobis, tot à Deo in propriam ſalutem promovendam recepta auxilia; *Turbabuntur* inſuper *timore horribili propter judicis irrevocabilem ſententiam* nec non *propter præſentium horribilium tortorum, & propter ſuppliciorum ſuam crudelitatem*; nam ut Abulenſis ait: Præſcitorum Carnifices futuri ſunt dæmones & non alij: *Mali*, inquit, *in inferno à dæmonibus ſuis cruciantur.* Sanctus Bernardinus de horrendo diabolicorum monſtrorum aſpectu inquit; *ſunt horribilia monſtra.* S. Antoninus dicit: Quod inter alias ipſorum qualitates, una ſit *horribilitas & deformitas*: Quam S. Sebaſtianus his verbis depingit: *Quorum brachia capita Draconum ſunt quorum dentes ſicut elephantis prominent, & ſtimulant ad tormenta, ut cauda Scorpionum, quorum voces ut fremitus leonis ſonant, quorum aſpectus timorem, & dolorem, & mortem incutiunt. Quidam Patrum dixit, quod ſi quis videret dæmones in illa deformitate, in qua vident damnati, non poſſet vivere.* Videant igitur, quotquot in hac vita ſunt, vani & lacivi homines, quanto horrore lucre debeant complacentiam, qua in hac vita facies pulchras & venuſtas aſpiciendo fuerunt delectati. Idem S. Antoninus de quodam ordinis ſui religioſo refert, quod viſo dæmone horribiliter exclamarit; Unde ſodales perterrefacti, accurrentes, eumdem ſemimortuum repererunt, quem cum demum ſibi reſtitutum interrogaſſent; unde adeo perterritus fuiſſet, reſpondit ſolum dæmonis aſpectum tantum ipſi ineuſſiſſe terrorem, ut tantum non mortuus fuerit; interrogatus vero de dæmonis effigie, illum ſe deſcribere nequaquam poſſe dixit, ſimulque proteſtatus eſt, quod ſi optio daretur, mallet fornacem quamdam accenſam ingredi quam viſam dæmonis faciem de novo conſpicere.

Sap. 5. v. 2.

S. Bonav. ib.

Abul. in c. 12. Exod.

S. Bern. T. 4. ſerm. 18. extraord.

S. Antonin ſum. Theol. p. 4. Tit. 14. c. 5. §. 8.

Deformitas dæmonum horribilis.

S. Anton. ib.

Hiſtoria.

3. Regius Propheta David illum ſub ſpecie aſpidis baſiliſci, leonis & draconis deſcribit dicens: *Super aſpidem, & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem*, quisnam vero noſtrum adeo eſt cordatus, qui viſis ſimilibus animalibus venenoſis, & ferocibus, humanumque ſanguinem ſitientibus, non expaveſcat, & toto corpore non contremiſcat. S. Joannes quoque in Apocalypſi ait: *Projectus eſt draco ille magnus, ſerpens antiquus, qui vocatur diabolus, & Satanas.* Eumdem quoque diabolum S. Job his verbis deſcribit: *De ore ejus lampades procedunt, ſicut tædæ ignis accenſæ, de naribus ejus procedit fumus, ſicut ollæ ſuccenſæ atque ferventis, halitus ejus prunas ardere facit, & flamma de ore ejus egreditur*; Eheu! Qualis igitur pœna erit, hæc horrenda monſtra, irreconciliabiles hoſce inimicos noſtros, perpetuos & indefeſſos habere corporum noſtrorum carnifices? Nero hortos quosdam amœniſſimos habebat; in quibus cœnando ad majorem ſui recreationem, loco tædarum ardentium, multos in palos infigi fecerat Chriſtianos, qui lento igne ardebant, ad quorum lucem cœnando magno cum gaudio manducabat. Cogitetis velim quales fuerint miſerorum martyrum illorum ejulatus, & horrendi clamores, quos in martyriorum ſuorum erudelitate edebant. Imaginemini vobis centies millenos videre crucifixos, in medio ardentis fornacis, adeo vaſtæ, ut civitatis cujuſlam amplitudinem excedant, hinc inde diſpoſitos, item totidem alios, quibus luxata & quaſi in rota confracta ſint corporum oſſa, quique non alios habeant carnifices, quam Diocletianos, Domitianos, Valerianos, Neronesque, aliosque ſimiles potentes beſtiales & truculentos homines; & tamen ſi horum martyria cum damnatorum tormentis comparetis, fateamini neceſſum eſt, illa ne minimam quidem cum hiſce tormentis; ſive cum dæmonum barbarie habere proportionem; hæc enim tanto erunt crudeliora, quanto implacabilius dæmones adverſus hominem à tot ſæculis conceperunt odium; *ille homicida erat ab initio*, inquit Salvator noſter de dæmone; Numquam enim dæmon amariſſimum hunc bolum deglutire potuit, videlicet quod homo, qui lutum & cinis eſt, à Deo plasmatus fuerit, ad ruinas Angelorum in cœlo reſtaurandas, nec non ad ſedendum in thronis illis, è quibus maligni Spiritus irreparabiliter ceciderunt. Eccleſiaſticus de dæmonibus inquit: *Sunt Spiritus qui ad vindictam creati ſunt*; quæ verba Lyranus de dæmonibus exponit (qui poſtquam in infirmi barathrum deciderunt, deſtinati ſunt, ut tamquam divinæ juſtitiæ miniſtri, homines reprobos in inferno torqueant; *ut qui fuerunt eis voluntariè ſubjecti in culpa, eis voluntariè ſubjiciantur in pœna.* In Chronicis Franciſcanis refertur, quod cum Seraphicus Franciſcus dæmonem quemdam facietenus conſpexiſſet, fratri Ægidio illum adeo deformem eſſe dixerit, ut nemo illum per unius Ave Maria ſpacium videre poſſit, quin præ horrore moriatur, niſi à divina gratia confortetur. Sanct. Catharina Senenſis eadem dæmonis viſione habita tanto fuit horrore & tremore perculſa, ut liberè faſſa fuerit, quod data ſibi à Deo optione ad diem uſque univerſalis judicij in igne ardere mallet, quam adeo horrendam figuram iterato conſpicere; quænam igitur erit damnatorum miſeria, qui non ſolum unum vident dæmonem, ſed integros milliones, omnesque contra damnatos ſævientes carnifices? *Illic eſt palus*, inquit Hugo Ætherianus, *frequentia dæmonum horrenda, ad compediendum armata vinculis ferreis.* Albertus Magnus continuum hoc tormentum quod damnati dæmonum faciem ſemper videndo patientur, conſiderans, inquit: *Pœna eſt præſentia facti dæmonis perpetua; ſicut enim Sancti aſſiſtunt ante faciem Dei, ita damnati vident ante faciem dæmonum, qui eos affligunt*; & *facies illa deſcribitur Job. 41. ſternutatio ejus ſplendor ignis.* Quam ſternutationem Sanctus Hieronymus ita exponit: *Sternutatio ſordes cerebri egerit, diabolus ergo qua totus ſordidus & fœtidus eſt, malitiæ ſuæ ſordes in perniciem hominum cum delectatione effundit*; omnes namque faſtidioſiſſimas immundities

Hiſtoria.

Eccli. 39. 33.

Lyran. ibid. P. 1. lib. c. 62.

De Divino provid. c. 38.

Ejus deformitatem viderunt S. Franciſcus & S. Cath. Sen.

Hugo Æther. de regreſſu anim. ab infer. c. 12.

Alb. Magn. de muliere forti c. 16. §. 4.

Job. 41. 9. S. Hier. ib.

mundities suas in reprobos evomet. B. Jordanus primus post Sanctum Dominicum Prædicatorij Ordinis Generalis, ut Sanctus Antoninus refert, postquam dæmonem ad nomen sum edicendum adstrinxisset, hoc ab eo retulit responsum, videlicet
S. Anton. ibid. *quod mille artifex diceretur, quia mille modos haberet ad nocendum.*

4. Sanctus Augustinus textum illum S. Lucæ cap. 22. ubi vulgata nostra legit: *Ecce Satanas expetivit ut cribraret vos sicut triticum*, vertit: *Vexaret vos sicut*
Luc. 22. 31. S. Aug. in Ps. 100. *triticum*; & subdit: *Quid est vexare sicut triticum? quomodo ab homine triticum non manducatur nisi primo attritum, ut panem faciat, sic neminem manducat diabolus, nisi primo evertit, contrit ut manducetur.* Devorat enim & deglutit reprobos ad æmulationem ignis; ac proinde Poëtæ cerberum trifaucem apud inferos esse finxerunt, qui fauces semper apertas habeat ad deglutiendum; Unde sicut serpens ad terram comedendam damnatus fuit; ita pariter astutus serpens infernalis ad devorandos reprobos est destinatus; Unde Sanctus Petrus Damianus ait: *Pabulum diaboli sunt omnes reprobi, quibus ille tamquam lupus ovibus pascitur, eorumque pernicie velut epulis saginatur.*

Jerem. 8. v. 17. 5. Apud Jeremiam dicitur: *Mittam vobis serpentes regulos, quibus non est incantatio, & mordebunt vos.* Serpentes quidem, dum ad mordendum nos approperant, calcare pedibus possumus, non vero item serpentes infernales, hi enim hominibus longè prævalent, utpote qui *ligatis manibus & pedibus* se defendere aut illis resistere nequeunt. *Sicut oves in*
Ps. 48. v. 15. *inferno positi sunt, mors depascet eos*; erunt enim damnati velut oves in ore luporum, quæ eorum voracitati & crudelitati resistere nesciunt. Sanctus Remigius ait: *Mors depascet eos, id est, diabolus erunt refectio, qui in devoratione eorum quasi in cibo delectatur.* Sapiens in Proverbijs inferni insatiabilitatem his verbis describit: *Infernus & perditio numquam im-*
Prov. 27. v. 20. D. Cart. ib. *plentur, id est*, Dionysius Carthusianus exponit, *dæmonum infernalium appetitus, quo cupiant ad damnationem perducere homines, non satiatur usque ad sæculi finem.* In hac quidem præsenti vita Deus noster Cerberum hunc infernalem ligatum semper tenet, nec umquam liberè in homines debacchari permittit, cui proinde quoad Jobum præcepit: *Verumtamen*
Job. 2. v. 6. *animam ejus serva*; at vero in inferno frænum ei omnino relaxat; atque ideo si dæmones adeo hic contra nos sæviunt, dum sunt ligati, & quando rabies & crudelitas illorum limitata est, quanto crudelius in homines desævient, quando futuri erunt iræ divinæ ministri, & tamquam tales, pro arbitrio suo odium & malignitatem suam adversus humanũ genus evomere poterunt, maximè cum, ut Divus Chrysologus ait:
D. Chrys. ser. 16. D. Chrys. ser. 96. *Tota illorum voluptas est homines interire*; qui idem in sermone 96. inquit: *Diabolus non quærit hominem, sed hominis interitum quærit. Ille malis nostris gaudet, surgit ruinis nostris valueribus convalescit.* Experientia quidem quotidiana testatur, quod dum quis vindicta ardens odium suum per illatam inimico necem explevit, mox illum crucidatum videns, in animo suo quiescat, non vero sic dæmon; imo hic *surgit ruinis nostris*; quia quanto majoribus damnatos cruciatibus subjectos videbit, tanto magis crudelitas ipsius adaugescet, ut acerbius eosdem affligat;
Mendoza ser. 3. Dom. Quadr. n. 24. *Nostrum sanguinem sitit, nostra saturatur ex carne.* Mendoza in sermone quodam refert Deum cuidam servo suo die quadam pœnas monstrasse infernales, quas dum ille consideraret, miser quidam reprobus in easdem perductus fuit, ad quem omnes dæmones magno cum gaudio accurrentes compedibus pedes ejus strinxerunt, ejus insuper collari ferreo collum, manicis vero item ferreis manus onerantes, quem postea in lectum igneum procumbere fecerunt, & quasi illum ex itinere defatigatum refocillare volentes, calicem ei propinarunt ardentibus carbonibus refertum, eumque pariter ad cantandum invitarunt, utpote qui vivens tantopere lasciviis cantionibus delectatus fuisset, quibus cum miser responderet: Ehen quomodo hic cantabo, cum fauces meæ ex ignitis carbonibus succenſæ ardeant? nequaquam responderunt dæmones, sed cantare oportet, prouti potes; quin potius respondit infœlix reprobus, plangam & ululabo; & hoc nobis sufficit responderunt diabolici carnifices; quapropter in hunc modum suum exorsus est lamentum: Maledicta sit dies illa in qua natus sum; maledictisint mater quæ me peperit, & Pater qui me generavit; maledictæ
Historia. sint deliciæ in quibus hactenus vixi; maledicti amici, qui me seduxerunt. Cui unus illorum respondit; & hos tibi ex latere vicinos habes; progressus est infœlix ille ulterius dicendo: Maledicta sint peccata quæ patravi; sed ad quid hoc tibi lamentum servit? dixit alter: Maledictus, subjunxit reprobus, sit creator qui me creavit, redemptor qui me redemit, & judex qui me condemnavit; Et quantum existimatis, dæmonum esse gaudium, ejusdemodi blasphemias audientium? ad has damnatos incessanter instigant, ut acerbissimorum suppliciorum divinæ justitiæ contra illos adaugeatur congeries, crescatque odium adversus Deum, illos hoc modo torquentem.

Dæmonis inventores novorum cruciatuum. 6. Dæmones licet gratiam amiserint, dona tamen conservarunt naturalia, ideoque tamquam perspicacissimi artificia & inventiones excogitant semper novas, ad cruciandos reprobos; Dicente Psalmista:
Ps. 73. v. 23. *Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper.* Infœlices itaque ijs referunt filiorum, cognatorum amicorumque successus; hinc Epulo propter fratres suos summe afflictus erat; insuper peccatis illis manifestant; quæ propter eos committuntur, ut pœna augeatur accidentalis; nec non consortium ijs exhibent eorumdem complicum; Quam diabolorum perfidiam Rabanus ponderans ait: *Potest inferni nomine diabolus significari, qui de perditione hominum*
Raban. Tom. 5. in Allegor. *satiari non potest.* Quasi diceret; maximè tormentorum infernalium pars ex crudelitate illorum derivatur carnificum. Quod idem tormentum horribilissimum Sanctus Antonius de Padua, quando de igne tartareo tractans, illa supremi judicis perpendit verba
Matt. 25. 41. S. Ant. de Padua Fer. 2. post Dom. 1. Quar. (*Discedite ... in ignem æternum, qui paratus est diabolo*) nobis representat in discursu sequenti: *Tremendus, cui submittuntur, scilicet diabolus. Paratum diabolo, qui erit princeps vester. Clamabunt siquidem ululantes & dicentes: Salvem Domine præsta nobis pacificum & tranquillum rectorem qui paterno affectu nostræ calamitati compatiatur; quibus Dominus respondebit: Numquam fiet, sed eritis subditi patris vestri, quia ex patre diabolo estis.* Quod cruciatuum genus & Sanctus
S. Anton. ib. Antoninus expressit dum ait: *De qualitate & conditione tortorum in inferno, id est dæmonum dicit B. Gregorius: Quos habuerunt, scilicet reprobi incentores in culpa, habebunt tortores in pœna* juxta illum Jeremiæ
Jerem. 5. v. 19. textum: *Servietis dijs alienis id est* (explicat ille) *dæmonijs, quæ non dabunt vobis requiem.*

Job. 41. v. 24. Diaboli potestas in damnatos. 7. De Satana Job Propheta discurrens assertisse legitur: *Non est super terram potestas, quæ comparetur ei, qui factus est, ut nullum timeret*; hunc vero Cerberum Deus, quamdiu vivimus, in terris ligatum tenet; ast in regno suo infernali, ubi in throno considet, Neprones, Diocletianos, aliosque Monarchas qui totius mundi fuere pavor, conculcat, & *tamquam vas figuli*
Ps. 2. v. 9. *confringit eos*; ita ut omnium sint lusus & infamia, nec quisnam eorum ad proximum suum dicere possit, quod Saul quondam, dum se à Philistæis victum videret, ad suum ait armigerum, scilicet: *Evagina gladium tuum, & percute me, ne forte veniant incircumcisi isti, & interficiant me, illudentes mihi*; omnes namque reprobi scopus erunt ludibriorum, irrisionum, insultuum, injuriarum, convulsionumque dæmonum; nec in æternum umquam à tot horroribus, & angoribus, per ullam se mortem eximere, aut se eximendos sperare poterunt, siquidem hæc ibi æterna erit.

Ejus rabies unde. 8. Aldegundis sirpis regiæ filia & Abbatissa, quæ vixit Anno 640. diabolum aliquando inconsolabiliter plangentem vidit, qui fletus rarionem edicere jussus, respondit: *Quod illuc Adæ filios conspiceret ascendere, unde ipse cum suis semper exulare cogeretur.* Lucifer enim à sex mille & pluribus annis præ furore insanit, quod hominem suas, suorumque sequacium, in empyreo videat occupare sedes; in quem cum rabiem suam vindicativam aliter exercere non possit, generis humani stirpem, suæ subjectam tyrannidi, pessimis tractat modis; quos utcumque S. Antoninus, diversos Sacræ Scripturæ textus conglomerans, expressit in hæc verba: *Colligit furorem suum, scilicet diabolus, in me, hostis meus terribilibus oculis me intuitus est Jerem. 6. Crudelis est & non miserebitur, scilicet diabolus; ubi B. Hieronymus: Crudelis diabolus est justis, crudelior suis, crudelissimus sibipsi.* Quibus præmissis, nimiam ejusdem tortoris doctrinam pariter insatiabilitatem, quamdam adducit historiam, in vita S. Martini in hæc expressum verba: *Cum is cum*
socijs pergeret juxta quoddam stagnum, cernens mergalos insidiantes alijs piscibus, & se de eis ingurgitantes, ali-

ait socijs: Forma hæc dæmonum. Insidiantur incautis, captos devorant, saturarique nequeunt devorati. Ideoque Sancto Antonino teste his in carnificibus præ
S. Anton. ibid. reliquis proprietatibus præeminent, *nocendi studiositas, sagacitas, diversitas*; Idque sanctus præsul ex quodam Apocalypsis confirmat textu, ubi Satan septem describitur habere capita, & cornua decem; *quæ* (verba sunt S. Archiepiscopi) *significant varios modos nocendi.*

Ps. 105. v. 29. 9. Quibus cruciatibus merito subjacent reprobi; quia *irritaverunt eum in adinventionibus suis* ideoque tam horrendo subjacent supplicio, prout idem
Ibid. mox subjungit Psalmista dicens: *Et multiplicata est in eis ruina*; illi namque iræ & justitiæ divinæ magistri effrænes, sagaces atque crudelissimi, novos omnibus momentis excogitant modos, ut crucient atque conficiant perversos, qui dum viverent novas excogitabant quotidie, quibus Deum offenderent, adinventiones, singulariter autem in præsenti notanda est
S. Bern. T. 3. ser. 6. Art. 2. c. 3. quædam S. Bernardini doctrina dicentis: *Cum constet dæmonem velle quod pejus est, si ejus potestas esset quoad omnia libera, & soluta, ineffabili modo, sine omni*
Hic diabolus est alligatus. *ordine & mensura subverteret totum statum inferiorum, cum dicatur Job. 41. non est potestas super terram quæ comparetur ei.* Sciendum verò est, hanc doctrinam procedere quoad hanc vitam præsentem, quia
1. Cor. 10. v. 13. idem S. subjungit: *Contra quod dicitur prima Corinth. 10. fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis*; at vero in abysso infernali, hic canis, ut dictum est, solutus erit, imo in throno majestatis sedebit; Ubi *quis novit potestatem iræ suæ?* ac proinde Job funestam illam mansionem appellat: *Terram miseriæ & tenebrarum, ubi umbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat*; Ubi specialiter ly:
In inferno solutus. S. Anton. ib. Apoc. 12. v. 10. *nullus ordo*, notandum est. S. Antoninus aliam horum malignorum spirituum tangit malignitatem, dicens: *Maligna eorum falsitas; nam vera exprobrat, & falsa opponit*, Apoc. 12. *Projectus est in terram Diabolus accusator noster, qui accusabat fratres, die, ac*
Job. 16. v. 9. *nocte Job. 16. Suscitatur falsiloquus adversus faciem meam, collegit furorem suum in me, gaudet de pœnis & malis reproborum, & irridet eos.* Unde S. Bonaventura hoc format argumentum: *Videmus si nunc*
S. Bonav. in Dist. salut. Tit. 10. c. 1. *appareret nobis unus solus diabolus, magnus horror, & quasi intolerabilis esse, quid ergo erit tunc, cum tot horribiles apparebunt.*

DISCURSUS XIII.

ARGUMENTUM.

Consideratur fames & sitis æterna, quam reprobi in flammis infernalibus patientur.

THEMA.

Famem patientur ut canes. Ps. 58. v. 7.

1. TAmetsi hæc Davidici oraculi comminatio literaliter ad Hebraismum dirigatur, in sensu tamen spirituali de damnatis quoque intelligitur, qui inter alia ipsorum supplicia canina quadam fame cruciabuntur. Unde S. Gregorius Nyssenus verba illa de reproborum, æternas flammas patientium fame interpretari posse his verbis declarat: *Quibus salutis*
S. Greg. Nyssen. in Ps. 58. *viaticum non suppetit, hos necessariò consequetur ex fame penuria bonorum. Sic esurivit in inferno dives.* Quintilianus pestem, bella, strages, aliasque similes quantumvis funestas ærumnas, in comparatione famis, ex
Quintil. Declam. 12. §. 21. Fames est necessitatum duriſſima. violis, & rogis contexta flagella esse censet, dum ait: *Fœlix pestilentia, fœlix prælium, strages, denique omnis mors facilis. Fames aspera, durissima necessitatum, deformissima malorum.* In historijs tam profanis quam sacris, quibus indubitata adhiberi debet fides, matres ab inedia coalque extimulatas esse legitur ut proprijs filijs necem inferentes, super prunis ardentibus eosdem assaverint. Sic in obsidione qua Benadab
4. Reg. 6. v. 28. Rex Syriæ Civitatem Samariæ arctissimè cinxerat, Rex Israël infœlicis enjusdam matris audivit lamentum dicentis: *Mulier ista dixit mihi, da filium tuum ut comedamus eum hodie, & filium meum comedemus cras, coximus ergo filium meum, & comedimus*; dixitque
Abul. Q. 8. in c. 19. l. 3. Reg. *ei altera: Da filium tuum ut comedamus eum, quæ abscondit filium suum.* Ex qua alijsque similibus historijs famem inter cæteros cruciatus, fragilitati humanæ intolerabiliorem esse clarè colligitur.

2. Undenam vero fames & sitis procedat, Abulensis his verbis insinuat: *Fames est appetitus calidi, & sicci; sitis est appetitus frigidi & humidi, & istud proveniat ex digestione consummata in stomacho, nam postquam facta est plena digestio cibi, cum calor naturalis non habeat aliquid alienum quod digerat, digerit quod proprium est, scilicet humidum radicale.* Calor autem reproborum intensissimus erit; neque per totam æternitatem quidquam habebit; unde nutriatur, siquidem bonorum bolorum digestio in puncto mortis terminata fuit:
Unde fames & sitis procedat. *Ducunt in bonis dies suos* inquit Job, *& in puncto ad*
Job. 21. v. 13. *inferna descendunt*; & reprobi quoadusque vivunt ajunt; *Comedamus & bibamus, cras enim morimur.*
Isa. 22. v. 13. In præfata Samariæ obsidione, ut facer textus inquit:
4. Reg. 6. 25. *Facta est fames magna, & tamdiu obsessa est, donec venumdaretur caput asini octoginta argenteis, & quarta pars cabi stercoris columbarum quinque argenteis.* In
Fames in obsidione Samariæ & Parisiensi. alijs obsidionibus propter famem mures, canes, & excrementa humana devorata fuisse leguntur. In obsidione Parisiensi ab Henrico IV. facta, Caterino de Avila referente, ossa mortuorum molita fuerunt, ut indè panes conficerentur. Seneca moralis pariter de extrema fame Testimonium perhibet; quæ Cambysis exercitum afflixit, in qua ipsi quoque milites occisi & in cibos præparati fuerunt. *E militum numero de-*
Seneca l. 3. de ira c. 20. *cimum quemque.* Quod si igitur fames brevi trium, quatuor, vel decem dierum spacio tolerata, insupportabilis est, qualis erit acerbissima inferni fames, quæ semper per omnem æternitatem magis magisque adaugebitur? Hæc autem fames reprobum tanto magis cruciabit, quanto lautius & abundantius appetitum suum in hac vita per diversi generis delicata edulia explevit; unde Christus reprobis comminatur dicens:
In exercitu Cambysis. *Væ vobis qui saturati estis, quia esurietis.* S. Bonaven-
Luc. 6. v. 25. tura super illa verba Isaiæ 5. *Væ qui potentes estis ad bi-*
S. Bonav. in Luc. *bendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem, quia esurietis*, inquit: *Saturitas hæc inducet perpetuam*
Isa. 5. v. 22. *famem*, secundum illud Job. 20. *Cum satietas fuerit*
Job. 20. v. 22. *arctabitur, æstuabit, & omnis dolor irruet super eum.* Psalmista quoque postquam de reprobis dixisset:
Ps. 77. v. 29. *Manducaverunt, & saturati sunt nimis*, mox illos hanc saturitatem perpetua quadam diæta luituros esse pronunciat dicens: *Famem patientur ut Canes.*

D. Carth. ib. 3. Dionysius Carth. Salvatorem nostrum hoc loquendi modo nequaquam cibum convenientem demonstrasse observat, sed solum superfluum, unde ait: *Væ vobis galosis, qui non ad necessitatem, sed ad voluptatem vos reficitis, & fœtidam carnem superfluè*
S. Hieron. ib. *adimpletis*; citatque sequentem S. Hieronymi sententiam dicentis; *Non est possibile, ut quis hic impleat ventrem, & in futuro mentem.* Ostendit quoque justè gulosos in pœnam ingluviei fame torqueri, ait enim: *Quamvis gulosi in inferno esurient per omnium bonorum delectabilium carentiam, tamen vitio suæ gulositatis speciatiter promerentur famis & sitis afflictionem*; cum enim reprobi quamdiu hanc vitam egerunt in virtute abstinentiæ & sobrietate se exercere noluerint, ad perpetuam famem meritò condemnantur, quia ut bene probat S. Basilius ab eodem Carthusiano adductus: *Subjectio corporis per nihil aliud sic obti-*
S. Basil. ibid. *netur, sicut per abstinentiam, qua sicut quodam fræno decet compescere juventutis fervorem. Est ergo abstinentia interemptio criminum, amotio passionum, vitæ spiritualis initium, obtundens in se illecebrarum aculeum.*
Hug. Card. in Luc. Hugo Cardinalis hunc textum exponens inquit: *Væ vobis qui saturati estis, quia famem patietur*
Isa. 65. v. 13. *æternam.* Isaiæ 65. *Ecce servi comedent, & vos esurietis &c. Et hanc rationem assignat hic dominus, quasi fortissimam, quia totum damnum hominis est fames æterna, id est defectus boni æterni. Væ vobis, qui saturiati*
Pœna gulositatis. *estis, desideriorum vestrorum adimpletione; & peccatorum delectatione, quia talis saturitas corrumpit palatum animæ, & aufert saporem cœlestium ciborum.*

4. Cardinalis Toletus hæc Christi verba prima quidem facie contraria videri dicit illis, quæ antea
Matt. 5. v. 6. dixerat, nimirùm: *Beati qui esuriunt ... quoniam ipsi saturabuntur*; verumtamen inter se facile conciliari posse, si nos reflectamus ad finem, quo Christus hæc dixit, scilicet ut crapulas *Damnat ciborum*
Tolet. in Luc. ibid. *usum immoderatum, gulæque vitium, quod etiam radix est multorum peccatorum, & qui id sequuntur, ventrem pro Deo habere censentur à S. Paulo ad Philippenses 3. hi autem in futuro sæculo famescent in æternam, non quod graviores alias pœnas non sint passuri, sed quod particulariter hac vexabuntur, ac torquebuntur, sicut hoc peccati genere maxime in præsenti delectati fuerint.* Enimvero quisquis peccata diligenter examinat quæ vel maximè abundant, majorem illorum partem suam ex gula originem & fomentum trahere reperiet. *Ex uno gulæ vitio*, inquit S. Gregorius, *innume-*
Gula plurimorum peccatorum origo & fomentum
S. Greg. ibid.

mera vitiorum agmina ad conflictum animæ producuntur, & cum idem gulæ vitium reciditur, alia nobis vitia multa subjugamus. Unum quidem gulæ, *vitium, sed aculei libidinis innumeri sunt, qui præcedentem illum quasi regem sequuntur, qui læta quidem suggerunt, sed ad æterni fletus lamenta producunt.* Toletus vero concludit dicens : *Sacari, & gulæ diti, famis ac sitis pœna maxime, & modo pecaliari super cæteros torquebantur, sicut Lucæ 16. legimus divitem illum linguam præcipuè, in qua gustus est, refrigerari petijsse.* Luc. 16.

5. Seriam in præsenti reflectionem meretur parabola, seu historia illa, quam de epulone nobis tradidit Sapientia incarnata, ut nos inferni certiores memoresque redderet; præsertim cum nec in toto veteris novique Testamenti decursu, distincta adeo & clara inferni fiat mentio, quam in loco isto. Circa hanc igitur parabolam interrogaverit quis curiosior ; cur Christus primum reprobum nobis exhibiturus in flammis infernalibus, non potius aliquod adduxerit ingens aliud impietatis monstrum, quale fuit Antiochus, vel veneris mancipium Balthasar, aut Diabolus veluti incarnatus Herodes aliique similes ? cur omnibus his postpositis, solum ob oculos posuit eum, qui epulabatur lautè, de eoque ait : *Sepultus est in inferno* ? Difficultati forsitan satisfacit S. Joannes Climacus dum ait : *Princeps est dæmonum, qui cecidit Lucifer, & princeps vitiorum concupiscentia gulæ.* Sed quod longe majorem exigit considerationem, obstupescendum valde, quod innumerabiles inter damnatorum cruciatus Epulo iste de sola conquestus fuerit ardenti siti ; non enim torrentes aquarum petijt ab Abrahamo, ad extinguendum ignem: non legiones armatas ad retundendos dæmones crudeles carnifices; non lumen, ad illustrandas densas tenebras, sed unicam aquæ guttam qua palatum refrigeraret. Circa quod factum quid alios inter sacros interpretes S. Bonaventura respondeat audiatis velim, ait namque: *Apprehendit eum quasi aquæ inopia, ibi plus cruciabatur, quia per eam plus peccaverat.* Quin & Lyranus Salvatorem per hanc narrationem nos docere voluisse autumat, quod reliquas inter principaliores barathri pœnas vel unius solius stillæ aquæ nos quoque penuria cruciabit ; Quæ quidem longè incomparabilius affliget eos, qui hic in lacubus nectareis & ambrosiæ antea natitarunt, quis enim in mundo hoc adeo est desolatus, qui aqua saltem non abundet, utpote quæ omnibus solet esse communis ? Merito proinde S. Chrysostomus nos exhortatur dicens : *Illam vero paupertatem refugiamus, quæ nos constituit in squalore vitiorum, per quam ille dives versus in paupertatem est, qui ne unius quidem erat guttæ Dominus, quam certe summis precibus ambiebat, nec est omnino inter nos quispiam, qui tanta egestate teneatur.* Et paulò post ad nostrum propositum idem Sanctus Doctor subjungit : *Quamvis libet aliqui nimia tabescant fame, aquæ tamen non gutta, sed copia æqualiter perfruantur.* Cæsares autem & Augusti cum omnibus thesauris suis, æternum linguæ patientur ardorem, nec vel minima umquam ijs subministrabitur aquæ stilla, canum instar præ fame & siti rabiosis, ita namque epulo iste non lactis, non vini vas petebat integrum; imo nec aquæ; sed unicam dumtaxat aquæ stillam: *Intinget extremum digiti sui in aquam* ; Et licet per mille sexcentos & plures annos usque in præsens tempus irritas semper fuderit preces, attamen in æternum, ne minimam quidem obtinebit guttulam, sit, verum enimvero tametsi quod de siti damnatorum diximus verissimum sit, attamen sacra Scriptura aliquem exhibet potum, quo delibuti damnati sitim suam non tam restringuent quam potius in majorem rabiem exacuent. Nam ut Bellovacensis in Deuteronomium scribens ait: *Bene sient illi, de quibus dicitur, Fel draconum vinum eorum & venenum aspidum insanabile ; ignis, sulphur & spiritus procellarum pars calicis eorum.* Quod & D. Hieronymus, dum illum Isaiæ textum (*Iexit vindemia, infirmata est vitis*) prosequitur, in hæc confirmat verba dicens : *In consummatione mundi præteritarum deliciarum recordatio, erit materia cruciatuum ; unde & dives ille convivio purpuratus, qui receperat bona sua in vita sua, elevans oculos, suos de inferno, Lazarum vernit in requie ; Et Dominus increpat divites, & luxuriosos atque ridentes : Væ vobis divitibus, quoniam recepistis consolationem vestram. Væ vobis, qui nunc saturati estis, quoniam esurietis ; Quando Judicij dies advenerit, tum lugebit vinum, atque vindemia, de qua Moyses loquitur : De vinea Sodomorum, vinea eorum, propago eorum de Gomer, uva eorum uva fellis, botrus amaritudinis eorum, fel draconum vinum eorum & furor aspidum insanabilis. Tunc omnis potio quæ statum mentis everrit, & homines vigilare non patiet, amaritudine commutabitur, quæ ad tempus utentibus se mella mentitur, & in novissimo amarior felle reperietur.*

Cur potius epulo in inferno sepultus dicitur quam alij peccatores.

S. Ioan. Clim. Grad. 14.

Cur de siti plus quam de cæteris supplicijs conqueritur.

S. Bonav. ib. Lyran. ibid.

D. Chrys. Hom. 9. in Matth.

Bellovac. spec. mor. p. 3. l. 2. dist. 1. Potus damnatorum fel draconum. Isaiæ 24. 7.

Deut. 32. v. 32.

7. Imperator Nero aliquando dum profugus siti arderet, nec ullum posset habere potum, præter quamdam vermibus & putredine scatentem paludem, voce exclamavit lamentabili dicens : *Hæc sunt decocta Neronis* ; sed neque similis refectio in inferno erit, quin potius vermes ibi erunt inextinguibiles : *Vermis eorum non morietur*, nulla tamen ibi aqua erit; Quod si verò mihi objeceris, verba illa : *Bibent omnes peccatores terræ, verumtamen fax ejus non est exinanita* ; respondeo amari illius calicis fæces, nihil aliud erunt, quam fel draconum. In Isaia pariter alius quidam damnatorum calix his verbis insinuatur : *Bibisti de manu domini calicem iræ ejus, usque ad fundum caliss. soporis bibisti, & potasti usque ad fæces.* Hi autem calices rabidam inferni sitim non extinguunt, sed magis proritant. S. Greg. uvam quamdam describit ex vinea Sodomæ productam qua damnati porandi erunt; dicit enim: *Vinearum appellatione montis concupiscentiæ rectè figurantur, quia reproborum corda inebriant, & à cognitione veritatis alienant. Ex Sodomorum quippe vinea vitem, ex Gomorrha ducit propaginem, qui nefandissimis concupiscentijs mentem replet, quasi enim vineam facit, qui inde æterna oblivisciur, unde per concupiscentias ebriatur, & qui se quasi sub umbra vineæ, & amœnitate præsæ delectationis refrigerat, æterni sibi incendij retributionem parat, unde hujus vineæ fructus sunt uva fellis, & botrus amaritudinis, uva quippe in visu est, fel in sapore, visum oblectans gustum amaricans, quia nimirum reprobæ menti valde placet, *quod concupiscit, sed in æterna pœna, quod sibi modo est dulce, amarescit.*

Neronis decocta.

Isa. 66. v. 24.

Ps. 74. v. 9.

Isa. 51. v. 17. Nequidem habebunt.

S. Greg. l. 4. in L. 1. Reg. c. 4.

Sed uva fellis & botrus amaritudinis potabuntur.

8. Salmeron eorum adducens opinionem, qui sitim, quam Christus in Calvariæ monte passus est, ex omnibus, quos in decursu passionis suæ expertus est, doloribus, acerbissimum fuisse censuerunt (siquidem de nullo adeo, quemadmodum de hoc cruciatu in cruce lamentatus fuit,) asserti illius hanc assignat rationem, dicens : *Ut igitur Christus, qui totum hominem ab angustijs & cruciatibus gehennæ eripere venerat, eas tam animo quam corpore juo voluit sustinere.* Et in primis quidem, quod dolores concernit corporales, de his lamentatus est dicens : *Deus, Deus meus ut quid dereliquisti me* ? de cruciatibus vero & doloribus internis Christi, idem author agens, hos in siti principaliter sustinuisse attestatur dum ait : *Ita angustias animi interiores, per iram & intolerabilem sitim expressit, ut sciremus, Christum illas esse expertum, quo animas omnium nostrum qui credimus, liberatas esse intelligeremus.* Et licet fabulis fidem adhibere non debeamus, nihilominus eas nostris quandoque volupe est innectere sermonibus, ut tanto magis verba dicentis animis inhæreant audientium, Tantalus itaque in inferno in aquis usque ad fauces hærere fingitur, semper sitibundus, ita tamen ut numquam ex ijs bibere possit, unde Poeta cecinit : *Tantalus à labris sitiens fugientia captat flumina.* Ut bibat, faucibus accedit miser, sed subitò se retrahit aqua, quod tormentum sitis æternæ exprimit cruciatum. Ita Zeno quondam Imperator vivus sepultus, dum à lethargo suo resurgeret, præ fame nimia proprias absumpsisse scribitur manus ; sed hujusmodi crudelitatem numquam in carnem propriam permittent exercere damnati ; quantumvis enim Scriptura Sacra de damnatis tractans dicat: *Erit populus quasi esca ignis, vir fratri suo non parcet, & ... esuriet, & comedet ad sinistram, & non saturabitur, unusquisque carnem brachij sui vorabit* ; nihilominus (accuratè quod notandum) immediatè præmiserat ibidem dicens : *Comedet & non saturabitur* ; Quia scilicet damnati dentes habebunt, non tam ut cibum masticent, quam ut ijs strideant, dicente Christo : *Ibi erit fletus & stridor dentium.* Cujus tormenti vim perpendens S. Gregorius, sequentem horum verborum à S. Thoma citatus, assignat rationem, dicens ; *Ut illic dentes strideant, quà de edacitate gaudebant, illic oculi defleant, qui hic per illicitas concupiscentias versabantur, quatenus singula membra supplicio subjacerent, quæ hic singalis quibusque vitijs subjecta serviebant.*

Salmer. ibid. Christi sitis in cruce dolorum acerbissimus.

Tantali fabula applicatur damnatis. Horat. L. 2. Satyr. 2.

Baron. Ann. 491.

Isa. 9. v. 19.

Dentes habebent solum ut strideant;

S. Greg. à S. Tho. in Cat. na citatus.

9. Juxta concordem sacrorum doctorum sententiam, tanta cœlestium deliciarum, quibus fruentur beati, erit abundantia, ut quæcumque corporis glorificati

Beatorum delicijs convivij nomine exprimuntur.

Luc. 22. v. 30.

Isai. 25. v. 6.

Damnatorum cruciatus per famem.

Ps. 58. v. 7.

Isa. 65. v. 13.

Ibid. v. 14.

S. Ambr. L. 5. in Luc. cap. 5.

Job. 24. v. 19.

Luc. 16. v. 24.

Hugo Æther. de regressu anim. ab infer. c. 12.

Intolerabile frigus inferni.

Hinc stridor & fletus.

Job. 15. v. 16.

Ebrietas æternam sitim patientur.

Cælius Rhodigin. L. 9. c. 13 antiq.

Fœcundam Sodomæ vineam, quæ nos omnes inebriavit, & ad damnationem perduxit, ipsa nobis ostendit Scriptura, dum ait : *Vinea eorum de vite Sodomæ, & de suburbanis Gomorræ* ; Quæ verba S. Hieronymus sic explanat : *Vinea Sodomæ, & Gomorræ, est mundus iste, in quo omnes inebriati sumus, & ad damnationem perduximur.* Quæ vinea, quæ vitis, quæ uva, quæ vindemia, quæ botrus, quæ vinum, quæ fel draconum, quæ venenum aspidum insanabile, nisi delectationes, quæ in hoc mundo sunt, & quæ ad tempus dulcedine suæ suavitatis animam decipiunt, & postea in æternum cruciant ? Quæ omnia, quæ ad tempus dulcia, & postea in æternum amara, quæ ad tempus mella, & postea in æternum fel, quæ ad tempus vinum, & postea in æternum venenum aspidum insanabile, quæ ad tempus vita, & postea in æternum mors, quæ ad tempus gaudium, & postea in æternum luctus, quæ ad tempus risus, & postea in æternum ploratus, quæ ad tempus lætitia, & postea in æternum tristitia, quæ ad tempus exultatio, & postea in æternum confusio, quæ ad tempus requies, & postea in æternum labor, quæ ad tempus libertas, & postea in æternum servitus, quæ ad tempus honor, & postea in æternum ignominia, quæ ad tempus divitiæ, & postea in æternum paupertas, quæ ad tempus abundantia, & postea in æternum inopia, quæ ad tempus pax, & postea in æternum bellum, quæ ad tempus sanitas, & postea in æternum infirmitas

quidem erit in quantitate pœnarum, quoniam in qua mensura mensi fuerint, remetietur eis, ut qui gravius peccaverunt, gravius puniantur, sed ordo non est in qualitate rerum, quia de aquis nivium transibunt ad calorem nimium ut subita contrariorum mutatio majorem inferat cruciatum. Dionysius Carthusianus super eadem verba ita scribit: *Hoc communiter de pœna infernali, exponitur, quod ibi sit vicissitudo, commutatioque pœnarum, de maximo frigore ad summum calorem, ad majorem afflictionem. Unde Albertus ait: Ad nimium calorem æstuantis gehennæ propter fervorem libidinis, transeat successione pœnarum ab aquis nivium, quibus infunditur gelu mortificans, & quod per cupiditatem terrenorum refriguit in eo ignis ebullitis. Estque miserabile, quia in hac vita non transitur de frigidissimo in calidissimum nisi per medium, quod est temperatum; In Inferno autem de excellentia frigoris mortificantis, transitur ad æstum ignis urentis, ita quod numquam erunt in medio.* Titelman. pariter hunc textum declarans in eadem incidit considerationes, dum ait: *Descendent per abrupta vitiorum in loca inferna tormentorum, ubi erit cumulus & vicissitudinaria successio omnium cruciatuum, ita ut nunc intensissimo crucientur frigore, cujusmodi frigus est aquarum quæ resolvuntur ex nivibus, nunc intolerabili affligantur æstu, excessivi caloris.*

Fit ut major ex inferat cruciatum.

D. Carth. in Job. 24.

Titelm. in Job. 24. Intensissimo frigori succedit intensissimus ignis.

6. Quod si quæsieris, qua ratione inter se conjungi hæc duo extrema possint, scilicet ardor infinitus, & frigus, aut gelu pariter excessivum? Breviter respondeo: *Non est impossibile apud Deum omne verbum.* Salomon in Libro Sapientiæ id quod in flagellis Ægyptiacis, quæ remotæ cruciatum tartareorum umbræ fuerunt, accidit, his verbis breviter exprimit: *Negantes te nosse impij, per fortitudinem brachij tui flagellati sunt novis aquis & grandinibus, & pluvijs persecutionem passi, & per ignem consumpti; quod enim mirabile erat, in aqua, quæ omnia extinguit, plus igne valebat.* Veritas porro est infallibilis: *Omnia quæcumque voluit Dominus fecit in cœlo, in terra, in mari, & in omnibus abyssis.*

Luc. 1. v. 37.

Sap. 16. v. 16.

Psal. 134. v. 6.

7. Albertus magnus practicum quoddam adducit exemplum hominis febricitantis, qui uno eodemque tempore toto corpore contremiscit ex frigore, cum tamen intrinsecus in venis excessivus calor prædominetur: *Frigus*, inquit, *intus & exterius persequens, sed non mitigans calorem, sicut videmus in febricitante, qui maximo calore æstuitur, & tamen etiam frigus sentit.* Ex quo exemplo tantisper videtur, qualiter frigus hoc, minimè ad mitigandum flammarum illarum ardorem prævaleat, sicut nec flammam nivium gelu & frigus attemperare possunt; imo per viam antiperistasis frigora majorem ex igne concipient rigorem. *Similiter*, inquit idem Sanctus Præsul, *affliguntur supplicia etiam contraria, non successivè, cum enim pœna pœnæ pariter coexistit, pœnarum confusio plus affligit; Inde est quod anima reprobi simul & semel intensissimum frigus patitur & ardorem, quoniam in ejus culpa inventi sunt simul, & charitatis carentia, & ardens voluptatis concupiscentia.* Ecce tibi ipsissimam rationem, ob quam justus judex excessivo & transcendente quodam frigore cruciet damnatos, nimirum: *Quia illum ignem*, ut Albertus Magnus inquit, *vel extinxerunt, vel repulerunt, de quo Luc. 12. dicitur: Ignem veni mittere in terram.*

Alb. Magn. l. de muliere forti c. 16. §. 4. Exemplificatur in febricitante.

Imo potius sunt simul frigus & æstus.

Alb. Magn. in Ps. 6.

8. Ad hæc Lucifer cum sequacibus suis primus omnium fuit, qui Inferni sibi barathrum aperuit; quid igitur mirum est, si ad illum Locum septentrionale quoque frigus & gelu descenderit; siquidem de semetipso gloriatus est dicendo: *Sedebo ... in Lateribus Aquilonis.* In quibus verbis specialiter notandum est Ly illud: *Sedebo*; sedere enim pigrorum & inertium hominum proprium est; Qui autem inertes & pigri sunt, & quoadusque viatores sunt, ad comparandam sibi salutem æternam nihil operantur, justè merentur, ut in futura vita frigus & gelu patiantur sempiternum, nam *ab Aquilone pandetur malum.* Dicite fodes quonam tempore æstutus hostis noster zizania, quæ figura sunt reproborum, in ignem æternum projiciendorum, superseminavit? *Cum autem dormirent homines venit inimicus homo, & superseminavit zizania in medio tritici. Insidiator vigilantes fugit*, inquit D. Chrysologus, *appetit dormientes.* Frigus autem extremum, manus rigidas, & ad operandum impotentes & torpidas efficit. Porrò per aquas niveas Glossa super Jobum, iniquitates intelligendas esse dicit: *Iniquitas enim frigori comparatur, quia peccantis mentem torpore constringit:* Huic igitur iniquitatis gelu glacies infernalis correspondet in pœnam. *Propter frigus piger arare noluit*, inquit Sapiens; sed quid inde subsequitur? *Mendicabit ergo æstate.* Talis enim frumentum colligere non poterit; nec dicere valebit: *Triticum congregabo in horreum meum.* Hæc igitur causa est, cur adeo populariis fiat infernus, frigus videlicet, id est, iniquitas. Hinc enim manus velut immani frigore rigescentes obtorpescunt. *Omnis ars sæculi hujus*, inquit S. Isidor. *strenuos amatores habet, & ad exequendum fortissimos, & hoc proinde fit, quia præsentem habet operis sui remuneratorem: Ars vero divini amoris plerosque habet sectatores languidos, tepidos, pigritiæ inertia congelatos; sed hoc proinde fit, quod Labor eorum non pro præsenti, sed pro futura remuneratione defertur.*

Prov. 20. v. 4.

S. Isid. l. 2. de summo bono c. 10.

9. Quis possibile esse diceret, quod hujus gelu & glaciei infernalis aspectu animæ in divini amoris igne effervescerent & inflammarentur? Et tamen revera ita est, cujus pulchrum audire libet exemplum a gravissimis diversisque authoribus relatum; In Provincia Northumbriæ paterfamilias quidam, nomine Trithelmus, cum ex vi infirmitatis suæ ad extremum redactus, in principio noctis moriturus videretur, jamque ad usque diei diluculum credereturmortuus, mane ad se reversus, omnibus præsentibus, & attonitis stantibus vitam sibi à Deo prolongatam esse dicebat, ut illam deinceps longè alio modo, quam hactenus ad illud usque tempus fecerat, per virtutis exercitium institueret; quapropter facultatum suarum unam partem filijs, aliam vero pauperibus assignavit; sicque ab omnibus sæculi rebus expeditus, vitam inchoavit austerissimam, & humana fragilitate quasi superiorem, referebat autem horrenda supplicia, quæ sibi in inferno repræsentata fuerant; nimirum ignem inextinguibilem, fœtorem horrendum, atroces stridores, planctus acerbissimos, crudelissimos dæmonum insultus, ignitorum serpentium multitudinem, voracium flammarum globos, at vero super omnia videsse se dicebat, damnatos ex igne immediate in glaciem conjectos: quorum omnium horrendus aspectus eo ipsum permovit, ut se in angustam quamdam cellam flumini contiguam recluderet, in qua per suspiria & gemitus incessanter lachrymabatur; hyberno autem tempore in gelidas præterlabentis fluminis aquas se immergebat, ad revocandum in memoriam visos in inferno acerbissimos frigoris dolores. Interrogatus vero qua ratione tam aspera frigora tolerare posset, respondit: *Frigidiora vidi.* De quadraginta gloriosissimis Martyribus, in lectionibus matutinis quæ in eorumdem honorem leguntur, hæc verba habentur: *Hyemis tempore frigidissimo nudi sub aperto aëre pernoctare jussi sunt, ut frigore congelati necarentur.* At vero quonam putas medio se in hoc crudeli supplicio constantes fortesque probarunt? Nimirum uno oculo gloriam, altero vero glaciem infernalem respiciebant, ac proinde *Fridigiora videbant. Una erat omnium oratio: Quadraginta in stadium ingressi sumus, quadraginta item (domine corona donemur.* Is vero qui oculos suos nec ad gloriæ coronam, nec ad tormenta inferni directos habebat, è frigoris perpessione se præripuit in tepefactum balneum, verumtamen ut gelu & frigus longe asperius suo tempore experiretur. *Unus ex illo numero, cui animus ad frigus ferendum defecerat, in proximum tepefactum balneum desilijt;* at vero scitisne quid illi acciderit, hoc videlicet quod in Job Deus comminatur: *Qui timet pruinam irruet super eam nix*; hic enim *ad nimium calorem transivit ab aquis nivium*; vel etiam dicere possumus *ab aquis nivium transivit ad gelu æternum*, quia miseram animam subito expiravit. Unde S. Gregorius ait: *Nonnulli dum temporalia adversa pertimescunt, districtionis æternæ animadversionis objiciunt.*

Baron. An. 696. n. 12. Beda Hist. Angl. l. 5. c. 13. Historia.

Job. 6. v. 16.

S. Greg. l. 7. mor. c. 11.

10. In Annalibus Ecclesiasticis factum quoddam refertur, quod Cardinalis Baronius ipsemet se à Michaele Mercato de S. Miniatio S. Romanæ Ecclesiæ Protonotario, viro vitæ bonitate & doctrina valde conspicuo, se audijsse testatur, hic igitur de avo suo, qui pariter Michael appellabatur, narrat, quod cum Marsilio Ficino amicissimus esset, amboque in Philosophia Platonis doctrinam constanter sectarentur, inter se disputationem quamdam quæ solito diutius protrahebatur, circa statum alterius vitæ in sententia prædicti Philosophi instituerit, tandemque disputatione terminata datis utriusque manibus per jurisjurandi sacramentum sibi mutuo promiserint, quod qui primus illorum moreretur, alterum subito (dummodo Dei voluntas ita permitteret) de rebus alteriusvitæ informaret. Accidit autem quod post tempus aliquod mane summo diluculo, dum Mercatus studio incumberet, ex improviso sonitum ungularum equi propere currentis audierit, accurrensque ad portam insuper etiam auribus perceperit vocem Marsilij clamando dicentis: *Michael, Michael, vera sunt illa, de quibus locuti sumus, vera sunt omnia;* Ad quam vocem Michael confestim surrexit, & distinctius amicum suum aspiciendo, illum post tergum alba veste amictum, & candido equo insidentem vidit, eumque ex nomine vocavit dicens: Marsili, Marsili, eumque oculis suis est prosecutus; donec omnino dispararet, Adhibita autem à Michaele debita diligentia & industria, ad hoc ut, num vere Marsilius fuisset agnoscere posset (nam Marsilius Florentiæ habitabat) illum in eodem temporis momento, in quo ipsum hoc modo audierat; & viderat, mortuum fuisse deprehendit; ex hac autem visione Michael Mercatus in virtutibus Christianis vehementer se exercuit, quamvis hactenus vitam vero Philosopho dignam laudabiliter duxisset; ac deinceps relicta Philosophia pro tempore residuo mundo mortuus soli vitæ futuræ adipiscendæ operam dabat; factusque est exactum perfectissimi Christiani exemplum.

Baron. An. 411. n. 69. Amicus apparet amico post mortem, & instruit illum de rebus alterius vitæ.

Tilm. Bredemb. Collat. fact. l. 8. c. 12. Alia notabilis historia.

11. In alia quadam historia de VValthero de Mere nobili viro; qui Carolo Quinto ab obsequijs erat, legimus, quod dum in partibus Borealibus vento propitio in Islandiam navigaret, contigerit, quod inciderit in aliam quamdam navim, quæ vento pariter favorabili ad ei occurrendum solveret, in puppi vero navigij monstrum quoddam erat, partes agens nauclerí, nigrum, & deforme. Cumque nauta VValtheri monstrum interrogasset, quas merces veheret, & quonam tenderet? dæmon (nic enim nauclerus erat) confestim ei se Archiepiscopum &c. vehere respondit, clamavitque: *Tendimus ad montem Heclam.* Quæ verba à VValthero audita, eumdem ad mutandam vitam & mores, efficaciter permoverunt. *Quo audito*, inquit historia, *totus contremuit, & vitæ suæ rationes subducere incipiens, cum primum Leidam Hollandiæ reversus est, amplexus est institutum S. Francisci.*

DISCURSUS XV.

ARGUMENTUM.

De quatuor dotibus corporum damnatorum, beatorum dotibus è diametro oppositis, & de pœnis quinque sensibus correspondentibus, alijsque multis, nec non de timore & tremore eorumdem.

THEMA.

Omnis dolor irruet super eum, Job. 20. v. 22.

S. Bernard. Sen. Tom. 2. ser. 2. A. 2. Pœna damnatorum sunt differentes & variæ. Job. 20. v. 18.

1. SAnctus Bernardinus Senensis de pœnarum infernalium atrocitate differens, hæc S. Jobi verba de reprobis in inferno patientibus exponit: *Omnis dolor irruet super eum; Qui quidem undique erit, intus & extra, subtus & supra, ante & retro, à dextris & à sinistris.* Mysterio quoque turgida est illa Jobi propositio, qua paulo ante in eodem capitulo ad præsens propositum de damnato reprobo inquit: *Juxta multitudinem adinventionum suarum sic sustinebit;* Quamdiu enim impius vivit nulli alteri rei adeo solicite intendit, quam ut novos inveniat modos, quibus effræni appetitui suo satisfacere possit; quod cum revera ita se habeat, justum omnino est, ut divina justitia in inferno, ad reddendas impijs inventionibus vices, novos quoque semper illos cruciandi excogitet modos. *Quamvis damnatorum omnium*, inquit S. Gregorius, *sit dolor infinitus, graviora tamen tormenta recipiunt, qui multa in miseritatibus ex suis quoque desiderijs tuvenerunt.*

S. Greg. l. 15. mor. c. 12.

S. Bern. sen. Tom. 4. ser. 6. 2. p principali. Quatuor dotibus gloriosorum corporum, correspondent quatuor pœnæ principales damnatorum.

2. Idem S. Bernardinus in alio quodam sermone considerat, quod sicut quatuor sunt dotes, quæ corporibus glorificatis attribuuntur, ita pariter in corporibus damnatorum totidem correspondebunt pœnæ principales, contrariæ dotibus gloriosis, quæ sunt hæ sequentes: *Læsitas, luciditas, impassibilitas, & subtilitas.* In impijs igitur quatuor his oppositæ imptimentur qualitates: *Prima est gravitas, quæ est contraria læsitati beatorum, quia unum corpus damnatum ponderat plus, quam si totus mundus, & quæ in eo continentur, essent simul collecta, in una massa plumbi; & in tantum ponderat; quod si esset in cælo empyreo, frangeret omnes cælos, & perforaret terram, & transiret usque ad infimum centrum abyssi.* Lucifer purus erat Spiritus, & in eminentiori supremæ hierarchiæ throno, in ordine Seraphinorum considebat, & tamen propter unum vanitatis & superbiæ peccatum adeo ponderosus effectus est, ut cæli, qui ære solidiores sunt, illum sustinere non potuerint, ac proinde in profundissimum cecidit centrum abyssi. Peccatum enim pondus immensum continet; unde David quem, solo peccato Uriæ excepto, Deum mortaliter offendisse non constat, attamen corde contrito confitebatur dicens: *Iniquitates meæ sicut ... onus grave gravatæ sunt super me*; quanto igitur majus erit damnatorum pondus, ex innumeris peccatis mortalibus constans, quibus in judicio divino inveniti sunt rei? Idem quoque Sanctus in alio quodam sermone ex S. Anselmo in libro de similitudinibus c. 9. repetit dicens: *In inferno tanta ponderositas est in damnatis, ut nec pedem, nec manum, nec aliquod membrum sui corporis possint movere.* In sermone à principio hujus discursus allegato ad immensam corporum damnatorum gravitatem descendens, observat, quod anima plurimum immenso ponderi additura sit augmentum cadaveri reprobi; dicit enim: *Anima pondere peccatorum pressa, corpori que unita; corpori tantum pondus præstabit, quod si super terram esset corpus damnati, terraque adamantina usque ad inferos fieret, ictu oculi corpus illud in infernum demergeretur, tantoque pondere corpus damnatum firmabitur in inferno, quod nullum cruciatum poterit evitare.* Bellovacensis quoque de ponderosissima hac corporis damnati gravitate differens ita scribit: *Corpus ejus erit pondus ei gravissimum, & sarcina importabilis, quam tamen deponere non licebit. Oppressi erunt suorum pondere peccatorum, & catenarum, & compedum. Item pondere dæmonum opprimuntur*, dicente Psalmista: *Conculcaverunt me inimici mei tota die.* Unde Ecclesiast. 22. dicitur: *Super plumbum quid gravabitur? ... arenam, & salem, & massam ferri facilius est ferre, quam ... impium. Hujus impij pondus ferre non potuit firmamentum.* Pharao typus fuit reprobi, in profundum infernalis abyssi prolabentis; audite vero quibus verbis ipsum cum suis sequacibus describat Spiritus Sanctus: *Submersi sunt*, inquit, *quasi plumbum in aquis vehementibus.*

Prima pœna est ponderositas maxima, correspondens Levitati.

3. Kings 12. v. 4.

Ps. 37. v. 5.

S. Bern. sen. 2. ser. 22. a. 2.

S. Anselm. L. de similis. c. 9.

S. Bern. sen. T. 1. ser. 22. A. 2.

Bellovac. spec. mor. p. 3. l. 2. dist. 1.

Exod. 15. 10.

3. *Secunda dos est obscuritas*, inquit S. Bernardinus, *quæ est contraria luciditati Beatorum, quia unum corpus damnatum excedit omnes tenebras hujus mundi*; porro de confusione & horribilitate eorum, suo loco seorsim, in discursu particulari tractabitur, præterquam quod hactenus de tenebris & obscuritate hujus barathri fusius supra egerimus.

Secunda pœna est obscuritas correspondens Luciditati.

4. *Tertia dos est passibilitas*; *unde corpora damnatorum sunt ita receptibilia passionum, quod si in tangeres unum corpus damnatum in quacumque parte unius corporis, cum uno capillo, haberet tantam passionem, & majorem, si major cogitari posset omni passione, quam homo vivens pati posset, adhuc tot haberet unum vulnus in loco nervoso, sicut tangitur nervus* cum uno filo generatur dolor quasi spasmaticus, ita generatur spasmaticus *dolor in toto corpore damnato toto passibili.* Quos non dolores & spasmos patitur corpus alicujus contracti vel paralytici? *Totius corporis languor*, inquit idem Sanctus in alio quodam sermone, *erit ubique, languoribus enim quantumcumque diversis damnatorum corpora affligentur, totum corpus occupantibus, ut febre, lepra, paralysi &c.* Citatque textum illum Deuteron. c. 18. ubi dicitur: *Percutiat te Dominus ulcere pessimo ... à planta pedis usque ad verticem.* Paulo post vero ulterius progrediuntur hanc spasmorum & dolorum explicando congeriem, & dicit: *Singulorum membrorum dolor proprius & maximus; nam ibi est torsio intestinorum, & dolor capitis, oculorum, aurium, dentium &c. ut per ea per quæ peccaverit, per ea torqueatur.* Cum vero ad passibilitatem spectet debilitas & infirmitas corporalis de hac S. Anselmus apud Bellovacensem dicit: *Quod quilibet reproborum sic erit imbecillis, ut nec vermem possit à suis oculis amovere. Si enim sic efficitur debilis homo, ut non possit surgere, ab una infirmitate, quanto magis ibi, ubi plus patietur, quam si haberet omnes?* Probat quoque idipsum ex propositi thematis verbis ex Jobo desumptis: *Omnis dolor irruet super eum*; nec non ex verbis illis Isaiæ: *Erit fortitudo vestra, ut favilla stuppæ.* Similiter ex gloria & statu beatorum ad miserias damnatorum explicandas hoc modo argumentatur: *Sicut in beatis erit perfecta sanitas, tam in singulis membris, quam in toto corpore, sic in corporibus reproborum, & singulis eorum membris, erit infirmitas inseparabilis, & dolor incomparabilis.* Idem quoque author alibi

Tertia pœna est Passibilitas, correspondens impassibilitati.

Bellovac. ib.

Job. 20. v. 22.

Isa. 1. v. 31.

alibi de eadem passibilitate tractans hanc habet reflexionem : *Magis dolebunt*, inquit, *in omnibus membris, quam si illorum singula exellerentur, vel scinderentur à locis suis, quia omnia intus & extra combarentur. Attende quantus est dolor, ubi ignis ille se diffundet per omnes partes, ut sit in ferro, & alijs metallis in fornace positis, quando homo pro toto mundo non sustineret combustionem unius membri sui in igne isto materiali.*

Quarta pœna est grossities, correspondens subtilitati,

5. *Quarta dos est*, inquit S. Bernardinus, *quia est grossum, contrarium subtilitati corporis glorificati; nam unum corpus damnatum est adeo grossum, quod si totus mundus esset una porta, non posset inde pertransire.*

S. Bonav. T. 7. c. 3. in Fasciul. Damnati cruciabuntur, per quinque sensus corporis in visu.

6. *Omnis dolor irruet super eum*; sicut enim præscitus per quinque sensus corporis creatorem offendit, ita pariter omnibus pœna sua proportionata respondebit. Nam ut S. Bonaventura scribit : *Pœna erit in omni sensu. In visu per horribiles visus & aspectus dæmoniorum*, quam vero hic aspectus pœnosus sit, in discursu duodecimo examinavimus. S. Antonio Magno, insigni Dei amico in similitudine horrendorum monstrorum ad eum exterrendum comparuerunt, assimentes sibi figuras leonum, taurorum, luporum, aspidum, scorpionum, urforum, aliarumque ferocium bestiarum; quanto igitur terribiliores futuri erunt, in regia ipsorum infernali propria, ubi furor illorum in castigandis reprobis implacabilis erit? S. Antonium per horribilissimum aspectum aggressi sunt unguibus, dentibus, cornibus, ejusque carnes intolerabili cum dolore dilaniarunt; *si hæc igitur in viridi quid in arido?* Sanctus ille vir Dei, eximius erat Dei amicus, dæmones vero manus suas ligatas habebant, non poterant plus, quam eis à Deo permitteretur, at vero in inferno omnes manus solutas & expeditas habebunt. S. Antonius de Padua in quodam sermone suo circa pœnam hujus oculorum sensus ita loquitur : *Ad oculos vero tenebræ palpabiles excæcantes visum; fumus turbulentissimus, & suffocativus : Lacrymæ obruentes oculos & faciem; aspectus pœnarum, tortorum & tormentorum.* Porro cœlestis magister noster in pluribus locis apud S. Mattheum inferni nobis notitiam declarare volens specialem planctus & lachrymarum ab oculis damnatorum manantium mentionem facit : *Ibi erit fletus.* Spiritus S. pariter in libro Sapientiæ patientes in barathro illo damnatos nobis repræsentare volens inquit: *Præ angustia Spiritus gementes*; sicut enim major pars peccatorum suam ab oculis minus bene custoditis habuerunt originem & causam, ita quoque ijsdem in abysso infernali unum ex majoribus correspondebit supplicijs.

S. Anton de Pad. Ser. 2. post Dom. 1. Quadr.

Sap. 5. v. 3.

7. *In auditu quoque patientur*, inquit S. Bonaventura, *per lamentabiles gemitus & clamores de miserabili societate & crudelitate tortorum qui sine omni misericordia in torquendo non fatigantur, & insultabunt dicentes : Ubi nunc gloria? ubi nunc altus status? ubi superbia? cogita, quomodo tibi per membra, quibus quas peccavit eisdem punitur, & omnibus membris malas pœnam justi inebrit.* Resonabunt in damnatorum auribus, ululatus, stridores, mugitus, sibili, latratus, boatus, rugitus, & omnes aliæ horrificæ & monstruosæ voces.

S. Bonavent. ib. Et auditu.

S. Bern. de reprobis in inferno cruciatis inquit : *Habebant in oculis continuas lachrymas, & mœrores; in auribus horrendum timorem & terrorem; in naribus insupportabilem fœtorem, in gustu inexpressibilem amaritudinem; in dentibus terribilem stridorem; in ore horribilem clamorem; in corde inconsummatum dolorem, in toto corpore ardorem, & inconfusibilem pudorem.*

S. Bern. T. 2. Ser. 22. de 2.

Exod. 15. 5. Apoc. 18. v. 21. Alb. Magn l. de muliere forti c. 6. §. 4.

Albert. Magn. illum adducit Exodi textum c. 15. *descenderunt in profundum quasi lapis, submersi sunt, quasi plumbum, in aquas vehementibus*; nec non illum textum Apoc. 8. *Lapidem magnum quasi molarem &c.* moxque subjungit; *hoc impetu mittetur Babylon, scilicet in infernum, in mare, quia hoc est amarum. In pondere graves sunt, & ideo majori impetu descendunt in profundum inferni.* Unde reprobus dicere potest : *Venit in altitudinem maris, & tempestas demersit me*, quia si per aquas salsas & amaras, ærumnæ, pœnæ & cruciatus denotantur, his omnibus circumquaque cinctus erit damnatus.

Psl. 68. v. 3.

8. S. Bernard. omnia elementa ad impios castigandos concursura esse existimat : *Quatuor elementa esse creduntur ad perfectam damnatorum punitionem, ignis, aër, sulphur, spiritus procellarum, aqua, terra, ut omnis creatura excandescat in tormentum contra injustos. & armetur in ultionem creatoris, & per eadem puniantur, ex quibus constituuntur.* Decem illa flagella, quibus justitia Dei ad iracundiam provocata olim castigavit Ægyptum, aliqua saltem ex parte pœnas figuraverunt infernales, fuit namque Ægyptus percussa ab omnibus creaturis; *pugnavit cum illo orbis terrarum contra insensatos, armavit creaturam ad ultionem inimicorum.* Deus velut justi furoris sui instrumentis usus est, igne, terra, aëre, aqua, nec non & mixtis, nimirum grandine & sanguine, irritavit quoque contra illos animalia, etiam minutissima, cujusmodi sunt, muscæ, ranæ, cinyphes, locustæ, lugubri veste obduxit solem cymerias quaqua versum spargendo tenebras, fuere puniti in gregibus & armentis, in segetibus & arboribus in filijs primogenitis, in argento & auro, aliaque pretiosa suppellectile, in corporibus ulcerosis, in aspectu oculorum propter tenebras, in auditu per terræ motus; in naribus ob cadaverum pestilentia devoratorum putredinem, in gustu, quia ob aquæ defectum coacti fuerunt ad bibendum sanguinem; denique in tactu, quomodo tot plagis & ulceribus fuere afflicti: at vero omnia hæc flagella ne minimam quidem cum ærumnis inferni habent proportionem, siquidem *simili ad infinitum nulla est proportio.* Sanctus Bernardinus in alio quodam sermone inquit : *Erit pœna in corpore ratione elementorum contrariantium sibi ad invicem, & sic quælibet pars corporis, respectu elementorum ad invicem contrariantium, in toto corpore totum quamlibet partem corporis damnati affliget & cruciabit; & sic sine corruptione semper in æternum quæret una pars corporis se ab invicem separare.* Albertus Magn. omnia elementa simul conjuratura esse dicit; ad onerandum in abyssum illam omne id, quod ad communis creatoris rebelles torquendos aliquo modo servire poterit : *Orbis terrarum* inquit, *hoc est mundus pugnavit cum ipso contra illos. Quia quidquid est ignobile in elementis mundi, sicut calidum, frigidum, tenebrosum, & hujusmodi, totum dividens à se elementa, & ministrabunt inferno, ut per illa crucientur reprobi.* Bellovacensis multa alia enumerat tormenta, quibus damnati ibidem cruciabuntur : *Ex parte corporis*, inquit, *erunt ibi, acerbitas doloris, atrocitas algoris, fœtoris immensitas, fumi obscuritas, tenebræ palpabiles, procellæ terribiles, penuria famis, anditas sitis, attritio verberum, constrictio catenarum, morsus serpentum, turpitudo horribilis, ponderositas importabilis, imbecillitas debilis, ulalatus & gemitus, dolores & torsiones, amaritudines, & ægritudines.* Insuper existimat unumquemque reproborum, præter communem damnatorum infernum, ab alio quodam inferno particulari, & unicuique proprio cruciandum esse. *Habebunt reprobi*, inquit, *intra se quasi alium infernum ex contrarietate qualitatum diversarum, quia cum ipsorum corpora composita sint ex elementis, perpetuo pugnabunt qualitates elementares in ipso corpore. Erit autem hæc pugna gravissima & ineffabili modo tanto atrocius, quanto intimius afflictiva.* S. Antonius de Padua in eodem supra citato sermone, hactenus dictis insuper adjungit, in hunc modum loquens : *Ad odoratum fœtor intolerabilis ex sulphure horrendo. Item conscientia marcida generabit fœtorem maximum*; item *vermes qui scaturient in carne & similiter tinea. Ad gustum, quia amaritudo peccati redundabit in gustum : Fel draconum vinum eorum. Item serpentes horrendi, qui ingredientur per os*; item *fames perpetua & sitis cruciatus : Ad tactum, vermis, ignis, frigus, ulcera, tortores, tinea.*

Sicuti contigit Ægyptijs

S. Anton. de Padua ibid. Et reliquis corporis sensibus, pariter puniuntur.

9. Citat Bellovacensis quamdam ex V. Beda historiam, cujus alibi quoque mentionem fecimus : in qua visio quædam S. Paulo de pœnis infernalibus exhibita describitur; *Vidit*, inquit, *in inferno mulieres nigras indutas pice & sulphure, & dracones, & serpentes torquentes eas; habebant cornua ignita, & serpentes & vipereæ circa colla earum eas flagentes & torquentes.* Idem quoque Bellov. alibi ex S. Greg. observat, quod *non erit ibi ordo naturæ secundum Gregorium.* 9. *Moral. quibuslibet rebus in pœnam largentibus propria qualitas non servatur, quia ibi simul est timor cum dolore, & dolor pariter cum timore.* De quo timore quo damnati continuo percellentur S. Bern. pariter in suis meditationibus mentionem his verbis facit : *Ibi erit dolor intolerabilis, timor horribilis, fœtor incomparabilis, mors animæ & corporis.* S. Antoninus similiter timorem & formidinem supplicijs annumerat infernalibus dicens : *Erit in anima perturbatio timoris indeficientis. In præsenti etenim vita ut ait Gregorius : dum pœna instigitur, timor quiescit, apud inferos pœnæ inflictio est timoris augmentatio, unde de quolibet damnato potest intelligi illud Job. 15. sonitus terroris semper in auribus ejus. Cum habeant omnia mala, semper timebunt & expectabunt pecora.* Et quidem si Cain, qui primus reprobus fuit, priusquam in abyssum descenderet, semper pavidus, & tremulus erat, quanto magis in inferno, expavescet, & contremiscet, quia ut in libro Sapientiæ dicitur : *Turbabuntur timore horribili*, id est, ut Dionysius Carth. exponit; *Turbabuntur videntes omnipotentem iratum, quem offenderunt, blasphemaverunt, spreverunt. Turbabuntur quoque tam horribiliter ex magnifica apparitione & inspectione justorum quos pro nihilo reputaverunt & angustiaverunt.* Quin imo monarchæ, coram quibus totus mundus contremiscebat, ut observat S. Hieronymus, ab eodem Dionysio relatus, instar tenuis folij trepidabunt, & contremiscent; *Potentissimi quondam reges nudo latere palpitabunt.* Hic autem horrendus timor continuus erit, & sine intermissione, si S. Bernardino credimus, damnatos affliget, unde ab illo vocatur, *pavor continuus.* Deus olim populo suo, si quando perfidus, & infidelis futurus fuisset, comminatus est dicens : *Dabo pavorem in cordibus eorum in regionibus hostium, terrebit eos sonitus folij volantis, & ita fugiet quasi gladium, cadent nullo persequente, & corruent singuli super fratres suos.* Imaginemini igitur vobis, qualis in damnatis tremor futurus sit, qui totidem lateribus suis assistentes habent carnifices, qui illos exagitant, quot sunt innumerabiles dæmones; præterquam quod supplicia, quibus cruciabuntur, non sint folia à vento agitata, sed tormenta gravissima, & inexplicabilia. S. Joannes in Apocalypsi multos enumerat reprobos, scleratos, & ad flammas illas destinatos, inter quos tamen primo loco timidos recenset. *Timidis autem, & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure.* Hoc autem verbum, *timidis*; similiter bene concordat, cum alio quodam textu libri Sapientiæ, ubi dicitur : *Venient in cogitatione peccatorum suorum timidi*, id est, ut Dionysius Carth. exponit, *ex remorsu conscientiæ, & consideratione suorum excessuum, cum inæstimabili timore. Terrebit eum tribulatio*, inquit diu ante S. Job, *& angustia vallabit eum*, id est damnatum.

S. Bellovac. ibid. dist. 2.

Sap. 5. v. 2. D. Carth. ib.

Illi coram quibus totus mundus contremiscebat, horrendo concutientur timore.

S. Bern. T. 4. serm. 18. extraor.

Levit. 28. v. 36.

Apoc. 21. v. 8.

Sap. 4. v. 20. D. Carth. ib.

DISCURSUS XVI.

ARGUMENTUM.

Consideratur dissensio, quæ inter corpus & animam damnati futura erit, nec non potentiarum suarum depravatio, aliæque pœnæ internæ.

THEMA.

Pones eos ut clibanum ignis, in tempore vultus tui, dominus in ira sua conturbabit eos, & devorabit eos ignis. Ps. 20. v. 10.

Damnati simul patiuntur horrenda tormenta in corpore & anima.

1. POstquam Psalmista justitiæ divinæ contra reprobos meminisset dicens : *Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis, dextera tua inveniat omnes qui te oderunt*; Immediatè subjungit dicens : *Pones eos ut clibanum ignis &c.* quasi nobis interna, quæ coram oculis non apparent, quibusque damnatorum animæ & potentiæ cruciantur, denotare voluisset supplicia & cruciatus, de quibus Bellovac. fusius agens, cuidam S. Gregor. innixus doctrinæ ait : *Sciendum vero est quod reprobi, quia ex anima simul & carne peccaverunt, illic in carne patiuntur, & in anima cruciantur; Unde bene per Psalmistam dicitur : Pones eos ut Clibanum ignis in tempore vultus tui; Dominus in ira sua conturbabit eos, & devorabit eos ignis; nam clibanus intrinsecus ardet; is vero qui devoratur ab igne, ab extertori parte incipit concremari; ut ergo sacra eloquia reprobos ardere interius & exterius demonstrarent, eos ab igne devorari, & ut clibanum poni testantur, ut per ignem devorentur in corpore, & per dolorem ardeant in mente.* Quod idem duplex tormentum Alb. Magn. pariter in illis ailis colligit Psalmistæ verbis : *Remitte mihi ut refrigerer priusquam abeam, & amplius non ero*; in hujus namque textus commentario totalem condemnati quantum ad corpus & animam desolationem exprimit in hæc verba : *Damnatus amittit in morte quasi totum esse naturale; tunc enim perdit res suum esse naturale, quando calor naturalis mutatur in incentivum, & naturalis substantia in congruum illi incentivo, quia caro mutatur in sulphur, & sanguis venarum in picem ardentem. Carebunt etiam esse gratiæ & esse gloriæ, propter hoc de damnato diabolo Ezech. 28. nihil fractus es, & non eris in perpetuum.*

Bellovac. sive. mor. p. 3. l. 2. dist. 1.

Alb. Magn. in Psl. 38. v. 14.

Ezech. 28. 19.

2. Porro tanta animam inter & corpus dissensio exurget atque discordia; ut major nec dari nec imaginari possit; ideoque S. Anselmi authoritatem secutus Bellovac. ait : *In discordia tanta mali persistent, ut eorum corpus & anima semper dissideat, nam & corpus animum odio habebit, eo quod semper male cogitaverit, & anima corpus; eo quod male cogitata opere compleverit, pro quibus omnibus torquentur in pœnis.* Anima corpori ineffrænem appetituum licentiam, hocque illi pariter exprobrabit incuriam, dum corpus animam regere & frænare neglexit, ne corrueret; siquidem ipsa dominium habebat in corpus; Quem perpetuum conflictum Albertus Magnus in hæc sequentia expressit verba : *Tanta discordia erit inter animam & corpus, quod libentissime separarentur, si fieri posset, sed per judicium justissimum Dei simul tenentur, ut; sicut simul peccaverunt, ita etiam simul puniantur.* Quæ quamvis doctrina clara sit, nihilominus nequaquam prætereundam duxi, quam idem author immediate in hæc verba præmiserat dicens : *Bellum continuum corporis ad animam & è converso, eo quod corpus concupiscat animæ, quod ipsa debebat regere ipsum ad bonum, & divexit ad malum; anima autem corpori è converso, quod delectationes corporales seduxerunt eam, & quod prona fuit ad malum caro omni tempore, ad bonum autem pigra & infirma.*

Inter corpus & animam damnati erit perpetua discordia & odium.

Bellovac. ibi.

Alb. Magn. l. de muliere forti c. 16. §. n. 4.

3. Imo ut idem advertit author contentio hæc corpora inter & animas damnatorum perpetua erit atque incessanter duratura; ait enim : *Vermes strangulant corpus & animam, mutuis, & vicarijs improperijs.* Quam pariter altercationem S. Bernardinus his sequentibus tradit verbis : *Anima odiet corpus; & corpus odiet animam, & ipsam abhorrebit; & omnes partes corporis similiter ad invicem erunt discordes; & appetent separari ab invicem nec poterunt dissolvi; unde oportebit affligi utrumque; corpus, quia à sua anima torquebitur in æternum; anima vero, quia resolet & intelliget corpus suum in æternum torqueri, & diliget naturaliter habere gloriam quam desperabit attingere.*

Illa discordia erit perpetua.

S. Bern. T. 4. ser. 6. 2. f. 1 principio.

4. Bellovacensis in hanc eamdem se diffundens materiam, plurimos internos animæ reæ enumerat cruciatus, coram nostris plerumque absconditos oculis; omissis namque reliquis ejus authoritatibus, quodam in loco ait : *Ad animam pertinet timoris perturbatio, pudoris confusio, vehementia doloris, corrosio odij & rancoris, iræ, tristitiæ, & furoris, remorsus conscientiæ, excæcatio rationis, tædium vitæ, & desiderium mortis, consortium dæmonum, servitus, desperatio & blasphemia.* Ad hæc arguere hoc modo possumus, quod si B. Petrus Damianus animam in hac vita affectibus inordinatis coinquinatam, suorumque appetituum tyrannidi subjectam, portatilem quemdam secum infernum portare censuit, quanto magis id ipsum adimplebitur, quando in ipsummet infernum ejecta fuerit? Porro verba B. Petri Damiani hæc sunt? *Nam mens odiosa, cupida, curis tantummodo sæcularibus dedita, libidinis igne succensa, nonne tibi videtur infernus, in quo videlicet & Diabolus habitat, & concupiscentiarum ignes æstuare non cessant? Hæc flebilis anima gehenna facta est.* His igitur effrænis concupiscentiæ flammis, quibus in hac vita exarsit, multo magis in futura vita in sempiternum conflagrabit. S. Antoninus in summa sua hanc in anima reprobi in portione superiori numquam intermissam pugnam his verbis considerat : *Sicut ipsi habent contra se continuum bellum malarum cogitationum, sic & creaturæ bellant contra eos, affligendo diversis modis & pœnis.* Et quidem appetitus tunc vel maxime effrænes & licentiosi insanient, quantumvis numquam ijs satisfacere sit possibile; Continua namque variarum passionum furia agitabuntur damnati; continuum patientur fluxum, atque refluxum, longe importunissimum, dicente Propheta : *Cor impij quasi mare fervens, quod quiescere non potest.* Omnes enim damnati veluti a totidem tempestatibus agitati, timore, tristitia, odio, invidia, desperatione, furore, rabie, concutientur; imaginationem passuri turbatam phantasmatibus monstrosis, draconinibus, basilicis, alijsque tremendis spectris.

Bellovac. ibi. Quænam tormenta specialiter pertineant ad animam.

S. Antonin. 4. p. Tit. 14. c. 5. §. 10.

Isa. 57. v. 20.

5. Quæ varia, eaque horribilia supplicia Albertus Magnus non obscure nobis insinuat, dum illa Prophetiæ Amos interpretatur verba : *Juravit Dominus Deus in Sancto suo; quia ecce dies venient super vos, & levabunt vos in contis : & reliquias vestras in ollis ferventibus, Et per aperturas ex' ibitis altera contra alteram, & projicieimini in Armon dicit Dominus.* Huic namque textui sequentem adjungit expositionem dicens : *Juramentum Domini est immobile decretum judicij. Tunc dæmones tortores levabunt damnatos in con-*

Amos. 4. v. 2. 3.

Describuntur penitius damnatorum tormenta.

Alb. Magn. ib.

tis, est autem contra instrumentum, quo macellarij levant boves excoriatos, intrudentes lignum per nervos ovarium posteriorum & ita levantes jasprendunt ad dissecandum, & illud lignum, quod sic intruditur per nervos ovarium, dicitur conta & significat vinculum quo ligantur damnati ad supplicium. Reliquiæ sunt ossa, quæ erant in olla, & est integritas corporis, in qua resurgent, & fervent in ipsa sicut in olla; apertura autem una est sepulchri, & excibit corpus, & altera apertura erit inferni, & exibit anima, altera contra alteram id est anima contra corpus, & jungentur, & projicientur in Armon, qui interpretatur Anathema Mœroris, & signat infernum cum damnatis, qui sunt anathematizati à Deo, & in mœrore æterno.

6. Innocentius III. in sermone quodam internas damnatorum angustias sequentibus pariter expressit verbis dicens: *Tantam in pœnis reprobi sustinebunt angustiam, ut nihil cogitare valeant præter pœnas, sed illuc dirigent impetum cogitationis, ubi sentient vim doloris, Salomone dicente: Nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia est apud inferos, quo tu properas.* Deus namque animabus damnatis vivacissimam, eamque continuam imprimet pœnarum infinitarum, quas per omnem æternitatem sufferunt & sufferent, apprehensionem, absque eo, quod vel ad minimum temporis momentum se ad alia divertere possint. Quam eamdem doctrinam idem Pontifex alio in loco confirmat; dum historiam adducit cujusdam scholastici, qui post mortem magistro suo apparens, eique de statu ejus interroganti, respondit, se damnatum esse; Interrogatus vero quænam in Inferno quæstiones cogitarentur; subjunxit: *Apud inferos quæritur solummodo, quid non sit pœna.* Ubi dictus author subnectit dicens: *Erit tanta in reprobis mentis oblivio, tanta cæcitas animi, tanta confusio rationis, ut raro vel numquam ad cogitandam quidquam de Deo possint assurgere.* De Deo namque (prout inferius dicemus) cogitabunt animæ illæ, sed nonnisi in odium & blasphemiam ejus.

Innoc. III. ser. 2. in die Cin. Erunt in continua angustia.

Innoc. III. L. 3. de cont. mundi c. 7. Exemplum damnati scholastici.

7. Abulensis inter alios dubium movet, qualiter animæ damnatæ extra abyssum existentes crucientur? respondetque juxta opinionum diversitatem, alios autumasse, eas ignem secum deferre; prout ex diversis videtur colligi apparitionibus, id quod ipse nequaquam admittere videtur ita namque flamma infernalis eos incessanter concomitans omnia succenderet, per quæ transiret loca; *Uraret tacta vicina, per quæ moveretur, cum sit verus ignis sicut noster, nisi ponatur miraculum.* Tandem dubium resolvit dicens: *Quod vere punitur anima, ab igne detinente eam, sed ista pœna non esset pœna, nisi æstimaretur, id est apprehenderet anima nocivum sibi esse ignem, in quantum detinet, & tamen ista apprehensio semper manet in anima; ideoque semper affligere potest.* Idipsum quoque in alia quadam quæstione confirmat dicens: *Erit modus afflictionis, in quantum apprehenditur ut nocivus, manebit enim semper ista cogitatio in anima damnati; & in veritate ipse ignis habebit vim semper retinendi.* Hugo Cardinalis de præscitis in barathro perditionis cruciatibus interpretatur illa Psalmistæ verba: *Lacum aperuit, & effudit eum, & incidit in foveam quam fecit; lacum aperuit, scilicet inferni*; Quod vero ad propositum nostrum vel maxime servit, est, quod sequitur: *Convertetur dolor ejus in caput ejus.* Quod enim in eo latere putas mysterium, quod solius capitis mentionem faciat, quando totum quoque corpus damnati in inferno cruciabitur? *In caput ejus*, inquit, *id est, in mentem ejus, quando pro eo punietur; & in verticem ipsius, id est in rationem, iniquitas ejus descendet, id est æterna pœna pro iniquitate: ratio enim maxime punietur in inferno.* Porro intellectus damnati erroribus, ignorantia, & deceptionibus obfuscabitur, neque aliud distinguere poterit, præterquam hoc quod majorem illi adferet confusionem. Unde S. Anton. inter alias pœnas infernales hanc quoque recenset: *Excæcatio seu obfuscatio rationis*; Loquitur vero de illis qui in scientijs edocti, vel singulares sunt in aliqua arte, qui videlicet veritates illius scientiæ speculari gaudent: at vero in inferno intellectus damnati hac consolatione carebit: *Egressæ animæ talium sapientium hujus sæculi de mundo, scientiam hic acquisitam secum deferunt, nec eam oblivisc antur, sed nullam delectationem, vel refrigerium recipient in tali scientia, pœnis absorpti, sed augmentum doloris, quia considerant, quod si recte vixissent eorum scientia in alia vita fuisset in eis perfecta in Deum videndo, & quia quanto magis in mundo notitiam habuerunt in mundo agendorum, tanto magis puniantur, ut gravius peccarent.* Subjungit ulterius quod Platonem, Aristotelem, Socratem, Tullium, Demosthenem, Virgilium & Homerum in inferno scientia & facundia ipsorum nec quidquam juvabunt; *De his enim dicit Hieronymus illud intelligi quod ait Salomon Eccl. 10. Labor stultorum affliget eos, quod nesciunt in urbem pergere, & quia non habuerunt Sapientiam, perierunt propter suam insipientiam.*

Abul. Q. 509. in Matth. 25. Qualiter animæ damnatorum extra abyssum existentes crucientur.

Abul. ibid. Q. 514.

Ps. 7. v. 16. Hug. Card. ib.

S. Anton. ib. § 8. Obfuscabitur damnatorum ratio intellectus.

8. Quod si vero alteram animæ consideremus potentiam, quæ est memoria pœna damnati pariter augebitur, dum recordantur delectationum, quæ omni cum libertate fruiti fuerunt. Specialis namque damnatorum pœna erit, *Memoria præteritarum delectationum, & earum defectus*, inquit idem S. Antoninus, idque probat ex eo quod Abraham Epulone dixit, videlicet: *Recordare quia recepisti bona in vita tua, quasi dicat: Defecerunt tibi omnia illa, quæ bona, & maxima bona putabas, & amabas, quanto autem magis quis aliquid amat, & illud consequi non potest, tanto magis affligitur.* S. Bern. de tormento animæ impiæ in igne illo recluse differens inquit; *Durante anima, durat & memoria; sed qualis? fœda flagitus, horrida facinoribus, vanitate tumida, contemptu hispida, & neglecta. Quæ priora transierunt, & non transierunt; transierunt à manu, sed non à mente; non transibit cum tempore, quod tempora transit. In æternum ergo necesse est cruciet, quod perperam te egisse in æternum memineris.* S. Bonav. inquit: *Internæ passiones maxime regnabunt in eis, erunt enim maxime iracundi, & invidi; & erunt ita simul sicut canes rabidi recordabuntur priorum delectationum, ad augmentum pœnæ.*

Cruciabuntur etiam in memoria.

Luc. 16. 25.

S. Anton. ibid.

S. Bern. de Consid. lib. 5. c. 12.

S. Bonav. t. 7. c. 3. Speculi.

9. Quod si vero sermo sit de tertia animæ potentia, scilicet voluntate, etiam hæc solito magis in malitia pertinax & perversa erit; nam *in inferno privati sunt lumine gratiæ, scilicet fide, per quam cognoscimus Creatorem, & creaturas similiter; & lumine gloriæ, id est, visione beata. Exteriores tenebræ intelligi possunt quædam malignitas odij, & voluntas, quæ tunc excrescet in mentibus reproborum, & quadam oblivio Dei* Numquam damnatus boni aliquid velle poterit, neque vel unam cogitationem, aut desiderium bonum concipere valebit, quia totaliter à Deo est derelictus, cum *non simus sufficientes cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est*; Et ideo sine Deo ne vel minimam cogitationem bonam concipere possumus. Qui Deum non amat, concipere nequaquam potest, quam horrenda sit pœna animæ, dum se ad odiendum constrictam videt, & ad concipiendam amandi Deum voluntatem incapacem; Etenim tametsi verum sit, quod Deus, qui in semetipso summum bonum est, objectum odij esse nequeat, attamen ob pœnam atrocissimam, quam divina justitia ab animabus damnatis exigit, illum incessanter odio prosequuntur & blasphemant; ac proinde S. Ignatius dicere solebat, unum ex asperrimis inferni tormentis esse, quod videlicet damnati in corde suo insuperabiliter, & in sempiternum reclusum habeant mortale hoc odij contra Deum venenum, quod tanto magis est afflictivum, quanto ipsi certius noverunt, quod de Deo se numquam vindicare poterunt, sicut ardenter, licet inutiliter, desiderant, Albertus Magn. inquit: *Sicut dicitur Ezechielis 32. adeo sigillatæ sunt iniquitates eorum in ossibus eorum, quod ita habent obstinatam in malo voluntatem, quod quamvis vellent esse sine pœnis, tamen in gloria nollent esse cum Deo judice & sanctis, quia ut dicitur Psalmo 73. Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper.* Sicut enim animæ gloriosæ in cœlesti beatitudine Deum incessanter amant, neque se ab hoc objecto beato umquam divertere possunt, ita reprobi sine intermissione ipsum odio habebunt, & ab hoc odio cessare numquam poterunt. *Accipiunt Sancti ex visione Dei*, inquit S. Antoninus, *summam firmitatem in bono, quia cum continue repræsentetur Deus menti, ut summum bonum, non possunt ad momentum diverti ab eo, & ipsum non summe amare, nec valent in aliquo peccare, sine macula enim sunt ante thronum Dei Apoc. 14. damnati autem è contrario sunt ita aversi à Deo, quod non possunt eum diligere, sed sicut dæmones, ut dicit Dionysius, habent phantasiam protervam, id est, judicium intellectus perversum, nec averti possunt à malis desiderijs eorum, quæ habuerunt in mundo sed nihil eorum possunt obtinere; Psalmo 111. Desiderium peccatorum peribit, scilicet ut non consequi valeant desiderata ab eis.*

Voluntas illorum erit magis pertinax in malitia.

Alb. Magn. ibid.

S. Bern. T. 4. serm. 18. extraord.

Apoc. 16. v. 9. Cruciabuntur etiam odio, invidia & ira.

Alb. Magn. de muliere fort. c. 16. §. 4.

Ezech. 32. v. 27.

Matth. 12. v. 34.

S. Bonav. t. 7. c. 3. Speculi.

S. Anton. ibid. §. 10.

Apoc. 14. v. 5.

S. Bern. ser. 8. super Ps. Qui habitat.

S. Basil. orat. 23. de fut. judicio. Vermes erunt insatiabiles.

S. Bern. t. 4. serm. 18. extraord.

Ps. 111. 10.

10. Eamdem rabiosam hanc damnatorum impotentiam, dum numquam de Deo se vindicare; aut perversos conceptus suos adimplere poterunt, S. quoque Bernardinus in hæc sequentia exprimit verba dicens: *Pœna est malum velle, sed impotens; quia quod malum volent, perficere nequeunt; ligatis manibus & pedibus mittite eum in tenebras exteriores; & hoc propter eorum superbiam, quanta putas pœna est superbia, quando non poterunt se vindicare, & non poterunt suam malam expellere?* Deum namque, propter nimiam ultricem manum, quam subterfugere non poterunt, blasphemabunt continuo: *Blasphemaverunt nomen Dei habentis potestatem super has plagas*; quia scilicet cum se ab ijs supplicijs eximere non possent, percutientem & punientem blasphemabant.

Dolebunt quod non possint se vindicare de Deo.

11. Albertus Magnus alia inter supplicia infernalia pariter annumerat sequentia, dicens: *Odium, invidia, & ira, quibus replentur loco dilectionis Sanctorum in patria. Ad se invicem habent odium, iram autem contra Deum judicem eorum; & invidiam contra Sanctos Dei, & electos regni ejus.* Inque horum confirmationem illum Ezechielis textum, ubi damnati cum armis suis ad infernum descendisse scribuntur, adducit: *Descenderunt in infernum cum armis suis*; textumque hunc sequenti illustrat commentario dicens: *Arma enim iracundorum sunt ira, odium, & mala voluntas, & invidia, quæ sunt peccata quæ non abscidit mors, sed remanent in inferno ut dicit glossa. Gladij autem quibus impugnabunt se, sunt maledictiones & blasphemiæ.* Si enim teste apud S. Matthæum Salvatore, *ex abundantia cordis os loquitur*, quid ni facile fuerit, odij, voluntatisque perversæ filiorum perditionis venenum ex blasphemijs deducere, quod incessanter contra divinam evomitant majestatem; Quam impietatem nemo obstupescat voluntatis, siquidem excæcatum habent intellectum; Unde idem author alios inter damnatorum cruciatus serpentes pariter annumerare non ambigit dicens: *Perversio intellectus & rationis, quia verum cognoscunt, sunt etiam dæmones, & tamen contra veritatem proterviunt & certant.*

DISCURSUS XVII.
ARGUMENTUM.

De verme malæ conscientiæ, qui damnatos de proprijs demeritis convictos, in æternum corrodet.

THEMA.

Vermis eorum non morietur. Isai. 66. ℣. 24.

Damnati cruciabuntur morsibus vermium, & serpentum.

1. DUbitari nequaquam potest, quin Propheta Evangelicus de verme, qui damnatos in æternum rodet, loqui intendat, siquidem immediate subjungit dicens: *Et ignis eorum non extinguetur.* Enimvero inter sacros interpretes controvertitur, an in illa Ignis abysso veri reperiantur serpentes, scorpiones, basilisci, vermes, aliaque similia animalia ad hominem infestandum producta? Et quidem quod Salamandram attinet, hanc inter flammas naturaliter vivere, per experientiam compertum habemus, ac proinde multo magis Deus per suam omnipotentiam in igne vivos conservare poterit omnes alios serpentes, & vermes, ut fœtida reproborum cadavera corrodant & devorent, nec tamen consumantur, & in cineres redigantur.

Ecli. 7. v. 19. S. Aug. l. 21. de Civit. Dei c. 9.

2. *Vindicta carnis impij*, inquit Ecclesiasticus, *ignis & vermis.* Ubi S. Augustinus miram vermis & ignis conjunctionem his verbis considerat: *Cur dictum est: Vindicta carnis, nisi, quia utrumque ignis solicet & vermis, vindicta erit carnis:* S. Basilius vocarium istorum vermium insatiabilitatem his verbis demonstrat: *Inde vermium innumerabilium genus venenosum & carnivorum, efficax quidem semper nec tamen se exatians, intolerabiles dolores morsibus infligens.* Poetæ gentiles apud inferos vultures esse finxerunt, qui damnatorum ibidem degentium corda paulatim & sensim rodunt & devorant: quorum fabula ad hunc utique scripturæ locum alludere voluit. Cæterum de vermis istius immortalitate (*vermis eorum non morietur*) nonnulla habemus sanctorum Patrum testimonia. S. Bern. in quodam sermone explicans verba illa: *Ibi erit fletus & stridor dentium*, hanc illorum verborum reddit rationem: *Fletus quidem ob ignem qui non extinguitur, stridor vero ob vermem qui non morietur.* S. Basilius in oratione de futuro judicio; ita scribit: *Vermium quoddam genus, quod venenum emittit, carnibusque vescitur quodque etsi mirandum in modum voret, nunquam tamen famem explere potest insolvandos dolores corrodendo intorens.* At vero S. Augustinus qualitates hujus vermis extrainans aliter in hunc modum discurrit: *In pœnis autem malorum & inextinguibilis ignis, & vivacissimus vermis, ab alijs, atque alijs, aliter atque aliter est expositus. Alij* quippe utrumque ad corpus, *alij* utrumque ad animam retulerunt; *Alij* quippe ad corpus ignem, *vermem vero tropicè ad animam; quod credibilius esse videtur.* Porro Innocentius III. Vermem hunc uno eodemque tempore corpus pariter & animam rodere existimat, præcitatumque Ecclesiastici textum: *Vindicta carnis, vermis & ignis*, adducens subdit: *uterque duplex interior & exterior, interior, qui rodit & urit cor; exterior, qui rodit & urit corpus.*

S. Bern. ser. 8. super Ps. Qui habitat.

S. Aug. de Civit. Dei lib. 20. c. 22. Simul corrodent animam & corpus.

Innoc. III. de Cont. mundi l. 3. c. 2. Communiter per hunc vermē intelligitur synderesis & remorsus conscientiæ.

S. Aug. in Psalm. 45.

Marci. 9. v. 42.

S. Aug.

3. *Vermis eorum.* Per hunc vermem communiter Synderesis & malæ conscientiæ remorsus intelligitur, qui velut crudelissimus carnifex damnatos cruciabit. Unde S. Aug. ait: *Inter omnes tribulationes humanæ animæ & innumerabiles afflictionum molestias, nulla est major afflictio, quam conscientia delictorum.* Advertendum porro est Christum de pœnarum illarum acerbitate differere volentem, non sine mysterio ignem simul cum verme conjunxisse; Siquidem non tantum semel, sed trinies in solo capite 9. Marci hæc verba repetuntur: *In ignem inextinguibilem, ubi vermis eorum non moritur.* Et ideo S. Augustinus quærit: *Scipsum, quo fugiturus est homo? Quocumque fugerit se talem trahit post se, & quocumque talem trahit post se, cruciat se. In se est pœna sua, quem torquet conscientia sua.* Idem quoque S. Doctor soli Deo reservatum esse dicit, hujus cruciatus penetrare acerbitatem, siquidem ab ipso immediate hic cruciatus animæ corpori reprobi infligitur: *Deus scit tantam pœnam animæ, tanta tormenta.* S. Bernardus in Meditationibus hunc cruciatum expendit sequentibus verbis: *Ardebuntque miseri in igne æterno in æternum & ultra. In carne cruciabuntur per ignem, in spiritu per conscientiæ vermem.* Quod & S. Prosper confirmat dicens, damnatos *edaci simis in æternum dilaniari vermibus, nec perire.*

S. Bern. c. 32. Medit. S. Prosper. de Vit. Contemplat. l. 3. c. 12. Vermis ille non moritur.

4. Nihilominus & hic ipse author ad sensum mysticum se convertens, tormentum hoc de reatu & malæ conscientiæ remorsu intelligendum esse docet in hæc verba: *Vermis eorum non morietur, & ignis illorum non extinguetur, ad totam refertur Damnati hominis pœnam, quem inefficacis pœnitentiæ ignis exurit, & consumentis conscientiæ vermis immortaliter rodit.* Quam eamdem doctrinam alio in loco fusius, dum ad Eugenium Papam scribit, expressit S. Bernardus dum ait: *Hic est vermis qui non moritur, memoria præteritorum. Semel injectus, vel potius innatus per peccatum, hæsit firmiter nequaquam deinceps avellendus. Nec cessat rodere conscientiam, eaque pastus esca, utique inconsumptibili, perpetuat vitam. Horreo vermem mordacem, & mortem vivacem.*

S. Bern. de Consid. l. 5. c. 12.

5. Quin & S. Hieronymus, quemdam Isaiæ textum, ubi Electi damnatorum pœnas contemplaturi scribuntur in hæc verba (*Egredientur, & videbunt cadavera virorum, qui prævaricati sunt in me*) explicans, ad præsens pariter alludit propositum verbis sequentibus: *Egredientur non loco; sed intelligentia; vermis qui non morietur, & ignis qui non extinguetur, à plerisque conscientia accipitur peccatorum, quæ torqueat in supplicijs constitutos.* Hujus autem infernalis vermis tyrannidem Innocentius III. clarissime demonstrat dum ait: *Vermis conscientiæ tripliciter lacerabit; affliget memoria, exacerbabit pœna, torquebit angustia; vement enim in cogitatione peccatorum suorum timidi, & traducent illos ex adverso iniquitates eorum, dicentes: Quid profuit nobis superbia & jactantia divitiarum quid contulit nobis? transierunt omnia cum ingenti turbatione recogitabunt, quæ cum nimia delectatione gesserunt, ut stimulus memoriæ pungat ad pœnam, quos aculeus nequitiæ stimulavit ad culpam.*

S. Hieron. Isai. 66. v. 24. Vermis ille tripliciter lacerabit.

Innoc. III. ibid.

6. *Vermis eorum &c.* Damnatus enim innumerabilia vivaciter & continuo apprehendet auxilia, quæ illi per quinquaginta & 70. annorum decursum contulit Salvator, ad æternam operandam salutem, quæ ille temeraria cum ingratitudine respuit, inspirationes recogitabit internas, & invitationes, quas per prædicatores, confessarios, amicos, consanguineos, superiorum parentumque admonitiones, bona eliorum ejusdem ætatis, conditionis & professionis exempla accepit. Imo ut Contemplativi asserunt non pauci, dæmones damnatis exprobrabunt incessanter tantarum gratiarum, donorum, & auxiliorum cœlestium, quas large adeo in animarum suarum bonum obtinuerunt cœlitus, efficaciam & multitudinem; objicient ijs Sacramenta, sacrificia, verbum Dei, patientiam ejus in expectando pœnitentiam ipsorum, facilitatem acquirendi paradysi, labores, quos ut in infer-

Quæ nam dæmones damnatis exprobraturi sint.

num se præcipitarent, subierunt. Exprobrabunt illis, qualiter in comparatione ad se, longe horribiliorem mereantur pœnam justitiæ divinæ; utpote cum diaboli propter unicum superbiæ peccatum semel in infernum prolapsi, semper à communi creatore derelicti fuerint, nec redemptionis umquam facti sint participes; cum tamen pro hominibus, post tot scelera, Dei Filius crucem subito & mortem non detrectarit.

Alb. Magn. lib. de muliere forti. c.16. §.4. Recordatio neglecti temporis multũ torquebit damnatos. *S.Bern. T.1. ser.13. Art.3. c.4. Specul. Exempl.*

7. *Vermis eorum &c.* De verme hoc Albertus Magnus ita scribit: *Per visionē fruitionis divinæ, accipiunt vermem conscientiæ, quia visa in corde peccata continuo mordent dente immortali & acuto. Vermes sunt spirituales remorsiones, de omisso bono, & perpetrato malo.* Animam enim ream remorsus torquebit, non modo propter malum admissum, sed & propter bonum culpabiliter neglectum, maxime autem propter tempus perditum, cujus ne minimum quidem per omnem æternitatem poterunt recuperare momentum; unde S.Bernardinus inquit: *Tempus male expensum obligat ad tormentum æternum*; prout fusius ex sequenti patet. Petri Reginaldi relatione, scribentis, qualiter vice quadam Sanctus aliquis, dum orationi vacaret, mœstam & lamentabilem audierit vocem; Cumque ille quis esset, causamque fletus interrogasset; respondit alter: Ego sum damnatus, & amare plango, quia ego, cum omnibus sociis meis, in nullo magis affligor, quam in temporis male collocati jactura, siquidem vel in unica hora, id nobis comparare poteramus fœlicitatis culmen, quod nobis in omnem denegabitur æternitatem; quia scilicet Deus *vocavit adversum nos tempus.*

Vermis conscientiæ implacabilis erit damnatorum accusator.

8. *Vermis eorum &c.* Vermis iste implacabilem agit accusatorem, animæ damnatæ, quasi totidem montes, singula objiciens peccata, quantumcumque levia propter quæ simul cum mortalibus, æternam sustinebunt pœnam. Ille justitiam perhibebit tam atrocia infligentem tormenta, docebitque tantorum cruciatuum æternitatem, atque ita in desperationem adiget; quando ad litteram verificabitur: *Omnis iniquitas oppilabit os suum.* Cujus tormenti horrorem consideranti, quidam se offert Psalmistæ textus optantis: *descendant in infernum viventes*; quid enim regium vatem, per verba hæc dicere voluisse arbitramini? nisi id quod in præsentis loci commentario scriptum reliquit S. Augustinus, dum ait: *Quid est viventes? scientes quia pereunt. Si mortuus descenderes, quid ageres ignorares, cum vero scis malum esse quod facis, & tamen facis, nunc vivus descendis ad inferos?* Major namque reproborum pars Deum ex malitia, non ex ignorantia, aut fragilitate offendit; tunc itaque vermis, id est, conscientia mala ijs exprobrabit, qualiter sæpius ob canis, quam Dei justi judicis timorem in peccatum consenserint, quia scilicet propter canis vigilis præsentiam, ab hoc illove furto vel adulterio abstinuerunt, non vero ex timore offensæ divinæ; Vermis iste exprobrabit impijs, qualiter canem potius, quam Deum amarint, quando pro ejus alimento, proque eo delicate fovendo pecunias exposuere, cum demulserunt, deque canis jactura plurimum indoluerunt; econtra vero Christum in paupere præsentatum, præ fame mori permisere & deseruere; flocci pendentes dispendium amicitiæ, & gratiæ divinæ; imo aliquando etiam in eodem gaudentes. Ut proinde merito exclamet Thomas de Villa nova in hæc verba: *O quam juste damnatur æterno supplicio, qui perpetuo maluit ardere, quam amare si enim ex charitate diligeret, in inferno non arderet. Nimis, non dico te, sed seipsum odisse convincitur, qui potius elegit ardere quam diligere. Quid vidisti in Deo tuo, ô damnate, quid vidisti? qui, ne diligeres, ardes? quam excusationem afferre poteris, qui neque justus quidem insinuatam Dei bonitatem amare parasti?*

S.Thom. de Villa nova in Dom. 17. post Pentec.

Christiani reprobi majorẽ pœnam merentur quam alij damnati infideles.

9. *Vermis eorum &c.* Ipsemet Christianus Character vermis erit, crudeliter cor rodens impij; unde illuminatus quidam dicere solebat: Mahometani ad infernum, Atheistæ ad infernum, Pagani ad Infernum, Hebræi ad infernum; Christiani vero ad intimam inferni abyssum; de quibus scilicet illud verificatur Spiritus Sancti dictum: *Sivit lumen eorum ita & tenebræ.* Omnes itaque damnati intra se dicent, *Merito hæc patimur*; utpote à malæ conscientiæ suæ Syndereſi convicti, videntesque adversum se tamquam totidem Tigrides & Leones, innumerabilia flagitia sua, quæ ijs obstinationem & duritiem exprobrabunt, qua se divinorum auxiliorum oppositorum efficacia. Quam veritatem ut penetremus solidius, sequentem auscultare placuerit S.Bernardini similitudinem, quam ita ad nostrum accommodat propositum, clareque ostendit, omnes reprobos unanimiter confessuros, *Justus es Domine & rectum judicium tuum.* Ita namque discurrit: *Si dicas; non me creavit Deus, ut me damnaret, nec tanta passus est pro me, ut me perderet; respondeo: si aliquis emisset à Saracenis unum captivum, & constituisset eum supra domum suam, tradidisset que ei in custodiam uxorem propriam, & omnia bona; ipse vero uxorem pollueret, & filios interficeret, & omnia bona dissiparet, nonne Dominus hunc servum in reditu suo puniret, non obstante quod eum redemisset?* ita quoque maxima divinæ pietatis est gratia, quod universam Adæ progeniem contaminatam, in dictas non præcipitet pœnas infernales, quia ut S.Aug. docet: *Universa massa pœnas debet, & si omnibus debitum damnationis supplicium redderetur, non injuste procul dubio redderetur.* Omnes in prævaricatione protoparentum nostrorum exilium promeruimus è cœlis, omnes alienæ rei sumus transgressores; quanto igitur crudelius conscientia remordebit damnatos, quando videbunt, se non ob culpam alienam, sed ob innumerabiles noxas proprias, non unum, sed mille promeruisse infernos? Ideòque idem S.Præsul subjungit dicens: *Qui inde per gratiam liberantur, non vasa meritorum suorum, sed vasa misericordiæ nominantur. Cujus misericordiæ, nisi illius, qui Christum Jesum misit in hunc mundum, peccatores salvos facere, quos præscivit, & prædestinavit, & vocavit, & glorificavit? quis igitur usque adeo dementissime insaniat, ut non agat immemorabiles gratias misericordiæ, quos voluit, liberantis, qui rectè nullo modo posset culpare justitiam, universos omnino damnantis?* Quod idem maximi momenti documentum ab eodem Sancto alio in loco in hæc reperio quam solicitissime inculcari verba: *Justus es Domine, & rectum judicium tuum, mandasti justitiam, testimonia, & veritatem tuam valde. Hæc itaque justitia Dei, rectumque judicium, & veritas, omni est metuenda peccanti. Hæc enim damnantur divinitus, quicumque damnantur; nec est omnino, qui de sua damnatione contra Deum justum rectè conqueri possit.* Singulis namque propria respondebit conscientia, eosque adeo convincet & confundet, ut non unum, sed plures infernos se meruisse sint agnituri. Ideoque unicuique reprobo dicetur: *Arguam te & statuam contra faciem tuam.* Paulo enim ante præmiserat Deus inquiens: *Hæc fecisti, & tacui; existimasti iniquè, quod ero tui similis?* justus namque judex ille reprobum per 20. 30. 50. annos patienter sustulit; *hæc fecisti, & tacui.* Sæpius insinuavit, qualiter vitæ ejus filum abrumpere differret, ut se emendaret, minitans severè, tanto severius supplicium, quanto minus ad pœnitentiam respiceret, dicente Apostolo: *An divitias bonitatis ejus, patientiæ, & longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? secundùm autem duritiem tuam, & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ, & revelationis justi judicij Dei, qui reddet unicuique secundùm opera ejus.* Totum hoc ad unguem in damnatis adimplebitur, quibus diu ante damnatio ipsorum prædicta fuit; *si opus nostrum arserit*, inquit S.Ambrosius, *non habebimus quod excusare possimus.*

S.Bern.T.4. serm.18. ex. tract. Declaratur apta similitudine. *S.Aug. lib. de Nat. & grat. c.3.* *S.Augustin. ibid.* *S. Augustin. Conc.28. in Psalm.118.* Propria conscientia convincet damnatos, quod merito sint damnati. *Pſ.49.v.21.* *S.Ambr. l.5. in Luc.cap.9.* Vermis ille mordebit damnatos ex eo quod scient se potuisse salvari si peccata sua detestati voluissent. *S.Aug serm. 176. de temp.* *S.Thom. in Psalm.49.* *S.Hieron. in Pſ.49.v.21.*

10. *Vermis eorum &c.* In æternum præscitum rodens vermis erit, scire quod eadem illa peccata, quæ veluti totidem ligna inextinguibiles ei flammas accendunt, eidem pro gradibus servire potuissent, per quos in cœlum ascenderet, si ea detestatus fuisset, sacramentique confessionis subjecisset clavibus; nam ut S.Aug. inquit: *De vitijs nostris scalam nobis facimus, si vitia ipsa calcamus, elevabunt nos, si fuerint infra nos.* S. Thomas super prædicta Psalmi verba: *Arguam te & statuam contra faciem tuam*, hanc glossam adjungit: *Id est tuipse te condemnabis.* S.Hieron. super eumdem Psalmum valde salutare nobis tradit monitum, quod licet ad reprobos judicandos dirigatur, adaptari tamen etiam potest ijsdem jam in inferno constitutis; dicit enim: *Cum in sinistra parte sedis fueris collocatus in futuro judicio, statuam illa contra faciem tuam, ut his confusus, damneris in morte perpetua, hoc est, per illa mandata, quæ non custodisti. Utinam nos & in hoc sæculo poneremus ante nos peccata nostra, & non Deus ea in judicio statueret ante faciem nostram. Intelligite hæc qui obliviscimini Deum, ne quando rapiat & non sit qui eripiat. Vox prophetæ admonet unumquemque, ut non ponat Dominum in oblivione, nec sua mandata, ne quando rapiat ad diem judicij, unde dixit: Et non est qui de manu mea possit eruere.* S. Bernardus optimum nos docet remedium, ne vermis in abyssо infernali devorare

Optimũ remedium ne vermis ille nos corrodat in altera vita. *S.Bern. de Convers. ad Cleric. c.6.*

rare nos possit, nimirum si vermis hic in hac vita, quam diu respiramus, nos rodat, seque sentiri faciat, curemus, ne insensibiles simus aut conscientiæ remorsum surda aure excipiamus. *Optimum*, inquit, *est hunc sentiri vermem, cum possit etiam suffocari. Itaque mordeat nunc, ut moriatur, & paulatim desinet mordere. Mordendo rodat interim putredinem, ut rodendo consumat, & ipse quoque pariter consumatur, ne fovere incipiat in immortalitatem.* Quanta enim impijs pœna futura erit, si in hac vita puniti sint ut in æternum puniantur? *Lassati sumus*, dicent impij, *in via iniquitatis, . . . ambulavimus vias difficiles.* Gloriosus ille Angliæ Martyr & Cancellarius Thomas Morus dicere solebat: Si medietatem laborum, quibus sibi damnati acquirunt infernum, pro Deo faceremus utique valde eminentes gloriæ gradus nobis acquisituri essemus in paradyso. Psalmista ait: *Die ac nocte gravata est super me manus tua, . . . dum configitur spina.* Ubi S.Aug. ait: *Confixa est mihi spina, compuncta est conscientia mea. Quid fecit confixa spina? peccatum meum cognovi.* Deus enim damnatis aperte infinitam revelabit innumerabilium offensarum gravitatem, quibus enim injuriati & contumeliati fuerunt, hæcque viva peccatorum cognitio & apprehensio, semper manebit, ut ream conscientiam incessanter rodendo affligat: *Vermis eorum non morietur*; eritque hic vermis morsus, non spina tantum, sed & clavus, corda & animas impiorum incessanter transfigens, adeoque in infernum, in centro terræ situatum, alium quemdam secum deferent infernum, qui est mala conscientia, de qua S.Bern. inquit: *Infernus quidam, & carcer animæ rea conscientia est.*

Sap.5. v.7. *Pſ.31. v.4. S.Aug.ibid.* *Isaiæ 66.24.* *S.Bern.ſer.4. in Assumpt.*

DISCURSUS XVIII.

ARGUMENTUM.

De horribili damnatorum deformitate, & confusione, qua percelluntur, dum omnia scelera sua in sempiternum manifesta videbunt.

THEMA.

Nudabo ignominiam tuam, . . . & videbunt omnem turpitudinem tuam. Ezech. 16. ℣. 37.

Gravissimũ damnatorum supplicium, erit probrum & verecundia sempiterna. *S.Basil. in Psalm.33.*

1. S. Basilius æqua lance infernalium suppliciorum ponderans multiplicitatem & horribilitatem, ijs rectè ponderatis, opprobrium & confusionem damnatorum, omnia alia tormenta longe excessuram esse dicit; Postquam enim super Psalmum 33. scribens, vermis conscientiam rodentis fecisset mentionem subjungit inquiens: *Postremo omnium durissimam pœnam esse crede probrum illud, & verecundiam sempiternam. Hæc tu time, & ejusmodi timore eruditus, quasi frænо quopiam abarce animam, & inhibe ad vitiosam concupiscentiam propendentem.* Hæc autem pœna denotatur in præcitatis Ezechielis verbis, scilicet: *Nudabo ignominiam &c.*

Thren.4. v.8. *Alb. Magn. lib. de mulier forti c.16. §.4.* *S.Antonin.4.p.Tit.14.c.5. §.5.*

2. Enimvero si probrosam damnati deformitatem consideraremus, de hac Bellovacensis S. Anselmi authoritati innixus ita scribit: *De turpitudine corporum damnatorum ait Anselmus, quod quilibet eorum erit cæno & omni cadavere fœtidior, & omni fuligine turpior, & sicut lilium, & sicut odor balsami erunt ante te; Et illud: fulgebunt justi sicut Sol; sic dic reprobis dici potest, quod fœtebunt sicut sterquilinium, & sicut cadaver putridum erunt; Nullus fœtor est illorum fœtori comparabilis, nulla turpitudo potest inveniri eorum turpitudini similis in hoc mundo.* Sapientia increata de reprobis in infernum damnatis differens ait: *Videntes turbabuntur timore horribili*; & quidem si scire vultis, unde hic horror processurus sit, audite Dionysium Carth. dicentem: *Turbabuntur ex sui ipsorum inspectione, quia deformiora & horribiliora erunt eorum corpora, quam fuerunt, quando in monumentis erant pro media parte à vermibus serpentibusque corrosa.* Nullum profecto excogitari potest visus, & objectius spectaculum, quam si quis corpus aliquod humanum vivum videat in medio vermium & tinearum, in sterquilinio expositum; talis autem erit ignominiosus & abominabilis damnati status, de quo Isaias prædixit: *detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadaver tuum, subter te sternetur tinea & operimentum tuum erunt vermes. Denigrata est super carbones facies eorum*, inquit in lamentis suis Jeremias, *& non sunt cogniti . . . adhæsit cutis eorum ossibus, aruit, & facta est quasi lignum.* Cadaver enim damnati apta & disposita materia erit, ad concipiendum gehennæ incendium, adeoque veluti lignum quoddam erit, sed tamen lignum incorruptibile. Et quidem

Bellovac. Spec.mor.l.2. p.3. dist.1. Corpora damnatorũ erunt horrendum in modum deformia & fœtida. *Sap.5. v.2.* *Dionys Carthus. ibid.* *Isai.14.v.11.* *Thren.4.v.8.* Vultus damnatorũ erunt supra modũ horrendi.

Manſi Bibliothec. Tom. II. Ddd 2 obscure

super omnia vultus damnatorum supra modum horrendi erunt. Unde Albertus Magnus super illa verba: *denigrata est &c.* inquit: *Quia sunt titio ignis inferni, & torris fumans in incendio, qui denigrari potest, sed non illuminari.* S. Antoninus hunc in modum discurrit: *Si Æthiopes sunt ita nigri propter calorem Solis intensum in illa patria, quanto magis corpora damnatorum in illa ignea? & paulo post subjungit: Si ignis qui dicitur S. Antonij ita decurpat membra humana, quanto magis ille ignis inferni, cum ille sit umbra veri signum ejus; Unde potest dicere qualibet damnatus illa Job 30. Cutis mea denigrata est.* Bellovacensis textum illum Joëlis c.2. citat; ubi dicitur: *Omnes vultus rediguntur in ollam*; nec non verba illa Nahum pariter c.2: *facies eorum quasi nigredo ollæ*; & vero quam sit horribilis animarum damnatarum monstruositas; facile colligere licebit, si quis ad apparitiones à damnatis animabus factas respiciat. Et quidem inter alios eventus qui in hac materia acciderunt, notabilis est hic sequens: *Viator enim quidam, dum iter ageret, accidit, ut juxta molestinum equo insidens pertransiret; & ecce repente monstrum immane conspexit, quo viso subito eum terror invasit, & stupefactus intremuit. Videbatur monstrum illud in aures asselli, caudamque desinere, cætera ursus erat; cumque viator ad hoc portentum territus obrigesceret, fugamque præcipitem formidolosus iniret, informe prodigium humanæ vocis verba formavit, noli*, inquit: *O vir expavescere hominem me olim fuisse, sicut & ipse nunc es, procul dubio credo, sed quia bestialiter vixi, post finem vitæ, bestiæ referre speciem merui. Porro cum ille perquireret quis fuisset; Ego, ait, solo nomine Benedictus fui, qui nuper apostolicæ sedis apicem obtinui. Inquisitus autem quandam retributionis haberet; nunc*, inquit, *usque ad diem judicij per damosa atque squalentia, per sulphurea loca atque fœtorem exhalantia, atque incendijs conflagrata rapior; post extremum vero judicium corpus meum simul & animam irremediabilis cruciatus & gehennalis barathri irrevocabilis olla degluties.*

Job 30. 30. *Bellov. ibid.* *Joël. 2. v.6.* *Nahum. c.2. v.10.* Monstrosa deformitas animarum damnatarum. *Flor. Exempl. Tit.4. Exemp.1. Tom. 4.* Ostenditur terribili exemplo.

3. Sancta quoque Francisca Romana diabolum quondam in sequenti conspexit figura; super immensam, eamque igneam consistebat trabem, cum majestate horribili; brachia habens aperta, draconi similis, à suprema usque ad infimam abyssi partem penetrabat. Caput habebat adeo tremendum, atque vastum, ut cum eo, & cornibus (quibus in formam diadematis circumdatus erat,) totam primam, à summo usque deorsum, videretur occupasse stationem; eque cornibus intolerabilem diffundens fœtorem, brachia, totumque residuum bustum usque ad genua habebat in secunda inferni parte; cruribus autem & pedibus usque ad barathri pertingebat profundum. Ecce vobis quales sint animæ damnatæ, spiritusque maligni, qui infernum habitant, nonne deformes, ignominiosi & opprobrosi? sed totum hoc omnium minimum est.

Pract. Florid. p.2. lib.3. c.75. In horrenda figura apparuit diabolus S.Franciscæ Romanæ.

4. *Nudabo ignominiam tuam.* Quod namque confusum chaos erit, se in ingenti fasciculo, veluti totidem zizaniorum suspensum pendulumque videre inter illas flammas simul cum tot regibus, Imperatoribus, Monarchis, mediastinis, satellitibus, carnificibus, aliaque innumera vilissima & ignominiosissima plebe? Ut justissime proinde dixerit Job, dum hæc tormenta cogitaret: *Terram miseriæ & tenebrarum; ubi umbra mortis & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.* Quis horror, quæ ignominia erit quempiam regem agricolæ pedibus advolutum aspicere? Hic quidem in terris aliqualis viget justitia distributiva; in inferno autem nullus conditionis, aut status personarum, habetur respectus, quin potius *potentes potenter tormenta patientur*; quantoque magis hic fuerint honorati, tanto magis ibi vilipendentur & contemnentur. Princeps subditorum subjacebit pedibus, Dominus conculcabitur à suis mancipijs, dives irridebitur à paupere; *nullus ordo*; qui in terris fuerint ludibrijs perfecuti alios, ijsdem capita sua, vertiesque suos coronatos substernent in scabellum pedum eorum quos fuere persecuti.

In Inferno erit merum confusum Chaos. *Job 10.22.* *Sap.6. v.7.*

5. Tamberlanus totum universum veluti folium quoddam contremiscere fecit, quando Bajazeth Turcarum Imperatorem vicit, quem in carcerarium ferreæ inclusit eique strictissimæ caveæ; quem taliter vinctum per tres solidos annos, in signum victoriæ circumduci jussit. Similem quoque eventum multi ex ijs Monarchis qui in terris cum Deo constixerunt, post hanc vitam sunt habituri, siquidem in

Historia Tamberlani applicatur Monarchis damnatis.

obscuro illo abyssi infernalis carcere strictissime compingentur, ut Deus suam cœlo & inferno exhibeat justitiam, quantoque magis electi in cœlis exaltati fuerint & honorati, tanto majoribus reprobi in inferno exponentur probris & ignominijs, dicente prima veritate: *Quicumque glorificaverit me, glorificabo eum, qui autem contemnunt me, erunt ignobiles:* quod damnatis summe dolorosum accidet, quia quemadmodum pater eorum, de quo dicitur (*Vos ex patre diabolo estis:*) ita & ipsi superbissimi sunt; & ideo extremos in eo experturi cruciatus, dum se non modo contemni, sed & turpissime conculcari videbunt. Ideoque Bellovacensis ait: *In confusione pudoris sciendum, quod cum sint superbissimi, erit eis summa miseria, quando sentient se vilipendi, conculcari & dejici.* Id quod maxime locum habebit in Regibus & Imperatoribus, *qui* (verba sunt dicti authoris) *servitute vilissima & gravissima comprimentur, & tamquam servi nequam servilter punientur, & in vilissimo carcere serviliter tenebuntur, & in catenis igneis arctabuntur.* Idque confirmat testimonio Sancti Anselmi dicentis: *Ad omnia quæ voluerit impius, cogetur, & ab omnibus quæ voluerit, prohibebitur. Sic exhonorabitur, ut in vilissimam fœtorem dejectus etiam vermium Domnio subjicatur.* Augustus cui mundus ad nutum parebat in hac vita, in futura vita ne tantam quidem habebit potentiam, ut vel unicum fœtidum vermem a se repellere possit, sed constringetur, ut se per omnem æternitatem ab illo rodi & morderi permittat, adeòque vermis servus & mancipium fiet.

1. *Reg.* 2. *v.*30.

Joann. 8. *v.*44.

Bellovac. ibid.

6. Idem Bellovacensis in alio quodam loco sequentem habet reflexionem: *Erit*, inquit, *ibi horror ex consortij vilitate, scilicet omnium damnatorum, qui erunt turpissimi, & inæstimabiliter horridi.* Etenim nemo est qui nesciat, quantum vilipendium & confusionem homo aliquis nobilis & dignitate conspicuus sibi irrogatam esse existimet, dum se in carcere inter condemnata ad triremes mancipia, atque infimæ plebis promiscuam fœcem positum & abjectum esse videt: *Si quis ex ijs qui liberaliter sunt educati*, inquit D. Chrysostomus, *hic in carcerem injectus, fœtorem solum, & jacere in tenebris, & in vinculis esse cum homicidis, quavis morte dicit esse gravius, cogita quid sit, quando utrumque cum hujus orbis terræ homicidis.* Quale opprobrium sempiternum in inferno damnatos confundet, dum se astrictos esse videbunt, ut in sempiternum societatem habeant cum fœce hominum ignominiosissimorum, maximeque abominabilium, qui vixerunt super terram? Quam triste olim erat spectaculum videre Valerianum Imperatorem, Regi Persarum Sapori equum conscendere volenti, scabelli loco tergum suum subjicientem? Hoc autem spectaculum in illa infernali abyssо continuo videbitur, in qua tot Reges, Imperatores, & Monarchæ à Lucifero cunctisque alijs spiritibus rebellibus ad perpetuam ipsorum confusionem & derisum calcari videbuntur. *In die illa*, inquit Isaias: *Visitabit Dominus super militiam cæli in excelso, & super reges terræ, qui sunt super terram, & congregabuntur in congregatione unius fascis.* Ecce vobis quoniam nulla inter reges & fossores seu mediastinos habebitur differentia in inferno; quin potius omnes promiscue constricti sunt & ligati in uno fasce, ut inseparabiliter ardeant in æternum; ubi vel maxime adimplebitur illud Actuum Apostolicorum: *In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus.*

*Bellov. l.*2. *p.*4. *dist.* 3. Damnati magnum habebunt horrorē ex consortio damnatorū aliorum.

D. Chrysost. Hom. 2. *ad Ebr.*

Maxime Imperatores & Reges.

Isai. 24. *v.*22.

Act. Apost. 10. *v.*34. Damnati in maximā pœnam erunt invicē ludibrio & irrisui.

*Prov.*18. *v.*3.

*Is.*43. *v.*14.

Prov. 1. *v.*25.

7. Horret animus nobilis digito monstrari probrosè, scopusque statui alienorum ludibriorum; reprobi autem, quia Deum irriserunt, & contempserunt, (quoniam *impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit*) ideo extremam subibunt ignominiam; Unde immediate subjungitur: *Sed sequitur eum ignominia & opprobrium:* non enim perversi solummodo scinvicem, in majorem sui cruciatum illudent ut suo loco dicemus, & Psalmista clare insinuat dum ait: *Posuisti nos opprobrium vicinis nostris, subsannationem & derisum his qui sunt in circuitu nostro.* Sed & ipsa dæmonia, quin & Deus ipsemet animæ reprobæ angebit confusionem, dicetque damnatis: *despexistis omne consilium meum & increpationes meas neglexistis. Ego quoque in interitu vestro videbo & subsannabo.* Quam vero intolerabilis pœna sit derisio, ex quodam Jobi lamento clare deduci potest, utpote qui non ingemiscit propter perditas opes, amissos servos, & filios, neque ad impatientiam concitatus est, quod in fimeto squaleret, sed quod insolentium juvenum cachinnis & derisionibus fuerit affectus: *Nunc autem derident me juniores tempore, quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei.*

Job 30. *v.*1.

8. *Et videbunt omnem turpitudinem tuam, ut justus Deus* (Discursus est Cardinalis Bellarmini) *ab omnibus comprobetur, ratio manifesta erit, tum præmij, tum supplicij omnium hominum, tunc illuminabit abscondita tenebrarum, & manifesta erunt consilia cordium.* Citatque Sanct. Thomam docentem, quod singulis manifesta & aperta erit, tam propria quam aliena sententia, causa, ratio, & justitia ejusdem. Sane si quis à dæmonio instigatus ad furtum, in eoque deprehensus, ad perpetuam ignominiam suam per residuum vitæ tempus, publicum aliquod talis furti signum in conspectu omnium portare cogeretur, quanta putatis hujusmodi confusio foret? reprobi autem per omnem æternitatem, in conspectu omnium Spirituum Angelicorum, omnium animarum beatarum, omniumque Dæmonum & damnatorum rei apparebunt innumerabilium à se patratorum scelerum, ac si illa in præsentia eorum admissent. Unde Sanctus Bernardinus ait: *Sciunt scelera omnibus esse nota ideo, quia cognoscunt se contemptos esse à Deo & ab angelis & à beatis animabus, atque ab ipsis dæmonibus, & ab alijs damnatis, sicut per similem homo verecundatur, stare nudus coram alijs, & maximè si habet aliquam deformitatem, quanto magis apparere nudus & tam deformis coram angelis & hominibus, & omnibus, cum anima damnata sit magis deformis, quam excogitari possit?* Si enim pulcherrimus cœli angelus, per unicum superbiæ peccatum in titionem, imo in monstrum mutatus fuit horribilius, quam ullus umquam humanus, aut angelicus sibi imaginari potest intellectus; quanto magis terrificæ, & atræ erunt animæ illæ, quæ innumerabilibus ijsque omnibus abominandis se contaminarunt flagitijs? audite Sanctum Bernardum dicentem: *Et videntur ut confundantur, & non vident, ne consolentur; nec modo à luce, sed in luce videntur. A quo vel à quibus? ab omni vidente, ut pro multitudine intuentium sit confusio multa. At nullus de tanta numerositate spectantium molestior oculus sui cujusque, non est aspectus sive in cœlo, sive in terra, quem tenebrosa conscientia suffugere magis velit, minus possit. Non latent tenebræ vel serpentes, se videns; quæ aliud non vident, opera tenebrarum sequuntur illas, nec est quo se abscondant ab illis, ne in tenebris quidem.*

*Card. Bellarm. T.*3. *p.*3. *lib.*2. *c.*6.

S. Thom. in 4. *sent. dist.*43. *Q.* 1. *Art.*3. *Quæstiunc.* 2 Magna pœna damnatorum quoad omnia illorum crimina, & damnationis causæ omnibus erunt manifesta.

*S. Bernard. Tom.*4. *serm.* 18. *extrem.*

9. Experientia teste nullus adeo est impudens, qui non etiam ipsas cœli aves, suum velit latere delictum; quod si innotuerit erubescit & confunditur; in inferno autem, non unus, sed omnes, etiam in medijs tenebris, figillatim, ab universa natura creata videbuntur & considerabuntur. David equidem quantum per potentiam & prudentiam suam homicidium Uriæ, & adulterium Bethsabeæ occulere studuerit, nostis omnes, sed Deus vindex publicavit scelus dicens: *Tu fecisti absconditè, Ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israël.* Ideòque Sanctus Chrysostomus nos admonet dicens: *Videte & admiramini fratres, quantum malum sit delictis & peccatis obnoxium fieri; Rex militem timet; coronam capite gestabat, & confusionis opprobria metuebat.* Imo quamvis animæ illæ reæ à continua opprobriorum suorum apprehensione se divertere vellent, numquam tamen id ijs concederetur, dicente Spiritu Sancto: *Illos Dominus irridebit. Et erunt post hæc decidentes sine honore & in contumelia inter mortuos in perpetuum,... Vevent in cogitatione peccatorum suorum timidi, & traducent illos ex adverso iniquitates ipsorum.* Circa quæ verba Hugo Cardinalis ait: *Impij qui modo dissimulant peccata sua, & nolunt cogitare de eis ad dolendum, ad confitendum, ad satisfaciendum, tunc velint nolint, memores erunt omnium;* Observeris autem velim, quo fine hanc continuam habituri sint reminiscentiam; nimirum *ad eorum confusionem. Tunc dicetur eis: Quem fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis?* Vatablus legit: *Tunc providebunt providi peccatorum suorum reputatione.* In vanum vero confugient ad montes ut illi super eos corruentes, abscondant illos: *Dicent montibus & petris cadite super nos, & abscondite nos.*

Probatur hoc ipsum exemplificatione in Davide.

2. *Reg.* 12. *v.*12.

*D Chrysost. in Psalm.*50.

S. Bern. F. 5. *de Consid. cap.*12.

Vatablus.

Apocal. 6. *v.*16.

10. Deus apud Ezechielem inquit: *Nunc finis super te, & immittam furorem meum in te,... & ponam contra te omnes abominationes tuas, Et non parcet oculus meus super te, & non miserebor.* Etenum tamen si verum sit, quod immensa futura sit reprobi confusio,

Ezech. 7. *v.*3.

*Ibid. v.*4.

Magna pœna est damnatis, manifestatio omnium scelerum illorū, etiam occultorum.

*D. Chrysost. Hom.*10. *in* 2. *ad Corinth.*

fusio, quam in judicio finali est subiturus, nullam tamen hæc proportionem habet cum illa, quam in inferno habiturus est, siquidem hæc æterna erit; quæ proinde si horrorem incutit illam cogitanti, quanto magis illam in semetipso experienti? *Quid? an non erubescitis?* inquit Divus Chrysostomus, *quod si nunc re nondum præsente, sed effusa dumaxat, atque animo adumbrata, conscientia nostra penè nos exanimat*, quid *tandem faciemus cum dies ille venerit?* Quid si cui necessitas incumberet, occultum à se commissum adulterium decem personis manifestandi, quantum putas talis erubesceret? & quanto major erubescentia foret, si illud coram universa civitate quadam confiteri cogeretur? Longe igitur major confusio & ignominia damnatorum erit, quando per omnem æternitatem, non unum, sed omnia peccata & scelera sigillatim, cum omnibus suis circumstantijs, tempore, loco, fine, & intentione, in conspectu totius mundi manifeste videbuntur? *Erit horror cuilibet*, inquit Bellovac. *de propria turpitudinis & vilitatis consideratione, adeo namque semetipsos horrebunt inspicere, cum sint superbissimi, qui tamen non poterunt se videre, qui præ confusione vellent omnino deficere, & si esset possibile, nihil esse.* Quam eamdem confusionem Sanctus Bernardinus in hæc repræsentat verba: *Patientur confusionem ab angelis, quos videbunt de eorum damnatione exultare cum Sanctis; confusionem patientur à Christo; nimia enim confusio erit, cum viderint, quid Christus pro liberatione eorum fuerit passus, quem ipsi tam viliter contempserunt, & conculcaverint ejus sanguinem, de hac confusione Joannes subdit: Et ante conspectum agni, scilicet confundentur. Si quis intelligere cupit, quam magna erit confusio hæc, pensèt quanta erit exultatio beatis gloriosa, videre regem & Dominum Jesum Christum in glorioso decore; & tunc è contrario intelligere poterit, quanta damnatis confusio erit Christum videre iratum.* Quam eamdem pœnam Innocentius III. ex illo Danielis textu (*libri aperti*) elicians, ita discurrit: *Erit tunc confusio peccatorum, tunc enim erunt libri aperti, id est conscientiæ hominum erunt omnibus manifestæ.* Non enim suam improbi tunc poterunt negare, aut excusare malitiam, quando nil præter pudorem & confusionem videbuntur; nam teste Alberto Magno, *pœna est manifestatio omnium peccatorum.* Atque hæc ipsa propalatio oblivionis erit incapax, quæ circumstantia plurimum aggravabit tormenta; unde & in præsenti idem Innocentius III. testimonium adducit Jeremiæ dicentis: *Dedi vos in opprobrium sempiternum & ignominiam æternam, quæ numquam oblivione delebitur.*

*Bellov. ibid. dist.*3. Patientur damnati confusionem ab omnibus.

S. Bernard. Tom 2. *ser.* 22. *Art.*2. *c.*2.

*Innoc. III. l.*3. *de cont. mundi. c.*4.

Alb. M. ibid.

*Innoc. III. ibid. c.*10.

11. Idem hoc confusionis tormentum S. Antoninus adducit, dum ait: *Erit tunc confusio inevitabilis doloris, quia nudabuntur, & manifestabuntur omnes turpitudines, & scelera malorum, omnibus hominibus, bonis & malis, & angelis & dæmonibus*, idque ex illo confirmans Prophetæ Nahum textu: *Revelabo pudenda tua in facie tua, & manifestabo gentibus ignominiam tuam*, inquit, *& quanta confusio, & verecundia erit illa reprobis, cum videbunt & scient omnia scelera sua turpissima omnibus nota.* Idque sequenti irrefragabili convincit argumento; Si enim ad vitandam confusionem & pudorem, peccatum suum confessario suo vix aperire audet in secreto, ut ejus veniam assequatur; quæ illarum animarum damnatarum erit confusio, quarum scelera semper Deo, angelis, sanctis, dæmonibus, omnibusque alijs damnatis in omnem æternitatem publica erunt? Sanct. Ephrem sane ruborem hunc in sanctuarij pondere trutinavit, quando eum sequentibus depingit verbis: *Horribilior tenebris, igneque illo æterno pudor erit, atque confusio, in qua perpetuo conversabuntur peccatores, semper ob oculos retinentes vestigia illa peccati in carne admissi, quasi notæ alicujus tinctæ, nec eluibilis umquam in memoria animæ, æternum duraturæ.*

Alb. M. ibid.

*Innoc. III. ibid. c.*10.

S. Antonin. p. 2. *Tit.*14. *c.*5. §.8.

Nahum. 3. *v.*5. Manifestatio omnium scelerū illorū erit inevitabilis confusio.

S. Ephrem. Orat. de futuro judic.

Probatur à simili.

12. Bellovacensis idem promoturus intentum, quamdam in Jeremia insinuatam considerat ignominiam, ubi Propheta ad latronem alludit, cui furtum in majorem sui confusionem ad collum appensum est; ait namque dictus author: *Sic fur confunditur in furto, scilicet quando res furtiva ad collum ejus ligatur, in propatulo, & omnibus ostenditur*; ita &c. Unde & S. Ephremus alibi ait: *Obviabit eis ibi horrenda illa facies suorum delictorum, quæ omni tormento acerbior erit; quocumque peccator suos tunc oculos converterit, imagines suorum delictorum contemplabitur.*

*Bellov. ibid. dist.*1.

S. Ephrem. de Universali resurrectione.

Alia similitudo.

DISCURSUS XIX.

ARGUMENTUM.

Consortium damnatorum, pœnam eorumdem magis adaugebit, maxime eorum, qui illis sanguine juncti & amici fuerunt, nec non aliorum, quibus malo præluxerunt exemplo, causæque damnationis extiterunt.

THEMA.

Dolores inferni circumdederunt me, præoccupaverunt me laquei mortis. Ps. 17. ℣. 6.

Magnum reproborum & dæmonum consortium, plurimum auget damnatorū pœnam.

1. QUotidiana nos docet experientia, quod in hac miseriarum valle non mediocre homini tribulato adferat refrigerium, quod videlicet plures in adversitatibus habeat sodales vel consortes; Unde vulgo dicitur: *Solatium est miseris socios habere pœnarum*; verumtamen in inferno, ex consortio aliorum, tam innumerabilium dæmonum, quam damnatorum, uniuscujusque damnati magis adaugebitur tormentum, ac proinde merito anima rea lamentabitur dicendo: *Dolores inferni circumdederunt me, præoccupaverunt me laquei mortis*; Ubi Sanctus Thomas dicit: *Hi circumdant qui inevitabiles sunt*; hoc autem inevitabile esse censetur, à quo se reprobus per omnem æternitatem numquam, ne quidem per unum dumtaxat momentū, valet subducere. Hugo Cardinalis inquit: *Dolores inferni, id est, mali socij, in inferno torrendi; & recte mali socij dicuntur dolores inferni, quia unus de magnis doloribus inferni erit malorum societas, sicut è contrario, unum de gaudijs paradysi erit, societas bonorum*; Nam ut S. Augustinus inquit: Gloria uniuscujusque Beati accidentalis, per singulorum augebitur beatitudinem; *tantum enim unusquisque gaudebit de beatitudine alterius, quantum de suo ineffabili gaudio, & quot socios habebit, tot gaudia habebit*: sicut enim si in Ecclesia centum accendantur tædæ, lumen inde oriundum majus erit, quam si triginta tantum accenderentur; eodem modo quanto numerus damnatorum major erit, tanto magis eorumdem pœna multiplicabitur; at vero ut veridicus Spiritus Sancti calamus asseritur, *stultorum*, id est damnatorum *infinitus est numerus*; nosque suo loco majorem præscitorum, quam electorum numerum esse probabimus: Eâdem quoque, vel pene simili S. Vincent. Ferrerius utitur similitudine, inquiens: *Pro quolibet damnato augmentatur pœna eorum; sicut si titioni ardenti addatur alius titio, magis ardebit, & quanto plures addunturtanto magis ardent.* Divus quoque Chrysostomus fallacem refellit fiduciam, quam multi ex communi hoc concipiunt axiomate: *Solatium est miseris socios habere pœnarum*; ostendendo illud minimè habituram locum in barathro æternæ perditionis: *Habere æternarum socios*, inquit, *& videre multa ejusmodi exempla, visum est multis esse quid magni ad consolationem. Illic autem nihil est hujusmodi, neque enim adest aliquis, qui consoletur, sed est solitudo maxima amicorum.* Omnes enim quotquot damnatus habebit in inferno consortes, inimici erunt Dei, & sic ab illa namque terra tenebrosa omnis charitas, & consequenter omnis lex amicitiæ exulabit, eruntq; corda eorum plena semper veneno & felle odij & rabiei contra Deum, contra dæmones, omnesque alios earumdem pœnarum consortes. Unde S. Antoninus ait: *Beati ex visione Dei consequuntur perfectam amicitiam ad Deum, & socios. Ita se perfectè diligant, quòd gloriam majorem Sanctorum magis eis velint, quam sibi, quia magis meruerunt; econtra damnati oderint Deum, ut penitentem, nulla dilectio vel amicitia est in eis. Quos secum vident socios in tormentis, oderint, omnes Sanctos, etiam propinquos genere, vellent secum esse in inferno.* Idem quoque Sanctus in eadem de pœnis infernalibus materia circa hoc axioma: *Solatium est miseris &c.* ita scribit: *Nec ibi servabitur, quod videlicet communiter dicitur: Solatium est miseris socios habere pœnarum; Nam ut S. Augustinus ait: Non hi quos monemus agere pœnitentiam, quæruntsibi comites ad supplicia, nec gaudent, quia multos habebunt sibi similes, videlicet in pœnis, nam non propterea minus ardebunt, quia eam multis ardebunt. 2. q. 1. multi. Imo plus cruciabuntur, & præcipue quoad eos, quos suo exemplo vel occasione traxerunt ad malum*; Idemque probat epulonis in inferno sepulti exemplo, qui pro cruciatus sui sublevamine, impedire cupivisset, quo minus fratres sui in eamdē descenderent abyssum, nō quia ad hoc moveretur ex motivo charitatis, vel salutis æternæ, quia reprobi in nullo alio, sicut in malo

Magnum reproborum & dæmonum consortium, plurimum auget damnatorū pœnam.

*S. Thom. in Psalm.*17.

Hugo Card. ibid.

S. Aug. lib. de spiritu & anima.

Eccle. 1. *v.*15.

S. Vincent. Ferrer serm. Vnic. in Fer. 5 *post Pentec.*

*D. Chrysost. in Psalm.*49.

S. Antonin. p. 4. *p. Tit.*14. *c.*5. §.10.

S. Antonin. ibid. §.3.

Cur dives Epulo voluerit moneri fratres suos ut pœniterent.

alterius gaudent,idque ne sibi tormenta adaugerentur. Unde idem S. ait: *Dives ille sepultus in inferno petebat mitti Lazarum, ad monendum fratres suos, ut agerent pœnitentiam, ne irent ad locum tormentorum; non quia ex charitate compateretur eis, sed quia sibi majus parabatur supplicium ex damnatione fratrum, cum exemplo, vel alijs modis esset occasio peccatorum illorum. Sicut ex multitudine,ubi est ordo,resultat pulchritudo quæ delectat, & quanto major rectitudo,tanto major pulchritudo, & delectatio,ita ubi non est ordo,quanto major multitudo, tanto major confusio & afflictio in eis.*

Job 10.22. 2. Funestam hanc mansionem S. Job hoc modo describit, vocans illam *terram miseriæ & tenebrarum, ubi umbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.* In qua etiam Albertus M. pœnæ augimentum ex consortio & multiplicitate sociorum accrescere his verbis confirmat: *Pœna est horror societatis illorum,qui in illo loco congregantur. Horror autem ille generatur ex inimicitia eorum ad invicem; se invicem deridere dicuntur & convitiari.* Omnes enim desperatione & tormentorum atrocitate extimulati blasphemant, & Deo maledicunt, seque invicem reciprocis injurijs lacessiunt. Hanc quoque pœnarum participationem & communicationem mutuam S. Bernardinus his verbis declarat: *Est,* inquit,*cruciatus participationis. Sancti enim beati, alter alterum conspicientes,etiam in gloria ex mutua charitate ita congaudent, ut quilibet eorum de alterius gloria, quantum de sua, lætetur extensive, non tamen intensive, propter quod menarrabilis gloria accidentalis, in æternum in eorum affectibus redundabit. Consimiliter in damnatis per oppositum erit. Licet enim quilibet eorum, per sua demerita propriam damnationem sustineat, aliorum tamen tormenta per quamdam communicationem participat.* Ad eum fere modum quo in fornace, ubi ingens est multorum carbonum conglomeratorum congeries,major est calor & ardor, quam si singuli Carbones à se invicem divisi & separati essent. Idem quoque Sanctus Pater in alio quodam sermone mutuam hanc pœnarum communicationem per aliam explicat similitudinem,inquiens: *Unusquisque sentit tormenta omnium aliorum,quemadmodum si esset unus pater cum septem filijs moriturus, ipse Pater haberet dolorem suum, & omnium filiorum suorum, & contrario, & dolor unius transiret ad alium participatione, ita quod haberet & sentiret suum dolorem, & participaret de dolore aliorum filiorum suorum, & contrario; Sic & in Inferno apud damnatos; Et hoc est,quod dicit: Quod fumus tormentorum ascendit in sæculum sæculum.* Idem quoque Sanctus paulo ante propositionem illam quoque confutaverat,videlicet: *Solatium est miseris socios habere pœnarum,* ostendo hanc nullum in inferno habere locum: *Nota,* inquit,*quod illa regula fallit in Inferno, quæ dicit, quod solatium est miseris socios habere pœnarum, quia quanto plures sunt damnati, tanto magis augentur pœnæ ipsis damnatis, sicut in Paradyso, quanto plures salvantur, tanto plus augentur gaudia Paradysi.*

Declaratur hæc similitudine.

S.Bern. T.4. ser.6. 2.parte principali.

S.Bern.ibid.

3. Quod si porro consortium consideremus, quod damnati habituri sunt ad invicem,quam est hoc horridum, terrificum, & deforme? Jeremias Propheta in sensu mystico de superna Jerosolyma differens:inquit: *Ingredientur per portas civitatis hujus Reges & Principes:* Hi enim qui in hac vita pauperes, & à fortunæ sede dejecti fuerunt, in Cœlis coronati Reges erunt: *Fecisti nos Deo nostro regnum, & regnabimus;* Omnes enim corona & diademate regio redimiti erunt: Econtra vero Reges & Monarchæ hujus mundi in Inferno abjectissimæ hominum fæci commiscebuntur, ipsorumque tempora non jam coronis & diadematibus aureis, sed cerastis, aspidibus, terrisque & nigris caligniosi illius ignis flammis redimita & cincta conspicientur: Omnes Dæmones, omnesque damnati monstra horrenda & abominabilia erunt: *Frater fui draconum, & socius struthionum: Cutis mea denigrata est super me.* Quem Jobi textum Sanct. Bernardinus de abominabili societate exponit, quam in illa abysso habituri sunt præsciti: *Consortium inquorum.* Sicut enim beati propter perfectam unionem & Consortium Principatuum, Thronorum,virtutum, Cherubinorum, Seraphinorum, Prophetarum,Patriarcharum, Apostolorum, Martyrum,cunctorumque aliorum, quod inter se mutuum habituri sunt, ineffabiliter gaudebunt, ut proinde de illis canat sancta Mater Ecclesia: *O quam gloriosum est regnum in quo cum Christo gaudent omnes Sancti:* ita econtra damnati extreme patientur & confundentur, dum se in consortio perpetuo & pœnarum infallibili & indeclinabili participio constitutos esse videbunt

Alb. Magn. de muliere forti c.16. §.4. Damnati, Deum,& se invicem maledicunt,

Societas pœnæ in inferno nullum affert solatium.

Jerem.17. v.25.

Apoc.5.v.10.

Job 30.29. Consortium beatorũ,auget illorum gaudium,& econtra.

cum abjectissima & abominabili tam Angelorum quam hominum fæce quæ pariter communis cit Creatoris inimica. O quanta pœna, qualisque nausea erit damnatis, quod per omnem æternitatem adstricti sint ad conversandum & vivendum cum infinitis Dæmonibus? cum innumeris adulteris, incestuosis, Simoniacis, sacrilegis, blasphemis, latronibus, homicidis, veneficis & incantatoribus, alijsque perversissimis, quos ulla umquam fæcula protulerunt, hominibus? *Erit ibi horror,* inquit Bellovacensis, *ex consortij vilitate, scilicet omnium damnatorum qui erunt turpissimi.*

Bellovac. Spec.mor.l.2. p.4.dist.3.

4. Considerandum quoque est, pœnam damnatorum notabiliter auctum iri per prava exemplia, quæ alijs tam exteris, quam cognatis,& amicis dederunt, per quæ illos ad sui imitationem protraxerunt. Et ideo Sanct. Antoninus inquit de Inferno: *Locus ille est tumultuosus.* Ibi namque ut Isaiæ 3.dicitur: *Tumultuabitur puer contra senem, & ignobilis contra nobilem, filius objurgabit patrem, & patrem filius.* Idipsum S. Antonius de Padua in quodam sermone his verbis confirmat: *Erunt ibi clamores Cruciantium, & mutuo exhortantium; Item blasphemiæ exprobrantium, & sibi mutuo maledicentium, Patris Filio, & econverso.* S. Bernardinus ad idem hoc propositum funestum quoddam factum refert,cujus hæc sunt verba: *Pœna erit iracundia contra inflictionem pœnæ; iracundi enim sunt sicut furiosi; Peccator videbit & irascetur,dentibus suis fremet & tabescet.* Quibus præmissis, sequentem ex vitis Patrum adducit historiam,de usurario quodam, qui duos habebat filios, quorum unus cum Patre in sæculo permansit, alter vero Religionem ingressus in eadem permansit. Paulo post vero mortuus est Pater cui successit filius qui in sæculo permanserat, qui tamen nec ipse diu post Patrem in vita superstes mansit. Filius autem religiosus cupidus sciendi itarum Patris, nec non & fratris in altera vita,Deum,ut hanc ei gratiam concederet, ardenter rogavit, quam & obtinuit,nam ut præfatus S.Bernardinus ait: *Raptus ad Infernum neminem eorum videbat, & cum diligenter inspiceret, egredientur de uno puteo inflammati, & ligati, & sibi invicem maledicentes,Pater dicebat filio: Maledictus tu sis filius, quia fui usurarius propter te, & hanc pœnam patior. Filius vero dicebat Patri: Maledictus tu sis Pater,quia si tu usurarius non fuisses & injuste non exegisses, ego injuste non possiderem,& hanc pœnam non sustinerem.* Unde S. Gregorius in moralibus suis inquit: *Eos quos indignante nunc reprobi diligunt, mirò judicij ordine tunc in tormentis videbunt, ut pœnam propriæ punitionis exaggeret illa Creatori præposita carnalis cognatio, pari ante oculos ultione damnata.* Hæc autem à S. Bernardino adducta historia, confirmari potest per aliam,quæ refertur in libro de viris illustribus ordinis Cistercienfis, ubi de mercatore quodam legitur, quod dum morti proximus,sana adhuc mente vigeret,in præsentia testium sequens condideric testamentum dicendo: Relinquo corpus meum terræ, animam vero Diabolo consigno, quin hæc propter injustitias meas ad ipsum pertinet; Huic insuper consigno animas uxoris & filiarum mearum, quæ dum superbis indui voluerunt vestimentis, me coëgerunt,ut ad illa requisitas *per fas & nefas* congregarem pecunias. Commendo quoque eidem Diabolo animam Confessoris mei, qui mihi absolutionem impertitus est à peccatis meis, nec tamen me umquam ob illa reprehendit,aut ad restitutionem iniquè partorum adstrinxit. Et quidem pœnæ hujus augmentum, quod propter cognatos nostros sæpe mire accrescit. S. Gregorius ibidem probat exemplo divitis Epulonis, qui *ab Abrahamo petijt,ut ad fratrum suorum eruditionem Lazarum mitteret, ne illuc eos quandoque venientes par pœna cruciaret. Qui igitur ad doloris sui cumulum propinquorum absentium memini, constat procul dubio, quia eos ad augmentum supplicij paulo post potuit etiam præsentes videre.* Idem quoque punctum Sanctus Isidorus his verbis tangit: *De Charorum quoque suorum supplicijs additur etiam pœna defunctis, sicut apud inferos divitis sermo prædicat evangelicus.* Idemque præter adductum Epulonis exemplum, per illa Psalmistæ verba confirmat, quibus ad Judæ apud Inferos ardentis tormenta alludens inquit: *Diabolus stet à dextris ejus,cum judicatur,exeat condemnatus;...fiant filij ejus Orphani, & Uxor ejus vidua,natantes transferantur filij ejus, & mendicent, & ejiciantur de habitaculis suis,scrutetur fœnerator omnem substantiam ejus.* Ut enim Dæmones, velut sævi Carnifices, reprobos tanto atrocius affligant, illis omnia hæc tristitia nuntia de proximis cognatis recensent, ut magis illos excrucient: *Pro augendo Judæ supplicio,* inquit

Probatur ex exemplo Epulonis divitis. S.Greg.ibid.

S.Isid.lib.1. sent.c.29.

Ps.108. v.7.

S.Isidorus. quit S. Isidorus, *dicit etiam Psalmus; commotione commoventur filij ejus, & mendicent.* Magis vero hæc de cognatis allata nuntia probos affligunt, si hæc ideo illis eveniant, quia propria culpa bonas filijs dare admoniones,educationem, & bona exempla, quæ tamquam parentes exhibere debuissent, neglexerunt, ut proinde & ipsi ex horum neglectu damnentur.

3. Ad Tim.5 S.Basil. L.de vera virgin. 5. S. Basilius illum Apostoli textum adducens, in quo in Epist.1. ad Timoth. cap.5.dicit: *Quorumdam hominum peccata manifesta sunt, præcedentia ad judicium, quosdam autem & subsequentur;* postquam locutus fuisset de præmijs, quibus beati in cœlo fruentur,digreditur quoque ad exponendas pœnas, quæ circa reprobos augebuntur, tam ante, quam post illorum judicium & condemnationem,dicit enim: *Sic contra; alij quidem præcedunt peccata eorum, qui pessimis sermonibus & operibus læsi, atque impediti à virtutis tramite in Infernum præcessere supplicia sua damnationis, quæ auctoribus illis parantur: Alia vero etiam sequuntur, eorum scilicet qui post ipsorum mortem per famam vegetiam, & exempla pessima, quæ in mundo reliquere, dum eos imitari pergunt,maxime laduntur.*

Pœnæ damnatorum augentur ex damnatione illorum, quibus fuerunt occasio peccati.

Hoc fiet specialiter Poëtis obscœnis, & hæresiarchis,

6. Poëtæ obscœni qui per lasciva scripta sua causæ fuerunt, quod tot animæ lascivi & impudici amoris igne exarserint, dum hæ in Inferno ob prædictorum poëmatum lectionem torquebuntur, suas quoque inde sentient multiplicari ærumnas. Quantum proinde Calvinus, Lutherus, Mahometh, alijque hæresiarchæ, qui tot in proprijs sectis habuere sequaces, præ cunctis alijs cruciabuntur, ob multitudinem innumerabilium animarum,quæ ob illorum errorem condemnantur? Vincentius Bellovacensis de discordijs, quas parentes in Inferno cum filijs suis habituri sunt, ita scribit: *Inter ipsos similiter est semper jurgium, quia sicut ait Sapiens* Eccli.41. *De patre impio conqueruntur filij, quia videlicet non eos ad salutem necessaria docuerunt, nec eos disciplinatos corripuerunt, nec compescuerunt à malis, nec eos utilia monuerunt. Parentes vero de filijs, quia pro eis laboraverunt, & solliciti fuerunt, & forsitan multa mala acquisierunt, & male acquisita non restituerunt.*

Vinc.Bellov. L.2.p.3 dist. 1.

Eccli.41.v. 10.

Revel. S. Birgit. L.6. cap 52.

Revelatio facta S. Birgittæ de vidua damnata.

7. Inter alias S. Birgittæ revelationes legitur sanctam hanc viduam quamdam vidisse damnatæ animæ horribilem speciem, quæ instar umbræ cujusdam à caliginoso quodam lacu egrediebatur sine corde, detruncatis labijs, semi devoratis naribus, oculos habentem in genas usque pendulos, pectusque à vermibus jugiter corrosum; hæc anima admodum lamentabatur de filia, quam in sæculo reliquerat, quamque pessimis exemplis dum in hac mortali vita degeret, imbuerat; mœstaque voce gemens dicebat: *Heu, heu, filia, non filia, sed Lacerta, Veneno fœtidissima, miseram me,quæ te genui! Miserrimam quæ te exemplo meo peccare docui! Quoties enim pessimos meos imitata mores etiamnum pecias? quoties hæc inferni quæ propter te patior tormenta,novis actibus vecrudescunt?*

8. *Præoccupaverunt me laquei mortis.* Paterfamilias ille Evangelicus zizania in fasces colligari,& in ignem projici præcepit dicens: *zizania alligate in fasciculos ad comburendum.* Quonam vero id eum fecisse existimatis mysterio? Audite S.Isidorum: *Sicuti,* inquit, *fasciculi lignorum ad combustionem de similibus colligantur,ita in Judicij die,similes culpa rei, suis similibus jungentur, ut ex æquo pœna constringat quasi in fasciculum, quos actio similes fecit in malum.*

Matth.13. v.30.

S.Isid. ibid.

DISCURSUS XX.
ARGUMENTUM.

Deliciæ & voluptates præsentes ad ignem infernalem protrahunt reprobos, quorum pro culpa acerbior pœna erit præteritarum voluptatum memoria.

THEMA.

Quantum glorificavit se & in delicijs fuit,tantum date illi tormentum & luctum. Apoc.18.v.7.

Superbi & luxuriosi ex memoria suarum voluptatum, maximè cruciabuntur. Dion Carth. ibid.

1. EX hac terribili sententia decretoria clare deducitur,quod quanto plus reprobus aliquis in hac vita voluptatibus operam dederit, tanto illum atrocius ignis infernalis sit exagitaturus; ac proinde Dionysius Carthusianus super hunc textum optime dicit: *Quæ verba superbis & luxuriosis præsertim timenda sunt, & pensanda, quia quo nunc amplius intumescunt, & in carnis vilissimæ fœdissimis delectationibus se resolvunt, eo durius in infima tartari deprimentur, atque intensius torquebuntur.* Ad majorem vero hujus ignis incutiendum terrorem sciendum est, qualis locus gehenna fuerit, cujus nomine cœlestis Magister noster Infernum frequenter appellat. Venerab. Beda de Josia Rege differens, quando ut habetur in Lib. 4. Reg. cap. 23. *Contaminavit Topheth, quod est in convalle filij Ennon,* ita scribit: *Est autem vallis Ennon juxta murum Jerusalem, contra Orientem, in qua nemus pulcherrimum Siloe fontibus irrigatur. Thaphet autem sive Topheth (utrumque enim scribitur) erat locus in eadem convalle juxta piscinam fullonis, cujus meminit Scriptura, usque hodie demonstratur ad aquilonalem plagam montis Sion. Solebant autem in Thapheth, qui locus erat amœnissimus; unde hodie usque horrorem præbet delicias; posita ara sacrificare Dæmonibus, nefandoque igne suos consecrare liberos, sive holocausta offerre.* Et paulo post subdit: *Vallis autem Ennon dicitur Hebraice Gehennon (cujus nomine in novo Testamento pœna inferorum gehenna cognominatur,) quia nimirum sicut in convalle Ennon, qui idolis serviebant, in ea Prophetis attestantibus perierunt, ita peccatores ex his quæ peccaverunt, æterna damnatione punientur;* Incarnata igitur Sapientia Christus Dominus noster, qui *omnia in Sapientia fecit,* Infernum exprimere volens, non sine mysterio hujus amœnæ & deliciosæ vallis mentionem fecit, in qua omnis generis musica insonabant instrumenta, quando impia Dæmonibus holocausta offerebantur, ut inde intelligeremus, quod inter hujus vitæ gaudia ignis infernalis vel maxime vires sibi acquirat.

Unde ortum habeat nomẽ gehenna.

4.Reg.23. v.10.

Beda Tom.4. in Lib.Reg. Q. 30.

Lucifer pulcherrimus angelorum primus aperuit infernũ.

2. Nusquam supremus ille rerum omnium conditor, universam mundi hujus fabricans machinam, Infernum condidisse legitur, sed Lucifer primus fuit,qui per peccatum suum eumdem aperuit,ut in eo una cum affectis suis, cunctisque alijs reprobis in sempiternum arderet. At vero observetis velim, quibus elogijs illum apud Ezechielem repræsentet Spiritus Sanctus. *In significationem similitudinis, lapis pretiosus operimentum tuum:* Isaias vero c. 14. funestum ejus Lapsum deplorans inquit: *Detracta est ad Inferos superbia tua, concidit cadaver tuum, subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes.* S. Bernardus eumdem Luciferum his verbis alloquitur; *Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris? Omnis Lapis pretiosus operimentum tuum. Modo subter te, sternetur tinea, & operimentum tuum vermis. O Deus quanta distantia inter delicias Paradysi, & tineam corrodentem Inferni!*

Ezech.28.v. 12.

Isa.14.v.11.

S.Bern.serm. de quinque negotiat.

Job vicit in Iterquilinio, Adam turpiter lapsus est in paradyso.

3. Protoparens noster, tot à Creatore virtutum, donorum, & gratiarum cœlestium præsidijs, specialiter vero justitia & innocentia originali communitus fuit, (*Minuisti eum paulo minus ab Angelis, gloria & honore coronasti eum*) & tamen enormem illam passus est ruinam, per quam reus est factus Inferni; Job vero è contra licet adversus eum omnes conjurassent furiæ tartareæ, in sua tamen sanctitate & innocentia constanter permansit; scitisne discriminis hujus causam? Job sterquilinio, nudus & famelicus insidebat, & è carnibus & ulceribus ejus scaturiebant vermes: at vero Adam in terrestri deliciabatur Paradyso; *sed quanto jucundior ille amœnitatis locus,* inquit S. Eucherius, *tanto hic in lapsum pronior fuit.* Et S Augustin.similiter ait: *vicit homo in sterc ore, victus est in Paradyso.*

Ps.8. v.6.

S.Eucher.de solit.

S.Augustin.in Psalm.47.

4. Advertendum est autem, quod priusquam Propheta Evangelicus inferni mentionem faceret, eamque amplissimam voraginem suam aperuisse diceret, præmiserit inquiens: *Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, Cythara & lyra & tympanum, & tibia & vinum in convivijs vestris.* Et paulo post subjungit: *Dilatavit infernus animam suam & aperuit os suum absque ullo termino.* S.Hieronymus super hunc textum ita scribit: *Voluptate ac delicijs occupati opus Domini respicere noluerunt. Quidquid vero de populo diximus Judæorum, tropologice referri potest ad eos, qui sæculi delicijs occupati, nec respicientes opera Dei,captivi ducuntur in peccatum, & idcirco detrahentur in gehennam, ibique æternis cruciatibus deputati, potentiam & superbiam, miseria cernent & humilitate mutari.* S.Propheta Job.c.21. longum texit prosperitatum Catalogum, quibus ij perfruuntur homines,qui delicijs ad gulam usque immersi, in cytharis & canticis vitam agunt: *Tenent tympanum, & cytharam, gaudent ad sonitum organi, ducunt in bonis dies suos;* at vero quisnam tandem est vitæ hujus exitus? *& in punctο ad inferna descendunt.*

Isa.5.v.11.

Deliciæ & voluptates parant viam ad infernum. S. Hieron. ibid.

Job.21.v.13.

5. Quis non admiretur illam similitudinem, qua Psalmista damnatos, dum in perditionis barathrum deturbantur,ovibus assimilat,dicens: *Sicut oves in inferno positi sunt, mors depascet eos, auxilium eorum ve-*

Ps.48. v.15.

Quomodo intelligatur quod damnati in inferno ponantur sicut Oves.

terascet in inferno à gloria eorum. Quod si damnatos ab illa abyssо, veluti hædos, lupos, aut viperas depascendos esse dixisset, facile quidem intelligi potuisset, ac vero difficile est intelligere, quomodo damnati depascendi sint velut oves. Pro intelligentia igitur observandum, quod oves priusquam ad macellum ducantur, in agris floridis & virecentibus saginentur: Equi autem, jumenta, & boves sæpe macilenti, & sub impositо onere vel aratro extenuati moriantur, Sequentia vero verba: *Auxilium eorum veterascet in inferno à gloria eorum*, Incognitus Carmelitanus ita exponit:

Incognitus in Psalm. 48.

Veterascet, id est, cessabit; si quæras qualiter? respondetur: à gloria eorum, id est, juxta quantitatem gloriæ ipsorum, quam in præsenti vita habuerunt, quia quanto aliquis malus in præsenti vita visus est habere gloriam inter homines, tanto in inferno amplиorem corruptionem patietur.

S. Aug. ibid.

S. Augustinus superba illa verba: *Mors depascet eos*, inquit: *Quibus id cominget? illis, qui præsentia solum attendant, dum futura non cogitant, illis, qui vitam non putant, nisi istam, quæ uvors dicenda est.* Dion. Carth. ad supra dicta Jobi verba (*& in puncto ad inferna descendant*) se reflectens inquit: *Ecce quam vana, fallax, falsa, brevis & impia est mundi prosperitas & voluptas. Hanc cordialiter aspernemur, ne delectatione brevissima, numquam finienda incidamus tormenta.*

Dion. Carth. in Job. 21.

6. Inter alia Jeremiæ lamenta, hoc quoque recensetur: *Et major effecta est iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorum, quæ subversa est in momento.* Nimirum amœna & delicioſa regio illa omnibus abundabat bonis terrenis, *Sicut paradysus Domini*, & ideo in illa erat *saturitas & abundantia panis*; at vero hinc factum est quod paulo post sulphur experiri debuerint & ignem infernalem; quia *quantum in delicijs fuerunt, tantum datum est illis tormentum, &c.* Christus prima & æterna veritas de nullo tanta cum certitudine, sicut nec alia scripturæ loca asseruerunt damnatum & in inferno sepultum esse quempiam, quemadmodum id dixit de divite epulone, qui in delicijs & voluptatibus vitam suam transegit, de hoc enim idem Salvator claris verbis dicit *Sepultus est in inferno*; illæ namque delicie & voluptates, quibus incessanter indulgebat, inextinguibiles illi flammas accenderunt, teste Abrahamo dicente: *Recordare quia recepisti bona in vita tua*; non dicit illum in infernum præcipitatum fuisse, eo quod fuisset adulter, incestuoſus, usurarius, sacrilegus, latro, blasphemus, sed quia quoad usque vixit, voluptatibus indulgens, in lacu quasi butyri & mellis natavit. S. Bernardus proinde interrogat: *Hæccine cruciatum caussa tota, quod in hoc sæculo bona recepit? ita plane; neque enim ad hoc nos de paradyso voluptatis animadversio divina ejecisse videtur, ut sibi hic paradysum adinventio humana pacaret.* Ingenioſa profecto est illa similitudo qua S. Bernardinus ad præsens propositum de infelici Epulone in inferno sepulto, loquens utitur: *Sicut fulgur tonitrua portat, ita prosperitas supplicia sempiterna præuanciat.* Ludovicus Granatensis in c. 1. l. 1. memorialis se à fide digno sequentem audiviſſe visionem dicit, quæ facta est viro cuipiam de anima ad infernum damnata. Hæc namque à dæmonibus Lucifero præsentata fuit, qui in ignea quadam sede constitutus eamdem expectabat, eamque in eamdem secum sedem collocabat dicens: *Volo te magnifico hoc sedili honorare, postquam cum magno honore apud homines fuisti, semper gloriam ambivisti; quæ mox funestum hunc honorem lachrymabili voce deflevit. Tum alij dæmones aderant offerentes ei poculum amarissimo & fœtidissimo potu plenum, & cogebant bibere, dicentes: Ita decet; fuisti enim amicus nobilissimorum vinorum, proba nunc vinum istud quod nos bibimus in hac regione. Hos secuti alij duo, qui duas tubas igne plenas inflabant, in aures ejus vociferantes: Hunc concentum tibi præparamus, sciebamus enim te, cum viveres, harmoniarum amatorem. Post hos alij duo in pectus illius viperas inficiebant, dicentes: quia fuisti appetitor amplexuum, & osculorum impudicorum, his nunc voluptatibus te oblectabis, his frueris istarum loco, quas in mundo habuisti.* In qua visione *ad unguem* adimpletum fuit oraculum à principio discursus ex Apocalypsi propositum, nimirum: *quantum glorificavit se & in delicijs fuit, tantum date illi tormenti & luctus.*

Thren. 4. v. 6

Gen. 13. v. 10

Juxta Actor. 18. v. 7. Dives Epulo à delicijs transiit in infernum.

Luc. 16. v. 22

Ibid. v. 25.

Apoc. 18. v. 7

Qualia damnati misceant colloquia.

7. Observaſtisne aliquando, qualia sint futura colloquia, quæ damnati in inferno inter se miscebunt? num forte de commiſſis latrocinijs, extorsionibus, homicidijs, simonijs, sacrilegijs, apostasijs, vel alijs similibus enormibus scelcribus inter se colloquentur? nequaquam; hoc enim liber Sapientiæ non refert, sed potius de perpetuo remorſu quo corda ipsorum dilaniabuntur, recogitantes luxus, delicias, voluptates, honores, divitias, quibus congregandis studuerunt; dicent enim inter se: *Quid nobis profuit superbia? aut divitiarum jactantia quod contulit nobis? transierunt omnia illa tamquam umbra.* Divina quoque Sapientia illis, qui in hac vita in dignitatum culmine positi fuerunt, comminatur, quod quanto in hac vita digniores fuerunt, tanto acerbius in illo igne sint torquendi; *potentes potenter tormenta patientur.* S. Thomas verba illa: *Quantum glorificavit se & in delicijs fuit*, ita exponit: *Quantum glorificavit se in honore dignitatum, & pompa divitiarum: homines enim in his duobus se glorificant, id est, gloriantur apud se, & ab hominibus glorificari quærunt, tantum date illi tormentum; tormentum in corpore, luctum in anima, quia corpore & anima se glorificavit & oblectavit.*

Sap. 5. v. 8.

Sap. 6. v. 7.

Apoc. 18. v. 7

S. Thom. ibid.

8. Inter tormenta, quibus damnati cruciantur, non solum numerandus est ignis, aliorumque supplicиorum pœnoſiſſima congeries, verum etiam, & præcipue, perpetua in corde reprobi damnati residens voluptatum & gaudiorum præteritorum memoria & recordatio; ac proinde Abraham Epuloni pro augmento ærumnarum suarum dixit: *Recordare quia recepisti bona in vita tua*; vult enim Deus tamquam justus & severus judex, ut illa præteritarum deliciarum apprehenſio, & recordatio, damnatorum mentibus indelebiliter infixa hæreat, eo quod illarum memoria, ut Hugo Cardinalis ait, valde augeat afflictionem, *hoc est enim, quod maxime cruciat damnatos, scilicet præteritarum delicatarum recordatio, quas mallent non habuisse*; Unde Boëtius ait: *Infelicissimum genus infortunij est, recordari se fuisse felicem. Recepisti bona in vita tua renovat dolorem*, inquit idem Hugo, *dolent enim reprobi in inferno, quia vixerunt sibi, non Deo.* Divus Chrysostomus de Epulone & Lazaro utilissimam quamdam habet considerationem; dicit enim: Quod si quis in centum annorum decursu unica tantum nocte jucundum quoddam habuisset somnium, in eoque pariter somnio multis perfruitus fuisset delicijs; demum vero hoc deliciosum somnium luere deberet per centum annos pœnarum, diceresne gaudia illa in somno habita præponderare pœnis tam longo tempore sustinendis? certe nequaquam id diceres. *Hoc jam*, inquit Sanctus, *& de futura vita cogita, nam quod est somnium unum, ad centum annos, hoc est præsens vita, ad vitam futuram, imo multo minus. Quod si exigua gutta ad pelagus immensum, hoc sunt mille anni ad futuram illam fruitionem: quantumcumque interest inter somnia & res veras, tantum interest inter hujus vitæ statum & illius. Voluptas temporaria est, dolor vero perpetuus.*

Deus vult ut damnati recordentur. liciarum, in hoc mundo habitarum, Luc. 16. 25.

Hug. Card. Ibid.

Boëtius.

Accommodata similitudo.

Prov. 7. v. 27

9. Celebre fuit certamen illud, quod Thomas Morus Magnus Angliæ Cancellarius (qui sub Henrico VIII. impio apostata, tamquam verum fidei Catholicæ fulcrum occisus fuit) cum sua conjuge & filijs, postquam in carcere mortis condemnatus erat, sustinuit; dum enim hi instanter illum deprecarentur, ut Regiæ iræ cederet, votisque Regis satisfaceret, ipse auditis suorum lamentis, conjugi, & filijs indignatus, his verbis uxorem interrogavit: *Quot annis me superstiten futurum censes?* quæ cum respondisset, viginti ad minus & amplius annis; vir Deo plenus confestim subjungit: *Hoc igitur agis, ut æternitatem totam vicenis annis commutem? si viginti annorum millia dixisses, videri posses non impudenter furere; hæc ipsa viginti vel triginta annorum millia, quid oro sunt ad æternitatem?* Eheu nemo est qui consideret, vel in pondere sanctuarij trutinet illa quidem trita, sed numquam sufficienter ponderata verba: *Momentaneum quod delectat, æternum quod cruciat.* Quot sunt qui à deliciarum illecebris decepti, nequaquam se reflectunt ad id, quod Spiritus S. in pluribus locis de domo impudicæ mulieris protestatur, dicens: *Viæ inferi domus ejus?* Optime igitur monet S. Bernardus dicens: *Ardor gehennæ extinguat in te ardorem luxuriæ, major ardor minorem ardorem superet, stridor flammarum horribilis, amorem depellat libidinis.* In vita S. Birgidæ refertur, quod dum quædam pedisequarum suarum, post inspectum incaute juvenem, adeo impuro erga illum amore arderet, ut igne libidinis crescente, dispositа jam fuerit ad consentiendum effreni illius appetitui. Unde nocte quadam facinus aggredi statuit, quando dormiente Sancta ad locum abiit destinatum, ubi cum amantem expectaret, Deus cordi illius suggeſſit, ut ad periculum se reflecteret, in quo versabatur; singulariter autem ad infernum, ad quem propter brevem voluptatulam se condemnaret. Pedemque unum lumini appoſuit, expertura an ignem illum tolerare posset, vivaciterque ardorem sentiens, exinde

Schism. Anglis Lib. 1. Thomas Morus optime agnovit æternitatis mercaturam.

Prov. 7. v. 27

D. Chrysost. Conc. 1. de Lazaro.

S. Bern. ser. 23. de modo bene vivendi.

Ignis infernalis extinxit in aliqua puella ignem libidinis.

exinde ad flammam æternam meditandam inducta, doluit de scelere, profanosque amores suos detestata, ad cellam suam redijt, ibique casum suum tenerrime deflevit.

Cur mons Vesuvius situs sit prope Neapolim.

10. Inter omnes totius Europæ regiones & consequenter totius mundi situs amœnior florentiorque dici potest Neapolis, deliciosus merito totius universi appellandus hortus; cum autem deliciæ voluptatum sint incentivum, divina providentia non absque mysterio in vicinissimo ei loco quoddam aperuit amplissimum os inferni, montem scilicet Vesuvium, qui globos igneos, sulphurque evomit, ut scilicet in antidotum, præservativum & frænum contra voluptates & luxurias mons iste vicinis serviat oculis. Quem finè facillime ex quodam colligo Cassiodori Commentario, quem super illa Psalmi instituit verba: *Convertantur peccatores in infernum omnes gentes quæ obliviscuntur Deum*, ait enim: *Convertantur, id est, ab hujus mundi delectatione tollantur, ne diutius possint in sua voluptate gaudere. Oblivisci Dominum est, cæno voluptatis involvi.*

Ps. 9. v. 18.

Cassiodorus, Ibid.

S. Antonin. p. 4. Tit. 14. c. 1. §. 11. Pulchra similitudo.

11. S. Antoninus, ut nostram nobis exprobret stultitiam, qui momentaneam sectamur voluptatem, cui æterna correspondet pœna, sequentem in medium adducit similitudinem dicens: Rusticus quidam ad nuptias regias invitatus erat, dumque regiam adiret cum alijs, in via fictire incipiens, paludes potare statuit aquæ corruptæ; quem proinde socij ad patientiam exhortantes, ut tantillum expectaret, donec ad convivium vinis pretiosis abundans pertingerent, rogarunt, ille vero talibus nequaquam acquievit consilijs. Sed quo putatis succeſſu? aquis verminosis abundе potatus, dum ad palatij perveniret, vomitare cœpit, ideoque à mensis nuptialibus repudiatus fuit. Omnes nos viatores sumus, inquit Sanctus, & ad nuptias, ceu gloriæ tendimus convivium: est quam diu vivimus, ut sitim nostram delicijs & gustibus carnalibus, qui aquis putridis assimulantur extinguamus; incessanter tentamur; ut *bibamus quasi aquam iniquitatem.* Albertus Magn. super illa verba Apoc. *Missi sunt in stagnum*, inquit: *Nota, pœna inferni dicitur stagnum, quia demergit illos, qui voluptatem hujus mundi, quasi aquam biberunt.* De his aquis scribitur in Jeremia: *Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, ... Et nunc quid tibi vis in via Ægypti, ut bibas aquam turbidam? ... Arguet te malitia tua; ... scito, & vide, quia malum, & amarum est reliquisse te Dominum Deum tuum*; quid igitur mirum est si qui Deo tergum verterunt, ijs haud secus ac virginibus stultis porta claudatur cœlorum, & à nuptijs cœlestibus repellantur? Hugo Cardinalis supra illum versum Psal. 48. *Auxilium eorum veterascet in inferno*, inquit: *Divitiarum amicorum, virium corporalium, auxilia in quibus hic confidebant, veterascent in inferno, id est, ad nihilum redigentur. Videntes turbabuntur timore horribili* at vero scitisne cur timor ille adeo futurus sit horribilis? nimirum quia in uno momento se à summo deliciarum culmine in extremum quoddam tormentorum & ærumnarum dejectos esse videbunt, & de gloria ad pœnam perductos, ut Interlinearis exponit. S. Bonaventura super illa eorumdem reproborum lamenta: *Quid nobis profuit superbia, &c.* hunc illorum sensum esse ait, q. d. *nihil, imo nocuit, quia dicitur in Psalmo: Retribuet abundanter facientibus superbiam.* Hugo Cardinalis similiter inquit: *Quid contulit nobis?* q. d. *nihil profuit; modo nocet: Quid contulit nobis? nihil nisi pœnam.* Quotidianæ Epulæ (*epulabatur quotidie splendidè*) diviti epuloni præter alios cruciatus rabidum quemdam in lingua ejus causarunt ardorem, pro quo mitigando, in perpetuas æternitates, ne unicam quidem aquæ stillam habere potuit. D. Chrysologus interrogat impium dicens: *Ubi sunt torrentes voluptatum tuarum? Omnia tibi periere;* & V. Beda ait: *Quidquid jucunde hic ingerit, tristissime in inferno digerit, & cujus vita hic benedicitur, spiritus ejus in inferno torquetur.* S. Hieron. gaudia præsentia in æternas ærumnas terminanda esse his verbis docet: *Tunc omnis potio, quæ statum mentis everrit, amaritudine commutabitur, quæ ad tempus attentibus se mella mentitur, & in novissimo, amarum felle reperietur. Tunc omnis dulcedo lasantium & tympanotum ac cytharæ sonus in planctum vertetur ac gemitum.* Quod & illis Jobi confirmat minis: *Panis ejus in utero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus.*

Matth. 22. v. 12

Apoc. 19. v. 20.

Ab. Magn. Invem. 2. v. 11. & 18.

Ibid. v. 19.

Job. 20. v. 14

DISCURSUS XXI.

ARGUMENTUM.

Pœnam damnatorum plurimum augebit invidia, qua ob beatorum gloriam, de tanto bono amisso lamentaturi perpetuo, exagitabuntur.

THEMA.

Videntes turbabuntur timore horribili. Sap. 5. v. 2.

1. Sanctus Bernardinus Senensis, quinam hi damnatis adeo formidabiles futuri sint conspectus, de quibus Sapiens ait: *Videntes turbabuntur timore horribili*; fusius declarans, eos consistere docet in gaudij, lætitiæ, cœlestisque beatorum gloriæ visione; maximo enim cum supplicio *vident gloriam beatorum*, inquit, *maxime eorum, quos in hac vita contempserunt*; idque sequentibus probat eodem in textu citatis verbis: *Videntes turbabuntur timore horribili, dicentes intra se, & præ angustia spiritus gementes; hi sunt quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperij; nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam; ecce quomodo computati sunt inter Filios Dei, & inter Sanctos sors illorum est.* Quod Sancti hujus assertum ex alijs quoque sacræ Scripturæ locis stabilire possumus: quantumcumque enim præsciti in tenebrosa & obscura fuerint sepulti abyssо, divina nihilominus justitia oculos eorum tantisper illuminabit ut videant illud, quod ad majorem eorum cedet pœnam, intellectum illustrabit, ut illud, quod magis torquebit, cognoscat; ideoque Psalmista de quodam damnato agens dicebat: *Videbit & irascetur, dentibus suis fremet & tabescet.* Quod idem supplicium suis in sententijs pariter in hæc verba expressit Isidorus: *Impij ex hoc durius in judicio puniendi sunt mentis dolore, ex quo visuri sunt justos gloriæ beatitudinem meruisse.*

S. Bernardin. T. 4. serm. 18 extraord. Plurimum torquebit damnatos gloria beatorum illorum quos ipsi hic contempserunt.

Ps. 111. v. 10

S. Isid. L. 1. sent. c. 29.

2. Eumdem hunc discursum fortat S. Bern. dum Christum prius ad electos: *Venite Benedicti!* postea vero ad reprobos dicturum ponderat: *Discedite à me maledicti!* Ita namque discurrit ad intentum nostrum: *Hoc grave eis plane tormentum, & magnus quidam malorum cumulus erit, forte enim quodcumque solatium videretur, eorum, quos tam malitiose impugnaverint, in tormentis suis, vel conscientiam latere, vel ipsos saltem declinare posse conspectus. Verumtamen esse illis ex hac nostra consideratione immensum quoddam accedat miseriæ pondus, nobis quæ necessitas erit, quæ utilitas, quæ voluptas? attamen sicut videbit peccator & irascetur, dentibus suis fremet & tabescet; (prius enim benedicti vocabuntur in regnum, quam maledicti ejiciantur in caminum ignis æterni, quo videlicet acrius doleant, videntes quid amiserint) sic justi quoque videbunt & lætabuntur, considerantes quid evaserint.*

S. Bern. ser. 83. super Psalm. Qui habitat. Ea de causa justi prius audient: Venite benedicti, ipsi vero postea: discedite maledicti.

3. Imo etiamsi Deus oculos damnatorum ad videndam electorum in Paradiso beatitudinem non aperiret, in cruciatum nihilominus indelebilem viva deserviret apprehensio & memoria, quam de gloria & exaltatione habebunt electorum conspecta, quando *rapientur in nubibus obviam Christo in aëra, & sic semper cum Domino erunt.* Nihilominus S. Bernard. Senensis Beatos à præscitis in flammis infernalibus consipiciendos esse docet dum ait: *Vident reprobi usque ad diem judicij, quandoque beatorum gloriam in universali.* Hancque doctrinam suam hac sequenti captu facillima confirmat similitudine dicens: *Sicut pauperes extra domum cogitant delectationes comedentium, tamen in particulari nesciunt quid divites comedunt*; Pauperi namque famelico & sitibundo maximum est tormentum, præ inedia deficere, linguam præ siti ardere, viscera à calore naturali corrodi; maxime vero si lautas epulas in divitum & epulonum domibus præparari recogitet. Quanta autem inter miserabilem & deplorabilem inferni pauperumque inferni statum, & statum Empyrei est diverſitas? De Beatorum enim statu dicitur: *ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Convivium pinguium medullatorum:* De damnatorum vero: *Famem patientur. Cœlum in quo est vita beata*, inquit S. Bernardinus, *est locus ubi est abundantia sine indigentia, lætitia sine tristitia, claritas sine nebula, quia sicut dicit Bernardinus: Civitas cœlestis totum continet quod delectat; Ergo oportet alium locum esse, ubi omnia contraria his inveniantur, scilicet indigentia sine ulla abundantia, tristitia sine lætitia, infirmitas sine sanitate, obscuritas sine aliqua claritate; iste locus talibus miseriis repletus, dicitur infernus.* Eamdem doctrinam idem S. Bernardin. in alio quodam tradit sermone, authoritatem adducens S. Bonavent. in 4. dist. 50. *Beati*, inquit, *nunc vident & etiam videbunt post judicium in speculo æterno miseriam damnatorum, quia hoc erit eis ad augmentum gloriæ & ostensionem divinæ justitiæ. Damnati vero vident nunc gloriam beatorum, & videbunt usque ad diem judicij; nec hoc quidem erit nisi ad eorum completam desolationem; tristantur propter*

Luc. 22. v. 30

Isa. 25. v. 6.

Ps. 58. v. 7.

S. Bernardin. Tom. 4. ser. 12 extraord.

Beati à damnatis quandoque conspiciuntur in flammis infernalibus.

1. Thessal. 4. v. 16.

S. Bernardin. T. 2. ser. 11. A. 3. cap. 3. Et hoc ad eorum majus tormentum.

S. Bernardin. T. 2. ser. 22. Art. 2. c. 2.

S. Bonav. in 4. dist. 50.

Beati econtra vident miſe-

tiam damnatorum.

carentiam suæ beatitudinis ; tristantur etiam quia intelligunt se videri à Beatis, illisque gaudium cumulare, propter quod inexpressibili verecundia confundantur. Idque probat per illum Psalmistæ textum : *Erubescant impij & deducantur in infernum, muta fiant labia dolosa* ; & immediate post idem S. Bernardinus subdit : damnatos erubescendam subituros confusionem, ob spiritus angelicos, quos propter suos cruciatus videbunt lætantes, ob adimpletam, & benemeritis damnatorum supplicijs, voluntatem, & justitiam divinam : *Confusionem patientur ab Angelis quos videbunt de eorum damnatione exultare cum Sanctis* ; qui improbos eis exprobrabunt insultus : Custodiam, exhortationes, consilia, auxilia, quæ in eorum subministrarunt salutem, objicient, ipsi namque *sunt administratorij spiritus in ministerium missi, propter eos qui hæreditatem capient salutis.* Tunc Angeli insultabunt reprobis dicentes : *Curavimus Babylonem & non est sanata, derelinquamus eam.* Tunc illud Prophetæ regij verificabitur assertum : *Lætabitur justus cum viderit vindictam.* Unde & S. Bernard. eodem in sermone ait : *Cumulabitur confessio damnatorum, nam sicut peccaverunt in conspectu Dei, & Angelorum, imo quantum in eis est, in conspectu omnium ; ita etiam coram damnatis & damnatis eorum confusio crescet.*

Confundentur ab Angelis, quia illorum monita neglexerunt. *Hebr. 1. v. 14* *Jerem. 51. v. 9.* *Ps. 57. v. 11.* *S. Bernardin. ibid. cap. 3.*

4. Liber Apocal. unuscujusque damnati qualia futura sint tormenta commemorat, dum ait : *Bibet de vino iræ Dei quod mixtum est mero in calice iræ ipsius, & cruciabitur igne & sulphure in conspectu Angelorum sanctorum & ante conspectum agni.* Ecce vobis quantum pœnam, cruciatusque augebit reprobrorum, ubi se in conspectu agni, pro eorum redemptione eviscerati, mortuique conspexerint, cujus sanguinem non semel, sed sæpius, propter unicam voluptatulam conculcarunt. Quin & in conspectu Angelorum sanctorum stabunt, qui testes veridici & implacabiles erunt contra damnatos, eos de iniquitatibus convicturi, simulque ostensuri, quanta cum solicitudine eorum gloriæ cooperati fuerint, sed semper ab iisdem temerariam fuerint passi repulsam.

Apoc. 14. v. 10.

5. Hoc damnatorum supplicium Isidorus Clarius olim Episcopus Fulginensis in quadam ad populum suum concione, sequenti explicavit similitudine, inquiens : Si ergo, quantumvis exilis sim, nihilominus tamquam Episcopus vester, uni ex vobis, ut ex Ecclesia secederet, præciperem, neque ullam mandati hujus adjicerem causam, crederem sane ego hoc ei longe gravius obventurum, quam si vulneraretur aut moreretur ; siquidem toto vitæ suæ tempore constantem censeretur circumferre notam & probrosum publicæ ignominiæ signū tam in ordine ad se, quā familiam : si vero præcepto hujusmodi verba superadderem injuriosa, infamia, & probrosa, longe magis invalesceret afflictio. Longe magis vero si eum ad perpetuum condemnarem exilium ? Ex qua similitudine transit ad deducendam confusionis consequentiam, quam damnati habituri sunt in conspectu non solum inferni, sed quod majoris momenti est, in præsentia omnium Angelorum, & electorum Dei, nec non ex eo quod detectæ sint omnes illorū ignominiosæ labes, sineque non solum à cœlo excluſi, verum etiam exprobrari sibi audiant gratias, auxilia, & quidquid sive ab æterno Patre, sive ab ejus Filio, sive à Spiritu S. beatissima virgine, Angelis, Sanctis, cunctisque cæteris electis pro ipsorum salute operatum fuit ; quam obstinate, in despectum cœli, pro unico terræ pugillo negligere & perdere non dubitarunt. Observandum vero quomodo Prophæta Evangelicus prophetiam suam terminet ; dicit enim : *Egredientur & videbunt cadavera virorum, qui prævaricati sunt in me ; vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt usque ad satietatem visionis omni carni.* Chaldæus legit : *Erunt impij judicati in gehennam, donec dicant super eos justi : satis vidimus.* Porro quale tormentum reprobi passuri sint, jam audistis ex verbis propositi thematis : *Turbabuntur timore horribili, ... Præ angustia spiritus gementes*; vibunt enim Sanctissimæ Triadis amicos, & servos, in summo honore, & in suprema authoritatis dignitate positos, quos hic contempserunt & conculcarunt ; ideoque dicent : *Ecce quomodo computati sunt inter Filios Dei.* Quale tormentum diviti Epuloni fuit videre sese vel unicam aquæ stillā in flammis illis habere nō posse, ex altera vero parte Lazarum à se contemptum, & despectum, in torrente nectaris & ambrosiæ, in sinu Abrahæ constitutum videre, seque qui superbus, inhumanus, & crudelis erga ipsum fuit, jam ad eum statum videre redactum, in quo se coram illo humilia-

Isa. 66. v. 24. *Sap. 5. v. 2.* *Ibid. v. 3.* *Sap. 5. v. 5.*

Isid. Clar. Orat. 11. extraord. Explicatur insigni similitudine damnatorum confusio.

re, cujusque implorare subsidium debeat : *Ut intingat extremum digiti in aquam, & refrigeret linguam meam.* *Luc. 16. v. 24.*

6. S. Hieronymus in glossa super ultimum caput Isaiæ, præcipue vero super illa verba : *Videbunt cadavera virorum, &c.* in ea similiter est opinione, quod beati reproborum pœnas distincte sint visuri, dicit enim : *Omnium sanctorum oculis eorum supplicia monstrabantur, qui pro auro, & argento, & lapide pretioso, ædificaverunt super fundamentum Domini, fœnum, ligna, stipulam, ignis pabulum sempiternum* ; Quæ visio beatis infinitam conciliabit consolationem, eo quod se ærumnas illas evasisse conspiciant, indeque monebuntur ad referendas supremæ majestati inestimabiles gratias, pro eo quod illis in hunc finem auxilio & subsidio fuerint, dicentque singuli certatim : *Nisi quia Dominus adjuvit me, paulo minus habitasset in inferno anima mea* ; Item : *Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium, laqueus contritus est, & nos liberati sumus.* Super omnia vero laudes & benedictiones Deo referent, quod palam demonstratus sit toti mundo justus judex, in castigandis injurijs & contumelijs ab impijs & rebellibus suis receptis : *Lætabitur justus cum viderit vindictam.* S. Bernardinus in quodam sermone inquit : *Deus, & Angeli, & sancti de ipsis damnatis gaudebunt. Et primo quidem gaudebit Deus, placent enim ei tormenta malorum ; primo quia bona sunt, sapore ut creaturæ ejus. Secundo propter pulchritudinem justitiæ, quæ in eis inæstimabiliter miranda est, & laudanda ; unde* Prov. *ix.* inquit : *Ego quoque in interitu vestro ridebo ; si enim non puniret damnatos, aut esset apud Deum otiosa justitia, aut enormiter diminuta.*

Isa. 66. 24. *S. Hieron. ib.* Beati damnatorum pœnas distincte videbunt, ad suum salutem. *Ps. 43. v. 17.* *Ps. 123. v. 7.* Et pro eis Deum laudabunt. *Ps. 57. v. 11.*

7. Dicet vero aliquis, in quem finem ab Altissimi Sapientia & infallibili providentia ordinatus est hic beatorum aspectus, in infelicem illam penetrans abyssum, ex altera vero parte reciprocus damnatorum obtutus ad gloriam electorum conspiciendam elevatus ? serviet aspectus ille reis ad majorem ipsorum pœnam ; nam S. Antoninus inter alios animarum damnatorum cruciatus hunc quoque enumerat : *Tabefactio invidiæ, & livoris. Invidem enim gloriæ beatorum, quam in generali intelligunt, etiamsi fuerint amici, & consanguinei in mundo, & tanta est perversitas eorum, quod vellent omnes secum esse damnatos. Iste zelus invidiæ finem non habet, permanens jugiter sine fine ut dicit Glossa super Epistolam ad Corinth. Et quanto ille cui invidetur, successu majori proficit ; tanto majoris livoris incendio mundus inardescit. Hinc vultus minax, torsus aspectus, pallor in facie, tremor in labijs, stridor in dentibus, verba rabida, effrænata convitia, manus ad violentiam promptæ, quæ si interim gladio vacet, odio tamen furibundæ mentis armata est ; ex his signis quæ apparent in corpore invidi, ostenditur rabies & magna passio mentis, unde & Joannes in Apocalypsi dicit de eis, quod præ dolore mandu caverunt linguas suas & blasphemaverunt Deum.* Quanto enim majus est bonum quod invidus in alijs conspicit, tanto magis præ invidia & rancore crepat, unde consequens est, quod invidia hæc in damnatis in infinitum crescere debeat, siquidem beatitudo definitur : quod sit *status omnium bonorum aggregatione perfectus.*

Adducitur ratio cur mutuus ille aspectus beatorum & damnatorum à Deo sit ordinatus. *S. Antonin. 4. p. Tit. 14. c. 5. §. 8.*

8. Dives epulo Evangelicus in inferno positus Abrahamo, ut Lazarum in domum fratrum suorum mitteret, supplicavit, qui eosdem de sua damnatione certiores redderet, ut se emendantes parirer in barathrum illud non inciderent. Sed quo motivo idipsum fecisse existimatis ? num forte ex motivo charitatis ? hoc dici profecto nequit, quia, ut paulo ante diximus, præsciti omnes etiam amicos, & proximos sanguine junctos ærumnarum suarum optarent habere consortes. V. Beda ait : *Ut ergo peccatores amplius in supplicio puniantur, & eorum videant gloriam, quos contempserant, & de illorum etiam pœna torqueantur, quos inutiliter amaverunt.* Albertus Magn. de impio hoc Epulone differens, eum pro fratribus suis, non ex motivo charitatis erga illos rogasse dicit, *sed ut minus ipse arderet, si fratres à criminibus, ad quæ ipse eos induxerat absolverentur ; vel ut non sustineret convitia ipsorum improperantium sibi, quod ad vitia docuerat, & vulneraverat ipsos.* Advertendum vero est, divitem hunc Epulonem non semel, sed bina vice Lazarum è sinu Abrahæ removere tentasse ; Primo enim petiit, ut in abyssum infernalem demitteretur, ad refrigerandum per stillam aquæ linguam suam ; quod cum obtinere non potuisset, secundam fecit instantiam, ficta quadam charitate palliatam, ut scilicet mitteretur in domum fratrum suorum, ut eosdem à via ad idem præcipitium inclinante diverteret : scitisne vero quemnam quæ hæ petitiones finem respexerint ?

Luc. 16. v. 27. Expenditur ratio cur dives epulo Lazarum bis à sinu Abrahæ dimovere conatus fuerit. *V. Beda.* *Alb. Magn. L. de multert. fortit. c. 16. §. 4.*

spexerint ? nimirum ad mitigandum ardorem, & rabidum invidiæ incendium, quod in maligni hujus corde ardebat, qui in rabiem agi videbatur, dum Lazarum, quem adeo contempserat, in tantæ felicitatis culmine conspexit ; & ideo omnibus modis eum ab hac felicitate conatus est dimovere ; Unde D. Chrysologus ait : *Petit Lazarum ad se mitti, ut eum cui durus fuerat in vita, etiam nunc à regno in infernum deponeret.* Observanda autem sunt verba ejusdem sancti immediate sequentia : *zelo*, inquit, *magis incenditur, quam gehenna, est illis incendium non ferendum, quos aliquando habuerant contemptui videre felices.*

D. Chrysol. serm. 122.

9. Psalmista ait : *Dolores inferni circumdederunt me* ; Ubi S. Augustinus legit : *dolores invidiæ, &c.* Albertus Magnus verba illa S. Lucæ : *Vidit à longe, &c.* intelligenda esse dicit, *de loci, & meriti distantia, quia ut dicitur* Psalmo 118. *Longe à peccatoribus salus* ; & Prov. 15. *Longe est Dominus ab impijs, vidit Abraham & Lazarum. Hos duos specialiter ad suæ vidit cumulum damnationis. Unum quidem comparatione cujus condemnatus est, alterum autem quem contempsit.* Isai. 16. *Videant & confundantur.* Quando superbissimus Aman, qui Mardochæum mortali, & implacabili prosequebatur odio, jussu Assueri Regis aditrictus fuit, ut eum, quem oderat, manibus suis per tam sublimem gloriæ excessum honoraret, inquit facer textus : *Festinavit Aman ire in domum suam lugens, & operto capite.* At vero quænam hujus luctus & tristitiæ causa fuit, num forte ex Regis Assueri gratia excideret ? nequaquam ; An ergo magnam divitiarum, filiorum aut amicorum jacturam passus fuerat ? multo minus ; num igitur aliquam forte mortalem formidabat infirmitatem ? minime ; cur igitur lugebat ? propter invidiæ rabiem, quia nimirum viderat tantopere exaltatum illum, quem paulo ante adeo contempserat. Ecce tibi igitur hic depictam damnatorum in inferno pœnam, hi enim sunt in inferno *præ angustia spiritus gementes* ; sed cur gementes ? dicant idipsum damnati ipsimet : *Hi sunt*, inquiunt, *quos aliquando habuimus in derisum, ecce quomodo computati sunt inter Filios Dei.* Christus in Evangelio de inferno loquens sæpius dixit : *Ibi erit fletus & stridor dentium* ; quibus verbis ad rabidam alludit invidiam, quæ damnatorum devorabit corda, ob immensam tristitiam, quam habituri sunt de gloria beatorum. *Observabit enim peccator justum, & stridebit super eum dentibus suis.* Videbunt Imperatores carnifices, & ministros justitiæ, per quos martyres cruciarunt, ad fidem conversos, in cœlis coronis & diadematibus regijs conspicuos, se vero à vilissima rebellium spirituum fæce in abyssō infernali conculcatos.

Ps. 17. v. 6. *S. Aug. ibid.* *Alb. Magn. in Luc. 16.* Epulo ille plurimum tortus fuit invidia aspiciendo Abraham & Lazarum. *Ephh. 6. v. 12.* Applicatur historia Aman & Mardochæi. *Esth. 5. v. 4.* *Matt. 8. v. 12* *Ps. 36. v. 12.*

10. S. Lucas invidiam Hebræorum, qua contra S. Stephanum exagitabantur exprimere volens, inquit : *Dissecabantur cordibus suis, & stridebant dentibus in eum* ; ubi ponderandum est quod non solum *dissecabantur cordibus*, verum insuper *stridebant dentibus* ; cur obsecro ? *intuentes vultum ejus tamquam vultum angeli stantis inter illos* ; qualis igitur in damnato cordis angustia erit, dum gloriam visuri sunt non unius angeli, sed omnium hierarchiarum cœlestium, non unius tantum S. Stephani, verum omnium sanctorum & electorum Dei ? D. Chrysologus de hac irregulata & pœnosa invidiæ passione inquit : *Hinc qui receperit, sua sustinet sine fine supplicia quia domesticum semper diligit habere tortorem.* S. Bruno in quadam Homilia de divite epulone ita scribit : *Videt Abraham, videt & Lazarum in sinu Abrahæ, & quamvis longe positus, videt tamen omnes delicias illis antepositas ; videt, & concupiscit ; cruciatur & non est qui ejus misereatur, & tanto quidem amplius cruciatur, quanto majores delicias contemplatur ; ipsas enim multoties parit appetitum, & ea quæ non videmus, minus appetere solemus.* S. Bernardinus inter alias animarum damnatarum pœnas hanc quoque enumerat : *Invidia beatorum & omnium salvandorum* ; citatque authoritatem S. Bonaventuræ in 4. dist. 50. Qui ait : *Invidia insurgit ex defectu charitatis, & amore proprij boni, sed utramque in damnatis est, ergo in eis est maxima invidia. Si ergo invidus nollet aliquem videre bonum, nec beatum, ergo damnati vellent quod omnes cum eis essent damnati. Dentibus suis fremunt & tabescent, quoniam vigebit in eis odium, & invidia, & vehementer tristabuntur, & tabescent in gloriam electorum, & ideo ad faciendam suam impiissimam æmulationem, vellent nullos esse bonos, imo omnes miseros, & quia nec ipsi ad beatitudinem possunt pervingere, nec alios possunt à statu beatitudinis removere, ideo in seipsis vehementer tabescent & confundantur.*

Act. Ap. 7. v. 54. Damnati maxime torquentur invidia de felicitate beatorum. *D. Chrysost.* *S. Bruno Astens. Hom. in Fer. 5. post Dom. 2. Quadr.* *S. Bernardin. T. 4. ser. 18. extraord.* *S. Bonav. in 4. dist. 50.*

DISCURSUS XXII.
ARGUMENTUM.

Examinatur pœna damni, eademque pœna sensus major esse ostenditur.

THEMA.

Absconda faciem meam ab eo, & erit in devorationem, invenient eum omnia mala. Deut. 31. v. 17.

1. SI maximum damnatorum in inferno supplicium cognoscere voluerimus, ponderasse sufficerit hæc præsentia verba : *Absconda faciem meam, &c.* Has namque minas Hugo Cardin. de pœna explicat damni, quæ omnium atrocissima est ; quod & Lorinus confirmaturus, sequentes duas in hæc verba adducit authoritates : *Hugo agnoscit in absconsione faciei divinæ pœnam damni, quæ est carentia visionis Dei, sic dicta, quoniam damni majore afficit in nocissimis pœna sensus quæ sunt tormenta gehennæ, gravius quoad sensum. Unde & Stephanus Cantuariensis apud Godefridum Tilmannum idem docet de gravissima pœna consistente in privatione Visionis Dei & consortijs sanctorum. Absconsionem faciei Dei ut importat privationem visionis ejus, præcedit absconsio pleramque faciei ejusdem.* Quemadmodum enim in visione Dei nostra consistit Paradysiaca beatitudo, tamquam in perfectissimo omnium bonorum compendio, ita quoque ejusdem visionis privatio, pœna est omnium acerbissima, quæ animabus illis infligi potest, utpote alia innumera habens annexa mala, ideoque subditur : *Erit in devorationem, & invenient eum omnia mala.*

Privatio visionis Dei est omnium maximum supplicium damnatorū. *Hug Card. cit. a Lorino.* *Stephan. Cantuarien.*

2. S. Antoninus illum Isaiæ textum in præsenti explanans : *Non videbit gloriam meam* ; ita ad nostrum applicat intentum : *fœlicet damnatus ; ubi alia translatio Tollatur impius ne videat gloriam Dei* ; & *hæc est ei maxima pœna super alias* ; idque S. Augustini confirmat authoritate, dicentis : *Nulla pœna major quam carentia divinæ visionis :* quin & quamdam S. Chrysostomi propositionem in libro cui titulus *de compunctione cordis* ; in medium adducit ad idemmet propositum, ubi S. hic Doctor potius mille infernos se electurum protestatur, quam solam pati visionis divinæ carentiam. Quibus præmissis S. Antoninus subdit dicens : *Hæc vijs, ut ait Photinus, & ut refert B. Augustinus, est tantæ pulchritudinis, tantoque amore dignissima, ut sine hac animam quibuslibet bonis quantūlibet præditam, æstimet infælicissimam.* In præsenti namque vita prouti in majori hominum parte experimur, anima nostra per affectum suum, terrenis hisce immersa bonis, nec Deum, nec infinitum visionis beatificæ bonum in cœlo confiderat, nec cognoscit ; ast ubi à corpore separata fuit, tunc perfectissimam habebit notitiam, & vivacissimam objecti perfectissimi gloriæ apprehensionem. *Separata autem anima* (verba sunt dicti S. Archipræsulis) *à corporis gravamine, tunc intelligit Deum summum bonum, & quod ad illud adipiscendum est creata ; & quia immediate ipsum summum bonum possideret, si non esset in ea impedimentum.* Tunc enim Deus animæ vivacissimam, indelebilem perpetuamque boni infiniti, perditi, contempti, nequiterque propter unicam sordidam voluptatulam, aut vile interesse, seu commodum rejecti, communicabit apprehensionem. *Considerans ergo*, subdit idem sanctus, *quod propter sui defectum, scilicet peccata, talis boni consecutione privatur in æternum, summe dolet.* Quem horribilissimum cruciatum Sapientia æterna nobis non obscure exhibet, dum ait : *Turbabuntur timore horribili, præ angustia spiritus gementes* ; idque propter visionem beatorum in cœlis ; quia scilicet *tunc stabunt justi in magna constantia.* Ideoque S. Bonaventura textum hunc ita explanat : *Gementes ex consideratione gloriæ quam perdiderunt.* Et Hugo Cardinalis inquit : *Gementes, quia voluerunt angustiam aliquam pro Christo pati ; tunc maximam patientur, propter præsentiam omnis mali & absentiam omnis boni ; Præ angustia spiritus gementes, hoc repetit, quia de duobus erit angustia spiritus, & de omissione bonorum, & de commissione malorum.*

Anima à corpore separata, statim agnoscit jacturam honi amissi per peccatum. *Sap. 5. v. 2.* *S. Bonav. Ibid.* *Hug. Card. Ibid.*

3. Quantum equidem visceribus damnatorum cruciatum, allatura puratis in omnem æternitatem minatoria illa Christi verba & condemnationem finalem in se continentia : *Discedite à me maledicti in ignem æternum*, præsertim postquam audierint alijs dici : *Venite benedicti Patris mei* ; nec non postquam cæteris aperire cœlum, sibi vero perpetuo occludi viderint ? Vivaciter admodum tormentum hoc coram nostris depictum

Damnatos maxime cruciabunt verba Christi, Discedite à me maledicti. *Matth. 25. v. 41.*

pictum reliquit oculis S.Bernard. dum ait : *Unde vero impij tanto animi furore tabescerent, nisi in regno summæ beatitudinis coram sese vidissent altos introduci, & tunc damnum in illos sese factores, in illos horroves, in illos æterni incendii cruciatus, in illas denique immortalis mortis miserias gemerent esse damnatos?* Unde & Glossa verba illa *discedite à me*, de pœna damni explicat, dum ait: *A vultu Dei.* Cui & S.Chrysost. consentit dum ait: *Hæc pœna major est quam cruciatus ille flammarum.* S. tamen Bruno in sermone *de Judicio finali*, longe clarioribus verbis hanc ipsam confirmat veritatem dicens: *Addantur tormenta tormentis, & pœnæ pœnis; sæviant sævis sævissimi ministri; at Deo non privemur.* Si enim præsciti in inferno visione beatifica frui possent, inque medijs attinerentur flammis; nihilominus trium instar puerorum in fornace Babylonica ignis ipsius splendore gavisuri essent inferet, calorem vero aut combustionem, minimè experturi, quin potius hic veluti suavis, placidusque ros eos recrearet.

S.Bern. ser. 27. de modo bene vivendi.

Matth. 25. v. 41. Glossa ibid. D.Chrysost. Hom. 24. in Matth. S.Brun. ser. de judic. fin.

4. David Rex Absalonis ab exilio revocationi quondam acquiescens, sequentem supplicæ adjecit conditionem: Verumtamen *faciem meam non videat.* Quæ quidem mortificatio ad breve spatium duratura erat, & nihilominus adeo Absaloni intolerabilis visa fuit, ut dicere non dubitavit: *Aut videam tandem faciem patris, aut moriar.* Nunc itaque quanto horribilius erit tormentum damnati, dum eo vultu se semper privatum viderit, *in quem desiderant Angeli prospicere*; eo vultu qui paradysum efficit paradysum?

2.Reg. 14. v. 24. Absalon potius elegit mori, quam privari aspectu patris sui.

1.Petri 1. v. 12. Si damnato daretur optio aliquid petendi à Deo, aliud non peteret, quam videre Deū.

5. Sane si cui animæ damnatæ Divina permitteret majestas ut aliquam peteret gratiam, quam ab ea postulandam esse putaretis? Forsitan ut à flammis eximeretur? aut vero ut à semper rodente verme liberaretur? vel ut à spirituum rebellium consortio separaretur? nequaquam, sed unicam hanc utique petitura esset gratiam, quam quondam à Christo illuminatus petijt cæcus: Cum enim Christus quæreret: *Quid tibi vis faciam?* mox subjecit ille: *Domine ut videam.* Ita quoque damnatus omnibus libenter acquiesceret pœnis infernalibus dummodo vel semel saltem suos posset conjicere oculos in vultum illum qui cœlum empyreum beatificat; tunc namque dicere posset: *Tenui eum nec dimittam.* Sed numquam hujusmodi obtinebit gratiam quin potius *usque in æternum non videbit lumen.* Cujus rationem assignat Psalmista dum ait; *Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus & similis factus est illis.* Et quia contempsit cum in vita, qui *erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*; Ideo totalis quoque hujus lucis fruitio illi denegabitur post mortem.

Luc. 18. v. 41

Cant. 3. v. 4.

Psal. 48. v. 21

Joan. 1. v. 9.

6. Hugo Cardinalis non modo damni, sed & sensus pœnam ex his colligit Christi verbis dicentis: *qui credit in filium, habet vitam æternam; qui autem incredulus est filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.* Circa quem proinde textum ita dictus Eminentissimus discurrit: *Duplex pœna exprimitur, scilicet pœna damni, quia non videbit vitam; & pœna sensus, quia ira Dei manet super eum, id est, vindicta; per verbum autem, manendi, notatur pœnæ perpetuitas, per super eum, notatur pœnæ gravitas.* Sanctus vero Ephrem pœnam exhorrescens damni in damnatis, in citati Psalmistæ textus commentario, ita ad nostrum clarius sermocinatur intentum: *Dei abalienatio atque aversio inter omnes pœnas, quæ in gehenna expectantur, intolerabilior gravior que est ei qui patitur, quam oculo laeis privatio, etiamsi dolore careat.* Longe tamen accuratius S. Antoninus ejusdem supplicij gravitatem mihi ponderasse videtur dum ait: *Sancti ex beatissima visione consequuntur maxima gaudia; delectationes in dextera tua usque in finem. Dextera Dei est vita æterna. Augustinus. Delectationes sunt ex visione Dei usque in finem, id est usque ad perficiendum omnem appetitum. E contra damnati ex privatione hujus visionis habent summam tristitiam; Et sicut beati ex omni parte, supra, intus, infra, extra, & circumcirca pleni sunt gaudio, propter quod dicitur cuilibet illorum: Intra in gaudium Domini tui: Ita damnati ex omni parte circundati sunt dolore, ex consideratione præmiorum quæ amiserunt.*

S. Ephrem. Orat. de futuro judic.

S. Antonin. Ibid. Psalm. 15.

7. Ratio, cur justissimus & severissimus Judex Christus coram damnatis in judicio finali, priusquam hi in æternæ damnationis barathrum præcipitentur, Paradysum cœlestem aperire constituerit, hæc inter alias non infima assignari potest, scilicet *ut acrius doleant, videntes quid amiserint.* Vel ut S.Gregorius ait: *Ut peccatores in supplicijs amplius puniantur, dum eorum vi-*

Cur Christus velit electis aperiri Cœlū, antequam damnati præcipitentur in infernum.

S. Bern. ser. 8. in Ps. 90. S. Greg. hom. 40. in Evang.

dent gloriam, quos contempserunt. Et sane si tritum hoc veritissimum est axioma, scilicet *quod opposita juxta se posita magis elucescant*; quis hinc exuremum facile non colliget supplicium damnatorum, maxime cum perfectum possessuri sint lumen, ut bona cognoscant cœlestia, quæ per culpam propriam amiserunt; *videntes quid amiserint.* Ubi proinde B. Laurentius Justinianus exclamat dicens: *O qualem fecerant commutationem, ut videlicet exultarent in exiguo tempore, & æterno cruciarentur supplicio. Quis illorum valet considerare jacturam? duplicia enim receperunt de manu Domini, pro universis iniquitatibus suis damni pœna torquentur & sensus. Amiserunt namque Deum, cœli delicias, Angelorum consortium, merita electorum, agni nuptias, beatam resurrectionem, immortalitatis stolam & beatam vitam. In his potissimum damni consistit pœna.*

B.Laur. Justin. de vit. solit. cap. 10.

8. Hinc enim vorax incessanter rodet vermis cor impij, objiciendo intolerabiles, quos ut ad eas flammas se condemnaret, sustinuit labores; dicent enim damnati omnes: *Lassati sumus in via iniquitatis, ambulavimus vias difficiles, ergo erravimus, justitiæ lumen non luxit nobis.* Ex alia vero parte vel unicam torrentis illius, qui Civitatem Dei inundat, & de quo dicitur: *Fluminis impetus lætificat Civitatem Dei. Torrente voluptatis tuæ potabis eos*; vel unicam dico torrentis hujus guttam præponderare intelligent omnibus totius mundi thesauris, voluptatibus, delicijs & magnificentijs. Quis hic non obstupescat? quia ut Lyranus ait, ipsaque nos docet quotidiana experientia. *Frequenter plus laborant homines ad perficiendum sua peccata, quam justi ad justitiæ opera.* Cum tamen certissimum sit, summam in via virtutis facilitatem esse & dulcedinem, ut proinde non immerito Psalmista nos exhorterur dicens: *Gustate & videte quoniam suavis est Dominus; Melior est dies una in atrijs tuis super millia.* Et nihilominus spiritualibus his contemptis delicijs, impij ultro citroque, ut se ad infernum condemnarent, innumeris se implicaverunt tribulationibus, & molestijs, quia: scilicet quamdiu præsens durat vita, infinitum illud non apprehendunt bonum, neque debitum de gloria paradysi formant conceptum; *quorum* scilicet *Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum qui terrena sapiunt.* In inferno autem, distinctam, perfectamque bonorum infinitorum qui amiserunt, impijs cognitionem & apprehensionem communicabit Deus. Cujus nostræ in hac vita cæcitatis rationem D. Chrysostomus assignat sequentem, dicens: *Neque enim novimus eorum beatitudinem præmiorum, ut infelicitatem quoque de eorum amissione perspicue scire possimus. Cæterum Paulus qui ista cognita habebat, certissime novit, quoniam excidere à Dei gratia omnium sit profecto miserrimum. Nos autem hoc tunc absque dubio discemus, cum experimento ceperimus doceri; sed istud ut ne patiamur, jaxis. O unigenite Fili Dei, neque experiamur intolerabile istud horrendumque supplicium quam grave sit.*

Reprobi plus laborant ut damnentur, quam justi ut salventur. Sap. 5. v. 7. Psal. 45. v. 5. Psal. 35. v. 9.

Lyran. ibid.

Psal. 33. v. 9. Ps. 83. v. 11.

Philipp. 3. v. 19.

D.Chrysost. Hom. 24. in Matth.

9. B. quoque Laurentius Justinianus hanc ipsam damni pœnam omnibus alijs majorem & intolerabiliorem esse sustinet dicens: *Interminabilis divinæ visionis caventia, quæ dolores supereminet universos.* Quam veritatem sequenti facile explicare possumus similitudine. Si enim Rex quispiam filium aliquem juvenem adoptaret, humili loco natum, eo tamen pacto, ut, si Magistro suo obediens in litteris proficeret & bonis moribus, ei in regno successurus esset, sin minus tri remes experturus. Si itaque juvenis iste libros projiceret, suoque inobediens pædagogo, se vitijs in prædam daret, ideoque in dictam incideret pœnam; hic utique longe gravius remi duceret esse pondus, quam scepiri Regij delicias; magisque affligeretur propter Regni jacturam, quam ob continua quibus subjaceret, flagella. Ecce vobis utcumque adumbratum animæ damnatæ tormentum, huic enim Deus vivacem injiciet apprehensionem finis, propter quem creata erat, scilicet, ut in cœlis regnaret; huic infinitum semper, quod perdidit, bonisque terrenis postposuit, ob oculos ponet bonum. Præter quam rationem, alia quoque, cur pœna damni omnibus alijs pœnis præponderet, assignari potest; quia scilicet pœna sensus, inferiorem dumtaxat cruciat hominis portionem; pœna autem damni, simul cum pœna sensus, portionem incessanter cruciabit superiorem, scilicet animam; atque ita quemadmodum beatis longe maximam voluptatem affert visio divina, quæ omnes alias paradysi simul unitas excedit delicias; ita quoque longe crudelissimo damnatos afficiet tormento ejusdem privatio visionis, in qua beatitudinis

Pœna damni major est omnibus pœnis. Hoc declaratur apta similitudine. B. Laur. Justin. ibid.

Alia ratio, cur pœna damni alijs pœnis præponderet.

nis consistit essentia; ita ut reliquos inferni cruciatus, quasi nihili faciant, in comparatione illius.

In majorem reprobi pœnam Deus illum cogit apprehendere cælestium gaudiorum æstimationē.

10. Verum enimvero fortitan quis vestrūm mihi objiciet id, quod in superioribus discursibus probavi, scilicet, quod damnati cor plenum habeant veneno odij & execrationis contra Deum, ipsumque continuo blasphement; atque ideo de ejus visione non sint curaturi, quin potius libenter tergum ei obversuri, quemadmodum fecerunt, dum viverent. Huic igitur respondeo, quod Deus in majorem reprobi pœnam, ipsum constringet, quantumvis involuntarium, ut infinitum quod perdidit, vivaciter apprehendat bonum; & incomparabilem concipiat cœlestium gaudiorum æstimationem; nec non infernalibus ea comparans miserijs, longe majus ex cœli jactura, quam ex ignis ardura concipiat tormentum. Ideoque D. Chrysostomus ait: *Si mille dixeris gehennas, nihil illius par dices dolori, quem sustinet anima; intolerabilis gehenna est, confiteor, tamen intolerabilior hæc regni amissio.* Cujus ejusdem S.Doctoris aliam quamdam ejusdem propositi corroborativam S.Bonaventura, in hæc verba adducit authoritatem: *si mille gehennas mihi proponas, non tantum reputo, sicut ab illius gloriosæ societatis jucunditate expelli, & exosum fieri Creatori. O anima terribilis est gehenna, sed terribilior facies Judicis irata.* Damnatus enim faciem Dei intuebitur sed coactus, utpote iratam, furibundam, inque damnationem ejus & attritionem horribiliter excandescentem; dicente Psalmista: *Vultus autem Domini super facientes mala ut perdat.* Hinc & S.Bonaventura subdit dicens: *Quod omnium vincit terrorem, est à beatissimæ & jucundissimæ Trinitatis contemplatione elongatio æterna.* Quod & D.Chrysost. in sexto operum suorum Tomo, ubi de Judicio finali tractat in hæc efficacissime confirmat verba: *Gehennæ metus regni coronam nobis affert, scio quod multi solam gehennam horreant, Ego vero amissionem gloriæ cœlestis pœnam multo acerbiorem esse dico quam gehennam.*

D.Chrysost. Hom. 24. in Matth.

Cur tot animæ incidant in pœnam damni.

Dan. 13. v. 9.

Isa. 57. v. 9.

S.Greg. L. 9. mor. cap. 38.

1. Reg. 15. v. 26. Post judicium finale pro adultis nullus superest locus, quam cœlum, vel infernus.

S. August. in Psalm. 49.

11. In Parabola de decem virginibus incarnata Sapientia prædixit animarum electarum in virginum prudentum ad nuptias ingressu, præscitorumque supplicium in inferno in stultarum virginum exclusione nobis manifestatura, duobus dumtaxat verbis universam innumerabilium omniumque atrocissimorum supplicium circumscripsit congeriem dicens: *Nescio vos.* Nonne longe graviora eas animas manebant tormenta? Nequaquam; quia in hac unica pœna, scilicet damni, omnes aliæ virtualiter, & eminenter recluduntur; Ideoque idem D.Chrysostomus in alia quadam jam citata homilia inquit: *Si mille aliquis ponat gehennas, nihil tale dicturus est: quale est à beatæ illius gloriæ honore repelli, exosumque esse Christo, & audire ab illo: Non novi vos.*

12. Sed quænam est causa, quod tot animæ in hanc incidant damni pœnam, id est, visione Dei priventur? Sola bonorum terrestrium, nosque decipientium aviditas, quia scilicet hæc perdere recusamus; ut non paucos proinde senioribus illis Susannæ insultantibus simillimos dixerim, de quibus Daniel scribit: *Everterunt sensum suum, & declinaverunt oculos suos ut non viderent cælum, neque recordarentur judiciorum justorum.* Imo in nos, dum vivimus, illud quadrat Psalmistæ dictum: *Supercecidit ignis, & non viderunt solem:* Ignis namque concupiscentiæ nostræ impedit nos, quò oculos nostros in Solem defigamus æternum, qui tribus luminibus in una luce resplendet. S. Gregorius tamen hæc eadem verba ita explanat dicens: *Ignis super impios cadit, sed Sol igne cadente non cernitur, quia illos quos gehennæ flamma devorat, à visione veri luminis excat.*

13. Unicuique ex gloria in gehennam præcipitato id objici jure meritissimo potest, quod S. quondam Prophera Samuel Sauli exprobravit dicens: *Quia projecisti sermonem Domini, & projecit te Dominus, ne sis Rex super Israël.* Si vero mihi dixeritis, Vos de Regno Dei neutiquam solicitos esse, nec regnare cum Deo velle, vobis respondebo, post judicium finale nullum pro adultis medium superesse locum, præter æternitatem bonorum, aut æternitatem malorum, & pœnarum. Proindeque sequens auscultare & amplectamini S. August. consilium dicentis: *Qui dulcedinem Sapientiæ & veritatis utcumque sentire cœperunt, noverunt quod dico, quanta pœna est, tantummodo à facie Dei separari. Qui autem illam dulcedinem non gustaverunt, si nondum desiderant, Dei faciem, timeant vel ignem, supplicia terreant, quem præmia non inviteant. Vtie tibi est, quod Deus pollicetur? contemisce quod minatur.*

DISCURSUS XXIII.

ARGUMENTUM.

Ærumnæ hujus vitæ aliquam conjunctam habent consolationem, at vero pœnæ infernales omnis sunt solatij experres.

THEMA.

Terra miseriæ & tenebrarum, ubi . . . nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat. Job 10. v. 22.

Infernus vocatur terra miseriæ.

1. NOn sine mysterio barathrum infernale terra miseriæ appellatur, ubi nullus est ordo, sed horror sempiternus, quia nulla ibi est consolatio nec ullum refrigerium, sed omnia ad pœnæ serviunt incrementum, omniaque perturbationem & confusionem secum adferunt. Unde Bellovacensis ait: *Formidanda supplitiorum ac miseriarum diversitas innumerabilis, acerbitas intolerabilis, & æternitas interminabilis.* Et quidem quod formidandam suppliciorum diversitatem attinet, primo loco considerare possumus id, quod S. Joannes de damnatorum tormentis differens, his verbis ait: *Cruciabuntur igne, & sulphure, & fumus tormentorum eorum ascendet in sæcula sæculorum, nec habent requiem die ac nocte.* Enimvero tametsi martyres longo tempore in crudelissimorum tormentorum carnificina cruciati fuerint, nihilominus priusquam ab uno tormento transiretur ad aliud, aliquod interjiciebatur intervallum, ne in sequenti supplicio subito nimis conficerentur, hæc autem intermissio in inferno nequaquam erit; nam ut S.Bernard. observat, S. Joannes notanter dicit: *die ac nocte, non quod damnatis sit dies in pœnis, quibus nox perpetua erit, sed tunc dies damnatis est, quando de pœnis suis eis manifeste per experientiam innotescit. Nox autem dici potest quidquid expectant, quod prævidere non possunt: quasi B. Joannes dicat in eo requiem habere non possunt, quia est durissima sint quæ tolerant, dura tamen esse suspicantur, quæ sibi superventura expectant.* Unde Job 20. dicitur de damnato: *Fugiet arma ferrea, & irruet in arcum æreum. Arma ferrea, pœnæ durissimæ dici possunt, quibus tunc in præsenti, quasi à propinquo damnati continue feriuntur, & hic quidem eorum est dies; pœnæ autem quibus in futuro continue feriendi sunt, quasi arcus æreus, & nox futura merito dici possunt.* Albertus Magn. hunc textum exponens, continuatam considerat, nec umquam intermissam suppliciorum æternalium carnificinam, unde ait: *Continua erit pœna; posset enim esse æterna, & tamen non continuari:* Id quod infirmi alicujus febre tertiana laborantis similitudine explicat, hic enim semper febrim habere dicitur, quia ipsi adhæresit semper causa, sive origo illius, tametsi non continuo ex eadem affligatur: *Non vero erit sic in eis qui erunt in inferno, quia in æternum, & continue dolebunt, unde subditur die ac nocte, id est continue; unde sicut nox & dies sibi succedunt continue, sic pœna pœnæ.* Unde reprobis ad infernum damnatis, ut notat S. Antoninus, adaptari possunt verba illa Jeremiæ, *servietis Dijs alienis, id est dæmonijs, qui non dabunt vobis requiem.* De beatis dicitur; *Lætabuntur in tabernaculis suis*; quia lectus eorum factus est ad requiescendum; unde Ecclesia electis precatur cantando: *Requiem æternam dona eis Domine:* At vero in damnatis adimpleturr illud: *requiem non habent die ac nocte.* Etenim carnifices illorum, id est, dæmones, indefatigabiles sunt, nec umquam à somno intercipiuntur. Unde S.Bonav. ait: *Ibi torquens & puniens non fatigabitur ibi qui torquetur nunquam morietur.*

Bellovac. spec mor. l. 2. p. 2. dist. 1.

Apoc. 14. v. 11.

Propter diversitatem suppliciorū, & illorum continuationem.

S. Bernardin. T. 2 serm. 22. a. 3. c. 1.

Alb. Magn. in Apoc.

S. Antonin. sum. Th. p. 4. Tit. 14. c. 5. §. 8.

Jerem. 5. 19.

Ps. 149. v. 5.

S. Bonav. in Soliloq. cap. 3.

2. S.Propheta Job de impio in flammis gehennæ constituto inquit: *Luet quæ fecit omnia, nec tamen consumetur*; & ratio est, quia licet ignis ille animam & corpus accendat, neutram tamen harum partium consumit, aut in cineres redigit. Infœlix ille homo, qui per justitiam ad ignem condemnatur, ærumnarum suarum finem brevi tempore assequitur, quia à prima ardoris flamma suffocatur, non vero idipsum damnato contingit, *luet quæ fecit omnia, nec tamen consumetur.* Cain post quinque & amplius annorum millia nunc pridem quasi ardere incipit, nec tamen umquam conflagrabit. Quod S.Bonav. his verbis confirmat: *Sic ignis ille consumet, ut vitam tamen semper servet, sic vetera tormenta patientur, ut semper innoventur.* S. Prosper quoque de hujus ignis conditionibus ita scribit: *sibi deputatos ignis non extinguit, ut permanente sentiendi vivia, pœna permaneat; ad dolorem magis quam ad vindendum æternis corporibus compeditos habeat, quos in flammis vivacibus immortalitas secundæ mortis occidat.*

Job 20. 18. Ignis infernū agit in animam & corpus damnati, nec tamen illa umquam consumet.

S. Bonav. ibid.

S. Prosp. l. 3. de Vita. Contempl.

Apud nos ignis vorax, ipsa quoque saxa, & duriſſima marmora conſumit, & in pulverem redigit, prout in calce manifeſte videtur; ſimiliter ignis, qui ſemel brachium hominis incineraverit, illud ipſum in hac præſenti vita numquam amplius torquebit, quia brachium eſſe deſiit, nec umquam reproducetur, uſque ad univerſalem corporum humanorum reſurrectionem. Unde Idem
S.Proſp. ibid. Sanctus ait: *Quemadmodum nullum eſt apud nos ſupplicium, quod igne acrius torqueat, ſic nullum eſt, quod citius torquere deſinat & conſumat. Quis ergo ignis ille, qui & acutiſſime cruciat, & cruciare nunquam ceſſat?*

Abyſſus infernalis, eſt centrum, in quo omnes ærumnæ poſſibiles conveniunt.

3. Merito autem abyſſus infernalis *terra miſeriæ* appellatur, quia centrum eſt, in quo omnes ærumnæ poſſibiles conveniunt, & perpetuo durant. Porro ipſa nos experientia docet, quod in hac præſenti vita, nullum ſit malum, quod non aliqua ex parte aliquali refrigerio mitigetur; ſic enim V.G. licet quis ſit mendicus, ſanitate tamen corporali conſtanter gaudebit; alius quidem claudus erit, vel podagra exagitabitur, cum tamen aliunde in bonis temporalibus abundet; alius denique mutus quidem, & ſurdus erit, cum tamen perſpicaci viſu polleat; adeoque difficulter fiet, quod in uno eodemque ſubjecto, omnia, & ſingula mala concurrant: At vero in illa terra miſeriarum, *nullus eſt ordo*, ideoque eorum, qui ibi morantur, *ſtatus eſt omnium malorum aggregatione perfectus*. Hugo Card. ſuper illa
Luæ 16. v. 28. Epulonis verba: *Ne veniant in hunc locum tormentorum* ita ſcribit, *Bene dicit locum tormentorum; ibi enim omnia*
Hugo Card. ibid. *genera tormentorum ſunt congregata, ſicut aquæ maris in alveo ſuo; Eccleſiaſtæ. Omnia flumina intrant in mare*,
Eccle. 1. 7. nec immerito pœnæ damnatorum aquis marinis aſſimilantur, utpote quæ omnis ſaporis, omnisque dulcedinis incapaces exiſtunt. Bellovacad illa Jobi verba:
Job. 10. 22. Bellovac. Spec. mor. l. 2. p. 3. diſt. 3. Luc. 16. 19. *terram miſeriæ* ſe reflectens ait: *Vere magna miſeria eſt, ubi pro omnibus mundi divitijs non poſſet haberi unica gutta aquæ. Homo quidam erat dives, qui ... epulabatur quotidie ſplendide*, qui tamen in inferno à mille ſexcentis & amplius annis vel unius ſtillæ aquæ paſſus eſt continuam inopiam. S. Auguſt. in Pſ. 105. inquit: *Tolerabiliorem quoſdam excepturos damnationem, in quorumdam comparatione legimus; Alicujus vero mitigari eam, cui traditus eſt, pœnam; Vel quibuſdam intervallis habere aliquam pauſam, quis audaciter dixerit, quandoquidem unam ſtillam dives ille non meruit.* Quem eumdem de hoc miſero Epulone (cui vel minima in æternum negabitur aquæ gutta) conceptum format S.
S. Bruno Aſten. Hom. in Fer. 5. poſt. Dom. 2. Quadr. Bruno in hæc verba: *Non enim licet malis videre, quod volunt; quamvis liceat bonis videre, & audire, & habere quæcunque volant.*

4. S. Bernard. eidem in ſermone de Damnatis inſiſtens contemplationi ita ſermocinatur: *Omnes partes corporis, alia contra aliam appetet juvamentum, & ſic habebit homo appetitum comedendi, bibendi, infrigerandi, calefaciendi, quieſcendi, ita ut pars corporis, in quantum erit frigida appetet calefieri & è contrario, & erit iſte appetitus mutuus, ſine fine, in æternum, ita quod appetitus ſemper erit appetibilis, & numquam attingibilis ad id quod appetet.* Quod ut penetretis facilius alia inter innumerabilia epulonis tormenta, quam horrendum ſit ardentiſſimæ nec in æternum extinguibilis ſitis ſupplicium conſiderate; Unam enim dumtaxat aquæ ſtillulam ſemper petit, ſemperque negabitur ei; qui cruciatus tanto acerbior erit, quo magis continua in illo, nec umquam intermiſſa vinorum delicatorum, & ambroſiarum, quibus inter epulandum indulgebat, fovebitur reminiſcentia; quantumvis enim damnatus omnium eorum obliviſcatur, ex quibus aliquod refrigerium capere poſſet, ſemper nihilominus tenaciſſimam eorum fovet memoriam, quæ illi pœnam augere poſſunt, dicente S. Antonino: *Damnatus obliviſcitur omnium, ex quibus poſſet in aliquo conſolari; nam ſi memoriæ occurrunt falſa gaudia, & delectationes, quas habuit in mundo, hoc eſt ei ad cruciatum.*
S. Antonin. ibid. §. 3.

5. Equidem quid Iſaiam his verbis dicere voluiſſe putatis: *Et comminuetur ſicut conteritur lagena figuli contritione pervalida, & non invenietur de fragmentis ejus teſta, in qua portetur ignitulus de incendio aut hauriatur parum aquæ de foveâ?* nil aliud judicio meo, his verbis Propheta inferre voluit, quam quod ne minima quidem ex toto igne infernali ſcintilla participari poterit ad temperandum extremum damnatorum gelu; nec ex univerſo gelu, tanrisque aquis congelatis (ſiquidem *tranſibunt ab aquis nivium*) vel unica ſola ſtilla haberi valeat, ad temperandum incendium infernale, ut proinde ſapiens veraciter dixerit: *Quod mirabile erat in aqua quæ omnia extinguit, plus ignis valebat*; ad modum enim quo in uſtrina ſuper carbones
Iſai. 30. v. 14. In inferno aquæ, gelu, & nives, ignem magis ac magis incendent.
Sap. 16. 17. accenſos & ignitos ſtillæ aquæ diſperguntur, ut illi magis magisque inflammentur, eadem prorſus ratione, in igne infernali nives, gelu, & aquæ flammas illas magis magisque provocabunt, quem pœnarum horrorem
S. Bonav. ſer. 1. de S. Laur. S. Bonavent. nobis ob oculos poſuit dum ait: *Illic ignis, non ſolum inextinguibilis, ſed etiam irrefrigerabilis eſt, cum nihil ibi ad temperamentum caloris haberi poſſit; nam guttam unam aquæ dives ille petijt, quam habere non potuit; quam etſi accepiſſet, nihil ſibi penitus profuiſſet, ſi fontem, vel fluvium maximum accepiſſet, nec ſitim illam moriturum mitigaſſet, nec ad modicum temperaſſet incendium. Dicit enim Auguſtinus, quod tanta eſt vis illius ignis, quod ſi totum mare in ipſum flueret, nec ipſum in modicum temperaret; eſt enim quædam ignis ſpecies, quæ etiam in aqua ardet, ſicut in legenda S. Nicolai dicitur; Unde ſi aliquis damnatorum in mari profundo poneretur, ibi ab igne torqueretur.*

In corpore damnati nec minima pars eſt immunis à cruciatu. Job 1. v. 7. 6. Sane ſi quis paralyticus fuerit, nec ſe proinde movere totaliter contractus poſſit; aliquam nihilominus corporis partem ſanam, liberamque habebit linguam, v. g. oculos vel aures, ac proinde non ex omni penitus parte offenſam patietur, quantumvis enim de Jobo dicatur; *à planta pedis uſque ad verticem non erat in eo ſanitas*; nihilominus in aliqua ſaltem parte reſpirabat, in corpore autem damnati, nec minimus erit nervus, nec os, nec cartilago, nec arteria, nec muſculus, qui ab intolerabilibus cruciatibus ſit futurus immunis; ſed *corpus illud circumdabunt ex omni parte mala, quorum non erit numerus.* Iterum quas in præſenti ſufferimus pœnas, noſtris utiles ſunt & fructuoſæ animabus, inque meritum creſcunt vitæ æternæ, ſi eas patienter toleremus, noſtram voluntatem conformantes divinæ, in inferno autem pœnæ ad nihilum aliud deſerviunt, niſi ut tormentûm, & deſperationem augeant tribulatorum; ideoque S. Bonav. inquit: *Pœna præſentis vitæ brevis eſt, levis, & fructuoſa, ſed futura eſt longiſſima, & graviſſima, & infructuoſa.* De certo quodam Scytiæ Monacho legitur, quod cum dæmon continuas circa mulierem quamdam, quam in ſæculo viderat, ſuggereret tentationes, is eamdem mortuam eſſe intelligens, furtive ad ſepulchrum ejus ſe receperit, ſumptisque inde fœtidi cadaveris illius vermibus, & ſanie, ad cellam ſuam eoſdem ſecum aſportarit, hocque remedio omnem deinceps carnalis concupiſcentiæ ſtimulum repreſſerit: At vero remedium hoc in inferno damnatos, inter omnia illa putrida cadavera, nihil juvabit, quia *vermis eorum non morietur*, quantumcumque enim vindex Dei ira & juſtitia damnatis intulerit ſupplicium, inde tamen non ſolum non emendabuntur, ſed malitia eorum, ut ſuo loco dicemus, ſemper magis magisque indurabitur, & obſtinatior evadet, & quantaſcumque per omnem æternitatem præſcitus toleraturus eſt pœnas, per eas tamen numquam ſatisfaciet, ne quidem pro unico tantum peccato veniali.
S. Bonav. in Diæta Salut. Tit. 10. c. 1. In vitis Patrum lib. ſent §. 10. Monachus inſigni ſtratagemate ſe repreſſit ſtimulos carnis. Vermis conſcientiæ nec per unicum momentum ceſſabit rodere damnatos.

7. In hac miſerabili vita hoc habemus ſolatium, quod tametſi corpus patiatur, impoſſibile tamen ſit, ut anima, quæ purus eſt Spiritus, ab igne accendatur, vel à gelu congeletur, vel aliquam à quantumvis ſenſibili elemento alterationem experiatur: Non tamen idipſũ in inferno damnati experientur, ſiquidem divina omnipotentia, & rigida juſtitia, ibidem corpus pariter & animam torquere poterit, & porro torquebit, per omnia inſtrumenta, quæ ad hunc finem diriguntur. Imo anima etiam à corpore ſeparata adeo torquebitur, ut quocumque ſe recipiat, tametſi etiam extra eamdem abyſſum commigret, ſuum ſecum infernum inſeparabiliter portabit, cum tamen in hac vita locum mutando, aliquod ærumnarum noſtrarum experiamur levamen, ad quod beneficium infelix præſciti anima numquam pertinget; quia ut Innoc. III. ait: *Omnis locus reprobo eſt pœnalis, qui ſemper ſecum defert cruciatum, & ubique contra ſe tormentum incurrit. Producam*, inquit, *ignem de medio tui, & qui comedet te.* Idem quoque in alio ejuſdem libri capite ita ait: *Impius, quia ſemper habebit in ſe reatum ex culpa, ſemper ſentiet contra ſe cruciatum ex pœna, quia quod ipſe per pœnitentiam non delevit, Deus per indulgentiam non remittet.*
Juſto Dei judicio, etiam anima, quæ eſt purus ſpiritus torquebitur ab igne. Innoc. III. l. de contemptu mundi c. 6. Ibid. c. 10.

8. Quod ſi forſitan in vulnere quopiam naſcantur vermes, facile eſt reperire modum, quo ijdem extinguantur, neque eſt dolor aliquis quantumvis exceſſivus, qui non ſucceſſu temporis aliquas indulgeat inducias, vel qui per aliquod opportunum non mitigetur remedium: At vero in damnatis *vermis eorum non morietur.* In hac vita porro hujus remorſus corroſiones tanta cum vehementia non experimur, quia per recreationes ludorum, conviviorum, & converſationum, per ſomnium, per ſtudia, per negotia & labores adeo diver-

divertimur, ut remorſus illos minime ſentiamus: at vero in inferno ne quidem per unicum momentum mentem noſtram ab hujus vermis dente qui inceſſanter & crudeliter nos rodet, divertere poterimus.
Vermis conſcientiæ nec per unicum momentum ceſſabit rodere damnatos.

Deus omnino deſerit damnatos, ut careant omni ſolatio. Pſ. 36. v. 25. 9. *Terram miſeriæ ubi nullus ordo.* In hac vita porro nonnumquam invenietur aliquis, omni ope, & ſubſidio humano deſtitutus, verumtamen talis à Deo numquam derelinquetur dummodo viva cum fide ad illum confugiat, teſte Davide, qui ait: *Non vidi juſtum derelictum:* At vero in inferno reprobus totaliter deſeretur, imo idem Deus contra ipſum omnes armabit
Sap. 5. v. 18. Creaturas: *Armabit creaturam ad ultionem inimicorum.* Tametſi etiam in hac vita frequenter experiamur, quod multorum earumdem afflictionum habentium participium ſocietas aliquod afflictis præbeat ſolatium, inter reprobos tamen in inferno conſtitutos omnino contingit oppoſitum; prouti in diſcurſu 19. latius probavimus. Unde S. Antonius de Padua ait: *Horrendum*
S. Anton. de Padua Ser. 2. poſt Dom. 1. Quadrag. *conſortium cui nec fluctuat. Hea, Domine clamabunt, ſaltem da nobis ſolatium gratæ ſocietatis, ut poſſimus reſpirare aliqualiter; ſed econverſo, Dominus clamabit; Non; ſed erius cum angelis & ſpiritibus improbis, qui eſſe cum Sanctis in tribulationibus noluiſtis.*

Nullus in inferno alteri ſubvenire poteſt. 10. *Terram miſeriæ.* Hi qui in hoc mundo vaſta regna habuerunt tributaria, in illa abyſſo neminem invenient qui vel vultum illorum reſpicere dignetur; ad evadenda infortunia, plurimum in hac vita ſerviunt favores, divitiæ, & authoritas, non vero item in infelici regno inferni; unde omnes damnati reges, & principes cogentur dicere: *Quid nobis profuit ſuperbia, aut*
Sap. 5. v. 8. *divitiarum jactantia quid contulit nobis? tranſierunt omnia illa tamquam umbra.* Unde S. Auguſt. de pœnis inferni differens ait: *ibi nec divitiæ, nec parentes, nec conjuges; nec filij, nec vicini poterunt ſubvenire. Cum interierit non ſumet omnia*, inquit Pſalmiſta, *id eſt*, ut
Pſ. 48. v. 18. S. Antonin. Ibid. §. 8. S. Antoninus exponit: *Nihil ex eis, quæ hic amabat, & in eis delectabatur, neque deſcendet cum eo gloria ejus.* In hac præſenti vita in adverſitatibus noſtris, ſemper aliquis ſe prodit, qui alterum ſublevet, & auxilium porrigat, non vero item in barathro æternæ perditionis; ibi enim ut S. Bernard. ait: *Auxilium mutuum ſibi exhibere*
S. Bern. T. 4. ſr. 22. Art. 3. §. 1. *neſciunt, eorum erunt deſperabiles cruciatus, tum quia mutuum auxilium intra ſe non habebunt, tum quia etiam aliunde habere non poterunt:*

11. *Terram miſeriæ.* Deplorabilis pariter & inevitabilis miſeria eſt, pro nullo tempore in inferno, cuicumque tormento, & ſupplicio damnatis immittendo, nullam reſiſtentiam facere poſſe. Unde Pſalmiſta ait:
Pſ. 48. v. 15. *ſicut oves in inferno poſiti ſunt*; ſicut enim oves ad macellum ductæ, nequaquam reſiſtunt, aut recalcitrant, ita quoque damnati, etiam illi, coram quibus totus contremiſcebat mundus, in illis flammis inſtar folij fragilis trepidabunt; *Ita concidentur, ita funditus peribunt, & tam facile devenient ad inferos, tam breviter, tam expedite, tam nullo negotio, quam oves quæ mactantur*, inquit
D. Chryſoſt. ibid. in Pſal. D. Chryſoſtomus.

DISCURSUS XXIV.

ARGUMENTUM.
De deſperatione damnatorum.

THEMA.
Spes impiorum peribit. Prov. 10. ℣. 28.

Deſperatio eſt graviſſimum ſupplicium damnatorum. 1. SApiens in hiſce verbis atrociſſimum quoddam damnatorum tangit tormentum, deſperationem videlicet æternam, quæ illos inceſſanter cruciabit. S. Bernardus inter alias inferni pœnas hanc quoque doloroſiſſimam futuram eſſe meditatur; *mortem videlicet animæ & corporis, ſine ſpe veniæ & miſericordiæ.* Adeo enim atrox erit hic cruciatus, ut S. Cypr. hunc cum alijs abyſſi infernalis pœnis comparans, deſperationem omnibus alijs abyſſi infernalis pœnis præponderare exiſtimet, *omni*, inquit, *tormento atrocius deſperatio condemnatos afflliget; non miſerebitur ultra Deus, neque tunc audiet pœnitentes.* In inferno enim miſericordiæ Dei locum non habet, niſi forſitan propter unicam hanc rationem, quia videlicet poſt adhibitam ſupplicorum illorum immenſam atrocitatem, nihilominus adhuc punit citra condignum.
S. Cypr. de Aſcenſ. Flamma fornacis Babyloniæ, præſignavit ignē inferni. Dan. 3. v. 47

2. Ad hoc propoſitum revocandæ ſunt in memoriam ingentes illæ Babyloniæ fornacis flammæ, de quibus Danielis 3. dicitur: *Effundebatur flamma ſuper fornacem cubitis quadraginta novem.* Quonam enim myſterio Spiritum Sanctum adeo diſtincte hunc cubitorum numerum, in quos ignis ille excreverat, expreſſiſſe exiſtimatis? *Omnia in figura contingebant illis;*

hæc enim flamma, ignis gehennæ flammas præfigurabat; potuiſſet quidem Deus, utpote naturæ author, efficere, ut flammæ illæ ad quinquaginta & amplius cubitos, qui perfectus eſt numerus, pertingeret; verumtamen ob certum myſterium, illas ad hunc numerum nequaquam pertingere; ſed in quadraginta novem cubitis terminari voluit, ut per hoc inſinuaret, quod cum numerus quinquagenarius remiſſionis veniæ & indulgentiæ ſit indicativus, ſiquidem ad annum jubilæi alludit, qui quinquageſimo quoquo anno celebrabatur, in quo tempore omnia debita, quibus unus alteri adſtringebatur, remittebantur, ignis ille infernalis per omnem æternitatem, ne quidem per figuram, vel per umbram, quacumque etiam crudeliſſima inflicta pœna, pro minimo etiam peccato expiati aut remitti poſſit; *Spes enim impiorum peribit*, quia *in inferno nulla eſt redemptio.* Unde Euſebius Emiſſenus in quadam homilia ait: *Expiatura erit illic mextinguibilis concrematio, quidquid hic non ſtuduerit ſanare correptio.*
Cur illa flamma excreverit tantum ad numerum 49. cubitorum. Euſeb. Emiſſ. Hom. 3. de Epiphan. *Ardens inferni puteus aperietur, deſcenſus erit, reditus non erit, de hoc puteo Propheta commemorat; neque abſorbeat me profundum, neq; urgeat ſuper me puteus os ſuum: ideo autem dixit neque urgeat ſuper me os ſuum, quia cum ſuſcepent reos, claudetur ſurſum, & aperietur deorſum; dilatabitur in profundum, nullum ſpiramen, nullus liber anhelitus, clauſtris deſuper urgentibus relinquetur. Detrudentur illuc valedicentes rerum naturæ, ultra neſcientur à Deo, qui Deum ſcire noluerunt.* Deus enim damnatorum in ſempiternum obliviſcitur, unde S. Antoninus ait: *Eſt locus obliviioſus, locus damnatorum; Unde*
S. Antonin. p. 4. ſum. Tit. 14. c. 5. §. 3. *à gentilibus Lethes dicitur, & interpretatur oblivio, quia ſcilicet ſui, id eſt ejus, qui eſt damnatus, tradunt eum oblivioni, & Deus etiam videtur eorum obliviſci.* S. Bernardus in ſermone quodam de modo bene vivendi ait:
S. Bern. ſerm. 27. de modo bene vivendi. *Priuſquam infernus te rapiat, peccata tua lue; priuſquam in profundum infernum mergaris, negligentias tuas plange, ubi jam non eſt locus indulgentiæ, ubi non pœnitendi licentia.* Idem mellifluus Doctor in alio quodam ſermone
S. Bern. ſerm. 8. ſuper Pſ. Qui habitat. *ſuper Pſalmum qui habitat* rationem reddit, cur præſciti in inferno ſurdam & implacabilem deprehendant ſint divinam miſericordiam, quantumvis etiam lachrymarum imbrem ex oculis ſcaturiant; dicit enim: *Nec ulla omnino credenda eſt erga impios futura illic miſeratio, ubi nec ulla ſperanda eſt correctio.* Verum quidem eſt, quod in libro Sapientiæ ijdem præſciti repræſententur tamquam pœnitentes, & peccata ſua deplorantes; veruntamen in libris Machabæorum ſacrilegi quoque Antiochi recenſentur lachrymæ, compunctio, & pœnitentia, & tamen nis non obſtantibus
Quare à damnatis excludatur omnis omnino miſericordia. Sap. 5. v. 3. ſacra Scriptura dicit: *Orabat hic ſceleſtus Dominum d quo*
2. Machab. 9. v. 13. *non eſſet miſericordiam conſecuturus.* Imo S. Bonav. ait:
S. Bonav. in Diæta ſal. Tit. 10. cap. 1. *Si damnatus flendo tantum de lachrymis emitteret, quantum eſt de aqua in mari; non ſufficeret ad lavandam maculam unius peccati mortalis.* In ejuſdem libri Sapientiæ præcedenti capite Spiritus Sanctus dixerat: *Et*
Sap. 4. v. 19. *erunt gementes*, ſcilicet ut Hugo Cardinalis ait: *In pœnis, quia nulla conſolatione relevabuntur.* In hac quidem vita planctus & lachrymæ ad aliquale ſerviunt ſublevamen æruminæ, in futura autem vita ad aliud nihil ſervient, quam ad augendam, & magis exacerbandam damnatorum miſeriam. Sacer textus in ejuſdem libri
Hug. Card. Sapientiæ capite ſequenti ſubjungit: *Præ anguſtia ſpiritus gementes*, ut nimirum inſinuet, illos gemere & ejulare ob exceſſivos cruciatuum ſuorum dolores, non vero quia Deum offenderunt, quin potius eum magis offendunt, continuo ei maledicendo, eumque quantum poſſunt blaſphemando. Unde Inno-
Sap. 5. v. 3. centius III. ait: *Non humiliabuntur reprobi jam deſperati de venia, ſed malignitas odij tantum in illis excreſcet, ut velint illum omnino non eſſe, per quem ſcient ſe*
Innoc. III. l. 3. de cont. mundi c. 8. *tam infeliciter eſſe*; & ideo tametſi inconſolabiliter plorabunt, numquam tamen exaudientur, ſed quia aures ſurdas præbuerunt divinis inſpirationibus, datis ad pœnitentiam ſtimulis, confeſſariorum conſilijs ſpiritualibus, exhortationibus, verbi Dei explanationibus, bonis ſuperiorum monitis, ſuorumque angelorum cuſtodum internis perſuationibus, ſurdas quoque Dei aures in æternum experientur.

2. *Cogitemus*, inquit D. Chryſoſt. *quantum ſit malum uri perpetuo & eſſe in tenebris*, & *innumerabiles*
D. Chryſoſt. Hom. 1. ad Hebr. *emittere ejulatus, & ſtridere dentibus*; veruntamen quod has pœnas vel maxime exacerbat, eſt hoc, quod ſubjungit S. Bernardus: *Et ne audiri quidem*; aut vero ſi nonnumquam Deus aut Cœlites gemitus illorum auſcultent, id non eo fine fiet, ut exaudiantur, vel aliquem in cœlo compaſſionis affectum ſuſcitent, ſed potius ut in ærumnis ſuis deridcantur, juxta illud: *Ego*
Deus, & ſancti damnatorum gemitus & ejulatus derident, unde pœna illorum augetur

Prov. 1. v. 26. *quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo, cum vobis id, quod timebatis, advenerit.* S. Propheta Job inter omnia acerba adversitatum genera, de nullo magis lamentabatur, quam quod nullus esset, qui ei compateretur, sed potius derisui esset omnibus, qui cum in sterquilinio sedentem conspiciebant: *Non de pœnis innocentem videat*, inquit: At vero in inferno reprobi, in omnem æternitatem damnati, ut diximus, à justitia Dei, & ab omnibus paradysi beatis, ut ex infallibili

Job 9. v. 23.

Ps. 57. v. 11. Scripturæ veritate constat, deridebuntur, quia *lætabitur justus cum viderit vindictam.* Discipulus in sermone quodam de inferno ait: *Sciendum, quod si beata virgo, cum omnibus sanctis, usque ad novissimum diem pro una anima damnata supplicaret, Christus eam nullatenus exaudiret, quia damnati sunt extra statum & terminum gratiæ & misericordiæ, ita quod nulla gratia potest pertingere ad eos, Domino dicente per Prophetam Malachiam cap. 1. Isti vocabuntur termini impietatis, & populus cui iratus est Dominus usque in æternum.* Ex

Discipulus serm. 101.

Deus pro damnatis est inexorabilis, & quare. rationibus vero, quibus Deum inexorabilem futurum esse probat, una hæc est, quia Deus non potest mentiri, & quia in suis determinationibus 4 quemadmodum homo, non est mutabilis 5 Deus autem per Jeremiam Cap. 15. juravit, se non daturum aures ad audiendum & exaudiendum preces populi illius in æternum maledicti: *dixit Dominus ad me: si steterit Moyses & Samuël coram me, non est anima mea ad populum istum: ejice, illos à facie mea.* Citatque authoritatem S. Augustini dicentis: *Si scirem patrem meum in inferno, non plus orarem pro eo quam pro Diabolo.* S. Cyrillus Alexandrinus

Jerem. 15. v. 1.

S. Cyrill. Alex. orat. de exitu animæ. ait: *Gemunt sine intermissione, sed nullus est qui misereatur; Vociferantur ex profundo, sed nullus est qui exaudiat; flammantur, sed nullus est qui liberet; exclamant & plangunt, sed nullus est qui commoveatur.* Apud Ezechielem de Vindice Divinæ justitiæ ense legitur: *Ut sciat omnis caro quia ego Dominus, eduxi gladium meum de vagina sua irrevocabilem.* Porro quamdiu in hac vita

Ezech. 21. v. 5.

S. Augustin. Tom. 4. l. 2. Evang. q. 37. degimus. Deus ensem suum in vagina reconditum tenet quia patiens est, & ad pœnitentiam nos expectat: Post hanc vitam vero in inferno gladium suum stringere incipit, idque irrevocabiliter; unde S. Augustinus æternam condemnationem *incommutabilitatem divinæ sententiæ* appellat.

Alb. Magn. Luc. 16.

3. Albertus Magn. ad propositum nostrum circa Evangelicam divitis epulonis historiam hanc habet considerationem: *Magnum Chaos firmatum est*, inquit Abraham, *at hi qui volunt hinc transire ad vos, non possint. In quo tangitur, quod etsi sancti ex inclinatione naturæ, quæ perfectissima est in eis, (qui volunt transire, ultra chaos, compassionis affectu quia, sicut dicitur Ecclesiastici 44. Sunt viri misericordiæ:) ad vos damnatos juvandos descendere vellent, non possunt, propter congruationem justitiæ, cui adhærent; lætabitur justus, cum viderit vindictam.*

Ps. 57. v. 11.

Desperatio illorum ex eo augetur quod in æternum sint privati omnibus bonis spiritualibus. 4. *Spes impiorum peribit.* Hæc damnatorum desperatio in damnatis notabiliter augebitur, dum se omnibus bonis spiritualibus & cœlestibus in sempiternum privatos esse conspicient, juxta illud: *Usque in æternum non videbit lumen.* Apud Sophoniam sex dierum fit mentio, quibus impij in æternæ perditionis profundo barathro cruciabuntur; dicit enim: *Dies iræ, Dies illa;* Ecce primum Diem: *Dies tribulationis & angustiæ.* Ecce secundum: *Dies calamitatis & miseriæ.* Ecce tertium: *Dies tenebrarum & caliginis;* Ecce quartum: *Dies nebulæ & turbinis*, Ecce quintum: *Dies tubæ & clangoris*, Ecce sextum. At vero quodnam in eo latet mysterium, quod nulla dici septimæ mentio fiat? nimirum ratio hæc est, quia Sabbathum dies erat Deo dedicatus, & destinatus quieti, damnati autem, ut in discursu præcedenti diximus, nullam in pœnis habituri sunt requiem, ideo in medijs tenebris illis ne minimum quidem cœlestis luminis videbunt vestigium. Confirmat idipsum Rupertus Abbas dicens: *Quia de septima die nihil ibi erit, nihil de Sabbatho Domini, sed sine requie, sine ulla requiescionis spe tribulabitur.* Bellovacensis super illa verba Jobi *terram miseriæ & tenebrarum*: inquit: *Summa profecto miseria est, cum illo non esse, sine quo non potest bene esse. Ita simul miseriæ & tenebrarum terra est, quia quisquis ad ejus mala tolleranda descenderit, ad divinæ claritatis aspectum ulterius nullo modo redibit,* cum enim damnatus à Deo proscriptus & derelictus fit, omni consequenter divino subsidio in sempiternum destitutus erit. S. Antoninus proinde hanc inter alias damnatorum pœnam recenset: *subtractionem* videlicet *omnium subsidiorum à Deo, seu personis divinis; ab angelis; à sanctis; à notis: ab Ecclesiæ suffragijs; à bonis peractis; à locis sanctis. In*

Rup. Abb. ibid. Bellov. spec. mor. l. 2. p. 3. dist. 3.

Et à Deo proscripti & derelicti.

S. Antonin. ibid. §. 11.

vita præsenti habent etiam maximi peccatores subsidium multiplex à Deo, præcipuè pœnitentiam, per quam placatur, in qua pater cor lapideum frangit per potentiam contritionis; filius illuminat per manifestationem confessionis; & Spiritus Sanctus dignificat fructum satisfactionis; sed damnatus non dabit Deo placationem suam, ut dicitur Ps. 48. *Quia pœnitere non potest.* Unde sequitur, quod dum omnes hasce consolationis vias sibi reclusas esse conspicit, tanto majora in eo desperatio ipsius incrementa habebit.

Ps. 48. v. 8.

D. Chrysost. in Psalm. 48. 5. D. Chrysostomus super illa Psalmistæ verba: *Auxilium eorum veterascet in inferno*, ita scribit: *Non habebunt qui defendat, & opem ferat, & manum præbeat, & eorum supplicium consoletur. Itaque nec virgines prudentes stultis opem ferre potuerunt, non Abraham diviti, non Noë, & Job, & Daniel, filijs & filiabus, spes impiorum peribit.* S. Gregorius super illa verba Jobi: *Ad terram tenebrosam*, ita scribit: *Quid terræ tenebrosæ nomine, nisi tetra tartari claustra significantur? quæ æternæ mortis caligo operit, quia damnatos quosque in perpetuum à vitæ luce disjungit. Nec immerito infernus terra dicitur, quia quicumque ab eo capti fuerint, stabiliter tenentur, scriptum quippe est, generatio præterit, & generatio advenit, terra verò in æternum stabit.* Albertus Magnus ingeniosè notat titulum quem S. Joannes inferni barathro attribuit, inquiens: *Missi sunt in stagnum ignis*; quærit enim cur non potius illud torrentem, lacum, vel pelagum appellaverit? & respondet, *quia tormentum inferni stabile est & immobile, ut stagnum plenum ardore & fœtore.* Enimvero hujus vitæ cruciatus cito transeunt, & ideo semper spes supereſt, ut unius vel plurium annorum decursu fortuna mutetur; hæc autem spes desperatos illos consolari in æternum non poterit. *Non longitudo temporis mollit dolorem*, inquit Divus Chrysostomus, *quomodo enim, cum flamma perpetuo illos premat? non spes liberationis, est enim æternum supplicium; non mortis expectatio, est enim pœna æterna, & sunt etiam quæ puniuntur corpora immortalia.* Idem quoque S. Doctor paulo ante ad præsens propositum dixerat: *Hic quidem & mors adveniens solvit calamitates, & amici consolantes, & finis qui expectatur, sæpe etiam rerum quæ sperantur mutatio, & diuturnitas temporis mollijt atque mitigavit perturbationem animi.* Enimvero quisquis Historias pervolvit, infortunia & calamitates publicas talem semper habuisse fluxum & refluxum inveniet, ut tribularis, aliquo saltem tempore, à bellis, fame, mortalitate, alijsque similibus infortunijs respirare liceat: At vero in inferno pœnâ quam damnatus habiturus est ab initio, dum infernum ingreditur, continuo, & in sempiternum, sine ulla intermissione durabit. Nullum ibi favebit tempus, quod miseriarum nostrarum solet esse remedium, sed sola erit æternitas. Si quis hic in terris podagram, calculum, aut simile aliud patitur accidens, in spe mortis, post centum, aut ducentos annos ad summum imminentis, consolationem ponit. Damnatus autem in extremis cruciatibus suis ne minimum, aut momentaneum quidem solatium, vel refrigerium expectare poterit in æternum; quia *juravit* Angelus *per viventem in sæcula sæculorum . . . quia tempus non erit amplius*: Non enim super tenebrosam abyssum illam primum mobile, Sol, alijque planetæ, unde quies, horæque distinguantur, gyrabuntur, non erunt dies, non septimanæ, non menses, non anni, sed caliginosæ & æternæ noctis erunt horrores; ipsa enim est *terra miseriæ & tenebrarum, ubi umbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.*

In hoc mundo calamitosi finè aut mutationem speratam possunt rare possunt.

Damnati attendunt minime.

Apocal. 10. v. 6.

Job 10. 22.

6. *Spes impiorum peribit.* Dionysius Carthus. desperationem inter gravissimas reputans pœnas ait: *Desperatio sempiterna præ cæteris pœnis deprimit, transfodit, excruciat mentem. Hoc quoque præ alijs pœnis transverberat cor damnati, quod in tot tormentis, scit & prependit se sine spe evadendi mansurum.* Considerabilis quoque est illa S. Bernardi de desperatione differentis propositio; dicit enim: *Quomodo perfectionem sibi Sapientiæ vendicat amor Dei, ita desperatio sibi omnem malitiæ consummationem*; ac proinde cum juxta proportionem malitiæ, flamma quoque augescat gehennæ, consequens est, quod desperatio mira tormentis illis addat incrementa. Enimvero si damnati se dilaniare, & dilacerare, sibique ipsis mortem violentam inferre possent, ô quam libenter idipsum exequerentur? at vero hoc facere minime poterunt, siquidem *ligatis manibus & pedibus missi sunt in tenebras exteriores*; atque ideo nec pedem, nec manum illis extendere, aut movere promittetur. Desperati in hac vita, ut ærumnis suis finem imponant, se vel ex rupe quadam præcipi-

Dionys. Carthus. in opusc. Dial. de vita & regimine Principis. Art. 12.

S. Bernard. serm. 37. Desperatio mirum in modum auget tormenta damnatorum.

Matth. 22. v. 13.

tes agunt, vel ense cor sibi transadigunt: At vero reprobus damnatus etiamsi liber esset, si se in profundum quamdam deturbaret voraginem, hoc ad aliud nihil ei profuturum esset, quam ad pœnas suas magis augendas. Videmus communiter, quod homini irato nullum obviare possit malum, in quod semetipsum non urgeat, unde strictis se gladijs objicit, penetrat in ardentissimas flammas, carnes sibi dilaniat, vultum lacerat, in præruptа se præcipitat; at vero quid de anima damnata & desperata dicemus, quæ in centro omnium acerbissimorum suppliciorum constituta consistit? merito S. Bernardus infernum & *portas inferi excam desperationem* appellat.

S. Bern. in sentent.

Seneca Epist. 101. In hac vita spes solatur omnes afflictiones.

7. *Spes impiorum peribit*; Seneca Philosophus moralis inquit: *In malis optimum est, supplicij finis*; quando enim in adversitatibus nostris finem speramus, magnam inde consolationem percipimus; at vero tormentum infernale infinitum est, adeoque nullum umquam finem habebit. Spes in hac vita omnium passionum, & dolorum est sublevamen. Agricola frumentum magnis cum laboribus, dispendijs, & sudoribus in terram spargit, illudque aëris injurijs expositum relinquit, idque libentissime, & sine ulla contradictione, quia nimirum copiosam inde fegetum messem se habiturum sperat. Nauta inter tempestates fluctuumque procellas vitam agit, unica dumtaxat asseris latitudine à morte distans, idque quia se ex mercibus, ab uno polo, ad alterum transportatis, locupletandum esse confidit; miles quoque quotidianæ morti continuo se exponit, sperans se apud belli ducem strenui & generosi militis nomen obtenturum, Martyres denique læti, & constantes suppliciorum ingrediebantur carnificinam, quia vivam æternæ retributionis spem cordibus suis infixam habebant: Unde S. Ecclesia in ipsorum honorem canit: *Traduntur igni martyres, & bestiarum dentibus, armata sævit ungulis sortoris insani manus, nudata pendent viscera, sanguis saevatus funditur, sed permanent immobiles vitæ perennis gratia.* Denique nullus in hac vita libenter quidpiam patitur, nisi alicujus boni spem inde promanaturam concipere possit: At vero de damnato prima & infallibilis veritas inquit: *Spes impiorum peribit*; cruciabuntur enim, minimè sperantes, se per hoc rem Deo gratam facturos, vel meritum aliquod, & retributionem inde recepturos, aut vero pro peccatis suis aliquam habituros esse satisfactionem, cum extra omnem satisfaciendi aut merendi statum consistant, nullum inde quoque lucrum sperare possunt; quin potius auctâ semper magis magisque illorum desperatione, cruciatus illorum in immensum augebuntur, sine ulla spe mitigationis. Unde S. Bonaventura damnatorum desperationem exprimere volens, merito cum S. Hieronymo exclamat dicens: *O mors quam dulcis esses, quibus tam amara fuisti, te solummodo desiderant, qui te tam vehementer oderunt! O quam amarum est*, inquit S. Prosper; *edacissimis in æternum dilaniari vermibus nec finiri.*

Damnatis omnis spe sunt privati.

S. Bonav. T. 7. soliloquior. S. Hieron. ib. citatus. S. Prosp. de Contempl. l. 3. c. 12.

DISCURSUS XXV.

ARGUMENTUM.

Damnati, propter voluntatis suæ obstinationem, & malitiam, omnis sunt pœnitentiæ & placationis Dei incapaces; Unde hanc vitam solum pœnitentiæ tempus esse ostenditur.

THEMA.

Non dabit Deo placationem suam, . . . laborabit in æternum. Psalm. 48. ℣. 8.

Deus numquam reconciliabitur damnatis.

1. INfallibile Spiritus Sancti oraculum, per Psalmistam, cui jugiter assistebat, damnato per omnem pœnarum infernalium atrocitatem & perpetuitatem, divinam justitiam numquam in æternum reconciliandam esse dicit; quia *laborabit in æternum*; Cujus ratio est, quia Deum offensum numquam placare poterit: *Non dabit Deo placationem suam*; Idque ut S. Antoninus ait: *Quæ pœnitere non potest*; atque ideo S. Prosper pœnam infernalem pro culpæ satisfactione infructuosam esse dicit, de damnato inquiens: *Quem inefficacis pœnitentiæ ignis exurit.* Enimvero ut anima divinæ justitiæ pro contracto peccati debito convenienter satisfaciat, necessario requiritur, ut in Dei gratia constituta sit, id est, ut Deo grata sit, & accepta: At vero reprobus damnatus Deum à conspectu suo semper repellit, imo per malitiam, & obstinationem suam, in qua vixit, & in qua in æternum inseparabiliter con-

S. Antonin. sum. Theol. 4. p. 4. Tit. 14. c. 5. §. 11. S. Prosp. de Vit. Contempl. l. 3. c. 12. Nam illum à se repellunt

per malitiam & obstinationem voluntatis malæ. Eccle. 11. 3.

Sap. 5. v. 3.

S. Bern. serm. 27 de modo bene vivendi. S. Bern. T. 4. Fide ad Petrum c. 26. Pœnitentia illorum erit infructuosa.

S. Bernardin. ibid.

Matth. 22. v. 13.

Prov. 27. v. 20. Beda l. 2. c. 24. ibid. Quia semper in illis manet desiderium peccandi.

Luc. 16. 28.

Alb. M. ibid. S. Antonin. sum. Theol. ibid. §. 8.

S. Ephrem. de universali Resurrect. In præsenti vita pœnitentia est, cum hic sit locus satisfactionis.

tinuabit, arctatam ad peccandum voluntatem, in sempiternum & indissolubiliter habebit, absque eo quod eamdem umquam mutare possit; & ideo *si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit.* In eadem namque perversa voluntate, per quam in abyssum infernalem deturbatus est, inflexibiliter continuabit, & ideo in odio Dei semper consistet. Quod si objecteris locum illum Sapientiæ cap. 5. in quo reprobi damnati pœnitere dicuntur: *Pœnitentiam agentes*; imo & confiteri, dicentes: *Ergo erravimus*, in promptu est responsio, pœnitentiam illam inutilem prorsus esse, prouti ex verbis S. Bernardi in sermone quodam *de modo bene vivendi*, clare deducitur; dicit enim: *Ubi non est licentia emendationis; ubi jam non est locus confessionis; Quare & quia in inferno nulla est redemptio.* S. Bernardinus hæc verba: *Dicentes intra se pœnitentiam agentes, & præ angustia Spiritus gementes*, ex S. Augustino, *de fide ad Petrum ser. 18. ex cap. 26.* distinctius his verbis exponit: *Qui in hac vita fructuosam non fecerit pœnitentiam, habebit quidem in alio sæculo pœnitentiam de malis suis, sed indulgentiam in conspectu Dei non inveniet, quia etsi ibi erit funiculus pœnitudinis, nulla ibi erit correctio voluntatis, à talibus enim ita culpabitur iniquitas sua, ut nullatenus possit ab eis diligi vel desiderari justitia. Sicut illi qui cum Christo regnabunt, nullas in se malæ voluntatis reliquias habebunt, ita illi qui erunt in supplicio ignis, cum diabolo, & angelis ejus deputati, sicut nullam habebunt requiem, sic bonam nullatenus poterunt habere voluntatem.* Idem S. Bernardinus in eodem sermone paulo ante ex S. Bonaventura de animabus damnatis dixerat: *Timor servilis damnatis non aufert habitum malæ voluntatis, sed aufert actum*: tametsi enim Deum per opera offendere non possint, quia in carcere pedes compedibus, ferreisque manicis manus constrictas habent: *Ligatis manibus & pedibus*: eorum tamen voluntas contra Deum semper perversa maner, utpote à quo se fine intermissione flagellari experiuntur.

2. V. Beda verba illa Prov. *Infernus & perditio numquam implentur*, exponens, idipsum confirmat, dum ait: *Insatiabiles sunt* (damnati nimirum) *in desiderio peccandi.* Citatus quoque S. Bernardinus in alio quodam sermone inquit: *licet actus peccati transeat, tamen ejus habitualis, & radicalis affectus in damnatis æternaliter perseverat, & suum appetibile vellet, & vult sibi naturaliter perdurare.* Paulo post vero subjungit: *Numquam pœnitentes, nec unquam pœnitere volentes, quia etiam semper durat in eis Dei injuria, id est, peccatum, durat tamdiu in unoquoque, quamdiu minime emendatur de eo, sed nulla emendatio potest in eis esse, sicut Psalmista testatur, inquiens: In inferno autem quis confitebitur tibi? q. d. nullus.* Et iterum Isaias 38. ait: *Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te, non expectabunt qui descendunt in lacum, veritatem tuam.* Quemnam obsecro sensum fuisse existimatis verborum illorum; quibus Abraham diviti Epuloni hunc in modum respondit: *In his omnibus inter nos, & vos chaos magnum firmatum est, at hi qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde huc transmeare?* nimirum manifestam facere voluit hanc veritatem, quod sicut Beati numquam in æternum ab amore & charitate sua erga Deum recedere poterunt, juxta illud: *Ego autem dixi in abundantia mea non movebor in æternum*; ita damnati ab odio, & malitiosæ ac perversæ propriæ voluntatis obstinatione numquam recedent. *Hoc Chaos immeabile*, inquit Albertus Magn. *est sententia obstinationis in malis, & sententia confirmationis in bonis.* S. Antoninus proinde dicit: *Nec dolent de peccatis commissis, in quantum offensa Dei, sed quia inde cruciantur; & ideo infructuosa est eorum pœnitentia.*

3. Optime igitur S. Ephrem *de universali corporum resurrectione* differens, nos monet, ut in hac præsenti vita veram pœnitentiam agamus, dicens: *De anima nostra certamen agitur, pro qua si negligentiores fuerimus, & periculum immensum est, & suppliciis sempiternum, non est enim in inferno confessio, non sunt lachrymæ ibi, non gemitus atque suspiria quæ judicis sententiam averlant.* Sicut enim debitor aliquis, qui ob æs alienum carceris vinculis constrictus tenetur, numquam inde dimittitur, quamdiu pecunia illi deest, qua creditori suo satisfacere possit: Ita quoque hæc est indeclinabilis damnati infelicitas, quod ex inferno numquam sit dimittendus, quia nec habet, nec umquam habere poterit summam infinito peccati debito exsolvendo necessariam, census enim, quo divinæ satisfit justitiæ, pro culpa commissa, est aversio à creatura, & conversio ad creatorem; at vero voluntas damnati in odio Dei irre-

vocabiliter obstinata, ad eum converti numquam poterit, & ideo semper in æternum audiet: *Non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem*; circa quæ verba Abulensis ita discurrit: *Verum est, quod peccatores detrudantur in infernum, quia debitores sunt, & donec solvant, ibi manent, & tamen quia numquam solvent, manebunt ibi in æternum; non solum numquam persolvent totum debitum, sed etiam numquam incipient solvere minimam partem debiti. Solvere debitum peccatorum, est satisfacere Deo, in quem peccavimus, & ad satisfaciendum Deo, oportet quod ille acceptet ea quæ offeruntur, sed Deus non acceptat factum aliquod, vel toleratum à peccatore, quia extra charitatem est; ergo numquam poterit satisfacere, neque incipere satisfacere, sed manebit semper debitum integrum.* S. Bernardus rationem assignat, cur peccatum in hac vita commissum, & præteritum, æterno subjici debeat supplicio; dicit enim *ob hoc procul dubio inflexibilis & obstinatæ mentis sumitur æternaliter malum, licet temporaliter perpetratum, quia quod breve fuit tempore, vel opere, longum esse constat in perinaci voluntate.* Illa namque contumacia, & mentis obstinatio, qua cum peccator in hac vita Deum offendit, nisi illam in hac vita corrigat, in perpetuas æternitates incorrigibiliter perseverabit.

Matth. 5. v. 26. Abul. Q. 136. in cap. 18. Matth.

S. Bernard. Epist. 253.

4. Primi tenebrosi carceris infernalis incolæ fuerunt rebelles angeli, qui in sempiternum inflexibiles, in concepto adversus Deum odij veneno in perpetuum perseverabunt, ijsque conformabuntur omnes alij, qui in infernum deturbabuntur. Cardinalis Bellarminus proinde in controversijs suis ita scribit: *Dæmones sunt obfirmati in æternum odio Dei, & rerum ipsius, & præsertim humani generis, id enim pertinet ad finem damnationis, sicut confirmatio in actuali amore Dei & proximi, pertinet ad finem felicitatis; & ideo non est mirum, si quidquid faciunt, malum est, quoniam ad malum illum finem omnia referunt.* Existimatis ne fortan, bono fine motum fuisse divitem epulonem, quando ab Abrahamo petiit, ut mitteret Lazarum in domum fratrum suorum, ut hi pœnas illas per vitæ emendationem evaderent? nequaquam, sed, ut in præcedenti discursu demonstravimus, invidia, qua Lazaro felicitatem suam minime faciebat, eum impulit, ut Lazarum à beato illo sinu removere conaretur; præterea fratrum suorum apprehendebat consortium, malumque illis in hac vita præbitum exemplum, unde tormenta sibi adaugenda fore metuebat, ac proinde eorum emendationem, pro cruciatuum suorum aliquali sublevamine, satagebat procurare: *sub specie pietatis ad pristina vulnera, inquit D. Chrysologus, ad præteritos gemitus Lazarum vult redire, quem prima petitione ad suos revocare non potuit cruciatus.* Videns enim, quod eum à sinu Abrahæ, sub prætextu instillandæ in linguam suam aquæ dimovere non posset, de novo illum inde distorquere conatus est, sub dolore compassionis, & prætextu salutis animarum fratrum suorum. Idem D. Chrysologus in sermone præcedenti observaverat, divitem ab Abrahamo petiisse, ut Lazarus in infernum ad ipsum descenderet, non vero ut ipse perduceretur ad Lazarum, ideòque subdit: *Non est novelli doloris, sed livoris antiqui & zelo magis incenditur quam gehenna; non sè ad Lazarum duci postulat, sed ad se Lazarum vult deduci.* Quando vero radix infecta est, fructus quoque, qui suum ab illa vigorem, & humorem recipiunt, vitijs suis non carent. Atque ideo cum voluntas damnati plena sit odio contra Deum, ijsdemque peccatis, & eadem prorsus malitia agitetur, qua imbutus erat, prius quam in illam abyssum præcipitaretur, ideo hanc deinceps in sempiternum retinet, quia *semper quidquid facium malum est.*

D. Chrysol. serm. 123.

D. Chrysol. serm. 122.

Dæmones sunt inflexibiles, in odio contra Deũ concepto.

Bellarm. Controv. l. 5. c. 12. T. 3.

5. Observandus ad hoc propositum est modus, quo incarnata Sapientia de reprobis ad gehennæ ignem destinatis loquitur; ait enim: *Multi dicent mihi in illa Die, Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus? ... & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia numquam novi vos; discedite à me qui operamini iniquitatem.* At vero cur non potius dicit: *Qui operati estis?* Cur in tempore præsenti loquitur, cum pro eo tempore, quando illis maledicturus est, ex timore pœnæ non peccabunt, sed potius culpam omnem abhorrebunt? ita quidem videri nonnemini posset, sed revera res sic se non habet; *sed si occiderit lignum ad Austrum, &c.* reprobi enim, qui in puncto mortis suæ, cum voluntate à Deo aversa, & peccato adstricta, ex hac vita emigrant, in eadem obstinatione in perpetuum perseverabunt. Hujus quoque difficultatis, circa eumdem textum scribens Hugo Cardinalis meminit, dum ait: *Tunc enim non facient, quomodo ergo dicit operamini? nimirum quia affectus malos adhuc remanet cum eis, & ideo dicit: qui operamini, scilicet affectu interiori.* Authoritatem quoque adducit D. Chrysostomi dicentis: *Non dicit: discedite à me, qui operati estis, sed qui operamini, quia iniqua post mortem non desinent esse iniqui, quia isti peccare non possunt, peccandi tamen voluntatem non amittunt.* Idem quoque Hugo super illa verba Christi apud S. Lucam: *discedite à me omnes operarij iniquitatis*, quasi idipsum his verbis insinuat: *Quia iniqui nec post mortem desinent esse iniqui, quia etsi peccare non possunt, peccandi tamen propositum tenent; quia autem in proposito mendax est, numquam desinit esse mendax, nec post mortem, nam mors animam à carne separat, sed anima propositum non amittit.* Audiatis velim, qualiter Salmeron verba illa Evangelij exponat, sc. *ligatis manibus & pedibus mittite &c.* dicit enim: *Postquam quilibet fuerit convictus de merito damnationis, jubetur ligari manibus & pedibus, quo vel morem expressit magistratuum facinorosos in vincula conjicientium, vel secundum Theophylactum significare voluit, quod post hanc vitam non sit amplius futura potestas operandi aliquid, quo vel bonum vel malum promereamur, quia scriptum est: Venit nox, quando nemo potest operari. Vel ne valeat se à pœnis manibus defendere, vel pedibus effugere, quas necessario cogitur considerare, & patri affectu etiam necessario vult operari mala, ideo etiam pedibus ligatus est.* Glossa super illa verba à principio discursus citata: *Infernus & perditio numquam implentur*, ex S. Hieronymo ita scribit: *Ideo sine fine punientur, quia voluntatem habuerunt sine fine peccandi, si naturam haberent sine fine vivendi*; hanc autem eamdem perversam voluntatem secum ad infernum deferunt, & per omnem æternitatem retinent.

Matth. 7. v. 22. Dæmones & damnati, quoad affectum interiorem operantur malum.

Luc. 16. Ex quo motivo dives Epulo petierit Lazarum mitti ad fratres suos.

Hug. Card. ibid.

D. Chrysost.

Luc. 13. v. 27

Hug. Card. Ibid. Matth. 22. v. 13.

Salmer. T. 7. Tr. 37. n. 17. Quomodo intelligatur, quod ligatis manibus & pedibus sint projecti in infernum.

Prov. 27. v. 20.

Glossa ex S. Hieron.

6. S. Mater Ecclesia non sine mysterio primo die quadragesimæ fideles his verbis exhortatur: *Emendemus in melius quæ ignoranter peccavimus, ne subito præoccupati die mortis, quæramus spatium pœnitentiæ, & invenire non possimus.* Pœnitentia enim solum quamdiu hæc vita durat, & non amplius, Deo accepta esse potest; in inferno enim damnati continuo Deo maledicunt, eumque blasphemant. Unde Innocentius III. super illa Psalmistæ verba: *Quoniam non est in morte qui memor sit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi?* ita scribit: *De morte gehennali sic debet intelligi, quod non est in morte qui memor sit Dei, quoniam in gehenna non est recordatio ad salutem, sed potius ad tormentum, quia damnati maledicent Altissimo, & blasphemabunt Excelsum, conquerentes eum esse malignum, qui creaverit; illos ad pœnam, & numquam inclinetur ad veniam, optantes illum omnino non esse, per quem conquerantur se tam infeliciter esse.* Idem quoque super illa verba Apoc. se reflectens, quibus homines Deum blasphematuri esse dicuntur, eo quod ab ipso grandine percussi fuerint, sequens à minori ad majus format argumentum, inquiens: *Quanto magis blasphemabunt in inferno homines Deum, propter incendij cruciatum, qui vehementior erit, quam possit etiam unquam excogitari?* cum igitur Damnati in inferno blasphemijs in Deum evomendis prorsus fint inventi, eum utique placare, sibique propitium reddere non possunt, quin potius eum magis proritabunt, eumque ad iram & furorem majorem provocabunt.

In inferno nullus est locus pœnitentiæ. Psal. 6. v. 6.

Innoc. III. in psalm.

Apoc. 16. v. 21.

Nunc est tempus ut adhibeatur ratio ad operandam animæ salutem.

7. Operæ igitur pretium erit si ad monitum Ecclesiastis sequendum, animum nostrum applicemus; ita enim hic suadet: *Quodcunque facere potest manus tua, instanter operare, quia nec opus nec ratio, nec Sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas*; quod, ut Rupertus Abbas notat, non ideo dicit, *quia deficere possit hominis rationalitas, sed quia sempiterna illic fatiganda erit insania.* Nunc igitur, nunc inquam tempus est, ut ratio, & discursus ad operandum æternam salutem adhibeantur; *venit nox quando nemo potest operari.* Sanctus Joannes in nocte illa tenebrosa impossibile esse dicit in opera lucis se exercere, siquidem tempus illud solum est operibus tenebrarum destinatum. Omne enim opus bonum à Deo & divina gratia radicem suam habet, juxta illud S. Jacobi: *Omne datum optimum, ... de sursum est, descendens à patre luminum*; ibi vero perpetua quædam nox erit, & inter Deum, animamque damnatam irreconciliabilis erit inimicitia, atque ideo depravata reprobi mens, ne vel minimam cogitationem bonam elicere poterit. Salubriter igitur S. monet Apostolus, inquiens: *Dum tempus habemus operemur bonum*, id est pœnitentiam in aliam usque vitam non differamus, quia in Apoc. S. Joannes se vocem angeli cujusdam audisse scribit, qui post

Eccle. 9. 10.

Rup. Abb. l. 2. in Gen. c. 21.

Joan. 9. v. 4.

Jacob 1. 17.

Gal. 6. v. 10.

post hanc vitam nullum ad bene operandum tempus superfuturum esse sub jurejurando asserit: *Et angelus quem vidi stantem super mare, & super terram, levavit manum suam ad cœlum, & juravit per viventem in sæcula sæculorum, qui creavit cœlum, & ea quæ in eo sunt... & mare, & ea quæ in eo sunt.* Quodnam vero erat juramenti à prima & infallibili veritate præstiti subjectum? *quia tempus non erit amplius*; quapropter nemo sibi blandiatur spe temporis, & divinæ misericordiæ, quia se in sempiternum delusum & deceptum inveniet; post hanc enim vitam nullum erit amplius tempus refugij, ac proinde S. Bernardus saluberrimè monet dicens: *I ergo tu, & in medio gehennæ expectato salutem, quæ jam facta est in medio terræ. Quam tibi somnias proventuram inter ardores sempiternos, facultatem veniam promerendi, cum jam transiit tempus miserendi? non descendit ad inferos sanguis qui effusus est super terram. Biberunt omnes peccatores terræ; non est quod sibi ex co vendicent dæmones, ad restinguendum focos suos, sed neque homines socij dæmonum.* Sanguis enim Redemptoris justificat animas, quamdiu hæ illo in hac præsenti vita utuntur, non vero penetrat in centrum terræ, ubi infernus positus est, quia *in inferno nulla est redemptio.* Major pars hominum, aliam post hanc superesse vitam, minime credit: *Non est inquit, qui agnitus sit reversus ab inferis*, at vero ijs eveniet quod apud Jeremiam scribitur: *Congrega eos quasi greges ad victimam, & sanctifica eos in die occisionis.* At vero inquies, qua ratione damnati in æternæ damnationis barathro sanctificari poterunt, ubi Deum continuo blasphemant? optime idipsum sequentibus verbis declarat S. Gregorius; *In die occisionis, inquit, sanctificantur reprobi, quia tunc sancta quæ debuerunt agere, cum sentiunt condigna pravitatis suæ supplicia jam declinare non posse.* Quotidie namque pro dolor videmus pœnas infernales à majori impiorum parte derideri, & sacerdotum ac Monachorum inventiones esse jactari, at vero apud inferos magno suo infortunio confitebuntur, dicentes: *Ergo erravimus à via veritatis, &c. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, &c.*

Apoc. 10. 5.

In inferno nullum superest tempus veniæ & misericordiæ. S. Bern. ser. 75. in Cant.

Sap. 2. 2.

Jerem. 12. 3.

S. Greg. l. 27. mor. cap. 14.

Sap. 5. v. 6. Ibid. v. 4.

DISCURSUS XXVI.

ARGUMENTUM.

De continua & inseparabili morte, qua damnati cruciabuntur, nec tamen umquam mori poterunt.

THEMA.

Quærent homines mortem, & non invenient eam, & desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis. Apoc. 9. v. 6.

1. INfelices damnati, inter acerbissimas inferni pœnas, se aliquod consolationis refrigerium percipere arbitrarentur, si acerbissimas pœnas suas tandem aliquando per mortem terminare possent, at vero consolatio hæc in æternum eis non concederetur: *quærent mortem & non invenient eam, & desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis*; quibus verbis ad Antichristi alluditur persecutiones, quæ adeo truculentæ erunt, ut etiam ferventissimos, & pro amore Dei patiendi avidissimos Dei servos inducturæ sint, ad mortem avidè desiderandam; Unde Glossa ait: *Per hoc ingens suppliciorum magnitudo subindicatur. Solent enim qui magnis cruciatibus detinentur, mortem invocare, & exoptare.* Verumtamen persecutiones Antichristi, quantumvis crudelissimæ futuræ sint, nullam tamen habent cum inferni tormentis proportionem; damnati enim, à continua quadam, nec umquam intermissa morte cruciabuntur, quæ tamen mors suum numquam habitura est finem; nam ut S. Bonaventura ait: *Sic damnati vetera tormenta patientur, ut semper inventur, sic sine spe misericordiæ semper vivent, ut quotidie moriantur; sic moriantur, ut numquam consumantur.* Nullum est animal, quod facilius conculcetur, & occidatur, quam vermis, siquidem tener est, sine pelle, sine squamis, vel alijs tegumentis, quibus alia animalia à natura vestiuntur, & tamen vermis ille qui damnatos in medio flammarum constitutos rodit non morietur in sempiternum: *Vermis eorum non morietur.*

Acerbissimũ damnatorum supplicium est quod pœnæ illorum per mortem numquam terminentur.

Glossa ibid.

S. Bonav. in stimul. cap. 3.

Isai. 66. 24.

2. In Apocalypsi secundæ mortis fit mentio, quando dicitur: *Beatus, & Sanctus, qui habet partem in resurrectione prima, in his secunda mors non habet potestatem.* Quis unquam binæ morti subjacuit? Sane si de morte civili sermo esset, facilis textus hujus foret intelligentia; at S. Joannes non de hac, sed de alia animæ, quæ æterna est, in præsenti discurrit dicente Glossa: *Id est damnatio æterna, quæ erit in corpore & anima*; & Lyrano juxta eamdem mortalitatem inquiente: *Mors secunda, scilicet mors inferni*; hæc namque mors durationem habebit, malitiæ, & culpæ animarum reatum correspondentem, scilicet æternam; Unde S. Augustinus, de damnatione infernali ita scribit: *Secunda mors dicitur, quia nec anima ibi vivere dicenda est, quæ à vita Dei alienata erit; nec corpus, quod æternis doloribus subjacebit, ac per hoc ideo durior ista secunda mors erit, quia finiri morte non poterit.* Cui documento hoc aliud S. Prosperi, de cruciatibus æternis, consonat assertum inquientis: *In exteriores tenebras mitti, nihil aliud erit, nisi à Domino, qui est mentium lumen, expelli. Continuus gemitus, cruciatus æternus, dolor summus, pœnalis sensus torquent animas, nec extorquent, puniunt corpora damnata, nec finiunt, quos ideo ignis inextinguibilis sibi deputatos non extinguit, ut permanente sentiendi vita, pœna permaneat; & ad dolendum magis quam ad vivendum æternis corporibus impeditos habeat, quos in flammis vivacibus immortalitas secundæ mortis occidat.*

Apoc. 20. 6. Quid intelligatur per mortem secundã damnatorum.

Id. Aug. l. 19. de Civ. Dei c. 28.

S. Prosper. l. 3 de vit. Contempl. c. 12.

3. *Quærent mortem, &c.* S. Augustinus circa verba hæc ita discurrit: *Ubi mors quæritur, & non invenitur. Quare in inferno mors quæritur, & non invenitur? quia quibus in hoc sæculo vita offertur, & volunt accipere, in inferno quærent mortem & non poterunt invenire.* Hanc siquidem Justitia divina pœnam infligit damnatis, ut continua, & numquam intermissa crucientur morte, qui eo quod perpetuam beatamque respuerint vitam, tunc mortem finiri optabunt, sed hæc fine carebit; Unde idem sanctus Doctor alibi ait: *Illi qui torqueburtur in pœnis, velle habent mori, & non possunt.* O miseranda metamorphosis, quanto enim reprobi magis magisque *per fas & nefas* suam conati sunt hic prolongare vitam, tanto magis ibi desudabunt ut accelerent mortem, sed irrito semper effectu; ut proinde Sanctus Augustinus non immerito dixerit: *Quantum laborat homo, quando mors imminet, fugiendo, latendo, quidquid habet dando, & se redimendo, laborando, cruciatus, molestiasque sustinendo, medicos adhibendo, & quidquid aliud homo potest? videte quam consultis laboribus & facultatibus suis, ut aliquantum vivat, potest facere, ut semper vivat, non potest.* Ex quibus præmissis S. hic Doctor consequentiam infert notabilissimam, ab omnibus nobis maxime ponderandam, ne mortem incurramus sempiternam. Subdit namque: *Si ergo labore tanto, tanto conatu, tantis impendijs, tanta instantia, tanta vigilantia, tanta cura agitur, ut aliquantulum plus vivatur, quomodo agendum est ut semper vivatur? Et si prudentes dicuntur, qui omnibus modis agunt, ut differant mortem, & vivant paucos dies, ne perdant paucos dies, quam stulti sunt qui sic vivunt, ut perdant diem æternum.*

S. Aug. ser. 64. de Verb. Dom.

S. Augustin.

4. *Quærent mortem, &c.* Albertus Magnus hæc eadem Apoc. considerans verba, ita discurrit: *Desiderabunt mori, & mors fugiet ab eis, quia tanta discordia erit inter animam & corpus, quod libentissime separarentur si fieri posset.* Et tamen licet duæ hæ partes hominis à se invicem divise forent adhuc, per justitiam Divinam vindicem tormentis immortalibus & morte continua cruciarentur seorsim. Pro cujus intelligentia quoddam Innocentij III. occurrit proponendum dogma, quando illum Psalmi verficulum (*quoniam non est in morte qui memor sit tui; in inferno autem quis confitebitur tibi?*) explanans tres mortis distinguit species, dum ait: *Mors corporalis, spiritualis, & gehennalis. Mors naturæ separat corpus ab anima; mors culpæ separat animam à Deo; mors gehennæ separat animam & corpus à gloria. De morte gehennali debet intelligi, quod non est in morte qui memor sit Dei.* Qui idem Pontifex in lib. 3. *de contemptu mundi*, ad infernalis mortis tyrannidem se reflectens, ita eam alloquitur: *O mors, quam dulcis esses, quibus tam amara fuisti? te solam desiderant optabunt, qui te solam vehementer abhorruerunt.* Pro quorum intelligentia non abs re fuerit Apostolicum quoddam jacere fundamentum ex S. Paulo desumptum, quando ait: *Stipendium enim peccati mors est.* Siquidem non modo corporis sed & animæ mors effectus & pœna est peccati; Cum itaque infernus omnibus omnium fœteat dæmoniorum & damnatorum criminibus, quid mirum si inibi pariter mors triumphat?

Alb. Magn. de muliere forti c. 14. §. 4. Damnati modo morte quærunt, quam in vita omnibus modis fugerunt.

Ps. 6. v. 6. Innoc. 3. ibid. in Psalm.

Tres sunt mortis species.

Innoc. 3. l. 3. de Contemptu mundi, c. 2.

Rom. 6. v. 23.

5. *Quærent mortem & non invenient.* Hugo Cardinalis in quodam super Lucam discursu sequentem Isaiæ adducit Textum: *Quomodo cessavit exactor, quievit tributum, &c. detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadaver tuum, subter te sternetur tinea,*

Hug. Card. in c. 18. Luc. Explanatur ad intentum textus quidam Isaiæ,

& operimentum tuum erunt vermes. Circa quæ verba dictus Eminentissimus ita ad nostrum discurrit intentum : *Quasi dicat, non cessavit exactor in culpa, ideo non cessabit tributum in pœna. Quamdiu durabit vestis, durabit tinea. Quamdiu erit cadaver erunt vermes; Quamdiu erit anima, erit ignis, cujus ipsa est materia.* Superaddamus & nos quod quousque peccatum in inferno durabit, inibi quoque locum mors habitura sit, quia *stipendium peccati mors.* Sed quæ putatis mors erit hæc

Ps 33. v. 22. Matt. 8. v. 28 impiorum ? *Mors peccatorum pessima* respondet Psalmista ; vere equidem pessima quia non modo *corpus & animam perdit*, sed & in æternum durabit, ita ut peccator in inferno cum Jeremia lamentari possit : *Jerem. 15. v. 18.* *Factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea desperabilis, renuit curari.* Inæstimabile namque sanguinis Redemptoris nostri balsamum non pertinget ad infernum, neque illum plagis illis mortalibus afferet remedium, cum *in inferno nulla sit redemptio.*

6. *Quærent mortem, &c.* Sanctus Augustinus efficax quoddam in præsenti in hæc verba format argumen-

S. Aug. ser. 5. de verb. Dom. tum : *Sicut anima est vita corporis, sic anima est vita Deus ; & sicut expirat corpus cum animam remittit, sic expirat anima, cum Deum amittit ; Deus amissus mors animæ, sicut anima amissa mors corporis est.* Atque hæc ipsa Dei Divinæque gratiæ, quæ sola animam vivificare potest, jactura, omnino irreparabilis est & perpetua.

Item alius textus S. Job. 7. *Quærent mortem, &c.* Idem de damnatis astruit Propheta Job, quando de certo quodam reprobo loquitur in hæc verba : *Job. 20. v. 18* *Luet quæ fecit omnia, nec tamen consumetur, secundum multitudinem adinventionum suarum, sic & substinebit.* Hunc namque textum S. Gregorius ita ad nostrum explicat præsens intentum : *Flammis ultricibus traditus semper moritur, quia semper in*

S. Greg. l. 15. mor. c. 11. *morte servatur ; non enim in morte consumitur, quia si consumeretur vita morientis, cuba vita etiam pœna finiretur ; sed ut sine fine crucietur, vivere sine fine in pœna compellitur ; ut, cujus vita hic mortua fuit in culpa, illic ejus mors vivat in pœna. Dicat ergo, licet quæ fecit omnia, nec tamen consumetur, quia cruciatur, & non extinguitur, moritur, & vivit, deficit, & subsistit, finitur semper, & sine fine est. Hæc solo auditu valde sunt terribilia, quanto magis passione.*

Ps 48. v. 15. 8. Propheta Regius de animabus damnatis agens, Cur Christus damnatos comparaverit ovibus. *Matth. 25. v. 33.* ovibus eas assimilat dum ait : *Sicut oves in inferno positi sunt.* Quæ similitudo prima facie admodum impropria videtur, præsertim cum supremus Judex Christus, electos huic gregi in Judicio finali sit assimilaturus dum ait : *Statuet quidem oves à dexteris, hœdos autem à sinistris.* Cur igitur non potius eos ursis, leonibus, tigribus, aliisve crudelibus feris assimilavit Propheta ? pro hujus itaque difficultatis enodatione, sciendum, quod nullum omnino animal ove sit timidius, minusque contra mortem & Lanienam refistat, atque hoc ipsum singularissimum inter reliqua damnatorum erit tormentum, scilicet quod dolor in ijs non segregabitur à timore, ideoque Rabanus talem in præsenti instituit discursum : *Isaias Propheta de reprobis, & supplicio mancipatis longe ante prædixit : Vermis eorum non morietur & ignis eorum non extinguetur, & erunt usque ad satietatem visionis omni carni. Quid enim horribilius dici, quid cogitari potest, quam damnationis vulnera suscipere, & dolores vulnerum nunquam finire ? in hujus vitæ timor tormentis dolorem habet, quia nequaquam mentem metus cruciat, cum pati jam cœperit, quod metuebat. Inferni ignibus reprobi traditi, & in supplicijs dolorem sentiunt, & in doloribus angustia pulsante, semper pavore feriuntur, ut, quod timent, tolerent, & rursum quod tolerant, sine cessatione pertimescant. Hic metus amittitur, cum tolerari jam cœperit, quod timebatur ; illic & dolor dilaniat, & pavor angustiat.* Quin & Dionysius Carthusianus hanc oves inter & damnatos comparationem instituit

Raban. l. 9. c. 1. in Eccl. *Dion. Carth. in Psal. 48.* dicens : *Quemadmodum oves repente & improvise ad mortem ducuntur & occidantur, ita maligni subito, & inopinato condemnabuntur.* Cajetanus vero genius damnatorum examinans, utpote qui torrentem mundi hujus sequi catervatim gaudent, hanc aliam in præsenti ab ove ad damnatos translatam adducit proprietatem in hæc verba : *multitudo ovium sequens capita positi sunt in foveam inferni, in quam foveam ceciderunt, sequendo sapientes mundi, ita quod mors continuis tormentis pascet eos.* S. autem Joannes Chrysost. similitudinem dictam eo tendere arbitratur, ut scilicet doceamur, quod damnati, quia vitam animalem & bestialem duxerunt, bestiarum quoque instar in infernum sint præcipitandi, ait enim, *sicut brutæ vixerunt, etiam ut*

Cajetanus ibid. *D. Chrysost. ibid* *Psal. 48. 15.* *bruta pereant.* Moxque ad sequentia (*mors depascet eos*)progrediens perpendenda verba, subnectit : *Per-*

S. Chrys. ibid. *sistit in metaphora, quoniam enim dixit oves ; earum quoque pastorem ostendit, quis autem hic est ? vermis venenatus.* Denique Doctor Angelicus hanc aliam super eadem verba instituit observationem dicens : *Oves non*

S. Thom. ibid. *habent auxilium à natura ad defendendum, & ideo expositæ sunt ad cædem ;* in cujus confirmationem illum Psalmi textum adducit, quo dicitur ; *æstimati sumus sicut oves occisionis ;* Ubi S. hic Doctor subjungit. *Quia ergo mali in inferno sunt omnino pœnis expositi, ideo sunt sicut oves. Alia littera habet : Mors pastor eorum erit ; & loquitur sic : In vita ista sunt sicut oves deputandi ad infernum, & diabolus est pastor eorum.*

Ps. 43. 22.

9. Diabolo penitus insatiabili in cibum, ut nostis, terra assignata fuit, quando ei dictum fuit, *Terram co-*

Genes. 3. 14. Diabolus numquam satiatur pœnis damnatorum. *medes* ; id est, ut sacri explicant interpretes, illi Dæmonum erunt cibus, de quibus Psalmista ait : *Conglutinatus est in terra venter ejus.* Quem inexplebilem diaboli appetitum Hugo Cardinalis sufius prosequitur, quando illum Isaiæ textum (*dilatavit infernus animam suam, & aperuit os suum absque ullo termino*

Isa. 5. v. 14. Hug. Card. ibid. exponens, loco *infernus*, *diabolus* legendum putat, ait enim : *Animam suam, id est, affectum devorandi ; non enim habet animam diabolus ; sed secundum humanam consuetudinem loquitur Propheta, eo quod insatiabilis sit infernus, & Diabolus, numquam enim mortuorum multitudine complentur.* Quem discursum S. Bruno, dum & ipse prædicta discutit verba, (*mors depascet eos,*) docte stabilire non dubitavit, dum ait :

S. Brun. in Psalm. 48. *Ponentur in inferno, ut sint sicut oves, id est, devorentur à morte perpetua, ad similitudinem ovium quæ ad hoc natæ sunt ut devorentur, ne vero putarentur, sic devoraturi ut ex toto perirent sicut oves, & sic postea mortis tormenta non sentirent, addit ; mors depascet eos, id est, ita consumet, ut tamen in tormentis vivant, ad modum herbæ quæ cum depascatur, tamen restat, hoc autem dicit ad exaggerationem calamitatis eorum, melius enim esset ex toto mori, quam depasci ; dico quod depascentur à morte.* Quam eamdem ovium herbas, quæ continuo regerminant, depascentium similitudinem, alij quoque interpretes attigerunt, & in primis quidem S. Bonaventura in primo de S. Laurentio sermone, glossæ

S. Bonav. ser. 1. de S. Laur. authoritati innixus, ita discurrit : *Sicut herba ab ovibus carpitur, sed non radicitus evellitur, ut continuæ renascatur, ut sic semper sit quod carpatur, sic homo in inferno semper moritur, & ut semper mori possit ad vitam communem reparatur.* Quam eamdem herbæ proprietatem nobis quoque ob oculos ponit Innocentius III. dum

Innoc. III. l. 3. de contemn. mundi, c. 9. ait : *Mors depascet eos ; Æternitatem hanc notat his verbis : ductum est hoc à similitudine jumentorum quæ non radicitus evellunt herbas, sed summitatem solummodo carpunt, unde herbæ iterum renascantur ad pastum, sic & impij quasi morte pasti in inferno revivisc unt ad mortem, ut æternaliter moriantur, tunc erit mors immortalis, tunc vivent, mortui.* Nec minus proportionatis verbis S. Bernardinus continuam æternamque damnatorum mortem describit dum ait : *In eadem*

S. Bernardin. T. 2. ser. 11. Art. 3. c. 3. *pœna nec acerbitas æternitatem, nec æternitas tollit acerbitatem, unde Psalmista : sicut oves in inferno positi sunt, mors depascet eos, scilicet mors æterna, sicut enim animalia depascunt herbas, quia penitus non eradicant eas, sed remanent radices, unde iterum crescit herba, sic miseri in inferno corrodentur à morte, sed affecti iterum reservabuntur ad pœnas.* Quam eamdem vobis proprietatem Haymo insinuat dicens : *sicut oves*

Haymo in Psalm. 48. *sæpe tondentur & iterum, & substantia remanet, sic illi semper affligentur supplicijs, & tamen substantia non pervibit.* Quod pœnosissimum sempiternæ mortis supplicium S. Augustinus plenius considerans, ita discurrit :

S. Aug de Civit. Dei, L. 19 c. 28. *Quod bellum gravius aut amarius cogitari potest, quam ubi voluntas sic adversa est passioni & passio voluntati, ita nullus earum victoria, tales inimicitiæ finiantur, & ubi sic, confligit cum ipsa natura corporis, vis doloris, ut neutram alteri cedat ? hic enim quando contingit iste conflictus, aut dolor vincit, & sensum mors adimit, aut natura perdurans vincit & dolorem sanitas tollit. Ibi autem & dolor permanet ut affligat, & natura perdurat ut sentiat, quia utrumque ideo non deficit, ne pœna deficiat ;* quæ adeo continua est, ita ut si anima rea extra infernum

Anima damnati sciam extra infernū posita, numquam est libera à cruciatu. V. Beda in c. 8 S. Jacob. Apost. foret, nequaquam tamen ab hac morte libera, aut ab hoc mortifero perpetuoque cruciatu exempta esset ; prout V. Beda, quando de spiritibus Diabolicis tractat (id quod de omnibus indifferenter damnatis asseri potest) attestatur sufius in hæc verba : *Ubicumque vel in aëre volitant, vel in terris, aut sub terris vagantur, sive detimentur, suarum secum ferunt semper tormenta flammarum, instar sibi similis, qui etsi in lectis eburneis etsi*

in locis ponatur apricis, fervorem tamen vel frigus insiti sibi languoris evitare non potest. Sic ergo dæmones etsi in templis colantur auratis, etsi per æthra discurrant, igne semper ardent gehennali. Denique S. Bernardus circa hanc eamdem continuam atque immortalem mortem, quæ damnatos semper atque insatiabiliter devorabit, sequentem format contemplationem dicens : *Ubi nec qui torquet aliquando fatigatur, nec qui*

S. Bernard. Medit. c. 3. *torquetur aliquando moritur ; sic enim ignis ibi consumit ut semper reservet, sic tormenta aguntur ut semper renoventur.*

10. Sapientia notabilissimam quamdam nobis ob oculos posuit veritatem dum ait : *Deus mortem non fe-*

Sap. 1. v. 13. Si non fuisset peccatum, nec mors, nec infernus fuisset. *cit, nec lætatur in perditione vivorum.* Qui itaque mortis æternæ, & inferni fuerint fabricatores, & consummatores, immediate subnectit dicens : *Impij manibus & verbis accersierunt illam.* Si namque non fuisset peccatum, nec mors, nec infernus foret, cum quanta autem solicitudine impij peccata multiplicant ? justissimum itaque est cum mors peccati sit partus, pariter ab anima reproba inseparabilis persistat, & ut præsciti, qui mortem in hac vita quæserunt, eam inveniant post obitum, semperque crucientur per illam.

Ibid. v. 16.

DISCURSUS XXVI.
ARGUMENTUM.

Ex quibus vitæ hujus passionibus, & tribulationibus, in aliqualem pœnarum infernalium atrocitatis notitiam deveniri potest.

THEMA.

Dedisti metuentibus te significationem, ut fugiant à facie arcus. Psalm. 59. v. 6.

Per tribulationes hujus vitæ, aliqualiter cognosci possunt pœnæ damnatorum. *S. Aug. ibid. Job. 26. v. 14.*

1. Psalmista in præsenti gratias agit Deo quod ijs qui ipsum timent, signum dederit, extensum furoris sui arcum, id est, æternam declinandi damnationem, ut S. Augustinus explicat dicens : *Per tribulationes temporales significasti tuis, fugere ab ira ignis æterni :* in quem pariter scopum S. Job collimasse videtur dum ait : *Cum vix parvam stillam sermones ejus audiermus, quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri ?* Equidem maxime deplorabiles vitæ hujus calamitates gravant intolerabiliter, & nihilominus si omnes in unum congregarentur, vix unicam efficerent stillam seu guttam in comparatione ad amplissimum mare & amarissimum pœnarum oceanum ; nihilominus, *quot tribulationes, quot infirmitates patimur* (verba sunt Hugonis Cardinalis) *tot stillas de judicio Dei sentimus. Si ergo tanta est stilla, quanta erit abyssus ipsius ?* Sane si quis omnes miserias, tormenta, supplicia & cruciatus acerbissimos simul unire posset, quot-quot utnquam passa est, aut ad sæculorum finem tota patietur natura humana, liberrime asserere posset, omnes hos cruciatus simul conjunctos, ne quidem vel unicam ignis æterni æquare scintillam, quia *finiti ad infinitum nulla proportio.*

Hug. Card. in cap. 16. Joan.

Deus mandavit Hebræis ut filijs suis narrent plagas quibus percussit Ægyptios, & quare. *Exod. 10. v. 2.*

2. Deus olim Hebræis Ægyptum egressis præcepisse legitur, ut filijs suis supplicia narrarent, & flagella quibus percusserat Pharaonem, quem post varias pœnas tandem cum universo exercitu in mari rubro submersit, ut scilicet posteri tot tantasque audientes divinæ justitiæ demonstrationes, divinis legibus obedientes esse discerent : *Narres in auribus filij tui & nepotum tuorum, quoties contuerim Ægyptios, & signa mea fecerim in eis, & sciatis quia ego Dominus.* Ubi Hebræus juxta Cajetanum habet : *Quoties illusi Ægyptios.* Circa quem proinde textum intelligere cupio qualiter tantæ severitatis supplicia, quæ justitiæ divinæ gladius contra Pharaonem multiplicavit, ludi appellentur ? Respondet autem Cajetanus aptissime in hæc verba : *Ex hoc apparet omnia supplicia hujus vitæ esse potius jocum quam pœnam.* Cruciatus namque alterius vitæ, vel ut melius dicam inferni, veraciter pœnæ sunt, quia ipsam quoque torquent animam, absque remedio & in æternum. Ideoq; S. Hieronymus peracommode nos instruit dicens : *Possibile est considerare ex his maxime doloribus quos in hoc corpore pasti sentimus, qui quamvis magni sint, brevis sunt certe temporis, pro eo quod si paulo vehementiores exiterint, continuo etiam vitæ scelerum deserant finem. Denique multi si res*

Cajetan. Supplicia hujus vitæ jocus sunt, respectu illorū vitæ futuræ. S. Hieron. Tom. 9. pro Orig. Pamph. Apolog. *poposcerit proprietatis confessione in ipsis tormentis animā reddunt, alij vero in ipso jam coronæ adita positi denegant fidem, quam usque ad mortem proposuerant confiteri, & hoc non utique diminutione propositi patiuntur, sed vi doloris nimia & insuperabilis superari.* Ex quibus præmissis S. Doctor hanc ad dignoscendas pœnarum infernalium atrocitates deducit consequentiam : *Si ergo in hac præsenti vita tam intolerabiles sunt pœnarum dolores, cum jam crassiori amictu utitur indumento, quid putandum est, cum id spirituale effectum ex resurrectione recipiet, & eo vehementius utique quo subtilius sentiet vim doloris ?*

Comparantur supplicia hujus vitæ cum tormentis damnatorum. *D. Joan. Chrysost. Hom. 10. in 2. ad Cor.*

3. S. Joannes Chrysostomus pro eadem confirmanda veritate præticum cujusdam adducit exemplum, quem arctus multorum reorum & ad varia supplicia condemnatorum terrefacit conspectus carcer ; ait enim : *Si cum in carcerem quemdam ingressi sumus, atque alios squalore confectos, alios catenis vinctos ; ac fame laborantes ; alios in tenebris clausos conspicimus, animis commovemur, atque perhorrescimus nihilque non facimus, ut ne in eum locum meidamus : cum ad ipsos gehennæ equuleos trahemur quinam futuri sumus ! non enim vincula illa ex ferro confecta sunt ; sed igne perpetuo ardente.* Si aliquando Ecclesia rueret aut alta quæpiam turris, sub qua quis vestrum moreretur ; si insuper omnes trabes fornicis, saxa, marmora, ferra, omniaque alia cæmenta in oppressi devolverentur humeros, tantumque pondus per centum & plures annos sustinere deberet absque ullo possibili motu, imo semper in pedes erectus sine quiete, potu & cibo, quia & insuper atrocissimos subiret spasmos, quam horrenda, continua hæc, & numquam intermissa mors accideret ? damnatus autem supra dorsum suum immensum & grave sustinebit pondus, non unius, sed mille turrium propter immensam corporum reproborum ponderositatem, ut in discursibus præcedentibus probatum est ; inque situ prorsus incommodo intra ignem hærebit, non per centum aut mille sæcula, sed per omnem æternitatem.

Declaratur alio simili. *Bellovac. Spec. mor. l. 8. p. 3. dist. 1.*

4. Bellovacensis S. Anselmi similitudinibus discursibusque innixus, acerbitatem supplicij infernalis in hoc sequenti casu pariter utcumque adumbrare conatur : *Si ante oculos cordis nostri positus sit homo, exempli causa, qui tam in ipsis oculorum suorum populis, quam etiam in singulis membris ferrum ignitum & candens infixum habeat, ut nec medullæ, nec intestina, nec omnino quidquam in toto ipso cruciatu immanitate careat, vel eam levius quam in oculis aliquatenus sentiat, quid dicam ? angustiatur, quis hanc sanæ mentis æstimet miseriam ? si tanta erit acerbitas in uno tormento, quod ergo in tanta diversitate & pluralitate tormentorum, quæ simul conuerrent in uno damnato ?*

Deus in hoc mundo non relaxat iræ suæ habenas, sicut in inferno. *Ps. 89. v. 11.* *S. Basil. in scholijs.* *Ps. 89. v. 11.*

5. S. Basilius in illius Psalmi commentario : *Quis novit potestatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare ?* Deum in vita iræ atque indignationi suæ neutiquam relaxare habenas dicit, quemadmodum in inferno ; pœnæ namque & passiones, & flagella mundi hujus rosæ sunt, si infernalibus comparentur tormentis ; hic & Symmachus legit : *Quis novit robur furoris tui ?* Quando enim justitia & ira divina in mundo hoc impios bello, pestilentia, fame, morbis, mendicitate, alijsque magis pœnalibus affligit infortunijs, nequaquam suum totaliter exerit furorem ; aft, *quis novit robur furoris ejus ? si moderata indignatio*, inquit dictus Sanctus, *tantam nobis correptionem intulit, quis considerare valebit, quanta sit pœna ab ira tua illata ? notat hic sermo sempiternam pœnam.*

Similitudo hominis inter innumerabiles dolores morientis & dolores damnati. *S. Bern. L. 5. de consid. c. 12.*

6. Moribundum vobis imaginemini, cumque in agone inter spasmos & convulsiones agitatum, non die, non septimana, aut mense, sed anno integro, imo non anno aut annis quibuscumque sed per integrum centum aut mille annorum decursum ; imo in sempiternum, *quasi quæsrat mortem & non inveniat eam.* Et tamen hæc omnia lusus sunt & joci in comparatione mortis infernalis ; de qua Sanctus Bernardus ita scribit : *Horreo mortem vivacem ; horreo incidere in manus mortis viventis & vitæ morientis ; hæc est secunda mors quæ numquam occidit, sed semper occidit. Quis dei illis semper mori, ut non moriantur in æternum ?* Si quis innumerabilem omnium possibilium, eorumque acerbissimorum vitæ hujus dolorum congeriem in unum conglomeraret, hi omnes in comparatione tormentorum infernalium unica dumtaxat forent scintilla, & quasi levissimus publicis morsus. Quam obsecro amplecteremini de eo opinionem ; qui vobis diceret, se maximum habere desiderium, inque eo omnes suas versari delicias, si cor ejus clavo perforaretur, ut morti dederetur ? utique talem in desperatissimo ærumnarum statu positum esse censeretis. Damnati autem hoc unicum avidissime postulant refrigerium, quod omnium maxime acerbum & horrendum mortali alicui in hac vita accidere posset, scilicet ut corda eorum acuto transfigantur ferro : *desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis.*

Comparatio fumi montis Vesuvij ad fumum infernalem.

7. Mons Vesuvius experientia teste fumum exhalat adeo copiosum, ut Solem obtenebret, globosque evomitat terræ caliginis. Si itaque reus aliquis ad mortem condemnatus super eum pedibus suspendi juberetur in aëre, capite deorsum, vel per unicam dumtaxat noctem, quam hæc atrox & intolerabilis foret pœna? forsitanne illam perferre posset? de fumo autem abyssi infernalis in Apoc. attestatur S. Joannes dicens: *Fumus tormentorum suorum ascendet in sæcula sæculorum.* Simile fere tormentum Rex Abimelech, prout liber docet Judicum, intulit Sichemitis, nam per aliquot ramos virides, subfidio militum tum succisos fumo circa præsidium inimicum excitato, mille suffocavit milites; dicente Scriptura: *Ecce factum est ut fumo & igne mille homines necarentur, viri pariter & mulieres habitatorum turris Sichem*; at vero subdere hic licet verba illa Redemptoris: *si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet* quasi enim pro nihilo ducendum est hoc si cum tormentis damnatorũ comparetur.

Apoc. 14. v. 11.
Judic. 9. v. 49.
Luc. 23. v. 32
Ibid. v. 31.

Comparantur tormenta SS. Martyrum, & aliorum SS. ad tormenta damnatorũ.

8. Imo Catalogum texite passionum acerbissimarum, quas Christus pertulit, quasque ad imitationem ejus innumerabiles alij subiere sequaces ejus, Apostoli, Martyres, Confessores, omnesque alij. Si enim tantum illi pauli sunt, licet Deo grati & accepti essent, vitamque agerent innocentem & immaculatam, quem non cruciatuum excessum evaginatus justitiæ vindicativæ Dei gladius conglomerabit in inferno contra præscitos, qui eam innumerabilibus scelerum irritarunt excessibus? audite S. Gregorium: *Dum recognosco Job sedentem in sterquilinio. Joannem ejurientem in eremo, Petro pendentem in patibulo, Jacobum decollatum Herodis gladio; cogito qualiter Deus in futurum cruciatu quos reprobat, quia ita dare affligi quos amat. Si cum intimis amicis sic agitur tempore gratiæ, quid hostibus fiet tempore vindictæ ac justitiæ?* Quod & Jeremias non obscure confirmat dum ait: *Quia hæc dicit Dominus: Ecce quibus non erat judicium ut biberent calicem, bibentes bibent, & tu quasi innocens relinqueris:* quibus verbis Propheta inferre voluit; Si electi ut se capiti suo Christo innocentissimo conformarent, amarissimum in vita hac ebiberunt tribulationum calicem, quanto amarior, quanto execrabilior erit ille damnatorum in inferno, ubi severitas iræ & justitiæ iratæ Dei judicis implacabilis desæviet? *Si sic percussit acriter Diabolus Sanctum Job*, inquit Bellovacensis, *in præsenti permissus, qui aliter non poterat, nisi quamvis Deus justitiabat interius ut ipse dicit, exterius percutiens eum vulnere pessimo a planta pedis usque ad verticem.*

S. Gregor.
Jerem. 49. v. 12.
Bellovac. Spec. mor. p. 3. l. 2. dist. 1.

Deus in hac vita miserando ostendit omnipotentiam suam, & S. Gregor.

9. Certissimum est Deum in hac vita indulgendo & parcendo suam manifestare omnipotentiam, prout in quadam oratione his verbis attestatur Ecclesia; *Deus qui omnipotentiam tuam parcendo maxime & miserando manifestas; ast si Deus tam aspere percutit*, inquit S. Gregorius, *ubi parcit; quam aspere percutiet, ubi saviet?* In inferno quidem suam Deus pariter ostendit omnipotentiam, sed per severitatem, & excessivum contra damnatos eumque implacabilem rigorem, utpote ubi tota ejus exercebitur furiæque severitas; cum è contra justitiæ divinæ quantumcumque fervere in hac vita exhibitæ demonstrationes, omnino tolerabiles sint. Ideoque S. Hieronymus ad Pammachium scribens ita nos alloquitur: *An putamus fratres, quod jocando Prophetæ prædicent; ridendo loquantur Apostoli, Christus inf. similiter commentur? Joci non sunt ubi supplicia intercedunt; si jocando passi sunt credantur & jocando locuti. Isaias serra secatur, Daniel Leonibus deputatur, Paulus gladio truncatur, Petrus in cruce Domini exemplo suspenditur, & hoc totum ut à peccatis, & pœnis homines sua doctrina revocarent.*

In inferno autem per implacabilẽ rigorem.

Hic morsus culicis nos inquietat, quid ibi non faciet vermis numquam moriens? *Isa. 66. v. 24 Dion. Carth. in opusc. de vita & regim. Principis.*

10. Experientia teste ingentem quandoque inquietudinem in nocte causat strepitus dumtaxat, aut morsus culicis, ita ut quiescere non possimus, nisi eum interemerimus; quid itaque de verme illo dicemus, qui veluti clavus corda æternum perforabit impiorum, quia *vermis eorum non morietur?* appositè Dionysius Carth. in tractatu *de vita & regimine principis*, ita ad præsens discurrit intentum: *Vides quam multi more pecudum convolvantur, ita intenti terrenis divitijs, carnis delicijs, transitoriisque honoribus, quasi non sit vita alia post præsentem. Et quid facient post hanc vitam, delicatæ & nobiles istæ personæ, quæ nunc pati vix possunt, pulicum morsus, cum caperint descendere in infernum, & ignitissimis illis gehennæ malleis cædi, atque sulphureo alio æstuantissimo igne incendi?*

11. Nobili genere natus, inque delicijs enutritus, quantum putaris tormentum experiretur si secà vermibus devorari inque sordium illuvie contabescere videret? audiant, & auscultent, quotquot tales sunt, consilium paternum S. Ephrem dicentis: *Memorimus infirmitatis naturæ nostræ; quid culice minus aut vilius? & hujus minas sufferre nequimus. Quid ergo adversus venenatum & non quiescentem vermem facturus?*

S. Ephrem. Parænes 47.

12. Celebre notumque est supplicium, quod quidam subiit, qui melle conspersus ardentioribus Solis radijs expositus fuit, ut à vespis, apibus, muscis, alijsque similibus insectis morderetur. Sed quæ inter ardores solis, ac ignis voracitatem; quæ inter vesparum morsus, & alios aspidum, draconum atque basiliscorum est proportio? quæ comparatio inter passionem solius corporis, & cruciatus corporis simul, & animæ, non per breve tempus, sed per omnem æternitatem durantes. Martyrium equidem grave censuit posteritas illud S. Cassiani, quod illi lenta manus pungentium intulit puerorum: *Ad forum Syllæ crudelissimo supplicio affectus est Cassianus Martyr, qui vinctis post tergum manibus, puerorum, quos erudiebat, ferreis stylis confligendus excarnificandusque traditur, quorum quanto erat infirmior vis, tanto ejus pœna Martyrij gravior ac diuturnior.* Damnati autem in inferno, *ligatis manibus & pedibus projcientur*, ubi *vermis eorum non morietur*; ubi eos non musca, non apes, non stylorum punctura, sed dæmones indefatigabiles carnifices incessanter cruciabunt, neque miseri vel minimum poterunt movere digitum, ut vel unicam à se favillam amovere possint.

Martyr. Comparatus tormentum Martyris, qui morsibus vesparum & muscarum expositus fuit, contra morsus vermis infernalis. Item Martyrium S. Cassiani. Matth. 22. v. 13. Isa. 66. v. 24

13. Salutare proinde nobis consilium S. Joannes Climacus dedit inquiens: *Memoria æterni ignis tecum singulis noctibus dormiat.* Si namque lectus aliquis è mollibus factus plumis tædium causat, & inquietudinem, si vel unicam in eo noctem ducamus vigiles; quale putatis barathri illius futurum tormentum, ubi *subter nos sternetur tinea, & operimentum nostrum erunt vermes?* audite S. Bernardinum suum post varias enumeratas inferni pœnas, ita terminantem discursum: *Omnium istarum perpetuitas. Satis suave est jacere in uno lecto, & mundo, & tamen si alicui posito in tali statu diceretur: Jace, & quiesce, quia oportebit te jacere viginti annis, ipse responderet: potius vellem esse mortuus. Quid ergo & de illo, qui erit in igne ardenti, & scit se ibi mansurum non per mensem, & annum, sed per infinita sæcula sæculorum?* atque hac quidem consideratione, Fulconem, quia postea Episcopus Tolosanus evasit, ad perfectam sanctamque vitam permotum fuisse, dictus autumnat Sanctus. S. quoque Antonius hanc damnati in lecto infernali immobilitatem nobis repræsentat, dum ait: *Non poterunt se movere ad aliquid agendum, vel se elongare à rebus eos affligentibus*, idque præcitatis illis probat verbis: *Ligatis manibus & pedibus, &c.* Atque hinc subdit. *Si quis maneret diu in lecto satis molli, & plumoso, nec posset se movere, etiam in capite unius diei, valde angustiaretur; quid ergo, ubi est ignis, fœtor & tenebræ?*

Climac. Grad. 7. Memoria ignis infernalis sempes nobiscum dormit. Isa. 14. v. 11. S. Bernardin. T. 4. ser. 18. extraord. S. Anton. Theol. mor. 4. p. Tit. 14. c. 5. §. 5.

14. Nescio sane si ullius regni integri possessionem omnino pacificam ad viginti annos adire vellet, cum hoc dumtaxat adjecto pacto oneroso, ut per centum annos in morbido quodam lecto extensus jaceret, ita ut ne digitum movere, nec pupillam elevare posset, sub pœna perdendi jus ad dictum regnum: sane etiamsi omnes ibi adhiberentur musicæ, harmoniæ, refocillationes, honores, recreationes, similesque mentem divertentes gaudiorum circumstantiæ; nihilominus tanto tempore ingens hoc tædium nequaquam tolerare posset, neque dictam acceptaturus esset conditionẽ. Quanta igitur tot, tantorumque est stultitia, de quibus dicitur: *Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, ambulavimus vias difficiles*; qui inquam in suis impietatibus desudant, non ut regnent in cœlis, sed ut per omnem æternitatem super lectum ignis infernalis distendantur, regnumque perdant beatum?

Comparatio quiescentis in molli lecto ad 100. annos, ut regnum adipiscatur. Sap. 5. v. 7.

15. Admirabile, maximeque præ omnibus reliquis pœnosum reputatur S. Laurentij Martyrium, eo quod paucis horis super lectum arserit igneum, quando nihilominus solum affligebatur corpus, anima vero ejus delicijs abundabat cœlestibus, siquidem *misit Dominus Angelum suum & liberavit me de medio ignis*, gloriabatur ille, & *non sum confusus*: quin & ad Tyrannum conversus illi insultabat dicendo: *Carbones tui mihi refrigerium præstant.* Cœlum intuebatur apertum, ideoque omnis suavis ei erat passio, dicente Tertulliano: *Nihil eras sensit in nervo dum animus est in cælo. Nec enim potest in visceribus*, ut cum S. Augustino loquar, *ignium tormenta sentire, qui sensibus paradysi refrigeria possidebat.* Damnati autem, præterquam quod infinitos alios patiantur cruciatus, & angustias, insuper

Expenditur Martyrium S. Laurentij, contra illud damnatorũ, Tertull. S. Aug. ser. de S. Laurent.

insuper super lectos igneos extendentur in sempiternum. *Quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis.* Insuper damnati non modo unica illorum, qui civitatem Dei inundant, torrentium privabuntur gutta, sed & ob jacturam acerbissime cruciabuntur illorum infinitorum bonorum, quæ se amisisse incessanter apprehendent, ut probavimus in discursu 21.

Isa. 33. v. 14

Nausea Mannæ.

16. Israelitæ manna omnem in se recludens suavitatem & saporem adeo fastidire cœperunt, & Ægyptum repetere, inque infidelium servitute torqueri potius constituerint, dicebant enim: *Nauseat anima nostra super cibo isto levissimo.* Quid autem de præscitis in inferno, quibus amarissimus hic calix propinabitur in perpetuum, dicemus? scilicet *fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile: uva eorum uva pellis & botri amarissimi.*

Num. 21. v. 5
Deut. 32. v. 33.

DISCURSUS XXVIII.
ARGUMENTUM.

Qui pœnas considerat infernales, ad subeundas in hac vita veræ pœnitentiæ passiones, aliasque tribulationes animatur.

THEMA.

Cogitavi dies antiquos, & annos æternos in mente habui; & meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar & scopebam spiritum meum. Psalm. 76. ℣. 7.

Infernalium pœnarum meditatio utilissima est ad reformandos mores. *S. Aug. ser. 109. de temp.*

1. AD reformandos mores nostros, ad vivendum in disciplina Christiana, ad rigores vitæ pœnitentis omnesque alias adversitates, cum patientiæ merito constanter tolerandas, medium potentius dari nequit quam pœnarum infernalium æternitatis meditatio dicente S. Augustino: *Dura sunt, molesta sunt, horrent, quando narrantur quæ quisque gravia valde patitur in hac vita; in comparatione autem æterni ignis non parva, sed nulla sunt.* Maxima animarum pars in æternæ perditionis barathrum corruit, ob pœnitentiæ quæ ad salutem via est conceptum timorem, ne forte nimis futura sit aspera & intolerabilis, hic autem timor exinde nascitur, quia pœnas inferni sibi ob oculos non ponunt, & ideo illic *treptdaverunt timore ubi non erat timor*; quos Hugo Cardinalis Textu quodam Proverbiorum usus ita describit: *Hi sunt qui timent aggredi pœnitentiam, qui dicunt sicut piger Leo est in via, sibilet in via pœnitentiæ, nimia est austeritas; in medio platearum occidendus sum, quasi dicat: Morerer fame, frigore, & hujusmodi, si facerem pœnitentiam; sed sine dubio ibi non est timendum, quia ut dicitur Job. 6. qui timet pruinam, irruet super eum nix. Pruina quæ nascitur ex terra, significat pœnam temporalem; Nix quæ desuper cadit, significat pœnam æternam, quæ à Deo injungetur peccatoribus cum dicet: Ite maledicti in ignem æternum.* Pruina enim hic in terris, ob frigiditatem aëris ambientis congelatur, & passiones denotat in hac vita homini advenientes; nix vero de cœlo defluens, supplicia denotat, & severitatem alterius vitæ; quisquis igitur in hac vita pati, aut affligi formidat, otioque, ac delicijs vacare statuit, quoadusque vivit huic utique tormenta supervenient æterna. Unde S. Gregorius ait: *Nonnulli dum temporalia adversa pertinescunt, districtionis se æternæ animadversionis subjiciunt.* Quod si quis domi suæ ligna haberet, scalæ ad cœlum usque pertingenti fabricandæ idonea, futuruisne esset talis adeo delirus & fatuus, ut ex lignis illis ignem accenderet, in eumque se vivum concremandum sponte propria conjiceret? haud quaquam, & tamen hæc est hominis stultitia, & amentia, quod cum, sive velit, sive nolit, in hac lachrymarum valle necessario laborare & adversis subjacere debeat, quæ libenter tolerata compendiosam ad Paradysum viam sternunt, cum desperatione vero & impatientia acceptata, ignem infernalem adaugent, malit per impatientiam gehennæ sibi præparare incendium, quam per patientiam in adversis scalam sibi fabricare, ad ascendendum in cœlum.

Qui in hac vita affligi pœnitentiam metuunt stulti sunt. *S. Greg. l. 7. mor. c. 11.*

Quod declaratur apta similitudine,

2. Ut quis cœlorum regnum consequatur, necessarium est, ut de inferno sæpius & serio meditetur. Unde D. Chrysostomus de S. Paulo ait: *Vides quomodo quæ sunt hic omnia, orebraque & densa pericula despicat B. Paulus, quare? quoniam meditatus erat etiam gehennam despicere pro ijs quæ Deo placent*; quasi dicere, oculum suum ad infernum directum habebat, hocque ei sufficiebat ut omnes hujus vitæ ærumnas & passiones despiceret. S. Bernardus *ad Robertum nepotem suum* scribens, ut illum ad constanter sub disciplinæ monasticæ jugo perseverandum animaret, ita discurrit: *Vigilias times, manumque tuarum labores? sed levia sunt hæc*

D. Chrysost. Hom. 2. in 2. ad Thessal.

S. Bern. epist. 1. ad Robertum.

meditanti flammas perpetuas. Recordatio tenebrarum, facit non horrere solicitudinem? si futurum de verbis otiosis cogitas discussionem, non displicebit silentium: fletus ille, & stridor dentium, ante oculos mentis sæpe reducti, pares tibi reddunt, maciant, & calciarunt. Et ideo dum nos ad delicias & lautitiem cibi, & potus, propendere animadvertimus, necesse est, ut illam cogitemus damnatorum famem, & sitim sempiternam, ac qua Psalmista ait: *Famem patientur ut canes*; & iterum: *uva eorum uva fellis, & botri amarissimi, fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile:* de divite Epulone quidem legimus: Quod *epulabatur quotidie splendide*, & tamen idem in inferno positus, aliud nihil petiit quam unicam dumtaxat aquæ guttulam, extremitate digiti à Lazaro sibi propinatam, quem adeo in vita contemperat, ut illum pari cum canibus suis loco haberet; sciebat insuper eumdem Lazarum à vertice capitis ad plantam pedis usque ulceribus plenum, leprosum, & puteolentum fuisse, & tamen unicam extremo digiti hujus Lazari subministratam aquæ guttulam, nectar censebat esse, & ambrosiam, optimumque remedium, ad refrigerandum linguæ suæ, ardorem, quæ hactenus per tot annos vinis delicatis & pretiosis, exquisitisque epulis affuxerat. Quod si oculos vestros in S. Hieronymum direxeritis, in deserto siti intolerabili cruciatum, excessivis solis ardoribus decoctum, silice pectus suum validis ictibus percutientem, factumque socium scorpionum & ferarum, invenietis utique illum inter omnes hasce asperitates, fortitudinem sibi, & constantiam comparasse, quia nimirum ibidem continuo cruciatus meditabatur inferni, ipsomet teste, qui ad Eustochium Virginem ita scribit: *Ille ego qui ob gehennæ metum, tali me carcere damnaveram, scorpionum tantum socius & ferarum.* Quod si quis oculis suis in paradysum usque penetrare posset, inveniret utique innumerabiles ibidem cœlites, beatifica Dei visione fruentes, qui prius in hac vita per inferni assiduam meditationem perterrefacti, magno cum fervore mortificationi carnis & veræ pœnitentiæ exercitio se dedicaverunt, ut ab illis se pœnis eximerent.

Æstimantur si comparentur cum æternis.

Pſal. 58. v. 7. Deut. 32. v. 33. Luc. 16. v. 19

Patet in Epulone.

S. Hieronymus confideratione pœnarum infernalium, rigidissimam fecit pœnitentiam.

S. Hieron. Epist. 22. ad Eustoch.

3. Pater Jeremias Drexelius se à viro fide digno audivisse refert, quod Theodoricus Episcopus Trajectensis servum quemdam habuerit Eberbach nomine, qui licet domino suo ob egregiam prudentiam, industriam & fidelitatem acceptissimus esset, nihilominus æmulorum suorum perfidiâ victus, ut se de illis vindicaret, semetipsum desperatus in dæmonis tradidit potestatem. Elapsis vero aliquot annis, mortuus est, ejusque anima in mare quoddam flammarum conjecta fuit, à quibus adeo excessive vehementem patiebatur dolorem, & pœnam, ut sæpius protestatus fuerit, malle se in igne, ex omnibus totius mundi lignis excitato, ad noviss imum judicij diem usque ardere, quam in hoc flammarum mari per unam horam cruciari. Dum vero in maximis tormentis esset, Angelus quidam ei apparens, dixit illi; hanc esse retributionem, quam dæmon dare solet illis, qui ultro se ejus potestati devoverunt; verumtamen confestim subjunxit: Die fodes quid si Deus hanc tibi gratiam concederet, ut in vitam denuo mortalem redire posses; factaruisne esses finceram de pœnitentia tuis pœnitentiam? imo vero, respondit infelix, & quidem asperrima me pœnitentia afficerem; cum igitur cadaver ejus etiamnum in sepultum domi consisteret, defunctus è feretro resurgens, rediit ad vitam, & pœnitentiam agere cœpit adeo rigorosam, ut Ottonem Episcopum in terram sanctam comitatus, nudis pedibus post equum illius, inter silices & sentes cucurrerit, sanguisque è pedibus ejus abundanter manarit, pauperibus quoque omnes facultates suas distribuit, quotidie in pane & aqua jejunavit; monitusque à nonnullis, ut hunc vitæ rigorem nonnihil temperaret, se atrociores passum fuisse pœnas respondit; unde vitam professus est religiosam, in qua inter austeritates excessivas ad finem usque perseveravit.

Apparitio refertur cujusdam damnati, qui desperatus obiit erat.

4. Conjungatis velim, in mente, seu in memoria vestra si potestis, omnia Martyrum tormenta, quascumque ab omnibus tyrannis exercitas crudelissimas barbaries, taurum æneum Phalaridis, S. Eustachij fornaces, feras, cruces, rotas, & omnia tormenta, quibus humana natura hactenus affecta fuit, aut deinceps ad finem usque sæculorum afficietur, & postquam omnia cum flammis infernalibus comparaveritis, omnia hujus vitæ tormenta, tomnium quoddam, & merum nihil esse reperietis, nam ut D. Chrysostomus ait: *Hæc omnia quæ hic patitur, merus ludus, ac risus sunt, se cum illis suppli-*

Omnia hujus sæculi tormenta sunt merum somnium respectu flammarum infernalium. D. Chrysost. Hom. 9. in 2. ad Cor.

supplicijs in contentionem veniant. Vincentius Bellovacensis, id quod *in vitis patrum* legitur, de quodam tradidit, qui ut dæmonem superaret & deluderet, se Soli ardenti nudum exposuit, ut ab ejus æstibus assaretur; interrogatusque qualiter dolorem tantum tolerare posset, respondit: *quomodo possem sustinere inferni ignem, si non possem Solem sustinere?* Hinc & Isidorus Clarius Episcopus Fulginiensis in sua de judicio finali oratione, populum circumstantem ita aliquando aggressus est, dicens: *Quis vestrûm uno die ignem ferre eligat, accepto mille nummorum aureorum pretio? & pro longo minori interdum re, non veremini, perferendi æterni ignis periculo, vosmetipsos exponere?*

Bellovac. spec. mor. L. 2 p. 4. dist. 4.

Isidor. Clarius Orat. 11 extraord.

5. Principalissima tantarum animarum damnationis causa, ex illis deducitur primi credentium patris Abrahami ad epulonem verbis: *recordare quod recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala.* Ubi S. Bernardus subjungens interrogat: *Hæccine cruciatuum causa tota, quod in hoc sæculo bona recepit?* ita sane, nam passio ad cœlum, gaudium vero ad infernum nos conducit. Ut itaque passiones amemus, ut nos mortificemus voluntatem abnegemus & appetitus nostros pessumdemus, unicum est remedium, cogitatio miseriarum sempiternarum, siquidem *momentaneam hoc, & leve tribulationis nostræ ... æternum gloriæ pondus operatur in nobis.* Imò vitæ hujus adversitates, patienter toleratæ nos non modo in cœlum conducunt, sed & insuper è pœnis eximunt infernalibus. Et ideo dic sodes quid est quod te à vitæ religiosæ rigoribus deterret? Num forsitan habitatio angusta & cella exigua? Cogita infernum, hic enim carcer erit vobis adeo angustus ut nec pedem extendere valeatis, pondus super vos habentes innumerabilium damnatorum. Num forte continua abstinentia, jejunium, gulæque mortificatio tibi nauseam creat? Cogita quod reprobi in Inferno *famem patienter ut canes*; perpetua erit ibi vel unius etiam aquæ guttæ penuria. Num forte difficile tibi videtur inimicis ignoscere? Certe in inferno inimicos & carnifices tolerare debebis dæmones omnes, damnatique ipsimet se mutuo deglubere & devorare vellent, si possent.

Ps. 58. v. 7.

S. Joan. Climac. in scal. Parad. Quo medio hujus vitæ mala patienter tolerari possint.

6. Abbas Olympius, ut refert S. Joannes Climacus, aliquando interrogatus, qualiter spelunceæ suæ inhabitare posset angustias, & excessivos supportare calores, præter apium, muscarum, & culicum sanguinem continuo elicientium, morsus & puncturas? respondit, culices sustineo, quia vermem timeo immortalem, flocci facio calorem quia ignem pertimesco æternum; Hæ afflictiones finem habebunt, non illæ. Cui confirmando sequentem, quam in scriptore famoso reperi, subjicere placet historiam. *In Arles quemdam Joannem Bevlé fuisse accepimus, qui cum admodum longo tempore à Ajedicis deploratus, lecto affixus ex paralysi jacuisset; quadam die in domo sua ignem conspicatus fuit, qui cum jamjam tabulatum cubiculi sui lamberet, ac popularetur, repente ille horrore percussus, & jam mortem sibi instantem animo imprimens, ita spiritus animales perculit, nervorumque contractorum nodos abrupit confestim, ut lecto exiverit, & fenestra forte fortuna apprehensa, animoso per eam saltu se ejecerit, & velut metu ac terrore persequente, & ignem & paralysin diuturnam effugerit.* Ita quoque plurimi velut congelati inque malorum habituum suorum lethargo sepulti jacent, Dei alterius que vitæ prorsus immemores, cotidem sane paralytici spiritualiter; ad quos excitandos (siquidem *hora est jam nos de somno surgere,*) efficacissimum remedium est, seria ignis infernalis apprehensio, dicente D. Chrysostomo: *Itaque si futuræ pœnas gehennæ nos teneret, & intolerabiles illas cogitaremus pœnas, etiamsi rem & animum, & corpus, Dei legibus tradidissemus, non doleremus, scientes, quod majora hac abimur, à futuris malis liberationem.*

Rom. 13. v. 11. D. Chrysost. Hom. 13. ad pop. Antioch.

Nihil grave reputari debet quod nos eripit à miseriis æternis. *Nazianz. de S. Gorgonia sorore sua.* S. Hermenegildus hoc fecit.

7. Equidem passiones, mortificationes, rigoresque vitæ præsentis (qui alterius beatæ & immortalis vitæ sunt pretium,) subito finientur, nosque à miseriis eripiunt sempiternis; ideoque Gorgonia soror Nazianzeni, prout hic idem S. attestatur, *nihil reputabat grave, quod finem habere considerabat.* Hanc ipsimmet quoque ob causam S. Hermenegildus, Leovigildi Regis Hispaniarum filius, Martyrium subiit intrepidus, cum enim, nisi hæresi adhæreret Arianæ, juxtaque hujus ritum communione potiri acquiesceret, cervicem gladio subjicere jubereturque, per satellitem à patre submissum, respondit generosus Martyr, se flocci facere damnum regni, quo diu frui non posset, se quæ uniuscujusque Christiani cogitationes esse deberent, scilicet meditari, quam subito felicitates deficiant humanæ, iisque miseriæ succedant infernales, eæque æternæ. Hæc ipsa consideratio martyres in crudelissimorum suppliciorum carnificina constantes effecit, ideoque S. Augustinus interrogabat dicens: *Qui nolit ad horam uri Laurentij igne, ne æternum gehennæ patiatur incendium?* Neque enim aliòs in tormentis, intrepidos & perseverantes fuisse invenietis, nisi qui oculorum unum in cœlis, alterum vero in inferno defixum habuerit. Unde D. Chrysostomus ait: *Si nemo fert verba, quæ sunt de gehenna, est perspicuum, quod si comprehenderit perfecutio, adversus ignem & ferrum nemo resistierit.* Conversiones quoque peccatorum contumacium & habituatorum utplurimum per hanc eamdem viam seriæ scilicet meditationis & applicationis ad pœnas inferni subsecutæ fuerunt. In vita S. Liduinæ virginis, apud Surium hæc sequens legitur historia. Cum enim hæc virgo sanctitate, & patientiæ virtute celeberrima esset, triginta octo annorum spacio acerbissimas sustinuit infirmitates; hujus autem virginis sæculo vir quidam perversissimis indutus moribus vivebat, qui numquam in tota vita sua sacramentali confessione se expiaverat, per sæpius replicatas tamen amicorum aliorumque gravissimorum virorum instantias, tandem ad S. hanc virginem visitandam inductus fuit, eique, licet per derisum, malæ suæ conscientiæ statum aperuit, quæ gravissimas hasce enormitates illibentissime ausultans, & summopere detestans, illum ut taceret rogavit, eaque peccata sub Sacramentali sigillo facerdoti non vero sibi aperire jussit, at vero temerarius peccator ille confessionem suam coram virgine prosequens, per fannas & risum omnia sua expositi scelera; sancta igitur virgo eum interrogavit, num contentus esset, ut ipsa interpretis munus, peccata ipsius loco confitendo, obiret; cui ille omnino contentum se esse dixit, dummodo ego ab iisdem confitendis liber remaneam. Ut igitur sancta hæc virgo desperatæ huic animæ opem ferret, per magnæ compunctionis actus omnia miseri illius peccatoris scelera facerdoti recensuit, haud secus, ac si illa ipsamet commississet; qui ad virginem sanctam reversus, num quod se facturam promiserat, executa fuisset? interrogavit, cui cum illa plene se promissioni satisfeciffe respondisset, hic subridendo eam, quamnam pro peccatis facerdos pœnitentiam imposuisset, interrogavit? solum respondit illa, per integram quamdam noctem in lecto tuo jacebis supinus absque eo quod in aliud te latus commoveas; hanc pœnitentiam igitur facito, mihique quod reliquum est, curæ relinquito; quo responso accepto temerarius peccator vehementer ridere cœpit, hancque tam levem satisfactionem summopere admirans dixit: Si tam facilis pro peccatis meis pœnitentia injungitur, audacter mihi peccare licet. Verumtamen ad exequendam impositam sibi pœnitentiam digressus, subito ut aliquantulum in lectulo quieverat, ingentem cœpit experiri molestiam & fastidium, ex eo quod se in alterum latus nequaquam movere liceret; unde lectus ei videbatur durus, & rigidus, licet mollissimus, & plumeus esset; Deoque intenus in corde ipsius operante, in hunc modum intra semetipsum discurrere cœpit: Ego per Dei gratiam sanus sum, satur sum, robustus sum, & in mollibus plumis quiesco, & tamen tantam in memetipso experior inquietudinem, eo quod in aliud latus me movere non possim, quid erit si molestia hæc & fastidium, usque ad matutinum diluculum duraverit, imo vero qualis pœna futura esset, si mihi per integrum diem, vel per duos, per decem, per viginti dies hoc modo jacendum esset? inter quas cogitationes aliquod excitantis gratiæ lumen in ejus anima lucere cœpit, ideoque ad immobilem & sempiternum atque igneum damnatorum lectum serio considerandum se contulit, vitaque & moribus omnino mutatis generalem quamdam fecit confessionem, seque Deo totaliter consecravit. Potuit utique peccator ille cum regio Psalte dicere: *Anticipaverunt vigilias oculi mei, turbatus sum; ... Cogitavi dies antiquos & annos æternos in mente habui; Ei meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar, & scopebam spiritum meum; Numquid in æternum projiciet Deus? aut non apponet, ut complacitior sit adhuc? Aut in finem misericordiam suam abscindet? ... Aut obliviscetur misereri Deus? aut continebit in ira sua misericordias suas? Et dixi nunc cœpi; hæc mutatio dexteræ excelsi.* Quæ omnia ad unguem in hujus hominis conversione adimpleta fuerunt, siquidem in illius noctis vigilia, tormentorum inferni perpetuitatem considerando totum se Deo consecravit.

Hæc consideratio martyres constantes fecit, *S. Augustin.*

Ps. 76. v. 5. Ibid. v. 6. Ibid. v. 7. Ibid. v. 8. Ibid. v. 9. Ibid. v. 10. Ibid. v. 11.

8. In

Clericus mortuus damnatus, alteri apparet, & ipsi declarat gravitatem pœnarum inferni.

Catech. Hist. P. 4. Tit. 13. §. 2.

8. In Catechismo Historiali legitur quod Anno 1090. duo Clerici summo amicitiæ vinculo sibi mutuo adstricti reciproce se obligarint, quod qui primus illorum moreretur, post mortem si ita Deo placitum esset, subito apparere, eumque, qui superstes mansisset, de statu suo certiorem facere deberet. Triginta igitur elapsis diebus unus illorum moriens, post mortem sodali suo, nocturno tempore, dum adhuc vigil esset, exanguem & pallidam præ se ferens faciem apparuit, eumque interrogavit dicens: *Agnoscis me? agnosco*, respondit ille, *& miror quod ita tarde apparueris; sempiternis datus sum suppliciis*, inquit infelix anima, cui amicus respondit: *Ego juvabo te orationibus meis, jejuniis, eleëmosynis; at vero damnatus respondit: Sine pœnitentia sunt judicia Dei in inferno; dum rotat astra polus, dum pulsat litora pontus, pro criminibus meis puniar, si totus mundus mihi remedia exquireret, æterna tamen & innumera pœnarum genera patiar. Et ut aliquam ex meis rationabilibus pœnis cognoscas; En una. Protendit manum sanioso ulcere stillantem. Videturne tibi, ait ille, levis? Cumque ille videri sibi levem referret, ille curvatis in volam digitis, tres guttas desuentis tabis super eam jaculatus est, quarum duæ tempora, tertia frontem contingentem, easque sicut ignito jaculo penetraverunt, voramen nuis capax efficientes. Illo magnam pœnam esse doloris clamore protestante: Hoc, inquit mortuus; erit tibi quamdiu vixeris, & pœnarum mearum grave documentum, & nisi neglexeris; salutis tuæ singulare monimentum.* Et revera ita factum est, nam tres illæ defluentis tabis guttæ ad illum, ut rigorosissimam strictissimamque disciplinam quamdam monasticam amplecteretur, inducendum, sufficientissimæ fuerunt, nam omnia vendens, dansque pauperibus, *S. Melanium adijt & Monachus ibi factus optime conversatus est.* Bellovacensis de pœnarum infernalium consideratione differens ait: *confortat ad patientiam, quia præsentes pœnas, & adversitates levigat, ut respectu futurorum levissimæ reputentur*; unde Sanctus Gregorius ait: *sancti temporalem pœnam levem putant, quia per hanc æternam evadere non formidant.* Ideo quoque Sanctus Augustinus in hæc trita quidem sed numquam sufficienter meditata verba prorupit: *Hic seca, hic ure, ut in æternum parcas.* Pater Jeremias Drexelius Martyrum Japonensium describit angustias, quas perpessi sunt in strictissimo quodam carcere, in quo quatuor annis, priusquam martyrio afficerentur, variis quotidie exercebantur tormentis; & licet Martyrum illorum labores, pœnæ, fames, sitis, gelu, fœtor, arctitudo, vigiliæ omniaque alia tormenta adeo tremenda fuerint, ut etiam illa tantum audientibus horrorem incutere possint, attamen SS. Martyres, haud secus ac si in paradiso fuissent, inter illa tormenta deliciabantur. Unde P. Carolus Spinola Societatis Jesu in sua ex carcere exarata Epistola ita scribit: *Hoc ergastulum mihi paradisus esse videtur*; hujus autem ratio est illa, quam idem Drexelius, post recensita excessiva Martyrum illorum tormenta, subjungit, inquiens: *Et revera hic talis carcer, quamvis ipsa morte atrocior, si tamen ad inferorum carceres comparetur, paradisus est.*

Bellovac. dict.

S. Gregor.

S. Augustin. Drexel. in Damnato rum rego e. 5. §. 4.

Horrenda afflictio SS. Martyrum Japonien sium.

DISCURSUS XXIX.

ARGUMENTUM.

Variæ adducuntur considerationes circa æternitatem, quæ pœnas infernales consequitur.

THEMA.

Dabit ignem & vermes in carnes eorum, ut urantur, & sentiant usque in sempiternum. Judith. cap. 16. ℣. 21.

S. Aug. L. 21. de Civit. Dei. c. 23. Matth. 25. v. 41. Probatur pœnas infernales esse æternas. Apoc. 20. v. 10.

1. Sanctus Augustinus pœnarum infernalium æternitatem variis modis probare satagit: Specialiter vero per decretorium supremi judicis in judicio finali contra præscitos pronunciandam hanc condemnationis sententiam: *Discedite à me maledicti in ignem æternum*; quibus verbis ignis clare exprimitur, simulque perspicuis verbis, quod æternus futurus sit, declaratur. Probat quoque eamdem æternitatem per verba illa Apoc. cap. 20. *cruciabuntur die ac nocte in sæcula sæculorum.* Formatque insuper ad idem propositum sequens argumentum: futura est beatorum in cœlo retributio æterna; Ergo ob eamdem rationem sempiterna quoque futura erit reprobis in inferno infligenda pœna. *Deinde quale est æternum supplicium Manssi Bibliothecæ Moralis tom. II.* pro igne diuturni temporis non existimare, & vitam æternam credere sine fine, cum Christus in eodem ipso loco, in una eademque sententia dixerit utrumque complexus: *sic ibunt isti in supplicium æternum, justi autem in vitam æternam?* eodem quoque argumento S. Ephrem utitur in quadam oratione de extremo judicio, cujus sunt hæc verba: *si æternorum aliquando tormentorum erit finis, sane & vitæ æternæ; sin autem de vita hoc accipere, & statuere nolumus, quonam pacto, quæso, rationi consonum esse poterit, supplicijs æternis finem proponere velle, cum æterni æquitio æqualem in utrisque vim habeat.*

S. Ephrem Orat. de futuro judicio.

2. Isaias de inferno (de quo Job ait, quod sit *terra tenebrarum, & operta mortis caligine,*) mentionem faciens inquit: *Tenebræ, & palpatio factæ sunt usque in æternum.* Sanctus Bonaventura in sermone 1. *de Sancto Laurentio*, inquit: *Ignis æternus nullis umquam temporibus finiendus.* Enimvero, ut alij ignes longo tempore conserventur, continuo opus habent fomento, non vero sic ignis infernalis, quia ut in Diserusu 9. probavimus, ignis ille sola Dei justitia & iracundia, quæ in inferno inexorabilis erit, accendetur. Deus semper erga reprobos justus & iracundus erit, quoad usque vivet, *usque in æternum & ultra.* Isaias de gehenna inquit: *Flatus Domini sicut torrens sulphuris succendens eam*; atque ideo sicut ignis in concavo lunæ subsistens, absque ulla materia combustibili, per solam Dei omnipotentiam, & sapientiam conservatur, cur non pariter ob eamdem rationem flammæ infernales inextinguibiles, & perpetuæ in centro terræ conservari poterunt? quamvis etiam dici possit, quod ligna illius ignis, & nutrimentum ejus futuri sint spiritus infernales, & animæ reprobæ, utræque autem substantiæ immortales sunt, & in sempiternum durabunt; Hi qui hunc ignem insufflabunt, numquam cessabunt. Unde Sanctus Augustinus ait: *Erit ibi tortor sine affectu, tortus sine defectu; nec qui torquet faligatur, nec qui torquetur, moritur.*

Job 10. v. 21 Isa. 32. v. 14.

S. Bonav. *serm. 1. de S. Laurent.* Ignis infernalis ut continuetur, non indiget fomento. *Isai. 30. v. 33.*

S. Augustin. ser. 44. de Sanct. c. 5.

Vincentius Bellovacensis ex Sancto Bernardo æternitatis pœnarum infernalium aliam, eamque efficacem adducit rationem, dicens: *In inferno, peccati & carnis similis videtur esse conditio, quia culpa semper poterit ibi puniri, & numquam poterit expiari; sic nec in corpore poterunt tormenta finiri; nec corpus ipsum tormentis examinari.* Nullum aliud interpuas; quam quod in hac vita agitur, capax est ad expiandam culpam, quæ hujus incendij est alimentum; reprobus autem numquam in hunc mundum redire, & viator effici poterit; & tametsi facer textus de desperatis illis animabus dicat quod sint *pœnitentiam agentes & præ angustia spiritus gementes*, illa tamen pœnitentia, Deo numquam grata, & accepta erit, quia oritur ex timore pœnæ; non vero ex culpæ horrore.

Bellovac. spec. mor. L. 2. p. 3. dist. 20. Alia ratio æternitatis pœnarum.

Unde Sanctus Bonaventura ait: *Si damnati singulis diebus flerent, & in fletu emitterent modicam lachrymam, plus de aqua, per processum temporis, de oculis unius damnati exiret, quam sit aqua totius mundi*; & tamen totus hic fletus numquam ad abstergendam unicam dumtaxat unius peccati venialis maculam pertinget. D. Chrysostomus ad illa se verba reflectens: *Tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet universum debitum*, interrogat, quo modo debitor ille immensam hanc summam, quæ etiam potentissimum quemdam Monarcham in solvendi angustias, & impossibilitatem redigere potuisset, liquidare poterat? & ad damnatum quemdam alludens respondet: *Tradidit eum, ait, tortoribus, donec universum debitum persolverit, id est, ad perpetuitatem eum supplicij tradidit, numquam enim persolaturus est.* Apud Jobum sequens legitur sententia: *Memento quia ventus est vita mea, & non revertetur oculus meus, ut videat bona.* Numquam enim anima damnata ad statum merendi, vel bene, & meritorie operandi redire poterit, sed in malitia, qua cum hunc mundum egressa fuit, in sempiternum obstinata perseverabit. *Ad videnda bona extincti oculus non redit*, inquit Sanctus Gregorius, *qua ad exhibenda recta opera, exuta carne anima non recurrit.*

Perpetuus fletus damnatorum illis nihil prodest. *Matth. 18. v. 34.*

D. Chrysost. Hom. 11. ibid.

Job. 7. v. 7.

S. Greg. L. 34. c. 8.

3. Æternitas ab Authore quodam hoc modo describitur: est circulus quidam cujus centrum sempiternum quid est, hujus vero circumferentia nusquam est. Est enim globus quidam rotundus, ex omni parte similis sibi, qui nec principium habet,

Descriptio æternitatis.

nec finem, est item annus quidam, qui perpetuo volvitur, & ubi finitur, & moritur, ibi quoque subito reinchoatur & renascitur. Sanctus Augustinus illa Psalmi secundi verba: *Ego hodie genui te*, explicans inquit: *Quamquam etiam possit illa dies in prophetia videri, quo Jesus Christus secundùm hominem natus est, tamen hodie, quia præsentium significat, atque in æternitate nec præteritum quidquam est, quasi esse desierit, nec futurum, quasi nondum sit, sed præsens tantum, quia quidquid æternum est, semper est.* Ad hoc quoque propositum confiderari possunt illa Ecclesiastis verba: *Generatio præterit, & generatio advenit, terra autem in æternum stat; oritur Sol, & occidit, & ad locum suum revertitur, ibique renascens gyrat per meridiem &c.* præterit enim una generatio, huicque confestim altera succedit, terra autem semper eadem, & immobilis perseverat; oritur Sol, & occidit, & semper ad locum suum revertitur, seque omni anno per eadem zodiaci signa volvendo, semper unus idemque perseverat; omnia quoque flumina revertuntur ad mare, nec tamen hoc inde redundat; eodem modo omnes ærumnæ, tormenta, & dolores acerbissimi, ad instar totidem fluminum in æternitatem exonerabuntur pœnarum infernalium; illa vero instar pelagi & Oceani miseriarum semper est eadem, non mutabilis sed immutabilis penitus.

Psal.2. 7. *S. August. ib.* Æternitas, semper est. *Eccle.1. v.4.*

4. Sanctus Bonaventura eorumdem cruciatuum immortalium æternitatem nobis ob oculos ponere volens; ita de damnatis sermocinatur: *Erunt in inferno per plura mille millia, quam sint pennæ omnium volatilium; plus quam pili & capilli omnium animalium; plusquam flores, & fructus, & folia omniarum arborum; plus quam omnes herbæ camporum, montium, & pratorum, plus quam arenæ omnium fluviorum; plus quam sint in oceano, mari, & in fluminibus omnibus, pratis, & fontibus guttæ aquarum, & adhuc ultra hæc omnia in infinitum.* *S. Bonav. Ibid.* Alia descriptio æternitatis.

5. Sanctus quoque Bernardinus suos in æternitatem conjiciens oculos; in sequentia prorumpit verba: *O æternum, nunquam finem habiturum in Deo? O finis sine fine, O mors gravior morte! semper mori, mori non posse.* Quam infinitam æternitatis durationem sequenti exemplificat similitudine, dicens: quod si per impossibile moles reperiretur tanta, quæ universam cœli complecteretur circumferentiam, seu ambitum; sique avicula aliqua post singulos centum mille annos tantum ex ea raderet: quantum decima foret pars grani milij, atque ita decies idem faceret post centum alios mille annos, ita ut spatio unius millionis annorum, tantum ex ea tolleret, quantum est unicum granum illius: *En prò dolor* (prosequitur idem Sanctus) *nos miseri gaudulati multum & consolati essemus, quia post longam & plenam consummationem totius lapidis, finem haberet sententia nostræ damnationis æternæ.* Et nihilominus quando hujusmodi immensa moles, post tot millionum, & millionum sæculorum deficere inciperet, tunc suum quasi exordium caperet æternitas, nec vel minimum ejus transiisset momentum, utpote ubi nullus tempori locus est, ideoque Sanctus Antoninus de damnatis ait: *Haberent pro maxima gratia, & summo beneficio, ut in illis pœnis essent tot annis, quot sunt grana arenæ maris, & guttæ aquæ ejus, illæ etsi à nobis numerari non possint præ multitudine, at à Divina tamen Sapientia numerantur, quæ omnia constituit in pondere, numero & mensura.* *S. Bernardin. Tom.3.ser.de cont.mundi.* Æternitas exemplificatur aptâ similitudine. *S. Antonin. 4. p.Tit. 14. c.3.§.5.*

6. Eamdem diversis licet verbis, & mutato conceptu, veritatem expressit Isidorus Clarius Episcopus Fulginiensis, dum in quadam oratione de judicio finali suos ita allocutus est auditores: *Si mille annorum ultio intentaretur, deberent omnes sanè exhorrescere, nam qui in hac vita aliquot horarum spatio acerbitas torquentur, miserrimi existimantur; at verò mille annis ignibus tradi cruciandum, quanto est acerbius? multo verò magis si decem, aut centum millibus annorum hæc pœna esset duratura, quod tamen spatium brevissimum videretur & tamquam momentum, si dictum prius esset, tot annorum millibus esse in igne commorandum, quot arenæ minutili grana in hoc templo concluderentur. Rursus hoc etiam ampliùs spatium (quæ enim sæcula aveum illum exhaurirent, si millesimo quoque anno duntaxat granum unum auferretur,) pro nihilo haberetur, si in hanc pœnam ea commutaretur, quæ ineffabiliter in igne damnati tot annorum millibus esse, quantus arenæ numerus toto hoc, quod inter cœlum & terram interjacet, spatio, comprehendi posset; & tamen contemplatione æternitatis (heu horrendam rerum faciem,) hoc etiam tam pene infinitum tempus pro re gratissima optaretur, & centies ac millies etiam repetitum, modo finis aliquis tandem aliquando inciperet apparere, nam sine ullo umquam fine quempiam esse torquendum, hoc verò ultra omnes desperationis terminos fertur. Quid enim gravius, quam semper velle, quod numquam erit; & semper nolle, quod numquam non erit? in æternum peccator non assequetur quod vult, & quod non vult in æternum nihilominus cogetur pati.* Alia descriptio Isidori Clarij. *Isid.Clar. orat.12.extraord. de judicio.*

7. Memineritis utique, quid Christus Redemptor noster à Caipha aliquando interrogatus, responderit, scilicet *amodo videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli.* Si quis textum hunc ita intelligendum diceret, quod post breve spatium, ad dextram patris sessurus esset, prout factum est in die ascensionis ejus, facilis intellectu hic textus foret, ast qualiter Ly *amodo* cum adventu ad judicium universale stare potest, siquidem exinde mille sexcenti & plures præterlapsi sunt anni, pluresque (Deus novit quot) adhuc transibunt? respondeo itaque incarnatam Sapientiam in præsenti lingua alterius vitæ locutam fuisse, in qua mille anni, quasi momentum reputantur, in æternitatis comparatione, juxta illud, *mille anni ante oculos tuos tamquam dies hesterna quæ præterijt.* *Matth.26. v.64.* Tempus usque ad judicium nihil est respectu æternitatis. *Psal.89.v.4.*

Audiamus quoque Doctorem angelicum hac de re ex Origene ità scribentem: *Totum tempus mundi, comparatum ad æternitatem, nihil est, sicut unum momentum; mille anni ante oculos tuos, tamquam dies hesterna quæ præterijt, ideo dicit amodo, quia nihil est tempus usque ad judicium, respectu æternitatis.* Quod si vastum illud & quasi infinitum spatium, quod centrum terræ inter, & convexum cœli empyrei consistit, chartis repleretur numeris plenis, indeque ultima quædam omnium summarum summa extraheretur, ac tum demum diceretur, æternitatem post totidem sæculorum milliones finem suum habituram, mentiretis utique, siquidem omnibus illis sæculis evolutis, ne minimum quidem æternitatis instans diminutum esset; Unde antiquus quidam author in quadam homilia de hac materia tractans ita scribit: *Cogito mille annos, cogito millies mille annos, cogito tot annorum millia; quot sunt momenta, seu puncta, in toto tempore, à condito mundo, usque ad ejus consummationem, & de æternitate nihil adhuc habeo.* Alia hujus similitudo. *Adamus Saisbur. Hom. in Dom.1. Quadrag.*

Alius quidam interrogatus quamdiu æternitas duratura esset, respondit: licet imaginemur nobis centum millia annorum, attamen ne vel unum punctum æternitatis apprehenderemus; adjungamus decem alios milliones, non jam annorum, sed sæculorum, nec tamen æternitati minimus atomus ademptus erit. Transeant centum millia millionum millionum sæculorum, & tamen æternitas adhuc in principio suo erit. Quamdiu duratura sit æternitas.

8. Sanctus Gregorius causam assignat, cur tot in horridum illud perditionis barathrum præcipites agantur; dicit enim: *Hi vitam carnis, quasi permanentem diligant, qui quanta sit vitæ sequentis æternitas non attendunt, cumque soliditatem perennitatis non considerant, exilium patriam, tenebras lumen putant.* Non vero eadem erit electorum conditio, de quibus idem S. Pontifex paulo post subjungit: *Sancti autem viri, qui ad æterna cor elevant, quam breve sit, quod fine clauditur, pensant. Cum infinitam perennitatis aspiciunt, nequaquam jam pro magno desiderant, quidquid finis angustat;* Jure igitur merito damnati *insensatos* se appellant, quia nulla est major insania, quam bona sectari transitoria, brevibusque inhiare delectationibus, ut ærumnis subjiciantur æternis. Raban. proinde optime monet inquiens: *Non patemus, quia suppliciorum nimietas donabit nobis finem dolorum; peccata pœnas ascendunt, incorruptio verò animæ & corporis nullum suppliciis terminum dabit. Dic nunc quanta tempora laxaviæ, quæ deliciarum spatia, comparare vis talibus pœnis? centum placet annos deliciis dare; adde & alios centum, si libet, decies centum adde, & quæ erit ex his ad æternitatem comparatio? nonne omne tempus vitæ hujus, quo deliciis perfrui videtur, & indulgere libidini, quasi tenues noctis somnium ad æternitatis comparationem videtur esse.* De viro quodam mundano, deliciis, & voluptatibus hujus vitæ dedito Sanctus Gregorius lib. 8. moral. c. 8. Ratio cur tot in perditionis barathrum præcipites agantur. *Sap.5.v.4.* *Raban. T.6. l.3. de modo pœnit. c.10.* Mirabilis conversio cujusdam mundani.

dedito, refertur, quod die quadam semetipsum his verbis interrogare cœperit: *si post mille annos animæ damnatorum à pœnis liberarentur? responderet ei cogitatio quod non; si post centum millia? non: si post tot millia annorum quot sunt guttæ in mari, non, & ideo talia cogitando perterritus, cœpit attendere, quam miseri sunt hujus mundi amatores.* *Manip. Exempl. verbo. Infernus. v.6.*

9. Habacuc Propheta olim cecinit inquiens: *Incurvati sunt colles mundi;* quasi diceret; hi qui mundum sequuntur, humeros suos divinæ legis jugo subjicere volentes, se incurvarunt; at vero undenam hæc est nata illorum resolutio? *ab itineribus æternitatis ejus,* ideo enim vita mundana relicta, meliorem instituere meditabantur, quia oculos suos in æternitatem defixos habebant. Unde D. Chrysostomus ita discurit: *Cum igitur quæ videntur temporalia, quæ autem non videntur æterna, ad hæc oculorum aciem intendamus; & si suave est, quod præsens est minime tamen perpetuum; at verò ea acerbitas, quæ ex hac suavitate nascitur; ejusmodi est, ut nec finem habeat, nec veniam.* Per quotidianam videmus experientiam, quod etiam in rebus, quæ vel maxime nos delectant, tædium, fastidium, & nausea subingrediatur; sic enim si quis affrictus sit, ut per integram septimanam lecto affixus hæreat, quantum ille inquietabitur? quanto igitur magis inquietandus foret, si per integrum annum ipsi in lecto commorandum esset? sic quoque cantus, quantumvis suaves, diu prorracti nauseant, comœdiæ similiter, quantumvis gratæ sint, & jucundæ, si per integram septimanam spectentur, tandem tædio hominem afficiunt, denique quis est qui per integrum mensem, continuo, & sine intermissione manducando, & bibendo non nausearet? Quod si igitur talis est nausea & fastidium in ludis, cantibus, harmoniis, comœdiis, somnis, conviviis, & in quavis alia re, quæ nos delectat, quam primum convenientiæ limites transire incipit, quid de tormentis infernalibus dicendum erit, quæ semper, & semper, eadem sunt futura? Rabanus Maurus ait: *Verumtamen concedamus tibi, vivere te posse annos plurimos, & nullam permutationem temporum pati, & quantam quæso illud spatij ad æterna supplicia? quantum hoc voluptatis est ad illas execrabiles, & intolerabiles pœnas? nam & in hac quidem vita, sive bona, sive mala, terminum suum norunt, eumque velociter sortiuntur, in futuro autem sæculo utraque immortalibus spatijs protendentur.* Quidquid fastidiosè in hac vita toleratur, tandem aliquando finem suum sortitur, ac proinde libenter à nobis sustineri debet, ut æternas inferni ærumnas evadamus; *Hæc tormenta temporanea sunt,* inquit Chrysost. *illic autem nec vermis moritur, nec ignis extinguitur.* Id quod S. Theresia juvencula dum martyrij avida è paternis cum fratre ædibus recederet, probe penetrabat, utpote quæ ex vitis Sanctorum irrefragabilem hujusmodi hauserat veritatem, eamque suo imprimens cordi, replicabat sæpius *semper, semper, semper;* suum in æternitatem bonorum atque pœnarum, quæ vitæ præsenti succedit, oculum jugiter intentum habebat, ideoque nec mirum si cupida admodum martyrio inhiabat, quia ut bene Sanctus Augustinus docet: *Quis non bibat tribulationis temporalis poculum, metuens ignem gehennalem? & quis non contemnat dulcedinem sæculi, mutans dulcedini vitæ æternæ? majori timore majora contendimus, & majori æternitatis cupiditate omnia temporalia fastidimus.* Manip. Exempl. verbo. Infernus. v.6. *Abac.3. v.6.* Consideratione æternitatis, emendatur vita. *D. Chrysost. Hom.9. in 2. ad Cor.* Omnes mundanæ deliciæ, diu continuatæ, generant tandem nauseam. Hoc bene ruminabat S. Theresia. *S. Aug. in Psal.68.*

10. Licentiosissimum, lætissimumque mundi hujus ex omnibus unum eligamus hominem, eique ad fornacem igneam conducto, omnes carnis, quas lingua petere posset, afferamus delicias, omnes terræ thesauros, omnes honores supremos, eo tamen pacto, ut vel unica hora in dictis flammis squaleret; utique ne vel unus, vel ad minimum salutationis angelicæ spatium, dictam conditionem inire vellet, & nihilominus faciliter adeo Christiani, qui in aliam vitam credunt, ad ignem se condemnant infernalem, inextinguibilem, atque inevitabilem, per omnem æternitatem. Hinc Lucas Burgensis ait: *quid non faciat homo ut æternum beatus, evadat miseriam æternam? parum est quidquid aut magni faciat, aut patiatur in tempore, quod finitur, modo bene sit ipsi illo in tempore, quod non finitur.* Apta hujus similitudo. *Luc. Burg. in c.25. Matth. circa fin.*

11. Æternitas seria mentis meditatione agitata austerissimas fundavit, auxitque religiones, deserta & speluncas in habitacula erexit, cilicia, disciplinas, & catenas ferreas adinvenit; sinaves Sancto Laurentio carbones, dulces Sancto Stephano lapides, gratas Sanctæ Catharinæ rotas, delicatum nudæ terræ lectum reddidit Sancto Carolo Borromæo; Meditatio hæc Regum atque Imperatorum manus sceptris, vertices coronis judicavit, cosque in angustis cellis per rigorosam exercuit pœnitentiam; quia nimirum hi omnes cum famoso illo Herbipolensi Episcopo replicabant dicentes: *Omni momento ad ostium æternitatis sto.* Cujus prasis justissimam illi habuere causam, siquidem vita nostra à subtilissimo dependet filo seu flatu, quo deficiente in æternitatem immediate ingredimur. Zeuxes quondam interrogatus, cur picturas suas ad tantum tempus publicare distuliisset, respondisse legitur: *æternitati pingo.* Atque hoc ipsum uniuscujusque veri Christiani propositum, sensusque omnibus in operibus esse deberet, scilicet ut ea in æternitatem dirigeret, *opera enim illorum sequuntur illos.* Consideratio æternitatis, auxit religiones & deserta monachis, & suavia reddidit omnia tormenta.

DISCURSUS XXX.
ARGUMENTUM.

Variæ discutiuntur rationes, propter quas damnati, qui Deum temporaliter offenderunt, ad æternos nihilominus inferni cruciatus condemnantur.

THEMA.

Numquid in æternum projiciet Deus? aut non apponet ut complacitior sit adhuc? Psalm.76.v.8.

1. PRima quidem facie rationalibus eorum videtur instantia, qui objiciunt, qualiter culpa brevissimo spatio admissa, supplicio puniatur æterno; Hinc & Psalmista quærebat dicens: *Numquid in æternum projiciet Deus, aut non apponet, ut complacitior sit adhuc?* & in Deuteronomio dicitur: *Pro mensura peccati erit & plagarum modus;* cum igitur nullus Deum æternaliter offendat, sed temporaliter & transeuntes, per transgressionem divinæ legis, quæ est transitoria, Justum videri possit, ut Deus delinquentem non æternaliter, sed temporaliter puniret. S. Augustinus divitem Epulonem in inferno cruciatum ita contra Deum lamentantem introducit: *Torquetur & clamat: O juste & integer judex, vel secundùm peccata mea compensentur supplicia, vel contra spatia annorum meorum, quibus habui bona, mala recipiam; aut certe in duplum, vel quadruplum. Cur per tot millia annorum me teneri jubes in flamma?* Qui idem postmodum Sanctus in Ep. 49. in solatione quæstionis quartæ, cui titulus est (*quomodo perpendenda peccatorum & æternæ pœnæ proportio, quodque juste Deus pro temporarijs deliciis reddit æterna supplicia?*) in hunc sequentem discurrit modum: *Minatur Christus sibi non credentibus æterna supplicia; & alibi ait: In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Satis* inquit, *ridiculo atque contrarie, nam si ad mensuram redditurus est pœnam, & omnis mensura circumscripta est sine temporis, quid sibi volunt minæ infiniti supplicij?* Quam eamdem difficultatem pariter monet Hugo Cardinalis super illa verba Capitis 4. S. Marci: *In qua mensura mensi fueritis, remetietur nobis, sed culpa est temporalis, ergo & pœna.* Responsiones autem quæ hinc difficultati dissolvendæ deserviunt, multæ & variæ sunt, eæque omnes à Classicis scriptoribus bene discussæ & ventilatæ. Examinantur rationes, cur Deus breves culpas temporales, puniat pœna æterna. *Deut.25. v.2.* *S. Aug. ser. 227. de temp.* *Hug. Card. in cap.4. Marci.*

2. S. Bernardinus inter alias hujus æternitatis pœnæ damnatis debitæ convenientias, hanc quoque adducit: *Sicut justi debent à Deo ex misericordia æternaliter præmiari, ita & injusti ex justitia æternaliter cruciari.* Rationem vero hujus convincentem confirmat sequentibus verbis: *Plerique solam immensitatem divinæ misericordiæ considerantes, magnitudinem divinæ justitiæ non attendunt, cum nec minor nec minus æterna sit Dei justitia quam ejus misericordia; nec minor, nec minus æternus debet esse ipsius effectus in damnandos, puniendos, quam affectus misericordiæ in salvandos & beatificandos.* In progressu vero ejusdem sermonis idem Sanctus universalem ostendit utilitatem, quæ in republicam exinde resultat, quod Divina justitia sempiternam culpæ statuerit pœnam, siquidem hac ratione transgressoribus divinarum legum, eorumque licentiæ & dissolutioni, tanto majus & efficacius frænum injicitur. *S. Bern. T.2. ser.12.A.2. c.4.* Sicut justi æternaliter præmiantur, sic injusti merito æternaliter puniuntur. *S. Bern. ibid. A.3.c.3.*

Debent, inquit, *damnati æternaliter cruciari ratione utilitatis; nobilissimus enim fructus, & utilitas magna est, divinarum scripturarum, æternæ*

pœnas comminantium transgressoribus suæ legis; ex hoc enim fortius, cautius, & solicitius nos cohibemus à malis, & ejus judicia amplius metuimus, & humilius, & timoratius reveremur, atque ejus præcepits obedientius & reverentius, & subjectius cohæremus. Nec currit consequentia, inquit Hugo Cardinalis, quod videlicet transgressioni, quæ in hac vita transitoria fuit, minime respondere debeat pœna æterna; sed pariter transitoria & temporalis; idque per aptam quamdam ostendit similitudinem, quam etiam Sanctus Bernardinus, ut mox dicemus, tetigit: *In contractu*, inquit, *sit temporalis actio, & jus perpetuum emptorum*; & Sanctus Bernardinus ait: *Licet peccati actus sit secundum essentiam suam transitorius, & finitus, ejus tamen reatus est infinitus. Peccati perpetratio, quasi contractus est, & emptio infernalium tormentorum, nec non & venditio, qua pretio brevissimæ voluptatis, seipsum, tam anima, quam corpore, vendit peccator insanus. Cui autem dubium, quin ex emptione, & venditione, quantumcumque brevi tempore fiant, jus perpetuum rei emptæ acquiratur emptori, & quin transferatur res empta perpetua alienatione à venditore?* In hac pœnarum infernalium materia, utilissima est sequens Sancti Thomæ Aquinatis doctrina dicentis: *Pœna peccato proportionatur secundum acerbitatem, tam in judicio Divino, quam in humano; sed sicut Augustinus dicit lib. 21. de Civitate Dei, in nullo judicio requiritur, ut pœna adæquetur culpæ, secundum durationem; non enim quia adulterium, vel homicidium in momento committitur, propter hoc momentanea pœna punitur, sed quandoque quidem perpetuo, carcere vel exilio, quandoque etiam morte, in qua non consideratur occisionis mora, sed potius quod in perpetuum auferatur à societate viventium.* Sanctus Augustinus hac de re sequens format argumentum: *Quid in vinculis? numquid ibi tamdiu quisque judicandus est esse debere, quamdiu fecit unde meruit alligari, cum justissime annosas pœnas servas in compedibus pendat, qui verbo, aut ictu celerrime transeunte, vel lacessivit Dominum, vel plagavit?* In eodem Capite idem Doctor probat idipsum quod Sanctus Thomas superius dixerat: *Peccata quæ vindicantur longissimi temporis pœnis, brevissimo tempore perpetrantur, nec quisquam exstitit, qui censuerit tam cito nocentium finienda esse tormenta, quam cito factum est vel homicidium, vel adulterium, vel sacrilegium, non temporis longitudine, sed iniquitatis & impietatis magnitudine metiendum.*

Hoc declaratur optima similitudine.

S. Bern. ibid. A. 1. c. 1.

Peccati perpetratio est contractus & emptio infernalium tormentorum.

S. Thom. 1. 2. Q. 87. A. 3.

S. Augustin. l. 2. de Civ. Dei c. 11.

3. Sanctus Bernardinus aliam quamdam perpetuitatis, quæ in pœnis est, rationem assignat, nimirum quia pœna correspondere debet continuationi perpetuæ culpæ, dicit enim: *Erit ibidem in acerbitate æternitas, quia peccatum, quod quis commisit, & de quo nunquam pœnitet, tria in homine operatur. Primo perpetuo in anima durat; secundo à vita perpetua separat; tertio à voluntate procedit, quæ vellet perpetuo delectari.* Porro quod peccatum in anima damnata per omnem æternitatem duret, verissimum est, quia peccatum non aboletur ab anima, quæ in eo moritur obstinata, sed perseverat. Hugo Cardinalis authoritatem adducens Isaiæ Cap. 14. *Operimentum tuum erunt vermes*, ita eumdem confirmat conceptum: *Sicut enim quamdiu humor est in cadavere, vermes nascuntur ex putredine, sic ex ipsa materia peccatorum supplicia gignuntur.* Peccata vero in damnatis semper, aut numquam finientur, quia semper in odio Dei persistent, cumque incessanter blasphemant. Sanctus quoque Antoninus ad illa Prophetæ verba (*vermis eorum non morietur*,) se reflectens, eidem nostro peraccommode in hæc verba favet proposito: *Quamvis vermis iste communiter exponatur de conscientia continue remordente; B. Augustinus tamen non negat, quin & de verme materiali possit intelligi, corpora damnatorum corrodente absque consumptione.* Quia vero communiter per hunc vermem mala intelligitur conscientia, hancque ipsam damnatus secum deferat ad infernum, quid mirum, si ab hoc verme immoraliter corrodatur?

S. Bern. T. 2. ser. 11. Art. 3. c. 3.

Pœna correspondere debet perpetuæ continuationi culpæ.

Isai. 14. 11.

Hug. Card. Ibid.

Peccata in damnatis numquam finientur.

Isai. 66. v. 24.

S. Antonin. 4. p. Tit. 14. c. 5. §. 5.

4. Albertus Magnus eorum præscitorum nobis manifestat impœnitentiam dum inquit: *Damnatus de peccato perpetrato, numquam habebit veram pœnitentiam, ideo Deus numquam mutabit conditionis illius sententiam.* Quibus verbis paulo ante idem author præmiserat dicens: *Materia ignis est æterna, scilicet macula peccati, ergo & pœna.* Quamdiu durant ligna, flamma pariter ardere solet, sed alia in igne infernali non sunt ligna, præter reproborum peccata, & hæc numquam inibi deficient, ergo & pœna æterna, seu flamma perpetua inibi perseverare debet. Quem discursum Sanctus Bernardinus sequentibus confirmat verbis, dum ait: *Damnati in inferno super crimina sua impœnitentiam, & continuationem addant, numquam pœnitentes, nec unquam pœnitere volentes; semper durat in eis Dei injuria, id est peccatum, & ideo semper eis datur pœna. Durat tamdiu in unoquoque injuria Dei, id est, peccatum, quamdiu minime emendatur de eo, sed nulla emendatio potest in eis esse, sicut Psalmista testatur: In inferno autem quis confitebitur tibi? Quasi dicat, nullus.* Idem quoque Sanctus in alio quodam sermone ex Sancto Bonaventura in pœna durationem distinguit & acerbitatem, inquiens: *Duo sunt in pœna, duratio, & intensio. Intensio respondet intensioni libidinis, quæ finita est; Duratio vero, respondet durationi peccati, & in hac vita, quoad voluntatem, & in alia, quoad obstinationem, quia in inferno in ea voluntate, qua discedit, in ea remanet; Peccatum enim licet sit finitum, tamen durat in infinitum, ideo punitur pœna infinita duratione, acerbitate tamen finita.* Certum quidem est neminem à peccato resurgere posse, nisi Deus auxiliatricem ei manum porrexerit, divinamque gratiam suam illi subministrarit, Damnatus autem *usque in æternum non videbit lumen*, ideoque numquam in æternum ab illa perditionis abysso resurgere poterit. *Reddit hominem impossibilem ad resurgendum*, inquit Sanctus Bernardinus de culpa, *& per hoc causaliter quantum in se est in æternum duratura.* Idem quoque in progressu ejusdem sermonis inquit: *Licet actus peccati transeat, tamen ejus habitualis & radicalis affectus in damnatis æternaliter perseverat, & suum appetibile vellet, & vult sibi naturaliter perdurare. Per se enim manifeste patet, quod qui semper ad peccatum suum impœnitentiam, seu continuationem addit, de jure etiam pœnam adjungit, atque justissime quantum datur in unoquoque Dei injuria, tantum in eo datur pœna.* Porro qui in peccato mortali mortuus est, offensam & injuriam Deo factam numquam retractabit, nec umquam ab ea recedet, vel illius pœnitebit, quia perversa illius voluntas inflexibilis, & in duritia sua immutabilis perseverabit, & ideo damnati numquam à culpa avertentur; & tametsi nonnumquam scriptura illos pœnitentes esse dicat, hæc tamen pœnitentia in illis ortum suum non habet ex odio peccati, sed ex pœnæ atrocitate.

Damnati de peccatis suis numquam habebunt veram pœnitentiam.

S. Bern. T. 2. ser. 12. A. 1. c. 1.

S. Bern. T. 4. ser. 18. extrav. ord.

Deus damnatis subtrahit suum auxilium, & hinc numquam resurgere possunt ad pœnitentiam.

S. Bern. T. 2. ser. 12. A. 1. c. 1.

5. Peccatum sæpius census nomine appellatur; is vero qui censum quemdam fundavit, intra 20. vel 25. annorum curriculum, per receptos ex censu fructus, totum capitale suum recipere potest, forte nihilominus principali semper integra remanente: Eodem modo de pœnis infernalibus discurrere licet; quia tametsi damnatus in scelerum suorum pœnam, per mille annos flammas gehennæ patiatur, semper tamen in principio erit patiendi, quia capitale semper manet, nec umquam illud diluere poterit, cum meriti & satisfactionis omnino incapax existat. Sanctus Bonaventura de hac materia pariter tractans, nonnullas adducit rationes, haud multum absimiles iis, quas hactenus adduximus; dicit enim: *Quoniam Divina justitia peccatorem impium debet punire secundum exigentiam culpæ, & culpa mortalis, ad quam succedit finalis impœnitentia, ipsa habet rationem deordinationis perpetuæ, necesse est, quod ipsa puniatur pœnarum æternitate, acerbitate & multiformitate. Primo igitur deordinationis perpetuæ pœna, debet esse perpetua, quia peccatum, quod quis committit, de quo numquam pœnitet, perpetuo in anima durat, & à vita perpetua, scilicet à Deo separat, & à voluntate procedit, quæ in peccato vellet perpetuo delectari. Sicut contra infinitum peccavit, pœnam habeat infinitam; Sicut voluntas ejus post mortem semper malo adhæret, sine susceptione pœnitentiæ, sic Deus semper affligat; sine mutatione sententiæ.* Idem quoque S. alibi authoritatem adducit Sancti Gregorij in Dialogis suis, evidentem tradentis rationem, cur damnati semper crucientur; Quærit enim Seraphicus Doctor: *Quare punitur æternaliter, quod committitur temporaliter?* & respondet cum Sancto Gregorio: *Iniqui libenter voluissent sine fine vivere, ut potuissent sine fine in iniquitatibus permanere. Ad districti ergo Judicis justitiam pertinet, ut numquam*

Probatur insigni simili tudine.

S. Bonav. Brevil. p. 7. cap. 6. Adducuntur aliæ rationes hujus consequentiæ.

S. Bern. T. 2. ser. 11. A. 3. c. 3.

Alb. Mag. l. 7. Comp. Theol. verit. c. 21.

S. Bern. T. 4. ser. 18. extraord.

S. Bern. ibid. ser. 12. A. 1. c. 1.

S. Bern. T. 3. in solil.

S. Greg. in Dial. l. 4. n. 44.

Quia impii voluissent sine fine vivere & peccare, justum est ut sine fine puniantur.

Prov. 27. v. 21.

S. Gregor.

S. Hieron.

numquam careant supplicio, quorum mens in hac vita numquam voluit carere peccato. Sanctus Hieronymus verba illa Proverbiorum exponens: *Infernus & perditio numquam implentur*, de reprobis in inferno patientibus, ad propositum nostrum ita scribit: *Insatiabiles sunt in desiderio peccandi, qui & ideo sine fine pœnas luunt, quia voluntatem habuerant sine fine peccandi, si naturam haberent sine fine vivendi.* Sanctus Gregorius quoque ad unguem citari meretur; hic enim interrogatus: *Quomodo justum, sit ut culpa quæ cum sine perpetratio est, sine fine puniatur?* respondet: *Hoc recte discernitur, si strictus judex non corda hominum, sed facta pensaret. Iniqui enim ideo cum sine deliquerunt, quia cum sine vixerunt, nam voluissent utique, si potuissent sine fine vivere, ut potuissent sine fine peccare. Ostendunt enim; quia in peccato semper vivere cupiunt, qui numquam desinunt peccare, dum vivunt; ad magnam ergo justitiam judicantis pertinet, ut numquam careant supplicio, qui in hac vita numquam voluerunt carere peccato.* Vincentius Bellovacensis pariter ad malitiam voluntatis reprobæ; non vero ad actum peccaminosum recurrens, illam à justitiæ æquissimo pondere trutinari his verbis dicit: *Deus non tantum extrinsecas considerat actiones, verum etiam intrinsecas voluntates, nec considerat quantum, sed ex quanto in ejus sacrificio quis impendit, vel in flagitio, quod committit. Cum igitur impius ex improba voluntate non opponat modum in delectatione peccati, nec tantam delectationem umquam invenire potest, quin vellet semper, si posset; amplius delectari, ideo Deus qui corda pensat, non facta, pœnas infligit non secundum delectationem habitam, sed quæsitam.* Quam doctrinam Bellovacensis ni fallor ex Sancto Augustino desumpsit, qui in Epist. 49. supradicta de damnato ita concludit: *Quia æternam volait habere peccati perfruitionem, æternam vindictæ invenict severitatem.* Idem quoque punctum Sanctus Bernardus memorat dum de impio ita scribit: *Ita ut si numquam moreretur, numquam vello peccare desineret, imo semper vivere vellet, ut semper peccare posset.* Sanctus Thomas similiter post adductum Sancti Gregorij testimonium subjungit: *Dicitur autem aliquis in suo æterno peccasse, non solum secundum continuationem actus in tota hominis vita durantis, sed quia ex hoc ipso quod finem in peccato constituit, voluntatem habet in æternum peccandi.*

Bellov. spec. mor. l. p. 4. dist. 5.

Deus non solum considerat actiones externas, sed etiam intrinsecas voluntates.

S. Augustin. in Epist. 49.

S. Bernard. Epist. 253.

S. Thom. ib.

S. Aug. l. 21. de Civ. Dei c. 21.

Quia homo in se per peccatum perimit bonum, quod potuisset esse æternum hinc jure in æternum punitur.

S. Bern. T. 2. ser. 11. A. 3. c. 3.

Alb. Mag. l. 7. Comp. Th. verit. c. 21.

S. Bern. T. 4. ser. 18. extraord.

6. Sanctus Augustinus hac de re nos alia quadam ratione convincit inquiens: *Quanto magis homo fruebatur Deo, tanto majori impietate derelinquit eum, & factus est malo dignus æterno, qui hoc in se peremit bonum, quod esse posset æternum.* Non igitur consideranda est actio peccaminosa extrinsecus, sed quoad infinitam illius deordinationem, ut observat Sanctus Bernardinus inquiens: *Licet defectatio peccati in anima transiens, & momentanea sit, deordinatio tamen ejus tenet rationem perpetuitatis, ideo pœna huic respondens, non debet habere carentiam finis.* Idem quoque motivum Albertus Magnus his verbis tradit: *homo per peccatum perimit in se bonum, quod posset esse æternum bonum, & merito perpetuum incurrit malum.* Quia enim bonum quod reprobus contempsit, & à se repulit, infinitum est, juste poenam meretur huic contemptui proportionatam. *Qui mortaliter peccat*, inquit Sanctus Bernardinus, *præponit commutabile, bono æterno, & infinito, ergo contemnit, & offendit bonum æternum, & infinitum; sed tanta est offensa, quantus est is qui offenditur, ergo cum ipse sit infinitus, offensa debet judicari infinita, cum ergo debeat pœna proportionari offensæ, necesse est quod peccato mortali reddatur pœna infinita.* Eamdem quoque doctrinam in aliis ejusdem Sancti sermonibus traditam reperio: dicit enim de peccato mortali: *A vita perpetua separat*, unde hanc de damnatis infert consequentiam: *Sicut in infinitum peccavit, sic pœnam habeat infinitam, sed quia infinitam non potest habere intensione, habeat tunc saltem infinitam durationc. Unde Psalmista ait: Laboravit in æternum, & vivet adhuc in finem.* In alio quoque sermone sequenti idem S. ita scribit: *Damnati debent æternaliter cruciari, ratione malitiæ, scilicet culpæ, quæ respectu Dei, qui offensus est, infinita dici potest. Quanto major est, contra quem perpetratur culpa, tanto culpa gravior reputatur; Mortalis culpa offendit infinitum Deum; sed quantus est sanctitate, & bonitate, & omnimoda nobilitate, & dominatio-*

S. Bern. ibid. ser. 12. A. 1. c. 1.

nis jurisdictione, & amicitiæ & gratiæ, atque magnificentiæ magnitudine ille qui offenditur, tanto magis est ponderanda ejus offensa, cum bis omnibus sit infinitus, offensa contra ipsum est infinita, ideo ei aliqualiter infinita pœna debetur; Pœna autem intensive infinita non potest esse; quia nihil creatum infinitum sic potest esse; relinquitur ergo quod culpæ mortali debetur pœna infinita duratione.

Pœna debet esse infinita propter contumeliam Deo illatam.

S. Bern. ibid. A. c. 2.

7. In progressu ejusdem sermonis idem Sanctus Bernardinus aliam adfert rationem, qua conveniens esse ostendit, ut supplicium infernale damnatorum æternitatem conjunctam habeat, scilicet: *Ratione divinæ contumeliæ, quam infert Deo; nam quanto minus est bonum quod Deo præfertur, sive propter quod ipse deseritur, tanto major ei contumelia irrogatur. Quia igitur omne quod est, vel esse potest, in infinitum minus est ipso bono, quidquid ei præfertur, infinita ei contumelia irrogatur. In omni autem mortali culpa aliquod ei præfertur, & pro illo deseritur.* Adducit quoque definitionem quamdam Sancti Augustini, qua gravitatem peccati mortalis ita exponit: *Peccatum est spreto incommutabili bono rebus commutabilibus adhærere. Ex quo patet*, inquit Sanctus Bernardinus, *quod in omni peccato mortali infinita Deo contumelia irrogatur, infinitæ autem injuriæ vel contumeliæ infinita de jure debetur pœna, & intelligitur infinita duratione.*

S. Augustin.

S. Bern. ibid. Art. 2. c. 2.

8. Idem Sanctus Bernardinus in Cap. 3. ejusdem articuli idem propositum his verbis confirmat & quasi novam rationem adducit: *Quanto in majorem peccatur; tanto magis peccatur, quare si in infinitum majorem, in infinitum magis; Quia ergo Deus in infinitum major est quocumque alio, ideo in infinitum magis peccatur in Deum, quam in hominem, eodem genere culpæ; V. G. si occiditur homo Deus, & occiditur homo qui non est Deus, in infinitum majus est peccatum occiso Dei, quam hominis: Eodem modo si conspuitur homo, vel conspuitur Deus, vel percutitur homo, & Deus, in infinitum majus est peccatum; longe gravius est æternam quam temporalem lædere majestatem.* Cui eidem considerationi Albertus Magnus insistens, objectum offensum nobis in hæc verba repræsentat: *Peccatum est contra illum qui est infinitus, ergo pœna debet esse infinita, sed hoc non potest esse aeritate, unde oportet quod sit diuturnitate.* Cui sententiæ & Bellovacensis subscribit dum ait, *Tanta est offensa, quantus ille qui offenditur, unde non est æqualis culpa, nec æqualis pœna ejus, qui percussit rusticum, vel qui militem; vel ejus qui militum, vel qui regem; propter quod constat, quod omnis culpa mortalis, per quam Deus, bonitate, & majestate infinitus offenditur, merito debet infinita judicari, & infinita meretur pœna puniri.*

Quanto in majorem peccatur, tanto peccatum gravius censetur.

Alb. Mag. ibid.

Bellov. ibid.

DISCURSUS XXXI.
ARGUMENTUM.

Sola peccata sunt, quæ nos ignem infernalem timere faciunt, utpote cujus pabulum & nutrimentum sunt qui tamen adversus animas innocentes nihil facere prævalet.

THEMA.

Misericordia tua magna est, super me, & eruisti animam meam ex inferno inferiori. Psalm. 85. ℣. 13.

1. PRopheta Regius Deum laudare, benedicere, eique gratias agere se velle protestatur, eo quod ipsum ex inferno inferiori liberasset; ideo namque gloriatur dicens: *Confitebor tibi Domine Deus meus, in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in æternum, Quia misericordia tua magna est super me, & eruisti animam meam &c.* Davidem, dum vixit, ad infernum descendisse, indeque à misericorde Deo ereptum fuisse non constat; cum itaque ex inferno inferiori nihilominus se exemptum dicat, de alio sane inferno intelligendus est, differente ab illo, qui in terræ centro est situatus. Cujus dubij solutionem Sanctus Hieronymus docte resolvit dum, ait: *Non quod duo inferni sint, sed iste superiorem infernum peccatum dixit; inferiorem vero, qui est verus infernus, in quo peccatores damnantur.* Imo non modo peccatum, sed & peccatores inferni titulo afficiuntur juxta Rabanum dicentem: *Inferni nomine omnes iniqui designantur*, idque ex illo Apocalypseos textu, ubi de judicio futuro sermo est, sufficienter probat, quando dicitur: *Infernus est mors, missi sunt in stagnum ignis.*

Ps. 85. ℣. 12.

Ipsa peccata dicuntur infernus.

Ibid. v. 13.

S. Hieron. ibid. in Psal. 85.

Rabanus Tom. 5. in Allegoriis.

Psal.115.10. S.Bern.ser. 4. de Assumpt. Rea conscientia est carcer & infernus.

2. Sanctus quoque Bernardus illa Psalmistæ examinans verba, (*Non derelinques animam meam in inferno*) conscientiam ream infernum nominare non dubitat dum ait: *Infernus quidam, & carcer animæ, rea conscientia est.* Abulensis autem, dum & ipse, quænam portæ infernales dicantur, discutit, ita discurrit: *Dicendum, quod portæ accipiuntur per metaphoram, quia sicut per portam intratur in domum, ita id quod ad inferos ducit, porta inferi dicitur, & quia ad infernum trahitur homo per peccatum immediate, & per passiones mediate, quibus ad peccandum allicitur, & magis mediate per homines malos, qui nos ad illas movent, omnia hæc tria portæ inferi appellari possunt: De illis dicit Hieronymus; Ego portas inferi vita vestra atque peccata.* Totum equidem percurrentes ampliſſimum Sacræ Scripturæ volumen, numquam invenietis, quod ſupremus artifex, univerſæ hujus machinæ fabricator, infernum creavit, ſed abyſſus hæc, per Luciferi ejuſque ſequacium peccata, formata fuit, ſi enim non fuiſſet peccatum, numquam extitiſſet infernus, ideoque Sanctus Bonaventura illa Sapientiæ verba, (*non est in illis medicamentum exterminij, nec infernorum regnum in terra*: ita exponit: *Id est perditio æterna; in terra, id est, in homine facto de terra; intendit ostendere, quia mors peccati, & perditio supplicij æterni, non sunt à natura, sed à voluntate perversa.* Cœlum quidem empyreum, non vero infernum pro homine fabricavit Deus, ideoque dicet: *Possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi.* Ubi vero de flammis infernalibus ſermo erit, talis fiet proteſtatio; *Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis ejus.* Ubi S. Chryſoſtomus ait: *Illis qui supplicio afficiebantur, dixit; discedite à me in ignem, qui paratus est diabolo, nam regnum quidem hominibus paravi, gehennam autem non hominibus, sed diabolo, & angelis illius paravi; quod si vos talem vitam exhibuistis ut pœna digni, & supplicio fieretis, id vobismetipsis imputare merito poteritis.* Diaboli à principio creationis erant angeli pulcherrimi, ex quibus tamen peccatum turpiſſimos dæmones effecit. Unde Sanctus Auguſtinus ait: *Ipsi mali angeli, non à Deo mali sunt conditi, sed peccando facti sunt mali.* Et ideo Hugo Cardinalis de reprobis differens, eos incendij tartarei ligna, & pabulum eſſe dicit, ratione peccatorum ſuorum, hæc enim illarum ſunt flammarum proprium alimentum: *Mali*, inquit, *dicuntur comburendi, sicut spinæ, propter avaritiæ asperitatem, & punctionem; sicut palæ, propter superbiam & levitatem; sicut Naphta propter invidiam & ira ac odij discordiam; sicut sarmenta, propter sterilitatem & acetositatem infructuositatem.*

Deus infernum non creavit, sed Lucifer cum suis sequacibus per peccatum.

Sap.1.v.14. S.Bonav. ibid.

S.Auguſt. Tom.6.lib. de Natura boni adv.Manich. c.33. Hug.Card.in cap.15. Joan.

3. Cœleſtis Magiſter noſter de damnatis, ſub zizaniorum metaphora differens, angelis ſuis ſe præcepiſſe ait: *Alligate in ea fasciculos ad comburendum.* Circa quæ verba Hugo Cardinalis ex S. Iſidoro inquit: *Similis culpæ reos consimilis cruciatus constringet; in fasciculos, non vero in unum fascem, quia pro modo perversitatis suæ unusquisque punietur.* Sanctus Bernardinus de hiſce faſcibus in ignem conjiciendis, eamdem pariter habet conſiderationem dum inquit: *Notabiliter dicit fasciculum, sicut enim habetur, quod reiurgent unusquisque in suo ordine, & sic nunc præmiantur, sicut Apostoli in suo ordine, scilicet Apostolorum, martyres in ordine martyrum; ita omnes peccatores qui erant infecti uno genere peccati, erunt uno fascæ constricti, nam de omnibus usurarijs, fiet unus fasciculus, de omnibus adulteris &c.* tametſi enim in illa abyſſo quædam futura ſit innumerabilium, eorumque acerbiſſimorum tormentorum congeries, attamen Redemptor noſter de gehenna mentionem faciens, non ſemel, ſed ſæpius, ſolius ſtridoris dentium, & fletus meminit: *Ibi erit fletus & stridor dentium*; cujus myſterium hoc eſſe videtur, quia cum peccatum ſit, ignis illius inſtrumentum, ut plurimum vero oculi incautè cuſtoditi, ex una parte, potiores tranſgreſſiones noſtras pariunt, ut proinde David dixerit: *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam*; ex alia vero parte gula pariter multorum ſit fomentum peccatorum, ideo Salvator noſter illarum pœnarum ſpecialiter meminit, quæ expreſſivæ ſunt majoris partis culparum.

Quid intelligatur per fasciculos zizaniorum in ignem mittendos. Matth.13. v.30. Hug.Card. ibid.

S.Bern.T.4. ſer.18. extraord.

Matth.8. v.12.

Pſal.118. v.136.

4. Juxta graviratem tranſgreſſionum, erit pariter proportio pœnarum, quas animæ reprobæ in inferno ſuſtinebunt, nam ut Sanctus Gregorius ſuper illa verba Jobi: *Ubi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat*, inquit, *Neque enim omnipotens Deus, qui mala bene punit, inordinata esse nullo modo vel tormenta permittit, quia ipsa quoque supplicia, quæ ex lance justitiæ prodeunt, inferri sine ordine nequaquam possunt.* Quis autem in tantæ confuſionis & diſordinis loco obſervari poterit ordo? reſpondet idem S. Doctor: *Quomodo namque in supplicijs ordo non erit, dum damnatum quemque juxta modum criminis retributio sequitur ultionis? sicut in domo patris mansiones multæ sunt, pro diversitate virtutis; sic damnatos diverso supplicio gehennæ ignibus subjicit disparitas criminis*, hinc & S.Iſid. inquit: *Sicut unusquisque Sanctus in futuro judicio pro quantitate virtutum glorificabitur, ita & unusquisque impius pro quantitate facinorum condemnabitur.* Cui ſtabiliendo illa in primis S. Pauli deſervit viſio, quam Venerabilis Beda in ſequentia adducit verba: *Ibi vidit Paulus multas animas peccatorum demersas; alteras usque ad genua, alteras usque ad umbilicum, alteras ad labia, alteras ad supercilia. Flevit Paulus, & suspirans interrogavit, qui essent demersi usque ad genua, & dixit Angelus: Hi sunt, qui detrahunt alienis sermonibus; & qui ad umbilicum, hi sunt qui fornicatores & adulteri, qui non sunt reversi ad pœnitentiam, qui vero ad labia, hi sunt, qui intrantes Ecclesiam, non audiunt verbum Domini, qui ad supercilia, hi sunt, qui gaudent de malo proximi sui.* Ita quoque Sancta Franciſca Romana, in quadam de pœnis infernalibus viſione, uſurarios intuita eſt à dæmonibus extenſos, atque confixos ſuper menſas ardentes, in faucibus habentes, atque deglutientes argentum & aurum liquefactum, qui poſtmodum in aliqua vaſa immergebantur, argento pariter & auro liquefacto eoque ardenti pleno. Ita blaſphemos vidit uncis ferreis ignitis ſecundum linguas dilacerari, haſque ipſas gladiis & ferris acutis perforari. Traditores contemplata eſt ſecundum pectus & cor lacerari atque diſcerpi. Homicidarum intima verubus ignitis excruciari, eoſque in ampla præcipitati vaſa ſanguine bulliente referta, apoſtatæ indeſinenter à dæmonibus in duas diſſecabantur partes, ſubitoque priſtinæ reſtituebantur formæ. & quia fidei renunciarant, dæmonia fauces eorum male olenti replebant pice. Inceſtuoſi pro mollibus lectis fœtidum obtinuere latum, quacumque maxime abominabili plenum ſpurcitie quibus ex pœnis patet, quod juxta peccatorum qualitatem, & gravitatem, tormenta correſpondeant damnatis.

S.Iſid.l.1. ſent.c.29. Probatur quadam Viſione S.Pauli. Ven.Beda. Tom.7.ſer.1. in die Cinerum.

Pratum ſp. rid.2.p.l.3. c.75.

Et alia S. Franciſcæ Romanæ.

5. Sanctus Gregorius idem confirmat intentum ex illis Jobi verbis: *Secundum multitudinem adinventionum suarum, sic & sustinebit.* Ita namque in hujus Textus Commentario diſcurrit; *Qui enim multa invenit ad culpam, novis inventionibus cruciatur in pœna*, unde & capite ſequenti idem Sanctus Doctor ait: *Quamvis damnatorum omnium sit dolor infinitus, graviora tamen tormenta recipiunt, qui multa in iniquitatibus ex suis quoque desideriis invenerunt.*

Job 20. v.18. S.Greg.l.15. mor.c.31.

S.Greg. ibid. c.32.

6. Myſteriosa equidem illa ſunt Davidis verba, quibus Deum ſic affatur: *Domine eduxisti ab inferno animam meam.* Quomodo enim David ex inferno ereptus fuit? Reſpondet Sanctus Bruno: *Salvasti me ab omni peccato.* Aſt clarius fuſiuſque in ejuſdem loci Commentario diſcurrit Incognitus dum ait: *Per lacum intelligitur profunditas peccatorum, & abundantia nequitiæ, ut superbiæ, invidiæ, crudelitatis &c. Qui ergo se immergunt in libidine, & terrenis desideriis, illi in lacum descendunt.* Hugo quoque Cardinalis per infernum peccatum intelligendum eſſe cenſet, dum ait: *Eduxisti ab inferno, id est à peccato; peccatum enim dicitur infernus*; idque ex illo probat Regis Ezechiæ apud Iſaiam dicto: *Ego dixi in dimidio dierum meorum: vadam ad portas inferi*; Ita namque hæc eadem interpretantur verba: *Ad portas inferi vadit, qui delectatur citra consensum; portas autem inferi intrat, qui consentit in peccatum mortale: unde dicitur in Pſ.54. Descenderunt in infernum viventes, id est, in mortale peccatum, quod bene dicitur infernus propter multas rationes.* Hinc & ipſemet David lamentabatur dicens: *Dolores inferni circumdederunt me*, qui autem hi, undique eum circumdantes, futuri ſint dolores, ipſe paulò ante declarat cum dicerat: *Torrentes iniquitatis conturbaverunt me, præoccupaverunt me laquei mortis.*

Psal.54. v.5.

Pſ.54.v.16.

Pſ.17.v.6.

Ibid. v.5.

7. Sanctus Thomas hanc aliam inſtituit in præſenti obſervationem: *Nota quod ista tria sic sunt ad invicem ordinata, iniquitas, mors, & infernus, quod ex iniquitate homo inducitur ad mortem, & per mortem deducitur ad infernum.* Eumdem forſitan ſcopum reſpexit Pſalmiſta, dum ingemiſceret: *Pericula inferni invenerunt me*; ita namque dictum Textum Sanctus Bruno explanat: *Pericula, id est, vitia, quæ sunt pericula, per*

S.Thom. Ibid.

Quænam ſint pericula infernipſalm.114. v.3.

S.Bruno in

per quæ pervenitur ad infernum. Aſt omnium accommodatiſſime ad noſtrum loquitur intentum Sanctus Hieronymus dum ait: *O nos infælices, & miseros, & lugendos, quia semper nos peccatum quærit: si autem semper nos quærunt peccata, ergo nos festinemus, ut non inveniant: Hæc autem distantia est inter dolores mortis, & pericula inferni: dolores mortis malæ cogitationes sunt, pericula inferni opera mala sunt.* Sane ſi quis in via in ardentem fornacem ſe præcipitem agendum timeret, aliam eligeret ſemitam; Nos vero, quos fides docet, quod peccatum ad inferni nos ignem trahat, idipſum perpetrare omnibus modis & viis conamur. Ideoque merito Sanctus Auguſtinus lamentabatur, dicens: *Quæ nisi aberrantem abs te non invenirent me, nunc autem illa me invenerunt. Gaudebant prosperis sæculi in quibus plus fallunt pericula inferni.* Dionyſius Carthuſianus ſimiliter per hæc inferni pericula peccata intelligit mortalia, inquiens: *Pericula inferni, id est, peccata mortalia*, quia per ea perit anima in æternum projicienda in infernum. Hugo Cardinalis pariter de peccati occaſionibus hæc inferni pericula exponit: *Electi Ecclesiæ filij*, inquit, *non quærunt occasiones peccatorum, in quibus sunt pericula inferni, sed quærunt tribulationes, in quibus est via Paradisi. Unde & Jabdit: Tribulationem & dolorem inveni.* Obſervandum vero, Davidem ſe à periculis quæſitum eſſe dicere, non vero ſe hæc pericula inquiſiviſſe, dicit enim: *Invenerunt me, non ego ea, reprobi enim inveniunt ista pericula, quia quærunt occasiones peccati.* Porrò non eſt opus ſtudioſè inquirere qua via præſciti ad infernum procedant, ſiquidem ipſimet id fatentur, dicentes: *Lassati sumus in via iniquitatis. Ut inique agerent, laboraverunt*, inquit Sanctus Bonaventura, *nec mirum, si lassati sumus virtute nostra; quia ambulavimus vias difficiles de sui natura, scilicet viam peccatorum, quæ multum affligunt animam in præsenti per conscientiæ remorsum, non enim patitur ordo divinæ justitiæ, ut vel ad momentum sit culpa sine pœna.*

S.Hieron.ib.

S.Auguſt. ibid.

Dion. Carth. ibid.

Hugo Card. Ibid.

Sap.5.v.7. S.Bonav. ibid.

Anima juſti ignem inferni non timet. S.Aug. in Pſal. 99.

8. Sanctus Auguſtinus egregiè nos docet, quo modo ignis æternus a nobis minime ſit timendus, nam ſuper illa verba: *Ignis ante ipsum præcedet*, inquit: *Timeamus, mutemur, & non timebimus. Ignem palea timet, aurò quid facit? est autem nunc in potestate quid facias, ne illud quod & te nolente venturum est, non correctus experiaris.* Si enim aurum fuerimus, non eſt quod flammas illas formidemus. Nam ut Sanctus Bernardus in quodam ſermone *de modo bene vivendi*, inquit: *Qui perfectè vivit, non habet unde in inferno damnetur, sed unde in cælo coronetur: qui perfectam habet in se charitatem, non timet in inferno puniri, sed sperat in cælo cum Deo gloriari.* Quod ſi enim contingeret quempiam ſine peccato in infernum deſcendere, ibique per integrum quoddam ſæculum moraretur, ignis gehennæ ne minimo quidem fumo illum obfuſcare auderet: nam *auro quid facit ignis?* ac proinde Divus Chryſoſtomus dicebat: *Qui sanæ mentis est, offensam Dei magis timet, quam ullam gehennam.* Sanctus Hieronymus verba illa Jobi dicentis: *Et in novissimis abyssi deambulasti*, de Salvatore noſtro explicat dicens: *Porro secundum mysticos intellectus hoc dixisse Deum puto, quod circa finem sæculi pro redemptione hominis ad inferos esset descensurus, ubi pro potestate descendentis, deambulasse eum dixit, quia impossibile erat, ut quasi reus peccati infernalibus vinculis teneretur.* Idem quoque Sanctus ſuper caput ultimum Iſaiæ ita ſcribit: *Ignis tamdiu succenditur, quam diu habet materiam, qua vorax flamma pascetur.* Pabulum vero incendij infernalis ſola ſunt peccata, ac proinde anima innocens ac immaculata damnis ejus ſubjacere non poteſt. Fornax Babylonica quadantenus illam ignis præfiguravit abyſſum; in ea enim tres pueri liberi, & ab omnibus vinculis ſoluti ambulabant, & haud ſecus ac ſuavi rore reſperſi refrigerabantur. Unde Sanctus Gregorius ſuper eadem verba Jobi ita ſcribit: *Vigilanti est cura pensandum, quod in novissimo abyssi perambulasse se perhibet. Deambulare quippe non constrictè, sed liberè est, quem enim vincula stringunt, ejus nihilominus gressus impediunt; quia igitur nulla peccati vincula pertulit, in inferno deambulavit.* Quod ſi anima aliqua beata in æternæ perditionis barathro conſtituta eſſet, non ob id ibidem Deum videre eoque perfrui deſineret; nam ut Abulenſis ait: *Potest esse contemplativa Beatorum in terra, sicut in aqua, aut igne, vel quacumque parte universi, aut in ipso inferno, cum ibi fuerit aliquando Paradisus, at quando Christus dixit latroni: Hodie mecum eris in Paradiso, & tamen manifestum est, quod illa die anima Christi apud inferos fuit.* In fornace Babylonica ignis, ut paulo ante diximus, tres pueros illæſos conſervavit; quia *ambulabant in medio flammæ laudantes Deum & benedicentes Domino. Et fecit medium fornacis, quasi ventum roris flantem, & non tetigit eos omnino ignis, neque contristavit, nec quidquam molestiæ intulit:* Et tamen de eadem flamma Daniel dicit: *Erupit, & incendit, quos reperit juxta fornacem de Chaldæis:* Quod certè ingens prodigium fuit; videbatur enim ignis ille, velut animatus, diſcernere potuiſſe, unum ab alio, id eſt Chaldæos, à tribus hiſce pueris. Audiamus hac de re Euſebium Emiſſenum in hæc verba ſcribentem: *Extra fornacem Sapiens ignis irascitur, intus in fornace famulatur; quantus castis visceribus bonor debeatur arbiter ignis agnoscit.* Erat igitur ignis fornacis illius verus quidam ignis infernalis typus; cum enim hic divinæ iræ & juſtitiæ ſit inſtrumentum, reprobos ab innocentibus diſcernere valens, illos ſolum adurit, hos vero liberos abire permittit, nam ut D.Chryſoſtomus ait: *Inevitabile supplicium est his, qui rectam vitam habere neglexerint:* De tribus pueris autem, in prædicta fornace conſtitutis, in homilia de iisdem inquit: *Ubi incenditur, illic refrigerat.* Propter peccatores igitur incendium illud in altum excreſcit, innocentibus vero conſolationem & refrigerium ſuggerit. Non dubito quin paradoxa vobis prima facie videbitur eſſe illa Jobi à Deo facta poſtulatio, qua à ſeveritate extremi judicij ſe ſubtractum deſiderans, in infernum ſe mitti expoſcit dicens: *Quis mihi hoc tribuat, ut in inferno protegas me, & abscondas me donec pertranseat furor tuus:* dicet enim fortaſſe aliquis, numquid Job ſciebat, quod *non est agnitus qui sit reversus ab inferis*, ut verò illam crudeliſſimorum ſuppliciorum carnificinam nequaquam formidabat? cui reſpondeo, minime hanc ipſum extimuiſſe; ſciebat enim optimæ conſcientiæ ſuæ innocentiam; noverat etiam ignem illum nequaquam adverſus innocentes prævalere poſſe, ſed ſolum in animas peccatrices & reprobas ſuam exercere activitatem. Hinc eſt quod illuminati ſervi Dei ſe infernum nequaquam timere, ſed ſolam culpam, & peccatum, quod longe eſt inferno deterius; clarum namque eſt axioma illud Philoſophicum: *Propter quod unumquodque tale, & illud magis*; ac proinde cum peccatum aperuerit, & fabricarit infernum, conſequens eſt, ut tamquam cauſa illius magis à nobis timendum, fugiendum & abominandum ſit. Unde Divus Chryſoſtomus ait: *Etsi multi gehennam omnium malorum supremum atque ultimum putant, ego tamen sic censeo, sic assidue prædicabo, malto acerbius esse Christum offendere, quam gehennæ malis vexari.* Peccatum igitur ſolum eſt, quod ad infernum condemnare nos poteſt, ſine peccato autem, nec ipſe quidem nobis nocere poterit infernus.

Dan.3.v.24. Ibid.v.50.

Ibid.v.48.

Euſeb. Emiſſ. h. de tribus pueris.

D.Chryſ. h.21. in Matth.

D.Chryſoſt. h.de tribus pueris.

Quomodo intelligendum ſit, quod Job in inferno petebat abſcondi à judicio extremo. Job 14.v.13. Sap.2.v.1.

Nec in ipſo inferno minimum quid pateretur.

D.Chryſ. h.5.de S.Ann. Job 38.v.10. S.Hieron. Ibid.

DISCURSUS XXXIII.
ARGUMENTUM.

Majorem eſſe numerum eorum, qui damnantur, quàm qui ſalvantur, multifariam probatur.

THEMA.

Lata porta, & spaciosa via est, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam, Matth.7.v.13.

S.Hier. in Iſai.66. Fornax Babylonica, ejusque ignis, præfiguravit infernum ejusque ignem. S.Greg. l.29. mor.c.7.

1. IDem ipſe Salvator, qui apud Joannem Cœli portam eſſe proteſtatur, dicens: *Ego sum ostium, per me si quis introierit, salvabitur*; quique pariter de ſe attеſtatur inquiens: *Ego sum via, veritas & vita*, idem inquam per Evangelicæ veritatis verbum univerſo generi humano manifeſte inferni portam ſpacioſam & amplam eſſe indicat, magnamque eorum qui illam terunt fore multitudinem: *Lata porta, & spaciosa &c.* Notandum verò eſt, quod priusquam hoc diceret, prius hæc verba præmiſerit: *Intrate per angustam portam... Quam angusta porta, & arcta via est, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inveniunt eam*; quæ deciſio utique adeo eſt manifeſta, ut nullo indigeat Commentario, vel Gloſſa, patenter enim concludit incomparabiliter majorem futurum eſſe numerum illorum, qui æternæ perditionis ingrediuntur barathrum, quam eorum qui in cælis æterna remunerabuntur beatitudine. *Quam angusta porta*, inquit, *& arcta est via, quæ ducit ad vitam? non simpliciter & absolutè*, inquit Sanctus Joannes Damaſcenus, *illud à ſumma Sapientia dictum eſt, verum perinde ac ſi quis per admirationem dicat, quam pauci sunt, qui salvantur?*

Joan.10. v.9. Joan.14. v.6. Porta ad infernum lata eſt. Matth.7.13. Ibid.v.14. Illa ad vitam vero, arcta eſt.

S.Joan. Damaſc.

Luc. 13. v. 23.

2. Salvator noster apud Sanctum Lucam cap. 13. circa numerum salvandorum à non nemine interrogatus fuit: *Ait autem illi quidam: Domine si pauci sunt qui salvantur?* quale autem ab incarnata Sapientia huic datum responsum esse existimatis? nimirum discursum suum non solum ad illos, à quibus interrogatus fuit, sed ad omnes direxit, ut in negotio tam arduo, quale hoc est salutis nostræ æternæ negotium, omnes timerent & toto corpore contremiscerent; dicit enim Evangelista: *Ipse autem dixit ad illos: Contendite intrare per angustam portam.* Verum inquies, quænam est causa, quod porta Paradisi adeo stricta esse dicatur, via vero inferni adeo sit spaciosa? Abulensis verba illa: *Intrate per angustam portam*, exponens inquit: *Ista porta, est observatio præceptorum, quæ vocatur angusta, metaphoricè, quia, sicut per angustum locum difficile est intrare, ita per observantiam præceptorum inflexibiliter ambulare difficile est homini carnali.* Via beatitudinis ubique plena & obsepta est tribulis, & spinis pathionum, mortificationum, & adversitatum, ac proinde sensui est omnino contraria, nihil est ibi quod eis placere possit. *Operari autem malum*, inquit Abulensis, *non habet difficultatem, cum sit secundùm inclinationem naturæ nostræ depravatæ; virtus autem est semper contra inclinationem depravatæ naturæ, peccare est agere quidquid delectat, ideo nihil facilius, & nihil difficilius quam bene agere.* Idem quoque multos esse considerat, qui per viam salutis gressus suos dirigere incipiunt, sed à voluptatibus hujus vitæ seducti fatigantur, & per viam largam perditionis duci sesinunt; unde ad illa Christi verba *pauci sunt qui inveniunt eam*) se reflectens, inquit: *Non dixit solum pauci ambulant per eam, sed etiam pauci inveniunt eam; si interdum aliqui inveniunt, & ingrediuntur in eam, capti voluptatibus sæculi, de medio itinere revertuntur, ut ait Hieronymus super Matthæum: De via perditionis non dixit multi inveniunt eam, sed multi intrant per eam, nam tam lata est, quod omnibus patet, & non oportet illam quæri, quia se omnibus offert.* Christus vero cum cœli porta sit, per hanc portam ingredi volentibus, id est, ipsum imitari statuentibus, necessum est, ut pungantur, quia viam spinis & sentibus plenam inveniant, hanc autem viam, ut Abulensis ait: *Omnes ut unum usque fugiunt, nemo enim non invitus patitur: Omnes homines appetunt delectabilia, & fugiunt labores, & difficultates, in via autem quæ ducit ad vitam sunt difficultates multæ.*

Luc. 13. v. 24.

Matth. 7. v. 13. Abul. q. 26. in c. 7. Matth.

Via ad beatitudinem ubique est obsepta & plena tribulis & mortificationibus.

Matth. 7. v. 14.

Via ad perditionem lata est, & omnibus patens.

3. Magna pars fidelium de misericordia Dei præsumens, ad finem usque vitæ pœnitentiam procrastinat, quorum error & deceptio eos ad infernum præcipites aget, est enim tristissima illa sancti Augustini sententia, dicentis: *Pœnitentia quæ ab infirmo petitur, infirma est, quæ autem à moriente, timeo ne & ipsa moriatur.* Multi quidem Christianorum moriuntur Sacramentis Ecclesiæ bene communiti, licet male hactenus vixerint, at vero quisnam tales assecurare poterit confessiones illorum fuisse legitimas & validas? nam ut plurimum dolent de peccatis, non propter aversionem qua ab illis alieni sunt, sed ex puro timore judicij Dei, & pœnarum inferni. Plurimi equidem in peccatis habituati vix post pœnitentiam respirarunt; quando iterum ad priorem redeunt consensum & delicias, ut plurimum autem, *qui sic vivit, sic moritur.* Sane quem Parabola de decem Virginibus non falleret, credentem omnes ad sponsum cælestem intrasse; quod enim Deo gratius donum offerri potest quam virginitas? præsertim cum omnes simul acceperunt lampades suas, quin & unitæ exierunt obviam sponso & nihilominus illarum quinque portam sibi occludi viderunt, hisque tremendis rejectæ fuere verbis: *Nescio vos!* idque dumtaxat, quia deficiebat illis oleum, quando ad convivium nuptiale ingredi debebant, ita quoque quam pauci admodum ad finem usque perseverant? audite Sanctum Gregorium in hæc verba ab Abulensi citatum: *Nonnulli bona neque incipiunt, nonnulli vero in bonis quæ inceperant minime persistunt.* Sed ex hac forte Parabola quispiam vestrum inferre voluerit, mediocriter ad minus fidelium salvandam esse, siquidem ex decem virginibus, quinque salvatæ sunt, reliquis quinque pereuntibus; At vero Cajetanus nequaquam hoc modo ratiocinandum esse dicit, per has namque virgines, non omnes Christiani præfigurantur, sed solum illi, qui ab aliis sequestrati vivunt, & ad statum perfectionis contendunt: *Parabola ista*, inquit, *tractat non de omnibus Christianis, nam multorum extra ista opera manifeste sunt mala, sed de illis tantum, qui profitentur se studere factis ad continuum progressum versus patriam cælestem.* Ex his igitur, quos nos etiam perfectos, & sanctos esse arbitramur, in conspectu Dei mediocritas quoque peribit, quia hypocrisin, & occulta illorum peccata non videmus.

Matth. 7. v. 13. Abul. q. 69. in c. 16. Matth.

Porta inferni semper patet ingredientibus: semper clausa exire volentibus, S. Bonav. Sap. 5.

Isa. 5. v. 14. Hug. Card.

Apoc. 14. v. 19.

Ibid. v. 20.

Agitur de profunditate & latitudine inferni.

Corn. à Lap.

Quis sit situs corporum damnatorum.

4. *Lata porta & spaciosa est via quæ ducit ad perditionem.* Circa quæ verba Abulensis inquit: *Portæ inferni dicuntur ea, per quæ in infernum tenditur, quasi aliquid necesse sit poni ad intrandum ad infernum, sed non est necesse, semper per diem & noctem est aperta janua inferni: dicitur autem semper clausa janua, ad hoc, quod numquam quisquam exeat, & ideo vocantur æternales portæ, id est, quæ in æternum non aperiuntur ad eminendum inde quemquam, & ad designandum difficultatem exeundi.* S. Bonaventura de hac porta per quam in infernum intratur, dicit: *Facilis est in ingressu, quasi strata floribus, scilicet præsentis delectationis dulcore, & temporali jucunditate. Spaciosa est via, quia ut apud Isaiam dicitur: Dilatavit infernus animam suam, id est*, ut Hugo Cardinalis exponit, *affectum devorandi; Insatiabilis infernus numquam mortuorum multitudine completur.* Pater Cornelius à Lapide occasione verborum illorum in Apoc. c. 14. *Misit Angelus falcem suam acutam in terram, & vindemiavit vineam terræ, & misit in lacum iræ Dei magnum, Et calcatus est lacus extra civitatem, & exivit sanguis de lacu usque ad frænos equorum, per stadia mille sexcenta*; horum inquam verborum occasione circa magnam inferni capacitatem copiose discurrit, innixusque ultimis citatis verbis, in ea est opinione, quod tanta sit abyssi illius capacitas & amplitudo: *Stadia hæc spectant ad immensiones*, inquit, *loci reproborum, hic enim est lacus iræ Dei. Sensus ergo est: Tanta erit impiorum & reproborum qui in fine mundi occidentur & damnabuntur, strages, ut si locus ille, quem illi in inferno obtinebunt, torcular esset, quo sanguis eorum exprimeretur, sanguis hic via Regia excurreret ad mille sexcenta stadia.* Computat igitur hic Author barathrum illud ducentis milliaribus Italicis ex omni parte altum, profundum & largum esse; cui si objicias nomen abyssi, quod profundum sine fine significat, rationem assignat cur licet determinatam profunditatem & latitudinem habeat, nihilominus innumeros damnatos capere possit; dicit enim: *Damnati in inferno non insistent pedibus, nec huc illuc eque discurrent, sed colligentur in cumulum instar carbonum, vel lignorum ardentium, si singulis corporibus damnatorum demas sex pedes quadratos (qui abunde sufficiant,) tamen una leuca, id est, mensura viginti millium pedum cubicata, seu cubice multiplicata, capere potuit plusquam octingenta millia millionum corporum.* Hac igitur abyssi illius amplitudine & capacitate supposita, via pariter quæ ad illam ducit ampla esse perhibetur: *Spaciosa via est, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt, qui intrant per eam*, quia omnes ut plurimum impiorum hominum sequuntur torrentem, *Spaciosa via*, inquit Abulensis, *& lata porta non ducit ad vitam æternam, sed ad gehennam, & dicitur spaciosa, quia ad infernum mille modi sunt eundi.* Citatque authoritatem Aristotelis in l. 2. Ethicorum, dicentis: *Peccare contingit infinitis modis, bene autem agere solum uno modo.* Pauci admodum sunt, qui per vias & semitas angustas, & asperas progrediuntur, cujusmodi sunt consilia Evangelica, & via perfectionis; observantia enim divinarum legum, majori Christianorum parti difficilis esse videtur, & molesta, ut quotidiana docet experientia, & ideo pauci sunt qui leges Dei & Ecclesiæ perfecte & adæquate observent: *Quicumque autem totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus*, ut inquit S. Jacobus Apostolus. Multi quidem virtuose vivunt, non tamen quantum sufficit ad æternam beatitudinem acquirendam. Psalmista ad Deum conversus, his eum verbis alloquitur: *Tunc non confundar cum perspexero in omnibus mandatis tuis.* Supra in Discursibus præcedentibus varias adduximus considerationes super illum versum ejusdem Regij Prophetæ: *Sicut oves in inferno positi sunt:* Genebrardus legit: *Sicut oves gregatim, & magno numero in infernum detrusi sunt.* Cardin. Bellarm. ad hanc pariter damnatorum alludit multitudinem, dicens: *Ubi demonstratur tam multitudo, tum imbecillitas hominum, qui post mortem ad inferos detrudantur: oves enim gregatim conjectantur in stabula, & sine ulla resistentia ducuntur ad macellum. Itaque minori labore Deus multitudinem impiorum, quamvis in mundo ditissimi & potentissimi fuerint, detrudet in infernum, quam solent Pastor ovicalas inermes tradere in stabulum vel educere ad cædem.* Dici quoque potest, quod reprobi sicut oves dejiciantur in stabulum inferni, quia reprobi ut plurimū sequuntur multitudinē & peccatorum torrentem, haud secus ac oves, quibus proprium est, quod una in foveam saltante, omnes alię idipsū faciant.

Matth. 7. v. 13. Abul. q. 26. in c. 7. Matth.

Aristot. l. 2. Ethic.

Pauci ingrediuntur per angustam viam perfectionis.

Jacob. 2. v. 10

Psal. 118. v. 6.

Damnati detrudiuntur in infernum sicut oves.

Isa. 48. v. 15. Genebr. ibid. Card. Bellarm. ibid.

Cur electorum sint tam pauci, & reproborum tam multi. Matth. 20. v. 16. Matth. 22. v. 14.

S. Greg. cit. à S. Thom. in Cat. 20. Matth. Luc. 12. v. 32.

Ven. Beda. l. 4. c. 54. in Luc.

Michæe 7. v. 1.

Isai. 24. v. 13.

Isa. 17. v. 5.

1. Pet. 3. v. 20.

Arca Noë in qua pauci salvati fuerunt, figuravit Ecclesiam.

S. Aug. l. 22. de civ. Dei c. 12.

5. *Quam angusta porta, & arcta via est, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inveniunt eam.* Incarnata Sapientia non semel, sed binies in variis occasionibus non fine magno mysterio protestata est, dicens: *Multi vocati sunt, pauci vero electi*; videlicet Matth. cap. 20. & pariter cap. 22. ejusdem Evangelij. Circa quæ verba S. Gregorius in Catena à S. Thoma citatus ita scribit: *Ad fidem plures veniunt, & ad cæleste regnum pauci perducuntur, plerumque enim Deum vocibus sequuntur, moribus fugiunt.* Idem quoque Salvator in alia quadam occasione Apostolos suos animare volens ne animis deficerent, sed in ipsum confiderent, dixit eis: *Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum.* Ubi specialiter observanda sunt verba illa: *pusillus grex*; nam ut Venerabilis Beda ait: *Pusillum gregem electorum ob comparationem majoris numeri reproborum nominat.* Michæas Deum nostrum his verbis lamentantem introducit: *Væ mihi, quia factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ, non est botrus ad comedendum. Periit Sanctus de terra, & rectus in hominibus non est.* Quo loquendi modo Deus insinuare vult dæmonem esse qui fere solus animarum fructi vindemiam, se vero factum esse sicut qui absoluta vindemia hinc inde reliquos colligit neglectos racemos. Cui consonat illud Isaiæ cap. 24. ubi alia quædam haud dissimilis à priori legitur similitudo: *Quomodo*, inquit, *si paucæ olivæ, quæ remanserint, excutiantur ex olea, & racemi cum fuerit finita vindemia.* Idem quoque Prophæta c. 17. similem fere adducit comparationem, inquiens: *Et erit sicut congregans in messe, quod resti terit, & brachium ejus spicas leget, & erit sicut quærens spicas in valle Raphaim.* S. Petrus cui Paradisi claves consignatæ fuerunt, de animabus in diluvio salvatis differens ait: *Cum fabricaretur arca in qua pauci, id est, octo animæ salvæ factæ sunt.* Per arcam vero, ut omnes Interpretes consentiunt, Ecclesia figurabatur, cujus filij in paucissimo numero pœnarum infernalium diluvium evadunt; neque idipsum mirum videri poterit, si mentem reflexeritis ad Discursum quem S. Augustinus c. 12. l. 22. de civ. Dei, his verbis facit: *Universa generis humani massa damnata est, quoniam qui hoc primitus admisit, cum ea quæ in eo fuerat radicata sua stirpe unitus est, ut nullus ab hoc justo debitoque supplicio nisi misericordia & indebita gratia liberaretur, atque ita dispertiatur genus humanum, ut in quibusdam demonstretur, quid valeat misericors gratia, in exteris quid justa vindicta*; ubi observandum est, quod S. Doctor dicat illos, in quos divina justitia suam est ostensura severitatem, in majori numero esse dicat, subdit vero ulterius: *Neque enim utrumque demonstraretur in omnibus, quia si omnes remanerent in pœnis justæ damnationis, in nullo appareret misericors gratia redimentis; rursus si omnes à tenebris transferrentur in lucem, in nullo appareret severitas ultionis. In qua propterea multo plures quam in illa sunt, ut sic ostendatur quid omnibus deberetur, quod si omnibus redderetur, justitiam vindicantis juste nemo reprehenderet.* In secundo Tomo operum S. Augustini quædam recensetur à S. Cyrillo ad S. Augustinum conscripta Epistola, in qua nonnullæ S. Hieronymi laudes exprimuntur, ad propositum vero nostrum inter cætera dicitur: *Ad æternorum gaudiorum patriam deveniendi arctissima, & sine ambiguitate altqua à paucissimis certe unica exstat via, eundi ad perditionem iter latissimum.* Paulo post vero subdit: *Concludi debet quod ad æternæ beatitudinis gaudia variissimi gradiantur, infinitæ, quin imo omnes penè S. Scripturæ authoritates attestantur.*

S. Aug. To. 2. S. Cyrill. Epist. 18. ad S. Aug.

Christus tres tantùm Apostolos sumpsit secum in montem Thabor.

S. Ambr. l. 7. in Lucam. 1. Cor. 10. v. 1. Ibid. v. 5. Syriaca lectio. Vatablus. Theodor. ibid.

6. Salvator noster in monte Thabor transfiguratus, specimen aliquod cælestis gloriæ exhibere volens, tres dumtaxat Apostolorum suorum gloriæ illius spectatores elegit, quali per hunc modicum numerum denotare volens quam pauci futuri sint digni Regni illius beati Possessores. *Tres soli, & tres electi*, inquit S. Ambr. *ducuntur ad montem.* S. Paulus in 1. Epist. ad Cor. inquit: *Nolo vos ignorare fratres, quoniam Patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt ... Sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo, nam prostrati sunt in deserto; hæc autem in figura facta sunt nostri.* Syriaca legit: *In typum*, Vatablus: *In exemplum facta sunt*: Theodoretus inquit: *Illa erant nostrorum typus, mare enim imitabatur piscinam, seu lavacrum; nubes gratiam Spiritus, Moyses sacerdotem, virga crucem; Israël vero significabat eos qui baptizabantur; egressus igitur ac transitus per mare, baptizatorum ac vocatorum multitudinem refert. Quin nunc duo illi? Paucitatem salvandorum.* Hugo Cardinalis similiter super illa verba: *Multi sunt vocati, pauci vero electi*, ita scribit: *Timendum est Christianis, ne eo modo introeant in regnum cælorum, quo filij Israël in terram promissionis scilicet duo solum.* Quo & Psalmista forsitan respexit cum ad Deum conversus ait: *Domine à paucis de terra divide eos*, ubi Chaldæus legit: *à justis*, quod idem est ac *ab electis.*

Matth. 22. v. 14.

Hug. Card. Ibid. Duo solum intrarunt in terram promissionis.

Psal. 16. v. 14. Chaldæus textus.

Apoc. 21. v. 19. Per lapides pretiosos designantur animæ electorum.

S. Isid. l. 16. Etymolog. c. 6.

7. S. Joannes cælestis quondam Jerusalem, per quam Empyreum denotat, fundamenta intuitus, ea ex lapidibus pretiosis strata esse attestatur, inquiens, *Fundamenta muri civitatis omni lapide pretioso ornata.* Per quos lapides pretiosos animæ denotantur electæ, id autem quod in præsenti ad nostrum deservit propositum, ex S. Isidoro desumpsi, qui accurate observans, quod *pretiosus* idem sonat quod *rarus*; ita discurrit: *Gemmæ pretiosi lapides vocati, quia raræ sunt, omne enim quod rarum est, pretiosum vocatur; sicut legitur: Et sermo Domini pretiosus erat in Israël hoc est rarus*, voluit itaque S. Joannes inferre, quod quamvis paradisi fundamenta ex gemmis inæstimabilibus, quæ animæ sunt electæ, constent quidem, ast illæ ipsæ numero sunt paucæ & raræ, quemadmodum lapides sunt pretiosi. Ideoque S. Basilius sequens probæ cuidam animæ dat consilium, dicens: *Aptа ut sis de numero paucorum, rara, siquidem quæ bona; quæ quidem etiam causa est, quamobrem pauci cæleste regnum introeant.*

S. Basil. l. de abdic. rerum.

8. Ingeniosam Paulus de Palatio observationem instituit super illa Matthæi verba: *Ascendente eo in naviculam, secuti sunt eum discipuli ejus.* Ita enim in præsentis Textus Commentario discurrit: *Non inquit navim, sed naviculam, sicut elegantissimè dicta navis est vita Christiana, quæ ad portum salutis affert; Ita horrende & lachrymabiliter dicta navicula; utinam navis grandis & nimium capax fuisset, sed navicula est, arcta est, angusta est brevis est, quia pauci sunt qui intrant per eam.*

Matth. 8. v. 23. Paulus de Palat. ibid.

9. Eamdem veritatem ex historiis ordinis Carthusiani stabilire non abs re fuerit, ubi Innocentius III. dum Cardinalis esset, quemdam aliquando legitur invisisse Eremitam; cujus cum portam pulsaret, nec motum aut strepitum audiret interius cellam ingressus, religiosum in extasi reprehendit, qui sensibus restitutus, in sequentia postmodum prorupit verba: *Vidi mirabilia, vidi horribilia: ductus ad infernum vidi decidere animas, sicut nives densissimas adrem obnubilantes; ad purgatorium vero sicuti uvam vartissimam, sed ad paradisum tres tantum vidi intrare animas, illius scilicet Episcopi, & illius Prioris Carthusiensis, & illius viduæ Romanæ, singulas nominans.* Id quod & D. Chrysost. dum aliquando coram numerosissimo ultra centum millium personarum cætu concionaretur, in hæc legitur prorupisse verba: *Quot esse putatis qui in civitate nostra salvantur? manifestum quidem est, quod dicturus sum, dicam tamen: Non possum in tot millibus, centum invenire qui salventur: quin & de his dubito.*

Visio horrenda alicujus Carthusiani.

In lib. de ortu Carthusian.

D. Chrys. h. 40. ad pop.

10. Refert P. Hieronymus Platus, quod dum aliquando immediate post Religionis Franciscanæ fundationē insignis concionaretur Prædicator Bertoldus, certumq, quoddam de pulpito reprehenderet vitium, mulier quædam, eo scelere infecta, cecidit mortua in Ecclesia. Moxque universus populus ferventes pro ejus salute ad Deū effudit preces, in quarum merito revixit. Interrogata itaque quid in altera vita vidisset, respondit quod dum ante Dei Tribunal existeret, animas ibi sisti viderit septuaginta mille in eodē temporis momento per universum mundū mortuas, ex quibus tres dumtaxat ierant ad purgatorium, reliquæ omnes ad infernum. S. quoque Vincentius Ferrerius de sancto quodam viro tradit; quod postquā solitariam eamq; austeriſſimam per 25. annos in deserto transegisset vitam, eodem obierit die, quo S. Bernardus ad cœlos avolavit; sequenti autem nocte anima illa suo apparuerit Episcopo, totaliter fulgida, eumque ad pœnitentiam, emendationem, Deique timorem, si salvari vellet, exhortata est, siquidem pridie in illo ipso tempore, quo S. Bernardus & ipse expirarat, insuper triginta millia animarum è vivis excesserant, quarum duæ dumtaxat ad Paradisum admisse fuere, scilicet S. Bernardus & ipse, tres ad purgatorium, reliquæ omnes ad infernum damnatæ.

Hier. Platus l. 1. de statu relig. c. 5. Alia visio cujusdam mulieris redivivæ.

S. Vincent. Ferr. ser. 6. in Septuag.

11. Idem Sanctus hanc sequentem monet difficultatem dicens: *Unde est quod plures damnentur quam salventur*, authoritatemque S. Thomæ adducit dicentis: *Plures Angeli permanserunt, quam peccaverunt, sed in hominibus pluries oppositum verum est.* Hanc autem perniciem à perversa hominis voluntate oriri docet sanctus Vincentius, dum ait: *Est malitia voluntatis eorum, qui possent salvari si vellent, & nolunt, salventur.*

S. Vincent. Ferrer. ser. 6. in Septuages. Unde provenit quod plures damnantur, quam salventur.

nolunt, acciſando divinam prædeſtinationem, dicentes, quod non poteſt deficere, cum tamen non cogat aliquem, nec auferat liberum arbitrium; Sicut in ea ſcientia & viſio quod eſtis hic, non cogit vos eſſe hic. Idque ex illo probat Eccleſiaſtici textu: *Deus ab initio conſtituit hominem & reliquit eum in manu conſilij ſui; ante hominem vita & mors, bonum & malum, quod placuerit ei, dabitur illi. Si dicatur, ſi illud quod placet homini datur, ergo omnes ibimus ad Paradiſum, quia omnes volumus ire illuc. Reſpondeo, hoc nego, quia licet verbo omnes velint ſalvari, non tamen opere ſeu de facto, ſicut de illo qui dicit ire Bononiam, & recipit viam Neapolis; ſic ſuperbus verbo dicit ſe ire ad Paradiſum, ſed de facto recipit viam inferni; Unde non dicitur voluntas, ſed velleitas.* Totus hic S. Vincentij eſt Diſcurſus.

Eccli. 15. v. 14.

TRACTATUS XXXV.
DE INIMICIS, EORUMQUE DILECTIONE.
CONTINET
DISCVRSVS *XXX.*

DISCURSUS I. Verus character, quo Chriſtiani ab aliis diſcernuntur, eſt dilectio, & venia inimicis exhibitia.

II. Præceptum dilectionis inimicorum, non ſolum in antiquo Teſtamento, verum etiam inter multos gentiles viguiſſe probatur.

III. Deus nos pacem cum inimicis conſervare per creaturas docuit inſenſatas & irrationales; unde cum feræ humana induſtria manſuefcant, vindicativus his deterior eſſe oſtenditur.

IV. Diligendus eſt inimicus, quia Chriſti præceptum eſt; ubi verba illa ponderantur: *Ego autem dico vobis, diligite inimicos veſtros.*

V. Divinæ gratiæ adjutorio præceptum dilectionis inimicorum adimpleri poſſe ex Davidis erga Saulem in ſpelunca Odolla exhibita diffuſe probatur, ſimulque veniam inimicis dare facile eſſe oſtenditur.

VI. Exponuntur rationes cur majoris meriti ſit amare inimicum quam amicum; ſimulque oſtenditur, inimicos diligendos eſſe tum propter præceptum Dei, & ex amore ipſius, non vero ob illorum demerita.

VII. De complacentia & ſpeciali affectu quo Deus fertur erga illos, qui male ſe tractantibus bonum pro malo reddunt.

VIII. Dilectio inimicorum æque grata, vel etiam gratior eſt Deo quam ſacrificium, id quod variis bonis & beneficiis nec non miraculis circa illos qui inimicis condonarunt patratis ſæpius demonſtravit.

IX. Eos qui erga inimicos mites & benefici ſunt in hac vita proſperari & exaltari, variis exemplis, maxime vero Davidis & Joſephi oſtenditur.

X. Cur Dei ſit proprium reddere nobis bonum pro malo, amando & benefaciendo his qui oderunt nos, ſimiles nos ei efficimus.

XI. Per veniam & dilectionem inimicis exhibitam filiationem Dei nobis comparamus.

XII. Amare inimicos iisque benefacere divinum quid in ſe habet, ac proinde per hoc ſimiles Deo efficimur; Unde & Chriſtus per hoc ipſum Filius Dei agnoſci voluit.

XIII. Super illa Redemptoris verba: *Pater dimitte illis quia neſciunt quid faciunt*, variæ conſiderationes adducuntur.

XIV. Quani grata Deo, & potens ſit ad impetrandum, quod petimus, oratio pro inimicis noſtris ad eum effuſa.

XV. Venia inimico exhibita cœlum nobis aperit, eſtque certum ſignum æternæ noſtræ ſalutis.

XVI. Lucrum, quod offenſas nobis illatas remittendo, comparamus, variè conſideratur, præcipue vero, quia ex hac inimicis data venia, veniam quoque offenſarum Deo irrogatarum ab eodem Deo recipimus.

XVII. Perſtringuntur illi, qui in oratione Dominica verba illa recitantes: *Dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris*, odium adverſus inimicos etiamnum fovet.

XVIII. De charitate & effectibus ejus in dilectione inimicorum relucentibus.

XIX. De virtute, quæ exercetur præveniendo illos, qui nos offenderunt, in curanda reconciliatione mutua, quam ſæpe inimicum in amicum transmutare oſtenditur.

XX. Magni meriti vindicta eſt, qua vincitur, confunditur, & comparatur inimicus, quando ei bonum pro malo redditur.

XXI. Inimici ſalati noſtræ cooperantur, efficiendo, ut irreprehenſibiles vivamus, vel per vitæ emendationem, vel per obtentam à Deo (propter exhibitam inimicis veniam & dilectionem) peccatorum noſtrorum remiſſionem.

XXII. Varia conſiderantur motiva, quæ nos ad remittendas acceptas ab inimicis injurias extimulare poſſunt.

XXIII. Per varia eximiorum virorum è quibus nonnulli gentiles fuerunt, exempla oſtenditur, illos ſummæ ſibi gloriæ duxiſſe offenſas acceptas remittere.

XXIV. Condonando inimicis injurias nihil de honore deperdimus, quin potius illum augemus, Deo id præcipienti obediendo, cum econtra vindicta de inimicis ſumpta magnam adfert ignominiam.

XXV. Offenſas remittere glorioſum eſt, & quidam eſt eximiæ fortitudinis actus, cum econtra vindicta nobis in ignominiam redundet.

XXVI. Vindicativus majus ſibimetipſi damnum infert, quam inimico, ſiquidem animæ ſuæ mortem conciliat, omnemque claudit aditum ad recipiendam à Deo peccatorum remiſſionem.

XXVII. Varia conſiderantur pericula, timores, remorſus, anxietates, & alia mala quibus vindicativi interius & exterius agitantur.

XXVIII. Quam abominabile Deo ſit odium inimicorum, quamque ſe Deus ſeverum & exorabilem adverſus hoc peccatum exhibeat.

XXIX. Cum Deus ſupplicium de inimicis ſibi aſſumat, utpote ad cujus jurisdictionem proprie ſpectat; inimicos diligendo, multis perfruimur prærogativis, ſiquidem Deus illos maxime in hora mortis nequaquam impunitos eſſe ſinit.

XXX. Acceptarum injuriarum remiſſio ex corde proficiſci debet; Ubi etiam nonnulla conſiderantur ad illam magis facilitanda opportuna media.

DISCURSUS I.
ARGUMENTUM.

Verus character, ex quo Chriſtiani ab aliis diſcernuntur, eſt dilectio & venia inimicis exhibita.

THEMA.

Si diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? ſi ſalutaveritis fratres veſtros tantum, quid amplius facitis? nonne & Ethnici hoc faciunt? Matth. 5. v. 47.

1. EOdem tempore, quo incarnata Sapientia dilectionem inimicorum nobis præcepit, ſimul etiam indicare voluit, remiſſionem injuriarum, ab inimicis acceptarum, propriiſſimum eſſe hominis Chriſtiani characterem, unde ab aliis dignoſci poſſit, ac proinde hoc format Argumentum: *Si diligitis eos, qui vos diligunt*, &c. Quaſi diceret: ex quo ſtatus legis Evangelicæ majoris perfectionis eſſe debet ſtatu legis naturæ, conveniet utique ut aliquid excellentius operemur illo, quod in illa practicatur, ſiquidem etiam gentiles, qui veri Dei lumen non habent, amant & benefaciunt illis, à quibus beneficia receperunt, bonum nimirum reddentes pro bono; Ac proinde ſi fideles nihil amplius facerent, utique paris conditionis eſſent cum paganis. Unde antiquiſſimus Scriptorum Tertullianus Chriſtianos ſui ſæculi quando præceptum hoc in primis Eccleſiæ temporibus nondum adeo conſolidatum erat, his verbis monet; *Jubemur diligere inimicos quoque, ut hæc ſit perfecta, & propria bonitas noſtra, non communis. Amicos enim diligere omnium eſt, inimicos autem, ſolorum Chriſtianorum.*

Status L. N. excellentior ſtatu L. V. exigit dilectionem inimicorum.

Tertull. ad Scapul. c. 1.

2. Lucæ

Luc. 9. v. 55. Chriſtus Jacobum & Joannem increpavit ob defectum dilectionis inimicorum.

2. Lucæ cap. 9. invenimus cœleſtem Magiſtrum graviter increpuiſſe duos fratres diſcipulos, ſibi cæteroquin acceptiſſimos, nimirum S. Jacobum & S. Joannem; Dicit enim S. Evangeliſta: *Converſus increpavit eos dicens: Neſcitis cujus ſpiritus eſtis.* Non eſt utique dubitandum, quin ambo magno fuerint Spiritu à Deo dotati, & tamen non ſine cauſa is qui dixerat: *Diſcite à me quia mitis ſum*, magna cum ſeveritate illos increpavit. Sciendum igitur eſt, quod cum Samaritani Chriſto, & duobus his Apoſtolis ipſum aſſociantibus portas ante faciem occluſiſſent, duo hi diſcipuli, illatam Chriſto injuriam zelare & vindicare volentes dixerint: *Vis dicemus, ut ignis deſcendat de cælo, & conſumat illos?* & ecce mox Chriſtus illis indignari cœpit, *& converſus increpavit illos*, ſimulque inſinuavit novæ legis gratiæ (ad quam ipſi ſpectabant) ſpiritum in remiſſione injuriarum, nec non in reddendo bonum pro malo conſiſtere: *Neſcitis cujus ſpiritus eſtis, id eſt*, ut Salmeron ait, *Ignoratis vos non ſpectare amplius ad vetus ſed ad novum teſtamentum, in quo Spiritus & doctrina datur, ad habendum omnes homines pro amicis: Hoc eſt enim mandatum novum ut diligamus invicem, ſicut ipſe dilexit nos, quia cum inimici eſſemus ipſe & dilexit, & reconciliavit nos Patri: idcirco novum mandatum dicitur, quia diligendi etiam inimici, quia nos tales dilecti ſumus à Deo.* Dixerat idem Author paulo ante: *Agere & pati fortia non jam Romanum amplius, ſed Chriſtianum eſt.*

Luc. 9. v. 54.

Ibid. v. 55.

Salmer. t. 5. tr. 42.

Tr. 41.

Rom. 13. v. 8. Chriſtus ore proprio mandavit dilectionem inimicorum.

3. S. Paulus Apoſtolus ad Romanos inquit: *Qui diligit proximum, legem implevit.* Proximus autem noſter ipſe quoque eſt inimicus; hunc ergo Chriſtus docet, imo præcipit à nobis amandum eſſe: *Legem datam à Moyſi implet*, inquit S. Ambroſius, *qui diligit proximum; nam novæ legis mandatum eſt, etiam inimicum diligere.* Ipſemet Chriſtus Legiſlator legis gratiæ *vivæ vocis Oraculo*, hoc præceptum intimavit, dicens: *Ego autem dico vobis, diligite inimicos veſtros.* Idem ſanctus Ambroſius ſuper Lucam hoc præceptum explicans, ita ſcribit: *Ut impleatur illud Eccleſiæ, quod ante jam dictum eſt, ordinavit in me charitatem, ordinatur autem charitas, cum charitatis præcepta formantur. Vide quam ab altioribus cæperit, & legem poſt benedictionis Evangelicæ terga refecerit. Lex viciſſitudinem imperat ultionis, Evangelium inimicitijs charitatem, benignitatem odijs, vota maledictis, ſubſidia perſequentibus impertitur.* Idem quoque S. Paulus poſt differentiam aſſignat, quæ intercedere debet inter Chriſtianos, & alios ab hoc charactere alienos: *Si commune eſt omnibus*, inquit, *etiam peccatoribus, redamare, cui genus profeſſionis excelſius, ſtudium quoque debet eſſe virtutis uberius, ut diligat etiam non amantes.* Porrò certum eſt, juxta axioma ſancti Pauli univerſam legem Evangelicam, huic dilectionis fundamento inniti: *Plenitudo legis eſt dilectio*; hanc proinde livream Chriſtus ſequacibus ſuis aſſignavit: *In hoc cognoſcent omnes quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad invicem*; veræ autem charitatis conditiones & proprietates, idem Apoſtolus has eſſe dicit: *Patiens eſt, benigna eſt, non æmulatur.* Ubi Sanctus Ambroſius ait: *Si patiens eſt, debet patientiam verberanti; ſi benigna eſt, non debet reſpondere maledictis; ſi non quærit quæ ſua ſunt, non debet reſiſtere diripienti: ſi non æmulatur, odiſſe non debet inimicum.*

Rom. 13. v. 10. Joan. 13. v. 35.

1. Cor. 13. v. 4 S. Ambr. ibid.

Cur à fidelibus portanda eſt dilectio inimicorum. Matth. 16. v. 24. B. Pet. Dam. ſer. 2. de exalt. S. Crucis.

4. Chriſtus Redemptor noſter cuidam diſcipulatum ejus ambienti, opus eſſe reſpondit, ut humeros ſuos cruci portandæ ſubmittat: *Qui vult venire poſt me*, inquit, *tollat crucem ſuam* At vero quænam eſt hæc crux, quam portare debet quilibet Chriſtianus? Audiamus B. Petr. Damianum *ſermone ſecundo de exaltatione crucis*, in hæc verba differentem: *Duo notabilia ſunt, quæ in hac crucis portatione nos habere oportet, ut læſi non lædamus, & benefaciamus lædentibus.* Hujus rei ipſemet Chriſtus admirabile præbuit exemplum, poſtquam in crucis patibulum ſuffixus fuit, imo poſtquam inde depoſitus, è ſepulchro triumphabundus reſurrexit, ſiquidem cum inimicus infernalis ſe Judaiſmum diſperſum & exterminatum viſurum eſſe ſperaret, in vindictam enormis illius ſceleris, quo Meſſiam ſuum in crucem confixerant, ipſe nihilominus, poſtquam eis ab æterno Patre ſuo veniam impetraſſet, cum ex gentiliſmo aliquos in Eccleſiæ ſuæ cardines eligere potuiſſet, voluit nihilominus eumdem illum populum, qui illum reprobaverat, improperiisque & flagellis onuſtum tam ignominioſa morte affecerat, ſpeciali hoc privilegio decorare, ut primi Eccleſiæ Cardines à Judæis aſſumerentur, inſinuans per hoc, ſe bonum pro malo reddere; Id quod D. Chryſoſtomus ſequentibus verbis egregie ponderat dicens: *Exiſtimabat diabolus, quod etiamſi Chriſtus mundum per crucem ſalvaſſet, ut eos quidem certe qui ipſum crucifixerant, perderet: ille autem non perdidit, ſed etiam eorum aliquos Eccleſiæ primitias acquiſivit.*

D. Chryſ. in Pſ. 40.

5. Advertendum quoque eſt, inter alia Apoſtolis à Chriſto tradita præcepta, hoc quoque fuiſſe: *Nolite poſſidere aurum, neque argentum, ... Non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam.* Ex quibus verbis ultima præcipue aliquam mihi ingerunt difficultatem, quid enim referebat, quod diſcipuli iter per univerſas mundi partes, per difficiles vias nudis pedibus agentes, virgam ſive baculum portarent? Ratio hujus præcepti hæc erat, quia cum virga ſignum & inſtrumentum ſit ſupplicij, & percuſſionis, voluit Chriſtus, ut Apoſtoli, qui fidem plantaturi erant, illam prorſus à ſe abjicerent, tametſi etiam illa non alio fine uterentur, quam ut feſſi & laſſi ei inniterentur, ut hoc pacto omnem ſeveritatis & vindictæ umbram ab illis arceret: *Quid eſt virga*, inquit S. Ambroſ. *niſi proferendæ poteſtatis inſigne, & ulciſcendi inſtrumentum?* Sciebat equidem Salvator noſter Apoſtolos ſuos futuros eſſe omnibus hominibus opprobrium, unde S. Paulus dicebat: *Se omnium peripſema*; & in Actibus Apoſtol. de iisdem Apoſtolis dicitur: *Ibant gaudentes à conſpectu Concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Jeſu contumeliam pati*; Ac proinde illos baculo, virga, & quovis alio ſimili inſtrumento carere volebat, ut fideles, quorum Apoſtoli Magiſtri futuri erant, inde docerentur, propriam illis eſſe ultroneam in acceptis injuriis patientiam, neque injuriantibus indignandum eſſe. Idem S. Ambroſius in alio quodam loco monitum memorat, quod Joſeph fratribus ſuis dederat, ſcilicet *ne iraſcamini in via*, illudque Apoſtolis adaptat, dicens: *Dimiſit autem fratres ſuos & abierunt, & dixit illis Joſeph: Nolite iraſci in via. Quam bene docet ab iracundia præcavendum quod ea poſſet etiam amantes ſui ſeparare Germanos? Quid autem aliud ait Dominus Jeſus ex hoc corpore receſſurus, cum diſcipulos dimitteret ſuos niſi ne iraſcerentur in via, dicens, pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, ubi enim pax eſt, iracundia locum non habet. Hoc eſt ergo quod ait, pacem meam do vobis. Nolite iraſci in via: & vide ne in hac via dicat, hoc eſt in hoc curſu totius vitæ indignationem cavendam. Unde Dominus Jeſus dimittens ad Evangelizandum diſcipulos, miſit eos ſine auro, ſine argento, ſine virga, id eſt, ut incentiva litis & inſtrumenta eriperet ultionis.*

Matth. 10. v. 9. & 10. Cur Chriſtus prohibuerit Apoſtolis ne portarent Virgam in via.

S. Ambr. l. 7. in Luc. c. 10.

1. Cor. 4. v. 13. Act. 5. v. 41.

S. Ambr. l. de Joſeph. c. 13. Joſeph prohibuit fratribus ſuis ne iraſcerentur in Via.

6. Apoſtolus, qualiter diſcipuli Chriſti à gentilibus myſteria fidei noſtræ, ignorantibus dignoſci deberent, nos docet, dum eos una ex parte deſpectos, & viles, laceros, famelicos, & mendicos exhibet, *omnium peripſema*; ex alia vero parte illos bonum reddidiſſe pro malo, eosque à quibus vituperabantur honoraſſe demonſtrat, hinc enim ait: *Maledicimur & benedicimus, perſecutionem patimur, & ſuſtinemus, blaſphemamur & obſecramus*; hæc enim videntes gentiles, eos legem humana conditione ſuperiorem profiteri concludebant, dicente Sancto Hieronymo: *Glorificatur nomen Domini, quando viderint homines perſecutorum ferociam noſtra frangi patientia, & verberantem te manum, alterius manus obverſione confundi.*

Per dilectionem inimicorum dignoſcuntur fideles ab infidelibus.

1. Cor. 4. v. 12.

S. Hieron. Iſa. 66.

7. Neſcio ſi quando obſervaveritis, quod licet Chriſtus de ſe proteſtatus fuiſſet, dicens: *Ego ſum Paſtor bonus*, Apoſtolis tamen ſuis dicere non dubitarit: *Ecce ego mitto vos ſicut oves in medio luporum.* Cum tamen bonum Paſtorem nil minus deceat, quam oves ſuas lupis objicere, potius enim tyrannis & fidei perſecutoribus contra fideles & diſcipulos Chriſti inſtar luporum deſervientibus, Chriſtus illos velut urſos & leones armare debuiſſet, ut iis pro fidei quam plantaturi erant, defenſione reſiſtere poſſent. Verumtamen dubitandum nequaquam eſt, quin ſapientiſſime Chriſtus Paſtor bonus omnia fecerit, dum Apoſtolos ſuos ſicut oves in medio luporum dimiſit; Armatura enim non corporali, ſed ſpirituali, Scholæ ſuæ diſcipulos, cœleſtis voluit præmunire Magiſter, ut fidei Evangelicæ oppugnatores vincerent, & debellarent. Quæ autem hæc armatura? *Melior eſt patiens, viro forti*, inquit Sapiens. Sciebat enim Præceptor cœleſtis, quod diſcipuli ejus per injuriarum tolerantiam, perque manſuetudinem domituri eſſent corda, ideoque D. Chryſoſtomus confuſe, dicens: *Etiamſi paſſus fuerit innumerabilia, mane*

Joan. 10. v. 11. & 14. Matth. 10. v. 16. Cur Chriſtus Paſtor bonus, fideles, oves ſuas miſerit inter Lupos.

Prov. 16. 32. Apoſtoli per injuriarum tolerantiam domuerunt Mundum.

D. Chryſ. in Pſal. 119.

ovis, & ita lupos superabis, hic est improbus & profligatus, sed habes tantas vires, ut vel malis superior evadas. Quid est ove mansuetius? Quid vero lupo agrestius? Ille tamen ab hac superabitur: id autem ostensum est in Apostolis. Nihil est enim mansuetudine potentius, nihil lenitate validius ac firmius. Observat autem idem hic Doctor nequaquam sufficisse Christo quod diceret: se mittere Apostolos veluti oves in medio luporum, sed insuper addidisse, ut simplicitatem columbinam imitarentur, ideoque subjungit dicens: *Jubet nos esse tamquam oves, & columbas in medio laporum, ut & illos meliores reddamus, & ipsi bona cœlestia consequantur.* Columbam itaque imitemur oportet, felle carentem mansuetam, pacificam, non rapacem aut vindicativam.

Exod. 3. v. 8.

8. Quo ex indicio Ægyptum totamque sacrilegam Pharaonis athei aulam, quin & universos maleficos, atque incantatores ejus cognovisse putatis, quod Moyses veri Dei servus esset, humanamque excederet conditionem; simulque confiterentur dicentes: *Digitus Dei est hic?* Tunc scilicet quando eum mirabilia portenta, ad quæ ipsi cum omnibus præstigiis suis pertingere non poterant, operari viderunt. Sed quorsum hoc exemplum spectare putatis? Non alio certe quam ut verum Christianum, verumque legis gratiæ professorem, in eo distinguam à falso, unde enim hunc secernendum putatis? Forsitan ex amore & beneficiis erga parentes & amicos? Nequaquam, *Nonne enim & Ethnici hæc faciunt?* Sed tunc igitur quis verus Christianus esse agnoscetur, quando videlicet charitas ejus ad compensandas beneficiis injurias, ad honorandos eos, à quibus diffamatur, ad orandum pro offendentibus se extendet, tunc enim veraciter dici poterit: *Dignus Dei est hic.* Hoc enim certum est Dei in nobis operantis indicium.

Exod. 8. v. 19. Verus Christianus ex eo cognoscetur, si pro injuriis præstet beneficia.

9. Quem putatis ab Elia servatum fuisse modum, ut falsis Baal Prophetis se verum Deum adorare persuaderet? Nimirum ignem de cœlo deicendere fecit, qui universa victimæ subjecta ligna absumeret quod autè eo in sacrificio vel maxime prodigiosum occurrit, in eo consistit, quod ligna aversa fuerint, licet aqua consperso fuisset, nec non quod eadem flamma ipsos quoque lapides, qui pariter madefacti fuerant, excusserit; *Voravit holocausta & ligna & lapides.* Verum quidem est quod de lapidibus calcem formare soleamus, ast miraculum principaliter in eo consistit, quod flamma haud secus quam si ipsa ligna, aqua vero oleum fuisset lambendo absumpserit aquam, hæcque bina elementa, veluti si naturalem inter se simpathiam haberent, unde animi conatu omnia depopulata fuerint: *Pulverem quoque & aquam, quæ erat in aquæ ductu lambens.* Quod miraculum ut vidit populus, alta voce unitim exclamavit: *Dominus ipse est Deus, Dominus ipse est Deus,* ex hoc namq; prodigio indubitanter fidem Deumq; Eliæ verum, nec non adoratione & cultu latriæ dignum esse populus statuit. Hæc autè populo illi in figura accidisse nequaquam dubitandum est, quorum figuratum in ultimis legis gratiæ temporibus adimplendum erat, quando scilicet Dei Filius terram descensurus erat, de quo scriptum est: *In dextera ejus ignea lex;* quique de seipso protestatur, dicens: *Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi ut accendatur?* Qui proinde non modo ligna consumere volunt, id est, amorem suum ad solos extendere amicos, sed & ipsos absumere lapides, id est, proximos asperos, malos & defectuosos diligere; quin & aquam ignis hujus voluit esse pabulum, id est, inimicum ipsum charitate sibi insertum; Quà in re efficaciam & veracitatem legis Evangelicæ & gratiæ denotare prætendit; Ideoque ipsemet nobis omnibus consulit dicens: *Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos... Ut sitis filij Patris vestri, qui in cœlis est.*

Ignis Eliæ, devorans holocausta, & aquam, qua aspersa erant, designavit dilectionem inimicorum. *3. Reg. 18. v. 38.*

Deut. 33. v. 2. Luc. 12. v. 49.

Matth. 5. v. 44.

10. S. Pachomius sub Constantini Imperatoris labaro in annis juvenilibus militans, idola venerabatur: ast qualiter eum ad veræ fidei nostræ notitiam pervenisse putatis? Cum exercitus Imperialis necessariorum penuria laboraret, videns Pachomius Christianos militum necessitatibus compatientes, abunde eisdem providere, licet Imperator eos persequens horrendis supplicijs illos afflicere, hanc ipsam legem, quæ bonum pro malo reddere docebat, quæq; hostibus benefacere jubebat, non posse non veram esse eamque necessario à vero Deo & cœlo promanasse, firmiter in animo suo concluserit, eamdemque protinus amplexus fuit.

S. Pachomius exemplo dilectionis inimicorum conversus ad Christum.

Matth. 5. 38. S. Hilar. Can. 4. ibid.

11. S. Hilarius illa Evangelij verba (*audistis quia dictum est antiquis oculum pro oculo* &c.) ad præsens quoque applicat intentum, dicens: *Lex infidelem Israël injuriæ metum continebat, & injuriæ volantatem injuriæ vindictadine coërcebat. Fides autem nullius tam gravem doloris eam esse patitur injuriæ, ut ultionem expetat, & illatæ sibi quisquam vindex sit contumeliæ, quia in judicio Dei, & perpessis injuriam plus est consolationis, & pœna severior injuriosis.* Quisquis legibus se accommodat mundanis, pugnum pugno compensat: in Schola autem Christi *maledicimur & benedicimus*; cujus doctrinæ & perfectionis Christianæ excellentiam Sanctus Paulinus nobis ob oculos ponit, dum ait: *Præstat vinci bono, quam vincere malo: itaque vinci videtur in hoc sæculo, cui tunicam suam alter abstulerit, at in Christo triumphat, qui tunicam auferenti dimittit & pallium.* Imo ut sanctus Augustinus docet, nullus omnino Christianus cum Christo partem habere potest, nisi cum proximo bene consentiat; ait enim: *Nec potest concordiam habere cum Christo, qui discors voluerit esse cum Christiano.* Lex enim Evangelica omne excludit odium, & rancorem, siquidem omnia præcepta in unico dilectionis proximi concurrunt; ideoque supplicabat David, dicens: *Exurge Domine Deus meus in præcepto quod mandasti; id est*, ut Beda commentatur, *fac nos proficere in hoc tuo præcepto, hoc est, præceptum meum ut diligatis invicem sicut dilexi vos. Scilicet ut dilectio vestra usque ad inimicos extendatur.*

Christianus debet habere pacem cum proximo, & maledicentem non maledicere.

S. Paulin. Epist. 2.

S. August. in Append. de verb. ser. 7.

Psal 7. v. 7. Ven. Beda. *Ibid.*

Lex gratiæ nullum agnoscit inimicum nisi diabolum. *Tertull. Apolog. c. 31.*

12. Tertullianus pariter de sæculi sui Christianis ita scribit: *Scito nos ad redundantiam benignitatis etiam pro inimicis Deum orare, & persecutoribus nostris bona precari.* Nec mirum, quia lex gratiæ alium non cognoscit inimicum, nisi infernalem, dicente Divo Chrysostomo: *Unum inimicum jussi tamen habere diabolum, cum illo numquam in gratiam redeas.* Pro quorum meliori intelligentia sciendum, aliud esse, ab inimicis oppugnari, aliud verò eos tales reputare, primum namque verissimum est, non secundum; Unde idem S. Doctor subjungit dicens: *Neque Christus hoc jussit nos non habere inimicos, sed non odisse, hoc enim est in nostra potestate; illud vero omnium non est. Ne autem sine causa odio habeamur, non est in nostra potestate, sed in eorum qui oderunt; Improbi enim bonos nulla omnino de causa odisse consueverunt, etenim Christum quoque sine causa odio habuerunt, quemadmodum dicit: Oderunt me gratis.* Præter quæ singulatem nobis consolationem offert, quod lex ipsa quam profitemur, cum sit lex gratiæ, virtutem nobis comparat, ut faciliùs odia beneficiis compensemus, bonumque pro malo reddamus.

D. Chrysost. *Psal. 7.*

13. *Nostra equidem natura est, quæ inimicum odit,* inquit Paulus de Palatio, *gratia autem (quæ à Deo profecta & à Christo comparata) eumdem inimicum diligit. Cur ergo nos Christiani, tantam gratiæ irrogamus injuriam, tamque nostræ culpæ enervem efficimus, ut non posse inimicos nostros diligere asseveremus? si Christianum nomen habemus & legem gratiæ profitemur, ingeniam gratiæ exeramus.* Quin & nunc sanctus Paulus legis gratiæ prærogativam demonstrare volens dicebat: *Accessistis ... ad Ecclesiam primitivorum, ... Et testamenti novi mediatorem Jesum, & sanguinis aspersionem, melius loquentem quam Abel;* Nec immerito, Sanguis enim Abel vindictam urgebat, sanguis vero agni immaculati, super quem fundata & stabilita est Ecclesia, veniam indulgentiamque implorat; subjungit autem notanter Apostolus: *Videte ne recusetis loquentem;* quasi nos ad imitationem benignitatis pariter invitaturus.

Paul. de Palat. in c. 5. Matth. Per gratiam Dei facile erit diligere inimicum.

Heb. 12. v. 23.

14. Sanctus Augustinus idem confirmat intentum, dum illa Joannis verba: *In hoc cognoscimus quia in ipso sumus, si in ipso perfecti fuerimus;* explicans, ita discurrit: *De ipsa perfectione diligendorum inimicorum Dominus admonens ait: Estote ergo vos perfecti, sicut & Pater vester cœlestis perfectus est. Qui ergo dicit se in ipso manere, id est, in Christo, debet, sicut ipse ambulavit, & ipse ambulare. Vorte hoc nos monet, ut ambulemus in mari? absit. Hoc ergo, ut ambulemus in via justitiæ, in qua via? jam commemoravi: Exeas in crucem erat, & in ipsa via ambulabat: ipsa est via charitatis. Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt, si ergo didiceris orare pro inimico tuo, ambulas viam Domini.*

Ibid. v. 15.

S. Aug. Tract. 1. Joann. 20.

DISCURSUS II.
ARGUMENTUM.

Præceptum dilectionis inimicorum non solum in veteri Testamento, sed etiam inter multos gentiles viguisse probatur.

THEMA.

Audistis quia dictum est: diliges proximum tuum & odio habebis inimicum tuum. Matth. 5. v. 43.

1. EX his verbis siniſtre intellectis, persuasere sibi aliqui, malevolentiam adversus inimicum in lege veteri permissam fuisse, sed ut bene observat D. Angelicus, nihil hujusmodi concessionis in veteri testamento est reperire, ait enim: *Istud numquam invenitur in lege, sed additio est ex parte Judæorum.* Quod & Abulensis advertit, dum Scripturam non dicere docet, quod inimicum odisse debeamus, unde nec Christus hanc approbat propositionem, sed exinde talem viguisse asserit opinionem, quia scilicet aliqui Rabbini id ex Scripturis deduci arbitrabantur: *Scriptura non dixit hoc*, inquit ille, *odio habebis inimicum, sed dicitur dictum esse, quia Judæi hoc putabant ex Scriptura colligi, & sic illam interpretabantur; nam cum Deus jusserit amicum diligi, putabant ex opposito inimicum esse odio habendum; Sic dicit S. Thomas 3. sent. dist. 30. art. 1. ibidem Glossa inquiens: Sciendum est in toto corpore legis non esse scriptum: Odio habebis inimicum tuum, sed hoc dicitur, quantum ad traditionem Scribarum, quibus visum est hoc addendum, quia Dominus præcepit filijs Israël, persequi inimicos suos, & delere Amalech sub cœlo.* Idem quoque in alia quæstione paulò post idipsum repetit, inquiens: *Non fuit Judæis præceptum odire inimicos, nec habetur ipsud in tota lege eorum, sed Scribæ & Sapientes eorum ipsam doctrinam dabant populo, tamquam sequeretur ex eis quæ in lege scripta erant.* Citat tamen circa hoc aliquas Sancti Augustini Doctrinas inquiens: *Dici potest secundùm Augustinum lib. de sermone Domini, quod lex Moysi quemdam gradum posuit Justitiæ Pharisæorum, quæ erat diligere amicum, & odisse inimicum, cum esset omnino malum odisse inimicum, & etiam amicum; est autem perfectio diligere amicum, & inimicum. Ad designandum autem gradum justitiæ Pharisæorum, dixit Scriptura: Diliges amicum tuum & odio habebis inimicum tuum; & dixit, quod ista vox, non est tamquam jubentis justo, sed tamquam permittentis infirmo;* Adducitque alium quemdam ejusdem S. Doctoris locum *in lib. contra Faustum*, in quo adversus Manichæos scribit, qui ad antiquam legem spectare afferebant, odisse inimicum: *Innuentes quod lex vetus mala erat, & à malo Deo. Sed dicit quod sicut Apostolus inquit, quosdam homines Deo odibiles, cum tamen Christus dicat, quod Deus facit oriri Solem suum super bonos & malos, per quod intelligitur, quod Deus diligit in nobis naturam bonam, quam fecit, & odit malitiam, quam nos facimus: ita & nos debemus in quolibet homine facere, scilicet diligere bonum quod est, & odisse malum quod facit; & hoc dicit Augustinus intelligi in his verbis: Diliges amicum, & odio habebis inimicum, scilicet quod idem homo sit amicus & inimicus: amicus quidem propter bonum, in quo nobiscum convenit, inimicus vero propter malum in quo non convenit, sed adversatur:* Hugo Cardinalis postquam pariter hanc statuisset conclusionem, scilicet quod in antiquo testamento odium adversus inimicum permissum non fuerit, in eam descendit opinionem, nimirum cœlestem Magistrum ad Rabbinorum alludere voluisse traditiones, in quibus inter cætera inimicum odio haberi posse docebant; idque ex eo, quod Deus populo suo præceperit, ut inimicos suos persequerentur, videlicet Cananæos, & alios gentiles, inde namque Rabbini interpretati fuerant, idipsum quoque licere extendi ad inimicos privatos. Dionysius Carthusianus cum prædicta S. Augustini responsione consentit, dicens: *Odio habebis inimicum, non odiendo naturam, sed culpam, non personam, sed vitium, quod utique odium ex charitate procedit, & ad perfectionem pertinet, de quo in Psalmo cantatur: Perfecto odio oderam illos.* Dici quoque posset hoc modo intelligendum esse, quod scilicet odio habendus sit inimicus noster, id est, dæmon, adversus hunc namque implacabile, & irreconciliabile conservandum est odium; quia hic est major inimicus, qui vel maxime animæ nostræ insidiatur. Hanc quoque veritatem confirmat Abulensis, postquam enim multas discussisset rationes & difficultates, tandem statuit Judæos quoque obligatos fuisse, sicut & nos Christiani obligamur ad inimicos diligendos. *Judæi*, inquit, *obligabantur diligere inimicos ex charitate, sicut nos obligamur, quia istud non est præceptum cæremoniale, nec judiciale, sed morale, & tamen moralia, quæ sunt de jure naturæ, omni tempore obligaverent.* Verum tamen est, ut ipse probat, magis nos peccaturos per transgressionem hujus præcepti, quam illos, quia præceptum hoc nondum cum tanta solicitudine, & solemnitate ipsis promulgatum, & inculcatum fuerat, sicut impressum est nobis, qui legem profitemur novam Evangelicam: *Gravius*, inquit, *nos peccamus odiendo inimicos quam Judæi, eo quod præceptum diligendi inimicos, non fuit tam expressum in Veteri Testamento, ut in Novo, in quo nihil aliud jubetur, nisi charitas, & dicitur quod in hoc consistit tota Lex & Prophetæ.*

S. Thom. ib. Rabbini finxerunt odium inimicorum licitum esse.

Abul. Q. 344. in c. 5. Matth.

Quomodo intelligendum sit: odio habebis inimicum tuum.

Hug. Card. *Ibid.* Rabbini docuerunt inimicos odio haberi posse.

Dion. Cart. *Ibid.*

2. Sanctus Paulus ad Hebræos scribens, viæ cujusdam novæ mentionem facit, quam nobis à Christo demonstratam esse dicit: *Habentes itaque fratres fiduciam in introitu Sanctorum, in sanguine Christi, quam initiavit nobis viam novam;* quænam vero aliæ esse poterat via nova, præterquam illa de qua Christus apud sanctum Joannem dicit: *Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem?* verum inquies, ergone dilectio reciproca in lege gratiæ novum quid fuit? si ita est, ergo nequaquam in usu fuit, aut requirebatur à Deo in lege scripta? Respondeo igitur, præceptum hoc de diligendo inimico, eique benefaciendo, & orando pro ipso, in lege nova Evangelica solemnius & distinctius præceptum, ordinatum, & promulgatum fuisse, prout apparet in hoc cap. 5. sancti Matthæi, cæterum vero nemini dubium esse potest, quin tam antiqui Veteris Testamenti, quam nos ad amandum illum, qui odio nos prosequitur, obligati fuerint.

Heb. 10. v. 19. Dilectio inimicorum vocatur via nova. *Joan. 13. v. 34.*

Chil. Q. 347. ibid. Judæis odium inimicorum non fuit præceptum. *Ibid. Q. 344.*

3. Deus olim præcepit, dicens: *Carnem cum sanguine non comedetis:* quid autem homini nocere poterat, si ex æquo carne pariter & sanguine nutriretur? *Omnia in figura contingebant;* volebat namque Deus ab hominum cordibus omnem extirpare appetitum vindicativum, id quod ex verbis sequentibus manifeste colligitur; subditur enim: *Quicumque fuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius.* Unde considerabilis est illa Sancti Cyrilli Alexandrini Doctrina, dicentis: *Conatur persuadere, ut ipsos quoque diligamus, qui nos offenderunt, & iram, qua adversus inimicos incitamur, superemus, ne à malo vincamur, sed potius vincamus in bono malum.* Idem quoque Sanctus Doctor illa adducit populo Hebræo quondam ordinata præcepta, reducendi in domum inimici bovem vel asinum nobis obvium, ne fugientes amittantur, indeque sequens format argumentum, inquiens: *Intelligitur igitur, quemadmodum elegantissime nos ad præstantem, perfectamque virtutem ducat, jubens, ut cura in ejus jumenta, qui nos offendit impensa, velut exercitatione ad obliviscendas injurias utamur. Si tantæ fuit curæ Legislatori, ut si tua animanti rationis experti ejusmodi casus accidisset, nos feremus auxilium, quomodo non multo magis illi gratam fuerit impensum in homines conservandos studium, & in eos qui societate naturæ nobiscum conjuncti sunt, debita amovis vicissitudo.* Idem quoque Sanctus adducit Augustinum in eumdem Textum scribentem, ad probandum summam cælestis Legislatoris etiam in antiqua lege circa inimicorum dilectionem solicitudinem. Hic enim in hæc verba scribit: *Si videris asinum inimici tui jacentem in luto, non præteribis nisi prius alleves eum: quo loco diligenter unusquisque consideret, quod si asinum inimici, non licet in luto dimittere, quanto magis homo ad imaginem Dei factus non debet odio haberi, nec negligi.*

Gen. 9. v. 4. Omnis appetitus vindicativus extirpandus est. *Ibid. v. 6.*

S. Cyrill. Alex. l. de adorat. in Spirit. & vit. *Exod. 23. v. 4. Deut. 22. v. 1.* Bestiæ inimici oberrantes, & in luto jacentes, reduci, & sublevari jubentur.

S. August. ser. 168. de temp.

4. Neque solum in antiqua lege apud eos, qui veri Dei Lumen & notitiam habuerunt, dilectio inimici locum habuit, verum etiam inter Philosophos gentiles, & inter multos alios, licet pluribus vitijs maculatos, & solo naturali lumine præditos, remissio injuriarum, & dilectio adversariorum agnita fuit, prout tam ex dictis, quam ex factis, & exemplis, ad posteritatis memoriam scripto relictis, facile colligere possumus. *Sæpe satius fuit*, inquit Seneca, *dissimulare, quam ulcisci.* In lib. 3. de ira idem Philosophus injuriarum dissimulationem non solum utilem esse dicit, verum etiam eamdem magnum nobis conciliare decorem & ornamentum: *Quanto pulchrius est*, inquit, *velati nulli penetrabilem telo, omnes injurias, contumeliasque respuere? ultio doloris confessio est.* Porro quid Plato in hac injuriarum materia faciendum esse censuerit, Origenes in libro *contra Celsum* his verbis refert: *Est præterea & his aliud quiddam injunctum, nil esse in eo qui injuriam fecerit vindicandum; vel si quis inquit tibi maxillam percusserit, alteram exhibe; priscum sane id, & olim jam dictum, ab his tamen rudius commemoratum,*

Dilectio inimicorum etiam inter Philosophos gentiles, & alios infideles habuit locum. Illam agnovit Seneca. *Seneca l. 2. de ira c. 32. Lib. 3. ibid.* Plato. *Orig. l. 7. contra Celsum.*

vatum, nam & à Platone Socrates introducitur, cum Critone sic disputans: Non igitur inferenda injuria est, neque mala sunt cuiquam homini irrogandа, utcumque ab iis quispiam ut hæc patiatur necesse est. Hæc Plato. Consilium summæ perfectionis Evangelicum à Salvatore nostro nobis tradium fuit, scilicet, ut percutienti maxillam sinistram præbeamus & alteram, de quo S. Ambrosius ita scribit: *In Evangelio Dominus Jesus docens virtutem atque insigne patientiæ ait: Qui te percusserit in maxillam, præbe ei & alteram; vult enim discipulos suos & injuriarum esse patientes, nec referre facile, nec dum ferire potens injuriam faceret, indicium humilitatis non exhiberet; patientia enim humilitatis indicium est.* Similis quidam heroicæ virtutis actus de gentili quodam Philosopho recensetur, cui dum ab impio quodam homine colaphus in faciem impactus fuisset, aliud non dixit, præterquam quod magnopere conveniat homini scire, quando Galea armatus in publicum prodire debeat, hoc enim armaturæ genus genas & faciem tuetur & defendit. In Seneca sequens memorabile factum his verbis describitur: *Ducebatur Athenis ad supplicium Aristides, cui quisquis occurrebat ingemiscebat, non tamquam in hominem injustum, sed tamquam in ipsam justitiam animadverteretur. Inventus est tamen qui in ejus faciem spueret; at ille absterst faciem, & subridens ait, comitanti se Magistratui: admone istum ne postea tam improbe oculet.* Idem quoque Seneca in l. 3. de ira refert, quod cum Cambyses Rex vino potando nimium deditus fuisset, Prexaspes amicus & domesticus illius, eum, ut sibi temperaret, magna cum reverentia admonuerit, dicendo, *Turpem esse ebrietatem in Rege, quem oculi omnium auresque sequeuntur*: quale vero hunc à Rege responsum retulisse existimatis? *Ad hoc ille: Ut scias*, inquit, *quemadmodum numquam excidam mihi, approbabo tam, & oculos post vinum in officio esse, & manus, bibit deinde liberalius, quam alias, capacioribus scyphis, & jam gravis & temulentus, objurgatoris sui filium procedere ultra limen jubet, allevataque super caput sinistra manu stare. Tunc intendit arcum, & ipsum cor adolescentis (id enim se petere dixerat) figit, recisoque pectore hærens in ipso corde speculum ostendit, ac respiciens patrem an satis certam haberet manum interrogavit; ac ille negavit Apollinem potuisse melius dimittere.* Idem vero Seneca postquam Cambysis hac in re detestatus fuisset iniquitatem, nec non Prexaspis adulationem, ex relata historia sequens elicit documentum: *Pater iram supprimi posse. Non maledixit Regi, nullum misit, ne calamitosi quidem hominis verbum, cum æquo cor suum quam filij transfixum videret. Potest dici merito detorasse verba.* Idem quoque verba refert quæ Harpago protulit, dum ab impio Persarum Rege ad convivium invitatus, nliorumque suorum carnes manducare jussus, interrogaretur, si hæc ei condimenta placerent, quibus in fine convivij de mandato Regio ipsa quoque occisorum capita subillata fuerunt. Ait enim: *Non defuerant miseto verba, non os conveniebat: apud Regem, inquit, omnis cœna jucunda est.* Ac proinde concludit Seneca, dicens: *Hoc interim intelligo, posse etiam ex ingentibus malis nascentem iram abscondi, & ad verba contraria sibi cogi.*

S. Ambr. in Psal. 118. ferm. 10.

Alius Philosophus.

Seneca in consolat. ad Helviam. Aristides.

Prosaspes.

Sen. lib. 3. de ira c. 14.

Harpago.

Ibidem.

5. Sanctus quoque Basilius argumentum nostrum varijs veterum Philosophorum confirmat exemplis, dum inter alia ait: *Quidam vehementi impetu Socratis faciem cæcidit, Socrates nihil commotus, aliud non fecit, quam quod propriæ fronti inscripserit: Talis fecit; aut statuæ nomen Authoris inscribitur.* Ita quoque Photio dum innocens injuste ab æmulis ad mortem condemnatus, calicemque venenatum sibi oblatum accipiens, à ministro justitiæ interrogaretur, si quid filio suo, priusquam moreretur, commendatum vellet, generositime respondit: *Mando ei, ut oblivisca-tur potus hujus.* De Marco Catone pariter ab impio homine nequiter percusso tractans Seneca, sequens perhibet testimonium: *Marcum Catonem in balneo quidam percussit imprudens, quis enim illi sciens faceret injuriam? postea satisfacienti Cato, non memini, inquit, percussum me; melius putavit non agnoscere quam vindicare.* Lycurgum pariter, teste Plutarcho, robustus quidam percutiens juvenis, cui nomen Alexander, oculum ei exculsit; cumque reus juvenis in percussi Lycurgi manus, ut severum de eo supplicium sumeret, à populo coniignatus fuisset, hic nequaquam indignatus, imo eum benigne receptum per tempus aliquod in bonorum morum disciplina erudivit; ac postmodum ad theatrum revertens, rerum populo reconsignavit, dicens: *Enjuvenem, quem à vobis injuriam, & violentiam accepi, jam frugi & populi rem vobis restituo.*

Socrates. S. Basil. h. 24. De legendis lib. gentil. Ælian. l. 12.

Photio.

Marcus Cato. Senec. l. 2. de ira c. 32.

Plutarch. in Lycurgo. Lycurgus.

Cujus ejusdem Origenes quoque in octavo contra Celsum lib. terminis tamen nonnihil variatis in hæc meminit verba: *Lycurgus cum inditionem accepisset, qui oculum sibi excusserat, non modo illatam injuriam nil vindicavit, sed illum tamdiu enixe commonefecit, quoad tandem, se, ut ad Philosophiam conferret, suasit.* S. Bernardinus nos Christianos, qui ad condonandum inimicis nostris tam difficiles sumus, confundere satagit exemplo gentilium, quorum multas adfert autoritates, & egregia documenta, citat enim Lucanum de Cæsare his verbis scribentem: *Cum quædam persona vilis ei se opponeret importune, contra eum irasci contemnens, ait: Dignum se Cæsaris ira nullus honor facit.* In Annalibus Ecclesiasticis refertur, gentiles, priusquam ad profanorum numinum suorum cultum consecratas mensas accederent, in usu positum habuisse, omne prius deponere odium, & rancorem, & ad invicem se reconciliare. Citat quoque sequentem Aristotelis doctrinam lib. 1. Ethicorum traditam: *Injuriam pati, melius est, quam alteri nocere. Sapientem perfectum esse non posse dicit Plato, nisi cæteris ingenio præstet & artibus, & potentiæ partibus imbutus sit; denique Sapiens nec in secundis rebus efferetur, nec contrahitur in adversis, cum se ornamentis suis ita instruxerit, ut ab his nulla vi segregetur, cum talem non solum inferre, sed ne quidem referre oportet injuriam.* De Solone scribitur, quod interrogatus, quid faciendo obtinere posset, ne injuriæ inter homines locum haberent, aut subnascerentur, hoc reddidit responsum: *Si qui injuria affecti non sunt, æque doleant, atque hi qui affecti sunt.* Seneca pariter injuriarum insensibilitatem his verbis insinuat: *Ille ingens animus, & verus æstimator sui, non vindicat injuriam, quia non sentit. Ut tela à duro resiliunt, & cum dolore cadentis soliæ feriuntur, ita nulla magnum animum injuria ad sensum sui adducit, fragilior eo quod petit.* Possent quidem hoc loco aliæ adduci gentilium sententiæ & exempla, quæ in receptis injurijs mansueti fuerunt & patientes, atque ad condonandum inimicis perfacilesjuis tamen omissis unicam dumtaxat referemus historiam in Annalibus Ecclesiasticis, de quodam Turcarum Imperatore conscriptam. Cum enim Romanus Diogenes Imperator, acerrimo quodam cum Turcis inito prælio, in Sultani fuisset potestatem redactus, hic ipsum suæ propriæ mensæ accumbere jussum, & benevole tractatum interrogavit; quidnam obsecro facturus esses, si me in tua positum potestate haberes, cui Diogenes respondit: Multis utique te vulneribus conficerem; Ego vero, subjunxit Turca, crudelitatem tuam non imitabor, vestrum namque Christum vobis imperasse scio, ut pacem habeatis, & injuriarum omnem prorsus deponatis memoriam; quapropter eum amplexatus est, factaque cum eo pace ipsum una cum omnibus militibus captivis, quos libertati, sub conditione Turcas deinceps amplius non molestandi, restituit, Constantinopolim remisit. Quia vero in hac civitate infælicis prælij, captique Diogenis fama pervulgata fuerat, Deus (ut est verisimile) crudelem illius animum castigare volens, Michaëlem VII. in Imperatorem eligi permisit, unde Andronicus exercitum Diogeni obviam mittens, illum accepit captivum, & cum magno ludibrio mulæ impositum per civitatem circumduxit, ac tandem Imperator noviter electus, oculos ei eruit, & communibus totius plebis insultibus exponi fecit, sub quibus miserabiliter occubuit. Quisquis igitur Christianorum vindictæ deditus est, sequens auscultet à D. Chrysostomo vindicativis objectum improperium; dicit enim: *Philosophos conservate gentilium & discens quanto simus digni supplicio, qui divinæ legis præcepta contemnimus, quandoquidem inveniantur illi propter humanam hanc honestatem innumera fecisse.*

Stupendum hujus exemplum alicujus Imperatoris Turcarum. Baron. Ann. 1071. n. 12.

Insigne monitum D. Chrysostomi. D. Chrysh. 17. in Matth.

DISCURSUS III.
ARGUMENTUM.

Deus nos pacem cum inimicis conservare, per creaturas docuit insensatas & irrationales; unde cum feræ humana industria mansuescant, vindicativus his deterior esse ostenditur.

THEMA.

Solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super justos & injustos. Matth. 5. v. 45.

1. SAlvator noster novæ legis Evangelicæ sequentibus, sanctum dilectionis inimicorum præceptum inculcare

Creaturæ insensatæ nos docent diligere inimicos.

inculcare volens, eosdem ad hujus præcepti adimplectionem creaturarum insensatarum, Solis videlicet, & nubium exemplo extimulavit, ille namque indifferenter radios suos, tam bonis, quam malis illuminandis immittit; hæ vero salutares suas pluvias ad agros tam justorum, quam impiorum fœcundandos derivant: *Solem suum oriri facit &c. Solem suum*, inquit Dionysius Carthusianus, *in cœlo fulgentem, ac discurrentem, oriri facit super bonos & malos, omnibus enim hominibus Sol mimstrat, & nascitur, radios suos omnibus influendo, & pluit super justos & injustos. Invitat nos Christus ad inimicorum dilectionem, exemplo Dei, qui naturalia beneficia nemini subtrahit.* Deus enim tamesi sciat lucem Solis serviturum huic vel illi impio, ut eadem in sui offensam abutatur, eaque dignus non sit, utpote tenebrarum infernalium reus, non tamen illum quotidie, & continuo illuminare cessat. *Dixit quod essemus similes Patri nostro cælesti*, inquit Abulensis, *& ostendit in quo, scilicet quia ille est superabundanter misericors, faciendo bonum tam bonis, quam malis & ingratis; ita & nos beneficere debemus malis, scilicet inimicis, licet ab eis malum recipiamus.*

Matth. 5. 45. Dion. Cart. Ibid. Sol oritur etiam super injustos.

Abul. ibid.

2. Observandum vero est, Christum non sine mysterio dicere *Solem suum*, quia ut idem Abulensis ait: *Ille suus est, & non alterius, eo quod ipse solus creavit illum.* Pluviæ quoque, quæ terram fœcundant omniumque fructuum abundantiam proferunt, sæpe numero magis atque opportuniori tempore terris immittuntur infidelium quam Christianorum: Turciæ enim Regiones sic nostris incomparabiliter fertiliores sunt Provinciis, ita & Pentapolis paradisi instar terrestris deliciosa, amœna, omnibusque fructibus copiosa erat; unde alios inter scopulos, qui populum istum in miserabile atque execrabile æterni interitus naufragium præcipitarunt, *erat saturitas panis & abundantia*: quis autem nescit, hanc ipsam terram Deo ita inimicam fuisse, ut solo Loth excepto, nullus omnium vix umquam de Deo cogitaret?

Abul. ibid. Pluviæ fœcundant etiam agros injustorum.

Exod. 16. 4.

3. *Pluit super justos & injustos. Quia aliàs in terra fidelium*, inquit Abulensis, *ubi nullus est justus, Deus pluvias numquam daret, dat tamen illas ad copiam; & tamen licet novent plurimos ipsorum numquam ad salutem perventuros, pluvias eis non negat, quia misericors est, & nihil odit eorum quæ fecit.* Salmeron quoque in textus hujus expositione sequentem in hæc verba instituit observationem: *pluere beneficium est indebitum, & voluntarium, quia Deus nihil debet: Et ex voluntate ejus, & non ex natura, vel præter, vel contra eam est, quod Sol oriatur, possetque Deus facere, ut Sol iste subtraheret radios, vel homines percuteret acrisia, vel tenebras efficeret, quæ non possent Solis radijs illuminari, ut illæ Ægypti, vel ejus influxa privare: beneficium autem Solis, & pluviæ, etsi commune sit, tamen quantum ad utilitatem pertinet est, ac si cuivis esset singulare.* Qui idem author dubium movet in præsenti, cur scilicet Incarnata Sapientia, per hæc potius de Sole & pluviis exempla, nos ad inimicorum dilectionem animare voluerit, quam per spiritualia v. g. custodiæ Angelorum, doni legis gratiæ, aut similia beneficia, respondetque dicens: *Quia non sunt omnibus nota, nec cognoscuntur à Deo procedentia ab his qui experiuntur:* Atque exinde Christum per lucem Solis & pluvias, communia nostræ sustentationi necessaria bona intellexisse probat in hæc verba: *Per hæc duo intellige omnia Dei beneficia, ad vitam hominis corporalem necessaria sustinendam, quæ nulli Deus denegat, imo velait omnibus esse communia, quamobrem deberet injuria affectus his bonis naturæ, à quibus ita dependemus, excitari ad diligendum inimicos, cum Deus possit ultionem, quam velit, de inimicis suis confestim sumere.* Ut autem ad tanti beneficij maturiorem ponderationem nos magis extimulet, sequenti per inductionem utitur similitudine inquiens: *At non magnum beneficium esset, si quis inimico suo, in sylva tenebrosa erranti, facem præferret, qua viam ejus dirigeret? annon grandis beneficentia, si quis campos inimici steriles adæquaret, & irrigaret? quanto magis Deus est beneficus, qui nobis vitam contra ejus voluntatem instituentibus, & in sylva mundi errantibus, lumen Solis non denegat, ad jucundè & latè vivendum, & pluvias opportunas ad agros nostros fœcundandos mittit, unde vitam possimus sustinere?* quot excessus incessanter non perpetrant impij, quorum fætor cælum inficit, siquidem dicitur: *Clamor Sodomorum venit ad me;* & nihilominus omnibus benignis cælestibus fruuntur influxibus, absque dimi-

Cur Christus specialiter exemplo Solis & Lunæ nos docere voluerit dilectionem inimicorum.

Gen. 18. v. 20

nutione ulla; ut proinde Sanctus Augustinus in illius Psalmi Commentario (*Quoniam secundùm altitudinem cæli à terra*) ita discurrere non dubitet: *Peccant homines sub cælo, faciunt omnia mala sub cælo, tamen proteguntur cælo. Inde Lux ad oculos, inde aër, inde spiritus, inde pluvia ad terram propter fructus, inde omnis misericordia à cælo. Tolle auxilium cæli à terra, statim deficiet.*

Psal. 102. v. 11. S. Aug. ibid.

4. Quot equidem modis & viis cæli serenitatem suis fœtidis exhalationibus & vaporibus offuscare laborat terra, & nihilominus cœlum hos ipsos vapores terræ restituit, in benignas transmutatos influentias, pluvias, rores, aut nives, quibus tellus magis fœcundatur. Iterum elementa quamvis contrarias inter se habeant qualitates nihilominus tam ad universi conservationem, quam ad operandam corporum nostrorum sanitatem uniuntur concordantque simul. Terra quo magis fodiendo percutitur, quoque abundantiori gravatur fimo, tanto copiosiorem reddit fructum; vites allæque arbores quantumvis putatæ, ferroque incisæ fuerint, abundantioribus replentur uvis & pomis; nuces, quanto magis percutiuntur, tanto fertilius finum nostrum suis implent fructibus; imo arbores aliquæ quanto magis ponderibus aggravantur, obstinatiusque terram versus inclinantur, tanto magis fructiferæ evadunt, quidni igitur & nos, quanto majores ab inimicis persecutiones perpessi fuerimus, tanto gratiores esse debemus?

Probatur exemplis aliarum creaturarum insensatarum.

5. Ab his creaturis insensatis, quæ nos bonum pro malo reddere docent, etiamsi injuriam patiamur, ad ipsa irrationabilia animalia, quantumcumque ferocia descendere jubet, ut & ab his discamus, quantam erga inimicos exerceant mansuetudinem. Equi, jumenta, multaque animalia alia, quamvis percutiantur, & cædantur, non tamen propterea ferociunt adversum nos, nec à suo desistunt servitio, imo canes percussi, cauda potius adblandiri solent, hinc Cardinalis Bellarminus in quadam concione sua ait: *Nonne canes aliquando vehementissime verberamus, & ipsi statim omnium injuriarum oblivi motu caudæ nobis blandiuntur?* Equidem negari non potest, quin ejusdem quandoque speciei animalia inter se confligant, sed & hæc ipsa mutuam subito deponunt iram invicemque reconciliantur, ideoque Sanctus Bernardinus nostram nobis inhumanitatem ita exprobrat, dicens: *Mirares, si aves, passeres, gallinæ & grues & cæteræ volucres cæli, animalia, & cunctæ bestiæ terræ, licet quandoque in genere suo naturaliter pugnent, & altera alteri adversetur, tamen statim pacificè simul ad pastum atque ad potum currunt, simul pacificè commorantur, & vivunt, & ad omnem familiaritatem conveniunt, solus homo ferocissimus bestiarum, & in hoc cunctis crudelior animantibus terræ, ad pacem redire non potest. Disce infelix mulier, quæ tibi injurianti parcere non potes, disce à gallina tua.* Observastisne quando animalia sæva maxime ferociant? quando scilicet non ab aliis feris, sed ab hominibus irritantur, & provocantur, & nihilominus in hoc pariter casu furorem deponunt. Unde verissimum esse deduci potest, id quod Sanctus Bernardinus ait, scilicet: *Homo solus ferocissimus bestiarum*, ita ut semper locum habeat tritum illud dictum: *Homo homini lupus.*

Etiam irrationabilium animalium.

6. Feræ fame exagitatæ, in alia involant animalia, sed ut propriam sustentent vitam, homo autem longe crudelior, propter unicum acerbum verbum, imo quandoque propter solam levem suspicionem, stragem proximi sui patrare non abhorret. Equidem in mundi principio, quando Deus hominem creavit in statu innocentiæ, justitia originali vestitum, omnia ei subjecit animalia, dicens: *Dominamini universis animantibus, quæ moventur super terram.* Quod Dominium, ut multæ docent vitæ Sanctorum, non pauci horum in virtute semper illibatæ innocentiæ suæ perpetuo conservarunt, imperium habentes in feras. Ast homo vindicativus, omni intractabilior, & indomabilior est fera; siquidem nec hominum Sanctorum consilia, nec Dei respectus, nec ulla lex, naturalis, positiva, divina, aut Ecclesiastica eum avocare potest à vindicta, cum tamen ex altera parte vel unicum hominis sancti verbum, aut simplex nutus ad mitigandas feras sufficeret.

Homo vindicativus, est ferocior feris.

Gen. 1. v. 28.

7. Experientia teste bestiæ in caveis nutritæ, aut in domibus privatis educatæ, dum in ætate sunt tenera, placidas se exhibent erga eos, à quibus cibantur; homo autem quantumvis alimentum & alia

Homines feras reddunt placidas, & seipsos feroces.

continuo innumera à Deo recipiat beneficia, contra proximum tamen suum omni humanitate deposita ferocire non desistit. Hinc Divus Chrysostomus sequenti nos adhortatur Discursu, dicens: *Illæ quamquam naturaliter sæviant, si humana tamen natura palpentur, pleraque mansuescunt, tu autem, qui illarum profecto naturalem feritatem, in eam quæ contra naturam est, mansuetudinem, sæpe commutas, quam habebis excusationem? tuam mansuetudinem naturalem in feritatem, quæ naturæ tuæ est inimica, convertens; eamque naturaliter feram ad mansuetudinem trahis, te mansuetum naturaliter, in ferarum rabiem natura repugnante perducis, & leonem quidem mitigas, reddisque tractabilem, furorem vero animi tui omni prorsus efficis leone fœviorem? & certe cum ibi sint duo impedimenta, velmaxima, quod fera ipsa & ratione privata, & longe omnium alterius generis animalium excedit furorem; tu autem de copia donatæ tibi à Deo sapientiæ, ipsam superas arte naturam. Qui igitur naturam vincis in bestijs, cur in temetipso una eam natura etiam voluntatis bonum prodidisti? itaque si te ut alium hominem mansuefaceres juberem, nihil hic quidem impossibile viderer imponere, quamquam excusare posses, non te esse Dominum voluntatis alienæ, neque cuncta in tua voluntate consistere. Nunc vero tua hæc proprie fera est, & cui certissimo jure dominaris. Quam igitur habes Apologiam, quemve reperies honestum excusationis colorem, qui cum solerti studio hominem quodammodo facias de leone, tu tamen negligens, leo efficiaris ex homine?* quod sane argumentum indissolubile est. Homo enim, qui humana est natura præditus, feræ per artem & industriam mansuetudinem insillat, ursо v. g. leoni, aut tigridi, quibus licet oppositа mansuetudini innata sit qualitas, ejus tamen disciplinam post tempus longum tandem apprehendunt dictæ bestiæ. Qua igitur ratione homo, si benignitatem exuerit, se excusare poterit, siquidem ad eam propria ipsum, qua vestitus est, inclinat humanitas, divinum astringit præceptum, & lex quam profitetur impellit evangelica. Feræ sævitiam ad unicum deponunt nutum hominis, à quo nutriuntur & conservantur, homo vero ferociet adversus præceptum Dei, qui ipsum creavit, redemit, quotidie conservat & nutrit, ipsumque in cœlo peramanter expectat, ut illum regni sui participem faciat? Seneca vindicativos rubore suffundit, cum de gladiatoribus differens in hæc verba proposito nostro facile accommodabilia prorumpit: *Ferarum iste conventus est*, inquit, *nisi quod illæ inter se placidæ sunt, morsuque similium abstinent, bi mutua laceratione satiantur. Hoc uno ab animalibus matris differunt, quod illa mansuescunt alendis, horum rabies, ipsos à quibus est nutrita depascitur.*

Patet in leonibus, ursis, &c.

Seneca l. 2. de ira c. 8.

8. Divus Chrysostomus in alia quadam homilia, *de odio & inimicitijs*, eumdum jam adductum Discursum formatquo probare nititur, facile esse appetitum vindicativum reprimere, dummodo velimus. Dicit enim: *Vis porro intelligere, facile esse, si modo velimus, omnem hominem male erga nos affectum, quantumvis improbus quis, & perditus, & incorrigilis sit, reconciliare? quid quæso leone ferocius? illum tamen homines mansuetum reddunt, & naturam ars coërcet, & quavis ove mitior, & lenior evadit, qui alioquin omnibus bestijs sævior est & augustior, jamque per medium forum ambulans, nemini ullum terrorem ob mansuetudinem incutiat. Quam igitur excusationem habebimus, quam veniam sperabimus, si belluas quidem domemus, homines interim numquam nos mitigare, aut ut bene erga nos afficiantur, efficere posse dicamus? maxime cum mansuetudo præter naturam bestiarum, ferocitas autem ab hominum natura aliena sit?* Sanctus Antonius de Padua in sermone quodam hominem iracundum & vindictæ cupidum in Basiliscо adumbrat, dicens: *Recte iracundus dignatur per Basiliscum, qui est serpens semipedalis longitudine, singulare malum in terris, qui flatu suo extinguit herbas, necat arbores, & animalia cætera occidit, & incendit, ipsas etiam auras corrumpit, ita ut in aëre nulla avium impune transvolet, & infecta spiritu pestilenti aura sibilum ejus etiam serpentes pavere facit, & cum acceperint fugam, omnia venenо inficit, & ab eo quidquid morsum est, occiditur, nec depascitur fera, nec aureolai ales: A mustelis tamen vincitur, quas ideo hominеs inferunt cavernis, in quibus delituit: Sic iracundiæ veneno aliquas hujus sæculi potens infectus, quasi Basiliscus flatu suæ malitiæ extinguit herbas, id est, pauperes; necat arbores, id est, hujus sæculi divites mercatores; animas, id est, suos domesticos occidit, & incendit; ipsas etiam auras, id est, vitam religiosorum corrumpit, ponit in cælum os suum, & lingua ejus transit in terram, sibilum ejus etiam serpentes pavent, id est, amici & socij, vitas malitiæ consequi perhorrescunt, hujus cum incanduerit ira, quilibet fugam petit.*

D. Chrys. h. 4. in Matth.

S. Anton. de Pad. in Dom. 6. post Trin.

Iracundus vindicativus comparatur Basiliscо.

9. Lactantius Firmianus iracundos, & vindicativos, in eodem ordine cum bestiis ponit, dicens: *Quid bono viro potest esse tam calamitosum, tamque contrarium quam iræ frena permittere, qua illum non modo boni, sed etiam hominis appellatione despolient? siquidem nocere alteri (ut ipse ait verissime) non est secundum hominis naturam; nam & pecudes, si lacessas, aut calce, aut cornu repugnant; & serpentes, ac ferai, nisi persequaris ut occidas, negotium non exhibent. Et ut ad hominum exempla redeamus, imperiti quoque & insipientes, si quando accipiunt injurias, cæco & irrationabili furore ducuntur, & ijs qui sibi nocent, vicem retribuere conantur.* Idem quoque hominem vindicativum & iracundum hominis nomine indignum esse his verbis probat: *Ira non modo boni sed hominis appellatione despohat, siquidem alteri nocere non est secundum hominis naturam.* Seneca in Epistola quadam homines in odio proximi pertinaces nihil humanitatis habere, sed animalium ferociam participare asserit his verbis: *Rari sunt casus, etiamsi graves, naufragium facere, vehiculo everti; ab homine homini quotidianum periculum. Adversus hoc te expedi, hoc intentis oculis tuere: nullum enim malum frequentius, nullum pertinacius, nullum blandius. Tempestas minatur antequam surgat: crepant ædificia antequam corruant; præmunciat fumus incendium; subita est ex homine pernicies. Erras, si istorum, qui occurrunt tibi, vultibus credis, hominum effigies habent, animos ferarum, nisi quod illarum perniciosior est primus incursus, quos transire non queunt, numquam enim illas ad nocendum, nisi necessitas adigit, aut fame, aut timore cogantur ad pugnam; homini, perdere hominem libet.* Ex quibus verbis clare deducitur, appetitum vindicativum, & crudelitatem, detestabiliorem esse in homine, quam in bestiis, quia hæ ferociunt, à nobis eximultatæ, aut famis violentia coactæ, homo vero, solum ut gustui suo satisfaciat, ut strages proximi sui, & sanguinis ipsius prorumpit: *Homini perdere hominem libet.* S. Isidorus Peluſiota de injuriis, quæ ut plurimum scintillæ sunt, qui in magnum iræ & vindictæ incendium prorumpunt, ita scribit: *Quoniam autem scripsisti: Quid igitur si nulla eum, qui contumeliam inferat, sanctas capit, verum ejus, quem contumelia affecit, patientia pejor atque insolentior redditur? Respondeo primum, incredibile hoc esse, deinde hujusmodi hominem, tamquam indomitam belluam, aversandum esse atque fugiendum.* Idem tamen considerat, quod ad vindicativum hunc appetitum reprimendum, imitari possemus aspidem, ejusque exemplo nos animare ad mansuetudinem, & injuriarum irrogatarum dissimulationem; at vero quia vix reperitur inter vindicativos, qui hoc crediturus esset, audiant, qui tales sunt, quid S. Augustinus dicat; hic enim super illum versum: *Furor illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas, quæ non exaudiet vocem incantantium*, ita scribit: *Ita ergo & hic data est quædam similitudo de Marsos, qui incantat, ut educat aspidem de tenebrosa caverna; utique in lucem vult deducere; illa autem amando tenebras suas, quibus se involuta occultare dicitur, quod exire noluerit, recusans tamen audire illas voces, quibus se cogi sentit, allidit unam aurem terræ, & de cauda obturat alteram, atque ita voces illas quantum potest evitans, non exit ad incantantem.* Hoc idem merito facere deberet, quisquis injurias ab aliis passus, aut in pugnam à proximo provocatus est, nimirum aures suas occludere, seque injurias minime audire, simulare deberet, dicereque cum Psalmista: *Ego autem tamquam surdus non audiebam*; Et quidem ut ad hoc faciendum inducatur multa sunt motiva, quæ illum extimulare possent: *An forte quærimus aliquid*, inquit idem S. Augustinus, *& in eo quod dicitur aspis ita aures claudere, ut unam cavernæ in terram premat, alteram cauda oppilet? quid sibi vult hoc? in cauda posteriora utique intelliguntur. Ergo non in præterita, quo jam tergum oportet ponere, sed in ea quæ nobis promittuntur intendamus; ergo nec in præterita vita nostra, nec ex præsenti delectari debemus, hoc enim Apostolus monet dicens: Quem ergo aliquando fructum habuistis in his, in quibus nunc erubescitis?* Mox enim ut iracundiæ impetus nonnihil in vindicativo fuerit mitigatus, à vindicta desistens, reflectere deberet ad manum & furorem quo adversus proximum exceanderat, nec non ad pericula, quibus manifeste exposi-

Homines iracundi & vindicativi, ponuntur in ordine bestiarum.

Lactant. Firmian. l. 6. de vero cultu c. 18.

Participant enim de ferocia bestiarum.

Senec. Epist. 103.

Psal. 37. v. 14.

S. Isid. Pel. l. 3. Ep. 74.

Ad appetitum Vindicativum reprimendum, imitemur Aspidis exemplum.

Psal. 57. v. 5. S. August. ib.

tus erat; hoc enim faciendo utique semetipsos erubescerent; opus quoque est, ut serio consideret, quisnam vindictæ sit finis, & damna irreparabilia quæ ab his in illum resultant; sic enim facile illi erit ex necessitate facere virtutem.

DISCURSUS IV.
ARGUMENTUM.

Diligendus est inimicus, quia Christi præceptum est; ubi verba illa ponderantur? *Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros.*

THEMA.

Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros. Matth. 5. v. 44.

Dilectio inimicorum est, præceptum Domini.

1. S. Joannes Apostolus, cum in ultimis ætatis suæ annis frequenter coram discipulis suis celebre illud Spiritus Sancti repeteret oraculum: *Filioli, diligite alterutrum*, hi, licet sine causa, verba illa toties repetita nauseantes, dixerunt ei: *Magister cur hoc semper loqueris? Qui respondit dignam Joanne sententiam: Quia præceptum Domini est, & si solum fiat, sufficit.* Videor igitur mihi pariter in præsenti proposito nostro idipsum me haud immerito afferere posse: *Præceptum Domini est*; Est enim dilectio inimici expressum mandatum Christi, dicentis: *Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros*; hoc enim solum sufficere unicuique deberet ad refrænandam vindictam: *Si hoc fiat sufficit*, quia omnia præcepta, cunctæque leges, in hac dilectione reciproca compendiose clauduntur, quia *Plenitudo legis est dilectio, & Qui diligit proximum, legem implevit.*

Joan. 13. v. 34.

Rom. 13. v. 8. Simon de Cass. l. 10. c. 23.

2. Simon Cassianus illa verba: *Ego autem dico vobis*, hunc in modum exponit: *Ego Deus, factus homo, authoritatem habens præcepta de novo condere, impertinentia resecare; dico vobis auditoribus primis, ut & dicatur subsequentibus cæteris.* D. Chrysost. ad quemdam huic præcepto repugnantem Discursum suum dirigens, his eum verbis alloquitur: *Quid cessas? Quid subterfugis? quid detrectas? Deus ista facienda præcipit,* Enimvero Christus Redemptor noster, supremus est Legislator, ab æterno Patre suo absoluta authoritate delegatus, juxta illud: *Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, prædicans præceptum ejus.* S. Bernardinus authoritatem adducit S. Augustini, per quam nobis insinuat, quod si ad amorem inimici nos non moveat universalis amor proximi, eo quod nos injuriis oneravit, ad minus moveamur authoritate illius, qui hoc ipsum præcepit, ut ipsum quoque diligamus inimicum: *In peccatis dimittendis*, inquit, *etsi non moveat nos amor offendentis, saltem vel moveat authoritas admonentis.* Habent Principes terræ authoritatem promulgandi leges, quibus subditos, ad illarum observantiam, in earum transgressione obstringant, per pœnam auferendarum facultatum vel vitæ adimendæ; quanto igitur magis hanc potestatem habebit Christus, qui jure dicere potuit: *Per me Reges regnant, & legum conditores justa decernunt*; In cujus quoque fœmore scriptum legitur: *Rex Regum & Dominus dominantium?* Hinc est quod priusquam incarnata Sapientia diceret: *Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos*, prius per S. Joannem præmitti voluerit hæc verba: *Sciens Jesus, quia omnia dedit ei Pater in manus.* Per quotidianam videmus experientiam, quod ut Princeps supremus subditum suum, quantumvis contumacem, sibi obedire faciat, unicum dumtaxat verbum, imo unicus nutus sufficiat; quod si igitur Regibus terræ à subditis suis tam prompte obeditur, quanto æquius est, ut nos Regi cœlorum obedimus? *In quacumque creatura scrutari voluerit*, inquit Chrysostomus, *invenies immensam opificis potentiam, & quod sua voluntate gubernat omnia.* Ita quidem ignis natura est, non modo illuminare, sed & ardere, atque consumere, & nihilominus in fornace Babylonica, ne minimum quidem trium puerorum crinem, aut vestes eorum adurere præsumpsit: forasque egressus ministros absumpsit Nabuchodonosoris, unde idem subdit S. Doctor dicens: *Vidisti, quod quando Dominus vult, elementa omnia in contrariam mutat essentiam. Conditor enim est, & Dominus, & pro sua voluntate omnia dispensat.* Aquæ maris rubri floridam populo Hebræo præbuere viam, cædemque reunitæ obstinatum Regem, cum universo ejus exercitu submerserunt. *Ita soleut elementa vereri servos Domini* (prosequitur idem Sanctus) *& à suo se continere impetu. Audiamus nos, quotquot feroces & iracundi sumus, & imitemur tantam vae-*

D. Chrys. h. 22. Virtute hujus præcepti Christi, moveri debemus ad diligendos inimicos.

Psal. 2. v. 6. S. Bernardin. ser. 28. A. 1. c. 1. S. August. Probatur exemplo Principum terrenorum,

Prov. 8. v. 15.

John. 15. 23.

John. 13. v. 3.

D. Chrys. h. 12. in Gen. Etiam muta elementa obediunt Creatori contra naturam suam.

S. Chrys. ibid.

Manſi Bibliothecæ Moralis tom. II.

tione caventium elementorum obedientiam, nos qui ratione insigniti sumus. Nam si ignis, qui ita edax, ita vehemens, corporibus tam teneris pepercit, quam meretur veniam homo, suum refrænare furorem, propter mandatum Domini, & iram erga proximum suum à proximo suo eliminare nolens? & quod majus est, ignis tantam urendi vim habet, & suam operationem non ostendit; Homo autem mansuetum animal, & rationale, & benignum, contraria suæ naturæ facit, & negligentia sua mores suos in ferinos vertit.

Cum lutum obediat figulo, cur non etiam homo Deo factori suo?

3. Qualem putatis gratitudinem præstiturum sculptori suo lutum, quod hic ex arte, ingeniique sui industria in eam efformavit statuam, ut in altaribus venerationi publicæ exponatur, cum prius conculcaretur ab omnibus? Sane si sensu & rationis usu polleret, artifici suo, qui ei nobile adeo esse dedit, obedientissimum foret. Homo vero vermis vilissimus, ex pugillo limi manibus Dei efformatus divinam induit imaginem, insuper donis, virtutibus, gratiisque cœlestibus dotatus (siquidem *minuisti eum paulo minus ab Angelis, gloria & honore coronasti eum*) qualiter itaque si recalcitret, si divino factori suo, cjusque beneplacito resistat, se excusare poterit? atque ideo forsitan Christus authoritative dicit: *Ego autem dico vobis*; homo namque divinarum manuum opus est & factura, dicente Ecclesiastico: *Quasi lutum figuli in manu ipsius plasmare illud & disponere*; Quod clarius Jeremias confirmat dum ait: *Ecce sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea.* Quis limus in manu figuli ei restitit, & non potius quascumque factori beneplacitas induit formas? *Væ qui contradicit fictori suo; ... Numquid dicet lutum figulo suo; quid facis?*

Psal. 8. v. 6.

Joan. 10. v. 9.

Eccli. 33. v. 13.

Jerem. 18. v. 6.

Isa. 45. v. 9.

4. *Ego autem dico vobis.* Ubi Ly *vobis* singularem meretur considerationem, Christus enim tunc nos æterno Patri reconciliavit, quando maximi inimici eramus, dicente Apostolo: *Cum adhuc peccatores essemus.* Voluit igitur hoc loquendi modo quasi inferre Dominus: Vobis id præcipio, quod ego primus executioni mandavi, in commodum & utilitatem vestram. Hinc & Divus Chrysostomus in homilia cui titulus est *de simultate*, hanc efficacissimam instituit considerationem, dicens: *Si legem Cæsar statuisset, ut omnes inimici in gratiam redirent, aut capite plecterentur, quid putas? Annon omnes festinarent ad mutuas reconciliationes? Ego quidem sic arbitror.* Ast si insuper partem imperij sui tibi promitteret, ut tuo ignosceres inimico, quanto promptius pareres? & quidem, experientia teste, non modo inter Principes supremos, sed & alias authoritate pollentes personas, pacis fœdera contrahuntur, quibus alias irreconciliabile intercerat bellum. Et nos nihilominus Deo veniam dare præcipienti, imo & oranti, quin & filiationem cœlestem promittenti, deque Regni æterni acquisitione assecuranti, nec non omnia innumerabilia peccata nostra remittenti contumaces sumus.

Ego autem dico vobis, singularem

Joan. 10. v. 9.

Rom. 5. v. 8. Aliæ rationes inducentes ad dilectionem inimici, continentur in Verbo: Vobis.

D. Chrys. t. 1. h. 22.

Inobedientes huic præcepto, confunduntur exemplo filiorum Rechab.

5. Apud Jeremiam Prophetam sequens Historia, seu potius lamentum à Deo adversus populum suum editum recensetur. Deus enim Jeremiæ præcepit, ut congregaret in exedra templi omnes Rechabitarum filios, appositisque eis scyphis & calicibus vino plenis ad bibendum eosdem invitaret. Hæc autem prosapia talium erat hominum, qui à Jethro Moysis socero suam trahebant originem; ex qua certus quidam Rechab, Pater Jonadab (à quo Rechabitæ denominati fuere) numerosam prolem suam ad vivendum in agris sub tabernaculis, ad abstinendum à vino, vineisque plantandis instituit. Porrò Jeremias mandatum à Deo sibi impositum executus quidem est, filij autem Rechab unanimiter factam sibi vini propinationem recusarunt, obedientiam allegantes & respectum, quem semper erga Jonadab hactenus conservarant, Deus igitur ad Prophetam se convertens, ait: *Vade & dic viris Juda, & habitatoribus Jerusalem; numquid non recipietis disciplinam, ut obediatis verbis meis dicit Dominus? Prævaluerunt sermones Jonadab filij Rechab, quos præcepit filijs, suis ut non biberent vinum, & non biberunt usque ad diem hanc; ... Ego autem locutus sum ad vos, & non obedistis mihi?* Ehem quot sunt hodie, quibus Deus jure merito promptam, quam Dominis, amicorum precibus, imo nonnumquam impudicæ cujusdam fœminæ instantiis exhibuerunt obedientiam, exprobrare posset, quando ex altera parte Deo inimicorum dilectionem præcipiente nullam mandatis ipsius exhibent obedientiam sive Deo debitum respectum? *Ego autem dico vobis*, &c. Id est, *ego autem locutus sum ad vos, & non obedistis mihi?* Quasi diceret: Fuit aliquando non nemo, qui qualis fuerit,

Jerem. 35. v. 13.

Ibid. v. 14.

Joan. 20. v. 9.

ignoratis, qui genti inhumanæ & barbaræ per multa sæcula persuasit, ne vinum biberent, vites plantarent, seminarent granum, aut domos incolerent, sed veluti totidem feræ, in magno numero in agris vitam traducerent, fueruntque illi Rechabitæ; & tamen Ego, inquit, Deus, qui populo meo res tam faciles, atque ad ipsorum utilitatem ordinatas præcipio, nullam ab iis obedientiam obtinere possum. Ego illis impero, non ut in fraternum sanguinem desæviant, caveantque ne tamquam feræ ferociam induant, publicamque quietem perturbent, & tamen mihi non paretur: *Ego autem dico vobis*, &c.

Joan. 1. v. 14 Præcepto Christi obediendum esse sicuti buccinæ Joab obedierunt Hebræi.

6. In libris Regum de Joab legitur id, quod in bene disciplinatis militum exercitibus quotidie videtur; dum enim generosus hic belli dux exercitui suo, perstrepente buccina, ut recessui signum daret, atque ab omni prælio & hostilitate cessarent, præcepisset; hi licet in inimicos suos ferociter debaccharentur, jamque desideratam in manibus haberent victimam, subito depositis armis ad buccinæ sonitum prompti obedierunt: *Insonuit Joab buccina, & stetit omnis exercitus, nec persecuti sunt ultra Israël, neque iniere certamen.* Deus autem qui *Deus exercituum; Dominus fortis & potens in prælio*, à Psalmista Regio appellatur, hominem stragibus, inimicorumque suorum cædibus deditum videns, tubam insonat Evangelicam, dicendo: *Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros*; & tamen à paucissimis auditur, eique obtemperatur, cum tamen ille ipse Deus sit, de quo dicitur: *Qui respicit terram & facit eam tremere.*

2. Reg. 2. v. 28.
Psal. 23. v. 8.
Joan. 1. v. 14
Psal. 103. v. 32.
Fulgos. l. 2. rerum memorab. c. 5. Stupenda alia qua obedientiæ exempla.

7. De certo quodam Assyriorum Principe legitur, quod dum in cujusdam Legati præsentia de militum suorum prompta obedientia gloriaretur, ut illius quoddam coram illo specimen ederet, quemdam militum suorum in sublimi turri constitutum, ex nomine advocavit, qui subito se præcipitem egit, & in mille partes discerptus comparuit. Scipio quoque Africanus in hoc gloriari solebat, neminem esse in universo exercitu suo militem, qui non se confestim ad minimum à se datum nutum, vel signum, ex sublimi turri se præcipitem acturus esset. Imo quotidie videmus, quod milites in Balistarum ignes & globos evomentium conspectum ultro occurrant, nullinsque pretij vitam suam ducant, ut promptam ducibus suis obedientiam exhibere queant. Sanctus Philippus Nerius de meritis obedientiæ die quadam juxta piscinam quamdam in medio suorum constitutus differens, inquit: Quisnam ex vobis adeo futurus erit obediens, qui me præcipiente, in hasce se aquas præcipitaret? Ad quæ verba eorum unus, Sancti viri quæstionem, præcepti loco habens, subito in easdem se aquas conjecit: *Militia est vita hominis super terram*, inquit Job, cujus militiæ generalis quidem archistrategus Christus ipse est, & tamen licet in hac militia Christiana hac gaudeamus prærogativa, quod Christus Dux noster per Evangelij tubam nobis minime præcipiat, ut periculis nos mortalibus exponamus, quin potius ea fugiamus, quia in vindictis salus corporis ut plurimum periclitatur, salus autem animæ in continuo & præsenti versatur periculo, nec tamen ei paremus.

Job. 7. v. 1.

8. Quot videmus in aulis Principum ministros, qui propter certum quoddam, quod à Principe suo sperant, emolumentum, ne ex ejusdem gratia excidant, amarissimos deglutiunt bolos, ut intento suo minime præjudicent? *Notissima vox est ejus*, inquit Seneca, *qui in cultu Regum consenuerat, cum illum quidam interrogaret, quomodo rarissimam vem in aula consecutus esset, senectutem? injurias, inquit, accipiendo & gratia agendo.* Aman cor habebat venenoso rancore atque irreconciliabili odio adversus Mardochæum plenissimum, adeo ut jam illi patibulum erexisset, & tamen mox ut Regem Assuerum audivit præcipientem: *Festina, & sumpta stola, & equo, fac ut locutus es Mardochæo Judæo, ... Cave ne quidquam de his quæ locutus es prætermittas*; Immediate sine ulla contradictione, ut facer Textus inquit, *Tulit Aman stolam & equum, indutumque Mardochæum in platea civitatis, & impositum equo præcedebat, atque clamabat: Hoc honore condignus est, quemcumque Rex voluerit honorare.* Verum quidem est quod in trutina Amani odium, quo Mardochæum prosequebatur, quam maxime præponderarit, veruntamen dum ex ea altera bilancis parte præceptum Regium, perdendique favoris & gratiæ Regiæ periculum ponderarer, vim odij sui vicit, & compescuit, infimum curiæ Regiæ honorando ministrum. Quod utique factum multos coram tribunali Dei reddet inexcusabiles, dum iis exprobrabitur, quod ineffabilis Dei Majestas uni Aman, vel Assuero postposita fuerit, idque à fidelibus suis, quos sanguinis sui pretio regeneravit, quibusque inimicorum dilectionem non præcepto solum, sed & exemplo proprio, tam firmiter & solicite impressit: *Cave ne quidquam de his quæ locutus es prætermittas: Ego autem dico vobis*, &c.

Senec. l. 2. de ira c. 33.
Quomodo Aman suppresserit odij & vindictæ affectum contra Mardochæum.
Esth. 6. v. 10.
Ibid. v. 11.

9. Cum Jacob Patriarcha una cum uxoribus suis, & universa familia sua ex domo soceri insalutato hospite discessisset, hic furibundus, & ad se de hac injuria vindicandum, plane resolutus, cum persecutus est: *Qui assumptis fratribus suis persecutus est eum diebus septem, & comprehendit eum in monte Galaad.* At vero quemnam tandem hujus furoris, & à tam impio viro conceptæ vindictæ finem fuisse existimatis? Pacificis nimirum, & omnino mansuetis verbis eum est allocutus, neque enim alia protulit lamenta quam hæc: *Cur ignorante me fugere voluisti, nec indicare mihi, ut prosequerer te cum gaudio & canticis, & tympanis & cytharis?* Sed unde hæc tam repentina derivata est mutatio? Sacer Chronista ait: *Visit in somnis dicentem sibi Deum, cave ne quidquam asperè loquaris contra Jacob.* Solum igitur Dei præceptum, tametsi eidem in somno infinuatum, ad reprimendum conceptum adversus Jacob vindictæ appetitum, sufficiens fuit, cum tamen socer Jacob vir esset sacrilegus, paganus, falsorum numinum adorator, pessimisque moribus imbutus. Quot igitur Christianorum vir ille paganus condemnabit, qui huic divino præcepto: *Ego autem dico vobis*, &c. rebelles sunt, & obstreperi. Observandum vero quod Laban genero suo dixerit: *Deus Patris vestri heri dixit mihi, Cave ne loquaris contra Jacob quidquam durius.* Unde liquet Laban in Deum Jacob minime credidisse, siquidem Idolis latreuticum deferebat cultum, & tamen divino ejus præcepto tam prompte obediens fuit, nos vero qui Filios adoptivos Dei nos esse profitemur, ideoque ipsum quotidie invocamus dicentes: *Pater noster qui es in cælis*, præceptum ejus Evangelicum audientes, surdis illud auribus excipimus, eique repugnamus.

Esth. 6. v. 10.
Joan. 1. v. 14.
Laban vir impius ad unicum præceptum Dei in somnis acceptum, percit Jacob, Gen. 31. v. 23
Ibid. v. 27.
Ibid. v. 24.
Qui suo exemplo confundet multos Christianos vindicativos.
Joan. 1. v. 14.
Ibid. v. 29.

10. Ex quo de Jacob mentionem facere cœpimus in memoriam revocandæ sunt benedictiones, quas in Ægypto filiis suis impertines, mortuus est, his namque datis, filij ejus memores injuriæ, quam Joseph fratri suo irrogarant, dum illum primo occidere volentes, postea Madianitis in servum & mancipium vendiderunt; timentes, ne Joseph frater eorum, injuriæ receptæ memor, de ea se vindicaret, unanimiter eum allocuti sunt, culpam suam ingenue agnoscentes; Dicit enim facer Textus: *Quo mortuo*, scilicet Jacob, *timentes fratres ejus, & mutuo colloquentes, ne forte memor sit injuriæ quam passus est, & reddat nobis omne malum, quod fecimus, mandaverunt ei dicentes: Pater tuus præcepit nobis, antequam moreretur, ut hæc tibi verbis illius diceremus: Obsecro ut oblivisearis sceleris fratrum tuorum, & peccati atque malitiæ, quam exercuerunt in te, nos quoque oramus, ut servis Dei Patris tui dimittas iniquitatem hanc.* Joseph utique, utpote spiritu Prophetico à Deo dotatus, probe sciebat, fratres suos ex formidine, quam ex remorsu malæ conscientiæ conceperant, verba hæc, non ex ore patris excepisse, sed de industria excogitasse; & tamen audito Patris sui nomine, tantum abest quod aliquam machinaretur adversus illos vindictam, ut facer Textus dicat: *Quibus auditis flevit Joseph; quibus respondit, nolite timere, num Dei possumus resistere voluntati?* Nimirum adeo se erga illos miteu exhibuit, ut ne quidem minimæ culpæ illos redarguerit. Hanc autem Historiam proposito nostro breviter applicemus; Dico igitur, si hi fratres, qui duodecim fuere Patriarchæ, existimarunt solum præceptum & respectum patris sui Josephum, in tantæ dignitatis culmine positum, ab omni vindicta coërcere potuisse, quam efficax frænum omni Christiano esse debet, ne in aliquam prorumpat vindictam, quod sciat Deum ipsum ejusmodi vindictam severissime prohibuisse: *Ego autem dico vobis, diligite*, &c.

Joseph ad solam memoriam præcepti Patris sui, Veniam concessit perfidis fratribus suis.
Gen. 50. v. 16.
Ibid. v. 17.
Joan. 1. v. 13. Mansuetudo Christi patientis, impedivit ne Creaturæ insensatæ vindicarent mortem suam.

11. In Passione Redemptoris nostri, creaturæ insensatæ lictoribus, communis Creatoris mortem machinantibus, sese opposuerunt, Sol enim obscuratus est, aëra tenebris offuscata fuerunt, contremuit à fundamentis suis universa terra, monumenta aperta sunt, durissimi silices scissi fuerunt, jamque ex communi

communi quasi suffragio ad inferendam illis vindictam se accingebant; At vero dic sodes quidnam illas à vindicta inferenda prohibuit? Aliud nihil, quam præceptum Christi, volentis ut exemplo suo etiam durissimæ alpestres petræ erga sacrilegos hosce emolliantur: Unde sanctus Leo ait: *Pendente in patibulo Creatore, universa creatura congemuit, & crucis clavos omnia simul elementa senserunt. Debebat hoc testimonium suo mundus auctori, ut in occasum conditoris sui vellent universa finiri, sed patientia Dei in illum potius vocat affectum, ut eorum salutem petamus, quorum crimen horremus.*

S. Leo ser. 6. de passion.

12. Mare tumidum & spumans terram undis suis submergere velle minatur, fremit, stridet, & in sinibus suis quamdam aperire videtur abyssum, & tamen unico & semel audito Creatoris sui præcepto: *Hucusque venies, & non procedes amplius, hic confringes tumentes fluctus tuos*, eidem præcepto jam ab elapsis sexies mille sexcentis & sexaginta quinque annis obediens, tumidum & clatum furorem suum repressit, & in littore rupit: *Erubesce Sidon ait Mare*; Quot enim sunt iracundi, & vindicativi Christiani, quibus Oceanus improperare poterit, quod appetitum suum irascibilem, ob Dei præceptum nequaquam refrænarint, cum tamen ipse Dei præceptum, semel dumtaxat perceptum, numquam præterierit. In operibus Gregorij Nazianzeni sequentia S. Cæsarij verba leguntur, quibus ad propositum nostrum ita loquitur: *Pulchrum spectaculum mare, cum neque violenter terram pulsat, neque penitus quiescens, sed pacificis quibusdam amplexibus littora sua salutans, ad semetipsum revisit.* Semel enim impositio sibi à Deo præcepto, non solum eidem obedit, verum insuper littoris arenas, amplexari & osculari velle videtur; Unde idem Sanctus Cæsarius subjungit: *Pulchrum item quod divinum præceptum reveretur.* Mare igitur divinum præceptum ab hinc tot sæculis, à principio mundi videlicet inviolabiliter veneratur, qua igitur ratione fieri potest, ut Christiani, Filij Dei sanguine redempti, idipsum contemnant? *Ego autem dico vobis*, &c. *Erubesce ô Sidon ait Mare.* Rupertus Abbas super hæc verba: *Ego autem dico vobis*, in favorem nostrum his verbis concludit: *Audivit debet præceptum, quod præceptoris roboravit exemplum. Ecce Filius Dei, Præceptor, & Doctor de cælo venit quod præcipit, facit, quod docet, opere ostendit. Dilexit inimicos, nam cum inimici essemus reconciliavit nos Deo.*

Ipsum mare docet compescendum esse furorem in proximum.
Job 38. v. 11.
Isai. 23. v. 4.
S. Cæsarius Dial. 1.
Joan. 1. v. 14.
Rup. Abb. l. 5. de gloria & honore filij hominis c. 5.

DISCURSUS V.

ARGUMENTUM.

Divinæ gratiæ adjutorio præceptum dilectionis inimicorum adimpleri posse, ex Davidis erga Saulem in spelunca Odolla exhibita dilectione, diffuse probatur, simulque veniam inimicis dare facile esse ostenditur.

THEMA.

Vox Domini in virtute;...Vox Domini intercidentis flammam ignis. Psalm. 28. ℣. 4. & 7.

Christus, legislator hujus præcepti confert gratiam ad illud observandum, si gratiæ cooperari velimus.

1. INter Principes & Legislatores terrenos, & Deum nostrum, in cujus manu sunt corda unius cujusque nostrûm, hæc est differentia, quod illi quidem leges condere, & promulgare, atque ad earumdem observantiam subditos suos obligare possint; vires tamen & virtutes ad hunc finem sufficientes conferre nequeant: at vero de Deo nostro dicit Psalmista: *Vox Domini in virtute...Vox Domini confringentis Cedros, & confringet Dominus Cedros Libani,...vox Domini intercidentis flammâ ignis.* Enimvero cum ignis lumen pariter & calorem habeat, Deus harum qualitatum unam ab altera novit dividere, ut hic nec consumat, nec comburat. Eodem modo licet ira in nobis injuriarum occasione naturaliter accendatur, attamen si nos ex parte nostra divinæ ejus gratiæ cooperemur, odij & appetitus vindicativi incendium in nobis potest extinguere. Moysi apud Deum legationis munus apud Pharaonem obeundæ deprecanti, eo quod balbus esset, à Deo responsum fuit: *Quis fecit os hominis?* Cum igitur tra quæ ad vindictam nos extimulat, nihil sit aliud, quam *Accensio quædam sanguinis circa cor*, quis esse poterit, qui cor illud in Dei potestate absoluta positum esse nesciat? Si enim *Cor Regis est in manu Domini, & quocumque voluerit inclinabit illud*, quanto magis corda aliorum Deo subjecta sunt, cum illi ab eo dependeant, quorum illi Dominio & imperio subjiciuntur?

Exod. 4. v. 11.
Prov. 21. v. 1.

2. Simon de Cathia verba illa: *Ego autem dico vobis: Diligite inimicos*, &c. exponens, inquit: *Quis potest conqueri de mandato altissimi Domini? Quis cauſabitur reluctans facere, quod nozimus Deum velle? Quis dicet impossibile, quod cum faciendi gratia mandat æqua & inobligua justitia, summa veritas & æterna?* Blasphemum utique esset dicere Deum nobis aliquid præcepisse, quod sphæra capacitatis nostræ sit superius; nam ut S. Basilius ait: *Sine dubio non præcepisset hoc qui bonas ac justus est, nisi etiam facultatem qua id faceremus, esset largitus; quam quidem etiam in natura ipsa expressè insitam videri voluit. Bene enim de se meritos etiam bestiæ naturaliter diligunt.* S. Augustin. in sermone quodam objectioni cuidam respondet, quæ à vindicativis opponi communiter solet, scilicet quod hujus sint Spiritus incapaces: *Multi*, inquit, *præcepta Dei sua imbecillitate non Sanctorum viribus æstimantes, putant esse impossibilia quæ præcepta sunt, & dicunt jussisse virtutibus non odisse inimicos, æterum diligere plus præcipi, quam humana natura patiatur. Sciendum est ergo, Christum non impossibilia præcipere, sed perfecta, quæ David fecit a Saul & Absalon; Stephanus quoque Martyr pro inimicis se lapidantibus deprecatus est; & Paulus Anathema esse cupit pro persecutoribus suis; Hæc Jesus & docuit & fecit.* Similem quoque iisdem verbis in præsenti doctrinam adducit Ven. Beda, præterquam quod eam novis stabiliat exemplis, dicens: *Quia & Moyses, Samuel, & Stephanus pro inimicis orabant, & mortuos David planxit inimicos; Moyses autem, Samuel, & David*, veteris erant testamenti, neque tot circa dilectionem inimici videbant exempla, quemadmodum nos, qui majoribus gratiæ auxiliis insuper gubernamur.

Joan. 1. v. 14. Simon de Cassia l. 10. c. 23. Blasphemum est dicere hoc præceptum servare non posse.
S. Basil. in Reg. brevior. Interrog. 176.
S. Augustl. ser. 33. in Append. ac diversis.
Ven. Beda l. 2. c. 6. in Luc.

3. Qui nobis inimici amorem præcepit inquiens: *Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros*, teste S. Joanne, est *plenus gratiæ*; quod Apostolus aliis confirmat verbis, dicens: *Gratia Dei per Jesum Christum.* Hæc autem gratia facilitat, quidquid sensui nostro est contrarium, quale in præsenti est diligere inimicum David adversariorum suorum se persequentium factus veluti scopus, de sua tamen æquanimitate nihil umquam diminuit, unde gloriabundus ait: *Memento Domine David & omnis mansuetudinis ejus.* Sed unde tantus illi obtigit vigor? Ipsemet alibi tantæ virtutis originem docet, dum ait: *Propter legem tuam sustinui; sustinuit anima mea in verbo ejus, speravit anima mea in Domino.* Non enim, ut inimicos diligamus, in nostris viribus, sed in auxiliis confidamus oportet gratiæ divinæ, quæ nostræ promptæ voluntati numquam decrit.

Joan. 1. v. 14. Rom. 7. v. 25. Gratia Dei adjuvante hoc præceptum facilitatur.
Psal. 131. v. 1.
Psal. 129. v. 4.

4. Maligni Pharisæi, ut S. Matthæus tradit, Salvatori aliquando hominem obtulerunt aridam & mancam habentem manum, interrogaveruntque si in die Sabbati cura ejus licita foret: moxque illi benignissimus Dominus præcepit, dicens: *Extende manum tuam, & extendit, & restituta est sanitati, sicut altera.* Hac autem Historia Author operis Imperfecti ad præsens utitur proposito, per hunc miserum intelligens populum Hebræum, qui amicum amabat, inimicum vero minime, idque ex falsa Rabbinorum traditione licitum esse putabant. Ait itaque: *Populus ille manum habet aridam, id est, boni homines, qui erant inter Judæos, aridas manus habebant sub lege contractas, quia opera justitiæ facere non poterant, ut puta amicum diligere secundum legem, & ei benefacere, non erat hoc benefacere, sed male non facere. Itaque sanavit manus istorum Christus per gratiam, ut non solum amicos, sed etiam inimicos ament, bene omnibus facientes. Video, quia laxata est manus eorum, quasi accipiens gratiæ nervos.* Ita sane quando vix lex gratiæ inchoata fuerat, S. Stephanus hac corroboratus, non modo suis ignovit lapidatoribus, sed & genuflexus pro eorum venia atque salute precatus est Dominum.

Quid intelligatur per manum aridam, quam sanavit Christus, Matth. 12. v. 13.

5. Ast quia multi in hujus virtutis exercitio difficultatem sentiunt non exilem, S. Augustinus eorum, qui magnam in remittendis inimicorum injuriis contradictionem experiuntur, excusationem, Christi Crucifixi refutat exemplo, inquiens: *Et tu dicturus es, & quando ego hoc possum, quod Dominus potuit? Quære hoc dicis? attende ubi hoc facit, attende quia in cruce hoc fecit, non in cælo; semper enim Deus in cælo cum Patre, in cruce autem pro te homo, ubi se imitandum præbuit omnibus. Sed si multum est ad te Dominus, non fit ad se multum servus. Non potes imitari Dominum tuum, cum penderet in cruce, Stephanum servum ejus, cum lapidaretur, attende.* Quem eumdem Protomartyrem nobis alibi longe vivacius ob oculos ponit, dum ait: *Homo erat, sicut*

Vindicativi excusatio refellitur exemplo Christi. S. Aug. Ser. 170. de tempore.

sicut & tu; De massa peccati creatus, sicut & tu; eo pretio redemptus, quo & tu. Diaconus erat, Evangelia legebat, quæ legis vel audis & tu; ibi invenit scriptum: Diligite inimicos vestros. Didicit legendo, perfecit implendo.

Voluntate & præcepto Dei etiam ferocissimæ bestiæ in arca Noë fuerunt pacificæ.

6. Curiosa quædam circa arcam Noë ab aliquibus movetur difficultas, in qua juxta Dei præceptum animalia cujuscumque speciei, quadrupedia, & volatilia recluſa erant, ita ut inibi concorditer morarentur simul lupus & ovis, vulpes & gallina; canis & lepus, atque ita de reliquis etiam crudelioribus, v.g. ursis & tigribus, discurrendo; omnes hæ feræ pacificam habebant conversationem ad invicem, quæ cæteroquin mutuis carnibus vesci solitæ erant. Præterquam quod mirandum sit, qualiter lupus carnibus comedendis assuetus, fœno & palea se aluerit, nec non tot alia animalia contra usum, naturamque propriam bolos deglutierint, stomachis eorum parum conducentes? aliud certe responderi nequit, quam quod Providentia & voluntas divina dictas animalium species, pro bono universali conservare volens, feris virtutem indiderit mansuetudinis, ut ferocitate deposita, antipathias vincerent, idque solum manducare contentæ, quod Noë in nutrimentum præparabat. Ex quo facto sequens in favorem nostrum formemus argumentum. Si Deus bestiis ferocibus virtutem indidit propriæ mitigandæ crudelitatis, idque ut animalium conservarentur species, si lupi veluti totidem oves, ob eumdem finem reddidit mansuetos, quanto magis ad solidandam fidelium quietem & pacem, iracundis & vindicativis virtutem conferre poterit reprimendi appetitum irascibilem, & deglutiendi bolos amaros, id est, non curandi & dissimulandi injurias aliasque persecutiones: præsertim cum *vox Domini sit in virtute, vox Domini intercidentis flammam ignis.* Id quod Ecclesia sancta forsitan insinuare voluit, quando in quadam Collecta nos ita orare docet: *Oblationibus nostris quæsumus Domine placare suscepti, & ad te nostras etiam rebelles compelle propitius voluntates: Præceptum posuit*, inquit Psalmista, *& non præteribit.*

Quid igitur non faciat homo ad mandatum Dei.

Psal. 148. v. 6.

Oratio Ecclesiæ.

7. Ratio efficacissima, quæ præceptum hoc humanæ naturæ nostræ, quantumvis flaccidæ, vires non excedere probat, fundatur in eo, quod multi odia deponant, & inimicis ignoscant, ad solam amicorum, consanguineorum, personarum potentium, aut aliorum, cum quibus interesse urgens intercedit, instantiam. Quod motivum S. Thomas de Villanova sequentibus exprimit verbis, dicens: *Deus ita vult & præcipit, & hoc gratum est illi; quanta quotidie facimus pro amicis, quot à nobis alienatos, & invisos, avantibus amicis in nostram gratiam recipimus, ut illis placeremus? O Christiane! facis hoc pro amico, & non facis pro Deo? maxime cum hoc non solum consulat, sed præcipiat?* Adam, ut S. Augustinus sentit, Evæ participationem divinitatis, modo pomum gustaret, promittenti, ex solo inordinato, quo in conjugem ferebatur amore consensit, scilicet *amicabili quadam benevolentia* (verba sunt sancti Augustini) *qua sæpe offenditur Deus, ne offendatur amicus.* Pro dolor, quot quantique à præcepti Christi se excusant adimpletione dicentes: Ipsum nimis asperum & intolerabile esse, nostræque naturæ superius debilitate; & nihilominus cum maxima quandoque facilitate, ne hunc illumve contristent amicum, Dominum Principem, imo ne aliquod inordinatum objectum, quod veluti idololatræ adorant, offendant, inimicis ignoscunt?

Multi ad instantiam amicorum deponunt odia: Cur non potius mandante Deo.

S. Thom. de Villanova ser. in Fer. 6. Ciner.

8. Absalon servis suis præcipiens, ut Ammon fratrem suum conficerent, his eos legitur animasse verbis: *Observate cum temulentus fuerit Ammon, ... Et dixero vobis: Percutite eum & interficite; nolite timere, Ego enim sum qui præcipio vobis, roboramini & estote viri fortes.* Utinam verba hæc in nostrum applicaremus favorem, nobis imaginantes nos à Christo animari, non ad fundendum inimici nos offendentis sanguinem, sed ad reprimendum & suffocandum odium, iram, appetitum vindicativum, atque indignationem nostram: *Ego sum qui præcipio vobis, roboramini & estote viri fortes.* Nec timendum, quod hoc agendo honoris paffuri simus præjudicium, siquidem *melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo.* Memorabilissimus est actus ille heroicus, quem David in spelunca Odollæ, circa Saulem implacabilem persecutorem suum Scriptura teste exercuit. Quam historiam ut omnibus notam, fusius non referam, sola Davidis ad Saulem sequentia verba prætexire nequeo: *Quare audis verba hominum loquentium: David quærit malum adversum te? Ecce hodie viderunt oculi tui quod tradiderit te Dominus in manu mea in spelunca, & cogitavi ut occiderem te, sed pepercit tibi oculus meus.* Ex quibus ultima verba admodum considerabilia sunt; si enim dixisset: Pepercit tibi manus mea, non inferendo ictum; vel cor, non volendo vindictam, facilis foret intellectu sermo; sed quam cum irascibili proportionem habet oculus? certe errasse non est dicendus, qui nominatur *sedens in cathedra Sapientissimus.* Responderi quidem posset, aliquos adeo feroces esse, ut oculum habere vellent Basilisci, ut inimicos suos per solum aspectum veneno & morte conficerent; sed Davidi oculus erat columbinus, qui dicebat: *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ*, sed melius respondetur id, quod ipsemet alibi insinuavit, inquiens: *Oculi mei semper ad Dominum*; sciebat enim David, quod Deus amorem præcepisset inimici, velletque ut nuic bonum redderetur pro malo, ad quod præceptum tunc vel maxime se reflectebat David, in Saule distinguens odium, invidiam, ingratitudinem & impietatem, quæ omnia tamquam Dei suasque offensas oderat; sed & insuper in eodem discernens ordinem & beneplacitum divinum, quo Deus inimicum vult amari; ideoque hoc ipsum executioni mandavit, dicens: *Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hanc rem Domino meo, Christo Domini, ut mittam manum meam in eum, quia Christus Domini est.* Qua actione David ostendit quantum divinæ gratiæ valeat auxilium, ad reprimendam iram, quantumvis tanta cum feritate persecutionem pateretur à Saul usque ad mortem, ab eoque per illam necem vindictam sumere posset. Sed varios ponderemus fusius insignium virtutum actus, quibus sanctus hic Rex suam admirabilem manifestavit mansuetudinem, eosque à D. Chrysostomo excipiamus. *Non ulciscetur eum, quem simpliciter inimicus læsit, nihil miri est. At qui hominem multis à se affectum beneficiis, sed qui pro benefactis beneficium semel atque iterum, imo frequenter interficere conatus sit, posteaquam in manus incidisset, ut jam liceret occidere, sustinuit non ipsum dimittere tantum, verum etiam ex aliorum insidiis eripere, præsertim cum sciret illum post eadem moliturum.* Probe enim noverat David, Saulem hoc vitæ beneficio iterum in ejus damnum abusurum, mortemque ut prius illi machinaturum. Quam eamdem virtutem idem sanctus Doctor in homilia cui Titulus (*De odio & immicitijs*) tamquam summe laudabilem iterum nobis ante oculos proponit, dicens: *Cum in sua potestate illum haberet, & nece tamen ejusdem abstineret, non ignarus fore, ut postquam ei pepercisset, denuo se invaderet, illud præcipuum est, decies millies voluntate mortuum esse. Decies millies vero propter Deum mortuus, multas Martyrij laureolas obtinet.*

David præclaro exemplo pepercit Saulihosti suo infensissimo, licet illum haberet in sua potestate, 2 Reg. 13. v. 8.

Ps. 54. v. 7.

Ps. 24. v. 15.

D. Chryf. T. 6. h. 18. de odio & inimicitijs.

9. Idem quoque S. Doctor in prima super Saulem & Davidem homilia conflictum considerat, quem sanctus hic Rex seipsum, suosque milites, vincendo, iisque ne Saul offenderent, resistendo habuit. Dicitur enim *Non ipsi modo adversus seipsum, propriamque cupiditatem erat præstum, sed adversus milites qui aderant; etenim si noluisset animo moderari, ac parcere ei qui læserat, consentaneum erat, ut & illos moveret, ne forte ipsum trucidavent in spelunca, tamquam qui illorum salutem prodidisset extinumque attulisset.* Quorquot enim Davidem sequebantur, odium incurrerant Saulis Regis, reique censebantur ab illo læsæ majestatis; hinc rationabiliter jacturam omnium bonorum, vitarumque suarum timere poterant, & consequenter improperare Davidi: *Proditis amicis hostem servare studes?* Nos vitam pro te periculo exposuimus, & modo dum inimicum habemus in manibus, tu eum defendis, nosque mortalibus subjicis periculis Regis inhumani, implacabilis & potentis? *Si tuam salutem negligis, nostræ certe vitæ parcas.* Neque hoc Discursu contentus sanctus hic Præsul, magis magisque eamdem Davidis humanitatem exaltat, dicens: *Egressus è spelunca tanta cum gloria, cum quanta tres pueri egressi sunt de camino ardente; nam quemadmodum illos non exussit ignis, ita hic non conflagravit iræ incendio. Et illis quidem foris ignis nihil, in quo versabantur, nocuit; hic vero cum intus haberet carbones accensos, cum foris videret diabolum, caminum incendentem idque variis modis, ab inimici conspectu, ab exhortatione militum, à facilitate perficiendi cædem, à solitudine eorum, qui Sauli possent auxiliari, à præteritorum memoria, à futurorum periculorum metu; siquidem hæc & sarmentis, & stipulis, ac cæteris omnibus, quibus caminus ille Babylonius incendebatur, lucidiorem excitabant flammam, tamen non exarsit David.* Præter hæc idem Sanctus ad motiva digreditur, quibus milites Davidem

Specialiter quod cohibuerint milites suos ne nocerent Sauli. D. Chryf. h. 1. citata.

Afferuntur alij virtutum actus Davidis in hac re. D. Chryf. To. 2. h. 1. de David & Saul.

D. Chryf. h. 2. de David & Saule.

Quamvis illum ad vindictam instigarent validis rationibus. D. Chryf. h. 1. ibid.

Davidem exhortabantur, ad mortem Sauli inferendam, dicentes: Non hanc esse vindictam, sed solam divinæ voluntatis executionem, adeoque actum esse virtuosum & meritorium, scilicet divinum implere beneplacitum; ideoque apud ipsum institerunt, & dixerunt servi David ad Eum: Ecce dies de qua locutus est Dominus ad te; Ego tradam tibi inimicum tuum, ut faciasi ei sicut placuerit in oculis tuis. Allegant illi divinum Authorem. Deus illum tradidit, quo videlicet judicium à Deo profectum reveritus, promptius iret ad homicidium, non enim, inquiunt, tuam ipsius vitam ulcisceris, Deo subservis, ac ministet es, illius sententiam comprobas. Nihilominus David utpote in virtute maxime radicatus, ne vel levissime his fuit commotus verbis: *Intelligebat enim, quod Deus ideo tradiderat eum, ut ipsi majores occasiones probandæ virtutis suppeditaret.*

David summopere doluit quod præciderit oram chlamydis Saul. 1. Reg. 24. v. 5. 6. & 7. D. Chryf. h. de David & Saul.

10. Idem Sanctus insuper ad considerandam digreditur cordis amaritudinem, quam David sensit in eo, quod vestis Saulis extremitatem amputasset, dicente Scriptura: *Præcidit oram chlamydis Saul silenter; Post hæc percussit cor suum David, eo quod abscidisset oram chlamydis Saul; Dixitque ad viros suos: Propitius sit mihi Dominus ne faciam hanc rem Domino meo. Quoniam videbat hanc Philosophiam superare pene naturam humanam*, (verba sunt dicti Sancti) *cælestique opus habere momenti, seipse propemodum collabefactum ad cædem, precatur ut Dominus conservet illi manum impollutam, quid tandem hoc animo possit esse mitius.* Ecce vobis super quid hæc Davidis virtus fundata fuerit, scilicet super auxilium divinæ gratiæ: *Propitius sit mihi Dominus ne faciam hanc rem &c.* Ad divinum præceptum suos convertebat oculos, dicebat enim: *Propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras.*

Psal. 16. v. 4.

11. Sanctus Augustinus in quodam sermone suo ad quemdam injuriis affectum se convertens, ut eum ad veniam dandam inducat, sequenti utitur Discursu, dicens: *Suscipis ex præcepto Domini tui orare pro maligno inimico tuo illo quod faciatus es, Dominus jussit: dura jussit, sed magna promisit. Quæ dura jussit? diligite inimicos vestros, benefacite illis, qui oderunt nos: & orate pro persequentibus vos. Dura sunt, sed propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras. Unde tibi viribus tuis custodire vias duras, nisi quia misericordia ejus ante oculos meos est?*

S. Aug. ferm. 294. de temp. n. 8.

12. Ita gloriabatur Apostolus, dicens: *Omnia possum*; sed in virtute cujus? *in eo qui me confortat* Propter quam pariter causam, priusquam Christus nobis præciperet, dicens: *Diligite inimicos vestros*, præmisit inquiens: *Ego autem dico vobis*, q. d. si ego id vobis præcipio, etiam idem adimplendi virtutem roborque vobis communicabo. Divus vero Chrysostomus ejusdem virtutis facilitatem ex alia deducit parte, quando in homilia, cui Titulus est: *De simultate & ira*; ita discurrit: *Quid facilius, dic quæso, quam homini qui te læserit; iram remittere? non enim longis ad id peregrinationibus opus est, non pecuniarum insumpta, non aliorum exhortationibus. Sufficit ut tantum velis: ac jam virtus illa suum opus explevit.* Et licet voluntas recalcitret, divinæ tamen gratiæ auxilio efficaciter adjuvatur. Neque his contentus Sanctus hic Doctor, suum in eadem homilia ita prosequitur discursum, dicens: *Si dixero, jejuna; corporis imbecillitatem mihi excusas. Si dixero: Des operam sacræ Synaxi, sæculares curas; si dixero: Attende concionibus: imperitiam, Si dixero: Iram dimitte, quid istorum allegare poteris? non corporis imbecillitatem, non imperitiam, non paupertatem, non occupationes, quapropter minime omniam hoc peccatum veniale est.*

Philipp. 4. v. 13. Nihil nos excusare potest à remissione injuriæ.

D. Chryf. T. 1. h. 22.

13. Sanctus quoque Augustinus varias instituit considerationes, quibus eos, qui à præcepti dilectionis inimicorum adimpletione se subtrahunt, inexcusabiles esse convincit, dicens: *In reliquis operibus bonis interdum potest aliquis qualemcumque excusationem prætendere, in habenda vero dilectione nullus se poterit excusare. Potest mihi aliquis dicere non possum jejunare: numquid potest dicere: Non possum amare? potest dicere: Propter infirmitatem corporis mei non possum à vino & carnibus abstinere; numquid potest dicere: Non possum diligere? potest aliquis dicere: Virginitatem non possum servare, potest dicere, non posse res totas vendere, & pauperibus erogare; numquid potest dicere: Non possum diligere inimicos? non enim ibi aut pedes laborant curvendo, aut aures audiendo, aut manus operando lassantur, ut nos per ipsam excusationem liberare eoge-*

Prosecutio ejusdem sententiæ.

S. Augustin. ser. 35. in append. de diversis.

mur; nam nobis dicitur: Ite ad Orientem & quærite charitatem; navigate ad Occidentem & invenietis dilectionem. Intus in corde nostro est; non in longinquis regionibus inventur, quod à nobis petit.

14. Divus Chrysostomus super Psalm. 5. hanc aliam considerationem efformat, dicens: *Amare facile est & expeditum: si enim dixisset: Vos cum homines sitis, diligite bestias: præceptum fuisset difficile: Si autem qui homines sunt, homines amare jussit, quidnam habeat difficultatis?* Quot autem sunt, qui immoderato amore animalia prosequantur. Si vero subdit Sanctus, mihi replicaveritis dicentes: Homines quamvis tales, vobis nihilominus inimicos & crudeles esse, respondeo feras pariter homini inimicas esse & nihilominus homines plurimi dictas nutriunt foventque feras, aut propter emolumentum aut propter pompam. Minusne ergo in nobis efficere poterit præceptum & amor Dei circa homines, quantumvis feroces? *Quamnam poteris afferre excusationem, qui leones quidem mansuefacimus, & in ijsdem nobiscum ædibus collocamus; quod est autem nobiscum ejusdem generis non attrahimus.*

D. Chryf. in Pf. 5. Amare, facillimum est.

DISCURSUS VI.
ARGUMENTUM.

Majoris meriti amor est inimici, quam amici, quos propter Dei præceptum & amorem, non vero propter demerita eorum amare debemus.

THEMA.

Si diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Matth. 5. ℣. 46.

Dilectio inimicorum plurimum præfertur dilectioni amicorum. Prov. 16. v. 32. Matth. 5. v. 46. & 47.

1. EX hac incarnatæ Sapientiæ propositione deducere possumus, quod dilectio amicorum atque inimicorum trutinæ uni imposita, hæc ex una, illa ex altera parte, ista ultima longe gravius præponderet in oculis atque æstimatione Dei, qui *spirituum ponderator est*; qui eos, qui charioros suos diligunt, amore inimicorum neglecto, flocci æstimare ostendit, siquidem de talibus subjungit, dicens: *Nonne & Publicani hoc faciunt? Et salutaveritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? Nonne & Ethnici hoc faciunt?* Hinc Sanctus Augustinus in quodam sermone suo ita discurrit: *Qui solos amicos diligunt, in hac parte Publicanis & gentibus, & bestijs similes sunt; ut ergo superiores simus & gentibus & bestijs, etiam inimicos & adversarios diligamus.* Quia scilicet ipsimet etiam gentiles suos diligunt amicos: Dilectio autem inimicorum opus est gratiæ divinæ, & ad nos spectat Christianos, qui per eam à gentilibus fecerni debemus; quod & sanctus Hilarius confirmat, dum ait: *Non solum iram ab ultione depellens, sed etiam in amorem mitigans injuriosi, quia gentium sit amantes amare, & commune sit diligere diligentes.*

S. Augustin. ser. 61. de temp.

S. Hilar. Can. 4. in Matth.

2. Doctor Angelicus hunc examinans articulum: *Utrum sit magis meritorium diligere inimicum quam amicum?* Hanc tandem statuit conclusionem: *Quamquam diligere amicum sit rem melioem diligere, secundum tamen rationem diligendi, qua Deus est, magis meritorium est inimicos quam amicos diligere.* Cui doctrinæ egregiam adjicit distinctionem, scitu necessariam, sequentibus expressam verbis: *Dupliciter istæ dilectiones comparari possunt, uno modo ex parte proximi, qui diligitur, alio modo ex parte rationis, propter quam diligitur; primo quidem modo dilectio amici præeminet dilectioni inimici, quia amicus & melior est & magis conjunctus; unde est materia magis conveniens dilectioni, & propter hos actus dilectionis super hanc materiam transiens melior est, unde & ejus oppositum est deterius; pejus enim est odire amicum quam inimicum. Secundo autem modo dilectio inimici præeminet propter duo: Primo quidem, quia dilectionis amici potest esse alia ratio quam Deus, sed dilectionis inimici solus Deus est ratio. Secundo, quia præsupposito quod uterque propter Deum diligatur, fortior ostenditur esse Dei dilectio, quæ animum hominis ad remotiora extendit, scilicet usque ad dilectionem inimicorum, sicut virtus ignis tanto ostenditur fortior, quanto ad remotiora diffundit suum calorem. Tanto ergo ostenditur divina dilectio esse fortior, quanto propter ipsam difficiliora implemus; sicut & virtus ignis tanto est fortior, quanto comburere potest materiam minus combustibilem.*

S. Thom. 2. 2. q. 27. art. 7. Adducuntur hujus variæ rationes.

Tria motiva cur dilectio inimicorum maximi sit meriti, præ dilectione amicorum.

3. Doctor vero Seraphicus tria exigit motiva, in quorum amorem erga inimicos majoris esse meriti docet, quam erga inimicos, licet primo omnium loco, proprij in nos amoris debitores nos esse fateatur; dicit

S. Bonav. T. 6. Comp. Theol. verit. l. 5. c. 32.

dicit ergo: *Diligere inimicum, magis est remissionis pœnæ meritorium, & ad multa valet. Primo, quia magis accedit ad perfectionem virtutis, majoris enim perfectionis, quia magis gratuitum. Secundò, quia motus charitatis, quo diligimus inimicum, magis meritorius est remissionis pœnæ, & hoc ratione difficultatis. Tertiò, quia inimicum diligere est expressius signum charitatis quia contra motum naturæ est; unde valde difficile est, nisi adsit gratia, per quam vincatur natura.* Quam eamdem opinionem tenet S. Bernardus sequentibus illam corroborans rationibus: *Primò, propter majorem charitatem. Secundò, propter majorem liberalitatem. Tertiò, propter majorem difficultatem. Propter majorem charitatem, nam dilectio inimicorum ex motu gratiæ est, non naturæ; unde nisi adsit gratia, qua vincatur natura, valde difficile est diligere inimicos. Secundò, propter majorem liberalitatem, quia non ex debito meriti præcedentis; ideo diligere inimicum accedit ad perfectionem virtutis; majoris enim virtutis est & perfectionis, quia gratuitum comprobatur: Tertiò, propter majorem difficultatem, & arduitatem, quia ad diligendum inimicum, agens invenit majorem difficultatem ex parte sua, quia oportet eum supergredi suas naturales inclinationes, nec potest in hunc actum exire sine forti & magno conatu, nec habet motivum, cui inniteatur, nisi tantummodo Deum. Præterea iste actus in ordine naturali præsupponit amicorum dilectionem, & ultra hoc etiam addit:*

S. Bern. T. 2. Ser. 50. A. 2. c. 4.

Etiam bruta diligunt benefactores suos.

4. *Si diligitis eos qui vos diligunt, &c.* Idem Sanctus sequentem hujus asserti rationem assignat, dicens: *Quia naturale est, quod etiam animalia bruta diligunt illos, qui sibi benefaciunt & cognoscunt eos, ut equus, canis & alia animalia, quæ non diligunt, nisi eos, qui dant sibi comedere propter suam utilitatem.* Quas easdem rationes pariter Albertus Magnus in lib. 5. de compendio Theologicæ veritatis in medium producit, ut & ipse dilectionem inimicorum, illi quæ amicorum est, præferendam esse doceat.

S. Bern. T. 4. in Ser. 6. Cin. Serm. 3. p. 3. Princip. Alb. Magn. l. 5. comp. Theol. verit. c. 32.

Unde resultet meritum dilectionis inimicorum.

5. Rupertus Abbas vero meritum considerat dilectionis inimici, quod ex difficultate resultat, & repugnantia, quam in hoc actu imbecillis nostra experitur natura. *Ubi opus laboriosius*, inquit ille, *ubi labor est operosior, ubi vel inde merces major, & corona acquiritur gloriosior.* Quod idem punctum de merito sanctus quoque Antonius de Padua attingit, insuper observans, amorem amici plerumque parum meritorium esse, secus vero dilectionem odientis & persequentis nos. Ait igitur: *Nam ex amicorum dilectione nullam homo consequitur mercedem, in quantum diligit, licet possit consequi ex causa propter quam diligit. Ideoque ait Salvator: Si diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis?* Ast ubi de inimici amore sermo est, magna nobis promittitur merces, propter difficultatem, qua nosipsos devincimus. Simon quoque de Cassia, Christi de inimici dilectione præceptum exponens, eidem merito proponendo insudat, dum ait: *Et quoniam dilectio nescit in sua natura feriari, & benefactens & munifica est, nec merita examinans, sed seipsam tribuens in aliorum commodum, ad quod se saltem agnoscit, & eo ipso validior in sui natura consistit, quo se tradere potest in obsequium inimici, ut ei tribuat beneficium, à quo & maleficium sumpsit.*

Rup. Abb. l. 5. de glor. & hon. Filij hominis. c. 5.

S. Anton. de Pad. ser. in Fer. 6. Cin.

Simon de Cassia in l. 1. c. 23.

Cum justissime Deo omnem debeamus nostrum amorem, ille non minus juste unam partem assignat inimico nostro.

6. Ad hunc eumdem naturæ nostræ contrarium facilitandum amorem nos reflectamus oportet, nos non amare aut benefacere persequenti aut odienti nos, quasi ipse dignus esset, aut ita mereretur: sed quia in ipso imaginem recognoscimus Dei, ejusque præceptum divinum, & quia ita meretur Deus, cui totum nostrum debemus amorem. Pro quorum omnium meliori intelligentia sequens jaciamus oportet fundamentum, sciliceet quod Deo totum nostrum debeamus amorem: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo & ex tota anima tua, &c.* Deus namque hominem ad suam creavit imaginem & similitudinem, ut hic totum amorem & affectum suum, in suo collocet Creator. Qua veritate ut irrefragabili supposita, intentum nostrum quadam explanemus similitudine dicendo: Si quis vestrum mille scuta deberet Petro, hic autem illi præciperet ut quingenta numeraret Joanni nequaquam amico, imo & inimico, perque manus suæ subscriptionem sibi satisfactum esse attestaretur, numquid ulla timere posset ex parte Petri repugnantia? nulla penitus: ita quoque in præsenti homo totum amorem suum Deo debet, hic autem illi præcipit (*Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros*) id est, ut partem hujus debiti amoris transferat in suum inimicum eumque amet, seque pro satisfactione debiti id acceptaturum: numquid illum rationabile recalcitrandi motivum subesse poterit? respondebitis utique, id non mereri inimicum, utpote qui eum offendit, illi injuriatus est insuper, malignus, ingratus, impius. Verumtamen respondeo, verum est quod non mereatur ut amicus, sed in Deum, qui id meretur, conjiciendus est oculus; ex corde namque nostro monetam solvimus amoris & dilectionis in satisfactionem debiti, quo Deo obstringimur. Hinc sanctus Antoninus ait: *Dilectionis inimici solus Deus est ratio dilectionis.*

Matth. 5. 44.

S. Antonin. 4. p. Tit. 6. c. 4. §. 4.

7. Petrus Blesensis in quadam Epistola ita quoque ad præsens scribit intentum: *Divinæ restissimus voluntati si proximum non diligimus propter Deum, cum Dominus in eo diligi petat, & sit in negotio diligendi tamquam Christi vicarius ex dilectione proximi nostros Deus meritur affectus.* In dubium autem revocari non potest, quin inimicus noster sit proximus, ejusque dilectio sub præcepto cadat. Si quis vero dicere auderet, se Deum amare, licet inimicum oderit, hunc ego non modo blasphemum, sed hæreticum denunciarem, siquidem clarissimæ se opponeret Spiritus S. decisioni, quam Ecclesiæ suæ per S. Joannem Apostolum annunciavit in hæc verba: *Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, & fratrem suum oderit, mendax est, qui enim non diligit fratrem suum, quem videt, Deum, quem non videt, quomodo potest diligere? Et hoc mandatum habemus à Deo, ut qui diligit Deum, diligat & fratrem suum.* Quod & Cardin. Toletus in Comment. super Luc. confirmat, dum ait: *Non jubemur diligere proximo, propter ipsummet qui nos offendit, sed propter Deum. Quis est ita rationis & sensus expers, cui si Deus visibiliter diceret, remitte huic propter me, & mei gratia, non remitteret? cum sæpe hominum precibus, amicorum & Principum id fiat: at Deus id dicit, exhortatur, & præcipit per suas Scripturas.*

Petrus Bles. ser. 50. Deus veraciter diligi non potest, nisi simul diligatur inimicus.

1. Joan. 4. v. 20.

Ibid. v. 21.

Toletus in c. 6. Luc. Annot. 70.

8. Divus verò Chrysostomus ulterius progressus, convincens quoddam adducit argumentum, quo obstinatos in odio & vindicta Christianos perpetuæ involvit verecundiæ, atque infamiæ dicens: *Non vides amantes? Hi namque meretricum amore quot mala perferunt alapis verberibusque cæsi, irrisi, innumeris injurijs lacessiti, blando tamen morbo comprehensi, omnia sibi fælicia arbitrantur, dum vel semel suave aliquid & placidum inde accipiunt, prorum omnium oblivisciuntur. Omnia secunda proveniunt, sive paupertas, sive morbus, sive quodcumque aliud vel molestissimum, neque humanam gloriam, neque infamiam curant, sed & contumelias, & omnia cum voluptate propter illius amorem facile tolerant; Et si maledicat, si in faciem inspuat, vestis abstergi se putant. Date ut hoc in loco Apostolicum illud in medium afferam; sicut exhibuistis membra vestra servire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra servire justitiæ in sanctificationem.* Ex quibus præmissis Sanctus hic quamdam deducit consequentiam, summe ignominiosam illis, qui Dei amore inimico ignoscere recusant, cum tamen propter unius quandoque improbæ mulieris affectum innumerabiles dissimulent injurias, ideoque subnectit, dicens: *Et ego dico, ut si illas dileximus, invicem diligamus; & quia invicem dico? Ita Deum diligamus. Nonne horretis audientes, tantam me à vobis in Deum dilectionem exigere, quantam in meretricem confertis? sed ego horreo quod neque tantam proferamus. Amata amantibus nihil bonî offert, sed turpitudinem, ignominiam, contumeliam. Deus autem cælum, & cælestia bona nobis proponit, & in filios & unigeniti fratres nos adoptavit & viventi tibi multa largitur, & tanta daturum pollicetur, quanta ne animo quidem complecti possumus. Illa omnia vult consumas, ac si in voraginem projiceres. Deus tibi cælum fenestras, jubet, & centuplum reddit & vitam æternam.*

Summeigne-minsofum est, inimico amore Dei nolle ignoscere.

D. Chrys. h. 78. in Joan.

Rom. 6. v. 19.

9. S. Gregorius in quadam homilia sua, Scripturam sacram quoties nos ad inimici dilectionem exhortatur, eamve præscribit, simul Dei, pro cujus amore illam exercere debemus, meminisse docet, inquiens: *In plerisque Scripturæ suæ sententijs & amicos jubet diligi in se, & inimicos propter se. Ille enim veraciter charitatem habet, qui & amicum diligit in Deo, & inimicum diligit propter Deum.* Sanctus Thomas de Villanova efficacissima quadam ratione eos constringit, qui observantiæ legis divinæ, quæ dilectionem, amoremque suum præcipit, se subtrahere nolunt: dicit enim: *Quid tantum potuit tibi proximus nocere, ut non magis Dei amor & beneficia ponderent apud te?* si mihi respondeeris? Deum pro dicta reconciliatione se non interponere, te ego mendacem dico, ipse enim in Evangelio suo nos alloquitur, inquiens: *Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros.* Si mihi oppositeris, inimicum tuum, nec de venia curare, nec eam quærere, replico ego, quod loco ejus ipsemet illam instanter postulet Deus, quod longe amplius est. *At inimicus meus non petit à me veniam*, inquit Toletus, *illatæ mihi injuriæ. Hæc excusatio nullius est momenti, imo auget vim argumenti, nam si ille non petit, rogat Deus ipse pro eo, præcipit enim Christus; pluris igitur facienda est petitio & præceptum Dei pro illo, quam ipsius preces ac petitio veniæ.* Si vos excusaveritis, dicendo: inimicos vestros impios, indignos esse, nec ullam mereri veniam, vobis respondeo, cum Sancto Augustino: *Non, ea opinor, Magister ille cælestis impietatem nos diligere præcipit, ut nostros diligamus inimicos, benefaciamus eis, qui nos oderunt; oremus pro eis, qui nos persequuntur; cum procul dubio si piè Deum colimus, inimicos, atque odijs adversum nos acerrimis incitatos, ac persecutores, nisi impios habere non possimus. Num igitur diligendi sunt impij? num impijs benefaciendum est? ita plane, qui enim hoc præcipit, Deus est: nec tamen nos hoc pacto adjungit societati impiorum, quibus & ipse parcendo, & vitam salutemque largiendo, non utique societur. Consilium quippe ejus, quantum homini pio nosse donatum est, exponit Apostolus, dicens: Ignoras quam patientia Dei ad pœnitentiam se adducit? ad hanc volumus adduci, pro quibus intervenimus, non eorum peccatis, vel parcimus vel favemus.*

Inimicus diligendus est propter Deum.

Toletus in Comment. super Luc. confirmat.

Auth. Imp. h. 13.

10. Magnum in eo consistit meriti augmentum, quando ad præstandam Deo, divinoque ejus beneplacito obedientiam, quando odientem nos, quamvis nostro indignus sit amore, & impius, nihilominus ut amicum diligimus, & tamquam veneratione dignum, & veluti si tali dilectioni sensus non repugnaret: de quo proinde amore ita discurrit Author operis Imperfecti: *Qui amicos diligit, propter se diligit, non propter Deum, & ideo nullam habet mercedem; delectat enim eum ipsa dilectio: Qui autem inimicum suum diligit, non propter se diligit, sed propter Deum; ideo magnam habet virtutem, qui contradicit motibus suis.*

Quantumvis sit perversus & nostro amore indignus.

S. Aug. ser. 25. de temp. c. 7.

11. Sanctus quoque Augustinus eamdem inimicorum dilectionem, quantumvis perversi sint, & omni nostro indigni favore, nobis facilitaturus, ita sermocinatur: *Si mali non essent, pro quibus oravemus, quando nobis diceretur, ora pro inimicis vestris? An forte vellemus bonos habere inimicos? unde fieri potest? non habebis bonum inimicum, nisi fueris malus: si autem fueris bonus, inimicus tuus non erit nisi malus. Orate pro inimicis vestris. Ergo boni orate pro malis. Redi ad cor tuum. O tu qui in ista fornace purgaris, si potuit esse vox tua? proba me Domine & tenta me, ure renes meos, & cor meum, quoniam misericordia tua ante oculos meos est, ecce redi ad cor tuum. Sub Deo es, orationem fusturus es: occurrit tibi qui te læsit: occurrit tibi qui te spoliavit: occurrit tibi qui te in carcerem misit. Ejа attende cor tuum: respice Dominum tuum. Ecce malus inimicus tuus, ecce bonus Dominus tuus. Tuus equidem inimicus venia indignus est, sed Deus illa dignissimus, & ut amore ejus illi ignoscas, ipse meretur: respice Dominum tuum.*

Probatur insigni similitudine.

S. Anton. de Pad. ibid.

12. Sanctus pariter Antonius de Padua hac insigni similitudine quemcumque Christianum ad hanc veniam amare fatagit: *Debet diligere opus Dei, in quantum ejus opus.* Videbitis quandoque figuram Crucifixi maculatam, & conspurcatam, & nihilominus à solito ejus cultu, & adoratione non abstinetis, quia in illo Filium Dei veneramini, licet spurcities ejus displiceat. Ita quoque licet vitium, malitiam, invidiam & omnem aliam adversarij vestri impietatem oderitis, non tamen ab ejus amore desistere debetis, quia imaginem portat Christi, qui ejus vobis amorem præcipit. Quod & S. Hieron. super illa verba *Philemoni dilecto*, confirmat, dicens: *Non habetur in Græco quod dilectus dicitur, sed diligibilis. Inter dilectum autem & diligibilem hoc dicitur, quod dilectus appellari potest & ille, qui dilectionem non meretur. Diligibilis vero is tantum, qui merito diligitur. Denique & inimicos nostros diligere, præcipimur, qui sunt dilecti, sed non diligibiles, amamus quippe illos, non quia amari meruntur, sed quia præcipitur eos odio non habendos.* Hugo denique Card. quo inimicos amore prosequi debeamus ostendit, dum ait: *Diligendi autem sunt propter Deum, propter nos, propter seipsos, quia omnia dilecti diligenda sunt, non solum & agri & segetes, sed & spinæ & sepes. Item quia filij Dei sunt, licet insani; & fratres nostri, licet ægroti.* Sane si hic aut ille honoratur servus, quia gentilitias talis Principis portat vestes, cæteroquin male excipiendus, quidni idem in præsenti statuendum.

Philem. v. S. Hieron. ad Philemon.

Hug. Card. in Matth. 5.

DISCURSUS VII.
ARGUMENTUM.

De complacentia & speciali affectu, quo Deus fertur erga illos, qui male se tractantibus, bonum pro malo reddunt.

THEMA.

Estote ergo vos perfecti, sicut & Pater vester cælestis perfectus est. Matth. 5. v. 48.

Dilectio inimicorum, assimilat non Deo.

1. CHristus Salvator noster post traditum de dilectione inimicorum, & beneficentia erga eosdem præceptum, tandem in hæc verba concludit: *Estote ergo & vos perfecti, sicut & Pater vester cælestis perfectus est.* In quonam vero hæc æterni Patris sui sanctitas & perfectio consistat, paulo ante his verbis declaraverat: *Ut sitis filij Patris vestri qui in cælis est, qui Solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super justos & injustos.* Hujus vero præcepti à Christo traditi rationem Albertus Magnus assignat, dicens: *Quia cælestia nulla moventur turbulentia, sicut & Pater Deus, peccatis in se factis non turbatur ad inimicitias ira, ut non benefaciat.* Porrò ex quo perfectio tuam in charitate mensuram positam habet, major profecto hac charitas dari nequit, quam sit illa, qua quis amat eum, à quo odio habetur; proinde hæc dilectio Deo tantopere placet, ut eamdem dilectioni æterni Patris sui parem faciat, dicens: *Estote ergo perfecti*, &c. Et ideo S. Thomas Doctor Angelicus ait: *Cum ad hoc nos vocat, ad similitudinem suam vocat, quia Trinitas ipsa gaudet condonatione offensarum.*

Matth. 5. 45.

Alb. Magn. ibid.

S. Thom. ibi

2. Sancta quædam, & eminenti perfectione prædita mulier, ut Taulerus, magnus vitæ spiritualis Magister refert, quonam modo ad illum perfectionis gradum pertigisset, interrogata, respondit: *Eos qui mihi molesti, vel infesti erant, singulari amore dilexi, atque illi à quo læsa fueram, peculiare semper beneficium contuli, quod alias ei non contulissem.* Consideratione quoque digna est illa D. Chrysostomi observatio, quam fecit super prædicti verba Thematis, quæ in cap. 5. ultima sunt, in quo, ut videre licet, incarnata Sapientia præstantiora spiritualis vitæ & perfectionis puncta, quæ in toto Capitis illius Discursu sparsim traduntur, quæque tandem præcepto dilectionis inimicorum terminaverat, ore suo tradidit: Dicit enim: *Perspice obsecro, quemadmodum ultimam posuit coronidem bonorum;* Et paulò post subjungit: *Neque utcumque inimicos amari docuit, sed pro inimicis etiam supplicari. Vidisti quantis ad perfectionem gradibus ascenderit, & quemadmodum nos ad ipsum virtutis acumen adduxerit?* Post traditas quoque Apostolis suis octo Beatitudines inquit: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in cælis est;* Tandem vero concludere volens subjecit: *Estote ergo perfecti sicut & Pater vester cælestis est.* Hinc vero non immerito dubitare licet, num verba illa ultima referenda sint ad omnia alia in eodem capite tradita, an vero solum ad inimicorum dilectionem relationem dicant? Cui dubio S. Paschasius in favorem nostrum respondet, dicens: *Prætereà quærendum existimo, utrum hæc sententia pendeat ex eo tantum ubi dictum est: Diligite inimicos vestros, an ad omnia quæ supra præmissa sunt. Liquet igitur satis, quia illa hac sola dilectione, per quam & inimicos diligere jubemur, complentur, & in ea cuncta recapitulantur.* Propheta Evangelicus multa venturi Messiæ encomia, specialiter autem vitæ & mortis suæ mysteria prædicens, tandem capitulum istud concludere volens, *ultimam posuit coronidem bonorum;* At vero in quonam hanc coronidem positam fuisse existimatis? Num forte quod genus redemerit humanum? aut vero quod latroni aperuerit Paradisum? Vel denique quod lictores converterit ad meliorem frugem, qui *revertebantur percutientes pectora sua?* Nequaquam; has enim actiones quantumvis eximias Isaias non exaltat, sed per hæc memorabilia verba caput concludit, inquiens: *Et pro transgressoribus rogavit.*

Taulerus à Corn. à Lap. cit. in c. 5. Matth.

Matth. 5. 16.

Luc. 23. 48.

Isai. 53. v. 12.

Inimici non solum diligendi sunt, sed etiam ad exemplum Christi pro illis orare debemus.

3. Sanctus Petrus omnibus fidelibus legem annunciare volens Evangelicam, in quanam virtute Christum specialiter eos imitari desiderabat? Nimirum in mansuetudine erga inimicos exhibenda; Dicit enim: *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus.* Sed quænam sunt illa vestigia, quæ fidelibus æmulanda esse præcepit? Videlicet, *Quia cum malediceretur, non maledice-*

Quænam Christi vestigia sequi debeamus.

1. Pet. 2. v. 22.

Deus Jacob singulariter dilexit, & multis gratiis cumulavit.

Rom.9.v.13.

Luc.1. v.35.

Gen.28. 17.

Gen.32.v. 2. Esau econtra odio habuit; & quænam utriusque fuerit ratio.

S. Aug. ser. 388.de temp.

Gen.25.22.

bat, cum pateretur, non comminabatur. Inter tot enim injurias & contumelias ne verbum quidem respondit, neque inter flagellorum, spinarum, clavorum, & crucis dolores crucifigentibus se indignatus fuit, ut nobis daret Exemplum, nullam nobis irrogatam injuriam ulciscendi: *Vobis relinquens Exemplum, ut sequamini vestigia ejus.* Jacob à Deo magnopere dilectus fuit, econtra vero Esau ab eodem non sine magna causa fuit reprobatus, non obstante, quod fratres essent, eodem partu nati, atque ab iisdem sanctissimis progenitoribus procreati: *Jacob dilexi, Esau odio habui.* Ab hoc autem Patriarcha Jacob duodecim Vet. Testam. Patriarchas nasci, & in progressu sæculorum Ecclesiam suam in ejus posteris fundari voluit, prout S. Gabriël B. Mariæ Virgini prædixit, quando eidem incarnationem verbi annunciavit, dicens: *Regnabit in domo Jacob in æternum & Regni ejus non erit finis.* Huic quoque Patriarcha cœlum aperuit, eique mysticam illam scalam conspiciendam præbuit, per quam Angeli ascendebant & descendebant, ut proinde exclamarit, dicens: *Non est hic aliud nisi domus Dei, & porta cæli.* In ejus quoque auxilium Angelicorum spirituum exercitus misit: *Castra Dei sunt hæc;* Nomen quoque ejus *Jacob* in *Israël* commutavit, quod idem significat, quod *videns Deum*: Econtra vero Esau à Deo repudiatus semper permansit, neque in ulla umquam æstimatione à Deo habitus fuit: *Esau odio habui*, at vero scire percuperem quænam fuerit hujus erga Jacob specialioris affectus divini ratio. Pro cujus intelligentia notandum, Esau hominem fuisse ferocem, asperum, & vindicativum, Jacob vero semper mitem, & mansuetum fuisse; Qui proinde pro viribus cavebat, ne se, injuriantes offenderet, sed bonum semper pro malo compensaret. Unde S. Augustin: *Considerandum quanta in B. Jacob fuerit charitas, ut odientem se fratrem suum maluerit in longinquas regionibus fugere, quam vicem odæ repensare, quem sicut vitare scivit, ita odisse nescivit, & reversus multis muneribus ut eum sibi placatum faceret, honoravit.* Ab ipso materno utero Esau cum fratre suo contenderat: *Collidebantur in utero ejus parvuli*, nemo enim quam Esau aliquis cum Jacob aliquo mitiorimo & benignissimo contendere poterat, qui enim tales sunt, divinam sibi semper conciliant benevolentiam, etiam priusquam sint nati.

Act.13.v.22 Quia David in hostes suos fuit benignus, Vir secundùm cor Dei vocatus fuit.

4. Regius Propheta David, tanto à Deo amore excultus fuit, ut Deus se in illo hominem reperiisse gloriaretur qui cordi suo conformissimus esset: *Inveni David, Filium Jesse, virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas.* Multæ quidem in sancto hoc Rege eluxere virtutes, varij quoque fuerunt actus heroici, in quibus eximium se esse probavit, at vero quænam inter omnes virtutes illa fuit, per quam sibi cor Dei adeo intime devinxit? utique nulla alia, præterquam quam semper erga inimicos suos exhibuit mansuetudinis virtus. Confirmat hoc ipsum S. Dion. Areopag. ad Demophilum ita scribens: *Quid porro David amicum Deo reddidit? nempe quod in hostes benignus fuit; invenit, inquit ille, præbenignus benignitatis amator, hominem jecundùm cor meum.* Verum quidem est, quod die quadam adeo perturbatus fuerit, ut diceret: *Tabescere me fecit zelus meus* (nimirum quo adversus adversarios suos ardescebat) sed cur obsecro tanto zelo contrahuit? num forte propter persecutiones quibus infestabatur? aut propter calumnias quibus eum onerabant? vel denique propter structas illi insidias afflictus fuit? nequaquam, sed ipsissima rationem indignationis suæ ipsemet declarat, dum subjicit: *Quia oblivi sunt verba tua inimici mei:* Solum ergo displicebant ipsi offensæ contra Deum commissæ, non vero sibi irrogatæ injuriæ vel contumeliæ.

Dionys. Areop.Ep.8.

Psal. 118. v.139.

Ibid.

Cant.6 v.10. Arbor nucum designat hominem benignum ergo hostem suum.

5. Cœlestis Sponsus in sacris Canticis ait: *Descendi in hortum nucum ut viderem si floruisset vinea, & si germinassent mala punica.* Enimvero quod Sponsus amœnum ingrediatur hortum animi causa, nihil in se mirum habet, at vero quod hortus ille plenus sit non floribus, herbis, vel aliis delicatis & nobilibus plantarum generibus, sed arboribus nucum, hoc est, quod in non exiguam me rapit admirationem, maxime cum eo ex industria & propósito se receperit, quasi animum in eo dilaturaturus. Quidnam igitur ad hoc respondere poterimus? pro resolutione necessium est, ut interius nucis hujus medullam & nucleum penetremus, non vero in sola ejus cortice sistamus. Certum est igitur, sponsum hunc præfigurare Deum animæ nostræ amantissimum consortem; per arbores vero nucum servi ejus denotantur, qui in hac vita contumeliis & injuriis male tractantur, quia nuces in cortice amarissimo sunt, atque ex arboribus lapidibus, virgis, & baculis decutiuntur, ideoque typus sunt illorum, qui in perpessis persecutionibus, inimicis suis bonum pro malo reddunt, nuces enim eodem tempore, quo tam inhumaniter ex arborum ramis decutiuntur, percussorum suorum gremium abundanti nucleorum dulcedine adimplent: In his igitur qui persecutionibus infestati, bonum pro malo reddunt, divinus Sponsus suas se reperire delitias profitetur; *Delitiæ meæ esse cum filijs hominum*, iis nimirum, qui male se tractantibus bonum pro malo rependunt. Porro facer textus eodem in loco subdit: *Ut viderem si floruisset vinea, & germinassent mala punica*; etenim inter omnes arbores nulla est, quæ magis expressiva sit dilectionis erga inimicos, quâ mala punica & vites: tametsi enim hæ multoties, & in pluribus partibus amputentur, adeo ut suis quoq; temporibus copiosas effundere videantur lachrymas: attamen in hujus putationis, & præscindentium vinitorum retributionem vasa illorum vino sapidissimo replent. Similiter si pomum punicum ejusque viscera, ad compescendam sitim, aridasque fauces recreandas ferro transegeris, innumeris te grans cumulabunt: Similiter quanto ardentioribus Solis radiis mala punica percussa fuerint, tanto elegantius rubescere incipiunt, magisque perficiuntur: ipsa quoque per innumerabilium granorum, in cellulis suis consistentium, unionem, perque coronam qua malo granati vertex cingitur, se expressa charitatis symbola esse aperte profitentur; de hac enim Apostolus ait: *Major autem horum est charitas.* Quid igitur Spiritus S. hisce verbis aliud dicere voluit, quam quod sibi complaceat in illis habitare animabus, in quæ illis refidere cordibus, quæ unionem & pacem amant, quodque in corda illorum libenter descendat, ut illa cœlestibus benedictionibus adimpleat.

Prov.3.v.11. Similiter Vitis, & mala punica. *Cant.6.v.10.*

1.Cor.13. v.13.

6. Quando Moyses ex instinctu Dei Tribus Israël benedicturus erat, jamq; ad tribum Joseph benedicendam ordo devenisset, in hæc verba prorupit: *Benedictio illius, qui apparuit in rubo, veniat super caput Joseph ... quasi primogeniti tauri pulchritudo ejus, cornua Rhinocerotis*: nimirum majorem in benedictione hujus tribus ostendit amoris teneritudinem, quam in aliarum tribuum benedictione, in hac enim egregia Josephi merita commemorat, qualiter scilicet mitem se & benignum fratribus suis exhibuerit, à quibus venditus fuerat in Ægyptum: at vero quodnam in eo latet mysterium, quod cornuum Rhinocerotis mentionem faciat? pro resolutione sciendum, cornu in sacra Scriptura communiter sumi, velut symbolû fortitudinis: hæc autê est proprietas Rhinocerotis, quod videlicet non sicut aliæ feræ, in hominis conjuret damnum & perniciem, sed potius in ejus beneficium cooperetur & juvamen, dum enim Rhinocerotis cornua in aquas merguntur, omne illis adimitur venenum: voluit igitur Moyses in supradictis verbis dicere, quod Joseph ad solium Regium evectus, & potens factus, licet ad eum devenisset statum, in quo condignam, de facta sibi à fratribus suis injuria, vindictam sumere posset, ipse tamen potius authoritate & imperio ad magis fratribus suis benefaciendum uti voluit: ac proinde *Benedictio illius, qui apparuit in rubo, veniat*, &c. Quia qui bonû pro malo reddunt, unicus gratiarum divinarû & benedictionû scopus & meta sunt.

Deut.33. v.16. Moyses in benedicendo Joseph, specialem erga illum ostendit amorem, eo quod non sumpserit Vindictam de fratribus suis.

Affimilat illum cornibus Rhinocerotis.

7. Enimvero ex quo discursu de Josepho immoramur, nequaquam extra orbitam propositi nostri me iturum existimo, si observare vos jubeam id, quod de fratre ejus Ruben, in eodem capitulo narratur, nimirum quod Moyses Ruben pariter, sicut fratres suos, benedixerit, & tamen ex libro Geneseos constat, eumdem Ruben quadantenus à Jacob patre suo his verbis maledictum fuisse: *Primogenitus meus... Et principium doloris mei, ... effusus es sicut aqua, non crescas*: Moyses vero postea de eodem dixit: *Vivat Ruben & non moriatur.* Quonam obsecro hæc inter Jacob & Moysen in benedicendo Ruben respicit differentia? Numquid ambo à Deo eruditi & illuminati fuerunt? Ita quidem est: verumtamen hinc conjicere licet, quanti Deus mansuetudinem æstimet, quæ in eos exercetur, à quibus injuria illata fuit. Etenim Diodorus in Catena Græca inquit: *Non poterat Jacob non benedicere intemperanti filio ad posteros deterrendos, debuit autem Moyses criminis illum culpa liberare, quia fratri Joseph semper pepercerat.* Tametsi enim & ipse odio instigatus, & invidia contra Joseph extimulatus fuisset, eo quod is incaute per somnium se fratribus suis dominaturum esse prædixerat, nihilominus pro ejus liberatione se interposuit, omniaque media tentavit, ad subducendum eum à morte, quam odij veneno intoxicati fratres adversus illum machinabantur; unde deducitur, quod tametsi aliquis nonnumquam aliorum sit scelerum reus, nihilominus si se mitem & benignum erga eos, à quibus injuriam

Cur Moyses benedixerit Ruben, cum tamen à patre suo quodammodo maledictus fuerit. *Gen.49 v.3 Deut.33.v.6*

Diod. in Cat. Græc. Hoc factum est intuitu mansuetudinis ejus, qua Joseph eruere conatus fuit à morte, à fratribus ei inferenda.

Matth.6. v.12. & ibid.v.14. Christus in oratione dominica, ei statim post illam iterum monuit Veniam inimicis dandam.

Euthym. Christus vocatur Vir speciosus, quia oravit pro crucifixoribus suis.

S. Aug. ser. 50.de verb. Dom.

Act. Apost. 6.v.15.

Eadem de causa S. Stephanus apparuit in vultu angelico.

Act.7.v.55.

Deus singulariter sibi complacet in illis qui appetitum vindicativum supprimunt. *Gen.32. v.2. Tob.12.v.13. Paret in Jacob.*

riam passus est, exhibuerit, Deus antecedentes offensas dissimulando auxilia ei præbiturus sit, quibus ad emendationem vitæ perducatur, benedictionumque cœlestium particeps fiat.

8. Salvator noster postquam in cap. 6. S. Matthæi in oratione Dominica nos ita orare docuisset: *Dimitte nobis debita nostra*: Illa tamen terminata statim de novo repetit: *Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater cœlestis delicta vestra*: *si autem non dimiseritis hominibus, nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra.* At vero quid necessium erat, idipsum repetere, quando jam sufficienter hoc idem antea edixerat? Respondet Euthymius: *Iteravit de hac re sermonem, ipsumque dilatat, ostendens hujusmodi opus esse Deo maxime acceptabile.* Ad hoc propositum optime deservit ingeniosa quædam observatio S. Augustini, qui orationem quam Christus in cruce æterno Patri suo pro remissione crucifixorum proposuit, confiderans, Christum hac oratione Virum speciosum appellavit; cum tamen ipsum in cruce suspensum, spuris infœdatum, livoribus, sanguine deformatum fuisse constet, ita enim S. Doctor Judæos alloquitur: *Ille qui vos quasi fœdos toleravit, pro vobis formosus oravit: Pater, inquit, ignosce illis*; quasi dicere vellet, numquam Filius Dei coram oculis æterni Patris sui adeo visus est esse speciosus, quam tunc quando pro crucifixoribus suis oravit. Ideo etiam S. Lucas de Protomartyre S. Stephano inquit: *Viderunt faciem ejus tamquam faciem Angeli*, tunc videlicet, quando ad stuporem Hebræorum mansuetudo ipsius erga illos qui ipsum ad mortem usque lapidibus impetebant vel maxime resplenduit: *Sicut in matre Domini*, inquit S. Fulgent. *non potuit virginitas violari, sic in Martyris mente non potuit Christi charitas tanto sævientium agmine superari.* Enimvero tantus fuit jubilus, quo heroica S. Stephani erga truculentissimos inimicos suos exhibita mansuetudo, cœlum & specialiter Dei Filium perfudit, ut cœlum Empyreum patefactum fuerit, ad ipsum tanto liberius & plenius conspiciendum: Ipse quoque Dei Filius ad dexteram Patris sedens, hoc spectaculo commotus in pedes se erexit, unde S. Protomartyr ait: *Ecce video cœlos apertos, & Jesum stantem à dextris virtutis Dei.* Deus specialem suum erga illos qui ad ipsi complacendum, vindicativum in se appetitum supprimunt, amorem & affectum varijs in occasionibus variè demonstravit; sic enim Jacob iter facienti numerosos Angelicorum spirituum cœlitus demissorum exercitus obviam misit: *Castra Dei sunt hæc.* Econtra vero Tobias Junior, tametsi præter merita propria meritis quoque gauderet Patris sui, Deo adeo chari, ut Angelus eidem dixerit: *Acceptus eras Deo*, attamen in prolixo & difficili itinere suo, unicum tantum in comitatu suo Angelum habuit, & hunc quidem sibi minime notum, Jacob autem Angelos perfectè agnovit, ideoque dixit: *Castra Dei sunt hæc*; Et tamen quis est qui nesciat, quantus fuerit meritorum Tobiæ Senioris cumulus, ob intactam veri Dei ab ipsa pueritia conservatam Religionem, & ob exercitata misericordiæ opera, per Eleëmosynas, & mortuorum sepulturas, nec non ob invictam ejus patientiâ, qua cum Jobo decertare potuisset? Hanc vero differentiam S. Ambr. egregiè enodat, dum in Jacob solam invictam & continuatam mansuetudinem confiderat; hæc etenim virtus adeo est accepta Deo, ut illam omnibus aliis operibus bonis & sanctis anteponat, illamque maximis prærogativis condecoret. Tametsi Jacob multos secum habuerit homines, quorum auxilio Esau fratri suo, qui eum rot annis persecutus fuerat, facile resistere potuisset, nihilominus cum eo contendere noluit, sed potius ejus reconciliationem, per dona & munera, perque actus humiliationis & obsequij acquirere conatus fuit. Unde S. Ambrosius ait: *Perfectus qui cogitabat de reconciliatione fraterna, ita ut humilitate invitaret, officijs acquireret, muneribus quoque emendam eam pararet.* Merito igitur Deus, ob visam illius adeo admirabilem charitatem, & virtutem, in ejus obsequium Angelicos de cœlo dimisit exercitus: *Castra Dei sunt hæc.* Et vero quonam fine eosdem cœlestes exercitus in nativitate Salvatoris supra Bethlehemiticum tugurìolum descendisse existimatis? Non alio fine profectò quam ut pacem mundo annunciarent, immensamque Dei admirarentur bonitatem, qui *Cum adhuc peccatores essemus*, ad nos redimendos descenderat. S. Paulus quoque ad Corinth. scribens se aliosque Apostolos Angelis in spectaculum datos esse scribit: *Spectaculum*, inquit, *facti sumus mundo, & Angelis & hominibus.* At vero quidnam in ijs erat, quod illos non terræ solum, sed & cœlo spectabiles adeo reddidit, ut Deus Angelos de cœlo miserit, ut illos spectarent & admirarentur? Hoc nimirum, quod Apostolus paulò post subdit, dicens: *Maledicimur & benedicimus; persecutionem patimur & sustinemus, blasphemamur, & obsecramus.* Merito igitur Paulus de Palatio nos ad exhibendam inimicis beneficentiam his verbis exhortatur: *Accendamur ad benefaciendum inimicis, ubi advertimus quod qui pro inimicis orat, quique inimicos diligit & fovet, spectaculum est mundo, & Angelis, & hominibus; spectat Deus, spectant Angeli, stupet mundus, attoniti reddantur homines cum vident Christianum reddentem non malum pro malo, sed pro malo bonum.*

Paul. de Palat. in c. 5. Matth.

9. Nescio si quando observaveritis quod divina Providentia binis vicibus Eliam miraculosè nutrierit; Primò quidem per corvum, secunda vero vice per quemdam Paradisi Angelum. Quorsum hæc obsecro differentia? numquid unus idemque erat utrimque Propheta & Provisor? Forsitan temporis progressu majorem acquisierat perfectionem, & excellentiora merita? ita sanè: Mitis evaserat Elias, spiritum induerat mansuetudinis. Quando enim per corvos illum aluit Dominus, injurias ulcisci quærebat Propheta, Deumque ut cœlum, quasi ferreum populo illi clauderetur, campi & agri sterilitatem inducerent, annisque multis ne minima quidem descenderet pluviæ gutta rogaverat: At vero Angelum ei submisit Dominus, quando ad mortem ab impia Jezabele impetitus, licet elementis præcipere potuisset, ut de impia muliere vindictam sumeret, elegit tamen potius fugere, Deoque omnem injuriam sibi illatam remittere.

Cur Deus Eliam semel per Corvum, & semel per Angelum nutrierit.

DISCURSUS VIII.
ARGUMENTUM.

Inimici dilectio Deo æque grata, imo gratior est, quam sacrificium, prout Deus varijs id bonis, & miraculis comprobavit, quæ circa eos operatus est, qui inimicis ignoverunt.

THEMA.

Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adversùm te, ... vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. Matth. 5. ℣. 23.

Deus reconciliationem inimicorum præfert sacrificio sibi offerendo.

1. IN eodem S. Matthæi capite, ubi Salvator tanta cum solicitudine præceptum dilectionis inimici præscripsit, postquam in ejusdem progressu injurias detestatus fuisset, gravissimamque vindicativis intentasset pœnam; subdit, ut quicumque ad altare, pro offerenda victima, aut sacrificio faciendo accedens, recordaretur proximum sibi offensum, subito à sacrificio desisteret, & reconciliatione præmissa postmodum ad altare rediret: *Si offers munus tuum*, &c. Ubi D. Chrysost. exclamat dicens: *O admirabilem benignitatem atque ineffabilem erga homines amorem Dei, honorem suum despicit, dum in proximo charitatem requirit, interrumpatur, inquit, calcus meus, ut tua charitas integretur, sacrificium mihi est fratrum reconciliatio.* Quamvis enim inter omnes Religionis actus, & versus Divinam Majestatem obsequia, omnium supremum, & acceptissimum, sit sacrificium, nihilominus longe sibi gratiorem esse protestatur inimicorum reconciliationem; quod Magnus Gregor. subtiliter se penetrasse ostendit, dum ait: *Virtus est coram hominibus adversarios tolerare, sed virtus coram Deo, diligere; quia hoc solum Deus sacrificium accepit, quod quidem ante ejus oculos in altari boni operis, flamma charitatis incendit.* Quemadmodum enim ad holocaustum (quod sacrificium reliquis est perfectius) consumandum ignis requiritur; ita quoque amor & affectus, per quem injurianti nobis ignoscimus, flamma vorax est, atque ad victimam hujusmodi in conspectu Dei incendendam & consumendam aptissima.

D. Chrysost. h. 16. in Matth.

S. Greg. parte 3. curæ past. admonit. 10.

2. Alia inter dilectionis inimici motiva, quæ Paul. de Palat. in illorum verborum Commentario (*benefacite his qui oderunt vos*) adducit, in primis notabile est illud, quod sequitur, in hæc expressim verba: *Erit facta facile si intelligamus, quod cum beneficium inimico impendimus, non solum illi, sed Deo, imo vero nobis impendimus. Imo vero forsitan multo majorem coronam pariet mihi beneficium quod inimico dedi; quam si Deo aut mihi dedissem. Ut enim idem Deo, non magna charitas requiritur; ut mihi dem, nulla exigitur charitas; ut dem inimico, charitas multa in pectore debet ardere.*

Matth. 5. 44. Paul. de Palat. in c. 5. Matth. Motivum ad dilectionem inimicorum inducens.

3. Ad stabiliendum autem solide Discursum nostrum, Ecclesiasticum adeamus oportet; ab eoque

Reconciliatio fratrum est Deo gratissimum sacrificium.

quid Deo omnium gratissimum sit, audiamus. Hic autem quod valde mirum est, tria Deo acceptissima recensens, nullam sacrificij facit mentionem, quamvis hoc super omnes Dei cultus atque obsequia supremum sit. Sed ecce ipsam ter Ecclesiastici verba: *In tribus placitum est spiritui meo quæ sunt probata coram Deo, & hominibus; concordia fratrum, & amor proximorum, & vir & mulier bene sibi consentientes.* Sed & hoc ipsum omnium Deo acceptissimum est sacrificium: *Sacrificium mihi est fratrum reconciliatio.* Ut proinde idem Chrysostomus in quadam Concione de mansuetudinis encomiis dicere non dubitarit: *Si injustam quis patiatur rapinam, atque pro hac injuria gratias agat Deo, innumera per illam gratiarum actionem præmia consequetur.* Quasi diceret, quisquis pro injurijs acceptis grates Deo referre non dubitat, maximam, omnique spe majorem promissionem expectare habet, se dignum reddens, præmijs & remunerationibus innumerabilibus. Hujusque immensæ retributionis causam assignat sequentem, dicens: *Nihil enim Deo ita jucundum est, quam malum pro malo non reddere.*

Ecclí. 25. v. 1.

D. Chrysost. t. 6. Eclóga de mansuetudine.

4. Redemptor noster alio quodam in loco de divinæ Majestatis cultu agens, misericordiam longè sibi præ sacrificio gratiorem esse protestatur, inquiens: *Misericordiam volo, & non sacrificium.* Ubi quidem sacrificium non excludit, sed ipsum misericordiæ comparando, hanc præ illo, quam versus inimicos nostros exercemus, longè magis acceptam esse dicit, nec mirum, siquidem nos Deo simillimos reddit, prout S. Augustinus in quodam sermone in hæc attestatur verba: *Estote ergo vos perfecti, sicut & Pater vester cælestis perfectus est: Quis autem hæc facit; nisi plene perfecteque misericors? Perfectio misericordiæ qua plurimum animæ laboranti consulitur, ultra dilectionem inimicorum porrigi non potest.* Qui idem S. Doctor alio in loco circa idem punctum ita discurrit: *Primum medicamentum est animæ ægrotanti, plena & perfecta dilectio, per quam possit non solum amicos, sed etiam inimicos diligere.*

Reddit nos Deo simillimos. Matth. 9. v. 13.

S. August. ser. 35. in append. de diversis.

S. August. ser. 168. de temp.

5. Considerabilia illa sunt Psalmistæ verba: *Dominus illuminatio mea & salus mea.* Ubi Propheta Regius ad Deum conversus, eum dicit suam esse salutem & illuminationem; cur enim tunc potius quam alias in hujusmodi prorupit verba, & in talem cognitionem devenit? Responderi potest, eum tunc temporis majus sensisse lumen interius & abundantiores solito participasse gratias divinas. Sed quo id merito tunc potius quam aliis vicibus expertus est Propheta? Difficultas ex sequentibus enodatur verbis. *Tribulam me inimici mei.* Quia tunc ab inimicis suis se impetitum videns, actus exercebat mortificationis, charitatis, tolerantiæ, mansuetudinis, quos proinde heroicos actus mirificis illustrationibus Deus compensare voluit. Unde S. Aug. hæc ejusdem lamentantis Prophetæ verba: *Dum appropiant super me nocentes, ut carnes meas edant*, ita interpretatur: *Cum accedunt ad me nocentes ad insultandum, ut se mihi præferant, mutasti me in medius, ut maledico dente, non me consumant, sed potius carnalia desideria mea.*

Psal. 26. v. 1.

Illuminavit Davidem.

S. August. ibid.

6. In vita S. Catharinæ Senensis legitur, quod dum vetula quædam gangræna in pectore laboraret, quæ continuo ejus devorabat carnes, adeoque tetrum spirabat fœtorem, ut nullus ad eam propius accedere posset; S. Virgo hujus lueri comparandi occasionem nequaquam perdendam esse censens, læto vultu se ad illi inserviendum obtulit, maximè cum illam ab omnibus derelictam esse, & in horrore haberi videret. Inimicus vero infernalis heroico huic mortificationis & charitatis actui, quem exercebat, invidens, prius in ipsa vomitum & abominabilem quamdam nauseam provocare conatus est, ut illam à charitativo hoc ministerio revocaret; at vero quia ipsam adeo constantem in cæpto ministerio esse vidit, ut etiam os gangrænæ admovens, ejus fœtidissimam saniem inde exugeret, eamdem ex hac parte deinceps tentare nequaquam præsumpsit; sed potius aliam quamdà illam pervertendi viam, quia purissimam virginem vehementius ab hoc ministerio revocandam esse credidit, ingressus est; Nam infirmam, ad S. Virginem in publico de impudicitia infamandà, instigavit adeo, ut fama illius, seu potius infamia, totam pervagaretur civitatem, unde commoti Superiores, missis ad illam Juris Procuratoribus processum eidem intimarunt. Sancta autem virgo ad hanc imposituram, absque eo quod calumniatricem minimo verbo increparet, modestè semper se virginem esse respondit, neque minimo gressu à cæpto infirmæ ministerio recedit, quin potius majori cum charitate eidem inservire studuit, quamvis in cellam suam se subducens, coram sponso suo cœlesti super hac sibi irrogata infamia conqueri & lamentari non omiserit, amarissimas effundendo lachrymas, quam ut consolaretur, Salvator visibiliter apparuit, tenens in dextera coronam auream, margaritis & aliis gemmis decoratam, in alia vero coronam ex acutissimis spinis contextam, dixitq; eligendum tibi est, quod pro diversitate temporum ambabus hisce coronis redimiri debeas, eligito igitur ex illis eam quæ magis tibi placet; hoc tibi persuadens, quod si spineam acceperis, aurea corona in vita futura tibi sit reservanda; Exporrecta igitur manu coronam spineam apprehensam capiti suo impressit, & tametsi aliquanto tempore exinde in capite suo acerbissimos sentiret dolores, attamen supra modum simul consolata permansit, adeo ut merito dicere potuerit: *Secundum multitudinem dolorum in corde meo, consolationes tuæ lætificaverunt animam meam.* Opportune igitur Author Imperfecti sequens nobis salutare suggerit consilium: *Vis diligere inimicum tuum?* inquit, *si injuriam pateris, noli injuriam præsentem aspicere, sed considera gloriam, quam pro mercede consecuturus es; si æquanimiter supportare volueris, si damnum passus fueris, noli hoc damnum aspicere, sed illud patientiæ lucrum; illis enim totum videtur difficile, qui retributionem non sperant.*

Psal. 93. v. vlt.

Auth. oper. imperf. h. 134.

7. D. Chrysost. ad illam se Davidis reflexit virtutem, quam in spelunca Odollæ Sauli exhibuit, de qua in Discursu V. fusius egimus, S. enim Doctor Davidem circumquaque militibus suis ad mortem Saulis anhelantibus circumdatum, illos vero pro viribus ab hoc conatu retrahentem considerans, inquit: *Præerat illis, non ut belli Dux militibus, sed ut sacerdos, jamque spelunca illa erat Ecclesia. Neque enim aliter atque aliquis Episcopi sortitus munus, ad illos concionem habebat, ac peracta Concione sacrificium obtulit, idque admirabile quoddam, dictuque incredibile, haud quidem mactato vitulo, aut occiso agno, sed quod his erat multo honorificentius, mansuetudinem offerens Deo, atque irrationabili animi motu mactato, occisaque iracundia, videlicet mortificatis membris quæ sunt super terram, & factus est idem, cum victima, tum sacrificus, tum altare.* Cujus sententiæ occasione opportune mihi alia quædam occurrit, ejusdem S. Doctoris in alia quadam homilia consideratio, dicentis: *Præsul Ecclesiam ingreditur, dicit pax omnibus; quando concionatur, pax omnibus; quando benedicit, pax omnibus; quando salutem optare jubet, pax inquit omnibus;* Tantæ enim perfectionis est inimicorum dilectio, ut incarnata Sapientia tunc pridem perfectionis mentionem fecerit, & non antea, postquam hoc promulgavit præceptum: *Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros.* Ita enim observavit S. Remigius, dicens: *Quia vero perfectio dilectionis ultra dilectionem inimicorum non potest præcedere, ideo postquam Dominus præcipit diligere inimicos, subjunxit: Estote ergo & vos perfecti sicut & pater vester cælestis perfectus est,* hæc enim perfectio omnes cæli benedictiones secum trahit.

Extollitur factum Davidis in spelunca Odollæ.

D. Chrysh. t. 2. de David & Saul.

D. Chrysost. t. 3. ad Coloss.

S. Bern. ser. 34. in Cant.

Joan. 1. v. 19.

S. Remig. in Caten.

S. Thom. in c. 5. Matth.

Cur Christus dixerit Septuagies septies ignoscendum esse inimico. Matth. 18. v. 22.

8. D. Chrysologus ingeniosè respondet verbis S. Petri Magistrum suum hunc in modum interrogantis: *Domine quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? usque septies? dicit illi Jesus: Non dico tibi usque septies, sed septuagies septies;* circa hæc enim verba prædictus S. Doctor acute indagat, cur Salvator noster numero hoc usus fuerit septuagenario, hunc enim sine mysterio nequaquam expressit: *Septimus numerus, qui numero videtur parvus, invenitur amplissimus Sacramento, nam septimus numerus per dies gradiens, Sabbathum facit, quod benedixit Dominus;* quibus verbis sanctus hic Doctor insinuare voluit, quod remissionem offensarum nobis illatarum, consequantur necessario cælestes benedictiones. Unde subdit: *Benedixit & repatavit ad requiem tam tui operis quam laboris humani.* Quisquis enim mitis est, quisquis injurias remittit, in interiori conscientiæ suæ, nec non in exteriori mundi conversatione altissima fruitur pace.

D. Chrysf. ser. 139.

9. In Levitico legitur Deum à sacrificiis suis rejecto melle, omnem oblationem sale conspergi præcepisse: *Nec quidquam mellis adolebitur in sacrificio Domini*, inquit sacer Textus, & paulò post subjungit: *Quidquid obtuleris sacrificij sale condies.* Præterea lumina, quæ in Tabernaculo & templo ardere præcepit, pro sui alimento oleum non vero ceram habere voluit, cum tamen hæc ad ardendum materia sit purior, & nobilior; at vero consideranda est, quod tam mel, quam cera, apum opera conficiantur, apes autem vindicativos typice repræsentant, quia qui eas molestat, ipsarum non evadet aculeum, unde Psalmista ab inimicis suis se circumdatum videns, dicebat: *Circumdederunt me sicut apes;* Deus igitur tantâ habet à vindicativis aversionem, ut ipsorum quoque umbras & figuras, quantumvis remotas, à se & divino cultu suo rejiciat. Quænam vero est ratio, quod Deus in omnibus oblationibus sal adhiberi voluerit? hujus præcepti motivum, ni fallor, hoc est, quia sal typus est illorum, qui unionem, pacem, concordiam diligunt, quia in compositione salis duo elementa, licet inter se sint contraria, aqua nimirum & ignis, inter se conjunguntur, & ligam quamdam faciunt. Unde discimus, quod quando homines, contrarij genij, & propter receptas injurias inimici facti, inter se uniuntur, & ut Deo placeant, sibi invicem reconciliantur, hi tales verum adhibeant condimentū in divinis sacrificiis acceptissimum; unde hoc unum forte fuit ex mysteriis, ob quæ Deus præcepit ut in erectione altarium nullum adhibertur ferrum: *Ædificabis altare Domino Deo tuo ex lapidibus,... quos ferrum non tetigit.* Circa quæ verba Origenes interrogat, cur potius Altare sacrum ex saxis rudibus & impolitis, quam ex marmoribus sectis, & affabre elaboratis erigi voluerit? *omnia in figura contingebant;* lapis enim qui scalpello sectus non est, Christianum significat, qui ferrum ob vindictam numquam apprehendit, sed pacem semper amavit; hic igitur lapis optimus est ad fabricandum altare Deo acceptissimum, in quo gratissimum eidem offeratur sacrificium: *Ex lapidibus quos ferrum non tetigit,* inquit Origenes, *qui ferrum pugnæ, ferrum belli, ferrum litium numquam recepit; sed semper pacificus fuit semper quietus & mitis. Isti sunt ergo lapides vivi ex quibus Jesus Dominus noster Altare construxit, ut offerat super eo holocausta, & sacrificium salutis.* Verum enimvero ex quo lapidum mentionem facere cœpimus, obsecro vos, ut oculos vestros in lapides illos dirigatis, quos temerarius Simei in Davidem jacere non erubuit, simul ei per improperij verba maledicendo: *Maledicebat, mittebatque lapides contra David;* Quos tamen lapides David haud secus ac gemmas pretiosas libenter acceptabat; dicebat enim: *Dimittite eum;* Ex his porro lapidibus, eximium quoddam in corde suo Altare erigere novit, in quo acceptissimum Deo sacrificium obtulit, quo eum placavit, videlicet dilectionem inimicorum, sutque vindicativi appetitus frequentem suppressionem, siquidem nisi hanc adhibuisset, illatas sibi injurias severe castigare potuisset. Unde Sanctus Bernardus ait: *Vetuit ergo prohiberi maledicum convitiantem, quæsum, æstimans maledicta, sævebat lingua maledica, & ille mendebat quid in occulto ageret Deus.* Quando idemmet Regius Propheta David Saulem non solum è manibus suis illæsum abire permisit, verum etiam eumdem à militum suorum violentia defendit, qui illum in potestate sua habentes ad prædam aspirabant & vindictam, ingratus ille Rex eidem postea dixit: *Quis cum invenerit inimicum suum, dimittet eum in via bona? sed Dominus reddat tibi vicissitudinem hanc pro eo, quod hodie operatus es in me.* Circa quæ verba Cajetanus in Hebræo hoc modo legi observat: *Reddat tibi bonum pro eo, quod hodie operatus es in me, prædixit enim quod Deus non relinquet sine præmio tantum virtutis opus.* Nam ut in sequenti Discursu videbimus, Deus iis, qui inimicis suis bonum pro malo reddunt, temporaliter etiam benefacit. Porro priusquam materiam hanc terminemus, nonnulla adducamus exempla, in quibus Deus mundo miraculosè ostendit, quam grati & accepti sint illi, qui inimicos suos per dilectionem, & remissionem offensarum vincere norunt.

Jesus 8. v. 31. Voluit etiam altare sibi erigi ex lapidibus, quos ferrum non tetigit.

Orig. h. 9. in Josue.

1. Reg. 24. v. 20.

Cajetan. ibid.

10. In Annalibus Ecclesiasticis de nobili quodam refertur, quod die quadam egressus, ut se de eo, qui patrem suum occiderat, ulciscereturr, tandem illum obvium habens, dum in procinctu esset, ut ferro illum transfigeret, hic ei supplex factus, amore crucifixi eum, ut sibi dimitteret, rogavit; qui crucifixi nomine audito compunctus, & placatus ferrum in vaginam recondidit; cumque postmodum idem nobilis tamquam legum status equestris transgressor à Richardo Angliæ rege, exilio omniumque bonorum suorum confiscatione mulctaretur, tandem post longum exilij tempus Ecclesiam aliquam ingressus, Deum orare cœpit, ut cor Regis emolliret; in veniam, & pœnæ suæ remissionem: Factumque est, ut quoties hunc in finem coram crucifixi imagine genua flectebat, toties quoque crucifixus, quem venerabatur caput illi inclinavit: *Contigit ut quoties procumberet in genua, toties Christi è cruce pendentis imago, in ara exposita caput inflecteret: quo conspecto ingen-*

Præclarum exemplum militis, qui amore Crucifixi rogatus, veniam dedit occisori patris sui.

Annal. Eccl. Rayn. An. 1232. n. 32.

ti miraculo, Richardus Rex evocavit Equitem squalore obsitum, percunctatur quod Deo gratissimum opus aliquando edidisse putaret, eoque subjiciente parentis interfectori veniam per crucifixi vulnera exoranti ignovisse, audita rei serie, & causa exilij, in patriam, pristinos honores, fortunasque restituit.

Aliud simile S. Joannis Gualberti.

11. Neque minus memorabile est illud S. Joannis Gualberti exemplum, qui dum juvenis esset paternis obsecundaturus placitis; inimico infidiabatur usque ad mortem, quem cum aliquando inermem in stricta semita, ubi effugere non poterat, offendisset, miser ille ad hujus se pedes provolvit, vitamque donari petiit amore Christi crucifixi. Quibus verbis emollitus Gualbertus eum è terra sublevatum amplexatus est, eumque fecurum esse jussit, utpote qui bono usus fuisset advocato. Suum itaque persequens iter Joannes Ecclesiam intravit in via, ibique orare cœpit coram, quodam crucifixo, qui illi caput inclinavit quasi propter servitium, quod sibi, inimico propter amorem Dei parcendo, præstiterat gratias acturus. Qua miraculosa Domini correspondentia tunc confusus adolescens, interius se illuminatum sensit, moxque mundo renunciare, subque Christi labaro imposterum militare statuit, quod & fecit, quando religionem ingressus, alterius ipse religionis fundator evasit.

Aliud. Hist. select. August. Manni. c. 280.

12. Philippus Alfieri Baro Aquilanus, aliquando vulnus ex bombarda mortale accepit in genu, & latere, unde menfibus multis de vita periclitatus fuit, ad ignoscendum igitur exhortatus, resitebat, & quantumvis se id facturum sæpius promitteret, in proposito tamen constans non perseverabat. Femur magis magisque intumuit, morbusque ita auctus est, ut pene moreretur. Post varios itaque gravesque assaltus, ex corde toto injuriam remittere statuit, ideoque inimicum vocatum amplexatus est, eique reconciliatus. *Statim non solum mortem imminentem evasit, sed à morbo illo convaluit, ut sanus factus sit, plusque virium habebat in femore olim vulnerato quam in altero.*

Aliud.

13. In iisdem historiis sequens pariter, quod in civitate Romana contigit, narratur prodigium. Juvenis quidà secundum latus glande perculsus erat per bombardam directa: cumque plaga malè curata aperta remaneret, tandem incurabilis effecta est; Ideoque molestiis & fastidiis ulceris quotidie exagitatus vindictam machinari cœpit inimici, qui mediantibus amicis instantissime pacem rogabat, quin & ad hunc finem personas, authoritate pollentes, & Principes adhibebat, sed irrito semper effectu, *semper tum ulceri mederetur, videns illud incurabile, & dolorem sustineus indignabatur, & ultionem meditabatur.* Religioti plurimi infirmum ad sanam mentem reducere satagebant, sed incassum. Audiens autem vice quadam concionem cujusdam Capucini de inimicorum dilectione ad veniam concedendam disponere cœpit, sed vix vulnus suum curari vidit, quando propositum immutavit. Considerabilis autem est exhortatio illa, quam ei dictus Prædicator in privato fecit, & ab historico in hæc traditur verba: *Aggressus est illum Concionator privatis colloquijs, ostendit non esse prudentis viri eum qui corporis salutem per vulnus alienum amisisset, velle per odium proprium quasi per gladium animam trucidare, majusque damnum sibipsi inferre, inimicum odio habendo, quam inimicus intulisset, vulnus inferendo.* Atque his idem Historicus internum, quem dictus vulneratus, efficaci illius Capucini exhortatione commotus, discursum formare cœpit, subjicit, inquiens: *Quid patravit contra me hostis meus? intulit mihi vulnus injuriosum, violavit Christianam charitatem, astrinxit se scelere pessimo! Ego si vices rependam, & evaginato gladio illum vepercutiam, sanguinemque ejus fundam, particeps ero sceleris sui, illudque committam, quod ipsum improbe commisisse contendam? uterque nostrum reus erit sanguinis ante Deum. Attendebunt me mundi hujus amatores, si illud inultum relinquam, sed si me, deriserit mundus, gloriam consequar apud Deum, apud Angelos, apud viros justos*, vivis hisce rationibus convicto intellectu, voluntas quoque ad reconciliationem mota fuit. Unde misit ad Capucinum, eique insinuari fecit gratum sibi futurum, si certa quadam hora præfixa inimicum in specificatam à se Ecclesiam perduceret, ut eumdem ibidem amplexaretur. Sed à proposito resiliens hora præfixa non comparuit, ideoque plaga pristinum induit malum. Secunda itaque vice idem spondere cœpit, sed iterum ut prius deficiebat: quare lamentans Capucinus, cognoscensque universam culpam ex asperata plaga procedere eo præcipue tempore, quo vulneri adhibebatur emplastrum, illum exhortatus est, ut plagæ curam eo die omitteret. Obedijt

Ibid. c. 275.

ille, nec vulnus curavit : & inimicum requirens, ei reconciliatus est in loco assignato, mirabile dictu, domum rediens, dum vulnus curare vellet, ipsum perfecte sanatum reperit.

Baron. an. 799. Aliud memorabile Leonis Papæ III.

14. Memorabilis illa quoque est historia in Annalibus Ecclesiasticis memorata de Leone III. summo Pontifice. Nepotes enim Adriani Papæ invidia propter Leonis electionem excæcati, oculos illi eruentes, ad radices usque linguam ei abscinderunt. Deus autem innocentium defensor, intercedente S. Petro, cui se commendarat, nocte sequenti vitam, linguam, totalemque salutem illi restituit miraculose, ita ut merito gloriari posset: *Dominus illuminatio mea & salus mea, quem timebo? Dominus defensor vitæ meæ, à quo trepidabo?* sed quam putatis tam prodigiosi miraculi fuisse originem? Cum Carolus Magnus sacrilegos illos Adriani nepotes, pœna capitali mulctare decrevisset, Leo omni cum zelo & spiritu se ei opponens, id effecit, ut loco mortis in exilium tantum ablegarentur.

Psal. 26. v. 1.

Aliud Seraphin. Raz. in horto exempl. Tit. de dilect. inim.

15. In aliquibus Simonis Berti manuscriptis sermonibus, qui Florentiæ in Bibliotheca S. Martini asservantur, sequens pariter refertur fictum, de quodam privatæ conditionis viro, qui cum fratrem cujusdam nobilis occidisset, neq; hujus indignationem aliter declinare posset, Ecclesiam ingressus, ibi homicidium confessus est, illius pœnituit, seque Deo ex corde commendans, se resolvit suspensio ad collum capistro dicto nobili se sistere, ab eoque veniam petere; quod & in die Veneris, intercessionem Jesu Christi in die illo implorans, aggressus est. Hoc igitur spectaculo adeo permotus fuit nobilis, ut venia indulta reum amplexatus fuerit, dicens: *Vade in pace frater, Deus remittat tibi in cælis sicut remitto tibi in terra.* Nocte autem sequenti eidem nobili Christus apparuit, dicens: *Quoniam heri amore mei condonasti inimico tuo, noveris me animam fratris tui occisi hac hora à purgatorio liberasse, insuper animam patris tui prius mortui, ex eadem pœna eximisse, & ambos mecum duxisse in gloriam cælestem.* Deinde idem superaddit Author, quod Christus ei dixerit, ut infra dies octo se ad vitam æternam adeundam disponeret, unde paulo post infirmatus, omnibusque Ecclesiæ Sacramentis munitus, animam suo tradidit Creatori Paradiso inferendâ.

16. D. Chrysost. postquam heroicum Davidis actum, quando in spelunca Odolla illæsum Saulem, quem occidere poterat, abire permisit, considerasset, ita unumquemque nostrum exhortatur, dicens: *Proinde ta quoq; si quando hostis tuus inciderit in manus tuas; cave putes esse datam tibi ulciscendi opportunitatem, sed servandi hostis oblatam occasionem. Loque tum maxime parcendum est inimicis, cum illi forte venerunt in potestatem nostram.*

D. Chrysost. T. 2. h. 1. de David & Saul.

17. Thomas Cantiprat. eidem suffragatur intento; quando refert qualiter nobilis quidam, videns fratrem suum uterinum à quodam humilis conditionis viro occisum, reum cum pluribus aliis insecutus est, quem ubi est assecutus, gladium strinxit ut homicidam mortaliter feriret. Ast ille mox vitam sibi donari petiit, quibus precibus emollitus persecutor, ferrum in vaginam recondidit, collaterales vero ejus ipsum ignarum appellantes, tantum effecere, ut iterum gladium strinxerit ad feriendum; Reus itaque iterum veniam petens hanc impetravit; sicque vicibus ternis & à sociis instigatus nobilis gladium exacuit in mortem, sed & toties precibus acquiescens supplicis homicidæ, veniam indulsit. Atque ita indemnem dimisit. *Eadem die* (verba sunt dicti Episcopi) *at audivat Missam Ecclesiam introgressus, ubi coram imagine Crucifixi tertio genua flexit, visus est à quodam sancto viro, ad singulas genuflectiones nobilis illius, Crucifixus caput suum humiliter inclinare. Seorsum ergo vir sanctus ille, qui solus hoc viderat, nobilem evocavit, quis esset interrogans. At ille, miles,* inquit, *dicor in terra, qua natus sum. Et rursum ille, dicas mihi charissime, mihi cœles. In quo confidis te magis divinam misericordiam meruisse. Tunc miles, peccator sum & sæculo deditus, in nullo prorsus, nisi hodie forsitan meruisse veniam.* Sicque totam illi facti seriem enarravit.

Tho. Cantip. l. 2. Apum. c. 28. §. 3. Aliud.

DISCURSUS IX.

ARGUMENTUM.

Eos, qui erga inimicos suos mansueti & benefici vivunt, exemplis plurimis, præsertim autem Davidis, & Josephi, prosperari atque exaltari probatur.

THEMA.

Nunc scio quod certissime regnaturus sis, & habituras in manu tua regnum Israël, 1. Reg. 24. ℣. 21.

1. Reg. 18. v. 12.

1. SI numquam de Saule verificari potuit illud Proverbium: (*Num & Saul inter Prophetas*) certe in præsenti maxime locum habet, quando Davidi, quod ipse regnum Israël post se obtenturus esset prædixit, inquiens: *Nunc scio quod certissime regnaturus sis &c.* Quam obsecro notitiâ de futuro eventu habere poterat reprobus ille, præsertim cum David statum ageret privatum filiusque esset Isai, divitiarum, honorum, ac dignitatum expers, nec ullis Principum innixus favoribus, imò cum Saul ipse usque ad mortem eum persequebatur, sed attendatis velim ad particulam, *nunc* David enim contra omnem rationem status, & politiæ humanæ, Saulem dimiserat illæsum, quando eum in defensionem suam morti dare poterat; quem heroicũ mansuetudinis actum ponderans Saul, non minorem ei retributionem conferendam concludebat ab illo, qui ait: *Mihi vindicta, & ego retribuam*, quam coronam & sceptrum Regium, siquidem hic beneficentiæ divinæ per omnia sæcula viguit stilus, ut semper prosperitatibus vitæ præsentis cumularit eos; qui bonum pro malo reddere gestiunt, omniumque obliviscuntur injuriarum. Cajetan. autem dictum Textum exponens, inquit: *Juxta Hebræum habetur; & nunc esse novi, quod regnando regnabis, & firmabitur in manu tua regnum Israël.* Ubi singulariter notandum est verbum *firmabitur*: omnes namque quæ in terra hac sua habuere fundamenta, monarchiæ, progressu temporis collapsæ sunt: regnum autem Davidis numquam deficit, de quo ad Mariam prædixit S. Gabriël: *Dabit illi Dominus Deus sedem David Patris ejus, & regnabit ... in æternum, & regni ejus non erit finis:* quia scil. ut S. Chrysost. ait: *Et hoc manifestum, quod multa magnaque sint, quæ justorum vitam exornant? hoc tamen præ cæteris efficit, ut clarissimi evadant, si mansueti vivant, & erga illos placidi sint, à quibus injurijs afficiuntur.* Qui idem in homil. 2. super David & Saulem, postquam mansuetudinem Davidis in dicta spelunca exercitam maturius considerasset, ita nos ad ignoscendum injuriis, veniamq; faciliter hostibus concedendam exhortatur: *Ne quid offendat eum qui læsit, omnia tam faciat, tam patiatur magna à Deo expectans præmia, en hic noster David etiam regnum adeptus est, nec tamen inquinavit cæde manus, sed dexteram habens puram, sic corona redemitus est, sic ad thronum ascendit, honesti nominis argumentum gestans purpura ac diademate magnificentius, videlicet quod hostis peperciss et.* Inque eadem homilia in ejusdem Davidis favorem hanc sequentem statuit conclusionem, dicens: *Omnes illius actiones prosperans*, id quod de singulis, qui inimicis suis ignoscunt & Davidis mansuetudinem imitantur, dici potest; nam S. Doctor de supremo benefactore & remuneratore loquitur, qui eos, qui injurias inimicis suis remittunt, maximis accumulat bonis.

Deus eos, qui injurias remittunt, magnis accumulat bonis.

Clare patet in Davide.

D. Chrysost. Ibid.

2. Abulensis postquam variis quæstionibus discussisset, quamobrem cum regnum Israël successioni deberetur Saulis prolibus fœcundi, ipse nihilominus asseveranter adeo prædixerit: *Nunc scio certissime &c.* varijsque præmissis hinc inde rationibus tandè concludit, inquiens: *Ideo Saulem tam firmiter sibi persuasum habuisse, quod David in regno ei successurus esset, quia videbat Davidem benignitate & mansuetudine sua omnium sibi animos devinxisse: Saul viderat, quod omnes Israëlitæ diligebant inimis David, & obediebant ei in omnibus, honorabant eum ut Regem.* Hoc enim præmium Deus in vita præsenti largitur mansuetis, & pacis amatoribus, ut aliorum dominetur cordibus, optimiq; efficiantur gubernatores: ideo Christus ipse ait: *Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram*: quod & ipsemet David diu ante in hæc prædixerat verba: *Mansueti autem hæreditabunt terram.* Hinc & alia quadam in occasione, quando David Sauli poterat adimere vitam, solum abstulit calicem & hastam, quem mansuetudinis actum obstupescens ingratissimus Saul ille dixit: *Benedictus tu fili mi David & quidem faciens facies, & potens poteris.* Sed quid hoc loquendi modo Saulem inferre voluisse putaris? *dupliciter potest intelligi*, inquit Abulensis, *uno modo, quod David faceret, id est, sicut nunc fecerat misericordiam cum eo, ita aliàs faceret misericordiam, & sicut nunc habuit potestatem super ipsum, ita aliàs habetet, quasi dicat: Sanctè erit virtus Dei id, quod sicut nunc ei dederat Deus potestatem super Saulem, ita etiam postea multotes daret. Aliter potest intelligi, quod David faceret & posset, id est, quod Deus daret ei potestatem ad faciendum quidquid vellet, scilicet quod daret ei regnum, & tunc posset facere quidquid vellet.* Hinc & Saul non semel, sed bis, quando vidit quod David ferocissimas contra se ab eo excitatas persecutiones continuata heroica beneficentia & mansuetudine compensaret, regnũ illi infallibiliter dandũ annunciare nõ dubitavit.

Unde Saul cognoverit Davidem iis fallibiliter post se regnaturum.

Abul. Q. 27. in c. 24a l. 1. Reg.

3. D. Chrysost. de Laudibus Davidis agens, deque virtutis hujus encomiis fusius tractans sequentem formam Discursum: *Quot coronis non fuerit dignus David, cum adeo sua mansuetudine & modestia Saulem superaverit, ut ei propriam condemnare crudelitatem, virtutemque illius celebrare persuaserit? Is enim, inquit, quis inimicum suum in tribulatione constitutum invenerit, & in via bona ipsum dimiserit, Dominus ei bona retribuet: Sicut tu mecum fecisti hodie, & ecce agnosco quod regnans regnabis, quodque regnum Israël constituetur in manu tua. Et nunc jura mihi per Dominum, quod non abolituras sis semen meum post me. Et unde quæso hoc nostis? Penes te sunt exercitus, penes te sunt pecuniæ, arma, civitates, equi, milites, omnis denique jus Regij apparatus, hic contra desertus & nudus, nec civitatem, nec domum, nec familiam habens. Unde igitur, dic mihi, ita loqueris?* sciebat itaque Saul, quod Deus ad gradus supremos exaltet eos, qui bonum reddunt pro malo: *Et nunc scio certissimè, &c.* Tales namque exercitibus non indigent, quia corda lucrantur hominum, amoremque sibi conciliant populorum. Quemadmodum patet in Ferdinando Hispaniarum Rege, cui in civitate Barcellonensi sequentia fuere attributa elogia: *Christiani propagator Imperij, Africæ terror, hæresum vitiorumque hostis acerrimus.* Nec mirum, quia mansuetissimus fuit, prout in sequenti patet exemplo, nam dum aliquando publicas more solito populo dans audientias: *Insidijs petitus, ac ferro lanciatus est ab homine rusticano furibundo, hunc insigni clementia trucidari vetuit, quamquam postea in scio eudem Rege de scelesto sumptum sit supplicium.* Et ideo in iisdem Annalibus hoc sequens in perpetuam hujus Regis laudem traditur encomium: *Nulli majorum suorum potentia secundus, at qui limites Imperij, gloriaq; Hispaniæ propagaverit.*

Deus illos exaltat qui reddunt bonum pro malo.

Exemplum Ferdinandi Regis. Ann. Eccl. Rayn. An. 1492. n. 3.

Prov. 16. v. 32.

4. Iidem pariter Annales de Rudolpho VI. Romanorum Rege, referunt, quod cum Rex Bohemiæ ingens promisisset præmium ei, qui ipsum occisurus esset, miles quidam hac illectus lucri spe, vitam suam discrimini exposuerit, Regemque aggressus, eum ex equo detraxerit; unde in manifesto erat imminentis mortis periculo, nisi ei opitulati fuissent Aulici ejus, quamvis & ipse humi jacens adversus transeuntem super se equitantum suo se constanter defenderit scuto; è periculo itaq; ereptus, victoriam prosecutus est, in qua stragem edidit, quatuordecim millium hostilis exercitus; cumque post prælium dictus ille miles à quo ex equo in terram protractus fuerat, vinctus oblatus esset, impium liberari jussit: *Militem qui in vitæ discrimen ipsum adduxerat, sibi oblatum illæsum abire jussit, dictitans, non exiguum damnum fore, si adeo generosus, ac fortis miles perimeretur,* Quam eamdem historiam idem Author sequentibus immediatè prosequitur verbis: *Præmium porro tantæ victoriæ non Austria modo fuit; verum magna etiam Bohemiæ pars, quam in suam potestatem redegit.* Dubitare autem quis posset, an hæc ultima verba de victoria de hostibus suis per milites obtenta, an vero de alia, quam de seipso tulit, dum hosti ignovit, intelligenda sint, præsertim cum Scriptura dicat: *Mansueti hæreditabunt terram:* Et quidem ego verba illa de secunda victoria intelligenda esse arbitror, siquidem Rex ille ex tunc Imperij siti cæpit dilatare habenas, seque longe robustiorem in hoc facto ostendit, quam in perpetrata inimicorum suorum strage, siquidem *melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo, expugnatore urbium.*

Ann. Eccl. Rayn. An. 1278. n. 43. Aliud Rudolphi VI. Regis Romanorum.

Præclara hujus exempla habemus in Patriarcha Jacob.

5. Sed ab inceptis nequaquam recedamus historiis sacris. Jacob itaque Patriarcha admirandam opum suarum à Deo obtinuit prosperitatem, successionemque posterorum omnino numerosam, cui insuper proprium imposuit nomen, siquidem ab Israële Hebræi cognominati sunt Israëlitæ, hanc autem prosperitatem S. Cyprianus amori Jacob, quem erga crudelissimum suum monstravit Persecutorem Esau, adscribit, dicens: *Jacob fugatus à fratre, de terra sua patienter excedit, & majore patientia postmodum supplex adhuc, magis impium & persecutorem, muneribus pacisci ad concordiam redigit.* Quod idem S. Augustinus in hæc confirmat verba: *Quem sicut vitare savit, ita odisse nescivit, & reversas multis muneribus, ut eum sibi placatum faceret, honoravit.* Sed quod evidentius ex veteri Testamento exemplum adducere poterimus, quam de Joseph, ejusdem Jacobi filio, è carceribus ad thronum exaltato? *Joseph pro fraternidij crimine* (inquit idem Sanctus) *impijs & inimicis fratribus suis, non odij amaritudinem, sed charitatis dulcedinem repensavit; osculabatur enim singulos, & per singulos flebat.* Quod idem apud S. Cyprianum in hæc reperio expressum verba: *Joseph venumdatus à fratribus, non tantum patienter ignovit, sed & gratuita frumenta vementibus largitur & clementer impertit.* Jacob duodecim habebat filios, populi Judaici Patriarchas; & quamvis vir esset summa prudentia & Sapientia pollens, optimeque nosset, quantum in numerosa filiorum familia partialitas præjudicaret, nequaquam tamen se continere poterat, quin majoris amoris teneritudine prosequeretur Josephum: *Israël autem diligebat Joseph super omnes filios suos.* Sed tantæ prærogativæ meritum si dignoscere cupitis D. Auscultate Ambrosium dicentem: *Quid autem esset, quod præferri Joseph mereretur cæteris, si aut lædentes læsisset, aut diligentes dilexisset? hoc enim pervie factum, sed illud mirabile, si diligat inimicum tuum, quod Salvator docet. Jure ergo mirandus, qui hoc fecit ante Evangelium, ut læsus parceret, appetitus ignosceret, venditus non referret injuriam, sed gratiam pro contumelia solveret, quod post Evangelium omnes didicimus, & servare non possumus.* Quam eamdem Patriarchæ hujus virtutem in suis super Genesim homil. Divus quoque Chrysostomus in hæc prosequitur & exaltat verba: *Quis pro dignitate admiretur viri hujus virtutem, qui novæ legis Philosophiam magna adimplevit diligentia? & id quod Christus admonet discipulos: Diligite inimicos vestros, orate pro &c. Hoc ille & multo magis fecit. Neque enim solum tantam declaravit charitatem erga eos, qui se occiderant, quantum in eis erat, sed omnia facit ut demonstret eis, quod nihil in se peccarint. O Sapientiæ excellentiam! ô benevolentiæ coæervationem, & dilectionis Dei largitatem. Non vos, inquit, hæc mihi fecistis, sed Dei erga me providentia hæc fieri permisit.* Imo idem Sanctus ejusdem Josephi plenius insistens deprædicandis laudibus in alia quadam homilia, qualiter Patriarcha hic potius, in silentio, Dominæ suæ injuriam, atque calumniam, in mediis etiam suppliciis potius dissimulare, quam accusando vindictam sumere voluerit, ostendit dicens: *Posset omne negotium Regi significare; non Ægyptiam reprehendit, non Dominum affert in medium, non fratres; non dicit causam propter quam condemnatus est in carcerem, neque scelus in se commissum narrat, sed hoc tantum curat, non ut illos condemnet, sed ut pro se solo dicat, & fratrum quidem causam occultavit, dicens: Furto adductus sum de terra Hebræorum.* Sedecim erat annorum, quando fratres eum interimere volebant, & persuadente Juda ipsum pro mancipio vendiderunt, sane tanta inter Ægyptum & domum ejus paternam non erat distantia, quin patri suo inter tot annorum spatia, quidquid sibi accidisset, intimare potuisset, maxime cum in servitute ageret, citra omnem culpam suam, in patria aliena, ubi falsi adorabantur Dij, inque aliorum potestate constitutus: *Manus ejus in cophino servierunt, In servum venundatus est Joseph, humiliaverunt in compedibus pedes ejus, ferrum pertransijt animam ejus.* Cur obsecro factum fuisse putatis, quod suum patri non intimarit infortunium, neque se à carceribus eripere laborarit; nisi quia exercitam contra se fratrum suorum impietatem manifestare detrectabat, ideoque potius patiens & mutus pœnosissimæ tot afflictionum Iliadi subjacere decrevit, quam crimen fraternum manifestare: *Majorem charitatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis, ut ignoscamus perfectum virum* (inquit sanctus Ambrosius) *non moveri ulciscendi doloris invidia, nec malorum rependere vicem; unde & David ait: Si reddidi retribuentibus mihi mala.*

Gen. 37. v. 3.

S. Ambr. l. de Joseph. c. 1.

D. Chrysost. h. 64. in Gen.

Psal. 80. v. 7. Psal. 104. v. 17. & 18.

S. Ambr. ibid.

Psal. 7. v. 5.

6. Sanctus quoque Augustinus eamdem raram hanc & singularem obstupescit mansuetudinem, inquiens: *Mirati estis castitatem: Aspicite nunc benignitatem. Ille pro odio reddit charitatem, & cum videret fratres suos, imo inimicos ex fratribus, eumque ab eis agnosci vellet, dilectionis effectum pio dolore testatus est ad eos. Osculabatur singulos, & per singulos flebat, & irriguis fletibus, paventium corda perfudit. Odium fratrum charitatis lacrymis ablaebat. Constat vivo Patre atque mortuo, quod germano semper amore dilexit, nec recordatur illum, in quo ad necem fuerat dejectus in lacum, non cogitavit additam pretio germanitatem, sed pro malis bona restituens, jam tunc necdum data Apostolica præcepta complexit.*

S. Augustin. ser. 83. de temp.

S. Cypr. de bono patientiæ.

S. Augustin. ser. 168. de temp.

Et ejus filio Joseph.

S. Cypr. ibid.

7. Primum autem quem Joseph habuit filium, qualiter ab eo denominatum fuisse putaris? Hæ lem forsitan aut Jacob à nomine Patris? Isaac forsitan à nomine avi? nequaquam sed Manasses dictus est; ast quale hujus denominationis arbitramini subesse mysterium? quia Manasses *oblivio* interpretatur. Verum enimvero cujusnam oblitus fuit Joseph? forsitan gratitudinis erga patrem? forsitan debiti respectus erga Regem? aut cultus & religionis in Deum? minime equidem, sed injuriarum dumtaxat sibi à fratribus, & Putiphare injuste illatarum, quando hic conjugi

Cur Joseph primogenitum suum vocaverit Manassen.

jugi suæ adulteræ credens, eum incarceraverit, oblitus fuit. Tales à Deo itaque exaltantur & elevantur ad imperium: *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.* Sed quænam sodes causa fuit, quod infallibilis Dei providentia Josephum ad Regium solium exaltare volens, idipsum per somniorum Pharaonis interpretationem præstare voluerit? alij forsitan, quibus cum in Regis gratiam insinuaret, Deo deficiebant modi: somnij mementote, quod juvenis habuit de manipulis, de luna & stellis se adorantibus; quando & fratres eum irriserunt, ac persecuti sunt, dicentes: *Ecce somniator venit, venite occidamus eum, ... tunc apparebit quid illi prosint somnia sua.* Hos ille vultu læto pertulit insultus, nec verbum reposuit, atque ideo propter has patienter toleratas injurias, disposuit Deus, ut pariter per somnia sublimaretur ad regnum.

Matth.5.4.

Gen.37. v.28.

8. Quantum Moyses, ne ad populi gubernium assumeretur, recalcitravit? neque hoc mirum, quando etiam *negavit se esse filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo suo.* Deus nihilominus ut supremum illum honorem assumeret, absolute ei præcepit, dicens: *Constitui te Deum Pharaonis.* Sed quod tantæ exaltationis arbitramini fuisse meritum? sola erat mansuetudo, siquidem *erat Moyses vir mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra*; adeo ut cum Deus idololatram vitulique adoratorem populum exterminare vellet, Moyses non obstante maxima Hebræorum impietate, qua ipsum lapidare conati fuerant, sese apud Deum velut mediatorem interposuerit: Unde Deus ad Moysen dicit: *Dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gentem magnam.* Sed quis est qui nesciat, quam Moyses ab imperio fuerit alienissimus? & atque ideo merito quærendum venit, cur Deus illi hanc fecerit promissionem: *Faciam te in gentem magnam?* Scilicet ut nos disceremus, quod hi qui pro inimicis suis intercedunt & orant, digni sint, qui pro Reipublicæ & populorum beneficio, ad regimen publicum sublimentur. Hinc S. Cyprian. inquit: *Moyses ab ingrato & perfido populo contemnitur frequenter, & pene lapidatur, & tamen lenis & patiens pro eisdem Dominum deprecatur.*

Hebr.11. v.24.

Exod.7. v.1.

Quo suo merito Moyses exaltatus fuerit in Duce populi.

Num.12.v.3.

Exodi 32. v.10.

S.Cypr. ibid.

9. Ita quoque quia Judas apud alios fratres pro Joseph intercessit, ne suas sanguine fraterno commacularent manus (*dixit Judas fratribus suis, quid nobis prodest, si occiderimus fratrem nostrum*) qualem propterea illum à Deo accepisse putatis remunerationem? Solium nimirum & diadema Israëliticum, imo in hujus actionis remunerationem obtinuit, ut ex linea ejus ille nasceretur, qui in femore suo scriptum habet: *Rex Regum & Dominus Dominantium*; Unde Jacob decrepitus filiis suis benedicens, cum ad Judam perveniret, ita ait: *Non auferetur sceptrum de Juda & Dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est.* Quis immensum & transcendentem honorem explicare pro dignitate poterit ad quem sublimata fuit progenies illa ex qua David descendit? Siquidem hæc in Genealogia Christi primum inter omnes Patriarchas & Reges obtinet locum dicente Scriptura: *Liber Generationis Jesu Christi, filij David,* &c. Rupert. Abbas eximium hoc encomium, Davidis mansuetudini adscribere non dubitat, dum ita in Regis hujus prorumpit laudes: *Porro de David quærendum, quam ob virtutem maxime Deus illum dignum judicaverit, & juraret illi, sicut testatur ipse,* &c. *Et quidem non ita manifeste de illo Scriptura refert, sicut de Abraham, quod dixerit illi Deus, per metipsum juravi, quia fecisti rem hanc, vel illam, de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Sed ratio docet non multo minoris esse meriti peperciisse inimico propter Deum, quam non peperciisse unigenito Filio præter Deum, sed hoc fecit David, inimico suo infestissimo quærenti animam suam, inimico Regi, cujus Regnum sine dubio se susceperum sciebat. Ob hanc maxime causam juratum illi esse arbitramur, quod semen vel caro ejus assumenda foret in Filium Dei, quia maxime causa ista facit filios Dei.* D. autem Chrysostomus in præsenti observat, quod dictus Rex David mensæ suæ adhiberit Miphibosceth, Jonathæ filium, unicum posteritatis Saulis germen, licet mancum pedibusque claudum: *Cum esset claudus & debilis cruribus, in suam ipsius domum induxit, suaque mensæ fecit participem, summoque dignatus est honore, nec erubuit nec occultavit, nec se Regium mensam claudicatione pueri dehonestare arbitratus est, sed in eo sibi complacebat potius & gloriabatur. Quis enim eorum qui cum eo cœnabant, dum filium videret Saulis, qui tot malis Davidem affecerat, tanto in honore apud illum haberi, etiam si ferus omnibus immitior esset, non cum omnibus inimicis suis, pudore ac rubore suffusus, in gratiam redibit?* Eidem quoque suffragatur proposito Areopagita, quando ad Demophilum scribens, mysterium aperit, quare S. Matthæus in Genealogia Salvatoris, ex S. Spiritus instinctu, dum Christum Filium Dei appellat, primo omnium loco Filium quoque Davidis nuncupet dicens: *Liber generationis Jesu Christi Filij David.* Ubi dictus Sanctus sequentem subjungit Commentarium: *Quid porro David illum Dei genitorem amicum Deo reddidit? nempe quod in hostes benignus fuerit.*

Gen.37. v.26. Unde Judas meruerit ut ex semine suo nasceretur Christus.

Gen.49. v.10.

Matth.1.1. Hoc ipsum intimandum est in Davide.

Rup. Abb. l.4. de Victor. verbi c.27.

S. Dionys. Areop.ep.8.

Matth. p.1.

DISCURSUS X.

ARGUMENTUM.

Quandoquidem Deo proprium est bonum nobis pro malo reddere, & amore beneficiisque odientes se prosequi, si idem & nos fecerimus, ipsi similes efficiemur.

THEMA.

Estote ergo misericordes sicut & Pater vester misericors est. Luc. 6. ℣. 36.

Luc.6. v.35. Per dilectionem inimicorum assimilamur Deo.

1. POstquam incarnata Sapientia in S. Luca dilectionem præscripsisset inimicorum dicendo: *Verumtamen diligite inimicos vestros*; Mox nos æterno Patri per misericordiæ actus similes effici subnectit, inquiens: *Estote ergo misericordes, sicut & Pater vester misericors est.* In quo vero divina maxime relucet pietas? Certe in eo dum quotidie innumerabiles easque gravissimas nobis ignoscit injurias atque offensas; atque hæc indivisibilis est Dei proprietas, quam præ reliquis omnibus in nostram exercet utilitatem, dicente Ecclesia sancta: *Deus cui proprium est misereri semper & parcere.* Non enim in immensitate, infinitate, omnipotentia, sapientia, aliisque similibus attributis divinis eum imitari possumus similesque effici, bene tamen si ad ejus imitationem injurias nobis factas condonemus. Unde & ipse Dei Filius omnes inter virtutes, quæ in ipso resplenduerunt, maxime sibi corde habuit benignitatem & mansuetudinem, & ad hujus virtutis exercitium singulariter nos invitans dicebat: *Discite à me quia mitis sum.*

Matth.12. v.29.

2. *Estote misericordes sicut*, &c. S. Ambrosius ex illis Apostoli verbis (*plenitudo ergo legis est dilectio*) præsentem quoque eruit veritatem dicens: *Inimicum diligere quid aliud est, quam optare desinere illum ab odio, & nihil asperum quærere adversus illum? Hoc est, amare illum. Ea illi optare, per quæ Deum habeat propitium; hæc est cœlestis justitia, hæc Deo Patri similes facit.* Imo ipsimet Philosophi Gentiles, solo lumine naturali dotati, eamdem penetrarunt veritatem existimantes, quod quid nescio divini participet is, qui bonum reddit pro malo, & inimico benefacit; Idcoque in quadam Tullij pro Marco Marcello Oratione ita dicitur: *Non summis viris æquandum censeo, sed Deo simillimum judico, illum scilicet qui ignoscit, & inimicum suum amat.* D. quoque jamjam citatus Chrysost. ad idem propositum ait: *Nihil est quod sic Deo similes faciat, ut malignis atque ladentibus esse placabilem.* S. pariter Bernardinus aliam ejusdem S. Doctoris ad præsens institutum in hæc verba citat authoritatem inquiens: *Chrysostomus ait: Nihil ita Deo assimilat, sicut injuriam sibi facientibus indulgere. Sed sicut idem ait: Carnales filij non sunt culpabiles, si parentibus non sunt similes, quia non est in potestate eorum suam figurare corpus, sed spirituales filij nisi Deo consimiles fuerint, eorum est culpa, qui patris similitudinem perdiderunt.*

S. Ambr. Rom.13. v.10.

Gentiles etiam notarunt aliquid divinum esse in dilectione inimicorum. *Cic. orat. Marc. Marcello.*

D. Chrysost. hom.20. in Matth.

S. Bern. T.2. ser.50. Adv. c.4.

3. Ne igitur qualiter æterno Patri similes efficiamur quisquam ignorare queat aut dubitare, cœlestis noster Magister nos clarissimè docet; nam postquam nobis præcepisset dicens: *Diligite inimicos vestros benefacite his qui oderunt vos, orate pro persequentibus & calumniantibus vos*; immediate subjungit: *Ut sitis filij Patris vestri qui in cœlis est, qui Solem suum oriri facit super bonos & malos*; Postquam vero non modo amicorum, sed & inimicorum (quod longe difficilius est, nobis suasisset amorem, subdit, quod per hoc exercitium perfectionem acquisituri simus Patris æterni perfectionis similem: *Estote ergo vos perfecti, sicut & Pater vester cœlestis perfectus est.* Circa quæ verba S. Basilius ita discurrit: *Quemadmodum Deus promiscue omnibus lucem impertitur, sic imitatores Dei, charitatis ipsorum radium æqualiter communicare omnibus debent; Quandoquidem ubi deliquium patitur charitas, ejus loco succedit odium.* Cui Doctrinæ S. quoque Augustinus assentitur, dum in

Per dilectionem inimicorum efficimur filij Dei. *Matth.5. v.45. Ibid. v.45.*

Num.20.10.

Et accedimus ad ipsius perfectionem. *Matth.5.48. S. Basil. de instit. Monach. ser.2.*

Rup. Abb. l.3. in Exod. c.19. Licentiosè peccemus in Deum, attamen nobis

in illorum Christi apud S. Matthæum verborum Commentario (*Qui Solem suum*, &c.) ita fermocinatur: *Discite diligere inimicum. In quantum in te charitas creverit, efficiens te & revocans ad similitudinem Dei pervenit usque ad inimicos, ut sis ei similis, qui facit Solem suum oriri super bonos & malos. Quantum accedis ad similitudinem, tantum proficis in charitate.*

Matth.5.45. S. Augustin. in Psal.99.

Militas facit nos Dei imitatores.

4. *Estote misericordes sicut*, &c. D. Chrys. in quodam de mansuetudine sermone, qui adducitur in Tomo 5. operum ejus; Similitudinem Dei, ad quam nos homines aspirare possumus, in injuriarum remissione consistere affirmat, inquiens: *Quisquis assimilari vult Deo, pro virili mansuetus sit ac mitis.* Atque exinde proprias gentilitias Christiani vestes, per quas tamquam Christi sectator dignosci debeat, mansuetudinem esse demonstrat, inquiens: *Proinde congruum est, ut quando quis contumelia nos affecit, justi ineamus mansuete, considerantes quod Dei imitatores miritas facit.*

D. Chrysost. t.5.ser.46.

5. David pacificam Regni Israëlis possessionem nactus, utrum quis ex stirpe Saulis, in quem misericordiâ exercere posset, superesset, quæsisse legitur in hæc verba: *Putasne superest aliquis qui remanserit de domo Saul, ut faciam cum eo misericordiam propter Jonathan?* Idem quoque David postea unum à servis suis Sibam nomine interrogavit: *Numquid superest aliquis de domo Saul, ut faciam cum eo misericordiam Dei?* Circa quæ verba notandum, quod prius petierit utrum quis ex progenie Saulis superstes esset, cui amore Jonathæ benefacere posset: *Ut faciam cum eo misericordiam propter Jonathan*; postea vero subjunxerit: *Ut faciam cum eo misericordiam Dei.* Quorsum hæc differentia? Unus idemque erat David, qui eamdem beneficentiæ virtutem erga posteros Saulis exercere volebat, & nihilominus differenti utitur phrasi loquendi. Prima enim petit num aliquis, superstite ex domo Saulis cui benefaciat propter Jonathan: Postea vero non Jonathæ, sed solius meminit Saulis. Quia scilicet licet Jonathas, Saulis esset filius, familiaris tamen erat amicus Davidis, propter maximam & fidelissimam præstita servitia; benefacere autem amicis, debitus actus erat gratitudinis & exilis meriti: benefacere autem posteris Saulis, usque ad mortem perfecutoris, sicque bonum reddere pro malo, singularissimæ erat virtutis actus, atque ideo merito dicebat: *Ut faciam cum eo misericordiam Dei*, quia scilicet divinam in hoc facto imitabatur misericordiam, *quæ Solem suum oriri facit*, &c.

2. Reg.9. v.1. Ibid v.3. David non solum benefecit suis in Jonatham amicum suum, sed etiam in posteros Saulis, hostis sui.

6. Oleaster quæ nostram inter, & aliam Deo propriam misericordiam versetur differentia sequentibus docet verbis: *Nostra in hoc distare videtur à divina Misericordia, quod nostra ad nostros tantum se extendit, diligentes tantum eos, qui nos diligunt, amicos, non inimicos: Misericordiam autem Dominus præcipue ad inimicos.* Quem conceptum ex iis forte formaverit Dei nostri apud Oseam verbis: *Non faciam furorem iræ meæ, non convertar ut disperdam Ephraim*; Cujus hanc allignat rationem: *Quoniam Deus ego, & non homo, in medio tui Sanctus*, q. d. Quandoquidem ego Deus sum, propterea ad me spectat dissimulare offensas. Ubi S. Cyrillus Alexand. sequentem format quæstionem, dicens: *An hoc illi non merebantur? Merebantur, inquit, sed Deus sum, non homo: Bonus nimirum, nec motibus iræ victoriam cedens: Humana enim est talis affectio.* Porrò Moysen & Aaronem Deo gratissimos, deque divino ejus servitio beneméritos fuisse nemo est qui ignorat; Et tamen licet summo cum labore per annos plurimos populum Hebræum versus terram duxerant promissionis, ipsi suum terræ isti pedem inferre non potuerunt, idque propter diffidentiam qua de beneficentia & misericordia Dei desperabant, ob populi ingratitudinem & rebellionem. Quam historiam lib. Num. c.20. fusius recenset; Quando enim in procinctu erant, ut ex petra aquam elicerent, Moyses his verbis populum est allocutus: *Audite rebelles & increduli: num de petra hac nobis aquam poterimus ejicere.* Qui sermo summè Deo displicuit, siquidem his verbis Moyses populo occasionem dedit suspicandi, quasi Deus mutata indole sua bonum pro malo reddere nollet, sed potius ipsorum demerita non beneficiis, sed justis pœnis compensare vellet; Non enim Moysis de Omnipotentia Dei, sed de ejus beneficentiæ dubitabat continuatione; cum tamen ut Rupertus Abbas ait: *Ubicumque murmurationes & jurgia, ibi & beneficia Dei sponse veniebant.*

Oleaster. Qualis sit differentia inter misericordiam Dei, & nostram. *Osea.11.v.9. Ibid.*

S. Cyril. Alex. Ibid. Cur Moyses & Aaron prohibiti fuerint ab ingressu terræ promissionis.

7. Ipsa namque omnium temporum experientia hanc ipsam comprobat veritatem, quod scilicet Deus, quantumvis à peccatoribus graviter offensus atque injuriatus fuerit, propterea tamen nequaquam desistat

sua ipsis continuo subministrare divina auxilia & gratias, & ad veniam & pœnitentiam eos invitare. Unde Paul. de Palatio ait: *Si attollis oculos, videbis nihil aliud Deum & Angelos meditari, quam ad salutem & pœnitentiam peccatores provocare.* Idcoque S. Cyprian. parum mihi dixisse videtur, quando de patientia Dei differens, ita in divinæ bonitatis commendationem scribit: *Cum crebris, imo contemptus exacerbetur offensis Deus, indignationem suam temperavit.* Siquidem non tantùm justum suum reprimit & mitigat furorem, sed insuper nobis benefacere non cessat, quia *Solem suum ortri facit super bonos & malos, & pluit super justos & injustos.* Neq; enim cessat divinam peccatoribus porrigere manum, id est, excitantem dare gratiam, ut peccatores ex barathro subleveret perditionis æternæ, eosque in amicitiam & gratiam suam readmittat. Subdit vero eodem in loco idem S. Cyprian. *Quisquis lenis, & patiens, & mitis est, Dei Patris imitator est*; Quamvis homo in eo à divina bonitate deficiat, quod scilicet aliquando ex necessitate faciat virtutem, dum ideo se offendenti ignoscit, quia vindictam in sua non habet potestate, qui casus in Deo nostro locum non habet, prout idem in hæc verba insinuat Sanctus: *Cum habeat in potestate vindictam, mavult diu tenere patientiam.*

benefacit, & ad pœnitentiam nos allicit. *Paul. de Palat. in c.5. Matth. S. Cypr. de bono patientiæ. Matth.5.45.*

8. Eruditissimus Idiota in contemplationibus suis piissimis hisce verbis Christum alloquitur: *Magnum est, dulcissime Domine Jesu Christe, qui nihil odis, si erga hominem, qui mihil mali mihi fecit, sum benevolus, & pacificus. Sed Domine illud multo magis est, & magnificentissimæ benignitati tuæ similius, si meum diligam inimicum, & ei qui malum mihi intulit, & adhuc inferre vult, si possit, bonum semper velim, & faciam, si possim; à tua gratia, & benignitate hoc provenit. Nihil tibi in natura similius est, quam homo qui malevolis & inimicis se lædentibus placabilis est, qui enim diligit inimicum, imitatur te, qui dilexisti nos cum adhuc inimici essemus.* Quod idem punctum Rupertus Abbas attingit, ostendens qualiter Deo similes fieri debeamus, scilicet, non ut Lucifer, nec ut primi parentes, ad hujus suggestionem scientiam æmulantes divinam, sed exemplo ejus, offensas nobis factas remittendo: *Non magnificentia scientiæ, de qua præsumens Sathanas, dixit in corde suo: Similis ero Altissimo; vel quam vestris parentibus promittens dixit: Eritis sicut Dij, scientes bonum & malum. Non inquam scientia, sed supereminens scientiæ charitas, causa est efficiens, ut Altissimo similes simus.* Præsertim quia teste S. Joanne, *Deus charitas est, qui manet in charitate, in Deo manet & Deus in eo*; Major autem charitas dari nequit, quam si quis amore Dei suum amet, & beneficiis afficiat inimicum: Quo igitur dilectio ferventior fuerit, tanto nos Deo similiores efficiet.

Idiot. l.1. de Contempl. de divine amore.

Qualiter Deo similes fieri debeamus. *Rup. Abb. l.11. c.18. de divin. offic.*

1. Joan.4. v.16.

9. Quis intimam Moysis in veteri lege non obstupescit cum Majestate divina familiaritatem? *Loquebatur Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet homo loqui ad amicum suum.* Intime adeo charitatem, lumenque cœleste participabat Moysis, ut in vultus ejus splendores, utpote humanam excedentes conditionem, suos filij Israël non possent defigere obtutus. Undenam tanta Moysis prærogativa & similitudo divina processit? Forsitan hanc meruit, quia Hebræos ex Ægyptiacæ servitutis compedibus liberavit? Aut vero quia sceptrum coronamque Regiam Ægypti contempsit, quando *Negavit se esse filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo suo?* Vel denique prodigiosis virgæ suæ prodigiis, quibus ita maleficos confudit, ut dixerint: *Digitus Dei est hic?* Resolutionem à S. Ambrosio discamus dicente: *Quantas Moyses à populo illatas absorbebat contumelias, & cum Dominus in insolentes vindicare vellet, se tamen pro populo offerebat frequenter, ut indignationi divinæ plebem subduceret? Quam miti sermone post injurias appellabat populum, consolabatur in laboribus, delinebat oraculis, fovebat operibus? Merito æstimatus est supra homines, ut & vultui ejus non possent intendere, & sepulturam ejus non repertam crederent, quia sic sibi totius plebis mentes devinxerat, ut plus eum pro mansuetudine diligeret, quam pro factis admiraretur.*

Exod.33. v.11. Unde provenerit quod Moyses adeo familiaris fuerit Deo.

Heb.11. v.24.

Exod.8.19.

S. Ambr. l.2. de offic.c.7.

10. S. Bernardinus ad illa reflectens Christi verba: (*ut sitis filij Patris vestri qui in cœlis est*) ad idem sic discurrit propositum: *Non natura sed imitatione & gratia, quasi dicat: Jam estis in spe, satagite ut sitis in re. Advertendum est autem, quod quia iste amor, & dilectio inimicorum, est altius notabiliter ardens, atque difficilis, ideo dicens: Ut sitis filij Patris vestri, qui in cœlis est, ostendit in his verbis unjus altas sinus sublimitatem, & forma-*

Matth.5.45. S. Bern. t.1. ser. 8. A.3. c.2. Dilectione inimicorum simus Deo similes imitatione & gratia.

formalem, & finalem. Primo quidem formalis sublimitas est perfecta participatio divinæ conformitatis, seu perfecta imitatio divinæ naturæ quæ utique est charitas summa & pura, hæc participatio, & imitatio per nomen filij, qui dicitur à Pbilos, quod est amor, optime designatur. S. Antoninus propositionem quamdam adducit S. Chrysostomi superius adductam, in qua ita loquitur: *Nihil sic Deo placabilem facit, sicut malignis & ledentibus esse placabilem, & per consequens diabolo est molestior, quia magis se per hoc homo elongat ab ejus similitudine, qui obstinato odio hominem persequitur.*

S. Antonin. p. 4. tit. 6. cap. 5. §. 5.

11. Nullus porro est qui magis dæmonem imitetur, quam vindicativus; de dæmone enim dicitur: *Ille homicida erat ab initio;* & consequenter à sensu contrario nemo est qui perfectius Deum imitetur, eique similis sit, quam qui mitis est, & erga inimicos benignus. Unde S. Prosper suadet, ut pro male nos tractantibus oremus, duplici de lucro inde nascituro nihil dubitantes: *Orandum*, inquit, *pro inimicis, ut aut obtineatur eorum conversio, aut in nobis divinæ bonitatis inveniatur imitatio.* S. Augustinus de homine ad imaginem & similitudinem Creatoris sui creato differens, qua ratione divinam hanc similitudinem in nobis exprimere valeamus, his verbis ostendit: *Non locorum intervallis acceditur ad Deum, aut recedituv ab eo: dissimilis factus longe recessisti, similis factus proxime accedis. Vide quomodo nos vult accedere Dominus, faciens primo similes, ut accedamus: Estote, ait, sicut Pater vester, qui in cœlis est, qui Solem suum oriri facit, super bonos, &c. Disce diligere inimicum ut vis cavere inimicum. In quantum autem in te charitas crescit, efficiens te, & revocans te ad similitudinem Dei, pertendit usque ad inimicos, ut sis ei similis qui Solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit non super justos tantum sed super justos & injustos.* Quæ etiam doctrina à Chrysostomo nobis insinuata fuit in homilia, *de David & Saul*, ubi Davidem in hoc specialiter virum secundùm cor Dei fuisse probat, quia erga inimicos suos mitis fuit, id quod per spiritum Propheticum ab eo didicit, qui carnem humanam ab ejus erat prosapia assumpturus, utpote qui particulariter de virtute mansuetudinis sibi usitata gloriaturus erat dicendo: *Discite à me quia mitis sum.* Consonat quoque hæc doctrina cum eo quod in S. Cæsario Arelatensi de Davide legitur; Dicit enim hic Sanctus: *David licet multis virtutibus fuerit exornatus; nulla tamen eum alitio familiarius Deo conjunxit, quam dilectio inimicorum illorum.* Sanctus Bernardus ad hoc se reflectens, quod nos ad Dei imaginem & similitudinem creati simus, quanam in re specialius nos ei conformare debeamus his verbis docet: *Oportet id quod ad imaginem est, cum imagine convenire, & non in vanum nomen imaginis participare; præsentemus ergo in nobis imaginem ejus in appetitu pacis.* Insignis est hæc hominis prærogativa, quæ etiam, ut ita dicam, ipsos Angelos in aliquam quasi invidiam trahere posset, quod scilicet vilissimus terræ vermiculus, & turpis luti pugillus, ad eam usque dignitatem evectus sit, ut fieri possit Altissimo similis; certissimum vero est, quod supremum hunc honorem, à prima & æterna veritate nobis promissum, consequi possimus, dummodo inimicis condonemus illatas nobis injurias, eosque ad imitationem Dei amemus, divinoque ejus præcepto obediamus, quo dicitur: *Estote ergo vos perfecti, sicut & Pater vester cœlestis perfectus est.*

Joan. 8. v. 44. Alia motiva, cur pro inimicis orandum sit.

S. Prosper. sent. 202.

S. Aug. in Psal. 100.

D. Chrys. h. 2. de David & Saul.

Matth. 11. v. 29.

S. Cæsar. Arelat. hom. 11.

S. Bern. c. 1. de anima. Inimicus diligendus est, quia est imago Dei.

Matth. 5. 48.

12. Nescio an aliquando observaveritis, quod incarnata Sapientia prudentiam nos docere volens, ad serpentes nos remiserit, dicens: *Estote prudentes sicut serpentes;* ad discendam vero sinceritatem & simplicitatem Christianam, nobis proposuerit columbam: *Simplices sicut columbæ;* Ad concipiendam firmam in ejus providentiam cordis fiduciam, inquit: *Considerate lilia agri;* Ut nos à pigritiæ nostræ lethargo excusciret, ad formicam nos remittit, inquiens: *Vade ad formicam ô piger;* at vero cum de amando eo, qui nos odit, de orando pro inimicis, iisque benefaciendo sermo est, vult ut æternum Patrem suum velut Prototypon respiciamus, ut hac ratione similis ei efficiamur: *Ut sitis filij Patris vestri*, &c. *Estote ergo perfecti sicut & Pater vester qui in cœlis est.* Sanctus Gregorius Nyssenus rationem inquirit, ob quam præcipua Deum inter & hominem similitudo in remissione injuriarum constituatur; Et respondet id inde fieri, quia ad Deum solum, non vero ad alios spectat, remittere, & condonare offensas: *Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? Præscribit Dominus qualem velit esse suum, qui ad eum est accessurus, ad hos ut ipsi Deo per virtutem ita assimiletur, ut Deus esse videatur, dum scilicet faciat ea, quæ solius Dei est facere, debitorum enim remissio proprium est Dei munus.*

Ut discamus inimicos diligere, remittit nos Christus ad Patrem suum.

Matth. 10. v. 16.

Matth. 6. v. 28.

Prov. 6. v. 6.

Matth. 5. 48.

S. Greg. Nyssen. de Orat. Dom.

Luc. 5, v. 21.

13. In libro Geneseos legitur quod Jacob, (cui nomen Israëlis attributum fuit, quod idem significat quod videns Deum) Esau fratrem suum intuens, eidem dixerit: *Vidi faciem tuam quasi viderim vultum Dei.* At vero numquid Esau reprobus erat? Hoc enim Scriptura Sacra manifeste indicat dum ait: *Esau odio habui.* Qua igitur ratione Jacob in Esau se faciem Deo similliman videre dixit? Pro resolutione observanda est occasio, in qua Jacob positus idipsum dixit; tunc enim hæc verba locutus fuit, quando post tot annorum inveteratum odium, cum eo pacem iniit, eique se reconciliavit: Hæc enim reconciliatio adeo Deo placuit, quod tametsi ob alios respectus illum execraretur, & odio haberet, propter merita tamen hujus mansuetudinis divinam ei communicaverit similitudinem, Unde Lyranus in hujus loci expositione, inquit: *Quia ejus indignatio mutata est in pietatem, ita pacificatum & mitem eum vidit, ut Dei vultum videre se æstimaret.*

Cur faciem Esau Jacob visa fuerit quasi vultus Dei? *Gen 33. v. 10 Rom. 9. v. 13.*

Euthym. ibid.

Lyra. ibid.

14. Consideratione digna sunt verba illa Regij Psaltis: *Inimici Domini mentiti sunt ei, & erit tempus eorum in sæcula.* At vero quamnam Deus ab illis vindictam sumpsit? Explicat idipsum idem Psalmista dum immediatè subjungit: *Et cibavit eos ex adipe frumenti & de petra melle saturavit eos;* At vero quanto excellentiora fuere beneficia, quibus liberalissima Dei providentia ingratum Hebræorum populum per 40. annorum spatium indesinenter prosecuta fuit, tanto magis se ingratos, rebelles, & contumeliosos exhibuerunt, in cujus confirmationem hoc unicum dicere sufficiat, quod *Male locuti sunt de Deo.* Deus autem *Solem suum oriri fecit super malos*, imo contentus non fuit, se illos Solis luce collustrasse, nisi insuper illis continuo per Angelum quemdam assisteret, idque per diem in columna nubis, ut ab ardentibus Solis radiis illos obumbraret: Per noctem vero in columna ignis, ut illos calefaceret & illuminaret: *Pluit super injustos*, non solum efficiendo ut è petra limpidissimarum aquarum crystallinus fons scaturiret, verum insuper manna illis depluendo, quod omnes in se continebat sapores desiderabiles. Imo vero Deus se hisce rebellibus graviter eum offendentibus, & indigne tractantibus beneficentiorem exhibuit quam iis qui eum carne nostra indutum sequebantur assidue, promptaque deferebant obsequia. Vultisne hujus veritatis aliquod audire specimen? Nimirum illi post multa à Deo recepta beneficia etiamnum beneficentiæ divinæ diffidebant, dicentes: *Numquid poterit Deus parare mensam in deserto?* & tamen hac illorum de providentia & beneficentia Dei concepta diffidentia non obstante, illos per 40. annos liberaliter sustentavit in deserto; Cum tamen è contra eis qui in desertis Tyberiadis, devote illum sequebantur, vix panem hordeaceum & paucos pisces distribuisse legatur. Ad Christum utique alludunt sacra Cantica dum ait: *Ego flos campi & lilium;* De anima vero sponsa Christi divinus hic amator pariter immediate subjungit: *Sicut lilium inter spinas sic amica mea inter filias.* At vero in quonam hæc Christum inter & animam conformitas consistit? Respondet ad hoc S. Bernardus inquiens: *Non mediocris titulus profecto virtutis inter præcos vivere bonum, & inter malignantes innocentiæ retinere candorem, & morum lenitatem; magis autem si his qui oderunt pacem, pacificum & amicum ipsis te exhibeas inimicis. Id plane tibi similitudinem datam de lilio jure quodam proprietatis specialiter vindicabit, quod ipsas utique pungentes te spinas, candore proprio illustrare & venustare non cessat.* Huc quoque spectat celebris illa S. Paulini sententia, dicentis: *Vicem injuriæ reddere humana ultio est, at inimicos etiam diligere vindicta cœlestis est.*

Psal 80. v. 16.

Ibid. v. 17. Deus, Hebræis illum magis ac magis offendentibus, semper se magis beneficum erga hibuit.

Psal. 77. v. 19.

Cant. 2. v. 1. Ignoscentes inimicis, sunt lilium inter spinas.

S. Bern. ser. 48. in Cant.

S. Paulin. Ep. 2. ad Severum.

DISCURSUS XI.

ARGUMENTUM.

Per veniam & dilectionem inimicis exhibitam, filios nos Dei efficimus.

THEMA.

Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos, ut sitis filij Patris vestri qui in cœlis est. Matth. 5. v. 44.

1. S. Leo Papa de Salvatore nostro in sermone quodam ita scribit: *Ideo Filius hominis est factus ut nos*

S. Leo ser. 6. de Nativ.

Per dilectionem inimicorum efficimur filij Dei.

nos filij Dei esse possimus, quasi diceret, ut hoc lutum, unde formatus est homo, ad filiationem divinam aspirare posset, verbum Divinum hanc mortalitatem nostram assumens, factum est Filius hominis. Hic autem honor, est unus ex sublimioribus, ad quos unquam humana natura nostra exaltari potuit; Unde S. Gregorius ait: *Omnia dona excedit hoc donum, ut Deus hominem vocet filium, & homo Deum nominet Patrem.* Verum enimvero quonam adhibito medio eximium hoc privilegium comparare nobis poterimus? Ecce tibi idipsum propositi thematis verbis clarissimè expressum, quibus dicitur: *Diligite inimicos*, &c. *ut sitis filij*, &c. Euthym. non legit *ut sitis filij*, sed *ut efficiamini filij Patris vestri, qui Solem suum oriri facit super bonos & malos. Illi Dei filij sunt, qui per virtutes similes ipsi efficienter, quantum est homini possibile, nam filij proprium est, suo assimilari Patri. Ut sitis, inquit, filij Dei, non natura, sed similitudine, amando videlicet inimicos nostros.* Author Imperfecti nullum alium modum superesse dicit, quo nos filiatione divina dignos reddamus quam si nos Deo similes efficere satagamus: *In quo enim*, inquit, *alio cognoscemur, quia filij sumus Dei, nisi fuerimus nos similes Deo? filij enim carnales frequenter similantur carnalibus Patribus in facie, in loquela, aut in vitio, aut in aliquo corporis signo: filij autem spirituales in sanctitate;* Sanctitas autem & perfectio Dei, ut Unigenitus Dei Filius ipsemet insinuat, in eo præcipuè consistit, quod infinitèrenter bonis & malis beneficiat: *Solem suum oriri facit super bonos & malos;* ac proinde si nos ei in hoc assimilaverimus, ut videlicet amore prosequamur tam inimicos, quam amicos, tunc vere in ejus perfectione communicabimus: *Estote ergo perfecti sicut*, &c. Et consequenter divina hac filiatione nos dignos efficiemus. Hunc autem honorem nobis acquirere debemus vim & violentiam inferendo naturæ nostræ irascibili, & vindicativæ, eam reprimendo, & excitando ad dilectionem & beneficentiam erga eos qui oderunt nos. Unde Rupert. Abbas ait: *In hoc dicto, cum dicit, ut sitis filij Patris vestri, qui in cœlis est, magna subjungitur differentia filiorum malorum, non ipsius unici Filij Dei. Ille namque non ita est filius Dei, sed quia erat Filius Dei dilexit inimicos;* Christus quia Filius non hominis sed Dei erat, idgo inimicos dilexit, nos vero si adoptionem filiorum æterni Patris sui ejusque similitudinem comparare nobis volumus, idipsum quoque facere debemus, juxta illud: *Diligite inimicos*, &c. *ut sitis filij*, &c. Idem quoque V. Abbas super illa verba: *Estote perfecti*, ita scribit: *Non dico sicut Dei, sed sicut filij Dei. Estote, inquam, ita perfecti, secundum modum perfectionis, quo Pater vester cœlestis perfectus est, id est, non odiendo amicum Dei, quod ut fieret serpens suasit, sed diligendo etiam inimicos, cujus rei vobis exemplum præbet ipse Pater cœlestis.* Unde S. Joannes Apostolus ait: *In hoc manifesti sunt filij Dei, & filij diaboli; nam filij diaboli sunt, qui non amicos diligunt, in hoc imitantes diabolum qui non dilexit, imo odio habuit Creatorem suum. Filij Dei sunt econtra, qui etiam inimicos diligunt, optando ut amici fiant, imitantes ipsum Deum, qui cum inimici essemus, ultro nobis obtulit reconciliationis gratiam, tanta dilectionis abundantia, ut proprio filio suo non parceret, sed pro nobis omnibus tradiderit eum.*

S. Augustin. Enchirid. c. 73.

S. Gregor. hom. 19. in Ezech.

Euthym. Ibid.

Auth. Imperf. in 13.

Ut honorem filiationis Dei per dilectionem inimicorum acquiramus, oportet ut vim inferamus naturæ nostræ irascibili & vindicativæ. *Rup. Abb. li. de gloria & honore filij Dei. c. 5.*

S. Antonin. p. 4. tit. 6. c. 6. §. 5.

Dilectio inimicorum est quidem difficilis in actu, sed suavissima in proemio. *S. Fulg. ser. de charit. Dei & proxim.*

2. Verum quidem est, quod difficilis sit dilectio eorum qui nos odio prosequuntur, facultatibus nos exuunt, famam lacerant, & nonnumquam vulneribus ad mortem usque illatis cruentant; Verumtamen ut bene monet S. Fulgentius: *Cum diligendos præsumpserit inimicos, amarum forsitan erat quod audienti jubebatur, sit quæso dulce quod obedienti promittitur. Tenatur igitur dulcedinis hujus in corde suavitas, & amaritudinis illius superabitur difficultas, qui enim dilexerint inimicos suos, & benefecerint ijs qui eos oderunt, filij Dei erunt. Quid vero acceperunt sint isti filij Dei, Apostolus enunciat dicens: Ipse Spiritus testimonium reddit spiritui nostro quia sumus filij Dei, si autem filij, & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi.* Quod si quis, ex iis qui te injurijs & contumelijs affecerunt, hanc Domui tuæ inferre posset fortunam, & supremam dignitatem; ut in Filium Regis vel Imperatoris cujusdam adoptareris; ejusque in Imperio fieres cohæres, numquid illum amantissime amplexareris, numquid ejusmodi inimicos plures habere desideres, ut supremos hos tibi adscisceres honores liceret? Jam vero infallibilis est & à Spiritu Sancto Evangelistarum calamis stipulata veritas, quod Sapientia increata vivæ vocis oraculo nobis promiserit, quod reddendo bonum pro malo

S. Fulg. de charit. Dei & proxim.

Probatur similitudine.

Matth. 5. v. 45.

inimicis, futuri simus filij æterni Patris sui & consequenter cohæredes Christi in Regno cœlorum. Sanctus Augustinus inquit: *Illud magnificentissimæ bonitatis est, ut tuum quoque inimicum diligas, & ei qui tibi malum vult, & si potest, facit, tu bonum semper velis, faciasque cum possis, quoniam perfectorum sunt ista filiorum Dei, quo quidem se debet omnis fidelis extendere.* Sanctus Antoninus ad hocce se reflectit, quod Christus Redemptor noster immediate postquam præceptum prima facie adeo senualitati nostræ durum, de dilectione inimicorum promulgasset, mox subjunxerit: *Ut sitis filij Patris vestri, qui in cœlis est*, unde ex Sancto Augustino subdit: *Quanta gratia, quod nos qui servi digni non sumus, inimicorum dilectione filij Dei efficiamur.* Verissimum est proinde, unumquemque Christianum hanc innocenter concipere posse sanctam ambitionem, ut plures habeat inimicos, sibique adversantes, ut per exhibitam illis beneficentiam, ad sublimem adeo suspirare posset dignitatem.

S. Antonin. p. 3. tit. 6. c. 6. §. 5.

3. Quintus Curtius de quibusdam extraneorum populorum Legatis refert, quod postquam multa ad Alexandri laudem dixissent, tandem omnia ejus præconia brevi Epilogo his verbis annunciarint: *Tu Phœbippi es filius.* Poterat utique probeque noverat Incarnata Sapientia plurima excellentissima in eorum, qui injurias inimicis remittunt, honorem ac laudem accumulare præconia, at vero hoc unicum, ei sufficere videbatur: *Ut sitis filij Patris vestri, qui in cœlis est*; hic enim altissimus est honoris vertex, ad quem homo potest pertingere, plus enim intellectus creatus prætendere nequit, multò minus comprehendere. Ad hanc sublimitatem pertingere nequit natura angelica, quantumvis nobilissima sit ejus substantia. Sanctus Paulus eximias filij Dei prærogativas magnificare volens, excellentius invenire non potuit præconium, quam istud: *Tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditavit, cui enim aliquando Angelorum dixit: Filius meus es tu? & rursum ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium?* Sterilis utique non erat in inveniendis ad exaltandum Redemptorem gloriosioribus honorum titulis super humana Sancti Pauli eloquentia & Sapientia; poterat utique de illo dicere, quod esset *plenus gratia & veritate, Rex Regum & Dominus Dominantium, splendor paternæ gloriæ*, vel alia similia adducere præconia, verumtamen in hoc titulo Filij Dei comprehendisse se putabat eminentissima quæque titulorum & laudum præconia, quæ illi unquam attribui potuissent.

S. Cypr. de bono patientiæ n. 18.

Hebr. 1. v. 4.

4. Venerabilis Beda in cap. 6. Lucæ, ubi cælestis Magister nobis legem præscribit amoris inimicorum, cum adoptionis divinæ promissione, discurrit: *Nulla major potest esse merces, quam filios hominum terrigenas, effici filios Altissimi, qui in cœlis est.* Quam eamdem affiliationem ponderans Simon de Cassia, sequens in hæc verba adducit dogma: *Nescio quid amplioris præmij possit habere in adversarios diffusa dilectio, quam si adoptiva cum unigenito ab æterno filiatio, & subsequatur hæreditas æterna.* Propter quam forte rationem Paulus de Palatio in illorum verborum Commentario (*ut sitis filij Patris vestri qui in cœlis est*) se continere non potuit, quin exclamaret: *O mortales quorum pectora honoris ambitio vexat, accurrite: En via summi honoris comparandi. Ego quidem non memini, quo loco Christus vocavit filios Dei, nisi hic, nam supra dixit: Filij Dei vocabuntur, ij, qui pacifici sunt; at in hoc loco, ut sitis, inquit, filij Patris vestri, qui in cœlis est.* Quando enim pacis amatores beatos denominat, filios Dei eos nuncupandos astruit: *Vocabuntur filij;* ast vero in præsenti ait: *Ut sitis filij:* realitas vero longe major est, quam sola denominatio. Sanctus quoque Cyprianus super illa verba: *Ut sitis filij*, &c. dicit: *Sic perfectos dixit fieri Dei filios; sic confirmari ostendit & docuit cœlesti nativitate reparatos.* Quam forte eamdem ob causam Apostolus Ephesios admonet, ut Deum tamquam filij charissimi imitari studeant; ait enim: *Estote ergo imitatores Dei, sicut filij charissimi.* Sed in quonam putatis hanc ab Apostolo collocatam fuisse imitationem; ut spem concipere possent Ephesij dictæ adoptionis filialis? ipse respondet, dicens: *Ambulate in dilectione.* Sed quo modo arbitramini voluisse Apostolum, ut sui discipuli per hanc viam gradierentur? *sicut Christus dilexit nos & tradidit semetipsum pro nobis*, cum enim nos peccatores & inimici ejus essemus ipsumque mortaliter sæpe offendissemus, ipse non modo nobis veniam concessit, tantarum offensarum; sed & insuper se Pa-

Altissimus honoris vertex est filiatio Dei, ad quam pervenitur per dilectionem inimicorum.

Esse filium Dei, est summa merces Dei. *Ven. Beda. in c. 6. Luc. 6. v. 27.*

Paul. de Pal. lat. in c. 5. Matth.

Ephes. 5. v. 1.

Illam meredem acquirimus diligendo proximum, sicut Christus dilexit nos.

tri suo pro redemptione nostra exhibuit in sacrificium, dicente Apostolo : *Tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suavitatis.* Quam charitatem obstupescens Sanctus Bernardus ita Christum alloquitur : *Majorem charitatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis, tu majorem habuisti Domine, ponens eam pro inimicis.* Ad ejus itaque imitationem proximos nostros diligere debemus ; *sicut Christus dilexit* ; quantumvis nos offenderint, atque insuper ipsos beneficijs prosequi.

Ephes. 5. 2.

Soli pacifici vocantur filij Dei.

5. Inter octo beatitudines nullis Filij Dei titulum honorificentissimum obtigisse, aut à Christo concessum fuisse, nisi iis, qui pacem, unionem atque concordiam amant conservantque in proximis, ait enim : *Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur :* Ubi sanctus Leo Papa sequentem format Discursum: *Dicente autem Domino : Beati pacifici quoniam filij Dei vocabuntur, deponantur omnium discordiarum, odiorumque certamina, nec putet se quisquam in Paschalis Festo habiturum esse consortium, qui fraternam pacem redintegrare neglexerit. Apud enim summum Patrem, qui non fuerit in charitate fratrum, non habebitur in numero filiorum.* Sanè si quis ditissimi viri filius inimicitia persequeretur & odio amicissimum Patris sui familiarem, genitorque illum ex hæreditate minaretur, nisi inimico reconciliaretur, utique non taliter ille à paternis facultatibus alienus futurus esset, quin propter tantum interesse in inimici sui rueret amplexus ; non quidem authoritate paterna, sed tanti damni timore & præjudicio stimulatus, quod ipsi filiumum argumentum Sanctus Augustinus in hæc efformat verba : *Ecce dura jussit, amara jussit ; vide quæ promisit ; orate pro persequentibus vos, ut sitis filij Patris vestri, qui in cœlis est. Si tibi diceret : Ora pro inimico tuo, ut sis filius Patris tui, ne exhæredet te pater carnalis quia hoc tibi relicturus est, quod hinc non est ablaturus : timeres, & faceres. Promittitur tibi, pro his duris ut sis filius Altissimi, cogita Patrem, & agnosce hæreditatem.* Omnes quotquot vivimus à naturali & unigenito Patris æterni Filio edocti sumus modum quo nos quoque filij adoptivi & cohæredes ejus esse pollimus; ideo enim voluit, ut audaciter illius nobis hæreditatem, quæ cœlorum regnum est, à Patre æterno peteremus, dicentes : *Pater noster, qui es in cœlis .. adveniat regnum tuum.* Sed qualiter hunc filiorum titulum, supernamque hæreditatem nos promerituros putatis ? *Dimittimus debitoribus nostris*, si nempe proximis nostris injurias, quas ipsi nobis intulere, ignoscamus ; Si enim venenum odij in nostris foveremus cordibus, sicque æternum Patrem suum titulo patris afficere & invocare præsumeremus, nequaquam ille nos pro suis agnoscere filijs ; quia ut Sanctus Cyprianus docet : *Quando Patrem Deum dicimus, quasi filij Dei agere debemus, ut quomodo nos nobis placemus de Deo Patre, sic nobis sibi placeat & ille de nobis filijs*; qui vero vivam cum fratre suo inimicitiam fovet, & conservat, ut jam probavimus ; filius convincitur esse dæmonis, non Dei; Audi igitur quid Sanctus Augustinus dicat : *Quanta cura animam tangit, ut qui dixit Pater noster, tanto Patre non sit dignus.*

S. Cypr. de or. Dom.

Benefaciendo inimicis, fimus filij Patris, qui est in cœlis.

Matth. 6. v. 4.

6. Notandum quoque est, quod quando cælestis Magister apud Sanctum Matthæum de eleëmosynæ faciendæ cautela tractat, ita nos admoneat dicens: *sit eleëmosyna tua in abscondito, & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.* Ubi Christus Deum Patrem nostrum vocat, utpote supponens, quod jam filij adoptivi facti fuerimus, per inimicorum dilectionem, offensarumque remissionem, prout in fine capitis præcedentis apud eumdem Evangelistam insinuaverat. Ad quæ proinde verba reflectens Rupertus Abbas sequentem format Discursum: *Unde Pater tuus ? nimirum ex eo, quod non contentus esses observare illud antiquis dictum : Diliges amicum tuum, & odies inimicum tuum, sed ad illius dicti supplementum ; si esuriente inimico tuo, cibasti illum; sitiente illo, dedisti illi potum, ut vinceres in bono malum, quæ totius eleëmosynæ laudando perfectio est: Inde est ille pater tuus, & tu tanti & Patris Filius juxta conditionem dicentis : Benefacite his, qui oderant vos, ut sitis filij Patris vestri, qui in cœlis est.*

Rup. Abb. l. 5. de glor. & honore filij.

7. Idem Author insignem aliam proposito nostro opportunam speculationem in præsenti instituit, quærens, unde David tantum promeruerit honorem ut Filius Dei, de quo scriptum est : *Unigenitus qui est in sinu Patris*, in Genealogia sua se filium ejus appellare non dubitarit, dicente Evangelista: *Liber generationis Jesu Christi filij David.* Totam verò tantæ sublimitatis rationem mansuetudini Davidis, quam circa Saulem exercuit, adscribit, inquiens : *Inimico suo infestissimo quærenti animam suam, inimico Regi, cujus regnum sine dubio se susceperaturum sciebat, pepercit. Ob hanc maxime causam juratum esse illi aburamur, quod semen vel caro ejus assumenda foret in Filium Dei, quia maxime causa ista facit filios Dei.* Ubi notandum singulariter, quod David, eo quod Sauli, omnibusque inimicis suis pepercerit, non Filius Dei, sed quod longè majus est, pater evaserit ipsismet unigeniti Filij Dei; dicitur enim : *Liber generationis Jesu Christi filij David.*

Rup. Ab. ib.

Cur Christus vocetur filius David.

Joan. 1. v. 18.

Matth. 1. v. 1

8. Quandoquidem verò præsentem de Davide inchoavimus Discursum, eumdem vobis repræsentetis velim in spelunca Odollæ latentem, ubi heroicum illum mansuetudinis actum, juratum persecutorem suum Saulem illæsum abire permittendo permittens, atque insuper è suorum in impij necem conspirantium manibus eripiendo exercuit. Mox enim se ex discrimine illo liberatum vidit Saul, miræ teneritudinis affectu Davidem filium appellavit, dicens : *Numquid vox hæc tua est fili mi David ? & levavit Saul vocem suam, & flevit, dixitque ad David : Justior tu es quam ego, tu enim tribuisti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala.* Circa quæ verba Divus Chrysostomus in homilia, cui Titulus est: *De odio & inimicitijs*, ait : *Ex homicida patrem fecit*, q. d. mansuetudo Davidis in Saulem, hunc ex homicida in patrem mutavit, siquidem ex tunc paterno cum affectu Davidem filium suum appellavit, quem ante usque ad mortem persequebatur. *Eum vocavit filium*, inquit Abulensis, *quamquam esset hostis sicut ipse dixit; quis enim eum invenerit inimicum suum, dimittet eum in via bona ; vocavit tamen eum filium, quoniam se habuerat ad illum tamquam Filius ad Patrem.* Observatque idem Author, quod David in præsenti quoque Sauli titulum attribuerit Patris, inquiens : *Quin potius pater mi, vide, & cognosce oram chlamydis tuæ in manu mea &c. Hic vocavit David Saulem patrem* (verba sunt dicti Authoris) *supra vero vocavit eum Regem, & ratio est, quia Rex est nomen honoris & timoris ; pater autem est nomen dulcedinis, ut patet 2. Polit. c. 2. David autem à principio vocavit Saulem Regem ad exhibendum reverentiam ; nunc autem vocavit eum patrem, ad signandum dulcedinem clementiæ, quam habuerat erga eum cum potuisset occidere eum, tamquam hostem & non occidit.*

Saul Davidem filium suum vocavit, cum vitæ illius parceret in spelunca Odolla.

2 Reg. 24. v. 17.

D. Chrys. T. 6. h. 18. Fecitque illum ex homicida patrem.

Abul. ibid. q. 24.

1. Reg. 24. v. 12.

9. *Ut sitis filij Patris vestri.* Lucas Burgensis sequentem circa verba hæc format Discursum : *Ut non degeneres filij inveniamur, & ejusdem referamus patrem vestrum. Quid ab homine optari possit audivimus atque beatius, quam ut sit & opere ipso esse se declarat Dei Patris Filium ? porro ut sit Deus Pater, summum bonum, summeque bonus nulla certior est germani filij nota, quam bonitate, charitate ac beneficentia erga homines ei consimilem esse.* Cui confirmando dogmati aptissime illa Arnoldi Carnotensis, de Christo pro crucifixoribus suis orante differentis, subserviunt verba : *Voluit ut à capite, patientiæ forma prodiret in membra, & in hoc æmulatio filiorum probaretur, si non se degeneres exhiberent.* De qua eadem divina filiatione Sanctus Bernardinus ita scribit: *In quibus verbis ostenditur sublimitatem, quæ est, ut homo in honorem à Deo, tamquam Filius, erigatur, & quasi in omnibus jura filij in paternitate æternaliter consequatur. Hoc autem ipsum ad quintam beatitudinem pacificorum Christus appositi, cum Matth. 5. ait : Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur, cujus ratio est, quia quod quis diligat maximos inimicos, fieri non potest sine magna, & ineffabili exuberantia divinæ pacis.*

Matth. 5. v. 49.

Luc. Burg in cap. 5. Matth. Ut simus filij Dei, ipsi assimilari debemus in dilectione.

Arnold. Carnot. de septem verbis.

S. Bern. T. 2. ser. 50. A. 1. c. 4.

DISCURSUS XII.

ARGUMENTUM.

Amare & benefacere inimicis, quid divinum est, nosque per hunc actum Deo assimilamur, & Christus pariter in eo filium se Dei esse demonstravit.

THEMA.

Videns autem centurio, qui ex adverso stabat, quia sic clamans expirasset, ait : Vere hic homo Filius Dei erat. Marci. 15. ℣. 39.

Centurio in monte Calvariæ cognovit ;

1. PEriodos Passionis Redemptoris nostri intuitus centurio in Calvariæ monte, inde firmiter intra seipsum veraciter Dei Filium esse concluſit, ait : *Vere hic homo Filius Dei erat.* Et quidem licet Ly *sic clamans*,

Christum esse Filium Dei, ex eo quod oraret pro inimicis suis.

Marc. 15. 39.

mans, non modò ad ultima verba, quæ Christus in cruce protulit, relationem dicant, sed etiam ad omnia antecedentia, nihilominus quæ ipsi ad talem fidei confessionem calcaria addiderunt, prima illa fuere, quæ Christus protulit, quando pro crucifixoribus suis veniam petiit : sciebat enim à nullo, præterquam à solo Deo tam heroicam exhiberi posse charitatem. Pro cujus meliori intelligentia sciendum, qualiter Spiritus sanctus per calamum Evangelicum nos certiores reddat de motivo, quod dictus paganus centurio habuit, ut hunc ipsum Dei Filium esse indubitare crederet, dicens: *Vere hic homo Filius Dei erat.* Non enim ad id credendum inductus fuit, dum Solem lugubri vidit vestiri amictu, nondum terræ fundamenta concussa fuere, non quia templi velum scissum fuit, rupti montes, aperta monumenta; sed quando Christus animam expiraturus suam elevavit vocem, hinc enim Scriptura dicit: *Videns quod sic clamans, &c.* Audierat namque quod Redemptor bis suum invocasset Patrem ; primò quidem quando dixerat : *Pater dimitte illis*; secundò autem : *Pater in manus tuas commendo Spiritum meum.* Cum enim ante ipsemet prædicasset, docens : *Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, orate pro persequentibus & calumniantibus vos, ut sitis filij Patris vestri qui in cœlis est.* Hanc quæ ipsam doctrinam modo executioni mandaret, supplicans : *Pater dimitte illis*; suamque postea Deo animam cum invocatione Patris commendasset ; quid mirum, si ex hujusmodi præmissis dictus centurio hanc deduxerit conclusionem : *Vere hic homo Filius Dei erat?* Nec enim errare poterat, siquidem amare & orare pro inimicis suis, divinum quid in se continet. Unde B. Petrus Damianus in quodam sermone inquit : *Magnum quidem & ultra hominem est, asperitatem verborum, & verberum, non solum pati, sed & non reddere; illud vero majus est, & divinum quiddam sapit ; benefacite his qui oderunt vos.* Id quod Christus in cruce adimplevit, quia non modo injurias & offensas, quibus oneratus fuit, dissimulavit, sed & insuper ex toto corde efficacissimam æterno Patri suo, ut perfidis ignosceret, obtulit supplicam.

Matth. 5. v. 44.

S. Pet. Dam. ser. 2. de exalt. S. Crucis.

Marcus Antonius Imp. recusavit uxori suæ sumere vindictam de hoste suo Avidio Cassio.

2. Teste Vulcatio Gallicano Marcus Antonius Imperator, litteris Faustinæ conjugis suæ solicitans, ut vindictam sumeret de Avidio Cassio, qui se in Oriente Imperatorem proclamari fecerat, negative respondit hac sequenti assignata ratione : *Non enim quidquam est, quod Imperatorem Romanum melius commendet gentibus, quam clementia; hæc Cæsarem Deum fecit, hæc Augustum consecravit.* Imo & ipsi gentiles Deorum Catalogo adscribendos præsumebant homines illos, qui appetitum irascibilem & vindicativum reprimere, bonumque reddere pro malo noverant.

Act. Ap. c. 9. Qualiter Saulus mutatus fuerit in Paulum.

3. Acta Apostolorum de Saulo tractantia, inter cætera in loco quodam ita eum describunt: *Saulus adhuc spirans minarum, & cædis in discipulos Domini*; fulmina namque iræ & suppliciorum in Christi sequaces evibrabat, omnes carceribus mancipans quotquot hujus fidei professores assequi poterat. Dum itaque Damasco appropinquaret, ex equo dejectus, hanc cælitus sibi factam audiit vocem : *Saule, Saule, quid me persequeris?* sed quod putaris Saulum reddidisse responsum? *qui dixit : Quis es Domine ?* cui protinus responsum fuit : *Ego sum Jesus, quem tu persequeris.* Circa quam rei gestæ seriem notandum, quod in momento quasi verum Deum agnoverit Saulus, siquidem dicebat: *Quis es Domine ?* cujus hæc potest assignari ratio, quia *circumfulsit eum Lux de cælo.* Gratia enim cælestis interius in corde ejus operans, ipsum in eam deduxit notitiam, videlicet hunc cujus næc vox erat alium quam Deum esse non posse, utpote qui persecutiones adeo crudeles, tam benignis favoribus, tamque excellivis recompensare remunerationibus, ipsum ad primos vocando hierarchiæ Ecclesiasticæ honores. Nam divinum quid sapit : *Benefacite his qui oderunt vos.* Unde sine mora divinis se manibus consignavit Saulus, dicens: *Domine quid vis me facere?* atque è Saulo in Paulum feliciter mutatus fuit.

Act. Ap. c. 9.

Unde Jacob cognoverit, non Angelum, sed Deum fuisse, cum quo luctatus fuerat.

Gen. 32. v. 26. Ibid. v. 30.

4. Simile factum sancti Patriarchæ Jacobo obtigisse novimus; Nam postquam hic post integræ noctis cum Angelo habitam pugnam, tandem victor factus postulatam à victo Angelo obtinuisset benedictionem (*Non dimittam te nisi benedixeris mihi, ... Et benedixit ei in eodem loco*) tandem ad præteritam se reflectens tragœdiam, hunc ipsum, quo cum decertarat, non Angelum sed Deum fuisse, concludit. Unde & gloriabatur, dicens : *Vidi Deum facie ad faciem & salva facta est anima mea.* Qua pariter in occasione nomen Jacob in Israël, quod idem est, ac *videns Deum*, illi mutatum fuit. At verò scire percuperem, ex quo signo Jacob, dictum adversarium suum, non spiritum Angelicum, sed Deum ipsum fuisse agnoverit ? ni fallor talem Jacob apud se formavit Discursum : Per totam noctem cum adversario luctatus, tandem ipsum dejeci & vici; Et licet victum post obtentam victoriam livor animi occupare soleat, & invidiæ æmulatio, non solum hujus nullum in illo adverti vestigium, sed suis insuper benedictionibus me ditavit, titulogue Israëlis adeo sublimi me insignivit. Certus sum igitur hunc victum non hominem, nec Angelum, sed ipsummet fuisse Deum, utpote cui proprium est bonum reddere pro malo : *Dixinam quoddam sapit.*

Quomodo idem Jacob faciem Esau viderit quasi vultum Dei.

Gen. 33. v. 10.

Abul. ibid.

5. Quandoquidem Jacobi meminimus, idem vobis in memoriam veniat ; quando ad fratrem suum Esau dicebat : *Vidi faciem tuam, quasi viderim vultum Dei.* Quomodo namque qui nocte præcedenti divinam fuerat intuitus faciem (*Vidit eum facie ad faciem*) vultum sacrilegi & reprobi hujus Deo similem reputare potuit ? Abulensis nobis in hæc respondet verba : *Ut eum placaret, dixit se gavisum esse in visione ejus, quasi videret Angelum Dei, de cujus visu valde consolaretur.* In lingua autem Hebraica teste Cajetano, Textus iste tam de Angelo quam de Deo intelligi potest ; juxta Abulensem nihilominus Esau Jacobo, eo quod ipsum placatum & conciliatum videret, tamquam Deus quidam esse videbatur, pariter & Angelus ; In primis namque dicit : *Cum eum cerneret ita placatum & benevolum, Deum existimavit :* Postea vero subdit : *Cum Jacob vidit Esau, verum est quod lætatus est quasi videns Angelum, quia jam pace perfecta frueretur*, Angelorum namque proprium est, imperturbabili gaudere pace, nec iracibili subjici; cum itaque Esau seipsum vicisset, inveteratum contra fratrem odium deponendo, seque benevolum & benignum ei exhibendo, Angelicum & divinum videbatur exprimere vultum.

Cajet. ibid.

Ex remissione vindictæ, qua David pepercit Sauli, ad Angelicam sublimatur conditionem.

D. Chrys. T. 2. b. 2. de Saul & David.

6. Quia milites Davidem in persecutione protegentes, viderunt ipsum gloriosam de ipsis per omissam, quam de Saule petere poterat vindictam reportasse victoriam, *ideo postea Davidi*, inquit Divus Chrysostomus, *non jam ut hominì, sed ut Angelo parebant*; tam heroicus namque actus Davidem ex humana ad Angelicam sublimarat conditionem; Idem sanctus Doctor ad conflictum se reflectens, quem David in se experiebatur, quando Saulem in sua habebat potestate, illiusque compendiosa morte se suosque ab innumeris eripere periculis, & caput suum de diademate Regio assecurare poterat; & nihilominus appetitum vindictæ reprimendi gratiam à Deo petiit; exinde generosum hunc actum humana natura superiorem & Angelicæ consentaneum fuisse concludit, dicens: *Precatur ut Dominus conservet illi mansuetudinem impolluratam. Quid tandem hoc animo possit esse mitius. An hunc post hæc dicemus hominem, qui in natura humana vitam præstiterit angelicam.*

Moyses à Deo in Deum Pharaonis constitutus, mansuetissimus factus fuit.

Exod. 7. v. 1.

7. Nescio si quando patentem illam consideraveritis literam, quam Deus exercituum Moysi dedit, quando eum suum generalem constituit totius populi Locotenentem seu Vicarium. Hujus namque erat tenoris : *Ecce constitui te Deum Pharaonis.* Quibus verbis, ut aliqui opinantur, amplissimam illi Deus authoritatem delegavit, operandi miracula, juxta placitum suum, quantumcumque prodigiosa: alij vero Moysen opinantur in hac licentia potestatem accepisse, ut Ægyptum, prout vellet, flagellis cædere posset. Quidquid sit de horum opinionum veritate, certissimum est, quod Moyses sæpius se coram illo Atheista, qui publicè protestabatur *nescio Dominum*, sese sistens, semper ab eo repudiatus fuerit, fidemque ei datam sæpius fefellerit. Cognoscebat quidem Moyses probibilime, se ab hoc obstinato Rege deludi, verumtamen ad illum in propria persona castigandum virgam non adhibuit, quemadmodum ex jussu Dei in regno ejus sæpius fecerat, quia Deum se Pharaonis declaratum fuisse sciebat : *Divinum quiddam fapit benefacere his, qui oderant vos.* Et ideo licet Moyses ante adeo ad iracundiam proclivis esset, ut videns Hebræum cum Ægyptio contendentem, hunc statim occiderit. Attamen postquam in Deum Pharaonis electus fuit, factus est mansuetissimus omnium, qui tunc in terra vivebant, adeo ut quando ipse & frater ejus à conspectu Regis contumeliari & contempti recesserunt, bonum pro malo referentes, Rex ab eis petierit, dicens : *Abeuntes benedicite mihi*; adeoque ante Sancti Pauli tempora dicere poterant : *Maledicimur & benedicimus.*

Exod. 5. v. 2.

Exod. 12. 32.

1. Cor. 4. 12.

nedicimus. Dionysius Areopagita ad Timotheum de Moyse ita scribit: *Caterum ubi in ipsum conjurassent, pristinasque exprobrando minas intentassent, jamque fere impetum fecissent, tum demum mansuetus ille bonum quidem Deum in salutem advocabat, magna vero constantia singularique modestia contestatus est, se innocentem esse calamitatum omnium, quæ subditis adventent, quippe noverat ei qui bono Deo familiariter utitur, pro viribus pugnandum, ut eidem quantum potest fieri, similissimus evadat.* Porrò quodnam sit opus, in quo divina bonitas sibi quam maxime complacet, Divus Chrysostomus his verbis differit: *Quodnam est opus*, inquit, *Filij Dei inimicis remittere, pro crucifigentibus orare, pro his, qui oderunt sanguinem effundere. Hæc sunt digna Filio Dei.*

S. *Dionys. Areop. Ep.* 8.

D. *Chrys. h.* 14. *ad Eph.*

8. Divus Chrysologus quoque ad injuriarum remissionem nos exhortans, hoc utitur motivo: *Age homo*, inquit, *mandante Deo dimitte, esto misericors ad delicta, in te commissorum tu remissor esto peccatorum, tu modo ne perdas in te divinæ insulas potestatis.* Quasi dicere vellet in hoc nos Deo assimilamur, divinæque beneficentiæ ejus participes efficimur, si ad ejus imitationem inimicis nostris dimiserimus, sicut ipse injurias & contumelias sibi illatas dimisit. Sanctus Cyprianus postquam sequens hoc considerasset divinum præceptum: *Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, Estote ergo perfecti sicut & Pater vester cælestis perfectus est:* subjungit dicens: *Sic perfectos fieri dixit filios Dei, si patientia Dei Patris maneat in nobis, si similitudo divina manifestetur, & luceat in actibus nostris; Quæ gloria est similem Deo fieri?*

D. *Chrysol. ser.* 139. Assimilamur Deo per remissionem injuriarum.

Matth. 5. 44. *Ibid. v.* 48.

S. *Cypr. de bono patient.*

9. Sanctus Gregorius Nyssenus illa orationis Dominicæ verba: (*Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*) sequenti ad propositum nostrum accommodatissimo, amplificat Commentario, dicens: *Progrediens sermo venit ad ipsum extremum punctum virtutis, præscribit enim per verba orationis, qualem velit esse eum qui ad Deum accessurus sit, qui propemodum non amplius intra terminos humanæ naturæ conspiciatur, sed ipsi Deo per virtutem assimiletur, ut alias ille ipse Deus esse videatur, dum facit ei, quæ Dei solius est facere. Debitorum enim remissio proprium ac peculiare Dei munus & officium est; dictum est enim, quod nemo potest remittere peccata nisi solus Deus.*

Continuatio ejusdem. *Matth.* 6. 12.

10. Euthymius eam, qua Deus nostras nobis remittit offensas, misericordiam ex una, & nostram quam in remittendis amore Dei, contra nos perpetratis injurijs, experimur repugnantiam, ad maximam omnium nostrum confusionem, ex altera collocans parte, & utramque ad invicem comparans, ait: *Tu quidem à conservis pateris, ille verò à servis, & tu sane pauca ac modica eis præstabis bona, ille autem plurima & maxima; & tamen tribuit tibi, ut ob talem imitationem ipsi similis efficiaris, ejusque filius nomineris.* Et paulò post illa Christi asserti hujus assignat rationem: *Assimilati videlicet filio ejus, qui innumeras ab inimicis suis passus injurias, ipsos amabat, & beneficia eis conferebat, linguarum sagittis petitus, & tandem ab eis crucifixus, pro ipsis orabat.* In eadem quoque ad Demophilum homilia, idem propositum confirmat Areopagita dum inquit: *Omnes Theologia bonos prædicat, qui ne alterum quidem malitia bonum deserant, sed è diverso Deiformiter pravis benefacientes, benigne illos ad simile quoque provocando.*

Remissio qua Deus nobis offensas remittit, comparatur ad nostram remissionem. *Euthym. in c.* 5. *Matth.*

Matth. 5. 45.

S. *Dion. Areop. ibid.*

11. Neque minus efficaciter eidem suffragatur proposito Sanctus Cyprianus, dum certissimum divinitatis Christi indicium, beneficentiam, quam erga persecutores exercuit, fuisse protestatur in hæc verba: *Quia ad hoc descendisse se dixerat, ut voluntatem Patris faceret, inter cætera admirabilia virtutum suarum, quibus indicia divinæ Majestatis expressit, paternam quoque patientiam tolerantiæ tenore servavit, omnesque denique actus ejus ab ipso statim adventu patientia comite signantur.* Et quidem sufferentia atque æterni Patris æquanimitas illis sane abundantissimè exprimitur verbis sæpius à nobis adductis: *Solem suum oriri facit super bonos & malos, pluit super justos & injustos.* Hoc autem in suum transduxerat filium, dicente Tertulliano: *Nec enim mentitus fuerat Propheta, imo ipsius Dei contestatio, spiritum suum in filio, cum tota patientia collocanis.* Christum quidem falsis asserebant imputationibus & calumnijs Judæi, dicentes: *Hic non ejicit dæmones, nisi in Beelzebub Principe dæmoniorum;* idque eo fine faciebant, ne populus eum Dei Filium esse crederet; ille vero se contra omnes impostoras non modo defendebat, sed & insuper manifesta, quod Dei Filius esset, dabat indicia, dum quascumque injurias & offensas admiranda cum mansuetudine supportabat; quam obstupescens Divus Chrysostomus sequentem format Discursum: *Christum videmus, his alijsque contumelijs & injurijs affectum, non modo ultum non fuisse, sed nec commotum quidem, quippe qui etiam post hæc maledicta, urbes & vicos Judææ circuiret, prædicans in Synagogis illorum Evangelium regni, & curans omnem morbum, mansuetudinem ostendens, & hac ratione illorum maledicentiam superans*, quin & per hanc consuetudinem suam clarissimum malignis illis argumentum præstitit, ex quo agnoscerent, miracula ejus divinitatis esse effectus, & nequaquam præstigia dæmonum. *Convictorum probra* (verba sunt Sancti Cypriani) *patienter audito, contumeliarum tolerata ludibria, & insultantium spuramina patienter excepit. Qui sputo suo cæci oculos paulò ante formassset.*

Certissimum Divinitatis Christi indicium fuit beneficentia erga persecutores suos. S. *Cypr. ibid.*

Matth. 5. *v.* 45.

Tertull. l. de patient. c. 3.

Matth. 12. *v.* 24.

D. *Chrysost. h.* 33. *in Matth.*

12. Neque mysteriosa quædam Sulpitij Severi, quæ in Sancti Martini Episcopi laudem profert, hic prærerenda sunt verba. Ita namque scribit: Jumento insidebat vir Dei, quando forte fortuito aliquot obvios habuit nobiles equis insidentes, qui vix viso Sancto insolescentes singuli suum in terram dejecere sessorem: *Illi casum indignantes, Episcopo immodestius insultarant ita ut nec manibus temperarent;* Dum vero rursus suos singuli conscendissent equos, hi ad quoscumque virgarum & calcarium impetus penitus subsistere immobiles, *Tunc que divinam in homine virtutem, quem improbe vexaverant, animadvertierent & repente ante ipsum suppliciter provoluti, peccatum confitentur, & veniam exposcunt. Tunc ille pro injuria beneficium referens eos amice amplexatus est; equis autem ut Dominis suis obedirent imperavit, qui quasi vinculis carceribusque soluti, statim abiere.* Quibus præmissis historicus hæc immediate subnectit verba: *Meritò bellatis imperare potuit, qui superborum hominum offensam tam moderatè tulit; meritò miracula fecit, qui læsus iratsi nescivit.*

Pulchrum exemplum S. Martini.

13. Incredulí Hebræi aliquod divinitatis signum non raro à Christo perierunt, dicentes: *Volumus à te signum videre*, sed cæci erant, & apertissimum divinitatis indicium, quod Christus edebat quotidie, non videbant; Injuriarum namque tolerantia, & beneficentia Christi erga contumeliosos, clarissimum divinæ ejus essentiæ argumentum erat; unde Tertullianus ita eos alloquitur dicens; *Hinc vel maxime Dominum Dei Filium agnoscere debuistis; patientiam hujusmodi nemo hominum perpetrasset.* Quæ singulariter etiam in illo eminuit actu, quando Petro gladium contra satellites educenti ictum inhibuit, dicens: *An putas quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plus quam duodecim legiones Angelorum?* q. d. tu me vis defendere ferro tuo contra inimicos? tu qui me Filium Dei confessus es? sane si me talem esse credis, necessum est, ut si me talem mundo probare velim, mirem, & erga inimicos placidum me exhibeam, absque indignatione ulla. *Ac si diceret Petro*, inquit S. Paschasius, *quid est quod tu mihi auxilium præstare festinas, & in gladio tuo humano vincere æstimas?*

Matth. 12. *v.* 38. Christum vere Filium Dei esse, ex ipsius patientia in tolerandis injuriis colligi potuit. *Tertull. l. de patient. Matth.* 26. *v.* 53.

S. *Pasch. l.* 12. *in Matth.*

14. Quale putatis reprobos in monte Calvariæ petisse divinitatis Christi indicii, ut ei crederent? *descendat nunc de cruce & credimus ei.* Redemptor vero demonstraturus, quod non de cruce descendere, imò quod in ipsa, tamquà Dei filius, humanam redemptionem operari deberet, juxta præceptum patris, omniumque sacrarum Scripturarum Vaticinium, aliud evidens atque infallibile divinitatis suæ argumentum ipsis dare statuit, quale erat, quod non modo non propter injurias indignaretur, sed & insuper pro crucifixoribus suis veniam poscret: *Hinc vel maxime Dei Filium cognoscere debuistis.* Circa quam benignissimi Salvatoris mansuetudinem D. Chrysost. se delectabiliter occupans, ita fermocinatur: *Ille vero elaborabat quomodo illos salvaret, illos inquam, à quibus opprobria patiebatur, & illudebatur.* Longe acutiori visu bonus latro præditus fuit, quando Christum Deum esse agnovit, quamvis cum à principio cum socio suo blasphemijs & injurijs inhonorasset: *Idipsum autem & latrones, qui crucifixi erant cum eo improperabant ei.* Sed qualiter Christum Dei Filium cœlique Monarcham esse, postmodum bonus ille agnovit latro? *Memento mei cum veneris in Regnum tuum?* Forsitan ex titulo Regio à Judæis supra crucem posito? Minime, quia hunc ex ludibrio affixum fuisse noverat. Forsitan ex diademate? Sed hoc spineum erat. Ex throno forsan? Ligneus hic truncus & patibulum erat. Fors ex sceptro? hoc clavi erant; ex purpura forte? Rupta hæc erat atque divulsa.

Judæi petebant signum divinitatis à Christo, deficensum de cruce. Christus contrarium illis dedit in Cruce manens, signum, orando pro inimicis.

D. *Chrys. orat. in Paraſc.* Unde bonus latro agnovit divinitatem Christi, *Matth.* 27. *v.* 44. *Luc.* 23. *v.* 42.

DE INIMICIS, EORUMQUE DILECTIONE, DISCURSUS XIII. 649

Theophylact. in Lucam.

Cur Christus in oratione pro inimicis usus fuerit nomine: Patris. *Matth.* 27. *v.* 46.

Matth. 5. *v.* 44.

Christus bis à Patre suo vocatus fuit filius. *Matth.* 3. 17. *Matth.* 12. 18.

S. *Augusti.*

S. *Cypr. ibid.*

Et ut nos haberemus ipsius exemplum.

S. *Aug. ser.* 170. *de temp.*

fa. Unde igitur in divinitatis Christi notitiam devenit? Audire Theophylactum dicentem: *Unus eorum cordator agnoscens bonitatem & divinitatem Jesu ex voce quam fecerat pro crucifigentibus, Pater, dicens, remitte eis; Non enim dixit, Domine oro, dimitte eis; sed simpliciter & magna potestate; remitte eis; quæ vox non solum omni misericordia plena est, sed & magnam authoritatem præ se fert, Ex hac igitur voce, ut agnovit, qui prius erat blasphemus Jesum verum Regem, confutat & alterum latronem, & ad Jesum dicit: Memento mei in Regno tuo.* Sed quare Christum in hac intercessione nomen Patris adhibuisse existimatis? Cum de seipso loquens dixerit: *Deus, Deus meus, ut quid dereliquisti me.* Certè non absque mysterio; Voluit namque Christus per hoc manifestare se Filium esse Patris æterni, ipse enim apud S. Matthæum prædicaverat, dicens: *Diligite inimicos vestros, ... orate pro persequentibus & calumniantibus vos: ut sitis filij Patris vestri, qui in cœlis est.* Volens itaque se Filium monstrare in præsenti supplica pro satellitibus impijs oblata, Deo titulum attribuit Patris.

15. Binis vicibus Pater verbum æternum, suum declaravit esse Filium, utrimque dicens: *Hic est Filius meus dilectus in quo mihi complacui*, in Jordane scilicet & super montem Tabor. At verò cur Pater æternus in his singulariter conjunctúris divinæ filiationis Christi testimonium coram universo mundo perhibere voluit? Audite S. Augustinum in hunc modum loquentem: *Ipse siquidem naturalis & unigenitus Dei Filius, talis è cœlo prædicatus & designatus est, cum se inimicis præbuerit benevolum se velimus recolere, tum in Jordane, tum in Tabor à Patre dictus est Filius, cum de inimicis sibi patrique contiliandis agebat.* Denique S. Cyprianus de patientiæ excellentia tractans nostrum ita concludit, nosque cum eo terminamus Discursum: *Est nobis cum Deo virtus ista communis, inde patientia incipit, inde claritas ejus & dignitas capiat samit: origo, & magnitudo patientiæ Deo authore procedit.*

DISCURSUS XIII.
ARGUMENTUM.

Super sequentia Redemptoris in cruce pro crucifixorum venia prolata verba, variæ adducuntur considerationes.

THEMA.

Jesus autem dicebat: Pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt. Luc. 23. *v.* 34.

Actor. 1. v. 1.

1. JUre meritissimo S. Lucas, qui in Actis Apostolicis de nostro Salvatore tractans ait: *Cœpit Jesus facere & docere*; jure inquam meritissimo idem hic Evangelista attestatur, quod Redemptor præceptum illud dilectionis, beneficentiæ, & intercessionis pro inimicis ipsemet adimplerit, verbo & facto nobis prædicans: *Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, orate pro persequentibus & calumniantibus vos.* Ita ut veraciter dicere potuerit: *Non veni legem solvere sed adimplere; Optimus enim Magister*, ut cum Alberto Magno loquar, *fecit charitatem quam docuit.* Glossa, quare inter reliquos Evangelistas, solus Lucas heroicum hunc Christi actum nobis tradiderit, rationem assignat sequentem: *Quia Lucas Christi Sacerdotium scribere disposuit, recte Dominus apud Deum pro persecutoribus jure Sacerdotis intercedit.* Solus itaque S. Lucas posteritati manifestum fecit, quod summus Pontifex Christus se super crucis altare æterno suo Patri pro Redemptione nostra in holocaustum & sacrificium offerens, intercessionem pro inimicis suis singularissime interposuerit. Sed quæ obsecro ipsum urgebat necessitas, ut hanc in publico coram innumerabili populo offerret supplicam, siquidem eam in silentio Patri suo confignare, rescriptumque favorabile recipere, minime ei difficile erat? Nimirum id fecit Christus, ut nullus, se id non audivisse dicere posset, & ut per omnes sæculorum futurorum cursus exemplum ejus generi humano calcaria adderet, ut pro inimicis suis intercederent, omnesque orationem illam imitarentur, quam Christus manifestam pro satellitibus effuderat in cruce; quia ut S. Augustinus ait: *Semper Deus in cœlo cum Patre, in cruce autem pro te homo, ubi se imitandam præbuit omnibus. Pro te enim misit ipsam vocem, ut ab omnibus audiretur, nam potuit pro illis orare in silentio, sed tu non haberes exemplum.* Quæ veritas magis ex quodam Isaiæ textu

Isai. 42. *v.* 2.

Matth. 27. *v.* 15. *Isa.* 53. *v.* 7.

elucidatur, ubi vitæ & mortis Christi periodos prædicens Propheta, inquit in persona Christi: *Tacui semper, silui, patiens fui; sicut parturiens loquar, dissipabo & absorbebo simul.* Hoc enim Propheticum oraculum omnes quotquot eo tempore Christum in hæc verba deprecatoria pro inimicis prorumpentem audiebant, credere utique poterant adimpletum iri, utpote qui usque ad tempus illud strictissimum servârat silentium. *Ita ut miraretur præses vehementer*, juxta id quod prophetatum fuerat, *Quasi agnus coram tondente se obmutescet.* Licet alias in cruce videri potuisset tempus adesse urgentissimum compassionem erga se implorandi æterni Patris sui, ad sumendam de innumerabilibus, sibi illatis injurijs vindictam. Insuper quis non sibi persuasisset, quod quandoquidem afflictissimam sibi præsentem habebat in Calvaria matrem suam, primo omnium loco eam commendaturus fuisset dilecto discipulo? Qui enim multas alicui Principi præsentandas habet supplicas, illam primo porrigit, eamque ante omnes subsignari petit, quæ maxime premit. Ut igitur Christus doceret hanc pro crucifixorũ suorum impetranda venia, peritionem maximè sibi cordi esse præ omnibus aliis, summa cum solicitudine, hanc ipsam tamquam primam & principalem Patri æterno Advocatus offert in cruce.

2. *Jesus autem dicebat*, &c. S. Anselmus in libro cui titulus est: *Incentivum amoris*, hæc ipsa ponderans verba, ita exclamat: *Qualis est hic, qui in omnibus pressuris suis, nec semel os suum aperit, ut aut querelæ, aut excusationis, aut comminationis, aut maledictionis verbum adversum maledictos canes illos proferret? Et novissime verbum benedictionis, quale à sæculo non est auditum, super inimicos suos effudit.* Suarum namque oblitus pressurarum, & injuriarum, quibus diffamabatur, nullum quo se justificaret, protulit verbum, non petit à Patre ut suas sanet plagas, sanguinemve sistat, ut crucifixionis suæ spasmos mitiget, sed ut iis ignoscat, qui sibi venas aperiebant, qui manus ejus pedesque clavis perforabant, qui caput ejus spinarum puncturis transfodigebant, qui ipsum blasphemabant & maledicebant. Filiæ Jerusalem ipsum usque ad patibulum comitatæ fuerant flentes; Simon Cyrenæus crucem simul cum eo portarat; S. Joannes solus inter Apostolos, nulla jurati contra divinum Magistrum odij habita ratione, prima captivitatis nocte constantissime eum secutus fuerat; ac proinde quis non crediderit, quin Christus in præsenti occasione cœlestem dictis fidelibus amicis suis, pro tantis beneficijs implorasset retributionem? Nec tamen id fecit: Quinimo cum inter omnia corporis sui membra sola libera esset lingua, hanc efficaciter pro inimicis adhibuit, non obstante, quod eam paulò post felle ab illis amaricandam esse sciret: quodque perfidissimi Hebræi, paulo antequam Redemptor ad montem perveniret, ipsum linguis suis cruci affixissent, prout S. Augustinus iis in hæc exprobrat verba: *Acuerunt tamquam gladium linguas suas: non dicant Judæi: Non occidimus Christum, unde occidistis: Gladio linguæ; acutistis enim linguas vestras, & quando percussistis usi quando clamastis: Crucifige, crucifige?* Sed ecce retributionem Christi; ipse linguam suam pro iis, qui sua ipsum lingua patibulo affixerant, & contumeliis, opprobriis, improperijsque oppresserant, cum maxima energia atque efficacia in implorandam eorum veniam adhibet: *Jesus autem dicebat: Pater dimitte illis.*

S. *Augustin. Psal.* 63.

3. Ad quatuor tribunalia conductus fuit Redemptor, scilicet Annæ, Caiphæ, Herodis & Pilati; & nihilominus tot tantisque interrogationibus, tot impostoris & falsis calumniis ne minimum in sui justificationem reposuit verbum, ita ut Pilatus iratus ei dixerit: *Mihi non loqueris?* Ast vero ubi pro crucifigentibus se cœlestem in signatura cœli veniam petiturus erat, suum protinus tamquam facundus Advocatus os aperuit, dicens: *Pater dimitte*, &c. imo id fecit, *cum clamore valido & lachrymis*, tantumque effecit, ut non modo audítus fuerit, sed etiam *exauditus pro sua reverentia.* Credibile est, quod Pater æternus debita justæ iræ suæ fulmina jam armaverit contra sacrilegos & impios hosce unigeniti sui crucifixores; ideoque Christus subito primum verbum, primamque supplicam suam ad Patrem fuum direxit, ut imminenti occurreret periculo, & necessitati. Porrò Advocati & intercessores tunc pro Clientibus suis intercedere solent, quando debite rogantur, & nõ prius, imo nec tunc id faciunt, nisi condignè remunerentur? Sed in hoc maxime heroica & mirabilis supereminet hæc Christi actio, quod tunc maximè pro ipsismet carnificibus intercedere voluerit, quando maxime

Christus tunc ferventius pro suis inimicis oravit, cum crudelius contra ipsum fœvirent. *Joan.* 19. *v.* 10.

Hebr. 5. *v.* 7.

ipsum deridebant,& subsannabant,supraque se divinæ Justitiæ tela jacienda irritabant.

4. *Jesus autem dicebat Pater*,&c.S.Joannes Evangelista pridie passionis quid contigerit, describpturus, ait: *Sciens Jesus, quia omnia dedit ei Pater in manus*; Quærendum igitur,cur Christus qui omnes sibi & Patri suo illatas offensas peccatrici, publicanis, paralytico, multisque aliis dimiserat, & de cujus potestate delicta remittendi nulla poterat oriri controversia, cur inquam is non dixerit potius: *Dimitto vobis*,absque recursu ad æterni Patris sui tribunal? num forte hic distinctum à Filio habet judicium? minime; nam *Qualis Pater talis Filius*,Respondeo igitur à S.Ambr.excipiamus, dicentes;*Quod verbo dixit,exemplo probavit,denique & in cruce positus,de persecutoribus suis sibi convitiantibus ait, Pater dimitte illis quia nesciunt quid faciunt, ut oraret pro calumniantibus, quibus poterat ipse dimittere.* Quamvis nec hoc Ambrosij responsum propositum enodet dubium,sed potius augeat; Cur enim à Patre dictam postulat veniam, quando ipsemet scelus remittere poterat? Aliud sane responderi nequit,quam quod licet merita Redemptoris propter sanguinis sui effusionem, & crucifixionem suam tunc maxima essent, ea tamen in isto temporis puncto Patri suo præsentare tardarit, ut cum hoc pretio ipsum versus crucifixores tanto magis propitium efficeret. Imo Christus qui non modo Deus,sed & homo erat, *minor Patre secundum humanitatem*, Deum in præsenti titulo Patris nominavit,volens potius Filius Dei audire quam homo, ut sic intercessionem longe certiorem redderet. D. autem Chrysostom. à S. Thom.in Catena citatus,hanc aliam ejusdem dicti assignat rationem,inquiens: *Jesus autem dicebat: Pater dimitte illis; non quia non posset ipse relaxare,sed ut nos pro persequentibus orare doceret, non solum verbo sed & opere.*

5. *Pater*,&c. Hoc loquendi modo usus est Christus, ut Patrem ad compassionem induceret; nam pro se orans dicebat: *Deus,Deus meus,ut quid dereliquisti me?* Quia Ly Deus,Majestatis est expressivum, Pater vero teneritudinis amoris: *Ait Pater dulcissime*, inquit S. Bernardinus,*Pater amantissime, Pater desideratissime, à paterno nomine amoroſus Filius cæpit, & suo blandiens genitori, tali filio nihil debere negari concludit.* Poterat equidem filius hic dicere veraciter: *In capite libri scriptum est de me,ut faciam Deus voluntatem tuam*,Paternam in generis humani Redemptione operanda adimplere satagebat voluntatem, atque ideo huic pariter supplicæ à patre annuendum censebat, ut videlicet Pater tam benignæ filij sui petitioni acquiescens,ejus quoque adimpleret voluntatem,ideoque audacter dicebat: *Pater dimitte illis.*

6. S.Bernardin. orationem discutiens Dominicam Ly *Pater* singulariter examinat, ex eoque ita ad præsens discurrit institutum: *Oratio quæ à paterno dulcescit nomine, omnium petitionum impetrandarum mihi fiduciam præbet.* Qui idem Sanctus alio in sermone sequentem circa idem punctum consideriationem instituit in hæc verba: *Considera quam superefluens fuit amor dulcis Domini Dei nostri super impios hostes suos,quando non solum pleno corde fuit indultor, sed etiam efficacissimus intercessor & piissimus excusator. Unde nec allocutus est judicem, qui prece non flectitur, sed paterno nomine suo blandiens genitori,sibi quasi concluſit,mihi tanto Filio denegandæ.*

7. *Pater*,&c.S.quoque Bernard.mysterium hujus vocis indagans,ait: *Quare nomen Patris apponit?* Seque ad infantes reflectens, quorum proprium est, genitorem suum titulo patris compellare, ut quod petunt, illis concedat: *Ut naturalem dilectionem ipsius*(verba sunt dicti Sancti) *ad memoriam reducant,per quam facilius petitionis suæ salutarem consequantur effectum.* Quin & in veteri Testamento Deus se iratum esse demonstrare volens,his communiter utebatur verbis: *Ego Dominus qui loquor.* Aſt quando se benignum placidumq; sistere volebat,dicebat: *Ego ero eis in patrem.* Atq; ob hanc ipsissimã causam,Salvator noster ab æterno suo Patre aliqua impetraturus, his utitur verbis: *Pater mi, Pater sancte.*

8. *Dimitte*,&c. Quamvis titulus Patris respectum imporret & reverentiam, nihilominus postquam Christus dixisset, *Pater*,hoc imperativum immediate subnectit verbum: *Dimitte*; ubi S.Bernardin. ait: *Denique efficacissime petit,dicens ignosce; nec ait examina, considera, pondera, sed ignosce, inquit, ut nostras doceat offensas non examinare, non ponderare, non etiam considerare, sed oblivioni omnino tradere, & toto corde & pleno ore atque efficaci opere indulgere.* In horto equidem Gethsemani, Patri supplicaturus, ut amarissimum passionis suæ calicem deprecando nostram præ se ferret infirmitatem,quibus verbis putatis quod suam expresserit supplicam? *Pater si possibile est, transeat à me calix iste*; in præsenti autem absolute præcipere videtur, non enim dicit, *Si fieri potest*, sed absolute *dimitte*; adeoque Titus Bostrenus in hujus S. Lucæ textus Commentario ita scribere non dubitat: *Perinde cum eo loquitur, atque par cum pare, & patrem vocat, & cum magna libertate, dimitte illis clamat. Non enim dixit: Domine, rogo te, ut hanc illis offensam condones, sed dimitte illis.* Rationem vero cur à Patre æterno quoque veniam pro crucifixoribus petierit, hanc affignat, quia injuriæ quas ipse Christus recipiebat,non modo propriam ejus offendebant personam, sed & Patris, cujus ipse Filius erat: *Ostendit per hæc autem, quæ Jud.ei per injuriam & contumeliam in illum committebant, ea propter utriusque naturæ & divinitatis identitatem, in ipsius quoque Patris injuriam & contumeliam redundasse.*

9. *Dimitte illis.* Quare eos, quibus à Divino genitore ignosci volebat, non indigitat? De alijs namque, quam de solis crucifixoribus, Ly *illis*, absque denotatione speciali intelligi poterat. Quibus igitur veniam dari petebat? Forsitan Apostolis qui eum deseruerant? Nequaquam; siquidem ministris Pilati jam præceperat, dicens: *Si me quæritis, sinite hos abire.* Remissionem forsitan postulabat Petro perjuro? Minime; quia hunc jam in suam readmiserat gratiam,quando *Respexit Petrum... & flevit amarè.* Numquid pro conversione Judæ se interponebat; neque hoc dici potest; siquidem ille jam desperatus & suspensus erat. Ad quos igitur pronomen *illis* referebatur? Utique non ad alios, quam ad flagellatores, coronatores, crucifixores, & injurios qui eum tot affecerant improperiis persecutores; Quare igitur non dicit crucifixoribus meis, inimicis meis? Quia nimirum talis ac tanta amoris erat teneritudo, atque excessiva pietas, qua Christus eos ipsos, á quibus lacerabatur & dilaniabatur, intime fovebat, ut ne quidem his ipsis vel minimum verbum asperum dicere vellet. Quin interrogatus aliquando: *Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum?* Amicissime respondit: *His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me. Non enim sciunt quid faciunt.* Ubi sanctus Bernardus ait: *Et quasi quæreretur indulgentiæ ratio, in tam horrendo facinore, sequitur: Quia nesciunt quid faciunt; ac si diceret: Eo digni venia quò & pusilli scientia sunt, ideo ignosco illis, quia non agnoscor ab illis.* Et quidem ut veritatem astruamus, majus nec verbo nec mente concipi poterat in crucifixorum favorem,quod eos excusaret,quam ignorantiæ ipsorum allegatio.

10. *Dimitte illis*, Sanctus Bernardinus in præsenti hæc mansuetissima Christi examinans verba, ita discurrit: *Primò Christus efficitur excusator & defensor persequentium se. Vadit tamquam ad Patrem, non tamquam ad Judicem, accusando & petendo vindictam & punitionem; sed tamquam Excusator & Advocatus, & supplex filius, dicit dimitte, & non dicit: Considera culpam illorum.* Quod idem motivum ab eodem Sancto alio quodam in sermone in hæc verba adducitur: *Insuper & viscera cordialis compunctionis super crucifigentes eam effundens, ait:* Illis; *quia sunt cæci, sunt infirmi,nec non ex infelicitate naturæ, ad malum proni: quasi dicere velit; Non permaneat Pater Spiritus indignationis tuæ in illis,cum non sint spiritus separati,qui ex impia malignitate offendant, sed ex pondere suæ infectæ carnis, his sceleribus immerguntur. Demumque subdit: quia nesciunt, scilicet creationis beneficium, amoris mei infinitissimum donum, redemptionis meæ inæstimabile pretium, æternæ gloriæ interminabile præmium, sui sceleris inconsiderabile malum, neque æterni supplicij infinitum tormentum, ideo nesciunt quid faciunt.*

11. Quis itaque tanti exempli speculator ad dilectionem inimicorum non commovebitur, maxime si legem Christi profiterur Evangelicam? Fratres Josephi indignationem hujus se placaturos esse arbitrati sunt, dicendo: *Pater tuus præcepit nobis antequam moreretur, ut hæc tibi verbis illius diceremus: Obsecro ut obliviscaris scelerum fratrum tuorum, & peccati atque malitiæ quam exercuerunt in te.* Quidni igitur & nos Redemptori patrique nostro obtemperabimus,qui prinsquam ex hac vita discederet,nobis præcepit,inquiens: *Ego autem dico vobis: diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos.* Quod præceptum ipsemet ante mortem suam executioni mandavit; sed quo putatis fine? *Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis.* Quapropter si id adimplere neglexerimus, quanta cum ratione nobis exprobrari poterit illud apud Malachiam Dei verbum: *Filius honorat Patrem & servus Dominum suum; si ergo Pater ego sum, ubi est honor meus? Et si Dominus ego sum, ubi est timor meus?*

12. *Dimitte illis.* S. Augustin. excusationes illas, quas vindicativali allegare solent, ne quis à Christi imitatione ullatenus se subtrahere possit,refutare conatur,ideoque illas in medium adducit, inquiens: *Dicturus es; Et quando hoc possum,quod Dominus potuit? Quare hoc dicis? Attende ubi hoc facit, attende quia in cruce hoc fecit,non in cælo; in cruce, ubi se ad imitandum omnibus præbuit.* Sane quantum injuria gravior,tanto minus est indulgentiæ motivum. Sed ne divagemur latius, in sanctuarij pondere offensas discutiamus, quas illi ipsi, pro quibus intercedebat Christus, Salvatori intulere, Præ reliquis maximum à Deo beneficium obtinuerant Hebræi, majoribus quam omnes, quotquot unquam fuere aut erunt,favoribus affecti fuerant,ab eodem illo Deo,cui injuriabantur, quemque tumultuosè atque cum violentia ad crucem condemnarant,Barabbę eum contumelioſe postponentes; mors ejus omnium maxime infamis erat: utpote crucifixi in medio duorum latronum, tempore quo Jerosolymam, tamquam ad Metropolim totius Palæstinæ,milliones concurrebant hominum, ex varijs partibus; tunc perfidi malefactores Christum morti dederunt, ita ut eum exacerbati, ut vel minimam aquę guttam,quam petebat,ipsi denegarent. Atque insuper innumerabilibus improperijs, blasphemiis, ludibriis, ac pœnosissimorum tormentorum acerbitate crudeliter confecerunt. Et nihilominus cum Christus omnium horum oblitus, pro ipsorum venia interceſserit,quis tandem se excusare,aut ab inimicorum suorum dilectione subtrahere se poterit? Audite Hildebertum, illiusque si potestis respondere, sin minus, obedire propositioni,inquientis: *De charitate quod loquar, cui hoc solum sufficit, ut testimonium, quod cum crucifigeret eum Judæus,orabat ut illi indulgeret Deus? Charitas ista, charitas admiranda, dum clavi manibus,lancea lateri, fel ori admoverentur ab inimicis, manus & latus & os agebant pro inimicis.* Quam eamdem immensam Redemptoris mansuetudinem S.Augustinus in sermone citato in hæc ulterius prosequitur verba: *Hic jam attende Magistrum & Dominum tuum non in cathedra sedentem,sed in ligno pendentem, circumspectis undique turbis; inimicorum, & dicentem: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Vide Magistrum, audi imitatorem: numquid tunc Dominus Christus pro rogantibus rogavit, & non potius pro insultantibus & interficientibus? Numquid defuit Medicus officium suum, quia phreneticus sæviebat? Dic enim, ignosce illis quia nesciunt quid faciunt.*

13. Quamvis corda nostra ad inimicorum dilectionem eximulata esse non dubitem,propter,& per motiva adducta, Discursum nihilominus sequenti efficacissima S. Bernardini authoritate terminandum duxi, qua tantam Christi benignitatem in hæc deprædicat verba: *O inæstimabilis dignatio Redemptoris! O incomprehensibilis latitudo sui amoris & oris, qui sicut Bernardus supra Canticum ait: Flagellis cæsus,spinis coronatus, clavis confossus, patibulo affixus, opprobrijs saturatus, omnium tamen dolorum immemor, inquit: Pater ignosce illis.*

DISCURSUS XIV.

ARGUMENTUM.

Quam grata sit Deo atque efficax nostra pro inimicis nostris oratio.

THEMA.

Orate pro persequentibus & calumniantibus vos. Matth. 5.v.44.

1. SAlvator noster qualiter ad æterni Patris sui similitudinẽ(*Estote ergo & vos perfecti,sicut & Pater vester cælestis perfectus est*) aspirare atq; pertingere possimus,nos edocturus,præscribit,ut pro inimicis & persecutoribus nostris oremus; Quod ipsemet prius quam ex hac vita discederet se adimpleturum noverat;ut ad idem faciendum suo nos animaret exemplo: Nam ut Sanctus Ambrosius docet: *Rogare quis debet & pro inimicis suis, orare etiam pro persequentibus,sicut Dominus orabat,dicens: Pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt. Vide Clementiam magnam. Illi suum persequebantur Authorem, ipse adversarijs etiam gravia peccata donabat, quin etiam ignorantiæ velamine excusabat admissum, dicens: Quia nesciunt quid faciunt;*

nam si scirent, *Dominum non persequerentur suum, in cujus potestate ac jure salutem esse suam arbitrarentur. Et quia non sola Christi persecutores erant morte contenti, addebant maledicta, atque convicia, ut ait ipse; Maledicent illi, & tu benedices, docuit nos quod timere maledicta persequentium minime debeamus, cum habemus persecutionis Authorem, nec movere nos convitia debeant, ubi præsul est, qui possit auferre maledicta.* Ob hunc itaque finem cœlestis Magister pro crucifixoribus suis,suum in cruce oravit æternum Patrem, ut scilicet nos discipulos & sequaces suos instrueret, ut non modo malefactoribus nostris ignoscamus, sed & insuper eos amemus, quin & pro iisdem intercedamus.

Hoc enim signum est perfectissimi amoris.

2. *Orate pro persequentibus.* Sanctus Bernardinus sequentem circa hæc verba format Discursum: *Signum est perfectissimum, & meriti maximi, si injuriantem corde diligis, ore gratiam pro eo à Domino exposcis, in oratione & opere etiam exuta necessitatem ut liber ei deservis.* Quin & Magnus Gregorius in Homilia quadam ita discurrit: *Virtus veræ orationis est celsitudo charitatis, & tunc quis,quod recte petit, adipiscitur, cum ejus animus in petitione, nec inimici odio fuscatur, sed plerumque relicta antem animum vincimus, si etiam pro inimicis oramus.*

S.Bern T.1. ſer.28.A.3. c.3.

S.Greg.h.27.

3. Sancto Luca teste, Protomartyr Stephanus *Faciebat prodigia & signa magna in populo*, & nihilominus ne vel unicum, quod patrarit, in Scriptura exprimitur miraculum, quæ tanti filentij causa? Discite rationem; Quando Protomartyr genuflexus pro suis ferventer orabat lapidatoribus, maximum, quod umquam operari poterat, rarissimumque edidit prodigium. Quod ut penerremus profundius, vos ego interrogo; Quis in mirabilibus atque portentis prodigiosior fuit Sancto Paulo? Hic autem de seipso deque Apostolatu suo ipsemet attestatur, dicens: *Signa Apostolatus mei facta sunt super vos in omni patientia; in signis, & prodigijs, & virtutibus.* Similiter tolerantia persecutionum conjuncta cum redditione boni pro malo, nec non continua pro inimicis oratione inter præclarissima, quæ Apostoli operabantur prodigia computatur. Nemo est quem tritissima illa lateant verba: *Si Stephanus non orasset,Ecclesia Paulum non haberet.* Orationes namque sancti Stephani, quas pro lapidantibus (quos inter Saulus erat,qui uniuscujusque vestes custodiens Stephanum occidebat manibus omnium)fudit,Deum permoverunt, ut ex Saulo Paulum, & ex persecutore fecerit Apostolum.

Act.6.v.8. Quando S. Stephanus maximum operatus fuerit prodigium.

2.Cor.12. v.12. Similiter S. Paulus.

4. Idem sanctus Paulus de Pontifice æterno, Christo Redemptore nostro, quando super crucis altare suas Patri obtulit preces, agens, ita actionis hujus substantiam describit & circumstantias: *Qui in diebus carnis suæ preces, supplicationesque, cum clamore valido, & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reverentia*; Circa quæ verba sanctus Cyprianus sequentem, proposito nostro mire favorabilem formatDiscursum: *Ad hæc Sacerdotalis auctoritati Privilegium in medium proferens, Mediator inter nos & Patrem oras pro bis, qui ad dolorem vulnerum tuorum opprobria addiderunt, & pro inimicis impetras veniam, supplicas & obsecras, ut hæc eis iniquitas dimittatur, & à morte tua habeantur innoxij ipsi qui sanguinem tuum super se & super filios suos manere precantur.* Idem vero sanctissimus Martyr postquam ingratitudinem,ignorantiam,cœcitatem, atque impietatem Hebraismi fusiùs ostendisset, tandem ad demonstrandam orationis Christi efficaciam descendit, inquiens: *Dimissam est ergo Christo oranie peccatum, & ex parte maxima cæcitas illuminata est, & malignantium perfidia demum credidit, & intellexit, & de torculari crucis mustum expressit, accepit, & bibit.*

Quando Christus in Cruce, & quomodo oraverit pro inimicis suis. Heb.5.v.7.

S.Cypr.ſer.de Paſſione.

5. Huc pariter spectant memorabilia illâ sancti Leonis Papæ, orantem in cruce Redemptorem considerantis verba, Dicit enim: *Cujus etiam circa interfectores suos tanta erat pietatis affectio, ut de cruce supplicans Patri,non se vindicari, sed illis postulat et ignosci, dicens: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt, cujus utique orationis potentia fuit, ut prædicatio Petri Apostoli ex ijs qui dixerant: Sanguis illius super nos, & super filios nostros, multorum ad pœnitentiam corda converteret, ut uno die baptizaretur tria fere millia Judæorum, fierentque omnium cor unum & anima una, paratorum jam pro eo mori, quem popoſcerant crucifigi.* Unde & Judas traditor, licet peccati quasi inexpiabilis reus factus fuisset, nihilominus remissionem sperare,

S.Leo ſer. 21.de Paſſ. Qualis fuerit effectus orationis Christi pro hostibus.

Joan.13.v.3. Quare Christus per seipsum non dederit Veniam suis crucifixoribus, sed recursum habuerit ad tribunal Patris sui.

S. Ambr. de interpellat. Job l.1.c.2.

D.Chryſ. in Cat. D. Thom.

Nomen Patris expressit, ut illum efficacius ad misericordiam inclinaret.

Matt.27.46. S.Bern.T.2. ſer.50.a.3. c.4.

Heb.10.v.7.

Probatur ex oratione Dominica. S.Bernard. t.1.Fer.6.poſt D.Oliv. C.1. ſer.55.

Christus utens nomine patris, imitatur infantes.

Christus non petit ut Pater examinet delicta illorum, sed ut absolute dimittat. S.Bern. t.2. ſer.50.A.3. c.4.

Matth.26. v.39.

Malach.1. v.6.

S.Aug.ſer. 170. de temp.

Tit.Boſtr. in Biblioth.Pat. Patr.T.1.

Ubi, quibus & quando Christus Veniam petierit pro hostibus.

S.Aug.ibid.

S.Bern.t.4. ſer.50.A.3. c.1.

Quibusnam Christus petierit ignosci & dimitti.

Joan.18.v.8.

Luc.22.v.61.

Hildebert.t. 3.ſer.de Christi benefic.in Bibl. vet. Patr.

Zach.13.v.6

Luc.23.34.

S.Bern.lib. de præcepto & diſpenſat.

S.Bernard. t.4. Fer.6. majoris hebdom.

Christus etiam excusat crimen suorum malefactorum.

S.Bernardin. t.2.ſer.50. c.4.

Hoc ipsius exemplum imitari debemus.

Gen.50.v.16.

Matth.5.44.

Joan.13.15.

Exemplo Christi inimicis non solum ignoscere, sed & pro ipsis orare debemus. Matth.5.48. S.Ambr. in obitu Valentiniani Imp.

propriamque vincere potuisset obstinationem, nisi, prout idem bene advertit sanctus Leo, nec non ex textu deducitur sancti Matthæi, prius quam dictam Patri pro crucifixorum venia obtulisset supplicam, jam suspensus crepuisset medius. Unde præfatus Sanctus
S. Leo ser. 11. de Pass. Dom. Pontifex ait: *Potuisset consequi remedium, si non festinasset ad laqueum*; Quæ veritas ex conversione boni latronis elucidatur, siquidem & hic in principio, una cum socio suo Christum blasphemabat, eique insultabat; ast postquam Christus pro omnium lictorum, seque Vendentium venia patrem precatus est, ad sanam rediit mentem, compungi cœpit, notitiam & finem ejus hausit, Regemque professus est Paradisi, quin & Centurio multique alij *Revertebantur percutientes pectora sua, & confitentes: Vere hic homo Filius Dei erat.*
Luc. 23. v. 48.

6. Psalmus 68. prout ex lectione ejus patet, ad improperia alludit, & supplicia, quibus Filius Dei afflictus fuit in cruce: Postquam igitur Psalmista multorum opprobriorum, cruciatuumque recensuisset seriem, tandem subjungit, dicens: *Ego vero orationem meam ad te Domine, tempus beneplaciti Deus, in multitudine misericordiæ tuæ exaudi me:* Ubi imperative se exaudiri petit. Circa quem versiculum olim incognitus, sed notissimus hodie Carmelita Michaël Ayguanus ita discurrit: *Sustendum quod in persecutionibus maximum remedium est, pro persecutoribus orare, quod Christus facere nos suo docuit exemplo, quando in cruce positus Patrem pro persecutoribus oravit, dicens: Pater ignosce &c. Quod prævidens Psalmista hic in persona Christi dicit, quod illi adversum me loquebantur, ego vero orationem meam ad te Domine, supplex dirigo. Ubi glossa: Hic Christus prædixit is malis orationem opponit, ut nos discamus non vi vas sed orationes jugijs opponere.* Sed consideratione dignum est, quod Psalmista dicat: *Tempus beneplaciti Deus*, cujus sensus difficilis videtur; numquid enim Deus preces nostras quovis tempore acceptat? aut vero orationem aliis temporibus ad æternum Patrem directam eidem minime gratam & acceptam futuram fuisse dicemus, nisi præcisè facta fuisset illo tempore, de quo dicit: *Tempus beneplaciti Deus?* Absit; ipsemet enim Dei Filius apud Sanctum Joannem capit. 11. inquit: *Pater gratias ago tibi, quoniam audisti me; ego autem sciebam, quia semper me audis.* Verumtamen licet revera ita sit, quod scilicet oratio Christi quovis tempore ad Deum Patrem fusa grata fuerit; nulla tamen oratio æterno Patri suo tantopere placuit; quantum illa, quam pro inimicis suis Filius Dei in cruce ad Patrem direxit, quando pro inimicis suis rogavit; hoc enim tempus aptissimum erat, ad obtinendum supplicationis suæ gratiosum rescriptum: Unde idem Incognitus ait: *Hic loquitur de oratione, quam pro persecutoribus fecit tempore passionis, dicens: Tempus beneplaciti Deus, quasi facta oblatione condonationis inimicorum, fuerit tempus beneplaciti, id est, opportunum ad impetranda omnia.*
Psal. 68. v. 14. Tempus Deo placitum ad exaudiendas preces nostras est, cum condonamus injuriam, ab hostibus illatam.
Incognitus Ibid.
Psal. 68. 14.
Joan. 11. 42.
Incognitus Ibid.

7. In Chronicis Franciscanis de Sancta Elisabetha vidua Regis Ungariæ filia, & tertium ordinem sancti Francisci professa legitur, quod dum in statu viduali multis oneraretur injuriis, & probrosis contumeliis ipsa copiose lachrymans, efficaciter pro illis, à quibus contumeliata fuerat, Deum rogarit, & specialiter pro qualibet injuria, singularem quamdam illis postulavit gratiam. In medio autem hujus tam ferventis orationis posita, vocem audivit sibi dicentem: *Numquam effudisti orationem mihi gratiorem & acceptiorem, quam hæc fuerit, quæ viscera mea penetravit, ac proinde inimicis tuis omnia condono peccata, meamque illis impertior gratiam*: quibus verbis permota sanctæ & perfectæ cuidam vitæ se deinceps addixit. Sanctus Bernardinus ex Sancto Gregorio in quodam sermone ita scribit: *Conditoris auribus illa maxime oratio commendatur, qua pro inimicis quoque intercedere nititur; Quid est quod Moyses, Samuel, & Elias in postulatione aliis præferantur, nisi quod isti tantum in serie Veteris Testamenti pro inimicis orasse leguntur? Moyses à populo lapidibus impetitur & pro lapidantibus deprecatur; Samuel à principata ejicitur, & ait: Absit à me ut cessem orare pro vobis, 4. Regum 12. Elias etiam oravit pro Achab inimico suo. Quantum grata sit talis Deo erga inimicos excussiva charitas, patet exemplo Beati Bernardi primi socij sancti Francisci, de quo legitur, quod cum prope obitum esset, raptus supra seipsum in extasin, in se reversus ad fratres ait: Deo gratias mecum agite fratres quia misericors Dominus à pœna purgatorij me absolvit, nec vere dicere possum, quia juvenum frater minor, nisi in quo tantum: Cumque quod esset illud unum, fratres, inter se rogarent, ait: Illud unum est quod numquam offendit me homo, quin specialis mihi amor quidam nasceretur in corde ad illum magis diligendum quam ante.* Moyses adeo cum Deo familiaris erat, ut ipsemet ita scribat: *Loquebatur Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet loqui ad amicum suum*; nullam quoque à Deo postulabat gratiam, quam non protinus obtineret; at vero scitis ne divini illius favoris causam? nimirum hoc factum est, quia *erat Moyses vir mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra.* Idem hic populi Israëlitici generalissimus & Aaron frater ejus à Core, Dathan & Abiron, aliisque eorum assectis impiissime exagitabantur; & nihilominus pro eorum reconciliatione supplices intercesserunt, tamque Dei placare conati sunt; quam mansuetudinem serio considerans Origenes ait: *Volo de bonitate Dei admonere discipulos Christi: Moyses & Aaron priores fecerunt hoc, quod postmodum Evangelium docuit. Ecce diligit Moyses inimicos, & orat pro persecutoribus suis, quod utique Christus fieri in Evangelio docet. Audite enim quomodo cadentes in faciem super terram orant pro illis, qui ad interficiendum eos insurrexerant.* Quæ eadem Moysis mansuetudo in eodem capitulo plenius edocetur; nam cum populus contra Moysen, velut tantæ tragis causam insurrexisset; Deus autem temeritatem hanc justitiæ divinæ ultore gladio punire vellet, Moyses fratri præcepit, ut thuribulo arrepto ad populum accurreret; qui in mandatis exequendis haud segnis, subito accurrens, *stansque inter mortuos ac viventes pro populo deprecatus est, & plaga cessavit.* Prodigium sane maximum! qualiter namque tantillum incensi virtutem habebat, ut furibundum Dei gladium in vaginam reconderet? responsum ab eodem accipiamus Origene dicente: *Innuere virtutem repropitiationis ejus, & incensi mysterium erubuisse Angelum vastatorem, & in hoc mortem quidem sumtam, vitam vero reparatam.* Incensum enim orationis symbolum erat; sed à quibus afferebatur? ab iis scilicet, qui juxta dictamen sensus vindictam potius postulare debuissent; quod videns Angelus, scilicet hos ipsos, qui maxime offensi erant, pro venia intercedere, quasi erubescens, supplicium continuare destitit.
Num. 12. v. 3.
Num. 16. v. 18. Speciale hujus exemplum dedit Moyses.
Orig. h. 9. in Num.
Num. 18. v. 48.
Orig. ibidi

8. In capite 13. libri Regum haud dissimile nobis traditur exemplum, quando scilicet sacrilego Jeroboam incensum offerente Idolis, quidam ad eum accessit Propheta à Deo missus; qui suam ei exprobrabat impietatem; sed impius Rex subito eum in vincula conjici jussit, inquiens: *Apprehendite eum*, propter quod flagitium cum manus Regis exaruisset, & altare contractum esset, dictus nihilominus Propheta eidem Regi; instanter idipsum ab eo poscenti, non sine evidenti miraculo salutem restituit, quamvis post restitutam Regi incolumitatem paulò post in itinere à leone occisus fuerit. Circa quod factum scire percuperem, cur divina bonitas confestim tam singularem Regi isti concesserit gratiam, qua eum utpote in sua infidelitate perseverantem abhorrere esse sciebat? *Orantque vir Dei faciem Domini; & reversa est manus Regis ad eum, & facta est sicut prius fuerat.* Ut itaque difficultatis punctum enodemus, ad eum nos reflectamus oportet, qui dictam Regi gratiam contulit. Hic enim idem ille Propheta erat, quem Rex offenderat, quique bonum pro malo reddere satagebat; Unde Theodoretus inquit: *Supplex rogavit Prophetam, ut sibi peteret ab eo, qui miserat, non sceleris remissionem, sed manus curationem. Ostendit autem & Prophetæ mansuetudinem, & Deus clementiam.* Ipse namque Propheta offensus efficacissimus factus est intercessor, quando intercessit pro eo, à quo injuriosè tractatus fuerat: *Propheta perijt, & Deus dedit medelam.*
Propheta Dei mini Jeroboamo rellitur manum aridam, qui illum occidere voluerat. 3. Reg. 13. v. 4.
Ibid. v. 6.
Theodoret. 3. Reg. q. 42.

9. *Orate pro persequentibus.* In tota Scriptura sacra vix aliquem majori cum confidentia, majorique ad Deum instantia nec non certiori cum gratiarum ejus obtinendarum spe orasse reperio præterquam illos, qui suis pro inimicis orant; hinc forte Sanctus Ambrosius dicebat: *David tacendo vicit adversarios suos, & quia sicut mutus factus est, vocem recepit, quia conversus ad Dominum loquebatur, dicens: Quoniam in te speravi, tu exaudies me Domine Deus meus.* Qui idem Dayid alio in Psalmo ita divinam alloquitur
Qui pro suis inimicis orant, certi sunt preces eorum exaudiendas esse. S. Ambr. in Psal. 37.

loquitur Majestatem: *Verba mea auribus percipe Domine, intellige clamorem meum, intende voci orationis meæ, quoniam ad te orabo, Domine mane exaudies vocem meam.* Ubi Sanctus Propheta non modo se audiendum, sed insuper infallibiliter exaudiendum promittit, unde Divus Chrysostomus inquit: *Hoc dicit audaciter, & libere, quando orator adversus inimicos, quando adversus eos, qui molestia aliqua affecerunt, ea non sunt verba hominis, sed diaboli; si ergo dicas auribus percipe verba mea, dic ea verba, quæ sunt hominis mansueti ac humani, & qui nihil habet diabolicum*, q. d. illi qui non modo nullum contra inimicos conservant odium, sed & insuper pro iis orant, hi sibi promittere possunt suas certissime à Deo exaudiendas orationes, suasque supplicas ipsi fiduciali ssime repræsentandas.
Et hinc audaciter & fiducialiter orant sicut David. D. Chrysost. Ibid.

10. Propheta Regius Psalmo suo 54. hoc statuit principium: *Exaudi Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam, Intende mihi & exaudi me.* Sed undenam tantam se infallibiliter exaudiendum spem concipiebat audite sequentia: *Contristatus sum in exercitatione mea, & conturbatus sum à voce inimici.* Circa quæ verba Sanctus Augustinus ita sermocinatur: *Audistis fluctus & ventos tamquam humiliato insultabant, & ille orabat. Undique illis strepitu insultationis fæviebant, at ille intus invocabat, quem non videbant. Cum aliquid tale patitur Christianus, non debet facile velut odio ire in eum, à quo patitur & velle ventum vincere, sed convertere se ad orationem, ne amittat dilectionem.* Etne singula movendo, nauseam creem, uni inhærebo, quod videlicet idem Psalmista alio in Psalmo se in medio inimicorum & persequentium positum fuisse lamentetur, inquiens: *Surgentes testes iniqui, quæ ignorabam, interrogabant me, Retribuebant mihi mala pro bonis, sterilitatem animæ meæ.* Contra quos insultus se jejunijs, ciliciis, & oratione munivit: ideoque subdit: *Ego autem cum mihi molesti essent, induebar cilicio, humiliabam in jejunio animam meam.* Sed quis hujus exercitij fructus fuit? *& oratio mea in sinu meo convertetur.* Ubi Sanctus Ambrosius ait: *Hæc est oratio, quæ in sinum convertitur deprecantis fructum referens eorum, quæ voluit impetrare.* Ideoque in quadam Epistola sua ita nos ad Davidis imitationem invitat, dicens: *Imitamini sanctum David, quem tamquam bonus Magister reliquit Dominus, quem imitemur, dicentem: Pro eo, ut me diligerent, detrahebant mihi, ego autem orabam.* Hic ait: *Quod studium ei non exercendæ ad belli artes fuerit juventutis, non decipiendi adversantis astutia ulla cordis, ut illum vinceret, quem videbat, sed adversum eos præliabatur, quos non videbat, majorque in eo pietas, quam virtus corporis militabat.*
Psal. 54. v. 2. & 3.
Adducitur ulterius exemplum Davidis. Ibid. v. 4. S. August. Ibid.
Psal. 34. v. 11.
Ibid. v. 12.
Ibid. v. 13.
Ibid. v. 13. S. Ambr. ib.
S. Ambr. l. 3. Epist. ult. Psal. 108. 4.
S. Ambr. in Psal. 118. oct. 3.

11. Imo hic ad orationem recursus Regi Davidi, quoties ab adversariis suis premeretur, familiarissimus erat, hinc alio in Psalmo eum dixisse novimus: *Posui os meo custodiam, cum consisteret peccator adversum me; Obmutui, & humiliatus sum, & silui... Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis.* In sua namque meditatione ad charitatem & amorem contra proximos accendebatur, etiam erga illos, à quibus indignè tractatus fuerat; hæc autem oratio prorsus omnipotens est, unde idem Sanctus Ambrosius inquit: *Infirmus pro te fortis, fortis pro inimico tuo orat.* Preces namque quas Deo offerimus pro nobis, minoris sunt efficaciæ, quàm illæ, quas pro nostris offerimus inimicis; utpote quæ valde pollent inimicho, prout ex quodam deduci potest Textu Prophetæ Jobi, qui dum innocens à tribus amicis pateretur calumniam, utpote qui ejus infortunia iniquitatum ipsius effectus esse dicebant; quapropter Deum in illorum perniciem iratum advertens, ad divinam recurrens pietatem, dixit ad Eliphaz Themanitem, ut victimas offerrent, ast illi potius ad intercessionem Jobi confugerunt jubente Domino: *Ite ad servum meum Job, & offerte holocaustum pro vobis; Job autem servus meus orabit pro vobis, faciem ejus suscipiam, ut non vobis imputetur stultitia*, Sanctus Job gravissime ab iis injuriatus fuerat, atque ideo Deum ipsum ad iracundiam provocarunt; sed ecce præsentissimum reconciliationis remedium; *Ite ad servum meum Job, &c.* ut scilicet nos omnes disceremus; quod oratio pro inimicis effusa, omnipotens sit & prorsus infallibilis. Unde sanctus Ambrosius idem intentum nostrum dicto Jobi exemplo confirmans ait: *Divino judicio Job sanctus electus est, cujus oratio pro Regum illorum calumniantium justo aboleret offensam*; idque illo corroborat Psalmi versiculo: *Scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos.* Ubi per bonam voluntatem intelligi potest Evangelicæ adimpletio legis, quæ amare inimicum, proque eo orare præcipit, de qua idem Psalmista alibi dicebat: *In lege Domini voluntas ejus.* Quam orationem sanctus Ambrosius scutum denominat, inquiens: *Bonum scutum oratio, si pro inimico tuo oras. Tu oras, & Dominus te protegit: Bonum scutum etiam triumphantis, ut inimicum tuum, quem possis ferire, defendas, ne ab aliquo trucidetur, & quod majus est, à Christo, qui dixit: Mihi vindictam, & ego retribuam.*
Recursus ad orationem in persecutionibus, Davidi fuit familiarissimus. Psal. 38. v. 2. 3. & 4.
S. Ambr. in Psal. 98. Preces pro inimicis oblatæ sunt efficaciores, quam pro nobis ipsis.
Job 42. v. 7.
Probatur exemplo Job.
S. Ambr. in Psal. 118. oct. 3.
Psal. 5. v. 1.
Psal. 5. v. 2. 3.
Ibid.

12. Maximum de seipso Christianus reportat triumphum, quando non modo suo ignoscit inimico, sed insuper suis eum fusfulcit precibus, eumque apud Deum defendit, hoc enim modo orationes ejus omnipotentes evadunt. Olim dum quis victor triumphabat, coronam in capite gerebat scutis plenam, quam inimicis victis ademerat; unde & postmodum mos invaluit, ut Sancti, qui mundum, dæmonem, carnemque vicerunt, diademate in formam scuti efformato coronentur. Oratio igitur quæ Deo pro inimicis offertur, non modo magni est valoris, sed & insuper victoriæ signum existit, qua scilicet nos metipsos, appetitum vindicativum reprimendo, bonumque pro malo persecutoribus reddendo, vincimus. Hinc sanctus Augustinus in quodam sermone suo nos admoner, dicens: *Sub Deo es, orationem fusurus es, occurrit tibi, qui te læsit, occurrit tibi, qui te spoliavit, occurrit tibi, qui te in carcerem dimisit. Ejs attende cor tuum, respice Dominum tuum. Ecce malus inimicus tuus, ecce bonus Dominus tuus, nocet tibi inimicus tuus malus, ora pro inimico tuo, dicit tibi Dominus tuus bonus. Inter inimicum tuum malum, & Dominum bonum, quid tu factus es? contrà hunc oraturus aut hunc obtemperaturus.*
In oratione pro inimicis est magnus Christianorum triumphus.
S. August. ser. 254. de temp.

13. S. Stephanus se in recompensam fidelis prædicationis, qua illos in fide Dei vivi & veri erudire fatagebat, ab impijs Hebræis lapidari videns, non ideo eram illorum abjecit, nec pro eorum salute efficaciter precari destitit; Quam verò grata hæc Deo fuerit illius oratio, exinde patet, quòd Christus ad eam audiendam & exaudiendam de cælo respexerit; hinc sanctus Augustinus Redemptorem Saulo ita loquentem introducit: *Contra tanta mala, quæ comittis in me, olim quidem debui perdere te, sed Stephanus servus meus oravit pro te*; Et paulo post subjungit, dicens: *Ideo de terra erectus est Paulus, quia in terra inclinatus exaudibus est Stephanus.*
Oratio S. Stephani efficacissima inter lapidantes.
S. August. ser. 4. de Sanctis.

14. Juvenis quidam Clericus, propter malos mores suos in carcerem conjectus, ut Annales perhibent Ecclesiasticis in eodem nequiter peremptus fuit; qui cum moriens omnem expiatset culpam, transijt ad gloriam; *cujus anima expiato scelere cœlestis gloria donata non aliam vindictam de homicida reposcit, quam ut criminis in se peracti pæniteret. Animæque hujus talis in cælo facta fuit optio: Pete quod vis, & fiet tibi: Et anima: Pro occisore, inquit, meo peto, qui me occidit, qui statim valde pœnituit*; anima autem ad Dominum Apostolicum confestim iter arripuit, ut ipse misericordiam consequatur; & mox responsum accepit: *Sicut dignè petisti anima, fiet tibi.* Iidem quoque Annales memorant, quod S. Eberhardus, traditorie invasus, dum membratim dissecaretur, pro suis inimicis ipsissimam Protomartyris orationem effuderit, dicens: *Domine ne statuas illis hoc peccatum.*
Aliud exemplum Clerici occisi. Ann. Eccl. Rayn. An. 1243. n. 18.
Baron. An. 1008. n. 3.

DISCURSUS XV.

ARGUMENTUM.

Inimicis data venia cælum nobis aperit, magnumque æternæ salutis nostræ est indicium.

THEMA.

Ecce video cælos apertos... Clamavit voce magna dicens: Domine ne statuas illis hoc peccatum, & cum hoc dixisset, obdormivit in Domino. Act. Apost. 7. v. 55. & 59.

1. QUo fine S. Stephano aperti sint cœli, ut in eo Regem gloriæ facialiter aspiceret, clare ex sacro Textu deducitur, nimirum id ideo factum esse, ut idem Rex gloriæ, magnæ hujus Protomartyris animæ, in ipso actu pro remissione lapidatorum suorum perorandi, expiranti peramanter occurreret: *Clamavit voce magna, dicens: Domine ne statuas illis hoc peccatum, & cum hoc dixisset, obdormivit in Domino.* Circa quæ verba Sanctus Augustinus ait: *Primo B. Stephanus stans orávit pro se, & ait: Domine Jesu, accipe spiritum meum, deinde genu flexo ait: Domine ne statuas illis hoc peccatum, hoc dicto obdormivit. O felix somnus, & requies vera!*
S. Aug. ser. 237. de temp.

verò! Ecce quid est requiescere, pro inimicis orare. Preces etenim nostras pro inimicis nostris ad Deum effundere, idem est, quod Paradisum nobis patulum facere. *Hoc verbo prolato,* inquit Dionysius Carthus. *mox spiritum exhalavit.*

Dion. Cart. Ibid.

Act. Ap. 7. v. 54. S. Stephani erga suos lapidatores benignitas.

2. Sanctus Lucas viperinam Hebræorum adversus S. Stephanum conceptam rabiem vivacius exprimere non poterat, quam dicendo: *Dissecabantur cordibus suis & stridebant dentibus in eum; ... impetum fecerunt unanimiter in eum, & ejicientes extra civitatem lapidabant;* ac proinde alia ex parte tanto magis admiranda est mira hujus Protomartyris erga suos persecutores benignitas, & mansuetudo; utpote quos patres & fratres appellare non dubitavit, dicens: *Viri fratres & patres audite*, nec mirum, quia lapides à persecutoribus in se conjectos summi beneficij loco habeat, ideoque dulces illi erant, canente in ejus laudem Ecclesia: *Lapides torrentis illi dulces fuerunt.* S. Gregor. Nyssen. de sacrilegis illis lapidatoribus ita scribit: *Manus lapidibus armabant, obtutu, anhelatione, dentium collisione, sævitiam præ se ferentes, hic vero tamquam fratres aspiciebat, tamquam patres salutabat.* Resplendebatque vultus ejus tranquillus & imperturbabilis, veluti si vultus angelicus fuisset: *Viderunt faciem ejus tamquam faciem Angeli;* id quod internæ quietis & pacis suæ evidens signum erat. Unde Sapiens illa mulier Thecoitis Davidi ait: *Sicut enim Angelus Dei, sic est Dominus meus Rex, ut nec benedictione moveatur, nec maledictione moveatur.* Quia enim ratione alias, inter tot lapidum ictus, S. Protomartyr adeo constans manere potuisset? numquid enim insensibilis fortasse erat, & saxa in silicem durissimum, & non potius in corpus vivum, ex fragili luto compositum, torque passionibus & pœnalitatibus subjectum conjiciebant? audiatis imperturbabilitatis hujus mysterium: *Nec mirum si eis nescit irasci,* inquit Eusebius Emissenus, *per quos sibi videt aulam regni cœlestis aperiri, per quos se æternis fœdus intelligit conferri.* Tametsi enim aliorum electorum animæ in cælum quoque recipiantur, nusquam tamen legitur, quod Dei Filius illis se in terra videndum exhibuerit, aut quod illis in Majestate occurrerit, vel quod cælos iisdem apertos monstraverit; At verò in morte S. Protomartyris Stephani mox ut hæ voces auditæ fuerunt: *Domine ne statuas illis hoc peccatum*, magna illius anima à cælesti curia in Paradisum magnifice fuit introducta. Audiatis velim, quo titulo S. Ambrosius eos, qui injurias surdis auribus excipiunt, condecoret, nimirum beatos illos vocat, inquiens: *Beatus qui maledicta non sentit, beatus quem maledicta non permovent.*

Act. Apost. 6. v. 15.

2. Reg. 14. v. 17. Vultus ejus instar Angeli fuit imperturbabilis.

Eusseb. Emiss. en. de S. Stephan.

Actor. 7. v. 21

S. Ambr. in Psal. 118. Oct. 6. Post orationem pro inimicis statim obdormivit in Domino.

3. S. Augustinus in alio quodam sermone idipsum, quod paulò ante diximus, observat, videlicet, quod protinus ut S. Protomartyr pro lapidatoribus supplicavit, cælum sibi patulum esse viderit: *Cum hoc dixisset, obdormivit in requie dilectionis; pacem pinguissimam invenit, quia pacem inimicis optavit.* Dixerat alibi Salvator noster, quod regnum cælorum obtinere volentibus, necessarium sit aliquam cælis inferre violentiam; quia *regnum cælorum vim patitur & violenti rapiunt illud:* ac proinde merito cælum huic Protomartyri aperiebatur, qui magna illud sibi aperiebat violentia, non solum lapidatoribus remittendo, & condonando, sed etiam orando pro iisdem. Audiamus hac de re loquentem Sanctum Augustinum: *Vide*, inquit, *quomodo pro se stans oravit, & pro illis genuflexit, putamus fratres quia plus eos diligit quam seipsum? Pro se verò stans tamquam justus, facile exaudiebatur, nam pro iniqui genu figendum erat.* Quid mirum igitur, si ad heroicum hunc mansuetudinis & fortitudinis actum (quia *melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo, expugnatore urbium*) cælum Empyreum sese aperuerit: *Ecce video cælos apertos*, seque huic Protomartyri dederit, nam ut S. Augustinus ait: *Quam verum est, quod regnum cælorum vim patitur, & qui vim faciunt, diripiunt illud? quanta enim vi opus est, ut homo diligat inimicos?*

S. Gregor. Nyss. de S. Steph.

Act. Apost. 6. v. 15.

2. Reg. 14. v. 17. Vultus ejus instar Angeli fuit imperturbabilis.

S. Augustin. Ibid. Pro se stans orat, pro inimicis genuflexus.

Prov. 16. v. 32.

S. Aug. T. 4. de serm. D. in monte l. 1. c. 15. Postquam Christus in cruce pro inimicis oravit, statim cælum patuit.

Joan. 10. v. 9 Luc. 23. v. 42. & 43.

4. In die paschali Dominicæ cælum post quinquies millenos & amplius annos, à quibus fabricatum fuerat, prima omnium vice homini ingressum permisit, nam is qui paulò ante dixerat: *Ego sum ostium, per me si quis introierit salvabitur*, Christus videlicet, bono latroni, qui Paradiso verbis illis: *Memento mei dum veneris in regnum tuum*, se dignum fecerat, ingentem hanc ei præstitit stipulatam promissionem: *Hodie mecum eris in Paradiso.* At verò observanda est occasio, in qua illud beatitudinis regnū generi humano aperire disposuerit, tunc videlicet, quando paulò ante crucifixoribus remiserat injuriam, ijsq; ab æterno Patre suo postulavit veniam.

5. Equidem non dubito, quin vobis admirationem ingesserit illa, qua Deus Jacob insignivit, nomenclatura, proprium ejus nomen commutando in *Israël*, quod idem est ac *videns Deum*; qui idem Patriarcha mysteriosam in somnis scalam vidit, per quam ascendebant & descendebant Angelij exercitus quoque intuitus est Angelicos, quando dicebat: *Castra Dei sunt hæc*: quin & cælum in terram descendisse arbitrabatur, quando in hæc prorumpebat verba: *Vere ... non est hic aliud nisi domus Dei & porta cæli.* Aſt quæ tandem tot, tantarumque prærogativarum, in solo, super omnes Veteris Testamenti quocumque merito excellentes Sanctos, Jacobo assignari poterit ratio? S. Augustinus difficultatis nodum solvit, quando adverit Jacobum persecutori Esau se minime opponere voluisse, sed potius illi per fugam cessisse in Mesopotamiam, cumque postea de tot injurijs vindictam sumere potuisset, potius se humiliare, fratremque donis & obsequijs placare elegit. Nec mihi respondeat quisquam, dictos Angelorum Choros, qui Jacobo occurrerunt itineranti, de paradiso descendisse, ut eum contra Esau fratris sui furorem defenderent; siquidem ad hanc securitatem præstandam, vel unicus sufficiebat Angelus, prouti unûs solus, spatio unius noctis stragem perpetravit centum octoginta quinque millium militum in exercitu Sennacherib. Glosla itaque dicti occursus mysterium acutè explicat, dum ait: *Pulchrè ad fratrem iturus inimicum Angelorum se comitantium exspectat choris.* Angelus namque annumeratus est, ad cæli pertinet familiam, & spiritibus associatus est beatis, qui inimicis bonum pro malo reddit. Hinc & S. Stephanus quamvis inter nos degeret mortales, figuram induerat angelicam. Propter quod pariter motivum Mephiboseth Davidi titulum tribuit Angeli dicens: *Tu autem Domine mi Rex sicut Angelus Dei es.* Tunc enim hæc ad Davidem dicebat ille, quando beneficentiam ejus Regiam erga posteros crudelissimi persecutoris sui Saulis commemorabat, inquiens: *Neque enim fuit domus Patris mei nisi morti obnoxia Domino meo Regi; sic autem posuisti me servum tuum inter convivas mensæ tuæ.* Quin & in spelunca Odolla, ubi David Saulem non modo dimisit illæsum, sed & insuper eum solicitissime militum suorum manibus eripuit, ita ut ne vel crinem ejus attingerent, qui vitæ illius insidiabantur, juxta Divum Chrysostomum tantam David à militibus suis obtinuit obedientiam, ut *postea Davidi non jam ut homini sed ut Angelo parerent.* Qui idem Sancti Regis hujus præconia fusius prosequens, hæc de eodem præclarissimè pronunciat verba: *Egressus est post illum & David, liberis deinceps oculis cælum intuens, ac tum temporis magis exultans, quam cum Goliath dejecisset.* Exiens namque ex dicta spelunca David, longè majori cum libertate suos ad cælum elevabat oculos, tunc vel maximè æternam sperans beatitudinem, jubilansque de tanta sui ipsius non agnoscendo Sauli victoria. Nec mirum siquidem in spiritu Prophetico consilium forte prævidebat Evangelicum Christi, qui ex ejus progenie carnem assumens dicturus erat: *Beati estis cum maledixerint vobis homines & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adversum vos, ... gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis.*

Gen. 32. 24. Enarrantur stupendæ visiones à Deo Patriarchæ Jacob exhibitæ.

Gen. 32. v. 24. Gen. 28. 17.

S. Augustin. ser. 168. de temp.

Matth. 5. v. 11.

6. Idem Psalmista alia quadam vice magnam se in supportandis inimicis patientiam habuisse testatur, dum ait: *Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator adversum me obmutui, & humiliatus sum, ... concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis;* Tunc enim, quando bonum pro malo reddere intendimus, corda nostra ignis ardenter succendit charitatis erga inimicorum dilectionem. Notandum autem quid dictus Vates hic immediate à Deo requirat. *Notum fac mihi*, inquit, *Domine finem meum.* Quibus verbis nequaquam initat pro dierum suorum haurienda notitia; sed suos in ultimum finem, ad quem omnes creati sumus, scilicet ad cælum conversos habebat oculos; quasi tum temporis in mansuetudinis suæ recompensam à liberalissimo remuneratore Deo certum æternæ salutis suæ pignus postulare voluisset. Hinc S. Ambrosius ad dictam se reflectens: supplicam ait: *Non de sua morte quærit, sed de eo fine quærit, de quo Apostolus dixit, quia ille finis, quando Dominus Jesus tradet regnum Deo Patri, & evacuabit omnes Principatus, & potestates, & quando mors novissima omnium destruetur, ut mala deficiant, & bona æterna succedant.*

Psal. 38. v. 2. Cum inimicis bona pro malis reddimus, cor nostrum exardescit in dilectione Dei & inimicorum.

S. Ambr. ibid.

7. In lamentationibus Jeremiæ quidam nobis injurias patiens, neque ijs verbulo respondens exhibetur, cum dicitur: *Tacebit ... ponet in pulvere os suum ... dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobrijs;* sed notandum est, quod immediatè præmiserit, dicens: *Si forte sit spes.* De qua autem spe verbum hoc intelligendum esse

Thren. 3. v. 28 29 & 30. Ibid.

S. Bonav. Ibid.

esse putatis? respondet S. Bonaventura: *Si forte sit spes vitæ æternæ obtinendæ.* Moyses in monte Synai, prout docetur in l. Exod. magna cum audacia aliquando à Deo petit, dicens: *Ostende mihi faciem tuam, Ostende mihi gloriam tuam.* Et nihilominus alia quadam vice, quando per 40. dies familiarissime cum Deo tractarat, pluriumq; mysteriorum revelatione honoratus fuerat, confidenter adeo se infinuare non præsumpsit: cur itaque tanta cum confidentia tunc visionem divinæ faciei postulavit: præsertim cum non nesciret illam Dei protestationem, dicentis: *Non enim videbit me homo & vivet?* respondere possumus, charitatem, quæ Paradisum aperit, magis excellentem in prima, quam in secunda vice eminuisse, tunc scilicet, quando pro populi venia, cum vitæ animæque propriæ dispendio, non obstantibus injurijs maximis, sese interposuit, dicens: *Dimitte eis hanc noxam, Aut si non facis, dele me de libro tuo.* Hæc itaque intercessio tanto cum ardore facta in beneficium illius populi, qui non modo ingratus & rebellis fuerat, sed & insuper lapides ad lapidandum Moysen elevarat, animos illi addit, ut visionem Dei audacter peteret. Quemadmodum S. Dionysius Areopagita ad Demophilum scribens in hæc attestatur verba: *Hebræorum Historiæ tradunt, sanctum illum Moysen, propter magnam suam mansuetudinem, Dei conspectu dignum fuisse judicatum, ac si quando ipsum divina visione frustratum scribunt, non prius eum à Deo, quam à mansuetudine excludunt. Ipse scilicet insolescenti admodum, & divinis consilijs reluctanti, iratum asserunt furore Dominum. Ubi vero decretis illi à Deo dignitatibus illustrem prædicant, ac præeminente benigni Dei imitatione commendatur.* Idem quoque rationem assignat, cur Sanctus hic Dei Propheta, inter omnes Vet. Testamenti Sanctos; divinæ faciei visionem, etiamnum adhuc vivens, audacius cæteris postulare præsumpserit, nimirum, quia *erat admodum mansuetus, atque ideo Dei famulus nuncupatur, cæterisque Prophetis dignior ad videndum Deum.*

Exod. 33. v. 13. & 18.

Exod. 33. v. 20. Quando Moyses audacter petierit videre faciem & gloriam Dei.

Exod. 34. v. 31.

S. Dion. Areop. Ep. 8.

8. In Psal. 36. dicitur: *Mansueti autem hæreditabunt terram*, viventium videlicet, ac proinde subditur: *Et delectabuntur in multitudine pacis.* Hisce enim veræ pacis delectationibus, Beati in cælesti Jerosolyma perfruuntur, qui veluti lapides, ex quibus cælestis Jerusalem ædificata fuit, prius concusi & expoliti in hac vita fuerunt, unde Ecclesia canit: *Tunsionibus, pressuris expoliti lapides;* Fueruntque hi lapides: supremæ Jerusalem ædificandæ maximè idonei, quia persecutionum & adversitatum malleis contusi, & percussi, nullum ediderunt sonitrepitum, id est, nec indignati sunt, nec murmurarunt: Audire obsecro quibus S. Leo Beatitudinem cœlestem promittat! siquidem super illa verba: *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram*, ita scribit: *Mitibus atque mansuetis, & omnium injuriarum tolerantiam præparatis, possidenda terra promittitur; Nec parva æstimanda est hæc, aut vilis hæreditas, tamquam à cœlesti habitatione discreta sit, cum regnum cælorum alij non intelligantur invare. Terra ergo promissa mitibus, & in possessionem dandam mansuetis, caro sanctorum est, quæ ob humilitatis meritum fælici resurrectione mutabitur, & immortalitatis gloria vestietur. Tunc mens videndo Deo intenta, nullus corporeæ dignitatis impedietur obstaculis.* Idem paulo ante verba illa: *Beati qui lugent*; exponens, dixerat: *Magis plangendus est factens maligna, quam patiens; quia injustum malitia sua demergit ad pœnam, justum autem tolerantia ducit ad gloriam.*

Psal. 36. v. 11. Militibus promittitur cælum.

Matth. 5. 4. S. Leo ser. in fest. omn. Sanctor.

Matth. 5. v. 5 S. Leo ibid.

9. In Annalibus Ecclesiasticis de Monacho, quodam legitur, qui negligenter vixerat, quod dum ad mortem usque infirmaretur, vultu semper sereno permanserit, atq; sine ulla perturbatione, suû ad aliam vitam transitum imminentem expectarit; haud secus, ac si litteras securitatis de Paradiso possidendo habuisset, videbaturque velut alter quidā S. Laurent. jamjam dicturus esse: *Gratias tibi ago Domine, quia januas tuas ingredi merui;* cum ecce unus Monachorum eum accessit, monens illum, ut timeret; & toto corpore contremisceret potius, memor videlicet, quantum disciplinam monasticam abhorruisset, quamque vitam regularem duxisset negligenter; cui moribundus respondit: Verum quidem est, me valde inter vos negligenter conversatum fuisse, vobis tamen manifestum esse velim, Angelos Domini in hac ipsa hora chartam ad me tulisse, in qua peccata mea scripta erant, iisque mihi prælectis, me interrogasse, num ea à me commissa fuisse ultro faterer & agnoscerem; quibus affirmative quidem respondi, monens tamen, ut pariter memores essent, numquam me aliquam temere judicasse, neque ullius receptæ injuriæ diuturnam fovisse memoriam, aut vindictam; Ac proinde indubitatum mihi esse, futurum fore, ut circa me adimpleretur illa æternæ veritatis promissio, qua dicitur: *Nolite judicare & non judicabimini ... Dimittite & dimittemini*; Quibus dictis Angeli folium, in quo peccata præscripta fuerant, dilacerarunt, ac proinde ego lætus & securus ad cælum me recipio, ijsque verbis dictis expiravit.

Baron. an. 599. n 10. Memorabile exemplum cujusdam Monachi, condonatione injuriarum salvati.

Luc. 6. v. 37.

10. De Eulogio Presbytero Alexandrino legitur, quod quemdam quindecim annorum spatio lepra infectum ingenti cum charitate curarit; *Tandem vero pro tanto pietatis officio convicia excipiens, & ab eo, cui pro amore Christi, contempto contagiosi morbi periculo, suis ipse manibus ministrabat, contumelijs assidue affectus, jam quid ageret nesciebat. Antonium ergo Abbatem consuluit, utrum illum dimittere deberet, à quo talia patiebatur. Utrique consultum est: modicum adhuc sustinerent, donec alter sicut pietatis, sic & patientiæ meritum implerer, alter ingratitudinis vitium emendaret, ne graviorem animi quam corporis lepram incurreret; Itaque cum admoniti tranquillius manere simul cœpissent, Eulogius dies 40. supervixit, leprosus die tertio post illum obijt. Pius ergo ac patiens Eulogius Consilio saniore usus, geminæ tandem virtutis diademate meruit coronari.* S. Basil. Magnus nos ab illis, qui indigne nos tractant, majora recipere beneficia asserit, quam ab amicis, illudque sequenti evidenti argumento convincit, inquiens: *Verum quod est tandem, quod ab amico magnum adeo beneficium possit proficisci, quantum est illud, quod ab inimicis nobis datur? Quorum opera fit, ut beatitudinem illam assequamur, de qua loquens Dominus ait: Beati estis cum maledixerint vobis.* S. August. nos ad libenter tolerandas injurias animare volens, aliis idipsum rationibus confirmat, dicens: *Neque enim timendum est, ne aliquid faciat homo inimicus. Quid enim facturus est? multa mala dicturus, opprobria jaculaturus, in convicijs sævisturus. Sed quid tibi? Gaudete, inquit, & exultate quoniam merces vestra copiosa est in cælis. Ille in terra geminat convitia, tu in cælo lucra. Sed sæviat amplius, possit & aliquid amplius. Quid te securius, cui dictum est. Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere?*

Aliud exemplum Eulogij Presbyteri. M. Marul. l. 5. c. 2.

Majora beneficia recipimus ab inimicis quam ab amicis. S. Basil. de regul. brevior. Interrog. 176.

S. August. in Psal. 54.

11. At vero inquies numquid dura res est impropria repetere, ignoscere, bonum reddere pro malo, inimicis ignoscere? Sed hanc facile difficultatem superabit, qui sequentem S. Isid. Pelusiotæ consideraverit doctrinam dicentis: *In altera vita à Deo maxima obtinebis præmia. Quod si dixeris injuriarum tolerantiam multo constare sudore & labore, ne ipse inficias iverim; sed illud dixerim, maximos labores parere coronas.* Quantum equidem matrem defuisse putatis in reportanda de sejpsa victoria, quando non modo ignovit, sed etiam benefecit, securitatemque præstitit illi qui proprium ejus Filium occiderat? Historiam capite à multis quidem relatam, sed particularius in Catechismo exemplorum in hæc verba expressam: Vidua quædam unicum habebat filium, nobilem, juvenem, multarumque opum hæredem; quem dum quidam ejus occidisset inimicus; atque in fuga constitutus, ministros justitiæ sibi imminere adverteret: mater occisi eum jamjam capiendum videns, atque interius Dei præcepto, quo inimicos amare, iisque benefacere jubemur extimulata, homicidam periculo erupit, equum, pecunias, omniaque alia necessaria subministrando, ut securius omne evideret periculum: *Quod cum fecisset ingressa est oratorium suum, & pro filij anima oravit: Cui oranti astitit Ethni, luce ornatus, matremque sic affatus est. Cum inimico pepercisti, & pro me orasti, mater mea vere effecta es, plus quam cum me genuisti; insigni enim tua charitate & oratione à Deo obtinuisti veniam omnium meorum peccatorum, & indulgentiam consecutus sum multorum annorum, qui mihi remanebant in purgatorio exsolvendi: sicque in matris oculis cælum ascendit.* De qua certe matre illud astrui potest, quod de S. Monica in ejus lectionibus in hæc verba legitur: *Duplicitèr mater, quia eum mundo & cælo peperit.*

S. Isid. Pel. l. 4. ep. 196. Tolerantia injuriarum dura est, sed magnas parat Coronas.

Flor. Exempl. T. 1. Tit. 25. c. 2. §. 14. Notabile exemplum Viduæ, quæ occiforem filij salvavit, ne comprehenderetur.

DISCURSUS XVI.

ARGUMENTUM.

De lucro quod offensas inimicis remittendo acquirimus: siquidem in ejus compensam nostras nobis Deus remittit offensas.

THEMA.

Dimittite & dimittemini. Luc. 6. v. 37.

1. S. Fulgentius in sermone cui titulus est *de charitate Dei & proximi*, utilitatem, quam inimicis ignoscendo, eosque tolerando, & beneficiendo illis hauriimus, confideras fusius, inter cætera ita inquiens:

S. Fulg. ser. de charit. Dei & proximi.

Magnum Lucrum est ip remissione injuriarum, & dilectione inimicorum.

O charitatis debitum bonum, debitum sanctum, debitum cœlestibus refertum commodis, debitum sempiternis plenum omnino divitijs. Magna fratres hoc debito lucra conquirimus, immensa commoda tali fœnore comparamus, dum enim charitas à nobis redditur & debetur, omnis nostra iniquitas remittitur & deletur. Sane si nullum aliud ex inimicorum dilectione, emolumentum haberemus, quàm nostrorum extinctionem debitorum, nostrorumque peccatorum condonationem, annon hoc ipsum omnibus alijs præponderare deberet?

Luc. 6. v. 37.

2. *Dimittite & dimittemini.* Isidorus Clarius in quadam oratione illa Christi pertractans verba (*Pater noster dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*) ita commentatur: *Quem desperatissimam animam non erigat ad spem ingentem hæc similitudo, quam supremis involutam sceleribus non animet, non ad sperandam veniam solum, verum etiam ad maxima expectanda præmia?* Necessum est credere Publicanum illum, cui Pharisæus insultabat, magno fuisse penes divinam Justitiam debito obnoxium, quia percutiebat pectus suum dicens: *Deus propitius esto mihi peccatori*, & tamen modico tempore, atque intra horas valde modicas, totum hoc debitum diluit, quia *Descendit justificatus in domum suam.* Unde D. Chrysost. de odio & inimicitia in ro. 6 differens, inquit: *Descendit justificatus: videsti quam subito?* At vero quamnam putatis hujus fortunæ, quæ Publicano accidit, fuisse causam? Nimirum quia impropериis & injurijs à superbo & elato Pharisæo supra modum oneratus fuit. Unde idem Chrysost. ait: *Accepit probrum, & abstersit probrum; agnovit delicta, & deposuit delicta; Hostis etiam invitus fit benefactor. Quid quæso isto beatius fuerit? quid ad remissionem peccatorum facilius? quantum laborandum publicano fuisset, jejunando, vigilando, tam tabendo, facultates pauperibus erogando, longoque tempore in cinere & sacco sedendo, ut peccata à se amoliri posset? Jam vero nihil horum fecit, convicia illius qui ei insultare videbatur, abs dj, sudore, & labore, longaque mira, justitiæ coronam et attulerunt. Ideo etiam Deus pro inimicis orare præcepit, ut non solum illis debita condonemus, sed inter præcipuos quoque amicos eos numeremus.* Illum utique inter charissimos totius mundi amicos numerares, qui ad solvendam summam quamdam inexpiabilem, ob quam in carcere mori cogereris, integrum tibi auri millionem gratuito donaret; jam vero inimicus tuus per illatas tibi injurias occasionem tibi præbet lucrandi, modo volueris, imo & omnia peccatorum tuorum exolvendi debita; annon itaque ratio sufficientissima est, ut ipsum inter amicos tuos annumeres? Verumtamen lectionem hanc à Publicano injuriato plenius addiscamus, qui ut S. Doctor ait: *A longe stans, illum non vicissim contumelia affecit, non maledicta regessit, nec absurdum quid dixit, qualia indies nos mutuo convitiantes dicimus.*

Isid. Clar. orat. 53. in Matth. Unde tam subito justificatio Publicani processerit.

Luc. 18. v. 11.

D. Chrys. t. 6. Eclog.

3. Quis ingentem illam decem millium talentorum summam dinumerare poterit, quorum infœlix vir ille debitor erat, de quo dicitur: *Oblatus est ei unus qui debebat decem millia talenta?* Corn. à Lap. juxta computum talenti Hebraici censet, quod dictus debitor centum, viginti millionum scutorum solvendorum reus fuerit. Theophyl. vero ad mysterium se reflectens, in hoc loquendi modo conentum, gravitatem peccatorum infinitam in eo denotari autumat, dicens: *Decem millium talentorum debitores nos sumus, qui quotidie multis beneficijs afficimur, & nihilhoc respondimus Deo.* Sed quid tandem tanti debiti reo accidisse arbitraminì? D. Chrysost. in quadam super Genesim, homil. ibi præsentem adduxit parabolam, discurrentem audiamus atque dicentem: *Hic non de talentis & denarijs simpliciter dixit, sed de peccatis erat sermo, & delictorum magnitudine, ut discamus quod nos quidem infinitarum peccatorum pœnas Domino debebamus, propter inæstimabilem illius misericordiam, remissionem abipso accipimus: si vero extra conservos, & proximos, & cosgua eandum, quam nos, natura sortiti sumus, crudeles, & inhumani fuerimus, & quæ in nos commissa sunt, non dimiserimus, tunc & nos in indignationem Domini incidemus, & ea quæ jam antea dimissa erant, solvere iterum in tormentis cogemur.*

Matth. 18. v. 24. Cornel. Lap. ibid. Theophylact. ibid. Quid intelligatur per debitum decem millium talentorum. D. Chrysost. h. 27. in Gen.

4. Egena quædam vidua Elisæo quondam extremam suam paupertatem, seque debitis insuper gravatam in hæc legitur infinuasse verba: *Ecce creditor venit, ut tollat duos filios meos ad serviendum sibi.* Sed quid Prophetam ei respondisse autumatis? *Dic mihi, quid habes in domo tua? At illa respondit: Non habeo omnia tua quadragesim in domo mea, nisi parum olei, quo ungar. Cui ait: Vade, pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vasa vacua, non pauca. Et ingredere, & claude ostium tuum, ... & mitte inde in omnia vasa hæc, cum plena fuerint, tolles.* Crevit itaque oleum in omnibus vasis adeo, ut oleum, deficientibus vasis exundaret; de quo certior factus Elisæus, fœminæ præcepit, dicens: *Vade, vende oleum, & redde creditori tuo; tu autem, & filij tui vivite de reliquo.* Quis hæc in figura contigisse negaverit? siquidem immensum est, quod homo cum Justitia divina contraxit debitum, utpote quia *In multis offendimus omnes*, quemadmodum in oratione Dominica profitemur quotidie. Quem autem satisfactionis modum nobis à creditore nostro insinuarit esse putatis? *Dimittite & dimittemini.* S. Aug. per oleum misericordiam intelligit, dum ait: *In oleo misericordia intelligitur*; ac proinde si oleum charitatis & amoris erga Deum & proximos nostros habeamus, optime facturi erimus, si illud pro aliqua saltem parte in vasa vacua infundamus, id est, nostris persecutoribus & inimicis, qui timoris Dei, charitatis, virtutum, aliorumque bonorum spiritualium inania vasa sunt, impendamus; hanc enim dilectionem exercendo, per redditionem boni pro malo iis, qui injurijs nos affecerunt, charitas erga Deum & proximos in cordibus nostris augebitur; Hæcque ea, quibus coram Deo obnoxij sumus, debita diluet & abolebit; siquidem *Charitas operit multitudinem peccatorum*; Præter hanc vero satisfactionem, alijs quoque insuper lucris augebimur, quæ in illis verbis insinuantur: *Ut sitis filij Patris vestri qui in cœlis est.* Præter alia quoque multa quæ hactenus examinavimus, atque in Discursibus sequentibus examinaturi sumus.

Ibid. v. 7. Jac. 3. v. 2. Luc. 6. v. 37. S. Aug. ser. 206. de temp. 1. Petr. 4. v. 8.

5. D. Chrysol. ad illa se verba reflectens: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*; In nostra facultate positum esse dicit, debita nostra extinguere; eorumque condonationem à Deo obtinere: *Homo, penes te est potestas veniæ, inquit, in te est indulgentiæ jus, tu tibi remissionis Author es constitutus. Gratis peris veniam, qui tibi in alio indulgere contemnis. Homo tu mihi misericordiæ factus es ipse mensura, quantum quæris misericordiæ, fac tantum.* Verum enimvero S. hic Doctor in ultimis hisce verbis excessive nimis loqui videtur; siquidem inter infinitum debitum, cujus nos Deo debitores sumus; ob injurias ei illatas; & inter illas, quæ nobis à proximis nostris irrogantur, nulla est proportio, & consequenter non potest procedere ex paritate utriusque debiti condonatio. Pro cujus resolutione notatu dignus est discursus quem Corn. à Lap. ad propositum nostrum his verbis efformat: *Hominis in hominem, qui non nisi vanitas est, offensa levis est, tum quia in parem, parvum & abjectum: tum quia parvi parva sunt omnia: quare quidquid ei per injuriam auferes, vel infers, parvum est. Hominis vero in Deum offensa infinita est, quia contra Deum infinitum, peccato enim offenditur infinita Majestas, eaque divina, imo tota Trinitas, Pater, Filius & Spiritus S. ergo si quantus est offensus, tanta est ejus offensio, cum Deus sit immensus, ejus quoque offensio erit immensa: Homo vero cum sit pusillus, & quasi nihil, ejus quoque offensa erit pusilla, & quasi nihil. Igitur quis non stupeat, si videat eum donantem nobis in Christo omnia delicta gravissima, & delentem quod contra nos erat chyrographum condemnationis? Quis audeat injurias suas servare vel vindicare, sciens se hac ratione Dei in se vindictam gravissimam, utpote gravissimorum peccatorum provocare? quis non altro omnia condonet, ut à Deo tantorum condonationem accipiat?* Si daretur casus, quod quis unius scuti creditum habens, ex altera vero parte integri millionis auri in eadem charta instrumentali debitor existens, hanc fortunam haberet, ut ei per pactum promitteretur, quod si quitaret, & condonaret unicum illud scutum, vicissim à creditore suo obtenturus esset totius immensi debiti sui absolutionem, num quid talis unicum scutum illud remittendo excessivum quoddam lucrum facturus esset? Ecce igitur tibi, hic *casum in terminis* oblatum, siquidem offensæ quæ nobis irrogantur, qui vilissimi sumus terræ vermiculi, nec quidquam considerabiles sunt, si comparentur cum offensis innumeris & gravissimis, quas quotidie contra Deum committimus, & tamen hic tale nobis pactum offert: si amore mei condonaveris offensas, quas à proximis tuis accepisti, contentus sum tibi remittere & condonare omne debitum, quo mihi propter offensas tuas mihi irrogatas obstringeris, hoc enim sonant verba illa: *Dimittite & dimittemini.*

Corn. à Lap. in Eccli c. 28. v. 1. Pulchrum simile. Dimittite, & dimittemini. Matth. 6. v. 12.

6. Ingeniosa est ratio illa, quam S. Thom. de Villanov. assignat, cur videlicet S. mater Ecclesia à Spiritu S. gubernata, in primis Quadragesimæ diebus, Evangelium de dilectione inimicorum fidelibus proponat hoc enim eo mysterio fieri dicit, quia cum eo tempore specialiter Deus nobis per pœnitentiam pro peccatis commissis placare contendamus, modum facilem docere nos voluit, quo placationem hanc obtinere valeamus, nimirum si inimicos nostros dilexerimus: *Ad hoc forte*, inquit, *cantatur hoc Evangelium in principio Quadragesimæ, ut si quæritis veniam à Deo, primo dimittatis proximo, ne frustra laboretis. O Domine, quam bona & utilis est hæc conventio: libenter accepto pactum, ut pro tantillo, mihi tanta dimittantur.* D. Chrysost. ut utilitatem ex dilectione inimicorum in nos redundantem melius intelligamus, sequentem format Discursum: *Cum rei istorum facinorum* (de vindicativis per justitiam vindicativam punitis loquitur) *ad judicium trahebantur, ac flamma intus ascendebatur, circumstantibus carnificibus ac latera diserpentibus, si quis ibi assistens, ita eos ex transverso allocutus fuisset: si habetis inimicos, omittite simultatem, & ex isto supplicio vos liberabo. Quid putas? An non cum oculis ad illatos pedes se dejecturi essent? imo quid de pedibus loquor? si quis servitutem illis proposuisset, non eam conditionem aspernati fuissent: Quod si humana pœna, quæ terminum habet, quaslibet ivas superat, multo majus futurum supplicium, si memoria ejus perpetuo nostras mentes teneret, non solum simultates, sed omnes pravas cogitationes ab animo excluderet.* Enimverò ob peccatorum nostrorum demerita infernalium pœnarum rei sumus, utpote ad quas; secundùm præsentem justitiam, sumus condemnati; securus vero has pœnas evadendi modus est, amplexari inimicum, eique nos reconciliare, quia *dimittite, & dimittemini.* Et quidem quis est, aut inveniri poterit, qui Deum non offenderit, inquit Nazianzenus, contentus sum ut injurias vestras nequaquam remittatis; dummodo vos nullam Deo injuriam inferatis: at vero quis est qui excusare se poterit; dicendo, se nullam umquam Deo offensam ad minus venialem intulisse? *Tu ne leve dixeris*, inquit S. Bernardus, *in quo offenditur Deus.* Et Nazianzenus inquit: *Si tu non affecisti injuria Deum, nec tu remittas proximo, ut quis est iste, qui non affecerit Deum injuria, vehuntur remitti sibi?* S. Leo, vel quisquis est Author sermonis ultimi de Martyribus, inter ejus opera relati, ita ad propositum nostrum discurrit: *Sed dicit aliquis: Tanta mala me inimicus meus compulit sustinere, ut eum nulla ratione possim diligere. Attendis quid tibi fecerit homo, & non attendis, quid tu feceris Deo? si conscientiam diligenter discutis & inquiris, sine ulla compensatione majora tu commisisti in Deum peccata, quam in te commiserit homo; & qua fronte vis ut Deus tibi dignetur dimittere multum, cum tu non æquefacis dimittere parum?*

S. Thom. de Villanova feria Ver. 6. Cin. D. Chrys. h. 22. de simult. t. 1. Dummodo Deo offeramus sincere hanc supplicam: Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus. S. Aug. serm. 170. de temp. Ob nostra delicta promeriti sumus infernum, quem evadere possimus condonatione injuriarum. Nazianz. in sent. Testath. sanct. S. Bern. Nazianz. ibid. S. Leo ser. S. Martyr. Euthym. in c. 6. Matth. Efficax motivum ad dimittendas injurias.

7. S. Joannes dicit: *Advocatum habemus apud Patrem Jesum Christum*; Hic igitur probe sciens non propter offensas Deo irrogatas penes divinam Justitiam reos factos esse mortis æternæ, memoriale quoddam nos facere docuit; quod coram ejus tribunali præsentemus, ut à reatu absolvamur; inter alias vero illius petitiones hæc quoque continetur: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Qui te docuit orare, inquit S. Augustinus, *ipse pro te allegat preces, quia tu reus eras. Gaude quia ille erit tunc judex tuus, qui modo Advocatus tuus est. Ideo ergo quia oraturus es, ascturus es, caujam tuam, paucis verbis venturus ad illa verba: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Dicit enim tibi Deus: Quid mihi das, ut ego dimittam tibi debita tua? Quale munus offers? Quale sacrificium conscientiæ tuæ impons altaribus meis? Continuo docui te, quid petas, & quid offeras. Petis, dimitte nobis debita nostra, & tu offers. Quid? sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Debitor es ei qui falli non potest; Habes & tu debitorem. Dicit tibi Deus: Tu debitor meus es, ille debitor tuus, hoc facio ergo tibi debitori meo, quod tu feceris debitori tuo: rogas me pro misericordia tua, noli esse piger in misericordia, attende quod Scriptura dicit: Misericordiam volo magis, quam sacrificium; noli offerre sacrificium sine misericordia, quia non remittuntur tibi peccata tua, nisi offeras eum misericordia.* Euthymius valde efficax nobis insinuat motivum, ut nostram inclinemus rebellem voluntatem, ad inimicorum dilectionem; Dicit enim: *Considera mihi objecto humanitatis magnitudinem, in nostra constituit potestate peccatorum nostrorum remissionem. At dices fortasse, quod in multis delinquens injuria te affecerit. Verum tu in pluribus & majoribus, & ille quidem in conservum, tu vero in Dominum. Tu indigens remissione remittes, Deus vero nullus indigens est.* Principes mundi hujus leges suas sæpissime sub pœna capitis injungere & præscribere solent, easque sine ulla remuneratione, aut præmio observari volunt. Longe vero benignior est Deus noster; Verum quidem est quod nobis præcipiat, dicens, *Diligite inimicos vestros*; at vero simul etiam nobis promittit remunerationem videlicet peccatorum nostrorum remissionem: *Et dimittemini*, atque insuper *ut sitis filij Patris vestri qui in cœlis est.* Poterat quidem hoc de dilectione inimicorum præceptum præscribere cum impositione pœnæ, quod tamen non fecit, sed potius præmium promisit, ut nos spe remunerationis, & specialiter spe hujus remissionis & indulgentiæ peccatorum nostrorum, ad dimittendum inimicis nostris promoveret. Neque contentus fuit hanc promisionem in unico dumtaxat Evangelij loco insinuari, quia præter adductum in principio Textum S. Lucæ, insuper apud S. Matthæum c. 6. post orationem Dominicam hæc verba leguntur: *Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater cælestis debita vestra: si autem non dimiseritis hominibus nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra.* Ubi Cajetanus observat cœlestem Magistrum nostrum, non dixisse: sicuti remiseritis hominibus offensas vobis irrogatas, ita & Pater vester vobis condonabit, sed claris verbis dixisse: *Si remiseritis, & similiter si non remiseritis, ut omnem spem auferat consequendæ veniæ à Deo, si non remittimus aljis offensas, & similiter plenam præbeat fiduciam consequendi veniam si aljis remittimus offensas.*

Matth. 6. v. 14. Cajet. Quomodo remittentibus injurias, Deus remittat peccata.

8. Verum inquies, ergone homo aliquis fornicarius, Simoniacus, usurarius, perjurus, sacrilegus, spem concipere poterit, omnia sibi dimittenda esse scelera, licet aliud non faciat, quam quod inimicis suis illatas sibi injurias condonet. Movet hoc idem dubium S. Bernardinus, & in terminis scholasticis hoc modo respondet, nimirum vere ita esse. *De congruo & dispositive; Nam absque dubio tenendum est, quod in mortali existens, indulgendo aljis, multum ad se trahit misericordiam Dei, & seipsum ad charitatem vehementer præparat, & disponit.* Etenim inter octo beatitudines hæc quoque legitur: *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Remittere autem aliis offensas; est actus misericordiæ; in quo imitamur Deum, qui se nobis misericordem exhibet, quando offensas sibi irrogatas liberaliter condonat. Cajetanus quoque ad propositam difficultatem respondet; sperare posse hominem indulgentiam omnium peccatorum suorum, etiam gravissimorum, & innumerabilium plenariam, dummodo condonet male sibi facientibus, siquidem Christus, ad quem hæc spectat remilio, indefinite de quovis loquitur peccato: Hoc tamen intelligendum esse dicit, dummodo nos ex parte nostra nullum ponamus objcem, habeamusque veram de peccatis pœnitentiam, firmumque emendationis propositum, moxque subjungit: *Hæc responsio secundum Theologici juris regulas procedit, credideram tamen ego, hominem qui tanto Dei amore agitur, ut hominibus offendentibus ipsum, remittat ex corde, propter Deum, etiam si in fornicatione perseveret, tandem à Deo converti, ita quod Deus remittat ei omnia peccata sua, convertendo cor ejus ad veram pœnitentiam. Unde Dominus non dicit, quod vobis remittentibus Deus remittit, sed dicit in futuro remittet.* Ut vero assertum hoc efficatius confirmet, subjungit: *Novit enim solus Jesus, quam acceptum, gratumque sit Deo, remittere aljis offensas, & ideo ipse solus potuit hoc revelare.*

Cajet. ibid. in Luc. Matth. 9. 8. In oratione dominica docemur modum quo facile liberatum veniam consequamur.

DISCURSUS XVII.

ARGUMENTUM.

Perstringuntur illi, qui in oratione Dominica verba i la recitantes: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*; odium adversus inimicos etiamnum fovent.

THEMA.

Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Matth. 6. v. 12.

1. IDem ipse Dei Filius, cui post sanatum Paralliticum, primo loco omnium delictorum suorum indulgentia donatum (*remittantur tibi peccata tua*) applaudebant turbæ, *glorificantes Deum qui dedit potestatem talem hominibus*; idem, inquam, in oratione Dominica modum nos docuit, quo ab omnibus offensis, quæ continuo adversus æternum Patrem sum committimus, absolvi valeamus, si nimirum petamus: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Ubi advertendum est, quod hanc peccatorum nostrorum veniam, nos per modum imperativum petere præceperit: *Dimitte nobis*, quasi dicere vellet, quod dum ex amore Dei nobis

nobis illatas injurias, nos contumeliantibus remittimus, tunc certo quodam modo veniam injuriarum, quas Deo irrogavimus authoritative prætendere possumus. In capite 5. Sancti Matthæi Christus, post promulgatum dilectionis inimicorum præceptum, ad æterni Patris sui nos invitat imitationem dicens: *Estote ergo vos perfecti, sicut & Pater vester cælestis perfectus est.* At vero in hac petitione orationis Dominicæ quam nos ore suo docuit, jubet ut Patri suo dicamus, ut exemplum capiat à nobis, nosque imitetur; dicimus enim; *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*, idque non ex præsumptione aut arrogantia nos facere jubet, sed quia amorem inimicorum tanti facit, ut per hunc quasi cum æterno Patre suo quodammodo concurrere valeamus, utpote cui inseparabiliter proprium est, misereri semper & parcere. Omnis homo verissime dicere potest: *Ecce in iniquitatibus conceptus sum, in peccatis natus sum totus*; Septies in die cado ac proinde unicuique hominum magnopere æstimandum est infinitum hoc beneficium, quo nobis Deus, tam promptum & facile pro culparũ nostrarum expiatione dignatus est præbere remedium, quale est offensas contra nos factas ejus amore libenter remittere; *Modum veniæ nos ipse definimus*, inquit Cajetanus, *ut sic Deus dimittat nobis, quod illi debemus, quemadmodum nos dimittimus debitoribus nostris* Notandum vero est, Christum nequaquam nos docuisse, ut in tempore futuro diceremus: *Sicut nos dimittemus*, sed in tempore præsenti, *sicut nos dimittimus*; vult enim, ut quando coram æterno ejus Patre comparemus, ad implorandam plenariam peccatorum nostrorum indulgentiam, prius impositum nobis de dilectione inimicorum adimpleverimus præceptum; quid enim Deo retribuemus pro eo, quod infinitum, quo obstringebamur, debitum nobis remiserit? Certe non aliud, quam debitorum remissionem, id est, condonationem injuriarum nobis illatarum: *Petis dimitte nobis debita nostra*, inquit sanctus Augustinus, *& offers, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Ac proinde merito desiderare deberemus ab alijs injuriis & contumeliis affici, ut præsto nobis sit moneta ejus valoris, ut per eam excessivam delictorum nostrorum apud eum contractorum summam diluere valeamus: *Si debitor es, gratulare te habere debitorem, in quo facias, quod fiat in te.*

2. Controverti equidem nequit, quin omnes nos debitores simus, dicente Joanne Evangelista: *Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est ... si dixerimus, quoniam non peccavimus, mendacem facimus eum, & verbum ejus non est in nobis.* Sane is qui iram Dei incurrit, & æternum è cœlo exul est, atque ad infernum condemnatus; nullam habere poterit in condonandis proximorum offensis repugnantiam, quandoquidem id faciendo ipse quoque altera ex parte in amicitiam Dei restituitur, cœlum recuperat, è barathro perditionis se subtrahit, veniamque consequitur debitorum omnium quibus coram Justitiæ divinæ tribunali obligabatur. Quapropter S. Auguſt. illam Christi protestationem (*Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater meus cælestis delicta vestra, si autem non dimiseritis hominibus, nec Pater vester, dimittet vobis peccata vestra*) ita ad præsens applicat propositum, dicens: *Ad tam magnum tonitruum quis non expergiscatur, non dormit, sed mortuus est.*

3. Eleëmosyna quidem etiam culpam extinguendi pollet virtute, ut ex illis patet Tobiæ verbis: *Eleëmosyna ab omni peccato & à morte liberat.* Attamen quantum hac in re dilectio inimicorum Eleëmosynam præcellat, ut à S. Augustino discamus, abs re non fuerit, qui in hæc nos instruit verba: *Multa sunt genera eleëmosynarum, quæ cum facimus, adjuvamur, ut dimittantur nobis peccata nostra, sed ea nihil est majus, qua ex corde dimittimus, quod in nos quisque peccavit.* Quod præsentissimum antidotum contra culpæ venenum, D. Chrysologus in nostram nobis utilitatem unicè commendat, dum ait: *Multa deliquimus, in magnis offendimus, & Dominum nostrum irritavimus, dedit ex sua humanitate hanc viam reconciliationis; ne igitur deseramus hanc pulchram thesaurum, namquid non in illius potestate fuit, præcipere reconciliationem sine ulla proposita mercede? non enim habet qui sua præcepta corrigat, attamen ex sua multa benignitate mercedem spopondit nobis, & magnam & ineffabilem, & quam maxime desideramus, nimirum veniam nostrorum peccatorum. Quam veniam habebimus, cum & tantum præmium acceptari, nec si quidem obsequimur legislatori, sed perduramus in ejus contemptu?*

4. Nec est, quòd sibi quisquam persuadeat novum hoc de inimicis diligendis esse præceptum legis gratiæ, siquidem Ecclesiasticus nos admonet, dicens: *Qui vindicari vult, à Domino inveniet vindictam, & peccata illius servans servabit. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata solventur. Homo homini reservat iram, & à Deo quærit medelam? in hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur? ipse cum caro sit, reservat iram, & propitiationem petit à Deo? Quis exorabit pro delictis illius?* Peccatorum condonatio per injuriarum nobis illatarum remissionem obtinetur tamquam per indulgentiam plenariam, siquidem per illam, *Peccata solvantur quoad culpam, maculam & pœnam.* Quid autem ulterius desiderare poterimus? Audite eumdem Hug. Cardin. dicentem: *Tibi peccata solventur à Domino sicut cera solvitur ab igne, & glacies à Sole, Dominus & Sol & ignis est.*

5. Paul. de Palat. illum citatum Scripturæ Textum, (*Quis exorabit pro peccatis illius*) ita pariter ad nostrum explicat intentum, dicens: *Sensus est; quivis forsan audebit orare Deum pro eo qui peccata proximo donat, sed impossibile erit veniam impetrare, decretum enim Dei est minime remittere ei qui non remittat; etiamsi omnes Sancti eam remissionem à Deo precentur, & propitiationem, id est, remissionem petit à Deo, quasi dicat, præsumptio est, orationis frustratio.* Quam enim temeraria futura esset subditi alicujus debitoris præsumptio, qui cum Principi integrum auri millionem deberet, ad illius computum centum scuta ei, cui Princeps per expressum suum mandatum solvi præcepit, cum annexa promissione condonandi liberaliter quod est reliquum, solvere renueret? At vero qui Deum mortaliter offendit, longe majori debito se obstrinxit quam unius millionis auri, siquidem penes divinam justitiam tale contraxit debitum, quod quamdam infiniti habet rationem: *Oblatus est ei unus, qui debebat illi decem millia talenta*; cui Deus in diminutionem hujus debiti certam quamdam summam proximo suo solvere præcepit, id est, remissionem & condonationem unius offensæ ab aliis sibi irrogatæ: quod si vero idipsum facere renuat, quomodo, aut qua fronte se coram suo Principe præsentare audebit, ut debiti sui totius, ejusque immensi ab eo postulet condonationem? Et tamen ut S. Greg. Nyssen. ait: *Oboli quidem revera viles & numerata faciles sunt, cum innumeris talentis comparati, adversum nos debita fratrum, si cum nostris adversus Deum delictis conferantur.* Theophylact. considerans verba illa propositi thematis: *Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*, inquit: *Sic autem dimitte quemadmodum & nos; si vindictæ avidi, & memores fuerimus, non remittet. Habet me Deus ut exemplar, & quod facio alijs, facio mihi.* Unde insolubile est illud ab Ecclesiastico his verbis formatum argumentum: *In hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur*, quasi dicere vellet: Licet is, qui te offendit, ex natura sua corrupta proclivis sit ad culpam, tu tamen propter hoc ei minime compateris, ut commissam in te culpam ei dimittas, qua igitur fronte coram Deo comparere audebis, postulaturus ab eo injuriarum justo Judici illatarum veniam? Tu erga consortem naturæ tuæ nulla moveris compassione, quomodo igitur præsumere audebis, ut Deum ad veniam tibi impertiendam roges, qui tanto est te superior & excellentior.

6. Consideret vindicativus notabilissimum, quod in eum redundat præjudicium; ex eo quòd hæc verba *sicut & nos dimittimus &c.* coram Deo reciter, cum tamen ipse odium in corde suo erga inimicum retineat. Nam ut Sanctus Augustinus monet: *Sane ante omnia illud antidotum non recedat, quod contra omnes putredines, contra omnia peccatorum venena plurimum valet, ut dicas, & vere dicas Domino Deo tuo: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Ubi præcipuè ponderanda sunt verba illa *verè dicas.* Idem quoque S. Doctor alibi in quadam homilia ita scribit: *Consideravit fratres mei. Hoc Dominus Jesus Christus orare docuit discipulos suos; illos magnos primos Apostolos suos, arietes nostros. Si ergo pro peccatis suis dimittendis arietes orant, agni quid debent facere, de quibus dictum est: Asserte Domino filios arietum?* Hoc igitur jacto fundamento, quod videlicet unicuique necessitas incumbat, hanc recitandi orationem, sequentem subjungit doctrinam: *Induxit nobiscum Deus patrem, & placitum, firmamque Chyrographum, ut dicamus, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Si hoc quod est posterius, aut non dicit, aut fallaciter dicit, illud quod prius est, inaniter dicit.* Idem quoque Sanctus in alio sermone unicuique hanc orationem recitanti sequens tradit monitum, dicens: *Si debitor es, gratulare te habere debitorem, in quo facias, quod fiat in te. Audi me, & discute te, quia vel de paucis prodis, qui possint veracter orare, orationem Dominicam veraciter dicere, Domine, dimitte mihi, sicut & ego dimitto. Non fallaciter, non ficte, ex corde verò fac, ut & in te verum fiat, si enim qui te læsit, qui in te peccavit, petit à te veniam, & ignoscis, jam potes securus dicere: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* S. Bernardinus Senensis damna recensens, quæ illi obveniunt, qui mortale erga inimicos odium conservans, Dominicam recitare præsumit orationem, inquit: *Deum contra se provocare videtur, cum dicit: Dimitte mihi, sicut ego dimitto alijs: Etiam Augustinus ait: non dimittis injuriam, quæ tibi facta est; non orationem pro te facis; sed maledictionem super te induxis, cum dicis: Dimitte nobis debita nostra sicut &c.* Necessum igitur est, quod dum orationem, *Pater noster*, recitamus, nos à Deo eodem modo peccata nostra nobis dimitti rogemus, prout nos illatas nobis à proximis injurias condonamus; ac proinde Deus nobis respondere poterit, memoriale tuum subscribens, libenter postulatam tibi facio gratiam, cum hac tamen conditione, cum qua eamdem à me postulasti. Væ igitur nobis si proximis nostris offensas non remiserimus, quia nec nostrarum offensarum veniam umquam consequemur. *Tu legem scribis de venia, & pœna*, inquit D. Chrysostomus, *tu in tui causa fers sententiam, dimitte nobis, sicut dimittimus; Vide quid dicis, ne contra te ensem ut insanus & furens stringas.*

7. Sanctus Jacobus Apostolus sequentem tradit terribilem sententiam, videlicet: *Judicium sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam.* Deus enim, tamquam severus Judex, nos castigabit, si sine pietate & compassione erga offendentes nos proximos coram illo compareamus. Divus Chrysologus super illa verba: *Dimitte nobis debita nostra*, ita nos monet: *Sic dicendo, ô homo! indulgentiæ modum, mensuramque veniæ tu tibi dedisti: qui à Domino Deo tantum tibi petis dimitti, quantam dimiseris ipse conservo. Dimitte igitur delinquenti in te totum, si vis ipse de tuis nihilominus habere delictis: in altero dimitte tibi, si vis ipse vindictam vitare sententiam.* Quod si à Deo severè condemnareris, eo quod in cupidine vindictæ pertinax perseveres, nullam utique haberes lamentandi occasionem; *Ipse igitur tibi sis judex*, inquit sanctus Gregorius Nyssenus, *ipse te tua sententia absolve, ac serva. Remitti tibi à Deo debita desiderans, tu dimitte.* Idem quoque Sanctus in ejusdem orationis progressu vindictæ cupidum ita monet: *Ne à justo judice ejusmodi quid audiat: Medice, cura teipsum: me ad humanitatem bonitatis, quam tu proximis non impertiris? remissionem debitorum petis, quo fit ergo, ut tu suffoces obæratum? tuus debitor est in carcere & tu in oratorio: ille ob debita cruciatur, & tu remitti tibi debitum vis; exaudiri oratio tua non potest, superat enim sonus & strepitus vocis ejus, qui cruciatur? si tu corporale debitum dimiseris, solventur tibi animæ vincula.*

8. *Dimitte nobis debita nostra &c.* D. Chrysologus verba illa in quodam sermonum suorum sequenti amplificat Commentario, dicens: *Qui sic petit, & debita non relaxat, ipse se etiam, per quod orat, accusat.* Quod ut penetremus solidius, sequentem non abs re fuerit adducere similitudinem, seu ut verius dicam, casum fictum. Est v.g. qui se ad alicujus vestrum pedes abjicit, veniam petens offensæ gravissimæ, quam ei intulit, insuperque protestans, se amore illius omnibus suis ignovisse inimicis. Sed mentitur temerarius, utpote odium mortale contra inimicum in suo corde constanter fovens; dum itaque ille ita prostratus jacet pro venia supplex, casu unum adversariorum ejus transire contingit, moxque ille in pedes erectus, gladium arripit, ut trucidet hostem; pauloque post, ad pedes, ut prius, se provolvit, veniamque petit, quemadmodum ipse suo pepercit inimico in gratiam ejus, à quo sibi veniam dari postulat. Nonne talis duplici esset mulctandus pœna; altera propter impudens mendacium, altera propter illusionem & derisionem? Sed ecce ipsissimam vindicativi operationem, coram Deo, Pater noster, recitaturus se prosternit, indulgentiam peccatorum suorum petit, dicens se amore Dei omnibus suis ignovisse inimicis; ast *Deus qui scrutatur renes & corda*, probe novit cor ejus odio plenum esse. An non itaque hoc ipsum est irridere Deo, supraque se severissimum provocare supplicium? Ut proinde Hugo Victorinus dicere nequaquam dubitarit: *Quam multis timenda, & periculosa est ista oratio, multis enim plus confert detrimenti, quam augmenti. O infelix præsumptio, iram Dei adversus se precibus provocare dicitur, cum homo homini servat iram; & à Deo quærit medelam.* Homini equidem, sed non Deo illudere aut mentiri possumus: *Ergo Christum decipere quæris*, interrogat Angelicus Doctor, *sed certè non decipis: nam Christus qui hanc orationem fecit; bene recordatur ejus, unde non potest decipi.*

9. *Dimitte nobis debita nostra &c.* Climacus de vindicativo tractans, ita in ipsius duritiam invehitur: *Erubescat hic ex Christi precatione, quam injuriarum memores, cum illo pronunciare non possimus.* Qui idem Author in annotationibus hoc nobis sequens utilissimum verissimumque tradit dogma, dicens: *Quando non dimittimus, nosipsos redarguente conscientia pudore afficimus, quemadmodum ipse explicando dicit: Erubescere facit illos Domini Jesu oratio.* Quod ut confirmetur, solidius sequens ex Catechismo exemplorum libet subnectere factum; nam homo quidam, Tholosæ habitans, Ecclesias frequentare solitus fuerat quotidie, multamque forinsecus ostentare devotionem; ast in corde suo venenum fovebat malevolentiæ contra inimicum suum; dispositque Deus, ut per septem menses integros, ne vel semel orationem Dominicam proferre potuerit. Quod ubi cum quodam Sacerdotis Jesu Presbytero contulisset, hic cum ad plenam cum adversario reconciliationem exhortari cœpit, cui ut paruit ille, *Pater noster*, absque difficultate ulla recitare cœpit: *Facta reconciliatione ad eam procationem lingua solata est.*

10. Sanctus Joannes Eleëmosynarius, teste Surio, dum aliquando Missam celebrans, offertorio jam vicinus, recordaretur proximum suum aliquod contra se odium concepisse, mox illius memor Christi præcepti: *Si offers munus tuum ante altare, & ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid adversum te, vade prius reconciliari fratri tuo*; subitò sub alio prætextu altare deseruit; & ad clericum offensum adveniens, se ad ejus pedes prostravit, qui iram Dei pertimescens, se quoque in terram ante pedes sancti viri adjecit placatus. Moxque Sanctus magna cum lætitia regressus, *Pater noster* recitavit. Ast longè diversum est, quod ad consumaciam nostram contendendam refert Catechismus exemplorum; Nam cum in translatione corporis sancti Donatiani in Flandria Comes Balduinus multos Magnates, Primoresque invitasset, unus fuerit inter eos, qui sacras reliquias osculans, Sanctum obrectatus est, ut suorum peccatorum sibi remissionem impetraret; quam proinde occasionem quidam alius, cui hic iratus erat, aucupati certus, eidem supplicavit humiliter pro venia; ast dum ille semel, & iterum iteremque repugnaret, nec quibuscumque tam adversarij, quam ipsiusmet Cleri obsecrationibus emolliri posset, in suæ pertinaciæ pœnam excessivis doloribus internis oppressus fuit; & oculorum lumine privatus. Quapropter in semetipsum reversus, inimicum amplexatus est; moxque amissum lumen & pristinam recuperavit sanitatem.

11. *Dimitte nobis debita nostra, &c.* S. Gregorius Nyssenus in citata oratione sequentem circa hæc verba format Discursum, inquiens: *Nam quæ de hoc animum meum subit cogitare, temerarium item vel oratione cogitationem, & mentis conceptum patefacere, atque aperire. Quid enim est quod dicitur? quemadmodum Deus bene ac rectè agentibus ad imitandum propositus est, sicut dixit Apostolus: Imitatores mei estote sicut & ego Christi, ita vice versa, tuam affectionem Deo ad bonum pro exemplo esse vult, atque ordo quodammodo invertitur, ut audeamus quemadmodum bonum in nobis imitatione divini amoris perficitur; ita sperare futurum, ut Deus nostra facta imitetur, cum aliquid boni confecerimus, ut tu item ad Deum dicas quod ego feci, fac; Imitare servum tuum, tu Domine, pauperem & egenum, remisi debita. Lætum & alacrem dimisi meum debitorem, talis item tuus fiat; ne tuum debitorem meo debitore tristiorem reddas. Solvi, solve; dimisi, dimitte; magnam ego proximo exhibui misericordiam, imitare tu Domine servi tui humanitatem.*

12. *Dimitte nobis*, &c. D. Chrysostomus in homilia, cui Titulus est: *De simultate sive ira*, vindicativum alloquitur, dicens: *Quomodo poteris manus in cælum extendere, aut linguam movere, aut veniam postulare? si enim volueris tibi Deus peccata condonare, tu id non permittis, cum adversus conservum, offensum animum retineas.* Sed quorsum his confirmandis immoror longius? siquidem S. Thomas à Villa Nova nobis abundantissime satisfacit, quando alias inter remissionis injuriarum utilitates, nostrarum culparum annumerat, veluti

Matth. 5. v. 48. In illa oratione præscribimus Deo modum quo nobis dimittat peccata nostra.

Psal. 50. v. 7.

Cajetan. ibid.

Vult Christus nos dicere sicut dimittimus, non vero, sicut dimittemus.

S. Aug. ser. 170. de temp.

1. Joan. 1. 8. Mirum est quod circa dilectionem inimicorum habeamus repugnantiam.

Matth. 6. 14.

S. Aug. to. 3. Enchir. c. 73.

Tob. 4. v. 11. Inimicorum dilectio est maxima eleëmosyna. S. Aug.

D. Chrysol. o. 1. h. 22.

Eccli. 28. v. 1. Præceptum dilectionis inimicorum non est novum, cum & In. V. L. fuerit.

Hug. Card.

Eccli. 3. v. 4. Paul. de Palat. in Eccl. Nullis sanctorum precibus à peccatis liberabimur, nisi condonemus inimicis, qui nos læserunt.

D. Chrys. h. 38. in Joan.

Matth. 18. v. 24.

S. Greg. Nyss. orat. 5. de orat. Dom.

Matth. 6. 12. Deus nobis dimittit, sicut nos dimittimus. Theoph. in c. 6. Matth. Eccli. 28. 4.

In notabile suum præjudicium orant vindicativi: Dimitte nobis, sicut & nos dimittimus. S. Aug. ser. 34. de div. c. 6.

Hom. 42.

S. Aug. ser. 170. de temp.

Non ficte, sed ex corde dimittenda est injuria illata.

S. Bern. t. 1. ser. 28. art. 1. c. 2. Orationem Dominicam orantes, maledictionem super nos inducimus, si ex corde non dimittimus injurias.

D. Chrys. ser. 68. Explicatur insigni similitudine.

Jac. 2. v. 13. Misericordiam à Deo non expectet, qui injurias non dimittit. S. Greg. Nyss. or. 5. de or. Dom.

Applicatio.

Hug. Vict. de or. Dom.

S. Thom. ibid.

Clim. grad. 2. n. 5. Confundimus nosipsos orando Pater noster, si non dimittimus injurias. Scholion. 2. Ibid. Cat. exe. T. 1. Tit. 25. c. 2. §. 9. Notabile exemplum.

Sur. 23. Jan. Alia duo præclara exempla. Matth. 5. 23.

Cate. exempl.

D. Chrys. h. 22. v. 1. Vindicativus non permittit ut Deus illi peccata remittat.

veluti principalissimum effectum, remissionem, dicens: *Grande meritum & gloria peccatorum venia.* Unde Psalmista: *Verba iniquorum prævaluerunt super nos, & impietatibus nostris tu propitiaberis.* S. Bernardinus quoque plurimorum consulturus miseriis, & consolaturus angustias, authoritatem in præsenti adducit S. Cæsarij dicentis: *Quia captivos redimere, & pauperes pascere, vel vestire non prævalet, contra nullum odium in corde reservet, & inimicis suis non solum malum pro malo non reddat, sed etiam diligat, & pro eis orare non desinat; certus de promissione & misericordia Domini sui. Libera conscientia ante tribunal dicere poterit: Dimitte, quia dimisi.*

S. Thom. de Villanova ser. in fer. 6. cin. Psal. 64. v. 4. S. Bern. T. 2. ser. 50. art. 2. c. 1.

13. Tempore S. Philippi Nerij, prout in vita ejus legitur, quidam erat juvenis, qui ad omnes orationes penitus surdaster, injuriam capitalem fovebat in corde suo hujus itaque aliquando præsentiam nactus sanctus vir, maximo cum spiritu crucifixum arripuit, atque ita juvenem allocutus est: Ecce hic, cogita quantum pro amore tuo Dominus iste sanguinem profuderit, & suis non modo ignoverit inimicis, sed & insuper pro eorum venia Patrem æternum rogaverit; An non vides miser, qualiter quotidie recitans, *Pater noster*, loco veniæ peccatorum tuorum, vindictam petas? quibus dictis illi præcepit, ut secum genuflecteret, & aliqua verba per modum orationis coram eodem crucifixo secum pronunciaret, quibus Sanctus duritiam & obstinationem cordis ejus exaggerans, insuper gravitatem peccati juvenis istius demonstrare cœpit. Paruit ille, genuflectit, cumque orationem incipere vellet, ne verbum quidem pronunciare potuit, quin potius totus contremiscere cœpit, in eoque situ per longum remanens tempus, tandem se in pedes erexit cum dicto: Ecce me pater paratum ad obedientiam præstandam: Ego omnem ignosco injuriam, & quamliber satisfactionem præstare paratus sum, ita dixit, & fecit promptissime.

Insigne exemplum. L. 2. c. 9. n. 4. vitæ S. Phil. Ner.

DISCURSUS XVIII.

ARGUMENTUM.

De ejus, qui in dilectione inimicorum reperiuntur charitate & effectibus.

THEMA.

Diligite inimicos vestros. Matth. 5. v. 44.

Amor Dei in nobis elucet per dilectionem inimicorum. 2. Cor. 13. 13.

1. REginæ virtutum omnium charitatis videlicet de qua dicitur: *Major autem horum est charitas*, munus officiumque est, diligere & fovere inimicos; *Diligite inimicos vestros.* Nec mirum, in hoc namque singulariter amor relucet & nostra erga Deum dilectio quando scilicet amore & intuitu ejus, bonum reddimus pro malo, ita ut in nobis verificetur assertum illud: *Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem.* Quod clarius evincere volens S. Bruno illa Christi verba (*Etsi salutaveritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis*) adducens ait: *Quid est aliud salutare, nisi charitatis & dilectionis affectum ostendere? sic igitur augetur amor, & concordia crescit.*

Cant. 8. v. 7. Matth. 5. v. 47. S. Bruno h. in ser. 6. Cin.

Sponsa in Canticis de nullis conqueritur illatis injurijs. Cant. 5. v. 7.

2. Audieritis indubiè, qualiter sponsa aliquando, quæ animæ justæ electæque figura est, male in sacris Canticis tractata fuisse describitur: *Percusserunt me, & vulneraverunt me tulerant pallium meum mihi custodes murorum.* An ne magis injuriosæ insultationes atque insolentiæ contra fœminam adeo innocentem exerceri poterant, & nihilominus ne vel minimum indignationis protulit verbum. Nisi quod aliquando in aliarum Jerosolymitarum filiarum consortium incidens, ijs dixerit: *Adjuro vos filiæ Jerusalem, si inveneritis dilectum meum, ut nuncietis ei:* Aut quidnam dilecto nunciare debebant? forsitan offensas illatas; ut vindictam caperet? forsitan de receptis injuriis querelas & lamenta? minimè equidem, sed tacet simulatione injurias, percussiones & verbera; causam ne nostis? vera charitate ardebat, ideoque statum suum dilecto patefieri cupiens, dicebat: *Ut nuncietis ei, quia amore langueo*, nec mirum, quia *delicta non videt ejus amoris.*

Ibid. v. 8. Ibid. v. 8.

3. *Diligite inimicos vestros.* S. Fulgentius in quodam sermone, cui Titulus est: *De charitate Dei & proximi*, quærit cuinam charitatem debeamus, ad quam omnia alia tendunt legis præcepta, dicente Apostolo: *Plenitudo legis dilectio.* Ita enim scribit: *Sed dicit aliquis; cui hanc debeo? vel cui oportet me hanc reddere charitatem, respondeo; omnibus hominibus, id est, notis, & ignotis, bonis, & malis, & amicis & inimicis.* Nec id cuipiam durum videri debet, quia ut S. Antoninus in sua summa discurrit: *Cum ex charitate diligatur proximus propter Deum, quanto magis aliquis diligit Deum, tanto etiam magis ad proximum dilectionem ostendit, nulla inimicitia impediente; sicut si aliquis multum diligeret aliquem, amore ipsius ejus filios amaret, etiam sibi inimicos.* Qui idem Author in hujus Tractatus progressu, qualiter odium & malevolentia versus persecutores nostros, per ignem charitatis in cordibus nostris accendatem, multoties & in nobis, & in aliis extinguatur, ostendit, dicens: *Hujusmodi dilectio, id quod destruendum in inimico magis, destruit, quam aliquid aliud, ipsa enim est ignis inimicitiam in inimico annihilans.* Amor namque versus inimicum, hæc duo in nobis operatur bona, scilicet, quod odium ex nostris, inimicorumq; nostrorum cordibus eradicet; hi enim se à nobis beneficio affici odiumque in amorem conversum esse videntes, placantur, reconciliantur, lucrantur.

Rom. 13. 10. Quibusnam exhibenda sint opera charitatis. S. Fulg. ser. de char. Dei & proximi. S. Antonin. 3. sum. Theol. p. 4. tit. 6. c. 4. §. 1. Ibid. §. 5.

4. *Diligite inimicos vestros.* S. Augustinus in primæ S. Joannis Epistolæ Commentario ita ad nostrum discurrit propositum, dicens: *Ne putaveris Joannem nihil de dilectione inimici præcepisse, quia de fraterna charitate non tacuit; Fratres diligitis. Quomodo, inquis, fratres diligimus? quæro quare diligas inimicum? quare illum diligis? ut sanus sit in hac vitâ: quid si non illi expedit? ut dives sit. Quid si ipsis divitijs excæcabitur? ut uxorem ducat. Quid si amaram vitam inde patietur? ut filios habeat; quid si? & mali erunt? incerta sunt ergo ista, quæ videris optare inimico tuo, quia diligis eum; incerta sunt, opta illi ut habeat tecum vitam æternam; opta illi ut sit frater tuus, & cum diligis, fratrem dilige, non enim amas in illo quod est, sed quod vis ut sit.* Ex quibus verbis venustas relucet amoris erga inimicos, quam Deus ille à nobis requirit, qui nil nisi charitas est; scilicet ut ijs primo loco non temporalia, & terrena, sed spiritualia & æterna, quæ vera bona sunt optemus.

S. Augustin. T. 9. Tr. 8. c. 4. in Joann. 1. Epist. Quid inimicis optandum sit.

5. S. Valerianus in quadam homilia intitulata *De bono conservandæ pacis*, ita quoque ad præsens scribit intentum: *Primus dilectionis gradus est, charitatis affectum amicitijs nutrire; integræ autem dilectionis est cumulus, odium amore recompensare.* Quanto majus enim bonum nostris desideramus, præstamus, conferimusque inimicis, tanto evidentius damus signum, quod divini amoris ignis in nostris ardeat animabus; unde in dictæ homiliæ progressu idem subjungit Sanctus: *Ille dilectionis plenus affectus est, si obliteratis contumelijs, infirmitatibus miserearis alienis.*

S. Valer. h. 12. Odium, dilectione compensare, est cumulus dilectionis.

6. *Diligite inimicos vestros.* S. Paschasius sequens verbis istis annectit Commentarium, dicens: *Hæc est latitudo charitatis, & consummata armatura justitiæ, quæ usque ad dilectionem inimicorum extenditur.* Nec est quod quisquam respondeat, cor nostrum naturaliter angustum strictumque, adeoque inimici diligendi incapax esse; ad amandum namque inimicum, generoso, magnanimo, amploque opus est corde; ideoque sanctus Augustinus nos admonet, dicens: *Si angustiantur vasa carnis, dilatentur spatia charitatis.* Ac amorem divinum enim cælestemque ejus gratiam spectat nostrum ampliare & dilatare cor, utpote sine qua ampliatione nostros naturaliter vix umquam amaturi sumus inimicos, propter quod Tertullianus inquit: *Scio præceptum esse nobis ad redundantiam benignitatis, etiam pro inimicis Deum orare.*

S. Paschas. l. 3. in Matth. Latitudo charitatis extenditur ad inimicos. Tertull. in Apol. c. 31. Auth. Imp. h. 13.

7. Author operis Imperfecti necessitatem proximos diligendi considerans, exilem nobis id faciendi occasionem futuram fuisse astruit, nisi Deus amorem præcepisset inimicorum, cujus hanc assignat rationem, dicens: *Cum sit mundus iste scandalis plenus, si amicos voluerint diligere tantum, non potuerunt invenire, quos diligant: hodie enim iste illum offendit in tali re, crastille istum offendet in altera re, & ita fit, ut si decreverit homo inimicos suos odire, necesse est ut odiat omnes, & odiatur ab omnibus.* Quod autem nostrum magis promovet propositum, in sequenti ejusdem Doctoris consistit doctrina, qua ne sensus & appetitus irascibilis impulsum, utpote per quem præcepti dilectionis inimicorum executio intolerabilis redderetur, sequamur ullatenus, nos in hæc admonet verba: *Caro quidem inimicum suum diligere non potest, quemadmodum nec est possibile, ut injuriam non sentiat sibi allatam. Anima autem inimicum diligere potest, quia dilectio vel odium carnis in sensu est, animæ autem in intellectu. Quando ergo nocemur ab aliquo, & si odimus eum, non tamen exequimur odium nostrum, considerantes Dei justitiam, sed magis confringentes motus doloris nostri: & benedicimus ei & benefacimus. Cognosce, quia caro quidem nostra odit inimicum suum, quæ nos ita diligere non potest, anima autem diligit inimicum.*

Si non essent inimici, præceptum dilectionis proximi in actum redigi vix posset.

8. S. Augustinus ut hanc dilectionis praxin nobis facilem reddat, oculos jubet ut convertamus, non ad offensas,

sensas, & pessimas inimici qualitates, sed ad naturam, in qua convenit nobiscum, ideoque sequens nobis tradit documentum, inquiens: *A militia non angustis finibus terminanda est, omnes enim, quibus & dilectio debetur, amplectitur, quamvis in alios propensius, in alios suspensius inclinetur. Pervenit autem usque ad inimicos, pro quibus etiam orare præcipimur, ita nemo est in genere humano, cui non dilectio, & si non pro mutua charitate, pro ipsa tamen communi naturæ societate debeatur.* Ita S. Augustinus ut in dicta nos praxi habituatos reddat. Quod idem confirmaturus S. Bernardinus illum Apostolicum adducit Textum: *Si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra ei: circa quæ proinde verba ita fermocinatur: Sicut patenter experientia docet, nam si pes casu offenditur, statim subvenit ei manus: si caput fuerit læsum, manus statim succurrit illi, similiter si manus, vel dens linguam læserint, omnes sibi invicem parcunt, compatiuntur, & solertes subvenire non cessant, quis enim tam demens, ut si masticando dens momorderit linguam, ad vindictam linguæ extrahat sibi dentem! aut si manus scindendo panem, alterum vulneravit manum, manus læsa de ladente vindictam sumat?* Hunc autem Discursum authoritate confirmat S. Augustini asserentis, quod anima vitam corpori numquam infundat, nisi membra hujus prius simul unita fuerint & concordia; ideoque subnectit, inquiens: *Augustinus de civitate Dei ait: Spiritus humanus numquam vivificat membra, nisi fuerint unita.* Si quod corporis nostri membrum nocivum fuerit, dolorem afferens, mortemve minitans, omnia in ejus medelam adhibentur remedia, quotquot haberi possunt. Ita inimicus est proximus noster, & ipse membrum putridum est, conveniens est itaque ut per amorem beneficentiam & benignitatem nostram eum in salutis statum reducamus, & mortale odij venenum ex anima extirpemus, compensantes injurias nobis factas beneficijs nostris, *quia sunt invicem membra*, sic enim veraciter in nobis locum habuisse testabimur illud Christi præceptum: *Benefacite his, qui oderunt vos.* Ad quod propositum S. Hieronymus ita scribit: *Puto quod hunc affectum erga proximos habere debeamus, ut eos non quasi aliena corpora, sed veluti membra nostra diligamus. Secundum hominem ergo, quod membra nostra invicem sumus, æqualem erga omnes habere dilectionem similemque conveniet.*

S. Aug. Ep. 126. c. 6. Ut autem hoc præcepti circa inimicum in actum redigatur, consideranda est ipsius natura, non vero qualitates. S. Bern. T. 2. ser. 50. art. 1. c. 1. Probatur cõparatione membrorũ, sibi invicem compatientium. Matth. 5. 44. S. Hier. T. 8. l. 3. in Cant.

Alia apta similitudo. S. Anton. de Pad. serm. in fer. 6. Cin.

9. S. Antonius de Padua in quodam de inimicis sermone idem Apostolicum assertum sequenti ampliat Discursu, dicens: *Juxta dictum Apostoli habemi nobiscum corpus suum in Christo, nunc autem membro sano est bonum faciendum, non tamen propter hoc, malo aut infirmo est male faciendum, sed potius est subveniendum, & medicinæ remedium apponendum, imo quod plus est, interdum alia membra sunt affligenda, pro membri infirmi salute, sicut patet, quod infirmitate existente in oculo, fit in ore minutio, procuratur evacuatio in stomacho, & interdum cauterium in capite.* Neque cuipiam doctrina hæc difficilis videatur, quia sicut dum nobis hic aut ille displicet morbus, aut ista partis contaminatæ, atque infectæ putrefactio, subito sanitatis perfectæ spe illecti applicamus remedia, ita quoque in præsenti pariter spiritualis infirmitatis (inimicitiæ dico) remedia proposita sunt applicanda.

S. Aug. T. 8. cit. Alia similitudo S. Augustini.

10. S. Augustinus idem sequenti stabilire conatur similitudine, dicens: *Faber optimus vidit lignum non dolatum, de silva præcisum, adamavit, nescio quid inde vult facere; non enim ad hoc amavit, ut semper sic maneat. In arte vidit quod futurum est; non in amore quod est, & amavit quod inde facturus est, non illud quod est; sic & nos Deus amavit peccatores, ait enim: Non est opus sanis Medicus, sed male habentibus. Numquid ad hoc amavit peccatores, ut peccatores remaneamus? quasi lignum de silva vidit nos faber, & cogitavit ædificium quodd.am, quod inde facturus est, non quod erat in silva; sic & tu respicis inimicum tuum adversantem, sævientem, mordentem verbis, exasperantem contumelijs, infestantem odijs: attendis ibi quia homo est. Vides ista omnia, quæ adversa sunt ab homine facta & vides in illo, quod a Deo factus est; quod autem homo factus sit à Deo factus est: quod autem te odit, ipse fecit: quod invidet, ipse fecit: & quid dicis in animo tuo? Domine propitius illi esto, dimitte illi peccata, incute illi terrorem, mata illam: non amas in illo quod est, sed quod vis ut sit, ergo cum inimicum amas, fratrem amas: quapropter perfecta dilectio est in dilectione inimici.* Quin imò ut idem Sanctus alibi advertit, Deus persecutiones offensas & improperia, quibus nos ab inimicis afficimur, in hunc ipsum applicat finem, ut charitatem & amorem, qui perfectionis & sanctitatis animæ est fundamentum, in nostris adaugeat cordibus: *De malis exercet nos*, inquit ille, *flagellat nos. Ad quam rem flagellat? utique ad regnum cœlorum: flagellat enim omnem filium, quem recipit, & quasi: esi filius, cui non det disciplinam pater ejus? quod cum fecit Deus, ad hæreditatem sempiternam nos erudit, & hoc nobis præstat sæpè de malis hominibus, in quibus exercet & perficit dilectionem nostram, quam vult extendi usque ad inimicos. Neque enim perfecta est dilectio Corporis unius, nisi cum membris, quod Christus præcepit: diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, orate pro persequentibus, & calumniantibus vos.*

Id in Ps. 99. Dilectio Christiani perfecta non est, nisi diligantur inimici.

11. Salvator noster vice quadam nobis præcepisse legitur: *Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adversum te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo.* Causamne nostis præcepti hujus? voluit per hoc nos docere Dominus, quod sanctissimo corpori ejus inimicus sit, qui discordiam fovet cum proximo, cum quia ille est, de quo ante communionem pectora nostra percutientes, dicimus: *Agnus Dei qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.* Tum etiam, quia, ut Apostolus ad Corinth. scribit: *Unus panis unum corpus multi sumus, . . . qui de uno pane participamus.* Tum denique quia Eucharistia communio appellatur, quia scilicet nos omnes cum sancta charitate unit, præterquam quod *synaxis* idem sonat ac *congregatio*; Et sacrum Concil. Trident. Sacramentum Altaris appellare non dubitet *signum unitatis, vinculum charitatis, pacis & concordiæ symbolum*, hinc & fideles olim jamjam communicaturi sibi invicem oscula dabant in unionis signum. Verumtamen ad aliam dicti Textus considerationem mea properat contemplatio, nimirum ex quo motivo cælestis Magister nobis præceperit, ut ad illum, qui nobis offensus est, placandum properemus; non enim supponit quod nos contra illum male affecti simus, quin potius ait: *Si frater tuus habet aliquid adversum te:* Posset namq; quis respondere, ego nihil habeo adversus eum, ego eum amo, ego ipsum non odi, adeoque ex parte mea dispositus sum ad sacrificium offerendum; sed falleris, ait Dominus, quinimo cum tu per humilitatis, benignitatis, mansuetudinis & charitatis actus, quodcumque ex corde proximi odium extirpare possis, eumque in statum reducere possis salutis; si id omiseris, signum manifestum est, quod animam bonumque ejus parvi facias; in hoc namque vera & perfecta inimici confistit dilectio, quando ita amatur, ut etiam animæ ejus salus procuretur. Circa quam veritatem S. Ambrosium audiamus latius ita discurrentem: *Quid enim? læsus est meo facto, ut habeat lædentis affectum? ergo cum non supperit causa lædendi, non potest culpa esse propositi. Ergo si justus sum, afficior propter charitatem, propter dilectionem, propter Ecclesiæ damnum, propter corporis detrimentum. Possum etiam illam dolere, quod etiam ego lædentem non læserim, & non sim mihi conscius, quod eum in me aliquibus injurijs excitaverim, tamen causa illi fuerim lapsus ejus, quod innocentem me lædendo, delinquat, quod factus sum ei materia peccati.*

Matth. 5. v. 23. Christus præcepit reconciliari fratri suo antequã offeras munus ad altare. S. Ambr. in Ps. 118. Oct. 7.

12. Ecquando Spiritum Sanctum super Apostolos descendisse putatis? utique non quando *facta est contentio inter eos*, sed quando *erant omnes pariter in eodem loco*: Ideoque B. Laurent. Justin. ait: *Descendit Spiritus super unanimes sedentes: diligit hic spiritus unitatem, amat pacem, diligit concordiam: hunc si suscipere cupis, noli dissidere cum fratribus, noli divisus esse in te.* Quia ut bene advertit D. Chrysostom. si vel cum unico dumtaxat inimicitiam habuerimus, cum nullo penitus amicitiam fovere poterimus, *quid enim*, inquit ille, *si cum isto quidem pacem habuerimus, cum altero vero bellum & pugnam? quid hoc profuerit? neque enim in corpore, si quædam ex elementis bene quidem, & pacifice habeant, reliqua vero dissideant, sanitatem unquam consistere possibile fuerit, sed illa consistit ex omnimoda omnium moderatione, consonantia & pace.*

Luc. 22. 24. Act. Ap. 2. v. 1. B. Laur. Just. ser. de Pent. Spiritus S. Venit in concordes. D. Chrys. h. 3. ad Coloss.

13. Est hæc serpentis antiqui mira astutia, quod scilicet non obsistat homini, quo minus has illasve diversas exerceat virtutes, & opera perpetret bona ac meritoria, modo aliquod in corde suo foveat odium; hoc enim solum sufficit, ut omnes hominis actiones quod odium, bonæ inutiles efficiantur, prout ex sequentibus patet Apostoli verbis: *Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam, &c.* Quod totum capitulum si quis perlegerit, clare inveniet, quod ea cæteroquin bona, nullius sint valoris, si charitate destituantur, prout theatrum vitæ humanæ confirmat, quando ita de S. Annone Archiepiscopo Colonienſi scribit, quod scilicet sanctus hic Præsul, ultimo ante mortem suam anno, sequentem habuerit visionem.

Sufficit Diabolo ut in corde nostro conserver aliquod odium, ut omnes nostræ virtutes reddantur inutiles. 1. Cor. 13. 1. Theat. vit. hum. verb. Purgat. fol. 836.

Probatur insigni historia S. Annonis Episcopi.

nem. Domum ingredi sibi videbatur, admodum resplendentem intusque & foris ornatissimam, ubi diversis in sedibus tamquam in totidem tribunalibus residebat Heribertus Archiepiscopus Colonienſis; Bardus Archiepiscopus Moguntinus, Poppus & Eberhardus, Archiepiscopus Trevirenſis, aliique Episcopi Galli, quorum aliquos cognoverat viventes, alios ex sola fama agnoscebat; omnes itaque nivis instar candidas habebant vestes, quin & seipsum habitu vidit Pontificali indutum, in pectore tamen suo deformem observavit maculam, quæ totius habitus venustatem obfuscabat. Quam quidem labem manu tegere, & ad præparatam sibi augustissimam sedem consendere contendit, sed unus dictorum Episcoporum eum repulit dicendo, cum tali macula in hujusmodi apparere consessu, nequaquam convenit, vel igitur tollito eam, aut hinc abito: Cumque S. Archipræsul exinde contristaretur, jamque in procinctu abeundi fuisset, unus Episcoporum cum consolatus est, justitque ne inde recederet, dummodo suam elueret maculam. Expergefactus itaque sanctus Anno prudenti & illuminato cuidam viro suum enarravit somnium seu verius visionem; tuncque intellexit S. Præsul hanc maculam aliud non denotare, quam vivam quam in corde fovebat memoriam injuriæ, quam illi anno præcedenti, per ejectionem ex urbe Colonienſi sui intulerant cives. Ad quod se reflectens S. Anno advertit, se revera etiamnum aliqualem contra civitatis illius incolas fovere rancorem, quem protinus è corde eliminans, cum grege suo se reconciliavit, illique rebenedixit, exules quoque in patriam revocans, omnia quæ confiscaverat, ipsorum bona plenarie restituit, ac paulò post vitam suam sanctissimo fine clausit.

Præclara doctrina de dilectione inimicorum. S. Greg. h. 27. in Evang.

14. Neque in præsenti præterire licet insignissimam quamdam de inimicorum dilectione doctrinam, quam Gregorius Magnus in hæc nobis tradit verba: *In odium exardescimus, & cum foris invicti esse cupimus, intus graviter ferimur, dum parva foris defendimus; intus amittimus maxima, quia dum rem diligimus temporalem, veram amittimus dilectionem. Omnis quippe qui nostra tollit inimicus est. Sed si odio habere experimus inimicum, intus est quod perdimus, Cum ergo aliquid exterius à proximo patimur, contra occultum raptorem interius vigilemus, qui numquam melius vincitur, nisi cum raptor exterior amatur. Una quippe & summa est probatio charitatis, si & ipse diligatur, qui adversatur. Hinc est quod ipsa veritas & crucis patibulum sustinet, & tamen ipsis suis persecutoribus affectum dilectionis impendit, dicens: Pater ignosce illis, quia nescunt quid faciunt. Quid ergo mirum, si inimicos diligant discipuli, dum vivunt, quando & tunc inimicos diligit Magister, cum occiditur, cujus dilectionis summam exprimit, cum subjungit, majorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis; Mori enim pro inimicis Dominus venerat, & tamen positurum se animam pro amicis dicebat, ut profecto nobis ostenderet, quia dum diligendo lucrum facere de inimicis possumus, etiam ipsi amici sum, qui persequuntur.* S. Bernardinus evidens adjungat charitatis & dilectionis veræ, in corde Christiani flagrantis indicium, hancque affert omnibus notam similitudinem: *Sicut si unus digitus dolet, totum corpus sentit, sed si incidis digitum, postquam incisus est & separatus, si postea frustratim incidatur, nihil sentit; sic evenit, si charitas est unita ad invicem, si vides aliquid adverse proximo, compateris sibi, sed si est divisa charitas, nihil sentis de passione proximi, sicut in mortuo, qui nihil sentit, & quando vroximo non compateris, est malum signum.* D. Chrysostomus reprehendit illos, qui se indigne tractantes, non amant, neque illos lucrari aut amicos sibi facere fatagunt. Ita enim scribit: *Si videris membrum abscissum, omnia facis, ut conglutines corpori, idem fac in fratribus tuis, quando videris eos abscissos à tua amicitia, propera celeriter ad amplexas, ne expectes, donec ipse ad te veniant, sed ultrò priorem invita ad brachium.* Nam ut inter alia Seraphici Francisci documenta: *Ille veraciter diligit inimicum suum, qui non dolet de injuria quam sibi fecit, sed de peccato animæ suæ oritur propter amorem Dei, & ostendit ei ex operibus dilectionem.*

Evidens signū veræ charitatis in corde Christiani. S. Bern. T. 4. in Fer. 6. Cœn. serm. 30. 2. pars. Princip.

D. Chrysost. t. 1. h. 22.

S. Franc. t. 1. opusc. c. 4.

DISCURSUS XXV.

ARGUMENTUM.

De virtute quæ exercetur, præveniendo illos qui nos offenderunt, in curanda reconciliatione mutua, quam sæpe inimicum in amicum transformare ostenditur.

THEMA.

Vade prius reconciliari fratri tuo. Matth. 5. ℣. 24.

1. NOn modo Salvator noster præceptum dilectionis inimicorum nobis præscripsit, sed & insuper ut inimicum pro reconciliatione adeamus & requiramus, commendavit; ex quo salutari consilio fideliter adimpleto ingentia penitus bona haurire possumus; Unde D. Chrysostomus inquit: *Non dixit expecta donec ille veniat ad te, aut ut aliquo alio intercessore reconciliationem instituas, aut deprecatorem alleges, sed tu ad illum accurre, ubi prius, reconciliari fratri tuo.* Quando lucrum aliquod insigne consequi possumus, utique non præstolamur, donec ipsum ædibus nostris inferatur, sed nos solicite illi occurrimus, omnique studio nostro & accurata industria illud procuramus. Hanc igitur diligentiam & solicitudinem similiter pro reconciliandis inter nos inimicis adhibere debemus, siquidem maximum inde apud Deum lucrum facimus & apud omnes, dicente Sancto Bernardino: *Signum largissimæ indulgentiæ, & magni meriti est, quod offensus non expectet, quod ab offendente indulgentia requiratur. Sed præveniat offendentem, & ab eo humili corde & ore, & humili genuflexionis signo veniam petat.* Et de hoc Chrysostomus inquit: *Quæris si tibi injuriatum est à fratre, utrum debeas ejus amicitiam quærere? & respondeo quod sic, ut duplicem gloriam consequaris, scilicet quia injuriam passus es, & indulsisti, & quia prior rogasti.* Idem D. Chrysostomus in homilia quadam *de simultate sive ira*, Tom. 1. confutat illos, qui credunt reputationem eorum diminutam iri, si ab alijs læsi, primi reconciliationem & amicitiam cum inimico procurarent; *Imò verecundiæ esse debet*, inquit, *si in eo affectu persistas, expectesque, donec injuriæ Author pro reconciliatione te adeat; id probrum, id vitium, id ingens damnum. Qui enim prior venit, is totum lucrum amicipat; si enim ab alio exoratus iram relinquit, illi imputatur, cujus precibus imperatum est, non enim Deo obtemperans, sed illi gratificans legem adimpleviſti; quod si nemine intercedente, neque illo qui læsit adeunte aut preces adhibente, ipse rejecto ipso pudore, nihil cunctatus, ad injuriæ Authorem accurreris, eique iras tuas resolveris, tuum ex toto fit illud officium, & opus virtutis, universamque mercedem ipse recipies.* Idem quoque Chrysostomus in progressu ejusdem homiliæ, ut nos confundat, quando primi reconciliationem hanc ob varios mundi respectus quærere aut procurare tergiversamur, Christi nobis proponit exemplum, inquiens: *Ipse, ut reconciliaret te patri, ne mactari quidem recusavit, aut sanguinem effundere, tu autem ut reconcilieris conservo, nec verbum vis emittere, aut prior accedere?* Quisnam gravius non solum verbis injuriosis, verum etiam lethiferis vulneribus sauciatus fuit Stephano? *Stridebant dentibus in eum; . . . impetum fecerunt unanimiter in eum;* tamquam blasphemum illum lapidarunt; & tamen ex motivo propriæ, non vero alienæ charitatis permotus est, ut pro lapidatoribus suis intercederet, adeo ut S. Bernardus illum obstupescat, utpote qui se majorem salutis inimicorum suorum, quam propriæ solicitudinem habere demonstravit: *Quod in ipso mortis articulo pro persequentibus, quam pro seipso sollicitudinem gereret ampliorem, vinceretque in eo sensum corporeæ passionis, internæ compassionis affectus, ut illorum magis scelera, quam sua vulnera plangeret.* Ejusdem quoque conditionis S. Job erat, qui ut S. Ambr. notat in improperiorum cumulo gaudebat: *Ecce rideo in opprobrijs, & non loquar, nec respondebo convitijs vestris.*

Utilissimum & honorosissimum est, prius accurrere, & læsus ad reconciliationē D. Chrysost. loc. cit.

S. Bern. T. 1. serm. 28. art. 3. c. 3.

S. Ambr. l. 2. de Interpell. Job c. 2.

2. Apostolus Philippenses ita aliquando exhortatus fuisse legitur: *Ut sitis sine querela, & simplices filij Dei, sine reprehensione in medio nationis pravæ & perversæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo.* Admirabilis sanè loquendi modus; Quæ enim inter illos qui in medio nationis perversæ tamquam filij Dei vivunt, nec non inter luminaria cœlestia est proportio? Juxta Discursus undecimi probationem in tractatu præsenti, illi qui bonum pro malo reddunt, injuriasque beneficijs compensant, vere adoptivi sunt filij Dei: virtusque horum perversos inter & malos, instar cœlestium planetarum illos relucere facit. Unde S. Augustinus pulcherrimam hanc observationem instituit, dicens: *Quomodo vides luminaria cum tota patientia dirigere cursus suos, & non curare quæ in se dicant homines, sic & tu non cures quidquid tibi fecerit caro.* Quot equidem sunt qui Soli, Lunæ, Stellis, Sphæriſve maledicunt cœlestibus; quot Planetis nomina attribuerunt hominum vitioſorum & sceleratorum, v. g. Jovis, Martis Mercurij, Veneris, & nihilominus benignos influxus suos

Probatur exemplo Planetarum.

Proponitur ad hoc exemplum Christi.

S. Ambr. l. 5. in Luc. c. 16.

S. Aug. de SS. serm. 4. c. 2.

S. August. in Psalm. 93.

suos impartialiter impertiri non dedignantur, etiam sibi injuriosis, ex dispositione scilicet ejus, qui *Solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super justos & injustos.*

Matth. 5. v. 45.

3. Hæc autem præventio, redditioque boni pro malo, inimicum plerumque in amicum convertit, quemadmodum patet in Saüle, qui licet Davidem usque ad mortem persequi non cessaret; hic tamen cum aliquando in propriæ vitæ defensionem eum perimere posset, nequaquam id attentare præsumpsit, quin & furorem repressit Abisai, qui audacter dicebat: *Ergo percutiam eum lancea in terra, semel.* Evigilans igitur Saül & ex cratere & lancea sublata, beneficium immensum condonatæ sibi vitæ suæ agnoscens, vocem elevavit, dicens: *Peccavi, revertere fili mi David, nequaquam ultra tibi malefaciam, . . . apparet enim quod stulte egerim, & ignoraverim.* Ex quibus verbis patet, quod mansuetudo Davidis Saülem ex persecutore patrem effecerit, siquidem ait: *Revertere fili mi David*; quin insuper tantæ fuit efficaciæ, ut Saülem ad impietatem & ingratitudinem suam confitendam, detestandamque stultitiam suam, & firma stabilienda proposita, quod numquam eum amplius persequi, sed imposterum semper loco filij habere vellet, promovit, cum tamen constet, quod Principes numquam se erraſſe videri velint, sed suos potius semper tueantur defectus; unde D. Chrysostomus de Saüle tractans ait: *Assentia uno deposito alium sanpsit; ejecta enim ex animo ira, benevolentiam ac miserationem suscepit; ex homicida patrem fecit, ex lupo ovem.* *Quid est gloriosius*, inquit Seneca, *quam iram amicitiâ commutare? Quos populus Romanus fideliores habet socios, quam quos habuit pertinacissimos hostes? quod hodie esset imperium, nisi salubris providentia victos miscuisset victoribus?* Paulò autem ante idem Philosophus præmiserat, dicens: *Illud quoque occurrat, quantum commendationis nobis allatura sit clementiæ fama, & quam multos venia amicos utiles fecerit.* Cum enim inimicus, qui siniſtris actionibus suis & offensis plurimum apud nos ante demeruit bonis moribus nostris devictus confundi incipit, ut plurimum odium in amorem transmutat. Hinc S. Ambrosius ait: *Sæpe maximæ causæ amoris existunt, compatientia insolentiæ, gratia refertur injuriæ.*

1. Reg. 26. v. 8.

Ibid. v. 21.

Patet in Saül & Davide.

D. Chrysost. t. 6. h. 18.

Senec. l. 3. de ira c. 34.

Chrysost. loc. cit.

4. Aliâ quâdam vice eumdem Saül in spelunca Odolla in sua habens potestate, postquam eum egregiè adversus militum suorum iram atque furorem, defendiſſet, tandem periculo ereptus Saül, cum persecutionem adeo infensam tanto beneficio compensatam vidiſſet, se continere non potuit, quin pariter exclamaret, dicens: *Numquid vox hæc tua est, fili mi David? & levavit Saül vocem suam, & flevit, dixitque ad David: Justior tu es quam ego, tu enim tribuisti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala.* Ubi D. Chrysostomus observat, quod licet David suas sanguine Regio nullatenus voluerit inficere manus, nihilominus honoratam de eo sumere potuiſſet vindictam, v. g. immensa à se illi præstita beneficia ob oculos illi statuendo. Videlicet quod in capite ejus Regium firmaſset diadema, sæpiusque ab eo spiritum propulsaſſet malignum, quod nobiliſſimas pro eo reportaſſet victorias, veruntamen ne hanc quidem voluit sumere vindictæ speciem. *Et tu ergo si quando in manus inimicum tuum nactus fueris*, inquit D. Chrysost. *ne hoc cogites, ut ipsum ulciſcens, & insanitis contumelijs afficiens, ejiciat, sed ut ipsum cures, ut ad mansuetudinem ipsum adducas, nec prius omnia facere & dicere desistas, donec crudelitatem ipsius benivolentiæ superes.* Idque Sanctus ille Davidis exemplo à nobis faciendum esse subjungit, inquiens: *Dum hostem contra salutem suam armari videret; non modo non efferatus est, sed magis etiam ei condoluit; & quo majores insidias ei struxit, tanto magis ipsum deflevit, nec ante desitit omnia facere, donec ipsum quoque cum fletu & lachrymis ad exculationem excitaret.* Tandemque concludit, dicens: *Quid Davide beatius? qui brevi temporis momento ita inimicum transformavit, & animam sanguinis & cædi sitientem nactus in lacrymas & ululatus repente conjecit? non ita Moysen admiror, quod ex præruptæ petræ aquarum fontes eduxerit, quam illum suspicio, quod ex talibus oculis scatebras deduxerit lacrymarum.*

1. Reg. 24. v. 17.

D. Chrysost. T. 6. Eclog. de mansuet.

5. S. Augustinus fructum orationis, quam Redemptor in patibulo pro suis profudit perfecutoribus, accuratius ponderans, ita quoque ad præsens discurrit intentum: *Quando in cruce pendens orabat, videbat & prævidebat omnes inimicos, sed multos ex illis futuros amicos prævidebat, & ideo veniam omnibus postulabat; illi sæviebant, & ille orabat. Illi dicebant Pilato crucifige, ille clamabat pater ignosce. In asperis clavis pendebat, sed lenitatem non amittebat, illis jam petebat veniam, à quibus tantum acciperebat injuriam. Illi sæviebant, illi circumlatrabant, illi insultando caput agitabant quod sanum non habebant, quia caput quod est Christus non habebant, & quasi in uno summo Medico, in medio constituto, Phrænetici circumquaque sæviebant. Pendebat ille, & sanabat. Pater*, inquit, *ignosce illis; Attendite fratres, magna pietas pendebat, & tamen petebat & non descendebat, quia de sanguine suo medicamentum Phrænetici faciebat. Denique post resurrectionem sanavit, quos pendens insanissimos toleravit, & sanguinem quem fuderunt sævientes, biberunt credentes, & facti sunt sequentes, qui erant persequentes.* Tandemque ita ad nostrum concludit propositum, dicens: *Ecce quare venit Christus, ut diligendo sævientes inimicos, faceret credentes amicos.*

Expenditur oratio Christi, pendentis in cruce, pro inimicis. S. Aug. de SS. serm. 4. c. 2.

6. Supremus Legislator tale quondam populo suo legitur dedisse mandatum: *Si occurreris bovi inimici tui, aut asino erranti, reduc ad eum. Si videris asinum odientis te jacere sub onere, non pertransibis, sed sublevabis cum eo,* quod præceptum ut Deus summæ illi curæ esse ostenderet, in Deuteronomio iterum fusè repetivit: *Sed numquid de bobus cura est Deo?* ut cum Apostolo loquar; *an propter nos utique hoc dicit? nam propter nos scripta sunt.* Sine dubio Deus ad has de bove & asino sublevando præscribendas leges, nequaquam descendit, absque mysterio magno, & utilitate nostra; circa quem proinde Textum quid S. Isid. Peluſ. senserit, audiamus: *Si tu in hujusce oraculi penetrale oculorum aciem intendere nequis, ego tibi illud interpretari,* inquit ille, *ac Legislatoris mentem explicare conabor. Non enim quod animantis curatanopere tangeretur, sed ipsorum, præsertim hominum causa, hanc legem tulit. Nam inimicus ad prolapsum animum erigendum accedens, inimicum omnino alloquetur, ac dicet: Tu istinc erige: Ego hinc. Colloquium porro reconciliationis præludium est, ac via ad amicitiam ducens. Qui beneficio affectus est, nisi sensu magis quam lapides privatus sit, ei à quo beneficia acceperit, par pari referre curabit. Alter vero beneficus audiens inimicum, non amplius eo nomine desinet.*

Exod. 23. 4. Quo tendat præceptū Dei de reducendo bove errante, & sublevando Asino inimici.

Deut. 22. v. 1

1. Cor. 9. v. 9.

S. Isid. Peluſ. l. 3. Ep. 389.

7. Porro insignis quædam historia Evangelica, qualiter mansuetudo erga inimicos exercita eos placet, reconciliet, amicitiamq; stringat, aperte docet, per S. Lucæ commemorata, qui S. Evangelista refert, qualiter dum vice quadam Salvator noster Jerosolymam properaret, aliquotq; suorum eum in finem ante se ablegaſſet in Samariam, accidit ut ei urbem intrare volenti, portas occluſerint: *Et non receperunt eum, quia facies ejus erat euntis in Jerusalem: Cum vidiſſent autem discipuli ejus Jacobus & Joannes, dixerunt: Domine, vis dicimus ut ignis descendat de cælo, & consumat illos? Et conversus increpavit illos dicens: Ne scitis cujus spiritus estis: Filius hominis non venit animas perdere, sed salvare.* Scio equidem quid mihi dicturi sitis, mirum esse quod Christus ita discipulis suis respondere, illudque ab ijs practicari voluerit, quod alibi dixerat, scilicet: *Discite à me, quia mitis sum,* &c. cum tamen duobus hisce fratribus Jacobo & Joanni indignatus fuerit, dicente Scriptura: *Et conversus increpavit illos?* facilis ad hæc est responsio, scilicet, quod Christus ideo hisce discipulis indignatus iratusq; fuerit, quia ipsum ad vindictam provocare, & ne mansuetudinem suam exerceret, impedire satagebant: hæc autem indignatio magnæ est virtutis, summi meriti, atq; imitationem nostram meretur. Verumtamen ut ad Historiam redeamus, quinam tandem summæ hujus Christi cum Samaritanis usitatæ benignitatis fuere effectus? Nimirum Judæi, qui Omnipotentiam Christi, in tot tantisque experti fuerant miraculis, qui super naturalem ejus in tot prædicationibus suis agnoverant sapientiam, summamq; beneficentiam illius, in tot didicerant gratijs & beneficijs sibi collatis, semper nihilominus increduli, contumaces, rebellesque manserunt; Samaritani autem tantæ Christi mansuetudinis memores, in dissimulandis offensis sibi illatis, imo videntes quod injurias tanta compensaret charitate, qualem in impudicæ illius mulieris Samaritanæ conversione demonstrarat; *Multi crediderunt in eum;* nam ut Scriptura dicit: *Cum venissent ad illum Samaritani, rogaverunt eum, ut ibi maneret, & mansit ibi duos dies, Et multo plures crediderunt in eum, propter sermonem ejus; Et mulieri dicebant: Quia jam non propter tuam loquelam credimus, ipsi enim audivimus & scimus, quia hic est vere Salvator mundi.* Imo post crucifixionem Christi, quando multo tempore plurimi Palæstinæ incolæ fidè in Christum pertinaciter distulere, nuncius ad Apostolos venit, dicens, quod Samaritani verbum divinum ultro citroque admitterent: *Cum audiſſent Apostoli, qui erant Jerosolymis, quod recepiſſet Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum & Joannem, qui cum venissent, orabant pro ipsis, ut accipe-*

Christus increpavit Jacobum & Joannē quod ipsius mansuetudinem impedire voluerint.

Luc. 9. v. 53.

Ibid. v. 54.

Ibid. v. 55.

Ibid. v. 56.

Matth. 11. v. 29.

Quis fuerit affectus benignitatis Christi erga Samaritanos.

Joan. 4. v. 39.

Ibid. v. 40.

Ibid. v. 41.

Ibid. v. 42.

Act. 8. v. 14.

acciperent Spiritum Sanctum. Quod universum bonum S.Ambr. mitissimæ Christi benignitati adscribere non dubitat,inquiens : *Quod discipulus incœpavit,quia ignem super eos descendere gestiebant , qui non receperant Christum ; Ostenditur nobis, non semper in eos qui peccaverunt, vindicandum ; Quia nonnumquam prodest tibi clementia ad patientiam , lapso ad correptionem. Denique Samaritani citius crediderunt, à quibus hoc loco ignis arcetur.*

S.Ambr. l.1. in Luc.

8. Quot quantasque injurias sanctissimo Episcopo suo non intulit Britius, innumerabilibus eum maxima cum petulantia onerando improperijs ? & nihilominus Martyrologium Romanum ejusdem commemorationem facit 13.Novembris , duobus post festum S. Martini diebus , eumque nobis catalogo adscriptum repræsentat Sanctorum,& Successorem in Episcopatu ejusdem S.Martini, qui eum patientia & invicta mansuetudine sua lucratus est. Hinc S.Augustinus , postquam ostendisset , quod Deus sæpius hominum improborum opera ad exercendas justorum virtutes utatur,subjungit dicens : *Utinam ergo , qui nos modo exercent,convertantur,& nobiscum exerceantur ; tamen quamdiu ita sunt,ut exerceant nos , non eos oderimus,quia in eo quod malus est quis eorum,utrum usque in finem perseveraturus sit,ignoramus. Et plerumque cum tibi videris odisse inimicum, fratrem odisti & necasti.*

S. Martinus Britium sibi injuriantem patientia vicit,& sanctū effecit.

S. Augusti. in Psalm. 54.

9. Verumenimvero sufficientibus necdum Samaritanos laudibus extulimus,adeoque in favorem eorum notandum insuper,quod se versus Redemptorem suum adeo gratos, dociles , & obsequiosos reddiderint , in virtute exercitæ circa eos benignitatis, ut inter decem leprosos unicus dumtaxat, qui Samaritanus erat,redierit , gratias acturus Domino. Iterum qui erga illum, qui ad mortem vulneratus & à latronibus spoliatus fuerat , se benignum exhibuit Samaritanus erat. Quis autem S.Joanni, quando infinuatam cœlestis Magistri sui injuriam,igne cœlesti vindicare fatagebat,prædicere præsumpsisset,dicendo : Scias te infra breve tempus , huc amandandum esse , non quidem ut populos illos igne conficias elementari, sed flamma accendas Spiritus S. ac plenitudine locupletes gratiarum donorumque divinorum (*Orayerunt pro ipsis , ut acciperent Spiritum S.*) Quis inquam hoc Joanni prophetizare præsumpsisset ? Jure igitur merito S.Augustinus : *Ecce quare Dominus dicit : Diligite inimicos vestros , quia diligendo inimicum, facis amicum.*

Gratitudo Samaritanorum erga Christum propter ipsius benignitatē. Luc. 17. 13.

Luc. 10. 33.

S. Aug ser. 4. de SS.

10. Accidit quandoque, ut industrius sculptor lignum in terra offendat,igni destinatum,rude,durum , deforme,ad nihilum deserviens, præterquam ad ignem , & nihilominus arte & industria sua,licet post multos labores & dies , tandem formam ex eo educit crucifixi aut aliam Sancti cujuspiam statuam , quæ super altare cultui & adorationi exponitur fidelium. Ecce vobis præsentissimum *in terminis* casum ; Ita namque sæpe eram multis vindicativis , sanguinarijs,in odia & homicidia exardescentibus contingere solet , si enim homines virtute & perfectione pollentes,ejusmodi scelerates supportarint,ijs benefecerint & erudierint,tandem emendantur,facti pœnitent,mores immutant,& sancti evadunt. Id quod ex sequenti vobis planissimum fiet æterna memoria digno exemplo,quod circa quemdam S.Columbani Abbatis discipulum, tantique Patris dignum Filium accidisse scribitur in hæc verba : *Agilius Monachus , Columbani Abbatis discipulus , cum manum arefactam ei, qui se in itinere educto gladio ferire voluerat , similati restituisset , Theodoricum Regem, ad quem ibat,Abbati suo Columbano iratum , antequam audisset , fama miraculi præveniente placavit , ita ut quem ille dudum de Monasterio expulerat, protinus revocaret. Igitur in Agilio benignæ patientiæ virtus manum alterius male affectam sanavit, Regis iram mollivit. Abbatem in gratiam redaxit, qui si pro inimico orare neglexisset , nihil horum procul dubio efficere potuisset.*

Pulchrum simile.

Liv. 5 c.8. Probatur etiam exemplo.

DISCURSUS XX.

ARGUMENTUM.

Magni meriti vindicta est,qua vincitur , confunditur , & comparatur inimicus , quando ei bonum pro malo redditur.

THEMA.

Si esurierit inimicus tuus , ciba illum ; si sitit , potum da illi ; hoc enim faciens , carbones ignis congeres super caput ejus. Rom.12. ỳ.20.

1. A Postolus Paulus in Epistola ad Romanos alia inter salubrima Documenta, singulariter eos

Bonum pro malo semper reddendum est.

ad pacem & concordiam reciprocam , nec non ad detestandum cujuscumque injuriæ & vindictæ appetitum exhortatur, dicens : *Nulli malum pro malo reddentes , providentes bona , non tantum coram Deo , sed etiam coram omnibus hominibus : Si fieri potest,quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes: Non vosmetipsos defendentes charissimi , sed date locum iræ , scriptum est enim : Mihi vindicta,& ego retribuam.*Quibus præmissis,hæc immediate subjungit verba : *Sed si esurierit,*&c. Et prima quidem facie , per hunc loquendi modum, ad vindictam extimulari videmur , quandoquidem superaddit dicens : *Carbones ignis congeres super caput ejus.* Aft huic sensui aperte contradicit id quod immediate sequitur,scilicet:*Noli vinci à malo, sed vince in bono malum.* Ubi S.Augustinus ad mysterium , qualiter scilicet super adversarij nostri caput, quando cibatur,carbones igneos congeramus , subtiliter recurrens ait : *Caput in homine sensus rationalis intelligitur , qui sensus , cum à fervore charitatis recedens , faltus fuerit frigidus ; unde scriptum est : quia abundavit iniquitas, refrigescet charitas multorum, necesse est , ut quod obest saluti, contrarium sapiat, ut cui deberet esse amicus,inimicus existat. Ad sanandum ergo talem phreneticum,homines sanctos , & charitatis igne succensos hortatur Spiritus sanctus dicens : Carbones ignis congeres super caput ejus : cum enim inimico tuo pio animo frequentius beneficeris , quamlibet sit impius , & crudelis , barbarus & cruentus , tamen tandem aliquando erubescit & dolet, & pœnitere incipit , quod admisit , nam cum pœnitentiam cœperit agere , sensus rationalis , hoc est , caput ipsius incipit charitatis igne succendi , & quia prius quasi frigidus & phreneticus contra te consueverat iracundiam retinere, spirituali calore, de tua bonitate succensus, incipit toto corde diligere.*

Rom.12. v.17.

Ibid. v.18.

Ibid. v.19.

Ibid. v.20.

Ibid. v.21. Quomodo carbones ignis super eos put inimici congerete possimus. S. Aug. serm. 168. de temp.

2. S.Anselmus per hos carbones ardentes beneficia intelligit , per quæ non tam benefacimus inimicis , quam eos superamus , & lucramur, efficiendo, ut de injurijs nobis illatis pœniteant : *Carbones ignis congeres super caput ejus* , inquit , *id est , accumulabis super mentem ejus carbones ignis , id est ferventes & urentes pœnitentiæ dolores. Beneficijs enim tuis victus, dolebit se injurias tibi fecisse , à quo bona recipit , & convertetur ad pœnitentiam , sicque lucraberis eum Christo.* D. Chrysostomus pariter in quodam sermone , in expositionem hujus Textus latius diffunditur, dum hoc præceptum observandum esse dicit , eo quod nobis sit utile & valde salutare : *Præclarum* inquit , *mandatum est , ac tum agenti , tum patienti peruile : si esurierit inimicus tuus , ciba illum , si sitit , potum da illi ;* Quia & inimicus proximus tuus est, ac proinde ei in necessitate extrema posito , victum & sustentationem , ad conservandam ejus vitam subministrare tenemur; si secus enim fecerimus, verificabitur in nobis illud S.Ambrosij : *Si non pavisti, occidisti.* Verba verò sequentia majorem in se continent difficultatem ; scilicet : *Hoc enim faciens,carbones,*&c. nam ut idem S. Doctor ait : *Minime videtur cum ejus, qui priora dixit , sententia convenire ; Quidnam vero illud est ? quod dicat hoc autem faciens carbones ignis congeres super caput ejus ? His enim verbis, & cum qui agit , & eum qui patitur , afficit injuria, cum ipsius caput exurat , & ignis carbones imponat (quod enim tantum bonum obveniat ex eo quod cibetur , & potetur , quantum malum ex accumulatione carbonum ?) Itaque illum qui beneficio afficitur, inquit , hoc pacto afficit injuria, cum in majus supplicium illum conficiat , cum vero qui beneficium contulit , alio rursus modo ladit. Quid enim referre lucri potest ex eo , quod de inimico benemereatur , cum illud ipse supplicij faciat ? Nam qui idcirco cibat , vel potat inimicum, ut in caput ejus carbones congerat , non benignus , & clemens , sed crudelis , & immitis dicendus est , qui per exiguum beneficium , supplicium immensum inferat. Quid enim asperius fieri potest eo, qui properes naviat , ut in caput ejus , qui nutritur , congerat carbones ignis ?* Tandem vero ad propositas difficultates diffuse respondens hunc illius Textus dicit esse sensum : *Noverat hoc probe magnus ac generosus ille vir,vem gravem ac molestam esse celeriter cum inimico reconciliari , grave ac molestum non ex sua natura, sed ob nostram ignaviam ; At ipse non reconciliari tantum jussit , sed etiam alere , quod priori multo gravius fuit. Si enim conspectis tantum illis, qui se molestia affecerint , efferantur nonnulli , quo pacto adducerentur , ut alerent esurientes.* Paulò post vero sequentem adducit piscatoris similitudinem , hamum quo piscis capitur esca cooperientis : *Quemadmodum enim piscator hamum illecebra contegit undique , tamquam piscibus*

S. Ambr.

S. Anſel. ibid. Aliæ diversorum explicationes carbonibus ignitis.

D. Chryſoſt. t. 5. ſerm. 16.

Simile piscatoris.

bus objicit , ut ad consuetum cibum accurrentes , illo facile capiantur , ac detineantur , sic nimirum & Paulus eum affectum injuria vellet ad beneficium conferendum incitare , in illum qui injuriam intulerat , non nudum Philosophiæ vel patientiæ objicit hamum , sed tamquam illecebra quadam carbonibus ignis objectum , & contumeliam passim spe supplicij ad beneficium eum conferendum qui læsit , invitat. In progressu vero sermonis hæc verba subjungit : *His propemodum verbis illum affatur ; Non vis pietatis causa cibare illum , qui te læsit ? Saltem ob spem ultionis ciba : scit enim fore , ut si beneficium in illum conferre aggrediatur , jam tum imitum fiat, ac via sternatur reconciliationi. Nemo enim , nemo umquam poterit à se nutritum hominem ac potatum infestum habere , licet initio spe ultionis id fecerit.* S.Ambrosius super hæc verba aliam habet expositionem , à Divi Chrysostomi explicatione diversam ; Dicit enim : *Non nudam vindictam Deo reservari debere ostendit , sed & beneficia dari inimicis , ut vere ostendamus , non meritis nostris habere nos inimicos , quos ut ab inimicitijs desinant , obsequijs vincere nitimur. Qui si in inimicitijs perduraverint , impietate mentis suæ , nostra obsequia proficient illis ad pœnam , aut certe obsequiorum nostrorum sedulitate compuncti velati carbones mortui reviviscent.* S. Hieronymus priora verba interpretando sensum illorum litteraliter his verbis declarat, inquiens:*Noli illi negare,quod Deus nulli negat ; hoc enim faciens,carbones,* &c. *Ut cum sibi carbones intellexerit per suam indebitam misericordiam congregari , excutiat eos , hoc est, convertatur , & diligat te , quem habuerat aliquando perosum.* Paulò post vero subdit : *Cibando inimicum & potando eum , ad pacem vel conciliationem provocamus , ut si ille in malitia persteterit , ignem suo congerat capiti.*

S. Ambr. ibid.

S. Hier. ibid.

Inimicos non solum corporaliter sed etiam spiritualiter cibare debemus.

3. Idem quoque S. Hieronymus verba considerat Sapientis c.25. Prov. Unde S.Paulus suam eruit doctrinam , dictumque textum etiam de corporalibus simul ac spiritualibus alimentis intelligi posse probat , inquiens:*Non de incendijs pœnarum dicit,neque enim docet Sapientia,ut bona faciendo inimico perditionis ejus causam ministrares , sed per prunas super caput ejus ardorem charitatis in corde ejus significat; sit enim nonnumquam , ut inimicus crebris victus beneficijs , odiorum rigore emollito, calorem in mentem charitatis excipiat, ac de inimico amicus fieri,& eum quem injuste odet ti, redamare incipiat.* S.Anselmus nihilominus hanc aliam super prædicta verba (*Carbones ignis congeres* , &c.) instituit contemplationem , dicens : *Id est charitatem , igne S. Spiritus ferventem congeres super cor ejus : hoc est dicere : Sicut carbones ardentes incendunt corpus , super quod congerantur, sic bona facta tua , inflammabunt ad dilectionem cor ejus,qui te persequebatur , sicque ad fervorem S. Spiritus exemplo tuo provocabis eum ut bene agat.*

S. Anſel. ibid.

4. Nulla potest dari vindicta honorificentior , nec Deo gratior, quam si quis inimico suo benefaciat,hoc enim est proprie , quod S.Paulus post verba proposita dicere voluit,dum ait : *Vince in bono malum.* D.Chrysostomus in homil. quadam *de ira & furore* , interrogat : *Accepisti injuriam, & eum qui intulit ulcisci capis ? beneficijs eum affice,& ultus es.* In procinctu erat, ut Samaria à validissimo Regis Syriæ exercitu intercipereturr ; Eliseus autem per donum Prophetiæ occulta cordium penetrando , omnia inimici consilia revelabat , unde Rex indignatus quasdam militiæ suæ copias ad eum misit , ut illum vinctum adducerent, eoque fine Dothaim obsidione cinxerunt : *Hostes descenderunt ad eum.* At vero quonam modio S. Dei Propheta hoc evasit periculum ? *Porro Elisæus orazit ad Dominum dicens : Percute obsecro gentem hanc cecitate ; percussitque eos Dominus, ne viderent , juxta verbum Elisæi. Dixit autem ad eos Elisæus, non est hæc via, neque ista est civitas, sequimini me,& ostendam vobis virum,quem quæritis. Duxit ergo eos in Samariam.* Quid vobis de hoc Elisæi facinore videtur ? num forte Elisæum hunc in finem inimicum suum in Samariam duxisse existimatis , ut de illis sumat vindictam ? Nequaquam , quin potius suspendatis hac in re vestrum judicium , contrarium enim ex sequentibus intelligetis. Cum enim Rex Israël Elisæum interrogasset , dicens : *Numquid percutiam eos , Pater mi* , Elisæus se illi oppositit, dicendo : *Non percuties : neque enim cepisti eos gladio & arcu tuo, ut percutias, sed pone panem & aquam coram eis,ut comedant, & bibant,& vadant ad Dominum suum ; Appositaque est eis ciborum magna præparatio , & comederunt , & biberunt , & dimisit eos.* Cui beneficentiæ adeo se agnoverunt esse obstrictos, videntes bonum sibi pro malo reddi ; ut facer textus subjungat : *Ultra non venerunt latrones Syriæ in terram Israël,* idque ut Lyranus exponit : *Ex gratitudine beneficij sibi collati ab Elisæo.* Hic enim ut Glosia ait: *Malait hostem servare quam perdere , quia decorum foret, hosti parcere , & adversario donare ultionem.* D.Chrysostomus observat Elisæum primum fuisse,qui nos bonum pro malo inimicis reddere docuit : *Docuit prior inimicis faveri,docuit primus hostibus parci , docuit adversarijs pro pœna epulas exhiberi.* Author operis imperfecti super illa verba: *Benefacite his,qui oderunt vos,* ita scribit : *Ideo jubet nos benefacere inimicis , ut eorum odia nostris beneficijs,compescantur,si enim dando & accipiendo amicitia nascitur, quæ non erat prius, consequenter & odium , & omnis inimicitia , beneficiorum assiduitate compescitur. Ergo benefacite obedientibus,ut ex vestra benevolentia ipsi se judicent,qui insuste vos oderunt.* In Annalibus Ecclesiasticis legitur , quod cum Theodosius Imperator Catholicis sacra templa restituisset , quæ Arriani quadraginta annorum spatio sub sectæ suæ Imperatoribus profanaverant , sanctoque Gregorio Nazianzeno Ecclesiam consignasset majorem , atque ad eumdem à furore sacrilegorum hæreticorum,defendendum multis septum custodibus per plateas deduxisset , ipsi se nihil efficere posse videntes , fremendo & seditionem excitando , tanto crudelius sævire cœperunt , in ejusque mortem per sequens stratagema conspirarunt. Nimirum traditorem quemdam ad eum miserunt , qui ei ob corporis indispositionem lecto attento necem inferret,hic autem ad eum introductus non solum illum vulnerare non potuit , verum etiam ad pedes ejus se prosternens,multis cum lachrymis veniam ab eo petiit simulque finem aperuit , ob quem ab Arrianis subordinatus ad eum missus fuisset;Sanctus igitur Præsul petitam ab eo veniam prompte eidem offerens , aliud ab eo non postulavit, nisi ut hæresim dimitteret. Quod facerdotalis mansuetudinis exemplum , per Constantinopolim divulgatum , exasperatos hæreticorum animos adeo mitigavit,ut deinceps erga illum optime affecti manserint & devoti.

Rom.12. 21. D.Chryſoſt. t.6. h.20. Benefacere hostibus suis, est honorificentissima Vindicta , Deoque gratissima.

4. Reg. 6. v.17. Pater in exemplo Elisæi.

4.Reg.6.23. Lyran. ibid. Gloss. ibid. Quodnam bonum provenerit inde Israëlitis. D.Chryſoſt. in gloss. cit. Auth. Imp. hom. 13.

Bar. ann. 386. num. 10. Exemplum insigne S. Gregorij Nazianzeni.

5. S. Hieronymus consilium Salvatoris considerans , quo percutienti sinistram maxillam,dexteram quoque porrigi suasit, inquiens : *Si te percutit inimicus,tu ei præbe & alteram maxillam,* ita scribit : *Si tibi ille malefacit,tu illi fac bene ; si enim hoc feceris,carbones ignis congeres super caput ejus. Quod dicit hoc est ; mundabis cum à peccato,vincitur enim crudelitas illius patientia tua. Si sagittam dirigas in lapidem , & lapis durus fuerit,non solum non infigitur , sed resilit, sic inimicus tuus, si te percusserit,& repercussus non fuerit , patientia tua superatus ad meliora convertitur.* De quodam magnæ virtutis Episcopo legitur : Quod cum à quodam subdito suo , sacerdote discolo , qui pessimam habebat linguam , vitamque agebat licentiosam, calumniatus & gravem injuriam passus fuisset, die quadam eidem ad se in secreto accersito omnium scelerum suorum sigillatim expressorum processum prælegerit , simulque singula quæ contra eum machinatus fuerat speciatim recensuerit , ac demum interrogarit : quodnam putas me tibi pro omnibus hisce injurijs inferre velle supplicium ? moxque in amplexus illius & osculа proruens his eum est verbis affatus : deinceps bene erga me affectus vitam sacerdote dignam agere contendas ; quibus auditis & visis discolus sacerdos ille ad pedes Episcopi prostratus veniam poposcit, tantæque beneficentiæ indissolubilibus catenis vinctus , non solum vitam & mores emendavit , verum insuper beneficum pastorem suum , coram omnibus & singulis , tamquam virum integerrimum verèque sanctum præconizavit. S. Thomas de Villa Nova in sermone quodam ait : *Tolle malitiam à fratre , & non te persequetur , non tibi male faciet ; sed quomodo ? Ciba illum, dicit Apostolus, hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput ejus ; accendetur charitas, & destruetur malitia,& cessabit inimicitia,& erit frater, quem inimicum putabas. Noli vinci à malo,sed vince in bono malum, ut ait Apostolus. Certamen enim est magnum inter fratris malitiam,& tuam bonitatem , certa viriliter, ut beneficijs vincas illum, qui te aggreditur incommodis , grandis enim tibi gloria est , si in hoc certamine victor evaseris,& grandis est confusio, si superatus fueris;* quid enim perfecutori nostro, dum beneficijs se cumulari videt ab eo,à quo severissimam merebatur vindictam , aliud supereſt , quam ut ob malitiam suam confundatur,pœniteatque, se homini virtute & merito conspicuo intulisse injuriam ? *O quanta gloria,* inquit idem S.Thomas, *coram*

S. Hieron. in Psalm. 92. Percutienti maxillam , præbenda est altera.

Præclarum exemplum cujusdam virtuosi Episcopi.

S. Th. à Villa ſerm. in fer. 6. Ciner. Quomodo lucrari possimus inimicū.

Ibid.

Deo, & hominibus, & coram ipsis inimicis, videre illam confusionem, verecundantem, non audentem aspicere, & attollere oculos ad faciem tuam, dolentem quod tam bonum hominem perfecatus fuerit.

6. Idem quoque punctum S. Bernardinus his verbis tangit: *Nulla honestior vindicta de hoste sumi potest, quam indulgentia liberalis, proinde etiam paganus Seneca de quatuor virtutibus ait: Scio magnum vindictæ esse genus, posse ignoscere.* Idem quoque Sanctus in progressu ejusdem sermonis, verum nos modum docet bonam & dignam de inimicis sumendi vindictam; dicit enim: *Triplex offensæ genus potest homini irrogari, cordis, oris, operis; corde odiendo, mala desiderando. Ore, detrahendo, infamando. Opere, offendendo animam, personam, substantiam. Vis de omnibus his honestissimam sumere vindictam? Vis quod nil relinquatur inultum? ignosce liberaliter, corde, ore, & opere. Si odit te corde, dilige eum amoroso corde. Si nocuit tibi ore, in his, in quibus licitum est, landa illum; ore, devotam orationem ad Deum pro eo funde; si vero opere te aut tuos plurimum læsit, aliquod servitium, vel beneficium illi impende. O vindicatio benedicta, & omni pietate & honestate præstupa; & sibi bene conscia, proximo pacifica, atque Deo summo grata.* Legatis velim in cap. 26. Gen. injurias & molestias ab Isaac in Gerari receptas; simulque eum sacro Chronista teste bonum reddidisse pro malo invenietis: *Vicit in bono malum, quia fecit eis convivium.* Ac proinde D. Chrysostomus ait: *Quæ ab eo facta sunt, non solum mansuetudinem justi indicabant, sed & præcepta Christi, suis illam operibus implere ostendebant, nam id quod Christus discipulis suis præcipiens, & admonens dicebat, ne solos diligentes diligerent, sed & inimicis charitatem exhiberent, hoc ille nunc multo antea implebat, & tanta hospitalitate tractabat eos, qui tanto odio ipsum prosecuti fuerant, omnemque vindictæ cupiditatem animo excludebat. Qua igitur venia nos digni erimus, qui post gratiam, & tantam doctrinam, & Salvatoris præcepta, neque ad hujus justi mensuram pervenire valeamus?* Verum enimvero quisnam fuit fructus, quem Isaac ex hac sua mansuetudine percepit? nimirum confœderatio, unio, & stricta amicitia, quam cum ipso firmiter inierunt: *Juraverunt sibi mutuo, dimisitque eos Isaac pacifick in locum suum.*

Verus & bonus modus se vindicandi de hoste.

S. Bern. tom. 2 ser. 50. a. 2. c. 2.

Hoc practicavit Isaac. Gen. 26. 30.

D. Chrys. h. 32. in Gen.

Ibid. v. 31.

7. Memorabilis profecto est, huicque proposito apte inservit consuetudo illa, qua S. Elisabetha Regis Pannoniæ filia multos sibi & Deo lucrata fuit: *Postquam enim amisso viro, distractisque fortunis, Deo in paupertate servire cæpisset, sorte per semitam pergens hinc inde lacunosis silicibus voraginosam, notæ cuidam fœminæ, & in quam non pauca quondam beneficia contulerat, facta est obvia; quæ contemptim admodum superbeque occurrens, ipsam quam antea coluerat, observaveratque hanc per injuriam adverso impulsam latere evertit in lutum, atque præterijt. Multo ergo detorpata cœno Christi ancilla, nihil indignationis præ se tulit, sed tacita tantum subrisit, gaudens se ab hominibus despici, ut placeret Deo.* Nimirum obsecuta est aureæ illi Senecæ sententiæ dicentis: *Irascetur aliquis? tu contra beneficijs provoca. Cadit statim simultas, ab altera parte deserta, nisi par non pugnat.*

Memorabile exemplum S. Elisabeth. M. Marul. c. 2. de patient. juxt.

Sen. l. 2. de ira c. 34.

DISCURSUS XXI.

ARGUMENTUM.

Inimici saluti nostræ cooperantur, efficiendo, ut irreprehensibiliter vivamus, vel per vitæ emendationem, vel per obtentam à Deo, propter exhibitam inimicis veniam & dilectionem, peccatorum nostrorum remissionem.

THEMA.

Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos, Luc. 1. ℣. 71.

Dilectio inimicorũ nobis ipsis plurimũ prodest. *Auth. Imp. hom.* 13.

1. AUthor operis imperfecti Christum inimicorum dilectionem, non tam propter eorum, quam ob nostram utilitatem, nobis præscripsisse existimat, dicens: *Puto quod Christus non tantum pro inimicis nostris illa mandavit, quantum pro nobis, non quia illi digni sunt, ut diligantur ab aliquo, sed quia non scimus nos digni, ut aliquem odiamus.* Enimvero igitur conabor in discursu præsenti, & probare, quod præcepti hujus adimpletio, modo ob fines debitos & cum circumstantijs convenientibus fiat, nobis utilissima sit, æternæque saluti nostræ mirabiliter cooperetur, juxta citata illa verba: *Salutem ex inimicis nostris &c.* & in primis quidem Plutarchus in libro, cui titulus est (*de utilitate capienda ab inimicis*) ita ad nostram scribit instructionem: *Recte dictum est ab Antisthene Philosopho, ad tuendam salutem opus esse, aut ingenuis amicis, aut acribus inimicis, propterea quod illi, dum admonent peccantes; hi, dum maledicunt, revocant à vitijs; sed quia ad libere admonendum pene vocem amisit amicitia, superest, ut ab inimicis veritatem audiamus.*

Plut. l. de ut. cap. ex tuendam salutem inimicis,

2. Nescio si quandoque observaveritis illam Davidis comparationem, qua se cervo assimilat, dicens: *Quemadmodum cervus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus.* Quam utique similitudinem non absque mysterio instituit; cervi namq; proprium est, serpentes per stomachi calorem in suum convertere nutrimentum, licet ijdem ab alijs animalibus sumpti veneno suo mortem accelerent. In prætactis itaque verbis Psalmista ad ardentem suam erga inimicos alludebat charitatem, quorum opprobria pessimosque insultus calore digerebat divini amoris, qui in corde ejus exardescebat, patienter omnes illorum sustinendo insidias, iisque ad animæ suæ salutem utendo. Hinc sanctus Ambrosius ait: *Bonus cervus in medio viperarum innocuus pascebatur: illi trifulcis ore linguis micabant, hunc autem sancta pascebat oratio, imo cibum obtrectantibus offerebat.* Offensæ enim & injuriæ hominibus imperfectis Deique timore vacuis stimuli esse solent, quibus ad vindictas, odia, & irreconciliabiles inimicitias præcipitari solent, Davidem magis magisque urgebant, ne in amore erga Deum, neque charitate erga proximos, ac probitate vitæ excellentissime proficeret.

Ps. 41. v. 2. David se cõparat cervo, ob dilectionẽ inimicorum.

S. Amb. in Psalm. 118. octav. 6.

3. *Salutem ex inimicis &c.* S. Antoninus in summa sua Theologica ita ad idem scribit intentum: *Dilectio inimicorum est utilior nobis, quam amicorum, quia valet ad sanandum peccata.* Idque ex authoritate S. Augustini confirmat dicentis: *Ego ad dilectionem vos moneo inimicorum, quia ad sanandum vulnera peccatorum, nullum medicamentum efficacius esse cognosco.* Prout in Davide patet, qui quamdiu æmulorum patiebatur persecutiones, facta ejus observantium, ut ipsum reprehenderent, semper irreprehensibilem se præstitit, inque omnibus operibus suis summa cum cautela & circumspectione processit, quem saluberrimum effectum ipsemet adversarijs adscribere non dubitat, dum ait: *Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo, quia in æternum mihi est.* Qui enim in medio impiorum vivit, oculos apertos habet, & ne accusationi locum præbeat, suos caute circumspicit mores. Ubi vero David thronum conscendit, persecutionibus finitis omnes ei obsequiose assurgebant gloriari amplius ut prius non poterat: *Perambulabam in innocentia cordis mei in medio domus meæ. Non proponebam ante oculos meos rem injustam, facientes prævaricationes odivi;* scimus namque qualiter adulterio & homicidio turpiter se deinceps contaminarit.

S. Antonin. Sum. Theol. p. 4. tit. 6. c. 4. §. 5. Dilectio inimicorum utilior nobis est, quam amicorum.

Ps. 118. 98.

Ps. 100. v. 2.

4. Sane si quæ statua, marmorea in Altaribus adorationi fidelium exposita rationis usu polleret, maxime se obligatam reputaret ferris, & scalpellis, quorum ictus atque percussiones tam nobilem ei figuram impertierunt, quæ si non accessissent tamquam rudis petra in fundamenta subtus terram collocata fuisset. Sed quid hac similitudine me inferre velle putatis? Id scilicet, quod continuo sacræ tradunt historiæ, nimirum unicam causam, ob quam tot tantique viri sancti in virtutibus ac perfectione gradum consenderunt eminentem, hanc fuisse quod contradictionibus, & persecutionibus, quibus viventes imperebantur, ad suum noverint uti profectum; qui proinde magnam erga persecutores obligationem habebant, utpote qui hoc circa illos munus exercuerunt, de quo canit Ecclesia: *Tunsionibus, pressuris expoliti lapides, suis coaptantur locis, per manus artificis disponuntur permansuri in sacris ædificijs;* In vitis patrum de Joanne Thebæo Ammonis Abbatis discipulo refertur, hunc duodecim annis sancto huic seniori omni cum diligentia amantissime inservisse, nec tamen ab eodem vel minime benevolo verbo fuisse dignatum: Tandem vero *senex moriturus coram alijs senibus tenuit manus ejus, & dixit ei tertio: Salveris, salveris, salveris, & tradidit illum senibus dicens: Iste non homo est, sed angelus; qui tot annos mihi infirmanti serviens, nec bonum sermonem audiens, fecit tamen obsequium cum magna patientia.* Et merito quidem illum angelo comparavit, quia tot angeli custodes nostri quotidie à nobis recipiunt offensas, & injurias, nec tamen ob illas à nostra custodia & ministerio desistunt, nec benefacere nobis cessant? Sanctus Isidorus Pelusiota in quadam Epistola eamdẽ paulo ante ex Plutarcho

Pulchra similitudo hujus utilitatis.

Exemplum mirabilis pœnitentiæ.

Vit. PP. l. 5. c. 19.

S. Isid. Pelus. l. 3. ep. 280. Ab inimicis auditur veritas.

cho adductam tradit doctrinam, inquiens: *Ab inimicis utilitatem capiunt. Persæpe enim obortum maledictum, animi morbum, aut ignoratum, aut neglectum curari, siquidem probi & clari viri, aut veris amicis aut acribus, & inflammatis inimicis opus habent; illi siquidem admonendo, isti vero convincendo à peccatis avertunt. Quoniam vero nunc amicitia tenuem vocem habet, imo potius muta est ad libere loquendum, atque ad garriendum quidem, & assentandum loquax, & clamosa est, ad admonendum vero, ac reprehendendum muta, ab inimicis audienda est veritas, ejusque emendanda.*

Tol. in c. 6. Luc. annot. 70.

5. Consideratione digna sunt Cardinalis Toleti ad præsens propositum congrua sequentia verba: *Si quis nos offendit*, inquit, *& sæpe nocere intendat, tamen revera offensa ipsa in nostram utilitatem, spiritualem cedit si volumus; non ergo difficile videri debet remittere illud quod utile est nobis ipsis.* Adduoitque sequentem S. Gregorij authoritatem in homilia 14. super Evangelia ita scribens: *Ferrum animæ nostræ nequaquam ad acumen subtilitatis perducitur, si hoc non evaserit alienæ limæ prævitatis.* Experientia quotidiana docet, civitates illas, quæ inimicum sibi vicinum habent, magna cum vigilantia vivere, nec portas suas dumtaxat, verum etiam omnes statuum suorum fines, diligenter custodire; sciunt enim hostes nihil æque meditari, quam insidias; hæc autem vigilantia ad salutem publicam cooperans, bonum quoddam est, à malevolentibus & inimicis illarum procedens. Quot sunt qui sine dubio propriæ salutis obliti viverent, suæque sensualitati fræna laxarent, nisi omnes operationes suas ab æmulis suis diligenter explorari & investigari scirent? Scipio Nasica suasit Romanis, ne Carthaginem destruerent, eo quod hæc juventuti illorum in armis exercitandæ continuo deserviret; ob hunc quoque finem ipsemet Deus in terra promissionis multos permisit vivere populos, Israëlitis minime subjectos, sed potius continuo illis insidiantes, *ut in eis erudiret Israëlem.* Et ideo author quidam inimicos ingeniosè appellat frænum vitiorum, stimulos virtutum, nec non directivas bonorum morum regulas; non est igitur consideranda à nobis ejus, qui nos odit, malignitas, sed potius profectus, quem ad ingens animarum nostrarum bonum ab eadem referre possumus; *Salutem enim ex inimicis nostris & de manu omnium, qui oderunt nos.* Quod si turri cuipiam inclusus, fame ibidem mori cogeretis, esset que non nemo, qui te percutere & indigne tractare volens, nec habens quod in te jaceret, panes ad te lædendũ in faciem tibi projceret, profecto nihil inde mali patereris, quin potius ingens inde perciperes bonum; pari quoque modo verum quidem est, quod is qui te persequitur, qui famam & reputationem tuam dilacerat, quique facultates tuas injuste tibi ereptas usurpat, aliud nihil in animo suo moliatur, quam ut te contristet, & vivum quasi sepelire contendat; verumtamẽ si hac occasione bene uti nosses, quam is tibi subministrat, in hac vita bene merendi, peccatorum veniam tibi impetrandi, teque in amore divino excitandi, atque ingens meritorum lucrum comparandi ad cœlum possidendum, utique lucrum istud æqua lance ponderatum omnibus injurijs ab inimico tibi intentatis longe præponderare deprehenderes. *Amicas videtur, qui te persequitur*, inquit S. Thomas de Villa Nova; *nam ille facit, ut cognoscas teipsum, dicit tibi vera, & vitia tua tibi pandit; ille facit te vivere sollicitum, ne turpia agas, sciens quia non parvet tibi; ille excitat te, & exercet ad omnia opera virtutum, humiliat te, & præbet tibi materiam patientiæ, mansuetudinis, fortitudinis, & charitatis, & illustrem facit & præstantem in bonitate; ille licet cum magno detrimento suæ conscientiæ & famæ, fabricat tibi coronam, & grandem coram Deo gloriam parit, & magni meriti occasionem tribuit.*

S. Greg. Explicatur utilitas illa apta similitudine.

Indignis similitudo.

S. Tho. de Vill. nov. ser. 6. Cim.

6. Axioma est infallibile à S. Joanne, de Jerosolyma cœlesti differente, dictatum: *Non introibit in eam aliquid coinquinatum, aut abominationem faciens;* quænam vero est efficacior via animas nostras ab omnibus sordibus purificandi, ut purè & mundè in cœlo præsentari valeant? audiamus S. Augustin. in sermone quodam ad hoc ita respondentem: *Incipe orare pro inimico tuo illo magno, qui tibi multa mala fecit, qui in te multa dura congessit, incipe pro illo orare, & vide cor tuũ tecum litigare, quod ergo vis, quod tibi placet, quod delectaris secundum interiorem hominem, quod obtemperas domino tuo, ... oras pro inimico tuo, aurum est. Quod vero cum orare cœperis; incipit tecum carnalis infirmitas luctare, ipse sunt sordes, à quibus te vult Deus in fornace purgare.* Ipse quoque Plutarchus de utilitate, quæ ab inimicis in nos redundat, differens ait: *Quid impedit, quo minus gratis docentem magistrum admittentes inimicum, utilitatem capiamus, & aliquid eorum, quæ nos latebant discamus?* quot defectus nobisipsis occultos non agnoscimus, non æstimamus, quos tamen corrigimus & emendamus, mox ut à malevolis nostris nobis imporetantur? ex quadam D. Chrysost. homil. clare deducitur inimicos esse ob ingentem, quam nobis adferunt utilitatem non solum amandos, verum etiam solicite quærendos esse, ita enim scribit: *Tu ut frugi servum compares, & aurum dinumeras, & cum mercatoribus multis verba facis, & longas interdum peregrinationes suscipis; ut autem inimicum amicum facias, quorum non adhibes? servi possessio non magna emolumenta afferre potest, inimicus contra amicus factus est, & Deum nobis propitium, & benevolentem facit, & facile nostra peccata resolvet, & inter homines laudem, & vitæ nostræ magnam securitatem conciliabit.*

Illustrius declaratur utilitas inimicorum.

Chrysost. to. 6. h. 18.

Defectus nostros occultos, cognoscimus per inimicos.

Chrysost. to. 6. h. 22.

7. *Salutem ex inimicis nostris.* Nullum habemus adjumentum æternæ salutis nostræ obstaculum, præterquam Dei offensam; ad illam vero abolendam inter omnia efficaciora remedia (ut ipsamet prima & infallibilis veritas sæpius nos docuit) nullum est securius, brevius, magisque indubitatum, quam indulgentia offensarum, quas inimici nostri nobis irrogarunt; per hanc namque nos vicissim à Deo omnium offensarum, quas in illum commisimus indulgentiam consequimur. Hugo Cardinalis de inimicis inquit: *Utiles sunt nobis, qui adducunt nos ad portum, quia debita nostra persolvunt.* Hi qui nos persequuntur, causa sunt, quod mores nostros reformemus, quodque effrænibus appetitibus nostris morem minime geramus; nam ut Dr. Chrysostomus in homil. *de odio & inimicitijs* optime notat: *Fit odium maximæ utilitatis occasio. Frequenter quæ laudando & gratificando efficerent amici nostri, hæc præstiterunt inimici lacessendo maledictis, & si vera objiciant. Illi enim gratificantes, sive etiam assentantes superbiæ malum in nobis augent, hi vero odio perciti crimina exprobrant, & nos ad vitiorum correctionem compellant.* Præterea ut in Discursibus XVI. & XVII. probavimus, Deus se peccata remissurum nobis promisit, quoties injurias & contumelias nobis illatas remiserimus. *Si proximo remiseris peccata*, inquit in alia quadam Homil. D. Chrysost. *Ea quæ tum retegenda erant, nunc in hoc sæculo abolebuntur, veniesque ad judicium, nihil tecum trahens ex tuis peccatis, adeo ut multo plus recipias, quam de tuo remisisti.* Idem quoque Sanctus in ejusdem homiliæ progressu ait: *Tot peccata, tanta supplicia, tantum pudoris elicere licet per condemnationem offensæ, nihil enim est huic virtuti æquale. Vis cognoscere hujus rei vim? si steterit Moyses & Samuel ante faciem meam, non est anima mea ad eos. Attamen quos non potuerunt Moyses & Samuel eripere ab ira Dei, hujus præcepti observatio eripere potuit, ac proinde illis quibus ista dixit, assidue præcepit, inquiens: Remitte (Zach. 7. ℣. 10.) malefacta unusquisque fratri suo, ne sitis memores offensarum in cordibus vestris, de malefactis proximi ne cogitaveritis.* Isidorus Clarius Episcopus Fulginas in quadam oratione illa Dominicæ orationis verba ponderans: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos, &c.* inquit: *Facilitatem remissionis consequendæ confirmat hæc adjecta conditio, qua tamquam signo quodam nos certos de sua voluntate facit Deus, nostramque imbecillitatem, ac diffidentiam confirmat, ac corrigit, quod scilicet remittenti sit remittendum quod ut exploratius haberemus, non contentus hec verba in hac precatione posuisse, prævalta hac precandi forma, mox adjecit, proinde si remiseritis hominibus peccata eorum, remittet & vobis Pater vester peccata vestra.* Magnifica plane & liberalis conditio, & quæ os inimicorum obstruere idonea sit, *ne queri possint cur in gehennam condemnati fuerint, nam judicium de nobis futurum in nostra posset potestate. Quæ res si attentius cogitaretur, optare quisque deberet (quod tamen sine proximi cujusque damno esset) habere aliquos quorum offensiones essent remittendæ.* Ad melius vero comprenendendum immensum quod Divina liberalitas nobis offert beneficium, sequentem adducit aptissimam similitudinem. Fingamus enim, inquit ipse, Regem quemdam liberalissimum multos habere excellivæ cujusdam summæ debitores, desidereareque, ut debita, quibus unus alteri obstringitur, perfecte dilueret, ideoque hanc promulgasse legem, quod quisquis crediturn alteri debitori suo remiserit, immunis quoque, & exemptus futurus sit ab omni debito, quantumvis excellivo, quo ærario & cameræ regiæ obstringitur, cum hoc tamen pacto & conditione ut quisquis nullum habet debitorem, ærario suo ad minimum usque quandrantem satisfacere obligetur.

Nullum breviũs & securius remediũ salutis nostræ habemus, condonatione injuriarũ.

Hug. Card.

Matth. 6. 26. Isid. Clar. orat. 52. in Matth.

De hoc certũ sumus ex promissione divina.

Chrysost. to. 6. h. 22. de simulato.

Confirmatur insigni similitudine.

Plut. ibid.

In hac lege (verba sunt prædicti Clarij) *quisquis debitorem nullum habuisset, & multa Regi deberet, multo deteriori, quam cæteri, esset conditione, optaretque aliquos habere, qui sibi quidquam deberent. At hæc ipsa est lex cælestis Patris, qui etiam cupiens habere occasionem ignoscendi, permittit offensiones inter homines accidere, ut omnes habeamus debitores aliquos, quibus remittendum sit, ut possit ipse maxima nobis remittere debita, quæ illi debemus. Sed nos stolidi, ut cætera omnia ergo nos collata à Deo beneficia, sic & hoc tam ingens non intelligimus, & in proximi cujusque offensione excandescimus cum hinc maxime lætandum esset, oblatam nobis esse occasionem, qua exigui debiti remissione maxima illa quæ nobis cum Deo intercedant, iveret dissolvere.* Quisquis millionem auri alteri debet, & ex alia parte mille aureorum creditum ab alio poscendum habet, quam maxime se obligatum illi censere debet, siquidem causa est, cur ille immensum integri millionis debitum suum, propter condonationem tam paucæ summæ remittatur. Certum namque est, quod in Divinæ justitiæ mensa Collybistica infinito quodam obstricti sumus debito, nimirum innumerabilium peccatorum nostrorum multitudine, hæc autem totaliter nobis dimittitur, si illatas nobis à proximis injurias ex corde remittamus. Hoc sine dubio S. Valerianus dicere voluit, quando in Homilia *de bono conservandæ pacis*, ita scribit: *Diligite inimicos vestros. Nemo sub hoc mandati titulo æstimet, se aliquod inimico præstare beneficium. Qui inimicum diligit, se diligit;* Lucrum & emolumentum nostrum proprium amamus, dum eum, qui nos odit, diligimus, quia utilitates ex hac dilectione redundantes magnam in se habent consequentiam. Utile est ex hac dimittione, inquit S. Bernardus, gloriam consequi sempiternam. *Utile insuper est, quod homo pacifice vivat, ne gravius offendatur, quia vindicari desiderans, & vindictam exquirens, spirituale, æternale, & temporale damnum, & sui, & suorum incurrit. At econverso, secundum Bedam, si proximum nos offendentem placamus, Deum nobis reconciliamus, sic quod pro malo quod lenter dimittimus magnum donum à Deo largiter recipimus.*

Aliud simile.

S. Valer. h. 13

Nostrum emolumentũ amamus, dum inimicum diligimus.

S. Bern. tom. 1. ser. 28. art. 1. c. 1.

7. Idem Sanctus in eodem sermone quærit, quodnam in eo lateat mysterium, quod incarnata Sapientia remissionem peccatorum nobis potius indulgere voluerit, in vicem dilectionis inimicorum, quam ob quemlibet alium actum virtuosum? & respondet; *Licet charitas quidem ad omnes actus sibi necessarios hanc remissionem impetret, seu hominem vivificet, Christus tamen attribuit ei principium, ad prædictum misericordiæ actum, & hoc ex triplici ratione. Primo propter ejus excellentiam. Secundo propter ejus correspondentiam. Tertio propter ejus experientiam. Primo propter ejus excellentiam, ut ostendatur singularitas virtutis ejus, & quod singulariter Deus actum istum dilectionis præcipue exigit & acceptat; in cujus mysterium pariter & exemplum, Christus in cruce pendens cunctis alijs præposuit illud verbum* Luc. 23. *Pater dimitte illis, &c. Secundo attribuit ei hoc propter ejus correspondentiam, habet enim quamdam condignitatem & proportionabilitatem correspondentiæ mutuæ, quia indulgere, & indulgentiam impetrare sibi mutuo correspondent. Tertio hoc illi attribuit propter ejus experientiam, hoc est, ut ostendatur, quod in præsenti vita amoris actus prout in Deum absolute refertur, non utique est perfectus, ac per consequens nec Deo perfecte gratus, nisi ad dilectionem proximi usque ad inimicos, & usque ad indulgentiam offensarum se attenter extendat. Quia enim invisibilis est, proximus autem visibilis, quia etiam quidam actus divini amoris sæpius habent nimis falsam similitudinem puri & sinceri amoris, quam habeat actus, quo quis ex corde injurias parcit, & amplectitur inimicos, idcirco vult Deus, quod veritas sui amoris in homine visibili comprobetur. Quia tamquam Dei imago nobis proponitur loco ejus, & in quo sensibilius & infallibilius probari potest, si homo vere diligit eum, saltem in ijs actibus, qui sensibiliter nostræ naturæ repugnare videntur.*

Cur nobis Deus potius ob dilectionẽ inimicorum, quam alium virtuosum actum peccata nostra dimittere voluerit.

DISCURSUS XXII.

ARGUMENTUM.

Varia considerantur motiva, quæ nos ad remittendas acceptas ab inimicis injurias extimulare possunt.

THEMA.

Noli vinci à malo, sed vince in bono malũ, Rom. 12. v. 21.

Inter omnes de sensualitate nostra victorias principem locum obtinet condonatio injuriarũ, & beneficentia erga inimicos.

1. Difficiliores inter de sensualitate victorias, primum illa locum obtinet, quam Apostolus in præsenti nobis suadere nititur, ut scilicet vincamus nosmetipsos, inimico nostro bonum pro malo reddendo, quia scilicet in eo ipso summa inferenda est violentia appetitui irascibili, qui juxta corruptam naturam nostram admodum proclivis est ad ultionem & vindictam. Et ideo cum ratio sensui dominari debeat, & imperare necessum est, ut multa ei efficacia, proponantur motiva ad conterendum & subjugandum vindicativum; juxta illud Apostoli monitum: *Vince in bono malum.* Et quidem quotidiana experientia teste, multi reconciliantur invicem cum inimicis cæteroquin graviter offendentibus ad magnatum, quin & quandoque ad amicorum, aut aliorum interessatorum instantiam; numquid igitur minus in nobis valebit Deus ille, in cujus fœmore scriptum est *Rex regum? in cujus manu corda sunt regum?* numquid illi obedire detrectabimus dicenti: *Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros.* Sane qui servitio cujusdam Domini, aut gratia principis excidere, aut notabile aliud præjudicium damnumve incurrere timet, ad veniam facilis est, & placat, & nos gratiæ atque amicitiæ divinæ jacturam flocci faciemus eique rebelles erimus? audite, quam longe contrarium censuerit Thomas de Villa nova, dum ita Deum alloquitur: *O Domine vere ne tuam perdam amicitiam, omnes turcas imo & ipsos dæmones, si præciperes, diligerem.*

Quid ergo nobis non est faciendũ?

Tol. annot. 70. in c. 6. Luc.

Christus in Cruce vicit in bono malum.

Ps. 80. v. 17.

S. Th. de Vill. nov. serm. in fer. 6. cin.

2. Attila vobis in memoriam veniat Rex Hunnorum, feras & barbarus, qui se *flagellum iræ Dei* nominans, agros sanguine perfundebat humano, omnes pessumdabat civitates, subjugabat provincias & regna; hic enim dum ad Italiæ stragem sitibundus anhelaret, formidabilibus septus exercitibus, sanctum Leonem Magnum obvium habuit, qui tanta cum gravitate, prudentia & eloquentia cum fuit affatus, ut pedem ulterius promovere non potuerit, suamque deposuerit feritatem, quam in Italiæ exacuerat perniciem. Ecce vobis vel unicus homo tantum efficere potuit cum illo crudelitatis monstro, & Deus à Christiano nec audietur nec exaudietur, quando eum ut omnem odij vindictæque spiritum deponat, paternè admonet, dicens: *Ego autem dico vobis:* Nec id per alium, sed per semetipsum urget, dum ait: *Ego autem dico vobis.* Et quidem cogita quot ille offensas devorarit, qui hoc nobis tradidit præceptum? sane injuriæ nostræ, quas nos Deo inferimus, nullam proportionem habent cum ijs, quas nos patimur ab adversarijs nostris, quia *finiti ad infinitum nulla est proportio.* Ut proinde Divus Isidorus Pelusiota aliquando dixerit: *Neminem ego arbitror tot tantisque injurijs & contumelijs affectum esse, quot quantisque affectus est cælestium Rex.* Judas divinum Magistrum suum summe sibi beneficum, non modo pro vilissimo vendidit pretio, sed etiam calumnijs improperijsque oneravit, quin & ducem se fecit satellitum in captura Christi; & nihilominus benignissimus Salvator, quot quantisque modis eum ad statum salutis reducere non est conatus? In cœna sapidissimum illi obtulit cibum, pedes illius lavit, & osculatus est, sacerdotem ipsum creavit, suoque sacratissimo corpore eum pavit, osculum ab eo in Getzemani recepit, eum quantumvis traditorem titulo amici affecit, nec umquam scelus ipsius, ad vitandam contusionẽ ejus & ruborem, manifestare voluit; quæ omnia Christus fecit, ut suo exemplo datum nobis de inimicorum dilectione dogma & præceptum corroboraret. Nec est quod objicias, Christum Deum simul & hominem fuisse, adeoque nos longe impares ad tantam victoriam aspirare non posse, respondeo enim cum S. Augustino: *Tot viri, tot mulieres pueri, tantæ & tam delicatæ puellæ, flammas & ignes & bestias æquanimiter pertulerunt, & nos stultorum hominum convitia dicimus tolerare non posse? quæ nobis malorum hominum nequitia inferuntur, si possumus, etiam usque ad mortem illorum nostras injurias vindicamus, unde nescio qua fronte, vel qua conscientia, cum omnibus sanctis in æterna beatitudine partem habere desideramus, quorum exempla sequi in rebus minimis non acquiescimus.*

S. Aug ser. 61 de temp.

Ad exemplũ Attilæ Regis Hunnorum, omnem feritatem deponere debemus.

3. *Vince in bono malum.* Umquamne ad hoc vos reflexistis, quod dum ab inimico vestro injuriam patimini, primus omnium Deus offendatur, infinitæ majestatis & omnipotentiæ Dominus, secundo vero loco vos? qui namque proximum suum offendit notabiliter, certum est quod eodem tempore, Deo sit injurius, divinæque legi, se rebellem declaret, sanguinem unigeniti Dei, quantum est in se, conculcet, & de novo crucifigat Christum. Nunc itaque quis magis offenditur Deus, an vos? utique Deus, ille namque à vili luti pugillo, à terræ vermiculo vilipenditur; & tamen nequaquam

Dum injurijs afficimur, Deus omniũ primo, & gravius læditur, & tamen ignoscit.

quamvis Deus ille fulmina jacit sui justi furoris, prout experimur, & Apostolus in hæc docet verba: *Sustinuit in multa patientia vasa iræ apta in interitum, Ut ostenderet divitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ.* Quapropter S. Cyprianus paterne nos admonet dictis: *Qui ad vindictam suam nimium festinat, consideret, quia nec dum vindicatus est ipse, qui vindicat. Quanta patientia ejus? sinit qui in cælis adoratur, necdum vindicetur in terris.* Si igitur Deus indulgens est, numquid ratio exigit, ut eum imitemur, imo illi obediamus, ne scilicet cum inimicis nostris odium continuando, Deum pariter ad eorum imitationem offendamus? Cui stabiliendo fortissimum Toleti, in Sanctuarij pondere accurate examinandum subnecto argumentum dicentis: *Si Deus illi dimittit quod gravius est, & graviorem injuriam condonat ei, ergo & tu debes dimittere quod tuam est, & multo minus, & levius.*

Rom. 9. 22. Ibid. v. 23. S. Cypr. de bono pac.

4. Deus quidem à petra multis diebus aquæ limpidæ sapidæque rivos melle dulciores populo suo in potum manare fecerat, dicente Psalmista: *De petra melle saturavit eos, consequenter eos petra:* Et tamen, licet dum ardentissima siti cruciaretur in Calvaria, & vel unicam aquæ guttam in ardoris sui refrigerium petens, nec ipsam impetrare posset, longe liberalior quam umquam suum aperuit latus, atque exinde aquam & sanguinem promanare fecit, quæ symbolum fuere Sacramentorum, ijsdemque corpus & animam illuminavit Longini, qui tanta cum crudelitate in cadaver suam contorserat lanceam, an non igitur vere ab eo adimpleturn fuit illud Apostoli præceptum: *Vince in bono malum?* *At dices forsasse*, inquit Euthymius, *quod in multis delinquens, injuria te affecerit, verum tu in pluribus & majoribus, & ille quidem in conservum, tu vero in Dominum.* Quid ad hæc? Ergone Deo ad veniam facili existente, homo obstinatus manebit & contumax?

Euth. in c. 6. Matth.

Maximum supplicium injuriantis est, quod fit in dispraxia Dei, & in manibus Dæmonis.

Paul. de Pal. in c. 3. Matt.

5. *Vince in bono malum.* Quodnam inimicus noster severius poterit experiri supplicium, quam esse in disgratia Dei, inque manibus Dæmonis, propter injuriam nobis illatam? hæc igitur, utpote maxima pœna ei sufficiat, fine alia quam illi de novo superaddatis; quia *non est addenda afflictio afflicto.* Circa quam veritatem explicandam se diffundit Paulus de Palatio, dum ait: *Tantopere infelix est casus inimici tui in peccato, tam est misera conditio, ut vel hoc unum debeat tibi lachrymas misericordiæ excutere, & stimulos addere, ut quacumque potueris arte, vel ope, erigas fratrem in cæno jacentem, liberesque à morte eum, qui in inferni faucibus est. Si asinum inimici sub onere jacentem lex antiqua sublevare jubet, quanto magis animam?* Utique si quis nostrum sciret inimicum suum Turcarum factum esse mancipium, & ad igneam condemnatum fornacem, numquid compassione moveretur ad liberandum & obligandum eum, ut scilicet vitam suam ei debitam agnoscens, se in perpetuum illius manciparet servitutì? Porro inimicus tuus, propter odium quo te prosequitur, in servitutem redactus est, non jam Algerinorum, sed infernalis tyranni, quia secundùm præsentem justitiam condemnatus est ad infernum, quod si verò ei condonaveris, bonumque pro malo reddideris, è dæmonis ipsum manibus eripies, ipsumque lucratum totum tibi vendicabis, neque enim ad repellendum à corde suo odij venenum, alia re opus habet, quam amore & benignitate tua.

Accommodata similitudo.

6. Christus Salvator noster de Juda inimico suo occulto differens, frequentem dæmonis facit mentionem: *Cum diabolus jam misisset in cor Judæ, post baccellam introivit in eum Satanas; unus ex vobis diabolus est,* idque non alia de causa, quam quia qui odio locum præbet, dæmonem intra se recipit, *ille enim homicida erat ab initio.* Hunc autem dæmonem ab anima inimici repellere possumus, dummodo ei bonum pro malo reddamus; simulque eodem tempore in nobis metipsis eximium hoc lucrum acquirere vellemus, ut efficiamur dæmonis victores. S. Athanasius bene observat quod S. Paulus dum Ephesijs suadet dicens: *Induite vos armaturam Dei ut possitis stare adversus insidias Diaboli,* simul etiam bonum pro malo reddendum esse docuerit, dicit enim: *Persecutoribus benefaciendam docuit, sic enim facilius de Diabolo, omnique militia ejus victoria obtinebitur, quam si nosipsos vindicemus.* Eruditissimus Idiota in suis contemplationibus de divino amore, pariter ex S. Augustino dicit: *Sicut homo vincitur humana fœlicitate, sic diabolus vincitur inimici dilectione.* Hildebertus in quodam sermone *de Christi beneficijs* postquam Christi erga crucifixores mansuetudinem ponderasset, ad hominem Christianum discursum suum dirigens inquit: *Ostensa sint tibi arma fortia, arma victricia, arma quibus pugnatur adversus principatus, & potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cælestibus.* S. Augustinus super Psalmum 54. hac de re in favorem nostrum diffuse in hunc modum discurrit: *Quid te secutus, cui dictum est; nolite timere eos, qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere? quod est ergo timendum quando pateris inimicum? ne conturbetur in te dilectio, qua diligis inimicum. Etenim inimicus ille caro & sanguis, quod videt in te appetit, alius vero inimicus occultus (rectòr harum tenebrarum quas tu pateris in carne & sanguine) alterum occultum tuum petit, thesauros tuos interiores deprædari & vastare molitur. Duos ergo inimicos constitue tibi ante oculos; unum apertum; & alterum occultum; apertum hominem occultum Diabolum. Unum dilige, alterum cave, inimicus enim quem vides, hoc in te vult humiliare, unde vincitur; si divitijs tuis vincitur, pauperem te vult facere; si honore tuo vincitur humilem te vult facere; si viribus tuis vincitur, debilem te vult facere. Ea ergo attendit in te, vel deficere, vel auferre, quibus vincitur, & ille occultus inimicus illud tibi vult tollere, unde vincitur. Homo enim hominem vincis humana felicitate, diabolum autem vincis inimici dilectione. Cura in corde servare inimici dilectionem, qua diabolum vincis. Sæviat homo, quantum potest; auferat quidquid potest; si diligitur aperiè sæviens, victus est occulte sæviens.*

Reddendo bonum pro malo, expellimus Diabolum ab anima inimici.

Joan. 13. 1. Jean. 8. 48.

Eph. 6. v. 11. S. Athan. ho. de pass. Et de illo facile obtinemus victoriam.

Idiot. de am. div. c. 1.

S. Ilsid. Pelus. l. 4. ep. 179. Christus erga Judam proditorem summè benefic⁹ & mansuetum se ostendit.

Hildeb. ser. de Christ⁹ benef.

S. Aug. in Psal. 54.

Angeli mali pejus à nobis haberi non possunt, quam dum nos vident mansuetos esse, offensarum illatarum obliviscì, atque in mente serena & tranquilla semper perseverare, quia in hoc Angelos imitamur bonos, inimicos illorum, de quibus B. Petrus Damianus ita scribit: *Quotidie illos, ad nostri custodiam deputatos, multipliciter offendimus, & offensam negligentia cumulamus. Ipsi autem licet à nobis frequenter injurias patiantur, sustinent tamen, & compatiuntur peccantibus, nec minor illorum circa nos custodia, imo major solicitudo, cum boni custodis sit infirmis magis quam sanis operam exhibere.*

Angeli malì maximè tortquentur nostra mansuetudine.

S. Petr. Dam. ser. 2. de exalt. S. Crucis.

7. *Vince in bono malum.* Ad remittendam injuriam inimico efficax quoque motivum esse potest, si consideremus verbum contumeliosum jam de facto esse prolatum, ictumque nobis inflictum, ac proinde si nos inde perculit, aut vulneravit, pro eo quod jam dictum, aut factum est, nullum est remedium, prudentiæ igitur singularis actus erit, si ex necessitate faciamus virtutem. De Rudolpho Austriaco legitur: quod dum eunti ad respiciendam metam, in quam balistarum globi explodebantur, vulnus ex improviso inflictum fuisset, fuerit nonnemo, qui ei morti vicino suggerebat, ut authori mortis suæ, licet involuntario, brachium amputari juberet; cui ipse sapienter respondit: *Bene & provide priusquam me lassisset, sed quidnam emolumenti exinde consequar?* cumque ipso nescio author vulneris in carcerem conjectus fuisset, mox ut hoc resciyit, eum inde liberum dimitti præcepit. Considerari insuper potest, quod quanto magis inimico irascimur, tanto vehementius eumdem irritemus, eumque ad majus contra nos malum machinandum provocemus, cum econtra beneficiendo illi; eumdem ex inimico amicum nostrum faciamus, Origenes in c. 12. Epistolæ ad Romanos scribens, hunc in modum discurrit: *Non nos vindicantes charissimi, sed date locum iræ; hi qui seipsos non vindicant, quomodo iræ locum dent, dupliciter mihi videtur intelligi; nam & hoc ipso quod vs. manum manu non referunt, aut convitio convitium non reddunt, iræ illius, qui fecit injuriam, per transeundi & evanescendi locum dederunt. Nemo enim ita rabidus invenietur, qui illata injuria, si vicem non recipiat, iterum sæviat, sed quasi effuso & digesto furore necessario mitescat; est ergo & grande lucrum, ubi & peccatis multitudo compescitur peccatorum & injuriæ passio patientia probabilis fit apud Deum; est autem & hoc modo iræ locum dare, quando pro his quæ inferuntur injurijs, qui peccant, secundùm ipsius Pauli sententiam, iram sibi thesaurizant in die iræ, tunc, cum reddet Dominus unicuique secundùm opera sua.* Optimum est illud Senecæ consilium dicentis: *Cogitemus quoties ad ignoscendum difficiles erimus, an expediat omnes nobis inexorabiles esse;* Deus enim promittit omnes quoque nobis inexorabiles futuros esse, quos nos offenderimus vindicando; *In qua enim mensura mensi fueritis, remetietur & vobis.* Præterea inimicum magis erga nos ferocem reddemus, si ei irascì, & de ipso vindictam sumere cœperimus, nam ut Paulus de Palatio ait: *Si illum irrito, persequi me perget, dignum igitur est, ut beneficia etiam nolenti obtrudam, ut vel hac ratione mihi incommodari desistat.* D. Chrysostomus objectioni

Aliud motivum ad remittendam injuriam.

Insigne exemplum Rudolphi Austriaci.

Inimicus ex nostra Vindicta redditus ferocior.

Orig. l. 9.

Sen. l. 2. de ira c. 34 Et ex illa Deus nobis redditur inexorabilis. Matth. 7. 2. Paul. de Pal. in c. 7. Matt.

jectionis eundam respondet, nimirum fieri posse ut per facilem nimium condonationem major detur ansa majoris insolentiæ, nobisque irrogandæ injuriæ; dicis enim: *Si illud tibi cavæ est, ne eum deteriorem tua bonitate facias; scias velim eum hoc facto deteriorem non futurum, sed deteriorem potius futurum, si eum non places; nam etsi mortalium omnium scelestissimus sit, etsi non dicat, neque palam præ se ferat, attamen tacitus approbabit tuos Philosophicos mores, conscientiaque sua tuam reverebitur mansuetudinem.* Idem quoque S. Doctor in Homilia secunda *de Davide & Saul* optimam considerat affectionem, quam sibi David apud omnes comparavit, quando Saulem ex spelunca Odolla liberum abire permisit, omnem ei tanta cum magnanimitate condonando injuriam: *Quomodo*, inquit, *milites deinceps illum observasse consentaneum est, quanta erga illum benevolentia fuisse affectos? nam si mille habuissent vitas, annon prompte impedissent pro suo duce, jam ex reverentia quam hosti præstitit, re ipsa perspectum habentes, quam benevolum animum gereret erga suos? siquidem is qui mitis ac mansuetus est in eos, à quibus molestia affectus est, multo magis erat erga benevolos eum affectum gestu us, quæ profecto res fuit illi maximum securitatis pignus.*

Chrysost. to. 1. ho. 22. de simult.

Chrysost. ho. 2. de Dav. & Saul.

Vindicando nos de inimicis, cum illis eadem pice inquinamur.

V. Beda in Psalm. 30.

8. *Vince in bono malum.* Nos quidem odium, æstuam, & malignitatem detestamur, qua nos persequitur noster inimicus; at vero si ob id ei irascamur, nosque de illo vindicemus, nostram eadem pice commaculabimus conscientiam, quam in illo abominamur, quamq; Deus detestatur, & punit. V. Beda proinde ad nostram instructionē ita scribit: *Inimici homines, qualescunque sint, non sunt odio habendi, ne cum malos odit malum, quem patitur, duo sint mala, diliget ergo bonus malum, quem patitur, ut vel unus tantum sit malus*; atque ideo per virtutem tuam vince & confunde illum, qui te offendit. Plutarchus in libro *de capienda ex inimicis utilitate*, exemplo Diogenis, virtuosum quemdam nos vindicandi modum nobis tradit, dicit enim: *Diogenis effatum oppido Philosophicum est & civile, nam interroganti cuidam quo facto ulciscar inimicum? respondit si ipse probus honestusque sias.*

Plutarch. l. de capienda ex inimicis util.

Similitudo Struthionis, & Apis.

9. *Noli vinci à malo.* Struthionis stomachus utpote calidissimus, ferrum totaliter digerit & chalybem; apis similiter ex eodem flore mel fugit, è quo aranea elicit venenum. Quisquis igitur cor habuerit vero erga Deum & proximos amore ardens, idipsum demonstrabit, si chalybem improperiorum & injuriarum receptarum facile digerere queat; nam ut scriptura ait: *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Quod si quis vitam S. Caroli Borromæi diligenter pervolvat, verissimum esse comperiet, ipsum aptiori quam Caroli nomine appellari non potuisse, siquidem *Carolus à Charitate* derivatur. Hanc autem specialiter per invictam suam monstravit mansuetudinem, de qua hoc solum dicere sufficiat; cum enim ad eum magnā cum celeritate quidam literarum fasciculus Savona missus fuisset, in qua certior reddebatur de conjuratione, quam maligni aliquot in ipsius machinabantur vitam, habito primo cum illustri Hieronymo Visconti (qui summo mane aute diluculum literas præfatas attulerat, earumque seriem oretenus Cardinali recensebat) sermone sanctus Vir Dei de nulla vindicta cogitans, priusquam literas aperiret, easdem in abjectum locum conjecit dicens: Tibi vir optime pro hoc benevolentiæ officio gratias ago, simulque rogo, ut easdem nomine meo Illustriss.mo Domino Episcopo Savonensi referre digneris, quemadmodum & ego literis meis debitas ei relaturus sum gratias. Nolui videre ex literis quinam perversa erga me voluntate afficiantur, qui paulo post missæ sum celebraturus sacrificium, ac proinde tentationi malæ erga quempiam concipiendæ voluntatis me subjicere nolo. S. Methodius Patriarcha Constantinopolitanus à nonnullis æmulis suis de impuritatis vitio infamatus, siquidem falsis cujusdam impudicæ mulieris subornarant-impostoras, dejecta autem calumniæ falsitate, pro ipsdem efficaciter se interposuit ne justo afficerentur supplicio. In iisdem annalibus Ecclesiasticis legitur, quod cum S. Eusebius Samosatenus a muliere quadam Arriana in fidei Catholicæ despectum tegula quadam in capite vulneratus fuisset, in agone constitutus suos ad juramentum adegerit, de non inferendo malo mulieri huic, quæ ipsum tam horrendum in modum sauciaverat. S. Jacobus Apost. primus Episcopus Jerosolym. dum lapidaretur, exemplo Christi, pro se lapidantibus hunc in modum oravit: *Obsecro Domine pater, da illis veniam, nesciunt enim quid faciunt.* Unde Rechabita quidam exclamavit dicens: *Quid agitis? justus pro vobis deprecatur*, Verum opponat fortasse aliquis non omnes similiter pollere spiritu hoc Apostolico, quali viri sancti prædicti præditi fuerunt. Vana autem est hæc & inepta objectio, quandoquidem sexus debilis, mulieris cujusdam non in cœnobijs instructæ, sed vitam profanā, sæculare rem nos confundit. Cum enim Cajetæ quondam occisus fuisset certæ cujusdam Dominæ filius, atque ad capiendum homicidam magistratus jussu omnes urbis portæ clausæ manssissent, ut sic omnis fugæ præcluderetur occasio, reus ad paternas occisi ædes accurrens ibidem sub lectum matris se abscondit; quid vero illam quæ nec causam quæsiti latibuli noverat, neque ullam adhuc homicidij filij sui habebat notitiam; fecisse arbitramini? num forsitan malefactorem justitiæ ministris prodidit? audite historiam: *Illa constanti animo sublevatis in cælum oculis, benedixit, inquit, nomen Domini, sicut Domino placuit ita factum est. Et ut erat generosa & Christiana spiritu prædita, non modo à vindicta abstinuit, sed ejus saluti consulens, in abditissimo loco servavit occultum.* Imo non solum à periculo eum eripuit, sed ut pro capienda fuga securitati ejus consuleret pecuniam subministravit.

Hist. select. Aug. Manni t. 281. Exemplum cujusdam mulieris.

10. *Vince in bono malum.* Is qui ab inimico offensus, vel læsus est, insuper etiam meminisse deberet, num ab eodem inimico suo alias aliquo saltem modo, honore aut beneficijs affectus fuisset, nam ut D. Chrysostomus ait: *Nec modo, quia vituperat modo aliquis, cogita, verum etiam si quid boni unquam ab illo in te profectum est, diligenter considera, & confestim ad clementiam redigeris.* Porro dura fuit illa à Davide contra Mephiboseth, in favorem Sibæ servi sui, sine præmisso causæ examine, solum ex adhibita falsæ deceptoris relationi fide, pronuntiata sententia; imo quod magis admirandum est, postquam suam Mephiboseth clare ostendisset innocentiam Rex se deceptum cognoscens, adhuc in sententia lata perstitit, inquiens: *Fixa sit, quod locutus sum, tu & Siba dividite*; nec tamen eumdem Mephiboseth vel minimo verbo contra Davidem conquestum fuisse constat, imo prima vice hoc cum titulo nonoravit: *Tu autem Domine mi Rex, sicut angelus Dei es, fac quod placitum est tibi*; demum vero postquam per adductas varias rationes suam conatus fuisset ostendere ab omni culpa immunitatem, nec tamen quidquā apud Davidem obtinere potuisset, iterum respondit: *Etiam cuncta accipiat, postquam reversus est Dominus meus Rex pacifice in domum suam.* Cujus rei interpres quidam modernus nobis explicat mysterium dicens: *Non queritur de injusto aut severo nimis regis judicio, quo à paternis bonis dejectus est, cum loco beneficij ponat, quod vivat, quare concludit sibi nefas esse, queri de regis decreto, cum plura acceperit, quàm à regia liberalitate sperare debuerat.* Memor etenim erat ingentis, quod à Rege acceperat, beneficij, quo eum honoraverat, perpetuum suum commensalem eum declarando; memor quoque erat mansuetudinis & beneficentiæ erga Saulem & Jonatham exercitatæ. Ex quo exemplo discimus oportet, quod tametsi nobis nonnumquam aliquid fastidij vel injuriæ ab aliquo inferatur, à quo alijs in occasionibus beneficia & obsequia accepimus, illa minime nos movere, aut ad impatientiam adigere debeant, sed recogitanda à nobis sint beneficia alijs temporibus ab eodem recepta.

Cogitet lasus annon aliquando ab inimico honorem aut beneficium acceperit. *Chrysost. h. 88. in Matth.*

2. Reg. 19. 28

Ibid. v. 29.

Ibid. v. 27. Prout fecit Mephiboseth in Davide.

Ibid. v. 30.

Sanctius ibid.

11. *Vince in bono malum. Memento novissimorum*, inquit Ecclesiasticus, *& desiste immittere, Tabitudo enim & mors imminent in mandatis ejus.* Quæ verba Hugo Cardinalis ita exponit: *Memento mortis, judicij, suppliciorum inferni, gaudiorum Paradisi, & desine immittere, id est desines.* Paulus de Palatio pariter ita scribit: *Plane deponet furorem, qui furorem Dei in morte, judicio, & inferno, novit explicandum, & in non remittentem offendendum. Qui intelligens præcinit sibi vitam, non velut leo irascitur, sed sicut pullus hirundinis clamat, meditatur ut columba.*

Vindicativo cogitandum est de judicio extremo. *Eccli. 28. 6. 7. Hug. Card. ibid. Paul. de Pal.*

DISCURSUS XXIII.

ARGUMENTUM.

Per varia eximiorum virorum (è quibus nonnulli gentiles fuerunt) exempla ostenditur illos summæ sibi gloriæ duxisse offensas acceptas remittere.

THEMA.

Doctrina viri per patientiam noscitur, & gloria ejus est iniqua prætergredi. Prov. 19. v. 11.

Sapientia viri virtuosi

1. SAlomon Regum sapientissimus & gloriæ captandæ avidus in parabolicis documentis suis experientiam doctrinæ & sapientiæ virtuosi cujusdam hominis, à patientia & tolerantia injuriarum desumendam esse insinuat, gloriamque & honorem suum in dissimulandis contumelijs, iisque minime vindicandis præcipue relucere pariter dicit: *Doctrina viri per patientiam noscitur, & gloria ejus est iniqua prætergredi.* Alia quædam versio legit: *Prudens homo differt iram suam, & delicta dissimulando major & major fit.* Cajetanus quoque in expositione hujus textus, ad gloriam alludit, quæ per injuriarum tolerantiam acquiritur; dicit enim: *Gloria viri est, occurrentes rebelliones, hoc est contemptum aliquem sinda aure pertransire.* Simili modo eadem verba Dionysius Carth. exponens inquit: *Præclarum meritum & honor viri patientis consistit in hoc ut aliorum improbitatem ac perversitatem æquanimiter ferat.* Quanta igitur fuit, cunctisque seculis futuris futura erit Davidis gloria, qui cunctas sibi illatas injurias tam glorioſe vicit, sinisque persecutoribus bonum semper pro malo retribuit? quique cum post rebellionem Absalonis in pacificam throni Israëlitici possessionem restiturus fuisset, ad sumendam de Semei vindictam provocaretur, respondit; *cur efficiminī mihi hodie in Satan, ergone hodie interficietur vir in Israel? an ignoro me hodie factum Regem super Israel?* at vero jam dudum à Samuele visu Dei in regem Israëlis consecratus fuerat multisque ante annis omnes Israëlis tribus debitam ei spoponderant obedientiam; quomodo igitur se eo die inthronizatum, sceptrumque regium manibus ejus insertum fuisse dicit? nimirum his ce verbis, ni fallor, insinuare voluit, se eo die, ob exercitum adeo heroicum facinus, quale erat tam notabilium injuriarum remissio regia corona & sceptro dignum factum fuisse, ideoque ijs, qui eum ad sumendum de inimicis supplicium proritabant, indignans illos sibi in Satanam conversos esse dicebat. *Hoc est*, inquit Cajetanus, *vos creditis partes meas fovere, & tamen in hoc eritis mihi hodie in adversarij officium; & rationem subjungit, quia dies hodiernus est tamquam dies creationis mihi in regem, & ideo oportet me agere tamquam novum regem, & oblivisci præteritorum. An hodie movetur vir in Israel? quia nonne novi quòd hodie sum rex super Israel?* Abulensis protestationem hanc à Davide factā, non ex politica humana, vel ratione status, sed ex vera ejus mansuetudine profectam esse dicit: *Noluit*, inquit, *quod occideretur aliquis in illa die, ex sola benignitate, quia remisit liberaliter injurias omnibus, qui eum contempserant.* Similiter postquam Saul vidisset à Davide donatam sibi vitam fuisse, seque ab eo fuisse defensum, ne ab ejus militibus internecioni traderetur, hanc inde deduxit infallibilem consequentiam: *Nam quia scio quod certissime regnaturus sis.* At vero undenam hoc colligere Saul poterat, qui ad eum usque diem imperij Israëlitici habenas gubernabat? nimirum intellexit, quod redditio boni pro malo, injuriarumque remissio, virtus sit glorioſissima & rege digna. Et ideo Saul adeo indubitata fide Davidem regnaturum esse asserit, ut ei totam suam commendarit progeniem. Unde D. Chrysost. ait: *Preces Rex privatas offert, & diademate cinctus supplicem agit, pro filijs suis exulem rogans, hostem filijs suis relinquit Tutorem, suosque posteros in illius manibus deponit.* Idem quoque Saul Davidi prædixit: *Faciens facies, & potens poteris.* Ubi Chaldæus legit; *Regnando regnabis, & prosperando prosperaberis.* Nec semel, sed sæpius eum in tam heroicæ mansuetudinis præmium filij titulo honoravit. Unde ex mente Carthusiani dicere voluit: *Faciens facies, id est magna, ut conderet Regem, ages juxta illud* Isaiæ 32. *Princeps ea, quæ digna sunt principe, cogitabit, & potens poteris, id est, mihi jam prævalens, adhuc amplius prævalebis, & Rex præpotens oris.*

cognoscitur ex tolerantia injuriarum.

Prov. 19. 14.

Tygur.

Cajetan.

Dion. Carth. Ibid.

Patet in exemplo Davidis erga Semei.

2. Reg. 19. 22

Cur David in genealogia Christi præponatur alijs Patriarchis.

Matth. 1. v. 1

2. S. Matthæus ex peculiari Spiritus sancti instinctu Davidem in Genealogia Christi omnibus illius majoribus, etiam Abrahamo, antepositit, titulo patris filij Dei eum honorando: *Liber generationis Jesu Christi, filij David, filij Abraham*; quod vero majori admirationi dignum est, Davidem non semel tantum, sed bis regem appellavit, dicendo: *David Rex*; & iterum *David autem Regem*, cum tamen constet, quod coram illo, in cujus fœmore scriptum est: *Rex Regum, & Dominus Dominantium*, seniores illi in Apocalypsi coronas & diademata sua ad pedes agni reverenter deposuerint. Quodnam vero aliud in eo latet mysterium, quam quod David, qui in hac mansuetudinis virtute, filio Dei ideo conformis erat, simul cum eo Regis titulo honorari pariter meruerit, siquidem inimicis condonare nescio quid divinum in se habet?

Abul. 7. 25. Ibid.

Et Saulem.

1. Reg. 24. v. 21.

Apoc. 19. v. 17.

3. Nescio an aliquando notabilem illam obfervaveritis differentiam circa modum, quo Joseph Patriarcha sese in ordine ad suam venditionem & in ordine ad illatas sibi à fratribus suis offensas habuerit. Enimvero quando Pharaonis rogavit Pincernam, ut à carceris illum compedibus liberari faceret, ait: *Furto sublatus sum de terra Hebræorum*; at vero quando cum fratribus suis in Ægypto egit, solam fecit somniorum quæ habuit mentionem: *Recordatusque somniorum, quæ aliquando viderat, &c.* At vero cur ei in memoriam non incidit fratrum suorum odium, & invidia, improperia item, quibus illum oneraverant, iniquum denique attentatum inferendæ ei necis, nisi id ipsi diffusum fuisset? scitisne quid ad hoc responderi possit? nimirum quando ait: *Furto sublatus sum, &c.* In carcere inter compedes & catenas vinctus morabatur, & in statu privato degebat: Quando vero receptarum injuriarum immemorem se ostendit, jam in regio Ægypti throno positus erat, animi vero regij individua virtus est injuriarum oblivisci: *Non dicit eum memorem venditionis*, inquit Oleaster, *aut mortis sibi intentatæ, sed somniorum, ut nos doceat, non esse memores, sed oblivioni tradere injurias.* Verum quidem est, quod paulo post in cap. 45. venditionis illius fecerit mentionem, hoc tamen ideo factum est, ut omnem etiam minimum indignationis suæ metum ab eis arceret: dicebat enim: *Nolite pavere, neque vobis durum esse videatur, quod vendidistis me in his regionibus, pro salute enim vestra misit me Deus... in Ægyptum.* Notat insuper idem Oleaster super hoc caput scribens, quod *non vindicat peccatum, neque saltem exprobrat, sed ex peccato opus bonum efficere nititur, imo opus Dei*, Sanctorum namque proprium est, ex malo semper elicere bonum, intentionemque excusare, quando opus, & actio defendi non potest. Id quod in S. Stephano & Christo Domino exemplificat dicens: *Quod opus in rerum natura deterius lapidatione innocentis? & tamen B. Stephanus etiam ignorantia lapidantium excusat, dicens: Domine ne statuas illis hoc peccatum, quia nesciunt quid faciant. Dicerat id à magistro, qui opus pessimum crucifigentium patri, quasi non malum offert dicens: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt, sic nunc justus, nefandissimum venditionis opus, & maximæ clementiæ Dei fuisse contendit, & grave facinus in eorum utilitatem convertere nititur.* Unde sequitur, quod cum malum in bonum convertere opus sit Dei, in hoc divinam bonitatem imitantes, summam acquiramus gloriam, tam in hac, quam in alia vita.

Joseph ob jam pincernā Pharaonis pepercit honori fratrum suorū. Gen. 40. 14. Gen. 42. 9.

Animi Regij est oblivisci injuriarum, sic fecit Joseph.

Oleast. ibid.

Gen. 45. 5.

Ibid.

4. Apud Oseam de Deo nostro legitur: *Non faciam furorem iræ meæ, non convertar ut disperdam Ephraim*; At vero quamnam Deus hujus sui asserti assignat rationem? nimirum *quoniam Deus ego, & non homo, in medio tui sanctus.* Quæ verba Rupertus Abbas explicans Deum hunc in modum loquentem introducit: *Non ita mutabor ab insita mihi clementia, ut taliter compleam furorem meum, quoniam Deus ego, & non homo, in medio tui sanctus. Homo dum irascitur, accepta injuria profunde læsus, eo totus intendit, ut vindictam exigat, & de pœnis satietur ejus, qui læsit, nec enim pœnitentiam, sed solam quærit vindictam.* At vero scire jam velim quisnam imitatione dignior sit, homo, an Deus? quemnam illorum majori cum gloria & famæ nostræ existimatione sequi possumus ad exemplum Dei, an vero vilissimi vermis, & pugilli terræ exemplum, enim vero Deus, ut S. Paulus ad Romanos scribit, potentiam suam manifestam facere volens, quanam in re eamdem demonstravit? *Quod si Deus volens ostendere iram*, inquit Apostolus, *& notam facere potentiam suam*; num forte id fecit cœli aperiendo cataractas, ut terram de novo inundet? aut vero evibrando fulmina, vel denique mundum per insolitos terræ motus quatiendo? minime; *Sed sustinuit in multa patientia vasa iræ apta in interitum.* In hoc enim Deus suam facit eluceſcere magnificentiam & omnipotentiam, quod scilicet irrogatas patienter sustineat injurias, nec in illas per justissimæ iræ suæ fulmina animadvertat.

Osee 11. 9.

Ibid.

Rup. Abb. Ibid.

Deus Venia peccatoribus tribuens, potius imitandus, quam homo vindictam quærens.

5. Historias pervolvendo reperiemus clementiam ut plurimum in personis sublimibus maximeque illustribus suum habuisse prædominium, cum sit virtus generosa & magnanimo corde dignissima. Refert D. Chrysost. quod cum Constantini M. statua ingenti fuisset injuria affecta, isque ad eam vindicandam irritaretur, vultu manu sua tacto respondit: *Ego nusquam vulnus in fronte factum video, sed sanam quidem caput, sana vero & facies tota.* Quem heroicum actum postquam S. Doctor recensuisset, tandem exclamat

Præclara exempla injurias condonantium. Constantinū Magni. *Chrysost. ho. 20. ad popul.*

Theodosij Augusti.

clamat dicens: *Hoc verbum hactenus canunt omnes, nec tantum temporis labefecit, aut hujus memoriam eximxit. Quod non sit hoc trophæis splendidius.* De Theodosio Augusto, refert S. Aug. l. 5. de Civ. Dei sequentia manifuetudinis illius exempla: *Non solum vivo servavit, quam debebat, fidem, verum etiam post ejus mortem, pulsum ab ejus interfectore Maximo, Valentinianum ejus parvulum fratrem, in sua partes Imperij, tamquam Christianus, excepit pupillum, & paterno custodivit affectu, quem destitutum omnibus opibus nullo negotio posset auferre, si latius regnandi cupiditate magis, quam beneficiendi charitate flagraret.* De Theodosio II. Annales Ecclesiastici referunt, adeo eum benignum & clementem fuisse, ut nullus umquam eum viderit iratū, nec injurijs personæ propriæ illatis indignari potuerit. A quodam suo familiari aliquando interrogatus, cur necem non intulisset cuidam, qui graviter illum offenderat, respondit? *Utinam potius mihi potestas esset, eos, qui mortui sunt, ad vitam denuo revocandi.* De Urbano IV. qui ex infimo fortunæ statu, ad supremos fuit evectus honores, leguntur sequentia: *Egregium Urbanus Christianæ manfuetudinis exemplum in remittendis hostibus injurijs explicuit, cum enim ad efferendas, tuendasque Guilielmi regis Romanorum partes, Nuntij Apostolici partes in Germania sustineret, à nonnullis hostibus captus, traditusque vinculis, è quibus non sine miraculo erepius est, gloriosissimè pepercit, tum adepto pontificatu injurium ulcisci poterat.* In quadam ejus Epist. Deo gratias sequent. verbis egisse legitur: *Spinam omnis odij, seu rancoris à corde nostro præcidimus, & dilectionem illorum in ipso firmissimè sustinamus, qui nostram innocentiam quandoque calumnijs, & interdum gravibus afflixere jacturis.* Historia quædam, quæ in ijsdem Annalibus de Bonifacio VIII. recensetur, hanc inimicis condonandi magnanimitatem in personis eminentibus communiter relucere confirmat. Cùm enim hic Pontifex Anagniæ à Sciara Colonna carceri mancipatus, contemptus, multisque injurijs affectus, postea à civibus & Cardinali Ursino liberatus, suminaque cum pompa Romam triumphabundus introductus fuisset, Anagnienses in eius defensionem armati, cum manus cuidam injeciffent, qui præcipuus injuriæ illatæ author fuerat, Papa idipsum rejiciens, subitò eum à vinculis eximi justit. *Capitur qui maximus eorum exiterat, summusque pater jam carcere liber, protinus hunc solvit, redieus festinus in almam urbem, numquam sic gloriosus.* De Carolomanno potentissimo & invictissimo Franciæ Rege scribitur à Baronio, quod cùm incognitus ab Abbate montis Cassinensis habitu religioso indutus fuisset, isque in vilissimis culinæ servitijs constitutus, ob suam in illis obsequijs inexperientiam quemdam commisisset errorem, coquus calore vini succensus, insignem ei impegerit alapam, cui ille fine ulla mentis turbatione facie serenâ respondit, condonet id tibi ò frater, Dominus, & Carolomannus. Et tamensi idem coquus hunc ictum alijs temporibus non semel, sed tricies repetivisset, ipse tamen semper constans sibique similis nullum ostendit indignationis vestigium, tametsi ejus in servitio collega has injurias diutius tolerare nequiens, easdem in coquo ultus fuerit. Joannes Papa XXII. Philippum Franciæ Regem his verbis ad manfuetudinem hortatus fuisse scribitur: *Cùm sili misereri posse sit opus potentiæ, virtusque potentis, & ignoscere genus optimum sit vincendi, &c.*

Urbani IV. Rayn. an. 1264. n. 30.

Bonifacij VIII.

an. 1303. n. 42.

Bar. an. 747. n. 11. Carolomanni Regis Franciæ.

an. 1317. n. 6.

6. Sed quid mirum est, quòd manfuetudo communiter reperiatur in viris illustribus Christianis, ad præceptum dilectionis inimicorum obligatis; quando eamdem quoque gentiles exercuisse, atque inter eos in viris insignibus resplenduisse deprehenditur. Seneca porro sequentem habet sententiam, ad confundendum Christi fideles efficacissimam, dicit enim: *Irascendi fissimæ, ac pro corporis captu pugnacissimæ sunt apes, aculeos in vulnere relinquunt; Rex verò sine aculeo est, noluit illum natura, nec fas fœvum esse, nec ultionem magno constituram petere, telumque detraxit, & iram ejus inermem reliquit. Exemplar hoc magnis regibus ingens est: Pudeat ab exiguis animalibus non trahere mores, cùm tanto hominum moderatior esse animus debeat, quanto vehementius nocet.* Idem quoque autor in varijs operum suorum locis exempla adducit magnatum diversorum, qui contra se offendentes, modo damnum publicum cessaret, se placidos manfuetosque exhibuerunt. Ita Rex Antigonus dum aliquando graves contra reputationem suam ab aulicis & se circumstantibus militibus murmurationes audiret, manfuetior ille malum benignitate compensavit; *quia cùm inter dicentes & audientem pulla interesset, quam ille leviter commovit, & longiùs, inquit, discedite, ne nos Rex audiat.* Ita pariter Marcus Cato ab insolente aliquando percussus, injuriam se recepisse negavit, quia *melius putavit non agnoscere* (verba sunt Senecæ) *quam vindicare. Nihil inquis post tantam petulantiam mali factum est? Imò multum boni; cæpit Catonem nosse. Magni animi est injurias despicere. Mulli leves injurias altius sibi dimisere, dum vindicant. Ille magnus & nobilis est, qui more magnæ ferę, latratus minatorum canum securus exaudit.* Et in tertio de ira libro, hanc quoque pulcherrimam adducit propositionem, inquiens: *Non est magnus animus, quem incurvat injuria:* nec non in ejusdem libri progressu idem alijs confirmat verbis. Dicit enim: *illud non venit in dubium, quin se exemerit turba, & altius steterit, quisquis despexit lacessantes; propriuin est magnitudinis veræ non je sentire percussum.*

Gentiles etiã exercuerunt dilectionem inimicorum.

Sen. lib. 1. de clem. c. 19. Seneca.

Antigonus Rex.

Marcus Cato.

Sen. lib. 2. de ira c. 32.

Ibid. c. 25.

7. Salmeron quoque S. Augustini authoritati nixus non minùs efficaciter idem promovet intentum, quando ait: *B. Augustinus Epistola ad Marcellinum, Tomo secundo, Epistolâ quintâ ante medium, eleganter. respondit ijs, qui propter hoc præceptum, & alia similia, calumniabantur Christianam Religionem, quasi contrariam bono reipublicæ, in qua hæc servari non possint, ubi ostendit, similia etiam à Gentilibus laudata esse. Quomodo Cæsari administratori utique Reipublicæ, mores ejus extollens Cicero dicebat, quod nihil oblivisci soleliat, nisi injurias. Dicebat enim hoc tam magnus laudator, aut tam magnus adulator? Sed si laudator, talem Cæsarem noverat; si autem adulator, talem esse debere ostendebat principem civitatis, qualem illum fallaciter prædicabat. Quid est autem non reddere malum pro malo; nisi abhorrere ab ulciscendi libidine? Quid est acceptâ injuriâ ignoscere malle, quam persequi, & nihil nisi injurias oblivisci? Hæc cum in eorum legantur authoribus, exclamatur & plauditur; describi atque prædicari mores videntur, quibus dignum esset exurgere civitatem, quæ tot gentibus imperavit, quod acceptâ injuriâ ignoscere, quam persequi mallebant.*

Salm. tom. 9. tr. 41.

Julius Cæsar.

8. Sanctus etiam Bernardinus ejusdem S. Augustini Epist. meminit, quando, qualiter Cæsar injuriarum oblitus fuerit, in hæc docet verba: *Lucanus quoque refert, quod cùm quædam persona vilis ei se opponeret importunè, contra eum iratus contemnensque ait: Dignum te Cæsaris ira nullus honor facit. Vespasianus etiam Imperator, sicut historia Romanorum narrat, injuriarum immemor factus, numquam exitit vindicator. Nam & Vitellij inimici sui, qui eum præcesserat in imperio, & omnem ejus domum incendio inciderat, fiitam, quæ ex illo superstes erat, aitè maritavit.* In eodem quoque sermone idem Sanctus doctrinam adducit Aristotelis, qui quarto Ethicorum hoc tradit documentum: *Magnanimus non est memor mali accepti.* Quam eamdem veritatem Senecæ confirmat authoritate, qui in libro de quatuor virtutibus ita discurrit: *Si magnanimus fueris, numquam judicabis tibi contumeliam fieri de inimicis. Dices: Non novit mihi, sed animum nocendi habuit, & cum illam in potestate tua videris, vindictam putabis, vindicare potuisse.* Romanis usitatum erat proverbium, ut Titus Livius in historijs eorumdem refert: *Amicitias immortales, inimicitias mortales debere esse.* Aft verò, inquies, ex quo inimicitiæ mortales ab omnibus legibus naturalibus, divinis, politicis & Ecclesiasticis damnatæ fuerint, quomodo subsistet proverbium afferens: *Inimicitias mortales debere esse?* Nimirum per hoc innuitur, inimicitias subito mori debere, & deficere, absque eo, quod repetantur, aut resuscitentur. Cæsar capitaliorem non habebat inimicum ipso Pompejo, & tamen ad imperium assumptus suum erga ipsum affectum quàm maximè demonstravit, de quo proinde dicitur: *Cæsar Pompei statuas everti vetuit, suas stabilivit.* De Tito in Annalibus Ecclesiasticis scribitur, quòd cùm de patricij imperium affectâsse convicti fuissent, ipse hoc rejiciens aliud non fecit, quàm quòd eos monuerit, dicendo, quòd principatus per destinationem dari soleant, cæterùm ipsis promittebat, quòd si aliud quidpiam desiderassent, eorum voluntati libenter obsecundaturus fuisset.

Vespasianus Imperator.

Veri Magnanimi negligunt injuriam.

Livius dec. 4. lib. 40.

Inimicitiæ debent esse mortales.

Titus Imp.

DISCURSUS XXIV.
ARGUMENTUM.

Condonando inimicis injurias nihil de honore deperdimus, quin potiùs illum augemus, Deo id præcipienti obediendo, cùm è contra vindicta de inimicis sumpta magnam adferat ignominiam.

THEMA

THEMA.

Curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi quàm mille thesauri pretiosi, Eccli. 41. ℣. 15.

Turpiter erant qui ex condonatione injuriarū timant vilificari & pusillanimes reputari.

1. UNus ex præcipuis erroribus humanas mentes in hac tam delicata injuriarum materia infascinantibus, est timor, ne si non se vindicaverint, viles, abjecti & inermes esse censeantur. Unde ad hoc propositum aptissima mihi esse videtur illa à S. Greg. Naz. his verbis facta consideratio: *Quemadmodum eadem terra stat quidem sanis & non ægrotantibus, movetur autem vertiginosis, & his qui sese circumvolvunt, cùm videntium passio ad id quod cernitur transmutatur, ita & nos facilè decipimur propter inimicitias.* Homines ut plurimum passionem sibi prædominari sinunt irascibilem, mundique torrentem sectantes, nec Dei habent timorem, nec divinam ejus legem magnificiunt, & ideo honorem sibi diminuendum esse metuunt, nisi injurias sibi illatas vindicent: At verò homines prudentes, & timorati, qui se sapientiorum judicio regulari sinunt, in famam esse censent, sibique honori ducunt si eamdem remiserint. Ex quo Dei filius tanta cum solicitudine non semel tantùm, sed sæpius inimicorum nobis imposuit dilectionem (prouti hactenus in præcedentibus discursibus vidimus) simulque nobis per Spiritum S. ut magnâ curâ honorem, & famam, utpote quovis thesauro opulentiorem, conservemus, præceperit, necessariò inde consequitur, quòd juxta infallibile ipsius judicium, quod errare aut fallere non potest, nihil nobis adimatur honoris, dum injurias remittimus, secus enim inimicorum nobis nec suasisset, nec præcepisset dilectionem: *Curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi, quam mille thesauri pretiosi.*

Matth. 5. 44.

Basil. Seleuc. orat. 7.

1. Cor. 3. 15.

S. Hier. ibid.

Tale etiam est præceptū dilectionis inimicorum.

Deus nusquā præcepit ut honorem nostrū pessumdemus, cujus ipse curam habet. Prov. 5. v. 9.

2. Pervolvatis velim quaquaversum tam vetus quàm novum Testamentum, nusquam tamen Deum nobis suasisse reperietis, ut honorem & æstimationem nostram pessumdaremus, quin potiùs Sapiens monet: *Ne des alienis honorem tuum*; imò verò varijs in occasionibus illum honorem nostrum anxiè defendisse deprehendemus. Sic enim fecit Abraham servo suo, fiquidem cùm Sara conjux ejus ei erepta & in curiam Pharaonis Regis perducta fuisset, Deus pudicitiæ ejus conservandæ curam in se sumpsit, nam *flagellavit Dominus Pharaonem plagis maximis, & domum ejus propter Sarai uxorem Abrahami*; quorum exemplorum plura alia adduci possent, ex quibus perspicuè deducitur, quanta cum cura & solicitudine Deus amicorum suorum honorem & reputationem defendere soleat. Enimverò in dubium revocari nequit, quin actio abominabilis & reprehensibilis sit, si quis legi justæ & rationabili a principe suo promulgatæ rebellem se & contumacem exhibeat. Quis igitur infamatum censebit subditum, qui Domini sui præcepto exacte obedire contendit? Porrò præceptum de dilectione inimici nobis impositum justissimum est, hominique à Deo præscriptum, quis igitur ita insanus erit, qui per illius impletionem honorem eidem obedientis imminuendum esse credere posset? nisi fortè sibi persuadeat, plus homini Christiano faciendum esse principis terreni respectu, quàm Regis cœlestis; *quibus te indicijs ego fidelem potero agnoscere*; quærit D. Chrysostomus, *an quia sacrati aquas fontis ingressus es? At hoc ipsum quod datum tibi fuerat ad salutem, fit tibi gravioris causa supplicij, honoris siquidem magnitudo, his, qui digno non vivunt honore, cumulus incipit esse pœnarum.* Cùm igitur Deus nos ad tam sublimem honorem evexerit, qualis est hominem aliquem Christianum esse, quanam in re tanto honori correspondere censebimur, si divinæ ejus legi divinisque præceptis rebelles fimus? & quis est qui nesciat, omnia Dei præcepta in unico dilectionis proximi præcepto, velut in brevi compendio, contineri? juxta illud: *Qui diligit proximum, legem implevit.*

Præceptum dilectionis inimicorum justissimum est, & nullatenus nocet honori nostro.

D. Chrysost. hom. 4. in Matth.

Rom. 13. v. 8.

Cujus sit difficultates circa materiam injuriarum decidere.

Observantia mandati Dei, est valde honorifica.

3. Notum est omnibus, præceptum illud Abrahæ à Deo olim impositum, quo filium suum Isaac in sacrificium offerre jubebatur; at verò si quis bonum hunc senem manu cultello armatâ ad filium suum unicum, innocentem, & sempiterna vita dignum, jugulandum paratum, ignem item ad eumdem in cinerem redigendum vidisset, numquid illum quavis tygride fœviorem & ferociorem esse judicasset? verumtamen si idem ille sæviisset, Abrahamum hac de re speciale à Deo sibi impositum habuisse præceptum, eumque id faciendo divinam executum fuisse voluntatem, Abrahamum utique super omnes Seraphinos laudibus extulisset. At verò quidnam per hanc historiam nobis insinuare contendo? nimirum homines mundani, qui exiguam Dei habent notitiam vel lumen, homines illos viles, ignavos, & abjecti animi esse censent, qui verbum injuriosum impactâ alapâ cum indignatione non rependunt, aut qui ad impactum colaphum enfem vel cultrum suum non stringunt, at verò homines sapientes & prudentes, qui per divinam legem suas regulare solent passiones, scientes Deum præcepisse: *Diligite inimicos vestros*, illos qui bonum pro malo reddunt, illatasque sibi injurias condonare sciunt, admirantur, & ad cæli usque stellas exaltant. *Abraham jenio curvatus*, inquit Basilius Seleucus, *intrepidâ manu charissimæ proli gladium intentat, quia imperantis Dei charitate vincit naturæ difficultatem, ut hostia minimè cæsa Domini sacrificium imitaretur.* S. Hieronymus super illa Apostoli verba: *Si quis videtur inter vos sapiens esse, &c.* ita scribit: *Si quis ad reddendam vicem injuriæ, si eadem fecerit, putet se esse sapientem, stultus fiat, in hoc enim sæculo stultus est, qui evangelica voluerit implere præcepta, qui enim percutienti alteram præbet maxillam, voluntate stultus est, non naturâ, sapientia enim hujus mundi, stultitia est apud Deum. Nihil stultius est, quàm ut velit se, qui non potest, vindicare, & Deo suam non reservat injuriam, & ita de contumelia vindictam apud Deum perdet, & de patientia mercedem.* D. Chrysostomus in quadam homilia *de simultate & ira* ita scribit: *Qua pœna digni non fuerimus, si sæcularium rerum causa & servilia sustineamus ministeria, & præter dignitatem inservimus, pecunias expendimus, scelestis hominibus adulamur, omnia denique & dicimus, & facimus, ut proposita efficiamus; pro divina autem lege fratrem qui læsit, non soldm non sustinemus exorare, sed inter probra ducimus eum priores adire! an verò tibi probro esse putas, si tu prior præoccupes?* in quot occasionibus nobilis quidam & equestris ordinis vir, qui honoris conservandi specialem facit professionem, contemnitur & deridetur, & tamen inter hasce derisiones patiens esse perseverat, e contra verò cùm de dilectione inimici agitur, honorem sibi diminuendum esse metuit, si legem illam adimpleat. *Imò vero verecundiæ esse debet*, inquit idem Chrysostomus, *si in eo affectu persistas, expectesque donec injuriæ author pro reconciliatione te adeat; id probrum, id vitium, id ingens damnum, qui enim prior venit, is totum lucrum anticipat.* Idem S. Doctor in alia quadam homilia id ipsum considerat, quod frequenter ijs accidere solet, qui impuris capti sunt amoribus, hi enim à dilecta sua multas libenter sustinent injurias & derisiones, ut tandem indigno fine suo potiri valeant. Sic Aulicus ille, prout apud Senecam legimus, *injurias accipiendo, & gratias agendo*, in curia consenuerat. Porro ut fines assequamur nobis propositos vel voluptatis carnalis, vel ambitionis, omnia nobis obvia, etiam indignissima, & honori nostro adversantia libenter sustinemus, pro adimplenda verò lege Dei, in condonando inimicis, nos virtuperio dignos esse censebimus? Absit. *Morbus iste*, inquit idem D. Chrysostomus, *aut ex inflammatione fit, aut ex frigiditate, verùm utique dilectionis virtus suo calore mederi consuevit. Non vides turpes illos amatores alapas, sputa, opprobria, innumeraque alia incommoda, quæ fornicariæ illæ mulieres infligunt, patienter ferre? quid igitur amorem hunc eximet? illata convitia? nequaquam; imò magis inde accenditur. Quamquam ista facientes mulierculæ præterquam quòd fornicantur, obscuro etiam ac vili genere sint, quæ verò talia ab ipsis patiuntur, illustres sæpenumero progenitores numerare, neque tamen hoc ab amata cohibet. An non erubescimus, quòd tantam erga Deum dilectionem, quantam habet potentiam diabolicus ille ac dæmoniacus amor, ostendere nequimus.*

Seneca.

Mirabilis ludus Thusciæ.

4. Scire utique percuperem, unde & à quo difficultates circa injuriarum materiam occurrentes decidendas expectare debeamus nos Christiani, fortitan ab hominibus mundi hujus, rudibus & vanis, an verò à personis illuminatis & sapientibus, unde vulgus judicium certum non format. Sed Doctores sacri cum prudentia & scientia veridica nobis veritatem edicent, ad hos itaque convertamur, & in primis quidem ad S. Ambrosium, qui super illa Psalmi verba, (*aufer à me opprobrium*) ita scribit. *Pro nomine tuo pati opprobrium, gloriosum est; & alibi ait: Maledicent illi & tu benedices. Docuit nos, quòd timere maledicta persequentium minimè debeamus, cùm habeamus persecutionis authorem, nec movere nos convitia debeant, ubi præsul est, qui possit auferre maledicta.* In aliquibus Thusciæ urbibus quidam viget lusus, Italicè calcio appellatus, in quo bacillus, qui princeps dicitur, permittit, ut quicumque socium suum licitè colaphis, pug-

Ps. 118. v. 22. S. Ambr. in Act. 13. ibid.

nis,calcibus percutere possit , eâ tamen conditione , ut priusquam lusum finiant,pacem promittant, nec ullis per injusmodi alapas, aut calces se injuriâ affectum esse reputet, siquidem princeps vult & decidit , ne in opprobrium imputentur , *nec movere vos convitia debent , ubi præsul est , qui possit auferre maledicta.* Numquid autem Deus noster minus poterit,quàm talis fictitius princeps cum subditis suis ? numquid,inquam,Deus minùs poterit cum fidelibus & sequacibus suis ?

S.Greg.Nyss. orat. 4. cont. Eunomium.

5. Quin si S.Gregorio Nysseno credimus , *dedecus est viro prudenti , non sanè convitiantem audire , sed ea quæ dicuntur convitia , retorquere.* Quod idem dogma nobis in hæc verba tradit S.Isidorus Pelusiota: *Acceptarum injuriarum memoriam retinere haud generosi animi est , verùm improbi ac miseri.* An non hoc in quodam circa Davidem facto relucet ? qui cùm semper generosum omnibusque injurijs superiorem monstrasset animum , semel nihilominus pessimè exceptus à Nabal,dum vindictam sumere vellet,his eum verbis repressit Abigail , dicens : *Cùm fecerit tibi Dominus Domino meo omnia hæc , quæ locutus est bona de te , & constituerit te ducem super Israël , non erit tibi hoc in scrupulum cordis , quòd ipse te ultus fueris.* Quibus verbis mulier hæc tamquam prudens sapiensque à sacro textu laudata , Davidi ostendit, eum posttquam passio deferbuisset , tandem pœnitudine , agendum esse, de sumpta ultione,& ad thronum regium evectum vindictæ numquàm sine indignatione futurum esse memorem,tamquam actionis minùs honorateæ,& virum magnanimum dedecentis plurimùm. Unde Lyranus præmissorum verborum Abigailis hunc fuisse sensum existimat: *Malitia non inventatur in te omnibus diebus vitæ tuæ , quia non decet tantam dignitatem.* Hæc namque vindicta sufficiens fuisset ad obtusandam aliarum heroicarum actionum ejus gloriam , maximè autem,ad obliterandam toties ab ipso circa Saül exercitam mansuetudinem. Atque ob eamdem fortè causam David mortuo Nabal , Abigaëlem tamquam mulierem prudentissimam in uxorem accepit.

S.Isid. Pelus. l.3. ep.7. Improbi animi est,injurias ulcisci.

1. Reg. 25. v.31. Patet exemplo Davidis erga Nabal.

Lyranus.

6. Idem confirmat intentum Seneca verbis sequentibus : *Hoc est Alexandro crimen æternum , quod nulla virtus , nulla bellorum felicitas redimet. Nam quoties quis dixerit, occidit Persarum millia millia , apponetur ; & Calisthenem. Quoties dictum erit , occidit Darium , penes quem tunc magnum regnum erat , apponetur ; & Calisthenem. Quoties dictum erit , Oceano tenus vicit , ipsum quoque tentavit novis classibus , & imperium ex angulo Thraciæ usque ad Orientis terminos protulit , dicetur ; sed Calisthenem occidit. Omnia tacet antiqua ducum, regumque exempla transierit ex his,quæ fecit , nihil tam magnum erit , quàm scelus in Calisthenem commissum.* Detur mihi nobilis aliquis,in cunctis alijs actionibus suis virtuosus , qui tamen alia ex parte iracundus sit & vindicativus , hoc unicum ad obscurandam omnium aliarum virtutum suarum gloriam abunde sufficiet. Enimverò quisquis es vindicativus , te interrogatum velim , num legem Dei profiteatis, an verò leges duelli,teque declares Atheistam, barbarum , vel paganum , siquidem ipsi quoque Gentiles , ut in præcedentibus discursibus probavimus , licèt Evangelio fidem non habuerint , injuriarum remissionem summè reputârunt gloriosam , vindictam verò actionem maximè vituperiosam æstimarunt. D. Chrysostomus ijs , qui nec digitis monstrentur, atque à mundo contemptui habeantur,nisi injurias sentiant & ulciscantur, planè metuunt,his verbis respondet : *Auser homo , & arrumpe , non vis à conservo deridere, sed odio haberi à Domino tuo ? non vis contemni à conservo tuo, & contemnis Dominum ? non putas indignari Deum, quod illum contemnis , & quòd illum derideas ? non vis illi obtemperare ?* quo putatis nomine appellari vindictam ? *Pusillanimitatis opus* ; sed quid remittere appellarur ? *opus magnanimitatis.* Cuinam adhibenda est fides hac in re ? an homini cuidam sanguinario,an verò Deo , primæ & æternæ veritati ? Hic autem Deus expressis verbis insinuat ,quòd quisquis ipsum contemnet , plebejus , vilis , & infamis reputabitur : *Qui contemnunt me*,inquit,*erunt ignobiles.* Qui verò divino de dilectione inimici præcepto inverecunde se opponit , illudque pedibus suis conculcat, universam legem Evangel. proterit , quia *plenitudo legis est dilectio.* Meritò igitur D. Chrysostomus contra illos , qui ex timore, ne ab alijs derideantur, inimicis irascuntur , deque illis se vindicant,hisce verbis se opponit : *Videmus, non quid dicant, sed quid nos deceat. Aliqui autem dicunt: Non me derisezis,& glorientur quidam. O insipientiam ! Nullus me lædens derisit me,inquit,hoc est, ultus sum ; quin ob hoc deridere mereris , quia ultus es. Unde hæc verba introducta,quæ confusio, perditioque nostræ vitæ sunt? nonne illa , quæ licèt Deo adversa sint, loquimur ? non ulciscit enim, Deo facit æqualem. Risumne hoc putas ? nonne propter hoc rideri meremur,& à nostris,& à gentibus, ita contradicentes Deo ? mundus quod suum est , diligit.* Et ideo mundus vindictam nobis suadet fumendam esse,quia id quod amat,sunt rixæ,dissensiones,inimicitiæ mortales, strages , & ut uno verbo dicam , quodvis nostrum præcipitium & exterminium.

Quantumvis sint nobiles, apud Deum tamen sunt ignobiles.

1. Reg. 2. 30.

Rom. 13. 10.

7. Cujusnam is,qui aliquam ab inimico accepit injuriam,implorat consilium? communiter cum milite,vel alio simili ferociori homine de vindicta deliberat , de quibus etiam Poëta canit : *Nulla fides pietasque viris, qui castra sequuntur.* Vindicativus eorum explorat opinionem & sententiam , qui omni sunt timore Dei destituti,qui licentiosè vivunt , non verò consulit homines qualificatos, & timoratæ conscientiæ , vel si nonnumquam ad illos recurrat , dum nihilominus interiùs ad vindictam se urgeri sentit, illos sibi consultores eligit , qui partem Dei non sustinent , sed ad quodvis malum connivent. Quòd si Rex aliquis talem promulgaret legem , quòd qui deinceps in vindictam injuriarum prorumperet, carnificis manu infallibiliter sit fustigandus , aut ad triremes condemnandus,quis adeo futurus esset temerarius , qui non subito ensem in vaginam reconderet , ne ejusmodi infami plecteretur pœna ? jam verò Deus ex una parte dicit: *Per me Reges regnant , & legum conditores justa decernunt ; per me principes imperant, & potentes decernunt justitiam* ; qui idem sequentem quoque promulgavit legem : *Ego autem deos vobis,diligite inimicos*; ex altera verò parte dicit : *Qui contemnunt me , erunt ignobiles.* Quomodo igitur inter Christianos reperiri potuit , qui honoratam censeat esse actionem , si quis contrarium illius, quod Deus præcepit , operatus fuerit ? omnes legislatores , & principes dependenter ab eo suas promulgant leges,& ideo si legem Evangelicam sequi detrectas , leges saltem reverere civiles à republica emanatas, quæ sub gravissimis pœnis vindictam prohibent , transgressores verò perpetua infamia castigandos esse decernunt. Regulæ quidem directivæ cujusibet boni regiminis justam permittunt defensionem , non tamen vindictam , quia si hæc concederetur , genus humanum in totalem desolationem corrueret.

A quibus consilii quæ-rant vindica-tivi, injuriam ulciscendi.

Simile Regis, vindictam prohibentis.

Prov.8.15.

8. Una excusationum apparenter magis rationabilium,qua vindicativi uti solent,hæc esse videtur , cùm ajunt, quid alij de me dicent ? ab omnibus tamquam homo ignavus digito monstrabor, conseborque meum stultè prodegisse honorem. At verò nequaquam hoc verum est,quia si in alijs actionibus tuis timorem Dei pro regula habere solitus fueris , non solùm sapientiores , verùm etiam licentiosiores homines eximabunt , quod dum inimicis non dedignaris, ab eodem movearis fine , qui ab eadem timoris Dei radice derivetur,non verò ab ignavia, unde David ait : *Tunc non confundar , cùm perspexero in omnibus mandatis tuis* ; at verò si aliàs vivere solitus fueris dissolutè , unum te interrogatum velim , cur scilicet tu,qui adeo es solicitus honoris & reputationis tuæ conservandæ , illam tunc solùm defendere velis , quando agitur de spernenda voluntate Dei , ejusque lege prævaricanda, de inimicis tuis te vindicando , cùm tamen alia ex parte in tot actionibus sceleratis tam tis honoris tui prodigus, committendo usuras , illicitos stipulando contractus , instituendo iniquas subditorum extorsiones , committendo fraudes , suspectas frequentando conversationes , torque alia patrando scandala publica ? tibine honor esse videtur defraudare justas aliorum mercedes,divitemque te facere ex aliorum facultatibus, calumnias ordiri per invidiam , insidias machinari sodali , bonam proximis auferre famam (hæc enim & longe deteriora mundani homines quotidie operantes , nullam sibi videntur infamiæ maculam contrahere) & non potiùs honorificum tibi videbitur condonare inimicis , qui est actus gloriosissimæ virtutis ? Enimvero ad hanc rem tibi tanto efficacius persuadendam sequenti utamur similitudine , seu potius casu quodam ficto , ponamus enim quòd Rex quidam potens in conspectu totius aulæ suæ,à quodam servo, vel mancipio suo in faciem percussus fuerit,cui idem Rex , licèt dictum servum trucidare posset,acceptam injuriam facilè condonet ; quòd si verò alius quidam hujus Regis aulicus , à quodam æmulo suo minorem quamdam recipiens injuriam , inhonorificum sibi suæ

Mundani ex sola condonatione injuriarum putant se redendos infames, non verò ex alijs gravibus delictis,quæ impunitè committunt.

Ps. 118. v.6.

Pulchra & apta similitudo.

turum esse censeret , si exemplo Regis sui, acceptam hanc pariter condonaret offensam , numquid stultum & insanum hominem illum esse diceres , qui honorem suum majori quàm Rex ipse in pretio haberet ? Quot obsecro Deus à te quotidiè recipit contumelias , contemptus,injurias & offensas ? nec tamen,dum omnia tibi clementer condonat , ob id aliquod honori suo præjudicium inferri censet ; imo honorificum sibi esse reputat : *Deus enim omnipotentiam suam parcendo maximè & miserando manifestat* , quoties hanc tibi injuriam remittit , & tu honorem tuum lædi existimabis , si ad imitationem Dei illatas tibi injurias remittas ? Noli quæso tantam tibi persuadere stultitiam. Ponamus itaque , quod Rex aliquis cum toto suo comitatu , principibus regni stipatus,in magnifica pompa per medium civitatis incedens, aliquem à temerario quodam subdito patiatur insultum, v. g. luto conspurcetur , aut lapidum experiatur imbres,ipse tamen hanc non solùm dissimulet , verùm etiam clementer condonet injuriam , nec tamen inde suum æstimet lædi majestatis honorem , sicque alius quidam vilis stabularius , qui eamdem accipiens injuriam adeò sit præsumptuosus , ut non solùm se vindicare velit, sed etiam se infamatum esse reputet, nisi rigorosam de injuriante sumat vindictam , illum jugulando, vel omnium bonorum suorum procurando confiscationem , vel domum ejus solotenus demoliendo , vel denique totam ipsius disperdendo progeniem & familiam;cùm tamen non sit *servus major domino suo*; quâ lege talem judicandum esse existimabis ?

Alia similitudo.

Joan. 15. 20.

9. Regius Propheta David Psalmum 57. ab his verbis orditur : *Si verè utique justitiam loquimini,recta judicate filij hominum, etenim in corde iniquitates operamini , in terra injustitias manus vestræ concinnant.* Nos porro leges nobis modo nostro formamus , secundùm quod nobis furor vel appetitus irascibilis & vindicativus suggerit , & sæpe mala pessimorum sequendo exempla,eorum scilicet, qui sine anima & conscientia in terris vivunt,nostros defendimus furores,sub mundani honoris & reputationis prætextu , Hebræus loco illius dictionis *etenim*, legit *attamen* ; *injustitias manus vestræ concinnant* ; S.Hieronymus legit,*appendunt*;vindicativi enim in una bilancis parte respectum ponunt humanum, vel opinionem falsam hominis cujusdam sanguinarij,& homicidæ ; ex alia verò parte Deum collocant unà cum suo Evangelio,cum suo regno cœlorum ; cum animæ propriæ salute,& tamen his omnibus falsa & deceptoria reputatio & honor apud illos præponderat.

Ps. 57. v.1. Vindicativi sibiipsis formant legem secundùm fumum appetitum irascibilem.

S.Hier. ibid.

DISCURSUS XXV.

ARGUMENTUM.

Offensas remittere gloriosum est , & quidam est eximiæ fortitudinis actus, cùm è contra vindicta nobis in ignominiam redundet.

THEMA.

Nequaquam ultrà tibi male faciam, ... apparet enim quòd stultè egerim, & ignoraverim, 1.Reg.26. ℣.21.

1. S. Ambrosius de agnitione Davidis, quâ reprehensus à Nathan, culpæ se reum esse fatebatur, differens , hoc illum encomio exornavit : *Peccavit David,quod solent Reges , sed pœnitentiam gessit, flevit, ingemuit , quod non solent Reges.* Reges enim scelera sua defendere solent , semper præsto habent adulatores , qui eorum facta canonizant , nec illos errasse monstrare volunt , & tamen Saül,tametsi etiam Rex esset , Davidis à se implacabiliter ad mortem usque persecuti mansuetudine se superatum esse cernens , videnscque quòd dum in propriam defensionem sibi vitam eripere potens, illæsum se abire permisisset,alta voce exclamavit,& confessus est, dicens : *Nequaquam ultra tibi malefaciam ... apparet enim quod stultè egerim & ignoraverim.* Hanc igitur sibi gloriam David acquisivit,ut Regem quemdam suam coëgerit confiteri propriam ignorantiam & stultitiam , quàm illum persequendo & male tractando commiserat. Poteratne sublimiorem ambire honorem ? Paulò ante, quando in spelunca Odolla iterata vice vitæ ejus pariter pepercit , eumdem ut in hos paternæ teneritudinis affectus prorumperet , coëgit ; *Numquid vox hæc tua est fili mi ?* hinc quoque ipsum ad errorem suum confitendum extimulavit , ut diceret : *Justior tu es quam ego , tu enim tribuisti mihi bona , ego autem reddidi tibi mala.* D.Chrysostomus diffusè Davidis texuit encomia & glorias , quas in hac sibi occasione acquisivit ; hanc namque victoriam , quam in illa occasione de semetipso retulit , cum alia,quàm contra Goliath obtinuit, comparans ait : *Tunc temporis magis exultans , quàm cùm Goliath dejecisset ; siquidem hæc illâ magnificentior erat victoria , hæc magnificentiora spolia, hæc præda illustrior, hoc gloriosius trophæum. Siquidem illic & funda , & lapidibus , & acie habebat opus, hic verò cuncta prudentiâ rationeque peracta sunt.* Idem quoque in ejusdem homiliæ progressu , Davidem è spelunca pedem efferentem his verbis prosequitur : *Egressus est David , dexteram illam totius orbis pretio parem , simul cum capite coronatam gestans. Quemadmodum enim sæpenumero sit ; ut Imperatores eorum qui sese in pugilum certamine , aut in reliquis certandi generibus gessêrant, ante caput coronent dexteram , ita & Deus manum illam coronavit, quæ gladium parum potuerit educere,ensemque Deo nullo contaminatum sanguine ostendere ; denique tantam adversus iracundiæ procellam retsetere , non egressus est gestans Satilis diadema,sed egressus est gestans coronam justitiæ.* Quis obsecro, invenietur, qui injuriæ remissionem , tamquam actionem magnanimam & heroicam ad cœli stellas usque non exalter?dummodo solos impios excipias , de quibus semper verum est , quòd *animalis homo non percipit ea , quæ sunt Spiritus Dei. Magni animi est proprium*, inquit Thomas Cantipratensis, *placidum esse, tranquillumque, & injurias atque offensiones supremè despicere , si magnanimus fueris, numquam tibi injuriam fieri judicabis.*

S.Ambr. ap. de David. l. c 2. Offensas remittere, est actus Regius.

1.Reg.24. v.21. Quænam victoria Davidis fuerit illustrior, de Goliatho,an de Saule.

1. Cor.2.14.

Thom. Cant. l.2. Apum c.18. §.5. Præclarè exemplum S. Spiridionis Episcopi.

2. In vita S. Spiridionis legitur , quòd Imperator Constantius Antiochiæ ex dolore quodam & incurabili vulnere infirmus existens , Deo se commendaverit,cui proinde nocte quadam angelus apparuit , integrum ei sanctorum Episcoporum chorum demonstrans,& inter illos duos præcipuè,dicendo ei : Hi soli sunt , qui te curare possunt. Cumque multos ad se accersiri fecisset,illos inter etiam S.Spiridion Cypri Episcopus accessit,quem cùm intuitus fuisset , subitò illum unum ex demonstratis sibi ab angelo esse agnovit. At verò audite obsecro,quid eo in Palatio Imperiali comparente;acciderit : Cùm enim pauperibus vestimentis indutus esset,temerarius quidam Aulicus, eum non agnoscens , validum illi colaphum impegit , utpote qui temerè nimis ad penetralia Regis se ingessisset ; qua in occasione quis & qualis esset manifestè demonstravit, scilicet vir summæ virtutis,summaq; gloria & æstimatione dignus,quia subitò alteram percutienti maxillam præbuit, qua iteratum reciperet colaphum ; percussor igitur confusus existens,magnum de sanctitate ejus formavit conceptum, atque ad pedes ejus prostratus,temeritatis suæ veniam popposcit, & quis esset exinde agnovit. Quòd si S. Spiridion illatam sibi per colaphum injuriam ulcisci voluisset , numquam hanc sibi apud Deum & mundum acquisivisset æstimationē & meritum. Hæ etenim existimationes ab Historicis ad perpetuam facti memoriam ipsorum inseruntur Annalibus; non verò ultiones & vindictæ de inimicis sumptæ, hæ enim vindicativis æternam conciliant confusionem. *Magna gloria est*,inquit S.Bernardus, *si cui nocere potuisti, parcas. Nobile vindictæ genus est ignoscere victo.*

S.Bern. serm. 43. de inter. dom. Aliud exemplū S. Joannis Eleëmosynarij. Surius.

3. In vita S.Joannis Eleëmosynarij Patriarchæ Alexandrini legitur , quòd dum quidam ejus nepos dolens domum rediisset , sanctum adiens Episcopum , singultibus , & voce suspirijs interruptâ irrogatam sibi à quodam tabernario significarit injuriam. Sanctus verò Patriarcha , ut illum consolaretur , dixit ei : Quomodo possibile est , aliquem adeò fuisse temerarium ut hac te injuriâ afficere præsumeret ? talem utique de illo statuam vindictam,ut tota Alexandria inde rapienda sit in admirationem. Quibus verbis auditis , ira nepotis nonnihil conquievit , existimans Episcopum severum de injuriante sumpturum esse supplicium ; at verò quid accidit ? Nepotem suum amplexatus eidem dixit, quòd si se agnoscere cognatum , & vicissim ut talis ab eo agnosci vellet;se ad remittendam injuriam , eamque patienter ferendam disponeret , eò quòd vera parentela non à carne & sanguine, sed à spiritu & virtute derivaretur. Unde cum summa omnium admiratione , & cum incredibili sua gloria , hoc de illo statuit vindictæ genus , quòd scilicet illum à quodam tributo annuo,quo ei obligabatur , in perpetuum remitteret. D.Chrysostomus *de ira & furore* , quærit : *Accepisti injuriam , & eum qui intulit , ulcisci cupis ? Beneficijs eum affice,& ultus es. Si enim ulciscaris , similiter & te & illum vituperabunt omnes : Si verò toleres , te quidem suspicient , de illo autem malè loquentur , quòd verò majus malo & acerbius contingere inimico possit , quàm videre inimicum omnibus esse admi-*

D.Chrysost. tom 2.hom. 2.de Dav. & Saül.

D.Chrysost. tom.6. h.26.

rationi, plausuque excipi, se verò in oculis inimici ab omnibus vituperari? S. Isidorus Peluſiota in quadam Epiſtola ſua ita ſcribit : *Probè novi, ipſam injuriarum improbitatisque alienæ tolerantiam, & in hac vita gloriam parere, tam in altera decus eſſe allatarum maximam : Injuriam vero facienti, ac lædenti, gratias agere, rem eſſe, quæ ad majorem vitæ perfectionem hominem impellat, ac præſertim ſi ad ipſum ſæpius agas, etiam honorem referat ac laudem. Non quod dicam, aut velim nos laureas ex alienis debere malis contexere, id enim permagnum eſt, & meis longè impar viribus, per quas poſſim & injurias perpeti & contumelias, nequeam tamen inde emendari, atque injuriam inferenti gratiam habere, & ſincerè orare pro calumniantibus nos.* S. Baſilius ad Andronicum præſidem ſcribens, eumdem ad manſuetudinem, & injuriarum remiſſionem his verbis invitat : *Illud tibi animadvertendum fuerit, quod de ijs, qui deliquerunt, multi quidem eorum, qui ante nos vixerunt, ſupplicia ſumpſerunt, quorum jam apud poſteros nulla prorſus eſt ratio. Qui verò in Philoſophia quamplurimos excelluere, animi indignationem remiſerunt, quorum immortalis memoria per omnia ſæcula durat.*

S. Iſid. Peluſ. l. 5. ep. 398.

S. Baſil. ep. 164.

Magna gloria eſt homini injuriarum remiſſio.

4. D. Chryſologus de virture diſſerens, quam anima electa, compatiendo illis, qui nos injuria afficiunt, exercere debet, honoris & gloriæ mentionem facit, quæ eos conſequitur, qui injurias beneficijs compenſant : *Eurit frater*, inquit, *dabis tu prudenter infirmitati culpam, fratri veniam, ut illius ſanitas ad tui gloriam recurrat.* Ingens eſt Medici alicujus gloria, quòd alterius curavit infirmitatem, maximè quando hæc infirmi offuſcabat & inturbidabat judicium, & partem rationalem ; *furit frater, in magnam igitur tibi gloriam cedet*, ſi adferre noveris opportunum alienæ phreneſi remedium & antidotum. S. Bernardinus incomparabilem conſiderat prærogativam, ad quam illi, qui injurias remittunt, ſublimantur, videlicet filiationem divinam : *Sublimitas*, inquit, *finalis eſt, ut homo à Deo, ut filius in honorem erigatur, & ſublimetur quaſi in omnibus jura filij obtineat in paterna hæreditate.* Idem in alio quodam ſermone inquit : Deum nobis occaſionem præbere, ut ad ſublimiorem gradum exaltemur, dum nobis occaſionem ſuggerit injurias remittendi : *Magna*, inquit, *gloria & honor ſit homini, & eſt, magnanimitate injurias & injurias ſuperare.* S. Thomas de Villa nova in quodam ſermone de dilectione inimicorum, verba illa Pſalmiſtæ exponens : *Et gloriam meam in pulverem dedacam*, inquit, *quod non ſolum de gloria beatitudinis æternæ, ſed etiam de gloria illa & corona ex victoria virtutis & patientiæ, de qua diximus, intelligi poteſt, quam habuiſſet coram Deo & angelis, ſi inimici malitiam ſuperaſſet*; addi quoque potuiſſet, *coram hominibus*, quia etiam apud ſapientiores ſummæ gloriæ loco ducitur remiſſio injuriarum, maximè quando aliquis facilè ſe de ijs vindicare poteſt.

S. Bern. tom. 3. ſerm. 8. a. 3. c. 2.

tom. 2. ſerm. 50. a. 2. c.

S. Th. de Vill. ſerm. 2. in ſer. 6. Cin.

Dimiſſio injuriarum eſt actus ſummæ fortitudinis.

5. Ingens eſt error, quòd nonnulli ſe per omiſſionem vindictæ vilitatem & contemptum contracturos eſſe exiſtiment, quia dimiſſio injuriarum actus eſt ſummæ fortitudinis. S. Fulgentius S. Protomartyrem, velut contra ſuos lapidatores, de quibus glorioſam reportavit victoriam, armatum introducit ; arma verò, quibus munitus fuit, actus fuerunt heroici patientiæ, manſuetudinis, charitatis, in quibus ſe erga peccatores exercuit : *Neceſſarium eſt nobis, fratres chariſſimi, agnoſcere, quibus armis præcinctus Stephanus, ſæviſſimam Judæorum potuit ſuperare. Haud vero viribus armis potuit præmuniri, qui à multis non potuit ſuperari. Invictæ namque in eo eniuit inſigne virtutis, quæ nec fremientium ſæviſſimam formidavit, nec lapidantium ictibus devicta ſuccubuit. Quod tam magnum atque inſeparabile genus armorum, quo manibus ſævientes arguere, lapidantes non percutiens, ſed patiens ſuperaret?* Bellovacenſis de Alexandro M. refert, quòd dum hic ſe erga quemdam, qui illum offenderat, implacabilem & inexorabilem oſtenderet, ſurdisque auribus quorumlibet preces auſcultaſſet, Ariſtoteles eumdem hoc argumento convicerit : *O Rex nobilis, documentum docebo te cæteris utilius, ſi feceris, quo reſpondente, præſto ſum, ait : Quis eſt, qui ſuperavit omnia regna mundi, regna & reges? certè nobile cor tuum & ſtrenuum. Sed majorem victoriam hodie acquiris cæteris, ſi vincas animum, qui tibi dicit, quòd non remittas injurias, ipſum dico alium victorem, qui ſi te non viceris, non es victor, ſed victus, ad quæ verba placatus eſt.*

S. Fulg. ſerm. de S. Steph.

Quomodo Ariſtoteles placaverit Alexandrũ iratum alteri.

Bellov. ſpec. mor. l. 3. p. 5. diſp. 3.

6. Moyſes Deum noſtrum ad indulgentiam populi, ſi quo graviter adeo offenſus fuerat, concedendam exhortaturus, quali putatis uſus fuerit phraſi loquendi? *Magnificetur*, inquit, *fortitudo Domini, ſicut juraſti, dicens : Dominus patiens* ; ecce itaque vobis in quo fortitudo Dei conſiſtat, ſcilicet in oſtenſarum tolerantia, atque ideo meritò dicitur : *Melior eſt patiens, viro forti, & qui dominatur animo ſuo, expugnatore urbium.* Quam ob cauſam pariter Caiſianus, magnus ille ſpiritualis vitæ magiſter, dum veterum Patrum ſelectiores inſinuat conferentias, & de veris virtutum maximis tractat, eos, qui ad injurias alijs inferendas faciles ſunt, ignavos nuncupat, dicens : *Notandum etiam illud eſt, infirmorum naturam ſemper eſſe ejuſmodi, ut prompti quidem & faciles ſint ad contumelias ingerendas, & jurgia conſerenda, ipſi verò ne minima injuriæ velint ſuſpicione contingi.* Eamdem igitur ob cauſam quoque aſſerere poſſumus, illos, qui injurias vindicant, ignavos eſſe & viles, quia ad illas æquanimiter tolerandas, ſufficientibus non ſunt virtutibus inſtructi & communiti. In ſpelunca Odolla Saül ſolus & inermis in poteſtate erat Davidis, quem ad mortem uſque perſequebatur, David verò armatus, & validis militibus ſuis, adverſus perſecutorem ſævientibus cinctus erat ; nec tamen dubito, quin veſtrum aliqui illum majorem exiſtiment reportaturum fuiſſe victoriam, ſi Saülis necem intuliſſet, quàm dum illæſum abire permiſit ; verum non ita ſe res habet. *Alter, qui ſtatuerat invadere*, inquit D. Chryſoſtomus, *nudus & inermis, omnibusque deſtitutus auxilijs, non aliter quàm captivus in manus inimici traditus jacebat ; hic verò dum cedit, & ubique dat locum, dumque ne juſtè quidem vult manus injicere, ſine machinis, ſine armis, ſine comitatu, ſine militibus hoſtem in poteſtatem ſuam accepit, & quod eſt omnium maximum, Deum erga ſe benevolentiorem reddidit.* Idem quoque S. Doctor paulò ante eamdem hanc Davidis victoriam ſequentibus ponderaverat verbis : *Haud intempeſtivum fuerit*, inquit, *ſi quis hic meminerit etiam Danelis, quemadmodum enim ille aſcendit è lacu ſuperatis feris leonibus, itidem hic è ſpecu prodijt, alijs beſtijs longè ſævioribus devictis ; nam ſicut juſto illi leones circumcirca illinc aſſidebant, ita hunc omnibus leonibus efferatiores ac validiores animi motus invaſerant, hinc indignatio de præteritis, illinc futurorum metus ; verùm horum. utrum que hic cœrcuit, ora beſtijs occludens.* Idem quoque in alia quadam homilia glorioſam ponderat victoriam, quam de ſeipſo refert is, qui inimicum ſæpius dilexit, eumque in locum expectatæ vindictæ beneficijs affecit ; dicit enim : *Ab affectione non vinci, non eſt contemptibilium hominum ; ita autem timere externum viſum, ut propter hunc affectioni propriæ ſubjaceres, & Deum offendere, ac ipſum ulciſci velis, utique contemptiſſimorum fuerit ; hæc revera digna ſunt riſu.*

Vindicantes injuriam, vere ſunt ignavi.

S. Chryſoſt. hom. 41. in acta.

Hug. Card. ibid.

Et Danielis de leonibus in Lacu Leonum.

7. *Apparet, quòd ſtultè egerim*, fatetur de ſemetipſo Saül vindicativus, quia aliorum factus eſt perſecutor, quique proximum odit, inſanum ſe & ſtultum eſſe declarat, qui verò illatas ſibi injurias vindicat, in eumdem impingit ſcopulum. Talis enim omne perdit judicium, & rationis diſcurſum. *Fatuus ſtatim indicat iram ſuam*, inquit Sapiens, *qui autem diſſimulat injuriam, callidus eſt.* Mentis ſe & prudentiæ ac virtutis inopem eſſe oſtendit, qui ab iræ & vindictæ tyrannide ſe ſuperari permittit. *Callidus*, inquit Hugo Cardinalis, id eſt, *ſapiens eſt* citatque verſionem 70. qui legunt : *Imprudens eadem hora enunciat iram ſuam.* Textus Hebræus loco verborum illorum, *diſſimulat injuriam*, legit, *operiens ignominiam calidus eſt*, injurias enim ulciſci probroſum eſt & ignominioſum. *Sæpe ſuggerit adverſarius noſter*, inquit S. Bernard. *quòd niſi vindicemus de noſtrorum & noſtris illatis injurijs, velati viles ac vecordes reputabimur à plerisque.* Audi quid Prov. 13. dicitur : *Deteſtantur ſtulti eos, qui fugiunt mala. Nonne inſaniſſimus eſſes, ſi domo ſuper te ruente, propter aliorum deriſionem, à ruina & mortis periculo abſtinere nolles? longè quidem majori laboras inſania, ſi ex vecordia detineris parcere inimicis, cùm evadas non tantùm ſupplicia æterna, verùm etiam multa temporalia damna ; inſuper conſequaris divinam gratiam, & gloriam ſine fine manſuram.* Trita eſt illa propoſitio : *Ira furor brevis eſt* ; appetitus namque irraſcibilis tollit diſcurſum in vindicativis, & offuſcat rationem ; id quod verum eſſe, clarè videri potuit in fratribus Joſeph Patriarchæ ; hi enim eum à Jacob patre ſuo vehementer amari ſcientes, dum in ætate ſedecim annorum conſtitutus eſſet, velut mancipium Ismaëlitis vendiderunt, non conſiderantes, patrem ſubitò de ſui ſervitute certiorem fieri, eumque redimere poſſe, eorum interea malitia detecta, & ſummi probri loco habita. Præterea ſcientes quòd frater ipſorum eſſet, (*frater & caro noſtra eſt*) non poterat

Vindicativi, & odientes proximum, declarant ſe eſſe inſanos. Prov. 12. 16.

S. Bern. tom. 2. ſerm. 50. a. 2. c. 8.

Appetitus vindictæ, offuſcat ratiocinem.

Patet in fratribus Joſeph. Gen. 37. 20.

terat in illorum non cedere infamiam, quòd hominibus extraneis in ſervum & mancipium venderetur : *Manus ejus in cophino ſervierunt.* Et ut S. Propheta Job ait : *Stultum interfecit iracundia.* Potiùs igitur ſubſtantias paternas impugnare debuiſſent, ut illum ad nominis domus paternæ conſervationem, à tàm abjecto ſtatu, qualis ſervitus eſt, redimerent. Præterea licèt quidem delictum ſuum coram patre celare contendêtes, veſtes ejus in ſanguine hœdi intinctas attulerint, dicentes : *Fera peſſima devoravit eum*, attamen niſi Jacob doloris vehementiâ nimiùm oppreſſus fuiſſet, ex proprijs illorum verbis eos contra ipſum ſæviiſſe conjicere potuiſſet ; nam ſe eum minimè in fratrem ſuum agnoſcere voluiſſe, clarè ſatis inſinuabant dicendo : *Vide utrum tunica filij tui ſit.* Et quidem meritò dixerunt, *fera peſſima devoravit eum*, quia vindicativi feræ potiùs naturam ſortiti ſunt, quàm hominis. Hinc Pittacus ab alijs ad vindictam aliquando extimulatus, reſpondit : *Venia ultione melior eſt, illa namque mitis eſt ingenij, hæc fermi* ; ſuperbi & elati omnibus abominabiles ſunt & contemptibiles, teſte Sapiente, qui ait : *Ubi fuerit ſuperbia, ibi erit & contumelia, ubi autem humilitas, ibi & ſapientia*; is verò qui injurias ulciſcitur, ſuperbum ſe eſſe ſignificat, è contra verò qui illas tolerat, humilem, virtuoſum, patientem, prudentem & ſap entem ſe eſſe oſtendit. Juxta Hebræum legendum eſt, inquit Cajetanus : *Venit impietas, & venit ignominia. Comes impietatis deſcribitur ignominia, & verificatur tam activè, quàm paſſivè, nam adveniens impius, & infert alijs ignominiam, & ipſe meretur & frequenter incurrit ignominiam.* Hugo quoque Cardinalis ſimiliter in hæc verba ſcribit : *Nemo ingerit alijs contumeliam, vel ſentit illatam, niſi per ſuperbiam.* Dion Carth. hanc illius reddit rationem : *Superbi cùm ſint magni in oculis ſuis, facilitèr arbitrantur ſibi factam injuriam, quamvis quandoque non ſit, & injuriam ſibi factam reputant nimis magnam, ſicque in contumelioſa verba prorumpunt.*

Pſ. 80. v. 7. Job 5. v. 2.

Gen. ſ. 37. 20

Ibid. v. 32.

Stob. ſerm. 17. Prov. 11. 2. Vindicativi ſunt animi fatui.

Cajet. ibid. Et plerumque ſuperbi.

Hug. Card. ibid

Dionyſ. Carthuſ. ibid.

DISCURSUS XXVI.

ARGUMENTUM.

Vindicativus majus ſibimetipſi damnum infert, quàm inimico, ſiquidem animæ ſuæ mortem conciliat, omnemque claudit aditum, ad recipiendam à Deo remiſſionem peccatorum.

THEMA.

Gladius eorum intret in corda ipſorum, & arcus eorum confringatur. Pſalm. 36. ℣. 15.

Illio injuriarum magis nobis damnum infert quam injunanti.

S. Thom. Vill. ſerm. infer. 6. Cin.

1. UNum ex efficacioribus motivis, quibus à vindicta inimicorum revocamur, eſt amor & intereſſe proprium, certum eſt enim ultionem injuriarum, majus nobis malum creare, quàm nos inferre poſſimus injuranti. S. Thomas de Villa nova ex auctoritate S. Auguſtini ita hac de re ſcribit : *Omnis qui altum perſequitur in corpore, priùs ipſe perſecutionem ſuſtinet in corde*; unde Pſalmiſta : *Gladius eorum intret in corda ipſorum, arcus non vulnerati, & jam animam eam jugulaſſi, nam qui odit fratrem ſuum, homicida eſt, & bis ſcilicet homicida, ſui & proximi, ſi non facto, ſaltem animo.* S. Bernardinus quoque ad probandum homicidium ſpirituale, quod vindicativus ſibiipſi machinatur, eumdem adducit Pſalmiſtæ textum, inquiens : *Qui odium erga proximum in corde habet, & illi nocere deſiderat, ſecundum Auguſtinum ſimilis eſt illi, qui gladio ſeſe tranſfodit, ut inimici ſui tantùm ſanguinem fundat* ; unde 1. Joan. 3. dicitur : *Qui odit fratrem ſuum, homicida eſt, ſcilicet ſuipſius, & de talibus Propheta ait : Gladius eorum intret in corda ipſorum.* S. Antoninus quoque eamdem habet confirmationem, fundatus nimirum in adducta authoritate S. Auguſtini, dicit enim : *Non potes nocere inimico, quin tibi noceas.* Auguſtinus ait : *Quòd malitia tua alteri non noceat, fieri poteſt, ſed quòd tibi non noceat, fieri non poteſt. Solum ex hoc, quòd odium portat, nocet multum ſibiipſi, quia & peccat, & remiſſionem peccatorum præteritam exacuat, quoad fructum.* Author operis imperfecti poſtquam Salvatorem noſtrum præceptum de dilectione inimicorum ipſummet promulgaſſe demonſtraſſet, irrancdens nimirum magis ad promotionem boni noſtri, quàm ipſorum, hanc illius ſubjungit rationem : *Non tantùm ideo jubet diligere inimicos, ut illos diligamus, quantum ut à nobisipſis, quod malum eſt, repellamus, & ideo non dicam ; ſi læſoris inimicum, ſed ſi oderis eum, tantum amplius tibi nocuiſti ſecundùm animam, quàm illi ſecundùm corpus. At illi forſitan nihil noces, odiens eum, ſe autem ipſum ſine dubio lædis. Si ergo pepercris inimico, tibi amplius pepercifti, quàm illi, & ſi bene feceris ei, tibi jam plus præſtiteris.* Quòd ſi tu adverſario tuo inſultas ſtruas, viſceraque ejus ferro tranſigere contendas, numquid reflectis quod eodem tempore animæ tuæ vulnus lethale infligas, dum illam vita gratiæ & amicitia Dei deſtituis : *Qui non diligit, manet in morte.* Idem quoque Sapiens de vindicativis differens, dicere voluit, dum ait : *Ipſi quoque contra ſanguinem ſuum inſidiantur, & moliuntur fraudes contra animas ſuas.* Nulla umquam dari potuit generoſior animoſitas, quàm fuerit illa Davidis, quam in primis adoleſcentiæ annis exhibuit, quando urſos & leones dilaceravit, idem quoque dicere non dubitavit : *Si conſiſtant adverſum me caſtra, non timebit cor meum* ; & tamen ipſum alibi invenimus formidoloſum & toto corde trepidantem : *Cor meum*, inquit, *conturbatum eſt in me, & formido mortis cecidit ſuper me.* At verò quinam Davidi acciderat, unde vir ille imperturbabilis, qui in evidentiſſima mortis pericula ſe ſæpius ultro conjecerat, adeo trepidare cogeretur? non eſt quòd nobis perſuadeatis, ipſum mortalem Saülis perſecutionem timuiſſe, utpote qui infallibile cœli noverat decretum, quo à Deo ſtatutum fuerat, ſe Saüli in regno ſucceſſurum ; neque etiam ullo alio tum inimicorum metu percellebatur, quin ſe illos victurum eſſe certus erat, ideoque dicebat : *Perſequar inimicos meos, & comprehendam illos*, quos tamen ita perſequebatur, ut perſequentem in ſua habens poteſtate, eidem benefaceret ; idem quoque Regius Propheta alibi ait : *Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum, ſi ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala*, at verò ſi ita eſt, cur igitur dicebat : *Formido mortis cecidit ſuper me?* Reſpondeo, quod quia David à Deo illuminatus optimè agnoſcebat periculum, quod animæ propriæ imminet, quando indignè ab inimico tractatur, dum videlicet contra illum odium concipit, & ſpiritum vindictæ, ideo de hoc ſolo, & non de alijs timebat, & formidabat : *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere ; ſed potiùs timete eum, qui poteſt & animam, & corpus perdere in Gehennam.* Talis verò inimicus odium eſt & vindicta, hæc enim timenda eſt omnibus etiam fortiſſimis, quia irreparabilem animæ mortem conciliat, eamdemque in infernum perturbat, ſæpe etiam ab inimico magis irritato vindicativus mortem illi corporalem adſciſcit.

Pſalm. 36. 15

S. Auguſt. ib. David comparat adverſarios ſuos apibus, & Pſ. 117. 12.

Ingeniosum Hiſpanorum proverbium,

Ursi ex punc turis apum magnũ conſequuntur emolumentũ.

2. Eccleſiaſticus illos, qui ſe in ulciſcendo animoſos exhibere geſtiunt, hoc ſalutari monito inſtituit : *Iracundia enim animoſitatis illius, ſubverſio illius eſt*, quia non tantùm ſunt cauſa ruinæ ſibi, verùm etiam toti ab ipſis deſcendenti poſteritati, nam ut S. Ambroſius ait : *Is qui effuderit ſanguinem hominis, ipſe quaſi ſanguis effandetur, quod ſpem ei poſteritatis eripuit.* S. Auguſtinus ſuper illa verba : *Gladius eorum intret in corda ipſorum*, ita ſcribit : *Quia in corpore voluerunt occidere, & in anima moriuntur.* Neſcio an vos aliquando ad illam reflexeritis ſimilitudinem, quam David Pſal. 117. de truculentioribus adverſarijs ſuis differens, his verbis adducit : *Circumdederunt me ſicut apes.* At verò ex quo Davidi animus erat adverſariorum ſuorum exprimere quare. ferociam & implacabilitatem, aptiùs locuturus fuiſſe videtur, ſi dixiſſet : Circumdederunt me ſicut urſi, leones, tygrides, & tamen apum ſimilitudine non ſine myſterio uti voluit. Tametſi enim hæ mel in ore habeant, habent tamen ſimul & aculeum, quo nos feriunt. Ingenioſum eſt illud Hiſpanorum proverbium, quo in ſua lingua dicere ſolent, quot ſunt qui manum illam oſculantur, quam amputatam videre mallent? quot ſunt qui ſecundùm apparentiam externam nos honorant, nobisque adulantur, qui tamen interiùs nos miſerabiles & deſolatos videre mallent, quique in occaſionibus obvijs nos tradunt, & in occulto famam noſtram lacerant? vel etiam dici poſſet, Davidem dixiſſe *ſicut apes*, propter fructum, quem ſæpius ab inimico percipimus ut in Diſc. 21. vidimus, quia tametſi apes aculeum ſecum deferant, quo nos pungunt, ſuâ tamen induſtria mellis compoſitione ſalutifera nobis medicamenta præparant ad ſalutem. Refert Plerius Valerianus de urſis, eos mellei hujus liquoris aviditſimos eſſe, adeo ut cum tanto impetu alvearia invadant, ut apes inde exaſperatæ illos ex omni parte pungentes ; copioſum ex capite illorum ſanguinem extrahant, id quod tamen ad ipſorum confert ſanitatem, dum hoc fricto caput exonerantur ; ita quoque nos de Davide dicere poſſumus, quòd videlicet per hanc ſimilitudinem nobis

Apes pungentes sibi-ipsis inferunt damnum, & mortem.

indicare voluerit, quòd ex inimicorum persecutionibus magnum pro animæ suæ salute perceperit profectum. Verumtamen germanior sensûs nic esse videtur, quòd sicut apes dum sæviunt aculeum in vulnere impressum relinquentes inde moriuntur, ac proinde majus sibi ipsis damnum accersunt, quàm alijs inferant. Eodem modo vindicativi majus malum sibiipsis adscisceunt, quàm alijs, de quibus se ulciscuntur, quia animæ propriæ mortem inferunt, inimicos verò suos vel in facultatibus tantùm, vel in honore & fama, vel denique in vita damnificant, animæ verò nullum præjudicium inferre possunt. *Ipsos ulciscendi avidos*, inquit D. Chrysostomus, *primùm perdit ultionem meditatio.*

D. Chrysost. hom. 41. in act. Phil. Hebr.

3. Philo Hebræus cogitationes hominis vindicativi partus viperinos appellat, quia hujus fœtus prius quàm nascantur in lucem, viscera matris rodunt, eamdemque occidunt. Eodem modo qui illatas sibi injurias repellere & ulcisci intendit, priusquam inimicum faciet, animæ propriæ mortem infert S. Augustinus, quâ ratione is, qui odit, homicida esse dicatur, ita declarat: *Non venenum parasti*, inquit, *non ad percutiendum inimicum tam gladio processisti, non ministerium sceleris perpetrasti, non locum, non tempus; postremò ipsum scelus non fecisti? Tamen odisti, & prius te, quàm illum occidisti.* D. Chrysostomi ingenio & Spiritu dignus est ille discursus, quem ad spiritus vindicationis in nobis reprimendos instituit, probat enim quod femper major sit injuria, quam nobismetipsis facimus, eâ, quâ ab adversarijs nostris molestati sumus. Dicit igitur: *Corripe iram, extingue furorem, sive quis afficiat invidiâ, sive contumelia, lachrymis illum prosequere, ne indigneris ut, condole; ne exacerberis, ne dicas in anima, patior injuriam. Nemo est in anima injuriam patiens, nisi nosipsos in anima injuria afficiamus.* Et quidem ratio hæc est efficacissima, quia quantumcumque inimicus ferociat, & implacabilis existat, nulla tamen injuria animam nostram maculare poteft, nisi nos ad hoc præbeamus consensum: At verò si nos contra injuriam in corde spiritus vindictæ concipiamus, tunc nosipsi animam turpissimâ & vituperosissimâ injuriâ quam recipere posset, contaminamus, quia illam filiatione Dei privamus, & mancipium dæmonis constituimus. Unde D. Chrysostomus ait: *Convicijs te quispiam & contumelijs affecit? te nil in anima læsit, sed nec in corpore, tu teipsum in anima lesisti, eorum quæ dixisti, illic pœnas subiturus.* Idem Sanctus in sequenti homilia sequens tradit monitum: *Ne dilecte, dum ulcisci inimicum vis, teipsum præcipites, aut Dei præsidio spolies*; quòd si inimico tuo condonabis, eodem tempore tibimetipsi primo loco condonabis, qui in te prius peccatorum tuorum remissionem recipies, juxta illud:

Per Spiritum Vindictæ privamur filiatione Dei.

D. Chrysost. tom. 1. hom. 22.

Luc. 6. v. 37. *Dimittite, & dimittemini.* Noli igitur mortaliter offendere animam tuam per odium & vindictam. Insuper etiam inimicum tuum lucrari poteris, eumdem in hac vita, atque per remissionem injuriæ tuamque benignitatem ab omni iræ veneno in corde liberando.

S. Fulg. serm. de S. Steph. De S. Stephano S. Fulgentius ita scribit: *Charitatis virtute fortissimus vicit Sæulum sævientem, & quem habuit in terra persecutorem, in cælo meruit habere consortem.*

Damnũ vindicativorum patet in debitore decem millium talentorum.

Matth. 18. v. 34.

4. Legatis velim illam de debitore decem millium talentorum à Christo traditam parabolam, cui quidem immensum hoc debitum condonatum fuit, at verò quia erga alterum conservum suum adeo sævus & crudelis fuit, Rex illum in carcerem conjecit, & ingentem hanc summam ab illo ad novissimum usque quadrantem repeti præcepit: *Et iratus Dominus ejus tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet universum debitum.* Quis hic non videt damnum quod infœlix ille sibimetipsi fabricavit, longe majus fuisse illo, quod conservo suo intulit? tandem verò incarnata sapientia præfatam parabolam his verbis concludit: *Sic & pater meus cælestis faciet vobis, si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris. Hoc valde terribile est exemplum*, inquit Albertus Magn. *omnibus hisce, qui nolunt injurias illatas ex corde dimittere*; nisi enim illi irrogatas injurias remiseris, præparare te potes ad reddendum divinæ justitiæ rigorosissimum computum omnium illorum, quæ in tot annis commisisti: *Sic & pater meus cælestis faciet vobis*; observandus verò hic est modus, quo Christus loquitur, quando de vindicativis differe, dicit enim: *Sic pater meus*; non dicit *pater vester*, sicuti alias in tot occasionibus dicere solitus fuit; tunc enim dignissimus filiorum Dei titulus nobis cum Christo communis est, si inimicis nostris illatas injurias remiserimus; unde

Ibid. v. 35.

Alb. Magn. ibid.

Titulus filiationis Dei cũ Christo nobis est communis, si condonamus injurias.

Matth. 5. de dilectione inimicorum loquens, ait: *Et diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos, ut sitis filij patris vestri, qui in cælis est; . . . estote ergo perfecti sicut & pater vester cælestis perfectus est*; hic verò postquam dixisset: *Si non dimiseritis*; mox nos jure divinæ filiationis destituit: *Sic pater meus cælestis faciet vobis*: jam enim non ampliùs erga vindicativos se patrem, sed inexorabilem exhibet judicem; quia ut Theophylactus ait: *Indigni sunt tales, qui Deum habeant patrem.* D. Chrysostomus quoque super hæc verba ita scribit: *Non dixit pater vester, sed meus; non enim digni sunt isti quorum pater Deus vocetur, cùm ita nequam sint ut homines odio prosequantur.* S. Augustinus odium hominis vindicativi per sequentia S. Jacobi Apostoli verba hunc in modum ponderat: *Qui autem servaverit legem complevit, offendat autem in uno, factus est omnium reus, quid est hoc unum, nisi quod supra diximus, mandatum novum do vobis, ut vos invicem diligatis? quid est inquam hoc unum, nisi id quod Apostolus dicit: Omnis lex in uno sermone completur: dilige proximum tuum sicut teipsum? etiam inimicos dilige, quia quicumque hoc implere noluit, vetusta illis opera bona prodesse non poterunt.*

Matth. 5. v. 44.

Theoph. ibid.

D. Chrysost. hom. 62. in Matth.

Jacob 2. 10. S. Aug. serm. 61. de temp.

Vindicans se de inimico, fit mancipium Dæmonis.

5. Scire percuperem quamnam vindicativus ex ultione utilitatem percipiat, certè non aliam, nisi quòd vincens inimicum ipsemet eodem tempore victus servus, & truculentissimi inimici, dæmonis scilicet, mancipium evadat, à quo tantis imporperiis in perpetuum contemnetur & cruciabitur? qui verò ad injurias remittendas se disposuerit, universum infernum impugnat. S. Ephrem in tractatu, *de eo, qui à maledictis & contumelijs alienus est*, inquit: *Beatus ac felicissimus, qui maledictis & contumelijs proscindendo proximum, linguam suam non maculat, qui maledicentiæ & contumeliæ spiritum vitat, ab improborum se consuetudine servat, exercitiosque dæmonum fugat ac superat.* Quisquis injuriatus non irascitur, nec acceptas ulciscitur injurias, tantò ampliùs & facilius dæmonem superabit. D. Chrysostomus de Davide, postquam Saulem inimicum dimiserat, è spelunca Odolla egredientem, ita scribit: *Ascendit hoste vulnerit us innumeris sauciato, ut qui tamen si servasset salutem, tamen illum revera hostem diabolum multis plagis affixit.* Alibi quoque in Laudem manuetudinis ita effatur. *Nihil securius est, quam inimicis parcere, neque periculosius quidquam, quam suam persequa injurjam, & seipsum ulcisci velle. Qui enim occiderit, seipsum sæpe condemnabit, & sceleratam habebit conscientiam, in singulos dies & horas ab illo peccato velut stimulis pungitur.* S. Propheta Job ait: *Verè stultum interficit iracundia.* Quòd si quis esset, qui ut adversarium suum cruento vulnere sauciaret, sibimetipsi cor proprium pugione transfoderet, numquid talis verè stultus, catenâ vinciendus censendus esset? Hæc autem est deplorabilis hominis Christiani stultitia, qui manus suas inimici sui sanguine conspurcat, non reflectens se ad hoc, quòd dum illi necem infert corporalem, semetipsum in anima occidat, quod longè est majus malum, talis cum Lamech dicere potest: *Occidi virum in vulnus meum, & adolescentulum in livorem meum.*

D. Chrysost. hom. 2. de Dav. & Saul. tom. 2. idem eclog. de manssuet.

Job. 5. v. 2. Vindicativus occidit seipsum.

Gen. 4 v. 23.

6. Ponderari omninò merentur illa Ecclesiastici verba directa ad illos qui ad vindictam sunt proclives, dicit enim: *Homo homini reservat iram, & à Deo quærit medelam? in hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur? ipse cùm caro sit reservat iram, & propitiationem petit à Deo? quis exorabit pro delictis illius?* ubi singulariter notanda sunt verba illa, *cùm caro sit.*

Eccli. 28. 3.

7. Homo in corrupta natura sua ad peccatum quotidie contra Deum committendum proclivis est, siquidem *septies in die cadit justus, & in peccatis natus est totus*; adeoque continuam Deo pro delictis suis remittendis supplicandi habet necessitatem; qualiter itaque salutis animæque suæ amans offensas suas sibi à Deo indulgeri petit, quando ipse in ignoscendis sibi factis injurijs se difficilem præbet? nequaquam simile quid speret homo, nisi ipsemet priùs injuriam remiserit. Celebre equidem illud notumque est, quod de Nicephoro & Saprizio tradunt Annales Ecclesiastici. Hic enim odio flagrabat contra Nicephorum obstinatissimus in malo, neque illi ullatenus remittere volebat, licèt ille per varios humilitatis & submissionis actus ad quamcumque satisfactionem præstandam sese obligaret, ut placaret inimicum. Cùm itaque hic ad martyrium duceretur, occurrit ei Nicephorus, iterum instantissimè pro venia supplicans; sed tunc magis ille induratus perstitit, atque ideo permisit Deus, ut dum carnifex

Prov. 24. 18. Vindicativus frustra petit remissionem peccatorũ à Deo.

Bar. an. 260. n. 32. Horendus lapsus Saprizii, nolentis reconciliari Nicephoro.

nifex ictum ei infligere vellet, ipso Christo renuncians, idolis sacrificarit: Ecce vobis odij effectum. adeo miserabilem, siquidem etiam gloriosissima nos privat martyrij corona, fide quoque & anima; Nicephorus itaque longè fortior per Dei gratiam se carnifici stitit, Chrysostomus pro Apostata consitens, palmam martyrij eripuit vindicativo.

Matth. 24. 12 Nihil frigidius anima ulcisci volentis.

D. Chrysost. hom. 41. in act.

Hom. 14. ad Eph.

8. Alia inter, quibus Ecclesiam suam tempore Antichristi, conquassandam prædixit Dominus, infortunia, unum quoque fuit his expressium verbis: *Quoniam abundavit iniquitas, refrigescet charitas multorum.* Aft qua in re charitatis ignis remittet in multis, ut iniquitas abundare incipiat? respondet D. Chrysostomus: *Quid autem magis ridiculum, & quid frigidius animâ, quæ semper irascitur, & vult ulcisci?* In alia quoque homilia idem Sanctus hoc fequens pro extinguendo iracundiæ igne efficax assignat remedium in hæc verba: *Quomodo flammam extinguemus? si nostra ipsorum peccata mente versemus, quantum Deo debeamus, & ad ei reddendam rationem, simus obnoxij. Si cogitemus, quod non ulciscimur inimicum, sed nosipsos; si cogitemus, quod diabolum lætitiâ afficimus.* Et paulò pòst in eusdem homiliæ progressu, eumdem prosequitur discursum, dicens: *Vis acceptæ injuriæ esse memor, & inimicus? sis inimicus, sed diaboli, non membri tui. Properemus nos animo & irâ armavit Deus, non ut ensem in nostra corpora adjicianus, sed ut totum gladium in diaboli pectore immergamus.*

DISCURSUS XXVII.
ARGUMENTUM.

Varia considerantur pericula, timores, remorsus, anxietates, & alia mala, quibus vindicativi interiùs & exteriùs agitantur.

THEMA.

Impij autem quasi mare fervens, quod quiescere non potest. Isai. 57. ℣. 20.

Vindicativus sibiipsi parcere deberet.

1. HÆc de mari semper agitato & tempestuoso similitudo, cor mirabiliter exprimit vindicativi, continuò impetuosis agitatum ventis, sibique per iram, furorem, & vindictam invicem contrarijs. Quam infœlicem eorum, qui ab injuriarum ultione se sinunt seduci, conditionem, *D. Chrysostomus* in homilia quadam, cui titulus *de simulat*, in hæc describit verba: *Dum vindictam adornas, primùm teipsum tormento afficis, veluti si carnificem iram tibi appositissès, dilanians tua ipsius viscera. Quid enim miserius homine perpetuò irato? Quemadmodum furiosi, numquam fruuntur tranquillitate, ita qui simultatem gerit, & inimicum habet, numquam fruitur pace, perpetuò æstuans, tempestatemque cogitationum in dies aggravat, verba factaque secum reputat, ipsius quoque nomini infestus, qui injuriam dedit.* S. Thomas de Villa Nova homini sanguinario verba illa Davidis adaptat dicentis: *Domine Deus meus si feci istud, si est iniquitas, &c.* Tandem versum illum declaraturus, in quo Davia dicit: *Comprehendat, & conculcet in terra vitam meam*, inquit: *O quam conculcatam & vexatam habet à diabolo vitam qui odit, quando premitur illo odio quasi quodam veneno; sic furit, vexatur, fatigatur, torquetur gravissimo tormento, semper tristis, & turbulentus, & furiosus. O miser, si non parcis proximo, parce tibi, qui vexaris.*

Chryst tom. 1. hom. 22.

Describitur misera conditio odientis.

Psal. v. 4. Ibid. v. 6. S. Thom. de Villano. ser. in ser. 6. Cin.

Odium & vindicta Aman contra Mardochæũ, in ipsum recidit Aman.

2. Aman irreconciliabile quoddam adversus Mardochæum conceperat odium, idque non ob aliam causam, quàm, quia caput coram illo aperire omiserat; fuitque rancor inde natus tam magnus, ut ad turbandam delitiarum & gaudiorum suorum serenitatem, solus ei sufficeret, ex hoc enim continuum in se experiebatur furoris, vindictæ, conceptæ stragis & mortis fluxum & refluxum; unde dicebat: *Cum hæc omnia habeam, nihil me habere puto, quamdiu videro Mardochæum Judæum sedentem ante fores regias*; hicque adversus Mardochæum conceptus animi rancor tantum apud ipsum obtinuit, ut mortem ei machinatus fuerit, erecto domi suæ patibulo, ad eumdem in eo suspendendum, ad quod Assueri Regis jussu ipsemet suspensus fuit. *Veniat illi laqueus, . . . & capio quam abscondit, apprehendat eum, & in laqueum cadat in ipsum.* Enimverò multis privatâ authoritate receptas offensas per vulnera & mortes vindicare volentibus sæpe contingit, quòd per manum justitiæ publicæ vincti, tandem à carnifice contemptibili morte afficiantur. *Plerique insipientes*, inquit S. Bernardinus, *non considerant, quòd mala spiritualia & temporalia oriantur ex discordia & divisione.* Quando civitas aliqua arctâ cincta est obsi-

Esth. 5. 13.

Vs. 34. v. 8.

S. Bern. tom. 2. serm. 50. a. 3. c. 3.

dione, in quot non languet angustijs & ærumnis? Sub hoc autem obsidionis nomine, D. Chrysostomus mentem describit illius, quæ furoris & odij passione agitatur, vocat enim illam, *animi obsidionem*, & subdit: *Quod si nec gehenna immineret odio laborantibus, saltem ob ipsius odij cruciatum, peccata proximorum condonanda essent; cum autem æterna supplicia nos maneant, quid stultius, quàm hic, & ille semetipsum multare, dum de altero se credit ultionem sumere.* Omnes quidem inordinatæ passiones & appetitus, teste experientiâ, pacem & tranquillitatem animi in nobis perturbant, nulla autem passione vehementius agitamur, quàm appetitu vindictæ. *Impij enim quasi mare fervens*, & ideo Simon de Cassia inquit: *Nil tamquam odium animum fœdat & inquinat.*

Simile civitatis obsessæ.

Chrysost. ibi.

Sim. de Cass. l. 10. c. 23.

3. Nec jo an vos aliquando ad illam reflexeritis phrasin, quâ David utitur, de suis differens adversarijs, in quorum medio positus erat: *Circumdederunt me*, inquit, *& in nomine Domini quia ultus sum eos.* Etenim hi, qui in gyrum circumeunt, vertiginem facillimè patientes in terram concidunt, capiteque dolent; ita quoque accidit illis, qui furori dant locum; a vehementia enim passionis illius perturbantur in iisdem ipsorum judicium & intellectus. Seneca *de ira* scribens, hanc nobis tradit instructionem: *Qui levem injuriam silentio ferre noluerunt, gravissimis malis obruti sunt, indignatique aliquid ex plentissima libertate diminui, servile in jese attraxerunt jugum.* Quot sunt, qui per factam injuriarum ultionem, familias suas turpi infamiæ notâ conspurcarunt, quas si prudenter dissimulassent, à sapientibus reportassent laudem, & à Deo æternam retributionem? propter vindictas everturntur domus, factionibus & divisionibus ab invicem discinduntur, multi quoque sub carnificis manibus vitam suam summa cum infamia claudere coguntur. Idem Seneca *lib. 3. de ira*, ita scribit: *Quamdiu satius erat amicos parare, inimicos mitigare, rempublicam administrare, transferre in res domesticas operam, quam circumspicere, quid alicui possis facere mali? Cum id tibi contingere sine certamine ac periculo non possit, etiamsi cum inferiore concurres?* Enimvero ut quis ad remittendum inimicis inclinetur, sufficit vincere semetipsum, iræque & odij appetitum reprimere: ut verò quis se ulciscatur, suoque potiatur intento, quot malas nocles inter anxietates, inquietudines, & vehementes animi perturbationes agere debet insomnes? quot illum difficultates apprehendunt? quot dispendia, quot pericula? *Ultio doloris confessio est*, inquit Seneca, *non quod magnus animus, quem incurvat invidia; aut potentior te, aut imbecillior læsit; si imbecillior, parce illi; si potentior, tibi.* Remissio injuriarum in majorem tuam redundabit gloriam, quando facile tibi est repellere offensam; quod si tibi dimicandum est cum eo, qui te potentior non est, prudentia à te exigit, ut dissimules injuriam, quia semper sic substerneris. S. Joannes Climacus de injuriarum memoria differens, ait: *Qui hanc servat, in semetipso memoriam, aspis nidificans est, lethale virus sicum ubique circumferens.* Quod si quis aspidem quamdam in corde haberet, quoniam ille passurus esset dolores, quos continuò sensurus esset cruciatus acerbissimos? talis enim est, inquit hic magnus spiritus magister, continua injuriarum non remissarum in corde vindicativi memoria; aspis enim quædam est, qui in corde nidificat, aliasque aspides venenosas in anima homicidæ continuo parturit, rabies est & species quædam veneni. Audiamus quid Divus Chrysostomus in sermone quodam *de mansuetudine* dicat, hic enim de hominibus vindictæ cupidis ita scribit: *semper insaniunt, rabidi sunt, & vincere alios convicijs & verberibus cogitant; accusationes meditantur eorum, quæ neque audierunt, neque viderunt; & in die quidem sicut canes rabidi quærentes inimicum, noctem autem cogitando insumentes, quomodo malum aliquod machinentur, & insidias parent. Talibus neque somnus affectibus vacat, sed putant quòd ad hoc assint apud inimicum, & criminentur, & percutiant, & è somnis repente evigilantes, magis cædem mutuam, quam epulas diligunt.*

Clim. Gr. 9. Qui injuriam in corde retinet, aspidem fervat in corde.

Lib. 3 de ira. Plæclarum monitum Senecæ.

Vindicativi sæpe sub carnificis manu vitam coguntur claudere.

Sen. lib. 2. de ira cap. 14.

Sen. cap. 28.

Chrys. tom. 3. serm. 46. de mansuet.

4. Saul die quadam ad totam suam aulam regiam conversus eidem improperavit dicens: *Num est, qui vicem meam doleat ex vobis.* At verò, dic fodes, qua de re Rex ille dolebat? Num fortè de miseriis suis? Nequaquam, quia de Agasonis conditione ad Regium Israëlis thronum evectus fuerat; num igitur de spiritibus malignis, qui ipsum cruciabant? Sed nec hoc dici poteft, quia David per Psalterium & suavem cantum sium illos agebat in fugam; forsitan de validis

1. Reg. 22. v. 8. Saul propter odium in Davidem semper erat dolens & inquietus.

inimicorum exercitibus, qui regnum ejus infestabant? Sed nec hoc ipsum affligere poterat, quia Davidem habebat in promptu, qui illos generosè aggrediens, gloriosè debellabat. Legatis igitur capita antecedentia & subsequentia, & invenieris, omnem ejus dolorem hinc promanasse, quia implacabile adversus benefactorem suum conceperat odium, metuens ne per illum à regno deturbaretur; hoc igitur venenum

Th. Cant. l. 2. Apum c. 18. §. 5. erat, quod viscera ejus continuò torquebat. Thomas Episcopus Cantipratensis Senecam citat, ex quo sequentem allegat sententiam: *Si quis iracitur, & ab aliquo pœnas exquirit, à se exigit.* Habet enim vindicativus mentem odij & rancoris veneno, & felle amarissimo contaminatam; conversatur ut plurimum cum hominibus proscriptis, exulibus, assassinis, proditoribus, & sanguinarijs; vel, ut melius dicam, cum feris bestijs, sanguinis humani sitibundis; numquam de facultatibus, de vita, de fama, de reputatione, multò minùs de anima vivit securus; subjacet continuò traditionibus, deceptionibus, rebellionibus; ac proinde

Chrysost. ho. 2. de Dav. & Saul. *nihil pernitiosius, quam velle ulcisci*, inquit D. Chrysostomus. Quænam excogitari potest major miseria, quàm si quis continuo lorica cinctus ferreâ, & ficarijs circumdatus incedat, qui non tam personam illius defendunt, quàm facultates ejus pro viribus dilapidare satagunt; quòd si contingat ut suo fruatur intento, occidendo, vel supplantando inimicum, primo omnium loco, quisquis se ultus est, suas amittit facultates, quæ confiscantur, proscribitur à patria, parentibus, amicis, sæpe etiam à justitia publica in carceres conjectus homicidium vitâ sua propria luere debet; vel si ab hoc periculo evadat, hydræ sit similis, cujus si unum caput ampuretur, septem alia in locum ejus repullulant, qui enim inimicum prostravit, in locum ejus, tot alios videbit, in ejus perniciem conspirantes inimicos, quot occisus habet parentes, amicos, aliosque de vita occisi interessatos, adeoque in ejusmodi vindicativis adimpletur, quod in Levitico scribitur, scilicet, *dabo pavorem in cordibus eorum, ... terrebit eos sonitus folij volantis*, semper enim suspicantur & metuunt insidias; mox ut ensem ab aliquo stringi conspiciunt, vel strepitum aliquem, aut excitatas rixas audiunt, subitò cor illorum in pectore palpitat. Quocirca S. Valerianus

S. Val. hom. 12. in quadam homilia, *de bono conservandæ pacis*, hoc suggerit consilium: *Respiciat, quicumque est, ad vitæ suæ quietem, & intelliget, quia inimicum dilexisse, vicisse est. Mirum autem est, quantum periculi homini incumbat, cum duos æmulos, furore consimiles, ad pugnam ille diabolus, magister litis, armaverit.*

Debitor ille 10000. talentorum figura fuit hominis irreconciliabilis. *Matth. 18. v. 35.*

5. Infelix homo ille, cui decem millia talenta condonata fuerant, quique conservo suo debitum tenue dimittere detrectabat, hgura fuit hominis cujusdam post acceptas injurias irreconciliabilis, prout ex verbis à Salvatore pronunciatis clarè deducitur: *Sic & Pater meus cœlestis faciet vobis, si non remiseritis unusquisque fratri suo.* Id verò quod proposito nostro quàm maximè deservit, est, quòd in tota Regis illius numerosa aula, omnes in perniciem duri illius hominis se erexerint.

Ibid. v. 31. *Videntes conservi ejus, quæ fiebant, contristati sunt valde, & venerunt, & narraverunt Domino suo, omnia quæ facta fuerant*, quia postquam vindicativus domos, familias, civitates fusque deque evertit, ab omnibus & singulis in abominatione & detestatione habetur, omnesque sibi licitum esse ducunt, imò honestum, si officium exploratorum, accusatorum & fiscalium obeant, ut pessimam hanc generationem à republica extirpent. At

Omnes contra illum insurgunt. verò, inquies, cur hi truculentiam servi illius apud Regem accusârunt, cùm Spiritus Sanctus *omnes* velit esse

1. Petr. 3. 8. *unanimes, compatientes, fraternitatis amatores?* cur non priùs ex compassione erga ipsum, eum non correxerunt? Respondet Lucas Burgensis: *Optimi quique homines dum vident tyrannidem quorumdam hominum, qui tantum ipsi Deo debent, quantum nemo verbis exprimat, in alios, à quibus offensi forte fuerint, non se continent, quin gemant, & querelas exponant.* Tales enim non merentur compathonem, utpote qui Deo exosi sunt, & hominibus. D. Chrysologus internos vindicativi

Chrysol. tom. 4 in acta. Recensentur miseriæ vindicativi. actus his verbis expendit: *Quantum putas tormentum esse hominis afflictæ animæ, quotidie cogitare, ut ulciscatur inimicum? Necessarium semper apud se flagrare ignem. Ipse teipsum mordes semper flammam vigescentem ferens, & animam in se quiescere non sinens, sed semper in exasperatione, & in tempestate mentem habens. Quid hac insaniâ molestius? semper contristari, & ardere; tales enim sunt animæ eorum, qui ultionem meditantur, nam ubi viderint eum, quem volunt ulcisci, statim percussi sunt, si vocem audiant, concidunt, tremunt & si in lecto fuerint, innumeras pœnas apud se scribunt, dilacerantes, torquentes inimicum. Adhuc si illum claudicare viderint, pape! O pœnas! Remitte illi, & libera te ipsum à tormento. Cur perseveras ut te punias, ut illum semel flagelles, & in eum animadvertas? Quid paras tibi ipsi morbum? Quare bestiam in viscera tua includis? Melius esset viperam vel serpentem in corde positum esse, quàm iram, nam ille quidem statim nos liberaret, hæc autem manet semper, dentes fortiter infigens, immissoque veneno pessimarum cogitationum exercitus producit.* Etenim tametsi malæ conscientiæ syndereseis reum omnis alterius culpæ mortalis incessanter cruciet, attamen homicidium, sanguinisque humani effusio acutiùs mentem pungit & transfigit, quàm cujusvis alterius reatus conscientiæ, quemadmodum à principio mundi conditi in primo fratricida perspicuè videtur, cui dicebatur: *Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra.* At verò dices: Abel mitis erat & benignus, adeò ut ne moriens quidem fratri minimo verbo indigneretur, quomodo igitur hîc dicitur, sanguinem ejus altâ voce postulasse vindictam? S. Ambrosius ait: *Bene ait, vox sanguinis fratris tui clamat de terra, non dixit, de fratris clamat corpore, sed de terra clamat; etsi frater parcit, terra non parcit; si frater tacet, terra condemnat, ipsa est in te testis & judex.* Quidnam verò Deus huic fratricidæ dicere voluit, dum ait: *Statim in foribus peccatum aderit?* vel ut in Hebræo legitur, *accubabit?* nimirum ad fores domus canes latrare solent, & ideo Deus his verbis insinuare voluit, quòd homicida & fratricida ille, ad instar continui latratus habiturus sit in corde suo continuum sanguinis à se effusi remorsum. Vix Cain adversus innocentem fratrem suum odium conceperat, cum ecce confestim factus est macilentus, pallidus, vultuque in terram demisso, taciturnus, unde Deus eum interrogavit: *Cur concidit facies tua?* Præterea post commissum scelus, nullum invenire poterat in terra locũ, qui eum, sustentaret, unde ait: *Ecce ejicis me hodie à facie terræ*, cumque occiso Abele, nullus in mundo præter patrem suum, & matrem viveret, nihilominus ab omni se creatura occidendum esse metuebat, unde ait: *Omnis qui invenerit me, occidet me.* Ecce tibi in hoc impio expressas vindicativorum angustias, & cordis molestias.

6. Hic Romæ tempore Clementis VIII. in Ecclesia S. Mariæ in Monticelli, sequens accidit casus, cùm enim quidam ibidem sepultus esset, qui existimabatur mortuus, licèt revera mortuus non esset, sed solùm ab aliquo accidente, quod eum insensibilem reddiderat, correptus, postquam evigilavit, in lecto suo se positum credens, suos advocavit, quibus non respondentibus, surrexit, & manibus circumquaq; palpitans, in ossa incidit mortuorum, unde in hac obscuritate tumuli se sepultum esse animadvertit; cumque clamans à nemine audiretur, bonâ suâ fortunâ accidit, quòd dum ad alium quemdã mortuum, intra eumdem tumulum sepeliendum, aperiretur sepulchrum, expectans vespillonem in sepulchrum descendentem, eumdem videns, vivum se esse dixit, à quo in scalam constitutus, foras egressus est. Interrogatus verò postea, quidnam pro eo tempore, quo è sensibus alienatus fuerat, cogitasset? Respondit, quòd cùm multis ante annis aliquem occidisset, videbatur ei, quòd anima occisi semper illi homicidiũ exprobraret, & ad Dei tribunal provocaret, in quo misero verè adimpletus fuit ille Scripturæ textus: *Vox sanguinis fratris tui clamat*; sed quo modo illud oraculum Evangelicum in eo verificatum fuit, quo dicitur: *Omnes qui acceperunt gladium, gladio peribunt*; siquidem ut experientia docet, non omnes homicidæ gladio subjacent justitiæ publicæ aut privatæ; & ideo de multis non verificatur illud: *Qui gladio ferit, gladio perit.* Ad mysterium itaque recurramus oportet, dicamusque, quòd omnes invisibilem illum, de quo in discursu præcedenti egimus, scilicet (*gladius eorum intret in corda eorum*) experiantur gladium justitiæ divinæ, quotquot vindictas exercent; nam cordium eorum trepidatio, reæ conscientiæ supplicium, divini supplicij timor, metusque continuus, ne & ipsi ab inimicis invadantur, quasi ferrum acutissimum exprimunt, quod corda & viscera eorum excruciat.

Homicidium præ omnibus criminibus, crudelius conscientiam cruciat. *Gen. 4. 13.* *Ibid. v. 10.* *Matth. 26. v. 52.* *Psal. 36. 14.*

Historia valde notabilis ad hanc rem faciens.

7. D. Chrysostomus de Davide, qui pluribus in occasionibus se ex mortalibus Saulis inimici sui persecutionibus eripere per Regicidium poterat, & nihilominus eum illæsum abire permisit, fusius tractans hanc inter cæteras adducit doctrinam, dum ita loquitur *Ipsis factis docens, nihil esse tutius, quàm parcere inimico; contra nihil periculosius, quàm velle ulcisci.* Inque ejusdem

Tutissimum est parcere inimico. *Chrysost. ho. 2. de Dav. & Saul.*

dem homiliæ progressu subjungit, inquiens: *Multò majus, ac lucrosius parcere, quàm perdere eum, qui nos læsit. Is, qui occidit inimicum, frequenter & ipse sese condemnabit, dum pravam gerit conscientiam, dumque in singulos dies, & singulas horas à peccato urgente affligitur; at qui pepercit, brevique tempore vicit affectus suos, post exultat ac delectatur optima spe fultus, ac tolerantiæ præmia expectans à Deo.*

Facilis modus vindictã superandi. *S. Dor. ser. 8.* 8. S. Dorotheus in sermone cui titulus, *De ira & injuriarum memoria non habenda*, facilem nobis modum, qualiter nos à vindicta & ultionis periculis, molestijsque eripere debeamus, & possimus, in hæc tradit verba: *Si statim ab initio excusationem omnem, & omnem culpam in teipso convertisses, & verbulum illud fratris tui æquo animo pertulisses, nec te ulcisci voluisses, nec pro unico verbulo, duo etiam, aut quinque rependisses, nec malum pro malo retulisses; haberes profectò unde mala hæc omnia à te propellere quàm facillimè posses.* Atque ita sanè est, quisquis enim vindictam quærit, in continuo vivit timore & periculo, ne alia ab inimico offensõ & exasperato experiatur infortunia, majoresque offensas, qui autem injuriam remittit, securus agit & quietus, tam apud Deum, quàm homines.

Alia duo motiva. *Lact. Firm. l. 6. de vero cultu c. 18. & Val. hom. 13.* 9. Neque minùs considerabile est quoddam Lactantij Firmiani motivum, dicentis: *Qui referre injuriam nititur, eum ipsum à quo læsus est, gestit imitari; itaque malum imitatur, bonus esse nullo pacto potest.* Tandem discursum hunc præclarissimâ quâdam terminare licet S. Valeriani doctrina, qui in quadam homilia *de bono conservandæ pacis* agens, hoc alio motivo nos ad patientiam exhortari conatur: *Infinitum est autem, quantum uni patientia sua præstet, si alter solus insaniat; nam sicut duplicatas in se plagas excitat, qui repugnat, ita majoris rixæ lucrum facti, qui manus suas alio feriente continuit.*

DISCURSUS XXVIII.

ARGUMENTUM.

Quàm abominabile Deo sit odium inimicorum, quamque se Deus severum & inexorabilem adversus hoc peccatum exhibeat.

THEMA.

Qui odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, 1. Joan. 2. v. 11.

Odio habens fratrem suum obcæcatus est, & Deo contrariatur. 1. S. Joannes Apostolus odij gravitatem nobis exprimere volens, sæpius eum, qui proximum suum odit, in tenebrarum obscuritate ambulare asserit: *Qui odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quo eat, quia tenebræ obcæcaverunt oculos ejus.* Et paulò ante scripserat: *Qui dicit se in lace esse, & fratrem suum odit, in tenebris est usque adhuc.* At verò quodnam existimatis in eo latere mysterium, quòd S. Joannes de odio differens, adeo sæpe tenebrarum mentionem faciat? nimirum, ut denotaret, quàm grave sit hoc peccatum, & quantopere Deo contrarietur, de quo dicitur: *Lucem inhabitat inaccessibilem*, &

1. Tim. 6. 10 quantum illud abominetur Filius ejus, qui de seipso

Joan. 8. 12. dicit: *Ego sum lux mundi*, denique quantum illud pariter detestetur Spiritus Sanctus, cui similiter lucis titulus attribuitur ab Ecclesia canente: *O lux beatissima, reple cordis intima tuorum fidelium.* Enimvero per tenebras significantur peccata: *Abjiciamus ergo opera tenebrarum; Qui malè agit, odit lucem*; qui verò proximum suum odit, profundissimo immersus est iniquitatum tenebroso barathro.

Rom. 13. 12. *Joan. 3. v. 20.*

S. Val. hom. 12. 2. S. Valerianus in homilia 12. *De bono conservandæ pacis*, inquit: *Odiorum semina abundantissimæ iniquitatis fructus reddant.* Author quoque operis imperfecti scribit: *Odium, spiritus est tenebrarum, & ubicumque insederit, sordidat pulchritudinem divinitatis.* Ipsemet quoque Seneca, licèt gentilis fuerit, & sine veræ fidei lumine, in obscuro ambularit, attamen dicit: *Nihil est iniquius, quàm aliquem heredem paterni odij fieri.* Quisquis in obscuro ambulat, ita ut nec videre, nec videri possit, dum alios percurit, amicum loco inimici percutere potest. Idem quoque est error, in quem is incurrit, qui se ab odio seduci permittit, hic enim indigne tractat, & vulnerat fratrem, credens quòd iram & malevolentiam suam adversus inimicum evomat. *Inimicus autem diligendus est sicut proximus*, inquit S. Thomas de Villa Nova, *& non est excludendus à dilectione generali proximorum, quia per hoc, quòd factus est inimicus, non desinit esse proximus.* S. Augustinus quærit: *Quid malè est, quòd odit homo inimicum suum? Odisti fratrem tuum, sed si odium contemnis, audi quòd non attendis, qui odit fratrem suum, homicida est.* Odium directè naturæ legi contrarium, ac proinde intrinsecè malum est, quia tametsi inimicus sit, proximus tamen est, & loco fratris habendus. Sanctus Joannes in eadem epistola dicit: *Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte, omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in semetipso manentem.* Vindicativus autem est homicida suipsius, & proximi sui, ut in discursu 26. probavimus. Sanctus Augustinus proinde inquit: *Expavescat, vel quando dicitur, qui odit fratrem suum, homicida est; gladium non eduxisti, non vulnus in carne fecisti, non corpus plagâ aliquâ trucidasti; cogitatio sola odij in corde tuo est, & teneris homicida. Reus es ante oculos Dei, ille vivit, & tu occidisti; quantum ad te pertinet, occidisti, quem odisti.* Idem S. Doctor alibi illa Psalmi verba, *Formido mortis cecidit super me*, exponens, quomodo is, qui proximum odit, sibimetipsi mortem inferat, his verbis declarat: *Vita nostra dilectio est, si vita dilectio, mors odium est. Cùm cæperit homo timere, ne oderit quem diligebat, mortem timet, & acriorem mortem, & interiorem mortem, quâ occiditur anima, non corpus. Attendebas hominem sævientem in te. Quid erat facturus, contra quem tibi securitatem tuus Dominus dederat, dicens: Nolite timere eos, qui occidunt corpus? Ille sæviendo corpus occidit, tu odio habendo animam occidisti; & ille corpus alienum, tu animam tuam.* Eamdem hanc doctrinam Beda super illa verba Psalmi 41. *Apud me oratio Deo vitæ meæ &c.* tradit, inquiens: *Quasi dicat, quia cantandum est Domino canticum in nocte, ideo canticum est apud me, non recedens scilicet à me, cantatum Deo Patri auctori vitæ meæ, scilicet qui me facit adeo in charitate proficere, ut etiam pro inimicis orem, & sic verè vivere. Sicut enim odio habere inimicum, mors est, quia quisquis odit fratrem suum, homicida est, ideo & seipsum interficit, ita quoque diligere inimicum, & pro ipsis orare, vita est.* Specialiter verò considerari merentur adversus eos, qui alios odio habent, verba illa S. Joannis: *Non habent vitam æternam.* S. Ambrosius salutare hoc nobis scriptum reliquit documentum: *Peccanti in te non retribuas secundùm culpam, sciens quòd in te venturum est judicium, nam non habebis indulgentiam, nisi alteri donaveris; odium enim separat à regno, à cælo subtrahit, à paradiso dejicit.* Regius Propheta se nullum propriæ salutis consequendæ metum habere demonstrat, de quo proinde S. Augustinus in quodam sermone dicit: *Securus in Psalmo dicebat illud, quòd omnes homines satis attento, & trementi animo dicere debent: reddidi, inquit, retribuentibus mihi mala, decidam meritò ab inimicis meis inanis; persequatur inimicus animam meam, apprehendat & conculcet in terra vitam meam, & gloriam meam in pulverem deducat. Ecce quali maledicto seipsum condemnat, qui de inimicis diligendis Dei præcepta contemnens, odium in corde servare non metuit*; probè nempe David sciebat, ne umbram quidem odij in corde suo nidificasse, atque ideo tanta loquebatur cum securitate. S. Fulgentius in quodam sermone de Protomartyre, ita de Salvatore nostro scribit: *Magnum donativum suis militibus attulit, quod eos non solum copiosè ditavit, sed etiam ad certandum invictissimè confortavit, attulit namque donum charitatis, quæ prodoceret hominem ad consortium Deitatis.* Et paulò post de Protomartyre subdit: *Charitatem pro armis habebat, & sic ubique vincebat*, quidnam verò est illud, quòd hisce armis vincitur? odium nimirum, quod est inimicus ille de quo scribitur: *Animam & corpus perdere in gehennam*, de quo inimico si victoriam reportaverimus, de corona gloriæ securi omnino esse possumus.

S. Aug. serm. 237. de tempo. Odium est legi naturæ contrarium, & hinc intrinsecè malum. *1. Joan. 3. 14* *S. Aug. hom. 42. c. 7. tom. 10.* Vindicativus est homicida suipsius, & proximi sui. *Psalm. 54. 5.* *S. Aug. ibid.* *Matth. 10. v. 28.* *Psalm. 41. 9.* *V. Beda ibid.* *S. Ambr. l. 4. epist. 29.* Cur David nullum habuerit merũ consequendæ salutis. *S. Aug. serm. 168. de temp.* *S. Fulg. serm. de S. Steph.*

3. Advertendum quoque est, S. Joannem in eodem capitulo præmisisse: *In hoc manifesti sunt filij Dei, & filij diaboli. Omnis qui non est justus, non est ex Deo, & qui non diligit fratrem suum.* Unde S. Basilius tale format argumentum, dicens: *Quòd si, ut Joannes ait, Deus charitas est, sine dubio necesse, diabolum odium esse. Ut igitur qui charitatem habet, Deum habet; sic qui odium habet, is diabolum in seipso nutrit.* Quapropter D. Chrysostomus, ut faniorem nobis mentem ingerat, ad Davidem contemplandum nos invitat, in spelunca Odolla constitutum, ubi maximam in seipso pugnam sensit, quando Saül in manibus suis habens, eumque pro securitate suipsius occidere potens, imo & morte ejus de throno Israelitico securus esset, nihilominus ipsum dimisit immunem. Unde dictus

1. Joan 3. v. 10. Qui odium fovet in corde, diabolum in illo habet. *S. Basil. de instit. mon. serm. 2.* Exemplum Davidis in spelunca Odolla.

S. Th. de Villa nov. ser. fer. 6. Cin.

sanctus

sanctus Doctor hunc format discursum, dicens: *Et illis quidem foris, nihil ignis in quo versabantur, nocuit; hic verò cùm intus haberet carbones accensos, cùm foris videret diabolum caminum incendentem, idque variis modis, ab inimici conspectu, ab exhortatione militum, &c.* Diabolus namque odij instigator est & author, utpote
Joan. 8. 44. de quo scriptum est: *Ille homicida erat ab initio.* Ac proinde quàm Deo abominabile sit odium; ne verbis quidem exprimi potest, ut proinde sanctus Cyprianus hanc meritò instituerit considerationem, dicens:
Cypr. lib. de bon. pat. *Admonet Apostolus, & docet: Nolite contristare Spiritum Sanctum Dei, in quo signati estis in die redemptionis. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor auferatur à vobis. Si enim Christianus à furore & contentione, tamquam de maris turbinibus excessit, & tranquillus, & lenis in portu Christi esse jam cœpit; nec iram, nec discordiam debet intra pectus admittere, cui nec malum pro malo reddere licuit, nec odisse.* Ut autem illi, qui proximos suos odio prosequuntur, magis magisque perecllantur, & à pessimo proposito amoveantur, sententiam audiant Divi Chrysostomi, dicentis: *Nihil omnium Deus ita odit, & aversatur, ut hominem ultionis avidum, tantam ejus peccati dignum est, ut misericordiam Dei revocet, nec locum habere sinat.* Quæ veritas ex parabola confirmatur, de decem millibus talentorum, in qua, ut suprà diximus, incarnata Sapientia damnum nobis exhibet, quod in eos, qui inimicis offensas non remittunt, redundat. Qua eadem proinde idem divus Chrysostomus utens, ita discurrit: *Vidisti misericordiam Domini? ille procidit, supplicat, orat, ut longius sibi tempus præfiniatur, sed bonus Dominus misericors, nostrique curam habens, supplici benevolus, non solùm quantum petijt, sed quantum ne cogitare quidem ausus fuit, dedit.* Notandum autem pro majori ejusdem argumenti confirmatione, quo titulo Rex fervum illum, qui debitum consodali remittere nolebat, affecerit; ait illi: *Serve nequam.* Equidem qui absque veste nuptiali ad nuptias intrarat, quamvis & hic in infernum protruderetur, amicus nihilominus denominatus fuit: *Amice, quomodo huc intrasti?* Traditorem quoque Judam, satellitum ducem, Christus amicum appellavit, dicens: *Amice, ad quid venisti?* Cur igitur huic unico tàm exosus obtigit titulus? præterquam quòd Paulus de Palatio advertat, quòd *nequam non est, qui jure suo utitur, nec eo privatur, licèt suam gratiam à suo hero receperit.* Numquid autem iste aliud præter suum petebat creditum? Ita quidem; sed ut bene nihilominus observat Hugo Cardinalis, servus ille
Hug. Card. ibid. dictus est *nequam, quasi non æquus in misericordia facti exhibenda, quæ sibi priùs exhibita est.* Servus namque ille eum repræsentabat; qui peccatorum suorum veniam à Deo consecutus, offensas sibi à proximis factas remittere detrectat; contrà hos igitur Deus graviter indignatur, eos abominatur, & detestatur; ac
Chrys. ibid. propterea dicitur: *Iratus Dominus tradidit eum tortoribus.* Quem conceptum in D. Chrysostomo sequentibus reperio expressum verbis: *Tunc accersito eo, inquit: Serve male. Verè hic videre est, quantum malum sit injuriarum reminisci, quoniam cùm decem millia talenta consumpsisset, non vocavit eum malum, sed nunc quia conservo crudelis fuit. Vide & num ipsum iratus ob inhumanitatem erga servum, & tortoribus illum tradere, id quod priùs non fecit, cùm tot debitorum reus esset, nunc fieri jubet. Magna & ineffabilis Dei clementia, cùm in se quidem peccatum est, ad nudas tantùm preces totum remittit; cùm autem in conservum videt crudelem & inhumanum, suam revocat liberalitatem, monstrans illi re ipsâ, quod non tantùm illum, quàm se ipsum offendisset.* Quam eamdem veritatem nobis Psalmista insinuat, dum de reliquis quidem peccatoribus agens, dicit: *Odisti omnes, qui operantur iniquitatem, perdes omnes, qui loquuntur mendacium:* Ast verò de sanguinem humanum fundentibus tractans, ait, eos
Eccli. 28. v. 1 Domino abominabiles esse: *Virum sanguinum abominabitur Dominus.*

Vindicativi sentient vindictam divinæ justitiæ.

4. Nec minùs in Ecclesiastico vindicta justitiæ divinæ contra vindicativos nobis repræsentatur, cùm dicitur: *Qui vindicari vult, à Domino inveniet vindictam, & peccata illius servans servabit.* S. verò Bonaventura ad citatum Evangelicum textum, (*serve nequam,*) se reflectens ait: *Ecclesia scinditur, quæ est tunica Domini inconsutilis, unde rancorosi pejores videntur crucifixoribus, qui dixerunt: Non scindamus eam. Imò non solùm tunicam, sed etiam membra corporis Christi scindunt, quod crucifixores non fecerunt.*

S. Bon. serm. 2 in Dom. 21. post. Pan.

5. S. Antoninus de vindicativis tractans, eos qui contra proximum offenderunt, spiritualiter mortuos appellat, dicens: *Ipse enim in se quasi manus injecit, cùm injuriam fecit.* Quia juxta Sapientiam, *per malitiam occidit homo animam suam.* Quo suppositio fundamento, ad eos, qui injurias ulcisci volunt, suum convertit discursum inquiens: *Crudeliores fuisse videntur, qui Christo mortuo non pepercerunt, quàm qui vivum vulneraverunt; quis est autem adeo cæcus, qui non intelligat dedecus non esse, si quis de inimico mortuo non vult se vindicare?* Imò vindicta adeo detestabilis est coram Deo, ut etiam injuriæ, quæ ejus est origo, infernum directè minetur, inquiens: *Qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehennæ ignis.* Quin non modò actualem contra inimicos ultionem abhorret Dominus, sed etiam ne de malo ejus lætemur, sub pœna indignationis suæ prohibet, prout S. Augustinus in hæc clarissimè docet verba: *Per Salomonem Spiritus Sanctus clamat, & dicit; cùm ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, ne forte te videat Deus, & displiceat illi, & avertat iracundiam suam ab eo, & utique cum ab eo averterit, ad illum dirigat, qui de inimici sui ruina gaudeat, secundum illud: Qui in ruina lætatur alterius, non erit impunitus.*

Sunt spiritualiter mortui.
S. Aug. tract. 4. in 1. Joan. c. 4. §. 5
Et detestabiles coram Deo.
Matth. 5. 22.
S. Aug. ser. 168. de temp.

Sunt inexcusabiles.
Matth. 18. v. 34.

6. Considerandum verò, quòd idem omnino supplicium infelix ille expertus fuerit, qui absque veste nuptiali ad nuptias introivit; quale alter, qui debitum consodali suo remittere noluit, nec alteruter vel minimum verbum in sui defensionem proferre ausus fuit. Quia scilicet inexcusabiles sunt illi, quibus cùm Deus eorum culpas ignoscat, ipsi tamen injurias sibi illatas amore Dei remittere nolunt. Equidem quænam vestis erat illa, ob cujus defectum ad convivium accedens punitus fuit? Hugo Cardinalis respondet: *Vestimentum mixtum sanguine, erit in combustionem & cibus ignis.* Homo namque sanguinarius erat, charitate & amore erga Deum & proximum destitutus.

Hug. Card. ibid.

7. Porro quid magis dedecet fideles, quam vindicta, fideles, inquam, de quibus Apostolus ait: *Unus panis, unum corpus, multi sumus, omnes, qui de uno pane participamus?* Proindeque dicto mifero hæc meritò incubuit pœna: *Ligatis manibus & pedibus, &c.* Ubi idem Hugo Cardinalis ita discurrit: *Hoc de justitia factum est,* Sap. 11. *Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur, pedes enim fuerunt veloces ad effundendum sanguinem.* Quod idem Paulus de Palatio ex illis Ecclesiastici verbis, (*Ipse cùm caro sit, reservat iram, & propitiationem petit à Deo? Quis exorabit pro delictis illius, cum effecta impetrationis? q. d. nullus. Ecce fraternum odium est simile peccato in Spiritum Sanctum; de simili est,* 1. Joan. 5. *est peccatum ad mortem, non pro illo dico, ut roget quis; omnis iniquitas peccatum est, & est peccatum ad mortem.* Vindicta igitur peccatum ad mortem dici potest, quia corporis animæque mortem infert.

1. Cor. 10. v. 17.
Matt. 22. 13.
Hug. Card. ibid.
Paul. de Pal.
Eccli. 28. 5.

8. Sancti in cœlis charitatem non amittunt, quam in terris erga proximos habuerunt, imò potiùs eam adaugent; & nihilominus ubi de sanguinarijs agitur; *quis orabit pro delictis eorum?* nullus namque Sanctorum pro ijs intercedere vult, sciens se in hoc rem Deo ingratam facturum. Equidem ille decem millium talentorum debitor, Regem sibi benignum & liberalem, quando ei pro debito dimittendo supplicavit, expertus est; non enim tunc vel verbum protulit alterationis aut indignationis, quasi summa nimis excessiva esset; ast verò quando in consodalem tam enormem exercuit duritiem: *Iratus Dominus.* Per quam rei gestæ seriem docemur, quod licèt Deus sæpe dissimulet, patienterque sufferat innumerabilia contra eum admissa peccata, se tamen continere non posse, quin divinæ justitiæ gladio nos feriat, quando ob ejus amorè & respectum offensas non remittimus nobis illatas; præsertim cùm *Deus* (ut D. Chrysostomus discurrit,) *ijsdem, majoribusque injurijs pulsatus; idque quotidie ferme ab omnibus, in mansuetudine sua, & tolerantia perseverat.* Quod, ut nos à vindicta avocet, efficacissimum est, siquidem Deus per illam gravissimè se offendi attestatur, dum ait: *Iratus Dominus.* Quam parabolam Christus adduxit, ut immensam peccati hujus gravitatem nos edoceret. Unde & alio in loco ait: *Sic Pater*

Nullus sanctorum orabit pro vindicativo.
Matth. 18. v. 34.
S. Cypr. l. 3. ad Quirin. c. 106.
Chrysost. hom. 22. de simult. oct. 1.
Tertul. de patient.
Insignis similitudo.

Pater meus cælestis faciet vobis, &c. Quam veritatem ut plenius elucidemus, sequentem formemus casum: Si quis Princeps uni subditorum suorum inimicum ejus, à quo is graviter læsus fuisset, in manus ejus confignaret, ut juxta beneplacitum suum iram suam & furorem, in eo per spatium unius horæ, & nō amplius, explere posset, cum ea tamen conditione, ut ipse postea severissimæ justitiæ suæ supplicijs per unius septimanæ decursum, subjaceret; numquid hic vel minimum talis adversarij sui crimen tangere auderet? Neutiquam credo, ita quoque Christus inquit: *Sic & Pater meus cælestis faciet vobis, si non remiseritis, &c.* Si enim vos vindicare volueritis, severissimam in vita sequenti per omnem æternitatem, recipietis vindictam à Deo. Circa quæ proinde verba S. Hieronymus ita discurrit: *Formidolosa sententia si juxta nostram mentem sententia Dei flectitur atque mutatur, si parva fratribus non dimittimus, magna nobis à Deo non dimittentur.*

Matth. 18. v. 35.
S. Hier. ibid.

9. Isaias hanc aliquando legitur populo suo prophetasse pœnam: *In ira Domini exercituum conturbata est terra, & erit populus quasi esca ignis.* Ecquam putatis esse causam, quòd integræ nationes in hoc æternæ perditionis barathrum irremissibiliter præcipitentur? eam ipsemet Propheta immediatè subjungit, dum ait: *Vir fratri suo non parcet;* quasi diceret, quia homines se invicem devorare volent, nec unus parcere alteri. Ita sanè nos edocet caput 16. libri Judicum, ubi Philistæi magnam leguntur instituisse solemnitatem, Dijs suis gratias acturi, pro vindicta in Samsonem exercita, quem erutis ei oculis, in vertendo lapide molari laborare fecerant. Cumque media inter festiva gaudia, ut misero illuderent Samsoni, eumdem è carcere eductum coram se saltare jussissent, mox super eos ira depluit divina, quando sub corruentis vastæ domus machina omnes sepulti, ad infernum descenderunt. Eamdē quoque veritatem discimus in Esau, quem Deus utpote præviſum reprobum, oderat, dicens: *Esau autem odio habui.* Sed quare eum exosum Deo fuisse putatis, quia scilicet vindicativi etiam nondum in lucem editi, esca sunt ignis æterni in conspectu Dei; talis autem Esau erat, qui etiamnum in matris utero constitutus cum Jacob confligebat, siquidem tradit Scriptura: *Collidebantur in utero ejus parvuli.*

Vlcio injuriarum Deo relinquenda est.
Isai. 9. 19.
Vindicativi erunt esca ignis æterni.
Ibid.
Judic. 16.
Rom. 9. 13.
Gen. 25. 22.

10. Quam veritatem Theophylactus super illum S. Matthæi textum, (*Quod si non remiseritis hominibus, neque Pater vester remittet vobis delicta vestra,*) confirmat, dicens: *Nihil ita odit benignus Deus, ut crudelitatem.*

Theoph. in c. 6. Matth.

DISCURSUS XXIX.

ARGUMENTUM.

Cùm Deus supplicium de inimicis sibi assumat, utpote quod ad ejus jurisdictionem propriè spectat, utique inimicos diligendo, multis perfruimur prærogativis, nam Deus illos maximè in hora mortis neutiquam impunitos esse finit.

THEMA.

Mea est ultio, & ego retribuam in tempore, Deut. 32. vers. 35.

1. A Postolus in Epistola ad Romanos, hunc Deuteronomij adducens textum, nos, ut appetitum vindicativum reprimamus, admonet, dicens: *Non vosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ; scriptum est enim: Mihi vindicta, ego retribuam, dicit Dominus.* Ubi D. Chrysostomus quærit: *Cur iræ Dei. Quandoquidem enim hoc patrocinium, qui injurijs affectus est, videre capit, ut ultione fruatur, hoc ipsum Deus copiosè & abunde dabit, nam si teipsum non fueris ultus, Deus erit, qui te juvando, ulciscetur.* S. quoque Cyprianus, ut injuriam patienter sufferamus, spe vindictæ per Deum consummandæ, nos exhortatur, inquiens: *Injuria accepta patientiam teneamus, & ultionem Deo relinquamus. Ne dixeris: Ulciscar me de inimico meo, sed sustine Dominum, ut tibi auxilio sit.* Idem non minùs efficaciter nobis Tertullianus in hæc verba promittit: *Satis idoneus patientiæ jequester Deus; si injuriam depositaris penes eum, ultor est; si damnum, restitutor est; si dolorem, medicus est; si mortem, resuscitator est; quantum patientia licet, ut Deum habeat debitorem.*

Cur filius Dei pacificus salis pacis nasci voluit, unde dicitur: *Toto orbe in pace*

3. Nicolaus Lyranus observat, quòd cùm Maria & Aaron contra Moysen maledicas linguas suas laxassent, ipse verò Moyses patienter omnia sustinuisset, Deus ipsius loco in vindictam proruperit, dicente Scriptura: *Quod cùm audisset Dominus, iratus est, Erat enim Moyses vir mitissimus;* Mariamque sororem ejus lepra castigavit. Unde Rupertus Abbas ait: *Moyses nullo modo seipsum defendebat, & hoc pacto quasi legitima causa defensorem sui Deum, magis tacendo constituebat.* S. Ambrosius Davidem introducit dicentem: *Maledicebant, ego autem benedicebam; quàm bonum est ferre convitium, & non referre? Deum præsulem acquirit, qui convitianti nesciat irasci.* D. Chrysostomus id, quod inter Moysen & Mariam accidit, his verbis confiderat: *Ut autem discatis, tametsi nos oremus pro inimicis & injuriosis, Deum non dimittere illis peccata, si ex nostra tolerantia deteriores fiant; veterem historiam vobis recensebo. Obtrectavit Moysi Maria. Quid hic Deus? leprosam eam & immundam fecit, probam alioqui & castam, deinde Moysi deprecante, qui eam injuriam passus est, ut crimen remitteret, noluit Deus, sed quid inquit? Si insputens inspuisset frater in faciem ipsius, non confusa fuisset? Maneat extra castra septem dies.* Cùm die quadam perversus quidam sicarius magnum quemdam nobilem morte violenta sustulisset, uxor quidem ejus marito viduata omnem adhibuit diligentiam, ut homicida ille in publicæ justitiæ deveniret manus, quia tamen eventus votis ejus non respondit (nabebat enim sicarius ille in aula principem quemdam, valde potentem, qui eum protegebat,) ipsa tandem post multorum importunas preces, eidem commissum scelus condonavit. Quod cùm ad aures cujusdam, qui sicarij illius amicus erat, devenisset, is mox ad eum mensæ accumbentem, properavit, dicens: *Exoptatum ad te nuntium defero; quo audito, sicarius tanto est timore, & tremore percussus, quòd continuo velut demens exclamare cœpit: Heu me perditum! de me actum est, nam si mulieris ultionem evasi, justi tamen Dei manus non effugiam; & paulo post, transacta circiter hora, è domo egrediens, gravi cujusdam tegulæ, quæ è tecto in ejus caput decidit, ictu percussus, illico animam efflavit.*

Num. 12. 2.
Rup. Abb. l. 1. in Num. c. 34
S. Ambr. in Ps. 118. oct. 6.
Chrys. hom. 22. tom. 1. de simult.
Hist. select. Aug. Man. c. 282.
Insignis historia vindictæ Dei contra injuriam ab injuriato condonatam.

Optimè igitur nos Isaias Propheta monet, dicens: *Nolite timere opprobrium hominum.* At verò quo motivo nos inducere voluit ad hunc tam amarum bolum degluciendum ? Subdit confestim, ex ore Dei loquens Propheta : *Sicut enim vestimentum, sic comedet eos vermis, & sicut lanam, sic devorabit eos tinea, salus autem mea in sempiternum erit, & justitia mea in generationes.* Etenim Deus eo modo operabitur, ut talis calumnia in nostrum beneficium diluatur, omnesque falsas accusationes ab inimicis nostris contra nostram famam & reputationem machinatas, cum illorum infamia dissipabit, & illos quidem per omnem æternitatem puniet nobis verò, in præmium illius, quod omnem nostram vindictam Deo remiserimus, corporalem & spiritualem salutem impertietur. Unde S. Hieronymus ait : *Sicut vestimentum consumitur verme, vel tempore, & sicut lanæ à tinea devorantur, sic omne persecutorum opprobrium cum persecutoribus pertransibit: Unde & Apostoli gloriabantur, quòd digni essent habiti pro Domino pati contumelias.* D. Chrysostomus discursum quemdam habet valde illis proficuum & consolatorium, qui causam suam in materia calumniarum Deo committunt, dicit enim : *Multas injurias tulisti ? sæpe contumelias audisti ? ac proinde desideras pœnam inimici ? Atqui in hoc utilis tibi condonatio offensarum, si enim ipse vindictæ incumbas, ultionemque prosequaris, sive per verba, sive per facta, sive per imprecationem, Deus ipse à sumenda ultione supersedebit, utpote te satagente circa tui ipsius vindictam. Imò non solum non prosequeris pœnas injuriarum tuarum, quam passus es, sed à teipso multam exiges, ut injuriosè à te habitus.* Meretur enim is, qui semetipsum vindicat, ut à Deo severè castigetur, quia falcem suam in messem mittit alienam, utpote qui jurisdictionem illam sibi usurpat, quæ Deo est propria. In nulla bene ordinata republica permittitur, ut persona aliqua privata, per se, & pro se justitiam exerceat. Unde Apostolus ait : *Tu quis es, qui judicas alienum servum ? Domino suo stat aut cadit.* Propheta Regius ait : *Deus ultionum Dominus, Deus ultionum liberè egit.* Ubi bis ultionum Dominum Deum appellat, sicut pariter Spiritus S. in eadem scriptura, ut à principio diximus, bina vice protestatur, dicens : *Mea est ultio, & ego retribuam, mihi vindicta, &c.* ut intelligamus, quanto zelo Deus hoc punctum, & jurisdictionem suam prosequatur. Pergit ulteriùs David, dicens : *Exaltare, qui judicas terram, redde retributionem superbis.* D. Chrysostomus in eadem homilia, eamdem habet considerationem, dum ait : *Quod si in hominibus id fit, ut vulneratio à nobis alieno servo, dominus illius indignetur, ac pro contumelia accipiat, ipsi quoque si injurijs afficiamur, sententia Judicum & Dominorum expectanda est.* Ideo quoque Sanctus idipsum persuadere nititur sequenti motivo : *Si in rebus humanis*, inquit, *nemo sibi tuto jus dicit, & pro arbitrio ultionem dispensat, quanto magis id observandum in rebus illis, ubi Deus ipse vindex constitutus est ?* Idem quoque punctum S. Bernardinus his verbis commemorat : *Graviter injuriatur Deum, & turpiter inhonorat illum, si homo aufert sibi aliquid, quod sibi soli reservat Deus. Ita autem sunt quæ sibi soli reservat, gloriam, judicium, vindictam. Gloria, sicut Isaiæ 42. ipse Dominus ait : Gloriam meam alteri non dabo. Secundo reservat sibi judicium, hoc est, finaliter judicare; unde* Joannis 5. *dicitur : Dedit Pater omne judicium Filio, quia Filius hominis est, id est, quia Deus & homo est. Tertio sibi reservat vindictam, ideo ad* Romanos 13. *ait: Da mihi vindictam, & ego retribuam, qui ergo de inimico se vindicare contendit, rapinam perpetrat contra Deum.*

4. S. Bonaventura ad propositum nostrum sequentem de antiquo quodam Romano refert historiam : *Marcus Bibulus vir amplissimæ dignitatis, & summis honoribus functus, dum in Syria moraretur, duos nobilissimos suos filios à militibus Ægypti occisos cognovit, quorum interfectores ad eum vinctos Cleopatra Ægypti Regina misit, ut ex eis quam vellet, appeteret ultionem; at ille hoc accepto beneficio, quo nullum majus lugenti dari poterat, dolorem cedere virtuti coëgit, & carnifices filiorum intactos ad Reginam remisit, dicens : Hanc vindictam non suam, sed Senatus esse debere.* Idem verò Seraphicus Doctor post recensitam hanc historiam, in hæc verba subjungit : *Utinam nos sic, cùm offendimur, Divino Senatui vindictas relinqueremus, quia dicitur : Mihi vindicta, & ego retribuam; nullam enim injuriam inultam relinquere, si se homines vindicare nollent.* D. Chrysostomus in eadem homilia, *de simultate sive ira*, inquit : *Injurias aliquis tibi fecit ? fecit ? infinita mala inflixit ? cave pœnam tuam prosequare, ne Dominum tuum contumeliosè tractes; cede Deo, ipse negotium multo melius administrabit, quàm tu cupis; tibi solummodo jussum est, ut pro eo, qui te læsit, preces fundas; quid autem de eo statuendum sit sibi reservari jussit.* Nos in causa propria competentes judices esse non possumus, non solùm quia causa propria est, verum etiam quia judicium & mens nostra ab ira & appetitu vindicativo conturbata rectè judicare nescit. Venerabilis Beda super prædicta verba ita scribit : *Date locum iræ, ac si dicat; Quid opus est, vosmetipsos vestras ultum ire injurias, qui nec corda hominum nosse, nec æquita eorum scelera tranquillo valetis animo judicare ? Ego retribuam, mihi vindicta. Id est, omnia mala, quæ vobis irrogantur, mihi fiunt, licèt sim impassibilis, sed ego vindictam mihi pro bis retribuam, puniens æternaliter eos, qui temporaliter vos affligunt.* Pœta ille olim cecinit : *An nescis longas Regibus esse manus ?* quod longè verius de Dei providentia dicere possumus, ac proinde, dic sodes, quemnam existimas inimicum tuum melius plectere posse ? Tene, an verò Deum ? Certum est, quod inimicus tuus priori loco Deum offenderit, & postea te, adeoque Deus per justitiam suam inimicum tuum ex pluribus titulis castigabit, tum ut infallibiles suas adimpleat promissiones, quia *justus Dominus, & justitias dilexit*, tum ne te defraudet, qui causam tuam ipsius manibus remisisti. Numquid magnus futurus esset favor tuus, si te à potenti aliquo viro indignè tractato, princeps supremus se tibi obligaret, quòd injuriam tibi factam æquali rigore castigare vellet, ac si offensa propriæ suæ personæ irrogata fuisset ? hunc autem favorem Filius Dei omnibus injuriam patientibus promittit, quas enim illi patiuntur injurias, sibi irrogatas esse censet, unde ait : *Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis*; ac proinde se nobis obligat, quòd vindicaturus sit omnes nobis illatas offensas, idque duplici titulo : Primò, quia ipsemet per easdem offensus fuit, deinde vero, quia nobis causam nostram (dummodo hanc illi committamus) defendere promisit. Ac proinde ubicumque noster & ejus inimicus fuerit, ipsum suo tempore visitabit : *Si ascendero*, inquit David, *in cælum, tu illic es, si descendero in infernum ades : Si sumpsero pennas meas, &c.*

5. Objicies fortasse, sæpe contingere, quòd inimici per factam illis condonationem insolentiores evadant, alia verò ex parte divinum supplicium non semper illis immittatur, sed sæpe ab omni pœna immunes ad mortem usque vivant. Ac proinde respondeo, Deum nostrum (de quo Psalmista ait : *De vultu tuo judicium meum prodeat, oculi tui videant æquitates,*) non sine causa dicere : *Ego retribuam in tempore.* Quodnam est tempus illud, quod Deus ad puniendum expectat ? nimirum tempus transitus ex hac vita ad aliam. Ecclesiasticus vindicativo minatur dicens : *Qui vindicari vult, à Domino inveniet vindictam, & peccata illius servans servabit.* Verum quidem est, quòd Deus pro quovis tempore peccatorum promiserit remissionem, cum hac tamen conditione, si nos nostras quoque offensas dimittamus, secus verò minimè; Deus igitur ad punctum usque mortis peccata vindicativi castigare sæpe differt; tunc verò illa infallibiliter & severissimè castigabit; tametsi enim Deus pro alijs peccatis facile reconcilietur, versus odium tamen, inimicitias, & vindictas implacabilem se & inexorabilem exhibebit, ideo dicit Scriptura : *Cor durum malè habebit in novissimo*; & iterum : *Judicium sine misericordia illi, qui non fecerit misericordiam.* Varablus legit; *Cupidum ultionis, ultio manet à Domino.* Complutensis verò vertit : *Vindicans à Domino inveniet vindictam.* Hugo Cardinalis prædicta Ecclesiastici verba ita exponit, *Et peccata illius servans servabit, id est, peccata illius injuriantis servans Dominus ad pœnitendum, servabit ad puniendum, si non pœnituerit hic*; & ideò Job 21. dicitur : *In diem perditionis servabitur malum.*

6. Apud Ezechielem sequens legitur à Deo facta comminatio : *Pro eo, quòd fecerunt Palæstini vindictam, & ultisi sunt toto animo, &c. Ecce ego extendam manum meam super Palæstinos, & interficiam interfectores, & perdam reliquias maritimæ regionis.* Deus enim justo suo judicio permittit, ut familiæ, civitates, provinciæ, & regna integra in ruinam abeant, & dispersionem. Paulò post verò subditur : *Reddes eis vicem, Domine, juxta opera manuum suarum, Dabis eis scutum cordis.* Quodnam verò est hoc supplicium, quod Deus comminatur, scilicet dare illis qui se vindicant, scutum cordis ? ergone sagittæ iræ Dei in ipsos penetrare non potue-

Isai. 51. 7. — Ibid. v. 8. — Omnes condonatæ injuriæ cedunt in nostrum bonum. — S. Hier. ibid. — D. Chrysost. Ibid. — Qui seipsum vindicat, meretur ut à Deo severè castigetur. — Rom. 14. v. 4. Psal. 93. v. 1. — Ibid. v. 2. — Chrysost. ibid. — S. Bern. tom. 1 serm. 50. a. 1. cap. 2. — Præclara historia hominis Ethnici. S. Bon. serm. de S. Ago.

Læsus non potest esse judex in causa propria. — Beda in cap. 12. ad Rom. — Nellius spec. eccl. lib. 3. p. 5. dist. 1. Exeth. 30. — Deus melius plectere potest lædentes, quam homo læsus. — Psal. 10. v. 8. Simile. — Stupenda historia vindicativæ Vetulæ. — S. Bern. tom. 2. serm. 50. a. 3. c. 4. — Matth. 25. v. 41. — Tempus transitus ex hac vita ad aliam erit Deo tempus ultionis. — Psal. 138. v. 8. — Ezech. 25. v. 15. & 16. — Qui Spiritum vindictæ fovent, in hora mortis indurati moriuntur. — Threm. 3. v. 64. & 65. — Eccli. 28. v. 1 Promisit nobis Deus veniam peccatorum, si nos offensas aliorum dimittamus. — Eccli. 3. v. 19 Jac. 2. v. 13. — Vatabl. — Complut. — Hug. Card. in Eccli. — Sacchin. an. 1560. n. 273. tom. 2. — Ezech. 25. v. 15. & 16. — Psal. 40. v. 6. — Ibid. v. 13.

poterunt ? siquidem circa cor scutum portant per quod defendantur ? enimverò non est hic sensus verborum Dei, nec hoc vult dicere Deus, sed potius verba illa concordant cum ijs, quæ paulò ante citavimus nimirum : *Cor durum malè habebit in novissimo*; nam circa corda illorum, qui spirant vindictas, in hora mortis cingentur veluti ferro & chalybe odijs, inimicitijs, rancoribus, quibus quoad usque vixerunt, fuerunt immersi, adeo ut verbum, vox, & gratia Dei ad corda illorum penetrare non possent, ideoque à se repellant confessariorum monita, exhortationes religiosorum, propositasque illis de supplicijs æternis comminationes surdis auribus excipient. Unde Bellovacensis de ijs ita scribit : *Tales descendent in infernum cum armis suis, sicut dicitur Ezechielis 30. qui scilicet armati odio, & malâ voluntate moriuntur. Sic dicit Magister Jacobus de quodam Comite, qui cùm inungeretur, & moreretur, & diceretur ei ab inungente : Pax tecum, cùm habuisset guerram cum quodam vicino suo, creditit, quòd rogaretur de pace faciendâ cum eo, cùm autem totis viribus reclamaret, & contradiceret paci faciendæ, in illa contradictione spiritum exhalavit, & sic cum odio & ira armatus ad inferos descendit.*

7. S. Bernardinus ad hoc propositum terribilem quemdam refert casum, qui in monte Calvariæ juxta Christi sepulchrum, videlicet Anno 1419. contigit. Cùm enim ibidem in tribemi quadam diversi viatores ad visitandam terram sanctam ex Hispania appulissent, accidit, *quòd vetula quædam eos circumiens, ad adolescentis cujusdam pedes offendens in terram corrueret, levi equidem casu, corporeque illæso. Exinde tanta indignatione & odio contra illum adolescentem repleta est, quòd cùm pervenissent cum cæteris peregrinis ad locum nostræ redemptionis, id est, ad Calvariæ montem, adolescente ab ea humiliter veniam postulante, illa talem levem offensam parcere noluit, ac ut moris est, conveniendibus alijs peregrinis ad humilem & devotam confessionem, atque ad sacram communionem, antequam visitent illa loca sacra, inter alios accessit ad confessionem adolescentulus ille, qui inadvertenter læserat mulierem, hic narravit confessori scandalum, quod de illo sumpserat vetula illa innocenter. Statim mittitur ad vetulam illam postulaturus veniam, & innocentiam nihilominus offensuras, quod quidem eo humiliter in præsentia peregrinorum implente, & illam exhortantibus ad hoc etiam alijs, illa vero remittere denegante, ad confessorem revertitur adolescens, indicans duritiem mulieris; remittitur bis, & tertio ad eamdem genibus flexis, & brachijs cancellatis, cunctis peregrinis ad indulgendum adolescenti innocenti, exhortantibus. Illa indignata & à diabolo jam obsessa, oblita animæ suæ, oblita laborum atque discriminum præterti itineris, oblita sacrati loci, sanguinis Salvatoris, oblita illius, qui in cruce ibidem pendens, non tantùm largè peperit, verùm etiam ardenti charitate Patrem pro suis crucifixoribus exoravit, oblita divinæ misericordiæ atque justitiæ, tantùm memor injuriæ, ad indulgendum adolescentulo, nullo modo potuit inclinari.* Nimirum *ad literam* in ea adimpletum fuit : *Cor durum malè habebit in novissimo. O judicium summi Dei !* exclamat S. Bernardinus, *O tremenda justitia divinæ severitatis ! dum juvenis ille cum cæteris peregrinis suscepit Dominicum Sacramentum, vetula illa à dæmone jam arrepta, in cisternam, quæ quasi per viginti passus distabat, abiens, veloci se impetu præcipitavit, & quod mirabile est, multis circa cisternam existentibus ut hauirent aquam, satis de parvo cisternæ ore, nullus de ejus præcipitio percepit.* Unde dictus Sanctus concludit, dicens : *Discant hic omnes animæ dari cordis, ac nolentes parcere inimicis, quòd sicut Jacobi 2. scriptum est : Judicium sine misericordia fiet illi, qui non fecit misericordiam.* Verisimile equidem est, eamdem mulierem alijs quoque temporibus vindictæ cupidam fuisse; ac proinde *quæ sic vixit, sic moritur.* Porrò quàm tenaciter odium cordi humano adhæreat, exinde colligi potest, quòd, ut in historijs Indiarum scribitur, quidam ex industria è Lusitania navigavit in Indias, nullo alio fine motus, quàm ut inimico suo in Indijs commoranti, necem inferret; qui tamen conversus est concionem auscultans Domini Alboredi, in qua de inimicorum dilectione peroravit. David in Psal. 40. mortale quoddam inimicorum suorum erga se odium his verbis expressit : *Inimici mei dixerunt mala mihi, quando morietur, & peribit nomen ejus ?* verumtamen quia causam suam Deo commisit, ab eo defensus, atque ad vitam immortalem perductus fuit : *Me autem propter innocentiam suscepisti, & confirmasti me in conspectu tuo in æternum.*

DISCURSUS XXX.

ARGUMENTUM.

Acceptarum injuriarum remissio ex corde proficisci debet; ubi etiam nonnulla considerantur ad illam facilitandam opportuna media.

THEMA.

Non oderis fratrem tuum in corde tuo, Levit. 19. ℣. 17.

1. DEus olim in Levitico severè vetuisse scribitur, ne quis venenum odij contra fratrem suum in corde suo fovere præsumeret, prout ex illis verbis patet : *Non oderis fratrem tuum in corde tuo*; nomine autem fratris quilibet homo comprehenditur, ut Cajetanus exponit, dum ait : *Et ratio repugnans actui assignatur, frater enim non est materia odij, sed amoris; & quia propria odij sedes cor est, non ideo adjungitur in corde tuo, quia extra cor possit esse odium, sed ut intelligatur, non odio occulto habendum esse fratrem.* Eamque dissonantiam in Absalone exemplificat, qui Amnon mortali odio prosequens, in externa tamen forma omnem erga eum exhibebat benevolentiam & amorem, ita etiam ut ipsum ad convivium invitaret, cui mortem machinabatur occultè. — Odium, sicut nō ostendendum exterius, sic nec fovendum in corde. — Cajet. ibid.

2. In parabola de decem millibus talentorum, cœlestis Magister severissimum æterni Patris sui supplicium eis minitans, qui in remittendis per proximos illatis offensis obstreperi forent, sequentibus verbis usus fuisse legitur : *Sic & Pater meus cœlestis faciet vobis, si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris.* Ubi S. Hieronymus Christum magno cum mysterio, *de cordibus vestris* dixisse advertit, inquiens : *Quia potest unusquisque dicere, nihil habeo contra eum; ipse novit, habet Deum judicem, omnem simulationem fictæ pacis evertit, dicens: Si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris.* Quem textum simili penitus commentario amplificat Cajetanus, dum inquit : *Non vult simulatam remissionem, sed ex intimo corde, qui corditum scrutator & judex est Deus :* Adeòque non sufficit inimico reconciliari, secundùm oculos mundi, siquidem Deus, qui cor nostrum penetrat, quæ dilectionis nostræ sit ratio, an scilicet verè aurum sit, optimè dignoscit; quapropter S. Augustinus hoc salutare nobis tradit dogma dicens : *Melius est, ut clames ore, & dimittas in corde, quam sis blandus ore, & crudelis in corde.* Neque minus efficaciter & aprè eadem Christi verba explicat Dionysius Carth. dicens : *Cordialiter diligendo injuriantem, & culpam penitus dimittendo, ita ut nihil amaritudinis, iræ vel impatientiæ inhæreat animæ vestræ.* — Monet Christus injurias remittendas nō solum exterius, sed & ex corde. — Matt. 18. 35. — Hier. ibid. — Cajet. ibid. — S. Aug. serm. 15. de verb. Dom. in cat. — Dion. Carth. ibid.

3. S. Bernardinus authoritati S. Bernardi in quodam super Cantica sermone innixus, ita eamdem confirmat veritatem, dicens : *Sunt quidam sic donantes injuriam, ut non ulciscantur, sæpius tamen impropererent. Sunt etiam alij, qui licet fileant, manet tamen odium alta mente repostum, & rancorem tenent in animo, quorum neutrum plena indulgentia est.* Sane si quis Cainum vidisset Deo sacrificia offerentem, numquid eum virum reputasset, religione & pietate insignem & nihilominus Deus, qui intima scrutatur cordium, oblationem ejus benigno non est intuitus oculo, quia scilicet venenum odij fraterni in corde ejus contemplabatur, quapropter S. Bernardus illi improperat, dicens : *Quid miraris o Cain, si non respicis ad te, qui ita divisas es in te, si manum devotioni, quid animam das livori ?* Ita pariter quot sunt pró dolor, qui secundùm externam speciem se reconciliatos perhibent offendentibus, qui tamen interius viperinum fovent odij venenum ? quos S. Augustinus saluberrime his admonet verbis : *Ibi dimittite, ubi Deus videt, aliquando enim homo dimittit ore, & tenet odium in corde, non timens oculos Dei : Prorsus dimittite, quia quod propter homines dimittitur, non apud Deum valet; quod autem propter Deum dimittitur, apud Deum valet, & apud homines prodest.* Forsitanne amore Dei offensam vos remisisse inimico vestro dicetis ? Advertite quoniam Deus videt cor vestrum, vosque mentitos esse cognoscit, siquidem in nobis non amor suus, sed odium nidificat contra proximum. Unde S. Augustinus quemdam, in danda indulgentia offensæ difficilem ita interrogat : *Quid dicis ? respondebis forte per infirmitatem non possum. Sed profice, & age ut possis, maxime quia oraturus es judicem, quem fallere nemo potest, qui actiones est causam tuam.* Ubi notandum S. — S. Bern. to. 2. ser. 50. a. 2. c. 1. — Qui ita dimittunt injuriam ut odium servent in corde, nihil boni faciunt nec merentur. — S. Bern. serm. 24. in Cant. — Patet in Cain. — S. Aug. tom. 10. l. 42. — Ex corde cō donanda est injuria. — S. Aug. serm. 170. de temp.

Augustinum dicere : *Judicem, quem fallere nemo potest.* Deus enim judex erit, quem nemo potest decipere, ac proinde cum ille cor nostrum penetret, necessum est ut circumspecti simus, in abolendo ab eo omni rancore, omni malevolentia, omni amaritudine. Nescio, an aliquando observaveritis quod incarnata sapientia Matth. 5. præceptum de dilectione inimicorum præscribens, jusserit, ut illos amaremus, illis benefaceremus, & rogaremus pro illis : *Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos, orate pro persequentibus & calumniantibus vos* ; numquid sufficisset dicere : diligite illos ? nequaquam ; cum enim *probatio dilectionis exhibitio sit operis*, ut hic amor in nobis elucescat, illos à nobis beneficijs affici voluit : *Benefacite his, qui oderunt vos* ; atque insuper ut hunc amorem ex corde procedere demonstremus, voluit, ut cor nostrum in oratione pro ipsis elevaremus ad Deum. S. Bernardinus naturam & conditionem describit illorum, qui solum extrinsecus condonant. *Sunt plerique*, inquit ille, *qui se dicunt parcere inimicis suis, nec velle ijs nocere, tamen non posse eos videre, neque insuper volunt cum eis loqui* ; *contra quos Chrysostomus de compunctione cordis, tractans illud : Dimitte nobis debita nostra, ait : Si tantummodo non lædas eum qui te læsit, avertis te tamen ab eo, nec libenter eum videas, manet sine dubio vulnus in pectore, & dolor augescit in corde, quod si est, nondum utique, quod Christus mandavit, expletur. Numquid tu ita vis propitium tibi Deum fieri, ut non quidem lædat, avertat tamen se à te, & peccatorum tuorum veniam poscis, talem exhibere te debes his, qui delinquunt in te.*

Inimicis benefaciendum est, & orandû pro illis. *Matth. 5. 44.*

S. *Bern. ibid. a. 1. c. 2.*

5. Salmeron de hac eadem inimicorum dilectionis materia tractans idem promovet intentum doctrina sequenti : *Est magna virtus ita linguam possidere, ut bonum pro malo reddat, cum tamen coriissimus sit cordis index. Non tamen ergo pro inimicis orandum, sed etiam illis est bene precandum. Diligite corde, benefacite opere, orate verbo* ; *diligite, dando primo cor* ; *benefacite largiendo temporalia* ; *orate, spiritualia communicando.* Cui sententiæ S. Gregorius plenissime subscribit, quando & ipse, qualiter ex corde inimicum diligere debeamus, ita nos instruit dicens : *Sciendum est, quia inimici dilectio tunc veraciter custoditur, cum nec de profectu abjicimur nec de ruina illius lætamur. Nam sæpe in dilectionis imagine erga inimicum, animus fallitur, seque tunc diligere æstimat, si ejus vitæ contrarius non existat* ; *sed dilectionis vim occulte & veraciter aut profectus inimici, aut casus interrogat. Hac enim de re ad plenum semetipsam mens hominis nescit, nisi eum quem sibi adversarium credit, in defectu vel profecto mutasse modum sui status invenerit. Si enim de prosperitate addicitur, & de calamitate odientis lætatur, constat quia non amat, quem non vult esse meliorem, eumque etiam stantem voto prosequatur, quem cecidisse gratulatur.* Quo in puncto Job veraciter se justificatum ostendit, dum ait : *Si gavisus sum ad ruinam ejus, qui me oderat, & exaltavi quod invenisset eum malum* ; *non enim dedi ad peccandum guttur meum, ut expeterem maledicens animam ejus.* Circa quæ verba S. Gregorius ita discurrit : *Peccaret quippe, si hoc optavet à Deo fieri, quod ipse facere vel omnino non posset, vel si posset, minime deceret* ; *nam qui maledictionibus inimicum impetant, quid aliud in illo facere Deum volunt, nisi quod ipse facere aut nequeunt, aut erubescunt ?*

Salom. tom. 5. fr. 42. Quomodo inimici veraciter sint diligendi.

S. Greg. l. 22.

Ad exemplû S. Job *Job 31. 29.*

S. *Greg. ibid.*

6. S. Bonaventura quandonam inimico veniam petenti, offensam remittere teneamur, examinans, quærit : *Utrum teneatur quis remittere injuriam inimico petenti* ; respondetque sub distinctione, inquiens : *Ex injuria solent oriri iria* ; *Primum est rancor in affectu, secundum est rancoris signum in effectu, tertium est actio contra injuriam. Primo tenetur quis statim remittere etiamsi non rogetur* ; *secundo tenetur remittere veniam veraciter petenti, id est, parato emendare secundum facultatem suam* ; *tertium non tenetur remittere.*

S. *Bon. compend. theol. verit. l. 3. c. 17.*

Matth. 18. v. 35. *Salm. ibid.* Hoc ipsum nos docet aliqua cæremonia in Missa.

7. Salmeron citata examinans verba : *Si non remiseritis ... de cordibus vestris*, ita eumdem proposito nostro accommodat textum : *Addit, ex cordibus vestris, quia injuriæ condonatio ab omni fuco & fictione debet esse aliena.* Pro cujus confirmatione quædam nobis deserviet cæremonia Missæ ; post *Pater noster* enim in Sacrificio Missæ recitatum (ubi coram Deo, debita, id est, offensas à proximis nostris illatas nos remisisse protestamur,) Sacerdos prosequitur dicens : *Pax Domini sit semper vobiscum*, & paulo post pax porrigitur, quæ in Missis solemnibus ad omnes defertur, id autem quod in præsenti notandum, documentum est, quod D. Chrys. circa hanc cæremoniam in sequentia tradit verba dicens : *Nam osculum pacis porrigere, tempore quo manus offeruntur in usu est* ; *sed vereor, ne forte plures ex vobis labijs hoc tantummodo faciant, cum Christus pacem non ex ore, sed ex corde desideret, & affectu vestri proximum, non labijs honorari. Si enim pax non habetur in corde, quasi in scena res agi videtur, & ludo, unde per hoc exacerbari Deus credendus est potius, quam placari. Paritas enim & veritas est, quæ placet Deo, respice autem & odit omne quod simulatur & fingitur.*

D. Chrysost. l. 1. de compunct.

8. Ad facilitandam vero cordialem hanc injuriarum remissionem, efficiendumque ut eadem sit permanens, advertendum est, quod S. Anselmus in capite quodam cui titulus est : *Ratio, quomodo inimici diligi possint*, his verbis tradit : *Ad hoc considerandum est, qualiter is, qui in bono proficere desiderat, sibipsi vim inferre debeat, ut proficere valeat, licet carnalis seu naturalis appetitus meus damnum appetat, non tamen hoc ore confiteri debeo, sed potius damnum ejus plangere, & contra appetitum carnis meæ illius prosperitati favere. Si rationem consideremus, rectius agimus, quando Deo obedimus, quam faciamus quando carnali voluptati consentimus* ; *præceptum enim Domini est, ut inimicos diligamus. Si ergo eos affectuose diligere nequeo, quoniam carnalitatem meam ad amorem eorum adhuc flectere non valeo, tamen velle debeo eos me posse amare, & donec valeam hoc agere, verbum quod potestati meæ subjacet bonum, & non malum, de illis promulgare. Cumque hoc ago, non mentior quando dico me illos diligere, quoniam velle adjacet mihi, perficere autem non habeo. Condelector tamen Dominico præcepto secundum rationem spiritus mei ut eos diligam, quamvis corruptibilitas carni meæ repugnet.* Unde consideratione quoque dignus est discursus quem S. Augustinus ad hoc idem propositum facit, dicens : *Sævit in te homo* ; *ille sævit, tu deprecare* ; *ille odit, tu miserere. Febris animæ ipsius te odit* ; *sanus erit, & gratias aget tibi. Quomodo medici diligunt ægrotos ? numquid ægrotos diligunt ? ad hoc diligunt ne ægroti permaneant, sed ut ex ægrotis sani fiant. Et quanta plerumque patiuntur à phreneticis ? quales contumelias verborum ? plerumque & percutiuntur. Perseguitur ille febrem, ignorit hominem. Et quid dicam fratres ? Amat inimicum suum nimo odit inimicum suum, morbum enim ipsius odit, & amat hominem à quo percutitur, odit febrem, à quo enim percutitur ? à morbo, ab ægrotatione, à febre. Illuc tollit, quod illi adversatur, ut remaneat illud unde gratuletur. Sic & tu* ; *si odit te inimicus tuus, & injuste te oderit, noveris quia cupiditas seculi in illo regnat, propterea te odit. Si odisti illum, & tu contra reddis malum pro malo. Quid facis reddere malum pro malo. Unum ægrotum flebam qui te oderat, jam duos plango, si & tu odisti : Sed persequitur rem tuam* ; *tollit tibi nescio quæ habes in terra. Ideo illum odisti, quia angustias tibi facit in terra. Noli pati angustias, migra in cœlum, sursum cor ibi habebis, ubi beatitudo est, ut nullas angustias patiaris in spe vitæ æternæ. Attende, quæ tibi tollit, nec illa tibi tolleret, nisi ille permitteret, qui flagellat omnem filium quem recipit. Quodammodo ferramentum Dei est, quo sanaris, ipse inimicus tuus. Si novit Deus, utile tibi esse ut expoliet te, permisit illum* ; *si novit Deus, utile tibi esse ut vapules, permittit ille ut cædaris. De illo te curat, opto ut ille sævetur.*

Quid facit. et cordialem condonationem injuriæ. S. Anselm. de similit. c. 61.

S. August. tr. 8. in 1. Joan. c. 4.

9. Sciendum vero, quod non solum rigorosam Deo rationem reddere debeamus de injurijs absque causa per nos illatis, & multiplicatis contra proximum nostrum, sed & de ijs, quibus vindices de contumelijs & improperijs quæ nobis fiunt, nos ulciscimur ; siquidem Lex Evangelica, ut hujusmodi supportemus, præcipit, dum ait : *Nulli malum reddentes pro bono.* Quam doctrinam S. Bonaventura per argumentum à minori ad majus procedens stabilire nititur in hæc verba : *De omni verbo otioso quod locuti fuerint homines, reddent rationem in die judicij, ex verbis enim tuis justificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis* ; *si enim de omni verbo otioso reddemus rationem in die judicij, multo potius de verbis injuriosis. Sed quia mors & vita in manibus linguæ, secundum glossam, ideo dicit : Ex verbis tuis, scilicet bonis justificaberis* ; *& ex verbis tuis, scilicet malis, injuriosis, condemnaberis* ; *quando coram tota curia cœlesti propter ea vituperaberis & culpaberis.* Qui idem Sanctus illa Christi verba (*qui dixerit fratri suo, Raca, reus erit judicio*) ponderans in ejusdem sermonis progressu subjungit dicens : *De isto autem judicio dicitur in Epistola Judith : Ecce venit Dominus, in Sanctis suis facere judicium contra omnes impios, de omnibus duris quæ locuti sunt. Certe si hoc judicium attenderent iracundi, nunquam fratrem suum crucifigerent veneno convitiationis.*

Rigorosa ratio in judicio reddenda de injuriis sine causa illatis. *Rom. 12. 19.*

S. Bon. ser. 3. in Dom. 5. post Pent.

Matth. 5. 22.

S. Bonav. ibid.

10. Insuper præsentissimum, ad abolendum ex corde odium, est remedium, si injuriarum subito obliviscamur,

Injuriæ cito obliviscendæ est.

Eph. 4. v. 26. liviscamur, juxta Apostoli doctrinam dicentis : *Sol non occidat super iracundiam vestram.* Quod & Ecclesiasticus admonet dum ait : *Omnis injuriæ proximi ne memineris, & nihil agas in operibus injuriæ.* Aristoteles aliquando, ut Laertius lib. 1. c. 3. attestatur, interrogatus, quid senectutem vel maximè acceleraret, quidve tardaret, respondit : *Gratia & injuria.* Unde nec immerito Beneficia in aqua currente figurantur, injuriæ vero in lapidibus molaribus, dicente Philisopho, *injuriæ memoriam tenacissimam esse, beneficijs vero longe brevissimam.*

Eccli. 10. 6.

11. Dionysius Carth. glossam secutus, circa illud Sapientis dictum ; *Qui dissimulat injuriam callidus est*, ita denique eidem suffragatur proposito : *Callidus non vult occultare iram, seu injuriam suam, ut duret, sed ut omnino deleatur* ; *est enim natura iræ, ut prolata plus ferveat, occultata languescat. Hoc modo Saül adhuc bonus in principio regni sui dissimulavit se audire verba injuriantium sibi, quæ nec poterat volvit vindicare, data opportunitate.* Quare Hugo Victorinus ad eamdem nos virtutem solicite invitat dicens : *Lites nullas habeatis aut quam celerime finiatis, ne ira crescat in odium, & trabem faciat de festuca, & animam faciat homicidam.*

Prov. 12. 16. Dion. Carthusiensis. Et dissimulanda.

Hug. Vict. tom 2. in reg. D. Aug. c. 9.

12. S. Augustinus iræ essentiam indagat, ut nos ab ejusdem vitij horrore avellat dicens : *Quid est ira ? libido ulciscendi. Quod odium ? ira inveterata. Quid inveterata si facta est, item odium dicitur. Quid videtur confiteri ille, qui cum dixisset, tu barus est præ ira oculus meus ; addidit, inveterata in omnibus inimicis meis ? Quod erat ira, cum esset nova, odium factum est, quia in vetustate conversum est. Ira festuca est, odium trabs est.* Ac proinde, ut quantocius dum primi iracundiæ motus pullulare incipiunt, eos supprimamus, solicite nos admonet, dicens : *Si in domibus vestris scorpiones essent, aut aspides, quantum laboraretis ut domos vestras purgaretis, ut secari habitare possetis ? irascimini ; inveterantur iræ in cordibus vestris, fiunt tot odia, tot trabes, tot scorpij, serpentes, & domum Dei, cor vestrum purgare non vultis ?* Quod idem documentum S. Isidorus Pelusiota nobis in hæc tradit verba dicens : *Inimicitiam in aqua scribere oportet, ut quamprimum obliteretur* ; *amicitiam autem in æs incidere, ut perpetuo firma & immota conservetur. Neque enim ne odio simus, (hoc quippe nostri arbitrij haud est, ac fortasse ne fieri quidem potest, omni enim modo præstantissimi quique viri improbis invisi sunt, ac propterea sancti viri hujusmodi odium subierunt :) sed ne homines ; sed improbitatem, qua laborant, odio habeamus, nobis imperatam est.*

S. *Aug. h. 42. c. 7. tom. 10.*

Iracundiæ motus statim supprimendi sunt.

Isid. Pelus. l. 3. ep. 222.

TRACTATUS XXXVI.

DE INJURIIS.

CONTINET

DISCURSUS XVII.



Iscursus I. De gravitate & malitia injuriarum honorem lædentium.

II. Author & instigator injuriarum dæmon est, ac proinde pessima hæc zizania ad ignem infernalem sunt destinata.

III. Considerantur ruinæ & damna ex injurijs in rempublicam sæpe redundantia, utpote quæ pacem turbant, rumpuntque amicitiam.

IV. De damnis quæ in injuriantem resultant ; item de periculis quibus exponitur, nec non de supplicijs quibus Deus in illum animadvertit.

V. Egregium est virtutis specimen & exercitium, si quis adversus injurias se mitem ostendat, ac si eas non sentiret, nec eas indigne ferat, sed erga injuriantem magis se benignum exhibeat.

VI. Viri perfecti injurias cum lætitia & aviditate accipiunt, in exercitium virtutis, & meriti lucrum ; ubi etiam ostenditur quibus in casibus ultio injuriarum licita sit.

VII. De injuriarum tolerantia, quam Christus exemplo suo nos docuit, & per quam Deo similes efficimur.

VIII. Primitivæ Ecclesiæ Christianos scopum injuriarum fuisse probatur, simulque ostenditur, recipere & dissimulare injurias, proprium esse Christiani hominis characterem.

IX. Qui injurias libenter tolerat, Dei sibi benevolentiam conciliat, & gloriæ coronam sibi fabricat ; econtra vero cum memoria & ultio injuriarum gravissimum sit peccatum, damnationis æternæ pignus est certissimum.

X. Injuriatores utiles nobis sunt, quia nostros nos faciunt emendare defectus ; dumque illos patienter toleramus, remissionem peccatorum pro mercede recipimus.

XI. In irrogatis nobis injurijs divinam erga nos dispositionem recognoscere debemus, quæ illas in nostrum ordinat emolumentum, cum ex multis capitibus nobis sint utiles.

XII. Injuriatoribus haud secus ac phræneticis, delirantibus & arreptitijs compatiendum est ; & tametsi detestanda sit injuriæ malitia, ipse tamen injuriator, velut proximus noster, amandus est.

XIII. Majorem esse victoriam, injurias patienter ferre, quam easdem ulcisci.

XIV. De benignitate & humilitate, qua respondendum est injuriatoribus, ut ita illorum mitigetur, illosque lucrifaciamus.

XV. Laudabile est, si quis injurias accipiens taceat, non vero acriter à se repellat, nisi justum & debitum respondendi morivum urgeat.

XVI. Varia considerantur damna, quæ in illos resultant, qui verbis amaris injurias à se repellere contendunt.

XVII. Indignè ferendo injurias, illas cor nostrum vivaciter vulnerasse demonstramus, secus enim bona conscientia nos imperturbabiles reddere debet ; nec est alius injurias vindicandi modus efficacior, quam si nos illas minimè curare demonstremus.

DISCURSUS I.

ARGUMENTUM.

De gravitate & malitia injuriarum, honorem lædentium.

THEMA.

Qui autem dixerit fratri suo ; Raca ; reus erit concilio, qui autem dixerit : fatue ; reus erit gehennæ ignis. Matth. 5. ℣. 22.

1. INcarnata sapientia, quæ transgressionum humanarum competens est judex, eamdem in justitia & æquitate convenienti ponderans (*Justus enim es Domine, & rectum judicium tuum*,) cum ei injuriarum gravitas & pondus æqua lance ponderanda esset, in hæc verba prorupit : *Qui dixerit fratri suo, &c.* quibus verbis, ut Cardinalis Baronius optimè observat, ad usum alludebat Judæorum, qui tam in civilibus quàm in criminalibus varia habebant tribunalia & judices ; in quorum tribunalium uno tres admittebantur, qui causas judicabant minores, in alio viginti tres præsidebant Judices, à quibus causæ decidebantur capitales, in tertio septuaginta duo erant assessores, & hoc supremum erat, in quo res tractabantur arduæ & maximi momenti, scilicet de Lege, de Rege, de Propheta, de summo Sacerdote ; & hoc Jerosolymis tantum agebatur, alia vero in qualibet tribu dispersa erant. Hæc autem veridica notitia ex annalibus Ecclesiasticis extracta præsupposita, ecce tibi quantum in divinæ justitiæ trutina, injuria præponderet, de hac enim dicitur : *Qui dixerit fratri suo &c.* Quibus verbis delictum hoc à concilio Septuaginta duorum judicum, qui maximum tribunal administrabant, judicandum esse ostendit. At vero si quis in alios graviores prorumperet injurias, fratrem suum vocando fatuum, hujus injuriæ excessum adeo gravem esse censuit, ut nullum existimarit esse tribunal, quod illud sufficienter punire sciret, vel posset ; ac proinde injuriantem, pœnarum infernalium directè reum esse judicavit ; Unde D. Chrysostomus de injurijs differens ait : *Non est omnino, non est intolerabilius aliquid injurijs ; quodque possit magis hominis animam mordere.* Non dicit injurias mordere cor-

Ps. 118. 137.

Bar. ann. 32. 10.

Injuriæ illatio, graviter Deum offendit, & maxime animam injuriati mordet.

D. Chrysost. hom. 10. in Matth.

corpus, sed animam. Paulus de Palatio in expositione hujus textus quærit, *cur Dominus nunquam de concilij severitate alicubi, nisi in sola fratris meminit injuria?* moxque adæquate per efficaces respondet rationes, dicens: *Hic apertum haberi judicium, quanti Deus æstimet charitatem fratrum, quam nulla vel levi ratione vult à nobis violari; & si, ut humana miseria solet, violetur, statim à concilio velit resarciri. In cæteris velut connivet, & velut dormitat Divina justitia; hic vero nunquam non attentissimè vigilat, jubet, urget.* Lucas Burgensis, quoad sensus litterales accuratissimus interpres, verba hæc de Concilio *Synedrin*, intelligenda esse censet: *Reus erit concilio, intelligens concilium sive synedrion illud magnum Septuaginta duorum senatorum, quo deferebantur causa gravissimæ: Eam, qui iratus fratri suo, Racha aut simile aliud improperaverit, hujusmodi quid admisisse docet; quod ad Synedrion deferri mereatur, ad est, ob quod Dei judicio certo damnandus sit; sed incertum qua pœna; cæterum tam gravi, quod ab ipso Synedrio sive summa inter homines authoritatis tribunali pro scelere gravissimo infligi possit.* D. Chrysost. verbum hoc *Racha* justa bilancis trutina ponderans, illud non valde grave esse existimat; dum ait: *Racha non grandis alicujus est verbum convitij, sed magis de contemptu veniens, impatientiaque dicentis; ut ipsi nonnumquam vel servulis, vel inferioribus quibusque aliquid imperantes dicimus; vade tu, dic ut illi. Sic etiam qui lingua utuntur Syrorum, Racha pro eo, quod est tu, dicere solent.* Rationem verò assignat, cur nihilominus Salvator hanc culpam adeo aggravet; dicit enim: *Misericors Dominus cum majoribus, etiam minima quæque delicta pariter exellit, præcipiens, ut mutuo nobismetipsis, & honorabilius utamur, & cautius, ut per hæc majora quæque peccata auferantur.* Albertus Magnus sensum hujus dictionis *Racha* declarans diversæ est opinionis, inquit enim: *Est signum indignationis cum contumelia sine criminis impositione.* S. Hilarius pariter inquit: *Vacuitatis opprobrium est.* Cui consentit S. Hieronymus, inquiens: *Hoc verbum propriè Hebræorum est, & significat inanis, vacuus; quem nos possumus vulgata injuria absque cerebro nuncupare.* S. Bonaventura in sermone 1. in Dominicam V. post Pentecosten, in cujus Evangelio proposita recitantur verba, ita scribit: *Irascitur aliquis fratri suo duro verbo injuriosæ convitiationis in ore; & hunc motum exteriorem removet Dominus, cum dicit: Omnis qui dixerit fratri suo Racha, vel fatue; quod fit, quando motus interior prorumpit in vocem exteriorem.* Considerationem quoque dignus est discursus, quem Hugo Cardinal. super hunc S. Matthæi textum instituit, observat enim, quod per hæc tria, scilicet *judicium, concilium, & gehennam*, Salvator injurianti pœnam infernalem commineturr; quia secundùm qualitatem culpæ, pœna quoque variari debet; vult igitur cœlestis magister noster, per varietatem nominum, suppliciorum quoque diversitatem indicare. Ira & furor internus minus est malum, quam verbum expressivum alicujus vilipendij, quale est verbum *Racha*, hoc enim verbum majorem continet ira interiori malitiam, sicut & injuriosum verbum *fatue*. Iræ igitur comminatur judicium; excandescentiæ verò, quæ in verbum probrosum & ignominiosum prorumpit, comminatur concilium; injuriam denique destinat ad gehennam. In judicio accusatur reus, estque in illo defensioni locus, qua furor reprimatur. In Concilio ventilatur sententia; unde ibi melior est conditio, quam quando fulminatur condemnatio. Post gehennam verò fulminatam, nulla supponitur esse emendatio. Paulus de Palatio illis, qui Salvatoris nostri, alias adeo benigni, admirantur severitatem, dum adeo asperè castigat injurias, maximè verò hanc *qui autem dixerit: Fatue, reus erit gehennæ ignis*, hunc in modum respondet: *Qui ita sentiunt, reipublicæ Christianæ majestatem non sentiunt, neque enim Christianos Christus humiles solum esse voluit, sed in suam protectionem adscivit, sub umbra alarum suarum locavit; fecit, ut Christiani essent gens sancta, populus acquisitionis, fecit, ut essent filij Dei, fratres Christi, hæredes Dei, cohæredes Christi; fecit, ut essent cælestes, & angeli, & super veram naturalium ordinem evecti; & ut nihil deesset tantæ celsitudini, voluit in Christianis habitare, & quod omnem superat intellectum, consortes fecit suæ divinæ naturæ. Annon tibi videtur æquum, ut qui fatuos dicit hujusmodi homines, quos Deus sibi fecit amicos & filios, gehennæ dignus efficiter.*

2. D. Chrysostomus in supradicta homilia dictionem hanc *fatue*, exponens his verbis nos monet; *Ne leve aliquid existimes fratrem fatuum vocare, quando enim isto, quo ab irrationabilibus separamur, & quo maximè homines sumus, intellectu scilicet atque prudentia fratrem spolias omni illum nobilitate privasti. Non ergo verborum tantummodo sonum simpliciter audiamus, sed in res ingredientes ipsas, & vim illam convitij ponderantes, consideremus, quantum sermo iste operetur dolorem, atque ad quantum malum sæpe perveniat;* nam ut Seneca Philosophus ait: *Quosdam unius verbi contumelia, non æquo animo lata, in exitium projecit.* Author operis imperfecti de hoc verbo *Racha* ita scribit: *Racha dicitur hebraicè vacuus, quamvis quantum ad sensum verbi, tanum est dicere fatue, & Racha; nam qui vacuus est, ille fatuus est, si Racha iracundiæ causa non dicitur, quare peccatum est? Quia contemptionis causa dicitur, nam etsi persona illius tibi contemptibilis videatur, tamen dignitas Christianitatis illius contemptibilis non erat, etsi illam aspicere non volebas; tamen Christum, qui in ea est, aspicere debuisti.* Enimvero unicum tantum verbum, unicus gestus, unicus subrisus, unicus motus manus vel pedis, unicus obtutus, ad hominem quemdam honoratum contumeliandum & vituperandum nonnumquam sufficit. Paulus de Palatio eamdem dictionem *Racha*, ponderans, inquit: *Potest esse culpa mortalis si malo animo vindicavit;* idque sequenti probat practico exemplo: *Sicut furatus obulum, volens aurum nummum jusfurari, mortaliter peccat, ita qui miserabilem dicit, majorem contumeliam dicere capiens.* Abulensis super c. 5. S. Matth. q. 102. pro hujus dictionis intelligentia, hanc tradit doctrinam, inquiens: *Est Racha dicto hebraica, nihil significans per modum conceptus, sed solum per modum affectus. Potest significari quælibet irrisio, vel contumelia, apud nos facta per signa aliqua, sine voce, quæ signa æquipollent vocibus non significativis; ut est in motu capitis vel aliorum membrorum, secundùm diversam hominum consuetudinem.* De injuria, qua proximus vapulat, dum eum stultum appellamus. S. Bonaventura per authoritatem glossæ, ita scribit: *Non modicus furor est, quem Deus sale sapientiæ condivit, infatuatum vocare, & salienti Deo derogare.* Paulus de Palatio infernum promereri considerat, qui causa est convitij proximi sui; dicit enim: *Si frater tuus infirmus, & animo sener est, audiens à te vocari fatuus, odium contra te concipit, percussisti ergo fratris conscientiam infirmam, nulla ergo tibi justior pœna, quam gehenna:* idem quoque gravitatem ponderat injuriæ, per quam honor & existimatio proximi vulnerantur, subjungit enim: *Et quidem ex quo ad Dei imaginem conditi sumus, honorem cupimus, honoremque maximè pendimus.*

3. S. Bonaventura hunc textum S. Lucæ: *Qui te percutit in maxillam*, de injuria verbali interpretatur, dicens: *Inferendo scilicet injuriam, ponit maxillam pro parte corporis nobiliori, quæ cum percutitur, præcipua injuria irrogatur.* Honor etenim & existimatio inter bona temporalia primum locum obtinent, ideoque facultatibus & vitæ, imò à multis ipsimet animæ, licet male, anteponuntur; injuria autem directè ad bonam famam denigrandam tendit, atque ideo injuria flagelli nomine appellatur, diciturque *flagellum linguæ*, est enim flagellum instrumentum aliquod, quo servi & mancipia aliique viles homines cum ignominia cæduntur. Unde impij illi apud Jeremiam dicebant: *Venite & percutiamus eum lingua.* S. Bernardinus de injurijs ita scribit: *Pati potest justus persecutionem in fama, quod maximè per contumeliæ fit, secundùm enim magistrum Alexand. de Ales in 2. q. 43. Contumelia est peccatum ex improperio sermonis, manifestè tendens in proximi nocumentum.* S. Basilius injuriam hoc modo definit: *Quid est maledictum, sive convitium? respondeo: omne verbum, quod eo animo profertur ut ex eo contumelia, sive ignominia alter afficiatur.* In Theatro pariter vitæ humanæ dicitur: *Contumeliæ vocabulum à contemptu tractum volunt Ulpianus & Seneca, estque alicui honoris injusta & aperta violatio. Differt à detractione, quod hæc circa famam alterius, injuriam faciat, idque occultè seu in absentia. Hæc autem injuria sive dictis, sive signis inferri potest, idque præsenti, sive absenti tamquam præsenti; unde & rapinæ comparatur, sicut detractio furto: quippe contumelia velut vi illata, scienti & renitenti honorem aufert, detractio vero occulte famam denigrat, & ignorante altero, sicut fur pecuniam.*

4. Volens Spiritus S. Divinæ justitiæ in castigando exprimere severitatem, ita per Nahum loquitur; *Revelabo pudenda tua in facie tua, & ostendam gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam, & projiciam super te abominationes, & contumelijs te afficiam*, qui enim injuriantur nobis, nostra, quæ sæpe occulta sunt, quæque secretissima vellemus, publicant & manifestant. Hæc que una est, per quam delicta innotescunt, via; Porro quando in processibus publica inquiritur flagitij notitia, tormenta applicantur reo, quibus excruciatus suum confitetur scelus, ac proinde injuria partes subit tormentorum, siquidem occulta nostra manifestat delicta, unde & in Sapientia dicitur: *Contumelia & tormento interrogemus eum, ut sciamus reverentiam ejus.* Tormentum vero nobili animo acerbissima est injuria, circa quem textum Dionys. Carth. proinde sic scribit: *Contumelia & tormento interrogemus eum; id est, inferendo ei opprobria & tormenta*; ubi ut videtis tormenta conjunguntur contumeliæ.

5. Afferti hujus confirmationem accipite à S. Jobo, quem quidem providentia Divina fæculis omnibus veluti speculum exhibuit patientiæ Christianæ; utpote quem nec substantiæ licet opulentissimæ jactura, nec omnium filiorum suorum strages, nec sterquilinij, aut ulcerum horrores, nec totius inferni contra eum armati furiæ vel levissimè commovere potuerunt; ad uxoris nihilominus, amicorum, omniumque aliorum contumelias, omni alia tantarum plagarum carnificina contempta lamentari visus est, cum diceret: *Usquequo affligitis animam meam, & atteritis me sermonibus?* ulcera intimas ossium ipsius medullas cruciabant, ast injuriæ intima animæ flagellabant penetralia; ideoque se opponebat, inquiens: *Arguatis me opprobrijs*, circa quem textum S. Ambrosius ita discurrit: *Tamquam pugno eos validiore percussit, qui verborum suorum saxis lapidabant inimicum: Amiserat omnia sua, id est patrimonium cum filijs, patiebatur vulnera caro ejus, manebat ut tentationes verborum vinceret.* Moxque Sanctus hoc ipsum prælium, omnium quæ sustinuit Propheta iste, crudelissimum fuisse subjungit, dicens: *Non mediocre certamen, nihil sic penetrat animam, nihil sic mordet, ut dirior sermo. Multi cum vicerint adhibita tormenta sermonum, duritiam non sustinuerunt. Laborabat Job, sed sustinebat, & verborum ictus juxta vulnerum onera portabat.* Cui ultro citroque S. Athanasius subscribit, quando de injuriarum pravitate & acerbitate tractans, & ad Constantinum scribens ait, *Contumeliam gravius ferire, quam lapides.* Saxa namque corpus quidem lædere possunt, ast injuria reputationem percutit, animamque ferit. Unde & ipse redemptor noster non se taliter flagellis, spinis, clavis alijsque vexis & cruciatibus atrocissimis se offensum reputavit, quam contumelijs & opprobrijs, quibus exagitatus fuit, unde D. Chrysostomus in quadam Homilia ait: *In patibulo pendentem videntes transeuntes omnes amaris impetunt verbis.* Alij quidem cruciatus à militibus Romanis, atque justitiæ publicæ ministris inflicti fuerunt, at vero Hebræi ad evomendam contra ipsum conceptam rabiem, illum percutiebant & onerabant injurijs; unde S. Augustin. merito ait: *Exacuerunt tamquam gladium linguas suas; non dicant Judæi: Non occidimus Christum; Unde occidisti? gladio linguæ; acuistis enim linguas vestras.*

6. D. Chrysologus postquam ex una parte ab Hebræis Christo illatas ponderasset injurias, ex alia vero parte, crucem, flagella, coronam spineam, fel, clavos, cunctosque alios atrocissimos pathionis & mortis ipsius dolores, tandem de his concludit: *Quæ* (scilicet opprobria) *rebus ipsis mihi graviora videntur:* Apud S. Joannem c. 7. iidem Judæi acerbissima Christum onerarunt injuria dicentes: *Dæmonium habes*; at vero scitissimè illatæ hujus contumeliæ causam? inquit Theophylactus, nimirum: *Contumelioſe & audaciter dicunt: Dæmonium habes, eo quod putabant se terrere illum, & animam ejus contumelijs cruciari.* Quotidiana nos docet experientia, nullum nobis infligi ictum posse, qui os hominis honorati vivacius penetret, quam contemni & contumelias pati, hæc enim injuria est, quæ ad famæ & æstimationis detractionem dirigitur; ac proinde Doctor Angelicus ita scribit: *Contumelia importat dehonorationem alicujus, quod contingit, cum aliquis id, quod est contra honorem alicujus, deducit in notitiam ejus, & aliorum, & hoc proprie pertinet ad contumeliam, quod quidem fit per aliqua signa sed sicut August. dicit in secundo de doctrina Christiana: Omnia signa verbis comparata pauciſſima sunt, verba enim inter homines obtinuerunt principatum signandi quæcumque animo concipiuntur, & ideo contumelia proprie loquendo in verbis consistit.* Unde Paul. de Palatio hanc nos à nobismetipsis docet deducere consequentiam, quam scilicet injuria corporalibus doloribus graviter præponderet: *Quam sit grave, inquit, in alium factare contumeliam, ex te ipso disce, quam eam gravate patiaris.*

DISCURSUS II.

ARGUMENTUM.

Author & instigator injuriarum dæmon est, ac proinde pessima hæc zizania ad ignem infernalem sunt destinata.

THEMA.

Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator adversum me. Psalm. 38. ℣. 2.

PRopheta regius in principio Psal. 38. se ab hominibus perversis per injurias provocatum unice statuisse reprimere linguam suam; ne in verba erumpat impatientiæ, his verbis protestatur: *Dixi custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea; posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator adversum me*; quibus verbis ut S. Ambr. declarat, in eo qui infert injurias, dæmonem observat, utpote qui linguam injuriantis principaliter movet; *Adest*, inquit S. Doct. *semper inimicus, qui semper insidiatur, etsi illum non videas, adest, set si illum non sentis incurſat.* Et vero si per verba improperij ab aliquo dæmoniaco vituperarenis, cujnam vibratas in te adferiberes injurias? utique dæmonij. Jam vero si S. Ambr. fidem habere volumus, spiritus malignus, tamquam instigator & author injuriæ, cum injuriante haud secus ac cum dæmoniaco cooperatur. Idque per Semei probat historiam, qui S. Davidem Regem tam vituperiosis turpiter oneravit contumelijs & injurijs. *Videbat David*, inquit, *consistere adversum se peccatorem quando Semei maledicebat, & lapidabat Regem suum; & clamabat: Exi vir sanguinum; neque enim tam præruptus foret, ut nec tanti regis reverentia moveretur, nec armatum ejus timeret exercitum, cum unus de exercitu ejus convitiantem potuisset occidere; sed amentem diabolus fecerat, qui eum impellebat ad mortem; Ideo David adversus authorem magis præliabatur, quam ministrum persequabatur: Quod enim magnum si de homine invalido vindicaret, quem ad furorem alter urgebat, in cujus nece peccator habuisset voluntatis affectum? non gladio Diabolus, sed verbo Dei vincitur.* Nulla inter homines etiam virtuosos & justos seminari possunt pestifera magis & pernitiosa zizania, quam injuriæ, & contumeliæ. Quis vero illa spargit? *Venit inimicus ejus, & superseminavit zizania*; ac proinde mirum non est, quod cœlestis agricolæ jussu, in ignem conjici jussa fuerint: *Qui dixerit fratri suo, fatue, reus erit gehennæ ignis.* Injuriæ igitur, quæ odij & inimicitiarum fomentum sunt zizania sicut infernalis inimici; id quod S. August. in sermone quodam his verbis confirmat: *Quid exerces inimicitias?* inquit, *quas evadere potuit nec ille, qui eas primus invenit? Initio namque inimicitias in serm. 7. in apostolaſtam dum serpens exerit, interficitur, dum homini pen. de diverſ. invidet, ipse prosternitur; Ille homicida erat ab initio.*

2. Inter alias petitiones ab incarnata sapientia orationi Dominicæ infertas, ultima hæc est: *Libera nos à malo*, quibus verbis ut Euthymius declarat, nos à Dæmone liberari petimus: *Malum quidem*, inquit præfatus Euth. *hoc in loco Diabolum nominavit, non quod natura malus sit, sed voluntate. Per antonomaſiam autem malum eum appellavit, tamquam in extremo positum malitiæ. In eo vero quod nos precari jubet, ut ab eo liberemur, ostendit quod atrocissimum & irreconciliabile contra nos gerat bellum, nobisque divino sit opus auxilio. Solem autem explicavit, ut ab eo liberari precemur, docens omnis mali hunc esse causam, & ita solum contra eum inimicitias convenit exercere, & non contra eos, qui ex inconsiderantia ab eo inducti sunt, nobisque nocuerunt, quorum misereri potius oportet, utpote ab eo superatorum.* Nostro igitur proposito aptissima est illa in vitis Patrum descripta propositio: *Angelorum est nulli irasci, sed esse in pace perpetua; dæmonum autem irrevocabiles per omnem vitam exercere inimicitias.*

3. Probrosior dari non poterat insultus, quam ille quo Britius prælatum quemdam suum adeo Sanctum adeoque dignum, qualis S. Martinus erat, aggressus fuit, attamen omnes ab illo sibi irrogatas injurias S. Præsul patienter ferebat, quia ut ejus historia nobis fidem facit, prope Britium duos Dæmones conspiciebat, qui illum ad opprobria S. Martino inferenda irritabant, & accendebant. Cum Abisai Davidi contumeliarum honorem suum zelanti promisisset dicens: *Vadam & amputabo caput ejus*; prudens Rex non solum manus suas in temerarij hominis illius sanguine cruentari noluit, verum etiam partes ejus defendas sibi vindicavit, opponendo se illi qui injurias Regi illatas vindicare paratus erat, ipse namque velut

à Deo illuminatus probè agnoscebat, Dæmonem in Semei operari, hunccque esse omnium contumeliarum, quibus ipsum affecerat, authorem & instigatorem.

Joan. 13. v. 2 Christus proditionem Judæ attribuebat Diabolo.

4. Optima consideratione dignus est textus ille S. Joannis: *Et cœna facta, cum diabolus jam misisset in cor, ut traderet eum Judas Simonis Iscariotæ*; His namque verbis Dæmon traditionis per Judam completæ author fuisse insinuatur; quod etiam in alijs occasionibus, in quibus de hoc eodem scelere agitur, haud obscuris verbis innuitur; sic enim dicitur: Et *post buccellam introivit in eum Satanas*; alibi pariter Christus Apostolos suos de Juda traditore his verbis alloquitur: *Ex vobis unus diabolus est*, & tamen quot æstimationis & affectus testimonia incarnata erga ipsum exhibuit sapientia? Etenim illum ad sublimem Apostolatus apicem elegit, illum collegij sui Apostolici œconomum constituit, eleemosynas & peculium eidem consignando; illi donum attribuit miraculorum, non minus quam alijs Apostolis, illum ad pedum lotionem admisit, in cœna sapidissimum illi proprijs manibus porrexit cibum, ipsumque sacratissimo corpore suo communicavit; imo in ipsomet captivitatis suæ in horto completæ articulo amici titulo illum compellavit, suaveque labijs illius osculum impressit, cum tamen sciret, quod ab eo triginta denariorum pretio Judæis divenditus esset. Quid vero ad hæc omnia respondebimus? præterquam illud quod Origenes ingeniosè observavit, nimirum quod injuriam hanc, quæ major erat inter omnes, quæ infinitæ majestatis Deo inferri poterat, Christus non tam Judæ, quam Dæmoni traditionis & venditionis author attribuebat: *Unus ex vobis diabolus est. Scriptum est enim de Juda, & post buccellam introivit in eum Satanas; non est enim vobis pugna adversus carnem & sanguinem, licet videantur ex carne & sanguine, qui nos persequantur; non eos oderimus, quin potius diligamus, licet inimici nostri velint permanere, misereantur eorum, dæmonium habent, illiusque patiuntur insaniam.*

Joan. 6. v. 71

Orig. ho. 13. in Ezech.

Qui ad ultiones instigant agunt partes Satanæ.

2 Reg. 16. v. 10.

Ibid. 19. 22.

Joan. 8. v. 44

5. Filij Sarviæ quondam extimulabant Davd, ut de Semei insolentia ultionem sumeret; sed qualiter mansuetissimus Rex eos placarit audiatis velim: *Quid mihi & vobis est filij Sarviæ, Cur efficimini mihi hodie in Satan*? illos enim, qui ad ulciscendas injurias provocabant, Satanæ partes subire censebat, quandoquidem aliud non meditatur Satan, quam zizania odij, rancoris injuriarum, inimicitiarum, rixarum seminare, utpote de quo dicitur: *Ille homicida erat ab initio*: armans Cainum contra innocentem Abel, quapropter S. Bernardus in uno sermonum *de modo bene vivendi*, authoritatem S. Augustinum secutus, ita unumquemque nostrûm, præsertim autem potentiores, admonet dicens: *Hominem vincis humana felicitate, diabolum vincis inimici dilectione.* Nec enim fulmen ullum Dæmonem magis ferit, quam inimici dilectio, redditioque boni pro malo.

S. Bern. ser. 13. de mod. bene viv.

Mansuetudo Christi contra conviciantes.

Joan. 8. 49.

Psalm. tom. 8. fr. 42.

6. Ingeniosam quamdam pro eodem proposito considerationem instituit Salmeron, quando Judæis Christum calumniantibus & dicentibus; *Dæmonium habes*; ostendit, qualiter Christus mansuetissime responderit: *Ego dæmonium non habeo, sed honorifico Patrem meum*; circa quod proinde responsum ita sermocinatur dictus author: *Tam mansueto responso ostendit se dæmonem non habere, non enim dæmonum est ad convitia patientes & mansuetos se præstare.* At vero V. Beda in hactenus dictorum confirmationem notat, quod cum calumniosè Salvatori imposuissent dicentes, *Samaritanus es tu, & dæmonium habes*, hoc ipsum facere non potuissent, nisi à Dæmone specialiter instigati fuissent: *Nisi impleti dæmonio*, inquit, *tam perverse de Deo loqui non possent.*

Joan. 8. 48.

V. Bed. ibid.

7. Regius Psalmista Deum interrogat inquiens: *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo?* Porro alios inter æterni hujus tabernaculi incolas annumerat illos, qui proximis suis nullas inferunt injurias: *Qui opprobrium non accepit adversus proximos suos, nec fecit proximo suo malum*, id est, ut Hugo Cardinalis explicat, *non acceptavit illatum à se vel ab alio; vel non accepit neque in corde ad cogitandum, neque in ore ad loquendum.* Quisquis enim taliter ab omnibus tam inferendis quam ulciscendis injurijs alienus est, omnes infringit prosternitque inimici machinas; ideoque prosequitur David inquiens: *Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus.*

Psal. 14. v. 1. Diabolus vincitur tolerantia opprobriorum.

Hug. Card. ibid.

Ibid. v. 4.

Convitia sunt esca ignis infernalis.

8. Neque dubium consequenter esse potest, quin hæc zizania ignis infernalis sint esca, ut evidenter ex minacibus illis deducitur Christi verbis, inquientis: *Qui autem dixerit: fatue, reus erit gehennæ ignis*; quot equidem humanæ malitiæ excessus atrociratem æternitatemque merentur pœnarum infernalium? & nihilominus prima omnium vice, qua justitia Divina gehennæ meminit in amplo sacræ Scripturæ volumine, eam ipsam non idololatris, maleficis, adulteris, simoniacis, aut homicidis, sed ijs qui proximos suos injurijs onerare audent minatur; Quod D. Chrysostomus advertens ait: *Eum qui fratri, fatue, dixisset, gehennæ ignibus deputat, modo certe primum nomen gehennæ commemorans: cum enim prius de regno multa dixisset, tunc istius intulit mentionem.* Unde & idem Sanctus Apostolum plurimos è cœlo exclusos numerantem maledicorum pariter meminisse advertit inquiens: *Paulus non adulteros tantum, & masculorum concubitores, sed etiam maledicos à regno Dei excludit, & merito. Conviciator quippe bonum charitatis omnino corrumpit, & mille proximum involvit incommodis, ac jages inimicitias frequenter operatur; & Christi membra discerpit, ac desiderabilem Deo pacem singulis quibusque diebus exagitat, amplissimam diabolo triam per convitia parans, eumque efficiens fortiorem.*

Matth. 5. 22.

Chrysost. ho. 16. in Matth.

Quando in S. Scriptura primò fiat mentio ignis gehennæ.

9. S. Joannes Damascenus cuidam; qui proximum suum non ex odio, sed ex joco seu derisione se offendisse prætendebat, ita respondisse legitur: *Ais te non inimica & infesta mente, sed per jocum, atque animi causa, ac veluti aliud agentem inter pocula convitia in probos viros jacere? igitur per ludum quoque ac lætitiam, sempiternum cruciatum subi, ac veluti aliud agens, ad ignem illum cujus acerbitas nulla oratione explicari potest, proficiscere.* Ad cujus doctrinæ confirmationem aptissime deservit doctrina illa, quam Doctor Angelicus, injuriæ malitiam demonstraturus in hæc adducit verba: *Nihil meretur pœnam æternam inferni, nisi peccatum mortale, sed convitium vel contumelia meretur pœnam inferni secundùm illud* Matth. 5. *qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehennæ ignis, ergo convitium vel contumelia est peccatum mortale. Cum convitium seu contumelia de sui ratione importet quamdam dehonorationem, si intentio proferentis ad hoc feratur, ut aliquis per verba quæ profert, honorem alterius auferat, hoc proprie & per se est dicere convitium vel contumeliam, & hoc est peccatum mortale, non minus quam furtum & rapina, non enim homo minus amat suum honorem, quam rem possessam. Si vero aliquis verbum convitij vel contumeliæ alteri dixerit, non tamen animo dehonorandi, sed forte per correctionem, vel propter aliquod hujusmodi, non dicit convitium, vel contumeliam formaliter & per se, sed per accidens, & materialiter, in quantum scilicet dicit id quod potest esse convitium, vel contumelia; unde potest esse quandoque peccatum veniale, quandoque autem absque omni peccato; in quo tamen necessaria est discretio, ut moderate homo talibus verbis utatur, quia posset esse ita grave convitium, quod per incautelam prolatum auferret bonorem ejus contra quem proferretur, & tunc posset peccare mortaliter, etiamsi non intenderet dehonorationem alterius.*

Qui per jocũ alium convitiatur, etiã per jocum ibit ad infernum.

S. Bernard. serm. 24. in Cant.

Malitia verbi Racha ulterius declaratur.

Aust. Imp. hom. 11.

S. Thom. 2. 2. q. 72. a. 2.

10. S. Antoninus contumeliam sub hisce terminis circumscripsit: *Est expressio defectus alterius coram eo, per verba ab ipsum dehonorandum.* Citatque Glossam super cap. 1. Epist. ad Romanos super verbum illud: *Contumeliosos*, dicentem: *Contumeliosi sunt qui dictis, vel factis injurias & turpia alijs inferunt, ut si quis projiceret latum vel sputum in aliquem, & hujusmodi. Est autem differentia inter contumeliam, convitium, & improperium; nam contumelia est, cum refertur defectus culpæ in vituperium ejus, ut cum vocatur quis fur, adulter, vel hujusmodi; convitium cum refertur defectus culpæ vel pœnæ, ut cum quis vocatur claudus, cæcus, mendicus, & hujusmodi. Improperium autem importat defectum minorationis, cum reducitur ad memoriam servitium in necessitate collatum. Sæpe tamen sumitur unum pro altero, & nomine contumeliæ vel etiam opprobrij, quolibet horum hic intelligitur.* In omnibus hisce casibus parum vel multum charitas offenditur proximi; idem vero, ut plurimum in fama & existimatione lædiur, quæ à quovis viro honorato cuilibet rei hujus vitæ anteponitur.

S. Anton p. 2. tit. 7. c. 6.

Quid sit contumelia, convitium, improperium.

Rom. 1. v. 30

11. Paulus de Palatio vocabulum *Racha* ita quoque explanat: *Etiamsi sit culpa venialis, vult Dominus ut à Concilio cognoscatur, prodit certe ea culpa ex animo, labe superbiæ contaminato, & parum fratris amore, & ad majores contumelias præparato, quia igitur Dominus vehementer odit superbiam, simul & vehementer fraternam requirit charitatem, & proximorum agnoscit causas ut suas, idcirco vult & hanc causam ab Ecclesiastico Concilio cognosci.* Sanctus vero Antoninus radicem pelhmæ pro-

Paul. de Pal. in Matth. 5. v. 22.

Contumelia est filia iræ & superbiæ.

S. Ant. ibid. propaginis hujus, scilicet injuriæ examinans ait: *Contumelia proponitur à Gregorio in libro moralium filia iræ, & quamvis oriatur aliquando ex alijs vitijs, magis tamen directè & communiter ex ira, & ideo est, quia finis iræ est vindicta, sed nulla vindicta magis est in promptu trato, quam contumeliam inferre alteri. Aliquando oritur ex superbia*, idque ex illo proverbiorum textu (*ubi superbia, ibi contumelia,*) deducit inquiens: *Ratio est quia superbi æstimant alios inferiores se, ideo facilius contemnunt alios, & alijs irascuntur, inde nascitur contumelia.* Propter quas ficut & alias rationes culpabilis, æternæque pœnæ meritoria est injuria, siquidem ut plurimum in corde maligno, superbo, charitate destituto erga Deum & proximum nidificare solet.

Frivola excusatio contumeliosorum.

Chrysost. ho. 16 ibid.

12. Nec dicere sufficit, inquit D. Chrysostomus, quoniam contumelia nihil est præter unicum verbum, quoniam *qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehennæ ignis. Multi hoc grave atque operosum putant esse mandatum, ut scilicet pro uno nudoque sermone tanta nobis pœna subeunda sit; unde quidam ista ex aggeratione magis sive per hyperbolen dictum esse voluerunt; sed verear, ne nosmetipsos his verbis omnino frivolis, vel potius infidelibus seducentes, ibi rebus ipsis supplicia extrema solvamus.*

S. Bernardus de vitio detractionis agens, sequentem ejus duplicem assignat effectum in hæc verba: Omnis qui detrahit (dicamus nos, qui injuriam infligit) *primum quidem seipsum prodit vacuum charitate, deinde detrahendo intendit, ut hic cui detrahit, veniat in odium vel contemptum ipsis apud quos detrahit*; idem autem circa injuriam fieri contendit. Sed longe efficacius intentum promovet author operis imperfecti, dum illa apud Sanctum Matthæum Christi verba (*qui dixerit fratri suo Racha*) considerans, malitiam & pessimas vocabuli hujus consequentias manifestat verbis sequentibus: *Alia ratione peccatum est dicere Racha; quia etsi ille vanum aliquid audire merebatur, te tamen dicere vanum aliquod non oportebat, cum sic scriptum est: Amen dico vobis, quod de omni verbo otioso, quodcumque locuti fuerint, dabitis rationem. Quidquid non est lumen, tenebra est; sic & quidquid bonum non est, malum est. Dicit Apostolus: Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat; & non dicit, si quis bonus tantummodo, sed si quis bonus ad ædificationem fidei. Si ergo nec bonum verbum sine causa dicere debemus, nisi fuerit pro occasione ædificationis, ne ipsum verbum bonum, dum sine causa dicitur, sit otiosum & fiat malum; quanto magis illud verbum dicere non debemus, quod à semetipso naturaliter malum est, & ad injuriam pertinet audientis?*

S. Bernard. serm. 24. in Cant.

Luc. Burg. ibid.

Chrysost. l. 1. de compunct. cord.

Ex gravitate supplicij, colligitur gravitas culpæ.

Matth. v. 22

Cajet. ibid.

14. Sanè ex pœnæ qualitate in gravitatis culpæ deveniturr notitiam; supplicium autem injurianti intentatum gravius esse nequit, utpote æternum; siquidem illi minatur Dominus; *Reus erit gehennæ ignis*, circa quem textum Cajetanus ita discurrit: *A valle juxta Jerusalem à filijs Ennon, dæmonijs dicata ad filiorum per ignem consecrationem creditur gehennæ nomen derivatum, & à Salvatore ad significandam pœnam alterius vitæ assumptum, unde dicere fatri suo fatue; definiti jam concilij & judicij pœnæ certæ (gehennæ scilicet ignis) reus dicitur.* Nec minus efficaciter ejusdem vocabuli, Racha, vim explicat Lucas Burgensis, quando simul supplicium, quod eum sequitur, *Qui dixerit fatue* (scilicet *reus erit gehennæ ignis*,) examinans, dicit: *Supplicij æterni majus ille peccatum admisit, quam ut pro merito ab humano tribunali puniri possit, æternum pœnarum reus, quas solus Deus inferre potest.* Sed longe terribiliora sunt D. Chrysostomi verba, injuriantis: *Sive factum quis dixerit, sive dictum, sive latronem, sive quolibet alio nomine injuriam vel maledictum fratri ingesserit, ex quolibet horum vocabulo sub maledicti titulo gehennæ ignis supplicijs condemnatur.*

Ps. 119. v. 3. Contumeliosus meretur pœnam æternam.

Genebr. ibid.

Paret in Dathan & Abiron.

15. Psalmista aliquando petisse legitur: *Quid detur tibi aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam?* qualem autem pœnam experitur lingua maledica & injuriosa? respondet idem Psalmista: *Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatorijs.* Ubi Genebrardus, per sagittas temporalia, per carbones vero æterna intelligit supplicia. Ita experti sunt Dathan & Abiron, qui cum Moysen improperijs onerarent, subitò infernus sub eorum & sociorum pedibus se aperuit, vivique in Abyssum illam descenderunt; unde D. Chrysostomus ait: *Os suum aperuit*, scilicet infernus, *advorsus eum qui os improbè aperuerat.* Quemadmodum & suo damno didicit quidam Valentis Imperatoris auticus, qui, ut in historia Ecclesiastica refert Theodoretus, cum Aphraati injuriam intulisset, jux-

Chrysost. in Psalm. 3.

Theod. l. 4. cap. 26.

ta consuetudinem suam balneum Domino suo præparaturus abiens, quasi ratione destitutus se in ferventes illas aquas præcipitavit inque ijs submersus expiravit: *Sparsa est fama per totam civitatem, quales infelix ille luerit pœnas contumeliæ, qua affecerat Aphraatem.*

Bar. an. 375.

DISCURSUS III.

ARGUMENTUM.

Considerantur ruina & damna ex injurijs in rempublicam sæpe redundantia, utpote quæ pacem turbant, rumpuntque amicitiam.

THEMA.

Regnum à gente in gentem transfertur propter ... injurias & contumelias. Eccli. 10. ℣. 8.

Eccl. 11. v. 34 Sicut à parva scintilla magnus ignis, sic à verbo contumelioso magnum oritur odium & strages.

1. Ecclesiasticus cap. 11. id quod experientia quotidiana docet, scilicet unicam dumtaxat scintillam ad ingentem accendendum focum sufficere, his verbis confirmat: *A scintilla una augetur ignis.* Idipsum vero de injuria quoque afferere possumus, nam unicum verbum pungens & contumeliosum ad inextinguibilem odiorum, rixarum, inimicitiarum, stragum, bellorum, calamitatum, & desolationum publicarum ignem accendendum abunde sufficit. Idem porro Sapiens in præcedenti capite dixerat: *Regnum à gente in gentem, &c.* pro cujus intelligentia sciendum, quod in eodem capite prius affirmarit dicens: *Odibilis coram Deo & hominibus superbia*; hoc enim elationis vitium præcipuum est inter alia, quod parturit injuriam, quæ ad contemptum & vilipendium aliorum tendit, & ideo nil mirum quod odio pariter habeatur à Deo & hominibus propter irreparabilia damna quæ ab ipso derivantur.

Eccli. 10. 7.

Agap. Diac. n 47. Nullum afficere injuria, conciliat securitatem.

2. Agapetus Diaconus Justinianum Imperatorem, pro stabili imperij sui regimine ad repellendam ab eo omnem injuriam his verbis exhortatur: *Justissimam arbitrare salutis tuæ custodiam, nulla quemquam ex subditis afficere injuria, qui enim offendit neminem suspicioni habet neminem, quod si nulla quemquam afficere injuria, tutelam conciliat, longe beneficijs collatis magis id præstabit, quam ut tutelam exhibeat, ita charitatem non prodit.* Idem Ecclesiasticus cap. 28. de linguæ non refrenatæ damnis differens inquit: *Multos turbabit pacem habentes; lingua tertia multos commovit, & dispersit illos de gente in gentem, civitates muratas destruxit, & domus magnatorum effodit, virtutes populorum concidit, & gentes fortes dissolvit*, injuriæ enim causæ sunt rixarum, duellorum, inimicitiarum, & stragum, quæ in factiones dissolvunt familias & populos, quia *à scintilla una augetur ignis.* Vatablus vertit: *Exagitavit multos, & eos ex alia in aliam gentem transtulit, urbes diruit validas, potentumque domos evertit, confecit vires populorum, gentesque potentes dissipavit.*

Eccli. 28. v. 15.

Unica mala lingua plurima causat mala.

Jac. 3. v. 5.

3. S. Jacobus Apostolus de damnis linguæ ita scribit: *Lingua, modicum quidem membrum est, & magna exaltat, ecce quantus ignis quam magnam sylvam incendit; & lingua ignis est, universitas iniquitatis.* Unica scintilla ad quantamcumque magnam sylvam quamdam accendendam sufficit. *Arius in Alexandria parva scintilla fuit*, inquit S. Hieron. *sed quia non statim oppressus est, totum orbem flamma ejus est populata.* Lingua Lutheri quantum vis parva fuerit, per totam tamen Germaniam se extendit, eamque suis erroribus infecit. *Vir impius fodit malum*, inquit Sapiens, *& in labijs ejus ignis ardescit.* Unica injuria, ab homine arrogante & superbo illata, ad integra regna & ingentem populum exacerbandum & ruinandum sufficit, maxime si relata ulterius & ponderata vindictam excitet. Idem Sapiens in eodem capite ait: *Homo perversus suscitat lites, & verbosus separat Principes.* Qui gesta superiorum temporum in memoriam revocat, inveniet utique qualiter verba aspera regna subverterint, discordiam inter principes excitarint, & irreconciliabilia in nationibus bella accenderint. Unde obsecro suam habuere originem félices Imperatoris Ottomanni progressus, & immanes Turcarum adversus imperium Romanum, & Rempublicam Christianam tyrannides? profecto non aliunde, quam ex unica illicita injuria, prout ex sequenti patet historia. Cum enim vivente Heraclio Imperatore immoderata esset ministrorum suorum avaritia, accidit ut dum Thesaurarius ipsius Saracenis quos ex Arabia ad militandum in suo exercitu acciverat, stipendia sua poscentibus, cum furore, se panem canibus submini-strandum non habere, responderit; quæ injuria

Prov. 16. v. 26.

Prov. 16. v. 28.

Tarcagnotta l. 8. histor. Memorabilis hujus historia.

illos adeo atrociter transfixit, ut reversi in Arabiam, jugum, quo imperio subdebantur, excusserint, in Ducem sibi generalem Mahometum eligendo; hacque ratione principium dederint bello desperato, talesque fecerint progressus, ut hisce nostris diebus magnam quamdam mundi partem cum infinito fidei Christianæ damno possideant. *Quis, quot mala ex linguâ oriantur*, inquit S.Gregorius Nazianzenus, *oratione consequi possit? Domum cum domo, si ita voluerit, urbem cum urbe, principem cum populo, populum rursum cum principe, statim, atque sine ullo negotio committit. Non aliter atque igniculus stipulæ admotus in magnum incendium cito excrescens, convellores, filios, fratres, parentes, amicos, uxores, maritos, omnes denique facile in mutuam perniciem armat.* Quis digne ponderare poterit, quantorum damnorum causa extiterit à tot retro sæculis usque in præsentem diem, non in una tantum domo, sed in toto universo illa ab Heraclij Thesaurario militibus Saracenis illata injuria? Apte huic proposito illa congruunt S. Bernardi verba: *Unus est qui loquitur*, (quia unicus est injuriator,) *& unum tantum profert verbum, & tamen illud unum verbum uno in momento multitudinis audientium animas interfecit, ut & aliquando corpora.* Ecclesiasticus proinde optime inquit: *Multi ceciderunt in ore gladij; sed non sic, quasi qui interierunt per linguam suam*; unica injuria est instar gladij acuti, qui integræ familiæ, filijs & servis vitam ademit, interque parentes, amicos, & innumeros alios deplorandam stragem fecit. S.Dorotheus in sermone quodam *de ira & injuriæ memoria non habenda*, ita scribit: *Considerate quæso, ut ab uno verbo tam ingens malum & vehemens incendium eruperit.* Quod si unica ignis scintilla in stramina vel in ligna arida ad incendium concipiendum disposita incidere, dici nequit, quam subito flamma serpat, quantumque damnum efficiat. Ita quoque sæpe fit, quod unicum verbum asperum, ex iracundia prolatum, si auribus hominis exasperati inciderit, facile ignem concipiat, flammaque iracundiæ ejus notabiliter excrescat, & in vindictas ac strages prorumpat: ac proinde sicut non juvat dicere, unicam dumtaxat fuisse ignis scintillam, quando hæc ad magnum ignem excitandum abunde sufficit, eodem modo non valet excusatio dicentis, injuria illata in unico tantum verbo consistit, quia etiam unicum verbum injuriosum & contumeliosum esse potuit, & de facto est ingentium causa ruinarum.

S.Greg.Naz. or.de quadr. fil.

S.Bernard. serm.24. in Cant.

Eccli.28.v. 22.

S.Dorath. serm.8. de ira & injur. memoria non habenda.

Simile scintillæ cadentis in stramen.

4. D. Chrysostomus illam Christi comminationem ponderans, *qui dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis*, inquit: *An forte nescis, quia plurima pars culparum atque peccatorum ex verbis sumat exordium? nolit aspicere quod unum hoc verbum sit, sed quantum periculi habeat, expende. An ignoras inimicitiarum tempore, excandescente, animoque prorsus ardente, etiam minimam aliquid magnum videri? tunc quippe & quod non valde injuriosum est, nimis tamen putatur onerosum; nam hæc ipsa paucula, & homicidia sæpe pepererunt & urbes crebro integras subruerunt.* Paulus de Palatio super prædicta Ecclesiastici verba: *Regnum à gente in gentem transfertur*, ita scribit: *Nota vehementissime causas cur regnum ab aliquibus transfertur; contumelia, id est, probrum factum in alium.* Glossa hanc veritatem ab omnibus præteritorum sæculorum historijs confirmari his verbis asserit: *Hoc ferè omnes gentium testantur historiæ. Chaldæorum, Persarum, Græcorum & Romanorum.* Quando maligni Hebræi calumniosa hac contumelia Salvatorem onerarunt dicentes: *In Beelzebub, principe dæmoniorum, ejicit dæmonia*, Incarnata sapientia merito iisdem respondit: *Omne regnum in seipsum divisum desolabitur, & domus supra domum cadet*; volens illis verbis & Judæos erudire, & suam astruere innocentiam, nec non hac occasione ostendere, quod injuriæ causæ sint ruinarum & desolationis populorum.

Matth.5.22. Chrysost.ho. 16.in Matth.

Injuriosa verba sunt causa subversionis urbiũ & regnorum.

Eccli.10. 8. Paul. de Pal. ibid.

Glossibid.

Luc.11.v.15

Ibid. v.17.

5. Ecclesiasticus ait: *Lingua tertia multos commovit, & dispersit illos de gente in gentem*; Circa quæ verba Paulus de Palatio ait: *Lingua tertia vocatur, quæ inter duos seminat discordias, quæ inter amicos inimicitiam facit.* Talis autem lingua est injuria, qua rixæ & discordiæ seminantur. *Hæc turbat pacem aliorum, facit ut is qui amisit famam, amittat & patriam. Bella movet, qua causa civitates divites, & domas Principum diruuntur; populi currunt ad arma, eorum vires concidunt, & eorum fortitudo dissipatur.* In fine sæculorum fiet id, quod Christus prædixit; Nimirum *Consurget gens in gentem, regnum in regnum*; Anti-Christus enim universam terram tyrannico suo jugo subjiciet; quonam vero modo id faciet? Audite S. Cyrillum Jerosolymit. *Fraternum odium locum dabit Anti-Christo. Præparat diabolus schismata populorum, ut tanto facilius hostis recipiatur.* Quænam obsecro causa fuit, quod decem tribus Israël à tribu Juda se separaverint, eligendo potius jugum servi alicujus, qualis Jeroboam erat, quam proprio obedire Regi, vel è Regia Davidis stirpe descendenti Roboam? num forte id causarunt gravamina tributorum, quibus se subjectos esse videbant? nequaquam, tametsi hæc enim causam dederint querelis, quibus lamentabantur, nec non solicitationibus, ut ab iis exonerarentur; attamen causa impulsiva rebellionis suæ unica hæc fuit, quia se videbant contemptos & tamquam mancipia quotidianis injurijs onustos: *dixerunt ei juvenes, qui nuriti fuerant cum eo, sic loqueris populo huic, qui locuti sunt ad te dicentes: Pater tuus aggravavit jugum nostrum, tu releva nos, sic loqueris ad eos: ... Pater meus cæcidit vos flagellis, ego autem cædam vos scorpionibus... Respondit Rex populo dura*; at vero quisnam ex hac injuria fructus subsecutus fuit? nimirum inter se conspirantes dixerunt; *quæ nobis pars in David? Recessit Israel à domo David*; itaque elegerunt Regem Jeroboam, qui regnavit in Samaria, & successive per multa sæcula multi alij Reges Israëlis regnare continuarunt, à Rege Juda prorsus divisi. Injuria enim, ut in primo Discursu probavimus, gravius nobilem quemdam animum concutit, quam quodvis flagellum, quantumvis asperum corpus divexare possit.

S.Cyrill. catech.15. Decem tribus Israël decesserunt à Roboam propter quotidianas injurias, & comminationes.

3.Reg.12. v.10.

Ibid. v.11.

Ibid. v.13.

Ibid. v.16.

Ibid. v.19.

6. Apud S. Joannem c.2. Templum sanctum Jerosolymitanum ab emptoribus & venditoribus profanatum fuisse legitur; notat vero Card. Toletus profanatores hosce binis vicibus ex eodem templo fuisse eliminatos, nimirum in principio prædicationis suæ, & in fine paulo ante Christi passionem; de hac secunda ejectione mentionem faciunt S.Matth. c.21. S.Marc.c. 11. & S. Luc. c. 19. Primæ vero expulsionis solus Joannes contexit historiam. De ultima ejectione inquit Toletus: *Fuit acerbior, quæ post tot Christi prædicationes, adhuc nihil illis proficientibus facta est; hac autem prior suavior.* Verumtamen quisquis utramque ejectionem maturè consideret, prima facie dictum Toleti ei minime verum esse videbitur, videlicet quod prima ejectio fuerit suavior, quam ultima; siquidem in prima ejectione sacer textus Christum flagello usum fuisse dicit, ad illos castigandos sacrilegos, & proprijs manibus suis percutiendos, in ultima vero vice Christum flagello usum fuisse, Evangelista non dicit. Respondetur nihilominus, Christum hac ultima vice majori cum furore illos flagellare voluisse quam in prima, & ideo illum flagello usum fuisse asperiori, ut illos acerbius percuteret; flagellum autem hoc injuriosa fuit illa reprehensio, qua ait: *vos autem fecistis illam spelunçam latronum*; quibus verbis illos manifeste latrones appellat, quod verbum magnam in se injuriam continet.

Joan.2.

Tol.ibid.

Quale fuerit flagellum quo Christus secunda vice ejecit vendentes, & ementes è templo.

Matt.21.13. Quid sit flagellum linguæ.

7. S.Propheta Job injuriam vocat *flagellum linguæ*; etenim sicut flagellum corpus percutit, ita contumelia animam vulnerat; unde Ecclesiasticus ait: *Flagelli plaga livorem facit; plaga autem linguæ comminuet ossa; multi ceciderunt in ore gladij, sed non sic quasi qui interierunt per linguam.* S. Basilius injuriarum finem his verbis considerat: *Omni contumelia per linguam consumpta, ad manus venitur & pugnam, ira namque certamen excitat, certamen vero convitium, convitia verbera, verbera demum vulnera, ex quibus & mortes sæpe sequuntur.* S. Bernardus idipsum considerat, inquiens: *Ut Chrysostomus ait, non est aliquid contumelia molestius, & quod maximè possit mordere hominis animam; nam sicut idem inquit, inimicitiæ tempore iræ accensa, & anima ardente quod minimum est magnum apparet, & quod non valde injuriosum est, onerosum esse videtur, occisiones enim peperit & civitates integras everrit.* D. Chrysostomus in eadem Homilia, de qua S. Bernardinus hæc verba desumpsit, cœlestem Magistrum nostrum Luciferi cornua confringere, ejusque tyrannidem infirmare voluisse dicit, quando injurijs proximos tam asperas comminatus est pœnas, utpote qui esca sunt & fomentum omnis mali, omnisque damni, quod in rempublicam redundat. *Propterea Christus nervos potentiæ ejus excindens*, inquit dictus Sanctus, *induxit hanc legem. Est quippe illi cura maxima charitatis, omnium enim mater est bonorum, & certum an discipulus Christi sit experimentum, & ea quæ in nobis sunt bona cuncta complectens. Jure igitur radices inimicitiarum ipsosque fomites, per quos charitas negari solet, multa cum vehementia*

S.Basil. hom. 10. de ira.

Recensentur fructus contumeliarum.

S Bern. ep.9. ad fr. cap.1.

Cur Christus tam asperas pœnas comminatus fuerit injuriantibus.

Chrysost.h.16. in Matth.

clementia Christus intercipit. Salvator enim Ecclesiam suam, fideliumque congregationem stabilire volens, eos hoc charitatis & fraternæ amoris vinculo strinxit; ipsum vero injuria & contumelia rapit, ideoque iden Author in eadem de Salvatore nostro homilia subjungens, ait: *vehemens animadversor atque punitor est eorum, qui præceptum tale contemnunt; nihil quippe est, quod ita omnem malitiam, & parat & firmet, ut interemptio charitatis.*

Injuriantes plurima causant mala.

Matt.5.22.

Paul. de Pal.

8. Prima quidem facie severa nimis illa Sapientiæ incarnatæ videtur esse determinatio (*Qui dixerit fratri suo raca, reus erit concilio*) nihilominus, ut Paulus de Palatio docet: *Etiamsi sit culpa venialis, vult Dominus, ut à concilio cognoscatur, licet enim venialis sit, est tamen multorum causa malorum.* Unicum enim verbum ignominiosum, cum actibus vilipendij prolatum ad intepescendam & infrigidandam charitatem sufficit: *Quia Dominus fraternam vehementer requirit charitatem, proximorum causas agnoscit ut suas.* Adducitque Nazaræorum exemplum, quibus non solum vinum bibere, verum etiam uvas gustare interdictum fuit: *Olim enim Nazaræi arcebantur avino, sicera, musto, uvis & uvis passis, & earum acinis. Cur ita? certe ne gustu ab uvarum acinis irritato, uvas, & tandem vinum concupiscerent. Ita & nunc, verbum contumeliosum à Concilio debet compesci, ne hoc foramine laxato, tota in homicidium prorual ira.* Quod si pax, concordia, & unio civium à Republica tollatur, paulatim ad sui destructionem inclinabit; quis vero est, qui nesciat, aut per experientiam non videat; qualiter injuriæ sint illæ, quæ quietem privatam & publicam perturbant: *Rogate, quæ ad pacem sunt Jerusalem & abundantia diligentibus te*, inquit Regius Psaltes; ubi notandum, quod post pacem confestim abundantiæ fiat mentio; quia quando charitas regnat, omnia bona superabundant; & paulo infra *fiat pax in virtute tua*, inquit idem David; circa quæ verba D. Chrysostomus quærit: *quid est in virtute tua? in substantia tua in ijs qui in te habitant in prosperitate tua. Quoniam enim bellum res est perniciosa, idque eam perdidit, ei pacem precatur.* Quis etenim est, qui nesciat, quod per rixas & inimicitias familiæ depauperentur, corruant domus, integræque sursum deorsum vertantur civitates? *& abundantia in turribus tuis*, id est, ut idem Chrysost. exponit, *jucunditas, quies; non solum enim prædicit futuram à malis liberationem, sed etiam innumerabilium bonorum accessionem, pacem, abundantiam, fertilitatem.* Enimvero unum ex majoribus bonis, quibus genus fruitur humanum quodque rempublicam pace & quiete frui facit, est amicitia reciproca, ac proinde Sapiens ille ait: quod qui hanc mundo eripit, idem ei damnum pariat; ac si Solem annihilaret, hujus autem amicitiæ pestis est injuria, quæ inimicitiarum & discordiarum irreconciliabilium est fomentum. *Ante ignem camini vapor* inquit Eccles. *& fumus ignis inalzatur, sic & ante sanguinem maledicta & contumelia*; ubi Glossa ait: *sicut fumus præcedit ignis incendium, sic dura verba homicidium; unde sermo durus suscitat rixas.* Syriaca legit: *Coram igne fumat fumus, & coram effundente sanguinem contumelia*, communiter enim quando ad effusionem sanguinis & strages devenitur, aliqua utrimque præcessit injuria. Unde Paulus de Palatio ait: *Nulla ratione dissolvitur amicitia, nisi convitio & improperio. Non accenditur ignis in lignis camini nisi vapor & fumus præcedant, & fumus exaltetur sursum, ita non effunditur sanguis in rixa, nisi præcedant convitia; hæc refunde, & sanguinem non effundes.* Eccles. in eodem capite ait: *Mittens lapidem in volatilia, deficiet illa, sic & qui convitiatur amico, dissolvit amicitiam. Quod est magnum malum*, inquit Lyranus: *nam amicitia multo pretiosior est quam pecunia. Deficiet, id est disperdet*, inquit Hugo Card. *sicut jactu lapidis grex avium dissipatur, sic verbo convitij vis amicitiæ violatur.* Cornel. à Lapide supra hunc textum ita scribit: *Hac facit Gnome P. Syri: Amicum lædere ne joco quidem licet, & amicum perdere, est damnorum maximum. Tanti homo est absque amico, quanti corpus sine Spiritu.*

Tollunt pacem è republica.

Psal.121.v.6.

Ibid. v.7. Chrysost.ibid.

Psal.121. 7. Chrysost.

Per convitia, deveniunt ad rixas & homicidia.

Eccli. 22. v.30. Glossibid.

Paul. de Pal.

Eccli.22.v. 25.

Lyranus.

Hug.Card.

Corn. à Lap.

DISCURSUS IV.

ARGUMENTUM.

De damnis, quæ in injuriantem resultant; item de periculis quibus exponitur; nec non de supplicijs, quibus Deus in illum animadvertit.

THEMA.

Qui profert contumeliam, insipiens est. Proverb. 10. vers. 18.

Injuria illata, maximè afficit injuriantem.

1. SApiens ex instinctu Spiritus Sancti loquens injurianti proximo stulti nomen attribuit, non quod jam rationis usum & Discursum amiserit, inquit Lyranus; sed quia dum alteri injuriam infert, se cerebro vacuum & insipientem esse ostendit. Unde Seneca ait, *Maxima est facilæ injuriæ pœna, fecisse*, & ideo quando quis post prolatum verbum contumeliosum ad se revertitur, pristinæque sanitati restituitur, mox pœnitere incipit; quia damna exinde sibi imminentia agnovit, velletque se proximum suum numquam offendisse. Septuaginta legunt: *qui proferunt contumelias, insipientissimi sunt.* S. Thomas, authoritatem citans S. Greg. injuriam iræ portum esse probat, dicens: *Magnam habet propinquitatem contumelia ad finem iræ, quæ est vindicta; nulla vindicta est irato magis in promptu, quam inferre contumeliam alteri, & ideo contumelia maxime oritur ex ira*; citat quoque testimonium Aristot. l.7. Ethic. dicentis: *Ira non perfecte audit rationem, & sic iratus patitur rationis defectum, in quo convenit cum stultitia, & propter hoc ex stultitia oritur & contumelia, secundum affinitatem quam habet cum ira.* S. Ambrosius de hac injuriarum materia differens, ita scribit: *Quod non mediocriter Scriptura condemnat, dicens: Ex ore stultorum baculus contumeliæ. Stultitiæ igitur condemnatur, qui contumeliam facit.* Idem S. Doct. illa Psalmi verba exponens: *Auferè me opprobrium & contemptum*, inquit: *Multi sunt, qui volunt infere opprobrium servis suis, sed ipse sunt magis probrosi.* Injuriator famam & existimationem injuriati contaminare prætendit, & non cognoscit, quod super ipsum illa recidat infamia & vilipendium; Idem quoque docet D. Chrysostomus ut nos animo & ne ob injuriam conturbemur, dicit enim: *si contumelia affecerit, magno ferat forti animo, seipsum enim, non ille afficit injuria, & si percusserit, ne dexteram contra tendas; ipse est enim qui ferit, te quidem manu, seipsum vero ira pulsans, & sibi malam ab omnibus existimationem comparans.* Severinus Boëtius ad propositum nostrum ita discurrit: *Si cognitor resideres, cui supplicium inferendum putares? eine qui feciset, an qui pertulisset injuriam?* & respondet: *nec ambigit, quin perpessio satisfacerem dolore facientis.* Et subjungit: *Misereor igitur tibi injuriæ illatæ, quam acceptor esse videretur.* Ac tandem concludit, inquiens: *Hac igitur alijsque de causis, ex ea radice nitentibus, quod turpitudo suapte natura misericors faciat, apparet illatam cuilibet injuriam, non accipientis, sed inferentis esse miseriam.*

Insipiens

Sym.ep.67. Majus malum est inferre, quam pati injuriã.

S. Aug. de ver. Dom. ser.16. c.4.

Abul.q.10. in c.5. Matth.

Hug.Card. in c.10. Proverb.

Injuria est Venenum Charitatis.

Matt.12. 34.

2. Huic doctrinæ consonat, quod in Epistola quadam S. Sinesij Episcopi Ptolemaidis viri admirabili sanctitate, nec minori sapientia conspicui, his verbis legitur: *Majus malum est inferre, quam perpeti injuriam, illud enim proprium malum est, hoc alienum.* S. Aug. quoque idipsum in quodam confirmat sermone, dicens: *Ille injuriam fecit, & injuriam faciendo gravi seipsum vulnere percussit.* Quænam vero dari potest major stultitia, quam alteri pugnum impingere, ut semetipsum pugione fauciet? injuriator per verbum contumeliosum (apparenter quidem & secundùm cæci vulgi conceptum, quod non examinat veritatem, & facile est ad credendum,) injuriati honorem aliqualiter denigrat; sed apud homines sapientes alterius reputationem non diminuit; sed propriam suam famam potius contaminat: *Ad stultos enim pertinet dicere contumelias*, inquit Abul. dicente *Salomone, quod inter stultos semper sunt jurgia, id est, contentiones vocales, quæ ad contumelias pertinent, vir autem sapiens ab illis abstinet.* Hugo Cardin. super prædicta verba inquit: *Insipiens est, quia insipidum habet palatum, quia venenum sapit ei.* Injuria enim venenum est charitatis & dilectionis fraternæ; hoc autem venenum injuriator in corde suo defert, quemadmodum lingua ejus manifeste declarat, quia *ex abundantia cordis os loquitur.* Dum vero calumniator calumniosè proximum contumelia afficit, ipse se malignum, mendacem & impostorem esse declarat; unde improperium in ipsum recidit: quod si vero ex alia parte contumeliam hanc ob malos suos mores & conversationes meretur, qui injuria afficitur, ipse tamen injuriator exiguum se Dei timorem habere, divinæq; legis transgressorem se esse ostendit, quia Salvator noster expresse comminatur, dicens: *qui dixerit fratri suo Raca; reus erit concilio*; non enim quis authoritatem habet vituperandi & injuriandi proximum suum. Dion. Carth. super illa verba: *qui profert contumeliam, v.18.*

Matt.5,22.

Proverb.10.

Dion. Carth. in c. 10. Proverb. Illique directè contrariatur.

1. Petri. 4. v. 8.

Prov. 11. 2.

S. Hier. ibid.

Cajet. ibid.

Pſ. 139. 10. Injuriatio alterius, eſt labor labiorum & quare.

Pſ. 63. v. 8.

Theod. ibid. Injuriatio eſt ſagitta parvuli.

Ibid. v. 9.

Chryſ. hom. 62. in Matt. Pulchrum dictum Antiſthenis, injuria affecti.

Val. M. l. 8.

insipiens eſt, ita ſcribit : *Id eſt, impatiens, paſſionatus, & improbus, non attendens ſeipſum, & proximum lædere non formidans, quod charitati atque juſtitiæ eſt contrarium.*

3. De charitate ſcribitur : *Charitas operit multitudinem peccatorum*, at vero qui per injuriam alteri contumeliam infert, vel errores ſuos exprobrat, vel falſo imponit, non ſolum illos non cooperit, ſed manifeſtat, ac proinde opponitur charitati. S. Hier. ſuper illa verba, *ubi fuerit ſuperbia, ibi erit & contumelia*, ita ſcribit : *quia ſuperbi vel contumelioſe ſe gerunt per contemptum, quem proximis contumelijs ingerunt.* Et ideo injuriatores ſe homines ſuperbos & elatos, vel etiam impios eſſe oſtendunt, ut exponit Cajetanus juxta verſionem Hebraicam : *Venit impietas & venit ignominia. Comes impietatis deſcribitur ignominia, & verificatur tam active quam paſſive, nam adveniens impius, & infert alijs ignominiam, & ipſe meretur, & frequenter incurrit ignominiam.*

4. Pſalmiſta de eodem hoc hominum genere tractans, ait : *labor labiorum ipſorum operiet eos.* Ubi obſecro cur injuria *labor labiorum* appellatur ? quia ſcilicet cum plerumq; calumnioſa ſit, aut certe ad eripiendam reputationem proximo ordinetur, labore atque ſudore opus eſt. Atque ideo ſuperadditur *operiet eos*, quia ſcilicet ſuper ipſum injuriantem cadit. Utpote qui in conceptum veniet viri imprudentis, iracundi, vindicativi, maligni, temerarij, cujus ejusdem vitij idem Pſalmiſta alibi meminit, dum ait : *Sagittæ parvulorum factæ ſunt plagæ eorum*, quia linguæ contumelioſæ inſtar ſagittarum fulmina evibrantes injuriarum, ſemetipſas primo loco offendunt, dicente Theodoreto : *Quemadmodum jacula à pueris emiſſa nihil damni afferunt, his qui petuntur, ſic iſtorum linguæ nihil offendunt eos, qui configuntur.* Unde & Pſalmiſta immediate ſubdit, *& infirmatæ ſunt contra eos linguæ eorum*; Ubi Chaldæus vertit : *offendunt ſeipſos lingua ſua.* Et certe ſi juxta commune axioma, *honor eſt in honorante*, quidni etiam (quandoquidem *contrariorum eadem eſt diſciplina*) conſequenter inferendum erit, quod vilipendium, quo injurians proximum diffamare intendit, in ipſummet injuriantem retorqueatur ? Hinc D. Chryſ. cuidam de injuria ſibi facta lamentanti (*ſed coram, inquiens, omnibus, & verbis & verberibus me duriter vexavit*) ita reſpondet, dicens : *Coram omnibus dedecore atque infamia ſe notavit, & multorum adverſus ſeipſum aperuit ora.* Quæ veritas nec ipſosmet quidem latuit gentiles, ſiquidem, ut Val. Maximus tradit, dum aliquando Antiſteni annunciaretur, qualiter quidam mala de eo dixiſſet, reſpondit generoſè : *Non male dixit mihi ſed ſibi ; in ſe, quod ille culpat, agnoſcit, ſed etiam ſi mihi maledicere cuiet, non curo, quia auditas lingua debet eſſe robuſtior, cum ſingulis hominibus linguæ ſint ſingulæ, ſed aures binæ ; aliquatenus tamen curo, quia eo ipſo me fateor eſſe ſuperiorem, quia ſuperioris perſonæ reſus eſt hoc pati, inferioris facere. Gauderem itaque miſe argente humanitate, homini compatereꝛ infelici.*

Convitiantes, ordinariè habentur mendaces, & arrogantes.

5. Sapientiſſima ſane reſponſio ſimul & veriſſima, ſiquidem, in peſſimo apud homines prudentes & ſapientes ſunt conceptu, quotquot ad injurias inferendas ſunt proclives ; non enim judicium temerarium eſt, credere eos iracundos, arrogantes, & exilis aut nullius homines eſſe virtutis, præterquam quod ordinarie tamquam mendaces & calumnioſi reputentur & agnoſcantur, dum nullus non videt, injuriatos non tam opprobrio, quam honore dignos eſſe. Unde David aliquando juxta D. Chryſ. Commentarium ita de æmulis ſuis dixiſſe fertur : *Illi quidem verbis calumniantur, & ego re ipſa me purgo, ipſiſque falſis depello crimen.* Quin & Plato de injurijs aliquando ſibi illatis certificatus, hoc legitur reddidiſſe reſponſum : *At ego ita mores componam : ut illis fides nulla adhibeatur.*

Chryſ. ho. 2. de Saül & Dav.

Sunt ſimiles Echoni.

S. Baſil. ho. 10. de ira.

6. His omnibus ſtabiliendis ingenioſa quædam ſuffragatur S. Baſilij ſimilitudo, ab echo deſumptaſi quis enim vocem elevat, eaque concavitatem ſoni percutit, eadem cum eodem redit ſono & expreſſione, ita quoque ſæpius injurianti accidit, cum enim contumelia cum, in quem direxit injurioſus, utpote ſummæ virtutis & innocentiæ virum ferire non poſſit, in ipſum recidit injuriantem ; *neque enim ſic in locis deſertis echo in ipſos clamantes intempeſtive infringitur, ſicut in hominem injuſtum & contumelioſum contumelia revertitur. Imo ſonus quidam illic idem revertitur, contumelia vero augmentata recurrit.* D. Chryſ. in alia quadam homilia ita ſcribit : *Non ergo injuriam pati, ſed injuriam facere malum eſt. Quot quantasque injurias ferebat David ? quos quantasque faciebat Saül ? uter enim iſtorum fortior fuit ac beatior, & uter miſerior aut miſerabilior ? nonne qui injuriose faciebat ?*

Chryſ. ho. in Matth.

7. Eſt & alia ratio, propter quam injurians merito judicio & ratione deſtitutus eſſe credendus eſt, quia ſubjacet periculo, ne injuria ei replicetur, & ne diſcooperiantur occulta ejus peccata. In quodam fide digno Authore ſequentia ſcripta reperio : *Catulus Philip. Oratori dicenti, quid latras ? reſpondit : Fiverm video ; convitium latrandi in ipſum retorquens, notavit hominis rapacitatem.* Lucius Craſſus Cenſor, cum improperaſſet Domitio, fleviſſe illum ob delicatum quemdam piſcem in ejus piſcina mortuum, pro reſponſo eidem regeſtum fuit, tu vero ob trium conjugum tuarum mortem ne unicam effudiſti lachrymalem. Anacharſes cuidam natalium ſuorum objecit vilitatem dicendo, quod in Scythia natus eſſet, quam injuriam ſagaciter in injuriatorem reverberare novit, dicendo : *Mihi probrio eſt patria, tu patriæ.*

Acuto reſponſo convitia, in convitiantes torta.

Bruſ. l. 2. c. 40.

Eraſ. l. 9. Apoph. ex Plutarch.

Laert. l. 1. cap. 6.

8. Conſiderandum quoque eſt, quod præter infamiam, quæ reſultare poteſt in eum, qui alteri affert injuriam, læpe etiam, ut quotidiana nos docet experientia, eidem correſpondeatur per ultionem, non ſolum quæ in verbis, ſed etiam quæ in factis conſiſtat ; attrahit ſibi inimicitiam & odium, non ſolum eorum qui injurias acceperunt, verum etiam omnium aliorum illis adhærentium. *Non ijs qui injuriam accipiunt*, inquit S. Iſidorus Peluſ. *Sed ijs qui inferunt periculum omne impendet, eosque trepidare, atque contremiſcere oportet, quod ſi ita eſt, injuriam perpeti malum non eſt, ſed eam inferre ; nec illatas injurias perferre ſcire.* Paulus de Palat. pariter hoc conſiderat periculum, cui ſe injuriator exponit ; dicit enim : *Quantus timor eſt, quamque miſera vita, ſemper cavere eum quem injuria laſiſti ? cupit ille de te vindicari, tu non ſemper ejus inſidias fugere potes ; an non tuæ tranquillitati conſuluit, tuæque vitæ proſpexit, qui te ab injuria dicenda ſemovit.* Tritum eſt Proverbium, quo dicitur, quod *beneficia aquis injuriæ vero æri inſcribantur* ; horum enim memoria indelebilis eſt, earumque ultio nonnumquam etiam poſt longum tempus, quando minus timetur, inſtitui ſolet.

Sæpe injurianti non ſolum verbis, ſed etiam factis reſpondetur.

S. Iſid. Ep. l. 3. Ep. 100.

Paul. de Pal. in c. 5. Matt.

9. *Qui profert contumeliam, inſipiens eſt* ; injuriator enim ſuum nititur evomere furorem, ſuasque explere vindictas, non ſe reflectens quod adverſum ſe Dei provocet iram & ſupplicia, ſeque ipſum in parte nobiliori, id eſt, anima mortaliter ſauciet ; *quæ pœna gravior*, inquit S. Ambr. *Quam interioris vulnus conſcientiæ ? quod ſeverius judicium, quam domeſticum, quo unusquisque ſibi eſt reus ſeque ipſe arguit, quod injuriam fratri indigne fecerit ?* D. Chryſoſt. in quadam Homilia ſuper acta Apoſtolorum miſeram conſiderat injuriantis conditionem inquiens : *Vide oro quemdam qui contumelia affecit, & non ſupplicio affectum, non propter hoc ſolum debet lachrymari, quia non contumeliæ dat pœnam, ſed etiam propter aliam cauſam ut lugeat, dignum. Et qualis hæc ? quia impudentior facta eſt anima. Nam unumquodque peccatum ubi patratum fuerit & ad finem pervenerit, relinquit in anima venenum*, neque enim ſolum in corde venenum recludit, quod in proximum effundit, verum etiam cauſa eſt, quod in injuriato aliud ſæpe regeneretur venenum odij & vindictæ. Quod ſi ſacras pervolvatis hiſtorias, multa hujus culpæ reis irrogata invenietis ſupplicia. S. Antonius proinde monet, magna cum cautela & circumſpectione in hac materia procedendum eſſe, ne quidem ſuos cuipiam naturales exprobrando defectus : *Debet quis abſtinere*, inquit, *ab improperio, ſeu convitio defectus naturæ, videlicet non vocando illegitimum vel cæcum, vel hebetem, vel ſtultum, & hujuſmodi*, idque in Phenenna exemplificat, inquiens : *Phenenna quæ multos habebat filios, quia exprobravit Annæ, & improperabat, ſeu conviciabatur ei, quod Dominus concluſiſſet vulvam ejus, & quod ſterilis eſſet, punita eſt, quia filios amiſit.* Michol verbis injurioſis derisit Davidem, qui ex me in devotione in conſpectu totius populi in proceſſione Arcæ ſaltaverat, inquiens : *Nudatus eſt quaſi ſi nudetur unus de ſcurris* ; paulò poſt verò ſacer Textus ſubjungit : *Igitur Michol filiæ Saül non eſt natus filius, uſque in diem mortis ſuæ* ; hæc autem filiorum orbitas una erat ex probrioribus maledictionibus ſexus illius. Pueri item qui Eliſæum conviciabantur, clamantes : *Aſcende calve, aſcende calve.* Per experientiam didicerunt, quam exacte divina juſtitia in ſua bilance improperia trutinet, etiam illa, quæ à linguis proferuntur eorum, qui ob teneram ætatem malignitate interna peccare nondū poterant : Nam *egreſſi ſunt duo urſi de ſalta, & laceraverunt ex eis quadraginta duos pueros.* In Scriptura quoque infelix mors Nabal deſcribitur, quam nulla præ-

Injuriam in ſe provocativam Dei, ejus ſupplicia.

S. Ambr. l. 3. de off. c. 4.

D. Chryſ. ho. 41. in acta.

Variæ punitiones exprobrantibus, ex S. Scriptura.

S. Ant p. 2. tit. 7. c. 6.

2. Reg. 6. v. 20.

Ibid. v. 23.

4. Reg. 2. v. 23.

Ibid. v. 24.

1. Reg. 25. v. 38.

Ibid. v. 10.

Ibid. præceſſit infirmitas, cujus mortis autrix ipſamet divina juſtitia directe fuiſſe traditur. Nam ſacer Textus inquit : *Percuſſit Dominus Nabal, & mortuus eſt* ; quod ſi vero infelicis hujus mortis cauſam ſcire vultis, obſervate quam probroſis verbis Davidem virum adeo dignum & juſtum excepit, dixerat enim : *Quis eſt David ? & quis eſt filius Iſai ? Hodie increverunt ſervi, qui fugiunt Dominos ſuos.*

Ibid.

Ibid. v. 10.

Sur. in vita S. Ludov. Pœna injuriantis S. Ludovicum Regem Franciæ.

10. Surius in vita S. Ludovici Regis Franc. refert, quod cum Geldā nuntium quemdam qui regias illi literas attulerat, interrogaſſet an Regem in perſona vidiſſet, isque reſpondiſſet : *Vidi miſerum illum Papillardum, grijeā veſte indutum ; ad ſcapulas caputium gerentem. Vix is verba finierat, per convitium hoc illuſorium quin ſtatim facies ejus retrorſum acta eſt, & ſic contorta permanſit.* Terribilis eſt illa comminatio, quam Eccleſiaſticus illis, qui ad alios injuriandos ſe affuevenunt, intentat, dicit enim : *Homo aſſuetus in verbis improperij, in omnibus diebus ſuis non erudietur*, quaſi diceret, tales ſunt incorrigibiles, quia Deus illos totaliter deſerit. Et licet nonnumquam corrigantur, nihilominus quia frequenter injuriando malum contraxerunt habitum ad novas denuo injurias evomendas facile revertuntur, nec datas illis admonitiones in bonam partem recipiunt. Alia quædam verſio legit : *Homo verbis probroſis aſſuetus, diſciplinam per omnem vitam ſuam non admittit.* Dionyſ. Carth. hunc textum ita exponit : *Homo aſſuetus in verbis improperij, id eſt, aſſuetus alijs improperanter, & opprobriose loqui, omnibus diebus vitæ ſuæ non erudietur ad bonos mores, ſcientiamque ſalubrem, non quia erudiri nequeat, ſed quia difficulter & raro.* D. Chryſ. notat, Redemptorem noſtrum in monte Calvariæ benignos oculorum ſuorum obtutus, non deflexiſſe in illos, qui illum injuria afficerant, quantumvis ſe erga alios, qui illum torquebant & crucifigebant, miſericordem exhibuerit : *quamquam ſequens turba etiam lapides fleta ſuo flexiſſet, nullo tamen modo atrociſſimas illas belluas commovit, propterea turbam quidem allocutione dignam putavit, illos vero minime.* Paulus de Palat. prædictum Eccleſ. textum exponens, inquit : *Cave, ne linguam aſſueſcas, jaculari in alios contumelias, adeoque id ſignum æternæ reprobationis eſt, non enim tales homines à Deo eruditentur, at verò ut beatus eſt, quem tu erudieris Domine, ita reprobus, & omni infelicitate infelicior, quem tu non erudieris.* Baſilius Seleucus conſiderat, Davidem, de Victoria adverſus Goliath obtinenda, ſecurum fuiſſe eo quod ab eo improperijs multis oneratus fuerat inde namque infallibiliter futurum eſſe prævidebat, quod divinæ in illum juſtitiæ ſeveritas animadverſura eſſet. *Percutiam te*, dicebat adoleſcentulus ille, *& auferam caput tuum à te*, q. d. *maledicam inimici linguam, victoriæ pignus teneo.*

Ecclī. 23. v. 20. Deus deſerit injuriantes, tamquam incorrigibiles

Ibid.

Dion. Carth. Ibid.

Paul. de Pal. in Eccli. ibid.

Chryſoſt. 58. in Matth.

S. Greg. l. 1. dial. c. 5.

1. Reg. 17. v. 46.

Baſil. Seleuc. in 15.

S. Val. ho. 12.

DISCURSUS V.

ARGUMENTUM.

Egregium eſt virtutis ſpecimen, & exercitium, ſi quis adverſus injurias ſe mitem oſtendit, ac ſi eas non audiret, nec eas indigne ferat, ſed erga injuriantem magis ſe benignum exhibeat.

THEMA.

Poſcaſti nos opprobrium vicinis noſtris... à voce exprobrantis & obloquentis, à facie inimici & perſequentis ; hæc omnia venerunt ſuper nos, nec obliti ſumus te, ... & non receſſit retro cor noſtrum. Pſalm. 43. ℣. 14.

Verè generoſus eſt, qui convitia diſſimulat, & beneficio compenſat.

1. PSalmiſta Iſraëlitas alienorum opprobriorum metam effectos eſſe, ſimulque conſtantiſſimos obſervatores divinarum legum perſiſtere conſiderans, hoc ipſum ſummæ reputat virtutis actum, ideoque ad Deum gloriabundus converſus ait : *nec obliti ſumus te, & non receſſit retro cor noſtrum.* Nec immerito ; ſiquidē patientia in injurijs, veri Spiritus & perfectionis eſt probatio, dicente S. Greg. *Qualis quisque apud ſe latet, contumelia illata probat* ; ſi namque quis calicem veneni mortiferi ſibi propinatum, alio compenſaret, qui nectare & Ambroſia plenus eſſet, quam non heroicum ille exerceret virtutis actum ? S. Valerianum audite, qui in quadam Homilia, cui titulus eſt *de bono conſervandæ pacis*, ita diſcurrit : *Infinita virtus eſt, odia vicisſe beneficijs, nam ille inter cæteros palmam perfectæ virtutis obtinet, qui ad vicem veneni, poculo dulci melle componit.*

7. Agriculturæ experientiam habentes, juxta roſas allium plantare ſolent, ut acutior & pungens hujus odor eas extimulet ad majorem transmittendam odoriferam fragrantiam ; quo in facto obligatio exprimitur uniuscujusque animæ virtuoſæ, & ad perfectionem tendentis, ſcilicet ut ab homine aſpero & injuriante occaſionem accipiant exercendæ virturis, ſe mortificando, nec reſiſtendo, quin potius bonum pro malo reddendo ; quia ut bene Lact. Firm. docet, *Niſi contumelijs fuerit affectus* (ſcilicet homo juſtus) *quantum habeat fortitudinis in ſeipſo cohibendo ignorabitur.* Neque minus efficaciter S. Bern. ad ejusdem virtutis exercitium nos inducere conatur, quando de injuriarum oblivione, & harum ſuperioritate tractans, ſequentia notatu digniſſima pronuntiat verba : *eſt actus magni & generoſi cordis injuriæ obliviſci.* Idque ex authoritate Ariſtotelis quantumvis Pagani confirmat. qui 4. Ethic. ait : *magnanimus non eſt memor mali accepti.* Ac proinde S. Joannes Clim. inter alios ſcalæ Paradiſiacæ gradus hunc quoque ſtatuit, ſcilicet, quod, quando quis continuis agitatus opprobrijs, ob ea tamen non iraſcitur : *Felix ille*, (verba ſunt dicti Authoris) *qui quotidiè Dei causâ, convitijs agitatus & contemptus, violenter ſeipſum per patientiam vincit.* Imo S. hic tales generoſos animos Martyribus Spiritibusque Angelicis aſſimilare non dubitat, unde proſequitur, ſubjungens : *Næ ille cum martyribus triumphabit, & inter Angelos liber ut Angelus incedet.* Hinc & S. Valer. immarceſcibilem capiti ejus, qui injurias conſtans aſpernatur, texere non dubitat coronam, dicens : *Sicut illum qui injuriam fratri infert, gravis peccati manet culpa, ita ſe maxima protegit virtutis corona, ſi accepta non iraſceris injuriæ.*

Lact. Firm. l. 6. de vero cultu c. 18.

S. Bern. to. 3. ſer. 9. a. 2. c. 3

Eſt gradus ſcalæ Paradiſi, ad injuriam non iraſci.

Clim. gra. 4. n. 52.

S. Valer. ibid.

3. Aquila generoſa eſt atque magnanima, unde & à veteribus in ſymbolum aſſumpta fuit hominis conſtantis, & ad contumelias patientis. Eam itaque depingere volentes, non oculis minitabundam, non terribilem roſtro, non alis horridam, non unguibus fulminantem, ſed ſedentem efformarunt in quiete, juxtaque illam cornicem collocarunt, quæ identidem pro viribus ſuis eam mordere, pungere & irritare non ceſſat.

Aquila ſymbolum eſt hominis inter injurias conſtantis.

Tertull. l. de Pat. c. 8.

4. Notabilia ſunt quædam Tertull. verba, quibus nos ad monſtrandam in injuriarum tolerantia virtutē exhortatur, dicens : *Ipſam animam ipſumque corpus in ſeculo iſto expoſitum omnibus ad injuriam gerimus ejusque injuriæ patientiam ſubimus, minorum delibatione lædimur* ? q. d. ſane ſi tot patimur corporis injurias, cur non etiam illas quæ animam feriunt toleramus cum virtute minus à æquali ? *Abſit à ſervo Chriſti* (ſubjungit idem Author) *tale inclinamentum, ut patientia majoribus tentationibus præparata, in frivolis excidat.* Non pauci ſe diſciplinis cruentant, carnes lacerant propriis ciliciis pungentibus, ferreis uncinis rigoroſis extenuant jejunijs, & nihilominus poſtmodum vel unico opprobrij verbo dejiciuntur, Magnificienda eſt proniſſio illa, quam S. Valer. facit illis, qui contumelias patienter ferendo virtuoſos ſe probant, dicit enim : *Nec habet in eo locum pruina vitiorum, qui calcatis odijs integrum charitatis cuſtodit affectum.* Qui enim vera eſt virtute præditus, nullum ex corde ſuo impatientiæ, quantumvis minimum aditum dare poteſt imo ne quidē ſentit injuriam, multo minus ulciſcitur eamdē Lactant. Firmianus ad quamdam ſe reflectens Tullij ſententiam, *Cap. 7. lib. 1. de Officijs* traditam, ad noſtrum propoſitum ita diſcurrit : *Si quis volverit animi ſui complicatam notionem evolvere, jam ſeipſe dicet, eum virum bonum eſſe, qui proſit quibus poſſit, noceat nemini, niſi laceſſitus injuria. O quam ſimplicem veramque ſententiam duorum verborum adjectione corrupit ; quid enim opus fuerat adjungere ; niſi laceſſitus injuria ? ut vitium bono viro quaſi caudam turpiſſimam apponeret ; patientiæque, quæ omnium virtutum maxima eſt, facere expertem ? nociturum eſſe dixit bonum virum, ſi fuerit laceſſitus. Jam ex hoc ipſo boni viri nomen amittat neceſſe eſt, ſi nocebit ; non minus enim mali eſt referre injuriam quam inferre.*

S. Valer. ibid.

Lact. Firm.

5. Obſervandum eſt nomen quo Spiritus S. illos appellavit, qui patientiſſimum Jobum falſis impoſturis & calumnijs onerarunt ; dicit enim ſacer Textus, *Igitur audientes tres amici Job omne malum quod acciderat ei, venerunt ſinguli de loco ſuo. Eliphaz Themanites, & Baldad Suhites, & Sophar Nahamathites.* At vero cur calumniatores illi amici appellantur, cum potius partes inimici ſuſtinuerint ? nimirū cum de viro virtuoſo & patiente agitur, is talis neminem reputat inimicum, ſed omnes indifferenter amicorum loco habet & amat. Unde S. Gregorius ait : *Nec mirum, quod, qui adverſantium formam exprimunt, nomen* nentur

Qui patientem Job onerabant impoſturis, vocantur ejus amici.

Job. 2. v. 11.

S. Greg. l. 3. mor. c. 14.

Differentia hominis improbi, & virtuosi demonstratur in Davide.

nentur amici ; cum ipsi quoque traditori dicatur : Amice ad quid venisti ? differentia quæ intercedit inter hominem reprobum, & vera virtute præditum, in Davide nobis demonstratur ; qui cum à Saül tot modis tam factis quam verbis contumeliatus fuisset, ne verbum tamen adversus illum protulit, quo debitum illi respectum & reverentiam quidquam diminueret, nec unquam illum inimicum suum appellare præsumpsit: Econtra verò Saül Davidem proprio nomine appellare dedignabatur, sed per vilipendium eumdem filium Isai appellavit ; *Non eam filium ejus, sed dignitatis nomine vocavit. ; Non enim injectam manum meam, inquit, in Christum Domini ; sic ab ira mundus erat, & ab injuriarum omni membria. Christum Domini vocat eum, à quo tot affectus erat injuriis, qui sanguinem ejus sitiebat, & post innumera beneficia multoties illum aggressus est interimere.* Idem D. Chrysostomus super Psalmum 7. hoc inimici nomen homini justo & virtuoso incognitum esse his verbis ostendit : *Quando odio habeor, & odio non habeo, ille me inimicum, non ego eum habeo, quando ei bene precor, quando ei volo benefacere, quomodo ego illi sum inimicus.* Optimè profectò loquitur Seneca, dum de homine bono & mansueto differens inquit : *Ille ingens animus, & verus æstimator sui, non vindicat injuriam, quia non sentit, ut tela à duro resiliunt, & cum dolore cædentis solida feriuntur ; ita nulla magnum animum injuria ad sensum sui addacit, fragilior eo quod petit.* Idem quoque Philosophus modum nos docere volens, quo pertranseunda à nobis sit injuria, eamdem subridendo, dissimulando, refert idipsum quod Socrati magnæ virtutis viro accidit, inquiens: *Circumscribenda multis modis ira est ; pleraque in lusum jocumque vertuntur. Socratem ajunt colapho percussum nihil amplius dixisse quam molestum esse, quod nescirent homines quando cum galea prodire deberent.* Inter alia veræ perfectionis documenta quæ Arsenius Abbas Monachis suis tradit, hoc fuit : *Nos qui septem fratres sumus, si vultis ut maneamus simul, efficiamur sicut statua hæc, quæ contumelijs affecta non turbatur.* Ad hoc ut inter injurias imperturbabiles maneamus plurimum servit sequens à D. Chrysostomo innuata doctrina, dicit enim : *sicut cum dicit qui fratrem suum fatuum vocat, reus erit gehennæ, non de sola ipsâ pronunciat illius sermonis injuria, sed de omni profectò maledicto, ita hic quoque non ut tantummodo palmis cæsi fortiter feramus jubet, sed quidquid nobis fuerit illatum absque ulla conturbatione patiamur.* B. Petrus Damianus non solum ut ab omni iracundia procul abimus suadet, verum etiam ut contumeliarum oblivisca mur, exhortatur suis verbis : *Sicut oblivio mandatorum Dei procul dubio vitium est, sic illatæ contumeliæ oblivio non parva virtus est. Multi sunt*, inquit Seraphicus Franciscus, *qui perfectionem & sanctitatem in actibus mortificationis corporalis constituunt, non intelligentes, quanto majus sit lucrum in toleranda injuriarum ; Multi sunt, qui orationibus & officijs insistentes, multas abstinentias & afflictiones in suis corporibus faciant, sed de solo uno verbo ; quod viderint injuriam esse, scandalizantur statim, & conturbantur. Hi non sunt verè pauperes spiritu, quia qui verè pauper est spiritu, seipsum odit, & alios diligit ; qui ipsum percutiunt in maxillam.*

Chryſ. tom. 5. ſerm. 16.

Chryſoſt.

Sen. l. 3. de ira.

Præclara dicta Senecæ de sufferentia injuriæ.

Senec. ibid. cap 11.

In vit. PP. l. 5. c. 15. n. 11. de hum.

Chryſ. h. 16. in Matth. Item D. Chryſ.

B. Petr. Dam. l. 6 Ep. 5.

S. Franc. op. 1. c 14.

Homines à Planetis discant sufferentiam injuriarum.

S. Aug. in Pſalm. 93.

6. Nescio an aliquando ad hoc vos reflexeritis quod mortalium ignorantia seu potius temeritas Planetis cœlestibus ignominiosa & indigna imposuerit nomina; communiter enim dicitur ; hæc est stella Veneris, illa Jovis, ista Mercurij. *Quanta de ipsis luminaribus fingunt homines*, inquit S. Augustinus, *Et patienter ferunt ; quomodo justi patienter ferre non possunt de se omnes etiam falsas criminationes ? hoc ipsum quod jam dudum dixi, quia illa est stella Mercurij, & illa Saturni est, & illa stella Jovis est, convitia sunt stellis.* Quis enim nescit Venerem impudicam fuisse, Mercurium latronem, Saturnum impium, Jovem adulterum ? nec tamen ob hoc hi Planetæ benignos suos influxus in commodum eorumdem qui illos hoc modo criminarunt, terræ immittere desinunt. *Quid illæ, cum audiunt tanta convitia, numquid moventur ? aut non exercent cursus suos ? sic & Homo.* Homo enim virtuosus à luminaribus cœlestibus exemplum capere debet, & ad hoc formari ut bonum pro malo reddat, neque à benefaciendo se criminantibus desistat : *Quædam de Luna mentiuntur homines*, subdit idem S. Augustinus, *quando vident obscurari ; non curat tamen ista verba hominum quæ in cælo est, sed quid est in cælo ? in firmamento cæli est. Cujus ergo cor in firmamento libri Dei est, ista non curat.*

Christus in

7. Nota omnibus est illa S. Bernardi propositio : *A Christo dicti sumus Christiani*, inquit, *nonne & vitâ, quæ Christus ambulavit, & nos debemus ambulare ?* Cum enim omnis Christi actio nostra debeat esse instructio, necessum est ut consideremus, quod quando Christus, vel maximè à malignis Hebræis, in monte Calvariæ passus est injurias, contumelias, derisiones, & calumnias, tunc vel maximè in dilectione & amore erga illos efferbuerit, apud æternum Patrem suum illos excusando & implorando illis veniam, ipsorumque & nostram efficaciter operando Redemptionem. D. Chrysostomus super illa verba : *Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus, cum loquebar illis, impugnabant me gratis*, ita scribit : *Ne dixeris est improbus, nec ferre possum, tunc enim maximè attendenda est mansuetudo, cum res nobis est cum sævis & agrestibus hominibus, quando cum his qui sunt ab humanitate & mansuetudine longè alienissimi, tunc ejus virtus ostenditur.* Observans vero verba illa : *cum loquebar illis impugnabant me gratis*, inquit : *In ipso tempore collocutionis, quando maximè ostendebant charitatem, quando verba amica emittebant, tunc efferebantur, & nihil eos flectebat, tunc fraudes & dolos struebant, ego tamen propriam ostendebam virtutem.*

Cruce injuriis & contumelijs affectus maximo efferebat amore.

Pſ. 119. v. 6 Chryſ. ibid.

8. Salvator noster quondam sicut illi maledixit, eo quod fructus in illa quærens, non invenerit, & tamen S. Marcus inquit : *Non enim erat tempus ficorum* ; at vero cur igitur hanc arborem igni destinavit ? Origenes in sensu mystico respondet : per hanc arborem denotari animam, quæ fructificari debet etiam eo tempore quod sibi videtur esse intempestivum seu inopportunum ; per fructus autem illos agnoscit, de quibus S. Paulus ait : *Fructus autem spiritus, charitas, gaudium, pax, patientia, mansuetudo &c.* horum fructuum proferendorum fertilis esse debet anima quælibet fidelis, quando minus opportunum est tempus, id est, tunc vel maximè mites & benigni esse debemus, quando vel maximè injurijs oneramur & indigni habemur, *tunc fructus profert ficus in tempore non suo.* S. & Seraphicus D. Franciscus dicere solebat, invidere se terræ, quæ quanto magis ligonibus, & aratris proscinditur, tanto magis ad proscindentium commodum fructibus, reprendit injuriam, & quanto pluribus conspurcatur sordibus & immunditiebus, tanto abundantiores & sapidiores parturit herbas & fructus. Quanto etiam profundius ejus viscera excavantur, tanto pretiosiores ad nos locupletandos aperit argenti & auri mineras. Merito hoc exemplum cujuslibet animæ justæ oculis propositum esse deberet, ut inde disceret, quod quanto plus contumelijs, injurijs, alijsque indignis modis exagitatur, tanto ardentiores in semetipsa excitaret amoris, mansuetudinis, benignitatis, & beneficentiæ actus erga illos qui illam indigne habet. Recepta ab omnibus spiritualis vitæ Magistris est hæc propositio : *Tantum proficies, quantum tibi ipsi vim intuleris. Virtus circa ardua & contraria versatur.*

Quando Christianus præclariores ferre debeat fructus.

Matth. 21. v. 12.

Mare. 11. v. 14.

Orig in Matth tr. 16.

Gal. 5. v. 22.

Quomodo S. Franciscus inviderit terræ fructificationem.

9. Cœlestis magister noster inquit : *Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud* ; ac proinde qui in cœlum contendit conscendere, ei necessum est, ut contra torrentem navim ducat, & violentiam sibi inferat, vimque malis suis inclinationibus faciat, quæ dum quis injuriatur, ad irascendum & vindicandum semper propendent. In Annalibus Ecclesiasticis in laudem Clementis VI. qui *sicut nomine, ita & re Clemens* fuit, scribitur, quod die quadam strenuè contra semetipsum pugnans se vicerit, efficiendo ut non irascendo injuriantibus, virtus ejus tanto magis elucesceret, priusquam vero factum Annales recenseant, hoc de illo encomium præmittunt, *non inventur contra aliquem, quamcumque inimicus sibi aut contrarius exiterit, aliquam ultionem exercuisse aut expetisse vindictam* ; id quod magis perspicuè ex facti Historia elucescet, quod tale fuit. Dum enim in statu privato degeret, pessimis à certo quodam homine in propria persona affectus fuerat injurijs ; postquam vero jam longo tempore ad sublimem Papatus dignitatem evectus fuisset, injuriator credens Clementem nimia arduorum negotiorum mole obrutum, vel injuriarum factarum non posse recordari, vel illum minimè agnitum esse, quamdam ei porrexit supplicam, in qua pro semetipso eximium quemdam poscebat favorem; Clemens libellum supplicem magna quidem cum benevolentia, quoad exteriorem apparentiam, in manus proprias acceptavit, verumtamen interius se ad præcedentium injuriarum vindictam per petitionis repulsam sumendam stimulari sensit, & tamen semetipsum gloriosè superavit. En tibi ipsissima Historiæ verba : *Qui sicer*

Ardua est remissio injuriarum, sed per illam ascendimus cœlum.

An. Eccle. Rayn. An. 1352. n. 22.

Præclarum exemplum Clementis VI. circa remissionem injuriæ.

licet supplicationem hujusmodi benignè in propria recepit, tamen in suo secreto existens, dum eam perlegisset, super vindicta de ipso assumenda per petitionis denegationem aut alias, quodammodo tentatus, ipsam projecit ad terram, pedibusque conculcavit, quam demum jam sumt, & sero primo simillimè fecit, & ea postremo reassumpta, sibiipsi loquendo, audientibus tamen aliquibus suis cubicularijs ibi astantibus, dixit : Vade Diabole, quia hodie facere non poteris, quod me vindicem de quocumque ; & hoc dicto supplicationem prædictam illico, ut petebatur, signavit. D. Gregorius Nazianzenus proinde quemlibet Prælatum Ecclesiasticum, qui in statu perfectionis esse supponitur, his verbis admoner : *Convitijs lacerabitur ? vincet, convitia non regerendo. Persecutionibus affligetur ? sustinebit. Maledictis proscindetur & exhortabitur. Calumnijs agitabitur ? Orabit. Probris impelletur ? Christi societate honorabitur. Percutietur in dexteram maxillam ? Præbebit & alteram, imo tertiam si habebit.*

Greg. Naz. in carm. Max.

DISCURSUS VI.

ARGUMENTUM.

Viri perfecti injurias cum lætitia & aviditate accipiunt in exercitium virtutum, & meriti lucrum ; ubi etiam ostenditur, quibus in casibus ultio injuriarum licita sit.

THEMA.

Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobrijs.
Thren. 3. ℣. 30.

Virtutibus conspicui, læti sustinent injurias.

Thren. 3. 27.

1. Jeremias Propheta in suis Lamentationibus de homine ad perfectionem aspirante, virtutibusque & Spiritu conspicuo dicit : *Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobrijs.* Idem paulo ante dixerat : *Bonum est viro, cum portaverit jugum ab adolescentia sua, sedebit solitarius & tacebit, quia levavit se super se* ; circa quæ verba S. Basilius ait : *se elevat supra se, quia Deum asseritens anima à terrenis se rerum obtutibus erigit, & in Divinæ contemplationis arce suspendit.* Harum autem magnarum animarum proprium est, ad receptas injurias non irasci, imo gaudere ; sicut enim homo cibi avidus & vorax ex illis saturatur epulis, quæ majoris sunt substantiæ, magisque palato sapiunt ; ita Spiritus S. qui Prophetæ hujus calamum direxit, gaudium exprimere volens, quo homo sanctus perfunditur, dum contumelijs afficitur, eamdem adducit hominis guloſi similitudinem, inquiens : *Saturabitur opprobrijs, id est*, ut Carthusianus exponit ; *plurima sustinebit, & in ipsis, quasi in epulis lætus erit.* Unde Hugo Card. dicit : *Saturabitur, id est, gaudebit opprobrijs.* Talis enim contumelijs infestatus gaudet, quia interius inexplicabiles delicias percipit ; memor retributionis quam à Deo se accepturum esse sperat. D. Chrysostomus ait ; *qui pepercerit, & æquo animo tulerit, lætabitur post hæc, & delicijs perfructur, præmia injuriarum oblivionis à Deo sperans.*

S. Basil. tr. de laud. vitæ solit.

Dionyſ. Carthuſ. ibid. Hug Card.

D. Chryſoſt. tom 6. Eclog. de manſuet.

2. Quemnam existimatis fuisse sensum verborum Tertulliani, quando injuriam beneficij nomine appellavit ? inquiens : *Vocis vero post injuriæ beneficium &c.* Nimirum anima quæ ad perfectionem contendit, nullamque præterire vult occasionem, in qua mereri & in spiritu proficere possit, beneficij loco habere debet, si per injurias exagitetur, quia per tolerantiam in semetipsa actus charitatis, mansuetudinis, mortificationis &c. excitando, apud Deum liberalem bonorum operum remuneratorem ingens sibi comparat lucrum meritorum. D. Chrysostomus gaudium & jubilum internum quem anima Sancta opprobrijs, & injurijs exposita percipit, his verbis declarat : *Vellem posse ostendere*, inquit, *qualis sit, qui vituperat, & qualis qui philosophatur, & nudum utriusque animum in medium ducere. Videres alterum pelago fluctibus exagitato similem esse, alterum vero tranquillo portui & quiescenti.* Elcana Annam conjugem habebat, quæ longo tempore sterilis fuerat, Phenenna autem fœcunda erat ; quæ proinde Annæ suam maledictionem improperabat : *Affligebat quoque eam æmula ejus, & vehementer angebat, in tantum ut exprobraret quod Dominus conclusisset vulvam ejus, . . . & sic provocabat eam.* Quæ exprobratio temeraria, petulans, & intolerabilis erat, ut sequentibus verbis docet Abulensis dum ait : *Affligebat, provocando eam ad magnas amaritudines, proferendo verba durissima in illam, & vehementer angebat, id est, erat durissima afflictio, quam Phenenna provocabat super Annam, scilicet affligendo.*

Tert. de Pallio c. 1. num. 5.

Injuria, debet nobis esse beneficium, & quare.

D. Chryſoſt. hom. 88. in Matth.

Exemplum Elcanæ & Annæ. 1. Reg. 1. v. 6.

Abul. ibid.

Mira patientia Annæ in exprobrationibus Elcanæ.

1. Reg. 2. v. 1.

3. Quodnam putatis ultimum fuisse octo beatitudinum documentum quo Christus sublimissimam omnium perfectionum, fuamque concluserit prædicationem ? *Beati estis, cum maledixerint vobis . . . & dixerint omne malum adversum vos, mentientes, . . . gaudete & exultate quoniam merces vestra copiosa est in cœlis* ; his, & contumelijs virtutem colite solidam fideles mei, jubilate, festa instituite ; *gaudete & exultate* : Quod præceptum Sanctus quidam Religiosus nomine Stephanus fidelissimè adimplevit, de cujus honoratissima memoria S. Gregorius tractans ita scribit : *Fuit quidam diebus nostris Stephanus nomine, Pater Monasterij juxta Reatinæ urbis mœnia constituti, vir valde Sanctus, virtute patientiæ singulari. Virtus patientiæ in eo vehementer excreverat, ita ut sibi eum amicum crederet, qui sibi molestiæ aliquid irrogasset, reddebat contumelijs gratias* ; cujus vestigijs constantissimè insistit S. Liduina virgo, de cujus admirabili in tolerandis injurijs lætitia & exultatione, Historia vitæ ejus ita loquitur : *Venit aliquando ad Lidoinam, magnæ sanctitatis virginem, mulier quædam tremens & furens, innumeris eam injurijs, contumelijs, & convitijs proscindens, ut posset ejus commovere animam ; sed cum hæc ratione nihil proficeret, in faciem mitissimæ virginis fœdissimè expuit : At vero nec sic eam quidquam permoveri sentiens, clamoribus & maledictis tamquam vim passa vicinos concitare cœpit ; Sed S. Virgo in patientia animam possidens, adeo mansit immota, ut mirarentur universi. Maleficium vero beneficio compensare volens, clam ei manusalem transmisit, dicebatque suis ; illis ego debere me fateor, qui viam mandatorum Dei quorum plenitudo dilectio est, me curare compellant.*

Quomodo Christus concluserit ultimam beatitudinem. Matth. 5. 11.

Stupenda sufferentia injuriarum in S. Lid. In vita S. Liduinæ c. 18.

4. *Dabit percutienti &c.* S. Paschasius in hujus Textus Commentario advertit, quod Spiritus sanctus non dixit ; *sibibit opprobria, sed satiabitur, quia facile est unam aut alteram sustinere contumeliam ; unde addidit ; saturabitur opprobrijs ; omnis saturitas ex aviditate sumendi nascitur.* S. verò Bonaventura loco *saturabitur, delectabitur* exponit, subjungens : *Quasi saturitate in multis opprobrijs sustinendis.* Quem eumdem sensum Lyranus exprimit, dum per satietatem, jubilum & lætitiam in contumelijs intelligit, dicens : *Saturabitur opprobrijs ; in ipsis gaudendo.* En mverò si quis Redemptorem nostrum injurijs & improperijs impinguatum fuisse diceret, ut tanto acceptior ejus victima in passionis suæ holocausto fieret, ad æternum Patrem suum placandum, nihil utique à veritate alienum diceturus esset, quia S. Ambrosius Textum illum S. Lucæ : *occidisti illi virtutum faginatum*, de Christo interpretatur, inquiens : *Memorare quia pro te Christus occisus est, qui ante fuit vitulus faginatus*, injurijs videlicet & opprobrijs ; Saturabitur igitur secundum hanc prædictionem opprobrijs, etiam continuatis quadraginta dierum & quadraginta noctium jejunijs. Imo ut idem quoque S. Ambrosius alibi de Christo, in cruce pendente, inquit : *Saginabatur veneratorum sermonibus.* Salvator noster postquam Lucæ cap. 6. dilectionem inimicorum præcepisset hoc nobis suggerit consilium : *Et qui te percutit in maxillam, præbe ei & alteram*, id est, ut S. Bonaventura exponit, *inferendo scilicet injuriam ; præbe illi & alteram maxillam, id est, paratus sis alteram percussionem sustinere, exemplo Magistri, de quo David : percutient se maxillam, saturabitur opprobrijs ; David utique non invitando ad percussionem, sed non apponendo defensionem, secundum illud : non vos defendentes charissimi sed date locum iræ.*

S. Paſch l. 3. in Thren.

S. Bon. ibid. Sancti satiati opprobrijs, in illis gaudebant.

Lyranus. Christus in cruce, fuit Victima, opprobrijs impinguata.

S. Ambr. ſer. 35.

S. Greg. hom. 35. in Evang.

S. Ambr. in Pſ 118 Oct. 6

Luc. 6. v. 29.

S. Bon. ibid.

5. S. quoque Augustinus super sermonem Do-

mini in monte, ubi de hac remissionis injuriarum materia tractat, pro eodem intento promovendo ita discurrit : *Parum videtur Domino , si pro malo quod acceperis nihil reddas mali ; niſi etiam & amplius ſis paratus accipere ; quapropter non ait ; ego autem dico vobis , non reddere malum pro malo (quamquam hoc etiam magnum præceptum ſit) ſed ait : Non reſiſtere adverſus malum.* Progredi autem ulterius , id est, non modo injurias ulcisci sed nec sentire , imo reddere bonum pro malo, in ijs exultare alterum persequenti genam porrigere, hic ipse ſupremus est virtutis gradus. Silex quantumcumque durus , si fornaci imponatur in calcem albam & candidam transmutatur, quæ quanto magis madefit, tanto magis bullit , & ignescit, quantoque magis extinguitur, tanto amplius accenditur. Undè S. Auguſtinus inquit : *Jam vero quam mirum eſt , quod cum extinguatur , tunc accenditur ?* ecce vobis expreſſum hominis vera charitate prædíti ſymbolum , qui quanto magis improperijs & injurijs percutitur , tanto magis in amore erga Deum, & dilectione verſus proximos accenditur. Pro emblemate aliquando maſſa bituminis accenſa depicta fuit , ſuper quam, dum arderet , depluebat aqua ; eique Epigraphe adjuncta fuit hujuſmodi : *eitam in flammis* , hanc enim proprietatem terra conſervat bituminoſa , ut per aquam magis magisque accendatur. Ita quoque in præſenti de anima Sancta, injuriarum patiente veraciter dici poteſt : *Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem , nec flumina obruent illam.* Non enim talis vel minimam amoris Divini aut charitatis amittit ſcintillam , quantumcumque ingens injuriarum & contumeliarum inundet torrens ; quin imo eo magis magisque in intenſis amoris actibus exardeſcere incipit ; dicente Pſalmiſta : *dum ſuperbit impius, incenditur pauper;* Ubi Hugo Card. inquit : *Incenditur amore Dei*, Qui autem eſt pauper iſte ? idem reſpondet inquiens ? *pauper ſpiritu.* Qui enim eſt humilis, is ſi quando impiorum, ſuperborum , malorumque injurijs ſe gravari advertit, non modo non rejicit , retunditque opprobria , ſed potius ijs utitur , ut mediantibus illis magis accendatur in amore Divino. Quin & propterea inter alia lætitiæ ſigna, quibus gaudebant contenti Apoſtoli, unum erat quod contumeliarum & opprobriorum ſcopus effecti eſſent , hinc S. Paulus ad Corinth. ſcribens ait : *Placeo mihi . . . in contumelijs* ; inque prima ad eoſdem Epiſtola exultans dixerat : *Factí ſumus omnibus perípſema.* Nec mirum quod S. Paulus hujuſmodi habuerit animum , ſiquidem de ſe proteſtatur quod in Chriſto viveret, inquit enim : *Vivo autem jam non ego, vivit vero in me Chriſtus.*

6. Quapropter Sanctus Bernardus hanc ſtatuit maximam , dicens : *Cum ſic amor Chriſti totum abſorbuerit affectum hominis , ut negligens & immemor ſui , nonniſi Jeſum Chriſtum , & ea quæ ſunt Jeſu Chriſti ſentiat , tunc demum , ut arbitror , perfecta in eo eſt charitas. Iſte non ſentit injurias , videt opprobria , contemnit damna.* Quin & Seneca , ſolius naturalis luminis virtute ductus , hominem omni contumelia ſuperiorem admiratur dicens : *Illud non venit in dubium , quin ſe exemerit turbæ , & altius ſteterit , quiſquis deſpexit laceſſentes, propriam eſt magnitudinis veræ , non ſe ſentire percuſſam ; Sic immanis fera ad latratum canum lenta reſpexit ; ſic irrutas ingenti ſcopulo fluctus aſſultat. Qui non iraſcitur inconcuſſus injuria perſtitit ; qui iraſcitur, motus eſt.*

7. Quantumvis varijs ex ſignis Chriſtum cognoſcere potuiſſet Nathanaël , nihilominus , ut notat D. Chryſoſtomus , cum Chriſtus ab eodem Nathanaële his verbis illuſus eſſet : *à Nazareth poteſt aliquid boni eſſe ?* Et nihilominus injuriam Redemptor non modo diſſimularet , ſed etiam eam beneficio compenſaret, his honorificis eum laudando verbis : *Ecce verè Iſraëlita , in quo dolus non eſt*, ex hoc ſingulariter facto in Chriſti notitiam devenit : Unde Sanctus Doctor ait : *Demonſtravit animi ejus cogitationes ſe planè intelexiſſe, præſertim cum, quæ ægrè ferenda videbantur , ea non reprehendit , ſed laudat.*

8. Comes Elzearius à conjuge ſua aliquando interrogatus , qualiter omnes ſibi factas injurias , easque plurimas , placato ſemper ſereneque animo ſupportare poſſet ; mox quærenti ſapientiſſimè ſatisfecit , prout ex ſequentibus totius rei geſtæ verbis colligitur : *ſedato vultuque placido & jucundo , admirans tam inſignem , tamque invictam in illo patientiam , utque ejus certius periculum faceret intra conclave ita ait ad eum : Quid hominis es tu Elzeari, qui numquam erga illos qui te injuria afficiunt ; commineris ? videris eſſe truncí inſtar , aut ſtatuæ nihil ſentientis, & tamen patibilis ; Aut forteſſe vel neſcis , vel non potes iraſci ? & quid obſecro officeret malis , qui interdum injuſſe te lædunt, ſi te quandoque illis iratum oſtenderes ? ad hæc homo leniſſimus reſpondit : Ecquid verò Delphina prodeſt iraſci ? nihil profecto ; attamen explicabo tibi arcanum pectoris mei. Noveris me interdum ſentire aliquam in anima adverſus infeſtantes me indignationem , ſed illico me converto ad meditandas injurias Chriſto illatas ; dico mihiipſi : Etiamſi famuli tui barbam tibi convellerent , & colaphos tibi impingerent, nihil eſſet ad Dominum tuum , qui majora perpeſſus eſt. Certum habeas me numquam ceſſare ab injurijs Salvatoris commemorandis , donec animus meus planè ſit tranquillatus ; atque hanc fateor me habere à Deo peculiarem gratiam , ut eos qui mihi injurioſi ſunt vel æque, ut ante, vel plus etiam amem , & pro eis ſpecialiter orem , agnoſcamque & confitear me majoribus & atrocioribus injurijs dignum eſſe.*

9. Alia inter , quæ Jeremias domino præſentavit, merita , hoc ipſum principale fuit : *Sitio , quoniam ſuſtinui propter te opprobrium* ; ſciendum autem quod hæc immediatè præmiſerat verba , dicens : *tu ſcis Domine* , ſc. d. tu noſti , ponderas , accurateque obſervas omnes actus quos offenſi elicimus in reprimendo appetitu iraſcibili , bonumque pro malo reddendo , quibus innixus bonis operationibus ſubjungit , dicens : *Recordare mei & viſita me , & tuere me ab his qui me perſequuntur.* Circa quem eumdem Textum S. Hieronymus ita commentatur : *Felix eſt autem illa conſcientia , quæ pro Deo ſuſtinet opprobrium.*

10. Notandum nihilominus , non ſemper laudabile eſſe injurias diſſimulare, ſiquidem caſus dantur, in quibus debita cum correctione ſeu reprehenſione injurjantium petulantia retundenda eſt. Ita namque Salvator , quando verbis illis injurioſè laceſſebatur : *Samaritanus es tu & dæmonium habes* , ſubitò reſpondit : *Ego dæmonium non habeo , ſed honorifico Patrem meum , & vos inhonoraſtis me.* Cauſam ne noſtis , ſubjungit Cajetanus ? Reſpondetque : *Non ad contumeliam propriam , quâ appellatus eſt Samaritanus , ſed ad injuriam Dei , qua dictum eſt : Dæmonium habes : Reſpondit. Hæc enim directè vollebant fidem credentium , tollebat veritatem doctrinæ, nocebat populo.* Injurias itaque proprias toleremus, ſed Deo illatas , aut Reipublicæ perniciosas nequaquam conniveamus. Ad imitationem Jobi , qui cum ad multa amicorum & conjugis improperia ſemper patiens fuiſſet , ſe una tamen vice , quando ſibi dici audiit : *Adhuc permanes in ſimplicitate tua ? benedic Deo , & morere* , mox cum indignatione reſpondit : *Quaſi una de ſtultis mulieribus locuta es.* Et nihilominus ut vidimus in Diſcurſu primo incarnata Sapientia proteſtatur , inquiens : *Qui dixerit fratri ſuo, . . . fatue, reus erit gehennæ ignis.* Job autem uxorem ſuam ſtultam nominavit , & tamen Deus illum non reprehendit , quin potius facer Textus immediate ſubjungit ; *In omnibus his non peccavit Job labijs ſuis.* Quia ſcilicet injuriatum Dei honorem defendere ſtatuit , quando ab uxore ſua ad blaſphemandum Deum eximulabatur ; ſiquidem in præſenti *benedic* , idem eſt quod *maledic.*

11. Ut igitur quilibet , qualiter ſe circa punctum hoc gerere debeat probè intelligat , ſequentem S. Baſilij accipiat doctrinam dicentis : *Si quis injuria affectus ab aliquo tenendæ animi ſui lenitatis cauſa, patientiæque , ea dare cum nemine loquatur , atque hoc modo exiſtimet ſe reddere judicium Deo , namquid hic faciat ſecundum Deum ? reſpondeo. Cum Dominus dixerit : Modo dimittite ſi quid habetis , modo ſi peccaverit frater tuus , vade & corripe ; hic lenitatis quidem animi tui fractum in eo offendere debet , ut preces Deo ex ſincero animi affectu , pro eo à quo læſus ſit , adhibeat, verbaque illa aſperſer; Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatum , ne ut ſtatus , fratri ſuo reus efficiatur judicio ; admonitione vero lenì & caſtigatione adverſus ipſum injuriæ authorem uti , quo videlicet illum quoque ab ira liberet , quæ venti in ſilios contumaciæ. Si vero in hoc negligens fuerit , & tenendæ videlicet patientiæ ſuæ cauſa , id diſſimulanter tulerit, dupliciter peccatum incurrit , & quod præcepto illi non paret , caſtigatione caſtigabis fratrem tuam , & non ſumes propter eum peccatum ; & taciturnitate illa peccantis particeps efficitur ; & quod quem caſtigationibus lacerari*

S. *Auguſt. Tom. 4. l. 1. de ſer. Dom. in mont. c. 19.*

Supremus gradus dilectionis eſt, in ipſis injurijs gaudere, & ad amorem accendi.

S. *Aug. l. 21. de Civ. Dei c. 4.*

Ad ſimilitudinem ſilicis in calcē mutati in fornace ignis.

Pulchrū emblema bituminis.

Cant. 8, v. 7.

Pſ. 10. v. 22. Hug. Card.

2. *Cor. 12. v. 10.*

1. *Cor. 4. 13.*

Gal. 2. v. 20.

S. *Bern. de inter. domo c. 17.*

Charitas perfecta nō ſentit injurias.

Sen. l. 3. de ira c. 25.

Joan. 1. 46. D. Chryſoſt. Hom 19. in Joan. Ibid. v. 47.

Undè Nathanaël devenerit in notitiam Chriſti.

B. Elzearius ſingulari modo diſſimulavit injurias.

Flor. Exempl. tit. 32. §. 4

Jer. 15. 15.

Felix eſt qui pro Deo ſuſtinet opprobria.

Ibid.

S. Hier. ibid.

Quando injuriæ nō ſint diſſimulandæ.

Joan. 8 48. Ibid. v. 49.

Cajetanus.

Qualem injuriam Job non diſſimularit.

Job 2. v. 9.

Matth. 5. v. 22.

Job 2. v. 10.

Quando & quomodo peccetur in diſſimulatione injuriæ.

S. Baſil. Reg. brev. interr. 232.

orari potuerat, ſicut Dominus præcepit , in malo eum patitur perire. Cui ſimillima Doctor Angelicus, quando de hac injuriarum materia diffuse tractat , his verbis tradit doctrinam : *quandoque oportet ut contumeliam illatam repellamus , maximè propter duo. Primò quidem propter bonum ejus qui contumeliam infert , ut videlicet ejus audacia reprimatur , & de cætero talia non attentet, ſecundùm illud* Prov. 27. *reſponde ſtulto juxta ſtultitiam ſuam , ne ſibi ſapiens videatur. Alio modo propter bonum multorum, quorum profectus impeditur propter contumelias nobis illatas*, unde Gregor. dicit: Super Ezech. Hom. 9. *Hi quorum vita in exemplo imitationis eſt poſita, debent ſi poſſint , detrahentium ſibi verba compeſcere, ne eorum prædicationem non audiant , qui audire poterant, & ita in pravis moribus remanentibus , bene vivere contemnant.*

S. *Thom. 2. 2. q. 72. art. 3.*

DISCURSUS VII.

ARGUMENTUM.

De injuriarum tolerantia quam Chriſti nos exemplum docet, & per quam Deo ſimiles efficimur.

THEMA.

Chriſtus paſſus eſt pro nobis, . . . vobis relinquens exemplum, ut ſequamini veſtigia ejus, . . . qui cum maledicereter, non maledicebat. 1. Petr. 2. ℣. 21.

Veſtigia, per quæ Chriſtū ſequi debemus, ſunt ſuſferentia injuriarum.

1. S. Petrus omnium ſub Chriſti inſignibus militantium fidelium director in prima Epiſtola ſua hoc nobis documentum tradit, ſcilicet quod Dei Filius pro nobis paſſus ſit, ut nos ſuo doceret exemplo, nosque ipſius veſtigia ſequeremur : *Chriſtus paſſus eſt pro nobis, . . . vobis relinquens exemplum, ut ſequamini veſtigia ejus* , ut autem ſciamus, quænam ſint veſtigia, per quæ gradi debemus , ſufferentiam propoſuit injuriarum, dicens : *qui cum malediceretur , non maledicebat.* Et S. quidem Iſidorus Peluſiota nullum unquam tot , quot Salvator noſter, adeoque graves injurias ſuſtinuiſſe opinatur, dicens : *neminem ego unquam tot tantisque arbitror injurijs, & contumelijs affectum eſſe, quot quantisque affectus eſt cœleſtium Rex cum in terris veniſſet, & quidem ab illis quos ſervatum venerat ; qui neque latroni & homicidæ prælatus eſt , ſed & colaphis cæſus.* Qui porro Sanctus injuriarum gravitatem, nec non dignitatem & infinitam perſonæ injuriatæ Majeſtatem conſiderat, dicens: *Etſi enim ſimilia forte quis perpeſſus eſt (detur enim ita eſſe) attamen hoc diſſimilèi, & impares oſtendit perpeſſiones, quod illi qui perpeſſi eas ſunt , non à pari dignitate deſcenderunt. Non enim idem injuria afficere Regem, & hominem privatum, neque dominum & ſervum, ſed quæ adverſus Regem quidem committuntur , quantumvis per ſe exigua ſint, magna tamen ut judicentur , ejus, qui talia patitur , dignitas efficit ; quæ verò in alíquem privatum perpetrantur, ut maxima ſint, tamen iram minorem habent, & ſæpe ad veniam ſpectant.*

S. *Iſid. Peluſ. l. 4. ep. 179.*

Chriſtus omnibus modis à Judæis injuriatus patienter ſuſtinuit.

2. S. Senex Simeon de Chriſto , dum adhuc infans eſſet, aliquando ipſum maledictionum & contumeliarum ſcopum futurum eſſe prædixit: *Poſitus eſt hic in ſignum , . . . cui contradicetur* ; & quidem in primis quot quantisque modis Hebræi ipſi inſultarunt ac vilipenderunt in parentela; *nonne hic eſt fabri filius, nonne hic mater ejus dicitur Maria? & in patria : à Nazareth poteſt aliquid boni eſſe ?* à Provincia, ubi natus erat : *A Galilæa Propheta non ſurgit.* In propria perſona : *In furorem verſus eſt* ; in moribus ; *ſcimus, quia hic homo peccator eſt.* In profeſſione fidei & religionis : *non eſt hic homo à Deo, qui Sabbatum non cuſtodit.* In converſatione civili: *Ecce homo vorax & potator vini , amicus publicanorum & peccatorum.* De ambitione pariter & ſuperbia eum incuſarunt, putantes, quòd ad dignitates aſpiraret , regiumque thronum imputarunt ei quod in virtute Beelzebub Principis dæmoniorum , Spiritus malignos ex obſeſſis pelleret corporibus , & nihilominus per hæc omnia opprobria & impoſturas, ut notat Toletus , *nihil effecerunt , nam hic poſitus & firmas permanſit in vexillum contradictionis , & ſagittæ parvulorum factæ ſunt plagæ eorum.* Ecce vobis exemplar in quod intueri debeamus, ut ei ſimiles efficiamur : *Inſpice, & fac ſecundum exemplar , quod tibi in monte demonſtratum eſt.* S. quoque Ambroſius poſtquam prolixius de paſſionibus Chriſti egiſſet, tandem ad injurias deſcendens , ita ſcribit : *Injurias paſſus eſt , ne tu injuriam tuam doleres ; grande remedium , ſolatium habere de Chriſto. Ille enim pro nobis hæc patientius tulit , & ſumus qui patienter hæc pro illius nomine ferre nequeamus?* Idem S. Præſul verba illa Pſalmi : *Ego autem tamquam ſurdus non audiebam*, ad propoſitum noſtrum ita exponit: *Inimici hoc agunt , ut provocent ad iracundiam , maledicunt , ut maledicamus, criminantur , ut crimen retorqueamus , convicíantur, ut excitent nos ad viciſſitudinem contumeliæ.* At vero quonam remedio vim iraſcibilem in nobis reprimere, & inter injurias conſtantes & patientes manere poterimus ? ſi nimirum cogitemus ad illud, quod Chriſtus nobis reliquit exemplum ; S. enim Ambroſius ſubjungit : *Unde præclarè Petrus de Domino Jeſu in Epiſtola ſua poſuit ; qui cum malediceretur non maledicebat ; cum paterétur , non comminabatur. Ad ejus ergo ſimilitudinem atque imaginem , juſtus cupiens juxe vitæ inſtituta formare, accuſatus tacet, læſus remittit, diſſimulat laceſſitus, & non aperit os ſuum, ut illum imitetur , qui ſicut agnus ad victimam ductus, ſic non aperuit os ſuum, & cum poſſit habere quod referat magis vult ſilere quàm dicere.* Nec eſt, quod quis ſibi perſuadeat , quod tacendo, injuriasque, minime ulciſcendo ſuam ſit diminituras exiſtimationem, quia ſi D. Chryſ. actionum honoratarum hominis Chriſtiani competenti judici credere volumus ; *longè glorioſius eſt ad imitationem Chriſti injuriam tacendo tolerare, quàm ſuperare reſpondendo.*

Pſ. 37. v. 14. S. Ambr. ibid.

D. Chryſoſt. hom. de Sue ſan.

3. S. Gregorius conſiderat , quod quando Chriſtus hanc contumeliam accepit , ut illum Samaritanum & dæmoniacum appellarent, reſponderit : *Ego autem non quæro gloriam meam, eſt qui quærat, & judicet* ; unde ita ſcribit : *ſcimus certè, quod ſcriptum eſt, quia Pater omne judicium dedit Filio , & tamen ecce idem filius injurias accipiens , gloriam ſuam non quærit. Illatas contumelias Patris judicio reſervat, ut nobis profectò inſinuet , quantum nos eſſe patientes debemus , dum ſe adhuc ulciſci non vult, & ipſe qui judicat.* Sed numquid Salvatorem injurias non vindicando quidquam de honore ſuo amiſiſſe exiſtimatis ? nequaquam profectò, quia ipſemet dicit: *Gloriam meam alteri non dabo* ; quibus verbis ſignificat majorem gloriam ſe acquiſiviſſe patienter tolerando opprobria , quam ſi illa repulliſſet; nam *melior eſt patiens viro forti ; & qui dominatur animo ſuo, expugnatore urbium.* Dicite ſodes, quodnam ſignum homines illi in libro Sapientiæ à Chriſto requiſiverunt , ut , an Chriſtus, verùs æterni Patris ſui Filius eſſet, neſcire poſſent? Idipſum ſequentia apud eumdem Sapientem verba declarant, dicunt enim : *Contumelia, & tormento interrogemus eum, ut ſciamus reverentiam ejus , & probemus patientiam illius ; morte turpiſſimâ condemnemus eum. Id eſt inferendo ei opprobria & tormenta , inquiramus & perſcrutemur , an ſit Filius Dei, & eruendus ex manibus noſtris, ut ſciamus reverentiam ejus, id eſt, an vèrè ſit honorandus ut Filius Dei, & Rex Meſſias , & probemus patientiam illius.* Et ideo Jeremias Propheta de eadem prædixerat infallibile divinitatis ſuæ ſignum futurum eſſe, ſi nimirum *maxillam præberet ſe percutienti, & ſaturaretur opprobrijs.* Circa quæ verba Hugo Card. hanc habet obſervationem : *In contumelijs & tormentis ſiuivit vitam Dominus, alteram per humilitatem, alteram ſuperans per patientiam, dans nobis exemplum, ut ſimiliter faciamus ſi volumus ire poſt ipſum.*

Luc. 8. 50. S. Greg. l. 18. in Evang.

Chriſtus injurias remittendo, de honore ſuo nihil perdidit.

Prov. 16. 32.

Sed ex hoc ſigno agnitus fuit pro Filio Dei.

Sap. 2. v. 19. Dion. Carth. ibid.

Thren. 3. 30.

Hug. Card. in Sap. 2.

4. Conſiderat S. Gregorius , quod quando Chriſtus ab incredulis Hebræis per contumelias & Calumnias dæmoniacus fuit appellatus , tanta cum manſuetudine reſponderit : *Ego dæmonium non habeo. In quibus verbis , quid aliud niſi ſuperbia noſtra confunditur, quæ ſi exagitata vel leviter fuerit , atrociores injurias reddit , quàm acceperit ; facit mala quæ poteſt , minatur & quæ facere non poteſt. Ecce injuriam ſuſcipiens Dominus non iraſcitur, non contumelioſa verba reſpondit , qui ſi eiſdem iſta dicentibus reſpondere voluiſſet , dæmonium vos habetis , verum profectò diceret , quia niſi implari eſſent dæmonio , tam perverſa de Deo loqui non poſſent , ſed accepta injuria , etiam quod verum erat , dicere veritas noluit , ne non dixiſſe veritatem , ſed provocatus contumeliam reddidiſſe videretur ; ex qua re , quid nobis innuitur niſi ut eo tempore , quo à proximis ex falſitate contumelias accipimus , eorum etiam vera mala taceamus , ne miniſterium juſtæ correptionis in armaverta-mus , ne miniſterium juſtæ correptionis in armaverta-mus furoris ?* Quod ſi dixeris nimis altum ſignum eſſe Chriſti exemplum , qui Deus ſimul & homo erat , ac proinde fragilitatem humanam ad illud pertingere nequaquam poſſe ; reſpondeo cum ſancto Auguſtino dicente : *Tot viri, tot mulieres, clerici , pueri , tantæ & tam delicatæ puellæ, flammas & ignes, & beſtias æquanimiter pertulerunt , & nos ſtultorum hominum convitia dicimus tolerare non poſſe ? quæ nobis poterunt hominum nequitia inferuntur , ſi poſſumus etiam uſque ad martem illorum noſtras injurias vindicamus ; unde neſcio qua fronte , vel qua conſcientia cum omnibus San-*

Joan. 8. 49. S. Greg. ibid.

Falſo injuriati, ne quidem calumnias veras rependamus.

Matth. 13. 55. Joan. 1. 46. Joan. 7. 52. Marc. 3. 21. Joa. 9. v. 24. Joa. 9. v. 16. Matth. 11. v. 19.

Tol. in Luc.

Hinc nobis ſequendum exemplum.

Exod. 25. 40.

Refellitur objectio difficultatem in hac re prætendens.

S. Ambr. l. 2. de fide c. ult.

ctis in æterna beatitudine partem habere desideramus, quorum exempla sequi in rebus minimis non acquiescimus. Injuriæ & impropèria atrocissima quæ Christus in monte Calvariæ toleravit, in conspectu infiniti cujusdam populi eidem irrogata fuerunt, unde D. Chrysost. nos ad similem tolerantiam ejus exemplo subeundam animandos sequens facit argumentum: *Ille universa spectante civitate, imo vero & Judæis & advenis, & indigenis quibus miserior dolor nimium locutus est, tu paucis præsentibus ferre non poteris?* Tertullianus de invincibili Christi in illatis injurijs patientia differens, ita scribit: *Non contendit, non reclamavit, nec quisquam in plateis eorum vocem ejus audivit, arundinem quassatam non fregit, linum fumigans non restinxit, nec enim mentitus fuerat Prophetа, imo ipsius Dei contestatio, Spiritum suum in filio cum tota patientia collocantis.*

D. Chrysost. hom. 88. in Matth.

Tertull. l. de pat. c. 3.

5. *Christus passus est pro nobis &c.* S. Ambrosius ad hæc S. Petri (qui Christi operationum oculatus testis existens, inter reliquos summam ejus patientiam admiratur) verba considerans, ita discurrit: *Humilitati patuit etiam patientiam copulandam, quin ipse quoque juxta testimonium Petri cum malediceretur, non maledixit, cum percuteretur non percussit. Hoc est ergo dicere imitatores mei estote, actionis studia deponite, insolentiam verberantium non injuriæ relatione, sed magnanimitate patientiæ sapportate.* Siquidem qui ad injurias juxta Christi imitationem non indignatur, se Deo similem reddit, & quid nescio Divinæ participat bonitatis. Unde S. Isidor. Pelusiota aliquando dicere solebat: *qui lesus injuriâ, scit eum non ubisci, divinum id opus existimo.* Quod idem confirmat S. Basilius, dum hominem, qui contumeliarum impiorum hominum scopus effectus, non modo ictus non retundit & corde amaricatur, sed etiam pro injuriantibus orat & intercedit, humana conditione superiorem reputat, inquiens: *Quale enim spectaculum, quam grave & admirandum, ac sane nonnihil etiam ipsam humanam naturam exuperans, hominem multis convitijs jactatum, & qui etiam vultus in facie accepit, quique alia sexcenta perpessus est, quæ & verbis & re ipsa ad extremam infamiam tendant, non ira incendi, nec ultionem parare, sed mansuetum, pro eo qui sibi injurias intulit, preces fundere.* Sane non est quisquam, qui non sanctè similitudinem ambiat Dei; hanc autem participat, qui in injurijs patiens, eas tolerat cum æquanimitate, dicente Chrysostomo: *Quisquis assimilari vult Deo, pro virili mansuetus sit ac mitis.* Quod argumentum fusius prosequens, probat, quod licet omnes virtutes, Christiani hominis sint dotes, illa nihilominus mansuetudinis super omnes alias eum monstrat, verum esse Christi imitatorem eumque ipsi similem efficit. *Multæ sunt virtutes, inquit ille, quæ Christianum virum bene decent, maxime autem omnium mansuetudo; nam eos solos, qui hac conspici sunt, Dei imitatores Christus nominat, proinde congruum est, ut quando quis contumelia nos afficit, sustineamus mansuete, considerantes sustineamus, quod Dei imitatores mititas facit.*

S. Ambr. l. 7. in Luc. c. 10. Patientia Christi in sufferendis injurijs nobis imitanda præponitur.

S. Basil. ser. 9. de ira.

D. Chrysost. tom. 5. serm. 46.

Unde David evaserit in Virum secundùm Cor Dei. *Act. Apost. 13. 22.*

6. Consideravi sæpius, qua virtute David tam intensum sibi conciliaverit Dei amorem, ut hic protestatus fuerit ipsemet, se hominem respexisse, qui sit juxta cor ejus, id est, similem sibi: *Inveni David filium Jesse, virum secundùm cor meum.* Meo sane judicio libere asserere possumus, meritum hoc ab heroica ejus processisse benignitate erga eos, à quibus male tractabatur, injuriasque rejiciebat. Nam quando ad sumendam contra Semei, à quo coram universo populo nequissime exagitatus fuerat, ultionem extimulabatur, potius contra ipsos ultionis suasores excandescere videbatur; ut proinde S. Bern. exclamare non dubitarit: *O verè hominem secundùm cor Dei, qui se ulcisceuti potius, quam exprobranti succensendum putavit.* Cui S. Augustinus per omnia & in omnibus assentire videtur, dum in quodam sermone ita in ejusdem Regis laudem discurrit: *B. David, licet virtutibus multis fuerit exornatus, nulla tamen eum actio familiarius Deo conjunxit, quam dilectio inimicorum suorum.*

S. Aug. serm. 168. de temp.

7. D. Chrysostomus illum Apostoli explicans textum: *Et vos Patres nolite ad iracundiam provocare filios vestros, sed educate illos in disciplina, & correptione Domini*, nos, in quo principalis hujus bonæ educationis scopus consistat, verbis docet sequentibus: *Educemus in disciplina & admonitione Domini, & magna nobis reponemus merces; nam si homines, qui Regum faciunt simulacra, & pingunt imagines, tantum honorem assequuntur, nos qui regiam ornamus imaginem (Dei enim imago est homo) non bonis fruemur innumerabilibus, id reddentes, quod est ad similitudinem? qualiter autem specialissimè ad imaginis hujus similitudinem pertingere valeamus, immediate subdit, dicens: Nam hoc est simile, virtus animæ, quando filios erudierimus, ut sint boni, quando ut non sint ad iram prompti, quando ut non sint injuriæ memores; hæc sunt Dei propria.*

Ephes. 6. v. 4. D. Chrysost. hom. 21. in Eph. In quo consistat scopus bonæ educationis prolis.

8. Neque minorem meretur considerationem doctrina quædam Origenis, qui dum multos hujus virtutis mansuetudini, & tolerantiæ injuriarum gradus recensuisset, tandem omnium maxime eminentem in eo consistere asserit, quando non modo de injurijs non contristamur, sed etiam lætamur. *In nullo pentus ex illatis maledictis (verba sunt dicti Authoris) ex convitijs contristamur, sed simus pro nimia mentis constantia & patientia, velut sensu doloris carentes, & per multam mansuetudinem (ut audeam ita nominare) velut imitatores efficimur quodammodo Dei; Deus enim maledicitur ab Hæreticis, blasphematur ab his, qui providentiam ejus negant; calpatur ab his, qui thesauros Sapientiæ ejus ignorant; Numquid potes hoc cogitare, quod pro his omnibus injurijs doleat quidem Deus, sed non patiatur, sicut nos?* quare S. Gregorius ad dissimulanda opprobria nos ita in quadam homilia sua exhortatur, dicens: *Nemo se contra acceptas contumelias erigat, nemo convitijs convitium reddat, imitatione etenim Dei gloriosius est injuriam tacendo fugere, quam respondendo superare.*

Supremus gradus tolerantiæ injuriarum est, in illis lætari.

Orig. h. 1. in Psalm. 38.

S. Greg. h. 17.

9. In hujus virtutis praxi singulariter eminuit toties memoratus Propheta Regius, quem S. Antoninus, ita ad Deum conversim loquentemque introducit: *Tu scis improperium meum, ... & reverentiam meam; quam scilicet habui ad te Deus in ipsis improperijs, quia non recessi à timore tuo, & dilectione, propter hujusmodi injurias & contumelias, sed voluntarie & patienter sustinui, at autem dicit Petrus, Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, patienter ferendo contumelias, at ipse fecit; unde Liberius Papa non vos à pio mentis proposito afflictionis amaritudo coërceat recedere, considerantes quanta creator Dominus pro nobis pertulerit, quibusque contumelijs afficiendum tradiderit, pro vestra liberatione.* S. Bernardinus authoritati D. Chrysostomi innixus, eamdem his verbis confirmat veritatem, inquiens: *Nihil ita Deo assimulat, sicut injuriam tibi facientibus indulgere.* Id quod B. Elredus longe efficacissime clarissimeque confirmat, dum ait: *Quid divinæ tranquillitati tam proximum quam illatis contumelijs non nocere, nullo supplicio, nullave persecutione vexari, unam mentis & in prosperis, & in adversis habere constantiam, inimicum & amicum eodem oculo intueri.* Quæ quamvis doctrina clarissima sit, nihilominus eidem hanc aliam subnectere S. Cypriani, eaque Discursum terminare libet, dicentis: *Patientia, Dei res est, & quisquis lenis & patiens, & mitis est, Dei Patris imitator est.*

In hoc clarist David.

Ps. 68. v. 20. S. Ant. p. 2. t. 7. c. 6. §. 7.

Lact. Firm. l. 6 div. præmio c. 26.

S. Bern. t. 2. ser. 50. art. 1. c. 4.

B. Elred. in speculum, c. 7.

S. Cypr. l. de bono pat. num. 18.

DISCURSUS VIII.

ARGUMENTUM.

Christianos in primis Ecclesiæ temporibus injuriarum scopum extitisse; hunc que proprium nostrum esse Characterem probatur, scilicet recipere & dissimulare injurias.

THEMA.

Maledicimur & benedicimus, ... blasphemamur, & obsecramus, tamquam purgamenta hujus mundi facti sumus, omnium peripsema usque adhuc. 1. Corinth. 4. ℣. 13.

Christiani ab exordio Ecclesiæ fuerunt scopus illusionum & injuriarum impiorũ hominum.

1. EX hoc Apostoli, aliisque multis similibus Novi Testamenti textibus evidenter deducitur, sequaces Evangelij vel ab ipsis Ecclesiæ nascentis principijs scopum fuisse illusionum, injuriarum, & insultuum impiorum hominum, eosque tolerantia & charitate sua omnia superasse opprobria, imo ea beneficijs compensasse: *Maledicimur & benedicimus &c.* & in primis quidem quo titulo Christianam professionem in diebus illis denominatam fuisse putatis? nomine penitus probroso, prout ex actibus patet Apostolicis, in quibus dicitur: *de Secta hac, notum est nobis, quia ubique ei contradicitur*; id est, ut Interlinearis exponit, *de secta Christianorum.* Nec id cuiquam mirum videri debet, quia de Salvatore Senex prædixerat Simeon: *Positus est hic in signum, cui contradicetur.* S. verò Hieron. ad figuram, ad populum inquam Hebræum, se reflectens, quid in ea præcesserit ad instructionem nostram, ita in medium adducit, inquiens: *Incipit possessio à Thamar, & palma videlicet, victoriaque vitiorum usque ad aquas contradictionis, semper enim virtutibus contradicitur; unde & prædicationi Evangelicæ Judæi contra Paulum dissentes, in toto orbe asserunt contradici, & in Evangelio legimus Simeonem dicentem: Hic erit in signum, cui contradicetur. Omnis autem contradictio est sanctitatis, quod interpretatur Cades, dicente Psalmista: Concussisti Dominus desertum Cades.*

Act. Ap. 28. 22. Gloss. Int. Luc. 2. 34.

S. Hier. c. 47. in Ezech.

Exemplum Christi nobis proponitur imitandum. *Hebr. 13. 13.*

Hug. Card. ibid. Cajet. ibid.

2. Idem Apostolus aliquando ad Hebræos scribens, deque sanguine Redemptoris, quem in Calvaria pro redemptione nostra fudit, tractans, nos ut in improperijs, qualia ipse amore nostro toleravit, sequaces, ac imitatores præstemus, ita adhortatur, dicens: *Exeamus igitur ad eum extra castra, improperium ejus portantes, id est, vilitatem pro eo patienter ferentes*; ut explicat Hugo Cardin. vel ut Cajetanus commentatur: *Improperium portantes, ad similitudinem Jesu qui sustinuit tot ignominias; imitando ipsum in toleratione ludibriorum.* Et quidem tanta hujus asserti est veritas, scilicet Characterem Christiani hominis fuisse metam contumeliarum & improperiorum existere, ut Tertullianus, qui in secundo sæculo vixit, fidelibus, quos inter seipsum quoque reputabat, scribere non dubitarit: *Injuriarum titulo postulamur.* Et Arnobius Christianorum titulos, quibus afficiebantur ab alijs, referens, dixerit: *Nos impios irreligiosos vocatis, & Atheos.* Sicuti ergo nullus bonus honoratusque majus potest recipere improperium, quam si Atheista sacrilegus, vel impius appelletur, ita in temporibus illis legis Evangelicæ Professores magis vilipendi & contemni non poterant, quam per hujusmodi vituperosa improperia. Hinc & Lactantius Firmianus, Arnobij discipulus, qui sub implacabili nominis Christiani inimico Diocl. Imperatore vixit, dum ad ultimos pervenit annos, quibus Constantinus Magnus ad imperium evectus est, ita scribit: *Jam cultores Dei pro sceleratis ac nefarijs non habemur*; sub fortunatis namque hujus Imperatoris auspicijs Christianismus respirare incipiebat; ideòque immutatam rerum faciem hic Author contemplans, dicebat: *Jam emergente & illustrata veritate, non arguimur, ut anguisti: Nemo jam nobis Dei nomen exprobrat, nemo irreligiosus appellatur.*

Tertull. Apol. c. 42.

Arnob. l. 3. adv. gentes.

Hebr. 13. v. 13.

Ibid. v. 14.

Ibid. v. 15.

Ibid. v. 16.

Jac. 1. 6. v. 2.

Alb. Magn. ibid.

S. Paulus, recenter conversis proponit exemplũ Christi Crucifixi, ut discant sufferre patienter injurias.

Cæcus natus, illuminatus, ut Christo gratias agit, statim improperijs exagitatus fuit. *Hebr. 11. 37. Luc. Burg. ibid.*

3. Ast quia Apostolus difficultatem penetrabat, quam ex gentilitate ad Christum conversi experiebantur in fortiter sufferendis illusionibus, injurijs, & contumelijs inimicorum fidei, ideò illos ad contemplandum pendentem in patibulo, tamquã gravibus oneratum improperijs Dei Filium invitat, dicens: *Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, Aspicientes in authorem fidei, & consummatorem Jesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta; ... Recogitate enim eum, qui talem sustinuit à peccatoribus adversum semetipsum contradictionem, ut ne fatigemini, animis vestris deficientes, Nondum enim usque ad sanguinem restitistis.* Quasi novellas istas plantas exemplo Christi animare vellet, qui non modo verbis probrosis appetitus, sed etiam spinis, clavis, lanceisque confossus fuerat; quid enim rationabilius, quam ut eum ad minus in verborum tolerantia imitentur, quando pro ejus amore ne guttam quidem sanguinis fundere coguntur.

Convitium Tacii de primis fidelibus. *Tacit. ann. 15.*

4. Ex Annalibus pariter Taciti, quo in conceptu, tunc legis gratiæ Professores fuerint, clare liquet, siquidẽ hic de religione nostra tale perhibet testimonium, dicens: *In qua cuncta atrocia & pudenda, qua propter S. Petrus dum Christianorum opprobria, contumeliasque passivas multiplicari universimque invalescere videret, ita eos in prima Epistola sua admonet, dicens: Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis, quoniam quod est honoris, gloriæ, & virtutis Dei, & qui est ejus Spiritus, super vos requiescit. Nemo autem vestrum patiatur ut homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor; Si autem ut Christianus, non erubescat, glorificet autem Deum in isto nomine.* Ad quam difficilem pugnã suos mature Apostolos Christus animavit, cum diceret: *Absque Synagogis facient vos, sed venit hora ut omnis, qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo.* Ubi Albertus Magnus in Commentario suo superaddit: *Tamquam excommunicatos*; illi itaque Christiani, *ludibria & verbera experti* (ut cum Apostolo loquar) injurias sufferebant, in reputatione illusionem, & in persona verbera instar villissimorum mancipiorum supportantes. Ita cæcus à Christo Domino illuminatus, mox ut cœlesti benefactori se gratum exhibere volens, ejus defensorem agere, & sequacem se profiteri cœpit, improperijs exagitatus est impiorum dicentium: *In peccatis natus es totus, & tu doces nos? & ejecerunt eum foras. Convicijs & injurijs* (inquit Lucas Burgensis) *dejicere conati sunt quem rationibus non poterant.* Contra quem proinde Toletus sancta invidia extimulatur, dicens: *Fælix cæcus, qui primus pro nomine Jesu contumeliam passus, & absque synagogis factus est, quod Jo. 15. Apostolis futurum Dominus prædixit*, sibi namque persuadebant impij, quod hoc ignominioso agendi modo cæcum hunc omni apud populum fide privaturi essent, dicente Luca Burgensi: *Futurum sperarunt, ut excommunicatus, ac proinde declaratus infamis, & indignus consuetudine Israëlitarum fidem apud populum non mereretur, si ulterius promulgaret miraculum.* Contra quas proinde contumelias S. Paulinus in Epist. ad Severum, viriliter nos munit, dum ita scribit: *Nec metuenda est offensio talium, quæ quidem & optanda nobis est, quoniam de horum opprobrijs atque maledictis, nascitur illa merces, quam copiosam Deus promisit in cœlis. Non est, inquit discipulus supra magistrum; nec servus supra Dominum suum, & si patremfamilias Beelzebub vocavere, quanto magis domesticos ejus.* Hoc namque dogma Sapientia incarnata nobis tradidit, ut præsentissimum contra omnes injurias antidotum subministraret, scilicet: *non est discipulus super Magistrum, nec servus super Dominum suum. Sufficit discipulo, ut sit sicut Magister ejus, & servo sicut Dominus ejus. Si patremfamilias Beelzebub vocaverunt, quanto magis domesticos ejus? ne ergo timueritis eos:*

Tolet. ibid. Joa. 9. 34.

Luc. Burg. ibid.

S. Paul. l. 1. ep. 6. ad Sever. Munimen contra contumelias.

Matth. 10. v. 25.

5. Quando Apostoli in die Pentecostes prima omnium vice Christum crucifixum prædicaturi in publico, infignia crucis explicare, Evangelium annunciare, & multa Judæorum millia convertere cœperunt, mox dictum Christi oraculum adimpletum fuit, siquidem Apostoli tamquam ebrij ab impijs derisi fuere, dicente Scriptura: *Alij autem irridentes dicebant? Quia musto pleni sunt isti.* At vero S. Petrus Ecclesiæ visibile caput, speculumque, in quod omnes Evangelij sequaces suos erant conjecturi oculos, eosdem qualiter circa injurias se gerere debeant, docere volens, summa cum benignitate respondit: *Non enim sicuti vos æstimatis, hi ebrij sunt, cum sit hora diei tertia*; *sed hoc est quod dictum est per Prophetam Joël &c.*

Apostoli primò prædicantes Christum in publico, judicabantur ebrij. *Act. Ap. 2. v. 13.*

Ibid. v. 16.

6. S. Gregorius Nyssenus idem hoc dogma non obscure confirmat exemplo S. Gregor. Thaumaturgi, quando qualiter is in juventute sua, quæ ætas est maximè lubrica, omnibus venerabilis exiterit, recensens ait: *Grave atque molestum ejus æqualibus erat spectaculum, adolescens supra ætatem, supra canitiem, sobrietate & pudicitia ornatus.* Sed quo tandem effectu talis fuit? quod ipsa docet experientia, male namque viventes dum timoratos à torrente mundi abhorrere vident, eorumque integritatem in oculis eorum spinas esse experiuntur, cum aliter eos à Christi sequela abstrahere nequeant, injurijs, improperijs, & illusionibus exagitant, juxta illa iniquorum apud Sapientem verba: *Contrarius est operibus nostris, improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ, ... Gravis est nobis ad videndum, circumveniamus justum?* id est, sannis & ludibrijs vitæ ejus sanctitatem explodamus & ridiculam efficiamus; hinc est, quod ut idem liber attestatur, in inferno lamententur, dicentes: *Hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperij.*

S. Greg. Nyss. Patet in exemplo. S. Gregor. Thaumaturgus.

Impij, justos sannis & illusionibus conantur avertere à pietate. *Sap. 2. v. 12.*

Ibid. v. 15.

Sap. 5. v. 4.

7. Cum igitur Christiani character proprius sit, improperiorum esse metam, nec non injurijs contumelijsque subjici, consequens est, propriam quoque ejusdem virtutem esse, non indignari ad illas, sed potius cum mansuetudine & benignitate eas supportare. Quemadmodum S. Bonav. S. Augustini authoritate usus, cæci illius modo memorati & ex Synagoga ejecti exemplo probat, dicens: *Illi pelluntur, excipit Dominus, magis enim quia pulsus est, Christianus factus est.* Quanto majoribus namque appetiti injurijs amore Dei solidi persistimus, tanto magis veros nos perhibemus Christianos, quemadmodum Apostoli, qui omnibus fidelibus tamquam norma actionum servire debebant, ad improperia & insultus nequaquam indignabantur, quin potius jubilabant, dicente S. Luca: *illi quidem ibant gaudentes à conspectu Concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati.*

Propria virtus Christiani est, injurias mansuetè supportare.

S. Bonav. Joa. 9. v. 32.

Act. Ap. 5. v. 41.

8. Arnoldus Carnotensis verba ista Christi (*Pater ignosce illis*) ponderans, quænam inter legem Mosaicam & Evangelicam sit differentia, clare docet, dum ait: *Oculum pro oculo, dentem pro dente evelli lex præcepit, nemini parcit Moyses, omnes injurias persequitur, & ulciscitur, & absque ulla miseratione decretorum ejus contemptor occiditur. Tempore gratiæ temperatur edicta, & contemptor occiditur.*

Arn. Carn. in Bib. vet. Patrum tom. 9.

Evangelica, mansuetudo à populo acquisitionis iram & convicium & contemptum excludit.

Tota Lex gratiæ consistit in dilectione inimicorum.

9. Nec minus considerabilia sunt illa Apostoli verba, quando Romam scribens, quæ toti Christianismo tamquam norma vivendi servire debebat, eiq; formam præscribens professionis Evangelicæ inquit: *Non in contentione, & æmulatione, sed indauimini Dominum Jesum Christum.* Tota namque lex gratiæ, in proximorum dilectione comprehenditur; dicente alibi eodem Apostolo: *Plenitudo legis est dilectio, ... qui diligit proximum, legem implevit.* Imo gentilitia sequacium Christi tessera in reciproca dilectione consistit, dicente eodem Salvatore: *In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem.* Qui namque veram erga proximos dilectionem habet, factas sibi injurias non experitur, quin potius eas patienter tolerat. Quod B. Lanfr. Archiepisc. Cantuariensis, illa Apostoli ad Galatas verba (*alter alterius onera portate*) explicans, sanctique Augustini authoritate innitens, confirmat, dicens: *qui portant invicem onera sua, nisi qui habent charitatem? qui non habent charitatem, graves sunt sibi; qui autem habent charitatem, portant se. Læsit te aliquis? petit veniam? si non dimittis, non portas onus fratris tui, si dimittis, portas infirmum.*

Rom. 13. v. 13

Ibid. v. 10.

Joan. 13. 35.

Gal. 6. v. 2.

B. Lanfr. Archiep. Cant. in c. 6. ad Gal.

Injurias patienter ferentes, sunt veri Christi discipuli.

S. Basil. hom. 10. de ira.

10. Imo S. Basilio illi, qui injurias patienter sufferunt, veri servi discipulique Christi exprobantur, quemadmodum econtra, qui eas impatienter excipit, tamquam dæmonis sectator esse videtur; ac proinde talem instituit Discursum, inquiens: *quorum tu, dic mihi, cupis esse discipulus? beatorumne hominum, & Deo gratorum, an eorum, qui Spiritu referti sunt maligno? quando enim verborum contumelia tentaris illud existima, periculum de te fieri, an Deo per patientiam adhæreas, seu per iram in adversarij partes inclines.* Ad quod idem intentum Joan. Climacus quam ab omni charitate & dilectione proximi injuriarum vindices remoti sint, ostendit: dicens: *Injuriarum memoria valde remota est à solida & genuina charitate cui facile miscetur impurus amor.*

Clim. scala parad. grad. 9. n 4.

Oblivio injuriarum petitur in oratione dominica.

Climac. ibid. v. 5.

Matth. 5. 38.

S. Hilar. can. 4. in Matth.

11. Alias inter orationis Dominicæ petitiones cœlestis Magister noster oblivionem seu injuriarum remissionem collocat, dicens: *dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Ubi idem S. Climacus ad quemdam improperiorum impatientem conversus ait: *Erubescat hic ex Christi precatione quam injuriarum memores cum illa pronunciare non possumus.* S. vero Hilarius ad præcitata illa verba (*audistis, quia dictum est, oculum pro oculo &c.* se reflectens, ad idemmet intentum sic discurrit: *Extensam fidei nostræ in æternum spem rebus ipsis Dominus vult probari, ut ipsa dissimulandæ injuriæ tolerantia, testis judicij sit futuri. Lex infidelem Israël intra metum continebat, & injuriæ voluntatem, injuriæ vicissitudine coërcebat. Fides autem nullius tam gravem dolorem esse patitur injuriæ, ut ultionem expetat, & illatæ quisquam sibi vindex sit contumeliæ, quia in judicio Dei, & perpessis injuriam plus est consolationis, & pœna severior injuriosis.*

Injuriarum oblivio apud solos reperitur & præcepta est Christianos, Nazianz. orat. 3.

12. Quod autem notam meretur singularem, nulla alia penitus lex hanc injurianti benefaciendi obligationem & retributionem præscribit præterquam Christiana, ut proinde Nazianz. merito dixerit: *ubinam autem quæso, & apud quos homines sanctum est, ut qui maledicuntur, benedicant, qui blasphemantur, obsecrent, (quod scilicet non tam objectum crimen, quam veritas ipsa nos ladat) qui persecutionem patiuntur, cedant qui vestibus spoliantur, amplius adhæc se exuant, qui maledictis & execrationæ afficiuntur, pro maledicentibus orent, atque ut uno verbo dicam, audaciam & importunitatem, benignitate vincant; eosque à quibus injuriam accipiant, patientia sua meliores efficiant?* Ubi Elias ejusdem Nazianzeni Commentator subdit: *Nonne apud solos Christianos? hoc enim subaeditur.*

Ann. Eccle. Baron. ann. 337. n. 42.

Stupenda sufferentia injuriarum trium annorum in Abrahamo Eremita, qua convertit Idololatras.

12. Porro ex quodam in Annalibus Ecclesiasticis citato facto clarissime deducitur, quod mansuetudo in injurijs genuinum prodat significetque fidei Christianæ partum Abrahamus itaque Anachoreta in Diœcesi Lampsacensi, in oppido quodam cui nomen Tenia, magno admodum & populoso, Paganis illis longo tempore prædicans, quamdam inibi extruxit Ecclesiam, in qua missam celebrabat, continuasque Deo offerebat preces; idola gentilium illorum destruxit, & exterminavit; quam ob causam præter injurias & improperia, ligna & saxa furentium Pagi norum super se concitavit in tanta copia, ut veluti mortuus manserit; & semivivus ad Ecclesiam suam ductus fuerit, ubi paulatim sibi restitutus, ferventes, pro populi illius illuminatione, ad Deum preces effudit quidem, sed gratiam hanc pro tunc huic populo minime impetravit; nam postridie reduces pagani, cum cum vivum, precibusque vacante invenirent, iterum in eum debacchari cœperunt, per dictum suburbium, illum trahentes & majori quam unquam crudelitate eum ludificantes, idque non una sed multis vicibus; superstes nihilominus ille domum suam repetiit, iterum orationi vacaturus prorijs, seque vultu sereno semper ad omnes injurias imperturbabilem monstrans. Tandem vero, post trium annorum constantissimam tolerantiam invictamque sanctioris vitæ consuetudinem, & exhortationem ferventissimam, ad lucem cælestem capiendam illustrati, hanc ipsam veram fidem, verumque Deum esse, quem dictus Anachoreta annunciabat, agnoverunt, idque ex eo præcipue motivo, quia scilicet Eremita ille post tot injurias & assultus semper patiens & mitis, mala pessima beneficijs & orationibus compensasset; Plurimi igitur ex populo se converterunt, quos ipse in mysterijs Divinis omnes instruxit.

Tursell. lib. 4. c. 6. Primus infidelis in Japonia conversus fuit ex sufferentia injuriæ.

14. Tursellinus quoque in vita S. Francisci Xaverij tradit, qualiter. P. Ferdinandus socius ejus, in publico prædicans dum à quodam transeunte notabilissimum sputi in faciem jacti opprobrium accepisset, sibique ipsum absque ulla animi perturbatione sudariolo abstersisset, unus è circumstantibus tam heroica convictus mansuetudine Patrem adiit, dicens, quod ex hoc ipsi facto veram quam ipse annunciabat fidem esse comprehenderet, ideòque se ab ejusdem veritate convictum esse; Qui proinde inter omnes in Japonia conversos Christianos primus fuit.

DISCURSUS IX.

ARGUMENTUM.

Qui injurias libenter tolerat, Dei sibi benevolentiam conciliat, & gloriæ coronam fabricat; econtra vero cum memoria & ultio injuriarum gravissimum sit peccatum, damnationis æternæ pignus est certissimum.

THEMA.

Beati estis cum maledixerint vobis, ... & dixerint omne malum adversum vos; ... gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis. Matth. 5. v. 11.

David, propter patienter toleratas injurias, infignem à Deo petiit recompensam. Ps. 68. v. 8. & 13.

1. SAlvator noster meritum, quod animæ fideles ex opprobrijs & injurijs patienter toleratis capiunt, probe cognoscens, eas his ad patientiam exhortatur verbis: *Beati estis cum maledixerint &c.* Ad quem illustrandum Textum in primis deserviunt verba illa Psalmistæ, quibus Divinæ Majestati, opprobria sibi illata, patienter à se tolerata fuisse ostendit, inquiens: *Propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam, ... adversum me loquebantur, qui sedebant in porta & in me psallebant qui bibebant vinum.* Sed qua ratione idem David hisce insultibus improperijsque correspondit? *Ego vero orationem meam ad te Domine.* Si autem fructum inde consequentem dignoscere vultis, audite quod sequitur: *Tempus beneplaciti Deus, in multitudine misericordiæ tuæ exaudi me in veritate salutis tuæ.* Et paulo post exaudiri, divinamque misericordiam super se pluere audacter postulat inquiens: *Exaudi me Domine quoniam benigna est misericordia tua, secundùm multitudinem miserationum tuarum respice in me, intende animæ meæ, & libera eam.* Quæ omnia sibi in recompensam petit obtingere propter injurias & contumelias amore Dei toleratas. *Tu scis improperium meum & confusionem meam & reverentiam meam.* D. Chrysostomus nihil penitus tantam Deo satisfactionem afferre posse sustinet, quam injuriarum oblivionem; ita ut tunc merito quilibet illud canere possit: *Tempus beneplaciti Deus.* Unde S. hic ait: *Nihil æque Deum lætificat, ut injuriarum immemorem esse.* Unde etiam forte propter eamdem causam Christus de concumelijs agens ad eas cum jubilo & lætitia excipiendas in vita dicens: *Gaudete & exultate*, ubi singulariter advertendum, quod Christus, dum hæc diceret, Discursum suum ad Apostolos converterit, quasi doctiurus, quod injurias & inimicitias cum jubilo & lætitia tolerare proprium sit spiritus Apostolici, hominumque consummatæ sanctitatis strictumque amicitiæ cum Deo habentium fœdus.

Ps. 68. v. 14.

Ibid. & v. 15.

Ibid. v. 17.

Ibid. v. 20.

D. Chrysost. Hom. 14. ad Philipp.

2. Chrysost. Annam sanctissimam Samuëlis Matrem, tot tantaque improperia summa cum patientia ac amoris Divini incremento tolerasse considerans, ita nobis hujus rei gestæ seriem exponit: *Domi exprobrabat æmula, venit in Templum, & sacerdotis puer asficit illam contumelia; & increpat ipse sacerdos. Effugerat domesticam*

D. Chrysost. Hom. 2. de Anna.

mesticam tempestatem, venit in portum, & rursum invenit undas, venit acceptura medicamen, & vulnus exasperatum est. Deinde virtutis ejus excellentiam, qua non modo summi sacerdotis injurias (id quod tolerabilius erat) sed etiam inferiorum opprobria patienter sustinuit, sublimiter admirans ait: *Nam si sacerdos fuisset convitiatus, non erat perinde miranda tolerantia, propterea quod dignitatis magnitudo ac magistratus authoritas vel in vitam ipsam impaliisset ad molestiam; nunc vero nec adversus sacerdotis puerum indignata est.* Sed quis hujus tandem virtutis fructus fuit? *Quo magis sibi conciliavit Deum, sit enim se res habet, quoties opprobrijs, milleque malis affecti convitiantes excelso ferimus animo, majorem nobis à Deo benevolentiam conciliamus.*

Anna Mater Samuelis plurimis fuit imperita injurijs.

David injurijs appetitus, ad orationem recurrebat. S. Ambr. l. 3. Epist. ult.

3. S. Ambr. Davidem contemplans, qui ab inimicis agitatus ad orationem recurrebat proque ijs Deum precabatur, ita ad præsens discurrit intentum: *Bonum scutum oratio, qua contumelia excluditur, maledictum repellitur, & in ipsos qui maledixerunt frequenter retorquetur, ut suo telo vulneretur. Maledicent inquit, & tu benedices. Ambienda hominum maledictio, quæ acquirit Dominicam benedictionem.* Nec mirum, injuriæ namque respectu animæ justæ, ad instar gemmarum sunt, inæstimabilis valoris, ad locupletandos eos corona immarcescibili. Propter quod & S. Basilius virtutem hominis mitis atque benigni, quem nullæ turbant injuriæ, laudans ait: *Sic talionem illi securius reddes, ostendesque quam sis contumelijs vulnerabilis, ac præclaram tibi patientiæ coronam comparabis, dum alterius insaniam occasionem Philosophiæ, ac tuorum feceris meritorum.*

S. Basil. hom. 10. de ira.

Wad. An. min. An. 1210. n. 35.

Mira patientia S. Juniperi in injurijs.

4. Annales Franciscanorum huic nostro mirabiliter suffragantur proposito, quando de fratre Junipero tractantes, referunt, qualiter hic multis aliquando impetitus contumelijs, vestimentum extenderit dicens: *Amice projicias huc liberaliter, imple gremium istud lapidibus pretiosis, imple, ne timeas.* Atque hic ipse Sanctorum erat spiritus, injurias scilicet reputare tamquam gemmas, siquidem illæ diadema nobis in cœlis præparant. Hugo Card. super illum Proverbiorum Textum *vir prudens tacebit*,) ita quoque ad intentum præsens scribit: *Non respondens tamquam surdus, colligit enim in sinu patientiæ contumelias, quasi lapides pretiosos, quibus ornabitur corona sua.*

Prov. 11. v. 12.

Hug. Card.

Surius. Corona S. Liduinæ in cœlis perfecta fuit, sufferentia injuriarum.

5. Liduina virgo, prout in vita ejus legitur, postquam post triginta octo annos continuam eamque gravissimam toleravisset infirmitatem, tandem Martyrij desiderio exardescens in extasin rapta fuit, ubi coronam inæstimabilis valoris pretiosam vidit, cujus necdum terminatus erat circulus; cum igitur eam sibi in cœlis præparari audiret, facileque causam, cur nondum finita esset, intelligeret, à cœlesti sponso suo pœnas passionesque sibi inferri petijt, usque dum dictus perficeretur circulus. Sed quas putatis ejusdem fuisse gemmas? Deus post aliquantulum temporis militeo ei immisit, & ab illis per injurias, improperia, aliasque similes insolentias male eam tractari permisit; quibus transactis Angelus Solem splendore suo referens ei apparuit, dicens: *Salve charissima soror, ecce nunc absoluta est corona quam nuper imperfectam vidisti; ludibria, & verbera corpori tuo imposita fuere gemmæ, quas in illa corona, & adesse vidisti & deesse.*

Job. 1. v. 20.

Orig. ibid.

Job coronatus fuit injurijs.

6. Job quondam Orationis actum eliciturus, capite tonso se in terram prostraviss legitur, dicente Scriptura: *Tonso capite corruens in terram adoravit.* Scitisne quare, interrogat Origenes? respondensque subjungit: *Imperatores, qui victores extiterunt, non stantes, sed adorantes coronam accipiunt, sic Job, ad adorationem se prostravit, ut perfectas tolerantiæ suæ à Deo acciperet coronas.* Quot namque improperia, quot contumelias, quot ab amicis recepit injurias, ab uxore & pluribus alijs? ideoque caput merito inclinavit, ut pretioso cingeretur diademate, quod ejus meruerat tolerantia & incomparabilis patientia. Quæ ut penetremus solidius, à D. Chrysostomo ex sermone, cui titulus, *ut benedicamus maledicentibus*, differentiam discamus oportet, quæ inter spirituales & mundanas versatur pugnas; in his igitur victores reputantur, præmia & coronas veluti triumphantes accipiunt illi, qui injuriam vindicant, inimicumque prosternunt; in palæstra autem Christiana illi vincunt, & veluti victores coronantur, qui insultus atque injurias per sufferentiam virtuosam tolerant, & superant. Hinc Abbas Joannes, ut in vitis Patrum legitur, portam cœli injuriarum tolerantiam esse astruebat, inquiens: *Porta cæli est injuriarum perpessio, & Patres nostri per multas injurias in eam gratulantes ingressi sunt.* Cujus veritatis tanta est infallibilitas, ut unus illorum Patrum, dum magna cum solicitudine à superiore suo exercitium, per quod de æterna salute sua assecurareture, postularet, dicens: *Da mihi Patercinam rem, quam custodiam, & per eam salver.* Hoc à superiore suo, viro maxime illuminato inque materijs spiritualibus exercitato, acceperit responsum: *Si poteris injurias, & affici convitijs, & portare & tacere, magna est hæc res & super alia mandata*, hancque Evangelicam à nobis in principio adductam sæpe reiterabat veritatem: *Beati estis cum maledixerint vobis homines, ... & dixerint omne malum, ... Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis.*

D. Chrysost. Differentia inter pugnas spirituales & mundanas.

Vit. PP. l. 7. c. 4. n. 12. Ibid. l. 7. n. 87.

Injuriæ sunt porta cœli.

Matth. 5. 11. & Ibid. v. 12.

7. In Jeremia Spirit. S. taditurnum quemdam, ne verbulum opprobrijs respondentem, quin potius ea vincentem, aliasque injurias majoris in hac vita meriti comparandi amore experiri gestientem describit dicens: *Ponet in pulvere os suum, si forte sit spes, Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobrijs*, moxque eumdem certum salutis suæ pignus habere subjungit, dum ait: *Quia non repellet in sempiternum Dominus.* Quasi injuriarum tolerantia certissimum esset & beatitudinis æternæ pignus, quemadmodum & S. Augustinus evincere conatur, dum nullam penitus virtutem Davidi adeo meritoriam fuisse docet, quam redditionem boni pro malo, ac proinde quam secure æternam propterea retributionem sperare potuerit, subnectit dicens: *Ideo securas in Psalmo dicebat: si reddidi, inquit, retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis, persequatur inimicus animam meam, & concalcet vitam meam; ecce quali maledicto seipsum condemnat, qui de inimicis diligendis, Dei præcepta contemnens odium in corde servare non meruit.* Quin & ex eadem causa S. Ambrosius eum, qui injurias patienter tolerat, easque non sentit, beatum nuncupare non dubitat dicens: *Quam bonum est ferre convitium, & non referre? Deum præsulem acquirit, qui convitianti nescit irasci. Denique quanta patientiæ gratia dicentis; maledicent illi & tu benedices? Beatus qui maledicta non sentit; beatus quem maledicta non permovent.*

Tolerantia injuriarum est certum pignus Vitæ æternæ.

Thren. 3. v. 29. 30.

Ibid. v. 31.

S. Augustin. serm. 68. de temp.

S. Ambr. in Psalm. 118. Oct. 6.

8. Quis est quem probrosæ lateant contumeliæ, quibus coram tota curia & exercitu Regio Davidem oneravit Semei, dicente Scriptura: Ita loquebatur *Semei, cum malediceret Regi; Egredere, egredere vir Sanguinum, & vir Belial.* Et nihilominus mitissimus David ad Deum conversus supplicabat: *Memento Domine David & omnis mansuetudinis ejus*; aures improperijs præbebat, sperans firmiter se propter heroicam patientiam suam æternas è cœlo recepturum benedictiones; ideoque dicebat: *Reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac hodierna*, ubi D. Chrysostomus inquit, *Vides quod justos intellexit magno animo perpeti convitia, occasionem esse adeptionis gloriæ.* Cui eidem argumento stabiliendo insudat S. Isidorus Pelusiota, quando postquam in una Epistolarum suarum damna opprobrij in injuriantem cadere demonstrasset, tandem æternam retributionem in cœlo mitibus & benignis præparatam esse probat hisce verbis: *Dei contumelia & injuria altior est, is & hic ab omnibus immortalibus coronabitur encomijs, quod non modo hostem, sed animos iramque suam superaverit, & in altera vita à Deo maxima obtinebit præmia.* Quod ut evincat irrefragabilius S. Basilius injuriantem inter & injuriatum comparationem instituit, hujusque mansuetudinem & præmium considerans ait: *Hic contumeliosus, tu magnanimus vocaberis. Hic iracundus, & durus, tu longanimis & mitis; eum quandoque pœnitebit horum quæ loquitur; te numquam bene facti, aut virtutis pœnitebit. Quid plura? Ubi contumelia regnum cœlorum clausit, quod contumeliosi regnum Dei non consequantur, tibi taciturnitas idem aperuit.* Jacob ab Esau fratre suo tamquam impostor injuria affectus, & ad mortem usque odio habitus, & persecutionem passus, furori illius cedens, & in Regionem longinquam & peregrinam fugiens, cœlum supra se apertum aspexit: Unde ait: *Vere non est hic aliud, nisi domus Dei & porta cæli.* Considerat idipsum D. Chrysostomus, quando in quadam homilia hæc in verba scribit: *Hic discimus, quod quando injuria nobis fit, nosque mansueti & mites, & tolerantes fuerimus, majori, & largiori Divino auxilio fruemur.* Deus olim Laban iratus apparuit, eique præcepit: *Cave ne quidquam aspere loquaris contra Jacob;* Eidem quoque Jacob è paradiso exercitum obviam misit Angelorum, dicente Scriptura: *Fuerunt ei obviam Angeli Dei, ... ait: castra Dei sunt hæc*; hunc autem favorem Jacob nullo alio merito à Deo comparavit, quam quia solicitus erat, ne faciat sibi injurias vindicaret, dissimularet contumelias, suosque sibi reconciliaret amicos. Hugo Cardinalis postquam

Matth. 5. 11. & Ibid. v. 12.

2. Reg. 16. v. 7.

Tolerantia Davidis in maledictione Semei.

Ps. 131. v. 1.

2. Reg. 16. 12

Chrysost. hom. 2. de Anna.

S. Ibid. Petus. l. 4. Ep. 106.

Præmia contumeliâ sufferentis, recensentur.

S. Basil hom. 10. de ira.

Gen. 28. 17.

Exemplum. Jac. addnc. Chrysost. hom. 57. in Gen.

Genes. 31. 24.

Gen. 32. v. 1. & 2.

Christum vitam suam, in medijs tormentis & injurijs terminasse monstrasset, tandem subjungit : *In contumelijs & tormentis finxit vitam Dominus, alteram per humilitatem, alteram superans per patientiam, dans nobis exemplum, ut similiter faciamus, si voluerimus ire post ipsum: hæc sunt duo latera scalæ, per quam ascenditur in cælum, cæteræ virtutes sunt gradus.*

Hug. Card. in c. 2. Sapient.

Injuriarum memoria & Vindicta claudit Cœlum.

S. Ephr. de timore Dei.

9. Sicut vero dissimulatio & oblivio injuriarum, cœlum nobis aperit, ita proportionaliter injuriarum memoria & vindicta idem nobis claudit, & æternæ perditionis barathrum aperit. Unde S. Ephrem ait : *Ne sis memor injuriarum apud fratrem tuum, nam scriptum est ; viæ eorum qui reminiscuntur injuriarum in mortem sunt.* S. Dorotheus insignis Magister vitæ spiritualis in sermone quodam *de ira & injuriarum memoria* non habenda, eamdem injuriarum reminiscentiam *pestiferæ passionis amaritudinem* appellat ; est enim cupido vindictæ, pestis quædam, quæ sane corpori non solum, verum etiam animæ infallibiliter, & semper mortem accersit ; qui enim est in odio apud Deum, nullam ipsum cum Deo partem habere posse certum est ; *Nihil autem* ut S. Joannes Damascenus ait : *Deus perinde odit, ut hominem injuriarum memorem.* Idem quoque in eodem loco hujus culpæ gravitatem declarans illam æternam damnationem promereri his verbis tradit : *Cum omne peccatum grave est, tum nihil gravius injuriarum recordatione. Grave hoc peccatum est, & nefarium. Etenim reliqua peccata etsi mala sunt, tamen ad breve duntaxat tempus durant, ut quæ unius horæ momento peragantur. Stuprum perpetravit quispiam ? una hora perpetrato hoc malo, reliquas horas quiescere potest. Furtum admisit quispiam ? una hora hoc scelere admisso, deinceps pœnitentiam fortasse agit. Cædis crimine se constrinxit aliquis ? malum est id quoque, cæterum una hora commisso hoc facinore, reliquis horis pœnitere potest. At qui injuriarum memor est, singulis horis peccat, ac vitium in pectore circumfert. Etiamsi in Templum ingrediatur, non tamen puras ad Deum preces mittere potest, cum pravo, & infesto ad proximum sit animo. Animus injuriarum memor, numquam à peccato purus est ; Numquam eleëmosynam impertit, nam qui charitatis expers est, nec misericordia commovetur, nec opitulatur. Qui probus atque innocens est, hostem, non habet, qui autem acceptam injuriam recordatur, numquam hoste caret ut qui propriam conscientiam hostem habeat.* Certum est quod S. Joannes Climacus in sua paradisi scala injuriarum memoriam, inter cæteros scalæ illius gradus minime reponat, sed ut ostendat, quantum nos earumdem injuriarum remissio & oblivio, gloriæ obtinendæ securos reddat, malitiam animæ vindictam machinantis, vivamque receptarum contumeliarum memoriam conservantis, his verbis describit : *Injuriarum memoria est cauda in quam ira desinit, peccatorum custos, odium justitiæ, pestis virtutum, virus animæ, vermis mentis, orationis exterminatio, charitatis aversio, clavus animæ infixus, perpetuum peccatum, pervigil iniquitas, continua malitia. Unum est hoc ex obscuris & tristibus vitijs memoria injuriarum.* Paulo post de quodam Anachoreta loquens subjungit : *Anachoreta injuriarum memoriam retinens in pectore, est aspidis nidus, mortiferum secum venenum ubique circumferens.* Author quidam eximiæ scientiæ & Spiritus, sequentem tradit sententiam : *Injuriarum*, inquit, *recordatio lepra est animæ*, idem namque damnum, quod lepra infert corpori, imo majus proportionaliter ab injuriarum recordatione in animam redundat. S. Isidorus Peluſiota, in quadam Epistola ait : *Acceptarum injuriarum memoriam retinere haud generosi est animi, verum improbi ac miseri ; seu potius improbi & reprobi.* Basilius Seleucus quærit : Quomodo David sibi promittere potuerit quod Goliath gigantem occisurus esset, dicendo : *auferam caput tuum à te*, & respondet, *quia maledicam inimici linguam victoriæ pignus tenebat.* David enim multis à Goliat contumelijs affectus fuerat.

Describitur malitia animæ, vindictam machinantis.

Clim. scal. parad. gr. 9. n. 1.

Thalass. Monachi Hecatonta 3.

S. Isid. Pel. lib. 3. Epist. 7.

1. Reg. 17. 46. Basil. Seleuc. orat. 15.

DISCURSUS X.

ARGUMENTUM.

Injuriatores utiles nobis sunt, quia nostros nos faciunt emendare defectus, dumque illos patienter toleramus, remissionem peccatorum pro mercede recipimus.

THEMA.

Dimittite eum ut maledicat, ... si forte respiciat Dominus afflictionem meam & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac. 2. Reg. 16. ℣. 12.

David suis interdixit ultionem contra Semei sibi maledicentem.

1. CUm David Rex à Semei ignominiosè contumeliatus provocaretur ad vindictam, non solum se oppositi, suisque qui illum armatum circumdabant, ut temerarium illum multis vulneribus saucium dilaniarent, omnem ultionem interdixit, verum etiam iisdem præcepit, ne illum à maledicendo & contumeliando impedirent, sperabat enim magnum se exinde afflictionis habiturum sublevamen, copiosamque à Deo remunerationem recepturum, si vilipendium illud æquanimiter & mansuete supportaret. *Maledictionem illius*, inquit S. Ambrosius, *sibi non solum non nocere, sed etiam prodesse memoravit, sicut scriptum est : Et dixit David ad Abessa ; & ad omnes pueros ejus : Ecce filius meus, qui exivit de semine meo, quærit animam meam, quanto magis filius Jemini ? Graviter impetum fregit ultoris. Quomodo enim maledictum extraneï, pro Regis injuria vindicaret, cum filij adhuc parricidium inultum remaneret ?*

S. Ambr. in Psalm. 118. oct. 7.

Ad tolerandas injurias, prodest scire illas nobis esse magnæ emolumentum.

2. Ad tolerandas æquanimiter injurias, imo ad easdem ingenti cum aviditate desiderandas, efficacissimum est motivum, si quis sciat, & noscat, injurias nobis minime nocere, sed magni emolumenti causam esse. In vitis Patrum de Sancto quodam Monacho scribitur, quod quando injurias patiebatur, gaudebat, & injuriatorem digito demonstrans, dicere solitus erat : *Illi sunt qui nobis occasionem præbent ad profectum nostrum, qui autem beatificant nos, conturbant animas nostras.* Nota est Discipuli illius Historia, qui per integrum triennium nonnullos jussu Magistri sui stipendijs præmiabat, ut eum injurijs assidue onerarent, ut per easdem in patientia se exercere, virtutemque mansuetudinis sibi comparare posset ; Post hoc vero tempus quando Athenas veniens, à quodam Philosopho convitiatus, non solum inde non conturbatus fuit, sed gaudens & fubridens easdem accepit causam hujus sui gaudij & risus interrogatus, respondit ; Tribus ab hinc annis injuriatorem stipendio conduxi, nunc vero me illum sine meo dispendio reperisse magnopere gaudeo ; cui Philosophus dixit : *Ingredere in civitatem quia dignus es.* S. Gregorius considerans Davidem suis prohibuisse, ne de Semei calumniatore suo acciperent ultionem, ad nostram doctrinam ita scribit : *Contumeliosa verba, non tam convitia, quam adjutoria credidit, quibus se purgari, sibique misereri posse judicavit.* Plutarchus in libro *de utilitate capienda ab inimicis*, inquit : *Recte dictum est ab Antisthene Philosopho, ad tuendam salutem opus esse, aut ingenuis amicis, aut acribus inimicis, propterea quod dum illi admonent peccantes, hi dum maledicunt revocant à vitijs ; sed quia ad libere admonendum pene vocem amisit amicitia, superest ut ab inimicis veritatem audiamus.*

S. Greg. l. 10. mor. cap. 17.

Plutarch. l. de utilit. capienda ab inim.

3. Porro charitas Christiana neminem excludit, sed ad omnes indifferenter se extendit, & tamen D. Chrysost. suadet inquiens : *Si aversari nonnullos decet, adulatores magis quam contumeliantes odisse oportet ; major enim non attendentibus ex adulatione pestis, quam ex vituperatione oriri solet, & facilius hanc, quam illam passionem superare.* Idem quoque S. Doctor in alia quadam homilia potens quoddam adducit motivum, ne illos à quibus injuria afficimur, odio prosequamur, videlicet, quia magnam nobis adferunt utilitatem : *qui nos contumelijs afficiunt, inquit, qui traducunt, qui usque ad ipsius vitæ discrimen insidiantur, utilitatem adferunt, dum alij Martyrij coronam nobis plectunt, & alij rursum, dum peccata nobis exprobrant, ea subducunt, nosque ex injustis reddunt justos, quemadmodum accidit in Publicano.* Dum enim superbus ille Pharisæus, Publicanum velut sceleratum & indignum hominem in conspectu omnium digito monstraret, ipse injuriam sibi illatam humiliter tolerans, cum vero emendationis proposito compunctus, subito justificatus, & sanctificatus fuit : *Descendit hic justificatus in domum suam.* De eodem Publicano D. Chrysostomus in alia quadam Homilia ait : *Accepit probrum, & abluit probrum ; probra convitiaque Pharisæi, qui videbatur illum contumelia afficere, pepererunt justitiæ coronam.* S. Isidorus ad quemdam suorum scribens eumdem exhortatus fuit, ne irasceretur ijs, qui verbis contumeliosis suos ei exprobrant defectus : *Quid eum injuria afficere studes, quem potius charum habere debebas ut qui tibi, quæ de te omnium existimatio ac sententia esset, aperuerit ? Simultates enim ac dissidia, homines acutos, ac soleti ingenio*

S. Monica à famula sua convitiata emendavit defectum.

S. Aug. l. 9. confess. cap. 3

Docetur modus, in recipiendis injurijs, servandus.

Chrysost. hom. 3. de David & Saul.

2. Reg. 16. v. 12.

S. Ambr. in Psalm 37. S. Ambr. Apol. 1. de David. c. 6.

Adducitur Exemplum Publicani & Phar.

Luc. 18. v. 14

Chrysost. hom. 3. de David & Saul.

S. Isid. Pelus. l. 1. Epist. 480.

prælitos persæpe correxerunt, dum ut, quæ ab ijs contumelioſe perpetrata fuerunt, sanarentur, effecerunt ; Quocirca si contumeliæ ducis ea, quæ audisti, cura ut per probas actiones teipsum ab omni contumelia purum, atque immunem custodias, nam si opera emendaveris, maledicta quoque & convitia de medio tollentur. Enimvero si quis te moneat, quod vestem tuam luto vel alijs turpibus fordibus conspurcaveris, nequaquam easdem vestes per lutum trahis, sed potius gratum habens judicantis monitum, easdem à fordibus purgare contendis : Eodem modo si quis tibi defectum aliquem, etiam cum animo contumelioso improperet, non ob id contra eum concipienda est vindicta, sed potius vita emendanda est. Plutarchus de Lacide Rege refert, quod dum Prometheo mortem machinaretur, acciderit, quod ictum gladij eidem inferens, casualiter locum illum transfoderit, ubi putridum quoddam apostema diu habuerat reconditum quo aperto ingens egressa est putredinis sanies, pristinæque fuit sanitati restitutus, cujus malum antea incurabile erat.

Similitud.

Regi Lacidi utilis fuit vindicta Promethei.

Plutarch. ibid.

4. S. Augustinus in confessionibus suis Historiam quamdam refert, proposito nostro valde congruam, cum enim S. Monica Mater ejus in primis annis vinum extra prandij tempus bibere consuevisset, etiam hac de re à quadam maturæ ætatis muliere, domus suæ familiari monita, & increpata, admonitionem flocci fecit, & furtive bibere continuavit : *Quid tunc egisti Deus meus ?* inquit S. Augustinus, *unde curasti, unde sanasti ? nonne protinus filium, & aciatum ex altera anima convitium tamquam medicinale ferrum ex occultis provisionibus tuis, & uno ictu putredinem illam provideisti ? Ancilla enim cum qua solebat accedere ad cuppam litigans cum domina minore ut sit, sola cum sola objecit hoc crimen amarissima insultatione vocans meribibulam, quo illa stimulo percussa, respexit fœditatem suam, confestimque damnavit atque exuit.* De quo eodem hujus materiæ puncto D. Chrysostomus de Davide & Saule tractans fusius agit, modum nos edocendo quem in injurijs recipiendis servare debeamus ; quem in finem irrefragabilia aliquot ut convincentia formans argumenta, ita discurrit. *Plerisque ab inimicis affici convitijs, videtur omnibus moribus molerabilius. Age igitur & istud expendamus. Aliquis tibi male dixit ; adulterum ac scortatorem appellavit ; hoc si vere dicit, corrige, sin falsò, irride : si tibi ipse conscius es eorum quæ tibi objiciuntur, respice, si non es, despice. Imo potius, non solum deride, ac neglige, verum etiam gaude ; atque exulta juxta Domini sermonem, qui nos id jubet ita facere ; cum inquit exprobraverint vos & dixerint omne malum verbum adversum vos, gaudete & exultate quoniam merces vestra copiosa est in cælis. Ac rursum gaudete, & exultate, cum ejecerint nomen vestrum tamquam malum mentientes. Cæterum ubi convitiator quidem vera dixerit, tu vero modeste pertuleris ea verba non vegetens contumeliam, neque convitia convitijs retalians, sed amare ingemueris, damnans tua delicta, haud minorem fere mercedem quam ille prior, idque vobis ex Scripturis approbare conabor, uti pernoscatis, quod tantum utilitatis non afferunt amici dum laudant, & ad gratiam loquuntur, quantum utilitatis afferunt inimici vituperando, etiamsi vera dixerint, nam amici frequenter ad gratiam adulantur, contra hostes delicta proferunt in medium. Quoniam cum nos contra peccata non videmus ob amorem nostri nobis insitum, illi quia propter odium ea melius quam nos percipiunt, exprobrando nos ad correctionis necessitatem impellunt, ut illorum malevolentia nobis cedat ad maximam utilitatem, non ob id tantum, quod per illos admoniti intelligimus errata nostra, sed quod ea deponimus quoque.*

Injuriantes nobiscum agunt sicut Magistri cum discipulis, & parentes cum filijs.

5. Verba vilipendij quibus Magistri discipulos, parentesque suos reprehendunt filios, ad horum utilitatem ordinantur, ut studio exercitijsque suis & disciplinæ tanto magis intenti & applicati vivant. Quem eumdem in contumelijs & opprobrijs quibus nos sæpe onerari permittit Deus, finem habet, ut scilicet per hujusmodi emendemur, perque rectum virtutis tramitem gradiamur, præter quem improperiorum effectum adhuc alius supereſt, scilicet venia quam per illa facile impetramus ; Cujus meminit S. Ambrosius quando duobus in locis patientiam Davidis cum Semei considerans, & ad illa (*Si forte respiciat, &c.*) se verba reflectens, ita scribit : *Vides igitur quod à convitiantibus adjuveris, ut Dominus audiat te, & peccatum tuum remittat* ; Deinde in prima de eodem Rege Apologia, eadem explanans verba, ad idem propositum sic exclamat. *O altitudo prudentiæ ! O altitudo patientiæ ! O decorandæ contumeliæ ! grande inventum ! Ecce verborum*

contumelia parricidij levavit ærumnam ; Quis secum talem non compenset injuriam, ut, quem homo læsit, eum Deus meliorum retributione soletur ? S. quoque Bernardus idem inæstimabile injuriati simulque patientis lucrum nobis ob oculos ponit, dum ait : *Ego plagis conscientiæ meæ nullum judico accommodatius medicamentum, probris & contumelijs. Non est proinde quod commovear, homuncio sum, omni opprobrio dignus & despectione.* Et quidem quis est nostrum, qui supremam illam Altissimi Majestatem varijs offensis & injurijs, non affecerit ? veniam quæritis ? Ecce vobis præsentissimum indulgentiæ remedium ; injurias à proximis vobis illatas, amore Dei remittite, Dei inquam, à nobis injuriati atque offensi ; sicque veniam & remissionem prætendere potestis, quemadmodum Psalmista quando dicebat : *Ab omnibus iniquitatibus meis erue me*, sed qua in virtute tam audacter culpam sibi remitti postulat Propheta ? *opprobrium insipienti dedisti me.* Unde & alibi ait : *Verba inquorum prævaluerunt super nos, & impietatibus nostris tu propitiaberis*, ubi Hugo Card. advertit. non dicere Prophetam *in nobis*, sed *super nos. Super bonos enim prævalent* (prosequitur dictus eminentissimus) *quia non prohibentur mali, quin eos detrahendo concutiant, sed non in eis prævalent, quia corda eorum ad impatientiam vel odium non provocant. Deus non propitiatur eis, qui habent odium in corde, sed eis qui injurias dimittunt.*

S. Aug. Ser. de Verb. Dom. 2. post Epiph.

Cum veniam speremus de peccatis nostris, nos prius Veniam concedamus nos offendentibus.

Ps. 38. v. 9.

Ibid.

Ps. 64. v. 4.

Hug. Card.

6. Porro Sanctus quidam inque doctrinis perfectionem concernentibus illuminatus, scilicet Joannes Climacus, in scala Paradisi, ubi de hac eadem virtute agit, injuriarum oblivionem veræ pœnitentiæ indicium esse affirmat dicens : *Veræ germanæque pœnitentiæ certum argumentum est oblivio injuriarum.* Et bene quidem dicit injuriarum, non vero injuriæ in singulari, siquidem de Jerusalem pœnitente in lamentationibus Jeremiæ dicitur : *Saturabitur opprobrijs* ; quem loquendi modum considerans S. Ambrosius ait : *Non dixit subibit opprobrio ; facile est enim unam aut alteram contumeliam sustinere ; addidit saciabitur in opprobrijs, quo facilius Domini misereatur opprobrium deformitate miserabilis.* Misericordia etenim Divina gratiarum suarum liberalior est dispensatrix erga illos, qui injurias pati fuerunt, dummodo illas patienter & cum gaudio susceperint : *Injuriæ remissio*, inquit S. Antonius de Padua, *purificat à peccatis, unde Dominus* Matth. 6. *si dimiseritis hominibus &c.* Pro hujus tamen veritatis meliori intelligentia sequens oportet præmittere fundamentum ; Etenim S. Bernardus in sermone quodam *de modo bene vivendi* inquit : *Quando aliquis tibi convitiatur, propter tua peccata, contingit tibi, quando tibi injuriatur, mala tua hoc faciunt.* Eamdem quoque doctrinam S. Thomas de Villa nova tradit, qui ex authoritate S. Basilij inquit : *Quid quasi canis fremens lapidem insequeris ? aspice manum quæ illum projecit, attende scilicet peccatis tuis, quibus hæc promeruisti ; ille enim à Deo missus est, ut te premat in tuum commodum, si forte convertaris, & te pœniteat.* Evidens autem veræ cujusdam pœnitentiæ (ut ex sententia S. Climaci superius diximus) signum est, totalis injuriarum oblivio. S. Leo de S. Laurentio inquit : supplicia quibus ille in suo Martyrio excarnificatus fuit, cooperata fuisse ad sui gloriam triumphi. *In honorem transierunt triumphi etiam instrumenta supplicij* ; Idem quoque de contumelijs dicere licet, nam opprobria & contumeliæ, quæ nobis inferuntur, earum sunt injuriarum & offensarum, quas Deo irrogavimus, condigna supplicia ; Deus enim nos ob amorem ipsius injurias nobis illatas libenter condonare, & dissimulare videns, temporalia & æterna nobis libenter condonat supplicia, quorum cæteroquin habebamus reatum.

Condonatio injuriarum, est indicium veræ pœnitentiæ.

Climac. gra. 9. n. 4.

Thren. 3. 30.

Et purificat animam.

S. Ant. de Pad. in Dom. 2. post Epiph.

S. Bern. de modo bene vivendi

serm. 42.

S. Thom. à Villa nova serm. in fer. 6. cin.

S. Leo. ser. de S. Laur.

7. David se coram Divina justitia adulterij cum Bethsabea commissi, nec non homicidij circa Uriam patrati, indeque toti populo subnati scandali reum agnoscens, atrocissimas sibi imminere pœnas sciebat, Deus autem cum illi occasionem præbuit hæc iræ suæ flagella à se removendi, permittendo ut tanto cum vilipendio Semei illum convitiaretur, ex altera vero parte efficiendo, ut per horum convitiorum remissionem Deum placare, ejusque flagella à se repellere posset, David idipsum egregie prætitit, unde ait : *ob matui, & non aperui os meum, quoniam tu fecisti.* Sub ipsis quoque sibi irrogatis contumelijs, confessus est, dicens : *Dominus præcepit illi, ut malediceret* ; quem vero effectum hæc Davidis mansuetudo parturivit ? nimirum ingens illa tempestas rebellionis Absalonis, & tum altuantis populi subsidit, & in magnam conversi est serenitatem, Davide in pacificam Regni sui possessionem

David mansuetudine & condonatione injuriarum, delevit crimina commissa in Uriam.

Ps. 38. v. 10.

2. Reg. 16. v. 10.

sessionem restituto, *nonne ideo*, inquit S. Ambrosius, *obmutuisse se dicit, & non aperuisse os suum, & patienter se pertulisse, ut satisfieret Domino per opprobrium pro peccato? unde & adjunxit: amove à me plagas tuas. Quomodo hoc sibi congruit, quod in superiori Psalmo flagellis se obtulit, hic flagella à se postulat amoveri, nisi quia solvit jam de manu Domini duplicia peccata sua, erubescendo, opprobria sustinendo.*

S. Ambr. ibid. in Psal. 38.

Ps. 38. v. 9. S. Hier. ibid. S. Thom. l. 3. c. 6. vitæ S. Bernard.

8. S. Hieronymus ad illa se verba reflectit: *Ab omnibus iniquitatibus meis eruc me: scilicet præteritis, præsentibus, & futuris.* In vita S. Bernardi refertur ipsum à quodam clerico pugno percussum fuisse, eo quod eumdem in suam religionem suscipere renuisset, & tametsi S. Abbas ex hoc impacto colapho in vultu ex livore intumuisset, ex integro tamen corde eidem hanc condonavit injuriam, dicendo: *oportet eum aliis ignoscere, cui toties ignoscitur à Deo.* Rabanus super Davidis superius adductam historiam idem scribit, quod in S. Greg. c. 9. l. 30. Moralium fuorum legitur, nimirum: *Judicat quia perpetrato cum Bethsabea scelere exurgentem contra se fugiens filium, reducit ad animum malum, quod perpetravit, & æquanimiter pertulit, quod audivit, & contumeliosa verba, non tam convitia, quam adjutoria credidit, quibus se purgari, sibique misereri posse, judicavit.* S. Joan. Climacus facilitatem considerat, qua is, qui injuriam passus est, securum se reddere potest de peccatorum suorum remissione, si nimirum injurias dissimulet: *magnos nonnulli labores*, inquit, *& dolores exantlarunt, ut venia donarentur, sed qui memoriam omnem injuriarum abolet, illos antevertit.* Idem quoque Sanctus hanc injuriarum remissionem nonum scalæ Paradisi gradum constituens, inquit: *nonum hunc gradum qui ascendit, securè Jesum Authorem salutis veniam peccatorum suorum roges.* Inter documenta ejusdem Sancti doctrinis adjuncta, hæc quoque legitur Abbatis Zosimi sententia: *Dæmones ubi viderint quempiam vel contumelia affectum, vel ignominia notatum, vel damno aliquo mulctatum, vel quodcumque aliud damnum perpessum non affligi, quod aliquid mali sustinuerit, sed quod illud ipsum generosè & fortiter pertulerit, hujus vim & conatum magnopere pertimescunt.* In Discursibus præcedentibus mentionem quoque fecimus cujusdam sententiæ D. Chrys. dicentis: *Nihil æque Deum lætificat atque injuriarum immemorem esse*, & immediate subdit: *Hoc te à peccatis liberat, hoc delet crimina.*

Injuriæ nobis illatæ proveniunt ex dispositione Dei, quod patet in Davide.

S. Ambr. ibid.

Rabanus l. 2. c. 17.

Injuriam dissimulans, securum se reddit de peccatorum suorum remissione.

Clim. gra. 9. n. 5.

Chrysost. Hom. 14. ad Philip.

DISCURSUS XI.

ARGUMENTUM.

In irrogatis nobis injurijs divinam circa nos dispositionem agnoscere debemus, quæ illas in nostrum ordinat emolumentum, cum ex multis capitibus nobis sint utiles.

THEMA.

Opprobrium insipienti dedisti me, obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu fecisti. Psal. 38. ℣. 9.

1. PRopheta Regius opprobrijs infestatus se os suum ad refrenandas injurias non aperuisse, sed tacuisse dicit, easdem heroica cum patientia tolerando, idque se ex eo præcipue motivo fecisse declarat, quia videlicet illas à manu Dei profectas fuisse agnoscebat: *quoniam tu fecisti; opprobrium insipienti dedisti me.* Quæ verba S. Ambr. in favorem nostrum exponens, Davidem in improperijs Dei voluntatem agnovisse dicit: *agnovit voluntatem suam, nonne ideo obmutuisse se dicit, & non aperuisse os suum, qui agnovit Domini voluntatem.* Eodem quoq; modo Cajetanus hæc verba interpretatur, dum ait: *Tu fuisti author injuriarum, propterea non debui silere à bono nec debui murmurare, considerando quia tu fecisti.* Bellarm. Davidem rationem assignare voluisse, inquit, cur inter improperia obmutuerit, quia scilicet illa à Deo immissa fuisse agnoscebat: *quoniam tu fecisti, nimirum ut opprobria in me jactarentur, tu enim es, qui posuisti me opprobrium insipientibus.* Dion. Carth. hæc verba ita exponit: *Tu fecisti, id est, permisisti, vel præcepisti, alciscendo culpam meam per pœnas temporales; sic & nos facere debemus, dum improperia toleramus, adscribentes hæc nostris excessibus, & submittentes nos divino judicio.* Bellarm. super hunc versum illam adducit l. 2. Reg. c. 16. describitam historiam, quando David à Semei injuria affectus, & ad ultionem faciendam à suis excitatus, idipsum eis prohibuit, dicens: *dimittite eum, ut maledicat, Dominus enim præcepit ei, ut malediceret David.* At vero S. Bern. circa prædicta verba interrogat, qua ratione dici potuerit, Deum cum hoc temerario homine ad tam execrandum excessum committendum concurrisse? *Numquid in ore blasphemi Deus absit*; qua igitur ratione hic Propheta dicit: *Dominus præcepit illi, &c.* respondet Abul. Davidem omnino existimasse Semei nequaquam in tantam prorumpere potuisse temeritatem nisi idipsum à Deo ei præceptum fuisset, major enim non poterat committi temeritas, quam quod contumelias & vituperosa opprobria in eum, qui potentissimus Rex erat, conjiciendo in ipsum lapides, & pulveres, qui solus erat, nec habebat qui ipsum defenderet; & hoc quidem in facie cujusdam numerosi & potentis exercitus militum, quorum singuli facili negotio ipsi necem inferre poterant, *ideo*, inquit Abul. *putavit, quod nullo modo ageret à seipso, sed Deus misisset ei, & ob hoc non formidabat, & sic dixit: Dominus præcepit ei, ut malediceret; Deus tamen nihil præceperat.* S. Bern. tamen in eodem sermone inquit: *vetuit prohiberi maledictum convitiantem, quæ stum æstimans maledicta; & addidit. Dominus misit illum ad maledicendum David. Prorsus secundùm cor Dei, qui de corde Dei ferebat sementiam. Sæviebat lingua maledica, & ille intendebat, quid in occulto ageret Deus.*

S. Bern. serm. 34. in cant.

Abul. q. 11. in c. 16. 2. Reg.

S. Bern. ibid.

2. Porro quonam modo Deus ad injurias quas Semei evomebat, concurrerit, ex sacrorum interpretum sententia eruamus: S. Augustinus inquit: *Deus voluntatem Semei vitio suo malam in hoc peccatum maledicendi David inclinavit*; id est, ut Cornelius à Lapide declarat, *inclinatum ad maledicendum direxit, fræna vit, & impedivit, ne in aliud quam in Davidem se exereret, & permissa ut in eum omne rancoris virus suum effunderet.* Qui idem sequentem adducit leonis similitudinem, qui catena quadam vinctus in nostra est potestate constitutus, licet enim multi eum circumstent canes, non tamen, ut aliquem illorum invadat, permittimus, sed solum ut molossum quemdam ingentem aggrediatur, catenam versus illum laxamus, quo facto dicere quidem quis posset, leonem illum à nobis in canem fuisse adactum, & tamen falsum dicere, cum nos solum catenam quâ vinctus fuerat relaxaverimus: Eodem modo inquit ipse Deus cum Semei fecisse dici potest: citatque authoritatem. S. Augustini ita scribentis: *Dicit Deus Semei, ut malediceret David, id est, cor ejus malum misit, vel dimisit.* Abulensis vero ad hanc difficultatem alio modo respondet inquiens: *Dicendum autem quod verum erat, quod Deus movebat Semei ad maledicendum David, non quidem directe, in quantum iste erat actus malus, & deordinatus, sed in quantum erat in pœnam David. Dicitur Deus suscitare aliquem ad faciendum talia mala in quantum permittit, quod illa faciat.* Cajetan. eodem modo dubium hoc resolvit, dicens: *Agnoscit, & fatetur David maledictionem illam, quatenus pœnalem sibi procedere à Deo propter peccata sua, & propter ea dicit: Deum dixisse Semei, maledic Davidem; dixit siquidem Deus non verbo, sed facto, efficiendo per Semei maledictionem illam, non quatenus erat peccatum, sed quatenus erat pœna ipsius Davidis.* Quando igitur Deus disponit, ut injurijs afficiamur, non concurrit ad culpam improperij, a lingua & corde de maligni & irati in nos evibrati, sed dumtaxat ad pœnam & supplicium, per quod nos ad correctionem & emendationem nostram nos punire intendit. S. Ambr. post diligenter examinatam hanc historiam concludit, Davidem hunc in modum introducendo loquentem: *quod maledicit mihi, Dominus dixit ei, maledicere David. Primam igitur culpam ejus excusavit & causam ad Domini retulit voluntatem. Secundo in suam meritum retorsit, ut non illum erraſſe, sed se meruisse significaret.* In medium quoque adferri merentur verba, quibus Sanctius hunc textum exponit. Postquam enim notasset, Prophetam agnovisse has à Deo directe proficisci injurias, subdit, dicens: *Gravissimum hoc documentum & fortasse nullum potentius, ad sedandum animum confirmandumque contra omnes hominum injurias, si consideremus non fortuito, aut casu, aut à mortalium perfidia fuisse profecta, sed potius à vidente atque jubente & annuente Domino contigisse, adversus quem velle quidquam moliri, & quam putamus injuriam vindicari, ejus esset, in quo neque pietas esset ulla, neque pudor aut mens.* Quotiescumque igitur injurias patimur, ad Deum respicere debemus, qui contumeliam in beneficium nostrum disponit, & permittit, quia vel vult, ut nos emendemus, dum nobis aliquis improperatur defectus, cujus rei sumus; vel intendit, ut per nostram mansuetudinem earum mercamur injuriarum remissionem, quibus ipsum offendimus, vel denique coronam gloriæ nobis fabricare satagit, dum irreprehensibiles existentes injurias læti toleramus.

Qualiter Deus concurrerit ad injurias Semei.

S. Aug. de gratia & libero arbitrio c. 20.

Corn. à Lap. ibid. in c. 16.

Apta similitudo.

Abul. ibid.

Cajet. ibid.

Sanctius ibid.

3. Unde Christus Salvator noster ait: *Beati estis, cum maledixerint vobis, ... & dixerint omne malum ... gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis.* Verum quidem est improperium nobis illatum reprehensibile esse ex parte improperantis, at verò cum à Deo in nostrum profectum ordinetur, eidem est applaudendum. Nos crucem adoramus è ligno formatâ, & à vermibus exesam quæ cæteroquin conjiceretur in ignem, ex eo solum motivo, quia patibulum Redemptoris nostri repræsentat; eodem modo tametsi contumelia nobis ab impio quodam homine ingeratur, cujus cor plenum est veneno odij, rancoris, & invidiæ adversum nos conceptæ, attamen quia Deus idipsum ordinat & dirigit, ut bonum pro malo reddamus (siquidem nec folium moveri potest sine divina ipsius voluntate) ideo contumeliam gratam habere debemus, quia scit Deus contumeliam hanc, si velimus, ad animarum nostrarum cooperaturam esse profectum, ac proinde virtuose & æquanimiter à nobis est toleranda & dissimulanda.

Matt. 5. v. 11.

Licet injuria ab impio inferatur lædida tamen est.

Probatur similitudine.

4. Inter alia motiva quæ S. Thomas de Villanova ad reddendos nos inter opprobria immobiles & imperturbabiles, unum hoc exstat: *Consideratio valde utilis est ad hoc*, inquit, *ut consideres, quia licet æmulus tuus injuste te persequatur, tamen tu juste pateris propter peccata tua. Quid hominem aspicis? attende divinam justitiam, cujus est minister ille, non hunc lædisti; sed Deum maximè offendisti.* Quis est, qui ad patibulum ob scelera sua justè condemnatus, odio profequatur lictores & carnificem, qui eum conducunt ad mortem? quot nos per tot peccata mortalia Deo intulimus injurias? igitur Deus per suam justitiam justè disponit, ut illatas ei injurias, per injurias à proximis nostris nobis factas libenterque toleratas diluamus, his enim Deus utitur veluti justissimi fororis sui ministris; cur igitur iram tuam in illos convertis? *attende divinam justitiam; respice demerita tua; quoties enim tu alijs fecisti injurias; quoties contumeliatus es aliosi? considerandum est insuper Deum ita disposuisse, ut injurias patienter & pro ejus amore tolerando, immensò satisfacies debito, quod per tot injurias Deo irrogatas apud eumdem contraxisti.* S. Bernard. proindè ait: *Dum pensamus quales contra alios fuimus esse contra nos tales alios minus dolemus, quia aliena justitia in nobis vendicat, quod in se juste nostra conscientia accusat, & sic indulgere effugitur delectabile.* Quin & cogitatio, quod Deus vilipendia & probra in nostram ordinavit utilitatem, in divinæ justitiæ suæ satisfactionem, in voluntatis suæ adimpletionem, motiva nobis potentissima suggerit, ut opprobria non modo non sentiamus, sed & insuper avide illa optemus, ijsque obviemus. Hinc D. Chrys. ad ictus hujusmodi perferendos ita nos animat: *Quod si ardeum sit negotium operosum cogita, quod ob Deum talia pateris, & plenam percipies consolationem animamque subterfugientem, reformidantem, erubescentem, pudefientem evacua, ejique continuo ista accine: quid cessas? quid subterfugis? quid detrectas? non de pecunia, non de alijs rebus momentaneis sed de nostra ipsorum salute agitur. Deus ista facienda præcipit.* Deus namque qui hostium nostrorum perversitate, injurijsque ad nostram utitur salutem, idem quoque ille nobis præcipit, ut injurias remittamus, earumque immemores, bonum pro malo reddamus, adimplentes illud: *maledicimur & benedicimus.*

S. Bern. tom. 1. ser. 28. art. 1. c. 1. Deus vilipendijs nobis utitur ad nostram utilitatem.

Chrysost. tom. 1. Hom. 22.

1. Cor. 4. v. 12

5. Rabanus de Davide per Semei injuriato tractans, eamdem, quam in S. Greg. invenio doctrinam in hæc verba tradit: *Tunc illata convitia bene toleramus, cum in secreto mentis ad mala perpetrata recurrimus*, quemadmodum faciebant illi fratres Joseph, qui cum in totius Regij Palatij conspectu tamquam exploratores haberentur, *exploratores estis (ut videatis infirmiora terræ venistis)* intra seipsos intrantes, suamque impietatem, quam in venditione Joseph ejusque contemptu admiserant, rememorantes, dicebant ad invicem: *merito hæc patimur, quia peccavimus in fratrem nostrum, videntes angustiam animæ illius, dum deprecaretur nos & non audivimus, idcirco venit super nos ista tribulatio.* Hinc S. Joan. Damasc. ad constantem injuriarum tolerantiam nos animare volens, sequens tradit monitum: *Cum in mentem nobis venerit, quid injuriarum à conservis acceperimus, consideremus etiam, quæ adversus Dominum commissimus ita fiet, ut peccatorum nostrorum metu, iracundiam ob alia peccata conceptam, confestim propellamus.* Quam eamdem ob causam S. Greg. nos ad conscientiam nostram, quoties injurias patimur, nos remittit, ut ibi offensas nostras Deo factas, & contra proximum illatas contemplantes ad odium injuriantium nobis deponendum inducamur. *Leve quippe videbitur*, inquit ille, *quod injuria percutimur, dum in actione nostra conspicimus, quia pejus est, quod meremur, sicque fiet, ut contumelijs gratia magis quam ira debeatur, quarum interventu, Deo judice, pœna gravior declinari posse confidimus*; ita quidem David in adulterij & homicidij sui pœnam Regno erui merebatur, præsertim cum per longum tempus, cum publico scandalo, in pessima sua consuetudine perseveraſſet, usque dum à Nathan Propheta admoneretur. Nihilominus quia Deus illum omnibus seculis futuris quasi veræ pœnitentiæ speculum exhibere volebat, ut suum abôleret crimen, malitia usus est Semei, ut hic Regem impiè adeo lacesseret, quod David maxima cum virtute sufferens speratum inde fructum capturus esset, prout S. Ambrosius in hæc advertit verba: *Cum David datus in opprobrium fuerit, nudis pedibus Domino satisfecerit, in maledictionem non permiserit vindicari, & post hæc Regno suo integro restitutus sit, liquet, quia opprobrium à Domino sit, & prosit magis sustinere, quam repellere.*

S. Ambr. in Ps. 38. cit. à Gloss.

S. Thom. à Villanov. ser. in fer. 6. Cin. Ad tolerantiam injuriæ prodest considerare quod juste patiamur propter peccata nostra.

Raban. in l. 2. Reg. c. 17.

Gen. 42. v. 9. Fratres Joseph convitiati, se reflexerunt ad injuriam fratris illatam. Ibid. v. 21.

S. Joan. Dam. l. 1. parall. c. 11.

Cum injurijs lacessimur, veniant in mentem injuriæ à nobis Deo illatæ.

S. Greg. l. 30. mor. c. 9.

6. Quæ ita vera sunt, ut si injurians nobis deficeret, nosipsimet maxima cum diligentia talem investigare deberemus, propter maximam ex injuriarum tolerantia in nos redundantem fructum; ad quem dum S. Bern. se reflectit, S. August. citat authoritatem, dicentis: *In manibus nostris & in nostro arbitrio posuit Deus, unde salvemur, & damnemur; dimitte, & dimittetur tibi; si non dimiseris, nec Deus dimittet tibi; ineffabilis est Dei Clementia, quæ neminem vult punire, vitamque brevem salutis inveniendæ ostendit.* Et quidem, ut probavimus in Discursu nono injuriæ libenter toleratæ totidem sunt gemmæ seu lapides inæstimabilis valoris, qui nobis coronam gloriæ exornant, artifex autem qui opus hoc perficit, Deus ipse est: *Dominus præcepit ei ut malediceret*; martelli denique & limæ, sunt linguæ injuriantium; quodnam igitur est damnum, quod contumelia animæ adfert? idem videlicet, quod limæ & martelli auro & lapidibus pretiosis conciliant; nimirum ut tanto elegantius elaborentur. *Deus est faber*, inquit S. Bernard. *Et ipsi sunt mallei seu lima ad removendam rubiginem peccatorum nostrorum, & ad fabricandum nobis coronam in gloria sempiterna.* Eodem modo S. Anton. de Padua de illis scribit, à quibus indigne habemur, his enim Deus utitur velut misericordiæ suæ instrumentis, sunt instar limarum quæ tametsi ferrum rodant, id tamen ad ipsius faciunt utilitatem tollendo nimirum ab eo omnem rubiginem: malevoli qui per opprobria nos invitant, ut irreprehensibiles deinceps vivamus, nostrosque emendemus errores, causa nobis instant. *Sunt instrumentum Dei, quia sunt lima amovens rubiginem sive malum. Unde Chrysost. super Psalmum: Inimici nobis frequenter talia præstant, quæ alij dulcissimi amici præstare non possunt:* Unde majorem nos erga inimicos quam erga amicos obligationem habere, & consequenter inimicos magis diligendos à nobis esse, S. August. his verbis probat: *Plus diligendi sunt inimici, quam amici; qui enim inimici sunt, corpori adversantur, & animæ præparant æterna præmia, quia qui carnalia nostra & terrena rapiunt, cælestia nobis & spiritualia congregant: Nonne magis diligendus est, quam odiendus, qui nobis dat æternas opes, amici earum nostræ nobis suavia suadere contendunt, quæ animæ nostræ præparant æternam mortem.*

Propter magnam nostram utilitatem, injuriantes à nobis quæri deberent.

S. Bern. tom. 1. serm. 28. art. 1.

2. Reg. 16. v. 10.

Injuriantes hoc sunt nobis quod est lima ferro.

S. Anton. de Pad. ser. in fer. 6. Cin.

Inimici plus diligendi sunt, quam amici.

S. Aug. ser. 38. in app. de diverſ.

7. S. Isidorus Pelusiota ad immensa, quæ ab insultibus & improperijs recipimus bona, si voluntarie & amore Dei illa toleremus, se reflectens, in Epistola quadam ait: *Non ijs qui injuriam accipiunt optime vir, sed ijs, qui inferunt, periculum omne impendet, eosque trepidare atque contremiscere oportet; quod si ita est, injuriam perpeti malum non est, sed eam inferre, nec illatas injurias perferre scire.* D. Chrys. nobis infinuare volens, quam simus illis, qui nobis convitiantur, obligati, apte ad propositum nostrum hunc in modum loquitur: *Si dimiserimus hominibus delicta illorum, dimittet vobis Pater meus cælestis*; sciens etenim Deus, quam faciliter & frequenter eum offendamus, de remedio securo nobis prospicere voluit, ut eum placare valeamus, offensarumque obtineamus veniam; medium autem hoc est, si nimirum aliorum nos per contumelias aggravantium malignitate utamur, ut eos, nos supplantare cupientes, amore Dei sufferendo, mercedis loco culparum nostrarum à Deo recipiamus remissionem: *ne igitur patemus quod dum benefaciamus, alteri gratificamur, aut magnum quoddam beneficium apud illum deponamus; nam ipsi sumus, qui beneficio fruimur, & multum lucri inde nobis conciliamus.* Quod si quis alteri virum aliquod daret, ut ab illo vicissim reciperet adamantem, numquid is excessive lucrari dicereturr? jam vero

Plurimum obligamur illis, qui nos bis convitiantur.

S. Isid. Pel. l. 3. ep. 100.

Chrysost. Hom. 27. in Gen.

Apta similitudo.

vero nos Deo placendi causa injurias nobis factas remittimus, in hujus vero charitatis retributionem Deus infinita peccatorum nostrorum, quibus illum injuria affecimus, condonat debita : *Festinemus igitur & anhelemus, ut paratum inde lucrum reputantes, tam officiosi illis simus, qui nos offendere satagunt, quam sumus in eos, qui nobis benefaciunt.* Imo amici sæpe animæ inimici existunt, æternamque salutem nostram frequenter impediunt : At inimici nos caute vivere faciunt, charitatem, mansuetudinem, pacem, patientiam exercendi occasionem nobis præbent, nostrorumque peccatorum veniam obtinere nos faciunt : quapropter *si sapimus, non ita nobis prodesse poterunt, qui benevoli in nos sient, & demereri cupiunt, atque istorum cultus & observatio divinum favorem nobis conciliabit, nosque sarcina peccatorum levabit.*

DISCURSUS XII.
ARGUMENTUM.

Injuriatoribus haud secus ac Phræneticis, delirantibus, & arreptitijs compatiendum est, & tametsi detestanda sit injuriæ malitia, ipse tamen injuriator velut proximus noster amandus est.

THEMA.

Ne respondeas stulto juxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis. Prov. 26. ℣. 4.

Injuriantes assimilantur stultis.

1. SApiens in Parabolis suis stultorum hominum improperijs circumspecte ut respondeamus nos monet, ne similes illis efficiamur : *ne respondeas stulto juxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis.* Quod si stultus aliquis injurijs, & contumelijs nos lacesseret, ei utique non irascemur, eo quod ipsum rationis usum amisisse sciamus, quin potius eidem compateremur: Eodem modo habenda nobis est compassio, cavendumque ne injuriantibus nos irascamur, ira enim est velut quædam stultitiæ species, juxta illud: *Ira furor brevis est.* S. Joannes Damascenus ex S. Basilio ita scribit : *cum quispiam præ phrenesi mentis errore affectus, contumeliosis verbis te insectatur miseratione potius, quam odio dignum eum censes.* Injurians autem furiosus est & à rationis rectitudine alienatus, unde & idem Sapiens eumdem alibi stultum appellat, dicens: *Fatuus... indicat iram suam, qui autem dissimulat iracundiam, callidus est.* Ubi teste S. Hieronymo alia quædam versio legit ; *stultus eadem hora pronuntiat iram suam.* Quasi ille insipiens esset, qui in verba prorumpit injuriosa, ut suam ostendat indignitatem, siquidem injuria iræ & choleræ partus est, unde & Salvator noster postquam iræ meminisset, dicens : *qui irascitur fratri suo*, immediate de contumelijs agere incipit, dicens : *Qui autem dixerit... Raca, qui fatue, &c.*

S. Joan. Dam. parall. l. 2. cap. 81.

Proverb. 12. v. 16.

S. Hieron l. 2. in Prov. c. 12

Matth. 5. 22. Ibid.

Præclarum dictum Senecæ.

Sen. l. 3. de ira c. 16.

Ejus applicatio.

2. Seneca de hac eadem iræ passione tractans, suum ad quemdam, cui opprobria patienter sufferre grave videbatur, Discursum convertit in hæc verba : *Quare fers ægri rabiem & Phrenetici verba : puerorum protervas manus ? nempe quia videntur nocere, quid faciant.* Ita quoque qui se ab irascibili & appetitu vindicativo vinci permittit, non regitur ratione, non scit quid faciat aut dicat; ideoque Redemptor noster Hebræos rabie atque ira contra eum furentes, linguisque maledicis tantas in ipsum super montem Calvariæ effutientes contumelias, apud æternum Patrem suum his excusavit verbis : *nesciunt quid faciunt*, ad cujus proinde imitationem S. Augustinus paterne nos invitans ait: *Et nos cum patimur ab inimicis, hoc clamare debemus : quia nesciunt quid faciunt: Phrenetici enim sunt.* Accidit quandoque, ut quis amicorum vestrorum infirmetur, febrique crescente delirare incipiat, coque in delirio execrabilibus forsitan vos provocet improperijs ; quo in casu tantum abest, ut eum odisse, injuriasque aut contumelias vindicare retundereque moliamini, ut potius ad compassionem inducti nullos non adhibeatis modos possibiles, ut miser in salutis statum reducatur. Eadem penitus est ratio in præsenti, quia ut D. Chrysost. docte discurrit: *Fratrem frater est in febre cum ledit, est in fide proximo cum delinquit, est sui nescius : hæc, qui per comparationem non subvenit, hanc, qui per patientiam non curat, non per veniam sanat, sanus non est, ægrotat, infirmatur ; viscera non habet, & ab humano sensu monstratur alienus. Ecrit frater, adscribe ægritudini, tu illum juxta ut frater ; adscribe tu, quod si gerito, febri, & fratri non poteris imputare commissum, dabisque tu prudenter infirmitati culpam, fratri veniam, ut illius sanitas ad tui*

S. Aug. serm. 61. de temp. Declaratur similitudine.

Chrysost. ser. 139.

gloriam recurrat. Sane si quis infirmus febricitans Medicum invaderet, qui ad eum sanandum veneratur, verbisque ipsum afficeret probrosis & infamibus, quam hic sapiens prudensque vir indignationem propterea conciperet, responsum accipit S. Ambrosi dicente : *ut bonus Medicus primo monet, deinde etiam si gravia patiatur, tamen ille tamquam ægrum etsi cedatur, sustinet ; etsi maledicatur, non relinquit ; & quidquid potest medicina, adhibere non desegat, nec tamquam contumacem deserit ; sed tamquam bene de se meritum omni studio sanare contendit, excercens non solum artis peritiam, sed etiam mentis benignitatem. Ita ergo etiam justus, & dum contemnitur à peccatore non averitur, & cum læditur, furoris illud putat esse non improbitatis, magisque vulneri ejus medicinam afferre desiderat, & compatitur & dolet.* Quod idem motivum D. Chrys. ut nos ad injurias & improperia fortiter sufferenda animet, in medium adducit, inquiens : *Cogita quia non est in se qui vituperat, sed insanit, & modeste feres contumelias ejus.* Quod & S. Bernard. ne injurijantibus aures præbeamus, nos inducturus, per hæc eadem motiva Div. Chrys. authoritati innixus, in hæc sequentia probat verba : *Remedium tribuit Chrysost. dicens : Cum convitiatus fueris ab aliquo, intellige quo supplicio torqueatur, & non solum non habebis iram, sed lachrymas emittes. Adversus autem febricitantem nullus exacuitur, neque adversus inflammatum, sed miseretur omnium talium. Sic contingit de illo, qui contumeliam infert, compatiendum est ei tamquam febricitanti.*

Medicus non deserit infirmum, quamvis illo inficiente contvitietur.

S. Amb. in Ps. 118. oct. 7

Chrysost. Hom 88. in Matth.

S. Bern. tom. 3. serm. 9. art. 1. c. 1.

3. Qualiter putatis generatur febris ? per nimiam caloris accensionem ; ita quoque ira in nobis producitur & indignatio, est namque cholera *accensio sanguinis circa cor*, quæ etiam ut alibi diximus, *est furor brevis* ; quando vero in injurias prorumpit, quando improperia contra proximos multiplicat, jam non furor brevis sed prolixus est. Equidem homines aliqui bile abundant, qui potius ob malæ naturæ fuæ, quam voluntatis defectum igne exardescunt furoris, subitoque linguas in verba relaxant contumeliosa ; ideoque tunc D. Chrys. consilium sequamur oportet, dicentis : *Furit frater ? adscribe ægritudini.* Quin & Deo gratias agamus, quod non adeo phlegmaticam nos ipsi habeamus naturam, proximoque laboranti compatiamur.

Ira & febris eodem modo generantur.

4. S. Ambr. nos in vilipendijs vituperijsque consolari & animari volens, exemplum patris, à filio phrenetico pessime tractati adducit in hæc verba : *sicut bonus pater in phrenesi constituti filij, cum ab eo maledicatur verberetur, afficiatur injurijs, non suam sed ægroti desipet ærumnam, & contumeliam dolet, non quod sibi sit irrogata, sed quia per furorem quid faciat æger, ignorat.* Quo eodem argumento, ut nos ab omni contra proximum odio atque rancore alienet, utitur Boerius Severinus, dicens : *quo fit, ut apud Sapientes nullus prorsus odio locus relinquatur ; nam bonos quis nisi stultissimus oderit ? malos vero odisse ratione caret ;* tametsi enim scelerati & perversi sint, à quibus indigne tractamur & vilipendimur ; tametsi alium in hunc finem non habeant, quam ut nos diffament, attamen nihili à nobis illata ab ijs contumelia fieri debet, neque enim alicujus æstimatur, quod à stulto quodam probro quis habeatur, vel à febricitante qui delirat. Idem vero dignissimus Author subjungit : *nam sicuti corporum languor, ita vitiositas quidam est quasi morbus animorum ; cum ægros corpore minime dignos odio, sed potius miseratione judicemus ; multo magis non insequendo, sed miserandi sunt, quorum mente omni languore atrocior urget improbositas.* Seneca solo naturæ lumine illustratus, probaturus quanta cum æquanimitate dissimulandi sint, à quibus indigne habemur, ita philosophatur : *Ignoverunt multi hostibus, ego non ignoscam pigris, negligentibus, garrulis ? puerum ætas excusset, fœminam sexus, extraneum libertas ; domesticam familiaritas. Nam primum offenditur ? cogitemus quamdiu placuerit sæpe, & alias offendit ? feramus quod diu tulimus. Amicus est ? fecit quod noluit. Inimicus est ? fecit, quod debuit. Prudentiori cedamus, stultiori remittamus.* Ecce qualiter & hic stultum & amentem appellet eum, qui nos contemnit, & contumeliatur. Idem quoque Philosophus *de constantia & virtute hominis sapientis* differens evidenter demonstrat, nequaquam nobis post acceptas injurias, convenire, ut irascamur, & vindictam cogitemus, cujus hanc assignat rationem : *Contumelia à contemptu dicta est, quia nemo nisi quem contempsit, tali injuria notat ; nemo autem majorem melioremque contemnit, etiamsi facit aliquid, quod contemnentes solent. Nam & pueri os parentum ferunt, & crines matris turbavit, laceravitque infans, & ipsato asperst, aut nudavit in conspectu suorum tegenda, & verbis obscœnioribus*

S. Ambr. ibid. Nihili faciendum est, si quis à stulto & frenetico male habeatur : sic & ab iracundo.

Boet. l. 4. de consol. Philosoph prosa 4.

Senecæ præclarum dictum ad hoc propositum.

Seneca l. 3. de ira c. 24.

rebus non pepercit & nihil horum contumeliæ dicimus, quæ nec quia qui fecit contemnere non potest.

Contumeliosi habendi pro stultis, semetipsos lædentes.

5. Quod si tu bonitate morum tuorum maledicentijs alienis superior extiteris, vitamque irreprehensibilem duxeris, injuriator verbis suis contumeliosis præjudicare tibi minime poterit, quia factis & actionibus tuis, quæ omnibus patent; illum impostorem, calumniosum, malignum, & mendacem esse ostendis, & consequenter contumeliator infamat semetipsum, idque faciendo se mentis inopem esse aperte satis ostendit. Furiosi funibus ligantur, secus enim vulneraturi essent semetipsos. Contumeliosi vero jure merito stultorum nomine appellantur, quia calumniarum & maledicentiæ suæ fulmina, in hominem virtuosum & innocentem evibrantes, eadem in semetipsos retorquent, efficiuntque, ut super semetipsos recidat vituperium, quo alienam famam maculare machinabantur, audite ad hoc propositum eximij authoris cujusdam egregiam doctrinam ; dicit enim *ad convitium propulsandum patientia præsto erit, neque enim laborem, neque afflictionem suapte naturâ conzuitum ijs, qui id audiunt, infert, sed decretum quod in nobis est, sive vánum sive iracundum. Illud quidem tantum facit, ut improbet convitiatorem. Ne igitur ex affectu nostro illa improbatio fiat, cognoscenda quidem est convitiatoris improbitas (aut enim falsò convitiatur, aut ob simultatem aliquam) ipsum vero convitium ferendum, cum nihil nobis noceat. Quid vero si convitiatoris improbitas vel hac de causa, quod is ipse lædatur, ferenda est, qui voluntatem suam, hoc est, qui seipsum contaminavit.* Totum enim damnum super injuriatorem recidit, ac proinde D. Chrys. monere volens, ut in opprobrijs patientes & imperturbabiles simus, inquit : *sed injuria me vexavit, inquiens. Miserere igitur ejus, non avertaris ab eo, sed lachrymis & fletu ipse auxiliare non enim te, sed Deum ille offendit.* Imo præter offensam animæ propriæ aspersam, quæ ut plurimum mortalis esse solet, dum alios vituperare nititur, semetipsum infamat; cum enim eorum, quibus injurias inferunt, omnibus nota sit innocentia, mansuetudo ; & patientia, ipsi apud circumstantes, maligni mendaces, perditæque salutis homines audire incipiunt:

Simplic. in c. 14. Ench. Epict.

D. Chrysost. Hom. 62. in Matth.

Non homo, sed Dæmon est instigator improperiorum. *S. Eph. parvan. 12.*

Calumniatoribus compatiendum sicut dæmoniacis.

6. Incidet quis fortasse in hominem quemdam dæmoniacum & obsessum; & licet magna cum ignominia gravissima ab illo patiatur convitia, nihil inde turbatur, quin potius eidem compatitur, utpote quem a malignis Spiritibus agitari novit, probèque scit, verba illa derisoria & vituperosa ab auditoribus nihili æstimari, cum Author illorum, sit serpens infernalis & pater mendacij. D. Chrysost. in Homilia de odio & inimicitijs, de illatis nobis injurijs differens, ita scribit : *Si in mentem tibi venerint, Diabolo imputa.* S. Augustinus quoque idipsum docet, nimirum quod maledicam injuriatoris linguam Diabolus dirigat & moveat: *à contrario*, inquit, *spiritu possidentur & ut nos persequantur majorem persecutionem à Diabolo patiuntur, & ideo magis, ut libeantur, quam ut damnentur, orare debemus.* Ejusdem quoque sententiæ Author operis imperfecti fuit, dum simile nobis documentum his verbis tradidit : *qui te innocentem insectatur, si incipias considerare, quomodo à Diabolo possideatur, & agitur, quomodo voluntatem suam adimplet per ministerium ejus, non solum non irascéris ei, sed adhuc miserebéris ejus, misericordia autem excitat affectum.* D. Chrysostomus in alia quadam Homilia eamdem docet veritatem, postquam enim injuriatori stulti nomen imposuisset, sequentia verba subjungit: *Dæmoniaci plerumque nos verberant, nec solum non movemur, verum etiam eos deflemus. Ita igitur & tu facito, misereat te contumeliantis ; magna enim bellua, ira scilicet, & furore permixto, scilicet dæmone detinetur ; solve ipsum qui ab hujusmodi dæmonio vexatur.* Quisquis enim Dei lumine præditus est, perspicuè cognoscit alium improperij authorem & instigatorem esse non posse, quam Dæmonem, ut in secundo Discursu probavimus. *Verumtamen*, inquit, S. Ephrem, *non ex scipso contumelia & ignominia me afficit, sed hoc inimicus machinatus est ;* & ut amaros hosce contumeliarum bolos tanto facilius deglutiamus, sequens adducit motivum : *quamvis me contumelijs insectatus sit, frater tamen meus est ; ego vero convitijs sum dignus*, qui enim se nihili æstimat, neque aliquem sublimem de se conceptum format, non turbatur ab injurijs, imo illas libenter recipit se illas promeritum esse credens. Nam ut S. Basilius ait : *Qui ad summum usque pervasit veræ humilitatis, dum maledicitur, per hoc quod prius sibi probe consitus fuit propriæ*

D. Chrysost. tom. 6. h. 18.

S. Aug. ser. 61. de temp.

Auth. Imperfect. hom. 13.

vilitatis, non jam animo commovebitur, probrosis verbis ignominiæ lacessitus. Verumtamen aliud quoque punctum non nihil ponderemus, quo scilicet S. Ephrem ait: *Frater meus est.*

Non Calumniator, sed vitia ipsius dilio habendâ sunt.

7. Pater quidam filium suum à serpente quodam cinctum videns ; arcu apprehenso sagittam adeo sagaciter in serpentem vibravit, ut illæso filio serpentem transfixerit ; idem quoque facere debet quælibet anima justa, quando injuste oneratur injurijs, nimirum, concipere debet odium adversus culpam offendentis, utpote qui eodem tempore Deum offendit, displicere illi debet invidia, malignitas, iracundia, quæ in injuriatore prædominatur: Ex alia vero parte illum tamquam proximum diligere, eique tamquam fratri benefacere debet. Quod si etiam fortasse arcus te læserit, noli irasci contra illum, nec illum minutim confringas, culpa enim fuit brachij; quod illum terendit & evibravit. Eodem modo non est sumenda vindicta de proximo, qui te injuria effecit, quemque ex Dei præcepto amare debes tamquam fratrem, sed odium tuum dirigendum est adversus malas illius qualitates, adversus perversam inimici tui inclinationem, rogando Deum, ut hanc ab illo extirpet, & eradicet. Sic David cum in sui defensionem Saüli necem inferre posset, utpote qui vitæ ipsius tot modis insidiatus fuerat, totque improperijs aggravarat ; solam tamen illi hastam sustulit.

1. Reg 26.

8. Et vero quandoquidem Davidis mentionem fecimus, Textum Ecclesiasticí quoque ponderemus velim, ita in præconium hujus discurrentem : *In tollendo manum saxo fundæ dejecit exaltationem Goliæ*, quasi diceret, elegit David petram, non ut dejiceret Goliath, sed ut superbiam & fastum ejus, per quem tanto cum præjudicio universo Israëli insultabat ; attereret ; quo loquendi modo discimus nos, ni fallor, quod numquam contra personam nobis injuriantem, sed contra vitium illius, & malos ejus mores indignari debeamus. Duo namque distincta in offensore considerare debemus, scilicet naturam, secundùm quam est similis nobis, deinde offensam seu malitiam ejus, quam omni modo detestari debemus, siquidem Deus hanc à nobis diligi ordinaret, lex injusta & intolerabilis foret; solam itaque personæ, de qua veraciter dicere possumus ; *Os nostrum & caro nostra est*, & in qua imaginem Dei revereri debemus, dilectionem nobis præcipit. Nec quisquam hanc separationem & distinctionem fieri posse neget, respondeo namque, & objectionem hujusmodi practico tali convinco exemplo: Pater ille filium castigat, & nihilominus eumdem tenere amat ; verbera namque paterni affectus sunt demonstrationes ; cum itaque percutit Pater, quia vitium illi displicet ; dumque per hanc reprehensionem filium ad emendationem inducere tentat, ipsum veraciter à se amari ostendit. Qua de re S. Cæsarium Arelatensem audire placeat in hæc verba discurrentem :

Ecclı. 47. v. 5.

Duo in convitiatore cohibenda sunt.

Probatur à similitudine.

S. Cæsar. Arel. h. 11. de dilig. inim.

Dilige ergo in eo, carnem & animam, hoc est, proximum tuum quem Deus fecit ; & odio habe malitiam, quam ipso consentiente Diabolus intromisit. Quemadmodum & Medicus infirmitatem quidem odio, sed ipsum infirmum amore prosequitur. Quam eamdem distinctionem Lucas Burgensis, ubi de inimicis & adversarijs nostris tractat, verbis adducit sequentibus, inquiens : *Diligendi sunt non quatenus inimici agunt, sed quatenus homines sunt, non obstante odio quo nos prosequantur seu malitia ipsorum, æstimati scilicet ex communi natura, non ex vitio, quod vitium ad majorem potius benevolentiæ affectum movere nos debet, quemadmodum Medici quando calce feriuntur à Phrenèticis, tunc etiam magis miserentur illorum.*

Luc. Burg. Matth. 5.

Aliud simile.

9. Contingit quandoque, ut faxum aliquod quod paucis ante diebus conculcabatis, modo super altare adoretis, quia scilicet Salvatoris imaginem repræsentat, & statuam ; ita quoque licet malevolus hic vel ille vos injurijs afficerit, nihilominus quia imaginem Dei in ipso recognoscitis, quia proximus vester est, ipsum honorare, ipsique benefacere debetis ; unde & S. Augustinus ita argumentose concinatus fuisse legitur : *Dicitur quidem in veteri Testamento : diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum, sed qui sano intellectu Scripturæ Divinæ sensum agnoscere cupit, sententiam istam hoc modo intelligat, ut diligat omnem hominem proximum suum, odio habeat Diabolum inimicum suum, quod etiam in uno homine malo implere potest, in ipso enim uno qui malus est, & proximum habes & inimicum ; non quod homo est, proximus tuus est ; quod malus est, non solum tuus, sed etiam suus inimicus est. Dilige in eo carnem & animam, hoc est, proximum*

S. Aug. ser. 168. de verbis

tuam quem fecit Deus , & odio habe malitiam,quam ipso consentiente Diabolus, inuomisit, quod cum sancto & pro animo faceris,vices cœlestis Medici ages,odio habens morbum,& diligens ægrotum.

Quinam sint veri inimici nostri.

S. Thom à Villa nova ser.in fer.6. Cin.

10. Neque minus efficax in præsenti Discursu occurrit S.Thomas de Villa nova , quando de inimicorum dilectione , deque mansuetudine erga injuriantes exhibenda tractans ait : *Ego tibi veros inimicos ostendam , quos oderis , quos destruas , dæmones , peccata tua , & vitia ; hæc sunt quæ te perdunt , quæ te destruunt, quæ tibi gehennam parant ; contra hos inimicos oranat destruat Deus , & tu quantum vales destrue illos. Sed & caro ista,quam tu tantum diligis, & foves, in qua nutrienda vitam perdis , maximus inimicus tuus est , hanc castiga, subjice, doma ; quid fratrem & proximum tuum odis,& persequeris ? O stulte , non est ille inimicus , sed proximus ; non te persequitur homo quem fecit Deus , sed malitia quam fecit homo. Illa est inimicus tuus,illam oderis, illam persequaris, illam destruito. Tolle malitiam à fratre,non te persequetur, non tibi malefaciet , fac ergo ut destruas illam.*

DISCURSUS XIII.

ARGUMENTUM.

Majorem esse victoriam injurias patienter ferre quam easdem ulcisci.

THEMA.

Melior est patiens viro forti , & qui dominatur animo suo, expugnatore urbium. Prov.16. ℣.32.

Major victoria est condonare quam ulcisci injurias.

1. UNum ex motivis, ob quæ homines in injuriarum prorumpunt vindictas,quas alias dissimulaturi fuissent,est,quia timent ne à mundo ignavi,viles, abjecti, & propriam reputationem parvi facientes existimentur ; ac proinde Sapiens per hanc sententiam à spiritu veritatis, qui mentiri non potest , ei dictatam , ab hoc eos errore eximere volens inquit : *Melior est patiens viro forti ; & qui dominatur animo suo , expugnatore urbium.* Circa quæ verba Cajetanus ait : *Qui novit se continere ab iræ impetu , melior est quam potens urbes exercere vindictam , & similiter longè melior est dominator spiritus proprij , quam expugnator urbium , eo quod iste adversus altos prævalet , ille vero setipsum possidet , seipsum sibi subjicit , quod est maximum in virtute morali.* Hugo Card. aliam assignat rationem, cur gloriosior sit victoria , qua quis vincit semetipsum, quam qua multæ civitates expugnantur ; dicit enim : *Qui expugnat urbem toto se pugnat extra, id est,quod intra se est , qui autem animum suum expugnat,dimidio se contra seipsum pugnat , & ideo gloriosior est tibi victoria.* Porro Sancti ab Ecclesia diademate vel corona in capite redimiti repræsentantur , quæ evidens est victoriæ signum;at vero quasnam illi reportarunt victorias? Idem Hugo easdem his verbis indicat:*Sancti nam-quam , aut raro gloriantur in hoc , quod strenue agunt , sed in eo quod patiuntur.* Nam ut D.Chrys. ait : Magna est differentia inter militiam,quæ hic in terris agitur,& eam,quæ ad triumphum in cœlis obtinendum ordinatur:*In bellis ostensio belli est si miles occiderit; illa fulgentissima victoria est , qua inferendam injuriam patiendo superasti ; Deus eas tibi vires concessit, non ut consertione manuum, sed ut patientia vincas.* V. Beda ad hoc propositum de ijs qui honorem suum diminuendum esse metuunt,nisi injurias ulciscantur,ita scribit:*gloriosius est injuriam tacendo superare , quam respondendo vindicare , melius est bene vinci quam male vincere.* Nobilior est victoria,quam de nobismetipsis reportamus, quam ea in qua inimici externi prosternuntur, ut optime ex S. Gregorio Glossa super hunc Textum probat inquiens : *Minor est victoria urbes expugnare , quia ex ira sunt quæ vincuntur , majus est autem , quod per patientiam vincitur , quia à se animus superatur , & seipsum sibimetipsi subjicit , & patientiæ humilitate substernit.* Hanc quoque veritatem ipsimet gentiles agnovere, siquidem Tullius pro Marcello ita scribit:*Domuisti gentes immanitate barbaras , multitudine innumerabiles , locis infinitas , omni copiarum genere abundantes , sed tamen ea vicisse , quæ & naturam, & conditionem , ut vinci possent, habebant. Nulla est enim tanta vis , tanta copia , quæ non ferro aut viribus debilitari frangique possit ; verum animam vincere , iracundiam cohibere &c. hæc qui faciat , non ego eum cum summis viris comparo, sed simillimum Deo judico.*

Hug. Card.

Cajet. ibid.

D.Chrysost. Hom.85. in Matth.

Beda in Proverb.

Glossa ibid.

Cic. pro Marcello.

Suadetur injuriarū condonatio.

2. In Annalibus Ecclesiasticis Joannes XXII. Philippum Regem Franciæ ad condonandas per clementiam suam injurias his verbis exhortatus fuisse legitur:

Ann. Eccles. Rayn. Ann. 1317.n.6.

Cum fili misereri posse sit opus potentiæ,virtusque potentis,& ignoscere genus optimum sit vincendi , mansuetudinem tuam rogamus,& in illo , cujus est proprium misereri semper,& parcere,exhortamur attentius &c. manus enim in humano coinquinare sanguine,truculentiam sapit & barbariem : At vero bonum pro malo reddere,& benefacere his qui oderunt nos, animum indicat, magnanimum,nobilem,omnique contumelia superiorem ; undè & Valerius Maximus ita scribit : *speciosius injuriæ beneficijs vincuntur , quam mutui odij pertinacia.* In laudem Patris sui dignissimus ejus filius Episcopus Nazianzenus ita perorat : *Inter omnia ipsius ornamenta nihil æque pulchrum,atque proprium, ac multitudini etiam cognitum erat , ut simplicitas, & mores doli expertes, atque injuriarum oblivio.* Nimirum gloriam, ornamentum , & summum Patris honorem esse reputabat ; injuriarum oblivionem. Ratio autem cur majoris æstimanda sit victoria,qua quis vincit semetipsum, ea qua civitates & Provinciæ expugnantur, est quia ad urbes superandas & expugnandas Princeps sua aperit ærraria, exercitibus numerosis & pugnatoribus, sua numerat stipendia,suas quoque adhibet machinas militares, multaque alia habet subsidia,quibus mediantibus , consiliorum suorum finem assequitur : at vero quando quis vincere nititur semetipsum, necessum est ut contra se pugnet , cum unam sui partem sibi contrariam habeat : necessum quoque est ut ratio & Discursus timore Dei communitus , appetitum prosternat & dejiciat irascibilem , qui ei forinsecus contumaciter resistit, tantoque majorem exhibet rebellionem , quanto magis ei interesse proponit famæ & honoris , quod adeo est potens, ut non solum apud homines mundanos , verum etiam apud illos qui timoratam habent conscientiam , plurimum prævaleat. D.Chrysostomus non satiatur admirando heroicam Davidis in spelunca Odolla exhibitam virtutem , simulque rationem assignat , cur victoria quam de semetipso reportavit , condonando Saüli (quando eidem pro defensione vitæ propriæ, licitè poterat eripere vitam , gloriosior fuerit illa quam de Goliath reportavit victoria,dicit enim . *Hoc gloriosius trophæum, siquidem illic ex funda & lapidibus, & acie opus habebat , hic vero cauta prudentia , ratioque peracta sunt , ac sine armis contigit victoria , atque in cruentum trophæum evectum est , itaque rediit, non Barbari illius caput gestans , sed animi commotionem mortificatam , sed iram enervatam , neque hac spolia reposuit Jerosolymæ , sed in cælo ; nunc haud quaquam in choris obviam veniebant fœminæ, excipientes illum cum laudibus,sed angelicus populus è sublimi applaudebat ; egressus est è spelunca tanta cum gloria , cum quanta tres pueri egressi sunt è camino ardenti ; nam quemadmodum illos non exussit ignis,ita hic non conflagravit iræ incendio.*

Valer. Max. l.4.

Nazianz. orat. 19.

D.Chrysost. hom. 2. de David & Saül.

In quo consistat insignis victoria.

Ps.56. v.1.

S.Hieron.

3. Reflexistisne vos aliquando ad titulum, quem Ps. 56. præ se fert,qui talis est : *Ne disperdas, David in tituli inscriptionem cum fugeret à facie Saül in speluncam ?* S.Hieron. legit : *Victori ut non disperdas* ; at vero inquies,qua ratione victor appellari poterat , qui Saülem fugiebat? nimirum *melior est patiens viro forti.* Vatablus vertit: *Ut non perdas insignem aureolam Davidis.* S.Greg.Nyssen. quoque hanc admiratur inscriptionem dicens : *quoties longanimitatis ille pugil ub coronam hostes victoria à seipso tamquam Agonotheta prædicatur , ipso fortassis Spir. Sancti mirabiliter sapius hanc vocem iterante,quasi præstantior sit virtute humana ut supra naturæ fines evecta.* Porro in quonam victoria aliqua insignis, cunctisq; aliis superior consistat S.Isid. Pelusiota in quadam Epistolarum suarum his verbis insinuat: *qui præclaram ac lucalentam victoriam adipisci student , accepras injurias , & contumelias , non modo forti ac sereno animo ferre debent , verum etiam plura ei , à quo injuria afficiuntur, præbere,quam ipse accipere capiat. Quod si hæc tibi ab hominum sensibus & judicio, remota esse videntur à cælis sententiam feremus , illinc que hanc legem recipimus.* Idem quoque Pelusiota hanc decisionem in cœlesti tribunali stabilitam, consilium dicit esse Evangelicum,à Sapientia incarnata nobis propositum, quando suasit,ut percussi in unam maxillam,subito præberemus & alteram. *Neque enim dixit Salvator* , inquit, *si quis in dexteram maxillam alapam tibi impegerit , forti animo id patere, ac conquiescere (hoc enim nullis etiam præceptis & consilijs instructi quidam Philosophiæ laude clari,atque insignes homines, atque ex lege ipsis à natura insita vitam moderantes præstiterunt) verum illud adjecit , ut alteram quoque ad excipiendam plagam promptam ac paratam habeas. Nam in hoc demum præclara , & splendida victoria sita est ; illud enim Philosophicum est, hoc naturæ præstantius & cælestе.*

S.Isid. Pelus. lib.2.Epist.6.

Cur altera maxilla percutienti sit præbenda.

Luc.6. v.29.

4. Enim-

Sententia Philosophorum,quinam pro sortiori & generosiori sit habendus.

Arist. l.4. Ethic. c.3.

S.Aug serm. 73.ad fratres.

4. Enimvero ex quo Philosophorum gentilium cæpimus facere mentionem , interrogatos vos velim , quemnam ex mente horum , nullam legis Christianæ notitiam aut respectum habentium , majori generositate & fortitudine præditum esse censeatis,an illum qui injuriam ulciscitur, an vero eum qui illam tolerat patienter ? audite Aristotelem id decidentem dum ait:*Sicut debilis stomachi est cibum duriorem non posse concoquere , ita pusillanimis est,verbum durius,quod non posse sustinere.* S.Augustinus interrogat : *Vis vincere inimicum tuum ?* Moxque respondet : *Attende intrinsecus tuos, ne ibi habeas quod vincere debeas.* Appetitus namque irascibilis , qui ad injuriarum ultionem nos continuo instigat, implacabilis ille est inimicus,quem intra nos habemus, quique à nobis est vincendus. S.Bernardus refert quod cum Alexander Magnus gravi quadam injuria affectus,irreconciliabilem se injurianti exhibuisset , Aristoteles Magister ipsius eum conveniens interrogavit : *quis est qui omnes mundi potentias suo potentatui subjugavit , nisi cor tuum magnificum ? quis omnes Reges terræ tuæ ditioni subjecit,nisi mens magnifica tua ? quis mundi regna sua potentia superavit , nisi nobilissimus & strenuissimus animus tuus ?* Attamen docebo te consequi aliorem triumphum atque dominium omnibus prædictis præstantius , si sequi volueris consilium meum. *Cui Alexander : Profecto sequar consilium tuum. Tunc Aristoteles ait illi : Vince cor tuum , vince animum tuum , vince teipsum , tunc dominaberis illi , cujus imperio totus mundus subjectus est* ; subdit vero S. Bernardus post recensitam hanc Historiam : *Hoc Scriptura asserit Prov.16. Melior est patiens viro forti , & qui dominatur animo suo expugnatore urbium.* Quod si quis universum expugnaret & debellaret infernum , numquid is tibi supra modum videretur generosus, & dignus qui in cœlo triumpharet ? audite S. Augustin. dicentem : *Neque enim perfecta est dilectio Christiani nisi cum implet quod Christus præcepit : diligite inimicos vestros , benefacite his qui oderunt vos, & orate pro eis qui vos persequuntur ; hinc ipse Diabolus vincitur , hinc victoriæ corona perficitur.* D. Chrysostomus jacturam nobis ob oculos ponit , quam patimur,dum inimicos nostros vincere , & acceptas injurias ulcisci conamur : *Non quæramus igitur , inquit, ubique victoriam , nec semper superari vereamur , est enim quandoque victoria detrimentum , offensio vero emolumentum adducit.*

S.August. in Psalm 93.

D Chrysost. Hom.85. in Matth.

Victoria contra injurianteō obtenta,magnam infert damnū Victori.

5. Ex quo in Discursibus præcedentibus injurias nobis multis ex capitibus utiles esse probavimus , restat nunc,ut examinemus , qua ratione intelligendum sit, quod victoria magna sæpe damna conciliet. Idem igitur D.Chrysostomus hac de re ita discurrit. Qui par pari refutit injurianti, deque eo se ultus est verbis mordacibus & pungentibus omnemque contra illum furorem suum effudit , is quidem se illo superiorem factum esse , eumque vicisse sibi persuadet, cum tamen res ita se non habeat,quin potius ab ira , furore & impatientia sua turpiter sit superatus : *Etenim in ira qui valde contumeliatus alium est , superasse videtur , cum revera ipse maxime à turpi hac perturbatione victus , non parum sibipsi nocuerit. Qui autem magno animo tulit injuriam , hic profecto, & quidem cum laude superavit , ille namque ne suam quidem ægritudinem compressit , hic etiam alienam extinxit , & ille suo morbo superatus est , & etiam alienum curavit , nec solum ipse inflammatus non est , verum etiam ingentem alterius flammam extinxit.* S. Augustinus adversus injuriarum ultorem sequens format argumentum : *Quando vindicari vis , sine dubio vincere vis ; vide ne dum vis hominem vincere , ab ira vincaris. Quia læsit , & vis tu lædere , quia nocuit , vis & tu nocere ; & si tu vincas amplius quam ille nocuit , quomodo vincis malum in malo ? non hoc dixit Apostolus , non hoc audistis : Ego nolo vinci à malo. Audistis ? & forsitan respondebis ; hoc & ego volo , sed nemo me vincit , dixit enim Apostolus : vince in bono malum , hoc est, ut qui te læsit sua iracundia , tu illum vince tua patientia.* Idem quoque Apostoli consilium : *Noli vinci à malo,sed vince in bono malum.* S.Anselmus his verbis confirmat : *Contende non malo , sed bonitate. Ipsa est enim vera contentio , vel certamen salubre , ut sit bonus contra malum , non ut sint duo mali. Si tu jam non es malus , obsta malo,ut sis bonus. Si displicet ibi malus,noli fieri malus , nam si reperuatis , malo vis vincere malum. In sensibus vel motibus animorum ille dicitur vicisse , qui alterum ad suam traxerit partem ; si ergo mali vicissitudinem ad te receperit ille,te vicit , & passionis similitudine vitio suo subdidit ; si autem per patientiam tuam cessave eam ab*

S.Aug.ibid.

Rom.12.21. S.Anselm. ibid.

D.Chrysost. hom.22. ad Romanos.

ira , vel injuria feceris,tu vicisti , & de peccato ad salutem lucrando proximum , triumphasti. Porro in oculis hominum mundanorum (qui actionem virtuosarum & Christianarum nequaquam sunt competentes judices) ita quidem videtur, quod is qui inter opprobria patiens est , nec illis refert vicissitudinem , ignavus sit & honorati nominis sui oblitus; verumtamen alia debet esse Christi fidelium opinio , qui actiones suas per duelli legem minimè regulare debent. Etenim *qui lædit , superare læsum videtur* , inquit D. Chrysostomus , *sed permittosa sibi victorias superat. Læsus autem si magno animo perfert injuriam , quamquam victus videatur coronam tamen splendidam adeptus est ; Sæpenumero ergo vinci quam vincere præstantius est ; optimus profecto iste victoriæ modus est.*

D.Chrysost. ibid.

6. Idem quoque punctum ex communi opinione à multis alijs sanctis discussum fuit, scilicet an gloriosior sit victoria,majorque virtus ; si quis inimicum suum vincat cedendo, an vero eumdem impugnando. S.Basilius de ira differens ita suadet : *Ne fratres dilectissimi malum malo curate , nec contendite invicem calamitate mutua vincere , in rixa enim is inferior est , qui victor est,ac peccatis longè gravior discedit.* De Demosthene celeberrimo Oratore refertur quod improperijs irritatus dixerit : *Committor in certamen , in quo qui superior evaserit , inferior est , & qui vicerit victus.* Notatu quoque digna est quædam S. Bernardi sententia dicentis : *Infælix victoria est , qua hominem superans succumbis vitio, os pravi tanti non est , ut quis illud dignetur responso.* Vilis enim est victoria (si tamen vel hunc titulum meretur) homine contentioso,impio,arrogante , maligno , fellisque pleno superiorem esse , S.Valerianus merito nos admonet dicens : *Plena victoria est ad clamantem tacere & non respondere provocanti.* Hinc & frater Algidius S.Francisci sodalis simili in occasione cuidam injuriato, quem modum circa improperia excipienda servare deberet , sequentem dedit institutionem : *Quando quis contendit tecum, si vis vincere,perde ; si vincis teipsum , omnes inimicos tuos vicisti.*

Gloriosior victoria obtinetur cedendo, & nō resistendo.

S.Basil.l.10. de ira.

Erasm. l.4. Apoph.

S. Bern. ad mlit.

S. Valerian. hom.12.

7. D. Chrysostomus in alia quadam Homilia super Epistolam ad Romanos ad idem propositum ita discurrit : *Injuriæ memoriam adhuc retinere , à malo vinci est. Sed istud primo loco non dicit , neque enim tum tempus erat. Postquam vero iram illius evacuavit , tunc subjunxit dicens : sed vince in bono malum , quandoquidem & istud vincere est. Pugnans enim tunc potissimum vincit,non quando suum ipsius corpus pugnæ exponit , ut plagas excipiat,sed quando seipsum eraens efficit , ut omnem suam potentiam adversarius in aëra , frustra & inaniter effundat , sic enim nec ipse plagas excipit,& omnes adversarij vires dissolvit,id quod & in convitijs fit ; nam quando vicissim convitia regeris, vinceris , non ab homine , sed quod turpius est , ab illibero illo iræ affectu permotus exuperaris. Si vero tacueris , vincis & trophæum figis , & innumeros acquiris qui te coronent.* Qui idem Sanctus in Homilia super Acta Apostolorum eamdem tractans materiam , vindicativis præjudicium eorum ob oculos ponit in hæc verba : *Volunt ulcisci de his qui contristarunt. Igitur ipsi risu digni. Etenim iræ impetum ferre puerilis animi est , imperare autem fortitudinis faerit.* Quod idem paucissimis his verbis tradit S. Ambrosius : *Vincis dum cedis.*

D.Chrysost. hom.22. ad Romanos.

S.Ambr. in c.4. ad Colloss.2.

D.Chrysost. Hom 41.in Acta.

DISCURSUS XIV.

ARGUMENTUM.

De benignitate , & humilitate, qua respondendum est injuriosis, ut ira illorum mitigetur , illosque lucrifaciamus.

THEMA.

Responsio mollis frangit iram , sermo durus suscitat furorem. Prov.15. ℣.1.

Suavi responso mollitur ira.

Berchor. in ver. luxur.

1. SApiens modū incendium iræ & excandescentiæ nostræ contra injuriantem sopiendi in verbis mitibus , benignis , & humilibus consistere docet , dum ait : *Sermo mollis frangit iram.* In aliquibus Lyciæ montibus talis habetur ignis , ut , quidquid sibi offeratur, consumat usque ad ipsos etiam durissimos lapides , neque nisi per terram, aut fœnum extingui potest. Quid aliud injuriantis est indignatio,quam ignis , utpote accensio sanguinis circa cor ? hæc igitur inflammatio verbo miti, placido, humilique extingui potest , siquidem *responsio mollis frangit iram*,ubi Theodotius legit: *Responsio delicata*; Tygurina : *Responsio mitis*; Syriaca: *ver-*

Theodot. Tygurina.

Syriaca. Cajetanus.

bum molle avertit iram. Ubi Cajetanus ita discurrit: *Experimur quod responsio mollis efficit, ut iratus retrahat iram suam, quo contra si responsum fuerit, verbum contristans, ascendet furor irati, crescit ira in furorem. Et ratio in promptu est, quia multiplicatur causa iræ, dicendo sermonem contristantem, ira enim ex tristitia surgit, responsione verò molli minuitur iræ materia, iratus enim videns humiliatum contra quem irascitur, retrahit iram tamquam desierit contra quem irascatur.*

Probatur variis similitudinibus.

2. Si sagittæ in materiam mollem, teneramque incidant, facilè enervantur, si verò in resistentem & duram, vires exercent. Unde S. Basilius ita in præsenti discurrit: *Nonne vides quemadmodum sagittæ si duriora offendant, resiliant ac excidant, in mollibus verò ac obedientibus facilè figuntur; ita & in contumeliis evenit; qui eis occurrit & resistere quærit, illas in sese recipit, qui autem mansuetudine ac patientia armatus ad eas exciptendas se præparavit, omnino exoriet ac evitabit.* D. Chrysostomus ad eumdem finem aquæ adducit proprietatem, cujus proprium est flammam extinguere, eumdem namque effectum, iracundiam injuriantis extinguendo, mansuetudo & benignitas operatur. *Nihil mansuetudine violentius*, inquit ille, *nam sicut rogum cum valdè accenditur, aqua injecta restinguit, ita & animum camino magis exardescentem verbum cum mansuetudine prolatum extinguit, & duplex indè nobis lucrum accrescit, tum quod nos mansuetudinem declaramus, tum quod fratris indignationem cessare facimus, & mentem ejus à turbatione liberamus*, S. Ambrosius ad consilium se reflectens Evangelicum de præbenda maxilla sinistra post dexteram percussam, inquit: *Quid tam mirum quam percutienti maxillam præbere alteram? nonne omnis indignationis frangitur impetus, ira sedatur? nonne sit per patientiam, ut sua amplius pœnitentia reverberes verberantem? ita erit, ut & injuriam repellas, & gratiam quæras*, quasi diceret, hic aptus est modus, tum se suaviter vindicandi de acceptis injuriis tum sibi eodem tempore injuriantem reconciliandi. Unde Spiritus S. de quo S. Mater Ecclesia canit, dulcis hospes animæ, cujus etiam S. Paulus benignitatem & mansuetudinem fructus esse agnovit, sequentem Ecclesiastico dictavit sententiam: *Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos.*

D. Chrysost. hom. 18. in Gen. in fine.

S. Ambr. l. 5. in Luc. c. 6.

Gal. 5. v. 23.

Eccli. 6. v. 5.

Doctrina S. Augustini.

3. Inter alias à S. Augustino Monachis suis præscriptas regulas hæc quoque legitur: *à verbis durioribus parcite; quæ si emissa fuerint ex ore vestro, non pigeat ex ipso ore proferre medicamenta unde facta sunt vulnera*; hoc autem medicamentum lenitivum esse debet, id est, mitis quædam & benigna responsio. Hugo Cardin. factum quoddam refert, quod etiam diversis cum circumstantiis à Dionysio Carth. narratur; ambo vero Historiam hanc ex vitis Patrum desumpserunt. Cum enim Abbas quidam Monachum quemdam juxta morem ad civitatem misisset, ut necessariam Monasterio provisionem compararet, in proscriptum quemdam hominem incidens zelo quodam non tamen secundùm scientiam moderato abreptus eumdem interrogavit dicens: *quo vadis Dæmon? & ille respondit: Tu experieris me esse Dæmonem; & exsuccto gladio occidit eum.* Abbas verò à quo prædictus Monachus missus fuerat eidem latroni obvius factus amicabiliter eumdem salutavit; *quem raptorem iterum Abbas inveniens* inquit Historia: *dixit ei salve frater, & ille respondit, non frater tuus, sed frater Dæmonum sum, & secutus Abbatem factus est Monachus.* Circa quam Historiam S. Hieronymus ait: *Vide quid lenitas sermonis fecerit, & qui sit austeritas.* In Prato spirituali aliud quoddam simile refertur exemplum. Rusticus enim quidam citra causam Abbatem Servium inurbane tractarat, qui cum improperia non modo patienter toleraret, sed & insuper benignè rustico responderet, non modo impium placavit, sed & in tantum convertit, ut ad pedes Abbatis prostratus, veniam petierit, monasticumque statum amplexus fuerit, nec mirum, quia ut S. Chrysost. scribit: *Quis non miraretur eum, qui opprimentium contumelias æquo animo perfert? quemadmodum enim etiam cum justè quispiam torqueatur, si magno animo patitur, injustè cruciari multis videtur; sic qui cum injuria vexatur, si non perfert, jure puniri putabitur, ac deridebitur, quasi mancipium ab ira distractus, & animi nobilitatem furori subjiciens.*

Sophron. prat. Spir. c. ult.

D. Chrysost. hom. 88. in Matth.

Aliud præclare militaris exemplum. Sur. 10. Octob. c. 9.

4. Scopulum hunc Sanctus quidam cui nomen Joannes, Religionis Canonicorum Regularium dexterrimè evitavit, de quo Surius in hæc discurrit verba: *quidam è fratribus monasterii hujus magno furore commotus, procaciter ingressus in aulam, ubi vir mansuetus eum quibusdam familiariter conferebat, multa in eum convitia contumeliosè jactitabat, minis & clamoribus id se effecturum sperans, ut ira promoveretur. At ille fellis expers, ne verbum quidem ei respondit. Id cernens quidam, præ cæteris viro Dei familiarior, cur tam inquit atrocia hujus hominis dicta perfers, cum verbo uno ejicere possis, ut redeat ad cubiculum suum? vide quas suis verbis rationes prætexit, atque ex latentis nequitiæ fovea tumens superba innocentiæ proculcatrix caput exerat suum? quid ita neglegis existimationem tuam, honorisque tui injuriam? cur tantæ nequitiæ ad ministrum non reprimis? Ei beatus vir sic respondit: si flamma vorax ædificij tecta lambens in sublime feratur, num tu consultò factarum putabis, cum, qui plus etiam materiæ in flammam injicere velit? frater iste ad præsens magno ardet furoris æstu, cui si ego commininationum faculas admovere velim, furor ejus magis magisque inflammabitur, atque ita fiet, ut in rectam viam facilè & amanter revocari non possit; sed ubi hæc flamma deferbuerit, tunc demum ad opportuna remedia animo deliberato accedemus.*

Prov. 12. 16. Ira, est proprietas furorum.

Dion. Carth. ibid.

5. Sapiens in Parabolis suis eamdem materiam tractans, ita scribit: *Fatuus statim indicat iram suam, qui autem dissimulat injuriam, callidus est.* Ubi Carthusianus ita ad præsens discurrit intentum: *Foris erumpit per iracundiæ signa, & flammam suæ commotionis evaporat per verba & gestus distortos* (de iracundo loquitur injuriante) *non attendens quam inhonestum sit hoc, nam passioni subjectus nec per mansuetudinem refrænare se didicit, idcirco per iram totaliter excæcatur ejus ratio, propter quod rectè stultus vocatur*, si quando mare spumans tempestuosas inflatasque suas cœlum versus elevat undas, qualiter mitigantur & sedantur? *& dixit usque huc venies & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos.* Suam itaque iram & fastum arenæ terræque tactu reprimit; quam ipsissimam similitudinem Nazianz. ita ad præsens applicat intentum, dicens: *Verbis tuis frangatur, atque moribus blandissimis solutus instar fluctuum ad terram illico.* Mitis siquidem & placida vox injuriantem reprimit, fœdat & humiliat: *Responsio mollis frangit iram.*

Job 38. v. 11.

Nazianz. in arm. adv. iram.

6. Circa hæc ipsa verba Sapientis Cornelius à Lapide talem format Discursum: *Injuria frangitur submissione, mitique responso, quo quis se irato quasi subjecit & prostravit, domatur & vincitur. Tunc enim iratus & injuria affectus, videtur ultionem peregisse, & honorem suum recuperasse, cum reum vel æmulum sibi subjectum & quasi supplicem aspicit.* Sæpe namque fieri solet, ut alium improperijs impetens, se prius ab eodem offensum fuisse injuriamque ab eo, cui insultat, accepisse, arbitretur, quem proinde post acceptas injurias minimè irasci, sed potius patientem & mitem esse conspiciens, quid mirum, si & ipse placetur.

Corn. à Lap. in Prov. 15. Iracundia contumeliantis frangitur verbis mansuetis.

7. Servus Dei Joannes Baptista Fulginiensis suo aliquando consilio & directione, ut in vita ejus traditur, juvenem induxerat, ut Capucinorum se dederet observantiæ, quod dum pater filij consilio & suasu hujus sancti viri factum esse intelligeret, injurijs, minisque in eum acribus invectus, verbera illi intentavit, prima data occasione eidem infligenda. S. Vir Dei autem hoc audito ad ejus se pedes prostravit, promptum se esse dicens, ad quamvis ab eo pœnam recipiendam, siquidem deteriora se pro peccatis suis meruisse agnosceret. Quibus humilitatis & mansuetudinis actibus visis arrogans vir ille ad cordis redactus est teneritudinem, oculisque lachrymantibus insultum ei factum detestans de terra eum elevavit, dicens: optime à se factum esse, quod filium suum ad religionem dimiserit, quia si in sæculo permansisset in eminenti fuisset periculo, ne malo vitam suam fine clauderet. S. Anselmus super illud Apostoli monitum in Epistola ad Roman. *Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes, non vosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ*, ita ad propositum nostrum scribit: *Ille dat locum iræ, qui iram superbientium humiliter fugiendo declinat, non se contra receptas contumelias erigens, sed de loco pia humilitate recedens.*

l. 1. c. 19. Vitæ Joan. Bapt. Vitell. Fulginat. Insignis exemplū mansuetudinis & patientiæ contra contumeliantem.

Rom. 12. 18.

S. Anf. ibid.

8. S. Ambrosius illa Psalmi exponens verba: *posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator adversum me.* Textum hunc de injuria intelligendum esse censet, quam David à Semei recipiens, nullum defensionis protulit verbum, sed potius summa cum humilitate suos in vindictam paratos cohibuit; quam virtutem dictus Sanctus admirans ait: *quid enim magnum de homine invalido vindicari, quem ad furorem alter irritat, in cujus nece peccator habuisset voluntatis effectum? Non gladio Diabolus, sed verbo Dei vincitur.* Per actus itaque humilitatis suæ, quæ hac in occasione singulariter in eo

Psalm. 38. 2. David per actum humilitatis vicit Diabolum & Saülem.

S. Ambr. ibid.

in eo emicuit, victoriam retulit contra dæmonem, qui contumeliantem instigabat. Hinc & S. Dorotheus in sermone cui titulus est (*de ira & injuriarum memoria non habenda*) ita discurrit: *ubi cordis demissio seu humilitas inest, quid molirī, quid efficere ulterò poterit furor, & præteritarum injuriarum reminiscentia? ajebat Zosimus Abbas; si universa præstigia, machinas & artes suas moveret ac strueret, Diabolus una cum omni suo illo dæmonum cuneo, nullæ erunt omnes ejus insidiæ artes & conatus.*

S. Dorotheus. ser. 8.

9. In obstinatioribus urbium inexpugnabilium obsidionibus, obsessi integras bombardarum, aliarumque machinarum militarium tempestates ejaculari solent; sed qualiter hæ omnes ab arte & industria militari reprimuntur ac redduntur inutiles? materia ijs objicitur mollis V. G. lana, terra, fasces aut similia alia, quæ omnem impetus illius destruit vigorem; sicut enim glandium ictus materiam lædunt duram, & lapides fortissimos rumpunt, ita econtra per materiam teneram ac mollem penitus enervantur. Ita quoque in præsenti, nam *responsio mollis frangit iram, sermo durus suscitat furorem.*

Simile glandium bombardarum.

Prov. 15. 1.

10. Jeremias quemdam nobis perfectæ virtutis virum, multisque non unius sed plurium exacerbatum improperijs describere volens, ita discurrit: *Saturabitur opprobrijs, Sedebit solitarius & tacebit, quia levavit super se*, ex eo namque sono quis utrum magno Spiritu polleat, dignari poteat; quare igitur ex omnibus his improperijs commodum vel incommodum hausit? forsitan ea ulcisci statuit? forsitan offensas vindicare, se justificare aut defendere molitus est? nequaquam; sed *dabit percutienti se maxillam, ponet in pulvere os suum.* Quis iste est pulvis? ille scilicet, qui bombardarum ictibus ad omnem eorum vigorem atterendum opponi solet; *responsio mollis frangit iram*, nec hoc ipsum cuipiam difficile accidet, præsertim si quis omni injuria se dignum esse reputavit, tunc enim cum submissione, & benignitate respondebit, sicque superbum placabit; Interl. circa prædictum textum ita discurrit: *dabit in sepultura vel in fossura os suum, memorans, quia pulvis est, & in pulverem revertetur.* Et Glossa ordinaria ait: *principium est professionis nostræ in pulvere os ponere, & momentis singulis quod sumus pulvis cogitare.* Lyranus autem longe aptius ad præsens discurrit intentum, quando inquit: *ponet in pulvere os suum, humiliter loquendo*; ubi & verba illa præcedentia (*sedebit solitarius & tacebit*) considerans subjungit: *& quia quanto quis in Deum elevatur, tanto verius humiliatur, cogitans suam fragilitatem juxta divinam Majestatem, ideo subditur; ponet in pulvere os suum.* Quem eumdem Jeremiæ textum considerans Rupertus Abbas, ita acute ter-

Prov. 15. 33.

Prov. 18. 12.

Prov. 25. 15. Iracundia contumeliantis frangitur verbis mansuetis.

Interl.

Glossa ibid.

Lyran.

Rup. Abb. c. 68. in Jer.

mocinatur: *Non in cœlo, sed in pulvere ponet os suum, audiens sibi dicentem Magistrum bonum, discite à me, quia mitis sum & humilis corde.* Cui & Dion. Carth. subscribit, dum ait: *Ponet in pulvere os suum, id est, pulverem & cinerem se esse fatebitur, nec superba loquetur.* Cui Commentario illud S. Bonav. simillimum est dicentis: *Profunditas humilitatis Rabanus: Ille in pulvere os suum ponit, qui humiliter sentiens, fragilem se esse cognoscit.*

Dion. Carth. ibid.

S. Bonav.

11. Quis majoribus umquam opprobrijs quam Christus in vita & morte sua oneratus fuit? contra quem exacerbari impij dicebant ad invicem: *Contumelia & tormento interrogemus eum, ut sciamus reverentiam ejus*; quem textum Hugo Card. discutiens, Christum pro Dei Filio propter suam in improperijs monstratam humilitatem agnitum fuisse concludens, ita discurrit: *ut sciamus reverentiam ejus, id est, humilitatem & patientiam, de qua Hebr. 5. exauditus est pro sua reverentia. Quasi sapiens Disputator respondit ad primam objectionem, id est, ad contumelias, humilitatem.* Quæ humilitas sufficiens fuit, ut latronem in Apostolum & satellites in Christianos commutaret, dicente Evangelista: *percutientes pectora sua revertebantur &c.* hisque omnibus dictus eminentissimus authoritatem subnectit S. Bern. ita de Redemptore loquentis: *Ad vulnera patiens fuit, ad opprobria humilis.* Et ita quidem revera contingit, qui namque vera dotatus est humilitate, eam dum injuriatur, manifestat, quia scilicet injurias non sentit, aut placide mansueteque respondet, omni se dignum reputans vilipendio. *Qui studet humilitati*, quondam dicebat S. Joannes Climacus: *non curet convitia.* Cui accinit S. Bernardus, quando in libro *de interiori domo*, hoc sequens tradit documentum: *qui laudem non appetit, nec contumelias sentit.*

Christus pro Dei Filio agnitus fuit ex humilitate, in improperijs exhibita.

Sap. 2. v. 19.

Hug. Card. ibid.

Luc. 23. 48.

Sthol. 25. ad grad. 25. Clim.

S. Bern. de interior. domo c. 41.

12. S. Basilius ex illis Psalmistæ mansuetissimi verbis: *Nonne Deo subjecta erit anima mea?* hanc eamdem in verba sequentia eruit veritatem, inquiens: *Eliminata omni superbia, vite quis virtutem humilitatis assequetur. Impossibile enim sit, eum, qui non sibi persuasit omnium opera indigere, omniumque esse se nocentissimum, posse aliquando dum incessitur quodam convicio pervincere iram.* Quo forte etiam sponsus in sacris Canticis respexit, quando dilectam suam ita laudat: *Sicut vitta coccinea labia tua & eloquium tuum dulce.* Sed dicet quis quæ inter vocem benignam & vittam rubeam poterit esse proportio? vitta sparsos simul unit connectitque capillos, atque ita inferre voluit Salomon, quod anima electa, divinis; amantis sponsi omnes cogitationes & sermones suos in charitate (*charitas quod est vinculum*) per colorem rubrum denotata unire debeat; in charitate inquam, quæ *non agit perperam* non peccat, non retundit injurias, sed verbis suavibus placide respondet: *Et eloquium tuum dulce.*

Profectus ejusdem argumenti.

Cant. 4. v. 3.

Col. 3. v. 14.

1. Cor. 13. v. 4.

13. Equidem quod improperium animæ alicui amanti gravius impingi posset, quam eam brutam nigramque appellare? hic autem ipse titulus sponsæ datus fuit, sed quid eam respondisse putetis? *Nigra sum, sed formosa filiæ Jerusalem*; ubi S. Bernardus ita discurrit: *Non reddidit maledictum pro maledicto, sed etiam benedixit, filias Jerusalem vocans, quæ magis pro sua nequitia filiæ Babylonis vel filiæ Baal appellare meruerant.* Ita quoque Anna Samuelis mater, quando de ebrietate redarguebatur, sua iter respondit: *nequaquam Domine mi.* Circa quæ verba subtiliter commentans D. Chrys. ait: *qui contumeliosè locutus fuerat, eum appellat Dominum*, ita & in die Pentecostes quando Apostolis à Synagoga injuriam passis, utpote de ebrietatis vitio injustè reprehensis (*quia musto pleni sunt isti*) nomine omnium respondit. S. Petrus: *non enim sicut vos æstimatis, hi ebrij sunt.* Uti idem dictus S. Doctor eamdem notat virtutem inquiens: *non dixit sicut vos subsannatis, neque sicut vos riderit, sed sicut suspicamini.* Quæ adeo mitis responsio tantæ fuit efficaciæ, ut mortale plurimotum Judæorum odium placarit, eosque permoverit, ut benignas prædicationi S. Petri aures præberent, & aliquot eorum millia ad Christi fidem perducerentur; & quid mirum? *responsio mollis frangit iram.*

Contumeliæ retundendæ mansuetis verbis.

1. Reg. 1. 15.

D. Chrysost. Hom. de Anna.

Act. Ap. 2. v. 13.

D. Chrysost. Hom. 5. in Act.

DISCURSUS XV.

ARGUMENTUM.

Silere, nec injuriantem retundere, modo justum & debitum abſit respondendi motivum, maximæ est virtutis.

THEMA.

Ponet in pulvere os suum, ... dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobrijs. Thren. 3. v. 29. 30.

Optimum remedium contra improperia, est silentium.

Isa. 30. v. 15.

1. JEremias hominem mitem inq; injurijs patientem his verbis describit, qui non modo eàs suffert, sed & ipsas in se provocat, vultum colaphis porrigens, seque opprobrijs veluti delicato cibo saturans: *dabit percutienti se maxillam saturabitur opprobrijs.* Id autem quod in præsenti nobis singulariter ponderandum erit, silentium est, atque taciturnitas, qua omnia improperia modestissime excipere debemus, siquidem *in silentio & in spe erit fortitudo vestra.* Ita ut injuriantibus non respondeamus, nisi per sapiens prudensque silentium. Porro Vulgata legit: *ponet in pulvere os suum*, alij vertunt *in sepulturam*; quam versionem S. Ambr. secutus ita discurrit: *quod ait, dabit in sepulturam os suum, offendit quamdam supra modum patientiæ taciturnitatem, ut tamquam sepeliat os proprium, ne loquatur, & velut quodam virtutum aggere ekstruat, ne vocem doloris emittat; tantum pondus afferens patientiæ, quam spes foveat, ut vocem ipsam vel quodam busto ac tumulo sepeliat ac includat, quam nulla extorquere, & nulla excitare possit injuria.* Quod idem in S. Paschasio expressum invenimus dogma.

S. Ambr. ser. 10. in Ps. 118.

Hoc optime noverat David.

2. In tota Scriptura à nullo penitus meliorem pro injurijs sufferendis eruditionem expectare possumus, quam à Davide, qui ideo *vir* erat *secundum cor Dei*, ut supra diximus, quia hæc mansuetudinis virtus singulariter in eo relucebat; hinc & exemplo suo nos ad eamdem sæpe invitat; quando inter alia dum aliquando hujusmodi adversariorum suorum insultus & maledicta commemorasset, subjungit insipiciens: *Ego autem tamquam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum, & factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones.* Et in sequenti Psalmo prosequitur, inquiens: *Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator adversum me, obmutui & humiliatus sum, & silui à bonis.* Ubi S. Ambr. advertit Davidem non dixisse se surdum aut mutum fuisse, ut injurias

Ps. 37. v. 14.

Ps. 38. v. 2.

rias vel non audire, vel iis respondere non potuisset, sed potius se gessisse, instar alicujus, qui nec loquelam nec auditum habet. Unde ita sanctus hic discurrit Doctor:

S. Ambr. in Psalm. 37. *Non dixit, quia simulabam me non audire, quæ dicerent, sed non audiebam dixit, quod quando intentione mentis vocem loquentis excluderet, nec aperiret os suum sicut mutus. Beatus qui potest tantam habere virtutem, ut lacessitus non irascatur, commotus se nolit ulcisci.* Hinc & Hugo Card. illa ejusdem Psalmistæ verba (*obmutui & non aperui os meum*) considerans, hunc ipsi similimum arrogantiam injuriantium reprimendi & confundendi aptissimum modum esse, resolvit in hæc verba: *nec me-*

Psalm. 38. 3. Hug. Card. 1. Petr. 2. 15. *lius reprimitur aut confunditur exprobratio insipientiæ, quam tacendo & patienter & mansuete sustinendo*, juxta illud S. Petri assertum: *ut bene facientes obmutescere faciatis improborum hominum ignorantiam.*

Alb. Magn. ibid. David tacendo vicit adversarios.

3. Alb. M. Davidem postquam se improperiis impetitum fuisse dixisset, modum subito, quo illa sustinuerit subjungere advertit, dicens: *quia silenter omnino, ait enim ita: dedisti opprobrium insipienti; & ego quidem obmutui, ut non responderem juxta illud Prov. 26. Ne respondeas stulto secundum stultitiam suam, ne efficiaris ei similis, & hoc secundum Consilium Aristotelis, hoc enim fuit de ænigmatibus ejus: Ignem gladio ne confodias, iracundiam verbo ne lacessas.* Quod idem Psalmistæ silentium novis considerationibus prosequitur & sublimat S. Ambr. dicens: *David tacendo vicit adversarios suos.*

S. Ambr. in Psalm. 37. Quod silentium tanto admirabilius, tantoque magis meritorium extitit, quanto magis ad irritandum ipsum omnes adhibitæ fuere in contrarium machinæ. *Tacebat David*, inquit dictus Sanctus, *loquebantur inimici, provocabant ut aliquid & ipse loqueretur.* Qua singularissima virtute neutiquam se faturare potens S. hic Doctor, ad ejusdem delicias gustandas, & ad opprobria patienter sufferenda, exemplum nobis proponit silentij ejusdem Vatis, ipsumque veluti normam quam imitemur, porro exhibet in hæc verba: *Quid enim est opus moveri, cum audimus convitia? cur non imitemur dicentem: obmutui & humiliatus sum, & silui à bonis? an hoc dixit tantummodo, & non fecit. David? imo & fecit, nam cum ei convitiaretur Semei, tacebat David; & quamvis septus armatis, non retorquebat convitium, non ultionem quærebat, eosque ut dicente sibi Sarviæ filio, quod vindicare in eam vellet, non permiserit. Ibat ergo tamquam mutus & humiliatus, ita tacens, nec movebatur, cum vir appellaretur sanguinum, qui erat conscius propriæ mansuetudinis.* Orig. ingeniosam & utilem scripsit homiliam super hunc Ps. 38. in quo David sæpius se unicum opprobriorum inimicorum suorum scopum fuisse, eademque patienter & in silentio pertulisse repetit: in hac

Orig. Hom. 1. in Psalm. 38. homilia inter cætera dicit: *dum constitit peccator adversum me, obmutui & silui à bonis, id est, si aliquando peccator astitit adversum me, & loquebatur de me male, & obtrectabat, atque irritabat me, ut similia ei redderem, & paria de meo ore proferrem ego in illo tempore silentium meditabar, ut nihil penitus responderem.* Pergit idem Origenes ulterius ostendendo, quod licet homines parum timorati continuo studeant, ut invenire modum possit receptas vindicandi injurias, anima tamen hominis justi in medijs injurijs taceat, & patientiam exerceat; horum namque verborum: *silui à bonis*, hunc sensum esse dicit: *non dixit, & silui tantummodo, sed à bonis silui, in quo ostendit, quod cum sim in me bona & edoctus atque institutus sim bonis dogmatibus, atque disciplinis, & possim etiam cæteros docere, quæ bona sunt, tamen in eo tempore quo peccator consistit adversum me, & convitijs lacessit, ac jurgijs, ego etiam bona verba cohibeo & reprimo, ne vel illi ignem suæ perditionis inflammem, dum non potest pariter parere malis, & conspicere bona ne sermonum meorum faciam detrimentum.* Idem quoque ulterius demonstrat, quod virtus & perfectio animæ justæ in tacendo, & nonnumquam etiam in loquendo suo tempore consistat, *si aliquantum profeci nondum tamen perfectus sum, & taceo, & fero convitia patienter, neque quidquam omnino respondeo. Si vero sum perfectus, non taceo*; at vero quisnam est modus linguam innoxie laxandi? *cum maledicor benedico, sicut & Paulus dicebat, maledicimur, & benedicimus.*

Utilissima doctrina pro injuriato. Cass. Coll. 16. c. 26. 4. Cassianus eximius ille spiritualis vitæ Magister, sequentem habet doctrinam monachis quidem traditam, attamen omnibus cujuscumque demum sint vocationis utilissimam, dicit enim: *Hæc ab his qui sodalitatis affectum cupiunt inviolabilem custodire, præ omnibus observanda censemus, ut primum cujuslibet injurijs lacessitus, non solum labia sed etiam profunda pectoris sui Monachus tranquilla custodiat, quæ tamen si senserit, vel semotior fuisse turbata, omni semetipsum taciturnitate contineat, & illud quod Psalmista commemorat, diligenter observet: turbatus sum, & non sum locutus, & dixi custodiam vias meas &c. Nec præsentem considerans statum ea proferat, quæ ad horam turbulentus suggerit furor dictatque animus exasperatus, sed vel recolat gratiam præteritæ charitatis, vel reformandæ pacis redintegrationem mente prospiciat.* Mysterio utique non vacat phrasis illa Prophetæ, qua se ori suo custodiam sive vigiliam adhibuisse, dicit: *Posui ori meo custodiam.* Etenim vigilum officium postulat, ut se juxta portam statuant, eamque custodiant, ne quis inde egrediatur qui violenter in urbe retinetur; eodem modo David dicere voluisse videtur, se appetitum irascibilem intra se captivum, ligatum & timore Dei, patientia, mansuetudine & charitate (quæ vinculum perfectionis appellatur) astrictum & vinctum tenuisse, ne in verba iracunda prorumperet; quænam vero erat hæc custodia? *Obmutui & silui*, cum enim verissimum sit, quod patientia opus perfectum habet, ut Doctor Angelicus testatur: Veræ & perfectæ sapientiæ indicium erit inter opprobria tacere: *Meritam sumitur ex parte patientis*, inquit S. Thomas, *patientiam quam habuit ostendit cum dicit: Obmutui. Signum patientiæ est, quod homo cum verba opprobrij inferuntur ei, non reddit malum pro malo; sicut Christus 1. Petri 2. cum malediceretur non maledicebat: Obmutui ab opprobrijs contra proximum.* S. Valerianus in quadam homilia, *de bono conservandæ pacis* ad nostram instructionem ita scribit: *Beatos illos judico, qui verba labiorum fuorum tacito ore custodiunt, & memores cælestium mandatorum, alienæ vocis contumeliam non requirant. Cessant enim odia, ubi non reputatur injuria, nec habet ullam virtutem iracundia, si desit unius in contentione persona. Ita duplex patientiam manet victoria, hominem vicisse proprios animorum motus, & temperasse motus alienos.*

Psal. 38. v. 2. Similitudo Vigilum ad portas Civitatis.

Prov. 17. v. 14.

Coloss. 3. v. 14.

Jac. 1. v. 4.

S. Greg. l. 5. mor. c. 11.

S. Valerian. hom. 12.

5. Quotidiana nos docet experientia, quod quando ventus aliquid fortitur, quod ipsum promoveat, ingentem excitet strepitum & rumorem, quando vero nullum habet subsidium, placide se componat; sic enim videbitis, quod si unam portam solam alicujus conclavis aperueritis, ventus nullum prorsus strepitum faciat; econtra vero si etiam aliam directe ex opposito collocatam patulam esse feceritis, subito ventus furere omniaque quæ in conclavi sunt, evertere solet: Idem quoque accidit, quando inter litigantes ambo simul, scilicet injuriator & injuriatus ora sua aperiunt, ita ut si unus verbum aliquod pungitivum in medium protulerit, alter vicissim verbo magis injurioso respondeat, hinc enim à verbis transitur ad rixas, ab his vero ad vulnera & tandem ad strages & cædes. Unde Ecclesiasticus monet, inquiens: *Audisti verbum adversus proximum tuam? commoriatur in te, fidens, quoniam non te disrumpet.* Quidnam vero hisce verbis insinuare nobis voluit? hoc nimirum quod videlicet, si aliquam inaudieris contumeliam quæ famam & honorem tuum lædat, te mortifices non ulciscendo eamdem; quando cor & mentem nostram impetuosus quidam alieni furoris ventus ingreditur, non aperiamus oris nostri portam, ad illi se opponendum, faciendamque resistentiam; sed potius *commoriatur in te, fidens quoniam non te disrumpet*; unicum enim verbum licet contumeliosum sit, non te faciet crepare, si quieto animo illud exceperis, illudque minime ultus fueris. Conserva semper accensum lumen illud, quod habitationis tuæ tenebras in obscuritate noctis diffugat, quod si vero portam vel fenestram aperueris, & lumen extinguetur, & tu in tenebrarum obscuritate hinc inde palpitabis. Quot sunt, qui in æternæ damnationis barathrum præcipitantur, eo quod aperiendo portam, id est, os ad repellendam injuriam, charitatis erga proximos nostros lumen extinxerunt? *qui diligit fratrem suum, in lumine manet*, inquit S. Joan. *qui autem odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit, quo eat.* D. Chrys. ad hoc propositum ita scribit: *non vides in ædibus quando ex adverso, & directe steterint duæ januæ, sitque ventus vehemens, si alteram clauseris, nihil prodest ventus, sed magna pars ejus iterum prascinditur, nunc quoque duæ sint januæ, ostium, & os ejus, qui te contumelijs afficit, & convitijs, si tuam clauseris, extinguis totum Spiritum, sin autem aperueris, non potest cohiberi.* De hac quoque similitudine prius his verbis dixerat: *Os est ostium, claude & obsera, ut & lucem præbeat, & externam repellat irruptionem, ut exempli causa, si te contumelia affecit, os claude, nam si aperueris, ventum excitas & ventilas.*

S. Joann. 2. v. 10.

D. Chrysost. Hom. 1. ad 1. Thess.

Aliud simile ventj.

6. Pater Drexelius curiosam quamdam huicque proposito nostro accommodam refert historiam. Cum enim mulier quædam apud virum quemdam sapientē & discretum de marito suo conquereretur, quod quasi semper

Lepida historia.

semper ebrius quotidie cum ipsa contenderet, injurijs illam onerando, quas illa reciprocis injurijs rependens, pacem domus turbabat; vir autem ille huic mulieri de remedio providere volens, ne deinceps major in domo ejus accenderetur ignis, nec ipsa ad reciproca improperia prorumperet, aquam è vicino fonte hausta illam sumere jussit, eamdemque marito domum redeunte, in toto tempore quo vir ejus injurias evomebat clauso ore retinere, quod consilium ipsa prompte executa, virtutemque aquæ admirata fuit, utpote cui hanc attribuebat virtutem, quod iram ejus compescuisset, ne referret injurias, non se reflectens, quod easdem per taciturnitatem & silentium superasset. Cui historiæ optime & apposite quadrat dictum illud Sapientis: *Qui dimittit aquam, caput est jurgiorum*; si enim mulier illa aquam expuissset ad reddendum improperia pro improperijs, irreconciliabiles excitassent contentiones, majorisque iræ & furoris ignem in ambobus accendisset. Unde D. Gregorius M. ait: *Aqua dimittitur, cum linguæ fluxus effunditur.* D. Chrys. pariter silentium inter injurias sequenti motivo suadet, dicit enim: *Malum hominem tacendo, & locum dando melius vincis, quam respondendo, quia malitia non instruitur sermonibus sed excitatur.* Sicut enim ignem extinguere volens, caves ne oleum ei infundas, secus enim flamma ejus magis accenderetur, eodem modo verbum iracundum injuriatorem magis accendit, ad multiplicandum improperia juxta illud: *sermo durus suscitat furorem.* S. Valer. in prælegata homilia post considerata sequentia Psalmistæ verba: *Pone Domine custodiam ori meo & ostium circumstantiæ labijs meis*, inquit, *si non vis injuriam pati, reliqua plectrum oris tui, & obtura aures tuas, ne ad te irascentis fratris verba perveniant, aut certe si perveniunt, si silentio depulentur, sic fit ut conceptus furor virtutem perdat si uno tacente alter solus insaniat.* Epictetus insignis Philosophus ita hac de re discurrit: *Audire convitia, quid ipsum per se est? adsta lapidi, eique convitiare. Quid proficies? si quis ergo ut lapis audierit, quam è suis maledictis capiet utilitatem convitiator? sin convitiator ejus cui maledicit imbecillitatem tamquam scalas prehenderit, tunc aliquid proficiet.* Agaton Abbas dicere solebat: *si habitas cum proximo, esto sicut columna lapidea, quæ si injuriatur, non irascitur.* S. Bern. in quodam sermonum suorum *de modo bene vivendi*, modum nos docet vitam agendi tranquillam & imperturbabilem, tametsi foris maledicentijs & contumelijs impetamur; dicit enim: *quamvis te quisquam irritet, quamvis convitium dicat, quamvis injuriam faciat, quamvis afficiat contumelijs, ta sile, tu tace, tu dissimula, tu contemne, tu non loquaris, tu tene silentium, ad injuriam non respondeas, convitium non retorqueas.* Sed dicetis forsitan hoc ipsum signum esse hominis ignari, aut contra est quia ut idem mox subdit Sanctus: *Tacendo citius vinces.*

Prov. 17. v. 14. Vita Patrum l. 5. c. 42. n. 7. S. Bern. serm. 42. de modo bene vivendi.

7. Porro si meritum dignoscere vultis excellens, quod quis seipsum vincendo & mortificando, ne respondeat lucratur, doctrinam audite in vitis patrum memoratam. Abbas itaque Pimenius, ut refert Rufinus, interrogatus aliquando qualiter hoc Christi dictum (*majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis*) executioni mandari posset, ita respondit: *Si quis audit verbum malum à proximo suo, & cum possit similia respondere, pugnat tamen in corde suo portare laborem & vim facit, ne respondeat malum, ut convisset illum, talis animam suam ponit pro amico suo.* Nihilominus si taciturnitas nostra injuriantem magis extimulatura esset adversum nos, sicuti tunc iracundiam ejus magis accendere non convenit, ita quoque igni isti aquam subministrare decens est, id est, placide humiliterque respondere, quia *responsio mollis frangit iram.* Quapropter S. Ant. ita nos in præsenti admonet, dicens: *Aliquando contumelia est sufferenda, & hoc ratione evitandæ temeritatis, juxta illud* Prov. 21. *ne respondeas stulto juxta stultitiam suam, ne ei similis efficiaris. Tacere quippe, & non respondere contumelianti*, quando quis *hoc faceret, ut sic tacens magis provocaret illum ad iracundiam, peccatum esset, sed tacere, ne & ipse respondens incurrat contumelias, vel magis illum ad iracundiam accendat, debitum est & virtuosum.* Quod idem punctum diu ante S. Ang. attigerat, quando ita discurrit: *Ille injuriam fecit, & injuriam faciendo gravi seipsum vulnere percussit. Tu vulnus fratris tui contemnis? tu eum vides perire, vel perisse, & negligis? & pejor est tacendo, quam ille convitiando. Quando ergo in nobis aliquis peccat, habeamus magnam curam non pro nobis (nam gloriosum est injuriam oblivisci) sed oblivisceve injuriam tuam non vulnus fratris tui.* Si itaque benigno responso venenum iræ & rancoris è corde fraterno extirpare possimus, nonne id facere omnino ratio suadebit, & charitas christiana? siquidem *responsio mollis frangit iram.* Tandem S. Joan. Climacus qua alia in occasione tacere non debeamus, nos verbis docet sequentibus: *Cum nosipsi dumtaxat contumeliosius tractamur, omnino tacendum est, tunc enim lucri comparandi est tempus: ubi vero contumelias in alterius quoque damnum retundar, tum mutuæ charitatis & pacis indissolubilis vinculum exigit, ut pro altero respondeamus.*

Clim. grad. 23. n. 100.

DISCURSUS XVI.

ARGUMENTUM.

Varia considerantur damna eorum, qui verbis amaris injurias à se repellere conantur.

THEMA.

Fatuus statim indicat iram suam, qui autem dissimulat injuriam callidus est. Prov. 12 v. 16.

1. SApiens dissimulationem injuriarum laudare volens, eum exilis judicij stultumque esse affirmat, qui injuriatus irascitur, quandoquidem dexteritas, prudentia, & sagacitas injurias contemnere & dissimulare suadeant. *Fatuus statim indicat iram, &c.* quod igitur Deus opprobriorum oblivionem nobis præscripserit, summi nobis beneficij loco id reputare debemus, siquidem ex hujus adimpletione maxima subterfugimus & irreparabilia damna, hinc S. Isidorus Pelusiota suadet, dicens; *Non modo pro acceptis beneficijs, sed etiam pro eo, quod injuriam inferre probabitus es, gratiam te Deo habere convenit, nam hoc quoque etiamsi tibi minus atque ab hominum opinione alienum videtur, maximum beneficij genus est.* Porro Dion. Carth. observat, *Interdum accipitur callidus pro astuto seu sagace sicque qui dissimulat injuriam suam, habendo se ac si eam nesciret, atque ut penitus eam obliviscatur, callidus est, id est, astutus & sagax.* Enimvero cum injuria jam de facto recepta sit, jamque sic inflictum vulnus, illud quidem præteriri non potest, suadet tamen prudentia, ut vulnus inflictum curetur, non vero exacerbetur & acerbioribus & incurabilioribus vulneribus recipiendis homo non exponatur.

Pro magno reputandum quod nobis præceperit Deus oblivionem injuriarum.

S. Isid. Pel. l. 3. ep. 244.

Dion. Carth. in Proverb.

2. Elias Cretens. Commentator Nazianz. authoritatem refert Platonis, qui inter alias suas sententias hanc quoque tradit: *præstabilius atque optabilius esse injuria affici, quam injuriam inferre; hoc enim vitium est nempe injuriam inferre, unde etiam vituperatur, ac legibus vindicatur, illud autem minime.* Lact. Firm. notabile quoddam injurias ulciscentis confideat præjudicium, id est, imitationem hominis maligni, iracundi, & pessimi; talis enim est persona injuriatrix; cujus exemplo injuriam passus, per iracundiam se seduci permittit, ut laxet linguam suam ad similitudinem illius, gravioribus magisque vituperosis contumelijs accepta retorquendo improperia; *Qui malum imitatur*, inquit, *bonus esse nullo pacto potest.* Priusquam hoc loco argumentum quoddam à S. Basilio formatum in medium adducam supponere vos velim, quod contumelia pessimū quoddam sit lolium & zizanium, ut in primo Discursu probavimus, utpote quod semen est dæmonis, adeoque omnibus nobis est abominanda & detestanda, cur igitur nos quoque turpi hoc inquinamento maculare volumus vicissim contumeliando eos, à quibus injuriam accepimus? nam ut D. Chrysost. ait: *nihil ita implet mentem sordibus, ut ira intus consistens.* Porro quod nos defendamus, nostramque palam faciamus innocentiam, famam quoque & reputationem læsam reparemus, quid longe diversum est ab eo, quod est injurias acceptas reciprocis injurijs compensare. Jam vero inquit S. Basilius, *si malum est contumelia, ejus incitationem fuge. Noli tuo adversario pro magistro uti, nec quod odio prosequeris, hanc æmulari nec fieri velut speculum irati velis, illius formam in teipso ostendens.* Tu in injuriatore reprehendis temeritatem, quia videlicet contra te linguam ad improperia laxavit; quod si tu idem contra ipsum feceris, consequens est, ut eadem quoque pice tu maculeris. Præterea ut bene advertit S. Ambr. *Si habeas, quo redarguas argumentum, melius tacebis, ne redarguendi vicissitudine commottionem tuam prodas.* Seneca ut nos ab ultione injuriarum dehortetur, ita ad propositum nostrum loquitur: *quanto satius est sanari injuriam quam ulcisci? multum temporis ultio abstulit, multis se injurijs objecit, dum una dolet. Diutius irascimur omnes quam lædimur, quanto melius est igitur abire in diversum, nec vitia vitijs componere?* quod si tu velut vitium fugiendum æstimans contumeliam, quæ in proximum

Elias Cret. & Nazianz.

Injuriam illatam retorquens fit imitator hominis maligni & pessimi.

Lact. Firm. l. 6. de verbo cultus c. 18.

S. Chrysost. hom. 22.

S. Basil. hom. 10. de irâ.

Injurian referens, eadem pice cum injuriante inquinatur.

S. Ambr. in Psalm. 37.

Seneca l. 2. de iræ c. 9

evomitur, utique si contra injuriatorem similes per vindictam evomas, cum ipso in eodem vitio communicabis vitiumque vitio augebis. Idem quoque Ambrosius post traditum prædictum consilium subjungit: *Melius est dissimulare injuriam quam cum reo arguis vindicare: Bonus mutus qui male loqui nescit cujus ex ore crimen exire non novit.* Quod si injuria injuriam rependis linguam tuam, imo & cor tuum iisdem sordibus contaminabis, quas in æmulo tuo exhorruisti.

S. Ambr. ibid.

3. Quando Hebræi increduli Christum velut dæmoniacum calumniabantur, facile ipsi erat respondere, ipsosque tales esse perspicue probare; & tamen ad nostram institutionem idipsum facere noluit, nam ut V. Beda ait: *Accepta injuria, etiam quod verum erat, dicere veritas noluit, ne non dixisse veritatem; sed provocatus contumeliam reddidisse videretur, ex qua re quid nobis imitatur, nisi ut eo tempore quo à proximis ex falsitate contumelias accipimus, eorum etiam vera mala taceamus, ne ministerium justæ correptionis in arma vertatur furoris.* Quænam est excusatio, dicebat olim cuidam vindicativo D. Chrysostomus, quod te defendas dicendo te esse provocatum ad iracundiam? *sed vakte me, inquies, ille irritavit. Quid hoc est? Tune enim maxime oportet philosophari; nam quando non incitantur, feras quoque mansuetas esse videmus, non enim semper furore ipsas ferri cernimus, sed quando irritantur. Quare si tunc solummodo quieseimus, quando nemo irritat, in quo belluis præstabimus? illa tamen juste pierumque movent tur; tu vero in ferarum incidens morem, unde tibi excusationem parabis?* homo ratione præditus est, efferæque ferocire ab ejus natura alienum, utpote cui humanitas propria esse debet, ac proinde tametsi homo irritetur, ratio tamen sensui prædominari, & irascibilem vim reprimere & refrænare debet; secus enim si fecerit, feras imitabitur, quæ provocatæ, & irritatæ mordere incipiunt. Qui faciliter ad furorem & vindictas prorumpit natura sua ferox & inhumanus esse solet; quod si igitur adversus injuriatorem retorqueamus injuriam, & appetitu vindicativo nos seduci permittamus, simul injuriatoris truculentiam & barbariem participabimus. Hoc motivo Antoninus Imperator usus est, ut se ab iracundia revocaret, dicere enim solebat: *Optima ratio est, ne similis fias ei, qui injuriam fecit.* Videmus per experientiam, quod dum quis injurijs opprimitur, facile ad graviora improperia rependenda imo infligenda verbera inducatur; aliud vero nos S. Augustinus docet in libro de *sermone Domini in Monte*; verba enim sequentia Salvatoris nostri declarans: *Audistis quia dictum est; oculum pro oculo, & dentem pro dente; Ego autem dico vobis non resistere malo, sed si quis te percusserit in dexteram maxillam, præbe illi & alteram,* super illa inquam verba ita scribit S. Doct. *Pharisæorum justitia minor est, non excedere vindictæ modum, ne plus rependat quisque quam acceperit; magnus hic gradus est, nemo enim facile inventur, qui pugno accepto pugnum reddere non velit, & uno convitiante verbo audito, unum, & quod tantumdem valeat referre contentus sit, sed sive ira perturbatus immoderate vindicat, sive quia justum putat, eum qui læserit prior, gravius lædi quam læsus est qui non læserat. Talem animam magna ex parte refrænavit lex, in qua scriptum est, oculum pro oculo, dentem pro dente, &c. quibus nominibus significatur modus ut injuriam vindicta non transeat, & hæc est pacis inchoatio. Perfecta autem pax est, talem penitus non nosse vindictam.* Nimirum S. Doctor considerabat, quod sæpius in praxi, ab ijs qui injuriam passi sunt, exerceri videmus, non enim illis sufficit, it juriam illatam similibus rependisse contumelijs, sed ut plurimum ad verbera & vulnera prorumpunt, propriasque facultates, parentes, amicos, vitam, sæpe etiam famam & existimationem manifestis periculis prostituunt, dum per manum publicæ justitiæ mori coguntur, in pœnam homicidiorum, quæ committunt. Quanto igitur majus est lucrum, quod nobis comparamus dilimulando & negligendo injurias, & offendendo nos illis longe esse superiores? sed *nemo facile inveniur, qui pugno accepto, &c.* Væ autem nobis, si dum irritamur, ab vi irascibili nos sine fræno seduci patiamur. *A scintilla una augetur ignis*, inquit Ecclesiasticus, *Et ab uno doloso augetur sanguis.* Mystica quoque sunt illa S. Jacobi Apostoli verba, de damnis linguæ ita differentis: *Ecce quantus ignis, quam magnam sylvam incendit, & lingua ignis est*; Etenim unicum dumtaxat improperij verbum ad accendendum inextinguibilem quemdam ignem sufficit, qui demum integras familias, civitates, provincias, & regna devastat. Quot bellorum inquietudines suam ab unico verbo odioso habuere originem? in hoc igitur viri sapientis prudentia consistit, si quando iracundiæ ignem in æmulo suo ardere conspicit, in contumelias minime prorumpat, quin potius per prudentiam & discretionem suam eumdem extinguat, ne flamma illa ulterius exardescens, se cum omnibus suis consumat, implacabiles nutriendo inimicitias.

S. Chrysost. Hom. 88. in Matth.

Qui irritatus injuria, se vindicat, feræ similis est.

lib. 9. vitæ M. Antonini.

Matth. 5. 38.

Ibid. v. 39.

S. Aug. l. 4. l. 1. de serm. Dom. in monte c. 19.

Eccli. 11. v. 34.

Jac. 3. v. 5. Ex unico verbo improperioso maxima oriuntur mala.

4. S. Dorotheus in sermone *de ira & injuriarum memoria nō habenda* sequentia tradit documenta inquiens: *Ignem qui accendit, primam quidem exiguam habet prunam seu carbunculum. Id sane verbum significat, quod fratrem atrisat & affligit. Rursum enim ecce parvula est pruna; quid enim obfecro est verbum fratris tui? si æquo animo tuleris illud, extinxisti primam illam ignitam; quod si perstiteris, cogitando, & mente volvendo, cur illud, & illud mihi dixit, cur ita locutus est, habeo quod illi invicem dicam; en lignu, & fomenta adjecisti; & fumum fecisti, quod est perturbatio. Perturbatio autem est motus, seu conflictatio; pugnave cogitationum, quæ cor nostrum excitant, & audax animosumque reddunt illud, &c.* Paulo post idem S. nobis insinuat, seu potius improperat, quod ignem illum à principio non extinxeris, qui postea in magnum crevit incendium: *Si æquo animo,* inquit, *verbulum illud tui fratris perutilisses, quam facillime prunulam illam potuisses extinguere, antequam animus tuus perturbaretur?* Moxque subjungit: *Si pergas ignem accendere, & fumum excitare, cor tuum scilicet variis cogitationibus irritando, & in audaciam temet his verbis hortando: cur illud; & illud mihi dixit? habeo & ego quod illi dicam. Ex hac velut retardatione & conflictu seu tumultu cogitationum cum exagnatur & acuenditur cor, suboritur veluti quædam flamma & furoris accensio.* Tertullianus in libro *de patientia* argumentum quoddam format, quo uniquique idipsum sorio ponderanti facile persuadet, ut ad quamvis illatam injuriam se surdum exhibeat; dicit enim: *Si parum æquanimiter, audiant dictum aliquod in me proferium, aut nequam; reddam & ipse amaritudinis vicem necesse est, aut cruciabor impatientia mala. At qui hujusmodi dictis aures obstruxerit, ab utroque incommodo eripietur; neque loquens maledicet, neque tacens affligetur.*

S. Dorotheus serm. 8. Insignis comparatio prunæ ardentis ad verbum injuriosum.

Tertul. lib. patientiæ cap. 8.

5. Considerari quoque hoc loco aliud quoddam potest damnum, super nos ipsos recidens ex offensa quam proximis nostris machinamur. Quando invidi Josephi fratres mortem illi inferre statuerant, Ruben se interposuit, sequens adducens motivum: *Melius est ut venumdetur Ismaëlitis, & manus nostræ non polluantur, frater enim & caro nostra est; acquieverunt fratres sermonibus illius.* Olcaster legit: *Quæ utilitas si occidermus, seu quæ vindicta?* & subdit: *Expendere debet qui alteri vult nocere, an sibi etiam noceat, & magis; nam Judas hac consideratione fratres ab homicidio deterruit, quibus suadebat, non solum puero, sed sibi malum facere; cum puer esset caro eorum & frater.* Enimvero si legi Evangelicæ fidem habere volumus, proximum utique fratris loco habere debemus & dicere: *Frater & caro nostra est*; ac proinde si improperium nobis factum ulciscimur, & ipsum offendimus, & nosmetipsos, præterquam quod ejus choleram adaugendo, eumque magis irritando, manifesto nos exponimus periculo, ne tota tempestas super nos redundet; Deus enim justo judicio suo in pœnam non tolerati à nobis vel minimi verbi asperi permittit, ut incidamus in rixas, duella, inimicitias mortales, perpetuæque jacturæ involvamur. Seneca inquit: *Plus mihi nocitura est ira, quam injuria. Quidni plus? Illius modus certus est, iste quousque me lædat sit incertum est. Non possum, inquis, pati, grave est injuriam sustinere. Mentiris. Quis enim injuriam non potest ferre, qui potest iram? adjice nunc quod id agis, ut & iram feras, & injuriam.* Qua ratione dicere potes te verbum quoddam mordax sustinere non posse, cum tamen irascendo adversario tuo, necessum sit, ut intra viscera tua ardere incipias bile, iracundia, rancore, & odio, unde cor tuum acerbilime cruciabitur? quomodo majores tolerare poteris inimici tui insultus, dum is magis irritatus (siquidem *sermo durus suscitat furorem*) insuper periculu suscitat rixarum, homicidiorum, aliorumque malarum irreparabilium, quæ ex vindictis resultant? numquid incomparabiliter utilius est unicum sustinere verbum mordax, quam in tot se conjicere pericula? *plus nobis nocitura est ira, quam injuria. Ira furor brevis*, ideoque rationis nos judicio & Discursu destituit. Hugo Cardinalis super propositi thematis verba: *Facius statim indicat iram suam*, hanc Glossam adjicit: *Contumeliam sibi pro contumelijs ulciscendo se reddens. Provenit autem hæc festinata indicatio iræ ex contumeliosa reprehensio, de parvitate cordis.* Tametsi

Offensa, quam proximo machinamur, recidit in nos.

Gen. 37. v. 27.

Prov. 12. v. 16.

3. Machab. 6. Multum erat, qui se ulciscendo, adversarium vincere, & suo honori consulere prætendit.

Chrysost. in Psalm 7.

S. Cyprian. Epist. 5. ad Corn.

Chrysost. Hom. 31. de B. Philogonio.

S. Thom. à Villa nova serm. in fer. 6 Ciner. Alium verbis & factis lædens, prius seipsum jugulat in proprio corde. *Ruffin. l. 3. n. 18. in vit. Patr.*

D. Chrysost. Tom. 1. hom. 29. de simultate & ira.

Ulcio injuriarum tres lædit.

Sen. l. 3. de ira c. 26.

Mendax est qui dicit quod verbū injuriosum ferre nequeat, cum tamen iram ferre possit.

Prov. 15. v. 1.

Prov. 12. v. 16.

Hug. Card.

et si enim iracundus sibi persuadeat, quod ulciscendo se suam probet generositatem, quodque exinde gloriam & honorem reportet, ipsissimet tamen Spirit. S. testimonio certum est, quod se judicio & ratione destitutum esse demonstret, nam *fatuus statim indicat iram suam*; præterquam quod se angusti & ignavi cordis esse ostendat; *Melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo, expugnatore urbium.*

6. Eleazarus quidem ex magnanimitate sua sibi persuadebat, quod occidendo elephantem ipsi quoque Regi illi insidenti necem afferre posset; & tamen prostrato elephante ipse quoque sub occisæ bestiæ mole oppressus & sepultus permansit. Idem quoque est multorum error, qui se ulciscendo de injurijs receptis, securitati suæ consulere, adversarium vincere, sibique penes mundum gloriam comparare posse existimant, non considerantes pessimas consequentias, quæ ut plurimum in damnum proprium exinde resultant. Optimum proinde est illud à D. Chrysost. nobis suggestum consilium, qui ait: *Ne ergo volentes alios ulcisci, à porta excidamus; neque enim si quispiam navem fracturus, & submergendus, te in terra sedentem contumelijs afficeret, ex eo dolorem caperes, nec è terra excedens cum eo esse velles naufragij particeps. Hoc ergo apud te reputa, quod qui te contumelia afficit, & probris infectatur, tamquam turbine, & procella aliqua agitatus, submergitur, tu ire naufragium incidens, tu autem qui fers portiter, & in portu, & in littore agis suaviter, sed si ad eamdem deferaris contentionem, non illum, sed teipsum demersisti.* S. Cyprianus omne vituperium contumeliæ super injuriatorem cadere censet, ac proinde nos inde vituperatos existimare nequaquam debere his verbis dicit: *Neque enim qui audit, sed qui facit convitium miser est, nec qui à fratre vapulat, sed qui fratrem cædit, in lege peccator est, & cum nocentibus nocentibus injuriam faciunt, illi patientur injuriam, qui facere se credunt.* At vero si nos injuriam injuria repellere, & injuriatori irasci velimus, majus exinde in nos damnum resultat, quam inferre posset qui injuriatur. Unde D. Chrysost. ait: *Atrociter læsus es, nec potes iram remittere? quid igitur? an igitur teipsum magis & gravius lædes? neque enim tantis malis te afficiet inimicus, quæcunque fecerit, quibus teipsum afficis, si non illi reconciliveris, sed Dei legem conculcaveris. Ille te contumelia affecit; Dic mihi; num tu ideo Deum affectes contumelia? etenim non recipere in gratiam eum qui molestiam attulit, non tam est illum ulcisci, quam Deum afficere contumelia, legis leges authorem, præcipientis, ut inimicis reconciliemur.*

7. Inter alia motiva quibus S. Thomas à Villa nova nobis persuadere nititur, ne opprobrijs irascamur, unum est illud, quod ex authoritate S. August. adducit, dicentis: *Omnis qui alium persequitur in corpore, primo ipse persecutionem sustinet in corde, unde Psalmista ait: Gladius eorum intret in corda ipsorum. Alium non vulnerasti, & jam animam tuam jugulasti, nam qui odit fratrem suum homicida est, & bis scilicet homicida, sui & proximi, si non facto, certe animo.* S. Antonius Monachi cujusdam laudes auscultans, Encomiasten, num etiam injuriarum patiens esset, interrogavit, qui cum negative respondisset, subjunxit S. Abbas: *Similis est domui, quæ exterius quidem ornata est, interius vero à latronibus despoliata.* Consideratione dignus est Discursus ille quem D. Chrysost. instituit Homilia *de simultate sive ira*; nam de rancore erga proximum inquit: *Quam veniam sperabimus, qui nos tali belluæ ultra dedimus? esto contumelia te affecerit conservus, nonne tu sæpe Deo contumelias facis? quid æquale inter Dominum & servum? atqui hic interdum contumelioše habitus contumeliam forte reposuit, & exasperatus es; tu nulla accepta injuria adversus Dominum contumelioše agis, & quod magis est, non solum ab illo indigne tractatus, sed perpetuis quotidie beneficijs affectus.*

8. Est & aliud quoddam potentissimum motivum, sed à paucis pro dignitate ponderatur & executioni mandatur; quia si injurias ulcisci volumus, non solum duos, sed tres offendimus; primo scilicet nos ipsos, ut superius probavimus; secundo proximum; & tertio (quod maximum est) Deum, legem ejus Divinā conculcando, respectumque ei debitum sub pedibus sternendo; sed quod offensam maxime gravat, est, quia Deo injuriamur, à quo nihil mali recepimus, nec opprobria ulla, sed innumerabilia bona. Si injurianti nobis injuriamur, malum reddimus pro malo, aut si Deum offendimus, summe nobis beneficum, bona recompensamus malis, cumque lædimus, qui de tali temeritate ultionem accipere scit & potest.

DISCURSUS XVII.

ARGUMENTUM.

Indigne ferendo injurias, ijs cor nostrum vivaciter vulneratum monstramus, secus enim bona conscientia nos imperturbabiles reddere debet; nec est alius injurias vindicandi modus efficacior, quam si illas à nobis sperni monstremus.

THEMA.

Omnis injuriæ proximi ne memineris, & nihil agas in operibus injuriæ. Eccli. 10. ℣. 6.

1. IN Discursu præcedenti aliqua consideravimus præjudicia eorum, qui injurias retundunt, superest modo, ut aliquas alias, præter jam dictas, ex dissimulatione & opprobriorum condonatione resultantes examinemus utilitates, præsertim cum Sapiens dicat: *Fatuus statim indicat iram suam; qui autem dissimulat injuriam, callidus est.* Ubi S. Hieron. pro *callidus*, *sapiens* legit; homo itaque exili præditus judicio, mox ignem concipit, indignatur, injurias retundit, secus vero sapiens unde idem S. ait: *alia translatio sic habet, sultus eadem hora pronuntiat iram suam, occultat autem ignominiam suam astutus.* q.d. homo judicio sus, sapiens, & prudens celat passiones suas, reprimit, & refrænat irascibilem, ad minus propter reputationem humanam; *occultat ignominiam suam.* Porro si talis ei injuria inferatur, quæ ipsum diffamare posset ad diffamandum ipsum, vel si aliquod ejus vitium vel excessus tangatur, cujus aut reus, aut de quo suspectus esse posset, & ipse tunc indignatur, suam tunc magis publicat & dilatat maculam, econtra vero si in silentio ictum acceptum dissimularet, injuria ei parum noceret, neque illius notitia ad alios, nisi forte ad paucos transmitteretur. Hinc Cajetanus ait: *Tegit ignominiam ingenioſus, stultitiæ adscribitur indicare in die (hoc est manifeste) iram suam, comminando & manifestando se vindicaturum ignominiam, quam possus est, econtra tegens illatam sibi injuriam, ingenioſus est.*

Prov. 12. ℣. 16.

S. Hieron. Ibid. Dissimulans injuriam, habetur pro viro prudente.

Cajetan.

2. Propheta Regius quondam gloriari auditus est: *super inimicos meos prudentem me fecisti:* quam David super adversarios suos à Deo obtinuit prudentiam? non aliam judicio meo, quam quod injurias sibi latas, in silentio & absque indignatione, scíverit dissimulare. Quia ut S. Ambrosius ait: *Is qui cito injuria movetur, facit se dignum videri contumelia, dum vult ea indignus probari: melior est itaque, qui contemnit injuriam, quam qui dolet; qui enim contemnit, quasi non sentiat, ita despicit; qui autem dolet, quasi senserit, torquetur.* Si quis sentire se monstrat, se factum esse perhibet, & dolorem experiri, atque de culpa se suspectum reddit; econtra vero contumeliam spernere signum est conscientiæ mundæ. Hinc S. Bernardus provide consulebat dicens: *Cum derogatur tibi, tu ora, quando aliquis maledicit tibi, tu benedic ei, benedic ei qui maledixerit tibi; tua tranquilla mente aliorum calumnias disperde; respice probra illata contumeliæ, despiciendo superba irrisionum probra.* Quod idem de recta conscientia punctum in capite antecedenti tractaverat idem S. Ambrosius, quando namque quis innocens se rodi advertit, injuriam non persequitur, ad improperia non indignatur. *Justi est dissimulare*, inquit ille, *nihil logui; tenere fructum bonæ conscientiæ, plus omittere bonorum judicio, quam criminantis insolentia contentum esse gravitate morum suorum, hoc est enim silere à bonis, quia bene sibi conscius, falsis non debet moveri, nec æstimare plus ponderis in alieno esse convitio, quam in suo testimonio.* S. Isidorus Pelusiota ad quemdam suorum scribit: *Non hoc age, ne quis te injuria afficiat*; neq; enim in nostra est facultate positum, efficere ne injurijs afficiamur, imo sicut bonitas illorum qui vitam ducunt irreprehensibilem, spina esse solet in oculis impiorum, ita quoque plurium subjecta est vilipendijs; qualis igitur est virtus illa quæ in facultate nostra est constituta, quamque hic Sanctus nobis suadet? *ne afficere possit ut maxime velit*; id est, vivere eo modo ut nullum injuriator habeat fundamentum, cui suum possit inniti improperium; quod si enim irreprehensibilem haberemus conscientiam, nihil utique esset, quod turbare nos posset, sed omnes derideremus injurias, fieretque, ut dicere possemus cum Philosopho illo: *Ego ita vivam ut illi nemo credat.* Ponderatione digna est illa D. Chrysostomi doctrina dicentis: *Si quando convitijs appetimur, quam oporteret excusare, & in gratiam redire, frequenter exci-*

S. Ambr. l. 2. de offic. c. 6.

S. Bern. de modo bene vivendi serm. 42.

S. Ambr. ibid. c. 34

S. Isid. Pel. l. 5. Epist. 70. Vita probosum est spina in oculis impiorum, & ideo obnoxia illorum vilipensionibus.

Chrys. Tom. 2. Hom. 2. de Anna

citamus incendium, ac feravum in morem exilimus in convitiatores, revocantes obstricto collo trahentes, supplicium reposcentes; atque his ipsis factis fusjectionem de nobis confirmamus, nam si cupis exprobrantibus ostendere te non esse iemulentum, ostende per mansuetudinem, ostende per humanitatem, non per contumelias & convitia. Nam si percusseris eum qui te asseerit convitijs, iemulentiam tuam condemnaturi sunt omnes. Unde S. Ambrosius suadet, ut non solum, quando innocentes sumus, verum etiam quando omni reatu caremus, in opprobrijs tacentes, receptam non repellamus injuriam: *Tacere debet*, inquit, *qui recognovit objectum, ne vulnus exasperet, & scindatur cicatrix, tacere, & qui non recognovit, audit enim alterius, non suam crimen; quod si referat, suum facit; si tacet, retorquet & convitiantem vulnerat.* Idem quoque Sanctus in capite præcedenti dixerat: *Bonum est convitium convitio non referre, ne & nos inter detrahentes annumeremur. Imitemur hunc virum, qui silentio suo redarguebat convitiantes; ostendebat enim virtutem animi sui, quem contumeliæ non moverent, & conscientiæ innocentiam manifestabat, qui objecta non recognosceret* (de Jobo loquitur ab amicis suis injurijs affecto) *sed quasi aliena rideret. At vero si aliquid nobis objiciatur, dum nos purgare volumus, acerbamus, dum ulcisci cupimus confitemur, cum dicat Scriptura* Prov. 27. v. 12. *ut avertas dedecoris sermonem, & auferas vestimentum tuum, præterit enim injuriosus, taceamus ergo ut præterant, ne vestimentum nostrum provocatus exuat, scriptum est enim, noli incendere carbones peccatoris* Eccli. 8. *ne forte exuaris in igne flammæ ejus.*

Tacendo optime repellimus injurias. *S. Ambr. l. 2. de interpel. Job. c. 3.*

S. *Ambr. ibid. cap. 2.*

3. D. Chrysost. in Homilia *de ira & furore* pulchrum nos modum docet sine offensa Dei & animæ damno vindicandi injurias; ait enim: *Nihil ita cassigare solet eos qui nos vituperant, quam si nos, dum vituperamur, vituperia irrideamus.* Alium vero modum Seneca his verbis perscribit: *Ultionis contumeliosissimum genus est, non esse visu dignum ex quo peteretur ultio.* D. Chrysostomus in Homilia quadam super Epistolam ad Romanos diffuse hanc materiam tractans ait: *Qui contradicit, ut qui convitijs morsum senserit, contra lacerari videtur. Morsum vero sentiens, si sapicionem de se præbet dictorum se conscium esse; si vero derideris, risu statim sententiam & judicium, quod qui audierint, contra te latari erant, exolvisti. Et si nolueris apertum dictorum argumentum accipere, ipsum tuum inimicum interroga, quando magis doleat, an cum prorsus accensus victim convitiaris, an cum convitiantem deridet & atque hoc postremum magis audies. Neque enim tantum juvat convitijs non impeti, quantum mordet quod te ad iram permovere, & accendere nequit.* Idem quoque Sanctus in alia quadam Homilia super S. Matthæum idem tangens motivum ait: *Nihil ita lædentes coercet, ut patientia, modestiaque lxforum, nec secutorum modo coërcet impetum, sed de præcedente exigit pœnitentiam, cogitque cedentem, ut à percusso cum modestiæ illius admiratione discedat.* Tertullianus quoque in libro *de patientia* meliorem insolentiam injuriatorum vindicandi modum non esse quam non curare injurias, ait enim: *Fatiget & improbitas patientia tua, quivis ictus ille sit, dolore & contumelia constrictus gravius à Domino vapulat. Plus improbum illum cædis sustinendo; ab eo enim vapulabit, cujus gratia sustines.*

Optimum medium est, injurias deridere. *Chrysost. Tom. 6. Hom. 20. Senec. l. 3. de ira c. 32. Chrysost. Hom. 22. ad Rom.*

Chrysost. *Hom. 18. in Matth.*

Senec. *l. 3. de ira cap 26.* Qui alteri injuriatur, seipsum afficit supplicio.

4. Seneca in libr. 3. *de ira*, hominem protervum, dum nobis injuriatur, licet non reprehendatur à nobis suo tamen minime carere affruit supplicio, siquidem pœna illi est injuriam perpetrasse. Ac proinde talem ille format Discursum: *quid interest quo quisque vitio siat improbus? improbitas par in omnibus patrociniam est. Quid ergo inquis impune erit illi? puta, te velle, tamen non erit. Maxima est enim factæ injuriæ pœna, fecisse.* D. autem Chrysost. de eadem injuriarum remittendarum materia in quadam super Matthæum Homilia tractans, alios inter non indignandi stimulos, pariter assignat sequentem in hæc verba: *Ponamus mirabilem quendam atque insignem esse virum, quem omnes adulterum, furem, homicidam, sacrilegumque prædicent, ille vero nec irritetur, nec moleste ferat, nec alicujus hujusmodi rei sibi conscius sit; qua igitur inde vituperatione lædetur? nulla profecto. Quid inquies, si multa malum de ipso habeant opinionem? nulla inquam omnino vituperatione ipse lxsus est, sed illi se vituperaverunt, qui aliud quam decet talem virum existimant. Dic quæso? Si quis Solem tenebras authorem existimet, Soline an sibi detraxit sibi videlicet ipsi, cum insanientis opinionem consequatur.* Lingua enim maledica invidi, maligni, & contumelioli, apud nullos prudentes locum habet, ideoque rumor sinister conceptum bonum de proximo neutiquam

Chrysost. *Hom. 8. in Matth.*

imminuit; quin potius sæpe adauget, hominemque talem virtutis & perfectionis cultorem esse demonstrat, quando hic mitis, patiens, vultuque sereno & imperturbabili excipit improperium.

Convitianti non respondendum, ne & nos convitiatores fiamus.

5. Singulariter vero ponderari meretur in præsenti quidam S. Ambrosij Discursus, quando pœnam injuriantis, quam ab injuriato, sed patiente humilique recipit, in hæc probat verba: *Peccator est qui nos provocat, qui injuriam facit, & nos similes sui fieri desiderat. Denique si taceas, si dissimules, solet dicere quid taces? loquere si audes; sed non audes, mutus es linguam te feci. Si ergo taceas plus rumpitur, victum se reputat, irrisam, posthabitum, atque illusum. Si respondeas, superiorem se factum arbitratur, quia parem invenit; si enim taceas dicetur: Ille convitiatus est hanc, contempsit iste. Si referas contumeliam dicetur Ambo convitiati sunt; uterque condemnatur, nemo absolvitur. Ergo illius est studium ut irritet, ut similia illi loquar similia agam.* Quapropter S. Nilus sæpe consulebat dicens: *In omnibus in quibus injuria afficeris ad patientiam confugito.* Sed quem fructum homo patiens ex injuria reportabit? *& super injuriantes nocumentum devolvetur.* D. Chrysostomus ad idem stabiliendum intentum, similitudinem corporis penitus impenetrabilis, & consequenter instar adamantis contra quoscumque ictus securi in medium adducit, inquiens: *Et quemadmodum si corpus adamantinum haberemus, & si innumeris undique telis percutieremur, non tamen vulnera reciperemus, non enim à manu tela torquente, sed à corporibus patientibus vulnera sunt; sic & hic non à petulantium insania, sed à patientium contumelias imbecillitate, injuriæ & contumeliæ constituuntur.* Nec est, quod quis sibi persuadeat, quod improperia ridens, floccique æstimans, reus reputandus sit; cujus hanc rationem idem Sanctus sequentibus assignat verbis: *Aliquis injuriam intulit, non sensisti, nec dolusti & non es injuriam passus, sed & magis percussisti quam percussus es. Cum enim qui contumeliam intulit plagam suam ad patientium animam non provenientem viderit, ipse majorem in modum roditur, & tacentibus ijs, qui contumeliam patiuntur, sponte contumeliarum plaga contra mittentem conversa infertur.* Quia ut S. Basilius *de ira* tractans advertit, dum contra personam injuriantem non est qui se opponit, sed potius injuriam passus vultum conservat serenum atque tranquillum, & consequenter contumelians omni se aditu prohiberi videt, tanto magis affligitur, ideoque sanctus hic Doctor tale nobis dat consilium: *Sine illum frustra te allatrare, in seipso disrumpi. Sicut enim ille qui minime sentientem aut curantem verberat, seipsum lædit, & incommodo afficit, quod nec inimicum plectere, nec animam iramque exsaltare se videat; sic & ijs, qui contumelia in eum, qui nequaquam doleat, utitur, perturbati animi consolationem invenire, nullo modo poterit; quin potius ardebit magis, & animo æstuabit.* Cui simillimam aliam D. Chrysostomus, dum ad quemdam in opprobrijs imperturbabilem se reflectit, in hæc verba adhignat doctrinam: *Ille qui patitur injuriam nihil se grave existimabit sustinere, sic ad philosophandum paratus, nam ut sensum quidem ipsum experietur injuriarum, tu qui se certare potius, quam vapulare arbitretur; tum etiam percussor pudore suffundetur; nec jam ictum inferet secundum, etiamsi omni prorsus fera existat immanior, imo plurimum se etiam de priore culpabit.*

Vir perfectus injurijs subjacere non potest. *S. Ifid. Pel. l. 4. Ep. 196.*

6. Porro S. Isidorus Peluliota hominem irreprehensibilem atque perfectum improperijs subjacere non posse, sequenti conatur evincere Discursu inquiens: *Licet, ô admirande vir, alijs contumeliam infoventibus, non tamen affici injuria, & à lædentibus injusse, non lædi. Quod si ænigma hoc tibi videtur, illico id tibi solvere conabor. Nam qui philosophatur* (hoc enim in rerum divinarum meditatione versatur) *& ab inimicis illatas contumelias atque injurias moderate ac mansuete fert, is neque illis contumeliam facientibus ullam accipit, sed si verum dicendum est, illi sunt qui injuriam & contumeliam patiuntur, qui & ab hominibus condemnantur, & sermonibus differuntur. At qui contumelia & injuria alvior est, is & hoc ab omnibus immortalibus coronabitur encomijs, quod non modo hostem sed animos iramque suam superaverit, & in altera vita à Deo maxima obtinebit præmia.* Neque minorem meretur notam, illa Epicteti Philosophi sententia: *Memento non eum qui convitietur aut verberet, audacem esse contumeliæ, sed opinionem de eis tamquam contumelijs conceptam. Cum igitur te quispiam irritarit, opinione tua te irritatum esse scito.*

Improperia deridens, vere non computabitur. *Epict. Enchir. c. 27.*

Si convitianti non respondeatur, magis affligitur. *S. Basil. Hom. 10. de ira.*

Prosecutio ejusdem argumenti.

7. Pro his omnibus confirmandis Discursum Nazianzeni, quem in decima quarta orationum suarum format,

Nazianz. orat. 14. format, audire placeat, ubi ita sermocinatur: *Nec item me vel laudatores vel vituperatores immutabunt (quemadmodum qui cæno unguentum, aut unguento cænum admiscent ac permixtionum qualitates confundant,) & maledicos sermones tamquam à meipso mutatus, graviter & iniquo animo feram; nam alioqui multas pecunias laudatoribus numerarem, si me laudando meliorem efficerent. Verum aliter se res habet quod etiam sum, hoc maneo, sive maledictis afficiar, sive laudibus in cœlum ferar. Ac quantum petram spuma, aut pinum vel aliquam aliam densam & proceram arborem auræ, tantum me lingua circumferunt, ac simul hujusmodi quiddam mecum commentor; si falsa objicit accusator, non me magis, quam eum qui loquitur, hæc oratio attingit, etiamsi me nominatim convitijs petat. Si vera, meipsum potius, quam qui loquitur accusabo (à me enim illi sermonis materia subministratur, non autem illius sermo causa est, cur talis sim) ac vocibus præteritis, ut quæ nihil sint, mei ipsius ero, hoc unum ex eorum improbitate commodi capiens, ut lautius vitam instituam.*

Bona conscientia optimum remedium est ad irridendas contumelias. *S. Ambr. l. 2. de interpel. Job c. 3. S. Nilus pat.*

8. Et quidem propriæ conscientiæ mundæ testimonium efficacissimum est ad contumelias irridendas remedium dicente S. Ambrosio: *Quid autem pulchrius, quam ridere cum maledicitur nobis? & gaudere enim debemus, si aliena dicantur. Primum quidem quia volens inimicus aliquid dicere adversum nos quo crimen affingeret, non invenit quod verum est, sed quod falsa pro veris composuit.* Hinc & S. Nilus paterne nos admonet dicens: *Quando convitijs peteris, considera, an aliquid à te factum sit convitio dignum; si vero nihil à te admissum fuerit, fumum fugientem convitium esse existimato.* Quod idem forsitan D. Chrysostomus inferre voluit dum ait: *Ni ipsum lxseris o homo, neque amicus, neque inimicus, nec ipse quidem Diabolus poterit te lædere.* Quam veritatem S. Bernardinus Senecæ authoritate confirmat dicens: *Insuper & Seneca de quatuor virtutibus ait; si magnanimus fuerris, numquam judicabis tibi contumeliam fieri de inimico, dicos non nocuit mihi; sed animum nocendi habuit, & cum illum in potestate tua videris, dimittam putat vindicare potuisse.*

Chrysost. hom. 2. de Anna Tom. 2. S. Bern. Tom. 3. serm. 7. art. 2. c. 3.

9. S. Ephrem ne ad ultionem provolemus, nos avertere volens, sequenti utitur Discursu: *si affectus contumelijs contumeliam rependas duplici teipsum contumelia afficis; primò quidem quod contumeliosè tractatus, non patienter ac longanimiter tuleris, deinde vero quod imprudenter usus vicissim maledixisti & convitiatus es.* Injuriam itaque Christiana cum patientia tolerato sic enim fiet ut in ipsum recidat injuriantem, dicente S. Augustino: *Maledictum patientia repercussum in suum redit authorem illæso eo qui petebatur.*

Ad ultionem non est provolendum. *S. Ephrem paræn. 32.*

S. Aug. ser. 25 de resurrect.

10. Seneca hoc nobis in præsenti salutare exhibet consilium: *Potentiorum injuriæ* (idem quoque de æqualibus dici potest) *hilari vultu, non patienter tantum ferendæ sunt; facient iterum, si se fecisse crediderint.* Dum bombardæ ictus in irritum cadit, eo quod in materiam incidat levem, nullum edit sonum, non refilit, non diversas ingreditur ambages; secus vero si refistentem offenderit metam. Ita quoque injurians, si quem improperio contristari, indignari, percellique advertit, exultat; secus vero, quando se contemptum; suaque verba nihil fieri advertit, hinc enim confusus & cum pudore abscedit.

Sen. l. 2. de ira cap. 33.

TRACTATUS XXXVII.

DE INTENTIONE ET EJUS RECTITUDINE.

CONTINET

DISCVRSVS IX.



Discursus I. Deus primo loco intentionem rectam, quæ bonorum operum basis & fundamentum est, à nobis exigit.

II. Intentio opera nostra specificat, & meritoria reddit; illam respicit, & remunerat Deus.

III. Opera cæteroquin bona, si mala cum intentione fiant, incassum cedere, ex varijs probatur sacræ Scripturæ Textibus.

IV. Dæmon rectam in operibus bonis intentionem in nobis abolere satagit, ut meritum earum perdamus.

V. Per actiones nostras indifferentes, & quæ nullius sunt meriti, si recta intentione vestiantur, lucrari possumus apud Deum.

VI. Recta intentio sub oculi allusione exhibetur, simulque demonstratur, quòd opus aliàs malum, bonum non efficiet.

VII. Variæ instituuntur considerationes circa intentionem, nomine lucernæ, & lucis denotatam.

VIII. Deus juxta internam judicat intentionem, & non secundùm apparentiam, idque semper & infallibiliter, quæ namque nobis minima videntur, apud Deum in pretio sunt & æstimatione, utpote qui intentionem intuetur, & amotem à quo procedunt.

IX. Defectus rectæ intentionis multas actiones in se bonas, Deo facit non acceptas esse, imo & sæpe demeritorias.

DISCURSUS I.
ARGUMENTUM.

Deus primo loco intentionem rectam, quæ bonorum operum basis est & fundamentum, à nobis exigit.

THEMA.

In omnibus vijs tuis cogita illum, & ipse diriget gressus tuos. Prov. 3. ℣. 6.

Intentio nostratum operationum

1. SApiens omnes intentiones nostras in Deum ut dirigamus, exhortatur, divinâ in omnibus actionibus nostris promittendo assistentiam in hæc verba: *In omnibus vijs tuis cogita illum, & ipse diriget gressus tuos.* Quem texeum de intentionis rectitudine ita explicat Lyranus: *id est, in omnibus operibus tuis dirige intentionem tuam, ad ipsum, & ipse diriget gressus tuos, id est, opera tua ad finem bonum.* Unde & forsitan alibi Deus noster cor nostrum exigit, inquiens: *Præbe fili mi cor tuum mihi.* Nobiliorem utiq; corporis humani partem postulare non poterat quam cor, utpote primum mobile omnes secum trahens reliquas potentias & sensus nostros. Et Chaldæus quidem legit: *pone fili mi cor tuum ad me.* q. d. Quidquid cogitas, desideras, & operaris; totum per intentionis rectitudinem in Deum ordinare debes.

semper ad Deum est dirigenda. *Lyranus.*

Prov. 23. 26.

Chaldæus.

2. Certi quidam discipuli, teste S. Joanne, servitio Salvatoris se dedicare decreverant, quos ego primos autumo fuisse Christianos, quia primo omnium Christum secuti sunt: *Conversus autem Jesus, & videns eos sequentes se, dicit eis: quid quæritis?* nonne ipse intima noverat, & secretissima cordium omnium, quorsum igitur, quid vellent, interrogat, utpote probe sciens, clareque discernens placitum meum? Doctor Angelicus Christum hac interrogatione intentionem rectam, qua cum sequelam ejus exorsi fuerant, declarare voluisse autumat; insuper observans hæc ipsa verba prima fuisse, quæ Joannes in Evangelio suo retulit de Christo, in quibus quanta solicitudine rectam finium nostrorum directionem urgeret, ostendit. *Notandum*, inquit ille, *quod hoc est primum verbum, quod Christus in isto Evangelio loquitur, & congrue, quia primum quod quærit Deus ab homine, est recta intentio.* Hinc & Ecclesia sancta in prima Officij divini à nobis recitari jubet verba illa: *Et sit splendor Domini Dei nostri super nos, & opera manuum nostrarum dirige super nos*, illa namque de rectitudine intentionis, quæ omnia opera nostra, ut Deo grata sint, & accepta comitari debet, intelliguntur; hinc & mox prosequimur, dicentes: *Oremus: dirigere, & sanctificare, regere & gubernare, dignare Domine Deus Rex cæli & terræ hodie corda & corpora nostra, sensus, sermones & actus nostros in lege tua.*

Primũ quod à nobis Deus exigit, est recta intentio. *Joan. 1. 38.*

S. Thom. ibidem.

3. San-

3. Sanguis victimarum offerendarum olim ante Altare profundi debebat, adeoque earum honori & cultui divino conficerari, prout ex his in Levitico contentis, colligitur verbis : *Omnis adeps Domini erit jure perpetuo in generationibus & cunctis habitaculis vestris, nec sanguinem nec adipem omnino comedetis.* Nonne Deus noster per Psalmistam protestatur: *Numquid manducabo carnes taurorum aut sanguinem hircorum potabo? immola Deo sacrificium laudis, & redde Altissimo vota tua.* Cor, affectum, intentionem à nobis exigit Deus, quorsum igitur dictum de sanguine & adipe immolanda præceptum? dubium hoc in suis super Leviticum Commentariis resolvit S. Cyrillus Alexandrinus in hæc verba: *Sanguis sedes animi; qui sanguinem is & animum admit. Voluit ergo Deus in omni sacrificio, voluntatem, cor, intentionem velut sanguinem effundi coram se, nec guttula in altos usus reservata.* Quando igitur Deus totius victimæ pinguedinem ita sollicite sibi deposcit, nil aliud præter intentionem, rectumque in operibus & oblationibus nostris in honorem ejus factis, exigit finem, prout his verbis clarè docet Hesychius, dicens: *Quia adipem in æternum præcepit Domino offerri, manifestum est, quia conservari Deo nostrum desiderium vult. In æternum autem hoc, ne ad Deum illud & ad mundum dividamus.* Porro idem Angelicus Doctor ad supradictos duos discipulos Christi sequaces, ab eoque interrogatos, quid vellent, iterum se reflectens, sequentem in hæc verba format Discursum: *Examinat autem eos specialiter de intentione, sequentium namque Christum non eadem intentio est; quidam enim eum sequuntur propter bona temporalia, alij vero propter bona spiritualia, & ideo quid isti intendant, Dominus quærit, dicens, quid quæritis? non quidem ut discat, sed ut rectam intentionem aperientes magis familiares faciat, & ostendat eos audientiæ dignos.*

Lev. 3. v. 16.
Ps. 49. v. 13. Sub figura adipis & sanguinis deposcit à nobis Deus rectam intentionem.
S. Cyril. Alexand. ibid. in Lev.
Hesych. l. 1. in Lev.
S. Thom. ibid. Joan. 1.

4. Sponsa in Canticis, per quam omnes animam electam intelligunt, à cœlesti Amatore in vultu, & quidem quoad ambas genas speciosa dicitur: *Facies tua decora, pulchræ sunt genæ tuæ.* Per faciem vero intentio denotatur; unde S. Gregorius de quatuor mysticis animalibus apud Ezechielem quadrigam Altissimi post se trahentibus differens ait: *Facies eorum & pennæ eorum extentæ desuper describantur, quia omnis intentio, omnisque contemplatio Sanctorum super se tendit, ut illud possit adipisci, quod in cœlestibus appetit. Sive enim bono operi, sive invigilet contemplationi, tunc veraciter hoc quod agit, bonum est, quando ei complacere concupiscit, à quo est.* S. Ant. de Pad. similiter supra illa verba se reflectens: *Ornaverant faciem templi coronis aureis*, ita scribit: *Facies dicta, eo quod facit homini notitiam operationis nostræ significat, de quibus Dominus Matth. 7. à fructibus eorum cognoscetis eos. Corona aurea in facie templi, est intentio pura in opere nostro. Ornemus ergo nostra opera coronis aureis puræ intentionis.* Hanc autem faciem, id est, intentionem Deus decoram esse desiderat, non vero decoratam, id est, fucata pulchritudine affectam, non cerussa & stibio depictam, non apparentem, sed in substantia pulchram & speciosam. *Facies tua decora*; vult insuper, ut ambæ genæ sibi correspondeant; *pulchræ sunt genæ tuæ.* Unde S. Bernard. ait: *animam tuam facias sponsam Dei, stude ambas speciosas habere has genas tuæ intentionis.* Sciens quippe sponsa quantû divino sponso rectitudo placeat intentionis, eidem dicit: *Recti diligunt te*; in Hebræo legitur, *rectitudo vel rectitudines diligunt te.* Anima namque dilectionis & amoris divini est recta intentio, hæc enim nihilum respicit aliud objectum quam amatorem cœlestem. Multi sunt, qui se profitentur amare Deum, at vero simul cum illo alia nonnulla amare bona terrena; horum autem amor non est rectus, nec est pura eorum intentio. Unde Gregor. Magnus monet, dicens: *Vigilanti cura per cuncta opera intentio nostra pensanda est, ut nihil temporale in his quæ agit, appetat, totam se in soliditate æternitatis figat.*

Cant. 2. v. 15 Per faciem denotatur intentio.
Ezech. 1. v. 11.
S. Greg. hom. 4 in Ezech.
S. Bern. ser. 40. in Cant.
Cant. 1. v. 3. Intentio non debet esse fucata.
S Greg. lib. 28. mor. c. 6.

5. Deus noster sponsam suam quoad hanc rectitudinem variis in occasionibus laudibus extulit, specialiter vero in c. 4. Cant. ubi ait: *Vulnerasti cor meum sovor mea sponsa... in uno crine colli tui.* Enimvero si sponsus hoc loco se à fulmine vel a lapide, vel exploso sclopeto vulneratum fuisse dixisset, facile intelligi mens ejus potuisset, at vero unicus dumtaxat capillus, quomodo cor ejus penetrare & vulnerare potuit? respondetur per hunc capillum sponsum exprimere voluisse intentionis unitatem; hæc enim est quæ cor Dei sibi rapit. *Unus crinus colli*, inquit Richardus de S. Vict. *Est unica cogitatio, & præcipua intentio qua laboras.* In textu Hebræo loco *vulnerasti*, legitur *rapuisti cor meum.* Sponsa quoque in ijsdem sacris Canticis dilectum suum laudans, inquit: *Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus; caput ejus aurum optimum.* Porro S. Ant. similitudines ibidem circa elegantias capitis sui delineatas *comæ ejus sicut, &c.* cum his quæ sequuntur, conditionibus ad meritum & perfectionem operum bonorum requisitis adaptat, & quidem primo loco statuit intentionem, inquiens: *prima dirigit intentiones, quæ significantur per caput; caput enim designat intentionem, quia sicut caput est principium corporis, ita intentio principium operis.* S. Bonaventura ad laudem se reflectens, qua Deus Job servum suum deprædicavit, cui nullus erat alius similis in universa terra, *Vir simplex & rectus*, inquit: *Talis diligit eum, secundum illud: Recti diligunt eum.* Prædictum vero textum Canticorum in eodem loco exponens, subjungit: *Vulnerasti cor meum sovor mea sponsa, vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum, & in uno crine colli tui; id est, in unitate & simplicitate intentionis rectæ, qua sola Deo placet. Et quia tales quidquid faciunt, ex charitate faciunt, ideo totum rectum est, & bonum, & lucidum, secundum illud: ut filij lucis ambulate; fructus enim lucis est in omni bonitate, & justitia, & veritate.* Mellifluus Bernard. inquit: *Necessaria est charitas in intentione, cujus ratio est, quia charitas intentione ad omnia illa, quæ ad finem sunt, principaliter intenta dirigit, & extendit, & per hoc arctius unit, cum in omnibus unum intendit, & ad unum tendit, & omnia quantum potest, cum illo unire quærit.* Idem quoque S. Doctor alibi faciem sive bonam sive malam intentionis his verbis delineat: *Para erit intentio, inquit, si in omni actione nostra, aut honorem Dei, aut ædificationem proximi, aut bonam conscientiam quæramus. Duo quidem in intentione necessaria requruntur, res, & causa, id est, quid intendas, & propter quid. Ex his sane duobus, animæ vel decus vel deformitas indicatur.*

Cant. 4. v. 9. Per unum crinem colli Sponsæ intelligitur unitas intentionis.
Rich. de S. Vict. p. 2 c. 28 in Cant.
Cant. 2. v. 14. Si facies intentionis sit deformis, rejicitur ipsum opus.
S. Bern. ser. in Cant.
S. Bonav. de præc. & dispens.
S. Bern. ser. cap. 117.

6. Cœlestis sponsus pro adaugendo suo erga animam affectu, & ad eam sponsam suam declarandam ab eadem exposcit, dicens: *Ostende mihi faciem tuam*, quod si enim hæc facies deformis fuerit, id est, si defuerit recta intentio, non amabitur tamquam sponsa, sed tamquam adultera rejicietur. Salvator noster cum Samaritana muliere circa novæ Legis Evangelicæ dogmata prolixe discurrit, inter alia vero hanc ei utilissimam doctrinam proposuit: *Venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu & veritate, nam & Pater tales quærit, qui adorent eum; Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, in Spiritu, & veritate oportet adorare.* Ubi Cajetanus ait: *Hinc habes, erudite lector, quod exterior cultus non propter sui ipsum gratus est Deo, sed pro quanto ordinatur ad interiora, qui sit in Spiritu & veritate. Hoc est in corde interno*, ut Carthus. ait, S. Gregor. verba illa primi cap. l. 1. Regum: *fuit vir unus de Ramathaimsophim, ... & nomen ejus Elcana*, ad propositum nostrum exponens, ait: *vir namque dicitur, quia proposito fortis est; unus, quia amore singularis. Perfectio viri in præconio ponitur unitatis, ut qui sæculum potenter despicit, mentem non dividat, solis supernis inhiet, & ad ea tantum aspiret.* Finis enim & intentio quæ opus specificant, eique valorem & meritum attribuunt, ad solum Deum dirigi debet, neque enim dividenda est intentio, vel quidquam de mundo vel alio objecto terreno participando.

Joan. 4. v. 23
Ibid. v. 24.
Cajet. ibid.
S. Ant. p. 4. tit. 2. c. 4.
1. Reg. 1. v. 1
Dion. Carth. ibid.
S. Greg. l. 1. in c. 1. Reg.

7. Recta intentio à sacris Doctoribus fundamenti & basis nomine describitur. Unde S. Bonav. ex S. Greg. ita inquit: *Cum intentio actionem dirigat nostram in operatione, ut dicit* Greg. l. 28. Mor. c. 6: *unaquæque actio intentionem suam quasi inventem oculum sequatur. Item cum intentio operi nostro quasi fundamentum finale præstituatur, ut dicit* Greg. *sicut fabrica columnis, columnæ autem basibus fulciuntur; Ita vita nostra virtutibus, virtutes vero in intima intentione subsistunt.* In Apoc. pariter legimus: *Qui vicerit, faciam illum Columnam in templo Dei mei.* Idem vero Gregorius per hanc columnam cui proprium est superædificatum sustinere ædificium, intentionem intelligit, inquiens: *quisquis enim in Dei opere recta intentione formatur, columna in structura fabricæ spiritualis erigitur, ut in hoc templo, quod est Ecclesia, positus, & utilitati sit, & decori.* Sacramenta quoque Ecclesiæ à Spiritu S. columnarum nomine appellantur: *Sapientia ædificavit sibi domum, excidit columnas septem*, quis autem ignorat, quod ad dandum esse hisce Sacramentis omnino sit necessaria intentio ministri? S. Antoninus de Padua hac de re in quodam sermone discurrens, ait: *dilectio Dei & proximum ligat. Hæc est linea, de qua Dominus in Job. c. 38.* ait: *quis tetendit super eam lineam? super quo bases illius solidatæ sunt? Deus tetendit lineam dilectionis suæ super animam, ut ipsa se extendat usque ad dilectionem proximi; super quo nisi super Jesum Christum, bases, id est, animæ puræ intentionis, quibus tota fabrica virtutum innititur, sunt solidatæ? basis omnis intentionis nisi in Christo sit solidata, totus operis fabricæ minatur ruinam, & ruina illa erit magna.* Quando vero fundamentum & columna seu basis fortis est ac solida, nulli fabrica subjacet periculo, quin potius fecure innititur ijs.

S. Bonav. de sept. itin. æternit. dist. 1.
S. Greg. lib. 28. mor. c. 1.
S. Greg. lib. 17. mor. c. 17
Apoc. 3. v. 12
Recta intentio, est basis & fundamentum operum bonorum.
Prov. 9. v. 1.
S. Anton. de Pad. in Dom. 13. post Trin.

8. Ecclesiasticus aliquando gloriatus fuisse legitur: *Ambulavit pes meus iter rectum*; ubi Græcus legit: *ascendit pes meus in rectitudine.* Vatablus autem: *Pes meus rectâ ingressus.* Quando itaque pes, id est, intentio nostra, rectus est, Deus omnes nostros numerat & renumerat gressus, dicente Jobo: *posuisti in nervo pedem meum... & vestigia pedum meorum considerasti.* Ubi S. Greg. moralem format Discursum: *in nervo Deus pedes hominis posuit, qui pravitatem illius forti sua defensionis sententia ligavit, cujus omnes semitas observat, quia subtiliter singula quæque dijudicat, semita enim angustior solet esse, quam via, quia autem vias actiones, non immerito semitas ipsas actionum cogitationes accipimus; Deus itaque omnes semitas observat, in singulis quibusque nostris actibus etiam cogitationes pensat, & vestigia pedum considerat, quia intentiones nostrorum operum quam recte ponantur, examinat, ne hoc, quod bonum agitur, non recto desiderio agatur.* Deus ipsemet Jobum ab intentionis rectitudine laudaverat, dicens: *homo simplex & rectus*, quid igitur mirum si omnes ejus dinumeraverit passus, omnesque actiones ejus tamquam meritorias susceperit? *tu quidem gressus meos dinumerasti.*

Eccli 51. 20. Recto itinere intentionis est ambulandum.
Job 13. v. 27.
S. Greg l. 1. mor. c. 13.
Job 1. v. 8.
Job 14. v. 16. Recta intentio est radix operum bonorum.

9. Hæc intentionis rectitudo in radice arboris figurari videtur; quemadmodum enim hæc truncum, ramos, frondes, flores, & fructus medulla, virore, colore, sapore, temperie, & quocumq; alio locupletat bono, quo ipsa gaudet; ita & bonæ rectæque intentionis radix quemcumque voluntatis cordisq; in Deum fixi actum & desiderium verba, cogitationes, & opera nostra meritoria esse facit; hac proinde S. Greg. intentioni epithetum radicis attribuit; & S. Thom. de Villa nova rationem assignans, cur tanta inter fideles bonorum operum sit penuria, defectum talem sterilitati hujus radicis attribuere non dubitat, dicens: *unde fratres putatis, tanta in nobis sterilitas, & ad omne opus bonum tanta & tam gravis difficultas, nisi ex siccitate radicis.* Ad quod & S. Paschasius alludere voluisse videtur, dum ait: *Voluntas si bona fuerit, & recta intentio, fructus malos non facit, sicut nec mala bonos facere potest. Quia omnia opera, licet bona videantur, vel mala, radicis suæ succum ad seminis virorem trahunt.* Neque minus confiderabilis est illa S. Bernardi de intentione tractantis sententia: *Totum meritum est in voluntate, quantumvis, tantum mereris; fac ergo magnum voluntatem, si vis habere magnum meritum.* Hinc & Seneca prudentissime monebat, dicens: *præstabunt tibi fortasse præcepta, ut quod oportet, facias, non præstabunt, ut quemadmodum oporteat; & si hoc non præstat, ad virtutem non perducunt. Faciet, quod oportet monitus concedo: sed id parum est, quia non in facto laus est, sed in eo quemadmodum fiat.*

Merita bonorum operum derivantur à recta intentione.
S. Greg. l. 28. mor. c. 6.
S. Thom. de Villa nova fer. de S. Nicol.
S. Paschas. l. 4. in Matth.
S. Bern. de inter. domo. c. 8.
Seneca ep. 97.
Gloss. in Job. c. 15.
S Hieron. in c. 4. Prov.

DISCURSUS II.

ARGUMENTUM.

Opera nostra specificat, & meritoria reddit intentio, quam Deus respicit & remunerat.

THEMA.

Omni custodia serva cor tuum, quia ex ipso vita procedit. Prov. 4. ℣. 23.

1. NOtabilissimum hoc est, Sapientis dogma, in eo namque meritum operum nostrorum, à bonæ intentionis rectitudine derivari astruit; unde & Glossa inquit: *virtutes, id est, bona quæ agimus, ex ortu intentionis pensantur*; quæ insuper Glossa illum Jobi textum (*diceret enim, ne forte peccaverint, ... & benedixerint*) ita præsens accommodat propositum, inquiens: *id est, maledixerint in cordibus, in corde maledixit, qui recta opera non recta intentione facit.* S. autem Hieron. ab errore, in quem sæpe impingere possumus, scilicet credendo opera aliorum apparenter bona Deo accepta esse, quæ tamen sæpe propter bonæ intentionis defectum omni privantur merito, nos liberare volens, ita discurrit: *Sunt qui recte vivere videntur hominibus, sed quia recta intentione non faciunt, à Deo, qui cor respicit pravum, vita eorum reprobatur, quæ credebatur bona.* Hinc & S. Bernardus dicere solebat: *Tale erit opus Missi Bibliotheo. Tom. II.*

tuum, qualis fuerit intentio tua. Ante quem diu præmiserat S. Augustinus inquiens: *Bonum opus intentio facit, intentionem fides dirigit. Non valde attendas, quid homo faciat, sed quid cum facit, aspiciat, quo lacertos optimæ gubernationis dirigat.*

S. Bern. de inter. domo c. 45.
S. Augustin. in Psalm. 31.

2. Huic propositio doctrinam quamdam Senecæ Philosophi de beneficijs tractantis applicare possumus, qua ait: *non quid fiat, aut quid detur refert, sed qua mente, quia beneficium non in eo quod fit, aut datur, consistit, sed in ipso dantis aut facientis animo*; quod idem de operibus nostris asserere possumus, quæ apud Deum nullum habent meritum propter actum exteriorem, quantumvis bonum, sed propter affectum, finem, voluntatem, & intentionem cum qua fiunt. Subdit vero idem Seneca: *Magnum autem esse inter ista discrimen, vel ex hoc intelligas licet, quod beneficium utique bonum est, id autem quod fit, aut datur, nec bonum nec malum est. Animus est, qui parva extollit, sordida illustrat, magna & in pretio habita dehonestat, ipsa quæ appetuntur, neutram naturam habent, nec boni, nec mali. Id referi, quod illa rector animus impellat, à quo forma detur rebus.* Adducitque victimarum quæ antiquitus falsis Diis in sacrificium offerebantur, sequens exemplum: *sicut nec in victimis quidem, licet optimæ sint, auroque præfulgeant, Deorum est bonos, sed pia ac recta voluntate venerantium.*

Seneca ep. 97.
Seneca l. 1. de benef. c. 6. Præclara sententia Senecæ circa intentionem.

3. In Genesi dicitur: *respexit Dominus ad Abel, & ad munera ejus, ad Cain vero & ad munera illius non respexit.* Ambo quidem fratres erant, inter quos Cain major erat ætate, primusque fuit, qui oblationem & sacrificium Altissimo obtulit; & tamen Moyses, cujus calamus à Spiritu veritatis motus fuit, testimonium perhibens, inquit: *ad Cain & ad munera illius non respexit*; cum tamen Eva illum parturiens, dixerit: *Possedi hominem per Deum. Factum est autem, ut offerret Cain de fructibus terræ munera Domino*; ubi actus quidem exterior ad cultum divinum dirigebatur, & tamen Deus, qui scrutatur renes & corda, illum minime acceptum habuit; pro cujus intelligentia necessum est præmittere sequentem S. Bonav. doctrinam: *Intentio proprie & principaliter est actus voluntatis, ut elicientis, & libere ordinantis, & moventis in finem, & à ratione directus, & nota quod ista intentio, ut est à voluntate per gratiam formata, non solum actualis, sed & habitualis, facit actum & opus meritorium.* Quod cum ita sit, asserere necessum est hanc intentionis rectitudinem in Caino defecisse, quando oblationem suam faciebat, & ideo à Deo acceptata non fuit. Deus enim ut S. Greg. ait: *Cor & non substantiam pensat, nec perpendit quantum ejus sacrificium, sed ex quanto proferatur.* Idem vero de duobus hisce fratribus alibi ita scribit: *Omne quod datur Deo, ex dantis mente pensatur, unde scriptum est: respexit Dominus ad Abel, & ad munera ejus; neque enim sacrum eloquium dicit: respexit ad munera Abel ad Cain autem non respexit, sed prius ait, quia respexit ad Abel, & deinde ait, ad munera ejus.* Prius enim Deus ad cor, animum, & intentionem offerentis, oculum dirigit, ac tum demum in oblationem; cognoscebat Deus, quod Abel ex devotione & pietate moveretur, Cain vero ex vana agebat ostentatione. Unde Hugo Card. ait: *respexit ad offerentis devotionem, ipsa enim actio offerentis meritoria fuit, & inde primo dicit ad Abel, Deus enim non quantum, sed ex quanto consideratur.* De Cain vero Rupertus Abb. inquit: *nam ille, Cain scilicet, cum Deo offerret sua, seipsum sibi retinuerat; hujusmodi autem portionem Deus non accipit, sed præbe, inquit, fili cor tuum mihi; at ille cor suum retinuit sibi, & fructus terræ Deo obtulit. Porro Abel primo cor suum deinde vem suam offerendo plurimam hostiam per fidem obtulit.* De Cain quoque Gregor. M. ita scribit: *dicit, quia non respexit ad Cain, & deinde subdidit, nec ad munera ejus; ex dantis quippe corde id, quod datur, accipitur. Prius ad eum legitur Dominum respexisse qui dabat, quam ad illa quæ dabat.* Quod si quis munus aliquod pretiosum magnique valoris alteri cuipiam daret, is vero sciret, se à dante odio haberi, eumque sibi machinari mortem, vel donum hoc offerre, ut illo suo tempore tanto securius traderet, quanto minorem de illo concipere poterit diffidentiam, vel ob alios fines longe pernitiosiores, quomodo munus hoc ei gratum esse posset? probe autem Deus sciebat, quod in reprobi illius corde odij & invidiæ contra innocentem fratrem suum conceptum venenum lateret, videbat, quod in fide & religione erga ipsum vacillaret; unde nonnulli scribunt, ipsum hac de causa cum Abel fratre suo dimicasse, quia videlicet nullum futurum esse finale judicium nec expectandam esse à Deo justitiam, nec remunerationem bonorum, nec malorum punitionem,

S. Greg. h. 32 in Evang.
S. Greg. l. 22 mor. c. 8.
Sacrificium Abelis, unde gratum fuerit.
Hugo Card. ibid.
Rup. Ab. l. 4 in Gen. 2.
S. Greg. ibid.
Insignis similitudo.
Corn. à Lap.

nec misericordiam credebat; ad quid igitur ei hæc oblatio ex sola ostentatione facta fervire poterat?

Quis fuerit odor suavitatis sacrificii Noë.

Gen. 8. v. 21.

4. Paulo post in eodem libro Gen. de Noë justo legitur, quod cum egressus ex arca in gratiarum actionem obtulisset sacrificium, carnes animalium igne crematæ suavem coram Deo spirarunt odorem: *odoratus est Dominus odorem suavitatis.* At vero quærendum hic venit, quænam ex crematis hisce carnibus ad Altissimum odorosa fragrantia ascendere potuerit, quando etiam thymiama, quod ex suavissimis odoribus ex Arabia allatis componitur, in naribus Dei fœtorem & puteolentiam spirabat? dicit enim Deus: *quo mihi multitudinem victimarum vestrarum? . . . plenus sum, holocausta arietum, & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum, nolui. . . . Ne offeratis ultra sacrificium frustra, incensum abominatio est mihi.* Cur igitur Deus tantam habebat sacrificiorum nauseam, quæ venerabunda sunt tributa, in quibus sibi olim complacere solebat, utpote in obsequij nostri testimonium supremæ illius Majestati oblata. D. Chrysostomus ait: *Odoratus est Dominus odorem fragrantiæ, at non ita de ingratis Judæis.* Sacrificium igitur Noë quidem bonum spirabat odorem, non vero quod ab incredulis Hebræis offerebatur, de quibus loquebatur Isaias; *sed quomodo? Audi Prophetam dicentem: Thymiama in abominationem mihi est, quasi ostendat voluntatis offerentium malitiam, quemadmodum enim hic justi virtus firmum fecit odorem fragrantiæ, & nitorem, sic apud illos offerentium nequitia bene olens thymiama in abominationem convertit.* Subditque idem Chrysostomus: *Bonas Dominus non consuevit attendere ad ea, quæ à nobis fiunt, sed ad internam mentem, à qua ut hæc faciamus impellimur, & ad hanc spectans, vel approbat ea quæ à nobis fiunt, vel aversatur.*

Isa. 1. v. 11.

Ibid. v. 13.

D. Chrysost. Hom. 27. in Gen.

Levit. 1. v. 4.

5. Deus olim in Levitico præceperat, ut victimæ imponerentur manus offerentis: *Ponet dq; manum super caput bestiæ, & acceptabilis erit.* Quodnam obsecro in hac manus impositione latebat mysterium? Oleaster idipsum declarat, dicens: *Voluit Deus, ut sacrificaturus non solam bestiam offerret, sed seipsum, insuper cor, voluntatem, intentionem adjungeret, hoc omnino necessarium est, nam sola pecudes, non Deo acceptæ sunt, nec offerenti fructuosæ.* Unde D. Chrysost. in prædicta homilia, ut opera nostra coram Deo accepta redderet, ita nos monet: *sive precemur, sive jejunemus, sive eleëmosynas faciamus (illa enim sunt spirituales nostræ hostiæ) sive aliud spirituale quoddam opus faciamus, hoc faciamus bona mente incitati, ut à laboribus dignam referamus coronam; esset enim perabsurdum laborem nos sustinere, & retributione fraudari, quando non juxta leges ab illo nobis datas virtutem exercemus. Fieri autem potest, ut opere nondum completo coronam quis accipiat à sola pia mente.* Unde S. Mechtildi à sponso ejus cœlesti indicatum fuit, quod licet coram illo comparerer, maximo instructa virtutum apparatu, qui ulli quantumvis magno Sancto possibilis esset, illam tamen tunc vel maxime tamquam dilectam sanctamque sponsam amplexaturus esset, si illum apparatum ex corde desideraret: *Et ego,* inquit, *amorem illum in te attendam, atque suscipiam, non sicut in te est, sed sicut velles eum esse in te.* Cassianus spiritualis vitæ magnus Magister, inquit: *Non proventus considerandus est operis, sed operantis affectus.* S. Thomas de Villa nova in sermone quodam *de ascensione Domini* docere nos volens, quibus gradibus ascendere possimus ad Paradisum, inquit: *Vis tibi ostendam hos gradus? Prophetam audi: Ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus Deorum in Sion; & iterum: Beatus vir cujus est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit. In corde inquit: Scala tibi erigenda est, per quam ascendas in Paradisum; non in habitu, non in sermone, non in exteriori aliqua cæremonia, vel cultu, omnis namque gradus perfectionis, profectusque virtutis, in corde potius, quam in opere & sermone quærendus est, non enim aspicit Deus quid, aut quantum agas, sed quantum in ejus desiderio & amore proficias.*

Ibid. v. 4.

Oleast. ibid. Cur offerens victimâ jussus fuerit capiti ejus imponere manus.

D. Chrysost. ibid.

Lib. 2. c. 17. Revelatio circa hoc facta S. Mechtildi.

Cassianus collat. 6. c. 9.

S. Thom. à Villa nova serm. 2. de Ascens. Quibus gradibus ascendatur in paradisum.

6. In præcedenti Discursu textum illum Cant. consideravimus, in quo cœlestis Amator sponsæ suæ, per quam anima electa figuratur, dicit: *pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis.* Ubi S. Bernardus ait: *Vide ne carnaliter cogites coloratam carnis putredinem, sed animæ faciem, mentis intentionem, ex qua nimirum rectitudo operis, sicut ex facie pulchritudo corporis æstimatur.* Idem quoque mellifluus Doctor mysterium tangit, cur scilicet cœlestis Sponsus nulla facta mentione vultus ambas genas exprimere voluerit; dicit enim: *Est sine dubio causa, quacumque illa sit, cur pluraliter genas maluerit, quam singulariter faciem dicere. Et si tu melius non habes, ego quod mihi videtur aperio. Duo quædam in intentione (quam faciem animæ esse diximus) necessaria requiruntur, res, & causa, id est, quid intendas, & propter quid.* Idem quoque in quadam Epistola sublimem hanc tradit doctrinam: *Rerum causa, non materia, nec exitus actuum, sed intentionis propositum culpas discernit, & merita, dicente Domino, Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit.* Porro quod ad discernendum nostrarum & alienarum actionum meritum ad finem & intentionem cum qua fiunt necessariò recurrendum sit, S. Augustinus his verbis tradit: *In disciplina nostra non tam quæritur, utrum pius animus irascatur, sed quare irascatur; nec utrum sit tristis, sed unde sit tristis, nec utrum timet, sed quid timeat. Irasci enim peccanti ut corrigatur; contristari pro afflicto ut liberetur, timere periclitanti ne pereat, nescio utrum quisquam sana consideratione reprehendat.*

Cant. 1. v. 9. S. Bern. ser. 40 in Cant. Quo in formanda intentione faciendæ sunt.

Lib. 2. c. 17.

S. Bern. ep. 69.

S. Aug. l. 83. Civ. Dei. c. 5.

7. Quod si quis Phinees apprehenso pugione Principem tribus Simeonis transadigentem vidisset, neque facti rationem penetrasset, eum homicidij reum, rigorosoque dignum supplicio reputasset; & nihilominus honorem cultumque Dei offensi zelabat, unde & excessivam obtinuit remunerationem. Iterum qui Judith vidisset in obscura nocte Bethuliam egredi, & ad militum exercitus properare, speciose vestitam, in ætatis flore, mireque pulchram, quantum judicij sinistri incurrisset periculum, nescions, quod à Deo dirigeretur, quodque angelus ei continuo assistens ipsam tueretur, atque præcederet? Homo quidam ut S. Matthæus refert, Christum olim in terris constituturn per omnia rerum discrimina sequi statuerat, ideòque dicebat: *Magister sequar te quocumque ieris.* Sed quodnam putatis ipsum à Christo retulisse responsum? *vulpes foveas habent, & volucres cæli nidos, Filius autem hominis non habet, ubi caput reclinet.* Cur obsecro Salvator hanc sibi significavit non placere servitutem, præsertim cum S. Aug. dicat: *quid tam promptum, quid tam impigrum, quid tam paratum, & quid ad tantum bonum aptissimum, sequi Dominum, quocumque ierit? & mirans hoc dicens, quid est hoc, quod Magistro bono Domino Jesu Christo invitanti discipulos, quibus daret Regnum cœlorum, displicuit tam paratus? sed quia talis Magister erat, qui futura prævideret, intelligimus fratres istum hominem, si sequeretur Christum, sua quæsituram fuisse, non quæ Jesu Christi. Iste est de quo Evangelista ait, non opus habebat, ut quisquam ei testimonium perhiberet de homine, ipse enim sciebat, quid esset in homine.* Dignior equidem oblatio esse non poterat, siquidem sequelam Christi vitamque proponebat Apostolicam, sed intentionis rectitudo, quæ opus meritorium reddit, ei deficiebat.

Intentio bona justificavit actio. Phinees, & Judith.

Matth. 8. 19.

Defectu bonæ intentionis Christus noluit ut Levi gisperius illum sequeretur.

S. Aug. ser. 7. de v. Dom.

8. S. Philippus Nathanaëlem ad Christi sequelam his aliquando legitur invitasse verbis: *Quem scripsit Moyses in Lege & Prophetæ, invenimus Jesum Filium Joseph à Nazareth,* qui autem eruditum illum, inque Scripturis sacris apprime versatum respondisse putatis? *à Nazareth potest aliquid boni esse?* Id quod per contemptum ab eo dictum esse videtur, & nihilominus incarnata Sapientia, quæ rerum scrutatur intima, non modo in eo sibi displicuit, sed & commendavit: *Vidit Jesus Nathanaël venientem ad se, & dicit de eo; ecce vere Israëlita in quo dolus non est.* Ubi S. Thomas notat, Christum non absque causa voluisse, ut eum doli inexpertem esse sciremus, ne id quod dixerat, per ludibrium ab eo prolatum esse crederemus. *Dixit Dominus de Nathanaële* inquit ille, *in quo dolus non est, ne credatur quod malitiosè dixerit; à Nazareth potest aliquid boni esse?*

Joan. 1. 45. & 46. Expenditur verbum Nathanaëlis: A Nazareth aliquid boni esse potest.

Ibid. v. 47.

S. Thom. ibid.

9. Psalmista eos qui recto sunt corde exaltare non dubitat præ reliquis, dum ita unum è Psalmis suis terminat: *Lætamini in Domino & exultate justi, & gloriamini omnes recti corde.* Moxque subsequentem ita exorditur Psalmum: *Exultate justi in Domino, rectos decet collaudatio;* & alibi ijsdem salutis æternæ spem ingerit, dicens: *qui salvos facit rectos corde.* Quem Textum S. Thomas ita exprimit: *rectitudo pertinet in ordine ad finem, & ad hoc est intentio, & ideo oportet ut intentio sit recta.* Clarius autem Hugo Card. in ejusdem versiculi Glossa ita discurrit: *Salvos facit à culpa per gratiam, à tentatione per augmentum gratiæ, à pœna in gloriam.* Et iterum idem Psalmista alibi Deum ita alloquitur: *Holocausta medullata offeram tibi, eum incenso arietum.* Sed quid hoc loquendi modo Vatem inferre voluisse putatis? S. Augustinus super illa Psal. 55. verba (*in me sunt Deus vota tua, quæ reddam laudationes tibi*) inquit: *Quid vovetis? quid reddatis? Auferte animalia illa quæ offerebantur ad aras aliquando, nihil tale offeras, in te est quod voveas, & reddas, de cordis area profer laudis*

Medulla bonorum operum, est recta intentio.

Psal. 31. v. 11.

Psal. 32. v. 1.

Psal. 7. v. 11.

S. Thom.

Hug. Card. ibid.

Psal. 65. v. 15.

Psal. 54. v. 15.

S. Augustin.

dis incensum. Quænam vero sint hæc holocausta medullata clarius super Psal. 65. scribens his verbis declarat: *Quid est medullata? intus tenean charitatem tuam, non erit in superficie, in medullis meis erit quod diligo te; nihil enim interius medullis nostris. Intertora ossa sunt carnis, medullæ interiores sunt ipsis ossibus; quisquis ergo in superficie colit Deum, magis placere vult hominibus, aliud autem intus sentiens non offert holocausta medullarum.* At vero quinam illi sunt qui hoc sacrificium hoc modo offerunt, hi videlicet, qui operi externo intentionem rectam non conjungunt, dicit enim: *Aliud autem intus sentiens non offert holocausta medullarum, cujus autem medullam inspicit, ipsum totum accepit.*

S. August. in Psalm. 65.

DISCURSUS III.

ARGUMENTUM.

Opera cæteroquin bona, si mala cum intentione fiant, incassum cedere ex varijs Scripturæ exemplis ostenditur.

THEMA.

Non enim invenio opera tua plena coram Deo meo. Apoc. 3. v. 2.

Opera bona, mala intentione facta, reputantur mortua.

Apoc. 3. v. 1.

1. S. Joannes à Deo jussus fuerat, ut per litteram Episcopo Sardis, quæ insignis Lydiæ civitas erat, sequentia insinuaret: *Hæc dicit, qui habet septem Spiritus Dei, & septem Stellas, Scio opera tua, quia nomen habes quod vivas, & mortuus es.* Mors autem hæc de qua loquitur, utique non corporalis sed spiritualis erat, loquebatur enim de culpa quæ animam à Deo separat, qui vera est vita. Insuper vero post præmissa insinuata, hoc ei monitum dedit: *Esto vigilans, & confirma quæ moritura erant, non enim invenio opera tua plena coram Deo meo.* At vero undenam hic hujus Prælati error tam præjudicijsus processerat, qui apparenter virtuose operans (*nomen habes quod vivas*) nihilominus opera mortua habebat (*& mortuus es? non invenio opera tua plena coram Deo meo*) nimirum quia licet opera ipsius in oculis mundi visa fuerint exemplaria, in oculis tamen Dei contumax eique rebellis erat. Albertus M. omnem culpam intentionis suæ defectui attribuit, non enim recto fine operabatur, ut indicat hoc ei datum monitum: *Esto vigilans, quasi dicat, usque nunc dormisti, non dirigendo intentionem tuam, sed nunc aperi oculos tuos; unde dicit: Esto vigilans, scilicet ut intentionem tuam in Deum dirigas, non ad homines, non ad mundum, & sic erit simplex intentio. Et confirma cætera quæ moritura erant, q. d. si vis vivere in bonis, quæ facis, fac ea intentione bona, non enim invenio opera tua plena, scilicet recta intentione, opera enim hypocritarum sunt vana, quia faciunt omnia pro inani gloria.*

Ibid. v. 2.

Albert. M.

Quod est corpus sine anima, hoc est, anima sine bona intentione.

2. Corpus aliquod à quo separata est anima immobile fit, sensuum totalem usum perdit, non audit, non loquitur, non videt, non respirat, non movetur, nec quidquam est aliud, quam quædam putredinis congesta massa, simile quid nobis de anima imaginari licet, à qua abest recta intentio; quia tametsi secundùm apparentiam exteriorem devotionum, & virtutum, bona exempla exhibeat, tametsi actiones in quibus se exercet, in se bonæ sint, attamen in conspectu Dei nihil valent quin potius abominabilia existunt; nam ut Hugo de S. Victore in libro de statu inferiori ait: *Quod est corpus sine vita, hoc est opus sine intentione bona, quælibet actio quantumvis bona videatur, tamen quasi mortua judicatur, si non per intentionem bonam animatur.*

Aggei 1. v. 5. Omnia bona opera evanescunt, & fructu carent, sine recta intentione.

3. Apud Aggæum dicitur: *Seminastis multum, & intulistis parum, comedistis, & non estis saturati, bibistis, & non estis inebriati, . . . & qui mercedes congregavit, misit eas in saccum pertusum.* At vero quænam est causa, quod omnia illorum opera bona evanuerint, & sine fructu permanserint? idipsum ex consilio antecedenter dato perspicue deducitur, nimirum: *Ponite corda vestra super vias vestras;* requirit enim Deus à nobis, ut in omnibus actionibus nostris intentionem & finem rectum nobis proponamus. Legitur de quodam ex sanctis Patribus antiquis, quod semper quotiescumque aliquid ipsi agendum erat, cogitabundus in principio operis nonnihil hæserit; interrogatus vero cur id faceret, respondent: Opera nostra ex seipsis nihil valent, suntque velut tabula rasa, ideòque nit valorem accipiant, recta indigent intentione; sicuti enim fagittam in scopum evibraturus, primo studiosè metam respicit, & in illam contendit, ita quoque ego priusquam operi manum adhibeam, oculum rectæ intentionis dirigo. Etenim Salvator noster, ut in sequentium Discursium progressu videbimus, rectam intentionem oculo assimilavit, de quo in Ecclesiastico legimus, *nequitia oculo quid creatum est;* quod si enim oculus aliquis similis basilisci oculo esset, omniaque veneno intoxicaret quæ respicit, an non oculus ille supra modum pernitiosus esse censeretur? pessimum autem hoc venenum sinistræ & depravatæ intentionis oculus in se recludit; unde incarnata Sapientia apud S. Lucam ait: *Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit, si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit; id est,* ut Didacus Stella explicat, *omnes operationes simul aggregatæ malæ erunt; cum non habeant bonitatem completam nisi ex intentione; quia dato quod alias operatio sit bona ex genere suo, si intentio non est bona, non adhuc erit perfecta talis operatio, nec meritoria.* Diu autem ante hunc authorem S. Bonav. in hæc verba scripserat: *Cum obtenebratur intentio, & deformatur, obtenebratur, & deformatur opus; unde in Glossa dicitur: semper perversa intentio præcessit præsumptum opus, etiamsi justum videatur.* Unde S. Greg. in quadam Homilia super Ezechielem ait: *Pensandum est ut omne bonum quod agitur, per intentionem semper ad cœlestia levetur, qui enim per bona quæ facit terrenam gloriam concupiscit, pennas suas, & facem suam deorsum deprimit. Hinc enim per Prophetam de quibusdam dicitur: Victimas in profundum deferebant. Quid enim sunt lachrymæ orationes nisi victimæ oblationis nostræ? sicut scriptum est: sacrificium Deo spiritus contribulatus. Et sunt nonnulli qui idcirco se in prece lamentis afficiunt, ut aut terrena commoda acquirant, aut hominibus sancti esse videantur; quid isti nisi victimas in profundum deferunt?*

Sinistra intentio est pessimum venenum nostrorum operum.

Luc. 11. 34.

Didac. Stella.

S. Bonav. ibid.

S. Greg. l. 1. h. 4 in Ezech.

4. Hinc & S. Bernardus in quodam ad Ecclesiasticos in Synodo congregatos sermone ita discurrit: *quid enim prodesset disciplinam habere in conversatione, scientiam in prædicatione, nisi adsit bonitas in intentione?* Ad quod idem propositum illa Bedæ applicari possunt verba dicentis: *Pœnam de pretio salutis miseri mercantur æternam.* Multi enim bona quidem operantur, sed ob finem malum, talesque orationibus, disciplinis, elecmosynis, & austeritatibus suis infernum sibi comparant, dicente Cassiano: *Destinatio mentis vel remunerat hominem vel condemnat, id est, intentio.* Huic & S. Thomas de Villa nova Dæmonis Martyres nuncupat eos, qui in via Dei virtuose operari conantur, sed secundùm fidem apparentiam, & rectitudinem finis non habentes. *Habet suos Martyres Diabolus,* inquit ille, *qui etiam dicere possint; propter te mortificamur tota die.* Neque minorem in præsenti considerationem somnavit S. Augustini sibi depositi doctrina inquientis: *Finis, quo referuntur ea quæ facimus, id est, propter quem facimus, quidquid facimus, si non solum incælebilis, sed etiam laudabilis fuerit, tunc demum etiam facta nostra laude aliqua digna sunt; sin ille jure meritoque culpatur, quem spectamus, & intuemur, cum in aliquo versamur officio, id quoque officium nemo improbandum, vituperandumque dubitaverit. De Catilina memoriæ proditum est, quod frigoris, sitim, famem, ferre poterat. Hæc erant illi spurco sacrilegoque etiam cum Apostolis nostris communia; unde ergo discerneretur Parricida ille ab Apostolis nostris, nisi sine illo, quem diversissimum sequebatur? namque ille ista tolerabat, ut immoderatissimas & immanissimas explere set cupiditates; illi econtra ut eas premerent, & dominanti rationi servire cogerent.*

Qui bona, ad malum finem operantur, acquirunt sibi infernum.

Cassian. coll. 17. c. 14.

S. Thom. de Villa nova ser. de nono Mart.

S. Aug. tom. 2. de morib. Manich. l. 2. c. 13.

5. S. Gregorius ut actiones nostras utiles & fructuosas efficiat, oculos nostros in finem supernaturalem ut conjiciamus, verbis exhortatur sequentibus dicens: *Tantum se in soliditatem æternitatis figat, ne si extra fundamentum nostræ actionis fabrica ponatur, totum opus in nihilum solvatur, quia etiam summa opera inaniter sunt, si intentiones cordium extra æternitatis retinaculum deflectuntur.* Si quis hinc ducentos & quinquaginta vidisset altare incensantes, thuribulis suis, illinc vero solum Aaronem, quis sibi non persuasisset obsequium cultumque numerosæ illius turbæ præ hoc Aaronis in conspectu Dei prævalere; & nihilominus exitus docuit, quod etiamsi manum externo applicuissent cultui Dei, cor nihilominus & intentione direxerint in ejusdem ostensum; unde & iri infernum corruerunt; quidquid enim faciebant; in hoc tendebat, ut duces fratres Moysen & Aaronem quos odio & invidia persequebantur populo invisos redderent. Ita & Absalon coram subditis Regis Patris sui se humiliabat, eosque ad audientiam accedentes benigne excipiebat; utique intentionem ejus non penetrasset, totum hoc ex benigna humanitate ortum fuisse sibi persuasisset; & nihilominus nil nisi superbiæ effectus erat, cum taliter affectum populærem sibi demereri, inque rebellionem impellere niteretur. Sceptri thronique Israë-

Num. 16. 3.

Datur in Aaronem.

2. Reg. 15. 2. Et Absalonem.

litici avidus Herodes Magos requisivit, ut post completam à se nati Messiæ adorationem, eum ubi esset admonerent, ut & ipse debitum ei cultum præstare posset, *cum inveneritis renunciate mihi, ut & ego veniens adorem eum.* Interius autem mortem ei intentabat, prout Innocentium strages probavit.

Matth. 2. 8.

Act. Apost. 5. v. 3. Defectus bonæ intentionis perdidit Ananiam & Saphiram.

6. Ita & in nascentis Ecclesiæ exordijs, quando maxime zelosi Christiani ut cœlum sibi acquirerent, terrenas vendentes possessiones, earum pretium ad pedes Apostolorum deferebant, si quis duos conjuges vidisset, Ananiam & Saphiram, exemplum sequentes aliorum, quem non formasset conceptum? utique & hos ipsos à Spiritu S. motos fuisse, sibi persuasissent; & nihilominus S. Petrus Ananiæ exprobrat, dicens: *Cur tentavit Satanas cor tuum mentiri te Spir. S. & fraudare de pretio agri? ... quare posuisti in corde tuo hanc rem?* partè enim pretij sibi retinuerant, quique exterius pietatem, & bonorum terrestrium contemptum, in corde & intentione sua sedem locarant Satanæ. Hinc merito Haimon super illa Apocalypsis verba: *Non enim invenio opera tua plena,* ita scribit: *scilicet recta intentione, opera enim hypocritarum sunt vacua.*

Haimon in Apoc.

7. Iterum quando Judas in horto Gethzemani Christo osculum dedit, dicens: *Ave Rabbi, & osculatus est eum.* Si quis præsens fuisset, certus, hunc ipsum Christi Apostolum & Discipulum esse, tantis ab eo affectum beneficijs, nihil utique mali suspicatus fuisset, & tamen perversus osculi finis in traditionem collimabat; quandoquidem antea turbis armatis osculi dederat signum; circa quem proinde sacrilegum B. Petrus Damtalem format Discursum: *Censesne semper debere juxta rerum atque verborum superficiem judicari? quid enim juxta verborum strepitum magis est abjonum, quam cum Deus Pater, & Filius, & Spir. S. mediatorem Dei & hominum dicitur tradidisse. Ecce Christum tradidit Judas, tradidit & Deus Pater, numquid non quasi simile factum videtur? ergone traditor est Judas & traditor Deus Pater?* qui idem Sanctus per aliquot sacræ Scripturæ loca SS. Triadem Christum morti dedisse consequenter probans subjungit: *Audi Apostolum dicentem: qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum; quod autem se filius tradiderit; idem dicit Apostolus; qui me dilexit, & tradidit semetipsum pro me: quod autem & Spiritus S. tradiderit filium Sapientia perhibet & paulo post subdit: Ergo secundum te qui non de cordis intentione, sed semper ex operis vis superficie judicare, si Pater tradidit filium, & ipse se tradidit filius insuper & Spir. S. Judas quid mali fecit? facta est traditio à Patre, facta est à Filio, nec non à Spir. S. facta est & à Juda, una res à pluribus facta est, sed eadem res in operatoribus discernenda est. Quod enim Deus omnipotens ex charitate, hoc Judas fecit ex pecuniæ acquirendæ cupidine; quod Deus fecit ad salutis nostræ remedium, hoc ille fecit ad explendum insatiabilis avaritiæ votum. Vides ergo quia non quid homo faciat debemus attendere, sed quo animo & voluntate faciat diligenter examinare.* Utique si actiones Saülis & David examinare voluerimus, aliquando apparentem in ijs reperiemus uniformitatem; sed diversissimum Dei circa illas judicium. Uterque ab eodem populo ad thronum sublimatus est Regium, ille asinos, hic custodiebat oves; uterq; per divinam immediate providentiam; per ejusdem Prophetæ Samuëlis manum promotus & consecratus fuit. Ambo divinam graviter transgressi sunt legem, ille in prælio contra Amalech, hic in adulterio cum Betsabæa, & homicidio Uriæ. Et quidem longe excusabilior videbatur inobedientia Saülis, siquidem ex motivo compassionis, Agag videbatur conservasse inimicis, causaque Religionis illæsos custodisse greges & armenta ad sacrificandum. Et nihilominus, ut exitus docuit, Saüli Deus misit Samuëlem, qui transgressionem ei exprobraret, & ad Davidem ablegavit Nathan. Uterque igitur suum est confessus scelus, dicendo *peccavi*, & nihilominus Saül à regno excidit, non modo terrestri, sed & cœlesti, cum tamen David sibi dici audierit: *Dominus quoque transtulit peccatum tuum.* Uterque sane exterius se pœnitentem exhibuit, propriumque humiliter confessus est errorem. Aft interius reprobus ille, cum corde & intentione non sentiebat illud quod proferebat ore, non enim vera cum pœnitentia Deum placare satagebat, sed exteriorem coram Propheta fingebat dolorem, ne existimationem popularem amitteret, unde & postquam dixisset *peccavi*, immediate subjunxit, *sed nunc honora me coram senioribus populi, porta quæso peccatum meum.* David autem sui pœnitens homicidij, suæq; erga Deum ingratitudinis, austerissimam aggressus est pœnitentiam, quam exinde per totius vitæ decursum continuavit. Quam proinde utriusque Regis hujus differentiam B. Petrus Damianus in hæc insinuat verba: *Quid est nisi quia quod Saül habuit in ore, non fuit in corde humilitas quæ in ore David exstitit, etiam in corde radicavit.*

Examinatur differentia inter pœnitentiam Saülis & Davidis.

1. Reg. 15. v. 30. 2. Reg. 12. v. 13.

Tradidit Judas Christum tradidit illum etiam Deus Pater: asseritur utriusque differentia.

S Petr. Dam. opusc. 4.

8. S. Matthæus pretiosi effusionem unguenti, quod Magdalena super Salvatoris caput profudit, describens, quid circa eam circumstantium sententiæ tulerint in hæc describit verba: *Videntes discipuli indignati sunt dicentes: Ut quid perditio hæc? potuit enim istud venumdari multo, & dari pauperibus.* S. Joannes autem eamdem referens Historiam seriem rei factæ sub alijs insinuat terminis, quando non quorumlibet Apostolorum, sed solius Judæ mentionem faciens, inquit: *dixit ergo unus ex discipulis ejus Judas Iscariotes qui erat eum traditurus; quare hoc unguentum non venijt trecentis denarijs & datum est egenis?* Sed quæ utriusque hujus Textus est differentia? An non utrique Evangelistæ idem spiritus eamdem dictavit veritatem? Respondeo itaque S. Joannem, qui præsens aderat, optime noviss alios quoque consodales suos contra eamdem pœnitentem verbis invectos fuisse; Aft Spiritus S. revelatione edoctus, reliquos bona intentione, zelo & charitatis motivo ductos fuisse intelligebat, ideòque non eorum, sed solius, perversum in hunc finem habentis meminit Judæ inquiens: *dixit autem hoc, non quia de egenis pertingebat ad eum, sed quia fur erat, & loculos habens ea quæ mittebantur portabat. Officium Domino præstitum* (verba sunt S. Cyrilli Alex.) *sub pietatis obtentu reprehendit & deterrimum avaritiæ suæ crimen protexit officio in pauperes exhibendo. Cæterè propter pauperum curam simplici animo, & nihil mali suis verbis obvelante.* Hugo à S. Vict. ad hoc ut intentionem nostram optime dirigamus, ne bonorum operum perdamus meritum, ita nos monet: *Ex corde consilium de occulto eruitur, & in secreto invenitur, & ex eo bona intentio procedit, quoniam per consilium vita nostra depravata corrigitur; nam mors & vita ex ipso procedit, quoniam si ex consilio intentio nostra depravatur, quid juvat bonorum operum prolem gignere, & eam per pravam intentionem necare? quidam in ipso proposito ex mala intentione opera corrumpunt, alij post exercitia virtuum per vanam laudem à bona intentione evanescunt. Primò, abortivos faciunt parere; secundò natos vel, adultos occidant. Non est satius non parere, quam dormiendo partum opprimere, vel ex consilio necare? melior est sterilis quæ non parit, quam filiorum necatrix sine misericordia. Quid enim ossa arida sine anima, nisi opera sine intentione bona.*

B. Petr. Dam. ser. 2. de S. Andr.

Matth. 26. v. 50.

Cyrill. Alex. l. 3. in Joan. c. 7.

Hugo de S. Vict. tom. 3. erud. Theolog. miscell. 2. l. 4. tit. 33.

DISCURSUS IV.

ARGUMENTUM.

Dæmon rectam in operibus bonis intentionem in nobis abolere satagit, ut meritum eorum perdamus.

THEMA.

In hoc feriam vobiscum fœdus, ut eruam omnium vestrum oculos dextros. 1. Reg. 11. ℣. 2.

1. CUm Naas Ammonites, cum incolis Jabes Galaath pugnaret, iiique se prosternendos & profligandos esse metuerent, cum Naas pacisci cæperunt, & pacem postularunt dicentes: *Habeto nos confœderatos, & serviemus tibi;* quibus superbus Naas respondit: *In hoc feriam vobiscum fœdus, ut eruam omnium vestrum oculos dextros.* Idque ea intentione faciebat, quia cum oculus sinister sub scuto absondatur, si dexter eorum oculus erutus fuisset, consequens omnino erat, ut quasi utroque oculo destituti in caligine ambularent. Idem quoque pactum Tyrannus Tartareus cum suis pacisci tur, nimirum ut intentio, quæ dexter animi oculus est, offuscetur, id est, depravetur, quia quantumvis opera, quæ exercentur, bona sint, si tamen finis propter quem fiunt, terrenus est, illa nihil prorsus ad meritum vitæ cœlestis valitura novit. Lyranus in moralitate hujus Textus ita scribit: *Per Naas, qui serpens interpretatur, Diabolus intelligitur; hic autem quærit eruere oculos dextros virorum Jabes, quæ calor interpretatur, nam viris charitate ferventibus malignus insidiatur, per oculum autem significatur intentio Matthæi 6. Si oculus tuus simplex fuerit, id est, intentio tua, secundum Augustinum. Per oculum igitur dextrum intentio ad bona spiritualia, per sinistram autem ad temporalia designatur; per hoc igitur quod Naas oculos dextros virorum Jabes quærebat eruere, significatur, quod Diabolus intentiones virorum in charitate fervientium quærit à bonis spiritualibus totaliter avertere.*

Diabolus conatur viris spiritualibus eruere oculi dextrum puræ intentionis.

Lyran. ibid.

2. S. Ber-

Æterno damnatio manet ils qui in operibus pœnitentiæ sinistrum habent finem.

S. Bern. apol. ad Guil. Abb.

1. S. Bernardus æternam comminatur damnationem illis, qui corpus per jejunia, disciplinas, aliaque similia opera afflictiva macerant, intentionem tamen Deo placendi, propriæque saluti cooperandi non habent, sed ab alijs terrenis finibus se moveri sinunt; hos enim Simoni Cyrenæo similes esse dicit, qui angaria tus fuit ad portandum Redemptoris patibulum: *Væ, inquit, portantibus crucem, non sicut Salvator suam, sed sicut ille Cyrenæus alienam. Duplici quippe contritione contemnuntur qui hujusmodi sunt, quando & hic pro temporali gloria temporaliter se affligunt, & in futurum ad supplicia æterna pertrahuntur; laborant cum Christo, sed non regnant cum Christo, de torrente bibunt in via, sed non exaltabunt caput in Patria.* Inter alios serpentes Salamandra, ut Naturales scribunt, hunc habet instinctum, quod arboris radicem mordendo, illam exficcet à vertice usque ad arboris truncum, venenum namque illius à radice ad truncum, ad frondes, ad flores, ad fructus, & ad omnia alia, quidquid in arbore bonum est, se transfundit; quod an verum sit, hujus fides sit penes authorem; hoc saltem est certissimum, quod serpens infernalis hujus arboris mysticæ, hominis videlicet, qui vocatur lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, radicem, id est, finem intoxicare nitatur, quando enim intentio, quæ à S. Gregorio radix operis appellatur, depravata est, omnia opera, quantumvis illa bona sint, infructuosa remanent. *Si semel in intentione*, inquit S. Gregorius, *cor corrumpitur, sequentis actionis medietas & terminus ab hoste callido secure possideatur, quoniam totam sibi arborem fructus ferre conspicit, quam veneni dente in radice vitiabit.*

Radice bonæ intentionis veneno infecta, omnia arescunt.

Ps. 1. v. 3.

S. Greg. l. 28. mor. c. 6.

S. Greg. l. 1. mor. c. 19.

3. In Lamentationibus Jeremiæ inter alia legitur: *cecidit corona capitis nostri, væ nobis quia peccavimus;* dictio autem *væ* expressiva est æternæ damnationis; tunc igitur homo amittit coronam beatitudinis, quando in proprijs operibus deficit rectitudo intentionis, id quod S. Antonius de Padua in quodam sermone confirmat, inquiens: *Corona in capite est pura intentio in mente, de qua Jeremias Threnorum 5. cecidit corona capitis nostri. Væ nobis, quia peccavimus, Corona de capite cadit, cum homo intentionem puram amittit, & ideo væ ei.* Hanc vero coronam astutus ille serpens nobis è capite eripere satagit, ne in cœlo occupemus sedes, è quibus ipse infeliciter ceciit. S. Augustinus hanc dèordinationem finis in operibus nostris, sub nomine naufragij describit, inquiens: *Hic hominem optime gubernare navim, & perdidisse quo tendit, quid valet, quia artemonem optime tenet, optime movet, dat prorum flectibus, cave ne latera infigantur, tantis est viribus ut detorqueat navim quo velit, atque unde velit, & dicatur ei: usquequo it, & dicat nescio, aut non dicat nescio; sed dicat ad illum portum eo, ne ducat in portum, sed in saxa festinet. Nonne iste quamto tibi videtur in navi gubernanda agilior, & efficacior, tanto periculosius eam sic gubernat, ut ad naufragium præparando perducat? talis est & qui optime currit præter viam.* Quod si enim aliquis in via veloci equo vectus eumdem per omnes equitandi regulas perfectè moderetur, velocique cursu progrediendo multas postas absolvat, nec tamen itineris sui metam & scopum certum prefixum sibi habeat, per prærupta errando, tandem in præcipia prolabetur. Idem quoque multis contingit, qui in hac præsenti vita viatores sunt; nam tametsi eorum opera apparenter bona sint, & virtuosa, si tamen in ijsdem rectam sibi intentionem & finem præfixum non habeant, omni merito & fructu privati remanebunt, imo nonnumquam in errorem prolabentur manifestos. Unde Sapiens ait: *Est via quæ videtur homini justa, novissima autem ejus deducunt ad mortem.* Sic enim si eleëmosyna, quæ erogata videtur pro populis mendicitate sublevanda, per intentionem dantis ordinetur, ad insidiandum honestati pauperis familiæ, non solum bona non erit, sed etiam dantem ad infernum præcipitabit. Si quis in Templo Jerosolymitano Pharisæum illum vidisset Evangelicum, in oratione absorptum, audisset que ardentes coram Deo factas ab illo orationes, jejunia, eleëmosynas, atque insuper ex ejus ore cognovisset illum esse hominem à mundi torrente prorsus sequestratum: *Non sum sicut cæteri hominum*, talis utique illum connumerasset inter viros perfectissimos eximiaque sanctitate præstantes; & tamen quis est qui nesciat, illum à Deo reprobatum in domum suam concessisse? Porro orationis hujus Pharisaicæ errores Dionysius Carthusianus his verbis manifestat: *Orat simulatorie magis, quam vere, oratio enim est devota elevatio*

Similis equitantis per abrupta.

Prov. 14. 12.

Examinatur oratio Phatisæi in templo.

Thren. 5. 16.

Luc. 18. 11.

S. Augustin. in Psalm. 31.

Pulchrum simile navarchi.

Dion. Carth.

mentis ad Deum, cum impetrandi affectu, atque, ut ait Gregorius, orare est in compunctione amaros gemitus ex corde, non composita verba fonare; Deus enim cor & intentionem respicit, sonum vero verborum non attendit: Albertus Magnus notat S. Lucam dixisse: *Hæc apud se orabat*, unde subdit: *Reprehenant quod apud se orabat, non apud Deum, apud se enim orat, qui se, & quod sibi placens est orat.* Origenes ad propositum nostrum sequentem facit utilem Discursum: *Altare quod votum sanctificat, est hominis cor, quod principale habetur in homine: Victa autem & damnaque ponuntur super altare, omne quod suppenditur cordi, ut puta, proponis orare, votum orationis posuisti super cor tuum, quasi super quoddam altare, ut oblationem offeras Deo. Proposuisti psallere, votum Psalmorum posuisti super cor tuum, quasi super quoddam altare, ut offeras Deo votum Psalmorum. Proposuisti eleëmosynas facere, votum eleëmosynarum posuisti super cor tuum; proposuisti jejunare, venerabile ergo & sanctum facit omne votum hominis, cor ejus, ex quo votum Deo offertur.* Tandem verò ad eliminandam à nobis vanam gloriam pro instructione nostra ita concludit: *cæcus est omnis qui videt, aut eleëmosynas magnas, aut Psalmos, aut preces magnas, aut jejunia, & sine judicio beatificat illa, & non considerat ex quali corde eleëmosynæ offerantur, vel Psalmi, vel preces, vel jejunia, altare est enim cor, quod sanctificat votum ejus, qui mundi est cordis.*

Orig. tr. 28. in Matth.

S. Antonin. p. 1. tit. 14. c. 6. §. 1. 2.

Luc. 14 v. 12.

Intentio respicitur retributionem Dei.

5. Salvator noster Pharisæos, qui extrinsecus rigorosi & austeri erant, salubriter admonuit ut actiones suas ad interiora cordis revocarent, dicit enim: *Pharisæe cæce, munda prius quod intus est calicis & paropsidis, ut fiat id quod deforis est mundum.* Hugo Cardinalis super illa verba Christi apud S. Matthæum: *Nisi abundaverit justitia vestra plus quam Scribarum & Pharisæorum* ita scribit: *Habebant exteriùs speciem pietatis, veritatem ejus abnegantes.* S. Thomas ibidem eorumdem Pharisæorum declarat amorem, quo se coram mundo exhibebant, tamquam viros spirituales, & perfectos, intentionem depravatam interius absondendo: *Justitia horum*, inquit, *erat in ostensione operis, non in rectitudine intentionis.* Origenes in eodem tractatu ita loquitur: *Hic sermo nos instruit, ut festinemus esse justi non apparere, qui enim studet ut appareat justus, ea quæ à foris sunt mundat, & quæ videntur curat; cor autem suum, & cogitationes suas, atque conscientiam neglegit, non considerans, quoniam qui studet ea quæ intus sunt mundare, consequens est, ut ea etiam quæ à foris sunt studeat facere munda.* Richardus de S. Victore damna recenset irreparabilia, quæ ab his qui cum prava intentione apparenter virtuose vivunt, resultant; dicit enim: *Sunt qui intra S. Ecclesiam boni videntur in manifesto, sed mali sunt in occulto, & foris monstrant sanctitatis speciem, sed intus non habent sanctitatis veritatem, quorum malitia tanto nonnunquam pernitiosius lædit, quanto occultior existit, & quanto minus potest cognosci, tanto difficilius potest vitari. Hujusmodi igitur hominum qui se bonos verbo vel opere fingunt, sed cordis intentione mali sunt, pravam debemus vitam diligenter investigare, & examinare, & eorum occultam malitiam, nisi se corrigant, omnibus propalare, ut quanto manifestius agnoscitur, tanto melius caveatur.*

Pharisæorum sanctitas revocatur ad interiora. *Matth. 23. v. 26. Matth. 5. v. 20. Hug. Card.*

S. Thom ibid.

Orig. tr. 25. in Matth.

Damna prævæ intentionis

Rich. de S. Vict. p. 2. l. 1. in Apoc. c. 5.

6. Ad bene ordinandum operum nostrorum finem notabilis est illa S. Antonini doctrina: *Intentio ad hoc ut sit recta, oportet quod respiciat tamquam ad ultimum finem, ad retributionem Dei.* Juxta illum Lucæ Textum *cum facis prandium aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos divites.* Quo immixto seu interjecto Textu Discursum prosequitur Sanctus dicens: *Qui inclinat cor suum, id est, proponit ad faciendas justificationes hominis, id est, ad servandum mandata, & ad faciendum bona propter hanc retributionem, ut scilicet prosperetur à Deo in temporalibus, non habet rectam intentionem, unde nec meretur. Sic & Christus dixit quibusdam non recta intentione eum sequentibus; quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus meis, & saturati estis.*

Joan. 6. 26.

Operationes virgæ Moysis applicantur intentioni Deum.

7. Duni Moyses virgam suam in cœlum elevaret, hæc portenta operabatur velut omnipotentiæ Divinæ instrumentum, in terram autem projecta, in serpentem venenatum conversa est. Idem quoque de intentione nostra asserere possumus, scilicet quod actiones nostras ad finem illum, qui Deus est, & ad gloriæ consecutionem ordinantes bona acquiramus æterna, si autem bene propter fines faciamus, terrenos, propter applausum humanum aut similes respectus, serpens infernalis dominium capit voluntatis, seque nostræ insi-

nuat intentioni. Hinc S.Gregorius caute nos admoneт dicens : *Sciendum quod bona nostra antiquus hostis insequitur , ut videlicet hoc quod rectum coram hominibus agitur,in æterni judicis conspectu vitietur.* Et paulo post subdit : *Intentionem in bono opere pollui, ut in his quæ recta faciunt , ad appetendam ima fortitudine intentionis inclinetur. Unde recte sub Judæ specie de unaquaque anima miseræ intentionis laqueo capta , per Prophetam dicitur: Facti sunt hostes ejus in capite,ac si aperte diceretur : Cum bonum opus non bona intentione sumitur , hæc adversantes spiritus, ab ipso cogitationis exordio,principantur,tantaque eam plenius possident , quanta & per initium dominantes tenent.* Qui idem Sanctus illum Psalmi versiculum (*ipsi calcaneum meum observabunt*) ita consequenter ad nostrum applicat intentum,dicens : *Quia enim in calcaneo finis est corporis,quid per hunc nisi terminus signatur actionis, sive ergo maligni spiritus , sive pravi quique homines calcaneum observant , cum actionis bonæ finem vitiare desiderant , unde & eidem serpenti dicitur : Ipsa tuum observabit caput, & tu calcaneum ejus.*

7. Notam pariter meretur singularem in præsenti quædam D. Chrysost. sententia ita nos admonentis : *Undequaque mentem nostram bene muniamus, ut per eam fiant accepta quæ facimus* ; verbum namque munire ad inimicum qui nobiscum certat , rationem habet ; accommode itaque , quia in hoc principaliter serpentis maligni consistit astutia , ut rectitudini finis & intentionis nostræ insidias struat , hæc ante omnia munita & fortificata esse debet. Job aliquando sub allusione Behemoth de Satana tractans ait : *Ecce absorbebit fluvium & non mirabitur , & habet fiduciam quod influat Jordanis in os ejus.* Per Jordanem à Christo sanctificatum homo virtute spirituque præditus intelligitur, hunc itaque Dæmon suam sperat futuram prædam , interna depravata ejus intentione ; ideoque sanctus Gregorius cautè nos admonet,dicens : *Nullum est bonum quod foris agitur , si non pro eo intus ante Dei oculos innocentiæ victima in ara cordis immolatur. Tota itaque virtute , explicienda est fluvius operis , si purus emanat ex fonte cogitationis , omni cura servandus est à malitiæ pulvere oculus cordis , ne hoc quod in actione rectum hominibus ostentat , apud semetipsum per vitium pravæ intentionis interqueat.* Ita D. Sanctus Doctor ; qui idem in Dialogis suis quamdam proposito nostro accommodam in hunc sensum narrat historiam. Sanctus fortunatus Episcopus Tudensis Dæmonem ejecerat ex obsesso , sub sera ita nocte spiritus ille malignus assumpra peregrini forma, per urbis circumiens plateas clamabat : *O viram sanctam Fortunatum Episcopum , ecce quid fecit. Peregrinum hominem de hospitio suo expulit , quæro ubi requiescere debeam & in civitate ejus non inveni.* Quis autem nescit quonam namquam non verum sit illud sacræ Scripturæ assertum : *Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ* ? ecce itaque astutissimam ejus sagacitatem : *Tunc quidam in hospitio cum uxore sua , & parvulo filio ad prunas sedebat,qui vocem ejus audiens, & quid Episcopus ei fecerit requirens , hanc invitavit hospitio & sedere secum juxta pranas fecit* ; *cumque vicissim aliqua confabularentur , parvulum ejus filium idem malignus spiritus intravit , atque in eas dem pranas projecit , ibique mox ejus animam excussit , quo orbatus miser , vel quem ille susceperit , vel quem Episcopus expulit agnovit.* Petrus vero Diaconus post facti hujus narrationem sanctum Pontificem interrogavit : *Quidnam hoc esse dicimus ut occidendi ausum in ejus hospitio antiquus hostis acciperet,qui hunc peregrinum æstimans,ad se hospitalitatis gratia vocasset* ? responsio vero quam S. Gregorius huic interrogationi subjecit , nobis insinuat , non omnia opera apparenter bona , grata esse Deo , imo nonnumquam directe ad ignominiam & offensam Dei vergere. In hunc enim modum Sanctus Gregorius respondit : *Multa Patre videntur bona, sed non sunt, quia bono animo non fiunt,unde & in Evangelio veritas dicit : Si oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit , quia cum perversa est intentio quæ præcedit, prævum est omne opus quod sequitur , quamvis esse rectum videatur. Ego namque hunc virum qui dum quasi hospitalitatem exhiberet , orbatus est, non pietatis opere delectatum æstimo , sed Episcopi derogatione, nam pœna subsequens innotat , quia præcedens illa suscepto non sine culpa fuit* ; *sunt namque nonnulli , qui idcirco bona facere student , ut gratiam alienæ operationis obnubilent, nec pascantur bono quod faciunt,sed laude boni qua æteros premunt. Qua de re existimo hunc virum qui maligno spiritum in hospitalitatem suscepit, ostentationi potius boni intendisse , quam operi,at meliora quam Episcopus fecisse videretur , qualenus ipse susciperet Deum quem vir Domini Fortunatus expulisset.*

8. Quod si quis Uriam privatum militem qui è campo redierat , in anticamera Davidis in conspectu totius aulæ suæ, tanta cum benignitate acceptum , ciboque Regio honoratum vidisset : *Secutusque est eum ejus Regius* , quis non crediderit Regem per hanc amicabilitatem ejus voluisse præmiare fidelitatem , in bello exhibitam , ubi pro servitio coronæ vitam suam tanto exposuerat discrimini , ut cæteri milites hanc erga Uriam exhibitam clementiam videntes, animum induerent generosum ad fortiter deinceps pro Rege pugnandum?& tamen quantum talis deceptus fuisset ? siquidem David in corde suo celavit finem adeo indignum, quem gratiam hanc exhibendo sibi proposuerat, scilicet ut Uriam ad dormiendum cum uxore induceret,hacque ratione quantum ei possibile erat,adulterium suum in oculis mundi absconderet ? nimirum interius ei machinabatur mortem, ut ejus uxore tanto majori cum libertate frui posset ; erat igitur apparens quædam benevolentia , sed ad crudelitatem ordinata , nimirum ad inferendam Uriæ necem.

DISCURSUS V.

ARGUMENTUM

Per actiones nostras indifferentes,& quæ nullius sunt meriti , si recta intentione vestiantur, lucrari possumus apud Deum.

THEMA.

Omne quodcumque facitis in verbo, aut in opere,omnia in nomine Domini Jesu Christi. Colos.3. ℣.17.

1. Sanctus Apostolus hisce verbis ad Coloss.scriptis modum nobis apud Deum etiam per operationes indifferentes egregie merendi insinuat , quia nihil excipit dicendo : *Omne quodcumque facitis in verbo aut opere &c.* Quod si enim etiam actiones indifferentes ad eum ordinentur,fiantque à nobis ad implendam divinam voluntatem , certum est, quod per hanc directionem actiones nostræ eleventur adeo , ut quæ cæteroquin inutiles futuræ fuissent , per hanc dejectionem Deo gratæ fiant & acceptæ. Charta aliqua parvula parum vel nihil valet,aut æstimatur,at vero quando Regio vel Principis subscriptione aut sigillo subsignata est,omnis eidem exhibetur reverentia & obedientia : Sic quoque multæ operationes nostræ nullius futuræ essent meriti , ad consequendam vitam æternam,vel ad augendam & acquirendam gratiam;at vero quando conjunctæ sunt & signatæ sigillo rectæ intentionis, meritoria fiunt & à Deo magnopere remunerantur. *Vult enim Deus* , inquit Didacus Stella ; *ut opera nostra in ipsum dirigamus, & ut sigillo rectæ intentionis ea designemus, ne ea amittamus.*

2. Pro hujus materiæ intelligentia sciendum est, quod actiones humanæ nonnullæ sunt moraliter bonæ , hujusmodi sunt jejunium, oratio, & eleëmosyna; aliæ vero sunt indifferentes , videlicet , studium , negotium, recreatio, & similes ; at vero quomodo ram has quam illas apud Deum meritorias efficere poterimus ? nimirum examinetur finis, ob quem jejunatur, an scilicet dirigatur jejunium ad macerationem corporis,ut hoc tanto promptius spiritui obediat, majorique cum facilitate castitatem conserveriteri an habeat intentionem obediendi præcepto Ecclesiæ, vel patiendi pro amore Dei,ad Christi Sanctorumque imitationem ; eodem modo circa alia opera virtutis discurrere licet ; studium quoque quod in seipso actio quædam est indifferens , pluribus modis ad finem supernaturalem ordinari potest , ut Deo gratum fiat , & acceptum , æternaque remuneratione dignum. Id quod Author theatri vitæ humanæ hunc in modum exemplificat : *Primo, si quis studeat , ut consequatur veram Sapientiam, non vero plausum inutilem, aut lucrum* ; *Secundo , ut servio impendam talenta a Deo mihi concessa* ; *Tertio , ut vitem otium , & prava consortia* ; *Quarto, ut excolam & perficiam animi meam* ; *Quinto , ut sim aliquando Ecclesiæ auxilio* ; *Sexto,ut imiter illos Sanctos, qui studijs olim fuerunt dediti* ; *Septimo, ut juvem patriam sive rempublicam* ; *Octavo, ut fiam aptum Dei instrumentum ad omnia* ; *Nono,ut satisfaciam desiderio & expectationi aliorum* ; *Decimo , ut adipiscar aureolam illam de qua Dan.12. qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad justitiam erudiant multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.*

3. Poëtæ

Rectitudo intentionis etiã opera indifferentia reddit meritoria.

Didac. Stella in c.11.Luc.

Quænam actiones humanæ sint moraliter bonæ,& quæ indifferentes.

Theat. vitæ hum. ver. intentio.

Applicatur ad propositũ fabula Midæ.

3. Poëtæ olim de Mida fabulati sunt,quod quidquid manibus suis contingeret , hoc totum in purum converteretur aurum ; & quidem tametsi hanc fabulosam quamdam inventionem esse in controversiam revocari nequeat, attamen , ut bene notat D.Chrysost. licitum nobis est ad nostram utilitatem *ex mendacio astruere veritatem.* Etenim intentio & finis rectus,in actionibus nostris , cæteroquin inutilibus , & indifferentibus,ad easdem dignas , & vitæ æternæ meritorias efficiendas , abunde sufficit. Episcopo Laodicensi in Apoc. dictum fuit: *Incipiam te evomere ex ore meo,quia dicis quod dives sum & locupletatus , & nullius egeo,& nescis quia tu es miser,& miserabilis , & pauper, & cæcus & nudus* ; quibus verbis innuere volebat , quod tametsi multa feciſſet opera bona,propter quæ se locupletem æstimabat, attamen quia in eo deficiebat recta intentio,omnia illa opera infructuosa facta sunt & inutilia ; *nescis quia & miserabilis &c.* Notandum vero Ly illud *cæcus* , quia ut in sequentibus Discursibus dicemus, bona intentio per oculum denotatur , quo hic Episcopus orbatus erat, ac proinde subdit : *Suadeo tibi emere à me aurum ignitum , probatum , ut locupleſis.* Quæ verba de fine recto in operibus nostris intelliguntur. Unde S.Antoninus de hac materia differens, & sequentia Canticorum verba : *Caput ejus aurum optimum*,adducens inquit : *Caput designat intentionem,quia sicut caput est principium corporis, ita intentio est principium operis*;Et paulo post subjungit : *Alii qui habent caput terreum,qui scilicet non intendunt , nisi congregationem substantiæ in suis operibus, etiam de genere bonorum, propter hoc jejunant,orant,& hujusmodi faciunt , ut prosperentur. Alij caput carneum qui intendunt tantum satisfacere naturæ ut ea quæ sunt propter parentelas,vel sensualitatem ; ut multi sub specie spiritus , multa faciunt propter præsentiam corporalem personarum. Alij habent caput aureum ; isti sunt sancti , qui omnia quæ faciunt,faciunt propter honorem Dei & amorem ejus; charitas enim aurum significat Apoc.3. Suadeo tibi emere aurum,id est charitatem , quia sicut aurum excellit omnia alia metalla,ita charitas omnes virtutes, & quanto quis ex majori intentione charitatis aliquid facit , tanto magis est Deo gratus, & meretur.*

Caput designat intentionem, & debet esse aureum. Ibid. v.18.

Cant. 5. 11. S.Anton p. 4. tit.2. c.4.

Docetur spiritualis Alchimia , qua arte vili rerum statuta aurũ meritorum.

4. Quæ non adhibentur studia , qui non impenduntur sumptus, quanta supportantur propter Alchimiam perfectæ addiscendam ? & quantumvis is locupletandus foret , qui in hac arte eo usque pertingeret . ut lignum vel plumbum in aurum transmutare posset ? vera autem Alchimia est , per quam æternæ beatitudinis meritorias efficere possumus actiones, quæ cæteroquin indifferentes sunt , & nullius in se ipsis meriti , hujusmodi sunt dormire, spatiari, manducare, studere, servire,& aliæ similes,circa quas S.Paulus suadet , inquiens : *Sive ergo manducatis sive bibitis, sive aliud quid facitis , omnia in gloriam Dei facite.* At vero dices quomodo mane & vesperi comedendo pro sustentatione corporis , apud Deum mereri potero, ut simul eodem tempore animæ quoque lucrum accersam ? Theophylactus hunc Textum exponens,tunc id fieri ait:*Quando non ut gulosus,aut voluptatis sectator epulatur , sed velut is qui corpus conservare velit ad virtutis operationem.* S.Augustſ. super Ps.146. alium quemdam modum insinuat,dicens: *Si quod manducas & bibis ad refectionem corporis sumis , reparationemque membrorum , gratias agens ei,qui tibi tribuit mortali & fragili ista supplementorum solatia. tunc cibus tuus & potus laudat Deum.* S. Basilius in regulis suis hunc in mensa merendi modum præscribit : *Mensam accedet animo non nimium solato , & in solum cibum hiante, qui tantum imperet, affer, affer ; cibus est meus, è meo pastore vivo , ideo curabo ut mihi bene sit,& sentiam me vivere ; non sic loquendum, neque sic edendum , sed illud animo volvendum ; Inspectorem habeo Deum ; ergo cibum ita sumam, ut nullus inde offendatur,Dei gloria non minuatur, nolo ventris mei esse mancipium , ut solam hic voluptatem sectet , neque enim vivo ut edam, sed edo ut vivam, & par sim ferendis laboribus.* Theodoretus super eumdem Textum confiderat Apostolum omnes nostras actiones comprehendere voluisse,unde ait : *Pulchrè omnia comprehendit,& sedere,& ambulare, & differre , & misereri,& docere , ut onus omnium sit gloriæ Dei.* Eamdem quoque considerationem Cajetanus his verbis exprimit: *Ut intelligamus , quod omnes liberas actiones, quantumcumque naturali necessitate opportunas , debemus sic exercere, ut sint ad Dei gloriam. Quantum ad intentionem dirigentem actualiter, vel virtualiter omnia ad Dei gloriam consilium esse constat.* Non quidem hoc ita intelligendum est , ac si hoc esset præceptum,quia alias secus faciendo futuri essemus divini præcepti transgressores , sed solum est consilium à S.Paulo ad utilitatem & lucrum nostrum traditum , quia rectam formando intentionem, elevamus opera , quæ alias ex semetipsis meriti capacia futura non essent. Quamvis doctissimus Salmeron in hoc proposito aliter in hæc verba scribat : *Hæc hortatio sive præceptum servari debet ab omnibus,& in omnibus, ut saltem qu sque habeat in voluntate, & animo se velle omnia in gloriam Dei facere,quæcumque facit, quia omnis nostra actio in illud tendere debet, ut glorificetur Deus.* Ubi dictus Author Ly, *sive quid aliud factis* singulariter considerans, inibi actum conjugalem conservationi generis humani necessarium ab Apostolo circumscribi autumat, dicens : *Honesto vocabulo explicavit opus vacuum generationi*, ut explicat Orig.hom.5. in Gen. dicens : *In verecunda conjugij negotia verecundo sermone signavit, ostendens etiam ipsa ad Dei gloriam geri, si posterietatis solius contemplatione procurentur.*

1.Cor.10. v.31.

Theoph.ibid.

S.Auguſt. in Pſalm.146.

Quomodo, & qua intentione comedendum ſit.

S. Basil. in Reg brev. Reg.196.

Theod.ibid.

Cajet. ibid.

5. In Exodo scriptum legimus : *Abominationes enim Ægyptiorum immolabimus Deo nostro.* Animalia namque illa , quibus Ægyptij cultum & honorem præstabant divinum,Israëlitæ vero Deo in obsequij signum sacrificabant. Sed quid hoc loquendi modo me inferre velle putatis ? ausultate : Ludi, qui mundanis incentivum sunt ad vitia, iram, rixas, notabilemque pecuniæ & temporis jacturam , si recta cum intentione ad laborum sublevationem,debitaque cum temperantia exerceantur , actus evadent virtutum & meriti : Unde Doctor Angelicus ait: *Circa ludos & jocos,qui nonnumquam ad animi solamen necessarij sunt, si secundum rationem fiant,aliquam virtutem esse oportet, quam eutrapeliam vocant.*

Exod.8.26. Etiam bona intentione ludere possumus sine peccato.

S.Thom.2.2. q.168.art.2.

6. Sponsa , animæ electæ figura , suum ita legitur allocuta aliquando fuisse amantem: *Omnia poma nova & vetera dilecte mi servavi tibi.* Sed quid per hæc verba eam inferre velle putatis ? per fructus novos opera bona vi gratiæ in statu legis Evangelicæ facta intelligere possumus v.g. orationes,confessiones , communiones, opera misericordiæ corporalia & spiritualia , & similia. Per poma autem vetera , opera intelligere possumus, quæ à prava & corrupta natura hæreditavimus , qualia sunt indifferentia E. G. edere , dormire , vestire , anima itaque Dei amans omnesque suos affectus & finem in Deo collocatos habens tam hæc quam illa Deo offert,quia omnia per voluntatem & intentionem rectam in gloriam ejus dirigit. Si poma ex arbore in terram decidant,subito deficiunt, & marcescunt , non vero si super arborem colligantur, inque loco elevato collocentur remoto à terra, sic enim per longum durant tempus. Ita quoque plurima opera nostra,si ad supernaturalem finem per intentionem ordinentur , æternitatem acquirunt conservantque beatam.

Cant.7. v.13. Quid designetur per poma nova & vetera sponsæ.

7. S.Ignatius Lojola alias inter regulas hanc pariter suis utilissimam præscripsit filijs : *Omnes rectam habere intentionem studeant , non solum circa vitæ sanctam , verum etiam circa res omnes particulares , id semper in eis sincere spectantes,ut serviant & placeant divinæ bonitati propter seipsam, & propter charitatem , & eximia beneficia quibus præveni nos.* Hinc & cælestis sponsus suæ quondam dilectæ Gertrudi virgini sanctæ præcepit,ut Blosius scribit : Ut omnia sua opera ei offerret & consecraret,quidquid legeret,& scriberet , omnes voces quas proferret , omnes characteres, omnes cibi bolos , quibus nutriebatur , utque ad ipsum etiam dormientis anhelitum. Cujus ut meriti nos quoque particeps faceret S. Auguſt. nanc nobis veritatem imprimere conatur : *Non quid quisque faciat, sed quo animo faciat , considerandum est.* Licet enim hoc illudve opus nullius in se sit valoris,non ideo ad ipsum,sed ad intentionem attendendum est , quæ valorem confert operi,ad affectum, amorem Dei, finisque rectitudinem respiciendum est.

Exod. 24. v.10. Quomodo cocti Lateres conversi censeantur in Sapphiros.

8. Teste Spiritu Sancto in Exodo , Moyses & Aaron , Nadab & Abiu cum 70. senioribus , *viderunt Deum Israël & sub pedibus ejus quasi opus lapidis Saphirini , & quasi cælum cum serenum est.* Textus Hebræus habet: *Lateris Sapphirini.* Sed qualis sodes inter terram coctam seu lateres , & Sapphirum pretiosam gemmam potest esse proportio? Sciendum itaque Hebræos in Ægypto sub Pharaonis servitute lateres confeciſſe;quos labores cum illi cum perfecta ad divinum beneplacitum conformitate patienter tolerarent , lutum illud in conspectu Dei in pretiosam gemmam,in Sapphirum commutatum fuerat , quia opera , quantumcumque vilia in se , si nihilominus rectam intentionem comitem habuerint , & amorem divinum,in maxima apud Deum existimatione sunt,ex valore:sta-

tua lignea aut fictilis exigui quidem est valoris secundùm materiam & formam ; si nihilominus sculptor eam fabricarit, famosus, pretio excessivo digna reputatur propter artem, ita ut aliam superet quandoque argenteam & auream. Numisimata quoque in pretio sunt, non propter metallum, sed propter antiquitatem, propter imaginem & raritatem, ita quoque actio aliquando nostra naturalis est, homini necessaria, omnibus communis, ut edere, dormire, quæ secundùm se apud Deum meritoria non est, si vero intentio eam actuarit, ita ut opus necessitatis per voluntatem ad Dei gloriam ordinetur, meritorium est, dicente Apostolo:

Rom. 8. v. 28 *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Econtra vero opera virtutum & perfectionis, si in illis hæc boni finis rectæque rationis directio desit, à suo quoque valore deficiunt, unde S. Bonaventura ait : *Intentio operi tuo,* ut dicit S. Ambr. *nomen imponit.* Enimvero qui laboriosam pastoris cujusdam vel agricolæ vitam considerat, cujusnam quantumvis austeri Eremitæ eamdem comparare audebit? hic enim ut plurimum in solitudine vivit, jacet in terra tugurium domus loco habet, sub dio sæpe dormit, camisiam cilicio asperiorem gestat, discalceatus incedit frugali & mundo pane vescitur, aqua potatur, ab omnibus contemnitur & posthabetur, sui non est Dominus, quin potius tamquam mancipium indiscreti Domini sui nutibus obediat, quod si igitur in tali quadam vita tot incommoditatibus involuta finis proponeretur supernaturalis in his omnibus placendi Deo divinæque ejus voluntati se conformandi, num quid talis cum religiosorum etiam Reformatissimorum mortificationibus disciplinis & jejuniis certare posset?

S. Bonav. in cap. 14. Luc. Similitudo agricolæ, & Eremitæ.

Præclarum dictum S. Thomæ mori.

2. S. Thomas Morus magnus regni Anglicani Cancellarius & Martyr gloriosissimus dicere solebat, mutos ijsdem laboribus & ærumnis, quibus in hac vita infernum sibi comparant, parí cum facilitate cœlum sibi comparare posse, imò longè facilius, si nimirum illa sustinerent ad placendum Deo, sequè divino beneplacito conformandum. Aula quoque virtutum est schola palæstra, quot enim in illa haberi possent occasiones exercendi mansuetudinem, patientiam, charitatem, humilitatem, mortificationem, & propriæ voluntatis abnegationem, si vellemus & sciremus ex necessitate facere virtutem. Porrò quidnam intentio sit S. Bonaventura his verbis declarat : *Videndum quid sit intentio, & à qua potentia animæ oriatur, de quo notandum quod sicut dicit Anselmus in libro de concordia præscientiæ & liberi arbitrij, voluntas est instrumentum seipsum movens, & omnia alia instrumenta, quibus sponte utimur, & quæ sunt in nobis, ut manum, linguam, visum, & cætera hujusmodi, & quæ sunt extra nos, ut stilum, securim & similia, & facit omnes voluntarios motus, ipsa verò, se suis affectionibus movet in finem desideratum, & ideo sola voluntas elicit actum intentionis propriè dictæ, & principaliter, se à ratione seu intellectu dirigente sivè dictante. Et nota quod hæc intentio non sit sine amoris desiderio, quia quanto major est amor finis, tanto vehementior est motus intentionis in finem, ita quod amor movet in finem desideratum, sed intentio omnia per quæ amor potest consequi hunc finem desideratum, ordinat & disponit ad illius finis consecutionem.* Denique Didacus Stella aliquot rectæ intentionis, in bonis operibus nostris indicia in hæc adducit verba : *Vis cognoscere an sit opus bonum & perfectum? considera ejus finem ad quem dirigitur ; si intentio & finis fuerit rectus, bonum erit opus. Ob eam causam asserunt Mathematici circulum esse perfectam figuram, quia principium & finis idem est in illo; cum autem Deus sit principium & causa prima, aperte concluditur, tunc opera nostra esse perfecta, si eorum finis fuerit Deus. Deum autem esse principium & rerum omnium primam causam asserit ipse, qui per Joannem de seipso dicit : Ego principium, qui & loquor vobis & ipse Joannes de eo loquens, inquit : Omnia per ipsum facta sunt. Et D. Paulus ad Romanos ait : Ex ipso & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Et ideo viri justi opera sua in Deum dirigunt, & propter ipsum ea efficiunt.*

Didac. Stella in cap. 11. Luc.

Quidnam sit intentio.

S. Bonav. de sup. trin. æternit. dist. 2.

Gen. 3. v. 19. Agricultura potest reddi meritoria, & utilis animæ.

10. Homini quondam intimatum legimus : *In sudore vultus tui vescêris pane.* Cito igitur indigemus, proque eo comparando laborare nos decet, sed qualiter hic corporalis labor, agrorumque cultura animæ etiam utilis redderur? si nimirum id fecerimus, ut Deo, qui per sudores nostros familiam nostram à nobis sustentari vult, obediamus, cum subordinatione ad divinam voluntatem, & dependentia à cœlestibus

2. Cor. 3. v. 7 influentijs, quia *neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.* In diversis nihilominùs vocationibus uniforme potest esse lucrum & meritum, quia ut bene S. Ambr. inquit : *Operationes bono commendantur affectu, neque enim minus beatus Elias quam Moyses, cum alter cibi indigus, melora de vili, sine filijs, sine sumptu, sine comite, alter populi Dux, lætus sobole, succinctus potentia diverso genere meritum æquale fundarunt, quando cum Domino in resurrectionis gloria refulserunt.*

S. Ambr. l. 1. de Jacob & vita beata cap. 8.

DISCURSUS VI.

ARGUMENTUM.

Recta intentio sub oculi symbolo exhibetur, simulque demonstratur quod opus alias malum, bonum non efficiat.

THEMA.

Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Luc. 11. ℣. 34.

Per oculum denotatur recta intentio.

1. HÆc per cœlestem Magistrum ex dictis præmissis impropriè videtur deducta consequentia, siquidem prima facie nulla inret oculi simplicitatem, & totius corporis claritatem apparet relatio; & nihilominus dicit : *Si oculus tuus fuerit simplex, &c.* quem simplicitatis effectum nec ratio nec experientia demonstrat. Unde necessium est ad mysticum sensum recurrere. Per oculum igitur, ut sacri Interpretes unanimiter exponunt, recta denotatur intentio. In S. Matthæo eadem verba leguntur, ubi Albertus Magnus ita scribit :

Matth. 6. v. 22. Alb. Magn. *Naturam intentionis innuit per oculum, quando dicit oculus tuus, & dicitur oculus, quoad naturam ; tuus autem quo ad Dominum ; quia inter ea quæ sunt in potestate nostra est intentio. Quo ad primum bonum attende, quod secundùm Platonem oculus videns (qui dirigit omnia opera membrorum corporis, & ostendit) componitur ex igne claro & tunicis perspicuis circumpositis, per quas egreditur radius luminis interioris, & incidit in res visas.* Sicut igitur oculus corpus nostrum dirigit, & regulat ad actiones exteriores, ita intentio dirigere debet opera & eorumdem fines.

Sicut oculi dirigunt operationes totius corporis ; sic recta intentio operationes animæ.

2. Advertendum vero est, quod incarnata Sapientia paulò ante de multis operibus bonis, eleëmosynis videlicet, jejunijs, & orationibus differuerat, unde opportune egregium hoc subjungit monitum, ut videlicet cum fine & intentione recta operemur, quia hæc specificat actionem. *Quid per oculum exprimitur*, inquit S. Gregorius, *Nisi opus suum præveniens cordis intentio? quæ priusquam se in actione exerceat, hoc jam quod appetit contemplatur ; & quid appellatione corporis designatur, nisi unaquæque actio quæ intentionem suam, quasi intuentem oculum sequitur?* S. Paschasius rationem affignat cur Incarnata Sapientia hanc oculi similitudinem adduxerit, *Quia sicut oculis ijs carnalibus omnia corporis membra ordinatè ad operationem diriguntur, ita intentione mentis, & luce fidei cunctæ virtutum genera ut lucidum corpus perficiant, illustrantur ; vult ergo Christus & bona fieri, & ex bono mentis proposito illa oriri.* Lyranus in sensibus litteralibus admodum profundus, pro meliori nostra intelligentia inquit : *Hæc est locutio metaphorica quia corpus accipitur hic pro congerie operationum, sicut corpus materiale est quædam aggregatio membrorum diversorum, & ideo sicut oculus dirigit membra ad operandum, ut pedem ad ambulandum, manum ad scribendum, sic intentio recta, prout includit fidem & charitatem, dirigit varias operationes in finem debitum, ideo subditur : Si oculus tuus simplex fuerit, id est, intentio tua recta sine plica fallæ simulationis, totum corpus tuum, id est, congeries operationum tuarum, lucidum erit, id est, meritorium vitæ æternæ.* Observandum quoque est Christum non dixisse in numero plurali *oculi tui*, sed in singulari *oculus*, quia *per hoc quod dicit oculus singulariter, significat quod intentio debet esse ad unum.* Sic sponsa in sacris Canticis divinum Amatorem in corde suo vulneravit, idque non ambobus oculis, sed uno dumtaxat : *Vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum, hoc est*, ut Albertus Magn. ait : *In unitate & simplicitate, & hoc est oculus qui respicit æterna, & intentionem rectam.*

Lyr. in Luc. S. Greg. Nyss. ho. 4. S. Ambr. ser. 11. in Ps. 118 Alb. Magn. Matth. 6. Cant. 4. v. 9. Alb. Magn.

Insignis historia Cyri, & Tygranis, cum uxore sua.

3. De Cyro Persarum Rege narratur, quod cum Tygranem Armeniæ Regem in bello superatum una cum Regina conjuge sua vinctum teneret, ad humanarum vicissitudinum instabilitatem se reflectens ambos conjuges non solum magna cum benignitate visitarit verum etiam ad Regiam mensam suam accumbere fecerit. Cumque Cyrus Tygranem interrogasset, quidnam pro redemptione Reginæ pendere statuisset, universum Regnum meum nisi fortuna tua idipsum mihi invidens eripuisset, nunc vero cum præter caput hoc aliud mihi non superfit, hoc ipsum libenter pro ipsa tibi offero. Admiratus autem Rex tantum amoris conjugalis ardorem, ambos à vinculis liberos regno suo denuo restituit. Accidit autem quod cum Tygranes die quadam conjugem suam interrogasset, quidnam sibi de magnanimitate Cyri ejusque vultu videretur, sapientissimum ei reddit responsum, dicendo : Se oculos suos non in Cyrum conjecisse sed potius in illum dumtaxat Regem conjugem suum qui suam pro ipsius redemptione vitam prodigere paratus erat, in hunc, inquam, & non in alios suos confixos habebat oculorum obtutus ; quam historiam proposito nostro facile applicare possumus, dicendo, justum & æquum esse ut anima quæ sponsa Christi est : *Sponsabo te mihi in fide,*

Applicatio illius historiæ. Osee 2. v. 20. 1. Cor. 6. v. 20. qui eamdem vitæ suæ impendio redemit, *empti enim estis pretio magno*, cujus proprij sanguinis sui pretio cœlorum regnum comparavit, intentionis suæ oculum in nullum aliud objectum quam in ipsum deflectat. Huc spectat illud ab Apostolis Ephesijs traditum consilium : *Non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed ut servi Christi, facientes voluntatem Dei ex animo, cum bona voluntate, servientes sicut Domino, non hominibus* ; quasi dicere vellet in omnibus operibus nostris intentio & finis primo loco in Deum est dirigendus, dicunt Anatomici, quod ambo oculi unò eodemque nervo ligentur : ac proinde ut experientia docet quo unus oculus deflectitur, eo pariter & alterum devolvi necessum est ; neque enim fieri potest, ut homo uno eodemque tempore terram pariter & cœlum versus recipiat, sed ad idem objectum conspiciendum necessitantur. Atque ideò nihil dari poterat, per quod rectæ intentionis conditiones, vivacius quam per oculum exprimerentur ; hæc enim uno & eodem tempore pro fine habere nequit Deum simul & mundum, aut vero cœlum pariter & terram ; neque enim jejunium illud Deo acceptum esse potest, quod sit propter ostentationem vel applausum humanum, quia opus externum cum interno necessariam habet connexionem.

Ephes. 6. v. 6.

Recta intentio vivaciter designatur per oculum.

Cant. 1. v. 14 Cant. 4. v. 1. Specialiter autem per oculos columbarum.

4. In duobus Canticorum locis oculi sponsæ oculis columbarum à divino Amatore assimilati fuisse leguntur, *Oculi tui columbarum.* At vero cur potius hujus avis oculis assimilantur, quam oculis aquilæ, vel falconis, aut accipitris, vel aliarum volucrum quæ acutissimo visu pollent? respondetur quod cum per oculum intento denotetur, columba præ cæteris animalibus visum habet directum, non vero distortum, præterea Cornelius à Lapide in hunc Textum ita scribit : *Oculi columbæ toti defiguntur in id quod aspiciunt.* Chaldæus legit : *Et quam recta sunt opera tua, & occupationes tuæ sicut pullorum columbæ qui mundi sunt ut offerantur super altari meo.* Idem vero Cornelius à Lapide in eodem loco ad propositum nostrum subjungit : *Intentio enim placendi Deo, eumque colendi & honorandi in quolibet opere, illud offert Deo, illiique faciet quasi holocaustum : Hinc notatur per oculos columbæ, columba enim erat victima quam sibi in holocaustum deposcit Deus Levit.* 1. Sanctus Gregorius Nyssenus de mystica hac columba tractans ita scribit : *Anima liberata à corporali affectione habet speciem columbæ in oculis, hoc est, characterem vitæ spiritualis, sic quoniam purus factus est animæ oculus, capax est characteris columbæ & Spiritus Sancti, propterea in eam cadit, ut contempletur sponsi pulchritudinem, nunc enim primum in sponsi formam intendit oculos, quoniam sponsum habebat in oculis.* Sanctus Ambrosius super illa verba Psalm. 118. *Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes, quando consolaberis me? sequentem in favorem nostrum instituit considerationem : Si oculi isti significati sunt, quibus cernimus & videmus, dicere debuerunt, quando consolaberis nos? hoc est non singulariter, sed pluraliter. Sed quia oculus mentis & oculus carnis unus oculus fiunt, & tunc homo consolatione fulcitur, cum caro & mens diversa non cupiunt, sed unum desiderant, & unum requirunt, ideo intenti ad eum qui ait : Ego & Pater unum sumus, isti quoque oculi unum esse se confitentur, quia uno atque eodem desiderio, officioque funguntur.*

Cant. 1. v. 14 Quomodo oculi sapientis dicantur esse in capite ipsius.

5. Considerationem dignam sunt illa Ecclesiastici verba : *Sapientis oculi in capite ejus, stultus in tenebris ambulat.* At vero quis umquam stultos oculos extra caput positos habere conspexit? numquid tam sapientes quam stultos oculos pariter in capite habere experientia demonstrat? pro hujus loci intelligentia ad sensum recurrendum est mysticum. Et quidem S. Basilius hanc illius adducit expositionem : *Sapientis oculi in capite ejus, id est, ut ea quæ sunt in sublimi contemplentur.* Cajetanus vero hunc Textum ita interpretatur : *Potest intelligi quod Sapientis oculi secundum officium videndi sunt in capite, hoc est, in principio operis ejus, stultus operatur tamquam in tenebris non videns finem, qui principium est operis, nec videns media congrua ad finem, sapientis vero oculi vident caput, hoc est principium operis, qui finis est, & consequenter vident media.* In S. Gregorio hunc Textum duobus in locis interpretatum invenio, & primò quidem lib. 17. Moral. c. 5. ubi dicit : *Oculi sapientis in capite ejus, quia videlicet sapiens quisque illum tota intentione considerat, cujus se membram esse per fidem pensat.* In homilia vero secunda super Ezechielem ita scribit : *Tunc in capite oculos habemus, cum vitam Redemptoris nostri tacita cogitatione conspicimus, cum omnis nostra intentio in ejus imitationem se erigit, ne si vias lucis aspicere oculus mentis neglexerit, statim clausus in tenebris erroris cadat.* Quâ ratione porro intentio elicitus fit actus voluntatis, communique nomine oculus appelletur. Sanctus Antoninus his verbis exponit : *Est tertius actus elicitus à voluntate. Hanc Christus vocat oculum dicens* Lucæ 11. & Matthæi 6. *Si oculus tuus fuerit simplex, id est, intentio recta, totum corpus tuum, id est, opus inde sequens, lucidum erit. Quamvis autem oculus sit instrumentum visivæ potentiæ, quæ est apprehensiva potentia, non tamen intentio est actus intellectus, sed voluntatis. Dicitur autem oculus intentio, quia cognitionem præsupponit, per quam proponitur voluntati finis ad quem movet, sicut oculo providemus quo tendere debeamus. Quod autem intentio sit actus voluntatis,* Sanctus Thomas 1. 2. q. 12. *sic declarat*, art. 1. *Intentio sicut ipsum nomen sonat, signat in aliquid tendere. In aliquid autem tendit & actio moventis, & motus mobilis, sed quod motus mobilis in aliquid tendat, ab actione moventis procedit. Unde intentio primo & principaliter pertinet ad id quod movet ad finem ; Unde dicimus Architectorem suo imperio movere ad id, quod ipse intendit, & idem est in omni præcipiente aliquid. Voluntas autem est, quæ movet omnes alios fines animæ ad finem, & sic patet quod intentio est actus voluntatis propriè.* Et hinc est, quod Deus primo loco voluntatem à nobis primo expoſcat, quia hæc est primum mobile, quod defideria, affectus, & operationes nostras voluit, & movet ; Unde Gregorius Magnus ait : *Nihil quippe offertur Deo divinius bona voluntate.* Hæc enim omnibus operibus nostris valorem præstat & pretium.

Cajet. hoc loco. S. Greg. l. 17. Mor. c. 5. S. Greg. ho. 2. in Ezech. S. Anton. p. 2. tit. 4. c. 5. S. Greg. ho. 8. in Evang.

Qui sua voluntate & intentione bene utitur, illi omnia cedunt in bonum. Rom. 8. v. 28.

6. Cum Julius Cæsar sacrificijs dàns operam moneretur, quod interiora victimarum infausta ominarentur auspicia ; respondit : *Erunt bona cùm volo.* Idem quoque dicere potest quisquis voluntare & intentione bene uti novit ; ex qualibet enim ærumna & adversitate magnum lucrum spirituale nobis comparare possumus, agnoscendo divinam super nos manum extensam, ferulamque osculando qua percutimur, unde Apostolus ait : *Diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum.* Enimvero bonum illud quod non fecimus, quod terrenos fecisse vellemus, & propter quod non factum affligimur, veniamque à Deo postulamus, Deus nihilominus nobis adscribit ad meritum. Unde B. Mechtildis dixisse fertur : *Ajo igitur & quidem constanter, quia per voluntatem possumus omnia, omnium labores sustinere, omnium bona opera exequi, & quidquid quid demum boni excogitari potest. Si enim hæc perfecte volo, & sola deficit exequendi facultas, omnia coram Deo fecisse arbitrabor ; quando enim sic voluntas est affecta, ut quidquid potest facere, velit idque non solum nunc, sed etiam si mille adhuc annis supervixeret, tunc plane coram Deo totum hoc illi imputabitur, quod tanto interim annorum spatio perfici posset.*

Blos. in spirit. Monial. Rusbr. c. 20.

Qualis debeat esse intentio ut reddat opus aliquod bonum vel malum.

7. Advertendum tamen est in hac materia quod non semper quando intentio est bona, opus pariter tale sit, quia non sufficit ruda intentio, ad opus aliquod meritorium, & laudabile reddendum ; ac proinde Abulensis examinans hæc verba : *Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit, id est, si fuerit intentio recta etiam omnes operationes erunt bonæ ;* hanc movet quæstionem : Utrum hoc sit generaliter verum. Et respondet : *Dicendo quod intentio facit opus, quod alias erat bonum, scilicet ex genere suo, vel erat indifferens, esse bonum, si sit intentio recta, si tamen opus malum sit, intentio non potest illud facere bonum ; unde dicendum generaliter de mala intentione, quod mala intentio semper facit opus esse malum, id est, inordinatum, & non meritorium, sicut illud esset bonum, sive malum. De intentione bona dicendum, quod non fa-*

Abul. q. 17. in c. 6. Matth.

cit opus generaliter bonum sed solum id quod erat bonum ex genere, vel indifferens, nam id quod malum est secundùm se, vel adulterari, vel odisse proximum, non potest bonum effici per bonam intentionem, sed necessario semper est malum. Idem quoque dubium Salmeron his verbis tangit : *Quod dici solet communiter, rectam mentem sive intentionem, opus bonum efficere, unde Ambrosius ait : Intentio imprimit speciem operi suo, intelligendum est de intentione operi correspondente, non de intentione operantis dumtaxat ; non enim excusatur qui hostem occidit, ut vivat pacifice.* Didacus Stella cœlestem Magistrum nostrum circa persecutiones Apostolis suis intentandas prædixisse observat, Hebræos Persecutores per has persecutiones se Deo gratum & acceptum offerre sacrificium existimaturos esse : *Venit hora ut omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo* ; unde dicit aliquem sic arguere posse : Si Hebræi existimabant quod Apostolos persequendo Deo præstarent obsequium, credi posse videtur, illos hac intentione id faciendi, aliquod inde sperare potuisse meritum ; sed respondet : *Aliud esse intentionem rectam, & aliud bonam habere intentionem. Bona intentio est, quæ bonum finem habet, sed facile potest se error illi admiscere, ita ut corrumpat illam, quia licet illa ex fine sit bona, tamen alias circumstantias illam depravare possunt ; ut minus bona sit, recta autem intentio est voluntatis nostræ operatio, qua illa vero modo, & medio tendit in bonum, quando scilicet cum lege Dei mensuratur, & dirigitur cum tantùm legis rectæ. Fieri autem potest, ut aliquid cum bona intentione fiat & non sit opus bonum, quia non sit vero modo, & intentione recta. Quamcumque finis & intentio bona sit, si media bona non fuerint, nunquam optus rectum consistet. De hoc opere ait Paulus* Rom.5. *Non sunt facienda mala, ut eveniant bona ; Et iterum : Zelum habent, sed non secundùm scientiam. Error itaque perdit opus, dicente Domino per Prophetam : Propterea captivus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, Non sufficit itaque quod intentio bona sit, nisi sit perfecta.*

Didac. Stella inc. 11. Luc.

Joan. 16. v. 2

Ponitur differentia inter bonam & rectam intentionem.

8. Sanctus Antoninus hanc aliam rectæ intentionis circumstantiam observans ait : *Intentio debet esse immaculata, id est, quod ille qui facit aliquod bonum, & propter Deum, non habeat in se maculam peccati mortalis, quin de operibus hujusmodi ; etsi bona intentione facta retributionem à Deo non haberet in superna gloria.* Unde Apostolus dicit : *Si distribuero facultates meas in cibos pauperum, &c. Charitatem autem, &c. Qui ergo est in aliquo peccato mortali, ut odio, luxuria, invidia, & hujusmodi, quantacumque supplicia sustineat pia intentione scilicet propter Deum, non tamen inde recipit retributionem gloriæ.*

S. Anton. 1. part. tit. 4. c. 6. § 1.

DISCURSUS VII.

ARGUMENTUM.

Variæ instituuntur considerationes circa intentionem, nomine lucernæ & lucis denotatam.

THEMA.

Lucerna corporis tui est oculus tuus, ... Vide ergo ne lumen quod in te est, tenebræ sint. Luc. 11. ℣. 34.

Lucerna oculi nostri est recta intentio.

1. LUcernæ titulo Sapientia incarnata afficit in præsenti oculum, in quo, ut supra diximus, intentio figuratur ; circa quem proinde Textum S. Bonaventura ita scribit : *Corporis namque materialis oculus corporalis est lucerna, quia totum corpus dirigit & illuminat, corporis vero spiritualis, id est, congeriei bonorum operum lucerna, est oculus spiritualis, id est, intentio. Intentio namque dicitur oculus & lucerna Oculus in quantum illuminatur à Deo, ad totius hominis directionem, lucerna vero in quantum omnium actionum, cogitationum & affectionum congeriem dirigit, quasi gressus hominis in viam pacis secundùm illud : illuminare his qui in tenebris sedent, &c.* Per corpus autem nostrum Hugo Cardinalis qualemcumque nostram intelligit operationem, dicens : *Lucerna corporis tui, id est, totius operationis tuæ ; oculus tuus, id est, mentis intentio. Oculus dicitur intentio, quia sicut oculus membra ad operandum dirigit, & lucerna gressus ad ambulandum, ita intentio congeriem operum dirigit & informat.*

S. Bonav. ibid.

Necesse est ut opera nostra illustrentur recta intentione.

2. Si quæ aula argento auroque resplendens, picturis exornata rarissimis, statuisque instructa valoris & existimationis maximæ in obscura noctis caligine subintretur, omnis hic apparatus absque lucernæ aut Solis lumine in obscuro illo Chaos perditus reputabitur ; ut primum autem aliquis se infinuat radius, mox tenebras pellit, & quidquid inibi pulchri, boni, venustique continetur, oculis immediate exhibetur præsentium. Ita quoque ipsa bona opera in se v. g. eleëmosynæ, orationes, jejunia, & similia nisi recta sanctaque intentione illustrentur, sed econtra potius insimulatæ hypocrisis aut finis sinistri caligine squalent, pro nihilo reputantur & perdita, dicente S. Gregorio : *Lucerna corporis est, oculus quia per bonæ intentionis radium merita illustrantur actionis. Etsi oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit, quia si rectè intendimus, per simplicitatem cogitationis bonum opus efficitur, etiamsi minus bonum esse videatur, & si oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tenebrosum erit, quia cum perversa intentione quid vel rectum agitur, etsi splendere coram hominibus cernitur, apud examen tamen æterni judicis obscuratur.* Neque minus efficaciter eamdem inculcare nititur veritatem S. Augustinus quando de sermone Domini in monte fusius tractans, ubi ad horum verborum pervenit expositionem, ita scribit : *Qui locus sic intelligendus est, ut putemus omnia opera nostra tunc esse munda, & placere in conspectu Dei, si fiant simplici corde, id est, intentione superna, sine illo charitatis ; oculum hic accipere debemus ipsam charitatem, qua facimus quidquid facimus, quæ si munda fuerit, & rectà, & illud aspiciens quod aspiciendum est, omnia opera nostra quæ secundùm eam operamur, necesse est bona sint.* Dionysius Carthusianus super S. Lucam, de hujus oculi, per quem intentio significatur, mysterio differens ait : *Non de corporali oculo principaliter loquitur, sed per verbum præhabitum innuit, quod sicut oculus corporalis est sensibilis corporis nostri lucerna, sic oculus noster interior, scilicet intellectus, seu ejus intentio, est oculus animæ nostræ, operumque nostrorum, quæ mystice vocantur corpus.*

S. Greg. l. 28. Mor. c. 6.

S. Aug. l. 2. q. Evang. cap. 25.

Rupp. Abbas l. 5. de gl. & homo. Filij Dei.

3. S. Lucas in cap. seq. 12. Salvatorem discipulis suis dixisse refert : *Et lucernæ ardentes in manibus vestris* ; ubi nequaquam credendum est, Salvatorem de lucernis, locutum fuisse materialibus, illæ namque in splendida meridiana luce inutiles futuræ fuissent, sed per manus opera intelligens, insinuare voluit, hisce conjungendam esse rectitudinem intentionis. *Lucernæ ardentes*, inquit S. Augustinus, *ut hoc ipsum quod facitis, vero sine & recta intentione faciatis.* Observandum quoque Christum non sine mysterio, post factam orationum, eleëmosynarum, jejuniorum, & aliorum dilectionis operum mentionem, pariter meminisse lucernarum, quia cum per has denotetur recta intentio, insinuare voluit hanc ad prædictorum operum valorem omnino esse necessariam. *Lucerna operis tui*, inquit Rupertus Abbas, *est intentio tua, si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit, & sublimiter intelligere debes, quia secundum rei hujus similitudinem, si intentio tua fuerit absque hypocrisi, tunc opus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit ; sive jejunium, sive oratio, sive eleëmosyna sit, simplicem oculum, id est, intentionem bonam in corde habeas, & quomodo vis fac. Nam si fuerit simplex oculus ejusmodi, tunc profectò acceptum est Deo, quod facis sive cinere aspergas, sive oleo perungas caput tuum, cum jejunas ; sive brevem sive longam orationem facias, sive nullis videntibus, sive nullo sciente pauperi eleëmosynas porrigas.* Albertus Magnus pariter idipsum considerat, videlicet, quod Magister cœlestis postquam de multis discurrisset operibus virtuosis & perfectis, doctrinam subjunxerit de recta intentione, ex qua operandum est nobis, per oculum præfigurata : *Post opera justitiæ*, inquit, *ad quæ exigitur recta intentio, (de qua docuit, quo intendere & pergere debet, quia in cælum) docet hoc in ultimo isto capitulo ; simplicitatem intentionis, ne una pars ejus tendat in cælum, & altera in mundum : ideo enim Dominus ascendit in cælum ut illuc, ubi est ipse, nostræ mentis intentio semper tendat.* Porro cur Salvator noster intentionem lucernæ assimilaverit, hujus Lyranus hanc assignat rationem : *Lucerna*, inquit, *hic accipitur pro intentione rectâ : includit enim lumen fidei, & ardorem charitatis, ad modum lucernæ ardentis. Sicut lucerna in alto posita, illuminat ea quæ sunt in domo materialis, sic intentio rectà, ea quæ fiunt & disponuntur in domo Ecclesiæ, & etiam in domo conscientiæ.* Enimvero quis discernere posset, an actio hæc vel illa meritoria sit, & Deo accepta, nisi illam bono fine factam fuisse sciret ? eleëmosyna quidem in se, & in ordine ad pauperes, quos sublevat, bona est ; at vero ei qui illam facit, sæpenumero est scopulus quidam ad quem allidens æternæ perditionis patitur naufragium, si nimirum illam fecerit cum intentione hac, ut per illam insidietur

S. Aug. l. 2. q. Evang. cap. 25.

Christus serm. de bonis operibus, statim subjunxit sermonem de recta intentione.

Alb. Magn. Matth. 6. v. 22.

Luc. 11. Lyran.

insidietur hujus vel illius personæ pudicitiæ, vel honestati, adeoque vel necessariò examinandus est finis & intentio cum qua fit.

Eccle. 2. v. 14

Opera nostra non sunt meritoria nisi per lucem rectæ intentionis illustrentur.

4. *Sapiens oculi in capite ejus*, inquit Ecclesiastes, *stultus in tenebris ambulat* : Ubi Hugo Cardinalis ait : *Oculi interiores in capite ejus, id est, in corde ejus, jugiter illud intuens sapiens oculos suos, id est, sensus, ad interiora sua circumspicienda ab exterioribus abducit : Stultus vero negligens interioribus fatis, oculos suos in exteriora dispergit, unde* Prov. 11. *dicitur : Oculi stultorum in finibus terræ, & ideo quasi cæcus nescit quo vadat : unde sequitur : Stultus in tenebris ambulat.* In tenebris nihil eorum quæ à potentia nostra visiva dependent, discerni potest, & ideo nobis opus est luce. Opera porrò nostra in semetipsis obscura sunt, ideoque nec sunt meritoria, neque Deo accepta, nisi illa lux rectæ intentionis distinxerit. Glossa Interlinearis verba illa : *Si fuerit oculus tuus simplex, &c.* ita exponit : *Id est, intentio, cujus merito, opera lucis, an tenebrarum sint, discernuntur.* Glossa ordinaria pariter ita scribit : *Si pura intentione quæ potes bona agis, opera sunt lucis, etiamsi non ita hominibus videantur. Si perversa intentio est, pravum est quidquid agitur, etsi videatur rectum.*

Matth. 6. 22. Interlin.

Gloss. ord.

S. Aug. T. 4. de ser. Do. in monte c. 13.

Omne opus à prava intentione procedens, fit pravum.

5. Non sine ratione Salvator nos monet inquiens : *Vide ne lumen, quod in te est, tenebræ sint* : quia tametsi fieri nequeat, quod lumen sint tenebræ, attamen per lumen intentionem intelligendo, fieri potest, ut hæc sit defectuosa, & depravata, unde necessariò sequitur, quod omne opus ab hac procedens, eumdem defectum participet. Unde super illa verba ; *Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit ; Si autem... nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit* ; ait sanctus Gregorius : *Fit pravum quod in opere sequitur, quod non ex recta cogitationis intentione generatur, unde bene in Evangelio veritas dicit : Lucerna corporis tui est oculus tuus : si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit, si autem oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit ; quid enim per oculum exprimitur, nisi opus suum præveniens cordis intentio ? quæ prius quam se in actione exerceat, hoc jam quod appetit, contemplatur.* Lyranus verba illa S. Lucæ : *Si oculus tuus nequam fuerit*, inquit : *id est, intentio perversa etiam corpus tuum tenebrosum erit, id est, congeries operationum mala erit quia opus bonum de genere, malum efficitur ex perversa intentione sicut cum aliquis dat eleëmosynam mulieri pauperculæ, intentione trahendi eam ad peccatum luxuriæ.*

Matth. 6. 22. Ibid. v. 23. S. Greg. l. 28. Mor. c. 6.

Luc. 11. 34. Lyran. ibid.

Defectu rectæ intentionis opera nostra non sunt plena.

6. Episcopus ille, cujus in Apoc. c. 3. fit mentio, apparenter operabatur virtuose, at vero in conspectu Dei opera ejus accepta non erant, unde his verbis reprehendi merebatur : *Non invento opera tua plena coram Deo meo*, quia intentio & finis rectus non erat, quia in operibus se virtuosis exercebat, ut auram sibi popularem, & mundi æstimationem compararet ; unde Albertus Magnus ita scribit : *Si ergo non vigilaveris, id est, nisi fueris solicitus, diligendo tuam intentionem, ut bona facias propter Deum, non propter favorem hominum.* At vero dicat aliquis, quodnam in eo lateat mysterium, quod Spiritus Sanctus, ut prælatum hunc per viam rectam operum meritoriorum ducat, his usus sit verbis : *Esto vigilans ?* Albertus Magnus ad hoc ingeniosè respondet, illum hoc modo locutum fuisse ; *quasi dicat, usque nunc dormivisti, non dirigendo intentionem tuam, sed nunc aperi oculos tuos.* Etenim qui evigilat, oculos aperit ; oculus autem symbolum est bonæ intentionis, & hic aperiendus est nobis, id est, dum operamur, præfigendus nobis est bonus finis, & recta intentio, ut opera nostra plena, id est, Deo grata & accepta sint. *Unde dicit esto vigilans, scilicet ut intentionem tuam in Deum dirigas, non ad homines, non ad mundum.*

Apoc. 3. v. 2. Alb. Magn.

Primo omnium creavit Deus lucem, & non sine mysterio. Gen. 1. 3.

7. Certum est, quod Deus omnia in sapientia fecerit, nihilque sine mysterio operatus fuerit ; prima autem & præcipua creatura, quam brachium omnipotentis artificis formavit, lux fuit : *Fiat lux* ; hæc enim confusum mundi Chaos distinguere debebat, omnibusque alijs operibus, complementum & perfectionem suam tribuere. Quæ enim utilitas & venustas eminuisset in mundo absque luce ? Solem è mundo si tollitis, quantis mox obscuræ caliginis tenebris miseri infelices involveremur ? ita quoque nisi opera nostra à recta intentione & fine bono lumen accipiant, tenebrosa, id est, infructifera, imo & sæpius tenebris infernalibus digna erunt ; hinc nobis confulebat Apostolus, dicens : *Abjiciamus ergo opera tenebrarum, & induamus arma lucis.* Ad quod confirmandum, notetis velim, Deum nostrum postquam homini dixisset : *Præbe fili mi cor tuum mihi*, mox subjunxisse. *Et oculi tui vias meas custodiant.* Quis nescit divinorum præceptorum impletionem non ab oculorum custodia, sed à voluntatis dependere dilectione ? qualiter itaque ait : *Oculi tui vias meas custodiant ?* voluntas primum est sensuum nostrorum mobile, ab eaque eorumdem dependet operatio. Sed facilis est difficultatis resolutio si per oculum intelligi consideremus finem, intentionem, & voluntatem operationis, juxta illa verba : *si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit* ; id est, ut exponit Hugo Cardinalis : *Oculi tui interiores.* Chaldæus vero priorem versiculum ita legit : *Pone fili mi cor tuum ad me*, unde deducitur, Deum animæ persuadere velle, ut suam ad eum dirigat intentionem.

Prov. 23. 26. Lux bonorũ operum, est recta intentio.

Matth. 6. 22. Hug. Card. ibid.

8. In ejusdem quoque libri cap. 4. Sapiens eam quæ inter justorum & reproborum operationes, differentia intercedit, allegarat dicens : *Justorum autem semita, quasi lux splendens, procedit, & crescit usque ad perfectam diem ; Via impiorum tenebrosa... Fili mi ausculta sermones meos, & ad eloquia mea inclina aurem tuam, Ne recedant ab oculis tuis, custodi ea, in medio cordis tui.* Postea autem suadet divinorum præceptorum executionem nequaquam à nostro elongandam esse oculo, id est, fine recto regulari debet ; ideoque ait : *Oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ præcedant gressus tuos.* Quapropter sanctus Antoninus communem admodum errorem, in quem incidunt plurimi, ut ab eodem qualiter nos præcavere possimus, nequaquam nos lateat, his verbis manifestat ; *Qui servat mandata, hac intentione principaliter, propter retributionem pœnæ infernalis scilicet vitandam, non habet intentionem, debitam nec meritoriè operatur, oportet enim secundùm Augustinum non solum timere Deum Judicem, & punitorem peccatorum, sed justum diligere, non tantum pœnam timeat, sed patiatur pro gloria ; & regula juris dicit : Qui ex timore facit præceptum, etsi bonum est quod facit, non tamen bene facit.* In Judicio finali Deus noster *illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit unicuique à Deo.* Secundùm oculum namque mundi judicantur multi viri magnæ virturis & perfectionis, sed sinistri eorum fines in eo tempore patebunt, fictæque hypocrises.

Prov. 4. v. 18 Ibid. v. 19. & 20. Ibid. v. 21. Executionẽ divinorum præceptorũ, debet præcedere recta intentio. Prov. 4. 25. S. Anton. 1. par. tit. 14. c. 6. §. 1.

1. Cor. 4. v. 5

9. *Lucerna corporis tui, &c.* Sanctus Augustinus, cur sub lucis nomine, tam bona quam mala intentio nostra denotetur, sequentem assignat rationem, dicens : *Lumen dicitur, quia novit quisque quo animo faciat, etiam cum malo animo facit, sed ipsum lumen tenebræ sunt, quia non in superna dirigitur simplex intentio, sed ad inferiora declinatur, & duplici corde quasi umbram facit. Si ergo lumen quod in te est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ sunt ? hoc est, si ipsa cordis intentio, qua facis, quæ tibi nota est, sordidatur appetitu rerum terrenarum, & temporalium, atque cæcatur ; quanto magis ipsum factum hujus incertus est exitus, sordidum & tenebrosum est.* Quam eamdem inordinationem ibidem Sanctus hic Antipræsul magis exemplificans, subjungit : *Multi multa pauperibus non misericordia sed ambitione largiuntur, & multi orant, vel potius videntur orare, non intuentes Deum, sed hominibus placere cupientes. Et multi jejunant, & mirabilem abstinentiam prætendunt eis, quibus ista difficilia videntur, & honore digna existimantur, & hujusmodi dolis eos capiunt, dum aliud ostentant ad decipiendum, aliud exerunt ad depredandum, vel interficiendum eos, qui sub vestita ovino lupos videre non possunt. Hi ergo non sunt fructus, de quibus cognosci arborem monet, ista enim aut cum bono animo in veritate fiunt, & propriæ sunt ovibus vestes, cum autem malo in errore non aliud quam lupos tegunt.* Quam eamdem veritatem S. Thomas de Villa Nova his insinuat verbis : *Illa opera eleëmosynarum & jejuniorum, quæ si ex charitate fierent, vitæ meritoris essent, propter inanem gloriam, & humanam laudem effecta in peccata & vitia convertuntur.* Hinc S. Bernardinus inquit : *Operatio humana depravata & mala redditur, maximè ex mala intentione, juxta illud* Matth. 6. *Si oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit. Per oculum intuitio designatur, quæ si nequam est, totum corpus, id est, opus tenebrosum est.* Id ipsum quoque S. Antonius de Padua in quodam sermone his verbis confirmat : *Si bona non sit intentio, opus quod bonum videtur, perit eandore lucis interioris, quod humana opinione rectum ternitur, & non recta intentione agitur.*

S. Augustin. l. 4. l. 2. de ser. Dom. in monte c. 13. Sub nomine lucis, denotatur intentio mala & bona. S. Aug. c. 24. Ibid. S. Thom. à Villa nov. ser. de S. Nicol. S. Bern. T. 1. ser. 41. art. 1. cap. 1. S. Anton. de Pad. in Dom. 14. post Trin.

10. Salomon Jerosolymis multorum millionum argenti

Salomon magnifico templo suo non inscripsit nomen nec insignia sua.

argenti & auri impendio templum erexit, nec tamen illum aliquam in eo armorum nil nominis sui reliquisse constat memoriam; similiter Constantinus Magnus sumptuosissimas erexit Ecclesias, & præcipuè illam quæ Romæ S. Petro & S. Paulo ab ipso dicatę fuerunt, nec tamen scimus, illum insignia sua vel aliam quampiam sui in iisdem plantasse memoriam. Quamnam vero nos timere possumus fuisse, & semper esse multorum spiritualem jacturam, qui pro ædificandis Ecclesijs, pro sumptuosis faciendis apparatibus & suppellectile sacra thesauros expendunt, non alio tamen fine, quam ut posteris liberalitatis & magnificentiæ suæ memoriam relinquant, *ut videantur ab hominibus?* de quibus Christus ait: *Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.* Nam ut S. Bonaventura ait: *Qui facit rem pro mercede temporali, fraudatur mercede æterna, quia nulli operi debetur æternum, quod sit propter mundum.* Albertus Magnus insinuare volens, qualis debeat esse nostra intentio, oculi compositionem considerans, in hunc modum discurrit: *Quamvis secundum Aristotelem, & secundum rei veritatem, oculus componatur ex aqua tunicis perspicuis, tamen secundùm formam eliciendi actum videndi, componitur ex lumine, & ideo dicit Plato: Quod componitur ex igne claro, & sic oculus hominis est intellectus ejus & ratio; & sunt duo oculi; unus agnitio veri; & alter agnitio boni operabilis, qua præcedere debent omnes vias hominis; & intentio est, quæ finem præfigit, quo per opera perveniatur.*

Matth. 6. v. 3. S. Bonav. in c. 14. Luc.

Alb. Magn. in Luc. 11.

DISCURSUS VIII.

ARGUMENTUM.

Deus juxta internam judicat intentionem, & non secundùm apparentiam, idque semper infallibiliter, quæ namque nobis minima videntur, apud Deum in pretio sunt, & æstimatione, utpote qui intentionem intuetur, & amorem, à quo proceduntur.

THEMA.

Non secundùm visionem oculorum judicabit, neque secundùm auditum aurium arguet. Isai. 11. ℣. 3.

Isaiæ 11. v. 2. Deus nos judicabit secundùm internam nostram intentionem.

1. POstquam Propheta Evangelicus de Salvatore nostro prædixisset: Quod *requiesceret super eum Spiritus Domini, spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus consilij, spiritus scientiæ, &c.* Simul etiam indicare voluit, quod nequaquam operum nostrorum judicium secundùm externam judicaturus sit apparentiam, *quia non secundùm visionem oculorum judicabit*: ipse enim est, de quo dicitur: Quod sit *scrutans corda & renes Deus*, de quo etiam David in Psal. ait: *Qui finxit sigillatim corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum.*

Ibid. v. 3. Ps. 7. v. 10. Ps 32. v. 15. Deus penetrat interiora cordis.

2. Salvator noster Pharisæos & Scribas die quadam de ipsorum reprehendens hypocrisi hæc illis verba improperat: *Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali. Ex abundantia enim cordis os loquitur. Bonus homo de bono thesauro profert bona, & malus homo de malo thesauro profert mala.* Nimirum penetralia cordium ipsorum penetrabat, quæ fictione, invidia, & malitia plena erant, & tamen extrinsecus perfectionem & sanctitatem simulabant. Unde Glossa super hunc Textum ait: *Homo sæpe fallitur, qui pensat corde, ore, & opere: sed Deus, opus & verba ex corde, quod noscit, judicat: Ille ergo ex abundantia cordis loquitur, qui scit ex qua intentione exit. Thesaurus cordis intentio est, ex qua Deus judicat opera, qui & aliquando majora minorem habeant mercedem.*

Matth. 12. v. 34. Gloss. ibid.

Prov. 16. v. 2. Et attendit ad spiritum & intentionem. 1. Reg. 16. v. 7.

3. Sapiens inquit: *Omnes viæ hominis patent oculis ejus, spiritum ponderator est Dominus:* Homo per oculum videre nequit nisi solam actionem externam, Deus autem ad spiritum & intentionem, finemque, quo opus fit, ponderandum usque pertingit. Unde de illo dicitur: *Nec juxta intuitum hominis ego judico, homo enim videt ea quæ parent, Dominus autem intuetur cor.* Consideratione digna est illa S. Ambr. super illis verbis S. Lucæ, de progenitoribus Baptistæ scribentis, observatio; dicit enim Evangelista: *Erant ambo justi apud Deum.* Ubi S. Ambr. ait: *Bene justos ante Deum dicit, non enim omnis qui justus est ante homines, justus est ante Deum: aliter vident homines, aliter videt Deus: homines in facie, Deus in corde: & ideo fieri potest, ut aliquis affectata bonitate populari justus videatur mihi, justus autem ante Deum non sit, si justitia non ex mentis simplicitate formetur, sed adulatione simuletur. Abscondita enim mea homo non poterit deprehendere.* Apostolus quoque ad Hebræos scribens, hanc eamdem illis inculcat veritatem, dum ait: *Vivus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio anticipiti, & pertingens usque ad divisionem animæ & spiritus compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum, & intentionum cordis: Et non est ulla creatura invisibilis in conspectu ejus omnia autem nuda & aperta sunt oculis ejus:* nec miror, quia ut Cornelius à Lapide probat verbum hoc, sermo Dei idem est, quod *Filius Dei. Discernit*, igitur, *cogitationes & intentiones*, inquit S. Greg. *compages nostræ cogitationes sunt, medullæ autem, intentiones.* Aptè quoque huic proposito deservit illa Origenis doctrina, dicentis: *Sed ne illud quidem otiosè prætereo, quod addit Scriptura, quia accincti in conspectu Domini. Non enim sufficit, te apud homines videri servare veritatem, possibile namque est fallere homines, & veracem videri, sed non ea in veritate succinctus es, nisi & in conspectu Domini servaveris veritatem, id est, non solum quæ voce homines audiunt, sed & ea quæ in corde perspicit Deus, ut nihil sit falsum in lingua, nihil sit corde fucatum, secundùm quod Propheta dicit de talibus: Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem sunt in cordibus eorum.*

Hebr. 4. v. 12. Ibid. v. 13. Corn. à Lap. S. Greg. h. 11 in Ezech. Orig. h. 5. in Zos.

4. Ex hac ponderatione & trutina finis, affectus, & intentionis, qua operans movetur, quam Deus facit, consequitur id, quod paulo ante glossa monuit, scilicet *ut aliquando minora majorem, majora minorem habeant mercedem.* Quando divites illi Jerosolymis die quadam moneras aureas in conspectu Christi in gazophylacium certatim mittebant, paupercula quædam vidua supervenit, quæ eidem gazophylacio duo minuta immisit. *Respiciens autem vidit eos qui mittebant munera sua in gazophylacium divites. Vidit autem & quandam viduam pauperculam mittentem æra minuta duo.* Sed qualenam Salvatorem de utrisque judicium formasse existimatis? audiatis velim ipsissima Christi verba, dicentis: *Amen dico vobis, quoniam vidua hæc pauper plus omnibus misit.* At verò qua ratione paupercula hæc plus omnibus aliis dedisse dicitur, quando oblationem ejus moneta cuprea, & in modica quantitate fecisse constat, alij verò cum ingenti profusione manum suam in oblationibus expandebant? Victor Antiochenus super S. Marcum inquit: *Neque enim Deus tam munerum magnitudinem considerat, quam animi alacritatem & magnitudinem ponderat.* V. Beda pariter supra S. Marcum ita scribit: *Hic locus nobis moraliter quidem intimat, quod sit acceptabile Deo quidquid bono animo obtulerimus, qui non substantiam offerentium sed conscientiam pensat, nec perpendit quantum in ejus sacrificio, sed ex quanto proferatur.* S. Ambrosius in libro *de viduis*, inquit: *Uberior est nummis è parvo, quam thesaurus ex maximo, quia non quantum datur, sed quantum resideat, expenditur; non ergo quod fastidio expuas, sed quantum devotione conferas, æstimandum est.* Albertus Magnus super eumdem S. Lucæ textum hanc adfert expositionem: *Plus misit, hoc est, in mittendo ipsa plus omnibus fuit, quia quamvis alij plus donaverint, tamen ipsa plus in mittendo fuit; secunda* Corinth. 8. *si voluntas prompta est, secundùm id quod habet, accepta est, non secundùm id quod non habet. Prima Paralipomenon ultimo, scio Domine quod probus, corda, & simplicitatem diligas; unde & ego in simplicitate cordis mei lætus obtuli universa.* S. Gregorius de Redemptore nato ad propositum nostrum ita scribit: *Cœli cives ostensi sunt qui clamarent: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax, hominibus bonæ voluntatis: ante Dei namque oculos, nunquam est vacua manus à munere, si fuerit arca cordis repleta bona voluntate.* Prima & infallibilis veritas hanc nobis stipulatam facit promissionem: *Quicumque potum dederit uni ex minimis istis, calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli, amen dico vobis non perdet mercedem suam.* Ubi D. Chrysostomus quærit: *Numquid poculo aquæ frigidæ tenuius quid est? sed animus pius mercedem inde sibi conciliat.* Qui enim calicem aquæ, licet frigidæ, indigenti porrigit, huic à Deo retributio promittitur, quia finem, affectum, & intentionem remunerat, qua datur; unde Glossa dicit: *Deum magis ad pium affectum dantis respicere, quam ad quantitatem rei exhibitæ.* Intento quoque nostro accommodare possumus illam Senecæ Doctrinam de beneficijs ita scribentis: *Si beneficia in rebus, non in ipsa beneficiendi voluntate consisterent, eo majora essent, qua majora sunt quæ accipimus, id autem falsum est nonnumquam enim magis nos obligat, qui dedit parva magnifice, qui Regum aquavit opes animo, qui exiguum tribuit, sed libenter. Exiguum est quod in me contulit, sed amplius non potuit.* Idem quoque Philosophus

Vidua illa duabus minutis in gazophylacium missis, plus promeruit quam alij monetis aureis & argenteis.

Luc. 21. v. 3. Assignatur hujus ratio. Marc. 12. v. 43.

Vict. Ant. Beda in Marc. S. Ambr. l. de viduis ante med. Alb. Magn. in Luc. S. Greg. h. 11 in Evang. Matth. 10. v. 42. D. Chrysost. 27. in Gen. Gloss. in Matth. Seneca l. 1. de benef. c. 7. Beneficia nō consistunt in donis, sed in benefaciendi voluntate.

Exod. 25. 3. 4. & 5. Deus nō exigit quantitatem, sed bonam in dono voluntatem. Rup. Abb. l. 4. in Exod. c. 4.

sophus in capite sequenti exemplum adducit, quod historijs Evangelicis hactenus ponderatis adaptare liceat, dicit enim: *Socrati cum multa multi pro suis quisque facultatibus offerrent: Eschines pauper auditor, nihil, inquit, dignum te, quod dare tibi possim, invenio, & hoc uno modo pauperem me esse sentio. Itaque dono tibi quod unum habeo, meipsum. Hoc munus rogo qualecumque est, boni consulas, cogitesque alios cum multum tibi darent, plus sibi reliquisse. Cui Socrates: Quidni tu, inquit, mihi magnum munus dederis, nisi forte parvo magnum te æstimas? habebo itaque curæ, ut te meliorem tibi reddam, quam accepi. Vicit Eschines hoc munere Alcibiadis pavem divitijs animum, & omnem juvenum opulentorum magnificentiam.* Tandem idem Philosophus in hactenus dictorum confirmationem ita concludit: *Vides quomodo animus inveniat liberalitatis materiam etiam inter angustias.*

5. Rupertus Abbas de oblationibus olim pro fabrica tabernaculi erogatis differens, ait: *Hæc sunt autem quæ accipere debetis, Aurum, & argentum, & as, Hyacinthum, & purpuram, coccumque bis tinctum, & byssum, pilos caprarum, Et pelles arietum rubricatas.* Circa quæ verba hanc instituit observationem: *Ergo ut primitiæ sint, quæ offeruntur, non oblationum quantitas, sed offerentium bona efficit voluntas; multum enim ab auro & argento, pili caprarum in pretio differunt, & tamen sub eodem vocabulo primitiarum positi sunt; Nec dubitandum pilos caprarum, & pelles arietum interdum auro & argento, lapidibusque pretiosis, pretiora fuisse apud cordium inspectorem Deum.* Quam propositionem per Evangelicam viduæ duo minuta offerentis historiam his verbis confirmat: *Nam ejusdem tabernaculi Deus ac Dominus, cum fœderet contra gazophylactum, multique divites jactarent multa, venit una vidua pauper, & misit duo minuta, quod est quadrans, & convocans discipulos suos ait illis: Amen dico vobis, quoniam vidua hæc pauper plus omnibus misit.* Utilis est illa sancti Augustini doctrina, omnibusque, qui nihil habent, unde eleemosynas tribuant, viribusque carent, ut exercitijs devotionis applicare se possint, sive ob salutis corporalis defectum sive propter occupationes vocationi annexas, in quam Deus illos collocavit, seitu perneceſſaria, dicit enim: *Deus coronat bonam voluntatem, quando non invenit facultatem.* Huic consonat illa Sancti Bernardi in quadam Epistola insignis sententia, dicentis: *Deus indubitanter tribuit bonæ voluntati, quod defuit facultati.* Unde ei qui non habet pecuniam, ad sublevandam mendici inopiam, desiderium & intentio, quam in corde suo gerit, alienam sublevandi miseriam si posset, nec non tristitia concepta ex eo, quod non possit, abunde sufficit, ut à Deo remuneretur; nam *si corde misereris*, ut inquit sanctus Augustinus, *etiamsi non habeas quod porrigas manu, acceptat Deus eleemosynam tuam*; imò nonnumquam majus erit meritum, quod redundabit in illos, quam in eos qui magnam ex bursa pecuniam dispensant. Sanctus Gregorius verba illa sancti Jobi ponderat, dicentis: *Flebam quondam super eo qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi*; ecquamnam enim eleemosynam in oculis Dei dignioremagisque meritoriam fuisse existimatis? an hanc compassionem & teneritudinem qua compatiebatur pauperibus, an vero aurum, argentum, frumentum, & vinum quod dum dives esset in pauperes liberaliter erogabat? audite ad id respondentem S. Pontificem: *Vir Sanctus*, inquit, *apud omnipotentem Deum aliquando majus datum noverat mentis esse, quam manueris*; cujus hanc assignat efficacem rationem: *Exteriora enim largiens rem extra semetipsum præbuit, qui autem flectum, & compassionem proximo tribuit, ei aliquid etiam de semetipso dedit.*

S. Augustin. in psalm. 105. S. Bern. 77. Qui non habet quod det pauperi, ad minus det commiserationis affectum, & sufficit. S. August in Psalm. 125. Job 30. 25. S. Greg l. 20. moral.

6. Observatione dignus est discursus Didaci Stellæ super illa verba Lucæ 11. *Si oculus tuus fuerit simplex &c.* ita scribentis: *Hoc est, si intentio tua fuerit simplex, & recta, tota anima recte dirigetur ab intellectu, & luce sapientiæ ejus clarior efficietur. Docet locus iste, ut in omnibus nostris operibus semper ob oculos Deum præsemem habeamus, & ut ipse sit noster finis, & præcipuus scopus. Multa sunt bona opera, quæ cum examinata fuerint, perpendiculo divinæ justitiæ, ab hac recta intentione deficiet, intentio namque & finis operis est, qui meritum tribuit. Nam coram tribunali Dei, nec virtutes morales per se, nec labores corporis quantumvis magni sint, aliquid valent, nisi spiritu amoris Dei, qui ad cælum mitsitur, conjungantur. Nihil erat in templo, quod non esset ex auro purissimo confectum, vel saltem deauratum, atque ita in templo vivo animæ nostræ nihil de-*

Luc. 11. 34. Did. Stell. ib. Si finis & intentio sit recta, etiam minimo opere bono meretur cœlum.

bet esse, quod non sit charitas, vel ornamentum cum charitate. *Quapropter non tantum oculos debes conjicere in id quod facis, sed in id quod intendis, nam vilia & minima opera, dum divino Spiritu fiant, & intentione recta, maximi sunt valoris, & eximia maxima & heroica opera, si debita intentione & recto fine carcant, nullius sunt valoris & ponderis.* Cœlestis Magister noster regnum cœlorum allimilavit rebus minimis, ut fermento, grano sinapis, quod minimum est inter omnia alia, ut exinde verisimum esse intelligeremus, quod apud S. Lucam ait: *Regnum Dei intra vos est*; porrò gratia Dei, quæ beatitudinis semen est, in amore & charitate consistit; hæc autem in corde humano recluditur finemque & intentionem nostram specificat. *Regnum Dei intra vos est*, id est, ut Hugo Cardinalis exponit: *Regnum gratiæ*; quod si igitur recto fine placendi Deo operatus fueris, unicum granum sinapis, id est, unica operatio, quantumvis minima, regno cœlorum æquivalebit.

Matth. 13. 31. Luc. 17. 21.

7. Beata Catharina de Genua, quæ in sæculo vivebat, religiosum quemdam die quadam sibi dicentem audivit, Deum plus amari posse in religione, quam in statu sæculari, cui ancilla Christi zelo sancto repleta dixit: Quod si id verum esse sciret, isto te habitu tuo religioso spoliarem, ut eo indui indeque vel unicam charitatis scintillam mihi comparare posseu; subjunxit vero religiosus, nullam creaturam eam unquam impediturum esse, quo minus Deum amaret, amore ferventissimo quo desideraret, id quod ex celebri illo Sancti Pauli Textu 1. ad Corinth. cap. 13. deducitur, ubi Apostolus ait: Quod si omnes facultates suas inter pauperes distribueret, si linguis loqueretur Angelorum, si revelationes haberet cœlestes, si super prunas conjectus arderet, ob hæc tamen opera, quantumvis magna, non subitò Deo acceptior foret, nisi illa simul cum charitate forent conjuncta; unde colligitur, quod à Deo non ideo quis magis remunerandus sit, quia plus cæteris se flagellavit, quia liberalior erga pauperes fuerit, vel quia rigidiora jejunia sustinuerit, sed quia Deum plus alijs amaverit; intentio igitur & finis rectus in operando, cum dilectione & amore Dei conjungi debet.

Intentio ut recta sit, amori Dei conjungenda est. Patet ex apposito exemplo. 1. Cor. 13. 3.

8. Cœlestis Sponsa dilecto suo in Canticis ait: *Recti diligunt te*, id est, ut S. Thomas exponit: *Illi qui recto corde sunt, diligunt te*; Hugo Cardinalis eadem verba sic interpretatur: *Illi sunt recti, qui in suis operibus habent Deum principium & finem.* Sanctus Gregorius de Diabolo astuto serpente ait: *In bono opere intentionem pollicit, ut omne quod in actione sequitur eo pejorum mundumque non, exeat, quo hoc ab origine perturbat.* Traditur in vita S. Ludovici Regis Franciæ, quod cum Damascum ad magnum Turcarum Tyrannum legatus mississet Patrem Ivonem Dominicanum, hic cuidam aliquando obvius factus fuerit mulieri maturæ ætatis, quæ ex una parte vas portabat carbonibus accensis plenum, in altera vero phialam aqua plenam; quare attonitus Ivo finem mysteriumque hujus facti interrogavit: Cui illa: *Paradisum igne hoc exuere, & aqua hac inferni flammas extinguere animo meo fedet.* Tunc Ivo curiosior causam modumque solicitare cœpit, ad quem conversa respondit mulier: *Ne imposterum quisquam virtuti & bonorum operum praxi se dedat, spe mercedis, & ne à malo se temperet gehennæ timore, verum purè ob honorem Dei, & quem ei debemus, singulari amorem.*

Cant. 1. v. 3. S. Thom. S. Greg. l. 1. Mor. 9. c. 19. Jonvillius in vita S. Ludov. Pulchra historia mulieris circa restitudinem intentionis in Dei servitio.

DISCURSUS IX.

ARGUMENTUM.

Defectus rectæ intentionis multas actiones in se bonas Deo facit non accepras esse, imo & sæpe demeritorias.

THEMA.

Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum.
Lucæ 11. ℣. 36.

Defectus rectæ intentionis, etiam bona opera sæpe reddit demeritoria. S. Bonav. ibid.

1. HIs verbis Magister cœlestis nos instruere voluit, quod operationes nostræ in se multoties virtuosæ & perfectæ apud eum nihilominus nullius sint meriti, quia lucem intentionis tenebræ offuscant finis sinistri, quem proinde Textum S. Bonaventura ita explicat, dicens: *Non habens aliquam partem tenebrarum, at videlicet non sit prava intentione, nec cogitatione, nec affectione, nec locutione, nec operatione, quæ sunt partes totalitatis nostræ, & operationis meritoriæ, sive demeritoriæ. Si igitur in his non fuerit ex aliqua parte*

imparitas, erit verum illud, quod sequitur : Erit lucidum tutum &c. Ita oratio Pharisæi, grata Deo futura judicari poterat, utpote ex conscientia & corde apparenter mundo puroque procedens (*Deus gratias ago tibi quia non sum sicut cæteri hominum, . . . Jejuno bis in Sabbatho Decimas do omnium quæ possideo*) & nihilominus propter intentionis defectum repudiata fuit. Et nihilominus adimplebat illud Jeremiæ consilium : *Levamus corda nostra cum manibus ad Deum*, id est, ut S. Gregorius explicat: *Corda cum manibus levat, qui orationem sicut operibus roborat.* Quod quin Pharisæus executioni mandarit dubitari non potest ; sed hinc ad orationem digrediamur Regis Ezechiæ, qui eumdem orationis tenorem legitur servasse, ut patet ex verbis sequentibus : *Oravit Dominum, dicens : Obsecro Domine, memento quæso quomodo ambulaverim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod placitum est coram te fecerim.* Et nihilominus quis duarum harum uniformium precum fuit exitus ? certè diversissimus ; Pharisæus enim domum rediit reprobatus ; Ezechiæ vero Dominus eumdem misit Prophetam, qui ei mortem ante annunciarat, ut illi ex suo nomine, decretam vitæ prolongationem ad annos 15. prædiceret, decretumque mortis suspensum esse asseveraret : *Hæc dicit Dominus Deus David Patris tui ; audivi orationem tuam, . . & ecce sanavi te, die tertio ascendens templum Domini, Et addam diebus tuis quindecim annos, sed & de manu Regis Assyriorum liberabo te.* Undenam tanta differentia ? dubium solvit Glossa dum ait : *Plerumque justi necessitate aliqua, sua coguntur opera fateri, quod cum injusti audiunt, elationem putant, ex suis enim cordibus dicta illorum pensant.* Atque ideo postquam Pharisæi hujusque Regis ad invicem comparasset orationes, tandem ita concludit, inquiens : *Verba singulorum Deus pensat ex corde ipsorum.* Phariseus igitur nil aliud spectabat, quam ut gloriaretur, sanctusque appareret coram oculis mundi, & applausus, popularemque famam aucuparetur ; hinc lucem bonorum operum ejus caligo obtenebrabat superbiæ occultæ. Quapropter D. Chrysostomus nos admonet, dicens : *Et si quis innumera bona fecerit, virtutemque omnem absolverit, si tamen magnum quid de se sentit, maxime omnium miserabilis est, & miser.*

Luc. 18.12. — Thren. 3.41. — S. Greg. l. 18. Mor. c. 3. — 4. Reg. 20. v. 23. Expenditur differentia inter orationē Pharisæi, & Regis Ezechiæ ex intentione. — Ibid. v. 5. — Ibid. v. 6. — D. Chrysost. hom. 31. in Gen.

2. In capite 2. S. Lucæ duas hasce conscriptas legimus historias, cum enim Gabriel Archangelus S. Zachariæ Præcursoris annunciaret nativitatem, ab eodem interrogatus : *Unde hoc sciam ? ego enim sum senex, & uxor mea processit in diebus suis.* Qualenam idem Zacharias ad cœleste hoc interrogatum retulit responsum ? nimirum hoc : *Et ecce eris tacens, & non poteris loqui, usque in diem quo hæc fiant.* Punitus itaque fuit obmutescentia, per novem mensium decursum, qui à conceptione Baptistæ ad ejus usque natalem præterierunt ; *Egressus autem non poterat loqui.* Cumque eodem Evangelista enarrante idem Archangelus verbi Dei Incarnationem in utero Beatissimæ Virginis consummandam eidem annunciaret, ab eadem pariter interrogatus : *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco ?* subinfert idem S. Lucas : *Et respondens Angelus dixit ei, Spiritus Sanctus superveniet in te &c.* Unde merito quærendum venit, si verum est quod S. Petrus Christi Vicarius ex infallibili cathedra sua postea pronunciavit : *In veritate comperi quia non est personarum acceptor Deus*, cur Deus Zachariam potius quam Beatissimam Virginem punierit, cum tamen utrimque dubitatio extiterit ? respondet S. Augustinus : *Intelligimus quoniam Zacharias quando ait : Per quia cognoscam hoc ? ego enim sum senex, & uxor mea processit in diebus suis, desperando dixit non inquirendo ; Maria vero quando econtra ait : Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco ? inquirendo dixit non desperando, dum interrogavit, non de promissione dubitavit.* D. Chrysologus in eumdem quoque sensum ita scribit : *Ecce Maria interrogat, & si qui interrogat, dubitat ; cur solus Zacharias ; velut querulus percunctator incurrit ? quia pectorum cognitor, non verba, sed corda pervidit non quod dixerint, sed quid senserint judicavit, erat enim interrogantium causa dissimilis.*

Luc. 1. v. 18. S. Zacharias culpatur quod Angelo annuntianti nativitatem filij fidem non adhibuerit, — Ibid. v. 20. — Ibid. v. 22. — Luc. 1. 34. — Ibid. v. 35. Non vero B. V. Maria, quæ etiam videbatur dubitare de veritate annuntiationis. — Act. Apost. 10. 34. S. Aug. h. 44. c. 5. T. 10. — D. Chrysol. serm. 142.

3. Postquam S. Patriarcha Abraham tres illos cælestes viatores benevolo excepisset hospitio, fortunatum hoc illi nuncium indicatum fuit, nimirum quod uxor ejus concipiens filium ei pariturа esset: *Revertens veniam ad te tempore isto vita comite, & habebit filium Sara uxor tua ; quo audito, Sara risit post ostium tabernaculi.* Hic autem risus magna cum severitate in ea reprehensus fuit, dicente Scriptura : *Dixit autem Dominus ad Abraham: Quare risit Sara dicens : Num vere paritura sum anus ? numquid Deo quidquam est difficile?* Circa quæ verba inquit S. Augustinus : *Quæritur quare istum redarguat Dominus cum & Abraham risent ; nisi quia illius admirationis & lætitiæ fuit, Saræ autem dubitationis & ab illo dijudicari potuit, qui corda hominum novit.* Et vero quia magni hujus Patriarchæ mentionem fecimus, obsservationem quoque non minus meretur, quod in sequenti capite Moyses, infamium civitatum Sodomiticarum incendium recensens, inter alia quoque dicat, uxorem Loth, eo quod in Segor fugiens retrospexisset, ut compassivo obtutu populum igne cælesti flagrantem intueretur, morte punitam fuisse, atque in statuam salis conversam: *Respicientesque uxor ejus post se, versa est in statuam salis.* Subdit vero confestim idem sacer Textus : *Abraham autem consurgens mane, ubi steterat prius cum Domino, Intuitus est Sodomam, & Gomorrham, . . . viditque ascendentem favillam.* Combinatis etenim utriusque hisce Textibus, merito quærendum venit, cur uxor Loth propter unicum obtutum tanta cum severitate castigata fuerit, Abraham vero idipsum faciens, ne minimum quidem acerbæ reprehensionis verbum retulerit ? interpres quidam hanc difficultatem his verbis resolvit : *Aliter intuitus est perditionem Sodomæ Abraham, & aliter uxor Loth, nam Abraham intuitus, commendans, & laudans in corde suo divinam justitiam se ulcisentem de obstinatis peccatoribus, uxor Loth, ut approbans Sodomorum nequitiam, & condemnans in corde suo divinam justitiam.* Eadem igitur actio in duabus personis laudabilis fuit & reprehensibilis, pœnam merebatur & præmium, non obstante quod uniformis esset, id vero à differente in ambobus intentione derivabatur, quæ in uno recta, in altero sinistra & perversa fuit. *Si oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit.* Oculus autem, id est, finis uxoris Loth malitiosus erat. Unde Hugo Card. dictum Textum ita explicat : *Tenebrosum, id est, opus demeritorium erit.*

S. Aug. T. 4. q. 36 super Gen. l. 1. — Uxor Loth morte punita fuit quod retrospexerit incendium Sodomæ. — Gen. 19. 26. Abraham vero non. — Ibid. v. 27. — Ibid. v. 28. — Matth. 6. 23. — Hugo Card. ibid.

4. Porrò in eodem Genesis libro sequens de Jacob Patriarcha legitur encomium : *Convocata omni domo sua ait : Abjicite Deos alienos, qui in medio vestri sunt.* Moxque omnes prompte & punctualiter obedientes *Dederunt ei omnes Deos alienos quos habebant & aures quæ erant in auribus eorum ; at ille infodit ea subter terebinthum.* Sed qualiter Jacob falsa illa simulachra sepelire & abscondere poterat, siquidem in Deuteronomio decretum exstat cœleste : *Maledictus homo qui facit sculptile, & conflatile, abominationem Domino, . . . ponetque illud in abscondito.* Et nihilominus Jacob propter hoc factum, non modo non reprehensus, sed etiam à Scriptura Sacra commendatus fuit ; respondet itaque Chrysostomus, dicens : *Abscondit ea, & perdidit, ut ipsi erroris damna effugerent.* Ad finem igitur & intentionem dictæ legis in Deuteronomio promulgatæ recurramus oportet ; Hæc itaque contra eos militat, qui falsa numina, timentes ne proditi castigarentur, abscondebant, non vero qui eadem ut perpetuæ tradererentur oblivioni, quemadmodum fecit Jacob, sepelirent, ideòque S. Nilus ita discurrit in præsenti ; *Contraria videntur abscondere Deos in strictrinis & ponere idola in abscondito : illud enim laudabile est, hoc vituperium & execrandum, neque enim idem est in terra defodere in perpetuum ; & in abscondito ponere, nam quod in terra defossum est, & a sensu remotum, tempore ipso deleur etiam ex memoria ; at quod in absconditio positum est, eos fortasse, qui forsi sunt, latet, sed cum ab eo qui posuit assidue cernatur, memoriam sui revocat & circumfert.*

Deut. 27. 15. — D. Chrysost. hom. 59. in Gen. — S. Nilus in Asct.

5. Authores de hac tractantes materia accommodam valde adducunt similitudinem, dicentes : Chirurgus v. g. infirmo brachium ligat, venam ei aperit, ægrum ferit, sanguinem elicit, membrum secat offensum, præmiumque recipit, econtra vero afflictinus brachium pauperi ligat peregrino, eumdem ferit, brachium abscindit, & per justitiam publicam in mercedem suspenditur ; quæ igitur ejusdem hujus actionis tanta est differentia ? responsio in promptu est, Nam primus infirmi respicit sanitatem, secundus mortem sani. Quot Ecclesiæ Persecutores vindex feriit divinæ justitiæ gladius, inque æternæ perditionis barathrum præcipitavit ? & nihilominus licet de S. Paulo dicatur: *Saulus adhuc spirans minarum & cædis in discipulos Domini &c.* tamen idem paulò post vas appellatur electionis, Doctor gentium, Apostolus & sonora Spiritus Sancti tuba. Undenam tanta differentia? siquidem & hic implacabilis erat nominis Christiani hostis ? in eo sane adimpletum mihi esse videtur, quod in Sapientia dicitur scilicet : *Justum deduxit per vias rectas & ostendit illi regnum Dei.* Saulus itaque paulò ante bonam

Egregia similitudo in hanc materiam accommodata. — Act. Apost. 9. v. 1. Cur Saulus persecutor fidelium, punitus non fuerit sicut alij persecutores. Sap. 10. 10.

nam habuerat intentionem, non errabat per voluntatem, aut malitiam, sed per intellectus errorem, siquidem Christianos, ut gratissimum Deo præstaret obsequium persequebatur, ipsomet dicente : *Ignorans feci: Abundantius æmulator existens paternarum mearum traditionum:* Neronesvero, Diocletiani, cunctique alij gentiles persecutores falsorum numinum suorum cultum sustinere volebant, suasque manus propter politicam & rationem status in Christianorum sanguine cruentabant, credentes se per hoc tanto magis stabiliendos esse in subditorum dominio, populorumque pacem conservaturos. Deus olim S. Eliæ Prophetæ dicebat : *Nonne vidisti humiliatum Achab ?* nec tamen hæc humiliatio, quæ in oculis mundi virtuosa & meritoria reputabatur, ad placandum Deum idonea fuit.

1. Tim. 1. 13. — Gal. 1. v. 14. — 3. Reg. 21. v. 29.

Rectitudo intentionis requiritur ad operandum meritorie. — S. Anton. 1. p. tit. 4. c. 6. §. 1.

6. Inter alias à S. Antonino circa rectitudinem intentionis præscriptas observationes, hæc admodum notabilis videtur : *Qui cavent se à peccatis*, inquit, *vel bona aliqua faciunt, ut non flagellentur à Deo, & non alia intentione principaliter, parum vel nihil grati sunt Deo, sicut Achab Rex Israël, qui ex comminatione Eliæ humiliatus est exterius, deferendo cilicium, & jejunando, ad evadendum pœnam sibi comminatam.* In c. 6. 3. lib. Regum scribitur, quod Rex Samariæ per civitatem transiens duas viderit mulieres, quæ fame urgeate de filijs suis manducandis inter se tractabant; jamque una illarum filio alterius in epulo fruita fuerat, quando altera filium suum industrie abscondebat : *Quod cum audisset Rex, scidit vestimenta sua, viditque omnis populus cilicium, quo vestitus erat ad carnem intrinsecus.* At vero num forte propterea vobis persuadetis hanc pœnitentiam & austeritatem Regis exteriorem Deo fuisse acceptam ? minimè nam idem sacer Textus immediatè subjungit: *Et ait Rex: Hæc mihi faciat Deus, & hæc addat, si steterit caput Elisei filij Saphath super ipsum hodie.* Ex quibus verbis satis constat, quod eodem tempore, quo circa carnem cilicio cinctus erat, virum dignissimum, & sanctissimum illius sæculi in Israël, Elisæum videlicet, horrendo homicidio trucidare statuerat. *Ex abundantia cordis os loquitur. De corde exeunt . . . homicidia &c.* Quis sibi non persuasisset, quod Christus Salvator noster jussu Pilati Herodi præsentatus ab eodem è manibus furiosi Hebræorum populi, qui contra ipsum conjuraverat, liberandus fuisset maximè cum Scriptura S. dicat : *Herodes autem viso Jesu gavisus est valde:* Ipsemet quoque Salvator paulò ante dixisset: *Beati oculi qui vident quæ vos videtis, dico enim vobis quod multi Prophetæ & Reges voluerunt videre quæ vos videtis & non viderunt.* Et tamen non solum ab hoc Christi aspectu nullam retulit utilitatem, aut profectum sibi beneficium, verum etiam idem ei cessit in majorem ejus damnationem, nam *sprevit illam Herodes cum exercitu suo, & illusit indutum veste alba.* Quis autem vestrum hujus mihi causam reddere poterit ? causa hæc perspicuè satis ex Textu colligitur, nam finis quo Herodes motus fuit, vana ejus curiositas fuisse noscitur ; *Erat* enim *cupiens ex multo tempore videre eum, eo quod audierat multa de eo, & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri : interrogabat autem eum multis sermonibus.* Optime igitur S. Bonaventura ait : *Secundum diversitatem concupiscentiæ, sive amoris, erit diversitas intentionis : unde Bernardus super Cantica sermone 40. ostendit: Quod si amans turpia appetit, etiam intentio turpis erit, & sædans faciem animæ vel spiritus, & si honesta, etiam intentio honesta erit.*

Luc. 23. v. 8. — Luc. 10. 23. — Ibid. v. 8. — S. Bonav. de sept. itiner. æter. d. 3.

Pater in exemplo Regis Samariæ. — 4. Reg. 6. 30.

7. Duos invenio Scripturæ locos, quorum unus est in Exodo c. 7. alter vero Numerorum cap. 20. in quibus Moyses duabus vicibus quasi ijsdem verbis populo sitibundo aquam à Deo sibi ministrari fecit, & tamen secunda vice à Deo punitus fuit non vero prima; quænam vero hujus differentiæ assignari poterit ratio ? Dubium hoc solvit S. Augustinus ex illis verbis: *Et distinxit in labijs suis*, scilicet, quando secunda vice aquam postulavit ; circa hæc enim verba idem hic S. Doctor ait : *Quod est distinxit ? Dubitanter petram virga percussit, & ideo hoc miraculum distinxit à cæteris, in quibus non dubitaverat.* Etenim Deus cor & intentionem Moysis penetrans, in eo latere novit hujus gratiæ recipiendæ diffidentiam ; siquidem non quidem de omnipotentia divina, sed de populi demeritis dubitavit, cujus porrò incredulitatis solus Deus conscius esse poterat, qui *scrutans corda & renes.* B. Petrus Damianus in quodam opusculo de controversijs synodalibus ait : *Si sola duntaxat exteriora perpendimus, inventmus ipsum Dominum Salvatorem, & dixisse quod prohibet, & aliter fecisse quam jubet. Quisquis ait : Dixerit fratri suo fatue, reus erit gehennæ ignis ; & tamen ipso resurrectionis sue die duobus de se dubitative loquentibus ait : O stulti, & tardi corde ad credendum.* Dixerat etiam in monte discipulis : *Si quis te percusserit in dextram maxillam, præbe illi & aliam : In passione vero positus, percutienti se in maxillam puero sacerdotis, non modo non alteram prabuit, sed insuper dixit : Si male locutus sum, exprobra de malo, sin autem bene, cur me cædis ? Et quomodo jam verum erit, quod de illo Lucas ait : Quia cæpit facere & docere, si quod docuit non implevit ? sed proculdubio intelligendum est, hoc eum præcepisse ad præparationem cordis, non ad ostensionem operis ; quomodo enim paratus corde non fuit in maxillam alteram cædi, qui pro hominum salute decreverat toto corpore crucifigi ?* Paulus etiam palma percussus jussione Pontificis, ait : *Percutiat te Deus paries dealbate, quod minus intelligenti videtur in verbo convitium, sed in sensu Prophetico tenet oraculi Sacramentum. Paries enim dealbatus hypocrisis est, sacerdotalem sub hoc nomine præferens dignitatem, sed occultans intrinsecus luteam malitiæ turpitudinem, nam quod humilitatis fuit mirabiliter custodivit. Cum enim illi diceretur : Principi Sacerdotum maledicis ? Respondit ; nescivi frater, quia Princeps esset sacerdotum ; scriptum est enim, Principem populi tui non maledices ; ubi patenter ostenditur, quanta illud tranquillitate dixisset, quod iratus intulisse videbatur. Quibus Scripturarum testimonijs quid aliud edocemur, nisi quia non juxta nuda verba semper debemus sententias judicare, sed quo animo, qua mentis intentione proferantur inspicere.*

Exod. 17. — Num. 20. Cur Moyses secunda vice, à Deo petens aquam populo punitus fuerit. — S. Augustin. in Psalm. 105. — Matt. 12. 34. — Matth. 15. v. 19. Et Herodis. — Ps. 7. v. 10. — B. Petr. Dam. opusc. 4.

Quanti faciendum sit recta intentio patet in ducibus latronibus, cū Christo crucifixis, — Luc. 23. 40.

8. Permagni refert scire rectam formare intentionem, atque ex necessitate facere virtutem. Etenim simul cum Redemptore duo fuere crucifixi latrones, & quidem, ut credibile est, ob eadem scelera mortis condemnati ; nec moriebantur pro amore Dei, neque pro veræ religionis Confessione, & tamen sacri Doctores uni illorum, scilicet bono latroni, gloriosum Martyris titulum attribuerunt. Nostisne causam ? nimirum bonus latro ex demeritis suis justam esse sui condemnationem cognovit, inquiens : *Nos quidem justè, nam digna factis recipimus*, ideòque supplicium cum patientia sustinuit, suamque intentionem ad Deum direxit, ad cujus divinam justitiam & providentiam malefactores castigare pertinet, ideoque radio divinæ gratiæ tactus fuit, qui cor ejus penetravit, verique Dei quem adoravit, notitiam suggessit, unde ait : *Memento mei cum veneris in regnum tuum*, eumdemque innocentem declarando pro viribus defendit. *Crucem mutat paradiso*, inquit S. Hieronymus, *& facit homicidij pœnam martyrium.* Alter autem virtuosam in doloribus suis intentionem facere vel noluit, vel ignoravit. Jure igitur meritò in præsenti propositо dicere possumus, quod S. Thomas à Villa Nova de Dæmonis Martyribus his verbis scriptum reliquit : *Quanta pro lucris, pro honoribus, pro deliciis tolerant ? quantas patiuntur injurias ? quantas sustinent pœnas ? Unde Psalmographus horum bene conscius clamat : Judica me Deus & discerne causam de gente non sancta ac si dicat : Nolo pœnam considereres sed causam, nolo quod patior attendas, sed propter quem patior, acerbiora enim ipsi pro mundo sustinent, quam ego pro te sustineam ; neque me magnitudo laboris, sed laborandi causa commendat.* Richardus de S. Victore de statu inferiori hominis differens ait : *Quod est corpus sine anima, hoc est opus sine intentione bona.* Didacus Stella historiam adducens Moysis contra Amalech ita scribit : *Sicut Moyses, cum levabat manus, consequebatur victoriam Israël contra Amalech, sic cum bona opera nostra, quæ per manus significantur, levamus, & dirigimus in Deum, victoriam de mundo, Diabolo, & carne reportamus. Si autem eas in terrena direxerimus, laudem humanam captantes, & inanis gloriæ desiderio flagrantes, ab inimicis superabimur ; Nam qui appetitu humanæ gloriæ ducuntur, & laudes hominum quærunt, in Deum opera non dirigunt : ideo Christus in omnibus suis actionibus oculos levabat in cælum, insinuare volens, ut in omnibus nostris operibus intentionem elevemus in Deum.* Sanctus Bonaventura cuidam capitulo hunc titulum præfixit : *Per quæ signa recta & simplex intentio cognoscatur.* In eo vero inter alia rectæ intentionis signa hoc primo loco posuit : *Primum signum est*, inquit, *humanæ laudis detestatio & Dei glorificatio.*

Ibid. v. 42. — S. Hier. Ep. 3. ad Paul. — S. Thom. à Villa nova serm. de uno Mart. — Rich. de S. Vict. c. 7. l. de inter statu hominib. — Did. Stell. in cap. 11. Luc. — S. Bonav. ib. dist. 4.

TRACTATUS XXXVIII.

DE INVIDIA.

CONTINET

DISCVRSVS XIX.

DIscursus I. Traditur etymologia invidiæ, variæque ejus distinctiones, eademque radix omnium malorum, pernitiosissimumque & pessimum vitium esse ostenditur.

II. Invidia in anima hominis omnia disperdit opera bona ; est genuinus superbiæ partus, sodales vero illius sunt ira & odium, quæ ad homicidium usque & quodvis aliud pessimum malum protumpunt.

III. Vitium hoc leges naturæ violare pro nihilo ducit, ideòque invidus contra proximos sanguine junctos armare se satagit.

IV. Licet invidus per vitium hoc vitam sibi abbreviet, attamen cum dispendio propriæ salutis & boni publici, benefactori suo malum machinari non curat.

V. Invidia Judæorum contra Christum, cujus varias persecuti sunt actiones, semper obstinatissima fuit.

VI. Invidus Deo opponitur, & ideo procul ab eo recedit Deus, eumque in abominatione habet, suasque illi gratias subtrahit.

VII. Invidiæ certum est reprobationis signum, quod cælum nobis claudit & infernum aperit.

VIII. Livor primum fuit peccatum, primusque partus Dæmonis ; qui proinde in invido tamquam imitatore suo imo ipsomet Dæmone pejore libenter nidificat.

IX. Invidia opponitur charitati, estque cum hujus effectibus incompatibilis.

X. Invidia propria est hominum vilium & pusillanimium, estque macula ignominiosa hominis ; variæ quoque adducuntur contra invidos animalium abjectorum & fœtidorum similitudines.

XI. Detractio invidiæ partus esse ostenditur, quæ bonam alterius famam dilacerat & diminuit.

XII. Varia considerantur invidis à Deo inflicta supplicia, utpote quorum peccata calamitatum exterminiorum publicorum sæpe causa existunt.

XIII. De malitia invidi qui ex alienis bonis contristatus malum sibi inde accersit.

XIV. Invidia tormentum & pœna est invido, eumdem ob alterius felicitatem crucians & inquietum efficiens.

XV. Sæpe Deus eorum qui aliorum invidia exagitantur, felicitates adauget, ut tanto magis invidum torqueat & castiget.

XVI. Invidiam etiam viros spirituales sæpe infestare, ac proinde magna cum circumspectione fugiendam esse ostenditur.

XVII. Variæ adducuntur rationes ob quas invidia morbus sine remedio esse ostenditur.

XVIII. Invidus inexcusabilis est, siquidem sibimetipsi omnium malorum est artifex, sine ulla spe alicujus boni, voluntarie vitam ducens inquietam & miserabilem.

XIX. Remedia contra invidiam sunt charitas, bonorum æternorum, & vanitatis mundanæ consideratio, contemptus sui ipsius, imitatio creaturarum, quæ sibi mutuo opem præstant, nec non membrorum corporis humani, quorum quodlibet suo contentum est officio nec aliud ambit.

DISCURSUS I.

ARGUMENTUM.

Etymologia variæque invidiæ definitiones adducuntur, quæ etiam radix omnium malorum, pernitiosissimumque & pessimum vitium esse ostenditur.

THEMA.

Memento quoniam malus est oculus nequam ; nequias oculo quid creatum est ? Eccli. 31. ℣. 14.

Oculi invidi, obliqui sunt & distorti.

1. QUemadmodum inter animæ potentias primum & nobiliorem locum, intellectus obtinet, ita inter sensus exteriores nomen intellectus corporalis, meritò sibi oculus vendicat ; Cur igitur Ecclesiasticus infami hoc & probroso nomine oculum appellat, inquiens : *Nequius oculo, quid creatum est ?* Promptam ad hoc responsionem verba subministrant sequentia, in quibus de invidia mentio fit, quam idem paulò ante cap. 14. in oculo livido nobis exhibuit, dum ait : *Nequam est oculus lividi* ; quare enim supremus artifex nobili valdeque venusto huic organo & instrumento nos honorare voluit ? nimirum ut juxta Sapientem ; *Oculi tui recta videant* ; oculus vero invidi obliquus & distortus est ; unde veraciter de eo dici potest : *Malus est oculus nequam.* Porrò vitij hujus Etymologiam S. Bonaventura his verbis exponit : *Dicitur invidia à non videndo, quia non potest videre bona aliorum.* Et Seneca inquit : *Humanus oculus caligat in aliena luce*, quanto namque alienæ felicitatis lux magis coruscat, tanto invidi oculus caliginosior, lividiorque evadit. Quin & Sanctus Bernardinus ejusdem invidiæ etymon simile adducens, inquit : *Dicitur invidia à non videndo, quia non potest videre aliorum bona : unde invidere quasi non posse videre : nam odium boni, quod latet in corde, etiam inadvertenter monstratur in facie : Proinde Seneca ait : Quidquid mente fugimus, ingesta oculis vix videmus.*

Eccli. 14. 8.

Prov. 4. 25.

Invidia dicitur à non videndo.

S. Bonav. l. 1. c. 16. compen. Theol. verit.

Sen. Ep. 51.

2. Ab Etymologia ad varias, quibus Interpretes sacri invidiam circumscripserunt digrediamur definitiones ; Et in primis quidem sanctus Bonaventura aliquorum coacervat opiniones, dicens : *Definitur autem sic invidia à sancto Augustino : Invidia est odium felicitatis alienæ ; à Remigio sic : Invidia est dolor de alieno bono ; à Damasceno : Invidia est tristitia de alienis bonis, à Philosopho : Invidia est tristitia in apparenti felicitate alicujus inimicorum. Item aliter : Invidia est dissensio ab alieno bono existimato diminuere proprium.* Doctor autem Angelicus definitionem sancti Joannis Damasceni adducens eam his, fusè explicat verbis : *Dicendum quod objectum tristitiæ est malum proprium. Contingit autem id quod est alterum bonum, apprehendi ut malum proprium, & secundum hoc de bono alieno potest esse tristitia, sed hoc contingit dupliciter. Uno modo quando quis tristatur de bono alicujus, in quantum imminet sibi ex hoc periculum, alicujus nocumenti ; Sicut cum homo tristatur de exaltatione inimici sui, timens ne eum lædat ; & talis tristitia non est invidia, sed magis timoris effectus, ut Philosophus dicit 2. Rhetor. Alio modo bonum alterius æstimatur, ut malum proprium, in quantum est diminutivum propriæ gloriæ vel excellentiæ, & hoc modo de bono alterius tristatur invidia :* Et postquam in Articulo sequenti authoritati Philosophi innixus, hujus de bono alieno tristitiæ malitiam ostendisset, hanc ejusdem subdit rationem, inquiens : *Quia dolet de eo, de quo est gaudendum, scilicet de bono proximi.* Sanctus autem Antoninus apprehensionem quæ invidum tristitiæ de alieno bono involvit, declarat, dum ait : *Videtur sibi quod ex hoc, quod aliquis excedit eum in bonis, vel æquiparatur : ipse non sit in tanta reputatione apud homines ; Sicut si solus ille illa bona haberet supra omnes, & inde tristatur.*

Variæ definitiones invidiæ.

S. Bonav. cent. tiloq. p. 1. sect. 19.

S. Thom. 2. 2. q. 36. art. 1.

S. Anton. 2. p. tit. 8. c. 1.

3. *Nequius oculo quid creatum est ?* Plurimi sacræ Scripturæ Textus, nec pauciora Sanctorum testimonia invidiam, prout in horum Discursuum progressu videbimus, venenum asserunt esse pestiferum ; imo sicut Basiliscus omnium serpentium est pestilentissimus, ita & invidia inter omnia vitia sceleris est maximè pernitiosum atque execrabile, ita ut sanctus Bernardus dicere non dubitarit : *Nosse cupis oculum venenatum, oculum nequam, oculum fascinantem ? invidiam cogitato. Quid vero invidere nisi malum videre est ? Nemo alterius bonum invido aspiciat oculo.* Basiliscus venenum in oculo portat, hinc que inficit, mortemque infert irreparabilem solo obtutu. *Basiliscus venenum in oculo gerit*, inquit dictus

Invidia est pestiferum venenum.

S. Bern. serm. 13. super Psal. Qui habit.

Comparatur Basilisc. Gen. 3. v. 1. Sap. 2. v. 24.

S. Bern. ibid.

Amos 1. 14. Alb. Magn. Alia invidiæ germina.

S. Antonin. ibid. c. 2. Omnes errores, ignorantiæ & pœnalitates prodierunt ex invidia.

Continuatur eadem materia.

S. Greg. Nyss. l. de vita Mos.

Mors prodijt ex invidia. D. Chrysost. hom. 41. in Matth.

Rup. Abb. l. 3. in Deut. c. cap 8.

S. Cypr. ibid.

Ex invidia processit divisio Regni Israëlitici.

1. Petr. 2. v. 1.

Tit. 3. v. 3.

2. Cor. 12. v. 20. Recensentur mala ex invidia pullulantes. D. Chrysost. hom. 28. ibid.

Invidia opponitur omni bono. S. Bonav. in dicta salutis tit. 1. c. 4.

Invidiæ, detestabilissimi monstri, detestabil. genimina.

S. Zeno serm. de livore & invidia.

S. Cypr. de zelo & livore.

D. Chrysost. hom. 63. in Joan.

S. Thom. à Vill. ser. 6. post Dom. pass.

Anus mellifluus ; *pessimum animal, & præ omnibus execrabile :*

4. Serpens qui Evam convenit, nomine generico à Moyse serpens appellatur : *Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ* ; Hunc autem Basiliscum fuisse, verisimile est, quia *invidia Diaboli mors introivit in orbem terrarum.* Unde sanctus Bernardus ait : *Si non esset ille Basiliscus, numquam per ejus invidiam mors intrasset in orbem terrarum.* Invidia namque Dæmonem ad præcipitandos Proparentes nostros extimulavit ; quæ eadem passio & hos, dum in scientia & essentia inferiores proprio Creatore haberi nollent, ut manum ad pomum extenderent, induxit, credentes, ita se divinitatem & sapientiam Dei participaturos, cujus vitij progressum sanctus Antoninus discutiens, inquit : *Omnes errores hominum processerunt ex primo errore primorum parentum, quem seminavit Diabolus ex invidia* ; unde dicitur Sap. 2. *Deus creavit hominem inexterminabilem, qui scilicet non potuisset errore decipi, vel corpore deficere, si obedisset ; invidia autem Diaboli mors, scilicet animæ & corporis, introivit in orbem terrarum, nam ex invidia sua, ut hominem dejiceret, errorem & falsitatem proposuit, dicens. Nequaquam morieminí ; Ecce falsitas ; scit enim Deus &c. quasi dicat : Ex invidia Deus hoc prohibuit, ne efficiamini ei similes in scientia : Ecce error : sicque exinde errores in mundo multiplicati sunt*, omnes enim errores, ignorantiæ, omneque peccatum, nulla non miseria & pœnalitas, invidiæ effectus sunt, quo proinde à sacris Doctoribus omnium malorum radix merito appellatur, dicente inter alios S. Zenone in serm. *de livore & invidia : Omnia mala ex radice nascuntur invidiæ, & hoc uno tamquam validissimo mucrone ictus ab initio mundi usque ad consummationem ejus, Diabolus omnes pene animas trucidavit.* Cujus ejusdem vitij malignitatem perstringens S. Cyprianus eamdem illi tribuit verbis sequentibus nomenclaturam : *Radix est malorum omnium, fons cladium, seminarium delictorum, materia culparum.*

Sap. 2. v. 24.

Eccli. 31. v. 14.

Gen. 3. v. 1.

Gen. 4. 8.

Ps. 54. v. 9.

Ps. 108. v. 6.

Ps. 68. v. 29.

Ps. 108. v. 8.

Ps. 68. v. 22.

Ps. 108. v. 17.

Ps. 68. v. 23.

Ps. 108. v. 18.

Ps. 68. v. 24.

Ps. 108. v. 19.

Ps. 68. v. 25.

Ps. 108. v. 20.

Ps. 68. v. 26.

Ps. 108. v. 21.

Ps. 68. v.

nis quæ homini conceſſerat, quoniam in ipſum Deum nihil poterat, homini quem diligebat, pernitiem moremque moliitus eſt. Contra hoc quoque monſtrum S.Joannes Damaſcenus ex S.Baſilio ita ſcribit: *Invidia nullas exitioſior affectus in hominum animis innaſci poteſt.* Idem vero S.Baſilius Magnus in hom.quadam de invidia inquit: *Quid hoc morbo pernitioſius eſſe poſſit? corrupte-la vitæ, pernities naturæ, inimicitia eorum quæ nobis à Deo data ſunt, contrarietas adverſus Deum.* Imo invidiæ malignitatem humanus ſufficienter comprehendere nequit intellectus, nec verba exprimere poſſunt, teſte S.Proſpero dicente: *Quis facile poteſt, quale ſit hoc malum, verbis exprimere, quo invidus odio hominis proſequitur divinum munus in homine, cum potius amari homo debeat, etiam pro ſui meriti ſanctitate?* unde invidia vitium eſt omnium peſſimum dicente S. Chryſologo: *Invidia omnibus malis pejor. Invidia delictorum venenum, criminum virus, peccatorum mater origo vitiorum.* Qui idem Doctor aureo calamo ſuo in alio quodam ſermone in ejuſdem deteſtationem inquit: *Invidia malum veteſtum, prima labes, antiquum virus, ſeculorum venenum.* D. Chryſoſt. vitium hoc in ſerpente ſymbolicè adumbrans, quærit: *Cuinam hujuſmodi animum contuleris? cui viperæ? cui ſerpenti? hoc certe animo neque deverius, neque ſceleratius quidquam.*

S.Joa. Dam. l. 3. Paral. c. 110.
S.Baſil. h de Invid.
S.Proſp. l. 3. de vita contempl. c. 5.
S.Chryſolog. ſerm. 48.
Id. ſerm 4.
D.Chryſoſt. hom. 7. ad Rom.

Invidia fera peſſima fuit, quæ devoraſſe dicebatur Joſeph.

9. Fratres illi qui Joſephum germanum ſuum ex invidiæ motivo vendiderant, Jacob Patri ſuo illum à fera quadam dilaniatum fuiſſe perſuadere volentes, dixerunt: *Fera peſſima comedit eum*; at vero nulla umquam fera innocentem hunc juvenem dentibus vel unguibus aggredi præſumpſit, ſed ſola invidia, de qua D.Chryſ. de invido differens ita ſcribit: *Omnium peſſima atque ſceleſtiſſima paſſione vexatur.* Et paulò ante in eadem hom. pariter dixerat: *Tale certe malum invidia eſt, qua nulla umquam malignitas pejor inventur.* Sacer Chroniſta Joſephum fratres ſuos apud Jacob Patrem de crimine peſſimo accuſaſſe dicit: *Accuſavit fratres ſuos apud Patrem de crimine peſſimo.* Hoc vero crimen nonnulli murmurationem fuiſſe aſſerunt, qua Patri obtrectabant ob ſpecialem quo Joſephum proſequebatur affectum: alij vero per crimen illud peſſimum vitium nefandum intelligunt: At vero ſacer Textus immediate ſubjungit: *Iſrael autem diligebat Joſeph ſuper omnes filios, eo quod in ſenectute genuiſſet eum; feciſque ei tunicam polymitam; Videntes... quod à Patre plus cunctis filijs amaretur, oderant eum, nec poterant ei quidquam pacifice loqui:* Ex quibus verbis clare deduci poſſe videtur, quod eos apud Patrem de invidia & odio accuſarit, quo ipſum proſequebantur; Hunc igitur livorem Spir.S. crimen peſſimum appellat, & merito; quod ſi enim peccatum Sodomiticum vitium peſſimum appellari meretur, majori certe jure invidia hoc nomine indigitari meretur; tametſi enim, ut S.Thomas probat, omnia delicta naturæ adverſentur, dicente S. Auguſt. *Omne vitium eo ipſo quod vitium eſt, contra naturam eſt*; id tamen de invidia quam maximè verificatur, utpote quæ, ut diximus radix & origo eſt omnium vitiorū & conſequenter plus cæteris omnibus naturæ contrariatur, omnem ejus legem violando. Hæc igitur *devorat hominem ſicut fera*, ut S.Bonav. ſcribit, & ideo bene dicunt: *Fera peſſima comedit eum, beſtia devoravit Joſeph.*

Gen. 37. v. 2.
Ibid. v. 3.
Ibid. v. 4.
S.Thom. 1. 2. q. 71. art. 2.
S. Aug l. 3. de lib. arb.
S.Bonav. in c. 6 Sap.
Gen. 37. 33.

Beda ibid. Malignitas invidiæ inficit omnia opera virtuoſa.

DISCURSUS II.

ARGUMENTUM.

Invidia in anima hominis omnia diſperdit opera bona; eſt genuinus ſuperbiæ partus; ſodales vero illius ſunt ira & odium, quæ ad homicidium uſque, & quodvis aliud peſſimum malum prorumpunt.

THEMA.

Vita carnium ſanitas cordis, putredo oſſium invidia. Prov. 14. v. 30.

1. Ex hac Sapientis ſententia peſtifera invidiæ malignitas deducitur, quæ omnia opera virtuoſa & perfecta animæ inficit, & ad nihilum redducit: *Per carnem infirma quædam, ac tenera*, inquit V.Beda *per oſſa fortia acta ſignantur. Bene ergo dicitur: Vita carnium ſanitas cordis; quia ſi mentis innocentia cuſtoditur & ſi quæ fortis infirma ſtant, quandoquæ roborantur. Et recte ſubditur: Putredo oſſium invidia, quia per livoris vitium, ante Dei oculos pereunt, ea quæ humanis oculis fortia videntur. Oſſa quidem per invidiam putreſcere, eſt quædam etiam robuſta deperire*; Quæ eadem verba etiam in S.Gregorio reperimus expreſſa.

2. Si quis quantumcumque robuſtæ vigoroſæque complexionis, veneno inficeretur, evidens mortis certo certius incurreret diſcrimen; ita quoque quantumcumque ſanctus quis ſit, & perfectus, ſi peſtifero invidiæ veneno ſe contaminari permittit, vitam amittet gratiæ, jacturam faciet virtutum omnium, operum bonorum cujuſcumque doni & gratiæ cæleſtis, dicente D.Chryſoſtomo: *Sive ſigna quis faciat, ſive virginitatem, ſive jejunium, ſive humi dormitionem ſuſtenderit, ac per ejuſmodi virtutem ad Angelos uſque perzenerit; invidiæ vero ſubjectus ſit affectui, omnibus eſt exoſor.* Quia ſicut tinea pannos granumque corrumpit, & rodit electius, ita invidia meliora animæ abſumit merita, dicente S.Auguſtino: *Invidia eſt illa peſſima tinea quæ purpuramenta virtutum demolitur; exugo quæ theſaurum ſapientiæ deprædatur; brachus qui terrarum viventia comburit; quia quidquid boni operis viruſcit in homine, pene peſtis invidiæ perdit.* Et paulò ante in eodem ſermone idem Sanctus præmiſerat dicens: *Invidia omnes virtutes concremat, omnia bona diſſipat, omnia mala generat.* Et S.Baſilius de eodem vitio tractans ait: *Fugiamus hoc vitium intolerabile, impedimentum pietatis.*

S.Greg. l. 5. mor. c. ult. Peſtifero veneno invidiæ infectus amittit vitam gratiæ.
D.Chryſoſt. T 6. Eclog. de invid.
S. Auguſt. ſerm. 18. ad Frat.
S. Baſil. h. de invid.

3. S. Gregorius citatis Sapientis verbis innixus in hoc idem invehitur vitium, dicens: *Invidia cum mentem labefecerit, cuncta quæ invenerit bene geſta conſumit*; unde bene per Salomonem dicitur: *Vita carnium ſanitas cordis &c.* Quando enim cor infectum eſt, omnes ſpiritus vitales, totus vigor viresq; humanæ deficiunt; invidia autem ipſiſſima illa peſtis eſt, quæ animam contaminat, quia ſcilicet inutilia & omni exura merito noſtra efficit opera quantumcumque virtuoſa illa fuerint; Hinc S.Bern. ait: *Invidia cuncta germina virtutum concremat, cuncta bona peſtifero ardore devorat.* Et Bellov. inquit. *Invidia bonis omnibus ſpoliat.* Qui Author S.Greg. ſententiam ſecutus, ſuum ita aſſertum conſequenter probat: *Sivat enim homo ex charitate meretur in omnibus ſuis, & aliorum operibus; in ſuis operando, in aliorum complacendo vel congaudendo: ita invidus in omnibus demeretur.*

S.Greg. l. 5. Mor. c. 31. Contaminat animam invidia.
S.Bern. ſer. 34. de modo bene moriendi.
Bellov ſpec. mor. l. 3. part. 4. diſt. 1.

4. *Putredo oſſium invidia.* Putredo omnium maxime mortifera eſt ſuperbia dicente Eccleſiaſtico: *Initium omnis peccati eſt ſuperbia*; Aſt certiſſimum eſt invidiam ejuſdem eſſe partum, prout S.Auguſt. in hæc atteſtatur verba: *Servo Dei cui ſubrepſerit ſuperbia, continuo ibi eſt & invidia, non poteſt ſuperbus eſſe non invidus, invidia filia eſt ſuperbiæ; ſed iſta mater neſcit eſſe ſterilis; ubi fuerit, continuo parit.* Superbia generat invidiam, & invidia plurima alia vitia, prout in materiæ hujus progreſſu patebit. Hinc Venerabilis Beda ſuper illa Geneſeos verba (*Serpens erat callidior &c.* ita diſcurrit: *Nonnulli dicunt, ipſum Diabolum fuiſſe lapſum à ſupernis ſedibus, quod invidendo homini facto ad imaginem Dei. Porro autem invidia ſequatur ſuperbiam, non præcedit, non enim cauſa ſuperbiendi eſt invidia, ſed cauſa invidendi ſuperbia. Cum igitur ſuperbia ſit amor excellentiæ propriæ, invidia vero ſit odium felicitatis alienæ, unde naſcatur ſatis in promptu eſt. Amando enim quiſque excellentiam ſuam, vel paribus invidet, quod ei coæquentur; vel ſuperioribus, quod eis non coæquetur. Superbiendo igitur invidus; non invidendo quiſque ſuperbus eſt.*

Eccli. 10. 15. Invidia eſt partus ſuperbiæ.
S. Auguſt. ſerm 13. de verb. Dom. c. 5.
Gen. 3. v. 1. Beda Tom. 8. in ſuper Gen.

5. Sanctus Proſper invidorum alienas felicitates in proprium ex mera ſuperbia ſupplicium convertentium ſtultitiam inſinuat, dicens: *Invidus certe qui alienum bonum, ſuum facit invidendo ſupplicium, nulla videtur ad invidendum concupiſcentia provocari, ſed tantum ſuperbiæ morbo vexari, ſed ſi animi ejus peſtem, qua præcipitatur incenſus, ſubtiliter aliequæ rimemini, invenietis eum, & perditionis ejus cupidam, cui cupit interitum, & ſuperbiæ malo teneri, quo ſibi jugiter ingemiſcit meliorem, cui invidet, anteferri.* Quam theſin S. Antoninus quadam Tullij ſententia in hæc verba confirmare nititur: *Tullius in Tuſcul. quæſt. ait: Invidentia eſt ægritudo ſuſcepta propter alterius res ſecundas, ſcilicet quæ eſi nihil noceant invidenti, tamen quia ſibi videtur quod noceant, & diminuant ſui gloriam, & reputationem, ideo appetit eum illis bonis privari; & ſi hoc non eveniat, magis triſtatur.* Qui idem Sanctus originem invidiæ paulo ante manifeſtarat, aſſerens, eam natales ſuos à vana gloria, quæ & ipſa ſuperbiæ eſt filia, certiſſimè trahere. Ideoque ita diſcurrit: *Invidia communitus habet ortum ex vana gloria, unde Apoſtolus ad Gal. 6. non efficiamur inanis gloriæ cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes; prius pomt inanem gloriam, deinde invidiam, quia cauſa debet præcedere ſuum effectum.* Superbia enim omnes antecedere affectat, ſibique ſubjici æquales, atque ideo alieno contriſtatur honore & proſperitate; quodque notatu dignum, maxime inter quoſdem conditionis & profeſſionis homines regnare ſolet, dicente S.Thoma: *Quia invidia eſt de gloria alterius, in quantum diminuit gloriam, quam quis appetit, conſequens eſt ut ad illos tantum invidia habeatur, quibus bono velit ſe æquare, vel præferre in gloria. Hoc autem non eſt reſpectu multum à ſe diſtantium; nullus enim niſi inſanus ſtudet ſe æquare vel præferre in gloria his, qui ſunt multo eo majores, puta plebeius bono Regi, vel civilis Rex plebeio, quem multum excedit; & ideo his qui multum diſtant vel loco, vel tempore, vel ſtatu homo non invidet, ſed his qui ſunt propinqui, quibus ſe nititur æquare vel præferre.* Quin & B. Laurentius Juſtinianus falſum invidiæ matrem eſſe docet, dum ait: *Invidia habet matrem ſuam ſuperbiam, ſuffoca matrem, & non erit filia.* Qui humilis eſt, bono alterius invidere neſcit, neque proximo ſuperior evadere geſtit.

S. Thom. 2. 2. q. 36. art. 1.
B. Laur. Juſtin. de lig. vita c. 17.

6. V. Beda ad idem intentum, ita ſermocinatur: *Prior eſt in vitijs ſuperbia, deinde invidia, non enim invidia peperit ſuperbiam, ſed ſuperbia peperit invidiam. Non enim invidet niſi amor excellentiæ, amor excellentiæ ſuperbia vocatur. Cum ergo in ordine prior ſit ſuperbia, ſequatur autem invidia, Apoſtolus in laudibus charitatis nolait dicere prius: Non inflatur, & poſtea non æmulatur, ſed prius dixit non æmulatur; poſtea; non inflatur. Quare hoc? quia cum dixiſſet non æmulatur, quaſi quæſtius eras cauſam quare non æmulatur, ſubdidit: Non inflatur.* Et tandem S. Auguſtinus alibi eidem ſubſcribens ſententiæ invidiam ſuperbiæ filiam eſſe aſtruit, dum ait: *Invidentia Diabolicum vitium eſt, ſed habet matrem ſuam, ſuperbia vocatur mater invidiæ, ſuperbia invidos facit.*

V. Beda To. 5. in 1. Cor. 13.
S. Aug. T. 9. tr. 1. c. 7. diſcipl. Chriſtian.

7. Ex hac autem peſtifera & venenata propagine innumerabilia germinant mala juxta S. Cypriani teſtimonium, quando de livoris damnis tractans, ita ſcribit: *Inde odium ſurgit, animoſitas inde procedit; avaritiam Zelus inflammat, dum quis ſuo non poteſt eſſe contentus, videns alterum ditiorem. Ambitionem zelus excitat, dum cernit quis alium in honoribus auctiorem; zelo excæcante ſenſus noſtros, atque in ditionem ſuam mentis arcana dirigente; Dei timor ſperniter, magiſteriam Chriſti negligitur, judicij dies non providetur; inflat ſuperbia, exacerbat facritia, perfidia prævaricatur, impatientia concutit, furit diſcordia, ira ferveſcit.*

Alia invidiæ germina. S. Cypr. de bonit.

8. S. Benedictus inſignis ſpiritualis vitæ Magiſter peſſimos invidiæ examinans effectus, hanc claro atque infallibili Apoſtolico oraculo innitentem ſtatuit concluſionem, dicens: *Ubi zelus & contentio, ibi inconſtantia, & omne opus pravum*; quid enim non tentat, quid non machinatur, invidus? ipſemet hic Sanctus effectum invidiæ expertis eſt, quia ut in vita ejus legitur, Florentius Presbyter Eccleſiam ſuam vicinam habens monaſterio, in quo cum religioſis ſuis in exemplaritate & perfectione rara Sanctus degebat, ille invidia motus, famæ bonoque nominis S. Benedicti & Monachorum ejus detrahere cœpit, deque hypocriſi redarguere. Aſt cum nihil aut factis aut dictis proficeret, ſua excæcatus paſſione, virum Sanctum veneno interficere decrevit. Quapropter panem ei veneno mortifero plenum ſubmiſit; ſervus autem Dei, qui omnia in ſpiritu prævideret, corvo, qui quotidie ad Sanctum advolitans, aliquid ab eo alimenti recipere ſolebat, præcepit, ut panem iſtum auferret, inque locum deportaret, ubi nullus eum invenire poſſet; crocitans itaque corvus, alasque extendens prompte obedivit; licet extrinſecus magnam oſtenderet renitentiam; ſicque verificatum eſt, quod Pſalmiſta ait: *Superbia eorum* (addere poſſemus, *invidia eorum*) *qui te oderunt aſcendit ſemper*; videns autem in vanum ceſſiſſe omnes conatuum ſuorum machinas ſeptem excitavit adoleſcentulas ſpecioſas & laſcivas, cum iisque pactus eſt, ut in hortum monaſterij nudæ ingrederentur; ibidemque aliquo uſque tripudiando moram traherent, ut earum aſpectu mortem filijs ejus accerſerent; quando Patri eorum necem inferre corporalem non poterant. Optime igitur S.Jacobus ait: *Ubi zelus, & contentio, ibi omne opus pravum. Invidia mortifer ſtimulus*, inquit S. Gregor. Nyſſen. *macro reconditus naturæ morbus, bilis venenoſa, tabes ſponte adhibita, telum amarum figens animam clavis, flamma cordis, interiorum ignis. Hanc qui habet, non ſuis malis, ſed alienis bonis infelix eſt, & contra non ſuo bono, ſed malis proximi felix eſt, invidus enim felicitate aliorum dolet, calamitatibus gaudet.*

Pſ. 73. v. 23.
S. Greg. Nyſſ. l. de vita Moſ.

9. Ab invidia ſæpe furor & iracundia derivantur, quia cum invidus alienam tolerare felicitatem non poſſit, non ſolum contriſtatur, verum etiam indignatur. Unde ſacer Textus de invidis Joſephi fratribus ait: *Nec poterant ei quidquam pacifice loqui*, & S. Bonaventura inquit: *Invidia dicitur aliquando nomine iræ, ut dicitur Gen. 4. Quare iraſceris? id eſt*, ut Gloſſa exponit, *livore torqueris? aliquando nomine odij, ut habetur in eodem: Oderant eum fratres, id eſt, invidebant.* Idem quoque Seraphicus Doctor definitionem citat S.Auguſtini, dicentis: *Invidia eſt odium felicitatis alienæ.* Porro hoc alienæ felicitatis odium, ſæpe etiam ad perſonas tranſmittitur. *Cum invidia ſit triſtitia de bono proximi*, inquit S. Antoninus, *ſequitur quod bonum proximi reddatur nobis odioſum, & inde eſt, quod odium oritur ex invidia.* Qui vero ab ira & odio ſe percelli permittit, in quodvis ingens præcipitium corruit. Invidia enim in profundiſſimum quodvis iniquitatis barathrum invidum procedere, ſeu, ut melius dicam, utroque pede, ira nimirum & odio præcipitari facit. B. Laurent. Juſt. in lib. *de diſciplina & perfectione monaſticæ converſationis* ad execrabilem fratrum Joſephi maſſitiam ſe reflectens inquit: *Eciſſent, invidia inſtigante, tam immane ſcelus* (illum videlicet occidendo) *niſi diſſuaſiſſet Ruben; Verumtamen ipſi livore bacchante, puerum Iſmaëlitis vendiderunt.* Et paulo poſt ſubjungit: *De hoc invidiæ morbo cum plenus eſt animus, ſuaſione Diaboli non indiget, ipſe namque ſibipſi laqueus & inſidiator eſt.*

Gen. 37. v. 4.
S. Bonav. in Judæi ex mera invidia Chriſtum occiderunt.
B. Laur. Juſtin. c. 13.

10. Primus homicida, impellentem ad hoc facinus habuit invidiam, qua inſtigatus, homicidium in fratrem innocentem & ſanctum commiſit. *Primus fuit terrenæ civitatis conditor fratricida*, inquit S. Auguſtinus, *non ſuam fratrem civem civitatis æternæ, in hac terra peregrinantem invidentia vitium occidit.* Refert quoque S. Doctor ſequentem hunc verſum: *Fraterno primi maduerunt ſanguine muri. Sic enim condita eſt Roma, quando occiſum Remum à fratre Romulo Romana teſtatur hiſtoria niſi quod iſti terrenæ civitatis ambo cives erant, & ambo gloriam de Romanæ reipublicæ inſtitutione quærebant, ſed ambo eam tantam, quantam ſe fumes eſſet, habere non poterant.* D.Chryſoſtomus quoque de invidia ita ſcribit: *Ita ſe habet mala hæc affectio, non ante deſiſtit, donec à ſe capitum in præceps dejeciat, & ad homicidij currat ſcelus; radix enim homicidij invidia, & fructus invidiæ homicidium, ita & à principio fuit inter Abel & Cain.* S.Bernardus aliam habet obſervationem, dicit enim: *Qui hominem odit homicidam illum veritas ipſa teſtatur. Quidni & ille qui bonum odit in homine, num quid non homicida poteſt appellari?* Fratribus Joſephi ira, odium, & invidia, minime ſatisfecit, niſi etiam illum deriderent, eique improperarent minarenturque mortem, in ciſternam vinctum demitterent, ac eum in perpetuam ſervitutem divenderent; quid enim de eo facere ſtatuerint, veſtis Joſephi in ſanguinem intincta & patri oſtenſa ſufficienter oſtendit, quando dixerunt, *vide utrum tunica filij tui ſit.* Qua de re audiamus Baſilium Seleucum ita loquentem: *In ſpecium cædis veſtem compoſitam patris offerunt manibus, quaſi ſine ſanguine invidentiam nequeant extinguere.*

Invidia impellit ad homicidia.
S. Aug. l. 15. de civ. Dei, c. 5.
Paret in Cain.
Chryſ. ho. 54. in Gen.
S. Bern. ſer. 13 ſuper Pſ. qui habitat.
Gen. 37. v. 32.
Baſil. Seleuc. ora. 8.

11. Quin imo Chriſtus ipſe (quem Joſeph in figura præceſſerat) innocentiſſimo ſanguine ſuo rabidam Judæorum fratrum ſuorum ſecundùm carnem invidiam extinguere non potuit; nam poſt innumeras carnis ſuæ dilacerationes, cum juſſu Pilati crudeliſſime flagellatus, & ad oſſa uſque tot percuſſionibus excarnificatus fuiſſet, adeo ut ne ſpeciem quidem hominis haberet (propter quod ut agnoſceretur à populo, neceſſarium fuit, ut Pilatus eum populo demonſtrans diceret: *Ecce homo*) nihilominus magis magisque contra eum ferocientes crucifixionem ejus poſtulabant, ut proinde S. Auguſtinus Judæos his verbis perſtringat: *Egreditur ad eos Jeſus portans ſpineam coronam, & purpureum veſtimentum, non clarus imperio, ſed plenus opprobrio, & dicitur eis: Ecce homo. At verò ſi Regi invidetis, jam parcite quia dejectum videtis; flagellatus eſt, ſpinis coronatus eſt, ludibrioſa veſte amictus eſt, amaris convitijs illuſus eſt, fervet ignominia, frigeſcat invidia.* Sed numquid per hæc omnia invidia, & cum hac ira & odium, contra manſuetum & innocentem agnum conceptum, mitigatum fuit? nequaquam, quin potius quando eum viderunt lacera purpura ignominioſe veſtitum; corona ſpinea probroſe cinctum, arundinem loco ſceptri manu ſua ludibriose portantem; quando audierunt *regem veſtrum crucifigam*, rabies eorum contra ipſum tanto magis exarſit; unde *reſponderunt Pontifices: Non habemus regem niſi Cæſarem.* Tametſi enim Imperatoris tyrannidem tolerare nequirent, ex motivo tamen invidiæ contra Chriſtum, humeros ſuos jugo Imperiali libenter ſubmiſerunt, & unanimiter vociferando dixerunt: *Tolle, tolle*

S. Aug. tract. 116. in Joan.
Joan. 19. v. 15.

tolle, crucifige eum. Unde S. Augustinus compassivam hanc invidiam Hebraicam contemplans subjungit: *Non frigescit, sed inardescit potius & increscit.* Invidia enim pro nihilo habet, si manus violentas ipsimet Dei filio injiciat, si venas ejus flagellando aperiat, si in durum crucis truncum in medio duorum latronum eum configat; hæc enim omnia invidia suadente ab ijs facta fuerunt; unde Scriptura ait: *Sciebat enim, quod per invidiam tradidissent eum.* Matth. 27. v. 18.

DISCURSUS III.

ARGUMENTUM.

Vitium hoc leges naturæ violare pro nihilo ducit, ideoque invidus contra proximo sanguine junctos armare se satagit.

THEMA.

Postquam filius tuus hic, qui devoravit substantiam suam cum meretricibus, venit, occidisti illi vitulum saginatum. Luc. 15. v. 30.

Invidia non parcit sanguine junctis.

1. TAmetsi in Scriptura sacra nullum aliud supperteret argumentum, quo convinceretur, quod invidus omnibus naturæ legibus nuntium remittat, hoc unicum sufficeret, quod S. Lucas in præsenti themate subministrat, quia licet hic cum fratre suo germanæ & fraternæ consanguinitatis vinculo conjunctus esset, attamen à livoris passione stimulatus, eumdem tamquam fratrem agnoscere noluit, abjectaque omni patri suo debita & convenienti reverentia & respectu eidem incivi iter nimis improperavit dicens: *Postquam filius tuus, &c.* Cur enim non dixit *frater meus?* D. Chrysologus ait: *Quem venire ad fratrem, & appropinquare domui, vocat ratio naturæ, hunc pervenire zelus non sinit, livor non patitur introire.* S. Zeno ad hoc se reflectens, quod videlicet invidia ab ipso mundi exordio fratricidium machinata fuerit, ita scribit: *Naturæ jura confudit, ignorantiam consanguinitatis invenit.* Quibus propositionibus optime consonat illa sententia D. Chrysostomi in quadam homilia de hoc vitio ita loquentis: *Hoc naturæ leges à suis compagibus motas revellit, hoc morti valvas adaperit.* D. Chrysologus in quodam sermone de invidia ita scribit: *Ita primum contaminavit terras germano sanguine; ipsa germanos compulit venumdare germanum; ipsa Moysen fugavit; Aaron in fratris excitavit injuriam; Mariam maculavit livore germani.* S. Antoninus pariter crudelitatem, nec amico, nec fratri parcit. D. Chrysologus id considerat, quod in duobus primis fratribus Abele & Caino accidit, qui tametsi totius universi domini essent, attamen ut ipse animadvertit: *Fecit invidia, fecit, ut mundi tota angusta esset duobus fratribus latitudo namque ipsa Cain, junioris erexit in mortem; ut esse solum cæli livor faceret, quem primum fecerat lex naturæ.* Porro cum Deus benigno & grato oculo sacrificium Abelis respexisset, reprobus ille, qui de fratris bono gaudere debebat, instar aranеæ quæ venenum ex flore fragrantissimo exugit, ex manifestato erga germanum suum Dei amore venenum odij & livoris extraxit, quod eum ad inhumanum & barbarum fratricidium committendum extimulavit. *Mirum est*, inquit S. Antoninus, *quod cum gaudium & delectatio sit ex conjunctione convenientis cum convenienti, & naturaliter invidus sit bonus, & bonum omne appetat; de bono proximi gaudere deberet, & de malo dolere, sed propterea contrarium accidit, quia invidia convertit naturam quodammodo in malitiam, & ideo de malo proximi gaudet.*

Chrysol. ser. 4

S. Zeno ser. de livore & invid.

A mundi exordio machinata est fratricidium.

Chrysol. ho. 7. ad Rom.

Chrysol. ser. 48

S. Anton. p. 2. t. 8. c. 1. §. 4.

Chrysol. ser. 4

S. Anton. ibid.

2. Verumtamen ut propositæ in themate filij prodigi parabolæ considerandæ insistamus, placet D. Chrysologi ponderatio; qui patris, licet à filio suo offensi, multisque modis contempti; erga eumdem teneritudinem amoris observat, qua eumdem tot benevolentiæ paternæ significationibus excepit, quando frater non aljunde, quam ab invidia excitatus, amorem fratri suo debitum, respectumque & reverentiam communi genitori convenientem prorsus deposuit. Qua de re D. Chrysologus ita scribit: *Pater ergo illius egressus cæpit rogare illum. Cor patris anxium variijs arctatur motibus filiorum; & inter diversos pignorum casus genitoris pietas stupefacta discurrit, quia videt fratrem fratris reditu mox fugari, & salute alterius sibi alterum mox perire, ac mœrorem longum brevi gaudio pensatum, invidiæ livore turbari. O zeli tumor, dum non capit domus ampla germanos.* Merito igitur D. Chrysost. inter alia detestabilia nomina, quibus invidos indigitat, hoc quoque illis imponit, quo ab eo vocantur

Frater prodigi invidit illi reditum ad patrem & illius gratiam.

Chrysol. ibid.

commones quidam inimici & hostes naturæ. Porro id quod Joseph fratribus expositurat, nihil aliud quam somnium quoddam erat, verumtamen quia somnium hoc coronas ei & sceptra prognosticare poterat, hinc ne illis superior evaderet, metuebant, somnium hoc adeo illos ad iram & livorem concitavit, ut ab illo momento concorditer ipsius præcipitium machinati fuerint. Unde Basilius Seleucus ait: *Fratres invidentia surgebant, neque notam ex somnijs pueri sustinebant felicitatem, sed usque ad somnia invidiæ stimulum extendentes, accepta occasione necem meditabantur.* Enimvero quidnam Joseph fratres, qui homines agrestes, armentis & gregibus pascendis assueti erant, magis desiderare debuissent, quam ut quemdam ex fratribus suis regem haberent, qui illos ad prima Regni munera sublimare potuisset? numquid fame mori debuissent, nisi frater ipsorum, dum Vicerex Ægypti erat, illorum necessitatibus abundanter prospexisset? verumtamen invidia hec rationem, nec discursum admittit, dummodo malignitatem suam explere possit, non respicit ad ullam naturæ, aut sanguinis legem. *O excellentem amentiam!* inquit D. Chrysost. *oportebat hoc scientes majorem erga illum benevolentiam declarare, & è medio tollere odij causam, & effugare invidentiæ affectum. Obtenebrati mente, & non videntes quod contra semetipsos omnia faciant, multo majori odio in eum exarserunt. Quare ô miseri & calamitosi tantum declarastis invidiam, non cogitantes neque fraternum vinculum neque quod insommiorum revelatio, manifestam Dei erga illum declarat benevolentiam?* Enimvero tametsi Josephi fratres omni studio fratrem suum venditum fuisse patri suo occultare conati fuerint; persuadentes ei filium suum à fera dilaniatum & devoratum esse, inhumana tamen invidia illorum passionem celare non novit. Siquidem monstrando patri vestem hædi sanguini intinctam eidem dixerunt: *Vide utrum tunica filij tui sit, an non*, quasi hisce verbis eum tamquam fratrem agnoscere omnino renuissent. D. Chrysost. quoque eorumdem fratrum inordinatam passionem considerans ait: *Decuit illum servare potius, quod totius familiæ corona, totiusque generis decus erat futurus. Sed ejusmodi res est invidia, pugnat adversus domestica decora, mavultque lividas innumera perpeti mala, quam videre proximum in pretio habitum, etiamsi gloriæ pars ad ipsum sit permanatura. Quo sanè quid possit esse miserius.* Idem quoque S. Doctor ingeniosè observat, quod eo præcipue tempore; quo Joseph fratribus suis prandium adferebat, ipsi necem ipsius machinati fuerint, unde ait; *Cum vidissent illum procul venientem, ipsisque cibum afferentem, inter se dicebant: Venite interficiamus eum, ac videamus quid sint illius somnia. Ut fratrem non revereatur, neque naturam agnoscat, certe mensam ipsam conveniebat vereveri, ipsumque ministerij officium, quandoquidem alitarus te veniebat.*

Chrysost. to. 6. Eclog. de invidia.

Expenditur livor & invidia fratrū, in Joseph, ob somnia.

Basil. Sel. orat. 8.

Chrysost. in Gen.

3. In fratribus quoque Davidis, si sacrum textum diligenter examinemus, hunc eumdem invidiæ livorem expressum inveniemus. Hi enim sciebant fratrem Esau ex folo livoris motivo Jacob fratrem suum odisse & persecutum fuisse his verbis dicit: *Quod Esau fratri suo inimicus extitit, zelus fuit, nam quia ille benedictionem patris acceperat, hic in odium persecutionis fugabus livoris exarsit, & quod Joseph fratres sui venditerunt, causa vendendi de æmulatione descendit. Postquam id quod sibi in visionibus per spiritum fuerat ostensum, simpliciter ut fratribus frater exposuit, in invidiam malevolus animus exarsit.* Quis item est qui nesciat Aaronem & Mariam contra Moysen fratrem suum, cui proximo sanguine conjuncti erant, livore accensos tanta cum petulantia adversus illum se erexisse, & arroganter murmurasse? *Ipsa Moysen fugavit* (inquit D. Chrysost. de invidia) *Aaron in fratris excitavit injuriam, Mariam maculavit livore germani.*

1. Reg. 17. v. 28. Fratres Josephi ex invidia illum in bello socium habere noluerunt.

1. Reg. 17. v. 14.

Ibid. v. 28.

Chrysost. ho. 1. in Ps. 50.

Chrysost. h. 24. in 2. ad Cor.

6. Apud S. Joannem c. 7. legitur qualiter Salvatorem proximi ejus cognati, qui fratres ejus appellabantur ut ab eis recederent, instigarint: *Dixerant autem ad eum fratres ejus, transi hinc, & vade in Judæam, ut & discipuli tui videant opera tua quæ facis, nemo quippe in occulto quid facit, & quærit ipse in palam esse si hæc facis manifesta teipsum mundo.* At vero credibile hoste Christi cognatos id ipsi persuasisse, quia inde exaltationem & gloriam ipsius secuturam sperarint? Minime hæc illorum mens erat, quinimo omnimodo huic fini contraria, intendebant namque interius (utpote à luce sanctitatis, & infinitæ gloriæ, quam sibi per prædicationem suam, & miracula patrata compararat, perstricti) ipsum in Judæam adeundam, extimulare, siquidem probe noverant quod ibi ei parerentur infidiæ & mors immi-

Cognati Christi ipsi ex invidia insidiabantur. Joan. 7. v. 3.

nenet. Unde Euthym. ait: *Fingunt quidem de bonis suadere tamquam cognati, sinis vero eorum pravus erat ab invidia procedens, conabantur siquidem in Judæam pellicere ut ab illis occideretur qui illum quærebant.*

Euthym. ibid.

7. David olim in Psal. 55. lamentando divinum his verbis imploravit auxilium: *Miserere mei Deus, quoniam conculcavit me homo, tota die impugnans tribulavit me.* Ubi alludit ad c. 21. lib. 1. Reg. v. 12. prout denotatur in inscriptione Psalmi. Alludit quoque ad truculentam quam patiebatur à Satile, persecutionem, quando coactus est salutis suæ tuendæ causa, ad Regem Achis populi Hebræi inimicum confugere, idque non ob aliam causam coactus est facere, quam quia Saül invidus, Davidis applausus & successus prosperos tolerare non poterat. In textu Hebraeo loco *conculcavit me homo* legitur, *aspexit sive intuitus est homo*; quia Saül oculo livido, Davidis, qui pastor ovium fuerat, fœlices progressus, & totius populi, à quo ob victoriam de gigante reportatam in magna habebatur veneratione, applausus considerabat. *Non rectis ergo oculis Saül aspiciebat David à die illa.* At vero dicat aliquis numquid Saül Michol filiam suam Davidi in uxorem dederat? Numquid igitur David eidem cum tota sua familia sanguinis vinculo strictissime conjunctus erat? Respondeo, id torum verum est, verumtamen invidia *naturæ jura confundit.* Licinius à Constantino in consortem imperij assumptus fuerat, data ei in conjugem germana sua sorore, & tamen idem Constantinus contra eumdem Licinium invidia accensus, tolerare non valens, hunc majorem sibi penes populum conciliasse benevolentiam & amorem, variis modis mortem ei machinatus fuit, imo quia illum per orationes Christianorum magis prosperari videbat, truculentissimas adversus illos movit persecutiones, diversos Christianorum Episcopos lanienæ subjiciendo. *Torvis igitur oculis intuebatur Davidem* (ut discurrit S. Athan.) *Obliquis jam inde eum oculis notans. Tales enim sunt invidi, ideoque Scriptura tibi dicit: Oculi tui recta videant, nihil obliquum, nihil lividum. Aspice amicum tuum recte, nihil dissimulanter, nihil virulenter. Sed enim Saül infensis oculis aspiciebat Davidem. Considera mihi quid non struatur; videbat illum magni fieri. Cupiebat illi igitur dare filiam suam in uxorem. Heu mihi qualis tentatio invidiæ; insidiatur ei quem in generum accipit, neque filiæ parcendum putat, ut per speciem magnificæ affinitatis filiæ marito insidietur, & præmium quærit centum allophylorum præputia. Credebat enim se eum in bellum conjecturos esse, centum cum uno congressos facile eum confecturos esse, & ita se à sua anxietate liberatum iri, quo loco, & inimicus vere inimicus erat, & Deus vere Deus. Abit David, & unus centum occidit. Saül autem animadvertens Deum adversario suo opitulatorem ne ita quidem pudore deterritus est, manusque in parandis insidijs pertinax, atque id non contra inimicum, sed bene meritum*; tametsi enim ejus gener esset, ab eo tamen ad mortem persequendo non ob id desistebat, idque ex solo motivo livoris.

Pſ. 55. v. 1. Saül invidus gloriæ Davidis illum persequebatur ad mortem, quamvis sanguine sibi junctum.

Eusseb. in Cat. P.

S. Cypr. de zelo & livore.

Siun. 12. 1.

Chrysost. serm. 48.

8. Geneseos c. 30. Rachel à Jacob conjuge suo sequentem popositse petitionem legitur: *Da mihi liberos, alioquin moriar*; haud secus ac si in mariti sui potestate, & arbitrio ejus fuisset repositæ fœcunditas, in qua sola divina dispositio præcipuam partem obtinet. Plures porro elapsi fuerant anni, in quibus sterilitatem suam numquam ægre tulerat, cumque Jacob ex Lia Rachelis sorore quatuor filios posslideret, nullam habebat lamentandi causam, quasi domus ejus successione caritura esset; & tamen invidia ipsam extimulavit, ut contra sororem pariter & conjugem exasperaretur, dicit enim sacer textus: *Cernens autem Rachel quod infœcunda esset, invidit sorori suæ, & marito: Da mihi liberos, alioquin moriar*, neque mira cuipiam videri debet hæc sororis adversus sororiam fœcunditatem invidia, quia ut eruditus quidam author in summa sua de invidia differens ait: *Facit hominem penitus immisericordem, quæ non parcit patri, fratri, amico, nec innocenti.* Denique quis nescit Absalonem in rebellionem egisse populum Israëlis, armisque suis Davidem patrem suum fuisse aggressum, anhelus ad eripiendam ei vitam pariter & sceptrum, ejus fortunæ invidens? Plinius de animalibus etiam ferocissimis ita scribit: *Leonum feritas inter se non dimicat. Serpentum morsus non petit serpentes, nec maris quidem belluæ & pisces nisi in diversa genera sæviunt; at mehercule hominis plura ex homine sunt mala*; quod considerans D. Chrysost. in homil. quadam ait: *Ferarum indigentes vel à nobis nyttitate adversum nos armantur, inimici vero beneficijs affecti benemeritos maleficijs prosecuti sunt.*

Gen. 30. v. 1. Rachel soror. Liæ invidet fœcunditatem.

Ibid.

Alex Angl. sum. p. 7. c. 2. n. 2.

Plin lib. 7. nat. hist.

Chrysost. ho. 44. ad pop.

DISCUR-

DISCURSUS IV.

ARGUMENTUM.

Licet invidus per vitium hoc vitam sibi abbreviet, attamen cum dispendio propriæ salutis & boni publici, benefactori suo malum machinari non curat.

THEMA.

Zelus & iracundia minuunt dies, & ante tempus senectam adducet cogitatus. Eccli. 30. ℣. 26.

Invidia abbreviat vitam. *Hug. Cardin. Prov. 17. 22.*

1. INvidia, teste Ecclesiastico, vitam abbreviat & intempestivos accelerat canos & senectutem; hinc Hugo Card. hunc textum ita explicat: *Zelus invidiæ minuet dies vitæ præsentis ad litteram.* Idque probat ex illo Proverbiorum textu, *Spiritus tristis exsiccat ossa, & ante tempus determinatum à natura senectam adducet.* Hoc enim vitium, ut in discursu I. diximus, in tristitia & melancholia consistit, qua quis propter bonum affligitur proximi. Unde & iis dem Proverbijs dicitur: *Putredo ossium invidia.* *Prov. 14. 30*

Luc. 15. 25. Frater filij prodigi ipsi invidet, fœlicem reditum, & sibi ipsi abbreviat vitam. *Chrysol. ser. 4*

2. S. Lucas majorem natu filium illius patrisfamilias, qui tanta cum benignitate filium prodigum reducem exceperat, nobis repræsentare volens inquit: *Erat autem filius ejus senior in agro.* Quo titulo hic afficitur, quia credibile est, eum propter livorem & invidiam, immaturam induisse senectutem; ac proinde D. Chrysol. inquit: *De junioris filij reditu & salute gaudentes, seniori flebiliter pandimus & dolemus invidiam, qui summam frugalitatis bonum extremo zeli malo perdidit & livoris.* Et quidem ipsa nos docet experientia veritatem præsentem, siquidem passioni huic immersi, pallidi, extenuati & maciesenti esse solent; propter quod S. Basilius inquit: *Ipsò fatentur ore hoc virium invidi, aspectus est illis aridus, gena subrustis, & cava, supercilium demissum.* Unde & forsitan Syriaca versio loco *putredo ossium* legit *tinea ossium invidia*, sicuti enim tinea rodit consumitque granum delicatius, ita invidia medullas rodit, consumitque & ossa invidi. *S. Basil. ho. de invid.*

3. *Zelus & iracundia, &c.* Nazianzenus sequens de invidia perhibet testimonium dicens: *Solis ex omnibus affectibus iniquissimus simul & æquissimus est invidia.* Cujus primam asserti partem quod concernit, probavimus supra; sed qualiter titulus æquissimi ei competere potest? respondet idem Sanctus: *Iniquissimus quia bonis omnibus adversus est; æquissimus, quia Dominos suos exedit & conficit.* Quod & S. Gregor. Nyssenus de invidorum oculis tractans confirmat his verbis: *Oculi aridi, intra palpebras tabidas & attenuatas recidentes, supercilium contractum ossa loca carnium translucentia.* Emblemata Alciati invidiam sub tali nobis exhibent figura. Mulierem exprimunt ætatis maturæ, maciesentam, extenuatam, oculos habentem lividos, propriumque rodentem cor, & carnes suas viperinas, spinoso innixam baculo, manuumque punctoris sepsam dilacerantem. Ponderatione quoque dignum est quod S. Bonav. de hac pestilentiali passione differens ait: *Facit hominem pentius infelicem, inquit, de bonis aliorum affligitur, & de melioratione deterioratur de profectu deficit, de pinguedine macrescit, de sanitate infirmatur.* Ex vultu autem exteriori, ut S. Gregor. ait: in putredinis interioris notitiam devenire possumus: *Cum enim devictum cum livoris putredo corrupent ipsa quoque exteriora indicant, quam graviter animum vesania instigat. Color quippe pallore afficitur, oculi deprimuntur, mens accenditur, & membra frigescunt, sit in cogitatione rabies in dentibus stridor, cumque in latebris cordis crescens absconditur odium, dolore exco tenebrat conscientiam vulnus inclusum.* Quod ut verum esse fatear, speculemur nonnihil primum invidum, Cainum videlicet, illum namque videbimus ambulantem vultu in terram demisso, fronte corrugata, supercilio dejecto, membris contremiscentibus, præ pavore & continua cordis formidine. Dicit enim sacer textus: *Concidit vultus ejus. Dixitque Dominus ad eum: Quare iratus es? & cur concidit facies tua?* ubi Rupert. Abbas ait: *Ira in odium versa trabali pondere declinavit in terram, vultum, & oculos ejus.* Infirmitates porro quæ corpora nostra affligunt, abbreviantque annos vitæ nostræ numquam voluntariæ esse solent, sed semper invitis accidunt: Invidia autem morbus est exitiosus, & tamen à propriæ voluntatis nostræ malitia dependet; invidus enim torvo oculo alterius aspicit felicitatem, seque inde affligit, nec quidquam curans proprium malum, quod inde consequitur.

Nazianz. orat. 27. Quomodo invidia dicatur affectus æquissimus.

S. Gregor. Nyss. lib. de beatit. c. 7. Alciat. Emb. 71. Emblema invidiæ.

S. Bonav. in dicta salut. tit. 1. cap. 4.

S. Greg. lib. 5. mor. cap. 31. Effectus invidiæ enumerantur.

Qui apparuerunt in Caino.

Gen. 4. v. 6.

Rup. lib. 4. in Gen. c. 3.

4. Saül Rex aulicis suis circumstantibus dolenter dicebat: *Non est qui vicem meam doleat ex vobis.* At vero quidnam erat quod regem hunc premeret, de quo lamentabatur. Quin potius hilari & jucundo animo esse debeat, is namque qui antea velut agasso asinos sequebatur, nunc in Regio Israëlis throno gloriose considet; & tametsi Philisthæi se contra eum erexerint, ut diaderna è capite ejus eripiant, habebat tamen Davidem qui Goliathum prostraverat, quique eum in pacifica Regni sui possessione stabiliverat. Forte dices, dolorem ejus in hoc positum fuisse quod videlicet à dæmone possideretur & agitaretur continuo; verumtamen licet hoc quidem verum sit, David tamen plectro cytharæ suæ illum confestim in fugam agebat. Unde igitur hæc procedebat ejus tam vehemens afflictio? profecto non aliunde quam ab invidia, qua contra Davidem extimulabatur, qui tametsi benefactor, imo Redemptor ipsius esset, ejus tamen pro viribus mortem continuo machinabatur. At vero numquid David is erat, qui eum toties à Philistæorum strage eripuerat? regnum ejus solidaverat? contra inimicos omnem ei procuraverat securitatem? à malignorum spirituum vexatione liberum & immunem sæpius reddiderat? Vera quidem sunt hæc omnia; at vero invidus suipsius est inimicus, nec quidquam facit omnem suam salutem omnemque bonum suum, dummodo personam ejus cui invidet depressam videat. *Horrenda res est invidia*, inquit D. Chrysost. *Horrenda inquam, ac propriam salutem aspernari persuadet. Saül qui pravum dæmonem adversus animam suam acceperat, cumque accersivisset medico rursus invidebat.* Ubravit in illum lanceam suam, ut necem ei inferret, eligens potius torqueri à Diabolo, quam ab invidia, quæ causa ipsi erat, ut applausus & existimationem æmuli livido semper oculo aspiceret. *Ea enim invidiæ natura est, norat se ab eo servatum, malebatque perire, quam eum à quo salutem accepisset florentem conspicere.* Nullus est, qui dum à spasmis & doloribus excellivis penosæ & atrocis cujuspiam infirmitatis cruciatur, ad se ab illis eximendum, non libenter se subjiciat medici sectionibus, ferro item & igni, potionibus amaris, siccis balneis, cunctisque alijs quantumvis dispendiosis & dolorosis remedijs, quia novit quod sibi liceat inde sperare salutem. Quousque exiitimatis excreviisse pœnam quam Saül intra viscera sua experiebatur, quando à spiritu maligno infernali continuis agitabatur infestationibus, certe dolor hic taurus erat, ut majorem vix esse crederet, & tamen cum Davidem juxta se haberet, qui cytharam plectro suo tangendo, ab excessivo dolore illo eum confestim liberare poterat, minorem tamen in his cruciatibus se dolorem experiri credebat, quam erat ille, quem experiebatur quando Davidem in omnibus prospere agere videbat; *Malebat perire, quam eum à quo salutem accepisset florentem conspicere.*

1. Reg. 22. 8. Expenditur invidia Saülis contra Davidem, qua summe excruciabatur.

Chrysost. ho. 14. in 2. ad Cor.

5. Antoninus notam quamdam recenset historiam, aptissimam tamen ad demonstrandam invidi adversus eum, cui invidet, malignitatem, licet hanc quoque cum propriæ salutis dispendio exercere debeat. *Invidus vult potius aliquo bono carere cum alijs, quam ipsum habere communiter cum alijs, ad quod facit quod dicit Horatius: Invidia Siculi non invenere tyranni tormentum majus, ubi tangitur quædam historia*, cujus factum omnibus notum S. Archipræsul hisce terminis recenset. Cum enim in aula principis cujusdam Siculi duo essent milites, quorum unus invidus erat, alter vero avarus, ambo vero omnibus hisce criminibus noti, princeps die quadam se cum aulicis suis recreare volens, ambos ad se accersiri facit, & conspectu omnium eorum sibi præstita beneficia magnificans, eademque grato animo remunerare volens, illos à se petere jussit, quidquid vellent, paratum enim se ad eorum desiderijs satisfaciendum ita tamen, quod postquam primus pro voto accepisset petita, alter eadem duplicata reciperet. *Tacebant ambo, & nullus nolebat esse primus, nam cogitabat avarus, si jam primus, reciptam minus quam si essem secundus, cum duplum sit et promissum, quam primo postulami. Cogitabat invidus, si primus respondeo iste socius meus plus me recipiet, numquam hoc pateretur animus meus; potius nolo dimittere petitionem meam, & consecutionem alicujus boni, cumque inter se disceptarent, & alter alterum præponeret in petendo, demum voluit dominus quod invidus esset primus in petendo. Cœpit iste cogitare intra se, quid petere possim, ut iste socius meus non excedat me in donis? Si petam unam vestem vel equum, iste duos habebit; si mille florenos, iste duo millia, si totum castrum, iste unam civitatem obtinebit. Sustinere hoc non possum;*

Mirabilis historia invidi & avari.

S. Anton. p. 2. tit. 8. c. 1. §. 2.

possum, potius volo eligere aliquod malum pati, ut ipse in deplo habeat, quam obtinere bonum, in quo ipse me superet. Dixit ergo: Domine mi, ego peto ut unus oculus mihi eruatur, & sic socio duo extrahantur. Quid inde factum? si non dicitur, sed bene fuisset invido factum ut uno oculo ezulsò, socius evasisset illæsus, ex quo tam diabolica conditio fuit in eo. Profecto si huic invido res pro voto succesisset, majus quidem damnum æmulo suo procurasset, quam sibimetipsi, illud tamen magno ipsi pretio constitisset, nimirum unius oculi carentia; verumtamen secundum regulam ordinariam invidus omne malum sibimetipsi infert, quando occulto veneno suo nullum potest proximo adferre nocumentum; nam ut

S. Zeno ser. de livore, & invidia. S. Zeno ait: *Nemo tristitia imminuere bona proximi potuit, æmulans tamen sæpsum tabe conficit invidia.* Lyranus super c. 3. Gen. post relatam prædictam historiam subjungit: *Sic dæmones tentant ex invidia homines, licet non ignorent eorum pœnam in futurum crescere ex eorum damnatione.*

Lyran. in 43. Gen.

Principes Babylonis ex invidia machinantur Danieli mortem.

6. Nullus inficiari poterit, quin salus publica consequenter in salutem redundet hominum privatorum; hoc tamen invidus parum curat, dummodo propriam passionem explere possit. Quis est qui nesciat, quam utilis Daniel populorum regimini, deque monarchia Babylonica benemeritus fuerit, dignus proinde erat, ut consiliarij Regis Babylonijæ per ejus interpositionem à morte liberati, quando somnium Regis explicare non valentes, mortis pœna suam luere debebant ignorantiam, debitam ei pro receptis beneficijs exhiberent gratitudinem, at longe secus accidit, nam quia Daniel apud Regem acceptissimus erat, cunctisque alijs in dignitate præferebatur, omnes unanimiter in machinandum ei præcipitium conjurarunt. Qua de re Lyranus ita scribit: *Ponitur livor ex parte principum, qui solet vigere in curijs magnatum, & quia invidus semper quærit occasionem contra innocentem, ideo quærent contra Daniel. Porro Rex cogitabat constituere eum,* ut sacer textus ait: *Super omne regnum; unde principes, & satrapæ quærebant occasionem ut invenirent Danieli ex latere Regis, nullamque causam, & suspicionem reperiri potuerant, ea quod fidelis esset, & omnes culpa, & suspicio non inveniretur in eo.* Dixerunt igitur ad invicem: *Non inveniemus Danieli huic aliquam occasionem, nisi forte in lege Dei sui.* At vero quidnam hoc loquendi modo significare volebant, nam forte Prophetam accusare de aliqua transgressione in divinarum legum observantia? nequaquam, quin potius verba hæc insinuabant eum in cultu Dei sui fuisse exactissimum; hoc autem erat quod ad invidiam eos extimulabat; *Tunc principes & satrapæ surripuerunt Regi, & sic locuti sunt ei.... Consilium inierunt omnes principes regni tui,... ut... exeat edictum, ut omnis qui petierit aliquam petitionem, à quocumque Deo & homine, usque ad triginta dies, nisi à te Rex, mittatur in lacum Leonum.* Quod decretum licet eo tendere videretur, ut per illud adularentur regi, utpote quem pari cum Deo loco constituebant, attamen præcipuè ad hoc ordinabatur, ut Danielem proturbarent in lacum leonum, sciebant enim Danielem non propter hoc omissurum solitas ad Deum suum preces effundere, quemadmodum antea facere solitus erat. Audistisne unquam stultiorem hac resolutionem, verumtamen non est quod admiremini, siquidem invidia sensatiores resolutiones dictare non novit.

Ibid. v. 6.

Ibid. v. 7.

7. D. Chrysostomus Pharisæos considerans, eorumque malignitatem adeo impiam, ut Christum velut dæmoniacum calumniari non erubescerent inquit: *Quamvis valde impudens illa calumnia erat, cum videntes non considerent quid dicant, sed quadquid in buccam venerit proferant.* Idem quoque in casu nostro asserere possumus, scilicet *invidentes non considerant quid faciunt.* Numquid si per triginta dies pluvia, serenitas, sanitas, & propriæ cœli influentiæ necessariæ fuissent, numquid inquam Darius super elementa, super salutem publicam vel privatam dominium & authoritatem habebat? nequaquam; sed invidus flocci facit, modo suam impleat passionem, ruinam Reipublicæ & salutis propriæ exterminium. Sacros inter expositores dubium non est quin parabola de nuptijs à Christo adducta, reprobationem prætenderit populo Hebræo; in cujus locum gentiles subsitituendi erant, figurati in illis qui deficientibus primis invitati fuere, quando servis suis jussit rex: *Ite ergo ad exitus viarum, & quoscumque inveneritis vocate ad nuptias.* Sed quale supplicium reportavit Judaismus. *Rex cum audisset iratus est, & missis exercitibus suis perdidit homicidas illos, & civitatem illorum succendit.* Quod exterminium juxta Lyranum accidit sub Vespasiano. Et nihilominus si hanc desolationem in una bilancis parte, & in altera collocare voluerimus invidiam, quæ populum illum rodebat, eo quod nos gentiles nuptijs illis adesse turi, id est, divinum beneficium participaturi essemus, hæc tristitia magis eos, quam dicta cruciavit ruina, dicente Chrysost. *Itaque quoniam crebro dicebat quod meretrices & publicani cœlos hæreditabant, sicut quæ primi ultimi, & ultimi primi; id juste fieri demonstrat. Hoc quippe maxime omnium Judæos vexabat, & multo magis quam ipsius urbis ruina illos mordebat, quia gentes introduci jam audiebant.*

Chrysost. ho. 70. in Matth.

Chrysost. in Matth. Invidia totius Reipubl. ruinam flocci facit, dummodo suum affequatur intentum.

Potest ex Judæis gentibus invidis.

Matth. 22. v. 9.

Ibid. v. 7.

Lyran. ibid.

8. S. Ambrosius Sanctorum adhuc viventium, qui suis apud Deum intercessionibus divinæ justitiæ flagella à populis avertunt, Patrocinium considerans, ait: *Magnus murus patriæ vir justus, illius nos fides servat, justitia ab exeidio defendit:* Et tamen S. Stephanus invidis exprobravit Judæis inquiens: *Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri?* Et licet de eodem S. Stephano attestetur S. Lucas, quod *faciebat prodigia & signa magna in populo, viderunt faciem ejus tamquam faciem angeli, non poterant resistere sapientiæ & spiritui qui loquebatur.* Quis est qui licet invidi Hebræi S. Stephanum Deo in distribuendis donis gratisque cœlestibus adeo liberali acceptissimum esse scirent, per invidiam tamen excæcati, *stridebant dentibus in eum,* eumque vivum sub lapidibus sepelebant. Circa quod proinde factum S. Augustinus, ita discurrit: *Videt Jesum stantem ad dexteram patris, videt ut non taceret. Non illi videbant, sed invidebant, & ideo non videbant, quia invidebant.*

Judæi ex invidia S. Stephanum occiderunt.

S. Ambr. l. 1. de Abrah. c. 6

Act. Ap. 7. 52

Act. Ap. 6. 8.

Act. Ap. 7. 54

S. Aug. ser. 94. de diver.

9. De iisdem Hebræis alibi loquens Apostolus ait: *Si enim cognovissent numquam Dominum gloriæ crucifixissent.* Sed qualiter propositio hæc cum illa ejusdem Christi apud S. Matthæum in parabola adducta protestatione concordat: *Hic est hæres, venite occidamus eum?* Et in S. Joanne idem Redemptor inquit: *Si non venissem & locutus non fuissem eis, peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent de peccato suo.* Respondet itaque Leo Imperator verbis sequentibus ad nostrum accommodatissimis propositum: *Heredem esse fassi invidia cæci, gloriam ejus non intellexerunt, non cognoverunt, quia cognoscere noluerunt, tota cogitatione ad invidiam conversa.* Nescio si quando seriem observaveritis historiæ Evangelicæ à S. Joanne contextæ; qui S. Evangelista postquam celebre resuscitationis Lazari commemorasset miraculum, immediate indilateque subjunxit dicens: *Multi ergo ex Judæis, qui venerant ad Mariam & Martham, & viderant quæ fecit Jesus, crediderunt in eum. Quidam autem ex ipsis abierunt ad Pharisæos, & dixerunt eis quæ fecit Jesus.* Sed quid hos ipsos resolvisse putatis? *Collegerunt ergo Pontifices & Pharisæi Concilium.* Forsitan ad ventilandum an Christus promissus esset Messias, juxta Concordantiam scripturarum sacrarum, vaticiniorum, miracula, prædicationem, vitæque suæ sanctitatem? Forsitan ad instituendum processum pro justificando miraculo? nihil horum, quid igitur; dicebant: *Quid facimus quia hic homo multa signa facit?* Ubi Salmeron ita scribit: *Alibi petunt signa, ut credant, dum dicunt, Quod ergo tu facis signum, ut videamus & credamus tibi?* Joan. 6. *unum signum confidentur, & propter illa Christum perdere conantur.* Paulo ante confessi fuerant dicentes: *Christus cum venerit numquid plura signa faciet?* Nicodemus quoque Synagogæ princeps vir in scripturis sacris versatissimus confessus fuerat dicendo? *Scimus quia à Deo venisti magister, nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo;* & tamen ex omnibus hisce mortis ipsi inferendæ deduxerunt consequentiam, timentes ne Romani Jerosolymam devastarent; cum tamen indubitatam stabilire debuissent conclusionem omnino contrariam, quia ut in Ezechiele legimus, postquam in ossa & crania mortuorum per agrum dispersa spiritus Dei ingressus fuisset, omnes mortui, quorum ossa hæc erant, resuscitati fuerunt, formarunque ingentem quemdam exercitum: *Steterunt super pedes suos,* inquit sacer textus, *exercitus grandis nimis valde;* persuadere igitur sibi poterat, quod Christus eadem voce, qua resurgere fecerat Lazarum quatriduanum, vitam quoque omnibus defunctis restituturus fuisset, ut eosdem in defensione Jerosolymæ armaret, *Si exsurgat adversum me prælium* dicebat David: *in hoc ego sperabo:* Cum igitur Christus, quot vestigia Judææ solo impressit, quando *pertransiit faciendo,* totidem illos bonis cumulavit, cum illa quinque hominum millia quinque duntaxat panibus paverit, cum infir-

Joan. 11. 47. Salm. 10. 8. 11. 53. Joa. 6. v. 30. Joan. 7. v. 31

Quod etiam in alijs Christi miraculis, stultè fecerunt.

Joan. 3. v. 2.

Ezech. 37. v. 10.

Leo Imp. orat. de cruce apud Greg. Tho. ser. 10. 2.

Audito miraculo resuscitationis Lazari, invidia tabescebant in Christum.

Joan. 11. v. 45. & 46.

Ibid. v. 47.

Ps. 26. v. 3.

Act. Apost. 10. 38.

mos cujuscumque generis infirmitatibus obnoxios sanarit, cum elementis imperarit, cum denique se vitæ & mortis Dominum & moderatorem esse ostenderit, quidnam amplius in hoc & in alio mundo desiderare poterant, ut fortunati & fœlices essent ? & tamen ex propria invidia excæcati, elegerunt potius perire, quam in Salvatorem & benefactorem suum lividos oculos suos defigere. *Amor æmulationis suæ facibus ardebat*, inquit S. Gregorius *cum Redemptoris nostri signa conspiciens per quosdam suos dicens : Quid facimus, quia hic homo multa signa facit ? vel certe videtis, quia nihil proficimus, ecce totus mundus post eum abiit. Videbant unde converti debuerant ; quærebant extinguere ; quem cernebant mortuos vivificare.* Apud S. Matth. cap. 12. similiter legitur ; quod cum Christus claudum quemdam sano gressui restituisset ; Pharisæi simul congregati fuerint, ut de inferenda ei morte inter se consultarent. Cum tamen potius in ejus se sequelam recipere, eumque ardenter rogare debuissent ; ut se erga illos semper beneficum exhibere continuaret ; *Exeuntes autem Pharisæi*, inquit Evangelista *concilium faciebant adversus eum, quomodo perderent* ; scitisne causam ? inquit D. Chrysost. *multo magis aliena gloria offendit invidos, quam proprium damnum ; collata beneficia magis irritabant.*

S. Greg. lib. 28. mor. c. 19

Matth. 12. v. 14.

Chrys. ho. 22. in Joan.

DISCURSUS V.

ARGUMENTUM.

Invidia Judæorum contra Christum, cujus varias persecuti sunt actiones, semper obstinatissima fuit.

THEMA.

Duxerant illum usque ad supercilium montis, super quem civitas illorum erat ædificata, ut præcipitarent eum. Luc. 4. v. 29.

Nazarenorũ invidia in Christum major fuit quam illa diaboli.

1. QUousque livoris rabies ascendat, ex hac historia Evangelica facile deduci potest, in qua aperte videtur, quod Nazareni per invidiam exasperati, longe plus circa Christum, aut fuerint tentare, quam ipsemet Satan facere præsumpserit, hic enim ausus non fuit Salvatorẽ ex pennaculo templi deorsum deturbare, sed solum ei persuasit dicens : *Mitte te deorsum* ; at vero Nazareni illum ex monte præcipitare cum jam statuerant ; nisi se per miraculum invisibiliter ab eorum oculis proripuisset. Unde S. Bonav ex V. Beda inquit : *Quod ille tantum dixit verbo, mitte te deorsum, hoc illi conati sunt facto.*

Matth. 4. 6.

V. Beda à S. Bonav cit.

Luc. 4. v. 29. Dion. Carth. ibid S. Ambr. in cat. lib. 4. in Luc. 4.

2. Alia quadam vice Salvatorem à civitate pellere non dubitarunt : *Ejecerunt illum extra civitatem*, id est ut Dionysius Carth. inquit. *Tamquam reum mortis irreverenter expulerunt.* At vero quodnam erat præcipuum hujus impietatis motivum ? S. Ambrosius dicit : *Non mediocriter autem invidia proditur, quæ civicæ charitatis oblita, in acerba odia causas amoris inflectit, cum enim ipse Dominus per populos beneficia diffunderet, illi injurias irrogabant.* Enimvero tametsi Judææ præses solum de passione & morte Christi locutus fuerit quando ait : *Sciebat enim quod per invidiam tradidissent eum*, attamen si totum vitæ Christi decursum consideraverimus, inveniemus utique quod major persecutio quam invidi Hebræi adversus Christum sine intermissione moverunt, fuerit illa quæ ex livore invidiæ processit. In Psal. 138. David in persona Redemptoris æterno ejus patri dicit : *Tu formasti me, & posuisti super me manum tuam, mirabilis facta est scientia tua ex me.* Quibus verbis æterno patri suo gratias agit, quod se incarnatione omnibus divinarum gratiarum thesauris, præferenda locupletarit. Observat autem S. Bruno verba illa *tu formasti me*, idem significare, ac si diceret : *Tu formosam fecisti me ; quia speciosus erat forma præ filijs hominum.* Quid igitur mirum si subito subjungat, *forsitan tenebræ conculcabunt me, id est concepi apud me, quod tenebræ conculcabunt me in mortem, invidia formositatis.*

Ps. 138. v. 5.

Psal. 44. v. 3. S. Bruno ibid.

Christum vix natum, invidi Hebræi persecuti fuerant.

3. Vix Redemptor noster in Bethlehem natus fuerat, cum ecce post adventum trium regum Orientalium, qui ad præstandum Redemptori servitutis homagium, ductu prodigiosæ illius in cœlo comparentis stellæ, accesserant, Herodes subito præ invidia quasi crepans, per cruentam illam innocentium stragem, mortem quoque Redemptori machinari statuit, unde æternus pater, ut filium suum ab ejus furore eriperet, angelum è cœlis ad Josephum destinavit, qui his eum verbis moneret : *Surge, & accipe puerum, & matrem ejus, & fuge in Ægyptum.* Porro Ægyptus regnum quoddam erat, præ cunctis alijs mundi nationibus superstitionibus falsorum numinum quam maxime deditum ; unde Poëta ille cecinit : *O sanctas gentes quibus hæc nascuntur in hortis numina !* siquidem ipsos quoque è terra in hortis nascentes porros & cæpas adorabant. Pharao quoque Rex regni illius, Arbitram se esse manifeste declararat dicens : *Nescio Dominum.* Cur igitur æternus pater ad unigenitum suum à furore Herodis eripiendum, eumdem ad populum illum destinavit, cujus multis ante sæculis, omnes primogenitos occiderat ; quemque decem illis horrendis plagis afflixerat, & in mari rubro inter undas submerserat ? non est dubium quin idipsum, summa cum sapientia factum fuerit. Cum enim Herodes invidiæ stimulis agitaretur, meliorem censebat futurum esse filij sui conditionem, inter Ægyptios, implacabiles Dei inimicos degere ; quam si moraretur intra invidi, ficti & stimulati hujus Regis barbaras manus, nam ut S. Paschasius de hoc rege ait : *Simulato odio ac invidia Christum persequebatur.* Exinde vero in Herode, qui Rex Judæorum erat, Hebraismi advers̃us filium Dei invidia se manifeste detexit. S. Gregor. super illa verba Canticorum : *Lampades ejus lampades ignis atque flammarum* ; hunc Judæorum livorem his verbis reprehendit : *Sicut ignis quæ incendit, consumit, sic Judæos omni fidei virtute invidia sua destruxit ; de quibus bene alibi dicitur : Et nunc ignis adversarios consumet, ac si diceretur : Antequam ad æternum ignem veniat, in præsenti consumuntur, quia in seipsis ignem invidiæ portant, qui sine portantis combustione non portatur.* Porro hoc Judaismi venenum in variis Salvatoris actionibus se dispersisse invenimus, si historiam Evangelicam percurramus, quod tandem in eam usque malitiam ascendit, ut Judæos ad inferendam Christo acerbissimam mortem extimularit. Unde D. Chrysologus postquam multa hujus vitij mala recensuisset, quibus genus humanum damnificavit, tandem in hæc verba concludit, *ac ne multis, quod pavet mens, quod visus tremit, quod auditus non capit, ipsum Christi attendit & pervenit ad sanguinem.* S. Antoninus sequentibus considerationibus Pharisaicam aggravavit malignitatem, dicit enim : *Bona spiritualia ex hoc quod pluribus communicantur, non minuuntur, sicut patet de scientia & virtutibus ; sed bona temporalia communicata utique minuuntur, sicut patet in divitijs. Nam ex hoc quod unus qui habet centum florenos, alius non potest habere, nisi sibi subtrahantur, & ita gloria mundi circa aliquid, cum unus habet, alius non habet, vel non ita magnum. Si quis autem scientiam suam communicat discipulo, nihil ex ea ipse amittit, sed magis proficit, & ex hoc Scribæ & Pharisæi invidebant Christo, quia ex virtute sua & doctrina magis in honore & fama erat quam ipsi, propterea dicit : Zelus domus tuæ comedit me, id est invidia, Scribarum & Pharisæorum & Sacerdotum comedit me.*

Exod. 5. v. 2. Voluit Deus pater filium suum vix natum potius inter Ægyptios idololatras, quam invidos Hebræos commorari.

S. Paschas. lib. 1. in Matth.

S. Greg. in Cant. 8. 6.

Invidia Judæorum in varias Christi actiones exarsit.

Chrysol. ser. 48.

S. Antonin. p. 2. t. 8. c. 1. §. 2.

4. Timotheus presbyter Jerosolymitanus in oratione quadam sanctissimam virginem introducit, querulis verbis cum filio agentem, quando remansit in templo, cum Doctoribus, cum stupore & admiratione audientium disputans. Ita enim in persona virginis loquitur : *Cur pro sapientia Doctore te geristi cur invidiam adversum te concitas ? cur me liberis orbare vis ? ecce ardentibus oculis te utique aspiciunt, jam dentibus suis stridunt, tamquam feræ bestiæ, quæ adversus agnum tenerum moventur.* Cum Salvator noster die quadam, ut paulo ante diximus, in Nazareth patriam suam venisset, in synagogam ingressus est, ut eos edoceret : *Et venientes in patriam suam docebat eos in synagogis eorum, ita ut mirarentur.* At vero existimatis ne hanc admirationem ex reverentia & respectu ejus fuisse conceptam ? si id creditis, magnopere erratis, ac proinde audite D. Chrysol. dicentem : *Evangelista hodie Judæorum erga Christum prodituras injurias, sic cæpit : Venit, inquit, Jesus in patriam suam &c. non sic nubes cæsum, non diem, solem, caligo, quomodo mentem cæcat & tenebrat invidia. Livor hoc Judæus probat, qui Christi sapientiam miratur, virtutes stupet, attollit dicta, suscepit opera, & tamen ne in ipso videatur divinitas, Deitas sentiatur, carnalium parentum nomina commovet, & divulgat. Mirabantur indignatione, non gratia ; stupebant livore, non laude.* Etenim sese mutuo aspicientes, ad Christi gloriam obscurandam, cum contemptu dicebant : *Nonne hic est fabri filius ? Nonne mater ejus dicitur Maria, & fratres ejus Jacobus, & Joseph, & Simon, & Judas ? Et sorores ejus nonne omnes apud nos sunt,... Et scandalizabantur in eo.* Hic autẽ livor, ut audistis, ad machinandam ei mortem illos protraxit, dum ad eum præcipitandum conabantur, sub prætextu zeli & religionis occul-

Tim. orat. de occursu Domini to. 4 in Bibl. vet. Patrum.

Nam exarsit in ejus doctrinam. Matth. 13. v. 54.

Chrysol. ser. 48.

Vilipendebant ipsius Parentes, ut ipsum vilificarent. Matt. 13. 55. 56. & 57.

occultando invidiam, & extrinsecus simulando ac si eum punirent tamquam Blasphematorem. Unde Toletus ait : *Responderi potest, vere illos invidia commotos fuisse, ut hæc facerent, prætexuisse tamen blasphemiam ; quod se Christum & Messiam prædicaret.* Porro vitium hoc ut plurimum inter personas domesticas & familiares vigere solet. Unde S. Zeno ita scribit : *Non Ægyptio invidet Scytha, aut Britanno Indus æmulatur, sed unusquisque gentis suæ hominibus & contribulibus invidet, & ignotis quibusque, sed vicinis, & proximis, ac familiaribus suis, imo, vero his, qui vel artificij ejusdem ; vel officij, vel operis existunt. Armat etiam proximas ætates morbus invidiæ, nonnumquam & in propinquo sanguinis, atque inter ipsa sæpe fraternæ germanitatis jura grassatur.*

Tolet. in Luc.

S. Zeno serm. de livore & invid.

Joan. 1. v. 19. Quo sine Judæi obtulerint S. Joannis Messiatũ.

Joan. 7. v. 48.

5. Quonam sine Judæos motos fuisse existimatis, ut solemnem illam ad præcursorem dirigerent legationem ? nimirum Christum secundum apparentiam externam ex gente paupercula natum esse sciebant, videbant illum cum plebeis indifferenter conversantem, unde dicebant : *Numquid ex principibus aliquis credidit in eum ? sed turba hæc &c.* Videbant itidem illum quotidie in officina autem fabrili exercentem cum Joseph nutritio suo ; unde ajebant ; *Nonne hic est fabri filius ?* Ex alia vero parte considerabant, quod Baptista summi Sacerdotis esset filius ; quodque in desertis Judææ tanta cum austeritate viveret, ac proinde sublimem illam Messiatus dignitatem ex parte Concilij Synedrim, quod præcipuum erat, ei offerebant, ut populum hac ratione à Christi sequela retraherent. Toletus vero ex D. Chrysostomo ita scribit : *Judæos non esse motos opinione aut suspicione ulla, qua Joannem Christum esse suspicarentur ; sciebant enim non esse Christum, sed odio potius, quo Christum persequebantur, & inde erat ut ægre ferrent, quod Joannes sibi Christum præponeret.* S. quoque Chrysostomus eamdem hanc ponderans legationem ait : *Grave vitium invidis est, grave & exitiosum ; non his quibus invidetur, sed ipsis invidentibus ;* quam porro hæc passio miseros illos exagitarit, ex sequentibus jam jam subjungendis plenius colligi potest Evangelicis historijs.

Matth. 13. v. 55.

Joan. 8. 44.

Joan. 8. v. 59

Tolet. in Joan. 1.

D. Chrysost. hom. 15. in Joan.

6. Teste S. Joanne Christus aliquando flagellum, assumens in conspectu omnium, Pharisæos, Sacerdotes, omnesque alios templi profanatores percutere cœpit, & tamen nullus eorum ad vindictam provolavit, sed interrogarunt dumtaxat dicentes : *Quod signum ostendis nobis quia hæc facis ?* in alijs autem occasionibus quando Christus coram ijsdem miracula patravit, ad invicem congregati concilia instituerunt, ad machinandam mortem & tendendas Salvatori insidias, prout ex c. 12. S. Matthæi & 11. S. Joan. clare patet. Quænam vero tantæ hujus differentiæ ratio ? D. auscultate Chrysostomum dicentem : *Cur Judæi, qui in collatis beneficijs Christum accusabant, & persequebantur, cum credibile esset tam gravi castigatione gravius excandescere, non adeo inique animo tulerunt ? nulla enim in eum contumelia usi sunt, sed quod signum, inquiunt, ostendis nobis, quia hæc facis ? Animadvertis invidiam incredibilem, & quonam pacto in altos collata beneficia eos magis irritabant.* Et in alia quadam homilia idem sequentem hanc instituit ponderationem dicens : *Et stupebant dicentes : Numquid hic est filius Davidi ? Pharisæi audientes dixerunt : Iste non ejicit dæmones nisi in Beelzebub principe dæmoniorum. Et certe nihil magni turbæ dixerunt, & tamen nec illud pati potuerunt, adeo, quemadmodum me dixisse memini, beneficijs aliorum, ceu acerbo morsu exagitantur.* Quod namque verbum magis eos exagitare poterat, quam ipsos dæmonis filios nominare : *Vos ex patre diabolo estis & desideria patris vestri vultis perficere.* Pessimam, quam habebant eum interficiendi intentionem ijs detexerat, & nihilominus ad hanc ijs factam exprobrationem nihil prorsus commoti sunt : ast vero quando Christus dixit : *Antequam Abraham fieret ego sum.* Mox in rabiem acti ad lapides convolarunt, Christum oppressum, nisi se abscondisset. *Tulerunt ergo lapides ut jacerent in eum.* Quia scilicet invidi inimicos, illusores, jactaram rerum, reputationis, propriæque vitæ supportant pericula, ast fœlicitatem bonumque proximi ferre non possunt.

Cur Pharisæi, à Christo flagellari in illum non inruerint. Joan. 2. 18.

Joan. 4. v. 3. Christus securius sibi degendum duxit inter inimicos, quã invidos Hebræos.

7. Christus relicta Judæa ut S. Joannes scribit, iterum in Galilæam se contulit, & nihilominus in primo loco plurimum obsequiosi devotique populi à prædicatione sua dependentis habebat concursum ; cur igitur in Galilæam abiit, ubi tyrannidem exercebat Herodes, juratus novæ legis Evangelicæ inimicus, qui insuper præcursorem Domini carceribus manciparat, ne veritati aures porrigere cogeretur. Pro hujus itaque dubij solutione sciendum, quod cum Scribæ & Pharisæi contra Christum ex invidia irritati essent, Christus longe fibi inter inimicos securius futurum duxit, quam inter invidos ; unde S. Cyrillus Alexand. ait : *Magnæ utique perversitatis accusari Israëlitas inde arbitror quod satius ille existimat apud alienigenas reperiri, quam cum Judæis versari.* Hinc & S. Augustinus de Judaica semper contra Christum furente malignitate fusius tractans, illa discutit S. Joannis verba : *Dominus autem hæc cum audisset, cognovisse Pharisæos, quod plures discipulos faceret, quam Joannes, & plures baptizaret, reliquit Judæam terram, & abijt iterum in Galilæam.* Circa quem proinde textum S. Augustinus hanc adjicit glossam : *Quia cognovit eorum scientiam simul cognovit & invidentiam.* Porro in sequenti capitulo idem Evangelista miraculum recensetparalytici juxta probaticam piscinam post 38. annorum infirmitatem sanati ; quo proinde surgente, lectumque in humeros elevante, accurrerunt, seque opposuerunt Pharisæi dicentes : *Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum. Respondit eis : Qui me sanum fecit, ille mihi dixit ; tolle grabatum tuum & ambula.* Ubi Pharisæorum malitiam caute observat Cajetanus inquiens : *Non interrogant quis est qui te sanum fecit, sed solum quis est qui jussit tibi tollere grabatum tuum ; nam bona nullatenus profari potest, male cito profert ; proinde sanitatem omittunt, & solum, quam censent, legis transgressionem objiciunt.* Ubique per Jerosolymam in illa nocte falsos perquirebant testes, ad colorandum coram præside Judææ mortis suæ prætextum ; quorum multi quidem adversus Redemptorem examinati fuerunt, *Et convenientia testimonia non erant.* Opportune tamen hoc loco quærendum venit, cur Redemptori pro crimine læsæ Majestatis non imputarint ; quod ministris justitiæ publicæ esse opposuerit ; siquidem haud improbabiliter prædictum potestat ; quod Petrus intimus ejus discipulus vel ipso scientе, vel saltem ad minus ratificante auriculam Malcho, qui lictorum caput erat, amputarit ? at vero in promptu est responsio, si consideretur, quod ad probandum corpus delicti ; necessum fuerit simul etiam publicare miraculum ; à benignissimo Redemptore patratum in ejusdem auriculæ restitutione : quia igitur miraculum istud justificare potuisset ejus innocentiam, sanctitatem, omnipotentiam ; & divinitatem satius esse duxerunt ; si prætensum delictum istud sub silentio præterirent, ut suam tanto commodius invidiam explere possent, *nam invidorum lingua bona nullatenus profari potest.*

Marc. 3. 6. Et auriculæ Malcho restitutæ.

8. Cum idem Redemptor noster in civitate Capharnaum dæmoniacum curando, egregium patrasset miraculum, *mirati sunt omnes*, inquit S. Marcus, *ita ut conquirerent inter se dicentes, quidnam est hoc ? quænam doctrina hæc nova ? quia in potestate etiam spiritibus immundis imperat, & obediunt ei.* Et processit rumor ejus statim in omnem regionem Galilææ. At vero quamobrem hæc tam insignis miraculi notitia, non etiam in Judæam ibidem contiguam sese transfudit ? D. Chrysost. respondet : *Non in Judæam, non in Jerosolymam ; Doctores enim Judæorum invidentes Jesu, rumorem egredi non sinebant. Denique Pilatus & alij noverant, quod Pharisæi Jesum propter invidiam tradidissent, rumor ergo ingrediturin eas aures, quæ invidia non claudantur. Hoc totum quæ dico ? quia anima quæ semel possessa fuerit ab invidia, difficile est ut virtutes recipiat.*

Marc. 1. 27. Sicut etiam miraculo sanati dæmoniaci.

D. Chrysost. hom. 5. in Marc.

9. Ictus flagellorum quibus Pilatus Redemptorem nostrum dilaniari fecit, fuerunt numero 6666. & tamen quis est qui nesciat, numerum ictuum flagellationis in Deuteronomio ad quadragesimum usque limitatum fuisse ; ità ut plures addere ictus non licuerit : Judex illum sæpius innocentem pronunciavit, non raro quoque cordis erga ipsum compassionem exhibuit, cur igitur plures quam ex lege liceret ictus sacratissimo ejus corpori inflixit ? ad hanc quæstionem aliter responderi nequit, quam quod Pilatus omnino sibi persuaserit crudelitatem Judæorum per hoc horrendum Christi flagellari spectaculum, quod dicens : *Ecce homo*, oculis eorum exhibuit mitigandam fore, at vero longe aberravit quia invidia, quantumvis malum personæ cui invidet inferatur, mitigari nequit. Unde V. Beda ait : *Hoc autem Pilatus non ob aliud fecisse credendus est, nisi ut ejus injuriis Judæi satiati sufficere sibi existimarent, & usque ad ejus mortem sævire desisterent.*

Christus in flagellatione plures ictus, quã lex præscribat, inflicti fuerunt. Deut. 25.

Beda Joann. 19.

10. Christus Redemptor noster ad nostram instructionem, varijs in occasionibus demonstraverat respectum, quem Cæsari tamquam principi temporali deferebant, juxta illud : *Subditis estote . . . Dominis, . . . etiam*

1. Petr. 2. 18.

1. Petr. 2. v. 18. Alia abominanda invidiæ Judæorũ in Christum exempla. Matth. 22. v. 20. Joa. 19. 12.

discolis; nam quando turbæ ab ipso in deserto quinque panibus satiatæ ipsum viva voce in regem eligere parati erant, fugit in montem, ut hac ratione eorum conatus nullum sortiantur effectum. Similiter quando ei tributi denarium obtulerunt, eum interrogando, *liceatne censum dare Cæsari, an non?* respondit *quod est Cæsaris, dare Cæsari.* Denique Petro præcepit ut consuetum pro eo tributum penderet, & tamen velut crimen læsæ Majestatis ei imputarunt, quod se regem esse diceret, unde clamabant, *omnis qui se regem facit, contradicit Cæsari*; cum tamen idipsum evidens calumnia esset, nec ullam haberent rationem credendi, nec talem accusationem probandi motivum aliquod supperteret. Unde D. Chrysost. ait: *Numquid seditionem docebat Christus? num dissuadebat censum dare Cæsari? nonne regem ipsum facere voluistis, & venuit? Hæc sine ratione ulla dicebant, sed ex invidia tantum.* Hæc autem invidia sine dubio causa fuit, cur in duritie cordis, cæcitate & ignorantia sua obstinati permanserint: In ejus quidem morte montes sese diviserunt, aperta fuerunt monumenta, defuncti resuscitati, obscuratus sol, aër totus lugubri sese veste contexit, velum templi scissum est per medium, imo ipsemet centurio divinitatem ejus confessus est dicens: *Vere filius Dei erat iste, at vero Judæi emolliri non poterant*, unde D. Chrysost. ait: *Nec mortui jolum excitantur, verum etiam lapides scinduntur, & terra concutitur, & hinc percipi posset illos quoque facile disrampere potuisse, sum qui lapides scidit, qui terrarum orbem tenebris obduxit, multo magis illos, si voluisset perdere potuisset, verum noluit, sed vires suas in elementis ostendens, illos ex clementia salvare volebat, sed non fuerunt illi remissiores. Talis quippe protervitas invidiæ est, ut non facile terminetur, sed hinc quidem, vel adversus ea quæ mirisce fiebant, impudentissime repugnabat.* Neque sufficiebat Judæis, quod illum in patibulo crucis in duorum latronum medio expirare vidissent, quin imo postquam à cruce depositus fuit, *convenerunt principes Sacerdotum & Pharisæi ad Pilatum dicentes, Domine recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc vivens, post tres dies resurgam, jube ergo custodiri sepulchrum.* Adhæc ut Salvatorem nostrum è vivis tollerent non deerant multa alia atrocis mortis genera, qualia nimirum deinceps martyribus illata fuerunt; cur igitur acclamarunt: *Tolle, tolle, crucifige eum?* idipsum utique non sine mysterio fecerunt; *Sciebat enim quod per invidiam tradidissent eum.* Eadem enim septimana universus populus eum cum triumpho palmarum excepérat, laudibusque ei applauserat dicens: *Benedictus qui venit in nomine Domini rex Israël*; atque ideo ut gloriam hanc qua turba illum honoraverat, penitus abolerent, volverunt ut in conspectu infiniti populi in crucem in medio duorum latronum configeretur, ut sic non benedictus, sed maledictus esse crederetur, siquidem ut scriptura ait: *Maledictus omnis qui pendet in ligno.*

Matth. 27. v. 54. D. Chrysost. hom. 88. in Matth. Matth. 27. v. 63. Joan. 19. 15. Matth. 27. v. 18. Joan. 12. 13. Cur illum potius crucifigere quam alio mortis genere, occidere voluerint. Gal. 3. 13. Oecum. Ex invidia miraculum potius Apostolis quam Christi virtuti adscribere voluerunt. Act. Ap. 4. v. 8.

11. Oecumenius sequentem habet ad propositum nostrum ingeniosam considerationem; siquidem ad miraculum illud se reflectens quod S. Petrus & S. Joannes ad portam speciosam templi in claudo illo erigendo patrarant, notat: quod cum sancti hi Apostoli è carcere ad tribunal adducti fuissent, ut examinarentur, hanc illis proposuerint interrogationem: *In qua virtute, aut in quo nomine feceritis hoc vos?* nimirum invidia cor illorum rodens, non permittebat illis, ut vel minimo verbo illud attribuerent miraculo, sed contemptibiliter de re facta loquentes, voluissent, ut quidquid hæc in re contigerat, ipsis adscriberetur, non vero vincuti & nomini Christi, ideòque dicebant *in quo nomine feceritis hoc*: non dicunt miraculum, sed solum hoc, ipsumque factum non Christo, sed Apostolis attribuunt dicentes: *Feceritis hoc vos; vide quam subdole interrogant*, inquit idem Oecum. *malebant enim Apostolos fateri suum esse opus, quàm potentiæ Christi. Et adverte, quod neque nominare volebant claudi sanitatem, neque enim dicunt quidnam sit, sed feceritis hoc.*

DISCURSUS VI.

ARGUMENTUM.

Invidus Deo opponitur, & ideo procul ab eo recedit Deus, eumque in abominatione habet, suasque illi gratias subtrahit.

THEMA.

Et non poterat ibi virtutem ullam facere. Marc. 6. v. 5.

Marc. 6. v. 29.

1. EX quo apud S. Lucam c. 6. in laudem Salvatoris dicitur: *Virtus de illo exibat, & sanabat omnes*; atque insuper in Actis Apostolorum hoc ei perhibetur testimonium, quod scilicet *pertransiit benefaciendo & sanando omnes*, mirum profectò est, cur in Nazareth patria sua, teste S. Marco, non solum in gratijs suis distribuendis; non fuerit beneficus, verùm ne quidem ad impertiendas illis cœlestes suas benedictiones manus suas aperire potuerit? *Et non poterat ibi virtutem ullam facere.* S. Ambr. ait: *Hoc exemplo pariter & oraculo declaratur, quòd fructus opem misericordiæ cœlestis expectet, si alienæ virtutis fructibus invideas; aspernator enim Dominus invidorum est, & ab ijs, qui divina beneficia in alijs persequuntur, miracula suæ potestatis avertit.*

Act. Apost. 10. v. 38. Apud invidos Christus miracula facere non potest. S. Ambr. l. 4. in Luc. 4.

2. S. Zeno in sermone *de livore & invidia*, invidiam primam fuisse censet, quæ Deo se opposuit, ad cum offendendum, & rebellandum contra ipsum; unde dicit: *Prima adversari Deo docuit.* Id quod verissimè dicit, quia pulcherrimus totius cœli angelus naturæ humanæ invidens, quòd divinitati hypostaticè uniretur, fieretque quasi cognata Dei, jugum obedientiæ & reverentiæ creatori suo debitæ penitus excussit; atque insuper ex solius invidiæ motivo primos parentes in statu justitiæ originalis aggressus est: *Invidia diaboli mors introivit in orbem terrarum: In cœlum conscendam super astra Dei exaltabo solium meum, ... similis ero altissimo*; neque enim sufferre poterat creatorem sibi esse superiorem, quia invidus alterius primatum bono oculo intueri nequit, ac proinde contra Deum rebellis factus, tertiam naturæ angelicæ partem in barathrum secum præcipitem egit, adeòque verissimum est illud S. Zenonis. *Prima adversari Deo docuit invidia.* Doctor Seraphicus inter alia pessimi vitij damna, hoc quoque enumerat: *Deo contrariatur, quia tam bonus est Deus*, ut ait Augustinus. *ut etiam de malis bonum eliciat, sed è contra tam mali sunt isti, ut de bonis malum eliciant.* S. Antoninus quoque de hoc veneno fusè differens, ait: *Deo contrariatur*, adducensque S. Dionysii Areopagitæ authoritatem, subdit: *Bonum est sunpsius diffusivum, & communicativum; hinc est, quòd Deus, qui est summè bonus, permaximè & copiosissimè communicavit bonitatem suam, innumerabiles creaturas formando, & cuilibet earum gradum bonitatis tribuendo*; unde Plato ait: *A Deo omnis invidia relegata est, id est, excluja; quin imò adeo bonus est, & omnipotens*, ut dicit Augustinus in Enchiridio, *quod nullum malum sineret esse in suo universo, nisi ex illo eliceret majus bonum. Invidus è contra non est communicativus, sed sibi soli vellet omnia, & quòd alij non participarent secum bona, ut solus exaltaretur, & ex bonis aliorum elicit mala, scilicet tristitiam cordis sui.* Cui discursui consonat argumentum, quod ad hoc idem propositum format S. Cyrill. Alexandr. inquiens: *Cum odis invidentiâ quempiam propter bonum, jam principaliter ipsius hostis es boni, quoniam cujus gratiâ est unumquodque, & illud magis, sed cum ipsum bonum sit Deus, à quo tamquam à suo fonte, vena bonitatis manans, in omnia derivatur, hinc sanè convincitur, quòd tu hostis Dei, & boni sis, & tuipsius, & omnium inimicus. Cæterùm cùm malitia bonitati sit contraria, vide quanta te depravavit malignitas, cui tota bonitas est adversa.*

S. Zeno serm. de livore & invidia. Invidia fuit prima adversaria & inimica Dei. Jac. 1. v. 17. Invidus se opponit omni bono. S. Bonav. comb. theol. verit. l. 3. c. 16. S. Anc. 2. p. tit. 8. cap. 1. §. 2. Contrariatur Deo, qui ex malo elicit bonum, illa vero ex bono malum. S. Cyrillus Alex.

3. Irrefragabilis veritas est, Deum omnis boni, naturæ, fortunæ, & gratiæ fontem esse, juxta illud: *Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum*; invidus autem omni se bono opponit, quod in alijs conspicit, indeque contristatur, imò & impedit quantum potest, & novit. Unde S. Martialis in epistola quadam nos exhortans ait: *Nulla sit in nobis invidia, per hanc enim Spiritus sanctus mentem derelinquat; recedente autem Spiritu sancto à tabernaculo mentis, evacuatur homo dulcedine, & impletur omni amaritudine.* Porro inter alia gloriosa epitheta, quibus sancta Mater Ecclesia, Spiritum S. veneratur, unum hoc est: *Dulcis hospes animæ, dulce refrigerium.* Hanc autem dulcedinem, hoc invidiæ vitium intoxicat, invidique cor veneno perfundit ac proinde Spiritum S. ex anima turpiter expellit. Salvator noster, qui erga Galilæam & Judæam adeo se benignũ & beneficum exhibuit, inter compatriotas suos sibi invidos demorari noluit, qui livor Deum à corde procul arcet, & exulare facit. Unde S. Ambrosius ait: *Videte quid mali invidia afferat, indigna propter invidiam patria judicatur, in qua civis operetur, quæ digna fuit, in qua Filius Dei nasceretur.* Alius quidam author antiquus inquit: *Invidus etiam in Spiritum S. peccat, quia suam bonitatem criminatur, quando dolet bona sua fratribus communicasse.* In quodam Seraphici Francisci opusculo sequentia verba leguntur: *Ut ait Apostolus, nemo potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu S. quicumque ergo invidet fratri suo de bono, quod Deus dicit, & facit in ipso, pertinet ad peccatum blasphemiæ, quia ipsi altissimo invidet, qui dicit & facit omne bonum.*

Jac. 1. v. 17. Invidus se opponit omni bono. S. Mart. ep. 1. c. 7. ad Burg. Introxicat dulcedine ut Spiritus S. S. Ambr. ibid. Laur. Pisan. Ench. Eu. parad. Opusc. S. Franc. tom. 1. c. 8.

Invidia pepercit hæreses. D. Chrysost. hom. 7. ad Rom. Cassian. coll. 18. c. 17. Hort. Past. tub. fuerd. tr. 4. lect. 5. Patet exemplo Lutheri. Et Luciferi. Nat. Or. 27. & Basil. conc. in Luc. 15. Alex. Angl. sum. p. 7. c. 7. Invidus, tamquam aquila adulterinus solem bonorum operum in alijs intueri nequit. Deut. 32. 11. D. Chrysolog. serm. 48. Deus procul est ab invidis. Matth. 13. v. 55. Theoph. ibid. Matt. 15. 25.

4. Invidia tanta cum aversione Deo, & religioni, ac cultui ipsius opponitur, ut D. Chrysostomus in quadam homilia affirmare non vereatur, dicendo: *Hoc malum, hoc inquam malum, Christianorum conventus subvertit, hoc hæreses peperit.* Inter alia Joannis Cassiani documenta hoc quoque legitur: *Invidiæ, quasi à regulo serpente effusum virus, vitam ipsam religionis ac fidei, priusquam vulnus in corpore sentiatur, excludit.* Porro dic sodes unde hæresis Lutheri, quæ innumerabilia & irreparabilia Ecclesiæ Catholicæ damna intulit, originem suam habuit? erat ipse monachus Augustinianus, cumque ab Archi-Episcopo Moguntino ad colligendas pro bello contra infideles, eleemosynas, indulgentiæ cruciatæ promulgarentur, ipse concursum ad Ecclesias Dominicanorum multò majorem, quàm ad suas esse videns, unde exasperatus talem concepit displicentiam & furorem, ut calamum suum adinstar gladij acuens, contra authoritatem Romani Pontificis, nec non contra indulgentias scribere cœperit; & hinc originem suam duxit ejus rebellio, quâ tot alios unà secum in tot errorum barathrum pertraxit. Quòd si quis cœlesti empyreo suum pro eo tempore inferre potuisset oculum, quando cœlestis & supremus artifex dixit: *Fiat lux*, id est, secundùm opinionem S. Augustini, quando naturam angelicam creavit, eodemque tempore aspexisset, seu potiùs admiratus fuisset Luciferum, tam rarâ donorum & gratiarum eximiarum pulchritudine ornatum & dotatum, ac demum eumdem oculum in tenebrosum perditionis deflexisset abyssum, ibique eumdem unà cum omnibus sequacibus suis irreconciliabilibus communis creatoris inimicis, in horribilem vidisset transmutatum draconem, quidnam illum dicturum fuisse existimatis? Ecce tibi quàm sit pestifera & coram Deo abominabilis invidia? *Hæc Luciferum obscuravit*, inquit Nazianzenus. S. Basilius quoque ejus præcipitium & apostasiam considerans, ait: *Proprius Diaboli effectus est invidia, non enim statim diabolus creatus est diabolus, sed angeli potestate acceptâ, conversus est in dæmonis naturam, & factus est pravus dæmon; hac pravitate velut charactere notatus, & à consortio ad Deum abalienatus.*

5. Aptissima est illa ab aquila desumpta similitudo, quæ Deo attribuitur; aquila enim pullos suos ad radios solis, an sui sint explorat, quòd si enim irretortis oculis lucis illius reflexum constanter sustinere possint, eos tamquam filios suos agnoscit, & nutrit, secus verò tamquam adulterinos à se rejicit, & derelinquit. Deus noster in Deuteronomio c. 32. aquilæ his verbis comparatur: *Sicut aquila provocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans.* Hîc igitur eos, quos felicitatis alienæ lucem constanter & irretortis oculis adspicere posse videt, blandè recipit, & tamquam filios adoptivos delicatè demulcet; alijs verò, qui splendorem boni alieni videre nequeunt, tamquam filijs adulterinis gratias suas subtrahit, & desolatos relinquit. D. Chrysologus ad illa Evangelij verba se reflectit, ubi dicitur: *Docebat in synagogis eorum*, & specialiter ly illud: *eorum* notat; nam ut à principio diximus, quia cives Nazareni Christum livido oculo respiciebant, ideo, inquit idem Sanctus, *synagogæ non poterant ejus esse, in quibus conveniebat invidiæ populus, non amoris, in quibus considebat consilium malignantium.* Idem quoque aureus scriptor considerat, quòd tametsi Nazareni secum haberent ejus matrem, fratres & sorores, patrem tamen ejus secum habere gloriari non poterant. Quia Deus procul est ab invidis, eisque prorsus est contrarius: *Si mater, si fratres, si sorores apud vos sunt, pater ubi est? vobiscum non est; quia Deus odit filios, invidos deserit, sibi non sinit crudeles & impios commorari.* Tametsi enim verum esset, quòd sanctissima virgo mater ejus filium suum in Nazareth conceperit, & educaverit in magnum tamen Christi vilipendium & contemptum, atque ad ejus gloriam obscurandam dixerunt: *Nonne mater ejus dicitur Maria?* q. d. quid est mater ejus aliud, quàm mulier quædam paupercula. Unde Theophylactus ait: *Ascendit ad patriam, non ignorans se contemptum iri, sed ne impostorum dicere queant: Si venisset, atque credidissemus ei.* In Symbolo Niceno hæc verba inter alia recitantur: *Propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis, & incarnatus est de Spiritu S. ex Maria virgine & homo factus est.* Ipsemet Christus quoque dixit: *Non sum missus, nisi ad oves, quæ perierunt domus Israël.* At verò dicite obsecro, ubinam hoc incarnationis mysterium pro humana salute consumma-

tum fuit? utique in Nazareth nam Evangelista ait: *Missus est angelus Gabriel ad Mariam virginem, in civitatem, cui nomen Nazareth.* Super hanc igitur civitatem cœli aperti sunt, ut divinarum gratiarum influentias nobis depluerent; ibi S. Gabriel ad Mariam virginem dixit: *Ave gratia plena*; & tamen, ut diximus, illa inter omnes Judææ & Galilææ civitates de salute Salvatoris minimè participavit, quia illum rejecit, imò ipsum de monte deorsum præcipitare voluit. S. Marcus de Christo ait: *Non poterat ibi*, scilicet in Nazareth, *virtutem ullam facere*; scitisne causam? Theophylactus ait: *Reprehendebat autem invidam illorum mentem. Oportebat sanè magis gloriari de Domino, qui ipsorum patriam ita ornavit, & doctrinâ, & miraculis; at illi despexerunt illum ob humilitatem generis. Tam atrox malum est invidia, semper enim obscurat bona, nec illa ab invidis videri sinit.* Invidia igitur obstaculum erat, quod omnibus se divinis gratijs opponebat. Toletus confiderat, quòd Deus monstrarit se amare patriam, non in communicandis ei gratijs suis, quia hæc eam redidissent magis culpabilem & ream, sciebat enim, quòd ijs abusura esset, quia invidus, licèt Dei beneficia recipiat, per hujus tamen vitij venenum nullum in corde suo inde profectum consequitur. *Ni fallor*, inquit Toletus, *notanda est responsio hæc; nam in hoc plus dilexit suos, quando enim beneficijs Dei homo abusurus est, majus accipit beneficium, magisque diligitur, si ea illi non conferantur.* S. Cyrillus Alexandrinus existimat, quòd fera illa, quæ juxta opinionem Jacob, ad lacerandum Josephum in eumdem irruerat, nulla alia fuerit præterquam invidia: *Illud operæ pretium est videre*, inquit, *quo pacto invidia impium semper ingressum habet, & per qualia mala procedit. Inveniemus autem illam esse feram cæcam, & eoque repugnantem.*

Marc. 6. v. 5. Invidia obstaculum ponit gratijs divinis. Toletus in Luc. 4. S. Cyrillus Alex. tom. 1. in Gen. l. 6.

6. Electus Dei populus adeo erat in Ægypto multiplicatus, ut Pharao ingentem illius multitudinem suspectam habere cœperit, & tametsi gaudere debuisset, videndo subditos suos multiplicatos, & consequenter tributa & lucra crescere, attamen ob tristitiam boni alieni, lividus omni conatu machinatus est totius Hebraismi exterminium, & desolationem. Qua de re S. Augustinus super illum versum Psalm. 104. *Et convertit cor eorum, ut odirent populum ejus*, ita scribit: *In eo, quòd populum suum multiplicavit, hoc beneficio suo malos ad invidendum convertit; invidia est enim odium felicitatis alienæ. Sic enim convertit cor eorum, ut per invidentiam odissent populum ejus, & dolum facerent in servos ejus.* Verumtamen mirum non est, invidum Pharaonem odium hoc contra Israël, qui electus Dei populus erat, concepisse, quia jam de facto Deo renunciaverat, dicendo: *Nescio Dominum*; invidi enim lumen & notitiam Dei amittunt, & quantum possunt, se ei opponunt. Quænam obsecro causa fuit, quòd Roma, Imperatorum sedes, totiusque mundi caput, & metropolis, nullum inter alios Deos, Dei Filio locum dederit, cùm tamen per innumera prodigia & miracula adeo esset conspicuus & famosus? S. Leo ait: *Omnium gentium fervebat erroribus, & magnam sibi videbatur assumpsisse religionem, quia nullam respuebat falsitatem.* Ex quibus verbis convincitur, Romam tantò magis religionem Christianam admittere debuisse, quantò hæc dictamini naturæ conformior est, magisque quieti publicæ, & bonis moribus cooperatur. Quonam igitur mysterio Christus Dei Filius nequaquam à Romanis receptus, sed expulsus fuit? Pro resolutione sciendum est, quòd Numina, & Dij, quos Roma in suum cultum admittebat, à Senatu Romano approbari debuerint, hoc enim indicabat superioritatem, & potestatem, quam super eosdem Deos habebant, quia veneratio illorum à Senatorum Romanorum dependebat arbitrio: Christus autem, qui suam super elementa, superque omnes alias suas creaturas ostenderat omnipotentiam, atque in patrandis portentis adeo famosus factus fuerat, magnam in illis excitavit invidiam, quæ sola ad Christum à numero Deorum excludendum, sufficere poterat. *Vetus erat decretum*, inquit Tertullianus, *ne quis Deus ab Imperatore consecraretur, nisi à Senatu probatus. Tiberius, cujus tempore nomen Christianum in sæculum miravit, denunciatum sibi ex Syria Palæstinæ, quæ illic veritatem istius divinitatis revelaverat, detulit ad Senatum, cum prærogativa suffragij sui. Senatus quia non ipse probaverat, respuit.* Sola invidia, Judæis de crucifixione Christi deliberantibus, eamdem prosequendam esse ijsdem persuasit, nam quando prodigiosissimum resuscitationis Lazari patravit miraculum, tunc congregatum est concilium, in quo tandem hæc sententia emanavit: *Expedit . . . ut unus moriatur*

Exod. 5. v. 2. Cur Roma non admiserit Christum in numerum Deorum. S. Leo serm. de S. Apost. Petr. & Paulo. Quia à Senatoribus dependebat Deorum approbatio. Tert. cap. 50. Apol. Joan. 11. 50.

Joan. 11. 47. S. Cypr. de zelo & invore. Beda sciut. cap. 15. Geneſ. 37. 20 S. Ant. ibid. §. 1. S. Cypr ibid. Quare invidia Chriſtianis maxime ſit fugienda. *1. Joa. 4. 16.*

riatur ... pro populo. Motivum verò hujus ſententiæ jam in præcedentibus diſcurſibus expoſitum fuit; jam enim ante dixerant: *Quid facimus? quia hic homo multa ſigna facit.* Unde S. Cyprianus ait; *Judæi nonne inde perierunt, dum Chriſto malum invidere, quàm perdere.* Et Venerabilis Beda inquit: *Per invidiam Chriſtus crucifixus eſt, ideo qui invidet fratri ſuo, crucifigit Chriſtum.* S. Antoninus verò præcitatum Geneſeos textum adducens, ſcilicet: *Fera peſſima devoravit filium meum Joſeph, qui figurabat Chriſtum, quem fratres ex invidia vendentes, putabant ad nihilum dedaxiſſe.*

Primi fideles ab hac paſſione invidiæ valde fuerunt alieni.

7. S. Cyprianus obſervat vitium hoc ſpecialiter à Chriſtianis fugiendum eſſe, quia tota lex Evangelica, quam adimplere debemus, in charitate & dilectione proximi fundatur, cui invidia directe opponitur; & ideo per charitatem Deus nobiſcum commoratur: *Deus* enim *charitas eſt, qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Si quis penitus inſpicit,* inquit Cyprianus, *inveniet nihil magis Chriſtiano cavendum, nihil cautius providendum, quàm ne quas invidiâ & livore capiatur.* Porro quàm primi fideles ab hac paſſione alieni fuerint, ſatis demonſtrarunt, ſiquidem cùm hæc, ut in diſcurſu præcedenti probavimus, illis in Judaiſmo adeo impreſſa fuiſſet, nihilominus cùm coram S. Petro conqueſti fuiſſent, quòd ab eo Gentiles quoque in gremium Eccleſiæ fuiſſent admiſſi, (ſiquidem ſacroſanctum Baptiſmi lavacrum Cornelio Centurioni, cunctiſque alijs ad numeroſam ejus familiam pertinentibus contulerat,) quando ab eo audiverunt viſionem, revelationem, & præceptum cælitus ei datum non fuere exaſperati, ſed de bono illorum, haud ſecus ac ſi proprium fuiſſet, gaudentes, divinæ bonitati gratias egerunt. *His auditis,* inquit ſacer textus, *tacuerunt & glorificaverunt Deum, dicentes; ergo & gentibus pœnitentiam dedit Deus ad vitam.* D. Chryſoſtomus textum illum S. Pauli adducens, in quo dicit: *Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus,* ſubjungit: *Flere cum flentibus eſt valde facile, gaudere autem cum gaudentibus non admodum facile; facilius enim cum ijs, qui in calamitatibus ſunt, dolemus, quam cum ijs, quibus res ſunt res ſecundæ, gaudemus. Nam illic quidem ipſa calamitatis natura, poteſt vel lapidem flectere ad commiſerationem, hic autem in rebus proſperis invidia & livor, eum qui non valde philoſophatur, non ſinit efficì ſocium voluptatis; nam quemadmodum charitas ea quæ diviſa ſunt, conjungit & colligat, ſic invidia ea quæ unita ſunt, dividit.*

Act. Apoſt. 11. v. 18.

Rom. 12. 15. D. Chryſoſt. tom. 1. hom. 43. de S. Rom. mar.

Quia in charitate fraterna valde fuerunt uniti.

Act. Apoſt. 4. v. 32.

Porro cauſa ob quam Chriſtiani primitivæ Eccleſiæ hac pice non fuerint contaminati, hæc eſt, quia in amore & charitate fraterna inter ſe perfectè erant uniti; unde S. Lucas in Actibus Apoſt. præclarum hoc de illis perhibet teſtimonium: *Multitudinis credentium erat cor unum & anima una.* Enimvero quantum invidia Deo opponatur, in Herode liquidè patet, quia tametſi ipſe tamquam Rex Judæorum, præ cunctis alijs primus eſſe debuiſſet, qui natum venceraretur Meſſiam, attamen invidiâ ſtimulatus mortem ei machinatus eſt, ut bene his verbis notat D. Chryſologus: *Hæc Herodem in coæxos ſic compulit deſævire, ut ante lac, quàm ſanguis teneris funderetur ex membris.*

Chryſolog. ſer. 172.

DISCURSUS VII.

ARGUMENTUM.

Invidia certum eſt reprobationis ſignum, quod cœlum nobis claudit, & infernum aperit.

THEMA.

Dura ſicut infernus æmulatio, Cant. 8. ℣. 6.

Invidia invido claudit cœlum, & aperit infernũ, eſtque atrociſſimum ejus tormentum.

Pſal. 17. v. 6.

1. IN idiæ jure merito titulũ inferni imponit Scriptura S. dicens: *Dura ſicut infernus æmulatio,* id eſt, ut S. Gregor. & Venerab. Beda exponit, invidia, hæc enim cœlum claudit, barathrumq; perditionis aperit invido, eum inſuper in æternæ ſalutis ſuæ præcipitans deſperationem. Ingemuiſſe quondam legitur Pſalmiſta, ſe infernalibus undiq; cingi doloribus, quando dicebat: *Dolores inferni circumdederunt me;* ſed quid hoc loquendi modo eum inferre voluiſſe putatis? forſitan quòd ſpaſmus, vel atroces pœnalium infirmitatum aut acerbiorum mortalium quevulnerum dolores perpeſſus eſſet? nequaquam; ſed de inimicorum, & particulariter quidem Satilis, eum uſque ad mortem perſequentis, lamentabatur æmulatione atque invidiâ, hinc & Pſalmo iſti talem præmiſit titulum dicens: *In finem puero Domini Davidi, qui locutus eſt Domino verba cantici hujus, in die, quâ eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum ejus, & de manu Saũl.* Quem ſenſum clariſſime expreſſit D. Auguſtinus, cùm loco dolores inferni, legit dolores invidentiæ, nec mirum, invidia namque atrociſſimum eſt invidi tormentum atque ſupplicium infernale, utpote infallibiliter in abyſſum præcipitans. Quod ut penetretis ſolidius, quis ſodes primus in eamdem corruit? Lucifer cum ſequacibus ſuis invidiâ agitatus; cùm enim incarnationis myſterium ei revelatum eſſet, nequaquam ſufferendum duxit, quòd poſtpoſitâ angelicâ naturâ, humana ignobilior unienda eſſet, ſiquidem *noſquam enim angelos apprehendit;* ideoque rebellis, ipſimet creatori ſimilis evadere laboravit; invidia igitur fabricavit infernum. Unde S. Aug. ait: *Hæc eſt, quæ angelos de cælo projecit;* & alio quodam in ſermone ſuper Joannem ita ſcribit: *Quid eſt invidere? horrendum malum; ipſo malo Zabolus dejectus eſt, ipſum dejecit multum maligna peſtis.*

Luc. 15. 28. Chryſolog. ſerm. 4.

Ibid. v. 29.

Ibid. v. 30.

S. Ambr. l. 8. in Luc. c. 15. Frater filij prodigi à patre poſtulavit hædum.

Joa. 14. v. 2.

Luc. 15. 10.

Ibid. v. 28.

S. Martial. ep. 1. ad Burdig. c. 7.

Deus olim 3. invidis indixit æternam damnationẽ.

Rom. 9. v. 13. 1. Reg. 13. 14.

S. Greg. Nyſſ. lib. de beatit. c. 7.

Iſa. 16. v. 7.

Hugo Card. ibid.

D. Chryſ. to. 6. adlog. de invid.

Cur invidia dicatur peccatum terribile.

Hugo Card. ibid.

D. Chryſoſt. ibid.

D. Chryſoſt. hom. 61. in Gen.

Chryſol. ſer. 48.

S. Th. 1. p. q. 46. art 4. Epheſ. 6. 12. Invidia nos expulit ex paradiſo.

S. Ambr. l. 8. in Luc. c. 15. Frater filij prodigi à patre poſtulavit hædum.

S. Aug ſer. 18. ad Fratres.

S. Greg. Nyſſ. lib de vita Moyſis. Primus ex maſſa hominum damnatus fuit invidus Cain.

Auth. Imp. hom. 54.

Plin. ibi. a 50.

Judæ 1. v. 11.

Exod. 33. 13.

Gen. 4. v. 14.

Hebr. 2. 16.

S. Aug tr. 5. in Joann.

Eccli. 14. 8.

S. Zeno ſer. de livore & invid.

Matt. 25. 33.

Cur reprobi in finali judicio compararentur hædis.

S. Thom. ibid.

Luc. Burg. ibid.

Idem quoque Plinius alium memorat ejuſdem capræ naturalem inſtinctum, dum ait: *Capræ pinguedine ſtoriſcent.* Sic pariter invidus ex aliena felicitate macreſcit, prouti ex illa lamentatione conſtat, quam filij prodigi frater natu major patri ſuo propoſuit, hic enim harmoniam, lætitiam & jubilum audiens, quem pater domi ſuæ inſtituerat, ob filij ſui quondam diſcoli, nunc verò pœnitentis & emendati fælicem reditum, *indignatus... nolebat introire;* quia ut D. Chryſologus ait. *Invidum fugat ſymphonia pietatis, chorus charitatis excludit.* Quod verò in hac hiſtoria ſpecialiter advertendum eſt, eſt querela, quam filius major genitori ſuo objecit; ait enim: *Numquam mihi dediſti hædum, ut cum amicis meis epularer.* At verò quale erat hoc hædi donum in converſatione & convivio cum amicis conſumendum? aut quomodo illud filio patris tam divitis & nobilis conveniebat? cur non potiùs vitulum tenerum & pinguem à patre ſuo popoſcit? maximè cùm idem pater pro filio prodigo pinguiorem juvencum, quem in armentis ſuis habebat, mactari fecerit; *occidiſti illi vitulum ſaginatum.* S. Ambroſius idipſum in ſenſu myſtico exponit, inquiens: *Non enim pro invidia, ſed pro venia mundi agnus eſt immolatus. Invidus hædum quærit, innocens agnum pro ſe deſiderat immolari; ideo & ſenior dicitur, eò quòd citò aliquis per invidiam conſeneſcat. Ideo & foris ſtat, eò quòd malevolentia cum animi iuventis excludat.* Imaginemini vobis domum illam, in qua pater filij prodigi tot feſta & gaudia inſtituerat, eam domum præfigurare, de qua Chriſtus dicit: *In domo patris mei manſiones multæ ſunt,* in qua, ut idem apud S. Lucam teſtatur, *gaudium erit coram angelis Dei in cælo, ſuper uno peccatore pœnitentiam agente;* non igitur ſine myſterio de hoc invido filio dicitur, *nolebat introire,* quia cœlum invidis occluditur, & meritò, quia hoc vitium ſectantes tergum paradiſo obvertere, ſeque ipſos in propriam perniciem in profundum inferni præcipites agere non erubuerunt. Unde S. Martialis in epiſtola quadam de invido inquit: *Nulliuſque locus eſt et in cælo, quæ alienum ſe fecit à bonitate.* Filius igitur ille invidiæ livore plenus, non ſine cauſa hædum appetebat, quia juxta tritam illam regulam, *omne ſimile appetit ſibi ſimile;* cùm enim de numero præſcitorum eſſet, qui hædi appellantur, hædum deſiderabant.

4. Spiritus S. in S. Scriptura tribus maximè invidis damnationem æternam manifeſtè indixit, videlicet; Caino, de quo locuti fuimus; Eſau, de quo Deus apud Apoſtolum ait: *Eſau odio habui,* ac denique Saũli, cui Deus per Samuëlem regni terreni pariter & cœleſtis devolutionem intimari fecit, quia verillimum eſt, quod S. Gregor. Nyſſ. de æterna beatitudine differens, in hæc verba ſcribit: *Quæ deſperatorum lethalia ſigna ſunt, ea ſæpenumero in ijs, qui invidiâ conabeſcunt, exiſtunt.* Deus olim apud Iſaiam angelis ſuis, veluti iræ ſuæ miniſtris, ſequentem impoſuiſſe commiſſionem legitur: *Ite angeli veloces ad gentem convulſam & dilaceratam, ad populum terribilem, poſt quem non eſt alius.* At verò quiſnam ille erat populus adeo terribilis, qui tanta cum ſeveritate puniendus erat? Hugo Card. inquit: *Ad populum terribilem per invidiam.* Sed cur non potiùs invidi populus crudelis, rebellis, & ingratus nominantur? quamnam invidia cum terribilitate habet proportionem? D. Chryſoſt. in hujus inordinatæ paſſionis deteſtationem ita ſcribit: *Non erraverit quis, ſi belluas & dæmonibus pejores invidos appellaverit. Belluæ enim cum alimento indigent, aut cùm priùs à nobis ſunt concitatæ, tum demum ſe contra nos armant, hi verò beneficijs etiam affecti, frequenter eodem modo quo injuriâ ſe afficientes, benefactores tractaverant.* Melius verò idem Hugo dubium hoc ſolvit dicendo: *Data invidia facit ſimilem inferno.* De invido idem D. Chryſoſt. ait: *Proprια mala negligens, alienum bonis contabeſcit, inacceſſum ſibi ipſe faciens cælum.* Etenim qui alijs peccatis immerſus eſt, facilius ad pœnitentiam reducitur; at verò *ubi invidus captus ab hoc morbo fuerit,* ut D. Chryſoſt. ait: *Contra ipſius ſalutem facit omnia.* D. Chryſologus idipſum in ſermone quodam his verbis confirmat, *quos ceperit, liberari nequeunt, quos vulneravit, ad curam non veniunt, non redeunt ad ſalutem.* Adam & Eva à Deo ad examen poſtulati, primò quidem ſe excuſarunt, tandem verò errorem ſuum agnoverunt, fueruntque recepti ad pœnitentiam; at verò in primogenito ipſorum Caino, divina gratia, & offenſæ Deo & innocenti Abel illatæ, pœnitentia aditum habere non potuit, quia ad veniam petendam non confugit, imò ſe in deſperationis præcipitium irreparabiliter labi permiſit, dicens; *Major eſt iniquitas mea, quàm ut veniam meream,* unde Deus videns illum ad pœnitentiam æquas

Gen. 4. v. 13.

quam rediturum, ei maledixit, atque ei tunc ſententiam illam ſempiternæ maledictionis, quam in judicio finali contra reprobos fulminaturus eſt, intimavit. At verò ad quid ſpectat hæc inter ſupplicium genitoribus & filio illatum intercedens differentia? nimirum parentes divinum præceptum præcedentes fuerant præceptum, tamquam inobedientes, Cain verò tamquam invidus illud eſt prætergreſſus; invidia autem ut plurimum peccatum eſt inexpiabile, quòd per propriam malitiam venia ſe reddit indignum. Unde Cathan. ait: *Sicut ille qui primus ejuſdem mali peſte corruptus eſt, nec medelam pœnitentiæ, nec fomentum unitas curationis admiſit, ita & hi qui iſdem ſe percutientes moribus tradiderunt, omnem opem incantatoris ſancti excludant.* S. Proſper de hoc reprobo ita ſcribit: *Verumtamen ſi invidi quoque ſicut alij peccatores divinitus inſpirati, in ſpem recuperandæ ſalutis aſſurgant, ac ſibi quales ſint, Deo placituri, deſpiciant, ſi non imitentur Cain, qui poſtquam dominantis invidiæ furore excæcatus, germano ſuo vitam per ſcelus extorſit, & animam ſuam fraterni corporis ſui morte pertuſſam ſupplicio æternæ mortis addixit, conſequendæ venię deſperatione depreſſus ait ad Dominum: Major eſt iniquitas mea, quàm ut veniam merear, hoc eſt dicere Deo: Indulgere mihi non peto, quia peccatorum meorum magnitudine indulgentiæ tuæ vincitur magnitudo. Denique noſquam legitur aut pœnituiſſe de ſuo ſcelere, aut veniam meruiſſe.*

Differentia inter ſupplicium primorum parentũ, & Cain, primogeniti, ob illorum peccata.

Caſſianus coll. 18. c. 17.

S. Proſp. de vit. contemplat. l. 3. c. 9.

5. Poſt univerſi creationem nullus omnino populus majoribus à Deo beneficijs, honoribuſque affectus fuit, quàm Iſraël, dicente Pſalmiſta: *Non fecit taliter omni nationi;* Notus in Judæa Deus, in Iſraël magnum nomen ejus. Et nihilominus ira Dei ſuper Hebraiſmum fulmina vibravit juſtiſſimæ vindictæ, eique uſque in ſeculorum finem gratitudinem ſuam exprobravit, ſed quam ob cauſam? reſolutionem capite ex ſubnectendis. Poſtquam Salvator noſter per multa aliquando miracula ſuam divinam manifeſtaret omnipotentiam, invidi eum interrogarunt Judæi, dicentes: *In qua poteſtate hæc facis, & quis tibi dedit hanc poteſtatem?* quorum proinde livorem diſcooperiens Dominus, ejus deteſtationem his inter alia manifeſtavit verbis: *Amen dico vobis, quia publicani & meretrices præcedent vos in regno Dei.* Moxq; parabolam ſubjunxit vinitorum qui filium Domini ſui exilio & morte mulctarunt, qui filiũ Dei figurabat, ex invidia, ad ſynagogæ inſtantiam, cruci affixum, quibus præmiſſis concluſit Dominus, dicens: *Auferetur à vobis regnum Dei*, q. d. veſtra vos invidia regno cœlorum indignos efficit; unde circa prædicta verba ita diſſerrit D. Chryſoſtomus: *His profectò de cauſſa fornicatores ac publicani ad cælos conſcendere potuerunt; invidiæ autem morbo laborantes, cùm intus eſſent, à regno cælorum exciderunt.*

Pſ. 147. 20. Pſ. 75. v. 2. Invidia indignos facit regno cœlorum.

Matth. 21. v. 23.

Ibid. v. 31.

D. Chryſoſt. hom. 41. in Matth.

Ibid. v. 43.

6. Homini in paradiſo terreſtri lapſo quanta cum facilitate, benignitate & promptitudine ſuam Deus obtulerit gratiam & auxilia pœnitentiæ, nemo eſt qui neſcit; quo tamen beneficio angelicam minimè affecit naturam in paradiſo cœleſti; neque tamen perſonarum acceptor Deus eſt, quæ igitur hujus tantæ differentiæ ratio? difficultati hujus alterius ſatisfaciet ſolutio difficultatis, quam S. Cyprianus Epiſc. movet, dicens; quare Filius Dei Lucifero ſe non manifeſtaverit in deſerto, quemadmodum diſcipulis Baptiſtæ, quando dixit: *Euntes renunciate Joanni, quæ audiſtis & vidiſtis; cæci vident, claudi ambulant, &c.* Ex S. Lucæ textu namque clarum eſt pariter, quòd Chriſtus in præſentia eorum plurimis miraculoſam contulerit ſanitatem, dicente Evangeliſta: *In illa autem hora multos curavit.* Cur igitur Luciferum lapides offerentem in panem convertendos, repulit & repudiavit? Reſpondet S. Doctor: *Nec opus erat, ut hoc facto inſidiatori innoteſceret, quia nullo ſigno, ejus poterat invidia commutari, cujus incorrigibilem iniquitatem deſperatio ſagittavit.* Ita quoque aſtruere poſſumus, quòd Lucifer ſummè invidus, propter nullum omnino miraculum divinitatem in Deo profiteri voluiſſet, quemadmodum homo.

Christus homini in paradiſo lapſo promptè obtulit gratiam nõ verò Lucifero, & quare.

S. Cypr. de jejun. & tent. Matth. 11. 4.

Luc. 7. v. 21.

7. Eccleſiaſticus de eodem hoc vitio tractans, ait: *Zelus & iracundia minuunt dies,* quam diminutionem Hugo Card. de diebus beatis, quibus defraudantur invidi, intelligit, inquiens: *Minuunt dies vitæ æternæ quam ſuperunt.* At S. Antonius de Padua in quodam ſermone, S. Gregor. ſecutus, eumdem textum magis ampliat, ad præſentem quoq; vitæ curſum eumdem extendens, quando ait: *Malos non ſolum ignis per vindictam poſt cruciat, ſed nunc etiam per livorem cruciat, quia qui poſtmodum puniendi ſunt retributionis ſupplicia, nunc in ſuipſos aſſiduæ vindictæ tormenta.* Quod aſſertum in vita S. Eliſabethæ Reginæ Portugalliæ confirmatur, ubi

Eccli. 30. 26. Hugo Card. Invidia minuit dies vitæ. S. Anton. de Pad. ſerm. 4. in paſſione.

Stupenda punitio invidi.

quoddam narratur factum, ex quo evidenter deducitur, quòd justitia divina invidos igne temporali, tamquam infernalis præludio punire incipiat in hac vita. Quidam itaque reginæ aulicus, optimorum vir morum, devotionique deditus, invidiam contra se provocavit cujusdam consodalis, eò quòd hic illum præ se à sanctâ æstimari videret. Implacabile itaque ei bellum moturus, mortem ipsi machinari cœpit. Quid bellum geris (exclamat S. Basilius contra invidum quemdam)

S. Basil. h. de invid.

cum eo, qui in bonis aliquibus est, cum nihil de tuis imminueris? Invidus itaque ille calumniosè regi detulit reginam, quasi inhonestis in æmulum suum implicitam desideriis & affectibus. O nequissimam malignorum impietatem, vitia astruentem, quorum ne minimũ umquam apparuit vestigium. Zelotypus igitur maritus fidem dedit impostoræ; & juxta inita cum calumniatore pacta, eumdem ephebum sub prætextu nuncij quibusdam carbonarijs deferendi, ad eosdem destinavit, cum expresso ordine, quòd mox ut apud illos appulisset, in flammas ignis conjceretur, at verò placuit divinæ infallibili providentiæ quæ innocentiam assiduè protegit, ut ephebus ille in itinere tardaret, primam & secundam in quadam Ecclesia audiendo Missam, unde æmulus nuncij de morte ephebi illius audiendi impatiens, videns quòd nuncius tardaret, ad sciendũ totius rei eventum, ipsemet in persona ad carbonarios properavit, qui commissionem à domino acceptam exequentes, nec cognoscentes illum loco alterius eumdem in flammas

Masear. orat. 10.

Psal. 7. v. 16. Ibid. v. 17.

injecerunt: *Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foveam quam fecit, Convertetur dolor in caput ejus, & in verticem ipsius iniquitas ejus descendet.*

8. Nescio an aliquando vos ad obstinatissimi Judæ reflexeritis desperationem, resipiscere nolentis tametsi tot ei à Salvatore auxilia subministrarentur; etenim Scriptura de illo ait: *Pœnitentia ductus retulit triginta argenteos*; confessus est item peccatum suum, dicens: *Peccavi, tradens sanguinem justum*; ad ultimum usque spiritum divina vox eum vocavit, ad contritionem eum excitavit divina gratia, etiam quando jam collum laqueo infertum habebat, siquidem dum nondum suffocatus esset, ex desperatione tamen se quaquaversum per terram volvit, & agitavit, donec egrederentur viscera ejus; *suspensus crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera ejus.* Quid ad hoc respondere poterimus? S. Petrus ipsum sæpius additis perjurijs abnegavit; S. Thomas aliquanto tempore post ejus resurrectionem incredulus permansit; eodem quoque die quo Judas damnatus fuit, bonus latro per pauca fuspiria cœlorum sibi regnum comparavit, imò ipsimet carnifices *percutientes pectora sua revertebantur*, cur igitur hic Apostolus desperavit, & damnatus fuit? audistis jam S. Gregor. dicentem: *Quæ desperatorum lethalia signa sunt, ea sæpenumero in ijs qui invidiâ contabescunt, existunt.* S. Paulinus interrogat cur idem Judas, qui de pretioso unguento super caput Christi effuso murmuraverat, illum postea tam vili pretio vendiderit? audite verò qualiter illum de livore invidiæ arguat & reprehendat, dicens:

Matth. 27. 3. Desperatio & perditio Judæ ortæ fuerunt ex ejus invidia.

Act. Apost. 1. v. 18.

Luc. 23. 48.

S Paulin. ep. 4. ad Sever.

Habere non potest redemptorem, quem maluit habere venalem, & fore à commercio vitæ mortis contractor excluditur, suo ipsius damnandus judicio, quòd triginta aureis vendidit eum, quem mulier, ut ipse taxaverat, unxit trecentis. Sed in hoc perversus, quòd ipsum vili æstimans Dominum, sanguentum illud, quod in salutarem nobis ejus sepulturam præmittebatur, caro æstimavit, verùm ut Zabulus ignarus gratiæ Dei, in qua illi non esset portio, non charitate, sed invidi, à, magno æstimavit pretium mortis ejus, quâ nos gratis servat, qui magno emit, non vendit. Mortuus est igitur Judas desperatus, quia irremediabili hoc invidiæ veneno infectus erat. Meritò igitur Ecclesiasticus postquam dixisset: *Nequam est oculus livîdi*, subjunxit: *Despiciens animam suam.* S. Ambrosius invidos considerans Nazarenos, qui Salvatorem è Nazareth expulerunt: *Ejecerunt illum extra civitatem*, inquit, *nec mirum si perdiderunt salutem, quia ejecerunt de suis finibus Salvatorem.*

Eccli. 14. 28.

S. Ambr. in cap. 4. Luc.

DISCURSUS VIII.

ARGUMENTUM.

Livor primum fuit peccatum, primusque partus dæmonis, qui proinde in invido, tamquam imitatore suo, imò ipsomet dæmone pejore, libenter nidificat.

THEMA.

Invidiâ autem Diaboli mors introivit in orbem terrarum; imitantur autem illum, qui sunt ex parte illius. Sap. 2. v. 24.

Invidia fuit primus fœtus dæmonis.

1. Detestabile hoc invidiæ monstrum Sapiens proprium Luciferi abortum esse dicit, dum ait: *In invidiâ diaboli, &c.* S. Zeno ad hujus vitij detestationem nos exhortans, ait: *Fugiamus malum, quod magisterio serpentis edoctum est, quod à dæmonibus adinventum est, quod inimicus homo bonis Dei seminibus superseminavit.* S. Basilius similiter vitium hoc diaboli adinventionem appellat, inquiens: *Fugiamus vitium intolerabile, serpentis est documentum, dæmonum inventum, seminatio inimici.* D. Chrysostomus invidiam Luciferi partum esse, his verbis affirmat: *Haud quaquam aberravi, qui diaboli fœtum eam dixerit.*

S. Zeno ser. de liv. & invid.

S. Basil. h. de invid.

D. Chrysost. hom. 24. in 2. ad Cor.

2. S. Joannes omnia mala paucis verbis & per compendium recensere volens, ea omnia ad tria præcipuè capita reduxit, inquiens: *Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ.* Porro ut sacri Doctores optimè probant, omnia hujus vitæ bona, ad bonum reducuntur, vel honestum, vel utile, vel delectabile; ac proinde omnes transgressiones, quæ contra divinam legem militant, ad appetendum inordinatè aliquod ex his bonis ordinantur, videlicet vel ad utilia, cujusmodi sunt divitiæ, denotatæ per concupiscentiam oculorum; vel honesta, ut sunt honores, qui induuntur per superbiam vitæ; vel etiam delectabilia, qualia sunt voluptates, gulæ vel carnis, quæ infinuantur per concupiscentiam carnis. At verò si rem hanc accuratè examinaverimus, invidiam inter nulla hujusmodi bona usquam inveniemus, utpote quæ in omnibus fingulisque bonis contrariatur & opponitur: cur igitur S. Joannes nullam hujus peccati fecit mentionem? credo equidem aptius ad hoc responderi non posse, quàm si dicatur, S. Joannem solùm intendisse ea recensere peccata, quæ suam ex mundo trahunt originem, unde ait: *Omne quod est in mundo &c.* Invidia autem suos ex inferno habet natales, & à dæmone procreatur. Unde in Canticis dicitur: *Dura sicut infernus æmulatio.* S. Anton. de Padua de patria seu potius sede invidiæ tractans, inquit: *De sede invidiæ, in qua habitat bestia, id est, diabolus*, dicitur Apoc. 2. *Scio ubi habitas, ubi sedes est satanæ. Invidi sunt sedes diaboli*, unde Job 37. *Ingredietur bestia latibulum suum, in antro suo morabitur, latibulum & antrum corda desiguant invidorum, quæ fuligine invidiæ sunt obfuscata.* S. Martialis in epist. quadam, cujus in discursibus præcedentibus sæpius fecimus mentionem, inquit: *Nulla sit in vobis invidia.* Et paulò pòst subdit de anima hac pice contaminata: *Efficitur cubile draconum, & habitatio immundorum spirituum.*

Invidia trahit natales suos ex inferno.

1. Joan. 2. 16.

Cant. 8. 6.

S. Anton. de Pad. in dom. 6 post pasc.

Apoc. 2. 13.

Job 37. 8.

S. Martial. epist. ad Burdigal.

3. Samuël Propheta, ex revelatione Spiritus sancti, de Saüle hoc perhibet testimonium, quòd scilicet in universo populo Israëlis, nullus fuerit melior illo: *Electus, & bonus, & non erat vir de filijs Israël melior illo.* Quando ipsum Regem coronare & inthronizare volebant, se abscondit, ne inveniri posset, undè convincitur, quòd habitaverit in eo Spiritus sanctus, juxta illud: *Super quem requiescet Spiritus meus, nisi super humilem?* Insuper prophetico spiritu præditus fuit, de quo proinde dictum est: *Num & Saül inter Prophetas?* At verò quando post reportatam à Davide de gigante victoriam, ab invidia se seduci permisit, dixitque: *Dederunt Davidi decem millia, & mille mihi dederunt, quid ei superest, nisi solum regnum?* Tunc inquam, sacer textus de illo ait: *Non rectis oculis Saül aspiciebat Davidem à die illa & deinceps. Et factus est spiritus Domini malus in Saül*, ut in sequenti capitulo legimus. Per invidiam igitur diabolus Saülem ingressus est, eumque crudeliter torsit; unde D. Chrysost. mentem invidi, *mentem satanicam* appellat. Et S. August. similiter inquit: *An non est peccatum diabolicum invidia? an non est pœna peccati, quæ protinus ipsum, de quo oritur, vexat auctorem?* S. Bernardinus Senensis de Saüle loquens, duo dicit; unum est, quòd propter livoris sui vitium à Deo fuerit derelictus, alterum est, quòd in pœnam peccati sui, quia nimirum innocenti & de se bene merito Davidi invidit, à dæmone fuerit possessus. *De hoc spiritu scriptum est*, inquit: *Spiritus Domini recessit à Saül, & exagitabat eum spiritus nequam à Domino, id est, permissione Domini.*

Propter invidiam recessit spiritus domini à Saüle.

1. Reg. 9. 2.

1. Reg. 10. 11.

1. Reg. 18. 8.

1. Reg. 18. 9.

D. Chrysost. to. 6. eclog. de invid.

S. Aug. to. 7. l. 6. cont. Jul. c. 1.

S. Bernard. tom. 3. ser. de exer. malig. spir. art 3. c. 6.

4. Ingeniosum est illud, quo S. Zeno ad invidum Cainum se reflectens, utitur, epitheto, dum illum primò appellat satanæ scholarem. *Cum*, inquit, *primus diaboli discipulus, ab ipso & invidiæ vitium, & homicidij opus edoctus.* In Actibus Apostol. Elimas magus livore rodebatur invidiæ, eò quòd ingentia videret lucra eorum, quos S. Paulus ad fidem nostram compararet, & specialiter post Sergij Pauli Proconsulis conversionem; hunc igitur Apostolus se omni conatu opponere volens,

Invidia est vitiũ diabolicũ.

S. Zeno ibid.

Act. Apost. 13. v. 9. Ibid. v. 10.

lens, his eum verbis perstrinxit: *Saülus, qui & Paulus, repletus Spiritu S. intuens in eum, dixit: O plene omni dolo, & omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis justitiæ.* Nec mirum est, quòd ab Apostolo hisce titulis indigitetur, quia ut D. Chrysostomus ait: *Invidia hominem in diaboli conditionem, & in dæmonem immanissimum convertit.* Rupertus Abbas pariter de hoc vitio inquit: *Peccatum diabolicum est, quia Diabolum imitatur, qui alterius justitiæ invidet.* S. Basilius considerans serpentem infernalem, quando livoris sui venenum in paradiso terrestri evomuit, ut æternam homini mortem conciliaret, ita scribit: *Postquam vidit hominem, animal quidem parvum, verùm supra omnem creaturam honoratum, antiquior homine existens, videratque quod natalitia omnia verbo creata erant; producant enim, inquit, aquæ reptilia animarum viventium; verbo fecit cete, quæ in athlantico pelago degunt, verbo fecit terestria; præcepto factæ sunt elephantorum magnitudines, itemque camelorum; quod magis mirum est, præcepto cœlum, præcepto sol, omma præcepto; verùm homo manibus efformatus est. Vidit honorem hominis, & invidit diabolus.* S. Joannes Damascenus ad hoc venenum fugiendum nos exhortans, inquit: *Quocirca summo studio evitandum est id vipereum & tartareum virus, quod humanis animis hostis antiquus instillare amittitur.* Idque authoritate S. Augustini confirmat dicentis: *Invidia vitium diabolicum, & quo solo diabolus est reus, & inexplorabiliter reus.* Porrò hic idem S. Aug. demonstraturus, quàm hoc invidiæ crimen dæmoni connaturale sit, sequenti id ostendit discursu, inquiens: *Non ei imputatur adulterium, non vinolentia, non fornicatio, non rapina rerum alienarum; solâ superbiâ lapsus est, & quoniam superbiæ comes est invidentia, fieri non potest ne superbus non invideat; lapsus invidit stanti, & dedit operam seducere hominem, ne illo levaretur, unde dejectus est ille.* Sufferre namque non poterat, ut pugillus luti, qualis homo est, secundùm corpus thronos illos ascenderet, unde ipse præcipitatus erat. Hinc & Cassianus inquit: *Livoris & seductionis materia, qua ut hominem deciperet instigatus est, anterioris ruinæ exitii causa, quod scilicet de limo terræ nuperrime figuratum, ad illam eam gloriam cerneret evocandum, unde cùm esset unus de principibus, se meminerat corruisse; & idcirco priorem ejus lapsum, quo superbiendo corruerat, quo etiam serpens meruerat nuncupari, secunda ruina per invidiam subsecuta est.*

S. Gregor. par. 3. past. adm. 12.

S. Zeno ibid.

S. Ambr. l. de Parad. c. 12.

S. Aug. to. 4. de salut. doctum. c. 22.

S. Greg. lib. 29. mor. c. 6.

S. Gregor. part. past. adm. 11.

S. Bonav. in dicta salut. tit. 1. c. 4.

Sicut propriũ Dei est liberalitas, sic proprium Diaboli est invidia.

Cassianus coll. 8. c. 10.

Objectum invidiæ, est tristitia boni alieni.

5. Certum est, nil hominem mali intulisse dæmoni, ut hic tantum illi inferret malum damnum, sed invidia aliud non novit objectum, nisi tristitiam boni alterius. Imò quò hoc majus fuerit, etiamsi invidus beneficijs quoque se præveniri advertat, suum nihilominus pestiferum evomit venenum, quemadmodum sequenti discursu declarat S. Ambrosius, dicens: *Quæ causa inimicitiarum nisi invidia? sicut Salomon ait; quia invidiâ diaboli mors introivit in orbem terrarum. Invidiæ autem causa, beatitudo hominis in paradiso positi. Et ideo quoniam ipse diabolus acceptam gratiam tenere non potuit, invidit homini, eo quod figuratus è limo, at incola paradisi esset, electus est. Considerabat enim diabolus, quod ipse, qui superioris fuisset naturæ, in hæc secularia & mundana ceciderat, homo autem inferioris creaturæ sperabat æterna. Hoc est ergo quod invidet, dicens: Iste inferior adipiscetur quod ego servare non potui? Iste de terris migrabit ad cœlum, & ego de cœlo lapsus in terram ibo?* Quam eamdem ponderationem S. quoque Gregorius instituit dum ait: *Quia ipse malignus spiritus cœlum perdidit, condito ob hoc homini invidit.*

Peccatum diabolicum est reus, & inexplorabiliter reus.

Est crimen dæmoni connaturale.

Pater ex lapsu diaboli.

6. S. Zeno, quemadmodum Deo bona sua communicare, ita dæmoni ijs invidere, proprium esse considerat, inquiens: *Sicut proprium est boni Dei liberalitas & largitas, ita proprium est diaboli livor & invidia; & ideo observemus fratres, vitij hujus incursum, ne forte participes operum diaboli efficiamur, & pari cum eo sententia condemnemur.* Quapropter & S. Bonaventura accommodatè, quæ invidum inter & dæmonem versatur, similitudinem, in hæc adducit verba: *Similis est diabolo, vellet diabolus quòd nullus esset bonus.* Quin & S. August. inter alia de invido salutaria documenta, hoc pariter statuit: *Semper favore pleuus particeps dæmonorum efficitur.* Quod & S. Gregorius dum vitij hujus enormitatem perpendit, confirmat verbis sequentibus: *Ecce alius fratri in corde suo tacitus invidet, & si occasionem reperiat, eum sæpe tantare contendit. Cujus alterius membrum est, nisi ejus de quo scriptum est: Invidiâ diaboli mors introivit in orbem terrarum.* Idem quoque alibi invidos tamquam venenosæ ac pestilentiali antiqui serpentis maligultati, ad fauces usque immersos depingi dicens: *Dicendum itaque est invidis, quia dum se à livore minimè custodiunt, in antiquam versuti hostis nequitiam demerguntur.*

7. Nota est omnibus illa zizaniorum parabola. Bonus quidem ille paterfamilias bonum in agro suo femen seminarat, at subitò ab inimico homine superseminata fuerunt zizania. Hæc autem zizania, ut ipsemet Salvator noster apud Matth. c. 13. declarat: *Filij sunt nequam*, id est, *invidi. An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?* Hic etenim livor venenum suum bonis virtuosisque immiscet operibus; at verò quisnam hujus zizaniæ author est & origo? *Inimicus homo hoc fecit*; invidus enim licèt homo sit, minister tamen est dæmonis. S. Bernardus proinde in quodam sermone de modo benè vivendi, optimè inquit: *Homo invidus membrum est diaboli.* S. Anton. de Padua idipsum confirmat ex S. Augustino, dicens: *Secundùm sententiam* B. Augustini l. 5. de Civit. Dei, c. 8. *sicut omnes virtutes (si tamen virtutes sunt veræ) constituunt hominem membrum Christi; sic juxta sententiam Doctorum, peccata constituunt hominem membrum diaboli; & sicut charitas est membrorum corporis Christi connectio, ac etiam ligamentum, sic invidia est malorum ligamentum, dæmonis scilicet capitis. Sicut igitur membra, quæ per charitatem sunt connexa Christo, non possunt esse sine debita operatione, sic membra, quæ per invidiam dæmoni connectuntur, quiescere non possunt, quin suo capiti conformiter operentur.* S. Thomas de Villa nova in sermone de conciliabulo, in quo Judæi, impellente invidiâ, ad necem redemptori inferendam, congregati fuerunt, ita scribit: *Maximè contrariatur charitati, ac propterea sicut charitas facit hominem filium Dei, sic è converso invidia facit eum filium diaboli.* D. Chrysostomus hoc vitium detestans, postquam multa in ejus vituperium dixisset, tandem de invidis ita concludit: *Non aliter profectò agunt, quàm canes rabie concitati, infestique dæmones atque furiæ.* Idem quoque alibi eosdem invidos dæmonis procuratores appellat, qui illius nomine bello Ecclesiam infestant, ait enim: *Id genus hominum unà cum diabolo Ecclesiæ bellum inferunt, fortasse etiam & multò pestilentius. Nam diabolum evitare facile posses, at hi sumptâ amicitiæ personâ, clam ignem succendunt.* Idem quoque in progressu ejusdem homiliæ, invidum hominem dæmoni sæpius comparat, dicit enim, in primis invidus est *animo prædituς satanico*, id quod in Caino exemplificans, sub hisce terminis describit: *A diabolo staus animo ad configendum parato, etenim diabolus idem tum unà cum Cain belli ducem agebat, de fratricidio autem adimpleto subdit: Vides ut insatiabilem diaboli animum impleverit?*

Invidi sunt filij & membra diaboli.

Matth. 13. v. 38.

Matth. 20. v. 15.

Matth. 13. 28

S. Bern. ser. 34. de modo benè viv.

S. Ant. de Pad. ser. in fer. 4. Pas.

S. Thom. à Villa nov. fer. 6. post. Dom. Pass.

Chrys. ho. 41 in Matth.

Sunt Canes rabidi.

Chrys. ho. 7. ad Rom.

8. Enimvero tametsi multa sint ob quæ invidus diabolo comparari possit, in hoc tamen præcipuè illius symbolum gerit, quod videlicet cum proprio damno alterius malum suspiret & provocet. Licèt enim inimicus infernalis meritò curare deberet, ne popularetur infernus nimiâ damnatorum multitudine, quia sicut in paradiso ob beatarum animarum multiplicitatem, in quolibet beato gloria augetur accidentalis, eâdem proportione in inferno pœna accidentalis crescit & augetur, ob animarum reprobarum multiplicationem; attamen dæmon hoc supplicij sui augmentum non curat, dummodo invidiam suam explere possit, arcendo hominem à sedibus illis, à quibus ipse infœliciter est prolapsus. Unde S. Gregorius omnes illos qui se ab hoc veneno intoxicari permittunt, ut suprà diximus, ita monet: *In antiquam hostis nequitiam demerguntur*; *quia enim ipse malignus spiritus adversarius noster cœlum perdidit, & condito ad hoc homini invidit, ita damnationem suam perditus adhuc alios perdendo cumulavit.* Neque enim diabolus quidquam curat, quòd semetipsum infœliciter perdat, dummodo invidiam suam erga hominem evomere possit. Unde Rabanus ait: *Dum stimulante livore homini gratiam immortalitatis eripit, ipse quoque id, quod prius fuerat, amisit.*

Sunt similes diabolo, eo quod cum proprio damno, quærant damnũ alterius.

S. Gregor. part. 3. past. adm. 11.

Raban. l. 3. de pec. sat. cap. 18.

9. Quòd si quis hominem invidum dæmone pejorem esse diceret, à veritate utique non aberraret, quia conformiter loqueretur D. Chrysostomo hanc opinionem his verbis sustinente: *Invidus ipso diabolo magis diabolus est; invidet satan, sed hominibus, non socijs, tu verò homo cum sis, invides hominibus, odium adversus genus naturamque communem exerces, quod nec satan quidem fecit.* Idem quoque punctum alibi contra hoc vitium diffusè scribens, his verbis tangit: *& dæmones in nos quidem implacabile odium habent, ijs autem, qui ejusdem generis sunt cum ipsis, non insidiantur. Hi verò neque naturæ communitatem reverentur, neque propriæ salutis parcunt, sed ante illos, quibus invident,*

Probantur esse pejores diabolo.

Chrys. hom. 45. in Joan.

Chrys. to. 6. eclog. de invid.

suis ipsi animas pœnis afficiant. Et in progressu ejusdem tractatus repetit dicens : *Dæmon invidet quidem, sed hominibus, dæmonum verò malis ; tu verò homo cùm sis, hominibus invides.* Pharisæi Christum miracula patrare, indeque numerum sequacium suorum augeri videntes,
Luc. 11. 27. unde mulier illa *extollens vocem de turba dixit illi: Beatus venter, qui te portavit, & ubera, quæ suxisti*, cùm illum in virtute Beelzebub capitis dæmoniorum, spiritus à possessis depellere contumeliosè arguerent, eosdem
Luc. 12. v. 17 sequenti argumento mendacij convicit, dicens : *Omne regnum in seipsum divisum desolabitur... si autem & Satanas in seipsum divisus est, quomodo stabit regnum ejus ?* ac si diceret ; ut exponit Cajetanus, id si verum
Cajetanus. esset, *dæmones agerent ad desolationem proprij regni.* Si enim in inferno inter dæmones regnaret invidia, desolarentur utique, jam verò arctissimè inter se uniti sunt ; ex quo clarè deducitur, invidos dæmonibus longè pejores esse, eorumque malitiâ effici, ut integræ subvertantur civitates & regna ; nam ut S. Augustinus ait :
S. Aug. ser. 18 ad Fratres. *Muros Jerusalem evertit, Romam depopulavit, Carthaginem destruxit, Trojam devastavit.* Unde D. Chrysostomus malignos Pharisæos reprehendens, illos dæmone iniquiores esse, his verbis dixit :
Chrysost. ho. 41. in Matth. *Dæmone ipso magis dolebant, quippe dæmon ab homine citò recedens, ac nihil dicens, fugam arripuit ; illi verò modo interficiendi agitabant consilia, modo existimationem hominum de eo retundere conabantur.*

10. Auscultandum quapropter est S. Martialis consilium, dicentis :
S. Mart. ep. 1. ad Burd. c. 7. *Oculos vestros assiduè ad misericordiam divinitatis ejus erigite, & malitiam diaboli calcate.* Non est peccatum leve invidia, ideoque cum omni studio nobis detestandum est. Audite Rabanum dicentem :
Raban. to. 6. de agone Christ. l. 3. *Illusione diabolicâ celare quod bonum est, & invidere melioribus, leve apud quosdam, & modicum crimen videtur, damque existimatur leve esse, & modicum, non timetur. Hinc diabolus inter initia status mundi, & pervii primus, & perdidit.* Peccatum hoc primum fuit, primusque dæmonis partus, estque contagium quo dæmon animas frequenter intoxicat. S. Mater Ecclesia Domin 17. post Pentecost. illud proponit Evangelium, in quo lividi Pharisæi Christum tentarunt, ut eum velut erroris alicujus reum arguere posset:
Invidia fuit primum, & est gravissimum peccatum. Matth. 22. v. 35. *Interrogavit eum unus ex eis legis doctor tentans eum.* Ubi Corn. Jansenius ait : *Invidiâ quadam contra Dominum concitati, convenientes in unum, consultaverunt inter sese de quadam quæstione à Domino proponenda, ut si forte ad eam non apte responderet, minueretur apud populum admiratio prudentiæ ejus, & majorem apud populum ipsi consequerentur bonorem, & laudem.* Observandum verò est, quòd cùm laudabilis sit Ecclesiæ ritus, quo eas solet proponere Dominicarum collectas, quæ aliquam habeant cum Evangelio connectionem, oratio in hac Dominica hæc sit : *Da quæsumus Domine populo tuo diabolica vitare contagia*, id est, invidiam, quæ à sacris Doctoribus pluribus in locis, ut infrà dicetur, sub nomine pestis describitur.
Jansen. cap. 118. conc. Evang.

DISCURSUS IX.

ARGUMENTUM.

Invidia opponitur charitati, estque cum hujus effectibus incompatibilis.

THEMA.

Charitas non æmulatur, 1. Cor. 13. ℣. 4.

Idiota de amore Dei, cap. 26. 1. ERuditissimus Idiota, in eo tractatu, quem *de amore Dei* composuit, hæc post se verba scripta reliquit : *Quidquid latet, & quidquid patet in divinis sermonibus, & in tota S. Scriptura, dilectio comprehendit, quia scriptum est : Plenitudo legis est dilectio, nam tota lex, imò tota scriptura, aut consulit, aut præcipit ea ; quæ faciant ad eam, & ad proximorum dilectionem.* Imò ipsemet Deus, qui omnis boni, omnis gratiæ omniumque donorum & virtutum objectum est & centrum, ad charitatem nobis tantò arctiùs commendandam, semetipsum per divini amoris sui Secretarium, titulo charitatis appellari voluit : *Deus charitas est.* Hoc autem eo præcipuè fine dico, quia invidus charitatem expugnat, prosternit, & extinguit ; ac proinde Cajetanus super prædicta verba thematis inquit : *Charitas in vidiam omnem excludit* ; atque ideo à contrario sensu nos asserere possumus : *Invidia charitatem omnem excludi*, quia infallibile est illud S. Paulo à Spiritu veritatis dictatum oracului : *Charitas non æmulatur*, id est, ut Doctor Angelicus exponit, *Non invidet, quia scilicet facit cavere invidiam ; inde & in* Pal. 36. *dicitur : Noli æmulari in malignantibus.* Idem Angelicus Magister

Invidia charitatem, & charitas omnem invidiâ excludit. 1. Joan 4. v. 16. Cajet. ibid.

1. Cor. 13. 4. S. Tho. ibid.

charitatem cùm invidia incompatibilem esse his verbis concludit : *Cùm per invidiam quis dolet de bonis proximi, directè contrariatur charitati, ad quam pertinet, quòd homo diligat proximum, sicut seipsum.* D. Chrysologus inter alios livoris effectus hunc quoque enumerat, quòd scilicet *charitatem violat.* B. Laurentius Justinianus in libro *de spirituali animæ interitu*, significanter nobis exprimit damna, quæ invidia operatur in anima, utpote quæ spiritualem suam vitam à charitate recipit, & conservat, quia axioma est irrefragabile : *Qui non diligit, manet in morte.* Verba autem Justin. inter alia hæc sunt : *Charitatis jomem exhaurit.* Venerabilis Beda super prædictum textum ita scribit : *Ubi est invidia, amor fraternus esse non potest. Intendat charitas vestra. Qui invidet, non amat ; peccatum diaboli est in illo, quia & angelos invidendo dejecit. Cecidit enim, & invidit statim ; non ideo voluit dejicere, ut ipse staret, sed solus caderet. Tenete in animo invidiam non posse esse in charitate. Habes apertè cum laudaretur ipsa charitas : Charitas non æmulatur.* Idem quoque venerabilis Doctor in scintillis suis hanc memorat S. Ephrem sententiam : *Invidia manifestat nos charitatem Dei penitus non habere.*

S. Tho. 2. 2. q. 36. art. 3. Invidia ex suo genere est peccatum mortale. B. Laur. Justin. lib. de spir. anim. Damna invidiæ. 1. Joan. 3. v. 14. Beda tom. 5. ibid. 1. Cor. 13. 4. Beda scintil. c. 15.

2. Extra controversiam est, quin videlicet fedes charitatis sit in corde Christiani, dicente Apostolo : *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum S. qui datus est nobis.* Inimicus ergo infernalis huc omnes suos dirigit conatus, ut hanc nobis in cordibus nostris eripiat. Unde D. Chrysologus ejus nobis discooperiens insidias, inquit, *Invidia investinus hostis, non carnis quatit muros, non elidit septa membrorum, sed in ipsam cordis arietat arcem, & antequam viscera sentiant ipsam, dominam corporis animam prædo capit, & adduxit inclusam.* Alia vitia mysticæ hujus Jerosolymæ muros quatiunt, & impugnant : At verò invidia est traditor ille, qui intra munitissimam optimeque custoditam cordis arcem latitans, fidemque frangens animam in manus consignat inimici (prouti in discursu præcedenti audistis) inde ejiciendo charitatem, quæ regina, & domina est omnium virtutum, imò & ipsummet Deum profligando. Quamnam existimatis fuisse tesseram, per quam Christus Christianos, acres & non fictos sequaces suos esse agnosci voluit ? Cœlestis Legislator apud S. Joannem inquit : *Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos, ut & vos diligatis invicem ; in hoc cognoscent omnes, quod discipuli mei estis ; si dilectionem habueritis ad invicem* ; ecce tibi veram veri Christiani tesseram, dilectionem nimirum proximorum ; hujus verò antitesseram ex parte dæmonis ordinata ; est invidia.

Rom. 5. v. 5. Tessera Christi, est charitas, tessera Diaboli, invidia, Chrysolog. serm. 4. Joan. 13. 34.

3. Author operis imperfecti rationem assignat, cur Spiritus Sanctus super Jordanem formam sibi columbæ assumpserit ; indeque motivum sibi eruit probandi, quòd ubi charitas est, ibi diabolica nidificare nequaquam possit invidia : *Ideo Spiritus Sanctus speciem columbæ suscepit*, inquit, *quoniam præ omnibus animalibus hæc culpæ est charitatis ; omnes enim species justitiæ, quas habent servi Dei in veritate, possunt habere & servi Diaboli in simulatione. Habet enim Diabolus & mansuetos & humiles, habet castos, & eleëmosynarios, & jejunos, & omnem speciem boni, quam creavit Deus ad salutem hominum, ipsam spectem & Diabolus introduxit ad seductionem, ut inter bonum & verum, & bonum & simulatum confusio fiat, ut simplices homines, qui boni veri, & boni simulati differentiam intelligere cauè non possunt, dum quærunt bonos Dei vivos, incurrant in seductores Diaboli. Solam autem charitatem sancti Spiritus non potest immundus spiritus imitari. Omnis ergo species justitiæ in impostoribus invenitur, sola autem gratia veræ charitatis non inventur, nisi in solis servis Dei.* Ex quo discursu certam hanc deducere possimus conclusionem, quòd ubi invidia est, charitas & amor Dei ac proximorum esse non possit ; ac proinde securè, non verò temerè judicabimus, si credamus, quod in anima hominis invidi Dæmon, non verò Deus habitet. Id quod sequens Richardi de S. Victore, propositio nostro congruentissima confirmat sententia, dicentis : *Invidia non penetrat pectus, quod charitatis perfectione munitum invenerit.*

Ubi vera charitas est, invidia non habet locum. Auth. imperf. tom. 4. Rich. de S. Vict. p. 2. in Cant. c. 22. Diabolus per invidiam conatur eliminare charitatem.

4. S. Antoninus de hac materia differens, inter alios Dæmonis insultus hunc præcipuum esse dicit, quòd videlicet : *Quotidie invidiam suggerendo, conatur fraternam charitatem dissipare ; inde Joannes Papa ait : Conatur versutus hostis ab intimo rumæ suæ Ecclesiæ unitatem scindere, charitatem violare, & bonorum operum dulcedinem felle invidiæ inficere, & omnibus*

hos modis, quibus potest, humanum genus exterere, & pertinare. Dolet enim satis, & erubescit, charitatem, quam ipse nequivit habere, id est, conservare in cœlis, homines constantes ex lutea materia, possidere in terris. Et tanta est malitia invidiæ ejus, ut cùm ex tentationibus quibus nos infestat, augeatur ei pœna accidentalis inferni, tamen potius eligit sibi illam augeri, tentando nos, ut urere faciat, quàm illa carere, desistendo à tentationibus. S. Thomas ex hac ratione deducit, invidiam ex suo genere peccatum mortale esse, quia directè opponitur charitati : *Dicendum*, inquit, *quod invidia ex suo genere est peccatum mortale ; genus autem peccati ex objecto consideratur. Invidia autem secundùm rationem sui objecti contrariatur charitati, per quam est animæ spiritualis vita, secundùm illud primæ Joannis 3. Nos scimus, quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Utrisque autem objectum charitatis & invidiæ, est bonum proximi, sed secundùm contrarium motum, nam charitas gaudet de bono proximi, invidia autem de eodem tristatur.*

Luc 15. v. 28 Frater filij prodigi audiens musicâ in domo patris, fugam arripuit, & quare. Chrysol ser. 4

5. Revocandum est hic in memoriam, quod de filij prodigi fratre natu majore Evangelium Lucæ refert, qui audiens gaudium festivum, pro fratris sui reditum & resipiscentiam, in domo paterna celebrari, rodente cor ejus invidiâ, indignatus est contra genitorem suum, illamque musicalium instrumentorum concordiam harmoniacam audiens, in fugam se recepit ; idque mirum non fuit, inquit D. Chrysologus, nam *invidum fugat symphonia pietatis, chorus charitatis illum excludit.* Idem quoque S. Doctor ad indiscretam ejus se reflectit querelam, quando apud
Luca 15. 29. Patrem lamentatus est, dicens : *Numquam dedisti mihi hœdum.* Circa hæc enim verba ita scribit : *Frater invidus animus, gratus non potest esse pari, & paternæ largitatis memor non est, qui est fraternæ immemor charitatis. Hœdum sibi datum negat qui substantiæ partem totam, tempore divisionis accepit.* Alcuinus celeberrimus Author, qui Caroli Magni Præceptor fuit, de virtutibus & vitijs differens, atque ad materiam de invidiæ livore descendens ad nostram institutionem, ita scribit : *Nihil negotius potest esse invidia, quæ alienis torquetur bonis & quod ipsa non habet, alios invidet habere, omnibus inimica est bonis invidia. Ubi est invidia. Charitas esse non potest, & ubi charitas non est, ibi nihil boni esse poterit. Qui invidet, similis est Diabolo, qui per invidiam hominem de Paradisi felicitate dejecit.* Porrò juxta B. Laurentij Justiniani Discursum nullum vitium charitati magis opponitur, quam invidia : dicit enim : *Nullum profectò vitium opponitur dilectioni quemadmodum ista.*

Alcuin, l. de virt. & vitijs cap. 22. B. Laur. Justin. ibid. 1. Cor. 12. v. 25. 26. 27 Invidiæ malignitas declaratur similitudine membrorum humani corporis.

6. Sanctus Paulus, Cor. ad reciprocam animaturus dilectionem, sequentem adhibet doctrinam seu potiùs similitudinem, inquiens : *Ita sum pro invicem solicita sint membra. Et si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra, sive gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra, Vos autem estis corpus Christi, & membra de membro.* Porrò lex naturæ postulat, quod dum unum membrum vel pars corporis gaudet, alterum non tristetur de alterius bono ; sicut v. g. si oculus visum habeat acutum, pes exinde dolere non debet, quia ducem greffibus suis habebit certissimum ; & ita de reliquis corporis membris discurrere licet. Quæ enim monstrositas futura esset, si stomachus contristetur, quod os solidos habeat dentes ad manducandum cibum, ut illum tanto melius digerere possit ? vel si pes affligeretur ob capitis sanitatem ? eadem vero est invidi deordinatio : *Sumas invicem membra*, & tamen invidus dolet, quod proximus ejus, quem veluti partem sui agnoscere debet, prosperè agat quoad honores, existimationem & bona temporalia. Sanctus Antoninus hunc Sancti Pauli textum ponderans ait : *Experientia docet, si patitur unum membrum, patiuntur omnia membra, non lætantur, & econtra de exultatione unius membri, omnia gaudent. Si enim caput honoratur diademate, vel alio ornatu alia membra lætantur.* Unde sanctus Augustinus invidis comminatur, dicens : *Cognoscent omnes invidi, qui de alterum, etiamsi inimici eorum sint, tribulationibus gaudent, quia membra sunt putrefacta, abscissa & mortua, & ideo non habent sensum.* Charitas enim, ut diximus, est quæ vitam gratiæ confert, qua invidi carent, utpote membra à mystico fidelium corpore resciſſa. D. Chrysologus enim ait : *Sicut Deo jungit charitas, à Deo invidia sic sejungit.* Et B. Laurentius Justinianus ait : *Docemur in Scriptura proximum sicut nos ipsos diligere, exemplo amoris membrorum corporis humani. Primum hoc quod unum membrum non invidet alij membro, licet non habeat idem officium, non omnia namque eumdem actum habent membra, nec tamen sibi invicem invident ; sic nec debet aliquis invidere proximo suo, habenti gratiam quam in se non habet.* Sanctus Augustinus, de invidia ita scribit : *Peccatum fratris ad mortem esse puto, cum post agnitionem Dei, per gratiam Domini nostri Jesu Christi, quis oppugnat fraternitatem, & adversus ipsam gratiam, qua reconciliatus est Deo, invidentiæ facibus agitatur.* Ingeniosa est illa à Sancto Thoma à Villa nova circa sequentem Apoc. Textum instituta observatio, in quo dicitur : *Et quintus Angelus effudit phialam suam super sedem bestiæ, id est, inquit : Prædicavit contra peccatum invidiæ, quæ est sedes Diaboli*, Isa. 13. *sedebo in monte testamenti, id est, superbia ; in lateribus aquilonis, id est invidis.* Quodnam vero in eo latet mysterium, quod Dæmon invidus in lateribus sedeat Aquilonis ? cur non ad Austrum sedem suam locavit ? nimirum pars aquilonis frigida, gelida, & omnis expers caloris, per quem charitas denotatur : *In lateribus Aquilonis, id est, invidis*, inquit idem Sanctus Thomas à Villa nova, *qui nihil habent de igne charitatis. Et factum est regnum tenebrosum, id est, invidi excæcati sunt per invidiam de bonis aliorum.* Job. 5. *Per diem incurrent tenebras, & quasi in nocte sic palpabunt in meridie, & commandacaverunt linguas suas, per detractionem, quæ est filia invidiæ, secundùm Gregorium, præ dolore habito aliorum felicitate.*

S. Aug. ser. in monte, c. 22. Invidi designantur per Aquilonem frigidum. Apoc. 16. 10. S. Thom. à Villa nova ibid.

7. Inter effectus charitatis Sanctus Paulus hoc specialiter, & præcipuè enumerat, inquiens : *Charitas patiens est, benigna est : charitas non æmulatur, non agit perperam ; non inflatur, Non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, Non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati* ; & quidem si diligenter hosce effectus examinaverimus, invidiam omnibus hisce effectibus directè opponi inveniemus. Sicut enim toxicum in omnes venas subitò diffunditur, nisi confestim remedium adhibeatur ; ita quoque idem facit invidia, quæ, ut Author quidam antiquus optimè dixit, venenum est, & *toxicum charitatis.* Porrò *charitas patiens est*, qui autem invidia stimulatur contra proximum, cor illius repletur rabie, & furore, irascitur bono alterius, indeque injustum concipit odium. Unde sanctus Bonaventura adversus invidos illa Psalmi verba adducit : *Peccator videbit, & irascetur, dentibus suis fremet, & tabescet. Subdit Apostolus benigna est*, quia ut sanctus Gregorius ait : *Pro malis bona largiter ministrat.* In hoc enim se prodit calor charitatis, si inimico quis bonum pro malo reddere noverit : Invidia autem contrarium facit, quia ex bono proximi omne malum suspicatur ; & quanto major est felicitas, qua proximus gaudet, tanto majus in corde suo concipit venenum pestilentialis livoris est odij. Pergit Apostolus, dicendo : *Non agit perperam.* Invidia autem, ut in primo Discursu probavimus, omnis malitiæ est receptaculum & centrum. *Facit hominem penitus immisericordem*, inquit Sanctus Bonaventura, *sicut patet in Cain, qui ex invidia non pepercit Abel fratri suo innocenti. Sicut patuit etiam in filijs Jacob, qui invidia stimulante non pepercerunt Josepi innocenti ; sicut patet etiam in Judæis, qui non pepercerunt Christo innocentissimo ; cujus causa fuit invidia, ut patet in Matthæo, quia Pilatus sciebat quod per invidiam tradidissent eum.* Est & alius charitatis effectus, quia scilicet *non inflatur.* Humili enim non displicet bonum alterius, imo de illo haud secus ac si proprium esset, gaudet, cujus contrarium facit is, cujus cor livore plenum est. Doctrina est sancti Bernardi, dicentis : *Invidia dapsices evomit flammas. Modo illum urit, qui meliori invidet in id quod ipse non est ; modo illum afficit, quæ quemlibet consimilem dolet sibi esse æqualem. Ut hæc discernere habeas, ista do tibi indicia. Superbia rubet, exoneuxia alget, invidia pallet : furor igneus in superbis ex indignatione, candor in hypocritis ex simulatione, pallor in invidis ex nimio dolore. Præterea charitas non est ambitiosa.* Invidia autem, ut in secundo Discursu probavimus, superbiæ gemmus est partus. *Charitas non quærit quæ sua sunt :* Nam, ut sanctus Augustinus ait : *Quanto magis regnum cupiditatis destruitur, tanto regnum charitatis magis augetur*, invidia autem non solum omne bonum quod videt in alijs, desiderat, verum etiam illud totaliter sibi adscisscere proximumque illo privare concupiscit, tolerare enim nequit, quod aliquis sit eo superior,

1. Cor. 13. v. 4. 5. 6. Invidia contrariatur omnibus effectibus charitatis, à S. Paulo enumeratis. Holcoth. in Sapient. lect. 29. Ps. 111. 10. S. Bonav. c. 6. Sap. S. Bonav. de dicta salut. tit. 1. c. 7. S. Bern. de ord. vitæ. S. Aug. l. 3. de doctr. Christ. c. 10.

Unde

S. Ephrem. de virt. & vitijs.

Unde sanctus Ephrem in capite,cui titulus est : *De eo qui ab invidia & æmulatione alienus est*, ad discernendam animam quamdam ab hac pice immunem, sequens tradit indicium : *Qui ab hoc morbo alienus est*, inquit, *nunquam aliorum profectu cruciatur ; de honore alterius non turbatur, neque de dignitate dolet, cunctos enim se meliores præstantioresque ducit, indigniorem se alijs, omniumque infimum reputans : gloriam propriam non quærit, non jactatur honore ; gaudet cum gaudentibus, adjuvat proficientes, & cum præclare incedentibus exultat, & bene beateque viventes laudibus celebrat.* Sequitur apud Apostolum : *Non irritatur.* Invidus autem non solum irritatur, sed & in rabiem agitur. Unde sanctus Cyprianus hominem invidiæ

S. Cypr. de zelo.

livore agitatum ita describit : *Hinc vultus minax, torvus aspectus, pallor in facie, in labijs tremor, stridor in dentibus, verba rabida, effrenata convitia, manus ad cædis violentiam prompta, etiamsi à gladio interim vacua, odio tamen furiatæ mentis armata.* Præterea charitas *non cogitat malum*, qui enim veram habet charitatem, non judicat, nec suspicatur malum de fratre. De invido autem Sanctus Antoninus ait : *Oriuntur ex invidia judicia temeraria* ; unde Hieronymus : *O invidia primam tui mordax. Quidam (prò nefas) nomine Christiana relicta trabe propriis in oculis, in alieno festucam quærunt, scilicet male judicant, de parvis defectibus aliorum.* Gilibertus Abbas inquit : *Invidam animam non potest intrare æstimatio bona ; quare ? quia livor dum privatam excellentiam cogitat, alienam obscurat.* Charitas insuper *non gaudet super iniquitate*, qui enim veram dilectionem fraternam in corde suo habet, hunc fratris iniquitas non lætificat ; invidus autem de alterius miseriis exultat, & specialiter quanto sunt deplorabiliora,qualia sunt illa quæ animam offendunt. Denique charitas *congaudet veritati.* Invidia autem, ut experientia docet, & æmulatio, veritatem frequenter impugnant, eique contradicunt, unde Poëta ille cecinit : *Qui velut ingenio cedere rarus erit.* Sanctus Antoninus scribit, quod *Philosophus quidam ex invidia volens extinguere nomen & scientiam alterius, aliam opinionem invenichat oppositam alterius sententiæ, quam esse animo non sentiret, tamen persuasionibus aliquibus probare nitebatur. Hinc aliqui dicunt, Aristotelem motum fuisse, ad comburendum libros Platonis sui Magistri quos potuit, & postea ad impugnandum eum.*

Gilib. cit. ab Hug. C.1. Cor.13.

S. Anton. ibid. 6. 2.

DISCURSUS X.

ARGUMENTUM.

Invidia propria est hominum vilium & pusillanimium, estque macula ignominiosa hominis ; variæ quoque adducuntur contra invidos, animalium abjectorum & fœditorum similitudines.

THEMA.

Parvulum occidit invidia. Job.5.v.2.

Invidia est vitium hominum Vilium,& abjectorum. Guerr. Abb. in die Purif.

1. SOrdida hæc invidiæ macula non coinquinat præterquam viles & abjectos homines, ignominiosamque humani generis fecem ideo Job ait : *Parvulum occidit invidia.* Et Guerricus Abbas dignus S. Bernardi discipulus in sermone quodam,Operibus S. Bernardi inserto ait : *Hæc est illa, quæ non magnos, sed parvos semper torquet, dicente S. Job. Parvulum occidit invidia. In eo enim quod aliquis alicui invidet, minorem se ostendit ei cui invidet.* Et quidem verba hæc proportionaliter ad vilipendia, quibus alij sacri Doctores hoc vitium depinxerunt, comparemus,parum nimis sanctum hunc Abbatem dixisse reperiemus. D. Chrysost.enim in quadam homilia expresse ait : *Perdiscendum tibi est turpissimum flagitium esse invidiam.* S. Prosper l.3. *De vita contemplativa* in vituperium invidorum inquit, quod *pleni sunt fordium.* S. Thomas de Villa nova in sermone quodam de conciliabulo ad inferendam Redemptori mortem à Judæis livore stimulatis congregato,ita Deum orat : *Deus nos liberet à tam malo, & ignominioso vitio.* Est enim spurcities quædam quæ non nisi homines maxime abjectos & abominandos, ac undique ignominia dignissimos afficit,& contaminat. Unde Petrus Blesensis ait : *Numquam invidisses, si qua tibi inesset generis,meritisve nobilitas, quia testimonio Poëta livor inest vitium, mores nori exit in altos ; atque latens ima vipera serpit humo.* Romani qui universo dominabantur mundo, à sacra Scriptura, prouti libro 1. Machabæorum legitur, ex eo vel maxime laudantur, quod ab hac macula prorsus liberi fuerint,& immunes, unde in cunctis seculis nobilitas & magnanimitas eorum omnibus in admiratione fuit : *Committunt uni homini Magistratum suum per singulos annos, dominari universæ terræ suæ, & omnes obediunt ei, & non est invidia, neque zelus inter eos.* Invidi porro invidendo nihilum suum agnoscunt, sunt enim in veritate debiles, iisque quos livore prosequuntur, longe inferiores. Unde S. Gregorius super prædicta verba ita scribit ; *Invidere non possumus, nisi eis, quos nobis in aliquo meliores putamus. Parvulus ergo est qui livore occiditur, quia ipse sibi testimonium perhibet quod & minor sit,cujus invidia torqueatur. Hinc est quod hostis callidus primo homini invidendo subripuit, quia amissa beatitudine minorem se immortalitate illius agnovit ; hinc est, quod Cain ad perpetrandum fratricidium corruit, quia despecto suo sacrificio, præstantem sibi infremuit, cujus Deus hostiam accepit, & quem meliorem se esse exhorruit, & ne utrumque esset amputavit.* Idipsum quoque exemplificat in Esau, qui contra Jacob invidia armatus fuit ; & in fratribus Josepho invidentibus, & in Saüle contra Davidem æmulante. S. Thomas de Villa nova ait : *Invidia est vitium infame, & vile, non cadit in animam generosam, parvulum occidit invidia, nam invidendo se abjectum & defectuosum esse ostendit.* Porrò invidos inertes esse, ignavos, & pusillanimes, sanctus Thomas Doctor Angelicus pariter asserit, ejusque hanc reddit rationem : *Quia omnia reputant magna, & quidquid boni alicui accidat, reputant se in magno superatos esse, unde* Job. 5. *dicitur : Parvulum occidit invidia ; & Gregorius dicit in 5. libro Moralium,quod invidere non possumus nisi eis, quos nobis aliquo modo meliores putamus.* Unde convincitur, quod invidus non solum sit vilis in oculis aliorum, verum etiam sibimetipsi in conceptu & æstimatione propria vilescat, quia eum cui invidet se superiorem esse semper judicat. Sanctus Antoninus vitium hoc proinde fœminile, imbelle debilique & imperfecto sexui proprium esse affirmat, dicens : *Mulieres quia pleræque sunt pusillanimes, inanis gloriæ cupidæ, quia reputant magna quæ parva & vilia sunt, & pulchritudinem, ornatum tripudium, fœcunditatem,& hujusmodi,ideo de facili invidet una alteri.*

t. Machab. 3 v.16.

S. Greg.l.5. Mor.c.31.

Generosi, non sunt invidi. S. Thom. & Vill. nov.

S. Anton.2.p. tit.8.c.1.§.2

Porrò similitudines quas SS. Patres adducunt, ad declarandam invidiæ deformitatem omnes sordidæ sunt & viles. Quis enim est qui nesciat quam sit vespertilio abjectus & abominabilis ? huic autem invidia ab eodem Sancto comparatur,dum ait : *Similis est invidia vespertilioni, quod animal non potest videre lumen diei, sed amat tenebras noctis ; sic invidi prospera hominum videre non possunt, sed tantum adversa, de quibus gaudent ubi dolere deberent.* S. Basilius aliam adducit similitudinem à vulture desumptam : *Quemadmodum,* inquit, *vultures ad graveolentia feruntur, multa prata, multos jucundos & odoratos locos prætervolantes.* Lividus enim tunc vel maxime gaudet & lætatur, quando proximum suum sub calamitatibus fatiscentem conspicit. *Unicam expectat à malo refocillationem,* inquit S.Basilius, *sicubi videat aliquem ex his quibus invidet ruentem.* Eamdem quoque considerationem habet D.Chrysost.dum ita scribit : *Neque allum solatij genus reperire est,cujus ope, atque adjumento fœrorem compescat,sano,damnatæ excepto nempe ut ei qui prosperis rerum successibus utitur,calamitas aliqua accidat.* Abominabilia prorsus & vilia æstimantur ab omnibus animalia illa, quæ ex humanis excrementis nutriuntur & fagi-

Invidi comparantur sordibus & vilibus. S. Anton.ibid.

S. Basil. hom. de invid.

nantur,talis autem bestia est invidus,qui ejus cui invidet faturatur miserijs,vitijs,pravis qualitatibus, & pessimis moribus, à quibus nos Clemens Alexandrinus his verbis dehortatur : *Caveamus ne forte sicut vultures unguenta abhorreamus.* Bellovacensis authoritatem adducit S.Gregorij, super illa verba Jobi : *Putredo ossium invidia*, ita scribentis : *Qualiter invidia sit putredo ossium, patet, quia invidus ita corruptus est,ut et fœtentia redoleant, & redolentia fœteant, amara sint ei dulcia, & è converso ; unde similis est infirmanti, cui etiam boni sibi sint contrarij, quia sicut mundis omnia munda sunt, ita invidis omnia sunt immunda.* S. Gregorius Nyssenus quoque ad hoc nobis vitium declinandum vulturum similitudinem his verbis adhibet : *Invidus malis proximi felix est, felicitate aliorum dolet, calamitatibus gaudet. Vultures enim quæ cadaveribus pascuntur, unguento necari ajunt ; videtur enim ipsorum natura putridum ac purulentum amare. Quando hoc morbo subjectus est aliquis, amicorum commodis quasi unguento tabescit, & si quid calamitosi incidisse proximo intellexerit, illico advolat, vestro invadit alunco, quo, si quæ latent distrahit atque dissipat, & in medium proponit omnibus.*

D. Chrysost. de invid. Idem.h.41. in Matth.

Plutarch. de invid.

Busonibus.

Alb. Magn. Apoc. 16.

Daniel.7.5. Richard. de S.Vict.p.1. l.1.de erud. hom. inter cap.8. Ursis.

S. Greger. Nyss.lib.de vit. Moysis.

Matth.20.v. 15. Canibus.

Juvet in Juda proditore.

omnibus. Quod si enim nonnemo aliquod commiserit fragilitatis peccatum, vel defectibus obnoxius sit occultis, quibus publicè maculari potest, invidus illa infallibiliter manifestat & ejus infamia gaudet.

3. D. Chrysostomus invidos porcis immundis similes esse dicit : Quia *quemadmodum porcus luto, & Dæmon pernicie nostra gaudet,ita hic quoque proximi lætatur malis, ac si quid triste accidit, tunc refocillatur ac respirat.* Et in homil. 41. super S. Matthæum, quasi idipsum repetit, dicens : *Quemadmodum sues latosæ immunditia,& Dæmones nostris damnis lætantur, sic invidi calamitate proximorum exultant.* Plutarchus quoque, licet Author gentilis, inter alios recenseri meretur, qui sequentem pulchram adducit similitudinem : *Sicut acanthandes maximè adultis vimfrugibus,& rosis florentibus incumbunt, ita invidia maxime adoritur bonos, & ad virtutem proficientes, atque gloriam.* Quis autem ignorat hæc animalia inter vilissima & contemptibilissima ab omnibus haberi?aptior autem est similitudo quæ à busonibus desumitur, quam Albertus Magnus his verbis memorat : *Quanta hominum gaudia sunt,tanti invidorum gemitus. Tales signantur per busones, qui moriuntur de floribus vinearum.*

4. Richardus de S. Victore de inordinata hac passione differens, sequentem adducit Textum Danielis c.7. *Et ecce bestia alia similis ursо* ; Et subdit : *Est autem ursus,sat omnes noximus, animal deforme, & quod in locis remotis & abditis soleat habitare, & in hoc ipso formam gerit invidiæ,nam & ipsa quidem,utpote fœditatem suam erubescens, semper studet latere. Ursus autem est animal malitiosum & fœvum, & forte ejusmodi est invidiæ vitium. Invidia est odium fœlicitatis alienæ,& quid magis malitiosum? quid itaq; aliud est invidia, quam lucifuga & tenebrosa malitia? Invidentia autem est malitia fervens,& in occulto sæviens. Est autem ursus animal ingratum valde,ita ut ad stipitem ligatus, numquam pene desinat, vel in circuitum pergere, vel pedibus fixis, caput nunc in hanc nunc in illam partem jactitare, & in hoc habet formam, non modo invidiæ, sed invidentiæ quæ unicum nullo pene momento sinit requiescere.* Quod si oculis ursi laminam aliquam auream & resplendentem oppositeritis, oculorū ejus aciem subito obfuscari & obtenebrari comperietis, quæ proprietas aptissime convenit homini livido, qui ex aliena felicitate conturbatur, cui proinde dicitur : *An oculus tuus nequam est,quia ego bonus sum ?*

5. Canes, ut experientia docet, hunc habent naturalem instinctum,quod scilicet de sociorum malo lætari soleant;id quod alijs animalibus, quantumvis crudelibus, & ferocibus nequaquam contingit. Quamprimum canis aliquis baculo vel lapide percussus ad terram prosternitur,subito alij gaudentes eumdem aggrediuntur,ut eum strangulent & dilacerent ; cum tamen natura unumquodque animal ejusdem speciei individuum diligere soleat, unde D. Chrysost. hunc formam Discursum,inquiens : *Perspicuus furor est prosperis aliorum rebus tangi. Hoc furientium canum est, rabieque laborantium.* Hanc quoque pessimam propensionem magno damno nostro in invidis experimur,qui videntes aliorum calamitates,non solum inde gaudent, sed etiam quoad possunt easdem augere satagunt.

D. Chrysost. ho. 27.in 2.ad Cor.

Muscis. S.Basil. ibid.

6. S. Basilius invidos insuper muscis similes esse dicit : *Muscæ,* inquit, *sanas corporis partes prætervolant, & ad ulcus festinant, sic invidi,vitæ splendores,& recte factorum magnitudines ne aspiciunt quidem, in marcida vero & putrida irruunt.* Omnium vero aptissima est illa comparatio, quam multi sacri Doctores invidis Scarabæis assimilant. D. Chrysost.ait : *Sicut Scarabæi alantur stercore,ita etiam isti alienis adversitatibus.* Hanc quoque similitudinem Clemens Alexandrin. tangit his verbis : *Sicut Scarabæi hos enim rosaceo unguento delibutos mori inquiunt.* Sic quoque qui cor livore plenum habet, ex aliena felicitate,præ nimia pœna moriturum se esse censet. Habemus hujus exemplum in terminis in Juda,de quo tamen priusquam loquar,examinemus prius si placet Textum illum Apost.in Epist.2.ad Cor. ita scribentis : *Deo autem gratias qui semper triumphat nos in Christo Jesu,& odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco quia Christi bonus odor sumus Deo: in ijs qui salvi fiunt, & in ijs qui pereunt, Alijs quidem odor mortis in mortem, alijs autem odor vitæ in vitam.* Sicut enim homo justus de bono alterius haud secus ac proprio gaudet, *gaudet,* inquam, *cum gaudentibus, flet cum flentibus,*ita invidus ex bono & fœlicitate alterius, venenum livoris,quod ei mortem adfert, haurit : *Odor mortis in morte.* Quemadmodum Apostolo accidit Traditori, qui impudenter adeo contra effusum à Magdalena super cœlestis Magistri sui caput,unguentum murmuravit,attestante his verbis Script. *Dixit unus ex discipulis ejus Judas Iscariotes, ... quare hoc unguentum non venijt trecentis denarijs, & datum est egenis ? Ut quid perditio hæc ?* cujus unguenti fragrantiam expressurus S.Joannes inquit : *Domus impleta est ex odore unguenti,* hicque odor suavissimus in domo,id est, in Dei Ecclesia,usque in sæculorum finem spirabit,dicente Christo : *Opus bonum operata est in me, ... Amen dico vobis ubicunque prædicatum fuerit hoc Evangelium in toto mundo, dicetur,& quod hæc fecit in memoriam ejus.* Ecce igitur quam verum sit, quod *alijs odor vitæ in vitam* (quemadmodum in Maria Magdalena adimpletum fuit) *alijs sit odor mortis in mortem,*quod in Juda verificatum vidimus,de quò immediatè subjungit S. Matth. dicens : *Tunc abijt unus de duodecim qui dicebatur Judas Iscariotes ad Principes sacerdotum, Et ait illis : Quid vultis mihi dare,& ego vobis eum tradam ?* Caussamne dignoscere cupitis hujus tragœdiæ ? Eam paulò ante insinuavimus ex S. Paulino,quia scilicet Judas invidia ardebat in Christum ; & livore ; invidorum autem proprietas est,ut suo loco dicemus fusius,detrahere & murmurare contra personas quibus invident.

Joan.12.v.4. 5. Matth.26.v. 8. Joan.12.3. Matth. 26. v.10. & 13. Ibid. v.14. Ibid. v.15.

7. Scarabæo proprium est stercoribus ali, unde & juxta Aristotelis doctrinam ad rosæ odorem expirat. Ecce vobis aptissimum invidi Prototypon, de quo S. Chrysostomus ita scribit : *Quemadmodum Scarabæi alieno stercore,sic inviди adversa aliorum fortuna nutriuntur, cùm sint communes humano generi hostes ; atque inimici.* Ad quod idem intentum S.Anselm.in dicti Apostolici Textus Commentario ita scribit : *Paulum Apostolum bene agentem,bene viventem, justitiam verbo prædicantem opere demonstrantem,Doctorem mirabilem, fidelem dispensatorem, fama usquequaque disseminabat,quidā diligebant, quidam invidebant ; illi qui diligebant,bono odore vivebant,illi qui invidebant, bono odore peribant ; ideo pereuntibus non malus odor, sed bonus erat,inde enim magis invidebant, quia tam bona gratia prævalebat,nemo enim invidet misero.* Et S.Bernardus inquit : *Nulla virtus est quæ non habeat contrarium invidiæ malum, sola miseria caret invidia. Quare ? quia nemo invidet misero.* Nihilominus licet nullus misero invideat, certissimum tamen est, quod invidus felicem aliquem & fortunatum miseriis implicari videns lætetur. Multi equidem Martyres intolerabile fœtoris Martyrium atque tormentum subiere pro fidei Christianæ confessione, ita S.Marcellus, ut in lectionibus ejus habetur, *loci fœditate afflictus, obdormivit in Domino.* Eidem supplicio subjacuit S. Leocadia Virgo Toletana. Sed quis umquam inter Narcissorum, liliorum, rosarumque fragrantiam in spasmos incidisse legit mortales ? soli invidi bono virtutis & fœlicitatis alienæ odore torquentur, ex eodemque spiritualem animarum suarum contrahunt mortem. Quam veritatem magis solidare nititur S. Augustinus verbis sequentibus : *Non dixit: Bonus odor his qui salvi fiunt, & malus odor in his qui pereunt, sed quod ad nos attinet bonus odor sumus & in ijs qui salvi fiunt, & in his qui pereunt. Salvum fieri hominem bono odore non est improbabile neque incredibile. Perire autem hominem bono odore quæ ratio est ?* Moxque sancti Pauli subnectit exemplum,inquiens : *Ecce ipse Paulus prædicabat Evangelium, multi illum amabant, bono odore salvabantur, qui illi invidebant, bono odore peribant ; ideo & pereuntibus non malus odor, sed bonus odor.* Tandemque illo à nobis adducto S. Anselmi concludit asserto, inquiens : *Quanto magis videbant in gloria prædicationis Evangelij & in vita inculpabili, tanto magis invidia torquebantur & occidebantur bono odore.*

S. Augustin. in Psalm.44.

Scarabæi nutriuntur stercore, & moriuntur odore rosæ. Arist. de Mirabil.c.140. D.Chrysost. 41.in Matth. S. Anselm. ibid. 2.Cor.2.

8. Accommodatissimam aliam invidi similitudinem Bellovacensis adducit verbis sequentibus : *Est invidia vitium venenosum, quod primo ipsum invidentem infuit, deinde venenum suum circumquaque diffundit, sicut aranea quidquid sugit in venenum convertit, sic invidus omnia bona proximorum in deteriorem partem interpretando corrumpit.* Ex eodem flore apis mel, & aranea sugit venenum;ita quoq; anima justa ex bono & fœlicitate proximorum fructum haurit, quia *diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum* ; Econtra autem invidus suum inde cor livore odioque replet, de bono tristis alieno;quam veritatem S. Bonaventura his clarè succinctèque insinuat verbis : *Sicut bonis mala cooperantur in bonum, ita invidis bona cooperantur in malum ; unde tales aurum convertunt in caput gemmas in latum granum in paleam, vinum in aquam, mel in fel, diem in noctem, balsamum in sternutamentum in venenum.* Hinc & S. Cyprianus in Tractatu *de invidia* in hoc idem vitium sequenti invehitur Discursu : *Quæ cogitationum tabes, pectoris quanta rabigo, zelare*

Bellov. Spec. mor.l.3.part. 4. dist.1. Invidia est vitium prorsus venenosum. Rom.8.v.28.

S. Bonav. comp Theol. verit.l.3.c.16

in altero vel virtutem ejus, vel felicitatem, id est, odisse in eo, vel merita propria, vel beneficia divina: in malum proprium bona aliena convertere, aliorum gloriam facere suam pœnam? Nullus serpentium, quantum novimus, pestiferum adeo in se recludit venenum, ut ipsemet eodem enecetur, solus invidus omnibus est pestilentior serpentibus, se proximumque suum simul interimens, quia *qui non diligit, manet in morte.* Tandem Alcuinus & ipse de invido tractans ait: *Quid infelicius est homine, quam alterius bonum suum egisse supplicium? omnis invidus animo torqueatur: unde igitur bonus proficit, inde invidus contabescit.* De flore namque virtutis alienæ invidus venenum haurit animæ propriæ. Quod deforme hominum genus S. Zeno nobis depingens inquit: *Abstrusior his oculus, obscuriores genæ, demissam & triste supercilium.*

S. Cypr. de Zelo & invid. Ejus venenū magis pestiferum est, quā ullius serpentis. 1. Joan. 3. 14 Alcuin. l. de virt. & vit. cap. 22. S. Zeno ser. de livore & invid.

DISCURSUS XI.

ARGUMENTUM.

Detractionem invidiæ partum esse docetur; quæ bonum alterius famam dilacerat & diminuit.

THEMA.

Locutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ; quidam autem ex eis dixerunt: In Beelzebub Principe Dæmoniorum ejicit Dæmonia. Luc. 11. ℣. 15.

Detractio est proprium invidorum vitium.

CUm Salvator noster in conspectu totius populi Dæmonem ingenti cum admiratione à corpore cujusdam obsessi in fugam egisset, eique loquendi restituisset facultatem, invidi Scribæ & Pharisæi, ad obscurandam tam insignis miraculi gloriam, & ad Salvatorem nostrum infamandum, fœtentia & maledica ora sua in calumnias laxarunt, objicientes ei quod in virtute Beelzebub spiritus malignos ejiceret. *Quodq; fiebat à spiritu S.* inquit S. Bonaventura, *attribuebant spiritui maligno.* Sed ut Albertus Magnus ait: *Excæcati per invidiam hæc dixerunt, & erraverunt, excæcavit enim illos malitia eorum.* Idipsum quoque S. Bonavent. confirmat, inquiens: *In hanc blasphemiam prorumpebant ex invidia.* Idem quoque Seraphicus Doctor observat quod S. Mater Ecclesia, dum in Dom. 3. Quadr. hanc in Evangelio prælegit historiam, eodem quoque tempore in officio divino recitari ordinaverit venditionem Joseph, à stimulatis per invidiam fratribus suis factam; *Sicut enim fratres Joseph ex invidiâ vocaverunt eum inventorem somniorum, sic & isti dicebant Christum invocatorem Dæmonum.* Et quidem notandum est, quod eodem tempore quo mutus linguam suam laxavit, ad reddendas benefactori suo laudes, lividi & maligni Pharisæi os suum ad Deum pro viribus diffamandum eique detrahendum aperuerint: *Facientes Jesum non solum virum malum,* ut inquit Cajet. *sed pessimum magum,* divinaque opera fingunt Diabolica. Detractio enim est vitium invidiæ connexum, siquidem lividi maledici sunt & calumniosi. Nam ut B. Laur. Justin. ait: *Frequenter face æmulationis & invidiæ livore quorumdam accendit animos. Repleti autem hujusmodi Diabolica malignitate, & invidiæ sagitta transfixi, profectum fratrum suorum proprium judicant detrimentum. Propterea instigante livore, detractionibus linguæ habenas laxant, & vitam proximorum murmurationibus dilaniare non cessant, observant gressus, verba discutiunt, & mores illorum quibus invident semper dijudicant, eorum derogant devotionibus, eorum virtutibus laceſſantur, eorumque bonis operibus affligantur.* Richardus de S. Victore *de eruditione interioris hominis* differens & ipse hoc vitium detractionis invidiæ affine esse his verbis asserit: *Familiare est invidiæ alienam vitam rodere, & morsibus obtrectationum lacerare.* Invidi enim bonam opinionem & existimationem virtutis & operum insignium æmulorum suorum tolerare nequeunt, ac proinde eadem, quoad possunt, depravare satagunt. Unde Petrus Blesensis ait: *Ecce quomodo invidia mel intoxicat, & dum alienæ virtuti torquetur, bonum quod apud se non invenit, malitioſe depravat. Opinionis enim alienæ dispendium, fuæ famæ reputat lucrum totumque sibi detrahi credit, quod ad titulos victoriæ bonitatis accedit.* Et hæc est causa cur maledicas linguas suas ad derogandum bono æmulorum suorum nomini exacuat.

Cajet. ibid. Invidi calumniosi sunt, & bonū convertunt in malum. B. Laur. Ju. Richard. de S. Vict. p. 1. l. 3. c. 9. Petr. Bles. Epist. 102.

2. Observandus est ille Actuum Apostolicorum contextus, in quo S. Lucas persecutionem refert, qua Synagoga Protomartyrem S. Stephanum exagitavit. Et primò quidem dicit Evangelista: *Stephanus autem plenus gratia & fortitudine, faciebat prodigia, & signa magna in populo.* Vix autem S. Stephanū hoc modo in miraculis, in sanctitate, in æstimatione populi tam eminenter depinxerat, cum ecce immediatè prosequitur disputationem, quam ingressus est cum multis, qui ex ejus sapientia obstupefacti & convicti fuerunt, *non poterant resistere sapientiæ & spiritui, qui loquebatur.* Porro idem Evangelista statim subjungit: *Tunc summiserunt viros, qui dicerent, se audivisse eum dicentem verba blasphemiæ in Moysen, & in Deum.* Ubi singulariter observanda sunt verba illa: *Tunc summiserunt viros, &c.* Quia quando circa sanctitatem, doctrinam, miracula, & quævis alia tam factis, quam verbis fuere convicti, adeo ut dubitare non possent, quin Deus hæc omnia in eo operaretur, tunc operæ pretium fore æstimarunt, si famam ejus per impostoras & falsa testimonia obscurarent, efficerentque, ut tamquam blasphemus omnibus abominabilis fieret: *Tanta enim res est invidia,* inquit D. Chrysostomus, *stultos efficiens captos, ut neque contueantur quæ vident.* Unde sanctus Antoninus ait: *Hieronymo propter famam ejus celebrem ex translatione optima Scripturarum, multi ex invidia detrahebant, & calumniabantur. Gregorius etiam magnos habuit æmulos suos, qui post mortem manus posuerunt ad comburendum libros suos, sed obstitit Petrus præclaro miraculo.* Sanctus Thomas de invidia disputans, & ipse detractionem invidiæ abortum esse agnovit, dum ait: *In conatu invidiæ est aliquid tamquam principium, & aliquid tamquam terminus. Principium quidem est, ut aliquis diminuat gloriam alterius, vel in oculo & sic est susurratio; vel manifeste, & sic est detractio. Medium autem est quia aliquis intendens diminuere gloriam alterius, aut potest, & sic est exultatio in adversis; aut non potest, & sic est afflictio in prosperis; terminus autem est in ipso odio, quia sicut bonum delectat & causat amorem, ita tristitia causat odium.* Hac de re Alcuinus, utpote dignus venerabilis Bedæ discipulus, diu ante Doctorem Angelicum in hæc verba scripserat: *De invidia sive invido, qui ab invidendo alterius felicitati dicitur, nascitur odium, susurratio, detractio, exultatio in adversis proximi, afflictio autem in prosperis.* Idem quoque Textum quemdam S. Pauli ponderans ulterius dicit: *De hac Apostolus comminatur, dicens: Qui odit fratrem suum, homicida est, & qui invidet, in tenebris est, & in tenebris ambulat.*

Act. Apost. 6. 8. Patet hoc clarè in persecutoribus S. Stephani. Chrys. ho. 15. Act. Apost. S. Antonin. p. 2. tit. 8. c. 1. Describitur invidia fundamentaliter. S. Thom. 2. 2. q. 36. art. 4. Alcuin. l. de div. offic. c. 13. S. Ephr. l. de vir. & vit. Ex invidia oriuntur horrenda homicidia.

3. Sanctus Ephrem in ea est opinione, quod ab hac pessima radice etiam horrenda homicidia deriventur; Etenim in capitulo, cui Titulus est: *De eo qui obnoxius est invidiæ & æmulationi*, ita scribit: *Graze, & pestiferum est invidiæ venenum; unde detractiones, odia, ac cædes pullulant.* Nam ut in primo Discursu diximus peccatum hoc in serpente omnium aliorum venenosissimo, Basiliſco videlicet, cujus solus aspectus intoxicat, adumbratur. *Invidus nemini parcit,* inquit Sanctus Thomas à Villa nova, *sic detrahit amico, sicut inimico, unde bene comparatur Basiliſco, qui solo visu occidit, habet enim visum fascinantem & oculum venenosum: Si te viderit Lium, & prosperum, statim detractionis virus ostendit, etiamsi eum generis, neque scies effugere.* In cap. 16. Apoc. legitur quod septem Angeli, ministri iræ Dei, phialam in perniciem viventium super universam terram effuderint: *Et quintus Angelus effudit phialam suam super sedem bestiæ, & factum est regnum ejus tenebrosum, & commanducaverunt linguas suas præ dolore.* Quem Textum Albertus Magnus ad propositum nostrum ita exponit: *Et factum est regnum ejus tenebrosum, id est, ministri ejus in quibus regnat, tenebrosum; quia excæcati sunt.* Isaiæ 6. *Excæca cor populi hujus & commanducaverunt linguas suas, alter alterius sermo refectus detrahendo veritati; præ dolore, id est, præ invidia quam habent.*

S. Ephr. l. de vir. & vit. S. Thom. à Villa nova ferm. in fer. 5 post Dom. Pass. Apoc. 16. v. 10. S. Aug. Tr. 44. in Joan.

4. Cum Deus per æternam & infallibilem veritatem suam coram cœlo, terra, & universo inferno de innocentia & sanctitate S. Jobi laudabile illud perhibuisset testimonium, quod scilicet non sit illi similis super terram simplex, rectus, ac timens Deum, subito invidus & malignus serpens impostoras ordiri & detractiones machinari cœpit, dicens: *Numquid Job frustra timet Deum, nonne tu vallasti eum, ac domum ejus, universamque substantiam per circuitum?* Etenim quando malignus operibus quæ in seipsis sancta & bona sunt detrahere nequit intentioni cùm qua facta sunt derogare nititur, arguendo illam tamquam sinistram & defectuosam. B. Laurentius Justinianus lib. 1. *De spirituali animæ interitu* ita scribit: *Nullum profecto vitium ita se opponit dilectioni quemadmodum istud, detractioni semper vacat, bonis alterius derogat, cordium occulta dijudicat, dicti (O quam sæpe) cu-*

Invidi instar muscarum, non sanam, sed putridam partem corporis infestantium. S. Zeno ser. de livore. Omne bonū quod invidus videt in proximo, interpretatur in malam partem. Job. 1. v. 9. B. Laur. Justin. de spirit. anim. interit.

bonum malum, & lucem tenebras. Idem quoque punctum S. Zeno tangit his verbis: *Magnanimum quemque virum protervum vocant, sobrium, acerbum, jejunum crudelem, prudentem callidum, liberum arrogantem criminantur, liberalem vero luxuriosum dicunt, parcum avarum nominant.* Sanctus Basilius in celebri illa homilia contra invidiam hanc malignitatem his verbis perstringit: *Potentes præterea sunt, id quod laudabile est, ad pejus pervertendo conspurcare, & virtutem & vicino vitio calumniari; audacem enim dicunt eum qui fortis est; insolentem & stultum qui temperatur, crudelem qui justus, maledicum qui prudens, cum vero qui magnificus est, velut jactabundum calumniantur, liberalem autem velut prodigum.* S. Ephrem magnus ille spiritualis vitæ Magister de invido ita differit: *Proborum æstimationem diminuit, relleque incedentibus scandalum constituit. Recte viventes vituperat, & pietate ac religione conspicuos aspernatur. Jejunantes appellat gloriæ avidos, alacres in bonis operibus gloriæ cupidos.* Bellovacensis in speculo suo morali de eadem malignitate ita scribit: *Invidia pervertit judicium, nam malum dicit bonum, & è converso; contra tales dicitur Isaiæ. 5. Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes lucem tenebras, & tenebras lucem.* Sanctus Prosper malam lividorum naturam his verbis describit: *Invidi sanctæ viventium merita, sua factunt invidendo peccata, & quantum in eis est bonum corrumpit invidia, quia quidquid boni fieri, vel dici à Sanctis audierint, aut omnino non credunt, aut res bene gestas in malum malè interpretando convertunt. Omne malum quod de illis mendax fama jactaverit, tamquam si ipsi viderint, credunt. Omnia suis æmulis fingunt.*

S. Zeno de livore. S. Basil. h. de invid. S. Ephrem. ibid. Bellovac. spec. mor. l. 3. p. 4. dist. 1. S. Prosp. de vita contemp. l. 3. c. 9.

Probatur in miraculo cœci nati. Joan. 9. v. 32.

5. Per universam Jerosolymam divulgatam erat insigne illud visus cæco à nativitate restituti miraculum, unde passim dicebant: *A sæculo non est auditum, quia quis aperuit oculos cæci nati;* verumtamen Pharisæi exinde per livorem suum tanto magis excæcabantur, & quia veritatem & gloriam tam eximij facinoris in controversiam vocare non poterant, ad calumnias & detractiones contra Christum confugerunt dicentes: *Nos scimus quia hic homo peccator est; non est hic homo à Deo qui Sabbathum non custodit.* De Paralytico illo, quem Christus cum stupore omnium sanavit, atque ut super humeros suos lectum deferret præcepit, legimus in Evangelio, quod Pharisæi se eidem tamquam Sabbathi transgressori opposuerint; ubi malignitas horum impiorum consideranda fuit, non enim miraculum recensent, sed ipsum tacent & dissimulant, calumniandique dumtaxat veluti culpæ reum Christum, occasionem inquirunt, quam circumstantiam cautè advertens Hugo Cardinalis ait: *Quis est qui dixit tibi tolle grabatum, non dixerunt, quis est qui te sanum fecit, sed hoc bonum tacuerunt, quod eos torquebat, & eam quæ æstimabatur transgressionem in Medicum ducunt.* Ubi consequenter S. Augustinus qualiter Pharisæi livore malitiaque propria excæcati fuerint consideranda, inquit: *In hoc patet eorum excæcatio, ipsi enim in Sabbatho detrahebant Domino, & malum contra eum machinabantur, & ita violabant Sabbathum.*

Ibid. v. 24. Ibid. v. 16. Hug. Card. in Luc. 5. v. 8.

Invidi in ore mel, in corde fel gerunt.

6. S. Zeno similitudinem à muscis, quæ non sanam sed infirmam semper putridamque infestant corporis partem, præsenti applicat propósito, dicens: *Sicut muscæ omisso sano corpore sicubi vulnus est, concitæ præcipitesque conveniunt, ita & invidi; si quid ab aliquo in hac vita bene gestum est, si quid præclarum in altibus, in verbis probabile, in moribus admirandum est, nihil prorsus vident, nihil retractant, sicubi autem quid aut culpabiliter gestum, aut incauto sermone prolatum, ut accidere hominibus solet, hoc loquuntur, hoc proferunt, hoc in publicum ventilant.* Et paulo post in ejusdem sermonis progressu ad varia duplicitatis & fictionis quæ ab invidia pullulant, se reflectens subnectit: *Non vides quantum malum in vita hominum obtineat simulatio? & hoc de invidiæ stirpe procedit, nam bilinguem esse hominem, & duplici mente, non aliunde, quam de invidia nascitur, in profundo namque cordis odium tegit, in labiorum vero superficie coloratam dulcedinem profert.*

S. Zeno ser. de livore.

7. Ita Saul se Davidi gratum futurum ostentabat, eique se per consanguinitatem univit, dando ipsi in uxorem filiam suam Michol; & nihilominus mortem ipsi machinabatur interius; eumque ad optatum finem sæpius intentum pertingere non posset, semper magis magisque cor ejus ira atque invidia replebatur. Quando David occiso Goliath caput ejus deferebat in Jerusalem, populus ei occurrit, cantans: *Saul percussit mille, & David decem millia.* Rex autem eum interrogavit,

1. Reg. 17. v. 58.

dicens: *De quâ progenie es tu ô adolescens?* Certissimum erat eum sæpius ipsi locutum fuisse, & particulariter quidem quando armis Regijs induendus erat, & Rex ab eo petierat numquid contra gigantem illum pugnare præsumeret? Præterquam quod in præcedenti capite dicatur: *Misit ergo Saul nuncios ad Jsai dicens: Mitte ad me David filium tuum, qui est in pascuis;* David quoque Pastorculus, quoties spiritus malignus agitaret Saulem, harmonico instrumento suo sonans in fugam conjiciebat spiritum, ac consequenter Sauli notissimus fuit; qualiter itaque quis & unde sit Saul ex ipso requirit. Theodoretus hanc livoris reputat fuisse machinationem, ut scilicet cognita humili Davidis progenie, artisque professione, tota aula eum vilipendere incipe-ret. *Invidia eum movit,* inquit Theodoretus, *ut non exacte sciret unde nam esset.* Ut igitur conceptam de eo vulgi opinionem, applausum & gloriam aboleret, eum opinionis filium esse omnibus innotescere volebat; immemor quod & ipse, dum ad regnum promoveretur, Agasonem professus fuerit. Ait quando quidem de eo mentionem fecimus, qui præ omnibus alijs invidiæ extitit scopus, persona illa, quæ Davidem, ut ante Saul luderet, proposuit, in mentem veniat, de quo facer Textus ait: *Et respondens unus de pueris ait: Ecce vidi filium Jsai Bethlehemitem, scientem psallere, & fortissimum hominem, & virum bellicosum, & prudentem in verbis, & virum pulchrum & Dominus est cum eo.* At vero cum in Regum aulis malevolentiam atque invidiam maxime regnare constet? qua ratione fieri potuit, ut tot inter Regis adeo lividi atque invidi aulicos reperiretur quispiam, qui David tantis extolleret præconijs, præsertim cum certissimum sit illud Proverbium: *A bove majori discit arare minor?* facilis est responsio, invidus ruinæ inhians alterius cui incidet, eumdem exaltat, magnificat, & deprædicat apud illum, qui eadem infectus est pice, probe sciens, quod hujusmodi laudes magis provocent atque irritent persecutionem, siquidem invidus suum tanto magis persequitur proximum, quanto majores in eo videt resplendere virtutes & merita. Ille itaque qui David laudabat, æmulus ejus erat, & persecutor maximus, scilicet Doeg Idomæus; laudibus iſtis tanto magis invidum Regem extimulare satagens, ut Rupertus Abbas docet, dum ait: *Omnia quæ de David in laudem dixisse videtur, in odium ejus dixisse dicitur, quia volebat inimicitiæ causa, & invidiæ livore, ut ad Saul veniret, quatenus ibi qualibet occasione necaretur.* Dum aliquando David, ad alleviandum Regis dolorem, pro more suo in cythara luderet, Saul lanceam, ut eum occideret, in parietem impegit; sed ut suum protinus occultaret, livorem, Dæmonem impietatis Authorem fuisse perhibuit, ideoque ipsum è domo paterna ad quam confugerat revocavit; Hinc Lyranus inquit: *Saul revocavit eum, fingens quod non feciſſet ex proposito, nec ex odio, sed nesciens quid faceret, agitatus à Dæmone.* Aſt postquam varijs in occasionibus suum contra eum manifestasset, à livore procedens odium, inq; mortis periculum præcipitasset sæpius, implacabili huic se subducere volens persecutioni, se recepit in Geth. De qua Davidis ad Achis Regem, nec non de alia Jacobi fraternum Esau odium declinantis fuga. S. Hier. ad virginem Eustochium, ita scribit: *Malens utorque hostibus, quam invidis subjacere.* Goliath namq; quem David cum Philistæis prostravera-rat, natus erat in Geth, & insuper Achis juratus erat Davidis inimicus, utpote qui ipsum varijs in prælijs acriter exercuerat, fortissimosque multos illius prostraverat milites, irreparabilia denique damna staribus illius intulerat; præterquam quod ritum & religionem observaret contrariam; qualiter itaque apud eumdem securitatem sibi spondere potuit. Omnem nobis difficultatem verba submovent Hieronymi dicentis, satius esse, ut quis sub virga degat inimici, quam sub oculis invidi. Verumtamen hic non obstante Davidem apud Achis non omnino sine metu fuisse, sacra attestatur Historia, dum ait: *Extimuit valde à facie Achis; sed quænam obsecro metus hujus causa fuit? num fortè dataam sibi ab Achis fidem suspectam habebat?* Gloſſa metus hujus assignat rationem, dum ait: *Ne invidia motus aliquid mali machinaretur.* Ex verbis namq; sacri Textus clarè deducitur, quæ timendi motiva habuerit David; subditur enim: *Posuit autem David sermones istos in corde suo, & extimuit.* Quinam autem hujusmodi fuerant Davidem percellentes Discursus? Nam fortè consiliarij status Regi & politica quadam agendi methodo persuaserant, ut Davidem occideret? nequaquam; Imò ratio status exigit, ut Principes benignè excipiant illos, qui alibi inimicorum magnatum gratia excide-

Hoc probatur ad longum ex invidia Saulis, contra Davidem. 1. Reg. 16. v. 19. Theodor. q. 42. in 1. Reg. 1. Reg. 16. v. 18. S. Hier. de obitu Paulæ. Rup. Abb. l. 2. in c. 19 Reg. Gloss. Interl. 1. Reg. 21. v. 12.

runt

runt & ad eosdem confugiunt, ut ab his æmulorum suorum statum & consilia explorare queant. Sola igitur causa cur David apud Achis timuerit, in eo consistebat, quia videlicet Davidi invidentes aulici magnificè quidem de illo apud Regem loquebantur, eo tamen fine, ut malum ei machinarentur. Quia enim Davidem apud Achis gratiam sibi comparasse videbant, nec tamen de illo salva veritate malum quidpiam dicere poterant, in hoc unanimiter conspirarunt, ut eum pro viribus commendarent, & hac ratione invidiam ei conciliarent. Ac proinde facer Textus ait: *Dixerunt que servi Achis ad eum, cum vidissent David: Numquid non iste est David Rex terræ, nonne hunc canebant per Choros dicentes: Percussit Saul mille, & David decem millia?* David igitur, qui Achis non minus Saule lividum esse sciebat, suspicari cœpit, nec immerito, ne nec rationem status, nec politicam, nec interesse, nec fidelitatem debitam respicientes, contra ipsum ferocirent; ac proinde ut tam in Achis Rege, quam in omnibus ejus aulicis compassionem potius, quam invidiam excitaret, amentem se & delirum esse simulavit; *Et immutavit os suum*, inquit facer Textus, *coram eis, & collabebatur inter manus eorum, & impingebat ostia portæ defluebantque saliva ejus in barbam.* Et ait Achis ad servos suos: *Vidistis hominem insanum: quare adduxistis eum ad me? Hæc autem dicebant* (inquit Lyranus de aulicis Achis Davidi applaudentibus) *ut Achis eum detineret & occideret*, invidi enim, si quando laudes, vel bona aliquid de proximis dicunt, nil aliud quam insidias struere intendunt.

8. S. Antonius de Padua ut invidorum naturam accuratè describat, illum adducens Ezechielis c. 19. Textum: *Eduxit unum de catulis suis &c.* inquit: *Invidi quasi dracones à propria conscientiæ spelunca tracti* (*non enim se possunt continere*) *aërem verbis implent, clamoribus concitant, blasphemijs fædant, quorumvis malitiæ non tantum in dentibus quoad blasphemiam, sed maxime est in cauda, quoad vindictam, & injuriam quam inferunt manualem.* Sanctus Isodorus invidos pari cum pessimis Sodomitis loco habet; dicit enim: *Ita requirunt invidi auditum male famæ, per quam bonorum vitam maculent, sicut quærebant ostium Sodomitæ, quo domum Loth nocturi introirent. Illi vero cæcitate erroris percussi, parietes videbant, ostium non inveniebant. Non aliter invidendo invidi, velut parietem virtutes dissimulant, vitia non perquirunt, per quæ eorum conscientiam urant.* Porro quam proprium invidis sit proximo detrahere, & contra illum murmurare, in Parabola vineæ evidenter convincitur, siquidem dum ultimis laboratoribus, pari cum illis stipendio remuneratis inviderent, licet pactam recepissent mercedem, murmurare cœperunt: *Murmurabant adversus patremfamilias.* Ubi Divus Chrysostomus ait: *Cum nullum ipsi detrimentum paterentur, nec de mercede sua quidquam diminueretur, mœrore ac mœstitia, propter aliorum bona, præmebantur.* Glossa quoque circa hæc verba inquit: *Non dolent quasi fraudati suam mercedem, sed ritu invidorum, quod illi plus quam merentur accipiant, & non tam ipsi plus accipere desiderant, quasi aliorum consortio sibi præmium minuatur.* Albertus Magnus verba illa Amos: *Olivetavestra, & ficeta vestra comedit eruca*, ita ad propotum nostrum exponit: *Eruca significat invidiam superbiæ*, ut dicit Augustinus, *pedissequam. Hæc consumit hortos, & vineas, quia quidquid viroris est in opere, & quidquid gaudij spiritualis in Sancti Spiritus consolatione, aresecre facit per detractionem.* D. Chrysostomus considerat; quod Judæi, ut Christum contemptibilem redderent, solius matris suæ, quæ in oculis mundi paupercula, & vilis esse videbatur, fecerint mentionem, subtiuerintque æterni Patris sui nomen solum nominando Patrem putativum, qui faber lignarius erat; dicendo: *Nonne hic est fabri filius? nonne mater ejus dicitur Maria? unde subjungit: Judæe, matris nomen clamas, oculas Patris, Patrem dicis, nomen dicis; fabrum dicis, opus non dicis.* Si enim verum dicere voluissent, oportuisset utique, ut dicerent eum talis esse artificis filium, qui totum fabricavit universum; at vero hæc invidi indoles non patitur, hic enim quidquid in laudem alterius cedit, sub silentio abscondit.

DISCURSUS XII.

ARGUMENTUM.

Varia considerantur invidis à Deo inflicta supplicia, utpote quorum peccata calamitatum & exterminiorum publicorum sæpe causa existunt.

THEMA.

Qui ruina lætatur alterius, non erit impunitus.
Prov. 17. v. 5.

QUam gravis sit hujus vitij malitia, & quanto opere justissimam Dei iram provocet, ex supplicijs, tam privatis, quam publicis, quibus divina justitia in illud animadvertit, perspicue deducitur, ut proinde non immerito Sapiens dicat: *Qui ruina lætatur alterius, non erit impunitus.* Enimvero quisquis tam sacras quam profanas historias pervolvit, eos qui livori invidiæ aditum in corde suo præbuerunt, etiam in præsenti vita severè punitos esse animadvertet. *Memento*, inquit Ecclesiasticus; *quoniam malus est oculus nequam. Nequius oculo quid creatum est? ideo ab omni facie sua lacrymabitur.* Quæ verba Hugo Card. de pœna quam lividus in judicio finali incurret, exponit dicens: *Coram omnibus lachrymabitur in die judicij, judice revelante ea, quæ modo latent;* Quamvis Deus in puniendis hisce malignis, ut plurimum & usq; justitiæ suæ rigorem non differat, Etenim ut S. Antoninus ait: *Ex tristitia de bono proximi, quæ est invidia, sequitur exultatio de malo ejus, sed ut dicitur Proverb. 17. qui in ruina lætatur alterius, non erit impunitus. Hoc esse magnum malum Job agebat, dicens: Si exultavi ad ruinam ejus qui oderat me, quod invenisset eum malum, sapple, accidit mihi malum.* Unde S. Ambrosius cum videret quemdam lætari, & ridere de casu alterius in terram dixit: *Qui stat, videat ne cadat, quo dicto subito videns, cecidit ipse.* Sanctus Prosper, inquit: Non mirari se fi invidi justam invidiæ suæ pœnam reportent, cujus hanc assignabat rationem: *Considerate obsecro*, inquit, *qualiter invidos punitura sint mala sua, quos etiam bona puniunt aliena.* Numquid enim vobis conveniens esse videtur, ut mala quæ invidi alijs desiderant, super ipsos recidant? *Aliorum fælicitatem miseriam suam arbitrantur*, inquit D. Chrys. de invido, *nec magis considerat quid ipse suavè consequatur, quam quid proximo calamitosum inferatur. Nonne igitur tales homines lapidibus petendi, nonne omni cruciatu torquendi sunt?*

2. De Elima Mago in Actibus Apostolorum legitur, illum se pro viribus suis S. Paulo Apostolo oppositisse; ut illum à fide Christiana removeret; Sergius Paulus Proconsulantem, quem idem Apostolus Ecclesiæ comparaverat, tolerare nequivit, quod Magus iste per artes suas Diabolicas impediret, quo minus populus ad Evangelium concurreret, quod Apostolus tanto cum fructu annuntiabat. At vero quodnam pessimus Elimas inde supplicium reportavit? *Et nunc ecce manus Domini super te*, inquit facer Textus, *& eris cæcus, non videns Solem.* Quæ equidem pœna mysterio non caruit, cum enim ille invidus esset, *malus autem sit oculus nequam*, justum erat, ut pariter in oculo puniretur. Cain qui se ab invidia ad homicidium patrandum seduci permisit, à Deo maledictus fuit: *Maledictus eris super terram quæ aperuit os suum, ... Cum operatus fueris eam, non dabit tibi fructus suos, vagus, & profugus eris super terram.* In libro Numer. c. 12. Maria & Aaron contra Moysen arctissimo consanguinitatis vinculo ijs astrictum invidia stimulante murmurarunt, dicentes: *Num per solum Moysen locutus est Dominus? nonne & nobis similiter est locutus?* & sine mora divina justitia virgæ punienti manum admovit, nam *descendit Dominus in columna nubis*; nimirum ipsemet in propria persona, ob hujus injuriæ displicentiam descendit, ut invidiam castigaret; *Et ecce Maria apparuit candens lepra quasi nix*; Et tametsi Moyses, qui cæteroquin adeo potens erat, ut Deo alijs temporibus flagellum è manibus eripere potuerit, per orationem se pro fratre & sorore interponeret, attamen quia de peccato invidiæ agebatur, divinus furor mitigari nequaquam potuit.

3. Memorabile quoque exemplum est, quod narrat S. Greg. de Florentio Presbytero, qui S. Benedicto sanctitate vitæ & miraculis adeo conspicuo supra modum invidebat; *Antiqui hostis malitia percussus*, inquit S. Greg. *sancti viri studijs cæpit æmulari, ejusque conversationi derogare*, imò, ut Discursibus præcedentibus vidimus, eo usque in malitia progressus fuit, ut cum toxico è vivis tollere tentarit, quod quia Deo prohibente perficere non potuit, honestas puraseq; suorum Religiosorum animas, nudarum mulierum aspectu ad turpia excitare conatus fuit; cumq; S. Patriarcha una cum omnibus suis ab eo monasterio discessisset, *ut invidiæ locum daret*, Florentius supra modum gavisus est, eo quod sibi visum fuisset egregiam reportasse victoriam, at vero quid tandem accidit? cum prædictus *Presbyter stans in solario, Benedictum discessisse cognosceret, & exaltare perdurante immobiliter ima domus fabrica, hoc ipsum*

Invidi bonos laudant, intentione nocendi.

Ibid. v. 11.

Ibid. v. 15.

Ibid. v. 14.

Ezech. 19. 3.
S. Anton. de Pad in Dom. 10 post. Trin.

Comparantur Sodomitis.

S. Isid. lib. 3. sum. c. 25.

Matth. 20. 11.
D. Chrys. h. 65. in Matt.

Gloss. ib.

Et Erucis.

Amos 4. v. 9.
Alb. Magn. ib.

D. Chrysser. 48.

Matt. 13. 55.

Invidi etiam in hac vita severe puniuntur.

Eccli. 31. 14.

Sur. in vit. S. Greg. Ep. 23. Novemb.
Stupenda historia S. Gregorij Episcopi Arigentini.

S. *Anton. p. 2. tit. 8. c. 1. § 4.*

S. *Prosp. de vita contemp. l. 1. c. 9.*

D. Chrys. h. 41. in Matth.

Patet in Elima mago.

S. *Greg. l. 2. Dial. c. 8.*
Florentio Presbytero, æmulo S. Benedicti.

ipsum tantum, in quo stabas, solarium cecidit, & Benedicti hostem conterens extinxit. Collationes pariter Catliani sequentem miserabilem invidi cujusdam exhibent tragœdiam: *Invidus quidam, qui S. Paphnutio ætate inferior, sed sacerdotij virtutisque honore eminenti invidebat furtum libri flagitioso conatu ab ipsomet cubiculo ejusdem imposiit impegit, quo nomine cum ipse tacitè graves pœnas libens summa humilitate subiret invidus à Dæmone possessus, nullius nisi ejusdem opera liberari potuit.* Insuper in vita S. Gregorij Episcopi Agrigentini, ut tradit Surius, quod cum ejus ad Episcopatum electio invidiam in se concitasset Sabini & Tessentina, qui ipsimet gradum hunc ambiebant (eamque ex populi consensu quidem obtinuerant, sed nondum adierant, eo quod S. Gregor. ex divina revelatione ad eumdem evectus fuisset) qui proinde exasperati, hujusmodi ei intentarunt imposturam. Dum orationi in Ecclesia vacaret Sanctus, corruptis aliquibus per pecuniam domesticis ejus, impij in lectum sancti viti famosam urbis illius introduxerunt meretricem, ut S. Prælato cum Presbyteris suis redeunti, ipsa è plumis profiliens in præsentia omnium notam inureret impuritatis, quemadmodum & fecit coram plurimis, principaliter autem coram istis persecutoribus, qui maxima cum illusione eum in carcerem detruserunt. Sed opem non distulit Dominus, ferre innocenti, quando Angelum de cœlis ad Sanctum ablegavit, qui compedes ejus solveret, simulque Dæmonem ex abysso solvit infernali, qui impudicam illam ingrederetur fœminam, quo mediante effectum fuit, ut in conspectu centum quinquaginta Episcoporum suam confiteretur imposturam, quodque duo invidi commissionati apud Jeremiam expressæ, scilicet, *denigrata est super carbones facies eorum*, subjacerent, siquidem facti sunt in vultibus suis nigri tamquam carbones, contractisq; labijs loqui non valentes in conspectu totius mundi horrida, exosa, & infamia facti sunt monstra: Optime igitur Petrus Blesensis inquit: *Sustine quod invidi & æmuli tui seipsos occidant, ut gladius eorum intret in corda ipsorum. Sane Goliath interfectus est gladio, quo David exitium intentabat. Aman suspensus est in patibulo in quo supplicium destinaverat Mardochæo. Verbum Salomonis est: Qui mittit lapidem in altum, super caput ejus cadet; nec enim lex æquior ulla est, quam necis artifices arte perire sua.* Aulici, Satrapæ, & Principes Babyloniæ præ invidia crepabant, dum tres illos Hebræos odiosè accusantes officia & gubernia honorificentiora & utiliora occupare viderent, ac proinde ut illos ab ijsdem dejicerent, omnem operam adhibebant. At vero quænam fuit consiliorum machina, quam contra illos struxit invidia? nimirum Nabuchodonosori Regi persuaserunt, ut famosam illam erigeret statuam auream, Regiam ipsius Majestatem repræsentantem, ederetque expressum decretum, de eadem ab omnibus adoranda, quodve id facere negligentes in contiguam ibidem projicerentur fornacem ignearn, non dubitantes, quin adolescentes illi Hebræi, utpote in cultu & religione veri Dei Israël constantes, illam minimè adoraturi essent, & consequenter eosdem tamquam reos in flammas illas essent consciendi. At vero quid accidit? *Justus es Domine, & rectum judicium tuum*, cum enim Deus ingens illud patrasset miraculum, servos suos illæsos conservando, dicit facer Textus: *Effundebatur flamma super fornacem cubitis quadraginta novem, & erupit, & incendit quos reperit juxta fornacem.* Qui utique alij esse non potuerunt, quam ijdem, qui ad æmulos suos tam crudeli morte concremandos telam hanc orditi fuerant; hi enim propè fornacem stantes, eventum expectabant, gaudentes tandem aliquando sè ab æmulis suis liberandos fore.

4. Porrò bina vice Danielem eorumdem Satraparum invidia in lacum leonum immissum fuisse, & tamen ambabus vicibus miraculosè inde sanum & salvum egressum fuisse legimus, invidi autem tam prima quam secunda vice eidem pœnæ, quam æmulo suo machinati fuerunt, fuere subjecti. etenim de prima vice facer Textus ita loquitur: *Jubente Rege adducti sunt viri illi, qui accusaverant Danielem, & in lacum leonum missi sunt, ipsi, & filij & uxores eorum, & non pervenerunt usque ad pavimentum Laci, donec arriperent eos leones, & omnia ossa eorum comminuerunt.* Secunda autem vice pariter manifestè se prodidit divina justitia, nam ut facer Textus ait: *Porrò illos qui perditionis ejus causa fuerant, introvisit in lacum, & devorati sunt in momento coram eo.* S. Antoninus id ponderat, quod Aman accidit, postquam Mardochæum livido oculo aliquamdiu respexisset: Nam *Aman Agagites*, inquit, *invidens gloriæ Mardochæi, quæsivit ab Assuero deleri totum genus Judæorum, & ipsum Mardochæum in ligno præparato suspendi, sed mediante Regina Esther versa est sententia contra eum.* Enimverò quæ de tribus Hebræorum pueris, & de Daniele paulò ante diximus, idem Sanctus Archipræsul his verbis memorat: *Babylonij videntes quod tres juvenes Hebræi, scilicet Ananias, Azarias, & Misael erant magni Principes in Curia Nabuchodonosor, invidentes gloriæ eorum, instigaverunt Regem ad statuam auream faciendam, & ut adoraretur præcipiendum sub pœna ignis, ut per hunc modum mitterentur in fornacem non adorando, prout factum est, sed Deus miraculosè in igne servavit illæsos. Similiter in Curia Regis Darij Principes ejus moti invidia contra Danielem, quia cunctis erat honoratior.*

5. Sic quoque Pharaonem, sola invidia stimulante, extinguere voluisse populum Hebræum, supra Ægyptios magnopere multiplicatum, probat S. Augustinus super Psalmum 104. At vero quodnam inde dictus Pharao & universa Ægyptus reportavit supplicium? nimirum quod decem plecterentur flagellis, regnum illud ad ultimum usque exterminium redigentibus; Pharao autem cum universo exercitu suo in maris rubri submergerentur undis. Denique ad probandum, qualiter ira Dei in hoc vitio puniendo se habeat; hoc unicum dixisse sufficiat, quod nimirum per infallibilem suam providentiam ita disposuerit, ut primus qui deturbaretur in infernum, invidus quidam fuerit, nimirum Lucifer Angelus: Similiter primus qui ex genere humano ad infernum damnari meruit, invidus Cain fuit. Volvite & revolvite universum sacræ Scripturæ volumen, & videre, an umquam Deus in alia quapiam occasione propter excessum supra modum detestabilem, terram aperuit, infernumque avidas fauces suas dilatare jusserit, ad devorandos corpore & animatenus alios impios præterquam invidos. Dathan enim, Core, & Abiron in pœnam livoris sui à Deo puniti fuerunt devorante eos terra: *Dirupta est terra sub pedibus eorum, & aperiens os suum devoravit illos cum tabernaculis suis, descenderuntque vivi in infernum cooperti humo*, Ubi D. Chrysost. ait: *Invidia fuerat, ut biatus suo Dathan, Chore Abiron, & universum illum populum vivos absorpserit*; id quod Ecclesiasticus his verbis confirmat: *Quia contra illum steterunt alteni, & propter invidiam circumdederunt illum homines in deserto qui erant cum Dathan & Abiron, & congregatio Chore.* S. Antoninus pariter invidiam hujus supplicij causam fuisse his verbis dicit: *Detrahebant Moysi invidentes ei ex principatu.* S. Nazianzenus de invidia differens, idipsum his verbis scribit: *Hæc Dathan & Abiron adversus Moysen furore elatos in terram defodit.* D. Chrysost. omnem à nobis hujus supplicij admirationem abigere nititur hoc argumento: *Illud libens vos interrogaverim. Si quem videremus ignem manibus ac ligonem gestantem hanc ædem una cum altari demoliri, evertere, incendere, nonne fieret ut ab omnibus ijs qui rem forte spectarent, lapidibus obrueretur, tamquam impius, & exlex? quid igitur? si quis flammam gestet, hoc quo utimur igne edactorem, invidentiam dico, non lapidum ædificia demolientem, neque aucerum Altare evertentem, sed quod longè, & altari, & lapidibus pretiosius est, præceptorum ædificium subvertentem, ac devastantem, hic qua tandem venia dignus esse queat?*

6. Verum enimvero necessum est, ut præter supplicia particularia, publica pariter damna, & ruinas in pœnam invidiæ populis irrogatas consideremus. Et quidem S. Thomas à Villa Nova in quodam sermone ait: *Est vitium periculosum, nam unus invidus sufficit evertere integrum populum.* Cujus exemplum in Aman invido habemus, qui ob gratiam, qua apud Assuerum Mardochæus pollebat, eidem invidens universum populum Hebræum extinguere machinatus fuisset, nisi Esther Regina suas interposuisset preces. De Sophia Justini Imperatoris conjuge legimus, quod ex motivo æmularionis gloriam victorioli Narsetis ob subjugatam Italiam, in die qua illi triumphus præparabatur, tolerare non volens, ipsa eidem Narseti Eunucho *colum misit, & Eunuchum pensa inter mulieres dividere non vibrare hastam decere indicavit, quo intellecto, ille victoriis clarus; atqui inquit, ego tibi & marito tuo telam texam, quam vestrum nemo rerexet* At vero quisnam hujus fœmineæ invidiæ fructus extitit? *Itaque in Italiam reversus, ejus magnam partem Longobardis tradidit.* Fueruntque innumera pariterque irreparabilia damna, quæ propter bella, exterminia, & tyrannides Longobardorum in universam Italiam resultarunt. Quis est cui manifestus non sit invictus Belisarij animus

Invidi etiam in publica damna inferunt Regnis, & Rebuspublicis

S. Th. à Vill. ser. in Fer. 6. post. Dom. pass.

Patet in Aman.

Paul. Diac. in Justino.

Sophia Imperatrice.

Et Belisarij

must etenim hic tamquam generalis Justiniani Imperatoris Archistrategus ex urbe Roma & universa Italia Gothos expulit; profligavit Persas, Vandalos subjecit, Gelimerum regem ipsorum Constantinopoli in triumpho circumducendo; tributariam reddens Africam Imperium Romanum adauxit; unde Imperator in tanto eum pretio habuit, ut in monetis argenteis imaginem suam ex una, ex alia vero parte Belisarij effigiem imprimi fecerit, cum hac subnexa Epigraphe: *Belisarius decus Romanorum*; Et tamen licet totius Romani Imperij solidissima columna & fulcrum esset, invidia tamen ipsum totaliter prosternere non dubitavit; *Unus invidus sufficit evertere unum populum, imo & integrum imperium*, cum enim æmuli ipsius eum apud Imperatorem accusassent, quasi affectasset Imperium, eodem Imperatore è dignitatis suæ sublimitate in profundissimum ignominiæ & miseriæ Barathrum præcipitatus fuit, etenim eruti ei fuerunt oculi, atque eo usque paupertatis pervenit, ut ad mendicandum coactus fuerit, unde tritum est hoc, quod miser princeps ille mendicando dixerit: *Date obulum Belisario, quem virtus extulit, invidia obcæcavit.*

Lamentabilis historia invidiæ inter Regem Galliæ, & Angliæ.

7. Quisquis superiorum temporum legerit historias, inveniet utique magnorum principum ministros ob mutuam invidiam ab reportandis in bonum reipublicæ gloriosis victorijs fuisse prohibitos, ne collega in patrati facinoris gloria participaret. Anno 1187. cum Philip. Rex Franciæ civitatem Acon obsideret, & ad ejus partes Richardus Rex Angliæ cum universo exercitu suo accederet, post insulam Cypri devictam & subjugatam, ambobus hisce regibus Regina quædam se associavit, at vero audite ab authore hanc scribente historiam reginæ hujus prosapiam: *Venit autem cum ipsâdem regibus, omnium incentiva malorum, filia diaboli, potentissima Regina inferni, discordia, & Jedit in medio eorum, cum sorore primogenita, macilenta & livida, invidia scilicet, & tam ipsos reges, quam totum Christianorum exercitum, in diversas voluntates, & actiones distraxit, cum enim Evancorum pugna contra civitatem placeret, Anglico displicebat, quod placebat Anglo displicebat Franco, & in tantum inter se aucta est discordia, quod fere inter se intestinum moveret bellum.* Apte hoc loco, hacq; occasione commemorare possumus verba illa Petri Blesensis de invidia in hæc verba differentis: *Hæc est bestia saltus, quæ devoravit exercitum Absalon.* Etenim quis saluti publicæ in Israël Davide magis necessarius fuit, qui per fundam regnum Saulis securissimum reddiderat, qui solus integrum Philistinorum bellatorum exercitum dissipaverat, quique solus pariter in brevissimo temporis spatio aliquot hominum centena occiderat, & tamen ejusdem regis à Davide beneficijs aucti invidia sine ullo pacis, regni, & boni publici respectu illum ex solo invidiæ motivo persequebatur usque ad mortem. Similiter licet in Israël constans esse opinio, quod Messias temporaliter esset regnaturus, & à populo Israel imperij Romani jugo excusso, eumdem restituturus in pristinam libertatem, adeo ut etiam ipsimet Apostoli Christum ante suam in cœlos ascensionem interrogarint dicentes: *Domine si in tempore hoc restituues regnum Israël?* attamen Scribæ & Pharisæi invidiæ stimulis agitati, tametsi prædictam à Christo scirent Jerosolymæ desolationem & exterminium, quod ipsis propter machinatam Christo mortem imminebat; refrenare se nequiverunt, quin atrocius adversus ipsum ferocirent, quia invidi non salutem universalem, & publicam respiciunt, sed solum diabolicam passionem suam exsatiare contendunt, licet inde propria sua exterminia & ruinas formidare habeant.

Act. Apost. 1.

S. Anton. ibid.

Unde S. Antoninus ait: *Qui ex invidia occiderunt Christum post exterminium maximum suæ civitatis, & gentis, amissa omni gloria sua dispersi sunt per orbem*; Invidia enim, ut D. Chrysologus ait, *vastat populos.*

D. Chrysol. ser. 172.

Flor. exemp. to. 3. c. 6. tit. 16. §. 6.

Petrus Bles. epist. 87.

DISCURSUS XIII.

ARGUMENTUM.

De malitia invidi qui ex alienis bonis contristatus malum sibi inde accersit.

THEMA.

An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?
Matth. 20. v. 15;

1. OCulus quidem humanus, teste experientia, cum sit inter omnes sensus exteriores corporis nostri delicatissimus, maximeque sensitivus, à pulveribus festucis, alijsque similibus impedimentis facile offenditur, ditur, & tamen à luce, dummodo illa temperata sit, illuminatur & inclarescit: Solus tamen invidi oculus pessimam hanc habet indolem, quod à splendore virtutum & meritorum alienorum fascinetur & obfuscetur, unde enim dicitur: *An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?* totidem oculus lividi patitur puncturas, quod in proximo suo videt prosperitates. *Malum multiplex*, inquit D. Chrysologus *imminet invidis; quot sunt prosperitates, hominum tot tormenta sunt.*

Oculus invidi est pessimæ indolis.

D. Chrysol. ser. 172.

2. Agricolæ ab optimo patrefamilias ad vineam suam excolendam invitati, licet serius, circa vesperam eamdem consecuti sunt mercedem, quem alij, qui à primo diei diluculo tota die laboraverant, unde bi *murmurabant dicentes: Hi novissimi una hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portavimus pondus diei & æstus.* Circa quæ verba D. Chrysost. ait: *Cum nullum detrimentum paterentur, nec de mercede sua quidquam diminueretur, mœrore ac molestia propter aliorum bona premebantur.* Non enim de propria lamentabantur jactura, quia talem nullam passi fuerant, sed de aliorum lucro, ac proinde optimus paterfamilias illis imprecabat dicens: *An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?* *livoris ipsum atque nequitiæ condemnat dicens: nonne ex denario &c.* Author imperfecti hanc eamdem pariter notat malignitatem dum ait: *Ego illi non dolebant quasi fraudati de mercede sua, sed quia illi amplius quam merebantur acceperant, hoc est enim invidiæ proprium, quando alteri aliquid additur sic dolent invidi, quasi illis sit aliquid subductum, quod illi est additum; ut puta, si viderit fieri aliquem diuiorem, putat invidus se pauperem factum, si alter sapientior fuerit factus, ita dolet quasi ipse sit factus insipiens.* Hanc quoq; malitiam S. Basilius in homil. quadam ponderat his verbis: *Fertilis fuit vicini agellus, abundat omnibus ad vitam hominis degendam commodis domus, non deficium homini animi voluptates, hæc omnia alimentum morbi sunt, & invido doloris incrementum.*

Operarij vineæ invitabant serius venientium mercedem suam.

Matth. 20. v. 11.

Aut. imperf. hom. 34.

3. Alius quidam paterfamilias in agrum suum bonum quidem semen seminaverat, at vero intempesta nocte agricolis dormientibus, superveniens inimicus fraudulenter in eumdem agrum superseminavit zizaniam. At vero quanam putas utilitate hoc fecit? num forte inde aliquem se fructum collecturum esse sperabat? nequaquam; quia lolium illud universam suffocabat messem, quæ ex bono semine sperari poterat. Unde D. Chrysol. ait: *Ut quidquid periret Dominica messis, & hoc ad lucrum quid pertinebat inimicis? nisi quod invidiæ spiritus hominum damnum, suum computat lucrum, & quod perierit hominibus, hoc se æstimat acquisivisse.* Deus in Palæstina Isaac servum suum tam abundanti prosperitate cumulaverat, ut ipsomet Moyse teste *invenerit in ipso anno centuplum, benedixitque ei Dominus, & locupletatus est homo, & ibat proficiens, atq; succrescens donec magnus vehementer effectus est; habuit quoque possessiones ovium, & armentorum, & familiæ plurimum.* Unde licet justum fuisset, quod ex quo Deus, propter merita Isaac, regionibus illis benignas cœli influentias depluerat, à Palæstinis in pretio haberetur & amore, eumque inter se commorari permitterent, attamen sacer textus immediate subjungit: *Ob hoc invidentes ei Pælestini, omnes puteos quos foderant servi patris illius Abraham, illo tempore obstruxerunt, implentes humo in tantum ut ipse Abimelech diceret ad Isaac, recede à nobis.* Ubi, ut clare videtur, patet, quod illum à se non repulerint, quasi aliquod ab ipso damnum accepissent, sed quia magnâ illis attulerat utilitate; *quoniam potentior nobis factus es valde.* Ubi D. Chrysost. populum illum his verbis perstringit: *Cujus gratia abigis justum? num aliqua in re tibi nocuit? num injuriam intulit? sed ita se habet invidia, nihil cum ratione operatur.* S. Cyprianus de invido inquit: *Quanto ille, cui invidetur, successu meliore profecerit, tanto invidus in majus invidiam livoris ignibus mardescit.* D. Chrysost. ad eamdem Palæstinorum tyrannidem contra Isaac se reflectit inquiens: *Considera quanta illorum malitia, qui & aquas justo invident, & neque Rex, qui in tanta potestate erat, invidiam continere potuit, sed dicit, abi à nobis.* Oculus enim invidi, oculus est & obtutus basilisci, quia suum spargit venenum, dum alienam videndo felicitatem, apud se suscitat odium. Unde S. Zeno ait: *Et ego quidem arbitror venenatis & mortiferis serpentibus morbi hujus esse venena graviora, nam ab illis ajunt cum prius morsus corpori defixerint, per vulnus dentium venena diffundi, invidiæ autem virus interdum etiam solo aspectu infunditur oculorum; nonnunquam etiam solo conceptur auditu; continuo namque, ut viderit quis, vel audierit ea, quæ non vult, de his quibus invidet, statim dilabitur, statim corrat, statim tabescit.*

Matth. 13. Cur inimicus homo seminî superseminaverit zizanias.

D. Chrysol. ser. 79.

Gen. 26. 12. Licet Deus benedixerit Palæstinis propter cohabitationem Isaac, tamen invidebant illi prosperitatem suam.

D. Chrysol. ibi.

S. Cypr. de zelo.

S. Zeno ser. de liv.

4. Inter

Gen. 49. 23. Filij Jacob invidi fuerunt Joseph propter morum ipsius elegantiam.

4. Inter benedictiones quas Jacob filijs suis est imperitus, consideratione digna est illa qua Josepho filio suo benedixit, inquiens: *Filius accrescens Joseph, filius accrescens, & decorus aspectu*; paulo post vero mentionem facit invidiæ fratrum suorum, qua illi ad eum Madianitis divendendum moti fuere: *Invidentatque illi habentes jacula*, inquit facer textus. Ubi non caret mysterio, quod scriptura, postquam illum rara pulchritudine decoratum, & filium dignum esse dixisset, qui semper magis magisq; in virtutibus adauge retur, immediate post ipsum invidiæ fraternæ scopum factum fuisse referat, notanda vero est phrasis qua sapiens Pater loquitur, dicit enim: *Invidentut habentes jacula*; scitisne cur ita locutus fuerit? nimirum, quia jacula & sagittæ semper in album scopi collimant, ita quoq; scopus & objectum invidiæ albedo & candor soleq; esse innocentiæ. Ideo Judæi deliberantes de genere mortis Salvatori nostro inferendæ dixerunt: *Quid facimus, quia hic homo multa signa facit?* Ubi, ut vides, non ob aliud in mortem ejus conspirant, nisi quia ipse in sanctitate & miraculis mire resplendebat; & ideo *positus erat hic ... in signum cui contradicetur.* Pessimum profecto signum est, quando stomachus cibos substantiales & salutiferos in malignos & nocivos convertit humores, cujusmodi stomachum habent febricitantes, quibus proinde S. Bonavent. invidos assimilat dicens: *Invidus comparatur febricitanti, cui etiam boni cibi sunt contrarij.* Alibi quoque idem Seraphicus D. aliam his verbis tradit similitudinem: *Similis est invidus igni Græco, qui in aqua fortius inardescit, sive succenditur; sic invidia in aquis gratiarum fortius exardescit, unde deberet extingui.* Comparat quoque invidum Caino dicens? *Comparatur invidus Cain, de quo dicitur: Quicumque invenerit me, occidet me; sic invidum interficit omnis homo, quia aut videt bonum in homine, & tunc dolet; aut malum, & sic gaudet, & sic in omni homine peccat; vel moritur per peccatum.* S. Hieron. qui multis quoque invidiæ jaculis impetitus fuit, in Epistol. ad Galat. ita scribit: *Invidia aliena fœlicitate torquetur, & in duplicem scinditur passionem, cum aut ipse est aliquid in eo in quo alium esse non vult, aut alium esse videns meliorem, dolet se ei non esse consimilem.*

Invidia Romanorum in Scipionem Africanum.

5. De Scipione Africano legitur, quod debellata eademque reipublicæ Romanæ tributaria facta magnam sibi apud æmulos conciliavit invidiam; audite enim quænam fuerint spolia, qualesque divitiæ, quas ex tot tantisque victorijs reportavit; nimirum aliud inde sibi non comparavit, quam Africani cognomen, quod & ipsum ad novum excitandum contra ipsum livorem sufficiebat, unde ait: *Cum totam Africam vestræ subjecerim potestati, nihil ex ea quod meum diceretur, nisi cognomen retuli. Non igitur me Punicæ, nec fratrem meum Asiaticæ gazæ avarum reddiderunt, sed uterque invidia magis quam pecunia locupletior.* In Proverbijs, ubi vulgata nostra legit: *Ne comedas cum homine invido*, in Hebræo legitur, *Ne comedas panem malo oculi*; ubi nonnulli Interpretes Sapientem ad venefica illas alludere existimant, quæ oculis suis infantibus lactantibus elegantioribus venenosas qualitates imprimunt, transmittendo ex oculis venenum quoddam subtile, quod in teneros illos infantes transfusum, eosdem macilentos reddit, & pallidos; ac paulatim emori facit, cui tamen periculo non subjacent infantes illi qui turpes sunt, & deformes, id ipsum quoque invidi faciunt, non enim invidia prosequitur personas miseradiles, *solos* enim *miseros ignorat invidia*, ut Petr. Blesensis ait, sed malum oculum solum in alienam prosperitatem defigunt. Unde Philo Hebræus ait: *Invidia magnarum fortunarum adversatrix perpetua, domum Jacob fortunatissimam perpetuo conturbavit.* Ex Manna quæ talis conditionis cibus erat, ut omnes in se contineret exquisitissimos sapores vermer nihilominus suo tempore scaturiebant; quam similitudinem S. August. ad propositum nostrum his verbis adducit: *Legimus quod filijs Israël manna cælitus datum est, quo reservato scaturiebat mulittudo vermium. Sic ex cælesti gratia fideli collata, occasionaliter in animo superbi invidia nascitur, & quanto magis cælesti gratia fidelis solidatur, tanto magis superbi mens in invidiæ vermem resolvitur.* Porro quænam sunt hominis lividi & superbi motiva hæc idem S. Doctor super Ps. 139. ita declarat: *Nemo invidet alteri in eo, quod non vult esse, vel videri. Alius tibi invidet quia dives es; aut dives vult esse, ut tibi invideat, aut putari vult dives. Alius tibi invidet, quia clarus es & nobilis aut hoc esse affectat, aut hoc se putari cupit.*

Val. Max. lib. 3. c. 7.

Prov. 23. v. 6.

Invidi comparantur quibusdam venefics.

Petr. Bles. Epist. 80.

Philo. lib. de Joseph.

S. Aug. ser. 18. ad Frat.

S. Aug. in Ps. 139.

6. S. Antonius de Padua in quodam sermone varia distinguit febrium genera, eaque ad diversa vitia adaptans, quando ad invidiam descendit, ita scribit: *Quædam procedit ex inflammatione phlegmatis, & hæc vocatur quotidiana, & hæc appropriatur peccato invidiæ ad literam. Potest huic vitium invidiæ adaptari, quæ procedit ex materia frigida, hæc pene est quotidiana quia ut ait Bernardus cum quodlibet vitium exerceat in brevi suum actum, invidia continue stimulat invidentem. Isti habent proprietatem quorumdam piscium, de quibus legitur, quod grassantes aquam plazialem statim moriantur, etiam ad modicæ aquæ gustum, quia est eis quasi venenum. Quidam vero aëre excæcantur. Sic invidus moritur, dum sentit illam divinæ gratiæ, quam Deus immittit proximo. Item excæcantur, quia bonum proximi habere non possunt.* Præterea invidi ab eodem Sancto avibus comparantur nocturnis, quæ inimicæ sunt solis: *Sunt invidi*, inquit, *ut vespertiliones, & noctuæ, quæ à luce diei excæcantur, quia lucem proximi videre non possunt.*

Invidia est febris quotidiana.

S. Anton. de Pad. Fer. 5. Dom. post 3. quadr.

S. Anton. de Padua in Fer. 4. pass.

7. Verum enimvero quosnam hoc invidiæ monstrum hic in terris habet natales? audite D. Chrysost. dicentem: *nihil livore, nihil invidia gravius, per eam mors in mundum venit, nam cum hominem honorari diabolus conspexisset, ejus boni impatiens, omnia molitus est, ut eum perderet.* Invidia itaque nequaquam in agro sudore Adami irrogato, qui præter stirpes & lolia nihil germinabat concepta fuit, sed inter terrestris paradisi prosperitates, in statu scilicet innocentiæ & justitiæ originalis, quia oculus lividus circa alienam fœvire incipit fœlicitatem. Sacer textus in cap. 3. 1. Reg. Samuëlem introducit Deo fumme acceptum & gratum Prophetam, inquiens: *Puer autem Samuël ministrabat Domino coram Heli, & sermo Domini erat pretiosus in diebus illis.* Mox vero subdit: *Heli jacebat in loco suo & oculi ejus caligaverant, nec poterat videre.* Circa quæ verba nequaquam dicere intendo, Heli concepisse adversus Prophetam invidiam, eo quod illum in sanctitate splendidum, evadere cernebat, solum adferam id, quod S. Antonius de invido his verbis scribit: *Invidus figuratur per Heli sacerdotem, de quo scribitur, quod lucernam Domini videre non poterat, donec extingueretur: Sic invidi lumen, id est, prosperitatem temporalem vel spiritualem, non potest clara mente videre, nisi exstinctam, id est, misi subtractam, tunc gaudet de malo talis personæ.* Porro quam huic naturæ nostræ corruptæ innata sit hæc malignitas, Tacitus considerat dicens. *Insitum est mortalibus natura, recentem vicinorum fœlicitatem ægris oculis introspicere, modumque fortunæ à nullis magis exigere, quam ab ijs quos in æquo viderunt.* Sic Phariseorum oculi à clara luce miraculorum Christi perstricti fuere, non vero illuminati; ejus namque innocentiam & sanctitatem cognoscebant quidem, at vero eam tolerare non poterant; quin potius per livorem & æmulationem, ad eam usque rabiem adacti fuerunt, ut dicere non erubuerint: *Quousque animam nostram tollis?* S. Gregorius illa verba Job c. 5. *Per diem incurrent, tenebræ, & quasi in nocte sic palpabunt in meridie*, invidis Scribis adaptat dicens: *Judæi aperta ejus miracula viderant, & adhuc eum quasi palpantes quærebant, cum dicerent: Quousque animam nostram tollis? si tu es Christus, dic nobis palam. Ecce miraculorum lux ante oculos aderat, & tamen in cordis sui tenebras offendentes adhuc requirendo palpabant.*

Tacit. l. 2.

Sanctitas & miracula Christi excæcavit Judæos invidos.

Joan. 10. 24.

Job. 5. v. 14.

S. Greg. 6. lib. mor. cap. 13.

8. Ecclesiasticus oculum hominis lividi & maligni nequaquam rectum obtutum, sed obliquum habere dicit; *Nequam est oculus lividi*; etenim bono oculo non respicit, nisi solas aliorum miserias, & casus sinistros; addit quoque idem Sapiens de eodem oculo, avertens faciem suam; Unde D. Chrysost. invido optime in hæc verba exprobrat: *Quid enim quæso te impellebat? quid formidolosus es? Quid tandem mali accidit? quod clarus, quod splendidus, quod bene audiens frater est? Igitur coronari oportet, ac lætitia exilire, Deumque glorificare, quod videlicet membrum tuum relucens sit, & illustre.* Observandum quoque quod postquam David dixisset: *Cornu ejus exaltabitur in gloria*, sine mora subjunxerit: *Peccator videbit, & irascetur, dentibus suis fremet, & tabescet.* Quæ verba D. Chrysost. exponens ita scribit: *Quis miserius, quando aliorum etiam rectè factis mordetur, & aliorum laudem suam pœnam existimat, & ipse à seipso supplicium exigit; sicam conscientiam lanians, & mentem exercians, & seipsum in se carnificem exhibens?* quemnam existimatis sensum esse verborum illorum Ecclesiastici: *Negatus oculo quid creatum est? ideo ab omni facie sua lachrymabitur, cum videret?* existimo omnino illum ad invidum alludendo, insinuare voluisse pœnam, quam invidus ex vitio suo sibi adscisci, dum oculum suum quaquaversum circumflectendo, bona videt, & fœlicitatem aliorum, tunc

Eccli. 14. v. 8. Invidus solum videt aliorum misterias.

D. Chrysost. hom. 7. ad Rom.

Est sibi ipsi Carnifex.

Ps. 110. 10.

D. Chrysost. ibi.

Eccli. 31. v. 13. Invidus alienæ fœlicitatis sibiipsi adscisceit pœnam.

enim lachrymabitur, & præ tristitia affligetur. S. Bonavent. testimonium citat Senecæ dicentis: *Utinam invidi in omnibus civitatibus, oculos, & aures haberent, ut de omnium profectibus torquerentur.* S. Ambros. ponderationem quamdam habet, ex qua clare deducitur, quod dæmon ob proprium interesse invidia odioque inflammari cœperit contra Christum, homo autem in passione adeo cæcus est, ut seipsum conficiat cum damno proprio, insuper majoribus proximos accumulet bonis, siquidem providentia infallibilis Dei eos sæpe magis prosperari facit, qui invidiam patiuntur alienam. *Zelum passus est Satanas, inquit S. Doctor adversus Salvatorem, videns eum docere homines, quomodo sibi propitium facerent Deum, renunciantes diabolo, & propter hoc occidit eum, nesciens futurum adversum se.* Homo autem invidus probe novit, quod alienæ fœlicitatis invidia tristitiam, tormentumque, & animæ propriæ conciliet damnationem, & tamen ab ea non desistit, ideoque dæmone pejor est.

S. Bonav. comp. Theol. verit. l. 3. c. 16.

S. Ambr. 2. ad Cor. 5.

9. *Stultus complicat manus suas*, inquit Ecclesiast. *& comedit carnes suas.* Quem textum S. Hieron. præsenti nostro applicat proposito dicens: *Qui alienæ fœlicitati invidet, & quasi spiritu furoris raptatur, & invidiam in sinu suo receperit, nutrieritque eam in pectore suo, ille comedit animam suam, & carnes suas. Quanto enim eum cui invidet, fœliciorem videt, tanto ipse amplius contabescit, & deperit, & paulatim zelo & livore distillat.* Idcoque invidus merito ad illud S. Aug. dogma se reflectat dicentis: *Seipsum primo infestans, primo seipsum vulnerans & vexans. O invide quam paucos habes amicos, & forte neminem habes de cujus bono non doleat, & de cujus malo non gaudeas, merito omni amico privari debes, eo quod de nullo amicorum bono gaudere probaris. O invidia omni vitio pejor, & omni peste deterior,* tempore contagionis, ut experientia docet, vestes pretiosiores granum electius, linum delicatius, pannos rariores inficit venenum, ita quoque invidus malitiæ suæ contagio bona & fœlicitates inficit alienas ideoque dicitur: *Omni peste deterior*, siquidem illa non mentem, animam, aut bona offendit spiritualia, invidus autem bona gratiæ, donorum, & virtutum lædit.

Ecclí. 4. v. 5. S. Hieron. lib. Et paulatim tabescit.

S. Aug. ser. 18. ad fratr. Est omni peste deterior.

Diabolus & invidus, sibi magis nocent quam alijs.

10. Numquid si quis viso sodali suo sano, robusto, & incrassato, ipse propterea macer fieret, talis juxta judicium vestrum abominabili, nec umquam audita dicendus esset subjacere infirmitati? & nihilominus, ut canit Poëta: *Invidus alterius macrescit rebus opimis.* Hinc & Blesensis in quadam ad invidum Epist. ita scribit: *Qui adversus innocentiam tuam erigebat tormenta invidiæ suam gerebat in mente tortorem. Nam juxta verbum Ethici, justius invidia nihil est, quæ protinus ipsum auhorem torquet, discrucians animam, nonne tormenta sunt ex bonis aliorum marcescere, ægrescere, deperire.* Quam invidi stultitiam S. quoque Bonav. considerans ait: *Nimis errat qui ideirco sibi vult oculum erui, ut alijs etiam unus eruatur, sic facit invidus & diabolus, qui per hoc quod alijs invidet, sibi magis nocet.* Quod idem punctum his verbis insinuat Bellovacensis *Invidia animam cruciat; invidus enim de lætitia tabescit, de sanitate languescit, de pinguedine macrescit. O insania & stultitia, invidia de alieno vulnere, suum vult sanare vulnus sanitatem quærit in aliena infirmitate, bonum in alieno malo, quod idem est, ac si quæreret ignem in aqua, & aquam in igne, in spinis uvas, in tribulis ficus.* Quo fine S. Augustini citat authoritatem, ita de homine invido loquentis: *De aliena poena quærit sibi medicamentum, & de salute acquirit grande tormentum; invidia enim est ægritudo animi, vel tristitia de felicitate alterius.*

S. Bonav. compend. Theol.

Bellovac. spec. mor. lib. 3. p. 4. dist. 1.

DISCURSUS XIV.

ARGUMENTUM.

Invidia tormentum & pœna est invido, eumdem ob alterius felicitatem crucians, & inquietum efficiens.

THEMA.

Circumdederant eum Judæi & dicebant ei, quousque animam nostram tollis. Joan. 10. v. 24.

Judæi ad Christi doctrinam & miracula præ invidia semel pœnam dant.

1. JUdæi Christum circumdantes præ nimio invidiæ livore morituros se credebant; *Circumdederant eum Judæi, & dicebant ei: Quousque animam nostram tollis;* sed quam hujus cruciatus sui habebant causam? numquid redemptor noster vera vita erat? *Ego sum resurrectio & vita; qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet.* Verum quidem id est, sed quia innocentiæ ejus, multitudini populi ipsum sequentis, nec non miraculis ejus invidebant, mirum non est quod dolores experti fuerint pœnosissimos. *Quia invidi Judæi invidia pleni erant*, inquit S. Antonius de Padua, *ideirco incessanter stimulabantur in corde tanto lethalius, quanto videbant Christum plus clarificari prodigijs, & doctrina; quousque inquiunt, animam nostram tollis, id est suspendis, vel cruciasti & afflixit ecce qualiter interius stimulantur.* Sanctus autem Isidorus Pelusiota justum Dei de invidis, dū etiam in vita præsenti & post æternaliter puniuntur, supplicium considerat inquiens: *Non in futuro dumtaxat judicio, ac tribunali, verum etiam in hac vita meritas pœnas pendunt, qui invidia laborant.* Unam enim vitium hoc laudabilem habet conditionem, & meritum, scilicet quod condigne cruciat eum, qui ipso infectus est, dicente S. Valeriano: *Pœna istos sua pœna punitur, ut videatur mihi ipsa invidia aliquid habere divinitatis, cum authoris sui cor repercutit, & male conscium pectus cruento jugiter livore consumit.* Quam reflectionem diu ante instituerat Basilius verbis sequentibus: *Alius hic effectus in vita humana diversans & semper animis nostris adhærens, & cor magis consumens quam rubigo ferrum, ipsa invidia est, in qua multa quidem sunt mala, unum vero utile est, quod malum est ipsam possidenti: Invidus enim ipsum invidiosum parum lædit, seipsum vero mœrore ac gemitu consumit, ob proximi prosperum rerum successum, & agrum quidem vicini non diminuit; seipsum autem per invidiam consumit.* Quod in alia quadam oratione confirmat inquiens: *Unicum tamen ei inest bonum, nempe quod nocumenio sit illi ipsi, qui ea æstuat, quodque cor ejus magis exedat quam rubigo ferrum.* Et in homilia sequenti idem replicans ait: *Illud autem in hoc modo laudaverit quispiam, quod invidus quanta in proximum vehementius movetur tanto sibimet majus parit incommodum:* Id quod similitudine sagittarum, quæ si in materiam rigidam, duram & resistentem impingantur, ipsum jaculatorem ut feriant, repercutiunt; ita probat atque confirmat. *Quemadmodum sagittæ magna vi emissæ si in durum aliquod ac respuens inciderint, in emittentem facile redeunt, sic invidia proximis tristitiam nequaquam affert, tantum invidenti officit.* Quam eamdem similitudinem S. Zeno, dum ipsum lividum primo omnium cruciari & affligi considerat, verbis insinuat sequentibus: *Sed & illud in causa hujus tanti langoris vel admirari quis poterit, vel laudare, quod quanto amplius creverit, tanto sit perniciosior ei cui crescit, sicut enim omne jaculum, quod vehementius fuerit intortum, si forte in aliquod solidum & durum corpus illiserit, in eum continuo qui jecerat, repercussum jaculum retorquetur, ac resilit, ita etiam invidentis motus, & animorum telum cum nihil nocuerit ei cui intenditur, vultus tamen intendentis efficitur.*

S. Ant. de Padua ser. 4. in pass.

S. Isid. Pel. l. 1 epist. 159. Laudabilis invidiæ conditio est, quod condigne punitat illum qui ea infectus est.

S. Valer. hom. 13.

S. Basil. conc. in Lucæ 12. habita.

S. Basil. ora. 10. de invid.

Idem. l. 11.

S. Zeno ser. de livore.

2. Trita illa est regula, scilicet quod vitia sint ipsorummet vitiorum carnifices, unde semper verissima est illa S. Augustini sententia: *Jussisti Domine, & sic est, ut omnis sibi pœna sit inordinatus amor.* Nihilominus nulla penitus noxa ita cruciat reum, quemadmodum livor invidum, dicente S. Chrysologo: *Omnia quidem vitia ad suorum semper intendunt & profiliunt lesionem, sed suos semper amplius invidia consumit, invidia suorum carnifex semper extitit.* Et paulo post in ejusdem sermonis progressu ejusdem vitij effectus sufius ponderat subjungens: *Torquet animos, discruciat mentes. Hanc qui recoperit, sua sustinet sine fine supplicia, quia semper in se domesticum diligit habere tortorem. Quis ibi malorum finis ubi alterius bonum pœna est, ubi cruciatus est aliena felicitas.* Philosophus quidam invidum sibi notum mœstum, & afflictum observans, eidem dixit; utique mœstitiæ tuæ alia non est causa, nisi quia tibi ob bonum vicini tui mali quidpiam accidit; qui utique verum dixit, cum pessimum hoc vitium ejus sit indolis, quod ei obnoxium ob alterius afflictum prosperitatem. Rex Assuerus Aman familiari aulæ suæ præfecto in mandatis dedit, ut æmulum suum Mardochæum regijs insigniis velut triumphatorem amictum, equo regio impositum, per civitatis compita circumduceret, passim clamando: *Sic honorabitur quemcumque rex voluerit honorare;* facer textus vero dicit, quod postquam hæc Mardochæo obsequia præstiterat, postque applausus & honores eidem attributos, *festinavit ire in domum suam lugens, & operto capite, Narravitque Zares uxori suæ, & amicis omnia quæ evenissent sibi.* Scire hic percuperem, cur vir ille qui imperij Assueri manus dextera erat, qui ad suum nutum omnes Satrapas & vastæ illius monarchiæ Principes promptos & obedientes habebat, qui inexhaustos possidebat thesauros, omnibusque dignitate superior erat, post

Invidi sibi ipsis sunt maxima pœna.

D. Chrysol. ser. 172.

Patet in Aman.

Esth. 6. v. 9.

Ibid. v. 12.

Ibid. v. 13.

post exhibitum Mardochæo obsequium lugere cœperit? num forte ex itinere lassus erat? aut vero quid ei sinistri accidit ut lugeret? nimirum transversus in corde ejus clavus, erat honor, quem æmulus ipsius à rege acceperat. D. Chrysostomus invidorum magnitatem describens inquit: *Multi una cum flentibus flent gaudent & ipsi, idem tamen non etiam una cum gaudentibus gaudent, quin potius alijs gaudio exsilientibus illachrymantur, quod ipsum sane est invidentia ac malignitas.* S. Antonin. nonnullas hoc vitium consequentes proprietates his verbis delineat: *Pectora felle virent, quia semper cogitant malum, & juxta dicam prava de illo, cui invident. Lingua est fassa veneno, quia felices semper murmurat, numquam videt, nisi de malo alieno.* Tinea communiter in optimo & subtilissimo panno nascitur, illumque rodit & consumit. Quæ utique optima est, & proposito nostro congruentissima similitudo, quam profert S. Cyprianus his verbis tradit: *Qualis est animæ tinea celare in alieno vel virtutem ejus, vel felicitatem; in malum proprium bona aliena convertere, aliorum gloriam facere suam pœnam, & velut quosdam pectori suo admovere carnifices, cogitationibus & sensibus suis adhibere tortores, qui se interficinis cruciatibus lacerent.*

D. Chrys. ho. quod Rom.

S. Anton. p. 2. tit. 8. c. 2. §. 10. Similes sunt Tineæ.

S. Cypr. de livore.

Invidi sunt omnium hominum miserabiliores.

3. Porro de his qui ob bonum alterius contristantur & affliguntur in veritate affirmari potest, quod sint omnium aliorum hominum miserabiliores; cujus ratio est, quia alij solum affliguntur ob mala propria; invidi autem non solum ob propria, verum etiam propter omnia bona & prosperitates quas vident in alijs, torquentur. *Cui non prosperitas alienæ supplicium est?* inquit Salvianus; *quis non bonum alterius malum sum credit? novum & inæstimabile nunc in pluribus malum est; parum alicui est, si ipse sit fœlix, nisi alter fuerit infœlix.* Robertus Episcopus Lincolinensis in testamento Jacob Simeonem repræsentat, qui filios suos sequenti exhortatione affatur. *Et vos ergo filij mei diligite unusquisque fratrem suum in bono corde, & amovete à vobis spiritum invidiæ, quoniam silvestrem facit animam & corrumpit corpus; non sinit intellectum in hominibus operari; somnum aufert & tribulationem inducit animæ, & tremorem corpori, in somnio ipsum corrodit, spiritibus perniciosis conturbat animam ipsius & expavescere corpus facit, & conturbatione excitari mentem.* Quos effectus exinde probat, quia fratrem suum Joseph; omnes ejus odio persequebantur Germani, de quibus dicit scriptura, *oderant eum, nec quidquam ei poterant pacifice loqui.* Ira namq; & invidia, indignatione, rabie, & furore tanto, corde eorum repleta fuere, ut D. Chrysost. passionem hanc tyrannidem appellare non dubitet, inquiens: *Invidentiæ tyrannus.* Circa quem textum notandum est, non dixisse Moysen quod asperum aut contentiosum locuti fuerint verbum, sed; nec poterant. Invidia namque cor inimici nimium possidet; atque constringit, omnemque affectus tollit libertatem, unde Chrysost. Clerico inquit: *Quid est nihil potuerunt ei loqui? Quia affectio dominabatur eis, & invidia quotidie crescebat, quasi captivi falti, & tyrannidem hujus mali ferentes nihil pacifice loqui poterant.* Qui idem Sanctus tristitiam Jacob propter Joseph, quem mortuum credebat, considerans, alio in loco ita discurrit: *Diruptis vestimenta sua, & posuit saccum super lumbos suos, & luxit filium suum diebus multis. Quantis fuerint illi digni lacrymis, qui non solum fratrem barbaris vendiderant, sed & patrem in extrema necessitate in tantum luctum injecerunt. Congregati autem sunt filij ejus, ut consolarentur eum, & noluit, dicens: Descendam ad filium meum lugens in inferno. Opinor & hoc illis aliam fuisse plagam; videbant enim quod pater tantum, tamque ferventem amorem declarabat erga eum, qui non aderat, imo & pusabatur à bestijs discerpus, & majori tabescebant invidia.*

D. Chrys. ib.

Rob. Line. Epis. in test. 12. cap. 2.

Maxima tristitia afflixit Jacob propter Joseph.

S. Aug. ser. 18. ad fratres. Invidus similis est æruginis.

4. S. Augustinus quemdam ita aliquando legitur allocutus fuisse invidum: *Tormentum sine refrigerio, laborem sine respiratione, pœnam sine intermissione, famem sine saturitate semper habere videris. O invide, vermis mortifere, qui in hedera Jonæ quotidie nascevis. O igneus serpens quo populus Israël pungitur.* S. Zeno quamdam adducit similitudinem, qua deinceps magnus quoque Basilius usus fuit, videlicet æruginis, quæ ex ferro nascitur, illudque corrodit & destruit: *Sicut*, inquit, *æruga ferrum, ita invidia illam ipsam animam, in qua est, interimit & consumit.* Ambo vero SS. Doctores aliam quamdam adhibent in hac materia analogiam à viperis desumptam, quæ ut ad lucem prodeant, materna rodunt & lacerant viscera: *Et sicut ajunt viperas dilacerato, ex exesso illo ipso materno utero, quo*

S. Zeno ser. de livore. Viperis.

conceptæ sunt; nasci, ita & invidia naturam illam ipsam amat omnes qua concepta est, vel ex qua generatur, animam consumit & perdit. D. Chrysostomus stultitiam considerat invidorum, utpote qui ob aliorum felicitatem infeliciter vitam ducunt; dicit enim: *Quid invidis hominibus est miserabilius, quibus cum liceat gaudere, & fructum lætitiæ suæ capere, ipsi tamen malunt propter alienas felicitates dolere, & cum dolore ipso pœnam à Deo, & supplicium intolerabile accersere?* Hinc quoque Bellovacensis invidum stultum reputat & appellat dicens: *Invidia stultum efficit; stultus enim est, qui vestes suas dilaniat, carnem propriam lacerat, alio sibi panem dante, invadit eum dentibus, alio sibi dante alapam, manum propriam amputat, oculum sibi erat, ut alijs similiter eruatur. Talis est invidus qui alijs invidendo, sibipsi nocet; & si alijs damnum temporale fecerit, ipse sibipsi infert damnum spirituale;* Sapiens ait: *Invidia diaboli mors introivit in orbem terrarum.* Circa quam sententiam merito quærendum venit de quanam morte hic Sapiens loquatur? num forte de morte animæ? aut vero de morte corporis? responderi potest quod ex æquo tam anima, quam corpus morte per invidiam afficiantur. Anima quidem, quia *qui non diligit manet in morte*; invidia enim hominem, mancipium efficit mortis, non solum corporalis, sed & spiritualis, est quoq; instrumentum mortis in corpore, quia, ut in discursu quarto probavimus, inordinata hæc passio vitam corporalem notabiliter abbreviat. Unde Petr. Blesensis ad quemdam qui invidiæ livore stimulatus, impedire nitebatur ne ad altiora promoveretur ita scribit; *Mihi sufficit ad vindictam, quod processu temporis in me promovendo miser coridiam alijs fiat videas, intabescasque videndo.*

D. Chrysol. ho. 22. Invidi sunt veri stulti.

Bellovac. spec. mor. l. 3. p. 4. dist. 1.

Sap. 2. v. 24.

1. Joan. 3. v. 14.

Petrus Blesf. Epist. 72.

Lividi Pharisæi ad miraculum resuscitati Lazari præ invidia agebantur in rabiem.

Joan. 11. v. 47.

Salm. t. 8. tract. 54.

Alb. Magn. ib.

5. Lividi Pharisæi & Scribæ qui perpetua quadam æmulatione persecuti sunt Salvatorem, quando miraculum illud adeo prodigiosum & inauditum viderunt resuscitationis cadaveris quatriduani, & putolentis, mortui Lazari, in crudeliorem acti sunt rabiem, ac proinde congregarunt consilium, ad machinandam illi mortem, atque anxij & frementes inter se dixerunt: *Quid facimus, quia hic homo multa signa facit. Ecce tibi delictum quod ei objecerunt, nimirum multa signa facit.* Ubi Salmeron ait: *Pro crimine, quod omni laude & admiratione dignum erat; ad hæc etsi ex livore illam vellent perdere, nihil mali tamen ei poterant objuere, nisi tantum benefacta ejus.* Albertus Magnus circa eadem verba ad propositum nostrum inquit: *Est autem verbum angustiati dicere: Quid facimus*, invidia enim malignum interius inquietat, cruciat, & anxium efficit. Unde quando in Actibus Apostolorum, S. Apostoli per miracula, quæ in controversiam revocari nequibant, se manifeste conspicuos reddebant; populique animos rapiebant, & per sanctitatem vitæ, perque doctrinam & legem irreprehensibilem, quam annunciabant, Sacerdotes & Scribæ in rabiem acti pariter dolentes dicebant: *Quid facimus viri isti homines? quoniam quidem notum signum factum est per eos omnibus?* ubi idem Albertus inquit: *Contristati & angustiati dicunt quid facimus? Angustia hæc provenit ex angustia invidiæ, qua Christo in gratia miraculorum floreni Judæi invidebant.* Similiter is qui ad rationes reddendas vocatus fuerat, *redde rationem villicationis tuæ, ... cum non haberet unde redderet,* in angustia tanto majori, quanto major ejus infamia erat, constitutus, dolenter intra se dicebat: *Quid faciam?* quod verbum est afflictionis & doloris expressivum. Unde S. Valerianus ait: *Illos plusquam miseros puto, quos lucra alienæ felicitatis exagitant, & invacundia impia æmulatione concepta occultis cordis jaculis inquietat.* Quod si quis esset qui inimici sui viscera transfigere volens, ultro citroque eodem tempore fibimetipsi cor ferro transfigeret, numquid illum stultum vel desperatum esse, aut vero propriam mortem diligere diceres? Audiamus D. Chrysostomum hac de re loquentem; *Illud etiam, inquit, tecum semper verte, quia non majorem illi cui invides, quam tibimetipsi facis injuriam, cum reipsum versus mucronem impellas.* Eamdem quoque confederationem S. Cyprianus habet, cum enim dixisset, nullum esse peccatum, à quo Christiano homini magis abstinendum sit, quam ab isto, hanc ejus confestim rationem assignat: *Ne quis valentis inimici cæcis laqueis implicatus, dum Zelo frater in fratris odia convertitur, gladio suo nescius ipse perimatur.* Author quidam antiquus de invido differens ita scribit: *Hoc solum invidus bene agit, quod se cruciat, cætera peccata in futurum punienda servantur, invidia ob magnitudinem sceleris, vesanus in præsenti digna accepit. In-*

Sicut etiam visis miraculis Apostolorum.

Act. Apost. c. 4. v. 16.

Luc. 16. v. 2.

D. Chrys. h. 41. in Matth.

Invidus seipsum perimit.

S. Valer. h. 13.

S. Cypr. de Zelo.

Laur. Press. Pisan. enchir. Evang. parad.

vidia quod malum hosti optat, sibi ipsa facit, quia igne quo uritur, uritur. D. Chrysostomus postquam hucusque vitio cœlum impenetrabile esse ostendisset, insuper terram quoque ei inimicam esse dicit, utpote quæ invido vitam quidem indulget, sed acerbissimam; *Inaccessum sibi ipsi faciens cœlum, & ante cœlum ipsum, etiam præsentem vitam acerbant.*

D. Chrysost. homelog. de invidia.

6. Idem quoque S. Chrysostomus super Ps. 50. scribens, ad livorem se reflectit quo fratres Davidis, eidem ad campum properanti, ut ad singulare cum Goliath certamen ineundum offerret, opponebant, ita scribit: *O invidia perturbationis plena. Quemadmodum enim ignis lanam exest, ad eumdem quoque modum invidia eum quidem qui invidit, consicit, eum autem cui invidetur illustriorem reddit.* S. Augustinus malignum invidum interrogat: *Quam mercedem recipiet nisi horribiles animæ tenebras, & confusæ mentis horrorem, qui vulia semper animoque merente, voto, quo vult aliis nocere, se cruciat, quem ſxvissimis exagitatum stimulis, ab omni consilio ac mentis sobrietate detorbat?* Idem quoque in eodem sermone de Josepho per invidiam fratrum suorum exagitato disserens, paulo ante dixerat: *Venenum invidiæ quo fratres suos noverat fuisse percussos, Deo auxiliante studuit de corde suo repellere; & revera fratres, quod in felici viro præstat invidia, quem in secretis conscientiæ quibusdam unguibus livor ipse discerpit, & alienam felicitatem tormentum ipsius facit?* Idem quoque S. Doctor alibi invidum navi comparat in alto mari per tempestatum procellas hinc inde exagitatæ: *Invidus vir*, inquit, *similis est navi, quæ jactatur fluctibus maris, in perturbatione est semper, ut lupus rapax insanit inaniter, in miseria detinetur, & tabescens ad nihilum redigitur, semper fuvore plenus.* S. Bernardus inquit, *justum est ut invidus torqueatur, qui non quærit nisi malum, & malum judicat, & suspicatur, ubi malum non est.*

D. Chrysf. hom. in Ps. 50. Invidia fratrum Davidis, ipsosmet excruciavit.

S. Aug. ser. 83. de temp.

Sicuti & fratres invidos, Josephi,

S. Aug. to. 4. de salut. doctim. c. 22.

DISCURSUS XV.

ARGUMENTUM.

Sæpe Deus eorum, qui aliorum invidia exagitantur, fœlicitates adauget, ut tanto magis invidum torqueat & castiget.

THEMA.

Videbis æmulam tuam in templo in universis prosperis Israël. 1. Reg. 2. v. 32.

Deus majori felicitate cumulat æmulos ut magis excruciet invidum.

DIvina justitia Heli castigare volens, ob nimiam erga sacrilegos alijsque gravibus transgressionibus obnoxios filios indulgentiam, pœnam ei qua puniendus erat prædixit dicens: *Videbis æmulam tuam in templo in universis prosperis Israël*, quasi dicere voluisset, hæc est justissimi furoris divini indoles quod majori felicitate cumulet æmulos, ut tanto magis augeatur acerbum invidi supplicium. Abulensis hunc textum exponens, ita scribit: *Æmulus dicitur esse invidus, ab æmulando, id est invidendo. Erat autem pœna magna Heli, & posteritati suæ, quod prius habuissent ipsi summum sacerdotium, & deinde viderent transsatum ad alios.* Tanto autem magis pœna illorum augebatur, quanto amplius æmulorum crescebat prosperitas, ut bene advertit Cajetanus, inquiens: *Prædicitur tempus opulenti habitaculi in domo Dei tempore Salomonis, videndum ab ipso Heli in filijs suis, non ad lætitiam, sed ad augustiam. Sequentia autem verba in universis prosperis Israël*, Abulensis ita exponit, quod videlicet per illa prædictum fuerit incrementum in dignitate & divitijs quas Sadoch æmulus ejus habiturus erat: *Habebit omnia prospera Israël, scilicet maximos honores, & maximos reditus in toto populo.*

Abul. Q. 30. in c. 2. lib. 1. Reg.

Cajetan. ib.

Patet in Joseph, per invidiam fratrum, ad regnum elevato.

Gen. 37.

Origen. ibid.

2. Divinæ justitiæ severitas, detestabilem fratrum Josephi, ipsum pro vilissimo pretio vendentium, excessum castigare volens, nullam aliam illis pœnam imposuit, præterquam Josephi ad regnum sublimationem & exaltationem, ut scilicet viderent impletum esse somnium, quod unicum fuerat livoris ipsorum motivum; *Soles* enim *Deus invidos torquere*, inquit Oleaster, *augendo bona ijs quibus invident, non sat fuit eo Joseph ampliori dilectione facere dignum, sed ostendit fratribus fore eum eis præponendum.* Divina enim & infallibilis cœli providentia ijsdem medijs, quibus ipsi uti statuerant, ad evanidanda Josephi somnia, ipsa ad eum exaltandum, & ad somnia Josephi, ad majorem ipsorum rabiem & tormentum adimplenda usa fuit. Enimvero postquam in Ægypti carcere constricti hærebant, malæ conscientiæ quidem confecti sunt cruciatum, qui eos tot annis interius torserat, unde dicebant: *Merito hæc patimur quia peccavimus in fratrem nostrum*; ultra hanc tamen pœnam, aliam experti sunt longè intensiorem, illam videlicet quam livor ijs accerebat; nam *gravis hæc afflictio est* (inquit D. Chrysost. de eodem Josepho loquens) *& quando animam invisit, non prius eam relinquit, donec in extremam absumpserit, eam inducat, & ladens animam, à qua nata est, omnino aliter eum, cui invidet, affici, quam vult, nempe clariorem, nobiliorem, illustriorem reddit, unde iterum alia plaga gravior invido nascitur.* Idem S. Doctor super Ps. 50. scribens, invidiæ effectus his insinuat verbis: *Eum, qui invidet, conficit; eum autem, cui invidetur, illustriorem reddit. Quod etiam in Joseph & fratribus ejus usu venit, nam qui invidia in eum affecti fuerunt, è libertate in servitutem redigebantur; is autem, cui illi invideranl, rex extitit.* Alibi quoque idipsum confirmat, ad hoc se reflectens, quod, qui invidet bonum alterius non minuat, sed potius Deus illud nonnumquam ad majorem invidi pœnam adauget. Ait enim: *Quid Abeli nocuit Cain? nonne illum quidem citius ad regnum invitus transmisit, sæpium vero innumeris malis confodit? Quid Jacobo damni attulit Esau? nonne ille quidem dives erat, atque innumerabilibus perfruebatur bonis, hic vero paterna etiam domo ejiciebatur? Fratres Josephi quod gravius malum ipsi intulerunt? maximè cum ad sanguinem usque pervenerint? Nonne illi quidem famem passi sunt, & extrema pericula adierunt, hic vero rex universæ terræ Ægypti factus est? Quando enim magis invides, tanto majora bona ei, cui invides, procuras.* Præterea invidia, qua Satan S. Jobo infestus erat, immortales ei præparavit gloriæ coronas. *Hoc enim omnis invidus alienis virtutibus præstat, quod B. Jobo Satan præstitit*, inquit S. Isidorus, *nam dum æmulatur prosperitatibus, commovit adversa, sed dum evicit, eum diabolus posse prosterni, unde ejus aucta sunt merita, atque inde claruerunt probabiliora potentiæ documenta.* Porro Deus ad augendam Satanæ pœnam, Jobum in totius conspectu consistorij cœlestis, ad stellas usque laudibus evexit: *Factum est autem*, inquit sacer textus, *cum quadam die venissent filij Dei & starent coram Domino; venissent quoque Satan inter eos, & staret in conspectu ejus, ut diceret Dominus ad Satan ... numquid considerasti servum meum Job, quod non sit ei similis in terra, vir simplex & rectus, & timens Deum, & recedens à malo, & adhuc retinens innocentiam?* nam ut S. Prosper ait: *Tantos invidus habet pœna justa tortores, quantos invidiosus habuerit laudatores, siquidem invidiosum facit excellentia meriti, invidum pœna peccati.*

D. Chrysf. h. 61. in Gen.

Idem in Ps. 50.

D. Chrysf. to. 6. eclog. de invid.

Invidia Cain profuit Abeli.

S. Isid. lib. 3. sentent. c. 50.

Rup. Abb. lib. in Ex. c. 11.

D. Chrysf. to. 6. de invid.

S. Bonav. in diæta salut. lit. 1 c. 4. Invidus in paradiso positus moreretur ex livore videns aliorum felicitatem.

Eph. 6. 12.

Cur aliqui dæmones relegati sint ad medium aeris.

S. Bern. ser. 34 in Cant.

Gen. 3. v. 14. Cur Deus in pœnam serpenti imposuerit ut graderetur super pectus suum.

Job. 3. v. 7.

3. Esau Jacob fratri suo invidebat, eo quod ipsum à matre tenerius diligi videret, paternamque benedictionem præoccupando ei eripuisset, ac proinde dum fratrem ad mortem usque persequeretur, hic ad fugam capiendam, inque Mesopotamiam ad Laban peregrinandum coactus fuit; Deus autem ad invidum hunc fratrem acerbius torquendum, Jacobum ingenti bonorum cumulo, alijsque prosperitatibus adauxit, adeo ut laudabiliter gloriatus fuerit, dicens: *In baculo meo transivi Jordanem istum, & nunc cum duabus turmis regredior.* Circa quem textum Petrus Blesensis ita scribit: *Jacob qui in baculo suo Jordanem transierat, non redijsset cum duabus turmis: nisi eum invidia Esau agitasset.* Ita & in Ægypto populus Hebræus servituti subjacebat, desudans pro Rege, plurimumque ei afferens bonum, & nihilominus hic livore in eos exarsit. *Filij Israël creverunt & quasi germinantes multiplicati sunt ac roborati nimis.* Quem profecto populum pacificum cernere imporens Pharao talem legitur fecisse resolutionem: *Ecce populus filiorum Israël multus & fortior nobis est, venite sapienter opprimamus eum, ne forte multiplicetur.* Sed quem rei hujus exitum fuisse putatis? providentia divina multis Ægyptum ferijt flagellis, ipsumque hunc invidum Regem, spectante toto Israële, semper miraculose per omnipotentiam Divinam defenso atque protecto, interfecit; hinc scriptura ait: *Mortua sunt omnia animantia Ægyptiorum, de animalibus vero filiorum Israël nihil omnino periit & misit Pharao ad videndum, nec erat quidquam mortuum de his, quæ possidebat Israël, ingravatumque est cor Pharaonis*; videns namque his, quos ipse oderat, majores semper imperiri cœlitus prosperitates, in furorem convertebatur: Nec immerito, quia ut Oleaster ponderat, *vult Dominus impios cognoscere bona piorum, ut inde magis invidia torqueantur & contabescant, & ut dupliciter gaudeant pij, semel de beneficijs collatis, & iterum de admiratione & invidia impiorum; Aggravavit*

Per invidiam Esau Jacob locupletatus fuit.

Gen. 32. v. 10.

Petr. Bles. epist. 80. Et filij Israel per invidiam Pharaonis in Ægypto multiplicati.

Exod. c. 1. v. 7.

Exod. 9. v. 6.

Oleast. ib.

vavit se cor Pharaonis, non solum malis suis impij deteriores, sed bonis piorum quibus invident.

5. Reg. 2. v. 33. Maximum supplicium Heli fuit videre æmulum suum in omni prosperitate.

4. Heli Dominus severissime punire decreverat, sed cui eum tandem putaris subjecisse supplicio? ecce vobis ipsissima minatoria Domini verba: *Verumtamen non auferam virum penitus ex te ab altari meo, sed ut deficiant oculi tui, & tabescat anima tua.* Causa itaque quare Deus ab altari suo posteros Heli removere nolebat, in majorem ejusdem cedebat pœnam; dicente scriptura: *Ut deficiant oculi tui &c.* In biblijs Sixtinis legitur, *ut deficiant oculi ejus, & defluat anima ejus*; Biblia Regia & Complutensia legunt: *Faciam deficere oculos ejus, & defluere animam ipsius*; quibus verbis Deus indicare vult pœnosum posteris Heli futurum esse tormentum, si nimirum æmulos suos exaltatos, locupletatos, & in honore positos coram facie sua videbunt; invido enim proprium est, non tam affligi propter suas miserias, quam propter alienam felicitatem. Porro verbis illis: *Ego indurabo cor Pharaonis*, à sacris Interpretibus variæ adhibentur expositiones; ex quo enim Dens corda peccatorum tam solicite ad compunctionem invitat, cur nunc se cor Regis illius induraturum esse ipsemet declarat? superius dixi-

Cor Pharaonis induratum fuit ex ejus invidia.

mus, si meminisiis, Regem hunc invidiæ livore extimulatum fuisse adversus Hebræos; quo supposito sequitur, quod Deo servis suis beneficiente illosque in bonis spiritualibus & temporalibus locupletante, non culpa Dei, sed malignitate invidiæ, quæ tanto magis crescit & augetur, quanto majori proximus prosperitate gaudet, livor & invidia invidorum obduretur, dum pessimo oculo suo prosperitatem alienam aspiciunt. *Nec enim aliter juxta Psalmistam*, inquit Rupert. Abbas, alludens ad verba Ps. 104. *convertit cor eorum ut odirent populum ejus) nisi dum benedicit & multiplicat populum suum; cor eorum invidens proficit, imo conversum est in asperum odium. Est autem invidiæ vel odij proprium, ut quanto eis, quibus invidetur, majora conferantur beneficia, tanto magis ipsa invidia vel odium confirmetur, siquidem quo amplius exfulendescit cui invidetur, tanto magis indurescit, atque uritur invidus.* D. Chrysost. rationem assignat, cur Deus ad invidum magis castigandum, æmulorum ejus adaugeat prosperitatem; dicit enim: *Quanto magis invides, tanto majora bona ei, cui invides, procuras; Deus enim est, qui omnia inspicit, ac si injuria videat affici eum, qui injuriam nulli infert, magis extollit clarumque reddit, atque hunc in modum te castigat.*

D. Chrysf. to. 6. de invid.

5. S. Bonavent. ingeniosam quamdam habet ponderationem, quæ etiam, ut paulo infra dicemus à S. Antonio de Padua adducitur: *Magnum*, inquit, *injuriam faceret Dominus invido, si eum poneret in Paradiso, moreretur enim præ dolore, ubi videret alios gaudere.* Porro certum est nonnullos ex spiritibus rebellibus à Deo in aëra collocatos esse, ibique manere, hoc enim verba illa Apostoli insinuant: *Contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus.* At vero, inquies, quid pœnæ in se habet, in aëre demorari illos, qui inexpiabilia & atrocissima tormenta merentur? advertendum igitur spiritus illos relegatos esse in talem locum, ubi in medio inter Ecclesiam triumphantem paradisi, & militantem quæ in terris est, positi degunt, ubi proinde sursum aspicientes gloriam coangelorum suorum, quos in cœlis reliquerunt, & animarum beatarum, ex horum corporum luto egressarum ad occupandum sedes à quibus ipsi infeliciter prolapsi fuerunt; deorsum vero respicientes, quotidie vident ascendentes ex nobis mortalibus ad gloriam, intensissimam, experiuntur pœnam propter invidiam qua bonum nostrum æmulantur. Unde S. Bernardus ait: *Diabolus in pœnam suam locum in aëre medium inter cœlum & terram sortitus est, ut videat, & invideat, ipsaque invidia torqueatur.*

S. Bonav. in diæta salut. lit. 1 c. 4. Invidus in paradiso positus moreretur ex livore videns aliorum felicitatem.

Eph. 6. 12.

Cur aliqui dæmones relegati sint ad medium aeris.

S. Bern. ser. 34 in Cant.

6. Quænam obsecro est pœna illa ad quam fraudulentus ille serpens condemnatus fuit à Deo dicente: *Super pectus tuum gradieris?* in quonam hæc pœna consistebat? numquid enim pectore per terram serpere naturalis est serpentium motus localis, siquidem natura illis de pedibus non prospexit? quod si condemnatus fuisset, ut instar avis volaret, forsitan hanc aliquam pœnam esse ei videri potuisset, *nascitur* enim *avis ad volatum*, non item serpens: Respondeo Deum punire dæmonem in serpente voluisse, utpote cujus induerat similitudinem; ac proinde dicit ei *super pectus tuum gradieris*, quod idem est ac si diceret, continuo in te experieris inexorabilem quemdam vermem, id est invidiam, quæ viscera tibi corroder & commordebit; sicut enim is qui cogeretur ad serpendum corpore tu-

Gen. 3. v. 14. Cur Deus in pœnam serpenti imposuerit ut graderetur super pectus suum.

Job. 3. v. 7.

per terram, is utique carnes suas per obvia saxa lacerat urus esset, eodem modo Deus Dæmoni comminatur, quod acerbe cruciandus sit, videndo felicitatem, beatitudinem, & inexhaustos donorum & gratiarum cœlestium thesauros, quos Deus homini æmulo ejus larga manu contulit. Diogenes quondam interrogatus quonam modo quis se inimico suo vindicare posset, respondit *veritate & arguitia*, id est, bene & virtuose se habendo in cunctis operibus suis, hoc enim modo efficiet ut cor & viscera adversarij sui per invidiam dirumpantur. Ideo quoque S. August. ait: *Namquid melius invidos torquere potentis, quam virtutibus, & gloriæ serviendo?* S. Anton. de Padua rationem reddit cur invidus in Paradiso supra modum affligendus foret; dicit enim; *Magnam pœnam faceret Deus invido, si ipsum poneret in gloria paradisi, quia ibi totaliter excæcaretur à gloria proximorum & à luce beatitudinis ipsorum*; experiretur enim in paradiso quemdam perpetuarum ærumnarum infernum, quia totidem habiturus esset carnifices, quot sunt innumerabiles Angeli, & animæ beatæ quæ visione beatifica fruuntur.

Quomodo is quis de inimico suo melius vindicare possit.

S. Aug. ser. 18. ad fratres.

S. Ant. de Padua ser. in fer. 4. pass.

7. Videri non nemini posset Salvatorem nostrum post institutum & consummatum particulare animarum judicium (in quo unaquæque suam accepit vel absolutionis vel condemnationis sententiam) nequaquam aliud quoddam tribunal in judicio extremo de novo erigere debere, in quo repetita vice sententientur; verumtamen quia certum & infallibile est axioma illud Davidicum: *Omnia in sapientia fecisti*, hinc respondeo, & quidem, ut videtur, appositè ad præsens intentum, videlicet, quod Deus per hoc intendat augere tormenta reprobis, ut videntes prius electos invitari ad dextram, & benedictionibus cœlestibus cumulatos, tanta cum gloria transportari in paradisum remanente in ipsis æternaliter impressa felicitatis & deliciarum æternalium memoria tanto magis ipsi præ livore & invidia contabescant: *Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis, dicentes intra se, & præ angustia spiritus gementes: Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij, nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, ... ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter Sanctos sors illorum est.* Unde D. Chrysostomus in quodam serm. ait: *Regnum cœlorum est præmium justorum, impijs pœna.* Et S. Bernardus ad idipsum alludens inquit de reprobis: *Ut acrius dulcamur videntes.*

Matth. 25. v. 34. Cur prætet particulare judicium ante mæ Deus in fine instituerit velit aliud generale.

Ps. 103. 124.

Sap. 5. v. 3.

D. Chrysostomus ser. 167.

S. Bern. ser. 80. in Ps. 90.

8. Apud S. Matth. de quibusdam spiritibus malignis è corporibus obsessorum ejectis legitur, quod appropinquante ad obsessos Christo clamaverint dicentes: *Venisti huc ante tempus torquere nos?* quod equidem non satis facile intelligitur, numquid enim dæmones etiam ante Salvatoris in hunc mundum adventum torquebantur? Cur igitur dicunt ipsum ad eos torquendos advenisse? respondet dæmonibus visum fuisse, quod suam contra filium Dei conceptam iram, invidiam & furorem quadantenus satiare possent, quando se in falsis numinibus à genere humano adorari faciebant, idemque velut mancipium in servitute & tyrannide sua tenebant constrictum; at vero post verbi incarnationem, quando homo tot à Deo beneficijs fuit auctus, ejusque natura verbo hypostatice fuit unita, quando ignorantiæ & cæcitatis humanæ tenebras dissipavit (*illuminavit omnem hominem*) quando illum in filium suum adoptavit (*dedit eis potestatem filios Dei fieri*) quando cœlestibus hominem thesauris locupletavit (*de plenitudine ejus omnes accepimus*;) quando denique dæmon vidit hominem redimi, ipso in sempiterna damnatione relicto (*proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit?*) Quid mirum si dæmon lamentetur dicens: *Venisti torquere nos?* quia invido major pœna atrociusque tormentum infligi nequit, quam si videat æmulum suum in felicitate positum; plus torquebat serpentem, quod videret hominem beneficijs auctum, quam quod semetipsum videat à sempiterna inferni pœna irremediabiliter cruciatum.

Quomodo intelligendum sit illud dæmonum: Venisti huc ante tempus torquere nos.

Matth. 8. 29.

Luc. 16. 24. Dives Epulo ex mera invidia petijt Lazarum mitti ad fratres suos.

9. Reflexissime vos aliquando ad illam ab epulone Abrahæ ex inferno propositam petitionem quando *elevans oculos ... vidit in sinu Abrahæ Lazarum* æternæ felicitatis primitijs perfruentem? *Pater Abraham*, inquit, *miserere mei, & mitte Lazarum ut intingat extremum digiti sui in aquam, & refrigeret linguam meam.* Ubi quærendum venit, quidnam infelix hic epulo sublevaminis ex unica aquæ stilla linguæ ejus immissa sperare potuerit, siquidem per experientiam videmus, tres suos

videmus, quod ſtillæ aquæ in ignem ardentem conjici ſolèant, ad augendum potius quam ad diminuendum flammæ ardorem? Dubium hoc ſolvit D. Chryſologus inquiens: *Ut video, quod agit dives, non eſt novelli doloris, ſed livoris antiqui, & zelo magis incenditur quam gehenna. Eſt grave illis malum, eſt illis incendium non ferendum, quos aliquando habuere contemptui, videre fœlices.* Ubi ſpeciali conſideratione digna ſunt verba illa: *Zelo magis incenditur quam gehenna.* Mittatur ex una parte bilancis pœnarum infernalium atrocitas & æternitas, & ex altera parte livor & pœna, quam annexam habet invidia, hoc enim facto inquit D. Chryſologus, hanc in reprobo præponderare videbis. Dic ſodes cur non petijt, ut ſibi liceat adire Lazarum, eique ſuam neceſſitatem præponere, ſed potius petijt ut Lazarus mitteretur ad ipſum? *Lazarum mitte, quo? ad infernum de gremio, de ſolio ſublimi ad profundiſſimam chaos, ad tormentorum ſtridorem.* Notandum quoque eſt quod ſacer textus dicat: *Videns Lazarum in ſinu ejus.* Ubi D. Chryſoſt. ait: *Dixiti mortuo angebat exitium accubitus in gehenna, & proſpectus delectationis Lazari, ne ſolum tormentorum natura, ſed & collatione honoris illius intolerabilius ſentiret ſupplicium.* Deus igitur ex induſtria ita diſpoſuit, ut dives epulo ex inferno videret felicitates & gaudia Lazari, ut illis invidens, plus ab illis, quam à flammis cruciaretur; *Zelo magis incenditur quam gehenna.* Unde D. Chryſoſt. ad eum modum, quo ignis inferni eſt inextinguibilis invidiam quoque inextinguibilem eſſe dicit: *Invidia ignis inextinguibilis.* D. Chryſologus conſiderat divitem hunc ſub prætextu compaſſionis, qua erga ſuos inclinabatur, conatum fuiſſe, ut Lazarum è ſinu Abrahæ removeret, ex cujus felicitatis aſpectu ipſe tantopere torquebatur: *Sub ſpecie pietatis ad priſtina vulnera, ad præteritos genuus Lazarum vult redire, quem prima petitione ad ſuos devocare non potuit cruciatus. Ante dixit mitte ad me; modo dicit mitte ad fratres meos; dolet, agit infelix, ne videat felicem, quem aliquando putaverat infelicem.*

D. Chryſol. ſer. 122.

D. Chryſ. con. 2. de Lazar.

D. Chryſ. in Pſ. 1.

D. Chryſol. ſer. 123.

DISCURSUS XVI.

ARGUMENTUM.

Invidiam etiam viros ſpirituales ſæpe infeſtare, ac proinde magna cum circumſpectione fugiendam eſſe oſtenditur.

THEMA.

Ad invidiam concupiſcit ſpiritus, qui habitat in vobis?
Jacob. 4. v. 5.

Invidia etiam viros ſpirituales infeſtat.

1. CAſſianus magnus ille ſpiritualis vitæ præceptor, inter alias inſtitutiones, quas viam rectam virtutis ingredi deſiderantibus poſt ſe ſcriptas reliquit, una hæc fuit, ut ſcilicet efficaciter divinum imploraret auxilium, ne à maligno invidiæ & livoris ſerpente morderentur, quaſi per hoc inſinuare volens, difficile eſſe declinare hoc vitium, etiam viris perfectis. *Quapropter ne totum quidquid in nobis vividum eſt, & quaſi vitali vegetatione S. Spiritus animatur, uno tantum hujus mali morſu baſiliſcus interimat divinum (cui nihil impoſſibile eſt) jugiter imploremus auxilium.* Et quidem, ſi D. Chryſoſt. fidem habere volumus, invidia talis eſt peſtis, quæ per fugam quidem evitari, non vero per certamen vinci poteſt: *Invidia*, inquit *fuga vitari poteſt non poteſt ſuperari conflictu.* Filij prodigi frater natu major, ut ex contextu Evangelico apparet, vitæ honeſtæ deditus erat, etenim agris colendis intendebat, erga patrem ſuum obediens & venerabundus erat: *Ecce tot annis ſervio tibi*, inquit, *numquam mandatum tuum præterivi*; à conviviis & amicorum converſationibus alienus erat unde ait: *Numquam dediſti mihi hœdum, ut cum amicis meis epularer*, & tamen à livore invidiæ nequaquam reperitur immunis. Unde D. Chryſologus ſuper illa verba: *Erat filius ejus ſenior in agro*, inquit: *Erat in agro terram percolens, ſe deſertans, duritiam ſolvit ceſſitis, perdurat affectum, ſentes eradicat, & gramina, ſtimulos invidiæ non evellit.*

Caſſian. coll. 18. c. 17.

D. Chryſ. ſer. 48. Filij prodigi frater natu major, alias bonus invidia torquebatur.

Luc. 15. 29.

D. Chryſol. ſer. 4.

2. B. Laurentius Juſtinianus invidiam quoque in clauſtris, inter illos qui diſciplinam & perfectionem monaſticam profitentur, obſervat, dum ait: *Eſt & alia tentatio cæteris periculoſior, quam in cordibus ſervorum Chriſti in congregatione viventium, & minus cautè converſantium humani generis adverſarius ad exterminandam charitatem, concordiam, & mentis tranquillitatem diſſeminare non deſinit.* S. Jacobus Apoſtolus proinde primis fidelibus, magnis pallibus ad perfectionem Evangelicam contendentibus, quaſi admirans ſcribit: *Ad invidiam concupiſcit ſpiritus qui habitat in vobis?* unde neceſſum eſt, ut viri quoque ſpirituales magna cum circumſpectione ab hoc ſibi contagio cavèant, monente S. Cypriano qui ait: *Contra tantum mali perniciem vigilanter fortiter dicata & Deo pectora muniamus.* Quis enim ab hoc veneno in terris ſecurus eſſe poterit, quando etiam in cœlo in conſpectu Dei creatoris pulcherrimum Angelum cum ſequacibus ſuis infecit? *Quale malum eſt quo Angelus cecidit* inquit S. Cyprianus, *quo circumventi, & ſubverti acta illa & præclara ſublimitas potuit, quo deceptus eſt ipſe, qui decepit?* Primi parentes noſtri in ſtatu innocentiæ & juſtitiæ originalis, Deo ſcientiam & divinitatem ſuam inviderunt, & hæc æmulatio ſcopus fuit, ad quem allidentes lapſi fuerunt. Ipſi quoque ſcholæ Chriſti diſcipuli, ab hujus vitij tyrannide, ſe ſubjugari permiſerunt, quia quando duorum ambitioſorum fratrum petitionem audiverunt, qua primas in regno Chriſti ſedes præoccupare nitebantur, ad iram & invidiam irritati fuerunt: *Et audientes decem indignati ſunt de duobus fratribus.* Ubi Janſenius ita ſcribit: *Hi nimirum ſunt effectus eorum qui vivunt in aulis principum.* De his enim qui in aulis obſequuntur Poëta ille eccinit: *Exeat aula qui vult eſſe pius.* Livor autem & æmulatio, tamquam quintum elementum ſuum in aulis centrum habet: *Sibi quisque placet, ſibi quisque politur primos honores, & alijs Prælatis invidet.* Ex quo vero livor ſuum in aulis nidum habet, qua fronte in illam præſumpſit ingredi ſcholam, in qua incarnata ſapientia nullam virtutem ſolicite magis docebat, quam humilitatem & charitatis dilectionem? *Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde. In hoc cognoſcent omnes, quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad invicem.*

S. Cyprian. de livore.

S. Cypr. ibid. Angelus magnus, & primi parentes ceciderunt ex invidia.

Matth. 20. 24. Janſen. concord. c. 104. Invidia nidum ſuum habet in aulis.

Matth. 11. 29. Joan. 13. 35.

3. Quis umquam inter homines eminentiorem doctrinæ perfectionem & virtutem, quàm Baptiſta Joannes in Iſraël? & tamen ejus diſcipuli invidiâ erga Chriſtum fortiter ſtimulati fuerunt, eò quòd per miracula quotidie magis magisque inclareſceret. S. Lucas poſtquam adoleſcentis Naimitici recenſuiſſet reſuſcitationem, ob quam totus populus in laudem Chriſti prorupit, dicens: *Propheta magnus ſurrexit in nobis, & quia Deus viſitavit plebem ſuam*, mox quoque livorem ſubjunxit, quem ſequaces Baptiſtæ diſcipuli in corde ſuo conceperant: *Et nuntiaverunt Joanni diſcipuli ejus de omnibus his.* At verò quonam S. Joannes ad hunc morbum in diſcipulis ſanandum conſilio uſus fuit? *Et convocavit duos de diſcipulis ſuis, & miſit ad Jeſum, dicens: Tu es qui venturus es, an alium expectamus?* Ubi Alb. Magn. finem egregiè explicat, quem diſcipuli ſibi in relatione S. Joanni facta, præfixum habuerant; dicit enim; *Cauſa autem eſt, quia diſcipuli hoc ex livore, quem habebant ad Chriſtum, ſibi nunciaverunt, tamquam Joannem pro ſe habere deberent, quia Chriſtus non remitteret ad Joannem, ſicut Joannes miſerat ad Chriſtum; unde ſimili livore dicunt, Joan. 3. Rabbi, qui erat tecum trans flumen, cui tu teſtimonium perhibuiſti; ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum, quaſi dicant: Inconveniens eſt, quod te ſic minorato, ille creſcit, & adhuc non remittit multitudinem turbarum.* Enimvero tametſi diſcipuli illi præcurſorem adeo ab honore & dignitatibus humanis alienum eſſe ſciverint, ut etiam alejſimam Meſſiatus dignitatem repudiarit, attamen impulſum ſequentes naturalem, ſibique invidiam prædominari ſinentes Chriſtum majorem honorem accipere, quàm Joannem, tolerare non poterant. Unde S. Antoninus ait: *Diſcipuli Joannis Baptiſtæ invidebant aliquantulum Chriſto, eò quòd haberet majorem concurſum & famam, quam magiſter eorum, unde xelantes pro ipſo dixerunt ei, is cui teſtimonium perhibuiſti, plures diſcipulos facit.*

Diſcipuli Baptiſtæ invidi fuerunt ad Chriſtum.

Luc. 7. v. 16.

Ibid. v. 18.

Ibid. v. 19.

Alb. Magn. ibi.

S. Anton. 2. p. tit. 8. c. 1. §. 2.

4. Idem S. Achipræſul eodem in loco ponderare pergit invidiam, quâ Apoſtoli in prædicta duorum fratrum prætenſione provocati fuerunt, dicit enim: *Similiter audientes decem de duobus fratribus, indignati ſunt. Amatores honoris & dignitatis ſunt invidi, ſcilicet ad eos, quibus poſſunt in honore & dignitate æquari, vel præferri.* Porro facile eſt, ut in perſonis devotioni & ſpirituali vitæ deditis, quæ ſimul cum alijs in congregatione religioſe convivunt, invidia locum accipiat, niſi magnâ cautelâ ad ſerpentis aſtuti inſidias invigilent, quia ſæpe oculo livido aliorum aſpiciunt in ſpiritu felices progreſſus & profectus, id quod gravißimum eſt peccatum, ut Doctor Angelicus his verbis oſtendit: *Eſt quædam invidia, inquit, quæ inter gravißima peccata computatur, ſcilicet invidentia fraternæ*

Apoſtoli etiam ſimulati fuerunt invidia.

Quæ etiam in congregatione religioſa invenit locum.

S. Thom. 2. 2. q. 36. art. 4.

næ gratiæ, ſecundùm quod aliquis dolet de ipſo augmento gratiæ Dei, non ſolùm de bono proximi; unde ponitur peccatum in Spiritum S. quia per hanc invidentiam homo quodammodo invidet Spiritui S. qui in ſuis operibus glorificatur. S. Hieronymus quamdam tradit doctrinam, ex qua facilè deducitur, quàm ſit difficile evitare, ne quis aliorum patiatur invidiam, quando in vita ſpirituali ardentiorem ſectatur fervorem; ita enim ſcribit: *Sed dicet aliquis, quisquis vitare invidiam cupit, timeat pluribus innoteſcere, vel placare. Ecce juſtus Abel nullos habuit ejus calamitates, majorisque regis iræ obnoxium facere.* Si quis noſtrum illos facerdotum principes intuitus fuiſſet, à Concilio Synedrij ad S. Joannem Baptiſtam ablegatos, qui interrogarent, an ipſe Meſſias eſſet, ex bono religionis zelo id eos feciſſe ſibi perſuaſiſſent; præſertim quia ut Toletus advertit; *hi erant primi Judæorum, & quibus hoc negotium maximè incumbebat.* Flos erant ſacerdotum, Phariſæorum, ſcribarum, ſeniorum, aliorumque, qui reliquos bonitate & ſcientiâ antecellebant; de ſumptu ex illo cœtu, de quo ita ſcribit Lucas Burgenſis: *Summus ſenatus, conſtans primarijs viris.* Nihilominus ſi motivum quòd in eo habuere, dignoſcere cupitis, Chryſoſtomum audite dicentem: *Joannem potius magiſtram, quàm Chriſtum habere malaiſſent: Mittunt autem ad eum, ut per adulationem ipſum alliciant ad confitendum ſe Chriſtum eſſe*; indignè namque ferebant, S. Joannem ſe ſubjicere Chriſto, dicente Toleto: *Inde erat, ut ægrè ferrent, quòd Joannes ſibi Chriſtum præponeret. Venunt ergo, & adulatione quadam eum inducere tentant, ut ſe Chriſtum eſſe fateatur, ut hâc ratione opinio Chriſti obſcuraretur.*

S. Paulus etiam Vinculis conſtrictus, fuit ſocius invidiæ.

D. Chryſ. ibi.

Principes Sacerdotum ex invidia offerunt S. Joanni dignitatem Meſſiæ.

Joan. 1. v. 19.

Toled. ibid.

Luc. Burg. ibi.

D. Chryſ. ſer. 4.

Toled. ibid.

Differentia inter Zelum bonum & malum.

S. Benedict. reg. cap. ult.

Vitium invidiæ etiam timoratiſſimos contaminari inveniemus. Abraham poſtquam juxta legem divinam è domo exiſſet paterna, ſecumque Loth, divinæ pariter majeſtati gratum, conduxiſſet, intimum cognatum ſuum, Deus in ejus fidelitatis præmium, hoc illi fecit promiſſum, dicens: *Omnem terram, quam conſpicis, tibi dabo, & ſemini tuo uſque in ſempiternum.* Notat autem in præſenti acutè Moyſes, quòd Deus hanc illi promiſſionem facere diſtulerit, donec Loth ab eo ſeparatus eſſet: *Dixitque Dominus ad Abram, poſtquam diviſus eſt ab eo Loth.* Numquid ſatius fuiſſet, ut ipſum & Loth ætidiſſet, hic enim tantò magis per hujuſmodi ſponſionem beneficij & liberalis remunerationis, quæ ſit ſequentibus Deum, ad conſtantem Dei cultum ſervitiumque animatus fuiſſet? Unde Oleaſter ad Dominum converſus ait: *Quid hoc eſt, Domine Deus, quòd ad donandum terram Abræ, expectas receſſum nepotis? Numquid, non poteras eo præſente donare? Sicut pius invidiam, aut odium nepoti timuit ipſe Abrahæ.* Quamvis enim Loth homo eſſet probatæ virtutis, vitæque innocentis, Deus tamen, qui etiam perfectiſſimorum novit periculum, cum in diſcrimen adducere noluit. Saul pariter optimus erat totius populi Iſraëlitici, innocens, inſtar infantis unius anni, quando regium conſcendit thronum, ita humilis ut cùm Samuël cum ex ordine divino conſecrare vellet, ipſe lateret abſconditus, & nihilominus invidia ipſum in tot iniquitatum præcipitavit abyſſum, dicente S. Antonino: *Saul peſſimus factus eſt ex invidia.* In toto mundo nullus omnino populus veri Dei lumen notitiamque habebat ſicuti Judaicus, in quo cultus Dei, veraque fides, & religio perſeveravit. Et nihilominus quis neſcit quoniam depravatus, inſtiſſimæ Dei iræ evaſit ſcopus, unius vitio invidiæ? dicente D. Chryſoſtomo: *Hæc Abrahæ progeniem, populum ſanctitatis, ad authoris ſui cædem, ad mortem ſui Salvatoris armavit.* Poſt mortem Joſue filij Iſraël ſimul convenerunt, his Deum verbis interpellantes: *Quis aſcendet ante nos contra Cananæum, & erit dux belli?* At verò numquid ipſimet immediatè, & directè hanc electionem perficere poterant? cur igitur juſtum præſtolabantur? Abulenſis cauſam fuiſſe reſpondet *invidentiam de alterna præeminentia, nam de quacumque tribu nunc ſumeretur princeps, illa tribus videbatur prælata cæteris, & ex hoc erat invidia quæ valde vitanda erat in tali actu, ubi opertebat omnes eſſe unanimes;* cùm enim à Deo illuminati intelligerent, minimè convenire, ut pro electione unius, omnes alij mutuam adverſus ſe invidiam provocarent, tametſi æquali reſignatione, & generoſitate præditi eſſent; hanc autem invidiam ſciebant ſe timere non poſſe, ſi Deus quoad eligendum divinam ſuam voluntatem manifeſtaret, hæc enim ad compeſcendum livorem & æmulationem, quæ etiam inter viros virtuoſos ſæpe ſe inſinuat, aptiſſima erat.

Saul, alias optimus, peſſimus factus eſt ex invidia.

S. Antonin. p. 2. tit. 8. c. 1. §. 4.

Judic. 1. v. 1.

Abul. q. 18. in cap. 20. Judic.

S. Raba-

Raban. l. 3. de pet. satisf. c. 18.

8. Rabanus Maurus inquit : *Nihil magis Christiano cavendum est, nihil cautiùs providendum, quam ne quis invidiâ & livore capiatur.* Cujus S. Ephrem hanc assignat rationem : Super fœlici successu proximi non decet nos invidiâ tangi, membra enim corporis Christi sumus. B. Laurentius Justinianus, postquam demonstrasset reciprocam quam membra corporis humani inter se habent correspondentiam & unionem, (cui S. Paulus unionem fidelium assimilat) subjungit: *In hoc etiam docemur, quòd unum membrum non sibi appropriat aliquod officium, sed omnibus illud communicat gratis, sic & nos, nam multi unum sumus in Christo singuli autem alter alterius membra.* Et tamen hoc non obstante hoc veneno etiam cor corporis mystici, scilicet Ecclesiasticos infectos esse, sequentibus deplorat verbis D. Chrysostomus: *Quodcumque videris malum, ab invidia provenit, jam in Ecclesias irrepit, & à principio multa operata est mala.*

S. Ephr. de fict. var. cap. 41.

B. Laur. Just. de ligno vitæ cap. 17.

Omnia mala in Ecclesiam irrepunt ex invidia.

D. Chrys. h. 63. in Joan.

DISCURSUS XVII.

ARGUMENTUM.

Varijs ex rationibus invidiam morbum esse irremediabilem, ostenditur.

THEMA.

Ecce ego mittam vobis serpentes regulos, quibus non est incantatio, & mordebunt vos, Jerem. 8. v. 17.

1. QUinam hi incantationem non admittentes sint serpentes, Cassianus in suis collationibus spiritualiter explanat, cum ait : *Sciendum sanè est, invidiæ morbo difficilius ad medelam, quàm cætera vitia provenire; nam cum, quem semel venent sui peste corruperit, pene dixerim carere remedio. Ipsa namque est læs; de qua figuraliter dicitur per Prophetam: Ecce ego mittam vobis serpentes regulos, quibus non est incantatio, & mordebunt vos. Rectè igitur à Propheta mortiferis basiliscì venenis morsus invidiæ comparatur, qua primus ille venenorum omnium author, & princeps, & pervit, & peremit.* S. Hieronymus de Basilisco tractans, eum pestifero flatu suo, avibus, quæ prope ad ipsum advolant, mortem inferre testatur; ita quoque invidus, quantum est ex se, omnibus proximis suis, qui alas elevant à terra, id est, qui in vita in prosperitate & honore degunt, mortem conciliat.

Cassian. coll. 18. cap. 17. Morbus invidiæ irremediabilis est.

S. Hier. in Isai. 15.

2. Eidem pariter invido, aspidis, quæ suas incantatione obstruit aures, competit similitudo, dicente Psalmistâ : *Sicut aspidis surdæ obturantis aures suas, quæ non exaudiet vocem incantantium.* Invidus enim nullâ æmuli sui virtute, beneficio, aut merito vincitur, aut à sua removetur malitia, quin potius magis exasperatur; quemadmodum in Hebræis patet, qui Protomartyrem livore persequebantur, licèt plurima ab illo tùm corporum, tùm animarum recepissent beneficia (siquidem *faciebat prodigia & signa magna in populo*, tùm infirmitates eorum curando, tùm eos in veri Dei notitia illuminando,) nihilominus *continuerunt aures suas, & impetum fecerunt unanimiter in eum.* Circa quod factum ita discurrit S. Augustinus : *Non erant surdi, sed fecerunt se surdos, quia enim aures patentes in corde non habebant, violentiâ tamen verbi per cavas aures irruens, etiam ipsis auribus cordis, vim faciebant; clauserunt aures suas, & ierunt ad lapides. Ecce aspides surdæ duriores lapidibus, quibus incantatorem suum lapidaverant, non audierunt vocem incantantis, & medicamenti medicati à sapiente.*

Invidi comparantur aspidi.

Psal. 57. v. 5.

Act. Apost. 6. v. 8.

Act. Apost. 7. v. 56.

S. Aug. in Psal. ibid.

D. Chrys. h. 5. in Marc.

3. *Ecce ego mittam vobis.* Considerabilis admodum in præsenti quædam D. Chrysostomi de invidis Pharisæis Redemptorem perimentibus, tractantis, occurrit sententia, quâ inquit : *Anima quæ semel possessa fuerit ab invidia, difficile est, ut virtutes recipiat. Impossibile pene est remediari animam, quam invidia possederit.* Quàm Sanctus hic Doctor constanter id sustinuerit, ex alia quadam ejusdem homilia deduci potest, ubi ita discurrit : *Quænam morbi hujus medela inventri queat? conjunctim omnes preces fundamus, unam eamdemque pro ipsis vocem, tamquam pro energamenis edentes. Hi enim hoc infœliciori sanè conditione sunt, quam illi, quòd furor hic non nisi à certo animi proposito ortum habet.* Id quod idem in ejusdem homiliæ progressu confirmans, subjungit : *Morbus immedicabilis, ut vel sexcentis pharmacis adhibitis pus scaturiret.* Et in quadam homilia ad Corinthios, serpentem fatiùs esse asserit deferre in visceribus, quàm hac agitari passione. *Sanè præstat*, (verba sunt S. Doctoris,) *serpentem in viscoribus provolutum habere, quam invidiam internè*

Energumeni facilius curari possunt quam invidi.

D. Chrys. ho. 7. ad Rom.

D. Chrys. ho. 17. in 2. ad Cor.

sapientem, etenim ille & medicamentorum auxilio sæpe evomi, & alimenti ope mitigari potest; invidia non in visceribus sese volutat, sed in animæ situ versatur, eaque est hujus morbi natura, ut ægrè deleri atque extingui possit. Cujus ejusdem sententiæ S. Petrus Chrysologus se esse declarat, dum ait : *Iste velociter fugiendus est morbus, quia quos contigerit, non patitur jam sanari.*

D. Chrysol. ser. 172.

4. Protomartyr, ut suprà insinuavimus, plurima circa Hebræos operabatur portenta, dicente Scripturâ : *Faciebat prodigia & signa magna*, nihilominus nullum penitus ab hoc pestifero morbo sanasse legitur. Unde B. Petrus Damianus ita in præsenti ad hoc loquitur institutum : *Mirum quia non revocantur insueti novitate miraculi, quod luminosa Protomartyris facies non refrenat insanos. Videbant, inquit, faciem ejus, tamquam vultum Angeli stantis inter illos. Quid est Judæi? Lumine vultus Dei insignitur gloriosus Levita, & vibranti splendore Stephanus serenatur, reverberantur oculi vestri, & tamen injuriæ magnitudo visionis majestatem occludit.* Sicuti enim flammam augmentat, magisque voracem efficit injectorum copia lignorum; ita & æstum invidiæ profectus & augmentum virtutis gloriæ meritique amplificat; ut proindè D. Chrysostomus sequentibus in livorem non dubitarit invehi verbis : *O invidia perturbationis plena, ignis, qui nullâ ratione extinguatur.* Quamobrem fortè & Augustinus invidiam pestem morbumque penitus nuncupat irremediabilem dicens : *Tu invidia nequissima pestis, tormentum sine refrigerio, morbus sine remedio.* Equidem quid de morbi judicaretis qualitate, quem remedia semper exasperant? Hæc autem ipsamet est invidi conditio; ut proindè S. Basilius contra eos, qui hujus vitij passione agitantur, ita scribat : *Quam bestiam non superant morum improbitate? Quas feras feritate non excellunt? Canes alimento dato mansuescunt, leones curati tractabiles evadunt; verùm invidi curationibus amplius efferuntur.*

D. Chrys. in Ps. 50.

S. Aug. ser. 18. ad frat.

5. S. Hieronymus Pharisæos & Sadducæos simul unitos, Christum aggressos fuisse, eumque tentasse considerat, qui quamvis ab eo convicti essent, nihilominus in malitia sua victores esse fatagentes, mortem illi intentarunt. Etenim Scriptura quidem inquit : *Et nemo poterat respondere ei verbum, neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.* Malignam tamen eorum febrim non sanavit Dominus, sed longè hæc magis pestilens effecta est; unde S. Hieronymus inquit : *Quia in sermonibus confutati sunt, ultra non interrogant, sed apertissimè comprehensum Romanæ tradunt potestati, ex quo intelligimus, venena invidiæ posse quidem superari, sed difficilè conquiescere.* Quin & antiquus quidam author de hoc eodem longè vetustissimo vitio ita scribit : *Immedicabilis morbus invidia est, quia salubria sibi ægritudinem inferunt.* Quin & febris continua est, ut S. Cyprianus scribit, dum ait: *Ab invidis numquam livor deponitur, diebus ac noctibus pectus obsessum sine intermissione laniatur. Mala cætera habent terminum; & quodcumque delinquitur, delicti consummatione finitur. In adultero cessat facinus perpetrato stupro; in latrone conquiescit scelus homicidio admisso, & prædoni rapacitatem statuit præda possessa, & falsario modum ponit impleta fallacia; zelus terminum non habet, permanens jugiter malum, & sine fine peccatum.* Sanè quando ipsa in venenum converuntur remedia, inquè humores malignos, jam non sublevant, sed longè magis aggravant infirmum; ita quoque in præsenti de invidis præsumendum est.

Matth. 22. v. 46.

S. Hier. ibid. Christus contra vitavit Pharisæos & Sadducæos, illorum tamen invidiam non curavit.

Laur. Pisan. Presb. Ench. S. Cypr. de zelo. Invidia est febris continua.

6. S. Prosper de invido sequens tradit testimonium : *Bonis utitur invidus malè, quia omnibus bonis, quæ miser execratur, adjunctus, animi sui supplicio relinquetur affligendus. Et quis ei poterit subvenire, qui se sibi exhibet invidendo carnificem? At unde sibi parabit salutem, qui de salute malè utendo facit peruitiem?* Quam eamdem insanabilis invidiæ malignitatis considerationem instituit B. Laurentius Justinianus, dum inquit : *Insanabilis est prorsus ipsorum livor, non enim placantur blanditijs, non mulcentur obsequijs, non rationibus acquiescant; quin potiùs quemadmodum ignis accenditur, additione lignorum, ita & horum passio augetur multiplicatione virtutum.* Hæc namque inter istud & alia vitia est differentia, quòd dum alia aut bono proximi exemplo, aut exhortationibus, aut bonorum intercessionibus curantur, invidus ad hæc omnia magis ferocire incipiat, ita mea v. g. superbia, reprimetur, dum hunc aut illum consideravero nobilem ex virtutis motivo se humiliantem & eximanientem; meam incontinentiam refrænabit contemplatio illius juvenis, qui in bullientis sanguinis æstu,

S. Prosper de vit. contemplat. l. 3. c. 9. Invidi aliorum bonis exemplis & Virtutibus fiunt pejores.

B. Laur. Just. de disc. & perfect. mon. conv. c. 13.

S. Bern. de inter. domo. c. 31. Invidia est malum occultum, & hinc irremediabile.

Prov. 14. 30.

B. Laur. Just. c. 1. de spir. an. int.

S. Prosp. ib. c. 5.

æstu, inter delicias, voluptatesque nutritus, in medijs malorum occasionibus vitam puram & angelicam duxerit. Ira & odium, quæ me ad vindictam extimulant, mitigabuntur, ex notitiâ, quâ militem illum gravissimas sibi illatas injurias remisisse novi; & sic deinceps per alios inordinatos appetitus discurrere licet. At verò quonam remedio invidus emendabitur, cujus passio augetur multiplicatione virtutum? Idem verò S. Patriarcha postquam hæc dixisset, ne ob ea invidus totaliter in desperationem ageretur, subjungit : *Hominibus insanabilis est hæc spiritualis infirmitas, Deo autem nihil est impossibile.*

Invidia remedijs fit deterior.

Gen. 4. v. 13.

7. Quænam obsecro Deus, ut Cainum in statum salutis, & ad resipiscentiam reduceret, non dixit aut fecit? prouti ex c. 4. Gen. videre licet, & tamen in barathrum damnationis se præcipitari permisit, dicendo : *Major est iniquitas mea, quàm ut veniam meream.* S. Zeno in sermone de livore, pestiferam hujus vitij conditionem, nimirum quòd remedijs deterius fiat, his verbis pariter describit : *Nihil his inimicitijs difficilius, quæ ex invidiæ amarissimo fonte descendunt, quandoquidem his, qui ex alijs actionibus inimici sunt, si alter fortè aggrediatur alterum, vincere beneficijs; continuò ferocitas mitigatur, in invidum autem si beneficia conferantur, multò amplius inflammatur, & quanto plura fuerit consecutus, tanto majoribus incendijs conflagrabit, magis enim irascitur & dolet, quòd ab eo boni aliquid consequitur, quem nolis quidquàm boni vel habere, vel posse præstare.* S. Thomas de Villa Nova, hanc invidi infœlicitatem, quæ magno illius emendationi est impedimento, his verbis pariter considerat : *Si quis iratus est, eum aut placas, aut declinas; si offensus, reconciliari procuras; si damnificatus vel læsus, satisfacis; si lubricus, provides uxoresve latro, rem tuam custodis; sed livido quid facies, ut non noceat? nisi miserum te viderit, nocere non cessabit, sola enim miseria & paupertas caret invidia, unde invidus in inferno optimè locaretur, ubi quæsceret, quia non haberet, cui invideret.* S. Basilius sequentem invido interrogationem proponit : *Quid*, inquit, *te excruciat? Proprium malum, an alienum bonum? Canes equidem nutrientes manusuefacimus; invido autem si benefecerimus, maligniorem ipsum efficimus; non enim gaudet beneficijs, quibus afficitur, sed mœrore affligitur ob tuam opulentiam, quòd materiam habes, unde ipsius necessitati occurrere possis.* Idem quoque Sanctus in homilia de invidia idipsum repetit, dicens : *Intractabilissimæ inimicitiæ species invidia est, etenim eos, qui alias nobis inimici sunt, beneficentiæ manifestiores reddunt, in invidum autem & malignum collata beneficia ipsum amplius irritant.*

S. Th. à Vill. ser. in fer. 6. pass.

S. Basil. conc. in Lucizis habita.

Idem hom. de invid.

Invidia est pessima fera.

Gen. 37. 33.

S. Zeno ibid.

S. Bonav. in Sap. 6.

S. Joan. Dam. lib. 2. orthod. fid. cap. 14.

8. Mœstus de existimata Josephi nece Jacob Patriarcha, ait : *Fera pessima comedit eum, bestia devoravit Joseph.* Nulla autem est truculentior fera, quàm sit invidia. Unde S. Zeno ait : Quam feram belluam? *Canes beneficij memores videas, leones, exteræque feræ mitescunt; & vincuntur ad gratiam, soli invidi beneficijs pravitis inflammantur.* S. Bonaventura ait : *Pessima est socia, devorat enim hominem sicut fera.* S. Joannes Damascenus ex S. Prospero ita scribit : *Quanta fœlicium sunt gaudia, tanti invidorum sunt gemitus.* Quòd si infirmum aliquem videres, cui omnia ex pharmacopolio allata antidota & medicinæ venena essent mortifera, numquid desperaram ejus censeres sanitatem? Invido autem omnia naturæ, fortunæ, & gratiæ bona, (ex quibus omnes alij vitam spiritualem pariter & corporalem recipiunt) totidem sunt animæ & corporis ejus venena; quam igitur de ejus salute spem & fiduciam concipere poteris? S. Bernardinus in persona hominis lividi inquit : *Ex profectu eorum deficiebam*; invidus enim ex bono alterius exemplo, vel virture, quæ alijs stimulus ad bonum esse solet, spiritualem animæ mortem nanciscitur. *Hæc verò odia intra me abscondebam, & in meos cruciatus enutriebam*, inquit ibidem S. Bernardinus, ac proinde *putredo ossium invidia*; estque hæc alia quædam ratio, ob quam irremedialis est iste morbus, quia est occultus; in ossibus & medullis absconditur, consumit calorem, *charitatis fontem exhaurit*, ut inquit B. Laurentius Justinianus, *de spirituali animæ interitu* differens. Hanc eamdem occultam malignitatem S. Prosper quoque his verbis tangit : *Nec ei ab homine potest remedium adhiberi, cujus est vulnus occultum.* Quantalibet enim super partes corporis exteriores ponantur unguenta, si morbus intra ossa absconditus lateat, difficillimum erit, ut eò virtus remediorum pertingat. *Insanabilis est iste morbus*, inquit D. Chrysostomus, inter delicias, voluptatesque nutritus, in medijs malorum occasionibus vitam puram & angelicam duxerit. Ira & odium, quæ me ad vindictam extimulant, mitigabuntur, ex notitiâ, quâ militem illum gravissimas sibi illatas injurias remisisse novi; & sic deinceps per alios inordinatos appetitus discurrere licet. At verò quonam remedio invidus emendabitur, cujus passio augetur multiplicatione virtutum? Idem verò S. Patriarcha postquam hæc dixisset, ne ob ea invidus totaliter in desperationem ageretur, subjungit : *Hominibus insanabilis est hæc spiritualis infirmitas, Deo autem nihil est impossibile.*

D. Chrys. ho. 53. ad pop. Cassian ib. Quia remedijs adhibitis magis accenditur.

9. Quænam obsecro Deus, ut Cainum in statum salutis, & ad resipiscentiam reduceret, non dixit aut fecit? prouti ex c. 4. Gen. videre licet, & tamen in barathrum damnationis se præcipitari permisit, dicendo : *Major est iniquitas mea, quàm ut veniam merear.* S. Zeno in sermone de livore, pestiferam hujus vitij conditionem, nimirum quòd remedijs deterius fiat, his verbis pariter describit : *Nihil his inimicitijs difficilius, quæ ex invidiæ amarissimo fonte descendunt, quandoquidem his, qui ex alijs actionibus inimici sunt, si alter fortè aggrediatur alterum, vincere beneficijs; continuò ferocitas mitigatur, in invidum autem si beneficia conferantur, multò amplius inflammatur, & quanto plura fuerit consecutus, tanto majoribus incendijs conflagrabit, magis enim irascitur & dolet, quòd ab eo boni aliquid consequitur, quem nolis quidquàm boni vel habere, vel posse præstare.* S. Thomas de Villa Nova, hanc invidi infœlicitatem, quæ magno illius emendationi est impedimento, his verbis pariter considerat : *Si quis iratus est, eum aut placas, aut declinas; si offensus, reconciliari procuras; si damnificatus vel læsus, satisfacis; si lubricus, provides uxoresve latro, rem tuam custodis; sed livido quid facies, ut non noceat? nisi miserum te viderit, nocere non cessabit, sola enim miseria & paupertas caret invidia, unde invidus in inferno optimè locaretur, ubi quæsceret, quia non haberet, cui invideret.* S. Basilius sequentem invido interrogationem proponit : *Quid*, inquit, *te excruciat? Proprium malum, an alienum bonum? Canes equidem nutrientes manusuefacimus; invido autem si benefecerimus, maligniorem ipsum efficimus; non enim gaudet beneficijs, quibus afficitur, sed mœrore affligitur ob tuam opulentiam, quòd materiam habes, unde ipsius necessitati occurrere possis.* Idem quoque Sanctus in homilia de invidia idipsum repetit, dicens : *Intractabilissimæ inimicitiæ species invidia est, etenim eos, qui alias nobis inimici sunt, beneficentiæ manifestiores reddunt, in invidum autem & malignum collata beneficia ipsum amplius irritant.*

S. Zeno ser. de livore.

S. Th. à Vill. ser. in fer. 6. pass.

S. Basil. conc. in Lucizis habita.

Idem hom. de invid.

S. Bern. de inter. domo. c. 31. Invidia est malum occultum, & hinc irremediabile.

Prov. 14. 30.

B. Laur. Just. c. 1. de spir. an. int.

S. Prosp. ib. c. 5.

S. Hier. in Isai. 15.

S. Aug. in Psal. ibid.

D. Chrys. h. 5. in Marc.

D. Chrys. ho. 7. ad Rom.

D. Chrys. ho. 17. in 2. ad Cor.

S. Aug. ser. 18. ad frat.

D. Chrys. in Ps. 50.

Matth. 22. v. 46.

S. Hier. ibid.

Laur. Pisan. Presb. Ench. S. Cypr. de zelo.

S. Prosp. de vit. contemplat. l. 3. c. 9.

B. Laur. Just. de disc. & perfect. mon. conv. c. 13.

S. Jsid. l. 3. epist. 43.

Ideo etiam irremediabili, quod illo infectus, illud confiteri erubescat.

S. Zeno ibid.

S. Basil. conc. in Lucizis habita.

Cassian. ibid. Continuatio ejusdem argumenti.

S. Cypr. de zelo & invidia.

Adducitur miraculosa conversio invidi cujusdam.

Bellovac. spec. hist. lib. 25. c. 69.

Infirmus eodem tempore flammam ignis in specie lanceæ ex ore Sancti egredientem, quæ in lupos illos vibrata, eosdem disipulit, & in fugam egit. *Tunc Anselmus fratrem de salute animæ secretiùs alloquens, ad pœnitentiam & confessionem cor ejus inclinavit.* Hoc autem, ut dixi, miraculum fuit, à Sancto patratum circa hunc religiosum, magno suo commodo, inter alios religiosos conviventem. *Quàm bonum autem, & quam jucundum habitare fratres in unum*, siquidem orationibus multorum adjutus, invidiam deposuit, eumque, quem priùs oderat, diligere cœpit; *ut plurimum* verò, experientiâ teste, videmus, quod invidi moriantur impœnitentes, quia sicut electis *diligentibus Deum omnia* Rom. 8. v. 28. *cooperantur in bonum*, ita reprobis, & specialiter invidis, omnia cooperantur in malum, etiam virtutes, gratiæ, merita, & bona aliorum exempla; quia ex his longè magis pervertuntur, ut patet in summis sacerdotibus, qui miracula & virtutes Christi videntes, in mortem ejus conspirare cœperunt, Joan. 11. 47. dicendo: *Quid facimus, quia hic homo multa signa facit?* nimirum *quos oportebat in miraculo stupere, augent malitiam.* Unde S. Cyrillus Pharisæis pariter improperat, dicens: *Cernis Pharisæe operantem divina ac superna majestate, liberantem languentem, & mortem portas ex livore?* D. Chrysologus ait: *Cum aliis vitiis animus poterit confligere Christianus, invidiam quisquis antequam sentiat, non fregerit non evadit*; hoc enim vitium numquam moritur, ut videre licuit in Hebræis, qui non obstantibus tot in morte Redemptoris, in resurrectione, in ascensione, in adventu Spiritus sancti visis miraculis, aliisque ab Apostolis, cæterisque sequacibus suis patratis portentis, nihilominus, rodente illos invidiâ, nomen Christi nec audire quidem poterant.

Tit. Bostr. in cat. D. Th. Cyril. Alex. D. Chrysol. ser. 172.

DISCURSUS XVIII.

ARGUMENTUM.

Invidus inexcusabilis est, siquidem sibimetipsi omnium malorum est artifex, sine ulla spe alicujus boni, voluntariè vitam ducens inquietam, & miserabilem.

THEMA.

Eris invidus vitæ tuæ, Eccli. 18. v. 33.

Invidus suæ salutis est maximus inimicus.

1. UT invidum inexcusabilem esse, probetur, sufficit, verba illa Sapientis, licet in alio sensu ab eodem prolata, scilicet, *eris inimicus vitæ tuæ*, maturè ponderare, in illis namque verbis, de vita loquitur corporali, & spirituali, siquidem invidus utriusque est inimicus capitalis. Unde S. Cyprianus ait: *Quicunque es invidus, & malignus, nullius magis, quam tuæ salutis inimicus es*; & ideo est peccatum longè maximum, quod nullam admittit excusationem, nec compassionem meretur. Albertus Magnus, ut invidiam peccatum in Spiritum S. esse probet, ita discurrit: *Attende autem, quod tria exiguntur ad hoc, quod peccatum sit in Spiritum sanctum: Primum est radix, secundum, genus peccati, tertium proprium. Radix semper est malitia, non infirmitas trahens; neque error vel ignorantia decipiens. Genus peccati, quod semper sit contra Spiritum sanctum, manifestum est in actibus, vel donis. Proprium autem, quod non habet aliquod pallium excusationis, nec à toto, nec à parte, sicut habent peccata ex infirmitate, vel ignorantia facta. In genere autem quinque sunt talia peccata; obduratio scilicet, præsumptio, finalis impœnitentia, invidia fraternæ gratiæ, & impugnatio veritatis agnitæ in divinis.* Porro D. Chrysostomus invidiam omni venia indignam esse censens, inquit: *An ignoras omni venia hoc peccatum carere? An merito illud quidem, etenim fornicator cupiditatem prætendere potest; fur inopiam, & homicida iram; frigidas quidem causas, & minimè justas, habent tamen quas dicant, tu vero quas causas commemorabis? Dic mihi? Nullas, nisi vehementem tuam improbitatem. Si enim inimicos diligere jubemur, quam persolvemus pœnam, si amicos quoque odio prosequamur. Nam si is, qui amantes se diligit, nihil melius sese habet, quàm Ethnice, quam habebit veniam, qui nullam injuriam inferentes vexat?* Estque hoc argumentum fortiter stringens in detestationem & abominationem hujus vitij; si enim quispiam, qui ab inimico suo contemptus, percussus, & infamatus est, se vindicet, injuriam repellat, odium nutriat, si inquam, hæc faciens contra divinam legem peccet, licet quoad portionem hominis inferiorem, aliquam excusationem prætexere possit; longè magis contra divinam legem peccabit, qui accenditur ad iram, ad malevolentiam, ad persecutionem contra proximum, qui nihil ipsi mali fecit, solummodo quia virtuosè vivit, & bene se habet? Quamnam talis malignus excusationem aut prætextum allegare poterit? *An oculas tuas nequam est, quia ego bonus sum?* Rupertus Abbas inquit: *Est autem invidiæ proprium, ut quanto eis, quibus invidetur, majora conferantur beneficia, tanto magis ipsa invidia confirmetur; siquidem quo amplius splendescit, cui invidetur, tanto magis invidus indurescit, & uritur.* Matt. 20. 15. Rup. Abb. l. 1. in Exod. 21.

Vitium invidiæ amarissimum à se scaturit venenum. S. Isid. l. 2. Synon. c. 8. D. Chrys. h. 41. in Matt.

2. *Eris invidus vitæ tuæ.* Lividus invidendo bono alterius, nullum ipsi damnum adferre potest, irreparabile verò est damnum illud, quod sibimetipsi conciliat; ac pròinde S. Bernardus quemdam ex invidis his verbis affatur: *O quisquis es, qui salutis invides alienæ, parcito vitæ tuæ: Si enim ubi invidia, ibi mors, profectò non potes simul & invidere, & vivere.* Quamnam excusationem adducere homicida poterit? At verò ut Alcuinus scribit: *Qui odit fratrem suum, homicida est, & qui invidet, insuper est homicida suipsius.* S. Bernardus in eadem epistola subjungit: *Quid molestus es fratri tuo, quoniam fatagit, quemadmodum quæ præseferunt de labijs suis, non faciat invita? Si quærat homo, quomodo, & ubi persolvat quod pollicitus est Deo, quid tu perdis? Fortassis si aliquantæ pecuniæ tu eum debitorem teneres, curare cogeres mare, & aridam, donec usque ad novissimum quadrantem debitum redderet universum. Qui igitur meruit de te Deus tuus, quoniam non vis, ut & ipse à suo, quod suum est, debitore recipiat? Imo uni invidens, duos sibi reddis infensos, dum & Dominum servi obsequio, & Domini gratia servum fraudare conaris.* S. Thomas de Villa Nova livoris vitium peccatum nominat diabolicum, idque ob rationem sequentem: *Hoc peccatum*, inquit, *diabolicum est; & purum malum, nam alia vitia & peccata aliquod bonum prætendunt, licet inordinate. Nam ambitiosus quærit honores, avarus, divitias; lubricus, voluptates; gulosus, sapores; acediosus, quietem, & hæc omnia bona sunt, si non nimis, & præter divinæ legis, & rationis ordinem quærerentur: Sed invidia pura malitia est, nihil habens commodi, sed tormenti pleni, nihil voluptatis.* D. Chrysostomus similiter invidiam diabolicam & sathanicam appellat, dicens: *Bello perniciosior est invidentia, nam qui bella gerit, jubilalâ belli causâ, inimicitias deserit. Ast invidentiæ morbo qui laborat, amicitiam numquam invenit. Ille honestâ quidem ratione bellum excusare potest, hic autem aliud nihil, quàm insanit, animo præditus sathanico.* Idem quoque in alia quadam homilia ita discurrit: *Alij quidem homines, si animantes rationis expertes crudeliter cædi, ac dilaniari viderint, aliquantulum commiserentur, tu vero cùm salutis beneficium conferri homini cernas, & palles, & in ferocitatem cædendi benefactoris conspiras. Et quid hac insaniâ furiosius unquam reperietur.* Invidus est homicida suipsius. S. Bern. ep. 7. Alcuin. l. de div. offic. c. 13. S. Thom. de Villa nova ser. in fer. 6. pass. Invidia est vitium diabolicum. D. Chrysost. h. 7. ad Rom. Idem hom. 41. in Matth.

Invidi sibimetipsis fabricant in vita sua infernum. Cant. 8. v. 6. S. Th. à Vill. ibid. S. Hier. ad Algasiam. S. Aug. ser. 18. ad Fratres. D. Chrys. hom. 41. in Matt. Alex. Angl. sum. p. 7. c. 2. num. 2.

3. Ad hoc quoque propositum considerari meretur ille S. Vincentij Ferrerij circa latus Redemptoris lanceâ apertum, institutus discursus, dicit enim: *Septimum opus Christi in cruce fuit lanceatio. Dic quomodo post mortem unus militum aperuit lancea latus ejus, Joan. 19. Quare voluit hoc fieri? respondeo, quod ad dandum nobis exemplum & institutionem vitandi peccatum invidiæ, alia vulnera voluit Christus recipere dum viveret, sed vulnus lateris post mortem. Ratio, quoniam alia peccata mortalia omnia habent quid boni, vel apparens bonum. Dic v. g. de omnibus: Primò de superbia, quia delectabile videtur superbo, quòd honoratur, &c. Et sic de alijs, sed peccatum invidiæ nullam habet rationem boni, totum est mors, quia invidia non est nisi dolor de bono alterius, qui in corde consistit, licet etiam ostendatur linguæ; item de alijs plagis Christi exivit solum sanguis, de ista sanguis & aqua; ratio est, quia calefit invidus gaudendo de malo proximi, ideo exivit aqua ad refrigerandum. Secundò frigescit in amore, & bona proximi, ideo sanguis exivit ad calefaciendum.* Advertendum quoque est, quòd S. Hier. ad Demetr. in hæc verba scribit: *Duo sunt ex omnibus vitia, quæ homines maximè decipiunt sui voluptate, quia felicet, ac libido,* S. Vinc. Ferr. ser. in Dom. 1. post octav. paschæ. Christi latus post mortem apertum, monet vitandam nobis esse invidiam. S. Hier. tom. 9. ad Demetriad. de virgin.

do, quæ deponere eò difficilius est, quo eis uti dulcius est; & tamen hæc vitia tam molesta, tamque delectatione sui periculosa, ita à multis calcari vidimus, ut totâ ætate virgines permanserint in summa abstinentia, ut de illis taceam, quæ post deliciarum longum fluxum, & inveteratum usum libidinis, castitati ac temperantiæ se dederint, & utrumque vitium contrariâ sibi virtute mutaverint; aliorum verò vitiorum est longè diversa ratio, quæ cùm nihil habeant jucunditatis, tamen multum amaritudinis habent, quæque cùm ad vitandum malto sint facilliora, raro à quibus vitentur invenies. Quodnam verò vitium inter omnia alia dari poterit, quod amarius fel & venenum à se scaturiat, quàm invidia? audite S. Isiodorum ea de re sic differentem: *Primum sibimet nocet; primùm se mordet, primùm suum authorem rodit; cor hominis quasi quædam pestis depascit.* At verò quænam sunt consolationes, quas lividus & malignus exinde sibi acquirit? *Cum aliquid triste proximo acciderit, tunc aliquantulum acquiescit, ac respirat invidus, alienas enim jactaras suos quæstus existimat, & aliorum felicitatem miseriam suam arbitratur.*

Invidi sibimetipsis fabricant in vita sua infernum. Cant. 8. v. 6. S. Th. à Vill. ibid. S. Hier. ad Algasiam. S. Aug. ser. 18. ad Fratres. D. Chrys. hom. 41. in Matt. Alex. Angl. sum. p. 7. c. 2. num. 2.

4. Omnes homines ex naturali inclinatione in hac vita desiderant gaudere, vivere quieti, multò verò magis ad requiem sempiternam suspirant. At verò quædam est illa invidi stultitia, qui ad ærumnas condemnatur æternas, & in hac vita vivum sibi infernum fabricat, siquidem *dura sicut infernus æmulatio?* Porro quodnam sit unicum & solum bonum invidiæ, S. Thomas à Villa Nova his verbis exponit: *Nihil habens commodi, sed tormenti plena, nihil solatij, nihil voluptatis. Nihil habet bonum invidia, nisi quod merito torquet habentem.* S. Hieronymus in epistola quadam ita scribit: *Quid invido præstat invidia delectationis, quem secretis conscientiæ anguilis livor ipse discerpit, & alienam felicitatem tormentum ejus facit?* Idipsum S. Augustinus in sermone quodam his verbis confirmat: *O invide, qui numquam quiescere potes; an ignoras, quod omnis malitia habet aliquam felicitatis umbram?* Invidi autem sibimetipsis fabricant ærumnam & miseriam. *Seipsos perturbant, & cruciant*, inquit D. Chrysostomus, *& ita in agendo semper, invidendoque sunt, ut numquam peccandi afferant finem.* Alius quidam author ita scribit: *Quando diabolus capit hominem vitijs, aliquam delectationem ponit tamquam escam; sed invidos miserabilius capit, quia sine esca aliquius delectationis, cum esca doloris & cruciatus quotidiani, trahit illos ad dolorem, & cruciatum æternum.*

Ærumnæ invidorum. S. Bern. ser. 30. de modo bene vivendi. S. Bern. ep. 61. de int. dom.

5. Consideremus nunc cruciatus, quos invidi sibi in hac vita adsciscunt. S. Bonaventura hoc vitium tribus rebus assimilat; scilicet vermi, ærugini, & tineæ: *Invidia*, inquit, *est sicut vermis in ligno, rubigo in ferro, tinea in vestimento.* Porro ex quonam signo colligere possumus, hoc peccatum ad summum malitiæ suæ culmen pertigisse, Richardus de S. Victore *de homine interiori* differens, ita declarat: *Invidia in invidendiam tam veraciter excrescit, quando animum eo usque exagitat, ut eum nullo pene jam tempore quiescere sinat,* adeo ut somnus, mensa, & refectio corporalis, quâ alios restaurat, ipsis molestiam inferat. *Non cibus talibus lætus; non potus potest esse jucundus*, inquit S. August. in quacumque operatione livoris carnificem circa cor experientur, qui illos cruciat, & quocumque vadunt cosdem associat. *Quisquis ille est, quem in zelo suo persequitur invidus, subterfugere eum forsitan poterit, & vitare, invidus verò fugere non valebit. Ubicumque fuerit adversarius suus secum est hostis in pectore semper incusus.* S. Gregorius illis, quibus hæc passio prædominatur, sequens præscribit documentum: *Admonendi sunt invidi; ut perpendant quantæ cacitatis sunt, qui alieno profectu deficiunt, alienâ exaltatione contabescunt; quantæ infelicitatis sunt, qui melioratione proximi deteriores fiunt, dumque augmenta alienæ prosperitatis aspiciant, apud semetipsos anxij, afflicti cordis sui peste mœrentur?* Quid istis infelicius, quos dum conspecta felicitas afficit, pœna nequiores reddit? Aliorum vero bona, quæ habere non possunt, si diligerent, sua facerent. S. Bernardus in sermone quodam *de modo benè vivendi*, ærumnas, quas hoc vitium conjunctas habet, his verbis repræsentat: *Invidia primum suum mordet authorem. Invidia sensum hominis comedit, pectus urit, mentem lacerat, cor hominis quasi quædam pestis pascit.* Idem in libro *de interiori domo*, sequentia ejusdem vitij mala recensèt, dicens: *Illâ Deus offenditur, proximus lædituv, animus affligetur, invidia enim semper torquet possessoris sui animum, quamvis sæpe lædere non possit suum erga quem fœvit*

proximum. B. Laurentius Justinianus quoque pessimas invidi qualitates in hunc modum describit: *Eorum, quibus invident, bonis operibus afflinguntur. Facilè, & pro minimo adversos eos, quos æmulantur, turbantur; nec spiritu livoris agitati sinum valent exhibere vel dissimulare furorem. Non possunt pacifice loqui, sed mox ut verba protulerint, fervere intùs jecus incipiunt; fortisque contumeliosa verba jaculantur.* Quidquid hactenus à principio circa sententiam Ecclesiastici: *Eris invidus vitæ tuæ*, diximus, Cathanus confirmat, postquam enim invidum dæmoni assimilasset, qui sibimetipsi mortem intulit, & posteri eamdem homini per livorem procuravit, subjungit: *Nam ante suas, quàm ejus, cui inviderat, interemptor, prius quam in homines mortis virus effunderet, ipse se perdidit.* Quisquis bono alterius invidet, priùs maximum malum, quod facere novit & potest, sibimetipsi procurat, id est, semetipsum gratiâ Dei privat, & gloria; secundò verò in corde suo locum dat cuidam veneno, quod illum incessanter amaritudine replet. *Hæc est illa*, inquit, *sursum terminans amaritudinis radix, quæ se erigens ad superna, in contumeliam ipsius, qui bona homini confers, tendit auctoris.*

B. Laur. Just. de disc. & pers. monast. conv. cap. 13. Ecclí. 18. 33. Cassian. coll. 18. cap. 17.

6. S. Antoninus invidum & malignum carnibus pasci viperinis, affirmat: *Comedit*, inquit, *carnes viperas, quia solùm malis alijs satiatur, & pascitur.* Et hoc fortè est mysterium, ob quod præcursor Domini lividam & malignam Judæorum adversus Salvatorem cognoscens naturam, illos germina appellat viperarum, dicens: *Progenies viperarum.* De quibus proinde B. Laurentius Justinianus ita scribit: *De hoc lethali veneno ex omni parte abundarunt Judæorum sacerdotes & Pharisæi contra Dominum Jesum.* S. verò Augustinus ita de eodem hoc invidiæ vitio scribit: *Sicut ajunt viperas dilacerato & disrupto illo ipso materno utero, in quo conceptæ sunt, nasci, ita & invidiæ natura illam ipsam animam à qua concepta est, & consumit, & perdit.* Equidem vespertilio, tamquam lucis hostis, circa lumen volitare solet, ut illud extinguat, sed eo ipso uritur & moritur; ita quoque invidis accidit, ut benè quidam author probat in hæc verba: *Justo Dei judicio contingit, quod sicut papilio circa lumen volitans, illudque extinguere volens, seipsum consumit; sic invidi, dum alijs lumen bonæ famæ extinguere conantur, ipsimet inde lædantur, & turbantur.* Quemadmodum patet in Caino, quis enim melancholiæ pallorem ac tremorem ipsius à livore, quem in corde suo fovebat, processisse nescit? *Dixit Dominus ad eum, cur concidit facies tua? Iratus est vehementer, & concidit vultus ejus; omnis, qui invenerit me, occidet me.* A quacumque fera ne dilaceraretur timebat sibi impius. Sed quare? Respondet Rupertus Abbas: *Iratus fuerat invidendo, & conciderat facies ejus parricidium meditando.*

S. Aug. ser. 23. de tempore Comparatus vespertilioni. D. Chrys. h. 25. in Joan. Alan. in l. de princ. natura. Rup. Abb. ib.

7. Considerationem pariter meretur illa S. Prosperi doctrina, quâ invidos sibimetipsis inimicos esse, astruit; equidem aliarum tribulationum ipsi nos authores non sumus, hujusmodi contra nostram nobis accidunt voluntatem, easque impedire & removere conamur; invidus autem suipsius carnifex est, & voluntarius continuæ nec umquam intermissæ afflictionis, inquietudinis & tristitiæ est faber. *Amici diaboli*, inquit ille, *inimici ettam sui, omnibus odiosi.* Et paulò ante præmiserat dicens; *Omnia satis æmulis fingunt eorum profectu deficiant, odia intra se abscondant, suos cruciatus enutriunt.* Quia igitur naturæ instinctu omnes malum declinamus, capere nequit Cassianus, qualiter solus invidus malum pro objecto habeat, siquidem de malo gaudet, deque bono contristatur alieno. *Quis est*, inquit ille, *qui se ut satisfaciat invidenti, à bonis corruere, aut à prosperis alienari, aut calamitate aliqua optet involvi?*

S. Prosp. de vit. contempl. l. 3. c. 9. Invidus suipsius Carnifex est. Cassian. ib.

8. Postquam D. Chrysostomus quamdam homiliam suam his esset exorsus verbis: *Grave vitium invidia est*; paulò post subdit, dicens: *Primum eos offendit, consumitque, tamquam mortiferum quoddam virus eorum animos occupans. Si quo autem pacto eum, cui invidetur, lædit, parvum quidem & nullius ferè momenti detrimentum est, quodque plus emolumenti, quam damni afferat; sed qui afficit, is damnum accipit.* Tandem verò quibus titulis S. Gregorius Nissenus invidiam afficiat, ne vobis difficile fuerit auscultare. Ait igitur: *Mortifer stimulus, mucro reconditus, bilis venenosa, tabes sponte adhibita, telum amarum, figens animam clavi, flamma cordis, intestinorum ignis. Hanc qui habet, non satis malis, sed alienis bonis infelix est.*

S. Greg. Nyss. in vita Moys. fin.

DISCURSUS XIX.

ARGUMENTUM.

Remedia contra invidiam sunt charitas, bonorum æternorum, & vanitatis mundanæ consideratio, contemptus suiipsius, imitatio creaturarum, quæ sibi mutuo opem præstant, nec non membrorum corporis humani, quorum quodlibet suo contentum est officio, nec aliud ambit.

THEMA.

Æmulamini charismata meliora, & adhuc excellentiorem viam vobis demonstro, 1. Cor. 12. v. 31.

Bona, quæ videmus in proximo non invidere, sed æmulari debemus, & imitari.

1. NE vobis persuadeatis, Apostolum in præsenti de æmulatione loqui, quæ relationem habet ad invidiam, quin potius, ut ex consequentibus colligitur verbis, hanc ipsam extinguere conatur, ad charitatem nos animando, siquidem ut ex capite deducitur sequenti, regia ad cœlum via, (*adhuc excellentiorem viam vobis demonstro*,) amor & dilectio Dei est, ideoque subnectit inquiens: *Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam, &c.* Hinc & S. Valerianus ait: *Ubi occurrit oculis nostris alienæ gloria felicitatis, æmulationis nos magis studium teneat, non livoris, juxta illud, quod dicit Apostolus: Æmulamini meliora.*

S. Val. hom. 13.

2. D. Chrysostomus insignem nobis methodum, vi cujus non modò à proximorum invidia liberi, sed etiam bonorum & meritorum ipsorum participes esse possimus, in hæc verba tradit: *Etiamsi nihil aliud egeris, lætatus sis autem ob ea, quæ facta sunt, sic quoque non parum fruêti socius, attulisti enim charitatem, quæ est summa bonorum omnium. Nam qui flent, videntur esse lactus participes, & ijs, qui lugent, multum gratificantur, & doloris multum adimunt, multo magis etiam qui lætantur, majorem afferunt voluptatem.* Dilectio igitur erga proximos non solùm expellet à nobis omnem timorem, verum etiam meritorum proximi participes efficiet, ejusdemque nobis gratiam ac benevolentiam conciliabit. S. Gregorius malignos detestatur invidos, qui ex aliorum bonis sibimetipsis malum acquirunt, cum tamen gaudendo de ijs, ex motivo charitatis, boni illius, cui invident, bonam sibi partem acquirere possent, dicit enim: *Quid istis infelicius, quos dum conspecta felicitas afficit, pœna æquiores reddit? Aliorum vero bona, quæ habere non possunt, si diligerent, sua facerent. Hinc pensent invidi, charitas quamvis virtutis est, quæ alteri quoque laboris opera nostra facit sine labore.* Qui ergo hoc monstrum ab animo suo eliminare contendit, non opus ei est ferro, nec ut lorica accingatur, neque ut galeâ caput suum contegat, sed solùm si cor ejus charitate ardeat, sufficit; hanc enim suadet S. Isidorus dicens: *Adversus invidiam charitas præparetur.* Hoc idem consilium quoque tradit B. Laurentius Justinianus, dum nos proximos nostros tamquam fratres, & in cœlesti hæreditate cohæredes diligere docet; his verbis: *Qui ab hac pestifera tentatione liberari desiderat, proximum tamquam fratrem, tamquam cœlestis regni cohæredem diligat, & complectatur intimis visceribus charitatis.* Magnum profectò lucrum est posse per viam amoris in fudoribus & meritis alienis participare sine labore, cùm è contra per viam livoris non solum nullum acquiramus lucrum, verùm etiam perdamus omne illud, quidquid boni operati fuimus per totum vitæ nostræ decursum, quia *qui non diligit, manet in morte. Potest homo*, inquit Alcuinus, *alterius bonum suum facere, dum amat in altero, quod in se non facit.* S. Augustinus in homilia 15. inquit: *Congaude illi, cui Deus gratiam aliquam donavit, & tua est. Habet ille fortè virginitatem, amas illam, tua est, Tu habes fortè majorem patientiam, diligat te, & sua est. Ille potest satis vigilare, si non invides, tuum est studium ejus. Tu fortè potes amplius jejunare, amet te, suum est jejunium, quia tu per charitatem in illo es, & ipse in te est.* D. Chrysostomus in citata homilia similiter hanc praxin fusè exemplificat sequentibus verbis: *Non es dicendo laudem assecutus, sed tu dum ei gratularis, majorem es laudem adeptus, quam ille; si enim charitas est res magna & caput omnium, tu eam, quæ ex ipsa paratur, accepisti coronam; ille eam, quæ acquiritur ex arte dicendi, tu eam, quæ acquiritur ex vehementi amore. Ille ostendit vim verborum, tu per facta dejecisti invidiam, & conculcasti livorem, quamobrem multò magis quam ille fueris coronatus; certamen tuum est præclarius, non solùm conculcasti invidiam, sed etiam aliquid fecisti, ille unam solùm habet coronam, tu verò duas, & duas illas unâ splendidiores. Quænam sunt hæ? unam suscepisti adversus invidiam; altera est, quâ justi redimitus ex charitate, non enim collætari solum est indicium, quod sis mundus ab invidia, sed etiam quod habeas charitatem, quæ radices egerit.*

D. Chrysf. ho. 11. ad Coloss. Quomodo possimus esse liberi ab invidia & meritorum proximi participes.

Nempe perdilectionem proximi.

S. Greg. p. 3. past. adm. 12.

S. Isid. l. 2. synonim. c. 8.

B. Laur. Just. de disc. & perf. monast. conv. c. 13.

1. Joh. 3. 13. Alcuin. l. de vins. & vit. c. 22.

S. Aug. ho. 25.

D. Chrysf. ib.

3. Est quoque contra hoc vitium remedium potentissimum sublevare mentem & cor nostrum ad bona æterna; quando enim bona temporalia eo loco habuerimus, quo haberi merentur, erga possessores illorum, livore & invidiâ eximulari non poterimus. Cupiditas horum bonorum temporalium sola est, quæ nos ad invidendum prosperitati alienæ extimulat. *Difficile* enim *est*, inquit S. Gregorius, *in hoc alteri non invideat, quod adipisci alter exoptat, quia quidquid temporaliter percipitur, tanto fit minus singulis, quanto dividitur in multis, & idcirco desiderantis mentem livor excruciat, quia hoc, quod appetit, aut funditus aliter accipiens admit, aut à quantitate restringit. Qui ergo livoris peste plenè carere desiderat, illam hæreditatem diligat, quam cohæredum numerus non angustat, quæ est omnibus una, & singulis tota.* Hunc discursum paulò post notabili hac sententiâ concludit: *Diminutio livoris, & plena mors ejus, est perfectus amor æternitatis.* Guerricus Abbas qui discipulus fuit S. Bernardi, ad hoc se reflectit, quod oculus lividus bona respiciens terrena, & ad cœlestia bona se minimè elevans, malignâ cor repleat æmulatione, odioque venenoso & mortifero. *Hac peste nullus moritur*, inquit, *nisi qui terrena hæc appetit, quæ tota non veniunt pluribus. Unde si quæ desiderat, illi invidet, qui penitus ea accipit, vel ille partem habendo, quantitatem ei restringit. Hunc parvulum occidit invidia, quia dum non potest adipisci quod alij invident, in odium invidiæ filium cadit.* Invidus enim simul & avarus, in tantum opibus invidet alienis, bonisque terrenis, in quantum ea ipse possidere vellet, ut æmulo major evaderet. *Et quando invidus non avarus*, inquit Chrysologus, *quando quidquid habet alter, se comperat perdidisse.*

Aliud remedium contra invidiam, est sublevatio mentis ad bona æterna.

S. Greg. l. 5. mor. c. 31.

Guerric. in dis purific.

D. Chrysol. ser. 4.

4. Alias inter patriæ beatorum felicitates hanc pariter S. Augustinus ad invidorum recenset confusionem, dicens: *Id etiam beata civitas illa magnum in se bonum videbit, quod nulli superiori nullus inferior invidebit, sicut nunc non invident archangelis Angeli cæteri, tamquam nollet esse unusquisque quod non accepit, quamvis sit pacatissimo concordiæ vinculo ei, qui accepit, obstrictus.* Et S. Bonaventura S. Anselmi similitudinibus authoritatique innixus, ait: *Ita erit tam perfecta & beata charitas justorum, quod unusquisque in tantum diliget proximum suum, quantum seipsum, ex quo illud inæstimabile sequitur bonum, quod ita unusquisque de alterius bono vel gaudio gaudebit, sicut de proprio, proinde cum innarrabilis sit numerus Electorum, quis putas narrare sufficiat gaudia beatorum?*

S. Aug. l. 22. de Civ. c. 30. In cœlo nullus invidet alteri.

S. Bonav. in Solil.

5. *Æmulamini meliora.* Stultitia est magna, si nobis, quod bona hæc terrena nostram mereantur invidiam, persuademus; non enim si ita se res haberet, ea à nobis contemni voluisset creator eorumdem. Ad quem proinde inordinatum appetitum se reflectens S. Basilius, sub morbi allusione ita sermocinatur: *Quomodo morbum hunc aut ab initio non perpetiemur, aut ipsi subjecti effugerimus? Si primum quidem, ni hil magnum, nihil excellens rerum humanarum esse judicaverimus, non opulentiam, non gloriam marcescentem, non corporis bonum habitudinem, non enim in bonis præteruntibus felicitatem statuimus, sed ad æternorum ac verorum bonorum participationem vocati sumus.* Ad bona itaque æterna cordis nostri oculos erigamus oportet, si intelligere desideramus, quam omni indigna sint livore animæ ad cœlum creatæ bona hæc inferiora; unde Richardus à S. Victore ait: *Quantum æterna cognoscimus, tantum transitoria despicimus, & damnamus, hæc est enim illa pretiosa margarita, quam qui invenerit, quæ prius amaverat, libenter cuncta derelinquit.* Imò S. Bernardinus Senensis nihil penitus bonorum terrenorum contemptum ita radicare autumat, quam æternitatis præstet notitia, ideoque ait: *Nec aliquid tantum valet ad spernendam præsentem vanitatem, quam cogitare jugiter æternitatem.*

Magna stultitia est sibi persuadere quod bona terrena mereantur invidiam.

S. Basil. ho. de invid.

Rich. de S. Vict. p. 2. in cant. c. 9.

S. Bern. sen. in Domin. 5. Epiph. c. 4.

6. Ecclesiastes alia inter dogmata sua hoc quoque statuit: *Sapientis oculi in capite ejus, stultus in tenebris ambulat.* Quis umquam stultorum aut sapientum oculos in alia corporis parte situatos vidit? Quis umquam quantumcumque stultus oculos suos in calcaneo habere

Eccle. 2. 14. Invidus ambulat in tenebris.

bere visus est? Mysterium sententiæ hujus explanat S. Basilius verbis sequentibus: *Cujusnam oculi non sunt in capite, atqui hic in capite, ut ea contemplentur, quæ in sublimi sunt, nam qui non ad bona, quæ in sublimi sunt, sed quæ in terra respectat, is utique defigit, detrahitque oculos in terram.* Invidi namque certo quodam modo oculos non in capite habere dici possunt, invidia namque & livor eos eruit aut lividos efficit, impotentes felicitatem intueri proximi, dicente Ecclesiastico: *Nequam est oculus lividi, & avertens faciem suam.* Insuper invidus, ut diximus supra, stultus est, inque tenebris ambulat, aliud non desiderans, nisi proximi videre malum, juxta Alcuinum dicentem: *Qui invidet, in tenebris est, & in tenebris ambulat.*

S. Basil. ho. 11. in Ex.

Eccli. 14. v. 8.

Alcuin. l. de div. offic. c. 13.

Humilitas plurimum conducit ad suffocandam invidiam.

6. Æmulamini charismata meliora. Invidiam ex pessima superbiæ & præsumptionis propriæ radice pullulare, abunde probavimus in Discursu II. qui itaque hunc partum vult suffocare, matrem prius, quæ ipsum in lucem edit, suffocet; humilitas igitur propriusque contemptus nostriipsius ad invidiam extinguendam sufficit. Hinc fortè S. Paulus Galatas ad vitam dictamini Spiritus conformem ducendam exhortaturus, ita scribit: *Si spiritu vivimus, spiritu & ambulemus; non efficiamur inanis gloriæ cupidi*, Moxque subnectit dicens: *Invicem provocantes, invicem invidentes.* Quando namque quis ad gloriam aspirat mundanam, subitò æmulatio & invidia se ingerere solet, secus verò quando quis vilescere quærit & contemni; ideoque si Ambrosius quondam consulebat, dicens: *Ut invidiam reprimat, humiliorem se præstare debet.* Imò humilis & abjectus non modò non scopus & meta est invidiæ, sed nec ipse invidet alijs, quia pedibus se subjicit omnium, propriam non urget promotionem, lætus, non tristis de bono alterius, nec per invidiam commovetur aliorum, prout bene Seneca moralis advertit, dum ait: *Ste verè invidiam effugies, si te non ingesseris oculis, si bona tua non jactaveris, si scieris in sinu gaudere.* In hunc errorem Joseph incautè incidit, de quo proinde à patre suo redargutus fuit: *Increpavit eum pater suus.* Posset equidem aliquod in Joseph somnia illa vana esse, aut vera, & à Deo procedere arbitrabatur? Si primum, annis puerilibus vanitatem hujusmodi indulgere debuisset: Si secundum, quorsum exprobratio, *opera autem Dei revelare... honorificum est?* Respondet autem D. Chrysostomus, inquiens: *Sciens pater quod fratres invidebant ei, propter hoc increpavit puerum, & dijudicavit etiam ipse somnium, & conjecturas à Dei revelatione ei factam observabat verbum.* Sed numquid aliud, præterquam somnus erat? Quorsum itaque tot reprehensiones? Quorsum tot gravamina? Quia scilicet vel sola etiam somnia, sola suspicio imò quæcumque felicitatis & boni somniati umbra, sufficiens est ad excitandum invidiam æmulorum. Hinc etiam, ut suprà diximus, Deus noster magnam illam Palestinæ promissionem Abrahæ facere distulit, donec Loth ab eo separatus esset; ut enim Oleaster scribit, id Deus fecit, ne Abrahæ nepotem, tantam Abrahami audiendo felicitatem, ad invidiam concitaret; ideoque ad nostram subdit instructionem, dicens; *Quam oculati esse debent domini in distribuendis bonis, aut ostendendis favoribus, ne scilicet ex hoc alios ad invidiam provocent.*

Gal. 5. v. 26.

S. Ambr. l. 2. de Abrah. c. 4.

Gen. 37. 10.

Sen. ep. 105.

Tob. 12. v. 7.

D. Chrysf. h. 41. in Gen.

Gen. 13. 14. Oleast. ibid.

Consultum est etiam ut ex sancta quadam superbia aspernemur invidiam.

Judic. 5. 14. Cajet. ib.

7. Debbora æquali prudentiâ & fortitudine prædita mulier, post prælium contra Jabim Regem Canaan, cum electissimis duarum tribuum Zabulon & Nephthali militibus habitum, gloriosamque reportatam victoriam, in cantico suo reliquas etiam tribus, quantumvis otiosæ bellici exitus fuissent spectatrices, laudasse legitur, idque ut unicum invidiæ averteret malum, dicente Cajetano: *Consentaneum fuit, at Debbora judex in publica laude illarum tribuum, quæ adfuerunt, ne invidiam excitaret in alijs tribubus, laudes aliarum tribuum pro bonis pacis inseruerit.* Sed ut ad nostrum de humilitate, contemptuque suiipsius redeamus propositum, (qui efficax invidiæ, ut diximus, remedium & frenum est,) phrasim immutarem ego, asserturus, ut sancta cum superbia quadam invidiam aspernemur, considerantes ipsam vile & abjectum esse vitium, ut probavimus in Discursu X.

8. S. Antoninus hanc aliam, ut ad invidiæ abominationem adducat, considerationem adducit, inquiens: *Considerato creaturæ universalis. Omnis creatura communicat seipsam modo suo, Sol omnibus præbet lumen suum, & Luna & stellæ; terra communicat fructus suos omnibus animalibus, & nihil sibi retinet; Membra in corpore humano se invicem juvant, nec invidet pes oculo, quia nobilior est eo, & eminentiorem locum tenet, scil. in capite.* Pro cujus Discursus intelligentia sciendum, nos fideles corpus esse mysticum, cujus caput Christus est; de qua partium corporis nostri proportione S. Anselmus in tractatu de beatorum in cœlis unione ita scribit: *Nec etiam in humano corpore vel pes loco aut officio manus, vel manus pedes fungi exoptat, aut pes, vel nasus, ubi oculi sunt, aut oculi ubi os aut nasus relictis sedibus suis eaptant transferri, aut se transferrentur, convenienter & sine injuria non id paterentur; eodem modo in illo admirabili, & glorificata dispositione, & æque disposita glorificatione beatæ Civitatis Dei, ista quisque, quod adeptus fuerit, amabit, ut statum suum priori gradu, immutari non velit, quare è quia utique satis erit felicitas sua & beatitudo sibi pro meritis suis misericorditer impertita.* Quæ doctrina servire potest omnibus, ne quis umquam invidiam adversus proximos concipiat, qui sumus ejusdem corporis Ecclesiæ membra, tametsi illa quæ sursum est triumphans sit, hæc autem, quæ in terris est, militans; unusquisque enim statu, sexu, conditione, professione, & vocatione, in qua Deus illum posuit, contentus esse debet; *Unusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat*, Quod si verò de bono alterius contristemur, injuriam facimus Deo, ejusque divinæ voluntati nos opponimus, à qua bonum proximi dependet, juxta illud: *Quomodo maledicam cui non maledixit Deus?* Quis enim adeò temerarius erit, ut divinam arguere ausit providentiam & dicere: *Cur ita facis? Annon licet mihi quod volo facere?* Quod si bonum istud tibi datum fuisset; eo utique abusurus, & supremo datori ingratus futurus fuisset.

S. Anton. p. 2. tit. 8. c. 1. §. 5.

Ab invidia nos compescere potest consideratio creaturæ universalis.

1. Cor. 7. 20.

Num. 23. 8.

9. D. Chrysostomus aliud memorat motivum, ad refrenandum invidi livorem & malignitatem; Dicit enim: *Si atrocitas malignitatis ejus omnibus patuerit, facilè ab ea resiliemus*; Quod si enim invidus strimiter sibi tandem aliquando futurum esse persuaserit, ut ejus occulta malignitas omnibus manifestetur, utique eamdem à se eliminabit, nec hanc sibi confusionem & vituperium superinducet. Advertendum nihilominus est, quod S. Bernardus in hac materia observat, dicens: *Quomodo proficere possum, qui fraveri proficienti invideo? Si doles quod invideas, sentis & non consentis passio est quandoque sanandi, non actio condemnandi sanandum non illic resideas, iniquitatem meditans in cubili tuo, qualiter videlicet faveas morbo, satisfacias pesti.*

D. Chrysf. Hom. 41. in Matth. Tandem juvabit considerare malum hoc aliquando omnibus revelandum.

S. Bern. in Flor. c. 118.

TRACTATUS XXXIX.

DE PECCATO IRÆ

CONTINET.

DISCURSUS XVII.

DISCURSUS I. Variæ traduntur iræ definitiones, & distinctiones inter indignitatem, iracundiam, furorem, excandescentiam, perturbationem, & zelum, & quando ad gravem culpam imputetur.

II. Ira multorum est peccatorum origo, utpote quæ ad sanguinem, cædes, & quævis alia mala prorumpit.

III. Ira ab homine aufert humanitatem, feris illum similem, imò pejorem reddit, omnes rumpit honesti limites, & in quævis præcipitia proturbat.

IV. De turpi & deformi iracundi specie, quam in vultu, motibus, aliisque exterioribus operibus præ se fert, quibus se amentem esse ostendit.

V. Ira intellectum excæcat, absorbet discursum, & rationem, & iratum stulto similem efficit.

VI. Ira virtutibus opponitur, estque contraria Spiritui Sancto, & divinæ gratiæ, nec non compassionis inimica.

VII. Effrænis ira animæ mortem infert, estque certum reprobationis signum, & character infallibilis, quo filij dæmonis agnoscuntur.

VIII. Iracundi membra sunt dæmonis, & demoniacis similes, utpote in quibus liberum habet aditum, cum ira vitium sit diabolicum.

IX. De Animæ & corporis morte, cujus effrænis ira causa consistit.

X. Ira amicitiæ & socialitati est contraria, multoque magis homines ad alios gubernandos inhabiles efficit.

XI Ira abominabilis est coram Deo, cum sit ingentium malorum causa & origo, & licet homini connaturalis sit, natura tamen eidem ad illam reprimendam de varijs remedijs prospexit, ubi etiam Deo mansuetudinem placere ostenditur.

XII. Ira quæ vitiosa, est dedecet hominem & multo magis Christianum, licet nonnumquam propter zelum laudabilis existat.

XIII. Victoria iram vincentis ponderatur, cum simul illam superando dæmonem vincat, ubi etiam utilitas iracundorum, & alia inde emergentia damna exponuntur, dum ob causas frivolas irascuntur.

XIV. Dandus est locus iræ imperuosæ, ut cum judicio & maturitate operari possimus, celeriter quoque reprimenda est, priusquam Sol tam materialis, quam mysticus occidat.

XV. Iræ passio impressa est homini, ut contra inordinatos appetitus, & peccatum irascatur, nec non ut à pigritia sua evigilet.

XVI. Varij adducuntur casus, in quibus homo licitè & virtuosè irasci potest.

XVII. Varia considerantur adversus iram remedia.

DISCURSUS I.

ARGUMENTUM.

Variæ traduntur iræ definitiones & distinctiones, inter indignationem, iracundiam, furorem, excandescentiam, perturbationem & zelum; insuperque docetur, quando illa culpam importet gravem.

THEMA.

Omnis amaritudo, & ira & indignatio & clamor & blasphemia tollatur à vobis. Ephes. 4. v. 31.

Vitium iræ oppugnat omnem ætatem, & personarum conditionem. *Senec. lib. 3. de iræ c. 1.*

1. CONtra vitium in præsenti tractatu nobis præliandum est, quod quemcumque statum, ætatem, & personarum oppugnat conditionem, dicente Senecâ: *Nullam transit ætatem, nullam hominum genus excipit, quædam gentes beneficio egestatis non novere luxuriam, quædam quia exercitæ, & vagæ sunt, effugere pigritiam, quibus incultus mos, agrestis vita est circumscriptio ignota est, & fraus, & quodcumque in foro malum nascitur, nulla gens est quam non ira infliget, cætera singulos corripiunt, hic unus affectus est, qui interdum publicè concipitur, nunquam universas populus unius feminæ amore flagravit; ambitio virtim singulos occupat, impotentia non est malum publicum, sæpè in iram uno agmine itum est. Vivi, feminæ, senes, pueri, Principes vulgusque consentere.* Ex adductis autem Apostoli verbis clare deducitur, hydram istam plura habere capita, siquidem inquit: *Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor tollatur à vobis.* Quapropter & varias à varijs ejusdem vitij effectibus, ut in progressu hujus discursus patebit, interpretes sacri adduxere definitiones.

Variæ definitiones iræ.

S. Bonav. *I. 6. centil. sect. 20.*

S. Ioan. Dam. *Orth. fid. lib. 2. cap. 2.*

S. Bonav. *in declar. termin. theol.*

2. Et in primis quidem S. Bonaventura Cassiodori adducens authoritatem inquit: *Definitur ira à Cassiodoro sic: Ira est animi motus concitatus, ad pœnam provocans inferendam*, & paulo post quamdam à Sancto Joanne Damasceno allegatam refert definitionem inquiens: *Ira est fervor ejus, qui circa cor est sanguinis, ex evaporatione fellis vel perturbatione ficta.* Et in tractatu declarationis terminorum theologicorum, idem Seraphicus ita scribit: *Ira est motus & fervor sanguinis circa cor, ex evaporatione fellis, propter appetitum vindictæ.* Et S. Joannes Climacus de eadem tractans materia, iræ essentiam his alijs explicat verbis: *Ira est occulti odij recordatio, sive memoria injuriarum; ira est desiderium ulciscendi eum, qui nos ad iram incitavit.* Præter quas definitiones Bellovacensis superaddit sequentes, dicit enim: *Glossa super illud Matth. 5. qui irascitur fratri suo; ira est omnis malus motus ad nocendum. Augustinus. Ira est vitiositia ex impotentia ulciscendi se. Aliter à magistris describitur: Ira est subita animi tempestas, quæ dum inordinate se concutit, cor hominis ad insaniam trahit.*

S. Joan. Clim. Grad. 8.

Bellovac. Spec. mor. l. 5. dist. 1.

3. Porro variæ inter iram, iracundiam, indignationem, furorem, & excandescentiam assignantur differentiæ, dicente in primis inter alios S. Basilio: *Sicut autem differentia nomina sunt indignationis, & iræ, sic & ab ipsis significantia plurimum invicem differunt. Est enim indignatio stimulus quidam brevis, & jubitus, acutusque passionis pavor. Ira verò permanens ac diuturna tristitia, aptaque sese ultiscendi, veluti libido quædam se vindicandi.* Sedulius in prædictorum verborum expositione hanc considerat differentiam: *Omnis amaritudo vancor in corde; ira, quæ in vultu apparet, furore vestigio, desiderat ultionem; indignatio est ex superbia, cum aliquem judicamus indignum, & ideo nolumus eum sustinere.* Porro quid sit iracundia, & quomodo ab ira distinguatur, multæ sunt sanctorum Patrum opiniones.

Adducuntur differentiæ inter iram, iracundiam, furorem &c. S. Basil. Hom. de ira.

Sedul. Ephes.

4. S. Antonius de Padua in quodam fermone dicit: *Notat quod inter iram & iracundiam hoc distat: Ira est præsens, & ex causa nascitur, iracundia verò vitium naturale, vel perpetuum. Iracundus dictus, eo quod accenso sanguine in furorem compellitur; ira enim Græcè flamma dicitur, & ira, in flamma est.* S. Hieronymus super caput 4. Ep. ad Galatas hanc affignat aliam differentiam: *Inter iracundiam, & iram hoc interest, quod iracundus semper irascitur, iratus pro tempore concitatur.* Et super caput primum epistolæ ad Ephes. super illa verba *non iracundum*, idem S. Hieronymus ita scribit: *Neque verò qui aliquando irascitur, iracundus est, sed ille dicitur iracundus qui crebro hac passione superatur.* S. Ephrem *de timore Dei* differens ad propositum nostrum inquit: *Quid porro est iracundia? perturbatio est impudens, & inverecunda, cui dolor succedit, & pœnitentia, tristitia cor devorat incidentis in eam.* S. Isodorus in libro de differentijs, hanc inter iram & iracundiam statuit differentiam: *Ira præsens est, & ex causa nascitur, iracundia autem vitium naturale, & perpetuum est. Item iratus pro tempore concitatus, iracundus autem frequenter irascitur, & ad levem sermonis auram, quasi à vento folium commovetur, de talibus dicit scriptura: Vir iracundus inhonestus est; & iterum iracundus effodit peccata.* S. Anselmus differentem à prædictis adducit expositionem inquiens: *Iracundia dicitur quasi ira absondita, quia scilicet diu tenetur in animo.*

Quomodo distinguatur ira ab iracundia. S. Anton. de Pad. in Dom. 6. post Trin. S. Hier. ad Gal. c. 4.

Idem Eph. 4.

S. Ephr. de timore Dei.

S. Isid. Hisp. lib. differentiar. de ira l. n. 301.

S. Anselm. lib. Ephes. 4.

5. Furor quoque ab ira distinguitur, prout liquet ex Psalm. 38 *Desine ab ira, & derelinque furorem,* Quæ distinctio pariter ab Ecclesiastico insinuatur dicente: *Ira, & furor, utraque execrabilia, sunt & vir peccator continens erit illorum.* Commentator Nazianzeni hanc utriusque assignat diversitatem: *Est autem furor subita turbulentæ permotionis inflammatio, & evaporatio, ira autem diuturnus mœror, & continua ulciscendæ acceptæ injuriæ cupiditas, animo videlicet ad eam vindicandam æstuante, ac gestiente,* S. Joannes Climacus furorem terminis ab ira distinctis ita definit: *Furor est intempestiva cordis inflammatio.* De ira verò, quæ aliàs appellatur excandescentia S. Isidorus Pelusiota in quadam epistola inquit: *Indicat celerem commotionem affectus, quæ & cogitationes homini sefferatur, atque antevertit.* Iræ verò hunc subindicat effectum: *diuturnam in eo affectu commotionem ac perseverantiam significat.* S. Dorotheus ad distinguendum varios hujus passionis gradus & motus, utilissimam hanc tradit doctrinam, inquiens: *Aliud est memoria injuriarum, aliud ira, aliud furor, sive impetus animi, & aliud perturbatio.* Moxque quemlibet horum motuum sequenti facili & omnibus manifesta similitudine declarat: *Ignem qui accendit*, inquit, *primum quidem exiguam habet prunam, seu carbunculum, id sane verbum significat, quod fratrem contristat, & affligit; Rursus enim cece parcula est prima. Quid enim obsecro est verbum fratris sui? si æquo animo tuleris illud, extinxisti pravam illam ignitam; quod si perstiteris, cogitando & mente volvendo, cur illud, & illud mihi dixit? cur ita locutus est? habeo certe quod illi invicem dicam; nam si noluisset me affligere, & lædere, neguequam ita locutus fuisset; sed ne dubitet, habeo, ut spero, quo invicem illum affligam & cædam; & ligna & fomenta adjecisti, ecce qui ignem accendis, & fumum fecisti; quod quidem est perturbatio.* Perturbatio autem *est motus sive conflictatio, pugna cogitationum, quæ cor nostrum excitant, & audax, animosumque reddunt illud; audacia verò est exercitatio quædam vindictæ, seu talionis, reddendæ adversus eum qui nos læsit. Si æquo animo verbum illud tui fratris pertulisses, facillimè pruinam illam potuisses extinguere, antequam animus tuus perturbaretur. Sin pergas ignem accendere, & fumum excitare, cor tuum scilicet varijs cogitationibus irritando, & in audaciam trahet his verbis hortando: Cur illud, & illud mihi dixit? habeo & ego quod illi dicam, ex his veluti velitatione & conflictu, seu tumultu cogitationum, cum agitatur & accenditur cor, subortur veluti quædam flamma, & furoris accensio; est enim furor sanguinis circa cor fervor accensus, ut ait S. Basilius; hæc est quam dicunt repentina ira seu bilis acuta; hanc, si velis extinguere, potes, antequam fiat ira perfecta. Si verò turbatus turbare perstiteris idem facies ac qui ligna congerit in focum, & magis ac magis excitat ignis incendium, atque ita demum complures fient carbones, quæ quidem absolute est ira.*

S. Dorotheus form 8. Declaratur facili, & manifesta similitudine.

Ira notabiliter excedens limites suos, est peccatum mortale. S. Bonav. ser. 1. in Dom. 5. post Pent.

Eph. 4. v. 26. S. Ambr.

6. Quando ira limites suos notabiliter excedit, in culpam mortalem prorumpit, de qua variæ Sanctorum Patrum leguntur doctrinæ. S. Bonaventura glossam citat dicentem: *Ira est malus motus ad nocendum, qui si subitus est, cui non consentitur, propassio dicitur, passio verò accedente consensu.* Enim verò hæc iræ passio nobis congenita est, & naturalis, ac proinde nos culpabiles non constituit, nisi in casu quo convenientes excedimus limites; ac proinde S. Ambrosius super illa verba S. Pauli, *irascimini, & nolite peccare*, inquit: *Quoniam irasci quis non potest prohiberi (quippe cum ira motus sit naturalis, conceptus ex causis, qui solet ad profectum pertinere delinquentis) idcirco irascendum dicit, sed commonet, ne per iram peccetur, solemus enim modum egredi, cum irascimur, & inveniamur ipse peccare, qui peccantes arguimus, dum plus irascimur, & amplius oneramus peccantem, quam mereatur.*

Parisiens. in c. 16. Apoc. Enumerantur varij gradus iræ.

Guilielmus Parisiensis aliquos iræ vitiosæ gradus considerat. Primus gradus est ira subitanea, id est primus motus, præcedens consensum & deliberationem rationis, & hic tunc est veniale peccatum, quando refrenatur & ad effectum non perducitur; vocaturque propassio. Secundus gradus est, quando huic motui consensus & deliberatio una cum desiderio vindictæ conjungitur, & in corde absconditur, nequaquam in actus exteriores per verba contumeliosa prorumpens, & hæc ira reatui mortalis peccati est obnoxia. Albertus Magnus adducit doctrinam ab incarnata Sapientia in hac materia Matthæi cap. 5. celebribus hisce verbis traditam: *Omnis qui irascitur &c.* dicit enim: *Dominus ponit tres gradus circa reatum iræ, cum dicit: omnis qui irascitur fratri suo, reus erit judicio, qui autem dixerit Raca, reus erit concilio, qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis. De his dicendum est, quod ubi crevit gradus culpæ, crevit & ordo pœnæ. Unde recte ira sine voce punienda est judicio; ira cum voce concilio, ira cum sermone contumeliæ, gehennæ ignis mancipatur; secundum Augustinum enim, in primo est ira tantum, in secundo ira & vox, in tertio ira est & sermo, & certa expressio irrisionis.*

Matth. 5. 22. Alb. Magn. l. 3. comp. theol. ver. lib. 3. c. 17.

S. Th. 2. 2. q. 158. art. 2. Ira, excluso ordine rationis, mala est.

7. S. Thomas in articulo, in quo quærit, *utrum ira sit peccatum* per verba S. Pauli in præsenti themate adducta ita concludit; *Si ordinem rationis excludat, mala est: Ordo autem rationis ita potest attendi quantum ad duo. Primo quidem quantum ad appetibile in quod tendit, quod est vindicta, unde si aliquis appetat, quod secundum ordinem rationis fiat vindicta, est laudabilis hæc appetitus, & vocatur ira per zelum; si aliquis appetat quod fiat vindicta quolibetcumque contra ordinem rationis, puta si appetat puniri eum qui non meruit, vel ultra quam meruit, vel etiam non secundum legitimum ordinem, vel non propter debitum finem, qui est conservatio justitiæ & correctio culpæ, erit appetitus iræ vitiosus,*

& nominatur ira per vitium. Alio modo attenditur ordo rationis circa iram quantum ad modum irascendi ut scilicet motus iræ non immoderatè ferveſcat, nec interius, nec exterius, quod si prætermittatur, non erit ira absque peccato. In articulo verò sequenti examinans: *An omnis ira sit peccatum mortale*, hanc statuit conclusionem: *Ira qua quis injustam appetit vindictam, peccatum mortale est, ira verò ex passione, & qua immodico vindictam appetimus, veniale est.* Quam propositionem his verbis declarat: *Ex genere suo ira est peccatum mortale, quia contrariatur charitati & justitiæ; potest tamen contingere, quod talis appetitus sit peccatum veniale propter imperfectionem actus; quæ quidem imperfectio attenditur, vel ex parte appetentis, puta commotus iræ prævenit judicium rationis, vel etiam ex parte appetibilis, puta cum aliquis appetit cum aliquo modico se vindicare, quod quasi nihil est reputandum, ita etiam quod si actu inferatur non esset peccatum mortale, puta si aliquis parum trahit aliquem pœnarum per capillos, vel aliquid hujusmodi. Alio modo potest esse motus iræ inordinatus quantum ad modum irascendi, utpote se nimis ardenter irascatur interius, vel si nimio exterius manifestet signa iræ, & sic ira secundum se non habet de suo genere rationem peccati mortalis, potest tamen contingere quod sit peccatum mortale, puta si ex vehementia iræ aliquis excidat à dilectione Dei & proximi.* Idem Angelicus præceptor in Articulo 5. Philosoph. lib. 4. Ethicorum confectans tria distinguit iracundorum genera: *Quidam* inquit *sunt acuti, quidam amari, quidam difficiles, sive graves. Amari sunt quorum ira difficile solvitur, & multo tempore manet; difficiles sive graves, quorum ira non commutatur, sine cruciatu vel pœnitione.* Acuti verò sunt, qui subito sine causa, vel ex levi motivo ad iram accenduntur. Citatque S. Gregor. Nissenum tres alias iræ species his verbis considerantem: *Tres sunt irascibilitatis species, scilicet ira quæ vocatur fellea; & Mania quæ vocatur insania, & furor. Iram felleam dicit esse quæ principium & motum habet, quod Philosophus attribuit acutis, Maniam vero dicit esse iram quæ permanet, & in vetustatem devenit, quod Philosophus tribuit amaris, furorem autem dicit esse iram, quæ observat tempus in supplicium, quod Philosophus attribuit difficilibus.*

S. Thom. ibid. art. 3.

S. Thom. ibid. art. 5.

8. Seneca Philosophus de ira diffusè tractans, hanc pro illius distinctione assignat regulam, inquiens: *Putavit se aliquis læsum, voluit ulcisci, dissuadente aliqua causa statim resedit; hanc iram non voco, sed motum animi rationi parentem. Illa est ira quæ rationem transilit, quæ secum rapit. Ergo illa prima agitatio animi quam species injuriæ incussit, non magis ira est, quam ipsa injuria species, sed ille sequens impetus, qui speciem injuriæ non tantum accepit, sed approbavit. Ira est comitatio animi ad ultionem voluntate, & judicio pergentis.*

Sen. lib. 2. de ira c. 3. Gradus iræ ex Seneca.

9. Porro ad cognoscendam iræ gravitatem ad culpam mortalem usque transcendentem S. Antoninus paucis verbis hanc regulam assignat dicens: *Tunc ira est peccatum mortale, quando scil. quis appetit injustam vindictam, seu punitionem proximi, notabiliter damnosam, & hoc secundum deliberatam rationem. Ex parte autem modi quo quis irascitur interius, si ira ardenter irascitur, quod ex vehementia iræ decidat à dilectione Dei vel proximi, quod solet contingere, quando ira transit in odium, tunc esset mortale.* Quando verò actus imperfectus est & indeliberatus, tunc malitia ejus diminuitur. Richardus de S. Victore ait: *Ira non est mortalis, quando aliquis non movetur circa proximum voluntate & consensu nocendi ei in persona, aut in facultate, aut in fama, quando tantum primos motus iracundiæ incurrit; & ideo Sol non occidat super iracundiam ejus, id est Christus.*

S. Anton. 2. p. Sum. tit. 7. c. 1. §. 2. Regula ad cognoscendum an ira sit peccatum mortale.

Rich. de S. Vict. p. 2. in cant. c. 25.

10. Advertendum quoque est iram á zelo multum differre, nam ut S. Gregorius ait: *Soleret sciendum est, quod alia est ira, quam impatientia excitat; alia quam zelus justitiæ format, illa ex vitio; hæc ex virtute generatur.* Attendenda tamen hac in re est doctrina illa S. Augustini, ob cujus neglectum multi sæpè decipiuntur; dicit enim: *Passione moveamur, & zelum putamus.* S. Bernardinus ad hoc propositum sequentem habet considerationem: *Est duplex ira*, inquit; *Una quæ sit per vitium; Secunda quæ sit per zelum. Prima est quæ sit per vitium, & de hac inquit: Irascimini & nolite*

Distinctio inter zelum & iram. S. Greg. l. 5. mor. c. 30.

S. Bern. ser. 2. ser. de triplici art. 2. c. 2.

nolite peccare, id est, si primus motus iræ insurgat, nolite peccare, scil. consentiendo in corde, vel ad effectum perducendo in opere, vel diu retinendo in mente. Quod necessitatis est permittit, quod verò culpæ est interdicit; secunda autem ira est quæ fit per zelum; secundùm enim Gregorium in S. Moral. in fine, super illud Jobi quintum, virum stultum interficit iracundia. Ita per vitium oculum mentis excæcat, ira vero per zelum oculum mentis ad tempus conturbat.

DISCURSUS II.

ARGUMENTUM.

Ira multorum est peccatorum origo, utpote quæ ad sanguinem, cædes, & quævis alia mala prorumpit.

THEMA.

Omnis amaritudo, & ira, & indignatio & clamor tollatur à vobis, cum omni malitia. Ephes. 4. vers. 31.

Enarrantur pestifera germina iræ.

1. S. Paulus pessimos iræ effectus recensere volens, postquam de pestiferis illius germinibus mentionem fecisset, subjungit: *Cum omni malitia*, quasi dicere vellet, ira omnem in se malitiam includit, unde Sedulius prædicta verba ita exponit: *Comprehendit omnia mala dicendo omnem malitiam*, D. Chrysostomus in quadam homilia super Genesin, ad mysticum hunc S. Pauli loquendi modum se reflectens, subjungit dicens: *Denique radicem hujus mali volens arefacere, & inutilem reddere, dicit: Cum omni malitia.* S. Cyrillus Alexandrin. de Juliano Apostata iniquitatis Monstro, & ad iram vehementer proclivi differens, de iracundo inquit: *Talis à quibus abstinet, facinoribus?* S. Isidorus Pelusiota in hujus vitij detestationem ita scribit: *Ira blasphemia gravior est, per quam omne malorum genus in mundum irrepsit.* S. Ambros. iram concupiscentiæ carnali conjungens, utramque omnium & singulorum vitiorum nutricem esse dicit: *Libido, inquit, atque iracundia reliquorum vitiorum educatrices sunt.* Sapiens in proverbijs inter alias aureas sententias, hanc quoque subinfert: *Qui ad indignandum facilis est, erit ad peccandum proclivior.* S. Hieronymus vel ut alij volunt V. Beda hæc verba exponens inquit: *Janua vitiorum omnium iracundia est, qua clausa virtutibus intrinsecus dabitur quies, extra vero ad omne facinus armabitur animus*, considerari quoque, & in pondere sanctuarij trutinari merentur verba B. Petri Damiani in Epistola quadam, in qua hanc iræ passionem prolixè detestatur, ita scribentis: *Per omne vitium quod ab hominibus perpetratur, diversis utique modis misero cordi veternosi hostis virus infunditur, in Iracundiæ verò peste, tota sua viscera serpens concutit, omnem fellis amaritudinem evomens fundit.* Tametsi enim ira nonnumquam in semetipsa peccati mortalis rea non sit, attamen qui huic vitio committendo pronus est, ad omnem se excessum committendum disponit. Unde S. Bonaventura quoque ait: *Ira facit hominem pronum ad quodcumque peccatum, vulgo namque dicitur de homine irato, vel averso, quod omnia faceret.* Idem quoque in sermone quodam sup. Dom. quintam post Pentec. in cujus Evang. inter cætera dicitur: *Qui irascitur fratri suo, reus erit judicio, &c.* prædictum memorans proverbiorum textum, ita inquit: *Sicut enim omnium virtutum incrementum pendet à charitate, sic omnia vitia sumunt incitamentum ex furore iracundæ glossa super illud: Vir iracundus suscitat rixas, dicit sic: Janua omnium vitiorum est iracundia.* Hebræus verba illa: *Qui ad indignandum facilis est, erit ad peccandum proclivior*, ita legit: *Auctor excandescentia multas prævaricatione*; Septuaginta vertunt: *Vir iracundus effodit peccatum*; Syriaca legit: *Iracundus multiplicat peccata.* Philo in libro cui titulus est: *Quod Deus sit immortalis*, ita scribit: *Ira est peccatorum famus.* Ecclesiastes inquit, *aufer iram à corde tuo, & amove malitiam à carne tua*, ubi eodem nomine circumscribit iram & malitiam, quæ genericum est omnis culpæ, omnisque vitij nomen habet.

2. S. Bonaventura dictum textum ita interpretatur: *Hortatur abjicere omnem nequitiam, videlicet malitiam cordis & immunditiam carnis*; ast si iram dumtaxat à nobis removere intendit; cur subjungit dicens: *Et malitiam amove à carne tua*? respondet Seraphicus; *Quantum ad malitiam cordis dicit, aufer iram à corde tuo, ut non irascaris, quia ira reddit hominem nequam.* Ita namque hominem iracundum ad quodcumque disponit malum, dicente S. Hieronymo in glossa: *In ira omnes perturbationes animi comprehendit.* Et interlinearis: *Omnes pravos motus, à parte totum, omnes malas voluntates.* Hinc & Cajetanus Ecclesiastem duo vitia, quæ omnium aliorum radices esse solent, scil. concupiscibilem, & irascibilem partem attigisse observat inquiens: *Per hæc duo insinuantur peccata omnia, nam per malitiam carnis insinuantur peccata reliqua repugnantia rectitudini rationis naturali; per appetitum vero vindictæ insinuantur peccata reliqua, divina lege prohibita.* Quod autem ira associetur irascibili, varia confirmant testimonia, dicente inter alios Luciano in Dialogo cui titulus est: *Merc. & Maji: Iracundi sunt qui amant*, nec non Aristotele 2. Rhetorices c. 2. *juvenes omnia nimis amant, nimis oderunt, ad irascendum apti sunt, acutæque iræ potentes appetitiones sequi.*

S. Bonav. in diæta sal. tit. 3. de pec. c. 5.

Matt. 5. 22.

Idem ser. 2. in Dom. 5. post Pent.

Eccli. 11. 10.

S. Hier. ibid. Est janua omnium vitiorum.

B. Petr. Dam. lib. 4. Ep. 17.

S. Bonav. ib. Ira hominem iracundum ad quodcumque vitium disponit.

S. Cyr. Alex. lib. 1. con. Julian.

S. Isid. Pel. lib. 1. Ep. 328.

S. Ambr. de obitu Satyri.

Prov. 29. 22.

D. Chrys. h. 53. in Gen.

3. Ecclesiasticus nos ad hujus vitij detestationem sequentibus conatur inducere verbis: *Ira & furor utraque execrabilia sunt.* Qua præmissa detestatione subjungit: *Et vir peccator continens erit illorum*, q.d. quod utrumque vitium in peccatore, id est in eo, qui timorem Dei non habet, nidum centrumque habeat; hinc & Spiritus S. impium seu scelleratum delineaturus per Psalmistam, non adulterum, non Simoniacum, non avarum, aut blasphemum, sed iracundum & rabidum describit, dicens: *Peccator irascetur, dentibus suis fremet & tabescet.* Quem Hugo Card. ita exponit: *Vir Peccator, id est, assuetus peccare.* Ad quod idem intentum S. Ambrosius ita scribit: *Ille est dominatur ira, subjicitur jugo peccati homo enim iracundus peccatum effodit.*

Eccli. 27. 33. Homo planè impius, antonomasticè dicitur peccator.

Hug. Card. lib. S. Ambr. in Ps. 104.

4. S. Joannes Climacus pernitiosam ad modum innumerabilium malorum ab ira procedentium propaginem agnoscens, sequenti utitur similitudine: *Quemadmodum in humanis corporibus febris quidem una est, sed multas habet ardoris causas; sic iræ motus & incendium, uti reliquorum vitiorum morbi, multas & varias origines habent & fontes.* Quot namque iræ vitiosæ sunt causæ, totidem desordinationes & mala sunt, quæ eidem sociantur. *Ira vitium est capitale* (inquit S. Thomas) *ex quo oriuntur vitia possunt.* Imò S. Basilius eradicata ex animabus, ira, omnia pariter reliqua vitia noxasque extirpari verbis docet sequentibus: *Si ab animo sapientis amaram extirpationis radicem extirpare poteris, multa cum hoc principio perturbationis semina facilè extingues; nam & dolus & suspicio, & infidelitas, & malignitas, & insidiæ, & audacia, & omnia his similia, hujus vitij germina sunt, atque appendices. Itaque fratres amantissimi, ne obsecro tantum nobis malum inducamus, animæ morbum, rationis tenebras, à Deo alienationem, oblivionem familiaritatis principium bellorum, plenitudinem calamitatum, dæmonem pessimum nostris animis innatum, incolam quemdam impudentem, nostra interiora possidentem.*

S. Joan. Clim. gra. 8 Innumerabilia mala procedunt ab ira.

S. Thom. 2. 2. q. 158. art. 6. Bestia, enumerantur quoque ipsius filiæ.

S. Basil. hom. de ira.

5. Iram pariter interpretes sacri titulo afficiunt venenj, nec immeritò; sicuti enim hoc per omnes diffunditur venas, easque inficit, ita & ira è corde promanans suam in interiores animæ potentias, nec non in sensus exteriores transmittit malitiam, dicente Cassiano: *Iræ mortiferum virus, de recessibus animæ nostræ proditus eruendum. Hac enim in cordibus nostris insidente, & oculum mentis noxijs tenebris obcæcante, nec judicium rectæ discretionis acquirere, nec honestæ contemplationis intuitum, nec maturitatem Consilij possidere, nec vitæ participes, nec justitiæ tenaces, sed nec spiritualis quidem ac veri hominis capaces poterimus existere, quia turbatus est, inquit, præ ira oculus meus.* Qui idem Author in sequenti ejusdem tractatus capite iram vocat *pestiferum vitium*; qui igitur pestè correptus est, innumeros quoque alios inficit, ita & hoc iræ vitium ad multos mortiferum suum transmittit venenum, dicente S. Augustino: *Ab ira procedit rancor, à rancore odium, quod est ira inveterata in animo, inde nascitur homicidium, & si non opere, saltem voluntate; inde contumelia, inde detractio, inde susurratio, suspicio & injuria quæ sunt opera carnis & diaboli.*

Ira est vitium venenosum & pestiferum.

Cassian. l. 8. de Spiritu iræ cap. 1.

S. Anton. de Pad. ser. 3. de ano mar.

Eccli 8. v. 19. Iracundus parvi facit effundere sanguinem.

Cassian. ibi cap. 2.

S. Aug. ser. 9. ad Fratres.

6. S. Bonaventura de spirituali tractans conflictu, dum inter alia iræ pariter dispendia recenset, ita discurrit: *Est nociva bestia, sibi nocens, & alios scandalizans, virus mortiferum animam interficiens, & Spiritum S. expellens. Cum autem vim irascibilem obtinuit, flatum introducit tibi suam familiam quæ sunt rixa, clamor mentis, contumelia, clamor, indignatio & blasphemia.* Cui alia quædam Alberti Magni consonat doctrina, quando pessimas filiarum iræ à Gregorio Magn. infinuatas, filiæ

S. Bonav. de pugna spir. cap. 4. Est nociva bestia, enumerantur

Alb. Magn. l. 3. Compend. theol. verit. lib. 3. cap. 17. insinuatas adducit qualitates inquiens: *Filiæ iræ secundum Gregorium sunt sex. Prima est rixa; hæc est audax voluntas vindicandi injuriam factam per se. 2. Est rumor mentis, hæc est voluntas vindicandi causa fugiens adversantem, ne cum eo colloquium habeatur propter æstimatas inimicitias. 3. Est contumelia, quæ est voluntas se vindicans per exprobrationem malorum. 4. Est clamor, quæ est voluntas se vindicans in exaltando vocem per vituperium exprobratum, & ad alterum aures pervenientes. 5. Est indignatio, quæ est voluntas se vindicans per signum molestiæ exterius declaratum. 6. Est blasphemia quæ est voluntas se vindicans per opprobrium Deo, vel sanctis illatum.* Enimvero experientia verissimum esse docet, quod lingua hominis iracundi in verba prorumpat injuriosa, vituperosa, & convitiatoria, per quæ tandem ad rixas & strages pervenitur. *Primò jaciuntur contumeliæ, inter iratos* inquit S. Basil. *& sic durant donec contumeliæ, sicuti sagittæ deficiunt; deinde omni contumelia per linguam consumpta, ad manus venitur, & pugnam, ira namque certamen excitat, certamen vero convitium, convitium, verbera, hæc vulnera, ex quibus & mortes sæpe sequantur.* S. Jacobus Apostolus de lingua nostra non refrenata inquit, quod sit *universitas iniquitatis* Homo enim ab ira correptus, ad blasphemias, ad imprecationes, ad perjuria, ad maledicentias, ad improperia, ad obscœnitates, denique ad hæreses, linguam suam laxat. Œcumenius enim verba illa: *Omnis amaritudo*, explicans inquit: *Amaruletur vocat præparationem ad iram, tumor autem iræ generativus est, ex ira vero procedit vociferatio, & ex hac maledicentia sive convitium. Hæc igitur omnia tollantur à vobis, non dicit cohibeantur, aut puniantur, sed omnem eorum significans ablationem, tollantur, inquit, cum omni malitia, quandoquidem enim nonnulli sunt homines more canum clam mordentes, qui neque vociferantur, neque manifestam faciunt iram, sed in animo eam servantes, data occasione ulciscuntur se de eo qui contristavit.*

Lingua hominis iracundi prorumpit in Verba injuriosa.

S. Basil. Hom. de ira.

Jacobi 3. 6.

Œcumen. Ephes. 4.

Theophil. Ephes. 5. Ira assimilatur igni.

7. Theophilactus circa illud verbum: *Amaritudo*, ita scribit: *Est occulta inflammatio, dolus, prava suspecto ad malefaciendum præparata.* Ira enim igni assimilatur, siquidem de eo qui ad vitium proclivis est, dici solet: Facile ab igne apprehenditur, unica autem ignis scintilla, ad ingens excitandum incendium sufficit, ita quoque unicum verbum iracundum ad innumeras & irreparabiles rixas parjendas abunde valet. Unde Ecclesiasticus ait: *Certamen festinatum incendit ignem, & lis festinans effundit sanguinem, & lingua testificans adducit mortem, si sufflaveris in scintillam, quasi ignis exardebit.* Natabilus non legit *certamen concitatum*, sed *ira concitata accendit ignem.*

Eccli. 28. 13.

Natabil.

Hug. Card. ib. Quæ verba Hugo Card. ita exponit: *Certamen festinatum, id est, cito prorumpens ad opprobria, & convitia, incendit ignem iracundiæ & furoris.* Seneca libro

Senec. lib. de ira cap. 1. primo loco *hunc præcipuè affectum, maximè ex omnibus tetrum ac rabidum recenset, quod licet, exteris aliquid quieti placidique inest, hic totus concitatus, & in impetu sit armorum, sanguinis, suppliciorum, minimè humana fervens cupiditate.* S. Antonius de Padua circa facilitatem, qua invidi ad contumelias & improperia prorumpunt, hanc habet considerationem, quod scilicet *iracundi, & impatientes, non sint triticum, sed hordeum, quod longas, & pungitivas aristas habet, scilicet odij, rancoris, & contumeliarum, quando iracundus acuit, ut gladium linguam suam.*

Ira est ignis.

S. Anton. de Pad. ser. in fer. 5. post 3. Dom. Quad.

8. Ecclesiasticus inquit: *Cum iracundo non facies rixam, & cum audace non eas in desertum, quoniam quasi nihil est ante illum sanguis.* Iracundus enim & furiosus, tam parvi facit sanguinem fundere, quam aquam, quia sanguis præ ira bulliens, ad vulnera hominem extimulat & strages, imo ad mortem usque adversarium persequitur, maxime si in loco solitario constitutus sit, ubi nemo se iræ ipsius interponere possit, ibi namque ferocior est & truculentior; & ideo Sapiens subdit: *Et ubi non est adjutorium elidet te.* Tigurina legit: *Quoniam homicidium pro nihilo ducet, & ubi nihil est opis prosternet te.* Syriaca vertit: *Quoniam despicabilis est sanguis tuus in oculis ejus, & nisi habeas liberatorem occidet te.* Porrò S. Antonius de Padua, contra illos qui iram suam per verba contumeliosa evomunt in quodam sermone ad febres alludens, ita scribit: *Quædam procedit ex inflammatione, & accensione choleræ. Hæc notat peccatum superbiæ & iracundiæ. Nota quod quando ignis non potest evaporare, & ipse non subministratur materia, quam absumit, crudescit in seipsum sic iracundus creparet, nisi evaporaret & respiraret per verba contumeliæ. Nota quod tales sunt proprietates serpentium, qui propter abundantiam veneni in capite, non cessant linguam movere, & habent linguam nigram, & acutam; propter abundantiam veneni in capite, id est in mente, & in corde, portant rancorem, & odium, & superbiam; Lingua nigra locutio prava & acuta, quia pungunt & penetrant.*

9. S. Gregorius alium quemdam recenset pestimum iræ effectum, inquiens: *Per iram concordia rumpitur, sicut scriptum est: Vir animosus parit rixas, & vir iracundus effundit peccata, iracundus quippe peccata effundit, quia etiam malos quos incaute ad discordiam provocat, pejores facit.* Alcuinus Caroli Magni præceptor, virtutibus & scientia celeberrimus, de ira, quæ tristitiam comitem habet, differens inquit: *De tristitia quæ oritur ex ira, nascitur malitia, rancor, pusillanimitas, desperatio, torpor circa præcepta, vagatio mentis extra illicita.* Et in libro *de virtutibus & vitijs* diffusius ita scribit: *Ira una est de octo vitijs principalibus, quæ si ratione non regitur in furorem vertitur, ita ut homo sui animi impotens erit faciens quæ non conveniunt. Hæc enim si cordi insederit, omnem eximit providentiam, nec judicium rectæ directionis inquirere, nec maturitatem consilij habere poterit, sed omnia per præcipitium quoddam facere videtur, de qua, id est ira, pullulat tumor mentis, rixa, & contumelia, clamor, indignatio, præsumptio, blasphemia, sanguinis effusio, homicidia, ulciscendi cupiditas, injuriarum memoria.* S. Bonaventura iracundum apto similem his verbis dicit: *Iracundus similis est apro, nam sicut aper ex furore impingit, & currit contra gladium, sic iracundus currit ad peccatum, scilicet contentionem, injuriam & homicidium.* Hugo Cardinalis observat, quod Ecclesiasticus cap. 28. iram inimicitiæ conjungat, dicit enim: *Ponit tres partes iracundiæ & inimicitiæ. Prima quærere ultionem, sive se velle vindicare; secundo movere lites, quas ira semper vel comitatur vel generat. Tertia contumelijs, vel detractionibus deservire.* Paulus de Palatio super illa verba ejusdem Ecclesiastici: *Ira & furor, utraque execrabilia sunt*, ita scribit: *Utrumque est execrabile monstrum.* Tigurina legit: *Vir scelerosus his est obnoxius* Tandem D. Chrysostomus ad hoc propositum inquit: *Fons & radix cædis est furor & iracundia.*

Alcuin. l. de div. off. c. 31.

Idem lib. de virt. & vit. cap. 31.

Iracundus assimilatur apro.

S. Bonav. in diæta salut. tit. 1. de pec. cat. cap. 5.

Hug. Card. in Eccli. 28. 23.

Paul de Pal. Eccli 27

D. Chrys. t. 5. de ver. Apost. 2. Cor. ser. 24.

DISCURSUS III.

ARGUMENTUM.

Ira ab homine aufert humanitatem, feræque illum similem imò pejorem efficiens, omnes rumpit honesti limites, & in quævis præcipitia proturbat.

THEMA.

Furor illis secundùm similitudinem serpentis. Ps. 57. v. 5.

1. David mitis & supra modum patiens (qui proinde dicebat: *Memento Domine David & omnis mansuetudinis ejus:*) De furore hominis iracundi discurrens, eumdem serpenti assimilat, quia omni se humanitate exuit, & tamquam bestia ferocire incipit, quisquis iræ in prædam cedit. Unde S. Basilius ait: *Quando semel iræ perturbatio meniem præcipitans imperium animæ sumpserit, hominem penitus in feram convertit, nec hominem, qui rationis sit compos esse sinit.* Idem quoque in oratione quadam *de ira & inimicitijs* idipsum confirmat, dicens: *Cum iracundia rationem depulerit, & dominatum animæ occupaverit, hominem penitus efferat, nec amplius hominem esse sinit, quod enim bestijs, quæ venenum emittunt, est venenum, hoc hominibus exacerbatis est ira. Insaniunt tamquam canes, impetum faciunt ut scorpiones, mordent velati serpentes.* Hunc eumdem canis titulum & similitudinem Sanctus Bonaventura quoque eis impingit dum ait: *Homo iratus fugiendus est, sicut canis rabidus, & leo concitatus.*

Ps. 31. v. 1. Homo iratus similis est bestiæ, & Cain rabido.

S. Basil. orat. 9.

S. Basil. Hom. de ira.

S. Bonav. in diæta salut. tit. de peccat. c. 5.

2. Origenes Herodem tribus Magis qui juxta conventionem non redierunt ad ipsum, ut nuntium novi regis nati ad eumdem deferrent, iratum manusq; suas in strage innocentum cruentantem, considerans quamdam adducit canum proprietatem, inquiens: *Magos se deludentes apprehendere quarens, nec potens, ut eos more canum, si fieri contigerit, dentibus discerpsisset suos, & nullo modo repertens, malitia canum rabidorum ad alios lacerandos conversa est, ut suæ saltem faceret iracundiæ. Vel iterum sicut canis insanus saxo percussus, dum percutientem sequi non prævalet, ad ipsum furore*

Origen. in diver Hom. 3. Profectio ejusdem similitudinis.

furore convertitur lapidem, quem pedibus dentibusque dissipare perquirit: Non aliter Herodes sua præcipitatus iracundia, jolstoque insanæ suæ mentis furore in infantium cædem versatus, & conciliatus est. Commentator Nazianzeni similiter iracundos bestijs & feris assimilans inquit: *Cum molestus sermo aut actio, aut etiam suspicio incitarit, aut sanguis eorum circum cor inferbuerit, repente est eos cernere, in apros, aut canes, aut pardos, aut aliud quoddam hujusmodi ferarum genus præ animi concitatione atque iracundia mutatos.* S. Nilus de ira scribens, hominem illius impetu percitum omnem humanitatem excussisse his verbis inquit: *Cum in tot ac tanta mala eum, quem semel invasit, conjiciat, miserandum in modum ei humanitatem omnem exuit.*

Elias Cret. ora. 4. Naz.

S. Nil. de octo vitior cogit. de ira.

3. Spiritus S. hominem vehementia iræ correptum describere volens, de Jasone summo sacerdote, licet tam sublimi ministerio indigno, inquit: *nihil quidem habens dignū sacerdotio, animos vero crudelis tyranni, & feræ bellue iram gerens.* Bellovacensis rationem assignat, cur ira naturæ opponatur dictamini, inquiens: *Hoc vitium maxime videtur contra naturam, cum homo sit animal mansuetum natura, quod manifeste patet ex hoc, quod natura non armavit hominem cornibus, nec unguibus, nec dentibus, sed dedit ei minores ungues, & dentes, quam alicui animali suæ quantitatis, nec dedit ei rictum, sed risum.* S. Nilus in oratione de ira ita scribit: *In corde iracundo & perturbato feræ nidos efficiunt.* Chrysostomus pariter iram feram his verbis appellat: *Ira fera est vehemens, & furibunda.* Et in homilia 4. super S. Matth. Hominem iracundum sequenti argumento perstringit: *Illæ quamquam naturaliter sæviant, si humana tamen arte palpentur, plerumque mansuescunt, hic autem qui illarum profecto naturalem sæditatem, in eam quæ contra naturam est mansuetudinem sæpe commutas, quam babebis excusationem? Leonem quidem mitigas, reddisque tractabilem, furorem vero animi tui omni prorsus effugis leone sæviorem? Et cernere cum ibi sint duo impedimenta vel maxima, quod fera ipsa & ratione privatur, & longe omnium alterius generis animalium excedit furorem, tu tamen de copia à Deo tibi donatæ sapientiæ ipsam superas arte naturam. Qui igitur naturam vincis in bestijs, cur in temetipso cum natura etiam voluntatis bonum prodidisti? Si te, ut alium hominem mansuefaceres, juberem, nihil hic quidem impossibile videres imponere quamquam excusare posses, non te esse Dominum voluntatis alienæ. Nunc vero tua hæc propriè fera est, & sui certissime jure domineris. Quam igitur habes apologiam, quemve reperies honestum excusationis colorem, qui cum solerti studio hominem quodammodo facias de Leone, tu tamen negligens leo efficiaris ex homine?* Superius ex sententia S. Bonaventuræ hominem iratum Leoni similem diximus; qui idipsum ex textu illo Geneseos probat, in quo Esau ob præreptam sibi à Jacob benedictionem paternam, contra eumdem iratus & exacerbatus verbis describitur. *Irrugyt clamore magno.* Rugitus enim Leoni proprius est, qui cum calidissimæ sit complexionis, continuaque quasi febre laboret, & plus alijs feris iræ subjectus sit, utpote copiosiorem circa cor sanguinem habens, efficitur ut mira cum proportione iracundus leoni assimuletur.

Ira est vitium contra naturam. Bellovac. Spec. Mor. l. 3. part. 5. dist. 2.

S. Nilus ora. de ira. Chrys. hom. 47. in Joan. Idem Hom 4. in Matth.

Et fera pejor.

Similis Leoni. Gen. 27. 34.

4. *Furor illis secundum similitudinem serpentis.* Euthymius de serpente inquit: *Ajunt serpentem, ubi in aliquem cæperit furere, numquam iram, aut furorem deponere, donec venenum intulerit, aut rabiem mors ademerit. Furor æque igitur his implacabilis est, perseverant enim irati.* Pari quoque modo homo iratus & exacerbatus nullum habet inundantis furoris sui frænum, nec limitem, nec marginem. Et ideo Sapiens hunc ei titulum attribuit: *Etumpens furor & impetum concitati ferre quis poterit?* Quæ verba Cajetanus ex Hebræo ita adducit: *Crudelitas iræ*, ac demum subjungit: *Crudelitas attribuitur iræ, inundatio furoris. Furori attribuitur pejus quam crudelitas, videlicet inundatio, hæc est impetus, & sævitia admittat impetus aquarum inundantium, quæ eradicant arbores, & occurentia omnia mala non solum submergunt, sed transportant, homines enim furore alti destruant omnia promiscuè.*

Psl 57. v. 5. Euthym. ibid. Et serpenti furioso.

Prov. 27. 4.

Cajet. ib.

5. In Deuteronomio legimus Deum populo suo præcepisse ut existentes in terra promissionis nonnullas deputarent civitates, quæ civitates refugij appellarentur. In quas se recipere possent omnes illi qui alienum sanguinem licet infeliciter & contra voluntatem suam effudissent, ut vero quænam causa Deum ad hoc movit, ut præciperet in hasce se civitates recipere, & ad salvandam vitam confugere licet innocentes essent? Oleaster inquit: *Admonentur homines, qui alios non sponte offenderunt, eorum fugere conspectum, ne præsenti dolore commoti, vindictam ex innocentibus sumant, homines enim vehementi ira affecti solent non discernere, quid justum, aut injustum sit,* S. Basilius iræ affectum inundantis torrentis similitudine his verbis exponit: *Quemadmodum torrentes ad curva loca decurrentes, secum obvia quæque trahunt sic & iratorum impetus violenti & instabiles omnia similiter percurrunt atque obruunt.* Legatur Cap. 22. libri 1. Regum: ibi namque reperietur, quod Saul iratus, eo quod Abimelech Sacerdos Davidi in Nobe hospitalitatis jura exhibuisset, sine ullo ministerij sacerdotalis, rationis vel justitiæ respectu, per inauditam crudelitatem 85. alios sacerdotes trucidari fecerit, neque hoc contentus. *Nobe autem civitatem sacerdotum percussit in ore gladij, viros, & mulieres, & parvulos, & lactentes, bovemque & asinum, & ovem.* Et tamen idem Abimelech paulo ante Sauli suggesserat dicens: *Quis in omnibus servis tuis sicut David fidelis, & gener Regis, & pergens ad imperium tuum, & gloriosus in domo tua?* nec mirum, hanc enim Seneca inter iram & alia vitia assignat differentiam, quod *cætera vitia impellunt animam, ira præcipitat, non secus quam fulmina, procellaque.*

Oleast. ibid.

S. Basil. hr. de ira.

Ira est torrens inundans.

1. Reg. 22. 19.

Ibid. v. 14.

Senec. lib. 3. de ira. c. 1.

6. Proprijssima nullique non notissima est illa D. Chrysostomi similitudo, qua immoderatum iræ impetum in hæc repræsentat verba: *Quomodo importata quædam sævissima, & immanissima bellua, quamdiu quidem continetur in factis carceribus, etiamsi efferatur & vociferetur, neminem poterit lædere, quando vero iræ dominatus invaluerit, perfractisque, quæ interjecta erant, repagulis, & poterit exilire, omni tumultu, & conturbatione replet civitatem, & omnes abigit. Ita etiam in ibi, quamdiu quidem continetur suis finibus, nobis non magnum facit malum, postquam autem rupta est quæ eam continebat membrana, nihil vetat quo minus de cætero in universam diffundatur naturam.* Author operis imperfecti adversus Herodem qui innocentes interfecit, longum texit discursum, & inter alia ait: *Sicut fera bestia habens naturalem asperitatem, si ab aliquo fuerit vulnerata, naturalem crudelitatem ejus duplicat ira dolorus, & quasi cæca furore, jam non aspicit vulnerantem, sed quicumque ante oculos ei occurrerit, sive homo, sive alterum animal, quasi authorem vulneris sui dilaniat, sic & ille delusus à Magis, iram suam super parvulos effundebat.* Paulo post impium tyrannum his verbis interrogat, *quid agit insensata ira tua Herodes? si non credis verbis quæ Magi dixerunt de Rege futuro, quare sine causa insanis in pueros? Si autem credis verum esse quod dictum est de puero, & de stella, iterum dico quare sine causa insanis in pueros?* Et tandem per verissimam hanc sententiam concludit inquiens: *Ira non potest habere consilium; in præcipitium namq; se abripi sinit impetum & furorem suum consectans.* Idem S. Doctor alibi ad Herodiadem & ad filiam ejus, quæ tanta cum crudelitate ab altero Herode caput postularunt Baptistæ: inquit: *Rursus furit Herodias, rursus perturbatur, rursus saltat, rursus quærit caput Joannis scelerate ab Herode amputari. Mihi quidem videtur nullas esse in mundo feras quæ possint comparari cum irata muliere, Danielem in lacu Leones sunt reveriti, justum autem Naboth Jezabel occidit, corvi Eliam in monte aluerunt, Jezabel post beneficium persequebatur ad necem; Dracones & aspides Joannem formidarunt, Herodias autem ipsum in cœna interfecit.* Elias potestatem habuit super mortem resuscitando defunctos; super elementa, quæ nutibus ejus obediebant, super volucres, quæ obsequiose ei prandium ministrabant, & tamen mulieris cujusdam iræ indomitæ subjectus fuit, timensque ne ab ea occideretur, per quadraginta dies & noctes ambulavit per montium præruptu præcipitia, montium inaccessibilia ascendit juga, præcipitesque torrentes expedite trajecit, & tamen *Elias timuit mulierem, qui pluviam orbis terræ gestabat in lingua.* Unde D. Chrysostomus de ira ita concludit: *Fera est, quæ non potest cicurari. Scio aspides blanditijs mansuefieri, & leones, & tygrides, & pardos cicures fieri, & mites; mulier autem insanit*, quia ut Ecclesiasticus inquit: *Non est caput nequius super caput colubri, & non est ira super iram mulieris, commorari leoni, & draconi placebit.*

D. Chrys. Hom 15. Est immanis bellua.

Aubr. Imp. Hom. 2.

Ira omnia agit sine ratione & consilio, quod patet in Herode.

D. Chrys. cit. metaph. in decoll. S. Joan. Baptist.

Furor iræ mulieris, maximus est. 3. Reg. 19.

Eccli. 25. 28.

7. Ira quoque viri non minus est furiosa quam ira mulieris. Id quod S. Joannes Chrysostomus authoritatem S. Cyrilli citans, docet dum interrogat, *quæ nam bellua ita sæva & truculenta est, ut homo iracundus?*

Ira viri non minus truculenta quam mulieris.

dus? Imo teste Valerio Maximo Alexandrum Deorum numero adscripissent gentilitas, nisi a furore suo se vinci permisisset, quo agitatus, suis etiam charioribus optimeque meritis mortem intulit injustam. Ita Lisimachum Leonibus objici fecit, Clitum hasta perfodit, Callisthenem ferro jugulari jussit; quibus permotus sceleribus Seneca ait: *Hoc est Alexandri crimen æternum, quod nulla virtus, nulla rerum felicitas redimet; nam quoties quis dixerit, occidit Persarum multa millia, opponetur, & Callisthenem, &c.*

S. Joan. Dam. lib. 3. par. cap. 3. Valer. Max. l. 9. c. 3.

Senec. lib. 3. nat. q. cap. 23.

8. S. Cyrillus Alexandrinus iracundum saxo in præceps ruenti comparat dicens: *Quemadmodum enim si lapis in præceps eat, & contra omne quod invenit impetu fertur, ita etiam asper & audax si ferocitatis & furoris vim ferat, à nullo vel verbo vel opere abstinebit, Deum etiam sicut hominem linguæ suæ immoderantiâ & iræ impotentia invadet.* Et S. Isidorus Pelusiota iracundum vino, quod superflue potatum ebrij conturbat caput, comparat dicens: *Quemadmodum vinum cum ultra satietatem infunditur, omnes sensuum meatus, ac cerebri membranas implet, mentemque in dementiam convertet, ad eumdem modum iracundia extra metas suas prosiliens, mentem temulentam reddit, eam videlicet furore afficiens.* Ad quem eumdem effectum se reflectens S. Antoninus dum hominem furore agitatum considerat, inquit: *Ira turbat animum, adeo, ut si totus mundus silo teneretur, iratus frangeret, non curando de mundi totius destructione, ut satisfaceret iræ suæ.* Quod si quis hujus ebrietatis iræ aliquod desideret videre exemplum, consideret id ipsum quod de Cajo Caligula recensetur; hic enim Imperator exijstens cum pretiosissima ingenti pompa sumptuumque dispendio præparasset spectacula, eodem vero die quo exhibenda erant, continue de cœlo decidentes pluviæ, tonitrua, & fulgura omnia ejus destruxissent consilia, indignatus acerbissimè ipsummet Jovem in duellum provocavit, dicendo cum Homero, *aut tolle me, aut ego te.* Magnis quoque injurijs Jovem afficit, suis namque militibus ut suas in cœlum sagittas evibrarent præcepit, licet hæ in terram recidentes magnam in populo stragem effecerint. *Ob iram enses acuitur*, inquit Basilius, *mors homini ex homine venit, fratres inter se ignorantur, parentes ac liberi naturæ oblivisscuntur, sed ante omnia seipsos haud agnoscunt irati.*

S. Cyr. Alex. lib. 6. com. Julian. Iracundus similis est saxo cadenti in præceps.

S. Isidor. Pel. lib. epist. 479. Et Vino superflue potato.

S. Anton. 2. p. tit. 7. c. 1. §. 3. Mirabile exemplum Cajj Caligulæ.

S. Basil. hom. de ira.

9. In quadam historia Patavina funestus hic legitur eventus, de duobus antiquæ & nobilis familiæ fratribus, *ex familia nimirum Liminæa Patavinæ antiquissima.* Dum enim sub intempesta nocte vice quadam foris extra domum consistentes, cœlum suspicerent stellatum, unus eorum dixit, utinam tot boves haberem quot in cœlo sunt stellæ, alter vero ex joco subjunxit: Utinam cœlum pratum quoddam esset, & in mea proprietate & dominio positum, in quo tu votivos hosce boves tuos pascere cogereris. Subjunxit alter, in tuone prato ego boves meos pascam? Respondit ille? Quid si ego nollem? subdebat alter etiam te invito illos in pascua tua ducerem. Itane inquit alter, in meum despectum hoc faceres? tandem joco in furorem mutato, à verbis ad verbera, à verberibus ad enses deventum fuit, quibus unus alterius viscera transegit. Longè deplorabilior est alter quidem casus qui nostro hoc contigit seculo, si authori illum referenti fidem habere volumus. *Audi igitur quod nostris de facto contigisse ævo nostro, inquit ille. Quidam ira quasi furia infernali agitatus, cum in hostem incidisset, pedibus suis terebat diu prostratum, quasi deliberando quanam via, furori & odio concepto satisfacere posset. Tandem urget ut Deum abneget, alioquin mucrone jam jugulo incumbente se illum confessurum esse asserit spem autem evadendi ei dabat, si modo abnegaret. Hærebat ille sub pugione trepidus, & mortem horrebat imminentem, quam sperans evadere, & peccatum postmodum pœnitentia diluere, in Dei abnegationem ore sacrilego prorumpit, verum id malo suo æterno & irrevocabili. Mox enim eum alter perfodit, ubi abnegationem extorsit, hancque adjecit consolationem Satanicam. Jam tandem satiabor, jam in eo me solabor, quod tibi non solum corporis sed & animæ perennem salutem ademerim.* In vita Divi Chrysostomi de Eudoxia Imperatrice referrur, quod cum Sancto huic Episcopo irata esset eumdem hæreseos coarguere conata fuerit, ut in exilium ipsum proscribere posset, hoc igitur fine Epiphanium Episcopum Cypri partibus suis adscisceret sategit, qui dum illam hortaretur ut se cum S. Doctore reconciliaret, illa rabie & furore plena respondit: *Nisi tu Epiphani adjuveris, ut Joannes exilio malefaberis, ego clausa idolorum templa aperiam, omnibusque ea adoranda proponam.* Vides igitur, quod nullum sit adeo profundum impietatis barathrum, in quod homo iracundus se præcipitem non agat, cholera ei prædominante.

Horrendum ejusdem exemplum. Hen. Pastor. de ira prodict. Tuba Sacerd. tr. 6. lect. 3.

Aliud Eudoxiæ Imperatricis.

DISCURSUS IV.

ARGUMENTUM.

De turpi & deformi iracundi specie, quam in vultu, motibus, alijsque exterioribus operibus præ se fert, quibus se amentem esse ostendit.

THEMA.

Impij autem quasi mare fervens, quod quiescere non potest, & redundant fluctus ejus in conculcationem, & lutum. Isa. 57. v. 20.

1. TAmetsi cujuslibet impij cor velut mare sit tempestuosum, per hunc tamen loquendi modum, & adductam similitudinem homo iracundus præ cæteris vivacius delineatur, de iracundis namque Procopius adductum Isaiæ textum ita exponit: *Animi fluctuationem patientur, maris instar, seipsos ulcifcentes, quod quos fluctus ad litora tradit, assidue parit quidem, sed eorumdem in se reflexionem rursum pati cogitur.* Homo enim cholericus per continuum fluxum & refluxum, ex ore spumam emittit, è faucibus & inundante ac amaro corde injuriosorum, obscœnorum, maledicorum & blasphemorum verborum sordes evomit, nec tamen propter hoc ira ejus extinguitur; unde in Hebræo legitur: *Numquam non stercus, & lutum projiciant.* Et ideo de illis cum S. Juda Apostolo dicere licet, quod *sint fluctus feri maris, despumantes suas confusiones.* Quod si verum est, quod, *ex abundantia cordis os loquitur*, observetis velim quales homo iracundus præ se fert motus, gestus, verba, aliosque actus exteriores. *Perturbatio iræ*, inquit Bellovacensis *usque ad exteriora membra producatur, & maximè ad illa membra, in quibus relucet expressius vestigium cordis, sicut in oculis, & in facie, & in lingua.*

Iracundi assimilantur pestuosis fluctibus maris. Procop. ibid.

Jude 1. 13.

Bellovac. Spec. mor. l. 2. p. 1. dist. 33.

2. S. Bonaventura tria observat effrænem hanc passionem concernentia: *De ira* inquit, *nota specialiter tria: Scilicet odiosam ejus effigiem, ejus ruinosam perniciem, & ejus vitiosam propaginem.* Plutarchus ingeniosam nostroque proposito congruam habet reflexionem; dicit enim, quod ficut infirmitas illa supra modum maligna esse censetur, quæ vultum infirmi adeo deformat, ut amplius agnosci non possit, ipsum eumdem esse qui antea erat, nec ex voce, nec ex gestibus, nec ex facie, eodem modo in cognitionem malignitatis iræ venire possimus ex eo, quia scilicet hominem cholericum interius & exterius adeo transformat, ut vix agnosci possit, an sit idem qui antea erat. *Nulli certè affectui pejor est vultus*, inquit Seneca, *habet enim vultum asperum, & acrem, & nunc subito retrorsum sanguine fugato pallentem, nunc in os omni colore & spiritu verso subrubicundum ac similem cruento, venis tumentibus, oculis nunc trepidis, & exsilientibus, nunc in uno obtutu defixis, & hærentibus. Atque dentium inter se arietatorum, & aliquem esse cupientium, non alium sonum, quam est apris tela sua attritu acuentibus. Adjice articulorum crepitum, cum se ipsæ manus frangunt, & pulsatum sæpius pectus anhelitus crebros, tractosque altius gemitus, instabile corpus, incerta verba subitis exclamationibus, trementia labia, interdumque compressa & dirum quiddam exsibilantia. Ferarum mehercules; sive illos fames exagitat, sive infixum visceribus ferrum, minus tetra facies est, etiam cum venatorem suum semianimes morsu ultimo petunt, quam hominis ira fragrantis.* Obtulit quondam se nonnemo ad dandum huic morbo curando efficacissimum remedium hoc nimirum quod Vespuccius ex America secum attulit, nimirum vivam quamdam hominis cujusdam iracundi effigiem, cui malum hoc nares corroserat, eumque in monstrum quoddam horribile transformarat. Etenim ad iram & furorem abominabilem reddendam nullum est efficacius antidotum, quam si quis gestus, motus, vultumque horrendum hominis iracundi attente consideret; nam ut D. Chrysostomus ait: *Quem tenet ira, ebrius est; similiter & huic turget facies, vox fit asperior, oculi fiunt sanguinolenti, mens obtenebratur, prudentia submergitur, lingua tremit, oculi intorquentur, aures alia pro alijs audiunt.* Seneca nonnullis ad refrenandum furorem profuisse scribit, quod semetipsos ira efferves-

S. Bonav. in dicta salut. tit. de pecc. c. 5.

Plutarc. de cohibenda iracundia.

Ira dignoscitur ex vultus deformitate.

Seneca lib. 3. de ira cap. 4.

Ad iram compescendam multum juvabit considerare hominis irati effigiem.

D. Chrys. hom. 39. ad vers. Judæos. 5.

centes

centes in ſpeculo conſiderarint. *Quibuſdam*, ut ait Sextius, *iratis profuit aſpexiſſe ſpeculum, perturbavit illos tanta mutatio ſui, velut in rem præſentem adducti non agnoverint ſe.* S. Ephrem eorum qui ab aſpide morſi ſunt ſimilitudinem his verbis adducit: *Sicut venenum aſpidum ita ſe habet iracundia, quoniam & formam atque aſpectum immutat, & mentem conturbat, & nervos diſſolvit, & ad operandum imbecillitatem affert.* S. Nilus ſimiliter ad deformitatem vultus hominis cholerici ſe reflectens ait: *Etiam efficit ut turpiter & indecore ſe homo gerat.* Seneca hanc eamdem exteriorem faciei turpitudinem pluribus in locis memorat: *Nihil æque profuit*, inquit, *quam primum intueri deformitatem rei, deinde periculum. Non eſt ullus affectus faciei turbatior. Pulcherrima ora fœdavit, torvos vultus ex tranquilliſſimis reddidit, ligait decor omnis iratos.* D. Chryſoſtomus pariter nullam dari poſſe odioſiorem deformitatem cenſet, quam ſi quis oculos in quemdam ira efferveſcentem defigat. *Vir iratus*, inquit, *immodeſtus eſt. Nihil turpius aſpectu irati, nihil viſu gravius, quod ſi aſpectus, multo magis anima.* Seneca hominem furibundum his verbis deſcribit: *Sive amictus illius compoſitus ſit ad legem, attrahat veſtem, omnemque curam ſui effundit. Si capillorum natura, vel arte jacentium non informis eſt animus, cum animo inhorreſcant, tumeſcunt venæ, concutitur crebro ſpiritu pectus, rabida vocis eruptio colla diſtendit; tunc artus trepidi, inquietæ manus, totius corporis ſtactutio, qualem pœnas intus eſſe animum, cujus extra imago tam ſæda eſt; quanto illi intra pectus terribilior vultus, acrior ſpiritus eſt, intenſior impetus, rupturas ſe niſi eruperit?* S. Baſilius in Homilia de ira hominem iracundia exaſperatum in hunc modum delineat dicens: *Superne accenſa facie alio aſpectu viſendum exhibet iratum, eam formam quæ omnibus conſecta eſt & nota, quaſi larvæ quadam, ut in ſcena fieri ſolet, prorſus immutans? oculi conſueti non apparent, ſed ignei micantesque, dentes acuunt, veluti ſues graſſantes, vultu ſunt liventi, ſanguine ſuffuſo. Oris tumore increbeſcente, venæ obturbati intra viſcera Spiritus anguſtiam diſrupta. Vox aſpera & intenſa, ſermo inconſtans, & confuſus, ac temerè cadens, nec concinne, nec ſignificanter; ne ex parte quidem prolatus.* Et in alia quadam homilia de hoc eodem vitio ita ſcribit: *Quisque ſibi ex ſcripturis morbo ſuo convenientia ſumat. Iracundus es? cohibe iram, vir iracundus, inquit, turpis eſt; diſce ex hac ſcriptura, ſit vultui tuo ſpeculi vice, nam impia cogitatio mentem ut tenebrans non ſinit agnoſcere quale ſit ira peccatum; ſcriptura vero tibi dicit: Vir iracundus turpis eſt. Quomodo turpis eſt? decorem namque & humanam quaſi figuram amittit, feræ ſpeciem induens.*

3. Ita binis vicibus Rex Nabuchodonoſor aliam legitur ab humana induiſſe figuram, quando ſcilicet ut beſtia paſcebatur in deſerto, & quando contra tres pueros, ſtatuam ejus adorare recuſantes, iratus fuit, dicente ſcriptura; *tunc Nabuchodonoſor repletus eſt furore, & aſpectus faciei illius immutatus eſt.* Hinc idem S. Baſilius hominem iratum ita porro deſcribere pergit: *Conſidera paramper iratum, furit, debacchatur, immutantur oculi, turbidi ſanguineique fiunt, cor accenditur, ſanguis commovetur. Hinc videas ut aprum dentes acuentem, loqui ſæpè incipientem, ac verba imperfecta relinquentem.* Et Nazianzenus in ſacris Poëmatibus ſuis inter alia pernitioſa hujus paſſionis damna pariter annumerat ſequentia dicens: *Jam fœditatem quanta ſit quæſo vide, qualemque reddat ira, cui plagam intulit. Nam veterorum tactus eſt morbus, quaque amor odiumque mœror & livor malus. Atque in quibuſdam preſſa ſic morbi lues tenetur, ut non prorſus, aut extet parum, ac forte citius intimo in cordis ſinu liqueſcat, hominum viſibus quam ſe exerat; occulta porro poſtmodum eſt calamitas, aſt ira nudum penitus & clarum eſt malum.* Qui enim paſſionem iræ occultare vellet, non poſſet, ſiquidem illa in vultum ſtatim prorumpit & motus exteriores. Ita dum Eſau Jacobo mortem machinaretur, ſubito pellimum animum penetravit Rebecca, dicente, ſcriptura *nunciata ſunt hæc Rebeccæ.* Sed qualiter obſecro, mater in ejus poterat devenire notitiam odij, ſiquidem juxta ſacrum textum Eſau dictam deliberationem in ſuo dumtaxat corde & mente fecerat: *Dixit Eſau in corde ſuo?* reſponderi poteſt quod licet interius vindictam exordiatur iratus in corde ſuo, nihilominus eam taliter abſcondere nequeat quin non ſe exterius inſinuet, aut in vultu, verbis, geſtis, aliave actione apparente eſſe prodat. Ita & Hebræi infideles ira contra S. Stephanum excandeſcentes, *diſſecabantur cordibus ſuis*, ut ſcribit S. Lucas, ſed quod immediatè ſubjungitur, noteris velim, ſcilicet: *Et ſtridebant dentibus in eum*, quantumvis enim rabies corda eorum corroderet interius, nihilominus etiam in dentium ſe transmittebat ſtridorem,

4. Seneca prædictis iræ effectibus novos adjicit dum ait: *Quid opus eſt menſam evertere: quid poculla affligere quid ſe in columnas impingere? quid capillos evellere? femur pectusque percutere, quantam iram putas? quæ quia non tam cito in alium quam vult erumpit, in ſe revertitur?* Sanctus quoque Gregorius peſſimas iracundi qualitates ſequentibus fuſè deſcribit verbis: *Iræ fuæſtimulis accenſum cor palpitat, corpus tremit, lingua ſe præpedit, facies ignescit, exaſperantur oculi, & nequaquam recognoſcuntur noti, ore quidem clamorem format, ſed ſenſus quid loquatur ignorat. In quo itaque ab abreptitijs longè eſt, qui actionis ſuæ conſcius non eſt?* Cui ultimo aſſerto retro citroque ſubſcribit S. Baſilius dum iratum ſeu furibundum minimè ab obſeſſo differre docet in hæc verba: *Neque enim enſis acies, neq; ignis, neq; horrendum aliquod animum ira intumeſcentem ac furentem ſatis compeſcere valebit. Non magis quam à Dæmonibus detenti, a quibus irati nihil nec forma, neque animi affectu differunt.*

5. Albertus Magnus conſiderat, quod in capite 14. lib. 1. Reg. ſcribitur, ubi de Saule dicitur: *Spiritus Domini receſſit à Saul, & exagitabat eum Spiritus nequam, à Domino.* Circa hæc enim verba dicit, ira & furorem in Saule maligni ſpiritus partes expleſſe. *Spiritus Domini*, inquit, *eſt ſpiritus manſuetudinis, ſicut ipſe dicit Matth. 11. Diſcite à me quia mitis ſum; Spiritus autem malus & nequam eſt Spiritus iræ, qui exagitavit Saul, & exagitat iracundos, quia ad litteram ex fervore ſanguinis circa cor, & ex aſpiratione fellis ad ſuperiora & ex protenſione, & multiplicatione ſpirituum in ſuperiori parte corporis, incipit corpus tremere, labia habere motum inordinatum, & oculi volvuntur & rubeſcunt, naves ampliantur, quèmadmodum in proverbijs dicitur, quod iracundus ſpiritum habet in naribus, lingua balbutit improperia.* Seneca de iracundorum facie differens inquit: *Iratis quidem nulla eſt formoſior effigies, quam atrox, & horrida, qualesque eſſe etiam videri volunt.* Et in Cap. 6. l. 3. pariter de homine irato ita ſcribit: *Quis traditus dolori, & furens non primam rejecit verecundiam? quis impetu turbidus, & in aliquem ruens, non quidquid in ſe verecundi habuit, abjecit? cui officiorum numerus, aut ordo conſtitit incitato? quis linguæ temperavit? quis ullam partem corporis tenuit? quis ſe regere potuit?* Reperiuntur nonnulli, qui tametſi non loquantur, ignem tamen iræ in corde ſuo fovent. Unde S. Gregorius ait: *Aliquando ira perturbato animo quaſi ex judicio ſilentium indicit, & quo ſe foras per linguam non exprimit, intus deterius igneſcit, ut iratus quisque collocutionem ſuam proximo ſubtrahat, & nihil dicendo, quam ſit accenſus dicat.*

Alij verò loquuntur interiorem oſtendendo excandeſcentiam: *Certè extremi furoris eſt argumentum*, inquit Climacus, *cum quis apud ſeipſum ſeorſum, & ſolum verbis, & geſtibus, cum abſente, à quo moleſtia eſt affectus, depugnat & efferatur.* Cajetanus ſuper illa verba S. Pauli ad Epheſios: *Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor &c.* ita ſcribit: *Ut amaritudo referatur ad cor, furor ad impetum, & ira ad vindictam & clamor in voce comes ſingulorum.*

6. Ira quoque appellatur ſtultitia, furor, Phreneſis: Unde Seneca inquit: *Ut furentium certa indicia ſunt, audax & minax vultus, triſtis frons, torva facies, citatus gradus, inquieta manus, color verſus, crebra & vehementius acta ſuſpiria, ita iraſcentium eadem ſigna ſunt. Flagrant & micant oculi, multus ore toto rubor, æſtuante ab imis præcordijs ſanguine, labia quatiuntur dentes comprimuntur, horrent, ac ſubigantur capilli, ſpiritus coactus ac ſtridens, articulorum ſeipſum torquentium ſonus, gemitus, mugitusque & parum explanatis vocibus ſermo præruptus, & compoſitæ ſæpius manus, & paſſata humus pedibus, & totum concitum corpus, magnaſque minas agens, fœda viſu & horrenda facies, neſcias atrum magis deteſtabile vitium ſit an deforme.*

7. Sicut homo ebrius, quis ſit; extrinſecus per multos actus inordinatos & deformes oſtenditur, tales quoque ſunt illi qui choleram ſibi prædominari permittunt. Unde D. Chryſoſtomus ait: *Cogita iraſcentes & ebrios à furore, qua ſaliva non immundiora verba effiant profectò fœtidum ſpuţum eructans; & ſicut illi nullam*

tam ex præſentibus norant, ita neque hi; obumbrata eſt enim eorum mens, & diſtorti ſunt oculi: Non amicum, non inimicum, non reverendum, non contemptibilem, ſed omnes ſimpliciter vident. Ea dicunt, & faciunt, quæ ebrij furoris æſtu perciti, porro Seneca furioſos actus in quos iracundi & biliosi ſæpe prorumpunt his verbis exemplificat: *Quædam ſine ſenſu ſunt, ut librum quem minutioribus literis ſcriptum ſæpe projectimus, & mendoſum laceravimus, ut veſtimenta, quæ quia diſpliceabant, ſcidimus. His iraſci quam ſtultum eſt, quos iram noſtram nec meruerunt, nec ſentiunt?* eamdem quoque ſtultitiam paulo poſt his verbis perſtringit: *Quid eſt dementius, quam bilem in homines collectam in res effundere? atqui at his iraſci dementis eſt, quæ anima carent, ſic & mutis animalibus, quia nulla eſt injuria, niſi à conſilio profecta; nocere quidem nobis poſſunt, ut ferrum, aut lapis, injuriam vero facere non poſſunt*; Et tamen ira rabidus omnia mordet quæ ipſi offeruntur; ira enim ut Seraphicus doctor ait: *reddit hominem ſtultum, & quaſi rabidum, unde eo tempore quo homo eſt iratus, perit ratio, & humanitas in homine.*

8. S. Baſilius præcitatam ebrietatis ſimilitudinem his verbis exponit: *Ira mentis eſt temulentia, eamque à ſobrietate excutit, haud aliter quam vinum. Conſidera mihi hominem ira percitum, quam temulentus ſit eo morbo. Non eſt ſui compos, non novit ſemetipſum, non novit qui adſunt ſed velut in pugna nocturna tentat omnia, impingit in omnia, inconſiderata loquitur, non poteſt cohiberi, convitiatur, cædit minatur, deierat, vociferatur, clamore diſrumpitur.* S. Nilus de ira ait: *Iracundia canum in morem cæcas cogitationes parit*; ſicut enim canes catulos ſuos cæcos parturiunt, ita quoque cogitationes, deſideria, affectus, conſilia iracundorum cæca ſunt, omnisque luminis, vel rationis, vel diſcurſus expertia. Unde D. Chryſoſtomus ait: *Ira videre non permittit, canis eſt impudens ira.* Similiter Hugo Cardin. de hac iræ vitioſa cæcitate ait: *Ira per vitium omnino extinguit oculum mentis, ne poſſit diſcernere verum.* Quisquis autem cæco modo graditur, in quemvis ſcopulum impingit, corruitque in quodvis obvium præcipitium.

DISCURSUS V.
ARGUMENTUM.

Ira intellectum excæcat, abſorbet diſcurſum & rationem, & iratum ſtulto ſimilem efficit.

THEMA.

Ira in ſinu ſtulti requieſcit. Eccleſiaſt. 7. v. 10.

1. SApiens apud Eccleſiaſtem furorem iracundi reprimere volens, iram in pectore hominis ſtulti commorari his verbis dicit: *Ira in ſinu ſtulti requieſcit*; non dicit, quod ibi ſit *per modum tranſeuntis*, ſed quod *per modum permanentis* in ſtulto velut in centro *requieſcat*. S. Bonaventura quinque notabilia damna enumerat, quæ ab ira procedunt; quorum primum & præcipuum eſt illud quod Sapiens indicat: *Excæcat rationis oculum, nam dicitur: Turbatus eſt à furore oculus meus, id eſt*, rationis; *& per conſequens non poteſt videre iratus, quid juſtum ſit vel injuſtum.* B. Petrus Damianus in quadam Epiſtola hoc vitium deteſtans inter alias ejus peſſimas qualitates hanc quoque conſiderat: *Ira*, inquit, *reddit amentem, quæ dum exequitur, quod impatientia ſuggerit, ſemetipſam videntibus pabulum ſubſannationis exponit.* Seneca proinde iram eodem ſtultitiæ nomine deſcribit inquiens: *Nullus affectus vindicandi cupidior eſt ira, & ob idipſum ad vindicandum inhabilis, præcipitata, & amens*, S. Baſil. in homilia quadam *de ira* inquit, *momentanea quædam infania eſt ira.* Marcus Tullius nullum vitium eſſe dicit, quod propinquius accedat ad ſtultitiam quam ira: *An eſt*, inquit, *quidquam inſaniæ ſimilius, quam ira? quam benè Ennius initium dixit inſaniæ? Color, vox, oculi, ſpiritus, impotentia dictorum atque factorum quam partem habet ſanitatis?* S. Hieronymus ſuper prædicta verba thematis ita ſcribit: *Signum inſipientiæ dedit; quia quamvis aliquis potens exiſtimetur & ſapiens, ſi iracundus ſit, inſipiens arguitur.*

2. Verum quidem eſt, iram homini connaturalem eſſe, verumtamen temperanda & imperio rationis reprimenda eſt, tunc enim degenerat in vitium quando rationem ſupplantat. Unde Alcuinus ait: *Ira ſine temperamento expers eſt rationis.* S. Nilus iram fumo comparat, quod viſum excæcat, vel ad minus turbat vel offuſcat. *Ira cum ſemel pectus obſederit*, inquit, *atque exarſerit, mentem fumo obducat judicium que corrumpit, ac denique lubrica omnia & confuſa reddit: conturbatus eſt, inquit ſcriptura, in ira oculus meus.* Paulò poſt verò idem Sanctus iram nubi aſſimilat, quæ lucem & claritatem aëris ſereni obſcurat: *Ut nubes cum ſurſum effertur, tunc aërem condenſat ſic iracundiæ excitatio iracundi mentem.* Merito igitur S. Joannes Climacus hominem iracundum his verbis inſtruit: *Cœrce iram, ne mente excidas; caſtiga, & rotunde excandeſcentem animum, eſt enim inſaniæ parens, qui modum omnem excedit.* Quod ſi quis cor hominis iracundi explicare poſſet, quemadmodum pannus aliquis explicatur & panditur, ſine dubio intus præter ſtultitiam nil aliud reperiretur, teſte S. Joanne Climaco qui ait: *Si cor iracundi explicaveris deprehendes inſaniam.* S. Auguſtinus ad inordinatam hanc paſſionem fugiendam in ſermone quodam nos exhortans, his verbis utitur: *Fugiamus iram, quæ rationem ſuffocat, mentiuram Juſtitiæ ignorat, Solem juſtitiæ nejcit, amicitias rumpit, de facili aufert pacem mentis, ſapientiam calcat, ſapientes infatuat, gravitatem in Paſtoribus dilacerat.* Obſervandum verò quod primus effectus iræ quem S. Auguſtinus recenſet, ſit luminis rationis & diſcurſus turbatio, unde poſtea omne malum promanat.

3. S. Antoninus ait: *Ira inter cæteras paſſiones manifeſtius impedit uſum rationis.* In ſecunda verò parte ejusdem ſummæ, id quod in prima parte dixerat, fuſius his verbis declarat: *propter iram, omnes vires ſeu potentiæ animæ & virtutes alterantur; Nam oculus intellectus obtenebratur, quia ut ait Cato: Ira impedit animum, ne poſſit cernere verum; Unde dicit Gregorius quod cum rectior eſt in ira, non debet tunc judicare ſententialiter quia judicium rationis eſt offuſcatum, dicit enim reſtringenda eſt ſub ratione poteſtas, nec quid agendum, priuſquam concitata mens ad tranquillitatem redeat.* Porro quomodo nimia bilis rationem perturbet, Bello vacenſis his verbis declarat: *Ad Tertium, utrum ſcilicet ira impediat uſum rationis, dicendum, quod mens ſeu ratio hominis quamvis non mutatur organo corporali in proprio ſuo actu, tamen quia indiget ad ſuum actum quibuſdam viribus ſenſitivis, quorum actus impeditur corpore perturbato, neceſſe eſt quod perturbationes corporales, etiam judicium rationis impediant, ſicut patet in ebrietate & ſomno. Dictum eſt autem, quod ira maximè facit perturbationem corporalem circa cor, ita ut etiam uſque ad exteriora membra derivetur, unde ira inter cæteras paſſiones manifeſtius impedit judicium rationis, ſecundum illud Pſalmi: Conturbatus eſt in ira oculus meus.* Idem vero author in alio loco ejusdem ſpeculi moralis multos enumerat hujus ſtultitiæ effectus inquiens: *Iracundi multis ſtultitijs laborant. Primo quidem ſtultus eſt, qui illatam injuriam appetit vindicare, quia ſicut dicit Auguſtinus de aliena pœna quærit ſibi medicamentum, qui acquirit grande tormentum; ſimile eſt quaſi ſi in aqua quæreret ignem. Stultus eſt inſuper, quia potius vult morti corporis quandoque & animæ ſemper & æternæ ſe exponere, ut occidat & pariat aſenum inimici ſui, id eſt corpus, quam expectare Dominum juſtiſſimum qui ita judicabit eam de hoſte, & aſino ſimul, quod totus mundus videns admirabitur & ſatiabitur. Ira omni conſilio & diſcurſui aditum præcludit* inquit Seneca. Strabæus ſententiam Ariſtotelis ſequens, ita ſcribit: *Ut fumus mordicans oculos non videre permittit quæ pedibus adjacent, ſic iracundia oborians, rationem offuſcat, & quod bonum habitura mens fuerat à ratione, eo non ſinit ipſum iracundia ſine labore potiri ac moleſtia.* Cujus rei corroborativa varia ſunt exempla, tam in ſacris, quam profanis hiſtorijs relata, quæ iracundos in ſtultitiam incidiſſe confirmant.

4. Poſtquam Jonas datum ſibi à Deo ordinem de annunciando Ninive exterminio impleſſet, è civitate egreſſus, exitum præſtolatus eſt ſuæ prædicationis, dicente ſcriptura: *Fecit ſibimet umbraculum ibi, & ſedebat ſubter illud in umbra, donec videret, quid accideret civitati, Et præparavit Dominus Deus hederam, & aſcendit ſuper caput Jonæ, ut eſſet umbra,... & protegeret eum.* Sed quo ſucceſſu? vermis intra noctem unicam, arborem iſtam arefecit & exſiccavit, ideoque ſol & ventus urens Caput Prophetæ infeſtare cœperunt, ita *ut peteret animæ ſuæ ut moreretur*, & dixerit, *melius eſt mihi mori quam vivere.* Ecce vobis veſaniam hominis, non lachrymabatur, non vaſtæ adeo deplorabat urbis deſolationem, non innumerabilis ruinam populi, ſed mori petit, quia herba, quæ ipſi

Seneca l. de ira c. 36. Irati ſe contemplentur in ſpeculo.
S. Ephrem. de timore Dei.
S. Nilus de octo vitios. cogitat. Seneca ibid. cap. 35.
D. Chryſol. 45. in Joan. Nihil turpius aſpectu irati. Seneca ibid. cap. 35.
S. Baſil. Hom. de Ira. Accurate delineatur conſtitutio hominis irati.
S. Baſil. ho. 21. in aliqua Scripturæ loca.
Nabuchodonoſor bis aliam ab humana induit figuram. Dan. 3. v. 19.
S. Baſil. ib.
Nazian. Jambico 21. adver. iram.
Paſſio iræ nequit occultari. Gen. 27. 42.
Ibid. v. 14.
Seneca lib. 2. de ira.
Alij effectus iræ adducuntur.
S. Greg. l. 5. mor. cap. 30.
S. Baſil. ho. de ira.
Ira eſt furor & phreneſis. Seneca lib. 1. de ira cap. 1.
Alia irati hominis deſcriptio.
Seneca lib. 2. de ira c. 36.
Idem lib. 3. de ira c. 6.
Iratus aſſimilatur ebrio.
D. Chryſ. ho. 41. in acta c. fin.
S. Greg. ibid.
S. Joan. Clim. Grad. 8.
Ephes. 4. 31.
Cajet. ib.
S. Bonav. in diæta ſalutis. 1. de pecc. cap. 5.
B. Petr. Dam. lib. 4. epiſt. 17.
Seneca lib. 1. de ira cap. 9.
S. Baſil. Hom. de laud. jej.
Ira eſt temulentia mentis.
S. Nilus ora. de ira.
S. Baſil. Hom. de ira Cic.
D. Chryſ. Hom. 80. ad pp. Hug. Card. Prov. 27. 9.
S. Hier. in Eccle.
Ira comparatur fumo.
Alcuin lib. de virt. & vit. cap. 24.
Ira excæcat oculum rationis, & facit hominem amentem.
S. Bonav. in diæta ſalutis. 1. de pecc. cap. 5.
S. Nilus de octo vit. cog. de ira.
Clim. Schol. 4. ad grad. 24.
Clim. gr. 24. Cor hominis irati eſt plenum inſaniæ.
S. Auguſt. ſer. 9. ad Eraſmes.
S. Anton. p. 1. tit. 6. cap. 11. §. 1. Ira impedit Uſum rationis.
Idem 2. p. tit. 7. c. 3. §. 3.
Bellov. ſpec. mor. lib. 1. p. 1. diſt. 33.
Bellovac. lib. lib. 3. part. 5. diſt. 1. Alij ſtultitiæ irati effectus.
Seneca lib. de ira cap. 1.
Stobæus ſer. cap. 18.
Jonæ 4. v. 5. Jonas ex ira Veſanus factus eſt.
Ibid. v. 6.
Ibid. v. 8.

umbram præstabat, fuerat exsiccata. Causamne nostis? eam ipse facer textus in principio hujus capitis præmisit dicens: *Afflictus est Jonas afflictione magna, & iratus est*, ac furore tanto, ut etiam à Deo interrogatus: *Putasne bene iraseris tu... super hædera?* responderit: *benè irascor ego usque ad mortem.* Ubi Sanctus Ephrem ad Jonam conversus ait: *Cucurbita tibi nunc loco magistri efficitur, ex qua sapientiam & prudentiam addisce, tagurium abjectum quæris, & verbum fanditus evertis? ubi rectum judicium tuum ô Jona? cucurbitam civitate potiorem ducis? super vili cucurbita commiseronis affectum ostendis & in civitatem durissimum & severissimum te exhibes?*

Jonæ 4. v. 1.

Ibid. v. 4.

S. Ephr. ser. de Jona.

Naaman ex ira à Lepra curari noluit.

5. Naaman primus Rex Syriæ Consiliarius, homo cæteroquin prudentissimus, multo cum discrimine, dispendiis, sumptibus apparatibus, servis, & efficacissimis ad Regem Israël recommendatoriis literis, ut à lepra per Elisæum liberaretur, se contulerat in Samariam, indignatus autem quod sibi Propheta cum obsequio & submissione non occurrisset, incuratus domum repetiisset, nisi, dum iratus recedebat, unus eum aulicorum placasset. *Numquid non meliores sunt Abana & Pharphar fluvij Damasci omnibus aquis Israël?* ubi Sanctus Ambrosius inquit: *Sed iratus hos prætulit: Jordanem meditatus elegit, nescit enim ira mysterium.* Numquid enim maxima erat stultitia à lepra eximi nolle, ut ultionem de vana quadam ceremonia sumeret? Quam mysteriosè intermiserat Propheta? Ita & Balaam jumento infidens, dum ad instantiam Regis sui ad maledicendum pergeret populo Israël, jumentum gressus fixit, multis adigendum stimulis, quapropter sessor ira concitatus verbera adjecit verberibus, quando prodigiosè, quod auditum est nunquam, vocem asina formare cœpit humanam, moxque angelus gladio evaginato apparens visibiliter, ne ulterius progrederetur, Prophetæ minatus est severissime; hic autem præ iræ passione excæcatus, postposito angelo, cum jumento discurrere cœpit; Quæ autem irrationabiliter excogitari potest insania, quam Angelum postponere asinæ? Bene itaque B. Laurentius Justinianus inquit: *Nihil prorsus sic statum mentis everit, velut conturbans furor. Est quidem animi passio subversio naturæ, deshonestatio hominis.* Et paulò post subdit: *Nullum sanum consilium, nulla matura potest esse deliberatio, ubi iræ passio dominatur, perclitatur ratio, inebriatur cor, incomposita verba prosiliunt, immutatur facies, lumen oculorum præsente furore caligat.*

4. Reg. 5. v. 12

S. Ambr. lib. 2. in Luc. cap. 4.

Num. 22. v. 24. Balaam ira excæcatus, Angelum non vidit; & cum jumento suo expostulabat.

B. Laur. Just. de casto connubio cap. 10.

Job 5. v. 1. Iratus non simpliciter, sed veraciter dicitur stultus.

6. Imò Job iracundum non modo stultum, sed veraciter stultum appellat, dum ait: *Verè stultum interficit iracundia.* Quemadmodum enim amens haberetur, qui ut indusium inimici laceraret, propria discerperet viscera, ita quoque stultus est, qui contra proximum ferocit, suæ namque animæ mortem infert, & damna insuper majora contra se agglomerat, quam contra proximum, quemadmodum patet in Saule, David enim Regni Saulis fulcrum erat, ejusque Sceptrum per gloriosam de Goliath victoriam stabilierat; ipse Saulem à vicinis, qui potentes erant defendebat inimicis, cum à Spirituum malignorum liberabat tyrannide, quin & gener regius evaserat; & nihilominus livore irritatus atque ira Saul mortem continuo machinabatur Davidi: *Iratus est Saul.* Ecce vobis ipsissimum malum quod iracundum cerebro privat. Quem in finem Bellovacensis illum insuper Proverbiorum textum (*qui impatiens est, exaltat stultitiam suam*) adducit inquiens: *Per impatientiam non solum in signa vel verba, verum & in opera fatuitatis prorumpit, sicut sapiens Prov. 14. Impatiens operabitur stultitiam, turbatus enim per impatientiam multa facit, quæ nullo modo faceret serenatus.*

Patet exemplo Saulis, irati in Davidem.

1. Reg. 20. v. 30. Prov. 14. 29. Bellovac. spec. mor. lib. 5. p. 5. dist. 1.

7. Seneca celebre quoddam pro eodem intento factum de Cyro memorat in hæc verba: *Cum Babylonem oppugnaturus festinaret ad bellum, cujus maxima momenta in occasionibus sunt, Gyndem latè fusum amnem vado transire tentavit, quod vix totum est enim cum sensit æstatem, & ad minimum deductus est. Ibi unus ex his equis, qui trahere regiam currum alibi solebant abreptus, vehementer commovit Regem juravit itaque eo se redacturum, ut transiri, calcarique etiam à fœminis posset. Hæc deinde omnem transtulit belli apparatum & tamdiu assedit operi, donec centum octoginta cuniculis divisum alveum in 350. rivos dispergeret, & sic cum relinqueret in diversum fluentibus aquis. Periit itaque & tempus, magna in vanis rebus jactura, & militum ardor, quem inutilis labor fregit, & occasio aggrediendi imparatos, dum ille bellum indictum hosti, cum flumine gerit.* B. Petrus Damianus qui præsentem historiam refert inquit: *Annum ut conjicitur totum in hoc ridiculoso labore perpetuat, ac reum Majestatis fluvium cum multis utrimque fossis aperuit, quasi totidem per latera vulneribus sauciavit per quadringentos, scilicet & sexaginta rivulos aquas fluminis subdivisit: sic, sic veluti inimici sui sanguinem solvere compulit, & divitem venam in quam Tyrannus infremuit, paupertatis mulctavit.* Cernis itaque qualiter ira reddit amentem. De C. Cæsare Seneca lib. 1. de ira, sequens factum narrat: *C. Cæsar iratus cælo quod obstreperet Pantomimis, quos imitabatur studiosius quam spectabat, quodque comessatio sua fulminibus terreretur ad pugnam vocavit Jovem: Quanta dementia fuit? Putavit aut sibi nocere ne à Jove quidem posse, aut se nocere etiam Jovi posse. Non puto parum momenti hanc ejus vocem ad incitandum conjuratorum animos addidisse; ultimæ enim patientiæ visum est, eum ferre qui Jovem non ferret.* De Xerxe Herodotus refert, quod dum exercitus ipsius in mari dispersus esset, militibus suis præceperit ut aquas Hellesponti trecentis ictibus castigarent, totidemque colaphos impingerent iisdem ut vel sic ejus transiret incolumis exercitus; & quia mons Ato eidem ob nimiam sui sublimitatem transitum prohibebat, furore correptus quamdam ad eum conscripsit epistolam, in qua eidem comminabatur, quod illum divisurus, & particulatim in mare projecturus esset.

B. Petr. Dam. Ibid.

Seneca lib. de ira cap. 16 Item Cati Cæsatis.

Herod. lib. 7. Et Xerxis.

8. Dionysius Carthus. super prædicta Ecclesiastis verba ita scribit: *Eo ipso quo quis iram non solum admittit, sed etiam intra se retinet, stulto assimilatur & luce sapientiæ caret, & stultus est, non solum eo modo, quo omnis qui in mortali est culpa stultus asseritur, sed & tanto specialius quo ira mentem intus magis excæcat, & hominem in apparatu vultus exteriorisque gestu stulto, imo furioso facit similiorem.* Citatque in eodem loco sequentem S. Hieronymi authoritatem dicentis: *Quid iracundo furor suus conferat, quem sævissimus exagitat stimulis passionis, & ita ab omni consilio & mente detortat, ut dum irascitur, insanire credatur?* adducit quoque Tullium & Senecam ita scribentes: *Menti furore ebrij rectum videtur, quidquid judicat, & operatur.* Porro Phrenetici sive in furorem adacti elatæ voce clamant & stridentes, idem quoque facit iracundus ac proinde S. Paulus ad Ephesios ita scribit: *Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à vobis.* Ubi S. Ambrosius ait: *Per iram sit indignatio, per indignationem clamor, quasi vox insanientis, quæ aliena est à Dei servo, per clamorem subrepit blasphemia.* Seneca ait: *Parum agilis est puer aut tepidior aqua potui, aut turbatus torus, aut mensa negligentius posita. Ad ista concitari insania est; ager & infelicis valetudinis est, quem levis aura contraxit.* Sicut enim in ætate minori, debiliorique sexu minus quoque solet esse judicium, minorque usus rationis, ita pariter, & magis propria illis est iræ asperitas, ut idem Seneca ita, inquiens: *Puerorum fœminarumque ira acres magis quam graves sunt,* id quod Philosophus hic, ni fallor, à Platone didicit, qui diu ante ipsum in hæc verba scripserat. Non & in pueris hoc aliquis videat, qui statim atque non sunt, ira quidem pleni apparent, rationis vero meo judicio quidam numquam compotes fiunt. Sunt & alia Sacræ Scripturæ loca, præter superius adducta in quibus iracundi stulti vocantur, sic in proverbiis Cap. 12. dicitur: *fatuus statim indicat iram suam*, circa quæ verba S. Hieronymus ita scribit: *Hunc versiculum alia translatio sic habet: stultus eadem hora pronunciat iram suam.* In iisdem quoque proverbiis Cap. 27. dicitur *Grave est saxum, & onerosa arena, sed ira stulti utroque gravior. Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor.* Et in Cap. 29. ejusdem libri hæc verba leguntur: *Totum spiritum suum profert stultus, sapiens differt, & reservat imposterum*, quæ verba juxta versionem Septuaginta de irato intelliguntur; hi enim ita legunt. *Totam iram suam profert stultus.* Dionysius Carthusianus in Commentario Epistolæ Sancti Jacobi Apostoli inquit: *Iram scriptura valdè vituperat, & condemnat, stultitiam vocat, & iracundo valdè assimilat.*

Dion. Cart. Eccle. 7. Iram retinens est similis stulto, & carere lumine Sapientiæ.

Ephes. 4. v. 31.

S. Ambr. Ibid.

Seneca l. 2. de ira c. 25.

Seneca ibid. cap. 19. Plato lib. 4. de Repub.

Prov. 12. 16.

S. Hier. ibid. Prov. 27. 3.

Prov. 29. v. 11.

Dion. Cart. Jacobi 1. 19.

DISCURSUS VI.

ARGUMENTUM.

Ira virtutibus opponitur, estque contraria Spiritui Sancto, & Divinæ gratiæ, nec non compassionis inimica.

THEMA.

Ira enim viri, justitiam Dei non operatur. Jacob. 1. v. 20.

Ubiira locum obtinet, omnis virtus exulat. Matth. 11. v. 29. Matth. 5. v. 20. D. Chrys. h. 16 in Matth.

1. S. Jacobus Apostolus (qui discipulus fuit scholæ Christi, in qua incarnata Sapientia mansuetudinem præ cunctis aliis virtutibus inculcabat dicens: *Discite à me quia mitis sum*) sine dubio jam dudum celebrem illum à Christo toti collegio Apostolico traditam audierat doctrinam, videlicet: *Nisi abundaverit justitia vestra, plusquam Scribarum, & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum*, ubi D. Chrysostomus ait: *Hic justitiam universam dicit profecto virtutem.* Cœlestis itaque Magister noster planam virtutum viam, quam Apostolos suos & consequenter alios fideles ingredi volebat complanare volens iræ vitium præ cunctis aliis primo omnium loco eradicare conatus fuit, unde ait: *Audistis quia dictum est antiquis, non occides, qui autem occiderit reus erit Judicio, Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo reus erit judicio*; Hujus ratio est, quia ut S. Jacobus asserit: *Ira viri, justitiam Dei non operatur*, quia ubi ira locum obtinet, omnis virtus exulat; & quia charitas regina est omnium virtutum, hæc omnium aliarum prima est, quæ per furorem & iracundiam ab anima proscribitur. Unde S. Ephrem de iracundo dicit: *A longanimitate, & Charitate alienissimus est.* S. Dorotheus pariter inquit: *ubi Charitas, & cordis demissio seu humilitas inest, quid moliri, quid efficere obsecro poterit furor?* Sapientia similiter, quæ epitome quædam est omnium virtutum, per iram amittitur. Unde S. Gregorius ait: *Per iram sapientia perditur, ut quid, quove ordine agendum sit, omnino nesciat, sicut scriptum est: Ira in sinu stulti requiescit: quia nimirum intelligentiæ lumen subtrahit, cum mentem permovendo confundit. Per iram justitia relinquitur, sicut scriptum est: Ira viri justitiam Dei non operatur, quia dum perturbata mens judicium suæ rationis exasperat, omne quod furor suggerit, rectum putat.* Idem pariter in quadam homilia in hæc verba scribit: *Per impatientiæ vitium ipsa virtutum nutrix doctrina dissipatur; scriptum namque est: Doctrina viri per patientiam noscitur. Tanto ergo minus ostenditur doctus, quanto convincitur minus patiens.* Seneca similiter iram cum virtutibus incompatibilem esse his verbis demonstrat. *Nec magis quisquam eodem tempore, & iratus potest esse, & vir bonus, quam ager, & sanus.*

S. Basil. hom. de ira. Jac. 1. v. 21. Gratia Spiritus S. est incompatibilis cum ira. Historia S. Joannis Columbini.

S. Ephr. lib. de virt. & vitijs. S. Dor. ser. 8. Sapientia amittitur per iram. S. Greg. lib. 5 mor. c. 30.

S. Greg. Hom. 35.

Seneca lib. 2. de ira cap. 12.

2. Notatu digna sunt ad propositum nostrum sequentia beati Petri Damiani verba, dicentis *per iracundiam tota virtutum structura collabitur.* Imaginemini vobis mysticam animæ nostræ Jerosolymam, tot cinctam & munitam esse validis propugnaculis, quot est instructa virtutibus; Hæc autem omnes in terram corruunt, dum ira nos impugnat & vincit; cujus idem Sanctus sequentem assignat rationem, quia *per iram certè Sancti Spiritus splendor excluditur, hujus scilicet habitaculum fieri mens improba non meretur; unde per Prophetam dicitur: Super quem requiescet Spiritus meus, nisi super humilem, & quietum, & trementem sermones meos; Nam cum humilem dixit, quietum consequenter addidit, quia dum ira menti quietem simul & humilitatem subtrahit, suam Sancto Spiritui protinus habitationem claudit.* Unde S. Bruno Carthusianorum Patriarcha, inquit. Quod dum anima ab ira abstinet optimum signum erit, quod in virtutibus & bonis moribus egregium profectum acquirat: *Sit abstinens*, inquit, *iratum, & fugitans litium, ut bonis pollere moribus hoc indicio comprobetur.* Glossa interlinearis super propositi thematis verba inquit: *Iracundus, & si apud homines, apud Deum non est justus.* Cui consonat Hugo Cardinalis inquiens: *Justitiam Dei non operatur, etsi justitiam apud homines.* Dionysius Carthusiensis iisdem verbis aliam adhibet expositionem, dum ait: *Justitiam Dei non operatur, id est, opus vere justum & Deo acceptum non operatur, sed opus Deo displicens atque damnabile facit, quia à rationis tramite abducit, & contra justitiam agit.* S. Hieronymus verba illa Amos: *Quoniam convertistis in amaritudinem Judicium*, ita exponit: *Fructum justitiæ qui dulcissimus est, vertit in amaritudinem. Quod de una virtute diximus, intelligamus & de reliquis, prudentia, fortitudine, temperantia, quarum qui iratus fuerit, fructus capere non poterit, & cum cœperit, amarescunt.* Idem quoque punctum de virtutum cum ira incompatibilitate Cassianus tangit, idque inter alias præcipuè de honestate ostendit, inquiens: *Honestatis gravitatem, quæ etiam viris seculi hujus solet familiaris existere, nullo modo possidere poterimus, quia vir iracundus inhonestus est. Consilij maturitatem nullatenus valebimus obtinere, quamvis graves & summa scientia præditi videamur, quia vir iracundus agit sine consilio.*

Ira est ruina omnium virtutum. B. Pet. Dam. lib. 4. epist. 17.

S. Bernard. de ordine vitæ.

Cassian. lib. 8. de Spir. Ira cap. 1.

3. Variæ leguntur sacrorum interpretum authoritates, quibus Spiritum Sanctum ejusque divinas gratias cum ira incompatibiles esse ostenditur. S. Basilius inter alios iram vocat *S. Spiritus, iter ad nos ingredientem.* S. Jacobus postquam dixisset: *Ira viri justitiam Dei non operatur*, hoc consilium protinus suggerit: *Suscipite in mansuetudine insitum verbum, quod potest salvare animas vestras.* Etenim in ardore iræ, nullus in corde conturbato Spiritui Dei ejusque cœlestibus inspirationibus locus conceditur. In vita S. Joannis Columbini refertur, quod cum die quadam domum reversus promptum non invenisset prandium, cum furore conjugem suam reprehenderit, quæ cum ei librum legendum porrexisset, eumdem in terram projecit, improperando ei, quod jam prandendi non verò libros legendi tempus adesset; verumtamen paulo post nonnihil sibi restitutus vultu & corde tranquillo librum aperuit, & *cum mansuetudine suscepit insitum verbum, quod potuit salvare animam suam*, quia vitam S. Mariæ Ægyptiacæ quiete legendo adeo compunctus fuit, ut ab illo momento prima existentis sanctitatis suæ fundamenta jaciens, veterem exuerit hominem, novumque induerit. Nec fine Mysterio hanc loquendi phrasin adduco, quia S. Paulus ad Ephesios ita scribit: *Renovamini autem spiritu mentis vestræ, & induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est, in justitia, & sanctitate veritatis.* Modum verò idipsum consequendi continuo subjungit dicens primo: *Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem*, quia Deus prima & æterna veritas est; Secundo dicit: *Irascimini, & nolite peccare, Sol non occidat super iracundiam vestram*; iræ namque passionem nobis connaturalem esse sciens, hanc tamen primos motus transcendere prohibuit.

S. Basil. hom. de ira. Jac. 1. v. 21. Gratia Spiritus S. est incompatibilis cum ira. Historia S. Joannis Columbini.

Ephes. 4. v. 24.

Ibid. v. 25.

Ibid. v. 26.

4. Dionysius Carthus. super illa verba S. Job: *Verum stultum interficit iracundia*, ita fatur: *Cum scriptum sit: Tu Dominator Domine cum tranquillitate judicas, ira facit hominem in judicando specialiter Deo difformem, dum homo cum turbulentia judicat, quod maximè indecens est.* S. Gregorius inquit, *sciendum nobis magnopere est, quia quoties turbulentos motus animi sub mansuetudinis virtute restringimus, ad similitudinem redire conditoris conamur; nam cum tranquillitate mentis ira diverberat, dilaniatam quodammodo sciss amque perturbat, ut sibimetipsi non congruat, ac vim intimæ similitudinis amittat quanta ergo sit iracundiæ culpa pensemus, per quam, dum mansuetudo amittitur, superna imaginis similitudo vitiatur.* Porro ad pessimum hunc iræ effectum insinuandum Bellovacensis sequentem S. Gregorij authoritatem adducit dicentis: *Ira vel odium aufert imaginem Dei, & Charactherem filiorum Dei, quem imprimit charitas, imprimens characterem bestiæ, id est diaboli:* Unde quando hominem aliquem ingenti cholera correptum fuisse indicare volumus, ipsum in bestiam commutatum esse dicere solemus. De quo charactere agitur in Apocalypsi, cap. 13. subditque immediate hic author: *Hic Character imprimitur; in corde, quando mens intrinsecus perturbatur; in fronte verò, dum per signum extrinsecus demonstratur; in manu autem quando ad proximi lasionem manus extenditur.* Nazianzenus in sacris suis poëmatibus postquam varia iræ adduxisset mala subdit dicens: *Hæc nonne dirigunt maximo planè à Deo? est namque placidus, lenis, est summus pater.* Qualiter autem imaginem Christi portare poterit iracundus, siquidem ille maxima cum cura atque instantia protestatur inquiens: *Discite à me, quia mitis sum?* præterquam quod insuper B. Petrus Damianus discurrit: *Per iram Lux veritatis amittitur, & obtenebratæ mentis obtutibus, occidai Solis radius occultatur, unde dicit Apostolus: Sol non occidat super iracundiam vestram, nam cum iracundia menti confusionis tenebras incutit, huic Deus illico radium suæ cognitionis abscondit.* Quam eamdem considerationem his verbis instituit Bellovacensis: *Per iram gratiæ lumen amittitur, quia mentis oculos obcæcat, sicut equo operiuntur oculi, ut circumeat in molendino; sicut Philistæus Samsonis oculos eruerunt, & clausum in carcere molere fecerunt.*

Job 5. v. 2. S. Dion. Cart. Ira specialiter facit hominem Deo difformem. S. Greg lib. 5. mor. c. 30.

Bellovac. lib. 3. p. 5. dist. 1. spec. mor. Aufert homini characterem & imaginem Dei. Apoc. 13. v. 16 & 17.

Nazianz. Famb. 21.

Matt. 11. v. 29.

B. Petr. Dam. lib. 4. epist. 17.

Bellovac. Ibid.

5. Climacus ut illam quam Spiritus Sanctus contra iram averfionem habet, edoceat, tali utitur argumento: *Si Spiritus Sanctus Pax animæ dicitur, & est,*

Clim. gra. 8. Ira singulariter repugnat spiritui sancto.

est, ira verò cordis perturbatio & est & appellatur, necessariò sequitur, nihil adeò Spiritus Sancti præsentiæ repugnare quam ira. S. Nilus sequentem adducit rationem: *Ut vir honestus & gravis obscœnum diversorium aversatur, sic Deus iracundi pectus; ut fumus oculos turbat, sic ira animam.* Ac proinde S. Bernardus in quodam sermone *de modo bene vivendi*, virginem quamdam Christi Sponsam ita monet: *Virgo quæ templum Dei debet fieri, nullo modo debet irasci; non decet Christi Sponsam esse iracundam; Virgo quæ in pectore suo præparat mansionem Christo, omnibus modis debet expellere iracundiam à corde suo.* Advertendum quoque est, quod postquam S. Paulus Ephesijs in hæc verba scripsisset: *Nolite contristari Spiritum Sanctum Dei, in quo signati estis, in diem redemptionis*, mox ulterius evidenter demonstret, quanam in re præcipuè contristetur, quia illos exhortatur ad fugiendam iram, furorem, & choleram, ne injuriam inferant Spiritui Sancto. Unde S. Primasius ait: *Ostendi in quo contristetur Spiritus Sanctus, scilicet amaritudine, id est, provocatione & ira*; quia statim S. Paulus eodem loco subdit: *Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia à vobis tollatur.* Monet tamen Sedulius circa hunc textum S. Paulum ita loqui, *non quod ipsa Spiritus Sancti substantia contristari possit cum habeat æternam atque immutabilem beatitudinem. Sed quia ita in Sanctis habitat, ut eos impleat charitate*; charitas autem iræ contraria existit, atque ideò incompatibiles sunt ira & charitas, quæ primus est fructus Spiritus Sancti.

S. Nilus de octo vit. cogit.

S. Bernard. ser. 35. de modo bene vivendi.

Eph. 4. v. 30.

Primas. ibid.

Ephes. 4. v. 31

Sedul. ibid.

6. Cassianus in duobus locis ad propositum nostrum ita discurrit & primo quidem dicit: *Puritatem mentis nostræ mox perturbandam, templumque eum S. Spiritus effici omnino non posse iracundiæ in vobis spiritu commorante.* Deindè paulo ante in capitulo undecimo ejusdem libri dixerat: *Ab arcanis nostri pectoris eruenda iracundia, ne tenebris illius obscurati, nec consilij salubris, nec scientiæ lumen admittere, sed ne templum Spiritus Sancti, habitante in nobis, spiritu iracundiæ, nequaquam valeamus existere.* B. Laurentius in detestationem iræ, dicit illam esse *opprobrium servorum Christi*, neque id mirum est, siquidem S. Franciscus inter alia documenta hoc quoque sequacibus suis tradidit: *Ille est servus Dei qui non irascitur, neque turbatur pro aliquo.* Porro B. Laurentius Justinianus in eodem capite contra iracundum dicit, quod sit *repulsio gratiæ, fugator Paracleti, omnisque Sanctitatis inimicus.* S. Augustinus quoque in Sermone quodam ait: *Per iram ac superbiam animæ negligentium, Spiritus Sancti custodia & protectione nudantur, non ergo per hujusmodi passiones contristemus Spiritum Sanctum, sed potius eum ad sedem cordis nostri, per gratiam humilitatis, & pacis mansuetudinem evocemus.* Apud Ecclesiasticum hanc legimus adversus hoc vitium terribilem comminationem. *Ira & furor utraque execrabilia sunt*; id est, ut Lyranus exponit: *Ira, quæ est per vitium, & furor qui est notabilis excessus iræ, utraque execrabilia sunt*; idque ut Hugo Card. inquit: *Apud Deum & homines.*

Cassian. lib. 5. de Spir. ira cap. 21.

Iracundi templum Spiritus S. esse non possunt. Cassian. ib. cap. 11.

B. Laur. Just. de casto connubio c. 11. tom. 1. opusc. c. 11. S. Evanc.

B. Laur. ibid.

S. Aug. ser. 185. de temp.

Eccli. 27. v. 33. Lyran. ibid. Hugo Card.

7. Est & alius quidam abominabilis iræ effectus, videlicet, quod hominem iracundum omni compassione, misericordia & pietate destituat. Nam ut Sapiens ait: *Ira non habet misericordiam*; Circa quæ verba glossa ait: *Ira stulti ubi incanduerit, mox viscera pietatis amittit.* Legatis velim horrendas quas fratres Josephi ei dem intulerunt injurias, non obstante quod prandium illis adferret, quodque irreprehensibilis, & innocentissimis moribus imbutus esset, neque mirum est, quod nullum habuerint respectum, neque tam arctæ consanguinitatis, neque ætatis Josephi tenerimæ, multo minus reverentiæ paternæ, tametsi Patrem ex tristi nuncio extremè affligendum esse scirent, quia *ira non habet misericordiam.* S. Bonaventura de efferi hac passione tractans, postquam multos pessimos recensuisset effectus, ab ipsa procedentes, subjungit: *Aufert homini omnem misericordiam, & compassionem, ideo dicitur: Ira non habet misericordiam.* Bellovacensis similiter eamdem iræ malitiam his verbis indicat: *Per iram amittitur clementia, vel pietas, quia nec condolet patienti, nec subvenit indigenti, nec agnoscit pœnitenti.* Hugo Card. super illa verba S. Jacobi à principio adducta scilicet: *Ira viri justitiam Dei non operatur*, ita scribit: *Quia talis sine compassione est*; *Vera autem justitia compassionem habet, non indignationem.* Seneca utilissimum quemdam nobis insinuat modum, tum ad acquirendam compassionem, tum ad cavendam turbationem, efficiendumque ut ira superiores simus, quæ ex illis rebus derivari solent, quæ vel sensualitati nostræ opponuntur, vel quas nobis injuriosas esse censemus. Hunc namque dictus Philosophus instituit sapientissimum discursum. *Nam is cui iraseris puer est? ætati donetur, nescit an peccet. Pater est? aut tantum profuit, ut illi etiam injuriæ jus sit, aut fortassis ipsam hoc meritum ejus est quo offendimur. Mulier est? erras. Justus est? necessitati quis nisi iniquus succenset? Læsus est? non est injuriam pati, quod prior feceris. Judex est? plus illius credas sententiæ quam tuæ. Rex est? Si nocentem punit, cæde justitiæ, si innocentem cæde fortunæ; Mutum animal est, aut simile muto? imitaris illud si iraseris. Morbus est aut calamitas? levius transiliet sustinentem. Deus est? tam perdis operam, cum illi iraseris quam cum illum alteri precaris iratum. Bonus vir est qui injuriam fecit? Noli credere; malus? noli mirari; dabit pœna alteri, quas debet tibi, & jam sibi dedit qui peccavit.*

Ira destituit hominem omni misericordia & compassione. Prov. 27. 4. Gloss. ibid. Gen. 37. Patet in fratribus Joseph.

S. Bonav. in dicta salut. tit. 1. c. 5. Bellovac. spec. mor. lib. 3 p. 5. dist. 1. Jac. 1. v. 20. Hugo Card.

Consilium Senecæ ad savendam iram, & acquirendam compassionem.

8. Neque profectò mirum est, quod ira omnem in feris extinguat compassionem, aut humanitatem, quia feritas & truculentia innata est eis? at verò quomodo excusari homo poterit, cui humanitas propria est, si hujus inordinatæ passionis impetum sequens ea se exuat? porro ad refrenandam iram optimi motivi loco deserviet, si serio considerentur verba illa S. Jacobi Apostoli dicentis: *In mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest salvare animas vestras*; Verbum hoc Dei salutare, Salvator noster est, qui se in animas nostras infinuat, ut illas per mansuetudinem & compassionem æternæ salutis participes efficiat, cum econtra ira & furor perniciosus sit scopulus, ad quem iracundi impingentes, in æternæ perditionis abyssum proturbantur, optimè B. Laurentius Justinianus ait: *Qui contentiosus existit antiqui hostis in se immissiones admittit, diaboli ministerium operatur, disrumpit pacem, rixas concitat, parit odium, furorem nutrit, denigrat honestatem, sapientiam perdit, rationem confundit, oculum mentis obnubilat, gratiæ lumen repellit, fraternam dilectionem frangit, & ipsam cæcitatem in se occidit Charitatem.*

Optimum motivum ad refrænandam iram.

Jac. 1. v. 21.

B. Laur. Justo de disciplin. monast. conver. cap. 13.

DISCURSUS VII.
ARGUMENTUM.

Effrænis ira animæ mortem infert, estque certum reprobationis signum, & character infallibilis quo filij dæmonis agnoscuntur.

THEMA.

Perdis animam tuam in furore tuo. Job 18. ℣. 4.

1. QUod si ex ira nullum aliud resultaret damnum præterquam illud quod Job, qui speculum patientiæ fuit, nobis in præcitatis thematis verbis insinuat, id utique sufficeret ad reprimendum quemvis Christianum, qui animæ suæ æternam salutem desiderat; *perdis animam tuam in furore tuo*; ira etenim, quæ limites suos notabiliter excedit, nos in manifestum statuit maximæ & irreparabilis, quam facere possumus, jacturæ periculum, videlicet æternitatis Beatæ, vel æternitatis damnatæ pœnarum. D. Angelicus iram peccatum mortale esse, sub his terminis decidit, nimirum *si modum rationis excedat*; ac proinde nullum potest dari certius reprobationis signum, quam timoris Dei carentia; *nam qui sine timore est*, (inquit Spiritus Sanctus per os Ecclesiastici) *non poterit justificari*; hic autem timor, teste eodem Ecclesiastico, in iracundo locum non habet, subjungit enim: *Iracundia enim animositatis illius, subversio illius est.* S. Joannes Climacus proinde nec Deum nec Sanctum ejus timorem in corde iracundi locum habere dicit, ut ibi quiescat, sicut quiete in mansuetorum & patientium cordibus requiescet: *In cordibus mansuetorum requiescit Dominus*, inquit, *anima autem turbulenta nidus est diaboli. Mites hæreditabunt terram vel potius dominabuntur terris, furiosi autem exterminabuntur à terris suis. Animus iracundus est architectus improbitatis, iracundas animus, socius, & domesticus est caliginis.* In Juliano Apostata priusquam daretur in reprobum sensum, hoc præcessit reprobationis suæ prognosticum indicium, ut ex S. Cyrillo Alexandrino his verbis deducitur: *Quando ab aliqua affectione succendebatur, tamæ eum fuisse dicitur impudentiæ, ut à nullo neque nomine neque re abstineret. Jam quid turpius ira? An non pessimus animæ morbus est*

Ira limites excedens præcipitat nos in barathrum damnationis.

S. Thom. 2. 2. q. 158. art. 2.

Eccli. 1. 28.

Clim. gra. 24. Nec Deus, nec sanctus ejus timor requiescunt in corde irati hominis.

S. Cyril. lib. 6. cont. Julian.

est ira impotens, & affectio implacabilis, & amavitudo vehemens. S. Augustinus in quodam Sermone nos ad iram reprimendam hoc efficacissimo motivo exhortatur, inquiens: *Depone iram, destrue rancorem, mitiga furorem, ne filius perditionis efficiaris.*

S. August. ser. 4. ad Eremet.

2. Deus apud Apostolum in Epistola ad Romanos inquit: *Jacob dilexi, Esau autem odio habui*; cujus ratio est quia Jacob mitis fuit & ideo ad evitandam cum fratre suo controversiam & ut iræ ejus, ne ulterius exasperaretur, locum daret, è domo paterna velut peregrinus fugit, multoque tempore in dura perfidi & indiscreti Laban servitute vixit: Esau verò quia reprobus, & Deo abominabilis erat, ideo cor ejus continuo iræ & odij erga fratrem concepti veneno imbutum fuisse legimus: Ut ex his verbis colligitur: *Venient dies luctus Patris mei, & occidam Jacob fratrem meum.* Observandum quoque est, quod quando S. Paulus de electis & prædestinatis loquitur, semper de benignitate & mansuetudine, tamquam certo prædestinationis signo & charactere mentionem faciat. Sic enim ad Colossenses cap. 3. ait: *Induite Vos ergo sicut electi Dei, Sancti, & dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, ... patientiam, Supportantes invicem, & donantes vobismetipsis, si quis adversus aliquem habet querelam, sicut & Dominus donavit vobis, ita & vos; Super omnia autem hæc, Charitatem habete, ... Et Pax Christi exultet in cordibus vestris.* S. Antoninus multas nobis ostendit vias seu potius præcipitia, per quæ in inferni barathrum deturbamur, & quidem inter cæteras vias, etiam meminit viæ iracundorum, dicens: *Quinta via est tumultuosa, id est, cum multis ambulant per eam, ita quod se comprimant, hæc est via iracundorum, qui propter iracundiam suam multis & diversis afflictantur, & consultantur contumelijs clamoribus, rixis, minis, odijs, & de his dicit Psalmus 13. Contritio & infelicitas in vijs eorum, & viam pacis non cognoverunt.* Idem quoque Sanctus alibi in quo casu ira peccatum mortale sit his verbis declarat: *Tunc ira est peccatum mortale, quando scilicet quis appetit injustam vindictam, seu punitionem proximi notabiliter damnosam, & hoc secundum deliberatam rationem.*

Colos. 3. v. 12. Ibid. v. 14.

Ibid. v. 15. Ibid. v. 16.

S. Antonin. 2. 2. sum. tit. 7. c. 1. §. 2. Ira est via ad infernum. Psal. 13. 3.

S. Antonin. 2. part. 7. c. 1. §. 2.

3. Nescio an aliquando ad hoc vos reflexeritis, quod tametsi Salvator noster tantam habeat salutis nostræ curam, ut de illo S. Apostolus dicat: *Vult omnes salvos fieri*, attamen quando ei sermo est de iracundis, qui in proximorum injurias prorumpunt illis directè & immediatè commineturinfernum, dicens *Ego autem dico vobis, quia omnis qui iratus fuerit fratri suo... Qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis.* Quam comminatoriam sententiam, D. Chrysostomus ponderans ait: *Injuriæ affecto in mentem veniat quod illi supplicium maneat, & non modo nulla in proximum ira fureris, sed deplorabis vicem ejus.* Et paulo post in hæc verba subjungit: *Sæviissimam hanc belluam fræno cohibeamus; inter iram & insaniam nihil differt, sed temporarius quidam dæmon est, imò quam qui dæmonio vexatur gravior; ille enim venia dignus est, iratus nulla, sed supplicijs innumeris, qui sponte sua in profundum perditionis defertur, & etiam ante futuram gehennam pœnas dat* inquit Ecclesiasticus: *Zelus & iracundia minuunt dies*; Quæ verba licet secundùm sensum litteralem de vita præsenti intelligantur, interlinearis tamen eadem de vitæ æternæ diebus exponit, ut sensus sit: *minuunt dies, id est, vita æterna indignos efficient*; Et Hugo Cardinalis ait: *Vitæ præsentis ad litteram, vel dies vitæ æternæ, quam auferunt.* Rabanus quoque eidem consentit interpretationi dicens: *Minuunt dies hominis, cum eum vita æterna indignum efficiant.* Consideratione dignus est discursus ille, quem Bellovacensis ad propositum nostrum instituit, in quo inter alia dicit: *Per iram quies mentis destruitur, quia ira cor hominis dilacerat, & corrodit, ut gemmina viperarum corpus & latera matris, ubi aluntur vermes corrodentes se, & dilacerantes, quos debent excutere sinu suo ubi nutrit.* Refertque congruentissimam proposito nostro sequentem fabulam: Dum enim vir quidam serpentem in via gelidum, & quasi præ frigore mortuum invenisset, compatiens eidem, è terra sublatum sinui imposuit caletaciendum; qui calore sinus recreatus vigore suo pristino recuperato se extendere & dilatare totumque benefactoris sui corpus stringere & mordere cœpit; cumque bonus hic vir serpentem ob id corriperet, is ei respondit, id se ex instinctu suo naturali facere, quem deserere non posset. Post hanc verò enarratam fabulam, idem Bellovacensis subjungit: *Sic est de moribus iræ, quia pungunt eos*

Ira impotens & implacabilis.

Rabanus.

Bellovac. spec. mor. lib. 3. p. 5. dist. 1.

Fabula ad hanc materiam applicata.

in quo foventur; sunt vermis lignum & tinea vestem, qui ramen in eis & ex eis nascuntur, & alantur. Iracundus enim vindicat hostem suum de seipso, dum causas odij in seipso abscondit, quibus affligitur, corrosus ab his, hoste illæso; Iracundi quasi sepelunt se vivos in infernum, à vermibus infernalibus, & immortalibus corrodendi. Isaiæ ultimo, *vermis eorum non morietur. Vermis infernalis est ira rancor, insania, quo incessanter afflguntur.* Isaiæ 14. *Subter se sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes.* B. Petrus Damianus similiter iracundorum cogitationes viperis assimilat dicens: *Sapiens quidam ait: Cogitationes iracundi vipereæ sunt generationes, meutem comedunt matrem suam*; Idem quoque refert S. Gregorium lib. 5. moralium cap. 30. idipsum dicentem.

Isa. 26. v. 20. Isai. 14. 11.

B. Pet. Dam. lib. 4. epist. 17.

4. D. Chrysostomus sequentem adducit considerationem: *Nullus Leo, nulla sic vipera viscera queunt laniare, ut hominis iracundia ferreis quibusdam unguis universa confodiens, neque enim solummodo corpori nocet, sed ipsius etiam corrumpit animæ sanitatem.* Et verò quidnam D. Chrysostomum dicere voluisse existimatis, dum ita nobis suasit: *Satius tibi esset anguem vel viperam in corde tuo latere, quam iram & rancorem?* quis umquam credere potuisset melioris conditionis esse eum in cujus corde vipera volvitur & revolvitur illo cui ira prædominatur? & tamen revera ita est, nam vipera soli corpori mortem inferre potest, furor autem mortem animæ adsciscit æternam; vipera causare quidem potest, ut corpus recondatur in sepulchrum, iracundia verò, nisi refrenetur, condemnat animam in infernum. Unde S. Ephrem hominem quemdam honoratum his verbis exhortatur: *Opta potius invadi gladio, quam iracundia corripi, magisque elige animi iracundiam comprimere, quam illam ostendere.* Ratio autem cur desideralius sit, acuto transfigi gladio, quam iracundiæ tyrannidi subjugari, est eadem, quam statim attulimus, videlicet quia hæc mortem animæ æternam adfert, hic verò vitam corpori temporalem eripit. Idem quoque de virtutibus & vitijs differens, in capite *de iracundia*, ita scribit: *Iracundas animam suam occidit. Verè autem animam suam interficit, peraticque iracundus, nam semper in perturbationibus vivit, animi tranquillitate ac pace, commodaque corporis valetudine carens.* Guerricus Abbas operibus S. Bernardi insertus, dum de hoc vitio tractat sequentem proponit exhortationem: *Ira*, inquit, *non habeat in nobis locum, quia ut ait Dominus in Evangelio, gradatim ducit ad gehennæ puteum, dicens: Qui irascitur fratri suo reus erit judicio; qui dixerit Raca, hoc est vocem indignationis per iram emiserit, reus erit concilio, in quo tractatur qua pœna sit mulctandus; qui dixerit fatue, hoc est tale quid fecerit, aut verbo, aut verbere, ut inter fratres despicatur, reus erit gehennæ ignis nisi resipuerit. Hæc est ira quæ stultorum oculos extinguit sapientium oculos nonnumquam turbat, dicente Psalmista: turbatus est præ ira oculus meus.*

D. Chrys. hom. 4. in Matth. Præstaret viperam, quam iram in corde fovere. D. Chrysost. Hom. 30. ad pop.

S. Ephrem de perfec. Monac. Iracundia occidit animam.

S. Ephr. lib. de virt. & vitijs.

Guerr. Abb. in die purif.

5. S. Antonius de Padua historiam quæ in cap. 16. lib. 3. Reg. legitur iracundis his verbis adaptat: *Hic est ille homicida Zambri de quo 3. Reg. 16. dicitur: Ingressus est palatium & succendit se cum domo regia, & mortuus est in peccatis suis quæ peccaverat. Zambri interpretatur ille lacessens, vel amaricans, & significat iracundum, qui se & domum regiam, id est, animam suam regis sanguine emptam in igne iracundiæ succendit, & sic peccans mortaliter moritur coram Domino.* Unde merito contra vitium hoc exclamat S. Augustinus dicens: *O quanta fratres mei, hujus peccati labes? O quam grandis & lata miseria, tam corporis quam animæ.*

S. Anton. de Pad. in Dom. 6. post Trin. 3. Reg. 16. v. 18.

S. August. ser. 9. ad Fratres.

6. Author quidam contra hoc idem vitium invehens inter alia detestationis motiva, pariter adducit sequens his verbis: *Iram prohibet Scriptura, Job 36.* dicens: *Non superet te ira, ut aliquem opprimas, in quo verbo innatur, quod ira est hostis, nos impugnans; magis enim timere debemus superari ab ira quam à quocumque homine; quia quidquid potest inferre injuriator, minus est, quam mors animæ, quam interficit iracundia, dicente Scriptura Jobi 5.* Verè *stultum interficit iracundia.* Anima per peccatum mortua ad gratiam resurgere non potest nisi per pœnitentiam, huic autem opponitur ira dicente S. Joanne Climaco: *Nihil tam inimicum pœnitentibus quam animi furor, qui mentem pertubat.* Ad quod intentum considerabilis pariter quædam occurrit super illum Jobi textum (*vere stultum interficit iracundia*) Cajetani glossa dicentis: *Secundum Hebræum habetur,*

Job. 36. 18. Alex. Aug. sum. p. 8. cap 2.

Ira est hostis nos impugnans.

Job. 5. v. 2.

Clim. gra. 8.

Job. 5. v. 2. Cajet.

habetur, quia stultum occidet ira. Ubi hic author subjungit dicens: *Est jèmo non de interfectione corporis, sed animæ, hoc est, de morte peccati.*

Job 5.v.2.

Psal.131. v.1. Ira pereiti plerumque sunt blasphemi in Deum.

7. S. David, qui laudabilissimè de sua gloriabatur mansuetudine dicens: *Memento Domine David & omnis mansuetudinis ejus*; in Psalm. 36. fœnum quoddam ad reprimendam hanc passionem efficacissimum, meoque judicio omnipotens assignat, dum ait: *Desine ab ira & derelinque furorem, noli æmulari ut maligneris*; ubi malitiæ & malignitatis titulo, quemadmodum & nos in discursu primo probavimus iram offici audimus; sed quo putatis motivo Prophetam hunc impetum reprimendum docere? *Quoniam qui malignantur*, inquit, *exterminabuntur, sustinentes autem ipsi hæreditabunt terram*, id est, viventium terram. Nec mirum, quia iracundi, ut experientia docet, ut plurimum blasphemant, maledicunt pessimeque tractant Deum, & res sacras, ita ut de unoquoque iracundo illud Jobi adimpleatur oraculum; *Tetendit autem adversus Deum manum suam, & contra omnipotentem roboratus est, cucurrit adversus eum erecto collo.* Contra Deum namque indignantur iracundi, eumque contemnunt; Sanctissimam Dei Genitricem, sanctosque maledicunt; quemadmodum Julianus Apostata qui divino oppressus supplicio, pugnum sanguine plenum è vulnere suo eduens, cum contra Deum in aera vibravit horribilem & derisorium illam vomitando blasphemiam: *Vicisti Galilæe, vicisti; saturare Nazarene, saturare.*

Job 15.v.25.

8. S. Ephrem arma, quibus inimicus infernalis plurimas oppugnare & prosternere solet animas, insinuat dicens: *Ipsius gladio amarissimæ scilicet, gravissimæque iracundiæ hujusmodi quippe velut anceps gladius, uno momento perimit, quem percutit, sicuti scriptum est, momentum enim furoris ruina illius.* Et Albertus Magnus inquit: *Sicut in pace factus est locus Dei, sic in discordia locus diaboli; isti sunt similes Draconi, qui emittit ex ore suo ignem.* Æquidem Salvator noster de inimico infernali attestatur dicens: *Ille homicida erat ab initio*; qui autem irascitur, ejusdem se perhibet esse naturæ, & diabolicæ affiliationis insignitum characterè, dicente eodem Salvatore; *Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere.* Ad quod idem intentum servit, quod in antiquo authore quodam his reperio expressum verbis: *Ira placet diabolo, quia per iram multum dominatur diabolus homini, non enim timet homo iratus facere quæ diabolus præcipit sibi, quantumcumque magnum sit peccatum, non parcit patri, nec matri, uxori, nec filijs, quin quandoque proficiat eos in ignem iracundiæ. Placet ira diabolo quia cum hoc vitio non lucratur diabolus unum & unum, sed aliquando totam domum, aliquando totam civitatem, & aliquando regnum.*

S. Ephrem de armat. Spir. Iracundus ostendit se filium esse diaboli. Alber. Mag. lib. 3. Compend. Theol. verit. c. 7. Joan. 8. 44. Alex. Angl. p. 8. c. 2. sum.

9. Sedulius in Sacris poëmatibus suis ad duos illos dæmoniacos de quibus Matth. cap. 8. Marci cap. 5. & Lucæ pariter c. 8. mentio fit alludens ita cecinit: *Sæva catenatis gestabant vincla lacertis; angebat quoque pœna duplex, heu dira furoris conditio, qui vim patitur magis ille ligatur.* De his dæmoniacis S. Matthæus testatur quod fuerint *sævi nimis*, præfigurabant enim iracundos, qui sunt crudeles, sævi, implacabiles, & veluti à dæmone possessi, ut in discursu sequenti fusius probavimus, id verò quod ad præsens propositum præcipuè facit, est, quod videlicet spiritus illi ingredi petierint in animalia illa immunda, eaque ingressi in profundum maris adegerint, & submerserint, ad denotandum finem iracundorum illum tandem esse, quod videlicet finaliter in abyssum submergantur perditionis. Character sive livrea ex qua filij Dei dignoscuntur mansuetudo est: *Discite à me quia mitis sum. In hoc cognoscent quia discipuli mei estis si dilectionem habueritis ad invicem*, Character verò dæmonis, ex quo filij ejus dignoscuntur, rabies est & furor, ac proinde S. Ambrosius optimè monet inquiens: *Non inveniat in te adversarius imaginem suam, non rabiem, non furorem, in his enim imago nequitiæ est, adversarius enim diabolus tamquam Leo rugiens quærit quem occidat*, at verò qua via diabolus infernum adimplere damnatorum multitudine nititur? Audite Apocalypsin dicentem: *Descendit diabolus ad vos habens iram magnam*; ira itaque & furor illum ad prædam animarum faciendam excitant, feminando inter nos rixas, iras, dissensiones, odia, inimicitias, lites, homicidia, bella, tumultus; *ille homicida erat ab initio.* In constitutionibus S. Clementis Papæ sequentia verba leguntur: *Ubi est ira, non est Dominus, sed amica Satanæ.*

Sedul. lib. 3. pasc. carm. Finis iracundorum est, quod finaliter demergantur in infernum. Matth. 8. 28.

Christi character est dilectio. Matth. 11. v. 29. Joan. 13. 35. Character dæmonis est ira. S. Ambr. offic. lib. 1. cap. 44. Apoc. 12. v. 12.

Joan. 8. v. 44. Const. Clem. lib. 2. c. 37.

DISCURSUS VIII.
ARGUMENTUM.

Iracundi membra sunt dæmonis, & dæmoniacis similes, utpote in quibus liberum habet aditum, cum ira vitium sit diabolicum.

THEMA.

Nolite locum dare diabolo, Ad Ephes. 4. ℣. 27.

Diabolo datur aditus in animam per iram.

1. UTilissimum est hoc S. Pauli Ephesis traditum monitum, quo omnes Evangelij professores docentur, ne diabolo in animas suas aditum præbeant; *nolite locum dare diabolo.* Advertendum verò est, quod postquam Apostolus dixisset: *Irascimini & nolite peccare, Sol non occidat super iracundiam vestram* immediatè subjungat *nolite locum dare diabolo. Per quod significat Apostolus*, inquit Estius, *Eum qui finit iram diutius apud se morari, dare locum diabolo, parit enim ira reservata odium, aut vindictæ consensum, per quem diabolus jam incipit in corde dominari.* D. Chrysostomus autem diu ante scripserat: *Numquam locum sic habet diabolus, ut in inimicitijs; hinc mala nascuntur innumerabilia.* Si enim ira in corde succensa sit, ejusque incendium non celeriter extinguatur, unica scintilla in ingentem flammam excrescit & dilaratur. S. Thomas observat, quod licet omnes inordinatæ passiones usum rationis in nobis pervertant, multo tamen amplius id ipsum ira præstet; unde ait: *Sed hoc specialiter facit ira, quæ consistit in accensione sanguinis, quæ quidem ratione velocitatis sui motus præcedit judicium rationis, & quia sic nobis perturbatis, diabolus incipit locum habere in nobis, ideò dicit: Nolite locum dare diabolo, quasi dicat: non perseveretis in ira, quia per hoc datis locum diabolo, quia totus diabolus iracundus est, ideo Psalmo 17. dicitur: liberator meus de inimicis meis iracundis.* Theophylactus quoque circa hæc verba ita scribit: *Quam primum animadverterit dissensionem inter nos, tum ceu invento loco caput suum introjicit, serpentis instar, ac deinceps omnem reliqui corporis tractum contrahit secum.* S. Ambrosius eumdem textum exponens hoc nobis tradit documentum: *Iram transire vult, nec retineri in pectore; ut die orta, cum die decidat, quia si in animo manserit, det occasionem diabolo gloriandi; necesse est enim iratus animus malè cogitet quod cupit diabolus, invenit enim mentem paratam ad malum.*

Ephes. 4. v. 27. Diabolus datur aditus in animam per iram. D. Chrysost. hom. 14. ad Ephes. S. Thom. ibi. Theoph. ibi.

2. Verum quidem est quod ira & bilis passio quædam sit nobis connaturalis, quam proinde fugere non possumus, at verò, ut Cajetanus sapienter inquit: *Motus iræ humana est passio, sed cum diutius protenditur, locum parat diabolo, ad suggerendum quæ confixa sunt irato, & sic paulatim ad principandum in animo, qui locus negatur diabolo, si quam primum ira terminetur.* Salmeron Spiritum malignum ignem iræ afflare dicit, ut magis in nobis accendatur. Unde subdit: *Nolite locum dare diabolo; de ira id intelligendum est, quæ ex sufflante dæmone crescit in odium, & de festuca trabem efficit, & ita ultionis cupida, vel ditat homicida.* Sancta Mater Ecclesia à Spiritu Sancto directa in Litanijs nos sequentem petitionem Deo proponere docet: *Ab insidijs diaboli libera nos Domine*; quænam verò sint hæ dæmonis insidiæ, per immediate subsequentem petitionem insinuare videtur, quia immediatè post in iisdem litaniis subjungitur: *Ab ira, & odio, & omni mala voluntate, libera nos Domine.* Quia astutus serpens in ira & chelera mortiferum venenum suum principaliter evomit. Sanctus Bernardus inquit: *Diabolus quando decipere quemquam tentat, prius naturam uniuscujusque intendit, & inde se applicat, unde aptum hominem ad peccandum aspicit. Blandis & lenibus mentibus luxuriam, aut vanam gloriam proponit; asperis verò mentibus iram.* Cum enim hæc passio nobis sit connaturalis, facilè est dæmoni, ut ex parva scintilla ingens excitet incendium, maximè si ad illam suffocandam non simus soliciti. Sanctus Hilarius persuadere nobis volens, ne irascamur illis qui indigne nos tractant, hoc præcipue utitur motivo, ut scilicet consideremus dæmonem iracundorum esse instigatorem. *Non his irascendum est*, inquit, *à quibus aliqua perpetimur, sed quoties ad comitiam ab iracundia provocamur, quotiescumque per convitia ad lites exhortamur, agnoscendas est hostis ille, per quem hæc operum ac dictorum incentiva probentur. Neque irascendum est hominibus alienæ instigationis operarijs, sed potius in his detestandi officij interessio fœda miseranda est, quod sint vasa diaboli, Satanæ ministerium, latrocinantium telum, & alienæ malitiæ ac nequitiæ paritores.* Divus Chrysostomus in quadam homilia *de ira & furore* idipsum his verbis scribit? *Si quis te infestet, ne ad ipsum respicias, sed ad dæmonem hunc commoventem, atque universam iram contra illum effunde, ejus verò qui ab illa concitatur miserere, si enim mentiri à diabolo est, multo magis sine causa irasci.* Dum impetrante Henrico Tertio eodemque in Urbe Moguntina Festum Pentecostes devote peragente familiares Archiepiscopi & Abbatis Fuldensis propter præcedentiam, de qua inter se Archiepiscopus & Abbas contendebant manus conserrent, pavimentum effuso utrimque sanguine conspersum fuit; at veroP ræsato Fuldensi se interponente utrimque præliantes reconciliati fuere, cumque post templi profanati repetitam benedictionem Missa solemnis in eodem celebraretur, hæcque verba recitarentur: *Hunc diem gloriosum fecisti*; audita est exacre resonans vox dicens: *Hunc diem bellicosum ego feci*; quam vocem Imperator audiens facilè sibi dæmonis vocem esse persuasit, prouti revera erat, ac proinde respondit: *Tu omnis malitiæ inceptor & inventor diem bellicosum, & arrogantibus luctuosum fecisti, sed per gratiam Dei, qui illum gloriosum fecit, pactscentibus gratiosum faciemus*; Jussit igitur lautissimos mensæ suæ cibos inter pauperes distribui, quibus ipsemet cæsareis manibus suis ministravit. Inter alia exempla quæ de antiquis patribus leguntur, celebre est illud, quod de quodam illorum refertur, qui cum ad iram proclivis esset, solitarius vivere statuit, ne haberet occasionem qua ad furorem iracundiæ concitaretur. Cum verò die quadam hydriam suam aqua implere veller, hæc mox ut aqua impleta fuit, eversa est, secunda igitur vice eamdem replevit, & hydria impleta denuo corruit: Cumque tertia vice eamdem implevisset, hydria eversa denuo omnem aquam effudit; Unde ira percitus hydriam in minutas partes confregit. Tandem verò *in se reversus agnovit, quia ab eodem dæmone iracundiæ sit illusus, & dixit: Ecce ego solus sum, & vinat me; reversatur in congregationem, quia ubique labore & patientia opus est, & maximè adjutorio Dei.*

Cajet. Si motus iræ protendatur, locum parat diabolo. Salmeron. to. 15. disp. 11. Per iram diabolus nobis maxime insidiatur. S. Bern. de inter. domo cap. 47. S. Hilar. in Psal. 118. Diabolus est iracundorum instigator.

Manip. exempl. part. 4. Aliud exemplum. S. Pet. Dam. lib. 4. epist. 17. Ex historia Saul patet e iratum, habere dæmonium. Eph. 4. 27. S. Hieron. Nazianz. Jamb. 21. S. Basil. orat. 9. de ira & inimicis. Eph. 4. 27. Primas. B. Pet. Dam. ibid. Terribilis historia iracundi sacerdotis.

3. B. Petrus Damianus in Epistola quadam ait: *Ira, sicut scriptum est, dæmonium habet; quod etiam experimento dignoscimus, si Saul irascentis historiam per ordinem perpendamus, ait enim Scriptura: quia cum mulieres Israëlitarum ludentes in sistris, & lætitia tympani canerent: percussit Saul mille, & David decem millia, iratus est Saul nimis, & displicuit in oculis ejus iste sermo; deinde subinfert, post diem autem alteram invasit Spiritus Dei matris Saul Ira præcessit, & mox nequitiæ Spirituum introduxit; de hinc abreptitium suum vesani furoris accendit, ac ad perjurandum David, quem sanctus inhabitabat Spiritus, incitavit.* S. Hieronymus super illa verba S. Pauli: *Nolite locum dare diabolo*, ita scribit: *Tunc vel maximè in potestatem ei damur, quando nec clementia, nec mansuetudine ejus vincimur quem odimus indigne. Hinc quod nunc præcepit, neque locum detis diabolo, illud de Ecclesiastico comparatur: Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dederis ei.* Nazianzenus in sacris suis Poëmatibus adversus iram ita canit: *Irascor iræ, dæmoni intus condito.* S. Basilius in oratione quadam contra iracundos ita scribit: *Si ex adverso æquale malum resistens reperierint, nempe iram aliam, & insaniam parem, dum sane inter se commissi mutuo confligunt, ea mala perpetiuntur, quæ par est eas perpeti, qui sub tali dæmone stipendia merentur.* Primasius super illa verba: *Nolite locum dare diabolo*, inquit: *Locum damus diabolo, iracundiam retinendo.* B. Petrus Damianus quamdam refert historiam quæ suo tempore in territorio Urbinate contigit. Cum enim duo presbyteri circa vesperam inter se contendentes mutuis se injuriis & convitiis peterent, unus illorum vindictam machinans, correpta lancea domum se recepit, alteri commmando & conviciis eum afficiendo; superveniente autem morte obvios habuit quinque equites nigris equis insidentes, & ejusdem coloris chlamydibus tectos, quorum unus, qui præcipuus esse videbatur, presbytero dixit: Sæpius te rogavi, ut te subditum meum declarares; multumque meorum albo te inscribi faceres, quod quidem hactenus diversis vicibus facere detrectasti, nunc autem id ipsum evitare, teque meum esse abnuere non poteris, quapropter ac tutum me sequere; acceptavit igitur presbyter equitis sibi ignoti (quem nobilem quemdam, Romanum nomine, esse credebat, à quo ad suam societatem sæpius acceptandam invitatus fuerat) oblatum consortium, seque illius individuum sodalem futurum esse promisit, confestim verò dæmon (talis enim revera eques hic erat) presbytero dixit: *Scisne quis sim ego?* presbyter iratus respondit: *Nonne tu es Dominus meus Romanus?* Cui inimicus infernalis subintulit:

Absit, absit, sed ego sum diabolus, cui tu nunc commissus es, & individua deinceps societate constrictus. Quibus verbis auditis vir ille consternatus, fine mora Episcopum suum adiens (cui Sanctus Petrus Damianus, qui hanc historiam scripsit, præsens aderat) ad ejus se pedes prostravit & ad rigorosam subeundam pœnitentiam ultro se obtulit, à quo proinde ministerij sacri exercitio privatus, & in carcerem per integrum annum in rigorosa pœnitentia sustinendum conjectus fuit. *In quo mirum facto*, inquit prædictus Sanctus Cardin. *Manifeste perpenditur; quoniam iracundus, dum zelo immoderati furoris accenditur, juxta scripturæ testimonium à dæmonio possidetur, numquid enim iracundus dæmonio vexante non agitur, qui nonnumquam ad plectendam cujuslibet non lædentis, quin potius sibimet obsequentis innocentiam permoveatur.*

Hort. Pass. Tuba sacerd. tract. 6. sect. 3. Patet ex insigni historia.

4. In litteris Societatis Jesu sequens recensetur historia: *Eripienda fuit à potestate diaboli fœmina, quæ se illi devoverat, si ingressa amplius esset sub tectum filij, à quo irata recesserat. Execrationis oblita, statim redijt, & statim dæmon mulierem induens eam arripuit, in summam templi pinnam adduxit, & dedisset ex eo loco præcipitem, nisi illa ad se reversa tremendo nomine hostem à se aliquantulum removisset, eodem relo circumcurrentem quasi canem, jamjamque se immittentem tam diu arcuisset, donec allatum est præsidium, & ab homine societatis reconciliata fuit Deo.* Div. Chrysostomus in quadam homilia super acta Apostolorum, iracundos dæmoniacis non inferiores esse his verbis dicit: *Nonne peccantes deterius effecti sumus, quam à dæmonio vexati? Sed quod non spumamus, neque pupillas distorquemus, neque manus, utinam in corpore hoc patereamur, & non in anima. Vis tibi monstremus animam spumabundam, immundam, & distortos oculos mentis & cogita iracemes, & ebrios à furore.* Sanctus Bernardinus in sermone de exoratæ spirituum maligniorum de ira inquit: *Spiritus pessimus nuncupatur. Dicitur ira ab ur quod est ignis, quasi ura, quia uris atque inflammat. De hoc spiritu iracundiæ Judicum 9. circa medium scriptum est: Immisit Dominus Spiritum pessimum inter Abimelech, & habitatores Sichem.* Citatque illum Jobi textum, quo dicitur: *Vidi eos qui operantur iniquitatem, & seminant dolores, & metunt eos, flante Deo periisse, & spiritu iræ ejus esse consumptos.* Sanctus Antoninus per dæmoniacum illum Evangelicum, qui vestes lacerabat, iracundum his verbis intelligendum esse dicit: *Merito figuratur per illum dæmoniacum, qui vestimentis suis dilaceratis, nudus incedebat, homines vexabat, in monumentis manebat.* In libro cui titulus est: *Admirandum divinæ vindictæ theatrum*, in capite *de pœnis maledictionum* sequens legitur funesta tragœdia; etenim virgo quædam cæteroquin bonis moribus prædita, cum apud quamdam cognatam suam educaretur, fictilem Scyphum modici valoris fortuito fregit, ideoque à cognata sua ingenti cum severitate reprehensa, tali cœpit ira excandescere ut ad cibum fumendum induci non posset, cumque à cognata urgeretur incessanter, ut saltem cibum vitæ necessarium sumeret, ipsa indignata dixit: *Si me oportet edere, in nomine diaboli fiat*; mensæ igitur accumbens in primo cibi bolo muscam quamdam ori ingestam sensit, quam cum nequaquam ejicere posset, deglutivit, simulque cum illa eam dæmon intravit.

Ex litteris Soc. Jesu an. 1592. Mulier iracunda, à dæmone abrepta fuit. D. Chrysost. Hom. 42. in acta. Irati comparantur dæmoniacis. B. Bernard. T. 3. ser. de exercit. spir. malig. art. 3. c. 3. Job. 4. v. 8. Ibid. v. 9. S. Antonin. sum. 2. p. tit. 7. cap. 1. §. 3. Virgo irata à dæmone possidetur.

5. Bellovacensis Casum quemdam refert qui inter antiquos illos monachos quondam accidit: *Nam in collocutionibus Patrum, lib. 12. dicitur; Quod cum quidam senex vitæ probatissimæ quemdam sermonem durum ex ira, & præsumptione contra B. Mariam protulisset, traditus nequissimo dæmoni humanas egestiones per os emittebat.* Merito igitur S. Augustinus in quodam sermone iracundum his verbis exhortatur: *Si verbo offendisti, verbo reconcilia, si vero facto, quod Deus averlat, placa eum facto; sic*

Bellov. spec. mor. lib. 3. part. 5. dist. 1. Aliud exemplum. S. Aug. serm. 9. ad Fratres.

sic enim decet servos Dei facere, sic decet eos dæmonem expellere, & Sanctos Angelos introducere, nam ubi ira regnaverit, ibi omnino princeps diabolus erit, nec inde aliquid boni exire poterit. S. Bernardus in quodam sermone *de modo bene vivendi* ait: *Non pacificus, consortium non meretur angelorum; iracundus erit particeps dæmoniorum.*

S.Bern.ser. 4. de modo bene vivendi.

6. In Silesia sequens contigit casus omnino horribilis. Cum enim nobilis quidam primores nonnullos loci illius convivas ad mensam suam invitasset, singulique eorum se excusassent, nobilis hospes indignatus in sequentia prorupit verba: Si venire, nolunt, omnes ex inferno veniant diaboli; domo itaque egressus, ad proximam se contulit Ecclesiam: ut inibi iræ locum daret. Quo interim tempore ad domum ejus nonnulli convenerunt staturæ proceræ atræque faciei equites qui servis præceperunt, ut Dominum certiorem redderent, quoniam invitati ab eo advenissent, ille itaque ut res erat suspicatus, tremuitque, quid faciendum deliberare cœpit, cui suggesserunt aliqui, ut totam è domo egredi juberet familiam, quæ è domo confestim egressa, innocentem inibi in cunis dormientem ex oblivione reliquit infantem; dæmones autem familiaribus domus abeuntibus mensæ accumbentes epulari mutuasque facere propinationes cœperunt, alij verò per fenestras prospicientes luporum, ursorum, aliarumque ferarum formas exhibebant; quorum unus infantem è cunis levatum durius cum tractaret, unus è famulis animosior miselli infantuli lachrymis commotus in domum properans, infantem è maligni illius Spiritus manibus extorquere conatus est, sed frustra, siquidem dæmon infantem restituere renuit, donec prius Pater illius, à quo invitati fuerant inter illos se præsentem sisteret; Tandem verò servus invocato sanctissimo Jesu nomine puerum obtinuit. Dæmones quoque postquam in domo illa aliquot perstitissent diebus, postea inde migrarunt. Ecce itaque pestiferos iræ fructus. Unde merito S. Augustinus dicit: *Humanum est, fratres mei, irasci, & turbari, & iram incurrere, bonorum & malorum communis est conditio, sed in ira, vel odio perseverare, diabolicum est.* Ad quod idem facit quædam S. Ambrosij speculatio, dum Apostolum primò, *irascimini & nolite peccare*: postea verò *nolite locum dare diabolo* dixisse advertit inquiens: *Quoniam irasci quis non potest prohiberi (quippe cum ira motus sit naturalis) idcirco irascendum dicit, sed commonet, ne per iram peccetur, solemus enim modum egredi dum irascimur.*

S.Aug.ibid.

Eph.4. 26. S.Ambr.

7. Satius est corpus à dæmone, quam animam & corpus possideri ab ira, juxta illam D. Chrysostomi doctrinam: *Et ij potius, quam qui à dæmone vexantur, miseri dicendi sunt; à dæmone enim vexari non immittit in gehennam, irasci autem, & acceptæ injuriæ meminisse, expellit à regno cœlorum.* Et alibi ita contra iracundos idem scribit doctor: *Miseriores infelicioresque eos censeo, qui ab ira quam qui à dæmone corripiuntur. Da operam ut iram remittat; libera eam à sævissimo dæmone, propriæ scilicet mentis furore, nam & cum aliquos à dæmone actos videmus; sæpè lachrymamur, non autem agimur ut ipsi quoque eadem patiamur. Hoc igitur etiam in ira pereritis servemus, illorum enim sunt similes iracundi, imò etiam illis longè miseriores.*

D.Chrysost. in Ps.4. Præstat corpus à dæmone, quam animam ab ira possideri. *Idem Hom. 18.in Matth.*

8. Sanctus denique Antoninus ita de iisdem iracundis ad præsens scribit intentum: *Conversantur cum talibus dæmones libenter, unde Apostolus ad Ephesios 4. sol non occidat super iracundiam vestram, nolite locum dare diabolo q.d. per iracundiam diabolus habitat in vobis, & hoc cum sol rationis succumbit super iram, id est, quando tanta est, quod tollitur usus debitus rationis. Quamvis iracundi videntur pejores diabolo, nam diabolus non fuit ausus præcipitare Christum de pinnaculo, sed dixit: Mitte te deorsum; Pharisæi contra Christum repleti in Synagoga ira, propter verba ejus vera & sancta; duxerunt usque ad supercilium montis ut præcipitarent.*

S.Antonin. 2.p.tit.7. cap.1.§.3.

DISCURSUS IX.
ARGUMENTUM.

De animæ & corporis morte cujus effrænis ira causa existit.

THEMA.

Verè stultum interficit iracundia. Job 5. ℣.2.

1. TAmetsi vita hominis, ab uno quoque caro quidem in pretio habetur, magnisque cum molestiis, dispendiis & curis conservatur, & tamen iracundus eamdem ultro citroque dissipat, sibique abbreviat, mortem sibi voluntariam adscisendo. Unde Job ait: *Verè stultum interficit iracundia*, siquidem & corpori & animæ mortem accelerat. Unde B. Petrus Damianus suadet dicens: *Excludatur ab iratorum mentibus iracundia, quæ odium generat, quæ nimium cordis oculos, quos per semetipsam turbat, per virulentam sobolem deterius cæcat, & iracundus quisque se veraciter perimit, dum lesionem proximi, vel, quod atrocius est, mortem sitit, unde scriptum est virum stultum interficit iracundia.* S. Bonaventura de de hoc vitio differens inquit: *Aufert homini seipsum, sicut vulgo dicitur, quod homo turbatus, vel iratus, non est in seipso, satis autem damnificatur, qui perdit seipsum.* Et quidem ingens jactura est, corpus simul & animam perdere; hanc quidem propter peccatum illud verò quia *Viri sanguinum ... non dimidiabunt dies suos*, iracundi enim *viri sanguinum* esse solent: *Stultum se demonstrat* inquit alibi idem Seraphicus doctor *qui per cor suum immittit gladium ut lædat tunicam inimici sui*; hoc autem iratum facere experientia docet, prius enim iracundus mortali ferro animam propriam transfadigit, quam offendat personam illius cui graviter irascitur. Unde D. Chrysostomus in homilia quadam *de ira & furore* ita scribit: *Non ita martyrum viscera discerpere interiora possunt sicut ira ferreis unguibus semper incidens universa pendit. Non enim corpus solum vastat, sed ipsam quoque animæ lædit sanitatem.* Unde S. Isidorus Peluliota quemdam ad iram valdè proclivem his verbis monet: *Fac frænum iracundiæ quam ocyssimè injictas, ne te in exicium præcipitem agat.* Cassianus venenosæ cujusdam iræ speciem insinuat, quæ ad cor usque serpendo mortem animæ infert, licet exterius non appareat; dicit enim *rancorem animi reservantes negant quidem se verbis irasci, sed re ipsa & opere indignari gravissimè comprobantur. Nam neque eos congruo sermone compellant, neque affabilitate eis solita colloquuntur, & in eo se minimè delinquere putant, quod vindictam suæ commotionis, non expetant, quam tamen quia proferre palam, & exercere, aut non audent, aut certè non possunt, in suum perniciem virus iracundiæ retorquentes, concoquunt eam in corde taciti, ac silentes in semetipsis consumunt.*

Ira corpori & animæ infert mortem. *Job 5.2.* *B.Petr.Dam. lib.4.epist. 17.* *S.Bonav. in dicta sa. lut. sit. de pecc.cap.5.* *Psal.54.v.24* *S.Bonav. lib.3.com. pen.theol. verit.q.17.* *D.Chrys.to. 6.hom.20.* *S.Isid.Pel. lus.lib.1. epist.280.* *Cassian.lib. 8.de spir.ira cap.10.*

2. S. Ephrem considerat quod malum, ab iracundo in corde suo inimico præparatum, in propriam ipsius recidat perniciem & ruinam; unde ait: *Vis iræ ejus, ruina est ipsi.* S. Dorotheus iram pestis nomine compellat dicens: *Amittamur, & invigilemus, opemque nobis ipsis mutuo feramus, ut ab hac pestiferæ passionis amaritudine adjuvante Deo liberemur:* S. Joannes Climacus hoc iracundis suggerebat remedium, ut scilicet considerarent ruinam, quam proximo præparant, ipsimet tandem fore pernitiosam; dicit enim: *quidam cum ex ira facilè commoveantur, nullum huic morbo quærunt remedium, & curam, dum infelices non meminerunt illud dicentis, momentum furoris ejus ruina est illi:* Sapiens ait: *Grave est saxum & onerosa arena, sed ira stulti utroque gravior*; cui quidem Ven. Beda consonare videtur, cum iram æqua lance trutinans inquit: *Ira quia non corporale, sed spirituale est vitium, quo minus deprehenditur, eo amplius gravat*, verumtamen opinione mea parum nimis dicit, quia ira, quæ animam peccato aggravat, corpus insuper deteriorando, saluti ipsius nimium præjudicat. Idem V. Pater iracundum hortatur, ut passionem hanc celerrimè refrænet, eo quod periculum sit, ne diu continuata in odium degeneret. *Ab omni*, inquit, *indignatione cito redeundum est ad mansuetudinis lenitatem, nam pertinax motus facilè in ejus odium transit, cui non celeriter ignoscit*; Unde sequitur quod *qui non diligit manet in morte.* S. Augustinus considerabilem in hoc proposito doctrinam adfert dicens: *Appende in statera considerationis iram & odium. Quid est ira? fervor quidam animi. Ad præsens displicet tibi. Jam in te ira ista inveterata est, ideo fecit odium. Ira festuca est, trabes futura crescendo, sicut enim festuca crescit in trabem, sic ira inveterata fit odium.* Idem quoque de celebri Christi in monte habito sermo differens, post longum discursum de ira discurrens, nonnullos illius sequentibus verbis gradus distinguit dicens: *Gradus itaque sunt in istis peccatis, ut primo quisque irascatur, & eum motum retinuit corde conceptum. Jam si extorserit vocem indignantis ipsa commotio, non significantem aliquid, sed illum animi, motum ipsa expressione*

S. Eph. doct. varia de humilit. *S.Doroth. serm.8.* *Clim.gra.8.* Ira est passio pestifera sibi-ipsi præparans ruinam. *Prov.27.v.3.* *Ven.Beda.* *Ven.Beda Eph.4* Hinc cito te primenda est. *1.Joan.3.14.* *S.August. tom.10.Hom. 5.* Gradus sunt in peccato iræ. *S.Aug. l.1.de ser. Domini in monte c.9.*

tione testantem, quæ feritur ille cui irascitur, plus est utique, quam si surgens ira silentio premeretur. Si verò non solum vox indignantis audiatur, sed etiam verbum, quo jam certam ejus vituperationem, in quem profertur, designet, & notet, quis dubitat amplius hoc esse, quam si solas indignationis sonus ederetur? itaque in primo unum est; id est ira sola, in cundo duo, & ira, & vox quæ iram significat; in tertio tria; & ira, & vox quæ iram significat, & in voce ipsa certæ vituperationis expressio. Vide nunc etiam tres reatus judicij, concilij, & gehennæ.

Quomodo ira abbreviet vitam hominis. *Hugo Card. Ephes.4.31.*

3. Bellovacensis similiter damna considerat quæ iracundus sibimetipsi infert, dum animam suam lethaliter offendit. *Per iram*, inquit, *omne bonum succenditur, aufert enim homini bona sua temporalia, spiritualia & æterna*; Proverb. 19. *Qui impatiens est sustinebit damnum. Ira est quasi ignis subitus, qui subito occupans domum hominis, aufert ei se, & sua omnia; iracundia, & odium ferens, similis est rhammo in radice fovet ignem, qui subito erumpens, primo seipsum, poti victmas arbores consumit.* Paulo post ignis adhibens similitudinem, idipsum quasi repetit, dum ait: *Ira ignis est, primo nocens ei, in quo nascitur, quam rebus alijs.* Unde S. Augustinus inquit, *nemo malus, qui non primo sibi nocuit. Iracundus primo se succendit, faciens de se faculam, qua rem proximi sui lædat, se vero succendendo animam suam occidit, sicut scriptum est. Job 5. Verè stultum interficit iracundia.* Et in ejusdem Discursus progressu iracundi, sibiipsi mortem inferentis vesaniam insinuans, ita scribit contra *virum stultum: Considera quam stultum sit irasci, non enim est iracundus solus stultus, sed insanus, quia in odium alterius se suo gladio impetit, vindicat eum seipso.* D. insuper Chrysostomus ad irreparabile, quod iracundus sibi infert, se reflectens damnum, nos ad mansuetudinem his exhortatur motivis: *Si quis nobis insultaverit, humiliemur; si quis exasperatur, mitigemus, si quis mordet & lacerat, & contumelijs prosequatur, nolite commoveri, ne victi nosipsos perdamus. Etenim ira fera est vehemens. O furibunda, incantemus eam Divinæ scripturæ carminibus, dicentes: Terra & pulvis es, & quid superbit terra & pulvis? & impetus iræ ejus, casus ei.* Olympiodorus similiter dicta exponens verba inquit: *Contra Deum superbia elatus inspicienter ira accenderis, ita ut merito justæ divinæ iræ impetum experiaris, vel à tua ipsius opprimaris, omni enim insipienti & iracundo, propria iracundia interitum affert.*

Bellov. spec. mor. lib. 3. par. 5. dist. 1. Recensentur damna iræ spiritualia & temporalia. *S.Bonav. in dicta sa. lut. sit. de pecc.cap.5.* *Psal.54.v.24* *S.Bonav. lib.3.com. pen.theol. verit.q.17.* *Seneca l.3. c.1.de ira.* *Ven.Beda Eph.4* Hinc cito te primenda est. *1.Joan.3.14.* Iratus seipsum perimit. *D.Chrys.h. 47. in Joan.* *Olympiod. Job 5.v.2.*

4. *Interficit iracundia.* Passio illa irrefrænata non modo animæ, sed & corporis destruit Salutem, dicente Ecclesiastico: *Zelus & iracundia minuunt dies*; ubi Lyranus subdit: *Quia corrodunt cor à quo procedit vita. Et ante tempus* (prosequitur Ecclesiasticus) *senectam adducet cogitatus*, quia scilicet inquit Lyranus, *ante tempus determinatum à natura, senectam adducet cogitatus illius:* Et S. Ephrem in libro *de virtutibus & vitijs*, de Ira tractans inquit: *Iracundus semper in perturbationibus vivit, animi tranquillitate ac pace, commodaque corporis valetudine carens, semper illi corpus illius contabescit, & animus angitur, cavo marcescit, oboritur pallor, & mens perturbatur; sensus debilitatur, & cogitationes fluminis instar scaturiunt.* Seneca autem inter iram & reliqua vitia, pro eodem nostro stabiliendo proposito hanc assignat differentiam, *alia vitia à ratione, hæc à sanitate deficit.* Porro ut dicti Ecclesiastici textus (*senectam adducet cogitatus illius*) efficaciam magis penetremus, ad quemdam D. Chrysostomi nos divertamus oportet discursum, qui interiores hominis, hac effræni passione arrepti angustias confiderans inquit: *Nullas Leo, nulla sic vipera queant lamiare, ut hominum iracundia, ferreis quibusdam unguibus confodiens universa. Neque enim solummodo corpori nocet, sed ipsius etiam corrumpit animæ sanitatem; cunctas siquidem ejus omnino vires discerpit ac devorat, eamque ad omnia inutilem facit sicut enim ij qui vermes in interioribus corporis nutriunt, ne respirare quidem sinuntur, vexatis profectò adesisque visceribus, quomodo nos venenatam hanc in nobis alentes viperam, iram dico, quæ omnia interiora hominis depascitur, quid inquam sanum aut forte potermus cogitare, aut parere?*

Non tantum in anima, sed & in corpore. *Eccli. 30. v.26. Lyran.* *S.Ephr. lib. de virt. & vit.* *Dion.Cart. in Eccl.*

5. Quoniam verò modo invidia & ira vitam hominis abbrevient, Dionysius Carth. his verbis declarat: *Minuunt dies*, inquit, *abbreviant vitam, sunt enim passiones corporalis appetitus & fiunt cum transmutatione corporali, innaturali lasitia, & sunt velut quædam corrosiones compunctionesque cordis.* Hugo Cardinalis inquit: *Minuunt dies*, id est, *vitæ præsentis ad litteram.* Apostolus ad Ephesios scribens ut eosdem ad declinandam iram exhortetur, hoc utitur mystico loquendi modo: *Omnis amaritudo & ira*, &c. Ira etenim à felle derivatur, quod est amarissimum, & à bile, hæc enim in stomachum & in alias corporis partes cum earumdem non modico detrimento se diffundit. Seneca capite ultimo libri 2. *de Ira*, inquit: *Magis illud videndum est, quam multis ira per se nocuerit. Alij nimio fervore rupere venas, & sanguinem supra vires elatus clamor egessit, & luminum suffudit aciem, in oculos vehementius humor egestus, & in morbos ægri recidere. Nulla celerior ad insaniam via est. Multi itaque continuaverunt ire furorem, nec quam expulerant mentem, umquam receperunt*; adeoque adimpletur in illis *ad unguem* illud Jobi: *Virum stultum interficit iracundia*, siquidem hæc præterquam quod vitam abbreviet, etiam cerebrum lædi vel amitti facit. Jonas Propheta olim se moriendi cupidum esse ostendit. quando *petivit animæ suæ ut moreretur, & dixit melius est mihi mori quam vivere.* At verò cur adeo vitæ pertæsus erat? num fortè dolebat videndo Deum contemni, Baal verò adorari, ad eum modum quo Elias super hoc doluit? nequaquam; sed ira judicium & discursum in ipso suppreserat: *Et afflictus est Jonas afflictione magna, & iratus est.* Quem Deus cum interrogasset: *Putasne bene irascaris tu super hedera?* respondit ipse: *Bene irascor ego usque ad mortem. Id est vehementissimè* ut Dionysius Carthus. exponit. *Potest autem contingere, ut homo ex nimia commotione iræ lethalem infirmitatem, & mortem incurrat, quoniam passio iræ propter accensionem & ebullitionem sanguinis circa cor est corruptiva.* S. Augustinus in quodam sermone, postquam dixisset: *Fugiamus iram quæ rationem suffocat*; paulo post sequens motivum allegat: *O quam grandis, & lata miseria, tam corporis quam animæ. Nam corpus, quietem, somnum, & alacritatem amittit & anima vitam perdit æternam.*

Jonæ 4. v.8. Jonas præ ira petit mori. *Ibid.v.1.* *Ibid. v.9.* *Dion. Cart. ibid.* *S.Aug.ser. 9.ad Eratres.*

6. S. Antonius inter alia pestifera hujus plantæ germina, enumerat quoque sequentia dicens: *Talis vehemens ira accelerat mortem unde animalia iracunda, ut Canis qui de facili mordet & latrat, sunt brevis vitæ, & de Sylla consule Romanorum narrat Augustinus de Civitate Dei, quod præ ira, cum turbulentissimus esset, fracta est sibi vena sanguinis in corpore, unde mortuus est.* Victor Pisanus exercitus maritimi Venetorum dux generalis, ob multas reportatas victorias gloriosus, accepto nuncio quod suum locumtenens occasionem expugnandi & acquirendi decem Genuensium triremes neglexisset, nimio furore correptus in febrim incidit, mortuusque est rabidus præ nimio furore. Berchorius exemplum adducit apum, quæ eodem tempore, quo iracundæ aculeum iis, quos invadunt, affigunt simul quoque semetipsas interficiunt; *Sic cum iracundi multoties taliter irascantur, quod absque judicio rationis ad lædendum alios animantur, sæpè fit, quod quantum ad Deum, & quantum ad mundum, corpus & animam perdere dignoscuntur.* Apud plutarchum in libro *de cohibenda iracundia* sequentia werba leguntur: *Sicut Hipocrates ait; Eum morbum esse gravissimum, qui faciem ægrotantis quam maximè mutet in diversum; ita conspiciens alios ob iram maximè sibi excedere, & vultum immutantes, colorem, incessum & vocem in diversum vertere.* Eodem quoque argumento utitur Seneca, ut quam hoc vitium corpori pernitiosum sit explicet; dicit enim: *Ut scias non esse sanos, quos ira possedit, ipsum illorum habitum intuere. Nam ut furentium certa indicia sunt, audax & minax vultus, tristis frons, torva facies, citatus gradus, inquieta manus, crebra & vehementius acta suspiria, ita irascentium eadem signa sunt.* D. Chrysostomus pariter hoc tradit esse corporis ex ira malè habituati evidens signum, inquiens: *Non videtis biliosa corpora quam sint infacunda, cum omnis flos in eis emarcuerit? quam sint imbellia, & ingratilia, & inepta ad omnia? qui est ad gravem iram propensus, nunquam remittit animum, ut sit semper cogitabundus, semper tristis. Ipsi primi sua mala sentiunt.* Advertendum quoque est, quod Ecclesiasticus priusquam diminutionem vitæ corporalis ex ira subsequi insinuaret, jam antecedenter dixerat: *Tristitiam longe repelle à te, multos enim occidit tristitia*; iracundi enim semper

Syllæ, & victor Pisanus ex ira moriuntur. *T.3.flor. Exemp.tit. 19.n.3.* *Plutar.lib. de cohibenda iracundia.* *Seneca l.c. de ira c.5.* *D.Chrys. Hom.25. ad Ephes.* *Eccli.30.24.* *Job 5.v.2.*

semper sunt tetri, melancholici Saturnales. Carthusianus super illa propositi thematis verba: *Vere stultum interficit iracundia*, inquit: *Interdum enim etiam morte corporali eum efficit dignum.* In historiis de Wenceslao Rege Bohemiæ sequentia leguntur: *cuidam subito offensus morti eum adjudicare parabat, itaque ab iracundia est superatus, ut brevi paralysi convulsus membrorum officio destitutus in terram caderet, pauloque post moreretur.* De Matthia Rege Hungariæ legitur, quod cum ipsi ad mensam accumbenti diceretur, Legatum Franciæ adesse ut ipsum regis sui nomine veneraretur, servis suis recentes apponere ficus jusserit, cui cum servi nullas ficus supereſſe responderent, adeo vehementer iratus fuerit, ut subito ex apoplexia mortuus conciderit. In Sozomeno sequens legitur casus: *Valentinianus Imperator expeditionem in Sarmatas & Quados facturus, legatis eorum pacem rogantibus, simul intellexit quod rogarat, eos videlicet suæ gentis honoratissimos esse: tantopere ob indignationem eorum, imperium suum exagitantium stomachatus est, ut ruptis venis atque arterijs sanguine exhaustus mortuus, subito corruerit.* In Deuteronomio de Moyse scribitur, quod ad ætatem centum viginti annorum in continuata rigorosa sanctitate pertigerit: *Non caligavit oculus ejus, nec dentes illius moti sunt* idque ex ea solum ratione, quia mansuetissimus fuit omnium hominum qui fuerunt super terram. Seneca sententiam quamdam tradit; quæ sola sufficeret dominantibus, ut fræno furorem suum coërcerent, dicit enim *necessarium est fœditatem ejus ac feritatem coarguere, & ante oculos ponere, quantum monstri sit homo in hominem furens, quantoque impetu ruat, non sine pernicie sua perniciosus.*

Varia exempla ex nimio motu iræ mortuorum. *Dion. Cart. Mart. Cromer. in hist. Pol. lib. 18.*

Catech. hist. 14. c. 6. n. 2.

Sozom. lib. 6. c. 6.

Deut. 34. v. 7.

Seneca lib. 3. de ira c. 3.

DISCURSUS X.
ARGUMENTUM.

Ira amicitiæ & socialitati est contraria, multoque magis homines ad alios gubernandos inhabiles efficit.

THEMA.

Noli esse amicus homini iracundo, neque ambules cum viro furioso, ne forte discas semitas ejus, & sumas scandalum animæ tuæ. PROV. 22. ℣. 24.

Iracundus privatur hominum amicitia. *B. Petr. Dam. lib. 4. epist. 87.*

1. B. Petrus Damianus in Epistola quadam hoc iræ vitium diffuse perstringens, inter alios pernicioſos illius effectus hunc quoque iisdem annumerat, quod videlicet hominem iracundum bono amicitiæ privet; Ita enim scribit: *Quanta sane sit iracundiæ pestis, in hoc patenter exprimitur, cum nobis iracundi hominis societas prohibetur, & quasi per antiquæ scripturæ sententiam, qua diem jam, ut ita fatear, excommunicatione percellitur, dum à proximorum suorum contubernio separatur; ait enim Salomon. Noli esse assidus cum homine iracundo, ne discas semitas ejus, & sumas scandalum animæ tuæ.* Symacus legit, *Ne amicitiam contraxeris.* Experientia docet, quod sicut latratus canis alium confestim irritat ad latrandum, & sic se invicem mordent, eodem modo homo iracundus per iram suam alium quoque provocat ad bilem, adeo ut mox in pugnas devenientes inter se confligant; *ne... sumas scandalum animæ tuæ*; Vatablus legit: *Ne tandem male pereas, & ab alijs interficiaris.* S. Augustinus in libro *de amicitia* ita scribit: *Sunt vitia quædam, quibus si quis fuerit involutus, non diu leges amicitiæ, vel jura servabit, non enim ad amicitiam sunt idonei nimis iracundi. Difficile est eum quem sæpe iracundiæ furor exagitat, non aliquando insurgere in amicum, unde Ecclesiasticus: Est amicus qui odium & rixas & convitia denudabit.* Dionysius Carthus. hoc ipsum verbis sequentibus assignat præjudicium: *Per iram socialis vita confunditur, concordia dissipatur, societas aggravatur, juxta illud Prov. spiritum ad iracundum facilem quis poterit sustinere?*

Symac. Simile canis alium allatrantis.

Prov. 22. 25

S. August. tom. 4. lib. de amicit. c. 12.

Dion. Cart. in c. 5. Joan.

2. Hugo Card. ad eum à nobis sæpe citatum se reflectens textum: *Ira in sinu stulti requiescit*, ita scribit: *Quasi Leo in spelenca sua unde non est ambulandum inter stultos, sicut nec inter speluncas Leonum, periculosum est Leonem dormientem excitare, sic stultum ad iram provocare, unde Prov. 26. sicut qui apprehendit auribus canem, sic qui pertransit, & impatiens commiscetur rixæ alterius.* B. quoque Laurentius Justinianus ob eamdem rationem hoc de iracundo perhibet testimonium dicens: quod sit *fraternitatis dissipator*, homo namque Cholericus integram congregationem optime munitam atque concordem dispergere & per se conturbare sufficiens est; in quem finem S. Gregorius, præmissa de vitæ socialis jactura, quam ira operatur, consideratione, præter citatam, aliam pariter scripturæ authoritatem in hæc subjungit verba: *Per iram gratia vitæ socialis amittitur, sicut scriptum est: Noli esse assiduus cum homine iracundo &c. & idem: Quis poterit habitare cum homine, cujus spiritus facilis est ad irascendum, quia qui se ex humana ratione non temperat, necesse est, ut bestialiter solus vivat.* Omnibus odiosus & exosus est iracundus, ad pacificam ineptus vitam & conversationem, quod & S. Ephrem in capite de iracundia his insinuat verbis: *Omnibus invisus iracundus redditur.* Quemadmodum è contra mitis, nulli non est gratus, prout de Moyse notanter, viro mansuetissimo, Scriptura Sacra in hæc attestatur verba: *Dilectus Deo & hominibus.* Unde idem mox subjungit S. Ephrem de iracundo dicens: *Ubique odium sibi accumulat. Quis hominem ejusmodi non deplorat? quoniam apud Deum & homines abominabilis est.* Nec id mirum, quia si pacem ipsemet secum servare nequit, quomodo unionem & charitatem cum proximo fovebit? *sibi ipsi adversatur*, inquit S. Justinus Martyr, *quisquis ira commovetur, & contentiones animorum quasi quædam belli species hostiliter sibi ipsi obviam ire consuevit.*

S. Greg. lib. 5. mor. cap. 30. Iracundus omnibus est exosus.

S. Ephr. lib. de virt. & vit.

Eccli. 45. v. 2.

S. Justin. Mart. epist. ad Zen. & Seren.

3. Ingeniosam quamdam ponderationem S. Ambrosius super illud, quod Joseph fratribus suis à se discedentibus dedit monitum, in hæc instituit verba: *Et dixit illis Joseph, nolite irasci in via, quam bene docet ab iracundia præcavendum, quod ea possit etiam amantes sui separare germanos, & maxime in via fugiendam esse discordiam, ubi ipse viandi comitatus debet esse inviolabilis, & gratiæ habere consortium.* Qui idem Sanctus super Psal. 36. ita ad præsens scribit propositum, *amicos & fratres per indignationem plurimi peremerunt, ideo Sapiens dicit: Ira perdit & sapientes; Salomonis dictum est quia non solum quoscumque de medio homines, sed etiam ipsos perdat ira sapientes.* Quod idem punctum D. Chrysostomus dum iracundos nec amicorum nec consanguineorum suorum rationem habere considerat, sequentibus insinuat verbis: *Qui irascuntur non agnoscunt præsentes, non memores sunt cognationis, non amicitiam, non consuetudinem, non dignitatem, neque quidquam aliud in mentem accipiunt, sed iræ vi pressi, in præceps miserabiliter feruntur.* Ita Saul Davidis socer erat, isque ei regium stabilierat Diadema, regni ejus fulcrum erat, nec tamen rex ingratus ullam cognationis aut amicitiæ habebat respectum. *Quemadmodum quamdiu nox* (verba sunt D. Chrysostomi) *adest sæpe ne præsentem quidem amicum agnoscimus, itidem & in iracundia solet usu venire. Donec inter nos malevolum animum gerimus, & vox audita nobis aliter sonat, & ipsam faciem corraptamente aspicimus. Cæterum ubi potuerimus iram deponere & vox quæ prius erat invisa, atque hostilis, placida nobis ac jucundissima videtur, & aspectus ipse prius inimicus, & injucundus, tunc fit amabilis & jucundus.*

S. Ambr. lib. de Joseph. cap. 13. Ab ira omnino cavendum etiam inter fratres. *S. Ambr. in Psal. 36.*

D. Chrys. lib. 53. in Gen. Iratorum proprietates.

D. Chrys. tom. 2. hom. 3. de David & Saul.

4. Cum igitur iracundi pro vita sociali & amicitia conservando nequaquam sint boni, consequens est, quod ad regimen aliorum multo minus sint apti. In historiis scriptum reperio *quod Isaacus Caloiovannus filius imperio excideret, prælato et fratre minore natu, eo quod ad iracundiam esset proclivior; sic enim pater jam moriturus ad proceres Imperij inter cætera ait: Filij mei quamvis eodem patre nati, tamen diversis prædili sunt ingenijs; qui est ambo & viribus corporum, & dignitate vultuum, & animorum gravitate præcellunt, tamen natu minor Manael ad Imperij administrationem mihi aptior videtur. Nam Isaacus sapiens ira pervius mihi adstitit, & quamvis de causa bile effervescente moderari animo non potest, quæ res inimicissima consilio sapientes perdit.* Plutarchus rationem reddit, cur consules Romani in more positum habuerint, ante se, dum egrediebantur, euntes habere lictores cum strictis virgarum fascibus, in quarum medio securis posita erat; ad denotandum videlicet, quod quando ad puniendos reos procedendum illis erat, procedere debebant cum maturitate & tempore, & nequaquam permittere ut furor illis prædominaretur præmaturus, quia eam necessario interponere debebant dilationem, donec solutis fascibus, virgas ab invicem separare, manumque ferro admovere possent. De Athenodoro Philosopho refertur, quod moriens hoc Cæsari Augusto documentum post se reliquerit: *Iratus*

Iracundi ad regimen aliorum non sunt apti. *Flor. exemp. T. 3. tit. 89. n. 6.* Probatur exemplis.

Plutarch. lib. Problem.

Iratus ne dicas aut facias priusquam alphabetum integrum recitaveris. Increata Sapientia, quæ omnia in ordine, pondere, & mensura disponit, inter omnes viventes Abrahamum omnium credentium patrem elegit, unde tot regum stirpem deinceps propagaret, cui ingentem hanc præstitit promissionem: *Leva oculos tuos, & vide à loco in quo nunc es, ad Aquilonem & Meridiem, ad Orientem & Occidentem; Omnem terram quam conspicis tibi dabo, & semini tuo usque in sempiternum... Surge & perambula terram in longitudine, & in latitudine sua, quia tibi daturus sum eam.* At vero scitisne quo merito Abraham hanc à Deo promissionem acceperit? nimirum Salvator noster inquit: *Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram.* Sanctus enim hic Patriarcha mansuetudini summopere deditus erat, ideoque omnem adhibebat operam, ut in quavis occasione lites, dissensiones, & furorem rescearet, non solum quoad se, sed etiam quoad alios. Jure sibi debitas dimittebat facultates, ut illæsam charitatem conservaret. Tametsi enim tamquam ætate major, & tamquam patruus Loth superior esset, attamen eidem inferior esse, & cedere potius voluit, bonis temporalibus, quam quod iræ & furoris ipsius causa quantumvis remota fieret; unde ait: *Ne quæso sit jurgium inter me & te &c.* Ubi D. Chrysostomus ait: *Ætate & dignitate senior juvenem fratris filium, fratrem appellat, & in eamdem in qua ipse erat dignitatem evehit, nihilque minus illi quam ipsi tribuit. Quid hac anima pacatius? proinde non frustra neque temere principio dicebam, quod amore quietis & tranquillitatis solitudinem locis frequentibus prætulerit. Statim in initio tentat restringuere incendium quod eruperum erat, & contentionem sedat. Debebat enim ipse, utpote missus omnibus palestinæ cultoribus sapientiæ doctor, nullam scandali dare occasionem; vel ansam concedere, sed morum lenitate tuba clarius omnes erudire, & suæ virtutis facere imitatores.*

Gen. 13. v. 14. & 15. Unde Abraham tot gratiis & dona promeruerit à Deo. *Ibid. v. 17. Matth. 5. v. 4*

Gen. 13 v. 8. D. Chrys. lib. 33. in Gen.

Et quando promiserit possessionem terræ promissionis. Gen. 13. v. 14.

5. Idem S. Doctor in progressu ejusdem homiliæ observat, quod sacer textus notanter dicat: *Dixitque Dominus ad Abram, postquam divisus est ab eo Loth*; non enim Deus Abrahæ terræ promissionis contulit dominium, quando domum deseruit paternam; non quando ad sacrificandum Isaac cultrum suum ejus faucibus appossuit; non quando tres illos angelos hospitio suscepit, sed quando erga Loth virtutem mansuetudinis zelose probravit. *Ut diligenter discamus*, inquit D. Chrysostomus, *quod Deus remuneraverit eum pro ijs, quæ in Loth collocaverat, hæc addidit, quasi manifestè hæc in verba dicens, cessisti ob tuam mansuetudinem regionem meliorem, & amenioremfratris filio, & eximiam præstitisti humilitatem, tantamque pacis habuisti curam, ut nihil non potius delegeris, quam esse inter vos contentiones, ea propter largas illas à me retributiones accipe.*

6. Duodecim illi Patriarchæ ex Jacob non vero Esau lumbis egressi sunt, licet Esau ætate major esset: *Serviant tibi populi*, inquit cum benedicens pater ejus *& adorent te tribus, esto Dominus fratrum tuorum, & incurventur ante te filij matris tuæ.* Rebecca quoque mater ejus, quæ Ecclesiam præfigurabat, Jacob, licet Esau natu minori, suasit, ut patris præoccuparet benedictionem: *Nunc ergo fili mi*, inquit, *acquiesce consilijs meis... fili mi tantum audi vocem meam*; ipsa namque utpote à Deo illuminata, probe intelligebat, iracundos, qui ad odium & furorem proni sunt, minimè aptos esse ad dominandum aliis, sed potius illos, qui iræ cedere norunt; eadem quoque Rebecca Jacob suasit, ut malevolentiam Esau declinaret, non resistendo, sed se subducendo, ut hac ratione omnem illi ranconis occasionem eriperet: Unde ait: *Nunc ergo fili, audi vocem meam, & confugens fuge ad Laban fratrem meum in Haran, habitabisque cum eo dies paucos, donec requiescat furor fratris tui, & cesset indignatio ejus.* S. Ambrosius adducto hoc exemplo nos exhortatur dicens: *resiste iræ si potes: cede, si non potes, quia scriptum est: date locum iræ. Jacob fratri indignanti pie cessit, & Rebeccæ, id est, patientiæ instructus consilio abesse maluit, & peregrinari, quam exturi fratris indignationem.* Idem quoque S. Doctor alibi de Esau ita scribit: *Minitabatur quod post obitum patris fratrem occideret, sed si id accideret, dicamus ad Rebeccam quemadmodum prorudendum sit, ne iracundia iracundiam excitet, iracundia in parricidium prorumpat. Venias Rebecca, hoc est, induatur patientia, bona cultos innocentiæ suadeat, ut iræ locum demus. Concedamus aliquo longius, donec tempore indignatio molliatur, offensioni subrepat oblivio.*

Gen. 27. v. 43

S. Ambr. lib. 1. de offic. c. 21.

S. Ambr. lib. 2. de Jacob. & vita beata cap. 4.

7. Deus olim Prophetam suum Samuelem in Bethlehem ad domum Isai misserat, ut quemdam filiorum suorum in Regem Israëlis inungeret, nec tamen in individuo, quisnam ad Sceptrum illud gubernandum, ab eo destinatus esset, specificaverat. Isai igitur è septem filiis quos domi habebat, Eliab proponit; Samuel autem *vidit Eliab & ait: Num coram Domino est Christus ejus? Et dixit Dominus ad Samuelem: Ne respicias vultum ejus, neque altitudinem staturæ ejus, quoniam abjeci eum, nec juxta intuitum hominis ego judico.* Porro Samuel alias videratur Regem Saulem statura eminentem *ab humero & sursum* electum fuisse ad regnum, ac proinde sibi persuadebat, Eliab forte esse illum, quem consecraturus esset, at vero deceptus fuit, Scitisne autem causam, cur Deus illum reprobaverit? Abulensis hac de re ita discurrit: *Erat pulcher vultu, & statura præclarus, ab hoc autem Samuel putabat, quod Deus eum acceptasset; inducebatur autem ad hoc, quia Saul, quem Deus prius in regem elegerat, erat corpore excellens, super omnes ab humero & sursum eminebat; Et in quæstione sequenti inquit: Quæret aliquis quare Deus abjecit Eliab? respondet Nicolaus, & Hebræi, quod hoc factum est, quia Eliab erat superbus corde, & iracundus, quod patet ex eo quod dicitur capite sequenti*; Nam cum David à Patre in agrum missus fuisset, ad ferendum fratribus suis prandium, isque se ad ineundum cum gigante duellum offerret, Eliab ira & cholera plenus contra ipsum surrexit, eique improperavit: *Iratus est contra David, & ait: Quare venisti &c.* Quicumque igitur faciles sunt ad iram, ad regendum populos omnino sunt inhabiles, habiliores autem sunt, qui placidi & mansueti esse noscuntur, qualis David erat: *Memento Domine David, & omnis mansuetudinis ejus.*

Cur Deus abjecerit Eliab, & elegerit David fratrem ejus in Regem. *1. Reg. 16. v. 6. & 7.*

1. Reg. 10. 23.

Abul. q. 24. ibid.

Q. 25. ibid.

1. Reg. 17. v. 28.

Psal. 131. v. 1.

8. In vita B. Eleazari comitis Ariani scribitur, quod tametsi familiam & aulam haberet frequentissimam, quam tum ad suum servitium, tum ad justitiæ administrationem stipendio conduxerat, numquam tamen subditis suis iratus visus fuerit; unde conjugi suæ mansuetudinem ejus admiranti respondit: *Quia mihi prodest irasci? Dicam tamen veritatem. Quandoque insurgit in me indignatio in molestijs, ac mox mihi ob oculos pono injurias, quas à me & pro me Redemptor tulit, & tunc in me ipso sic loquor: Etiamsi famuli tui tibi barbam evellerent, & colaphis cæderent, oporteret te tolerare, nihil enim istud est, in comparatione ejus, quod Dominus pro te tulit. Hæc vero consideratio animum meum mox reddit pacatum.* S. Anselmus exponens verba illa Apostoli: *Irascimini & nolite peccare*, inquit: *Potest & prælatis juberi: Irascimini virijs delinquentium, id est severitatem in corripiendo exhibete, & nolite peccare, id est nolite in hoc nimis districte agere, ne modum excedendo peccetis.* In Exodo Deum populo dixisse legimus: *Non enim ascendam tecum, quia populus duræ cervicis es, ne forte disperdam te in via.* Ubi Cajetanus ait: *Ideo negat se iturum cum eis, ne eis noceat.* Oleaster in hunc locum ita scribit: *Admonentur hoc in loco biliosi viri, non se immiscere quæstionibus; similiter non debere velle prælaturam accipere, qui non potest, aut vix potest ferre peccata suorum subditorum. Non vult Dominus populum ducere, quia tanta majestas & sanctitas non facile ferret eorum errores, & tu qui vix iram continere potes, audes prælaturam subire?* B. Petrus Damianus Prælatus & Cardinalis dignissimus, ex naturali indole sua iræ deditus erat, sciens autem quam in illa dignitate necessaria sit mansuetudo, audite quidnam in Epistola quadam à principio allegata de semetipso scripserit: postquam enim ibidem damna ab ira proficiscentia prolixe exposuisset, subjungit: *Porro autem, & me qui hæc utcumque scribo, naturalis iracundiæ conspersio stimulat, ac sæpe levissima quælibet offensio concussa meæ quietis arcana perturbat, ut in me plerumque, quod vix est acu, vel spina leviter punctum, phalarico telo mihi videatur esse perfossum. Sed hæc intrinsecus; quantum verò ad opus, dicat ira quod vult, frendeat, fremat, dentibus stridear, in omnibus his quæ mihi interius suggerit, in quantum negare potuero, meum extrinsecus adjutorium non habebit; licet inflata turgeat, sufflet, furiat, sæviat, intumescat; ego tibi membra mea non dabo, ut per ea quasi per arma, quod conatur, efficiat. Nolite, inquit Apostolus, exhibere membra vestra arma iniquitatis peccato. Non enim illi do manum meam, ut per eam inflata percutiat, vel aliquid rapiat. Non linguam non labia moveo, ut per eam sui felis amaritudinem fundat. Dum ego itaque sævienti iræ penitus hæc auxilia denego, necesse est ut mox vesana sine pabulo flamma finecescat*

B. Elzearius Comes in familiam suam numquam iratus fuit. *Surius in vita S. Eleaz. cap. 23.*

Eph. 4. 26. S. Anselm.

Exod. 33. v. 3.

Cajet. Oleaster.

Quomodo B. Petrus Damianus suppresserit exurgentem iram. *B. Petri Damiani lib. 4. epist. 17.*

cessat aut prorsus intereat, aut tamquam ventus inoffenso aëre inaniter transeat, dum obstaculum deest in quo præcipitanter impingat. Seneca idipsum per similitudinem membrorum nostrorum declarat, dum ad unionem & concordiam his verbis nos exhortatur: *quid si nocere velint manus pedibus, manibus oculi? ut omnia inter se membra consentiunt, quia singula servari totius interest, ita homines singulis parcent, quia ad zelum generis sumus; salva autem esse societas nisi amore & custodia partium non potest.* Idem quoque in cap. 23. ejusdem libri de falsis numinibus, quæ gubernatores mundi adorabant, differens, ita ait: *Quædam sunt quæ nocere non possunt, nullamque vim nisi beneficam, & salutarem habent ut Dii immortales, qui nec volunt obesse, nec possunt: Natura enim illis mitis & placida est, tam longe remota ab aliena injuria quam à sua:* De Philippo pariter Macedoniæ rege idem Seneca ita scribit: *Si quæ alia in Philippo virtus fuit, & contumeliarum patientia, ingens instrumentum ad tutelam regni.*

Seneca lib. 2. de ira. cap. 31. Monitum Senecæ.

Seneca ibid. cap. 23.

Idem lib. 3. de ira c. 22.

DISCURSUS XI.

ARGUMENTUM.

Ira abominabilis est coram Deo, cum sit ingentium malorum causa, & origo, & licet homini connaturalis sit, natura tamen eidem ad illam reprimendam de variis remediis prospexit, ubi etiam Deo mansuetudinem placere ostenditur.

THEMA.

Homo homini reservat iram, & à Deo quærit medelam? Ecclesiast. 28. ℣. 3.

Deus præ omnibus vitiis abominatur iram.

1. DEus noster omnia quidem abominatur vitia, specialiter autem iram, ita ut Ecclesiasticus, an iracundus veniam à Deo consecuturus sit, non immerito dubitat, inquiens: *Homo homini reservat iram &c.* Circa quam veritatem B. Petrus Damianus hoc indubitatum format argumentum: *Quod si ira Dei viventis cunctis peccantibus est timenda, illi certè est obnoxius, ac terribilius formidanda, qui laborat impatientiæ vitio, quid justius quam ut vereatur iram,* idque illo probat Ecclesiastici textu citato inquiens; *Argumentando subjungit: Homo homini reservat iram, & à Deo quærit medelam? & adhuc etiam velut indignando subinfert; ipse dum caro sit, reservat iram, & propitiationem petit à Deo? & tamquam pro iracundo fusa oratio exaudiri non valeat, donec in iracundia perseverat, convenienter adjecit: Quis exorabit pro peccatis illius?* hanc itaque passionem in nobis Deus, tamquam sibi directè contrariam solicite reprimere voluit sæpius dicens: *Discite à me quia mitis sum;*

B. Petr. Dam. lib. 4 epist. 27. Conversio & salus iracundi vocatur in dubium.

Matth. 11. ℣. 29. Patet in Cain quam periculosa sit salus iracundi. Gen. 4. ℣. 5.

2. Primus omnium, in quo effrænis hic appetitus esse prodidit reprobus fuit, quem proinde Deus gravissimis perstrinxit verbis; *Iratusque est Cain vehementer, & concidit vultus ejus, dixitque Dominus ad eum; Quare iratus es? & cur concidit facies tua? sub te erit appetitus ejus, & tu dominaberis illius;* Nec est quod severissima impii hujus divinitus inflicta supplicia, fusius enarrem, siquidem notissima sunt. Ideoque Tertullianus inquit: *Omnis ira ab initio interdicta est nobis:* Infelix igitur hic homo, primus omnium fuit, qui de salute sua desperans in barathrum corruit perditionis, per quod Deus manifestare voluit, in quanto salutis periculo versentur iracundi, utpote divini furoris scopus.

Tertull. l. de oratione c. 10.

3. S. Hieronymus nimiam irascendi libidinem in homine contemplans, sequentem non dubitat pronunciare sententiam: *Nescio quis poterit regnum Dei possidere, cum is qui irascitur, separetur à regno.* De qua autem ira id intelligendum sit, idem explicat in hæc verba: *Ira est, cujus amaritudo, & furor, species sunt, quæ furore restincto desiderat ultionem, & eam quem nocuisse putat, vult lædere. Nos, si irascimur, perturbamur, & furore rapti, nostri esse desinimus.* A quo proinde malo ut nos eximat D. Chrysostomus sequenti nos imbuit dogmate dicens, *Christus iram comprimens & refrenans docebat: Qui irascitur fratri suo temerè reus erit gehennæ ignis, qui irascitur temerè inquam (licet enim etiam juste irascì) nam & Paulus Elimæ fucosuasit, & Petrus Sapphiræ; sed id non iram dixerim absolutè, sed Philosophiam, curam, & œconomiam: irascitur enim pater filio, sed ejus curam gerens. Ille est, qui temere irascitur, qui serpsum ulciscitur.* Imo ita, ut idem docet Sanctus, vitium Deo tam abominabile est, ut nullum majori cum studio à nobis eradicandum sit, quam hoc ipsum. Unde in homilia *de ira & furore* ita nos admonet dicens: *Nihil tantopere studeamus charissimi, quam ab ira liberi esse.* Quia scilicet homicidium mentale ira est, non sedata, prout ex quadam Cassiani, illum Salvatoris textum, (*qui irascitur fratri suo &c.*) confidentis patet sententia dum inquit: *Qui odit fratrem suum, homicida est, in eo scilicet, quod eum corde cupiat interire, cujus mortem propria manu, vel telo apud homines minime fuisse cognoscitur, affectu iræ homicida pronunciatur à Domino, qui non solum pro operationis effectu, sed etiam pro voluntatis, ac voti desiderio unicuique aut præmium reddet aut pœnam.* B. Petrus Damianus pariter eamdem proximo irascenti à Salvatore nostro cæteroquin benigno, & misericorde comminatam pœnam his verbis confiderat: *Iræ quippe, tamquam rapaci atque præcipiti cuidam studio, Dominus virium obstaculorum sufflamen opposuit, in quibus utique furoris impetum disciplinæ loco cohibendum esse mandavit. Primum scilicet in corde, secundum in gutture, postremam oppositionis metam præfixit in voce, omnis, inquit, qui irascitur fratri suo, reus erit judicio: hic opposuit obicem cordis: Qui autem dixerit Raca, reus erit consilio, ecce obstaculum gutturis; Qui autem fatue, reus erit gehennæ ignis ecce obstaculum vocis.* Præterea quam sit detestabilis ira S. Gregorius ex odio deducit, quo illam prosequuntur omnes divinæ scripturæ; dicit enim: *Cum iram quæ cor permovet sacra eloquia tot testimoniis detestentur, perpendamus qua intentione debemus hoc vitium fugere, quod Deo judice in testimonium illius toties reprobatur.* Sicut enim inter omnia venenosa animalia draco horrendissimus, magisque lethifer est, ita inter omnes inordinatas passiones ira horribilior magisque mortifera esse videtur: *Væ vobis à Dracone,* inquit S. Bernardus, *immanis est bestia, flatu igneo quidquid attigerit, necat, non modo bestias terræ, sed & volucres cœli. Haud alium ego draconem hunc quam spiritum iracundiæ reor, quantos etiam sublimis (ut videbatur) vitæ flatu hujus Draconis miseræ satis adustos, turpiter in hujus os ingemiscimus cecidisse.*

D. Chrysost. Tom 6. Hom. 20. Ira est homicidium mentale. Matth. 5. 22. Cassian. lib. 8. de spir. ira c. 19.

B. Petr. Dam. ibid.

S. Scriptura per totum clamat contra detestabile vitium iræ. S. Greg. lib. 8 regist. indict.

S. Bern. ser. 13. super Ps. qui habitat.

4. Bellovacensis illum in præsenti Prov. adducit textum: *Sex sunt quæ odit Dominus, & septimum detestatur anima ejus.* Quid autem hoc, quod Deus super omnia detestatur, esse putatis? iracundia est, quæ pellima rixarum discordiarumque zizania inter proximos disseminat: *Qui seminat inter fratres discordias.* Qui enim ab ira abripitur, injuriosa profert verba, percutit, ferit, male tractat, contemnit, injurils afficit quemcumque sibi indiscriminatim obvium. *Istud sepimo loco ponit,* inquit dictus Author, *tamquam magis exosum Deo inter cæteros peccatores, nec mirum, quia tales tunicam Christi inconsutilem nituntur dividere, quam Dominus indivisam voluit remanere; per hanc tunicam significatur Charitas, in qua, & per quam unitas Ecclesiæ conservatur, ad quam hortatur Apostolus Ephes. 4. Soliciti servare unitatem spiritus in vinculo Pacis. Isales sunt directè contrarij Christo, quia Christus venit ut dispersos congregaret in unum; de diabolo autem vel de impio membro ejus dicitur Joannis 10. Lupus rapit & dispergit.* Imo Ecclesiasticus iram atque furorem summe Deo detestabilia vitia, titulo execrabilitatis afficere non dubitat dum ait: *Ira & furor utraque execrabilia sunt, & vir peccator continens erit illorum.* Quæ verba Author quidam ita exponit: *Execrabilia sunt, sapple Deo, pro quo notandum, quod sex de causis ira vehementer Deo displicet. 1. Quia hospitium ejus turbat. Unde ad Ephesios 4. nolite contristare Spiritum Sanctum, ira imaginem diaboli in loco ejus collocat. Unde Gregorius: Mansuetudo in nobis imaginem Dei servat, cum semper tranquillus est, sed ira imaginem Dei dissipat & malis virtutibus privat, quæ dum quietem mentis tollit, Spiritus Sanctus ibi non quiescit. Displicet ira Deo quia templum Dei incendit, unde Psal. 73. Incenderant igni sanctuarium tuum. 1. Cor. 3. Nescitis quia templum Dei estis vos, & Spiritus Sanctus habitat in vobis? si quis templum Dei violaverit, disperdet illum Deus. 4. Displicet ira Deo, quia nullum vitium magis contemnit Deum, quam ira, unde de irato homine potest intelligi illud Job 15. tetendit adversus Deum manum suam, & contra omnipotentem voboratus est.*

Prov. 6. v. 16 Deus præ omnibus vitiis detestatur iram. Ibid. v. 19.

Bellovac. spec. mor. lib. 3. p. 3. dist. 18.

Eph. 4. 30

Joan. 10. v. 12

Eccli. 27. v. 33. Alex. Ang. sum p. 8. cap. 2. Eph. 4. v. 30. Ira est vitium execrabile propter sex causas.

Psal. 73. v. 7. 1. Cor. 3. 16.

5. Quis omnium primus sanguineum impiumque movit bellum contra Dei filium quando in forma visibili in terram descendit? forsitan blasphemus, forsitan idololatra, adulter, latro, avarus, Simoniacus? nequaquam, sed iracundus, qui à furore abreptus barbaram atque inhumanam Innocentium edidit stragem, ipsummet Messiam taliter è medio auferendum ratus; de quo impio Chrysologus ita scribit: *Herodes tunc cæcus sic Christum gladijs quærit, investigat cruore, crudelitate rimatur, peremit innocentes, volens innocentiam deperire. De quo eodem ita canimus in antiphona quadam Herodes iratus occidit multos pueros in Bethlehem Judæ.* Neque impium hunc hominem in tantam prolapsum esse barbariem quis admiretur, siquidem ira omnis tyrannidis est origo, ut his verbis docet Seneca dum ait: *Si effectus ejus damnaque intueri velis nulla pestis humano generi pluris stetit. Videbis cædes ac venena, & reorum mutuas sordes, & urbium clades, & totarum exitia gentium & principum, sub civili hasta capita venalia, & subjectas tectis faces, nec intra mœnia coërcitos ignes, sed ingentia spatia regionum hostili flamma relucentia. Aspice nobilissimarum civitatum fundamenta vix notabilia, has ira dejecit; aspice solitudines per multa millia sine habitatione desertas, has ira exhausit.*

D. Chrysol. ser. 132.

Seneca lib. 1. de ira c. 2.

6. Optatus Milevitanus de schismatis origine tractans, ita scribit: *Hoc apud Carthaginem, post ordinationem Cæciliani factum esse, nemo est qui nesciat, per Lucillam scilicet, nescio quam fœminam factiosam, quæ cum correctionem cœci Archidiaconi Cæciliani irata ferre non posset, discessit. Tribus convenientibus causis & personis ut malignitas haberet effectum. Schisma igitur illo tempore confusæ mulieris iracundia peperit, ambitus nutrivit, avaritia roboravit;* Ecce tibi igitur quam abominabiles sint iracundiæ partus, scilicet schisma, Apostasia à Deo, & hæresis. In vita S. Pantaleonis leguntur sequentia: *Bego genet Ludovici Franciæ Regis cum per ostium oratorij nonnihil humile, ipse corpore proceres ingrediens, caput impegisset, quod non satis se inclinasset, ira percitus, jussit dirui oratorium, dicens ad suos, Cavete ne huc revertens istud hic inveniam, alioquin certè pœnas luetis. Verum ubi id dirui cœptum, ipse à dæmone obsessus est.*

Optat. Milev. lib. adver. Parmen. Partus iræ sunt schisma, Apostasia, & hæreses.

Vitæ in vita S. Pantal. Bego propter iram obsessus à dæmone.

7. Porro quantum Deus iram detestetur, ex eo facile deduci potest, quod quando apud S. Lucam duo illi fratres Apostoli tam arcto cum Christo sanguine & amore juncti Samaritanis graviter indignabantur, eo quod portas civitatis cœlestis magistri sui faciei clausissent, ab eodem acriter fuerint reprehensi: Dicit enim sacer textus: *Cum vidissent autem discipuli ejus, Jacobus & Joannes dixerunt: Domine vis dicimus, ut ignis descendat de cœlo, & consumat illos? & conversus increpavit illos dicens: nescitis cujus spiritus estis;* Quibus verbis illos tamquam omnis spiritus expertes redarguit, quod certè probrosum est impropertium.

Quantum Deus detestetur iram.

Luc. 9. v. 54.

Cæterum observandum, eum qui iræ deditus est, ad recipiendum Deum minimè esse dispositum; Unde S. Jacobus monet dicens: *In mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest salvare animas vestras.* Enimvero tametsi ira passio sit nobis connaturalis & impetuosa, attamen quia *ipse fecit nos, & non ipsi nos,* nobis pariter ad illam reprimendam, de sufficientibus remedijs providit, nam ut Philo Hebr. ait: *Philosophi iram locant in pectore, ajuntque hac de causa à natura munitam hanc partem, densis ac validis ossibus, non secus ac strenuum militem instructum thorace & clypeo ad repellendos adversarios.* Et D. Chrysostomus ait: *Bestia quædam est ira, facile exiliens, atque idcirco infinitis nobis opus est vallis & septis ad eam superandam & cohibendam. Ideo enim hanc maxime partem ex ossibus velut ex quibusdam lapidibus Deus nobis condidit, posito ei firmamento, ut ne aliquando ea dissipata, & dissilia facile totum animal læderet.* Ira est instar cujusdam ignis, quia est *accensio sanguinis circa cor;* & ideo supremus artifex noster, cui dicere debemus: *Manus tuæ fecerunt me, & plasmaverunt me totum in circuitu,* tali nos artificio fabricavit, ut ignem hunc facile extinguere valeamus quando cum impetu erumpit. Unde S. Basilius ait: *His qui ad vindictam anhelant, ita circum præcordia sanguis fervet, quasi vi ignis ebulliat & exæstuet;* atque ideo Deus pulmonem cordi vicinum posuit, quod certe non est parvum naturæ beneficium; Quid enim *tam salutare,* inquit S. Ambrosius, *quam ut pulmo cordi summo limite jungeretur? ut cum exarserit cor ira & indignatione, pulmonis sanguine atque humore citius temperetur: ideo mollior pulmo est, qui madet semper, simul ut vigorem indignationis emolliat.*

Jac. 1. v. 21. Deus nobis providit de mediis reflendi iræ. Philo lib. 2. allegor.

D. Chrys. T. 6. hom. 20. de ira & furore. Ira se habet instar ignis.

Psal. 118. 73.

S. Basil. Hom. de ira.

S. Ambr. lib. 6. examer. cap. 9.

8. Aponius considerans sponsam in sacris canticis sponsum: inter lilia deliciari dixisse, hoc inde elicit salutare documentum: *Sicut diabolus cruenta*

Aponius lib. 4.

iracundia, & execrando cæno libidinis saginatur, ita Christus Dei filius misericordiæ, mansuetudinis, vel Castimoniæ liljis pascitur. S. Ambrosius ad illud à Josepho fratribus suggestum monitum scilicet *ne irascamini in via,* alludens ita scribit: *Quid autem aliud ait Dominus Jesus, ex hoc corpore recessurus, cum discipulos admitteret suos, nisi ne irascerentur in via dicens: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis? ubi enim pax est, iracundia locum non habet, ablegatur discordia; fugatur dissensio.* Porro eodem tempore quo Christus suis salutare hoc monitum suggessit, iisdem quoque semetipsum in Sacramento altaris manducandum præbuit, in cujus honorem verba illa recitamus: *Agnus Dei qui tollis peccata mundi dona nobis pacem.* S. Bernardus sequens proponit dubium: *Sit videlicet tutum ira commota accedere ad altare, an se subtrahere interim debeat, donec compescatur commotio?* & respondet: *Numquam mihi contingat turbatum ad pacis accedere sacrificium, cum ira & disceptatione contingere Sacramentum, in quo Deus inhabitanter est manducandum reconcilians sibi. Certe non recipitur munus quodcumque meum, quod defero ad altare, nisi ante placato fratre, quem me forte læsisse meminero, quanto minus si meipsum non placavero prius.*

In cant. in Bib. vet. Patrum. Diabolus pascitur ira, Christus mansuetudine.

S. Ambr. lib. de Joseph. cap. 13.

S. Bern. de præcep. & dispens. c. 26. Ira commotus non accedat ad altare.

9. *Discite à me quia mitis sum,* inquit benignissimus Salvator noster; qui quando se, Judæis ipsum lapidare volentibus abscondit, ut inquit S. Cyrillus Alexandrinus. *Nobis memorabile reliquit exemplum, ut etiam cum resistere possumus, iram superbientium humiliter declinemus, ut enim subtractione ligni extinguitur ignis & diminuitur, ita absentia ejus, in quem quispiam ira inflammatur, sedatur, & mitigatur effervescentis iræ incendium, & ad lenitatem revocatur ebulliens animus.* Porro ex facto illo quod in Cap. 31. Gen. refertur, ad reprimendum iracundi hominis impetum Dei omnipotentiam necessariam esse manifestè deducitur; nam cum Laban Jacob genero suo vehementer indignaretur eo quod *insalutato hospite* una cum conjugibus, & familia sua, è domo sua fugisset, rabiose illum persequendo, cum ad montem usque Galaad pervenisset, Deus illi apparuit; Deus inquam, non vero angelus, nec quævis alia quantumvis auctoritate præstans persona; *viditque in somnis dicentem sibi Deum: Cave, ne quidquam asperè loquaris contra Jacob,* quasi ad mitigandam indignantis viri iram dexteritate & omnipotentia Dei opus sit. Abulensis super illa verba: *Deus autem meus omnipotens faciat eum vobis placabilem,* ita scribit: *Vocat eum omnipotentem, qui reddere aliquem; qui erat iratus, vel in odio, possit, ut sit placatus, & diligat, est enim mutatio voluntatis, & intellectus; & quia istæ duæ potentiæ excedunt corpus, nulla vis naturalis rerum elementarium, vel corporearum cœlestium, vel etiam ipsorum angelorum potest influere super istas potentias, sed ad solas infinitas potestates pertinet, quæ est divina, recte ergo vocavit Deum omnipotentem, cum nullus possit illum placatum facere, mutando scilicet ejus intellectum & voluntatem, nisi qui omnipotens est.* Refert Nicephorus quod Antiocheni propter aliqua eis imposita tributa, in furiam acti, Placillæ Imperatricis statuam in terram prostraverint, unde Theophilus commotus ad instituendam civium illorum cruentam cædem, eosque privilegiis suis privandos, magnam ad illos militum copiam submisit; cui se Macedonius Eremita Sanctus, licet Idiota oppositit dicendo: *Imperator, si tu ob imaginem insensibilem ac mortuam ita offenderis, quo Deus ob imaginem suam vivam & veram, quam homines occidendo violabis: offensum iri existimas?*

S. Cyrill. Alex. l. 6. in Joan. c. 12. Ad reprimendum iracundi hominis impetum requiritur omnipotentia Dei. Gen. 31. v. 24.

Gen. 43. 14. Abul. ibid.

Niceph. lib. 12. cap. 43.

Quotiescumque enim iracundia nostra in proximum nostrum se exerit adversus imaginem & similitudinem Dei, sese effundit, illamque contumelia afficit, & consequenter gravissimi se supplicij ream constituit. S. Isidorus exemplo Christi nos in contradictionibus obviis, ad patientiam hortatur, quam nisi fecte-mur, supplicium nobis ex parte Dei his verbis prædicit: *Ipse dicit: si patremfamilias Beelzebub vocaverunt, quanto magis domesticos ejus? si me persecuti sunt, & vos persequentur. Sed quanta sunt in comparatione illius quæ patimur? & ille enim opprobria, irrisiones, contumelias, alapas, sputa, flagella, spineam coronam, crucemque sustinuit, & nos miseri ad nostram confusionem uno sermone fatigamur, uno verbo deficimur? Et quid agimus de eo quod dicitur: Si non compatimur, nec conregnabimus? quapropter retundendi sunt iræ stimuli, & ejus metuenda damnatio, unde scriptum est: qui irascitur fratri suo reus erit judicio, &c.*

Qui adversus proximum iram effundit, lædit imaginem Dei.

S. Isid. Hisp. de conflictu vitior. & virt.

DISCURSUS XII.
ARGUMENTUM.

Ira quæ vitiosa est dedecet hominem, & multo magis Christianum, licet nonnumquam propter zelum laudabilis existat.

THEMA.

Quoniam sumus invicem membra, irascimini & nolite peccare. Ephes. 4. ℣. 26.

Ira temperanda est, ne noceat proximo.

1. S. Paulus ut nos ab ira mutua dehortaretur, efficacius nobis motivum submini strare non poterat, quam in memoriam nobis revocando, quod simus unius & ejusdem corporis membra, quia tametsi nonnumquam contingat, quod manus pedem percutiat, non tamen propter hoc pes manui irascitur. *Non enim possunt alterutrum membra*, inquit Sedulius: *se fallere neque laniare, ita & vos.* Hujus autem corporis mystici Ecclesiæ caput Christus est, membra autem sumus nos Christiani; & quidem tametsi ira huic nostræ naturæ corruptæ connaturalis sit, attamen per virtutem mansuetudinis temperanda est, ne offendat proximos.

Sedul. ibid.

S. Hieron. T. 9. in reg. mon. Unde S. Hieronymus ait: *Affectus & perturbationes, quamdiu in tabernaculo hujus corporis habitamus, & fragili carne circumdamur, moderari & regere possumus, amputare non possumus, ideo Psalmista dixit: Irascimini, & nolite peccare, quia irasci hominis est, & finem iræ ponere Christiani.* Prædominantem sibi iram admittere, contra naturam est hominis, multo magis autem opponitur characteri hominis Christiani.

Iram admittere est contra naturam hominis.

Gen. 9. v. 6. Ratio cur appetitum irascibilem & vindicativum eradicare debeamus.

2. In Genesi Cap. 9. hoc à Deo homini præceptum impositum fuisse legitur: *Qui effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius, ad imaginem quippe Dei factus est homo.* Ecce tibi rationem ob quam Deus appetitum irascibilem & vindicativum nobis eradicare nititur, quia scilicet *ad imaginem Dei factus est homo*; non enim bestiæ creati sumus, sed homines, ad imaginem Dei facti, illusque in nobis portamus effigiem, de quo scribitur: *Tu autem ... cum tranquillitate judicas*; dedecet igitur hominem furor & iracundia. S. Ambrosius ait: *Animus qui est rationis capax non est suarum passionum Dominus sed repressor, neque enim fieri potest, ut facilis ad iracundiam non irascatur, sed ut ratione se temperet, indignationem cohibeat, & puniendo se revocet, sicut & Propheta nos docet dicens: Irascimini, & nolite peccare; concessit quod naturæ est, negavit quod culpæ est.* Extra controversiam quidem est iram homini connaturalem esse, verumtamen temperanda est, secus enim nisi reprimatur, degenerat in vitium, quod ab homine alienum esse debet. Ven. Beda verba S. Pauli in hunc sensum explicat: *Duobus modis intelligi potest, aut etiamsi irascimini nolite peccare, id est, etiamsi surgit jam motus animi (qui jam propter pœnam peccati non est in potestate) saltem non ei consentiat vario & mens, quæ intus regenerata est secundum Deum, ut mente serviamus legi Dei, si adhuc servimus carne legi peccati. Aut, agite pœnitentiam, id est, irascimini vobismetipsis, de præteritis peccatis, & ulterius peccare desinite.* S. Anselmus iram, quæ, utpote connaturalis nobis, evitari à nobis nequit, distinguit ab ira prohibita & vitiosa, dicens: *Cum prohibeat iram, videtur contrarius esse ei qui dicit: irascimini, & nolite peccare; sed qui dicit irascimini, de passione licit, quæ auferri non potest, & non est criminalis, imo naturalis; Deus autem prohibet passionis iram, quæ est ex deliberatione, quæ est criminalis.*

Ira est homini quidem connaturalis, temperanda tamen est ne declinet in vitium.

Joan. 7. v. 24.

S. Amb. de Jacob & vita beata lib. 1. cap. 1.

S. Anselm. Matth. 5.

Idem forte S. Augustinus quoque dicere voluit, inquiens: *Per subitaneam iram, cordis oculus turbatur, per odium lumen charitatis extinguitur.* Ira igitur quæ condemnatur, est ira volita, deliberata, gravis, quæ in odium degenerat; hæc enim indigna est homine, ratione prædito & multo magis Christiano, qui talem profitetur legem quæ dilectioni & charitati proximi totaliter innititur.

S. Aug. ser. 202. de temp.

4. Bellovacensis aliam quamdam horum verborum tradit intelligentiam, à sancto quodam Seniore emenita traditiam, qui circa illa verba: *Majorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis*, in hunc modum discurrebat: *Si quis audit verbum malum à proximo suo, & non respondet, sed vincit animum suum, hic animam suam ponit pro amicis suis.* Paulo post vero idem author subjungit: *Remedium obtemperat iram, est virilis mens, quando homo cogitat se virum, & quod est homo animal mansuetum natura, repellere debet viriliter ferinas & crudeles voluntates, & ei viriliter dominari.* Seneca lib. 1. De ira sequens movet dubium dicens: *Quæramus an ira secundum naturam sit, & an utilis, atque ex aliqua parte retinenda. An secundum naturam sit, manifestum erit si hominem inspexerimus quo quid est initius, dum in recto animi habitu est? Quid autem ira crudelius est? homine quid aliorum amantius? quid ira infestius? homo in adjutorium mutuum generatus est, ira in exitium.* Idem author idipsum paulo post alia quadam propositione confirmat, dicens: *Ira acida pœna est, cujus cupidinem inesse pacatissimo hominis pectori minimè secundum ejus naturam est.* Quod fuerunt qui solum naturæ lumen sequentes, in virtute mansuetudinis celeberrimi extiterunt? *Contumeliam tibi fecit aliquis*; Quærit idem Seneca alibi lib. 3. *Numquid majorem quam Diogeni Philosopho Stoico? cui de ira cum maximè disserenti adolescens protervus inspuit, tulit hoc ille lenitter, ac sapienter, non quidem, inquit, irascor, sed dubito tamen an irasci oporteat Cato noster melius, cui cum causam agenti in frontem mediam, quantum poterat attracta pingui saliva, inspuisset Lentulus ille, patrum nostrorum memoria factiosus, & impotens, abstersit faciem & affirmabo, inquit, omnibus Lentule, falli eos, qui te negant os habere.* Idem cap. 36. paulo ante de alio quodam nomine Sextio ita scripserat: *Natura patientes sunt, si animus illos desinat corrumpere, qui quotidie ad rationem reddendam vocandus est. Faciebat hoc Sextius, ut consummato die, cum se ad nocturnam quietem recepisset, interrogaret animum suum: Quod hodie malum tuum sanasti? Cui vitio obstitisti? Qua parte melior es? Desinet ira, & erit moderatior, quæ sciet quotidie ad judicem esse veniendum. Quid ergo pulchrius hac consuetudine excutiendi totum diem?* Quod si verò gentiles tantam in reprimenda ira adhibuerunt industriam, quanto magis ad illam refrænandam obligabitur Christianus, cum illum vel maxime hoc vitium dedeceat, qui hoc est charactere insignitus.

Seneca lib. 1. de ira c. 5.

Seneca l. 3. de ira c. 8.

Pulchra exempla Ethnicorum.

Seneca ibid. cap. 36.

4. S. Hieronymus verba illa Evangelij considerans: *Qui irascitur fratri suo sine causa*, hæc verba, *sine causa* indebite & inconvenienter adjuncta fuisse existimat, dicit enim: *Ad illud Evangelij, quicumque irascitur fratri suo sine causa, reus erit judicio, frustra est additum sine causa, quia nec cum causa nobis irasci conceditur, manifestissimè Apostolo nunc dicente: Amaritudo, & furor, & ira tollatur à vobis; & Psal. 36. Universam commotionem animi generaliter auferente. Quiesce ab ira, & dimitte furorem. Si enim ira desiderat ultionem, omnis autem ultio rependere cupit ei malum à quo se læsam putat, & Christianus non debet malum pro malo reddere, sed vincere in bono malum; & mihi vindictam & ego retribuam; Omnis qui irascitur peccat, ira quippe viri justitiam Dei non operatur.*

S. Hieron. ad Eph. 5. Ab ira, etiam data causa, abstinere debemus.

5. Cœlestis Magister, ut scribit S. Matthæus, à suis quondam ita interrogatus est Apostolis: *Quis, putas, maior est in regno cœlorum? Et advocans Jesus parvulum, statuit eum in medio eorum, Et dixit: Amen dico vobis, nisi converti fueritis, & efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cœlorum.*

Matth. 18. v. 1. & 3. Debemus esse pueri, qui iram non fovent.

Ubi S. Ambrosius finem doctrinamque Christi, quam Collegium Apostolicum universo populo Christiano tradere debebat, nobis declarat ad intentum præsens; sciens namque Dominus iram corruptæ naturæ nostræ propriam esse, ut eam instar puerorum temperemus, exhortatur. *Commotiones*, inquit Sanctus, *in pueris innoxiæ sunt, quæ plus habent gratiæ, quam amaritudinis. Et si cito pueri inter se moventur, facilè sedantur, & majori suavitate in se recurrunt. Itaque & ipse Dominus* (subdit idem Sanctus) *hoc est Dei virtus, sicut puer, cum maledicerentur non remaledicit. Ita te compara, ut quasi puer injuriam non teneas.* In Capite 10. alia quadam vice omnibus coram se advocatis Apostolis, ea quæ pro fidei dilatatione, promulgatione Evangelij, bonoque animarum regimine facta erant, ordinavit inter alia vero quæ ipsis præscripsit, hoc quoque fuit: *Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris; non peram in via neque virgam.*

S. Ambr. lib. 1. de offic. c. 21.

Matth. 10. v. 9.

6. Enimvero quod Christus discipulis suis argentum & aurum prohibuerit, hujus mysterium intelligere non est difficile; Siquidem volebat suam circa illos explicare providentiam, simulque spiritum alienitatis ab his bonis terrenis in Ecclesiam suam insinuare,

Cur Christus discipulis suis prohibuerit portare virgam in via.

Exod. 32. v. 19.

Qualis fuerit ira & furor Mathathiæ, quo occidit duos viros.

1. Macc. 2. v. 24. Ibid. v. 25. Ibid. v. 26.

S. Greg. lib. 5. Moral. c. 30.

S. Hier. ad Salvi. Irasci, humanum, iram non perficere, Christianum est.

Jac. 4. v. 1.

S. Antonin. p. 1. sum. tit. 6. c. 11. §. 1.

Psal. 44. 17.

S. Ambr. lib. de Joseph. cap. 4.

Idem lib. 6. de sacram. c. 4.

1. Tim. 2. v. 8.

Ira adversatur amori Dei, & proximi.

S. Hier. T. 9. in reg. monach.

Rom. 12. v. 3. Malefaciendo vincere, est Lex diaboli.

Isa. 18. v. 8.

D. Petr. Dam. lib. 4. epist. 17.

Qualis fuerit ira Moysis, eloquii viri mitissimi.

Num. 12. v. 3.

D. Chrys. hom. 34. in Gen.

Prov. 17. 29. S. Hieron. ibid.

Ira est opus magnæ fortitudinis.

S. Greg. lib. 8. regist. indict. 3. ep. 51.

S. August. T. 6. lib. 19. con. Faust. c. 28.

Clim. gra. 8.

sinuare, nam S. Philippus Nerius dicere solebat: date mihi decem viros à rebus terrenis prorsus alienos; mihique promitto, quod cum iisdem universum mundum sim conversurus; At vero quo fine prohibuit illis virgam & baculum, maxime cum in tanta viarum difficultate, hic illis servire poterat pro fulcro? præterquam quod virga authoritatem insinuare poterat, ad quam ipsi tamquam omnium Ecclesiarum electi pastores & prælati assumpti fuerant, unde in Psalmo dicitur: *Constitues eos Principes super omnem terram; virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion.* Respondet huic difficultati idem S. Ambrosius his verbis: *Quid autem aliud ait Dominus Jesus ex hoc corpore recessurus, cum discipulos dimitteret suos, nisi ne irascerentur in via dicens: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis? ubi enim pax est, iracundia locum non habet.* Et paulo post subjungit: *Unde dimittens ad evangelizandum discipulos, misit eos sine auro, sine argento, sine pecunia, sine virga, id est, ut incentiva litis, & instrumenta eriperet ultionis.* Alibi quoque idem S. Doctor ait: *Si vis operari orationem tuam leva puras manus per innocentiam*; nam ut S. Paulus ait: *Volo ergo viros orare in omni loco, levantes puras manus sine ira, & disceptatione. Nihil verius. Ira, inquit, perdit etiam sapientes. Ideo cum omni tempore, quantum fieri potest vir Christianus iracundiam debet temperare.*

6. Amor Dei & proximi duo sunt poli, circa quos lex à Christiano adimplenda vertitur & volvitur; quis autem est qui non videat, quantum huic ira opponatur, ut paulò ante significavimus: *Iram vince patientia*, inquit S. Hieronymus, *Sanctus enim amor impatientiam non habet, mansuetudo namque nulla passione turbatur, & specialiter ira & furore non rumpitur, quam qui habuerit, beatitudinem consequetur voce Domini promissam, ut terram possideat, id est, imperet & dominetur corpori suo.* D. Chrysost. super illa verba S. Pauli ad Romanos: *Vince in bono malum*, ita scribit: *Ex diabolicis quippe legibus est, malefaciendo vincere, propterea & in Olympicis certaminibus diabolo consecratis, ad eum modum vincunt, quotquot illic decertant; In stadio vero Christi, non est ea certandi Lex, sed omninò contraria; hic enim non eum qui percutit, sed qui percutitur coronari decretum est.* Lex Evangelica alium finem sibi non habet propositum, quam ut professores suos irreprehensibiles & immaculatos efficiat, quia *lex Domini immaculata, convertens animas*: iracundus autem, ut in primo discursu probavimus, omnis culpæ centrum est, & nidus. *Scriptum est*, inquit B. Petrus Damianus, *vir iracundus effodit peccata: peccata nempe iracundus perhibetur effodere, quia malos etiam quos ad favoris insaniam provocat, cogit ut deteriores per impatientiam fiant.*

7. Deus olim Synagogæ Hebræorum per 40. annorum spatium Moysen dedit principem, ducem, & directorem; hic autem inter omnes virtutes specialissime à mansuetudinis virtute commendatur, siquidem de illo scriptura dicit: *Erat enim Moyses vir mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra.* Ubi D. Chrysostomus ait: *Hoc certissimum signum, quo internoscitur vir ratione præditus, si mansuetus fuerit, si lenis, si mitis, si modestus, & quietus, si non quasi servus ducatur, & trahatur, aut ab ira, aut ab aliis affectionibus, sed ratione vincat inter nos illos incompositos motus, nobilemque suam generositatem servet, ne in brutorum ferociam negligentia degeneret. Et ut discas quantum mansuetudinis & lenitatis sit robur, & quod sola hæc virtus possit se colentem diligenter ineffabilibus laudibus dignum reddere, audi B. Moysen hinc potissimum prædicari, & ex hac ei coronam plecti, & Moyses inquit: Erat mitissimus omnium hominum qui erant super terram. Vidisti encomij magnitudinem quod omni eum humano generi parem pronunciat, imo omni hominum generi præfert?* Quod si objeceris Moysen quoque à Spiritu Sancto nonnumquam tamquam iratum & colericum describi; respondebo per doctrinam S. Hieronymi, qui super illa verba Prov. *Ira non habet misericordiam*, ita scribit: *Non de omni ira dicit; nam de mitissimo ac modestoviro scriptum est, quia exiit à Pharaone iratus nimis, sed de ira stulti, cujus in priori versiculo meminerat, quæ ubi excanduerit, mox viscera pietatis amittit, & furori tantum suo novit frana laxare; Aliquin de utili ac necessaria ira dictum est, melior est ira risu, quia per tristitiam vultus corrigitur animus delinquentis.* Æternum Moyses honorem & cultum Dei in adoratione vituli contumeliatum videns, licet in manibus suis thesaurum portaret inæstimabilem tabulas

Exod. 15. v. 3.

Psal. 67. v. 36.

Psal. 36. v. 8.

Matth. 5. v. 22.

Prov. 22. v. 24.

Prov. 29. v. 22.

Prov. 15. v. 18.

Prov. 16. v. 32.

Seneca l. 3. de ira c. 5. Nemo liber est à passionibus iræ.

S. Antonin. p. 1. sum. tit. 6. c. 11. §. 1.

rum legis, quas Deus illi dederat divino digito suo conscripras, attamen ira percitus, *projecit de manu tabulas; & confregit eas ad radices montis*, cruentamque idololatrarum stragem & cædem instituit.

8. Mathathias Macchabæorum pater se ex templo exturbari, summoque sacerdotio, cunctisque bonis suis temporalibus spoliari & exui sine ira patienter tulit: At verò quando cultum Dei profanari, Hebræosque coram facie sua idolis sacrificare vidit, *doluit, & contremuerunt renes ejus, & accensus est furor ejus secundum judicium legis, & insiliens trucidavit eum super aram. Sed & virum quem Rex Antiochus miserat, qui cogebat immolare, occidit in ipso tempore, ... Et relatus est legem.* Ubi tamen advertendum est, quod S. Gregorius his verbis insinuat: *Cum per zelum animus movetur, curandum summopere est, ne hæc eadem, quæ instrumento virtutis assumitur, menti ira dominetur, nec quasi domina præeat, sed velut ancilla ad obsequium parata, à rationis tergo numquam recedat.* S. Hieronymus in epistola quadam ad Salvinam ita scribit: *Irasci hominis est, & iram non perficere Christiani*: Hi enim qui sequaces sunt Evangelij, plus cæteris ab ira stimulantur, quia dæmon intra nos suggestionibus suis provomendis magnum habet adjutorium, maximè in iis qui natura sua ad bilem propensi sunt. *Unde bella, & lites in vobis?* inquit S. Jacobus Apostolus, *nonne hinc? ex concupiscentiis vestris quæ militant in membris vestris?* Magnum est inimici subfidium, quod dum civitatem quamdam obsidione cingit, intra illam correspondentes secum habeat traditores, qui extrinsecus quidem se illam defendere simulant, revera tamen inimici partes tuentur & sustinent, talis autem est ira & appetitus vindicativus, si cum dæmone conspirent. Observandum proinde quod postquam Ecclesia in Litaniis postulat dicendo: *Ab insidijs diaboli libera nos Domine*, immediatè subjungat: *Ab ira, & odio, & omni mala voluntate libera nos Domine*: Nemo quantumvis virtuosus, inquit Seneca, se ab ira liberum esse credat: *Nemo se judicet tutum ab ira, cum lentos quoque natura & placidos, in fœvitiam & violentiam evocet. Quemadmodum adversus patientiam nihil prodest firmitas corporis, & diligens valetudinis cura, promiscuæ enim imbecilla robustaque invadit, ita ab ira tam inquieti moribus periculum est, quam compositis & remissis.* Dæmon cum Christianis, iis præsertim, qui virtuti dediti sunt, magis ex industria colluctatur, ut eosdem ad iram incitet, quia novit quod vitia fordidiora, magisque erubescenda valdè exhorrescant. Præterquam quod verissimum sit quod S. Antoninus observat inquiens: *Chorem inter cæteros humores citius movetur, assimilatur cum igni, & ideo magis est in promptu, ut ille qui dispositus est, secundum naturalem complexionem, ad iram, irascatur, quam de eo qui est dispositus ad concupiscendum concupiscat, unde & Philosophus dicit. 7. Ethicorum, quod ira magis traducitur à parentibus in filios, quam concupiscentia.*

DISCURSUS XIII.
ARGUMENTUM.

Victoria iram vincentis ponderatur, cum simul illam superando dæmonem vincat, ubi etiam vilitas iracundorum, & alia inde emergentia damna exponuntur, dum ob causas frivolas irascuntur.

THEMA.

Melior est Patiens viro forti, & qui dominatur animo suo expugnatore urbium. Prov. 16. ℣. 32.

Iram vincere, est opus magnæ fortitudinis.

1. Hoc laudis encomio Sapiens illum commendare satagit, qui iram reprimere, & naturalem ad furorem inclinationem vincere novit. S. Gregorius dum iram vitiosam suos excedentem limites reprehendit, ita scribit: *Contra hanc in laudem patientiæ dictum est: Melior est vir, qui vincit iram, quam qui capit civitatem magnam.* Eamdem quoque laudem S. Augustinus. choleram refrænantibus hisce verbis attribuit: *Contra iram dictum est: Turbatus est præ ira oculus meus, sed melior est qui vincit iram, quam qui capit civitatem.* Quod verùm esse patet, si consideres constantiam & invictam hominis cujusdam fortitudinem, qui in injuriis & oppositionibus mitis & benignus persistit. Climac. ait: *Mansuetudo est immotus animi status, qui nulla vel contumelia, vel laude, de constantia dimoveri potest, primum virtutis hujus & iræ vincen-*

Clim. gra. 8.

clæ tyrocynium est intra labia continere fervorum impetum quamvis cor tumultuetur. Absolata iræ victoria est inter immanium turbinum flatus tranquilla animi serenitas. Alibi quoque idem Sanctus mansuetudinem hisce terminis describit: *Mansuetudo est promptus adversus iram Maris rupes, quæ omnes illisos fluctus dissolvit, ac frangit, nec ipsa interim movetur, aut franguntur, mansuetudo est stabilimentum patientiæ, charitatis janua, imo vero parens.* Ad virtutem fortitudinis iram vincere pertinet, si credimus S. Ambrosio dicenti: *Est fortitudinis iram vincere indignationem cohibere, ac per hoc fortitudo animum juxta corpusque confirmat.* Idem quoque in lib. 1. de Offic. ita scribit: *Melior est autem secundùm Salomonem qui iracundiam continet, quam qui urbem capit, quia ira etiam fortes decipit.* D. Chrysostomus in homilia quadam *de ira & furore* inquit: *Non tam illustres reges facit victoria ab hostibus reportata, quam iram & furorem superasse, ibi enim armorum & militum facinus bellicum fuit; & hic aperte tua est victoria, & ibi quidem victoriæ alios habes participes, hic vero solus trophæum statuisti.* Idem quoque in homilia quadam ad populum Antiochenum his verbis scripserat: *Non tam claros facit Reges hostes vincere, quam animum & iram superare, illic enim armorum & militum opus geritur, hic vero tuum solius simpliciter trophæum, & habes neminem qui tecum sapientiæ gloriam partiatur. Superasti tumultum barbaricum, supera & animum regium; discant omnes infideles, quod Christi timor omnem potentiam refrænare potest.*

Clim. gra. 24.

S. Ambr. lib. 5. in Luc.

Idem lib. 1. de offic. c. 21.

D. Chrys. tom. 1. Hom. 20. de ira & furore.

D. Chrysost. 1. Hom. 6. ad Pop.

2. Quantumvis homo aliquis virtutibus & insignibus meritis præstans sit, si tamen ab ira se vinci fi-nat, Deo gratus non erit, id quod ex Dionysio Carth. facile deducitur, qui ita scribit: *Abbas Agato dixit: Iracundus homo etiamsi mortuos suscitet, Deo non placet.* Seneca similiter hanc mansuetudinis virtutem eximiis laudibus extollit, dum ait: *Nullum est argumentum magnitudinis certius, quàm nihil posse quo instigeris accidere. Pars superior mundi & ordinatior, ac propinqua sideribus, nec in nubem cogitur, nec in tempestatem impellitur, nec versatur in turbine, omni tumultu caret, inferiora fulminant. Eodem modo sublimis animus, quietus semper & in statione tranquilla collocatus intra se premens, quibus ira contrahitur, modestus & venerabilis est, & compositus, quorum nihil invenies in irato.* S. Augustinus quoque pluribus in locis hanc mansueti hominis semetipsum in ira vincentis victoriam considerat, & in primis quidem ait: *Non est fortitudo si convitiatus pertaties, quoniam ab ira victus es. Valde stultum est hominem victum fortem dicere, cum dicit scriptura: Melior est qui vincit iram, quam qui capit civitatem. Meliorem dicit iræ victorem, quam civitatis captivatorem, habes ergo adversarium magnum in tetpso. Cum audito convicio, ira ea perit surgere, ut vedaas malum pro malo, revocare verba Apostoli, non reddentes malum pro malo, neque maledictum pro maledicto. His verbis recordatis, frangis iram, tenes fortitudinem.* Et super Psal. III. non modò non probrum aliquod, sed etiam gloriam & honorem, si indignationem repressetimus, nos consecuturos probat dicens: *Non eris inglorius, ignoscendo, quia de ira victa laudabilius triumphatur.* Et in alio quodam sermone ait: *Fortiter spiritum irascibilem continere magnæ prudentiæ est, & perfectionis.* Equidem gloriosissima, quam homo referre potest, victoria, est, si inimicum infernalem superet; ira autem domita & victa eumdem vincit & prosternit, quemadmodum S. Antonium Magnum suos docuisse in hæc attestatur verba D. Athanasius: *Pertimescit Satanas mansuetudinem & iræ dominatum.* Et S. Dorotheus inter alia documenta spiritualia pariter dicere solebat: *Si perturbationem animi quis superavit, aut iram, is & dæmones procul dubio superavit.* Cui simillimam considerationem D. Chrysostomus super Psal. 4. instituit dum ait: *Neque enim dæmon ita eum metuit, qui eum expellit, & ejicit ex alio homine, ut hominem, qui iram vincit, & animo imperat, nam hoc ipsum quoque est savas dæmon, & ij potius, quam qui à dæmone vexantur miseri dicendi sunt.* Neque minorem in præsenti considerationem quædam S. Augustini meretur doctrina dicentis: *Deus tentat ut doceat, diabolus tentat ut decipiat. Cui tamen nisi ille qui tentatur, dederit locum, inanis tentatio, & irrisenda repellitur. Ideo Apostolus neque detis, ait, locum diabolo, dant autem locum homines diabolo, & concupiscentijs suis; non enim vident homines diabolum, cum quo pugnant, sed facile habent remedium.* Facilem itaque diabolum vincendi nobis modum tradit

Homo ab ira superatus, quantumvis bonus sit, Deo gratus non est.

Jac. 1. v. 19.

Seneca lib. 3. de ira c. 6.

Præclara encomia mansuetudinis.

S. Aug. in Psal. 92.

Et repressionis iræ.

S. Aug. in Psal. 111.

Idem ser. 9. ad Fratres.

S. Athan. in vita S. Ant.

S. Doroth. ser. 8.

D. Chrysost. in Psal. 4.

S. Aug. ser. 7. de temp.

dicens: *Seipsos interius vincant, & de ipso foris triumphant.*

3. Quanto honorabilior est iræ victoria, tanto ignominiosius & vilius, eidem succumbere. Irasci numquam quidem pulchrum (dicere solebat S. Justinus Martyr) *favoris enim species hujusmodi commotio est. Si quando tamen illa nos invaserit, concedendum aliquid est iræ, ad proximi curam & correctionem, nam qui ea prater rationem utitur, seipsum primum odit, deinde proximum, seipsum perturbando, proximum dolore efficiendo.* Imo vel ex sola hominis Cholerici & furibundi exteriori specie, in iræ deformitatis notitiam deveniri potest, ut probavimus in discursu 4. quia ut S. Antoninus subdit: *Per iram excedit quis à compositione corporali, debet enim quis esse bene compositus in gestibus suis, quod pertinet ad modestiam.* Ad quod idem intentum S. Joannes Climacus, dum & ipse deformitatem animæ, quam ira causat, ostendens, eamque pariter ad corpus transmitti in hæc asserit verba: *Ira est prona morum depravatio, & deformitas animi*: Si namque quis hominem furore rabieque abreptum consideret, quis eum summe abominabilem esse non observat? Ubi consequenter hoc salutare proponit monitum Alcuinus: *Displiceat tibi alterius ira, quod tibi in altero displicet, in teipso quoque displiceat. Noli te æqualem stulto facere; quia ira in sinu stulti requiescit. Si tu iracteris contra eum, eritis duo mali tu & ille. Melius est te esse bonum, quamquam ille sit malus; cur tu ex alterius malitia malus efficeris?* q. d. si iracundus vobis adeo displicet, tamque deformis apparet, cur eum imitâmini, vosque ipsos indignationi & rabiei subdimini?

Ignominiosum est iræ succumbere.

S. Justinus Mart. epist. ad Zenam & Serenum.

S. Antonin. 2. p. tit. 7. c. 1. §. 3.

Clim. gra. 8.

Alcuin. lib. de virt. & vit. c. 24.

4. S. Hieronymus super illa scripturæ verba (*fatuus statim indicat iram suam: qui autem dissimulat injuriam, callidus est.*) Iram pariter ignominiosam appellare non dubitat inquiens: *Non autem ignominiosam iracundiæ passionem ita sapientibus occultandam esse decernit, ut ejus velocitatem culpans non prohibeat tarditatem, &c.* Quam eamdem veritatem D. quoque Chrysostomus dum ab ira vinci, idem esse quod vili & ignominiosæ passioni subjici ostendit, in hæc confirmat verba: *Si vituperatus vicissim vituperas, superatus es, non quidem ab homine, sed quod turpius est, ab effectu illiberali, ira scilicet commotus. Si vero tacueris, vicisti, & citra laborem trophæum erexisti; & infinitos habebis, qui te coronent. Ergo ira abstinendum est* (consulit prudentissime Seneca) *Sive par est, qui lacessendus est, sive superior, sive inferior. Nam cum pare contendere anceps est; cum superiore, furiosum; cum inferiore, sordidum; pusilli hominis & miseri est repetere mordentem; muves & formicæ, si manum admoveris, ora convertunt; imbecillia se lædi putant, si tangantur.*

Prov. 12. 16. S. Hieron.

Continuatur idem argumentum.

D. Chrysost. T. 6. Hom. 20. de ira & furore.

Seneca lib. 2. de ira c. 34.

Idem Ibid. cap. 29.

Idem Seneca, ut iræ indignitatem nobis ob oculos ponat, aliquot ejusdem motiva & causas, quæ plerumque nos ad indignationem extimulant, nobis in hæc verba consideranda proponit: *Alius spem nostram fefellit, alius distulit, alius intercepit; non ex destinato proposito fluxerunt; nulli fortuna tam dedita est, ut malis tentanti ubique respondeat; sequitur ergo ut is cui contra quam proposuerat, aliqua cesserant, impatiens hominum verumque sit, ex levissimis causis irascatur, unus personæ, nunc negotio, nunc loco, nunc fortunæ, nunc sibi.* Et in ejusdem libri progressu debilitatem hominis iracundi hac exprimit similitudine dicens: *Ut ulcera ad levem tactum, deinde etiam ad suspicionem tactus condolescunt, ita animus affectus minimis offenditur; ita ut quosdam salutatio, epistola, oratio, & interrogatio in litem evocent.* In libro primo autem alias frivolas, quibus iracundi facile turbari solent adducuntur causas verbis sequentibus: *Irascuntur boni viri pro suorum injurijs? sed idem faciunt, si calida non bene præbeatur, si vitrum fractum est, si calceus lato sparsus est. Non pietas illam iram, sed infirmitas vocavet, sicut pueri qui tam parentibus amissis flebant, quam nucibus. Irasci pro suis, non est pij animi, sed infirmi.* Quod idem punctum in duobus diversis lib. 3. locis insinuaverat dicens: *Inde vobis ira & insania est, quod exigua magni æstimatis.* Et paulo ante in eodem libro exemplum adduxerat animalium inquiens: *Quod accidere vides in animalibus matis, idem in homine derahentes, frivolis turbantur & inanibus. Taurum color rubicundus excitat, ad umbram aspis exurgit, ursos leonesque mappa proritat; Omnia quæ natura fera ac rabida sunt, conferuntur ad vana. Idem inquietis & flolidis ingenijs evenit, rerum suspicione pervmuntur.*

Seneca ibid. cap. 10.

Idem lib. 3. de ira c. 12.

Idem lib. 3. de ira c. 4.

Insignis doctrina Senecæ de ira suppimenda; quæ etiam sæpe ex levi causa oritur.

Idem lib. 3. de ira c. 1.

5. Bello-

5. Bellovacensis alias vilitatis hujus vitij rationes assignat dum ait: *Per iram homo vilis efficitur. Magna vilitas est irasci, vel contendere cum fatuo vel ægro, aut de talibus vindicare se velle? talis autem est, qui tibi fecit injuriam injuste. Magna vilitas est, pugnare cum vilibus personis, quorum pugnam abhorret nobilis animus.* In quorum confirmationem illum ex proverbiis textum adducens subdit: *Honor est hominis, qui separat se à contentionibus: Econtra vilitas est inquinare os suum contumelijs & convitijs, & quanto major est persona quæ irascitur, tanto vilius & tibi indecentius est irasci.* Sanè si quis propter insultus & injuriosa stulti alicujus verba irasceretur, non exilem judicij sui ostenderet debilitatem. Ad quod intentum sapientissimè ita discurrentem auscultemus Senecam: *Non possum inquis pati, grave malum est injuriam sustinere? Mentiris. Quis enim injuriam non potest ferre, qui potest iram? adjice nunc quod id agis, ut & iram feras & contumeliam. Quare fers ægri vahem & phreneticì verba? puerorum protervas manus? nempe quia videntur nescire quid faciunt.* Quam eamdem doctrinam in sequenti capite prosequens ait: *Numquid satis constare tibi videatur, si mulam calcibus repetat & canem morsu? ista, inquis, peccare se nesciunt. Primum quam iniquum est, apud quem, hominem esse, ad impetrandam veniam nocet? Deinde si cætera animalia iræ tuæ, subducis, quod consilio carent, eo loco tibi sit, quisquis consilio caret.*

Bellovac. Spec. mor. lib. 3. p. 3. dist. 2. Per iram homo efficitur vilis.

Seneca lib. 3. de ira c. 26.

Seneca ibid. cap. 27.

6. Definitionemne iræ nostis? *furor brevis* esse describitur; qui igitur iram non vincit, sed diu eidem subjacet, furibundus, judicio carens, rationis & discursus incapax dici potest; unde iratus compassionem potius meretur quam indignationem; Unde idem Seneca inquit: *Quid ergo? fanum hunc aliquis vocat, qui vel tempestate correptus non it, sed agitur, & furenti malo servit.* Quis obsecro adeo stultus est, ut per medicinam contrahere intendat infirmitatem? hoc autem quibusdam accidit, qui ratione status sui, delinquentes corripere, & emendare obligati, à propria ira se abripi sinunt. Unde S. Nilus hoc tradit documentum: *Ita comparati esse debemus, ut lentitatem, placidatemque tum consectemur, nosque ab omni perturbatione puros conservemus, cum eum, qui aliquid peccati admisit, corrigere aggrediamur, ne alioquin per medicinam morbum contrahamus;* id quod plerumque fieri consuevit; quoet enim sunt, qui ut injurias acceptas repellunt, irascendo majorem accendunt indignationis suæ flammam, ob alteriusve iram? audite quibus terminis S. Cyrillus iram describat; ait enim: *Sane cum affectus iræ immoderatus suo ruat impetu in multa facinora, hominemque cæcum trudat in gravia scelera, & fera ducitur plenitudine, optimum est ad rectam vitæ institutionem documentum, ut hanc immanem belluam vinculis frænemus & catenis, ipsamque effrænem intra rectæ rationis metas atque leges cohibeamus.* S. Joannes Climacus de homine iracundo coërcendo, & tamquam mancipio ligando, catenis vinciendo, & flagellando, in hæc verba scribit: *Vinciatur iracundus animus velut tyrannus nexibus mansuetudnis, & longanimitatis flagro tundatur, adeoque per charitatem sanctam ad tribunal rationis sistatur, atque illa quæ convenit, per quæstiones rogetur. Age fatue & impudens, ede nobis parentis tui nomen, matrisque tuæ, quæ te infeliciter genuit, cognomen, nec non eorum qui ex te nati natæque sunt, impurorum liberorum nomina:* Ehem quot mala ab ira non repressa derivantur, quæ in discursibus præcedentibus examinavimus.

S. Nilus de edo vit. cœnob.

S. Cyrill. Alex. l. 6. in Joan. c. 13.

Iracundus instar mancipii ligandus & tractandus est.

Clim. gr. 8.

D. Chrysost. T. 6. Hom. 20. de ira & furore.

7. De Theodosio Imperatore, cæteroquin adeò digno principe refert S. Antoninus, ut in historiis Ecclesiasticis legitur: *Theodosius Imperator, licet sit devotus, tamen cum audisset quemdam ex militibus suis à tumultu populari occisum apud Thessalonicam, quia permisit se ira succendi, fecit dolose vocari populum ad ludos Circenses, ubi ob vindictam fecit plures occidi, propter quod postea à B. Ambrosio Mediolani non fuit permissus intrare Ecclesiam, nisi prius facta publica pœnitentia.* Bellovacensis ad explicanda iræ damna, similitudinem adducit tempestatis, totam messem omnesque fegetes disperdentis: *Ira*, inquit, *est subita animi tempestas, quæ ad modum tempestatis agros mentium fertiles evertit, & steriles facit.* Et paulo post aliud irreparabile damnum memorat, videlicet: *Ira aufert sapientiam, seipsam, Deum, & proximum.*

Theodosius Imperator, ira percitus graviter deliquit.

S. Antonin. 2. p. tit. 7. c. 1. §. 3.

Idem lib. 1. de ira c. 12.

Bellov. Spec. mor. lib. 3. p. 3. dist. 2.

8. Est & aliud motivum ne irascamur, sed potius illatas nobis injurias dissimulemus, ne illas per iram nostram confirmare videamur; Nam ut S. Basilius ait: *Si contra maledicta irascaris, jam ea corroborasti.*

S. Basil. Hom. de ira

Quidnam est ira stultius? si verò quietus & immobilis persistas, pudorem maledicenti magnum intulisti, cum re ipsa prudentiam modestiamque ostenderis.

DISCURSUS XIV.
ARGUMENTUM.

Dandus est locus iræ impetuosæ, ut cum judicio & maturitate operari possimus, celeriter quoque reprimenda est, priusquam occidat Sol, tam materialis, quam mysticus.

THEMA.

Tardus ad iram. Jacob. 1. ℣. 19.

1. INter alia à S. Jacobo Apostolo tradita documenta, hoc quoque non est postremum, quo dicit: *Sit autem omnis homo tardus ad iram*; cujus rationem immediate subjungit, inquiens: *Ira enim viri, justitiam Dei non operatur*; quibus verbis iram in primo suo impetu refrenandam esse insinuat; ad quod etiam S. Gregorius sequentibus verbis hortatur: *Quoties ira animum invadit, mentem edoma, vince teipsum; differ tempus furoris, & cum tranquilla mens fuerit, quod placet vindica; ira enim in vindictam malorum sequi debet rationem animi, non præcire, ut quasi ancilla justitiæ post tergum veniat, & non lasciva ante faciem prorumpat. Aliquando verò ostendenda est, & non exhibenda, aliquando exhibenda, sed numquam sequenda; quando enim in executione justitiæ placata mente irascimur, iracundiam, & non sequimur, & exhibemus. Ira enim quæ animum pertarbat quanta consideratione cavenda est monstratur, de qua scriptum est: Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram.* Ven. Beda his verbis aliam adhibet expositionem dicens: *Non ita velocitatem iræ vetat, ut hujus tarditatem approbet, sed hoc potius admonet, ut & horæ perturbationis & litium, ne nobis ira subrepat, caveamus, aut si forte subrepserit, intra oris septa ejus cohibeamus impetum, & exacta hora discriminis, liberius eam ad integrum à nostro corde per tempus expurgemus.* Seneca, qui contra inordinatam hanc passionem fusius scripsit, similiter hoc dilationis remedium præscribit, inquiens: *Maximum remedium est iræ, mora, nec ab illa pete initio ut ignoscat, sed ut judicet, desinet si expectat.* In libro tertio rationem reddit, cur ira differenda sit; dicit enim *Primam iram non audebimus orationi maiscere, surda est, & amens, dabimus illi spatium.*

Ira in primo impetu refrenanda est.

Ibid. v. 20.

S. Greg. lib. 8. regist. indict. 3. ep. 51.

Ven. Beda. Ibid.

Seneca lib. 2. de ira cap. 28.

Idem lib. 3. de ira c. 39.

2. Ecclesiastes diu ante S. Jacobum similiter nos hortatus est his verbis: *Ne sis velox ad irascendum.* S. Hieronymus legit: *Ne festines in spiritu tuo, ut irascaris; non quod concedat tardius irascendum, idcirco nunc dicit: Ne festines in spiritu tuo irasci, sed quod cum furens & recens fuerit ira, dilata facilius sedata possit auferri.* Hic impetus Choleræ, ut in discursu quinto vidimus, rationem judicium, & discursum absorbet, ac proinde in excandescentia dilatio in operando & loquendo est necessaria. Interpres quidam super propositi thematis verba ita scribit: *Nisi forte ea sit ratio, ob quam nos Jacobus tardos ad iram esse velit, ut nihil omnino exequamur, nisi postquam expergefacti ab ira resipuerimus.* Dionysius Carthus. hoc iram titulo tractat: *Ira est quasi insania hominis*, siquidem ita definitur: *Irafuror brevis*; sicut autem in furioso quodam dari solent lucida intervalla, ita quoque dici potest de ira, quod qui irascendo tardat, & primum impetum coërcet, offuscatæ mentis caliginem pellat. Benè igitur Seneca ait: *Maximum remedium iræ, dilatio est: ut primus ejus fervor relanguescat, & caligo quæ premit mentem, aut residat, aut minus densa sit. Quædam ex his quæ te præcipitem ferebant, hora, non tantum dies mollior, quædam ex toto evanescent.* S. Augustinus sequentem proposito nostro aptissimam adducit similitudinem, inquiens: *Quid vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? & vidisti hominem subitò irasci, noli continuò judicare, forsitan quam velociter irascitur, tam celeriter mitigatur. Quid tamen festuca, quid trabs significet videamus; subita enim iracundia festuca est, ira verò quæ in longum tempus protrahitur, dum per otium falsis suspitionibus nutritur, trabs efficitur. Cito ergo irasci, & citò placari festuca est; iracundiam diu in corde tenere, ac servare, trabs est; ergo iracundia inveterata vertitur in trabem.*

Ecclesiastes. 7. v. 10.

S. Hieron.

Ira ad tempus differenda est, ne rationem abforbeat.

Prov. Jacobi 1. 19.

Dion. Carth. Eccli. 30.

Seneca ibid. cap. 12.

S. August. ser. 202. de temp.

3. Quando S. Jacobus nos monet ut tardi simus

ad iram, per hoc nequaquam insinuat, ut malevolentiam & odium erga proximos prosequamur, continuemusque & foveamus iracundiam, sed ut omnem nostram resolutionem, & operationem suspendamus, & tardemus, donec vehemens illa passio transeat, quæ mentem nostram excæcat & offuscat. S. Ambrosius verba illa exponens, *desine ab ira, & derelinque furorem*, dicit: *Non hortatur ut irascaris, sed ad tempus cedit affectui. Dat tamen mendicamentum, ne diutius vis ulceris serpat. Irascimini quod ait, tuæ est passionis; medicus enim non statim adhibet medicamentum languori. Si dolor fervet, fomenta adhibet, ut mitescat dolor; si febris exæstuat, remedij tempus expectat, ipsum potum sitientibus negare consuevit, non dicit nolite febrire, cum vapor fervet ægroti, sed dicit expecta, desinat febris, digeratur commotio, sic & prophetæ non potuit dicere homini, cujus caro, ut variis morborum, ita commottionum passionibus excitatur, non irascere; sed dicit: desine ab ira, & indignationem relinque, ne pecces. Ira enim gravis est magistra peccati.* Unde & Apostolus Romanis inculcabat dicens: *Date locum iræ*, q. d. quando vos impetuosus stimulat & accendit iracundiæ ignis, expectate, differte, nec quidquam attentate aut dicite, donec ignis remiserit.

Simile S. Ambrosij. ib. Psal. 36. 8. S. Ambr. ib.

Rom. 12. 19.

4. Considerabilia in primis sunt illa Psalmistæ verba: *Distulisti Christum tuum*; ubi S. Hieronymus legit: *Iratus es adversus Christum tuum.* Ex quibus verbis deducitur, Deum velle ut ab ipso benignitatem & longanimitatem discentes, tempus concedamus iræ, siquidem juxta Sancti hujus mentem, idem est apud Deum differre, ac monstrare se iratum. Unde & idem Psalmista alibi de Deo loquens ait: *Audivit Dominus & distulit, ... & ira ascendit in Israël.* q. d. quando Deus justum suum exerere vult furorem, id cum maturitate facit, pœnamque differt; Quæ doctrina semper tenenda est, ita etiam, ut quando ira nostra à vero zelo derivatur, & ordinata est, nihilominus in corrigendis alienis excessibus cum hujusmodi mora procedere debeamus, expectantes donec primi evanuerint impetus. In Exodo Deus noster aliquando Moysi dixisse legitur: *Dimitte me, ut irascatur furor meus.* At verò numquid Deus iræ suæ fulmina contra rebellem populum evibrare poterat, nisi prius loqueretur Moysi? quis dubitat respondet Cornelius à Lapide? hoc tamen loquendi modo docere nos voluit Dominus ut in ira nihil præcipitanter agamus. *Ferunt gentiles* (inquit S. Ambrosius) *ut in manus omnia verbis extollere solent, Architæ Tarentini dictum Philosophi quod ad villicum suum dixerit: O te infelicem, quam te afflictarem nisi iratus essem. Sed etiam David & armatam dexteram in indignatione compresserat, & quanto plus est non remaledicere, quam non vindicare? & bellatores adversus Natal ad ultionem paratos, Abigail deprecatione revocaverat.*

Psal. 88. v. 39. S. Hieron. Deus vult ut ab illo benignitatem discentes, tempus concedamus iræ. Psal. 77. v. 21

Luc. 3. 2. v. 10.

Corn. à Lap.

S. Ambr. l. 1. de offic. c. 21.

5. Hugo Cardinalis Ecclesiastem eodem tempore, quo dixerat, *ne sis velox ad irascendum*, subjunxisse advertit: *Quia ira in sinu stulti requiescit.* Ubi ipse consequenter ait: *Ideo tardus, quia vitys alienis periculosè irascimur, dum enim turbatur oculus mentis, periculosè adhibere poteris ignem aut ferrum alienis vulneribus sanandis. Nimis velox est ad saltum, qui prius salit quam attentat quo saliat, sic nimis velox est qui statim irascitur injuriantj vel alia peccanti. Denum esse velocem ad irascendum nihil aliud est, quam esse velocem ad infamendum. In sinu stulti dicitur requiescere ira, sicut in proprio domicilio; unde ira in sinu stulti, est quasi leo in spelunca suaz unde non est ambulandum inter stultos, sicut nec inter spelucas leonum.*

Eccle. 7. 10. Hugo Card. Ira in sinu stulti, est Leo in spelunca sua.

6. Videri nonnemini posset, id quod S. Jacobus his verbis docet: *Tardus ad iram*, contrarium esse isti quod posteà S. Paulus tradidit dicendo: *Sol non occidat super iracundiam vestram*, his enim verbis Apostolus non tarditatem, sed celeritatem & velocitatem in ira suffocanda exigit; unde & D. Chrysostomus ait: *Novit talem esse hujusmodi passionem, quæ satis velocis curationis indigeat.* Verumtamen respondetur S. Jacobum de illis loqui resolutionibus, quæ ineundæ sunt ira excandescente in hisce namque lente procedendum est: S. Paulus autem requirit à nobis ut ira quantocyus extinguatur, priusquam nox increbescat; quod idem Psalmista dicere voluit dum ait: *Desine ab ira & derelinque furorem*, quia nisi primas iræ scintillas extinxeris, ingens immoderati furoris incendium in te excitabis. Unde S. Ambrosius circa hæc Psalmi verba inquit: *Desine ab ira, ne cum accenderis eam, illa non te desinat, priusquam te ejus flamma consumat.* S. Augustinus in quodam sermone ita exponit: *Intelligitur quidem secundum tempus, quia est ex ipsa humana conditione & infirmitate mortalitatis, quam portamus, subrepat ira Christiano, non debet diu tenere, & fieri pridiana. Ejice illam de corde, antequam occidat lux ista visibilis, ne te deserat lux invisibilis. Sed aliter melius intelligitur, quia noster Sol justitiæ & veritatis Christus, non iste Sol, qui adoratur à paganis, & Manichæis, & videtur etiam à peccatoribus, sed ille alius, cujus virtute anima humana illustratur ad quem gaudent angeli. Non ergo occidat Sol iste super iracundiam tuam, id est non deserat Christus mentem tuam, quia non vult Deus habitare cum iracundia tua.* Moxque rationem reddit, cur tanta cum celeritate extingui debeat ignis iræ; subdit enim: *Occiderit ab iracundia tua, quia cum inveteraverit, fit odium.* Unde Seneca de ira non refrænata ita scribit: *Inemendabilis est, cum ira in odium occaluit.* S. Augustinus inquit: *In comparatione odij ira festuca est, sed festucam si metrias trabs erit, si evellas, & projicias, nihil erit.* Et in Epistola quadam idipsum sequenti similitudine declarat: *Inveteratcens ira fit odium, dum quasi justi dolorjs admixta dulcedo diutius eam in vase vetustet, donec totum acescat, vasque corrumpit. In recipiendis hospitibus ignotis solemus dicere, multo esse melius, malum hominem perpeti, quam forsitan per ignorantiam excludi bonum, dum cavemus ne recipiatur malus: Sed in affectibus animi contra est, nam incomparabiliter salubrius est, etiam iræ juste pulsanti, non aperire penetrale cordis, quam admittere non facile recessuram, & perventuram de farculo ad trabem. Audet quippe impudenter etiam crescere citius, quam putatur, non enim erubescit in tenebris, cum super eum Sol occiderit.*

Jac. 1. v. 19. Eph. 4. v. 26.

S. Aug. ser. 221. de temp.

Seneca lib. 3. de ira c. 41. Ira comparatur festucæ. S. Aug. to. 1. Hom 40. Sed odium trabi. Idem Epist. 149.

D. Chrys. Hom. 16. in Matth. Primæ scintillæ iræ extinguendæ, ne gravius incendium oriatur. Psal. 36. v. 8. S. Bernby ibid.

7. Beda similiter in sensu mystico hunc Solis occasum, qui iracundè accidit, hunc in modum exponit: *Quod interiorem solem, id est sapientiam Dei, tamquam occasum in se pati arbitratur mens, quæ sua perturbatione illam videre non sinitur; supersecidit ignis, scilicet iracundiæ, & non videtur solem. Quantus ignis est? super quem ceciderit, non videbit solem, ideò dictum est, ut non occidat Sol super iracundiam vestram.* S. Anselmus eamdem ferè adfert expositionem; ait enim: *Noster Sol Christus est, qui veritas, & sapientia, & justitia est, cujus luce anima humana illustratur; sed hanc lucem desinit meus videre, cum perturbatione iracundiæ fuerit tamquam nubilo superata; & tunc quasi occidet super iracundiam hominis Sol, quia cum menti iracundia confusionis tenebras incutit, huic Deus radium suæ cognitionis absconditj, propter quod multum cavenda est iracundia, per quam lux veritatis amittitur, quâ amissâ, princeps tenebrarum diabolus locum in homine sibi invenit; unde sequitur: nolite locum dare diabolo: Iratus enim mala cogitat, & sic se diabolo ingerit, atque pandit, ut cogitata perficiat; pandit ostium cordis, & hostem sinit introire.* Cassianus in libro *de spiritu iræ*, examinans de quo Sole intelligendus sit Apostolus, de eo Sole id accipiendum concludit, de quo dicitur: *Timentibus nomen meum orietur Sol justitiæ, & sanitas in pennis ejus.* Et alibi: *Occidit eis Sol in meridie.* Moxque aliam non absimilem subjungit interpretationem dicens: *Vel certè secundùm tropicum sensum, mens, sive ratio, quæ pro eo, quod omnes cordis cogitationes, discretionesque perlustret Sol merito nuncupatur, iræ vitio non extinguatur, ne eadem occidente, perturbationum tenebræ cum authore suo diabolo universum nostri cordis occupent sensum, & tenebris iræ possessi, velut in nocte cæca, quid nos oporteat agere, ignoremus.*

Ven. Beda ibid. Qualis Sol occidere non debeat super iracundiam nostram. S. Ansel. ib.

Cassian. lib. 8. c. 9.

8. S. Isidorus Pelusiota in Epistola quadam hominem ad iram proclivem, ad mansuetudinem, dicti S. Pauli asserto hortari conatur, dum inquit: *Quoniam cum iracundia rationis, quæ auriga munere fungitur, habenas infringit, hominis mentem extra naturæ terminos plerumque transversam agit, ideirco Paulus hujusmodi lapsus excogitata, non modo optima, sed etiam celerrima medicina his verbis usus est: Sol non occidat super iracundiam vestram, hoc est, antequam Sol in occasum vergat, naturam agnoscite, furorem extinguite, arrogantiam comprimite, cognationem, ac propinquitatem, quæ etiam feris dominatur, complectimini, ne nox interjecta morbum immedicabilem efficiat. Nam tam diabolus idoneum tempus nactus, ea quæ contigerunt, magis inflammat, ad ultionem irritat, ad inimicitiam extimulat, ad accusationes excitat, injuriarum memoriam parit, innumeraque hinc mala præcreat.* Considerabilia pariter verba sunt Tertulliani, quando

S. Isid. Pel. lib. 2. Epist. 189. Continuatur eadem materia.

quando idem Apostoli dictum considerans, in libro *de patientia*, varia iræ prolongatæ damna his insinuat verbis: *Sol super iram nostram si occiderit, periclitamur; non licet vobis una die sine patientia manere.* S. Thomas autem sensum prius hujus dicti Apostolici litteralem, ad promptam iræ extinctionem pariter applicat dicens: *Sol non occidat super iracundiam vestram, id est, non persistatis in ira concepta, sed ante Solis occasum deponatis, quia licet permittatur motus per fragilitatem, non permittitur mora.*

Tertull. lib. de patient. cap. 12. Ephes. 4. 26. S. Thom. ibid.

9. S. Joannes Eleëmosynarius Patriarcha Alexandrinus aliquando propter pauperes cum Nicota contenderat, Imperatoris cliente, non parum indignatus quod inopes videret pessumdari, nihilominus seipsum de hac alteratione reprehendere cœpit, seque ita alloqui: Non vides, quoniam Sol ad occasum vergit? non recordaris præcepti Apostolici? moxque vocatis sacerdotibus, eos ad Nicetam ablegavit ut dicerent: *Sol ad occasum est.* Quo hic audito, intenerascere cœpit, ita ut mutuam, longè strictiorem, quam umquam, renovarit amicitiam. S. Tho. mysticam aliam ejusdem textus expositionem adducit verbis sequentibus: *Sol non occidat, id est, non obtenebretur dictamen rationis.* Hinc & S. Chrysostomus consulebat dicens: *Si nata fuerit aliqua offensiuncula, longior uno die non esto, neque spatium diurnum excedito.* Theodoretus textum hunc interpretans primo dictum fuisse advertit: *Irascimini & nolite peccare; sciebat enim non semper rationem forti & generoso animo ferre, motuum & perturbationum impetum; jubet ergo ut iram solvant quam citissimè, hoc ergo subjunxit: Sol non occidat super iracundiam vestram. Veretur ne noctu quiescens cogitatio morbum augeat. Porro etiam novit diaboli machinas, unde subjunxit: Nolite locum dare diabolo.*

Pulchrum exemplum S. Joannis Eleëmosynarij.

D. Chrys. tom. 1. Hom. 22. de semulat. Theodoret. ibid.

10. S. Ambrosius pariter eum accuratius, quem serpens astutus animæ iracundi se insinuando, nisi subito refrænetur celeriterque reprimatur impetus, accipit, perpendit aditum, inquiens: *Iram transire vult, nec retinere in pectore, ut die orta cum die decidat, quia si in animo manserit, dat occasionem diaboli gloriandi, necesse est enim iratus animus malè cogitet, quod cupit diabolus, invenit enim mentem paratam.* Salmeron pariter, qui & ipse Epistolas Apostoli fusius examinat, ad textus hujus veniens interpretationem, difficultates ab aliis motas, enumerans ait: *Cum dixit: Sol non occidat super iracundiam vestram, admonuit, iram cito ponendam, & de pectore excutiendam, ne in odium convertatur, est enim ira inveterata ipsam odium; nam ira retenta, cogitationes vindictæ semper concipit, & ad vindictam sumendam vehementer impellit. Veras etiam esset sensus, si rationem, ut lumen judicij, per solem intelligamus; est enim intelligentia nostra Sol, qui non debet occidere super iracundia, hoc est, non debet esse tam atrox, & implacabilis, quæ constituat hominem absque misericordia, & absque judicio, & reddat illum furiosum, ac sævam bestiam, alias enim si de sole corporeo capias, quid esset, si quis ab ortu solis, aut meridie iraseretur, & antequam Sol occidat interficiat hominem? Quod si nocte iraseretur, & ferro hunc & illum percuteret, an hoc sibi liceret, eo quod Sol non occideret super ejus iracundiam?* Gregorius Magnus ait: *Per iram lux veritatis amittitur, sicut scriptum est: Sol non occidat super iracundiam vestram, quia cum menti iracundia confusionis tenebras incutit, huic Deus radium suæ cognitionis absconditj.*

Nisi ira subito refrænetur magnum infert damnum. S. Ambr. ib.

Salmeron. to. 15. disp. 11.

S. Greg. lib. 5. mor. c. 30.

DISCURSUS XV.

ARGUMENTUM.

Iræ passio impressa est homini, ut contra inordinatos appetitus, & peccatum irascatur, nec non ut à pigritia suo evigilet.

THEMA.

Ne sis velox ad irascendum. Eccle. 7. ℣. 10.

Ira non debet prævenire rationem.

1. QUod si Ecclesiastes iram totaliter prohibuisset, consequens utique esset, quod numquam ex quacumque demum causa homini irasci liceret, nunc verò quia tempus limitat, sine defectu nonnumquam irasci licere, videtur subindicare. Hanc vero difficultatem Cajetanus solvit dicendo: *Non prohibet iram* (*quoniam ira materia est virtutis, cum moderate homo tuitur illa adversus vitia*) *sed prohibet festinum impulsum ad iram, hoc est, ut ira non præveniat rationem, nam prævenire, esset festinare, sed sequatur rationem.* Doctor Angelicus in quodam articulo disputat,

Cajetan. ibid.

an ira sit licita, hancque statuit in hac quæstione conclusionem: *Secundùm rectam rationem irasci laudabile est*; idque probat authoritate D. Chrysostomi dicentis, *qui sine causa irascitur, reus erit, qui verò cum causa, non erit reus; nam si ira non fuerit, nec doctrina proficit, nec judicia stant, nec crimina compescuntur.* S. Bonaventura non solum iram toraliter non condemnat, verum etiam eamdem nonnumquam convenientem & necessariam esse censet; unde ait: *Non ut penitus homo non irascatur, sed ubi debet, & quando debet; unde debet habere & faciem hominis, & faciem leonis*; Idem quoque alibi in quodam sermone idipsum confirmans ait: *Ira quæ est ex causa, non est commotio illicita, sed judicium, eo quod non irascitur fratri suo, sed vitio.* Seneca solo lumine naturali præditus hujus nobis innatæ passionis inordinationem agnovit, dum ait: *Magna pars hominum est, quæ non peccatis irascitur, sed peccantibus.*

S. Thom. 2. 2. q. 158. art. 1. Quæ ira sit laudabilis. S. Bonav. ser. 5. in Examer. S. Bonav. ser. 1. in Dom. 5. post Pentec. Seneca lib. 2. de ira c. 28.

2. Ira autem, quæ in vitium degenerat, & peccaminosa est, illa dicitur, quæ contra proximum ex vindicta & odio privato armatur, & huic incarnata Sapientia comminatur apud S. Matthæum c. 5. dicens: *Qui irascitur fratri suo, &c.* circa quæ verba Cornelius Jansenius hanc ad propositum nostrum habet ingeniosam & utilem observationem; dicit enim: *Non prohibentur hic primi iracundiæ motus, qui in nostra non sunt potestate, sed ira deliberata & perfecta, cui scilicet consensus accedit. Deinde nec hujusmodi ira, qua quis vitio hominis offenditur, ad quod significandum quidam putant dictum: Qui irascitur fratri, hoc est non vitio hominis, sed homini, quem quod frater sit, diligere deberet. Itaque per dativum fratri, satis significatur, Dominum loqui de ira tali, quæ pugnat cum dilectione fraterna.* Axioma est communiter receptum quod Deus & natura nihil agunt frustrà. Non igitur supremus rerum artifex, quando corpus nostrum plasmavit, bilem, & appetitum irascibilem sine causa nobis impressit. S. Bernardus in quodam sermone ait: *Quam melius, si sibi ipsis irasci potuerunt non peccavent. Nimirum affectio naturalis ira hominum est, sed abutentibus bono naturæ gravis perditio est, & miseranda pernities; occupemus iram fratres in quibus expedit, ne forte ad inutilia illiciaque prorumpat.* S. Basilius in homilia quadam contra iram ait: *Est pars animi irascibilis nobis, ad multa virtutis opera necessaria, quando velati miles quidam apud ducem arma sumens, paratus est ejus jussu auxilium præbere; sic iracundia rationi adjutrix contra peccatum fuerit.* Idem S. Doctor alibi cani cuidam molosso, qui ad custodiam gregis alicujus invigilat, appetitum irascibilem affimulat. Contingit nonnumquam, quod inimicus Pastorem aggrediatur, ad illum feriendum & dilacerandum, at verò pastor idipsum advertens, exaltat vocem suam, illum reprehendit, & canem se defendere parantem impedit, unde canis obediens inimicum deserit seque subducit; quod si verò lupus quidam, vel alia fera esset, quæ armentum damnificare niteretur, permitteret cani, ut illam morderet & dilaniaret, imò verò ad hoc illum animaret & excitaret: Idem quoque dici potest, quod in nobis operetur appetitus irascibilis, dummodo eo utamur fine, quo Deus illum nobis inseruit; latrare enim debet & dentes stringere adversus peccatum, vitia mordere, & inordinatos in nobis appetitus dilaniare, si tamen idipsum adversus proximum facere tentaret, imperio rationis & discursus reprimendus & refrænandus esset; *ira enim rationi sicut canis pastori obedit.* S. Isidorus Pelusiota in quadam Epistola ita scribit: *Ob eam causam nobis ira insita est, non ut nos peccemus, verum ut peccantes prohibeamus, nec ut ea turbidus motus, ac morbus sit, verum ut vitiosarum sit affectionum medicina. Non autem medicamentum in venenum commutemus, dum eo ad ea quæ minimè decent abutimur.* Beda S. Clementis Papæ adducens authoritatem, quænam ira laudabilis & virtuosa sit, his verbis docet: *Hæc est justa & necessaria iracundia, qua unusquisque in ijs, in quibus erravit, & perperam gessit, indignatur, & semetipsum incusat.*

Corn. Jans. concord. evang. c. 40. S. Isid. Pelus. lib. 2. epist. 328. Ven. Beda to. 7. scintil. c. 19.

3. Consideratione digna est illa ad propositum nostrum ab Hugone de S. Victore adducta moralitas. *Post Issachar*, inquit, *Zabulon nascitur, qui habitaculum fortitudinis interpretatur. Quid enim per Zabulon intelligimus, nisi odium vitiorum? hunc procul dubio in nobis affectum Propheta ordinare cupiebat, cum dixit, irascimini, & nolite peccare. Quid est enim irascendo non peccare, & non peccando irasci, nisi homines utiliter, non ad oculum*

Rich. de S. Vict. p. 1. lib. Benjamin. cap. 40. Quid sit irascendo non peccare.

amando, eorum vitijs indignari & hunc habere se filium idem Propheta significabat, cum alias dixit: Perfecto odio oderam illos; Et alibi: Omnem viam iniquitatis odio habui. Hic est egregius ille miles Dei, qui prælia Domini præliari non cessat, & quem usitato vocabulo scriptura sacra zelum Domini, vel zelum rectitudinis appellat. Labescere me fecit zelus meus, quia obliti sunt verba tua inimici mei. Sanctus quoque Bonaventura rationem, cur Deus hujusmodi nobis impresserit apperitum, in hæc assignat verba: *Iræ affectus datus est homini, ut irascatur vitijs, & malis suggestionibus, & ex indignatione non patiatur se vrahi in consensum peccati, & reprimat malos motus in se & in alijs, ubi opportune potest, & ulciscatur Dei injurias, & transgressiones justitiæ, & tunc dicitur zelus justitiæ. Sic legitur Christus pluries iratus Pharisæis & alijs non rectè agentibus, & alij sancti viri.* Cassian, inter alia documenta spiritualia, hoc quoque nobis insinuat: *Irascimini vitijs, & furori vestro, ne conniventibus vobis Sol justitiæ Christus inficiat propter iracundiam vestram mentibus obscuratis occidere, & discedente illo locum diabolo in vestris cordibus præbeatis.* S. Nilus modum inquirit quo quis cum merito, & sine culpa irasci possit: *Atqui fieri ne possit,* inquit, *ut quis succensendo non peccet?* respondet sanctus, *nimiram si adversus vitia sua semper irascatur, atque iracundiæ causas, suæ ipsius socordiæ adscribat.* S. Anscl. super illa verba Apostoli: *Irascimini & nolite peccare,* observat, Apostolum prius suasisse: *Deponite veterem hominem*, & postea verba illa prædicta subjunxisse. Unde idem Sanctus ait: *Si autem contigerit, ut vos aliquid adhuc vetusto modo agatis, irascimini inde vobismetipsis, id est, agite pœnitentiam & ulterius peccare desistite. Quid enim est pœnitens, nisi homo irascens sibi?* in eumdem quoque sensum Theoph. hæc verba exponit, dum ait: *Irascimini vobismetipsis, peccatis, & vitijs vestris, ea per pœnitentiam puniendo.* S. Bern. nobis quidem ut irascamur permittit, imò suadet, at verò notate quibuscum id circumstantiis consulat: *Ostendam*, inquit, *vobis cui debeatis irasci, irascimini ei, quæ sola vobis nocere potest, sola facere ut omnia illa non prosint. Vultis scire quænam illa sit? iniquitas propria. Ita dico vobis huic irascimini.* S. Aug. se reflectens ad eamdem exhortationem à Psalmista nobis propositam, & à S. Paulo iterum repetitam, duas adfert illius expositiones, inquiens: *Duobus modis intelligi potest. Aut, etiamsi irascimini, nolite peccare, id est, etiamsi surgit motus animi, qui jam propter pœnam peccati non est in potestate saltem ei non consentiat ratio, & mens, quæ intus regenerata est secundum Deum, at mente serviamus legi Dei, si adhuc carne servimus legi peccati. Aut, agite pœnitentiam, id est, irascimini vobismetipsis, de præteritis peccatis, & ulterius peccare desinite.* S. Thom. super eumdem text, S. Pauli duo quoque distinguit iracundiæ genera, dicens: *Duplex est species iræ, quædam bona, & quædam mala, mala quidem, quando inordinate tendit in vindictam, scilicet contra justitiam; bona verò, quando in vindictam debitam, quando scilicet quis irascitur quando oportet, cum quibus, & quantum oportet. De utraque potest exponi; si de mala, hic est sensus; non præcipit sed permittit quasi dicat: si sic est quod motus iræ insurgat (quod humanum est) nolite peccare. id est, nolite perducere ad effectum per consensum: si autem exponatur de bona, sic tenetur non solum permissive, ut primo, sed imperative; irascimini scilicet contra peccata vestra. Una de seipso peccante, & sic pœnitentia est quædam vindicta quam homo facit & capit de seipso, & hæc est bona ira, & de hac dicitur imperative: Irascimini, scilicet contra peccata vestra, & nolite peccare de cætero, nec talia committere, contra quæ iterum oporteat irasci.*

4. Ira ut plurimum contra inimicos accendi solet, qui contra nos pugnant: At verò majores adversarios, ferocioresque inimicos habere non possumus, quam sint inordinati appetitus nostri; ac proinde contra illos dirigenda est ira nostra. Unde Alcuin. inquit: *Ira data est ad vitia cohibenda ne impijs, id est, peccatis homo serviat, tamquam Dominis, qui juxta Domini vocem, qui facit peccatum, servus est peccati.* S. Isidor. Peluſiota ad quemdam qui apertè omnes vindicativos audiebat ita scribit: *Multi ut injuriarum memorem tradacunt, malis armis, hoc est iracundia utentem, quam creator animæ opitulatricem adhibuit ut corporis ignaviam, ac mollitiem sorroboret.* S. Hieron. in vita S. Hilar. scribit, quod dum hic adhuc in annis adolescentiæ constitutus in deserto viveret, *Titillabat diabolus sensus ejus, & putrescenti corpori solita voluptatum incendia suggerebat.* Cogebatur tirunculus Christi cogitare quod nesciebat, & ejus rei animo pompam volvere, cujus experimenta non noverat. *Iratus irascbar sibi, & pectus pugnis verberans, quasi cogitationes cædæ manus posset excludere. Ego*, inquit, *aselle, faciam ut non calcitres, nec te hordeo alam, sed paleis, fame te consiciam & siti, gravi onerato pondere, ut cibum potius quam lasciviam cogites.*

5. Cassian. S. illum considerat furorem, quo David, licet alioquin mitissimus, & benignissimus, variis in occasionibus accensus fuit: *Cum aquam de cisterna Bethlehemitica concupisset, eamque à viris fortibus per medias hostium catervas suscepisset, allatam protinus effudit in terram, & ita voluptuosam concupiscentiæ passionem iratus extinguens, libavit eam Domino.* Pergit ulterius ad ponderandam quoque iram, quam contra filios Sarviæ conceperat, qui ipsum, ut se de Semei injurianti vindicaret, extimulabant, unde subdit: *Vel cum Semei in regem David, audiente eo, lapides & maledicta coram omnibus irrogaret, velletque Abisai filius Sarviæ princeps militum convitij regalis ultionem truncatione capitis ejus explere. B. David adversus diram suggestionem ejus, indignatione pia commotus, humilitatis modum & patientiæ rigorem inconcussa lenitate servavit.* S. Aug. declarat in quonam casu laudabilis & meritoria sit ira, dum inquit: *Volo vos irasci, sed non ut peccetis; ut autem non peccetis, quibus habetis irasci nisi vobis? quid est non homo pœnitens, nisi homo irascens sibi?* S. Bonav. de iracundo disserens, inquit: *Si sapienter faceret, prius se de ipso vindicare deberet, iram scilicet & zelum adversus iram suam propter vitium assumendo.* Quod si verò ira abutamur, degenerando in vitium, nobisipsis irreparabilium animæ damnorum fabri sumus; si autem iram contra nosmetipsos, id est, contra vitia & malas inclinationes dirigamus, magnas inde utilitates recipimus, magnumque nobis meritum comparamus. Unde D. Chrysost. monebat dicens: *Ne nos temerè irascamur; ira enim in nobis ideò insita est, ut non peccemus, sed ut alios peccantes prohibeamus; non ut fiat animi perturbatio & ægritudo, sed ut sit ægritudinum & perturbationum remedium: Cogita apud te, quam sit insigne vitium, quando medicamentum venenum efficitur, quando, per quod aliorum vulneribus medendum est, per id vulnera infligimus; quemadmodum si quis accepto ferro, ut quæ in alijs putrefacta sunt excindat, seipsum ubique concidat, se per totum corpus saucians; vel gubernator per clavum cimbam submergat, per quam ventorum impetentium impetum oportebat cohibere. Hujusmodi est etiam ira utile instrumentum, ut nostram excitet somnolentiam, ut animum nostrum intendat, viresque & robur addat, ut nos acriores efficiat, ut pro his indignemur, qui sunt affecti injuria; vel ad pœnas de insidiatoribus sumendas nos moveat; ea de causa dicit: Irascimini, & nolite peccare.*

6. Alibi quoque idipsum confirmat, quando dissensionem, quam inter se S. Paulus & S. Barnabas ratione Marci habuerunt, quæ c. 13. Actuum Apostol. recensetur, examinans, inquit: *Si verò Lucas refert, quoniam aliqua inter ipsos facta est contentio, nolo hoc delictum putare; non enim commoveri malum est, sed irrationabiliter, nullaque justo flagitante negotio commoveri. Iracundia*, inquit, *injusta non justificabitur; non ergo culpatur simplex iracundia, sed injusta; Et rursus: Qui iratus fuerit fratri suo sine causa; non ergo simpliciter iratus; Et Propheta ait: Irascimini, & nolite peccare; quod si omnino hujusmodi uti non oporteret affectu, etiam cum tempus exposcit, frustra nobis videretur ingenitus; sed profectò non frustra, quem certè providus nobis creator inseruit, ut dormientes animas, atque resolutas ab inertia ac desidia suscitaret.* Paulo post insuper per sequentem similitudinem iræ declarat effectus, dicens: *Quasi enim gladio aciem, ita menti nostræ iræ acumen impositum est, ut eo, cum oportet, utamur.*

7. Nota est omnibus illa Apostoli propositio dicentis: *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*, ac proinde cum hæc iræ passio omnibus naturaliter sit impressa, justi & electi ea utuntur, ad exercitium & virtutum, & meritorum comparationem: Impij verò, ut effrænj passioni satisfaciant, iræ habenas relaxant. S. Bonaventura de iracundo vitioso ita scribit: *Limum purgationis convertit in rubiginem depravationis; adversitates enim quæ ipsum deberent à peccato purgare, per impatientiam magis inquinant, & fornax probationis mutat ei aurum in cuprum, & flagellum ex grano facit paleam.* Alcuinus in libro *de virtutibus & vitijs*, iram non solum necessariam & justum esse dicit: *Illa*, inquit, *ira est justa & necessaria, quando homo contra propria irascitur peccata; & contra seipsum indignatur, cum malè agit.*

S. Bonav. de profect. religios. cap. 14. Cur Deus nobis impresserit affectum irascibilem, nempe ut irascamur vitijs.
Cassian. de Spir. ira lib. 8. cap. 7.
S. Nilus de octo vitios. cogitat.
Eph. 4. 26.
S. Anselm.
Theophylact. Ibid.
S. Bern. in ser. c. 21.
S. Aug. in Ps. 4.
S. Thom. Eph. 4. Duplex species est iræ bonæ & malæ.
Quibus inimicis piè irasci debeamus.
Alcuin lib. de animæ ratione.
S. Isid. Pel. lib. 1. Epist. 280.
S. Hieron. in vita S. Hilarion.
S. Aug. ser. 35. de ver. Domini. Quo casu ira sit meritoria.
S. Bonav. lib. 1. com. theol. verit. c. 17.
S. Chrysost. in Ps. 4.
Justi utuntur ira ad exercitium virtutis impij econtra.
S. Bonav. lib. 3. compen. theol. verit. c. 17.
Alcuin. lib. de virt. & vit. c. 24.

DISCURSUS XVI.

ARGUMENTUM.

Varij adducuntur casus in quibus homo licitè & virtuosè irasci potest.

THEMA.

Irascimini & nolite peccare. Ephes. 4. ℣. 26.

1. Hæc verba, quæ S. Paul. ad Eph. scripsit, diu ante à Spir-S. regio Psalmistæ dictata fuerunt, siquidem in Psal. 4. hic quoque nos exhortatur dicens: *Irascimini & nolite peccare quæ, dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.* Ubi Estius ait: *Non præcipit, ut irascamur, sed hypothetice seu per imperativum uti solent Hebræi, quale illud* Eccli. 30. *Lacta filium, & paventem te faciet, lude cum illo, & contristabit te, id est, si lactaveris eum, id est, si luseris cum eo. Proinde sensus Apostolici præcepti est: si contingat irasci, cavete, ne in opus ira provampat, id est, ne facite quod ira suggerit, ne sinite eam progredi usque ad injuriam.* S. Hieron. sup. Epist. S. Pauli ita scribit: *De 4. Psalmo hoc usurpatum nulli dubium est, & videtur illi esse contrarium, quod alibi dicitur: Nunc autem deponite vos omnem iram, & indignationem, & malitiam &c. sed & simpliciter intellectum nocet, dum putatur iræ frena laxata. Duplex animi non solum appellat nos, sed etiam apud Philosophos iræ nomen accipito; vel cum injuria lacessiti nataralibus stimulis concitamur, vel cum requiescente impetu & furore vestimento, potest mens habere judicium, & nihilominus super eo qui putat lasisse, desiderat ultionem. Arbitror itaque de priore ira nunc dictum, & nobis quasi hominibus esse concessum, ut ad indignæ alicujus rei faciem moveamur, tranquillitateque mentis, velut lenis quædam aura conturbet nequaquam tamen intumenies gurgites furoris impetu, sublevemur.* Dionys. Carth. S. Paulum non irasci præcepisse sed potius ad reprimendum hunc affectum, quando in vitium degenerat, exhortatum fuisse his verbis dicit: *Non est exhortatio irascendi, sed consilium atque remedium iram vincendi, quia immediatè subditur: nolite peccare; Sol non occidat super iracundiam vestram. Sol justitiæ, id est, Christus, vel certe Sol intelligentiæ, hoc est judicium non occidat super iracundiam vestram, id est, à vobis non elongetur, nec separetur propter iracundiæ vestræ excessum.* David equidem Saulem in propriam defensionem justissimè occidendo, se crudelissimis eripuisset persecutionibus regiumque diadema in vertice suo stabilisset; & nihilominus ab ira & furore provocatus, hunc deprimere decrevit inquiens: *Propitius sit mihi Dominus ne faciam hanc rem Domino meo.*

2. Dum impetuosus, naufragiumque minitans spirat ventus, tunc nauclerj advertitur experientia, probaturque valor, in ducendis velis jaciendisque anchoris. *Vide quanta iræ tempestas coorta fuerit* (verba sunt D. Chrysost. de Davide loquentis) *at non processit ulterius neque fecit naufragium, eo quod gubernatrix illico sentiens periculum pia ratio tempestatem vertit in tranquillitatem. Percussit enim David cor suum, ac velut equum subsilientem ac ferocientem, revocavit iram.* De quo eodem vitio tractans Cassian. sensum Psalmistæ, dum iram nobis permittens inquit: *quæ dicitis in cordibus &c.* ita explicat: *Jubemur irasci salubriter, sed nobismetipsis, ac superstitionibus accedentibus pravis, & non peccare, quæcumque in cordibus vestris, ingruentibus repentinis ac lubricis instigationibus, cogitatis, Consilij moderatione omnem strepitum & perturbationem furoris amoventes, velut in cubili quietis positi, compunctione salubervima emendate.* Qui idem author in cap. priori, ne ullam ob causam irascemur, ita ad nostram scripserat instructionem. *Qualibet ex causa iracundiæ motus effervescens excæcat oculos cordis, & acumini nisus exitialem validioris morbi ingerens trabem, Solem justitiæ non sinit intueri. Nihil interest utrum aurea lamina, plumbeave seu cujuslibet metalli oculorum obtutibus imponatur, differentium cæcitatis non facit pretiositas metallorum. Habemus sanè iræ ministerium satis commode nobis infectum, ad quod solum eam recipere utile nobis est, en salubre, cum contra lascivientes cordis nostri motus indignantes infremimus, & ea quæ agere confundimur coram hominibus, vel prologui, in latebras ascendisse nostri pectoris indignamur.* Ad quod intentum quædam pariter S. Thomæ defervit doctrina inquientis: *Ira dupliciter se potest habere ad rationem, Uno quidem modo antecedenter, & sic habet rationem à sua rectitudine, unde habet rationem mali. Alio modo consequenter, prout scilicet appetitus sensitivus movetur contra vitia secundum ordinem rationis, & hæc ira est de bona, quæ dicitur ira per zelum,* unde Gregorius dicit in 5. moral. *curandum summopere est, ne ira, quæ ut instrumentum virtutis assumitur, menti dominetur, ne quasi domina præcat, sed quasi ancilla ad obsequium parata à rationis tergo numquam recedat.*

3. *Irascimini &c.* S. Isid. Peluſ. quadam in Epistola hæc verba ita exponit: *Quoniam acris affectus iracundia est, quæque animam mire surripere queat (persæpè enim rationi præcurrit, ac præter voluntatem pene procreatur) idcirco ratione atque in sequenti consideratione hanc sedate non in ultionem prorumpentes, sed in lenitatem atque clementiam desinentes. Denique illud quoque designare potest. Irascimini huic affectui, qui vobis molestus atque infestus est, ac præsertim voluptati, & non peccabitis, nam si vos fractos ac dissolutos inveniet, nullo negotio vos superabit, si autem vigilantes, ac sobrios, ipsique irascentes, quam primum discedet.*

4. *Irascimini, &c.* Iracundia & vindicta nostra contra inimicum infernalem convertatur, ita namque non modo non peccabimus, sed etiam magnum ex ira acquiremus meritum, dicente D. Chrys. *Smetis irasci, non ei qui est tibi genere conjunctus, sed malo dæmoni irascere, habes in quem affectum effundas; illi nunquam reconciliteris illi iram tuam impende & consume.* Et in homilia de David & Saule jubet ut dæmonem agnoscamus esse malorum ab inimicis nostris illatorum unicam causam: *Cum videris inimicum*, inquit, *si in mentem veniat quam multa tum audieris, tum perpessus fueris molesta, ac omnium horum obliviscaris. Etiam si recorderis, tamen hæc ea diabolo imputes.* Occumen. super prædicta S. Pauli verba inquit: *Quosdam ita audivi interpretantes. Una ait inculpata ira est, nempe quæ erga dæmones & affectus conciatur.* Haym. Halberst. eadem verba sic interpretatur: *Si quando peccatis, & à via rectitudinis diabolo suadente receditis, irascimini vobismetipsis, & indignamini, ne talia amplius faciatis, castigando corpus vestrum vigilijs & jejunijs.*

5. S. Bonav. iram, quæ à zelo procedit, proximi correctionem pro objecto habere debere dicit: *Sunt enim*, inquit, *circa eamdem materiam, scilicet circa personam, ira per vitium, & ira per zelum. Ira per vitium vult quod persona puniatur, ut sic satietur vindicta personæ; ira verò per zelum appetit punitionem personæ, ut destruat vitium in persona.* Job quidem omnibus sæculis à Deo datus est, velut exemplar & idæa mansuetudinis, & tamen ipsum uxori suæ iratum fuisse legimus, cum ait: *Quasi una de stultis mulieribus locuta es.* Cum tamen cœlestis magister nostor comminando dicat: *Si quis dixerit fratri suo fatue, reus erit gehennæ ignis*; nisi forte dicere quis velit, quod quia Job conjugem suam stultam nominaverit, ideò ab omni culpa immunis fuerit, eo quod Christus condemnet eum qui fratrem stultum appellat, non verò eum, qui hoc nomine compellat mulierem. At verò Lyran. in defensionem Jobi dicit: *Quamvis afflictiones proprias patienter sustinuerit tamen injurias Dei absque reprehensione sustinere non potuit.* Zelus ira & furore armandus est, ad vindicandum contumelias, non proprias sed Dei; & ideo Job meritò adversus conjugem ira exarsit, utpote quæ eum incitabat ad maledicendum & blasphemiis impetendum Deum, qui ipsum per illatas miserias ad sterquilinium infidendum redegerat. Quis umquam Moyse repertus est mitior? & tamen hic videns Pharaonem in cultus divini ignominiam populum suum flagellantem, manus suas in Ægyptij illius sanguine cruentavit. In lib. Num pariter de hoc Propheta legitur: *Iratusque Moyses valde, ait ad Dominum.* Ubi Dion. Carth. inquit: *Ista Sancti iracundia fuit ira per zelum, siquidem divinitatis amore, & vera æquitate repletum, tantam omnipotentis injuriam, & potestatis à Deo collatæ contemptum amplius ferre nequivit.* S. Isid. Peluſ. ait: *Licet utiliter irasci, cum id vel ob Dei gloriam fit, vel ob eos quibus injuria infertur, vel ut proximi ad meliorem mentem revocentur; nam & Moyses vir alioquin summa lenitate præditus in eos qui vitulum effecerant, ira exarsit, eosque funditus de medio tolli jussit. Et Phinees ijs qui Supri crimine se devinxerant, iratus est, eosque lancea interemit; Et Elias Judæis, Paulus Elymæ, & Petrus Ananiæ & Saphyræ, & Pater filio, & magister discipulo ignavia torpenti irascitur.*

6. Corn. Janſenius hac de re ita scribit; *Non omnimodam abstulit iram, sed intempestivam. Dicitur autem opportuna, quæ sumitur adversus eos, qui contra Dei præcepta vivunt, quando non ad vindicandum nos, sed ad utilitatem eorum, qui malè vivunt, ex dilectione & amore fraterno irascimur, cum congrua honestate. Tametsi Moyses, teste Spiritu veritatis, mansuetissimus fuerit omnium hominum, qui erant in mundo, attamen scriptura*

S. Isid. Pelus. lib. 2. epist. 328.
Iracundiam & vindictam nostram meritorie contra hostem infernalem convertere possumus.
D. Chrys. in Psal. 123. Idem to. 2. Hom. 3. de David & Saul.
Oecumen. Ephes.
Haymon. ib.
S. Bonav. to. 6. consil. sect. 20. Ira pro objecto habeat correctionem proximi.
Job. 2. v. 10. Matth. 5. 22. Job uxori suæ justè iratus fuit.
Corn. Jans. concord. c. 40. Ira opportuna laudabilis est.
Num. 16. 15.
Dion. Carth.
S. Isid. Pel. ibid.
Pia dissensio Pauli & Barnabæ.
S. Chrys. ser. 44. de laud. Paul.
Rom. 8. v. 28
Justi utuntur ira ad exercitium virtutis impij econtra.
S. Bonav. lib. 3. compen. theol. verit. c. 17.
S. Tho. 2. 2. q. 158. art. 8. ad secundum.
1. Reg. 24. v. 7. Ratio dirigat iram, sicut Nauclerus navem.
D. Chrys. Hom. 1. de David & Saul.
Ps. 4. v. 5. Cassian. de Spiritu iræ lib. 8. c. 7.
Cassian. ib. cap. 6.
Eccli. 30. 9. Iræ varietas explicatur.
Estius ibid.
S. Hier. Ep.
Iracundia ex zelo.
Iracundia ex vitio.
Iracundia ex zelo.
Iracundia ex vitio.
Iracundia ex zelo.
Iracundia ex vitio

Exod. 11. v. 9. Interlin. Qua quis accenditur ob Deum offensum.

scriptura de eo dicit: Exivit à Pharaone iratus nimis; Iratus videlicet, ut Interlinearis ait, *non perturbatione mentis, sed pro duritia Pharaonis, qui tactus tot pœnis non respuit.* Ira enim, qua quis percellitur ob offensum Deum, ob conculcatam divinam ejus legem, ob blasphemias temerè effutitas, ira est zeli laudabilissima, similiter furor, quo quis armatur, in defensionem divini cultus, adversus contemptæ religionis inimicos, adversus impios, adversus scandala ut illa extirpentur, furor est similis illi, quem sacra Scriptura Deo, qui imperturbabilis est, attribuit: *Misisti iram tuam, quæ devoravit eos sicut stipulam.* Quem loquendi modum S. Hieron. observans, inquit, quod sicut sagitta vel telum quod sagittator in alium evibrat cum sagittante minimè est conjunctum & unitum, ita pariter Scriptura sacra hac phrasi insinuare voluerit, iram non esse intrinsecam Deo, sed nobis, propter supplicia tamen à divina justitia promanantia, quæ immittit in delinquentes, Deum iratum esse dicere solemus: *Ex quo perspicuum est*, inquit idem Hieron. *non esse naturalem iram Dei, sed nostris vitiis, mansuetissimum, & clementissimum Deum ad iracundiam provocari.* D. Chrys. iram vitiosam à zelo hoc modo distinguit: *Ille est qui temere irascitur, qui seipsum ulciscitur, qui autem aliena corrigit, is est omnium mansuetissimus. Nam Deus etiam quando ducitur irasci, non seipsum vindicans irascitur, sed nos corrigens.* S. Antonin. serva propositi thematis examinans inquit: *Irascimini contra aliena vitia, & nostra, cum oportet, & nolite peccare; q. d. si hoc non facitis, peccatis, nolite ergo peccare non irascendo. Pro cujus declaratione dicit. B. Tho. 2.2. q. 158. Art. 8. quod ira dupliciter potest intelligi, uno modo prout est simplex motus voluntatis, quo aliquis, non passione, sed ex judicio rationis infligit pœnam, & sic defectus iræ absque dubio est peccatum, & hoc modo intelligitur verbum Chrys. cum dicit super Matthæum: Qui cum causa non irascitur, peccat, nam talis vitia fœminat, negligentiam nutrit, & non solum bonos, sed etiam malos invitat ad peccandum, iracundia enim quæ est cum causa iracundia non est, scilicet proprie sed indicium. Hæc Chrysost.*

Exod. 15. v. 7

Qualis ira sit in Deo.

S. Hier. lib. 5. in Ezech.

D. Chrys. in Psal. 4.

S. Antonin. 2. p. sum. tit. 7. c. 1. §. 3. Peccari potest etiam non irascendo.

7. In vitis Patrum legitur quod Abbas Pastor interrogatus: *Quid est hoc quod scriptum est: qui irascitur fratri suo sine causa? respondit: Ex omni re, qua te gravare voluerit frater tuus, si irascaris adversus eum, donec oculum tuum dextrum ejiciat, & à te projiciat, sine causa irascaris ei. Si autem aliquas voluerit te separare à Deo, propter hoc irascere.* Observandum tamen est in hac materia, quod etia ira per zelum esse debeat temperata; Nam ut S. Antonin. observat. *Etiam ex zelo irascendo peccatur. Ira ergo irascendum est contra sua, vel aliorum vitia, quod ratione ira regatur, non impatientia, vel odio, vel nimia severitate utatur.* De S. Malachia qui zelantissimus fuit, ita S. Bern. scribit: *Nonnumquam repletus zelo pro alijs in alios movebatur, ut eripiens inopes, & reprimens fortes, confuleret proinde omnibus in salutem. Itaque irascebatur, sed ne irascendo peccaret, juxta illud Psalmi: Irascimini, & nolite peccare. Non ira illi, sed ipse animo dominabatur; erat siquidem potis; sane victor sui, ira superari non poterat, ira ejus in manu ejus, vocata veniebat, exiens, non erumpens; tuta, non impetu ferebatur, non urebatur illa sed utebatur.* De S. Phil. Nerio legimus, quod pariter à Deo præditus fuerit dono imperturbabilitatis, tametsi extrinsecus nonnumquam videretur alteratus. Numquam fuit visus rapi in choleram, imò irasci non posse videbatur; & tametsi nonnumquam vel ad utilitatem filiorum suorum spiritualium, vel ad impendendum illis aliquam correctionem, vultum illis iratum exhiberet, subito illis ab eo recedentibus, ad aliquem eorum qui cum ipso remanserant conversus dicebat; ne tibi persuadeas me fuisse iratum, & confestim ad eamdem vultus serenitatem redibat, quam alias communiter præ se ferebat. Imò quandoque eosdem quos reprehenderat, subito arridebat, dicendo: Numquid ex me scandalizatus fuisti?

Et S. Philippi Nerij. Lib. 2. c. 20. vita S. Phil. n. 14.

In vita Patrum lib. 1. p. 60.

8. V. Beda verba illa S. Jacobi Apostoli, *tardus ad iram*, glossa sua illustrans inquit: *Vel certè tardus ad iram nos esse præcepit, ut non quasilibet ob causas serenitatem nostri vultus in austeritatem vertamus, sed certa existente ratione, v. g. si aliter corrigi proximos, maximè qui nobis sunt commissi, non possse cernamus, severitatem erga eos, verbi, vel etiam judicij distinctionis exhibeamus, manente tamen, quantum natura patitur, stata mentis nostræ serenitate. Nam, ut credo Phinees, Samuel, Elias, & Petrus, tardi fuerunt ad iram & tamen peccantes, vel gladio, vel verbo peremerunt.* Alcuinus ait: *Illa ira mala est quæ mentem turbat, & rectum con-*

Ven. Beda in Ep. Jacobi. Quomodo tardi esse debeamus ad iram.

Alcuin. lib. de virtut. c. 13

filium perdit. S. Ambr. verba Thematis nostri exponens inquit: *Commonet ne per iram peccetur, solemus enim modum egredi, dum irascimur, & invenimur ipsi peccare, qui peccantes arguimus, dum plus irascimur, & amplius oneramus peccantem quam meretur.* Seneca ad hoc ipsum explicandum aptissimam adducit medicorum similitudinem morbis aliorum mederi satagentium: *Corrigendus est*, inquit, *qui peccat, & admonitione, & vi, & moliter & aspere, meliorque tam sibi quam alijs faciendus, non sine castigatione, sed sine ira. Quis enim eai medetur irascitur?* De Plutarcho scribitur, quod cum servum quemdam suum contumacem in sua præsentia flagellari fecisset, hic ei improperavit, dicendo: *Plutarchum non se habere ut Philosophum qui librum scripserat de patientia, de ira cohibenda, & tamen prolapsus in iram & furorem, doctrinam suam moribus impugnabat. Ad hæc ille cum gravitate ait: Numquid quia vapulas, tibi irascor? esne ira, si à me debitum recipis? mihi quidem nec oculi cruenti, nec os turbidum, nec immaniter clamo; & conversus ad eum qui cædebat, interim*, inquit, *dum ille & ego disputamus, tu age quod cœpisti; & sine iracundia mea vetande servilem contumaciam.* S. Hieron. differentiam assignat, quæ est nos inter & Deum, dum limites debitos excedendo irascimur; dicit enim: *Nos si irascimur, perturbamur & furore rapti nostri esse desinimus. Unde à nobis omnis amaritudo, & furor, & ira penitus auferenda sunt.*

S. Ambr. Eph.

Seneca l. 1. de ira c. 12.

In manip. exemp. ver. ira. Plutarchus sine ira servum castigare fecit coram se.

S. Hier. lib. 3. ad Eph.

DISCURSUS XVII.
ARGUMENTUM.

Varia considerantur adversus iram remedia.

THEMA.

Date locum iræ. Rom. 12. v. 19.

1. OPportunum fuit hoc S. Pauli monitum, quo nos hortatur, ut iræ locum cedamus; cum enim malitia humana sit impetuosus quidam torrens, qui ex omni parte præcipitanter exundat, si ob quemvis sinistrum eventum, ob quamvis contradictionem, & quamcumque injuriam commovere & alterari vellemus, utique & nos ab eodem torrente in abyssum perditionis rapi sineremus; prudenter igitur dissimulandum est, dandusque est locus illi, qui nos offendit, donec ira & furor à nobis transeat; *date locum iræ.* Unde Seneca ait: *Atqui si irasci sapiens debet turpiter facturus, & concitari tristarique ob scelera, nihil est æranimus sapiente, omnis illi per iracundiam mœroremque vita transibit, quod enim momentum erit, quo non impiobanda videat? quoties processerit domo per sceleratos illi, avaros que & prodigos, & impudentes, & ob ista fœlices incedendum erit; nusquam oculi ejus flectentur, ut non quod indignentur inveniant? deficiet, si toties à se iram, quoties causa poscet, exegerit. Heu tot millia ad forum prima luce properantia, quam turpes lites, quam turpiores advocatos habent?* Et in capite sequenti subjungit: *Nunquam irasci desinet sapiens, si semel cœperit, omnia sceleribus ac vitijs plena sunt, plus committitur quam quod possit coërcitione sanari.* Denique in c. 9. sequenti inquit: *si tantum irasci vis sapientem, quantum sceleratum indignitas exigit, non irascendum illi sed insaniendum est.* Idem quoque Philosophus modum quemdam facilem nos docet, ne concitemur ad iram, etiam ex motivo zeli, & conservandæ pacis & tranquillitatis internæ. Ita enim scribit: *Multi mihi occurrent vino dediti, multi libidinosi, multi ingrati, multi avari, multi furijs ambitionis agitati. Omnia ista tam propinqua aspiciet, quam ægros suos medicus.*

Seneca ibidem cap. 8.

Ibid. c. 2.

Ibid. c. 10.

2. Porro Medici variis utuntur remediis ad curandas infirmitates; inter alia verò antidota iræ medendæ fervientia hoc unum efficacissimum esse videtur, si nimirum quis consideret iram impetuosam quamdam & vehementem esse infirmitatem; Nam ut Seneca ait: *Cæteri affectus dilationem recipiant, & curari tardius possunt, hujus incitata & seipsa rapiens violentia, non paulatim procedit, sed dum incipit tota est.* Quid si quis idoneum de malignitate iræ facere velit conceptum, eumdem auscultet Philosophum de iracundo dicentem: *Excarnificati animi, nonne revocare se quisquam ab ira volet, cum intellexerit illam à suo primo malo incipere?* & in cap. 12. ejusdem libri apertius loquitur: *Omnis indignatio*, inquit; *in tormentum suum proficit, & imperia graviora sentit, quo contumacius putitur.* In cap. 28. hanc legimus ejusdem Philosophi propositionem: *Pleraque eorum propter quæ irascimur, offendant nos magis quam lædunt.* In cap. 25. dixerat: *Plus mihi nocitura est ira, quam injuria.* Et paulo ante *qui non irascitur inconcussus injuria perstitit, qui irascitur motus est. At ille quem altiorem omni incommodo posui, tenet quodam amplexu summum bonum.* Enimvero ira ignis quidam est qui in nobis accenditur, cum sit *accensio sanguinis circa cor*, ac proinde sicut ignis sub terra conclusus vastas turres in aëra vibrat; ita quoque ignis circa cor nostrum conclusus, potest (nisi ei aperturam quamdam cedamus *dando locum iræ*) in præcipitium infernale, proturbare animam nostram & sæpè *corpus & animam perdere in gehennam. Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos ejus.* Furor magis craciat animum furentis, verba sunt S. August.) *quam corpus patientis. Numquid potest homo* (interrogat Sapiens) *abscondere ignem in sinu suo, ut vestimenta illius non ardeant, aut ambulare super prunas, ut non comburantur plantæ ejus?* Ira ignis est, utpote *accensio*; sumuque nidum in nostro habet gremio, quoniam *ira in sinu stulti requiescit.* Prius verò ignem hunc in se experitur iracundus, quam contra proximos cum evomat; prius interiores ejus conturbat potentias, alterat sensus primum mobile, scilicet judicium invertit, intellectum & discursum offuscat & obtenebrat, atque hoc est quod dicitur: *Ira in sinu stulti requiescit.*

Psal. 96. v. 3.

S. Aug. ibid.

Prov. 6. 27. Ira comparatur ignis.

Eccle. 7. v. 10.

S. Aug. ibid. Ira vel maximè nocet irascenti.

3. S. Augustinus ita ad nostrum præsens discurrit intentum, *cum videmus duos, unum irascentem, alterum patienter ferentem, quis eorum ardeat, vestrum est judicare. Ponite vobis ante oculos hominem iniquum, commotum animo, truculento vultu, flammantibus oculi, scintillantibus verbis ferri in hominis necem, in deprædicationem, in injurias, in contumelias, non se capere, non se tenere; alterum patienter excipientem verba ac plagas, cum hinc furias, inde lenitatem; hinc iram, inde patientiam, hinc flammas, inde tolerantiam, dubitas pronunciare, quis eorum ardeat, pœnamque patiatur?* adducitque illum Isaiæ textum: *Et nunc ignis adversarios comedet*; cui innixus subjungit inquiens: *Quid est & nunc tanto quam veniat dies ille judicij magnus, jam furore suo ardent, qui post ea supplicio sempiterni illius ignis arsuri sient.* Quam veritatem non minus solicite consideravit S. Nilus, dum & ipse iracundos ab ineffrenatis irascibilibus appetitibus suis excruciari ostendit inquiens: *Iracundi cogitationes, vipernii fœtus sunt, affectus, ex quo ortæ sunt, erodunt.* Accidit quandoque, ut iracundus in virum incidat virtuosum, sed quo putatis effectu? audite S. Basilium: *Si permanserit sine ira*, inquit, *pudore afficies eum, qui tibi injuriam dedit, reipsa modestiam ostendens, quemadmodum enim qui verberat nihil sentientem, seipsum excruciat, nam & inimicum non ulciscitur & iram non sedat.*

Isa. 26. v. 24.

S. Nilus de tripl. vit. cap. 11. Irati excruciantur suis appetitibus.

S. Basil. ora. 9. de ira & inimic.

4. *Date locum iræ.* S. Anselmus circa verba hæc ita discurrit: *Sinite iram persecutoris in vobis explere, ille enim dat locum iræ, qui adversarium permittit facere quod vult.* Et quidem heroica adeò virtus, ista clavus est in corde iracundi. D. autem Chrysostomus ut iracundis potius compati, quam indignari discamus, sequenti nos exhortatur doctrina & similitudine dicens: *Neque enim febribus laboranti, aut gravi inflammatione quispiam irascitur, sed his modis ajecti, tui misericordiam, & lacbrymas movent; hujusmodi est iratus, animus, qui si in te prosiliat, face, & opportunam ei plagam infligas.*

S. Anselm. Rom. In est clavus in corde irati.

S. Chrysost. Hom. 47. in Joan.

Ita destruit in nobis imaginem Creatoris nostri. Coloss. 3. v. 8.

5. *Date locum iræ.* Quoties indignatione nos abripi sinimus, imaginem & similitudinem creatoris maxima ex parte in nobis destruimus. Unde S. Paulus aliquando Coloss. ita animasse legitur: *Nunc autem deponite & vos omnia, iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro.* Iræ enim abortus sunt, malitia, blasphemia, & verba obscœna, sed Apostolicam prosequamur doctrinam: *Expoliantes vos veterem hominem, cum actibus suis, & induentes novum eum, qui renovatur in agnitionem, secundum imaginem ejus, qui creavit illum.* Et paulo post: *Induite vos ergo, sicut electi Dei, Sancti, & dilecti, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam supportantes invicem.* Ad quod conformiter dogma Petr. Damian. nos in quadam Epist. ubi de hoc vitio agit fusius, ita exhortatur: *Cum scriptum sit, tu autem Domine cum tranquillitate judicas, quoties turbulentos animi motus sub mansuetudinis vigore restringimus, ad conditoris nostri similitudinem redire conamur, nam dum quietem mentis ira diverberat, dilaniatam quodammodo, scissamque pertarbat, ut sibimetipsi non congruat, ac formam intimæ similitudinis, velut aqua fluctuante, confundat, & dum cor fluidum iracundia permovet, tamquam undæ fluctuantis imago propriæ originis non respondet.*

Ibid. v. 9.

Ibid. v. 12.

D. Petr. Dam. lib. 4. epist. 17.

6. Porro S. Paulus inter alias virtutes humilitatis quoque specialem mentionem fecit, utpote quæ correctiva iræ, illiusque frænum existit; ita enim nonulli sacri interpretes scripserunt. S. Joannes Climacus ait: *Ut ad solis exortum fugiunt tenebræ, ita ad odorem humilitatis omnis ex animo evanescit amaritudo, & extinguitur iracundia.* Superbia, existimatio, & præsumptio nostri ipsius sæpissime efficiunt quod nos offensos esse existimemus, licet in veritate offensi non simus. Doctor Angelicus ait: *Quidam sunt magni & elati animi, qui facilè provocantur ad iram, quod ideo est, quia ira est appetitus vindictæ ex præcedenti offensa proveniens; quanto autem aliquis est magis elati animi, tanto ex leviori causa se putat offensum, & ideo facilius provocatur ad iram.* Porro originem iræ & furoris, qua iracundus ad vindictam concitatur. Seneca his verbis subindicat: *Causa iracundiæ opinio injuriæ est; cui non facile credendum, nec apertis quidem manifestisque statim accedendum. Quædam enim falsa veri speciem præferant. Dandum semper est tempus, veritatem dies aperit; quæ inviti audimus, libenter credimus, & antequam judicemus irascimur?* Qui autem verè est humilis, se omni contemptu dignum esse existimat, ac proinde non irascitur. In Cap. 27. ejusdem libri idem Seneca in hunc modum discurrit: *Hoc primum nobis suadeamus, neminem nostrum esse sine culpa; hinc enim maxima indignatio oritur, nihil peccavi, nihil feci, imo nihil fateris. Indignamur aliqua admonitione, aut coërcitione nos castigatos, cum illo ipso tempore peccemus, quo adjicimus malefactis arrogantiam & contumaciam.*

Virtus humilitatis est correctiva iræ.

Clim. gr. 8.

S. Ther. Job 5. v. 2.

Seneca lib. 2. de ira. cap. 22.

6. Porro ira cum clamoribus & vociferationibus conjuncta esse solet, & ideo iracundi & cholerici vocem suam semper super tecta extollunt, quæ causa est, quod Apostolus præcipiat inquiens: *Omnis ira, indignatio, & clamor tollatur.* Ubi Theophylactus ait: *Timor autem iræ est principium velati accensio quædam. Ira autem est, quâ jam ad opus etiam patrandum turget. Quia vero ira, nisi habuerit clamorem simul inflammantem ipsum facile extinguitur, ideo adjicit, quod clamor etiam tollatur.* D. Chrysostomus proinde optime monet dicens: *Numquam clames, & numquam irascetis, ecce modum vacuatis iræ. Iræ pennas amputas, si auferas clamorem, cordis tumorem comprimis.*

Ira sit sine clamore, & facile conquiescet.

Eph. 4. 31.

Theophyl. ibid.

S. Chryf. Hom. 15. ad eph. in mor. in init.

7. Ad reprimendam iram, sæpe à nobis citatus Seneca aliud quoddam his verbis suggerit remedium inquiens: *Non vis esse iracundus? Ne sis curiosus. Qui inquirit quid in se dictum sit, qui maligno sermoni, etiam si secreto habiti sint, credit, seipse inquietat.* Idem libro 2. Cap. 32. jam ante dixerat. *Aut ignorantia nos verum, aut insolentia nos iracundos facit. Ignorantia, quid enim mirum est malos mala facinora edere? quid novi est si inimicus nocet, amicus offendit, filius labitur, servus peccat? Turpissimam ajebat Fabius imperatori excusationem esse; non putavi; Ego turpissimam homini puto. Omnia puta, expecta, etiam in bonis moribus aliquid existit asperius.* Idem quoque Philosophus aliud quoddam tangit consideratione dignum vitium, quod in iis præcipuè se prodit, qui iram suam tamquam rationabilem sustinere volunt, licet eam injustam esse agnoscant. Ait enim: *Multos absolvemus, si cæperimus ante judicare, quam irasci. Nunc autem primum impetum sequimur; Deinde quamvis vana nos concitaverint, perseveramus, ne videamur cæpisse sine causa, & quod iniquissimum est, pertinaciores nos facit iniquitas iræ. Retinemus enim illam & augemus, quasi argumentum sit juste irascendi, graviter irasci.*

Si Vir sapiens ad omnia Vitia irasci deberet, esset re vera miserrimus.

Seneca lib. 2. de ira cap. 7.

Seneca ibidem cap. 8.

Seneca lib. 2. de ira. cap. 22.

Seneca lib. 3. de ira c. 27.

8. Nescio si verum sit, quod Lactantius Firmianus tradit, scilicet morsum viperæ per cinerem ejusdem curari. Certissimum tamen esse non dubito, quod S. Chrysostomus scribit, nempe, *melius est viperam in corde positam esse, quam iram.* Hujus itaque viperæ morsum memoria sanat mortis, id quod Seneca insinuat dum ait: *quid servo, quid Domino, quid regi, quid clienti tuo irasceris? sustine paulum. Venit ecce mors, quæ nos pares facit:* Quo etiam spectat doctrina, quam Hector Pintus super Ezechielem scribens à proprietate desumit apum, quæ si ad invicem indignatæ fuerint, per sparsionem pulveris subitò reuniuntur & pacificantur ad invicem. Bellovacensis autem efficax nobis iræ assignaturus remedium, ad judicium invitat divinum, dicens, quod efficacissimum furoris emplastrum sit *divini judicij consideratio de qua Matth. 5. omnis qui irascitur fratri suo, reus erit judicio.* Cassianus verò ad prius se reflectens punctum inquit: *Præ omnibus interest statum conditionis humanæ præ oculis habentes, quotidie nos credamus à corpore migraturos,*

Recordatio mortis, tollit iram.

S. Chryf. Hom. 41. in Act. 1.

Seneca lib. 3. de ira c. ult.

Quomodo Apes in vicem iratæ, pacificentur.

Bellovac. spec. mor. lib. 3. p. 5. dist. 10.

Cassian. lib. 8. de Spir. ira cap. 21.

taros, nihilque nobis continentia castitatis, nihil ab venuntiatione omnium facultatum, nihil divitiarum contemptu, nihil jejuniorum, vigiliarumque laboribus conferendum, quibus propter iracundiam solam & odium, ab universitatis judice supplicia promittuntur aterna.

Occasiones iræ tollendæ sunt, & quæ sint illæ. *S. Antonin. p. 2. sum. tit. 7. c. 1. §. 3.*

9. Remedium ad evitandam iram præsentissimum est, si occasiones & scintillas, quæ ignem hunc accendere possunt, removeamus, dicente S. Antonino: *Remedium contra iram est tollere occasiones, videlicet dura verba, & ea quæ magis accendunt iram, est enim ira accensio sanguinis, incendium autem ignis diminuitur, per subtractionem, lignorum, vel infusionem aquæ. Ligna quæ magis accendunt, sunt duræ responsiones, dura verba, quæ dici non debent, sed taceri.* Unde & S. Dorotheus magnus spiritus magister hanc suis tradere solebat doctrinam: *Si æquo animo verbulum illud fratris tui pertulisses, facilimè præsentem illam potuisses extinguere, antequam animus tuus perturbaretur.*

S. Doroth. ser. 8.

10. Albertus Magnus hæc alia contra iram assignat remedia dicens: *Remedia sunt iræ, silentij observatio Prov. 26. cum defecerint ligna, extinguetur ignis, quia sicut ex collisione duorum corporum elicitur ignis, ita ex amaris verbis, aliquorum ira concitatur. Prov. 15. responsio mollis frangit iram; sermo durus suscitat furorem.* Quapropter S. Bernardus Cholericos, & indiscrete zelantes, severosque ita admonet dicens: *Sedulus sub specie corripiendi, verbo acuto & urenti transfigere audeat ullatenus animam, pro qua Christus affigi cruci dignatus est, non grunnire quasi increpando, non labijs mussitare quasi murmurando, non narem contrahere aut cachinnare, quasi subsannando, non frontem rugare quasi invehendo aut comminando. Sane commotio tua ibi moriatur, ubi oritur; nec permittatur exire quæ mortem portat, ne perimat, ut dicere possis & tu cum Propheta: Turbatus sum, & non sum locutus.*

Alber. Mag. lib. 3. Comp. theol. verit. cap 17. Silentij observatio est remedium iræ. *S. Bern. ser. 29. in cant.*

11. Deus quondam Labano contra Jacobum excandescenti præcepisse legitur: *Cave ne loquaris quidquam asperè contra Jacob.* Idem omni illi dici potest qui asperis provocatus est verbis: scilicet. Tace, aut benigne responde. Ita Gedeon pessimè à Tribu Ephraim exceptus, eo quod & ipsam ad prælandum contra Madiam non vocassèt, mansuetissimè respondit. *Quid enim tale facere potui quale vos feci stis? nonne melior est racemus Ephraim vindemijs Abiazer? in manus vestras tradidit Deus principes Madiam. Quod cum locutus esset requievit spiritus eorum, qui tumebant contra eum.* Unde D. Chrysostomus hanc accommodam in præsenti adducit similitudinem inquiens: *Quemadmodum si infles in scintillam ignis, excitas incendium; contra verò si inspuas, extinguis, & utrumque tibi in manu tua est, sic si inflatos & vecordes inseras sermones, excitas ignem iracundi hominis; sin mites ac moderatos admoneas, priusquam excandescat, iram omnem exinxeris.*

Jndic. 8. v. 20

Irato suaviter respondendum est.

Ibid. v. 2.

D. Chrys. hom. de non addendo spect.

12. In Patrum antiquorum vitis de Sancto quodam Seniore, cui nomen Isidorus, legitur, quod aliquando, cur dæmonibus adeo formidabilis esset, interrogatus responderit: *Ex quo factus sum monachus: studeo ne permittam iracundiam usque ad fauces meas ascendere.* Ac proinde sapientissimum nobis consilium dat Seneca dicens: *Nihil tibi liceat dum irascaris; Quare? quia vis omnia licere. Pugna tecum ipse, si iram vincere non potes, illa te mecum vincere.* Et in primo libro idem inquit: *Optimam est, primum irritamentum iræ protinus spernere, ipsisque repugnare seminibus, & dare operam, ne incidamus in iram, nam si cæperit ferre transversos, difficilis ad salutem recursus est.*

Pulchrum exemplum quomodo ita comprimenda sit. *In Manip. Exemp. ver. irat. ex vit. Patrum lib. 4. p. 2. Seneca lib. 1. de ira c. 12. Idem lib. 1. c. 8. desera.*

13. Aliud iræ remedium super citata Pauli verba (*date locum iræ*) in hæc verba assignat S. Anselmus: *Ille dat locum iræ, qui iram superbientium humiliter fugiendo declinat, non se contra acceptas contumelias erigens sed de loco pia humilitate recedens,*

Rom. 12. v. 3. S. Anselm.

TRACTATUS XL.
DE JUDICIBUS.
CONTINET
DISCVRSVS XII.

DISCURSUS I. Accurata justitia paci cooperatur Reipublicæ, injustitiæ verò fulmina iræ Dei populis adsciscunt.

II. Judices sunt in terra Dei locum tenentes, ideoque Dij appellantur, ac proindè secundùm Deum judicare debent, ad illum semper respicientes, à quo tandem severè judicabuntur.

III. Judicandum & decidendum est secundùm acta & probata, sequendo leges, non verò scientiam & voluntatem propriam.

IV. De diligenti causarum examine, ne judicia perverzantur, sed potius veritas investigetur.

V. Judices ab omni passione alieni esse debent, seque ab amicitia, parentela, amore, vel odio moveri ne quidquam sinunt.

VI. Adducuntur nonnullæ rationes, cur judices in porzis civitatum consistant, ubi etiam de facilitate & promptitudine audientiarum differitur, quam quovis tempore exhibere debent, sine ulla personarum acceptione, rectam administrando Justitiam.

VII. In vindicando & condemnando, exemplo Dei, contemperanda & unienda est severitas cum clementia.

VIII. Judices justitiam animosè defendere, timorem Dei nosse, veritatemque amare & sectari debent.

IX. Dona & munera rationem offuscant, excæcant intellectum, tametsi judex antea timoratus & sapiens extiterit.

X. Munera judices obtumescere, omnemque in defensionem justitiæ, quæ per avaritiam corrumpitur, libertatem amittere faciunt.

XI. Considerantur supplicia, quæ divina justitia in pœnam, commissæ à judicibus injustitiæ, ad universale & particulare judicum damnum immittit, ubi etiam nonnullæ instituuntur considerationes, circa judicium à Pilato contra Christum, factum.

XII. Culpa & damnum ponderantur, quæ munera in judicibus, quibus avaritia exosa esse debet, operantur: Ubi etiam tanguntur laudes & remuneratio judicum, rectè & sine spe lucri judicantium.

DISCURSUS I.
ARGUMENTUM.

Accurata justitia Reipublicæ paci cooperatur, injustitiæ verò iræ Dei fulmina populis adsciscunt. THEMA.

Justitia & pax osculatæ sunt. Psal. 84. ℣. 11.

2. PRopheta regius, utpote qui sceptro Israëlis longo tempore moderatus fuit, quantum publicæ quieti & tranquillitati populorum, recta justitiæ administratio prosit, probè cognoscens hanc simul cum pace conjunxit, dicendo: *Justitia & pax osculatæ sunt.* Quam veritatem in Psalmo 71. clarius expressit, eumdem ab hisce verbis exordiendo: *Deus, judicium tuum Regi da, & justitiam tuam filio Regis, judicare populum tuum in justitia, & pauperes tuos in judicio:* at verò quemnam ex eo Respublica fructum, si bilances æquâ trutinâ contemperatæ fuerint, reportabit? *Suscipiant*, inquit Regius Psaltes, *Montes pacem populo & colles justitiam.* S. Bonaventura in Hierarchia Ecclesiastica ita scribit: *Ut pax & concordia in Christi Ecclesia habeatur, justitia à Domino est ordinata, justitia enim & pax sibimvicem comitantur, nam dicit Psalmista: Suscipiant montes pacem populo, & colles justitiam, quia non esset pax in montibus, id est, in superbis hominibus, nisi esset justitia in collibus, id est, in bonis & humilibus prælatis ac judicibus.* Unde David in eodem Psalmo, iteratò pacem cum rectæ justitiæ conjungit, dicens: *orietur in diebus ejus justitia & abundantia pacis.*

Ut pax conservetur in Ecclesia justitia ordinata est.

Psal. 71. v. 1.

Ibid. v. 3.

S. Bonav. *so. 2. de Eccl. hier p. 2. c. 2. de virtut.*

Psal. 71. v. 7.

2. Supremus legislator, postquam in Deuteronomio pro administranda accurata justitia, multas populo suo præscripsisset regulas, eidem in justitiæ rectè administratæ mercedem, pacificam & prosperam promisit terræ Chanaan possessionem, dicens: *Ut vivas & possideas terram, quam Dominus Deus tuus dederit tibi;* Ubi Oleaster ait: *Isti sunt fructus justitiæ, in locis ubi*

Pax est merces justitiæ.

Deut. 16. v. 20. Oleast. ibid.

ubi administratur; scilicet vita civium & conservatio civitatis, unde qui cupiunt urbis vitam & consistentiam, justitiam administrare laborem. Nota est omnibus ingens illa prosperitas, quâ urbium Regina Roma, tempore reipubl. tot sæculis in summa pace gavisa fuit, suumque imperium, per omnes mundi partes dilatavit, hæc autem potissimum ex justitia rectissimè administrata dimanavit, prout perspicuè ex eo deducitur, quod in actibus Apostolorum Textus ait: *Quia non est Romanis consuetudo damnare aliquem hominem, priusquam is, qui accusatur, præsentes habeat accusatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina.* Principia pariter reipublicæ Hebræorum, quæ tot annis feliciter steterit, & per specialem divini Patrocinij assistentiam, omnibus nationibus formidabilis & terrifica fuit, in quonam alio fundata fuere, præterquam in accuratæ justitiæ rectitudine, quam Jethro Moysen docuit, prout in Exodo Cap. 18. legitur? *Provide*, inquit Jethro, *de omni plebe viros potentes & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint avaritiam, & constitue ex eis, qui judicent populum omni tempore.* Ubi author Catenæ ita scribit: *Libra prudens lector has quatuor conditiones virorum, qui assumendi sunt ad judicium, & perspicies beatam esse Rempublicam illam, in qua tales eligentur.* Optimè verò author hic Ly *provide* ponderat, quia ut principes bono publico debitè invigilent, necessum est, ut electionem & provisionem rectorum & prudentum judicum summa cum maturitate instituant: *Provide, id est, considerabis, id est, cum multa animadversione & cognitione deliges.*

Romam magnificavit & conservavit justitiæ exacta administratio. *Act. 25. v. 26*

Similiter Hebræorum rempublicam tempore Moysis. *Exod. 18. v. 21.*

Lipp. ibid.

3. Econtra verò certum est, quod, quando ab iis, quibus munus judicandi incumbit, rectitudo justitiæ negligitur, consequenter ingentia infortunia, & exterminia publica in Rempublicam deriventur ideo Deus postquam apud Jeremiam asseruisset: *Causam viduæ non judicaverunt, causam pupilli non direxerunt;* mox supplicij comminationem subjungit, dicens: *Numquid super his non visitabo, dicit Dominus? aut super gentem hujuscemodi non ulciscetur anima mea?* eternum fletus pupillorum & viduarum ad cœlum usque pertingentes, divinam implorant justitiam quando humana deficit, atque ad perniciem uniuscujusque iræ supernæ flagella impugnat. Porro verbum hoc *visitare* in pluribus scripturæ locis, tribulationum & ærumnarum est expressivum; sic in Psalmo dicitur: *Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum;* Unde S. Augustinus ad quemdam Oseæ textum, se reflectens, ait: *Considerate ô Judices terræ, quid per Oseam servum suum Deus loquatur, ait enim: Visitabo populum meum, & judices, & vias eorum, & cogitationes eorum reddam eis. O quam horrendum est, incidere in manus Domini, ô quanta ultio?* Apud Isaiam, severissimi cujusdam supplicij, nimirum exercituum inimicorum, comminatio, Jerosolymæ interminatur, per quos totaliter desolanda esset, idque in pœnam negligentiæ, rectæ & incorruptæ justitiæ, pupillis & viduis specialiter administrandæ: *Principes tui infideles, socij furum omnes diligunt munera, sequuntur retributiones, pupillo non judicant, & causa viduæ non ingreditur ad illos: propter hoc ait Dominus Deus exercituum, fortis Israël:* ubi specialiter observandum est verbum illud: *Propter hoc*, quod est causativum, manifestatque motivum, ob quod Deus districturus sit adversus Jerusalem, vindicativæ justitiæ suæ ensem, mox verò subdit: *Heu, consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis: Et convertam manum meam ad te, & excoquam ad purum scoriam tuam.* Circa quæ verba Abulensis super Cap. 18. Exodi ita scribit: *Exprimens causam destructionis Jerusalem, & totius Judææ, & captivationem in Babylonem, dixit Isaiæ 1. Principes tui, &c.*

Neglecta justitia omnia mala derivantur in Rempublicam. *Jerem. 5. 28. Ibid. v. 29.*

Ps. 88. v. 33.

S. Aug. ser. 33. ad fratr.

Neglecta causa viduarum & pupillorum, provocat flagella Dei. *Isai. 1. v. 23.*

Ibid. v. 24.

Ibid. v. 25.

Abul.

4. Dionysius Carth. in ea est opinione, Judæos Romanis datos esse in prædam, pariter ob solam justitiæ perversæ causam; Unde ait: *Hoc fecit Dominus, tradendo eos in manus Romanorum.* In aliis suppliciis immittendis Deus ad apprehendendum flagellum, invirum se semper ostendit: Unde in progressu ejusdem Prophetiæ dicitur: *Sicut in valle, quæ est in Gabaon irascetur, ut faciat opus suum, alienum opus ejus, ut operetur opus suum, peregrinum est opus ejus ab eo:* At verò quando de judicum injustitiis vindicandis agitur, maximè iis, quæ contra viduas, pupillos aliasque miserabiles personas committuntur, Deus se gaudere declarat, dum atrocissima justitiæ suæ fulmina in perniciem Civitatum, Provinciarum, & Populorum immittendi occasionem accipit: *Consolabor super hostibus meis:* ubi etiam specialiter notandum, quod eos, qui justitiam contaminant, hostes suos specialiter vocet. Sic etiam

Judæi Romanis dati sunt in prædam ob malè administratam justitiam. *Dion. Carth. Ibid. Isa. 28. v. 21.*

Isa. 1. v. 24.

apud Ezechielem legimus: *Complebo furorem meum, & requiescere faciam indignationem meam in eis, & consolabor.* In Deut. pariter ita scribitur: *Sicut ... ante lætatus est Dominus super vos, bene vobis faciens; sic lætabitur disperdens vos, atque subvertens.* Oleaster super Isaiam, hanc habet reflexionem: *Quemadmodum præcipuam in urbibus sunt principes boni, ita initium destructionis earum sunt principes & judices mali.*

Ezech. 5. v. 13. Deut. 28. v. 63. Oleaster in Isai. ibid.

5. In Michæa, qui Isaiæ coætaneus fuit, legimus sequentia: *Verumtamen ego repletus sum fortitudine Spiritus Domini, ... ut annunciem Jacob scelus suum.* At verò quænam erant illæ abominationes, quas ex parte Dei, illi populo annunciaturus erat? *Audite hoc Principes domus Jacob, & Judices domus Israël, quia abominamini Judicium, & omnia recta pervertitis, Qui ædificatis Sion in sanguinibus, & Jerusalem in iniquitate, Principes ejus in muneribus judicabant.* At verò, quid tandem hisce judiciis, & illatis ab hisce iniquis horrendis injustitiis eveniet? *Numquid non Dominus in medio nostrùm non venient super nos mala? Propter hoc ... Sion quasi ager arabitur, & Jerusalem quasi acervus lapidum erit.* Quorum causa (inquit de perversis hisce judicibus S. Hieronymus) *speculatorium Dei hostilis aratro dividitur, & locus quondam pacis, ruinis plenus fit, templum Domini in vepres spinasque convertitur, & est habitaculum bestiarum.* Unde quando has vel illas Civitates desolatas, Ecclesiasque destructas conspicimus, temerè utique non judicabimus, si desolationem illam ad vindicandas injustitias in tribunalibus & judiciis commissas accidisse nobis persuadeamus. *Quasi ager arabitur*, scilicet à *Romanis*, inquit Hugo Cardinalis, *quasi acervus Lapidum, id est, tota subvertetur.* Dionysius Carthusianus observat, quod Michæas Propheta, postquam corrupta à Judicibus & perversa in tribunalibus judicia recensuisset, mox inde ad prædicendam Jerosolymæ & templi desolationem progrediatur, dicendo: *Propter hoc, id est, propter præscripta peccata, illa pars Hierusalem, in qua fuit templum, atque palatium, arabitur, id est in solitudinem redigetur, ita ut possit aravi, ædificijs destructis, habitatoribus occisis. Mons templi converteur in excelsa sylvarum, id est, fruteta, & arbores altæ crescent in eo, quæ omnia completa sunt tempore Babylonicæ captivitatis, quæ septuaginta annis duravit.*

Mich. 3. v. 8. Prædicitur Hebræis & Jerosolymæ extrema ruina propter defectum. *Ibid. v. 9. 10. & 11. Ibid. v. 11. Ibid. v. 12.* *Hugo Card. Dion. Carth. Ibid.*

6. Regius Propheta David, justitiæ rectè administrandæ zelotes ardentissimus, in Psal. 81. ad Judices corrumpi & seduci se permittentes conversus, in hæc verba iisdem improperat: *Usquequo judicatis iniquitatem, & facies peccatorum sumitis? Judicate egeno & pupillo, humilem & pauperem justificate, eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate.* Imò ejusmodi quoque judices ignorantiæ arguet, utpote qui studere neglexerint, ut causas sibi propositas benè intelligerent, diligenterque discuterent: *Nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant.* At verò quinam sunt illi qui talia agunt, quærit S. Hieronymus? moxque respondet, dicens: *Mali judices, quos ego Deos vocabam, vitio suo mali judices appellati sunt. Nescierunt me, neque intellexerunt judicium meum, in tenebris ambulant. Ego dixi: Vos estis Lux mundi, & vos declinastis à Luce, & facti estis tenebræ, quia ergo hoc fecerunt, videamus quod sequitur. Movebuntur omnia fundamenta terræ. Videte principes mali, qualem habent retributionem. Propter malos judices terræ fundamenta quatiuntur.* Quotiescumque enim terræmotus integras civitates è fundamentis subvertunt, quotiescumque montes dehiscere & voragines aperiri faciunt, certi estote, hoc ipsum esse justum perversorum judiciorum, commissarumque injustitiarum supplicium, Deique in similes excessus manifestam vindictam Hugo Cardinalis ad præsens propositum adversus Prælatos & Cardinales his verbis invehitur: *Fundamenta terræ, id est, Ecclesiæ, sunt Prælati, & præcipuè Romani Cardinales, qui debent portare & sustinere totam fabricam Ecclesiæ.* 1. *Reg. 2. Domini sunt Cardines terræ, & posuit super eos orbem; moventur autem hæc fundamenta, nunc prece, nunc pretio. A quo moventur? A justitia, à veritate, & tandem movebuntur de loco suo, ubi turres & palatia construxerunt, quando dicet Dominus exterminatori Angelo illud Amos 9. Percute cardinem, & commovebuntur superliminaria.* Euthymius & Nicephorus, à Lorino relati, Davidem hoc loquendi modo iram & furorem Dei indicare his verbis dicunt: *Hunc esse sermonem Dei indignationis, jubendo terram commoveri, & fluctuare, ad incutiendam terrorem injustis principibus, atque iniquas judicibus, vel ut eorum iniquitates non secus, justineat, sed*

Judicibus perversis extrema mala comminatur Deus. *Psal. 81. v. 2.*

Ibid. v. 5.

S. Hieron. *ibid.*

Quantumvis horrendæ calamitates causantur ex injustitia judiciorum.

Hugo Card. Ibid. 1. Reg. 2. v. 8.

Amos 9. v. 2.

Lorinus ibid.

debiscat & eos absorbeat. Refert quoque idem Lorinus versionem Symmachi, ita Legentis : *Conturbabo terram propter habitantes in ea, videlicet* ut idem Lorinus declarat, *injustos judices. Solet enim vehementior Dei ira vindictâque commotione terræ, ac fundamentorum illius describi, præterea eradicari fundamenta, terras gentium everti à Domino, & perdere eas usque ad fundamentum, & cum complet furorem suum, & effundat iram indignationis suæ, succendere ignem, & devorare fundamenta, adhæc eximaniri usque ad fundamentum, & hos destrui & denudari.*

Matth. 26. v. 3. Exterminium Judæorum solum attribuendum est injusto judicio, quo condemnarunt Christum morti. *Orig. Tr. 35. in Joan.*

7. Seniores, Magistratus, Sacerdotes, Scribæ & quotquot in infami illo Hebræorum concilio simul convenerant, per fraudem & dolum, ut S. Matthæus ait, mortis sententiam adversus Salvatorem pronuntiare statuerunt. *Tunc congregati sunt Principes Sacerdotum, & seniores populi in atrium Principis Sacerdotum, qui dicebatur Caiphas, & consilium fecerunt, ut Jesum dolo tenerent, & occiderent.* Ecce tibi, quo modo à Judicibus protegatur innocentia, & justitia administretur : *Ut Jesum dolo tenerent & occiderent :* Quid igitur miramur, si populum hunc, velut servile quoddam mancipium per omnes terræ nationes dispersum & disterminatum esse videamus? Audite Origenem in hæc verba scribentem : *Et propter atrium puto illud, in quo consilium fecerunt, ut Jesum dolo tenerent, dissoluta est Jerusalem.* Non igitur populi hujus exterminium ejusdem attribuitur avaritiæ, nec repulsæ quam Christo turpiter dederunt, ne Sacerdotum scandalis, nec Pharisæorum malignitati, aut exhibitæ erga Dei beneficia ingratitudini ; sed soli imputatur injustitiæ, quam in tribunalibus, notam opprimendo innocentiam, committere non dubitarunt.

Regnum Israël divisum fuit in duas partes propter Davidis injustam sententiam inter Sibam & Mephiboseth.

8. Enimvero tametsi David Rex sanctissimus tot sibi ac tanta apud Deum congregasset merita, ut eidem se ex ejus stirpe carnem assumere velle promiserit, deque eo expressis verbis contestatus fuerit; *Invenio hominem juxta cor meum;* nihilominus eo demortuo regnum ipsius dividi, decemque tribus à Roboam discedere permisit, illis nimirum servum quemdam in Regem sibi adsciscentibus. At verò quonam ex motivo idipsum factum fuisse existimatis ? Nimirum ut injustum illud puniret judicium, quod David inter Mephiboseth & Sibam pronuntiavit: Siquidem tametsi Mephiboseth impositam sibi calumniam evidenti veritate à se depulisset, sibi tamen calumniatori præter omne fas & æquitatem, dimidium facultatum Mephiboseth adjudicavit. Unde Abulensis opinionem refert Hebræorum, asserentium, quod, quando David in hæc verba decretoriam protulisset sententiam : *Tu & Siba dividite inter vos, audita est quædam vox de cælo: Roboam & Jeroboam regnum divident, & sic datum fuit istud in pœnam David.* Hæc autem divisio irreconciliabilium inter utrosque Reges, Juda videlicet & Israël, nec non inter Jerusalem & Samariam, obortorum bellorum causa extitit, & origo.

Abul. Q. 31. in cap. 19. 2. Regum.

Filij Samuelis propter corrupta judicia, à regimine populi depositi fuerunt.

9. Tametsi Samuel adeo fuerit de Hebræorum populo benè meritus, tantoque in amore & veneratione ab eodem habitus, attamen filij ejus, quia per munera corrupti & seducti judicia pervertebant, à regimine populi ejusdem fuerunt depositi & exauthorati ; quod ipsum multis quoque accidit principibus, quorum populi aut subditi, ob non administratam illis incorruptam justitiam, adversus ipsos per rebellionem sese contumaciter erigunt. Hinc S. Petrus Damianus ait : *Filij Samuelis nullum aliud crimen habuisse leguntur, nisi quia munera dilexerunt, & quia paternæ munditiæ non sequebantur Exemplum, irrecuperabiliter amiserunt plebis Israëliticæ principatum.* S. Gregorius hanc historiam considerans, ita ad nostram doctrinam scribit : *Sed libet in ijs valde admirari judicia omnipotentis Dei; nam filij Samuelis, dum post avaritiam declinant, dum causâ perverstendi judicij munera suscipiunt, populo, cui præsint exempla prævitatis impendunt. Ipse autem populus dum Regem petit, de culmine potestatis Propheticæ filios abicit. Quid justius est, quam ut populi judicio corruat, qui reprobo mentis suæ judicio sic fluduit, ut se sequens populus periret.* Principes enim primi sunt, qui cum subditorum damno & prævaricatione castigari merentur, eo quod, ut bono publico de judicibus rectis & justis prospiceretur, omni cum studio ac industria non invigilarunt. Unde S. Isidorus ait : *Ad delictum pertinet Principum, qui pravos Judices contra voluntatem Dei, populis fidelibus præficiunt.* Culpa autem post se infallibiliter trahit pœnam, Deus enim hæc delicta ut plurimum impunita non dimittit, hæc autem pœnæ pariter demum transmittuntur in subditos populos.

S. Petr. Dam. l. 2. Epist. 2.

S. Greg. in Regist. c. 9. l. 4.

Principes merito puniuntur, dum pravos judices proponunt populo.

S. Isid. l. 3. sent. c. 52.

DISCURSUS II.

ARGUMENTUM.

Judices, utpote in terra locum Dei tenentes, Dij appellantur, ac proinde secundùm Deum judicare debent, ad illum semper respicientes, à quo tandem rigidè judicandi erunt.

THEMA.

Videte, ait, quid faciatis, non enim hominis exercetis judicium, sed Domini. 2. Paral. 19. ℣. 6.

Judices, cum obtineant partes Dei, non in favorem, nec in odium ferant sententiam. *2. Paral. 19. v. 5. & 6.*

1. INter alias, à Rege Josaphat pro bono ac felici regni sui regimine factas provisiones; Sacer textus hanc quoque, eamque non infimam, recenset, videlicet quod in cunctis, Dominio suo subditis, civitatibus insignem instituerit bonorum judicum delectum : *Constituit judices terræ in cunctis civitatibus Juda munitis per singula loca, Et præcipiens judicibus : Videte, ait, quid faciatis, non enim hominis exercetis judicium, sed Domini.* Cum igitur hi judices, omnes, in illis Judaïsmi Civitatibus occurrentes, causas & controversias examinare & decidere debuerint, meritò Rex ille eos monebat, ut judicando, non in favorem vel odium hominum sententias suas proferrent, sed potius Domini judicium se exercere cogitarent. *Non enim hominis exercetis judicium, sed Dei.* Cajetanus in Hebræo hunc in modum legi dicit : *Quia non homini judicabitis, sed Jehovæ, dativi casus, quia non vices hominis, sed vices summi Dei exercebitis judicando.* Et hinc fit, quod sicut in progressu hujus discursus videbimus, judices multis in locis Sacræ Scripturæ, Deorum titulo honorentur.

Cajet. ibid.

Judices ferre debent sententiam secundùm Deum. *Exod. 18. v. 13.*

2. Moyses, utpote qui præterquam quod illuminatissimus Dei Propheta esset, insuper à Deo Dux generalissimus populi electus erat, continuò ingenti opprimebatur multitudine causarum, quæ certatim ad eum deferebantur ad decidendum : *Altera autem die sedit Moyses, ut judicaret populum, qui assistebat Moysi à mane usque ad vesperam.* Cui proinde, ut se ab hac molestia eximeret, Jethro socer ejus modum proposuit, facilius se ab hoc onere expediendi, deputando nimirum alios Judices inferiores, inter quos causæ populares ordinatè distribuerentur, judicandæ. Quod verò vel maximè proposito nostro deservit, est modus, quo Moyses loquebatur : *Venit ad me populus*, inquit, *quærens sententiam Dei.* Quem enim horum verborum sensum esse existimatis ? Num fortè ad tabernaculum & Arcam confugiendo, divinumque ibidem consulendo oraculum, per cœlitus sibi factam revelationem decidebat controversias ; Nequaquam : cur igitur dicit populum sterisse ut expectaret sententiam Dei, quando ipse allatas ad se causas judicabat *more humano secundùm acta & probata* ? Author Catenæ dicit : *Chaldaica habet : venit ad me populus, ut quærat doctrinam à facie Domini, Et Septuaginta : Quærere judicium à Deo.* Ut sensus sit : Populus sententiam Domini ab eo exquirebat, id est, ut in pronuntianda sententia, Deum, rectamque justitiam sibi propositam haberet, desiderabat. Deuteronomij cap. 1. ubi pariter hujus electionis variorum Judicum & tribunalium, causarum examini & judicio Deputatorum, fit mentio, Moyses Judices, ne personarum essent acceptatores his verbis monuit : *Nec accipietis cujusquam personam, quia Dei judicium est.* Quæ verba Cajetanus pro meliori intelligentia nostra ita exponit : *Quia judicium ipsum supremo judici famulatur.* Etenim licet Deus, tamquam supremus Judex, in cœlo tribunal habeat rectum & justum, utpote *qui scrutatur renes & corda* ; in terris tamen ad judicium suum exercendum, hominibus utitur, locum Dei obtinentibus, qui in judicando ab eo dependere debent.

Ibid. v. 15.

Lipp. ibid.

Judices non sint acceptatores personarum. *Deut. 1. v. 17.*

Cajet. ibid.

3. S. Bonaventura de Ecclesiastica Hierarchia differens, per virtutes, quæ Angelici sunt Spiritus, Judices intelligit, de quibus ita scribit : *Congruit eis, quod dicitur de virtutibus, quod ad Pontificem & supereffentialem virtutem perveniunt, id est, insitis motibus & operibus, solum Deum, & non propriam commodum attendunt ; sic virtuosi Judices, nihil faciunt propter lucrum, sed omnia peragunt propter Deum, quia non hominum est judicium, sed divinum.* Dionys. Carthusian. super illa verba, à Rege Josaphat proposita : *Non enim hominis exercetis judicium*, ita scribit : *Id est, in judicando estis vicarij judicis summi ; sic & Rex in gubernando, & à Deo authoritas & potestas judiciaria derivatur ;*

S. Bonav. T. 7. de Eccle. Hier. p. 2. c. 2.

Judices solum Deum, & non proprium commodum spectent. *2. Paral. 19. v. 6. Dion. Carth.*

derivatur, ita quod Dei locum, vicemque suppleatis. Ideo Judices sicut & Principes, Dij in scripturis vocantur juxta illud Exod. 22. Dijs non detrahes. Sanctus quoque Cyrill. Alexandrin. Judices locum Dei in terris obtinere docet, qui proinde judicia profanando, ipsummet Deum directè offendunt, & injuria afficiunt. Ita enim scribit : *Cui officium Judicis mandatum est locum Dei planè obtinet, cui & soli proprium est judicare. Unus est enim Legislator & Judex* (Jacobi 1.) *ut Sanctus quidam ait. Qui igitur justitiæ rationem adulterat, in divinam excellentiam injuriosus erit, & Deum offendet dicentem : Justum judicium judicate.*

Exod. 22. 28.

S. Cyrill. Alex. l. 3. c. 2. in Amos.

Obtinent enim in terris locum Dei, tamquam ejus Vicarij.

4. Propheta regius Psalmum 49. ab his verbis exordiur : *Deus Deorum Dominus locutus est, & vocavit terram.* At verò quâ ratione Deus noster, *Deus Deorum* appellari potest, cum ex fide unicum solum Deum esse constet, non verò plures, ut falsò finxerunt & somniarunt gentiles ; Theodoretus inquit, septuaginta *Deorum* nomine intelligere Judices : *Septuaginta nominant illos Deos, qui Imperium sortiti sunt & judicandi officium commissum habent, id quod solius Dei proprium est.*

Psal. 49. v. 1.

Et hinc vocantur Dij. *Theodoret.*

Psal. 81. v. 1.

Probatque idipsum ex Psal. 81. ubi dicitur : *Deus stetit in Synagoga Deorum, in medio autem Deos dijudicat.* Circa quæ verba idem Doctor ita scribit : *Judæorum Principes Deos, utpote quibus judicandi officium commissum erat, nominavit ; eodem modo eos etiam lex nuncupat, Dijs non detrahes. Quoniam enim verè Judex est Deus, & hominibus judicandi officium commissum est, propterea Judices nuncupati sunt Dij, tamquam in hoc Deum imitantes.*

Theodoret.

Cur Judices appellentur nomine Deorum. *Exod. 22. 8.*

Abulens. Q. 6. ibid.

5. Exodi cap. 22. Deus ordinavit, quid fieri debeat in casu, quo quis amico suo aliquam mutuasset pecuniam, vel dos aliquod ei consignasset in custodiam, & alterutrum horum mutuatario vel custodi, furto eriperetur : *Si inventatur fur, duplum reddet, si latet fur, Dominus domus applicabitur ad Deos*, id est, ut Abulensis exponit : *ducetur coram Judicibus.* Et in Quæst. 7. rationem assignat, cur hi, quibus judicandi munus incumbit, Deorum nomine appellentur : *Vocantur isti Judices Dij*, inquit, *quia loco Dei ponuntur ad dirimendum litigia, nam judicium istud ad Deum pertinet, & quia Deus non committat tali modo cum hominibus, tradit judicium hominibus, ut hi per alios judicentur, tamquam Deus judicaret, sic enim dicitur Deuter. 1. Nec acceptatis cujusquam personam, quia Dei judicium est, id est, estis positi judices loco Dei.* Similiter in alio quodam Exodi loco de servo, qui nimis affectu Domino suo adhærens, nihil curat de acquirenda libertate, ita statuitur : *Quod si dixerit servus : Diligo Dominum meum, & uxorem, ac liberos, non egrediar liber, Offeret eum Dominus Dijs.* Ubi Deorum nomine judices intelliguntur, qui, ut interpres quidam ait : *participant aliquid Divinitatis.* Chaldæus quoque loco hujus dictionis, *Dijs*, legit *judicibus.* Et Olcaster dicit : *Ad judices, Hebraicè ad Elohim, quod est Dij, vocantur autem Judices Dij, quòd debent esse ita constantes & inflexibiles in jus dicendo, sicut est Deus.*

Ibid. Q. 7.

Ibid. v. 9.

Deuter. 1. v. 17.

Exod. 21. v. 5.

Ibid. v. 6.

Tyrin. ibid.

Oleast. ibid.

Judices vel maximè cogitant quod agant vices Dei.

6. Advertendum porro est, quòd postquam Josaphat factâ per civitates regni sui Judicum electione, iisdem dixisset : *Videte quid faciatis, non enim hominis exercetis judicium, sed Domini* ; ad eorum eruditionem, & Reipublicæ beneficium subjunxerit : *Sit timor Domini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite, non enim est apud Dominum Deum nostrum iniquitas, nec personarum acceptio, nec cupido munerum.* Quibus verbis insinuare vult Judicibus, quòd tunc vel maximè integritatis & rectitudinis justitiæ habituri sint curam, si se locum Dei obtinere, illudque ministerium supremi Judicis vice & loco exercere & administrare recognoverint.

2. Paral. 19. v. 6.

Ibid. v. 7.

Unde Cajetanus ait : *Præsentia divina in judicando describitur, ut ratio subjuncti timoris ; quamvis enim Deus cunctis actionibus humanis sit præsens, quia tamen speciali modo præsens est judicijs propijs (qualia erant ista, quæ per proprios vicarios exercebat) ideo describitur specialiter Deus præsens.* Nimis enim injustitia Judicem dedecere conspicitur, si is, velut locum Dei tenens, consideretur, de quo scriptum est : *Deus Judex justus, fortis.* S. Hieronym. super illa verba Psalmi 81. quibus Deus malis Judicibus improperat, scilicet: *Usquequo judicatis iniquitatem ?* ita scribit : *Ipse Deus loquitur ad Judices. Qui judicat iniquitatem Judex iniquitatis est. Ille erat Judex iniquitatis, de quo dicitur in Evangelio, qui Dominum non timebat, & hominem non reverebatur.*

Cajetan. ibid. Iniqui Judices sunt sine timore Dei.

Psal. 7. v. 12.

Psal 81. 2. S. Hieron. ib.

7. Enimverò inter alias maximè necessarias conditiones, quas Jethro in Judicibus requirebat, una hæc fuit, ut scilicet essent *timentes Deum.* Circa quæ verba Cajetan. ait : *Prima animi virtus est timor Dei Judicis ; oportebat jus dicentem alijs, rationem habere superioris Judicis, ut sic judicet alios tamquam certus quod reddituras est rationem Deo de suis Judicijs, & ratione judicandi, & quod puniendus est, si peccat & quod timeat punire à Deo.* Ac tandem optimè concludit, quòd ad conservandam in judicijs integritatem, non sufficiat timor humanus, quia cum Judices ut plurimum in supremæ authoritatis munere sint constituti, sæpe nullos habent superiores, quibus actionum suarum rationem reddere teneantur, ideoque subdit: *Si enim solus timor humanus in animo regnat Judicis, innumerabiles injurias faciet.* S. Hieronymus de Athenensium Areopago differens, in quo tamquam in supremo & incorrupto tribunali causæ decidebantur singulorum ita scribit : *Areopagus, hoc est villa Martis, Athenarum curia, ipsi quondam cum ducentis duodecim Dijs dicatus.* Athenienses itaque Judices in eo loco decretoriam in causis pronuntiabant sententiam, ubi ducentorum duodecim Deorum habebant præsentiam, ut vel sic per horum præsentiam & venerationem, justitiæ suæ incorruptibilitatem toti mundo facerent esse testatam.

Exod 18. 21. *Cajet. ibid.* Singularis conditio judicum est, ut sint timentes Deum.

S. Hier. l. 3. ex tradit. Hebræorum ex loco Actorum Apost. Athenienses incorrupta judicia.

Unde magnopere timendum est, ne hi Areopagitæ Judices, innumerabiles aliquando condemnaturi sint Judices Christianos, qui in pronuntiandis sententijs suis, non Deum, sed genium suum vel interesse proprium, aut certè affectum sanguinis, vel amicitiæ Legem, vel alios similes fines humanos ob oculos positos habent.

8. Regius Psaltes ait : *Annuntiabunt cæli justitiam ejus.* At verò inquies, quænam justitiam inter & cœlos potest esse proportio ? Quando aliàs idem Propheta regius cecinit dicens : *Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum ejus annuntiat firmamentum*, facile quidem idipsum intelligi poterat. At verò quòd Sphæræ cœlestes, quæ continuò volvuntur & revolvuntur, cum Justitia, quæ in tribunalibus administratur, quamque Deus ipse exercet, relationem habeat, quis hoc ipsum capere poterit ? S. Bonaventura locum hunc de judicibus exponit, qui instar cœlorum incorruptibiles esse & cor suum in Deum fixum habere debent. *Annuntiabunt cæli justitiam ejus, non enim possunt annuntiare Dei justitiam homines impij & terreni : Unde Psalmista : Peccatori dixit Deus, quare tu enarras justitias meas ? sed cæli, id est, cælestes viri, quorum conversatio in cælis est, ad cæleste officium sunt digni.* Ubi observandum est, quod judices cœlorum nomine appelleret, eò quòd Deum, tamquam judicem, ob oculos positum habent; *quoniam Deus judex est.* Idem quoque Seraphicus Doctor paulo ante de judicibus dixerat : *Virtutibus cæli comparantur, propter divinæ sapientiæ imitationem, quam semper debent judices in suis sententijs præ oculis retinere, humana enim justitia divinam debet, prout est possibile, imitari, & ne erret per ignorantiam, divino lumine illustrari : Ideo dicitur in libro Sapientiæ : Diligite lumen sapientiæ, qui præestis. Qui à Deo illuminantur, sine offendiculo ipsius justitiam exequuntur : & hoc est quod dicit Psalmista : Domine in lumine vultus tui ambulabunt, & in Justitia tua exaltabuntur.*

Psal. 49. v. 6.

Psal. 18. v. 2. Quinam Cæli annuntient justitiam Dei.

S. Bonav. de Eccl. Hier. p. 4. c. 3.

S. Bonav. ibid. p. 4. c. 2.

Sap. 6. v. 23.

9. Ad hoc ut Judices judicium non humanum sed divinum, id est, justum & rectum judicent, nullo efficaciori fortiorique fræno adigi possunt, quam si ob oculos sibi judicium illud statuant, quo & ipsi à supremo sunt judice judicandi ; Nam ut S. Isidorus ait : *Qui Dei judicia oculis suis proponit, semper timens, tremensque in omni negotio reformidat, ne de justitiæ tramite devians, cadat.* Quando Deus suas Judicibus improperabat injustitias, in tribunali sive in magnifico majestatis throno se conspiciendum exponebat. *Deus stetit in Synagoga Deorum, in medio autem Deos dijudicat ; usquequo judicatis iniquitatem ?*

Ut judices rectè judicent se cogitent se justo Judici pariter præsentandos. *S. Isid. l. 3. sent. c. 52.*

Ubi Theodoretus ait : *Justus Judex hoc in loco non justè judicantes, neque firmiter justitiæ stateram tenentes redarguit, futuramque justum judicium ab eo exercendum prædicit. Usquequo judicatis iniquitatem &c.* Bollandus in vita S. Antonij Magni refert ; Cujusvis generis & conditionis homines ad sanctum hunc Abbatem properasse, ut ab eo veluti cœlesti quodam oraculo perfectioris vitæ præcepta ediscerent ; Inter alias verò infignes doctrinas, hoc judicibus tradebat salutare monitum : *Suadebat judicibus, ut*

Theodoret. in Psal. 81. Pulchra instructio ut justè judicent. *Bolland. in vit. S. Ant. c. 19. n. 108.*

in sententia proferenda, & odio, & gratiæ, timorem Dei anteponerent; nec ignorare eos debere, quòd scriptum est: Quocumque judicio judicaveritis, in eo judicabitur de vobis.

Thomas Cantipratensis optimè considerat, quàm severè coram incorrupto Altissimi tribunali condemnandi sint judices, qui delegata ijs potestate temerè nimis fuere abusi: *Quâ fronte*, inquit, *in futuro illo extremo, & tremendo judicio ipsum summum judicem expectabit, qui hic temporaliter judex, eum per universum & falsum judicium irritare non timuit?* Dionysius Carthusianus ad verba Jethro in iis, quibus per sententiam aliorum causas dirimere incumbit, timorem Dei exposcentis, se reflectens, ait: *Data est vobis potestas ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes vestras scrutabitur. Cirò & horrendè apparebit vobis, quoniam durissimum judicium his, qui præsunt, fiet.*

Thom. Cantipr. l. 2. c. 35. §. 4. Justo Dei judicio condemnabuntur judices abutentes potestate sua. *Dion. Carth. in Exod. 18.*

Idem quoque extaticus Doctor super propositi thematis verba ita scribit: *Ideo judices debent eum præcipuè formidare, tamquam justissimè judicandi ab eo, qui à veritate & æquitate nequaquam flexibilis est, propter quod ait Scriptura: Præbete aures vos, quâ continetis multitudines, quoniam data est vobis potestas à Domino, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes vestras scrutabitur.* Josaphat judices his verbis monuit: *Quodcumque judicaveritis, in vos redundabit, id est*, ut Carthusianus exponit: *Si justè judicaveritis, habebitis præmium gloriosum à Deo; sin injustè, supplicium.* *Dion. Carth.*

10. Nescio, an aliquando ad illam vos reflexeritis severitatem, quam Deus in Davidem, postquam ad regnum assumptus fuit, exercuit. Videmus porro per experientiam, quod Principes ad vendicandas sibi aliorum uxores valdè sint proclives & faciles; Et quidem tametsi hic Rex unica tantum, scilicet Bethsabeâ, idque semel dumtaxat abusus fuerit, attamen quis est qui nesciat, quanta propter hoc iratus Deus Davidi suppliciа immiserit? Etenim adulterium istud Deus in conspectu totius mundi publicavit; Absaloni quoque permisit, tum ut contra eum rebellaret, tum ut uxoribus illius publicè se commisceret, tum ut Ammon fratri suo proditoriè necem inferret, tum denique ut sororem suam infami incestu defloraret. Unicum Davidis peccatum gravissimè fuit punitum.

Idem quoque David in Psalmo 142. cui titulus est: *Psalmus David*, quando persequebatur eum Absalon filius ejus, Deum his verbis affatur: *Et non intres in judicium cum servo tuo, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens*; Quibus verbis hanc à Deo postulabat gratiam, ut ab ejus judicio subtrahi mereretur, neque enim ejus se examini sistere audebat, *quoniam judicium durissimum his, qui præsunt, fiet.* Non igitur abs re erit, si hac occasione salutare illud adduxero monitum S. Ambrosij, dicentis: *Existimas ô homo, qui judicas de aliis, de ijs qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies judicium Dei? Hoc est, numquid quia tibi examen datum est, & potestas judicandi de malis, & stupris, cum eadem agas, & non est qui te ad præsens judicet, effugies judicium Dei? Non utique, quia si judicium Dei in mundo evasisti, quia omnis hæc potestas & judicium à Deo est, in futurum non evades.* *Psal. 142. v. 2.* David petiit subtrahi à judicio Dei. *Sap. 6. v. 6. S. Ambr. in Epist. ad Rom. c. 2.*

DISCURSUS III.
ARGUMENTUM.

Judicandum & decidendum est secundùm allegata & probata, sequendo Leges, non verò scientiam, & voluntatem propriam.

THEMA.

Non possum ego à me ipso facere quidquam; sicut audio, judico, & judicium meum justum est. Joan. 5. v. 30.

1. UNigenitus Dei filius, prima & infallibilis Veritas apud S. Joannem, sibi ab æterno Patre suo absolutam & independentem in judicando authoritatem delegatam fuisse declarat: *Neque enim Pater judicat quemquam, sed omne judicium dedit Filio*; ac proinde valdè mirum est, quòd eadem incarnata & increata Sapientia paulò post dixerit: *Non possum ego à me ipso facere quidquam.* Verumtamen Rupertus Abbas hanc illis verbis adhibet interpretationem: *Deus sicut nulli vitio, nullisque accidentibus subjacet, ita summè justus, tale quid omnino facere non potest; Igitur cum dico; Non possum à meipso facere quidquam, tale est, ac si dicam: Non possum facere quidquam iniquum, non possum pervertere aut supplantare judicium. Sed quid? sicut audio, judico, sic est, secundùm causæ judicandæ meritum, vel rei, quæ judicatur, essentiam judico, ac proinde cum in judicando nihil à meipso faciam judicium meum verum est.* Quod si igitur Filius Dei, de quo scriptum est: *Alta à longe cognoscit, scrutans renes & corda*; *Ipse enim sciebat quid esset in homine*, nihilominus judicaturus & pronuntiaturus sententiam nequaquam per scientiam & notitiam privatam procedere voluit, quantò magis homo, de quo Psalmista ait: *Omnis homo mendax*, secundùm acta & probata decidere tenebitur? S. Cyrillus Alexandrinus in expositione hujus textus inquit: *Nihil facere se posse ostendens, quod lex prohibeat, sed id judicium sequi quod legi*, videatur S. Ambrosius verba illa Psalmistæ (*secundum judicium tuum vivifica me*) exponens, super prædicta Christi apud S. Joannem verba prolixè in hunc modum discurrit: *Personam judicis, propositumque suscepit, dicens: Non possum à me facere quidquam. Bonus enim Judex & domestica proposito voluntatis, sed juxta leges & jura pronuntiat, statuit juris obtemperat, non indulget propriæ voluntati, nihil paratum & meditatum domo defert, sed sicut audit, ita judicat, & sicut se habet negotij natura, decernit, obsequitur, legibusque non adversatur, examinat causæ merita, non mutat. Discite judices sæculi, quem in judicando tenere debeatis affectum, quam sobrietatem, quam sinceritatem; Dominus omnium dicit: Non possum ego à me facere quidquam; Alibi lego: Negare semetipsum non potest: Non potest utique, non per infirmitatem, sed per integritatem; non per impossibilitatem faciendi sed per observantiam judicandi. Quid non potest, qui omnia potest, nisi quod posse nolit? Non vult posse adversùs veritatem. Audi postremò ipsum dicentem, cur non possit à se facere quidquam: Sicut audio, inquit, judico, hoc est, non ex mea potestate decerno quod libitum; sed ex judicandi religione, quod justum est, & ideo judicium meum verum, quia non voluntati meæ indulgeo, sed æquitati.* *Psal. 137. v. 6.* *Apoc. 2. v. 23* *Joan. 2. v. 25.* *Psal. 118. v. 81.* *S. Cyrill. Alex. lib. 5. in Joan. c. 146.* *Psal. 118. 149. oct. secundo.* *S. Ambr. ibid.* Judices debent judicare secundùm Leges, & probata.

2. Enimverò si Scripturam sacram pervolverimus manifesta utique reperiemus hujusce veritatis exempla. Vix primi parentes nostri divinum fuerant prævaricati præceptum, cum ecce Deus noster, tametsi delictum eorum secundùm omnes illius circumstantias plenè nosset, & absque ulla discussione & examine illius, condemnationis adversus illos posset pronuntiare sententiam, attamen processum potius formare voluit, de reatu illos convincendo, eosque inducendo ad confitendam suam proprio ore transgressionem. Unde Cajetanus ait: *Quamvis Deus certissimè nosset, quòd Adam peccaverat, & ubi tunc erat; judiciario tamen ordine procedere volens, tamquam judicium habens, &c.* Et paulo post subdit: *Exemplum proinde judicibus, ut quamvis certissimi forent, quod aliquis deliquerit, non procedant instatu rei.* Eamdem quoque observationem diu ante Cajetanum expresserat. S. Chrysostomus, cum in Homilia 17. super Genesin ita scribit: *Per hoc nos docendo, ne quem condemnemus, nisi causâ antea diligenter cognitâ.* Similiter commissum ab impio Caino crudele fratricidium coram ipsismet Dei oculis patratum fuerat: *Sanguis fratris tui clamat ad me de terra*, ideoque Deus nullo opus habebat præmisso criminis patrati examine, & tamen quanta cum ventilatione & maturitate processit, priusquam adversus Sacrilegum, condemnationis promulgaret sententiam? Qua de re Abulensis ita scribit: *Dominus clarè videbat peccatum Cain, sed voluit eum punire, donec cum de peccato manifestè convinceret; Ut detur forma procedendi judicibus, ut non ante sententient, quam partes interrogent, & merita causarum discutiant.* *Cajet. ibid.* Hanc judicij formam observavit ipse Deus. *D. Chrys. Hom. 17. in Gen.* *Gen. 4. v. 10.* *Abul. ibid.*

3. Pari quoque modo temerarii illi, qui turrim Babylonicam ad cœlum usque erigere & fabricare moliebantur, ut exinde Deo ipsimet bellum indicere possent, merebantur utique ut Divina justitia absque ullo processu justissimi furoris sui in eos fulmina evibraret, & tamen sacer textus ait: *Descendit autem Dominus ut videret civitatem & turrim:* Utique non fuisset necessum, ut Deus ad puniendum & judicandum hoc delictum de cœlo ad videndam turrim descenderet, utpote qui arrogantis & præsumptuosi conatus hominum illorum oculatus testis fuerat, nam *excelsus Dominus ... alta à longè cognoscit.* Cur igitur facer Chronista *Gen. 3.* Nemo condemnari debet nisi cognitus & auditus. Sedulo examinandus est status criminis ante quam feratur sententia. *Gen. 11. v. 5.* *Psal. 137. v. 6.*

nista ipsum descendisse dicit? *Numquid descensu indigit Dominus*, inquit S. Cyrillus Alexandrinus, *ad videndam turrim, cui omnia, antequam fiant, sunt cognita, & qui cælum atque terram implet? An non ideo descendisse scribitur, ut nobis significet examinandam prius esse causam criminis, quam feratur sententia.* Similiter S. Thomas ait: *Nota, quod in hoc modo loquendi docet rectum & ordinatum processum judicij, nam culpa prius debet esse certa Judici.* Sed numquid temeritas ipsorum Deo manifesta erat, quid igitur opus erat, ut in propria persona descenderet ad formandum judicium? Responsio ad hoc in promptu est, quia culpa ei certa & indubitata esse debebat, non per notitiam & scientiam suam privatam, sed per viam accusationis, & testium, nec non per juridicum examen & processum: *Sicut audio, sic judico.* Divus Chrysostomus pariter scribit, Deum per hunc sui descensum Judicibus hoc tradere voluisse documentum, ut videlicet prius clarum & perspicuum redderent judicium suum, priusquam sententiam promulgarent. *Et descendit Dominus*, inquit, *non ut humano more intelligamus, sed ut per hoc erudiamur; numquam temerè fratres condemnandos, neque audito solo judicandum: nisi pluribus argumentis prius certi reddamur.* *Psal. 137. v. 6.* *S. Cyrill. Alex. l. 5. in Joan. c. 16.* *S. Thom. in Gen.* *D. Chrys. Hom. 30. in Gen.*

4. Similiter nefandorum peccatorum, qui infames illas Pentapolitanecas civitates incolebant, graveolentia & abominabilis fœtor jam cœlum ipsum quasi imbuerat, ac proinde minimè opus erat, ut Deus (cui omne id quod facimus, prius præsens erat, quam illud operemur, imo priusquam illud in cogitationem & imaginationem nostram indicat) Angelos suos mitteret, ut se de impijs illis, eorumque sceleribus informarent; & tamen Deus in Genesi Abrahæ dixisse legitur: *Clamor Sodomorum & Gomorrhæ multiplicatus est, & peccatum eorum aggravatum est nimis; descendam & videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint, an non est ita, ut sciam.* Circa quæ verba D. Antoninus de judicibus forensibus differens ita scribit: *Quod judicari non debeat per suspiciones, sed per sufficientes probationes, ostendit Evaristus Papa, dicens: Si Deus omnium conditor, Sodomorum mala, quorum clamor usque ad cælum pervenerat, omnia sciens prius, nec credere, nec judicare voluit, quam ipse ea cum fidelibus testibus diligenter investigans, quæ audierat, opere comprobaret, nos, qui sumus homines & peccatores, quibus incognita sunt occulta judicia Dei, hæc præcaventes, nullum ante veram, justamque probationem judicare & damnare debemus.* 2. Q. 1. *Deus omnipotens.* S. Ambrosius quoque notat, Deum, scelera illa minimè ignorasse, sed judices docere voluisse, non sufficere, quod ipsi delicta sciant, nisi etiam illis juridicè probentur. *Non ignorabat Deus peccata Sodomorum, sed propter te instruendum verba hujusmodi loquebatur, ut tu propius scruteris eorum commissa, in quos vindicandum arbitraveris. Descendam inquit, ut videam: hoc est, etiam tu descendere cura, descende indagini studio, ne quid sit, quod fallat, aut lateat absentem, ut oculis facinus deprehendas. Eminus positi multa nescire possunt.* Observandum quoque est Deum tunc adversus Pentapolim pronuntiasse condemnationem, quando nefandi illius incolæ missos in Sodomam, sub specie humana Angelos, ausi fuerunt aggredi, ut illis turpiter abuterentur. P. Bollandus quondam recenset S. Isidori Peluſiotæ, ad S. Cyrillum Alexandrinum conscriptam epistolam, in qua sequentia leguntur: *Præposterus favor haud acutè cernit, odium vero nihil cernit; quapropter si ab utraque lippitudine purus, atque immunis esse studes, noli violentas sententias ferre, verum illata crimina justo & integro judicio committe; quandoquidem Deus etiam, qui omnia fuit antequam orirentur, pro sua humanitate descendere, ac Sodomorum clamorem perspicere voluit, hinc videlicet nos ad res accuratè perscrutandas ac perpendendas erudiens.* *Gen. 18. v. 20.* Non sufficit quod judex delictum sciat, sed insuper juridicè probari debet. Non est judicandum ex suspicionibus. *Bolland. tom. 1. Febr. 4. pag. 480. n. 12.*

5. Favorabilis triumphorum rota, quos populus Israël sub Josue felici regimine de inimicis suis frequenter reportabat, in Jericho plurimum retardata fuit, ejusque mutationis causam hanc Deus servo suo esse revelavit: *Dixit Dominus ad Josue: peccavit Israël, & prævaricatus est pactum meum, tulerunt que de anathemate, & furati sunt, atque mentiti, & abscoderunt inter vasa sua, nec poterit Israël stare ante hostes suos, eosque fugiet.* Præceptique proinde Deus, ut diligenter investigaret, quisnam Sacrilegus ille esset, qui rapinam fecerat, isque atrociter castigaretur: *Quicumque ille in hoc facinore fuerit deprehensus, comburetur igne cum omni substantia sua.* Ubi notandum, Deum quidem delictum *ad unguem* revelasse, imò insuper præcipisse, ut in eum diligens fieret inquisitio, imò & pœnam expressit, qua in eum animadvertendum esset; & licet perfectissimè sciret, quisnam in individuo delicti illius reus esset, illum tamen minimè revelasse, nec minimam illius legitur fecisse mentionem; Scitisne causam, cur id fecerit? Nimirum supremus ille judex vult, ut in inquisitione criminum more humano procedatur, formentur processus, testesque examinentur, sicque convincatur reus. Unde contra Achan minimè processum fuit ad mortis sententiam, donec prius constaret de corpore delicti, isque illud proprio ore confiteretur. *Jos. 7. v. 11.* *Ibid. v. 15.*

6. S. Marcus de dæmoniaco quodam refert, adeo truculento & feroci, ut catenas ferreas haud secus ac subtilissimum quoddam linum rumperet, habitabatque ut plurimum in mortuorum sepulchris; de hoc inquam refert, quod Salvatori occurrens, velut eum adoraturus, se coram eo prostraverit, clamando: *Quid mihi & tibi, Jesu fili Dei altissimi: adjuro te per Deum, ne me torqueas; Dicebat enim illi: Exi spiritus immunde ab homine; Et interrogabat eum, quod tibi nomen est? Et dicit ei: Legio mihi nomen est.* Ubi meritò quærendum venit, quo fine Christus à Spiritibus illis infernalibus id scire contenderit, quod ei perspicuum erat & manifestum? Is inquam. *Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat. Ut in nomine Jesus omne genu flectatur cælestium, terrestrium, & infernorum?* At verò responsio præsto est, nam tametsi Salvator dæmones illos, quos interrogavit, quique coram ipso timent & contremiscunt, probè cognoverit ex nomine, attamen ut D. Chrysologus inquit: *Interrogat, non ignorat, sed implicet judicem, servat ordinem cognitoris; nomen interrogat, ut de conditione discutiat, judicet de reatu, addocat de crimine.* Hoc ipsum observavit Christus in dæmoniaco. *Marc. 5. v. 7.* *Ibid. v. 8.* *Ibid. v. 9.* *Psal. 146. v. 4.* *Phil. 2. v. 10.* *D. Chrys. ser. 16.*

7. Huic quoque proposito optimè consentit parabola illa villici. Etenim homo ille divus Christum præfigurat, ut D. Chrysologus declarat, inquiens: *Et quis erat homo iste, nisi Christus?* Cui pariter D. Bonaventura his verbis subscribit: *Intelligitur Deus Dominus omnium.* Per villicum verò homo intelligitur: *Hujus villicus est quilibet homo.* Observandum est igitur hisce suppositis, quod tametsi Deus probissimè sciret, œconomum istum suas dissipasse substantias & facultates, hâc tamen privatâ scientiâ nequaquam uti voluerit, sed expectarit, donec publicè diffamaretur. *Hic diffamatus est apud illum,... & ait illi: Quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ.* Sed quo fine tantis erga eum utebatur ambagibus? Siquidem *opus ei non erat, ut quis testimonium perhiberet de homine, ipse enim sciebat quid esset in homine.* Ut S. Joannes de Christo dicit: Verumtamen D. Chrysologus ait: *Ergo ille famæ credidit, famâ nuntiante cognovit? Absit, sed quia illa, quæ noverat, quæ vere tunc cæpit, quando accusabat terra.* Nicodemum pariter, Synagogæ Principem, S. Joannes dixisse refert: *Numquid lex nostra judicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognoverit quid faciat?* Imo & ipsi gentiles hanc habebant consuetudinem, ut neminem condemnarent, nisi prius authoritate publicâ formarentur processus; Ita enim ex Actibus Apostolorum deducitur, ubi textus de antiquis Romanis loquitur. Tullius quoque pro Cluentio ita scribit: *Est sapientis judicis, meminisse se hominem, cogitare tantum sibi esse permissum, quantum commissum sit & creditum, & non solum sibi soli potestatem esse datam, verum etiam fidem habitam esse memmisse; posse quem oderit, absolvere, quem non oderit condemnare, & semper non quæ velit ipse, sed quid Lex & Religio cogat, cogitare.* S. Ambrosius (qui prius Judicis quam Episcopi munus sustinuit) in quadam Epistola, sapientiæ incarnatæ verba hunc in modum expendit: *Non possum ego à meipso facere quidquam, sicut audio, judico. Didici qualis Judex, qualis testis esse debeam; non enim quasi infirmus dicit: Non possum ego à me facere quidquam, sed infirmus ille qui hic intelligit. Nihil quidem sine parte facit filius, quia communis operatio, & unitas potestatis est. Sed hoc loco quasi judex loquitur, ut cognoscamus homines in judicando, quod non ex voluntate nostra, & potestate, sed ex æquitate debeamus formare sententiam.* Cajetanus verba illa; *Non quæro voluntatem meam*, glossâ suâ illustrans inquit: *Voluntas enim humana declinare potest, & propterea quicumque quærit facere voluntatem propriam, facile erret in judicio, voluntas autem divina lex est omnis judicij.* *Luc. 16.* *Luc. 16. v. 1. & 2.* *Joan. 2. v. 25* *D. Chrys. ibid.* *Joan. 7. v. 51.* Hoc etiam observarunt gentiles. *D. Chrys. ser. 125.* *S. Bonav. in Luc.* Judex non debet solum uti privata scientia in judicio. *Joan. 5. v. 30.* *S. Ambr. l. 9. Epist. 28.* *Joan. 5. v. 30.* *Cajetan. ibid.*

8. S. Ambrosius reum quemdam introduxit, ad

Quomodo intelligendum quod Christus in judicio non possit quidquam facere à semetipso. *Joan. 5. v. 22.* *Rup. Abb. l. 3. in Joan.*

implorandam veniam & clementiam ante judicis pedes postratum, cui Judex respondet: *Non possum à me facere quidquam; justitia in judicando, non potentia est; ego non judico, sed facta tua de te judicant, ipsa te accusant, & ipsa condemnant, leges te adjudicant, quas judex non perverto, sed custodio. Nihil ex me profero, sed ex te forma judicij in te procedit.* S.Bernardinus objectioni, quæ in hac materia fieri poterat, nimirum quòd hâc ratione rei remanebunt impuniti, si puniendi non sunt, nisi tales esse veré probentur, sique judex scientiâ suâ privatâ, suaque arbitrio uti non possit, hunc in modum respondet: *Nequaquam Respublica omnia mala punire debet, sed quæ commissa sunt, puniendа sunt: & hæc illa sunt, quæ coram officiali Reipublicæ sufficienter probari possunt. Præterea non læditur Respublica, sed divinum judicium excedit judicium ejus, ut scilicet aliqua reserventur judicio Dei, super quo non potest Reipublicæ justum judicium esse.* S. Thomas super prædicta S.Joannis verba, pro quiete eorum, ad quos spectat formare sententias, hanc statuit conclusionem. *Judicium meum verum est, inquit Christus, cujus ratio est, quia non quæro voluntatem meam, non enim judicium alicujus est injustum, quando procedit ab eo secundùm regulam legis.* S. Ambrosius quoque ita scribit: *Audite quid verus Judex loquatur. Non quæro voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me. Quasi homo loquitur, quasi Judex docet, quoniam qui judicat, non voluntati suæ obtemperare debet, sed tenere quod legum est.*

S.Ambr. ibid.

Solvitur dubium circa dimissionem rei.

S.Bern.T.3. ser.de multiplici mendacio A.1.c.2.

S.Thom. in Joan.5.

S.Ambr. in Psal.118. oct.20.

DISCURSUS IV.

ARGUMENTUM.

De diligenti causarum examine, ne judicia pervertantur, sed potius veritas investigetur.

THEMA.

Causam, quàm nesciebam, diligentissimè investigabam. Job 29. ℣. 16.

Status delicti diligenter examinandus est.

1. INter alias virtutes, quibus S.Job, qui multorum subditorum obtinuit dominium, præfulgebat, hæc quoque una ex præcipuis erat, quòd scilicet causas coram se allatas accuratè & exactè examinaret, priusquam illas decideret: *Causam, quam nesciebam, diligentissimè investigabam: Hoc ad judices potissimè spectat,* inquit Dionysius Carthusianus, *ne ex suspicione, aut passione, aut facili credulitate ad judicandum procedant, sed cum maturitate & utriusque partis auditeone, ac cæteris observandis omnia agant.* Pari quoque sensu Hugo Cardinalis super hunc textum ita scribit: *Hic docet nos Job, ne sententiam præcipitanter proferamus, ne indiscussa temeritate judicemus, ne mala audita citò nos moveant, ne dicta passim sine probatione credamus.* Certus quidam interpres sagaciter observat, quòd S. Job non dicit: *Diligentissimè interrogabam, sed investigabam, ut enim bonus canis venaticus non tam ad voces, quàm ad semitas, quàm ad vestigia attendebat.* Cajetanus quoque hanc Jobi virtutem, in omnibus judiciis forensibus meritò practicandam his verbis obsérvat: *Manifestat se non præcipitem processisse, sed vacasse inquisitioni, ad sciendam veritatem;* Hoc tamen in iis faciebat judiciis, in quibus veritas & justitia non manifesta, sed ambigua erat, cæteroquin, ut suo loco dicemus, quando judices assecuti sunt causæ veritatem certam, nequaquam ab iis procrastinanda est, in Litigantium pernitiem & damnum, sententiæ promulgatio. S. Bonaventura circa hunc textum, authoritatem adducit S. Gregorij, dicendo: *Vidit Gregorius bene, qualiter judices debent esse diligentes in judicando, ubi ait: Nota de judicio, ne ad proferendam sententiam iniquam præcipites esse debeamus, ne temerariè indiscussa judicemus, ne qualibet mala audita nos moveant.*

Dion.Cart. ibid.

Hugo Card. ibid.

Et sententia non præcipitanda.

Corderius.

Cajetan.

S.Bonav. in c.5.Joan.

S.Greg.

2. Inter alias instructiones, quas Josaphat Rex dedit judicibus, quos singulis regni sui civitatibus præposuit, una, eaque valde præcipua hæc fuit: *Præcipiens judicibus, videte, ait, quid faciatis, id est,* ut Lyranus exponit, *ne præcipitanter, sed cum magna deliberatione sententiam feratis.* In tribunalibus enim de negotiis tractabatur arduis, & maximi momenti, siquidem ut plurimum spectarent vel facultatum jactura, vel præjudicium & damnum famæ & existimationis, vel etiam in iis de vita sæpè agitur, ac proinde justum est, ut ad promulgandam sententiam magna cum prudentia & maturitate procedatur. In Exodo hæc verba leguntur: *Alterâ autem die sedit Moyses, ut judicaret populum.* Ussus namque communiter ita obtinuit, ut Judices sententiam pronunciaturi non stent, aut ambulent, sed quietè sedeant, quod maturitatem indicat actionis. Unde Abulensis super illa verba S. Matth. cap. 5. *Et cum sedisset,* ita scribit: *Ad significandam quamdam maturitatem, significatur autem maturitas per sessionem; unde judici sedendo jubetur sententiam dare, ut non videatur inconsultè data.* Neque Josaphato sufficere videbatur, quòd judices monuisset, dicendo: *Videte quid faciatis,* sed postquam dixisset: *Sit timor Domini vobiscum,* subjunxit: *Et cum diligentia cuncta facite.*

Matth.5.v.1. Abulen. ibid.

Exod.18. v.13.

2. Paral.19. v.6.

Ibid.v.7. Act.Apost. 13.v.23

3. David quidem, Rex fuit tantâ justitiâ & integritate præditus, ut Deus ipse de illo dixerit: *Inveni David ... secundùm cor meum,* & tamen inter Sibam & Miphibosseth judicaturus, turpiter erravit, condemnando Miphibosseth causâ ejus minimè examinatâ, ejusque facultatum dimidietatem calumniatori illius adjudicando. *Condemnavit eum inauditum, & non vocatum,* inquit Abulensis, *& indefensum, nam etiam dato, quod verum fuisset peccatum objectum Miphibosseth, condemnatum eum non vocatum & indefensum peccatum erat, quia etiam in notoriis delictis citatio requiritur, ut reus ad audiendam sententiam & allegandas aliquas excusationes, si quas habet, nam licet notorius sit actus, non est notorium, an injustè egit, & ad hoc vocandus est, ne innocens condemnetur.* Dionysius Carthusianus quoque hanc Davidis injustitiam considerans, hanc primò in eo relucere dicit, quòd Sibæ tanta cum facilitate, absque ullo testium interventu adhibuerit fidem. *Secundo inordinatè proferendo judicium, utpote sine accusati auditione, sine accusationis examine, sine debita mora seu deliberatione* S. Paulus Apostolus Timotheum Episcopum Ephesinum his verbis hortatus fuit: *Sine præjudicio nihil faciens in alterum partem declinando;* Ubi enim de damno proximorum agitur, cum magna circumspectione procedendum est, ne inconsiderati qualecumque aliis inferamus præjudicium.

2. Paral.19. v.6.

Dion. Carth. ibid.

1.Tim.5. v.21.

4. Thomas Cantipratensis, in judiciorum perversione duas notat accidere deordinationes: *In perversione judicij duo mala, unum offendit Deum, aliud proximum. Primum sit, mandatum Dei transgrediendo; secundum, proximo judicium subtrahendo; retributio ergo ejus veniet, ut offensam Dei, etiamsi hic pœnituerit per afflictionem corporis, luat, & offensam proximi, quam per judicium injustum incurrit, damnis ejus satisfaciendo restituat, idem est enim judicio, quam manu diripere.* At verò si in sententiis capitalibus judicia pervertantur, & offendatur justitia, damnum, quod inde oritur, est irremediabile. Et ideo refert Plutarchus, apud Lacedæmonios usu receptum esse, ut causæ tales magna cum maturitate per plures dies ventilentur: *Ideo pluribus diebus cognoscunt, quoniam si in capitis discrimine erraverint, non est corrigendi consilij potestas.*

Th.Cantipr. l.2.c.35.§.4. Duo mala causantur in perversione judicij.

Plutarch.in Laconicis.

5. Jonas in Niniven ad prædicandam populo pœnitentiam à Deo abire jussus, iter ingressus est jussu Dei omninò contrarium, siquidem in Joppen abiens, inventam ibidem navim expansis velis ad solvendum paratam, ingressus est, ut fugeret in Tharsum, in alto autem mari constitutus cum esset, sæva inter undas maris commota est tempestas, quæ evidens omnibus comminabatur naufragium; Quia verò ejectis è navigio omnibus mercium oneribus Aquilonares venti impetuosius urgebant procellas, suspicari cœperunt nauclerі; ne fortè pondus navigium quam maximè premens, esset ingens cujusdam illorum iniquitas, juxta tritum proverbium illud, unius piscatoris culpâ sæpè navis periclitatur, jactis per singulos fortibus, Jonas deprehensus est reus, qui in profunda navigij carina somno jacebat sepultus; Nautæ verò licet idololatræ verique Dei notitiâ destituti essent, non obstante quòd ipsummet Jonam ore proprio audissent dicentem: *Tollite me, & mittite in mare ... scio enim ego quoniam propter me tempestas, hæc grandis venit super vos;* siquidem inobedientia, quâ Deum offenderat, graviter ejus remordebat conscientiam, imò licet aqua de gulam usque singulorum ascendens, præsentem singulis intra navigium degentibus mortem minaretur, attamen in profundissimis abyssi voraginibus constituti, multum insumpserunt temporis in diligentissimo circa Jonæ patriam, nomen, cognomen, & professionem explorandam examine: *Indica nobis, cujus causâ malum istud sit nobis? quod est opus tuum? quæ terra tua? & quo vadis? Vel ex quo populo es tu? Et dixit ad eos: Hebræus ego sum, & Dominum Deum cæli ego*

Nautæ Jonam, etiam culpam fatentem, non projecerunt in mare, nisi accurate examinatum.

Jonæ 1.v.1.2

Ibid.v.8.

Vid.l.v.9.

Ibid.v.10. ego timeo, qui fecit mare & aridam. Et timuerunt viri timore magno, & dixerunt ad eum, quid hoc fecisti? Cognoverunt enim viri, quod à facie Domini fugeret; ...

Ibid.v.11. Et dixerunt ad eum: Quid faciemus tibi, & cessabit mare à nobis? quia mare ibat & intumescebat. Hæc enim tempestas à Deo adversus navigium istud excitata fuerat: *Dominus misit ventum magnum,* adeoque naturaliter nequaquam ab elementorum intemperie excitata fuerat, cujus signum erat, quia omnes alij, quotquot idem mare pernavigabant, optimâ fruebantur aëris cœlique serenitate. Verumtamen est observandum, quod illum in mare non conjecerint, donec prius semetipsum pleno ore agnovisset, palamque confessus fuisset culpabilem, dicendo: *Tollite me, & mittite in mare, & cessabit mare à vobis, scio enim ego, quoniam propter me tempestas hæc grandis venit super vos.* Imò postquam Propheta nautis de facto dedisset licentiam, ut eum ejicerent, *remigabant viri, ut reverterentur ad aridam, & non valebant, quia mare ibat & intumescebat super eos, Et clamaverunt ad Dominum, & dixerunt: Quæsumus Domine, ne pereamus in anima viri istius, & ne des super nos sanguinem innocentem, quia tu Domine, sicut voluisti, fecisti; Et tulerunt Jonam, & miserunt in mare, & stetit mare à fervore suo.* Eheu quot sunt hodie Judices, quos hi idololatræ condemnabunt, quando in universalis judicij die coram Deo comparebunt, ij videlicet, qui sine convenienti causarum examine ad mortis sententiam procedere non dubitarunt. Præfatam Jonæ historiam D. Chrysostomus his verbis more suo efficaciter expendit: *Miserunt sortes & prodidit sors noxium. Hi verò neque sic arripientes eum demerserunt, sed tanto tumultu, tantâ tempestate incumbente, veluti multa in quete, multo silentio, sic judicium in navi statuentes, & ut pro se loqueretur, seque defenderet, ei permiserunt, atque cuncta subtili cum indagine exquirebant, velati rationes eorum, quæ decreverint, alicui reddituri. Audi igitur eos, quemadmodum in judicio, examine cuncta exactissimo inquirunt. Quod opus est tuum? unde venis? quo vadis? quæ de regione? quo de populo es? Et quidem accusabat mare acclamans contra; increpabat autem sors, & condemnabat, sed tamen neque mari contra exclamante, neque forte ex adverso testimonium reddente, sententiam usque dabant, sed velati in judicio & accusatoribus instantibus, & testibus præsentibus, judicijs atque argumentis veridicis prius damnantes ipsi sententiam ferunt, quoad damnandus ipse propriæ fieret accusator culpæ. Sic & bi nautæ homines barbari & insensati, eum qui in judicijs optimus est, ordinem imitantur.* Porro hic in mare ejectus, & post triduum è balenæ ore vivus denuo in littus evomitus Propheta, propriissimus fuit typus Christi, post triduum resurgentis, utpote qui haud secus ac Jonas in mari passionis suæ acerbissimæ exagitatus fuit: *Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me.*

Ibid.v.12.

Ibid.v.13.

Ibid.v.14.

Ibid.v.15.

D.Chrys. Hom.53. de Pœnit.T.1.

Matth.12. v.40.

Psal.68. v.3.

Sacrilegium Judæorum conciliabulum contra Christum præcipitavit mortis sententiam.

Matth.2. v.23.

6. At vero quis eidem Redemptori nostro necem tam iniquam intulit? Nullus profectò alius quàm sacrilegi illius Conciliabuli præcipitium, utpote quod in re tanti momenti, qualis mors Christi erat, nullum consiliandi vel deliberandi tempus admisit? Sciebat utique, quòd Christus juxta prædictiones Propheticas in Nazareth conceptus fuisset, *quoniam Nazaræus vocabitur;* quòd natus in Bethlehem, quòd prodigiosa in ejus ortu prodiens stella Reges ad ipsum adorandum excitasset, quòd Baptista digito eum palam indicasset, quòd stupenda miracula patrasset; & tamen quando de nece Deo inferenda agebatur, sine ullius moræ interjectione, subitò in ejus conspirant ad necem, condemnationem: *Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Et ab illo die cogitaverunt, &c.* Pro deliberatione non tempus adhibent anni unius, vel aliquot mensium, aut septimanarum, sed *ab illo die, &c.* Non sic nobiscum Deus noster procedit, qui ab humano genere non per annorum, sed sæculorum decursum exasperatus (*Omnis quippe caro corruperat viam suam; cuncta cogitatio ... hominis intenta erat ad malum omni tempore*) nihilominus per centum annorum decursum prolongavit processus, prævaricatoribus liberum se defendendi locum indulsit, tametsi eorum delicta innumera, totique mundo, & vel maximè cœlo notoria essent ac manifesta.

Joan.11.47. Ibid.v.53.

Gen.6.v.5.

7. S.Bonaventura super illum S.Lucæ textum, in quo Salvatori nostro in Synagoga Nazareth, Liber Isaiæ traditus fuisse dicitur, ita scribit: *Ad instructionem certitudinis ad judicandum subjungit: Et ut re-*

S.Bonav. in c.9. S.Luc.

volvit Librum, in quo significatur diligens discendi inquisitio, quæ prævenire debet judicium certum; non ex abrupto procedendum est ad judicium, sed cum maturitate, propter quod dicitur: Causam quam nesciebam diligentissimè investigabam.

8. Quidam nostri temporis prædicator Apostolicus in suis Concionibus verba illa Psalmistæ: *Sacrificate sacrificium justitiæ,* accuratè ponderans, eadem judicibus applicat, inquiens: Sit vobis Judicibus tribunal eodem prorsus loco, quo Levitis altare erat; In eadem vobis veneratione sit sententia, quâ hostiam veneraminì; Ea cum religione legantur à vobis informationes & processus, qua legitur canon Missæ, & qua super calicem profertur forma consecrationis, cujus vel minima quævis Syllaba omissa ream læsæ Majestatis divinæ reddit negligentiam sacerdotis; Et ut summatim plura uno verbo edicam cum eodem sacro horrore tractetis, causas partium, quâ tractatur & adoratur Eucharistiæ sanctissimum sacrificium.

Psal.4.v.6. P.Oliva § 63. Instructio Judicum qua maturitate ferenda sit sententia.

9. In Apocalypsi cap.2. sequens legitur, Episcopo Ephesino ab Angelo facta admonitio: *Memor esto itaque, unde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac; sin autem, venio tibi, & movebo candelabrum tuum.* Circa quæ verba advertendum est, hunc Angelum locum obtinuisse judicis, qui proinde ut hoc munus debitè exerceret, primo loco præfato Episcopo dicit: *Memor esto, unde excideris,* ut his verbis ei ob oculos statuat statum perfectionis & sanctitatis, qui annexus est ministerio Episcopali, à quo excideat. Secundò tradit ei modum à lapsu suo resurgendi: *Age pœnitentiam.* Tertiò verò loco exhortatur illum, ut vias denuo reingrediatur pristinas, dicit enim: *Prima opera fac;* Hic verò omnibus nihil proficientibus, minatur illi dicens: *Sin autem, venio tibi, & movebo candelabrum tuum de loco suo.* Rupertus Abbas hunc textum exponens, inquit: *Sicut multa Sacræ Scripturæ testimonia, sic & locus iste docet, nos non debere præcipitare sententiam, non enim dixit: Quia charitatem tuam primam reliquisti, idcirco venio tibi, & movebo candelabrum tuum, sed grande intervallum voci suæ, magnumque fremum posuit currenti sententiæ* (in originali dicitur: *curanti sententiæ*) *dicendo: Memor esto igitur, unde excideris, & age, &c.*

Apocal.2. v.5. Angelus Apocalypticus egit personam justi judicis.

Rup.Abb. l.2.in Apoc.

10. D. Chrysostomus quamdam adducit considerationem, judicibus scitu utilissimam, maximeque necessariam, qui nonnumquam advocatos eloquentes & doctâ cum energia & efficacia persuadentes auscultando, sæpè rapiuntur ad propendendum & inclinandum in illam partem; cui tales advocati patrocinantur: at verò in hoc contra Judicis munus gravissimè impingunt, quia judex parti adversæ semper alteram aurem reservare debet apertam: *Sæcularium rerum istarum judices, & si videant eum, qui prius dicit Orationem concitato eloquentiæ flumine omnia inundantem, non sustinent, nisi etiam adversarij responsionibus cum longanimitate auditis pronuntiare sententiam, sed etiam si prior justissimam causam habere videatur, integras aures etiam alteri reservant; siquidem hæc quoque judicum virtus est, ut utriusque partis causa, quàm accuratissimè cognitâ, tum demum ipsi suam interponant judicium.*

Quod nemo lædatur nisi à seipso. Judices non propendeant magis in unam quam alteram partem. D.Chrys. Tom.4.

11. In Concilio Sinedrin nemo audire rationes unius poterat, quin etiam præsens esset & audiretur pars altera, decisionesque magna cum maturitate ponderabantur: *Comperto innocentem esse absolvunt; Sin judicium ejus in crastinum differunt, binique conveniunt, & diminuto cibo, vino non gustato, tota die inter se de causa conferunt, postridie mature no curam adeunt; tum is qui absolvit sic ait: Ego absolvo & in ea sententia perseverо, qui condemnat: Ego condemno, & in ea sententia perseverо. Qui condemnaverat, ei licet absolvere; & qui absolverat, ei non est licitum mutatâ sententiâ pœnæ reum adjudicare.* Facilè homo decipitur, nihilque est difficilius, quàm ipsissimam assequi veritatem; ac proinde S. Paulus non sine mysterio Timotheum his verbis monet: *Adversus Presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus,* cujus monita convincentem tationem Dionysius Carthusianus his verbis assignat: *Presbyteri enim eam habeant alios corripere, facilè adversarios acquirunt, veritas enim pari odium, & ut Salomon profitetur, non amat pestilens eum qui se corripit, ideo non est accusatio contra Presbyterum admittenda, nisi sub duobus testibus ad minimum, vel tribus.* S. Paulus in eadem Epistola subjungit: *Testor coram Deo & Christo Jesu, & electis Angelis, ut hæc custo-*

Semper in judicio audienda altera pars. Novarin. L.schediasm.c.18.

1.Tim.5. v.19.

Dion. Carth. ibid.

Ibid.v.21.

dias, sine præjudicio nihil facient, in alteram partem declinando. Circa quæ verba Estius hanc habet observationem: *Declarat Apostolus se ea quæ dixit de exercendo judicio præcipere Timotheo coram gravissimis testibus, ne fortè negligentius agat in re tanti momenti. Si enim Paulus de seipso timuit, ne cum aliis prædicasset, ipse reprobus efficeretur, potuit & de Timotheo verers, ne quid peccaret in hoc genere, præsertim cum res sit difficillima, tamâ æquitate judicia exercere, ut nullus relinquatur locus affectibus, aut nulla obrepat negligentia, quamquam non propter Timotheum solum, sed propter alios Episcopos in uno Timotheo instruendos adjicienda fuit hæc tam gravis & terribilis obtestatio.*

Guilielm. Estius ibid.

DISCURSUS V.
ARGUMENTUM.

Judices ab omni passione alieni esse debent, seque ab amicitia, parentela, amore vel odio ne quidquam moveri sinant.

THEMA.

Alterâ autem die sedit Moyses, ut judicaret populum. Exod. 18. v. 13.

Cur sententia proferatur à Judice sedente.

1. RECeptus in tribunalibus usus est, quod sententiæ sedendo pronuntientur, neq; usus ille mysterio vacat, hæc enim sessio notat in judice animum tranquillum atque à passione minimè agitatum, ac proinde author Catenæ super Exodum, ad propositi themata verba se reflectens, ita scribit: *Quia verò omne judicium non in mota passionis, sed in rationis tranquillitate exerceri debet, ideo sedit Moyses ad judicium peragendum, & hinc venit, quòd judices pro tribunali sedentes, sententiam proferant, sessio enim corporis tranquillitatis mentis figura est.*

Lipp. ibid.

Christus in adulteram noluit præcipitare sententiam. Joan. 8. v. 6.

2. Malignantes Pharisæi apud S. Joan. cap. 8. coram Salvatore adduxerunt mulierem quamdam in adulterio deprehensam, ut adversus ipsam ore suo verdico condignam pronuntiaret sententiam. At verò quonam consilio Salvatorem usum fuisse existimas? *Jesus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terra.* Is enim, qui olim in monte Sinai tabulas legis digito suo exculpendo consideratè conscripsit, in hac præsenti occasione circumspectionem & maturitatem indicare voluit, quâ procedendum est in ferenda sententia. Unde S. Cyrillus ait: *Antequam hanc aperiret sententiam, inclinavit se & digito scribebat in terra, quo nobis ostenderet, quod, antequam judicium feramus de proximo, ad veritatis investigationem condescendere, & animum inclinare debemus, & discretionis digito singula ad rem propositam attinentia prius discutere, alioquin rectè judicare non possumus, si prætermissâ indagatione veritatis, & examine diligenti, præcipiti, & inconsiderato animo proximum in publico judicio, aut absolvimus, aut damnamus.* Hugo Cardinalis eamdem considerationem exprimit his verbis: *Noluit statim proferre sententiam, ne levem eum in judicijs arguerent.* Verumtamen aliud insuper ad propositum nostrum advertere in hoc facto possumus documentum; nimirum per hoc insinuare voluit, quòd is, cui munus judicis incumbit, in judicandi faciem minimè respicere debeat, ne passione aliquâ moveatur, nec quinam & quales litigantes sint, agnoscere aut scire contendat. Et ideo *Jesus inclinans, se deorsum digito scribebat in terra.* Plutarchus Judices in urbe Thebanâ ideo sine manibus & sine oculis pingi consuevisse dicit, *quia Justitia nec manieribus capitur, nec hominum vultu flectitur.* Cælius Augustpariter scribit justitiam antiquitus in hac forma repræsentatam fuisse à pictoribus; In manibus namque stateram quamdam tenebat, caput autem intra nubes absconditum, cœlum versus ita convertebat, ut hîc deorsum nihil penitus aspicere posset, per quod denotabatur, quòd ne in loco, ubi justitia administranda est, ullo moveamur affectu vel passione, sola respicienda sit legis integritas & rectitudo, nullius autem contemplanda sit facies, ne ab affectu terreno perver-tantur.

S. Cyrill. Alex. l. 5. in Joan. c. 16.

Hugo Card. ibid.

Plutarch. de Isdor. Cælius Aug. l. 31.

Judices olim pingebantur sine oculis & manibus.

3. Refert S. Matthæus quòd Redemptor noster vice quadam à non nemine bonus appellatus, ritulum hunc indignè tulerit: *Magister bone, quid boni faciam, ut habeam vitam æternam? Qui dixit ei: Quid me interrogas de bono? unus est bonus Deus.* Sed numquid epithetum istud ei, qui verus Deus erat, aptissimè conveniebat: Imò omni jure istud ei debebatur, cur igitur illud à se repulit? S. Hilarius dicit ideo Christum hunc titulum acceptare renuisse, quia justi-

A Judice abesse debet omnis Laus & adulatio. Matth. 19. v. 17.

nebat personam judicis, à quo omnis laus, omnisque adulatio procul abesse debet: *Quid me vocas bonum? Is enim, cui necesse est impia & iniqua punire, nomine bonitatis abstinuit, soli hoc nomen Deo Patri reservans, qui se judicem dando, officio severitatis exuerit, non quòd bonus & ipse non esset, sed quòd congruâ in eum severitate Judex esset futurus.*

S. Hilar. Can. 19. in Matth.

4. Moyses de populo Dei electo ait: *Venit ad me populus, quærens sententiam Dei*; at verò ex quo ipsemet Moyses, non verò Deus sententias pronuntiabat, cur dicit, *sententiam Dei?* Lippomanus inquit: *Ego juxta legem Dei, & dictamen Spiritus divini judico populum, & lites compono, non juxta meos affectus.* Solent communiter bene regulatæ respublicæ stipendio extraneos conducere judices, ne ulli per parentelam, amicitiam, vel alios similes respectus adhærescant, sed justitiam impartialiter & indifferenter administrent. Hanc verò consuetudinem verisimile est valde esse antiquam, siquidem & Seneca Philosophus moralis ita scribit: *Evocati à longinquis regionibus judices sedent judicaturi.* Enimverò quantum ab illis judicibus nascatur præjudicium, qui à Passione rapi se sinunt, Abulensis his verbis insinuat; *Considerandum, quòd judicia plerumque detorquentur propter passiones judicum, ut quia moventur ad iram, vel odium, vel amorem, aut invidiam; cum autem ad aliquam istarum judex commotus fuerit, necesse est male judicare.*

Exod. 18. v. 16.

Lippom. ibid. Judices extranei & impartiales quandoque advocandi.

Seneca l. 3. de ira c. 33.

Abulen. q 3. in c. 23. Exo.

5. S. Bernardinus quatuor enumerat scopulos, ad quos justitia impingens submergi & naufragari solet: *Mutari à recto affectus solet quadruplici affectione mentali, quæ sunt amor, & odium spes & timor,* adducitque verba illa Danielis cap. 7. ubi ingentem ventorum luctam in mari visam fuisse dicit: *Ecce quatuor venti cæli pugnabant in mari magno, id est,* ut idem Sanctus declarat, *in mente judicis partialis. Difficile quidem est, quòd cujus interest justitiam rectâ Lance tenere, quòd aliqua istarum affectionum ad injustitiam non flectatur; nam amor affectum trahit ad suum compartialem & amicum; odium ab adversa parte repellit, de dilectis enim difficulter malè sentimus, sicut de non dilectis difficulter bene. Offendit amicus, culpa magna æstimatur parva; delinquit adversarius, offensa parva seniter magna. Servit dilectus super sydera exaltatur, fidelisque plenis faucibus prædicatur; alter contrariæ partis maxima præstat commoda, impendit magna servitia, parvi penditur, eique detrahitur. Ex quacumque causa paratur crimen, pro suo partiali quilibet supplex orat, culpam minuit, aut ipsam negat, aut pro misericordia instat. Pars verò adversa offensam gravat justitiam postulat; adest spes suæ parti inhærens, & timor contrariam partem pavens. Judicantis intellectus his mentis turbinibus conquassatus, discernere verum nescit, vix valt, & si fas est dicere, nequaquam potest, inde consequens est, quod reus justificatur, innocens condemnatur.*

S. Bernard. Tom. 1. ser. 25. Art. 1. c 1.

Dan 7. v. 2. Adducuntur quatuor scopuli in quos justitia plerumque impingit.

6. Quod si considerationis oculum ad amicitiam deflectamus, quod si hæc aliquem in judice locum habeat, nihil est certius, quàm quòd per eum justitia violanda sit & pervertenda. Et ideo Tullius inquit: quod is, cui munus judicandi incumbit, amicitiæ legibus penitus renuntiare debeat. *Ponit personam amici, cum indicat judicis, nam si omnia facienda sint, quæ amici velint, non amicitiæ tales, sed conjurationes putandæ sunt.* Dignissima igitur consideratione est illa Biantis sententia; qua dicit *se malle inter inimicos, quàm inter amicos judicare, nam ex amicis alterum prorsus futurum inimicum, ex inimicis autem alterum fore amicum. Qui consanguinitatis*, inquit S. Isidorus, *vel amicitiæ favore, sive inimicitiarum odio judicium pervertunt, sine dubio in Christum, qui est veritas & justitia, peccare noscuntur.*

Propter amicitiam sæpe violatur justitia. Cicero l. de offic.

S. Isid. l. 3. sent. c. 55.

7. Deus populo suo summum quemdam sacerdotem dare volens, Aaronem ad hoc tam præclarum munus deputavit. At verò ex quo Moysi generale populi sui imperium contulerat, eique in tot aliis bonum publicum concernentibus negotiis divinæ voluntatis suæ placita revelarat, cur non etiam suum de summo Aaronis sacerdotio decretum eidem manifestavit? Etenim Deus, ut nostis præcepit, ut ex qualibet tribu ficca quædam virga acciperetur, *quem ex his elegero, germinabit virga*; germinavit igitur virga Aaronis, voluitque Deus per prodigiosum hocce miraculum, Aaronis indicare promotionem ad sacerdotium, ne ullus umquam vel suspicari quidem posset, Aaronem à Moyse, tamquam fratre ejus, carnis & sanguinis propinqui

Quare Deus per signum germinantis virgæ elegerit Aaronem in summum Sacerdotem.

Num. 17. v. 5.

pinqui affectu ad sacerdotium fuisse provectum. Unde Oleaster ait: *Ne quis diceret eum acceptare personas, voluit rem committere judicio sortium, quoniam de his quæ nobis sorte accidunt, non conquerimur.* Quia igitur Aaron munus Judicis Ecclesiastici administraturus erat, ideo Dei speciali dispositione factum est, ut in hac ejus ad tam sublimem dignitatem promotione nullam parentelæ aut fraterni amoris affectus partem haberet, sed ab ipsiusmet Dei providentia immediatè per tam insigne prodigium & miraculum evcheretur.

Oleaster

8. Observastisne aliquando titulum, quo Apostolus Melchisedechum condecoravit: *Interpretatur*, inquit, *Rex justitiæ*; Melchisedech enim idem significat, quod Rex justitiæ. Subdit verò ibidem Apostolus: *Deinde autem & Rex Salem, quod est Rex pacis, sine Patre, sine matre, sine genealogia, assimilatus autem filio Dei* tales enim necessum est ut sint illi, qui rectam volunt administrare justitiam. Nescio, an aliquando observaveritis in Libro Josue, quod Spiritus Sanctus illum filium Nun: *Factum est, ut loqueretur Dominus ad... Josue filium Nun*; & tamen paulo post in eodem capite illum nominans hanc ejus nomenclaturam omittit, & simpliciter Josue appellat. Quonam id mysterio factum fuisse existimatis? Ideo nimirum, quia ibi Josue tamquam populi Imperatorem & Judicem introducit, quo in munere nulla fieri debet mentio alicujus consanguinitatis. *Præcepit Josue principibus populi, transite per medium castrorum. Ex sacri sermonis observationibus illa una est*, inquit Arias Montanus, *ut cum quispiam patris cognomento appellatur, nisi quid præterea exprimatur, privati hominis locum, citra ullam publicam dignitatem tenere intelligatur.* Quod idem punctum ex eo, quod in monte Calvariæ accidit, manifestius probatur; Ibi namque Christus, quia alioquin erga suam sanctissimam matrem adeo venerabundus exitit, eamdem, mulierem tantùm non verò matrem appellasse legitur: *Mulier ecce filius tuus.* Scitisne causam, cur id fecerit? Ideo nimirum, quia in patibulo Crucis Christus tamquam Judex pendebat suspensus; ibidemque bonus Latro repræsentabat electos, malus verò Latro reprobos significabat judicandos; ubi verò dignitas intervenit Judicis, necessum est, ut ne quidem per umbram mentio fiat parentelæ aut matris. *Cum iniquis veritas deputata*, inquit S. Hieronymus, *unum reliquit sinistrum, alterum assumit dexterum, sicut in die judicij faciet.* Jacob Josephum præ cunctis filiis tenerrimè amabat, & meritò, & tamen non propter hoc ei regnum & sceptrum Israelis destinavit, sed illud Judæ commisit: *Non auferetur sceptrum de Juda.* Hujus verò ratio est, quia in destinatione Regni non affectum naturalem, sed superiorem cœli instinctum sequi voluit.

Heb. 7. v. 2. Omnis affectus consanguinitatis à Judice est præscindendus.

Ibid. v. 2. & 3 Josue 1. v. 1.

Ibid. v. 10.

Arias Montanus in c. 2. Josue.

Hoc fecit Christus pendens in Cruce. Joan. 19. v. 26

S. Hieron. in Marci c. 15.

Gen. 49. v. 10.

9. Deus injustitiam judicum illorum, qui ex effræni libidine sua castissimam Susannam deperibant, manifestare volens, juvenculum adhibuit, qui in medio populi, in facie senum illorum tribunal erigeret justitiæ. Cur ita? *Omnia in sapientia fecisti.* Nimirum Deus per hoc indicare voluit, quòd homines maturæ ætatis & judicij ob carnalem affectum, in iis prædominantem, fæpè pervertant sententias, gravesque iniquitates committant; ut igitur in hoc casu, in quo sensualis hujus passionis impetus haud immeritò timeri poterat, justitia debita cum æquitate & rectitudine administraretur, opus erat puerili innocentiâ. Unde S. Ambrosius de Daniele inquit, quod fuerit *non senior longævitate, sed gratia, erat enim in illo ætas senectutis vita immaculata.* Putiphar econtra fine ullo præmisso veritatis examine, Josephum in vincula conjecit, quia injustam ei à conjuge sua calumniæ imposturam veram esse credidit; amor namque carnalis ut plurimum offuscat judicium ac justitiæ rectitudinem discernere minimè permittit. Unde Regius Propheta elatâ voce exclamat: *Judicate terram, servite Domino in timore*; at verò quâ ratione hunc finem incorruptè & in timore Dei judicandi assequi poterunt? Medium ad hoc obtinendum confestim subdit, dicens: *Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, & pereatis de via justa*, quibus verbis hortatur judices, ut vitæ diligant honestatem & continentiam, nam S. Hieronymus & alij loco hujus dictionis, *disciplinam*, legunt, *adorate puritatem*, S. Ambrosius de Daniele, à Spiritu Sancto in arbitrum libidinosorum judicum electo, ita scribit: *Judicem meretur castitas, Danielem puerum juniorem, necdum*

Amor Carnalis offuscat judicium.

S. Ambr. in Psal. 118. vit. 1.

Psal. 2. v. 10. Deus monet Judices, ut diligant honestatem vitæ, & continentiam.

S. Hieron. Lorinus ibid. S. Ambr. T. 2. in c. 13. Dan. ser. 2.

pubescentis ætatis. Secura est de victoria castitas, cui est judicatura virginitas; pudicitiæ autem causam nisi vir pudicus audire non debuit, talem enim arbitrum meretur castimonia, apud quem non perichletur verecundia.

10. Secus verò accidit circa impium quemdam judicem, de quo Justus Lipsius sequentem contexuit funestam historiam. Carolus enim Audax, Comes & Dux Burgundiæ, severum de Judice quodam Zelandiæ sumpsit supplicium, qui nobili cuidam matronæ, cæteroquin castissimæ, violentiam intulerat; Hic enim ut deinceps majori cum libertate suos posset exsatiare vesanæ carnis appetitus, maritum hujus matronæ coram tribunali falsò accusari curavit de crimine læsæ Majestatis, obque hoc ementitum scelus illum mori fecit in carcere; Mortuo autem marito conjugem ejus sub prætextu secuturæ liberationis mariti subitò ad se accersiri fecit, quæ mox ut in conspectum cadaveris conjugis perducta fuit, præ nimio dolore quasi insanire & inconsolabiliter plorare cœpit, cui tandem suasum est ab amicis, ut atrox hoc crimen in judicium deduceret. Quapropter ad Ducem confugiens omnia ei recensuit, speciatim fatalem illatam violentiam, & lascivos impij Judicis fines & conatus. Qui judicem protinus ad se evocavit, qui remordente eum delicti conscientiâ, protinus ad satisfaciendum illatis ei & marito ejus injuriis, idque illam paris nobilitatis Sponso sibimetipsi videlicet jungendo, eamque amplissimâ dote locupletando, promptè se obtulit; Et quidem tametsi hisce oblationibus vidua frequentius dedisset repulsam, attamen à multis viris sapientibus, tandem ei suasum fuit, ut factis oblationibus suum præberet consensum, adeoque mox matrimonium istud stipulatum fuit, ita tamen ut justissimus & zelotissimus Princeps eodem die & tempore præceptum neosponso imposuerit, ut suum conderet testamentum, in eoque noviter sibi desponsatam omnium facultatum suarum ex asse asseret hæredem, quod cum executus perfectè fuisset, sperans quòd sibi tandem captâ prædâ frui & gaudere liceret; Dux præfatus eidem nondum justitiæ publicæ ab eo satisfactum esse dixit; præcipiensque ei, ut huic adimplendæ locum cederet, decretoriam adversus ipsum pronuntiavit mortis sententiam, eodemmet temporis puncto in eodem carcere, in quo maritum viduæ illius innocentem capitali affecerat supplicio, sine ulla dilatione exequendam. Id quod reipsa circa illum adimpletum fuit, illâ omnium divitiarum iniqui & adulteri judicis relictâ hæreде.

Justus Lipsius Politic. Exempl. l. 2. cap. 9. Funesta historia de initio quo judice.

11. Habent quoque ira & odium eumdem effectum, scilicet quod intellectum adeo excæcent, ut assequi nequeat veritatem. *Furor in judice*, inquit S. Isidorus, *investigationem veri non valet attingere, quia mens ejus turbata furore, à scrutatione alienatur justitiæ.* Seneca pariter in primo libro suo de ira ita scribit: *Procedam in tribunal non furens, nec infestus, sed cultu legis.* Et paulò post subjungit: *Cum cervicem noxio præcidi imperabo, cum parricidam insuam culeo, & cum mittam in supplicium militare, & cum Tarpejo proditorem, hostemque publicum imponam, sine ira, & vultu animoque ero, quo serpentes & animalia venenata percutio.* S. Hieronymus super caput 6. Amos verba illa exponens: *Convertistis in amaritudinem judicium*, legit, *in furorem, convertit in furorem judicium, qui iratus judicat.* Denique D. Chrysostomus concludit, tunc vel maximè judicem futurum esse summæ rectitudinis & æquitatis cultorem, si inimicus factus fuerit sui ipsius, omnemque amorem proprium deposuerit. *Qui sui amore ducitur*, inquit, *non immeritò suspectus est, ne ea gratis justum transgrediatur, qui verò nullam sui ipsius curam habet, quid eum impedire potest, ne justam ferat sententiam?*

Ira & odium procul sint à judice. S. Isidorus l. 3. sent. c. 52.

Seneca L. de ira c. 16.

Amos 6. v. 13. S. Hieron.

D. Chrys. Hom. 38. in Joan.

DISCURSUS VI.
ARGUMENTUM.

Adducuntur nonnullæ rationes, cur judices olim in portis Civitatis jus unicuique dixerint; ubi etiam de facilitate & promptitudine audientiarum differitur, quum quovis tempore exhibere debent sine ulla personarum acceptione, rectam administrando justitiam.

THEMA.

THEMA.

Præcepi eis, dicens; audite illos, & quod justum est, judicate, sive civis sit ille, sive peregrinus, nulla erit distantia personarum, ita parvum audietis, ut magnum. Deut. 1. ℣. 16.

Salutares regulæ pro judicibus.

1. IN his Deuteronomij verbis multæ continentur salutares regulæ pro judicijs rectè administrandis, quas in hoc discursu ad utilitatem judicum in pondere sanctuarij accuratè trutinabimus.

Litigantes diligenter audiant.

Primò igitur dicitur: *Audite illos.* Judicum namque munus postulat, ut partes litigantes & delinquentes diligenter audiant, facilem omnibus audientiam præbeant, sintque quovis tempore ad obsequendum parati. Deus quondam populo suo, cujus regimen cunctis velut recta gubernij norma servire debebat, præcepit, inquiens: *Judices ... constitues in omnibus portis tuis, ut ... judicent populum justo judicio.* Varij porro à sacris expositoribus adducuntur fines, ob quos increata Sapientia tribunalia in portis civitatis erigi decreverit. Ven. Beda de muliere illa forti, de qua Sapiens inter cætera ait: *Nobilis in portis vir ejus.* Ita scribit: *In portis sedere ad judicandum solebant, ut venientes ad civitatem aliunde, paratum continuò responsum judicantis acciperent; & ne rusticos vel pastores insolita urbis ædificia stupefacerent; nec rursus pacem urbis intrinsecus frequens litigantium controversia fœdaret.* Sanctus Hieronymus super illum textum Zachariæ: *Judicate in portis vestris*, idem movet his verbis dubium: *Quæritur, quare apud Judæos in portis locus fuerit judicandi?* Et respondet: *Ne cogerentur agricolæ intrare urbes, & aliquod subire dispendium, judices in portis residebant.* Deus namque supremus judex solicitè providebat, ne miseri & pauperes rustici aliquas in civitatibus expensas facere cogerentur, ideoque judices in portis earum eos præstolari debebant, ut inde judices intelligerent, curam illis incumbere, ut dispendia quæ resecare possunt à litigantibus avertant. Idem quoque super illa Amos verba: *Odio habuerunt corripientem in porta*, quasi idipsum scribit, quod jam ex Ven. Beda diximus, nimirum *ut agricola ad causam veniens nec frequentia civitatis, nec novo terretur aspectu.* Subjungit insuper: *nec urbis habitator longè ab urbe properaret.*

Deut. 16. v. 18.

Cur olim tribunalia in portis fuerint erecta.

Prov. 31. v. 23.

Ven Beda. Tomo 7. l. de muliere forti.

Zach. 8. v. 16.

S. Hier. ibid.

Amos 5. v. 16.

S. Hier. ibid.

Abulensis ad publicitatem loci se reflectit, inquiens: *Quia sicut Judex est persona publica, cuilibet justum distribuens, ita congruebat ei locus publicissimus scilicet porta civitatis, ad quam accedebant omnes, sive divites, sive pauperes, advenæ & indigenæ.* Ven. Beda alibi commentando super verba illa Psalmi: *Qui exaltas me de portis mortis*, diversam à superiori causam insinuat, dum ait: *Id est, de humanis judiciis, quæ antiquitus solebant fieri ante portas urbium, ut egredientes & ingredientes, videntes damnationem malorum, & remunerationem bonorum caverent vitanda, & appeterent facienda.* Ratio verò, quàm Rabanus adducit, cujus etiam S. Hieronymus meminit, proposito nostro præ cunctis alijs maximè deservit, dicit enim ideo Deum judicibus locum suum ad portas urbium destinasse, ut ad ipsorum tribunalia confluentes, non solùm in publico & manifesto loco haberent audientiam, sed etiam ut hæc prompta illis esset, nec diu illam præstolari cogerentur: *In portis, ut advenientes undique statim in introitu civitatis judices paratos inveniant, à quibus justa judicia accipiant.* Sanctus Hieronymus similiter super Zachariam ita scribit: *Ut tam urbanos quàm vastitos in exitu & introitu urbis audirent, & finito negotio, unusquisque confestim ad sedes proprias reverteretur.* Imò quidam populi, ut Abulensis testatur, promptas & faciles audientias adeò curabant, ut Judices in curribus singulos circuire debuerint, ut ad privatarum Domuum portas audirent, quidquid in causis illorum ad tribunalia deducere oportebat. *Olim judices in curribus ferebantur per totam civitatem, ut volentes aliquid petere, exeuntes januas domorum suarum, sine labore judices invenirent. Quod Judex ambularet in curru, erat quasi iret ad expediendum aliquid, quod leviter expediri posset, forales tamen disceptationes jurgiorum maturitate peragunter.* Etenim ad administrandam rectam & illibatam justitiam permagni refert, si judices proprijs auribus omnes audiant accusationes & purgationes, nec illas aliis committant, hi enim sæpenumero sunt infideles, passionati, invidi & malevoli.

Abulen. ibid. Deut. 10. q. 4.

Psal. 9. v. 15. Ven. Beda ibi.

Aliæ rationes cur judices sederint in portis.

Raban. l. 2. in Deut. 13.

S. Hieron. ib. in Zachar.

Alicubi judices in curribus vehebantur per plateas, & quo fine.

Abulen. ibid.

2. David de supremo judice Deo differens, ait: *Oculi ejus in pauperem respiciunt, palpebræ ejus interrogant filios hominum.* Enimverò divites, stipendio conductos habent advocatos eloquentes, qui rationes argumenta ipsorum adeò expolire & exaggerare norunt, ut in ipsorum favorem moveant & inclinent judicem; ac proinde nisi pauperes beningnè auscultentur, ipsorum querimonijs æque pronæ præbeantur aures, quisnam ad ipsis patrocinandum moveri poterit? Joseph, Putipharis servus emptitius & mancipium erat, eique tot annis adeo fideliter servierat, ut ne quidem per umbram quidquam pudicitiæ adversum eum suspicari posset, & tamen *iratus est valde, tradidit Joseph in carcerem;* Scitisne causam? videlicet id faciebat *nimium credulus verbis conjugis*; verbis uxoris adhibuit fidem, at verò justis & legitimis servi rationibus non præbuit aurem.

Psal. 10 v. 5. Putiphar verbis uxoris nimis credulus, Josephum misit in Carcerem.

Gen. 39. v. 20.

3. Verumtamen advertendum est, quòd ad bonam justitiam administrandam minimè sufficiat aures præbere informationibus, insuper enim requiritur, ut audientiæ partium promptæ sint quovis tempore, ne litigantes longas & dispendiosas nectere moras cogantur. S. Ambrosius à Lippomano citatus, circa Moysen observat, quòd *Moyse usus est populus quotidie à mane usque ad vesperam, judicium Dei aperiendo.* Circa quæ verba Origenes inquit: *Audiant principes populi, & presbyteri plenis, quia debent omni horâ populum judicare, semper, & sine intermissione sedere in judicio, dirimere lites.* Interlineatis super hæc verba, locum illum Psalmistæ adducit, dicentis: *Beati qui custodiunt & faciunt justitiam in omni tempore.* Circa quæ verba Oleaster ait: *Admonentur hîc judices, parati semper esse ad judicandum, ne populus remoretur in expectando judice, aut judicio.* Ad hoc verò à Judicibus obtinendum, necessum est, ut confiderent damna & præjudicia, quæ patiuntur litigantes, quando ob defectum vel dilationem audientiarum, à domo propria procul absentes patiuntur sumptuum gravia dispendia, sæpè etiam enormia præjudicia in persona propria, in facultatibus, nec non frequenter in suis familiis à quibus ob aliorum negligentiam diu abesse coguntur. Plurimum proinde laudatur in Scriptura sacra Samuel, populi Israëlitici judex integerrimus, eò quod ad audiendos, ad ipsum quaquaversum confluentes, promptus semper extiterit: *Judicabat quoque Samuel Israëlem cunctis diebus vitæ suæ*; Nullus ipsi præteribat dies, in quo ad bonam promptamque justitiam administrandam omnibus non esset palam expositus. Ideo quoque S. Ambrosius suis continuò præcipere solebat, ut portas domus suæ semper tenerent apertas, ut quilibet ad ipsum fine ulla difficultate aditum habere posset.

Judices semper debent esse prompti ad audiendas causas litigantium. S. Ambr. in Catena.

Orig. Hom. 11. in Exod.

Interlin. in Psal. 105. v. 3. Oleaster ib.

1. Reg. 7. v. 15.

S. Ambr.

4. Advertendum quoque est, quòd Salvator noster, qui cunctas actiones suas ad nostram instructionem direxit, ægrè nequaquam tulerit, quòd publica quædam meretrix horâ valdè importunâ, & in loco pariter improprio, scilicet in domo Pharisæi, dum mensæ accumberet pransurus, eum convenerit, de rebus suis cum illo actura. Qua de re S. Augustinus ita scribit: *Vidistis non invitatum irruisse convivio, ubi suus medicus recumbebat, & quæsisse piâ impudentiâ sanitatem, irruens quasi importuna convivio, opportuna beneficio; noverat enim, quanto morbo laboraret.* Quod ipsum quoque nonnullis applicare licet, qui licet in exquirendis audientijs importuni esse videantur, sunt tamen compassione & venià digni, quia de arduo ipsorum agitur negotio. Enimvero Christus die quodam discipulis suis præcepit, ut per breve spatium à laboribus subducendo, nonnihil sibi quietis indulgerent: *Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum*; Cujus ordinationis S. Marcus hanc allignat rationem: *Erant enim qui venebant, & redibant, multi, nec spatium manducandi habebant.* Ex quibus verbis perspicuè deducitur, quòd si Judex nonnumquam solitam intermittat audientiam, id ex hoc solo motivo facere possit, ut scilicet vires suas ex præcedentibus laboribus nimioperè fatigatas restauret, ut sequentes tanto majori cum vigore animi resumere valeat.

Luc. 7. Christus meretricem horâ valde importuna patientem sustulit.

S. Aug. Hom. 23. Exod. 50.

Matth. 9. v. 28.

Marc. 6. v. 31.

5. Sequitur: *Et quod justum est, judicate.* Quibus verbis judicibus præcipitur, ut soli sint intenti justitiæ, absque propensione in alias virtutes, quibus justitia labefactari possit; Fieri enim nonnumquam potest, ut pauperis causæ jus parum vel nihil suffragetur, licet cæteroquin compassione & subsidio opus habeat, tunc enim ad judicem non spectat compassionem erga illum exercere, quando pro tribunali sedet ad administrandam singulis justitiam: *Quod justum est, judicate.* Deus, qui adeo partialiter addictus est pauperibus, ut dicat: *Pauper sum ego, & in laboribus à juventute mea*, siquidem pauper nasci & perpetuò vivere voluit, in Exodo nihilominus expressè præcepit: *Pauperis quoque non miserebere in judicio.* Circa quæ verba S. Hieronymus sequens movet dubium: *Diligit misericordiam & judicium Dominus; quomodo autem dicit: Diligit misericordiam, cum in alio loco dicat: Ne misereris pauperis in judicio?* Respondetque verba illa hoc sensu intelligenda esse, quòd videlicet nec intuitu pauperis, nec ob respectum divitis unquam sit pervertendum judicium; *Prius judica rectum judicium, & postea subveniat misericordia.*

Judices omnino intenti sint justitiæ etiam si agatur de persona pauperis.

Jer. 5. v. 28.

S. Hieron. in Psal. 31.

Exod. 23. v. 3

S. Aug. q. 88. in Exod.

6. Augustinus quoque hanc Quæstionem examinans, inquit: *Nisi addidisset in judicio, magna esset quæstio, sed intelligendum esset, etiamsi scriptum non esset*; ac tandem idem Sanctus Doctor his verbis concludit: *Bona est misericordia, sed non debet esse contra judicium.* Author Catenæ pariter in hæc verba monet, dicens: *Cum agitur in judicio de æquitate & iniquitate causarum, ibi tum nullus est habendus respectus paupertatis, sed tantum ipsius causæ & circumstantiarum, quæ propriè ad illam pertinent. Utinam hæc inculcari possint pectoribus judicum, ut de justitia diligentissimè conservanda semper cogitent, & non flectantur affectibus, maximè id autem ante prolatam sententiam; postea enim ubi non exegerit, misereri possunt.*

In judicio nullus habendus est respectus paupertatis.

Lippoman.

7. Refert Cæsarius de quodam Episcopo, quod dum in Quadragesima Psalterium legens, ad illa verba pervenisset: *Quis loquetur potentias Domini?* Quidam minister justitiæ in ejus Cameram ingressus fuerit, interrogaturus, quid sibi circa quemdam capitalis delicti reum faciendum esset. Cui Episcopus, compassione erga reum commotus, respondit, ex quo quadragesimæ tempus misericordiam suadet, vita ei condonetur. *Redeunte autem Judice, at reum dimitteret, Episcopus reflexis oculis ad Psalterium dimissum, vidit verbum: Beati qui custodiunt judicium, & faciunt justitiam in omni tempore; quâ voce territus, judicem revocavit, & ait: Discute diligenter causam, sicque ad vocem Prophetiam vitâ privatus est.*

In manip. Exempl. V. Judex. Probatur pulchra historia.

7. Sequitur ulterius: *Sive civis sit ille, sive &c.* Non enim vult Deus ut in tribunalia irrepat acceptio & distinctio personarum. Christus quoque Joan. 7. ait: *Nolite judicare secundum faciem*, quæ verba Sanctus Bonaventura exponens: inquit: *Quod evadere in hoc sæculo magni laboris est*, citatque authoritatem S. Augustini, dicentis: *Non personaliter judicemus, sed rectum judicium teneamus. Quis autem est, qui non judicat personaliter? Qui æqualiter diligit. Dilectio æqualis facit non acceptari personas judicium secundum faciem est ex personarum acceptione.* Christus supremus judex Apostolos suos in Ecclesiæ judices elegit, de quibus proinde Ecclesia canit: *Vos sæculorum justi judices*, eosdemq; in judicio finali suos futuros esse Assessores & conjudices prædixit: *Sedebitis & vos super sedes duodecim judicantes duodecim tribus Israël*; at verò quo præcipuè titulo eos insignivit? nimirum lucem mundi & solem eos appellavit: *Vos estis lux mundi.* Nec immeritò, quia Sol in medio Planetarum constitutus, lumen suum divitibus & pauperibus, principibus & subditis ex æquo ministrat. Cum eadem igitur hac indifferentia judicis Sapientiæ suæ lucem ministrare debent omnibus æqualiter, absque ulla discretionis differentia. *Iniqui judices*, inquit S. Isidorus, *errant in veritate sententiæ, dum inundant in qualitatem personæ, & exulcerant sæpe justos, dum improbè defendant iniquos.* Considerationè dignus est ille Isaiæ textus, maximè secundùm expositionem à Cornelio à Lapide allatam: *Justitia habitavit in ea*, inquit Propheta, ubi præfatus Cornelius juxta Hebræum textum legit. *Pernoctavit*; Justitia enim in tenebris noctis centrum suum habere debet, non solùm quia hoc tempus post datas audientias & acceptas utrimque informationibus, studijs, & expeditionibus causarum absolvendis valde favet, verum etiam ad denotandum, quòd tunc justitia rectè administretur, quando personæ non cognoscuntur, nec ulla earum intervenit distinctio & acceptio.

Jer. 7. v. 24 S. Bonav. ibid. Judices æqualiter sine acceptione personarum administrent justitiam.

Matth. 5. v. 14.

Hinc comparantur Soli.

S. Isid. l. 3. sent. c. 53.

Isai. 1. v. 21. Corn. à Lap.

8. Insuper additur: *Ita parvum audietis, ut magnum.* Antiquitus inter Judicem & reum, velum quoddam seu cortina extensa intercedebat, ne judex illum videns aut agnoscens, ad compassionem, vel alium similem affectum commoveretur; ad quod velum Ecclesia alludere videtur; dum in Antiphona quadam Paschali *de communi Martyrum* ita canit: *In velamento clamabunt Sancti tui Domine. Nec accipietis cujusque personam, quia Dei est judicium.* Cur autem Moyses judicium à judice prolatum, judicio Dei esse dicit? Ideo nimirum, quia sicut S. Petrus de Deo testimonium perhibet, quòd non sit acceptor personarum, ita quoque judex in tribunali eamdem personarum acceptionem cavere debet, *quia judicium Dei est*; est enim judex vices gerens Dei. Adversùs iniquos & partiales judices Deus olim per Psalmistam sic lamentabatur: *Usquequo judicatis iniquitatem?* at verò undenam illos verè iniquos judices esse arguere poterat? ex eo videlicet, quod sequitur: *Et facies peccatorum sumtis*; Quæ verba S. Hieronymus in favorem nostrum, hunc in modum declarat: *Quando venerit ad vos judicium; non consideratis causam, non consideratis judicium, sed personas eorum qui habent causas; ac si dicat: Si venerit pauper habens justum negotium, & venerit dives habens malum negotium, vos personam accipitis, non negotium.* Et quidem satis est verisimile, abusum hunc tempore S. Gregorij Nazianzeni plurimum viguisse, siquidem is ita scribit: *Hoc plerisque judicibus hac tempestate accidere videmus, ut jubilimbus viris magna flagitia promptius condonent, quàm minima humilibus & abjectis.* Quando Christus ad judicandum veniet, ignis prodromus ejus erit: *Ignis ante ipsum præcedet, ignis in conspectu ejus exardescet.* Scitisne causam? Ideo videlicet, quia sicut ignis tam fericum quàm setas, tam lanam quàm linum, tam denique ferrum æqualiter comburit, sine ullo majoris, quæ in illis est, aut minoris pretiositatis discrimine; ita quoque per hoc indifferentiam indicare voluit, qua præditus judex esse debet, ut unumquemque ex æquo judicet sine ulla personarum distinctione. Cajetanus verba illa (*ita parvum audietis, ut magnum*) exponens, ita scribit: *Juxta Hebræum habetur: Non timebitis à facie viri. Iria vitia judices prohibet, videlicet habere rationem sanguinis, amicitiæ, & hujusmodi. Discernere audiendo inter magnum & parvum dignitijs, potentiâ, statu, & hujusmodi. Demum timere à potentia cujuscumque viri.* Eadem hæc indifferentia in pluribus alijs scripturæ locis inculcatur; Et quidem in Levitico dicitur: *Non facies quod iniquum est, nec injustè judicabis*; at verò quia acceptio personarum primus ut plurimum scopulus esse solet, in quem judices impingunt, ideo subjungit: *Non consideres personam pauperis, nec honores vultum potentis, justè judica.* In Deuteronomio cap. 10. denuo repetitur: *Deus ... personam non accipit.* Nonnulli benedictionem observant, quam Jacob Judæ est impertitus, è cujus progenie tot populi illius electi principes & Judices procreandi erant; Dicit enim inter cætera: *Pulchriores sunt oculi ejus vino, & dentes ejus lacte candidiores.* Circa quæ verba D. Chrysostomus ait: *Justitiam signat & clavitatem Judicis, nam per dentes, & lac nihil aliud significare vult, quàm fore candidum & manifestum judicium, ut est lactis & dentium qualitas.* Quod verò ad propositum nostrum specialissimè servit, est, quod lac hanc sibi peculiarem habeat proprietatem, quod rerum imagines non referat, ut alij liquores, quia judex nullius personam aspicere debet; Secus enim facientibus rigida illa apud Isaiam, cap. 5. vers. 20. intentatur comminatio: *Væ, ... ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum*; nam ut S. Hieronymus super Amos scribens, & commissas in tribunalibus injustitias detestans, ait: *Hoc illi dicunt, qui non causas in judicando, sed personas considerant, & fructum Christi justitiæ, qui est dulcissimus, vertunt in amaritudinem.*

Deut. 1. v. 17. Judicium à judice prolatum, vocatur judicium Dei, & quare.

Psal. 81. v. 2.

S. Hier. ibid.

Nazianz. citò à Damasceno l. 1. Paral. c. 98.

Psal. 95. v. 3.

Psal. 49. v. 3.

Cur ignis præcessurus sit extremum judicium.

Deut. 1. v. 17. Cajet. ibid.

Acceptio personarum est primus scopulus Judicum.

Levit. 19. v. 15.

Deut. 10. v. 17.

Gen. 49. v. 12.

D. Chrys. Hom. 67. in Genes.

Isai. 5. v. 20.

S. Hieron. in Amos. c. 6.

Olim extendebatur velum inter judicem & reum.

Hanc autem partialitatem S. Ambrosius in Judicibus Ecclesiasticis graviorem esse dicit, utpote detestabiliorem magisque pernitiosam. Ita enim scribit: *Cum in omnibus injustitia citò offendat, tum maximè in Ecclesia, ubi æquitatem esse oportet, ubi æqualitatem haberi decet, ut nihil sibi potentior; nec personam alterius accipiamus in judicio gratia absit, causam merita discernant. Nihil sic opinionem, imò fidem gravat, quàm si in judicando potentiori dones causam inferioris, vel pauperem innocentem arguas, divitem excusas reum culpæ; pronum quippe est genus hominum favere honorabilioribus.*

S. Ambr. lib. 2. de offic. c. 24.

DISCURSUS VII.

ARGUMENTUM.

Exemplo Dei contemperanda & unienda est in judicando & condemnando severitas cum Clementia.

THEMA.

Diligit misericordiam & judicium. Psal. 32. ℣. 5.

In judicio clementia & justitia conjungendæ sunt. *Hugo Card. ibid.*

1. PRopheta regius, qui justitiæ administrandæ causâ, thronum Israëlis insidebat, simul ad invicem misericordiam conjungit & judicium, siquidem de Deo supremo judice ait : *Diligit misericordiam & judicium. Hæ autem duo*, inquit Hugo Cardinalis, *sicut fuerunt in ipso, scilicet misericordia & justitia, ita & debent præcipuè esse similiter in Prælatis*; adducitque sequentem S. Gregorij Magni sententiam, dicentis : *Justitia aut misericordia multum destituitur, si una sine altera teneatur ; sed erga subditos inesse rectoribus debet, & justè consulens misericordia, & piè saviens disciplina.* Verum enimvero haud immerito hîc cuipiam subnasci posset dubium, quâ ratione David judicibus suadere possit, ut in judicio adhibeant & intermisceant misericordiam, cum Deus, ut in Discursu præcedenti vidimus, expressè prohibeat, ne Judices in tribunalibus forensibus misereantur aut compatiantur pauperibus : *Ne miserearis pauperi in judicio* ; At verò S. Hieronymus, ut supra diximus, respondet verborum illorum hunc esse sensum : *Non miserearis in judicio, id est, non propter pauperem, nec propter divitem, nec propter proximum & longinquum, non propter cognitum & incognitum declines à recto judicio, sed prius judica rectum judicium, & postea subvenias misericordiæ.* Non enim est temeranda justitia ob respectum divitis, sicut nec ob intuitum pauperis, sed hæc virtus eo modo est exercenda, ac si judex penitus nesciret statum & conditionem litigantis ; neque enim in judicio, alteri rei studendum est, quàm integritati & æquitati ; quantumvis verum sit, quòd judex sententiam pronuntiaturus, memor esse debeat se judicem esse, non verò tyrannum, quia tritum est axioma illud : *Summum jus, summa injuria.*

S. Hieron. in Psal. 23.

Hoc fecit Deus judicando primos parentes nostros. *D. Chrys. Hom. 17. in Gen.*

2. Cæterum hanc justitiæ & misericordiæ connexionem ipsemet Deus nos, à primis generis humani natalibus, in primis parentibus nostris, docere voluit, quando illos post Divini præcepti sui prævaricationem in judicium advocavit : Nam ut D. Chrysostomus graviter considerat : *Cum posset statim pœnam infligere, quam prius statuerat prævaricatoro, Longanimis tamen est, & suffert & interrogat, & responsum accipit, quasi ad defensionem eum provocans, ut arreptâ occasione etiam post tantam prævaricationem, suam erga illum misericordiam declaret. Quo etiam nos docet, ut quando & nos reis jus dicimus, non tam crudeliter illis loquamur, neque ferinè in illos utamur sævitiâ, sed Longanimiter & misericorditer agamus, utpote nos ipsorum membris jus dicturis, & cogitantes illos nobis secundùm naturam cognatos, supplicium misericordiâ temperemus.* Considerandum est itaque, quòd, cum infinita illa altissimi majestas, *quam adorant dominationes, tremunt potestates*, ab homine, qui vilis terræ pugillus est, quemque tantopere sublimarat, tam enormi injuriâ affecta fuisset, illum tamen non quemadmodum Luciferum in profundissimam abyssum præcipitarit, quin potius summâ cum benignitate illum affata fuerit, dicens : *Quis indicavit tibi, quod nudus esses, nisi quod ex Ligno, &c.* ubi D. Chrysostomus ait : *Considera bonitatis Dei excellentiam, quomodo quasi amicus amicè loquitur.* Qui idem Sanctus Doctor, postquam discursum à Deo cum Adamo, adversus quem paulo post promulgaturus erat sententiam, habitum maturè ponderasset, subjungit : *Vidistis judicis Clementiam ? Vidistis mansuetudinem & tolerantiam Domini ? Vidistis verborum attemperationem ? Jamvas illi aperire vult defensionis, ut & misericordiam suam erga eum qui tantum peccaverat, declararet.*

Gen. 3. v. 11. D. Chrys. ib.

Quando Reus licitè absolvi potest, non condemnatur homo. *Matth. 6. v. 30.*

3. Hic justitiæ & mansuetudinis nexus apud Michæam pariter exprimitur, ibinam cap. 6. dicitur : *Judicabo tibi ô homo, quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te, utique facere judicium & diligere misericordiam* ; Enimvero quando reus intra limites legum absolvi potest, haud æquum est, illum condemnare, nam Psalmista postquam dixisset : *Diligit misericordiam & judicium*, statim subjungit, *Misericordia plena est terra.* Idem quoque regius Psaltes in Psalm. 16. se quamdam Dei vocem audisse dicit : *Semel locutus est Deus, duo hæc audivi, quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia* ; imò Deus non tantùm de potestate in judicando gloriatur, quantum de misericordia, quàm judicando exercet ; attamen utramque virtutem simul conjungit : *Duo hæc audivi ; In sui judicij veritate misereri*, inquit S. Hieronymus Josue, qui Jesu Christi Domini nostri figura fuit, castigaturus Achan, qui divino præcepto non obediendo, irreparabilia universo populo Dei damna intulerat, cum jam ejus formatus fuisset processus, examinati testes, ipseque reus proprij oris testimonio convictus fuisset, nihilominus supplicium, quod Deus ipsemet cœlitus contra Achan decreverat, executurus, atrocitati supplicij cordis junxit compassionem, quia ubi vulgata nostra legit : *Quia turbasti nos, exturbet te Deus in die hac* ; in Hebræo Josue dixisse fertur : *Heu conturbasti nos, conturbabit te Dominus in die hac.* Hæc enim dictio *Heu*, flebile quoddam est suspirium, expressivum animi amari & compatientis. Unde docentur hi, qui alios condemnare debent, ut semper idipsum cordialiter compatiendo exequantur.

Psal. 61. v. 12.

S. Hier. ib. Sententia in Reum ferenda cum compassione.

4. S. Ambrosius inhumanum Caini in innocente Abelo commissum fratricidium considerans, dicit, quòd licet sanguis Abel fumaret, & ad stellas cœli usque stridulâ voce clamaret vindictam, *Justi sanguis clamat & mortui*, attamen Deus, deficientibus adhuc in terra tribunalibus, tanti sceleris processum formaturus, justitiam simul cum pietate conjungere voluerit. *Cum enim parricidium esset admissum, hoc est scelerum principatus, ubi peccatum obrepsit, statim & Lex divinæ mansuetudinis prorogari debuit, ne, si continuò vindicatum esset in reum, homines quoque in vindicando nullam patientiam moderationemque servarent, sed statim reos supplicio darent. Divinæ autem sententiæ providentia est, ut magnanimitatem & patientiam doceret judices, ne quis præpropere raperetur studio vindictæ, & ipsâ deliberationis immaturitate puniret innoxium, aut pœnam exacerbaret irati.*

Hoc observatum fuit in condemnatione Caini. S. Ambr. lib. 2. de Abel & Cain. c. 10.

Porro neminem esse credo, cui nota non sit illa infelicis illius hominis historia, qui descendens in Jericho in Latrones incidens, ab iisdem ab mortem usque vulneratus fuit, ad cujus curationem accelerandam Samaritanus vino pariter & oleo usus fuit : *Appropians alligavit vulnera ejus, infundens oleum & vinum.* Cur autem ipsum in hæc vulnera oleum pariter & vinum infudisse arbitraris ? S. Gregorius ideo id factum esse dicit : *Ut per vinum mordeantur vulnera, & per oleum foveantur, necesse quippe est, ut is, qui sanandis vulneribus præest, in vino morsum doloris adhibeat, in oleo mollitiem pietatis. Sit amor, sed non emolliturjsit rigor, sed non exasperans.*

Quid significent vinum & oleum infusum vulneribus illius qui inciderat in Latrones. Luc 10. v. 34 S. Greg. l. 2. Regist. Indict. 9. Epist. 24.

5. In arca fœderis manna, quod suave & amabile erat, conservatum fuit, ita tamen ut pariter in illo custoditetur virga, quæ symbolum est severitatis ; Quæ *omnia in figura contingebant*, nimirum ad insinuandam nobis, hanc severitatis & mansuetudinis concinnam inter se unionem ; Unde idem Pontifex ait : *Si est virga districtionis, sit & manna dulcedinis.* S. Isidorus ait : *In judicio sine misericordia non sedeas, custodi discretionem justitiæ ; non sis plus justus, quam justum est, omne enim quod nimis est, vitium est ; impia justitia est, fragilitati humanæ non ignoscere ; Tene ergo rigorem in discussione justitiæ, misericordiam in definitione sententiæ.* Ideo David Rex, qui justitiam populis administrabat, Deum his verbis affabatur : *Misericordiam & judicium cantabo tibi Domine* : nam ut Cassiodorus à Glossa citatus, inquit : *Hæc duo mutuâ societate jungantur.* Lyranus hanc propositio nostro aptissimam habet observationem : *Psalmum istum fecit David, quando cognovit se confirmatum in regno Israël, proponens uti regia dignitate, ad Dei honorem, innocentiam sui, & populi utilitatem*, ac proinde ad hosce fines assequendos, scilicet ad integerrimum Reipublicæ regimen obtinendum, necessum sibi esse intelligebat, ut cum justitia illibata & severitate procederet, ita tamen ut hæc à mansuetudine & benignitate minimè disjungeretur. S. Bruno, solitudinis, Carthusianæ Patriarcha in expositione hujus Psalmi, Davidem in spiritu Christum hisce verbis affari voluisse existimat : *Multi Prælati te solummodo misericordem considerantes, non justum Judicem, & peccata puniensem,*

Quid significent manna, & virga, reposita in arca fœderis. S. Gregorius S. Isidorus Synon. l. 2. c. 16.

Psal. 100. v. 1. Cassiodorus in Glossa. Lyranus ad prædictum Psalmum. Quid insinuare voluerit David canendo Domino misericordiam & judicium. S. Bruno in Psals.

insientem, non puniendo subditos, eorum peccatis consentiat, quæ jam ipsimet operantur. At ego sic te reputans misericordem, ut etiam cognoscam esse justum judicem, hoc alijs ad institutionem cantabo. S. Augustinus pariter in quodam sermone, in quo de virtutibus agit, quæ judicem exornare debent, idipsum his verbis prædicat : *Decet judices clementiæ esse cultores, detestatores sævitiæ, cunctis benignos, ad iram tardos, ad misericordiam festinos, in adversis firmos, in prosperis humiles & cautos, & quibuscumque dignitatibus sublimatos seipsos agnoscant, caveant ne suos inferiores despiciant.*

S. Aug. ser. 35. ad fratr.

6. Apud Jeremiam dicitur : *A facie iræ columbæ, & a facie iræ furoris Domini.* Columba autem avis est mitis & benigna, felleque carens non irascitur ; Vult igitur Jeremias hisce verbis dicere, talem quoque esse supremi judicis severitatem. Unde S. Gregorius ait : *Quod iram columbæ prædixerat, hoc furorem Domini subjunxerat ; columba namque valde simplex est animal, & quia in Deum nulla furoris inæqualitas serpit, furorem Domini iram columbæ nominavit ; Ut enim divinæ districtionis vim imperturbabilem demonstraret & iram dixit, & columbæ, ac si apertius diceret, districtum judicium inconcussus exerit, qui permanens mansuetus, injustos punit.* Judex ergo velut lex esse debet, quia zelus ejus armari debet in puniendis delictis : in corde autem suo columbæ mansuetudinem conservare debet, delinquenti compatiendo, quem alias in vigore legum, & ad satisfaciendum Reipublicæ, quæ eum ad hoc munus evexit, punire tenetur. Temerarius vir ille, qui sine veste nuptiali cum cæteris convivis eleganter vestitis, mensæ accumbere præsumpsit, furorem Regis illius graviter provocavit, à quo proinde debita cum severitate castigatus fuit, siquidem delictum ejus patens adeo & manifestum fuit, ut nullam ejus excusationem aut defensionem excogitare valuerit ; *At ille obmutuit : Tunc dixit Rex ministris : Ligatis manibus & pedibus ejus, mittite eum in tenebras exteriores.* Quis igitur tanta cum asperitate benignitatem conjunctam fuisse credere potuisset ? Et tamen revera ad invicem conjunctissimæ fuerunt, siquidem eum amicum appellavit : *Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem ?* Ubi Cajetanus ait : *Nota prudens Lector, quòd non contumeliosè increpat ; Non dicit, indigne, præsumptuose, impudens, sed amice ; Non, quomodo ausus es ? sed quomodo huc intrasti ? proponendo interrogativè factum simplex ; ut ipse ipsum damnet, ad eruditionem nos ; ut etiam in notorio facto non judicemus inaudituni, sed examinemus absque contumelia, absque convitio, cum dilectione hominem, & odio vitiorum.* S. Isidorus proinde judicibus, ne in tyrannidem incidant, sequentem valdè adæquatam regulam præscribit : *Sic alios judica*, inquit, *ut ipse judicari cupis, dum enim indulges alieno vitio, & tibi inseveris.* Quamvis hæc indulgentia iis eo solum casu admittenda sit, quem lex permittit. In Deuteronomio Deus judici populi præcipit, dicens : *Juste quod justum est persequeris, id est*, ut Hugo Cardinalis declarat, *non duritas æquo, nec remissius.* Dionysius Carthusianus quoque Judices, ne nimis severi sint, nec indulgentes nimium, his verbis hortatur : *Nec in alteram partem declinent ; hoc est ; nullo modo à rectitudine æquitatis & veritatis recedant, nec unam partem præ alia palpent nec nimis rigorosi, nec nimis remissi existant : Sed per discretionem temperent misericordiam atque justitiam.*

Jerem. 25. v. 38. Judex similis sit Columbæ. S. Greg. l. 32. mor. c. 7. Jud. 16. 20. D. Carth. ib.

7. Nobilem profectò conceptum S. Propheta Job exprimit, dum de fulminibus à tenso divinæ justitiæ arcu evibratis differens, ita inquit : *Mittet contrà eum fulmina, & ad locum alium non ferentur.* Deus enim fulmina iræ suæ tali cum cautela & circumspectione emittit, ut neminem lædant, aut feriant nisi quem ipse sauciatum esse cupit, adeoque à scopo suo numquam aberrat ; Per hoc docens illos, ad quos munus puniendi & processus criminales formandi spectat, ut solos culpabiles feriant, adversus delicta & crimina ferociendo, fulmen verò sententiæ innocentes non involvat, reorum quoque naturæ compatiantur, utpote quæ à nostra nequaquam differt. *Ergo fulmina locum alium*, inquit S. Gregorius, *nequaquam tangunt, quia videlicet igne suo, non grana, sed paleas incendunt.* Sola enim comburuntur zizania, non verò frumentum, si igitur à reo commissum est delictum, caveat judex, ne propter illud male tractet innocentes, ut reorum delicta probet, & convincat.

Job. 41. v. 14. Fulmen sententiæ contra reum prolatæ, ne involvat innocentes. S. Greg. l. 34. mor. cap. 8.

8. Porro quòd filius Dei ad finale judicium humanâ specie indutus venturus sit, ex Scriptura sacra manifestè constat : *Cum venerit filius hominis in majestate*

Matth. 25. 31

Cur Christus Judex in extremo judicio compariturus sit in forma hominis.

sua ? At vero cur non potius in qualitate verbi Patris æterni, nube carnis humanæ omnino occultatâ comparebit ? Motivum propter quod Pater cœlestis testatem ei judiciariam delegavit, S. Joannes his verbis exprimit : *Potestatem dedit ei judicium facere, quia filius hominis est* : In medio igitur fulgurum & fulminum furoris sui, Filius Dei in specie humana apparebit, ut aliquis etiam pietatis suæ splendor inter judicandum reluceat ; Ita enim meditatur S. Bernardus, dum in hæc verba scribit : *O verè patrem misericordiarum vult per hominem homines judicari, quo in tanta trepidatione malorum, electis fiduciam præster naturæ similitudo.*

Joan. 5. v. 27. S. Bern. ser. 32. in Cant.

9. Similiter licet Deus, ut à principio diximus, justitiæ suæ rigorem affatim demonstrarit ; hoc tamen ita fecit, ut aliquam clementiæ suæ propensionem pariter exhibere non omiserit ; Tametsi enim condemnationem illius jam in promptu haberet, tempus tamen se defendendi & purgandi eidem simul indulsit, dum *deambulantis ... ad auram post meridiem ?* Id quod Abul. considerans ait : *Sic enim Deus ad punien-dum peccatum primorum parentum tardus veniebat, quia Deo proprium est misereri semper & parcere.* S. Ambrosius quoque dicit, quod Deus illum advocando & interrogando, signum manifestum ediderit, quod illum ad resipiscendum, pœnitendum, & veniam deprecandam invitarit : *Hoc ipsum quod vocat, indicium sanaturi est ; quia Deus quibus misereturi, hos vocat.* Verum quidem est, quòd Deus illum è Paradyso ejecerit, sed quò sine id fecit ? non est quidem dubium, quin hoc ad illum castigandum & puniendum fecerit, verumtamen pœnam hanc certâ quâdam clementiæ mixturâ multum attemperavit, fecit enim hoc, *ne forte sumat de ligno vitæ, & vivat in æternum*, id est, ne manducando de arbore vitæ, suas nimium prolongaret miserias. Unde S. Hilarius ait : *De Paradyso post culpam, ne signum vitæ attingens in æternitate pœnæ maneret, ejecit.* Et quidem tametsi Cherubinus ille ad Paradysi custodiam collocatus fuerit, advertendum tamen est, quod gladius, quem Angelus ille vibrabat, versatilis fuerit ; habuit enim *flammeum gladium atque versatilem.* Unde Rupertus Abbas ait : *Ira Dei grandis necessariæ misericordiæ societatem non relinquit, iræ namque Dei est, quòd positus sit flammeus gladius, misericordiæ verò, quod versatilis sit.* Quidquid igitur Deus in judicandis protoparentibus nostris operatus est, hoc totum eo ordinatum fuit, ut homines illos ; quibus munus alios homines judicandi incumbit, ad imitationem Dei, severitatem cum justitia temperare discerent, Deus enim *misericordiam & judicium diligit.*

Gen. 3. v. 8. Abul. ibid. S. Ambr. ibid. Eccli. 7. v. 40. S. Hil. in Ps. 68. Gen. 3. v. 24. Rup. Abb. ib. Psal. 32. v. 5.

DISCURSUS VIII.

ARGUMENTUM.

Judices justitiam animosè defendere, timorem Dei sectari, veritatemque amare debent.

THEMA.

Provide autem de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus sit veritas. Exod. 18. v. 21.

Expenduntur conditiones in judicibus requisitæ.

1. INter alia requisita quibus ij, qui præsunt Tribunalibus, instructi esse debent Jethro Moysi hoc quoque necessarium esse dixit, ut sint *viri potentes, & timentes Deum, in quibus sit veritas.*

Primo : fine Viri. Cajet. ibid.

Et primò quidem dicit : *Provide autem viros.* Circa quæ verba doctissimus Cajetanus ingeniosè observat, quod sacer textus *viros*, dicat, non verò *mulieres* : Quia ut judex aliquis se malis opponat, justitiamque à potentum oppressionibus illæsam sustineat, pectore opus est virili ; Et ideo Ecclesiasticus salubriter monet : *Noli quærere fieri judex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne forte extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in æquitate tua.* S. Bonaventura de Ecclesiastica Hierarchia differens, per spiritus Angelos, qui virtutes appellantur, Judices intelligit. Hi enim *sic vocantur, ut dicit Dionysius, propter fortem & immutabilem virilitatem, ad susceptionem divinarum illuminationum nullatenus infirmam, sed virilitter in Dei imitationem reductam*, demum verò ad propositum nostrum ita concludit. *Hæc omnia figurativè intellecta sunt ad illos, qui judicandi recipiunt potestatem.* Idem quoque Seraphicus paulo post ulterius progreditur ostendendo, quam sit in Judicibus necessaria virtus virilis ; Dicit enim : *In his virilitas sive Angelica virtuositas requiritur, ut nec benedi-*

S. Bonav. T. 7. de Eccl. Hierarch. p. 2. c. 2.

tione nec maledictione à rectitudine justitiæ moveantur. Adducitque Davidis exemplum, cui hoc datum est encomium: *Tu autem Domine mi Rex, es sicut Angelus, qui nec maledictione, nec benedictione movetur.* 1. Reg. 14. 17.

Foris igitur & virilis debet esse judex, ne timore, odio, vel amore à vigore justitiæ deflectat. Oleaster ad sapientissimum Jethro, qui vivam Judicis recti delineavit effigiem, se reflectens ait: *Ad vivum depingit prudens senex, quales debeant esse judices, cujus nomen utinam nostri principes manu tenerent, cum Judices in Republica constituunt. Et mirum valde est, quod inter Judicis conditiones, scientiæ non meminerit, quod scilicet essent viri scientes, ut docerent; quod non tam exigitur in judice scientia, quàm fortitudo.* Oleast. in Exodum.

Duo Viri fortes se opposuerunt malitiæ sacerdotum & Pharisæorum.

Duo præcipuè in Hebraismo reperiuntur viri fortes, qui adversus Sacerdotum & Pharisæorum malignitatem & injustitiam virili se pectore opposuerunt. Primus est Nicodemus, qui ad Christi defensionem protestatus est dicendo: *Numquid Lex nostra judicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognoverit quid faciat?* Alter verò est Joseph ab Arimathæa, nobilis decurio, qui pariter fortitudinem suam probavit, dum determinationibus, adversus innocentem Salvatorem factis, fortiter restitit: *Hic non consenserat concilio, & actibus eorum.* Et ideo hi ambo digni æstimati fuerunt, qui Sacratissimum Christi corpus de Cruce deponerent, & honorificè sepelirent; Et Joseph quidem revelatâ facie & manifestè se ejus declaravit esse discipulum, dum à Pilato thesaurum hunc inæstimabilem dono sibi dari postulavit. Quis vestrum causam edicere poterit, cur divina providentia, postquam ambos fratres Moysen & Aaronem simul destinasset ad Pharaonem, ut populi sui ab eo exposcerent libertatem, virgam tamen prodigiosam solis Moysis manibus concrediderit, non verò Pharaonis? *Virgam quoque hanc sume in manu tua.* Pro cujus resolutione revocandum est in memoriam, Aaronem se virili animo præditum non fuisse satis declarasse, quando populus vitulum sibi ab eo fundi & erigi instanter petiit, mox enim sacrilegæ eorum petitioni meticuloso animo acquievit: Econtra verò Moyses generoso animo se Pharaoni opposuit, nec thesaurorum, nec dignitatum, imò nec vitæ propriæ jacturam subire quidquam curavit: *Negavit enim se esse filium filiæ Pharaonis.* Tales autem optimi sunt Judices, talibusque virga imperii aptissimè congruit. Abulensis super prædicta verba ita scribit: *Dicendum, quod præter ista duo, quæ sunt verus intellectus, & bona voluntas, requiritur quædam constantia & vis animæ, ut ipse judex sit fortis animo, non formidans rectè judicare, & executioni mandare sententiam, propter aliquam personam sed cogat omnes in virga ferrea. Hoc autem est, quod communiter deficit in Judicibus; nam licet multum jura cognoscant, & bene judicare velint, adeo molles & formidolosi sunt, quod propter magnas personas rectè judicare non audent, tales autem judices effici non debent.* Quisquis se ad cujvis contradictioni igitur in defensionem justitiæ, resistendum, pectus & animum non habere cognoscit, judicis munus acceptando, ut Abulensis ait, graviter peccat: *Valde magna culpa est,*

Exod 4. 17. Cur Moysi commissa fuerit Virga miraculosa, & non Aaroni.

Hebr. 11. 24.

Abul. Q. 6. in c. 18. Exod.

Secundo sunt Viri potentes.

3. *Viros potentes; id est*, ut Abulensis exponit, *tales, qui sint majoris potestatis, quàm populares, nam cæteris paribus, melius potentes judicabunt, quæ vulgares, & impotentes, nam hi despectui habentur, & si ipsi benè sententient, non poterunt sententias executioni mandare.* Potentia igitur & authoritate opus est, ut justitia defendi, & debiliores cum opprimuntur, protegi possint. Unde Seraphicus Doctor viros potentes necessarios esse dicit, *Propter celerem & virilem oppressorum liberationem, nam judex virtuosus innocenter, oppressos viriliter eripit, & facienti injuriam totis viribus se opponit.* Meritò igitur S. Job, qui multorum in Oriente subditorum principatum gerens, rectam illi & intemeratam administrabat justitiam, de se gloriabatur, dicens: *Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam.* Ideo etiam Deus Ezechieli dixit: *Ut adamantem & ut silicem, dedi faciem tuam.* At verò dices fortassè, quis est qui infinitam, quæ adamantem inter & silicem est, distantiam ignoret, siquidem hic in plateis publicis conculcatur, ille verò regijs diadematibus ad majorem decorem & opulentiam exprimendam immittitur, qua igitur ratione increata illa Sapientia duos hosce tam disparatos inter se lapides unit, dicendo: *Ut adamantem & silicem?* Pro responsione notandum. Deum paulo ante eidem Prophetæ dixisse: *Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, & frontem tuam duriorem frontibus eorum*, quasi Prophetæ huic dicere voluisset, animum tibi generosum suggessi, quo mediante justitiam tam adversus magnates, per adamantem denotatos; quàm adversus populares, significatos per silicem, defendere possit. *In silice duro*, inquit S. Bonaventura, *& adamante solido, omnis ferri attractivo, significatur judicis constantia & fortitudo*; Hunc enim Ecclesiasticus monet, dicens: *Pro justitia agonizare; ... & usque ad mortem certa pro justitia.*

Luc. 23. 51.

Exod. 4. 16.

Job. 29. 17.

Ezech. 3. v. 9. Justus Judex comparatur adamanti & silici.

Ibid. v. 8.

S. Bonav.

Eccli. 4. 33.

4. Theodoretus de S. Jacobo Episcopo Nisibita, ita scribit: *Is cum aliquando vidisset judicem Persam iniquam tulisse sententiam, quendam maximum lapidem, qui prope situs erat, execratus justi enim conteri, & dispergi, & illius iniquam arguere sententiam; Lapide autem statim comminuto in particulas innumerabiles, conterriti fuere qui aderant; horrore autem plenus judex revocavit quidem priorem, alteram autem justam tulit sententiam.* S. Isidorus Pelusiota in Epistola quadam quoad judicem rectum, quisnam talis verè dicendus sit, suam his verbis exprimit opinionem: *Ille meâ quidem sententiâ justissimus controversiarum judex est non qui homines amplissimis dignitatibus ornatos pertimescit, verum qui imbecillioribus id, quo carent, pro eo atque æquitas postulat, subministrat.* S. Augustinus in sermone quodam ad Judices, dotes, quibus ij qui judicant ornati esse debent, ita describit: *Judices terræ, orphanorum patres, viduarum mariti, justitiæ zelatores, Reipublicæ amatores. Cavete ergo ne corrumpamini odio, amore, pretio, precibus, vel timore.* S. Bernardus quoque ejusmodi vult esse judices, qui justitiæ sint defensores. Unde Eugenium Papam his verbis monet: *Qui sint viriliter pro afflictis, & judicent in æquitate pro mansuetis terræ.* Quovis timore superior esse debet, cui incumbit decretorium promulgare sententiam. S. Isidorus Pelusiota postquam in alia quadam Epistola, malorum judicum recensuisset vitia, tandem de judice recto & æquo ita scribit: *Quocirca opus est, judicem & sagacem & integrum esse, pudoreque ac blanditijs, & meræ superiorem, nam cujvis istorum affectuum succumbat, totam judicij religionem obteret.*

In vitis Patrum l. 9. Enumerantur conditiones justi Judicis.

S. Isid. Pelus. l. 2. Epist. 207.

S. Aug. Epist. 35. ad Frat.

S. Bern. l. 4. de Consid. cap. 4.

S. Isid. Pelus. l. 3. Epist. 175.

5. *Viros potentes*; Cajetanus legit *Sapientes*; & subdit: *Non tamen significat sapientes, sed propriè vivos valentes, seu valoris; Et etiam apud Hebræos hæc nuncupatio communis tam valentibus ingenio seu arte aliqua, quam valentes viribus & armis est. In hoc loco viros valentes ingenio intelligunt, ac si in specie dictum esset, viros ingenij: Et verè prima pars judicis à natura li ingenio est.* Enim vero necessum est, ut judices ad assecurandum judicium, bono sint præditi judicio, ad rectam discernendam justitiam, maximè quando hæc à variarum opinionum probabilitate obfuscatur. Dionysius Carthusianus Ly, *potentes*, interpretans ait: *Ubi nostra translatio habet: Provide viros potentes, alia continet, sapientes*, siquidem sapientia, studium, & intelligentia partes sunt judicis essentiales. *Sapientia quippe summè est necessaria judicibus.* Judex enim scientia destitutus, est veluti oculus sine Luce, vel sicut cæcus, in turri vigilias agens, vel sicuti pastor gregem suum à lupis defendere nesciens aut negligens, ut Author quidam ait: Et ideo Psalmista dicit: *Erudimini, qui judicatis terram.* Deus cum Moyse de propitiatorio differens, hoc ei præceptum imposuit: *Duos quoque Cherubim aureos & productiles facies ex utraque parte oraculi.* At verò cur non duos Seraphinos fieri præcepit, qui Spiritus sunt Deo propinquiores. *Omnia in figura contingebant*: Cherubinis enim, non verò Seraphinis sapientia attribuitur; Propitiatorium autem velut cathedra quædam erat, è qua Deus velut Judex supremus pronuntiabat sententias, easque tamquam infallibile quoddam oraculum promulgabat; ac proinde procul à judicijs abesse debent Seraphini, quibus amor tribuitur, qui in amicitia locum habet, quia amor, bonæ justitiæ integritatem corrumpit; quin potius oraculum, è quo sententiæ promanent, Cherubini cingant, quia in eo sola scientia, doctrina, & eruditio ad justum discernendum locum habere debent. Cajetanus ponderans verba illa: *Inde loquar ad te ... de medio duorum Cherubim*, inquit: *Juxta Hebræam, sensus hic est: Et ero paratus tibi ibi, paratus ad officium audientiæ.* Beda quoque Ly *Cherubim* interpretatur: *scientiæ multitudo, vel scientiæ intellectus*, ac proinde Cherubini oraculo superimpositi significabant necessitatem scientiæ ad causas examinandas, ventilanda dubia, rationes ponderandas, discutiendasque sententias minus probabiles. Plutarchus de Philippo Macedonum Rege refert, quod cum in causa

Sint etiam Viri sapientes. Cajet. in Exod.

Et prædicti bono judicio. D. Carth. in Exod.

Psal. 2. 10.

Exod. 2. 10. Cur Deus in propitiatorio poni voluerit duos Cherubinos, & non Seraphinos.

Exod 25. 22. Cajet. ibid. V. Beda cit. in Cat. Plutarch. in Apophth. Pulchra historia Philippi Regis Macedonum.

ti quadam, Machetem concernente, somniculosus injustam pronuntiasset sententiam, hic appellationem à lato Regis arbitrio interposuisset; Rex iratus eum interrogavit, ad quem appellaret, nullum enim se superiorem agnoscebat judicem, ad quem posset appellando habere recursum; Qui protinus respondit: *Ad teipsum, ô Rex, si expergiscaris, & attentius audias causam.* Quo audito Rex surrexit, causæque examinandæ & trutinandæ diligenter incubuit; Et quidem tametsi, ne errasse videretur, sententiam non revocarit, Machetis tamen causam justam & æquam esse agnoscens, clandestino modo omnia quæ perpessus fuerat damna reparavit, S. Hieronymus super illa Amos verba: *Convertistis in amaritudinem judicium*, ita scribit: *Ille iratè ad judicandum mente descendit, qui cum causam nesciat, nec judicij noverit veritatem, ante præjudicat, qualem debeat ferre sententiam, Fratrum justitiæ, qui dulcissimus est, versit in amaritudinem.*

Amos 6. 13. S. Hier. ib.

Tertio, Judices sint timentes Deum.

6. *Et timentes Deum.* De hoc puncto porro in Discursu secundo egimus. Quibus addi potest, quòd S. Augustinus in serm. quodam eos, qui in Cathedra sedere, justitiamque in tribunalibus administrare gestiunt, hoc salutari monito instruat, dicens: *Ut ergo non satis iniquæ potestatis, quicumque per homines vultis habere in homines potestatem, eruditmini, ne perversè judicetis, & ante in anima pereatis, quàm quemquam in carne perdatis Judex esse vis? Potes mentiri, vel pecunia? nondum reprehendo. Fortassè enim prodesse cupis rebus humanis, & emis ut prosis, at serà vias justitiæ, non parcis pecuniæ.* Id verò quod ibidem sequitur, documentum in se continet utilissimum eis, ad quos stipulare in judicijs sententias spectat. *Prius*, inquit, *propter te esto, judex in te; prius judica de te; & de peneirali consistentiæ securus procedas ad alterum.* Author catenæ super illa verba Moysis: *Venit ad me populus, quærens sententiam Dei*, inquit: *Ubi discendum, judicium nobis justum inquirendum à Deo, cujus Lex est non nostra, verbum Dei, spiritum legis tenendo, non solum literæ; ne qui legum sunt peritissimi, fiant omnium pessimi, ac versutissimi homines. Oportet enim judices esse viros pios, & fideles, Deumque metuentes, qui juxta mentem Legis & Dei judicent.*

S. Aug. Epist. 35. ad Frat.

Exod. 18. 15.

Lippoman.

Quarto sit in illis veritas.

7. *In quibus sit veritas.* Scribit Diod. Siculus veteres judicem effigiare solitos fuisse velut senem quemdam è cujus collo pendulus Zaphyrus erat, qui hanc dictionem, *veritas*, sibi insculptam habebat. Meritò autem judicem in specie senis præfigurabant, quia ut ait Ecclesiasticus: *Quàm speciosum canities judicium, & presbyteris cognoscere consilium, quàm speciosa veteranis sapientia, & intellectus, & consilium?* Porro Presbyter, idem significat, quod *senex*; Et ideo in Syriaca legitur: *Quàm decet senes judicium, & provectos ætate intelligentia?* S. Isidorus Pelusiota rationem assignat, cur Judicibus necessaria sit perspicax intelligentia, nimirum ut veritatem explorare valeant: *Eos qui de rebus judicant, acutissimo ingenio esse oportet, ut & eorum quæ loquantur, facuadtam; & eorum, quæ dicuntur, probabilitatem, ac verisimilitudinem missa facientes, sensa ipsa introspicere, atque hinc expiscantes, veritatem haurire queant.* Maligni quoque Pharisæi rectitudinem justi judicis in Christo Salvatore nostro (de quo apud S. Joannem dicitur: *Pater ... omne judicium dedit filio*) adumbrarunt ad vivum; quando hanc de eo veritatem, licet ex solo adulationis motivo, pronuntiarunt: *Magister scimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo.* Talis enim esse debet judex, ut verum judicium proferat.

Diod. Siculus de fals. antiq. ges. l. 2.

Eccli. 25. v. 6.

Judex olim figuratus fuit in specie senis.

S. Isid. Pelus. l. 3. Epist. 9.

Joan. 5. v. 22.

Matth. 22. v. 16.

Judices boni assimilantur vino.

Gen. 49. v. 12.

D. Chrysost. Hom. 67. in Gen.

8. Adhæc non vacat mysterio, quod Jacob Judæ filio suo, ex cujus stirpe multi Hebræorum judices prodituri erant, benedicendo dixerit: *Pulchriores sunt oculi ejus vino, & dentes ejus lacte candidiores*; nam ut in præcedentibus discursibus diximus, D. Chrysostomus ait: Quod Patriarcha *Justitiam signet, & claritatem judicis; nam per dentes & lac, nihil aliud significare vult, quam fore candidum & manifestum judicium, ut est lactis, & dentium qualitas.* At verò dicet fortassè quispiam, quâ ratione vini similitudo judici adaptari poterit? Cui ego respondeo, hanc illi optimè respondere; quis enim tritum illud ignorat proverbium, quo dicitur: *In vino veritas?* Judex enim veritatem inquirere & explorare tenetur, quantum potest. Dionysius Carthusianus super illa verba: *In quibus sit veritas*, triplicem judici veritatem inesse debere dicit: *Scilicet veritatem vitæ, doctrinæ, justitiæ*, & ideo Christus securè dicit: *Judicium meum justum est*, quia tri-

Exod. 18. 21. D. Carth. ib. Joan. 5. v. 30.

plici hac veritate cohonestabatur. Josaphat Rex Judæ Judices, quos per Regni sui civitates distribuerat, his verbis monuit: *Videte aut quid faciatis, id est*, ut Dionysius Carthusianus exponit, *actus vestros, verba, & sententias diligenter pensate, ne devietis in aliquo*; hoc judicem in specie senis præfigurabant, quia ut ait Ecclesiasticus: *Quàm speciosum canities judicium, & presbyteris cognoscere consilium, quàm speciosa veteranis sapientia, & intellectus, & consilium?* Porro Presbyter, idem significat, quod *senex*; Et ideo in Syriaca legitur: *Quàm decet senes judicium, & provectos ætate intelligentia?* S. Isidorus Pelusiota rationem assignat, cur Judicibus necessaria sit perspicax intelligentia, nimirum ut veritatem explorare valeant: *Eos qui de rebus judicant, acutissimo ingenio esse oportet, ut & eorum quæ loquantur, facuadtam; & eorum, quæ dicuntur, probabilitatem, ac verisimilitudinem missa facientes, sensa ipsa introspicere, atque hinc expiscantes, veritatem haurire queant.* Maligni quoque Pharisæi rectitudinem justi judicis in Christo Salvatore nostro (de quo apud S. Joannem dicitur: *Pater ... omne judicium dedit filio*) adumbrarunt ad vivum; quando hanc de eo veritatem, licet ex solo adulationis motivo, pronuntiarunt: *Magister scimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo.* Talis enim esse debet judex, ut verum judicium proferat.

2. Par. 19. v. 6. D. Carth. ib.

9. Deus apud Sophoniam de iniquis quibusdam judicibus, his verbis lamentatur: *Judices ejus Lupi vespere*: Qui modus loquendi valde obscurus est & difficilis intellectu; Si enim illos tantum lupos esse dixisset, facilè intelligi potuisset propter lupi voracitatem insatiabilem; At verò Ly *vespere*, adjunctum sensum difficillimum efficit; Cur igitur hanc dictionem adjecit? Ideo nimirum, quia iniqui illi judices absconde-bant veritatem, ut injustitiam tantò liberiùs exercere possent. Unde S. Hieronymus ait: *Hoc est, occidentes vespere, non aspicientes ad ortum solis, sed morantes semper in tenebris, qui quasi in nocte, & nullo vidente, omnia depopulantur.* Econtra verò in Bythiniâ, judices tribunalia sua ad Solem exposita habebant, ne veritas obscurari posset, quam multi iniqui obtenebrare satagunt, ac proinde David Deum rogabat, ut se eriperet: *A negotio perambulante in tenebris.* S. Hieronymus super illa Isaiæ verba: *In die illa erunt quinque civitates in terra Ægypti, ... Civitas solis vocabitur una.* De hac civitate Solis ita Scribit: *Hanc septuaginta interpretantur civitatem justitiæ*, quia hæc in aperto & in propatulo esse debet, neque enim veritas absconditi debet. Cajetanus super illa verba: *In quibus sit veritas*, dicit in Hebræo legi: *Viros veritatis, quemadmodum dicitur vir sanguinum, qui effusor est multi sanguinis, ita dicitur vir veritatis, qui sectator est veritatis, hoc est, & quod sit verax, tum dicendo, tum faciendo quod dixit, & quod veritas rerum gestarum, testium & hujusmodi invenant locum suum apud eum, hæc enim duo exiguntur ad usum veritatis.*

Soph. 3. v. 3. Iniqui Judices nominantur Lupi Vespertini.

Exod. 18. 21. Cajet. ibid.

DISCURSUS IX.

ARGUMENTUM.

Dona & munera rationem offuscant, excæcant intellectum, tametsi judex antea timoratus & sapiens extiterit.

THEMA.

Judices ... constitues in omnibus portis tuis, ... ut judicent populum justo judicio, ... nec accipies munera, quia munera excæcant oculos Sapientum. Deuter. 16. v. 18.

Judices æqui amantes, detestentur, munera.

1. SUpremus Legislator Deus inter alias leges, bonum publicum concernentes, populo suo in Deuteronomio præscriptas, hanc quoque sancivit longè utilissimam, videlicetne judices muneribus se corrumpi aut depravari sinerent; cujus legis hæc est præcipua ratio, quia cum Deus hominem, naturâ suâ divitiarum avidum & ferè insatiabilem esse sciret, meritò vereri poterat, ne si ij, qui pro tribunalibus sedent, munera sine metu conscientiæ acceptent, graviter inde sit lædenda & violanda justitia, *quia munera excæcant, &c.* Et ideo *æquum putabat lex & meritò*, inquit S. Cyrillus Alexandrinus, *quicumque ad judicia exercenda collocati essent, eos sui lucri atque emolumenti cupiditate minimè capi, neque aliorum gratiæ tantum tribuere, ut à recto integroque officio declinarent.*

S. Cyrill. Alex. l. 8. de ador.

Oculi animæ excæcantur per munera in Judicibus.

2. Mysterio utique non vacant verba illa: *Munera excæcant oculos Sapientum*: Nam licet nonnemini videri possit, Spiritum Sanctum potius dicere debuisse. Munera aperiunt oculos Sapientum, non verò illos obtenebrant, quia munera nobis ferentes blando & benevolo oculo respicere solemus; ut proinde Sidonius Apollinaris in Epistola quadam ita scribat: *Quorum se naves afflaverit usquam rubiginosi aura marsupij, confestim videbis illic & oculos Argi, & manus Briarei, & sphingarum ungues.* Verumtamen Spiritus Sanctus prædictis verbis non de oculo corporis sed de animæ oculo, qui est intellectus, loqui intendit, hic enim offuscatur & caligine quâdam per munera induitur. Lampridius Severum Imperatorem erga judices iniquos rigiditimum fuisse, & præ nimia abominatione, quâ illos execrabatur, dicere solitum fuisse refert; se in promptu semper habere digitum, quo oculum erat judicis illius excavaturus, qui rectam offendere justitiam non dubitaret, atque ideo quotiescumque commissam fuisse aliquam injustitiam intelligebat, gravissimam de illius authore semper sumebat vindictam. Samson Israëlitici populi judex, qui

Sidon. Apoll. l. 7. Epist. 13.

Lampridius Severus rigidissime punivit injustos Judices.

Samson à Dalila proditus fuit propter munera.

unicâ tantum asini maxillâ, multa inimicorum millia interemerat, tandem factus est hostium suorum, risus, fabula, & ludibrium, atque post ambos ei oculos erutos, ad instar asini cujusdam molam vertere coactus fuit. At verò undenam hæc ejus miseria originaliter processit & profectò ex nullo alio principio, quàm ex muneribus, quibus Philistæi sibi comparârant Dalilam uxorem ejus, ut cum traderet. Per experientiam quotidianam videmus, quod ubicumque dona & munera aditum habent, omnes planè leges contemnerentur, sive illæ naturales sint, sive humanæ, vel divinæ, fiantque Judices cæci. Sacer textus

Judic. 16. v. 5.

de Samsone ait: *Venerunt ad eam principes Philisthinorum, atque dixerunt, decipe eum, & disce ab eo in quo habeat tantam fortitudinem: ... quod si feceris, dabimus tibi singuli mille & centum argenteos.* Quam historiam S. Ambros. ponderans, his verbis adversus avaritiæ crimen exclamat:

S. Ambr. l. 2. de offic. c. 26. Graviter corripiuntur Judices avari & munera diligentes, per quæ excæcantur.

Ille qui rugientem Leonem manibus discerpsit suis, qui vinctus, & alienigenis traditus, sine ullo adjutorio, solus dissolutis vinculis, mille ex his peremit viros, is super genua mulieris inflexâ cervice truncatus, invicti criminis ornatum prærogativam suæ virtutis amisit, influxit pecunia in gremium mulieris, & à viro discessit gratia. Heu quot sunt hisce temporibus, quibus idem prorsus accidit; qui cum antea pro justitiæ defensione firmi & constantes fuerint, tandem nihilominus in sinu Dalilæ cujusdam procumbentes, vel Philisthinorum argento corrupti leges convellunt, truncant Codices, & ad imitationem Samsonis cæci fiunt, non corpore, sed intellectu & animo, *quia munera excæcant oculos sapientum* S. Isid. Pelus. in quadam Epist. inquit: *Rectum illi judicium apparet, qui avaritiâ non expugnatur, cui lucri studium animæ oculos non extinguat, si enim munera excæcant sapientum oculos, lamina insipientum quid non facient?* Unde quod Eccli. de lasciva muliere dicit, nos quoque avaritiæ adaptare possumus:

Deut. 16. 19. S. Isid. Pelus. l. 1. Epist. 182.

Eccli. 25. 24.

Neque ulla mulieris immutat faciem ejus, & obcæcat vultum suum tanquam ursus. Pecuniæ enim cupiditas eumdem habet effectū in Judice, quem lamina auri vel argenti ursi oculis objecta, præstat in ursō; Si enim hujus feræ oculis splendescens objiciatur lamina auri vel argenti, visus ejus adeò obcæcatur, ut cæcutire incipiat. Quot enim sunt hodie judices, quibus idem accidit? cùm enim antea in judicando Argi essent, oblato auro vel argento, efficiuntur talpâ cæciores. Porro Spiritus S. in multis aliis Scripturæ locis præter Deut. evidens hnic veritati perhibet testimonium. In Exod. enim 23. dicitur:

Ursi excæcantur splendore laminæ aureæ vel argenteæ.

Exod. 23. v. 8.

Nec accipies munera, quæ etiam excæcant prudentes & subvertunt verba justorum. Ubi Cajet. dicit, quod in Hebr. *prudentes* idem significet, quòd *apertos, hoc enim ad similitudinē videntis apertis oculis; significatur ad litteram, quòd tanta est vis munerum, ut non solum puram, aut mediocriter videntes ea quæ sunt juris excæcent intus, mutando enim affectum, efficiunt ut appareat, etsi non speculativè saltem practicè, hoc est apparet fovenda, vel excusanda, vel toleranda pars à qua susceptit munera.* Oleaster dictionem, *excæcant*, ponderans dicit, quod juxta text. Hebr. *propriè significat eruere, munus enim eruit oculos videntis, ac sē apertius dicat, nedum excæcat videntes, sed etiam oculos illi eruit.* Quod si verò munera oculos judicis eruunt, quomodo igitur scrutari scripturas Doctorum, pervolvere Bartol. aut Baldum, videre codices, perquirere processuum acta, opinionumque probabilitatem rimari aut ventilare poterunt? Cæci enim sunt, & cæco modo judicant, in eamque partem, à qua sunt excæcati, vel maximè propendent: *Solent enim pries munera offerentis videre, quam causam*, inquit idem Oleaster; *& muneris affectu excæcati, ad judicandum pergunt, unde non possunt rectè merita causæ speculari, cum specillis mali affectus causam intueantur.* Eadem quoque apud Eccli. sententia repetitur, dicentem: *Xenia & dona excæcant oculos judicum, interiores videlicet*, ut Hugo Card. exponit, *ut non videant veritatem.* Idem quoque Eccli. immediatè post subjungit: *Et quasi mutus in ore &c.* Ubi Paulus de Pal. exclamat dicens: *O misera dona quæ cæcos & mutos faciunt? Audite miraculum; Christus venit aperire oculos cæcorum, & linguas mutorum disertas facere; at dona excæcant oculos apertos, mutas faciunt linguas disertas, ac proinde surdas faciunt patentes aures.* Oleaster super adducta superius Deut. verba, cæcitatem, quam avaritia in judicio operatur, ponderans, ait: *Expende, quamodo omnia, quæ sunt in Judice bona, munus corrumpit. Duo sunt in judice maximè necessaria, scilicet judicium & judicij executio, quæ duo manus omnino pervertere solet.* Judicium verò & intellectus sunt oculi animæ nostræ, sicut oculus materialis appellari potest corporis intellectus; & hi ambo oculi, scilicet intellectus & judicium à donis & muneribus obtenebrantur, ac proinde advertendum est, quod Moyses non dicat *oculum*, sed in numero plurali oculos; id quod Cajetanus pariter his verbis ponderat:

Eccli. 20. 31.

Hug. Card. ib.

Paul. de Pal. ibid in Ecclesiast.

Oleast. in Deut. 16.

Cajetan. ibid.

Perpende vim munerum contra utramque partem animi, intellectum scil. & affectum, & quod amplius est, intellectum perfectum sapientiâ, & affectum præditum justitiâ.

3. *Sapientum.* At verò dicet fortasse aliquis, ex quo judices etiam muneribus affecti tamen adhuc sapientiâ præditi manent, sicut antea, qua igitur ratione fieri potest, quòd irreparabilia non cognoscant damna & præjudicia, quæ violatam communiter consequuntur justitiam? Dion. Carth. idipsum exponit, dum ait: *Qui scilicet ante munerum acceptionem fuerant sapientes, sed per munera seducuntur, & fiunt insipientes.* Avaritia enim intellectum adeò excæcat, ut pessimas, quæ ex injustitijs commissis in Reipubl. Litigantium, imò & ipsiusmet judicis præjudicium enascuntur, consequentias discernere non permittat. Unde Oleaster optimè advertit, quòd nullus judex, quantumvis is sapiens existat, si munera acceptet, oculatum se mansurum esse sibi promittere possit, licet firmum habeat justitiam ne quidquam offendendi propositum: *Nemo vestrum sibi fidat, & ut perspicuas visus se esse præsumat. Nullus dicat, constantis animi sum, non mutabor munere.* Utri enim hac in re magis credendum erit? An forte voluntati humanæ, de qua Job ait: *Homo natus de muliere brevi vivens tempore; ... numquam in eodem statu permanet*, an verò primæ & æternæ veritati? de qua Oleast. ait: *Teste Deo, munus excæcat oculos videntium.* Cajet. propositum Dester. text. interpretans, ita scribit: *Perpende hanc sententiam non esse Moysis sed Dei, ea nota sunt corda hominum, qui sub instabilitatem animi humani, animi etiam virtute præditi.*

Munera excæcant intellectum Judicum Sapientum.

D. Cart. ib.

Oleast. in Exod. 23.

Job. 14. v. 2.

Cajet. in Deut. ibid.

4. De judice quodam superiorum temporum refertur, quod cum hactenus acerbissimo judicio, & sapientiâ non vulgari conspicuus, Deumque timens à pronuntiatione justæ æquissimæq; sententiæ dimoveri non potuisset, tandem in diversum mutatus & à justitia planè degenerans, cum de hujus mutationis causa motiva interrogatus fuisset, ideo id factum esse respondérit, quia videlicet quater mille equitibus, ipsum insistantibus resistere minimè potuerit, ad quater mille alludens Ungaros, quæ equum sibi impressum referunt. Similiter tametsi verisimile sit, quod etiam S. Augustinus, sæculo, multi sapientes & timorati viri vixerint, attamen etiam illo tempore munerum donativorumq; interesse fortissima etiam pectora impugnavit, ut integritatis virtutem & constantiam penitus depravarit. *Ujquæ adeo hoc invaluit malum*, inquit S. Augustinus, *ut jam quasi ex consuetudine vendantur leges, corrumpantur jura, sententia ipsa venalis sit, & nulla jam causa possit esse sine causa.* Quisnam inveniri Davide justior potuisset, de quo indubitatum Deus perhibuit testimonium, dicendo: *Inveni ... virum secundùm cor meum, qui faciet omnes voluntates meas?* quique rectam judicibus justitiæ administrationem in tot Psalterij sui locis tam anxiè inculcavit? Et tamen si id, quod circa Sibam fecit ritè examinemus, eum à recto justitiæ tramite procul aberrasse comperiemus. Cum enim ob Absalon rebellionem tristis omnino & anxius fugeret de Jerusalem, obvium sibi Miphib. servū, Sibam nomine, qualiter cum Domino suo ageretur, & ubinam degeret, intertogavit, hic enim cum filius Jonathæ Filij Saul esset, & consequenter stirpis regiæ genuina propago, aliquem adversùm Davidem conjuratis & rebellibus colorem imprimere, & rebellionem fovere potuisset; Cui cū Siba respondisset: *Remansit in Jerusalem, dicens: Hodie restituet mihi domus Israël regnum patris mei, & Ait Rex Sibæ: Tua sint omnia, quæ fuerunt Miphibosethi.* Poreratne hâc injustior proferri à tam sancto & integerrimo Rege sententia? Regius hic vates de semetipso haud immeritò gloriabatur, dicens: *Super senes intellexi*: neque dubitare licet, quin ad ejus notitiam celebre illud Eccli. monitum pervenerit: *Qui credit cito, levis corde est*; & tamen Abul, Davidis in hac sententia injustitiā ex pluribus capitibus redarguit, dicens: *Condemnavit inauditum, non vocatum, & indefensum; in notorijs quoque delictis requiritur citatio, ut reus veniat ad audiendam sententiam, & allegandas excusationes, si quas habet.* Eadem quoque David. injustitiæ rationes Dionys. Carthus. tetigit, insuper addens, Davidem soli accusatori sine teste calumnianti nequaquā credere debuisse, perversoque judicij ordine sine examine sine ulla præcedentis deliberationis mora pronuntiare

Historia Judicis Ungari cis Ducatibus transversim acti.

S. Aug. ser. 3. Append. 3. diver.

Act. 13. v. 22. David injustam tulit sententiam contra Miphibosethi.

2. Reg. 16. v. 3. Ibid. v. 4.

Psal. 118. 100.

Eccli. 19. 4.

Abul. ibid. Q. 6.

D. Carth. ib.

tiare sententiam, maximè cum de fidelitate Miphiboseth nihil sinistri ne suspicari quidem potuerit: Præterquam quòd de illo utpote claudo, & consequenter David ad militandum in exercitu minimè servire valente, facile sibi persuadere potuerit, hac solum de causa illum Davidis castra minimè fuisse secutum. Cur igitur in tam injustam & præter omnem Juris ordinem prolatam sententiam prorupit? Responsio ad hoc dubium adæquata est, quia *apparuit Siba ... in occursum ejus, cum duobus asinis, qui onerati erant ducentis panibus, & centum alligaturis uvæ passæ, & centum massis palatharum, & utre vini.* Unde Lyran. in moralitatibus sequens eruit documentum: *David sanctus, ex verbis, & dono licet modico hujus adulatoris & detractatoris, in tantum fuit deceptus, quòd sine verborum ejus examinatione, dedit ei hæreditatem Domini.* Quodque majori dignum est admiratione, est, quòd cum impostura Sibæ jam detecta fuisset, ideoque severè puniri mereretur, non solum in illum non animadverterit, eaque quæ Miphiboseth injustè ablata ei donaverat, non repetierit, verum etiam illum in pacifica medietatis facultatum Miphiboseth possessione reliquerit. Unde Abulensis, qui historiam hanc diligenter examinavit, eum etiam in hoc secundo casu, tamquam manifestè injustum condemnavit, dum ait: *Locutus est contra conditionem judicis recti, quia judex non debet sequi voluntatem suam, sed statuta patrum & leges, & rectam rationem.* At verò Abulensis de Siba inquit: *Ut captaret Regis favorem, non solum munera cibi & potus sed etiam ut quibus portabantur, Regi obtulit, dicens: Asini, domestici Regis ut sedeant.* Et ideò factum est, quod postea, non obstante quod jure merito latam debuisset revocare sententiam, & ei qui Domini sui calumniator, detractor, & traditor fuerat, non solum adjudicatas ei facultates eripere, verum insuper & suas confiscare teneretur, Miphiboseth plenè se ab injusta calumnia purganti, respondérit: *Quid ultra loqueris? fixum est, quod locutus sum.* Quid de hac tam manifesta Davidis injustitia dicemus? Undenam in illam se adeò turpiter seduci permisit? Certè non aliunde, quam quia vivam oblatorum sibi à Sibā munerum habebat memoriam, quæ tametsi, ut verisimile satis est, ex bonis Domini sui, quæ ipse administrabat, desumpta fuerit, attamen sola munerum illorum memoria tantum efficere potuit, ut David, cæteroquin sanctus, justitiam adeo enormiter violarit, *quia munera excæcant oculos Sapientum.*

Abul. Q. 29. in c. 19. lib. 2. Reg. Abul. Q. 2. in c. 16. ibid. Etiam graviter peccavit non revocando postea sententiam iniquam.

2. Reg. 9. v. 7. Sicuti & Saul, Samuelem.

1. Reg. 12. v. 3.

Eliu suspicabatur Job muneribus corruptum fuisse.

Job. 36. v. 18.

Job. 1. v. 1.

5. Eliu Jobum in sterquilinio miserrimè sedenteri conspiciens, id ei in pœnam culparum suarum accidisse temerè judicavit, ideoque ei dixit: *non te ergo saperet ira, ut aliquem opprimas, nec multitudo donorum inclinet te.* Sed numquid hic Jobi amici sui innocentiam & sanctitatem probè sibi perspectam habebat? Cui etiam Deus ipse testimonium perhibuit, quòd esset *vir ... rectus, & timens Deum & recedens à malo.* Verum quidem hoc est, attamen alia ex parte quoque sciebat, quod etiam viri sapientissimi & timorati in hunc scopulum sæpissimè impingant. Et quidem ingeniosè Eliu iram & dona simul inter se junxit; quia sicut furor rationem offuscat, & excæcat intellectum viri iracundi ita quoq; dona eumdem prorsus operantur effectum, *quia munera excæcant oculos Sapientum.* Unde Nazianz. ait: *Munera faciunt, ut Sapientes quoque hallucinentur, atque ut aves laqueo, sic homines auro capiantur.*

Nazianz. in Distich.

6. Consideratione digna est illa munerum oblatio, quam Saul Samueli deferre decreverat, à quo ad Regnum Israël evectus fuit: *Ecce ibimus, quid feremus ad virum Dei? panis defecit in sitarcijs nostris, & sportulam non habemus, ut demus homini Dei, nec quidquam aliud.* Sed numquid Sauli hujus Prophetæ sanctitas probè nota erat, qui de hoc præcipuè ipsemet gloriari non dubitavit? *Loquimini de me coram Domino, & coram Christo ejus, utrum bovem cujusquam tulerim, aut asinum, ... si de manu cujusquam munus accepi?* Ex quo igitur hic Samuelis a muneribus accipiendis alienissimus animus universo Israëli manifestus erat, qua ratione Saul timere aut suspicari poterat, ne si vacuis ad Samuelem manibus veniret, eum sibi non haberet favorabilem aut propitium? In promptu est responsio, si consideretur, quod filij ejus munerum fuerint amatores, imò iniqui extorsores, & ideo saltem minus timorati haud immerito suspicari poterant, ipsum quoque Samuelem, suum inde habere participium, *quia munera excæcant oculos Sapientum.*

1. Reg. 12. v. 3.

7. Erat Giezi, intimus Scholæ Elisei discipulus, illumq; Eliseus summo complectebatur amore: Et tamen licet Magistrum, maximum esse sciret donorum & munerum inimicum, quippequi oblata sibi à Naaman munera acceptare penitus abnuerat, ipse tamen sub speciosi mendacij prætextu eadem à manibus principis elicuit, quod cum Elisæus in spiritu vidisset, eum ad se revertentem interrogavit: *Unde venis Giezi?* qui libere Magistro suo respondit: *Non ivit servus tuus quoquam.* Quænam verò mendacis hujus discipuli temeritas? numquid Eliseum spiritu Prophetico præfulgere per tot annorum experientiam scire poterat, ideoque meruere, ne & hoc factum, licet à procul distante commissum à Deo sibi esset revelatum vel certè relatum ab alijs? Verumtamen licet hæc omnia vera sint, *munera vitiliminus excæcant oculos Sapientum. Etenim dum argentum Naaman offerente perviperet*, inquit B. Petr. Damian. *Domini jui spiritum ſ ſpicabatur absentem.* Meritò profectò interpres quidam hujus ejusdem Naaman aliud quoddam factum admiratur. Receptâ namque in aquis Jordanis sanitate miraculosâ, non constat ex scriptura ipsum vel minimam aquarum illarum stillam ingrati animi signum, & recepti beneficij memoriam secum asportasse, bene tamen de terra Israël haud secum ac de reliquijs duas ingentes farcinas implevit, secumque tulit, ut exinde domi suæ altare quoddam erigere posset. Scitisne, quid illum ad hoc faciendum promoverit? Ecce tibi ipsissima sacri illius Scriptoris verba: *Sanctiorem judicavit terram illam, in qua munerum cupiditas sepelitur, quàm illam aquam in qua corporum lepra expiatur.* Naaman Giezi nec quidquam miratus est, at verò Eliseum licet Prophetam sanctum videns, attonitus remansit, & portionem terræ illius, quàm Eliseus tam generoso animo oblata sibi respuens munera, pedibus suis calcaverat, reliquiarum loco secum tulit.

Giezi munera bus Naaman Syri exæcatus fuit.

4. Reg. 5. v. 25.

B. Petr. Dam. l. 2 Epist. 2.

8. Et quidem quid dicturus esset, si ipsi quoque Angeli reipsa se mettere ostenderent, ne muneribus depravarentur? id actum verè ita se habere sequens ex pluribus alijs demonstrat historia. Postquam enim Abraham Angelos, qui ad Sodomam jussu Dei castigandam abituri erant, hospitio benevolo excepisset, tandem eos abeuntes aliquo usque est comitatus: *Abraham simul gradiebatur, deducens eos.* Quam societatem Lyranus civilitati Abrahæ attribuit, dicens: *Sicut solet fieri ex cortialitate humana, quod hospiter per aliquod spatium condeacantur.* Cajetanus verò dicit: *Declinavit à via publica, & propterea Abraham comitabatur eos, tamquam ad mittendum eos per viam publicam.* Ipsi verò quia ad infames illas ituri erant civitates ad formandos adversùs illius incolas criminales processus, veluti rigorosi judices ad eos puniendos, extra viam divertere noluerunt: *Non declinaverunt, neque ad dexteram, neque ad sinistram*, ut eos, quibus judicandi officium incumbit, docerent, quod nequidem per viam suum in domibus privatis hospitium capere non debeant, ne erga illum fœ obligatione aliqua adstringant. Ex eodem motivo observandum, quòd mox, ut in Sodomam appulerunt, in publica platea demorari voluerint, quamvis inde à Loth in domum suam fuerint deducti; quam etiam haud dubiè ingredi non fuissent, nisi illum à divina vindicta immunem futurum esse scivissent. Ex qua apparet, ipsos quoque Angelos aliquo quasi percelli timore, ne munera acceptantes à rectitudine justitiæ propter receptam hospitalitatis benevolentiam declinent, id tamen, ut jam dixi ad solam nostram fecere eruditionem, cum Angeli boni impeccabiles existant. S. Augustin. considerat, quod quando Martha de sorore sua Christo dixit: *Dic illi ut adjuvet, Dominus pro Maria respondérit Marthæ, & ipse ejus factus est advocatus, qui judex fuerat interpellatus.* Neque nam Christus in illa domo judicis partes exercere voluit, eò quod in eadem tanta cum benevolentia fuerat receptus hospitio.

Ipsi SS. Angeli videntur ne muneribus depraventur.

Gen. 18. v. 16.

Lyran. ibid.

Cajetan. ibid.

S. Aug. ser. 27 de verb. Dom.

DISCURSUS X.

ARGUMENTUM.

Munera judices obmutescere, omnemque in defensionem justitiæ, quæ per avaritiam corrumpitur, libertatem amittere faciunt.

THEMA.

Xenia & dona excæcant oculos judicum, & quasi mutus in ore, averit correptiones eorum. Eccli. 20. v. 31.

1. DE cæcitate porro, quàm dona & munera judicum intellectui superinducunt, actum est in discursu præcedenti, nunc reliquum est, ut examinemus, quænam sit mystica illa obmutescentia, de qua Eccle-

Munera faciunt Judices obmutescere.

Eccli. 20. 31. siasticus dicit: *Et quasi mutus in ore &c.* At verò inquies, ex quo ad Judicis munus spectat proferre sententiam, in audientijs benignas præbere informationibus aures simulq; movere difficultates, ut illas componat, denique litigantes vel reos interrogare; qua igitur ratione judex mutus esse poterit? Ac proinde respondeo, judicem acceptis muneribus confestim mutum fieri, id est ad perquirenda causæ merita, ad justam pronuntiandam sententiam, ad innocentiam tuendam omnino impotentem & inhabilem; Nam ut B. Petrus Damian. ait: *Acceptis muneribus, si contra datorem* *B. Petr. Dam. l. 2. Epist. 2.* *quid agere volumus, mox in ore nostro verba molliscunt, locutionis acumen obtunditur linguâ quadam pudoris erubescentiâ præpeditur; mens quippe percepti muneris conscia, debilitas judicialis censuræ vigorem, reprimit eloquentiæ libertatem.* Huc spectat ingeniosa illa S. Gregorij Nazianz. propositio, quam inter ejus poemata sacra scriptam reperio, quâ dicit: *Auro loquente, mers est omnis oratio.* Cui si objicias, auri metallum ejus esse proprietatis, quod exiguum sonum edere soleat, ut proinde Tertullian. dicat: *Aurum percussum sileat;* Idem Nazianz. quo sensu ejus propositio intelligenda sit, his verbis exponit: *Persuadet enim illud, etiamsi nullam vocem edit.* *S. Greg. Nazianz. in distich.*

Aurum nullum sonum edens, etiam mutum reddit Judicem. *Paul. de Pal. in Eccli.* Aurum enim voces edit, auribus quidem insensibiles, non verò cordi judicis, coram hoc enim tanta cum efficacia perorat, ut ei os occludat, & in magnum justitiæ præjudicium, mutum efficiat. Porrò loco ejus ubi vulgata nostra legit: *Mutus in ore*, Græci, ut Paulus de Palatio observat, habent: *Adjectum frænum ori judicis;* unde sermonis impotentia sequitur; quod si enim frænum equinum ori alicujus, qui loqui debet immiscris experientia ipsa docebit, quòd talis ne verbum quidem intelligibile proferre poterit; *Ergo judices Xenia accipientes, sunt equus & mulus, quorum maxillas dona, velut chamo & fræno constringunt*, ac proinde de talibus dici potest illud Psalmistæ, scilicet quòd fiant *sicut equus & mulus, quibus non est intellectus,* siquidem *Munera excæcant oculos Sapientum.* Equus ferox & indomitus juxta arbitrium nostrum regi non potest, donec frænum ori ejus immissum fuerit; hoc autem immisso *potest etiam fræno*, ut S. Jacob. ait, *circumducere totum corpus.* adeo ut quantumvis ferox sit, illum tamen agitare possimus, quocumque & quomodo volumus, *Si equis frena in ora mittimus ad consentiendum nobis, & omne corpus illorum circumferimus.* Eodem prorsus modo, si judicem donis & muneribus nobis devinciamus & obligemus, oris ipsius Domini erimus, cogemusque, ut pro voto & desiderio nostro nobis obsequatur, imò & voluntati ejus dominabimur, eumque pro libitu & arbitrio nostro dirigemus, erit enim obediens donatario, sequeturque opinionem ipsi propitiam & favorabilem, tametsi illa nec æqua sit, nec favorabilis.

Psal. 31. v. 9. *Deut. 16. 19.* *Jac. 3. v. 13.*

Cornel. à Lapide Judex muneribus corruptus ad defensionem justitiæ fit mutus. 2. Cornel. à Lapide appositè observat, quod *mutus in ore* in Græco textu idem sit, quod *bos in lingua.* Et ratio est, quia antiquitus ad hujus animalis effigiem, pecuniam appendebant. Enimvero si quis bovem in lingua haberet, linguâ suâ utique uti non posset, præterquam quod instar bovis ignorans futurus esset. Hic igitur est effectus: quem aurum & argentum in judice operatur, talis enim munere corruptus judex, in defensionem justitiæ os suum non aperit, quia nō potest; seque ostendit ignorantem, dum sententiam profert irrationabilem. P. Oliverius, qui commentatus est super Ecclesiasticū, curiosum refert litigantis cujusdam factum, qui cum causam in tribunali controversam haberet, die pridiano ante ferendam sententiam, judici bovem dono transmisit, adversarius autem de hoc dono certior factus Judicis conjugi vaccam donavit, quæ hoc munere delinita, maritum suum eousque dispposuit, ut sequenti die in favorem donatarij sui sententia ab eo decisa fuerit; Cumque is, qui bovem donaverat, certam sibi promittens victoriam, spei suæ contrariam audisset pronuntiari sententiam, coram Judice altum clamare cœpit: *Bos loquere*, cui Judex se defendere volens, respondit: *Bos loqui non potest, quia vacca non sinit.* Eheu quot hodie sunt judices muti, qui in defensionem justi & innocentis non loquuntur, sive quia præventi sunt muneribus, sive *quia* nonnumquam *vacca loqui non sinit*, ex æquo se seduci & depravari finentes ad injustitias, sive ab avaritia sive à luxuria per conjugis, alteri iniquiori parti patrocinantis, imperium. Et verò quia bovis mentionem facere cœpimus, opportunè, ut reor, incidit mihi bos ille aureus in deserto ad idololatrandum in ignominiam cultus & honoris divini fabricatus. Etenim quisnam illum fudit? *Oliver. in Eccli. ibid.* Lepidum corrupti Judicis exemplum.

Exod. 32. 1. *Populus ... congregatus adversus Aaron, dixit: Surge fac nobis Deos, qui nos præcedant, ... Formavit opere fusorio, & fecit ... vitulum conflatilem, dixerunt: Hi sunt Dij tui Israël.* *Ibid. v. 4.*

Cur Aaron se non opposuerit populo vitulum adorandum petenti.

Circa quod facinus, quærendum venit, cur Aaron tam iniquis populi postulationibus se non opposuerit, proque contumeliati Dei honore defendendo etiam cum vitæ propriæ discrimine animum generosum induendo, eis non contradixerit? Audiatis velim, qua de causa idipsum non fecerit; nâm ut sacer textus ait: *Dixitq; ad eos Aaron; Tollite inaures aureas, de uxorum, filiorumque & filiarum vestrarum auribus, & afferte ad me, Fecitque populus quæ jusserat, deferens inaures ad Aaron, Quas cum ille accepisset, formavit opere fusorio; & fecit ex eis vitulum.* Et ecce confestim apparuit non immeritò ceciniſſe Poëtam illum: *Auri sacra fames, quid non mortalia pectora cogis?* nam postquam Aaron summus licet sacerdos hoc aurum vidit, & manibus sujs tangere & tractare cœpit, factus est mutus, quia ad tam enorme populi delictum reprehendendum, ne minimo quidem verbo os suum aperire potuit; quin potius Moyses frater ejus, qui hanc conscripsit historiam, ipsummet Aaroni fabricatorem vituli aurei fuisse expresè scribit: *Auro enim & argento,* ut Euseb. Emissenus inquit, *appetitur veritas, expugnatur integritas, justitia vincitur, innocentia prodi-* *Ibid. v. 2.* *Ibid. v. 3.* *Ibid. v. 4.* *Euseb. Emiss. Hom. 4. de Epiph.*

Multi Judices sunt justitiæ defensores, donec muneribus corrumpantur.

tur, pietas fidesque violatur. Multos quidem invenietis, qui se justitiæ seminandæ probent esse Atlantes, magnatibus justitiæ adversantibus generosè resistunt, favores aspernantur commendantium, faciem personæ minimè respiciunt, nec sunt acceptores personarum; sed quamdiu integritas & æquitas ista durabit; quamdiu muneribus non infestantur; Nam ut S. Gregorius ait: *Plerumque nonnulli terrena munera appetunt, & justitiam defendunt seque innocentes æstimant, & esse defensores rectitudinis exultant, quibus si spes muneris subtrahitur, à defensione protinus justitiæ cessatur, & tamen defensores justitiæ se cogitant, seque asserunt rectos, qui nequaquam rectitudinem, sed munera quærunt; Contra quos benè per Moysen dicitur: Justè quod justum est, exequere. Injustè quippe quod justum est exequitur, qui ad defensionem justitiæ, non virtutis amore, sed amore præmij excitatur.* *S. Greg. l. 9. mor. c. 19.*

Porticus in qua erat tribunal Salomonis innitebatur Columnis.

3. *Quasi mutus, &c.* Hugo Cardinalis hæc verba exponens, ait: *Sicut bolus carnis vel panis in os canis projectus, obmutescere facit eum; sic Xenia & dona obmutescere faciunt judices, ne judicent veritatem.* Adducit authoritatem Strabonis super cap. 8. Exodi, qui de certo quodam ranarum genere, quæ Calamitæ appellantur, refert, quod una illarum ori canis injecta, eumdem à latratibus suis compescat & mutum efficiat: *Sic Xenia, id est, dona obmutescere faciunt judices.* Unde sit quod Isaias suo tempore irreparabile hoc damnum in Hebraismo deplorans, dicat: *Speculatores ejus cæci omnes, ... canes muti non valentes latrare.* Albertus Magnus ranarum proprietates describens ait, quod si vel minimum ranæ alicujus officium ollæ bullienti injiciatur, subitò desinat ad superficiem ejicere bullitus, adeo ut refrigescere & gelari videatur. Idem quoque multis judicibus accidit, qui prius in defensione justitiæ zelosos se & fervidos exhibebant, protegendo illos, qui à divitibus & potentibus opprimebantur; at verò mox ut opulentis muneribus afficiuntur, refrigescere incipiunt adeo, ut non solum iste zelus & fervor iste in ijs deficiat, verum etiam leges & statuta pro libitu suo interpretando corrumpant, adeoque de tali judice per munera corrupto, verificatur illud Psalmistæ: *Ego autem tamquam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum.* Nam acceptis muneribus, partis quidem adversæ informationibus aures præbet, sed ad discutiendas difficultates, causamque examinandam os suum non aperit; *& factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones*, quia *quasi mutus in ore avertit correptiones eorum.* *Isai. 56. 10.* *Alb. Magn. l. 26. de animal.* Et ranis. *Psal. 37. v. 14.* *Ibid. v. 15.*

4. Salomon Rex, tanti tamque sancti patris filius cui ad populum rectè judicandum à Deo communicata & infusa fuerat sapientia admirabilis, porticum quamdam, in qua tribunal ejus positum erat, à pavimento ad fornices usque vestiri fecit tabulis cedrinis: *Porticum, ... in qua tribunal est ... texit lignis cedrinis à pavimento usque ad summitatem, & domunculâ, in qua sedebatur ad judicandum, erat in media porticu similis opere.* Qua in historia multa ad nostram eruditionem concurrunt, mysterijs turgida. Et quidem in primis observat Abulensis, porticum illam, in qua thronus & tribunal Salomonis erat, non parietibus, sed columnis fuisse innixam: *Vocatur porticus, quia erat solum rectum* *Abul. ibid.*

rectum innixum super columnas, & non habebat parietes in latentibus: Omnia in figura, ad insinuandum videlicet quod judices ad instar columnarum stabilium, fortes esse debeant ad sustinendam justitiam. *Et domunculâ, in qua sedebatur ad judicandum, erat in media porticu, id est in medietate*, inquit Abul. quia judex indifferens esse, & in medio partium litigantium stare debet, ad neutram partium propendendo per affectum & inclinationem. Est alius quidam author, qui considerat, linguam judicis similem esse debere linguæ bilancis quia sicut hæc, ut bilancem in æquilibrio teneat in medio consistere debet, ita pariter lingua & conscientia judicis in medio sit oportet, id est non magis ad unam, quàm ad alteram partium propendere debet. *In medio illius*, id est porticus, in qua tribunal Salomonis propositum erat, inquit Abulensis, *erat domunculâ judicij, æque distans à lateribus istius porticus.* At verò quamobrem sapiens hic Rex ad exornandum hunc locum potius ligna cedrina adhibuit, quam alia? *texit lignis cedrinis à pavimento usque ad summitatem; omnia in figura.* Etenim ligna Cedri incorruptibilia sunt, ideoque per hoc omnibus judicibus insinuatur, quod in talibus debeant tribunalibus sedere, quæ se à muneribus seduci aut corrumpi non sinant: Cedro similes esse debent, quæ hominem justum typicè repræsentat; Unde dicitur: *Justus sicut cedrus Libani multiplicabitur.* Salomon quidem in judicijs suis incorruptus erat, quantumvis se ab effræni concupiscentia sua ad tam enormes excessus seduci permiserit, neque hæc ejus æquitas cuipiam mira videri debet, quia thesauris inæstimabilibus adeo abundabat, ut suis temporibus non major esset argenti & auri, quàm lapidum æstimatio: Verumtamen, ut in Ecclesiaste legimus, lamentatus fuit, dicens: *Vidi sub sole in loco judicij impietatem, & in loco justitiæ iniquitatem:* Ex quibus verbis colligitur, quod ejus tempore judices inferiores integritatem & rectitudinem justitiæ ut plurimum profanarint. Unde S. Hieron. ita scribit: *Manifestus sensus est, sed nubilo interpretationis obvolvitur. Sub sole*, inquit, *isto veritatem & judicium exquisivi, & vidi etiam inter judiciorum ipsa subsellia, non veritatem valere, sed munera.* Et vestiebatur per totum lignis cedrinis, & quæ utriusque ratio. *Psal. 91. v. 13.* *Eccles. 3. v. 16.* *Exod. 4.*

5. Virga, quam Moyses in manu sua ferebat, quæ judicum denotabat authoritatem & jurisdictionem (*virga directionis virga regni tui, ... Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem*) rectissima erat, & ideo bonæ & intemeratæ justitiæ denotabat rectitudinem; Hæc eadem in terram projecta in tortuosum convertebatur serpentem, ad significandum, quòd, quando judices rectam habentes intentionem, & ad æquitatem dispositi, terrenos parentelæ, amicitiæ favorum, dignitatum, speciatim verò munerum sibi sinunt prædominari affectus, subitò efficiantur volubiles & tortuosi, & adinstar serpentum in pernitiem alterius, injustitiæ evomant venenum. *Si quæras, quare judices virgâ rectâ utantur,* inquit Oleaster, *adverte eos hac virgæ rectitudine rectitudinem animi judicis designare, aut quia virgâ metiri solemus, ostenditur, judices unicuique debere servare mensuram.* Idem quoque paulo post declaraturus causam, ob quam virga illa in serpentem fuerit mutata, subdit: *Est etiam hic aliud, quod advertas, virgam scilicet in terram projectam in serpentem verti, quoniam judex terrena capiens, omnia veluti serpens devoret; sed si judex eam amplexetur, & finem consideret, virga mitis erit, justitia in consideratione terreni hominis videtur serpens.* *Pro. 91. v. 13.* *Lyran. ibid.* *Psal. 25. v. 10.* *Exod. 4.* *Oleast. in Exod. 4.*

Apoc. 1. v. 12. 13. 14. Mystica visio septem candelabrorum applicatur judicibus. *Ibid. v. 16.* 6. Valde mystica est visio illa, quam S. Joannes in Apocalypsi habuit, & his verbis refert: *Conversus vidi septem candelabra aurea, Et in medio septem candelabrorum aureorum similem filio hominis, ... Caput autem ejus, & capilli erant candidi, tamquam lana alba, ... & oculi ejus tamquam flamma ignis, ... Et habebat in dextera sua stellas septem, & de ore ejus gladius utraque parte acutus exibat, & facies ejus sicut sol lucet.* Septem namque candelabra aurea septem significant Episcopos Asiæ, quibus S. Joannes Apostolus, cui hæc visio facta fuit, tamquam caput præeminebat. Ratio autem, cur ei in figura propria repræsentari non fuerint, ut sacri observant interpretes, hæc est, *quia Deus judex, cui Præsules non exponuntur ex dignitate, solummodo ex fulgore lucendi*, atque ideò nonnulli illorum ob defectus suos fuere reprehensi: *Habeo adversùm te, &c.* Quod si quæsieris, cur capilli Christi supremi judicis visi fuerint tamquam lana alba? Respondeo cum S. Hieronymo, scribente in cap. 7. Danielis: *Antiquus dierum sedit, vestimentum ejus candidum, quasi nix, & capilli capitis ejus quasi lana* Cur capilli Judicis Christi, fuerint albi. S. Hier. in c. 7. *munda. Quod capilli ejus lanæ mundissimæ comparantur, parum ostenditur, syncerumque judicium, & nullam personam in judicando respicientis.* Oculi ejus tamquam flamma ignis erant, quia hoc elementum, ut in discursibus præcedentibus diximus, Symbolum est recti & æqui judicis, quia pari facilitate comburit puras, quâ sagum mancipiorum, pauperesque æqualiter calefacit & refovet, ac divites, principes ac subditos. In hac autem proprietate monentur impartialitatis & indifferentiæ omnes, quibus judicandi munus incumbit. Magis tamen proposito nostro deserviunt verba, quæ sequuntur: *Et habebat in dextera sua stellas septem.* Quis enim adeo hebes est animo, qui nesciat, quod stellæ justitiam administrantes significent? *Qui ad justitiam eruditi multos, erunt quasi stellæ in perpetuas æternitates.* Etenim stellæ à terra ad infinitum quasi spatium distant, ac proinde per illas, cuncti incorrupti & integerrimi intelliguntur judices, qui affectu suo à bonis terrenis omninò sunt alieni. Qui etiam non in manu duntaxat, verum etiam in ore & lingua sua ad capita reorum detruncanda, ad vitia eliminanda & profliganda scandala, delinquentesq; castigandos, acutum gladium portant. *Et de ore ejus gladius utraque parte acutus exibat. Apparebat etiam in specie judicis in loco*, inquit Lyranus, *quòd gladius exibat de ore ejus*; id quod tamen nihil in se mirum habet, quia *habebat in dextera sua stellas.* Econtra verò & oculos vestros obscero ad illa Psalmistæ verba deflectatis, quibus dicit: *In quorum* scilicet judicum, *manibus iniquitates sunt*; Nullæ igitur ibi stellæ erant, sed funnesti cometæ, qui aliud nihil sunt, quàm vaporum terrestrium exhalationes; vultisne hoc videre clarius? audite id, quod sequitur: *Dextera eorum repleta est muneribus*, de quibus proinde justitiam profanantibus idem Psalmista illis Psalm. 81. verbis acerbè lamentatur: *Usque quo judicatis iniquitatem, &c. Judicate egeno & pupillo, humilem & pauperem justificate*, justamque habet de hoc abusu lamentandi causam, quia solum ideo quòd à divitibus & potentibus munera & retributionem accipere sperant, vel quia illa de facto ab ipsis sunt consecuti, pauperum causas nequaquam auscultant, sed penitus negligunt. At verò quis tandem abinde nascitur eventus? *Movebuntur omnia fundamenta terræ.* Deus enim communiter principibus bonam justitiam negligentibus, terræ motus, rebelliones, bella aliasque similes calamitates publicas immittit. Aut vero, ut S. Hieronymus ait: *Dicamus & aliter: Movebuntur omnia fundamenta terræ, id est, malos judices, qui fundamenta posuerunt in terra, & non in cœlo, subvertam.* *Psal. 81. v. 2.* *Ibid. v. 3.* *Ibid. v. 5.* *S. Hier. ibid.*

DISCURSUS XI.

ARGUMENTUM.

Considerantur supplicia, quæ divina justitia in pœnam commissæ à judicibus injustitiæ, ad universale Reipublicæ, & particulare judicum damnum immittit, ubi etiam nonnullæ instituuntur considerationes circa factum à Pilato contra Christum judicium.

THEMA.

Væ, ... qui justificatis impium pro muneribus, & justitiam justi auferis ab eo. Isai. 5. v. 23.

Iniqua judicia infallibiliter sequitur pœna.

1. ADversùs eos, qui propter dona & munera justitiam corrumpunt, inevitabilia cœlestè oraculum per os Isaiæ comminatur supplicia, dum ait: *Væ qui justificatis, &c.* Hæc enim dictio *væ* comminationem indicat formidabilem, ac proinde subdit: *Propter hoc sicut devorat stipulam lingua ignis, & calor flammæ exarsit, & germen eorum, ut pulvis ascenderet.* Quæ enim in tribunalibus per innocentum oppressionem committuntur iniquitates, divinæ iræ fulmina non solùm Reipublicę, sed ipsismet quoque transgressoribus infallibiliter accersunt, prout in præsenti discursu latius videbitur. *Isaiæ 5. 24.*

Divitiæ per injusta judicia comparata, per bella & vastationes

Dicit igitur vindex Dei justitia: *Propter hoc sicut, &c.* ubi S. Hieronymus inquit: *Omnis flos & pulchritudo divitiarum pulveri comparabitur.* Ipsâ namque experientiâ teste, vidimus semper, quòd *male parta malè dilabuntur*; Infallibilis siquidem Dei providentia permittit, ut divitiæ, quæ per viam injustitiæ congregatæ sunt, per bella & patriæ devastationes *S. Hier. ibid.*

pœnitus exterminentur. *Propter hoc sicut devorat, &c.* Hugo Cardinalis autem ex modo loquendi Isaiæ Prophetæ flagellorum, iniquis judicibus immittendorum, deducit asperitatem. *In hoc*, inquit, *quod dicit devorat, notatur pœnæ acerbitas; in hoc quod dicit: Radix & germen, notatur peccatorum universitas, nam per radicem peccata cordis, per germen peccata operis accipiuntur.* Similiter Deus in Psal. 81. adversus perversos judices exaggeranter loquitur, & in illius progressu minatur illis, dicens: *Vos autem sicut homines moriemini*; ubi S. Hieronymus inquit: *Melius habetur in Hebræo: Vos autem sicut Adam moriemini:* At vero dicite sodes, quàm connexionem inter se habent pœna mortis, quàm Adam ob prævaricatum divinum præceptum incurrit, & pœna illa quâ Deus animadversurus est in judices iniquos? Pro responsione verò observandum, quòd Adam, ut pomum vetitum manducando Evæ complaceret, pro nihilo duxerat, quòd hoc faciendo universum genus humanum, tot miseriarum præcipitio involveret: Simili autem reatu obnoxij sunt judices pravi, qui ut propriam suam exsatient avaritiam, nihili faciunt, si, ut in primo discursu vidimus irreparabilia damna Reipublicæ, civitatibus & populis superinducant; quamvis majora sint præjudicia, quæ ipsis causantibus in personas privatas resultant, utpote qui disperguntur, & fortuna totaliter inversâ in extremam rediguntur pauperiem. Merito igitur Nazianzenus in suis poëmatibus ita canit:

Quàm vereor, ne judicijs pater almus iniquis
Offensus, justâ facinus gravè vindicet irâ?

2. Idem quoque sanctus Doctor in oratione prima Abacuc Prophetam, de nimia Dei benignitate his verbis lamentantem, introducit: *Adversùs Deum ipsum stomachatur; ac benignum Dominum propter judicium iniquitatem velut clamoribus insequatur*, dicens: *Usquequo Domine clamabo, & non exaudies? vociferabor injuriam patiens, & non salvabis: quare ostendisti mihi labores & ærumnas? videre afflictionem & impietatem? In conspectu meo factum est judicium, & judex capit.* Ecce tibi in postremis hisce verbis ipsissimam tot miseriarum & ærumnarum causam, eorum videlicet, qui in tribunalibus sedent, insatiabilem avaritiam. Sed quid inde subsecutum fuit? *Propter hoc dissipata est Lex, & non pervenit usque ad finem judicium; deinde, commanatio, ac deinceps, videte contemptores & respicite, & dispergemini.*

S. Cyrillus Alexandrinus populi Hebræi exterminij, judicum injustitiæ attribuit, inquiens: *Præter alia fœditates hoc etiam morbo laborabant, quòd rectè scilicet nunquam judicarent, sed injustè potius ferrent calculos, & munerum atque donorum illecebrâ corrumperentur; ut enim Propheta inquit: Duces eorum propter munera judicabant.* Idem quoque punctum S. Hieronymus in cap. 3 Michææ Prophetæ scribens, his verbis tangit: *Judices domus Jacob, & domus Israël, non solùm judicium non faciebant, sed etiam abominabantur illud, & omnia recta pervertebant, ne saltem parva justitia remaneret in civitate; Qui ædificaverunt Sion in sanguinibus, & Jerusalem in iniquitate, rapinis pauperum cæde insontium; Quod si quis de principibus videbatur judicare, quod erat rectum, vendebat magis sententiam, & in muneribus judicabat.*

3. Quod si verò post adducta in Discursu primo supplicia publica, ex judicum injustitia nascentia, privata quoque inde oriunda mala examinare voluerimus, primus occurrit Sapiens, qui ait: *Conturbat domum suam, qui sectatur avaritiam, qui autem odit munera, vivet.* S. Propheta Job pariter inquit: *Ignis devorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt*; quasi diceret: Justitia Dei per judicum iniquorum injustitias contumeliata, multos videns ipsorum iniquitate dispergi pauperes, eorumque penitus dissipari substantias, ignem devorantem illorum domibus immittet. S. Gregorius hunc textum ponderans, ait: *Sicut enim corpus in tabernaculo, sic mens habitat in cogitatione, sed ignis tabernacula devorat, cum æstus avaritiæ cogitationes devastat.* Imò ipsimet Angeli sæpius de cœlo in terras comparent, ut contra iniquos hosce judices rigorosi divinæ vindictæ ministri existant. Postquam senes illi libidinosi, qui castam Susannam calumniosè condemnarant, populum ad illam lapidandam excitassent, Spiritus Sanctus ad subvertendum iniquum illorum judicium hoc usus est consilio, nimirum puerum quemdam in medium prosilire fecit, eique authoritatem dedit contra ipsos erigendi tribunal, in quo ipsos tamquam falsos & iniquos judices convinceret & condemnaret: *Suscitavit Dominus Spiritum Sanctum pueri junioris.* Hic igitur hanc adversùs ipsos fulminavit sententiam. Et uni quidem illorum dixit: *Ecce enim Angelus Dei acceptâ sententiâ ab eo, scindet te medium*: alteri verò similiter convicto comminatus est, dicens: *Angelus Domini gladium habens, ut secet te medium.* Ex quibus verbis liquet, quòd in officina cœlesti fabricentur enses, quibus maligni transfigantur judices, inque hoc ministerium Spiritus adhibentur cœlestes. Notanda quoque est phrasis loquendi, quâ usus est Daniel, dum illos per medium secandos esse dicit; hoc namque supplicium, tormentum longum habet conjunctum, & dolores acerbissimos, ac proinde atrocissimum iniquorum judicum indicat supplicium.

4. Omnibus passim notum est famosum illud Cambysis Regis Persarum judicium, qui certior factus judicem quemdam in causâ quadam ardua iniquam pronuntiasse sententiam, eumdem vivum decoriari, ejusque pellem in tribunali, in quo successores ejus judicaturi erant, suspendi & explicari jussit, ut cæteri ejus exemplo rectam administrare justitiam discerent. In apparitionibus S. Vedasti Episcopi P. Bollandus quoque refert sequentem: *Verbum ad Vinfridum judicem edicto ex mea parte; ut non familiam loci hujus immeritò excruciet, ne fortè eamdem quam Gillibertus olim expendit; qui eodem die funibus est officio, habeat pœnam. Nam & ipse ut Echardus præjudicio ligni, morte tenus proprium conficit iter. Reddat itaque & nummos undecim, quos ab Ebruino immeritò sumpsit, qui salutet Ebruinus, quia & ipse auctus fuit nostram inquè proprio servitio subjugare familiam, intelligat dextri luminis amississe virtutem, filiamque propriam ita unâ corporis parte esse debilem, ut vix jam, si recuperationem adipisci amplius queat ullam.* Quando enim habituales in familijs accidunt infirmitates, aliæque similes ærumnæ, qualium nullam discursus humanus assequitur causam, tutò credi potest, illas supplicia esse, à Divina justitia vindice immissa in pœnam illorum, qui ab avaritia seducti, justitiæ violentiam intulerunt, iniquas proferendo sententias. *Maledictus, qui accipit munera* (dicitur in Deuteronomio) *ut percutiat animam sanguinis innocentis.* Quæ sententia justu Dei cœlitus fulminata, ac demùm ab universo populo in terra ratificata fuit: *Et dicet omnis populus; Amen.*

5. David à Siba se passus est seduci, qui cum manibus coram eo plenis prodijsset, multaque jumenta donativis onusta adduxisset, sine ullo veritatis examine, omnes Miphiboseth facultates adjudicavit; Et tamen si postea de falsitate & calumnia Miphiboseth à Siba impacta edoctus fuisset, earumdem tamen facultatum medietatem calumpiatori indulsit. Ubi Cajetanus super illa verba: *Tua sint omnia*, inquit: *Iniqua temerariaque sententia fuit hæc*, ad quam eum, ut in præcedentibus discursibus diximus, oblata ei munera induxerunt. At verò audite obsecro pœnam, quam ex hac sententia reportavit. Etenim Deus justo judicio suo permisit, ut eodem tempore conjuges ejus, ab Absalone degenere filio suo, in conspectu omnium violarentur. Item ut petulans quidam privatus miles, Semei nomine, per publicum vilipendium ipsi convitiaretur & lapidaret; Denique ut Nabal tanta cum arrogantia necessariam ei alimoniam denegaret. *Ideo permisit Deus*, inquit Cornelius à Lapide, *ut hanc injustitiam gravissimâ ab alio servo injuriâ compensaret, nimirùm ut Semei servus malediceret David suo principi, postulabat enim divina justitia, ut qui unum servum injustè locupletarat, per alterum æ gravissimè castigaretur.* Cajetanus verò injustitiam Davidis magis aggravat ex eo, quòd aliâ vice de veritate certior factus, nihilominus facultates inter iniquum servum, & legitimum Dominum ex æquo dividi præcepit: *Prius David fuerat præceps, dando totam Sibæ inauditâ parte, modo auditâ parte, sed indiscussâ veritate manifestè injustus inventur, & ingratissimus Jonathæ, patri Miphiboseth.* At verò culpam injustæ hujus divisionis Roboam luere debuit, quando divisum est regnum ejus, decem tribubus Jeroboam adjudicatis, præterquam quòd filij ejus in continuis vixerint divisionibus & discordijs irreconciliabilibus, prout videre fuit inter Adoniam & Salomonem. Tandem verò sanctus Rex respiciens, pœnituit. Unde Ps. 25. Deum his verbis est affatus: *Ne perdas cum impijs Deus animam meam, . . in quorum manibus iniquitates sunt, dextera eorum repleta est muneribus; Ego autem in*

innocentia mea ingressus sum, ... pes meus stetit in directo.

6. In prato florido factum quoddam legitur ex Chronicis Minorum, parte 2. desumptum, circa modum, quo F. Joannes Parens, qui primus post S. Franciscum Generalis fuit, Minorum Religionem est ingressus. Cum enim sæcularis existens, Doctor Legum, & Judex esset, & vesperi quodam è fenestrâ domus suæ prospiciens, videret rusticum anxiè laborantem, ut porcos in stabulum reduceret, audivit quemdam è vicinia rustico illi acclamantem & dicentem; quòd si porcos tuos sine mora stabulum ingredi desideres, his verbis eosdem inclames: Porci, porci ingrediamini eo modo haram vestram, quo Doctores, Advocati, Procuratores & Judices ingrediuntur in infernum, id est, turmatim. Vixque rusticus verba hæc pronunciarat, cum ecce porci, qui antea omnibus rustici conatibus obstreperi erant, sine mora, magna cum facilitate stabulum suum sunt ingressi. Quo viso & audito, Judex metu divinæ justitiæ commotus, dimisso judicis officio, mundoque valedicens, Sancto Francisco etiamnum vivente, unà cum filio suo ordinem ingressus est Minorum, in quo tandem factus Generalis, Religionem suam nudis semper pedibus visitando, circuivit. In eodem libro alia quædam legitur visio, quàm S. Francisca Romana, in Societate Angeli sui custodis constituta, de pœnis inferni habuit. Ipsi namque sub varijs tormentorum similitudinibus ingens revelata fuit pœnarum differentia, quas damnati pro quolibet genere patiebantur delictorum. Inter alios verò hi, qui judicum officio functi, pecuniarum amore falsas pronuntiarant sententias, in lebete, auro & argento liquefacto pleno, immersi in capite mitris igneis redimiti cernebantur, nec ullus erat in corpore sensus, qui à Dæmonibus, specialibus non torqueretur supplicijs. Admiranda quoque est illa de Felice judice, in actibus Apostolicis à S. Luca recensita historia; Dum enim sonora illa Spiritus Sancti tuba, S. Paulus inquam, illius auribus horribili sono insonaret, ejusque oculis judicium extremum, mortem & infernum apertum proposuisset: *disputante autem illo de justitia, ... & de judicio futuro, tremefactus Felix.* à vertice capitis usque ad plantas pedum, totus obriguit; & tamen (ut pecuniæ accipiendæ prensandisque muneribus assuefactus erat) se minimè emendavit, neque se vel unico passu ab abysso infernali retrorsum subduxit; imò S. Lucas immediatè post subdit: *Simul & sperans; quod pecunia ei daretur à Paulo.*

7. Verum enimvero quisquis ad illud, ex omni parte injustissimum, se reflectit judicium, quo filius Dei triginta denariorum pretio coemptus, ad mortem condemnatus fuit, utique Jerosolymæ destructionem, populique illius ex omni parte mundi proscripti, dispersi, & in servilem conditionem redacti exterminium, nequaquam mirabitur. Pilatus Præses in conspectu totius Hebraismi quidem protestabatur, dicens: *Nihil invenio causæ in hoc homine; Ego enim non invenio in eo causam*; & tamen super crucis patibulo scripta fuit condemnationis suæ causa; *Imposuerunt super caput ejus causam ipsius scriptam*; vel ut Syriaca legit: *Occasionem mortis ipsius*; Et quidem eadem causa jussu Pilati, scripta & Cruci Christi superimposita fuit, *Scripsit autem & titulum Pilatus*, imò Judæis scripturam istam reformari, & modo sio formari cupientibus, nequaquam acquiescens, respondit: *Quod scripsi, scripsi.* Quonam igitur modo hæ inter se pugnantes contradictiones conciliabuntur? Responderi ad hoc facilè potest, in principio enim, quando causam Christi per terminos juridicos & per viam justitiæ examinare cœpit, nullam in eo causam inveniebat, per quam reus constitueretur; at verò quando Hebræos audivit clamantes: *Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris*, quia pluris faciebat terræ, quam cœli Imperatorem, tunc modum loquendi planè invertens, innocentem Redemptorem occidendi, potestatem se habere expressè dixit. S. Ambrosius autem verba illa Christi: *Non possum ego à meipso facere quidquam; sicut audio, judico*, & verba illa Pilati: *Nescis, quia potestatem habeo &c.* inter se combinans, ita hæc de re scribit: *Audite, quid judex dicat cælestis; Non possum à me facere quidquam, sed sicut audio, judico; & Pilatus dicebat ad Dominum Jesum: Potestatem habeo dimittendi te, & potestatem habeo crucifigendi te. Ufurpas ô homo potestatem, quam non habes, cum Dominus neget se habere, qui habet super omnia potestatem? Audi, quid justitia dicat; Non possum à me facere quidquam; audite, quid judex æquitatis asserat? Sicut audio, ita & judico; audite quid judex iniquitatis loquatur: Potestatem habeo dimittendi te, & potestatem habeo crucifigendi te. Tuâ Pilate voce constringeris, tuâ damnaris sententiâ, pro potestate igitur, non pro æquitate crucifigendum Dominum tradidisti; per potestatem absolvisti latronem, authorem verò vitæ interfecisti.* Pilatus utique populum, sacerdotes, & principes Synagogæ tumultuosè agentes videns, eosque à sola invidia, non verò ab æquis fundatisque rationibus agitari probè cognoscens, generoso animo se illis opponere, & innocentiam defendere debuisset, & tamen *adjudicavit fieri petitionem eorum.* Audite obsecro, qualiter S. Ambrosius iniquum hunc judicem perstringit: *Lavit manus Pilatus, sed facta non diluit; judex enim nec invidiæ cedere debuit, nec timori, ut sanguinem innocentem adjudicaret.* Imò quando veritatis mentionem fieri audivit, haud secus ac si peregrinum & ignotum idioma audivisset, attonitus Christum interrogavit: *Quid est veritas?* Unde ejus iniquitas manifestè potest redargui: Judices enim veritatis indagandæ causâ, tribunalia consendunt. Ipse verò interrogationis propositæ non expectavit responsum; Dixit enim facer textus: *Cum hoc dixisset, iterum exivit ad Judæos.* Ubi Lyranus ait: *Per hoc autem quòd non expectavit Christi responsum, significata fuit ejus instabilitas, quia timore Cæsaris, & favore Judæorum à veritate declinavit, dando sententiam contra Christum; Et sic hodie faciunt multi judices, timore & favore à veritate judicij declinantes.* S. Matthæus inquit; quòd dum Pilatus pro tribunali sederet, uxor ejus nuntium ei miserit, qui diceret: *Nihil tibi, & justo illi*, quasi diceret, ut S. Thomas ex opinione glossæ cujusdam scribit: *Non pertinet ad te judicare, imo ipse debet esse judex tuus.* S. Bonaventura de hoc iniquo judice, Salvatorem comdemnante, dicit: *Patet judicis injustitia, qui pecuniarum gratiâ omnia audebat, ut ait Chrysostomus*; metuebat enim, ne Cæsaris sibi indignationem concilians, à munere, quod gerebat, amoveretur, & hoc solum æquitati judicij obstitit. Unde patet, *quòd Pilatus hic gerit typum judicum iniquorum, qui timore pervertunt judicium justorum.* Sed quid tandem accidit? *Comprehenduntur in consilijs, quibus cogitant.* Ado Episcopus Viennensis in Gallia scribit, quod Pilatus in desperationem adactus, postquam à Cæsare in exilium missus fuisset, cultro sibi vitam ademerit: *Tantis ibi irrogante Cajo languoribus coarctatus est, ut suâ se transverberans manu, meliorum malorum compendium, mortis celeritate quæsierit.* Adimpletum itaque in ipso fuit illud Isaiæ oraculum, dicentis: *Væ impio in malum, retributio enim manuum ejus fiet ei.* Ad exemplum enim & terrorem omnium impiorum judicum, eâdem manu, quâ iniquæ condemnationi subscripsit, sibimetipsi corporis & animæ necem intulit.

DISCURSUS XII.

ARGUMENTUM.

Culpa & damnum ponderatur, quæ munera in judicibus, quibus avaritia exosa esse debet, operantur. Ubi etiam tanguntur laudes & remuneratio judicum, rectè & fine spe lucri judicantium.

THEMA.

Si verè utique justitiam loquimini, recta judicate filij hominum. Ps. 57. v. 1.

1. REgius Propheta omnes, quotquot pro tribunalibus sedent, ad bonæ justitiæ rectitudinem invitat, dicens: *Si verè utique justitiam loquimini, recta judicate.* Porro in Astrææ manibus bilances depingi solent, experimur autem, quòd si in illarum unam partem pondus aliquod immittatur, bilances minimè justæ sint & æquales. Eâdem similitudine S. Isidorus Pelusiota utitur, dum ait: *Quemadmodum si alteri bilanci aurum imponas, statim deprimitur, & inæquale ostendit jugum; Sic & Judex cum auro corrumpitur, nihil rectum judicat.* Unde in Exodo dicitur: *Munera subvertunt verba justorum*, vel ut Cajetanus legit, *torquebunt verba &c.* Judices enim muneribus corrupti *torquent verba*, flectendo illa hinc & inde. Vel ut Dionysius Carthusianus exponit:

Patriæ exterminantur. *Isaiæ. 9. v. 24.* *Hug. Card. ib.*

Injusta judicia fuerunt causa exterminij Judæorum. *S. Hier. in c. 3. Mich.*

Ps. 81. v. 7. *S. Hier. ib.*

Iniquus Judex propriam domum per suam avaritiam everti. *Prov. 15. 27.* *Job. 15. v. 34.*

Nazianz. in prat. ad virg.

Nazianz. Orat. 1. Abacuc stomachatur contra Deum propter injustos judices.

S. Greg. l. 12. mor. c. 7.

Ipsimet Angeli puniunt iniquos Judices.

S. Cyrill. Alex. l. 1. in Isai. orat. 1.

Prat. flor. 2. p. lib. 3. c. 6. Insignis historia, qua dicuntur injusti Judices & Advocati in infernum properare.

Prat. Flor. 2. p. l. 3. c. 75.

S. Francisca Romana videt in inferno horrendas pœnas iniquorum Judicum.

Act. Apost. 24. v. 25.

Ibid. v. 26.

Expenditur iniquissima Judicis Pilati sententia, qua Christum condemnavit ad mortem. *Luc. 23. v. 4.* *Joan. 19. v. 6.* *Matt. 27. 37.*

Joan. 19. 19.

Ibid. v. 22.

Ibid. v. 12.

Joan. 5. 30. *Joan. 10. 10.* *S. Ambr. in Ps. 118. oct. 20.* Examinatur Christi, judicis justi sententia, contra illam injusti Pilati.

Ibid. v. 26. David graviter à Deo punitus fuit propter injustam sententiam contra Miphiboseth latam. *2. Reg. 16. v. 4.* *Cajet. ibid.*

Ps. 25. v. 9.

Dan. 13. 45.

Ibid. v. 55.

Ibid. v. 59.

Valer. Max. l. 6. c. 3. Cambyses injustum judicem Vivum fecit decoriari.

Bolland. T. 1. Febr. 6. Deus Vinfrido iniquo Judici comminatus pœnam.

Deut. 27. v. 25.

Cajetan. ib. c. 9.

Corn. à Lap. ibid.

Luc. 23. 24.

S. Ambr. l. 7. Ibid.

Joan. 18. 38.

Lyran. ibid.

Matt. 27. 19.

S. Thom. in Matt.

S. Bonav. in cap. 19. Joan.

Pilatus fuit typus iniquorum judicum.

Baron. An. 41. n. 20.

Ado Vien. in Chron.

Isai. 3. v. 11.

DISCURSUS XII.

Baron. An. 41. n. 20.

Judices iniqui comparantur bilanci.

S. Isid. Pelus. l. 5. Ep. 182.

Exod. 23. v. 8. *Cajet. ibid.*

D. Carth. ib. exponit : *Qui ante proferebant verba justitiæ, incipiunt loqui injustè, & falla proferre judicia*; Nam ut habet S. Leonis, omni exceptione major, sententia, S. Leo ser. 9. de Pass. *Nullum est in eo corde justitiæ vestigium, in quo avaritia habitaculum fecit.* Ideò Deus apud Ezechielem de populo suo lamentabatur, dicens : *Violabant me ... propter pugillum hordei, & fragmen panis, ut interficerent animas, quæ non moriuntur, & vivificarent animas, quæ non vivunt.* Quæ verba S. Gregorius hunc sensum habere dicit : *Non morientem interfecit, qui justum damnat; non viventem vivificare nititur, qui reum à supplicio absolvere conatur.* Porro hujus peccati gravitas ex multiplicibus cupiditatis auri & argenti ponderibus trutinari melius poterit. Tim. 6. v. 10. Axioma receptum est, illud Apostoli : *Radix omnium malorum est cupiditas*; hæc tamen culpa in judicibus potius quàm in alijs præponderat. Lipomanus super illa, ad judices in Exodo directa, verba : *Qui oderint avaritiam*, ita scribit : *Hoc est, qui non cupiant congregare opes, augere rem, ad fastum contendere & luxum, propter quæ desiderantur divitiæ, cupiditas enim si judicis oculos perstrinxerit, rectum nihil geritur.*

Exod. 18. 21. Lipom.

2. Bellovacensis in speculo suo morali nonnullas pessimæ hujus radicis enumerat propagines, inquiens : *Sciendum, quod per acceptionem munerum impeditur cognitio veritatis, pervertitur affectio bonitatis, amittitur conditio libertatis, subvertitur executio æquitatis, amittitur æterna retributio, incurritur æterna damnatio.* Quantum enim per acceptationem munerum vigor & generositas animi, in judicibus ad justitiæ defensionem diminuitur, tantum in illis, qui munera dederunt ad effectum conculcandi justitiam, crescit ad tyrannidem in ipsosmet judices exercendam major temeritas. Idem quoque damnum Dionysius Carthusianus his verbis observat : *Inter cætera mala inde sequentia, præstatur mala audacia ei, qui contulit munus, & res illa speciem habet mali, mentemque judicis inficit, corrumpit, & inordinato flectit amore ad eum.* Bellovacensis oppressiones pauperum, pugillorum, innocentum &c. inde consequenter his verbis deplorat : *Heu, quàm amarum est videre, quòd curia, quæ debet & solet esse vocatus pauperum, refugium afflictorum, locus judicij, libra justitiæ; nunc sit pauperum spoliatio, afflictorum desperatio, subversio judicij, locus injuriæ, & omnium bonorum desolatio; unde Dominus per Prophetam conqueritur, dicens : Quomodo facta est meretrix civitas fidelis; plena judicij : Principes tui infideles, socij furum, omnes diligunt munera.* Cur autem Jerosolyma titulo meretricis dehonestetur, hanc idem Author rationem assignat : *Quia venalis exponitur. Venduntur enim in ea justitia, audientia, tempus, id est, tarda vel festina expeditio, locus, imò ingressus ad locum, patrocinium, testimonium, consilium, favor, & silentium.* Tandem quo sensu judices infideles dicantur esse, & latrones, idem Bellovacensis declarat, dum ait : *Nec mirum, non enim potest fidelis esse Domino temporali, qui infidelis est & Domino creatori; nec solum sunt infideles subditis, sed etiam Domino suo, quia nec fideliter diligunt, nec fideliter consulunt, nec fideliter ejus bona vel jura custodiunt, nam ut modicum lucrum acquirant sibi, vel alicui suorum, vel alij danti sibi munera, in multo suum damnificare dominum non verentur.* Quemadmodum igitur omnes leges abominantur & detestantur virgin.is alicujus defforationem, ita quoque servatâ proportione, execratur justitiæ violationem; nam ut Plato ait : *Judicium virgo quædam pudica verè dicitur*; Quod ipsum Plutarchus confirmat, dicens : *Virgo est, juxta Hesiodum, nimirum incorrupta, pudoris, modestiæ, & utilitatis amica.* At verò ut quid testimonia profana requirimus ? cum Ecclesiasticus quoque dicat : *Concupiscentia spadonis devirginavit juvenculam; sic qui facit per vim judicium iniquum.* Philo Hebræus in libro, quem de Judice composuit, inquit : *Præses venalis muneribus justitiam suapte naturâ pulcherrimam, deboestare se non intelligit.* S. Cyrillus textum illum Isaiæ cap. 1. adducit, in quo dicitur : *Principes tui pupillis non judicant, & judicio viduarum non attendunt*; cujus eodem in loco rationem assignat, dicens, *quia diligunt munera.* Concludit proinde S. Doctor, inquiens : *Execranda igitur res apud omnes, non rectè, & extra calumniam judicandi munere fungi.*

Bellovac. spec. mor. l. 3. diff. 12. p. 7. Enumerantur effectus munerum, iniquorum judicum.

D. Carth. in cap. 16. Deut.

Injusti judices comparantur meretricibus. Isai. 2 1. v. 23.

Et latronibus.

Judicium comparatur pudicæ virgini. Plat. l. 12. de legibus. Plut. Libello de Princ. Doct.

Philo lib. de judic.

S. Cyr. Alex. l. 3. c. 2. in Amos.

3. Hæc est præcipua litigantium miseria, quòd divites ut plurimum pro parte sua possit sperare victoriam, etsi nullam pro se fundatam habeat rationem, quia ut S. Isidorus ait : *Dives muneribus citò corrumpit judicem, pauper autem non habet quod offerat, non solùm audiri contemnitur, sed etiam contra veritatem opprimitur.* Hanc ob causam Ecclesiasticus, mediocris fortunæ homini hoc suggerit consilium : *Non litiges cum homine potente ne forte incidas in manus illius, non contendas cum viro locuplete, ne forte contra te constituat litem tibi; multos enim perdidit aurum & argentum.* Græcus text. legit : *Ne forte statuat contra te pondus auri & argenti*, id est, ut Paulus de Palatio exponit, *quo sua causa pejor facta, tamen auri pondere gravis, tuam causam elevet, & vincat.* Aristoteles hanc Thebanos statuisse legem scribit, ne aliquis, qui hactenus mercaturam exercuisset, judicis posset exercere officium, nisi prius aliquot annis à mercatura cessasset; Supponebant enim, quòd interea ab omni avaritiæ immoderato affectu pariter cessaret. Hinc quoque est, quod Plutarchus *de Iside & Osiride* scribat : *Simulachra Thebis conserata fuere judicum, manibus mutila.*

Cur divites, potius quam pauperes in litigio possint sperare victoriam. S. Isid. l. 3. sent. c. 54. Eccli. 8. v. 1. Paul. de Palatio ibid. Aristot. l. 3. Polit. c. 3.

4. Inter alias conditiones, quas Jethro Moysi pro illis, qui pro tribunalibus sedere debebant, in Exodo præscripsit, una & quidem valde præcipua hæc fuit, ut scilicet sint tales : *Qui oderint avaritiam, id est*, ut Dionysius Carthusianus exponit, *ut scilicet non solum non sint avari, sed tam in se, quàm in alijs, totis præcordijs avaritiam detestentur.* Cajetan. super illud ly, *oderint*, aliam habet observationem; Dicit enim : *Quamvis sufficiat homini non esse avarum, non sufficit tamen judici; hunc enim oportet tam alienum esse ab avaritia, ut oderit eam. Minus dico, quia participium habet in Hebræa, puta odientes avaritiam, significans affectos continuò odio avaritiæ, & non quia ad horam oderint avaritiam.* Oleaster similiter judici, infinitam quasi ab omni lucro & interesse aversionem sectandam esse dicit; *Notavit hic quidam*, inquit, *à judice non solùm exigi, ut expers avaritiæ sit, sed odio eam habeat, ut discat quam longè ab ea esse debeat*; Et quidem ad hoc ut judices hac in re oculati sint, ideo avaritiam judicibus vel maximè cavendam esse subdit, quia *Nulla passio humana ita insectari judices videtur, sicut avaritia.* Hinc etiam S. Carolus Vicarios ab omni, quantumvis minimo munusculo alienos esse volebat, inquiens : *Nullum neque munus, neque domum, neque cujusvis Xenia & esculenta quidem, poculentave, vicarij ab alijs accipiant, qui coram eis causas vel habent, vel agunt. Nec pecuniæ item quidquam ordinarius delegatus, vel judex accipiat pro recognitione, aut, ut vocant, visione scripturarum, ad causas, quæ apud se agentur, pertinentiam.*

Judices debent esse odientes avaritiam, Exod. 18. 21. D. Carth. ib. Cajetan. Oleast. ibid. Act. Eccl. Mediol. pag. 104. Concil. Prov. 3.

5. In summa Prædicantium sequens legitur lepida historia; Cum enim paupercula quædam mulier causam in tribunali suspensam habens, tritum illud audivisset proverbium, qua dici solet, si felicem causæ tuæ exitum, celeremq; justitiam desideras, judicis manus inungere non omittas; ipsa causam suam de die in diem procrastinari videns, & sæpius quærsitam apud judicem audientiam habere non valens; domum solicitè properavit, & transeuntem judicem se in secreto alloqui velle simulans, accepto unguento manus ejus arreptas liberaliter unxit : *Manum aperiri fecit*, inquit Author, *quasi volens in ea pecuniam ponere, quâ apertâ coram omnibus, non sine magna judicis verecundia, fertur manes illius unxisse, qui confusione compulsus, ipsam expedivit.* Idem quoque author manus judicum iniquorum, rotis minimè unctis assimilat : *Tales*, inquit, *currui malè uncto assimilantur, quia sicut ille stridet, ita isti.* Optimè sanè S. Augustinus judices his verbis hortatur : *Decet Judices despicere avaritiam, quæ noverca dicitur esse, & summa inimica justitiæ.* Idem quoque S. Doctor in Epistola quadam disparitatem ostendit, quæ versatur inter advocatum & Judicem : *Non ideo debet Judex vendere justum judicium, aut testis verum testimonium, & jurisperitus verum consilium; illi enim inter utramque partem ad examina adhibentur, isti ex una parte consistunt, cum autem judicia & testimonia, quæ nec justa nec vera vendenda sunt, iniqua & falsa venduntur, multò sceleratius utique pecunia sumitur, quia sceleratè etiam quamvis à volentibus datur. Ille tamen solet tamquam male sibi ablatam pecuniam repetere, qui justum judicium emit, quoniam venale esse non debuit. Qui verò pro iniquo judicio dedit, vellet quidem repetere, nisi timeret, vel puderet amisse.*

Summ. Prædic. V. Judices n. 12. Lepida historia de injusto Judice. S. Aug. ser. 34 ad Frat. S. Aug. T. 2. Epist. 54.

6. A judi-

Aviditate Judicum prolongantur processus, & augentur sumptus. S. Isidor. ibid. c. 52. S. Aug. ser. 35. ad Frat.

6. A judicum quoque aviditate aliud notabile damnum consequitur, videlicet quod expeditiones causarum procrastinentur; De quo præjudicio S. Isidorus ita scribit : *Sæpe Judices pravi cupiditatis causâ, aut differunt, aut pervertunt judicium, nec finiunt cæpta partium negotia; quousque marsupia eorum, qui causantur, exhauriant.* Et tamen meritò ad mentem revocare deberent, quòd his verbis dicit S. Augustinus : *Decet Judices plus Deum timere, quàm alij homines; plus de salute animarum curare; quàm corporis, plus honorem Dei, quàm marsupia plena diligere.* Ille sempiternâ memoriâ dignissimus Thomas Morus *Cum Angliæ totius supremus esset Judex & Cancellarius, invenissetque tribunal suum, plenum causis & litibus, spatio biennij omnes expedivit, & decidit, ut ne unam quidem reliquam reliquerit, idque ea fide, ut de eo nemo posset queri. Tantus verò fuit avaritiæ hostis, & munerum contemptor, ut cum à puero in Republica, usque ad annum ætatis quinquagesimum esset versatus, summusque munijs perfunctus, annuum tamen censum suum toto hoc tempore non auxerit ultra septuaginta aureos.*

Cem. à Lap. in c. 1. Isai.

7. In lib. 1. Regum c. 14. refertur, quod cum Jonathas contra præceptum & ordinationem Patris sui, aggressus fuisset Philistæos, Pater ejus, quisnam præceptum suum transgressus fuisset, ignorans, præcepit Sacerdoti : *Applica arcam Dei*, paulo post vero idem Pater monuit eumdem, dicens : *Contrahe manum tuam*, quia jam transgressor detectus erat, Saul igitur oraculum consulrum esse voluit, quamdiu prævaricatoris notitia ambigua fuit, sufficienti verò acceptâ informatione ab oraculo consulendo desistens, adversus delinquentem, quamtumvis filium, processum instituit. Quo in facto saluberrimum utique documentum traditum fuit judicibus; hi enim, quamdiu causa dubia est, meritò permittere debent, ut utrimque causarum merita compilentur, contradictorie discepterur, examinentur testes : At verò manifestata veritate cavendum est, ne in dispendijs exhauriantur delinquentes. *Quid enim aliud signat*, inquit S. Gregorius, *quod prius applicari Saul arcam petijt, deinde Sacerdotem contrahere manum jussit, nisi quia & obscura debemus consulendo disponere, & quæ clarius innotescunt, cum festinatione complere.*

1. Reg. 14 18. Judices cum Saule sumant diligentem informationem de statu controversiarum. S. Greg. l. 5. in c. 14. lib. 1. Reg.

8. Magnum sine dubio æternæ salutis suæ pignus possidet, quia cum rectitudine & æquitate, sine ullo suo interesse, judicia complet. *Quis ascendet in montem Domini*, interrogabat olim David; *aut quis stabit in loco sancto ejus?* Et confestim respondebat : *Innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam & munera super innocentem non accepit.* Isaias pariter c. 33. inquit : *Qui excutit manus suas ab omni munere, iste in excelsis habitabit.* Christus tamquam judex supremus, Apostolos suos in terra constituit judices delegatos, unde in ipsorum honorem Ecclesia canit : *Vos sæculorum Judices*; at verò insuper voluit, ut *lucernæ ardentes essent in ipsorum manibus*; voluit enim, ut per hasce lucernas ardentes etiam in densissimarum tenebrarum obscuritate experiremur & videremus, quod respendentes & mundæ essent ipsorum manus, conspicuèque quales essent, videretur ab omnibus. Sic Valerius Maximus de Scipione refert; quod de muneribus & donativis receptis accusatus, sese purgaverit, dicendo; quòd ob Africam, in Romanorum potestatem subjugatam, aliam non reportasset retributionem, quàm quòd Africanus patiùm appellaretur. Celebre quoque est exemplum illud, quod S. Bern. Eugenio Papæ, de Martino Danæ legato his verbis scribit : *Tam pauper remeavit, ut penè expensis & equis deficientibus, vix perveniret Florentiam. Ibi Episcopus loci donavit ei equum, quo Pisas usque, ubi eramus tunc, pervectus est. Postridie credo secutus Episcopus (erat enim illi causa cum adversario, & agendi aderat dies) cæpit requirere suffragia amicorum, cumque per singulos solicitaretur; ventum est ad Martinum. Fiducia erat major in illo, qui non posset immemor esse recentis beneficij. Tum Martinus, decepisti me,* inquit; *nesciebam tibi imminere negotium, tolle equum tuum, ecce in stabulo est, & hora eadem resignavit illi. Quid dicis mi Eugeni? Nonne alterius sæculi res est, redisse legatum de terra auri sine auro? Donum insuper, quod poterat esse suspectum, illico rejecisse?* Idem quoque mellifluus D. de Gaufrido Episcopo Carnotensi refert; quòd diu in Aquitania proprijs se sumptibus sustentarit, ut esse posset in judicijs incorruptus, quæ in legatione sua ipsi occurrere potuissent. *Rem loquar, quàm vidi ipse*, inquit S. Bernardus; *Eram cum ipso in terra illa, cum à quodam Presbytero præsentatus est illi piscis, quem vulgo vocant Starionem; percunctatus legatus quanti venierit, non accipio*; inquit; *nisi receperis pretium, & resignavit solidos quinque invito, & verecundo.* De hoc eodem Episcopo; qui erat sedis Apostolicæ legatus subdit : *Cum essemus in quodam oppido, domina illius oppidi obtulit ei pro devotione cum manuergio, duas vel tres parapsides pulchras, ligneas tamen quas aliquando intuens homo scrupulosæ conscientiæ, laudavit eas, sed non acquievit accipere.* Unde S. Bernardus sequens formabat argumentum : *Quando argenteas recepisset, si ligneas refutavit? O si talium daretur virorum copia, quales perstrinximus nunc, quid te felicius, quid isto jucundius sæculo? Beati qui esuriunt & sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur.* Id quod Christus alias inter beatitudines reposuit; & à D. Chrysostomo intelligitur de illis, qui sine ullo licet respectu incorruptam administrarit justitiam. Tametsi enim hi dona & munera accipere renuant, hec ullam habeant terrenorum bonorum rationem, infallibilis tamen Dei providentia ita disponit, ut in hujus repulsæ præmium, bonis fortunæ copiosè abundent; *quoniam ipsi saturabuntur. Noli igitur*, inquit idem D. Chrysostomus, *justitiam exercens, formidare pauperiem, neque famem timere, cum certè illi magis bonis omnibus excidant, aut aliena diripiant : Ut ex adverso ille, qui justitiam diligit, tutissimè omnia bona videt*; Nam æterna veritas apud Isaiam stipulatâ fide pollicetur, quod, *Qui proficit avaritiam, & excutit manus suas ab omni munere, iste in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas ejus; panis ei datus est, aquæ ejus fideles sunt, reges in decore suo videbunt oculi ejus.*

Magnum salutis pignus Judicum est juste judicare & sine ullo interesse. Ps. 23. v. 3. Isai. 33. 15. Luc. 12. 35.

Valer. Max. c. 3.

S. Bern. l. 2. de consid. c. 5. Pulchra exempla judicum munera aversantium.

Matth. 5.

TRACTATUS XLI.

DE JUDICIO FINALI.

CONTINET.

DISCVRSVS XXXI.

DISCURSUS I. Quàm utilis sit hæc de extremo judicio tradita materia, qualiterque nos tamquam frænum à peccatis abarceat, hoc discursu ostenditur.

II. Consideratio finalis judicij ad timoratè & virtuosè vivendum, ad assecurandam salutem, Deique offensas cavendas, magno nobis est auxilio.

III. Nonnullæ adducuntur rationes, cur optimè ordinata Dei justitia, præter privatum uniuscujusque animæ judicium, etiam universale instituit velit.

IV. Hoc discursu de commotione agitur omnium creaturarum, à Deo adversus reprobos armatarum, quæ in vindicandis communi creatori ab his illatis injurijs, zelum suum probabunt.

V. Varia adducuntur motiva, ob quæ corda hominum in illo die novissimo timore ac tremore percellentur.

VI. De timore, quo viri sanctissimi, quoadusque vixerunt, percussi fuerunt, nec non Angelorum ob judicij illius terribilitatem commotione ac tremore.

VII. Multas habemus in judicio illo timendi causas, in quo judicis in majestate futurus adventus majorem terrorem hominibus concilabit.

VIII. Cur dies ille judicis dies Domini, dies magnus, & dies iræ appelletur in sapientia.

IX. De ira & furore Christi judicis, deque severitate suppliciorum quæ immittet; nec non de causis timendi, quas habituri sumus.

X. De igne qui in finali judicio præcedet Judicem, deque effectibus quos operabitur, nec non de nonnullis quæ in eo latent, mysteriis moralibus.

XI. Crux & vulnera Christi reprobis in die judicij majorem adferent damnationem, eò quòd redemptione ipsius, alijsque auxilijs abusi fuerint.

XII. Judex in die illa ad preces nostras inexorabilis erit, adeoque derelinquemur ab omnibus, ut nec Angeli, nec Sancti, nec sanctissima Virgo, nec Redemptoris nostri sacratissima vulnera nobis sint præsidio futura, quin potius totaliter adversabuntur.

XIII. De rigoroso examine, quod subituri sumus in reddenda ratione bonorum gratiæ, naturæ, & fortunæ, peccatorum omissionis, aliarumque rerum, quæ nunc judicio nostro minimæ esse apparent.

XIV. Judex in illo die manifestabit abscondita cordium, manifestas omnibus efficiendo conscientias nostras, nobisque Legem suam ob oculos statuet, quam in hac vitâ nobis observandam dedit.

XV. Variæ opiniones in ordine ad libros, qui in judicio finali sunt aperiendi, in quibus divina virtute, plena & distincta unicuique revelabitur Conscientiæ propriæ & aliorum notitia, fietque examen in comparatione actuum nostrorum ad legem.

XVI. Excessiva futura erit reproborum erubescentia & confusio, dum sua videbunt in conspectu omnium manifestari peccata, adeoque illa occultare haudquaquam possint.

XVII. Præsciti de suis peccatis à Dæmone, à propriâ conscientia, & à Christo, veluti teste accusati & convicti, nè verbum quidem respondere poterunt.

XVIII. Variæ considerantur rationes, cur reprobi in illa die futuri sint inexcusabiles, eorumque excusationes omnes confutandæ sint & exsibilandæ.

XIX. De reproborum angustijs, utpote quibus omnes recursus & appellationes, omniaque subterfugiorum genera intercludentur, eò quòd Judex in illa die futurus est justus, incorruptus, potens, sapiens, inexorabilis & inflexibilis.

XX. Dæmon in judicio finali se reprobis opponet, qui supplicijs & iræ Dei subjecti, & à proximis, cognatis & amicis infestati & derelicti, nullibi habituri sunt ullum refugium.

XXI. De rigorosissimo finalis judicij examine, cui etiam perfecti & sancti subjicientur, quibus Dæmon adversabitur, de culpis quibusque levissimis illos accusando.

XXII. De rigoroso examine operum bonorum, quæ quadantenus defectuosa sunt, nec non eorum, quæ solùm apparenter bona existunt.

XXIII. Nullus, quantumvis sit sanctus & innocens, coram divino tribunali securus erit, sed omnes timebunt ob transgressiones & defectus etiam minimos.

XXIV. Variæ instituuntur considerationes super verba sententiæ illius, quam Christus adversùs reprobos fulminabit, dicendo: *Discedite à me &c.*

XXV. De invitatione, qua Christus electos advocabit ad gloriam, dicendo: *Venite benedicti &c.* ubi etiam ostenditur, nullam electos habituros occasionem timendi judicium, siquidem rectam quamdam possident conscientiam.

XXVI. Cur Christus in judicio sub specie humana sit comparituras

XXVII. Quod si in vita per exactum conscientiæ examen judicaremus nosipsos, nulla nobis esset judicem timendi ratio, quia bonus judicij universalis exitus, à particulari uniuscujusque dependebit judicio, quod post singulorum mortem confestim instituitur.

XXVIII. Judicium, quod in scripturis vicinum esse prædicitur, *ex improviso veniet*, tempus autem certum Deus nobis ignotum esse vult ob utilitatem nostram, illudque differt, ut tantò melius ad illud subeundum nos præparemus.

XXIX. Christus finale judicium infallibile nobis prædixit, ut in illo iram ejus effugiamus, nosque ad illud per bona opera & continuam mentis applicationem præparemus.

XXX. Continua judicij finalis consideratio ad ducendam vitam immaculatam, culpamque fugiendam plurimum confert. Unde certum indicium, unde hominem novissimum judicium credere conjici potest, est, si in continuo judicis venturi timore vivat, deque novissimo die continuò cogitet.

XXXI. Examen & processus judicij finalis præcipuè circa opera misericordiæ instituatur, quibus se electi tueburtur, eorum verò omissio reprobis in damnationem vertetur.

DISCURSUS I.

ARGUMENTUM.

Quam utilis sit hæc de judicio extremo digesta materia, qualiterque nos tamquam frænum à peccatis abarceat, hoc discursu ostenditur.

THEMA.

Iniquitatæ sunt viæ illius in omni tempore, auferantur judicia tua à facie ejus. Psl. 9. v. 26.

1. PRopheta regius omnes gentes, cunctosque totius universi populos ad porrigendas prædicationi ejus aures, eamque seria cum attentione auscultandam his verbis invitat: *Audite hæc omnes gentes, auribus percipite omnes, qui habitatis orbem; quique terrigenæ & filij hominum, simul in unum dives & pauper.* Erat quidem hic vates cœlesti prorsùs eloquentia & Sapientia conspicuus, *sedens in Cathedra Sapientissimus*; Verumtamen in hac occasione cunctas se Sapientiæ exerturum vires fore promittit, ut tanto efficacius; id quod volebat, inculcaret. *Os meum loquetur Sapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam, inclinabo in parabolam aurem meam, aperiam in Psalterio propositionem meam.* At verò quodnam mysticæ hujus prædicationis thema fuisse existimatis? Certè non aliud; quàm quod pro gloria Dei, & pro animarum salute arduissimum, maximèque necessarium proponi poterat; videlicet materia de universali & finali judicio, siquidem tamquam discursus sui principale subjectum subnectit, dicens: *Cur timebo in die mala?* id est, ut apud Lorinum sacri interpretes exponunt: *In die Judicij, iniquitas calcanei mei circumdabit me, id est*; ut Chaldæus legit: *Cur timebo, nisi quando reatus peccati mei circumdabit me?* David igitur attentionem & applicationem mentis fidelium ad judicium finale majori cum solicitudine, quam ad quævis alia fidei nostræ mysteria rapere contendit, quia hæc, ut videbimus, præ cæteris potentissimum est ad profliganda vitia, nosque in virtutibus confirmandos instrumentum; cum enim divinæ legis adimpletio in duobus hisce polis vertatur: *Declina à malo, & fac bonum*, manifestum est, quòd utrumque hunc effectum per seriam universalis judicij considerationem perfectè assequamur.

Psl. 48. v. 2. David à nobis requirit omnè mentis attentionem in consideratione extremi judicij.

2. Reflexistisne vos aliquando ad solicitudinem illam, quam infallibilis illa divina providentia adhibuit, ut hoc nobis mysterium vivacissimè imprimeret? Primâ enim omnium vice, quâ calamus Spiritus S. ad exarandam nobis scripturam sacram se movit, Deum nobis simul non solùm ut creatorem totius universi, verum etiam ut judicem ob oculos statuit, dum ait: *In principio creavit Deus cælum & terram.* Ubi, ut Cajetan, & alij observant, in Hebræo loco, Deus, hæc dictio *Elohim* ponitur; subdit vero idem Cajetanus: *Appropriatè utitur hoc nomine, significat enim Deum, quatenus judicem.* Quamobrem verò Spiritus S. ab initio, dum vix universum creatum fuisset, Deum nobis immediatè ob oculos tamquam judicem statuit? *In promptu causa est*; inquit idem Cajetanus, *ut unus atque idem Deus credatur creator mundi, & judex universorum.* Voluit nimirum increata Dei Sapientia ab ipsis mundi primis natalibus, imò à prima nostrûm productione firmam judicij extremi insinuare memoriam, ut illud continuò in mente & corde nostro haberemus insculptum. Ob eumdem quoque finem postquam in terras descendisset, ut nostram operaretur salutem, nos in oratione quotidiana, regnum ipsius petere docuit, dicendo: *Adveniat regnum tuum*; his namque verbis, ut S. Cyrillus Alexandrin. opinatur, petimus, ut diem illum tremendum feliciter evadere valeamus: *Mandavit in oratione petere illud tempus, revera terribile, ut sciant quod vivere decet eos non lentè, vel remissè, ut illud tempus non paret eis flammam vel vindictam.* Voluit quoque ut sanctissimus præcursor suus mundo mysterium istud specialiter annuntiaret: *Cujus ventilabrum in manu sua & permundabit aream suam, & congregabit triticum suum in horreum paleas autem comburet igne inextinguibili.* Similiter ipsiusmet incarnati verbi prædicatio, ut videre est, Matth. 25. per judicij extremi historiam terminata fuit: *Cum venerit filius hominis in majestate sua &c.* ac proinde

Deus nobis ab initio memoriam extremi judicij vivacissimè imprimere voluit. Genes. v. 1.

Cajetan. ibid.

Hoc ipsum fecit ab incarnatione sua, usque ad finem vitæ suæ. Matth. 6. 10.

S. Cyr. Alex. in Cat.

D. Tho. in c. 11. Luc.

Matt. 25. 31.

inde idem Evangelista c. 26. immediatè sequenti ait: *Et factum est, cum consummasset Jesus sermones hos omnes.* Præterea non constat, quod in Pathonis suæ decursu aliam doctrinam æquè solicitè inculcarit, ac istam. *Amodo videbitis filium hominis, . . venientem in nubibus cæli*, cum potestate magna & majestate. In sua ad cœlos Ascensione pariter nihil æque solicitè curavit, quam ut in montem Oliveti, unde ascenderat, Angelos mitteret, qui mundo hoc mysterium insinuarent, dicentes: *Sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cælum.* S. Mater Ecclesia à Spiritu S. instructa & gubernata instituit, ut Annus Ecclesiasticus exordium suum à judicio finali sumeret; Unde in prima Dominica Adventus illud proponit Evangelium, in quo dicitur: *Erunt signa in Sole &c.* eumdemque pariter in ultima Dominica Pentecostes per eamdem terminat Judicij finalis historiam Evangelicam. Verum enimvero quantò divina Sapientia solicitior est ad imprimendam in fidelium mentibus vivam hujus mysterij apprehensionem, tantò sterilior est hominis lingua, impeditiorque redditur omnis calamus ad dignè de illo discurrendum, aut scribendum; quia scriptum est, quòd horror diei illius tam futurus sit excessivus, ut homines præ timore exarescant: *Arescentibus hominibus præ timore.* Et tamen Psaltes regius materiam hanc dilucidandam aggredi non dubitavit, dicendo: *Os meum loquetur Sapientiam &c.* Inter alios autem hujusce considerationis salutares effectus, unum hunc, eumque utilissimum esse significat, quòd scilicet viam ad quævis præcipitia detruncet, nosque à peccandi libertate coerceat & refrænet.

Matt. 26. 1.

Matt. 26. 64.

Act. Apost. 1. v. 11.

Luc. 21. v. 26.

Psl. 48. v. 4.

Oblivio extremi judicij præcipitat nos in omne malum. Psl. 10. v. 3. Ibid. v. 4. & 5. Ibid. v. 5.

3. Observandum verò est, in quem usque excessum in impio multiplicata fuerint scelera, in tantum videlicet, ut David dicat: *Laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & iniquus benedicitur, Exacerbavit Dominum, ... Non est Deus in conspectu ejus, inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore.* At verò quisnam fuit ille scopulus, ad quem allidentes tam enormiter ceciderunt? Nimirum quia obliti fuere se aliquandò coram divino tribunali præsentandos & judicandos esse: *Auferuntur*, inquit *judicia tua à facie ejus*, id est, ut exponit S. Hieronym. *Longè sunt judicia tua à facie ejus.* Quem textum D. Chrys. Hom. 38, super Joan. adducit, ut nos exhorteretur, ne umquàm novissimi hujus diei memoriam à mente nostra excludamus. *Judicium*, inquit, *semper præ oculis habeamus, & ita semper virtuti vacare poterimus, nam sicut qui diei illius obliviscitur, tamquam fræno abjecto in præcipitium defertur (inquinatæ enim sunt, inquit, viæ illius in omni tempore, & causam affert: Auferuntur judicia tua à facie ejus) ita quem continuus hic percellit timor, modestè vivendi viam ingreditur.* Idem quoque Psalmista impij considerans inverecundam temeritatem & impudentiam, quâ sibi inquoscumque excessus committendos fræna laxat, attonitus interrogat: *Propter quid irritavit impius Deum?* moxque causam cur in barathrum istud corruerit, hanc affingit: *Dixit enim in corde suo; non requiret.* Unde S. Augustin. in quodam sermone ad populum inquit: *Irremediabile periculum est, sic aliquem vitiis & cupiditatibus frena laxare, ut se rationem Deo non meminerit redditurum. Puto, quod magna sit peccati pœna, metum ac memoriam futuri perdidisse judicij.*

S. Remig. lib.

S. Vincentius Ferrerius in sermone quodam ait: *Inter alia, quæ multum retrahant hominem à malo, & à peccato, est timor judicij.*

S. Vincent. Ferrer. ser. 3. in Sexag.

4. S. Lucas S. Paulum tamquam furibundum Leonem & Christi persecutorem nobis describit, qui adversus Evangelij sequaces, fulmina iræ suæ evibrare satagebat: *Saulus adhuc spirans minarum & cædis in Discipulos Domini*; quem tamen eumdem paulo post in eodem capite nobis exhibet, velut agnum quemdam longè mansuetissimum: *Domine, quid me vis facere?* Unde illum ex nunc veneramur tamquam vas electionis, Doctorem gentium; & Apostolum gloriosissimum, ad totius mundi conversionem specialiter destinatum: Sed undenam orta est hæc tanta viri hujus mutatio? Ex consideratione finalis judicij. Audiamus hac de re loquentem S. Vincentium: *Quando*, inquit, *Christus sibi dixit; Saule, Saule, durum est tibi contra stimulum calcitrare, cui Christus ostendit se, ut dicant Glossæ, sicut stabit in judicio. Paulus statim tremens, ac stupens, dixit: Domine, quid me vis facere?*

Act. Apost. 9. v. 1. Consideratione extremi judicij S. Paulus conversus fuit. Ibid. v. 6.

S. Vincent. Ferrer. ib.

Bolland. 9. Febr. fol. 561. n. 64. Rex Bulgarorum intuens depictum extremum judicium, ad fidem conversus fuit.

5. Apud Bollandum in vita S. Theodoræ Imperatricis, Bulgarorum ad fidem nostram Christianam, legimus conversionem, quorum Rex habitum & vitam professus est monasticam. Hic venationi supra modum deditus erat, adeoque non solum delectabatur in consectandis ferarum prædis, verum etiam summa cum voluptate intuebatur venationes, penicillo affabre in domo quadam specialiter hoc fine delineatas, ad quas eleganter depingendas, usus est operâ Monachi cujusdam, natione Romani, cui nomen Methodius erat, in arte pictoria admodùm experti. *Sed veluti divinâ quâdam providentia ductus, non præscripsit definitè quæ, & qualia is animalia pingeret. Solùm mandavit, ut suo arbitratu pingeret quæ vellet, modò terribilia ea essent, quæque horrorem ac metum incuterent spectantibus. Ille cum nihil nosset esse terribilius secundo Christi adventu, eum illic pinxit. Princeps ab hac parte justorum expressum cœtum intuens, ab altera impiorum supplicia, edoctusque à pictore, quid sibi ista vellent, illico avitam superstitionem ejuravit, institutusque à sancto Episcopo divinis arcanis, intempestâ nocte sacrum suscepit baptismum.*

6. Meritò igitur S. Bernardus ad propositum nostrum ait: *Unde verò impij tanto furore tabescerent, nisi in regnum summæ beatitudinis, coram se vidissent alios introduci?* Plenæ sunt historiæ conversionum innumerabilium, quæ suam originem traxerunt ex eodem, undè secundùm S. Vincentium S. Paulus conversus fuit; Nam ut D. Chrysostomus ait: *Nulla ibi virtutis cura, qui credit se non redditurum rationem de his, quæ hic operatus est; sed opinatur res nostras tantum intra angustos præsentis vitæ limites contineri, neque ultra se extendere.* Qui enim obligationem reddendarum post hanc vitam rationum non considerat, virtutem sectari parum curat; imo verò, quod pejus est, ad quemvis excessum sibi ipsi fræna laxat, *Neque peccare desinit*, inquit idem S. Doctor, *cum nihil supplicium imminere suis malè actis credat, permittit se fœdis concupiscentijs, & in nullum non peccandi genus ruit.*

S. Bern. ser. 8. in fal. qui habitat. Nullam virtutis causam habet, qui non cogitat extremum judicium. D. Chrys. T. 5. ser. 33. de Resurr.

7. S. Petrus in Epistola secunda certum quoddam hominum impiorum genus nobis describit, dum ait: *Hoc primum scientes, quod venient in novissimis diebus in deceptione illusores, juxta proprias concupiscentias ambulantes.* Sed quinam futuri sunt hi impij & sacrilegi? Illi nimirum, qui ab extremo judicio mentem suam avertunt, qui se aliquando coram tribunali Christi judicis præsentandos esse minimè credunt, *dicentes: Ubi est promissio, aut adventus ejus?* At verò S. Petrus paulo post ipsidem dicit: *Non tardat Dominus promissionem suam, adveniet dies Domini ut fur.* Denique postquam futurum illis creaturarum exterminium repræsentassèt subjungit: *Propter quod charissimi hæc expectantes, satagite, immaculati & inviolati ei inveniri in pace.* Enimvero equus indomitus, & ad præcipitia pronus, fræno coercetur; Hâc quoque similitudine D. Chrysostomus utitur, dum modum suggestiones infernales, ad lapsum nos extimulantes, retrænandi his verbis insinuat: *Si ditescere, si rapere, si absurdum aliquid facere voluerimus; è vestigio dies illa, & judicium animo inspiratur, & omni fræno vehementius absurdos affectus cogitatio hæc cohibebit, atque*

Matt. 3. v. 7. S. Joan. Baptizabat venientes ad se in aquis Jordanis, qui interpretatur Fluvius judicij. Ibid. v. 11. Novar. ibid.

2. Petr. 3. 3. Consideratione extremi judicij, tamquam fræno retrahimur à peccatis.

Ibid. v. 9.

Ibid. v. 14.

Psl. 74. v. 5.

D. Chrys. Hom. 38. in Joan. in princ.

Psl. 10. v. 13.

S. Aug. ser. 34. in Append.

que invicem & nobiscum semper dicamus: Horrendum illud nos judicium monet.

Cur bonus Latro præ alijs sanctis acceperit promissionem paradisi.

7. Considerationè dignissima est miraculosa illa mutatio, quæ in unico momento circa bonum latronem facta fuisse noscitur, qui pedem suum Paradiso ante S. Joannem Baptistam intulit, qui prædicando dixerat: *Appropinquavit regnum cælorum*, Imò & ante S. Petrum, cui claves cœli consignatæ fuerant A Christo, qui porta cœli erat? *Ego sum ostium*, primus omnium mortalium sibi dici audivit: *Hodie mecum eris in Paridiso*; Et tamen quis est, qui ipsum vitam suam inter continuata latrocinia traduxisse ignoret? Imò paulo ante simul cum suo criminis & supplicij collega, Redemptorem nostrum blasphemaverat. Quam difficultatem S. Ambrosius movet, dicens: *Videamus cur tantorum criminum reus, tam cito à Salvatore Paradisum promeretur, cum alij multorum temporum lachrymis frequentibusque jejunijs, vix delictorum suorum ventam consequantur.* Inter alias verò subitaneæ hujus conversionis rationes, quas adducit, una est, quia Judicium finale vivaciter apprehendendo compunctus, postulavit veniam, nec tamen ideo subito Paradisum sibi donari aut dolores & cruciatus, quibus angebatur, mitigari sibi petijt, sed solùm in die finalis judicij, bonam sui memoriam haberi rogavit. *Devotione fidei*, inquit, præfatus Sanctus Doctor, *tam repente mutatus est, ut præsentem pœnam despiceret, ac de futura ventam precaretur, & magis crederet utile sibi esse de æterno judicio petere, quàm de temporali supplicio supplicare. Reminiscens scelerum suorum, & pœnitudinem gerens, plus incipit dolere quod speratur, quàm sentire quod patitur; potuit enim, nisi de futuris amplius cogitasset, qui in Christum semel crediderat, de præsenti magis supplicio deprecari.*

S. Ambr. T. 5. ser. 49.

Diabolus ut augeat peccata, absondit à nobis memoriam extremi judicij. Cæsar. Hom. 29.

8. Peculiaris tartarei serpentis astutia est quâ hanc adeo salutarem ultimi diei reminiscentiam impio absondit, ut culpas semper suas tanto amplius multiplicet. Cæsarius Arelatensis, idem quoque punctum in Homilia quadam his verbis tangit? *Habet hoc infelix consuetudo peccandi, ut, quantum amplius unusquisque peccaverit, tantum minus peccata ipsa intelligat. Veniat illud, quod Propheta peccatoribus clamat; Non est Deus in conspectu ejus; Auferantur judicia tua à facie ejus; etenim quando subrepit peccandi delectatio, statim futuri judicij diem absondit oblivio.* Eamdem quoque veritatem nobis illa, quam incarnata Sapientia de illo, qui Regi suo decem millia talentorum debebat, proposuit, parabola expressè declarat. In ea namque dicitur: *Assimilatum est regnum cælorum homini Regi, qui voluit rationem ponere cum servis suis*; nam ut Carthusianus ait: *In die judicij nullum peccatum relinquit inultum.*

Matth. 18. v. 23. D. Carth. ib.

9. Et quidem ut Venerab. Beda ait, per Regem hunc *quis melius, quam Redemptor noster intelligitur, de quo Psalmista ait: Deus judicium tuum Regi da? Oblatus est ei annus, qui debebat ei decem millia talenta.* Quis autem erat iste, qui tam excessivum contraxerat debitum? Salmeron ait: *Significatur insignis peccator, quasi millies transgressus sit decem præcepta Dei.* Causa autem, cur tam excessivum æs alienum contraxerit, est, quia de rationibus reddendis numquam cogitaverat, quæ proinde inopinatè ab eo exacta fuit; Is verò, qui de judicio minimè cogitat, in quemcumque quantumvis enormem excessum facilè incidit. Jehu, qui ad extirpandam Achabi stirpem, ad thronum regium evectus fuerat, cum Jezabelem è fenestra præcipitem agi præcepisset, hæc quidem à canibus devorata fuit, ita tamen, ut calvaria capitis, pedes & manus intactæ permanerent: *Cumque issent ut sepelirent eam, non invenerunt nisi calvariam, & pedes, & summas manus.* Quodnam verò in eo latet mysterium, quod toto impiæ Jezabelis corpore à canibus consumpto, solæ pedum, manuum, & capitis extremitates remanerent superstites? Utique de justitia divina dicendum, quòd *omnia in sapientia fecerit.* Jezabel namque mundi & carnis lenocinia significat, quæ omnia tandem deficiunt, & à vermibus tamquam canibus devorantur; sæpe tamen Deus per infinitam suam misericordiam, extremæ diei nos commonefacit ut hujus memoriâ impietatem Jezabelis detestemur. Unde quidam sacer interpres hæc de re ita scribit: *Ecce Dominus voluit, ut extrema Jezabel conservarentur, quia quocumque modo Jezabel pereat, Dominus vult, ut præ oculis habeamus extrema; quæ in miseria sunt; & non media, quæ in gaudio sunt.*

Matth. 25. v. 23. Luc. 23. 43.

S. Ambr. T. 5. ser. 49.

Stoph. Cantuar. apud Bodefrid.

Salm. Tom. 7. Tr 8.

Corpore Jezabelis à canibus devorato, sola Calvaria & extremitates pedum & manuum manserunt intacta & quid per hoc signetur. 4. Reg. 9. v. 35.

DISCURSUS II.

ARGUMENTUM.

Consideratio finalis judicij, ad timoratè & virtuosè vivendum, & assecurandam salutem, Deique offensas cavendas, magno nobis est auxilio.

THEMA.

Confige timore tuo carnes meas, à judicijs enim tuis timui. Ps. 118. v. 120.

Optimum remedium ad proficiendum in Virtutibus semper præ oculis habere tribunal Judicis Christi.

1. SUpplicatio, quâ Propheta regius se clavis timoris cujusdam reverentialis, in corde suo transfigi instanter rogabat, in eo fundabatur timore, quo idem Rex extremum Dei judicium sibi aliquando superventurum anxiè metuebat: *Confige timore tuo carnes meas, à judicijs enim tuis timui*; Incessanter namque in animo & memoria sua, direi illius rigores & formidabiles revolvebat sententias, hæ enim nos timorem Dei reverentialem concipere & conservare faciunt. Unde S. Ephrem Syrus nos exhortabatur, inquiens: *Semper cor & lingua tua de extremo judicio meditentur. Sive igitur operi, sive orationi intentus sis, sive ambules, sive sedeas, sive comedas, sive jejunes, sive in cubili tuo vigil jaceas, sive quid aliud agas, non desistat mens tua cogitare, & os tuum loqui de judicio.* Quibus in verbis S. Ephrem nihil aliud intendit, quam ut animam hominis ad perfectionem vitæ acquirendam dirigat & perducat, prout ex ejus instructionibus clarè deducitur. Ad proficiendum verò in virtutibus, optimum est medium, ut quis continuo in mente sua fixum habeat tribunal Christi judicis. Cæsarius Arelatensis in Homilia quadam *de die judicij*, utilissimam quamdam nobis proponit doctrinam, quæ si bene capiatur, ad nos in scola Christi perfectè erudiendos, abunde sufficit: *Audivimus*, inquit, *fratres, cum Evangelium legeretur, terribilem vocem, & metuendam pariter & desiderandam*; Est enim terribilis reprobis, contra quos tremenda illa fulminabitur sententia: *Discedite à me maledicti*: Desiderabilis verò electis, qui ad æternam invitabuntur beatitudinem: *Venite benedicti Patris mei.* Subdit verò idem Cæsarius: *Rogo vos fratres charissimi, ut lectionem istam attento corde audiatis, & memoriter retineatis; qui enim istam lectionem diligenti mente attendit, etiamsi reliquas scripturas minimè intelligat, ista sola lectio sufficere potest ad omne opus bonum faciendum, & ad omne opus malum fugiendum.* Ut enim quis irreprehensibilem agat vitam, virtuosèque operetur, hoc unicum sufficiet, si quis judicij memoriam in mente sua semper fixam habuerit, nam ut D. Chrysostomus ait: *Qui sibi persuadet futurum aliquando judicium, & ante oculos statuerit terribile hoc tribunal, is modis omnibus conabitur, ut studeat temperantiæ atque alijs virtutibus.*

S. Ephrem, Tom. 2. Par. ven. 47.

S Cæsar. Arel. Hom. 35.

Matt. 25. 41.

Ibid. v. 34.

D. Chrys. Tom. 5. ser. 33. de Resur.

2. Præclarum illud patientiæ speculum, S. Job his Deum verbis affabatur: *Oculi tui in me, & non subsistam.* Super quæ verba S. Gregorius ita scribit: *Voci justorum congruit, quorum mens semper solicita venturo examini intendit, omne enim quod agunt, metuunt, dum cautè considerant, ante quantum judicem stabunt.* Electi proinde semper solicitè studeut accumulandis meritis, virtutibus, & operibus Sanctis, scientes, quod hæc sola nos ante tremendum supremi judicis tribunal comitabuntur, non verò dignitates, non thesauri, non sceptra, nec voluptates: *Opera enim illorum sequuntur illos.* Regius vates Psalmum 100. ab his exorditur verbis: *Misericordiam & judicium cantabo tibi Domine, psallam, &c.* At verò inquies, quis non timeat & contremiscat, horrendum & terribilem illum rememorando diem, in quo à Christi throno omnis misericordia exulabit? Sed advertendum id, quod immediatè subjungit: *Et intelligam in vita immaculata, quando venies ad me, perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ; Non proponebam ante oculos meos rem injustam; facientes prævaricationes odivi, non adhæsit mihi cor pravum.* At verò scitisne, undenam hæc ejus fuerit derivata innocentia? Ex continua nimirum & seria finalis judicij confideratione: *Confige timore tuo carnes meas, à judicijs enim tuis timui; Feci judicium & justitiam. Providebam Dominum*, inquit in alio Psalmo, *in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi, ne commovear, id est*, ut Hugo Cardinalis declarat, *Tribunal Christi judicis menti meæ observabatur incessanter*; nam ut Sapiens ait: *Rex qui sedet in solio judicij, dissipat omne malum intuitu suo, dum inspiciur*, addit Hugo. *Providebam Dominum in conspectu meo semper, id est, ut judicem, ut timeamus, quia non solum videt, quæ facimus, & cogitamus; sed & districtè judicabit. Unde Prov.* 20. *Rex qui sedet in solio judicij, id est, Christus, quem homo in corde suo statuit judicem, intuitu suo dissipat omne malum.* Pueris constituuntur Magistri & Pædagogi, qui illos in virtutibus dirigant, lubricamque juventutis ætatem gubernent, sintque illis velut calcar ad bonum & sicut frænum coercens à malo; Ad virtutem autem sectandam nullus dari potest melior pædagogus, quam seria finalis judicij cogitatio. Unde S. Basilius ait: *Timor judicij pædagogus est ad pietatem.*

Job. 7. v. 8. Hoc expertus fuit Job.

Prov. 20. v. 8.

S. Basil. in cap. 11. Isai. v. 7.

3. S. Joannes in Apocalypsi audivit è cœlo vocem, dicentem sibi: *Scribe, beati mortui, qui in Domino moriuntur.* In Domino mortuos & beatos appellat illos, qui pleni bonorum operum ex hac vita discesserunt. *Amodo jam dicit Spiritus, ut requiescant à laboribus suis, opera enim illorum sequuntur illos.* At verò scirene causam vultis, cur beatificati fuerint, & in hoc caduco mundo sanctè viventes, cœlestium sibi gratiarum thesauros accumulaverint? Nimirum quoadusque vixerunt, mentem suam in judicium extremum defixam habebant; nam S. Joannes immediatè subdit: *Et vidi, & ecce nubem candidam, & super nubem, sedentem similem filio hominis; habentem in manu sua falcem acutam.* Christus enim in cœlos ascendens, nube usus est, velut curru triumphali: *Qui ponis nubem, ascensum tuum.* Quando autem venturus est ad judicium, pariter descendet in nube: *Venientem in nubibus*; per quod nobis insinuatur, quod si in ejus societate ascendere velimus; mentis nostræ oculum in hanc alteram nubem judicij universalis defigere debeamus; ac proinde mox ut in Symbolo diximus: *Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis*, subjungimus statim: *Inde venturus est judicare vivos & mortuos*, quasi Apostoli, qui Symboli fuere conditores, per hanc Ascensionis ad cœlum, & judicij connexionem indicare voluissent, hoc ad illam assequendam ingenti præsidio esse; Ideo quoque Christo, in cœlos ascendente, Angeli in montem Oliveti descendentes, dixerunt: *Sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum.* Quapropter D. Chrysologus in sermone quodam super Symbolum ait: *Si credimus venturum judicem, innocentes judici nos præparemus: Judicem negat esse, adventre non credit, judicandum se satis esse diffidit, qui male vivit.* Econtra verò qui in timore Dei vitam agit, se judicium finale sæpius cogitare ostendit, sicut qui legem divinam conculcat, se de rationibus actionum suarum Deo reddendis parum solicitum esse manifesto judicio probat. Nam *judicandum se esse diffidit, qui male vivit.* Propheta regius sanctè de se gloriabatur, dicens: *Ego autem in innocentia mea ingressus sum*, quia se tremendi judicis tribunali vicinum esse semper cogitabat. *Omnia judicia ejus in conspectu meo. Judicia Domini vera, justificata in semetipsa. Memor fui judiciorum tuorum à sæculo Domine, &c. Cognovi Domine, quia æquitas judicia tua. Jucundus homo qui miseretur & commodat, disponet sermones suos in judicio.* Huc spectat, quod S. Augustinus super Psal. 49. his verbis scribit: *Minis Dei prohiberis à malo, invitaris ad bonum. Unde piget, nisi quia non credis? Excutiat ergo unusquisque cor suum, & videat quid ibi fides teneat. Si credimus futurum judicium fratres, bene vivamus: Tempus misericordiæ nunc est, tempus judicij tunc erit, modo pœniteat.*

Apoc. 14. 13. In Domino beati moriuntur, pleni bonis operibus, acquisitis consideratione extremi judicij.

Ibid. v. 14.

Ps. 103. v. 3.

Matt. 26. 64. Quid significet quod Christus ascenderit in nube, & similiter ad judicium venturus sit in nube.

Act. Apost. c. 11.

D. Chrysol. ser. 59.

Qui conculcant Legem Dei, non cogitant de finali judicio.

Ps. 25. v. 11.

Ps. 17 v. 23.

Ps. 118. v. 10.

Ps. 118. v. 52.

Ibid. v. 75.

Ps. 111. v. 5.

S. Aug. in Ps. 49.

4. David Deo generosè promittebat, se ei soli victurum, eumque per omnia sæcula laudibus celebraturum esse: *Vivet anima mea & laudabit te?* At verò quâ ratione se in æternum victurum esse, tanta cum libertate promittere sibi poterat? maximè cum homo nesciat, utrum amore vel odio dignus sit nimirum *judicia tua adjuvabunt me*: Per hanc namque judicij finalis continuam meditationem, ab omni se sinistro eventu tueri posse confidebat, seque securum reputabat. Verum quidem est, quòd sola perseverantia coronas impetret: *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit*: Verumtamen hanc perseverantiam fecuré obtinebimus, si Christum judicem continuò nobis ob oculos positum habeamus. Unde S. Basilius super verba Isaiæ inquit: *Exquirite judicium, Christi videlicet, secundum quod de nobis fert sententiam, sensatis quibusque nostrum pro meritorum qualitate rependens mercedem, quod quidem nisi observemus, nisi præ oculis habeamus, non possimus persistere in ullo opere bono.* S. Cyprianus textum illum adducens Ezechielis: *Super quem videritis Tau, ne occidatis*; illumque comparans cum illis Exodi verbis: *Videbo sanguinem & transibo, nec erit in vobis plaga dissipationis*; ita demum scribit: *Cum vastari cæperit mundus, & percutti, quisquis in sanguine, & cum signo Christi inventus fuerit, solus evadet: Respicite itaque dum tempus est ad veram & æternam salutem, quæ jam mundi finis in proximo est; ad Deum mentes vestras Dei timore convertite.* Quisquis enim extremum judicij diem seriò & constanter meditatus fuerit, secure evadet salutis discrimina. *Vivet anima nostra, & laudabit Dominum*, judicia ejus adjuvabunt nos. S. Ambrosius quoque fructum meditationis finalis judicij, æternam terriburionem futuram esse his verbis affirmat: *In lege Dei atque hæreditate fidei constituros, judicij dies non ad pœnam invenit, sed ad gloriam.* S. Hilarius beatos appellat illos, qui per continuam judicij memoriam actiones suas dirigunt, siquidem verba illa Psalmi: *Superbi iniquè agebant usquequaque*, explicans, in regij Prophetæ laudem, is verbis excurrit: *Inter nimias & consummatas superborum iniquitates, valde enim iniquè agebant, nullo propheta deflexa à lege Dei declinat; oportet esse eum memorem judiciorum Dei. In omni enim vitæ nostræ genere, memoria nobis de imi judicij inserenda & continenda est: Ut, cum aliquid agimus, residente in nobis judicij memoriâ, vel numquam potius abeunte, præceptis Dei opera nostra famulentur. Beatas erit, qui sus non sine memoria divini judicij omnia gesserit, quod de se profitetur Propheta dicens: Memoratus sum judiciorum tuorum à sæculo & exhortatus sum.*

Ps. 118. v. 175.

Ibid. v. 175.

Ecclesiast. 9. v. 1. Perseverantiam in bono obtinebimus, si Christum judicem præ oculis habeamus.

Matt 10. 22.

S. Basil. in c. 1. Isai.

5. De S. Elia Propheta legimus, quòd, dum in spelunca delitesceret, inde à Deo egredi jussus fuerit: *Egredere & sta in monte coram Domino, & ecce Dominus transit, & spiritus grandis & fortis subvertens montes, & conterens petras.* Simul tamen aliam vocem audivit Dominum in impetuoso vento minime esse præsentem: *Non in spiritu Dominus.* Post hunc verò ventum, ingentem quamdam audivit commotionem! *Et post Spiritum commotio*; Nec tamen in hac commotione Dominus aderat: *Non in commotione Dominus.* Post hanc vero commotionem comparuit ignis: *Et post commotionem ignis*; sed neque in igne Deus erat: *Non in igne Dominus*; *Et post ignem Sibilas aura tenuis*, moxque vocem audivit Dei: *Et ecce vox ad eum.* Hugo de S. Victore Historiam hanc nostro adaptans proposito, inquit: *Ecce præambulos Dei spiritus, commotionem, & ignem: Non venit Dominus ad te, nisi prius isti veniant: Spiritus est terror judicij æterni, qui se in cor peccatoris impegerit, & montes superbiæ defecit, & petras duritiæ dissolvit. Sed hic nequaquam Deus esse dicitur, quia anima, quam adhuc timor perditionis afficit, nondum perfectæ charitatis dulcedinem sentit. Post spiritum commotio sequitur, quâ terrore judicij concussa mens, mox à sua stabilitate movetur. Post commotionem verò ignis sequitur, quia post anxietatem futuri sæculi, adversus se sæviens animus, ardore compunctionis inflammatur. Postremo igni sibilus auræ lenis succedit, quia post longa compunctionis incendia purgata mens, afflata spiritu, consolationis refrigerium sentit.*

3. Reg. 19. v. 11. Quando Elias audiverit vocem Dei. Ibid. Ibid. Ibid. v. 12. Ibid. v. 13. Hug. de S. Vict. T. 3 ex miscellan. l. 11. Tit. 108.

6. D. Joan. Chrysostomus postquam varios terribilis illius diei expositset horrores, tandem subjungit: *Hæc à nobis dicuntur, non ut terrorem incutiamus, sed ut ad meliorem mentem traducamus, ne præferantur Christo pecuniæ, ne Christo industria, & avaritia præferatur.* Difficile etenim est, ut Christianus in corde suo volvere & fovere possit cogitationes inordinatas, si in contemplatione judicis illius, qui nos judicaturus & forasse condemnaturus est, mente suâ fixus perstiterit, nam ut S. Isidorus Pelusiota ait: *Divinum judicium apud animum agentes, & eo tamquam ad scopum dirigentes oculum mentis, nihil unquam malè facere audebunt.* In Exodo dum vestes Sacerdotales à Deo ordinabantur, simul etiam præceptum fuit, ut in earumdem extremitatibus certa quædam tintinnabula suspenderentur: *Deorsum verò ad pedes ejusdem tunicæ per circuitum, quasi mala punica facies ex hyacintho & purpura, & cocco bis tincto, mixtis in medio tintinnabulis.* Per hæc autem tintinnabula Origenes prædicationem intelligit, ministerio sacerdotali annexam; simulque eorumdem situm vel positurum observat, quia illa circa extremitatem corporis, id est, circa pedes, pariterque in extremitate vestis appendi volebat, *ad pedes ejus*, ad denotandum, quod tangere debeat ultimum & extremum judicij diem,

D. Chrys. T. 6. De cæco & Zacheo. Inordinatas cogitationes in mente non volvet, qui contemplatione judicis Christi perstiterit. S. Isid. Pelus. l. 4. Epist. 146. Exod. 28. v. 33. Origen. Hom. 9. in Exod.

sic enim ingeneem in animabus effectum producere poterunt : *Et hæc tintinnabula, quæ semper sonare debent, in extremo vestimento sint posita, idcirco credo, ut de extremis temporibus & fine mundi numquam sileas, sed inde semper sones, inde disputes & loquaris, secundùm eum qui dicit : Memor esto novissimorum tuorum, & non peccabis.*

7. B. Laurentius Justinianus pariter effectum considerat, qui ex hujus mysterij consideratione producitur ; nam super illa Psalmistæ verba : *Tu terribilis es, & quis resistet tibi*, ita scribit : *Quis vero mentis consideratione judicem intuetur iratum, & non contremiscit & deficit ? Quis divinam animadversionem attendens, voluntariè delinquit interius ? Hoc expressiùs vates eximius, decens : Tu terribilis es, & quis resistet tibi ? De cœlo auditum fecisti judicium, terra tremuit, & quievit. Quievit inquam, cum peccare ex proposito desijt. Salubris ergo hujusmodi judicij comminatio est.* Bellovacensis de sancto quodam Eremita scribit, qui semper ob oculos & in ore ac in mente habebat verba ista : *O anima mea scias & recognoscas, quid operaris, dum potestas est in manu tua, antequam moveris de loco tuo, antequam venias ad locum, in quo est justitia & ad portam judicij, in quo leges omnia, quæ fecisti in voluto conscientiæ, ubi Angeli à dextris, & à sinistris, consilium tuum nudabunt, quando ante Deum veniet judicium tuum. Ubi omnes fratres, & amici tui te deserent. Memento ergo modò, dum potes, creatoris tui.* Profectò si quis sanctum hunc Eremitam imitaretur, vitam ducturus esset irreprehensibilem, & consequenter severum & pariter justissimum Dei tribunal nec quidquam formidaturus.

8. Imo ut S. Augustinus in soliloquijs suis pientissimè meditatur, quod si attentè conditionem nostram consideare velimus, ad hoc ut in Christiana innocentia vitam nostram agamus, cunctaque opera nostra ex vero Dei timore exerceamus, quâdam necessitate adstricti simus, eo quod omnia opera nostra in facie Dei illius, qui nos judicaturus est, omnia videt, omnia novit, omnibusque sive cogitationibus, sive verbis, sive actionibus nostris intimè præsens est, faciamus. *Magna*, inquit præfatus, S. Doctor, *nobis est indita necessitas, justè rectèque vivendi, qui cuncta facimus ante oculos judicis, cuncta cernentis.* Quantumcumque enim quis insolens sit & diffolutus, ante tamen tribunal illius Judicis terreni, cui in hac vita subjicimur, timoratè cautus, timoratus, & modestus esse studebit : quanto igitur magis idipsum facere obligabitur Christianus, qui se semper in conspectu & oculis Dei positum esse novit ? Porro hanc eamdem S. Augustini sententiam B. Laurentius Justinianus pariter his verbis transcripsit : *Indicta nobis est probitatis necessitas, cum agamus coram oculis judicis, cuncta cernentis.*

Ps. 75. v. 8. B. Laur. Just. de Triumph. Christi agone c. 9.

Bellovac. spec. mor. l. 2. dist. 71. Pijssimum exercitium cujusdam Eremitæ circa finale judicium.

Cogitare debemus quod omnia opera faciamus coram districto judice.

S. Aug. in solilog. c. 14.

B. Laur. Just. de ligno vitæ c. 14.

DISCURSUS III.

ARGUMENTUM.

Nonnullæ adducuntur rationes, cur optimè ordinata Dei justitia præter privatum uniuscujusque animæ judicium, etiam universale institui velit.

THEMA.

Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum. 2. Cor. 5. v. 10.

1. SPaulus Apostolus perspectas sibi habens illorum impijssimorum hominum miserias, qui à mundi hujus gubernatione infallibilem Dei providentiam, ejusque excludebant justitiam dicentes : *Nec nostra considerat circa cardines cæli perambulat*, de quibus etiam Psalmista ait : *Dixit insipiens in corde suo : Non est Deus* ; illis omnibus sequens æternæ veritatis effatum proponit : *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal*, &c. Omnes enim in extremo universali judicio coram divino tribunali præsentandi sumus, tam electi, quam reprobi ; *Ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum.* At verò dicet quispiam, numquid animæ beatæ jam *exultabunt in gloria, lætabuntur in cubilibus suis ?* cur igitur coram divino tribunali iterum comparere debebunt ? numquid potius curandum esset, *ne quis exigilare faciat dilectas ?* Similiter si reprobi jam de facto in abyssum perditionis sunt profundati, quo fine inde denuo cruendi sunt, ut in valle Josaphat cum cæteris judicandis denuo compareant ? Ad hoc regius Psaltes optimè respondet, dicens : *Judicia Domini vera, justificata in semetipsa.* Redemptor enim noster, qui totum universum justissimè regit, naturamque Angelicam & humanam provide gubernat, universam œconomiæ suæ causam in conspectu totius mundi justificare satagit, *ut justificeris in sermonibus tuis.*

Job. 22. v. 14.

Ps. 93. v. 1.

In extremo judicio omnes comparere debebunt; tam beati quam damnati.

Ps. 149. v. 5. Cant. 2. v. 7.

Ps. 18. v. 10.

Ps. 50. v. 6.

2. Redemptor noster apud S. Matthæum cap. 24. de judicio finali è longinquo loquens, hanc statuit conclusionem : *Cælum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt.* Tametsi enim Deus in Scripturis Sacris multas sequacibus suis retributionis, & bonorum permanentium fecerit promissiones, sicut econtra reprobis multas comminatus est pœnas & supplicia ; attamen quoad apparentiam exteriorem sæpe experimur, promissionibus & minis à Deo factis omnino contrarium. Has igitur, & alias similes contrarietates, quæ promissionibus & minis suis opponi possent, Deus noster in tribunali universalis judicij elucidare intendit : Ac proinde dicit : Cœlum & terra quidem deficient & statum suum mutabunt, verbum autem meum numquam præteribit, quod verum esse in universali judicio maximè ad oculum & palpabiliter patebit. Eamdem quoque difficultatem Didacus Stella movet, nam ex verbis Nahum Prophetæ Christum his verbis affatur : *Non punis bis in idipsum : si hominem in morte judicas, ad quid iterum judicium facis, & iterum damnas ?* Numquid uniuscujusque animæ judicium particulare sufficiebat, quo igitur fine insuper intimatur universale judicium ? Scimus quidem, symboli fidei articulum esse, quòd *Inde venturus est judicare vivos & mortuos, ad cujus adventum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis, & reddituri sunt de factis proprijs rationem, & qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam, qui verò mala, in ignem æternum.* At verò ex quo quælibet anima immediatè post mortem, vitæ & operum suorum reddidit rationem exactam, pariterque destinata est vel ad beatitudinem Paradisi, vel ad æternam damnationem, quo fine unamquamque animam ad suum vult tribunal redire, ut uniuscujusque culpa ventiletur ? S. Thomas in supplemento tertiæ partis. Q. 88. Art. 1. ubi quærit : *Utrum generale judicium sit futurum ?* varias hac de re dubitandi adducit rationes. Prima est, quia ut apud Nahum Prophetam dicitur. *Non judicabit Deus bis in idipsum, sed nunc Deus judicat de singulis hominum operibus, cum post mortem pœnas vel præmia pro meritis tribuit, & dum etiam quosdam in hac vita pro bonis vel malis operibus præmiat, vel punit ergo videtur, quod non sit aliud judicium futurum.* Secunda dubitandi ratio est, quia in nullo tribunali executio condemnationis ipso est anterior judicio : Sententia autem finalis judicij vertitur vel circa consecutionem beatitudinis cœlestis, vel circa condemnationem ad abyssum inferni, quorum alterutrum tam electi quam reprobi per judicium particulare sunt assecuti : Ergo aliâ sententiâ aliove judicio opus non erit. Tertia difficultas est, quia causæ ideo in tribunalibus ventilantur, ut si quæ sunt dubia, elucidentur, & veritas manifestetur, sed hoc totum unaquæque anima assecuta est in judicio particulari, prinsquam adveniat dies novissimus ; Ergo hic non erit necessarius. His verò rationibus dubitandi Angelicus Doctor per ordinem adæquatè respondet. Ad primam namque observandum esse dicit, hominem dupliciter posse considerari, vel ut est persona particularis, vel ut est pars totius humani generis, prout igitur est persona particularis, sic ei convenit judicium particulare, prout verò est pars generis humani ; sic ei judicium universale deberur. Ad locum ex Nahum adductum respondet his verbis : *Nec tamen Deus judicabit bis in idipsum quia non duas pœnas pro uno peccato infert, sed pœna, quæ ante judicium completè inflicta non fuerat, in ultimo judicio complebitur, post quam impij cruciabuntur quoad corpus & animam simul.* Ad secundum argumentum respondet, propriam finalis judicij sententiam in eo præcipuè consistere, ut per illam fiat universalis separatio bonorum ab impijs, quæ utique idem judicium non præcedit ; præterquam quòd electorum remuneratio in judicio particulari perfectè non adimpleatur : *quia etiam boni amplius post judicium præmiabuntur, tum ex gloria corporis adjuncta, tum ex numero sanctorum completo : Et mali etiam plus torquebuntur, ex adjuncta pœna corpori, & in completo in pœnis numero damnatorum, quanto cum pluribus ardebunt, magis ardebunt.* Ad tertiam objectionem respondet, quòd judicium universale directè

Ps. 18. v. 10.

Matt. 24. 35. Cur Deus præter particulare judicium animarum, insuper instituere velit aliud generale.

Did. Stell. in c. 21. Luc.

Symbolum S. Athanasij.

S. Thom. in suppl. 3. p. Q. 88. A. 1. Hujus variæ rationes adducuntur à S. Thoma.

ctè magis respiciat universalitatem generis humani, quàm singulos homines in particulari ; *quamvis ergo cuilibet homini ante judicium sit certa notitia de sua damnatione, vel præmio, non tamen omnibus damnatis vel præmium innotescit ; Unde judicium necessarium est.* Judicium enim & processus qui fabricatur, nec non sententia uniuscujusque animæ in particulari, quæ in puncto mortis in particulari judicio pronuntiatur, alijs est ignota, quia solum absolvitur inter Deum, & animam ejusque Angelum custodem, ac proinde divina justitia merito dispositi, ut tandem veniat tempus, in quo in conspectu omnium manifestentur singularum processus, appareatque æquitas ejus, sive in absolutione, sive in condemnatione ; siquidem *judicia Domini vera, justificata in semetipsa.*

3. S. Antoninus de eadem materia differens, considerat, quòd, sicut Deus in mundo omnipotentiam suam manifestavit in productione creaturarum, in incarnatione verò & justificatione peccatorum, misericordiam suam, ita quoque conveniens sit, ut manifestet pariter in toto mundo justitiam suam, siquidem hæc propriè est dos illa quæ glorioſum illum principem facit, & dignum judicem, quia in Lib. Sapientiæ cap. 1. dicitur : *Diligite justitiam, qui judicatis terram* ; Justitia autem Dei in hac vita in multis rebus abscondita latet, ac proinde cum ad illam pertineat, ut boni præmientur, malique castigentur, sæpe tamen in hac vita omninò experimur hujus contrarium ; Unde deploramus justorum persecutiones & oppressiones pauperum, & de impiorum prosperitate plurimum scandalizamur. B. Laurentius Justinianus hanc quoque habet reflexionem : *Frequentissimè justis viris, & divinæ legis præcepta servantibus, se continentibus à voluptatibus carnis, & ventris, à rapinis, à lucris prohibitis, & divinarum cupiditatibus, nulli reddentibus malum pro malo, neque maledictum pro maledicto, seque ab omni mendacio, linguæque detractionibus cohibentibus eleemosynam facientibus, orationique vacantibus, permittente Deo adversa provenient multa, infirmitates, variæ, damna creberrima, adeo ut eorum justitiæ oblivioni traditæ esse videantur.* Quod licet tolerabile sit, si consideremus lucra, quæ passiones ex amore Dei tolerare secum subinferunt, attamen id quod maximam viris etiam justis atque perfectis attulit tentationem, hoc fuit, quòd scilicet impios quovis tempore in summo prosperitatis & felicitatis apice positos fuisse conspexerint, unde subdit idem S. Patriarcha : *E contrario quot sunt scelesti & nequissimi homines, elati corde, moribus incompositi, avari, raptores, pauperum oppressores, absque compassione, sine misericordia susurrones, mendaces, maledici vaniloqui, impudici, incontinentes, galæ dediti, Deo odibiles, mandatis divinis non obtemperantes, neque Ecclesiæ Sacerdotibus obedientes, quibus pene ad vota, prospera cuncta procedunt, ac si eorum vita Altissimo semper esset accepta.* Unde non immeritò toti mundo videri posset, subdit idem Justinianus, quasi justitia divina æquitati oculos claudens, à bono mundi regimine exularet : *Sanè cum bona bonis*, inquit, *& mala debeantur malis, omnis videtur periclitari justitia, quandò mala bonis, & bona à Deo irrogantur malis, & hoc apud illos qui secundùm carnem sapiunt, & humana æstimatione Dei judicia metiuntur, opinantes bonum divinæ eruditionis flagellum malum ; & malum terrenæ felicitatis esse bonum.* Unde apud Malachiam sequentia contra justitiam & gubernationem Dei leguntur lamenta : *Omnis qui facit malum, bonus est in conspectu Domini, & tales ei placent, aut ubi est Deus judicij ?* Et quidem, inquit idem B. Laurentius ; *Licet quibus inest mens sana, qui claritate fidei illuminatos habent oculos, mundaque cordis intuitu futura & æterna prospectant, aliter arbitrantur* ; attamen scimus, nonnullos fuisse illuminatos sanctosque viros, qui priusquam ad finale se judicium reflecterent, adversus infallibilem Altissimi providentiam magnas edidere querimonias : Sic enim David ait : *Mei autem penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei, quia zelavi super iniquos, pacem peccatorum videns ; In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur.* Legatis velim totum hunc Psalmum, & invenietis, Davidem totaliter hæsisse ambiguum & perplexum, nescijsseque, quomodo malorum prosperitas bonæ justitiæ periodis conformis dici possit. Verùm quidem est, quod tandem de Dei justitia ne quidquam dubitans, utpote quam incorruptam esse, nec umquam deficere posse sciebat, exitum prosperitatis malorum ad finale judicium remiserit, inquiens : *Existimabam ut cognoscerem hoc, labor est ante me, donec intrem in sanctuarium Dei, & intelligam in novissimis eorum.* Jeremias quoque his verbis Deum interpellat : *Justus quidem tu es Domine, si disputem tecum ; Verumtamen justa loquar ad te : Quare via impiorum prosperatur, benè est omnibus qui prævaricantur, & iniquè agunt ?* Ecclesiastes similiter justorum considerans adversitates, ait : *Vidi calumnias, quæ sub sole geruntur, & lachrymas innocentium, & neminem consolatorem.* Quot enim sunt, qui honorem Dei defendentes, patiuntur calumnias, incarcerantur, contemnuntur, & tamquam vitâ indigni ab impijs indignissimè habentur ? Idem Ecclesiastes in capite præcedenti dixerat : *Vidi sub sole in loco judicij impietatem, & in loco justitiæ iniquitatem* ; qui tamen ex judicij universalis consideratione semetipsum solatus est dicens : *Et dixi in corde meo : Justum & impium judicabit Deus, & tempus omnis rei tunc erit.*

S. Anton. sum. Theol. Tit. 14. c. 11. §. 2. Judicium finale manifestabit toti mundo justitiam Dei. B. Laur. Just. & regim. Prælat. c. 32.

Ps. 72. v. 2.

Ps. 9. v. 9.

Ps. 118. 137.

Mare. 7. v. 37.

Ibid. v. 16.

4. Bellovacensis proinde ad nostram eruditionem ita scribit : *Si credis Deum creatorem, aut gubernatorem mundi, non debes eum credere aut cæcum, ut ea quæ fiunt, non videat : aut insipientem, ut, si videat, non cognoscat : aut malignum, ut malum quod videt, ei placeat, punire non curet, aut negligat : aut impotentem, ut si velit, non valeat : aut injustum, ut nec bonis bona, nec malis mala tribuat.* Ex quibus præmissis hanc subinfert consequentiam : *Cum optimus sit, & fons bonorum omnium, & principium, cum in præsenti non fiat ab eo semper bonorum & malorum retributio, necesse est, ut fiat in futuro, & à justo judice, & generali omnium in judicio generali.* Mundus enim Babylonia quædam futurus esset, si impijs semper triumphandum foret, nec venturus aliquando esset dies, in quo hi castigarentur, fideles verò Dei sequaces præmiarentur.

Bellovac. spec. mor. l. 2. dist. 4. Cum in præsenti Vita non semper fiat bonorum retributio, & malorum punitio, differuntur hæc ad finale judicium.

5. Admiramur omnes, inquit S. Thomas de Villa nova, in rebus naturalibus infinitam Dei sapientiam, divisiæque providentiæ ordinem dispositionemque regulatissimam ; quâ igitur ratione humana imaginatio assequi poterit, quod in operibus supernaturalibus & in ordine gratiæ tanta sit futura deordinatio, ut boni semper habeantur indigni, perversi verò prosperitatibus jugiter affluant ? *Quid hoc mundo pejus ? quid inordinatius ? Quid à vera sapientia distantius ? Quæ enim tanta inordinatio, quam ut tanta mala maneant impunita ; tanta bona sine præmio relinquantur ? Quid ergo ? Dicemus Deum sapienter omnia condidisse, sed ne scire gubernare quod condidit ? Absit, absit. Mundus iste domus Dei est, & ordinatissima, qualem decet esse tanti principis domum.* Verum quidem est, quòd quælibet anima in puncto mortis secundùm merita vel demerita sua præmietur vel condemnetur, indeque divinæ justitiæ satisfieri videatur : Verumtamen quoque verum est, quòd eidem justitiæ per hoc non totaliter satisfiat : *Judicia Domini vera, justificata in semetipsa* ; Neque enim hæc retributio & satisfactio toti mundo est manifesta, cum privatim & in occulto fiat, ac proinde Apostolus ait : *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi.* Et S. Antonin. inquit : *Quamvis in morte iniqui puniantur sine dubio in alio sæculo, & justi præmia æterna recipiant, hoc tamen non constat, nisi ipsis recipientibus, quòd meruerunt, non autem his potissimè, qui versantur in mundo.*

S. Th. de vill. ser. in Dom. 1. Adv. Multi scandalizantur quod Deus in hoc mundo iniquos non puniat.

2. Cor. 5. 10. S. Anton. ibid.

6. Didacus Stella scribit, quod tametsi Deus minimè teneatur actionum suarum reddere rationes, attamen adeo sit bonus, ut in conspectu totius mundi æquitatem suam justificare non dedignetur : *Est adeo bonus, quod cum sit maximus, & omnipotens, nos autem adeo minimi, non dedignatur nobis rationem reddere, humiliari, suamque coram hominibus defendere causam, ut suam ostendat justitiam & quomodo quæ facit, rectè & justissimè facit.* Ad hoc quoque propositum servit, quod D. Angelicus hactenus dicta confirmans, in hæc verba scribit : *In ultimo & communi judicio oportet, quod divina justitia omnibus evidenter appareat, quæ nunc in pleriſque latet.* Sicut igitur in tribunalibus huius mundi aperiuntur processus, sententiarumque datarum causæ manifestantur, ut condemnationem justè factam esse appareat, ita quoque Christus finale sibi reservavit judicium, ut judicia sua coram cœlo, terra, & inferno justificet ; *Paravit in judicio thronum suum, & ipse judicabit orbem terræ in æquitate, judicabit populos in justitia*, vult enim, ut unusquisque ad eum dicere possit : *Justus es Domine, & rectum judicium tuum* ; & quilibet confiteatur, dicendo, quia *benè omnia fecit.* Ibi namq; videbitur oppressiones à justis hic perpessas, ordinatas fuisse ad majus gloriæ ipsorū augmentum, benignamq; impiorum tolerantiam, licet effectu sperato destitutam, atrocissima ipsis furoris sui fulmina conciliasse-

Ps. 18. v. 10.

Did. Stella ibid. Per finale judicium manifestabit Deus omnibus æquitatem Justitiæ suæ, S. Thom. in 4. dist. 34. Q. ult.

2.Tim 5. 24. In extremo judicio operatam justorum, quam iniquorum, etiam modo occulta, omnibus manifestabuntur.

7. S. Apostolus in Epist. 1. ad Timoth. ait: *Quorumdam hominum peccata manifesta sunt præcedentia ad judicium, quædam autem & subsequuntur.* Deus igitur in judicio pessimas & irreparabiles vult demonstrare consequentias, quæ ab excessibus derivantur multorum, qui *reliquerunt opus post se.* Videlicet ruinas, quas in Dei Ecclesia fecerunt Mahometes, Calvinus, Lutherus & similes alij hæresiarchæ; Prælatorum quoque Ecclesiasticorum, Principum, & religiosorum scandala: Econtrà verò omnibus quoque manifesta facere intendit bona, quæ vel à Religionum fundatoribus, à locis pijs alijsque similibus derivantur, patefacere item contendit tot heroicos virtutum, multorumq; aliorum bonorum operũ actus; in quibus electi in hac vita se exercendo, eadem ex modestia & humilitate à mundi oculis absconderant. Præterea detegere contendit illorum hypocrisin, qui hominum virtuosorũ sibi nomen & existimationem furtivè compararunt, licet revera virtuosissimi coram Deo essent; *illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit unicuique à Deo.* Quot enim servi Dei inter calumnias mortui sunt inglorij, quorũ tunc in conspectu omnium innocentia defendetur & palam omnibus manifesta evadet! *Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus, Quia omnis... qui se humiliat, exaltabitur;* quot item econtra ex hac vita migrarunt cũ laude & sanctitatis ac vitæ immaculatæ opinione, qui tamen sub ovina pelle, lupi rapacitatem contegebant?

1.Cor.4.v.5.

Luc. 14. 10.

Ibid. v. 11.

Luc. 14. v. 10. Unde dicitur apud S. Lucam: *Ne æmulemini simulatores, quia veniet profectò tempus, in quo & vestra virtus omnibus, & eorum reveletur hypocrisis.* S. Cyprian. pariter ad Florentium detractorem suum ita scribit:

S. Cypr. l. 4. Epist. 9. ad Flor.

Hæc pro animi mei pura conscientiâ, & Domini & Dei mei fiducia rescripsi. Habes tu literas meas, & ego tuas; in die judicij ante tribunal Christi utraque recitabuntur. D. Chrysost. in sermone quodam, cui titulus est, *Dæmones non gubernare mundum*, quorumdam refert querelas, qui in hac vita præsenti, divinæ justitiæ leges & dictamina comprehendere non valentes, hunc in modum discurrebant: *Cur cum duo sint improbi unus punitur, & alter evitato supplicio discedit: & cùm duo sint boni, tanus honoribus cumulatur, alter continuis pœnis affligitur?* Quibus idem S. Doctor his verbis adæquate respondet: *Hoc ipsum providentiæ divinæ opus est maximum; Si enim improbos omnes hic puniret, nec ullum bonum honore afficeret, & pravi pejores fierent & deteriores, at qui multi sint probis negligentiores, & qui blasphemare vellent Deum magis accusarent, planeque res nostras negarent Dei providentia gubernari.*

D. Chrysf. Tom. 9. ser. 60.

8. S. Anton. ubi supra hujus rei aliam rationem assignat, nimirum quia reprobi in judicio particulari solum in anima puniuntur; at verò in judicio universali corpora denuò reassumentes, in his quoque cruciabuntur, cum justum sit, ut, cum animæ instrumenta & causæ fuerint offendendi Deum, in illarum quoq; societate æterni sint participes supplicij. *Ut ergo pateat omnibus quod Principes & Rex omnium sæculorum Deus justissimè mundum gubernaverit, & retribuat omnibus secundùm ea, quæ gesserant in corpore, præmium vel supplicium, & integraliter, quoad animam & corpus, ideo necessarium est futurum judicium in fine mundi. Nos autem manifestari oportet ante tribunal ut referat unusquisque propria corporis*, inquit S. Paul. Quoties enim contingit, quod corpus reprobi cum ingenti pompa, cum ritibus & ceremonijs sacris, magnaque cum solemnitate, imò nonnumquam cum opinione magnæ sanctitatis & perfectionis deferatur ad Ecclesiam & publicè exponatur ad sepulturam, idque cum magno veritatis præjudicio? Pro quo tollendo necessarium est universale judicium, in quo *illuminabit abscondita tenebrarum &c.*

S. Antonin. ib. Quod necessario in extremo judicio fieri debet.

2.Cor. 5. 10.

1.Cor. 4. v. 5.

DISCURSUS IV.

ARGUMENTUM.

Hoc discursu agitur de commotione omnium creaturarum, quæ adversùs reprobos armabuntur, ut in vindicandis communi Creatori illatis injurijs zelum suum probent.

THEMA.

Armabit creaturam ad ultionem inimicorum, ... pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos.
Sapient. 5. v. 18.

1. SApiens Judicem nobis supremum, veluti armis validissimè munitum, ut adversùs humanum genus in judicio finali acerrimè decerter, ob oculos ponit, dum ait: *Accipiet armaturam zelus illius, induet pro thorace justitiam, & accipiet pro galea judicium certum, sumet scutum inexpugnabile æquitatem, acuet autem duram iram in lanceam.* Quibus autem utetur armorum & exercituum phalangibus, ut inimicos suos dissipet & prosternat? Non utique Angelis in choros & hierarchias distributis, siquidem Apostolus ait: *Nescitis, quoniam Angelos judicabimus?* Nec regni cœlorum beatis cœlitibus, siquidem *justus vix salvabitur*; nec Dæmonibus, quia & hi contremiscent. Sed *Armabit creaturam ad ultionem, pugnabit cum illo orbis terrarum. Toto orbe*, inquit S. Thomas à Villa Nova, *mortales omnes naufragabuntur ubique.* Adducitque illud Apocalypseos testimonium, in quo dicitur: *Omnis mons & insulæ de locis suis motæ sunt, videlicet*, ut idem S. Archipræsul explicat: *à terræmotus magnitudine, tantum enim motum neque montes sustinere valebant, quin corruant, & ab inundatione fluctuum, alijs opertis aqua, aliæ de novo maris insulæ alibi apparebunt.*

Quibus armæ & exercitibus Judex in finali judicio usurus sit. Sap. 5. v. 18.

1.Cor.6.v.3.

1.Petri 4.18.

Apoc.6.v.14. S. Thom. à Villa Nova c. 2. in Dom. 1. Adv.

2. Ad terreni judicis tribunal citatur reus, ministri emittuntur justitiæ, ut eum captivum illuc ducant, qui si non sufficiant, militibus stipantur bene armatis. Sic etiam, ut Bellovacensis inquit: *Circa modum vocationis sciendum, quod illa vox terribili, & tubâ mirabili perstrepente, cœlum & terra concutietur, & omnis creatura commovebitur, omnes ad judicium vocabuntur, & ad tribunal æterni judicis citabuntur.* Idem quoque Author hanc citationem variis epithetis appellari confiderat; vocatur enim tempestas, turbo, tonitru, fulgur, fulmen &c. *In circuitu ejus tempestas valida, advocabit cœlum desursùm*; inquit de judicio novissimo Psalmista, & *terram discernere populum suum* Nahum illam in turbine repræsentat: *Dominus in turbine.* Job illam vocat tonitru: *Quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri?* Idem quoque citans judex fulguri assimilatur: *Sicut enim fulgur exit ab oriente, ... ita erit adventus filij hominis*; Fulguri quoque à Psalmista comparatur: *Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ, commota est, & contremuit terra.* Meritò autem, ut Bellovacensis ait, scriptura his similitudinibus utitur, ut per illas omnes denotet, quod in perniciem nostram omnes creaturæ quasi conjurabunt. *Tempestas enim facit commotionem in mari, turbo in terra, fulgura & tonitrua in cœlo, ad designandum quod omnis creatura terrestrium, cœlestium & infernorum in illa citatione commovebitur.* Advocavit Deus noster apud Isaiam per voces, ad stellas usque pertingentes, cœlum & terram, ut ob unum dumtaxat peccatum ingratitudinis Hebræorum erga ipsum, pariter obstupescant: *Audite cœli*, inquit, *& auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus est: Filios enutrivi & exaltavi: ipsi autem spreverunt me.* Quale igitur futurum ejusdem Dei lamentum adversùs execrabilia omnium populorum, à principio mundi ad finem usque sæculorum, peccata? Verum quidem est, quod cœli per sinistras suas influentias, tempestatum, tamis, fulminum, & pestiferorum influxuum horrenda flagella, in certam quamdam regionem immiserint, at verò hæc omnia tantum sunt stilla quædam iræ & justitiæ creatoris: *Furor Domini stillavit super nos?* Ast in die illo novissimo cœlum & terra pariter armabuntur ad vindicandas injurias, ab universo humano genere Creatori suo illatas, idque tanta cum severitate, quanta à tenso divinæ justitiæ arcu evibrari poterit, adeoque diluvium quoddam iræ Dei inundabit super illos: *Armabit creaturam &c.*

Judex observabit stilum terreni Judicis in citando & adducendo reum. Bellovac. Spec. mor. l. 2. dist. 4.

Psal. 49. v. 4. Citatio illa variis epithetis appellatur.

Nahum. 1. 3.

Job. 26. v. 14.

Matt. 24. 27.

Psal. 76. v. 19.

Isaiæ 1. v. 2

2. Paral. 34. v. 21.

Luc. 21. v. 26.

3. Apud S. Lucam dicitur: *Virtutes cœlorum movebuntur, id est*, ut S. Thomas de Villa Nova explicat, *influentiæ cœlestes movebuntur, distemperabuntur, à quibus omnis ista inferior machina gubernatur, quibus ita distemperatis, omnis elementorum ordo solvetur ac proinde sient tonitrua, fulmina, fulgura tremenda, tempestates horribiles, grandines incredibilis magnitudinis, terræmotus, hiatusque terræ formidabiles fluctus maris intumescent adeo, ut videantur universam terram devoraturi.* S. Bonaventura multa, etiam ab alijs recensita, refert horribilia signa. Etenim primo die, mare 15. cubitis elevabitur super altitudinem montium, persistendo hoc modo solidum & constans instar maris validi. Secundo die iterum adeo profundè subsidet, ut videri vix possit. Tertio die, monstra marina super maris superficiem se erigentia horrendos edent mugitus. Quarto die succendetur ma-

S. Th. de Vill. ibid.

S. Bonav. in Dicta salut. Tit. 9 c. unic. Enumerantur sedecim signa finale judicium immediatè tot diebus præcedentia.

re & bulliet, eodemque die quævis alia aqua ardebit. Quinto die herbæ & arbores humorem quemdam scaturient sanguineum. Sexto die omnia ædificia solo æquabuntur, & perfectam facient planitiem. Septimo die omnes petræ allidentur ad invicem, & confringentur in octo partes, & quælibet partium alliditur ad alteram. Octavo die erit quidam terræmotus adeo horrendus, ut omnia animalia simul cum hominibus prosternantur in terram. Nono die montes & colles complanabuntur, omnesque redigentur in pulverem, fiet universa terra plana & æqualis. Decimo die egredientur omnes, qui in cavernis terræ latebant, & tamquam insani discurrent, nec loquetur unus ad alterum. Undecimo die omnia mortuorum ossa resurgent, seque è monumentis levabunt; quæ omnia aperientur ut cadavera restituant. Duodecimo die stellæ è cœlo decident. Decimo tertio die omnes in vita superstites morientur, ut in societate aliorum resurgere possint. Decimo quarto die cœlum & terra conflagrabunt. Decimo quinto die: *Fiet cælum novum & terra nova, & resurgent mortui secundùm virtutes, merita, & demerita.* Tandem verò idem Seraphicus Doctor concludendo discursum suum, dicit, omnia hæc signa velut citationes quasdam futura esse, quibus omnes judicandi invitabuntur ad judicium. *Ista signa erunt quædam peremptoria citatio, & terribilis, cum executione sententiæ, sine omni excusatione ad judicium vocatio.*

Job. 29. v. 27. Omnes creaturæ contra nos testimonium ferent. S. Greg. l. 5. mor. c. 19. Bellovac. ibid. dist. 8.

Deut. 31. v. 28.

S. Antonin. sum. Theol. p. 4. tit. 14. c. 21. §. 5.

3. S. Job de hoc funesto die inquit: *Revelabunt cæli iniquitatem ejus, & terra consurget adversus eum.* Sed numquid cœlorum & terræ testimonio opus erit, ut peccatorum impiorum accusentur inquisitores? S. Gregorius hæc verba ad nostrum propositum ita explicat: *Ut hic nec bonis umquam, nec malis pepercit, in illo cum tremendo examine & justorum vita & peccatorum pariter accusèt.* Bellov inquit: *Accusabunt impios & contra ipsos testificabuntur omnes creaturæ sensibiles, quarum usu vel obsequio sunt abusi. Invocabo*; inquit Deus in Deuteronomio, *contra eos, cœlum & terram*, id est, ut præfatus Author declarat, *omnes creaturas, quæ sunt in cælo, & in terra.* S. Antoninus ex S. Gregorio ita scribit: *Si quæris, quis te accusabit, dico totus mundus, offenso enim creatore offenditur totus mundus.* Idem quoque authoritatem citat D. Chrysostomi, dicentis: *In illa die nihil erit, quod respondeamus; ubi cælum & terra, aqua, luna, & sol, & dies, & noctes, & totus mundus stabunt contra nos ad accusandum.* Quod si terra, inquit idem S. Doctor, ratione esset prædita, utique in illa die reprobis dictura esset: Ego super me hosce reprobos sustinui, virentes illis subministravi herbas, elegantes flores, fructusque suavissimos multa, in illorum commodum nutrivi animalia, variaque & pretiosa in visceribus meis produxi metalla, ut communi creatori servientes, gratos se exhiberent; illi verò omnibus hisce in ejus sunt abusi offensam, ac proinde merito à me absorberi merentur.

Quid dictura sit terra contra peccatores.

Quid aqua.

4. Aqua pariter dicere posset: Ego peccatoribus servivi ad temperandum ardorem, & restinguendam illorum sitim, ad abluendas corporis & suppellectilis ipsorum sordes; Sacramentis materiam exhibui, ut exinde à peccatis purificarentur, dedi eis marium commoditatem, ut ex una provincia ad aliam navigare, mercesque suas devehere possent, pisces quoque in cibum illorum generavi & nutrivi, *at ipsi in malam usi sunt, & ideo à me submerguntur.* Aër pariter, opponere poterit; Ego hisce impijs per continuam respirationem, vitam subministravi; dedi illis pluvias opportunas, variarumque aviuum ingentem multitudinem, *& quia conditorem suum & nostrum non cognoverunt, in me suspendantur, suffocentur.* Ignis similiter objiciet, quia sine meo calore victuri non fuissent, & tamen usui meo fuerunt ingrati, ex me accendantur, & perpetuò ardentes, consumantur numquam. *Sol, luna, & stellæ, & cæli cælorum, quia lumine nostro non sunt usi ad quærendum lumen æternum, eo privati, perpetuis tenebris occupentur.*

Quid aer.

Quid ignis.

Quid Sol Luna & Stellæ.

5. Porro hæc omnium creaturarum obarmatio, ut S. Augustinus ait, ad castigandam creaturarum adversus creatorem rebellionem, præcipuè ordinatur: *Ut ostenderetur, quod contra rebelles & contumaces se pariter universus orbis armabit.* Etenim cum Rex aliquis quamdam civitatum suarum pacificè ingreditur, omnes præsidiarij milites tam cum, quam curiam comitatum suum, explosis in lætitiæ testimonium sclopetis, reverenter salutant: at verò si in civitatem paulo ante sibi rebellem ei ingrediendum sit, eam-

S. Aug. l. 1. de mirabilis S. Script. cap. 19. Primus Christi adventus in mundum fuit totus pacificus & gaudiosus.

Psal. 95. v. 12.

dem armato exercitu stipatus ingreditur, ut eam castiget: Pari quoque modo quia primus Christi adventus eò spectabat, ut se naturæ nostræ desponsaret, pacemq; universo mundo indiceret, ideo omnes mundi creaturæ ediderunt signa jubili & lætitiæ: *Hodie per totum mundum melliflua facti sunt cœli; Tunc exultabunt omnia ligna sylvarum à facie Domini, quia venit:* In stellis novæ stellæ conspicuè comparuerunt, tres visi sunt promicare soles, torrentes olei & balsami terra scaturivit; Angeli è cœlis ascenderunt, ut canerent *Gloria in altissimis Deo, & in terra pax:* at verò quia in adventu ejus secundo descensurus est ad castigandam humanam rebellionem, ideo Solem, lunam stellas, & elementa adversum nos armabit, atque ideo *erunt signa in sole, luna, & stellis, & in terris pressura gentium.* Porro creaturæ contra voluntatem suam, & per potentiam obedientialem adstrictæ, impijs servierunt, teste scripturâ, quæ ait: *Vanitati enim creatura subjecta est non volens, sed propter eum qui subjecit eam in spe, quia & ipsa creatura liberabitur à servitute corruptionis*; at vero quando veniet tempus illud, in quo creatura ab hoc servitio præstando liberabitur? In judicio finali hoc fiet; tunc enim omnis creatura adversùs impios laxabitur, & tamquam instrumentum divinæ justitiæ injurias, creatori suo illatas, acerrimè vindicabit; quia ut S. Gregorius ait: *Qui in cunctis deliquimus, in cunctis ferimus, ut impleatur quod dicitur, & pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos.* Quod si canis aliquis domesticus dolosè à quodam latrone ad mordendum dominum suum incitaretur à quo per longum tempus blandè tractatus & nutritus fuerat, hic utique ingratitudinis & fraudis si notitiam accipere posset, suam in eum rabiem converteret, qui eum decepisset: Deus autem in novissimo judicij die omnibus creaturis, etiam insensatis, lumen aliquod ministrabit, quo agnoscere possint receptas ab hominibus contumelias & injurias, quos ipse tot beneficijs accumulavit; quibusque ipse tanta cum exactitudine, sua exhibuerunt servitia, ac proinde verisimile est, quòd dum illas armabit, ut eisdem in illorum castigationem uti possit, ipsæ ad iram & furorem permoveri sint tantò vehementiorem, quanto clarius percipient, quod non solum vindicaturæ sint offensas, creatori suo irrogatas, verum etiam injurias, quas se ab ijs recepisse agnoscent, serviendo ijs, qui inimici & rebelles sunt Dei.

S. Greg. Hom. 35. in Evang. Simile Canis, proprium dominum mordentis.

6. Vix primus reprobus, Cainum intelligo, manus suas in innocentis fratris sui sanguine cruentarat, cum ecce formidine & terrore plenus, dixit: *Omnis qui invenerit me, occidet me.* At verò quidnam funesti virille inhumanissimus timere poterat, quandoquidem eo tempore nullus præter genitores suos super terram vivebat? Si autem feras metuebat, certè vanus timor erat, quis enim illas homini subjectas fuisse ignorat? Verumtamen tametsi id verè ita se habeat, ob divini tamen præcepti prævaricationem hoc illos dominio constat fuisse exutos; Unde & S. Ambrosius ait: *Sed à quo timebat occidi, qui solos parentes habebat in terris; Potius quidem & incursus bestiarum timere, qui legis divinæ jura violaverat, nec præsumere de subjectis animalibus cæteris, qui hominem docuerat occidi.* Non solum igitur adversus reprobos feræ excitabuntur, verum etiam mitissima animalia ad serviendum justitiæ Dei in sævissimos leones convertentur: *Armabit creaturam ad ultionem inimicorum.*

A quo Cain timuerit occidi. Gen. 4. v. 14.

S. Ambr. l. 2. de Cain c. 9.

7. Amos Propheta judicij diem prædicens, ait: *Væ desiderantibus diem Domini, ad quid eam vobis? dies Domini ista tenebræ & non lux. Quomodo si fugiat vir à facie leonis & occurrat ei ursus.* Observastisne aliquando mortem, quo Absalon ex Capillis ad ramum quercus suspensus manens, interijt? *In arbore sublimi suspensus est*, inquit D. Chrysostomus, *qui adversus Patrem erigebatur, & à planta detinebatur, qui cum radice pugnabat, & vinctus erat cum ramo, ramus qui erat à paterna affectione abreptus, & capite tenebatur qui genitoris caput auferre contendebat: Coma tenebat comã tyrannum, illic eum contundens, ubi diadema paternum gestare contendebat.* Arbor igitur, imò unicus arboris ramus ad rebellem hunc puniendum munus sibi carnificis assumpsit, eumque tamdiu per capillos vinctum & captivum detinuit, donec viscera ejus tribus lanceis transfodigerentur. Si hoc ex peculiari Dei providentis dispositione unica arbor, imo unicus arboris ramus efficere potuit, quid futurum erit, quando non jam arbor aliqua, sed innumerabilis omnium creaturarum exercitus, facta ad-

Amos. 5. 18. Unicus arboris ramus punivit rebellem Absalon.

D. Chrysf. in Ps. 3.

versus reprobos conjuratione, ad infinitos totius humani generis excessus puniendos armabitur?

Cœli cum suo exercitu contra nos præliabuntur,

8. *Virtutes cœlorum movebuntur:* id est, Cœli velut exercitus quidam adversùm nos præliabuntur, ad faciendam stragem. Unde ubi vulgata nostra legit: *Igitur perfecti sunt cœli*, Hebræus vertit: *Et omnis exercitus eorum.* Et in libro Judicum similiter dicitur: *Stellæ manentes in ordine & cursu suo adversùs Sisaram pugnaverunt.* Supernæ item cœlestium aëtiorum sphæræ ac elementa contra reprobos armabuntur: *Armabit creaturam: Erunt signa in sole, & luna, & stellis.* Denique sicut in hyeme folia ab arboribus decidunt, ita in illa die Stellæ de cœlis cadent, ut S. Ephrem *de consummatione hujus sæculi* his verbis scribit: *Astra tamquam folia decident.* Author operis imperfecti ait: *Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum: Super impiorum pessima opera indignantes, aut novissimam in eis Dei iracundiam demonstrantes, ut adhuc viventibus impijs, super terram jam gustus detur infernalium tenebrarum.* Videri quidem nonnemini posset exaggeratum quemdam loquendi modum esse, quo sol & luna præcriminum nostrorum pudore & confusione ac verecundia confundenda esse dicuntur, & tamen ipsissima & à Spiritu Sancto Isaiæ his verbis ad calamum dictata veritas est, dicit enim præfatus Propheta: *Erubescet luna & confundetur sol, cum regnaverit Dominus exercituum.* Erubescent inquam & confundentur, quod rebellibus Dei, tanto tempore, servitutis suæ obsequia exhiberint. Sicut igitur Deus unico verbo Cœlos creavit. *Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris ejus omnis virtus eorum*, ideo nunc eosdem adversùs impios armabit: *Tabescet omnis militia cœlorum, & complicabuntur sicut liber cœli, & omnis malitia eorum defluet, sicut defluit folium de vinea, ... quoniam inebriatus est in cœlo gladius meus.* Nec desunt, qui existiment Deum non solos castigare velle reprobos verum & omnia illa, quæ ipsis in hac vita ad offensam Dei committendam deservierunt, ut exinde intelligatur, quod omnes creaturæ, quæ ipsis ministrarunt ad peccandum, participium quoque habituræ sint pœnarum.

Judith 2. v.17.
Ibid. v.18.
S. Ephrem Tom 1. Auth imperf. Hom.49.
Isai.24.v.23.
Ps. 32. v. 6.
Isai.34. v.4.

DISCURSUS V.

ARGUMENTUM.

Varia adducuntur motiva, ob quæ corda hominum in illo die novissimo, timore & tremore percellentur.

THEMA.

Quantus tremor est futurus, quando judex est venturus?

Timor & tremor diei illius erit indicibilis.

1. S. Mater Ecclesia flebilibus hisce verbis, fidelibus suis horrendissimum extremi judicij diem in memoriam revocare nititur: *Quantus tremor est futurus:* Etenim timor & tremor ille indicibilis, inexplicabilis, & imperceptibilis erit, omnemque humanam capacitatem & imaginationem superans, viros etiam sanctissimos contremiscere facit. Apud Joëlem de hoc funesto die flebiliter dicitur: *A, a, a, diei; quia prope est dies Domini, & quasi vastitas à potente veniet, à potente autem dicit*, ut Alb. Magn. declarat, *ut nullus valeat resistere*; At verò quisnam est hic adeo peregrinus loquendi modus: *A, a, a,?* Septuaginta legunt: *Heu, heu, heu, diei*, quæ verba dolorem & pavorem eo modo exprimere videntur, quasi illum condignè declarare ignoret. S. Hieronymus per hunc diem, finalis & extremi judicij diem intelligit, de quo Isaias ait: *Ecce dies Domini insanabilis venit, furoris & iræ, ut universum orbem desertum & peccatores perdat ex eo.* Cornelius à Lapide dicit, quòd, ubi vulgata nostra legit: *A, a, a,* in Hebræo vertatur, *Ab, ab, ab;* In Græco verò, Syriaco & Arabico: *Heu, heu, heu, diei.* Unusquisque enim Prophetarum, quantumvis eloquens fuerit, se ad diei illius terribilitatem explicandam insufficientem declaravit, quia sicut *Spiritus tristis exsiccat ossa*, ita quoque fauces ex timore vehementi exarescunt: *Arescentibus hominibus præ timore & expectatione, quæ supervenient universo orbi.*

Joel.1. v.15.
Alb. Magn. ib.
S. Hier. ibid.
Cornel. à Lapide ibid.
Prov. 17. 22.
Luc.21.v.26.

2. In præcedenti discursu de commotione differimus omnium creaturarum, quas Creator adversùs reprobos obarmabit, nunc de varijs agemus justi timoris & tremoris, quo corda hominum in illa die percellentur, motivis. Et quidem S. Hieronymus ad Demetriadem scribens, ut eidem horrorem diei illius tanto efficacius persuadeat, practicum adducit sequens exemplum: *Recens factum est, & quod ipsa audisti: cum ad stridulæ buccinæ sonum, Gothorumque clamorem lugubri oppressa metu, Domina orbis Roma contremuit, omni domus planctus, & æqualis fuit per cunctos pavor. Si ita mortales timemus hostes, quid faciemus, dum clangore terribili tuba insonare de cælo cœperit, & ad illam Archangeli vocem omni buccina clarioren, totus simul remugiet mundus? Cum videmus super nos non manufacta arma concuti, sed & virtutes cœlorum commoveri?* Idem quoque Sanctus Doctor Monachos suos, ut auscultando stridulæ tubæ, in extremo judicij die clangentis; sono aures suas arrigant, his verbis exhortatur: *Semper tuba illa terribilis vestris perstrepit auribus: Surgite mortui, venite ad judicium.* S. Thomas de Villa Nova, hujus mundi Monarchas & principes considerans, qui solo perstrepentis militaris buccinæ fonitu Provincias & regna horrore & pavore ubique replent, ad illum se reflectit terrorem, qui ipsos quoque terrificos Reges in die illa tremenda occupabit. *Timore*, inquit, *agnati Reges terræ, & principes, & tribuni, & divites; & fortes absondent se in speluncis & in petris montium, ne videlicet horrendam tremendamque rerum omnium videant confusionem, mundique pereuntis formidabilem casum. Reges qui cæteris solebant esse terrori, errabundi confugient ad speluncas, & velut reptilia quædam perterriti, montium perquirent latibula; Unde Joannes Angelum buccinamem audivit væ, væ, væ, habitantibus in terra.*

Hic timor & tremor docetur similitudine.
S. Hier. in Reg. Mon. c.30.
S. Thom. de Villa nova Conc. 2. in Dom. 1. Adv. Timor ille etiam Reges terrificos occupabit.

3. D. Chrysost. aliud quoddam format efficax argumentum; dum se reflectit ad tremorem rei alicujus, qui ob commissum capitale crimen in tribunali terreni alicujus judicis examinandus sistitur: *Cogita, quo pacto efficiaris coram Judice, si contra te commentarij, quibus iniquitas tua contineatur, coram magistratu aperiantur; Cogita, quantus timor, quantus tremor invadat te, quomodo membra contremiscant, quomodo interiora omnia concutiantur homine judicante; quod si homine judicante tantus est timor, quis illum timorem queat enarrare, qui tum ingruet, cum universum orbem terrarum Dominus omnium judicabit:* Experientiâ teste sæpe fieri videmus, quòd, dum nonnulli hunc terrorem diei illius audiunt, vel apprehendunt, cor illorum præ nimio timore & horrore, velut gelu quodam imbutum obrigescat: *Si adeo terribilia sunt, dum audiuntur*, inquit idem D. Chrysostomus, *quanto terribiliora erunt, dum spectabuntur?* Tremenda quoque est illa S. Bernardi propositio, dicentis: *Recordatio judicij in barathrum desperationis præcipitat.* Et in alio quodam sermone idem mellifluus Pater de hoc timore pariter inquit: *Quid tam pavendum, quid tam plenum anxietatis, & vehementissimæ sollicitudinis excogitari potest, quam judicandum adstare illi tam terrifico tribunali, & incertam adhuc expectare subitam districto judice sententiam?* S. Gregor. factâ reflexione, ad omnium creaturarum in illa die commotionem, nec non ad horribilia signa, quæ judicium præcedent, in Homilia 1. super Evangelia ita scribit: *Quid autem terrores, quos cernimus, nisi sequentis iræ præcones dixerimus? Unde & considerare necesse est, quia ab illa tribulatione ultima, tanto sunt istæ tribulationes dissimiles, quantum à sententia judicis, persona præconis distat.* S. Ambrosius pariter universalem hanc mundi commotionem describens, inquit: *Cælum plicabitur, & mare siccabitur, & montes sicut cera ardebunt usque ad inferos, & sol convertetur in tenebras, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cælo, & virtutes cælorum commovebuntur.* Sapiens universum mundum conquassatum, & ad prælandum contra reprobos in armis positum introducens, dictos reprobos, insensatorum nomine appellat, dicens: *Pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos.* At verò cur illos insensatos vocat, cum illos vivos & attentos ad offensam creatoris sui sensus habuisse constet? Notandum est igitur, illos propriè insensatos dici, qui extra se positi, sicut à mente sana alieni, stupidi & stolidi existunt, hunc autem effectum venemens ille terror, quo percellentur, operabitur, adeo ut amisso sensuum usu, sine motu permansuri sint, veluti statuæ, *arescentibus hominibus præ timore.*

S. Bern. ser. 7. in Cant.
S. Bernard. ser 8. super Psal. Qui habit. Et SS. PP. sententijs.
S. Greg. Hom. 1. in Evang.
S. Ambr. ser. 33. in Fer. 2. post Dom. 1. Quadr. Tom. 5.
Sap. 5. v. 21.

4. Author operis imperfecti nonnullos recensèt effectus, quos sonus tubæ illius operabitur, de quo canit Sancta mater Ecclesia, dum ait: *Tuba mirum spargens sonum, per sepulchra regionum, coget omnes ante thronum;* Dicit enim: *Verè magna vox tubæ terribilis, cui omnia obaudiunt elementa, quæ petras scindit, inferos aperit, portas æreas conterit, vectes adamantinos & ferreos confringet, vinculamortis dissumpet, & de profundo*

Auth. Imperf. Hom. 49. Varij effectus tubæ novissimæ.

fundo abyssi animas liberatas corporibus suis assignat. Hæc omnia citius consumet in opere, quam sagitta transit in aëre, dicente Apostolo: In momento, in ictu oculi, in novissima tuba. Sacer textus horrorem illum recenset, quo formidabilis Holofernis exercitus universum quasi mundum opplevit: *Descendit in campos Damasci in diebus messis, & succendit omnia sata, omnesque arbores & vineas fecti incidi, Et cecidit timor illius super omnes inhabitantes terram.* At verò si in solas arbores, vineas & messes crudelitatem suam exhibuit, cur inde omnes populi tanto fuerunt timore consternati? Nimirum ab hac barbarie & inhumanitate, facile in ejus devenire poterant notitiam. De Adige Rege scribitur, quòd licet in cruento quodam prælio suos deviciset inimicos, hi tamen dispersis viribus suis recuperatis, iteratum adversùs eumdem Regem aggressi fuerint prælium; cumque uterque exercitus in acie staret, Rex suos trepidare animadvertens, hisce eos verbis animare contendit: *Cum enim nos qui vicimus, trepidamus, quid facere censetis eos, qui à nobis victi sunt.* Eodem modo mihi in præsenti dicere licet, quod si elementa & creaturæ insensatæ, licet jussu Dei, impijs invitæ servierint (*subjecta est non volens*, inquit S. Paulus) nihilominus primo omnium loco castigabuntur, eò quòd impijs occasionem dederint, ex propria licet malitia, creatorem offendendi, quanto potiori jure timere & contremiscere debebunt illi, qui tot iniquitatum authores & operatores fuerunt?

Judith 2. v.17.
Ibid. v.18.
Qualiter Adige Rex animaverit exercitum suum ad pugnam.
Rom.8.v.20.

5. *Virtutes cœlorum movebuntur*, id est, præ nimio terrore ipsimet quoque cœli contremiscent. *Sol & Luna obtenebrati sunt*, inquit Joel; ubi ad propositum nostrum S. Hieronymus ita scribit: *Cujus mœrorem diei, & tormenta pereuntium, ne Sol quidem & Luna astraque cætera poterunt intueri, sed retrahent fulgorem suum, & severitatem judicantis aspicere non audebunt; non quòd clementiora sint, quàm Dei judicia, sed quòd omnis creatura in tormentis aliorum de suo judicio pertimescat.* Et quidem licet exaggeratio quædam esse videatur, quòd ipse quoque Sol & Luna propter peccata nostra, & ob judicis horrorem trepidabunt & contremiscent, attamen doctrina est tam eximij Ecclesiæ Doctoris, qualis S. Hieronymus fuit. Neque solùm cœlestium sphærarum poli trepidabunt, verùm insuper cilicio, quod pœnitentiæ habitum indicat, accingentur; nam in Apocalypsi dicitur: *Ecce terræmotus magnus factus est, & Sol factus est niger, tamquam saccus cilicinus, & Luna tota facta est sicut sanguinis, Et stellæ de cælo ceciderunt super terram, ... Et cælum recessit sicut liber involutus.* Syriaca legit: *Cæli separati sunt*; Arabicus vertit: *Cælum involveatur quasi charta.* Licet Psalmista dicat: *Extendens cælum sicut pellem.* Porrò cilicia ex setis contexi solent, quæ hispidæ sunt & pungentes. Sol igitur asperi cujusdam cilicij speciem assumet, ad denotandam excessivam mœstitiam & dolorem, quem ex horrenda illa creaturarum commotione percipiet.

Joel.1.v.10. S.Hier. ib. Ipsi etiam Cœli præ nimio terrore contremiscent.
Apoc.6. v.12.
Ibid. v.13. & 14.
Ps 103. v.3.

6. Bellovacensis ea, quæ miseris mortalibus, audito tubæ sono, eventura sunt, his verbis declarat: *Statim ut audierint miseri tubam illam tam horribiliter perstrepentem, occurret eis repente, & ante mentis oculos revolvetur omnium suorum congeries peccatorum, omni tormento amarior. Inde namque remorsus conscientiæ, omni serpente mordacior; inde gehennæ timor inconsolabilis; inde dolor irremediabilis, inde desperationis horror inæstimabilis, inde confusionis pudor intolerabilis.* S. Hieronymus in Regula Monachis præscripta, de finali judicio differens, hoc facit argumentum: Quod si dum Cœlum tempestatibus, turbinibus, fulguribus armatur, corda nostra tanto adimplentur timore & horrore, quid futurum erit, quando *Sol obscurabitur, Luna non dabit lumen suum? Ecce enim si umbrato repente cælo Solis claritas nostris aspectibus denegetur, si commotis, ut assolent, elementis, ut in rotam sui curvas tonitrua concitentur, & de hinc fulgurum jacula palpebris terribiliter objecta coruscent, quamquam & consuetudine ista contingant, pavemus, contremiscimus. Quid faciemus in illa die miseri, quando revoluto cælo, cum Angelicis virtutibus igneus Dominus totus adveniet? Quando cadentibus desuper stellis, Sol in tenebras, & in sanguinem Luna mutabitur? quando montes sicut cera liquescent? & quando peccatores dicent montibus, cadite super nos, & collibus tegite nos?* Quod si solus sonus nominis Moysis populos illos bellicosos, quales Cananæi erant, adeo perterruit & stravit; quanto horrore mortalium Deo rebellium, pectora ultrix divinæ justitiæ machæra terrore percelleret, quando hæc eisdem superimminebit, ut justissimi divini furoris fulmina in eos exoneret? De Moyse enim licet mitissimo & mansuetissimo omnium hominum æterna veritas inquit: *Hodie incipiam immittere terrorem, atque formidinem tuam in populos, qui habitant sub omni cælo, ut audito nomine tuo paveant, & in morem parturientium contremiscant, & dolore teneantur.* Idem quoque Deus comminatus est populis illis, quòd ad levissimum quemvis solij motum adeo sint trepidaturi, ac si integer hostium exercitus illis immineret: *Terrebit eos sonitus folij volantis, & ita fugient quasi gladium, cadent nullo persequente;* Quod si igitur exigui solij motus ad terrefaciendos tot generosos & invincibiles Palæstinæ populos sufficiebat, quid futurum esse dicimus, quando justitia Dei *armabit creaturam ad ultionem inimicorum*, illius inquam Dei justitia, de quo scriptum est: *Spiritum terram, & facit eam tremere?* Meritò igitur S. Hieronymus inquit: *Judicaturo Domino, lugubre mundus irrugiet, tribus ad tribus ferient pectora, potentissimi quondam Reges nudo latere palpitabunt.*

Hellovac. spec. mor. lib. 1 dist. 5. Describuntur ulterius horrores illius diei.
Levit. 26. v.36.
Sap. 5. v. 18.
Ps. 103. 32.
S. Hier. ib.

7. D. Chrysostomus ad reum, qui catenis onustus coram tribunali sistitur, in quo decretoriam accepturus est mortis sententiam, se reflectens ait: *Qui vinctus propter sua scelera fuerit, cum solvitur, ut ad judicium produci queat, tunc maximè tremit, tunc formidat, quando ad tribunal judicis appropinquat, quando ad relationem rationum devenit.* Quando igitur reprobi cogentur, ut coram judice supremo se sistant (*omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi*) idque funibus & catenis gravissimis adstricti, nam *funibus peccatorum suorum constringitur*, quanto putas horrore & terrore percellent: *Quantus tremor est futurus, quando judex est venturus, cuncta strictè discussurus? Defecimus in ira tua* (inquiunt per os Psalmistæ, impij) *& in furore tuo turbati sumus.* Aft quænam turbationis causa futura erit? Nimirum singuli coram se omnia peccata sua posita videbunt, quæ ipsis velut totidem futuri sunt carnifices, nam ut habet tritum illud S. Augustini effatum: *Justisti Domine, & sic est, ut omnis sibi pœna sit mordinatus amor.* Et ideo præsciti apud Psalmistam dicunt: *Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo, sæculum nostrum in illuminatione vultus tui, & in ira tua defecimus.* Bellovacensis authoritatem adducit S. Hieronymi, dicentis: *Si tanta curâ pertimescitur judicium pulveris, qua intentione cogitandum est, qua formidine providendum tantæ judicium majestatis.* Apparebit enim in throno majestatis, *cum venerit filius hominis in majestate sua*, atque hoc ipsum erit, quod nos vel maximè trepidare faciet, siquidem *videbunt, in quem transfixerunt.* Porro quando personam aliquam vilem, pauperem, nullius-que æstimationis enormi licet affectimus injuria, illius vindictam non magnopere formidamus: Non verò item quando magnum aliquem principem nos offendisse scimus, huic enim, quia longas manus habet, facilis est atrociter se de receptis injurijs vindicandi modus.

Sap. 5. v. 2.
Prov. 5. v. 2, 3.
Ps. 89. v. 7. Causa turbationis in judicio, est quod singulis manifestabuntur peccata sua.
S. Aug. ibid. Bellovac. ibid. dist. 7.
Matt. 25. 31.
Joan 19. 37.

8. Enimverò quod ad Dei offensas committendas faciles adeo & proni simus, hujus alia causa non est, quam quia ad sublimem ejus, quem injuriâ afficimus, dignitatem non reflectimus, tametsi revera hæc talis sit, *quam adorant dominationes, tremunt potestates*; hocque vel maximum motivum erit, ex quo in die illo peccatores potissimum trepidabunt, quando eumdem in die illo velut judicem in throno majestatis positum aspicient. Tunc præsciti, ut Sapiens ait: *Videntes turbabuntur timore horribili, ... Dicentes intra se, ... & præ angustia spiritus gementes: Hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum & in similitudinem improperij.* Ac proinde si ijdem præsciti trepidabunt, videntes electos in gloria positos, quos hic offenderunt, quantò magis supremum illum judicem timebunt, qui de illatis sibi injurijs atrociter nimis se est vindicaturus? *Quantus tunc ingruerit gemitus*, inquit S. Thomas de Villa Nova, *quis dentium stridor, quantus astantis animi fremitus & indignatio, cum præ oculis gloriam, quam amiserunt, inspexerint, & decorem filiorum Dei, quem neglexerunt, attenderint?*

Causa quod Deum tam leviter offendamus, est quod non reflectamus nos ad ipsius sublimem dignitatem.
Ibid. v. 3.
Sap. 5. v. 2.
S. Thom. de Villa conc. 3. in Dom. 1. Adv.

DISCURSUS VI.

ARGUMENTUM.

De timore, quo viri sanctissimi, quoadusque vixerunt, perculsi fuêre, nec non de Angelorum, ob judicij illius terribilitatem, commotione & tremore.

THEMA

THEMA.

Columnæ cœli contremiscunt, & pavent ad nutum ejus. Job. 26. v. 11.

Ipsi Angeli, & sancti trepidabunt in extremo judicio.

1. A Deo horrendum & formidabile futurum est extremum judicium, ut etiam fortissimæ cœli columnæ inde sint trepiduturæ: *Columnæ cœli*, inquit S. Antoninus, *id est, Angeli & sancti homines pavent ad judicium ejus.* Porro S. Propheta Job, cujus est illud in themate adductum oraculum, una ex his columnis erat, quem proinde vel sola extremi judicij futuri reminiscentia, & in mente sua in spiritu Prophetico licet è longinquo facta apprehensio adeo faciebat timere & contremiscere, ut hanc sibi à Deo gratiam fieri peterit, ut durante hoc judicio, vel in ipsomet inferno

S. Antonin. sum. Theol. 2. p. 4. tit. 14. c. 11. §. 5.

Job. 14. v. 13.

illum protegere dignaretur: *Quis mihi hoc tribuat, ut in Inferno protegas me, & abscondas me donec pertranseat furor tuus, & constituas mihi tempus, in quo recorderis mei?* Quam hujus Deo tam accepti, adeoque ab ipsomet commendati & benemeriti servi Dei petitionem tanta cum anxietate animi factam S. Gregorius considerans, hanc inde deducit consequentiam: *Perpendamus, quanta debemus formidine futurum judicium semper expavescere, quando & ille qui à judice laudatus est, adhuc de retributione judicis in suis vocibus securus non est.* Numquid enim ille idem ipse est, de quo æterna infallibilis veritas protestata fuerat, dicendo: *In omnibus his non peccavit Job?* Verum id quidem est, at verò prout in discursu præcedenti vidimus, Judicem illum non solùm reprobi expavescent, sed etiam viros perfectissimos & sanctissimos formidine replebit. Audiamus hac de re loquentem S. Augustinum:

Job tempore judicij petebat abscondi in inferno.

S. Greg. l. 13. mor. c. ult.

Job. 14. v. 22.

S. Aug. Ep. 80.

Nunc autem, inquit, *ista mala, quæ tamquam summa & extrema creduntur, utrique genti, & utrique regno, & Christi, scilicet & Diaboli videmus esse communia; pariter quippe bis; & boni affliguntur & mali.* Propheta Evangelicus hunc diem in spiritu Prophetico ob oculos sibi ponens, omnes ad ululatum & clamoris stridorem invitat, dicens; *Ululate, quia prope est dies Domini, quasi vastitas à Domino veniet, ... omne cor hominis contabescet, & conteretur*; neminem his verbis à pavore excipit, quantumcumque is sanctus sit & immaculatus: *Torsiones & dolores tenebunt, quasi parturiens dolebunt.* Unde D. Chrysostomus tale format argumentum: *Si Prophetas, cum diei recordatur, tremit; nos qui sexcentorum summ peccatorum rei sine timore recordabimur.*

Isai. 13. v. 6.

Ibid. v. 8.

D. Chrys. T. 6. Hom. de caco & Zachæo.

2. Gen. cap. 15. Sacrificium quoddam variorum animalium Abrahæ à Deo præscribitur, prout ibidem diffusius narratur; Id verò quod proposito nostro quàm maximè deservit, est terror & horror, quo cor ejus tunc perculsum fuit: *Sopor irruit super Abram, & horror magnus & tenebrosus invasit eum.* Ubi meritò quærendum venit, quodnam sanctus hic Patriarcha timendi motivum habuerit, quandoquidem ingens eidem paulo ante promissio facta fuerat, universam ejus progeniem cœlitus fore propagandam: *Suspice cœlum, & numera stellas si potes, & dixit ei: Sic erit semen tuum; credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad justitiam.* Quid igitur magnus hic credentium, Deo adeo familiaris, & unicè charus Patriarcha timere potuit? Nimirum unicum dumtaxat tunc à Deo prolatum verbum timuit, scilicet: *Judicabo*, & tamen hic judicij rigor suprà stirpem suam minimè cadebat, sed super illos tantùm, qui indignè illam tractaturi essent: *Verumtamen gentem, cui servituri sun., ego judicabo.* Omnibus existimo notum esse fominum istud, quod Jacob habuit, dum in Mesopotamiam peregrinaretur; vidit enim scalam, per quam ascendebant & descendebant Angeli, & vertici illius innitentem Dominum; ubi sacer textus inter alia inquit: *Pavensque dixit: Quam terribilis est locus iste?* At verò quid est, quod in hac visione trepidabat? num fortè timebat spirituum Angelicorum aspectum? At verò quidnam majorem illi consolationem adferre poterat? Aut verò ideo forsitan trepidavit, quia vultum illum in scalæ illius vertice conspexit, qui lætitiâ perfundit universum Paradisum? Tertullianus illum in hac visione quamdam finalis judicij similitudinem vidisse existimat: *Cum verò Jacob somniat scalas obsirmatas in terra ad cœlum, & Angelos alios ascendentes, & alios descendentes, innixum desuper Dominum, temere sic fortè interpretabimur, scalis his iter ad cœlum demonstrari, quo alij perveniant, alij decidant, Dominj constitutum esse judicium. Cur autem ut evigilavit, & primum loci horrore concussus est, convertitur ad interpretationem somnij? Cum enim dixisset, quàm terribilis est locus iste; non est*, inquit, *aliud, sed ædes Dei, & hæc porta cœli.* Similiter Davidem ad conspectum leonum & ursorum minimè exhorruisse scimus, siquidem eosdem in minutissimas partes dilacerabat, verumtamen unicum ipsum exhorruisse constat: Ast quodnam erat illud? *A judicijs enim tuis timui*; huneque timorem omnibus sæculis voluit esse persuasum & manifestum, quando universum mundum ad se auseultandum his verbis invitavit: *Audite hæc omnes gentes, auribus percipite omnes qui habitatis orbem, Quique terrigenæ & filij hominum, simul in unum dives & pauper: Os meum loquetur sapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam.* Postquam verò hanc sibi conciliasset attentionem, is de quo ipsemet Deus testimonium perhiberat, dicendo: *Inveni hominem, secundùm cor meum*, is inquam se diem extremum timere & formidare protestatus est. *Cur timebo in die mala?* Ideoque se formidolosis vocibus Deo commendavit: *Non intres in judicium cum servo tuo.* Ad hunc ei timorem eximendum, nihil ipsi profuit, se hominem secundùm cor Dei esse. Denique quisnam umquam Deo charior & acceptior erat S. Joanne Evangelistâ; qui à Spiritu sancto appellatur *discipulus ille, quem diligebat Jesus*; Imò licet jam centenarius esset, ob suam tamen innocentiam puer appellatus fuit: *Ecce puer meus, noli timere*; & tamen in Apocalypsi cap. 1. postquam solum in spiritu judicem hunc, & ancipitem gladium ex ore ejus egredientem conspexisset: *De ore ejus gladius, utráque parte acutus, exibat*, dicit: *Cecidi ad pedes ejus tamquam mortuus.*

Tertull. l. 3. contra Marcion. c. 24.

Gen. 15. v. 12. Abraham ad unicum illud verbum à Deo prolatum (judicabo) horrore percussus fuit.

Ibid. v. 5.

Gen. 15. v. 14. Per scalam Jacob designabatur finale judicium.

Gen. 28. v. 17.

David qui non expavit conspectu Leonibus & Ursis, timuit recordatione judicij Dei.

Ps. 118. 120.

Ps. 48. v. 2.

Ibid. v. 3.

Ibid. v. 4.

Act. Apost. 13. v. 22.

Ps. 48. v. 6.

Ps. 142. v. 2.

Ps. 142. v. 2.

S. Joannes Evang. in spiritu videns figuram judicis, cecidit quasi mortuus.

Apoc. 1. v. 17.

3. Quod si demùm ad protestationes, quas multi servi Dei raræ virtutis quoad hunc timorem palam fecerunt, reflexionem aliquam facere velimus, utique in hujusce veritatis agnitione magis confirmabimur. Refert Bollandus S. Joannem Eleemosynarium his verbis se reprehendere solitum fuisse; *Quomodo transire poteris bestias arundineti, quando obviabunt tibi exactores? Væ, qualis timor & tremor obtinet animam, tunc rationem ponentem tantis exquisitoribus, tam amaris & immisericordibus?* Et tamen ille idem ipse erat, qui per innumeras à se factas Eleemosynas ab omni judicis furore liberè se tueri poterat, maximè cùm hic suos sit formaturus processus quoad opera misericordiæ, erga proximos exercita, vel omissa, quia *Jucundus homo, qui miseretur & commodat, disponet sermones suos in judicio, quia in æternum non commovebitur.* Quis itidem majorem exhibuit innocentiam & pœnitentiam S. Hieronymo, qui in desertis à Solis radijs adustus, extenuatus à jejunijs, & veluti Scorpionum socius, durissimo silice senile suum cruentabat pectus? Et tamen hic de semetipso ita scribit: *Ego dudum ac noctibus operior cum timore reddere novissimum quadrantem.* S. Arsenius quoque austerissimam in Eremis transegerat vitam, post factum in illa ex aulæ imperialis, in qua summa in veneratione erat apud omnes, regijs delicijs transitum; & tamen interrogatus aliquando: *Et tu Pater trepidas?* respondit: *Non est novus hic timor O filij, quamdiu vixi, hunc diem timui.* De sanctitate S. Ephrem S. Basilius egregium perhibet testimonium, præterquam quòd, cujus ille Spiritus fuerit, eius opera sufficienter demonstrent, & tamen audite qualiter idem ille in pluribus librorum suorum locis de hoc timore locutus fuerit. In quodam enim loco de apparitione crucis in judicio, inquit: *Heu mihi fratres mei in Christo dilecti, recordatus sum horæ illius, & contremui*, Et iterum: *Hæc dum mecum cogito, timore corripiuntur verba mea, & dissolvor undique, oculi præ timore lachrymas fundunt, vox mihi deficit, labia mea quasi conglutinata hærent, lingua mea contremiscit.* Idem quoque alio in loco de judicio extremo differens, ita scribit: *Mihi sanè cor tremit, & renes immutantur, dum cogito de actuum omnium manifestatione, cogitationumque ac sermonum exacta discussione, quæ ibi fiet.* D. Chrysostomus & ipse diem hunc novissimum meditando, quantum hic dies formidandus sit, clarè indicat, dum, quantumvis innocens & sanctus fuerit, ex sola tamen hujus judicij memoria, toto corpore se contremuisse dicit: *Horror invadit terribilis*, inquit, *& amarissimè perstens, ex profundo corde ingemisco.* Audiamus obsecro, quos sensus timoris ex funesti hujus diei apprehensione, S. Bernardus in se expertus fuerit, licet à primis unguiculis vitam duxerit puram & immaculatam, & devotus per antonomasiam fuerit appellatus: *Væ mihi misero*, inquit, *cùm venerit dies illa judicij, & aperti fuerint libri, in quibus omnes mei actus & cogitationes Domino præsentandæ recitabuntur. Tunc demisso capite, præ confusione malæ conscientiæ, in judicio coram Domino stabo trepidus & anxius, utpote commemorans scelerum commissa meorum.* Idem in sermone 7. super Cantica dicit, quòd rigorosas Judicij illius rationes considerans se quasi à quodam horroris & pavoris barathro absorptum fuisse crediderit: *Si quando stimulante conscientia, judicio paulo diutius inhærerem, mox metu incredibili ac miserabili confusione dejectus, & tenebroso circumfusus horrore, hoc solum palpitans de profundo clamabam: Quis novit potestatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare?* Hujus autem incredibilis pavoris rationem in Epistola quadam his verbis declarat: *An ignoratis quis minetur? Cum accepero tempus, ego justitias judicabo, Quod si justitia, quanto magis injustitia?*

Divinæ justitiæ horrendum judicium.

S. Ephr. T. 1. de appar. Crucis.

S. Ephrem.

S. Ephrem de extremo judicio. & consumm.

D. Chrys.

D. Chrys. Hom. 77. in Matth.

S. Bern.

S. Bernard. Medit. c. 2.

S. Bern. ser. 7. in Cant.

S. Bernard. Epist. 37.

4. S. Ambrosius & S. Augustinus, dum inter se conjunctis animis Canticum illud: *Te Deum Laudamus* componerent, licet illud cæteroquin passim aliud non resonet præter lætitiæ & jubili gaudiosa verba, attamen ex laudabili ab Ecclesia introducta consuetudine, quando in illius progressu sit mentio Christi tamquam in die illo novissimo futuri judicis omnes Christi fideles, timore & horrore pleni, genua flectentes divinam pietatem implorant: *Judex crederis esse venturus; Te ergo quæsumus tuis famulis subveni, quos pretioso sanguine redemisti.* S. Bernardus in alio quodam sermone inquit: *Paveo judicis vultum, ipsis quoque pavendum Angelicis potestatibus*; Quid enim S. Lucam dicere voluisse existimatis, quando ait: *Nam virtutes cœlorum movebuntur?* Albertus Magnus ait: *Illi Angeli, qui virtutes dicuntur, tunc circummovebuntur, ut multa terribilia faciant.* Dionysius Carthusianus testem adducit Origenem, in hæc verba scribentem: *His accidentibus consequens est, cœlorum rationabiles virtutes, stuporem & commotionem aliquam pati ac contubari.* S. Bonaventura verisimile quoque esse censet, Angelos Paradisi ob judicis terribilitatem, vehementi percellendos esse horrore & pavore: *Virtutes sunt Angeli, qui ex turbatione omnium dicuntur commoveri, dicuntur pavere, non timore pœnæ, sed horrore divinæ vindictæ.* D. Chrysostomus, à S. Thoma in Catena citatus, idipsum confirmat, dicens: *Movebuntur, quamvis sibi conscia non sint, videntes enim infinitas multitudines condemnari, non intrepidè stabunt illic.* Verum enimvero quia hic timor nonnullis videri posset, quoad Angelos incredibilis & inconveniens, hinc est, quòd Haymo Halberstadiensis Episcopus eumdem sequenti similitudine nitatur persuadere: *Sicut dum Rex severum & districtum judicium in subditos exercet, non solùm illi timent, qui pro suis meritis judicantur, sed etiam illi, qui ejus lateri adhærere solent; sic cùm Deus omnipotens reprobos punitet in judicio, & ut terror & districtio judicij ostendatur, etiam illi timere dicuntur, qui æternâ stabilitate firmati sunt; unde bene per Job dicitur: Columnæ cœli contremiscunt, & pavent.* Hujus quoque pavoris D. Chrysostomus alibi his verbis meminit: *Tum omnia stupore completa erunt; & horrore, & metu, tum etiam Angelos ingens metus occupabit, neque solùm Angelos, sed etiam Archangelos, & thronos, & potestates cœlorum, propterea quod conservi judicium subituri sint de peracta in hoc mundo vita.* S. Augustinus pariter ejusdem est opinionis, quòd scilicet per virtutes Angeli intelligantur; Hæc enim verba: *Virtutes cœlorum movebuntur*, in quodam sermone, glosâ suâ illustrans, ait: *De Angelis dicit, tremor enim illos apprehendet, & timor magnus.* At verò quia hoc ejus asflatum nimis videri poterat exaggerativum & paradoxum, ideo subjungit: *Cujus rei causâ, dic mihi? Quia tunc tam terribile erit judicium illud, ut etiam ab Angelis timeatur. Quamobrem ergo tunc Angeli contremiscent, & unde tremor apprehendet eos? Non enim illi habent judicari: Sed quemadmodum Principe judicante, non solùm rei, sed & officia, quæ nihil sibi conscia sunt, timore ac tremore comprehenduntur propter judicis terrorem; ita & tunc cum genus humanum judicabitur, etiam cœlestes ministri pavebunt, & terribili apparata de judicis intuentis horrenda formidine contremiscent.*

Adducuntur multorum SS. PP. sententiæ horrorem illius diei confirmantes.

S. Bern. ser. 16. in Cant.

Luc. 21. 26.

Alb. Magn. ib.

D. Carth. in Evang.

S. Ang. in Append. ser. 49.

5. Rupertus Abbas Tuitiensis omnino censet esse conveniens, ut & illi in die novissimo timeant, qui majori sunt intellectu & Sapientia præditi, nam: *Qui non trepidat timore, inquit, iste sapiens non est, tunc enim timebunt Angeli, ait Dominus.* Beda similiter in commentario super Lucam, nequaquam se mirari dicit, quod homines timore in die illo futuri sint pleni, quando etiam coram irati judicis tribunali ipsimet Angeli trepidabunt: *Nec mirum* inquit, *homines ad ejus judicium turbari, cujus aspectum & ipsæ cœlorum virtutes, hoc est Angelica tremunt potestates.* Id quod ex assumpti thematis verbis probat: *Columnæ cœli contremiscunt*, unde eadem quæ din ante ex S. Gregorio allata fuit, colligitur consequentia, scilicet: *Quid ergo facient tabulæ, quando tremunt columnæ? Quid vingula deserti patitur, cum cedrus Paradisi concutitur?* Eamdem quoque veritatem S. Ephrem Syrus his verbis testatur: *Contremiscet ibi omnis creatura, ipsaque Sanctorum Angelorum agmina ob majestatem illam & gloriam adventus ejus expavescent.* S. Bernardinus in progressu cujusdam sermonis, hæc verba: *Virtutes cœlorum movebuntur*, ita exponit: *Id est, horrebunt præ magnitudine signorum & cladis; sicut enim homo manens in supercilio montis, videt aliquam absorberi civitatem intra terræ; aut incendio concremari, quodam naturali instinctu horret; licet videat periculum sibi non imminere, sic Angeli atque beati videntes contra reprobos pugnare universum orbem, quodam naturali horrore commovebuntur.* S. Gregorius, à S. Thoma in catena citatus, ita scribit: *Quid enim per virtutes cœlorum, nisi Angelos, dominationes, & principatus & potestates appellat, quæ in adventu districti judicis, nostris tunc oculis visibiliter apparebunt, ut districtè tunc à nobis exigant hoc, quod modò invisibilis conditor æquanimiter portat*; ac proinde timebunt, ne fortè in commissarum sibi animarum cura defecerint, & consequenter quoad hunc defectum, Judicis sint examini subjiciendi.

Probatur ulterius timor SS. Angelorum in judicio.

Rup. Abb. l.

S. Bonav. in Luc.

D. Chrys. in Cat. S. Th. Ipsorum SS. Angelorum timor in judicio, probatur similitudine.

Haymo Hom. in Dom. 2. Adv.

D. Chrys. ad Theodor. lapsum paræn. 1.

6. Apud Isaiam dicitur: *Angeli pacis amarè flebunt*; Qua autem ratione id fieri possit, difficulter intelligi posse videtur; Numquid enim David sperat, quòd in gloria cœlesti beatificatus, consequenter beatâ quâdam gaviturus sit imperturbabilitate? *Ego dixi in abundantia mea; Non movebor in æternum?* quomodo igitur Angeli & Sancti in animabus suis, tristitiæ incapacibus, timorem aliquem, qui illos ad lachrymas permovere possit, concipere poterunt? Ecce tibi igitur, qualis in die illo futura sit omnium creaturarum confusio, contra omnem naturæ & gratiæ pugnans ordinem, ita disponente eo, qui omnia potest, qui *armabit creaturam ad ultionem.* S. Ambrosius super illa Psalmi verba: *Judica me Deus, & discerne causam meam*, quamdam statuit conclusionem, ea quæ hactenus diximus, confirmantem & valde considerabilem; Nam de supremo Judice Redemptore nostro differens, inquit: *Ipsius solius est non timere juratum, qui vincit cum judicatur.* Quibus verbis, neminem, solo ipsomet Christo judice excepto, ab hoc timore exemptum fore declarat.

Isai. 33. v. 7.

Ps. 29. v. 7.

S. Ambr. in Ps. 41.

DISCURSUS VII.

ARGUMENTUM.

Multas habemus in Judicio illo timendi causas, in quo Judicis in majestate futurus adventus majorem hominibus terrorem conciliabit.

THEMA.

Arescentibus hominibus præ timore. Luc. 21. v. 26.

In tremendo illo judicio arescent homines præ pavore.

1. IDem ille, qui in die novissimo velut formidabilis judex ad judicandum omnes, in Throno sedebit, proprio nobis indicat ore, pavorem, quo tunc humana percellentur pectora, adeo futurum esse excessivum, ut à semetipsis intrinsecus exarescere incipiant: *Arescentibus hominibus præ timore; præsertim injustis*, inquit Carthusianus, *quia præ magnitudine formidinis & mœroris, corporalis harmonia quamdam exsiccationem & extenuationem incurret.* S. Vincentius Ferrerius de quodam juvene, qui quantum erat pulcher aspectu, tantum moribus & conversatione turpis & deformis erat, refert, quòd nocte quâdam se coram tribunali Dei, ad reddendas vitæ suæ rationes præsentandum mox esse somniando, adeo exhorruerit, ut sequenti diluculo omnes capilli capitis ejus perfectissimè incanuerint. Hic igitur Judicium extremum in somnio dumtaxat apprehenderat, & tamen tantopere exinde exhorruit, ut in unica nocte instar decrepiti senis canitiem toto capiti induerit, quid igitur futurum esse dicemus, quando Christus supremus & implacabilis judex, ut reprobus horrore & pavore adimpleat, in hoc præceptum prorumpet; *Arcuat super eos hostes tuos*

D. Carth.

S. Vinc. Ferr. ser. de Corona. Exemplum juvenis unâ nocte canescentis, præ hoc timore.

Exod. 15. v. 8.

formido & pavor in magnitudine brachij tui. In Libro Josue Civitatis Jerichuntinæ legitur exterminium, quando ipsâ in potestatem ignis traditâ, muri ejus & mœnia ad tubæ sonitum eversa & solo æquata fuere. *Omnia in figura.* Civitas enim illa mundum præfigurabat, qui igne conflagrabit, & ad horribilis illius tubæ sonum, qui ipsis quoque mortuis hæc verba insonabit : *Surgite mortui & venite ad judicium*, totaliter desolabitur.

Tempore judicij primo desolabitur terra. *Matt. 24. 15. Sap. 5. v. 2. D. Chrys. ad Theod. Lapsi. Paræn. 1.*

2. Sapientia incarnata de judicio finali differens, ruinæ quoque Jerosolymitanæ mentionem facit, dicens : *Cum videritis abominationem desolationis*, quia primò desolabitur terra, & in hac omnium creaturarum subversione reprobi *turbabuntur timore horribili. Cœlum contuetur*, inquit D. Chrysostomus, *& terra commovebitur ex fundamentis suis, propter furorem iræ Domini Sabaoth, in die qua venerit furor ejus.* Quòd si verò fortasse accidat casus, quòd in hac totius universi agitatione, homo ex luto compositus non timeat & contremiscat, id utique non aliunde eveniet, quàm quia præ nimio terrore exaruit, & in sexi insensibilitatem redactus fuit ; *Arescentibus hominibus præ timore.* Meritò igitur S. August. ait : *Quid facimus in illo metuendo judicij die, cum tremente mundo Dominus præcinentibus Angelorum buccinis, in illo majestatis suæ throno circumdatus cœlestis militiæ luce confederit.* Thronus enim Judicis majestate plenus, potestas judiciaria, Angelicorum hierarchiarum magnifica præsentia, omnium Paradisi cœlitum promptum obsequium, spirituum infernalium ad nutum parens obedientia, nec non omnium creaturarum ab eo infallibilis dependentia mirum in modum in reis terrorem augebunt ; nam ut Innocentius III. ait : *Cum sit potentissimus, manus ejus nemo potest effugere.* Porro tremendum hoc tribunal Danieli in spiritu fuit exhibitum, ut ipsemet testatur, dicens : *Aspiciebam, donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit, ... thronus ejus flammæ ignis, ... rota ejus ignea, rapidusque egrediebatur à facie ejus, millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei* ; quanto autem reus judicium, quod injuriosè contempsit, potentius esse conspexerit atque augustius, tantò magis timebit & contremiscet ; tale autem judicium novissimum infallibiliter erit. *Non enim sicut in primo adventu, mitis & humilis erit*, inquit S. Thomas de Villa Nova, *sed fortis & potens ; videbunt venientem non in virginis utero, sed in altissimo solio, non vagientem in præsepio, sed regnantem in throno* ; Et quidem throni hujus visio S. Joanni in Apocalypsi repræsentata fuit, quam proinde his verbis describit : *Vidi thronum magnum candidum, & sedentem super eum, à cujus conspectu fugit terra & cœlum, ... & vidi mortuos magnos.*

Innoc. III. in Ps. 142. Dan. 7. v. 9.

S. Th. de Vill. conc. 1. in Dom. 1. Adv.

Apoc. 20. v. 11.

Salmeron existimat, quod cœlestis curia, quâ tribunal Christi circumquaque circumdatum erit, majorem impijs terrorem incutiet, unde ait : *Omnes Angeli ejus cum eo, ut majori terrori sint reprobis.* S. Aug. dicit per verbum illud *sedebit*, non exprimi sessionem corporalem, sed judiciariam autoritatem. *Sedere quod dicitur Deus non membrorum positionem, sed judiciariam significat potestatem, quâ majestas illa nunquam caret.* Didacus Stella super illa verba : *Venientem cum potestate magna & majestate*, considerat, quòd impiorum timor & tormentum ex eo augebitur, quòd scil. se similem judicem habere videant, in majorem namque divitis cedit confusionem, dum sibi destinatum esse videt judicem pauperem, à quo facile sit condemnandus, idque sequenti explicat similitudine : si enim alicui debitorem suum, in judicio convenire volenti, ab intimis judicis servis diceretur, quòd omnes quotquot similem habuere causam, qualis sua est, in tribunali illo sententiam acceperint adversam, is utique animo totaliter linqueretur, desperaretque totaliter : Eodem modo si avarus quispiam coram Christo judice constituatur judicandus, is causam suam desperatam esse judicare debebit, siquidem Christus jam de facto avidam terrenorum bonorum cupiditatem condemnavit, dum pauper in stabulo nasci & tamquam mendicus nudus & inops vivere & mori voluit. *Damnavit Christus*, inquit idem Didacus Stella, *qui tuas erit Judex, avaritiam, luxuriam, iram, gulam, invidiam, cæteraque vitia ; iste datur judex, qui fuit oppositus vitij.*

Salm. To. 7. Tr. 40.

S. Aug. To. 3. l. de Fide & Symbolo c. 7. Angeli cum Christo ad judicium venientes augebunt terrorem impijs.

Augebitur etiam impiorum terror ex conspecta gloria & majestate judicis.

3. Augebitur item mirum in modum impiorum terror, dum videbunt tantam gloriam & majestatem Dei illius, cujus sanctam legem, & pretiosissimum sanguinem, pro animarum suarum redemptione effusum, tot ties conculcarunt, & contempserunt. Ecclesiast. dicit : *Noli fieri judex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne forte exumescas faciem potentis.* Talis autem judex ille erit ; neque enim ille quidquam timebit Neronem, vel Domitianos, quantumvis illi fuerint feroces, & ævi, nec quosvis alios terræ Monarchas, siquidem hi omnes velut leve quoddam folium coram illo trepidabunt. Imperatores quidem olim formidabiles erant, quia per terrificos exercitus suos innumeras faciebant strages, nec tamen mortem nisi solis corporibus inferebant : At verò Christus judex irreparabiles tam animarum quam corporum faciet strages. *Ne igitur terreamini ab his, qui occidunt corpus, & post hæc non habent amplius quod faciant, ostendam autem vobis quem timeatis, timete eum, qui postquam occiderit, habens potestatem mittere in gehennam, ita dico vobis, hunc timete.* Et quidem ille ipse qui hoc dixit, idipsum quoque tunc cũ inexorabili severitate adimplebit ; Est enim *judex fumus cum potentia insuperabili*, ut inquit Bellov. Qui & ipse efficax inde format sequens argumentum, inquiens : *Nota, si tam sancti, tam chari amici Dei, tam innocentes & virgines, scilicet Joannes Evangelista & Daniel, viso unico Angelo, tamquam mortui ceciderunt, sicut de Joanne dicitur Apoc. 1. & Dan. 10. cum tamen Angeli illi mitterentur ad eorum consolationem, quid facturi sunt in judicio peccatores, videntes toi sanctos & Angelos missos ad eorum confusionem & condemnationem?* Neque enim in die illo soli comparebunt Angeli, divinæ justitiæ rigidi & severi ministri, verum etiã spiritus infernales ex gehennæ abysso evocati reproborum animas accusabunt & confundent, atque in perditionis abyssum secum rapient. S. Anton. ex magnifico Christi throno sequens majoris pavoris reproborum colligit motivum : *Habebunt ex visione illa mali maximam pœnam, ita ut dicant montibus : Cadite super nos ; sicut enim gloria amici maximè delectat, ita econtrario gloria & potestas inimici maximè conristat ; mali autem Christum odiunt in quantum punientem.*

Eccli. 7. v. 6.

Luc. 12. v. 4.

Bellovac. spec. mor. l. 2. dist. 5.

Cum aliqui Sancti conspecto Angelo consolatorio ceciderint in terram quasi mortui : quid fiet impijs conspecto judice.

S. Anton. sum. Theol. p. 4. Tit. 14. c. 11.

4. S. Paulus de fine mundi differens, inquit : *Cum tradiderit regnum Deo & Patri, cum evacuaverit omnem principatum, & potestatem, & virtutem ; oportet autem illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus ejus ;* Idque optimè cum stipulata illa Christo, per os Psalmistæ facta promissione consentit, quâ dicit : *Dones ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*, Quando igitur reprobi tot mundi Monarchas idololatras, qui persecuti sunt Christum & sequaces eorum, coram quibus totum trepidabat universum, sub pedibus Christi prostratos videbunt, quem eorum futurum esse pavorem existimatis ? Potentatus terræ hujus, quantumvis sint potentiæ viribus præcellentes, ministris justitiæ, armatisque indigent exercitibus, ut incutiant inimicis terrorem, factasq ; rebellium condemnationes exequantur : De hoc autem Judice scribitur : *Lingua ejus quasi ignis devorans ; De ore ejus gladius utráque parte acutus exibat ; Dixit & facta sunt, pugnabit pro eo orbis terrarum.* Præterquam quod, ut author imperfecti super illa verba *Venientem cum potestate &c.* advertit : *si quando Rex terrenus proficiscitur aliquem, aut expeditorem mandat in populo, dignitates omnes moventur, & exercitus excitatur, tota civitas fervet ; quanto magis Rege cœlesti exigente judicare vivos & mortuos, virtutes Angelicæ commoveantur ?* qui ad augendum impiorum terrorem, velut *terribiles ministri terribiliorem Dominum præcedent.*

Psal. 109. v. 1.

Isaiæ 30. Apoc. 1. v. 16.

Auth. im. perf. Hom. 49.

5. S. Bern. super illa verba Apocalypsis : *Vidi thronum magnum & candidum &c.* visionis illius sensum hunc in modum exponit : *Per thronum magnum & candidum significatur Regia & judiciaria potestas, seu majestas & gloria Divinitatis Christi, vel celsitudo, & candor munditiæ, & gloriæ humanitatis suæ, in qua ejus diveritas significatur sedere, sicut in glorioso throno ; Additur, quod in conspectu sedentis fugit cælum & terra, tum quia omnes habitantes in cælo & in terra, præ nimio timore furoris ejus, aut præ summa reverentia majestatis ejus in propriam nihilitatem.* S. Th. de Villa Nov. Christi, in monte Oliveti magnificam comparationem, his verbis describit : *Apparebit de cælo sensim advenienti potentissimus judex, Angelorum millibus comitatus, in nube lucida, veluti in triumphali curru evectus, signo Crucis, veluti vexillo triumphi, desuper in omnium oculis radiante.* Nam ut suo loco dicemus, signum comparentis sanctissimæ Crucis, vulnerumque cicatrices, quibuscum apparebit, illum formidabiliorem efficient, magisque terrificum. Subdit verò idem S. Archipræsul : *Statuentur sedes, locabuntur throni, sedebunt circumquaque judices orbem judicaturi, nec Apostoli soli sedebunt coram eo, sed etiam omnes multitudo sanctorum,*

S. Bern. Serm. Tom. 2. ser. 11. art. 2. c. 1. Describitur Judicis majestas.

S. Thom. de Villa Nova conc. 2. in Dom. 1. Adv.

Et impiorum judicandorum multitudo & qualitas.

Eorum quorum judicio judicandus est Orbis. Pergit ; ulterius, ostendendo infinitam illam præscitorum multitudinem in amplissima valle Josaphat circumquaque congendam fore legionibus Dæmonum : ibidemque affuturos præsentes Judam & Cainum, execranda traditorum, sicariorum & homicidarum capita & Duces : Item Neronem tamquam crudelium tyrannorum principem, Herodem parricidarum antesignanum, Pilatum pessimorum judicum primipilum, Mahumetem stultorum & insanorum ductorem, Arrium hæreticorum, Simon. Magum Simoniacorum Archimagistros. Ninus quoque aderit, tamquã Dux paganorum, Sardanapalus verò immundorum leronum & scortatorum gregem præcedet, *omnesque in fasciculos conglobati, adunatique ad ignem secundum parabolam zizaniorum &c.* Principes, Reges, & Monarchæ iniqui veluti zinania & palæ in ignem projicientur, ut ardeant. *Tremendum illud tribunal*, inquit S. Ephrem, *ubi non erit parvus & magnus, servus & liber, ubi non erit Rex & subditus, sed æqualiter omnes judicio obnoxij, omnes vinčti, omnes nudi, derelicti, tremebundi, plorantes, turbati, anxij. Ubi tunc ibi Regum imagines ? Ubi tyrannorum jactantia ? Ubi insipientium superbia ? Ubi juventatis mollities ? Ubi tunc, qui principibus assistebant, & à latere discurrebant famuli ? Ubi aurum ? Ubi argentum ? Ubi auro infrænati equi ? Ubi tunc epulæ atque deliciæ.* Demum verò idem Sanctus concludendo dicit, in illa die, præter ululatus & stridulos lamentabiliter vociferantium clamores, aliud nihil esse audiendum : *Nihil horum ibi erit, sed animarum væ, væ.* Idem quoq ; S. Pater To. 1. in Oratione quadam de judicio inquit, quòd truculentus Angelorum aspectus, qui tunc in vultu mirabundo sunt compariturí, timorem impiorum notabiliter adaugebit ; & hi quidem omnes cum Christo comparebunt, eruntque illorum infiniti milliones, *Trices atque horrendi circumstabunt Angeli, igneam præ se ferentes faciem, igneumque spirantes.* In illa Danielis visione, in qua Christi in novissimo die futuri judicis thronus repræsentatus fuit, legenturi verba leguntur : *Thronus ejus flamma ignis, rotæ ejus ignis accensus, fluvius igneus, rapidusque egrediebatur à facie ejus.* S. Hieronymus quoque super illa verba : *Accedam ad vos in judicio, & ero testis velox*, ita scribit : *Flumina ignis trahent ante eum peccatores quousque volventia.* Ac proinde tunc impij non solùm exarescent ab igne, *arescentibus hominibus*, verum etiam à timore & horrore, quo percellentur exinde, quia nimirum in conspectu cœli & terræ, cum tanta sui confusione, sunt præsentandi, qui à vertice capitis ad plantas pedum usque innumeris sunt sceleribus pleni, ac proinde mirum non erit, si inter tot conglobatas illorum miserias tabidi exarescant : *Tunc superveniente universo orbi timore, & expectatione districti examinis*, inquit venerabilis Beda, *multi, qui in hoc mundo florere videbantur, cum se sine fructu consperxerint, arescent.*

S. Ephrem. Tom. in eos qui in Christo obdorm.

S. Ephrem T. 4. Orat. de futuro judicio.

Etiam SS. Angeli apparebunt vultibus minitabundis.

Dan. 7. v. 9.

Malach. 3. 5. S. Hier. ibid.

Impij tunc arescent præ timore & horrore.

V. Beda l. 6. in Luc. 22.

Etiam justi non erunt sine tremore.

S. Bern. in Ps. c. 16.

B. Laur. Just. opusc. de contemptu mundi c. 16.

6. Hi quoque qui in hac vita virtutum studio jugem dederunt operam, à timore & tremore minimè immunes erunt : Nam ut S. Bern. piè meditatur : *Justus urgente exitu, subtiliori terretur metu, quia etsi illa quæ servit, numquam se prætermisisse meminit, formidat tamen ea, quæ nescit.* Nullus hominum erit, qui adhibitâ etiam omni potentiâ & astutiâ suâ, ab illo se tribunali subducere possit : *Sicut latere nemini est possibile, ita damnandis apparere intolerabile*, inquit B. Laur. Justin. *Equidem tunc evacuabuntur principatus sæculi, potestates principum, dignitates regiæ, pontificales infulæ, opiniones hominum, favores populorum, & omne quod alium atque decorum est ; quoniam de solis operibus singulorum disceptatio fiet, quemadmodum in Apoc. per Joan. dicitur : Et vidi mortuos magnos & pusillos, stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt, Et alius liber apertus est qui est vitæ, & judicati sunt mortui ex ijs quæ scripta erant in libris secundùm opera ipsorum. Quid ergo in illo tremendo examine acturi sunt Reges, duces, potentes, & nobiles, qui violenter oppressérunt subjectos & pauperes ?*

Quidnam Christus agonia sua in horto significaverit.

Matt. 26. 38. Luc. 22. 44. Isaiæ 13. 14. Luc. 12. 50. Psal. 8. v. 6.

7. Multifariam inter sacros Doctores ventilatur excessiva illa Redemptoris nostri perpessa agonia atque mœstitia, quam S. Evangelistæ his verbis recensent : *Tristis est anima mea usque ad mortem, ... Pater si possibile est, transeat à me calix iste ; Factus in agonia ; Factus est sudor ejus, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram ; cæpit tædere & pavere.* Sed amabo, quidnam erat illud quod Redemptorem nostrum in eam usq ; anxietatem reduxit ? Num fortè mortem timebat is, qui dixit : *Ero mors tua ô mors ?* Quis est qui nesciat, quod *exultavit ut gigas ad currendam viam ?* Denique nunquid ipsemet dixit : *Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor usque dum perficiatur ?* Verumtamen omnem nobis dubitandi rationem S. Gregor. dissipat, inquiens : *Redemptor noster solutioni carnis appropinquans, factum in agonia, cæpit prolixius orare. Quid enim pro se ille, cum in agonia esset, peteret, qui in terra positus cælestia cum potestate tribuebat ? Sed appropinquante morte, nostræ mentis in se certamen expressit, qui vim quamdam terroris atque formidinis patimur, cum per solutionem carnis, æterno propinquamus judicio.* Profectò si anima in judicio particulari adeo vehementer trepidat, cum tamen in illo nullus præter Deum & Angelum custodem interveniat ; quantus tremor adveniet illis, qui in judicio universali in conspectu omnium, coram oculis infinitarum animarum, cum æterna confusione sua sunt præsentandi ? Quando funesti in cœlo conspicientur Cometes, vel ab Eclipsi quadam lux diei obscuratur, aut verò per tonitrua & fulmina aër obscuratur & stretpitat, unusquisque nostrum, quantumvis sit fortis, præ timore nimio cor sibi palpitare sentit, quid futurum erit in die novissimo, quando erunt *signa in Sole, Luna, & stellis, & in terris pressura gentium ?* Tunc enim, ut Dion. Carthusait, *multi fugient, adeo ut inter seinvicem comprimantur.* Haymo pariter in Hom. quadam inquit : *Eisdem terræ incolis invicem se prementibus.* Idipsum verò Author imperfecti sequenti explicat similitudine : *Patrefamilias moriente, tota domus ejus turbatur, omnis familia plangit, & conscissis tunicis suis, nigris se cooperiunt vestimentis, sic & humano genere, propter quod fuerant omnia creata, circa exitum constituto, totum contristatur mundus, universa cæli ministeria lugent, & candore deposito pro vestibus, luctuosis tenebris vestientur.* Optimum igitur & utilissimum est illud Augustini monitum, dicentis, quòd quanto magis Deum in hac vita experimur patientem & benignum in tolerando & expectando nos ad pœnitentiam, tantò magis nobis metuendum sit in illa die. & exinde non profecerimus. *Hic enim misericors est, ibi justus ; nam quod non statim in peccatores vindicat, patientia est, non negligentia ; non ille potentiam perdidit, sed nos ad pœnitentiam reservavit ; unde valde timendum est, ne, quanto diutius expectat, ut corrigamur, tantò gravius vindicet, si emendari noluerimus.*

Sophon. 1. 15. Cur dies extremi judicij vocetur dies illa.

B. Laur. Just. opusc. de contempta mundi c. 16.

Matth. 7. 22.

Lyran. ibid. Abul. q. 30. in Matth. D. Chrys. in Cat. S. Thom. in Matth.

Alb. Magn. ib.

Abul. ibid.

DISCURSUS VIII.

ARGUMENTUM.

Cur dies ille judicij, dies Domini, dies magnus, & dies iræ appelletur, in Scriptura.

THEMA.

Thesaurizas tibi iram in die iræ, & revelationis justi judicij Dei. Rom. 2. v. 5.

1. S Apostolus novissimum judicij diem, *diem iræ & furoris Domini* appellat ; Unde sancta mater Ecclesia, à Deo edocta, canit : *Dies iræ, dies illa solvet sæclum in favilla.* Id quod etiam Sophonias his verbis expressit : *Dies iræ, dies illa, dies tribulationis & angustiæ, dies calamitatis & miseriæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ, & turbinis, dies tubæ & clangoris ... In igne zeli ejus devorabitur omnis terra*, subjungit B. Laurentius Justinianus ad hunc textum, ut hujus diei terribilitatem demonstret.

2. Primò igitur dies finalis judicij per antonomasiam *dies illa* appellatur. Ita enim eumdem ipsemet Judex apud S. Matth. vocat, inquiens : *Multi dicent mihi in die, scilicet.* ut Lyran. secundùm literam exponit, *judicij extremi* ; cujus Abulens. hanc rationem assignat, *quia per excellentiam est illa dies, cùm post eam non sit futura alia dies.* D. Chrys. à S. Thoma in Catena citatus, ait : *In illa die, quando venerit in majestate patris sui.* At verò dicet aliquis ; ex quo veritas fidei est, quòd *Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum*, quâ ratione tempus illud dies appellari poterit ? Respondet ad hoc D. Angelicus : *Diem terminum nominat, sed non servandam temporis qualitatem, quia dies judicij aliquando nox dicitur.* Ejusdem Angelici Doctoris Præceptor Albert. Magnus pariter dicit, tempus illud non ideo diem vocari, quia sit illuminatus ; *nec vocat diem pro qualitate temporis vel aëris tunc illuminata ; sed pro qualitate luminis, quod tunc conscientias singulorum perlustrabit.* Abulensis aliam assignat rationem, cur tempus judicij finalis dies illa absolutè vocetur : *In illa die, quia est terribilior omni die, fient enim terribiliora die illa, quàm in toto tempore præterito facta fuerint.*

3. Appellatur quoque dies novissimus in pluribus scripturæ

Cur vocetur dies Domini.

scripturæ locis *Dies Domini*, sic enim illum Apostolus ad Corinthios scribens appellat, dum ait : *Dies enim Domini declarabit, quia in igne revelabitur.* Quæ verba S. Anselmus ita exponit : *Dies judicij vocatur dies Domini, non quòd omnes dies non sint ejus, sed per excellentiam hoc dicitur, & ad differentiam humani diei, dies enim præsentis temporis est dies hominis, quia in illo agit homo quod vult, sed ille dies erit Domini, quia in illo faciet Dominus, quod justum erit.* Idem quoque Apostolus in Epistola ad Thessal. ita scribit : *Ipse enim diligenter scitis, quia dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet.* Quorum verborum sensum S. Th. ita declarat : *Sciendum, quòd tunc dicitur esse tempus, & dies alicujus rei, quando est in optimo statu, & maximo sui esse. Unde Ecclesiastis 3. dicitur : Omnia tempus habent; quando ergo homo suam voluntatem implet, etiam contra Deum, tunc est dies hominis; unde dicitur Jerem. 17. Diem hominis non desideravi, tu scis : Dies verò Domini dicitur, quando voluntas Domini completur de hominibus qui per ejus justitiam vel præmiabuntur, vel damnabuntur.* In illa autem die omnipotens Dei justitia & severitas omnem vim suam exercebit, de qua dicitur : *Quis novit potestatem iræ tuæ?*

Cur dies Domini magnus.

4. In alijs quoque scripturæ locis judicium *dies Domini magnus* vocatur. Sic Joel postquam prædixisset : *Dabo prodigia in cælo & in terra sanguinem, & ignem, & vaporem fumi. Sol convertetur in tenebras & Luna in sanguinem* &c. subjungit : *Antequam veniat dies Domini magnus & terribilis.* Sophon. pariter c. 1. inquit : *Juxta est dies Domini magnus.* In Apocal. quoque eodem sub epitheto discribitur : *Venit dies magnus iræ ipsorum, & quis poterit stare?* Rupertus Abbas postquam horrenda considerasset portenta, quæ novissimum judicij diem præcedent, & comitabuntur, ita scribit : *Magna & horribilia sunt hæc, ut merito pro ipsis dicatur ille dies Dominimagnus : Dies ille pro sui magnitudine, & dies multi multorum dierum sive annorum dicitur tempus utpote cui nulla lucis & tenebrarum vicissitudo, sive alternatio succedens sit.* Paulus de Palatio rationem haud dissimilem his verbis adducit : *Vocatur ille dies magnus, quia fient in eo maxima mirabilia, conflagratio mundi, tubarum sonitus, mortuorum resurrectio, Angelorum cum Christo descensus, Christi cum omnibus sanctis adventus, judicium omnium, supplicium damnaturum, gloria beatorum.* Ubi vulgata nostra in Apocalypsi legit : *Dies magnus;* Syriaca legit : *Ille iræ* Hugo Cardin. ita exponit : *Dies magnus; id est animadversionis Dei contra ipsos;* Dei judicij terrorem videns Apostolus Joannes exclamat, dicens : *Et quis poterit stare?* Alb. Magn. similiter hæc verba de excessivo judicis furore exponit, inquiens : *Magnus potestate, quia miram tunc magnitudinem potentiæ, Deus in condemnationem impiorum ostendet.* Huic quoque proposito illud Psalmistæ testimonium aptè deservit; dicentis : *Quis novit potestatem iræ tuæ?* nimirum potentiam, quâ Dominus ad judicandum veniet, potestatem iræ & furoris appellat. At verò quis adeo ignarus rerum invenietur, qui hanc Dei potentiam, quâ hactenus à sex annorum millibus & ultra iratus transgressores acerrimè punivit, non agnoverit? Etenim Pharaonem cum universo exercitu suo in mari rubro submerit; super Pentapolim sulphur & bitumen de cœlo depluit, totum mundum per diluvium universale extinxit, quomodo igitur Psalmista ait : *Quis novit potestatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam rare?* Verumtamen notandum, quòd Psalmista idem dicat : *Ex tunc ira tua;* Tunc enim & non antea furorem suum agnosci faciet : *Ex tunc.* Scitisne causam, cur *ex tunc* id faciet? Videlicet, quia omnes alias justissimæ iræ suæ demonstrationes ad finem usque seculorum editæ, quasi flagella ex rosis contexta, existimari potuerunt, nam *ludit in humanis divina potentia rebus*; Ludit enim tunc, quando supplicium horum ensem vibrat; sed ex *tunc ira tua* id *est*, ut Cassiod. exponit, *tempore, qui dies iræ & furoris dicitur.*

Rup. Abb. l. 4. in Joel. c. 3.

Paul. de Pal. in Joel.

Aug. Card. in Apoc. 6.

Apoc. 16. 17.

Alb. Magn. in Joel. 2.

Ps. 89. v. 11.

Cassiod. ibid. in Ps.

5. Porrò quâ ratione dies ille *Dies Domini magnus* dicatur, Bellovacensis quoque hunc in modum explicat : *Dies magnus erit magnitudine judicantium, & magnitudine rerum; item multitudine judicandorum.* Tunc enim coram illo tribunali cœlum, terra, & infernus simul comparebunt, adimplebiturque quod Apostolus ad Philippenses in hæc verba scribit : *In nomine Jesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris.* A principio quidem mundi ad illum usque diem infinita judicia particularia ab hoc Judice peracta fuerunt, verumtamen, ut Bellovacensis præfatus observat, tunc omnia illa judicia, omnesque sententiæ, de qualibet anima in privato pronuntiatæ, in conspectu omnium manifestabuntur. *Magnus quoque hic dies erit*, inquit Albertus Magnus, *quia magnos punit.* Unde Propheta regius omnes mundi potentatus monet, dicens : *Et nunc reges intelligite, eruditmini qui judicatis terram, servite Domino in timore.* Sed cur Rex ille omnes suos regios collegas monet, ut Deo serviant, & licet sceptris dominentur, in conspectu Divinæ majestatis trepidi & formidolosi consistant? Pro meliori hujus intelligentia observandum, quòd idem regius Psaltes paulo ante dixerit, æternum Patrem filio suo potestatem suam delegasse, dicendo ei : *Reges eos in virga ferrea, & tamquam vas figuli confringes eos*, quasi dicere voluisset, ut exponit Cardinalis Bellarminus. In die judicij Monarchas mundi hujus, qui legibus suis fuere rebelles, haud secus tractabit, ac figulus vasa figulina tractare assolet, qui pro suo illa arbitrio rumpit, in pulverem redigit. *Figulus Christus, vas homo*, inquit S. Hieronymus, *ut est illud : Sicut vas in manu figuli, sic vos in manu mea, dicit Dominus; confringitur in die judicij in ignem.*

Ps. 2. v. 10.

Alb. Magn. ib.

Ibid. v. 9.

Card. Bell. ibid.

S. Hier. ibid.

6. Potest quoque dies ille judicij appellari *dies Domini magnus* quia tunc dies temporis hujus in æternitatem immergetur; tunc enim cursus cœlorum quiescet, cessabitque primi mobilis motus. Unde S. Hieronymus ait : *Erit dies Domini magnus propter æternitatem :* Tunc enim tempus finem habebit, neque ulla amplius erit temporis in dies & noctes distinctio. Ecclesiasticus de Josue differens, ait : *Quis ante illum sic restitit? nam hostes ipse Dominus perduxit. Annon in tranquillitate ejus impeditus est Sol, & una dies facta est quasi duo? Non fuit antea*, inquit in Libro Josue sacer textus, *nec postea tam longa dies.* Solem enim stare fecit, prolongavitque diem, ut inimicorum suorum totalem posset facere stragem. Quantò igitur majori cum potentia & authoritate, verus Josue, ad vindicandum se de inimicis suis, Solem sisset cœlorumque gyrum firmabit, ut proinde dies ille verè dici possit, *Dies Domini magnus?*

Tertia ratio cur dicatur dies Domini magnus.

S. Hieron. in Sophon. 1.

Eccli. 46. v. 4.

Josue 10. 14.

7. *In die iræ* Appellatur *dies illa, dies iræ & furoris. Ecce dies Domini veniet* : inquit Isaias, *crudelis, & indignationis plenus, & iræ, furorisque, ad ponendam terram in solitudinem, & peccatores ejus conterendos.* Origenes super Epistolam S. Pauli ad Romanos commentando, inquit : *Nunc videamus, qui est dies iræ, quem hic Apostolus nominat, qui tamen facilius agnoscitur, si de eo, quid etiam reliquæ scripturæ indicent, requiramus. Quæ ergo ad præsens exempla occurrere poterunt, aptabimus, & ex his, qui sit dies iræ, monstrabitur. Scriptum est in Amos : Væ his, qui desiderant diem Domini; ut quod vobis dies Domini? & hæc est tenebræ, & non lux.* Citatque textum quemdam Joelis dicentis : *Heu me, Heu me in diem; quia prope est dies Domini;* nec non verba illa Isaiæ, dicentis : *Ecce dies Domini veniet, insanabilis furoris, & iræ, ponere orbem terræ desertum. Cælum furoris, accendetur, & terra movebitur à fundamentis suis propter furorem iræ Domini Sabaoth, in die qua venerit furor ejus.* Magnâ autem confideratione digna sunt inter cætera verba illa, quibus dies ille ab eodem Propheta appellatur *crudelis & indignatione plenus, & iræ, furorisque.* Quæ S. Elredus in hunc modum egregie explicat : *Crudelitas est, quando ea modum excedit; indignatio, quando personæ alicujus, qui fecit injuriam, certa aliqua nota vilitas inusitata; ira in voce solet apparere; vel vultu, furor in actu. Dies itaque illa crudelis erit, quia in ea maximæ crudelitatis species apparebit, quando elementa ignis calore solventur, & in conspectu Domini ignis ardebit, & in circuitu ejus tempestas valida. Plenus erit indignatione, quando divina majestas & hominis innotescet infirmitas, manifestabuntque erit omnibus, quomodo adversus tantam potestatem tanta saeviebat infirmitas, ut nullum lucrat, quantum debeat indignari Rex gloriæ, quòd tantam sit passus injuriam à vilissimo pulvere. Erit & plenus iræ, quando vox illa terribilis audietur : Discedite à me maledicti in ignem æternum, quam profectò sententiam judicis, furor sequitur vindictæ, quando cunctibus illis in combustionem æternam, nulla erit effugiendi facultas, nulla spes evadendi.*

Vocatur etiam dies iræ & furoris.

Isai. 13. v. 9.

Origen. l. 2. in cap. 2. ad Rom.

S. Elredus ser. 9. in Isai. c. 13.

8. Verum enimvero infinitum & inexorabilem Christi judicis furorem S. Apostolus in assumpti thematis verbis expressit, dum reprobum his verbis affatur? *Thesaurizas tibi iram in die iræ*; quæ verba sequenti

Dies furoris tandem dicitur.

Ratio declaratur.

quenti facile omnibusque notâ similitudine declarare licebit. Is namque qui thesaurum sibi accumulare contendit, vastam quamdam, firmiterque clausam & obseratam arcam sibi fabricari facit, in eamque per multorum annorum decursum varias auri monetas quotidie conjicit, donec tota repleta fuerit, quantoque diutius illam aperire distulit, tantò thesauri cumulus majora incrementa sumit, adeo ut tandem eamdem omnem mensuram, omnemque numerum supergredi deprehendat, dum illam aperit : Pari quoque modo ad propositum nostrum dicere possumus; Pectus namque Christi est veluti clausa quædam arca, in qua nobis occulta ejus occultantur judicia; In hujus pectoris arca reconduntur bonorum merita, & demerita impiorum; In hanc arcam impij quotidie per 30. 40. vel 60. annorum spatium, innumera projiciunt scelera, nihil illo curantes, dum *bibunt quasi aquam iniquitatem*, neque enim de reddenda judici supremo scelerum suorum ratione umquam cogitant: At vero quando tandem tempus adveniet, in qua arca hæc aperietur, id est, quando exactissimæ à nobis sunt reddendæ rationes non solùm omnium culparum mortalium, verum etiam venialium, imò cujuslibet verbi otiosi, cheu in quantum illorum summam excrevisse deprehendemus? quantum in numero, in specie, & malignitate, peccata innumera & commissas à nobis iniquitates excrevisse experiemur? Verè tunc supremus ille Judex dicere nobis poterit; *Nonne hæc condita sunt apud me, & signata in thesauris meis?* inque majorem terrorem & consternationem nostram subjunget : *Mea est ultio, & ego retribuam in tempore*; Neque enim sibi persuadere debent impij, se peccata sua in sæculum recondidisse pertusum & lacerum, nam ut S. Job ait : *Signasti quasi in sacculo delicta mea, sed curasti iniquitatem meam.* S. Bernardus in quodam sermone hunc textum his verbis declarat : *Thesaurizas tibi thesauros iræ, pro prorogatis thesauris misericordiæ, quos contemnis, & evacuas in te misericordiam Dei.* Quantò enim quis in hac vita pietate divinâ magis aburitur, non faciendo peccatorum suorum pœnitentiam, tantò iratam sibi Dei justitiam magis experietur severam & implacabilem. Æstius mysterium exponens, ob quòd dies judicij, dies iræ appelletur, inquit : *Meritò diem judicij vocat diem iræ, quia tunc impijs nulla erit spes misericordiæ, sicut nunc est, dum vivunt.* Hugo Cardinalis ad illa se reflectens verba : *Thesaurizas iram*, textum illum adducit Jeremiæ cap. 50. *Aperuit Dominus thesaurum suum, protulit vasa iræ suæ*; pariterque citat verba illa Jobi : *Numquid ingressus es thesauros nivis, aut thesauros grandinis aspexisti; quæ præparavi in tempus hostis, in diem pugnæ, & belli?* id est, ut Hugo exponit : *In diem judicij, sicut quando quis debet pugnare contra aliquid, vadit ad thesauros suos.* S. Thomas hunc locum sic interpretatur : *Multiplicas tibi reatum pœnæ*, adducitque authoritatem S. Jacobi Apostoli, cap. 5. dicentis : *Thesaurizastis vobis iram in novissimis diebus.* Cajetanus super illa verba : *In die iræ* observat, Apostolum tribus præcipuè ex capitibus insinuare velle rigorosam Christi in judicio vindictam. *Primò ab ira, dicendo in die iræ, hoc est, in die justitiæ vindicativæ sine misericordia; & revelationis; Ecce secundum, hoc est detectionis, & in manifestum declarationis, quæcumque erant crimina occulta. Justi judicij Dei; Ecce tertium. Tertia siquidem dici illius conditio, est justum judicium divinum, hoc est, non secundum allegata & probata, sed secundum justitiam Dei.* S. Thomas observat tunc verè detegendam esse Dei justitiam. *Tunc revelabitur justitia divini judicij, quod nunc non creditur esse, aut non videtur esse justum.* Quamdiu in hac vita sumus, de misericordia Dei plurimum confidimus, nobisque persuademus, quod Deus peccata nostra dissimulet, neque tam sit futurum judicium rigidum, quantum à prædicatoribus exaggeratur; sed valde decipiemur; nam licet Propheta regius adeo esset innocens, ut dicere non dubitaret : *Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ*, attamen timebat & tremebat? *Cur timebo in die mala? iniquitas calcanei mei circumdabit me*; id est, iniquitates, quas in hac vita flocci feci; Dicere enim solemus de eo, qui rem aliquam parvi facit, quod rem illam post calces pedum projecerit. Vult igitur David illis verbis dicere, in illa die nos à culpis illis, quas tamquam leves contempsimus, circumquaque coram tribunali Dei circumdandos, & quasi obsidendos esse. Quisnam enim boni alicujus degustationem leviter factam æstimasset? & tamen hæc erit, quæ majori humani generis parti infernale pandet barathrum. Quam exiguum existimassemus delictum in eo commissum fuisse, si quis exiguum ligni fascem collegisset? & tamen Deus talem ab universo populo lapidari præcepit. Ananias & Sapphira simplex quoddam dixerunt mendacium, & tamen repentinâ fuerunt morte puniti. *Quis igitur novit potestatem iræ tuæ?* S. Joannes Chrysostomus verba illa Psalmi considerans : *Paravit in judicio thronum suum*, ita scribit : *Quoniam throni meminit, ostendit throni naturam, non ex lignis, neque ex aliqua materia compositam, sed ex justitia; in justitia enim*, inquit, *collocatus est; judicabit orbem terræ in justitia.* Deus igitur, inquit S. Augustinus, nunc quidem se ostendit patientem, sed væ nobis, ubi tempus hoc aliquando transierit. *Transiet enim tempus patientiæ, veniet tempus judicij, ipse videbitur terribilis, qui visus est contemptibilis; demonstrabit potentiam, qui demonstravit patientiam. In cruce patientia erat, in judicio potentia erit.*

Deut. 32. 34.

Peccata quæ nunc dissimulamus, recondita sunt in thesauris Dei, suo tempore manifestanda.

Job. 14. v. 17.

S. Bern. de triplici misericor.

Estius ibid. ad Rom.

Aliæ rationes cur dicatur dies iræ.

Rom. 2. v. 5.

Jer. 50. v. 25.

Job. 38. v. 22.

Hug. Card. ib.

S. Thom. ib.

Jacob. 5. v. 3.

Cajet. ibid. ad Rom.

Job. 15. 16.

Ps. 89. v. 11.

Ps. 2. v. 10.

Alb. Magn. ib.

Ibid. v. 9.

Card. Bell. ibid.

S. Hier. ibid.

Tertia ratio cur dicatur dies Domini magnus.

S. Hieron. in Sophon. 1.

Eccli. 46. v. 4.

Josue 10. 14.

Vocatur etiam dies iræ & furoris.

Isai. 13. v. 9.

Origen. l. 2. in cap. 2. ad Rom.

S. Elredus ser. 9. in Isai. c. 13.

Dies furoris tandem dicitur.

DISCURSUS IX.

ARGUMENTUM.

De ira & furore Christi judicis, deque severitate suppliciorum, quæ immittet, nec non de cautis timendi, quas tunc habituri sumus.

THEMA.

Tacui semper, silui, patiens fui, sicut parturiens loquar, dissipabo & absorbebo simul. Isai. 42. v. 14.

Deus semper patiens, in die judicij fræna laxabit furori suo.

Rom. 9. v. 22.

Ps. 2. v. 9.

1. MInatur Deus apud Isaiam, quod post longam patientiam in tolerandis impijs habitam, tandem aliquando fræna laxaturus sit furori suo, justitiæq; suæ vindicativæ districtum gladium fortiter sit vibraturus. *Tacui semper, silui, &c. Sustinui*, inquit Apostolus, *in multa patientia vasa iræ, apta in interitum :* At verò tandem veniet tempus, in quo illa *tamquam vas figuli confringes, sicut parturiens loquar, dissipabo, &c.* Quando fluminis alicujus rapidi aquis inundantis aggeres, quibus coercebatur, rumpuntur, mox ingenti cum impetu erumpit, agros passim inundat, & obvia quæque prosternit, secumque abripit: Ita quoque Danieli in visione ex ore filij Dei judicis torrentem ignem emanare vidit: *Flavius igneus rapidusq; egrediebatur à facie ejus.* Job pariter funesti hujus diei mentionem faciens, inquit: *Semper enim quasi tumentes super me fluctus timui Deum, & pondus ejus ferre non potui;* Hic autem fluvius igneus, quamdiu præsens hæc vita durat, quasi intra spondas coërcetur, quia quamdiu hic vivimus, Deus iniquitatem impiorum, *qui bibunt quasi aquam iniquitatem*, patienter sustinet & tolerat; at verò in illa die, rupto aggere erumpet fluvius hic igneus, id est, divini furoris plenitudo ut rebellem hunc mundum inundet & submergat. Unde S. Thomas de Villa Nova Conc. 2. in Dom. 1. Adventus, propositi thematis verba ponderans, inquit : *Omnem indignationem, quàm longo tempore præcedentium sæculorum in reprobos concepit, tunc effundet in eos.* Tunc etenim divina justitia omnia peccata quæ ab eo momento, quo Eva ad pomum veritum manum suam extendit, usque ad diem novissimum judicij ab hominibus commissa fuerunt, vindicare disposuit, idque summa cum severitate in judicio exequetur.

Simile fluminis, rumpentis aggeres fuos.

Dan. 7. v. 10.

Job. 31. v. 23.

Ps. 9. v. 8.

D. Chrys. ibi.

S. Aug. in Ps. 85.

Dom. 1. Adv.

2. Filius Dei, de quo Isaias dicit : *Quasi agnus coram tondente se obmutescet*, à Joele Propheta tamquam Leo in ipsamet Jerosolyma rugiens, describitur: *Dominus de Sion rugiet, & de Jerusalem dabit vocem suam*, quia in valle Josaphat *sicut parturiens loquetur*; Et ideo Psalmista affectuosis hisce verbis se Deo commendabat : *Aspice in me & misere mei*; Licet enim Rupertus Abbas obtutus Christi vocet *fenestras salutis, & patentes misericordiæ januas*, attamen in illa die oculi Christi extenso supercilionum suorum arcu fulmina evibrabunt & sagittas; *Aspexit, & dissolvit gentes, & contriti sunt montes sæculi, incurvati sunt colles mundi :* Unde ubi vulgata nostra legit : *In furore obstupefactus gentes :* Septuaginta vertunt : *Aspexit & distabuerunt.* Porro de voce ejus Isaias inquit : *Ardens furor ejus, ... labia ejus repleta sunt indignatione, & lingua ejus quasi ignis devorans.* Tametsi Filius Dei in monte Thabor jucundâ facie, & quasi jubilans conspiceretur, attamen tres illi Apostoli ibidem præsentes, mox ut vocem illam audierunt : *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, Et ... ceciderunt in faciem suam & timuerunt valde.* Quod si igitur dilectissimi ejus discipuli, magistrum suum in gloria positum

Isai. 53. v. 7.

Christus modo agnus, in finali judicio erit Leo.

Joel. 3. v. 16.

Ps. 118. 132.

Rup. Abb. l. 3. c. 6. in Ioan.

Hab. 3. v. 6.

Ibid. v. 12.

Isai. 30. 27.

Comparatur visio Christi gloriosa in monte Thabor, cum illa in finali judicio.

Matt. 17. v. 5.

videntes, vocemque æterni Patris benignissimam audientes, præ timore contremuerunt, quisnam pavor ille futurus erit, quem impij ex tonitribus iracundæ vocis Christi judicis sunt concepturi? S. Gregorius id, quod in horto Gethsemani militibus, Christum capere volentibus, accidit, his verbis considerat: *Prius-*
S. Greg. l. 17. mor. c. 21. *quam se teneri permitteret, persecutores suos requisivit, dicens: Quem quæritis? Cui illico respondernnt: Jesum*
Joan. 18. 6. *Nazar. quibus tam repente dicerat: Ego sum, vocem*
Ad mitissimam Christi vocem in horto: Ego sum: milites ceciderunt retrorsum quid non fiet in finali judicio. *solummodo mitissimæ responsionis ediderit, & armatos persecutores suos protinus in terram straverit. Quid ergo facturus est, cum judicaturus venerit qui unâ voce hostes suos perculit, etiam cum judicandus venit? Quis ejus iram toleret, cujus & ipsa non potuit mansuetudo tolerari?* Quando velut agnus mansuetissimus in procinctu erat, ut se ad Calvariæ montis macellum duci sineret mox ut os suum aperiens verba illa protulit: *Ego*
S. Ambr. in Luc. l. 10. in c. 22. *sum*, armatos satellites in terram prostravit, quid igitur futurum esse dicemus, quando velut furibundus Leo rugiet? *sicut parturiens loquar.* Meritò igitur S. Ambrosius inquit: *Quo mihi legiones Angelorum? quo*
S. Aug. ser. 30. de Temp. *mihi cœlestem exercitum? vox Domini sola plus terret* S. Augustinus notanter considerat, quod licet Herodes Rex toti Judææ formidabilis esset, attamen præ nimio terrore conturbatus est, mox si Christum tenellum infantulum in terris natum esse audivit: *Timuit eum Rex Herodes Magis nuntiantibus, cum adhuc quæreret parvulum. Quid erit tribunal judicantis, quando superbos Reges cunabula terrebant infantis?*

3. David quidem adeo mitis & placidus erat, ut ipsemet de se coram Deo dicere non dubitarit: *Me-*
Psl. 131. v. 1. *mento Domine David, & omnis mansuetudinis ejus:* tametsi enim à Saule ad mortem usque persequeretur, ipseque in tali occasione positus esset, ut caput ejus ad
David severissime puniens Ammonitas, figuravit severitatem Christi in finali judicio. vitam suam defendendam amputare posset, tantum tamen abfuit, ut hoc faceret, ut etiam ob præsisam Chlamydis ejus oram graviter se accusarit; & tamen quam truculentum & sævum se adversus Ammonitas ob irrogatas legatis suis contumelias & injurias exhibuit? Rabath namq; civitatem violenter sibi subactam militibus suis in prædam dedit, postea verò accersitos coram se omnes magnos & parvos per medium secari jussit, cultrisque carnes eorum in minutas partes scindi, carnesque hoc modo comminutas actis super eas currum rotis conteri fecit, hisque peractis carnes illas in ardentem laterum fornacem, in pulverem redi-
2. Reg. 12. 31. gendas, conjici mandavit: *Sic fecit universis civitatibus filiorum Ammon.* Et quidem Abulensis Davidem hac in vindicta minimè peccasse ostendit; Et licet cuipiam videri posset, quòd David tam multiplici vindictæ genere se ulciscens justitiæ limites excesserit,
Abul. Q. 12. in c. 20. l. 2. Paralip. Huic tamen respondetur, quòd David in hac actione Christum severissimum in novissimo die futurum judicem, præfigurarit, qui non obstante furore & iracundiâ, quâ se ulturus est, nihilominus *judicabit populos in justitia*,
Psl. 9. v. 9. quia castigabit eos *citra condignum. Si*
Deut. 32. 41. *acuero ut fulgur gladium meum, & arripuerit judicium manus mea, reddam ultionem hostibus meis, & his qui oderunt me retribuam. Inebriabo sagittas meas sanguine,*
Ibid. v. 42. *& gladius meus devorabit carnes.* Postque ingentem hanc stragem editam triumphabundus, militiâque Angelicâ circumdatus, in cœlestem revertetur Jerusalem: *Reversus est David, & omnis exercitus in Jeru-*
2. Reg. 12. 31. *salem.*

4. Idem ille Deus, qui antea manum suam tanta cum animi repugnantia virgæ castiganti admovebat; in illa die, ut Isaias inquit, de rebellibus suis se vindi-
2. Reg. 12. 31. cando, consolabitur & gaudebit: *Hea consolabor su-*
Deus, qui in hac vita continet manum suam à Virga, in illa die cum gaudio illam arripiet. *per hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis.* Cui
Prov. 1. v. 25. & 26. consonat, quod reprobis alibi improperat, dicens: *Despexistis omne consilium meum, & increpationes*
B. Antioch. Hom. 38. de inobedient. *meas neglexistis: Ego quoque in interitu vestro videbo, & subsannabo:* Ubi alia quædam versio legit: *Ego ad ve-*
S. Bonav. in Dixit sal Tit. 9. c. unic. *stri perniciem videbo.* Septuaginta quoque loco Ly *subsannabo*, legunt, *gaudebo.* B. Antiochus in Homilia quadam vertit: *Vestræ perditioni insultabo.* S. Bonaventura pariter ad illa se verba reflectens, inquit: *Christus qui tantum misericors est, quod pro peccatoribus tradidit semetipsum, ridebit in damnatione eorum, in cujus persona dicitur: Ego quoque in interitu vestro ridebo.* Ridebit & gaudebit, inquit S. Bernardus non ob severitatem, sed ob justitiam suam adimpletam. *Quid ergo in insipientium interitu sapientiæ credimus placiturum, nisi justissimam suam dispositionem, & irreprehensibilem ordinem rerum hoc tribuat.*

5. Meminimus superius petitionis illius, quam Job novissimum judicij diem mente suâ versans, Deo proposuit, dicendo: *quis mihi hoc tribuat, ut in inferno protegas* *Job. 14. v. 13.* *me, ... donec pertranseat furor tuus.* Quæ utique petitio valde paradoxa esse videtur; numquid enim tenebrosam illam abyssum, ignem gehennæ, Dæmonumque sœvitiam levius quid esse censuit, quàm in illa die comparere ante Christum judicem? Sine dubio hæc fuit Jobi sententia; nec mirum, nam ut D. Chrysostomus ait: *Si quis est qui sensu ac mente prædius sit, is certè*
S. Chrys. Hom. 5. ad Rom. *gehennæ pœnam tolerare mallet, quàm coram adverso Deo stare.* Non fine mysterio de reprobis Evangelista dicit: *Ibunt hi in supplicium æternum*, non dicit illos eò violenter raptandos & trahendos esse, sed sponte propriâ & sine violentia illuc esse concessuros, quasi meliorem conditionem esse censentes, in ignem infernalem immergi, quam constitutum esse coram iracundo
Matt. 25. 46. & furente judice: *Majus enim tormentum malis erit, furorem vultus divini tolerare*, inquit S. Augustinus
S. Aug. ser. 120. de temp. *quam cruciatus infernales perpeti.* S. Vincentius Ferrerius super illa Psalmistæ verba; *Domine Deus vir-*
S. Vinc. Ferr. ser. in Vigil. Nat. *tutum converte nos*, notat Ly illud; *converte nos*, scilicet ad bonam vitam; quia alias melius esset animæ in judicio videre centum millia Dæmonum, quàm faciem Christi irati. Quemnam obsecro verborum illorum Apostoli sensum fuisse existimatis, dum ait: *Ter-*
Hebr. 10. 27. *ribilis autem quædam expectatio judicij, & ignis æmulatio, quæ consumptura est adversarios?* Quænam est hæc æmulatio, de qua Apostolus loquitur? Nimirum Apostolus, ni fallor, dicere voluit, quòd adventus tremendi & irati judicis, cum igne infernali fit dimicaturus, sicut enim pœna illa, quæ damni pœna dicitur, major est pœna sensus, ita dicere licebit, quod in judicio majus sit futurum tormentum aspicere vultum Christi irati, quàm in pœnis infernalibus cruciari.

6. Numa & Antoninus Pius in monetis suis fulgur quoddam in lectum evibratum effigiare solebant, ad denotandum ipsorum erga subditos propositum, quod scilicet erga illos mites & comparientes esse volebant: Verumtamen per idem Hieroglyphicum pariter populi monebantur, quod fulgur etiamsi dormire videretur, excitari tamen facile posset. *Tacui sem-*
Valer. Max. l. 43. *per, silui, patiens fui*; Ecce tibi fulgur dormiens, at verò in die illo ad generalem illum totius universi strepitum evigilabit & expergiscetur: *Ut parturiens loquar,*
Isaiæ 42. 14. *dissipabo & absorbebo.* Ecce tibi fulgur expergefactum, tunc enim Deus *acuet ut fulgur gladium suum. Pa-*
Hieroglyphicum fulguris applicatur finali judicio. *tiens est* inquit S. Augustinus, *super peccatores non exer-*
S. Aug. in Psl. 49. *cens iram, sed expectans pœnitentiam:* Dixi alio loco: *Tacui, numquid semper tacebo? Ut parturiens loquar.* S. Ephrem populo Dei cor defuisse dicit, nec potuisse intrepidum persistere ad sonum tubarum, in Sinai monte resonantium, neque ad fumum & caliginem montis illius, multò minus ad vocem Dei, è medio ignis erumpentis; ac proinde Moysen rogasse, ut se Deum inter & ipsos mediatorem exhiberet; indeque
S. Ephr. T. 2. de pat. & consum. hu- sequens format argumentum: *Neque cum horrere de-*
jus sæc. *scenderat, neque cum ira alloquebatur ipsos, sed omni potentius cum consolatione certiores eos reddebat, esse*
Sonus tubarum in monte Sinai perhibet turbavit Judæos. *cum illis Deum. Audite ergo fratres charissimi, si neque cum consolatione valuerunt sufferre adventum ejus, quando nec cæli succensi igni soluti sunt, nec terra cum*
Exod. 2. *his quæ in ipsa sunt, exusta, neque tubæ dederant sonum, neque ignis devoravit universum mundum, & non potue-*
Act. Apost. 1. v. 11. *runt tolerare.*

7. Alia profecto nubes futura est illa, in qua in secundo adventu in monte Oliveti comparebit, juxta illud dictum Angelorum: *Sic veniet, quemadmodum*
Christus in nube ad judicium veniet, quæ commi- *vidistis eum*, ab illa, in qua in cœlos ascendit, vel etiam ab illa, in qua in monte Sinai visus est comparere; nabitur horrendam iræ ipsius tempestatem. quæ etiam verè similis fuerit nubi illi, quæ populo Dei electo ad terram promissionis ducatum præstitit, in illa tamen die imaginandus est nobis Dominus tamquam *respiciens Dominus super castra Ægyptiorum*
Exod. 14. 24. *per columnam ignis & nubis interfecit exercitum eorum:* Tunc verè nubes erit, quæ comminabitur tempestatem, nam *in circuitu ejus tempestas valida. Ecce*
Psl. 49. v. 3. *Dominus in igne veniet*, prædixit Isaias Propheta, *& quasi turbo quadrigæ ejus, reddere in indignatione furorem suum, & increpationem suam in flamma ignis, quia in igne Dominus dijudicabit, & in gladio suo ad*
Isai. 66. v. 15. *omnem carnem.* Quidnam obsecro Psalmistam dicere voluisse existimatis, quando ait: *Viam fecit semitæ iræ*
Psl. 77. v. 50. *suæ?* Pro resolutione hujus observandum, quòd quando idem Psalmista de divina ejus pietate disserebat, dixerit: *Continebit in ira sua misericordias suas?* At ve-
Psl. 76. v. 10. rò quando in tremendo illo tribunali sedebit, iræ suæ fræna

In illo judicio laxabit Judex fræna iræ & furori suo. *Isai. 15. v. 1. S. Basil. ib.* fræna laxabit, furorque & indignatio ejus omni retinaculo carebit. Apud Isaiam dicitur: *Nocte vastatus est murus Moab.* Cur verò, die sodes, hanc noctis circumstantiam adjecit? S. Basilius respondet: *Quod nocte irrogatum supplicium, atrocius esse solet & amarulentius.* Per hunc igitur murum Moab, reprobus intelligi potest & peccator, qui nocturno tempore castigabitur, ad denotandam summam judicis severitatem, qui cæco quodam modo sine misericordia reos percutiet, quia *Sol obscurabitur.* Moyses in Deuteronomio inquit: *Vidit Dominus & ad iracundiam con-*
Deut. 32. 19. *citatus est, quia provocaverant eum filij sui & filiæ, & ait: Abscondam faciem meam ab eis.* At verò dices fortasse, hoc videri esse illud, quòd impij desiderant, ut scilicet Deus illos non videat, ne furorem suum tanto majori cum libertate exerere possit; Verumtamen graviter erras, inquit Cajetanus, quisquis id tibi persuader, nam hæc faciei suæ abscessio severis indicat supplicium. *Pœna describitur*, inquit, *ad similitudinem patris*
Cajet. ibid. *irati, nolentis videre miserias filiorum, ne ad misericordiam moveatur.*

Cuncta supplicia quæ Deus in hoc mundo inflixit, sunt stillæ si comparentur supplicijs extremi judicij. *Psl. 31. v. 6. Joan. 16. v. 9. Hug. Card. ib.* 8. Consideranda quoque est in verbis assumpti thematis dictio illa: *Abjorbebo*; Etenim David in quodam Psalmo judicium finale sub titulo diluvij describit, prout in progressu horum discursuum videbimus; *Pro hac*, inquit, *orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno, verumtamen in diluvio aquarum multarum ad eum non approximabunt.* Cuncta supplicia, quæ justitia Dei per omnia sæcula immisit, velut stilla quædam erunt: Quam veritatem Hugo Cardinalis super illa verba S. Joannis: *Arguet mundum de judi-*
Joan. 16. v. 9. Hug. Card. ib. *cio*, his verbis expressit: *Quot enim tribulationes, quot infirmitates patimur, tot stillas de Dei judicio sentimus: Si ergo tanta est stilla, quanta erit abyssus ipsius? Judicia Dei abyssus multa.* Job loco paulo ante citato inquit: *Job 31. v. 23.* *Semper enim quasi tumentes super me fluctus timui Deum, & pondus ejus ferre non potui:* At verò idem cap. *Job. 26. v. 14.* 26. omnia vitæ hujus mala, stillæ cuidam assimilat, cum ait: *Cum vix parvam stillam sermonis ejus audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis ejus intueri?* Hugo Cardinalis super illa verba Psalmi 13. *Illic*
Psl. 13. v. 5. Hug. Card. ib. *trepidaverunt timore*, ita scribit: *Tumentes fluctus extremam potestatem dicit, quando comminatis omnibus elementis, supernus judex veniens, finem omnium apportabit, quem sanctis quotidie expavescunt, & pondus ejus ferre non potui, quia qui extremi judicij ejus adventum intenta mente considerat profectò videt, quia tantus pavor imminet, quantum non solum ei ferre videre, sed & nunc prævidere pertimescit.* At verò S. Gregorius super hunc Jobi textum clarius ita scribit:
S. Greg. l. 17. mor. cap. 21. *Data quidquid terribile in hac vita positi, de ejus consideratione cognoscimus, ex immensitate cœlestium secretorum, velut tenuis ad nos gutta superni liquoris emanat; Et quis poterit tonitruum magnitudinis ejus intueri? ac si apertè dicat, si humilitatis ejus admiranda vix ferimus, horrendum atque terribilem majestatis ejus adventum qua virtute tolerabimus?* Idem quoque S. Doctor in Homilia prima populum Romanum alloquens, turbinem quemdam, qui triduo ante universam Romam trepidare fecerat, eidem in memoriam
S. Greg. Hom. 1. revocat, dicens: *Nudus tertius agnovistis, quod subito tuo bine amœna arbusta eruta, destructæ domus atque Ecclesiæ à fundamentis eversæ sunt.* Atque ut auditorio suo finalis judicij horrorem tanto tenacius imprimat, eodem exemplo utitur, dicens: *Considerandum nobis est dilectissimi, quòd ad hæc agenda invisibilis judex, venti tenuissimi Spiritum movit, animos procellam vobis excitavit, & terram subruit, casura tot ædificiorum fundamenta concussit. Quid ergo judex ipse fa-*
Psl. 49. v. 3. *cturus est, cum per semetipsum venerit, & in ultionem peccatorum ira ejus exarserit, si portari non potest: cum nos per tenuissimam nubem ferit? In iræ ejus præsentia quæ caro subsisteret, si ventum movit, & terram subruit concitavit aera & tot ædificia prostravit?* Unicum aëris spiraculum, in concavitate terræ reclusum, susque deque evertit vastissimos montes, quid igitur
Psl. 109. 32. futurum erit in die illa, quando iratus judex *respiciet terram, & faciet eam tremere.* Universus aër, imò cuncta elementa, & natura universa adversus impios ar-
Sap. 5. v. 18. mabitur: *armabit creaturam ad ultionem.* Rupertus Abbas visionem illam Apocalypticam, in qua S. Joannes gladium ex utraque parte acutum ex ore filij Dei
Rup. Abb. l. 1. c. 1. in Apoc. egredientem vidit, exponens, inquit: *Gladius quippe hoc loco ultimum significat judicium, quemadmodum & in Cantico Deuteronomij Deus dicit: si acuero ut*
Extremum judicium *fulgur gladium meum, nam exponens quòd diceret gladium meum, continuo subjunxit, & arripuerit judi-*
Manssi Bibliothecæ Moralis tom. II.

cium manus mea. Iste judicij gladius utraque ex parte acutus, tunc ore ejus exibit, & utramque partem, dexteram scilicet & sinistram, pro meritis efficaciter discernet & dijudicabit. Et ideo D. Hieron. nullam creaturam hunc timorem & horrorem qui ex hoc judicio consurget, explicare aut capere posse dicit; nam postquam multa formidabilia signa, quæ judicium præcessura sunt, exposuisset, tandem in hæc verba concludit:
S. Hier. in c. 24. Isai. *Est tamen sciendum, quòd judicium Dei humana non possit scire fragilitas, nec de pœnarum magnitudine atque mensura ferre sententiam, quæ Domini arbitrio derelicta est.*

Signa præcedentia finale judicium.

Inter cætera signa erit ignis, & quid per illum ignem intelligendum.

Cur Deus in novissimo die ignem.

Inter cætera signa erit ignis, & quid per illum ignem intelligendum.

DISCURSUS X.

ARGUMENTUM.

De Igne, qui in finali judicio præcessurus est ante judicem, deque effectibus, quos operabitur, nec non de nonnullis, quæ in eo latent, mysterijs moralibus.

THEMA.

Ignis ante ipsum præcedet. Psl. 96. v. 3.

1. SIgna porro, quæ judicium finale præcedent, ex historiæ Evangelicæ testimonio adeo sunt manifesta, ut nullo prorsus examine indigeat. S. Thomas de Villa Nova postquam Antichristi expositisset persecutionem, quæ diem novissimum præcedet, subjungit: *Insurgent prælia, dissensiones, rixæ, inimicitiæ, fa-*
S. Th. de Villa Conc. 2. in Dom. 1. Adv. *mes, pestilentiæ, ægritudines, aliaque innumera infortunia, non qualia à principio sæculi visa sunt, sed multo majora, & quæ finis sæculi apertissimum mortalibus ingerant testimonium.* Idem quoque Sanctus Præsul ad illa se Christi verba reflectens: *Erunt signa in sole & lu-*
Lucæ 21. 25. *na, & stellis, & virtutes cœlorum movebuntur*; conturbationem ostendit sphærarum cœlestium, inquiens: *Fient tonitrua, fulmina, fulguraque tremenda, tempestates horribiles, grandines incredibilis magnitudinis, terræmotus, hiatusque terræ formidabiles, fluctus maris intumescent adeo, atque littoribus imminebunt, ut videantur universam terram devoraturi.* Verum enimvero inter omnia finalis judicij signa prognostica, prodromus, qui judicem proximè præcedet, ignis erit; Unde David postquam dixisset: *Justitia & judicium correctio sedis ejus*, immediatè subjungit: *Ignis ante ipsum*
Psl. 96. v. 2. *præcedet*: Per hunc verò ignem S. Hieronymus super illa verba scribens, naturam intelligit Angelicam, quam Christus in finali judicio tamquam administram adhibebit, juxta illud ejusdem Psalmistæ effatum: *Qui*
Psl. 103. v. 4. *facis Angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem urentem.* Unde ait: *Ego puto istos esse ignes, hoc est,*
S. Hier. ibid. *Angelos ejus. Isti ergo Angeli, hoc est, ignis ejus, præcedent ante eum.* S. Augustinus in ea est opinione, verba illa de igne infernali minimè intelligi, cujus hanc vim subnectit rationem: *Quia de quodam dicit, qui*
S. Aug. ib. *præibit ante illum antequam veniat ad judicium, dictum est enim, præire ignem, & inflammare in circuitu, id est, per totum orbem terrarum.* Dion. Carthus. verba ille de igne exponit elementari, inquiens: *Ignis conflagrationis, qui elementa exuret, tunc tam alte ascendet, ut aqua diluvij: Quemadmodum enim mundus primo*
D. Carth. ib. *periit aquis diluvij, sic ultimò peribit igne conflagrationis, qui omnes viventes in mundo occidet.*

2. At verò quærat fortasse nonnemo, cur Deus in novissimo die igne potius, quam alio quovis instrumento usurus sit? *Omnia in sapientia fecisti.* Est enim ignis proprium Divinitatis symbolum, siquidem. *Deus*
Hebr. 12. 23. *noster ignis consumens est.* Eratque ignis olim certum imperij prognosticum, sic enim Servio Tullio infallibile fuit Regni potiendi augurium; Reges quoque Persarum, itinera facientes in signum Majestatis suæ ignem ante se portari voluerunt: Merito igitur Christus judex ignem ante se præire vult, ut omnipotentiam, Majestatem & Divinitatem suam per illum ostentet, quando omnes eum videbunt *venientem in nube cum*
Luc. 21. 27. *potestate magna & majestate.* Tametsi enim verum sit, quòd, ut S. Bernardinus ait, venturus sit in specie & forma hominis, attamen magna cum majestate comparebit: *Veniet ut homo, & hoc cum tanta altitudine*
S. Bern. T. 1. ser. 11. A. 3. c. 1. *majestatis & gloriæ, quod expressè in ejus corpore, non solum justis, sed etiam impijs celsitudo majestatis suæ mirabiliter refulgebit.* Idem quoque sanctus in alio quodam sermone considerans verba illa: *Sedebit super sedem majestatis suæ*, inquit: *Quid enim per hanc sedem nisi majestas, quæ data est Christo homini, denotatur, de quo Psalmista ait: Sedes tua Deus in sæculum sæculi,*

virga directionis, virga regni tui. Porro in primo suo in hunc mundum adventu, in specie apparuit humili: at verò secundus ejus adventus magnificus & majestate plenus erit, cujus hanc assignat rationem, quia *tunc apparuit judicandus, nunc verò judicaturus.*

Quia igni minor fieri potest resistentia.

3. Enimvero inter omnia alia elementa, imo inter omnia alia creata, nihil est, cui minor fieri possit resistentia, quodque omnia alia adeo disperdat & consumat, quemadmodum ignis. Verum quidem est, quod Amos Propheta dicat: *Revelabitur quasi aqua judicium*, qui proinde textus hactenus à nobis dictis planè videtur contrariari, scilicet, quòd *ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit*, attamen si certam quamdam ignis proprietatem considerare velimus, videlicet quòd aquâ superfusus magis accendatur, diutiusque duret, nullam inter utrumque textum discrepantiam esse comperiemus. Videmus enim per experientiam fabros ferrarios carbones ardentes aquâ conspergere, ut vehementius ardeant. Observandum quoque est, quod, postquam Amos dixisset: *Revelabitur quasi aqua judicium*, confestim subjungat: *Et justitia quasi torrens fortis*: Justitia enim Dei velut impetuosus quidam torrens erit, qui in ignem illum exonerabitur, ut eumdem vehementiorem ardentioremque efficiat. S. Bonaventura inquit: *Ignis maximus præcedet faciem judicis, quia virtute divina non solum ignis, qui est in sphæra sua, sed etiam omnes ignes, qui in terra & supra terram sunt, concurrent ad mundi conflagrationem.* Idem quoque Seraphicus Doctor hunc ignem sequentes quatuor effectus habere dicit: Scilicet: *Habebit officium ignis infernalis, reprobos puniendo. Purgatorij, bonos à venialibus purgando. Terrestris, vegetabilia & sensibilia consumendo, & omnium corpora incinerando; & Ignis elementaris, elementa subtiliz ando, & ad innovationem disponendo.* Qua Seraphici Doctoris tradita doctrina, verisimile est, usum fuisse B. Laurentium Justinianum, dum hunc in modum scribit: *Ignis vehementia erit propter mundi novationem, propter hominum purgationem, propter malorum damnatorum cruciationem, & propter majorem sanctorum illuminationem.*

S. Bonav. l. 2. in Comp. Theol. vertic. c. 1.

Quatuor effectus istius ignis.

B. Laur. Just. de lig. vit. c. 4.

4. S. Bernardinus probabile esse subindicat, quod divinâ virtute efficietur, ut ignis, qui nunc in propria sphæra sua residet, cum eo, qui hic in terris, & sub terra in Inferno & in Purgatorio ardet, simul inter se uniantur, & in quatuor ignes inter se conjuncti, venturi judicis sint prodromi. *Ex quatuor ignibus divino judicio fiet unus. Ignis terrestris purgabit justos, puniet malos, incinerabit corpora & consumet terrena. Ignis elementaris elementa subtiliz abit, atque ad innovationem disponet. Ignis purgatorij purgabit electos illis, quibus purgatio necessaria erit; Ignis verò inferni impios jam incipiet cruciare.* S. Basilius hanc sustinet opinionem, quod scilicet Deus per omnipotentiam suam, in igne reprobis præparato, lucem ab ardore sit separaturus. *Ignis ille*, inquit, *qui est separatus in supplicium Diabolo, & Angelis ipsius, voce Domini dissecabitur, & cum sint duæ ignis facultates, urendi una, illustrandi altera, acris quidem & punitoria vis ignis permanet apud eos, qui meruere ut urerentur: At illustrandi & perficax exhilarationi beatorum cedit, ita ut supplicij quidem ignis obscuras, requiei verò urendi expers permaneat.* Quod idem S. Ephrem in oratione quadam de futuro judicio *ad unguem* confirmat.

Solos reprobos inflammabit ille ignis.

Ex quatuor ignibus divino judicio fiet unus.

S. Bern. T. 1. ser. 11. A. 3.

S. Basil. orat. 23. de fut. judic.

5. Opportunè igitur ad propositum nostrum inquit S. Augustinus: *Ignis ante ipsum præibit. Timeamus mutemur & non timebimus. Ignem paleæ time, auro quid facit? Est autem nunc in potestate quid facias, ne illud quòd & te nolente venturum est, non correctus experiaris. Si enim possemus facere fratres, ut dies judicij non veniret, puto quia nec sic erat malè vivendum.* Quòd si quis præservativum aliquod haberet, quo efficeretur, ne ignem hunc quidquam tamquam nocivum sibi timeret, numquid illud ei inæstimabilis pretij futurum esset, quippe qui per hoc illæsus permaneret. Tale autem præservativum omnes electi habent, Audamus Dionysium Carthusianum, qui idipsum exemplo practico trium puerorum, in fornacem ardentem sine læsione conjectorum, clarè asserit, inquiens: *Electos non tanget, nec contristabit, nec aliquod molestiæ inferet, cujus figura præcessit in tribus pueris, quos Rex Babylonis misit in fornacem ignis, quos non tetigit ignis, sed Chaldæos combussit.* Idem quoque Psalmista regius in prædictis verbis insinuare videtur; Nam dicit quidem: *Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu ejus.* Sed quosnam inflammabit? an omnes universim tam electos quam reprobos. Minimè, sed *inflammabit in circuitu inimicos ejus.* Unde Cajetanus super illa verba ita scribit: *Hoc erit mirabile, quòd ignis ille non erit molestus electis, sed reprobis, cum tamen ignis futurus sit in circuitu, & non seorsim in una parte.* Ideo quoque S. Hieronymus animas justas hortatur, ne incendium illud formident: *Ignem istum, qui sanctus est, non timeat: Qui peccator est, timeat.* Quòd si verò illo tempore vir quispiam aut mulier sancta in vita hac mortali superstes fuerit huic igni ille in vicem purgatorij deserviet, nam *Ignis iste sanctos purgat, peccatores consumit.* Celebris pariter, huicque proposito opportunus est textus quidam Apostoli ad Corinthios. Dum enim de fabrica spirituali, quæ super fundamentum fidei erigitur, differit, ita scribit: *Si quis autem superædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam, unius cujusque opus manifestum erit.* Sed quo modo in die novissimo discerni poterit is, qui huic fundamento superædificaverit fœnum, ab eo, qui lapides pretiosos superstruxit? Nimirum ignis offendet, quisnam paleas & quis aurum huic fundamento inædificaverit. *Dies Domini declarabit, quia in igne revelabitur, & uniuscujusque opus quale sit, ignis probabit, si cujus opus manserit, quòd superædificavit, mercedem accipiet.* Aurum enim, per quod electi, eorumque opera meritoria denotantur, non consumetur ab igne, sed splendidius & pretiosius ac mundius evadet; non item fœnum, per quod significantur homines carnales, nam *omnis caro fœnum. Si cujus opus arserit, detrimentum patietur.* Unde S. Hieronymus quærit? *Iste ignis quos consumit?* & respondet: *Quicumque est lignum, fœnum, stipula qui autem aurum, argentum est, & lapides pretiosi, mittitur quidem in ignem, sed mundior inveniter.* S. Bernardinus super illa verba: *Cujus opus arserit, detrimentum patietur*, inquit: *Ecce judicium damnationis inutilium operum, in quibus homo quasi totam vitam suam consumit.*

Solos reprobos inflammabit ille ignis.

Pf. 96. 1.

Coler. ibid.

S. Hier. ibid.

1. Cor. 3. 12.

Ibid. v. 13.

Isaiæ 40. 6.

1. Cor. 3. 15.

S. Hier. in Pf.

S. Bernard. T. 2. ser. 12. A. 1. c. 3.

6. S. Propheta Job in spiritu prophetico, se quasi coram tribunali hujus judicis positum apprehendens inquit: *Et stipulam siccam persequeris?* Sed cur obsecro se siccæ & aridæ cuidam stipulæ assimilat? Quonam hæc comparatio spectat? Nimirum quia sicut lignum siccum & aridum facilè ignem sibi appositum concipit, eodem modo tunc animas quæ Deum offenderit, ad hoc incendium valde disposita erit, ac proinde statim subjungit: *Consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ, scribis contra me amaritudines.* Unde S. Antoninus impium quemdam his verbis affatur: *Amplexaris peccata tua & delicias carnis tuæ? stipulam ad te congeris veniet ignis.* Didac. Stella super illa verba S. Lucæ: *Arescentibus hominibus præ timore:* differentiam observat, quæ inter lignum siccum & viride versatur, videlicet quòd hoc non ita subito ignem concipiat, sicut istud. *Observa*, inquit, *quod hoc interest inter bonos & malos, quòd boni sint viride lignum, quod non facile comburitur & inflammatur: Mali verò sicca sunt ligna.* Quod verò boni ligno viridi similes sint, testimonio Christi confirmat, qui mulieribus Jerosolymitanis ipsum, Calvariæ montem ascendentem, lugentibus de semetipso dixit: *Si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet:* De justis quoque Psaltes regius dicit: *Lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quòd fructum suum dabit in tempore suo.* Ignis igitur iste in damnum reproborum voracissimus erit: *ecce enim dies veniet succensa*, inquit Malachias, *quasi caminus, & erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem, stipula, & inflammabit eos dies veniens, ... quæ non derelinquet eis radicem & germen.* Quæ ultima particula facilè intelligitur, quia flamma vorax sylvæ alicui applicata, frondes, germina, & ramos arborum devorat, at verò nusquam ignis terræ viscera eousque penetrare videtur, ut ipsas quoque consumat arborum radices, & tamen Malachias dicit: *Non derelinquet eis radicem.* Hugo Cardinalis per hanc ignem, judicium universale intelligit, ostenditque, quòd hoc non solum ad opera exteriora se extendat, verum etiam examinabit & condemnabit intentiones, fines, desideria, & omnes alios actus internos. *Dies Domini non relinquet in eis neque radices, neque germen, id est, neque impunitam relinquet cogitationem, neque opus.*

Job. 13. 25.

Ignis ille in damnum impiorum, tamquam fœnum siccum voracissimus erit.

Ibid. v. 26.

S. Anton. sum. Theol. p. 4. Tit. 14. c. 11. §. 1.

Did. Stella in c. 21. Luc.

Luc. 21. v. 34.

Pf. 1. v. 2.

Malac. 4. 1.

Hug. Card. ibi

7. *Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu.* Hic ignis quaquaversum ardebit, quia *in circuitu*, id est, indifferenter & sine ulla distinctione, nam ut in discursibus de judicibus forensibus diximus, elementum hoc ignis, rectorum & incorruptorum judicum proprium est symbolum, quia sicut ignis nullum

Ignis ille sine respectu conditionis aut personarum quoscumque impios incendet.

nullum habet divitis, nobilis, docti, principis, vel pauperis respectum, sed omnes pariter sine differentia comburit & incinerat: Ita quoque Christus judex supremus, nullum habebit judicandorum respectum, sed quemliber, cujuscumque sit status vel conditionis, pro meritorum ratione salvabit, vel condemnabit. *Quis igitur non judicis hujus formidet aspectum*, inquit B. Laurentius Justinianus? *Ipse quidem sine passione judicat, sine commotione terret, absque compassione damnat.* S. Ephrem in discursu quodam *de patientia & consummatione hujus sæculi*, quærit: *Ubi tunc potentia? Ubi tunc Tyranni? ubi qui in opibus, ubi qui in multitudine gloriabantur divitiarum suarum, & Deum contemnebant?* Nota est omnibus illa, apud S. Matth. cap. 13. de zizaniis conscripta parabola: *In tempore messis dicam messoribus, colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum. In tempore messis, id est judicij*, inquit Lyranus, *dicam messoribus, id est Angelis.* Hos Spiritus Angelicos messores, de quibus ibi meminit Evangelium, D. Chrysost. divinæ justitiæ adversus reprobos ministros futuros esse dicit: *Sicut enim ministrant nobis in procuranda salute nostra, ita etiam in remuneratione accipienda; & in malos & reprobos divini judicij sententiam exequentur.* Quod verò ad propositum nostrum quàm maximè considerandum venit, est, quod in fasciculo lignorum, qui in ignem conjicitur, nulla habetur lignorum ratio, an recta sint vel distorta & curva; nec cujus arboris sint; sed hinc inde sine discrimine colliguntur; & mittuntur in ignem, ita quoque, ut Paulus de Palatio inquit: *Nullus erit Regum aut servorum ordo, sed eorum confusio, & horror sempiternus.* S. Joanni aliquando in visione quadam Judex supremus, in throno majestatis positus, exhibitus fuit: *Vidi ... super nubem, sedentem similem filio hominis habentem ... in manu sua falcem acutam.* At verò quidnam nobis mysterij per falcem, quæ messorum est instrumentum, in manu Christi Judicis positam insinuatur? Pro responsione observandum, quòd, priusquam spicæ in agro demetantur; aliquæ illarum eminentiores sint, aliæ humiliores, aliæ granis abundanter onustæ, aliæ vacuæ, at vero post falcem à messoribus adhibitam, omnes in terra vel in horreo pariter prostratæ jacent: Ita quoque quamdiu durat hæc vita præsens, gradum quidem, statuum & conditionum in personis cernitur distinctio & differentia ingens, at verò quando in Valle Josaphat constituti erunt, unus altero major non erit; sed erunt omnes æquales, Unica tantum tunc inter judicandos erit distinctio, nam ut notat S. Anton. de Padua: *Omnes reprobi situabuntur ad sinistram Dei, electi verò ponentur à dextris. O dura distinctio situs.* Porrò S. Paulus non sine mysterio dixit: *Ignis revelabit, illuminabit abscondita*, nam ut idem S. Anton. subjungit: *Quot namque putat sunt, qui modo videntur sub divina dextera constituti, qui non solum habent in hoc mundo prosperitatem, verùm etiam qui videntur tamquam electi sanctitate fulgere, qui tunc flebiliter ad sinistram pellentur, & è converso.*

B. Laur. Just. de casto connub. c. 16.

S. Ephr. T. 1. Angeli, tamquam messores colligent zizania, id est impios in fasciculos.

Matt. 13. 30.

Lyran. ibid.

D. Chrys. Hom. 47. in Matth.

Paul. de Pal. ibid.

Apoc. 14. 14. Pulchra similitudine falcis messoriæ declaratur omnes judicandos sine respectu personarum.

S. Anton. de Pad. in Ser. 2. post. Dom. 1. Quadr.

8. *Ignis ante ipsum præcedet.* S. Bernardinus aliam quamdam adducit rationem, cur hoc elementum, judicium finale præcurret: *Quia mundus iste purgari debet cum homine purgando, & homo in fine temporum indiget expurgari à scoria avaritiæ, & malitiæ sicut in primo tempore à fæce luxuriæ; indiget etiam purgari velociter, intimè, & perfectè. Hinc est, quòd sicut primus mundus deletus est per aquam, quæ est frigida & purgativa contra ardorem & fœtorem luxuriæ, quæ illud jaculum inficiebat, sic finalis mundus per ignem, qui calidus est & consumptivus, similiter debet contra torporem charitatis, & frigus malitiæ & capiditatis, quæ maximè regnabit in sæculi senectute. Ignis ante ipsum præcedet.* Quisquis autem vult non timere hunc ignem, ad illum subitò extinguendum maturè satis de sufficienti aqua sibi prospiciat; In communi namque proverbio dicere solemus, qui ignem domum alienam corripisse conspicit, domui suæ de aqua prospicere non omittit. Aqua enim planctus & lachrymarum hunc ignem extinguit, Christus vocem suam exaltat, ut nos moneat, & præmuniat, quatenus nobis pro die novissimo prospiciamus. *Idea multo ante nobis prædicatur*, inquit S. Augustinus, *ut à nobis totis visceribus caveatur, si enim nos Deus noster vellet punire, non nos ante tot sæcula commoneret:* At nos Christi monita surdis auribus excipimus, de nulla re minus, quàm de die novissimo cogitantes; *Memorare novissima tua.*

S. Bern. T. 1. ser. 11. A. 1. c. 4.

Alia ratio cur hoc elementum ignis judicium finale præcedat.

Aqua lachrymarum extinguitur ignis ille in hac vita.

S. Aug. ser. de Sanctis.

DISCURSUS XI.

ARGUMENTUM.

Crux & vulnera Christi reprobis in die judicij majorem adferent damnationem, eò quòd redemptione ipsius, alijsque auxilijs abusi fuerint.

THEMA.

Videbunt, in quem transfixerunt. Joan. 19. v. 37.

Impij summo conscientiæ horrore apparente cruce in signali judicio.

1. S. Joannes Apostolus post recensitam Redemptoris nostri crucifixionem, cui ipse solus inter omnes alios Coapostolos præsens adstitit, non sine mysterio dixit: *Videbunt in quem transfixerunt*, quasi dicere vellet: Tametsi Dominum tanto cum vilipendio, tantisque cum injurijs in crucem egerint, veniet tamen tempus aliquando, in quo omnes videbunt in quem transfixerunt. Eritque hic aspectus unum ex atrocioribus tormentis, quæ tunc nostram cruciare poterunt ingratitudinem: *Hoc signum Crucis erit in Cælo, cum Dominus ad judicandum venerit*, canit Ecclesia, idque incarnata Sapientia claris verbis prædixit, inquiens: *Tunc parebit signum filij hominis ... & tunc plangent omnes tribus terræ.* S. Thomas, vel quisquis Commentarij super Apocalypsin author est, ait: *Plangent, quia offenderunt*, vel etiam ut S. Augustin. dicit: *Plangent, videntes accusatorem suum, id est ipsum crucem.* Aliam planctus hujus rationem D. Chrysostomus his verbis assignat: *Plangent, quia ex morte ipsius mihi profecerunt, quia crucifixum, quem adorare oportebat, contempserunt.* Paulus de Palatio in Commentario hujus loci, inquit: *Cum lucentem crucem vident, nigredinem & tenebras propriæ conscientiæ cognoscent; plangent se omnes tribus terræ, quidni plangent inimici crucis Christi, cum ipso splendentis Crucis lux impietatis impios condemnabit.*

Matt. 24. 30.

S. Thom. in cap. 1. Apoc.

S. Aug. ser. 130. de temp.

D. Chrys. Hom. 77. in Matth.

Paul. de Pal. in c. 24.

2. Enimvero an illud ipsum lignum, cui affixus fuit, verò comparitarum sit in judicio, an verò figura quædam Crucis in aëre omnibus visibilis exhibenda, nondum inter sacros Doctores convenit. Author operis imperfecti dicit: *Quidam putant Crucem Christi ostendendam esse in cælo: Verius autem est, ipsum Christum in corpore suo, habentem testimonia passionis id est vulnera lanceæ & clavorum.* Verum enimvero cur in glorioso illo corpore, quod tanto cum majestate gloriæ Patris assidet, vulnerum retineri voluit cicatrices? S. Augustin. inquit: *Sciebat, quare cicatrices in suo corpore reservavet, sicut enim demonstravit Thomæ non symb. credenti, nisi tangeret, & videret, ita etiam inimicis suis vulnera demonstraturus est sua, non quod eis dicat sicut Thomæ: Quia vidisti, credidisti, sed ut convincens eos veritas, dicat: Ecce hominem, quem crucifixistis; videtis vulnera quæ inflixistis, agnoscitis latus quod pupugistis, quoniam per vos & propter vos apertum est, & invare noluistis.* Et quidem tametsi verum sit, quod soli Judæi ipsum Crucis patibulo affixerint, hujus tamen ejusdem sceleris reus erit, quisquis illum mortaliter offenderit, teste S. Paulo; qui ait: quòd tales sint *rursum crucifigentes sibimetipsis filium Dei, & ostentui habentes*: Imò nos præ illis digniores fuisse crimus, quia majus præ illis lumen, & Divinitatis sæ notitiam habemus, majoribusque quàm Judæi beneficijs ab eodem cumulati sumus, quæ si Judæis exhibita fuissent, tale scelus in Christum committere numquam præsumpsissent; *Si enim cognovissent; numquam Dominum gloriæ crucifixissent.* Enimvero ab hoc cruentato Christi latere exivit sanguis & aqua, quæ Symbola sunt Sacramentorum, ut inquit S. Augustinus. quæ beatæ illæ portæ sunt, quæ ad vitam immortalem & beatam nobis aditum præbent.

Qualis crux apparitura sit.

Auth. imperf. Hom. 49.

S. Aug. de symb.

Hebr. 6. v. 6.

1. Cor. 2. v. 8.

S. August. ibi

3. Author imperfecti inquit: *Corpus susceptavit, vulnera servavit, ut in die judicij proficerent ad testimonium passionis contra Judæos, & omnes, qui denegaverunt filium Dei crucifixum in corpore judaizant.* De quo puncto Eusebius Emissenus in Homilia quadam diffusè differens, inter cætera ait: *Quòd si requiras, unde venit? Illo utique corpore, quod pro nostra salute susceptum, pro nostris criminibus addictum, pro nostra absolutione damnatum, & pro nostrorum vulnerum medicina, lanceâ clavisque confixum est. Prima erit in reos inteleranda sententia reverendarum præsentia cicatricum.* Inter alias rationes, ob quas Ven. Beda Redemptorem nostrum vulnera in humanitate sua retinere voluisse existimat, una est: *Ut persidis in judicio, quàm justè damnentur, offensa inter alia flagitia, in*

Auth. imperf. ibid.

Alia ratio cur Christus vulnera retinuerit.

Eusf. Emisen. Hom. 4. ad Monach.

V. Beda l. 6. in Luc. c. 23.

etiam vulnerum, quæ ab eis fuscepit, cicatrices denunciet. Idem quoque venerabilis Pater scribens in cap. 9. S. Lucæ, illos ipsos, à quibus Christus in passione sua judicatus & sententiatus fuit, in illa die præsentes futuros esse affirit, quibus, quisnam sit, ex vulnerum exhibitione ostendit. *In ipso tempore judicandi, & bonis simul & malis in forma servi videbitur, ut videlicet impij, quem sprevere; Judæi, quem negavere, milites, quem crucifixerunt; Pilatus & Herodes, quem judicavere, quem agnoscere judicem.* S. Augustinus Christum vulneribus insignitum introducit, velut tormenta; pro redemptione impij patienter tolerata, eidem impio graviter in hæc verba improperantem: *Cur, quod pro te pertuli, perdidisti? Cur ingrate redemptionis tuæ munera renuisti? Non te ego de morte mea quæro, redde mihi vitam tuam, pro qua meam dedi. Redde mihi vitam tuam, quam vulneribus peccatorum indesinenter occidis. Cur habitaculum, quod mihi in te consecraveram, luxuriæ sordibus polluisti? Cur me graviori criminum tuorum cruce, quam illâ, quâ quondam perpenderam; affixisti?* Similiter Christum in novissimi judicij die, in specie crucifixi compariturum esse, ex alio quodam S. Augustini loco facilè deducitur, ubi dicit *Sanè ubi dixerunt Septuaginta interpretes: Et aspicient ad me, quem &c. pro eo quod insultaverunt (sic interpretatum est in Hebræo) Et aspicient ad me, quem confixerunt, quo quidem verbo evidentius Christus apparet crucifixus.* S. Hieronymus de timore judicij finalis differens, judicem introducit his verbis, Judæis & Romanis improperantem: *Cerne manus Judæe, quas fixeras; cerne latus Romane quod foderas.* Ex citata Eusebij Emisseni Homilia, cum ejusdem cum S. Augustino sententiæ fuisse deduci posse videtur; ita enim scribit ibidem: *Quid igitur illo tempore facturi sumus, quando contra illos crucifixi Domini livores, notæ peccatorum nostrorum, ac maculæ libidinum proferentur; Aut quo putas vultu respicit Redemptio nostra perditionem nostram: Tantò graviora erunt humana delicta, quantò majora se offenderunt divina beneficia.* Unde Judicem reprobo, in illa die dicturum esse existimat: *Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, agnosce quæ pro te, & à te impietas humana pertulerim. Illa utique clavorum signa bonis salutaria, malis terribilia, quæ usque ad diem judicij non delentur, sine dubio objicienda servantur.* Paulogue post ostendit planctus & stridores damnatorum, quos edituri sunt quando à divino ejus conspectu rejicientur: Dicit enim: *Quam lugubre erit homini Deum videre & perdere, & ante pretij sui perire conspectum.*

V. Beda in c. 9. Luc. l. 3.

S. Augustin. ser. 67. de temp. Quid Christus improperaturus sit impijs ratione SS. suorum vulnerum.

S. Aug. l. 20. de Civ. Dei cap. 30.

S. Hier. in Reg. Monast.

Eus. Emis. ib.

Cur Christus tremendum tribunal suum erecturus sit in valle Josaphat.

4. Incarnata Sapientia non sine mysterio vallem elegit Josaphat, ut ibidem tremendum tribunal suum collocaret, siquidem hæc vicina est locis illis; in quibus ipsa per tot ærumnas, triginta trium annorum decursu, pro redemptiones laboravit. Huic valli vicina erat Nazareth, in qua mortale hoc lutum nostrum sibi assumpsit, & ubi *verbum caro factum est, & habitavit in nobis;* Bethlehem quoque ubi in fœtido stabulo natus fuit. Gethsemani, ubi sanguineas guttas in terram manantes sudavit: Calvariæ mons in quo crucifixus fuit: Judæa denique per quam *pertransijt benefaciendo: Quid est, quod debuit ultra facere vineæ meæ, & non feci?* Ac proinde velut Judex iratus iniquo & ingrato generi humano improperabit, dicendo: Hi montes Calvariæ, scilicet & Oliveti, sanguine meo irrigati, vindictam contra te magis inclamabunt, quam sanguis Abel fecerit. Hic erectum videtis montem Sion, in quoad hunc usque diem, tibi corpus & sanguinem meum dedi & reliqui in tui nutrimentum; ibidemque cum jam vix surrexissem à mortuis, cumque potius tam ignominiosam mortem meam in eo ulcisci debuissem Ecclesiæ meam delegavi potestatem remittendi & delendi peccata tua; Ibi pariter post meam in cœlos ascensionem, Spiritum Sanctum in commodum tuum ad te misi cum plenitudine gratiarum & donorum suorum ut te sanctificarem. Ecce tibi hic petras & compassione mortuis scissas & diruptas, quando tu, pro quo sanguinem meum fudi & vitam prodegi, cor habuisti quovis silice durius. S. Antoninus ad illa sè verba reflectens: *Tunc parebit signum filij hominis,* ad nostram instructionem ita scribit: *Hoc non apparebit ad judicium tunc existentis infirmitatis, sed præteritæ, ut per hoc justior appareat eorum condemnatio, qui tantam misericordiam neglexerunt. Exprobratissimam autem mortem ostendet, non sensibiliter oculis eam ingerens, ac si tunc eam pateretur, sed ex bis, quæ apparebunt, indicijs præteritæ passionis, hominem in recogitationem præteritæ ejus mortis adducet.*

Act. Apost. 10. v. 38.

Isai 5. v. 4.

Matt 24. 30. S. Antonin. Theol. p. 4. tit. 14. cap. 5. §. 5.

D. Chrysost. cit. ab Hug. Card. in Matth. c. 24.

5. S. Thomas inter alias ab ipso relatas rationes, cur Christus in glorioso corpore cicatrices vulnerum retinere voluerit, hanc quoque adducit: *Ut sua morte redemptis, quam misericorditer sint adjuti, propositis ejusdem mortis indicijs, insinuet, & ut in judicio extremo, quàm justè damnentur, enuntiet.* In Psalmo 26. dicitur: *Nec damnabit eum, cum judicabitur illi.* Quæ verba S. Ambrosius exponens, inquit: *Quia septuaginta viri sic posuerunt: Cum judicabitur illi, putamus, quòd ad illud respexerit, quod scriptum est: Quoniam ipse Dominus veniet ad judicium: Isaiæ 3. sed ad quod judicium? Audi dicentem: Tibi soli peccavi, & malum coram te feci, ut justificeris in sermonibus tuis, & vincas cum judicaris. Ideo ergo præbet Dominus ad judicandum, ut de se judicetur, qui magis vincat.* At verò idem S. Ambrosius subdit, quòd ex eo, quod ipsemet judex non solum judicare, sed etiam judicari velit, sententia nostra tantò magis enormiter aggravabitur: *Grave hoc judicium, cum Dominus de se postulat contra hominem judicari: quid enim respondeas ei, qui universa tibi contulit, omnibus te præfecit? Ille te creavit, te condidit, illo suo sanguine te redemit, & tu tradis te, ut ejus servias inimico?* Judicium profectò nostrum non tam propter scelera nostra intolerabile erit, quàm propter donorum abusum propter illorum repulsam, propter ingratitudinem pro tot auxilijs & beneficijs, à divina sua bonitate concessis. Quidam valde illuminatus Dei servus dicere solebat: Nisi propositio scandalosa esset, auderem dicere, quod mallem in extremo judicio judicari & condemnari à Diabolo, quàm à Christo; cujus pronuntiati hanc dabat rationem, quia si Christus mihi objiciat, quàm parum tot auxilijs & gratijs, ad propriam salutem mihi subministratis, cooperatus & obsecutus fuerim, ne verbum quidem pro mea excusatione adducere potero, quod possem forsitan, si de hac culpa à Diabolo judicandus essem. In illa die Principes & Reges potentissimi supplicabunt & *dicent montibus & petris: Cadite super nos, & absondite nos à facie sedentis super sbronum, & ab ira agni:* Sed cur in throno illo agnum sedere dicit, si is adinstar furibundi Leonis rugitus est edituras? Non sine mysterio agni facit mentionem, hoc enim sit ad exprobrandum reprobis, quòd hic idem ille sit agnus, de quo Scriptura dicit: *Agnus occisus ab origine mundi* pro ipsorum salute, agnus videlicet ille, qui ad macellum crucis eductus, non aperuit os suum, ut nos sanguine suo redimeret: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi,* sacrificatus in altari crucis, ut in favorem nostrum, divinam iram placaret. De hoc Agno quidem Isaias prædixit, quod *coram tondente se obmutescet:* At verò tunc, si quando patiens fuit, veniet tempus in quo dicet: *Sicut parturiens loquar.* S. August. super illa verba Psalmistæ: *Ego autem tamquam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum,* inquit, Christum locutionem suam eousque distulisse donec prius omnes adimpletæ fuissent Prophetiæ, & specialiter quam ex Isaia paulo ante adduximus, ac proinde ad nostrum propositum subjungit: *Oportebat ergo ut taceret in passione, non taciturus in judicio. Judicandus enim venerat, qui postea judicaturus veniret, & ideo cum magna potestate judicaturus, quia cum magna humilitate judicat.*

S. Thom. 3. p. Q. 54. Art. 4. Alia ratio cur Christus cicatrices vulnerum in suo corpore retinuerit.

Ps. 36. v. 33. S. Ambr. ib.

Isai. 53. v. 7.

Isai. 42. 13. Ps. 37. v. 14.

S. Aug. ibid.

6. S. Joan. qui Passionis Redemptoris nostri testis fuit oculatus adeoque scivit, viditque quanta & quanto cum amore passus fuerit, non sine mysterio in Apocal. c. 1. finalis judicij mentionem faciens, simul quoq; vulnerum, crucifixionis & ardentis charitatis, quâ passus est meminit: *Qui dilexit nos, & lavit nos à peccatis nostris. Ecce venient cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt;* quibus verbis insinuare vult processum, qui in illo tribunali formabitur, specialiter circa auxilia gratiæ, pro nostra salute in ejus morte, in tanta copia, nobis submipistrata, à nobis verò toties rejecta & contempta, vertendum esse S. Paul. de exaltatione Christi, in sua crucifixione humiliati, differens

Mitabilis sententia cujusdam servi Dei de severitate Judicij in extremo judicio.

Processus extremi judicij specialiter circa auxilia gratiæ nobis à Deo frustra præstita.

Apoc. 6. 16. Cur severissimus Judex comparetur agno.

Apoc. 13. v. 8.

Ioan. 1. v. 29.

Apoc. 1. v. 7.

Phil. 2. v. 7. Cur Judex venturus sit in similitudine servi.

Matt. 25. 31.

differens ait: *Formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo,* & in eadem similitudine venturus est ad finale judicium; juxta illud: *Cum autem venerit filius hominis in majestate sua.* At verò dic fodes, cur ad judicium in similitudine servi venturus esse dicitur, quandoquidem ipsemet se in majestate venturum esse prædixerit? Respondeti potest id factum esse, ad faciendam de impijs vindictam tanto acerbiorem. Servus enim, qui multo tempore à Domino suo verberibus & plagis indignè tractatur, illud quidem patienter suffert, quia in eo statu defendere se nequit, at verò si deinceps illum suâ libertate frui, seq; vindicare posse contingat, idipsum ex possibilitate virium suarum facit. Christum qui in forma servi nobiscum vixit, multis à nobis injurijs oneratus, de se quidem quamdiu mortalis nobiscum vixit, ait: *Silai patiens fui,* at vero in die judicij, cum ad statum libertatis, & potestatem vindicandi se pervenerit, dicet, quod eodem in loco subditur: *Ut parturiens loquar, dissipabo & absorbebo simul.* Vel etiam dici potest, quod ideo in judicio comparebit, *formam servi accipiens,* ut nobis improperet servitia, per triginta trium annorum discursum, pro nostra salute, ab ipso exhibita. Unde S. Thomas de Villa Nova supremum illum Judicem introducit, quasi in hæc verba Adæ posteris exprobrantem: *Quid invenistis in me iniquitatis, quia recessistis à me? Quid causæ est, quòd inimico meo, vestroque servitre magis libuit, quam mihi? neque enim ille creavit vos, sed neque pavit quidem, aut tempora vestra ipse disposuit: Et si parva hæc videntur ingratis, non ille, sed ego redemi vos, sed quo pretio? non utique corruptibilibus auro, & argento non sole, vel luna, non saltem aliquo Angelorum, sed proprio vos cruore redemi. Testes sunt plagæ istæ, quas in meo corpore cernitis: Testis crux illa, quæ superius retulat in excelsis. Testes hi, qui morienti adfuerunt & adhæserunt. O generatio stulta & prava, quare cum labore huic deterrimo hosti obedire voluisti, quam mihi cum gaudio, Deo tuo Redemptori tuo?* Idem quoque S. Archipræsul subdit, quod Judex Angelorum interrogabit hierarchias, an in utilitatem nostram plus facere potuerit quam fecit; unde his verbis Angelos alloquturum esse dicit: *Dicite vos Angeli, dicite vos Judices, judicate inter me & vineam meam, quid amplius illi debui facere, & non feci? attollam tunc omnes vocem suam, & dicent: Justus es Domine & rectum judicium tuum.*

S. Thom. de Villa Nova Conc. 2. in Dom. 1. Adv.

Exprobrationes judicis.

Bellovac. Spec. mor. l. 2. dist. 9.

S. Greg. hom. 9. in Evang. Christiani severius alijs in judicio examinabuntur, & judicabuntur.

Joan. 12. 48.

S. Aug. ser. 67. de temp.

Memoria divinorum beneficiorum sublevabit horrorem judicij.

S. Aug. T. 10. Hom. 36.

7. Passim quidem nota & trita sunt illa S. Gregorij verba, in homilia de talentis, sed parum admodum à nobis considerata; *Lectio,* inquit *S. Evangelij solicitè considerare nos admonet, ne nos, qui plus cæteris accepisse aliquid cernimur, ab authore mundi gravius inde judicemur, cum enim augentur dona, rationes etiam crescunt donorum.* Ex quibus verbis perspicuè constat, nos Christianos severius à Deo examinandos & judicandos esse, utpote qui infinitis à Deo beneficijs cumulati sumus. Apud Sanctum Joannem supremus ille Judex ait: *Qui spernit me, & non accipit verba mea, habet qui judicet eum; sermo quem locutus sum, ille judicabit eum in novissimo die.* Bellovacensis inquit: *Ad eorum confusionem amplius camulandam, & ut prorsus inexcusabiles videantur, ostendet eis Christus suæ passionis insignia: Quanto benignior fuit, peccata nostra dissimulando, longanimior ad pœnitentiam expectando, promptior ad indulgendum, pronior ad gratiam conferendam, tanto tunc erit severior ad increpandum, gravior ad audiendum, implacabilior ad puniendum.* S. Augustin. in quodam sermone auditoribus suis continuam finalis judicij memoriam vivaciter imprimere volens, inquit: *Me necesse est & pro vestra, & pro mea salute frequentius prædicare, studio vestros animos & ad timendum judicium, & ad desiderandum præmium excitare.* Et paulò post subdit, dicens: *Certum est, quod si semper beneficia Dei nostri, quæ nobis collata sunt, assiduè cogitemus, peccata nostra nobis, aut non dominabuntur, aut si forte subrepserint; cito per pœnitentiam corrigentur.* Ubi ut videtis S. Doctor, ne in Judicio timeamus, beneficiorum divinorum memoriam, tamquam frænum à peccatis nos coercens proponit, at verò cur non potius supplicia nobis ob oculos hoc fine statuit, quæ in illa die in reprobos fulminabit? scitisne causam? Superius in sententia Eusebij, & Micenij diximus, quod *tanto graviora erant humana delicta, quanto majora se ostenderant divina beneficia.* Unde idem S. Augustinus in homilia quadam salutare hoc nobis monitum inculcat: *Quantum possumus totis viscribus laboremus, ut beneficia non nobis judicium pariant, sed profectum: Ut cum tremendus judicij dies, & tempus reddendæ rationis advenerit, quidquid nobis Deus & Salvator noster contulit judicatus, integrum inveniat judicaturus. Equidem ille cum venerit redditurus est quod promisit: Sed requisiturus est quod redemit, & quod in primo adventu contulit, exacturus est in secundo.*

DISCURSUS XII.

ARGUMENTUM.

Judex in die illo ad preces nostras inexorabilis erit, adeoque tunc derelinquemur ab omnibus, ut nec Angeli nec Sancti, imò nec sanctissima Virgo, nec Redemptoris nostri sacratissima vulnera, nobis sint præsidio futura, quin potius totaliter adversabuntur.

THEMA.

Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquiescet cujusquam precibus. Prov. 6. v. 35.

In judicio finali Judex erit planè inflexibilis.

1. TEmpus, quod divina justitia ad infligendà reprobis supplicia sibi reservavit, est finale judicium juxta illud Interlinearis: *Furor viri, id est Christi, in die vindictæ, id est Judicij;* appellatur autem Christus homo, eò quòd in figura comparebit humana. Septuaginta legunt: *In die judicij non parcet;* & verè equidem, nam in judicijs forensibus tam civilibus, quam criminalibus procuratores & advocati, causarum defensores admittuntur, proque delictorum capitalium remissione Principibus supplicatur supremis, à quibus aut revisio causæ, aut venia sperari potest: In eo autem tribunali extremo judex penitus inflexibilis & inexorabilis erit; unde & S. Bonaventura in præsenti ita fermocinatur: *In illo judicio tam tremendo vel sententia tremenda Judicis, nota severitatem vel inflexibilitatem, unde dicitur, & quis poterit cogitare diem adventus ejus, aut quis sustinet ad videndum eum?*

S. Bonav. de Diet. sal. Tit. 9. c. uni.

In illo judicio nulla intercessio habebit locum.

2. Postquam Sapiens Christum minimè placandum sed penitus inexorabilem fore asseruisset, subjunxit: *nec suscipiet pro redemptione dona plurima;* Si enim quis pro redemptione sui totum vellet offerre mundum, quid ei proderit, quando ipsum vel solo flatu Judex in exterminium præcipitabit? Sed non erit, qui quidquam offerre queat, ne inter ipsos quidem maximè formidabiles Mundi monarchas, siquidem tunc temporis & ipsi & inter promiscuum vulgus, pauperes nudique stabunt, & ut cum B. Laurentio Justiniano loquar; *Nullum intercessorem habituri sunt, nulloque pretio redimendi.* Porro ratio, quam S. Bernardus in præsenti adducit proposito, admodum efficax est, & convincens, quod tunc cuilibet intercessioni omnis sit præclusus aditus, nec ullus residuus misericordiæ locus, quia nimirum nullum amplius supereset emendationi tempus, unde inquit: *Nec ulla omnino credenda est erga impios illic misericordia, ubi nulla speranda est correctio.* Ad quam veritatem illa quoque Jobi verba certum est respexisse, quibus ait: *Numquid multiplicabit ad te preces aut loquetur tibi mollia?* nihil enim aliud hoc loquendi modo inferre voluit propheta, quàm quod in tribunali illo omnis facundia, omnisque verborum & argumentorum apparatus penitus inutilis fit futurus, nec in minimo placaturus Judicem, dicente S. Gregorio: *Quia ad Dominum preces multiplicat, eum extremi diei judicij, iniqui, qui ejus corpus sunt, sibi parci deprecantur.*

B. Laur. Justin. opusc. cont. mundi c. 16.

S. Bern. ser. 8. super Ps. Qui habit. Nec ullus misericordiæ erit locus.

Job. 40. v. 22.

S. Greg. l. 33. mor. c. 12.

3. S. Hieronymus de Judicio finali ad Heliodorum & ipse ita scribit: *Addducetur cum suis stultus Plato discipulus;* Sed numquid tota scientia & eloquentia, quâ pollent, eos vel minimæ poterit eripere ignis scintillæ? Responsum accipite ab eodem Sancto, protinus subjungente: *Aristotelis argumenta non proderunt.* Alias equidem lachrymæ veluti Oratores quidam, nostræ, apud Justitiæ tamquam fatuarum, patrocinantur causæ ad impetrandam gratiam; tunc verò, ut S. Cyprianus attestatur, *continuo eris & superfluus illarum lachrymarum decursus, non misertbitur ultra Deus, neque tunc audiet pœnitentes;* Quod ut confirmet solidius, ad virginum fatuarum se convertit parabolam, quæ, ut sibi consulerent, à prudentibus petiere oleum, ne à sponsi nuptijs excluderentur, sed instantiæ omnes inutiles atque infructuosæ fuere, *Cum clausa fuerit janua* (subdit ille) *frustra carentes oleo, acclamabunt exclusi, irreprehensibilis erit illa sententia & immutabile judicium.*

S. Hier. ad Herod. Nulla scientia & nulla eloquentia nullæ lachrymæ tunc proderunt.

S. Cyprian. de adventu Christi.

Matt. 25.

4. S. Joannes in Apocal. quemdam aliquando Angelum

Apoc. 10. 6. In finali judicio Deus preces & lachrymas nostras deridebit.

gelum ita juraſſe atteſtatur : *Juravit per viventem in ſæcula ſæculorum, qui creavit cælum, & ea quæ in eo ſunt, & terram, & ea quæ in ea ſunt, & mare, & ea quæ in eo ſunt.* Sed quorſum ſolemne adeo hoc tendebat juramentum ? *Quia tempus non erit amplius.* Verum quidem eſt ; quod Eccleſ. ait : *Omnia tempus habent, ... tempus flendi & tempus ridendi.* Tempus flendi durat, quamdiu tempus eſt, id eſt quamdiu vita hæc præſens durat, ſive quamdiu cœli moventur, at verò quando ad æternitatem pervenerimus, *tempus non erit amplius*, tunc enim Deus lachrymas & preces noſtras deridebit, quantumcumque illæ humiles & ferventes fuerint. *Vocavi*, inquiet Deus, *& renuiſtis, extendi manum meam & non fuit qui aſpiceret, Deſpexiſtis omne conſilium meum, & increpationes meas neglexiſtis, Ego quoque in interitu veſtro videbo & ſubſannabo. ... Tunc invocabunt me, & non exaudiâ, ... Eo ... quod timorem Domini non ſuſceperint.* Salvianus ſuper verba illa Eccleſiaſt c. 30. *miſerere animæ tuæ*, ſcribens his animam verbis affatur : *Vide pietatem erga te Domini noſtri, vide quàm miſericors ſit Dominus Deus noſter, qui nostrîſis pro nobis miſericordiam rogat: Miſerere, inquit, animæ tuæ, hoc eſt dicere : Miſerere etiam illius, cujus vides miſeratione me tangi. Rogat te, ut tui miſereariş, & non vis, cauſam tuam apud te agit, & ad te non admittitur : Dignatur te pro te petere, & à te non poteſt impetrare. Et quomodo, quiſquis es ô miſerrime homo, quomodo te poſtea ſupplicantem ille in judicio ſuo audiet, cum tu hic eum pro te rogantem audire ipſe nolueris ?* In ſequentia, quam Eccleſia pro defunctis canit, inter cætera dicitur : *Quid ſum miſer tunc dicturus, quem Patronum rogaturus, cum vix juſtus ſit ſecurus ?*

Ibid. v. 4.

Prov. 1. 24.

Ibid. v. 25.

Ibid. v. 26.

Ibid. v. 28.

Eccli. 30. 20.

Salvian. l. 3. ad Eccleſiam Cathol.

Pſ. 21. v. 21. Supremus Judex deſignatur nomine Leonis.

Joel. 3. v. 15.

Cæſar. Arel. Hom. 1. Bibl. Patr. de pœnit.

5. Regius Pſalmiſta in hac præſenti vita hanc Deo ſupplicationem propoſuit : *Erue à framea Deus animam meam, & de manu Canis unicam meam ſalva me ex ore Leonis.* Ubi Leonis nomine ſupremus Judex intelligitur, qui, ut apud Joelem legitur, in throno conſidens, Leonis inſtar rugiet, at verò non æque clarum eſt myſterium, cur epitheton unicæ adſcribatur animæ, unde Cæſarius Arelatenſis interrogans, *quare unicam dixit ?* ſibiſpſi in hæc reſpondit verbà : *Sive quia tamquam unica diligenda eſt, ſive quia ipſa ſola de ſingulis ante tribunal cæleſtem rationem, remotis omnibus ſolatiis, reddituræ eſt.* Dives ille, qui multam collegerat ſegetem, ſolicitè ſecum diſceptabat, quo eam loco ſecurè reponeret, moxque reſolutionem fecit, inquiens : *Deſtruam horrea mea & majora faciam* ; id autem quod noſtro in præſenti deſervit propoſito, eſt verbum illud : *Cogitabat intra ſe* ; numquid enim, qui tantis abundavit opibus, amicos, cognatos, ſervos habebat & alios, quibuscum conſultare poterat ? ne admiremini ſucceſſum ; per hanc namque parabolam, incarnata Sapientia infelicitatem nobis exhibere voluit animæ judicio præſentandæ, coramque divino Tribunali rationem reddituræ, hæc enim deferitur ab omnibus, dixit illi Deus *ſtulte, hac nocte animam tuam repetunt à te* ; Ubi D. Chryſologus ita ad noſtrum diſcurrit intentum : *Digno conſiliario ſè uſus, qui mali animi non poterat habere ſolatium, non poterat habere collegam. In illa hora*, inquit S. Ephrem *nemo alteri auxiliari ibi poterit, non frater fratri, non parentes filijs, non filij parentibus.* Meminiſtisne illius, qui propter veſtis nuptialis defectum ad tenebras condemnatus fuit, nullum certè ex omnibus vel minimum, in ejus defenſionem, legitur protuliſſe verbum, cum tamen veriſimile ſit, quod cum ſodalibus alijs ingreſſus, facile quempiam nancifci potuiſſet interceſſorem & advocatum, accipite myſterium. Miſer ille animam præfigurabat, inexorabili atque implacabili ſiſtendum Chriſti Judicis tribunali. *Dicite* (exclamat D. Chryſoſtomus) *quomodo nos adjuvare poteſt nemo, non Frater fratrem redimet, non amicus amicum, non parentes filios, non filij parentes, & quid dico homines miſerabiles, cum neque ſi Noë veniat, & Job, & Daniel, tam judicantem exorare poſſint ? ſed dices, unde horum demonſtratio ? vide non indutum veſte nuptiali, ex ſponſali domo expulſum, & neminem pro illo intercedentem. Vide talentum habentem creditum, & non negotiatum, & quomodo pro illo ſupplicat nemo. Reſpicite mihi quinque virgines excluſæ, & æquales pro illis non deprecatas.* Interlineariſ quoque prædictum præxtum commentans, dum Virginum fatuarum, quam à prudentibus tulere conſiderat repulſam, talem hujus aſſignat cauſam: *Quia non tempus orandi, ſed remunerandi erat.*

Luc. 12. 18. Anima in judicio illo ſola relinquetur omni conſilio & auxilio deſtituta.

Luc. 12. v. 20.

D. Chryſol. ſer. 144.

S. Ephrem. T. 3. de Compunct.

Homo carens veſte nuptiali, præfigurabat animam ſiſtendam judicio.

D. Chryſ.

Interpret. in c. 6. Prov.

6. S. David aliquando ad Deum converſus, ita oraſſe legitur : *Dixi confitebor adverſùm me injuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei, pro hac orabit ad te omnis ſanctus in tempore opportuno, verumtamen in diluvio aquarum multarum ad eum non approximabunt.* Q. d. ad impetrandam peccatorum noſtrorum veniam, vita hæc tempus eſt opportunum, in tempore autem diluvij aquarum plurimarum nullus omnino ſanctus pro patrocinio ad Deum accedere audebit. Sed quale hoc eſt diluvium ? numquid infallibilem primæ veritatis, quæ mentiri neſcit [*ego Deus & non mentior*] proteſtationem novimus, aſtruentis : *Nequaquam ultra interficietur omnis caro aquis diluvij ?* Tenet itaque dictum aſſertum de aquarum diluvio, non de ignis, quod ultimo judicij die totum univerſum inundabit ; cui teſtimonium perhiber clariſſimum ille S. Matthæi textus : *Sicut autem in diebus Noë ; ita erit & adventus Filij hominis* ; ubi Chriſtus ipſemet Judex finale judicium tempori aſſimilavit diluvij. Porro in textu hæbraico pro tempore opportuno ſcriptum reperimus : *In tempore inveniendi.* Sanctus itaque Hieronymus diluvium dictum de judicio intelligit extremo, quando nullus, quantumcumque potens, ſuâ præſumet appropinquare interceſſione ad tremendum illud tribunal ; ut miſericordiam imploret ac compaſſionem, quia nimirum, ut S. Gregorius affirmat : *Judex ſupremus ante judicium placari poteſt, in judicio non poteſt.* De eodem quoque judicio extremo vates regius fuſè agit in Pſ. 71. in cujus fine ſequentia leguntur verba : *Defecerunt laudes David filij Jeſſe* ; quæ verba non exilem continent difficultatem, quomodo namque Poëtæ illi admodum eloquenti, dum ſe Chriſto Judice tractaret, defecere laudes & rythmi ? alia quædam verſio habet : *Orationes David* ; ad denotandum, quòd ibi nullum ſupererit gratiæ divinæ lucrandæ tempus, nec per laudem, nec per orationes, nec per interceſſiones viri quantumcumque ſancti, etiamſi hic ipſemet David foret, de quo proteſtatur Dominus : *Inveni virum ſecundùm cor meum.* Quin potius ; ut S. Bonav. diſcurrit ; *Sancti, qui pro ſalute omnium morti ſe expoſuerunt, non compatientur tunc miſeriæ reproborum, ſed potius gaudebunt in damnatione illorum juxta illud : Lætabitur juſtus, cum viderit vindictam.*

Pſ 31. v. 5. Ad impetrandam peccatorum modo eſt tempus opportunum.

Gen. 9. v. 11.

Matth. 24. v. 37.

S. Hier. ib. In judicio autem extremo nullus audebit accedere interceſſor.

S. Greg. l. 15. mor. c. 30.

Pſ. 71. v. 20.

Act. Apoſt. 13. v. 22.

S. Bonav. ib.

7. S. Hieron. de ſupremo illo tractans tribunali, quantumque ipſum exhorrefcere debeamus, oſtendens, ita ſcribit : *Ibi cum ante tribunal Chriſti venerimus, ſcimus, nec Job, nec Danielem, nec Noë rogare poſſe pro quoquam, ſed unumquemque portare onus ſuum.* Quam eamdem veritatem his nonnihil diſtinctis verbis S. Antoninus inſinuat: *Cum ante tribunal Chriſti venerimus, nec Noe, nec Job, nec Daniel, ſcimus vos poſſe juvare, ſcilicet oratione vel meritis; ſed unusquisque onus ſuum portabit. Nullus ſanctorum, quantumvis amicitiâ vel parentelâ conjunctus in hoc ſæculo, orabit pro damnato aliquo in illo judicio.*

S. Hier. de reg. Monac.

S. Antonin. ſum. Theol. p. 4. tit. 14. c. 11. §. 8.

8. Aſt quid de Angelis ſtatuemus, ijs maximè, qui in vita hac nobis aſſignati fuere cuſtodes, alijsque omnibus, qui in auxilium noſtrum miſſi fuere ? Sanè juxta ſacrorum expoſitorum teſtimonia non modò ut videbimus ſanctos nobis, ſed & Angelicos ſpiritus contrarios habebimus ; de quibus Ezechiel in ſanguinea illa ſtragè, quæ ipſi támquam judicij finalis figura repræſentata fuit, ita ſcribit : *Unusquisque vas interfectionis habebat in manu ſua*, id eſt, ſinguli illi ſex Angeli inſtrumenta mortis manu propria deferebant, de qua materia S. Ephrem ita ſermocinatur: *Tunc abibunt hi quidem in tenebras exteriores, propellentibus eos cum diligentia & feſtinatione Angelis, & ad eos dicentibus: ſicut oves fœtli eſtis inferni mors depaſcet vos.* Hinc & incarnata Sapientia in illa de zizaniis parabola ita diſcurrit: *Meſſis verò conſummatio ſæculi eſt, meſſores autem Angeli ſunt ; ſicut ergo colligunt zizania & igni combarantur, ſic erit in conſummatione ſæculi ; mittet Filius hominis Angelos ſuos, & colligent de regno ejus omnia ſcandala, & eos qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis. Væ ſontibus* (exclamat S. Cyrillus Alexandr.) *cum S. Angelis odio, & ſanctis teſtibus erunt execrationi.* Ad quod idem intentum reſpiciunt illa Bellovacenſis verba : *Ibi nec proderunt divitiæ divinitus, nec parentes parentibus, nec Angeli pro hominibus intercedent* ; quæ omnia illo ſuperius à nobis citato confirmat apocalypſis textu : *Tempus non erit amplius ſcilicet merendi* ; & illo S. Matthæi : *Clauſa eſt janua quia miſericordia eſt ſublata.* Deindeque in tractatus ſui progreſſu ſubjungit, dicens : *S. Angeli perhibebant contra impios teſtimonium, ſub quorum cuſtodia peccaverant ; quorum doctrinam monitiones & conſilia, nec non*

Ipſi SS. Angeli, ſpecialiter Angelus cuſtos, erunt nobis contrarij.

Ezech. 9. v. 1.

S. Ephrem T. 2. de jecundo Dom. Adv.

Matt. 13. 39.

S. Cyrill. Alex. T. 5. p. 2. Hom. div. ult.

Bellov. ſpec. mor. l. 2. diſt. 5.

Bellovac. ibid. diſt. 8.

Et perhibebunt contra nos teſtimonium.

Orig. Hom. 11. in Num.

non interceſſiones & auxilia ; reprehenſiones & omne charitativum myſterium contempſerunt ; moxque Origenis adducit authoritatem, dicentis : *Unusquisque Angelorum in extremo judicio aderit, perducens illos, quibus præfuit, quos adjuvit, quos inſtruxit pro quibus ſemper factem Patris vidit.*

Omnes SS. cum Angelis conjungent vires ſuas contra impios.

Pſ. 149. v. 5.

9. Imò Angeli & Sancti ſuas conjungent vires, ut cauſæ patrocinentur judicis ſupremi contra præſcitos, dicente Pſalmiſta : *Exultabunt ſancti in gloria lætabuntur in cubilibus ſuis, gladij ancipites in manibus eorum ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis, ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis, ut faciant in eis judicium conſcriptum* ; forſitanne ſibi dedecori vertent electi executionem divinæ juſtitiæ ? nequaquam reſpondet David, quin potius *gloria hæc eſt omnibus Sanctis ejus :* Ad majorem ſanctorum cedet gloriam, quòd divinum zelaverint & vindicaverint honorem, ſeqs Dei rebellibus oppoſuerint, unde aptè illam à militibus Pſalmiſta deſumpſit metaphoram, qui ſuum ſequuntur caput & ducem, quando inimicum oppugnat exercitum. *Cum Chriſto in extremo judicio* (inquit Card. Bellar.) *ſententiam ferent adverſus Antiochos, Herodes, Nerones, Diocletianos & cæteros principes malos.* Cui eidem veritati S. Aug. teſtimonium in hæc perhibet verba : *Omnes contra nos tunc erunt, Abraham contra inobedientes, & Iſaac contra impatientes, & Jacob contra negligentes, & Joſeph contra incontinentes.*

Ibid. v. 9.

Card. Bellarm. ibid.

S. Aug. ſer. 16. ad fratr.

10. S. Anton. aliam, cur, ne ſanctos nobis contrarios habeamus, unicè timere debeamus, rationem in hæc aſſignat verba *accuſatores erunt ſancti homines, à quorum conſortio peccantes receſſerunt, quos in præſenti contumelijs affecerunt, vel quorum feſta fregerunt, vel loca profanaverunt, unde dicitur Sap. 5. ſtabunt juſti in magna conſtantia adverſus eos, &c.* Cui illa conſonant Bellovacenſ. verba *accuſabunt ſancti, quorum pejuraverant nomina, fregerunt vota, blaſphemijs & neſandis operibus impugnaverunt, juxta illum Apocalypſis textum; clamant omnes ſancti, usquequo Domine ſanctus & verus, non vindicas & judicas ſanguinem noſtrum ?*

S. Antonin. ib. §. 6. Et erunt accuſatores noſtri, *Sap. 5. v. 1. Bellovac. ibid.*

Apoc. 6. v. 10.

11. Hoc ſimiliter inſinuare volunt verba illa Luc. 21. *erunt ſigna in Sole, & luna & ſtellis*; tunc enim planetæ luminoſiſſimi ingentem patientur eclipſin, nosque in obſcuro commorabimur, id eſt, ſine ulla fruitione interceſſionis Sanctorum, qui denotantur per ſtellas, aut B. Virginis, per Lunam figuratæ, vel Solis juſtitiæ, Chriſti, nam ut apud Danielem dicitur : *Qui ad juſtitiam eruditi multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates erunt.* Haymon quoque dicit : *ſtellæ cœli ſancti ſunt, qui in tenebris iſtius vitæ lucent, velut in firmamento ſtellæ :* At verò in illa die, ut Joel c. 3. 14. ait: *Juxta eſt dies Domini in valle concisionis, Sol & luna obtenebrati ſunt, & ſtellæ retraxerint ſplendorem.* Tunc verè adimplebitur illud, quod in libro Judicum legitur : *ſtellæ manentes in ordine & curſu ſuo adverſum Siſaram*, id eſt reprobum, *pugnaverunt. Luna* quoque *non dabit lumen ſuum* quia ut Alb. Magn. ait, *per lunam figuratur Virgo Maria ; in hac ergo luna, id eſt, in B. Virgine, factum eſt ſignum mirabile, quia ſcilicet converſa erit in ſanguinem*; ipſa namque Deipara in ſtragibus & vindictis, quas Filius ejus facturus eſt, magnam partem habebit, quantumvis hâc vitâ præſenti durante refugium peccatorum fuerit ſecuriſſimum. Porro quod in illa die luna non dabit lumen ſuum, id eſt, B. Virgo Maria ſuam nobis ſubtrahet protectionem, multa confirmant ſanctorum Patrum teſtimonia, & quidem in primis S. Bonav. ait : *Tanta erit tunc Judicis ſeveritas & inflexibilitas, quod ſi B. Virgo, & omnes Angeli, & ſancti, & ſanctæ genua flecterent, & cum lachrymis orarent pro aliquo, qui eſſet in peccato mortali, Judex non exaudiret eum.* Virgines illæ fatuæ, non obſtante quòd virgines erant, ob defectum tamen olei charitatis, ſe quidem virginibus prudentibus commendarunt, quarum antefignana eſt Maria, utpote quam Eccleſia hoc titulo, *Regina Virginum* honorat, & tamen paſſæ fuerunt repulſam, ſponſo dicente : *Neſcio vos, clauſa eſt janua* ; & hæc quidem parabola ab ipſomet Judice Chriſto compoſita fuit, ad denotandum, ſe tunc in tribunali ſuo fore inexorabilem. S. Aug. quoque in ſermone quodam inquit : *Non tunc ſancti nobis ſubvenient, quia tempus non erit miſerendi & miſericordiam impetrandi, & jam fugiet janua Paradiſi Maria, quæ hoc titulo ab Eccleſia inſignitur : Janua cœli, & felix cœli Porta.* S. Antoninus pariter ait : *Nullus orabit pro damnato aliqueo in illo judicio, nec ipſa piiſſima Virgo Maria, Mater miſericordiæ, quæ nunc aſſiduè interpellat pro nobis quia cognoſcunt hoc Deum non velle, & ſi per impoſſibile poſito rogarent, non exaudirentur* ; idque ex illo adducto probat Proverb. textu *Zelus & furor viri, &c.*

Luc. 21. 25. Impij in illa die nulla fruentur interceſſione ſanctorum.

Dan. 12. v. 3. Haymon in c. 6. Apoc.

Joel. 3. v. 14. & 15.

Judic. 5. 20.

Alb. Magn. ſer. in Dom. 1. Adv. ſer. 2.

Prov. 6. v. 34.

12. In memoriam vobis veniat illud Davidis præceptum, quando ſuis juſſit *reportare arcam Dei in urbem* ; tunc enim quando hoc edictum promulgavit, vel maximè arca indigere videbatur, ut mediante illâ, rebellionem Filij ſui Abſalonis peſſumdaret ; Cur itaque eam à ſe elongari voluit ? rationem aſſignat Theodoretus, inquiens : *Non poſſum mecum civumferre accuſationem, hinc audio legem dicentem non mœchaberis, non occides* ; timebat namque David, ne arca patratum adulterium atque homicidium, eò quòd legem in ſe recluderet, exprobraret, ita quoque acerbiſſimum erit impiorum tormentum, quando noverint Virginem ſacratiſſimam, quæ cæteroqui eorum exiterat refugium, quæque *fœderis arca* nuncupatur, non modò ſibi auxilium non ferre, ſed etiam opem eò uſq; ſubminiſtratam exprobrare. Aman, qui poſtquam Aſſueri gratiâ excidiſſet, ſupplicio ſibi imminenti ſe ſubtrahere nitebatur per interceſſionem Eſther, aſt illa ſubitò reſpondit : *Hoſtis & inimicus noſter peſſimus iſte eſt Aman, quod ille audiens, illico obſtupuit, vultum regi ac reginæ ferre non ſuſtinens.* Aman ille reprobum præfigurabat, in protectione reginæ cœlorum, cujus typus Eſther erat, confidentem, ſed turpiter illudetur, ſiquidem *clauſa eſt janua*, nullum amplius ſupereſt refugij aut miſericordiæ, ſed ſolius juſtitiæ tempus. Siquè peccator ad crucem, quæ, ut in diſcurſu præcedenti probavimus, in cœlo reſplendebit, confugerit, hæc majorem ipſi potius afferet cruciatum, dicente Bellov. *Crux Chriſti contra te perorabit, ſi ad Redemptoris confugeris plagas*, reſpondet illico idem author : *Chriſtus per vulnera ſua contra te allegabit, cicatrices contra te loquentur, clavi de te conqueruntur.* Tunc enim ſtrictiſſima à nobis erit reddenda ratio, qualiter Chriſti pro nobis effuſus in nobis profecerit ſanguis : *En, ſanguis ejus exquiritur*, unanimique impij omnes ore confitebuntur, dicentes : *Meritò hæc patimur.*

2. Reg. 15. v. 25. Quod erit impijs acerbiſſimum tormentum. *Theodor. q. 3.*

Eſth. 7. v. 6.

Ipſa Crux Chriſti ejus-que Vulnera, majus impijs afferent tormentum. Bellov. ibid. diſt. 9.

Gen. 44. v. 28.

DISCURSUS XIII.

ARGUMENTUM.

De rigoroſo Examine, quod ſubituri ſumus in reddenda ratione bonorum gratiæ, naturæ, & fortunæ, peccatorum omiſſionis, aliarumque rerum, quæ nunc judicio noſtro minimæ eſſe apparent.

THEMA.

Redde rationem villicationis tuæ. Luc. 16. v. 2.

1. S. Petrus Chryſolog. parabola hujus de villico ſeu œconomo ſenſum explicans, ait : *homo quidam erat dives ; quis erat homo iſte Chriſtus, erat in Majeſtate ſua dives.* Cum hac igitur majeſtate ad judicium procedet finale, ut ab homine de bonorum, quæ illi ſubminiſtrabit, adminiſtratione, ſtrictiſſimam exigat rationem, unde idem ſanctus inquit ; *habebat villicum, quem niſi hominem*, huic ergo diligentiſſimum, exactiſſimumque intimabitur examen per verba illa: *Redde rationem villicationis tuæ*, ubi prædictus S. Doctor addit: *Venit finis vitæ, jam te apparitio ſuperna conſtringit, jam judicium vocat.* Ubi Chriſto, qui tamquam Rex gloriæ in auguſto reſidebit throno illa ex lib. 2. Machab. deſumpta attribuere poſſumus verba : *Conſiderans autem Rex & rem diligenter examinans*, ipſam namque uniuscujusque animæ cauſam, tanta cum diligentia & circumſpectione, diſcutiet, ac ſi unica dumtaxat ſententiam ſubitura eſſet, nec non ſi unius ſolummodo cauſa revidenda ac diſcutienda foret.

D. Chryſ. ſer. 125. Chriſtus, homo dives, ſtrictam exiget rationem de Villicatione noſtra.

2. Machab. 12. v. 41.

2. *Redde rationem.* Prima, ut credibile eſt, interrogatio circa finem inſtituetur propter quem eſſe adeo noxibile animæ conceſſum fuit, ſcilicet propter Deum, cœlum, ſalutemque æternam ad imaginem & ſimilitudinem creatoris ſui creata fuit, *ut*, teſte S. Aug. *factorem ſuum pro imagine cognoſcat, & pro ſimilitudine diligat*, aſt quantâ tunc obruetur amaritudine, quando ab hoc fine deviaſſe convincetur, toto amore in bonis collocato terrenis, eorumque gregi aſſociabitur, de quibus ſcriptum eſt : *Oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram*, inviolabile cuique homini Deus hoc ſtatuit præceptum : *Cuſtodi igitur temetipſum & animam tuam ſolicitè*, ibi nova nos obruet confuſionis congeries, ſi enim theſauros materiales ſumma cum ſolicitudine cuſtodi-

Prima interrogatio inſtituetur circa finem, ob quem anima tã nobile eſſe acceperit. *S. Aug. l. de ſpiritu & anima.. Pſ. 16. v. 11. Deut. 4. v. 9.*

custodivimus, quàm culpabiles reputabimur, si eum neglexerimus thesaurum, de quo Apostolus ita scribit: *Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus?* tunc igitur Judex apertis plagis, signoque desuper scintillante crucis pretium inæstimabile, pro hoc datum thesauro, animæ exprobrabit, quæ ipsum propter fordidam voluptatulam, vile interesse, aut propter respectum humanum prodegit. Neque tunc anima sese excusare poterit, quod divinæ gratiæ thesauris locupletata non fuerit, siquidem *charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanct. qui datus est nobis*, & ut tristissimum fert axioma: *Facienti quod in se est, Deus non denegat gratiam.*

2. Cor. 4. v. 7.

Rom. 5. v. 5.

Bellovac. spec. mor. l. 2. dist. 6. Reddenda erit etiam ratio de remissione peccatorum nobis facta.

3. *Redde rationem.* Juxta Bellovacensis doctrinam, reddere debemus rationem *de remissionibus peccatorum, quas nobis Dominus fecit.* Idque illâ probat decem millium talentorum parabolâ, quæ servus ille debebat, cui Rex improperavit, dicens: *Serve nequam omne debitum dimisi tibi*; Sed eheu quoties in contumeliam promissionum, in sacramento pœnitentiæ Deo factarum, temeraria cum præsumptione divinæ misericordiæ iterum facti sumus recidivi? ac proinde rigorosius nobis fidelibus formabitur examen quàm illis, qui in infidelitatis tenebris continuò vixerunt; nam *servas qui cognovit voluntatem Domini sui ... & non fecit voluntatem ejus vapulabit multis.* Idem quoque author refert quòd S. Bern. Parisijs in Schola quadam constitutus, in qua Logica prælegebatur, lucrum considerarit cujusdam scholarium illorum, qui hunc in modum negotiabatur: *Finitâ disputatione, rogans eum Magister, quid determinaret, ait: Nobis Deus fecit hoc argumentum, respondete, Deus proponet nobis legem, & ejus mandata dicens: Hæc mandata, & hanc legem dedi vobis, assumit transgressionem, concludit damnationem. Sic ergo argumentatur homini. Legem tibi tradidi, tu prævaricator fuisti, ergo damnationem promeruisti à justo judice, ergo damnaberis.* Et verè talis unicuique homini processus instituetur, in conspectu enim omnium hominum, in medium producentur promissiones, à nobis solemniter in sacrosancto lavacro stipulatæ, quando in malitiam Christianam adscripti fuimus, de quibus rigidè examinabimur, qualiter eas adimpleverimus. Similem in Exodo legimus processum. *Venit ergo Moyses, & narravit plebi omnia verba Domini, atque judicia, responditque omnis populus unâ voce: Omnia verba Domini, quæ locutus est, faciemus. Scripsit autem Moyses universos sermones*; at verò cur Moyses omnes hosce populi sermones in tabula conscripsit, quærit Oleaster, & respondet: *Quid præ se ferat hujusmodi scriptura, nisi ò homo si oculos non amisisti; servatur enim, ut per eam in die examinis extremi interrogeris.* Unde quòd fidei donum receperimus, eidem tamen minimè correspondentes, vitam duxerimus infideli & pagano homine dignam, hoc unum erit ex improperijs asperioribus, quæ Judex iratus reprobis exprobrabit. Interrogabit enim, an in Evang. & religionem credideris; quam professus es Christianam & Catholicam; an sacramentis, in Ecclesia sua institutis, tempore congruo usus fueris; an post hanc vitam aliam supereße, vereque paradisum vel infernum, post hanc vitam, hominem manere firmiter existimaris; denique an Christum Creatorem, Redemptorem, & Salvatorem tuum esse firmiter tibi persuasum habueris; quòd si ad hæc omnia affirmativè responderis, per evidentiam manifestam convictus eris, quòd in omni actione tua haud secus vixeris, ac si post hanc vitam nullus esset Deus, nec ulla alia vita, nec præmij aut pœnæ retributio æterna. Audiamus obsecro S. Ephrem, in oratione quadam de Judicio extremo in hæc verba lamentantem: *Heu mihi Fratres mei in Christo dilecti. Timore perculsus impedior, & vox mea deficit, lachrymæque mihi excidunt, dum tremendam hanc narrationem aggredior. Discutitur sigillum Christianismi, quod quisque nostrum accepit in Ecclesia confessionis fidei, & baptismi.*

Exod. 24. v. 3. & 4. Circa quæ ulterius examinandi simus in judicio.

Oleast. ib.

S. Ephr. T. 2. Orat. de fut. judic.

4. Idemmet Christus, qui in illa die Judex futurus erit, populo suo, cui lumen & notitiam fidei suæ communicaverat, hanc propositionem die quadam promulgavit, cum juramento eamdem ratificando, dum ait: *Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorum, in die judicij, quàm illi Civitati.* Horrenda profectò propositio. Ergone enim Christiani deteriori loco erunt, quàm Sodomæ & Gomorrhæ incolæ? quis est, cui non sint manifesti nefandi civium illorum excessus, utpote qui per ignem cœlitus dilapsum puniti fuere? S. Hilarius hujus, à Christo pronunciatæ sententiæ causam edisserit, inquiens: *Quia illis ignorato Christo, errasse sit levius, his verò inexpiabile sit, aut prædicatum non recepisse, aut receptum non sanctè atque Catholicè prædicasse.* Quantò enim clarius erit lumen & notitia, quam à Deo accepimus, tanto densiores erunt tenebræ, in quas ejiciemur, si vita concesso lumini non corresponderit, ut adimpleatur illud: *Sicut tenebræ ejus ita & lumen ejus.* Habebimus quoque in illa die nobis adversantes, Angelos nostros custodes, qui in rigorosissimo illo examine, fiscalis partes contra nos agent; Unde Origenes inquit: *Puto etiam ibi inquisitionem futuram, non quidem an culturæ hominum Angelum defuerit, sed an culturæ Angelicæ nequaquam dignè seguitia humana responderit.* Hi igitur in judicio omnes allegabunt sigillatim inspirationes internas, quibus Deus ad virtutem nos extimulavit, omnia specialia gratiarum suarum auxilia, quæ quovis nobis tempore subministrata fuerunt; omnesque stimulos efficaces, ad ducendam vitam irreprehensibilem, quos nobis addidit per salutaria aliorũ exempla, per prædicatorũ, confessariorum, Patrum spiritualium, Magistrorum superiorum, & amicorum efficaces exhortationes; adeoque agnoscetur clarè Deum pro salute nostra plus facere non potuisse juxta illud: *Quid est, quod debui ultra facere vineæ meæ & non feci?*

Pſ. 138. 12. Angeli custodes agent Fiscales contra reprobos.

Orig. Hom. 20. in Num.

Isa. 5. v. 4.

Severissima institutetur discussio circa bona naturæ.

5. *Redde rationem villicationis tuæ.* Diligentissima ibi instituetur discussio, circa bona naturæ & speciatim quidem circa nobilissimas animæ potentias intellectum videlicet, voluntatem & memoriam, nec non circa ingenium, & per illud acquisitas scientias; ac proinde ibi manifestum erit, quot fuerint, qui acumine & perspicaciâ intellectus sui in offensam Dei fuere abusi, novos in perniciem veræ fidei Catholicæ, adinveniendo errores; Quot item ingenium suum exacuerint, ut per astutias & fraudes suos circumvenirent fodales; quot denique eo fuerint abusi ad adulandum & lascivas componendum Poëseos cantiones, simulque ad æternam illorum confusionem, manifestabuntur præjudicia, & consequentiæ pessimæ, quæ ex eorum scriptis & compositionibus in innumeros alios derivârunt; de quibus Apostolus proinde ait: *Sermo eorum ut cancer serpit*, Severissimus pariter circa bona corporis formabitur processus. *An nescitis, quoniam corpora vestra templum sunt Spiritus Sancti, qui in vobis est, quem habetis à Deo.* Hoc autem templum sæpissimè inordinatis sordidisque appetitibus nostris violasse atque profanasse convincemur, cum tamen, ut Apostolus inquit, *corpus autem non fornicationi, sed Domino, & Dominus corpori.* Animæ unitum est corpus, ut illius crescant merita, ut scilicet carnem subjiciat spiritui, & per macerationem castigationemque suam victima fiat illi, qui eam suis coagulavit manibus, ideoque Apostolus quondam suos exhortabatur, dicens: *Obsecro vos, ... ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem.*

2. Tim. 2. 17. Erbona corporis.

1. Cor. 6. 19.

1. Cor. 6. 13.

Rom. 12. v. 1.

6. S. Anselmus ad Deum aliquando conversus, in sequentia legitur prorupisse verba: *Domine, quia totum me fecisti, totum me debeo amori tuo.* Qualiter igitur vires, pulchritudinem, juventutem, sanitatem, dotesque corporis impendemus? *Redde rationem.* Numquid vigorem, complexionemque robustam dilapidasti in voluptatibus carnalibus, in rixis, duellis, vindictis? Pulchritudinem tuam eò contulisti, ut alios ad illicita pertraheres; Juventutem in vanitatibus, otijs, ludis, omnibusque alijs ineptijs consumpsisti. Sanitatem in crapulis & fornicationibus exhausisti. *Redde rationem*, de omnibus illis, nec non de alijs sensuum tuorum usibus; aures forsitan non modò verbo divino, Patrumque temporalium & spiritualium admonitionibus surdæ obdurierunt, sed insuper discursibus patuerunt obscœnis, murmurationibus, famæque alienæ detractionibus. Oculi discutientur circa tot impurorum obtutuum, qui innumerabilibus aditum patefecere inhonestatibus, transgressiones: Linguæ discutientur maledicta, perjuria, mendacia, blasphemiæ, injuriæ, detractiones, imposturæ & discursus impudici; imò ne vel minimum indiscussum remanebit verbum otiosum, ipso protestante Judice: *Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicij.* Reddent rationem de omnibus malè institutis gressibus, dicente Jobo: *Tu quidem gressus meos dinumerasti.* Unde & ipse David gemebundus, ajebat: *Cur timebo in die mala? iniquitas calcanei mei circumdabit me.* Severissimus namque Judex ille per 50. & 70. annor. decursum, quibus nostra duravit vita, quemcumque pedũ nostrorum diligentissimè observaverit motum, ut rationem de quolibet exigat passu in tribunali

S. Anselm. ib. Specialiter de dotibus corporis.

Et quinque sensuum usibus.

Matt. 12. 36. De omnibus gressibus.

Job. 14. 16.

Pſ. 48. v. 6.

tribunali illo, cui in omnium conspectu præfidebit; Neque hic meus est conceptus, sed ipsamet à veritatis Spiritu, per os sanctissimi illius Prophetæ, qualem sæculum illud veneratum est præ reliquis, nobis dictata veritas: ille namque de severissimo hoc examine ingemiscens, in hæc sequentia prorumpit verba: *Scribis enim contra me amaritudines & consumere me vis peccata adolescentiæ meæ: Posuisti in nervo pedem meũ, & observasti omnes semitas & vestigia pedum meorum considerasti:* ubi 70. legunt: *usque ad radices pedum meorum pervenisti.* Id quod & Bellovacensis ex illo Jobi textu (*ipse considerat vias meas*) postquam gloſſam adduxisset, in hæc confirmat verba: *Sic Deus vias unius cujusque considerat, sic gressus dinumerat, ut nec minutissimæ cogitationes ejus judicio ac verba tenuissima, quæ apud nos usu vilescunt, indiscussa remaneant.* Si autem tantam à pedibus exiget rationem, quantò majorem à manibus, quas forte excessibus contaminavimus verberum, vulnerum, stragum, tactuum illicitorum, ludorumque, si non semper illicitorum, sed honestorum quandoque, limites tamen excedentia convenientes, temporis, loci, & personarum qualitatis; ut nihil dicam de rapinis atque extorsionibus, quarum manus fuerunt instrumentum. Iterum rationem exiget à gula, de tot violatis jejunijs, de crapulis, ebrietatibus atque excessivis in conviviorum lauritie dispendijs, non ob alium finem institutis, nisi ad farciendum opiparèque tractandum implacabilem Dei animæque inimicum, qualis corpus nostrum est, delicatè enutritum, quod *incrassatus, impinguatus, ... dereliquit Deum factorem suum*; præterquàm quod *corpus quod corrumpitur, aggravat animam.*

Job 13. 26.

Ibid. v. 27.

Bellov. ibid. dist. 6. De usu manuum.

De gula.

Deut. 32. 15. Sap. 9. v. 15.

Lyran. ibid. De bonis temporalibus.

Matt. 25. 42. S. Aug. serm. 18. de Sanctis.

7. *Redde rationem Villicationis tuæ. Quia de omnibus tibi traditis*, inquit Lyranus, *Deus exiget rationem usque ad minimum quadrantem*; bona namque temporalia nobis ad facilitandam æternorum acquisitionem contulit, ut ijs cum subordinatione debitaque directione uteremur; tunc itaque rationem exiget, dicturus: *Esurivi, enim & non dedisti mihi manducare*; Ubi S. Augustinus inquit: *Non illis dicendum est, quia homicidia fecistis, adulteria commisistis, quia alienam substantiam rapuistis; sed hoc solum auditum sunt: quia esurivi, & non dedistis mihi manducare.* Heu quot tunc confundentur, qui panem canibus prodegerunt, tenacissimi in pauperes (in quibus Dei Filius recognoscì voluit) quos præ fame deficere, enormique pallì sunt? *Rogo vos fratres* (subdit idem Ecclesiæ Doctor) *nolite hæc transitoriè cogitare.* Porro ex his prædictis Sanctus ille talem erui consequentiam, dicens: *Si in ignem mittetur, qui esurienti non dedit panem suum, putas ubi mittendus est, qui tuht alienum? si in ignem mittetur, qui nudum non vestit; ubi mittendus est, qui vestitum expoliavit? Si peritarus est, qui in carcere non visitavit, quid de illo fiet, qui forte in carcerem missi? Rogo vos fratres charissimi, hinc attendite, quam spem habere possunt qui male faciunt, quando illi peritari sunt, qua bona non faciunt?* meritò itaque

Ecclesiast. 17. 12.

Jacob. 5. v. 1.

Apoc. 18. 7.

Job 20. 15.

De administratione familiæ & educatione prolium.

Bellov. ibid.

Eccli. 17. 12.

Matt. 7. 19. S. Aug. ibid.

Jacobus Apostolus protestatur, inquiens: *Agite nunc divites, plorate ululantes in miserijs vestris, quæ advenient vobis; ... aurum & argentum vestrum æruginavit, & ærugo eorum in testimonium vobis erit, & manducabit carnes vestras sicut ignis; thesaurizastis vobis iram in novissimis diebus.* Imò quantò magis quis hîc delicijs, voluptatibus, opibusque gavisus fuerit, tantò severiorem ibi experietur processum & condemnationem, juxta illa Apocalypsis verba: *Quantum glorificavit se & in deliciis fuit, tantum illi date tormentum & luctum*; hinc & Job prophetizabat, dicens: *Divitias quas devoravit, evomet, & de ventre illius extrahet eas Deus.*

8. *Redde rationem.* Requiret *Dominus* (verba sunt Bellovacensis) *quomodo Pater & Mater filium vel filiam servavit, quomodo familiam, quomodo Magister discipulum, socius socium, vicinus vicinum.* Cujus hanc convincentem adducit rationem, quia juxta irrefragabile axioma: *Mandavit illis unicuique de proximo suo*; rationem itaque reddere tenebimur non modò de nobis, sed etiam de proximis nostris, an scilicet bona illis præbuerimus exempla, salutares prænmonitiones, prudentiam & opportuna consilia, nutrum temporales spiritualesque eorum sublevaverimus necessitates; cui intento confirmando apprime deservit sequens S. Augustini discursus, quando illum commentans Evangelicum textum (*omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur*) ita fermocinatur: *Dominus terribiliter vos admonet, dicens: Omnis arbor, quæ, &c. Non dixit; quæ facit fructum malum, sed, quæ non facit fructum bonum; hinc ergo possimus evidenter agnoscere, quas pœnas arbor spinosa in die judicij patietur, quando illa, quæ fructum non dederit, excidetur, & in ignem mittetur.* In judicijs criminalibus, quæ hîc in terris aguntur, processus & condemnationes solùm spectant delictorum castigationem, at verò in tribunali Christi Judicis exactissima quoque fiet inquisitio circa omissionem boni, quod poteramus & obligabamur facere; omnium namque legum divinarum, quas adimplere debemus, observantia circa duos hosce polos vertitur, scilicet: *Declina à malo, & fac bonum.* Idem quoque S. Augustinus in alio quodam sermone notat id, quod Judex ille supremus protestatus fuerat, dicendo: *Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum angelis suis, & tunc reddet unicuique secundum opera sua*; non dixit, *ut reddat unicuique secundum misericordiam, sed secundum opera.* Unde Bellovac. ait: *hoc autem sciendum, quòd Judex improperabit eis non solùm mala quæ fecerint, & locuti fuerint, aut etiam cogitaverint; verum etiam bona, quæ omiserint aut neglexerint & beneficiorum suorum omnium immensam multitudinem, quæ ingratè susceperint, quibus abusi fuerint, quæ neglexerint, contempserint aut abjecerint castigationes, medelas, atque innumera remedia, quibus curari debuerint, & non sunt curati.* Idem quoque author cum fundamento sacræ Scripturæ nos de minima quavis transgressione rigorosissimè examinandos esse dicit: *Tunc condemnabitur*, inquit, *quidquid fuerit inventum operis & otij, sermonis & silentij, usque ad minimam cogitationem etiam quod dixi si non fuerit ad Dei voluntatem directum.*

Bellov. ibid. dist. 6.

Eccle 11. v. 9. De quovis, etiam levissimo errore reddenda erit ratio.

Eccli. 12. 13.

9. Optimè igitur Ecclesiastes unamquamq; animam monet, dicens: *In bono sit cor tuum in diebus juventutis tuæ, & ambula in viis cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum*, cujus moniti hanc subnectit rationem: *Scito, quòd pro omnibus his adducet te Deus in judicium.* Idem quoque Ecclesiasticus capite sequenti librum suum notabili hâc sententiâ concludit, inquiens: *Finem loquendi, pariter omnes, audiamus, Deum time & mandata ejus observa, hoc est enim omnis homo, & cuncta quæ fiunt, adducet Deus in judicium pro omni errato*; quia ubi notandum est, quòd dicat *pro omni errato*; quia pro quovis etiam levissimo errore in illo rigoroso judicio conveniemur; quod, verò idem Sapiens subdit, *sive bonum sive malum illud sit*, difficilius est intellectu; si enim solum *malum* dixisset, facilè mens ejus intelligi potuisset; at verò quòd dicat etiam *sive bonum*, non satis capi potest, quomodo enim etiam de bono in tribunali illo proceßabimur?

S. Bernardinus inquit: *Tempore generalis judicij non solùm maligna hominum opera, sed etiam inutilia, & quæ quandoque videntur hominibus justa, præmio æternæ vitæ indigna judicabit.* Quâ de re insignem quoque habemus, ad hoc propositum fervientem, S. Antonini doctrinam; nam ita scribit: *Sed & de bonis operibus judicabuntur homines, videlicet si cum debitis circumstantijs facta fuerint; Unde Dominus Psalmo 74. inquit: Cum accepero tempus, scilicet in fine mundi (tunc enim tempus, quod mensuratur motu primi mobilis subtrahetur, cessante motu ipsius primi mobilis) ego, inquit, justitias judicabo id est, discutiam opera justa, si cum debito modo sint facta.* Addunque authoritatem quamdam S. Gregorij ad Mauritium Imperatorem ita scribentis: *Multa sunt, quæ de illius judicio homines ignorant, quam fortassis quod vos laudatis, ille reprehendet; & quos vos vituperatis, ille laudabit.* Bellovacensis pariter idem hoc dubium his verbis declarat: *De omnibus bonis operibus inquiretur, quâ intentione, discretione, utilitate & devotione facta sunt.*

De omissione bonorum operum.

S. Bern. T. 2. ser. 11. Art. 1. c. 3. Sicuti & de bonis operibus, non debitè factis.

S. Anton. in sum. Theol. p. 4. tit. 14. c. 11. §. 5.

S. Gregor.

Bellov. ibid. dist. 6.

DISCURSUS XIV.

ARGUMENTUM.

Judex in illa die manifestabit abscondita cordium, manifestas omnibus efficiendo conscientias nostras, nobisque legem suam ob oculos statuet, quam in hac vita nobis observandam dedit.

THEMA.

Et erit in tempore illo, scrutabor Jerusalem in lucernis. Sophoniæ 1. ℣. 12.

1. DEus apud Sophoniam comminatur, venturum aliquando esse tempus, in quo Jerusalem in

lucernis inveſtigaturus ſit; Septuaginta legunt : *Scrutabor Jeruſalem cum lucernâ.* S. Hieronymus litteralem horum verborum ſenſum conſiderans, innixus hiſtoriæ Joſephi Hebræi , in ea fuit opinione,quòd Prophetа prædicere intenderet inquiſitionem , quam Jeroſolymis circa potentes divites, principes & ſacerdotes,qui in ſpeluncis , antris & ſepulchrorum cavernis abſcondendi eſſent facturus eſſet exercitus inimicus , adhibendo in hunc effectum lucernas , ut eos inde extrahere , & eductis mortem inferre poſſent ; quod ipſum judicio finali adaptare poſſumus , maximè cum Gloſſa verba prædicta Sophoniæ : *in tempore illo* , de *tempore judicij* intelligat.

S.Hier.ibid. In extremo judicio etiam abſcondita cordium manifeſtabuntur.

Gloſſa ibid.

2. Iſaias Propheta , vaticinatur,dicens : *Introibunt in ſpeluncas petrarum , & in voragines terræ à facie formidinis Domini , & à gloria Majeſtatis ejus , cum ſurrexerit percutere terram* , quaſi diceret , introibunt in cavernas, ut ibidem latentes foras extractos ad ſupremum perducant tribunal Regis illius , in cujus fœmore ſcriptum eſt : *Rex regum & Dominus Dominantium*,lex enim communis omnibus ſtatuta eſt: *Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti*,nec ab hac lege quiſquam excipitur , quantumvis ſit potens,imò ut idem S.Hieronymus ad Heliodorum ſcribit : *Ibi*, ante hoc Judicium , *potentiſſimi quondam reges nudo latere palpitabunt.* Verumenimverò juxta aliam quamdam ejuſdem S.Hieronymi expoſitionem, ex prædictis quoque verbis deduci poteſt ſeveritas examinis , quod inſtituetur etiam de animabus electis & juſtis, per civitatem ſanctam Jeruſalem denotatis ; dicit enim : *Multiplicatâ iniquitate in noviſſimo tempore refrigeſcet charitas & Solis lumen recedet ab Jeruſalem, & tanta erit vaſtitas , ut difficile ſalventur etiam electi Dei. Tunc in lucerna ſermonis ſui, atque rationis, omnia vilia ſcrutabitur Dominus in Jeruſalem , & in medium proferet , & de otioſo quoquo verbo ſicut judicium & vindictam.* At verò quæret hic aliquis , quid opus ſit lucernis,quibus inter tenebras nocturnas uti ſolemus , cum,ſicut alibi probavimus , tempus judicij extremi, dies appelletur : *Dies illa , dies iræ , dies Domini*,in die autem nullus eſt lucernarum uſus. Cui reſponderi poteſt, quòd tunc Sol obſcurabitur , *Luna non dabit lumen ſuum,& ſtellæ de cælo cadent.* At verò Albert.Mely *in lucernis* ita exponit, ut ſenſus ſit : *ſcrutabitur illos in illuminationibus , ut omnia occulta manifeſtentur.* Etenim Sol ſolam exteriorem terræ ſuperficiem illuminat , recondita autem cavernarum & ſpecuum ſubterraneorum latibula minimè penetrat , atque ideo ut ea penetrare poſſit , lucernis opus erit , vult igitur Sophonias dicere, in Judicio finali *veniet Dominus,qui & illuminabit abſcondita tenebrarum , & manifeſtabit conſilia cordium.* Myſterio quoque non vacat verbum illud *ſcrutabor* ; quia de hoc Judice ſcribitur, quòd ſit *ſcrutans corda & renes Deus.* Vidiſtiſne aliquando , quid expertus anatomiſta circa cadaver aliquod anatomizandum facere ſoleat ? nimirum acutiſſima cum novacula pellem ſcindere incipit , poſtea lacerat carnem,venas aperit, dilatat cartilagines , imò uſque ad muſculos ad arterias, magisque intimas oſſium medullas ſcrutando progreditur. S. Joannes in Apocalypſi , ex ore Chriſti Judicis , egredientem vidit gladium, utráque parte acutum : *de ore ejus gladius,utráque parte acutus exibat* ; & hoc mediante , anatomiam cordium & renum perfectiſſimè abſolvet.Quia verò Deus ſe animas in lucernis inveſtigaturum eſſe dicit , revocandum eſt in memoriam , quòd Pſalmiſta vocem & verbum Dei lucernæ nomine appellet : *Lucerna pedibus meis verbum tuum & lumen ſemitis meis* ; huic autem verbo & voci Chriſti,S.Paulus titulum gladij acuti attribuit , qui abſtruſiſſimi humani cordis viſcera & præcordia penetrat , dicit enim : *Vivus eſt enim ſermo Dei,& efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti , & pertingens uſque ad diviſionem animæ ac ſpiritus , compagum quoque ac medullarum & diſcretor cogitationum & intentionum cordis , & non eſt ulla creatura inviſibilis in conſpectu ejus , omnia autem nuda & aperta ſunt oculis ejus.* Judices quidem pro noſtris tribunalibus ſedentes, ut veritatem in claram lucem edant, neceſſum habent fabricare proceſſus , teſtes examinare. eorumque teſtimonia ad invicem conferre, quia facilè decipere & decipi poſſunt , quia *pravum eſt cor omnium & inſcrutabile, quis cognoſcet illud?* At verò Deus illud apertè manifeſtat , ideoque dicit : *Ego Dominus ſcrutans cor & probans renes, qui do unicuique juxta viam ſuam , & juxta fructum adinventionum ſuarum.* Et ut Daniel ait : *Ipſe revelat profunda & abſconſita & novit , in tenebris conſtituta , & lux cum eo eſt.* Regius Pſalmiſta pariter dicit , quòd in die illo *conſumetur nequitia peccatorum , & diriges juſtum , ſcrutans corda & renes Deus*;Ubi S.Baſilius ſignificatum hujus dictionis. *Scrutans* , obſervans , ait : *Scrutatio propriè eſt , cum omnibus torturis & argumentis facta inquiſitio , quæ à judicibus adhibetur torturæ admotis,ut, ſi conſcij ſint rerum arcanarum , quæ in inquiſitionem poſitæ ſunt , vi tormentorum adacti, eas, prius delitescentes , in apertum conſtituant.* Imaginandum proinde nobis eſt,quòd , quidquid Judices hujus terræ operantur per torturas,comminationes , teſtes,& proceſſus ad manifeſtandam commiſſorum ſcelerum veritatem, hoc ipſum Chriſtus Judex multo melius operabitur per unicum tantum voluntatis ſuæ actum. Dionyſius Carthuſianus vim verbi hujus , *Scrutabor* , ponderans , Chriſtum hoc modo loquentem introducit. *Ego unigenitus Dei Jeſus Chriſtus , qui ſum Judex & teſtis , cui pater dedit omne judicium ; Jeruſalem, id eſt , animam credentem , lucernis , id eſt , libris conſcientiæ , vel lumine veritatis, & ſacræ Scripturæ ſermonibus examinabo.*

Pſ.7. v.10. S.Baſil. ibid. Dion.Carth. ibid.in Soph.

Declaratur myſterium throni judicis.

Dan.7. v.9. 2.Cor.5. 10.

Orig. lib.9. cap. 14. ad Rom.

3. Cœleſtis Sponſa divinum amatorem ſuum capræ aſſimilat , dicens : *Similis eſt dilectus meus capreæ.* At vero quænam inter regem gloriæ & capram , animal ſylveſtre , eſſe poteſt proportio ? S. Bernardus obſervat,capram acutiſſimo viſu præditam eſſe ; unde hanc proprietatem Chriſto , ad extremum judicium venturo, adaptans , inquit : *Time ſcrutinium judicis , time oculos capreæ, time illum qui per Prophetam dicit : erit in die illa , ſcrutabor Jeruſalem in lucernis ; acuto viſu eſt , nihil inſcrutatum relinquit. Oculis ſuis ſcrutabitur renes & corda , ipſaque cogitatio hominis conſcrutabitur illi.* Plinius quoque , quantumvis gentilis de Deo , licet ſibi non ſatis perſpicuè cognito, dicit : *Deus totus eſt ſenſus , totus viſus , totus auditus , totus animæ,totus animi , totus ſui.* Quaſi diceret : nihil eſt adeo occultum , quod ipſe neſciat, vel clarè non perſpiciat. Idem quoque Tertullianus affirmat, inquiens : *Deus totus eſt oculus.* Ipsâmet experientiâ teſte videmus , quòd tametſi nocturno tempore variæ in conclavi aliquo effigiatæ ſint pincturæ,ſculpturæ , flores , acu picta periſtromata; hæc tamen omnia, niſi obſcuritas noctis lucernâ aut face illuminetur , minimè diſtinguantur aut diſcernantur ; ſubitò verò illata in idem conclave lucerna , vel ardens facula *illuminat abſcondita tenebrarum* ; eodem modo quamdiu caligo & obſcuritas hujus vitæ durat , fines , intentiones perverſæ , conſiliorum machinæ , hypocriſes & fictiones , in corde maligno latentes , videri minimè poſſunt,at veniet tempus , in quo Chriſtus Sol juſtitiæ *illuminabit abſcondita tenebrarum , & manifeſtabit conſilia cordium* ; *ſcrutabitur Jeruſalem in lucernis.* Unde S.Antonius de Padua ait : *Sicut Lex corporalis manifeſtat figuras & picturas , turpes vel pulchras , juxta qualitates ipſorum colorum : ſic lux illa infinita ex ſuo ſplendore manifeſtabit , quidquid unquam fuit in cordibus bonum , ſive malum.* Nocturno tempore viſi nonnulli vermes parvæ ſtellulæ eſſe videntur, quæ tamen illuceſcente die vermes putridi eſſe conſpiciuntur ; ſic quoque quamdiu ſumus in hac caligine,quamdiu *videmus nunc per ſpeculum in ænigmate* , hæc vel illa proximi noſtri actio virtuoſa eſſe videtur, at verò tunc in oculis omnium intentio & finis perverſus & inordinatus , cum quo facta fuit , manifeſtè comparebit.

Cant.2. v.9. Chriſtus judex comparatur Capreæ. S.Bern. ſer. 55.in Cant.

Intimas cordis tenebras penetrans. 1.Cor.4. v.5

S.Anton. de Pad. Fer.2. poſt Dom.1. Quadr.

4. Hugo Cardinalis ſuper illa verba Pſalmiſtæ *ſcrutans corda & renes Deus* ; ita inquit , *id eſt , operationes,& cogitationes ſcrutans, & aſpiciens ; unde præcxit ſe habere oculos tanquam flammam ignis.* Dionyſius Carthuſianus eadem verba ſic interpretatur : *Scrutans,id eſt, intimè cernens , diligenter diſcutiens uſque ad unguem.* Sapiens Deum Spiritus noſtros , id eſt omnes actus interiores cordis & mentis diligenter ſcrutari & ponderare dicit : *Omnes viæ hominis patent oculis ejus ; Spirituum ponderator eſt Dominus*,ubi non dicit *actuum* ſed *ſpirituum* , quia noſtra quidem opera externa ut plurimum patent oculis hominum , at verò deſideria , intentiones & fines occultos , Deus tunc in bilance Archangeli collocabit , ut illos ponderet,& in conſpectu omnium manifeſtet , quia *manifeſtabit conſilia cordium.* Id quod S.Baſilius ſequenti exemplo declarat,inquiens : *Singula per partes ut ſeſe habeant veluti in pictura noſcuntur , exempli cauſa : quomodo ad patrandum quiſque adulterium properans è lecto ſurrexit , quibus paſſibus incedens uſus eſt , quo motu corporis , lentiore, an concitatiore ; quem habitum , cum progrederetur , aſſumpſit, ex qua parte irrumpens , uxorem*

Pſ.7. v.10. Hugo Card. Continuatur eadem materia. Dion. Carth. ibid.in Pſal. Prov.16.2.

1.Cor.4.v.5. S.Baſil.lib.de vera virginit.

uxorem alienam violavit , quo item ordine hanc mulier ad nefarium opus ſe proſtravit. Et quia hæc omnia in tenebris acta fuerunt (ſiquidem *qui malè agit , odit lucem*) ideo Chriſtus Judex ſeverißimæ juſtitiæ ſuæ lucernam accendet & *illuminabit abſcondita tenebrarum , ſcrutabitur in lucernis.* Unde apud Nahum Prophetam ait : *Revelabo pudenda tua in facie tua , & oſtendam gentibus nuditatem tuam.* David quidem ſe adulterium , cum Bethſabea commiſſum, coram oculis Iſraël , abſcondere poſſe ſperavit,at verò graviter ſe deceptum fuiſſe deprehendit,ſiquidem Deus illud per Nathan Prophetam velut per præconem publicari fecit : *Tu feciſti enim abſconditè , ego autem faciam verbum iſtud in conſpectu omnis Iſraël, & in conſpectu Solis.*

Joan.3.20. 1.Cor.4. 5. Nahum 3. v.5. 2.Reg.12. v.12.

5. Danieli quondam Filius Dei, ad judicium univerſale venturus , in throno magnifico conſidens , per viſionem quamdam repræſentatus fuit : *Aſpiciebam,donec throni poſiti ſunt , & Antiquus dierum ſedit.* De quo tribunali S. Paulus quoque mentionem facit,inquiens : *Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti* ; hujus autem throni myſterium Origenes his verbis declarat : *Judicandi forma ex ijs , quæ inter homines geruntur , aſſumpta eſt, quò ſcilicet noſceremus , quia ſicut judex ille terrenus ceſſorem quemdam locum , quod tribunal appellatur , aſcendit , ut ex eo altior & eminentior cæteris , qui judicandi ſunt , ſiat ; ne conſpectui ejus lateant vel malorum ſupplicia vel allegationes innocentium ; intelligamus & judicem omnium Chriſtum , naturæ & majeſtate cæteris eminentem , inſpicere corda & conſcientias ſingulorum , manifeſtare occulta , & objecta revelare , ut & bonis actibus laudem tribuat , & mali pœnam , quam merentur , accipiant. Judicabit* , inquit pariter Bellovacenſis , *& manifeſtabit , quâ intentione , & affectione , attentione , & in quo ſtatu opera facta ſint.* Regius Pſaltes ait : *Delicta quis intelligit ? ab occultis meis munda me , & ab alienis parce ſervo tuo.* Etenim quot erunt tranſgreſſiones , quas quotidie commiſimus , de quibus nullum nobis fecimus ſcrupulum , ſive quia de illis non cogitavimus , ſive quia eadem ignoravimus ? At verò tunc *ſcrutabitur Jeruſalem in lucernis.*Unde S.Bernardus ait: *Multa peccata tunc proruent ex improviſo , quaſi ex inſidijs , quæ modo non vides, & forſan plura & terribiliora bis , quæ nunc vides.*

Declaratur myſterium throni judicis. Dan.7. v.9. 2.Cor.5. 10. Orig. lib.9. cap. 14. ad Rom. Bellov. ſpec. mor.l.2. diſt. 6. Pſ.18. v.13. S.Bern. de inter. domo c.38.

6. Sapientia Incarnata apud S.Matthæum , Scribas & Phariſæos reprehendens , inquit : *De corde enim exeant cogitationes malæ , homicidia , adulteria , fornicationes , furta , falſa teſtimonia, blaſphemiæ.* Hæc autem omnia peccata , quæ non tranſierunt in actum, ſive per verecundiam , ſive ob impotentiam , ſive ob alium quemcumque finem , quæ tamen interius in corde machinati fuimus , quorum ſunt innumera , in illa die prodibunt in lucem; nam ut Paulus de Palatio hunc textum exponens , inquit : *Vita Chriſtiana maximè interioribus intenta eſt , contra Moſaica exterioribus* ; & ob hoc motivum , S.Cyrillus Alexandrinus , miſeram reproborum in illo noviſſimo die conditionem deploravit , dicens : *Væ ſontibus , cum mentis agitationes arguentur , & pravarum cogitationum conſpirationes trutinabuntur , & mens expenderetur. Trutinabuntur* , inquit , quia meritum & malitia actuum humanorum ex fine, intentione,& animo ponderabitur,cum quo fuerunt eliciti ; *nam ſpirituum ponderator eſt Deus :* Tunc igitur in bilance æquitatis & juſtitiæ ſuæ , per infinitam ſuam ſapientiam , in pondere ſanctuarij ponderabit omnes cogitationes noſtras & deſiderια occulta,eadem in conſpectu univerſi cujuſque manifeſtando, ſiquidem *omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti.* S. Ephrem de comparitione crucis in judicio , quando Redemptor judicaturus deſcendet , quæ Sole luminoſior erit, diſſerens,inquit : *Horrendum, Fratres, tibi erit judicium , in quo etiam abſque teſtibus cuncta erunt manifeſta opera atque ſermones,cogitationes & animorum ſenſa*,nam ut ſuperius ex ſententia Apoſtoli diximus, ante tribunal Chriſti *omnia enim nuda & aperta erant oculis ejus.*

Matth.15. v.19. Peccata quæ ſolum in corde machinati fumus, tunc etiam manifeſta erunt. Paulus de Palat. ibid. 1.Cyrill. Alex.T.5. p.2. Hom. div. ult. Prov.16. 2. 2.Cor.5. 10. S.Ephr.T.1. de apparit. Crucis. Hebr.4 v.13. Hoc declaratur duabus ſimilitudinibus. S.Iſid. Peluſ. l.1. Ep 94. Victimarum exenteratarū.

S. Iſidorus Peluſiota victimarum exenteratarum adducit ſimilitudinem,inquiens : *Hæc verba,nuda, & aperta, translatione ducta à victimis,quæ ad ſacrificium adhibentur , à Paulo , ingenti ſapientiâ prædito viro, ſcripta ſunt. Quemadmodum enim illæ , cum pelles detrahuntur , omni conſpicuo indumento ſpoliantur , abditarumque interne partium ſtatum & affectionem indicant , atque ad omnium oſſium & membrorum indagationem diſſecantur , ut omnia ob rei, cui adhibentur ,*

puritatem expurgentur ; eodem etiam modo , in magno illo Domini die , actionum nobis incognitarum , & obſcurarum patefactio cuncta denudabit , diſſectionique ſimilis apparebit. Neque enim quiſquam latere poterit , verùm omnes in apertum adducentur. S. Thomas de Villa nova in concione ſuper Dominicam primam adventus , hanc omnium interiorum animæ,in illa die inſtituendam manifeſtationem , ſequenti declarat ſimilitudine, inquiens : *Omnia ſecreta cordium , omnes cogitationes , affectiones que & deſiderια nudabuntur. Omnia opera , ſive bona ſive mala , publicabuntur ; & ita quiſque aſtantium conſcius erit alterarum cogitationum , affectionum , & operum ſicut ſuorum. Deo prudente , omnibus nota erunt,ut omnibus Dei juſtitia manifeſta ſit. Sicut enim in radio Solis atomi , qui prius non apparebant , oculis fiunt noti , ita in radio divinæ lucis, omnis illa congeries cogitationum , affectionum , & operum , veluti atomorum multitudo aperte & clarè videbitur coram omnibus.* Monet quoque idem S.Præſul , ut in operationibus intellectualibus magna cùm cautela procedamus , nec perſuadeamus nobis illas fore occultas, nobiſque ſolum notas, quia tunc *manifeſtabit conſilia cordium.* Hoc eſt , quod Dominus apertè in Evangelio inſinuat. *Nihil opertum,quod non reveletur ; neque abſconditum , quod non ſciatur ; quoniam quæ in tenebris dixiſtis , in lumine dicentur.*

S.Th. de Villa nova conc.2. in Dom.1. Adv.

Et atomorū in radijs ſolis.

7. *Scrutabor in lucernis.* Quænam obſecro hæc lucerna erit , per quam omne id , quod in tenebris & occulto operati aut meditati fuimus,revelabit?Salvator noſter apud S. Lucam parabolam proponit mulieris,quæ accenſa lucerna everrit domum , ut drachmam perditam reinveniret : *Accendit lucernam , & everrit domum , & quærit diligenter.* Per hanc mulierem Gloſſa,divinam intelligit Sapientiam , inquiens : *Dei ſapientia decem drachmas habuit , cum homines & angelos ad imaginem ſuam creavit , ſed unam perdidit, cum homo à ſimilitudine Creatoris receſſit.* Cui & Hugo Cardinalis ſubſcribit, dum ait : *Per drachmam ſignificatur qualibet anima , Dei imagine inſignita.* Divina itaque incarnata Sapientia hanc videns perditam animam (ut cum Gloſſa loquar) *lucernam ad quærendum accendit , cum in carne apparuit , quia lucerna eſt lux in teſta, id eſt , Verbum in carne* ; aſt quia incarnationem , redemptionemque minimè ſibi utilem reddidit anima, ideo in judicio prævaricationem hanc illi exprobrabit Dominus , *everret domum , quia conſcientias hominum* , inquit Gloſſa , *de reatu ſuo perturbabit.* Conſcientias diſſipabit per lucernam , id eſt , evangelij , Scripturæ ſacræ , & legis , quam quælibet anima obſervare tenebatur , oſtenſionem , juxta quod Sapiens inquit : *Mandatum lucerna eſt, Lex lux* ; & Pſalmiſta : *Lucerna pedibus meis verbum tuum & lumen ſemitis meis.* Nemo ſeſe excuſare poterit de ſuis prævaricationibus cæſibusque in via Dei , ſiquidem ſemper ad rectè dirigendos pedes ſuos divinam ante oculos legem habebat ; unde & Pſalmiſta immediatè ſubjungit , dicens : *Juravi & ſtatui cuſtodire judicia juſtitiæ tuæ.*Cauſa itaque principalis,cur in profundiſſimum præcipitemur baratrum , eſt , quia in obſcuro gradimur,& intellectus noſtri oculos huic divinæ legis & evangelij lucernæ occludimus.

Per drachmā perditam intelligitur anima peccatrix. Luc.15. v.8. Gloſſa ibid. Hugo Card. ibid. Quæ quæretur in illo die cum lucerna. Gloſſa. Prov.6. 23. Pſ.118.105.

8. S. Ambroſius illa Pſalmiſtæ commentans verba : *Ignitum eloquium tuum vehementer , & ſervus tuus dilexit illud* ita ad idem diſcurrit propoſitum : *Tripliciter deſcribe tibi ignitum eloquium Dei , vel quod inundat vel quod accendit , vel quod illuminat audientes ; ideo ait Dominus : ſcrutatus ſum Jeruſalem ad lucernam.* Sed quid per noſtram putatis accidere miſeriam ? audite conſequentem diſcurſum : *Sed neminem in ea vel qui mundaretur , vel qui incenderetur , aut illuminaretur,invenit ; ideo eam in tenebris dereliquit.* Denique & S.Ephrem dictam Evangelij lucernam in die judicij, ut noſtras revelet tenebras , in medium adducendam his aſtruit verbis : *Videte , quod ſecundùm Evangelium ſumus judicandi in illo die , attendite diligenter, quæ ſcripta ſunt , & non deſpexeritis.*

Pſ.118.140. S.Ambroſ. ſer.18.ibid. S.Ephr.T.2. orat.de fut. judicio.

DISCURSUS XV.
ARGUMENTUM.

Variæ adducuntur opiniones circa libros, qui in judicio finali aperiendi ſunt , in quibus divinâ virtute, plena & diſtincta unicuique revelabitur conſcientiæ propriæ & aliorum notitia , fietque examen in comparatione actuum noſtrorum ad legem divinam.

THEMA.

Libri aperti sunt ... & judicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris secundum opera ipsorum.
Apoc. 20. ℣. 12.

In judicio pro impijs aperientur libri, pro electis verò liber unus.

1. S. Joanni in Apocalypsi Augustus, in quo Christus judicium universale aggressurus confidebit, thronus exhibitus fuit, prout his ipsemet attestatur verbis: *Et vidi thronum magnum & sedentem super eum, à cujus conspectu fugit terra & cælum, & vidi mortuos magnos & pusillos, stantes in conspectu throni & libri aperti sunt.* Ubi Lyranus inquit: *Hoc litteraliter exponitur de judicio finali.* De quibus libris Ecclesia in sequentia pro defunctis ita canit: *Liber scriptus proferetur, in quo totum continetur, unde mundus judicetur.* Unde & Daniel de tremendo Christi judicantis tribunali agens, libros illos in numero plurali insinuat, dicens: *Judicium sedit & libri aperti sunt.* Et S. Joannes: *Libri aperti sunt*, qui tamen paulo post in numero singulari subdit, dicens: *& alius liber apertus est, qui est vitæ.* Cur verò hunc unum, illos verò multos esse arbitramini? undenam hæc differentia? dubio nostro S. respondet Ambrosius in hæc verba: *Libri multi ad reprobos, unus, qui est vitæ, ad electos pertinet. Multos libros reprobi possident, quia multis modis Deum offendunt.* Aliam tamen hujus mysterij rationem assignat Alcazar, dum ait: *cum, qui salvantur, sint pauci, & qui damnantur, multi, ideo prædestinatorum librum esse unicum, reproborum plures.* Unde ipsemet Judex sæpius hanc tremendam in Evangelio statuit conclusionem: *Multi sunt vocati, pauci verò electi.*

Dan. 7. v. 10. Apoc. 20. 12. Ibid. S. Ambr. in Glossa. Alcazar ib.

2. *Libri aperti sunt.* In discursu decimo, igne muridum conflagraturum probavimus juxta illa Psalmistæ verba: *Ignis ante ipsum præcedet & inflammabit in circuitu.* Unde meritò quæritur, quâ ratione conservandi sint illæsi hi libri? Scio equidem Jeremiæ à Deo præceptum fuisse, ut libros quosdam ab incendio, quod Jerosolymæ à Chaldæis imminebat, & in eodem capite prædictum fuerat, illæsos conservaret; dixit enim Deus ad ipsum: *Sume libros tibi, librum emptionis hunc signatum, & librum hunc qui apertus est, & pone illos in vase fictili, ut permanere possint diebus multis.* Est quidem axioma irrefragabile ab Angelo pronunciatum: *Non erit impossibile apud Deum omne verbum.* Verumtamen supponendum hîc est, libros illos, qui tunc aperientur, nequaquam chartaceos futuros esse; nam ut S. Anton. ex authoritate S. Augustini optimè notat: *Nimis magnus esset liber ille, in quo scripta essent omnia facta cunctis hominis, nedum omnium hominum mundi.* Ac proinde dictus Anton. concludit, per hæc volumina uniuscujusque conscientias intelligendas esse: *Per librum*, inquit, *intelliguntur conscientiæ singulorum.* Glossa quoque ait: *Libri conscientiæ singulorum, quæ apertæ omnibus erunt.* Rupert. Abbas pariter in comment. horum verborum, ita scribit: *Apertio librorum, manifestatio est conscientiarum.* S. Thomas in quodam articulo sequens allegat S. Augustini testimonium, dicentis: *habet pro inconvenienti quòd legatur aliquis liber materialis in judicio, in quo facta singulorum sint scripta, eò quòd nullus valeat æstimare illius magnitudinem, vel quanto tempore legi posset; sed similiter etiam non posset æstimari tempus, quantum oportet ponere ad considerandum omnia merita & demerita sua, & aliena ab aliquo homine, si succesivè diversa videat.* Ac proinde Doct. Angelicus expedire dicit, ut unaquæque anima in brevissimo rempore omnia videat, unde hanc statuit conclusionem: *esse in instanti aliquis visurus non sit singula, tamen brevissimo tempore, auxilio divinæ virtutis, omnia particularia considerabit.* Albertus Magn. eidem quoque opinioni subscribit, inquiens: *liber apertus est, id est, quædam vis divina, ostendens unicuique facta sua.*

Per illos libros intelligitur conscientia. S. Ant. sum. Theol. l. 4. p. 4. tit. 14. c. 11. §. 7. Glossa. ibid. Rup. Abb. l. 11. in Apoc. ib. S. Thom. 3. p. q. 37. Art. 3. Apoc. 20. 12. Alb. Magn. ibid.

3. S. Apostolus de hoc novissimo die differens, inquit: *In momento, in ictu oculi*, scil. hæc omnia fient; oculus enim acutus & perspicax unico obtutu in brevissimo tempore innumera & quasi infinitè à se distantia conspicit objecta, cujusmodi sunt stellæ in firmamento; quantò igitur magis per virtutem supernaturalem animæ à Deo infusam, homo ante se præsentia videre poterit, quæcumque in decursu 60. vel 80. annorum ab ipso facta, dicta, cogitata & neglecta fuerunt? Non est quidem revocandum in dubium, inquit idem Sanctus, quin animæ beatæ in unico instanti omnia videant merita vel demerita, propria vel aliena, quin *omnia in verbo videbunt*; at verò de reprobis & damnatis major est difficultas, eò quòd intellectus ipsorum ad visionem Dei non sit elevatus; ac proinde quoad illos sequentem statuit conclusionem: *Singula*, inquit, *considerabunt, non tamen in instanti sed in tempore brevissimo divina virtute ad hoc adjuvante.* Eamdem quoque doctrinam à Bellovacensi traditam invenio, qui ad nostram instructionem ita scribit: *Tunc virtute divinâ fiet, ut unicuique omnia opera sua, bona vel mala, ad memoriam revocentur ac mentis intuitu mirâ celeritate cernantur, ut hominem vel accuset conscientia, vel excusèt; Eaque teste, vel damnetur æternaliter vel salvetur.* S. Bernardin. pariter huic Doctoris Angelici opinioni subscribit, inquiens: *Conscientia liber est in die judicij aperiendus, nam tunc singulis aderit vis divina, & tunc hâc virtute fiet, ut omnia merita vel demerita sibi ipsis & cæteris innotescant.* Quod verò unumquemque in particulari attinet, idem S. Pater subjungit: *primò sibi ipsi propria innotescent; ut in promptu habeant singuli cogitationes, & accusantes, vel etiam defendentes. Reducentur enim ad memoriam singulorum cogitationes, affectiones, operationes, & intentiones ad ostensionem divinæ justitiæ.* S. Bernardus in suis meditationibus ijsdem quasi verbis, idipsum dicit, præterquam quod sequentes duos hosce versus adjungat.

Bellov. spec. mor. l. 2. dist. 5. S. Bern. ibid. S. Bern. T. 2. ser. 52. Ad. 3. c. 3. S. Bern. c. 2. Medit.

Judicium faciet gestorum quisque suorum,
Cunctaque cunctorum cunctis arcana patebunt.

4. S. Basilius de apertura horum librorum tractans, inquit: *Libri aperti sunt, qui manifestè bona, mala, aperta, abdita, facta, verba, cogitationes, omnia acervatim, ita ut ab angelis & hominibus exaudiri possint, patefacient.* Porro dies judicij extremi in libro sapientiæ appellatur *dies agnitionis*; *scil. universalis*, ut exponit Doct. Seraphicus, *quæ erit in judicio secundum Glossam; dies autem judicij dicitur dies agnitionis quoad bonos, qui à Deo cognoscentur; item quoad malos, quia occulta eorum cognoscentur.* Hoc autem agnitionis lumen, ut Origenes inquit, à Deo unicuique animæ infundetur; nam *volens Deus ventilare omnium mentes, ut unusquisque sentiat proprios actus bonos & malos, citò omnia ab omnibus gesta, omni tempore facient singulis quibusque in mentem ineffabili quadam virtute venire.* Neque solum claram nobis Deus & solicitam infundet agnitionem, ad rememorandum & repræsentandum nobis, quidquid fecerimus, verum insuper ad manifestandum quidquid à principio creationis suæ ad finem usque sæculorum à nobis gestum fuerit. *Non relinquetur in cælo Angelus*, inquit S. Thomas de Villa nova, *neque dæmon in inferno, neque quisquam hominum, ex quo Adam conditus est, sive in cælo sit, sive in inferno, sive in limbo, qui non astet in hoc judicio, & bonorum malorumque causam apertissimè cognoscat.* Venerabilis Beda observat, quòd alij legant: *liber, qui est vitæ unusquisque*; & subdit: *librum vitæ unusquisque, memoriam dicit gestorum nostrorum*; certum est igitur, quòd omnes libri conscientiarum & vitæ cujusliber hominis aperientur, nam ut S. Augustin. ait: *Futurum est, ut per Dei potentiam, cujusque opera mirâ celeritate à quolibet conspiciantur.* Et Origenes inquit: *nudabitur universæ, ut ego arbitror, creaturæ rationabili cor nostrum, videbunt hæc & legent etiam angeli, & millies millia angelorum, & decies millies dena millia ministrorum.*

Orig. Tr. 9. in Matth. S. Th. de Villa nova conc. 1. in Dom. 1. Adv. V. Beda T. 5. in Apoc. S. Aug. l. 2. de civ. Dei. c. 14. Orig. l. 9. c. 12 ad Rom.

5. D. Chrysost. modum nobis insinuare volens, quo animam nostram in Dei habitationem custodire valeamus, ita in quadam homilia concionatur: *Ut animam tuam velut Dei habitaculum præpares, memento horrendi multum & tremendi illius diei, in quo omnes Christi throno assistentes rerum hîc gestarum rationes reddemus, ubi ante omnium oculos peccata nostra ponentur, & rursum revelabuntur & ignorantibus, ostendentur actiones, ubi omnia nuda & aperta, ubi cordium nostrorum libri aperientur, & in medio theatri manifesta legentur & occulta, nocturna & diurna, & ex inconsideranta & oblivione facta.* Idem quoque S. Doctor in alia quadam homilia super illa verba: *libri aperti sunt*, inquit: *Libri, in quibus scripta sunt mala, in quibus scripta sunt bona, in quibus scripta est cujusque vita.* Qui & id, quod paulo ante ex sententia S. Thomæ & Antonini diximus, scil. quòd libri hi non sint futuri manuscripti vel impressi, his verbis confirmat: *Librum autem vocat, non quod pellis aut membrana sit apud Deum & litteræ, sed quoniam apud te liber memoriæ est instrumentum, Dei memoriam tanquam in libro positam narrat, libro siquidem Deus non indiget; liber enim Deo est memoria.* In his itaque apertis libris S. Ephrem, notitiam nobis omnibusque alijs continenti astruit manifestissimam eorum omnium, quæ per totius

D. Chrysost. T. 6. Hom. de cæco & Zachæo. Quomodo anima nostra in Dei habitationem sit custodienda.

totius vitæ nostræ decursum fecimus aut cogitavimus. *Libri aperti sunt* (inquit ille) *bona & mala, manifesta & occulta, facta & dicta atque cogitationes, omnia acervatim ita ut ab omnibus pariter angelis & hominibus exaudiri possint, aperiè revelabuntur.* Quam eamdem irrefragabilem sententiam S. quoque sustinet Bernardinus, dum vitam, actiones, cogitationes, intentiones & quemcumque alium cujuscumq; animæ statum & conditionem minutissimè propalari debere, in hæc astruit verba: *Innotescent omnibus alijs singula singulorum & gesta & cogitata, bona & mala, & ex tunc nota erunt omnibus & aperta.*

S. Ephr. T. 1. orat. de fut. judicio. S. Bern. ibid.

Qualiter autem hæc notitia communicari possit, Cornelius à Lapide ad varios & differentes se reflectens modos, declarat, quos inter primum hunc statuit: *per locutionem mentalem, nimirum per divinam revelationem ex sua omniscientia cuique indendo & suggerendo, quidquid aliud quisque fecerit.* Exemplumque adducit Prophetarum, qui per Dei revelationem atque inspirationem, futuros post sæcula multa prædicebant eventus. Secundum autem modum in hæc infinuat verba: *Deo simul & semel elevante omnium hominum phantasiam & intellectum, illisque vires & lumen supernaturale præbente ac concurrente supernaturaliter cum quocumque, ut videat facta cujuscumque in alterius conscientia & memoria quasi descripta.*

Corn. à Lap. in Apocal. Quomodo notitia singulorum peccatorum alijs possit communicari.

6. *Libri aperti sunt.* Notabilis quædam horum in præsenti librorum, alias inter occurrit conditio, quod scilicet omnia, quorum rei fuimus sumusque, continebunt peccata, dicente ecclesiâ: *Liber scriptus proferetur, in quo totum continetur, Judicabuntur* (verba sunt Lyrani) *non solùm secundum opera & dicta, sed etiam secundum intentiones interiores & cogitata. In quo totum continetur*, in libro namque uniuscujusque scientiæ non modò opera legentur & verba, sed etiam desideria, cogitatus, intentiones, quin & imaginationes, quas ab eo tempore, quo usum rationis possidere incepimus, elicuimus aut habuimus umquam, quasque infinitas 70. annorum cogitationes numerare numquam potuimus, tunc omnes simul contemplabimur conjunctas cum singulis circumstantijs temporis, loci, & modi, tunc verba illa, quæ in auras evanuere, contra nos montium instar consurgent, dicente Christo: *dico autem vobis, quantam omne verbum otiosum, quòd locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicij.*

In libro conscientiæ continentur omnia peccata quorum rei sumus. Lyran. in Apocal. Matt. 12. 36. Omnia secretiora negotia legentur in libris conscientiarum nostrarum ab omnibus.

7. *Liber conscientiarum continebit tria capitula*, inquit S. Bonaventura: *cogitationes, quia ut dicitur: in cogitationibus impij interrogatio erit: continebit etiam verba & locutiones otiosas.* Idque ex illo probat citato textu: *Omne verbum otiosum, &c.* Continebit etiam liber ille facta & operationes, juxta illum Ecclesiastis textum: *Cuncta quæ fiunt adducet Deus in judicium pro omni errato, sive bonum, sive malum illud sit.* Neque minus obiter libri hujus aperti, omniaque continentis Scripturam examinavit S. Thomas de Villa nova, quando in primo super primam dominicam adventus, discursu ita sermocinatur: *Omnia opera ejus, cogitationes & affectus in libro Dei scripti sunt: & sicut ipse per Prophetam ait! condita sunt apud ipsum & signata in thesauris ejus: unde rursus alius Propheta inquit: Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur, scilicet defectus mei, dies formabuntur, id est, tuæ lucis radius fulgebit in judicio, & nemo in eis, scilicet latebit.*

S. Bonav. in Diæt. salut. Tit. 9. c. un. Liber conscientiæ continebit tria capitula. Eccle. 12, 14. S. Thom. de Villa nov. ser. in Dom. 1. Adv.

8. Celebrem aliquando Zacharias Propheta habuit visionem, quam his ipsemet exprimit verbis: *Et levavi oculos meos & vidi, & ecce volumen volans, & dixit ad me, quid tu vides? Et dixi, ego video volumen volans, longitudo ejus viginti cubitorum, & latitudo ejus decem cubitorum. Et dixit ad me, hæc est maledictio.* Hoc igitur loquendi modo Spiritus S. nos edocere voluit, quòd maledictorum reproborumque processus immensus futurus sit, utpote innumerabiles in se contenturus excessus, quandoquidem *impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit; Peccator adjicit ad peccandum, Abyssus abyssum invocat.* Opportunum igitur Ecclesiastes nobis tradit monitum, dicens: *Si annis multis vixerit homo, & in his omnibus lætatus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis & dierum multorum.* Heu nobis, si rigorosum de quolibet verbo otioso instituendum est examen, quot quantaque si vitæ nostræ annos, menses, septimanas, dies, & horas numeraverimus, deprehendemus, præter ea, quæ nos subterfugerint latenter peccata? Quot alios inveniemus excessus? totum hoc in illo ad perpetuam memoriam indelebiliter continetur volumine,

Zach. 5. v. 1. Reproborum processus, erit immensus. Prov. 18. 3. Eccli. 3. 29. Psal. 41. v. 8. Eccle. 11. 8. Rigorosam reddere debimus rationē de quolibet verbo otioso.

aperiendo coram tremendo illo tribunali: *Liber scriptus proferetur, in quo totum continetur, unde mundus judicetur.* Hujus autem tam exactæ discussionis, ad notitiam uniuscujusque deducendæ, rationem S. Antoninus assignat his verbis: *Sicut oportet, quòd judex & assessor judicis merita causæ cognoscant ad hoc, ut justam sententiam proferant: ita oportet ad hoc ut justa sententia appareat, quod omnibus, sententiam cognoscentibus merita innotescant, unde sicut unicuique nota erit sua præmiatio & damnatio, & omnibus alijs innotescet; ita oportet, quod sicut cuilibet sua merita, vel demerita reducet ad memoriam, ita etiam & aliena ejus cognitioni subjaceant.*

S. Antonin. Sum. Theol. p. 4. Tit. 14. c. 11. §. 7.

9. *Libri aperti sunt.* Per hosce libros Venerabilis Beda Sacram Scripturam, id est, duo Testamenta, vetus & novum, intelligit, quæ coram fidelibus adducentur, ut examinetur, an per opera sua dogmatibus ex præceptis Evangelicis corresponderint. *Libros apertos*, inquit, *testamenta Dei dicit, secundum enim utrumque testamentum judicabitur mundus.* Glossa similiter ait: *Libri, id est, divina præcepta, quæ quia dimiserunt, scient se pro merito puniri.* Quapropter imaginemini vobis, ac si judicem è cœlo in vallem Josaphat in illa similitudine descendentem videretis, quæ in Deuteronomio capite 33. repræsentata fuit, ubi dicitur: *Apparuit de monte, pharan & cum eo sanctorum millia. In dextera ejus ignea lex.* Ubi, ut Cajetanus advertit, in Hebræo legitur: *à dextera ejus ignis, lex eis*; qui idem subjungit: *Non dicit, quòd in manu dextera gestaret ignem aut legem, sed quòd à dextera ejus erat tam ignis quàm lex: in specie siquidem principis apparebit, ad cujus dexteram lex gestabatur & ignis.* Et quidem lex eo fine deserviet, ut uniuscujusque vita exinde examinetur, an videlicet hæc conformiter ad illam regulata fuerit: ignis autem adhibebitur, ut per illum transgressores æternaliter puniantur. Verum quæres forsitan, quisnam futurus sit liber, qui coram paganis, Mahometanis, alijsque infidelibus, Evangelij notitiâ destitutis, ad eos confutandos aperiendus erit? Respondetur, librum hunc futurum esse legem naturæ, & instinctum rationis, de quo in Psalmo dicitur: *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine*, ex hoc enim libro examinabuntur infideles & pagani, an conformiter huic lumini vixerint; Si enim huic lumini cooperati fuissent, Deus utique sacrosanctum lavacrum baptismi illis procurare non omisisset; unde Apostolus ad Romanos scribit: *Cum enim gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt, ejusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientiâ ipsorum; & inter se invicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus, in die cum judicabit Deus occulta hominum secundùm Evangelium meum, per Jesum Christum.* Denique quod nos attinet, Hugo Cardinalis inquit: *Libri sunt præcepta Dei, quæ modò clausa sunt multis, quia non attendunt quid sequitur ad impletionem eorum vel transgressionem: Sed tunc aperti erunt libri, quando videbunt se puniri, quia præcepta Dei dimiserunt.* S. Thomas pariter, vel quisquis commentarij in Apocalypsin alius est author ita scribit: *Libri id est divina præcepta manifesta erunt, quæ modo multi nolunt cognoscere.* Venerabilis Beda aliam hisce libris expositionem adhibet, dicit enim: *Possunt etiam libri facta justorum intelligi, quorum dum ex comparatione reprobi damnantur, quasi in librorum expansione legunt bonum, quòd agere ipse noluerunt.* Denique S. Bonaventura quoad librum vitæ ita scribit: *aperietur liber vitæ, id est, Christus, cujus virtute manifestabuntur secreta conscientiarum unius ad alterum.*

Per libros aperiendos intelligitur Lex vetus & nova. V. Beda ibid. Gloss. ibid. Quis liber aperiendus sit coram infidelibus. Psal. 4. v. 7. Rom. 2. v. 14. Hugo Card. in Apoc. S. Thom. in Apoc. V. Beda ibid. S. Bonav. ibi.

DISCURSUS XVI.

ARGUMENTUM.

Excessiva erit reproborum erubescentia & confusio, dum sua videbunt, in conspectu omnium, manifestari peccata, adeo ut illa occultare haud quaquam possint.

THEMA.

Ecce ego ad te, dicit Dominus exercituum & revelabo pudenda tua in facie tua & ostendam gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam. Nahum. cap. 3. vers. 5.

1. Glossa Interlinearis ingeniosè observat Deum statuisse, confusionem & erubescentiam reprobi

bi,mundo,non per Angelum, vel quemvis alium , sed per semetipsum immediatè & directè revelare voluisse. Unde ait : *non Angelis vel cuiquam alij committam judicium tuum , sed ipse discooperiam pudenda tua.* Haymon Halberstadiensis in commentario horum verborum , perspicuè nobis explicat similitudinem , quâ divina sapientia hoc loco utitur,ad exprimendam confusionem & ignominiam præscitorum , quando coram tribunali supremi judicis præsentabuntur : *Est*, inquit,*metaphora mulieris adulteræ , quæ cum fuerit deprehensa , producitur in medium , & ante omnium oculos damnatur. Hæc ad mundum tropologicè referri possunt , cujus pudenda in faciem Dominus revelabit.* Huc quoque referri potest , quod Rupertus Abbas in expositione hujus textus , ad aliud licet propositum, his verbis scribit : *Nuda tua pudentis conscientia patebit in facie tua , in oculis tuis , jugi memoria quasi libro aperto, ut legere cogaris, quæcumque fecisti, dixisti, aut mente tractasti.*

Interlin. Judex per semetipsum,nõ per alium, revelabit peccata nostra.

Haym.c.3. in Nahum. ibid.

Rup. Abbas l.3. in Nah. ibid.

2. S. Thomas de Villa nova rationem assignat, cùr justissimus judex disposuerit punire impios, præter pœnam & supplicium æternum , insuper confusione & vituperio,idque in conspectu totius cœli , terræ,& inferni. Adducitque justitiæ politicæ , quæ in nostris tribunalibus administratur , sequens exemplum , *peccator non solùm meretur pœnam , sed etiam verecundium & confusionem , unde justissimè præcipiunt leges Imperatorum, ut delicta eorum publicè puniantur , ut videlicet pœnam inflictam astantium verecundia & confusio comitetur.* Unde si Judex aliquis famosum quemdam latronem secretò in carcere decapitari curet , æquis justitiæ legibus minimè satisfaciet, quia de supplicio , latrocinijs debito , magnam partem admit , scilicet confusionem & contumeliam publicam , in conspectu omnium illi meritò irrogandam, quæ per nullam aliam pœnam suppleri potest, cum confusio ad sphæram, quasi pœnâ superiorem pertineat.

S.Thom. de Villa nov. ser. 2. in Dom. 1. Adv.

Subdit verò S.Thomas cujus totus hic est discursus : *Usque adeo confusio & verecundia humana pœna est , ut hæc præcipua sit hominis pœna , quatenus homo est ; nam & jumenta flagellari , cruciari , occidi possunt, sed non verecundari, quo sit , ut ingenuus quisque malit aliquando secretò torqueri , quàm publicè confundi & libenter quamlibet pœnam secreto portare, ut publici pudoris confusionem evadat.*

Impij etiam punientur confusione & vituperio.

3. Propheta Evangelicus quondam de Filio Dei , ad judicium universale venturo , prædixit : *erubescet luna , & confundetur Sol , cum regnaverit Dominus exercituum in monte Sion.* Sed amabo , quisnam est hic mons,in quo Filius Dei est regnaturus ? Dionysius Carthusianus per hunc montem, cœlum intelligit, ait enim : *cum peracto judicio regnaverit in gloria triumphanti.* Sed unde rubor hic & verecundia splendidissimis cœli luminaribus , soli videlicet & lunæ eveniet ? Idem Carthusianus ait : *Hoc metaphoricè intelligendum est ; ita quod Sol & luna dicuntur confundi.* In his namque astris cœlestibus , ut benè Oleaster observat nulla dari potest erubescentia , cum hæc operum turpium conscientiam & cognitionem supponat ; *In Sole & luna* , inquit , *non potest esse verecundia vel erubescentia , quæ supponit turpes actus , aut mali cognitionem ; Sed significatur, lunam & solem se habituros ad modum erubescentis , qui faciem suam operit , & occultat , & erubescit.* Glossa ex S. Hieronymo hanc affignat erubescentiæ horum luminarium rationem , quia *cernent homines , qua suo fraudantur lumine , nihil dignum Dei hominisve fecisse, qui Solem suum oriri facit super justos & injustos.* Nescio , annon Hugo Cardinalis in expositione hujus textus exaggerativè locutus fuerit, quando sibi persuasit , quòd Sol & luna suam cooperient faciem,ob turpitudinum & abominationum nostrarum verecundiam,dicit enim : *Visis nequitijs hominum,quæ omnibus patebunt , erubescere possent.* Nescio itidem , an pariter exaggeratio an verò veritas sit , si quis diceret confusionem , quæ in illa die reprobos cruciabit , ipso inferno futuram esse pœnosiorem ; Profectò idipsum afferere non auderem , nisi idipsum in duobus sanctis,maximæ fidei Parribus , me legisse recordarer. Quorum primus est S.Basilius qui opinionem hanc in illis verbis exprimit : *Plus torquentur iniqui peccatores pudore in extremo judicio , cum illis ante oculos fuerint propositæ peccatorum maculosæ sordes , quam cum fuerint igni æterno traditi.* Alter verò S. Pater, qui hanc quoque opinionem sustinuit , est Divus Chrysologus , qui parabolam exponens villici Evangelici (qui,ut in discursu decimo tertio vidimus, typus est animæ , in funesto illo die coram tribunali Christi examinandæ) dum hæc illius verba : *Mendicare erubesco*, exponens ita scribit : *confusionem futuri judicij pertimescit , in quo jam non pœnitendi tempus est , sed pœnarum , & ubi reus magis de conscientia,quàm de gehennæ erubescit incendio.*

Isai.24.23. Quomodo Sol & Luna erubescent & confundentur in judicio.

Dion. Carth. ibid.

Oleast ibid.

Gloſſa ex S.Hieron.

Hugo Card. ibid. Confusio quâ patientur reprobi in judicio magis illos torquebit, quam ipse infernus.

S.Basil.Or. de judic. & in Psalm.33.

Job quidem in conspectu Dei reus non erat , quia hic illum tamquam irreprehensibilem commendarat , dicendo : *In omnibus his non peccavit Job. Vir simplex & rectus, ac timens Deum*, & tamen dum sibi immensam illius diei confusionem , vel ex longinquo representaret ; hanc sibi à Deo concedi postulavit gratiam : *Quis mihi det , ut in inferno protegas me & abscondas me, donec pertranseat furor tuus ?* S.Joanni in Apocalypsi datum est videre , qualiter mundi hujus monarchæ in illa die præ nimia verecundia, terræ se cavernis incluserint ; unde ait : *Reges terræ & Principes, & tribuni,& divites, & fortes . . . absconderunt se in speluncis,& in petris montium,Et dicunt montibus & petris, cadite super nos , & absondite nos à facie sedentis super thronum , & ab ira agni , Quoniam venit dies magnus iræ ipsorum,& quis poterit stare ?* S.Antonius de Padua reprobos,in illa die ab Angelis , tamquam instrumentis iræ & justitiæ Dei , postulaturos esse existimat, ut prorrerita supplicia in ipsis quantocius & sine mora exequantur ; *Tunc proculdubiò* , inquit , *dicent illud Lucæ 23. montibus , id est Angelis (de quibus in Psalmo ; montes in circuitu ejus) cadite super nos , id est, citò exequimini justitiam contra nos inferendam* ; cujus unica ratio est , quia tantam tolerare nequeunt confusionem.

Luc.16.v.3. *D.Chrysol. serm.125.*

Job 1.v.22, *Job 1. v.1,* Reges & Principes in illa die volent operiri montibus ne patiantur confusionem illam.

Job 14. 13. *Apoc 6. 15.* *Ibid. v.16.* *Ibid. v.17.*

S. Anton. de Pad. ser. 2. post Dom.1. Quadr.

4. Porro hæc erubescentia & confusio , à Sacris Doctoribus tam æstimatur horribilis & metuenda , ut quoad hoc nihil ei comparari possit. *Nudabitur in illo judicij die* , inquit S. Ambrosius , *uniuscujusque peccatum , testimonium reddente omnibus conscientia suâ. Quis pudor ille , cum prodi omnibus cœperit quod putabimus occultum ?* Ingentem experimur ruborem , & verecundiam intolerabilem , quoties nobis per auricularem confessionem aperiendum & explicandum est turpe aliquod peccatum , tametsi illud aperiamus homini , ipsdem nobiscum fragilitatibus subjecto inviolabilisque secreti sigillo obstricto ; quid igitur futurum erit , quando tale peccatum , & tot alij excessus coram toto publicabuntur universo. Unde sanctus Bernardus ait : *Quod enim nunc confiteri erubescimus , tunc omnibus manifestabitur ; & quidquid hic dissimulando palpamus , totum illic vindex flamma comburet.* Id quod Nahum Propheta prædixit , dum in nomine tremendi hujus Judicis ait : *Revelabo pudenda tua in facie tua,& ostendam gentibus nuditatem tuam.*

Confusioni illi nihil comparari potest. *S. Ambr. apol.pastor. pro David c.12.*

S.Bern.Medit. c.2.

Nahum 3. 5.

5. Bellovacensis ut infinitam , quæ in extremo judicio reprobos obruet , ubi omnia peccata sua propalata viderint,exprimat ignominiam , hâc sequenti utitur similitudine : *Attende , quanta verecundiâ sufficeret honesta mulier & pudica , si coram hominibus totius regni in suam ignominiam mutaretur , recreta præ nimiâ confusione deficeret , adhuc longè magis horreret , si multa fœda & enormia in secreto cordis ejus jacentia coram omnibus divulgarentur quantò igitur incomparabilius , imò ineffabilius quadlibet anima confundetur , quando corpus omni deformitate turpius , & omni fœtore fœtentius omnibus ostenderetur ? Adhuc longè vehementius , quia cuncta ejus horrenda flagitia omnibus reprobis hominibus & dæmonibus nudabantur : Adhuc etiam horribilius , quia ab omnibus bonis Angelis & hominibus videbuntur , sed inæstimabiliter tolerabilius se videri à summo Judice confundentur* , juxta illum Jeremiæ textum : *Confundentur vehementer , quia non intellexerant opprobrium sempiternum , quod numquam delebitur.* Ad quod intentum , quemdam recenset ex vitis patrum desumptum successum , scilicet sequentem. Adolescens quidam in ætate florida vitam profiteri desiderans monasticam , à Sancti propositi executione per matrem dissuadebatur , cui ille constanter obstrepens , repetebat identidem : *Volo salvare animam meam.*

Explicatur verecundia illa aptasimi; litudine. *Bellov. spec. mor.l.2.dist. 7.*

Jer.20. 11.

Monachus itaque effectus , sua invocatione tepescere cœpit , defunctaque Matre , dum aliquando ad mortem infirmus esset , nocte quâdam thronum Christi judicis se videre , illique ut judicaretur. præsentari videbatur ; *Inter judicandos igitur videt Matrem suam,dicentem sibi : quid est fili , quod venisti nobiscùm hic judicandis ? Ubi sunt verba illa,quæ dicebas ; volo salvare animam meam ? qui confusus erubuit , atque obmutuit , audivitque vocem dicentem sibi , ut adhuc reduceretur.* Superstes itaque in vita dictam ferè

Insignis historia de hac verecundia.

seriò meditari cœpit visionem , cellulæque inclusus, tempus quòd in servitio divino tepidus transegerat, inconsolabiliter deplorare ; *Cum multi autem dissuaderent ei tantum fletum , ne lasionem oculorum pateretur , non acquiescebat eis , sed dicebat : Si improperium Matris meæ ferre non potui , quomodo ferre potero improperium Christi , & Angelorum , & Sanctorum omnium ?* Et sanè quidem ipsâ experientiâ teste,quanto non suffundimur rubore , si coram personis gravibus nostra detegantur peccata , præsertim carnalia quorum testes noctem dumtaxat adhibemus & tenebras ? Quanta igitur infamia erit , quando eadem in Dei,Angelorum,Sanctorum, totiusque generis humani conspectu manifestabuntur ? quando , ut Origenes inquit , *criminum nostrorum , in quibus nunc unum saltem vestri pati confundimur ; cælestium tunc virtutum testes , catervas innumerabiles patiemur.* Porrò qualis in judicio universali spectatorum futura sit turba & multitudo , S. Bonaventura his verbis indicat : *Nota in isto judicio auditorum multitudinem vel curiæ solemnitatem , in cujus conspectu reprobi confundentur , totus enim mundus congregabitur , omnes Angeli de cælo , omnes homines de mundo , omnes diaboli de inferno.* S. Thomas de Villa nova populo suo Valentino similiter hunc in modum prædicavit: *Non relinquetur in cælo Angelus , neque dæmon in inferno , neque quis quam hominum , ex quo Adam conditus est, sive in cælo sit, sive in inferno, sive in limbo,qui non adsit in hoc judicio , & bonorum malorumque causam apertissimè cognoscat.* Petrus Blesensis fortissimum hoc stringit argumentum : *Libri conscientiarum tunc aperientur , quâ modò iniqua obstinatione sigillati tenentur. Si modò alicujus nostrum omnia secreta ad omnium notitiam prodirent, vix præ pudore subsisteret , quia sic se detectum conspiceret. Nullus nostrum adeo correctè vixit , nullius nostrum adeo correcta sunt opera , quin miro profunderetur rubore , si videret referari omnibus latebras conscientiæ ;* quem discurrendi modum , ni fallor , à Divo Chrysost dicitur, qui in Homilia 5.super Epistolam ad Romanos,eadem utitur ratiocinatione. *Si nostrum cujusquam occultum crimen aliquod , in medium delatum , huic modo confessus innotesceret , nonne furet , ut ille inverire , ac terram potius sibi dehiscere , quàm tam malos peccati sui testes habere mallet ? quid igitur tum nobis fiet miseris,cum omnia orbi universo palam facta , in tam aperto tamque illustri theatro denudata , hominum nobis partim cognitorum oculis subjicientur ?* Imò inquit idem S. Doctor, si tolerare non possumus , quòd in conspectu hominum confundamur , quomodo in conspectu Dei & Sanctorum , confusionem sustinere poterimus ? *Enimvero prò dolor , undenam ipse veritare vos cogor ? nempe ab hominum opinione , cum id facere convenientius fuerit ab ipsius Dei , tum terrore, cum condemnatione.*

Origen.l.9. cap.14. ad Rom.

De multitudine spectatorum in illo judicio.

S. Bonav. in Dist. salut. Tit.9. c.un.

S.Thom.de Villa nova Conc.2. in Dom.1. Adv.

Petr.Blesen. ſam.45.in Synod ad Sacerd.

In quo omnia secreta nostra patebuntur.

D.Chrysost. Hom.5. in Epist.ad Rom.

S. Ephrem pariter ad ignominiosam hanc confusionem se reflectit , cui reprobi subjacebunt , videntes , scelera ab ipsis in occulto commissa,in conspectu totius mundi manifestari , dicit enim : *Quis ergo non perhorrescat , aut quis non lugeat , ac ploret , quoniam ibi manifestanda erunt ; quæ unusquisque in occulto & obscuro hic gesserit ?* Peccara illa , quæ ventus quasi secum rapuit , cujusmodi sunt verba perjurij , blasphemiæ , detractionum , injuriarum , & similia à nobis prolata , in illa die , ad maximam confusionem nostram , indelebiliter descripta reperientur , in conscientijs uniuscujusque quæ tunc erunt apertæ. S. Bernardus ex Origene ita scribit : *Nudabitur peccatoris conscientia , & aperto corde videbuntur literæ peccatorum , quæ stylo ferreo & ungue adamantino scriptæ sunt , atque universa scrutantium multitudo leget in pectore nostro signatas imagines peccatorum.*

S. Ephr. de extrem jud.

S. Bernard. T.1. serm. 52 A.3.c.1.

Anima impii tunc nullibi inveniet refugium.

S.Ephr. ibid.

S Bern.serm. de verbis Abscns.

6. Verum enimverò num forte aliquod in quo absondantur, sperare refugium poterimus , ut ab hac confusione nos eximere valeamus ? *Ubi animo illa submergetur* , quærit S. Ephrem , *quæ in tot fœtentium oculis tam fœdâ turpitudine plena esse visa est ?* Ubinam poterit occultari ? Audite S. Bernardum,dicentem : *Non erit , in quo lateas misera , frustra dices montibus , cadite super nos , & operite nos, nudam & apertam oportet te stare ante tribunal Christi.* Nam ut S. Paulus ait : *Omnes manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis , prout gessit.*

2.Cor.5.v. 10.

Eccli.16.v.16 Unde Ecclesiasticus ait : *Non dicas , à Deo abscondar, & ex summo quis mei memorabitur ? in populo magno non agnoscar , quæ est enim anima mea , in tam immensa creatura* , & si quis forte tale quid sibi persuaderet , huic vanæ fiduciæ vir quidam illuminatus respondet , dicens : *Agnosceris , nec absconsi poteris. Tu solus ante Judicem stabis.* De unoquoque enim in singulari judicium fiet haud secus ac si solus ipse ex infinita illa multitudine judicandus & examinandus foret. Primi parentes nostri post transgressionem & manducationem pomi vetiti ; videntes Deum ad processum de illis formandum appropinquare ; erubescentes de commissa prævaricatione sub umbra arboris suum quæsiverunt refugium , ut absconderentur : *Abscondit se Adam* , inquit sacer textus , *Et uxor ejus à facie Domini Dei in medio ligni paradisi.* At verò hoc ab illis quæsitum latibulum illis non infeliciter cessit , nam Deus illorum erubescentiam videns , eos ad pœnitentiam invitare & reducere sategit , hoc enim innuere videtur sacer textus, cum ait , *Cum audissent vocem Domini Dei , deambulantis in Paradiso ad auram :* Verumtamen non ita erit in die Judicij , ibi namque tempus misericordiæ amplius non erit,nec locus ullus dabitur pœnitentiæ , nec erubescentiæ indulgebitur ; ibi ignis omnes comburet & conflagrabit arbores , sub quibus quæri latibula potuissent ; nam *ignis ante ipsum præcedet , & inflammabit in circuitu.*

Unusquisque solus ante judicem stabit, quasi solus judicandus.

Gen.3.v.9.

Ibid. v. 2.

Psal.96.v.3.

7. Verumtamen dices fortasse , quod , ex quo judicandus in obscuro constitutus eris , non sit futura tanta erubescentia & confusio, ac si in conspectu Solis starès , quia Isaias dicit : *Dies Domini veniet crudelis, & indignationis plenus , & iræ furorisque ;... Stellæ cæli & splendor earum non expandent lumen suum , obtenebratus est Sol in ortu suo , & luna non splendebit in lumine suo* ; & consequenter Solis & lunæ lumine deficiente tenebræ erunt , quæ omnem excludunt verecundiam & erubescentiam. Respondeo igitur hæc omnia vera esse scilicet quòd Sol & luna omni destituentur lumine ; verumtamen considerandum est, tunc tantò splendidiorem futuram esse crucem Christi , & gloriosissimam ejus humanitatem ; nam ut S. Ambrosius ait : Tunc *apparebit signum Filij hominis in cœlo , in cujus lumine tenebrescent totius mundi lumina* ; & ideo inquit S.Basilius ; *Eo die , quæ hactenus deliituerant occulta tenebrarum , in apertam lucem depromentur* ; nam Sol Justitiæ Christus ; *Illuminabit abscondita tenebrarum , & ideo dies illa peculiari hâc ratione designatur ; Nox autem præsens hæc vita est , in qua occultantur infamia & dedecoris opera.*

S.Crux. & humanitas Christi splendore suo illuminabunt omnia.

Isai. 13. v.9.

S. Ambr. ser. 33. in Fer.2. post. Dom. 1. Quadrag.

S. Basil. ibid.

8. Considerationi dignissima sunt illa S. Apostoli verba : *Spectaculum facti sumus mundo ; & Angelis & hominibus.* Quis autem adeo effrons & invercundus futurus erit,qui in theatro publico; & in oculis omnium præsentium spectatorum , inhonestatem vel impudicitiam aliquam auderet committere ? Est autem veritas Evangelica , quòd in die judicij veluc in theatro quodam omnes turpitudines nostræ in conspectu omnium manifestabuntur. De Julio Druso, Tribuno plebis , scribit Plutarchus ; quòd cum habitatio illius ex omni ferè parte aperta esset , adeo ut quidquid ageret, oculis omnium pateret & à vicinis observari posset , architectus quidam ad eum accessere, dicens , se quinque talentorum impendio hanc ab eo amovere posse subjectionem & servitutem,cui subjiciebatur,cui ipse sapienter respondit : *Decem dabo si feceris domum meam ita patulam; ut omnes cives videant, quid domi meæ agam.*

1. Cor. 4. v.9. Ita ut omnibus pateant nostræ turpitudines.

Præclarum dictum Julij Drusi.

Hunc animi sensum meritò habere deberet quilibet Christianus , quamdiu in hoc mundo vivit; nimirum omnia opera , sermones & cogitationes eo modo debet instituere, ac si in conspectu Dei & totius mundi operaretur , nec ullam habeat erubescendi causam. *Ubi me ab ira ejus abscondam* quærit S. Ambrosius, *qui conturbat profundum maris ? Si ascendero in cælum, ibi est, si descendero in infernum,adest,non ergo falli potest, qui ubique est. Adest itaque judicij dies , si vis non comprehendi, quotidie time , quotidie fuge. Quæris , quomodo fugias ? ascende in montem , qui Evangelizas Sion , ut excelsorum vertice posses eminere meritorum,Deus enim montium , & non vallium est.* Sint actiones nostræ exemplares , fiat regulatæ secundùm normam legis Dei,hic enim unicus est modus,quo nos ab omni confusione eximere valemus. Hoc modo se David tuebatur , ideoque inquit : *Tunc non confundar , cùm perspexero in omnibus mandatis tuis* , proficiamus ex visis aliorum bonis exemplis , quia ut Sanctus Bernardus ait : *tot argumentibus confunderis,quot tibi præbuerint bene vivendi exempla.*

Quamdiu vivimus ita instituamus vitam nostrã ac si in conspectu Dei,& totius mundi operaremur. *S.Ambr.lib. 8. in Luc.in cap.17.*

Psal.118. v.6.

DISCURSUS XVII.

ARGUMENTUM.

Præsciti de suis peccatis à Dæmone, à propria conscientia, & à Christo veluti teste accusati & convicti, ne verbum quidem respondere poterunt.

THEMA.

Omnis iniquitas oppilabit os suum. Psal.106.℣.42.

Omnes Philosophi & sapientes in judicio ad se defendendū non poterunt aperire os suum.

1. REgius Psalmista per cœlestis oraculi sententiam reprobis insinuat, quod in supremi Judicis justissimo judicio adeo erunt convicti, ut ad se excusandum vel defendendum, ne os quidem suum aperire audsint: ideoque dicit *omnis iniquitas oppilabit os suum*, id est, ut Interlinearis exponit, *omnis iniquitas convicta*. In illo tribunali Philosophi & sapientes doctissimi, facundissimique Oratores erunt sine voce, intellectus illorum confundetur nec scient quid in sui excusationem respondere possint, licet hic in terris aliorum ex propriis causis summa cum laude ante patrocinati fuerint: *Turbati sunt & moti sunt sicut ebrius, & omnis sapientia eorum devorata est.* S. Ephrem de extremo judicio differens, ait: *Obturabitur coram tribunali illo os hominis peccatoris*, conscientia enim propria illum accusabit, confutabit, convincet, & irremissibili condemnationis sententiâ feriet. *Suâ quisque conscientiâ convincetur* inquit S. Thomas de Villa nova, *nec erit, quod valeat respondere convictus, sed sicut scriptum est, omnis iniquitas oppilabit os suum, & rursus: Impij in tenebris conticescent, unde & servus ille nequam in Evangelio, quia quod pro se responderet, non habebat, obmutuit.*

Pſ.106.v.17 S.Ephr. T. 1. de extrem. judicio.

S.Thom.de Villa nova Conc.2. in Dom. 1. Adv.

Adducitur circa hoc exemplum Josephi & fratrum ejus. Gen.45.v.3. & 4.

2. Joseph nimia ex cordis teneritudine suos benignissimè excipiens fratres, se, quis esset, manifestavit, dicente Scripturâ: *Non se poterat ultra cohibere Joseph*; & nihilominus, ut idem sacer subnectit textus: *Non poterant respondere Fratres, nimio terrore perterriti, Ad quos ille clementer accedite, inquit, ad me*; ex his argumentum formemus convincens; quando Christus veniet non Salvator, sed Judex, non benignus sed iracundus atque inexorabilis, reprobis non unam sed multas contra se factas exprobraturus traditiones, quando ipse non dicet: *Accedite ad me*, sed horrendum intonabit: *discedite à me maledicti*, qualiter os nostrum aperire poterimus? quid respondere valebimus? non tunc amplius dicet: *Ego sum Frater vester, sed: Judex vester.* Quando nullum excusationi supererit effugium, quia ut Sapientia divina de misera præscitorum conditione tractans astruit: *Erunt post hæc decidentes sine honore, & in contumelia inter mortuos in perpetuum, quoniam disrumpet illos inflatos sine voce, & commovebit illos à fundamentis, & usque ad supremum desolabuntur, & erunt gementes.... Venient in cogitatione peccatorum suorum timidi, & traducent illos ex adverso iniquitates ipsorum.* Si enim reprobus quispiam temeraria cum imprudentia suas vellet negare noxas, singulæ ad ipsum convincendum, accusandum & condemnandum ei ob oculos ponentur; *traducent illos ex adverso iniquitates ipsorum.*

Sap.4. v.19.

S. Ambr. l.7. in Luc.in c. 12. Omnia vitia in judicio stabunt contra nos, tamquam accusatores & testes.

Quam eamdem veritatem S. Ambrosius hisce declarat verbis: *Adversarias nobis omnis vitiorum est usus, adversaria nobis libido, adversaria avaritia, adversaria omnis improbitas, adversaria omnis iniqua cogitatio, omnis denique mala conscientia, quæ nos & hic afficit, & in futuro accusabit & prodet.* Imo nullus in judicio illo præter peccatum proprium necessarius erit accusator, dicente B. Laurentio Justiniano: *accusator erit proprium scelus, tunc loquentia simul opera nostra dicent: tu nos egisti, opera tua sumus, non te deseremus, tecum erimus, & tecum ad judicium pergemus.* Quæ omnia S. Bernardus diu ante accuratè meditatus fuerat, prout ex secundo meditationum ejus patet capitulo, ubi hæc inter cætera reperio verba: *vita quoque multis & multiplicibus criminibus eam accusabunt, multaque falsa testimonia adversus illam invenient quamquam vera & condemnationem ejus satis possint sufficere.*

B.Laur.Justin.de Lig. vitæ c.4.

S.Bern. lib. medit.c.2.

3. Peccata, in quibus se oblectavit reprobus, implacabiles in die illo adversus eum agent accusatores, fiscales, inimicos atque judices. Unde S. Anton. de Padua exclamat: *O infelix peccator quid facies, quando sic comprehensus, nec ipse te poteris adjuvare, nec excusare? Audi, quid dicit Hieronymus super Matth. in judicio extremo opera singulorum loquentur, & ora tacebunt.* In Judicijs quidem criminalibus multi quandoque nos infestant accusatores, ast in numero semper limitato, accusatores autem qui in Christi tribunali adversus impios se opponent, tot erunt, quot per longum annorum cursum commissa fuerint peccata, dicente S. Bernardo: *Accusaberis multis & magnis offensis, non uno, non paucis sed innumeris criminibus, non parvis sed immensis, non dubijs sed certis, non brevi accusatione, sed tam longâ, quàm longa est tota vita tua: non uno accusatore, sed tot, quot sunt delicta tua.*

S.Anton. de Pad Fer.2. post.1. Dom. Quadr.

S.Bern. de inter. domo c.38.

Unde & Sanctus Ephrem de secundo Christi in mundum adventu tractans, cuilibet in judicio locum, quem propriæ ipsi assignaverint operationes, obventurum attestatur, dum ait: *Tam quisque abibit, quo & opera ejus. Constituta quippe uniuscujusque coram ipso erunt opera.* Ibi omnia coram videbuntur adulteria, incestus, usuræ, extorsiones, vindictæ, homicidia, blasphemiæ, perjuria, &c. omnes hæ impietates adversus impium consurgent, eodem in hæc verba affirmante Sancto: *Tu nos fecisti ô miser, debuisses tuis nos delevisse lachrymis.*

S. Ephr. T.2. de sec. adventu Domini.

4. Alia inter Jeremiæ lamenta, hoc quoque expressum legimus: *Vocavi adversum me tempus*; quin & Psalmista pariter in Dei, ad judicium venientis, persona loquens, prædicit: *Cum accepero tempus, ego justitias judicabo*; Ad quod intentum nostro accommodè propositio ita scribit Bellovacensis: *Sicut non peribit capillus de capite, sic nec peribit momentum de tempore, quando à te requiretur ratio illius; nam inter omnia creata videtur esse nihil acceptabilius tempore, quia in uno momento possent peccatores lucrari plus quàm valeant infiniti mundi, scilicet animas suas.* Tunc palam erit illud, quod in Apocalypsi legimus: *Dedit ei Dominus tempus pœnitentiæ; & non vult pœnitere.* Tunc impijs datum in pœnitentiam tempus, quoad sua continuandas abusi sunt voluptates, exprobrabitur, quia scilicet ut Job inquit, *dedit ei* (scilicet reprobo) *Deus locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo:* quam nimiam temporis jacturam, ab ijs, qui emendationem suam negligunt, factam aliquando meditans S. Anselmus, in sequentia prorumpebat lamenta: *O lignum aridum & inutile, æternis ignibus dignum, quid respondebis illâ die, cum exigetur à te usque ad ictum oculi, omne tempus vivendi tibi impensum, qualiter à te fuerit expensum:* Idem quoque tempus in judicio contra peccatores ob aliam quamdam rationem producetur in medium, quam S. Augustinus his verbis tangit: *Obiciet nobis in faciem omnia quæcumque fecimus, in qua die & in qua hora peccavimus, & quid facere debuimus:* & quidem, ut idem S. Doctor advertit, idipsum nobis dæmon obiciet: *Præsto*, inquit, *erit Diabolus ante tribunal Christi, & recipiet verba professionis nostræ.* Bollandus in vita S. Joannis Eleemosynarij refert, hunc S. Patriarcham in memoria recenti tenere solitum fuisse, quidquid circa judicium particulare cuique animæ, quondam à S. Simone stilita audierat, videlicet: *Obviat ei chorus Dæmoniorum superbiæ, investigat eam, si habeat opera superbiæ. Obviat chorus spirituum detractionis, ut aspiciat, si quando oblocuta sit, & pœnitentiam non egerit. Obviant dæmones fornicationis, & scrutantur, si recognoscant in ea voluptates suas, & quando à terra usque ad cælum misera anima posituta rationem pervenerit, seorsim ab ea sancti Angeli stabant: & non adjuvabunt eam nisi bonitates suæ.* Et quidem credibile est, malignos hosce Spiritus easdem oppositiones in judicio universali facturos esse contra præscitos in conspectu omnium, ut os eis occludant, ne excusare se possint. Sanctus Augustinus testatur, dæmonem audacter coram judice proditurum, eique dicturum esse: *Æquissime Judex judicas hunc esse meum per culpam, qui tuus noluit esse per gratiam: tuus per naturam, meus per malitiam: tuus ob passionem, meus ob suasiones: tibi inobediens, mihi obediens: qui tecum noluit habere vitam, judica ut mecum habeat gehennam.*

S. Ansel. in Medit.

S. Aug. T.6. cont. Jud. & Arianos.

Exemplum S. Joannis Eleemosynarij.

Bollan d.T.2 Jan.3. c.12. n.77.

S. Aug. ibid.

5. Deus olim Saüli expressum imposuerat mandatum, igne conflagrandi universam Amalech prædam, cui præcepto quia is inobediens extiterat, missus ad eum fuit Samuel, ut eum reprehenderet, & à Regno exauthoraret, justissimamque Dei indignationem ei indiceret: Cumque is excusare se vellet, Propheta armentorum & gregum audivit vocem, quos à morte præservarat, qui claris indicijs eum inobedientiæ accusarent; Unde Propheta ait: *Et quæ est hæc vox gregum, quæ resonat in auribus meis, & armentorum, quam ego audio?* Eheu quot sunt hodie mendaces & fraudulenti homines, qui in illo die iniquitates suas Christo in faciem impudenter negare se posse sperant? Verum *omnis iniquitas oppilabit os suum*, quia ad eos convincendos in medium prodibunt pauperes, quos fame mori crudeliter permiserunt, cum tamen econtra canes & equos abundanter faginarint: Accusabunt illos pupilli & viduæ, quibus injustas moverunt lites, quousque per iniquos oppresserunt exactiones, virgines item defloratæ & malè educati filij, cunctique, quos per scandala sua in innumerorum excessuum barathrum induxerunt, suis quoque partibus non deerunt.

1. Reg. 15. v.14.

Pſ.106.v.42

6. S. Joannes in Apocalypsi hoc mandatum septem Angelis dari audivit: *Ite, & effundite septem phialas iræ Dei in terram*, paulo post verò Angelum quemdam audivit, dicentem: *Justus es Domine, qui es & eras sanctus, qui hæc judicasti, quia sanguinem Sanctorum & Prophetarum effuderunt.* Tota namque curia cœlestis, præsciturum sacrilegia, impietates & abominationes, quæ in illa die manifestabuntur, videns, dicet: *Justus es Domine*, omnes electi ipsorum condemnationem tamquam justissimam approbabunt, dicentes: *digni sunt.* Beatus Laurentius Justinianus universum mundum illos accusaturum & convicturum esse existimat, dicit enim: *Accusator quoque erit mundus, meritò namque accusator erit, quia offenso Creatore offenditur totus mundus.*

Apoc.16.v.1 Omnes electi iniquorum condemnationem approbabunt. Ibid. v.5.

Ibid. v. 6.

B.Laur.Justin. de Lig. vita c.4.

7. S. Bernardus aliud quoddam punctum valde notabile adfert in medium, propter quod omnium ora occludentur, ne excusare se possint, in conspectu enim reproborum, dum judicaturi præsentes quoque aderunt illi, qui impijs illis in varijs occasionibus, bonis præluxerunt exemplis; eosque ex fraterna charitate reprehenderunt & correxerunt, quamvis sine ullo fructu ob propriam illorum obstinationem. *Tot judicibus, & populis astabis*, inquit mellifluus Doctor, *quot præcesserunt te in opere bono; tot convinceris testibus, quot te monuerunt bonis sermonibus, & justis actionibus.* Processus autem, qui illos arctius convincet, vel maximè intra uniuscujusque conscientiam absolvetur, nam ut S. Bonaventura discurrit: *Ivia sunt in judicio, testis, tortor, Judex. Sic in mente hominis, ibi testis conscientia, quæ accusat; dolor qui cruciat, ratio & judex, qui judicat.* S. Augustinus super illa verba Psalmistæ: *Lætentur & exultent gentes, quoniam judicas populos in æquitate*, sententiandum in illa die his verbis affatur: *nemo te fallit, gaudeat judicandus, qui timuit judicaturum. Cum venerit, populos in æquitate judicabit. Quid ibi valebit calliditas accusatoris, ubi est testis conscientia, ubi tu eris & causa tua, ubi Judex non quærit testem?* Etenim à propria nostra conscientia convincemur, & ideo hic Judex nec accusatoribus opus habebit nec testibus, quia conscientia nostra nos accusabit, ipseque Judex omnis nostræ operationis præsens & oculatus est testis. *Certum est, in die illa* (inquit idem S. Doctor in quodam sermone) *ipsum ante se hominem constituendum, & ipsam sibi vitam in cordis speculo demonstrandam, & testes contra eam non deforis aliquando, sed intus de ipsa anima proferendos. Adjicienda erant non aliqua peregrina, sed nimiam nota testimonia, id est, opera sua.* Tandem S. Doctor concludit, dicitque quòd ad impij animam convincendam & debellandam, perpetuamque mortem ei inferendam, formidabilis propriorum suorum peccatorum ordinabitur exercitus: *Ordinabuntur*, inquit, *ante infelicem animam peccata & crimina sua, ut eam & convincat probatio, & confundat agnitio.* Idipsum quoque B. Laurentius Justinianus his verbis insinuat: *Judicandus est unusquisque non alieno testimonio, sed ex conscientiæ propriæ, & inevitabili, verissimaque operum suorum testimonio.* Et ideo juxta doctrinam S. Bernardi, non erit Deo opus, ut in illa die impium examinet, & processum contra eum instituat, quia implacabilis contra nos ipsos Judex, erit rea uniuscujusque conscientia. *In die illa*, inquit, Mellifluus Doctor, *cum Dominus ad judicandum venerit, uniuscujusque conscientia ad testimonium adducetur, & aperto libro conscientiæ, omnis culpa ante oculos reducetur, atque ita cogente conscientiâ, unusquisque erit accusator & Judex suus.* S. Antoninus ad idem propositum probandum, adducit textum illum Apostoli ad Romanos, ubi dicitur: *Testimonium reddente illis conscientiâ ipsorum, & cogitationibus accusantibus & defendentibus, &c. ac-*

Condemnabuntur & ab his qui illis præluxerunt bonis exemplis, & salutaribus monitis. S.Bern. de inter domo cap.38.

S.Bonav. in Pſal. 82.

Pſal.66.v.5. S.Auguſt. ib.

A propria conscientia convincentur impij. S.Aug.ſer.59 in App. de diverſ.c.8.

B.Laur.Justin.de inſt. & regim. Prælat. 25.

S.Bern. de inter. Dom. cap.31.

Rom.2.v.15

cusantibus, inquit S. Antoninus *id est, remordentibus, scilicet quoad mala opera; defendentibus, id est, excusantibus à malo quoad bona opera.* Citatque testimonium S. Augustini, dicentis: *Sensi de Augustino, quidquid libet, solum me in oculis Dei conscientia non accuset, id est, non testificetur.* Imò Bellovacensis docet, quòd unusquisque, priusquam coram tremendo illo tribunali compareat, secum portaturus sit sententiam suam, in propria conscientia descriptum. *Unusquisque*, inquit, *librum condemnationis suæ portabit, & aperium coram omnibus demonstrabit, qui omnibus alijs evidentior & irrefragabilior testis erit, cunctisque & ipso Judice tacentibus, id est, si tacerent, quamvis ipsi pro ipso testimonium perhibere possent & vellent, ipsum impium nihilominus condemnabit.* S. Basilius ait: *Nemo alius accusator sisteretur, quàm propria facta, quæ gesta sint formâ, unumquodque assistens, ceu sunt adulterium, furtum, fornicatio, cum ipsa nocte, cum modo, cum proprijs notis formam peccati designantibus.*

S. Anton. Sum. Theol. p.4.Tit.14. c.11. §.7.

Bellov. ſpec. mor. l.2. diſt.8.

S. Baſil. in Pſal.48.

Imò tametsi conscientia propria scelera sua impudenter negaret, & abscondere posset, illa tamen eis per testem omni exceptione majorem, ipsummet videlicet Judicem exprobrarentur: Nam Deus ipse apud Malachiam protestatur, dicens: *Et accedam ad vos in judicio, & ero testis velox.* Quæ verba S. Augustinus adducit ad demonstrandum, quod Christus ipsemet, utpote scelerum nostrorum testis, reprobum confutabit. *Testem se dicit futurum*, inquit S. Doctor, *Quia in Judicio suo non indiget testibus; eumque velocem, sive quia repente venturus est, veritque judicium, ipso inopinato ejus adventu celerrimum, quod tardissimum videbatur, scilicet quia ipsas convincet sine ulla sermonis prolixitate conscientias.* Idem quoque Sanctus super Psalm.47. ad idem propositum ita scribit: *Est ibi alius testis, qui non videtur & videt.* Sed ubinam hunc testem præsentem esse existimatis? num forte ubi sponsa dicit: *Ecce ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos?* Audiamus eumdem Sanctum ad hoc respondentem: *Non in cubiculo adest parietum, sed in cubilibus conscientiarum vestrarum.* Memorabilia quoque sunt illa S. Gregorij verba: *Ille quippe vitæ causas examinat, qui has per alienum testimonium non explorat, quia qui districtus quandoque ostenditur illator pœnæ, ipse diu tacitus exstitit testis culpæ.*

Ipſemet Judex omnia ſciens, erit teſtis contra nos. Malach.3.v.5. S.Aug. l.20. de Civit. Dei, c.26.

S.Auguſt.in Pſal.47. Cant.2. v.9.

8. Propter has igitur & alias rationes, quas in sequentibus discursibus adducemus, reprobi ita confusi & convicti remanebunt, ut ne verbo quidem respondere aut excusare se possint. S. Propheta Job inquit: *Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt*; sibi alij legunt: *Cum quiete*, id quod cum illis Psalmistæ verbis concordat: *Sicut oves in inferno positi sunt*; Quòd si illos in inferno velut hædos positos esse dixisset, facilè intelligi potuisset, at verò cur in inferno positis ovium nomen attribuit, per quod electi præfigurari solent; nimirum ut per hoc denoterur, quòd, sicut oves sine ulla resistentia ad macellum ducuntur, ita damnati quiete & sine ulla recalcitratione in abyssum perditionis descendent, justè se hanc pœnam meritos fuisse confitentes. Unde reprobi apud Jeremiam dicunt: *Scrutemur vias nostras, ... nos inique egimus, & ad iracundiam provocavimus; idcirco tu inexorabilis es, operuisti in furore & percussisti nos, occidisti, nec pepercisti.* B.Laurent. Justin. tres nos irrefragabiles testes habituros esse dicit, à quibus convincemur & confutabimur. *Tres testes habebimus*, inquit, *unum supra nos, scilicet Deum, de quo ait Jeremias: Ego sum Judex & testes*, dicit Dominus; *alium intra nos, scilicet conscientiam propriam: Quisquis es ô homo, qui futurum judicium times, præsertim conscientiam corrige: Sermo namque causæ tuæ testimonium conscientiæ tuæ. Alium juxta nos, scilicet nostrum Angelum custodem, de quo ait Job: revelabunt cœli, id est, Angeli iniquitatem ejus.* Omnes hi testes impiorum ora claudent & aperient; claudent quidem ne se excusent, defendant aut justificent: aperient autem, ut confiteantur, dicentes: *Justus es Domine & rectum judicium tuum.*

Cur reprobi dicantur in inferno poſiti ſicut Oves. Job.21.v.13 Pſ.48.v.15.

Thren.3.40.

Tres teſtes habebimus in judicio contra nos. B.Laur. Juſtin. de Lig. vit.c.4.

Pſ.118.137.

DISCURSUS XVIII.

ARGUMENTUM.

Variæ considerantur rationes, cur reprobi in illa die futuri sint inexcusabiles, eorumque excusationes omnes confutandæ sint & exsibilandæ.

THEMA.

THEMA.

Arguam te & statuam contra faciem tuam. Psalm. 49. ℣. 21.

Impij in judicio convicti, non habebunt quod respondeant.

1. DEus peccatori futurum aliquando tempus esse comminatur, in quo posiis coram eo commissis sceleribus suis, & exprobrato abusu, gratiarumque & auxiliorum suorum repulsa, ad eas sit redigendus angustias, ut convictus, nesciat quid dicat aut quid opponat: *Arguam te*, inquit, *& statuam contra faciem tuam.* Sed quando tempus hoc veniet? S. Hieronymus respondet: *Cum in sinistra parte sedis fuerit collocatus in futuro judicio.* Tunc enim præsciti, auditâ æternæ damnationis suæ sententiâ, caput suum inclinabunt, hanc se justè promeritos fuisse agnoscentes, scientesque se esse inexcusabiles. S. Thomas verba illa: *Statuam te contra faciem tuam*, ita exponit, ut sensus sit: *Tu ipse te condemnabis.*

S. Hier. ibid.

S. Thom. ib.

Sicut ille, qui carebat veste nuptiali.

2. Nemini ignota est illa Regis Evangelici parabola, qui fecit nuptias Filio suo; in quibus, qui sine veste nuptiali mensæ accumbere præsumpsit, ad ignem condemnatus fuit: *Mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium.* Priusquam verò sententiaretur, arrogantis facti illius rationem reddere jussus fuit: *Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit*, non solùm non respondit quidquam in sui defensionem, sed nec os suum aperire potuit, imò nec post fulminatam contra se sententiam de injuria lamentatus fuisse legitur; hic autem reus reprobum præfigurat, qui ab æternæ beatitudinis nuptijs in judicio finali repelletur, nec quidquam in sui excusationem respondere poterit. *Nullus enim potest respondere Deo*, inquit Lyranus, *sed propriâ arguente conscientiâ, convincitur & mutus efficitur.* Præ cæteris autem ad propositum nostrum melius in hæc verba scribit Paulus de Palatio. *Quid enim dicet cui monstrantur tot beneficia, tot ab eo impensa auxilia, tot instituta remedia, toties Deus contemptus, toties violata Sacramenta? verè scio quòd ita sit*, inquit S. Job, *& quod non justificetur homo compositus Deo: si voluerit contendere cum eo, non poterit respondere unum pro mille.* Quantumvis enim cavillosus, astutus, & eloquens talis reprobus fuerit, ex mille criminibus sibi objectis, ne unum quidem coram hoc judice excusare aut defendere poterit, tunc enim Christus Judex animæ reprobæ exprobrabit, dicendo: *Perditio tua ex te*: tunc aperiet & palam monstrabit vulnera sua: *statuam contra faciem tuam*, ut ijs conspectis, videat illa tam frequenter pro salute ipsius sibi ministrata auxilia, ut videat quod culpâ propriâ illa perdiderit: *Perditio tua ex te, tantummodo in me auxilium tuum.* S. Hieronymus in prædictorum verborum commentario, ejus se monstrat esse sententiæ, quòd scilicet reprobis lex atque decalogus, quem pro cœli consecutione adimplere debebant, ob oculos ponendus sit. *Arguam te* (inquit ille) *& statuam contra faciem tuam, ut his confusus damneris, hoc est, per illa mandata, quæ non custodisti.*

Lyran. ibid.

Paul. de Pal. ibid. in Matt.

Job. 9. v. 2.

Oseæ 13. 9.

Ibid.

S. Hieron. in Ps. 49. ibid.

Quid designet ignea Lex in dextera judicis. *Deutr. 33. v. 2.* *Deut. 4. 24.*

3. Juxta quod supra probavimus, Deus noster in Deuteronomio augustam Judicis induit figuram, quando ad judicium veniet finale, unde dicitur: *Cum eo sanctorum millia, in dextra ejus ignea lex.* Ast cur legem illam igneam fuisse arbitraminis? Respondebitis forsitan, quia *Deus tuus ignis consumens est.* Aliam nihilominus etiam superaddere possumus rationem, dicendo, quòd, cum ignis amoris & charitatis sit symbolum, Deus hujus transgressores inexcusabiles prostituere velit, siquidem pro totius cœlestis regni acquisitione, legem adeo facilem suavemque adimplere detrectârunt. Tota, ut nostis, illius subsistantia atque essentia in dilectione comprehenditur, dicente Apostolo: *plenitudo ergo legis est dilectio*, hancque ipsam non est, cur in remotis indagemus regionibus, quandoquidem *charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum Sanctum qui datus est nobis*, cuilibet animæ illa in Sacrosancto infusa est lavacro: unde & Psalmista dicebat: *Nec est, qui se abscondat à calore ejus*: ubi Hugo Cardinalis ita scribit: *Nec est, qui se possit excusare, quin eum diligere possit.* Væ vobis, si pro æternæ beatitudinis pretio Deus aliud quidpiam ab amore distinctum statuisset. Quot enim tunc quantique non defecissemus: ast nemo à Dei, tanta digni dilectione, se eximere potest amore, nisi penitus excors sit, siquidem ille Creator, Redemptor, Benefactor & Salvator noster est. Qua de re eruditissimi auscultemus Idiotæ judicium, in libro illo aureo de Dei amore, ita discurrentis: *Amor facilis res est, omnibus se exhibet, nulli se negat, capit cum juvenis, & senex: vir & mulier: sanus, & infirmus: dives, & pauper: summus, & infimus: liber, & servus: sacularis, & religiosus: debilis, & fortis: nec est, qui se valeat excusare.* Amoris hujus objecto nihil nobilius, nihil dignius, nihil magis meritorium, magisque utile esse potest. Nihil nobilius; quia ille est, *quem adorant Dominationes, tremunt potestates*: nihil dignius, quia in suo circumfert fœmore scriptum: *Rex regum & Dominus dominantium*: nihil opulentius, quia innumerabilia atque inæstimabilia nobis confert beneficia, nihil denique utilius, quia in præmium, ipsum nobis exhibet paradisum. Jure itaque meritissimo Apostolus hanc pronuntiat excommunicationem: *Si quis non amat Dominum nostrum Jesum Christum, anathema sit.* Si autem quis curiosior indagare voluerit, cur hanc Charitatis nobis imposuerit legem, responsum accipiat à D. Hieronymo, dum ita ad Cœlantiam scribit: *Ideo imperat, ut causas habeat remunerandi, neque enim obsequij nostri Deus indiget, sed nos illius indigemus imperio.* Si enim Deus nobis hanc non statuisset legem, defuisset nobis, quo gloriam lucri faceremus. Ideoque cuicumque nostrum dicitur: *Si autem vis ad vitam ingredi, serva mandata*: Sed quid amore facilius? *Tam leve præceptum ad observandum* (verba sunt Divi Augustini) *Tam breve ad memoriam retinendum: tanto majori injustitiâ violatum est, quanto faciliori poterat diligentiâ custodiri.* Sanè si canes amore prosecuti estis, cur non & Deum? nec erit, qui se possit excusare.

Apoc. 19. 16.

1. Cor. 16. 22

S. Hier. l. 2. Epist. 20.

Matt. 19. 19

S. Aug. l. 14. de Civit. Dei, c. 12.

4. *Arguam te.* Si vos excusare volueritis, dicendo: *Militia est vita hominis super terram*, quodque sufficientes ad resistendum potentesque inimicos vestros vincendos defecerint vires, Apostolus irrefragabili illo confutabit vos axiomate: *Fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione proventum, ut possitis sustinere.* In militia namque Christiana, viribus non opus est corporalibus, quandoquidem teneræ, in aciei frontispicio, eminuerunt virgunculæ, quæ licet inermes, sexumque habentes imbellem, nihilominus pugnarunt strenuæ, dæmonem, carnem, mundumque vincentes. Unde Glossa nos admonet, dicens: *Non vos terreat ista militia, quæ facilè fideliter militantibus impletur. Solent in his castris mulieres vincere, non corporis robore, sed fidei virtute, in his, qui militant Deo, non corporis, sed animæ fortitudo quæritur.* Hoc autem robur nemini deest, quia certa hæc lex est: *Facienti, quod in se est, Deus non denegat gratiam*: Gratia autem est, quæ animam fidelem corroborat, unde Apostolus dicebat: *Non ego autem sed gratia Dei mecum, Omnia possum in eo, qui me confortat.* Porro tres potissimùm sunt inimici, qui continuò nos impugnant; videlicet dæmon, caro, & mundus. Quod primum attinet, eumdem vincere in nostra positum est potestate, quia hoc fine Deus nobis assistere voluit Angelum Custodem, qui, accedente voluntatis nostræ cooperatione, omnibus inferni conatibus sine dubio prævalet. Matthæi 25. dicitur: *Cum autem venerit filius hominis in Majestate sua & omnes Angeli ejus cum eo*; circa quæ verba D. Chrysostomus quærit, cur hic Angelicarum Hierarchiarum comitatus simul cum Christo descensurus sit ad judicium? & respondet? *Evacuari, ut ita dixerim, cælos ostendit, omnes enim Angeli erunt, cum ipso, testantes quot, quantaque ministerio suo, cum à Domino mitterentur ad salutem hominum, peracta sunt.* Cum servus Eliæi à longè innumerum prospexisset exercitum, una Dothain castrametantem, ut Eliæum Dominum suum caperent, timore perculsus, hoc ei triste retulit nuntium, qui liberè & generosè respondit: *Noli timere, plures enim nobiscum sunt, quam cum illis*, qua in re ipsissimam dixit veritatem, quia Deus ab Empyreo in ejus auxilium, cœlestem expediverat militiam, juxta illud: *Angelis suis Deus mandavit de te, ... ut custodiant te in omnibus viis tuis, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum*, id est, ut Interlinearis declarat: *Ne unquam offendas legem in lapideis tabulis scriptam, in quo omnes offendebant.* At verò quid respondebimus, quando cerberus infernalis iniquitates nobis nostras improperabit? ne de hoc soliciti simus umquam, nam *mordere omnino non potest nisi volentem, non enim cogendo sed suadendo nocet, non extorquet à nobis consensum, sed petit*; Ideoque si in fauces illius voluntariè incidimus, culpa nostra erit.

Job. 7. v. 1. Peccator non potest se excusare quod fuerit nimis debilis.

1. Cor. 10. 13

Gloss. in c. 7. Jud.

Caro.

5. *Arguam te.* Enimverò quòd si te per carnis tuæ fragilitatem excusare volueris, de eo quòd à concupiscentia carnali te superari permiseris, excusatio ista pluribus modis repudiabitur. Tametsi enim verissimum sit, quòd continuam nec umquam intermissam in nobis experiamur luctam, quia *caro enim concupiscit adversus spiritum, Spiritus autem adversus carnem*; verissimum pariter est, quod caro nostra infirma sit; at vero quid respondere poterimus, si alia ex parte objiciatur: *Spiritus quidem promptus?* Verum quidem est, violentos esse appetitus nostros, adeo etiam ut vel ipse S. Paulus hac de re conquestus fuerit, dicens: *Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captivantem me in lege peccati: ... Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus?* Verumtamen attendendum est, quod sequitur: *Gratia Dei per Jesum Christum*, efficaciora enim sunt auxilia gratiæ, Sacramenta, Orationes, abstinentiæ, disciplinæ, solitudines & pœnitentiæ, super omnes, quos Spiritus fornicationis nobis intentare potest, insultus. Sanctus Augustinus, qui per 33. annorum decursum carnaliter vixerat, tandem respiscens, hoc divinæ gratiæ auxilio confortatus, innocentiam baptismalem ad ultimum usque spiritum conservavit. Idem quoque S. Doctor in capitulo quodam confessionum suarum, cui titulus est: *Lucta Spiritus & carnis in Augustino*, refert apparuisse sibi in specie pulcherrimæ virginis, castitatis virtutem, eique amabilissimas promisisse delectationes atque delicias: *Castæ dignitas continentiæ, serena & non dissoluè hilaris, honestè blandiens, invitavit ut venirem, neque dubitarem, & extendit ad me suscipiendum atque amplectendum pias manus.* Subdit quoque insuper eamdem virtutem, innumeros ex omni sexu, ætate, & statu tenerarum virginum & viduarum, in continentia fortiter perseverantium, exhibuisse exercitus, sibique dixisse: *Tu non poteris, quod isti & istæ? an verò isti, & istæ in semetipsis possint, ac non in Domino Deo suo?* Non est quidem dubium, quin longius & prolixius, quod in Judicio fiet examen futurum sit illud, quod de peccato carnali instituetur, de quo S. Remigius inquit: *Demptis parvulis, ex adultis pauci propter hoc vitium salvantur*; & hi quidem Judicem se sibi conciliare posse sperant his verbis: *Memento quæso, quod sicut lutum feceris me*, at verò ipsis respondebitur: *Ipse cognovit figmentum nostrum.* Quid enim supremus ille Artifex Apostolo suo, de quo dixerat *vas electionis est mihi iste*, carnis tentationibus exagitato, (*datus est mihi stimulus carnis meæ*) atque exinde liberari desideranti respondit? hoc videlicet: *Sufficit tibi gratia mea*, tametsi enim caro infirma sit, à Spiritu tamen & gratia fortificatur. S. Ephrem de his, qui universalem negant resurrectionem, disserens, dum ad materiam de judicio tractandam descendit, in hæc verba scribit: *Væ, qui judicatur ab eo, qui illum finxit*: quasi dicere vellet; Deus qui nos creavit & plasmavit, fragilitatem nostram optimè sibi habet perspectam, idemque qui justissimus est, noster est futurus judex, ac proinde nihil apud ipsum valebunt futiles excusationes nostræ, siquidem is, qui nos finxit, pariter novit, quid à nobis fieri possit ac proinde *time ô homo*, subdit idem Sanctus Ephrem, *datum est tibi contra stimulum calcitrare.*

3. Remig. in c. 1. ad Rom.

Job. 10. v. 9.

Act. Ap. 9. v. 15.

Psal. 102. 14

2. Cor. 12. v. 7.

Ibid. v. 9.

S. Ephr. T. 1.

Mundus.

6. *Arguam te.* Quòd si allegare voluerimus, nos à mundi lenocinijs miserè deceptos & victos fuisse, Judex, qui illum in judicio extremo, flatu oris sui subvertet & devastabit, improperabit nobis, dicendo: Ecce miserum amoris tui objectum, quod plus quam me Creatorem tuum amasti, perijt enim mundus, cum tamen ego in æternum permansurus sim. Non sine mysterio Deus cœlum in habitationem nostram creans (propter quod electis dicturus est; *possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi*) simul etiam in sinuare voluit, mundum, quem tamquam exilij nostri locum creaverat, nihil in se habere boni; nam post prima illa sacræ Scripturæ verba: *In principio creavit Deus cælum & terram* ne terræ nimium per affectum adhæreremus, subitò subjunxit: *Terra autem inanis erat & vacua, & tenebræ erant super faciem abyssi.* Et quis est, qui non videat, in majori numero esse spinas, quibus Deus mundi hujus vias obsepsit, quàm sint rosæ? *Amarus est mundus, & diligitur*, inquit ingemiscens S. Augustinus; *putat si dulcis esset, qualiter amaretur.*

Matth. 25. v. 34.

Gen. 1. v. 1.

Ibid. v. 2.

S. Augustin.

Non sine causa, æterna & infallibilis veritas ijs, qui ponderoso mundi jugo gravati sunt, dicit: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis*, verè enim mundi hujus vita laboriosa est & difficilis, quod vel ipsimet præsciti, serius licet, confitebuntur: *Lassati sumus in via iniquitatis, ... ambulavimus vias difficiles.* Quid igitur in sui excusationem respondere poterunt, quando ijs objicientur labores, angustiæ, sudores, vilipendia, & dolores excessivi, quos ut dæmonis & inferni mancipia fierent, sustinuerunt, quando se suavi divinæ legis jugo subjiciendo, cœlum tanta cum facilitate sibi comparare poterant? *Jugum enim meum suave est & onus meum leve; Ego veficiam vos.* O quam facilior, jucundior, & suavior est via virtutis, præ via peccatorum? ut quis assequatur thesauros, honores, voluptates, satisfaciatque carni, ambitioni, cupiditati, innumeros necessum est sustinere labores & angustias: at verò ut quis sibi virtutem, quæ sanctos nos facit, acquirat, *una res quæritur*, ut inquit D. Chrysostomus, *magnitudo scitices & generositas animi, quam non atas, non inopia, non divitiæ, non aliquâ aliud, ne ad virtutem perveniat, cœrcebit.* Quòd si lamentatus fueris, crucem, ad quam invitaris à Christo, dicente *Qui non bajulat crucem suam, ... non potest meus esse discipulus*, viribus tuis nimium ponderosam, intolerabilem & superiorem esse; *Arguam te*, quia convinceris à Christo, dicente: Non te obligavi, ut in humeros tuos suscipias crucem meam, sed *tuam*; *qui non bajulat crucem suam*, non dicit *meam*; at verò numquid ô Domine longè pretiosius esset patibulum crucis tuæ, utpote innumeris meritis cumulatum, tuoque inæstimabili sanguine copiosè tinctum? Verum quidem hoc est, at verò ad tantum onus portandum alij, quàm Christi humeri minime sufficiebant, & ideo dicit *qui non bajulat crucem suam*, non verò *crucem meam*, quasi diceret, ut S. Thomas de villa nova ait: *Tollat crucem suam, nam meam non poterit; gravissima est enim, quam nullius puri hominis humerus portare sustineat; non meam injungo, sed tollat suam, levem & facilem.* Deus enim unicuique crucem, quam scalam ad paradisum conscendendum effe voluit, ita adaptavit viribus uniuscujusque, ut ætati, statui, sexui, conditioni, & professioni uniuscujusque conformis existat. Scala Jacob, per quam angeli ascendebant & descendebant, multos habeat gradus, ideoque varios figurabat status, eosque omnes gloriæ capaces. De hac scala S. Bernardinus ait: *Crux Christi scala utique est, quæ meritò per scalam Jacob signatur.* Deus igitur ex omnibus vocationibus certos quosdam homines habere voluit in cœlo, ut illos reprobis in die judicij opponeret, ad eos confutandos & convincendos; *Arguam te & statuam contra faciem tuam.* Ingeniosa porro est illa Oleastri observatio, illis Deuteronomij verbis, *cum eo sanctorum millia*, adhibita. Citans enim illum Psalmistæ textum: *Congregate mihi sanctos meos, qui pepigerunt pactum meum super sacrificium*, inquit, *Quid est, quæso Domine, quòd ad Judicium & ad promulgandas leges tuas, sanctos tuos tecum adfers?* & respondet, quòd datâ operâ sanctis Paradisi cœlitibus associatus, venturus sit ad judicium, ut horum exemplo, reorum retundat malitiam, quâ se tunc excusare nitentur: *Solent*, inquit, *transgressores legis divinæ excusationes adferre ad judicium. Alius, cui jejunium præceptum est, & non jejunavit, causatur imbecillitatem carnis suæ. Alius, quem ad fratri veniam dandam inclinare vix potes, dicit se hominem, non Christum; & sic quisque transgressorum excusationes suas ad manum habet, quas judici offerat, ad quarum confutationem sanctos secum affert.* His igitur, qui se jejunare non posse dicent, opponet Baptistam continuò jejunantem, vindictæ cupidis objiciet S. Stephanum, qui genuflexus pro suis lapidatoribus oravit; & sic de cæteris Sanctis cujusliibet professionis & vocationis discurrere licet.

Act. Ap. 9. v. 15.

Psal. 102. 14

2. Cor. 12. v. 7.

Ibid. v. 9.

S. Ephr. T. 1.

Matth. 11. v. 28.

Jugum humanum est gravissimum.

Matth. 11. v. 30.

D. Chrysost. Hom. 44. in Matth.

Luc. 14. 27.

Sequentes Christum jubentur portare Crucem suam propriam, non illam Christi.

S. Aug. l. 8. Conf. c. 10.

7. *Arguam te.* Similiter quid respondebimus, dum nobis improperabitur nos pluris æstimasse certum quemdam hominis & mundi respectum, quàm sui sequelam, quàm honoris sui tutamen, quàm denique divinæ legis suæ adimpletionem, quando videlicet ne modicum quid erubescentiæ sustinere, vel à solis impijs digito monstrari cogeremur, virtuosè & Christianè operari negleximus, maximè cum idem Judex antecedenter nobis protestatus fuerit, dicendo: *Qui me erubuerit, ... hunc Filius hominis erubescet, cum venerit in majestate sua, & Patris, & SS. Angelorum?*

Quid dicent qui pluris fecerunt respectum hominis, quam honorem Dei.

S. Thom. de Villa nova.

Luc. 9. v. 26.

8. *Arguam te.* In illa namque die Judex electorum & præscitorum evidenter in processu, quem formaturus est, monstrabit, beatitudinem, cujus adipiscendæ causa, creata est anima, potissimum consistere in operibus charitatis, quorum unusquisque capax existit. *Deus regnum suum fragmento panis vendit*, inquit D. Chrysologus, *quis excusare potuit non ementem, quem tanta vilitas venditionis accusat?* Salvator noster

Acquisitio beatitudinis, potissimum consistit in operibus charitatis.

D. Chrysol. ser. 42.

cap. 2.

Quare Judex sanctos suos adducturus secum ad judicium.

Deut. 33. v. 2

Ps. 49. v. 5.

Oleast. ibid.

cap. 2.

Luc. 17. v. 21

noster non sine causâ apud S. Lucam dicit ; *Regnum Dei intra vos est* ; quasi dicat, in potestate vestra consistit ; gratia enim Dei non deest nobis , quin potius ultro citroque eam nobis offert , hæc autem pignus est gloriæ , de qua D. Chrysostomus asserit : *Pretium non appono , ne objicias inopiam , quanti potes , tanti eme.* Ideo Deus æternam promisit retributionem, calicem aquæ, licet frigidæ,ex amore suo pauperi propinanti : *Quicumque potum dederit uni ex minimis vestris calicem aquæ frigidæ tantùm,... Amen dico vobis non perdet mercedem suam.* S. Bernardinus D. Chrysologi authoritati innixus , in quodam sermone suo ait : *Coram Angelis Domini in conspectu resurgentium, quòd Abel passus sit , quòd mundum salvavit Noë, quod Abraham fidem custodivit , quòd Moyses legem dedit, quòd Petrus etiam crucem ascendit , Deus tacet & clamat, quòd Pauper comedit , esurivit , & dedistis mihi manducare*, ecce tibi quàm exiguo pretio cœlum comparari possis.

D. Chrysost. Hom. 57. ad pop.

Matth. 10. v. 42.

S. Bern. T. 1. ser. 11. A. 3. cap. 2.

Jacobi 3. v. 2 Improperabitur impijs quod neglexerint sibi applicare pretium sanguinis Christi.

9. *Arguam te.* Quòd si te excusaveris, dicendo : *in multis enim offendimus omnes* , ac proinde te à peccatis immunem vivere non posse, utique respondebitur tibi: Habes sanguinem agni immaculati , in monte Calvariæ effusum,ad tuum arbitrium , ut per actus contritionis , perque pœnitentiam Sacramentalem culpas commissas delere possis , ijsdem peccatis , quibus tibi infernum aperuisti , dummodo ea detesteris ,& cum vero dolore & proposito ea non repetendi amplius,confitearis, erigere tibi poteris scalam quamdam,per quam ascendere possis in paradisum. Expressè idipsum dicit S. Augustinus : *De vitijs nostris scalam nobis facimus, si vitia ipsa calcamus , elevabunt nos si fuerint infra nos.* Hugo Cardinalis supra illa verba : *Statuam contra faciem tuam* , inquit : *Faciam te arguì à peccatis tuis , peccata quæ quasi quædam personæ apparebunt in judicio , accusantes peccatores* , confessa & ritè per pœnitentiam expiata,gradus nobis erunt, per quos ascendere poterimus in paradisum;averat autem Deus, ne per nostram obstinationem illa convertamus in ligna inferni,quibus crememur , conculcando sanguinem Christi, in Sacramentis pro nostra utilitate depositum. Tandem verò S. Augustinus de Impijs , per considerabilem hanc propositionem concludit , inquiens : *Hoc in extremo judicio vetitè fit,ut iniqui & impij, bonorum damna in cruciatibus defleant , sententes eorum ablatorem justissimum Deum , quem contemptserunt largitorem benignissimum.*

S. Aug. ser. 176. de temp. Psal. 49. 21. Hug. Card.

S. Aug. l. 19. de Civ. Dei. cap. 13.

DISCURSUS XIX.

ARGUMENTUM.

De reproborum angustijs , utpote quibus omnes recursus , & appellationes , omniaque subterfugiorum genera intercludentur, eò quod Judex in illa die futurus est justus, incorruptus, potens , sapiens , inexorabilis & inflexibilis.

THEMA.

Dies iræ dies illa,dies tribulationis & angustiæ. Sophon. 1. ℣. 15.

Dies finalis judicij vocatur dies angustiæ.

1. TRemendus finalis judicij dies à Spiritu S. non solùm per os Sophoniæ dies angustiæ appellatus fuit , verùm etiam in pluribus alijs sacræ Scripturæ locis , idem epitherum ei attributum fuisse reperio. S. Propheta Job de peccatore differens , interrogat. *Numquid Deus audiet clamorem ejus , cum venerit super eum angustia ?* Idem pariter alibi de eodem die prædicit : *Torrebit eum tribulatio & angustia vallabit eum.* Isaias de judicio mentionem faciens,simul quoque angustiæ meminit , inquiens : *De angustia,& de judicio.* Et ratio est , quia ut S. Bernardus ait : *Arctæ & strictæ erunt tunc viæ omnium peccatorum , quando non poterunt negare , non excusare , non appellare, non fugere, non impetrare venam , non habere refugium.* Omnes enim viæ præoccupatæ erunt. *Conrabentur in angustijs suis.*

Job 27. v. 9.

Job 15. v. 24

Isa. 53. v. 8.

S. Bern. ser. 54. in Cant.

2. Reg. 22. 6.

Undique enim angustiabuntur impij.

2. Undecim tribus populi Hebræi olim prælia-bantur contra tribum Benjamin , ut nefandum illum excessum , à quodam illorum in Gabaa commissum, vindicarent, adeoque illos ex omni parte per insidias cinxerunt , ut quasi omnes in ore gladij fuerint interfecti. *Non enim intellexerant , quòd ex omni parte illis instaret interitus.* Pari quoque modo sciendum est reprobis , quòd ex omni parte in illa die angustiati erunt & obsessi ; *Pugnabit eum illo* (id est in favorem judicis , *orbis terrarum , armabit creaturam ad ultionem.* S. Bonaventura terribilem judicij faciem , his verbis,nobis repræsentat : *Est horribile ex omni parte, quia supra erit judex austerus & iratus , subtus patens infernus ; intus conscientia remordens ; extra mundus ardens ; à dextris peccata accusantia , à sinistris damonia terrentia ; circa illa boni Angeli in inferna propellentes ; ibidem omnes sancti Judicis sententiam approbantes ; & omnes mali cum bonis , peccata damnatorum cognoscentes.* Innocentius III. discursum suum ad Judicem Christum dirigens, inquit : *Cum sis potentissimus,manus tuas nemo potest effugere ; cum sis Sapientissimus, oculos tuos nihil potest latere ; cum sis Justissimus , animum tuum nemo potest corrumpere.* Nec est quod quis speret, quòd se per fugam subducere possit, quia Psalmista ait : *Quò ibo à spiritu tuo,& quò à facie tua fugiam ? si ascendero in cœlum, tu illic es ; si descendero in infernum , ades ; si sumpsero pennas meas diluculo & habitavero in extremis maris, etenim illuc manus tua deducet me.* Omnes creaturæ propellent à se reprobos ante tribunal Dei , utpote illis vehementer iratæ , ut in Discursu IV. probavimus ; Ac proinde nullum reprobus potest sperare in universa natura creata refugium aut latibulum, & ideò meritò reprobus dicet : *Quò à facie tua fugiam ?*

S. Bonav. l. 7. Comp. Theol. verit. c. 17.

Innoc. 3. in Psal. 142.

Ps. 138. v. 7.

3. S. Propheta Job ait : *Semitam meam circumsepsit, & transire non possum.* At verò numquid se in innumerabili electorum multitudine abscondere poterit,ita ut non agnoscatur ? Audiamus ad id respondentem S. Antonium de Padua : *Nullus malus inter bonos poterit locari , ut ibi salvetur.* Citatque textum illum Danielis 13. *Separate eos ab invicem , & judicabo eos.* Nullus se subducere poterit ; est enim *generalis citatio ; omnes peremptoriè citantur , nec ullus poterit se ullatenus absentare* ; nam ut Apostolus ad Romanos capite 14. ait : *Omnes enim stabimus ante tribunal Christi.* Et ad Corinthios scribit : *Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi ; Omnes nos* , inquit D. Angelicus , *nullus excipitur.* Unde S. Mater Ecclesia canit : *Tuba mirum spargens sonum per sepulchra regionum , coget omnes ante thronum.* Idem quoque Angelicus in dictione illa , *oportet*, necessitatem observat , quâ omnes & singuli ad comparendum adstringentur . *Ponit judicij necessitatem*, inquit, *quia nec per interpositam personam , nec per contumaciam poterit quis effugere judicium illud ; unde dicit ; oportet , id est , necessarium est.* Unde S. Ephrem ait : *Hæc & illuc diffugere volens non reperit ullum aufugiendi modum.* S. Thomas de Villa nova Christum per Psalmistam impio prædixisse considerat , illum nusquam habiturum refugium. *Ad iniquos ita proloquatur* , inquit ; *Dixi iniquis : nolite iniquè agere , nolite loqui adversùs Deum iniquitatem. Propter quid ô Propheta ? quâ ratione ? Sequatur : quia neque ab Oriente neque ab Occidente , neque à desertis montibus , scilicet fuga vobis patet.* Porrò qui capitale aliquod admisit delictum, in regionem longinquam & peregrinam fugit , ut sic Principis sui justitiam evadat, vel potentis alicujus regis favorem sibi conciliare nititur, ut in ejus regnis securus degat ; At vero in die illa id fieri non poterit cujus Psalmista hanc reddit rationem , *quoniam Deus Judex est.* Unde & S. Ephrem dicit : *Nullus,qui auxiliari ibi possit , reperietur. Ubi cuncta tunc mundi opes ? ubi potentia regum ? ubi principum temeritas ? quomodo nusquam tunc apparebit , qui adjuvare possit dilectos ? ubi tunc , qui genuit Pater ? ubi fratres ubi amici ?* S. Thomas de Villa nova miserabilem in illa die magnatum considerat conditionem , inquiens : *Quot Reges & potentes , bubulcis ibi & agricolis sociati sticbunt ? Quid illis tunc proderit gloria mundi. Quid fastus & pompa Regalis ? quid apparatus familiæ ? Tantum abest* , quòd ante illum Judicem, in cujus fœmore scriptum est : *Rex Regum & Dominus dominantium* , tueri & defendere se possint,ut Isaias de ipsis prædixerit : *Reges terræ , qui jam super terram & congregabuntur in congregatione unius fascis in lacum* ; Ubi S. Hieronymus ait : *Congregationem Regum & Principum in unum fascem , in die Judicij pariter colligatos mittet in lacum inferni.* Quòd si quis Nabuchodonosorem , ante quem totus mundus tremebat , in sylva quadam adinstar bestiæ alicujus herbas depascentem vidisset, quid dicturus fuisset ? In illo autem die augusti Reges & Imperatores ab ijsdem conculcabuntur , quos in hac vita velut mancipia vilipendebant.

Job 19. v. 8. Nullus dubitur latendi locus , sed omnes citabuntur, & comparere cogentur. S. Anton. de Pad. serm. in Fer. 2. post Dom. 1. Quadr. Rom. 14. v. 11 2. Cor. 5. 10.

Isai. 24. v. 22

S. Hier. ibid.

4. *Cum sis Sapientissimus , oculos tuos nihil potest latere.* Reprobi enim tunc Judicis rigorem , veritatem dicti rigoremque celando vel fraudes adhibendo , evadere non poterunt ; Nam ut S. Bonaventura ait : *Nullus tunc poterit fallere sapientiam.* Bellovacensis postquam Judicis consideratissimi omnipotentiam , statim subjungit : *Cujus scientia indeceptibilis. Timendus est Judex iste , quia ejus scientia infallibilis , quia nec fallit , nec falli potest,quia scit omnia Judex iste , quia coram eo argutiæ nihil proderunt*, nam ut S. Job capite 42. ait : *Scio, quia omnia potes , & quia nulla te latet cogitatio.* Alij Judices pro eruenda in lucem veritate necessariò examina præmittere & testes utrimque audire debent , at verò de hoc Judice Salvianus inquit : *Alia omnia,id est, humana dicta , argumentis & testibus agent , Dei autem sermo ipse sibi testis est.* S. Antonin. ex S. Thoma in tertio sententiarum inquit : *Novit Christus omnia quæ tunquam fuerunt , sunt,& erunt in actu, unde omnes operationes humanas , cogitationes & affectus malorum & bonorum novit , cum de his omnibus habeat judicare.* Unde sequentem deducit consequentiam , condemnato omne refugium præcludentem : *Non ergo per ignorantiam aliquam fiet aliqua injustitia.* B. Laurentius Justinianus inter alias hujus judicis conditiones , hanc quoque enumerat : *Nec errore falletur , quia Sapientissimus est : Ista namque est scientia summi judicis , iste tremendus aspectus , cui pervium est omne solidum & apertum omne secretum , cui obscura clarent , muta respondent , silentium confitetur & sine voce mens loquitur ; & ideo cum ejus sapientia sit tanta,& talis , non prævalebit contra eam præclarissimum eloquium ; & astutia versutorum Oratorum.* Regius Propheta in Ps. 95. de Christo, coram Tribunali sedente , inquit ; *Judicabit orbem terræ in æquitate & populos in veritate sua.* At verò cur Propheta ipsum judicaturum esse dicit *in æquitate & veritate sua* ; quis enim veritatem judicij sui, aliam quàm suam esse suspicari posset ? nimirum inter judicia,quæ hîc in terris à Judicibus humanis siunt , & illud quod Filius Dei in die illa administrabit , hæc est differentia,quòd in nostris Judicibus ignorantia vel passiones , eorum intellectum excæcantes,efficiant,ut unam rem pro alia judicent,sintque erroribus obnoxij ; sæpe etiam inconsideratio in ipsis locum habet ; At verò non sic erit in judicio Dei: *Judicabit in veritate sua , non verò in veritate accusantium vel testium ; cum enim sit Sapientissimus , oculos suos nihil potest latere.* S. Thomas super illa verba : *Manifestari oportet ante tribunal Christi*, inquit,*in illo perfectissimo judicio certitudo erit , quia erit ibi manifestatio cordium.*

Fallere,aut evadere non poterunt. S. Bonav. Salilog. c. 3. Bellov. spec. mor. l. 1. dist. 5.

Job 42. v. 2.

Salvian. l. 3. de Provid.

S. Ant. sum. Theol. 4. p. Tit. 4. c. 1. §. 1.

Ps. 95. v. 13.

B. Laur. Justin. de lig. vitæ c. 4.

Ipse enim judicabit populos in Veritate sua, nõ vero testiũ , aut aliorum.

2 Cor. 5. 10. S. Thom. ibid.

5. *Cum sis Justissimus , animam tuam nemo potest corrumpere.* S. Job de hoc judicio differens , ait : *Si fortitudo quæritur , robustissimus est* ; enimverò inter alias dotes,ad judicem rectum requisitas, una hæc est , ut scilicet generoso sit pectore præditus , ut personis se opponere possit potentibus : *Si æquitas judicij , nemo audet pro me testimonium dicere.* Judices sententiam pronunciant *secundùm alta & probata* ; de Christo autem dicitur : *Reddet unicuique secundùm opera ejus.* Unde S. August. in persona Christi ait : *Ecce non potest justitia mea aliud judicare , nisi quod meruntur opera vestra.* Sanctam Birgittam Christus die quâdam interrogavit : *Potes quærere, si in omni justitia habeo misericordiam , quomodo misericors sum in damnatos ? &* respondet ei adductâ similitudine judicis alicujus , pro tribunali sedentis , coram quo dilecti fratris sui causa agitatur ; hic enim,si judex rectus sit, fratri suo utique dicet : *Tu frater meus es , & ego Judex tuus & licet te intimè diligo,tamen non potero , nec decet facere contra justitiam. Tu vides omnem justitiam in conscientia tua secundùm merita tua , secundùm hanc oportet te judicari.* Perque hanc similitudinem Christus sanctæ Sponsæ demonstrabat , quòd licet ipse per assumptam humanitatem Frater noster sit, attamen ut Judex constitutus, necessariò juxta merita & demerita nostra judicare debeat. S. Antoninus ait : *Sciendum , judicium illud fore justissimum* ; Cujus has reddit rationes : *Humanum pervertitur judicium timore , cupiditate , avaritiâ , odio , & amore amicitiæ vel consanguinitatis ; Addit Glossa tres alios defectus , scilicet imperitiam seu ignorantiam , nimiam compassionem miseriæ alterius , rigorem , severitatem ; sed nihil horum poterit esse in Christo.* Citatque authoritatem S. Hieronymi , inodum , quo iram & furorem huic judici inesse intelligi debeat , in hæc verba explicantis : *Ira Dei non est concitati animi furor ut nostra , sed justi supplicij constitutio.*

Job 9. v. 19. Judicis justissimi animium nemo corrumpere potuerit. Matth. 16. 27.

S. Aug. de vanitate seculi. Revelat. S. Birgittæ l. 2. c. 2. Revelatio circa hoc,facta S. Birgittæ.

S. Antonin. ibid. §. 8.

Divites indicem corrumpere non po-

6. Ezechiel Propheta divites nequaquam sperare posse prædicit, quòd justitiam Judicis hujus corrum-

pere, vel ipsum donis & muneribus placare poterunt : *Argentum eorum foras projicietur , & aurum eorum in sterquilinium erit , argentum & aurum eorum non valebit liberare eos in die furoris Domini.* S. Bernardus in epistola quadam,quam ad Robertum nepotem suum scripsit , eamdem habet considerationem , nimirum quòd judicium hoc venale non erit , & consequenter nullum sit effugium, quo incorrupta hujus judicis severitas declinari possit : *Veniet*,inquit,*veniet dies judicij , ubi plus valebunt pura corda , quàm astuta verba ; & conscientia bona , quàm marsupia plena ; quandoquidem Judex ille nec falletur verbis , nec flectetur donis. Tuum Domine Jesu tribunal appello , tuo me judicio servo , tibi committo causam meam , Domine Deus Sabaoth.* At verò dicat aliquis , numquid ille idem Bernardus est,qui paulo ante prædicaverat,dicens : *Paveo Judicis vultum, ipsis quoque tremendum angelis potestatibus ?* Quomodo igitur nunc ad hoc tribunal appellat,& ad judicium istud recurrit ? nimirum rationem mox subdit, dicens : *Quia judicas justè :* in tribunalibus mundi hujus aliquando subinde nobis spes affulget appellationis, revisionis causæ , differendæ executionis sententiæ , recursus ad tribunal supremum: At verò hîc , inquit S. Bernardus : *Sententia semel lata erit immutabilis ; tortores horribiles , qui numquam viventur,erunt parati , ut datâ sententiâ te damnatum ad tormenta rapiant.*

terunt aurũ vel argentũ. Ezech. 7. 19. Judicium enim hoc nũ erit Venale.

S. Bern. Ep. 12. ad Robertum.

S. Bern. serm. 16. in Cant.

S. Bern. de inter. domũ c. 38.

7. Trita est illa regula juris : *In criminibus notorijs non admittitur appellatio* ; reproborum autem crimina,omnibus nota & manifesta erunt , quia ut S. Paulus ait : *Nos manifestari oportet*,atque ideo nulla ratione poterunt in controversiam vocari. Præterquam quod S. Hieronymus dicat : *quanta formido judicij , cum ipse sit testis & judex , testis est autem conscius malefactis & adulteris, hæc enim crimina perpetrantur occultè , & ideo proferuntur in medium , ne diu lateant.* In Apocalypsi dicitur : *à Jesu Christo, qui est testis fidelis. Ubi* vulgata nostra apud Malachiam legit : *Ero testis velox*, Vatablus vertit , *ero testis promptus.* D. Chrysostomus quoque ait ; *Hominum judicia sæpe falluntur , sententia divina nec reprehendi umquam potest , nec corrumpi* ; & dato casu , quod contra reprobos nullus esset alius testis ad testificandum , tamen contra illos præsentes adesset illi , qui ab ipsis fuere oppressi.Unde Bellovacensis ait : *Testimonium perhibebunt homines justi , quos contemnentes deriserunt ; pauperes quos oppresserunt temporaliter , læserunt corporaliter vel spiritualiter gravaverunt , vel ad peccata traxerunt , impedierunt à bono, verbis, moribus , & exemplis,occasionem ruinæ, vel scandali præbuerunt , pacem eorum turbaverunt , & Creatorem eorum & Dominium offenderunt.* Sancti quoque & angeli , ut in Disc. 12. probavimus,confutabunt eos, illisque objicient, quòd auxilijs & intercessionibus suis fuerint abusi ; Unde sequetur , ut idem Author notat , quòd per horum testimonium tantò manifestior evadet meritissima eorum condemnatio ; *Unde tot testibus & tantis multiplicatis contra miseros , omni fide dignissimis , & omni exceptione maioribus , non habebit aliquis eorum , quid valeat respondere.* S. Antoninus pariter hoc irrevocabilis sententiæ punctum his verbis tangit : *Valde timendum circa hoc judicium , est sententiæ justissimæ irrevocatio. In humanis judicijs quia Judex potest errare , ideo inventum est remedium appellationis , per quod sententia lata potest retractari,& pluries , sed per superiorem* , ut patet 1. quæst. 6. per totum. *Sed à sententia Christi ista appellari non potest , quia superiorem non habet.* Æquitas & justitia ejus controverti non poterit utpote cui cœlum,terra & infernus his verbis applaudent : *Justus es Domine , & rectum judicium tuum.* Non se finet flecti per preces , lachrymas , emendationis promissionem , & propositum , nec per favores , parentelam , amicitias , lucra , intercessiones. Ad illum placandum & in suam sententiam trahendum , locum non habebit nobilitas , authoritas , divitiarum abundantia , timor , eloquentia , passio, odium,doctrina, compassio,furor, sed justissimus,inflexibilis , & inexorabilis erit. S. Ephrem de divina retributione differens , inquit : *Heu anima mea quidnam tibi faciendum patabis , quando formidabiles Angeli , supplicijs exigendis destinati , te cum omnibus peccatoribus arripient ? Quid faciam ? quid agam ? Heu mihi,quod nullâ vitâ queam relaxatione potiri. Recessit tempus exorandi. Quis mihi indulgebit exoptatam unias diei pœnitentiam , quo possim flendo ad misericordiam Christum flectere ?* Quòd si quis integrum mare quoddam lachrymis impleret, vorax inferni ignis illud immediatè absorberet ;

Nullus admittitur appellatio. 2. Cor. 5. 10.

Apoc. 1. v. 5. Malach. 3. 5.

D. Chrysost. Hom. 10. in 1. ad Cor.

Bellov. spec. mor. l. 1. dist. 8. Qui sint falsi testes,

S. Antonin. ibid. §. 8.

Nihil habebit locum ad juvandum dicem placandum. Ps. 118. 137.

S. Ephr. T. 2. de divinæ retributo.

forberet ; quia *ignis ante ipsum præcedet , & inflammabit in circuitu inimicos ejus* ; præterquam quòd inutile futurum esset , quia *venerit tempus exorandi, quia inexorabilis erit*, inquit S.Bonaventura , quia *zelus & furor viri non parcet in die vindictæ*. S. Augustinus in quodam sermone id , quod Christus reprobis sibi supplicaturis respondebit, in hæc nobis expressum reliquit verba : *Despexistis in homine Deum , in infirmo salutem , in via reditum , in Judice veniam , in cruce vitam , in suppliciis medicinam.*

S.Cypr. de Aſc. Chriſti.

Pſ 96. v. 3.

S.Bonav l. 7. Comp. Theol. verit. c. 17.

S. Aug. ſerm. 67. de temp.

Sententia Judicis mutari non poterit.

Act. Apoſt. 1. v. 11.

8. S.Cyprianus Christum contemplans , in monte Oliveti ascendentem (quando duo angeli comparuerunt,dicentes : *Sic veniet , quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum* ;) ita ad præsens pariter sermocinatur intentum : *Hoc duo angeli Christo ascendente testati sunt , quia qui judicatus abibat Judex esset terribilis rediturus , & videret collecta in unum generalitas hominum , quas foderat manus , quod terebraverat latus , faciem quam conspuerat, & prolata in medium inflexibili sententia , occurrentibus Salvatori electis , remanent impij infinitis deputati tormentis.* Et bene vereque infinitis , quia juxta infallibile Spiritus veritatis

Num. 23. 19.

axioma , *non est Deus quasi homo,ut mentiatur* ; *nec ut filius hominis , ut mutetur* ; Quemadmodum judices terreni , qui sententias suas mutant *ex noviter deductis* ; coram illo enim tribunali *omnia nuda & aperta sunt.* Deus novit perfectissimè , quidquid opere , intentione aut imaginatione transactum, utpote qui *alta à longè cognoscit.*

9. Beatus Laurentius Justinianus de eodem hoc Judice inexorabili ita scribit : *Non flectetur timore , quia potentissimus est , de quo legitur ; non est , qui possit tuæ resistere voluntati, tu enim fecisti cœlum & omnia , & universa quæ cœli ambitu continentur , nec flectitur manere , quia ditissimus est.* Equidem Esau cum benedictionem paternam,sibi debitam,fratri minori Jacob collatam esse audiret , *irrugit clamore magno,& consternatus ait : Benedic etiam & mihi Pater mi.* Inclinatusque Pater precibus nimijs novam Esau impertiit benedictionem,dicente scriptura ; *cum ejulatu magno fleret, motus Isaac, dixit ad eum : In pinguedine terræ & in rore cœli desuper, Erit benedictio tua.* Nequaquam autem similem in judicio illo gratiam experientur reprobi ; plorent namque, quantum poterunt & noverint. Christum constanter nihilominus inflexibilem & inexorabilem offendent, nulla alia audituri verba , præterquam : *Discedite à me maledicti in ignem æternum. Judex summus*, inquit Bellovacensis , *cujus potentia insuperabilis , cujus scientia indecipibilis , cujus æquitas implacabilis, cujus sententia inflexibilis.*

B. Laur. Juſt. de lig. vitæ c. 4.

Quibuſcumque ejulatibus & fletibus.

Gen. 27. 34.

Ibid. v. 38.

Ibid. v. 39.

Ibid. v. 40.

Matt. 25. 41.

Bellov. ſpec. mor. l. 2. diſt. 5.

DISCURSUS XX.

ARGUMENTUM.

Dæmon in judicio finali se reprobis opponet, qui supplicijs, iræque Dei subjecti,& à propijs cognatis & amicis infestati, & derelicti,nullum ullibi habituri sunt refugium.

THEMA.

Venient dies in te , & circumdabunt te inimici tui vallo , & circumdabunt te , & coangustabunt te undique. Lucæ 19. ℣. 43.

Dæmones capitales hominis inimici in illa die animam undique obsidebunt.

V. Beda Hom. 10. poſt Trin.

1. LIcet incarnata Sapientia hanc exercitus inimici obsidionem contra Jerusalem prædixerit, Ven. nihilominus Beda in sensu morali de angustijs, quas reprobi in die judicij experientur , in hæc exponit verba : *Qui sunt humanæ animæ majores inimici , quam maligni spiritus ? quam vallo circumdant,quia ante mentis ejus oculos reduxerit iniquitatibus , quas perpetravit , hanc ad societatem suæ damnationis trahentes coarctant. Et circumdabunt te & coangustabunt te undique* ; *maligni spiritus undique animam coangustant , quando ei non solùm operis , verum etiam locutionis atque insuper cogitationis iniquitates replicant.* Quod idem & S.Gregorius, verbis tamen nonnihil differentibus, in homil. 39. super evangelia expressit.

S. Greg. Hom. 39.

Lucifer insultabit in illa die Christo, eo quod plures habeat sequaces quam ipse.

2. Nostro autem in primis proposito quidem S. Cypriani favet discursus , in quo fatum Luciferi,quo in die judicij adversus Christum , propter majorem suorum sequacium numerum insultabit, in hæc repræsentat verba : *Ponat unusquisque ante oculos suos , Diabolum cum servis suis , id est,cum populo perditionis ac mortis , in medium prosilire plebem Christi , præsente & judicante ipso comparationis examine , provocare , dicentem : Ego pro istis,quos mecum vides , non alapas accepi nec flagella sustinui , nec crucem pertuli , nec sanguinem fudi , nec familiam meam pretio passionis & cruoris redemi ; sed nec regnum illis cœleste promitto , nec ad paradisum restituta immortalitate denuo revoco.* Et sanè si reprobi nullius alterius rei forent transgressores , nisi quòd dorsum Christi obvertissent laboro , sub quo conscripti fidelitatem jurarunt in Baptismo , Dei animarumque inimico renuntiantes Diabolo,nonne delictum sufficiens hoc foret , ut ad pœnarum infernalium condemnarentur æternitatem. Eventum auscultate mirabilem , quem Bellovacensis de quodam commemorat obsesso , qui prædicatoris cujusdam,eò quòd auditoribus summè placuisset , inaudiens laudes,se quoque obtulit ad prædicandum , promittens,se nihil à veritate alienum,nec quod ulli nocere posset , pronuntiaturum. Novitatis itaque avidus populus concurrit plurimus. In cujus præsentia diabolus per os obsessi loquens, efficacem & fructuosum discursum quemdam texere cœpit de suo è cœlis lapsu, de hominis è paradiso exilio, de subministratis nobis à Deo pro nostra salute auxilijs, pro qua etiam Prophetas suos,unigenitum suum , Apostolos denique Martyres & confessores ad nos miserat , ac tandem in fine concluſit , inquiens : *Et ne aliquid omittat Deus, novertit me esse Diabolum , qui vobis compellor veritatem prædicare.* Verum enimvero quærendum hic venit,cur Dæmon,qui perditionem nostram unicè cupit , ea in occasione in auditoribus suis compunctionem excitare materiamque adeo utilem illis prædicare conatus fuerit ? Ecce vobis causam : Nimirum *ut Deus magis habeat in die judicij , quid vobis improperet , & ego unde vos magis accusem.* S. August. pariter oppositiones insinuat , quibus cum Dæmon coram Tribunali supremi Judicis luctaturus est cum reprobis: *Habet tunc dicere ipse Diabolus : Æquissime judex , judica hanc esse meum ; à te accepit immortalitatis stolam , à me hanc pannosam , quia indutus est,vestem ; tuam vestem amisit , cum mea veste hoc advenit. Quid apud Deum impudicitia facit bat , quid intemperantia , quid avaritia , quid ira , quid superbia , quid cætera membra mea ? dimisit te,confugium fecit ad me.Meus esse voluit & mea concupivit, mecum puniri debet, quoniam quem tu dignatus es tanto pretio liberare, ipse mihi voluit se postmodum libenter obligare.* Quid igitur (quærit S. Augustinus) infelix ille in his angustijs positus , ad hæc improperia & exprobrationes respondere valebit? *Poterunne talis aperire os,qui talis ibi invenietur, ut justæ iræ cum diabolo deputetur.*

S. Cypr. de exhort. Martyr. & Epiſt. 30. l. 3. c. 4.

Bellovac. ſpec. mor. l. 2. diſt. 8.

Mirabilis hiſtoria Dæmonis,in hominem obſeſſo, prædicantis.

S. Aug. T. 9. lib. de ſalut. docum. c. 62.

Qualiter Dæmon inſultabit damnato coram judice.

3. *Circumdabunt te , & coangustabunt te undique.* S.Bonaventura hanc animæ in futuro judicio obsidionem ex S. Bernardo his verbis delineat : *Considera* , inquit , *anima mea cum tremore , quid erit de te in die novissimo , quando contra te de cogitationibus loquetur conscientia ; quando te de tuis actionibus omnibus accusabunt elementa ; Quando contra te crux Christi portabitur in testimonium , quando verbera ipsius contra te clamabunt , vulnera ejus allegabunt, clavi loquentur,cicatrices conquerentur ? O angustiæ ! Hinc erunt peccata accusantia , inde terrens justitia , intus furens conscientia , subtus horrendum chaos inferni , supra judex iratus justi judicij , foris mundus ardens , intus justitia judicantis terrens.* S. Bern. innumeram hominum judicandorum considerat turbam,coram magnifico illo tribunali consistentem. *Congregabuntur ante faciem ejus omnes gentes* ; ubi Glossa ab eo citata inquit : *Congregabitur ante eum omnis ætas , omnis sexus,quia sc. mali & boni ; boni per angelos , mali per dæmones.* Et quidem priusquam ad separationem zizaniæ à frumento perveniatur , omnes simul conglobati stabunt,ac tum demum Judicis jussu, pro reis dura illa separatio fiet.

Animæ inquorũ undique coangustabuntur.

S.Bonav.T. 7. ſoliloq. cap. 3.

Matt 25. 32.

S.Bern.T.1. ſerm.11.A.3. c. 1.

4. Bellovacensis verba illa S.Pauli observat , dicentis : *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi* ; eademque hunc in modum exponit: *Terrorem malum exaggerat comparendi necessitas , de qua dicit Apostolus 1.Cor.5. omnes , generaliter, sine exceptione ; nos , personaliter , sine excusatione ; oportet sine evitatione , manifestari , sine absconsione vel tergiversatione ante tribunal Christi , sine retardatione. Non poteris pro te procuratorem mittere , nemo pro te poterit respondere , nulli licebit tibi consulere, nullus pro te audebit intercedere , nec aliquis poterit te juvare.* Funesta illa & horribilis scena , quæ in tremendo illo die repræsentabitur,in Deuteronomio his sese perspicuis verbis , nobis describitur : *Ignis succensus est in furore meo, & ardebit usque ad inferni novissima , devorabitque terram cum germine suo & montium fundamenta comburet ; congregabo super eos mala & sagittas meas complebo in eis, . . . dentes bestiarum immittam in eos,cum furore trahentium super terram atque serpentium , foris vastabit eos gladius & intus pavor.* Quòd si impius ad cœlum suos levet oculos , videbit inde ardentes contra se evibrari sagittas;si ad terram se convertat,hæc sub pedibus ejus dehiscens per tremendos terræ motus aperietur , atque à voraci ignis torrenti conflagrabit ; Quòd si in montium se abscondere voluerit cavernis, à feris dilaniabitur ; si fugere voluerit , præcipitabitur in voragines ; si amicos conquirat , eorum loco ursos sibi obvios habebit : *Quomodo si fugiat vir à facie leonis , & occurrat ei ursus , & ingrediatur domum , & innitatur manu sua super parietem , & mordeat eum coluber. Coangustabunt te undique.*

2. Cor. 5. 10.

Bellov. ibid. diſt. 5.

Terrorẽ inſuper quorum multitum augebit comparendi neceſſitas.

Deut. 32. 22.

5. Deus olim per Ezechielem comminabatur , dicens : *Egredietur gladius meus de vagina sua ad omnem carnem , ab Austro usque ad Aquilonem* ; id quod vel maximè in die illo novissimo adimplebitur, in omnibus namque quantumvis diris supplicijs , cujusmodi sunt incendium quinque civitatum,diluvium universale,aliaque quamplurima,quæ durante hâc vitâ præsente per longissimum præteritorum sæculorum spatium , super terram immissa fuerunt , Deus vindicativæ justitiæ suæ ensem semper intra vaginam continuit,quia semper,etiam puniens, misericordiæ suæ memor fuit , at verò in illa die gladium evaginabit ; *egredietur gladius meus de vagina sua ad omnem carnem* ; eumque stringet adversus omnes & singulos , siquidem, ut in sequentibus Discursibus videbimus , in illa die trepidabunt viri etiam sanctissimi, *armabit creaturam ad ultionem.* Mare enim restituet omnia corpora, quæ deglutiverat ; ignis pariter reddet omnes carnes & ossa , quæ in cineres redacta devoraverat; terra foris integra ejiciet omnia cadavera , quæ intra ejus viscera putrefacta fuerant ; infernus os suum dilatabit admittendum in vallem Josaphat omnes animas reproborum, quas hactenus in carceribus suis tenuit vinctas. Cœlum Empyreum quoque eò mittet angelos & animas beatas , ad supremi judicis obsequium & improperium reproborum. *Gladius Domini*,dicitur apud Isaiam, *repletus est sanguine, incrassatus est adipe* , quasi diceret: justitia Dei tunc in centro suo erit & incrassabitur. Omnia supplicia hujus vitæ quantumvis severissima unicæ dumtaxat stillæ assimilantur. *Furor Domini stillavit super nos :* At verò in novissimo judicij die cataractæ cœlorum aperientur, dilatabunturque abyssi furoris ejus,nam *judicia tua abyssus multa.*

Ezech. 21. 4.

In pœnis in hac vita ; inflictis continuit Deus gladium in vagina sua , ſed in finali judicio extrahet illum è Vagina.

Sap. 5. v. 18.

Cœlum & terra erunt homini contraria.

Iſai 34. v. 6.

Pſ 35. v. 7.

2. Paral. 34. v. 21.

6. Apud Danielem Rex Balthasar , visâ manu ad parietem scribente , toto corpore contremiscere cœpit : *Facies regis commutata est,& cogitationes ejus conturbabant eum , & compages renum ejus solvebantur , & genua ejus ad se invicem collidebantur.* Forsitanne lethalia sibi imminere videbat fulmina ? Inaudierat forte suos succubuisse exercitus,& regna perdita ? nequaquam ; sed epulabatur jucundus, suis cinctus concubinis, omnibusque vastissimi regni sui stipatus satrapis ; quæ igitur tanti timoris ratio? *Apparuerunt digiti quasi manus hominis scribentis contra candelabrum in superficie parietis* ; Hi duo digiti mortem ipsi & regni intimarunt jacturam. Iterum totum 1. Exodi percurrite caput , duritiem decem ponderaturi flagellorum , quibus Ægyptus percussa fuit ; & nihilominus velut digitus dumtaxat manus divinæ erat : *Digitus Dei est hic* ; Ubi Philo ita scribit : *Quid enim cyniphe vilius ? & tamen tantum efficit , ut tota Ægyptus exclamare videatur hunc esse digitum Dei.* Muscæ , ranæ , cyniphes milites agebant,medijs quibus Deus suos oppugnabat rebelles,ast quia ira Dei illos duxerat , feroces videbantur leones,unde & alibi dicitur : *Dabo pavorem in cordibus eorum , terrebit eos sonitus folij volantis . . . cadent nullo persequente & corruent singuli super fratres suos.* Sed ut ad primum de digito redeamus sermonem , iterum Philonem audiamus,quærentem,quare Ægyptij dixerint: *Digitus Dei* , & non potius, *manus Dei* , respondentque : *nam manus nec à tota quidem terra , quanta quanta est , sustentari possit,imo nec à mundo universo.* Si namque Deus Ægyptum percussurus unicam dumtaxat elevasset manum , totum universum in exterminium ultimum conjecisset. Oculum in miseris conjicite Jobi , utique majus familiam, substantiam , personamque ejus opprimere non poterat infortunium, & nihilominus dicit solummodo: *Manus Domini tetigit me*,dicit se unicâ dumtaxat manu non percussum , sed leviter dumtaxat attactum fuisse. *Tetigit me* ; Ast quid de judicio statuemus finali, quod dicitur *dies iræ dies ultionis in corde Dei* ; Quid autem eventurum putatis ? *Indignatio mea ipsa auxiliatrix est mihi,Et concalcavi populos in furore meo,& inebriavi eos in indignatione mea.* Tunc illud adimplebitur , quod à divina quondam justitia poscebat Psalmista : *leva manus tuas in superbias eorum* , quæ tunc rerum facies erit,quando non una,sed utraque Dei manus,vindicativæ justitiæ vibrabit gladium ? *In finem,* id est,in judicio finali. Quot equidem sæculis judex ille suis cruci affixis nos ad pœnitentiam invitavit, manibus ut hoc implorandæ misericordiæ doceret esse tempus ? sed *thesaurizavimus nobis iram in die iræ.* Tunc manus suas , ut nostram vindicet duritiem & obstinationem , resolvet. *Tota die expandi manus meas ad populum , non credentem , & contradicentem , tunc autem levabit manus suas.* Circa quem text. Bellov. sequens format argumentum : *Sic Balthasar Rex adeo extimuit articulos manus, quos vidit scribentes in parete : Mane , Thecbel , Phares , id est , numeravit , appendit, divisum est ; quanto plus timebunt videntes illum, qui numerabit bona & mala ; Appendet singulorum merita,dividet bona & mala ?*

Iſai. 63. v. 4.

Ibid. v. 6.

Ibid. v. 5.

Pſ. 73. v. 3.

In judicio finali,utraque manu percutiet Deus.

Rom. 10. 21.

Ibid.

Bellov. ibid. diſt. 7.

7. Unicus Moyses sufficiens fuit, qui integrum sexcentorum millium militum attereret exercitum , millibus gladio interfectis ; quia scil. ut Abulensis inquit , *extimuerunt , nec quidquam objicere audebant.* Iterum , quantumvis Israelitæ bovem illum,pro cujus fabrica pretiosissimum subministraverant metallum , ut Deum suum adorarent , *tamen ad præsentiam Moysi* (verba sunt ejusdem Tostati) *vitulum illum concalcantis & in eorum confusionem maximam , serpiter destruentis, nullus aliquid faciebat , quia invaserat eos timor & tremor.* Arbitratur autem hic author , Moysen de monte Sinai descendentem,vultu emicuisse resplendenti , quo reprobos illos attereret ; unde inquit : *Emittens aliquos radios de vultu suo ad terrorem malorum.* Quantò igitur major terror obruat reprobos , tot reos idololatriarum, quot effrænes secuti fuit appetitus , quantò inquam major eos percellet formido obtutus Dei, *qui respicit terram & facit eam tremere qui tangit montes & fumigant ?* angeli quos hac in vita defensores , animarumque nostrarum habuimus custodes, tunc nostri erunt inimici , abusum nobis exprobrantes auxiliorum, quæ nobis subministrarunt , eorumque ope utetur Christus , ut zizania colligat frumentumque separet ab illis , ut hæc in fasces conclusa in flammas conjiciantur inextinguibiles : *Dicam messoribus , colligite primùm zizania, & alligate ea in fasciculos ad combarendum.* Ubi S.Aug. inquit : *Messis hæc est genus humanum , in consummatione sæculi ad judicium congregandum ; Zizania peccatores , inimicus homo diabolus , qui superseminavit peccata ; Messores sunt angeli , qui eligunt justos à peccatoribus. Ligate fasciculos , hoc est , rapaces cum rapacibus , adulteros cum adulteris , fornicatores cum fornicatoribus* ; ut scilicet conjiciantur in ignem illum,*ubi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat* , nullus siquidem in colligandis hisce fascibus habebitur respectus , sed strictissimè simul constringentur servi & Domini, reges & subditi , divites & mendici , nobiles & plebei , Cæsares cum fossoribus. Qui omnes majorem longè incurrent confusionem quàm Eutropius quondam,cujus immutatam scenam , dum primitus Imperatori gratus , sed postmodum fugitivus & desperationis effectus præda , hunc in modum deplorat Chrysost. *Ubi nunc inclytus ille consulatus splendor ? ubi illustres illi fasces ? ubi applausus illi & festi conventus ? ubi coronæ & aulæa ?*

Exod. 32.

Unicus Moyſes ſuo numeroſiſſimum exercitum ſola aſpectu exterruit.

Abul. 9. 30.

Pſ. 103. 32.

Angeli, animarum noſtrarum tutores, erunt in judicio noſtri inimici.

Matt. 13. 30.

S. Aug. ſer. 39. de San. Eliz.

Job 10. 22.

8. Infelicem porro reproborum conditionem vivacius ob oculos ponit S.Anton. de Padua dum inquit : *Peccatores conculcabunt seipsos , & inter ipsos erit mutua pressura & mira propter arctitudinem loci ; Justi verò erunt sublevati à terra.* Spiritus igitur illi Angelici,qui per 60. & 70. annos , nostras cœlo lucrari voluere animas,ut suas restaurarent ruinas,in die illo fasces coagulabunt , ut in infernum projciant ; quosque confidentissimos habuimus amicos & cognatos , tunc implacabiles nostri erunt inimici. Septuaginta equidem Filios Achab , ijdem illi occiderunt Pædagogi morumque rectores , à quibus abscondi protegique debebant : *Apud optimates civitatis nutriebantur* , & nihilominus multas occisorum capitibus impleverunt cistas,quas veluti in triumpho transmiserunt ad Jehu,qui hujusmodi accipiens , nequaquam admiratus fuit, probe sciens, quòd ira Dei, contra Achab eorum Patrem,tantæ stragis extitisset instrumentum ; Audite

S. Anton. de Pad. in Ser. 2. poſt Dom. 1. Quadr.

4. Reg. 10.

Et colligabunt impios in faſciculos ad comburendum.

4. Reg. 10. 6.

Job omnes pœnas suas solum dicit fuisse tactum manus Dei.

Job. 19. 21.

Deut. 32. 22. Quocumque se impius vertet, inveniet omnia sibi contraria.

Dan. 5 v. 6. Rex Balthasar visa manu scribente contra parietem contremuit.

Ibid. v. 5.

Plagæ Ægyptiorum, dicebantur digitus Dei singulariter cyniphes.

Philo l. 3. de vita Moyſis.

Lev. 26. 36.

Theodor. q. 32. ibid.

Theodoretum : *Filijs Achab interfectis non ab hostibus, sapienter Jehu dixit populo ; Annon ira Dei immissa, quæ necessarijs & sanguine junctis usa est ministris ?* Ecce vobis ipsissimum furoris divini judicium, dum scil. nobis conjunctissimos in suæ contra nos adhibet vindictæ ministros. Sennacherib totius exercitus 185. millium militum, per angeli manum, in nocte unica passus stragem, ipse solus mortem evasit, quam tamen ei proprij postmodum intulere Filij. Grande mysterium ! Cur enim 185. mille militibus occisis, ipse, qui caput erat, illæsus evasit ? ita scilicet infallibilis ordinabat Dei providentia, ut per Filiorum propriorum manum plecteretur ; *Omnia in figura contingebant* ; ast quæ pluribus circa factum hoc prosequi possemus, paucis à S. Cyrillo Alexandrino excipiamus, dicente : *Percelluntur itaque miraculo quantumvis audacissimus hic vir bellicosus, vixque reductas est domum, omninoque nudus exercitu, quem advexit.* Et paulo post subjungit, dicens : *Nam divina sententia in aliquos lata ; undecumque & omnibus modis veniunt in pericula, quibus hoc accidit, non sanguinis conjunctionem incolumitatis pignus habentes, non affectum, neque studium filiorum Patribus debitum ; sed à quibus servari eos par erat, periclitantes, per eos ipsos in foveam interitus præcipitantur.* Tunc omnis exulabit parentela, amicitia, & fastus, nec ulla defendet authoritas, dicente S. Augustino : *In futuro Christi judicio, nec absidæ gradatæ, nec Cathedræ velatæ, nec sanctimonialium occursantium atque cantantium greges adhibebuntur ad defensionem, ubi cæperit accusare conscientia & conscientiarum arbiter judicare. Quæ hic honorant, ibi onerant ; quæ hic relevant, ibi gravant.*

Sennacherib à proprijs filijs interfectus fuit.

S. Cyrill. Alex. l. 3. in Isai.

S. Aug. T. 2. Epist. 203.

DISCURSUS XXI.

ARGUMENTUM.

De rigorosissimo finalis Judicij Examine, cui etiam quantumcumque perfecti & sancti subjicientur ; quibus Dæmon adversabitur ; de culpis levissimis illos accusando.

THEMA.

Si justus vix salvabitur, impius & peccator ubi parebunt. 1. Petr. 4. ℣. 18.

Ab ipsis justis incipiet examen in judicio finali. Ezech. 9. v. 6.

1. HÆc S. Petri doctrina in Testam. N. cum illa consonat veteri Ezechielis, consistente in eo, quòd judicij finalis examen à justis inchoandum sit ; Primò namque ad scrutinium vocabuntur, qui cum virtutum & perfectionis vixerunt apparentia : *Tempus est, ut incipiat judicium à domo Dei* ; vel ut Hebræus legit : *A sanctuario meo incipite, à sanctis meis* ; severus namque judex ille nos per Ezechielem præmonet, rigorosum adeo exactumque in exigenda ratione futurum Christum, ut vix ipsimet etiam sanctissimi sint evasuri, quod ad intentum Origenes ita discurrit : Cum Paulus dicat, *quia omnes stabimus ante tribunal Dei, & se confoveat his, qui stabunt ante tribunal, quisnam est, qui semetipsum ita decipiat & fallat, ut ad judicium Christi & tribunal cognitionis ejus non putet esse venturum.* Apostolus de sua erat certus salute ; siquidem prima & æterna veritas, quæ nec mentiri nec mutari potest, hanc manifestam fecerat declarationem : *Vas electionis est mihi iste*, & nihilominus coram tremendo illo tribunali se in societate collocat reliquorum.

Rom. 14. 10. Orig. l. 9. ibid.

Act. Ap. 9. v. 15.

Continuatur eadem materia.

2. S. Hieronymus, tantus Ecclesiæ doctor, ut ad lætam de S. Hilarij libris scribere non dubitarit : *Hilarij libros inofensa decurras pede*, quid putatis creditisve, super illius Psalmi scripserit versiculi commentarium resolverit : *Concupivit anima mea desiderare justificationes tuas in omni tempore?* Audite ipsissima S. Doct. verba : *Cum nemo vivens, in conspectu ipsius mundus sit, quomodo desiderabile ejus potest esse judicium ? An cum ex omni otioso verbo rationem sumus præstituri, diem judicij concupiscimus, in quo est nobis ille indefessus ignis obeundus, in quo subeunda sunt prævia illa expiandæ à peccatis animæ supplicia ? B. Mariæ animam gladius pertransivit, ut revelentur multorum cordium cogitationes. Si in judicij severitatem capax illa Dei virgo ventura est, desiderare quis audebit ab illo judicari.* Hinc & Rupertus Abbas dicto S. Petri, ab ipsamet incarnata Sapientia edocti, innixus testimonio, ita scribit : *Tunc timebunt Angeli, ait Dominus ; Vix enim justus salvabitur, etiamsi pro merito justitiæ talis sit, ut rectè vocetur Angelus.*

Pf. 118. 20. S. Hilar. ibid.

Rup. Abb. l. 9. de Oper. Spir. Sancti c. 2.

3. *Si justus &c.* Micheas Propheta ita sextum Propheticæ suæ exorditur capitulum : *Audite, quæ Dominus loquitur, surge, contende judicio adversum montes, & audiant colles vocem tuam ; audiant montes judicium Domini, & fortia fundamenta terræ, quia judicium Domini.* Quos hosce putatis esse montes, Dei in judicio irati audituros vocem ? Audite Glossam : *Sum administratorij spiritus, quibus commissa est procuratio humanarum rerum, adversus hos jubetur judicio contendere, ut, si inventi fuerint non bene procurasse populum, si culpa sit ipsorum, si non egerint, quæ ad officium eorum pertinebant.* De quibus ipsdem spiritibus Angelicis, qui stellarum instar in beato firmamento scintillant, illa Jobi quamvis possint intelligi verba : *Ecce stellæ non sunt mundæ in conspectu ejus* ; Nihilominus S. Gregorius illa de hominibus perfectioribus sanctioribusque explicat, dicens : *Quia apud Deum districtè judicati, ipsi quoque nuscalas inquinationis habent, qui per mendacium sanctitatis lacent.* Quisnam obsecro ipsomet Jobo irreprehensibilior & innocentior erat, de quo æterna veritas veridicum hoc perhibuit testimonium, quòd nullus in sanctitate illi similis esset, & tamen idem ipse inquit : *Numquid homo Dei comparatione justificabitur ? . . . Ecce, qui serviunt ei, non sunt stabiles, & in angelis suis reperit pravitatem ; quanto magis hi, qui habitant domos lateas, qui terrenum habent fundamentum ?* Bollandus in vita S. Joannis Eleëmosynarij refert, hunc sæpenumero se reflectere solitum fuisse ad S. Hylarionis transitum, qui in extremo illo timebat & tremebat. Unde S. Joan. hoc formavit argumentum : *Si is, qui 80. annos servivit Christo, & mortuos suscitavit, & signa fecit, timuit amaram illam horam ; quid habes tu humilis Joannes dicere aut facere, quando obviaverint in faciem tuam crudeles illi exactores & immisericordes inquisitores ? Ad quantos poteris rationem reddere, ad eos qui exquirunt de mendacio, ad eos qui de detractione, ad eos, qui de crudelitate, ad eos qui de avaritia, ad eos qui de memoria mali, ad eos qui de odio, ad eos qui exquirunt de perjurio ?* Tam lyncea malorum illorum spirituum est impietas, ut etiam insidias tentent, ubi numquam quis posuit pedem.

Etiam ipsi Angeli citabuntur ad judicium.

Gloss. ibid.

Job 25. v. 5.

S. Greg. l. 8. mor. cap. 10.

Sicut & homines perfectiores & sanctiores.

Job 2. v. 3.

Job 4. v. 17.

Exemplo sit S. Joannes Eleëmosynarius.

Bolland. T. 2. Jan. 23. c. 12. n. 77.

4. *Si justus &c.* Gregorius Turonensis de prodigiosis S. Martini tractans miraculis, cum ad visionem, quam S. Severinus Archiepiscopus Colonienssis habuit, recensendam sese accingit, quando sublimis illa anima ab hac ad beatam transiit vitam, postquam harmonicos Angelorum stipantium, cantus audisse asseruisset Severinum, subjungit nihilominus : *Diabolus eum cum iniquis angelis, retinere tentabat, nihilque suum in eodem reperiens, confusus abscessit ; quid ergo de nobis peccatoribus erit, si tantum sacerdotem voluit pars iniqua nocere ?* Hinc & in hujus Sancti lectionibus scriptum reperimus : *Instante jam morte, viso humani generis hoste, quid, inquit, astas cruenta bestia ? Nihil in me funestè reperies.*

S. Greg. Tur. von. in Bibl. vet. Patr. T. 7. l. 1. c. 9.

Etiam ipsum S. Martinum vexare non destitit malignus spiritus in hora mortis ejus.

In def. S. Martini Turon. Epist.

5. *Si justus &c.* Talem aliquando Zacharias Propheta habuisse legitur visionem : *Ostendit mihi Dominus Jesum sacerdotem magnum, stantem coram angelo Domini, & Satan stabat à dextris ejus, ut adversaretur ei* ; Ubi Vatablus legit : *Ut eum accusaret.* Aft numquid Magnus ille sacerdos, consummatæ perfectæque virtutis & sanctitatis homo erat ? Ita sanè, sed S. Cyrillum Alexandrinum audiamus, dicentem : *Quod quidem ad arbitrium & voluntatem ipsius attinebat, misericordiam, ut peccatis obnoxio & impietatis criminibus irretito, & nullius frugis, tribui non sivens. Stabat*, inquit, *à dextris ejus ; non enim sinistras res nostras, sed dexteras & laudabiles oppugnat.* Unde & Joannes Taulerus, Ecclesiasticus insignis, notæ famosæque perfectionis homo, morti vicinus, cum ad particulare hoc judicium processurus esset, ut in operum ejus principio legitur, & vitæ ipsius perhibet historia, cœpit *gestus terribiles ac paventes edere, impatienter luctari, fremere, ac velle fugere, nec posse, huc illuc manus jactare, oculos fœdum intorquere, aspectu esse formidabili*, ita enim scribit vitæ ejus historia. Quidam verò amicus huic spectaculo præsens ex hoc spectaculo supra modum perterrefactus est adeo, ut ab illo loco discedens in longinquam se contulerit regionem : tertiâ autem itineris sui nocte requiescens, vocem quamdam audiit absque eo, quòd, quis illam ederet, videret ; *terrore matus tacuit, sed attentissimè vigilavit ; cui vox : Ne metue ; ego sum amicus tuus ante triduum mortuus* ; ex quo responso Taulerum agnoscens, & de loco moræ suæ ambiguus, eo quòd ex hac vita migrans, tam terribilia signa edidisset, cum, ubi moraretur, interrogavit, cui Taulerus subitò hoc responsum subjungit : *Ita judex in me fieri decrevit, ut ad*

S. Cyrill. Alex. ibid.

Patet exemplo Joannis Tauleri.

Thom. Ling. Operum Tauleri cap. initio.

ad beatitudinem tantò expeditus transirem, quantò in morte difficilius pugnarem. Et revera in eas me angustias cacodæmones adduxerant, tam subtilibus ac prævalidis fallacijs impugnarunt, ut mihi videret desperationi esse proximus.

6. In vita B. Philippi Benitij, religionis servorum B. Virginis fundatoris, ac sanctitate & miraculis illustris, legitur, ipsum in agone mortis suæ terribilem quamdam habuisse visionem, in qua sibi se coram Tribunali Dei præsentari videbatur, ubi dæmon leves nonnullos defectus ei improperabat, ut eum ad desperationem induceret. Unde altum inclamare cœpit terrificis verbis, à circumstantibus suum postulando librum ; date mihi librum meum exclamabat, quærite illum ; quis illum mihi sustulit ? Cur me eumdem auferendo, cruciatis ? Accurrentes igitur omnes & singuli certatim, dederunt ei alius hunc, alius illum librum, nec tamen ei satisfacere valentes, unus suorum illum oculos suos ad parvulum crucifixum frequenter dirigere observavit, quasi indicare volendo hunc esse suum librum, quia eumdem frequentissimè in manibus suis portare solitus erat. Ideoq ; hunc ei crucifixum in manibus dedere, moxq ; pristinæ serenitati mentis integrè restitutus fuit ; unde credere licet, sanctum hunc virum, Christo crucifixo addictissimum, ad Apostoli imitationem dicere solitum fuisse : *non judicavi me scire aliquid inter vos nisi Jesum Christum, & hunc Crucifixum.*

s. p. c. 6. vitæ B. Philippi Benitij.

Item B. Philippi Benitij.

1. Cor. 2. 2.

7. De S. Elzeario Comite Ariani, eminenti virtute conspicuo viro, qui in statu conjugali & de consensu consortis suæ, virginitatem perpetuò conservavit, narrat Laurentius Surius, quòd *in agone positus vultum præ se tulit valde terribilem, unde colligere liceret eum in magno versari labore, & quædam illi objecta ; atque sub ejusmodi conflictu exclamavit : planè vici. Post aliquantum temporis spatium, cum ingenti clamore dixit : Totum me divino judicio committo.* Causavitque hoc spectaculum & conflictus, à sancto cum dæmone habitus, tantum in circumstantibus horrorem, ut Nobilis quidam ibidem præsens, cum sensu intimo ferventissimæ compunctionis, ad peccata sua expianda, ad pedes cujusdam confessarij se projecerit. *Hæc omnia*, inquit Surius, *vidit quidam Nobilis, multum petulans & lubricus, adeoque ob sua peccata corde compunctus est, ut nullo pacto ferre sustinens, mox accito ad se Fratre Francisçano, qui illic aderat in quodam cubiculo, cum ingenti pietate & largissimo lachrymarum imbre, sua peccata confiteretur.* Utique Deus illa citata S. Petri verba ei in memoriam revocaverat : *si justus vix salvabitur, impius & peccator ubi parebunt ?* unde & S. Hieronymus, qui in tota vita maximum judicij concepit timorem, ita in suo libro ad Monachos scribit : *Ecce Rex in manu potenti venit, à cunctis vult exigere rationem, cerè de cogitationibus minimis, cerè de lexibus & otiosis verbis.* Eidem huic S. Comiti (quem providentia divina sæcularibus, ut ad imitationem ejus magnos in Dei via passus promoverent, speculum idæmque statuit) Rex Robertus (cujus subditum agebat) præceperat, ut unà cum Fratre suo, ejus sub insignibus militaturus, se Romam conferret ; finito autem bello S. Eleazarus febri ardentissimâ ad mortem usque confici cœpit, prout ejusdem vitæ historia in hæc edocet verba : *Tam acri febre correptus est, ut sibi videretur inter duos lectos igneos totus inflammari. Reminiscens belli jam confecti, admodum dolere cœpit, se illi interfuisse, cumque in eâ cogitatione perseveraret, audivit corporeis auribus Christum sibi dicentem : Scias Elzeari, in hoc bello, cui armatus adfuisti, expositum te fuisse periculo amittendi gratiam meam, sed quia ejus te pœnitet, volo te flagellare ; tum ille inclinavit se, cœpit dicere Ps. 50. ad singulos autem versus Christus eum ter, at ipse solitus erat, in tergo cecidit.*

1. Petr. 4. 18.

S. Hieron. in Reg. Monac. c. 30.

Sur. 28. Sept. de S. Elzeario.

Diabolus monachum accusavit de micis panis.

Sur. 19. Nov. in vit. S. Odonis.

8. Longè tamen manifestius dicta S. Hieronymi propositio ex quodam colligetur facto, quod in vita S. Odonis, Abbatis Cluniacensis recensetur. Quidam igitur ejus Monasterij Monachus, morti vicinus, in extasim velut raptus fuit, quando vox subitò insonuit, dicentis : *Modo raptus sum ad judicium, ibique protulit accusator humani generis Diabolus contra me, ad testimonium de micis panum sæculum plenum, quas comedere secundùm consuetudinem nolui, & de mensa ceciderant.* Qua ex historia judicij divini rigor colligi potest, quòd ad intentum, præclara quædam S. Augustini considero verba, dicentis : *Si in ignem mittetur, qui esurienti non dedit panem suum puras, ubi mittendus est, qui tulit alienum ? Si in ignem mittetur, qui nudum non vestit, ubi mittendus est, qui vestitum exspoliavit ?* Si diabolus tanta cum severitate accusat, &

S. Aug. Serm. 81. ad Frat. in Eremo.

quasi grave defert delictum ante Dei tribunal levem negligentiam unius religiosi, contra quem nonnisi unicam poterat prætendere culpam scilicet quod micas panis de mensa cadere permisisset ; quæ putatis exprobrabit peccata ijs, qui neglectis pauperibus canes suos pane impinguarunt, qui extorsiones instituerint, qui domos destruxerint ? Monachorum itaque precibus efficaciter se commendabat agonizans ille, eò quòd transgressionem illam dæmon amplificaret ; Unde in historia subditur : *Atque post pusillum iterum clamare cœpit terribiliter, & dicere, Ecce, de quo vobis dixi, diabolus adest, deferens prædictum sacculum ; dum terrifi fratres mirarentur, adjecit rursum ; Illo in loco adest, annon videtis illum.*

Job 25. v. 5.

9. Sequens nobis in Daniele exhibetur visio : *Videbas ita donec abscissus est lapis de monte sine manibus, & percussit statuam, . . . tunc contrita sunt pariter ferrum, testa, æs, argentum, & aurum ; & redacta quasi in favillam æstivæ areæ, quæ rapta sunt à vento. Lapis autem, qui percusserat statuam, factus est mons magnus.* Ita sæpè peccatum occultum, flocci à nobis æstimatum, generis humani inimicus coram Dei Judicis throno veluti montem apparere faciet ; Unde Psalmista supplicabat, dicens : *Non intres in judicium cum servo tuo, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.* Vel unica per ignorantiam culpabilem neglecta culpa, sufficiens erit ad conterendam statuam, inque pulverem reducendum argentum & aurum omnium aliorum operum bonorum. Nemo non illud noverit, quod duo quidam amici (si ita Deo placitum foret) fecerant pactum, ut, qui primus eorum moreretur, alteri statum suum revelaret : Mortuus itaque prior socio apparuit ; nihilque aliud prætorquam vicibus trinis verba repetijt sequentia : *Nemo credit, nemo credit, nemo credit* ; hisque dictis disparuit : alter igitur totus perplexus, neque dictorum assequens intelligentiam, tandem ferventibus precibus sensum eorum sibi metuit revelari, quando ei responsum fuit : *Nemo credit, quàm districtè judicet Deus, & quam severè puniat.* Unde & Job dicebat : *Si contempsi subire judicium cum servo meo, & ancilla mea, cum disceptarent adversum me ; quid enim faciam, cum surrexerit ad judicandam Deus ? & cum quæsierit, quid respondebo illi ?* Quot equidem modis negotijsque sanctus hic vir se, ut in eo tribunali subsisteret, præmunire satagebat ? noverat processum circa misericordiæ corporalis opera instituenda, siquidem *esurivi, enim & non dedistis mihi manducare : sitivi, & non dedistis mihi potum ; hospes eram, & non collegistis me ; nudus, & non cooperuistis me*, ad hæc omnia se respondere posse scibat, prout ex eodem in hæc verba deducitur capitulo : *Si negavi, quod volebant, pauperibus, & oculos viduæ expectare feci ; si comedi buccellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea* (quia *ab infantia mea crevit mecum miseratio, & de utero matris meæ egressa est mecum*) *si despexi pereuntem, eò quòd non habuerit indumentum, & absque operimento pauperem ; si non benedixerunt mihi latera ejus, & de velleribus ovium mearum calefactus est ; humerus meus à junctura sua cadat, & brachium meum cum suis ossibus confringatur.* Juxta regium vatem *jucundus homo, qui miseretur & commodat ; disponet sermones suos in judicio, quia in æternum non commovebitur* ; quis igitur in judicio illo magis imperturbabilis stare poterat, quam Job, tot misericordiæ deditus operibus ? nihilominus quotiescumque tremendi hujus tribunalis habebat memoriam, omnes maris undæ humeris suis superimminere videbantur, *semper enim quasi tamentes super me fluctus timui Deum, & pondus ejus ferre non potui.* Erat hic Propheta, Princeps admodum potens, quem omnia orientis regna timebant, cumque à Throno in sterquilinium usque dejectus : loco sceptri testam manibus verraret, quâ defluentem ex ulceribus saniem abraderet, loco regij paludamenti, ceu purpuræ, fœtidâ tegeretur leprâ ; jacturam quoque bonorum temporalium, domus suæ exterminium, omnium filiorum suorum mortem, insultus subditorum, conjugis sannas, spasmos & dolores acerbissimos, qui irremissibiliter corpus ejus affligebant, utpote in quo *à planta pedis usque ad verticem ejus* ; denique omnium furiarum infernalium in ejus perniciem conjurantium, obsidionem continuò præ oculis haberet, attamen dixit : *Nunc autem non infert furorem suum, nec ulciscitur scelus valde*, quasi dicere vellet ; nullum est hujus vitæ malum, quod cum ærumnis diei novissimæ comparari possit, atque ideo donec judicis ira transiisset, in inferno à Deo protegi postulabat : *In inferno protegas me, donec pertranseat furor tuus.*

Dan. 2. v. 34.

Pari modo peccata occulta & levia diabolus in judicio contra exaggerabit.

Pf. 142. v. 2.

Quam districte Deus judicet, declaratur per historiam.

Job 31. 14.

Nihil æstimans pœnas temporales contra illud.

Job 2. v. 3.

Job 31. 16.

Job, quantumcumq ; justus valdè exhorruit extremum judicium.

Job 31. 23.

Job 35. 15.

Job 14. 13.

10. S. Greg. in dialogis suis in capite, cui titulus est: *De quodam sancto viro, qui venturi ad mortem expavit*; aptam huic proposito habet doctrinam; dicit enim: *Plerumque de culpis minimis ipse solus pavor egredientes ipsorum animas purgat.* Et in alio quodam loco pariter inquit: *Conversus quisque sibi cautè, solicitè, tacitè secum considerare non cessat, æternus judex quàm districtus adveniat, seumque terminum quotidiè prospicit, & ante severitatem tantæ justitiæ, quas rationes vitæ suæ sit posituras, attendit. Et si cuncta prava opera, quæ intelligere potuit, devitavit, venturus tamen coram districto Judice, illa magis, quæ in semetipso non intelligis, pertimescit. Quis enim considerare valeat, quanta mala per momenta temporum quis in constantibus cogitationum motibus perpetramus? Facilè est enim, opera perversa vitare, sed nimis difficile est, ab illicita cogitatione cor tergere, & tamen scriptum est: Væ vobis, qui cogitatis inutile, & rursum: in die cum judicabit Dominus occulta hominum.* Deus olim die quadam Ezechielem vocavit, eique præcepit, ut assumptâ acutâ novaculâ, omnes capiti & barbæ suæ pilos raderet, unamque earum partem in ignem conjiceret, aliam gladio in minutissimas partes concideret, tertiam verò partem in ventum dispergeret, ac demum dixit: *Gladium evaginabo post eos.* Inter alias hujus textus expositiones, præcipuè nobis servit illa Hugonis Cardinalis explicatio dicentis: *Per pilos capitis possunt intelligi peccata cogitationis, caput enim mentem significat.*

Hæc igitur cogitationum, occultarumque intentionum peccata etiam ab ultore Judicis hujus gladio comminuenda sunt, unde Isaias prædixit: *In illa die radet Dominus in novacula.* Eademque quoque hujus finalis judicij severitas in Homilia 52. operis imperfecti, his verbis describitur: *Tantus timor tunc erit omnium etiam Sanctorum, ut nemo speret se justum invenendum, sed adhuc timeat, ne fortè reus existat: quis enim poterit ad perfectum dijudicare conscientiam suam & cognoscere cor suum, cum scriptum sit: quia de omni verbo otioso reddituri sumus rationem?*

S. Greg. l. 4. Dial. c. 36.
S. Greg l. 24. Mor. c. 7.
Inutiles cogitationes in judicio examinabuntur.
Licet illas vix devitare possimus.
Ezech. 5. 12.
Hugo Card. ibid.
Isai. 7. v. 20.
Auth. Imperf. Hom. 52.

DISCURSUS XXII.

ARGUMENTUM.

De rigoroso Examine operum bonorum quæ quadantenus defectuosa sunt, nec non eorum, quæ solum apparenter bona existunt.

THEMA.

Cum accepero tempus, ego justitias judicabo. Ps. 74. ℣. 3.

Etiam opera bona subjicientur in judicio examini.
S. Th. de Villa nov. Conc. 2. in Dom. 1. Adv.
Alb. Magn. ibid.
Eccle. 3. 17.
Dion. Carth. ibid.
S. Bern. serm. 55. in Cant.
Ps. 109. v. 6.
S. Bernard. ser. T. 2. ser. 11. A. 2. c. 1.
S. Bern. ser 2. de verb. Isai.
Gen. 1. v. 4.

1. SAcri interpretes hanc à Deo per os Psalmistæ factam protestationem (*cum accepero tempus, ego justitias judicabo*) in pondere sanctuarij revocarunt ad trutinam. Et quidem ut S. Thomas de Villa nova observat, *non ait: Judicabo peccata, & scelera, sed justitias.* Albertus Magnus ad Ly *ego* se reflectit, dicens: *Nota, quod dicit, ego, discretivè, quasi diceret; non alius*; cujus ratio est, quia ut Christus ipse Joannis capite 5. dicit: *Pater omne Judicium dedit Filio*; & meritò, cum enim ipse offensus per longum tempus illatas patienter tulerit injurias, easdem in propria persona tandem judicabit, eritque Judex non solum transgressionum, sed etiam operum bonorum: quia *Justitias judicabit*; *Non enim mali tantùm judicabuntur, sed etiam justi*; ac proinde Ecclesiastes inquit: *Justum & impium judicabit Deus.* Dionysius Carthusianus simili modo exponit, inquiens: *Judicabo justitias electorum, prout eorum justitiæ exigunt & merentur.* S. Bernardus in quodam sermone super cantica, eadem verba exponens, de examine rigoroso judicij illa intelligenda esse dicit: *Justitias judicabo, vias justorum, ni fallor, & actus eorum discussurum se, & examinaturum dixit.* Etenim in fine sæculorum restaurandæ sunt Angelorum ruinæ, hoc enim fine creata est natura humana, juxta illud Psalmistæ: *Judicabit in nationibus, implebit ruinas, id est, ut S. Bernardinus explicat: Implebit ruinas Angelorum, conquassabit capita in terra multorum, quia multi sunt vocati, pauci verò electi.* Hoc igitur suppositio, S. Bernard. meritò dicit, quòd, tum à nobis sint occupandæ sedes illæ, à quibus Spiritus Angelici ceciderunt, necessum sit, ut Angelicâ quoque munditiâ & puritate præditi simus: *qualem ergo putas*, inquit, *necesse est hominem inventri, qui repudiati locum Angeli sortiatur?*

2. In Capite primo Geneseos dicitur: *Vidit Deus lucem, quod esset bona*; quâ phrasi loquendi Moyses insinuare velle videtur, quòd Deus lucem, postquam creata fuit, serió examinârit; per lucis verò creationem, ex mente S. Augustini, natura Angelica ejusque creatio intelligitur, quæ non minus quàm aliæ creaturæ, examinata & judicata fuit, cum igitur in locum illorum Angelorum, qui ob rebellionem suam in barathrum perditionis præcipitati fuerunt, subintrare debeant animæ electæ, meritò lux examinabitur, id est, prius omnia merita, cunctaque opera bona, quæ fecerimus, in pondere sanctuarij trutinabuntur; hæc enim lucis nomine a S. Paulo appellantur: *Induamur arma lucis.* Author imperfecti verba illa Jobi considerans: *stellæ non sunt mundæ in conspectu ejus, & cœlum sine crimine non est*: hoc insolubile format argumentum: *Si ergo impeccabilis natura stellarum & cœli quantum ad justitiam Dei, invenitur esse peccatrix; quomodo ante eum homo appareat justus, cujus & sine voluntate peccando, natura ipsa peccatum est?* Huncque in finem illa Apostoli ad Romanos adducit verba, dicentis: *Ego autem carnalis sum venumdatus sub peccato, quod enim operor, non intelligo: non enim quod volo bonum, hoc ago: sed quod odi malum, illud facio.*

Cum in locu rebellu Angelorum substituendi sumus, angelica in nobis requiretur puritas.
Rom. 13. 12.
Job 25. v. 5. Auth. Imperf. Hom. 52.
Rom. 7. 14.

3. *Justitias judicabo, id est*, inquit Albertus Magn. *quæ videntur apud homines justitiæ* juxta illam S. Bern. super cantica, doctrinam: *Valde verendum est, ne sub tam subtili examine, multæ nostræ justitiæ (ut putantur) peccata appareant.* Qui idem S. Doctor in quadam ad Robertum Nepotem suum Epistola, eamdem rem insinuat veritatem, inquiens: *Venet, veniet qui malè judicata refudicabit, illicite jurata confutabit, qui facit judicium injustum patientibus: qui judicabit in justitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ*: Quæ omnia cum præmisisset, illum citatum subdit Psalmistæ versiculum: *Cum accepero tempus.* Hinc & Isaias, cui Seraphim labia purificavit, homo summè Deo acceptus, raræque sanctitatis, aliquando lamentari auditus est: *Facti sumus ut immundus omnes nos, & quasi pannus menstruatæ, universa justitiæ nostræ*: Quin & Apostolus, quia ab ipsâ increatâ & incarnatâ Sapientiâ audierat: *Vas electionis est mihi iste*, & licet suam examinans conscientiam, diceret intrepidè: *Nihil mihi conscius sum*, nihilominus subjunxit, inquiens: *Sed non in hoc justificatus sum*: cujus hanc assignat rationem: *Qui judicat me, Dominus est.* Ubi Angelicus Doctor ita commentatur: *Non sufficit ad hoc, quòd me justum pronuncium, quia possum in me aliqua peccata latere, quæ ignoro, secundùm illud Psalmistæ: Peccata quis intelligit?* Atque hæc ipsamet causa erat, cur David Deo se solicitè commendaret, dicens: *ab occultis meis munda me, & ab alienis parce servo tuo.*

Alb. Magn. ibid.
S. Bern serm. 55. in Cant.
Eccle. 7. v. 19.
Ps. 118. 80.
Isai 64. v. 6.
Act. Apost. 9. v. 15.
1. Cor. 4. 4.
S. Th. ibid.
Ps. 18. v. 13.

4. *Justitias judicabo.* Multa peccata, quæ modò non advertimus, in rigoroso illo examine severè nobis imputabuntur: in vita namque præsenti, in obscuro gradimur, unde & culpæ, *opera tenebrarum* appellantur: & Apostolus dixit: *Nox præcessit, dies autem appropinquavit.* Sanè si cubiculum aliquod ingrediamur, apertis clarum fenestris, aërem intuemur purum: at ubi Solis subintraverit radius, subitò atomi & pulveres, quos primò non videramus comparent. Ita quoque multis accidet animabus, quæ variis operibus bonis & meritorijs se vacasse sibi videbuntur, ubi autem Sol ille affulserit Justitiæ & examen strictissimum, multi cognoscentur defectus; discutietur enim, an Missa debitâ cum attentione & devotione celebrata vel audita fuerit, si officium divinum cum recollectione recitatum, si confessio stabilia non recidivæ habuerit proposita, actusque pœnitentiæ ferventes, si communio cum præparatione gratiarumque actione convenienti associata fuerit, quia scil. ut Ecclesiastes inquit, *qui timet Deum, nihil negligit.* Atque hanc ob causam David cor suum, ut scil. in illa hora, quando coram divino tribunali se justificaturus erat, mundus purusque appareret, purificari petierat, suppliciter: *Fiat cor meum immaculatum*: Sed quomodo? *in justificationibus tuis, ut non confundar.*

Peccata quæ modo nò advertimus, severè nobis imputabuntur.
Rom. 13. 12.
S. Greg. l. 5. mor. c. 8.
Job 3. v. 23.
S. Greg. l. 5. mor. c. 6.

5. *Justitias judicabo.* S. Thomas de Villa nova de libris, ad judicium producendis tractans, ejusdem quoque examinis severitatem nobis ob oculos ponit in hæc verba: *His sunt libri infallibiles & veri, quos nemo potest refutare, ipsa enim cujusque conscientia reatus sui testimonium palam omnibus exhibebit. Ita ad amussim ibi discernuntur non solùm exteriores actus & opera, sed radices quoque operum, intentiones & voluntates, secretorum quoque & demeritorum causa, intentionumque & desiderium & fines, & circumstantiæ, ut vix alibi reperiatur para justitia quæ non auxilio gratiæ & misericordiæ egeat roborari.* Porrò in parabola zizaniorum observandum

Ad amussim examinabuntur radices operū intentiones.
S. Thom. de Villa nov. lib.
Matt. 13. 10.
Prov. 16. v. 25.
In vit. PP. l. 5. c. 11. Abbas in morte dubitabat an bona opera ipsius Deo essent accepta.

Cur paterfamilias voluerit à messoribus in messe separari zizannias à tritico.
Quinam sint illi messores, & quæ messis.
S. Greg. l. 29. mor. c. 3.
S. Bonav. in Fasicul. c. 4.
Matth. 25. v. 1.
Parabola decem virginum applicatur ad hoc intentum.
Ibid. v. 5.
Ibid. v. 10.
Ibid. v. 12. & 10.
Jac. 2. v. 10.
An per has decem Virgines denotentur omnes fideles.
Cajet. ibid.

servandum est, quòd prudens ac providus ille Paterfamilias servis suis permittere noluerit, ut malam herbam à frumento sincero discernerent, sed hoc messoribus reliquerit reservatum. Per messores autem ut in discursibus præcedentibus notavimus, Angeli intelliguntur: per messem verò judicium finale, per servos denique, homines representantur: hi autem discretionem sufficientem non habent, ad distinguendum frumentum à zizaniis, id est, discernere, nequeunt, quænam sint verè opera bona, meritoria, Deo accepta, & vitâ æternâ digna, soli Angeli illa discernent, hancque cognitionem specialiter à Deo habebunt: *Dicam messoribus, colligite, &c.* S. Gregorius de animabus justis ait: *Et si ea quæ fecunt, numquam te prætermisisse meminerunt, formidant tamen illa, quæ nescient.* Idem quoque S. Pontifex in ejusdem capituli progressu, in persona electorum loquens, subjungit: *Consideramus, quia viam vitæ præsentis nequaquam sine culpa transire possumus: consideramus etiam, quia nec bona quidem sine reatu nostro est, quod laudabiliter gessimus, si remotâ pietate judicemur.* S. Bonaventura in memoriam revocans textum illum Zachariæ, in quo Deus minatur, se reconditissima Jerosolymæ penetralia scrutaturum in lucernis, eumdem in sensu morali exponens, inquit: *Jerusalem scrutabitur in lucernis, id est, hi qui apparebunt velut sancti, investigabuntur ibi, & quidquid in eis occultum erit, ad lumen venient.*

6. Mysteriis turget illa decem virginum parabola, quibus Christus regnum cœlorum assimilavit, id est, Ecclesiam suam. Quinque ex eis fatuæ virgines quoque erant: ideo dicitur *decem virginibus*: Eædem quoque fatuæ lampades in manibus ferebant: & licet in societate prudentum nonnihil dormierint, nihilominus expergefactæ sunt: *Dormitaverunt omnes & dormierunt, Ornaverunt quoq; lampades suas, Exierunt obviam sponso & sponsæ.* Quid ergo illis defuit, quo minus ad nuptias ingrederentur? Nihil profectò aliud, quam modicum Olei, & ob hoc in faciem sibi dici audierunt: *Nescio vos, clausa est janua.* Idem quoque multis contingit animabus, quas Deo acceptas, & gratas, & è numero prædestinatorum esse existimamus, tametsi enim multa opera bona fecerint, tunc tamen in ijs charitatis experiemur defectum. S. Jacobus Apostolus ait: *Quicumque autem totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus.* At verò dicite Sodes, si per has decem virgines, omnes denotentur fideles, numquid spem firmam concipere possimus, quòd sicut ex hoc denario numero medietas in securo habuit salutem, ita quoque medietas Christianorum salvanda sit? Consequentia quidem probabilis esse apparet; Verumtamen Cajetanus dicit: Advertite bene, quia non sic se res habet, ut existimatis; Parabola enim non intendit loqui de omnibus Christianis, quia multorum opera etiam apparenter bona, perversa sunt: Unde concludit: *Habes, quòd parabola ista ad litteram tractat non de omnibus Christianis) nam multorum extrinseca opera manifestè sunt mala, sed de illis tantùm, qui profitentur se studere factis ad continuum progressum, versus patriam cœlestem; horum enim lampades exteriorum operum lucentes apparent*; At verò si in Judicio Dei examinentur, ijs olèum charitatis & divinæ gratiæ defuisse cognoscitur. *Sæpè ipsa justitia nostra, ad examen divinæ justitiæ deducta, injustitia est, & sordet in districtione judicis*, inquit Gregorius Magnus, *quod fulget in æstimatione operantis.* Idem quoque S. Pontifex exponens verba illa: *Vivo, cujus abscondita est via, & circumdedit eum Deus tenebris*, ad hoc ne in operibus nostris bonis confidamus, sed semper in timore & perplexitate vivamus, sequentem nobis tradit utilissimam doctrinam, inquiens: *Est autem & alia vitæ nostræ absconsio, quia nonnumquam ea ipsa, quæ rectè nos agere credimus, an in districti Judicis examine recta sint, ignoramus. Sæpe enim opus nostrum causa damnationis est, quod & profectus putatur esse virtutis. Sæpe unde placari Judex creditur inde ad iracundum placidus instigatur*, juxta illud Sapientis: *Est via, quæ videtur homini recta, & novissima ejus ducunt ad mortem.*

Parabola decem virginum applicatur ad hoc intentum.
Ibid. v. 5.
Ibid. v. 10.
Ibid. v. 12. & 10.
S. Greg. l. 5. mor. c. 8.
Job 3. v. 23.
Eccli. 23. v. 28.
Matth. 7. v. 15.
Gen. 49. v. 27.
Act. Apost. 9. v. 1.
1. Tim. 1. v. 13.

7. Agathon Abb. morti vicinus, per tridui spatium, oculis apertis immobilis pertransit, quod ij, qui lectum circumstabant, obstupefacientes, eumdem hinc inde trahendo movebant, ut sibi dentio illum restituere posset, ad se verò reversum cum interrogarent, quid egisset, se coram tribunali Dei constitutum fuisse respondit; Interrogatus autem ab illis, an judicium Dei formidasset, utpote qui vitam semper immaculatam duxerat, respondit: Verum quidem est, quòd quantum in me fuit, divina quidem præcepta observare fategerim, verumtamen quia homo sum, an actiones meæ Deo acceptæ sint, ignoro. Ergone, replicarunt illi, opera tua Deo grata esse diffidis? Respondit. Nequaquam id mihi promitto, quia diversa sunt judicia Dei à judicijs hominum. Mater mea, fœmina sancta erat, inquit S. Augustinus, Orationibus, jejunijs, alijsque devotionibus plurimùm dedita; *Sed væ etiam laudabili vitæ hominum, si remotâ misericordiâ, clementiâ & pietate discutiat eam.* In illa namque die non solùm nobis rationes reddendæ sunt, quomodo virtuosè operati fuerimus, an scilicet convenientibus & debitis cum circumstantijs, verum etiam bonum illud examinabitur, quod facere negleximus, ita enim meditatur S. Bernardus: *Quis considerare valeat, quanta mala per momenta perpetramus, & quanta bona facere negligimus? Sicut enim peccatum est perpetratio mali, sic delictum est desertio boni.*

Dictum S. Augustini de sua matre.
Agathon
S. Aug. l. 9. Conf. c. 13.
S. Bern. in Medit. c. 2.

8. S. Propheta Job his Deum verbis affatur: *Oculi tui in me, & non subsistam*; & meritò quidem, nam *Scrutans corda & renes Deus*, de hisce divinis oculis inquit Ecclesiasticus: *Oculi Domini multo plus lucidiores sunt super Solem, circumspicientes omnes vias hominum, & profundum abyssi, & hominum corda intuentes in absconditas partes*: quid mirum igitur si Job hos super se defixos oculos videns, timuerit, ne opera sua in conspectu Dei non subsisterent? S. Gregorius ad idem propositum, ejusdem Jobi verba (*Astra non sunt munda in conspectu ejus*) adducens, inquit: *Quia apud Deum districtè judicati ipsæ quoque maculas inquinationis habent, qui per munditiam sanctitatis lucent. Bene ergo dicitur, oculi tui in me, & non subsistam, ac si apertè Justi voce diceretur: Si subtili examinatione discutior, ad perferendam judicium non assurgo, quia ad pœnam vita non sufficit, si hanc immanitas justa reverbationis premit.* Christus Judex in Evangelio nos monet, dicens: *attendite à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* Multi enim sunt, qui coram mundi oculis de numero electorum esse creduntur, quia ovinâ pelle se contegunt, qui tamen coram illo tribunali nudi comparebunt, quorumque lupina rapacitas manifestè videbitur. S. Cyprianus in Epistola quadam ad hoc propositum ita scribit: *Nos, in quantum nobis & videre & judicare conceditur, faciem singulorum videmus, cor scrutari & mentem perspicere non possumus, de his judicat occultorum scrutator, & cognitor cito venturus, & de arcanis cordis atque abditis judicaturus.*

Job. 7. v. 8.
Ps. 7. v. 10.
Eccli. 23. v. 28.
Judicis occulos in rimandis occultis nostris.
S. Greg. l. 8. mor. c. 9.
Matth. 7. v. 15.
S. Cypr. Epist. 54.

9. S. Paulus de hac judicij materia in Epistola prima ad Corinth. differens, nihil se judicia hominum, nec proprium suum de se sensum facere inquit, ejusque hanc reddit rationem, quia scilicet necessum est expectare judicem, qui cordium occulta revelabit. *Mihi autem*, inquit, *pro minimo est, ut à vobis judicer, aut ab humano die: Sed neque meipsum judico: nihil enim mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum.* Quis comperentior magisque veridicus fuit ipsius Judex esse poterat, quàm Apostolus? & tamen propriæ conscientiæ suæ non fidit, quando omnibus nobis coram Christo tribunali comparendum erit: Unde subdit: *Qui autem judicat me, Dominus est*, indeque hoc deducit salutare consilium: *Itaque nolite ante tempus judicare, quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: & tunc laus erit unicuique à Deo.* S. Gregorius considerans, quòd Apostolus hanc causam assignet, cur se minimè justificatum esse censeat, licet cum propria conscientia nullius reatus argueret, quia videlicet Christus ejus Judex futurus erat, eamdem rationem his verbis magis declarat: *Idcirco in eo, quòd nihil mihi conscius sum, justificatum me esse abnego, quia ab eo, qui me judicat, examinari me subtilius scio.* At verò inquies fortassis, qua in re Apostolus rigorosum hujus Judicis examen timere poterat, num fortè persecutiones, quibus dum lupinâ pellè tegeretur (*Benjamin lupus rapax*) Evangelij sequaces infestat? *Saulus autem adhuc spirans minarum & cædis, &c.* At verò de hujus criminis remissione securus erat, siquidem ait: *Qui prius blasphemus fui, & persecutor, & contumeliosus: sed misericordiam Dei consecutus, quia ignorans feci in incredulitate.*

S. Paulus etiam diffidebat justitiæ suæ.
1. Cor. 4. v. 3
Ibid. v. 4.
Ibid. v. 5.
Et quænam hujus fuerit causa.
S. Greg. l. 5. mor. c. 8.
Gen. 49. v. 27.
Act. Apost. 9. v. 1.
1. Tim. 1. v. 13.

Quid ergo timere poterat, quod in bilance Dei positum minus haberet? an fortè visiones, revelationes, extases, ad cœlum Empyreum raptus, vel totius mundi per ipsum procurata conversio? *In laboribus pluribus, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter, &c.* Certè aliud nil ad

2. Cor. 11. v. 23.

hoc responderi potest, quàm quòd illi, qui majori à Deo lumine prædíti sunt, quantò se divino tribunali viciniores esse vident, tantò magis timeant & contremiscant; quia *qui judicat, Dominus est.* S. Gregorius verba illa Job: *Cogitationes meæ variæ succedant sibi & mens in diversa rapitur*, exponens, inquit: *Ac si non aperiis vocibus dicat. Quia extremi judicij terrorem considero, idcirco cogitationum tumultibus in timore confundor: tantò se quippe animus amplius in cogitatione dilatat, quantò illud esse terribile, quod imminet, pensat: & in diversa mens rapitur, quando modo mala quæ egit, modo bona quæ agere neglexit, modo reprehensibilia, in quibus est, modo recta quæ sibi adhuc deesse conspicit, sollicito pavore perpendit.*

Job. 20. v. 2. S. Greg. l. 15. mor. c. 1.

DISCURSUS XXIII.

ARGUMENTUM.

Nullus, quantumvis sit sanctus & innocens, coram divino tribunali securus erit, sed omnes timebunt ob transgressiones & defectus etiam minimos.

THEMA.

Confige timore tuo carnes meas, à judicijs enim tuis timui. Psal. 118. ℣. 120.

David quantumvis sanctus, extimuit finale judicium. S. Ambr. ibid.

1. REgius Propheta hanc sibi à Deo gratiam concedi rogat, ut scilicet carnes suæ sancto ejus transfigantur timore: *Confige timore tuo carnes meas*, ubi S. Ambrosius legit: *Confige clavis, &c.* neque mediocrem postulabat timorem, sed excellivum, & transcendentem, optasset enim ut clavus quidam per transversum cor suum continuo transfigeret, ut in observantia divinorum præceptorum tanto exactior esset. Sed quodnam erat motivum, cur adeo vehementem concipere timorem posset? *à judicijs enim tuis timui.* Licet enim Sanctus hic Rex vitam egisset sanctam & immaculatam, finale tamen judicium penes se commemorans, toto corpore contremiscebat. *Ut etiames matrem clavos spirituales esse*, inquit idem Ambrosius. *Etiam stimuli spirituales sunt, de quibus scriptum est: durum tibi est adversùs stimulum calcitrare. Hoc stimulo Paulus stimulatus surrexit à terra, & se levavit, ut converteretur in cælo.*

S. Vinc. Ferr. Christus apparuit S. Paulo in sua conversione in forma Judicis. Act. Apost. 26. v. 14.

2. Probavimus ex Sanct. Vincentio Ferrerio dum Christus Sabili, Damasco vicino, & Ecclesiæ persecutori, appareret, formam induisse Judicis, qualis ad Judicium descendet extremum, hæcque figura Apostolum in timoris conjecit angustias, dicente Scripturâ: *Durum est tibi contra stimulum calcitrare, & tremens ac stupens, dixit: Domine, quid me vis facere.* Iterum augustus Salomonis thronus illius typus erat, cui Christus in judicio universali insidebit, de quo scriptum est: *Ecce plus quam Salomon hic:* id autem quod ad nostrum in præsenti deservit propositum, in Throni hujus consistit fabrica, quam hunc in modum describit Spiritus S. *Duæ manus hinc atque inde tenentes sedile, & duo leones stabant juxta manus singulas:* equidem in parte sinistra leonem collocandum nemo ambigit, siquidem Judex tamquam leo furibundus consurget contra reprobos, dicente Bellovacensi: *Comparant Scripturæ* (scilicet Christum Judicem) *Leoni furenti & rugienti* Prov. 19. *Sicut fremitus leonis, ita ira Regis, qui facit omnes feras timere & tremere.* Ast cur in dextra sedilis parte sapientissimus ille Rex non potius agnum statuit mansuetum, siquidem ista benedictionem præfigurabat electorum? Respondet Rupertus Abbas: *Grandis thronus, grande quippe judicium expectamus, thronus ex ebore, judicium quippe ex puritate constabit justitiæ. Sex ille habebit gradus, sex enim sententijs judicium perficitur; Eferuisti, & dedisti mihi manducare, &c. duæ manus hinc atque inde, id est, duo tenores, hinc judicij atque inde misericordiæ.* Ast ubi misericordia locum habet, quorsum collocantur leones? Respondet idem Author: *Duo leones juxta manus singulas, id est, utrobique fortis ac formidabilis judicij veritas; nam & à sinistris omnis iniquus condemnabitur, & à dextra vix justus salvabitur.* Timent, tremuntque in judicio Dei severissimo, viri maximè perfecti & sancti, scientes se absque Dei misericordia nequaquam evadere potuisse. *Perituros se absque ambiguitate sciunt*, inquit S. Gregorius, *si remota pietate judicentur; hoc ipsum quod justè videmur vivere, culpa est, si vitam nostram cum judicat, hanc apud se divina misericordia non excusat.* Et sanè quis S. Bernardi in sæculo illo æquavit merita, stabilissimum tunc Ecclesiæ vacillantis fulcrum, quem per Antonomasiam devotum appellare non dubitamus? Et nihilominus in quodam sermone *de interiori domo*, hanc Deo offert supplicam: *Eripe me Domine ab homine malo, id est, à meipso, à quo recedere non possum; nam quocumque me verto, vitia mea me sequuntur: ubicumque vado, conscientia mea non me deserit, sed præsens assistit, & quidquid facio scribit.* Verum enimverò quid aliud hic scribere poterat, nisi quotidiana jejunia, excessivas innocentis & immaculatæ carnis emacerationes, extases, prophetias, miracula, hæreticorum conversiones, varias pro fidei Catholicæ sedisque Apostolicæ defensione susceptas peregrinationes? & nihilominus Sanctus subdit, dicens: *Idcirco quamquam humana subterfugio judicia, judicium propriæ conscientiæ fugere non valeo. Proprij reatus conscientia me non requiescere sinit, sed de die in diem vehementer me torquet, & de die judicij vehementer terret.*

S. Bern. de inter. domo cap. 31.

3. Notatu dignissima illa in præsenti occurrit Ecclesiastis propositio: *Sunt justi... & opera eorum in manu Dei*, igiturne (dicit aliquis) propriæ salutis securitatem capere potuerunt, coramque Dei throno alacres comparere? Præsertim cum & Ecclesia cantet: *Justorum animæ in manu Dei sunt:* difficultati huic satisfacit idem Ecclesiastes, dum subdit: *Et tamen nescit homo, utrum amore an odio dignus sit: sed omnia in futurum servantur incerta, eo quod universa æque eveniant justo & impio, bono & malo, mundo & immundo.* Quæ verba S. Bernardo tremendi & timendi occasionem præbuere, dicit enim: *Terribilis est locus iste, & totius expers quietis, totus inhorrui, si quando in eum raptus sum, illam apud me replicans cum timore sententiam: Quis scit, si est dignus amore, an odio?* Ruffinus Aquilejensis & Palladius de Elia Abbate referunt, quòd 70. annis in antro quodam sepultus delitescens, vixque pane & olivis pastus, imò frequentes septimanas sine cibo transigens, ad ætatem pertigerit 110. annorum, qui, si quis visitandi causâ ad eum accederet, dicere illi solitus erat: *Tria sunt quæ timeo: Primum animæ à corpore discessio; Secundum inevitabilis necessitas comparendi coram Deo: Tertium sententia, quam in me dicturus est Judex.* Si Cedri Libani contremiscunt, quantò magis inanes vacillabunt paludum arundines? Præstare, quantum poteritis & sciveritis, numquam tamen auream validamque offeretis monetam, nisi acceptationis & misericordiæ divinæ eidem impressa reperiantur insignia. Unde S. Isidorus dicere consueverat: *Ad districti examen judicis nec justitia justi secura est, nisi pietate divina, & tui & ipsa justitiæ, quâ quisque justus est. Deo justificante justificetur, alioquin apud Deum, & ipsa peccatum est.* Quem in finem, librum consulite Prophetæ Job, ubi dignissimum licet ac copiosissimum operum Heroicorum, quæ ipse priusquam cum inferno confligeret, exercuerat, reperturi fitis; ipse nihilominus protestabatur, dicens: *Verebar omnia opera mea,... si lotus fuero, quasi aquis nivis, & fulserint velut mundissimæ manus meæ tamen sordibus intinges me.*

Ecclæ. 9. v. 1. Eo quod nesciret an dignus esset amore, vel odio. Ibid. v. 1. S. Bern. ser. 23. in Cant. Quòd timuerit Abbas Elias, qui 116. annis delituerat in antro rigidissimè vigens. Ruffin. Aq. l. 3. c. 12. n. 4 Pallad. c. 58. S. Isid. l. 2. sent. c. 32. Job. 9. v. 28.

4. *A Judicijs tuis timui.* S. Bernardus in præsenti illum Apostoli adducens textum (*nihil mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum, qui judicat me, Dominus est*) ita ad præsens discurrit intentum, in Apostoli personâ: *Illius enim prorsus nequeo declinare judicium, & si justus super me non levabo caput, quoniam omnes justitiæ meæ, tamquam pannus menstruatæ coram Deo.* Sancti namque, quantumcumque se viriliter conflixisse, inimicosque mundum, carnem & dæmonem se vicisse noverint, nihilominus usque dum prælium terminatum sit, semper expavescunt, dicente S. Gregorio: *Sancti viri cum mala superant, sua etiam bene gesta formidant, ne cum bona agere appetunt, de actionis imagine fallantur*, quemadmodum Angeli, qui in cœlo Empyreo venustissimi, abominabiles abyssi facti sunt tirliones, idque propter unicum superbiæ peccatum, tanto cum rigore judicati à Domino, ast quis nescit, vanam gloriam nostris vel maximè virtuosis sanctisque incessanter insidiari operibus? *Omnipotentis Dei judicia* [exclamat S. Gregorius] *super nos valde occulta sunt, & injusta non sunt. Sed si tendamus oculum meritis ad superiora, in illis aspicimus, quia de nobis, quòd justè conqueri non habemus: Omnipotens enim Deus Angelorum merita discernens, alios in æterna luce sine lapsu permanere constituit, alios sponte lapsos à statu sux cœlestitudinis, in æternæ damnationis ultione prostravit: nobis igitur injustè nihil agit, qui & subtiliorem nobis naturam justè judicavit.* Sic itaque vel unicum superbiæ peccatum cœlestes illos Spiritus in profundissimas inferni abjecit abyssos, quantò magis expavescent vel maximè sancti, præsertim cum ab illis ipsis incessanter ex invidiæ motivo, ad veram gloriam & superbiam, ex bonis operibus aucupandam, incitentur? Audite Hildebertum, in quadam Epistolarum suarum ita discurrentem: *Superbia nationis cœlestis sublimes appetit mentes; & velut ad proprios revolans ortus, in gloriam & puritatem irrumpit hominum, quæ à gloria & puritate prorupit Angelorum.* Hæc vana gloria macula est, quæ perfectiores etiam insensibiliter inficit quam Magistri spirituales tincam appellaverunt sanctitatis.

S. Bern. de inter. domo cap. 31. Hild. Ep 31.

5. *A Judicijs tuis timui.* S. Ephrem, teste Bollando, suum in hunc modum legitur fecisse testamentum: *Cum tempus meum perfecerim, hinc abeo ac migro: utrimque circumdederunt me lictores atque satellites, severi exactores ad subjiciendam cervices meas, tamquam hominis malefactoris, gravissimo supplicio. Quid igitur? ploremne? At non est, qui audeat: clamemne? at ubi est, qui me exaudiat? Heu mihi, ab increpatione judicij expectatio mihi gravis. Nam quando adstitero ante horrendum Domini tribunal, & ibi dijudicabunt me, undique circumdantes, qui noverunt me, valde confundi incipiam.* Quod si verò vir tam eximiè sanctus, quem S. Basilius Magnus in tanta habuit veneratione, de Heroicis operibus suis diffidebat, quantò majorem timendi occasionem habebunt illi, qui largam mundi viam ingrediuntur? Verumtamen non est, quòd sancti Ephrem in tremendo hoc tribunali admiremini timorem, siquidem is in Tomo 1. operum suorum de novissimo judicio differens, in ea fuit opinione, quòd etiam ipsimet Spiritus Angelici in illa die sint trepidaturi: *Ut vel ipsæ virtutes cœlorum tremore magno convigantur: Nos quales oportebit tunc esse, nos timor & horror invadet.*

Bolland. 1. Febr. c. 1. S. Ephrem plurimum extimuit extremum judicium. S. Ephr. T. 1. de patient. & consummat. hujus sæculi.

6. Observastisne aliquando, quòd Christus, priusquam in hoc tribunali sederet, prius accusari, judicari, & sententiari voluerit, non obstante, quod Pilatus diceret: *Nullam causam invenio in homine isto. Innocens ego sum à sanguine justi hujus?* Unde certus quidam Author scribit: *Ex hoc valde pertimescendum Dei judicium, cum non solùm peccator, sed ipse Judex Christus dijudicandus adjicitur.* Ex quo, ut paulo ante probavimus, parabola de decem virginibus ad judicium, quod tam de animabus electis, quàm reprobis instituendum erit, alludit, meritò quærendum venit, quænam causa fuerit, cur prudentes, à sordibus ad modicum olei accommodandum rogatæ (*date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur*) repulsam iisdem dederint? Cum enim oleum charitatis symbolum fit, nullum ad eam exercendam opportunius tempus esse videbatur quàm illud in quo illarum ruinæ remedium adferre poterant, ne à nuptijs cœlestis sponsi excluderentur, maximè cum tritum sit axioma: *Unicuique mandavit Deus de proximo suo.* Forsitan dicetis, charitatis rectum ordinem id exigere, ut à seipsâ & à salute propria incipiat, nam *quid enim prodest homini, si universum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur?* Unde & prudentes virgines se excusarunt, dicentes: *Ne forte non sufficiat nobis & vobis.* Author operis imperfecti verum hujus petitionis (*date nobis de oleo vestro*) sensum esse dicit: *Hoc est, vos Sancti, qui habetis opera larga justitiæ sufficientia vobis, non solum ad evadendam pœnam, sed etiam ad gloriam consequendam, accommodate nobis auxilium bonorum operum vestrorum, id est, intercedite pro nobis peccatoribus ad Dominum, quia justitia vestra sufficiens est vos glorificare, & nos excusare.*

Luc. 23 v. 14 Matth. 27. v. 24. Cur Virgines prudentes denegaverint sociabus accommodare Oleum. Matth. 25. v. 8. Matth. 16. v. 18. Matth. 25. 9. Auth. Imperf. hom. 25.

Verumtamen valdè in hoc hallucinatæ fuerunt, nam tametsi prudentes virgines fatuarum petitioni consentire, & illis proprio rum meritorum oleum communicare voluissent, idipsum tamen facere non potuissent, nam *opera enim illorum sequantur illos*, ut in Apocalypsi dicitur, id est, sola illa bona opera, quæ nos ipsi fecerimus, nos tuebuntur, nobisque proderunt, non vero aliorum; Ac proinde intercessiones, quantumcumque potentes sint & efficaces, in tempore illo nequaquam utiles erunt, ut in discursu duodecimo fusius diximus. Imo tametsi sancti eximia merita sua alijs applicare possent, idipsum tamen in illa die facere minimè conveniret, siquidem coram illo tribunali tanta erit ipsismet sanctis meritorum necessitas, ut etiam illi, qui operum bonorum ditissimi in hac vita sunt, clientum suorum petitioni consentire, iisque merita sua participare non auderent. *Ne forte non sufficiat nobis & vobis. Ostendit in his verbis, quòd ita terribile erit futurum judicium, ut nulla innocentia sibi confidat: & verè quis est homo natus de muliere, qui credit justum se esse inveniendum in conspectu illius, de quo beatissimus Job dicit: Stellæ in conspectu ejus non sunt mundæ, & cœlum sine crimine non est.*

Nullæ intercessiones in illa die erunt utiles. Apoc. 14. v. 14. Auth. op. imperf. ibid.

S. Bernardus rationem assignare volens, cur Christus in specie humana ad judicium sit compariturus, ideo id futurum esse existimat, ut se erga electos humanum & benignum ostendat: *Etenim si iniquitates observaverit etiam electorum, quis sustinebit? ajtra non sunt munda in conspectu ejus, & in angelis suis reperit pravitatem. Audite Sanctum & electum, quid dicat Deo: Tu remisisti iniquitatem peccati mei, pro hac orabit ad te omnis Sanctus in tempore opportuno. Opus itaque habent & Sancti pro peccatis exorare, ut de misericordia salvi fiant, propriæ justitiæ non fidentes.* Est & alia ratio, cur viri etiam sanctissimi in novissimo die, timore percellendi sint, eaque ex illa deducitur S. Joannis Apostoli sententia. *Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.* Hâc enim veritate, quæ est indubitata, à nobis suppositâ, certum est, quod etiam electi, utpote, qui alicujus saltem quantumvis levis transgressionis rei sunt, rigorosissimam daturi sint Judici illi rationem. S. Gregorius inquit: *Sæpe electis etiam volentibus, in cogitatione surripitur, quod in se quidem solerter inspiciunt, & ante Dei oculos quanti sit veritas, attendunt, & cum de his omnibus districta judicia semper pertimescant; tunc tamen hæc vehementer metuunt, cum ad solvendum humanæ conditionis debitum venientes, districto Judici appropinquare se cernunt: & sit tanto timor auctior, quanto & retributio æterna vicinior, ante oculos autem cordis nihil inane tunc transvolat de phantasmate cogitationis.* Tunc etiam minima quævis cogitatio, quæ simul cum vento evanuerit, examinabitur, an videlicet debitam ei fecerimus resistentiam, an convenientem illius habuerimus honorem, an de ea doluerimus, ut oportet, an omnem similis cogitationis habendæ sustulerimus occasionem: *Quoniam omne verbum otiosum*, inquit apud S. Matthæum inexorabilis ille judex, *Quod locuti fuerint homines reddent rationem de eo in die judicij.* Ubi S. Ambrosius ait: *Si pro otioso verbo periculum est, quanto magis pro criminoso?* S. Bernardus pariter hanc inde deducit consequentiam: *Quantu districtius de verbo mendacij, mordaci, injurioso, elato, vel lascivo, de adulatorio vel detractorio judicabimur?*

Matth. 12. v. 36. S. Ambr. in Psal. 36. S. Bern. ser. de triplici custod.

7. In vita S. Pachomij legitur, quod cum Theodoro Monacho ab eo præciperetur, ut se Matri suæ videndum exhiberet, utpote quæ ejus videndi causâ illuc se contulisset, is Magistro suo dixerit: *Prius me venerabilis Pater certum facto, quod post tantam spiritualium rerum cognitionem, si videro eam, non dabo inde rationem Domino in die Judicij, & quod præcipis, faciam.* At vero quanam in re Filius hic deficere poterat, quando cum superioris sui licentia, corporali suæ præsentia consolabatur matrem? forsan memoriæ illius verba illa psalmi obvenerant: *Audi filia, obliviscere domum Patris tui.* Verumtamen quidquid sit, S. Pachomius, qui à Deo magnopere illuminatus erat, huic objectioni aliud respondere non potuit, præterquam sequentia verba: *Si probas id tibi non expedire fili mi, non te cogo.* Sancti igitur viri peccata etiam venialia ponderant, tantoque rigorosiùs horum contra illos examen instituendum esse intelligunt, quantò majus fuerit lumen, quo à Deo fuerint dotati, majoraque ad illa evitanda acceperint auxilia. Unde S. Bernardus salubriter monet. *Tu ne leve dixeris, in quo offenditur Christus; unde ad Dei judicium pertrahi habes, cum horrendum sit incidere in manus Dei viventis?*

In vita S. Pachomij. Pſ. 44. v. 11. S. Bern. ser. 25. in Cant.

DISCURSUS XXIV.

ARGUMENTUM.

Variæ instituuntur considerationes super verba sententiæ illius, quam Christus adversus reprobos fulminabit dicendo; *Discedite à me maledicti.*

THEMA.

Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo & Angelis ejus. Matth. 25. ℣. 41.

Viri maximè perfecti tremunt ad judicium Dei. S. Greg. l. 8. mor. c. 15.

Patet in S. Bernardo.

1. HÆc à Christo adversus reprobos fulminata condemnatio, simul cum pœna infinitam ipsis adaugebit confusionem eo quod promulganda sit in cœli,

Maximum tormentum iniquorum

erit, quod visuri sint justos prius vocari ad cœlestem gloriam.

cœli, terræ, & inferni totius conspectu, ac proinde non sine mysterio idem judex de se prædixit: *Cum autem venerit Filius hominis in Majestate sua, & omnes Angeli cum eo, tunc sedebit super sedem Majestatis suæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes.* Circa quæ verba S. Bernardus ait: *Hoc planè illis grave tormentum, &*

Matth. 25. v. 31.

magnus malorum cumulus erit, forte enim quodcumque solatium videretur, eorum quos tam multiplici impugnazerunt, vel conscientiam latere, vel ipsos saltem declinare posse

S. Bern. ser. 8. in Psal. Qui habit.

conspectus. Mysterio utique non caret dictio illa Evangelij. *Tunc*, expressiva temporis, in quo sententia contra præscitos pronuntiabitur. *Tunc dicet & his, qui à sinistris erunt*, id est, postquam electos retributione æterna remuneravit, in conspectu omnium illorum, bonis applaudendo operibus, tunc iræ suæ fulmina contra impios evibrabit; id enim S. Bernardus observavit, dicens: *Prius beneedicti vocantur in regnum, quam maledicti ejiciantur in ignem æternum.* Ad illa quoque se Psalmi verba reflectens, *Et retributionem peccatorum videbis*, mox interrogat Sanctus, qualem animæ beatæ ex impiorum damnatione haurient satisfactionem: *Etsi illis ex hac nostra consideratione immensam quoddam miseriæ genus accedat nobis, quæ necessitas erit, quæ utilitas, quæ voluptas?* Inhumanitas namque esse videtur, aliorum pasci sanguine, quantumvis inimicorum, Deoque rebellium, ast ipsemet respondens, mox subjungit: *Attamen sicut videbit peccator & & invascetur, dentibus suis fremet & tabescet (prius enim beneedicti vocabuntur in regnum, quam maledicti in caminum dejiciantur ignis æterni, quod videlicet acrius doleant, videntes quid amiserint) sic justi quoque videbunt & lætabuntur, considerantes quid evaserint.* Ac proinde damnatis illa competent Exodi verba:

S. Bern. ibid.

Psal. 90. 8. Electi de reprobatione iniquorum gaudebunt, & qua ratione.

Exod. 15. 16.

Irruat super eos formido & pavor, ... donec pertranseat populus tuus iste, quem possedisti, cruciabuntur namque crudelissime, dum se tormentis addici, electos vero, quos hac in vita contempserant, ad paradisi gaudia conspicient abripi, juxta illa Sapientiæ verba.

Sap. 5. v. 2. & 3.

Videntes turbabuntur timore horribili, ... Dicentes intra se, pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes, hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum. De qua proinde sententia fulminatoria merito dici potest: *Tot Sacramenta, quot apices.*

S. Bon. T. 7. Comp. Theverit l. 7. cap. 19. Sex circumstantiæ sententiæ reprobatorum. Explicatur verbum: Discedite.

2. *Discedite à me, &c.* S. Bonaventura hac in sententia sex notabiles considerat circumstantias: *Primo, à Deo separationem, cum dicit: Discedite. Secundo, maledictionem, maledicti. Tertio, Incarcerationem, per hanc, præpositionem IN, designatam. Quarto, Pœnæ acerbitatem, ignem. Quinto, Liberationis desperationem ibi: æternum. Sexto, Dæmonum associationem, ibi: qui paratus est Diabolo & Angelis ejus.*

Alb. Magn. in Matth. ibid. Auth. Imperf. Hom. 54

3. *Discedite, &c.* Sacrorum expositorum inhærentes vestigijs, primum hoc enucleemus verbum, ab Alberto Magno inchoaturi, qui reproborum abominationem & detestationem in hoc loquendi modo denotari autumat dicens: *Sententia est cum exprobratione*; quam doctrinam forsitan hauserat ab operis imperfecti Authore, hunc in modum scribente: *Quasi qui non sufferat præsentiam illorum vel aspicere, sic dicit, Discedite à me. Deus, qui in sanctitate delectatur animarum, peccatrices animas aspiciens, quasi gravatus non sufferat; tamquam dicat eis; quasi pauredo & sparcitia estis, nec tamdiu vos sustineo, quamdiu statis in judicio meo.* Quando quis justa cum indignatione atque contemptu eum à se rejicit, à quo offensus fuit, cum indignatione dicere solet; apage. Similem igitur circa verbum hoc considerationem instituit Abulensis, dum ait: *Utetur contra eos contumelia, & quasi ex indignatione dicet eis: Discedite, quia magnus contemptus est, quando quis abjicit alterum à facie.* Ob idem igitur motivum, quo paulo ante electos invitaverat ad gloriam, dicendo: *Venite*; ob idem quoque impijs dicet: *Discedite.* Porro ad justos dicit: *Venite ad me*, ad hos verò alios: *Discedite à me.* Tametsi enim justi etiam prius Christo vicini essent, siquidem *qui autem*

Per hoc verbum iniqui magna afficientur contumelia Abul. q. 40. in c. 25. Matth.

2. Cor. 6. 17.

adhæret Domino, unus spiritus est, attamen præsentia corporum vicini non erant, ac proinde illos invitat, ut non solum quoad animam sed etiam quoad corpora gloriâ suâ fruantur; Abulensis inquit: *Jucunditas est in tali præsentia, ideo venite dicitur, id est, accedite ad me, Econtrario malis dicitur, quòd recedant, ne ex præsentia ejus aliquem favorem habere videantur.* Origenes à

Abul. ibid.

Orig. in Cat. D. Thom. ibid.

Doctore Angelico in catena citatus, dicit: *Sicut justis dixerat venite, ita & injustis dicit: Discedite; nam propinqui sunt verbo, qui servant Dei mandatum, & vocantur ut adhuc propinquiores efficiantur; longe autem ab eo sunt, qui non faciunt mandata ipsius.*

4. Samson Philistæis adeo erat formidabilis, ut unicâ Asini maxillâ, multa ex ipsis licet armatis, millia cæciderit: Et tamen ipsorum postea factus est præda, & postquam illi tamquam vilissimo mancipio oculos eruissent, ad instar jumenti, condemnatus fuit ad volvendam molendini rotam. *Eruerunt oculos ejus, & vinctum catenis clausum in carcere molere fecerunt*; At verò scirene vultis hujus muratæ conditionis suæ causam? nimium *recesserat ab eo Dominus, Dalila cæpit abigere eum, & à se repellere.* Quando enim irata nobis Dei justitia peccatores tamquam reos à se rejiciet, jam non Philistæi, sed spiritus infernales illos in carcerem abyssi reludent, ut re ipsa experiantur, quidnam sit à Deo repudiatum esse. Apud Oseam Deus olim comminatus est, dicens. *Væ eis, cum recessero ab eis*, ubi S. Basilius inquit: *Nulla atrocior pœna, cæteras omnes vincit calamitas hæc, deseri à Deo.* At verò quid de reprobis futurum erit, quando judex adversus eos positivam fulminabit condemnationis sententiam dicendo: *Discedite à me*; Nescio, an ad hoc vos aliquando reflexeritis quod idemmet Judex, qui omnia, quæ in die illa tremenda facere disposuit, clarè prædixit, de animabus prædestinatis dicat: *Tunc dicet Rex his, qui à dextris ejus erunt*; At verò quando de præscitis loquitur, ita non dicit, sed mutat phrasin inquiens: *Tunc dicet & his qui à sinistra erunt*, non dicit *à sinistris ejus*, quod observat S. Paschasius, inquiens: *Nequaquam invenies dixisse à sinistris ejus aut à sinistris suis stetisse hædos, sed solummodo in sinistris* quia abominatio & aversio, quâ Deus reprobos execratur, adeo est excessiva, ut, quando de ejus vicinia, licet illa à sinistris fiat, agitur, illos ne quidem nominari sustineat.

Osee 9. 12. S. Basil. in 2. Isai. Expenditur modus quo fulminabitur sententia contra reprobos.

Matth. 25. v. 34. Ibid. v. 41.

S. Paschas. l. 11. c. 12. Matth. ibid.

5. Albertus Magnus ostendit, reprobos magnopere meruisse, ut à Christo rejicerentur: *Discedite à me, qui dum vixeratis, dixistis mihi; Recede à nobis.* Apud Jobum mentio fit quorumdam impiorum hujus mundi hominum, vitam suam in gaudijs, & voluptatibus consumentium: *ducunt*, inquit sacer textus, *in bonis dies suos; & in puncto ad inferna descendunt; qui dixerunt Deo recede à nobis & scientiam viarum tuarum nolumus, quis est omnipotens, ut serviamus ei?* Qui proinde cum Deum à se repulerint, justè merentur, ut in novissimo die coram tribunali divino adstantes, audiant: *Discedite à me.* Nec vacat mysterio dictio illa *à me*; quam S. Bernardinus in sermone quodam de judicio extremo considerans, exclamat: *O infelix discessio, & separatio ab omnibus bonis. O verbum pertingens usque ad divisionem animæ à summo Deo, compagumque & medullarum & interiorum cordis & corporis concussivum. O radicatio universorum malorum, cum nemo possit à Deo divelli, quin malis omnibus repleatur.* Ad hoc propositum, ut nobis licet verbis illis, inter nos & vos: *Magnum chaos firmatum est.* Enimverò hæc reproborum repudiatio & discessio æqua rationis trutina ponderanda est, serioque considerandus est terminus *à quo* & terminus *ad quem*; discedit namque anima à Deo, omnis boni fonte, ut ingrediatur fauces inferni, centrum omnis mali. Idem S. Bernardinus in alio quodam sermone hisce verbis *Discedite à me*, pœnam damni significari existimat; *Repellet eos à suo consortio, dicens: Discedite à me; tollatur impius, ne videat gloriam Dei.* Quando Hebræi, audito sermone Christi de ineffabili Eucharistiæ mysterio, ab eodem discesserunt, Christus discipulos suos interrogavit, dicens: *Numquid & vos vultis abire?* At verò S. Petrus subitò ei respondit: *Ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes*; vita autem beata & æterna, à divini vultus visione inseparabilis existit; ac proinde quando supremus ille Judex impijs dicet: *Discedite à me*, idem erit ac si eos à Visione beatifica eliminet; hæc autem pœna sine dubio, pœna sensûs major est, ac proinde hanc primo loco fulminabit, dicendo; *Discedite à me*, ac tum demum subjunget: *in ignem æternum.* Confirmat idipsum D. Chrysostomus his verbis: *Licet quis innumerabiles ponat gehennas, tale nihil dicet, quale est illa excidere gloriâ, à Christo odio haberi, audire; nescio vos.* At vero dicet aliquis, numquid & reprobi faciem judicis videbunt, juxta illud: *videbunt, in quem transfixerunt?* Respondet S. Isidorus: *In judicio reprobi humanitatem Christi, in qua judicatus est, videbunt ut dolentes; divinitatem verò ejus non videbunt, ne gaudeant; quibus enim divinitas ostenditur, utique ad gaudium demonstratur.*

Jud. 16 21. Maximum tormentum erit, per illud verbum revelli à Deo. *Ibid.*

Ibid. v. 19.

Luc. 16. v. 26

S. Bernard. T. 3. ser. 11. A. 2. c. 3.

Joan. 6. v. 67.

D. Chrysost. Hom. 47. ad pop.

Joan. 19 37. S. Isid. L. 1. sent. c. 37.

Discutitur particula illa sententiæ reproborum: A me.

S. Bernard. T. 1 ser. 12. A. 3. c. 2.

Examinatur verbum; Maledicti.

6. *Maledicti*; Abulensis inquit, quòd sicut benedicti dicuntur, qui omnium bonorum abundantiâ fruuntur,

fruuntur, ita maledicti appellantur illi, quibus hæc omnia deficiunt; *Nulli autem magis in bono deficiunt, quam damnati, quia nullum bonum eis manet, & omne genus mali eis applicatur.* S. Bernardinus maledictionem hanc ita explicat; *Maledictis, id est, malis naturæ, culpæ, & pœnæ, æternaliter applicati.* Observandum est enim, quòd sinistra ærumnas & miserias significet, unde quando alicujus funesti eventus facimus mentionem, illum eventum sinistrum appellare solemus; nec sine mysterio de præscitis in numero plurali dicitur *à sinistris sunt*, non verò *à sinistra*, quia in illa die omnigenis subjecti erunt ærumnis & miserijs. Albertus Magnus inquit, *Maledicti, idem est, quod malo addicti*, adducitque textum illum ad Hebræos capite 6. *Proferens spinas ac tribulos terra maledicta, est combustioni proxima*; tunc enim spinæ & sentes, quas maledicta peccatorum terra produxerit, ignis æternalis alimentum erunt. *Maledicti, qui declinant à mandatis tuis.* Verum quærendum hic venit, quænam causa sit, cur Christus judex benedictionem electis etiam in æterni Patris sui nomine annunciet, dicendo: *Venite benedicti Patris mei*; in maledictione autem impiorum nulla Patris fiat mentio. Quæstionem hanc movet, pariterque resolvit Doctissimus Abulensis inquiens: *Benedictio est à Patre, id est, Deo; maledictio autem à quolibet, & Deus non est author ejus.* Prædestinatio opus manuum Dei est, eique proinde in acceptis referenda, reprobatio autem à nostra solùm dependet malitia, in eaque Deus omni culpa caret, siquidem maledictionem nos nobis ipsis fabricamus; scitatque textum illum Apostoli ad Ephesios: *Benedictus Deus & Pater Domini nostri Jesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo. Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati, ... Qui prædestinavit nos in adoptionem Filiorum.* Non est penes nos, ut salvemur sed penes Deum, qui tamen nostram pariter cooperationem à nobis exigit; & ideo Apostolus de prædestinatione loquens, ait: *Non volentis neque currentis, sed miserentis Dei.* Cum tamen facer textus de reprobatione differens, eamdem unicæ nostræ malitiæ attribuat. Unde apud Oseam dicitur: *Perditio tua Israel ex te est, tantummodo in me auxilium tuum.* S. Thomas quoque super Matthæum scribens, eamdem hanc tangit difficultatem, inquiens: *Benedictio nostra à Deo est, maledictio autem à nobis* quia enim, ut Psalmista ait: *Dilexit maledictionem, & veniet ei, & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo*; damnati enim ut Theophylactus quoque ait, verè suam voluere maledictionem, *Quia maledicti propriis operibus facti sunt.* Verum enimvero quodnam in eo latet mysterium, inquit S. Hieronymus, quòd Incarnata Sapientia præscitos hædos, non verò capras appellet? & respondet: *Nec dixit capras, quæ possint habere fœtus, & tonsæ egrediuntur de lavacro, omnes gemellis fœcibus; & sterilis nulla inter eos: sed hædos lascivum animal, & petulcum, & fervens semper ad coitum.* D. Chrysostomus quoque notat, quòd nomine ovium & hædorum denotentur bonorum & malorum mores: *Mores utriusque partis aperiuntur, cum alij hædorum, alij ovium nuncupatione nominentur, ut aliorum fertilitas ostendatur. Uberes enim & multi ab ovibus fructus proficiscantur, à lactis copia, ab elegantia lanæ, à fœtu, quibus omnium hædorum genus omnino caret.* Albertus Magnus in detestationem horum hædorum ita scribit: *Hœdis indomitis, fœtentibus, scandentibus alta, depascentibus viridia ramorum, & cornibus acutis & altis impingentibus.*

Alb. Magn. in Matth. Hebr. 6. v. 8.

Psal. 118. 21 Cur in maledictione reproborum nulla fiat mentio Dei Patris.

Abul. ibid. q. 402.

Ephes. 1. v. 3.

Ibid. v. 4.

Ibid. v. 5.

Rom. 9. v. 16 Maledictio nostra à nobis est, non à Deo.

Osee 13. v. 9.

S. Thom. in Matth.

Psal. 108. v. 18

Theophyl. ibid.

S. Hieron. in Matth. Cur reprobi assimilentur hœdis non capris.

D. Chrysost.

Alb. Magn. ibid. in Matt.

Psal. 62. v. 11. Quid significent verba illa in ignem.

S. Anfel. in Elucidat.

S. Ephr. T. 2. de pat. & consumm. hujus sæc. S. Bernard. ibid. c. 2. S. Bernard. ibid.

7. *In ignem.* Psalmista ait: *Introibunt in inferiora terræ*, quia infernus, in quo ignis hic ardet in centro terræ est situatus; in hunc locum multa millionum millia corruent, erit præcipitium quoddam ruinosum & irreparabile, cadent cumulatim unus super alium cum ingenti confusione, ad invicem contricti, sicut carbones in ampla quadam fornace super se invicem jacere videntur. S. Anselmus ait: *Tanto pœnarum pramentur pondere, ut ne pedem vel manum impij movere possint.* S. Ephrem de judicio extremo differens, infelicem damnatorum conditionem his verbis deplorat. *Heu, Heu, quantâ pressurâ & angustiâ spiritus afficientur, quando superzenerit clamor, omnibus audientibus: Convertantur peccatores in Infernum, omnes gentes, quæ obliviscuntur Deum.* S. Bernardinus inquit, verba illa: *In ignem, acerbæ pœnæ incarcerationem inferant.* Et in progressu ejusdem sermonis, subjungit: *Totus ignis ille, qui præcedet faciem judicantis, & omnis caliditas ejus conglomerator involvet & attrahet ad inferos peccatores, & sic præcipitanter ruent in supplicium sempiternum.* Isaias Propheta inquit: *Interfecti eorum projicientur & de cadaveribus eorum ascendet fœtor, tabescent montes à sanguine eorum.* Infernus enim sentina quædam erit omnium sordium, cunctarumque enormium abominationum; quæ à principio mundi ad finem usque sæculorum committæ erunt, quibus mundum fœtoribus & puteolentijs pestiferis adimplet; de fumo ignis illius dicitur in Apocalypsi: *Fumus tormentorum eorum ascendet in sæcula sæculorum.* At verò dicet fortasse aliquis, ex quo in illa perditionis abysso non solum flammæ comburent, sed alij quoque innumeri cruciatus aderunt, cur hisce omissis, solius fit ignis mentio? *Nullus modus afflictionis est*, inquit Abulensis, *quem mali non patiantur in inferno, sed nominatur ignis, quia ista fortè erit præcipua pœna inferni.* Cajetanus quoque similem tradit rationem, inquiens: *Ignis inter omnia, corpora vehementer cruciat, & quia pœna illa est maxima ex suo genere, ideo ignis nominata est nobis, quibus alterius vitæ pœnæ ignotæ sunt.* Dionysius Carthusianus judicem, partem pro toto accepisse existimat, dum ait: *Per ignem infernalem intelliguntur cætera gehennæ supplicia de quibus ait Psalmista: Pluet super peccatores laqueos ignis, sulphur, & spiritus procellarum, pars calicis eorum.* At vero quisnam erit follis, quo hæc flamma accendetur? Respondet Isaias: *Flatus Domini sicut torrens sulphuris succendens eam*, nocte & die non extinguetur, in sempiternum ascendet fumus ejus.

Apoc. 14. 11. Cur in sententia reproborum aliis pœnis omissis solum fiat mentio ignis.

Abul. q. 401. Cajet. in Matth.

Dion. Carth.

Isai. 30. 33.

8. *Æternum.* Tertullianus de inextinguibili hoc igne ita scribit: *Quid mirum, si æternaliter ardebit? æterna erit materia, æternum pabulum, anima & peccatum.* Abulensis Christum hanc pœnarum æternitatem comminatum esse scribit, ut illarum horrore offensas nostras coërceat & refrænet: *æternum, per incussionem timoris, nam nihil est, quod homines arceat à malo, quàm cum sciant pœnam damnatorum esse æternam.*

Ignis erit æternus. *Tertull. in Apologet.*

Abul. q. 404. ibid.

Qui paratus est diabolo & Angelis ejus. Sicut enim regnum cœlorum pro electis est fabricatum, juxta illud: *Possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi*: ita infernus pro spiritibus rebellibus est paratus D. Chrysostomus hac de re ita scribit: *Ego regnum vobis, ignem autem non vobis, sed Diabolo & Angelis ejus præparavi, in quem quoniam vos sponte injecistis, vobisipsis id reputate.* Idem quoque in alia quadam homilia repetit & impijs exprobrat, dicens: *Quod si vos talem vitam exhibuistis, ut pœna digni & supplicio fieretis, id vobismetipsis imputare merito potestis* S. Thomas authoritatem adducit Origenis, dicentis: *Deus pœnas non fecit propter homines, sed homines fecit propter bonum, sed ipsi acquirunt sibi mortem manibus suis.* In his quoque verbis considerari potest horrenda, quam reprobi habituri sunt, Dæmonum societas; *Societas est malorum*, inquit Albertus Magnus, S. Bernardinus pariter ait: *O consortium horribile ad imaginandum, horribilius ad videndum, horribilissimum ad cohabitandum.*

Ignis ille paratus est diabolo & angelis ejus. *D. Chrysost. Hom. 80. in Matth.*

D. Chrysost. Hom. 33. de petit. filior. Zebedæi.

S. Thom. in Matth.

Alb. Magn. in Matth. S. Bernard. T. 2. ser. 11. A. 2. c. 3.

DISCURSUS XXV.

ARGUMENTUM.

De invitatione, quâ Christus electos vocabit ad gloriam dicendo, *venite benedicti, &c.* ubi etiam ostenditur, nullam electos habituros occasionem timendi judicium, siquidem rectam & irreprehensibilem possident conscientiam.

THEMA.

Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi.
Matthæi 25. v. 34.

In amore Dei stabiliri possumus confiderationem sententiarum finali judicio promulgandarum. *S. Bonav. T. 7. soliloq. cap. 3.*

1. S. Bonaventura in soliloquijs suis salutare quod-dam nobis tradit monitum, ut in amore & timore Dei stabiliamur, videlicet seriam quamdam & continuam considerationem sententiæ illius, quam in judicio finali Judex promulgabit, tam in favorem electorum, quam in præscitorum æternam pernitiem. *O anima numquam excidat à tua memoria: Ite maledicti in ignem æternum; venite benedicti percipite regnum. O quid potest lamentabilius, & terribilius cogitari, quam ute? & quid delectabilius exprimi, quàm venite: Duæ sunt voces, quarum nihil horribilius una, & nihil jucundius altera poterit audiri.*

De

Mort. Pass. l. 1. Tr. 3. Lect. 33. S. Mechtildis in hora mortis suæ audivit vocem Christi: Veni benedicta Patris.

De B. Mechtilde, nobilissimi cujusdam Germaniæ Comitis filiâ legitur, quod, cum à primis annis Christo desponsata fuisset, hic ejus sponsus animam illius ineffabili adimpleverit gaudio & exultatione per solam horum verborum meditationem: *Venite benedicti*, adeò ut sæpe solita fuerit dicere: *O si essem una ex illis benedictis, qui hanc dulcissimam vocem sunt audituri*; Inter quæ verba aliquando cœlestem audivit sponsum suum, sibi dicentem: *Scias certo te ex illis esse, & ut nihil dubites; Ecce do tibi cor meum in pignus amoris, & in domum refugij, ut semper & maximè in hora mortis tibi consolationem, & requiem inveniasi.* Unde & in articulo mortis, nulla alia proferebat verba, quàm hæc: *Jesu bone, Jesu bone*, in ipso verò momento, quo animam expiravit, audita est vox de cœlo, in hæc verba prorumpens: *Veni benedicta Patris mei, posside regnum tibi paratum à constitutione mundi.*

S. Bernard. T. 2. ser. 12. A. 1. c. 3. S. Bernardinus quoque suavissimam horum verborum amabilitatem considerat, inquiens: *O dulcissima locutio, & vox omni jucunditate plenissima, invitans ad amplexum totius Trinitatis, & ad quietem, & æternam possessionem suæ gloriæ triumphans. O quanta jucunditas erit cuilibet, videre se Regem fieri æterni Regni.* Idem quoque sanctus Pater dum in primo tomo pariter de judicio differit, hæc verba: *Venite benedicti*, considerans, in affectus parum à prædictis differentes, his verbis prorumpit: *O vox omni jucunditate ac suavitate repleta, qua invitantur ad visionem, ad possessionem & ad fruitionem totius sanctissimæ Trinitatis. Primo invitat eos ad glorificationem, dicens; Venite, Venite, inquam, ad me fontem vitæ indeficientem, ad me lucem gloriæ vivificantem, ad me torrentem voluptatis inebriantem, ad me plenitudinem ubertatis inundantem.* Valde differt hæc invitatio ab illa, quæ apud S. Matthæum his verbis describitur: *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos: Tollite jugum meum super vos... Jugum enim meum suave est, & onus meum leve*, quia hoc venite invitatorium, quo inducimur ad declinandum illud jugum licet suave, ut verâ filiorum Dei libertate perfrui, & pro meritis remunerari possimus; *quos esse suos agnoscit*, inquit Author imperfecti, *tantis eos laboribus onerat, & tam diu laborare facit, donec digni efficiantur regno cælesti.* Albertus Magnus tamen ait, quòd in hac invitatione hoc ipsum plenè adimplebitur, quod his verbis, ut alibi diximus, promisit, videlicet: *Venite ad me omnes, qui laboratis, &c. & ego reficiam vos.* In Martyrologio Romano, die Secunda Februarij, commemoratio fit S. Aproniani Martyris, qui cum paganus esset, sanctum Sisinnium è carcere educens, ut Laodicio præfecto, coram tribunali sedenti, præsentaretur, hancque de cœlo delapsam audisset vocem: *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est à constitutione mundi*, sine ulla mora sub vexillo fidei & crucis Christi se recensèri fecerit, dignusque factus fuerit, qui coronâ decoraretur Martyrij.

Auth. Imperf. Hom. 4. Alb. Magn. ibid. *Matth. 11. v. 28. Ibid. v. 29. Ibid. v. 30.* *Martyrol. Rom. 2. Febr.*

S. Paschas. ibid. 2. *Benedicti.* S. Paschasius super hoc verbum ita scribit: *Vocat benedictos Patris sui ob eminentiam divinæ benedictionis, quâ condonatur eis immensa gloria, qui benedicuntur à Domino, qui fecit cælum & terram, quâ nulla major est benedictio quam ea, quapter Filium benedicuntur à Patre.* S. Bernardinus bona specificat quibuscum Judex justis benefacere intendit: *Benedicti*, inquit, *id est, bonis naturæ, gratiæ & gloriæ inseparabiliter additis.*

S. Bernard. ibid. Patris mei. *S. Bernard. ibid.* *Patris mei.* Idem Sanctus Bernardinus inquit: *Attribuis paternæ dilectioni, dicens: Patris mei, quia benedictus Deus & Pater Domini nostri Jesu Christi benedixit nos in omni benedictione spirituali in cælestibus in Christo Jesu.*

Possidete regnum vobis paratum. *D. Chrysost. Hom. 80. in Matth. S. Athanas. L. cont. Arrianos.* *Possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi*; *non dixit accipite* (inquit D. Chrysostomus) *sed possidete, sive familiaria dona, sive paterna.* Cum enim ad divinam adoptati sint filiationem consequenter & ad hæreditatem; unde Paginus legit *accipite hæreditatem.* Quam eamdem retributionem S. Athanasius contra Arrianos scribens, hunc nobis in modum discursumque exhibet: *Agite benedicti Patris mei, pro hæreditate vestra possidete Regnum, præparatum à primis mundi fundamentis*; prima namque supremi hujus artificis manuum fabrica cœlum fuit Empyreum ut in judicio finali ipsum impertiretur electis, societate suâ fruituris æternum; hinc notanter Spiritus S. inquit: *In principio creavit Deus cælum*, id est Empyreum seu paradisum, ad quem electos vocabit in die illo extremo; Cujus invitationis sublimitatem

Gen. 1. v. 1. S. Bernardinus exprimit, dum ait: *introducit eos, in possessionem, possidete æternaliter Filij visionem, Patris tentionem & Spiritus S. fruitionem, & animæ & corporis æternam glorificationem.* *S. Bernard. ibid.*

3. *Venite benedicti, &c.* Paulus de Palatio sublimem in præsenti conferat honorem, ad quem sublimabuntur electi, cœlesti beatoque dotandi regno, & consequenter totidem coronis insigniti reges; *agnoscæ dignitatem electorum* (inquit ille) *quos Christus, Angeli, mundus, & infernus ut Reges habebit*; cui & S. Bernardinus adstipulatur, inquiens: *Facit eos Reges, nam quilibet beatus Rex erit totius cælestis Regni.* Quò illa Jeremiæ (quantumvis secundùm litteram, Jerusalem spectaret terrestrem) collimat prophetia: *Ingredientur per portas civitatis hujus* (id est cœlestis:) *Reges & Principes.* Quibus ex præmissis vel maximè consolatoriam deducere licet consequentiam pro quolibet timorate pieque vivente, scilicet quod talis judicem non timebit, sed potius coram illo exultabit, dicente Psalmista: *Jucundus homo, qui miseretur, & commodat, disponet sermones suos in judicio, quia in æternum non commovebitur.* Doctor quoque Angelicus, illi S. Matthæi innixus textui, ubi Christus Apostolis, quod in universali duodecim thronorum judicio assessores futuri essent, promisit, inquiens: *Sedebitis & vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israel*, & insuper illum Isaiæ allegans textum (*Dominus ad judicium veniet cum senioribus populi sui*) hanc stabilit conclusionem: *Judicabunt perfecti viri cum Christo, in quantum in eis continenter decreta divinæ justitiæ, in quibus homines judicabuntur, non quidem ex propria authoritate, sed Christi sententiam in aliorum notitiam ducendo.* Quam eamdem dignitatem animarum illarum, quæ in terris majori cum perfectione vixere, specificè magis illo sapientiæ adducto textu: *Judicabunt sancti nationes*, elucidat in hæc verba: *Dicitur judicare, quia ad similitudinem judicis se habent, in quantum sedent in loco eminenti, sicut & Judex, & sicut assessores dicuntur judicare, & secundùm hunc modum dicunt quidam quod perfecti viri, quibus judiciaria potestas promittitur* Matth. 19. *judicabunt: Scilicet per honorabilem assessionem, quia superiores cæteris apparebunt in judicio obviantes Christo in aëre.*

Psal. 111. v. 5. *Matth. 19. v. 29.* *Isai 3. v. 14.* *S. Thom. in suppl. 3. part. q. 89. Art. 1.* Et judices, sive assessores Judicis Christi.

4. *Venite benedicti, &c.* Evangelium evidenti cuidam favet testimonio atque promisso, quod in justorum favorem judex ipsemet fecit, dum ait: *dico autem vobis, omnis quicumque confessus fuerit me coram hominibus, & Filius hominis confitebitur illum coram Angelis Dei*; quia ex promissione D. Chrysostomus honorificentiam, quæ in die illo palam fiet electis, eruit, dicens: *Cogita, quanta gloria, quantus honor, quanta corona illa futura sit, cum Judex dicet: iste verbum meum servavit, iste fidem meam prædicavit, iste pauperem meum non despexit, iste avaritiam conculcavit, & justitiam illi præstulit; iste mundum, quasi non esset, derisit, iste verbum meum honore affecit.* Electi itaque ex his similibusque verbis maximam capient consolationem, quemadmodum & S. Augustinus super illa Psalmistæ verba (*misericordia & judicium cantabo tibi Domine*) advertit asserens, quòd judicium extremum impios terrefaciet, bonos autem consolabitur. *Numquid ideo* (verba sunt S. Doctoris) *Judicium Dei tantummodo formidandum est, & non amandum? formidandum malis propter pœnam, amandum bonis propter coronam.* S. Joannes Apostolus nos ad fiduciam, coram Tribunali Christi Judicis, concipiendam exhortatur, inquiens. *Cum apparuerit habeamus fiduciam, & non confundamur ab eo, in adventu ejus.* Quibus verbis utique de secundo adventu loquitur, quia quando hanc conscripsit epistolam, jam Christus primâ vice venerat ad mundum redimendum; at verò scirene vultis, quomodo sanctus idem Apostolus hanc fiduciam nostram suffulciat? nimirum hæc verba præmittit: *Sicut docuit vos, manete in eo, & nunc filioli manete in eo*; Hæc autem manso per viam charitatis & amoris Dei habetur, dicente S. Joanne: *Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. In hoc perfecta est dilectio in nobis* (inquit S. Augustinus:) *Ut fiduciam habeamus in die Judicij. Quisquis fiduciam habet in die judicij, perfecta est in illo charitas.*

Psal. 100. 1. *S. Aug. ibid.* Extremum judicium impios terrefaciet, & bonos consolabitur. *1. Joan. 2. 28* *Ibid. v. 2.*

5. Magna tunc uniuscujusque electi erit prærogativa, quòd super verum solidumque ædificaverint fundamentum, quos Apostolus alloquitur, dum dicit: *Dei ædificatio estis*, ac proinde S. Antoninus, doctrinâ ex S. Thoma desumpta, discussionem & examen in die

1. Joan. 4. 16 *S. Aug. Tr. 9. in epist. 1. Joan.* Quænam sit favorem justorum sit Judex; *Luc. 12. v. 8.* Magna erit electorum prærogativa, & unde. *1. Cor. 3. 9.*

S. Antonin. sum. Theol. p. 4. Tit. 14. c. 11. §. 5. die illo, nonnisi ubi fœnum & palea cum alia materia commixta fuerit instituendum sustinet, inquiens: *Quantum ad discussionem meritorum, hoc non sit nisi ubi est aliqua commixtio meritorum bonorum cum malis. Unde illi, qui ædificant super fundamentum fidei aurum & argentum & lapides pretiosos, divinis servitijs totaliter inhærentes, quia nullam admixtionem alicujus mali meriti habeat in eis, discussio meritorum non habet locum.* Quin potius à supremo judice laudabuntur electi, omnes ijs applaudent angeli, animæque beatæ, dicente Chrysostomo; *illi, qui rebus mundi penitus abjectis, solicitè cogitant solum quæ Dei sunt, salvabuntur, & non judicabuntur. Illi verò, qui ædificant super fundamentum fidei vivæ, lignum, fœnum & stipulam, qui scilicet amant secularia & impiicantur terrenis, ita tamen quod Christo nihil præponant, in eis discussio meritorum locum habet, & hi judicabuntur, sed salvabuntur.* Doctrina hæc est S. Thomæ 3. p. q. 89. art. 6.

D. Chrysost.

Ps. 118. 20. S. Hilarius. Bona conscientia non metuet extremi judicij rigorem. 6. Ubi vulgata nostra legit: *Concupivit anima mea desiderare justificationes tuas in omni tempore*; S. Hilarius vertit: *Concupivit anima mea, ut desiderem judicia tua in omni tempore.* Et postquam ostendisset, quantum etiam viri sancti & perfecti judicium Dei timeant, mox quâ ratione hic textus intelligendus sit, his verbis declarat: *Non judicium desiderat, sed ut desideret concupiscit, desiderij eum cupiditas non judicij continebat; concupiscit enim desiderare, scilicet, ut in tanta innocentia maneat, ut tutò jam & sine metuendi judicij terrore desideret rem ipsam, nondum per concupiscentiam humanæ conditionis desiderans, sed ejus desiderium ex conscientia perfectæ sibi proveniat innocentiæ concupiscens.* Sicut enim infirmus vocem chirurgi auscultans metuit, quia incisiones sibi adhiberi formidat, indeque se aliquam corporis partem læsam habere indicat; Econtra verò qui sanus est, omnis est expers timoris. Ita quoque quoad timorem judicij extremi ratiocinari possumus, qui enim bonam habet conscientiam, estque capax amabilitudinæ hujus invitationis *Venite benedicti Patris mei*, horam comparendi ad judicium nec videt, nec metuit; non verò item, qui conscientiam habet peccatis onustam; nam ut S. Gregorius ait: *Visionem justi judicis, quam Justus vehementer expectat, injustus venire formidat; iste namque labores suos considerans, mercedem retributionis quæsivit & causæ suæ meritum sciens, præsentiam Judicis expectat; ille verò qui injustitiæ suæ meminit, venire ad judicium perhorrescit, quia damnari, si examinetur, se novit.* Consideratione digna est illa S. Augustini propositio, dicentis: *in potestate nostra positum est, quotiescumque in die judicij judicemur.* Judicium enim nostrum à conscientiæ nostræ inspectione dependebit, hæc autem in manu uniuscujusque consistit. Idem S. Doctor exponens verba illa Psalmi: *Quoniam judicas populos in æquitate*, ut animæ innocenti & irreprehensibili animum & fiduciam suggerat, his eam verbis alloquitur: *Ergo securus sis. Nemo corrumpit Deum, manifestum est, ne forte ideo magis timendus sit, quia corrumpi nullo modo potest.* Idem quoque super alium quemdam Psalmum scribens, causas examinat, quæ horrorem judicij parere solent; dicit enim: *Unde autem timor? quia judex venturus est; numquid injustus? numquid malevolus? numquid invidus? numquid postremo ab altero expectans nosse causam tuam, ne fortè ille, quem instruxisti, vel prævaricatione te decipiat, vel minori facundia & facultate deficiens, innocentiæ tuæ bonum verbis demonstrare non possit? Nihil horum. Qui ergo venturus est? Quare non gaudet, quis venturus est judicare te, nisi qui venit judicari propter te.*

S. Greg. l. 31. mor. c. 21. *S. Aug. serm. 61. de temp.* Judicium nostrum dependebit ab inspectione nostræ conscientiæ. *Ps. 66. v. 5.* *S. Augustin. in Psalm. 147.*

Non timebimus inimicũ infernalem, cujus Christus destruxit tyrannidem. 7. Neque ullam habemus causam; inimicum timendi infernalem inquit idem S. Doctor, quia idemmet Christus, qui noster futurus est Judex, securos nos reddidit, quod ejus destruxerit & prostraverit tyrannidem, dicens: *Nunc princeps mundi hujus ejicietur foras. Non timeas malum advocatum ille enim tibi modò advocatus est, qui tunc judex futurus est. Ille erit & tu & tua causa, sermo causæ tuæ, testimonium conscientiæ tuæ. Quisquis ergo futurum judicem timet, præsentem conscientiam suam modò corrigat.* Propheta Regius in Psalmo 95. dicit: *Judicabit orbem terræ in æquitate, & populos in veritate sua*: ac proinde justi dignam habebunt occasionem lætandi, eò quòd judicium istud omni cum æquitate sit absolvendum. *Venturo fortè aliquo Judice homine, cui non potest putere conscientia, contemnunt homines, etiam innocentes, si ab ipso expectant præmium laudis, vel timent pœnam damnationis; Quando ille veniet, qui falli non potest, gaudeant montes, securi gaudeant, illuminabuntur ab eo, non damnabuntur.* Unusquisque nostrum sciet, in qua specie Judex in novissimo illo die coram tribunali sit comparituras, an ineffabili & benigna, an verò in tremenda & terrifica, id enim S. Isidorus his verbis insinuat: *Pro diversitate conscientiarum, & meis apparebit in judicio Christus electis, & terribilis reprobis, nam qualem quisque suis conscientiam talerit, tale judicium habebit, ut manente in sua tranquillitate, Christo, illis solis terribilis apparebit, quos conscientia in malis accusat.* Hanc quoque eamdem doctrinam S. Gregorius in quadam homilia super Ezechielem his verbis tradit: *Redemptor humani generis cum judex apparuerit, & speciosus justis, & terribilis erit injustis; quem enim mansuetum aspiciunt electi, hunc eumdem pavendum atque terribilem conspiciunt reprobi. Sed hunc ideo tunc electi terribilem non videbunt, quia modo terrorem illius considerare non cessant.*

Pro diversitate conscientiarum, apparebit *S. Isid. L. 1. sent. c. 27.* *S. Greg. L. 1. Hom. 7. in Ezech.*

8. S. Augustinus allusioni causæ forensis, quæ in tribunalibus nostris, vertitur, insistens, similiter probare nitur nullum nobis in die illo futurum esse timendi motivum, dummodo rectam possideamus conscientiam; Ait enim: *Quæris te defendere, & nemo accipit defensionem tuam. Jam tu pertarbaris, quasi perdideris causam tuam, quia nullus habes defensionem vel testimonium.* Ut verò nos in causa nostra triumphemus, idem Sanctus valde efficax nobis insinuat remedium, dicens: *Custodi intus innocentiam tuam, ubi nemo opprimit causam tuam. Prævaluit in te falsum testimonium, sed apud homines, numquid apud Deum valebit, ubi causa tua dicenda est? Quando Deus judex erit, alius testis quam conscientia tua non erit; si causam malam non habueris, nullum accusatorem pertimescas, nullum falsum testem refelles, nullum verum requires, tu tantùm bonam conscientiam affer, ut possis dicere: quoniam in te Domine speravi, tu exaudies Domine Deus meus.* *S. Augustin. in Psalm. 37.* Nullâ habebimus causam timendi in judicio, dummodo rectâ asseramus conscientiam.

DISCURSUS XXVI.

ARGUMENTUM.

Cur Christus in Judicio sub specie humana sit compariturus?

THEMA.

Cum autem venerit Filius hominis in majestate sua... statuet oves à dextris suis, & hædos à sinistris.
Matth. 25. ℣. 31.

Cur Judex compariturus sit in specie humana. 1. IPsemet Judex, se ad judicium universale in specie humana, magnifica tamen & majestate plena, descensurum esse manifestè indicat, dicens: *Cum venerit Filius hominis in majestate sua.* Ubi S. Thomas ait: *Non est dubium, quoniam idem sit Filius Dei, sed quare potius nominat se Filium hominis, quàm Filium Dei*, cum denominatio merito *à potiori* fieri debuisset? nimirum hoc loquendi modo insinuare nobis voluit, se in forma humana compariturum, ut adimpleatur, quod scriptum est Joannis quinto: *Potestatem dedit ei judicium facere, quia Filius hominis est.* *S. Thom. in Matth.* *Joan. 5. 27.*

Tria requiruntur in forma judiciali. 2. S. Thomas in quodam articulo considerat, ad formandum judicium in forma judiciali, tria potissimum requiri, primum est authoritas refrænandi & reprimendi subditos, ac proinde Ecclesiastes capite 7. monet: *Noli quærere fieri Judex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates.* Secunda conditio est, Zelus rectitudinis, ut scilicet judex non moveatur per odium nec per invidiam, nec per amorem ad ministrandam justitiam. Tertia est scientia ejus, qui judicij arbiter esse debet; Propter quod Ecclesiasticus capite decimo inquit: *Judex sapiens judicabit populum suum.* Subdit verò idem Angelicus Doctor: *Prima duo præexiguntur ad judicium, quia propriè tertium est, secundùm quod accipitur forma judicij, quia ipsa ratio judicij est lex sapientiæ vel veritatis, secundùm quam judicatur.* Ex quibus deducitur, quòd pater æternus judiciariam potestatem Filio adæquatè delegarit, eodem subdente Doctore Angelico: *Et quia Filius est sapientia genita, & Veritas à Patre procedens, & ipsum perfectè repræsentans, ideo propriè judiciaria potestas attribuitur Filio Dei.* Hæc verò authoritas illi non modò ut Dei sed etiam ut hominis Filio concessa fuit juxta illa ejusdem primæ veritatis verba: *Cum venerit Filius hominis, dedit ei potestatem judicium facere, quia Filius hominis est*; ideoque in articulo sequenti idem S. Thomas hanc veritatem statuit conclusionem: *Potestatem dedit ei judicium facere, quia* *Ecccli. 10. 1.* *S. Thom. 3. p. Q. 59. A. 1.* Cur judiciaria potestas attribuatur filio. *Joan. 5. 27.* *S. Thom. ibid. A. 2.*

quia Filius hominis est ; non quidem propter conditionem naturæ (quia omnes homines hujusmodi potestatem haberent) sed hoc pertinet ad gratiam Capitis quam Christus in humana natura accepit.

3. Idem Doctor in supplemento ad tertiam partem hoc aliud dubium in quodam ventilat articulo, qui quæst. 90. est primus, scilicet *utrum Christus in forma humanitatis sit judicaturus* ; & rationes quidem in contrarium suadentes sunt hæ sequentes: Judicium authoritatem annexam habet, hæc autem magis in Divinitate, quàm in natura relucet humana ; potestasque super vivos & mortuos data est Christo, tamquam Dei Filio ; Iterum in judice invincibilis requiritur potestas, quæ Christo competit ut Deo. Insuper eidem favere videtur parti ille S. Joannis textus: *Omne judicium dedit Filio, ut omnes honorificent ... Patrem ; sed honor æqualis Patri, non datur Filio secundùm humanam naturam, ergo non judicabit secundùm formam humanam.* Quin & in Danielis prophetia legimus, quòd *Antiquus dierum sedit*, quâ voce natura divina, antiqua & æterna Christi exprimi videtur. Tandem pro eadem sententia S. Doctor quamdam S. Augustini attestationem adducit ; dicentis: *Per Dei verbum fit animarum resurrectio, per Verbum factum in carne, filium hominis, fit resurrectio corporum ; sed judicium finale pertinet magis ad animam, quàm ad carnem, ergo magis convenit judicare Christo secundùm quod est Deus, quàm secundùm quod est homo.* Nihilominus oppositam, superiori conformem Angelicus statuit conclusionem, dicens : *Cum ultimum judicium hanc ob causam ordinetur, ut boni recipiantur in regnum cœleste, mali verò ab eo arceantur ; congruum est, ut Christus secundùm humanam naturam sit mundum judicaturus, cujus redemptionis beneficio ad regnum cœlorum admittitur.* Hancque veritatem dupliciter probat, primò quidem ex Scriptura Sacra per illum citatum S. Joannis textum : *Potestatem dedit ei Judicium facere, quia Filius hominis est*, & ex illo Jobi : *Causa tua quasi impij judicata est*, ubi Glossa subdit : *à Pilato, ideo judicium causamque recipies ; Gloss. at Justè judices, sed Christus secundùm humanam naturam est judicatus à Pilato, ergo secundùm illam judicabit.* Quibus sacræ Scripturæ testimonijs hanc sequentem adjicit rationem : *Ejus est judicare, cujus est legem condere ; sed Christus in humana natura apparens, nobis legem evangelij dedit, ergo secundùm eamdem naturam judicabit.* Deinde Sanctus in contrarium adductis respondet objectionibus ; scilicet quod in Christo secundùm naturam humanam detur dominij authoritas, quam passione suâ meruit, quodque potestas ejus vi divinitatis, utpote omnes subjectas habentis creaturas, penitus sit invincibilis, & sic deinceps ad reliquas in contrarium respondet rationes, quas suo loco videre poterit lector.

S. Thom. in suppl. ad 3. p. q. 90. A. 1. Quæritur an Christus in forma humanitatis sit judicaturus.

Joan. 5. 22. & 23. Prima sententia tenet contrarium.

Dan. 7. v. 9.

Secunda affirmat.

Joa. 5. v. 27.

Job 36. 17.

4. *Filius hominis.* In secundo quæstionis 59. jam adductæ articulo, S. Thomas authoritatem adducit D. Augustini, dicentis : *Erit resurrectio corporum mortuorum, quæ suscitat Deus per Filium hominis, sicut per eumdem Christus suscitat animas, in quantum est Filius Dei* ; ad sonitum itaque tubæ omnia defunctorum resurgent corpora ; unde canit Ecclesia: *Tuba mirum spargens sonum per sepulchra regionum, coget omnes ante thronum.* Quam cadaverum extinctorum resurrectionem ita describit S. Ephrem. *Pulvis, qui comparuerat, naturæ humanæ, audità voce tubæ, spiritum, vitamque recipiet. Erit verò tunc mirabile, hora illa, quasi in ictu oculi, in inferno innumerabilem multitudinem cernere, instar piscium maris agitari, & ossa infinita humanæ naturæ circumcurrendo, suas unumquodque compages, atque juncturas requirere.* Hæc autem corporum resurrectio super illam Christi fundata est, dicente Apostolo : *Christus resurrexit à mortuis primitiæ dormientium ... in Christo omnes vivificabuntur* ; cum igitur in virtute & per merita humanitatis Christi fieri debeat, æquum est, ut in similitudine & forma humana compareret.

S. Thom. 3. p. q. 59. Art. 2. Alia ratio pro sententia affirmativa.

S. Ephrem. T. 5. de vit. relig.

1. Cor. 15. v. 20.

5. *Filius hominis.* Consideratione digna sunt illa ad hoc propositum servientia Lucæ Burgensis verba, in persona Christi, dicentis : *Ego vitis, qui jam habeor homuncio, eadem quidem hæc hominis forma, sed in majestate* ; quasi diceret, in eodem servi habitu, in quo contemptus fui, in majestate quoque apparebo. Enimverò Christus quamdiu nobiscum hic in terris vixit, à majori humani generis parte pro homine nauci æstimatus fuit, ac proinde manifestè monstrabit, quod se contemptum, contumeliatum, in crucem affixum esse, voluntatis fuerit effectus, non verò impotentiæ & debilitatis suæ. S. Antonius de Padua inter alias rationes, propter quas ipsum naturam assumpsisse humanam censet, una hæc est: *Ad ostendendam celsam potentiam, quia enim in forma hominis judicatus est ne videretur hoc passus ex impotentia, idcirco in tali forma judicabit, juxta illud. Ut vincas, cum judiceris.*

Confirmatio ejusdem sententiæ. *Luc. Burg. in Matth.*

S. Anton. de Pad. Ser. 2. post Dom. 1. Quadr.

Venientem in nube cum potestate ; nubem loco throni vel currus triumphalis adhibebit, quia hæc ex parte lucida est, & ex parte obscura, ideòque humanitatis suæ pariter & divinitatis est symbolum ; Et ideò, tametsi *Filius hominis* dicatur, additur tamen immediatè *in majestate sua, & omnes Angeli cum eo, tunc sedebit super sedem Majestatis suæ.*

Luc. 21. 27.

Matth. 25. v. 31.

6. Porro S. Lucas prædixerat : *Videbit omnis caro salutare Dei*, quod utique in primo Christi adventu adimpleri non poterat, siquidem quamdiu vixit in sola Palæstina demoratus fuit, ac consequenter in judicio universali adimplebitur ; Nam *in die Judicij*, ut ait venerabilis Beda, *in sede Majestatis ipsum & electi & reprobi pariter videbunt*, minime autem conveniebat, ut à præscitis secundùm naturam videretur divinam, utpote cujus videndæ incapaces sunt & indigni, ideoque in figura humana illum ab ipsis videri oportebat. Hoc est, quod S. Augustinus ait, *cum enim boni & mali visuri sint Judicem vivorum & mortuorum, proculdubio eum videre non poterunt mali, nisi secundùm formam, quâ Filius hominis est, sed tamen in claritate, in qua judicabit, non in humilitate in qua judicatus est. Caterum illam Dei formam, in qua æqualis est Patri, impij eum non videbunt, non enim sunt mundi corde.* Idem super Joannem scribens, idipsum denuo repetit, inquiens : *quia judicium futurum est justorum & iniquorum, nec licet, ut iniqui videant Deum (beati enim mundi corde, quoniam ipsi Deum videbunt) talis apparebit Judex, qualis videri possit, & ab his, quos coronaturus est & ab eis, quos damnaturus.* Eamdem quoque rationem Doctor Angelicus his verbis tangit : *Restabat, ut in Judicio forma servi, & bonis & malis ostenderetur, forma Dei solis bonis servaretur.*

Luc. 3. v. 6. Adducitur alia ejusdem ratio.

Beda in Gloss. ibid.

S. Aug. l. 1. de Trin. c. 25.

S. Aug. Tr. 20. in Joan.

S. Thom. ibid. Art. cit.

7. *Filius hominis.* S. Augustinus Christum Judicem in forma hominis apparaturum esse censet, ut hominibus summam erga ipsum pro redemptione sua ingratitudinem exhibitam, exprobraret. Ideo *videbunt, in quem pupugerunt. Forma illa erit Judex*, inquit Augustinus, *quæ steterit sub Judice, illa judicabit quæ judicata est ; judicata est enim imque, judicabit juste ; veniet ergo forma servi, & ipsa apparebit.* Idipsum quoque in alio quodam sermone replicans, adjungit : *Audite & intelligite. Jam hoc Propheta dixerat. Videbunt, in quem pupugerunt, ipsam formam videbunt, quam lanceâ percusserunt. Sedebit judex, qui steterit sub Judice.* Ac proinde cum in die judicij regia crucis insignia explicare atque cum cicatricibus vulnerum comparere debeat, ipsum in ea forma, in qua vulnera inflicta fuerant, descendere omnino conveniebat. Nam ut S. Augustinus ait : *Quid autem miraris, si crucem afferens, veniet, ubi & ipsa vulnera ostendet ?* S. Antonius de Padua eamdem quoque rationem his verbis adducit : *ad hoc apparebit in humanitate, ut ostendat electis, quomodo beneficium incarnationis ad ipsorum non sufficiebat salutem, nisi quibus adhuc esset beneficium redemptionis, & ut ostendat reprobis, quomodo digne reprobandi sint, qui tantum beneficium contempserunt.* Venerabilis Beda Redemptorem, cicatrices clavorum & lanceæ, duobus ex capitibus præcipuè retinuisse observat, scilicet primo ut spem & fidem discipulorum suorum circa resurrectionis articulum, de quo titubabant, tanto firmius stabiliret & corroboraret ; Secundum verò caput est, quia *in die Judicij, eadem suæ passionis indicia, & ipsam pariter crucem monstrando venturus est, superborum impietatem infidelitatemque confundere, scilicet ut ipsum se esse, qui ab impijs & pro impijs mortuus est, cunctis palam angelis & hominibus ostendat, videantque, ut scriptum est, in quem pupugerunt.*

S. Aug. ibid. In forma hominis judicabit, ut exprobret hominibus summam ingratitudinem pro beneficio redemptionis.

S. Aug. serm. 64. de verb. Dom. c. 7.

S. Anton. de Pad. ibid.

Beda l. 6. in Luc. 2. v. 23.

8. *Filius hominis.* Apostolus ad Philippenses ita scribit : *humiliavit semetipsum* Dominus Jesus Christus, *factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & Deus exaltavit illum.* Hæc autem exaltatio Christo in judicio universali debebatur in remunerationem humilitatis & contemptus sui, nec non tam ignominiosæ mortis, ad quam tamquam reus judicatus & sententiatus fuit. S. Thomas authoritatem adducit S. Augustini, dicentis : *Sedebit judex, qui stetit sub Judice, damnabit vero reos, qui falso factus est reus. Nihil prohibet unum & idem deberi alicui ex diversis causis ; sicut gloria corporis resurgentis debita fuit Christo non solum propter congruentiam divinitatis & propter gloriam animæ, sed etiam ex merito humiliatis passionis. Et similiter dicendum, quod judiciaria potestas homini Christo competit & propter divinam personam & propter plenitudinem gratiæ habitualis, & tamen etiam ex merito eam obtinuit ; ut scilicet secundùm Dei justitiam judex esset, qui pro Dei justitia pugnavit & vicit, & injuste judicates est.*

Phil. 2. v. 8.

Christo hominis debetur judicialis potestas, eo quod injuste ab homine judicatus fuerit.

S. Thom. 3. p. q. 59. Art. 3.

Convenit ut Christus qui in sua passione coram judice in quo tamen, Judex effectus tandem judicet. *Isa. 42. v. 14. Matth. 27. v. 14.*

9. *Filius hominis.* Antiquum est proverbium : *homo homini lupus.* Quando enim quis offensus est ab alio, & vindicandi se occasionem accipit, tanto magis vindicantis aggravatur manus. Quoties autem Christus à reprobo offensus fuit ? & tamen *tacuit semper, siluit patiens fuit* ; quando ab homine judicabatur, *non respondit, ita ut Præses mirabatur vehementer.* At verò ut S. Augustinus notat : *oportebat, ut taceret in passione, non taciturus in judicio, judicandus enim venerat, qui postea judicaturus veniret ; & ideo cum magna potestate judicaturus, quia cum magna humilitate judicatus.* Miram quamdam rem Regius Propheta David à Deo postulabat, videlicet ut Deus ipse eum judicaret, dicebat enim : *Judica me Deus, & discerne causam meam*, sed numquid ipse utpote prophetiæ dono illuminatus, prævidere poterat, Christum Judicem in forma humana comparituram esse, *Cum venerit Filius hominis*, cur igitur inquit, *judica me Deus ?* nimirum David aliquid amplius habere desiderabat, quippe majorem se in Deo bonitatem experturum confidens, Christus olim, sub hoc titulo : *Magister bone*, interrogatus fuit, at verò subito respondit. *Quid me interrogas de bono ? unus est bonus Deus*, ut videre est apud Matthæum ubi S. Augustinus ait : *Unus Deus ipse est solus bonus, quia nemo eum videt ad luctum & planctum, sed tantum ad salutem & lætitiam veram secundùm illam formam ; si me intelligis, bonus sum ; si autem secundùm hanc solam, quid me interrogas de bono, si inter illos es, qui videbunt, in quem pupugerunt, & ipsa visio malum eis erit, quia pœnalis erat.*

Ps. 42. v. 1. Cur David petierit judicari ab ipso Deo.

Matth. 19. v. 17.

S. Aug. l. de Trin. c. 13.

Multi quidem se excusare nitentur, hujus nostræ naturæ allegando fragilitatem, at verò Sanct. Antonius de Padua inquit. *Aliter possumus dicere, quod ipse in forma hominis judicabit ad convincendam saxeam familiam, ipse enim in forma hominis ostendi & docuit formam vivendi, & ideo in tali veniet ad judicandum, ut ipse sit Judex & testis.*

S. Anton. de Pad. ibid.

10. *Filius hominis.* Idem S. Antonius aliam quamdam, à multis quoque alijs SS. Patribus insinuatam, tradit rationem, ob quam Christus in forma hominis ad judicium sit compariturus, nimirum *ad exhibendum & exercendum gratam clementiam, ut sit manifestum, quod in misericordia judicabit, puniendo citra condignum. Idcirco veniet in forma humana, ut ex his, quæ passus est, discat misereri.*

S. Ant. ibid. Aliæ adducuntur rationes cur Christus in forma humana sit judicaturus.

S. Aug. Append. de div. serm. 49.

S. Anton. de Pad. ibid.

Sanctus Thomas de Villa nova in concione 1. de Judicio extremo ita scribit : *In hoc judicio omnia terrent me, omnia me conturbant, neque sine timore ullo, hujus tanti Judicij valeo recordari, sola hæc mihi relicta est consolatio ; Domine mi, qui criminum meorum tu solus futurus es Judex, tu inquam Redemptor meus, Advocatus meus, Pater meus, tota spes mea, & totum bonum meum & solatium.*

S. Thom à Villa nova Conc. 1. in Dom. 1. Ad.

S. Thomas Doctor Angelicus expressurus nobis mysterium, ob quod Filius Dei in habitu hominis ad judicandum descenturus est, ita scribit : *Competit autem Christo hoc modo secundùm humanam naturam judiciaria potestas propter convenientiam & affinitatem ipsius ad homines, sicut enim Deus per causas medias, tamquam propinquiores effectibus operatur, ita judicat per hominem Christum homines, ut sit suavius judicium hominibus.* Hinc adducit textum illum sancti Pauli ad Hebræos capite 4. dicentis : *non enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccatis. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ, ut misericordiam consequamur ; & gratiam inveniamus in auxilio opportuno.*

S. Thom. 3. p. q. 59. Art. 2.

Hebr. 4. 15.

Idem quoque Sanctus Thomas de Villa nova confirmat, indeque hanc deducit consequentiam : *Quanta hominibus fiducia ? Quanta mortalibus spes in Judice isto ? Quis non speraret salutem, etiam si peccator sit & indignus, quando à Patre pissimo ejus sententia ferenda est ? unde Apostolus : Quis accusabit adversus electos Dei ? Deus qui justificat, quis est, qui condemnet ? Christus Jesus, qui mortuus est, imo qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis, quomodo condemnabit interpellator, qui ne damnaret, ipse mortis subijt damnationem ? Quando Salvator damnabit, qui morte redemit ?*

S. Thom. à Villa nova ibid.

S. Bernardus in sermone 71. In cantica ejusdem est opinionis, quod scilicet forma hominis mitiorem reddat magisque misericordem, dicit enim : *Cur hoc ? nempe ut ex utroque admoneatur infimo mitescere in die iræ, meminerituque in judicio misericordiam superexaltare judicio. Etenim si iniquitates observaverit, etiam electorum quis sustinebit ?*

S. Bern. ser. 71. in Cant.

In ejusdem sermonis progressu paulo post subdit, dicens : *Denique ipse Pater Deus dedit Filio judicij potestatem, & non quia suus, sed quia filius hominis est. O verè patrem misericordiarum ! vult per hominem homines judicari quò in tanta trepidatione & perturbatione malorum, electis fiduciam præstet naturæ similitudo.*

11. Ingeniosam admodum circa luminarium claritatem caliginem, quam induent in die illa, observationem instituit Paulus de Palatio, dicens : *Cur Dominus vult Solem, Lunam & stellas obtenebrari, cur vult hanc mundum emori ?* & paulo post reliquas inter, hanc assignat rationem, inquiens : *Si tanta tenebris mundus tegitur, ubi judex venit iratus ; non id igitur opus est judicis, non est opus suum irasci, condemnare, punire ; alienum opus ejus, peregrinum opus ejus*, ut apud Isaiam habetur, *alioqui si lubens & gaudens venisset ad pœnam videret orbis.*

Paul. de Pal. lat. in cap. 24. Matth. Cur Sol, Luna, & stellæ obtenebranda sint in die illa.

Nec minus efficaciter S. Thomas de Villa nova fiduciam, quam Christum dum in figura humana ad judicium veniet, videntes concipere debemus, ob oculos ponit, dum ait : *non recurso judicem, quem habui Redemptorem, agnum pro me occisum, hunc judicem esse ingrato, hunc desidero, hunc totis visceribus concupisco. Non ipsius crudelitatem accusabo, quia agnus est, non suspectam habeo amicitiam, quia Frater meus & caro est*, imo ipsemet plagæ nos in spem erigere debent, totidem divinæ ejus clementiæ testes.

S. Thomas de Villa nova ibid. Magnam fiduciam concipere debemus ex eo quod Christus nos judicaturus sit in forma humana.

Unde idem Sanctus Præsul subdit : *quidni confidam, ubi in corpore mei judicis, salutis meæ impressa insignia fulgent ?* quibus præmissis Sanctus hoc saluberrimum subdit monitum. *Sed quamvis ista dixerim, nemo se circumveniat, nemo dormiat, nemo in peccatis suis perduret in spe veniæ ; Maledictus enim, qui peccat in spe.*

Ad Prophetam itaque regium nos invitat, dicentem : *Deus noster, Deus salvos faciendi & Domini Domini exitus mortis.* Ubi Sanctus hic Præsul talem subdit doctrinam, inquiens : *Ita est profectò, Deus salvos faciendi, non damnandi, ab ipso enim non mors sed exitus mortis, verumtamen etsi ita sit, Deus confringet capita inimicorum suorum, verticem capilli perambulantium in delictis suis.*

DISCURSUS XXVII.

ARGUMENTUM.

Si in vita per exactum conscientiæ examen judicaremus nosmetipsos, nulla nobis esset Judicem timendi ratio ; quia bonus judicij universalis exitus à particulari uniuscujusque dependebit judicio Quod post singulorum mortem confestim instituitur.

THEMA.

Si nosmetipsos dijudicaremus, non utique judicaretur. 1. ad Corinth. 11. ℣. 31.

1. CApere nequeo, quomodo Apostolus asserat, nos à judicio eximendos fore, *si nosmetipsos dijudicaremus*,

Quomodo rigorem di-

ſtrictí judicii effugere poſſimus.

judicaremus, quandoquidem idem Apoſtolus in ſecunda epiſtola ad eoſdem Corinth. expreſsè proteſtatur, dicens : *Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti.* Et S.Bonaventura inter alias judicii ſinalis conditiones, hanc quoque recenſet, quod ſcilicet ſit inevitabile ; quod ſi ita eſt, quomodo nunc

2.Cor.5.10. S.Bonav. in Comp. Theol. verit. c.7.

S.Paulus dicit : *Si noſmetipſos dijudicaremus, non utique judicaremur ?* Nullus etenim ſui ipſius judex eſſe poteſt, ſed omnes coram ſupremo illo tribunali infallibili & inevitabili judicandi ſumus. Idem quoque S. Apoſtolus ad Romanos contrarium affirmat, dicens : *Omnes enim ſtabimus ante tribunal Chriſti, ſcriptum eſt enim ; Vivo ego dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, ... unuſquiſque noſtrum pro ſe rationem reddet.* Sed reſponderetur, Apoſtolum in aſſumpti thematis verbis non voluiſſe dicere, quod abſoluté evaſuri ſimus neceſſitatem præſentandi nos coram ſupremi judicis tribunali, ſed potius quod rigorem & ſeveritatem Judicis effugiemus, ſi, priuſquam coram illo compareamus, noſmetipſos diligenter examinare ſtuduerimus. Unde Sanct. Anſelmus ait : *Ceſſat vindicta divina, ſi converſio præcedat humana, quia ut ait Apoſtolus, ſi noſmetipſos dijudicaremus, non utique à Domino judicaremur.* Et ideo S. Bernardus tametſi adeò innocentem & immaculatam duxerit vitam, nihilominus de ſemetipſo dicebat : *Statuam me ante me, & judicabo meipſum, ut illius extremæ tremendæ diei judicium evadere poſſim.* Ubi Sanctus ille non à judicio, ſed ab ejus horrore eximi poſtulabat ; Ideoque primò ſeverum ſecum ipſe inſtituebat examen, unde & in quodam ſuper ſacra cantica ſermone ita ſcribit. *Unum eſt tamen, ſi noſmetipſos judicaverimus, non utique judicabimur. Bonum judicium quod me illi diſtricto divinoque judicio ſubducit & abſcondit. Proraſus horreo incidere in manus Dei viventis.* Nec non ſuper pſalmum *qui habitat*, &c. In Sermone octavo, hoc idem repetit monitum, dicens : *Judicemus interim fratres & terribilem illam expectationem præſenti ſtudeamus declinare judicio ; Non judicabit Deus bis in idipſum.*

Rom. 14. v.11.

S. Anſelm. 1.Cor.11. v.31.

S. Bern. de inter. domo c.31.

S.Bern ſerm. 55.in Cans.

S.Bern ſer.8. ſuper Pſ. Qui habitat.

2. S. Job ut ex quibuſdam ejuſdem deducitur verbis, ſupremum hoc tribunal judicandus adire non exhorreſcere viſus fuit, quando dicebat intrepide : *Si fuero judicatus, ſcio quod juſtus inveniar.* Aſt numquid hic ipſe proteſtatus fuerat, dicens : *Stellæ non ſunt mundæ in conſpectu ejus ?* numquid in inferno abſcondi poterat, donec illa iræ indignationisque tranſiſſet dies ? Ita ſanè, aſt non ſuæ diffidebat cauſæ, ſed tot tantarumque animarum diſcriminis, quod namque ipſum concernebat, dicebat audacter, *Scio quod juſtus inveniar.* Sed cauſam forſitan noſtris tam intrepidi animi ? In Chaldæo illa inſinuatur, qui ita legit : *Ecce nunc ordinavi judicium*, ubi S. Gregorius ait : *in hoc mentis noſtræ judicio, tantò citius abſolvimur, quantò nos diſtrictius reos tenemus.* Unde & ipſemet Job, ne coram tribunali hoc, cæteroqui tremendo, expaveſcere cogeremur, ſequens nobis tradit conſilium : *Judicare coram illo, & expecta eum*, quaſi diceret Sanctus, ſi in hac vita in conſpectu Dei, exactum circa noſipſos inſtituerimus judicium, tunc ipſum abſque pavore præſtolabimur. Aſt ecce ipſummet S Gregorij textum, hunc ita interpretantis diſcurſum : *Coram Domino judicatur, qui corde Dominum conſpicit, & actus ſuos ſub ejus præſentia ſolicitâ inquiſitione diſcerpit ; quem tantò quis ſecurius expectat, quanto quotidiè vitam ſuam ſuſpectus examinat. Qui enim ad extremum ejus judicium venit, non jam coram illo ſed ab illo judicatur.* Idque illâ apud Iſaiam Dei confirmat proteſtatione, dicentis : *Ego ſum, ego ſum ipſe, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor.* Aſt qualiter hoc adimplendum eſſe putatis ? *Reduc me in memoriam & judicemur ſimul ; narra, ſi quid habes, ut juſtificeris.* Quin & in alio quodam loco epiſtolarum ſuarum, dictum replicans Iſaiæ textum, idem nobis reinculcare nititur verbis ſequentibus : *judicemur modo in noſtra cogitatione cum Deo, ne directè poſtmodum judicemur à Deo.*

Job 13.v.18. Job 15.v.5. Exemplo Job nō eſt timendum judiciū extremum ſi nos prius ipſos judicaverimus in vita.

S.Greg.l.25. mor.c.7.

Job 35.v.14.

S.Greg.l.25. c.5.

Iſ.43.v.25.

Ibid. v.26.

S.Greg.l.9. Indict. 4. Ep. 25. Læta & bona conſcientia non timet judicium.

3. Quiſquis bonam habet conſcientiam, dextram electorum, & benedictionem, qua Deus ad poſſeſſionem Regni cœlorum invitat, quaſi in manu ſua habet. Unde S.Paulus expreſsè dicit : *Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ.* Porro in judicijs forenſibus non ſufficit innocentem eſſe, quia vel teſtes falſi, vel malignitas Judicis, nos reos & culpabiles declarare poſſunt, licet reverâ irreprehenſibiles ſimus. Unde S.Auguſtinus ait : *Hic in terreno judicio, & juſti condemnantur, & injuſti effugiunt, & rei dimittuntur, & innocentes puniuntur. Volentes namque & nolentes, multum errant qui judicant ; ignorantes enim juſtitiam ſeducuntur, vel cerè ſcientes, per avaritiam corrumpuntur, ut ſanguinem innocentem vendant.* Hæc autem præjudicia in hoc tribunali timere non poſſumus, utpote in quo *gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ* ; Noſtra verò conſcientia Chriſto patens eſt & manifeſta. Unde idem Auguſtinus ſubjungit : *In ſupernis nihil tale, Judex enim juſtus eſt, & judicium ejus tanquam lumen prodijt, non habens tenebras, neque ignorantiam.* Totum igitur negotium noſtrum, in hoc conſiſtit, ut per rigoroſum quoddam examen, conſcientiam noſtram purificando, adaptemus. Et forſitan hoc eſt, quod Eccleſiaſticus nos monere voluit, dum ait : *Ante judicium, para juſtitiam tibi.* Quænam enim hæc eſt juſtitia, quam ſapiens vult, ut ante judicium nobis præparemus ? Quis neſcit Chriſtum ſeverißimum futurum Judicem, ultoremque juſtitiæ ſuæ gladium fine ullo hominum reſpectu vibraturum ? Quænam igitur eſt illa juſtitia, quam Eccleſiaſticus ſuadet, ut nobis præparemus ? potius dicendum fuiſſe videbatur : *Para miſericordiam*, & tamen optimè dixit, quia quantò adverſum nos rigoroſiores fiſcales ſive Judices erimus, priuſquam coram Chriſti tribunali præſentemur, tantò Chriſtum Judicem favorabiliorem nobis futurum eſſe ſperare poſſumus ; Nam ut S. Thomas de Villa nova ait : *Secundum judicandorum conſcientiam, Judex in ſe unus, varies apparebit, probis agnus, improbis Leo. Quo quiſque diſtrictior fuerit in ſeipſum peccatorum vindex, eò illi mitior tunc apparebit Judex. Felix, qui dicere poterit in illo die : Feci judicium & juſtitiam Domine, non tradas me calumniantibus me. Judicium facit contra ſe, qui ſe reum agnoſcit & confitetur, & judicat ; Juſtitiam facit, qui peccata, quæ ſententia damnat, pœnitentia punit.* Quod ſi igitur contra noſipſos implacabiles & inexorabiles fuerimus, ſi juſtitiam, non verò pietatem in caſtigandis culpis noſtris exercuerimus, ſine dubio miſericordem judicem ſperare poſſumus ; Ita enim nobis promittit S.Gregorius, dicens : *Pius Conditor noſter, cum ad judicium venerit, tantò nos majori gratiâ conſolabitur quantò nunc conſpicit, quod à nobis noſtra delicta puniuntur.* Et in libro 25. moralium cap.6. ita ſcribit : *Cogitationes juſtorum, judicia.* Cujus propoſitionis ſenſum ſequentibus verbis declarat : *Accedunt ad Secretarium Judicis intra ſinum cordis, conſiderant quam diſtrictè quandoque ſeviat, qui diu patienter expectat ; metuunt in his, quæ ſe egiſſe meminerunt, & puniunt flendo quod perpetraſſe ſe intelligunt. Ibi adverſum ſe, quidquid ſe impugnat, enumerant ; Ibi ante oculos ſuos omne quod deflent, coacervant ; Ibi, quidquid per iram diſtricti Judicis decerni poſſit, intuentur ; ibi tot patiuntur ſupplicia, quot pati timent, nec deeſt in hoc judicio mente concepto omne miniſterium, quod punire reos ſuos plenius debeat. Nam conſcientia accuſat, ratio judicat, timor ligat, dolor excruciat. Quod judicium eò certius punit, quo interius ſævit.*

S.Aug. ſerm. 49. in Append.

Eccli. 18. v.19.

S.Greg.l.25. mor.c.6.

4. Apud Michæam Prophetam ſalutare quoddam nobis traditur documentum, ad effectum non timendi judicium extremum. Dicit enim ſacer textus : *Judicabo tibi ô homo, quid ſit bonum, & quid Dominus requirat à te. Utique facere judicium.* Sed illud dicet fortaſſe aliquis, numquid hoc judicium ad Filium Dei pertinet ? *Pater omne judicium dedit Filio* ; aut verò unus Scripturæ textus alteri contrarius erit ? Rupertus Abbas dubium hoc ſolvit, dicendo : *Quid eſt judicium facere, niſi judicium Dei prævenire ? Prævenit autem judicium Dei, ſi ſemetipſum prior judicat in conſpectu Dei, ne à Deo judicetur.* Idem quoque alibi verba illa adducit ſancti Gregorij, videlicet *cogitationes juſtorum judicia*, ſimulque declarat modum, quo id in homine juſto adimpletur ; Dicit enim : *Ponit in mente ſua Domini ſui tribunal, & accuſante conſcientiâ (juſtus enim in principio accuſator eſt ſui) confeſſio judicat, timor ligat, ibique audit, vel audire ſibi videtur dictum Domini : Quid hoc audio de te ? redde rationem villicationis tuæ.* Enimverò hæc judicij forma à Sanctis, pluribus modis ponderata fuit, atque ideo fuerunt Sancti. S. Anſelmus ſuper aſſumpti thematis verba inquit : *Si de ſingulis, quæ nos male egimus, aut cogitavimus, noſipſos diſtrictè pœnitendo judicaremus, non utique à Domino judicaremur. Aſcendat itaque homo contra ſe tribunal mentis ſuæ, & conſtituat ſe ante ſe, Teſtes conſcientia,*

Aliud remedium evadendi judicium ſc. prævenire Mich.6.v.8. Job 5.v.22.

Rup. Abb. l.3.in Mich. cap 7.

Rup. Abb. l.8. de oper. Spir. S. c.25.

S.Anſelmus

1.Cor.11.

ſcientia, carnifex timor, verſatur ante oculos ejus imago futuri judicij, & quidquid in ſe viderit, quod à Judice futuro reprehendi poſſit, & puniri, ipſe nunc in ſe punniat, & reprehendat.

Conſilium ut non fiamus inexcuſabiles in judicio.

S.Auguſt. in pſalm.49.

S.Auguſt.

5. Porro reum inexcuſabilem futurum, nec habiturum, quod pro ſui defenſione reſponderi poſſit, in Diſcurſu decimo octavo probavimus ; nam ut ſanctus Auguſtinus ait : *Arguet, quando correctioni locus nullus erit ; ſtatuam te*, inquit, *ante faciem tuam.* Ne igitur malum hoc nobis quoque eveniat, fiamusque ante Chriſti tribunal inexcuſabiles. Idem S.Auguſtinus ibidem ſequens tradit conſilium : *Modo tu fac, quiſquis talis es, quod tibi minatur facere Deus. Tolle te à tergo tuo, ubi te videre non vis, diſſimulans à factis tuis, & conſtitue te ante te. Aſcende tribunal mentis tuæ ; Eſto tibi Judex, torqueat te timor ; erumpat à te confeſſio, & dic Deo tuo : Quoniam iniquitatem ego cognoſco ; & delictum meum ante me eſt ſemper. Quod erat poſt te, fiat ante te ; ne tu ipſe poſſea à Deo Judice fias ante te, & non ſit, quo fugias à te.* Idem quoque ſanctus Doctor ſuper Pſalm. 57. ita ſcribit ? *Judica cauſam, Judicis tribunal eſt in mente tua, ſedet ibi Deus, adeſt accuſatrix conſcientia, tortor, timor.*

1.Theſſ. 5. 2.

S. Auguſt. in Pſalm. 57.

Aſſignatur tempus quo nos judicemus.

D.Chryſoſt. Hom.43. in Matth.

6. D. Chryſoſtomus ſimiliter diſcurſum ſuum ad quemdam, quem in judicio extremo ſecurum eſſe cupiebat, dirigens, ita illi ſuadet ; *Si cupiditate judicandi judex eſſe velis, ſedem ego tibi oſtendam, quæ magnum quæſtum tibi confert, & nullâ criminis ſorde maculabit. Sedeat meus, atque cogitatio tua Judex in animam, atque conſcientiam tuam adducat omnia delicta tua in medium ; ſcrutare, quæ animo commiſiſti, & ſedulo rationem exigas, & dicas : Quare hoc atque hoc auſus es ? accuſa tua vitia ; ſic aſſiduè ipſum ad hunc terrorem revoca.* Idem quoque ſanctus Doctor modum tradit, quem ſervare debemus ; ſi quando corpus hoc noſtrum contumax & rebelle erit, ſicque appetitus ſenſitivus & portio inferior in hoc judicio obedire detrectaverint : *Si cauſam tuam dicere non poſſit*, inquit, *ſed ſubterfugiat & detrectet, quaſi ſuperbam ancillam cæde, verberibus, ac flagellis dilania. Hoc judicium quotidie tibi diligenter conſtituatur.* At verò quiſnam hujus judicij futurus eſt fructus ? Hunc idem Doctor his verbis declarat : *Id ſi quotidie diligenter facias, terribili futuri judicij tribunali lætus aſſiſtes.* Aſſignat quoque jam dictus Eccleſiæ Doctor opportunum tempus, quo hoc tribunal quotidie erigere poſſimus nam in expoſitione Pſalmi 4. ita ſcribit : *Poſt cœnam, quando iris dormitum, quando eſtis dormituri, & nullo præſente multa quiei, & ſilentium eſt, excita judicium tuæ conſcientiæ, ab ipſa rationes exige* ; ibidem quoque modum diffusè tradit in hoc examine obſervandum, ac demum concludit, dicens : *qui hoc hîc judicium ſtatuerit, acerbas illic pœnas non dabit.* Nam homines timoratæ conſcientiæ, qui ſe exactè examinant, & ſæpe confitentur, ſi idipſum debitis cum circumſtantijs & diſpoſitionibus faciant, ſecurum pignus non experiendi iram judicis habent. Unde S. Auguſtinus ait : *Unuſquiſque conſcientiam ſuam ante conſpectum interioris hominis conſtituat, ipſi noſmetipſos caſtigemus, ipſi nobiſcum rationem de quotidiana converſatione faciamus, ipſi nos accuſemus quotidie Judici noſtro.* Idem quoque in Pſalmum 74. ſcribens, docet, quod juxta menſuram ; quo rigoroſi & auſteri in nos ipſos fuerimus judices, Chriſti judicis in tremendo ejus tribunali, experturi ſimus clementiam & miſericordiam. *Qui ſe conterit, trahitur ſibi : Se habeat iratum, ut illum habeat propitium ; ſe habeat Judicem, ut illum habeat defenſorem.* Quem in finem non abs re fuerit, illam accuratius ponderare confuſionem, quam in judicio univerſali incurſuri ſumus ſimulque conſideare, quantum contra pudorem iſtum prævaleat ſecreta accuſatio in confeſſione ſacramentali ; Qua de re idem S.Doctor ita ſcribit : *In judicio confundentur pernicioſè, qui modo nolunt confundi ſalubriter. Modo ergo confundantur ; accuſent vias ſuas malas, teneant viam bonam. Præbet illis Deus modò aditum ſalubris confuſionis, ſi non contemnant medicinam confeſſionis.*

Tempus judicij longè abeſſe nullus ſibi perſuadeat.

S. Auguſt. in Pſalm. 74.

S.Aug.ſerm. 59. in Append. c.9.

S. Auguſt. in Pſalm. 85.

7. Communis autem in præſenti, cui maxima generis humani pars ſubjacet, notandus occurrit error, dum plerique diem judicij extremi adhuc remotum eſſe credentes, tempus ſufficiens ad præparationem debitam ſupereſſe ſibi perſuadent ; Sanctus itaque Cyprianus eo nos tempore ita judicandos eſſe docet, juxta quod, dum nos vocaverit Judex, ſententiati fuerimus. *Qualem te invenit Dominus cum vocat, talem & judicat.* Judicium univerſale nos examinabit, procedet atque ſententiabit conformiter ad particulare ; quod in mortis noſtræ momento inſtituitur ; hoc autem nullo non momento nobis eſt imminens ; unde D. Chryſoſtomus ſuos aliquando ita alloquebatur Auditores : *Putamus, ſæculi conſummationem poſt viginti annos futuram, poſt triginta, poſt centum. Quid hoc ad nos ? an non uniuſcujuſque conſummatio eſt vitæ ſuæ terminus.* Idque authoritate Apoſtoli ; qui Chriſti adventum veluti furis nocturni, dum minime timetur, futurum eſſe aſſeruit, confirmat : (*Ipſe enim diligenter ſcitis, quia dies Domini, ſicut fur in nocte, ita veniet,*) *non ſolum communis ille, ſed & uniuſcujuſque proprius ita veniet ; iſte quippe illum comitatur ; eſt enim & iſte cognatus illi ; quod enim ille ſimul & ſemmatim, hoc iſte per partes facit*, quæ omnia novo illo confirmat Jobi textu, dicentis : *Neſcio enim, quamdiu ſubſiſtam ; etſi poſt modicum tollat me factor meus.* Quam eamdem veritatem Sanctus quoque Juſtinus Martyr in hæc verba inſinuat : *Dominus Chriſtus Jeſus dixit, in quibus vos deprehendero, in eis & judicabo.* Nec diverſum ab eo dogmate B.Laurentius Juſtinianus inferre voluit, dum ait : *Particulare judicium quotidie agitur, nam quam primum quis de corpore egreditur ; ſit de illo judicium & condignam operum ſuorum recipit mercedem.*

S.Cyprian. l.4. ſerm.de mortalitate.

D.Chryſoſt. Hom.9 in 1ª ad Theſſ.

1.Theſſ. 5. 2.

Job. 32.22.

S.Juſtinus Mart Dial. cont. Tryph. f. 207. B Laur Juſtin.de Inſt. & regim. Prælat. c.5.

8. Ineptam itaque argumentationem cenſuit S. Auguſtinus, quâ quis diem finalem longè adhuc abeſſe ſtatuit : ideòque Sanctus hic Præſul hoc in contrarium ſubminiſtrat, adducitque argumentum : *Longè eſt quidem dies judicij, ſed uniuſcujuſque hominis dies ultimus longè eſſe non poteſt, quia brevis eſt vita, & quia ipſa brevitas ſemper incerta eſt ; quando ſit dies tuus ultimus, neſcis.* Concludensque Sanctus, hoc maximi momenti ſubnectit monitum : *Corrige te hodie propter cras.* Quam eamdem materiam in quadam Epiſtolarum ſuarum fuſius proſequitur, inquiens : *In quo quemque invenerit ſuus noviſſimus dies, in hoc eum comprehendet mundi noviſſimus dies ; quoniam qualis in die illo quiſque moritur, talis in die illo judicabitur.* Optimam itaque pro judicio finali præparationem eſſe, ſi quis ad ultimum vitæ ſuæ diem ſe diſponat, tandem ſtatuit idem S.Doctor in hæc verba : *Vigilare debet omnis Chriſtianus, ne imparatum eum inveniat Domini adventus. Imparatum autem inveniet dies ille, quem imparatum invenerit ſuæ vitæ hujus ultimus dies.*

S.Aug.ſerm. 16.de verb. Dom. c.9. S.Aug. Ep. 80.

Judicium extremum prius quam puretur.

DISCURSUS XXVIII.

ARGUMENTUM.

Judicium, quod in ſcripturis vicinum eſſe prædicitur, ex improviſo veniet ; tempus autem certum Deus nobis ignorum eſſe vult ob utilitatem noſtram, illudque differt, ut tantò melius ad illud ſubeundum nos præparemus.

THEMA.

Ipſi enim diligenter ſcitis, quia dies Domini ſicut fur in nocte, ita veniet. 1.Theſſ. 5. ℣.2.

1. *Diet Domini* (ut probatum eſt in diſcurſu octavo) judicium appellatur univerſale, hoc itaque Apoſtolus ex improviſo, inexpectatum, & latronis inſtar in media noctis caligine venturum proteſtatur verbis illis : *Ipſi enim diligenter ſcitis &c.* Ægyptus, mundi figura, decem horribiliſſimis legitur percuſſa flagellis, quæ ſigna præfigurabant horrifica, quæ judicium extremum antecedſura erant, quibusque juſtitia divina univerſum erat punitura ; ultima autem plaga, quæ primogenitorum ſtrages erat, ſecundùm temporis circumſtantiam ſpecialiter notari meretur ; dicit enim Scriptura ſacra : *Factum eſt autem in nocte medio, percuſſit Dominus omne primogenitum.* Media quoque nocte ſupervenit Sponſus ad decem illas Virgines, juxta illum Matthæi textum : *Mediâ nocte clamor factus eſt*, hæ autem Virgines, ut ſuo loco dictum eſt, id repreſentabant, quod in judicio eventurum erat. Mediâ igitur nocte quis dormire ſolet, nec malum timet ullum ſibi imminens, alioqui enim vigilaret ; ô autem tempore Judex veniet, rationem exacturus : *Quâ horâ non putatis, Filius hominis venit.* Unde Ru-

Exod. 12.29. Matth. 25.6. Luc. 12.40.

pertus Abbas dictum Exodi textum ita ad noſtram applicat inſtructionem, dicens : *Scientes, quia quiſquis exemplo Ægyptiorum theſaurizaverit ſibi iram in die iræ, nihilominus exemplo ipſorum improviſam accipiet vindictam ; Sic enim univerſale judicium duris corde, & impœnitentibus ex improviſo ſuperveniet, tamquam laqueus, & tamquam fur ; idcirco Dominus adventum ſuum, quo perdendi ſunt impij, mediâ nocte comparabit.* Quo & illa authoris imperfecti ſpectat ſententia, inquientis : *Subitus veniet noviſſimus mundi interitus, hominibus nihil adhuc tale fieri ſuſpicantibus, ſecundum quod dicit & Apoſtolus. Cum dixerint ; pax & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperveniet interitus.*

Rup. Abb. l. 2. in Exod. c. 17.

Auth. imperf. Hom. 50

Signa aliqua judicij extremi.

Matt. 24. 36.

Ibid. v. 37.

2. Aliquam nihilominus temporis, quando ad judicium venturus eſt, ab ipſomet Judice Chriſto, in Evangelio hauſiſſe videmur notitiam, dum ait : *De die autem illa & hora nemo ſcit, neque Angeli cœlorum, niſi ſolus Pater.* Mox enim ſubdit : *Sicut autem in diebus Noë, ita erit & adventus Filij hominis.* Quando igitur ad imitationem temporis illius, quando diluvium ingruit, minimè cogitaverimus, & abſque timore feſtis, gaudijs, epulis, & choreis vacaverimus, tunc ex improviſo veniet, & quando minimè credemus, tunc Judex vicinißimus erit. Qua de materia fuſius tractans Sanctus Bernardinus, ſeptem ſtatuit vicini judicij ſigna verbis ſequentibus : *Septem ſunt ſigna maturæ meſſis, per quæ finale judicium cognoſci poterit, & cognoſcuntur in generali, quando futura ſint. Primum eſt horribilitas peccatorum multorum ; Secundum multitudo peccantium ; Tertium imponitas manifeſtorum ſcelerum ; Quartum animadverſio in peccatis ; Quintum affectio ad ſcelera ; Sextum ſtudium peccandi ; Septimum longa perſeverantia in omnibus ſupradictis.*

S. Greg. Regiſt. l. 2. Ind. 11. Epiſt. 29.

Signa judicium præcedentia facta ſunt.

S. Bern. T. 2. ſer. 11. Art. 1. c. 3.

3. In Deuteronomio Judicium futurum nobis vicinum eſſe claré ſignificatur, his verbis : *Juxta eſt dies perditionis, & adeſſe feſtinant tempora.* Sanctus Jacobus Apoſtolus pariter de ſuo ſæculo ſcribit : *Ecce Judex ante januam aſſiſtit.* In eodem ſæculo Chriſtus S. Joanni dilecto & familiari Diſcipulo ſuo revelavit, dicens : *Ecce venio citò, & merces mea mecum eſt, reddere unicuique ſecundum opera ſua.* S. Thomas de Villa nova in Concione 1. Dominicæ primæ Adventus, nonnullis, qui de hoc noviſſimo judicij die parum cogitabant, illumque procul à nobis abeſſe exiſtimabant, in hæc verba improperat : *Nolite putare, quod commenta, aut aniles fabulas vobis narremus, vem certam, ſeriamque narramus. Hen, hen, quam ſecuri, & intrepidi hæc dicimus, & audimus, quaſi nos non tangeret hæc ſcientia, quaſi ad nos non pertineret hiſtoria, quaſi alij, non nos, tribunal aſtare deberent, rationemque reddituri eſſent ; aut quaſi dies ille numquam eſſet venturus ; ſed adeſſe feſtinant tempora, & cum minus putaverimus, feſtinus adveniet.* Idem quoque Archi-Præſul obſervat, quod, quando Chriſtus de hoc myſterio locutus eſt, ut illud infallibiliter, & ſine ulla hæſitatione crederemus, dixerit : *Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt ; quam dictorum confirmationem huic maximè loco opponendam idcirco Dominus judicavit, ut ſopitos, & ſecuros ad pœnitentiam excitaret, indubitati examinis cognitâ certitudine.*

Deut. 32. 35.

Judicium prope eſt.

Jacob 5. v. 9.

Apoc. 22. 12.

S. Thom. de Villa nova Conc. 1. in Dom. 1. Advent.

4. Sanctus Gregorius in quadam Epiſtola, ſigna judicium præcedentia jam de facto adimpleta eſſe his verbis demonſtrat : *Ecce jam mundi hujus omnia perdita conſpicimus, quæ in ſacris paginis audiebamus peritura. Everſæ urbes, caſtra eruta, Eccleſiæ deſtructæ, nullus terram veſtram cultor inhabitat. In nobis ipſis pauciſſimi, qui ad modicum derelicti ſumus, cum ſuperno percuſſionis clade humanas gladius inceſſanter ſævit. Mundi igitur mala, quæ dudum audiebamus ventura, aſpicimus ; quaſi paginæ nobis codicum factæ ſint ipſæ jam plagæ terrarum.* Neſcio, an S. Bernard. de judicio particulari, an vero de extremo loqui intendat, quando his verbis minatur : *Attende, quam ſubitò veniet dies ultima, ſubitò veniet, & forſitan hodie erit. Jam adeſt, jam præſentaboris ante timendum Judicem,* Sophonias Prophetà cap. 1. hunc extremi judicij diem vaticinari volens, clarè dicit : *Juxta eſt dies Domini magnus, juxta eſt, & velox nimis . . . dies iræ, dies illa.* Super quæ verba Rup. Abbas ita commentatur : *Quo autem verbo, qualive dicto attentionem ſpeculator melius excitaret, quam dicendo ; juxta eſt ? Contemplatus eſt diligenter, multoque & claro intuitu vidit, quia juxta eſt id, quod lippis & cæcutientibus longè eſſe videtur, & dicunt ? in tempora longa fiet iſtud. Nec ſemel contentus dixiſſe, juxta eſt dies Domini, repetivit ; Juxta eſt & velox nimis.* Quonam verò modo intelligendum ſit, judicium extremum adeo nobis eſſe vicinum ; cum tamen ab eo tempore, in quo illud proximum eſſe prædictum fuit, tot elapſa ſint ſæcula, his verbis declarat : *Juxta eſt, & velox nimis, hoc non vanè videtur homini, habenti quidpiam de ſenſu Dei, cujus ante oculos mille anni ſunt, tamquam dies heſterna quæ præteriit.*

S. Thom. de Villa nova Conc. 1. in Dom. 1. Advent.

Rup. Abb. l. 2. in Soph.

5. Verum quâ ratione intelligendus erit ſacer ille textus apud S. Matthæum : *De die autem illa & hora, nemo ſcit niſi ſolus Pater* ? Ergone Filius, qui in Symbolo dicitur *venturus judicare vivos & mortuos*, tempus illud ignorabit ? Impij porro, ut S. Iſidorus Peluſiota, inquit, hoc textu in favorem ſuum abutuntur, aſſerentes, quod ne quidem ipſemet Dei Filius hujus noviſſimæ diei notitiam habeat. *Conſummationis diem, inquiunt, Dominus ignoravit. Abſit. Verum inutiles quæſtiones explicare recuſabat. Alioquin quonam pacto horam, & diem ignorare poterat ſæculorum effector, in quo theſauri omnes ſapientiæ ſiti ſunt* ? S. Bernardinus quidem teſtimonium citat S. Marci capite 13. ubi ipſemet Chriſtus apertè dicit : *De die autem illa vel hora, nemo ſcit, neque angeli in cœlo, neque Filius, niſi Pater*, quibus verbis Chriſtus fateri videtur, quod nequidem ipſe ſciat, quando ad judicium univerſale ſit adventurus. Verumtamen idem Sanctus Pater Sanctum Hieronymum allegat, prædictum textum in hæc verba exponentem : *Cum omnia tempora fecerit Jeſus, hoc eſt, Verbum Dei (omnia enim per ipſum facta ſunt) in omnibus autem temporibus cum dies judicij ſit, quæ conſequentia eſſe poteſt, ejus ignorare partem, cujus totum novit* ? *hic quoque dicendum eſt. Qui enim magis ex notitia Patris, an Filij* ? *ſi magis novit, quomodo ignorare potuit, quod minus eſt* ? *Numquid Deus Pater cognitionem illius diei Filio denegavit, cum dicit : Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo. Ergo non omnia, ſi eſt aliquid, quod negatur.* Tandem idem ſanctus Bernardinus per authoritatem S. Auguſtini concludit : *Dicitur Chriſtus ſecundum Auguſtinum, illum neſcire diem, quia non facit homines ſcire.*

Matt. 24. 36.

Utrum Chriſtus ignoret diem hunc extremum.

S. Iſid. Peluſ. l. 1. Epiſt. 117.

Marci 13. v. 32.

S. Bern. T. 1. ſerm. 11. Ad. c. 1.

6. At verò quo fine infallibilis Dei providentia diem hunc noviſſimum nobis ignotum eſſe voluit ? B. Laurentius Juſtinianus ſuper illa verba : *Dies Domini quemadmodum fur in nocte veniet*, dicit : *Voluit hunc hominibus eſſe ignotum, ut ad vigilandum ſingulas indueret generationes.* S. Bernardinus multas adducit rationes, ob quas utile nobis eſt & expediens, ignorantia diei illius venturi ; Dicit enim : *Talis dies debet abſcondi, ſicut & mortis, ex multiplici ratione. Primò, ut ſemper timeant. Secundò, ut ſemper ſe præparent ad diem illum, tamquam de proximo imminentem. Tertiò, ut tam in hoc, quam in pleriſque alijs ignorantes ſe noſcant, quod quidem eſt peratile ad ſuperbiam comprimendam. Quartò, ut arcana divinorum judiciorum magis revertantur. Quintò, quia non decet Dei ſecreta indignis & indiſpoſitis revelare.* Sexta ratio præfcitos tangit ; ignotum enim eſſe voluit hunc diem *ad exacerbandos reprobos talium temporum, & ad hoc ut tale judicium Dei veniat ſuper eos ſubitò, & improviſò.* Eamdem quoque difficultatem S. Hilarius in hæc verba diſcutit : *Cur autem diei ſcientia abſcondita ſit, non in obſcuro eſt ; namque cum monet nos irremiſſâ fide intentos ſemper manere, ſecuritatem cognitionis ademit ; ut pendulæ expectationis incerto mens ſolicita, feſtinans, & adventus diem ſemper expectans, ſemper expectando ſperaret, curamque per vigilem incertum ipſum non ambigendi tamen temporis detineret.*

B. Laur. Juſtin. de inſtit. & reg. Prælat. c. 5.

S. Bernard. ibid. c. 3.

Cur voluerit Deus diem extremi nobis ignotum eſſe.

S. Hilar. de Trin. l. 9. fol. 80.

7. S. Cyprian. exponens illum ſymboli articulum : *Inde venturus eſt judicare vivos & mortuos*, finem pariter declarat, ob quem incarnata Sapientia, quæ omnia novit, tempus quo ad judicium eſt deſcenſura, occultare nobis voluit : *illud*, inquit, *neceſſariò arbitror admonendum, quod iſta fidei traditio, quotidie nos vult de adventu Judicis eſſe ſolicitos, ut actus noſtros ita præparemus, velut reddituri imminenti Judici rationem*, Ideo Pſalmiſta de homine perfecto & ſancto ita ſcribit : *Diſponet ſermones ſuos in judicio, quia in æternum non commovebitur.* Cum enim incerti ſimus, quo tempore Chriſtus venturus ſit ad exigendam à nobis exactam & rigoroſam vitæ noſtræ rationem, convenit omnino, ut in hoc tempore mortalis vitæ, ſi forſitan ob vitam malam ad ſiniſtram ſpectemus, ſine dilatione ita operemur, ut ad dexteram locum nobis compa-

S. Cypr. in Expoſ. in Symb.

Alia cauſa cur dies judicij nobis ſit ignotus.

Pſ. 111. v. 5.

rare valeamus. Unde ſaluberrimum eſt illud S. Auguſt. conſilium : *Sed quia, quando, vel quâ horâ de hoc ſæculo rapiamur, ſcire non poſſumus, ſine ulla dilatione vel mora, de ſiniſtra fugere feſtinemus ad dextram, Non ſanitati ; non ætati credendum eſt : non in remedium ſalutis ſuæ ſemper finis tardandus eſt, qui vitæ ſuæ ſemper incertus eſt, quia qui nos ſecuros facit, dicendo : Peccator, in qua die converſus fuerit, omnes iniquitates illius oblivioni tradantur, ipſe nos etiam cautos voluit, dicens : Nolite tardare converti ad Dominum, nec differatis de die in diem.*

B. Auguſt. in append. de diver. ſer. 59. cap. 10.

Dies ultimus judicij particularis eſt etiam ignotus.

8. Neque ſolum judicij univerſalis diem nobis incertum eſſe voluit, verum etiam diem judicij particularis, ut unusquisque tanto cautior ſit, & unumquemque diem ſuſpectum habeat, an fortè ſit ultimus. Idem S. Auguſtin. ſuper Pſal. 36. inſinuat terrore illius diei ſolùm percellendos eſſe illos, qui malè vivunt, non verò animas timoratas. *Noviſſimus dies, inquit, terribiliter venturus auditur eis, qui ſecuri eſſe bene vivendo volunt, & malè vivere diu volunt. Utiliter autem Deus latere voluit illum diem, ut ſemper ſit paratum cor ad expectandum, quod eſſe venturus ſcis, & quando venturus ſit, neſcit.* In noſtra igitur eſt poteſtate poſitum, diem hunc timere vel non timere ; Si enim peccatis immerſi ſimus, tempus habemus nos emendandi, quamdiu in hoc corpore reſpiramus ; nam ut S. Auguſtinus alibi dicit : *Corrigantur & gaudeant. In poteſtate tua eſt, quomodo expectes venturum Chriſtum ; Ideo enim differt venire, ut cum venerit, non te damnet.* Huic doctrinæ S. Auguſtini optimè conſonat ; quod S. Gregorius in homilia quadam in hæc verba ſcribit : *Neceſſe eſt, ut ſemper pavidi, ſemperque ſuſpecti pondmus ante oculos cordis, hinc culpas operis ; illinc judicium extremæ diſtrictionis. Penſemus, quam diſtrictus Judex veniat ; qui judicium minatur, & latet, terrores peccatoribus intentat, & tamen adhuc ſuſtinet.* At verò ex quo motivo ultorem divinæ juſtitiæ ſuæ gladium nos ſtringere tardat ? Reſpondet idem S. Greg. *Idcirco venire citius differt, ut minus inveniat, quod condemnet.*

S. Auguſt. ſer. 54. in Append. de diver.

S. Greg. Hom. 10. in Evang.

Non eſt diſferenda pœnitentia uſque ad finem vitæ.

9. Porrò quàm ſit fallax eorum ſpes & fiducia, qui ſe in extremo vitæ ſuæ die ad pœnitentiam reducendos eſſe confidunt, Sanctus Auguſtinus his verbis declarat : *Ipſe ſeduxit, & de morte ſua ludit, qui hoc cogitat. Poteſt mihi extremi temporis indulgentia ſubvenire. Non eſt hoc. Primum, quia periculoſiſſima eſt in ultimum diem promiſſa ſecuritas ; deinde ſtultiſſimum eſt, ut cauſa, quæ de neceſſitatibus agitur æternis, inutilitatibus vitæ deficientis committatur extremis.* Deus nobis hanc vitam dedit, ut in illa vitam negotiemur æternam, nosque ex induſtria particulari præparemus ad vitæ finem ; Duo enim ſunt præcipue dies, de quibus unaquæque anima neceſſariò, quantum novit & poteſt, cogitare debet ; videlicet ultimus vitæ hominis dies, & noviſſimus dies omnium ſæculorum, id eſt, dies judicij extremi ; hi autem dies ita ſe habent, ut hic ab illo dependeat, ſi enim finis vitæ felix fuerit, in judicio univerſali omnis timoris expertes erimus ; nam, ut Sanctus Bernardus ait : *Qui tempus miſericordiæ negligit, judicij tempus formidet.* Unde Beda ſuper illa verba Proverbiorum : *Uſquequò piger dormies* ? ſcilicet *in vitijs*, ut idem Sanctus exponit, hominj ; nunc noviſſimum diem ſæpius cogitare negligenti, hunc in modum exprobrat : *Quando potes reſurgere ad bene operandum, qui noxio torpore depreſſus, ſemper dicis* ? *Paululum adhuc jaceam, & ſic poſtea prætendo reſurgam* ? *Fit namque, ut te ſemper differente opus bonum, repente Judex, qui mala tua facta conſiderat, adſit.*

S. Bern. ſer. in Cœna Dom. Prov. 6. 9.

Ven. Bed. a. ib.

Bonum & ſalutare eſt quod judicium tam particulare quam univerſale ignoretur.

Marc. 7. 37.

10. Videri quidem alicui poſſet ; ſaluti animarum noſtrarum plurimum profuturum, ſi de adventu Chriſti, tam ad judicium noſtrum particulare in articulo mortis ; quàm ad judicium univerſale, exactàm haberet notitiam, ſic enim ad utrumque judicium melius & ſolicitius præparare ſe poſſet. Verumtamen veriſſimum eſt axioma illud Evangelicum : *Bene omnia fecit ; Omnia in ſapientia feciſti.* Quot enim futuri eſſent, qui, ſi utriusque adventus perfectam haberent notitiam, tempus vitæ illis conceſſum, ſolum in recreationes & voluptates impenderent, ſperantes ſe vitam ſuam emendaturos, dum mortis hora imminere incipit ? Cum tamen tunc adeo in vitio habituati forent, ut propter inveteratam peccandi conſuetudinem, impoſſibile illis foret ſe convertere ad Deum ; *ſi meretare poteſt æthiops pellem ſuam* ? Optimè igitur S. Iſidorus Peluſiota ait : *Quid, dic quæſo, utilitatis attulerit finis mundi diem exploratum habere* ? *At verò eumdem ignorare conducit, ut omnem diem illum eſſe exiſtimantes, parati ad eum ſimus, vigilantes ac Dominum noſtrum expectantes.* In Miſſis defunctorum verba illa Apocalypſeos identidem leguntur : *Scribe beati mortui, qui in Domino moriuntur, . . . opera enim illorum ſequuntur illos.* Ubi Bellovacenſis ex S. Bernardo inquit : *Opera bonorum ſequuntur eos ; ſed opera malorum eos perſequuntur*, Id quod ex illis Pſalmitæ verbis probat : *Cognoſcetur Dominus judicia faciens, in operibus manuum ſuarum comprehenſus eſt peccator* ; Ut verò damna & pernitioſa præjudicia demonſtret, quæ impij ſibimetipſis conciliant, dum præſentis vitæ tempore abutuntur, ut ſua continuando peccata, pœnitentiam procraſtinent, ſequenti utitur ſimilitudine. *Ut Ericius, quando venit ad poma, onerat ſe pomis, infixis in ejus aculeis ; & cum venit hortulanus, & credit fugere, non poteſt onus excutere, ſed capitur cum furto, ait mali cápienter in peccatis ſuis.*

Apoc. 14. 13.

Bellovac. ſpec. mor. l. 3. diſt. 2.

S. Aug. T. 3. ſer. 109. de temp.

Luc. 21. 7.

S. Greger. Hom. 35. in Evang.

DISCURSUS XXIX.

ARGUMENTUM.

Chriſtus finale judicium infallibile nobis prædixit, ut in illo iram ejus effugiamus, nosque ad illud per bona opera, & continuam mentis applicationem præparemus.

THEMA.

In hoc glorietur, qui gloriatur ; ſcire & noſſe me, quia Ego ſum Dominus, qui facio miſericordiam & judicium. Jerem. 9. ℣. 24.

In quo gloriari oportet.

Jerem. 9. 23.

1. DEus noſter per Jeremiam Prophetà, ne ſapiens de ſapientia, ne fortis in robore ſuo, nec dives in opibus ſuis ſuperbiat, & inſoleſcat, nos commonuit, dicens : *Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, & non glorietur fortis in fortitudine ſua, & non glorietur dives in divitijs ſuis.* Qua igitur in re nos gloriari volet ? *In hoc glorietur, qui gloriatur ; ſcire & noſſe me.* Hæc autem ſcientia & notitia, ad quam nos invitat, non qualiscumque eſt, ſed ad miſericordiam & judicium, quod circa nos inſtituet ; ponderandum ordinata ; Ideoque ſubdit : *Quia ego ſum Dominus, qui facio miſericordiam & judicium.* Sed dicet fortè quiſpiam, ſi conformiter ad dicta, nullus in judicio finali, miſericordiæ, ſed ſolì juſtitiæ locus erit, cur igitur eam judicio aſſociat ? Ecce vobis in promptu ratio, quia nimirum Deus noſter magnam nobis exhibet miſericordiam, dum Judicij extremi, ut ad ipſum nos præparare poſſimus, rigorem nobis & infallibilitatem ob oculos ponit, tela namque prævisa facilius evitantur. Quem eumdem finem in die extremo hoc prædicendo Incarnata Sapientia ſpectavit, S. Auguſtino teſte, dum ait : *Propterea ſe Judex venturum minatur, ut non invenat, quos putat, cum venerit. Propterea illud cantant Prophetæ, ut corrigamur ; ſi damnare vellet, taceret.* Unde & in S. Luca inter rogantibus diſcipulis : *Quando hæc erunt, & quod ſignum, cum fieri incipient* ? Magiſter cœleſtis, qui Judex ipſe futurus erat, ad perpetuam memoriam in Evangelio ſigna apertè revelavit, quæ judicium præcedent, diemque illum noviſſimum, infallibiliterque eventurum ; maximis indubitatis, adeoque manifeſtis declaravit ; ut Gloſſa ſeu interpretatione non indigeant ulla. Quapropter & S. Gregorius in quadam homilia, quam frequenter in officio divino *de communi plurimorum Martyrum* legimus, ita ſermocinatur : *Dominus ac Redemptor noſter peritura mundi præcurrentia mala prænuntiat, ut eò minus perturbent venientia ; quo fuerint præſcita ; minus enim jacula feriunt, quæ prævidentur, & non tolerabilius mundi mala ſuſcipimus, ſi contra hæc per præſcientiæ clypeum muniamur.*

2. In eamdem concedescendit ſententiam S. Iſidorus Peluſiota, quando diem hunc noviſſimum, per omnia ſæcula à cunctis ſcripturis decantatum ab omnibus Sanctis prædicatum, & innumerabilibus teſtimonijs ratificatum conſiderans, id factum fuiſſe docet, ut majori cum diſpoſitione ad ipſum accederemus ; Ita enim in quadam epiſtolarum ſuarum ſcribit : *Non dubium ſed clarum, atque cognitum & verum, & ab omnibus viris eruditis & ſacris Scripturis confeſſum, atque omnino futurum, extremi Judicij dogma pectore conditum habere ſanè debebas, ab iiſque abſtimere, quæ, dum judicium minimè fore exiſtimas, committis.* Sanctus autem Thomas de Villa nova ſubtilem hanc inſtituit contemplationem, quod ſcilicet alia fidei myſteria in Scriptura Sacra nonniſi à paucis fuerint prædicta Prophetis ; non item judicium finale, de quo tam verus

Cur tot teſtimonia extent in ſacra ſcriptura de extremo judicio.

S. Iſid. Peluſ. l. 3. Epiſt. 2.

S. Thom. de Villa nova Conc. 1. in Dom. 1. Advent.

quam novum Testamentum clarum parensque perhibent testimonium, prout ex textibus colligere licet in tractatu hoc jam adductis. Quinimò infallibilis cœli providentia secundum hunc Filij Dei judicaturi adventum ipsis etiam Sybillis revelare voluit; Id quod obstupescens dictus S. Præsul, ad Deum conversus, quærit: *Quare hoc Domine?* Respondetque: *Nempe ut nullus in judicio reus ullam tanti examinis futuri ignorantiam obtendat.*

In extremo judicio sera est pœnitentia. *Apoc. 10. v. 6. S. Bernard. T. 1. ser. 11. A. 2. c. 2. Ps. 109. v. 4. Ps. 9. v. 6. S. Aug. ibid.*

3. S. Bernardinus in quodam sermone de judicio, illa Apocalypsis considerans verba (*Et juravit per viventem in sæcula sæculorum*) ita ad præsens discurrit intentum: *In quo quidem juramento certitudo ostenditur futurorum, cum omnia, quæ divino consilio decreta, atque definita sunt, irritari nequaquam possint. Juravit Dominus, & non pœnitebit eum, indicat juramentum divinum, divini consilij immutabilitatem, & firmitatem.* Sanctus quoque Augustinus illa Psalmi interpretans verba (*Dedisti metuentibus te significationem, ut fugiant à facie arcus*) quærebat: *Quid ergò futurum est in judicio? Arcus est extensus, adhuc in comminatione est, nondum in præsentatione, & videte, quid sit in arcu. Nonnè sagitta in priora mittenda est? Nervus tamen retrò retenditur in contrarium, quâ illa mittenda est, & quanto plus erit ejus extensio retrorsum, tanto majori impetu illa recurrit in priora. Quid est, quod dixi? quanto magis differtur jaculum, tanto majori impetu venturum est.* Ex ejusdem quoque Sancti super Psalmum 49. commentario clarè deducitur id, quod in principio discursus hujus ex Jeremia insinuavimus, scilicet quod Deus in suo judicio misericordiam unierit severitati, cum hac tamen distinctione, quod misericordia, dumtaxat priusquam judicium veniat, locum habeat. *Si credimus*, inquit ille, *futurum judicium; bene vivamus; Tempus misericordiæ nunc est; tempus judicij tunc erit; nemo dicet, revoca me ad priores annos; pœnitebit, & tunc, sed & frustrà pœnitebit, modò pœniteat cum fructus est pœnitendi.*

S. Aug. in Psal. 49.

Christus est futurus judex.

4. Ingens utique prærogativa foret, si in tribunali quodam conveniendus eumdem haberet, à quo causa ipsius pronuntianda esset, Judicem, quem alias habuerat advocatum; Id autem nobis in hoc judicio eveniet, ut idem Sanctus Augustinus ait, quia Christus, qui Redemptor noster est, idem quoque tunc futurus est Judex. Audiamus ipsissima Sancti Doctoris verba: *Advocatum*, inquit, *misit tibi propter illum, & per illum constitere. Age causam tuam, & defensor est pœnitentis, & petitor veniæ constituetur, & Judex Innocentis. Verè timere poteris causam tuam, ubi advocatus tuus erit Judex tuus?* Sciendum tamen est, S. Doctorem paulo ante dixisse: *Gaudeat judicandus, qui timuit judicaturum.* Væ nobis, inquit Sanctus Bernardus, nisi hisce prænuncijs monitis, hocque judicium antecedente tempore, ad nostram præparationem bene usi fuerimus; quia *Quanto diutius Deus nos expectat; ut emendemus, tanto districtius judicabit, si neglexerimus.* Sapiens, qui ex instinctu Spiritus Sancti loquebatur, ad animal quoddam tenue & vile, quale est formica, nos remittit, inquiens: *Vade ad formicam ô piger, & considera vias ejus, & disce sapientiam.* Sed numquid alia erant animalia, formicâ longè nobiliora, magisque illustria, ad quæ nos remittere potuisset? Cur non ad apem vel bombycem nos remisit? pro resolutione notandum est, hunc esse formicæ instinctum naturalem, quod singulari quadam cum providentia in æstate sibi annonam comparet, unde hyberno tempore vivere possit, eo quod tunc frumenta colligendi tempus præterierit. Vult igitur Sapiens, ut quævis anima fidelis, hujus mortalis vitæ tempore, de operibus bonis sibi prospiciat, ut iisdem in articulo mortis; quando coram tribunali divino præsentandi sumus, decorari valeamus. *Dies enim judicij, hyemis similatur frigoribus*, inquit Beda, *Quia tunc nimirum nulla relinquitur facultas pro vita laborandi, sed tantum cogitur quisque de horreo priscæ actionis, quod recondidit, proferre: Unde & Dominus præcipit, dicens: Orate autem, ut non fiat fuga vestra in hyeme.*

S. Aug. in Psal. 66.

S. Bern. in Medit. c. 2.

Prov. 6. v. 6. In vita est habenda secum ratio.

Beda in Prov. c. 6.

Job. 19. 29. Remedium non timendi justitiæ divinæ rigorem. Ps. 138. 8.

5. S. Propheta Job ait: *Fugite ergo à facie gladij, quoniam ultor iniquitatum gladius est, & scitote esse judicium.* At verò, inquies, quisnam adeò dexter, fortis & potens erit, qui hunc gladium, id est, hunc divinæ justitiæ rigorem declinare possit? Numquid Psalmista ait: *Si ascendero in cœlum, tu illic es; si descendero in infernum ades; si sumpsero pennas meas diluculo, & habitavero in extremis maris, etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextra tua?* Audiamus sanctum Gregorium super hunc Jobi textum scribentem, huicque dubio in hæc verba respondentem: *Faciem gladij fugere, est animadversionis districtæ sententiam, priusquam appareat, placare; vitari namque terror judicis nonnisi ante judicium potest:*

S. Gregor. l. 14. mor. cap. ult.

6. Ingeniosa & fructuosa est ponderatio, quam S. Ambrosius circa consilium ab ipsomet Judice, pro tempore judicij vicino traditum, instituit; dicit enim Salvator: *Tunc qui in Judæa sunt, fugiant ad montes*; ubi S. Ambrosius ait: *Quales autem isti sunt montes, qui possint meum futuri cohibere judicij, cum scriptum sit; tremor ante te montes occupabat, & cœlum & terra transibunt? Quomodo terrarum portio manebit immunis aut taceri me poterit, quæ nec ipsa se servat? Ubi igitur me ab ira ejus abscondam, qui continet profundum maris?* Tandem verò S. Doctor respondet, Montes, in quibus tutum & securum refugium habere possumus, esse virtutes Christianas & opera bona, per quæ antecedenter nos ad judicium præparavimus. *Quæris*, inquit, *quomodo fugias? Ascende in montem, qui Evangelizas Sion, ut excelsorum vertice possis eminere meritorum; Deus enim montium, & non vallium est.*

Ostenditur tutum refugium in extremo judicio. *Luc. 21. 25. S. Ambros. l. 8. in Luc. c. 17.*

7. S. Hieronymus Demetriadem monet, inquiens, *Ad illum tantum diem totum para te, in quo mundi gloria finienda est.* Vult igitur, ut Sancta hæc mulier in triginta, 50. vel 80. annorum vitæ suæ spatio, illum dumtaxat diem recogitet, sitque illi meditando totaliter intenta; *totum para te ad illum tantum diem.* Et certè quævis anima de salute sua æternâ solicita meritò frequenter considerari deberet, quænam sit hæc ipsius causa, quæ in hoc tam rigido tribunali tractanda erit. Etenim id quod in judicijs forensibus criminalibus vel maximè amittere possumus, est vel divitiarum substantia, vel vita, vel bona fama, vel parentes, vel alia similis res temporis; anima verò ibi extra omne est periculum; nam in judicijs hujus mundi Deus & cœlum auferri nobis nequit nisi consentientibus; in judicio autem finali omnia, quæ in hoc mundo possidebamus, periclitabuntur, nam *corpus & animam perdet in gehennam*; Si enim in hoc judicio rei fuerimus, simul & semel amittemus Deum, cœlum, Angelorum & Beatorum consortium, idque per omnem æternitatem, præcipitesque corruemus in sempiternæ perditionis barathrum *in æternum & ultra*; Unde turgentia, summaque consideratione digna sunt verba illa. *Ibunt hi in supplicium æternum, justi autem in vitam æternam.* Quid Filius Dei, quamdiu hîc in terra nobiscum vixit, viva voce non fecit per omnium Prophetarum vaticinia, per tot innumeras protestationes & comminationes, ut nos præpararet, & excitaret ad cogitandum de gravi illo, quod nobis reddendum incumbit vitæ & actionum nostrarum ratiocinio? & tamen quanta est in hominibus negligentia.

Omnia però clitantur in illo tremendo judicio. *S. Hier. ad Demetriad. de Virginit.*

Matth. 25. v. 46.

8. S. Antoninus ad præcitata Psalmi verba se reflectens, videlicet: *Dedisti metuentibus te significationem, ut fugiant à facie arcus* scilicet *divini Judicij, ut liberentur dilecti tui*; Ita scribit: *Silet ait Augustinus, & non silet; silet nunc à judicando finaliter, non silet admonendo, nec etiam flagellando.* Idem S. Augustinus in quodam sermone finem, ob quem Christus tot ante sæcula judicium prædixit, hunc fuisse ait, ut videlicet justum ejus fugeremus rigorem. *Irrevocabilis sententia erit*, inquit, *quæ à piissimo Deo ideo multò ante prædicitur, ut nobis totis visceribus caveamus*, si enim nos Deus noster vellet punire, non nos ante tot sæcula commoneret, invitus quodammodo vindicat, qui quomodo evadere possumus, multo ante demonstrat, non enim te vult percutere, qui tibi clamat, observa. Apud Isaiam legimus, Deum numquam defuisse, quin nobis auxilia sua offerret in tempore opportuno, ut iram ejus evadere possemus: *Hæc dicit Dominus, in tempore placito exaudivi te, & in die salutis auxiliatus sum tui.* Quodnam verò aliud est tempus adeo propitium nobis, præterquam tempus hujus præsentis vitæ, de quo exclamans S. Paulus ait: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.* S. Gregorius proinde inquit: *Regni janua hominibus claudetur, quæ modò quotidie pœnitentibus aperitur; nequaquam tunc veniam invenit, qui modo venitæ tempus perdidit*; citatque illa Proverb. 1. verba: *Tunc invocabunt me, & non exaudiam eos.*

Cur Deus ante tot sæcula hunc diem prædixerit. *S. Antonin. sum. Theol. p. 4. Tit. 14. c. 11. §. 1. S. Aug. ser. 38. de Sanctis.*

Isai. 19. 8.

2. Cor. 6. 2. *S. Gregor. Hom. 10. in Evang. Prov. 1. 28.*

9. Nescio, an alquando observaveritis, quod incarnata Sapientia de judicio finali, signisque illud præcedentibus diffusè loqui volens, suum à desolatione Jerosolymitana duxerit discursus exordium, inquiens: *Cum ergo videritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele, &c.* cujus mysterium est, quia videlicet circa tempus judicij finalis, totum universum desolabitur. At verò cur obsecro tam innumerabiles animæ sub illis ruinis in visceribus terræ sepulturæ manebunt? Audiamus Propheticum Jeremiæ oraculum: *Desolatione desolata est omnis terra quia nullus est, qui recogitet corde*, id est, nullus reperitur, qui oculum & multò minus cor suum in hunc noviss imum diem defixum teneat. Sanctus Bernardus inter alia Salvatoris beneficia, hoc quoque valde eximium enumerat. *Dextrum sibi propter me passus est latus effodi, quod videlicet nonnisi de dextra mihi propinare vellet, nonnisi in dextra locum parare refugij*; at verò si ita est, cur obsecro tot nihilominus sunt, qui ad sinistram collocantur? *Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis*; ac proinde illorum, qui à dextra decidunt, decuplo plures sunt, quam qui à sinistra ad dextram se recipiunt, ac proinde S. Bernardus optimè monet, inquiens: *Caterum jam nunc tibi provide, quisquis es dextri negligens, sinistri lateris cultor, ne cum hædis locum accipias in sinistra.* Non enim sufficit, quod Christus ex latere dextro pretium redemptionis meæ exsolverit, ut me in die illo ad dextram collocaret, nisi ego illud in anima mea custodiero; ac proinde Eusebius Emissenus postquam dixisset, quod Christus Judex, ostenso lateris sui vulnere, reprobis exprobraturus sit sanguinis sui contemptum ab ipsis sæpius iteratum, subjungit: *Ista, dum tempus est, cogitemus, ita indefesso studio laboremus, ut, quod nobis contulit judicatus, integrum in nobis inveniat judicaturus.*

Jer. 12. 11. *S. Bern. ser. 7. super Psal. Qui habitat. Psal. 90. v. 7. S. Bernard. Eus. Emiss. Hom. 4. ad Monach.*

10. Mysterijs plena sunt verba illa Jobi: *Vitam & misericordiam tribuisti mihi*, ubi advertendum, quod non dicat *animam & misericordiam*, sed *vitam & misericordiam*, quia licet divina pietas animæ se associet, quamdiu hæc corpori huic unita est, non tamen postquam à corpore resoluta erit, pietas enim & misericordia solum durat, quoad usque vita durat, non verò quamdiù durat anima, quia post hanc vitam sine ulla misericordia examinabitur, quando *justus vix salvabitur*, tunc enim *opera illorum sequuntur illos.* Valde igitur opportunum est illud Sancti Bernardi consilium, dicentis: *Utilius & multò salubrius est, hodie audire eum consulentem, consulantem, docentem, admonentem, corripientem, increpantem, quam in die illa tam amara, tam lugubri, audire judicantem, indignantem, ulciscentem, fœcientem, condemnantem.* In primis igitur ipsum auscultemus *consulentem*, per inspirationes internas, quibus nos instigat ad mores emendandos, ad terendam non solum latam præceptorum viam, verum etiam consiliorum semitam. Audiamus *consolantem*; Id est, si modò injustas patimur persecutiones, si infirmitates toleramus, si paupertate divexemur & calumnijs; aures præbeamus Christo promittenti nobis, quod tandem aliquando venturus sit dies ille, in quo nos & opera nostra liberaliter remunerabit, dicendo suave illud verbum: *Venite Benedicti, &c.* Auscultemus *docentem*, dum per verbum suum prædicatum & scriptum nos erudit, qualiter ipsum, misericordiæ operibus mediantibus, propitium nobis reddere valeamus. Audiamus *admonentem* per Superiores, Confessores, Prædicatores, librorum spiritualium lectiones.

Job. 10. v. 12. Tempore vitæ nostræ durat misericordia Dei, post illam justitia sequitur. *1. Pet. 4. 18. Apoc. 14. 13. S. Bernard. hom. de verb. Abac.*

11. S. Augustinus ad consolationem eorum, qui coram illo tribunali ardnum æternæ salutis negotium tuendum habent, hunc in modum ratiocinatur: *Si haberes causam apud aliquem judicem agendam, & instrueres advocatum, esses susceptus ab Advocato, ageret causam tuam, sicut posset, & si non illam finisset, & audires illum in judicio venturum judicem, quantum gauderes, quia ipse potuit esse Judex tuus, qui fuit paulo ante advocatus tuus? Et modo ipse pro nobis orat, ipse pro nobis interpellat, qui in illa die nos judicabit.* Innititur verò Sanctus hic Doctor verbis illis S. Joannis Apostoli, dicentis: *Si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem Jesum Christum justum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris.* Advertendum verò, quod Sanct. Augustinus dicat: *modò ipse pro nobis orat: modò*, inquam, id est, quamdiu durat hæc præsens vita, quia post hanc vitam non jam amplius advocatus erit, sed inexorabilis Judex; Nec decipi à nobis poterit, quia tamquam advocatus noster de meritis & demeritis optimè est informatus. D. Chrysostomus admiratur, ne dicam, scandalizatur ob nostram negligentiam, & exiguam ad negotium tanti momenti, animi applicationem; ac proinde dicit: *Ne effugiamus, quæ de gehenna dicuntur, ut gehennam ipsam effugiamus; Ne fugiamus supplicij memoriam, ne supplicio puniamur; Si Dives ille ignem cogitasset, utique non deliquisset, quia verò numquam in mentem ejus venit, illic venit.* Demum verò ad materiam de judicio finali descendens, hominem, de illo parum vel nihil cogitantem, his verbis alloquitur: *Dic mihi homo, Tribunali Christi cum sisteudus sis, omnia magis loqueris, quam de isto?* Quæ nam hæc est inexcusabilis negligentia, nihil cogitare de illo, unde tantum pendet æternitatis momentum? Dum litem aliquam in tribunali quodam agitandam habes, in qua omnes facultates tuæ, fama, & existimatio, vel vita periclitatur; die noctesque studes & laboras, ut defendere te possis, omnes exploras in favorem tuum fervientes scripturas, ut Procuratores, Advocatos, Judices bene informes, ejusque, qui sententiam est pronunciaturus, gratiam & benevolentiam captare pro viribus niteris; Quid igitur tibi in hoc tribunali Christi faciendum erit, ubi causa tua tam ardua agitatur, unde æternitas vel beata, vel damnata unicè dependet?

Cur ignis præcedat judicium. *Ps. 96. v. 3.*

Deuter. 4. v. 24. *S. August. Tr. 9. ibid.*

Job. 31. v. 14. Consilium non timendi judicem venturum. *S. Gregor. l. 21. mor. cap. 10.*

Job. 19. v. 29. *S. Gregor. l. 14. mor. cap. ult.*

Levit. 11. 3. *Gotfrid in Sylv. Alleg.*

Optima dispositio ad hoc judicium est quotidiana memoria, Matt. 22. 9.

DISCURSUS XXX.

ARGUMENTUM.

Continua finalis Judicij consideratio ad ducendam vitam immaculatam, culpamque fugiendam plurimum confert. Et ideo certum judicium, unde hominem noviss imum judicium credere conjici potest, est, si in continuo Judicis venturi timore vivat, deque noviss imo die continuò cogitet.

THEMA.

In hoc perfecta est Charitas Dei nobiscum, ut fiduciam habeamus in die judicij. 1. Joan. 4. v. 17.

1. ANimam aliquam amore Dei ferventer ardere, ex nullo evidentiori indicio colligere possumus, quam si ignem, qui judicem præcessurus est (*Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu*) nequaquam timeat, eo quod alius quidam ignis longè ferventior, id est, amoris divini, in ejus corde vehementer ardeat, de quo scriptum est: *Deus ignis consumens est.* Unde S. Augustinus ait: *Quisquis fiduciam habet in die judicij, perfecta est in illo charitas. Quid est, habere fiduciam in die judicij? Non timere, nec venit dies judicij. Date operam, intus agite vobiscum, ut desideretis diem judicij, aliter non probatur perfecta charitas, nisi cum cœperit ille dies desiderari; Ille autem eum desiderat, qui fiduciam habet in illo, ille autem fiduciam habet in alio cujus conscientia non trepidat in charitate perfecta atque sincera.* Porro ad acquirendam hanc puram conscientiam, ad accendendum in corde charitatis ignem, ad excludendum omnem judicij timorem, nullum est efficacius medium, quam si quis continuò de futuro judicio cogitet.

2. S. Propheta Job quærit: *Quid enim faciam, cum surrexerit ad judicandum Deus? & cum quæsierit, quid respondebo illi?* Super quæ verba S. Gregorius ita scribit: *Qui venturum judicem cogitat indesinenter, quotidie rationum suarum in melius causas parat:* Econtra vero, qui malè vivit, eo ipso judicat, quod diem hunc tremendum venturum, seque coram supremi Judicis tribunali præsentandum esse minimè credat; Unde idem S. Gregorius super illa Jobi verba: *Scitote esse judicium*, ita scribit: *Omnis qui perversa agit, eo ipso quo hoc despicit, esse Dei judicium nescit; si enim hoc timendum sciret, quæ in illo sunt pertimenda, non ageret. Nam sunt plerique, qui extremum esse judicium verbo tenus sciunt, sed perversè agendo testantur, quia nesciunt.* Quodnam obsecro in eo latet mysterium, quod solum illa animalia, quæ divisam in pede ungulam habeant, ad sacrificia admittebantur? Nimirum quia animalia illa reputabantur pura & munda. Unde Interpres quidam ait: *Ungula nostra finis noster est; quam non findimus, si nocivissima non providemus; Non enim est nocivissimum hominum, non est unicus finis noster, sed divisus in partes, & per partes valdè contrarias. Provident autem nocivissima, & ungulam findit, qui circa eandem divisionem sedula intentione versatur.*

3. Nota passim omnibus est illa nuptiarum parabola, ad quas illos Rex invitari præcepit, qui in exitu viarum deprehendebantur: *Ite ergo ad exitus viarum, & quoscumque inveneritis, vocate ad nuptias.* Miserat quidem & alios servos ad invitandum alios, sed sine

Christus est in hac vita noster advocatus, post illam judex. *S. Aug. ser. 119. de temp. cap. 5.*

1. Joan. 2. v. 1

D. Chrysost. Hom. 2. in 2. Thessa. 1.

sine ullo subsecuto fructu; in his autem nullam reperit resistentiam, quia hi, qui de novissimo judicio, de ultimo hoc fine, deque reddendis ibi rationibus continuò cogitant, semper reperiuntur dispositi, qui veste nuptiali charitatis ornati, nuptijs assideant sponsi cœlestis; dicente Alberto Magno: *Illi sunt in exitibus viarum, qui mortem suam jugiter prospiciunt; Tales dignos se efficiunt, ut ad Christi nuptias introire mereantur; Quicumque enim mortis suæ efficaciter recordantur* (idem de judicio universali dicendum quod à particulari dependet) *studeant esse continentes, patientes, obedientes.*

Alb. Magn. ser. 74. in Dom. 20. p. Trin.

Cur electi assimilantur aquilæ

Matth. 24. v. 28.

Deuter. 32. v. 23.

Plin. Hist. nat. l. 2. c. 55.

4. Observastisne aliquando, quòd incarnata Sapientia, de electis pro die judicij tractans, eos aquilis assimilaverit, dicens: *Ubicumque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ?* In Deuteronomio Deus autem se in die illo ultimo sagittas evibraturum minatus est, dum ait: *Sagittas meas complebo in eis.* Quod igitur ad præsens de Aquila servit intentum, Plinius subministrat verbis sequentibus: *Aquilam solam è volucribus fulmine tangi negant, quæ ob hoc armigera hujus teli fingitur.* Ecce itaque vobis ipsilimam rationem, cur prædestinati aquilis æquiparentur, quia scilicet in die illo ab iræ vindicatæ Dei sagittis immunes erunt. Insuper aquilæ proprietas est rejuvenescere, & antiquas mutare exuvias, dicente Athenæo: *Septam eventilat, & à vetustate expurgat, liberando se in sublime ad tertiam regionem aëris, ubi cum radijs Solis & calido aëre incaluerit, ita ut ferè exuri videatur, subito in fontem frigidam se dimittit, inde ad nidum revolans sudat, eoque sudore veteres pennas excutit, & novis deinde vestitur.* Idem perfecta operatur anima, soli se opponit justitiæ Christo, amore & charitate accenditur, suam examinat conscientiam, actus excitat compunctionis, confitetur se ream & culpabilem coram Deo, suis immergitur lachrymis, atque ita veteres peccaminosorum habitudum deponit exuvias, *expoliantes veterem hominem... & induentes novum, qui secundùm Deum creatus est.*

Col. 3. v. 9.

Fuga peccati est continua judicij & mortis memoria.

5. Teste S. Joanne Climaco quidam aliquando solitarius, habitans in Choreb, tepidam traduxerat vitam, qui tandem mortali oppressus infirmitate in extasin raptus fuit, Postea autem sensibus restitutus circumstantes, ut discederent obtestatus est; isque egressis portam cellæ suæ muro occlusit, ubi per duodecim annos solo pane & aqua victitans, nil nisi habitam discutiebat visionem inter continuos fletus. Post 12. autem annorum circulum, iterum infirmatus, portam dejici curavit; adituque parefacto ingressi Patres salutare à decumbente petiere monitum; Quid autem infirmum respondisse puratis? Ipsiusmet auscultate dicti Sancti Authoris verba: *Hoc tantum audivimus, Ignosce mihi, nemo, qui mortis & judicij memoriam verè agnoverit, peccare unquam poterit*, Unde & Baptista, ut publicanos & alios perversos peccatores non modò ad pœnitentiam, sed etiam ad perfectionem reduceret, horrorem judicij finalis incutere satagebat, inquiens: *Progenies viperarum, quis demonstravit vobis fugere à ventura ira*, id à die judicij, qui dies iræ nuncupatur; Sed quem hujus considerationis fuisse putatis effectum? *Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ*; ubi ly *dignos* singulariter notetis oportet. V. quoque Beda de Sancto quodam tradit Episcopo, qui, quoties tonaret, judicij memor ad Ecclesiam convolabat, & precaturus se prosternens, non surgebat, donec cœlum serenatum esset, dicere solitus: *Heu vagi, quis non timebit? Per hoc enim nos movemur, ut arcum Dei tensum precibus retundamus, & conscientiâ inspectâ paratos nos sistamus ad reddendam judicij rationem*; Quo sancto exercitio repræsentationis judicij extremi in corde suo, ad tam eminentem meruit pertingere sanctitatem, ut ab Angelis de suo ab hac ad alteram beatam vitam transitu præmonitus fuerit, & anima ejus ab iisdem spiritibus visa fuerit in cœlum portari. Alius pariter quidam Dei servus, dum lethaliter infirmus ad confessionem faciendam moneretur, ut coram Altissimi tribunali rationem reddere posset optatam, respondisse legitur; Benedictus Deus, quia in eo semper vixi timore, unde modò ad judicium meum particulare accedens, ad meum me converto Creatorem & Redemptorem crucifixum, illique cum Jobo dico: *Vocabis me, & ego respondebo tibi, operi manuum tuarum porriges dexteram*; hocque dicto expiravit.

Beda l. 4. Hist. Angl. cap 3. de S. Ceadd Meivorii Episc.

Job 14. v. 15

S. Gregor. Homil. 1. in Evang.

6. S. Gregorius vitæ morumque nostrorum emendationem memoriæ associat judicij, inquiens: *Illam diem Fratres charissimi, totâ intentione cogitate, vitam corrigite, mores mutate, mala tentantia resistendo vincite, perpetrata fletibus punite; adventum namque æterni Judicis tanto securiores quandoque videbimus, quanto nunc districtionem illius timendo præveniis.* Nec minus solicitè S. Augustinus hoc utilissimum dictæ recordationis exercitium nobis inculcare nititur, dum ait: *Scire & intelligere debemus Fratres charissimi, nihil nobis esse salubrius, quam ut damnatis omnium præsentium rerum voluptatibus, id potius cogitemus, quando eximus de hoc sæculo transituri, vel quando tabernaculum corporis ultimo die superveniente deposituri, & iterum illud resurrectionis tempore recepturi, ut cum eodem recipiamus, prout gessimus, sive bonum sive malum. Et ideo rogo Fratres, ut quotidie cogitemus, quales erimus in die judicij, purissimi Angelorum conspectibus offerendi, & æterno judici rationem de libris conscientiæ reddituri, remotis omnibus probationibus.* Liber namque uniusquisque, qui producetur, plus minusve cuilibet incutiet terroris; *Liber scriptus proferetur, in quo totum continetur.* Equidem non nego, quoniam faciliter innumerabilibus repletur debitis; sed & verissimum, quod per vitæ nostræ cursum eadem abolere valeamus, id quòd facile factu fuerit, si rigorosam, quam coram cœto, terrâ, & inferno redituri sumus, perpenderimus rationem. *Ibi scribuntur virtutis opera, inquit* D. Chrysostomus; *Ibi prava scribuntur; Ne tibi timeas inde prajudicium; licet perversa tua præscripta sint opera, bonis operibus possint deleri; uti rursus, si ejus imbi nomen pietatis ergo perscriptum sit, moribus autem abnegarit, nullum ex eo sit præjudicium, quod scriptum sit, sed deletur.*

Adhortatio sincera ad hujus judicij præparationem.

S. Augustin. ser. 49. in Append. de diver. c. 8.

D. Chrysost. Tom. 6. de Cæco & Lazaro.

7. Job audacter aliquando in hæc legitur prorupisse verba: *Per singulos gradus meos, pronunciabo illam, & quasi Principi offeram eum.* Altissima quorum verborum mysteria ex S. Gregorij interpretatione hauriamus oportet, dicentis: *Sacri namque libri, id est, divini eloquij memoriam faciens, dicit; per singulos gradus meos pronunciabo illum, quia nimirum ille ad doctrinam Dei veraciter ascendit, qui ad obtinendam hanc gradibus sanctæ operationis erumpit, & quasi per singulos gradus suos librum pronunciat, qui percepisse se ejus scientiam non per verba tantummodo, sed etiam per opera demonstrat; Unde adhuc subditur: Et quasi Principi offeram eum; omne enim quod offerimus, in manibus tenemus. Venienti ergo ad judicium Principi librum offerre, est, verba præceptorum illius in actione tenuisse.* Nec est, quòd in tribunali illo eloquentiam, favores, adhærentias, dona, respectusve humanos cuiquam suffragaturos sibi quis persuadeat, dicente S. Ephremo: *Nihil nobis in illa proderit hora præter bona, quæ hinc nobiscum detulerimus opera, futurum est enim, ut unusquisque nostrum propria facta ac dicta ante morsupti atque tremendi Judicis tribunal deferat.* Utique si de minimo etiam otioso verbo, quod dissipatur à vento, rigorosam nos rationem reddituros cogitaremus, non faciliter adeo ora nostra in verba refolveremus detractoria, injuriosa, obscœna, sacrilega, quin & quandoque blasphema.

Job 31. v. 37

S. Gregor. l. 22. mor. c. 14.

Bona opera tantum sequuntur hominem in judicio.

S. Ephrem. T. 1. de extremo judicio.

8. S. Gregorius illa Scripturæ sacræ considerans verba (*Si timueritis Dominum, & servieritis ei,*) Propheta dixisse advertit non satisfieri per timorem (*si timueritis*) sed & requiri obsequium, (*si servieritis*) Quisquis igitur hunc timet judicem, illi conformiter operatur timori, suo exactissimè serviens Judici. *Quid est ergo, quod ait* (Verba sunt dicti S. Doctoris) *Si timueritis Dominum, & servieritis ei, nisi quia plerique districtionis judicia metuunt & tamen prava agere non desistunt? pavendis quidem cordi futura judicia cogitant, sed præsenti voluptate devicti, mala committere nequaquam vitant. Bene ergo post timorem Domini, ejus servitia memorantur, quia ille solus timor probabilis est, qui dum mentem concutit, ad boni operis studium trahit.* Hinc Salvianus se intelligere posse negabat, qualiter quis credens in judicium, in quo tanta cum securitate examinandus est, nihilominus cum tanta animi vivat relaxatione & licentia, quasi non veritas Catholica, sed fabula esset Poëtica. *Quid causæ est* (interrogat ille) *ut, si quispiam Christianus futura credit, futura non timeat? Quid ergo causæ est, ut si credit, quæ dixit Deus, non timeat, quæ minatur Deus?* Moxque rationem, quæ Christianum credentem, dum, quæ Deus prædicit & minatur, non timet, validè convincit, in hæc subnectit verba: *Neque enim se probat promissionibus Dei credere, qui non sic agit, ut possit ad promissa Dei præmia pervenire.* Quo fine præticum ab eo, qui hìc coram tribunalibus, quampiam magni momenti litem negotiumque tractat, desumptum adducit

S. Greg. l. 5. in 1. Reg. cap. 20.

Qui timet judicem in hac vita & servit ei non habet sibi timere in extremo judicio.

Salvian. l. 3. ad Eccles. Cathol.

ducit exemplum verbis sequentibus: *In ipsa quippe hac vita hominum, si judicandum se aliquat ab humana hac potestate, & rapiendum ad tribunal terrenum esse cognoverit, advocatos requirit, patronos adhibet, officialium gratiam & favorem mercatus, & hac omnia meta futuri judicij agit, cum tamen eventum judicij comparare non possit. Dic mihi, quisquis ille es, qui credere te judicium Dei dicis; Tu si sæpradictorum exemplo hominum judicandum te esse à Deo credares, nonne spem ac salutem tuam quolibet pretio comparares? Sed non credis utique, non credis; & licet crudelitatem tuam verbis velis asseverare, non credis; Verbis enim, ut ait Apostolus, confiteris, sed factis negans.* Qui enim sibi persuadebit possibile fore, ut quis in diem illum novissimum credens, eumque cogitans

Jac. 4. v. 15.

omnes affectus suos in vita præsenti collocet? *Quæ est vita vestra*, inquit Jacobus Apostolus? *Vapor est ad modicum parens & deinceps exterminabitur.* Qui idem Apostolus in eadem epistola paulo post ad eos, qui hisce bonis terrenis affixi hærent, & ad illa dumtaxat corda sua convertunt, conversus, in hæc minatur verba: *Thesaurizastis vobis iram in novissimis diebus.* Ubi Salvianus in primo ad Ecclesiam libro ita scribit: *Thesaurizastis in novissimis diebus, per hoc duplex & cupiditatis noxa est, & infidelitatis.*

Jac. 5. v. 3. Salv. l. 1. ad Eccles.

Invectio in eos, qui hoc judicium cogitare negligunt.

S. Isid. Pel. l. 3. Ep. 37.

9. Sanctus quoque Isidorus Pelusiota in quadam epistola, in eos, qui mysterium hoc tractant, credunt, nec controvertunt; ex alia tamen parte quasi ludus foret, in peccatorum tenebris caligant, acriter invehitur, dum ait: *Absurdissimum meo quidem judicio illud est, eorum quidem, in quibus externi sapientes & Scripturæ Sacræ inter se dissident; magnam rationem habere eorum, in quibus consentiunt, exiguam. Etenim judicij extremi dogma tametsi & rationi consentaneum, & justum, & ratione prædictis congruens, atque à nobis & ab ipsis confessum ac receptum sit, tamen paucos inducit, ut ea, quæ officij ratio postulat, faciant. Plerique enim (nec verò me quisquam iracundiâ commotum hæc dicere arbitretur) non secus ac si nec judicium futurum sit, nec providentia ulla rebus præsit, atque humanas actiones conspiciat, velut in densissimis noctis tenebris ea faciunt, quæ faciunt.*

Seria adhortatio ad hoc judicium cogitandum.

D. Chrysost. Hom. 77. de Pœnit.

10. Meritò itaque omnes sacri Doctores ad seriam hujus tribunalis recordationem unisono exhortantur ore; Et in primis quidem D. Chrisostomus in quadam homilia ita sermocinatur: *Ut animam tuam velut Dei habitaculum præparet, memento horrendi multum, & tremendi illius diei, in quo omnes Christi throno assistentes, rerum hic gestarum rationes reddemus, ubi ante omnium oculos peccata nostra ponentur & rursum revelabuntur, & ignorantibus ostendentur.* Insignis quidem præceptor, magnâ præditus scientiâ, Teste Bellovacensi, timebatur quondam ab omnibus, nec erat, qui cum eo congredi præsumeret, nisi vincendus. Tunc ille ad eos conversus, ait: *Quid timetis ab homine concludi, qui non caveris à Deo concludi? Nulli autem conclusio à Deo timetur.* Nec minus efficaciter atque utiliter S. Bernardus ad idem nos propositum exhortatur, dum ait: *Judicium districti judicis vestigemus fratres, & eo amplius frequentemus in timore ac tremore ipsius considerationem, quo minus comprehendere possimus investigabilem abyssum judiciorum Dei, & irrefragabilem dispositionem.* S. Gregorius inquit, quòd, quantò Judicis adventus magis tardat, tantò magis rigorosam ejus justitiam timere debeamus: *Necesse est*, inquit, *nunc timere Judicem, cum necdum judicium exercet, cum diu mala sustinet, dum mala adhuc tolerat quæ videt; ne, cum semel manum in retributione ultionis excusserit, tanto in judicio districtius feriat, quantò ante judicium diutius expectat.* S. Isidorus Pelusiota in Epistola quadam dicit, Judicij extremi incredulitatem impijs dedisse motivum relaxandi fræna ad quemlibet excessum. *Non mors*, inquit, *sed judicium, quod post mortem futurum est, avertit à peccatis. Impij enim cum existimarent animam esse scintillam quamdam, qua extincta, at ajebant, corpus in cinerem abibit, mori se tantum (more brutorum) putantes, non autem post mortem judicari; Hæc enim talia in libro, qua Sapientia Salomonis inscribitur, dixerunt, ut nosti quod si nescis, fame in manus cum librum, & scies quod nihil intentatum vel inausum relinquebant.* Unde Psalmista ait: *Auferuntur judicia tua à facie ejus*; Et quid inde secutum fuit? *Inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore.*

Bellovac. Spec. mor. l. 2. dist. 5.

S. Bern. ser. 15 super Ps. Qui habitat.

S. Gregor. l. 10. mor. c. ult.

S. Isid. Pel. l. 4. epist. 146

Psal. 10. v. 5.

DISCURSUS XXXI.

ARGUMENTUM.

Examen & processus judicij finalis præcipuè circa opera misericordiæ instituitur, quibus se electi tuebuntur; Eorum verò omissio reprobis in damnationem vertetur.

THEMA.

Venite benedicti Patris mei,... esurivi enim, & dedistis mihi manducare. Matth. 25. ℣. 34.

Opera misericordiæ efficiunt judicium benignum.

1. EX hujus thematis adducti loco evidenter constat, quod cum Christus, qui nos judicaturus est, examen & processum, qui in judicio extremo coram ejus tribunali formandus erit, manifestassiet; simul etiam modum nos edocuerit, quem observare debemus, ut ad ejus dextram collocari mereamur, qui in adimplendis in hac præsenti vita misericordiæ operibus præcipuè consistit. Atque hinc est, quod tot ante sæcula per Prophetam suum Regium, virum secundùm cor ejus, nos monuerit, dicendo: *Jucundus homo qui misereatur & commodat, disponet sermones suos in judicio, quia in æternum non commovebitur.*

Psal. 111. v. 5.

Hoc probatur exemplo quod opera misericordiæ sint medium ad judicium hoc se disponendum.

2. De S. Elisabetha Ungariæ Regina refertur, quod cum ei hospitalia sæpe frequentanti, infirmisque ibidem decumbentibus magnâ cum charitate, & compassione inservienti, pium hoc ministerium à pedissequis suis diffuaderetur, ipsa eas responso adæquato compescuerit, imò ad se sequendam & imitandam stimulos addiderit, dicendo: Ego me disponо & præparo ad diem judicij, ut examinanti me Judici aptè respondere possim; Dictura enim sum Christo: Recordare, quod tibi in hospitalibus infirmanti tanta cum charitate inserviverim, ut pedissequæ meæ ab hoc pietatis officio me revocare conatæ fuerint. Porrò quod judicandi de sola sint misericordia examinandi, an scilicet illam adimpleverint, & circa quos, an verò eamdem neglexerint, hujus veritatis plenæ sunt antiqui & novi Testam. paginæ; Et certè si in illa die congregares omnes eloquentissimos totius mundi Oratores, Advocatos item celeberrimos, sanctos quoque Paradisi efficacissimos, causam tuam in illo tribunali nullâ ratione tueri, vel ab inexorabili Judice gratiam quantumvis minimam obtinere posses: At verò, si tecum habere potueris pauperculum aliquem à te sublevatum, vel infirmum solicitè à te curatum, vel vinctum in carcere à te visitatum; hi utique efficacius & potentius te juvabunt, quam omnes mundi thesauri, omnesque cœlites paradisi. Auscultemus igitur illud salubre Tobiæ consilium. *Ex substantia tua fac eleemosynam, & noli avertere faciem tuam ab ullo paupere; Ita enim fiet, ut nec à te avertatur facies Domini.* Aft quia mendicus v. g. se excusare poterat, eo quod inops ipse alienas non posset sublevare necessitates, vel infirmus, quod alijs servire non posset; ideo subdit Tobias, inquiens: *Quomodo potueris, ita esto misericors*; Deus enim non tàm manum, quam cor respicit, dicente S. Gregorio: *Ante Dei oculos numquam est vacua manus à munere, si fuerit arca cordis repleta bonâ voluntate*; dexteræ suæ non plus deposcit, quam nostræ valeant vires; Unde si misericordiam & charitatem executioni mandare non possimus, sufficit eam in corde fovere. Unde S. Bernardus dicere consueverat: *Deus indubitanter tribuit bonæ voluntati quod deficit facultati.*

Tob. 4. v. 7.

Ibid. v. 8.

S. Gregor. Hom. 5. in Evang.

S. Bern. Ep.

Sola opera misericordiæ sufficiunt ad hoc judicium non timendum.

D. Chrys. Hom. 7. de Pœnit.

3. Doctissimè simul & succinctissimè ad hoc intentum discurrit Chrysostomus, dum ait: *Da indigenti si minus habueris, vel suspirium, si profers, omne tribuisti, nam insomnis ille oculus vidit te dedisse, quod habueras.* Væ nobis, si alio pretio paradisus comparandus fuisset, non enim omnes illibatum servare possunt virginitatis lilium, non omnes pro fidei confessione collum suum mucronibus subdere Tyrannorum, non omnes per viam prædicationis & sacramentorum administrationes abundantem facere animarum messem; Aft quis vel unicum saltem compassionis non poterit excitare actum, nisi petitus excors fuerit? *Proponit ista tamquam minora*, (inquit Doctor Angelicus) *quæ dictat natura*; Nihil namque naturæ nostræ conformius, & facilius, quàm benefacere, dicente Dionysio Carthusiano: *Nihil naturalius, quàm benefacere consorti naturæ.* Quamvis autem Judex ille rigorosissimus futurus sit, nihilominus etiam summæ discretionis erit & æquitatis, *quia judicabit orbem terrarum in æquitate.*

S. Thom. in Matth. ibid.

Dion. Carth. ibid.

Psal. 9. v. 8.

4. *Esuri-*

Non unum sed varia ad hoc sunt misericordiæ opera.

4. *Esurivi, &c.* Deus non unum, sed varia misericordiæ recensет opera, ut quilibet juxta habilitatem, & vocationem suam in eo se exercere possit, in eo, quod illi facilius & conformius erit: specificam autem operum misericordiæ instituit mentionem, juxta Carthusiani mentem, *Quia directè & evidenter includunt charitatem*, quæ nos Dei declarat amicos, nobisque divinam confervat gratiam, gloriæ cœlestis pignus. Aſt vero Cornelius Janſenius aliam, cur incarnata Sapientia dicta commemorabit opera, aſſignat rationem in hæc verba: *De quibus nemo ſe facile excuſare poteſt; hujuſmodi dilectionis enumerat opera, quæ omnibus competere poſſunt.* Jejunia enim eremi, cilicia, religiones, aliaque ſimilia perfectionis exercitia non omnium perſonarum ſtatibus & conditionibus adæquantur. *Ex his, quæ poſſumus* [verba ſunt Euthymij] *Humanitatem requirit, his enim, qui non poſſunt, ſufficit quòd velint.* Quid amplius dici poſſet? Certè facilior ad cœlum aditus dari nequit: Sed dictum porro auſcultemus Authorem, dicentem: *Varias ſiquidem hominitatis partes recenſet, ut ſiquidem poſſumus, omnes impleamus; Sin autem, & ſaltem eas, quas poſſumus.* Bellovacenſis quoque cur Judex in examine finali prædicta ſit memoraturus opera, diſcutit, inquiens: *Ut ſe pronum ad remunerandum oſtendat, magis opera miſericordiæ, quàm juſtitiæ, vel alterius virtutis commemorat; Si enim opera tam facilia & quæ ratio naturalis inclinat tanto præmio remunerabit, quantò magis ea, quæ ſunt difficiliora.*

Janſen. cap. 127. Conc. Evang.

Euthym. ibid.

Bellov. ſpec. mor. l. 2. diſt. 9.

Cur opera miſericordiæ corporalia potius quam ſpiritualia ad hoc deſerviant.

5. Aſt quale putatis ſubeſſe myſterium, quod nulla operum miſericordiæ ſpiritualium, quæ perfectiora ſunt, ſed corporalium dumtaxat mentio fiat? Dubium hoc Abulenſis ventilat; inter cujus varia reſponſa ſequentia ad noſtrum in primis deſerviunt propoſitum, quando ait: *Opera miſericordiæ ſpiritualia ſunt majoris difficultatis, ad talia non ſtatim aſpirant imperfecti. Corporalia poſſunt pertinere ad omnes; ſpiritualia non Chriſtus voluit ponere cauſam ſalutis noſtræ eſſe cuilibet facilem.* Quo fine Author imperfectus, ut ſcilicet immenſam, quam Deus in noſtra erga proximos compaſſione experitur ſatisfactionem, exprimat, tali utitur exemplo: Si quis hodie amicus veſter, aut ruſticus vobis unam è ſuis donaret veſtibus, vosque eam contemptibiliter in præſentia ſua alicui circumſtantium projiceretis, utique munus vobis factum eum donatoris rubore vilipenderetis; Aſt ſi eam ſubitò indueretis, ſummè eam vobis placitam, gratamque eſſe demonſtraretis. Nunc autem ad intentum hic proſequitur dictus Author: *Putas, quanto gaudio exſultaverit Sanctis, quando in conſpectu omnium Angelorum quod fecerunt hominibus, ipſe Dominus ſe fatetur accepiſſe?* Dimidiam chlamydem, quam S. Martinus etiamnum Catechumenus pauperculo militi ſub portis Ambianenſibus fuit elargitus, Chriſtus eadem ſe contegens, in conſpectu totius paradiſi oſtentavit, dicendo, Martinus adhuc Catechumenus hac me veſte contexit, eademque amictus in judicio apparebit, omnibusque, pauperes, nudos contegentibus, dicet: *Nudas eram, & operuiſtis me.* S. Lucas de Tabitha ſcribit, quod, poſtquam plena operibus bonis, & eleëmoſynis, quas faciebat, mortua fuiſſet, diſcipuli ſancti Petri velocem accelerarint adventum, ut eo jubente in vitam revocaretur; *Circumſteterunque illam omnes viduæ flentes, & oſtendentes ei tunicas, & veſtes, quas faciebat illis*; id quod S. Petro efficax ad patrandum miraculum, ipſamque reſuſcitandam fuit motivum; Hæc autem vidua eleëmoſynaria quamlibet præfigurabat animam electam, quæ in die judicij ab omnibus pauperibus, qui aliquod ab ea acceperunt ſubſidium, auxilio & patrocinio adjuvabitur, & à morte æterna immunis fiat.

Auth. Imperf. Hom. 54

Act. Ap. 9. v. 39.

Cur in valle Joſaphat ſit futurum judicium.

6. Non ſine myſterio, vallis Joſaphat pro erigendo in ea tribunali ſupremi judicis à Deo electa fuit, utpote quæ monti oliveti adjacet, ſuper quem judicaturus deſcendet, ſicut pariter ex eodem aſcendit, futurum faciens ab Angelis intimari judicium, dicentibus: *Hic Jeſus, qui aſſumptus eſt in cælum, ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum aſcendentem*; Quæ omnia profectò in ſapientia à Deo facta ſunt; oliva enim ſymbolum eſt miſericordiæ, quique hanc in domibus ſuis plantarit, in ſupremi Judicis ſocietate & favore conſiſtent. Sola enim erga proximos miſericordia in futuro judicio, ſublato omni metu, ſecuros cultores ſuos efficit; & ſpem certam tribuit, *Ponam in pondere judicium*, inquit Deus apud Iſaiam, *& juſtitiam in menſura.* Nullus eſt in futuro judicio, quantumcumque ſit ſanctus & irreprehenſibilis, qui non timeat & contremiſcat, ſolus tamen miſericors & eleëmoſynarius in eo jucundabitur, unde Pſalmiſta ait: *Jucundus homo, qui miſeretur & commodat; diſponet ſermones ſuos in judicio, quia in æternum non commovebitur*; idque propter opera miſericordiæ pauperibus exhibita, quæ in bilance S. Michaëlis poſita ſpem ſalutis certam & ſecuram ei tribuent; *Miſericordia mea in ſtatera.* Hujus celebre in perſona Petri Telonarij habemus exemplum, qui propter panem in bilance Archangeli poſitum ſalvatus fuit, tameſi illum per impatientiam pauperi projeciſſet. Sanctus Antonius felicem & fortunatam illam conſideransinvitationem: *Venite benedicti Patris mei*, illam præmium dicit eſſe benedictionum, quas in hac vita per beneficentiam erga pauperes ſeminavimus, de quibus S. Paulus ſcripſerat, inquiens: *Qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet, ſolicet eleëmoſynarum, largè dando pauperibus, propter quod à Deo & hominibus benedicitur & collaudatur, de benedictionibus & metet, ut ait Apoſtolus Deo.*

Aeth. Imperf. Hom. 54

Act. Ap. 9. v. 39.

Act. Ap. 1. v. 11.

Iſai. 28. v. 17

Pſ. 111. v. 5.

2. Cor. 9. v. 6.

S. Anton. ſum. Theol. p. 4. Tit. 14. c. 11. §. 8.

7. Summæ conſolationis eſt Propheticum illud oraculum, quod illos concernit, qui operibus dediti fuerint charitatis. Videlicet *Beatus, qui intelligit ſuper egenum & pauperem*, in die mala liberabit eum Dominus. Ubi Petrus Bleſenſis in quodam ſermone, per diem malam, finalis judicij diem intelligit, inquiens: *Diem malam appellat diem judicij; non quia mala, ſed quia multis amara propter amaritudinem futurorum in ea.* S. Ephrem ait: *Bonum in illa tunc hora ibi ſubvenïet auxilium ſi pauperibus hic compaſſus fueris. Boni pro ſe apud Chriſtum tunc erunt Advocati, qui hic egeni à te nutriti, & miſericordiam conſecuti, protecti, ac conſervati fuerint. Magni hi tunc Patroni tibi iſtic erunt; Magni defenſores, magni fautores, atque auxiliatores, exhibentes tunc Chriſto, quæcumque ipſis hic dederis, quemadmodum ipſos pavcris, quomodo ipſos refecerit. Boni tibi hi fratres iſthic reddentur, ſicut ſunt fratres Chriſti.* Quibus ultimis verbis ſanctus hic pater ſequens inſinuat argumentum; Si enim frater Regis plurimum valet ad obtinendam alicui gratiam, quando ſe is apud Regem efficaciter interponit; quanto efficacior erit interceſſio magnæ cujusdam multitudinis Fratrum, id eſt, pauperum, coram hujus Regis tribunali? Chriſtus enim Rex Regum in magnifico illo throno poſitus pauperes & egenos, fratrum ſuorum nomine honorare non dedignabitur: *Quamdiu feciſtis uni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis*, ubi idem S. Ephrem ait: *Hoc dicens, omnes oſtendit digito ibi præſentes, & ad pedes ſuos conſiſtentes. Quis porro dignus, quis ita felix in illa erit hora, quando cuncti exhorreſcent, & contremiſcent Angeli & homines, ut tunc nominari mereatur Frater Chriſti? Quam multis ait iſtud theſauris erit potius?* Idem quoque S. Ephrem in tomo 1. de comparitione crucis ad judicium ita ſcribit: *Miſericordes cernent ibi mendicos ac pauperes, quorum hic miſerti ſunt, pro ipſis interpellantes, eorumque opera bona, coram Angelis & hominibus annuntiantes.*

2. Cor. 9. v. 6.

S. Anton. ſum. Theol. p. 4. Tit. 14. c. 11. §. 8.

Matth. 25. v. 40.

S. Ephrem. T. 1. de appar. rit. Cruris.

Exhortatio ad viſitandos infirmos pro habendo benigno finali judicio.

8. Magnus ille Dei ſervus Camillus de Lellis, qui religionem clericorum, infirmis miniſtrantium, inſtituit, probè ſciens, quod natura noſtra inter fœtores, vulnera, ulcera, putredinem, & ſaniem inde emanantem nauſeat & adhorreat, ut ſuos ad conſtantiam & lætitiam ſpiritualem, in hoc munere concipiendam animaret, hanc finalis judicij hiſtoriam ob oculos illis ponebat, volebatque, ut hoc monitum continuo audiri numquam intermitterent: *Non te pigeat viſitare infirmum, ex his enim in dilectione firmaberis.* Ubi notanda eſt dictio illa, *Pigeat*, quia magnam experimur in miniſtrando infirmis naturæ repugnantiam, maxime quando nauſeabundi ſunt & ſtomachum provocant. At verò ſi conſideremus, quòd Chriſtus, qui Judex noſter futurus eſt, in illorum perſona velit agnoſci, in dilectione & amore illius magis confirmabimur. *Vide autem*, inquit Euthymius, *Quomodo de ſola humanitate ſive amore erga proximos diſſerat.*

Ecclí. 7. v. 39

Euthym. c. 68 in Matth.

Maxima fit diſcuſſio in die extremo de charitate erga proximum.

In illius namque tribunalis proceſſu & allegationibus, ſolum de charitate & amore erga proximos diſcutietur, ac proinde opus eſt, ut in illo fortiter ſtabiliamur. *Ab hac ſolâ juſtos honore dignos judicat, peccatores ſupplicio. Non quod cætera vel juſtorum bona opera, vel peccatorum delicta ſine examinatione, vel diſcuſſione relinquenda ſint; omnium ſiquidem cuncta inquiret, & opera & verba, & cogitationes, ut ipſemet frequenter ſuâ doctrinâ manifeſtavit; ſed nunc de ſola hac*

hac virtute diſſerit, confirmare volens quòd hanc maximè requirit, & hanc præ omnibus expetit, utpote Chriſtianis maximè neceſſariam; cujuſcumque enim Chriſtiani inſigne, quo cognoſci poteſt, eſt dilectio; hujus autem optima pars, ſi pauperum amor, & erga proximum miſericordia, & compaſſio. S. Ephrem ſæpe citatus eximia benevolentiæ ſigna, quæ Chriſtus exhibiturus eſt illis, qui miſericordiæ operibus dediti fuerint, affectuoſis niſce verbis exprimit. *Cernens Chriſtus, in throno ſedens, ad ipſum ingredientem, lætus excipiet, obviamque illi procedet hilari facie, & aſpectu arridente, atque appellatione lætâ, & benigna allocutione hanc apprehenſam ampleëtetur, & tamquam ex longinqua peregrinatione venientem amicum, ſeu filium deoſculabitur, talibuſque eum verbis compellabit. Bene veniſti ô Amice bone, & fidelis; Bene veniſti educator, & altor meus, Hoſpes meus; Non ſum obitus charitatis tuæ. Memini, quanta mihi dona præſiteris, meminî quoties me refeceris, quæ dum ad eum ait Chriſtus, tenet ipſum manu coram omni illâ magnâ celebritate, coram Angelis, & Archangelis, & omni Principatu & Poteſtate, coram omnibus juſtis & Prophetis, & Apoſtolis, ac Sanctis, ſtatuensque hunc in medio ſinul prædicat & oſtendit eum omnibus ac dicit: hic homo ejurientem me aliquando conſpexit, & pavit; ſitientem, & potavit; frigeſcentem, & cooperuit me; hoſpitem, & ſuſcepit me; Infirmem me vidit, & miniſtravit, geſtavit, & in domum ſuam introduxit.*

S. Ephrem. T. 3. in eo, qui in Chriſto obdormierunt.

S. Bern. T. 2. ſerm. 11. de ult. jud. A. 3. c. 2.

S. Bern. T. 2. ſerm. 11. A. 2. c. 3. §. 5.

Miſer eorum ſtatus qui nõ habuerint charitatem.

Jac. 2. v. 13.

S. Auguſt. in Pſalm. 143.

Matth. 7. v. 19.

9. Quam vero deplorabilis erit conditio illorum, qui Charitatis viſcera minimè habuerint? De quibus S. Jacobus Apoſtolus ita ſcribit: *Judicium enim ſine miſericordia illi, qui non fecit miſericordiam.* Unde exclamat D. Auguſtinus: *Parva putatis opera miſericordiæ, libet de his aliquid dicere. Attendite primò iſtam ſententiam, è ſacra Scriptura depromptam, quam modo commemoravi; Judicium ſine miſericordia illi, qui non fecit miſericordiam. Sine miſericordia judicabitur, qui miſericordiam non fecit, antequam judicaretur. Quid deinde quod ſequitur? Superexaltat miſericordia judicium. Superponitur miſericordia judicio, in quo inventum fuerit opus miſericordiæ; Et ſi habuerit aliquid fortè in judicio, quo puniatur; tamquam unda miſericordiæ peccati ignis extinguitur.*

Sola fiet mentio in judicio de operibus miſericordiæ exhibitis.

10. S. Bernardinus Judicem condemnationis, contra reprobos pronunciandæ, rationem redditurum obſervat, eamque in operum miſericordiæ omiſſione conſtituturum; Siquidem nulla explicata de adulterijs, ſacrilegijs, ſimonijs, rapinis, homicidijs fiet mentio; Sed: *Eſurivi & non dediſtis: mihi manducare, &c.* Unde nihilominus talem Sanctus hic deducit conſequentiam: *In hoc innuit Dominus, quod ſi propter peccata omiſſionis, impij tot cruciatibus punientur; quos ſupplicijs placendi ſunt, qui ſcelera commiſſionis impiè patrarunt; Sicut ſunt ſacrilegi, ſacrilegæ, fures, raptores, uſurarij, læſores, perjuri, blaſphemi, homicidæ, & hujuſmodi.* Et in alio quodam ſecundi tomi ſermone, ſuper eamdem ſcribens materiam, cur operum miſericordiæ dumtaxat omiſſionis mentio facienda ſit, has ſequentes adducit cauſas. *Primò, ut non ſolum ſpe præmij, ſed etiam propter timorem ſupplicij, homines ad opera miſericordiæ provocentur. Secundò, ad monſtrandum, quod ita nihil provocat Deum ad rigorem juſtitiæ, ſicut defectus pietatis. Tertiò, ut oſtendatur, quod non ſolum per mala opera, ſed etiam propter defectum bonorum operum homo damnandus ſit.* Idque ex illo probat Chriſti apud Matthæum aſſerto: *Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. Quarto, ut ſecundùm Gregorium aperiè clareſcat, quod ſi tamè pœnâ mulctatur, qui ſua non dediſſe convincitur, quâ pœnâ feriendus eſt, qui aliena vedargüitur abſtuliſſe.*

Salv. 3. ad Eccli. Eccli. 30. v. 24.

Amentia eorum qui non ſtudent miſericordiæ operibus.

11. Salvianus ſæpe eos, qui à miſericordia alieni, ultimi illius judicij proceſſum & examen non cogitant, redarguit, illo Eccleſiaſtici uſus monito: *Miſerere animæ tuæ, placens Deo; Dic mihi quæſo ô Miſer, ô infidelis. Cum multis patrimonium tuum dividas, cum multos facultatibus tuis dites, numquid de ſolo tu es tam malè meritus; ut tibi nec inter extraneos locum facias hæredis?* Quæ & ſimilia in ejuſdem libri progreſſu repetens, cærera inter ita ſermocinatur: *Et credere te futurum judicem dicis? apud quem? nullus eſt minor atque deſpectior, quam ipſe Judex, nam in tantum eum ſpernis, in tantum eum deſpicis, ut nec tibimetipſi conſulas, dummodo ejus juſſa contemnas; Aut refelle me, & convince, ſi mentior. Clamat tibi ecce morienti ipſe, qui te judicaturus eſt; Judex tuus, ne ullum omnino hominem in prorogandis rebus ac facultatibus tuis plus quam teipſum ames; Nec ulli de tua ſubſtantia moriens magis quam tibi conſulas, nullum animâ tuâ propinquiorem, nullum judices, chariorem.* Quis non videt, quam exilis de anima in judicio aſſecurando habeatur ratio, dum ſubſtantia, pro Dei amore pauperibus erogata, nos ante judicem ſiſtet; & nihilominus eam inter extraneos, ad provocandam contra nos Dei iram, diſpertimur.

TRACTATUS XLII.

DE JUDICIO TEMERARIO.

CONTINET

DISCVRSVS XII.



Iscursus I. Judicium temerarium charitati opponitur; derivatur à malignitate judicantis; Eſtque ſpecies detractionis & contemptum proximi includit. Ubi etiam, quibus in caſibus committatur, fuſius exponitur.

II. Judicare malè de alijs, Zizania quædam eſt, quam dæmon ſeminat & nutrit, quæque ad ignem deſtinata eſt infernalem.

III Peccati judicij temerarij conſideratur gravitas, utpote quod iram Dei ad ſevera provocat ſupplicia.

IV. Qui ſiniſtrè de alijs judicat, injuriam Deo facit, quia ejus juriſdictionem temerè ſibi uſurpat, cum judicium de rebus occultis ferre ad ſolum Deum pertineat.

V. Facilè proximos noſtros judicando decipimur, quia finem & intentionem, ob quam ad operandum moventur, penetrare non poſſumus

VI. Quam ſint fallacia humana judicia, utpote quæ ſolum juxta apparentiam exteriorum regulantur, per varia exempla oſtenditur

VII. Variis ex eventibus & factis, quam facilè, judicando actiones alienas, erremus, demonſtratur.

VIII Sæpè fallitur humanum judicium, quando ſolum ad ſtatum præteritum reſpicitur, præſens verò & futurus, ſicut & emendatio non advertitur, quam proximus tam intus, quam exterius feciſſe potuit.

IX. Priuſquam de alijs feramus judicium, maximè quando dubij ſumus, veritatem diligenter examinare, & ad credendum bonum potius quàm malum proniores eſſe debemus.

X. Juſtorum proprium eſt, malum de alijs non credere; virtus enim Charitatis alienarum imperfectionum reatus cooperit, diſſimulat, ijsque compatitur, eſtque alienis ſuperior defectibus.

XI. Peccata aliorum judicare & condemnare non debet, qui multis obnoxius eſt proprijs criminibus; potius igitur talis prius examinet & condemnet ſeipſum, timeatque ne & ipſe ſimiliter cadat.

XII. Qui ſiniſtrè de alijs judicant, ut plurimum eâdem ſunt pice coinquinati; aut verò Deus juſtè permittit, ut in eaſdem culpas incidant, quas in alijs condemnant. Ubi & variæ adducuntur declarationes verborum: Nolite judicare, & non judicabimini.

DISCURSUS I.

ARGUMENTUM.

Judicium temerarium charitati opponitur; Derivatur à malignitate judicantis, estque species detractionis, & proximi in se includit contemptum; ubi, & quibus in casibus hoc peccatum committatur, latius ostenditur.

THEMA.

Charitas non cogitat malum. 1. Cor. 13. ℣. 5.

Rom. 13. 10. Causæ temerarij judicij est defectus charitatis.

1. CUm lex Evangelica basi Charitatis innitatur, juxta illud: *Plenitudo legis est dilectio*, necessariò consequitur, quòd judicium temerarium dilectionis tam Dei quàm proximi directè opponatur, cum indubitata sit illa Ecclesiæ, ab Apostolo dictata, veritas: *Charitas non cogitat malum.* Unde B. Dorotheus in quodam sermone de hac materia fusius differens, causam cur adeo ad temerè judicandum de proximis, faciles simus, charitatis defectum esse his verbis dicit: *Unde autem isthæc patimur, nisi ex eo, quod charitate vacamus: nulla enim, vel admodum tenuis, & exigua ineſt nobis charitas: Nam charitas non cogitat malum, omnia ſuffert, ac tolerat, omnia credit.* S. Bonaventura de hoc vitio ita scribit: *Occulta peſtis eſt, ſed graviſſima, quæ Deum fugat, et fraternam lacerat charitatem*; Pestis enim est venenum quoddam occultum quod ad cordis regionem serpendo, vitam homini eripit; Vita autem animæ in charitate consistit, quia *qui non diligit, manet in morte.* Ac proinde judicium temerarium, venenum quoddam & pestis est quæ charitatem extinguit, quam proximo debemus, quia *fraternam lacerat charitatem*; Ipsum quoque Deum in fugam agit, quia Deus charitas est. Idem B. Dorotheus dignam hanc nobis insinuat propositionem: *Tantò quisque ad Deum proximè accedit, quanto magis in amore, & benevolentia Chriſtiana proximo ſuo adhæſerit.* Docet verò experientia, quòd, dum quis malè de proximo suo judicat, manifestè per hoc indicet, sed ab eo esse aversum, aliàs enim non tam facilè siniſtrum de eo formaret conceptum. Sicut enim deficiente in stomacho calore naturali, ad cibum digerendum requisito, quantumvis cibus delicatus & substantiosus sit, illum tamen insipidum & malos humores convertit; Econtra verò stomachus vigorosus alimentum cæteroquin crudum & noxium, in bonam transmutat substantiam: Ita quoque in casu præsenti asserere possumus: Nam anima charitate ardens licet actionem quamdam proximi sui secundùm exteriorem apparentiam malam videat, attamen *non cogitat malum*, quia *charitas operit multitudinem peccatorum*, convertetque in virtutem, quod oculo vitium esse videtur, excusat actionem illam, eamdemque rectâ cum intentione factam fuisse interpretatur; At verò qui animam depravatam, & cor malignum ac charitatis expers habet, actus quoque revera virtuosos siniſtrè interpretatur. Unde S. Augustinus inquit: *Maximè hi temerè judicant de incertis, & facilè reprehendant, qui magis amant vituperare, & damnare, quam emendare atque corrigere.*

B. Dorotheus ſer. 6.

S. Bonav. in ſtim amoris c. 10.

1. Joan. 4. 8.

B. Dorotheus ibid.

3. Petr. 4. 8.

S. Aug. T. 4. de ſer. Dom. in monte L. 2 c. 18.

2. S. Gregorius Nazianzenus in oratione quadam, quam in Magni Basilij laudem composuit, hanc quoque tetigit malignitatem. Cum enim nonnulli perversi homines sanctum hunc Prælatum, humilitate valdè conspicuum, superbiæ & fastus arguerent, Nazianzenus se illis opponens, his eos verbis perstringit: *Quid ad hæc nobis dicturi ſunt, qui homini faſtum, ſupercilium que objiciunt? Iniqui ſanè, & acerbi verum hujusmodi judices. An verò fieri poteſt, ut, qui leproſos deoſculetur, & hucuſque ſe demittat, adverſus ſanos & valentes ſupercilium attollat?* Mox quoque modum declarat, quo malignantes virtutibus viriorum nomina attribuebant; Dicit enim: *Morum conſtantiæ & gravitati faſtus nomen impoſuerunt. Ut ijdem homines facile quoque mihi facturi videntur, ut & ſerium temerarium appellent, & prudentem ac circumſpectum timidum, & temperantem agreſtem & inhumanum, & juſtum aſperum & contumacem.*

Nazianz. Orat. 20. n. 98. Malum hujus vitij tangit. S. Greg. Nazian.

Enumerantur mala hujus vitij S. Bernard. T. 2. ſer. 14. ad. 3. c. 3.

3. S. Bernardinus Senensis multa quoque hujus pestilentis radicis judicij temerarij pessima enumerat germina, & inter cætera, in temerè alios judicante, hunc manifestat malitiam; Quod videlicet *in tantam inſaniam venit, ut omnia benefacta perverſat in malum.* Idque exemplo malignorum scribarum & Pharisæorum confirmat, qui omnia Christi bona opera in malam partem interpretabantur. Ita igitur scribit: *Dicant, ſi quis ſtudet & vacat humilitati, hypocriſa eſt; ſi recreationi, guloſus eſt. Si patientiæ, timidus eſt. Si juſtitiæ, impatiens eſt. Si ſimplicitati, fatuus eſt. Si prudentiæ, maliioſus eſt; Si maturitati, phlegmaticus eſt. Si jucunditati, diſſolutus eſt; Si religioni ſingularis eſt. Si ſocietati ſæcularis eſt. Si ſilentio & patientiæ, diſſimulator eſt; Si aliorum correctioni, præſumptuoſus eſt. Si inſtat vigiliis & orationibus, inſidioſus eſt. Si communi dormitioni, ſomnolentus eſt. Si prædicationi, & aliorum ſalutis, appetitor laudis eſt. Si deſiſtit, negligens & remiſſus eſt. Si habeat gratiam hominum, adulator eſt. Si adulare renuat, ſuperbus eſt. O Deus, quis poterit evadere ab his labiis iniquis, & a lingua doloſa, cum & te Domine Jeſu Chriſte non legimus evaſiſſe?* Quando radix arboris alicujus vitiosa est, videmus per experientiam, quod humorem suum vitiatum in ramos & germina, transmittens, malam qualitatem suam illis pariter communicet. Eadem quoque ratio est cordis & mentis humanæ, quando enim hæc veneno odij & aversionis erga proximum suum est obnoxia, quidquid hic boni operatur, defectui adscribitur.

Nazianz. ibid. n. 95.

4. S. Anton. Judicium temerarium hisce terminis definit: *Judicium temerarium eſt, cum aliquis opus proximi, de quo non habet ſufficientia ad cognoſcendum, utrum bonum vel malum ſit, in mente ſua firmiter æſtimat, ſeu determinat illud eſſe malum.* Idem quoque inter alias causas, à quibus hæc malitia derivatur, & hanc assignat, inquiens: *Provenit hoc ex eo, quod quis male afficitur ad alterum. Cum enim quis contemnit aliud, vel odit, vel iraſcitur, vel invidet; ex levibus ſignis opinatur malè de ipſo, quia unuſquiſque faciliter credit, quod appetit; quia igitur malè affectus ad alium, appetit illi malum, promptus eſt ad cogitandum malum de eo.* Eamdem quoque doctrinam S. Thomas his verbis tradit: *Cum aliquis contemnit, vel odit aliquem, aut iraſcitur, vel invidet; ex levibus ſignis opinatur mala de ipſo.* Qui enim infirmum habet palatum, omnisque cibi paritur inappertentiam, omnis cibus, quantumvis sit delicatus & sapidus, illi insulsus & insipidus esse videtur; Ita quoque ut D. Chrysostomus, ait: *Donec inter nos malevolum gerimus animum, & vox audita nobis aliter ſonat, & ipſam faciem corruptâ mente aſpicimus.*

Descriptio temerarij judicij. S. Anton. ſer. Theol. p. 2. Tit. 3. c. 8. §. 1.

S. Thom 2. 2. Q. 60. Art. 3

D. Chryſoſt. Hom. de David & Saule.

5. In libro Job cap. 35. eumdem Jobum ab Eliu reprehensum fuisse legimus; Dicit enim sacer textus: *Igitur Eliu hæc rurſum locutus eſt. Numquid æqua tibi videtur tua cogitatio, ut diceres; juſtior ſum Deo?* At verò qua ratione de hoc tam humili & modesto viro, qualis Job erat, qui alias dixerat: *Verebar omnia opera mea*, tam siniſtrum judicium formare potuit; Septuaginta Interpretes, ut Pineda notat ex Hebræo ita vertunt: *Quare hoc exiſtimaſti in judicio?* At verò inquit idem Author: *Ubinam Job dixit ſe juſtiorem Deo? Nusquam ut apparet*; Idque plurium interpretum Latinorum authoritate probat; Ac proinde Elin mentitum fuisse concludit, dum hanc imposturam Jobo innocenti affinxit; Quia *id ſemper nonis eſt accuſatoribus, ut dubia pro certis, conjecturas pro re ipſa, veriſimile ſignum pro neceſſario aſſerant contra reum. Potuit itaque Eliu ex eo, quod Job aſſeruit ſe juſtum coram Deo, imponere, quod dixerit ſe juſtiorem.* Nec mirum, quia malum adversus Jobum animum gerebat, ideoque hoc judicium temerarium de ipso formabat. Nazianzenus in oratione de laudibus S. Basilij ita scribit: *Neque enim hoc quidam malè tradiderunt, virtutibus ſuis nimia, & quodammodo vicina eſſe vitia, nihilque facilius eſſe, quam ut ab illis, qui hujuſmodi verum ſcientiam non tenent, res quædam aliud eſſe judicetur, quam revera ſit.*

Temerarius omnia malè interpretatur. Job 35. v. 2. Job 9. v. 28.

Pined. ibid.

S. Bernard. ibid. c. 2.

6. Sanctus Bernardinus judicij temerarij malignitatem his verbis exprimit: *Videntur tales amare malum fraternum, conſtat enim, quod judicium, quod indefinitè aſſerunt eos malos, ex affectu inclinante eos, trahit ad ſentiendum malè de eis. Includit igitur & marit abſconditum venenum, & odium.* Citatque authoritatem D. Chrysostomi, dicentis: *Perfectum odium, & perfectus amor verum, judicia non recognoſcit. Videntur tales quodammodo ſe impinguare de proximi ruina, culpa atque infamia.* Et ideò ab his, qui tales sunt, exulat charitas & amor, Deo & proximis debitus, quia si charitas non cogitat malum de proximo, multò minus malum illius videre desiderat aut gaudet. Porrò observandum, quod incarnata Sapientia non sine

S. Bernard. ibid. c. 2. Mala judicij temerarij S. Bernardinus describit.

ne mysterio apud S. Lucam capite 6. adeò fusè dilectionem fraternam & misericordiæ opera commendat, ac demum subjungit: *Nolite judicare, & non judicabimini, nolite condemnare, & non condemnabimini.* Quodnam enim in eo latet mysterium, quærit Didacus Stella; & respondet: *Oſtendit, in quo conſiſtat miſericordia, quam erga proximos exercere debemus, nempe ſi eos non judicaverimus. Charitas quippe & miſericordia vetant, ne quid mali de proximis ſuſpicemur.* Cum igitur alienæ famæ detractio ut certum est, charitati opponatur, quis judicium temerarium occultæ detractionis speciem apud nosmetipsos esse non videt? Quod in vitium vates regius invehebatur, cum diceret: *Detrahentem ſecretò proximo ſuo, hunc perſequebar.* Judicium igitur temerarium, quod in mentis cordisque nostri secreto formamus, occultæ detractionis est species, quia scilicet, dum ipsum intra nos absque ulla manifestatione externa facimus, injustè apud nosmetipsos & temerariè absque sufficienti fundamento, bonum conceptum, bonamque proximi nostri, qui non minorem reputabit offensam & injuriam, dum suam apud te, quam apud quemcumque alium bonam perdidit æstimationem, eluimus & annihilamus famam.

Luc. 6. v. 37.

Did. Stella ibid.

Judicium temerarium est ſpecies occultæ detractionis.

Pſ. 100. ℣. 5.

Matth. 7. Et Abul. ibid.

Abul. ibid. Q. 4. Radix judicij temerarij.

7. Jacob Patriarcha suo aliquando socero graviter legitur indignatus fuisse, dicente Scriptura: *Tumensque Jacob cum furgio, ait: Quam ob culpam meam? & ob quod peccatum meum ſic exarſiſti poſt me, & ſcrutatus es omnem ſupellectilem meam?* Minas equidem sustinuerat Fratris sui Esau; Quin & per multos annos, varios insultus vexasque ipsiusmet devoraverat Laban; *Nocte & die æſtu urgebar & gelu*; Idque absque omni impatientiæ verbo; Est modò nihilominus *tumens cum furgio, &c.* Causam igitur tantæ indignationis intelligamus oportet. Socer ejus totam Jacob perscrutatus fuerat supellectilem atque substantiam; credens eum sua abstulisse idola; Ut igitur Jacob de furto se infamari vidit, se continere nequit, quin lamentaretur graviter, dicente Dionysio Carthusiano: *Juſtè indignans Jacob, quoniam contumelioſum fuit, ita de furto impeti, reprehendi, & examinari.* Quia scilicet proximus noster jus habet, bonum nomen bonamque famam, tam apud nos, quam quemcumque alium exigendi, modò malis suis, iisque manifestis & patentibus actionibus conceptum bonum non destruxerit; Illi itaque injuriamur, dum absque conjecturis, & argumentis sufficientibus in contrarium, siniſtrum formamus affectum; Atque ita charitatem, cujus debitores sumus, ostendimus; Hinc Dionysius Carthusianus sequens statuit monitum: *Sicut tu grave damnum infers proximo, apud alterum ejus famam & bonam opinionem laedendo, ita & apud teipſum; quia non minus optat proximus apud te æſtimari probus, quam apud alterum.* Atque hinc manifesta postmodum procedit detractio, quia ut plurimum conceptus ille siniſter judiciumque temerarium intra nos non persistit, sed propalatur; Unde Sanctus Bernardinus dicebat: *Decimus fructus* (scilicet judicij temerarij) *eſt detractio, nam tale judicium temerarium radix eſt & fomentum omnis detractionis.*

Gen. 31. v. 36.

Ibid. v. 40.

Dion. Carth. ibid.

Idem.

S. Bernard. ibid. c. 3.

8. Ex judicio temerario contemptus quoque oritur proximi, quem judicamus; Unde sanctus Antoninus alia inter vitij hujus præjudicia hunc etiam effectum annumerare non dubitavit, quando ait? *Contemnit proximum ex judicio ſuſpicioſo*; Idque illâ S. Thomæ confirmat authoritate, dicentis: *Ex hoc quod habet aliquis malam opinionem de aliquo; & abſque ſufficienti cauſa injuriatur ei, & contemnit ipſum in mente ſua. Nullus autem debet contemnere proximum; vel quodcumque nocumentum inferre abſque cauſa urgente, quia hoc eſt contra charitatem proximi.* Quod idem punctum & à S. Bernardino insinuatur legimus, dicente: *Oſtavus fructus eſt Deſpectio; facit enim hominem deſpicere propinquum, licet juſtum.* Idque exemplo superbi & fastuosi probat pharisæi, qui publicanum contemnebat eum, quando jam justificatus, inque gratia constitutus erat, indignum reputans conspectu Dei. *Tale judicium* (inquit dictus Sanctus) *eſt ſignum incompaſſionis & impietatis, quia cum quodam contemptu talis mordet & corrodit alionum vitam, & eo ipſo, quod ſic judicantur, eis irreverentia & contumelia irrogantur.* Cui & S. Thomas assentitur, quando in articulo quodam, ubi de hac materia tractat, ita scribit: *Ex hoc ipſo, quod aliquis malam opinionem habet de alio ſine cauſa ſufficienti, indebite contemnit ipſum, & ideo injuriatur ei.* Ad

Ex judicio temerario oritur contemptus proximi. S. Antonin. ſum. Theol. p. 2. Tit. 3. c. 8. §. 1.

S. Thom. 2. 2. Q. 60. Art. 3. ad 2.

DISCURSUS II.

ARGUMENTUM.

Judicare malè de alijs Zizania quædam est, quam Dæmon seminat & nutrit, quæque ad ignem destinata est infernalem.

THEMA.

Filia mea malè à Dæmonio vexatur. Matth. 15. ℣. 22.

Temerarium judicium affimilatur filiæ à Diabolo vexatæ.

1. SUper hæc verba, quibus afflicta Cananæa Filiam suam à Dæmone male vexari lamentabatur, ait Glossa: *Filia, eſt anima vel conſcientia cujuſlibet diabolo mancipata.* S. Bernardinus autem hæc verba de judicio temerario exponens inquit: *Quænam eſt iſta Filia, quæ alligatur à Diabolo malè vexata, niſi anima, quæ variis ſuſpitionibus, nec non & judicijs temerarijs & falſis, contra charitatem Chriſti moleſtatur?* Sicut enim dæmon judicij temerarij primus author fuit, ita pariter pro viribus illud, ubi potest, fovet, nutrit, & insinuat.

Gloſſa ibid. S. Bern. Tom. 2. ſerm. 14.

Dæmon est primus author temerarij judicij.

2. Deus olim tamquam Creator & Dominus hominis eidem tributum quoddam imposuerat obedientiæ & subjectionis, videlicet ne pomum arboris scientiæ boni & mali ullarenus gustaret; Et ecce subitò serpens malignus temerarium formavit judicium, illudque primis parentibus nostris pariter aperuit & manifestavit, videlicet prohibitionem hanc singulari Dei artificio illis fuisse impositam, ne scilicet Divinitatis, scientiæ, & sapientiæ ejus redderentur participes: *Scit enim Deus, quòd, in quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut Dii, ſcien-*

Gen. 3. Vers. 5.

tes bonam & malum. Hocque venenum quovis sæculo in universam humanam progeniem transfundere molitus fuit ; Propter quod S.Augustinus in epistola

S. Aug. Tom. 2. Epist. 137. quadam ita scribit : *Qui timetis Deum, mementote, quod ait Apostolus Petrus, quoniam adversarius vester Diabolus tamquam Leo rugiens circuit, quærens quem devoret ; quem non potest devorare, seductum ad nequitiam, famam ipsius inquinare conatur, ut, si fieri potest, opprobriis hominum, & malignantium linguarum detractione deficiat, & sic in ejus fauces ruat. Si autem nec famam innocentis maculare potuerit, hoc persuadere tentat, ut per malevolas suspiciones de fratre suo judicet, & sic ab illo implicatus absorbeatur.*

Dehortatio ab hoc vitio. 1. Cor. 10. 13. 3. Meritò igitur monet Corinthios Apostolus, ne se à tentatione, præterquam humana, seduci permittant : *Tentatio vos non apprehendat, nisi humana ;* Diabolica enim tentatio est, in interiora mentium & cordium alienorum penetrare velle, deque ijs formare

Ps. 7. v. 10. S. Aug. Tr. 91. in Joan. judicium, quod soli reservatum est Deo, qui est *scrutans corda & renes.* Unde S.Augustinus ait : *Hoc ad humanam tentationem pertinere arbitror, sine qua duci ista non potest vita, ita ut Apostolus diceret, Tentatio vos non apprehendat, nisi humana. Quid enim tam humanum, quam non posse inspicere cor humanum, & ideo non ejus latebras perscrutari, sed pleramque aliud, quàm id, quod ibi agitur, suspicari ?* Nam ut Deus

Jer. 17. v. 9. per os Jeremiæ protestatur : *Pravum est cor omnium & inscrutabile, quis cognoscet illud ? Ego Dominus scrutans cor, & probans renes.* Quis igitur corda humana, illorumque sinum penetrare, Deique jurisdictionem sibi usurpare præsumit, præterquam Lucifer, qui temerè de se gloriatus est, dicens : *Ascendam*

Isai. 14. 14. *super altitudinem nubium, similis ero Altissimo.* Author quidam modernus ingeniosè hac de re ita scribit : *Nubes quasi velata sunt hominum corda, eorumque cogitationes & intentiones, quas naturaliter Angeli possunt cognoscere, nisi voce aut signo prodantur, cum verò actiones hominum, quæ ex natura sua malæ non sunt, pendeant ex intentione agentium, consequens est, ut, qui de illis pravum ferat judicium, nubes transcendere, & Dei similitudinem attribuere sibi velit ;* Qui hoc conatur facere, Luciferinæ temeritati suam similem, seque asseclam illius esse demonstrat. S. Joannes Cli-

S. Joan Clim. Gr 10. de scala Parad. macus, magnus spiritualis vitæ Magister ait : *Nostri hostes Dæmones, aut ad peccandum nos incitant, aut, si hoc non possint, saltem ad peccantes judicandos, ut per alterum etiam primum assequantur, & peccato vos homicidæ inquinent & occidant.*

Dives Epulo hoc vitio infectus fuit. Luc. 16. 23. 4. Omnibus passim nota est illa Divitis Epulonis Evangelica historia : hic enim in abysso perditionis constitutus, hanc Abrahæ porrexit supplicationem : *Pater Abraham . . . mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, & refrigeret linguam meam.* Ubi Theophylactus interrogat, cur dives ille Lazarum in sinu Abrahæ positum videns, hoc refrigerium non directè à Lazaro petierit, sed potius Abraham tamquam mediatorem interposuerit, & respondet : *Confundebatur, fortassè existimans Lazarum viridiùs azidum, & ex suis causis judicabat illum ; Si enim ego, tantâ felicitate fruens, contempsi illum tantis malis conflictatum, & neque micas ei communicavi, multo magis ipse contemptus vindicabit ;* Ecce tibi, quam verum sit, quod subditi Dæmonis in inferno eumdem in judicijs temerarijs imitentur, siquidem hic, qui in illa abysso sepultus hærebat, se mendico micam panis denegasse probè sciens, judicabat in corde suo illum pariter ex motivo vindictæ, stillam aquæ petitam sibi denegaturum, Neque id mirum videatur, quia ijs, qui proximos temerè judicent, liberè dici potest :

Theophyl. Joan. 8. v. 44. *Vos ex Patre Diabolo estis, & desideria Patris vestri vultis perficere.*

Matth. 13. v. 25. Comparatur Zizaniæ. 5. *Inimicus ejus superseminavit Zizania.* Bonus ille Paterfamilias bonum semen in agrum suum seminaverat, at verò inimicus in eum zizaniam superseminavit ; Quam servis ejus evellere volentibus, ipse minimè consensit, quod nonnemini inconsultè ab eo factum fuisse videri potest, cum horretur. Apostolus :

1. Cor. 5. 13. *Auferte malum ex vobis.* Verumtamen advertendum est, hanc Patrisfamilias prohibitionem nequaquam judicare, quod is pessimum illud semen approbarit, sed ut ipsemet declarat, timebat, ne servi loco malæ herbæ, frumentum pariter evellerent : *Ne forte colligentes zizania, eradicetis simul cum eis & triticum,* hoc namque Dæmonis est artificium, ut nos ad credendum inducat & in sensu sinistro bonas judicandum

Matth. 25. v. 30. operationes, quæ cum fine & intentione virtuosa, licet hæc oculis nostris non apparent, factæ fuerunt ;

Ideoque Christus nos admonebat, dicens : *Nolite judicare secundum faciem sed justum judicium judicate.* Et sanè si quis in publicæ meretricis Thaidis domo Monachum frequenter observasset, qualem formasset conceptum ? utique lolium æstimasset igni destinatum infernali ; & nihilominus quam longè aberrasset à veritate. Monachus ille ; Sanctus erat Paphnutius qui eò se conferebat, ut infame scortum à mala vita avulsum, ad pœnitentiam sanctam induceret. Quò etiam spectat illud S.Paschasij commentarium, quod super præfatum Apostoli textum, nec non super illa Christi verba (*nolite judicare, & non judicabimini*) insticuit in hunc modum. *Non dico, ut contradicam illud Apostoli auferte malum ex vobis, quod contrarium huic loco sonare videtur ; sed aliud est, de manifestis apertisque criminibus judicare in Ecclesia, aliud de his, quæ adhuc in herba latent.*

Joan. 7. v. 24. Luc. 6. 37. S. Paschasij l. 7. in Matt.

6. Zizania non seminavit inimicus, quando frumentum jam excreverat, sed dum adhuc in herba foret ; Et ecce novam Dæmonis malitiam, conantis inducere, ut malum judicemus, quantumvis factum adhuc obscurum, dubiumque sit ; Ubi dictus Sanctus sequentem proinde statuit doctrinam : *Unde colligitur, ne, ubi quid ambiguum est, Magister Ecclesiæ sententiam citò proferat, sed Dei judicio terminum reservemus.* Naas Ammonites contra incolas Jabes Galaad præliari constituerat ; Qui expavescentes, subitò ad pacta bonæ confœderationis convolarunt, dicentes : *Habeto nos fœderatos, & serviemus tibi.* Aft ille superbus quid opinamini, respondet ? *In hoc feriam vobiscum fœdus, ut eruam omnium vestrum oculos dexteros, ponamque vos opprobrium in universo Israël.* Per hunc igitur tyrannum Dionysius Carthusianus, ad intentum nostrum, dæmonem intelligit, dicens : *Diabolus respondet fidelibus.* Aft quinam illi dexteri sunt oculi, quos eruere intendit Satan ? oculi interioris, scilicet judicij rectitudo, cujus apud S.Lucam fit mentio, cum dicitur : *Si oculus tuus fuerit simplex totum corpus tuum lucidum erit. Quamvis utroque oculo* (subnectit dictus interpres) *excæcari majus fuisset damnum, tamen dextro privari fuisset majus opprobrium.* Dictos igitur habitatores coram universo Israël infames proftituere volebat, Quod probrum in quo consistat, David ostendit, quando ad Deum conversus, in hæc supplicat verba : *Amputa opprobrium meum, quod suspicatus sum, quia judicia tua jucunda.* Hoc ipso judicij temerarij opprobrio & vituperio Dæmon nos onerare satagit ; Quemadmodum ex vita colligitur S.Mariæ Magdalenæ de Pazzi Carmelitanæ, cujus Sanctæ Virginis sinistrum, ut in sororibus fundaret conceptum, ejus assumpsit figuram ; Et quia in pane & aqua jejunare solita erat, impostor cuilinam ingreditur, & in coquæ absentia partem carnis è lebete extractam secum aufert, moxque obvius cuidam moniali, quæ ipsam sanctam Virginem esse credebat, non exile præbuit scandalum ; Nec mora, mox enim rumor facti per totum vagari cœpit monasterium ; Aft serpentis maligni discoopertum fuit stratagema, siquidem eo ipso tempore sanctam in domo capitulari pro communione facienda fuisse compertum fuit. Aliâ pariter vice eamdem Diabolus assumens formam, tempore nocturno res aliquas abstulit commestibiles ; Sed ex novitiæ cujusdam relatione omnes certificatæ fuerunt sorores, Sanctam toto illo tempore, quo dictum furtum memorabatur admissum, numquam ex novitiatus oratorio egressam fuisse. Idem S. Henricus Imperator communi consensu virginitatem perpetuam coluit cum Imperatrice Cunegunde Uxore sua, & nihilominus non una sed vicibus trinis, ex Conjugis thoro quemdam exire vidit in forma militari, unde & sinistrum formare cœpit conceptum ; Sed Dæmonis, qui, ut malum de sancta judicium susciperet, dictum habitum induerat, illusionem fuisse tandem didicit.

Luc. 6. 37. S. Paschasij l. 7. in Matt. Quando judicium temerarium perfiatur. Joan. 7. v. 24. S. Augustin. in Psalm. 118. Conc. 12. Dæmon judicavit Christum temerarie. Matth. 11. v. 29. Matth. 3. 17. Auth. Imperf. Hom. 5. 1. Reg. 11. v. 1. Ibid. v. 2. Dion. Carthus. ibid. Luc. 11. 34. Pf. 118. 39. In vita S. Mariæ Magdalenæ de Pazzi Carmelitanæ cap. 47. Tentatur à dæmone hoc vitio B. Magdal. de Pazzis.

7. Aliquandone ad responsum, quod Satan Deo dedit, reflexionem fecistis : *Numquid considerasti* (dicebat Dominus ad Satanam) *servum meum Job, quod non sit ei similis in terra, homo simplex, & rectus, & timens Deum, & recedens à malo ?* Quid enim temerarium hunc respondisse existimatis ? Hoc nimirum, quod ad malè inde alijs judicandum proclives dicere solent : *Numquid Job frustrà timet Deum ? Nonne tu vallasti eum, & domum ejus, undique sunditus substantiam per circuitum ?* Nimirum ut Olympiodorus ait, *simulatam Jobi ostentat religionem*, quasi dicere voluisset. Nil mirum est, quod Job fidelem se sibi exhibuerit, quia quidquid faciebat, id totum ad finem interesse

Dæmon judicat temere D Job. Job. 1. v. 8. Ibid. v. 9. & 10.

intereſſe augendum dirigebatur, ut ſcilicet in bonis temporalibus proſperaretur ; Non autem id ſine recto faciebat, ſcilicet ob bonitatis & divinitatis tuæ meritum ; Ac proinde *Extende paululum manum tuam, & tange cuncta quæ poſſidet, niſi in faciem benedixerit tibi.* Sanctus Auguſtinus ſuper illa verba : *Amputa opprobrium meum, quod ſuſpicatus ſum, quia judicia tua jucunda*, Dicit : *Hominum judicia de occultis hominum non ſuavia, quia temeraria, & ideo ſuam dixit opprobrium, quod de alijs ſuſpicatus eſt, hoc opprobrium ſuum volebat auferre, ut non eſſet Diabolo ſimilis, qui de occultis S. Job ſuſpicatus eſt, quod non gratis Deum coleret* ; proſequens verò id, quod Jobo evenit, ſubjungit : *Inventum eſt autem falſum judicium Diaboli, & opprobrio plenum, dum temerè judicavit.* Simile quoque venenum contra Chriſtum ipſum evomuit ; quo enim motivo aſtutus ille ſerpens (*ſerpens erat callidior*) Chriſtum de vana gloria tentare molitus fuit ? Num illi alia loca deerant, in quibus machinarum ſuarum plantare potuiſſet Balaiſtas ? Nonne Chriſtum virtutem humilitatis ſpecialiter docuiſſe ſciebat : *Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde ?* numquid in Jordane, æterni Patris ſui vocem ſciebat in hæc verba infonuiſſe : *Hic eſt Filius meus dilectus.* Verumtamen Author operis imperfecti dubium hoc reſolvit, dicendo : *Sicut concupiſcentia vanæ gloriæ ipſe ruit de cælo (nam cum eſſet angelus, volens ſe oſtendere Deum, perdidit & illud quod erat.) Dum voluit apparere quod non erat, ſic putavit & Chriſtum concupiſcentiâ vanæ gloriæ ferri. Nam ſicut difficile aliquem ſuſpicatur malum, qui ipſe eſt bonus ; ſic difficilè aliquem ſuſpicatur bonum, qui ipſe eſt malus.*

Num. 16. 31. Ibid. v. 32. Ibid. v. 32. Pf. 118. 39. Temerarij ſunt ſimiles dæmoni. Temerarium judicij omnia bona operà deſtruit exemplo phariſæi. Luc. 18. 10. Ibid. v. 28. Ibid. v. 29. Ibid. v. 30. Quam commune ſit temerarium judicium. S. Dorotheus. ſerm. 6.

8. Hæc autem peſſima temerariorum judiciorum zizania, ab inimico maligno ſeminata, centrum terræ pro agro ſuo habuit, atque ad ignem infernum deſtinata fuit. Diſpoſuit olim divina juſtitia ſevere caſtigare Core, Dathan & Abiron, quodnam verò fuit illud ſupplicium, quod illis cælitus immiſit ? *Dirupta eſt terra ſub pedibus eorum, Et aperiens os ſuum devoravit illos . . . Deſcenderuntque vivi in infernum.* At vero quòniam hæc inaudita, & à principio mundi ad illud uſque tempus numquam practicata pœna collimavit, ut ſcilicet præſciti illi, vivi in infernum commigrarent ? Nimirum pœnam ipſorum condignè reſpondit ; Ipſi namque ut Lyranus & Abulenſis aſſerunt, adverſus duos fratres Moyſen & Aaron malignati fuerant, dum illos temere judicarunt, ac ſi ex propriæ ambitionis motivo, populo Dei dominari, in eumque tyrannidem exercere voluiſſent : Ideoque priuſquam in abyſſum deturbarentur, Moyſes cauſam ſuam juſtificare volens inquit : *In hoc ſcietis, quod Dominus miſerit me, ut facerem univerſa, quæ cernitis, & non ex proprio ea corde protuleriim : Si conſuetâ hominum morte interierint, . . . non miſit me Dominus. Sin autem novam rem fecerit Dominus ut aperiens terra os ſuum deglutiat eos, deſcenderintque viventes in infernum, ſcietis quod blaſphemaverint Dominum.* S.Dorotheus ijs, qui non ſolum privata in corde ſuo temeraria de proximis ſuis formant judicia, verùm etiam alijs eadem aperiunt & manifeſtant, Deum feveriſſimè comminari, illosque dæmonis conductores eſſe, his verbis demonſtrat : *Nos miſeri citra delectum judicamus, faſtidimus, odimusque ac nihili facimus quidquid videmus, quidquid audimus, quidquid tandem ſuſpectum habemus ; & quod longè gravius eſt, non malo ac damno noſtro contenti, cæteros in commenem ruinam pertrahimus. Quemcumque enim ex fratribus obvium habuerimus, confeſtim illum alloquamur ac dicimus : Illud & illud effectum eſt, eique pariter nocemus, dum cordi ejus pravas cogitationes lutulentasque cloacas ingerimus ; nec eum timemus qui dicit : Væ væ illi qui proximo ſuo trahibidam ſubverſionis portionem propinat.* Quod vero id facientes ſpiritum malignum imitentur, & cooperentur, idem ſanctus his verbis probat : *Exterum dum hoc agimus, dæmonis peragimus opus ac munus ; Neque id curæ prorſus nobis. Quod enim opus aliud agit dæmon quam ludere & obtrabare quemquam ? Itaque dæmonum ſumus coadjutores, in noſtram ipſorum ac proximorum perniciem & ruinam.*

9. Phariſæus Evangelicus, non obſtantibus operibus bonis, de quibus ſe jactabat, dæmonis factus eſt præda, illum quidem in templo reperimus orationibus fundendis agendisque laudibus & gratijs Deo intentum, eò quòd ipſum à multis enormibus exceſſibus conſervaſſet immunem, in quos reliquus mundi torrens velocibus paſſibus properabat : *Deus gratias ago*

tibi, quia non ſum ſicut cæteri hominum, raptores, injuſti, adulteri. Jejuno bis in ſabbato ; Decimas do omnium, quæ poſſideo : & tamen nullâ habitâ operum horum ſanctorum ratione, ipſum legimus à Deo reprobatum, eo quod dæmonis coadjutor eſſet, de quo proinde S.Joannes Chryſoſtomus ait : *Phariſæus quamvis ipſe nihil peccaverat, ſed juſtè vixerat & multa de ſe prædicare poterat, quia tamen publicanum ut raptorem, avarum & iniquiſſimum, condemnavit, juſtificatus non eſt, & ad majorem quàm ille pœnam ſervatur.* Unde idem S.Doctor ut illos qui ad judicandum male de alijs proni ſunt culpabiles eſſe & ſevera ſupplicia promereri oſtendat, ſequens format validum Argumentum : *Quod ſi is, qui nihil peccavit & peccantem alium (qui manifeſtus erat omnibus) verbo brevi condemnavit, tantum jacturæ fecit, & in tantum eſt punitus, qui multum quotidie peccant ; aliorumque vitam condemnant, cogita quantam ſuſtinebunt pœnam quomodo omni veniâ excident, in quo enim judicio judicatis, inquit, condemnabimini.*

D. Chryſoſt. Tom. 5. ſer. 17. Punitio divina in temerarios.

DISCURSUS III.

ARGUMENTUM.

Peccati judicij temerarij conſideratur gravitas, utpote quod iram Dei ad ſevera provocat ſupplicia.

THEMA.

Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam.
Sapientiæ 5. ℣. 4.

Gravitas judicij temerarij. 1. EX hoc Sapientiæ textu, certum quoddam ſuppliciorum divinæ juſtitiæ, temere judicantibus inflictorum, ſpecimen deduci poteſt. Ipſimet namque damnati ex perditionis barathro confitentur & deplorant, quod virtuoſam optimeque regulatam juſtorum vitam inſaniam æſtimarint & ſtultitiam : *Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam & finem illorum ſine honore.* S. Dorotheus in ſermone quodam cui titulus eſt : *Quod proximum judicare non debemus*, ex hiſce verbis peccati hujus ponderat gravitatem, inquiens : *Ecce quam grave peccatum & ſcelus, proximum judicare. Quid gravius ? Quid eſt hoc vitio moleſtius ?* Certum eſt quod quanto anima longinquius à Deo, qui ſummum bonum eſt, recedit, tanto magis rea & culpabilis efficiatur ; Cum igitur proximum temere judicans contra charitatem directe operetur (nam ut in diſcurſu præcedenti probavimus, *charitas . . . non cogitat malum*) conſequens eſt, ut & ipſe procul à Deo recedat, quia *Deus charitas eſt. Quid magis averſatur & abominatur Deus*, inquit idem S.Dorotheus, *quam crimen hoc ut præclare omnes aſſerunt patres noſtri? quandoquidem nihil pejus, nihil deterius, quam proximum judicare cenſuerant.*

S. Dorotheus ſerm. 6. 1. Cor. 13. 5. 1. Joan. 4. 8.

2. Idem quoque S. Pater ingenioſam habet conſiderationem ſuper illa Chriſti verba apud S. Matthæum : *Qui vides feſtucam in oculo Fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides ?* Monuerat paulo ante incarnata Sapientia inquiens : *Nolite judicare & non judicabimini.* Unde idem ſanctus obſervat, Chriſtum peccatum illud, cujus proximum noſtrum in mente noſtra reum facimus, feſtucæ nomine appellaſſe : At verò peccatum, quod à nobis contrahitur, ſiniſtrum hunc de proximo formando conceptum appellaſſe trabem. *Adeo* inquit *grave & moleſtum eſt de quovis peccato judicare, ut Chriſtus in Evangelio aperè dixerit : Hypocrita ejice primum trabem de oculo tuo & tunc poteris ejicere feſtucam de oculo Fratris tui. Comparavit proximi peccatum feſtucæ ; judicium verò trabi ; uſque adeo grave & infuave eſt, proximum judicare, ut fere omne peccatum exceedat.* Et quidem obſervandum eſt Chriſtum hujus culpæ reum nomine quodam reprehendiſſe, ſibimet valde exoſo, nam hypocritam illum vocavit. Vix autem in ſcriptura hypocritarum ſit mentio quin dictio illa væ ſemper præmittatur, quæ certa eſt pœnæ æternæ comminatio. Cajetanus ſuper illa verba : *In quo judicio judicaveritis, judicabimini*, obſervat Chriſtum non dixiſſe, *in quali ; quia non judicabimini temerario aut injuſto judicio quali alios judicaſtis. Nec dicit judicabit vos Deus aut judicabo ego, ſed dicit judicabimini, ſignificando judicium paſſive. Et vere in quo judicio judicamus, illomet judicabimur meritorie quia illudmet judicium quod nos exercemus, erat ratio, quo judicabimur ad pœnam.* Et hinc eſt quod apud S.Lucam hanc legamus promiſſionem ab ipſomet, qui tam in judicio particulari, quam univerſali nos judicaturus eſt, ſtipulatam : *Noſite judicare, & non judicabimini.*

Dehortatio ſeria ab hoc vitio. Matth. 7. 1. Luc. 6. 37. Matth. 7. 2. Cajetan. ibid. Sicut judicamus proximum ita & judicabimur. Luc. 6. 37.

Temerarium judicium est via ad quælibet scelera.

3. In Epistola ad Romanos prolixum legimus innumerabilium, earumque omnium execrabilium iniquitatum Catalogum; Dicit enim Apostolus: *Et sicut non probaverunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum, ut faciant ea, quæ non conveniunt, Repletos omni iniquitate, malitiâ, fornicatione, avaritia, nequitia, plenos invidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, susurrones, Detractores, Deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inventores malorum.* Rom. 1. 28. Ibid. v. 29. Circa quæ verba si Justiniani legeritis paraphrasim, invenietis utique Deum illis, qui eum agnoscere noluerunt (propter quòd in omnis malitiæ barathrum præcipites acti sunt) majora non intulisse supplicia, quàm hoc, quod scilicet permiserit illos ad temerè judicandum fieri proclives. *Quemadmodum*, inquit, *eam, quam de Deo rebusque divinis assequi poterant cognitionem, mente complecti & excolere neglexerunt, ita illos Deus in aversam ac planè detestabilem mentem, & omnis veri, probique judicij expertem tradidit.* Justin. ibid. n. 29. Idem quoque sanctus Patriarcha commentando secundùm textum græcum, dictionem illam, *Malignitate*, inquit, hoc verbo denotari *vitium, quo in deteriorem partem omnia accipiuntur.* Ecce igitur, in quosnam excessus ij, qui hac pice coinquinati sunt, deturbentur. Consideranda quoque est dictio illa, *Deo odibiles*, quia Deo exosi sunt, cum divinam ejus usurpantes jurisdictionem, falcem suam in messem alienam immittunt. Unde B. Laurentius Justinianus B. Laur. Just. de vit. sol. c. 3. ait: Quod *alitsona divinæ Sapientiæ tuba Apostolus Paulus exhortetur, dicens: Nolite Fratres mei ante tempus judicare, quoadusque veniat tempus &c. Hoc propterea sanctus ille aiebat, quoniam noverat, quàm facilè de factis alienis conjecturæ judicia fieri. Noverat Deo odiosum esse, mentium proximorum velle secreta scrutari.*

Quanta mala temerarium judicium causet.

4. Considerabilis est quædam D. Chrysostomi commination, quæ ad hoc vitium fugiendum, mentibus & cordibus nostris imprimenda est; Dicit enim: *In die illo magno non solùm de his, quæ peccavimus, sed & de his, ob quæ in alios sententiam tulimus, omnino judicabit nos Deus. Et quod sæpe naturâ leve peccatum est, hoc grave & incondonabile fit, dum peccans alium judicat.* D. Chrysost. T. 5. serm. 17. S. Joannes Climacus Magnus magister spiritus ita scribit: *Quemadmodum superbia etiam sine alio vitio hominem perdere potest, ita judicare, per se jam solum sufficit ad nos funditus perdendos.* S. Joan. Clim. Gr. 12. scal. Parad. B. Dorotheus temerè judicantem, in pœnam hujus transgressionis, auxilijs & gratijs cœlestibus omnino spoliari his verbis docet: *Aliqui nihil adeo provocat Deum ad iram, nihil ita hominem spoliat, & omni præsidio ac virtute denudat, nec non ad summum discrimen adducit, ut proximum judicare & condemnare, & nihili eum ducere.* B. Dorotheus ibid. D. Chrysostomus in caput 7. S. Matthæi scribens, Christum in eradicandis à nobis judicijs temerarijs magnopere solicitum fuisse dicit, quia gravissimam illis comminatur pœnam: *Plurimum*, inquit, *incussit timorem, inexcusabile supplicium comminando atque dicendo: in quo enim judicio judicaveritis, judicabitur de vobis. Non enim illum condemnas, inquit, sed temetipsum profectò condemnas, & facis tibi terribilius esse judicium, cogisque adversum te dignissimum fieri etiam de minimis ultionem.* D. Chrysost. T. 2. hom. 24. vel 23. in c. 7. Matth. Ecce tibi, quod vel maximè à judicijs temerarijs nos retrahere debet, videlicet majori cùm rigore, nos à Deo severissimo judice de nostris peccatis, quantumvis aliàs levibus, examinandos esse. Idem sanctus Doctor in progressu ejusdem homiliæ, idipsum, quod paulo ante advertimus, considerat, videlicet quòd Christus illos, qui ad hoc vitium proclives sunt, reprehendere volens, hypocritarum nomine perstringat: *Hypocrita ejice primùm trabem de oculo tuo. Hic jam iram vult monstrare plurimam*, inquit ille, *quam habet in eos, qui ista committunt. Quotiescumque enim volueris ostendere, aliquod malignum esse peccatum, magnamque etiam propter illud & pœnam, & iram, à conviciis facit correctionis exordium.* Idem quoque memorat idipsum, quod debitori decem millium talentorum accidit, huic enim, quia sodali suo summam illam tenuem condonare noluit, dictum fuit, *Serve nequam;* In quo eodem sensu Christus ex furore iracundiæ eos, qui temere judicant, *hypocritas* appellavit. Matth. 18. v. 32.

Qui judicat alium sibi soli nocet. Isai. 5. v. 20. B. Laur. Just. ibid.

5. B. Laurentius Justinianus Spiritum S. temere judicantibus, his verbis comminarum fuisse dicit: *Væ, qui dicunt malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem & lucem tenebras.* S. Antoninus de hac materia differens damna recenset, quæ sibimetipsi conciliat, qui proximum suum sinistrè judicat, & condemnat: *Per hujusmodi judicium*, inquit, *ladit hominem seipsum; Nam ut dicit Augustinus; de occultis alieni cordis judicare peccatum est. In quo enim alium judicas, ait Apostolus, teipsum condemnas, id est, tibi noces, committendo peccatum, unde punieris. Quantum hoc displiceat Deo, ostenditur per punitionem.* S. Ant. 2. p. hom. Theol. Tit. 3. c. 8. 1. Porro cur Deus temerè judicantibus adeo graviter indignetur, eosque sine remissione castiget, hujus efficacem rationem Didacus Stella his verbis tradit: *Fieri non potest, quin in manus divinæ iræ incidas, quandoquidem tam audax es, ut judicium Dei fureris. Homo quippe videt quæ foris sunt, Deus autem intuetur cor.* Cur Deus hoc vitium tam severè puniat. Did. Stella Luc. 6. D. Chrysostomus ad hoc propositum commemorat, quod Mariæ sorori Moysis accidit, quæ ingenti cum ignominia per totum corpus turpi leprâ percussa fuit, pro qua licet Moyses tanta cum efficacia se interponeret, nullam tamen pro ipsa gratiam consequi potuit; Dicit igitur S. Doctor: *Fratre Deum orante veniam non obtinuit, tametsi illa ipsa esset, quæ sanctum illum olim exposuerat, & pro ejus educatione multa excogitaverat, ut ejus Mater in Alumnam & nutricem assumeretur.* D. Chrysost. T. 5. serm. 17. Neque enim solum Moyses de judicio temerario, quod ipsa adversus illum commiserat, offensus eidem hoc condonavit, verùm etiam pro impetranda illi venia mediatorem se interposuit, licet conatu frustraneo: *Nec Moyses qui tantum populum post recentem illam impietatem precibus obtinuerat, pro sorore supplicans, & veniam petens, placare Deum potuit, sed ab eo valde increpatur, quo discamus & nos, quantum mali sit aliorum judicare vitam.* Num. 12. 10.

6. S. Antoninus de duobus Fratribus, qui servitio Dei cum fervore intenti eremum incolebant, refert, eos ad tantam pervenisse puritatem & perfectionem, ut sæpe unus super capite alterius splendidissimo videret lucis radios, clara supernæ gratiæ indicia. Accidit autem, quòd, dum sancti Patres illius solitudinis, in qua demorabantur, illos inviserent, unus ex duobus hisce Fratribus Monachum quemdam, in die veneris ad horam tertiarum, manducantem conspiciens, illum jejunium, quod tunc haud secus, ac si præceptum fuisset, inviolabile esse censebat, transgressum fuisse temerè judicarit. Qui cum ad cellam suam reverteretur, Frater ejus natu major solitos super caput ejus splendores minimè videns, illum, an conscientia alicujus culpæ illum redargueret, interrogavit, eò quòd nullus super eum lucis radius splendescere conspiceretur. Qui rigidum circa seipsum examen instituens, nihil aliud invenit, præterquam temerarium illud judicium, quod de illo Eremita sibi formaverat. *Intellexit ergo major natu illud temerarium judicium fuisse causam illius subtractionis gratiæ, justam enim causam potuit habere ille solvendi jejunij.* S. Ant. ibid. Probatur exemplo quod judicium temerarii ejus gratiam subtrahat.

7. Viri Bethsamitæ olim tanta cum severitate, subitaneâ morte fuêre puniti, eò quòd per curiositatem non profanam sed devotam potius, arcam Domini fuissent intuiti; *Percussit autem de viris Bethsamitibus, eo quòd vidissent arcam Domini, & percussit de populo 70. viros & quinquaginta millia plebis.* 1. Reg. 6. 19. Sed hæc *omnia in figura contingebant illis.* Unde Didacus Stella ex prædicta historia sequentem deducit moralitatem: *Quantò obscuro secretius est ipsum hominis cor, quàm ipsa arca? Quantò major temeritas, penetralia cordis humani judicare, quàm secreta loca arcæ illius? Maximè igitur tu, qui hunc pessimum morem habes, ut semper alienam vitam inquiras, timere debes, ne in te Dominus mittat similem punitionem, & majorem.* Punitio judicij temerarij. Did. Stella ibid. in Luc. In vita S. Auxentij presbyteri Archimandritæ Bollandus de impio quodam homine refert, quod, cum ab Amico suo rogaretur, ut secum ad S. illum Archimandritam ad recipiendum salutis monitum concederet; *ille diabolico quodam instinctu ab eo altenus non solùm non fuit persuasus, ut iret, sed etiam eum cæpit maledictis incessere & irridere, eum vocans impostorem.* Bolland. T. 2. Febr. 14. Fol. 772. l. 2. c. 14. Cumque nihilominus ambo ad sanctum virum Dei accessissent, ab eodem summa cum charitate accepti fuêre, verumtamen illum qui incredulus erat, ne verbo quidem affatus est, propter quod is abinde recedens *pluribus rusum maledictis B. Auxentium infectatus est, ut, qui gloriæ causâ & non virtutis quidquam faceret.* At verò quamnam hujus suæ temeritatis pœnam retulit? Nimirùm in itinere obvium quemdam filiorum suorum habuit, qui vestem sibi lacerans inconsolabiliter plorabat, à quo cum fletus sui causam interrogaret, neque is eam pandere auderet, tandem Patris importunitate victus dixit, Filiam ejus

ejus fortiter à Dæmone exagitari. *Tunc ille stimulo motus sæviæ, cæpit faciem suam percutere & vellere capillos suos, & magna vel clamare; væ meæ incredulitati.* Cumque ad pœnitentiam reductus, ad S. Virum Dei recurrere, & erroris sui veniam postulare moneretur, hic bona aliorum consilia sequens, subitò Filiam suam à spiritu maligno, se verò ab ejus malignitate liberum esse factum expertus est.

Lib. 1. vitæ S. Philippi Nerij c. 16. Terribile exemplum de temerarie judicante.

8. In vita S. Philippi Nerij scribitur, quod anno 1559. adversùs visitationem septem Ecclesiarum, quas ille instituerat, quasque cum ingenti hominum concursu ad hæc usque tempora feriâ 5. post Dominicam sexagesimæ, ad declinanda Bacchanaliorum pericula, Patres Congregationis, ab eo institutæ, continuare solent, sæva suscitata fuerit persecutio, siquidem arguebant eum, quòd ex superbia, tantâ populi multitudine congregatâ, totius urbis oculos ad se niteretur convertere, crevitque hic persecutionis, strepitus eo usque, ut ad vicarium summi Pontificis in alma Urbe rumor ille tandem pervenerit, qui malevolorum sermonibus permotus, Philippum accersiri jubet & accedentem acrius his verbis objurgat: Non te pudet, inquit, hominem, qui mundi contemptum profiteris, ut auram popularem colligas, tantâ stipatum turbâ per Urbem incedere, tibique his retibus Ecclesiæ dignitates aucupari. At verò quemnam res hæc tandem finem habuit? nimirum Prælatus iste prout ei prædictum fuerat, intra 15. dies miserabiliter mortuus occubuit, sicque persecutio cessavit, sanctique Viri Dei bona & recta intentio omnibus per signa miraculosa, manifesta evasit. Heroicas Davidis Regis actiones alia, quàm Saülis reprobi Filia in sinistram partem interpretari non potuit; Michol enim Regem conjugem suum in processione solemni coram arca saltantem videns, *despexit eum in corde suo*, hisque probrosis verbis & conviciis est aggressa: *Quam gloriosus fuit hodiè Rex Israël, discooperiens se ante ancillas servorum suorum, & nudatus est, quasi se nudetur unus de scurris?* 2. Reg. 6. v. 16. Et tamen constat, quòd omnes SS. Doctores hanc solam Davidis actionem omnibus victorijs & triumphis, ab inimicis suis reportatis, generosiorem esse asserant. Unde celebris est illa Gregorij Magni sententia: *Ego David plus saltantem stupeo, quàm pugnantem.* Ibid. v. 20. Advertendum est autem, quòd subitò condignum, Michol uxorem suam, eum irridentem, exceperit supplicium, siquidem sterilitate punita fuit, qui illo tempore in populo Dei manifestum erat divinæ maledictionis indicium; unde sacer textus postquam finistrum hoc Michol judicium retulisset, confestim subjungit: *Igitur Michol Filiæ Saül non est natus filius usque in diem mortis suæ.* Ibid. v. 23. Porro incomparabiliter major pœna fuit, quæ Ammonitis immissa legitur, ob judicium quoddam finistrum quod de legatis Davidis formaverant, dum eosdem regionis Ammonitarum exploratores esse confuerant. Quid verò Regijs legatis intulerint, notum est omnibus, quia contra jus gentium ministros publicos pessimè tractarunt; David autem licet de mansuetudine sua gloriari non dubitârit, dicendo: *Memento Domine David, & omnis mansuetudinis ejus*, 2. Reg. 12. v. 31. nihilominus adeo atroci pœnâ illos mulctavit, ut atrocior in historijs tam sacris, quàm profanis hactenus numquam lecta fuerit, nec legetur deinceps. Nam Rabat Civitatem destruxit, omnem Madianitarum populum per medium secari, & super carnes, in minutas partes conscissas, currus ferratos agitari, easque tandem in ardentem laterum fornacem conjici imperavit; *Et sic fecit universis civitatibus Filiorum Ammon.* Ibid. v. 31. In prato florido legitur, quod in regno Lusitaniæ, Juvenis quidam fuerit in religione conspicuus, multisque virtutibus dotatus, & orationis exercitio plurimùm deditus, qui tamen ad contemnendum alios, eorumque actiones finistrè dijudicandas, pronus & facilis fuit. Hic igitur post mortem amicis suis apparens dixit, quo tametsi ob conservatam virginitatem multasque effusas lachrymas in salvo esset, nihilominus in purgatorio graviter arderet, ob nimis pronam, alios judicandi & contemnendi consuetudinem. Prat. Floral. p. 2. l. 4. c. 37. Ibid. lib. 2. cap. 10. Alia exempla de hac materia.

9. Idem Author aliud quoddam valde peregrinum narrat vindictæ divinæ in finistrè judicantes exemplum; Sibi namque à multis scriptoribus, quos nominatim specificat, relatum fuisse dicit, quod an verè, ut scribitur, acciderit prudentis lectoris fidei arbitrandum relinquo. Margarita enim, olim Hollandiæ Comitissa, pauperculam quamdam fœminam duobus infantibus, quos uno partu enixa fuerat, onustam videns, eam illos ex adulterio genuisse temerè judicavit, & tamquam adulteram publicè calumniata fuit. Quæ calumniam hanc sibi inustam cum dolore audiens, Comitissæ respondit: Ego tametsi pauper & egena sim, mulier tamen sum boni nominis & honestæ, neque hujus mihi inusti criminis vel minimum conscia, ac proinde Deum obsecro ut ad innocentiæ meæ tutandæ testimonium circa te disponat, ut tot Filios unico partu enitaris, quot sunt dies in anno. Nec diu suspensum est justum Dei judicium, quia in hujus temerarij judicij pœnam post multos menses, trecentos sexaginta quinque filios unico genuit partu, qui omnes vivi simul ab Ottone Episcopo sacri baptismatis undis abluti fuêre. Celebre quoque est, quod S. Gregorius in dialogis suis de Totila recenser, qui S. Crasium, sanctitate insignem, in vultu rubicundum nimis esse cernens, ruborem hunc à nimio vino potato proceditisse judicavit: Deus autem servi sui causam tueri volens, dispositi, ut Dæmon scutiferum ejus ingrederetur, qui cum à S. Episcopo miraculosè à tartareo hoc hospite liberaretur, Totila judicium suum, quod de viro Dei temerè formaverat, agnovit, & damnavit. Abulensis super illa verba Christi apud Matthæum cap. 7. *In quo judicio judicaveritis, judicabimini*, ita scribit: *Deus judicat nos tali judicio, id est tanto, quanto nos judicaverimus, id est, tantum malum nobis infert, quantum nos proximo intulimus*; Cum hac tamen differentia, quòd cum *nos injustè de proximo judicaverimus, Deus econtra justè nos judicet.* S. Greg. l. 2. Dial. c. 6. Matth. 7. 2. Abul. Q. 34. in cap. 7. Matth. Unde dum de alijs sinistrum formamus judicium, meritò nobis timendum erit, ne in Judicio ad sinistram cum damnatis collocemur.

DISCURSUS IV.
ARGUMENTUM.

Qui sinistrè de alijs judicat, injuriam Deo facit, quia ejus jurisdictionem temerè sibi usurpat, cum judicium de rebus occultis ferre ad solum Deum pertineat.

THEMA.

Tu quis es, qui judicas alienum servum? Domino suo stat, aut cadit. Rom. 14. ℣. 4.

Multorum punitio ob temerarium judicium.

1. DAmnata & ab omnibus legibus punita arrogantia est, si quis falem suam in messem alienam mittere præsumat; Qui verò in rebus, à sola intentione & finibus internis dependentibus, alios judicare præsumit, altissimi jurisdictionem sibi usurpat, ad quem solum corda hominum scrutari pertinet. Deus olim in Deuteronomio hoc condidit præceptum: *Nec accipietis cujusquam personam, quia Dei judicium est.* Deut. 1. v. 17. Quo loquendi modo juxta expositionem S. Cyrilli Alexandrini, Deus prohibere voluit, ne quis judicium formet de rebus illis, quæ in mentibus & cordibus hominum occultantur, hoc enim facere, nihil est aliud, quàm jus soli Deo debitum usurpare. *Qui se ad iniquè judicandum exercet*, inquit Idem S. Cyrillus, *Non tantum divinum & altissimum thronum invadit, sed in ipsam ineffabilem gloriam se peccare scit, quæ nisi rectè & justè judicare novit.* S. Cyrill. Alex. S. Bernardinus inquit: *Duo sunt, quæ sibi Deus retinuit, & spectant ad ipsum solum; scilicet gloria & judicium; gloriam meam nemini dabo. Judicium dedit ei Pater facere.* S. Bernardin. T. 4. ser. 28. 2. parte principali. Magna utique & omni severissimo supplicio dignissima arrogantia foret, si subditus aliquis Regi, in Throno sedenti, & diademate regio redimito, sceptrumque in manibus ferenti, coronam & sceptrum violenter eriperet, hoc autem facit omnis ille, qui proximum de occultis cordis sui temere judicat; Audiamus eumdem S. Bernardinum, id clarè his verbis dicentem: *Quando tu judicas; accipis sceptrum de manu Dei, & iste est modus præsumptuosus, & hoc dicit Paulus: Tu quis es, qui judicas alienum servum, quia Domino suo stat, scilicet judicare, si bene vel male facit, quia tibi non est datum judicare, sed potestatibus in hoc mundo per justitiam, & Deo super omnia.* S. Bernardin. ibid.

Judicans temerarie jurisdictionem Dei aggreditur.

2. Imò tametsi peccata aliorum manifestè videamus, habeamusque nobis certò perspectam illorum malitiam, illos tamen judicare vel condemnare nec tunc nobis competit; Nam ut Cajetanus super illa verba apud S. Matthæum: *Nolite judicare*, inquit; *Quamvis cognoscamus personas blasphemas, adulteras &c. Prohibentur tamen privati judicare illas, quia nonnisi usurpato judicio, aut temerè jus decerent illis.* Christus enim judicare alios prohibens, non de judi-

Matth. 7. Cajetanus ibid.

Temerarium judicium est ignominiosum Deo.

cibus à Republica deputatis, sed de personis privatis loqui intendit. *Prohibet enim mala judicij. Primum malum est temeritas, seu usurpatio judicij, Non alloquitur Dominus judices, sed instruit privatos homines.* S. Bernardinus tomo 2. in alio quodam sermone, hanc eamdem tangit injuriam, quæ Deo irrogatur ab ijs, qui ejus jurisdictionem temerè usurpant. *Judicis injuria est*, inquit, *si antè ejus judicium à servo procedat sententia. Sed notandum est, quòd talis judicis usurpatio tantò gravior est, quanto summo judicio judicandi authoritas usurpatur.* Adducitque verba illa Apostoli: *Tu quis es, qui judicas alienum servum?* in quibus verbis Apostolum tria præcipuè tangere observat. *Primò judicantis nihilitatem, dicens: Tu quis es? Id est, cujus authoritatis es, cum nihil à te sis, & vis rapere judicium à Filio Dei, cui dedit Pater judicium facere, quia filius hominis est? Secundò judicantis rapacitatem vel temeritatem, ibi: Qui judicas alienum servum. Exodi secundo: Quis te constituit principem super nos? Tertiò judicantis authoritatem, dicens: Domino suo stat, aut cadit.* Citatque textum illum Apostoli primâ Corinth. 4. *Qui autem judicat me, Dominus est; & superius dixit: Sed neque meipsum judico, quasi dicat: Quanto magis tu, qui interiora mea non nosti?* S. Joannes Climacus præsumptionem & temeritatem alios judicantium vivacius exprimere non poterat, quàm dum ait: *Judicare alterum, est divini honoris, per impudentem rapinam; usurpatio. Condemnare, præsens animæ propriæ est exitium.* Et certè numquid summè impudens præsumptuosus, elatus & reprehensibilis esset, si quis propriâ authoritate, absque eo quòd ad decidendum causas tribunalibus præfectus esset, ad ea judicanda se ultro ingereret, quæ ad supremam Principis sui pertinent jurisdictionem? *Tu autem quis es?* quærit S. Jacobus Apostolus, *qui judicas proximum tuum?* Quasi diceret, quâ ratione tibi veadicare audes judicium, scientiam, discretionem, & experientiam sufficientem, ut infallibile & rectum judicium formare possis?

Rom. 14. 4.

S. Joan. Climac. grad. 10 Scala Parad.

Jacob. 4. v. 13

Pær. Blesens. Epist. 45. Judicium soli Deo competit.

3. Petrus Blesensis inquit: *Nolite hominem criminosè arguere, nolite judicare servum Domini, suo enim Domino stat, aut cadit. Ejus est judicium, qui scrutatur renes & corda, qui scrutatur Jerusalem in lucernis cui cogitatio hominis confitetur. Ei soli relinquatur judicium, cui omne judicium dedit Pater.* Unde prinsquam S. Jacobus prædictam exprobraret arrogantiam volendi judicare illos, qui ad nostram non pertinent jurisdictionem, paulo ante hæc præmiserat verba: *Unus est legislator, & Judex, qui potest perdere & liberare.* S. Basilius exponens verba illa Psalmi: *Scrutans corda & renes, Deus*, modum, quo hæc investigatio intelligenda sit, his verbis declarat: *Scrutatio propriè est, cum omnibus torturis & argumentis inquisitio, quæ à Judicibus adhibetur tortura admonitis, ut, si conscij sunt rerum arcanarum, quæ in quæstione ponitæ sunt, vi tormentorum adacti, eas primum delitescentes, in apertum constituant. Et quidem inquiretur in cogitationes nostras, æquissimi Judicis examine prorsus infallibili.* Hanc autem perscrutationem solus Deus facere potest, utpote cui abstrusissima cordium nostrorum arcana sunt manifesta; Ac proinde idem Basilius monendo subjungit: *Nemo igitur hujus verissimi Judicis prævertat sibi sumere vices, neque ante tempus judicet, donec veniat ipse Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.* S. Ambrosius super verba S. Pauli, in Themate adducti, ita scribit: *Monet illos, ne judicent, cum judicandi sint, & habeant duplex peccatum, sicut ait Dominus: Nolite judicare, ut non judicemini; sed expectate diem judicij Dei. Injuria Judicis est, si ante cognitionem ejus à servo procedat judicium aut sententia.*

Psal. 7. 10.

S. Basil. hom. in Psal. 7.

S. Ambr. in 1. Cor. 4.

4. Injuriam certè facimus Deo, inquit B. Laurentius Justinianus, si id, quod ad solum Deum pertinet, scire præsumamus. *Dei gloriam deprædari videtur, quicumque humanarum mentium assequi arcana perquirere. Ipse soli hominum cogitationes, sicut notæ sunt, ita judicandæ ab illo.* S. Bonaventura rationem assignat, cur alios modico intellectu nostro minimè judicare debeamus, quia videlicet, quâ intentione hoc, quod censurâ nostrâ perstringimus, factum sit, ignoramus. *Sicut enim non videmus aliorum cogitationes, ita nec intentiones eorum, quare hoc vel hoc fiat. Unde quidquid aliquo modo potest excusari, semper ad meliorem partem interpretemur, si voluerimus tranquillum cor nobiscum habere, & cum alijs, & alios non turbare, & Deum non offendere, quia sæpe judicamus malum esse, quod in se non est malum.* Videri quidem nonnemini posset solum nos offendere proximum, dum illum, sine præhabita facti certitudine, sinistro conceptu dijudicamus, & tamen Deus primo omnium loco per hoc offensus esse censetur. *Peccamus enim per temeritatem*, inquit idem Doctor Seraphicus, *usurpando nobis judicia Dei de occultis cordium.* Cum Appelles insignem quamdam publicæ censuræ exposuisset, à se artificiosè depictam tabulam, transiensque sutor de calceo quodam inibi expresso suum ederet judicium, illum non bene factam esse dicendo, Appelles post tabulam delitescens, sutorisque judicium audiens libenter accepit censuram; ast quando etiam ad alios picturæ partes considerandas progressus est, præsumptionem retudit, dicens: *Ne sutor ultra crepidam.* Idem omnino multis accini potest; quamdiu namque de rebus judicant sibi & apud alios manifestatis, & dependentibus à sensibus, excusationi locus esse potest; Ast ubi finem & intentionem pariter internam discutere præsumpserint, singulis exprobari potest dictum Apostoli verbum: *Tu quis es, qui judicas, &c.*

B. Laurent. Justin. de vit. solitar. c. 3. Ratio cur non debeamus judicare proximum.

S. Bonav. T. 7 de prof. relig. l. 1. c. 7.

5. Didacus Stella insignem, super caput sextum Lucæ, ad præsens intentum, nobis doctrinam exhibet, dum ait: *Si solus Dominus corda hominum videt, quid est, quòd officium Domini usurpare vis, qui hominum intentiones novit & judicat? At Dominus honorem suum recuperabit, & in te gravius, quàm tu cogitas, animadvertet.* Quam eamdem de injuria, quam per judicium temerarium, Deo inferimus, rationem in summa sua his verbis assignat S. Antoninus: *Ex judicio hujusmodi suspicioso usurpatur Dei, proprium; Dicitur enim dist. 23. c. erubescant. Occultorum cognitor & judex est Deus, ideo solus habet judicare de occultis, quia solus novit occulta, secundùm illud quod ait Salomon: Tu solus nosti corda Filiorum hominum.* Ut autem inter judicia temeraria & alia discernere valeamus, hanc sequentem idem sanctus in hæc verba assignat regulam: *Cum de his, quæ de se mala non sunt, sed de genere bonorum, ut eleemosynæ, jejunium, & hujusmodi, vel indifferentia, ut comedere, bibere, loqui; & hujusmodi; malitia eorum, id est, quòd sint malefacta, procedat hoc ex mala intentione facientis, & intentio sit occulta, ideo judicans malè de aliquo, usurpat Deo judicium suum, unde valdè superbus & arrogans.*

Remedium contra judicium temerarium.

Didacus Stella in c. 6. Lucæ.

Regula cognoscendi illud.

6. Nec minus accommodè B. Laurentius Justinianus in quodam libello, cui titulus: *De spirituali animæ interitu*, hanc pertractat materiam, dicens; quòd homo virtuosus & sapiens occulta cordium alienorum nequaquam præsumat examinare penetralia, certus, id Deo soli reservatum esse, ideo arrogantiam eorum, qui hoc invitio facties reperiuntur; detestatur in hæc verba: *Hinc quorumdam præsumptuosorum est redarguenda temeritas, qui ne dum proximorum opera discutiant, verùm etiam alieni cordis se faciunt judices. Volunt quippe judicare, quales sint hominum cogitationes, quibus agitentur affectionibus, quâ intentione operentur, quove spiritu moveantur, quod omninò non licet, cum nemo scire valeat, quid agatur in homine, nisi spiritus hominis, qui in illo est, quamdiu persæpe contingat, quòd sibi-ipsi ignotus sit. Dicimus in se tales reflectunt authoritatem, quæ interiorum sola est capax, dum intentionum, cogitationumque abdita penetrare posse se putant. De his legitur sic: Ambulabunt in tenebris, sicut in meridie. Porrò quomodmodion in meridie, ita illi in tenebris ambulare dicendi sunt, qui mentium proximorum profunda consilia, curiosâ investigatione perlustrant. Et ex hoc judicia temeraria contingentes, in nocte ignorantiæ ambulantes, meridiem se aspexisse exultant.*

B. Laur. Justin. l. de Spirit. animæ interitu. Dehortatio ab hoc vitio.

7. *Tu quis es, qui judicas.* B. Dorotheus in quodam sermonum suorum, historiam adducit in vitis Patrum contentam; Ast priusquam eam commemorare incipiat, hæc præmittit verba: *Cur Dei judicium nobis usurpamus? Quid ad nos de creatura ejus? Nonne contremiscere debemus, cum id, quod Magno illi seni accideret, audimus? Qui cum audisset, quemdam ex Fratribus in fornicationem incidisse, dixit; O quam malè egit. An nescitis, quam horrenda res de ipso narratur in libro seniorum? Nam Angelus sanctus animam illius qui peccârat, cum jam ex hac vita migrasset, ad senem hunc detulit, & ait illi? Ecce quem judicasti vita sanctus est; quo igitur animam ejus jubes deferri ad cœlorum regnum, an ad pœnas æternas?* Moxque idem sanctus finem quem Deus

B. Dorotheus serm. 6. Quam grave sit proximum judicare habetur ex historia alicujus Senis.

Deus in seniore hoc, quantumvis sancto, sed ad sinistre judicandum proclivi finem habuit, interpretari satagit, dicens: *Quid quæso aliud innuere sibi volebat Angelicus sermo, quàm hoc? Quoniam tu jam Judex ac censor es justorum, simul & peccatorum, quid fieri jubes de hac misera anima? censesne misericordiâ dignam, an pœnâ, & cruciatu? Quâ quidem horrendâ visione adeò percussus est senex ille sanctissimus, ut reliquum vitæ suæ tempus, in gemitibus, lachrymis, in innumeris erumnis, & laboribus egerit, Deum assiduis precibus fatigans, & pulsans, ut veniam tanti sceleris, & erroris sibi concederet.* Ad pedes itaque Angeli se prosternens, veniam petijt de culpa, moxque ab eodem audijt: Ecce ostendit tibi Deus, quàm grave sit proximum judicare, ne posthac amplius rem hanc commiseris. Quapropter S. Joannes Climacus, ne umquam actionem, quantumcumque apparenter malam, in proximo condemnemus, admonet, dicens: *Tu, si quempiam etiam in extremo spiritu videris peccare, noli tamen condemnare, nam divinum judicium nobis est incognitum.*

S. Joan. Climac. ser. 10. de Scala Parad.

Quam fallax sit judicium temerarium.

Tertull. L. de anima c. 17.

8. *Tu quis es, &c.* Tertullianus, quàm facilè in rebus, quarum ipsimet oculati testes sumus, errare possimus, sequenti docet discursu: *Mendacium visui objicitur, quod remos in aqua inflexos vel infractos assèverat adversus conscientiam integritatis; Quod turrem quadrangulatam de longinquo rotundam persuadeat; Quod cælum tantâ sublimitate suspensum; mari jungat.* Sed ulterius digrediamur ad Isaiam, eamdem ab illo edocendi veritatem, quando de Messia, pro nova lege Evangelicâ prophetizans, inquit; *Et requiescet super eum... spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij, spiritus scientiæ.* Et nihilominus licet per hanc scientiam & sapientiam, secretissimos quosvis cordium humanorum recessus penetrare potuisset, tamen subdit propheta: *Non secundùm visionem oculorum judicabit, neque secundùm auditum auricum audiet; sed judicabit in justitia, ... & arguet in æquitate.* Quæ omnia ad nostram descripta sunt doctrinam, si enim ille juxta judiciales justitiæ terminos, & non secundùm visum vel auditum judicaturum Messiam astruit, quin potius juxta probationes & allegata; Quam nos temerarij erimus, si illud judicare præsumpserimus, quod sensui dumtaxat subjacet, & neutiquam scientiæ certæ & infallibili? Utique si quis S. Ambrosium vultu severo vidisset excandescentem, carnificesque extimulantem ad severæ justitiæ executionem, nec non impudicas in palatio ejus observasset mulieres, Episcopum utraque reputasset infectum maculâ, scilicet lasciviæ & crudelitatis. Et nihilominus injustissimum fuit judicium atque condemnatio, Ut enim Archiepiscopatum Mediolanensem, ad quem vivâ voce proclamatus fuerat, heroicò excuteret, dictas adinvenit methodos, ut suam apud populum bonam opinionem infirmaret; sententiam itaque audiamus atque sequamur S. Bernardini, dicentis: *Temerarium est, propter aliquod opus præsens bonum vel malum, judicare de aliquo, hoc solius est Dei.* Idque ex illo confirmat Apostolico textu: *Scimus enim quoniam judicium Dei est secundùm veritatem*; quod ex tribus probans capitibus, subdit: *Primò, quia ipse solus corda novit. Secundò quia, qui sunt ejus, novit. Tertiò quia mercedem justam retribuit. Judicium enim humanum inficitur & pervertitur multis modis, sed judicium Dei est secundùm veritatem.*

Isai. 11. v. 2.

Ibid. v. 3.

S. Bernard. T. 2. ser. 14. A. 1. c. 3.

Rom. 2. v. 2.

9. D. Chrysostomus non levem nos incurrere culpam, dum proximo quantumvis in mente dumtaxat & corde nostro transgressionem adscribimus, à quia ipse multoties immunis est, incurrere docet, cum ait: *Opus malitiæ implet extremæ, dum falsa proximo opprobria affigit & crimina, & invadit locum Magistri, cum non sit dignus tenere discipuli.* Quin & aliam alibi deordinationem idem attingit sanctus, scilicet quòd authoriate privatâ universale prævenire velimus judicium, ad quod rerum occultarum reservata spectat manifestatio: *Nolite ante tempus judicare, quoadusque, &c. Cur ante tempus invadis Judicis jus? Cur prævenis diem illum terribilem? Vis judex esse? Judica temetipsum.*

D. Chrysost. Hom. 24. vel 23. in Matth.

D. Chrysost. Hom. 42. in Gen.

THEMA.

Nolite ante tempus judicare, quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc, laus erit unicuique à Deo. 1. Cor. 4. ℣. 5.

1. POstquam S. Paulus protestatus fuisset, nihili se facere judicia, quæ de ipso faciebant homines, cum Deus ejus futurus esset Judex, mox Corinthijs infinuat, ne nimium sint in judicando præcipites, priusquam veniat tempus, in quo Deus per adventum suum res manifestabit secretas, occultaque cordium penetralia dilucidabit, quia tunc unicuique laus vera erit; In hac autem tenebrarum caligine, quæ obumbrat mentes nostras quæ ad discernendas intentiones & fines internos operantium pertingere nequeunt, nihil est facilius, quàm quòd judicando decipiamur, & à veritate aberremus. Cum Deus olim Samuelem prophetam in Bethlehem ad domum Isai ablegasset ad consecrandum Regem, qui Sauli successurus erat, nec tamen in specie declarasset ei, quemnam ex filijs Isai speciatim ungere deberet, videns coram se Eliab, qui staturâ altus erat, hunc à Deo electum fuisse sibi persuasit, unde Deum interrogavit propheta: *Num coram Domino est Christus ejus?* Qui respondit servo Dei: *Ne respicias vultum ejus, neque altitudinem staturæ ejus, quoniam abjecit eum, nec juxta intuitum hominis ego judico; homo enim videt ea, quæ parent, Dominus autem intuetur cor.* Quo loquendi modo Deus insinuare nobis voluit, quàm facilè decipiamur, si secundùm externam apparentiam judicare velimus. Cum enim operationis humanæ malitia secundùm actus internos metiri debeat, certum est, quòd hos solus Deus videre & ponderare possit, utpote qui *manifestat consilia cordium*, homo autem nonnisi externa judicare potest.

Quam facilè erret & decipiatur temerarie judicans.

1. Reg. 16. ℣. 6. Ibid. v. 7.

2. Et quidem ne adductam de Saule & Davide egrediamur historiam, in ambobus hisce humanorum judiciorum fallacitas perspicuè videri poterit. Etenim unus illorum post alium jussu Dei ad idem regnum Israëlitarum electus fuit; Satis sequebatur asinas, David oves; Ab eodem quoque Samuele in Reges præconizari & consecrari fuere. Uterque in dignitate illa sublimi enormiter peccavit, fueruntque ad ambos corrigendos missi Prophetæ, ad Saulem quidem Samuel, ad David verò Nathan, & ambo pariter responderunt pœnitendo: *Peccavi*; Quòd si hac in re nobis judicandum esset, crederemus utique ambos fuisse verè pœnitentes, Deumque ambobus pariter sua dimisisse peccata, & tamen certum est Saulem à regno cœli pariter & terræ fuisse reprobatum, nec umquam verè pœnituisse, Davidem verò à Pictate Divina benignè fuisse receptum, qui proinde à Nathan audire meruit: *Dominus quoque transtulit peccatum tuum.* Porro differentiam hanc inter utrumque prædictum Regem nemo hominum, sed solus Deus per spiritum veritatis penetrare potuit, quia, sicut dictum est, *homo videt ea quæ parent, Deus autem intuetur cor.* Unde B. Petrus Damianus ait: *Quid est, nisi quia quod Saul habuit in ore, non fuit in corde? humilitas quæ in ore David exiit, etiam in corde radicavit.*

Fallacitas hujus vitij patet ex sacra scriptura.

1. Reg. 16. ℣. 7.

2. Reg. 12. ℣. 13

3. S. Matthæus scribit, quòd in secunda pretiosi unguenti super caput Salvatoris, effusione a Magdalena facta, *videntes autem discipuli, indignati sunt, dicentes; Ut quid perditio hæc?* Econtra verò S. Joannes solum traditorem de hujus unguenti effusione conquestum fuisse scribit, de alijs verò Discipulis nihil memini; Sed cur ira differenter utrumque Evangelistam hac de re scripsisse existimatis? Cur Joannes solius traditoris mentionem facit? Respondetur, quòd, tametsi forsan alij quoque de Magdalenæ liberalitate obmurmurarint, existimantes ex fine recto & sincera intentione, pretium hoc melius in subsidium pauperum adhiberi potuisse: verumtamen quia Judas ex solo avaritiæ motivo de Magdalenæ liberalitate scandalizabatur, denarium illum burse suæ eripi dolens, ideo Evangelista, cujus calamus à Spiritu S. dirigebatur, idipsum detegere nobis voluit ad nostram instructionem, ut intelligeremus, quòd in ferendo de alijs judicio, primo loco examinanda sit intentio & motivum, ob quod proximi operantur; Certum autem est, quòd hoc solus Deus assequatur & penetret, non verò homines.

Non temere judicare docet nos S. Matthæus. B. Petr. Dam. ser. 2. de S. Andreæ. Matth. 26. v. 8.

Joan. 12. v. 5

4. Bonaventura salutare hoc monitum addit: *Cum non sit commissum alicui, occulta cordis judicare*; di-

S. Bonav. to. 7. in Reg. Nov. c. 12.

ARGUMENTUM.

Facilè proximos nostros judicando decipimur, quia finem & intentionem, ob quam ad operandum moventur, penetrare non possumus.

1. Cor. 4. 5. S. Bon. ibid. de prof. relig. l. 1. c. 1. Quid sit temerariè judicare quando aut quomodo id fiat.

cit *Apostolus* ; *Nolite judicare* , *quoadusque veniat Dominus* , *qui* , *&c. Idcirco numquam te transferas ad alterum judicium vel contemptum.* Idem quoque S. Doctor alibi dixerat : *Judicium temerarium est, quando credo aliquod factum malâ intentione , quod potuit fieri aliâ intentione , cum actio sit indifferens. Et hoc est vitium , quia judicatur cordis intentio , quæ soli Deo est manifesta* , qui dicit Jeremiæ capite 7. *Ego Dominus scrutans corda & probans renes.* B. Laurentius Justinianus super illa verba S. Pauli. *Nolite ante tempus , &c.* adversus illos , qui fines & intentiones illorum qui operantur , perscrutari & penetrare præsumunt, sequens format efficax argumentum : *Noverat Apostolus Deo odiosum esse , mentium proximorum velle secreta rimari. Cæterum qui ad plenum ignorat se atque sui interioris latebras penetrare non valet, quomodo poterit detegere occulta aliorum ?* Idem in eodem capitulo hanc præsumptionem & facilitatem judicandi alios, his verbis detestatur : *Imprudentiæ ac temeritatis signum notissimum est quempiam velle æstimare se scire , quod investigare non licet. Quamobrem audite omnes, qui judicia temeraria agere consuestis , æterni judicis præconem , qualiter vos admonendo coerceat , quâ sententiâ audaciam repercutiat vestram. Quis inquit, hominum scit, quæ sunt hominis , nisi spiritus hominis , qui in illo est ? Quis quæso non erret in judicando occulta proximorum , cum frequentissime fallatur quisque in propriis ?* S. Augustinus in libro quodam, in quo nonnullas explicat propositiones super epistolam ad Romanos, ita scribit : *Quod autem dicit : Tu quis es , qui judicas alienum servum ? ad hoc dicit , ut his rebus , quæ possunt & bono animo fieri & malo , judicium Deo dimittamus, nec audeamus de alterius corde , quod non videmus , ferre sententiam.* Idem S. Doctor in epistola 137. idem repetit monitum ; postquam enim judicium temerarium Zizaniam esse , quam inimicus infernalis mentibus nostris inserit, demonstrasset, subjungit : *Jam vero ne malevolo animo de servis Dei falsa suspicando pereatis, illud Apostolicum recordemini , ubi ait : Nolite ante tempus judicare quidquam , donec veniat tempus, & illuminet, &c. Et item illud quod scriptum est : Quæ manifesta sunt , vobis ; quæ autem occulta sunt , Domino Deo nostro.* Idem quoque exponens in Psalmis à Davide factam petitionem : *Amputa opprobrium meum , quod suspicatus sum , quia judicia tua jucunda* , rationem reddit prærogativæ illius , quâ judicia Dei nostris superexcellunt ; Dicit enim : *Possunt homines videre, quod agimus ; cujus autem rei contemplatione agimus , occultum est ; & ideo datur suspicionibus locus , ut audeat homo judicare de occultis hominum , & falsa plerumque , & si vera , tamen ei incognita temerè suspicari.*

1. Cor. 4. 5. S. Aug. T. 4. L. 1. Dehortatio ab hoc vitio. S. Aug. Epist. 137. Ps. 118. v. 39

Judicium temerarium fugiendum esse docet parabola patrisfamilias. Matt. 13. 28.

5. Apud S. Matthæum Paterfamilias Evangelicus rogabatur à servis, ut liceret ipsis Zizaniam ab inimico bono seminii superseminatam, ex agro evellere ; Qui porro huic eorum petitioni consecutire retulit : *Servi autem dixerant ei ; Vis , imus ,& colligimus ea ? Et ait , Non , ne forte colligentes Zizania , eradicetis simul cum eis & triticum.* Circa quam parabolam bene observandum est , eos , qui hanc malam herbam eradicandi postulabant licentiam , non fuisse Agricolas , qui agrum illum excoluerant , quique proinde germinis tam boni quàm mali aliquam habere potuissent notitiam & discretionem , sed servos , agriculturæ parum peritos , qui facilè errare potuissent , siquidem Zizania hanc habet proprietatem , quòd quoadusque virescit , & germinat in agro , frumento simillima sit , ideoque facilè errare poterant , loco lolij , evellendo frumentum , Quæ *omnia in figura contingebant* , nam ille Paterfamilias , qui incarnatam præfigurabat sapientiam per hoc nobis indicare voluit,quòd ad discernendum frumentum & Zizaniam , necessarium sit expectare messem, id est, novissimum judicij diem, in illo enim apparebit , quid sit Zizania , quid vero frumentum ; *Nolite ante tempus judicare , quoadusque veniat Dominus , &c.* Quamdiu enim Zizania & frumentum in viridi herba consistunt id est , quamdiu in hac vita moramur,fines & intentiones occultas operantium penetrare non possumus, nisi forte dono prophetiæ & discretionis spirituum à Deo dorati simus,sicut multis sanctis id contigisse constat. Optimè igitur monet B. Laurentius Justinianus,inquiens : *ubi opus ambiguum est & quo finis animo , ignoratur , definitum judicium evitandum est , ne efficiatur homo temeritatis sententiæ reus,dum quod rectum est,arbitratur esse obliquum.*

1. Cor. 4. 5. B. Laur. Just. ibid.

Judicium temerarium

6. Philippus Nerius in atrio basilicæ S. Petri in vinculis , primo die Augusti,quando solemnissimum Ecclesiæ illius celebratur festum,haud secus ac si ex nimio vino potato ebrius aut insanus fuisset , publicè coram omnibus saltare cœpit,unde aliqui illum delirum esse existimabant , alij vero id vini nimij sumpti dicebant esse effectum,quia *animalis homo non percipit ea,quæ sunt spiritus* ; Et tamen idipsum ex speciali divini spiritus instinctu faciebat , ut famam , existimationem, & bonorum,quo ab universa Urbe Romana ob sanctitatem suam in deliciis habebatur , reprimeret , seque consilio conformaret Apostoli ; dicentis : *Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc sæculo, stultus fiat, ut sit sapiens.* Ex quo enim sanctus vir Dei,Cardinalium & Pontificum illius temporis erat oraculum , omnesque sapientes & viri sancti ab ejus ore pendebant , omni studio in id connitebatur , ut ab omnibus velut homo insanus & delirus contemneretur. Nonnumquam etiam iracundum se simulans , in verba furoris plena prorumpebat, cùm tamen animo intus tranquillo esset ; Nimirum per hoc ab omnibus aspernari , & tamquam homo multis imperfectionibus obnoxius haberi prætendebat. At verò magnopere decipiebantur illi , qui secundùm exteriorem hanc apparentiam , illum judicabant. Optimè igitur ad propositum nostrum servit illud Augustini documentum : *In disciplina nostra non tam quæritur , utrùm pius animus irascatur , sed quare irascatur ; Nec utrum sit tristis , sed unde ? si tristis , nec utrùm timet , sed quis timeat ? Irasci enim peccanti ut corrigatur, contristari pro afflicto ut liberetur , timere periclitanti ne pereat , nescio utrum quisque sana consideratione reprehendat.* De his igitur & similibus actionibus experientiâ teste , major pars hominum semper quasi sinistrè judicat , inque pejus propender. Ast quis hoc ex levitate & virtutis praxisque defectu promanare nescit ? Dicente Ecclesiastico : *Qui credit cito, levis corde est.*

Pet. de S. Philippo Nerio. 1. Cor. 2. 14. 1. Cor. 3. 18 Eccli. 21. 28. 1. Cor. 4. 5.

7. Ex eodem pulchro , venusto atque odorifero flore mel colligitur suave & salutiferum , nec non venenum amarum & mortiferum. Quæ tanta rei hujus differentia ? forsitan in flore consistit ? Nequaquam ; Sed totum penes animalia , quæ ijs insident ; est discrimen ; Apis mel fugit , aranea verò virus, quia aranea est. Ita quoque homo virtute & charitate præditus omnia,quantumvis apparenter mala, in meliorem interpretatur partem, aut indifferentia reputat , aut judicium suspendit,quia scilicet,ut Apostolus inquit ; *charitas non cogitat malum , diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum* , *etiam peccata* , ut Glossa subnectit. Contra verò cor malignitate plenum semper ad malũ inclinatur , licet actio proximi indifferens sit , dicente scripturâ : *Impij autem replebuntur malo.* Si quis Phinees vidisset , pugione confodientem Principem tribus Simeonis, qualenam formasset judicium,nisi ei constitisset, quòd ensem illum tamquam Justitiæ zeli, honorisque divini vibrasset instrumentum,unde & tantam laudem tantumque retulit præmium ? Ita quoque si quis Christianus Zelosus injuriam Deo factam vindicaturus, colaphum impingat blasphemo & ad aliorum emendationem ; sanè si quis blasphemiam non audierit,neque finem noverit cur alapa inflicta sit , injuriam reputabit à percussore illatam , huncque , qui Dei servus est,malæ vitæ reum arbitrabitur , Ita *pejus fatui facilis in domum proximi.* Ubi singulariter notetis velim illam spiritus S. loquendi circumstantiam , dum eos qui in judicandis proximis faciles sunt , describit. Numquid enim eum, qui in domò proximi dominari gestit , præsumptuose eam ingredi, ludere cum authoritate , judicium dare , sententiare, condemnare,numquid inquam arrogans reputabitur ab omnibus, exspersque judicij ? Ast quantò reprehensibilior foret si Patrem familias, ad quem ingressus est,etiam de rebus occultis & intra remotos secessus mentis ejus recessus, censurare vellet ? *Pejus fatui.* Se irrationalem stultumque monstrat, pertingere præsumens quò nec scit nec pervenire potest. Quandoque solus *Deus manifestat consilia cordium.*

Prov. 12. 22. Eccli. 21. 28. 1. Cor. 4. 5.

8. Apostolus ad præsens pariter institutum loquens fuisse videtur dum ait : *Videmus nunc per speculum in ænigmate,* Ænigma namque definitur *à veritate quædam abditio.* Aliud *palam ostendit , aliud in absondito habet.* Quamdiu igitur in vitæ hujus caligine respiramus,incerti sumus nec finem,aut intentiones hominum penetramus , solus eas Deus videt , ideoque per speculum videmus in ænigmate , contemplantes forinsecus , cujus contrarium delitet interius , propter finem qui rectus est. Si aquam limpidam inspicitis,baculus quantumvis rectus sit & integer , ruptus plicatusque apparebit. Et interim homo qui coram oculis veris

1. Cor. 11. 13 Quamdiu homo vivit nihil potest de internis percipere adeoque nihil judicare,

meris malè operatur , propter rectam intentionem à qua movetur (nec vos eam penetrare potestis) præmium meretur apud Deum, insistrumque vestrum deludit judicium. Quapropter illud Abbatis Machetis , in Cathano repertum amplexemur documentum dicentis : *Etiam ob hoc judicare de alijs est periculum, quod ignoramus vel necessitatem , vel rationem , quâ illi hæc , in quibus offendimus , aut rectè coram Deo aut venialiter agunt, invenimus eos temere judicasse,& admittimus non leve peccatum.*

Cassia. l. 5. c. 30. instit.

9. Celebris est illa apud S. Matthæum de nuptijs parabola , ad quas invitati accedere cum renuissent , servi ex præcepto Domini , omnes quotquot nanciscì poterant, convocarunt bonos & malos , dicente scripturâ : *Congregaverunt omnes , quos invenerunt , bonos & malos.* Ubi scire optarem an Regis illius intentio fuerit, ut mensæ ejus mali etiam homines adhiberent ? minime equidem, prout exitus docuit ; Cur igitur servis non jussit, ut bonos à malis , zizania secernerent à frumento ? Responsio ad hoc dubium eadem est , quam paulo ante allegavimus circa parabolam de Zizanijs. Igitur qui mihi fuerant,servi erant ; Ad Deum autem , in eo Rege figuratum , dumtaxat discernere spectat inter bonos & malos; Ipse namque solus mentes videt & corda. Ast quare servi illi convivam sine veste nuptiali accumbentem non repulerunt ? Cur ipsum , quòd expellendus ; quòd reliquis convivantibus pejus exosus futurus esset non admonuerunt ? Voluit nimirum per hoc docere nos Dominus, quod judicium hominis non ad alium hominem , sed ad ipsum solum spectet , *quoniam Deus judex est* ; Vestis illa Charitatem , virtutum perfectionem , & sanctitatem denotabat ; quam solus videt & discernit Deus. Audiamus hanc de re S. Paschasium, ita loquentem : *Quia malos in conscientia intus intelligere non omnium est , ideò hanc malum solus Deus invenit.* S. Augustinus ad demonstrandum , quàm facile ob defectum hujus notitiæ actuum internorum decipiamur, sequens adducit exemplum practicum : *Si quispiam conquestus de stomacho jejunare noluerit , & tu id non credens , edacitatis vitio tribueris , temere judicabis.* Idem quoque S. Doctor causam hujus temeritatis , ignorantiam esse dicit causarum & motivorum internorum , quibus proximus noster urgetur ad operandum ; *Non ergo reprehendamus ea inquit , quæ nescimus , quo animo fiant.* S. Bernardinus quoque hanc incertitudinem judiciorum alienorum , quæ formamus, ex ignorantia intentionis occultæ oriri observat , inquiens : *Est nobis aliquid dubium ex ignorantia Principis ; Nam principium boni vel mali operis , est intentio vel voluntas , unde cum incertum sit , quo animo , vel quâ intentione opus sit factum ; temerarium judicium præcavere debemus.* Adducitque authoritatem S. Augustini in libro 12. contra Manichæos , dicentis : *Quandoque opus est malum , & voluntas non est mala, sicut cum aliquis hominem inadvertenter occidit. Quandoque insuper opus est bonum , & voluntas est mala , sicut cum quis opus misericordiæ facit eo , sed non pro honore Dei , sed mundi , ut bonus reputetur :* Ecce igitur tibi , quàm facilè errare possimus tam in bono , quàm in malo, dum nimis præcipitanter alios judicamus.

Matth. 22. 10 Quod non sit temerè judicandum docet parabola de nuptijs. S. Bern. T. 2. ser. 14. A. 1. c. 5.

DISCURSUS VI.

ARGUMENTUM.

Quam sint fallacia humana judicia, utpote quæ solum juxta apparentiam exteriorem regulantur, per varia exempla ostenditur.

THEMA.

Nolite judicare secundum faciem , sed justum judicium judicate. Joannis 7. ℣. 24.

Quam sit periculosum temere judicare. Ps. 115. v. 11 Tertull. l. de anima c. 17.

1. QUàm fallax sit hominis judicium,proximum ex specie exteriore judicantis,Salvator noster apud S. Joannem his verbis indicat : *Nolite judicare secundùm faciem , sed rectum judicium judicate.* Porro duo sunt , quæ certa & infallibilia esse novimus ; Primum est quod omnis homo sit mendax : *Omnis homo mendax* , inquit Psalmista. Secundum est quod intentiones & finis , propter quos operantur , quos nos judicamus , attingere minimè valeamus ; Atque ex ambobus hisce capitibus decipimur & ad judicia temeraria procedimus. Quod si nos ipsimet sensus nostri decipiant , quantò magis deludemur ab illo, quod sub sensus nostros minime cadit,sed in corde & mente alterius reconditum latet ? *Auditus fallacia reus*, inquit Tertullianus, *ut cum cœleste murmur putamus , & plausitrum est , vel tonitru meditante pro certo , de plausitro creatmus tonum.*

Quam fallax sit temeritas judicij super paterer duobus pictoribus.

2. Parrhasius & Xeuxes tam experti & famosi pictores sese mutuo egregiè deceperunt , dum unus depictam ab alio uvam esse credidit,quia aves ad illam degustandam advolare vidit : Alius verò picturam a collega factam , cortinâ & velo quodam obductam existimavit, quod fictum dumtaxat & apparens erat. *Interdum aspectus exterorum sinistrum testimonio trahet* , inquit Nemesius , *cum id , quod cernitur , artificio ad fallendum factum fuerit , ut in picturâ ; nam pingendi artis opus est fallere aspectum non veris eminentijs & luminis , si res ejusmodi natura est , ubi opus sit maximè fin. quidem tactum adjicere ; Interdum etiam gustatum & odoratum ut in pomo cerevo.* Isaac , Jacob primogenitum Filium suum Esau esse credidit , licet audiret loquelam & vocem ejus à voce Esau primum differentem & Jacob manibus suis contrectaret ; Qua de re Lyranus ita scribit : *Clarè audiebat , & ad vocem videbatur Jacob , ad tactum Esau ; Verumtamen quia sensus tactus in hominibus certior est , quàm sensus auditus, quia homo in tactu excedit omnia animalia , ut dicitur libro 3. de animalibus : In auditu autem excellitur à multis animalibus , ideo judicavit magis secundùm tactum , quam secundùm auditum* ; Et tamen maximè delusus fuit. Quisquis sacras legit historias , multos inveniet dilectos à Deo & velut Jacob electos ad gloriam , titulumque meruisse Israelis , qui tamen vel ex sensu humilitatis vel propter majorem Dei gloriam coram oculis mundi se tamquam Esau exhibuerunt , id est , maximos se peccatores esse , & æstimari voluerunt.

Idem patet in scriptura sacra de Isaac Gen. 27. Lyran. ibid. In vitis Patr. l. 1 in vit. S. Joan. Eleem. c. 35.

3. In vitis Patrum de Sene quodam sexagenario,& consummatæ perfectionis viro narratur , quod in Alexandriam concedens, omnium celebriorũ mererricum in ea urbe existentium , conscripserit catalogum , & per quotidiani laboris mercedem ad singulas illarum sibi fecerit aditum , datisque illis stipendijs , easdem induxerit,ut per noctes ad suum illas haberet arbitrium. Ipse verò *stabat à vespere in uno angulo cellulæ , ubi dormiebat mulier , psallens & orans pro ea , & mittens genuflectiones usque ad auroram.* Unde meretrices frequentans omni cum studio finè abscondebat rectum , quem in stipendiandis hisce mulieribus habebat , nimirum ne corpora sua prostituerent , iisdemque ne idipsum manifestarent , seriò prohibebat ; Interea verò in urbe Alexandrina malè audiens sinister de vita ejus conceptus quotidiè magis invalescebat , adeo ut illum calumniarentur , in præjudicium quoque aliorum Monachorum , dicentes : *Historia vera verè & ipsi homines sunt ut omnes.* His verò , qui ipsi persuadere conabantur , ut à mulierum istarum familiaritate , quàm malam esse suspicabantur , imò judicabant , subducerèt , respondebat : *Quid vultis ex me ? Numquid judices constituti estis super me à Deo ? Ite , de vobis curam habetote , vos pro me Deo non reddetis rationem. Unus est Judex , & sancta dies judicij , qui singulis reddet secundùm opera eorum.* Tandem apud S. Joannem Elemosynarium Patriarcham accusatus fuit , qui tamen ejus cùm meretricibus initam familiaritatem malam esse numquam sibi persuadere potuit , sicut re ipsa mala non erat,sed sanctissima & planè irreprehensibilis. Convertit enim Vitalius (hoc sensu hujus nomen erat) per continuatam hanc familiaritatem multas meretrices ; Accidit verò , quòd dum matutino tempore domum cujusdam meretricis egrederetur,vir quidam fornicarius eamdem ingrediens , validam illi impegerit alapam , dicendo : *Usquequo pessime illusor Christi , non emendas te ab his negotijs tuis ? Qui dixit ad eum : Crede mihi , accipies alapam à me humili , ut tota Alexandria colligatur ad clamores tuos.* Paulo post verò vir sanctus in cella sua mortuus est , absque eo quod ullus de morte ipsius certior fieret. Interea verò alter quidam Dæmon ad instar Æthiopis , qui illum percusserat , apparens insignem quoque ei colaphum retulit , dicendo : *Suscipe alapam , quam misit tibi Abbas Vitalius, & cadens statim cœpit spumare.* Hæc autem alapa tanto cum rumore à circumstantibus audita fuit, ac si sclopetum explosum fuisset , unde tota illuc concurrit Civitas ; ipse verò serios pœnitentiæ actus exercens , & quia à Spiritu maligno atrociter vexabatur, resipiscens , ad cellam S. Vitalij accurrit,ut liberaretur, ubi & protinus ad solum cellæ illius aspectum, desideratam obtinuit gratiam. Dum verò porta cellulæ aperiretur, sanctum virum Dei, genibus innixum , velut animam expirantem invenerunt,in pavimento autem lege-

Historia vera de ribilis de temerario judicio.

En vitis Patr. c. 23.

legebantur digito inscripta hæc verba : *Vivi Alexandrini, nolite ante tempus aliquid judicare, quoadusque veniat Dominus.*

Alia historia de hac materia.

4. Idem S. Patriarcha, alia quadam vice deceptus fuit, ut fidem adhibuerit accusationibus, quæ coram eo de Monacho quodam deponebantur, qui sæpius cum muliere quadam juvencula per Civitatem incedere visus, fama publica laborare cœpit, ac si ea tamquam concubina sua abuteretur. Sanctus itaque Patriarcha ipsum pariter & juvenculam acerbè fustigatos in carcerem retrudi præceperat, verum eadem nocte pius ille Monachus, ei in somnis apparuit, eique humeros & dorsum lividum ostendens, his verbis cum est affatus ; *Hac una vice erasti ut homo, crede mihi, quia de proximo est vita & mors*, hisque dictis confestim disparuit. Illucescente diluculo, experiri volens, an Monachus, quem in carcerem conjici fecerat, similis esset illi, quem viderat in somno, cum ad se accersiri justit, eumque Monacho, qui sibi apparuerat, simillimum videns, eum Eunuchum mulierem verò Hebræam esse intellexit, quæ in Gaza monachum conveniens, ab ipso in fidei mysteriis instrui,& baptismi lavacro tingi petierat. Insuper dictus Monachus S. Joanni seriatim verba recensuit, quibus hanc sibi ab eo gratiam fieri postulaverat : *Cœpit narrare verbis horribilibus, ut non permitterem pervenire eam ; timens ego judicium Dei, sumpsi eam, æstimans quòd non immittet tentationem Satanas spadonibus.* Illa igitur baptizata, tantam hanc inde conquisivit pecuniam, quæ ad eam in monasterium quoddam colloeandam sufficere poterat. *Cum hæc audisset Patriarcha, dixit : Pape ! Quòt aliorsos servos habet Deus, & nescimus nos humiles ?*

Job. 13. v. 8.

5. Job capite 13. inquit. *Numquid faciem ejus accipitis, & pro Deo judicare nitimini*, quasi diceret, ergone vos solum alterius hominis vultum respiciendo, judicium formare, Deique jurisdictionem vobis usurpare præsumitis, ad quem solum interiora hominis penetrare spectat ? Plinius junior de Domitiano Imperatore ita scribit, quod erat *pallor in corpore, in ore impudentia, multo rubore suffusa.* Unusquisque proinde illum aspiciens, facilè ruborem hunc à verecundia laudabili & virtuosa procedere sibi persuadere potuisset, & tamen falsum fuisset judicium, quia *in ore ejus impudentia* relucebat. Optimè igitur Seneca inquit : *Quidam numquam magis, quam cum erubuerint, timendi sunt, quasi omnem verecundiam effuderint.* Quando igitur signa exteriora tam manifesta, etiam fallacia sunt, quanto magis decipiemur, si fines & intentiones internas, quas discernere non possumus, judicare præsumpserimus ? Neque ad turè judicandum de aliis famæ publicæ confidere possumus, nam & hæc ut plurimùm mendax est, judicantem fallit. *Natura famæ omnibus nota est*, inquit Tertullianus, *vestrum est ; fama, quo non aliud velocius ullum : Cur fama malum ? quia velox ? quia judex ? an quia plurimùm mendax ? quæ ne tunc quidem, cum aliquid veri affert, sine mendacij vitio est, detrahens, adjiciens, demutans de veritate. Quid ? quod ea illi conditio est, ut nuntiet, cum mentitur, perseveret ? Fama, nomen incerti locum non habet, ubi certum est. An verò famæ credat, nisi inconsideratus ? quia sapiens non credit incerto.* Ergone nos in tanti momenti re, qualis est bona fama, bonus conceptus & bona proximi nostri conscientia, fidemus verbo quantumvis publico vulgi,& judicium inde formabimus ? Audite, quid hac de re Tertullianus senserit, cum de fama loquens, ita scribit : *Ita modici seminis vitium cætera rumoris obfecerat, ut nemo recogitet, num primum illud os mendacium seminaverit, quod sæpe fit ; aut ingenio æmulationis aut arbitrio suspicionis, aut non nova, sed ingenita quibusdam mentiendi voluptate.*

Seneca Ep. 11.

Tert. Apol. p. 101.

Matth. 22. v. 10.

6. In illa nuptiarum parabola servi missi leguntur, ut, quotquot reperirent, ad convivium invitarent ? Ubi singulariter notandum textum sacrum in numero plurali dicere, *congregaverunt bonos & malos.* Ast unus dumtaxat, eò quòd veste nuptiali careret, ejectus fuit. Qualiter itaque dicitur *malos* ? Responsio in promptu est, quia scilicet servorum illorum oculus ita quidem judicabat, ast Rex ipsemet unicum dumtaxat exulare justit, quia scilicet alia Dei & alia hominum sunt judicia, qui ordinarie, quod pejus est, cogitamus. Quis tibi persuasisset unquam unicum inter duodecim Apostolos fuisse traditorem, furem, avarum, sacrilegum, & præscitum ? Inter latrones autem in carceribus Hierosolymitanis inclusos unum electum, qui paribus fungeretur Apostolicis, Redemptorem in conspectu Synagogæ, sacerdotum, Pontificum, imò ipsius met defenderet collegij Apostolici, à quo Christus derelictus erat ? Joseph in ætatis flore, singularis adolescens venustatis (quæ ut plurimùm ad voluptates incentivum esse solet) à Domina sua continuò tentatus atque vexatus fuerat ; sed semper inniter, resistente viriliter juvene castitilimo ; si quis autem in manibus Dominæ pallium profugi vidisset Adolescentis, in dubiè sibi persuasisset, eum manus declinare Putipharis, a quo in adulterio deprehensus fuisset ; Et nihilominus turpitlimè aberrasset. Prudentissimè itaque nobis Seneca consulit, dum ait : *Tollenda ex animo suspicio & conjectura, fallacissima instrumenta.*

Seneca l. 2. de ira c. 24. n. 162.

7. *Nolite judicare.* S. Thomas de Villa nova, dum Valentiæ Archiepiscopum ageret, per duos continuos annos fovere, demulcere, & beneficijs afficere non destitit discolum quemdam sacerdotem, pessimorum hominem morum, totiusque scandalum diœcesis ; Qui autem sancti hujus Prælati integritatem ignoratset, similia videns, quale putatis judicium formasset ? Credidisset utique Præsulem ejusdem fuisse furinæ. Et nihilominus omnia hæc, spe lucrandæ & ad pœnitentiam inducendæ animæ, quemadmodum & accidit, operabatur. Neminem risus latet Abrahæ & Saræ conjugis ejus ; Et nihilominus hanc dumtaxat, non verò illum reprehendit Angelus ; undenam hæc differentia, siquidem ex una eademque causa, tantus jubilus atque lætitia utriusque derivabatur ? Ecce vobis rationem, diffidentiam prærendebat Sara, reputans se in senili ista ætate concipere & parere non posse, ideoque ridebat : dicente S. Augustino : *Illius risus, admirationis, & lætitiæ fuit, Saræ dubitationis ; Et ab illo dijudicari potuit, qui corda hominum noverat.* Hic itaque actus internus erat, quem ex instinctu divino manifestavit, reprehenditque Angelus.

Frequens & communis error in quê temere judicans incidit est remedium contra hoc vitium hoc patet in S. Thoma à Villanova.

Gen 18.

Idem patet in sacra scriptura de Abraham & Sara uxore ejus.

S. Aug. q. 30. in Gen.

8. Heli summus Sacerdos Annam, Matrem Samuelis, mulierem sanctam, videratque moventem labia, orationibus fervidis intentam, moxque ebriam esse judicavit. Judæi pariter in die Pentecostes audientes Apostolos, piscatores primitus Idiotas, varijs discurrere linguis, ebrios reputabant, *& irridentes dicebant ; Quia musto pleni sunt isti.* Ignorabant namque, quod Spiritum sanctum cum cœlestium donorum plenitudine recepissent. Ideoque eos redarguit S. Petrus, dicens : *Non enim, sicut vos existimatis, hi ebrij sunt.* O temeritatem maximè sacrilegam, quæ Spiritus sancti effectum musto & ebrietati adscribit ! Iterum contra Christum insurgentes Hebræi, pessima de eodem formabant judicia, dicente Scriptura : *Ecce quidam de Scribis dixerunt intra se ; Hic blasphemat.* Blasphemia profecto hac horribilior dari non poterat, quàm quando Filium Dei eo præcipuè tempore blasphemiæ redarguebant, quando condonabat & remittebat peccata, animasque justificabat. Observandum verò, quomodo Christus judicij temerarij malitiam descripserit, *ut quid*, inquit, *cogitatis mala in cordibus vestris ?* dicit ergo in numero plurali *mala*, quia sicuti in horum Discursuum progressu videbitur, vitium hoc multas in se malitias continet.

1. Reg. 1. Heli summus sacerdos in hoc vitium incidit.

Act. Ap. 2. v. 13. Apostoli in Pentecoste repleti Spiritu judicantur temere,

Ibid. v. 15.

Matth. 9. 3. Christus judicatur blasphemus.

Ibid. v. 4.

9. Quòd si quis S. Abraham Eremitam (cujus admirabilem vitam S. Hieronymus conscripsit, quique tantæ solicitudinis, tamque eminentis sanctitatis vir fuit) equo, militis instar, insidentem conspexisset, quemnam formaturus sibi fuisset conceptum, maximè videndo, quòd tanto cum studio juvenculam quamdam insequeretur, quæ paulo ante pudicitiæ suæ passa fuerat naufragium : *Beatus iste Abraham*, inquit S. Dorotheus, *inimici habitu, ut eam in fugam verteret, utebatur. Venite igitur, admiramini dilectissimi fratres, hanc secundum Abraham. Primus quidem Abraham egressus ad prælium Regum, persecutusque eos, Lot nepotem suum redaxit ; Hic verò secundus Abraham contra Diabolum profectus est ad bellum, ut eo devicto, neptem suam cum majori triumpho revocaret.* Nam sub personato & ementito habitu Neptem suam, quæ quoad castitatem periclitata fuerat, ut eamdem in statum salutis reduceret, insequebatur. Quòd si quis mulierem quamdam rara pulchritudine conspectam omnibusque gemmarum elegantijs, odorum fragrantia, alijsque mundi muliebris illecebris, adornatam, media nocte sub densis tenebris, è Civitate Bethuliæ, ad exercitum bellicum egredientem, videret, illamque in tentorio Holofernis, hominis ebrietati, crapulæ & carnalibus deliderijs dediti, dormientem, Lorinus refert, Græci, Rufinus, & multi interpretes Latini de humanorum judiciorum fallacia exponunt. *Mendaces in stateris ajunt esse ; qui de rebus iniquè judicant, ut decipiant, decipiunt autem, quia decipiuntur* ; Cujus Sapiens hanc rationem assignat, quia non habent scientiam Dei, *qui est scrutans corda, & renes.*

Quomodo Abraham potuerit temere judicari.

Vitæ Patr. l. 1. c. 5.

Judith. 13. v. 20.

Lorin. in Pj. ibid.

2. In Genesi Rebeccæ, mulieris sanctæ, conjugis Isaac Filij Abrahæ, Deoque magnopere accepti, è cujus progenie populus Dei propagandus erat, legimus sterilitatem ; certum verò est, sterilitatem apud populum illum, manifestum fuisse maledictionis indicium ; Ac proinde nullum est dubium, quin varia de illa formata fuerint judicia ab illis ; qui ad omnia in sequiorem partem interpretanda, proclives erant. Audiamus D. Chrysostomum ita scribentem : *Quare cum ipsa & vir ejus, vitæ fuerint eximiæ, sterilis fuit ? non possumus carpere eorum vitam, & dicere, quod sterilitatem illam peccata fuerint operata ; Et ut discas rem miram, non solum ipsa sterilis fuit, sed & mater Justi Sara ; neque mater ejus sola, sed & nurus Rachel uxor Jacob.* Hi omnes apud Deum tantis erant meritis præclari, ut teste Apostolo *ad Hebr. 11. v. 16.* Deus glorianter appellari voluerit : *Deus Abraham, Deus Jacob, Deus Isaac.* Respondet igitur D. Chrysostomus, ex hoc manifestum fieri, omni studio nobis cavendum esse, ne in adversis justorum eventibus ad sinistrè judicandum faciles simus ; quia *multa utiliter Deus dispensat, quorum nos causam nescimus.* Quis enim ad ponderandas infallibilis providentiæ divinæ periodos penetrare præsumat ? Diogenes quemdam, qui de cœlo liberè nimis differebat, interrogavit ? *Quam nuper tu de cœlo venisti ?* Quis nostrum est, qui in secreta divinorum judiciorum penetralia umquam inspexit, ut sinistrè interpretari præsumat id, quod Deus in beneficium alterius per infinitam suam sapientiam disponit ? Paulus vas electionis raptus fuerat in cœlum Empyreum, divina ei secreta revelata erant, quia *raptus in paradisum, audivit arcana verba*, mortis, omniumque creaturarum imperium auctoritativum habebat, & tamen illum in mari inter procellosas tempestates jactatum, ventorumque ludibrium factum fuisse videmus, vix fractum & dissipatum, quo vehebatur ; navigium ad insulam Melitensem appulerat, & ecce in Insulam eamdem exscendens, cum accenso ibidem igne, ad restaurandà frigida corporis membra, vestesque ex aquis madidas, exsiccandas, sarmenta hinc inde colligeret, *vipera à calore cum processisset, invasit manum ejus.* Quod videntes barbari, ejusdem loci incolæ, veri Dei notitia destituti, subitò de S. Paulo temerarium formarunt judicium ; dicit enim facer Textus : *Ut verò viderunt barbari pendentem bestiam de manu ejus, ad invicem dicebant : Utique homicida est homo hic, qui cum evaserit de mari, ultio non sinit eum vivere.* Videntes autem postea, quòd omnis damni expers mansisset, cœperunt inter se concludere, ipsum non hominem, sed Deum quemdam esse. Ecce tibi duo judicia temeraria, adeo inter se distantia, quorum uno ipsum homicidam, altero autem Deum ipsum esse arbitrabantur ; neque hoc mirum est, siquidem S. Lucas eos barbarorum nomine appellat. Quantum verò in primo judicio errarint, ex eo constat, quia Deus per merita hujus Apostoli, omnes secum navigantes è naufragio liberaverat, atque insuper disposuerat, ut hac vipera mediante, insula prædicta in sempiternum privilegiaretur, ut scilicet animalia illa venenosa ibidem nemini nocerent, indeque ad alia loca translata antidota fierent, quibus à similibus venenis sanarentur, & præservarentur. Unde Dionysius Carthusianus inquit : *In judicando de causa erraverunt, non enim in peccati ultionem, sed ad sanctitatis suæ ostensionem, divinæque potestatis declarationem illa res contigit.* Legatur Cornelius à Lapide, qui multa specialissima enumerat beneficia ab Apostolo huic Insulæ collata, quæ omnia facilitatem condemnant, qua à principio tam sinistram homicidæ opinionem de eo formarunt, qui potius illis datus erat, velut instrumentum ad vitam conservandam.

Gen. 25. v. 21. Rebecca mulier Sancta judicatur temere ob sterilitatem.

D. Chrys. Hom. 49. in Gen.

Dan. 13. 41.

Monitio ad hoc vitium fugiendum.

Gen. 31. 32.

Ibid. v. 32.

S. Aug. q. 30. in Gen.

Rup. Abb. l. 7. de Trid. c. 44.

B. Doroth. ser. 6.

Ut non peccemus contra hoc vitium relinquamus omne judicium Dei.

10. Beatus Dorotheus sibi à persona quadam sui sæculi fide dignissima, relatum fuisse refert, quod, cum nauta quidam navigio mancipijs pleno, ad civitatis cujusdam portum, ut mancipia sua in ea divenderet, appulisset, virgo quædam sanctitate celebris in eadem civitate habitans, nauclerum interrogarit, an inter mancipia ejus, puellam quædam esset annis juvencula, omnisque mundanæ malitiæ expers & innocens, hanc enim suo sibi servitio vendicare statuerat. Hic se duas tales habere asserens, unam huic virgini confignavit, aliam vero mulieri cuidam lascivæ & mundanæ, quæ domœdijs agendis operam dando, vitam ducebat. Quam proinde huic confignando, ingenti expositi periculo ; sicut enim prima sub Magisterio & educatione sanctæ illius Virginis, ad vitæ promovebatur sanctitatem, ita secunda pleno cursu agebatur in præcipitium ; Audiamus hac de re Sanct. Dorotheum in hæc verba loquentem : *Considerate mysterium Dei, considerate judicium. Quisnam hujus rei rationem reddere par est ? Quid de horrendo hoc Dei judicio effari possumus ?* Certè necessum est, ut judicium nostrum demittentes, divino judicio substernamus, dicendo : *Bene omnia fecit.*

DISCURSUS VII.

ARGUMENTUM.

Varijs ex eventibus & factis, quam facilè judicando actiones alienas erremus, demonstratur.

THEMA.

Mendaces filij hominum in stateris. Ps. 61. v. 10.

D. Cart. ib.

Temere judicantes plerumque errant & ideo vere dicuntur mendaces.

1. DIvinum nos docet oraculum, homines in alienis actionibus trutinandis esse mendaces, quia rarò vel numquam dicunt, aut judicant verum David porrò hisce verbis præmiserat : *Verumtamen vani filij hominum ... in stateris, ut decipiant ipsi.* Tales enim per judicia temeraria, quæ de alijs formant, revera nos decipiunt ; Imò dum interiora cordium penetrare nequeunt ; non solùm nos decipiunt, sed decipiuntur & ipsi, hanc enim scientiam Deus sibimetipsi reservavit. Et ideo *vani autem sunt omnes homines in quibus non subest scientia Dei.* Quæ verba, ut

Sap. 13. v. 8.

Quam facile possit quis contra hoc vitium impingere provbatur diversis exemplis.

3. Inter alia, à S. Antonio Magno tradita documenta, etiam leguntur sequentia : *Illius quoque admonebat præcepti memores esse, quod dicit de his ; dijudicate vosmetipsos, & probate ; Nolite judicare ante tempus ; magis debere esse Christi, cui soli occulta patent, reservari judicio. Multas esse) ut scriptum est) vias ; quæ videntur hominibus justæ, sed fines earum ad profundum respicere infernis.* Documentum quod hoc vitium fugiendum sit.

In vitis Patr. c. 28.

Act. Apost. 28 v. 4. S. Paulus temere judicatur.

Ibid. v. 5.

pe noſtra non poſſe nos intelligere peccata, ſæpe falli in ratione geſtorum. Aliud eſſe Dei, cuncta cernentis, judicium, qui non ex ſuperficie corporum, ſed ex mentium judicat arcanis. Porro error, quo homines decipiuntur in dijudicandis & ponderandis aliorum actionibus, in eo conſiſtit, quòd menſura, qua illas ponderant, nimium ſit levis & exigua; hæc enim non eſt alia, quàm ignorantia intentionis & finis, ob quem talesactiones factæ fuerunt, cum tamen hic ſolus ſit, qui actiones bonas vel malas reddit. Sanct. Paulus pro nihilo ducebat ab hominibus ſe judicari, quia judicia humana rectè regulari non poſſe ſciebat: *Mihi autem pro nihilo eſt, ut à vobis judicer.* De judicio humano dici poteſt, quod de homine livido & invido in Proverbijs ſcribitur: Videlicet *in ſimilitudinem Arioli & conjectionis aſtimat, quod ignorat.* In vita Sanct. Apoſtolorum Simonis & Judæ legitur, quod quia viliter veſtiti erant, ab omnibus contempti fuerint, propter quod dixerunt: *Sæpe evenit, ut inter ſcrinia aurea, quæque vilia habeantur; & inter viliſſimas capſas, ſint gemmarum pretioſa monilia.* Rex Joſaphat, ut Sanct. Joannes Damaſcenus in vita ejus refert, duo fecit accommodari ſcrinia, quorum unum foris deforme, carioſum, & aſpectu vile, gemmis & lapidibus pretioſis implevit: Alterum verò gemmis diſtinctum, aureisque laminis ornatum, fœtentibus mortuorum oſſibus & cineribus ſcatebat; Deditque fratri ſuo optionem, ut alterutrum ex his eligeret, quod maximè placeret, qui ſubitò capitulum oculo lenocinantem petijt, eaque aperta commiſſum à ſe agnovit errorem; maximè quando alterum oculis quidem vile, intus verò theſauris plenum, licet foris turpe & vile, aſpexit.

In quo conſiſtat error in judicio temerario.

1. Cor. 4. v. 3.

Prov. 23. v. 7.

Sur. ibid.

Quam multi hoc vitio laborant.

4. Quot ſunt hodie, in eoſdem errores incidentes, homines, ab exteriori apparentia, & imaginatione læſa, ſæpe etiam paſſionata, ſeduci ſe permittentes? Sylenes Alcibiadis, imagines erant Numinum & Deorum, quos cæci gentiles venerabantur; erant autem imagines hæ, foris quidem rudes & viles, at verò paterefactæ aurum & gemmas de ſe evibrabant, & neſcio quid divini præ ſe ferebant. Quot ſunt hodie ſervi Dei, qui in conſpectu mundi ſe alijs vulgaribus hominibus ſimiles eſſe demonſtrantes, ab oculis ſe hominum abſcondunt, nullaque apud homines fulgent virtutis opinione, licet in propria conſcientia irreprehenſibiles ſint, & immaculati? *Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore?* Ecce tibi clauſas haſce imagines, at verò mox ut apertæ fuerint, dicetur de illis: *Ecce, quomodo computati ſunt inter Filios Dei,* quis Jacob Patriarcham non extimaſſet à Deo derelictum, quando exul à domo paterna vagabatur, reprobi Eſau ad mortem uſque infeſtabatur perſecutionibus, adeoque anguſtiabatur, ut pro lecto nudam humum cervicali loco ſaxum habens, æris injurijs expoſitus, ſub deciduis pruinis noctem tranſigeret, tantaque affligeretur fame, ut ad ſui ſuſtentationem vix panem haberet? Et tamen hic cœlos ſupra ſe apertos vidit, cum Deus myſtica illum ſcalæ dignatus eſt viſione, per quam aſcendebant, & deſcendebant Angeli. Hic colloquia cum Deo habebat, eique manifeſtum fecit, quòd tunc in majori erat gratia & amicitia Dei poſitus, quantò magis coram oculis humanis videbatur derelictus. Quisquis Eſau audiſſet de fratre ſuo conquerentem: *Juſtè vocatum eſt nomen ejus Jacob, ſupplantavit enim me en altera vice; Primogenita mea ante tulit, & nunc ſecundò ſurripuit benedictionem meam;* utique in favorem ejus judicaſſet; Et nihilominus Abulenſis in eum invehitur, dicens: *Mentitur Eſau in duobus; Primò quia dicit Jacob abſtuliſſe primogenita ſua; tamen non erant ſua, ſed Jacob; cum Deus tranſtuliſſet illa ad Jacob. Secundò quia dicit, quòd Jacob abſtulit, ſed falſum eſt; quia non abſtulit, ſed ipſe gratis vendidit, Jacob autem jus ſuum redemit.* Iterum quando Laban de furto eumdem ſuum generum redarguebat, negavit ipſe, neſcius quod Rachel idola abſtuliſſet; & nihilominus judicium erat temerarium penes ſocerum, prout pluribus rationibus probat Oleaſter, factumque illud à furto eximit, dicens: *Prima, ob ablatam mercedem Marii à Patre; Secunda, ne Pater illorum monitis, per quod iter abyſſent, cognoſceret; Tertia, ut ita Patrem ab Idolatria avocaſſet.*

Gen. 27. 36.

Abul. ibid.

Gen. 31. v. 30.

Oleaſt. ibid.

Quod Petrus & Paulus ab invicem ſepa-

5. Contingit quandoque, homines multa cæteroquin prædictos virtute, contendere invicem, quòd, ubi quis obſervarit, averſionis & antipathiæ rubigi-

rati ſint non propterea judicandi ſunt ut inimici.

nem in corde eorum nidificare ſuſpicabitur; cum tamen nil niſi zelus ſit; quemadmodum apparuit inter Sanctos Petrum & Paulum, inter Abraham & Loth; Opiniones itaque contrariæ erunt, aſt conſentientes; voluntates, id quod in Abraham & Loth ſingulariter advertit Abulenſis, quando illa Scripturæ verba (*diviſi ſunt alteruter à fratre ſuo*) conſiderans, hanc ſeparationis iſtius rationem aſſignat verbis ſequentibus: *Erat ad inſtructionem noſtram, quam principaliter intendit Scriptura, ut non judicemus malum eſſe, quod ſancti viri aliquando ab invicem ſeparati ſunt, neque poſſent ſalva charitate cohabitare.* Diſceſſerunt itaque ab invicem non ex diſcordia, ſed ut tanto magis viverent concordes. Iterum Apoſtoli veſtes deferebant, quas cœleſtis Magiſter ijs conſignaverat, gentilitias dilectionis reciprocæ: *In hoc cognoſcent omnes, quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad invicem;* Et nihilominus SS. Paulum & Barnabam ſeparatos fuiſſe legimus, quod apparenter quidem ex diſſenſione factum fuiſſe videtur, veraciter tamen providentiæ divinæ diſpoſitio erat, ut ſcilicet ſeparati tanto largius in alijs mundi partibus, prædicationem extenderent Evangelij.

Gen. 13. v. 12.

Abul. ibid.

Joan. 13. 35.

Act. Apoſt. 15. v. 39.

6. Alia inter improperia, quibus innocentem Salvatorem maligni onerarunt Phariſæi, illud quoque fuit de Samaritano, quando dicebant: *Samaritanus es tu.* Sed quodnam obſecro eos, ut ſimile quid dicerent, inducere poterat motivum? Equidem quòd talis ſecundùm natales foret Salvator, ei neutiquam imputabant, probè ſcientes, quòd in Nazareth conceptus, educatusque eſſet; præterquam quòd matrem & patrem ejus cognoſcerent putativum; volebant itaque calumniari eum quaſi ſchiſmaticus eſſet, qui erroribus adhæreret Samaritanorum; Et nihilominus novimus omnes, quod portas ipſi civitatis occluſerint in faciem, qua injuria permoti zeloſiſſimi illi duo fratres Jacobus & Joannes ajebant, *vis dicimus, ut ignis deſcendat de cœlo, & conſumat eos?* Quod igitur motivum reprobos induxit, ut judicarent eum Samaritanis communicare? Non aliud ſanè judicio meo, niſi quia illum vice quadam cum muliere Samaritana longùm ſermonem habuiſſe intellexerant; Sed ecce turpiter deluſos; id enim eò ſpectabat, ut ad veri cultus, veræ religionis, verique Dei notitiam reduceretur; adeoque *tantum abeſt*, ut per hoc blaſphemiam meruerit, quin potius propterea ſumma fuerit laude dignus.

Quo modo Chriſtus temere judicatur.

Joan. 8. 14.

Luc. 9. v. 45.

7. In ipſo momento, quo Chriſtus in Calvariæ monte jamjam exſpiraturus erat, hæc ab ejus ore audita ſunt verba: *Eli, Eli, Lamma, Sabacthani, Hoc eſt, Deus meus, Deus meus, ut quid dereliqueſti me?* at verò quomodo maligni Hebræi crudelesque lictores hæc verba fuere interpretati? facex Textus inquit: *Quidam autem illic ſtantes & audientes, dicebant: Eliam vocat iſte.* Forſitan, inquit Hugo Cardinalis, erant ibidem præſentes nonnulli Romani, qui linguam Hebraicam non intelligentes, exiſtimârunt Salvatorem in ſubſidium ſuum vocaſſe Eliam, utpote de quo aliàs ſæpe diſſerverat. Vel etiam idem fortaſſe ſibi perſuaſêre Judæi, eò quòd propter ſtrepitum circumſtantium eum diſtinctè ſatis intelligere non potuerint. Quot mira dicuntur, quæ veritati minimè ſunt conformia, dum differenter narrantur, quam acciderunt, idque ob malignitatem vel ignorantiam referentium, qui illa ſecus interpretantur? ſimiles ſunt hi teſtibus illis, qui ad conſtituendum Chriſtum mortis reum examinati, Chriſtum dixiſſe teſtabantur: *Poſſum deſtruere Templum Dei & poſt triduum reædificare illud*, quod tamen nullo modo dixerat, ſed potius: *Solvite templum hoc & in tribus diebus excitabo illud*, quibus verbis de reſurrectione corporis ſui loquebatur. Unde S. Paſchaſ. inquit: *Templum hoc quaſi digito tangit*; Maligni autem interpretabantur & judicabant, prout illis propria dictabat malignitas. In venerabili Beda doctrinam quamdam invenio (quæ pariter eſt S. Auguſtini in libro 2. *de ſermone Domini in monte* cap. 18.) his verbis traditam: *Non reprehendamus ea, quæ neſcimus, quo animo fiant; neque ita reprehendamus, quæ manifeſta ſunt, ut deſperemus ſanitatem, & vitabimus judicium, de quo nunc dicitur: Nolite judicare, ut non judicetur de vobis. Maximè autem hi judicant temerè de incertis, & facilè reprehendant, quia magis amant vituperare & damnare, quam emendare, & corrigere.* Idem quoque Venerabilis Beda in quadam homilia cauſam aſſignat,

Chriſtus in ipſo agone temere & inique judicatur.

Matth. 27. v. 46.

Ibid. v. 47.

Hug. Card. ibi.

Matt. 26. 61.

Joan. 2. 19.

V. Beda T. 6. ad Rom. 15.

V. Beda in dicat. alterium n. 7.

nat, oh quam in ponderandis per judicium noſtrum, aliorum actionibus toties erramus; Dicit enim: *Bonus homo de bono theſauro cordis ſui, profert bonum, & malus homo de malo theſauro cordis ſui profert malum. Theſaurus cordis intentio eſt cogitationis, ex qua proveniunt operis internus arbiter judicat. Inde ſit plerumque, ut minora bona nonnulli majori cœleſtis gratiæ mercede operentur, videlicet propter intentionem cordis, quâ majora voluerant patrare bona ſi poſſent; & alij majora virtutum opera oſtentantes, ob incuriam cordis tepidi, minora à Domino præmia ſortiantur.* Hæc autem omnia, de quibus Beda loquitur, nemo alius ponderare aut æſtimare poteſt, præterquam Deus, de quo dicitur: *Spirituum ponderator eſt;* Noſter autem intellectus nimis eſt brevis & exiguus, quàm ut illa aſſequatur. *Humanum enim judicium*, ſubdit idem Beda, *ſæpè fallit, quia cor proximi neſcit, niſi ex ore & opere penſare; Dominus autem ipſum opus & ſermones ex cordis radice perpendit.*

In vit. S. Philip. Nerij l. 3. c. 8. n. 7.

8. Theus Guerrius Senenſis, vir valde illuminatus, pietate notiſſimus, S. Philippo Nerio valdè familiaris, maximeque ab eodem æſtimatus, cum ad negotia Romam veniſſet; à S. Philippo hoſpitio exceptus, vidit veſpere S. Virum Dei, una cum quibuſdam Prælatis hilariter admodum ſe gerere, ſimulque riſus miſcere: Quamobrem ratus iſthæc pueriliem redolere levitatem, tentatione actus eſt, num revera tantâ ſanctitate floreret, quantâ vulgus arbitrabatur. At cum mane inſequenti ad S. Virum culpas expiaturus accederet, quam de eo conceperat opinionem, omninò reticuit. Ad quem is: Caveas, inquit; ô Thee, ne fictè ad confeſſionem accedas; culpamque vel leviſſimam humanis de cauſis ſilentio involvas: Et cur, ſubjecit, confeſſus non es, quod heri veſperi de me perperam cogitaſti? Admiratus eſt Theus, remque omnem aperuit; atque hominis ſanctitatem veneratus, altiorem de eo opinionem animo deſixit. Meritò igitur S. Ephrem monet; inquiens: *Verum neque judicemus quemquam, non enim ejus novimus pœnitentiam, neque ſi videntem, aut quid loquentem aſpexerimus, cum nobis exploratum non ſit, quomodo in cella ſua vitam degat, aut cujusmodi erga Deum laborem ſubeat.* Surius in vita S. Severini Archi-Epiſcopi Colonienſis refert, quod Dominus quidam, magnis natalibus oriundus, in die nuptiarum ſuarum ab Angelo quodam, ad ſe ſequendum eum invitante, in eremum quamdam ductus fuerit, in qua vitam per multos annos transegit auſteriſſimam. Huic die quâdam ſcire deſideranti, quale ſibi pro vita hac tam auſtera in cœlo præmium præparatum eſſet, Deus revelavit, eum pari præmio donandum, quo Archi-Epiſcopus Colonienſis. Quare, ut illum ejusque converſationem videret, Coloniam profectus, Sanctum Severinum, in Throno quodam magnifico ſedentem invenit, atque poſt finitam Miſſam unà cum alijs perſonis illuſtribus lautiſſimo convivio accumbere vidit; Tunc Eremita perterritus timere cœpit, ne hactenus ab eo in ſumma auſteritate transacta vita Deo parum grata fuiſſet, utpote pro qua altiori non eſſet præmio donandus, quàm is, quem in ſummâ majeſtate, & delicijs ſedere conſpexerat; Deus igitur, ut ab hoc illum errore liberaret, Angelum quemdam ei ſubmiſit, qui eum moneret, majori ipſum affectu, ſuſpenſe ad cingulum lagunculæ, adhærefcere, quàm Archi-Epiſcopum omnibus dignitatibus & felicitatibus humanis, quibus ipſum propitius mundus locupletare potuiſſet. Porro ex quo S. Ephrem mentionem fecimus, intermittere nequeo, quin id, quod ei cum S. Baſilio Magno accidit, pariter recenſeam; ille enim cum eximio de ſanctitate Baſilij Magni conceptu, ex inſtinctu cœleſti, Cæſaream ſe recipiens, Sanctum hunc Epiſcopum cum non minori apparatu, quàm ſanctum alter ille Severinum, ſolemniter celebrantem invenit; unde hactenus apud ſe de ſanctitate ejus conceptus notabiliter imminutus fuit; Quamvis poſtea ſanctitatem vitæ ejus conſideran, errore depoſito confeſſus fuerit, dicens: *Veraciter Sanctus Baſilius columna ignis, veraciter Spiritus ſanctus loquitur os ejus.*

S. Ephrem T. 2. Paran. 4

Sur. Tom. 1. Jan. vita S. Baſil. M. n. 11.

In vita S. Thom. de Villa Nova.

9. In vita S. Thomæ de Villa Nova Archi-Epiſcopi Valentini, ſcribitur, quod, dum ſibi à ſartore quodam thoracem confici feciſſet, in ſolutione adhibiti laboris tanta cum tenacitate cum illo egerit, ut ille pactionem hanc avaritiæ attribuens, non parum ſcandalizatus ab eo receſſerit. Cum verò filia ejuſdem ſartoris ad annos nubiles pertigiſſet, ut illam honeſto in matrimonio collocaret, ſuaſum ei fuit, ut pro ſubſidio dotis ad Archi-Epiſcopum recurreret, qui modicam ſibi in illo ſpem repoſitam reſpondit, utpote qui illum facultatibus ſuis nimium addictum eſſe probè ſciret, verumtamen conſiderans, quod tentare Archi-Epiſcopi liberalitatem nihil noceret, confectum à ſe memoriale eidem porrexit. Sanctus igitur Præſul, debitis acceptis informationibus, dotem ei dari juſſit; Nocte verò ſequenti cogitavit, non abs re futurum, ſi ultra dotem, quam largitus fuerat, ſummam aliquam ſuperadderet, quare Patrem filiæ ad ſe accerſiri præcepit, quem cum eumdem illum ſartorem eſſe animadverteret, qui ſcandalizatus nuper ab eo cum murmure receſſerat, dixit eidem: Lucrum, quod per parcimoniam ſumptuum, pro ſua perſona impendendorum, reponebat, in nullum alium ordinari finem, quàm ut pauperibus benefacere poſſet, quo reſponſo tacitus temerarium illius judicium condemnavit. Quis non deciperetur; qui videns Aman, ſuper lectum Eſther Reginæ proſtratum, ad tantam eum crederet pervenifſe arrogantiam, ut Reginali pudicitiæ violentiam inferre moliretur, prout Rex Aſſuerus judicavit, & tamen is ſimul cum Rege deciperetur; quia Aman præ nimio dolore in lectum decidit, videns ſe ex favore & gratia Principis ſui deturbatum.

Judicatur temere Aman. Eſther 7. v. 8.

10. Celebris eſt illa S. Ambroſij de S. Theodora, à Tyranno in proſtibulo expoſita, deſcripta Hiſtoria; quid ſi quis vidiſſet ad ſanctam hanc Virginem ingredientem juvenem diſſolutum & militari vitæ addictum, quem ſibi conceptum formaturus fuiſſet? Et tamen audiamus, qualis novellus hic Martyr Dydimus ſanctam hanc Virginem allocutus fuerit. *Frater hac veni*, inquit, *ſalvare animam, non perdere; ſerva me, ut ipſa ſerveris. Quaſi adulter ingreſſus, ſi vis Martyr egredtar. Veſtimenta mutemus, ſume habitum, qui abſcondat fœminam, trade qui confecret Martyrem.* Econtra verò, ſi quis vidiſſet Berſabeam ingredientem domum Davidis Regis tam ſancti, qui ſepties, diem inter & noctem Domino pſallebat, is utique crediſſet eam illuc acceſſiſſe, ut pro negotio quodam valde arduo Regiam haberet audientiam; certè nullus mali quidquam ſuſpicari potuiſſet, & tamen facer Textus inquit, *reverſa eſt in domum ſuam, concepto fœtu.* O quam ſumus ad judicandum faciles, & quam pariter fallaces? *Mendaces filij hominum in ſtateris, ut decipiant.*

S. Ambr. l. 2. de Virg.

2. Reg. 11. v. 5.

DISCURSUS VIII.

ARGUMENTUM.

Sæpe fallitur humanum judicium, quando ſolùm ad ſtatum præteritum reſpicitur, præſens verò & futurus, nec non conſequens emendatio non advertitur, quam proximus tam intus quàm exterius feciſſe potuit.

THEMA.

Sinite utraque creſcere uſque ad meſſem. Matth. 13. v. 30

Parabola de non eradicandis zizanijs ab inimico ſuperſeminatis docet proximum non eſſe judicandum.

1. Ratio, cur Paterfamilias Evangelicus ſervis de eradicandis zizanijs, ab inimico ſuper ſeminatis, ſolicitis, & licentiam eas eradicandi effiagitantibus, conſentire noluerit, hæc præcipuè fuit: *Ne forte colligentes zizania, eradicetis ſimul cum eis & triticum.* At verò quænam fuit ratio timendi, ne ſimul cum zizanijs triticum pariter evellereturs? Ergone miniſtri non habebant oculos, aut adeo ſtolidi erant, ut triticum à lolio diſcernere non poſſent? pro reſponſione ſciendum, finem hujus parabolæ illuc tendere, ut inſtruamur, quod proximos noſtros judicare & condemnare nequaquam debeamus, eo quod ſæpe deludamur, non valentes penetrare ſinem, quo cum operantur; vel etiam quia frequenter accidit, quod, qui jam eſt lolium paulo poſt in conſpectu Dei fiat triticum, nobis id minimè advertentibus. Audite, quàm opportunè ad propoſitum noſtrum hac de re loquatur B. Laurentius Juſtinianus, dicit enim: *Evenire ſæpe cognoſcimus, ut, qui heri nequam fuit, hodie efficiatur bonus, & qui gehennæ filius exiſtimatur, in filiorum Dei ſit numero computatus,* idque per prædictam demonſtrat parabolam, inquiens: *Ad reſecanda itaque temeraria judicia, zizaniorum nobis Dominus in Evangelio parabolam propoſuit, in qua illos compeſcuit, qui ante tempus meſſem illam evellere cupiebant, dicens: ſinite utraque creſcere, ne forte &c. Sic ſane in judicandis proximorum meritis frequentiſſimè contingit, ut damnetur juſtus, accuſetur innocens, & electus à Deo, reprobus exiſtimetur.*

B Laur. Juſt. libello de Spir. anim. interitu.

2. Quando Ananias à Deo Saulum adire jubeba-

tur, utique sibi imaginabatur, se in fauces luporum mittendum esse, ita enim jam ante suis prædixerat: *Matt.10. 16.* *ecce ego mitto vos ... in medio luporum*; Idque sibi persuasum fuisse satis indicat his verbis: *Audivi à multis de viro hoc, quanta mala fecerit sanctis tuis in Jerusalem.* Judicium temerarium patet in conversione S. Pauli. Verumtamen Dominus ad hunc timorem evellendum, indicavit ei, Saulum jam non zizaniam sed electum esse triticum: *Vade*, inquit, *quoniam vas electionis est mihi iste.* Hæcque mutatio in unico momento consummata fuit; unde Rupertus Abbas inquit: *Rup. Abb. l. 4. c. 8. de operib. Spir. Sancti.* *Ubi projectus est in terram Saulus, surrexit Paulus* D. Chrysologus Ananiam dicere voluisse ait: *D. Chrys. ser. 95.* *Domine eradica zizania, quid ad lupum ovis?* Subdit verò idem S. Pater: *Rom. 14. v. 5.* *Cum Ananias videret Saulum, Paulum Dominus tunc videbat; Cum Ananias persecutorem diceret, tunc Dominus prædicatorem sciebat; Et cum ille eum zizania reputaret inferni, Christus eum tamquam vas electionis & triticum in cœlesti horreo jam ponebat.* S. Augustinus Tom. 4. in libro illo, in quo varias Epistolæ ad Romanos examinat propositiones, exponens verba illa S. Pauli: *Alius judicat diem inter diem, alius autem judicat omnem diem*; Inquit: *Non de duobus hominibus mihi videtur dictum, sed de homine, & Deo. Qui enim alternos dies judicat, homo est, potest enim hodie aliud, cras aliud judicare, id est, ut, quemcumque hodie malum, convictum, confessumque damnaverit, cras bonum inveniat, & correctum, vel contra, cum aliquem justum hodie laudaverit, cras inveniat depravatum. Qui autem judicat omnem diem, Deus est, quia non solum, qualis quisque sit, sed etiam qualis omni die futurus sit, novit. Unusquisque ergo in suo intellectu abundet, inquit, id est, quantum humano intellectui, vel unicuique homini concessum est, tantum audeat judicare. Qui sapit, inquit, diem, Domino sapit, id est, quia hoc ipsum ad præsentem diem bene judicat, Domino sapit. Hoc est autem bene judicare ad diem, ut noveris non esse de correctione ejus desperandum in futurum, de cujus culpa manifesta in præsentia judicaberis.* S. Augusti. Tom. 4.

Cur judicium Dei rectum nostrum vero incertum & fallax.

3. Una ex causis, ob quas judicium Dei semper rectum, nostrum verò ut plurimùm est temerarium, vel ad minus incertum & fallibile, hæc est, quia semper ei præsens est æternitas; nostrum verò judicium fallax est, quia in rebus dubijs regulamur ab illo, quod alijs temporibus in proximis nostris videmus, & ab eo pro tempore præsenti deducimus consequentias; At vero hæc Regula sæpissimè fallit, quia ab illo tempore potest quis mutatus fuisse, & quidem hæc emendatio sæpe fit in instanti licet nobis sit ignota. *Job. 14. v. 1.* S. Propheta Job de homine ait: *Homo natus de muliere, ... nunquam in eodem statu permanet.* Unde necessum est considerare humanorum eventuum pariterque mentium nostrarum metamorphosin & instabilitatem. Sic enim pulcherrimus Angelorum de cœlo corruit; homo in statu innocentiæ, justitiâ originali amictus, è Paradiso proscriptus fuit; Judas in Apostolatu factus est traditor & latro; Petrus caput Ecclesiæ, multis perjurijs negavit Christum; David inter Prophetas non solùm adulter, sed & homicida fuit: Ex alia verò parte publicanus Matthæus unico Christi verbo transmutatus est in Apostolum, Zachæus, publicanorum Princeps, hospitio recipere meruit Christum, qui in ejus domum non invitatus ultro se ingessit; Alius quidam publicanus è Templo in domum suam descendit justificatus; Unus latronum, primus fuit hominum visione beatificâ perfructus; Magdalena meretrix publica, in unico momento, Christo desponsari meruit, adeoque impossibile est, ut in judicijs nostris tuti simus. Videbitis sculptorem aliquem, saxum quoddam è fundamentis erutum; quod antea ab omnibus conculcabatur, intra paucos menses adeo expolire, ut ab omnibus in Altaribus adoretur & incensetur. Si tempore S. Augustini vixisses, vidissesque illum per triginta tres annos turpibus carnis voluptatibus operam dantem, & hæreticum Manichæum, eum utique contempsisses tamquam reprobum, deque ejus salute pessimum tibi formasses conceptum, & tamen Deus adeo ipsum Sanctum facere novit, ut, postquam aquis baptismalibus tinctus fuit, illæsam semper conservarit suam innocentiam; *Matt. 3. v. 9.* *Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.* Anastasius Sinaita in quodam sermone de communione inquit: *Anastas. Sinaita T. 1. Biblioth. vet. PP. ex ser. de Sanctæ communione.* *Ita fratrem tuum forte peccantem vides, nescis autem, quis sit ejus vitæ futurus exitus.* Probatque idipsum Judæ Apostoli, & boni latronis exemplo; circa utrumque enim *in exiguo tempore magna rerum commutatio facta est, & latro in regnum & discipulus in pernicium factus est.* Simon Pharisæus Magdalenam fuisse publicam meretricem certò sciebat, nam & talem illam veridicus Spiritus S. calamus his verbis describit: *Et ecce mulier, quæ erat in civitate peccatrix*; Et tamen Simon falsum dixit, deceptus fuit, ejusque judicium ipsum graviter fefellit; quando in tempore præsenti asserebat, *quia peccatrix est*, si dixisset, *Fuit*, verum dixisset; nunc autem quando dicit, *Est*, graviter erravit, siquidem ipsa post excitatos in corde suo ferventes contritionis & Divini amoris actus Sancta evasit; obsrvandum quoque est, S. Lucam non sine mysterio dixisse: *Et ecce mulier, quæ erat in civitate peccatrix*; dicit in tempore præterito, *erat*. Malè autem locutus est Simon Pharisæus, dum ait, *quia peccatrix est*; ex quo enim illas parsis crinibus, & ingenti effuso lachrymarum imbre suspirans & dolens ad pedes Christi veniam postulabat, justum erat, ut pristinum suum de ea mutaret conceptum. Cur igitur illam etiamnum censebat peccatricem? Ratio est, quia judicabat illam secundùm vitam præteritam, minimè considerando mutationem præsentem. S. Joannes Climacus se quoque ad illam reflectens mutationem, quæ in Juda & latrone in brevissimo tempore visa fuit, ita scribit: *Quin & hoc attende, & penitus abstinebis à judicando, si quem videris peccantem; Judas in Collegio discipulorum erat, latro verò in numero homicidarum, & mirandum est, quanta rerum uno momento facta sit conversio.* In vita S. Philippi Nerij (qui corda penetrandi dono pollebat, aliorumque obscœnam impuritatem ex solo sentiebat odore) legitur, quod cuidam malam ejus detexerit conscientiam, dicendo ei, quod pessimum faciei præ se ferret colorem, ad peccatum alludens*, quo coinquinatus erat, hic autem seorsim se subducens, cum in corde suo compunctionis actus excitassent ad præsentiam S. Philippi denuo redijt, cui tunc sanctus vir dixit: Fili vultus tui mutasti colorem, jucundiorem enim refers faciem, quàm antea. Idem S. Climacus ibidem ait: *Vidi, qui palam peccavit & clam pœnituit, & quem ego ut impurum nequam damnaveram, jam apud Deum, temperans & pudicus habebatur, cum per sinceram emendationem Deum sibi propitiasset.* S. Ephrem quoque ita scribit: *Si fratrem peccantem aspexeris, & postero die eumdem videris, ne ipsum ut peccatorem tecum reputes; ignoras enim, an te absente post lapsum benè operatus sit, & suspirijs atque gemitibus Dominum placaverit.*

Luc. 7. v. 37.

S. Joan. Clim. ibid. Grad. 10.

Scal. Parad. Vit. S. Phil. Nerij l. 3. c. 8. n. 28.

S. Joan. Clim. ibid.

S. Ephrem. T. 3. de timore Dei.

4. Apud S. Joannem legimus, Petrum à Christo post ejus resurrectionem, his verbis fuisse interrogatum: *Simon Joannis diligis me plus his? dicit ei, etiam Domine, tu scis, quia amo te*; *dicit ei: Pasce agnos meos.* Sed numquid Petrus idem ille erat, qui eadem septimanâ, adhibitis perjurijs ipsum æpe turpiter negaverat, asserendo se nescire, quis esset? Verissimum quidem hoc est, nihilominus cœlestis Magister nõ solùm ei delictũ suum non improperavit, sed haud secus ac si illud numquam commisisset, summis eum beneficijs affecit, dando ei primam & sublimissimam Ecclesiæ suæ dignitatem, constituendo illum suum in terris vicarium, denique consignando illi gregem istum, quem paulo ante pretiosissimo sanguine suo redemerat, idque quia, ut facer Textus ait: *Egressus foras, flevit amare.* Quod si quis in atrio Caiphæ præsens, hujus Apostoli audivisset perjuria & negationem, credidisset utique Petrum Christi amicitiam numquam fuisse recuperaturum, & tamen paulo post unico benigno obtutu mediante, eum denuo in suam restituit gratiam: *Quia respexit Petrum, & flevit amarè.* S. Paulus ad Ephesios ita scribit: *Et vos cum essetis mortui delictis & peccatis vestris, in quibus aliquando ambulastis, secundum sæculum mundi hujus &c. cum essemus mortui peccatis, convivificavit nos in Christo.*

Joan. 21. 15.

Quod propter lapsum aut peccatum aliquod nullus judicandus sit temere utpote inimicus Dei docet pœnitentia Petri.

Matt. 26. 75.

Ephes. 2. v. 1.

5. Dic sodes, si superioribus temporibus malè viventes, nunc in timore Dei vitam ageremus sanctam, quidnam nobis futurum esset gratius, an ut à proximis nostris judicaremur secundùm statum præsentem, an verò secundùm præteritum? Utique secundùm præsentem judicari mallemus, quomodo S. Paulus de Corinthijs judicavit, dum ait: *Hæc quidem fuistis, sed ablati estis, sed sanctificati estis*; justum est igitur, ut nos quoque idem circa alios faciamus; scilicet ut non judicemus actiones, ab illis superioribus temporibus factas, sed præsentem illorum judicemus emendationem. In parabola de operarijs vineæ, unusquisque nostrum in suis judicijs fuisset deceptus; nam eadem merces ultimis, qui unâ dumtaxat horâ laboraverunt, assignata fuit, quam pactus fuerat paterfamilias cum primis, qui totâ die operati fuerant. Utique quilibet nostrum

Ut judicium nostrum sit rectum non debemus judicare actiones præteritas aut futuras sed præsentes. *1. Cor. 6. v. 11.*

strum id videns, credidisset illos, qui portarunt pondus diei & æstus, majori cum liberalitate fuisse præmiandos, & tamen revera non ita accidit; Imò cum primi de hac diversitate laboris & mercedis identitate lamentarentur, prudens paterfamilias respondit, *Amice, non facio tibi injuriam*, Sciebat enim illos, qui modico tempore laboraverant, laborem suum tanta cum diligentia, affectu & fervore explevisse, ut digni essent pari præmio, quali remunerati fuerant illi, qui per totum diem, pondus laboris sustinuerant; Unde incarnata Sapientia parabolam his verbis includit: *Sic erunt novissimi primi, & primi novissimi.*

Matth. 10. v. 13.

Matt. 20. 16.

6. Petrus Blesensis in Epistola quadam ita scribit: *Deus Deorum Dominus loquetur, & vocabit terram, habensque ventilabrum in manu sua, veniet, ut discernat populum suum. Interim cum Jerosolymis habitat Jebusæus, in horto patrisfamilias simul sunt salsuna & abies, artica & myrtus. Non est nostrum aliquem judicare, novit enim Dominus, qui sunt ejus, cum futuri sint primi novissimi, & novissimi primi, Credo, quod vos præcedet ad vitam, quem novissimum reputatis.* Cui & S. Antoninus subscribit, quando in summa sua ita loquitur: *Pertinet etiam ad temerarium judicium, quod aliquis eum, qui nunc malus est, manifestè velit judicare damnandum, nisi per præsuppositionem, scilicet si perseveret in malo. Potest enim quilibet, quantumcumque malus, converti ad Dominum*, juxta illud S. Leonis Papæ assertum: *Nemo est desperandus, dum est in hoc corpore constitutus.* Dictæ autem temeritatis idem S. Antoninus hanc assignat rationem, dicens: *Hoc enim esset judicare de futuris, quorum cognitio Deo est nota; sed & de præteritis malis proximè quæ novimus, non debemus judicare, scilicet quod perseveret in eis, nisi hoc appareat.*

Petrus Bles. Epist. 45.

Est temerarium judicium aliquem malum judicare damnandum.

S. Antonin. Theol. p. 2. Tit. 3. c. 8. §. 1.

7. S. Joannes Climacus hanc quoque notabilem instituit reflexionem, quod scilicet multi errantes in publico, emendantur occultè, privatamque agunt pœnitentiam, quam dum nos ignoramus, sinistrumque de peccato admisso conceptum retinemus, quod pœnitentia tamen superveniens aboleverat, maximam ijs injuriam inferimus: *Quidam propalam* (inquit ille) *graviter deliquerant, & clam multò majora bona perpetrarunt, & magnopere decepti illi aliorum derisores, qui fumum pro Sole complexi sunt.* Ita Scribæ & Pharisæi mulierem aliquando ad Salvatorem nostrum adduxerunt in adulterio deprehensam, interrogantes: *Magister, hæc mulier modo deprehensa est in adulterio; in lege autem Moyses mandavit nobis hujusmodi lapidare; tu ergo quid dicis?* Sanè Christus jam protestatus fuerat, dicens: *Non veni solvere, legem sed adimplere; Jota unum aut unus apex non præterbit à lege, donec omnia fiant.* Erat Christus honoris æterni Patris sui zelantissimus; offensarumque ei illatarum inimicus; & nihilominus suum in adulteræ hujus punitionem minimè armasse legitur zelum; causamne nostis? nullier illa interiori jam fuerat pœnitentiâ ducta, deque errore suo solebat; Hanc igitur pœnitentiam & emendationem videbat Christus, non Scribæ Ideoque eam ream judicare & condemnare noluit. Notandum autem in præsenti duo sinistra à Pharisæis formata fuisse judicia; primum, quod in conspectu Dei rea esset, quam jam pœnituerat erroris; Secundùm, quod Christus legis posset esse transgressor, ut ex illis liquet Scripturæ verbis: *Hoc autem dicebant, tentantes eum, ut possent accusare.* Circa quem proinde processum ita sermocinatur Chrysologus: *Judicatur hic solus, qui solus judicare noluit, ne puniret; Improba severitate discutitur, qui, ut largiretur veniam, nihil quæsivit, & cum solus innocens invenerit omnes reos, ad judicium pietatis immensæ suscipere maluit, quàm rogare sententiam.*

Joan 8. v. 4. Matth. 1. 17.

D. Chrysol. ser. 49.

8. S. Dorotheus in quodam sermone suo de hac eadem judiciorum temerariorum materia fuse tractans, alia inter monita hoc pariter statuit; *si contigerit, ut defleat & labatur, unde quæso tu nosti, quanta ille pertulerit prius, qua certamine judaverit, aut quanto sanguine maduerit? Fortasse fieri potest, ut error illius coram Deo tamquam justitia reputetur; intuetur enim Deus agonem, & laborem illius, & afflictionem quam pertulit, antequam erroremillum & casum incurrerit, proindeque misereturr & ignoscit. Itaque Deus misretur & veniam illi præstat, tu verò condemnas & animam tuam perdis. Unde quæso tu nosti, quam largas & uberes effuderit ille pro suo delicto lachrymas ante conspectum Domini?* Quam eamdem judiciorum temerariorum, circa facta præterita, Sanctus quoque Bernardinus reprehendit temeritatem, dum ait: *Licet fuerit malus, nunc fortè non est.* Quemadmodum Britius adeo scandalosus, & S. Martino injuriosus; Quis enim præsumpsisset umquam, cum S. Martino, ut Sanctus hic Præsul ipsi prædixerat, in Episcopatu successurum, atque insuper tantæ sanctitatis virum futurum fuisse? Camillus de Lellis à servitio Hospitalis Romani, S. Jacobi incurabilium ejectus fuit, eo quod infirmos male tractaret, eorumque necessitates negligeret; quod si quis vidisset & audisset, utique hanc de ipso opinionem concepisset, eum aliquando in judicio finali maledictionem reportaturum reproborum, & auditurum esse: *Infirmus eram, ... & non visitastis me*, & tamen quantum is fuisset deceptus? siquidem emendavit se, ideoque in idem hospitale receptus fuit, ac tandem religionem clericorum, ministrantium infirmis, instituit. Bene igitur S. Bernardinus ait: *De quo desperamus, subito convertitur, & sit optimus; de quo multum præsumpseramus, deficit & sit malus, nec timor noster certus est, nec amor. Quid sit hodie quisque homo, vix novit ipse homo*; quo fine authoritatem S. Bernardi adducit, dicentis: *Duo sunt, in quibus temerarium judicium cavere debemus, cum incertum est, quo animo sit quid factum, vel cum incertum est, quid futurum sit, qui nunc bonus vel malus apparet.* Præter quæ aliud, non exilis momenti, documentum, idem paulò ante præmiserat S. Bernardinus in hæc verba: *Licet homo tale opus inceperit bonâ vel malâ intentione, tamen in ipso opere perverti & converti potest de bono in malum, & econtra.*

Matt. 25. 43.

S. Bern. ib. A. 1. c. 2. Quamdiu homo vivit est magnus peccator potest se convertere ideoque numquam temere judicandus.

DISCURSUS IX.

ARGUMENTUM.

Priusquam de alijs feramus judicium, maximè quando dubij sumus, veritatem diligenter examinare, & ad credendum bonum potius quàm malum proniores esse debemus.

THEMA.

Die septimo contemplabitur, si obscurior fuerit lepra, & non creverit in cute; mundabit eum, quia scabies est, Levit. 13. v. 6.

1. S. Augustinus hunc majoris Christianorum partis deplorat abusum, quod scilicet præcipitanter adeo in sinistra de proximis prorumpant judicia. *Maxima pars generis humani* (verba sunt dicti S. Præsulis) *indiscreto judicio ad reprehendendum prompta & parata esse probatur; cum tamen non ita velit ab alijs judicari, quomodo vult alios judicare.* Quod abominabile vitium in leprâ præfiguratum fuit, circa quam, talem Deus legitur in Levitico dedisse ordinem, ut scilicet, quando lepra in corpore cujuspiam appareret, ille ad summum sacerdotem Aaron, aut ad filios ejus, ut hi judicium de veritate formarent, adduceretur; deinde modum discernendi atque examinandi eam, priusquam sententia & decisio fieret, ipsâmet quoque præscripsit Increata Sapientia, statuens, ut, si de malo dubium foret, per dies 7. leprosus includeretur, atque interim effectus morbi probarentur; quo spatio elapso si lepra non accrevisset, iterum per 7. alios dies includi debebat; *Rursus recludet eum 7. diebus alijs, & die septimo contemplabitur.* Sanè si Apostolus aliquando admirabundus dixit: *Numquid de bobus cura est Deo?* quid ni & nos astruemus dicentes: *Numquid de lepra cura est Deo?* Igiturne Sapientia Altissimi, *omnia in mensura, numero, & pondere ordinantis* & disponentis, adeo se humiliat atque exinanit, ut summum Sacerdotem modum tam abominabilis morbi edoceat? Ita sanè, quia nimirum lepra illa judicia temeraria, & sinistros quos de proximorum formamus operationibus, præfigurabat conceptus, dicente Oleastro: *Sunt homines, qui ea facilitate alios de malo judicant, ac si quæ in corde eorum sint, eo acumine viderent, quo Deus scrutatur renes & corda, quos locus iste arguere videtur, qui non permittit, sacerdotem, facilè hominem leprosum judicare, sed prius multis diebus includere, judicium suspendere. Quod si Dominus non sinit sacerdotem suam statim de lepra, quam oculis cernit, discernere, quomodo te permittet de cordis malitia proximum temerè judicare?*

S. August. ser. 202. de temp. Judicium temerarium fit plerumque præcipitanter sine inquisitione rei veritatis.

Sap. 11. v. 21.

Oleast. ib.

2. Solicitè proinde Ecclesiasticus nos admonet, ne ullum, nisi præmissa diligenti circa veritatem inquisitione, diffamemus, judicium autem temerarium, licet proximis non pateefaciamus; apud nosmetipsos nihilominus proximum infamar, bonaque

Ecclı. 11. v. 7. Si aliquid de proximis velimus judicare id fiat

eam præmissa diligenti circa veritatem inquisitione.

exuit famâ; Aſt ecce ipſamet Eccleſiaſtici verba: *Priuſquam interroges, ne vituperes quemquam.* Ubi Biblia Regia legunt, *priuſquam exquiras; ne accuſes.* Vatablus autem: *Ne quid reprehendas priuſquam exploraveris.* Ad quod intentum promovendum; quædam D. Chryſoſtomi ſingulariter deſervit obſervatio, quam ſuper illa inſtituit Geneſis verba: Ubi Deus in Pentapolim, ut, ſi clamores atque nefandæ illorum populorum accuſationes veræ eſſent, probaret, ſe

Eccli. 11. v. 7.

Gen. 18. v. 21. D. Chryſ. Hom. 42. in Gen.

deſcenſurum proteſtatus eſt, inquiens: *Deſcendam & videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint.* Circa quæ verba dictus S. Doctor ita diſcurrit: *Docere nos vult, quod opus ſit magnâ diligentiâ, & non audita ſolo peccatores condemnandi ſunt, neque ſententiæ ferendæ, niſi cum probatio præcedat. Audiamus hæc omnes; Non enim ſolum hi, qui pro tribunali ſedent, obſervare hanc legem debent; ſed & mulier unaquam ad nudam accuſationem, proximum condemnet. Idcirco enim & poſt hæc B. Moyſes Spiritu ſancto oſſtatus admonet, dicens: Auditum vanum ne accipias; Et B. Paulus ſcribens, clamabat; Tu autem cur judicas fratrem tuum?* Rupertus Abbas conſiderans, in Sodomam non unum ſed duos Angelos, non ſine myſterio, miſſos fuiſſe, inquit: *Bene duo venerunt, ut in teſtimonio duorum juſtum ſtaret judicium; hoc enim ad illud reſpicit, quod ſupradixerat Dominus; Deſcendam & videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint, an non eſt ita, ut ſciam. Sicut illa idcirco dicta ſunt, ut de inexperta culpa temerariam nemo promat ſententiam.*

Rup. Abb. l. 6. de Trinit. c. 6.

Joſ. 7.

3. In facto Achab (propter quod Deus adeò fuit offenſus, ut totius populi impediverit victorias, donec transgreſſor condignè puniretur) licet Deus transgreſſionis reum nominare & indigitare potuiſſet, Joſue tamen, utpote Duci generali totius populi impoſuit ut ad illum explorandum jacerentur ſortes; voluit quoque ut examinarent primò tribus, poſteà verò familiæ, ac demum cujuſlibet domus perſonæ, & ut reo depreheniò is furtum à ſe commiſſum proprio ore coniteretur; Quæ omnia increata Sapientia fieri voluit, ut temeritatem confunderet humanam, quæ ad judicandum & condemnandum proximum nimis eſt præceps, licet in illo judicio de honore & bona fama illius agatur. S. Bernardinus inter alia judicij temerarij peſtifera germina hoc quoque recenſet, quod ſcilicet *ſententia præcipitetur ante examinationem, & certam diſcuſſionem ipſius veritatis.*

S. Bern. T. 3. ſer. 14. A. 3. c. 2.

4. Regius Propheta David in Pſalmo 7. ait: *Conſumetur nequitia peccatorum, & diriges juſtum, ſcrutans corda, & renes Deus.* At verò quid opus eſt Deo, ut ad dignoſcendam veritatem, corda & renes noſtres ſcrutetur & inveſtiget, quando omnia ipſi ſine hujuſmodi ſcrutatione manifeſta ſunt atque præſentia? Nimirum hoc dixit ad condemnandam præſumptionem & arrogantiam noſtram; quâ ſine indagatione veri ad ſimilrè judicándum illa prorumpimus, quæ ſciré non poſſumus, eo quod aſſequi non valeamus intentionem operantis; & ideo Deus ipſemet oſtendit ſe certo quodam modo laborare; pro inveſtiganda veritate; tametſi hæc ipſi cæteroqui notiſſima ſit. Unde quando ſuperbi illi turrim conati ſunt erigere Babyloniçam, ſacer Chroniſta Deum introducit velut de cœlo deſcendentem ad videndum eam; *Deſcendit autem Dominus*, inquit ſater Textus, *ut videret civitatem & turrim.* Sed quâ ratione deſcendit? utique non eſt factum corporaliter, quia humanitatem, noſtrani nondum aſſumpſerat, neque ſecundùm Divinitatem deſcendere poterat, cum ipſe ſit, qui *cœlum & terram implet*; Et de quo Clemens Alexandrinus, ſcribit, quod *ſit totus oculus, omnia videns, omnia audiens, omnia ſciens.* Philo Hebræus dubium ad noſtram inſtructionem his verbis reſolvit: *Iſti, humano more legiſlator de Deo dixit (quamvis is non humana forma & natura præditus) ſed ad legentium & diſcentium utilitatem. Migratoris motus negaquam Deo convenient, nihilominus tamen dicitur Deus deſcendens videre, qui omnia prius antequam fiant, clariſſimè præviderit, ut doceamur, ne quis homo de abſentibus rebus & incertis putet ſe verum poſſe judicium ferre.* Imò ex ipſis Idololatris homines quoque abjectiſſimi, quales nautæ eſſe ſolent, nos Chriſtianos condemnant, quia tam faciliter ſine ulla demeritorum diſcuſſione alios condemnamus & judicamus. Enimverò propter Jonam furibunda illa in mari exorta fuerat tempeſtas, quæ manifeſtum navi minabatur naufragium, pariterque facultatum & vitæ omnium navigantium jacturam; nec tamen quidquam mali de Propheta opinari præſumpſerunt; Unde priuſquam illum in mare dejicerent, diligenter cauſam ejus examinarunt, ac tandem poſtquam diligenti præmiſſo examine illum ſolum in culpa eſſe deprehendiſſent, cur mare ſuſque deque ageretur, ex hoc ſolùm capite, & ob nullam aliam cauſam, eum reum & culpabilem eſſe cenſuerunt: *Cognoverunt enim viri, quod à facie Domini fugeret, quia indicaverat eis.* Optimum proinde eſt illud D. Chryſoſtomi conſilium, dicentis: *Etſi judiciaria poteſtatis non ſis particeps, attamen judicaſti mente, & peccato te feciſti obnoxium, præſertim, quando nulla demonſtratione audita, ſed ſæpenumero ſola ſuſpicione, & tenui accuſatione condemnas; quapropter B. David clamabat, dicens, detrahentem clam proximo ſuo hunc perſequebar.*

Jon. 1. v. 10.

D. Chryſ. ib.

5. *Si obſcurior fuerit lepra, & non creverit in cute, mundabit eam, quia ſcabies eſt.* Ecce tibi traditum utiliſſimum monitum à quavis anima Chriſtiana meritò practicandum; quamdiu enim lepra in obſcuro eſt & ambiguo, id eſt, quamdiu de malo proximi certi non ſumus, ſed dubij, gradiendum eſt eâ viâ, quæ proximo noſtro melius expedit. Digniſſima namque eſt illa S. Cyrilli Alexandrini ſententia, dicentis: *Gloria & laus Evangelij, rectè judicare.* Hæque doctrina, quâ in dubio potius bonum quàm malum de proximo arbitrari monetur, paſſim à ſacris Doctoribus ſuſtinetur. S. Bonaventura innixus authoritatibus S. Auguſtini, & Venerabilis Bedæ dicit, quod, dum Chriſtus ait; *nolite judicare*; dicere voluerit, quod quoadúſque dubij ſumus, omnia in meliorem partem interpretari debeamus. *Hoc loco*, inquit, *nihil aliud præcipit, niſi ut ea facta, quæ dubium eſt, quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur.* Abulenſis in quæſt. 5. ſuper cap. 7. S. Matthæi, hanc ſtatuit concluſionem: *Debet judicari in dubio potius aliquis eſſe bonus quàm malus, quia magis debemus uti ad bonum quàm ad malum, niſi appareat ratio manifeſta in contrarium.*

In dubijs omnia in meliorem partem interpretanda.

S. Cyrill. Alex. l. 1. in Iſai. Orat. 1.

S. Bonav. ſ. 1. Centiloq. ſect. 10.

Abul. q. 5. in c. 7. Matth.

6. Sanct. Propheta Job quotidie Deo pro filijs ſuis, ſimul per vices epulantibus, offerebat ſacrificia; dicit enim ſacer Textus: *Cum in orbem tranſiſſent dies convivij; mittebat ad eos Job, & ſanctificabat illos, conſurgensque diluculo, offerebat holocauſta pro ſingulis, dicebat enim, ne forte peccaverint filij mei.* Verum enimverò dictio illa *forte* fruſtra poſita nonnemini videri poteſt, tum, quia difficulter fieri poteſt, ut quis ſe in convivijs lautis ab aliqua ſaltem ad minus veniali deordinatione eximere poſſit; Tum quia ipſemet Propheta de ſeipſo dicebat: *Antequam comedam, ſuſpiro*; ſemper enim timebat, ne forte per cibi neceſſitatem furtive ſubingrederetur nimia aliqua cibi complacentia: Tum denique, quia cum filij & filiæ ejus opulentiſſimi, valdeque potentes Orientis Principes erant, utique ſibi invicem lautiſſima præparabant fercula, à quibus vix peccatum abeſſe poteſt; Nam ut Sanct. Gregorius ait: *Nonnulla quippe ſunt vitia, quæ à convivijs aut ſeperari vix poſſunt, aut certè nequaquam poſſunt; pene enim ſemper epulas comitatur voluptas, nam cum corpus in refectionis delectatione reſolvitur, cor ad inane gaudium relaxatur.* Quidnam igitur Sanct. Jobum movit; ut diceret; *Ne forte?* Pro reſponſione obſervandum, quod Spiritus Sanctus innocentem Jobum his epithetis deſcribat: *Vir ſimplex, & rectus, & timens Deum*, homines autem recti, ſimplices, & timorati in dubio exiſtentes, ſemper in partem propendent meliorem, malum autem de alijs judicare non poſſunt, imò ne ſuſpicari quidem. Unde Sanct. Gregorius ait: *Quia verò de alienis cordibus judicare temerè non debemus in Sancti hujus viri verbis agnoſcimus, qui non ait: Quia benedixerant Deum in cordibus ſuis, ſed ne forte benedixerint Deo.* Sanctus Auguſtinus quoque in ſermone quodam hanc nobis tradit doctrinam: *In iſtis ergo, & in his ſimilibus, quæ, utrum bono, an malo animo fiant, ſcire non poſſumus, melius eſt, ut ad partem dexteram noſtram animam declinemus, quam tolerabilius eſt, nos in hoc præjudiciari, ut eos, qui male ſunt, bonos eſſe credamus, quàm ex conſuetudine judicandi etiam de bonis, quod malum eſt, ſuſpicemur.*

Homines ſimplices in meliorè propendent in dubijs partem. Job. 1. v. 5.

Job. 3. v. 24.

S. Greg. l. 25. mor. c. 4.

S. Gregor. l. 1. mor. c. 5.

S. Auguſt. ſer. 102. de Temp.

7. In libro Geneſeos Hiſtoria quædam legitur, quæ multorum Chriſtianorum temeritatem, qui ad credendum ſemper pejus de proximis adeo ſunt proclives, manifeſtè condemnat. Cum enim Abrahám unà cum Sara, raræ pulchritudinis fœmina, uxore ſua Ægyptum ingrederetur, illam ſibi eripiendam

Gen. 12. v. 15.

eam eſſe formidans, eam; ut ſe ſororem, non verò uxorem ſuam appelleret, rogavit. Mox verò ut fama adventus eorum apud Pharaonem innotuit, *ſublata eſt mulier in domum Pharaonis.* Deus autem manum ferulæ adjiciens, Regem illum graviter flagellavit, qui proinde apud Abraham conqueſtus eſt, dicens: *Quam ob cauſam dixiſti eſſe ſororem tuam, ut tollerem eam mihi in uxorem? Nunc igitur ecce Conjux tua, accipe eam, & vade.* Etenim malitia humana id, quod pejus eſt, credere ſemper ſolet; Dum enim peregrinum unà cum muliere elegantis formæ, per diverſoria & hoſpitia vagari conſpicit, ſubitò peſſima quæque de utriſque ſuſpicari incipit; Verumtamen Pharao de Abraha nihil ſiniſtri judicavit, Saram verè ſororem non verè uxorem eſſe credens; ſi enim hoc ſciviſſet, eam neutiquam in Regiam ſuam perduci permiſiſſet. Iſaac pariter unà cum Rebecca conjuge ſua in Gerari appellens, interrogatus, quænam illa eſſet mulier, reſpondit; *Soror mea eſt*; timebat namque mortem, *reputans, ne forte interficerent eum propter illius pulchritudinem.* Accidit autem ut Abimelech Rex Palæſtinæ, die quadam è feneſtra proſpiciens, *vidit eum jocantem cum Rebecca uxore ſua*, qui proinde *accerſito eo ait, perſpicuum eſt, quòd uxor tua ſit.* Videri porro nonnemini poſſet, quòd vir hic barbarus & Idololatra, ab omni lege charitatis alienus, contrarium potius arbitrari debuiſſet, ſcilicet Iſaac fornicarium, Rebeccam verò concubinam ipſius fuiſſe; Et tamen judicio ſuo ad partem inclinavit meliorem; non verò pejorem, inquiens: *Perſpicuum eſt, quod uxor tua ſit.* Ubi Lippomannus ait: *Regis notatur hic probitas, qui non judicabat inceſtum, & integra fama illorum, & honeſta maturitas, non ſinebat tuspiora in ſuſpicionem adduci.*

Gen. 26. v. 8.

Et Abimelech in contrarium.

Ibid. v. 9.

Lippom. ibid.

8. Sanct. Thomas Doctor Angelicus in articulo quodam quærit: *Utrum dubia ſint in meliorem partem interpretanda?* Ratio autem ejus dubitandi hæc eſt, quia judicium de illis rebus formandum eſſe videtur; quæ ut plurimùm accidere ſolent, At verò ipſamet experientia teſtatur, quòd major pars hominum ex depravata & vitioſa natura magis ſemper inclinet ad malum; Unde Scriptura ait: *Omnes declinaverunt; Stultorum infinitus eſt numerus; Senſus enim & cogitatio humani cordis in malum plena ſunt ab adoleſcentia ſua.* Sanctus Thomas autem per rationem efficacem & convincentem, hunc in modum reſpondet: *Poteſt contingere, quod ille, qui in meliorem partem interpretatur, fallatur frequentius, habens bonam opinionem de aliquo malo homine, quàm quod rarius fallatur, habens malam opinionem de aliquo bono; quia ex hoc ſit injuria alicui, non autem ex primo.* Ad hoc tamen propoſitum obſervanda eſt quædam à S. Bonaventura adducta reſponſio, quæ in praxi neceſſaria eſt; ut cum cautela procedamus, gubernemusque nos prudenter, ne noſtram inquinemus conſcientiam; Dicit igitur Seraphicus Doctor: *Eſt differentia inter timorem & ſuſpicionem, temerarium judicium, & juſtum. Timor eſt ſecundùm illam acceptionem, quando nihil mali ſuſpicor de aliquo, timeo tamen, quod malum, quod nondum evenit, poſſit evenire; niſi caveatur; ſicut cum obſirmantur ceris monaſteria, & juvenes prohibentur ab incautis familiaritatibus, non quia malum jam velle præſumuntur, ſed timetur mali occaſio, ſi non præcaveatur. Suſpicio eſt, quando ſine rationabili præſumptione reputo aliquod factum eſſe malum, vel aliquem velle malè facere, & non eſt ita; hoc vitium eſt etiam ſæpè peccatum. Judicium temerarium eſt, quando credo aliquod factum mala intentione, quod potuit & alia fieri, cum actio ſit indifferens.* Optimum proinde eſt illud Sancti Bernardi conſilium: *Cave, alienæ converſationis eſſe aut curioſus explorator, aut temerarius judex; Etſi aut perperam actum quid deprehendas, nec ſic judices proximum, magis autem excuſa. Excuſa intentionem, ſi opus non potes; puta ignorantiam, puta ſubreptionem, puta caſum. Quòd ſi omnem omnino, diſſimulationem rei certitudo recuſat, ſuade nihilominus ipſe tibi, & dicito apud temetipſum, vehemens fuit nimis tentatio. Quid de me illa feciſſet, ſi acceſſiſet in me ſimiliter poteſtatem.*

Quomodò dubia ſint interpretanda.

Pſ. 13. v. 3. Eccle. 1. v. 15. Gen. 8. v. 21. S. Thom. 2. 2. q. 60. A. 4.

S. Bonav. T. 7. de prof. relig. l. 1. c. 1.

S. Bern. ſer. 40. in Cant.

9. Cum Chriſtus in ultima cœna collegio Apoſtolico, unum ex ipſis ſe traditurum eſſe in mortem prædixiſſet, *aſpiciebant ergo ad invicem Diſcipuli, hæſitantes, de quo diceret.* Quia verò Sanct. Joannes, utpote dilectiſſimus Chriſti diſcipulus, capite ſuo ſuper pectus ejus reclinaret, Sanct. Petrus cupidus ſciendi, quisnam ſacrilegus ille Apoſtata eſſet ad eum modeſtè accedens rogavit, ut traditorem hunc

Licet Apoſtoli indtitium haberent quis traditor eſſet attamen de Juda malum ſuſpicati non ſunt.

à Chriſto manifeſtari ſibi peteret. Tuncque cœleſtis Magiſter evidens expreſſit ſignum, unde dignoſci poſſet, dicendo: *Ille eſt, cui ego intinctum panem porrexero, & cum intinxiſſet panem, dedit Judæ Simonis Iſcariotæ, & poſt buccellam introivit in eum Satanas, & dixit ei Jeſus, quod facis, fac citius.* Ex quibus omnibus ſignis ſimul collectis, ſi vel módicum ad illa ſe reflexiſſent, in notitiam traditoris facilè pervenire potuiſſent; & tamen ſacer Textus (cujus idem Sanct. Joannes, qui ibidem præſens adfuerat, Scriptor fuit) inquit: *Quidam putabant, quia locutus habebat Judas, quòd dixiſſet ei Jeſus; Eme ea, quæ opus ſunt nobis ad diem feſtum, aut egenis ut aliquid daret;* Nullus mali quidpiam de ullo collegium ſuſpicari poterat, licet tam manifeſta conjecturæ indicia haberent; Nec mirum, quia Chriſtus in illa nocte charitatem & dilectionem reciprocam maximopere commendaverat, *charitas autem non cogitat malum.* Audiamus Sanct. Cyrillum Alexandrinum; ſuper hanc hiſtoriam ità ſcribentem: *Admirari in his oportet, & pietatem in Chriſtum, & religionem diſcipulorum; nam cum neque conſcij ſibi eſſent, neque conjecturis dare ſe vellent, per Petrum, qui omnibus præerat, interrogare maluerant.* Quod verò hac in re maximam admirationem meretur, eſt, quod etiam poſtquam, quiſnam traditor ille eſſet, ſciverunt, nullus illorum fuerit, qui illum reprehenderet, teneret, vel impediret, quaſi ſcelus tam enorme de ipſo perſuadere ſibi minimè poſſent.

Joan. 13. v. 26.

S. Cyrill. Alex. l. 9. c. 13. in Joan.

DISCURSUS X.

ARGUMENTUM.

Juſtorum proprium eſt, malum de alijs non credere, virtus enim charitatis alienarum imperfectionum reatus cooperit, diſſimulat, ijs compatitur, etiquè alienis ſuperior defectibus.

THEMA.

Si verò utique juſtitiam loquimini, recta judicate filij hominum, Pſ. 57. v. 1.

1. PSalmiſta his verbis monet, ut, ſi quis ſit homo virtute & conſcientia recta præditus, idipſum, bene & rectè de proximis judicando, demonſtret: *Si verò utique juſtitiam loquimini, recta judicate.* Quapropter B. Laurentius Juſtinianus nos admonet, dicens: *A cordibus famulantium Chriſto, proximorum ſunt refecanda judicia, quæ commaculant puritatem animæ, interioremque perturbant oculum.* Quemadmodum enim vel minima palea oculum obfuſcat & obtenebrat, ita ſiniſtra de proximo ſuſpicio æſtimationem, quam de eo habere, affectumque, quo eum proſequi deberemus, diminuit; Aſt animæ juſtæ oculum illum clarum conſervare ſtudent, de quo dicitur apud Matthæum: *Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit.*

Charitas aperit aliorum defectus.

B. Laur. Juſt. l. de vit. ſolit. c. 3.

Matth. 6. v. 22.

2. Conſiderabilis admodum eſt illa Geneſeos Hiſtoria, ubi Abraham, poſtquam in Mambre tres illos Angelos hoſpitio excepiſſet, ſe ijs ad demonſtrandam viam aſſociaſſe legitur; quo tempore Deus ſupplicium, quo quinque infames civitates abolere ſtatuerat, manifeſtavit; Moxque Abraham peſſimam illius populi vitam ſe ignorare adeo conſtanter aſſeruit; ut multos etiam virtute & perfectione inſignes inibi demorari crederet, inquiens: *Numquid perdes juſtum cum impio? Si fuerint quinquaginta juſti in civitate, peribunt ſimul?* Et nihilominus ne quidem decem juſtos reperire erat; quin potius fœtor peccatorum nefandorum gentis illius uſque ad Empyreum aſcenderat; *Clamor Sodomorum ... multiplicatus eſt;* Quantò igitur magis ad Mambre, vicinum ad pauca milliaria locum; pertigiſſe debuerat, præſertim cum verſimile ſit, mutuum inter habitatores utriuſque loci viguiſſe commercium. Imò bonum adeo de Sodoma conceptum formabat Abraham ut non in plurali (*cum impijs*) ſed in numero ſingulari malos deſignaret, dicens: *Namquid perdes juſtum cum impio?* maximam Patriarcha ille ſervorum habebat familiam 308. Adeoque de peſſimis populorum illorum poterat informatus eſſe moribus; Dubium nobis accommodè reſolvit Procopius, dum ait: *Juſtus cum foret, & cæteros juſtos eſſe credebat, quisque enim in ſuo ingenio etiam alios judicat.*

Gen. 18. Præclarum hujus exemplum habemus in Abrahám circa Sodomitas.

Gen. 18. v. 23.

Ibid. v. 24.

Ibid. v. 26.

Procopius ib.

3. Dum populus Dei in ſervitute degeret Madia-

Innocentes etiam alios tales esse judicant.

nitica ; Angelus de cœlo ad Gedeonem descendens, eum in hæc legitur salutasse verba : *Dominus tecum virorum fortissime* ; Cui mox Heros ille : *Si Dominus nobiscum est, cur apprehenderunt nos hæc omnia ?* Ubi notandum, Angelum in numero singulari ad Gedeonem dixisse : *Dominus tecum* q. d. tu es Deo gratus, atque acceptus non populus ille ; Et nihilominus Gedeon, dum reliquos omnes ejusdem secum perfectionis, rectique cultores esse arbitraretur, respondit in plurali : *Si Dominus nobiscum est* ; Nec mirum, quia ut Theodoretus inquit : *Enimverò consuetudo est boni animi & innocentis, ut etiam alios ab iniquitate procul esse credat, à qua se noverit esse immunem.* Nec minus efficaciter idem promovet intentum Historia Josue ; Hebræis namque per gloriosas victorias Palæstinam sibi subjugantibus, Gabaonitæ excidium suum præ-

Judith. 6. v. 13.

Theodoret. ib.

videntes, per notissimum omnibus stratagema, supplantarunt Josue ; cumque eo fœdus pepigerunt, non obstante, quod Israëlitis præcepisset Deus, ut nulli parcerent terræ illius habitatori. Circa quod factum interrogaverit meritò quisquam, an non Josue tamquam prudens expertusque Capitaneus de aliqua fraude suspicari poterat ? Sed Sanct. Ambrosius ejus partes defendendas suscipiens, in hæc respondet verba : *Quia adhuc erat ignarus locorum, & incolarum inscius, non cognovit fraudes eorum, neque Dominum interrogavit, sed citò credidit.* Non ex levitate, sed ex virtute talis promanavit credulitas, prout idem Sanct. Doctor in hæc

S. *Ambr. l. 11. de officijs c. 10.*

porro attestatur verba : *Adeo Sancta erat illis temporibus fides, ut fallere aliquos posse non crederetur. Quis hoc reprehendat in Sanctis, qui exteros de suo affectu æstimant, & quia ipsis amica est veritas, mentiri neminem putant ; fallere quid sit, ignorant ; credunt, quod ipsi sunt ; nec possint suspectum habere, quod non sunt.* Ita

Petr. Bles. ser. 45.

Petrus Blesensis Reginaldum excusat Episcopum, & cooperatorem, conscimumque mortis negat fuisse Sancti Thomæ Cantuariensis, dicens : Quod si verbis aut factis in illa participarit, id torum per ignorantiam fecerit ; Et exinde conceptum sinistrum, qui aliquando de hominibus Sanctis formatur, innocentiæ & candori eorum minimè præjudicare ostendenti, quia scilicet homines timorati atque pij probè norunt, justos ut plurimùm calumnijs appeti & persecutionibus impiorum.

Cur F. Bernardus de Quintavalle habuerit oculos scintillantes instar stellarum.

4. Frater Bernardus de Quintavalle, Sancti Francisci socius, scintillantes duarum instar stellarum habebat oculos; Perque divinam revelationem intellexit frater Leo ; *Ideo esse ejus oculos radiantes quod, quidquid viderit, semper in meliorem partem interpretaretur, & neminem aspiceret, quem se meliorem non judicaret.* Unde si quem pauperculâ opertum videbat veste, dicebat intra se : *Hic patientius paupertatem tolerat, quàm tu Bernarde* ; si pretiosam videbat chlamydem ; *Hic fortè sub veste delicata melior est, quamtu sub tunica rudi Bernarde.*

Marc. 7. v. 37. Justi ex uno opere Virtuoso judicant reliqua etiam esse talia.

5. Postquam Salvator vice quâdam loquelam auditumque muto & surdo cuidam restituisset, circumstantes acclamarunt, dicentes : *Bene omnia fecit ; Et surdos fecit audire, & mutos loqui.* Aft si Christus in præsentia illorum unicum dumtaxat fuerat operatus miraculum, qualiter inde intulerunt pojuli, quòd cuncta bene operatus fuisset : *Bene enim omnia fecit* ? Gratitudinem obstupescatis populi, intusamque ijs divinitus notitiam : *Quamvis eis præciperet, tamen magis plus prædicabant, & eò amplius admirabantur.* Populi namque illi justas denotabant animas, quarum proprium est, vel ex unica laudibili & virtuosa in alijs conspecta actione consequentiam deducere ad ombes, cæterasque similes judicare ; Econtra maligni si vel unicum in proximo malum observant factum, cætera pariter omnia defectuosa esse concludunt. Ita quoque in parabola de zizanijs, servi semen malum in agro seminatum fuisse dum ad patremfamilias deferent, quibus putatis terminis usi fuerint ? *Inimicus homo hoc fecit* ;

Matth. 13. v. 28.

In numero singulari loquebantur ; nullam penitus nominando personam, nec ullum sinistrum formando judicium, sed in genere dumtaxat dicendo : *Inimicus homo hoc fecit.* Indubiè Dominus eorum diversas patiebatur persecutiones siquidem verissimum

2. Tim. 3. v. 12. Matt. 13. 24.

est illud Apostoli axioma : *Omnes, qui pie volunt vivere in Christo, persecutionem patientur* ; Homo autem ille timoratæ erat conscientiæ, utpote qui *seminavit bonam semen in agro suo* ; Præterea credibile est, sciri potuisse, aut ad minus suspicari, unde hujusmodi promanasset malignitas ; Nihilominus tamquam servi viri timorati nequaquam sinistram de quopiam formare præsumpserunt suspicionem. Quia scilicet ut Sanctus Hieronymus inquit, *præmonet Dominus, ne ubi quid ambiguum est, citò sententiam proferamus, sed Deo judici terminum reservemus.*

S. *Hier. ibid.*

6. Saram serva sua Ægyptia, postquam ex Abraham concepisset, insolenter exagitabat, dicente Scripturâ : *Ac illa concepisse se videns, despexit Dominam suam* ; Verba autem, quibus Sara insolenti ancillæ suæ respondit, unamquamque animam fidelem modum docent, quo regulandi sumus in judicijs, quæ de proximis formamus ; Dixit enim : *Judicet Deus inter te & me.* Judicium enim earum rerum, quas certò non scimus, remittendum est ei, ad quem spectat, videlicet Deo ; Nam ut S. Gregorius ait, *nos tantò minus debemus abscna corda audaciter reprehendere, quanto scimus, quia visu nostro non possumus alienæ cogitationis tenebras illustrare.* Porro justi, quia judicium, quod de ipsis faciendum est, continuò præ oculis habent, ab alijs judicandis prorsus abstinent, scriptum esse scientes ; *Nolite judicare, & non judicabimini.* Ac proinde B. Laurentius Justinianus de homine justo dicit : *Semetipsum laudabiliter damnando dijudicat, quatenus æternum tremendi Dei valeat non formidare judicium.* Cardinalis Baronius ex Anastasio Sinaita Episcopo Antiocheno, sequentem de Monacho quodam refert Historiam ; Hic enim cum in otio magnaque negligentia suam transegisset vitam, tandem infirmitate correptus, cum morti vicinus esset, non solùm non timebat, verum etiam perlibenter gaudens, Deoque gratias agens ultimum suum expectabat vitæ finem, quem nonnulli ejusdem Monasterij religiosi, qui cum ipso familiariter egerant, convenientes, dixerunt ei : Frater unde hæc tanta tua procedat securitas, scire haudquaquam possumus, utpote qui hactenus te usque in præsentem horam cum summa negligentia vixisse videmus. Quibus moribundus respondit : Verè ita est, negligentissimè inter vos vixi, verumtamen scire vos velim Angelos Domini in hac eadem hora quamdam ad me attulisse chartam, omnia à me admissa peccata continentem, qui ea, quæ post dimissam sæcularem vitam commisi, mihi prælegentes me interrogârunt, an ea à me commissa esse agnoscerem, quibus ego subjunxi. Imò verò hæc omnia negare non possum, verumtamen certiores estote, quod ab ea hora, quâ factus monachus, mundum reliqui, neminem umquam temere judicaverim, neque illatas mihi injurias recordari umquam voluerim. Ac proinde spero & Deum rogo, ut in me quoque verificentur verba illa Domini, dicentis ; *Nolite judicare, & non judicabimini*, nec non & illa : *Dimitte, & dimittetur vobis.* Quibus à me dictis, Angeli protinus dictam scripturam dilacerarunt, & ideo lætus & securus hinc recedo ad Dominum ; Et post hæc verba placidè suum Spiritum emisit. Consonat factum istud dignissimæ Sancti Joannis Climaci sententiæ, dicentis : *Et hæc est brevissima, quæ ad impetrandam peccatorum veniam ducit, via, non judicare ; Si enim non judicaveritis, non judicabimini.* Verissimum quidem est, Monachum illum, eo quod in Religione tepidè vixerat, reprehensibilem fuisse, verumtamen virtus hæc non judicandi aliquem, quam in corde suo sæpius exercuerat, omnibus ab ijs ab eodem commissis imperfectionibus præponderabat. Optime igitur D. Chrysostomus in quadam Homilia ad propositum nostrum in hæc verba scribit : *Si nos peccata nostra imminuere volumus, hoc maximè omnium servemus, ne condemnemus fratres nostros.* Quod si enim aliquis veram pro peccatis suis pœnitentiam facere proposuisset, & postea in sinistra aliorum judicia prorumperet, sibimetipsi futurus esset contrarius inquit Sanctus Joannes Climacus ; Nam *ut contrarius est ignis aquæ, ita quemque velle judicare repugnat illi, qui de suis peccatis vult ex animo pœnitere.*

S. *Greg. l. 1. mor. c. 5.*

Luc. 6. 37.

S. *Laur. Just. ibid.*

Baron. An. 599. n. 8. Præclara historia Monachi neminem judicantis temere.

S. *Joan. Clim. gr. 10. Scala Parad.* Hæc est brevissima via ad impetrandam veniam.

D. *Chrys. ho. 42. in Gen.*

S. *Joan. Clim. ibid.*

7. Sanctus Evangelista Matthæus priusquam referret, qualiter Sancto Josepho Beatissimam Virginem gravidam esse, ignotum fuerit, hæc verba præmittit : *Joseph autem ... cum esset justus* ; Hæc enim vitæ justitia & innocentia efficiebat, quod, licet Joseph in gravido Virginis utero partem se non habere

Præclarum exemplum S. Joseph. *Matth. 1. 19.*

habere sciret, nosseque insuper, ex lege adulteras lapidandas esse, nihilominus ne minimam, in præjudicium Virginitatis Sponsæ suæ, suspicionem concipere præsumpserit. *Quod velim audiant temerarij* ; inquit Sanctus Paschasius ; *& discant inter casarum incerta diu secum, ex reverentia timoris Dei ; deliberare negotia, ne discrimine levitatis presse, in deterius cadant.* Porrò factum hoc Josephi, Authorem operis imperfecti induxit, ut in hæc verba exclamaret : *O inæstimabilis laus Mariæ ; Magis credebat castitati ejus, quam utero ejus ; Et plus gratiæ, quàm naturæ ; Conceptionem manifestè videbat, & fornicationem suspicari non poterat. Possibilius esse credebat, mulierem sine viro posse concipere, quam Mariam posse peccare.* Quoties nos rem aliquam oculis vidisse juraremus, quam tamen postea falsam esse deprehendimus ? Deus enim nonnunquam, ut nos probet, permittit, ut in videndo etiam decipiamur, videaturque à nobis unum pro altero.

S. *Paschas. lib. 2. in c. 1. Matth.*

Auth. Imperf. Hom. 1.

8. *In vitis Patrum* de Abbate Josepho refertur, quod Abbatem Pastorem die quâdam interrogarit, dicendo : *Dic mihi, quomodo Monachus fiam*, qui respondit : *Si vis invenire requiem in hoc sæculo & in futuro, in omni causa dic : Quis sum ego ? Ne judices quemquam.* Enimverò certissimum est, progressus in via Dei & vitæ spiritualis profectus, ab exercitio procedere charitatis & dilectionis erga Deum & proximum, hanc autem charitatem cum ingenti lucro nostro exercere poterimus, si semper nobis ea, quæ meliora sunt, de alijs persuadeamus, si defectibus eorum compatiamur ; eosque, quoad possumus, excusemus. Qui imaginem Crucifixi in luto jacentem invenit, eam reverenter inde levat, lavatque, & in luto nequaquam manere permittit. Eodem modo, qui veram charitatem habet, & proximum nostrum, qui est imago Dei, nonnumquam defectui vel vitio alicui manifesto immensùm esse deprehendit, illum corrigere studet, eique compatitur, & si defectus non sint publici, eos pro viribus celat ; Si verò sint incerti, malè de illis non judicat, quia *charitas operit multitudinem peccatorum.* Sanctus Basilius in Homilia quadam hanc esse sturnorum proprietatem dicit, quòd, licet cicutam, quæ venenosa est, manducent, talem tamen habeant viscerum constitutionem, ut exinde nocumentum non recipiant. *Cicuta quidem*, inquit, *sturni vescuntur ; & tamen propter cordis constitutionem ; à veneno non occupantur. Cum enim per tenues ad corda penetrantes meatus transeat ; fit ut antea devoratam cicutam concoquant ; quàm inde lethale gelu ad præcordia perveneris.* Quam eamdem sturnorum proprietatem justis applicare, indeque hunc in modum discurrere possumus : Cicuta, id est, venenum operationis vitiosæ proximi nostri, animæ nostræ tunc minimè perniciosum erit, si de proximis nostris sinistrè nihil opinemur, si in nobis ardeat calor charitatis ; Si aliorum defectus excusemus, dissimulemus, ijsque ex corde compatiamur : *Charitas enim non cogitat malum, & qui non diligit, manet in morte :* Econtra verò si hanc virtutem non exercuerimus, venenum ad cor usque serpendo, procedet. B. Dorotheus ait : *Quis ita abominatur, & odio prosequitur peccata, ut Sancti viri ? Et tamen peccatorem non abominantur, neque item dijudicant ; aut illius facta dissuirunt, sed condolescunt potius, admonent, hortantur, medentur.* Idem quoque B. Dorotheus de Sancto quodam Monacho, nomine Amon, refert, quòd, cum quidam zelo ardentes, cum furore abijissent ad accusandum quemdam Monachum, qui mulierem quamdam in cellam suam introducere præsumpserat, ut verò idem Dorotheus ostenderet viscera charitatis Amonis, in hæc verba proruperit : *Bone Deus, quæ miserationis viscera ostendit, quantam præ se tulit anima illa sanctissima charitatem ? Cum enim non ignoraret sub pithacio absconditam habere, latereque ibi ; Ingressus solet, super pithacium sedit, jussitque ut cellam universam fratres perscrutarentur, sed cum nihil penitus invenissent, dixit ad eos : Parcat vobis Deus fratres ; Quo facto pene illos confusos dimisit, præmonuitque ne facilè quidquam adversus proximum crederent. Illum verò, fratrem correctione suâ modestum ac sobrium reddidit.* In vita Sancti Joannis Eleemosynarij, Patriarchæ Alexandrini in Concilio Nicæno secundo sequentem accidisse Historiam refertur ; Cum enim

In manip. Exempl. v. Judex l. 9. in vit. Patr. p. 1. Charitas operit aliorum delicta.

1. Petr. 4. v. 8.

S. *Basil. Hom. 5. in Hexam.* Insignis comparatio sturni comedentis Cicutam sine damno.

In vitis Patr. l. 1. c. 4.

unus aut alter Ecclesiasticos quosdam cleri Iræcularis & regularis, deductis in scripto eorumdem delictis accusarent, libellosque famosos Imperatori Constantino porrexissent, hic videns calumnias hasce veras esse ; cùm postularetur ad faciendam justitiam, respondit : *Si propriis oculis vidissem, oblamydem meam explicarem, & cooperirem, ne ab aliquo viderentur* ; Hisque verbis dictis eos confusos dimisit. Cum igitur hic Imperator delicta, quæ vera esse sciebat, omni studio conatus fuerit abscondere ; quid de ijs delictis dicemus, quæ dubia sunt, quantò magis per charitatem illa cooperienda essent. Ipse quoque Seneca, licet gentilis esset, hanc charitatis virtutem exercendam esse monuit, ne debitus erga proximos affectus & benevolentia ab animis nostris depereat ; Ita enim scribit : *Tollenda ex animo suspicio. Ille me parum humane salutavit, illius vultus aversior visus est. Non deerit suspicioni argumentatio ; Hic simplicitate opus est, & benignâ rerum æstimatione. Nihil nisi, quod in oculos incurret, manifestumque erit, credamus ; Et quoties suspicio nostra vana apparuerit, objurgemus credulitatem ; Hæc enim castigatio consuetudinem efficiet non facile credendi.* Pius ille Pater Filij prodigi, quando filium suum laceris sordidisque vestibus amictum è longinquo vidit, subitò accurrit, ut illum amplexaretur, eumque ab oculis suorum absconderet, quo fine vestimenta nova protinus adferri mandavit, quò facto docere nos voluit, ut pro viribus ; aliorum defectus per amorem cooperiamus. Quâ de re S. Ambrosius ita scribit : *Et cum adhuc longè sit videt & accurrit. Videt in pectore suo, accurrit ne quis impediat, complectitur quoque, In occursu præsentia est, in complexu clementia.* Meritò autem filium suum prius decoris indui voluit vestimentis, priusquam eum ad oculos suorum adduceret, quia si domestici illius prodigum illum adeo sordidè & lacerè indutum vidissent, licet in oculis paternis is jam non amplius talis appareret, ipsi tamen quodvis malum facile de eo credidissent. Unde D. Chrysologus ait : *Ante vestiri voluit quàm videri, & sic sustulit filij crimina.* Et paulo post subjungit : *Vitulus pinguis testatur paternæ pinguedinem charitatis.*

Præclarum Constantini Magni.

Seneca l. 2. de Ira c. 24. n. 162.

Luc. 15. v. 20. Pater filij prodigi tegit delicta.

S. *Ambr. l. 7. in Luc.*

D. *Chrysost. ser. 3.*

DISCURSUS XI.
ARGUMENTUM.

Peccata aliorum judicare & condemnare non debet, qui multis obnoxius est proprijs criminibus ; Potius igitur talis prius examinet & condemnet seipsum, timeatque, ne & ipse similiter cadat.

THEMA.

Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem, quæ in oculo tuo est ; non consideras ? Lucæ 6. v. 41.

1. POstquam increata Sapientia de temerarijs dissensisset judicijs, dicendo : *Nolite judicare & non judicabimini*, pergit ulterius quorumdam perstringere arrogantiam & temeritatem, qui cum ad fauces usque vitijs sint immersi, de culpis tamen levibus proximos suos judicare & condemnare non dubitant ; Eosque similes esse dicit illis, qui cum trabem in oculis suis ferant, ad discernendum tamen festucas in oculis aliorum, argos se exhibere præsumunt. *Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem, quæ in oculo tuo est, non consideras ?* id est, ut exponit Theophylactus : *Modicum criminis in oculo fratris tui vides, trabem autem, quæ in oculo tuo est, id est, peccatum tuum maximum non advertis.* Qua de re Sanct. Thomas ait : *Dicendum, quod illi, qui sunt in gravibus peccatis, non debent judicare eos, qui sunt in ijsdem peccatis vel minoribus. Aut quomodo potes dicere fratri tuo ; Sine ejiciam festucam de oculo tuo, ipse in oculo tuo trabem non vides ?* Quæ verba S. Bonaventura ad nostrum propositum hoc modo declarat : *Quasi dicat, potest tibi dicis qui alium judicas, teipsum non judicas ? Hic revocat à temeritate judicandi, quod quidem facit ostendendo, eum, qui temerè judicat iniquum in cogitatione, indiscretum in locutione, inordinatum in operatione.* Nomine igitur trabis, peccatum indicat temerè judicantis, hic enim præter peccatum proprium, sibimetipsi culpam adauget, id quod etiam D. Chrysostomus his verbis observavit : *Si relictis rebus tuis, sedes ad judicandum ajus majores te, tibiipse colligere peccatorum sarcinas*

Gravibus peccatis obnoxij leves aliorum defectus facile dijudicant.

Theophyl. ib.

S. *Thom. 2. 2. q. 60. A. 2. ad 3.*

S. *Bonav. ib.*

D. *Chrysost. Hom. 42. in Gen.*

Magna temeritas est propria vitia dissimulare, & aliena scrutari.
Petr. Bles. Epist. 45.
S. Ambr. oblat. 20. in Ps. 118.

non sentis. Ideirco obsecro fugiamus omnino, ne condemnemus alios. Nimis enim arrogans temeritas est, dissimulando peccatum & vitium proprium, cui quis est immersus oculum suum in domos dirigere aliorum, illorum censurando & judicando defectus; Id quod etiam Petrus Blesensis his verbis indicat: *Temerarium est, si tuum dilectum dissimulas & judicas alienum.* Sanctus Ambrosius exponens verba illa Psalmi: *Secundùm judicium tuum vivifica me*, quam periculosum sit aliena judicare peccata, in quibus & ipse suam partem habet, demonstrat, inquiens: *Grave est, de alio judicare, unde etiam scriptum est; Nolite judicare & non judicabimini; Cum enim unusquisque sit suorum consitus peccatorum, quomodo potest de alterius judicare peccato? Judicet de alterius errore, qui non habet, quod in seipso condemnet. Judicet ille, qui non agit eadem, quæ in alio putaverit puniendo; ne, cùm de alio judicat in se ferat ipse sententiam. Judicet ille, qui ad pronuntiandum nullo odio, nullâ offensione, nulla levitate ducatur.*

D. Chrysol. l. 24. vel 23. in Matth.
Christus non prohibuit omnia peccata judicare.

2. D. Chrysostomus sensum verborum illorum: *Quid autem vides festucam* &c. considerans declarat, cœlestem Magistrum non voluisse generaliter prohibere, ne quis omnino condemnet, & judicet delinquentes, quia nonnulli illorum sunt publici, & manifesti, & consequenter detestandi. *Hic inquit, non generaliter omnia peccata prohibuit judicari, nec prorsus ipsius rei abstulit potestatem; sed profectò solis, qui cùm flagitijs abundent innumeris, alios de levissimis quibusque delictis, totâ temeritate condemnant.* Quos in progressu ejusdem homiliæ, judices amaros appellat, dicens: *Noli judicare, noli effici judex amarus, quid autem vides festucam* &c. In hunc autem errorem multi profectò incidunt. Videbunt, inquit idem Sanct. Doctor, Monachum quemdam veste superfluâ inducum, & subitò illi dictum objicient Christi, præcipientis, unicâ sint tunicâ contenti, cùm tamen ipsi mille habeant vestes inutiles in armarijs suis, vel extorsionibus suis alios spoliare satagant; Videbunt religiosum aliquem sibi in modico cibo solito indulgentiorem esse, & statim sinistram de illo concipient opinionem, cum tamen ipsi quotidie crapulæ indulgeant & inebrientur; Quos idem S. Doctor his verbis monet: *Ut diligentius peccata examinentur tua, legem primus ipse posuisti, severius de his, quæ proximus peccaverit judicando.*

S. Bern. Sen. T. 4. ser. 28. 2. p. principali.
Lepidum exemplum pravi judicij.

3. Sanct. Bernardinus Senensis curiosum quoddam factum, quod in patria ipsius contigit, in hunc modum refert. Cum tempore magnæ caritatis annonæ, Magistratus in granarijs suis copiosam congregasset farinam, proque illius custodia ad capita vicinarum platearum constituisset vigilias, ne quis de farina illa quidquam auferre præsumeret, contigit, quod astutus quidam & rapax prædo suspensâ ad collum campanellâ, bestiam se fingens, in noctis obscuritate circa granaria illa oberraret. Vigiles autem sonum campanellæ audientes, eumque de longè videntes quidem, sed discernere non valentes, an homo vel bestia esset, illum porcum vel aliud simile animal fuisse existimabant. Hic singulis noctibus sacculum, quem ex transverso circa dorsum portabat, farinâ implebat, idque longo tempore facere continuavit; Cumque diebus illis reus quidam ob latrocinia commissa suspenderetur, jamque lictores circa illum exequerentur justitiam, hic prædo spectator assistens, ad circumstantem populum conversus, dicebat: *Fratres mei, capite exemplum ab isto latrone, quia propter sua latrocinia est suspensus; caveatis, ne faciatis similiter, vivite de laboribus vestris, quia si ipse vixisset de laboribus sicut ego facio, non fuisset suspensus.* Audistisne umquam majorem hâc impudentiam & arrogantiam? Hanc autem caro pretio luere debuit, nam & ipse in idem rete incidit, cùm enim derectum esset ejus latrocinium, pariter & ipse in patibulo suspensus fuit, nimirum, *in quo judicavit alium, seipsum condemnavit.*

S. Bern. T. 3. ser. 14. art. 3. c. 1.
Temerarij Judices, similes sunt illis qui adulteram adduxerunt ad Christum.

4. Idem S. Bernardinus tomo 3. authoritatem allegat Chrysostomi, ita scribentis: *In alienis delictis severi & amantissimi judices residemus, nostras autem trabes, oculis infixas proprijs non videmus, quia aliena enim minima perseratamur.* Hosce tales autem idem sanctus illis similes esse existimat, qui accusarunt adulteram, eamque ad Christum adduxerunt judicandam cum tamen Christus illos similibus & longè gravioribus reatibus, quos mulier illa non commiserat obnoxios esse sciret. Unde idem sanctus concludit, dicens: *Stultum est, in domo propria habenti mortuum, ad alienum desiendum pergere.* S. Ambrosius super illa verba Christi apud Sanct. Lucam: *Nolite judicare, & non judicamini*, dicit, quòd dum alios de illis peccatis judicamus, quorum ipsimet rei sumus, severissimam adversus nosipsos provocemus & proferamus condemnationis sententiam: *Addit*, inquit, *non temerè judicandum, cum sis tu conscius ipse delicti, dum alterum judicas, in teipsum cogaris ferre sententiam.* Saluberrimum proinde est illud Sancti Bernardi documentum, dicentis: *Ita Clemens esto in alienis delictis, sicut & in tuis, nec quemquam districtius quam te judices; sic alios judica, ut ipse judicari cupis.* Sanct. Bonaventura utilissimam hac in re nobis tradit regulam, videlicet ut, dum aliquid in proximo nostro videmus, quod nobis displicet, prinsquam sinistram de illo concipientes opinionem, eum condemnemus, prius discipiamus, qualiter constituta sit propria nostra conscientia. *Quandocumque aliquid videris fieri quod tibi displiceat, antequam judices facientem, primo respicias temetipsum, utrùm in te invenias aliquid reprehensibile, quod si inveneris, tunc in illo in quo alium judicas temetipsum condemna, dicendo cum Propheta: Ego sum qui peccavi, ego qui iniquè egi, & non sis sicut hypocrita, qui namquam respicit defectus suos, sed præsumit de se & omnes alios judicat, detrahit & condemnat & vult videre festucam in oculis eorum, trabem autem, quæ est in oculo suo, non considerat; quem veritas reprehendit, dicens: Hypocrita, ejice primum trabem de oculo tuo, & tunc perspicies ut educas festucam de oculo Fratris tui.*

S. Aug. in Ps. 93.
Temerarij Judices similes sunt oculo qui videt alios & non semetipsum.

5. Sanct. Augustinus super illa verba Psalmi 65. *Iniquitatem si aspexi in corde meo*, illos, qui ad alios judicandum faciles sunt, cum ipsi sint simili, vel alia pice inquinati, his verbis instruit: *Vide si non in corde tuo conspicis iniquitatem, ne forte quod reprehendis in altero, cogites facere. Redi ad te, intus esto tibi Judex.* Videbitis aliquando non nemi-nem, qui de alio scandalizatur, eò quòd illum facilem videat ad iram; cùm tamen actus ille sit motus primo primus, eò quòd ex bilioso constet temperamento. Et tamen is, qui hoc modo judicat & sinistrum format judicium, non considerat semetipsum, quòd scilicet in corde suo inveterata foveat odia & mortales inimicitias; *In quo judicat alium, seipsum condemnat.* Observat diligenter in oculis sodalis sui festucam, & trabem oculis suis infixam non advertit; Tales erant impij illi, qui in libro Sapientiæ de electis dicebant: *Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam.* Sanct. Gregorius hanc esse impiorum in judicandis alienis transgressionibus docet proprietatem, quod scilicet *stulti tanto intensius de alijs judicent, quanto sua profundius ignorant.* In quo similes sunt oculo, qui videns & discernens alios, semetipsum non videt.

Sap. 5. v. 4.
S. Greg. l. 4. mor. c. 1.

Alium judicans seipsum condemnat.

6. Quando Nathan Davidi exposuit, qualiter dives quidam alteri egeno suam surripuisset oviculam, quam Filiæ loco habebat, & nutriebat, ut gregi suo copiosissimo parcens, venienti ad se peregrino epulas pararet, David subito iratus, magna cum severitate respondit: *Iratus autem indignatione David, adversus hominem illum nimis, dixit ad Nathan: Vivit Dominus, quoniam filius mortis est vir, qui fecit hoc, ovem reddet in quadruplum;* Neque enim David cogitabat, quòd Nathan Propheta de adulterio & homicidio ipsius loqueretur. In parabola, quam Christus scribit & Pharisæis de vinea proposuit, legitur, quod, postquam Christus vinitores servos, quos Paterfamilias ad fructus ab eis exigendos miserat, sicut & proprium ejus filium occidisse dixisset, Pharisæos interrogarit: *Cum ergo venerit Dominus vineæ, quid faciet agricolis illis?* Qui subitò & inadvertenter respondentes, condemnarunt seipsos, nam ajunt illi: *Malos malè perdet, & vineam suam locabit alijs agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis.*

2 Reg. 12. v. 5
patet in exemplo Davidis.
Matt. 21. 41.

7. S. Propheta Job ait: *Os meum condemnabit me, ... & pravum me esse comprobabit;* Sed heu quot sunt hodie, quibus idem accidit, qui, cum proprios defectus non considerant, judicando alios, condemnant seipsos? S. Gregorius in homilia quadam super Ezechielem, causam, cur oculos nostros in defectum aliorum, non verò in proprios dirigamus, his verbis edisserit: *Sunt multa peccata, quæ committimus sed idcirco nobis gravia non videntur, quia palato nos amore diligentes, clausis nobis oculis, in nostra deceptione*

Job. 9. v. 20.
Iniqua facienta ponderamus nostra, & aliena peccata
S. Gregor. l. 1. Hom. 4. in Ezech.

ne blandimur, unde fit plerumque, ut & nostra gravia leviter, & proximorum mala levia, graviter judicemus. Idem quoque rationem explicat, ob quam adeo sumus severi judices quoad alios, cum tamen eamdem judicij severitatem non adhibeamus quoad nosipsos; dicit enim: *Sed quare hoc grave videtur nobis esse in proximo, nisi quia nec nos sicut proximum, nec proximum conspicimus sicut nos? Si enim nos sicut proximum aspiceremus, nostra reprehensibilia districtè videremus; & versùm, si proximum aspiceremus ut nos, numquam nobis ejus actio appareret intolerabilis, qui sæpe forsan talia egimus.* Adducitque in confirmationem illius, textum illum proverbiorum, in quo postquam sapiens dixisset: *Quis potest dicere: mundum est cor meum, purus sum à peccato?* Immediatè hoc monitum subjungit: *Pondus & pondus, mensura & mensura, utrumque abominabile est apud Deum.* Quasi vellet dicere; Deus velut gravem & manifestam rectæ justitiæ læsionem summè abominatur, si quis sibi mensuram latam & magni ponderis, alijs verò strictam & levem mensuram adhibeat. Hunc que textum idem S. Doctor proposito nostro applicans, alium quemdam scripturæ locum, priori similem, adducit, loquens: *Hoc malè dixisum mentis nostræ judicium corrigere, per leges præceptum, Moyses studuit, cum dicit, ut justus deberet esse medius, æquisque sextarius; Hinc Salomon ait, pondus & pondus, mensura & mensura, utrumque abominabile est apud Deum. Scimus, quia in negotiatorum duplici pondere, aliud majus, aliud minus est, nam aliud pondus habent, ad quod pensant sibi & aliud pondus, ad quod pensant proximo. Ad dandum, pondera leviora; ad recipiendum verò, graviora. Omnis itaque bono, qui aliter pensat ea, quæ sunt proximi; & aliter ea, quæ sua sunt, pondus & pondus habet; utrumque ergo abominabile est apud Deum, quia si sic proximum ut se diligeret, hunc in bonis sicut se amaret, & si sic se sicut proximum aspiceret, se in malis sicut proximum judicaret.* S. Bonaventura propositi Thematis verba exponens eumdem quoque Proverbiorum textum adducit, inquiens: *Non judicat æqualiter, festucam vocat leve peccatum, quod quis reprehendit in alio, magnum negligens in semetipso, ideò addit; trabem autem, quæ in oculo tuo est, non considerat, trabem magnum peccatum; ex quo colligitur, quòd sic judicantis iniquum est judicium, quia abominatio est apud Deum pondus & pondus; statera dolosa non est bona, non habet æquale pondus, qui magis ponderat culpam in alio quàm in se, & talis dicetur abominabilis, quia dupliciter peccat, & seipsum, cum sit superbus & impius, justificando, & suum proximum condemnando.* Quòd si peccata & transgressiones nostras proprias sine passione examinare vellemus, tantam in ijs condemnandis experiremur difficultatem, ut non facilè tentaremur ad condemnandum umquam transgressiones alienas, nam ut S. Joannes Climacus ait: *Quicumque sua ipsius vitia sine amoris propvij velo accuratè perspexerit, nullius rei alterius humanæ curam suscipiet, ut, qui intelligat, nullum tempus ad sua sibi peccata deflenda sufficere, etiamsi centum annos viveret, videretque totum Jordanem in lachrymas versum ex oculis suis defluere.*

Prov. 20. v. 10.
S. Joan. Clim. Gradu. 10.
Scal. Parad.

8. D. Chrysostomus utilissimam quondam scituque necessariam in hac re tradit doctrinam, nimirùm quòd in judicio Dei severè puniendi simus, non tam propter peccata nostra propria, quàm propter illa, quæ in proximis nostris judicaverimus; cùm tamen eâdem essemus pice coinquinati. *Peccavit aliquis, inquit, & alium idem committentem peccatum condemnavit. Is in die illo valdè amaro non eam pœnam luet, quam peccati natura exposcit, sed majorem, quàm duplicem & triplicem, non propter id, quod ipse peccavit, sed quod alium judicavit; Et ideo in eum sententiam feret Deus.* Beatus Dorotheus in sermone sexto, à nobis in præcedentibus Discursibus sæpius citato, nos exhortatur, ut ad propria nostra peccata judicanda intenti simus; dicit enim: *Cur obsecro nosmetipsos potius non dijudicamus? Cur malo nostra nostrosque errores, & ea potissimum, de quibus rationem reddere Deo debemus, exactè agnoscere non studemus?* Idem quoque monitum B. Laurentius Justinianus his verbis tradit: *Sibi intendens, exterorum minimè perquirit errata, negligitque, dum plangit propria, aliena judicare delicta.* S. Bernardinus pariter reprehendit illos, qui oculos suos ad peccata aliorum dirigunt, propria non considerantes; dicitque judicij temerarij fructum esse, propria peccata non advertere. *Incircumspectio subsequitur*, inquit, *& suorum actuum; fructus est temerarij judicij, contra quod Ecclesiasticus 18. ante judicium, scilicet proximi, interroga teipsum; & ad Romanos 14. Beatus, qui non judicat seipsum in eo quod probat, id est, continuo de se experitur; Unde Hugo: Si teipsum non vides, nihil bene vides. Quidam vir sanctus cum audisset quemdam peccasse, amarè flevit, dicens: Iste hodie, & ego cras.* Idem quoque exercitium S. Dorotheus, ipsummet ejusdem sancti responsum memorans, his verbis insinuat: *Cernis cautionem? Quemadmodum videlicet fugit, ne proximum judicaret? Ob id enim quod dixit: Cras utique & ego, sibipsi timorem incussit & solicitudinem injecit, ne eodem & ipse scelere involveretur, & sic evasit, ne proximum sumi dijudicaret.* Et paulò post hominum timoratorum & virtuosorum consuetudinem describens, ait: *Qui salutem assequi optant, minimis proximorum delictis & erroribus non attendunt, neque ea curiosius investigant, sed sua tantùm curantes, proficiunt semper.*

Levit. 19. 36.
S. Bern. ibi.
Vitæ Patr. Alium non judicet qui se illo inferiorem agnoscit.
D. Chrys. T. 5. ser. 17. Severè à Christo judicabuntur qui aliena, & non propria peccata indicant.
B. Doroth. ser. 6.
S. Bonav. in Luc. 6.
B. Laur. Just. de vit. Solit. c. 3.
S. Bern. Sen. T. 2. ser. 14. A. 3. c. 2.
S. Doroth. lib. B. Doroth. ser. 6.

9. S. Bernardinus inter alios judicij temerarij effectus, præsumptionem quoque recensèt, dicens: *Qui enim alios judicant, si se longè inferiores & pejores illis, quos judicant, existimarent, temerariò eos judicare non auderent.* In Vitis Patrum refertur, quòd, dum quis seniorem quemdam eremitam interrogaret, quis sit sensus verborum Sancti Pauli ad Titum: *omnia munda mundis*; Sanctus vir Dei illi respondérit: *Qui hoc intelligit, videt se inferiorem omni creatura*; Cumque Monachus ille replicaret, dicendo: *Quomodo possum me minorem judicare, eò quòd vidi hominem homicidium perpetrasse*, respondit senior: *Iste semel homicidium fecit, ego autem omni hora occido animam meam; Hæc enim est sola hominis justitia, ut seipsum reprehendat, tunc enim justus est homo, cum mens sua peccata condemnat.* B. Laurentius Justinianus dicit, quod anima justa humilis sit, trepidet & formidet, ne forte & ipsa cadat; ac proinde aliorum lapsus non investigat: *Sane*, inquit, *pertimescit humilis perscrutari mentium proximorum ignota consilia, sibipsi utiliter vacans. Stat infatigabili cura super sui custodiam, ut motus mentis insurgentis cognoscat.* Idipsum quoque B. Dorotheus his verbis nos docet: *Quid nobis de proximo? Quid nobis de alieno & malo peccato? Habemus in nobis, quod curemus, habemus quid cogitare & satagere debeamus, unusquisque nostræ attendat sibipsi, & sua ipsius mala caveat.*

DISCURSUS XII.

ARGUMENTUM.

Qui sinistrè de alijs judicant, ut plurimùm eadem sunt pice coinquinati; aut verò Deus juste permittit, ut in eadem culpas incidant, quas in alijs condemnant; ubi & variæ adducuntur declarationes verborum illorum: *Nolite judicare, & non judicabimini.*

THEMA.

In quo enim judicas alterum, teipsum condemnas, eadem enim agis, quæ judicas. Rom. 2. v. 1.

Communiter eodem vitio laboramus de quo alium judicamus.

1. UNusquisque homo honorem & bonam famam suam permagni æstimat, ideoque pro viribus cavet, ne condemnetur, & tamen infallibilis est illa Apostoli ad Romanos sententia, quod, qui temerè judicat proximum, sibimetipsi conciliet condemnationem, torique mundo palam faciat se ipsidem esse erroribus imbutum, de quibus alios redarguit: *In quo judicas alium, teipsum condemnas, eadem enim agis, quæ judicas.* S. Antoninus in summa sua ita scribit: *Ex hoc, quod aliquis in seipso malus est, & ex hoc ipso quod conscius est malitiæ suæ, facilèr malè de alijs opinatur.* S. Bernardinus Senensis pessimam illorum describit naturam, qui ad judicandum de alijs pessima prompti sunt & faciles; idque ex malis eorum vitæ moribus derivari, his verbis ostendit: *Multi invidia, & odio, atque omni malitia pleni plerumque nesciunt de alijs nisi malè judicare, & sentire temerariè.* Sic enim inquit idem Sanctus; avarus sodalem suum pariter cupiditati deditum esse credit; Carnalis similiter alios carnalibus desiderijs vacare præsumit, & qualiter quis continenter vivere possit, intelligere nequit: *Utique proverbium est, credit latro, quòd*

S. Antonin. sum. Theol. p. 2. tit. 3. c. 8.
S. Bern. ser. T. 1. ser. 14. A. 3. c. 3.

omnes sint fratres ejus; citatque Senecam, in libro de moribus dicentem: *Hoc habet omnis affectus, ut, in quod ipse insanit, in idem putet cæteros insanire.* Adducitque similitudinem illius, qui in aquis arbores videns, illas putat esse curvas vel ruptas; nec non & speculi, in quo dextera apparet sinistra: *Sic impietas impij pervertit judicium suum; Unde Chrysostomus super Matthæum ait: Sicut difficile aliquem suspicatur malum, qui bonus est; ita difficile suspicatur aliquem bonum, qui malus est.* Adfertque exemplum oculorum, quibus, dum sanguine pleni sunt, cuncta quæ vident, rubicunda videntur. S. Bonaventura authoritatem citat D. Chrysostomi. idem quod S. Bernardinus dixerat, in hæc verba scribentis: *Omnis homo secundùm se existimat alterum; & fornicarius neminem putat castum, castus non facilè de fornicario suspicatur, superbus neminem putat humilem.*

S. Bonav. in Luc. 20.

Patet exemplo Vagao cubicularij Holofernis.

2. Vagao, Holofernis cubicularius, licet pudicissimæ Judith oculis suis inspiceret sobrietatem, modestiam, pietatem, & honestatem, illam tamen carnalibus Domini sui desiderijs adhærescere credidit, quia & ipse eodem vitio, ad quod ipsam inducere nitebatur, coinquinatus erat. Nazarei, Salvatori nostro per parentelam proximò conjuncti, eidem persuadere conabantur, ut ex motivo vanitatis & humani applausus, Jerosolymam ad festivitatem concelebrandam properaret. *Dixerant autem ad eum fratres ejus, transi hinc, & vade in Judæam, ut & discipuli tui videant opera tua, quæ facis: Nemo quippe in occulto quid facit, & quærit ipse in palam esse; si hæc facis, manifesta teipsum mundo.* Num fortè nesciebant vani hi Christi patriotæ, Salvatorem nostrum humilitatem, & subjectionem contemptum summo in gradu prædicasse & exercuisse, adeo ut diceret: *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde?* Unde igitur vel minimum vanæ gloriæ vestigium de Christo suspicari poterant, respondet Angelicus Doctor: *Hoc est proprium malorum, ut credant alios similes eis animi passiones habere.* Ita fratres Joseph ad ipsum introducti, cum se furti reos reputarent declaratos, dixere ad invicem: *Introducti sumus, ut devolvat in nos calumniam, & violenter subjiciat servituti nos & asinos nostros.* Undenam talem suspicari poterant violentiam, scientes, quod Ægyptum non ut tyrannus, sed ut Salvator, gubernaret. Sanè usque ad tempus illud Joseph nullum, servitutis subjecerat jugo, unde nulla fratribus suppetebat ratio tam indigni atque temerarij formandi judicij. Facilis est responsio, in quo judicabant alium, seipsos condemnabant. Ipsi faciles adeo fuerant in divendendo & servituti Ismaeliticæ mancipando fratrem, quid igitur mirum, si & Joseph, quem necdum noverant, similes sibi persuaderent habere cogitationes? siquidem homo impius omnes alios per eumdem iniquitatis semitam secum gradi opinatur; juxta illud Ecclesiastis: *In via stultus ambulans, cum ipse insipiens sit, omnes stultos æstimat.* Et quidem hæc per viam gradientis accommodatissima est similitudo, siquidem experientiâ teste, aliqui in judicando sinistrè adeo maligni sunt & faciles, ut, si quem religiosum domum quampiam bona cum occasione atque ratione ingredi videant, subitò non modo suspicentur, sed & judicent deliberatè, quod hujusmodi ingressus ex malo fine fiat; Unde dicere solent: Continuò ille gyrat & regyrat per unam eamdemque plateam, non alio fine nisi ut honestati insidietur alienæ, ut carnali suæ satisfaciat curiositati, ut voluptati suæ obtemperandi nanciscatur commoditatem; hæc autem non aliunde oriuntur, nisi quia murmurator iste, qui hujusmodi impiè effutit, talia practicare consuevit, ideoque omnes alios eodem autumat duci motivo *Omnes stultos æstimat*, inquit Dionysius Carthusianus, *ut, in quo ipse insanit, omnes furere putet.* Ita Laban Jacob fugientem, quamvis per tot semper innocens apud eum annos demoratus, de furto arguebat, omnem ejus invertit supellectilem. Unde & Jacob indignatus fuit, nec immerito, ut inquit Dion. Carth. quia *juste indignatur Jacob, quoniam contumeliosam fuit ita de furto impeti, reprehendi & examinari.* Sed quod putatis hujus judicij fuisse motivum, Laban ipse homo rapax, cupidus, rerumque alienarum avidus erat.

Ecclé. 10. v. 3.

D. Carth. ib.

Gen. 31. 33.

D. Carth. ib.

Joan. 7. v. 3.

Ibid. v. 4.

Matt. 11. 29.

S. Thom. ib. Et fratrum Josephi.

Gen. 43. v. 18.

3. Notandum verò, Apostolum in tempore præsenti, (*eadem agis quæ judicas*) non verò in futuro dicere, quia non modo antehac, sed etiam ut plurimùm de facto hujusmodi judices ijs sunt inquinati defectibus, quos in alijs temerè & absque fundamento reprehendunt & accusant, Quò illa spectat Hugonis Victorini expositio, quam super illa Psalma verba (*& si ingrediebatur, ut videret, vana loquebatur, cor ejus congregavit iniquitatem sibi*) instituit, dum ait: *Neque enim alieni peccati, suspectus cor ejus ureret, si non prius ejusdem peccati affectus in eo radicasset. Justo ergo judicio, dum ex sui cordis pravitate falsam, de alio existimationem colligit, per eamdem se existimationem in affectum pravitatis amplius accendit, & indè veraciter mens ejus corrumpitur, unde fallaciter aliena actio insimulatur.*

Rom. 2. v. 1. Eadem agimus in quibus alios judicamus.

Ps. 40. v. 7.

Hug. de S. Vict. T. 1. in Ps. 40.

4. Nullum Evangelica divitis Epulonis latet historia, qui in inferno constitutus Abraham rogavit, ut Lazarum mitteret, qui unica aquæ gutta linguam ejus refrigeraret; ubi Theophylactus subtiliter interrogat, dicens: *At cur non vertit sermonem ad Lazarum, sed ad Abraham?* Directè namque ad Lazarum recurrere debuisse videtur &c. absque licentia & persuasione petenda Abrahæ, cur igitur authoritatem Abrahæ interponi voluit? Respondet idem Doctor: *Confundebatur fortassis, existimans forsitan Lazarum vindictæ avidum;* juxta malitiam propriam mentes & corda mensurans, aliena timebat, ne subsidio destitueretur, quin potius vindictam impietatis, quam contra Lazarum exercuerat, incursurum; Hic namque impiorum stylus est ordinarius; scilicet alios juxta impietatis suæ mensuram judicare. Sed ecce ipsamet, quæ præcitatus Doctor in persona Epulonis pronunciat, verba: *Si enim ego tanta felicitate fruens, contempsi illum, tantis malis coangustatum, & neque micas ei communicavi; multò magis ipse contemptus vindicabit, & non annuet, ut mihi beneficium concedatur.* Primus inter homines reprobus post innocentis Abelis mortem adeò perterrefactus est, ut timuerit, ne ad quemvis gressum in homicidam aliquem incideret, qui necem ei inferret; unde dicebat: *Omnis igitur qui invenerit me, occidet me.* At verò quemnam hic Fratricida timere poterat; quando in toto mundo præter domus suæ familiares, nulli alij homines vivebant? Num fortè mali aliquid de genitoribus suis suspicari poterat? aut fortè metuebat, quòd, sicut manus suas in fratris sanguine cruentaverat, ita quoque pater & mater ejus, hanc de ipso haberent opinionem, quòd pari quoque modo illorum se sanguine conspurcaret. Quando Jerosolyma quaqueversum ab exercitu Chaldæorum obsidione cincta erat, blasphemus Chaldæorum Archistrategus ad Ezechiam Regem, de auxilio cœlesti consisum, idcoque violentiæ inimicorum se dedere nolentem, nuncios misit, qui ei dicerent: *Non te decipiat Deus tuus, in quo tu confidis;* Sed unde impius ille vir de Deo Israël suspicandi occasionem habere poterat, quòd decepturus esset illos, qui in ipsum confidebant? Audite Oleastrum, dicentem: *Solent impij homines alios ex seipsis judicare, & quia sæpius fidentibus sibi sunt mentiti, tales omnes alios, etiã Deum, arbitrantur.*

Luc. 16. Theophyl. ib.

Dives epulo ex suo facto, judicabat Lazarum esse immisericordem.

Gen. 4. v. 14.

Isa. 37. v. 10.

Oleast. ib.

5. S. Augustinus exponens verba illa Psalmi: *Amputa opprobrium meum, quod suspicatus sum, quia judicia tua jucunda*, considerat, Christum ex una parte dicere: *Nolite judicare, ut non judicemini*, Psalmista verò, postquam dixisset: *Amputa opprobrium meum, quod suspicatus sum*, ex alia parte subjungere, *quia judicia tua suavia, id est, judicia tua vera. Veritatis enim amator suavè clamat esse, quod verum est. Hominum autem judicia de occultis hominum, non suavia; quia temeraria; & ideo suum dixit opprobrium, quod de alijs est suspicatus, quia & hoc, quod Apostolus ait: Comparantes semetipsos sibimetipsis non intelligunt, hoc enim proclivius homo suspicatur in alio, quod sensit in seipso. Hoc itaque opprobrium suum petebat auferri, quod in se senserat, & in alijs fuerat suspicatus.* Enimverò verisimile satis est, Judam Iscariotem licet de schola Christi esset, longè tamen delicatius præ cæteris Apostolis vixisse, nocque sine furtis operam dedisse; ac proinde nihil mirandum est, si temerarium de Magistro suo formarit judicium, quando de unguento, à Magdalena corpori ipsius adhibito dixit: *Ut quid perditio hæc? nimirùm* pretiosæ illius fragrantiæ effusionem Christo acceptam, delicijs attribuit, qui secundùm sensus suos in judicando Magistro suo dirigebatur; At verò quantum in hoc deceptus fuerit, verba Redemptoris significant, dicentis: *Mittens hoc unguentum, ... ad sepeliendum me fecit.*

Matt. 7. v. 1. S. Aug. in Ps. 118.

Judas temerè judicavit Christum de licijs esse detium.

Matt. 26. v. 8.

Ibid. v. 12.

6. B. Dorotheus hoc temerarij judicij pessimum vitium, veluti hydram venenosam multicipitem, summè detestatur, inquiens: *Incipit mens nostra*

B. Doroth. ser. 6.

In illa cadimus de quibus alios indicamus.

nostra propria peccata, & errores proprios dimittere, & negligere, & contra proximum murari, ac futili loquacitate jocari. Hinc nempe postmodum illud nascitur, quod proximum dijudicamus, condemnamusque & contra eum obloquimur, & nihil eum facimus, subdit verò aliud quoddam præcipitium longè perniciosius, dum ait: *Ex quibus quidem erroribus proculdubio fit, ut in eadem vitia prolabamur, quæ ipsi damnaveramus in alijs.* Sanctus Cassianus de sancto quodam seniore, cui nomen Machetes erat, refert, illum in ordine ad judicia temeraria evitanda, varia dedisse præcepta, in exemplum deducens id, quod sibimetipsi in persona acciderat: *Intulit enim tria fuisse, in quibus discusserit, vel reprehenderit Fratres; quod scilicet uvam sibi nonnulli paterentur abscindi, quòd haberent in cellulis sagum, quòd oleum benedicendum exposcentibus sæcularibus darent; Et hæc omnia se incurrisse dicebat.* Justè enim Deus permisit, ut in omnes illos incideret errores, quos in alijs reprehenderat, & judicarer. Auscultemus velim illud S. Joannis Climaci documentum, dicentis: *Audite me, auscultate omnes Improbi, alienorum factorum censores, si vera vox Christi, ut est verissima: In quo judicio judicaveritis, judicabimini, Sine dubitatione enim in quibus rebus alios vituperamus, in illas ipsas incidimus, seu corporeas, seu spirituales. Qui faciles & acres sunt ad aliena delicta censenda, in hoc vitium incurrunt, quòd suorum ipsi vitiorum & peccatorum, nondum perfectam, & certam fixamque memoriam habeant, neque curam eorum emendandorum susceperint.*

S. Cass. l. 5. Instit. c. 38.

S. Joan. Clim. Gr. 10. Scal. Parad.

7. Sanctus Antoninus tria judicij temerarij damna notat, quia, ut inquit: *Contemnit proximum, usurpat Dei proprium, lædit seipsum.* Et quidem ex his duo prima damna facilè intelliguntur; At verò qua ratione tertium adimpletur? Respondeo Deum justo suo judicio permittere, ut temerè judicantes, in temeritatis suæ pœnam, in eadem vel alia similia peccata, quæ in proximis judicant, miserè labantur: *Eadem enim agis, quæ judicas.* Idipsum quoque S. Augustinus tradit, dum de hac materia prolixè differens, ait: *Temeritas, qua punis alium, eadem ipsa te puniat, necesse est; sæpe nihil nocet ei, qui patitur injuriam, ei autem qui facit, necesse est ut noceat. Temerarium judicium plerumque nihil nocet ei, de quo temerè judicatur, ei autem qui temerè judicat, ipsi temeritas necesse est ut noceat.* S. Bonaventura illa citans S. Pauli verba: *Tu quis es, qui judicas alienum servum?* Subjungit: *Sæpè merentur temerarij judices aliorum, ut aut in similibus aut gravioribus excessibus cadere permittantur, ut discant ex sua infirmitate compati alteræ.* Apud Isaiam terribilem quamdam legimus comminationem, quæ pariter temerè judicantibus haud difficulter applicari potest, videlicet: *Væ, qui prædaris, nonne & ipse prædaberis? & qui spernis, nonne & ipse spernêris?*

S. Antonin. sum. Theol. p. 2. T. 3. c. 8. §. 1. Judicium temerarium tria secum trahit damna.

S. Aug. Tom. 7. de serm. Dom. in mont. l. 2. c. 18.

S. Bonav. T. 7. de prof. relig. l. 2. c. 1.

Isa. 33. v. 1.

8. Abulensis super illa verba Christi apud Matthæum: *Nolite judicare, & non judicabimini*, prolixè more suo discurrit, variasque verborum illorum adfert expositiones: *potest intelligi*, inquit, *hoc de judicio proximi, ut non judicemus de factis ejus, & tunc dicitur: Ut non judicemini, id est, ut non peccetis mortaliter, & per hoc sitis digni judicari, quia qui peccavit, est dignus judicio;* Declarat insuper, qualiter intelligenda sit illa propositio: *Quo judicio judicaveritis, judicabimini, id est, si durè judicaveritis de aliquo, etiam fiet de vobis durum judicium, & si judicando de proximo, infamaveritis eum, etiam de vobis judicabitur, & infamabimini.* Cujus in vita B. Joannis de Deo, manifestum habemus exemplum, cum enim hic domum viduæ cujusdam sæpius frequentaret, impius quidam subitò temerarium de eo formavit judicium, in quo ut se melius certificaret, eum insecutus est, ut occasionem haberet tantò securius ejus lacerandi famam; cum autem juxta domum illam accessisset, Deus ipsum videre fecit in muris descripta omnia sua peccata, simul ipsum interius commonendo, ut prius consideraret proprias iniquitates, quàm judicaret & suspicaretur malum de alijs; vidit quoque in eodem momento suspensum in aëre, super caput ejus, gladium, unde ex utroque prodigio terrefactus cecidit in terram quasi mortuus, quod advertens sanctus vir Dei, opportunum ei attulit subsidium. Idem Abulensis alios quoque adfert eorumdem verborum sensus: *Nolite judicare, & non judicabimini*; dicit enim: *Intelligi potest propriè de judicio humano, scilicet quòd non judicet homo proximum suum, quia alias ipse judicabitur ab alijs; hoc enim Deus posuit in pœnam, scilicet quòd permittit homines illos, qui judicant de alijs, quòd judicentur ab alijs, & quia homines timent judicari, quia in hoc honor eorum minuitur, qui confitur ex opinione aliorum, & si male opinantur de illo, jam iste perdit honorem; non fuit ergo aliquid, per quod homines magis vitarent rationabiliter se à judicando alios, quam ut ipsi non incurrant aliorum judicium.* In tertia verò quæstione sequenti dicit ulterius: *Si intelligatur de judicio humano, est sensus, quod si judicaverimus de hominibus, ita alij homines judicabunt de nobis; & si benè judicaverimus, benè de nobis judicabitur, si verò malè, etiam de nobis malè judicabitur.*

Abul. in c. 7. Matth. Qualiter intelligenda illa verba Christi nolite judicare, & non judicabimini.

Vita B. Joan. de Deo Insignis pumivit temerè judicantis.

Abul. ibid. q. 2.

Abul. ibid. q. 3.

INDEX LOCORUM SACRÆ SCRIPTURÆ, QVÆ IN HOC SECVNDO TOMO BIBLIOTHECÆ MORALIS EXPLANANTVR.

Prior Numerus Tractatum, alter Discursum, tertius Numerum cujusque Discursus denotat.

EX LIBRO GENESIS.

Cap. I.

Vers. 1. In principio creavit Deus cælum & terram. Tract. 27. Disc. 7. num. 7. tr. 30. d. 1. n. 2. tract. 41. d. 1. n. 2. d. 18. n. 6.

Vers. 2. Tenebræ erant super faciem abyssi, dixitque Deus, fiat lux, & facta est lux. tr. 26. d. 2. n. 5. tr. 34. d. 10. n. 6. tr. 37. d. 7. n. 7.

Vers. 4. Vidit Deus lucem quod esset bona. tr. 41. d. 22. n. 2.

Vers. 6. Dixit quoque, fiat firmamentum. tr. 26. d. 1. n. 3.

Vers. 11. Germinet terra herbam virentem & lignum pomiferum faciens fructum. tr. 30. d. 11. n. 11.

Vers. 14. Dixit Deus, fiant luminaria in firmamento cæli, & dividant diem ac noctem, & sint in signa ac tempora, & dies, & annos. tr. 30. d. 2. n. 6. d. 11. n. 4.

Vers. 26. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. tr. 30. d. 1. n. 6.

Eod. Ut præsit piscibus maris, & volatilibus cæli, & bestijs, omnique reptili quod movetur in terra. tr. 31. d. 22. n. 2.

Vers. 27. Creavit Deus hominem ad imaginem suam. tr. 30. d. 12. n. 4.

Vers. 28. Dominamini universis animantibus quæ moventur super terram. tr. 35. d. 3. n. 6.

Vers. 30. Ecce dedi vobis omnem escam & universa ligna, ut sint vobis in escam, & cunctis animalibus terræ. tract. 31. d. 6. n. 7.

Vers. 31. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. tr. 30. d. 3. n. 3.

Cap. II.

Vers. 1. Igitur perfecti sunt cæli & terra, & omnis ornatus eorum, complevitque Deus die septimo opus suum quod fecerat, & requievit ab omni opere quod patrarat. tr. 30. d. 12. n. 1. tr. 28. d. 4. n. 4. tr. 41. d. 4. n. 8.

Vers. 3. Benedixit diei septimo, & sanctificavit illum. tr. 28. d. 1. *per totum.* d. 12. n. 1.

Vers. 7. Formavit Dominus Deus hominem de limo terræ. tr. 30. d. 13. n. 4.

Vers. 16. Ut operaretur, & custodiret illum. tr. 30. d. 1. n. 8.

Vers. 17. Præcepit ei dicens, ex omni ligno Paradisi comede,

de ligno autem scientiæ boni & mali, ne comedas. tr.31. d.11. *per totum.* d.21.n.8. d.25. n.5.

*Vers.*18. *In quocumque die comederis ex eo, morte morieris.* tr.26.d.2. n.5.

Cap. III.

*Vers.*1. *Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ.* tr.31. d.1.n.1. tr.33. d.2. n.3. tr.37. d.4. n.7. tr.38. d.1. n.4. d.2.n.4. tr.22. d.28. n.7.

*Vers.*5. *Scit Deus, quod in quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri & eritis sicut Dij, scientes bonum & malum.* tr.42.d.2.n.2. tr.26.d.7.n.3.

*Vers.*6. *Tulit de fructu illius & comedit, deditque viro suo, qui comedit.* tr.31.d.1. *per totum.*

*Vers.*7. *Consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata.* tr.31.d.8.n.3. tr.33.d.4. n.6.

*Vers.*8. *Cum audissent vocem Domini Dei deambulantis in Paradiso ad auram post meridiem.* tr.31.d.1.n.4. tr.40.d.7.n.9.

Eod. Abscondit se Adam & uxor ejus à facie Domini Dei, in medio ligni Paradisi. tr.41. d.16. n.6.

*Vers.*14. *Quia fecisti hoc, super pectus tuum gradieris,* tr.31. d.2. *per totum.* tr.38. d.15.n.6. tr.31.d.8. n.4. tr.27.d.7. n.8.

*Vers.*18. *Maledicta terra in opere tuo, spinas & tribulos germinabit tibi.* tr.30.d.11. n.11.

*Vers.*19. *In sudore vultus tui vesceris pane tuo,* tr.31. d.25.n.2. tr.37.d.5.n.10.

*Vers.*21. *Fecit quoque Dominus Deus Adæ & uxori ejus tunicas pelliceas & induit eos,* tr.33.d.4.n.6.

*Vers.*24. *Collocavit ante Paradisum voluptatis Cherubim.* tr.22. d.34. n.3.

Cap. IV.

*Vers.*1. *Concepit & peperit Cain dicens: possedi hominem per Deum,* tr.30.d.2. n.2. tr.23.d.1.n.2. d.8.n.3. d.16.n.6.

*Vers.*3. *Fuit Abel Pastor ovium, & Cain agricola: factum est autem post dies multos, ut offerret Cain de fructibus terræ.* tr.26. d.36.n.2. tr.33. d.11.n.5. tr.37.d.2.n.3.

*Vers.*4. *Obtulit de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum, & respexit Dominus ad Abel, & ad munera ejus.* tr.30. d.2.n.2.d.3.n.3. d.5.n.1. tr.33. d.2.n.3. tr.37.d.2.n.3.

*Vers.*6. *Concidit vultus ejus, dixitque Dominus ad eum: quare iratus es, & cur concidit facies tua?* tr.38.d.4.n.3.d.18.n.6.tr.39. d.11. n.2.

*Vers.*10. *Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra.* tr.35.d.27.n.5. tr.40.d.3.n.2.

*Vers.*11. *Maledictas eris super terram, quam cum operatus fueris, non dabit tibi fructus.* tr.30.d.11.n.11. tr.38.d.12.n.2.

*Vers.*13. *Major est iniquitas mea quam ut veniam merear.* tr.38. d.7.n.4. d.17. n.7.

*Vers.*14. *Ecce ejicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar.* tr.38.d.7.n.2.

*Vers.*14. *Omnis qui invenerit me, occidet me.* tr.27.d.9.n.6. tr.41.d.4.n.6. tr.42.d.12.n.4.

*Vers.*15. *Septuplum punietur.* tr.23. d.19.n.1.

*Vers.*23. *Occidi virum in vulnus meum, & adolescentulum in livorem meum.* tr.35.d.26.n.5.

Cap. V.

*Vers.*3. *Vixit autem Adam centum & triginta annis, & genuit ad imaginem & similitudinem suam, vocavitque nomen ejus Seth.* tr.23.d.4.n.5.

Cap. VI.

*Vers.*2. *Videntes filij Dei filias hominum quod essent pulchræ, acceperunt sibi uxores.* tr.27.d.10.n.10. tr.23.d.4.n.4.

*Vers.*3. *Non manebit Spiritus meus in homine, quia caro est.* tr.22.d.17. n.3.

*Vers.*5. *Cuncta cogitatio cordis intenta ad malum omni tempore.* tr.33.d.7.n.7. tr.40.d.4.n.6.

*Vers.*8. *Noë invenit gratiam coram Domino, vir justus atque perfectus in generationibus suis.* tr.31.d.27. n.4. tr.25.d.5.n.5. d.7.n.5.

*Vers.*9. *Noë vir justus & perfectus in generationibus suis fuit.* tr.23.d.17.n.3.

*Vers.*12. *Omnis caro corruperat viam suam.* tr.30. d.14. n.11. tr.31.d.26. n.7.

Cap. VII.

*Vers.*1. *Te enim vidi justum coram me in generatione hac.* tr.31. d.27.n.4. tr.30.d.9.n.5.

*Vers.*2. *Ex omnibus animantibus mundis tolle septena & septena, masculum & fœminam, de animantibus verò immundis duo & duo.* tr.30.d.2.n.3.

Cap. VIII.

*Vers.*6. *Aperuit Noë fenestram arcæ quam fecerat, misit corvum, & egressus est &c.* tr.30.d.26.n.8.

*Vers.*11. *Portans ramum virentibus foliis.* tr.29.d.6. n.13.

*Vers.*20. *Ædificavit Noë altare Domino, & tollens de cunctis pecoribus & volucribus, obtulit holocausta super altare, & odoratus est Dominus odorem suavitatis.* tr.30. d.2.n.3. d.6. n.8. d.7. n.2. tr.37. d.2.n.4.

Cap. IX.

*Vers.*3. *Omne quod movetur & vivit, erit vobis in cibum.* tr.31. d.14.n.2. d.18.n.8.

*Vers.*4. *Carnem cum sanguine non comedetis.* tr.35. d.2.n.3.

Vers. 6. *Qui effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius; ad imaginem quippe Dei factus est homo.* tr.39.d.12. num. 2.

*Vers.*11. *Nequaquam ultra interficietur omnis caro aquis diluvij.* tr.41.d.12.n.6.

*Vers.*20. *Cæpit Noë vir agricola exercere terram, & plantavit vineam, bibensque vinum inebriatus est, & nudatus in tabernaculo suo.* tr.31.d.6.n.6. d.8.n.1.

*Vers.*22. *Quod cum vidisset Cham Pater Chanaan.* tr.23.d.5. num. 3.

*Vers.*28. *Dilatet Deus Japhet, & habitet in tabernaculis Sem.* tr.23. d.16. n.6.

Cap. XI.

*Vers.*5. *Descendit Dominus ut videret civitatem & turrim.* tr.40.d.3.n.3. tr.42.d.9.n.4.

Cap.XII.

Vers. 13. *Sublata est mulier in domo Pharaonis.* tr. 42. d. 9. num. 7.

*Vers.*17. *Flagellavit Dominus Pharaonem plagis maximis, & domum ejus propter Saram uxorem Abrahæ.* tr.27.d.8. n.3. tr.35.d.24. n.2.

Cap. XIII.

*Vers.*2. *Ascendit Abram de Ægypto, erat enim dives valde in possessione auri & argenti, reversusque est per iter quo venerat.* tr.30. d.2. n.4.

*Vers.*7. *Ne quæso sit jurgium inter me & inter te.* tr.39.d.10. num. 4.

*Vers.*11. *Divisi sunt alteruter à fratre suo.* tr.42.d.7.n.5.

Vers. 14. *Leva oculos tuos & vide à loco in quo nunc es ad Aquilonem & Meridiem, ad Orientem & Occidentem, omnem terram quam conspicis tibi dabo & semini tuo usque in sempiternum.* tr.39.d.10.n.4. tr.38.d.16.n.7.

*Vers.*16. *Faciam semen tuum sicut pulverem terræ.* tr.32. d.16. num.8.

Cap. XIV.

*Vers.*19. *Proferens Panem & Vinum (erat enim sacerdos Dei altissimi) benedixit ei, & ait: Benedictus Deus excelsus, quo protegente hostes in manibus tuis sunt.* tr.30.d.5.n.4. tr.22.d.11.n.4.

*Vers.*22. *Levo manum meam ad Dominum Deum excelsum possessorem cœli & terræ, quod à filo subtegminis usque ad corrigiam calige non accipiam ex omnibus.* tr.26.d.10.n.4.

Cap. XV.

*Vers.*12. *Sopor irruit super Abram & horror magnus & tenebrosus invasit eum.* tr.41.d.6.n.2.

Vers. 14. *Verumtamen gentem cui servituri sunt ego judicabo.* tr.41. d.6. n.2.

*Vers.*15. *Omnem terram quam conspicis tibi dabo.* tr.30.d.2. num. 4.

*Vers.*26. *Necdum completæ sunt iniquitates Amorrhæorum, usque ad præsens tempus.* tr.22.d.14.n.10.

Cap. XVI.

*Vers.*4. *At illa videns se concepisse, despexit dominam suam.* tr.42.d.10. n.6.

*Vers.*7. *Affligente igitur eam Sarai, fugam iniit &c. Revertere ad dominam tuam, & humiliare sub manu illius.* tr.32.d.14. num. 5.

Cap. XVII.

*Vers.*1. *Ambula coram me & esto perfectus.* tr.32.d.3.n.4.

*Vers.*2. *Ponam fœdus meum inter me & te, & multiplicabo te vehementer nimis.* tr.30.d.7.n.8.

*Vers.*3. *Cecidit Abraham pronus in faciem.* tr.32.d.3.n.4.

*Vers.*18. *Utinam Ismaël vivat coram te.* tr.23.d.2.n.5.

Cap. XVIII.

*Vers.*1. *Apparuit ei Dominus in convalle Mambre.* tr.24.d.10. n.3. tr.32.d.5.n.6.

*Vers.*3. *In ipso fervore diei cucurrit in occursum eorum, de ostio tabernaculi, & adoravit in terram & dixit, Domine si inveni gratiam in oculis tuis, ne transeas servum tuum.* tr.24. d.2. n.4.

*Vers.*5. *Ponam buccellam panis, & confortate cor vestrum.* tr.26.d.23.n.3. d.28.n.7.

*Vers.*6. *Festinavit Abraham in tabernaculum ad Saram, dixitque eis accelera, tria sata similæ commisce, & fac subcinericios panes.* tr.26.d.51.n.4.

*Vers.*10. *Revertens veniam ad te tempore isto vita comite, & habebit filium Sara uxor tua: quo audito, Sara risit post ostium tabernaculi &c.* tr.27.d.9.n.3.

*Vers.*16. *Abraham simul gradiebatur, deducens eos.* tr.40.d.9. num. 8.

Vers. 17. *& 18. Num celare potero Abraham quæ gesturus sum: Cum futurus sit in gentem magnam & robustissimam, & benedicendæ sint in illo omnes generationes terræ?* tr.23.d.14.n.5. tr.32. d.10. n.2.

Vers. 20. *Clamor Sodomorum & Gomorrhæ multiplicatus est,*

est, & peccatum eorum aggravatum est nimis: descendam & videbo, utrum clamorem qui venerit ad me, opere compleverint; an non est ita, ut sciam. tr.40.d.3.n.4. tr.42.d.9.n.2. tr.35.d.3. num. 4.

*Vers.*23. *Numquid perdes justum cum impio? si fuerint quinquaginta justi in civitate, peribunt simul?* tr.42.d.10.n.2.

*Vers.*27. *Loquar ad Dominum meum cum sim pulvis & cinis,* tr.32.d.14.n.3.

Cap. XIX.

*Vers.*19. *Quæso Domine mi, quia invenit servus tuus gratiam coram te, & magnificasti misericordiam tuam, quam fecisti mecum &c.* tr.30.d.7.n.4.

*Vers.*26. *Respiciens uxor ejus post se, versa est in statuam salis.* tr.33.d.8.n.12.tr.37.d.9.n.3.

Cap. XXI.

*Vers.*9. *Cumque vidisset Sara filium Agar Ægyptiæ, ludentem cum Isaac.* tr.25.d.1.n.1.

*Vers.*17. *Vocavitque Angelus Dei Agar de cœlo.* tr.22.d.10.n.1.

*Vers.*17. *Quid agis Agar?* tr.30.d.4.n.9.

Cap. XXII.

*Vers.*17. *Multiplicabo semen tuum sicut Stellas cœli, & velut arenam,* tr.32.d.16.n.8.

Cap. XXIV.

*Vers.*1. *Erat Abraham senex, & Dominus in cunctis benedixerat ei,* tr.30.d.5.n.3.

*Vers.*3. *Non accipies uxorem filio meo de filiabus Chananæorum,* tr.23.d.19.n.5.

*Vers.*5. *Ipse mittet Angelum suum coram te, & accipies inde uxorem filio meo,* tr.30.d.6.n.9.

*Vers.*14. *Inclina hydriam tuam & bibe, & illa respondebit bibe, quin & camelis tuis dabo potum, ipsa est quam præparasti servo tuo Isaac.* tr.24.d.5. n.10. tr.30.d.7.n.8.

*Vers.*47. *Suspendi itaque inaures ad ornandum faciem ejus, & armillas posui in manibus ejus.* tr.29.d.8.n.15.

Cap. XXV.

*Vers.*22. *Collidebantur in utero ejus parvuli,* tr.35.d.28. n.9.

*Vers.*28. *Isaac amabat Esau, eo quod de venationibus ejus vesceretur,* tr.31.d.13.n.11.d.27. *per totum.*

*Vers.*34. *Accepto pane, & lentis edulio comedit & bibit, & abijt, parvipendens quod primogenita vendidisset,* tr.31.d.5. *per totum.* d.13.n.6.

Cap. XXVI.

*Vers.*8. *Vidit eum jocantem cum Rebecca uxore sua. Et accersito eo ait, perspicuum est quod uxor tua sit,* tr.42. d.9.n.7.

*Vers.*12. *Benedixitque ei Dominus, & locupletatus est homo, & ibat sufficiens atque succrescens, donec magnus vehementer effectus est, &c.* tr.38.d.15.n.3.

Cap. XXVII.

*Vers.*22. *Vox quidem vox Jacob est, manus autem Esau.* tr.26. d.49.n.3.

*Vers.*27. *Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus,* tr.29.d.9. n.7.

*Vers.*28. *Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ,* tr.28.d.12.n.4. tr.26.d.1.n.1.

*Vers.*29. *Serviant tibi populi & adorent te tribus, esto Dominus fratrum tuorum, & incurventur ante te filij matris tuæ,* tr.39. d.10.n.6. tr.26.d.1.n.1.

*Vers.*33. *Esau, irrugijt clamore magno,* tr.38. d.3. n.5. tr.14. d.19.n.9.

*Vers.*36. *Justè vocatum est nomen ejus Jacob, supplantavit enim me altera vice: Primogenita mea antetulit, & nunc secundo surripuit benedictionem meam,* tr.42.d.7.n.4.

*Vers.*37. *Frumento & vino stabilivi eum,* tr.26.d.1. *per tot.*

Vers. 37. *Et tibi post hæc fili mi quid faciam?* tr.26. d.47. num. 3.

*Vers.*40. *Vives in gladio, & fratri tuo servies,* tr.31.d.5.n.9.

*Vers.*41. *Venient dies luctus Patris mei, & occidam Jacob fratrem meum.* tr.39.d.7. n.1.

*Vers.*42. *Nuntiata sunt hæc Rebeccæ.* tr.19.d.4.n.3.

*Vers.*43. *Nunc ergo fili mi, audi vocem meam, & consurgens fuge ad Laban fratrem meum in Haran, habitabisque cum eo dies paucos, donec requiescat furor fratris tui, & cessèt indignatio ejus,* tr.39.d.10.n.6.

Cap. XXVIII.

*Vers.*13. *Ego sum Dominus Deus Abraham Patris tui, & Deus Isaac, terram in qua dormis dabo tibi, & semini tuo &c.* tr.30. d.5.n.5.

*Vers.*13. *Et Dominum innixum scalæ.* tr.30.d.7. n.5.

*Vers.*17. *Quam terribilis est locus iste.* tr.29.d.8.n.11.tr.41.d.6. num.2.

Eod. Non est hic aliud nisi domus Dei & porta cœli, tr.29. d.3.n.8. tr.35.d.7.n.3. tr.36.d.9. n.8. tr.35.d.15.n.5.

*Vers.*18. *Fundens oleum desuper.* tr.22.d.23.n.5.

*Vers.*20. *Si fuerit Deus mecum, & dederit mihi panem ad vescendum, erit mihi Dominus in Deum,* tr.26.d.7. *per totum.*

Cap.XXIX.

*Vers.*25. *Deus Patris tui erit adjutor tuus, omnipotens benedicet tibi, benedictionibus uberum & vulvæ.* tr.23.d.16.n.3.

Cap. XXX.

*Vers.*1. *Da mihi liberos aliquin moriar.* tr.38.d.3.n.8.

*Vers.*20. *Rursum Lia concipiens, peperit sextum filium, & ait; dotavit me Deus dote bona.* tr.23.d.5. n.2.

*Vers.*37. *Tollens Jacob virgas populeas virides & amygdalinas, & ex platanis, ex parte decorticavit eas, denudansque corticibus, in his quæ spoliata fuerant candor apparuit, &c.* tr.22.d.16.n.9

Cap. XXXI.

*Vers.*23. *Qui assumptis fratribus suis, persecutus est eum diebus septem, & comprehendit eum in monte Galaad.* tr.35.d.4.n.9. tr.33.d.11.n.8.

*Vers.*24. *Viditque in somnis dicentem sibi Deum: Cave ne quidquam asperè loquaris contra Jacob.* tr.39.d.11. n.9.d.17. num. 10.

*Vers.*32. *Apud quemcumque inveneris Deos tuos, necetur coram fratribus nostris, scrutare, quidquid tuorum apud me inveneris, & aufer.* tr.42.d.6.n.9.

*Vers.*35. *Ne irascatur Dominus meus, quod coram te assurgere nequeo.* tr.23.d.11.n.4. tr.23.d.14.n.2.

*Vers.*36. *Tumensque Jacob cum jurgio ait: quam ob culpam meam, & ob quod peccatum meum sic exarsisti post me, & scrutatus es omnem supellectilem meam.* tr.42.d.1.n.7.

*Vers.*40. *Diu noctuque æstu urebar & gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis,* tr.22.d.23.n.3. tr.42.d.1.n.7.

Cap.XXXII.

*Vers.*2. *Castra Dei sunt hæc.* tr.35. d.7. n.3. n.8. d.15. n.4. tr.36.d.9.n.8.

*Vers.*8. *Si venerit Esau ad unam turmam, & percusserit eam, alia turma, quæ reliqua est salvabitur,* tr.22.d.33.n.11.

*Vers.*10. *In baculo meo transivi Jordanem, & nunc cum duabus turmis regredior.* tr.28.d.15.n.3. tr.26.d.36. n.6.

*Vers.*27. *Manus nostra excelsa fecit hæc omnia,* tr.30. d. 23. num. 11.

*Vers.*28. *Si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines prævalebis?* tr.32. d.10.n.3.

*Vers.*30. *Non dimittam te nisi benedixeris mihi, & benedixit ei in eodem loco,* tr.35. d.12.n.4.

Cap.XXXIII.

*Vers.*10. *Vidi faciem tuam, quasi viderem vultum Dei,* tr.35. d.10.n.13.d.12.n.5.

Cap.XXXV.

*Vers.*1. *Surge & ascende Bethel, & habita ibi, facque altare Deo qui apparuit tibi quando fugiebas Esau.* tr.30.d.5.n.3.

*Vers.*2. *Abjicite Deos alienos qui in medio vestri sunt, & mundamini, ac mutate vestimenta vestra.* tr.26.d.32.n.8.

*Vers.*4. *Convocata omni domo sua, ait, abjicite Deos alienos, qui in medio vestri sunt.* tr.37.d.9.n.4.

Cap. XXXVII.

*Vers.*2. *Accusavit fratres suos apud Patrem de crimine pessimo.* tr.38.d.1. n.9.

*Vers.*4. *Nec poterant ei quidquam pacifice loqui.* tr.38.d.2.n.9. d.3.n.4. d.14.n.3.

*Vers.*5. *Numquid Rex noster eris, aut subjiciemur ditioni tuæ?* tr.32.d.10.n.3.

*Vers.*10. *Quid sibi vult somnium? num ego & mater tua, & fratres tui adorabimus te super terram? increpavit eum Pater suus.* tr.23.d.13.n.10. tr.38.d.19.n.6.

*Vers.*14. *Vade & vide si cuncta prospera sint erga fratres tuos.* tr.30.d.24 n.2.

*Vers.*19. *Ecce somniator venit, venite occidamus eum, tunc apparebit quid illi prosint somnia sua.* tr.35.d.9. n.7.

*Vers.*26. *Dixit Judas fratribus suis, quid nobis prodest si occidamus fratrem nostrum,* tr.25.d.9. n.9.

*Vers.*27. *Melius est ut venumdetur Ismaëlitis, & manus nostræ non polluantur, frater enim & caro nostra est, &c.* tr.36.d.16.n.5. tr.35. d.25. n.7.

*Vers.*32. *Vide utrum tunica filij tui sit, an non?* tr.38.d.2.n.10. d.3.n.2.

*Vers.*33. *Fera pessima devoravit Joseph.* tr.30.d.24.n.2. tr.38. d.1.n.9. d.17.n.8.

Cap.XXXIX.

*Vers.*6. *Nec quidquam aliud noverat nisi panem quo vescebatur,* tr.31.d.8.n.8.

*Vers.*9. *Quomodo ergo possum hoc malum facere, & peccare in Deum meum?* tr.30.d.9. n.4.

*Vers.*20. *Nimium credulus verbis conjugis, iratus est valde, tradiditque Joseph in carcerem.* tr.40.d.6.n.2.

Cap. XL.

*Vers.*15. *Furto sublatus sum de terra Hebræorum.* tr.35. d.23. num. 3.

*Vers.*16. *Vidi somnium quod tria canistra farinæ haberem super caput meum, & in uno canistro quod erat excelsius portare me omnes cibos qui sunt arte pistoria.* tr.26.d.26.n.4.d.37. n.8.

*Vers.*18. *Tres adhuc dies sunt post quos recordabitur Pharao*

m alter ij tui, & restituet te in gradum pristinum, &c. tr. 30. d. 25. n. 2. tr. 31. d. 15. n. 8.

Cap. XLI.

Vers. 42. Uno tantum regni solio te præcedam, tr. 30. d. 8. n. 2.

Vers. 52. Crescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ, tr. 32. d. 10. n. 3.

Vers. 56. Aperuit universa horrea, tr. 26. d. 33. n. 5.

Cap. XLII.

Vers. 9. Recordatusque somniorum quæ aliquando viderat, &c. tr. 35. d. 23. n. 3.

Vers. 9. Exploratores estis; ut videatis infirmiora terræ venistis, tr. 36. d. 11. n. 5.

Vers. 20. Fratrem vestrum minimum ad me adducite, ut possim vestros probare sermones, tr. 32. d. 15. n. 3.

Vers. 21. Merito hæc patimur, quia peccavimus in fratrem nostrum videntes angustiam animæ illius, &c. tr. 36. d. 11. n. 5. tr. 38. d. 15. n. 2. tr. 41. d. 12. n. 12.

Vers. 54. In universo orbe fames prævaluit; in cuncta autem terra Ægypti Panis erat, tr. 26. d. 2. n. 3.

Cap. XLIII.

Vers. 10. Instrue convivium, quoniam mecum comesturi sunt hodie, tr. 26. d. 19. n. 4.

Vers. 18. Introducti sumus ut devolvat in nos calumniam & violenter subjiciat servituti, nos & asinos nostros, tr. 42. d. 12. num. 2.

Vers. 32. Illicitum est enim Ægyptijs comedere cum Hebræis, & profanum putant hujusmodi convivium, tr. 25. d. 1. num. 3.

Cap. XLIV.

Vers. 5. Scyphus quem furati estis, ipse est in quo libit Dominus meus, pessimam rem fecistis, tr. 30. d. 24. n. 2.

Vers. 12. Invenit scyphum in sacco Benjamin, tr. 26. d. 45. num. 7.

Cap. XLV.

Vers. 3. Non poterant respondere fratres nimio terrore perterriti: ad quos ille clementer, accedite, inquit ad me, tr. 41. d. 17. n. 21.

Vers. 5. Nolite pavere, neque vobis durum esse videatur, quod vendidistis me in hisce regionibus, pro salute enim vestra misit me Deus in Ægyptum, tr. 35. d. 23. n. 3.

Cap. XLVI.

Vers. 27. Misit Judam ante se ad Joseph, tr. 23. d. 14. n. 6.

Cap. XLVII.

Vers. 1. Ingressus ergo Joseph, nunciavit Pharaoni dicens, Pater meus & fratres, oves & armenta, & cuncta quæ possident, venerunt de terra Chanaan, tr. 23. d. 13. n. 9.

Vers. 7. Duo filij quæ nati sunt tibi, mei erunt, tr. 23. d. 16. num. 8.

Cap. XLIX.

Vers. 3. Primogenitus meus, & principium doloris mei... effusus es sicut aqua, non crescas, tr. 35. d. 7. n. 7.

Vers. 4. Effusus es sicut aqua, non crescas, tr. 23. d. 8. n. 5.

Vers. 10. Non auferetur sceptrum de Juda, & Dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est, tr. 35. d. 9. n. 9. tr. 40. d. 5. num. 8.

Vers. 11. Lavabit in vino stolam suam, & in sanguine uvæ pallium suum, tr. 26. d. 20. n. 5.

Vers. 12. Pulchriores sunt oculi ejus vino, & dentes ejus lacte candidiores, tr. 40. d. 6. n. 8. d. 8. n. 8.

Vers. 20. Aser pinguis. Panis ejus, & præbebit delicias Regibus, tr. 26. d. 9 n. 6. d. 23. *per tot.* d. 33. n. 1.

Vers. 22. Nephtali cervus emissus, & dans eloquia pulchritudinis, tr. 30. d. 6. n. 3.

Vers. 23. Filius accrescens Joseph, filius accrescens, & decens aspectu, invidenteque illi portantes jacula, tr. 38. d. 13. n. 4.

Vers. 27. Benjamin lupus rapax, tr. 41. d. 22. n. 9.

Vers. 31. Collegit pedes suos super lectulum, tr. 29. d. 8. n. 12.

Cap. L.

Vers. 15. Quo mortuo timentes fratres ejus & mutuo colloquentes, ne forte minor sit injuriæ quam passus est, & reddat nobis omne malum quod fecimus, &c. tr. 35. d. 4. n. 10.

Vers. 17. Oblivisceris sceleratum fratrum tuorum, & peccati, atque malitiæ, quam exercuerunt in te, tr. 35. d. 13. num. 11.

Vers. 24. Cum adjurasset eos atque dixisset; Deus visitabit vos, asportate ossa mea vobiscum de loco isto, tr. 30. d. 26. n. 13.

EX LIBRO EXODI.

Cap. I.

Vers. 4. Oderant filios Israël Ægyptij & affligebant illudentes eis, tr. 25. d. 1. n. 2.

Vers. 7. Filij Israël creverant, & quasi germinantes multiplicati sunt ac roborati nimis, tr. 38. d. 15. n. 2.

Vers. 8. Surrexit interea Rex novus super Ægyptum, qui ignorabat Joseph, tr. 30. d. 21. n. 4. d. 25. n. 3.

Vers. 11. Præposuit eis Magistros operum, tr. 27. d. 10. n. 7.

Cap. II.

Vers. 9. Pervexit puella & vocavit matrem suam, ad quam locuta filia Pharaonis: Accipe ait puerum, & nutri mihi, tr. 23. d. 7. n. 7.

Vers. 15. Fugiens moratus est in terra Madian, tr. 30. d. 8. n. 2.

Vers. 18. Cur velocius venistis solito, gregem enim pascere, & certo diei tempore ad ovile reducere solita erat, tr. 23. d. 8. n. 7.

Cap. III.

Vers. 2. Apparuitque ei Dominus in flamma ignis de medio rubi, tr. 30. d. 21. n. 10.

Vers. 5. Solve calceamenta de pedibus tuis, tr. 26. d. 26. n. 10.

Vers. 9. Abscondit Moyses faciem suam, non enim audebat aspicere contra Deum, tr. 32. d. 5. n. 9.

Cap. IV.

Vers. 10. Ignorabat Moyses quod cornuta esset facies sua ex consortio sermonis Divini, tr. 32. d. 18. n. 4.

Vers. 17. Virgam quoque hanc sume in manu tua, tr. 40. d. 8. num. 2.

Cap. V.

Vers. 2. Nescio Dominum, tr. 28. d. 17. n. 5. tr. 38. d. 5. n. 3. d. 6. n. 6. tr. 25. d. 3. n. 4.

Vers. 4. Ite ad onera vestra, vacatis otio, & idcirco dicitis, eamus & sacrificemus Domino, ite ergo & operamini, tr. 28. d. 7. n. 13.

Cap. VI.

Vers. 27. Iste est Aaron & Moyses, quibus præcepit Dominus, tr. 22. d. 13. n. 14.

Cap. VII.

Vers. 1. Ecce, constitui te Deum Pharaonis, tr. 35. d. 12. n. 7. tr. 25. d. 7. n. 9.

Vers. 11. Vocavit Pharao Sapientes & maleficos, & fecerunt sic, tr. 33. d. 9. n. 12.

Vers. 19. Dic ad Aaron, tolle virgam tuam, & extende manum tuam super aquas Ægypti, & super fluvios eorum &c. tr. 30. d. 22. num. 8.

Cap. VIII.

Vers. 19. Digitus Dei est hic, tr. 35. d. 1. n. 8. tr. 32. d. 8. n. 7. tr. 35. d. 10. n. 9.

Vers. 26. Abominationes Ægyptiorum immolabimus Deo nostro, tr. 37. d. 5. n. 5.

Vers. 24. Venit musca gravissima, corruptaque est terra ab hujusmodi muscis, tr. 23. d. 18. n. 5.

Cap. IX.

Vers. 7. Mortua sunt omnia animalia Ægyptiorum, de animalibus vero filiorum Israël, nihil omnino periit: & misit Pharao ad videndum &c. tr. 38. d. 15. n. 3.

Cap. X.

Vers. 2. Narres in auribus filij tui, & nepotum tuorum quoties continuerint Ægyptios, & signa mea fecerim in eis, & sciatis quia ego Dominus, tr. 34. d. 27. n. 2. tr. 23. d. 2. n. 8.

Vers. 23. Factæ sunt tenebræ horribiles, nemo vidit fratrem suum, nec moviti se de loco in quo erat, tr. 34. d. 6. n. 12. tr. 29. d. 11. num. 5.

Vers. 26. Non remanebit ex eis ungula, tr. 30. d. 5. n. 8.

Cap. XI.

Vers. 9. Exivit à Pharaone iratus nimis, tr. 39. d. 16. n. 6.

Cap. XII.

Vers. 3. Decima die Mensis hujus tollat unusquisque agnum, tr. 22. d. 22. n. 3.

Vers. 5. Erit Agnus absque macula, tr. 22. d. 21. n. 2. tr. 26. d. 27. *per totum.*

Vers. 8. Edent carnes istas assas igni, cum lactucis agrestibus, tr. 26. d. 16. n. 11.

Vers. 8. Edent carnes nocte illa, tr. 26. d. 46. n. 6.

Vers. 9. Non comedetis ex eo crudum quid, tr. 22. d. 21. n. 4. tr. 26. d. 25. n. 3. d. 26. n. 2.

Vers. 9. Sed tantum assum igni, tr. 26. d. 36. n. 5.

Vers. 9. Caput cum pedibus ejus, & intestinis vorabitis, tr. 26. d. 8. n. 9.

Vers. 11. Sic autem comedetis illum... tenentes baculos in manibus, tr. 26. d. 17. n. 2. d. 29. *per tot.* d. 34. n. 2. d. 48. n. 10.

Vers. 11. Renes vestros accingetis, tr. 22. d. 21. n. 13. tr. 26. d. 42. num. 7.

Vers. 11. Calceamenta habebitis in pedibus, tr. 22. d. 21. n. 12.

Vers. 13. Videbo sanguinem, & transibo, nec erit in vobis plaga disperdens, tr. 26. d. 46. n. 8.

Vers. 15. Non erit fermentum in domibus vestris, quicunque comederit fermentatum, peribit anima illa de Israël, tr. 27. d. 7. n. 5.

Vers. 22. Fasciculum hysopi tinge in sanguine, qui est in limine, & aspergite ex eo superliminare, & utraque postem, tr. 26. d. 16. n. 3. d. 26. n. 6. & 9.

Vers. 23. Transibit enim Dominus percutiens Ægyptios, cumque viderit sanguinem in superliminari, in utroque poste, transiendo ostium domus, & non sinet percussorem ingredi domus vestras, & lædere, tr. 26. d. 20. n. 6.

Vers. 26. Cum dixerint filij vestri, quæ est ista Religio? dicetis eis, victima transitus est, tr. 23. d. 2. n. 7.

Vers. 29. Factum est in noctis medio, percussit Deus omne primogenitum, tr. 41. d. 28. n. 1.

Vers. 23.

Vers. 32. Abeuntes benedicite mihi, tr. 35. d. 12. n. 7.

Vers. 37. Profectique sunt filij Israël & oves & armenta, & animantia diversi generis, tr. 30. d. 5. n. 8.

Cap. XIV.

Vers. 14. Dominus pugnabit pro vobis, tr. 26. d. 20. n. 3.

Vers. 31. Viderunt Ægyptios mortuos super littus maris, tr. 30. d. 15. n. 7.

Cap. XV.

Vers. 2. Fortitudo mea & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem, tr. 30. d. 17. n. 11.

Vers. 5. Descenderunt in profundum quasi lapis, tr. 34. d. 6. num. 10.

Vers. 7. Misisti iram tuam; quæ devoravit eos quasi stipulam, tr. 39. d. 16. n. 6.

Vers. 10. Submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus, tr. 30. d. 15. n. 7. tr. 34. d. 15. n. 2. & 7.

Vers. 16. Irruat super vos formido & pavor; in magnitudine brachij mei, tr. 41. d. 7. n. 1. d. 24. n. 1.

Cap. XVI.

Vers. 3. Utinam mortui essemus, quando sedebamus super ollas carnium; & comedebamus panem in saturitate, tr. 31. d. 21. num. 8.

Vers. 4. Ecce, ego pluam vobis panem de cœlo, egrediatur populus, & colligat, tr. 26. d. 13. n. 9.

Vers. 4. Egrediatur populus, & colligat, ut tentem eum utrum ambulet in lege mea, an non? tr. 26. d. 49. n. 9. & 10.

Vers. 12. Mane saturabimini panibus, scietisque quod ego sum Dominus Deus vester, tr. 26. d. 24. n. 7. d. 26. n. 6.

Vers. 13. Ascendens coturnix cooperuit castra; vos jacuit per circuitum castrorum, tr. 26. d. 19. n. 2. d. 13. n. 2.

Vers. 14. Apparuit in solitudine minutum, tr. 26. d. 13. n. 3.

Vers. 16. Hic est sermo quem præcepit Dominus, colligat unusquisque ex eo quantum sufficiat ad vescendum, tr. 31. d. 15. num. 2.

Vers. 22. Die sexto collegerunt cibos duplices, tr. 28. d. 4. n. 8.

Vers. 26. Sex diebus colligetis, in die autem septimo Sabbatum est Domini, tr. 28. d. 1. n. 3.

Vers. 29. Maneat unusquisque apud semetipsum, nullus egrediatur de loco suo die septimo, tr. 26. d. 13. n. 9. tr. 28. d. 4. n. 9.

Vers. 31. Erat quasi semen Coriandri album, tr. 26. d. 14. n. 5.

Vers. 32. Imple gomor ex eo; ut custodiatur in futuras vestri generationes, tr. 30. d. 27. n. 4.

Vers. 33. Sume vas, & mitte tibi Man quantum capere potest Gomor, tr. 26. d. 13. n. 10.

Cap. XVII.

Vers. 8. Venit autem Amalec, & pugnabat contra Israël, tr. 29. d. 4. n. 6.

Vers. 8. Elige viros & egressus pugna contra Amalec, cras ego stabo in vertice collis, habens virgam Dei in manu mea, tr. 24. d. 17. n. 8. tr. 26. d. 20. n. 3.

Vers. 14. Delebo memoriam Amalec sub cœlo, tr. 25. d. 2. n. 5.

Vers. 15. Ædificavitque Moyses altare, & vocavit nomen ejus: Dominus exultatio mea, tr. 30. d. 3. n. 2.

Cap. XVIII.

Vers. 13. Altera die sedit Moyses, ut judicaret populum, qui assistebat Moysi à mane usque ad vesperam, tr. 40. d. 2. n. 2. d. 4. n. 2. d. 5. *per totum.*

Vers. 15. Venit ad me populus, quærens sententiam Dei, tr. 40. d. 5. n. 4. d. 8. n. 6.

Vers. 21. Provide de omni plebe viros potentes & timentes Deum, & in quibus sit veritas, & qui oderint avaritiam, & constitue ex eis, qui judicent populum omni tempore, tr. 40. d. 1. n. 2. d. 2. n. 7. d. 8. *per tot.* d. 12. n. 4.

Cap. XIX.

Vers. 10. Vade ad populum, sanctifica illos hodie & cras, & laventque vestimenta sua, tr. 22. d. 17. n. 6.

Vers. 12. Cavete, ne ascendatis in montem, nec tangatis fines illius, qui tetigerit montem, morte morietur, tr. 29. d. 15. n. 10.

Cap. XX.

Vers. 2. Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, & de domo servitutis, tr. 30. d. 9. n. 4.

Vers. 8. Memento, ut diem Sabbati sanctifices, tr. 28. d. 1. *per totum.* d. 12. n. 1.

Vers. 10. Sabbathum Domini Dei tui est, non facies omne opus in eo, tr. 28. d. 3. *per totum.*

Vers. 18. Cunctus autem populus videbat voces & lampades, & sonitum buccinæ, & montem fumantem, tr. 29. d. 15. n. 4.

Cap. XXI.

Vers. 5. Quod si dixerit servus, diligo Dominum meum & uxorem ac libros, non egrediar liber, offeret eum Dominus Dijs, tr. 40. d. 2. n. 5.

Vers. 6. Quod si dixerit servus; diligo Dominum meum, & uxores ac liberos, non egrediar liber & offerat eum Dominus Dijs, tr. 22. d. 11. n. 1.

Vers. 22. Si rixati fuerint viri, & percusserit quis mulierem prægnantem & abortivum quidem fecerit, sed ipsa vixerit, subjacebit damno, tr. 17. d. 13. n. 2.

Vers. 23. Si quis aperuerit cisternam, & non operuerit eam, cecideritque bos & asinus in eam; reddet Dominus cisternæ pretium jumentorum, tr. 27. d. 13. n. 8.

Cap. XXII.

Vers. 8. Si inveniatur fur, duplum reddet, si latet fur, Dominus domus applicabitur ad Deos, tr. 46. d. 2. n. 5.

Vers. 28. Dijs non detrahes, tr. 22. d. 11. per totum.

Cap. XXIII.

Vers. 3. Pauperi non misereberis in judicio, tr. 40. d. 6. n. 5.

Vers. 4. Si occurreris bovi inimici tui, aut asino erranti, reduc ad eum. Si videris asinum odientis te jacere sub onere, non pertransibis, sed sublevabis cum eo, tr. 35. d. 19. n. 6.

Vers. 8. Nec accipies munera, quæ etiam excæcant prudentes, & subvertunt verba justorum, tr. 40. d. 9. n. 2. d. 12. n. 1.

Vers. 10. Sex annis seminabis terram, sed septimo anno dimittes eam, ut comedant pauperes populi tui, tr. 24. d. 6. n. 4.

Vers. 14. Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebrabitis, tr. 30. d. 2. n. 5.

Cap. XXIV.

Vers. 3. Venit enim Moyses, & narravit plebi omnia verba Domini atque judicia, respondítque omnis populus una voce, omnia verba Domini quæ locutus est faciemus, tr. 41. d. 13. n. 3.

Vers. 4. Mane consurgens ædificavit altare ad radices montis, & duodecim titulos per duodecim tribus Israël, tr. 30. d. 5. n. 7.

Vers. 6. Tulit dimidiam partem sanguinis, & misit in crateras, tr. 22. d. 7. n. 9.

Vers. 10. Viderunt Deum Israël, & sub pedibus ejus, quasi opus lapidis Sapphyrini, & quasi cœlum cum serenum est, tr. 32. d. 12. n. 7. tr. 37. d. 5. n. 8.

Cap. XXV.

Vers. 15. Cherubim utrumque latus propitiatorij tegant, tr. 26. d. 50. n. 4.

Vers. 18. Duos quoque Cherubim aureos & productiles facies ex utraque parte oraculi, tr. 40. d. 8. n. 5. tr. 22. d. 34. n. 3.

Vers. 23. Facies & mensam, tr. 26. d. 9. n. 3.

Vers. 25. Faciesque illi labium aureum per circuitum, & ipsi labio coronam; & super illam alteram coronam aureolam, tr. 26. d. 9. n. 3.

Vers. 30. Pones super mensam panes propositionis, tr. 26. d. 37. num. 9.

Vers. 40. Inspice & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est, tr. 32. d. 7. n. 2. tr. 36. d. 7. n. 2.

Cap. XXVI.

Vers. 29. Dixit Dominus ad Moysen: usquequo non vultis custodire mandata mea, & legem meam; videte, quod Dominus dederit vobis Sabbatum, & propter hoc die sexta tribuit vobis cibos duplices, tr. 28. d. 1. n. 3. d. 13. n. 4.

Cap. XXVIII.

Vers. 1. Applica quoque ad te Aaron fratrem tuum, cum filijs suis de medio filiorum Israël, ut sacerdotio fungantur mihi, tr. 22. d. 1. n. 1.

Vers. 2. Facies vestem sanctam Aaron fratri tuo, in gloriam & decorem, tr. 22. d. 6. *per totum.*

Vers. 11. Sculpes in eis nomina filiorum Israël, tr. 22. d. 15. n. 7.

Vers. 30. Ponesque in rationali doctrinam & veritatem, tr. 22. d. 34. num. 9.

Vers. 33. Deorsum vero ad pedes ejusdem tunicæ per circuitum, quasi mala punica facies ex hyacintho, & purpura, & cocco bis tincto mixtis in medio tintinnabuli, tr. 41. d. 2. n. 6.

Vers. 42. Facies & fœminalia linea, ut operiant carnem turpitudinis suæ, à renibus, usque ad femora, & utentur eis Aaron & filij ejus, tr. 22. d. 17. n. 6.

Vers. 43. Iniquitatis rei morientur, tr. 22. d. 18. n. 8.

Cap. XXX.

Vers. 32. Unges, sanctificabisque eos, ut sacerdotio fungantur mihi, filijs quoque Israël dices: Hoc oleum unctionis sanctum erit mihi in generationes vestras, caro hominis non ungetur ex eo, tr. 22. d. 9. n. 13. tr. 22. d. 10. n. 14. tr. 22. d. 17. n. 9. tr. 22. d. 11. n. 11.

Cap. XXXI.

Vers. 13. Loquere filijs Israël, & dices ad eos, videte, ut Sabbatum meum custodiatis, tr. 28. d. 8. n. 7.

Vers. 14. Custodite Sabbatum meum, sanctum est enim vobis, tr. 28. d. 13. n. 1.

Vers. 18. Moyses valde iratus projecit de manu tabulas, & confregit eas ad radicem montis, tr. 27. d. 2. n. 1.

Vers. 21. Quid tibi fecit hic populus, ut introduceres super eum peccatum maximum? tr. 22. d. 29. n. 6.

Vers. 26. Ponat vir gladium super femur suum, & occidat unusquisque vir fratrem & amicum & proximum suum, tr. 22. d. 37. n. 7.

Vers. 28. Percussit eos plaga magna nimis, tr. 31. d. 17. n. 6.

Vers. 29. Ut non possint intendere filij Israël in faciem Moysi propter gloriam vultus ejus, tr. 26. d. 5. n. 7.

Cap. XXXII.

Vers. 1. Videns populus quod moram faceret descendendi de monte Moyses, congregatus adversus Aaron dixit, surge, fac nobis Deos, qui nos præcedant, tr. 30. d. 27. n. 10. tr. 31. d. 14. n. 3. tr. 42. d. 10. n. 2.

Vers.5. Fecit vitulum conflatilem, dixeruntque hi sunt Dii tui Israël, quod cum vidisset Aaron, ædificavit altare coram eo, & præconis voce clamavit dicens: Cras solemnitas Domini est, tr.28. d.7. n.8.

Vers.6. Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere, tr.31.d.7.n.7. d.10. n.7. d.14.n.3.

Vers.10. Dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gentem magnam, tr.22.d.31. n.4. tr.31. d.16.n.4. tr.32.d.14.n.14. tr.35.d.9.n.7.

Vers.19. Projecit de manu tabulas & confregit eas ad radicem montis, tr.31.d.12.n.11. tr.39.d.12. n.7.

Vers.28. Ceciderunt que in die illa, quasi viginti tria millia hominum, tr.27.d.9.n.4.

Vers.29. Consecrastis manus vestras hodie Domino, tr.23.d.10. num. 7.

Vers.31. Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro vitæ, tr.22.d.3.n.13.tr.35.d.15.n.6.

Cap.XXXIII.

Vers.1.2.& 3. Vade, Ascende de loco isto tu, & populus tuus,... Et mittam præcursorem tui Angelum, Non enim ascendam tecum, quia populus dure cervicis es, ne forte disperdam te in via, tr.30.d.19. n.8.tr.39.d.10. n.8.

Vers.11. Loquebatur Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet homo loqui ad amicum suum, tr.35.d.10.n.9.

Vers.13. Ostende mihi faciem tuam, ostende mihi gloriam tuam, tr.35.d.15.n.7. tr.38.d.7. n.2.

Vers. 20. Non enim videbit me homo & vivet, tr.25.d.15. num. 7.

Cap. XXXIV.

Vers.1. Præcide tibi duas tabulas lapideas instar priorum, tr.30. d.9. n.2.

Vers.18. Ostende mihi gloriam tuam, ego ostendam omne bonum tibi, tr.25.d.7. n.2.

Vers.22. Solemnitatem hebdomadarum facies tibi in primitijs fruguum messis tuæ triticeæ, & solemnitatem quando redeunte anni tempore cuncta condantur, tr.30. d.2. n.5.

Vers.24. Tribus temporibus anni apparebit omne masculinum tuum in conspectu omnipotentis Domini Dei Israël, nullus insidiabitur terræ tuæ, ascendente te, & apparente in conspectu Dei tui, tr.28.d.12. n.8.

Vers.27. Panem non comedit & aquam non bibit, & scripsit in tabula verba fœderis decem, tr.27.d.2.n.3.

Cap. XXXV.

Vers.2. Septimus dies erit vobis sanctus, tr.23.d.13.n.1.

Vers.30. Vocavit Dominus Beseleel, filium Uri, implevitque eum Spiritu Dei, sapientia & intelligentia, tr.22.d.6.n.3.

Cap. XXXVI.

Vers.4. Unde artifices venire compulsi, dixerunt Moysi, plus offert populus, quam necessarium est, tr.22.d.35. n.7.

Cap.XXXVIII.

Vers.4. Fecit & labrum æneum, cum basi sua, de speculis mulierum, quæ excubabant in ostio tabernaculi, tr.22.d.8.n.1.

EX LIBRO LEVITICI.

CAP. I.

Vers.4. Ponetque manum super caput hostiæ & acceptabilis erit, tr.37.d.2.n.5. tr.36.d.32.n.4.

Vers.9. Masculum immaculatum offeret, tr.26.d.28.n.7.

Vers.15. Revorto ad collum capite, tr.27.d.3. n.4.

Vers.16. Si autem de avibus holocaustii oblatio fuerit Domino, vesiculam guturis & plumas projiciet ad orientalem plagam, in loco in quo cineres effundi solent, tr.31.d.10. n.8.

Cap. II.

Vers.1. Anima cum obtulerit oblationem sacrificij, tr.22. d.21. num.7.

Vers.4. Cum obtuleris sacrificium coctum in clibano, de similæ panes azimi absque fermento, tr.33.d.9.n.1.

Vers.5. Si oblatio fuerit de sartagine, dividesque eam minutatim, tr.26.d.36.n.3. d.46.n.7.

Vers.11. Nec quidquam mellis adolebitur in sacrificio Domini, tr.35.d.8.n.9. tr.22.d.17.n.6.

Vers.13. Quidquid obtuleris sacrificij, sale condies, tr.35.d.8. num. 9.

Vers.14. Si obtuleris manus primitiarum frugum tuarum Domino de spicis adhuc virentibus &c. tr.34.d.3.n.9.

Cap. IV.

Vers.2. Si peccaverit per ignorantiam, tr.22.d.34.n.11.

Vers.3. Si Sacerdos peccaverit delinquere faciens populum, offeret vitulum, si peccaverit Princeps, offeret hostiam Domino hircum de capris, tr.22.d.13.n.14. tr.22.d.25.n.2. tr.22.d.27.n.8. tr.22. d.29. n. 3.

Vers.12. In locum mundum, ubi cineres effundi solent, tr.22. d.21. n.6.

Vers.26. Rogabit pro eo Sacerdos, & pro peccato ejus, & remittetur ei, tr.22.d.15. n.9.

Cap. VI.

Vers.12. Ignis in altari semper ardebit, quem nutriet Sacerdos subjiciens ligna per singulos dies, tr.27.d.6.n.5.

Vers.25. Ista est lex hostiæ pro peccato: in loco ubi offertur holocaustum, immolabitur coram Domino, sanctum Sanctorum est, sacerdos qui offert, comedet eam in loco sancto: quidquid tetigerit carnes ejus sanctificabitur, tr.26.d.42. n.3.

Cap.VII.

Vers.20. Anima polluta quæ ederit de carnibus hostiæ pacificorum, quæ oblata est Domino, peribit de populis suis, tr.26. d.40. num.4.

Vers.35. Hæc est unctio Aaron, & filiorum ejus, in ceremonijs Domini, tr.22.d.4.n.3.

Cap. VIII.

Vers.1. Congregata omni turbâ ante fores Tabernaculi, tr.22. d.4.n.6.

Vers.6. Tolle Levitas de medio filiorum Israël, & purificabis eos juxta hunc ritum: Aspergantur aqua lustrationis, & radant omnes pilos carnis suæ, tr.22.d.8. n.4.

Vers.33. De ostio Tabernaculi non exibitis septem diebus, usque ad diem, quo complebitur tempus consecrationis vestræ, tr.22. d.15. num.4.

Cap. X.

Vers.1. Egressus ignis à Domino devoravit eos, & mortui sunt coram Domino, tr.22.d.19.n.2.

Vers.3. Hoc est, quod locutus est Dominus, sanctificabor in ijs, qui appropinquant mihi, tr.22.d.4.n.5.

Vers.5. Arreptis Adab & Abiu filij Aaron thuribulis, posuerunt ignem, & incensum desuper, offerentes coram Domino ignem alienum, quod eis præceptum non erat, tr.31.d.13.n.9.

Vers.8. Vinum & omne quod inebriare potest non bibetis, tu & filij tui, quando intratis in tabernaculum testimonij, ne moriamini, quia præceptum sempiternum est in generationes vestras, tr.22. d.17.n.5. tr.31.d.13. n.9.

Cap. XI.

Vers.18. Hæc sunt, quæ de avibus comedere non debetis, & vitanda sunt vobis, aquilam & gryphem, & cygnum, tr.33. d.7.n.8.

Cap.XIII.

Vers.6. Die septimo contemplabitur, si obscurior lepra, & non creverit in cute, mundabit eum, quia scabies est, tr.42.d.9. per totum.

Cap. XVI.

Vers.30. In hac die expiatio erit vestri, atque mundatio ab omnibus peccatis vestris, Sabbatum enim requietionis est, & afflgetis animas vestras, tr.28.d.4. n.6.7. d.14.n.6.

Cap. XVII.

Vers.6. Omnis adeps Domini erit jure perpetuo in generationibus & cunctis habitationibus vestris, nec sanguinem nec adipem omnino comedetis, tr.37. d.1. n.3.

Cap. XIX.

Vers.15. Non consideres personam pauperis, nec honores vultum potentis, juste judica, tr.40.d.6.n.8.

Vers.15. Non faciesque, quod iniquum est, nec injuste judicabis, tr. 40.d.6.n.8.

Vers.17. Non oderis fratrem tuum in corde tuo, tr.35.d.30. per totum.

Vers.19. Vestem quæ ex duobus texta est, non indueris, tr.23.d.1. num. 3.

Vers.24. Quarto anno omnis fructus eorum sanctificabitur, laudabilis Domino, tr.24. d.6.n.5.

Vers.36. Justus modius, æquusque sextarius, tr.42.d.11.n.7.

Cap.XX.

Vers.26. Eritis mihi sancti, quia sanctus sum ego Dominus, & separavi vos à cæteris populis, ut essetis mei, tr.22.d.1. per totum.

Cap. XXI

Vers.6. Sancti erunt Deo suo, incensum enim Domini, & panes Dei sui offerunt, & ideo sancti erunt, tr.22.d.7. per totum.

Vers.7. Sancti erunt Deo suo, & non polluent nomen ejus, incensum enim Domini, & panes Dei sui offerunt, & ideo Sancti erunt, tr.22. d.1. n.4.

Vers.9. Sacerdotis filia, si deprehensa fuerit in stupro, & violaverit nomen Patris sui flammis exuretur, tr.22. d.19.n.3.

Vers.16. Caput suum non discooperiet, tr.22.d.13.n.11.

Vers.20. Non offeret panes Deo suo, nec accedat ad ministerium ejus, si fuerit gibbus, tr.22.d.3. n.2.

Vers.21. Omnis qui habuerit maculam de semine Aaron Sacerdotis, non accedet offerre hostias Domino, nec panes Deo suo, tr.22. d.20. n.9.

Cap.XXII.

Vers.3. Omnis homo qui accesserit de stirpe vestra ad ea, quæ consecrata sunt, & quæ obtulerunt filij Israël Domino, in quo est immunditia, peribit coram Domino, Ego sum Dominus, tr.22. d.20. n.9.

Vers.22. Omnis macula non erit in eo, si cæcum fuerit, si fractum, si cicatricem habens, si papulas, aut scabiem: aut impetiginem, non offeretis ea Domino, nec adolebitis ex eis super altare Domino, tr.22.d.20.n.9.

Cap.XXIII.

Vers.8. Locutus est Dominus ad Moysen, dicens: loquere filijs

filijs Israel, & dices ad eos: hæ sunt feriæ Domini, quas vocabitis sanctas: sex diebus facietis opus, dies septimus quia Sabbati requies est, vocabitur sanctus, &c. tr.28.d.3.n.1.d.4.n.7.d.6. n.4.d.13.n.5.

Vers. 24. Erit vobis Sabbatum memoriale clangentibus tubis, tr.28.d.15.n.6.

Vers.34. A quinto decimo die mensis hujus septimi erunt feriæ tabernaculorum septem diebus Domino, tr.28.d.3.n.8.

Vers.40. Sumetis vobis fructus arboris pulcherrimæ spatulasque palmarum, celebrabitisque solemnitatem, tr.28.d.7.n.12.

Cap. XXIV.

Vers.1. Aaron accendebat lucernas fomentis olei, quod contuleraut populus, lumini pabulum præbens, tr.29.d.5.n.3.

Cap.XXV.

Vers.21. & 22. Dabo vobis benedictionem meam anno sexto, & faciet fructus annorum trium: Seretisque anno octavo, & comedetis fruges veteres, usque ad annum nonum, &c. tract.24.d.6. num.4.

Cap. XXVI.

Vers. 3. Custodite Sabbata mea, & dabo vobis pluvias temporibus suis, & terra gignet germen suum, & pomis arbores replebuntur, apprehendet messium tritura vindemiam, &c. tr.28.d.12.n.7. tr.30.d.11.n.6.

Vers. 36. Dabo pavorem in cordibus eorum in Regionibus hostium, terrebit eos sonitus folij volantis, tr.34.d.15.n.9. tr.35.d. 27.n.4. tr.41.d.20.n.6.

Vers. Eod. Terrebit eos sonitus folij volantis, & ita fugient quasi gladium, cadent nullo persequente, tr.41.d.5.n.6.

EX LIBRO NUMERI.

Cap.VI.

Vers.18. Radetur Nazaræus ante ostium tabernaculi fœderis cæsarie consecrationis suæ, tolletque capillos ejus, & ponet super ignem, qui est suppositus sacrificio pacificorum. tract.22.disc.2. per totum.

Cap. VIII.

Vers.7. Tolle Levitas de medio filiorum Israel, & purificabis eos juxta hunc ritum, aspergantur aqua lustrationis, & radant omnes pilos carnis suæ, tr.22.d.17.n.6.

Vers. 27. Hæc est lex Levitarum, à viginti quinque annis & supra ingredientur, ut ministrent in tabernaculo fœderis, tr.25. d.1.n.5.

Cap. X.

Vers.4. Si semel clangueris, venient ad te Principes, & capita multitudinis Israel, si autem prolixior atque concisus clamor increbueris, movebunt castra primi qui sunt ad Orientalem plagam, tr.27.d.5.n.3.

Cap. XI.

Vers. 1. Quis dabit nobis ad vescendum carnes? recordamur piscium, quos comedebamus in Ægypto gratis, &c. tr. 26. d. 13. n.12.

Vers. 9. Saporis quasi panis oleati, tr.26.d.13.n.13.

Vers.13. Flent coram me dicentes, da nobis carnes, ut comedamus, tr.31.d.15.n.2.

Vers.15. Non possum sustinere hunc populum, quia gravis est mihi, tr.31.d.16.n.4.

Vers. 32. Surgens populus toto die illo & nocte, ac die altero congregavit, qui parum, decem choros, tr. 31.d.15.n.12.

Cap.XII.

Vers. 1. Num per solum Moysen locutus est Dominus? nonne & nobis similiter est locutus, tr.18.d.12.n.2.

Vers.2. Quod cum audisset Dominus, iratus est, tr.35.d.29.n.3.

Vers. 3. Erat Moyses vir mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra, tract.35.disc.9.n.7.d.14.n.7.tract.39.d. 12.n.7.

Cap. XIII.

Vers.24. Pergentesque usque ad torrentem botri, abscideruntpalmitem cum uva sua, quem portaverunt in vecte duo viri, tr.26. d.36.n.2.d.38.n.2.

Cap. XIV.

Vers. 2. Utinam essemus mortui in Ægypto, tr. 30.d. 25. num.4.

Vers. 17. Magnificetur fortitudo Domini, sicut juravisti, dicens, Dominus patiens, tr.35.d.25.n.6.

Cap. XV.

Vers.35. Dixit Dominus ad Moysen, morte moriatur homo iste, obruat eum lapidibus omnis turba, tr.28.d.10.per tot.

Cap. XVI.

Vers.15. Iratusque Moyses valde, dixit ad Dominum, tr.39.d. 16. n. 5.

Vers.31. & 32. Disrupta est terra sub pedibus eorum, & aperiens os suum devoravit illos cum tabernaculis suis, descenderuntque vivi in infernum operti humo, tr.38.d.12.n.5.tr.42.d.1.n.8.

Vers.48. Stans inter mortuos & viventes, pro populo deprecatus est, & plaga cessavit, tr.35.d.14.n.7.

Cap. XVII.

Vers.5. Quem ex his elegero, germinabit virga ejus, tr.22.d.5. n.2.tr.40.d.5.n.7.

Vers.8. Invenit germinasse virgam Aaron in domo Levi, & turgentibus gemmis eruperant flores, qui foliis dilatatis in amygdalas deformati sunt, tr.22.d.31.n.2.

Cap. XVIII.

Vers. 20. In terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos, ego pars & hæreditas tua in medio filiorum Israel, tr.22. d.3.num.11.

Cap. XX.

Vers. 8. Loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas, tr.27.d.2.n.7.

Vers.9. Tulit Moyses virgam, quæ erat in conspectu Domini, tr.22.d.23.n.2.

Vers.10. Audite rebelles & increduli, num de petra hac vobis aquam poterimus ejicere, tr.35.d.10.n.6.

Vers.12. Quia non credidistis mihi, ut sanctificaretis me coram filijs Israel, tr.27.d.11.n.5.

Vers. 24. Eo quod incredulus fuit ori meo ad aquas contradictionis, tr.22.d.30.n.9.

Cap. XXI.

Vers. 5. Anima nostra nauseat super cibo isto levissimo, Tract. 34. d. 27. n. 16. tr. 31. d. 14. n.3. tr.26. d.13. n.6. d.43. n.4.d.47.n.3.

Cap. XXII.

Vers.28. Aperuitque Dominus os asinæ, & locuta est, tr.30 d.22.n.9.

Cap.XXIII.

Vers.8. Quomodo maledicam, cui non maledixit Deus? tr.38. d.19.n.9.

Vers. 19. Non est Deus quasi homo ut mentiatur, nec ut filius hominis ut mutetur, tr.41.d.19.n.8.

Vers.25. Maledictus qui accipit munera, ut perentiat animam innocentis, tr.40.d.11.n.4.

Cap. XXVIII.

Vers.20. Mittet super te Dominus famem, & esuriem & increpationem in omnia opera tua quæ tu facies, tr.30.d.20.n.12.

Vers.63. Sicut ante lætatus est Dominus super nos, bene nobis facient, sic lætabitur disperdens nos, atque subvertens, tr.40.d. 1. n. 4.

Cap. XXXI.

Vers.17. Absconsam faciem meam ab eo, & erit in devorationem, invenient eum omnia mala, tr.34.d.22.per totum.

Vers.28. Invocabo contra eos cœlum & terram, tr.41.d.4.n.4.

Cap. XXII.

Vers. 1. Audite cœli, quæ loquor, audiat terra verba oris mei, tr.27.d.9.n.6.tr.30.d.27.n.6.

Vers.6. Hæccine reddis Domino, populе stulte, & insipiens? numquid non ipse est Pater tuus, tr.30.d.1.n.10.tr.23.d.1.n.1.

Vers.10. Invenit eum in terra deserta, in loco horroris, & vastæ solitudinis, tr.30.d.16.n.3.

Vers.11. Sicut aquila provocans ad volandum pullos suos & super eos volitans, tr.38.d.6.n.5.tr.26.d.10.n.6.

Vers.13. Ut sugeret mel de petra, oleumque de saxo durissimo, butyrum de armento, & lac de ovibus cum adipe agnorum, &c. tr.31.d.7.n.5.

Vers.15. Incrassatus est dilectus, & recalcitravit, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem suum, tr.30.d.24.n.9.tr.31. d.12.n.9.d.27.n.6.tr.26.d.33.n.4.

Vers. 17. Immolaverunt dæmoniis, & non Deo, Diis quos ignorabant, tr.31.d.14.n.3.tr.22.d.17.n.4.

Vers.18. Deum qui te genuit, dereliquisti, & oblitus es Domini creatoris tui: vidit Dominus, & ad iracundiam concitatus est, tr.30.d.20. per totum.tr.41.d.9.n.7.

Vers.22. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit usque ad inferni novissima, tr.34.d.9.n.3.tr.30.d.21.n.10.tr.30.d.24.n.9. tr.41.d.20.n.4.

Vers. 23. Congregabo super eos mala, & sagittas meas complebo in eis, tr.34.d.7.n.1.tr.41.d.30.n.4.

Vers.23. De vinea Sodomorum vinea eorum, propago eorum de Gomer, uva eorum uva fellis, &c. tr.34.d.13.n.6.d.28.n.2.

Vers.33. Fel Draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile, tr. 31.d.16.n.3.tr.34.d.27.n.16.

Vers.34. Non hæc condita sunt apud me, & signata in thesauris meis: mea est ultio, & ego retribuam in tempore, tract.41. d.8.n.8.

Vers.35. Juxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora, tr.41.d.28.n.3.

Cap. XXXIII.

Vers. 2. Apparuit de monte, & cum eo Sanctorum millia, in dextera ejus ignea lex. Tract.41.disc.15.n.9.d.18.n.3.tr.35. d. 1. n. 9.

Vers. 3. Qui appropinquant pedibus ejus, accipient de doctrina illius, tr.32.d.15.n.7.

*Vers.7. Manus ejus pugnabant pro eo,& adjutor illius contra adversarios ejus erit,*tr.26.d.20.n.5.

*Vers.8. Levi quoque ait : Qui dixerit patri suo , & matri suæ nescio vos ., & fratribus suis ignoro vos,hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum servaverunt,*tr.23.d.10.n.1.

*Vers. 17. Benedictio illius qui apparuit in rubo veniat super caput Joseph , quasi primogeniti tauri pulchritudo ejus cornua Rinocerotis,*tr.35.d.7.n.6.

Cap. XXXIV.

*Vers.5. Mortuus est ibi Moyses servus Domini , jubente Domino,*tr.26.d.9.n.5.

Vers.7. Non caligavit oculus ejus , nec dentes illius moti sunt, tr.29.d.22.n.6.tr.39.d.9.n.6.

Cap. XLII.

Vers.30. Mea est ultio,& ego retribuam in tempore; tr.35.d.29 per totum.

EX LIBRO JOSUÆ.

CAP. I.

Vers. 1. Factum est... ut loqueretur Dominus ad Josue filium Nun. tr.40.d.5.n.8.

Cap. II.

Vers. 1. Dominus Deus vester , ipse est Deus in cælo sursum, tr.22.d.20.n.8.

Cap.III.

Vers.6. Surge & transi Jordanem istum tu , & omnis populus tecum, tr.27.d.5.n.6.

Cap. IV.

Vers.6. Ut sint signum inter vos , & quando interrogaverint filij vestri cras dicentes, quid sibi volunt isti lapides ? Respondebitis eis,&c. tr.30.d.2.n.7.

Vers.9. Custodi semetipsum,& animam tuam solicite , tr.41.d.13.n.2.

Cap. V.

Vers 11. Comederunt de frugibus terræ azymos panes,& polentam ejusdem anni, tr.31.d.11.n.5.

Cap.VII.

*Vers.15. Quicumque ille in hoc facinore fuerit deprehensus,comburetur igne cum omni substantia sua,*tr.40.d.3.n.5.

Vers.19. Quia turbasti nos , exturbet te Deus in die hac, tr.40.d.7.n.3.

Cap. VIII.

*Vers.18. Leva clypeum qui in manu tua est contra urbem Hai, quoniam tibi tradam eam,*tr.29.d.4.n.7.tr.26.d.22.n.5.

Vers.31. Ædificabis altare Domino Deo tuo ex lapidibus,quos ferrum non tetigit, tr.35.d.8.n.9.

Cap. X.

Vers. 12. Sol contra Gabaon ne movearis.&c. steterit itaque Sol, obediente Deo voci hominis , tr.32.d.10.n.5.tr.22.d.12.n.4. tr.26.d.52.n.10.

Cap. XI.

*Vers.11. Cæpit Azor,& Regem ejus percussit gladio, percussitque omnes animas, quæ ibidem morabantur,*tr.27.n.5.n.3.

Cap. XIX.

*Vers. 1. Egressa est sors secunda , filiorum Simeon per cognationes suas, fuitque hæreditas eorum in medio possessionis filiorum Juda,*tr.27.d.9.n.1.

EX LIBRO JUDICUM.

Cap. I.

Vers. 2. Quis ascendet ante nos contra Chananæum , & erit Dux belli ? tr.38.d.16.n.7.

Cap.V.

*Vers.10. Stellæ manentes in ordine & cursu suo, adversus Sisaram pugnaverunt,*tr.41.d.4.n.8.d.12.n.11.

Cap.VI.

Vers.12. Dominus tecum virorum fortissime : si Dominus nobiscum est,cur apprehenderunt nos hæc omnia ? tr.42.d.10.n.3.

Cap.VII.

Vers. 12. Madian autem Amalec , & omnes orientales populi jacebant in valle ut locustarum multitudo , cameli quoque innumerabiles erant sicut arena, tr.26.d.22.n.2.

Vers.13. Videbatur mihi quasi subcinericius panis volvi, & in castra Madian descendere , cumque pervenisset ad tabernaculum percussit illud,atque subvertit,& terræ funditus coæquavit, tr.26.d.16.n.4.d.22.n.2.

*Vers.13. Divisit trecentos vivos in tres partes, & dedit tubas in manibus eorum , lagenasque vacuas ac lampades in medio lagenarum,& dixit ad eos,quod me videtis facere facite,*tr.27.d.5.n.4.

EX LIBRO NUMERORUM.

Cap. XXIV.

Vers. 2. Irruente in se Spiritu Dei, assumpta parabola ait : dixit Balaam filius Beor,dixit homo cujus obturatus est oculus,&c. tr.32.d.15.n.12.

Cap.XXV.

Vers.1. Adoraverunt Deos eorum , vocaverunt eos ad sacrificia sua, tr.31.d.14.n.7.d.17.n.6.

Vers.3. Initiatus est Israel Beelphegor,& iratus Dominus,ait ad Moysen : Tolle cunctos Principes populi , & suspende eos contra Solem & in patibulis,ut avertatur furor meus, tr.27.d.9.per tot.

*Vers. 4. Tolle cunctos Principes populi, & suspende eos contra Solem in patibulis,*tr.22.d.29.n.12.

Vers.13. Erit tam ipsi quam semini ejus , pactum Sacerdotij sempiternum, quia zelatus est pro Deo , tr.22.d.14.n.14.tr.22. d.29. n.11.

*Vers.14.& 15. Erat autem nomen viri Israelitæ,qui occisus est cum Madianitide,Zambri filius Sale,Dux de cognatione& tribu Simeonis. Porro mulier Madianitis ... vocabatur Cozbi, Filia Sur Principis nobilissimi, Madianitarum.*tr.27.d.9.n.1.

Cap. XXV.

*Vers.2. Numerate omnem summam filiorum Israel à vigesimo annis & supra... cunctos qui possunt ad bella procedere,*tr.22.d.4. num.4.

Cap. XXVII.

*Vers.15. Provideat Dominus Deus spirituum omnis carnis hominem qui sit super multitudinem hanc,*tr.33.d.10.n.5.

Vers. 18. Tolle Josue filium Nun , virum in quo est Spiritus, & pone manum tuam super eum , tract.32.d.10.n.5.tr.22. d.13.n.7.

Cap.XXVIII.

*Vers.28. Dies septimus celeberrimus & sanctus erit vobis, omne opus servile non facietis in eo,*tr.26.d.4. per totum.

Cap. XXXI.

Vers.15.& 16. Cur fœminas reservastis ? Nonne istæ sunt,quæ deceperunt filios Israel ad suggestionem Balaam , & prævaricari vos fecerunt ? tr.27.d.9.n.5.

Cap.XXXIII.

Vers. 1. Egressi sunt de Ægypto in manu Moysis & Aaron; tr.22.d.16.n.2.

EX LIBRO DEUTERONOMII.

Cap. I.

Vers.16.17. Præcepique eis dicens,audite illos,& quod justum est judicate, sive civis sit ille, sive peregrinus,Nulla erit distantia personarum,ita parvum audietis ut magnum, tr.40.d.6.per totum.

Vers.17. Nec accipietis cujusquam personam, quia Dei judicium est , tr.40.d.2.n.2.tr.42.d.4.n.1.

Cap. II.

Vers.25. Hodie incipiam mittere terrorem atque formidinem tuam in populos qui habitant sub omni cælo,ut audito nomine tuo paveant,& in morem parturientium contremiscant , & dolore teneantur, tr.41.d.5.n.6.

Cap. III.

Vers.25. Transibo & videbo terram hanc optimam trans Jordanem,& montem istum egregium, tr.30.d.15.n.7.

Cap.IV.

Vers. 7. Neque enim est,aut fuit aliquando tam grandis natio, quæ habeat Deos appropinquantes sibi , sicut adest nobis Deus noster, tr.24.d.47.n.2.

*Vers.24. Deus ignis consumens est.*tr.41.d.30.n.1.

Cap. V.

*Vers.12. Observa diem Sabbatbi , ut sanctifices eum, sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus,*tr.28.d.13.per totum.

Vers. 16. Honora patrem tuum & matrem tuam , sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus , ut longo vivas tempore , tr.23. d.16.n.8.

Cap. VI.

Vers.8. Ligabis ea quasi signum in manu tua, & ante oculos; tr.33.d.15.n.10.

Vers.13. Cave diligenter, ne obliviscaris Domini,qui eduxit te de terra Ægypti de domo servitutis, tr.31.d.12.n.9.

Cap. VIII.

Vers. 10. Cum comederis & saturatus fueris benedicas Domino Deo tuo, pro terra optima quam dedit tibi , observa & cave , ne quando obliviscaris Domini Dei tui, tr.26.d.48.n.5.

Cap. X.

Vers. 20. Dominum Deum tuum timebis , & ei soli servies, tr.29.d.9.n.12.

Cap. XVI.

*Vers.20. Justè,quod justum est,persequeris,*tr.40.d.7.n.6.

Vers.20. Ut vivas & possideas terram , quam Dominus Deus tuus dederit tibi, tr.40.d.1.n.2.

Vers.18. Judices constitues in omnibus portis tuis,ut judicent populum justo judicio, tr.40.d.6.n.1.d.9.per totum.

*Vers.19. Non accipies munera , quia munera excæcant oculos Sapientum,*tr.40.d.9.per totum.

Cap. XVIII.

Vers. 3. Hoc est judicium Sacerdotum,à populo & ab his , qui offerunt victimas , sive bovem sive ovem immolaverint , dabunt Sacerdoti armum, tr.27.d.4.n.9.

Cap. XXVIII.

Vers.22. Percutiet te Dominus egestate , frigore, pœnæ ardore &c. tr.34.d.7.n.1.& 5.

Cap. XXI.

Vers. 18. Si genuerit filium contumacem & protervum, qui

qui non audiat patris aut matris imperium, & coercitus obedire contempserit, apprehendent eum , & ducent ad Seniores civitatis illius,&c. tr.23.d.15.n.6.

Cap. XXII.

Vers. 5. Non induetur mulier veste virili, nec vir utetur veste fœminea,abominabilis enim apud Deum est, qui facit hæc , tr.33. d.1.n.4.

Vers.8. Cum ædificaveris domum novam , facies murum tecti per circuitum, tr.32.d.4.n.2.

Vers.11. Non induvies vestimento , quod ex lana linoque contextum est, tr.33.d.1.n.4.

Vers. 41. Si acuero ut fulgur gladium meum , arripiet judicium manus mea, reddam ultionem hostibus meis, &c. tr.41.d.9. num.3.

Cap.XXIII.

Vers. 3. Ammonites & Moabites , & jam post decimam generationem non intrabunt Ecclesiam Domini in æternum, tr.30. d.5.n.6.

Cap.XXV.

Vers.2. Pro mensura peccati,erit & plagarum modus ; tr.24. d.30.n.1.

Cap. XXVII.

Vers.5. Ædificabis altare Domino Deo tuo de lapidibus , quos ferrum non tetigit, tr.26.d.19.n.9.

Vers. 15. Maledictus homo qui facit sculptile , & conflatile, abominationem Domino , ponetque illud in abscondito, tract.37. d.9.n.4.

Vers. 20. Cumque per gyrum castrorum in tribus personarent locis & hydrias confregissent ,tenuerunt sinistris manibus lampades,& dextris sonantes tubas, clamaverunt : Gladius Domini & Gedeonis , tr.27.d.1.n.3.

EX LIBRO JUDICUM.

Cap.VIII.

*Vers.2. Quid enim tale facere potui,quale vos fecistis ? nonne melior est racemus Ephraim vindemiis Abiezer? in manus vestras tradidit Deus Principes Madian.Quod cum locutus esset,requievit Spiritus eorum,qui tumebant contra eum,*tr.39.d.27.n.11.

Cap.IX.

Vers. 8. Ierunt ligna,ut ungerent super se Regem , dixeruntque olivæ,impera nobis : quæ respondit,numquid possum deserere, &c. tr.31.d.17.n.3.

Vers. 13. Numquid possum deserere vinum meum, quod lætificat Deum & homines , tr.26.d.4.n.10.

Vers.22. Dominare nostri tu,& filius tuus, quia liberasti nos de manibus Madian. tr.30.d.8.n.2.

Vers. 45. Interfectis habitatoribus ejus ipsaque destructa , ita ut sal in ea dispergeret, tr.30.d.20.n.7.

Vers.48. Arrepta securi præcidit arboris ramum , impositumque ferens humero, dixit ad socios : Quod me videtis facere , cito facite, tr.27.d.5.n.5.

Vers. 49. Exstinctum est ut fumo & igne mille homines necarentur,viri pariter& mulieres habitatorum turris Sichem tr.34.d.27. num.7.

Cap.XIII.

Vers. 3. & 5. Cui apparuit Angelus Domini , & dixit ad eam:...Concipies & paries Filium,... erit enim Nazaræus Dei ab infantia sua, & ex matris utero, & ipse incipiet liberare Israel de manu Philistinorum, tr.23.d.6.n.6.

Cap. XIV.

*Vers. 5. Descendit itaque Samson cum patre suo & matre in Tamnatha , cumque venisset ad vineas oppidi , apparuit catulus leonis fauces rugientis,*tr.23.d.17.n.4.

Cap. XV.

Vers. 21. Eruerunt oculos ejus , & vinctum catenis clausum in carcere molere fecerunt, tr.41.d.24.n.4.

Cap. XVI.

Vers. 5. Venerunt ad eam Principes Philistinorum, atque dixerunt ,decipe eum,& dice ab eo in quo habeat tantam fortitudinem, quod si fecerit,&c. tr.40.d.9.n.2.

Vers. 20. Ab eo fortitudo discessit , nesciens quod recessisset ab eo Dominus, tr.31.d.12.n.2.

Vers. 25. Latantes per convivia , sumptis jam epulis , præceperunt, ut vocaretur,Samson,& ante eos luderet, tr. 7. d. 15. n.7.

EX LIBRO RUTH.

CAP. I.

Vers. 20. Ne vocetis me Naemi , id est , pulchram , sed vocate me mara,id est,amaram, quia amaritudine valde replevit me omnipotens, tr.29.d.12.n.4.

Cap. II.

Vers.19. Comede panem , & intinge buccellam tuam in aceto, tr.26.d.14.n.5.d.36.n.8.

Cap. IV.

Vers. 11. Sic fiet homini , qui non ædificat domum fratris sui, tr.23.d.8.n.4.

EX LIBRO PRIMO REGUM.

Cap. I.

Vers. 1. Fuit vir unus de Ramatha Sophim,& nomen ejus Elcana, tr.37.d.1.n.6.

Vers.6. Affligebat eam æmula ejus , & vehementer angebat , in tantum ut exprobraret , quod Dominus conclusisset vulvam ejus; tr.36.d.6.n.2.

Vers.16. Nequaquam Domine mi , tr.36.d.14.n.13.

Cap. II.

Vers. 1. Exultavit cor meum in Domino , dilatatum est os meum super inimicos meos,quia lætata sum in salutari tuo ; tr.36. d.6.n.2.

*Vers.3. Quicumque glorificaverit me,glorificabo eum,*tr.25.d.10. num.8.

Vers.5. Repleti prius pro panibus se locaverunt , & famelici saturati sunt, tr.26.d.10.n.7.d.34.n 1.d.35.n.8.

*Vers. 6. Dominus deducit ad inferos & reducit,*tr.34.d.3. per totum.

Vers.8. Suscitat de pulvere egenum , & de stercore elevat pauperem , ut sedeat cum Principibus , & solium gloriæ teneat,&c. tr.32.d.8.n.7.d.11.n.7.

*Vers.8. Domini enim sunt cardines terræ,& posuit super eos orbem,*tr.40.d.1.n.6.

Vers. 12. Porro filij Heli , filij Belial nescientes Dominum, tr.31.d.2.n.12.d.13.n.8.

*Vers. 13. Quicumque immolasset victimas,veniebat puer sacerdotis dum coquerentur carnes,& habebat fuscinulam tridentem in manu sua,&c.*tr.21.d.9.n.9.d.19.n.3.

Vers. 17. Erat peccatum puerorum grande nimis coram Domino,qui extrahebant homines à sacrificio Domini, tr.25.d.11.per totum.

Vers.21. Visitavit ergo Dominus Annam , & concepit & peperit tres filios,& duas filias , tr.30.d.6.n.1.

Vers. 23. Quare facitis res hujusmodi ? quas ego audio res pessimas ab omni populo ? tr.27.d.10.n.5.

Vers.25. Da mihi carnem & coquam sacerdoti , nolentem accipiam à te carnem cruam , sed crudam. Erat ergò peccatum puerorum grande nimis coram Domino, quia retrahebant homines à sacrificio Domini, tr.31.d.13.n.5.

Vers.29. Honorasti filios tuos magis quam me , tract.27.d.37. per totum.

Vers. 29. Quare ergo calce abjecistis victimam meam ? tr.23. d.5.n.8.tr.23.d.9.n.9.

Vers. 30. Quicumque glorificaverit me, glorificabo eum , qui autem contemnunt me erunt ignobiles, tract. 34. d. 18. n.5. tr.35. d.24.n.6.

Vers.31. Ecce dies venient,& præcidam brachium tuum,& brachium domus patris tui , ut non sit senex in domo tua,& videbis æmulum tuum in templo,&c. tr.31.d.15.n.4.d.16.n.5.

Vers.32. Videbis æmulum tuum in templo in universis prosperis Israel, tr.38.d.15.per totum.

Vers. 33. Verumtamen non auferam virum penitus ex te ab altari meo , sed ut deficiant oculi tui,& tabescat anima tua, tr.38. d.15.n.4.

Cap.III.

Vers.1. Puer autem Samuel ministrabat coram Domino Heli, tr.22.d.27.n.5.

Vers.3. Heli jacebat in loco suo,& oculi ejus caligaverant , nec poterat videre, tr.38.d.13.n.7.

Vers. 11. Ecce ego verbum quod quicumque audierit, tinnient ambæ aures ejus; tr.27.d.8.n.7.

*Vers.13. Prædixi ei , quod judicaturus essem domum ejus in æternum,propter iniquitatem, eo quod noverat indigne agere filios suos,& non corripuerit eos,*tr.31.d.16.n.10.tr.23.d.9.n.9.

*Vers. 14. Idcirco juravi domui Heli , quod non expietur iniquitas domus ejus victimis & muneribus usque in æternum,*tr.29. d.14.n.7.

Cap. IV.

*Vers 3. Asseramus ad nos de Silo arcam fœderis Domini , & veniat in medium nostri , ut salvet nos de manu inimicorum nostrorum ,*tr.26.d.22.n.10.

Cap. V.

Vers.6. Percussit in secretiori parte natium Azotum , & fines ejus, tr.31.d.20.n.5.

Vers.10. Cumque venisset arca Dei in Accaron , exclamaverunt Accaronitæ dicentes,adduxerunt ad nos arcam Dei Israel ut interficiat nos & populum nostrum, tr.29.d.7.n.13.

Vers. 14. Et quæ est hæc vox gregum , quæ resonat in auribus meis,& armentorum quæ ego audio, tr.33.d.14.n.6.

Cap. VI.

*Vers.12. Ibant in directum vaccæ,*tr.23.d.10.n.2.

Cap.VII.

Vers. 15. Judicabat quoque Samuel Israelem cunctis diebus vitæ suæ, tr.40.d.6.n.3.

Cap. VIII.

Vers.5. Ecce tu senuisti , & filij tui non ambulant in viis tuis,

constitue nobis Regem, tr.23.d.5.n.9.

Cap. IX.

Vers.2. Electus & bonus, & non erat vir de filijs Israel melior illo, tr.38.d.8.n.3.

Vers.7. Ecce ibimus, quid feremus ad virum Dei? panis deficit in sitarcijs nostris, & sportulas non habemus, ut demus homini Dei, nec quidquam aliud, tr.30.d.9.n.6.

Cap. X.

Vers.6. Insiliet in te Spiritus Domini, & mutaberis in virum alterum, tr.29.d.23.n.5.tr.26.d.51.n.7.

Cap. XI.

Vers.1. Habeto nos fœderatos, & serviemus tibi, in hoc feriam vobiscum fœdus ut eruam omnium vestrûm oculos dextros, tr.29.d.4.n.3.tr.31.d.1.n.9.tr.37.d.4.per totum.tr.42.d.2.n.6.

Cap.XII.

Vers. 3. Loquimini de me coram Domino, & coram Christo ejus, utrum bovem cujusquam tulerim, aut asinum, si de manu cujusquam munus accepi? tr.40.d.9.n.6.

Vers.13. Verumtamen, quia blasphemare feciſti inimicos Domini, tr.27.d.10.n.10.

Cap. XIV.

Vers.18. Applica arcam Dei, tr.40.d.12.n.7.

Vers.27. Intinxit in favum mellis, & convertit manum suam ad os suum, & illuminati sunt oculi ejus, tr.26.d.12.n.13.

Cap. XV.

Vers. 14. Et quæ est hæc vox gregum quæ resonat in auribus meis, & armentorum quæ ego audio. tr.41.d.17.n.5.

Vers.17. Nonne cum parvulus esses in oculis tuis caput in tribubus Israel factus es? unxitque te Dominus in Regem super Israel, &c. quare ergo non audisti vocem Domini, sed feciſti malum hoc in oculis Domini? tr.30.d.9.n.6.tr.32.d.10.n.6.d.12. per totum.

Vers. 28. Quia projeciſti sermonem Domini, & projecit te Dominus, ne sis Rex super Israel. tr.34.d.12.n.12.

Vers.32. Siccine separas amara mors, tr.31.d.16.n.2.

Cap. XVI.

Vers. 1. Imple cornu tuum oleo, & veni ut mittam te ad Isai Bethlehemitem, providi enim in filijs ejus mihi Regem, &c. tr.38 d.3.n.4.

Vers.5. Sanctificamini & venite mecum, ut immolem, tr. 22. d. 18. n.2.

Vers.6.7. Vidit Eliab, & ait, nam coram Domino est Christus ejus? Et dixit Dominus ad Samuelem; ne respicias vultum ejus neque altitudinem staturæ ejus, quoniam abjecti eum, tr.39.d. 10. n.7.tr.42.d.5.n.1.

Vers.7. Nec juxta intuitū hominis ego judico, homo enim videt ea, quæ parent, Dominus autem intuetur cor. tr.33.d.10.n.2.

Vers.10. Adhuc reliquus est unus parvulus, tr.25.d.8.n.1.tr.32 d.12.n.3.

Vers. 18. Et respondens unus de pueris, ait: ecce vidi filium Isai Bethlehemitem, scientem psallere, & fortissimum hominem, & virum bellicosum, &c. tr.38.d.11.n.7.

Vers.19. Misit ergo Saul nuncios ad Isai, dicens: mitte ad me David filium tuum, qui est in pascuis, tr.38.d.11.n.7.

Cap. XVII.

Vers.17. Carne in castra ad fratres tuos, visitabis si rectè agant, & cum quibus ordinati sunt disce, tr.23.d.5.n.11.

Vers.28. Iratus est contra David, & ait: quare venisti, & quare dereliquisti pauculas oves in deserto? Ego novi superbiam tuam, & nequitiam cordis tui, tract.38.d.3.n.3.tr.39. d.10.n.7.

Vers.44. Ego venio ad te in nomine Domini, tr.25.d.12.n.3.

Vers.55. Ait ad Abner Principem militiæ, de qua stirpe descendit hic adolescens, tr.23.d.4.n.1.

Vers.58. Percussit Saul mille, & David decem millia, tr.38. d.11.n.7.

Cap.XVIII.

Vers.3. Spoliavit se Jonathas tunica sua, qua erat indutus, & dedit eam David, & reliqua vestimenta, tr.26.d.47. n.6.

Vers.8. Num & Saul inter Prophetas, tr.38.d.7.n.3.

Vers.9. Non rectis ergo oculis aspiciebat Saul David à die illa, tr.38.d.3.n.7.d.8.n.1.

Cap.XIX.

Vers.4. Locutus est Jonathas de David bona ad Saulem patrem suum dixitque ad eum, ne peccet &c. tr.30.d.21.n.3.

Vers.9. Dederunt David decem millia, & mihi mille dederunt, quid ei superest nisi solum regnum, tr.38.d.8.n.3.

Cap. XX.

Vers.30. Iratus est autem Saul, tr.39.d.5.n.6

Eodem. Numquid ignoro, quia dilecto filium Isai in confusionem tuam, & in confusionem ignominiæ matris tuæ? tr.30. d.21.n.3.

Cap. XXI.

Vers.4. Si mundi sunt pueri, maxime à mulieribus, tr.22.d. 38. n.4.

Vers. 13. Eximuit valde à facie Achis. tr.38.d.11.n.7.

Cap. XXII.

Vers.2. Convenerunt ad eum omnes, qui erant in angustia constituti, & factus est eorum Princeps, tr.32.d.8.n.3.

Vers.8. Non est, qui vicem meam doleat ex vobis, tr.35.d.27.n. 4. tr.38.d.4.n.4.

Vers.19. Nobe civitatem sacerdotum percussit in ore gladij, viros & mulieres, & parvulos, & lactentes bovemque & asinum, & ovem, tr.39.d.3.n.5.

Vers. 22. Et ait David ad Abiathar, sciebam, quod in die illa cum ibi esset Doeg Idumæus, procul dubio annunciaret Saul, &c. tr.30.d.5.n.9.

Cap.XXIV.

Vers. 7. Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hanc rem Domino meo, tr.39.d.16.n.1.

Vers.11. Quare audis verba hominum loquentium, David quærit malum adversum te? Ecce hodie viderunt oculi tui, quod tradiderit te Dominus in manu mea, &c. tr.25.d.5.n.8.

Vers.12. Quin potius pater mi, vide, & cognosce oram chlamydis tuæ in manu mea, tr.35.d.11.n.8.

Vers.15. Quem persequeris canem mortuum, tract.32.d.10. num.7.

Vers.17. Numquid vox hæc tua est fili mi David? & levavit vocem suam & flevit, dixitque ad David: justior tu es, quam ego, &c. tr.35.d.11.n.8.d.19.n.4.d.25.n.1.

Vers. 20. Quis cum invenerit inimicum suum, dimittet eum in via bona? Sed Dominus reddat tibi vicissitudinem hanc, &c. tr.35.d.8.n.9.

Vers. 21. Nunc scio, quod certissime regnaturus sis, & habituras in manu tua Regnum Israel, tract. 35. d. 9. per totum. d.23.n.1.

Cap.XXV.

Vers.31. Cum fecerit tibi Dominus omnia hæc, &c. non erit tibi hoc in scrupulum cordis, quod ipse te ultus fueris, tr.35.d. 24. n.5.

Vers.38. Percussit Dominus Nabal, & mortuus est, tract. 36. d.4.n.9.

Cap. XXVI.

Vers.8. Ego perfodiam eum lancea in terra semel, tr.35.d.19 num.3.

Vers. 21. Peccavi, revertere fili mi David, nequaquam ultra tibi malefaciam, ... apparet enim quod stulte egerim, tr.35.d.19.n.3. d.25.per totum.

Vers. 25. Benedictus es tu fili mi David, & quidem faciens faciens, & potens poteris, tr.35.d.9.n.2.

EX LIBRO II. REGUM.

CAP. I.

Vers. 1. Factum est autem postquam mortuus est Saul, ut David revertereturà cæde Amalec. tr.27.d.1.n.4.

Cap. II.

Vers. 25. Si peccaverit vir in virum, placari ei potest Deus, si autem in Dominum peccaverit vir, quis orabit, pro eo? tr.22.d. 30.n.8.

Vers. 28. Insonuit Joab buccina, & sensit omnis exercitus, neque persecuti sunt ultra Israel, neque iniere certamen, tr. 35. d.4.n.6.

Cap.VI.

Vers. 6. Extendit Oza manum ad arcam Dei, & tenuit eam, quoniam calcitrabant boves, & declinaverunt eam, tr.22.d.18.n.9. tr.22.d.18.n.11.

Vers.9. Extimuit Dominum David, tr.22.d.21.n.15.

Vers. 16. Quam gloriosus fuit hodie Rex Israel, discooperiens se ante ancillas servorum suorum, & nudatus est, quasi si nudetur unus ex scurris, tr.42.d.3.n.3.n.8.tr.25.d.3.n.7.tr.36.d.4.n.9.

Vers.19. Percussit autem de viris Bethsamitibus, eo quod vidissent arcam Domini, & percussit de populo 70. viros, & quinquaginta millia plebis, tr.42.d.3.n.7.

Vers. 20. Ero humilis in oculis meis, tr.32.d.1.n.2.

Vers.22. Ludam & vilior fiam, plus quam factus sum, tr. 32.d.50 n.8.d.21.n.9.tr.25.d.2.n.6.d.8.per totum.

Vers. 23. Igitur Michol filiæ Saul non est natus filius usque in diem mortis suæ, tr.36.d.4.n.9.tr.42.d.3.n.8.

Cap.VII.

Vers. 18. Ingressus autem est Rex David, & sedit coram Domino & dixit: Quis ego sum Domine Deus, & quæ domus mea, quia adduxisti me hucusque? tr.30.d.5.n.9.d.7.n.4 tr.32. d.20.n.6.

Cap.VIII.

Vers.1.2.& 3. Factum est post hæc percussit David Philistijm, Et percussit Moab, ... Et percussit ... Adarezer, tr.30.d.7.n.4.

Cap. IX.

Vers.3. Putasne est aliquis qui remanserit de domo Saul, ut faciam cum eo misericordiam propter Jonathan, tr.55.d.10.n.5.

Vers.8. Quis ego sum servus tuus quoniam respexisti super canem mortuum, similem mei, tr.31.d.20.n.5.

Cap. X.

Vers. 2. Dixitque David, faciam misericordiam cum Hanon filio Nas: misit ergo consolans eum per servos suos, &c. tr.30. d. 20. n.8.

Cap. XI.

Vers. 8. Secutusque est eum cibus Regius, tr.36.d.4.n.8.

Cap. XII.

Vers. 5. Iratus autem indignatione David adversus hominem illum nimis, dixit ad Nathan: Vivit Dominus, quia filius mortis est vir, qui fecit hoc, ovem reddet in quadruplum, tr.42.d.11.n.6.

Vers. 7. Hæc dicit Dominus Deus Israel, ego unxi te Regem super Israel, & ego erui te de manu Saul, & dedi tibi domum Domini tui, &c. quare ergo contempsisti verbum Domini, ut faceres malum in conspectu meo. tr.30.d.8.n.6.

Vers. 10. Non recedet gladius de domo tua usque in sempiternum: suscitabo super te malum de domo tua, tollam uxores tuas in oculis tuis. tr.30.d.19.n.5.

Vers. 12. Tu feciſti absconditè, ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israel. tr.34.d.18.n.9.

Vers.13. Peccavi Domino, Dominus quoque transtulit peccatum tuum. tr.37.d.3.n.7.

Vers.31. Sic fecit universis civitatibus filiorum Ammon. tr.41. d.9.n.3.tr.42.d.3.n.8.

Cap. XIII.

Vers. 6. Veniat obsecro Thamar soror mea ut faciat mihi in oculis meis duas sorbitiunculas, ut cibum capiam de manu ejus, &c. tr.31.d.9.n.4.

Vers. 28. Observate cum temulentus fuerit Ammon vino, & dixero vobis, percutite eum & interficite, nolite timere, ego enim sum qui præcipio vobis. tr.35.d.5.n.8.tr.31.d.15.n.8.

Cap.XIV.

Vers.17. Sicut enim Angelus Dei, sic est Dominus meus Rex, ut nec benedictione, nec maledictione moveatur. tr.35.d.15.n.2.

Vers.24. Verumtamen faciem meam non videat. tr.34.disc.22. num.4.

Cap.XV.

Vers. 3. Vadam & reddam vota mea quæ vovi Domino in Hebron. tr.33.d.3.n.9.

Vers.25. Reporta arcam Dei in urbem. tr.41.d.12.n.12.

Cap.XVI.

Vers.3. Hodie restituet mihi domus Israel regnum Patris mei; ait Rex Sibæ, tua sint omnia quæ fuerunt Mephiboseth. tr.40. d.9.n.4.

Vers.6. Maledicebat, mittebatque lapides contra David. tr.35. d.8.n.9.

Vers. 7. Ita loquebatur Semei cum malediceret Regi: Egredere, egredere vir sanguinum, & vir Belial. tr.36.d.9.n.8.

Vers.9. Quare maledicit canis hic mortuus Domino meo Regi. tr.31.d.20.n.5.

Vers.9. Vadam & amputabo caput ejus. tr.36.d.2.n.3.

Vers.10. Quid mihi & vobis est filij Sarviæ, cur efficimini mihi hodie in Satan. tr.36.d.2.n.5.

Vers. 12. Reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac hodierna. tr.36.d.9.n.8.d.10.per totum.

Cap.XVIII.

Vers.17. Tulerunt Absalon & projecerunt eum in saltu, in foveam grandem, & comportaverunt super eum acervum lapidum grandem nimis. tr.23.d.15.n.6.

Cap.XIX.

Vers.22. Cur efficimini mihi hodie in Satan, ergo hodie interficietur vir in Israel? An ignoro me hodie factum Regem super Israel? tr.35.d.23.n.1.

Vers. 27. Tu autem Domine mi Rex sicut Angelus Dei es: Neque enim fuit domus Patris mei nisi morti obnoxia Domino meo Regi, &c. tr.35.d.15.n.5.tr.40.d.8.n.1.

Vers.29. Fixum est quod locutus sum, dividite. tract.35.d.22. n. 10.

Vers. 33. Veni mecum, ut requiescat securus mecum in Jerusalem. tr.30.d.5.n.9.

Cap. XXIII.

Vers.8. Quasi texerimus ligni vermiculus, qui octingentos interfecit impetu uno. tr.32.d.18.n.3.

Cap.XXIV.

Vers. 25. Obtulit holocausta & pacifica, & propitiatus est Dominus. tr.26.d.23.n.9.

EX LIBRO III. REGUM.

CAP. II.

Vers 19. Surrexit Rex in occursum ejus, adoravitque eam, & sedit super thronum suum, positusque est thronus Matri Regis, quæ sedit ad dexteram ejus. tr.23.d.21.n.9.

Vers.26. Equidem vir mortis es, sed hodie te non interficiam, quia portasti arcam Domini. tr.26.d.23.n.9.

Cap.IV.

Vers. 25. Habitabat Juda & Israel absque timore ullo, unusquisque sub vite sua cunctis diebus Salomonis. tr.26.d.22.n.7.

Cap.VII.

Vers. 3. Israel autem diligebat Joseph super omnes filios suos. tr.35.d.9.n.5.

Vers. 7. Porticum in qua tribunal erat, texit ligneis cedrinis à pavimento usque ad summitatem, & domunculam in qua sedebatur ad judicandum, erat in media porticu fenestrata opere. tr.40a d.10.n.4.

Vers 29. Et inter coronulas & plectas leones, boves & Cherubim, tr.22.d.34.n.2.

Cap.VIII.

Vers. 27. Ergone putandum est, quod verè Deus habitet super terram? si enim cælum, & cæli cælorum te capere non possunt, quanto magis domus hæc quam ædificavi? tr.26.d.31.n.7. tr.22.d.22.n.1.

Cap. II.

Vers. 1. Post verba hæc non est reversus Jeroboam, de via sua pessima, sed è contrario fecit de novissimis populis sacerdotes excelsorum. tr.27.d.11.n.4.

Vers. 10. Dixerunt juvenes qui nutriti fuerant cum eo, sic loquere populo huic qui locuti sunt ad te dicentes, &c. tr. 36. disc.3.n.5.

Vers.28. Nolite ultra ascendere in Jerusalem, ecce dij tui Israel qui te eduxerunt de terra Ægypti. tr.30.d.24. n.5.

Cap XIII.

Vers.6. Oravitque vir Dei faciem Domini, & reversa est manus Regis ad eum, & facta est sicut prius fuerat. tr.35.d.14.n.8.

Vers.8. Si dederis mihi medium partem domus tuæ, non veniam tecum. tr.31.d.27.n.11.

Cap.XIV.

Vers.1. Surge & commuta habitum ne cognoscaris, & vade in Silo ubi est Ahias. tr.33.d.3.n.9.

Vers.6. Quare aliam te esse simulas. tr.33.d.6.n.7.

Vers. 10. Percutiam de Jeroboam mingentem ad parietem, mundabo reliquias domus Jeroboam, sicut mundari solet fimus usque ad purum, &c. tr.30.d.20.n.3.

Cap.XVI.

Vers.18. Ingressus palatium succendit se cum domo Regia, & mortuus est in peccatis quæ fecerat. tr.39.d.7.n.5.

Cap.XVII.

Vers.1. Affer mihi buccellam panis in manu tua. Quæ respondit vivit Dominus Deus, quia non habeo panem. tr.24.d.3.n.8. tr.26.d.29.n.3.

Vers. 13. Fac mihi primùm subcinericium panem. tr. 24. d.6. num.8.

Vers. 19. Dixit ad eam Elias, da mihi filium tuum, tulitque eum de sinu ejus, & portavit in cœnaculum, ubi ipse manebat, & posuit super lectulum suum, expandit se, atque mensus est super puerum, &c. tr.23.d.8.n.9.

Cap.XXVI.

Vers.21. Usquequo claudicatis in duas partes. tr.29.d.7.n.3.

Vers.28. Incidebant se juxta ritum suum cultris & lanceolis, donec perfunderentur sanguine. tr.33.d.13.n.1.

Vers.38. Voravit holocausta, & ligna & lapides, pulverem quoque & aquam quæ erat in aquæ ductu lambens. tr.35.d.1.n.9.

Vers.44. Et ecce nubecula parva. tr.26.d.23.n.10.

Cap. XIX.

Vers.5. Projecitque se, & obdormivit in umbra Juniperi. tr.26. d.36.n.7.

Vers.6. Et ecce ad caput ejus subcinericius panis. tr 26. d. 26. n.4.d.29.n.6.

Vers.8. Ambulavit in fortitudine cibi illius usque ad montem Dei Horeb. tr.26.d.15.n.5.d.23.n.7.d.24.n.9.d.36.n.7.

Vers.11. Egredere & sta in monte coram Domino, & ecce Dominus transit, & spiritus grandis & fortis subvertens montes & conterens petras. tr.41.d.2.n.5.

Cap. XX.

Vers. 1. Benadab Rex Syriæ congregavit omnem exercitum suum, & triginta duos Reges secum, &c. tr.31.d.17.n.6.

Cap. XXI.

Vers.29. Nonne vidisti humiliatum Achab. tr.37.d.9.n.5.

EX LIBRO IV. REGUM.

CAP. I.

Vers.9. Homo Dei Rex præcipit ut descendas. tr.22.d.24.n.12.

Cap.II.

Vers. 23. Ascende calve, ascende calve, &c. egressique sunt duo ursi de silva, & laceraverunt ex eis quadraginta duos pueros. tr.36.d.2.n.9.

Vers.24. Qui cum respexisset, vidit eos, & maledixit eis in nomine Domini, egressique sunt duo ursi, &c. tr.23.d.3.n.9.tr.23. d.12.n.6.

Cap.III.

Vers. 19. Factum est igitur mane quando sacrificium offerri solet, & ecce aquæ veniebant per viam Edom, & repleta est terra aquis, tr.25.d.23.n.10.

Cap. IV.

Vers. 1. *Ecce Creditor venit ut tollat duos filios meos ad serviendum sibi*, tr. 35. d. 16. n. 4.

Vers. 10. *Fecit ei cœnaculum parvum, & posuit in eo lectum & mensam*, tr. 22. d. 15. n. 13.

Vers. 38. *Pone ollam grandem, & coque pulmentum filijs Prophetarum*, tr. 31. d. 19. n. 5.

Cap. V.

Vers. 12. *Nonne boni Amana & Pharphar fluvij Damasci, præ Jordane*, tr. 39. d. 5. n. 5.

Vers. 25. *Unde venis Giezi? non ivit servus tuus quoquam*, tr. 40. d. 9. n. 7.

Cap. VI.

Vers. 16. *Noli timere, plures enim nobiscum sunt quam cum illis*, tr. 41. d. 18. n. 4.

Vers. 17. *Porro Eliseus oravit ad Dominum dicens: percute obsecro gentem hanc cæcitate, percussitque eos Dominus ne viderent, &c.* tr. 35. d. 20. n. 4.

Vers. 23. *Apposita est eis ciborum magna præparatio, & comederunt, & biberunt*, tr. 26. d. 46. n. 9

Vers. 25. *Hæc mihi faciat Deus, & hæc addat, si steterit caput Elisei Saphat, super ipsum hodie*, tr. 22. d. 14. n. 13.

Vers. 29. *Mulier ista dixit mihi, da filium tuum ut comedamus eum hodie, & filium meum comedemus cras, &c.* tr. 34. d. 13. n. 1.

Vers. 30. *Quod cum audisset Rex, scidit vestimenta sua, vidit-que omnis populus cilicium quo vestitus erat intrinsecus*, tr. 37. d. 9. n. 6.

Cap. VII.

Vers. 3. *Si Dominus fecerit etiam cataractas in cœlo, numquid poterit esse quod loqueris?* tr. 26. d. 43. n. 4.

Cap. VIII.

Vers. 12. *Quare Dominus meus flet? quia scio quæ facturus sit Israel mala; civitates munitas earum succendes, &c.* tr. 30. d. 26. n. 10.

Cap. IX.

Vers. 30. *Depinxit oculos suos stibio, & ornavit caput suum, & respexit per fenestram*, tr. 33. d. 3. n. 12.

Vers. 35. *Cum essent ut sepelirent eam, non invenerunt nisi calvariam, & pedes, & summas manus*, tr. 41. d. 1. n. 8.

Cap. X.

Vers. 15. *Numquid est cor tuum rectum, sicut cor meum cum corde tuo? si ita est, da mihi manum tuam*, tr. 29. d. 4. n. 9.

Cap. XIII.

Vers. 21. *Quod cum tetigisset ossa Elisei, revixit homo*, tr. 26. d. 6. n. 8.

Cap. XVIII.

Vers. 31. *Nolite audire Ezechiam, hæc enim dicit Rex Assyriorum, facite mecum quod vobis est utile, &c.* tr. 31. d. 17. n. 7.

Cap. XIX.

Vers. 15. *Domine Deus Israel, qui sedes super Cherubim, tu es Deus solus Regum universæ terræ*, tr. 26. d. 22. n. 9.

Vers. 35. *Factum est igitur nocte illa, venit Angelus Domini & percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia*. tr. 33. d. 3. n. 14.

Cap. XX.

Vers. 3. *Obsecro Domine, memento quæso quomodo ambulaverim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod placitum est coram te fecerim*, tr. 37. d. 9. n. 1.

Vers. 13. *Non fuit quod non monstravit eis Ezechias in domo sua, & in omni potestate sua*, tr. 33. d. 12. n. 1.

Cap. XXV.

Vers. 8. *Venit Nabuzardan Princeps exercitus, servus Regis Babylonis in Jerusalem, omnemque domum combussit igni, & succendit domum Domini, & muros Jerusalem in circuitu destruxit*, tr. 31. d. 12. n. 5. d. 17. n. 4.

EX LIBRO I. PARALIPOMENON.

Cap. XIII.

Vers. 7. *Imposuerunt arcam Dei super plaustrum novum, de domo Aminadab.* tr. 22. d. 18. n. 9.

Vers. 9. *Bos lasciviens inclinaverat eam*, tr. 22. d. 18. n. 9.

Cap. XXIX.

Vers. 1. *Grande opus est: neque enim homini præparatur habitatio sed Deo*, tr. 22. d. 22. per totum.

EX LIBRO II. PARALIPOMENON.

Cap. XIX.

Vers. 6. *Videte quid faciatis, non enim hominis exercetis judicium, sed Dei*, tr. 40. d. 2. per totum. disc. 4. n. 2. d. 8. n. 8.

Cap. XXIV.

Vers. 22. *Non est recordatus Joas Rex misericordiæ quam fecerat Joada filius ejus secum, sed interfecit filium ejus, qui cum moreretur, ait, videat Dominus & requirat*, tr. 30. d. 20. n. 5.

Cap. XXVIII.

Vers. 24. *Fecit sibi aras in universis angulis Jerusalem*, tr. 33. d. 15. n. 4.

Cap. XXIX.

Vers. 31. *Offerte victimas & laudes in domo Domini*, tr. 30. d. 3. n. 7.

Cap. XXXIII.

Vers. 2. *Fecit malum coram Domino juxta abominationes gentium*, tr. 27. d. 9. n. 3.

Cap. XXXIV.

Vers. 21. *Furor Domini stillavit super nos*, tr. 41. d. 4. n. 2. d. 20. n. 5.

Vers. 25. *Quia dereliquerunt me, & sacrificaverunt dijs alienis, ut me ad iracundiam provocarent, idcirco stillabit furor meus super locum istum*, tr. 28. d. 11. n. 6.

Cap. XXXVI.

Vers. 16. *Subsannabant nuntios Domini & parvipendebant sermones ejus*, tr. 25. d. 12. n. 4.

EX LIBRO II. ESDRÆ.

CAP. X.

Vers. 31. *Populi quoque terræ qui important venalia, & omnia ad usum per diem Sabbati, ut vendant, non accipiemus ab eis in Sabbato, & in die sanctificato*, tr. 28. d. 11. n. 3.

Cap. XI.

Vers. 27. *In dedicatione muri Jerusalem requisierunt Levitas de omnibus locis suis ut adducerent eos in Jerusalem, & facerent dedicationem & lætitiam in gratiarum actione & Canticis*, tr. 30. d. 5. per totum.

Cap XIII.

Vers. 17. *Et objurgavi Optimates Juda, quæ est hæc res mala quam vos facitis, & profanatis diem Sabbati?* tr. 28. d. 12. n. 6.

Vers. 18. *Numquid non hæc fecerunt Patres vestri, & adduxit Deus noster super nos omne malum, hoc est super civitatem hanc*, tr. 28. d. 11. n. 3.

Vers. 19. *Factum est cum cœpissent portæ Jerusalem in die Sabbati dixi: & clauserunt januas, & præcepi ut non aperirent eas, usque post Sabbatum*, tr. 28. d. 3. n. 6.

Vers. 22. *Dixi quoque Levitis, ut mundarentur*, tract. 28. d. 13. n. 6.

EX LIBRO TOBIÆ.

CAP. I.

Vers. 5. *Denique cum irent omnes ad vitulos aureos, &c.* tr. 23. d. 6. n. 11.

Vers. 6. *Solus fugiebat consortia omnium, & pergebat Jerusalem ad Templum, & ibi adorabat Dominum Deum Israel*, tr. 28. d. 11. n. 2.

Cap. II.

Vers. 13. *Nam cum ab infantia sua semper Deum timuerit, & mandata ejus custodierit, non est contristatus contra Deum.* tr. 23. d. 6. n. 11.

Vers. 15. *Cum irent omnes ad vitulos aureos, quos Jeroboam fecerat, hic solus fugiebat consortia omnium, sed peregebat in Jerusalem ad Templum*, tr. 25. d. 1. n. 3.

Cap. IV.

Vers. 4. *Honorem habebis Matri tuæ, omnibus diebus vitæ ejus, memor enim esse debes, quæ & quanta pericula passa sit, propter te in utero suo*, tr. 23. d. 15. n. 2.

Vers. 7. *Ex substantia tua fac eleëmosynam & noli avertere faciem tuam ab ullo paupere, ita enim fiet, ut nec à te avertatur facies Domini*, tr. 41. d. 31. n. 2.

Vers. 8. *Quomodo potueris ita esto misericors, si multum tibi fuerit, abundanter ex hac: si exiguum tibi fuerit, exiguum etiam libenter impertiri stude*, tract. 26. disc. 8. n. 9. tr. 24. d. 18. n. 8.

Vers. 10. *Eleemosyna ab omni peccato liberat*, tr. 35. d. 17. n. 30. tr. 34. d. 11. per totum.

Vers. 11. *Eleemosyna à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras*, tr. 24. d. 13. n. 8.

Cap. V.

Vers. 12. *Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non video*, tr. 34. d. 10. n. 9.

Cap. VI.

Vers. 1. *Profectus est autem Tobias, & canis secutus est eum.* tr. 30. d. 10. per totum.

Cap. VII.

Vers. 2. *Quam similis est juvenis iste consobrino meo?* tr. 23. d. 4. n. 8.

Cap. XII.

Vers. 1. *Quid possumus dare viro isti sancto qui venit tecum? &c.* tr. 30. d. 5. n. 11.

Vers. 2. *Quid dignum poterit esse beneficijs ejus?* tr. 30. d. 17. per totum.

Vers. 19. *Videbar quidem vobis manducare & bibere*, tr. 26. d. 37. n. 2.

Vers. 19. *Ego cibo invisibili, & potu, qui ab hominibus videri non potest, utor.* tr. 26. d. 2. n. 4.

EX LIBRO JUDITH.

CAP. I.

Vers. 3. *Dixit cogitationem suam in eo esse, ut omnem terram suo subjugaret Imperio, quod dictum cum placuisset omnibus.* tr. 27. d. 11. n. 2.

CAP. II.

Vers. 18. *Descendit in campos Damasci in diebus messis, succendit omnia sata, omnesque arbores & vineas fecit incidi, & cecidit timor illius super omnes habitantes terram.* tr. 41. d. 5. n. 4.

CAP. VI.

Vers. 21. *Quoniam vos estis presbyteri in populo Dei, & ex vobis pendet anima illorum, ad eloquium vestrum corda eorum erigite*, tr. 22. d. 32. n. 11.

CAP. VII.

Vers. 16. *Incidi præcepit aquæductum illorum*, tr. 26. d. 43. n. 2.

CAP. IX.

Vers. 1. *Ingressa est oratorium suum, posuit cinerem super caput suum, & prosternens se Domino, clamabat ad Dominum, &c.* tr. 32. d. 14. n. 3.

CAP. XII.

Vers. 19. *Holofernes fecit cœnam servis suis, & dixit ad Vagao eunuchum suum, vade, & suade Hebræam illam, &c.* tr. 31. d. 9. n. 6.

CAP. XIII.

Vers. 20. *Vivit ipse Dominus, quoniam custodivit me Angelus ejus, & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde huc revertentem, & non permisit me Dominus ancillam suam coinquinari*, tr. 42. d. 6. n. 9.

CAP. XVI.

Vers. 21. *Dabit ignem in carnes eorum ut comburantur, & sentiant usque in sempiternum.* tr. 34. d. 9. n. 7. disc. 29. per totum.

EX LIBRO ESTHER.

CAP. I.

Vers. 12. *Renuit, & ad Regis Imperium venire contempsit*, tr. 32. d. 14. n. 10.

Vers. 17. *Non solum Regem læsit, sed omnes populos & Principes.* tr. 27. d. 10. n. 2.

CAP. V.

Vers. 12. *Regina quoque Esther nullum alium vocavit ad convivium præter me.* tr. 26. d. 36. n. 3.

Vers. 13. *Cum hæc omnia habeam, nihil me habere puto, quamdiu videro Mardochæum Judæum sedentem ante fores Regias.* tr. 35. d. 27. n. 2.

CAP. VI.

Vers. 1. *Nocte illa duxit Rex insomnem, &c.* tr. 31. d. 19. n. 4.

Vers. 10. *Festina, & sumpta stola & equo fac ut locutus es Mardocheo Judæo, cave ne quidquam de his quæ locutus es intermittas, &c.* tr. 35. d. 4. n. 8.

Vers. 12. *Festinavit ire domum suam lugens & operto capite, narravitque Aman uxori suæ & amicis, omnia quæ evenissent sibi*, tr. 38. d. 14. n. 2. tr. 34. d. 21. n. 9.

CAP. VII.

Vers. 7. *Hostis & inimicus noster pessimus iste est Aman, quod ille audiens illico obstupuit, vultum Regis ac Reginæ ferre non sustinens.* tr. 41. d. 12. n. 12.

CAP. XIII.

Vers. 12. *Vestigia pedum ejus deosculari paratus essem, sed timui ne honorem Dei mei transferrem ad hominem.* tr. 32. d. 14. n. 10.

CAP. XIV.

Vers. 1. *Esther quoque Regina confugit ad Dominum, pavens periculum quod imminebat, &c.* tr. 32. d. 14. n. 10.

EX LIBRO JOB.

CAP. I.

Vers. 1. *Vir simplex & rectus*, tr. 33. d. 1. n. 9. tr. 37. d. 1. n. 5. tr. 40. d. 9. n. 5.

Vers. 5. *Ne forte peccaverint Filij mei, & benedixerint Deo in cordibus suis.* tr. 31. d. 27. n. 6. tr. 42. d. 9. n. 6. tr. 31. d. 6. n. 4. tr. 23. d. 2. n. 9.

Vers. 10. *Numquid Job frustra timet Deum? nonne tu vallasti eum, ac domum ejus, universamque substantiam ejus per circuitum? Extende paululum manum tuam, &c.* tr. 42. d. 2. n. 7. tr. 38. d. 10. n. 4.

Vers. 11. *Extende paululum manum tuam.* tr. 34. d. 9. n. 3.

Vers. 13. *In omnibus his non peccavit Job*, tr. 41. d. 6. n. 1.

Vers. 19. *Ventus vehemens irruit à regione deserti, concussit quatuor angulos domus*, tr. 33. d. 3. n. 6. d. 6. n. 12.

Vers. 20. *Tonso capite corruit in terram*, tr. 32. d. 14. n. 12. tr. 36. d. 9. n. 6.

Vers. 12. *Nudus egressus sum de ventre Matris meæ, & nudus revertar illuc*, tr. 34. d. 5. n. 5.

CAP. II.

Vers. 1. *Factum est autem cum quadam die venissent filij Dei, & starent coram Domino, venisset quoque Satan inter eos, &c.* tr. 48. d. 15. n. 2. tr. 30. d. 14. n. 4.

Vers. 3. *Numquid considerasti servum meum Job, quod non sit ei similis in terra?* tr. 23. d. 1. n. 7.

Vers. 6. *Verumtamen animam illius serva*, tract. 34. disc. 12. n. 3 & 5.

Vers. 7. *A planta pedis usque ad verticem non erat in eo sanitas*, tr. 34. d. 23. n. 6.

Vers. 9. *Adhuc permanes in simplicitate tua? benedic Deo & morere*, tr. 36. d. 6. n. 10.

Vers. 10. *Quasi una de stultis mulieribus locuta es*, tr. 36. d. 61. n. 10.

Vers. 11. *Audientes tres amici Job omne malum quod acciderat ei, venerunt singuli de loco suo*, tr. 36. d. 5. n. 5.

CAP. III.

Vers. 21. *Non audierunt vocem exactoris*, tr. 31. d. 24. n. 5. d. 25. n. 6.

Vers. 23. *Viro cujus abscondita est via, & circumdedit eum Deus tenebris*, tr. 41. d. 22. n. 6.

Vers. 24. *Antequam comedo suspiro.* tr. 31. d. 26. per totum. tr. 42. d. 9. n. 6. d. 30. n. 10.

CAP. IV.

Vers. 11. *Tygris periit, eo quod non haberet prædam.* tr. 26. d. 21. n. 7. tr. 33. d. 25. n. 12.

Vers. 17. *Numquid homo Dei comparatione justificabitur? Ecce qui serviunt ei non sunt stabiles, & in Angelis suis reperit pravitatem, quanto magis qui habitant domos luteas?* tr. 41. d. 21. n. 3.

CAP. V.

Vers. 2. *Stultum interficit iracundia.* tr. 35. d. 25. n. 7. d. 26. n. 5. tr. 39. d. 5. n. 6. d. 7. n. 6. d. 9. per tot.

Vers. 2. *Parvulum occidit invidia.* tr. 38. d. 10. per tot.

Vers. 5. *Salvum facies egenum a gladio oris eorum.* tr. 32. d. 13. n. 2.

Vers. 7. *Nascitur avis ad volatum.* tr. 38. d. 15. n. 6.

Vers. 9. *Qui facit magna & inscrutabilia & mirabilia absque numero.* tr. 30. d. 11. n. 6.

Vers. 11. *Posuit humiles in sublime.* tr. 32. d. 9. per totum.

Vers. 27. *Beatus homo qui corripitur à Deo, increpationem Domini ne reprobes, quia ipse vulnerat & medetur, percutit, & manus ejus sanabunt*, tr. 30. d. 18. n. 8.

Vers. 23. *Flagellum linguæ.* tr. 36. d. 3. n. 7.

CAP. VI.

Vers. 11. *Omnia opera mea verebar*, tr. 34. d. 3. n. 9.

Vers. 16. *Qui timet pruinam irruet super eum nix*, tr. 34. d. 14. n. 9.

CAP. VII.

Vers. 1. *Militia est vita hominis super terram.* tr. 29. d. 4. n. 36. tr. 31. d. 11. n. 5. tr. 33. d. 8. n. 7.

Vers. 7. *Memento quia ventus est vita mea, & non revertetur oculus meus ut videat bona*, tr. 34. d. 29. n. 2.

Vers. 8. *Oculi tui in me, & non subsistam.* tract. 41. d. 2. n. 2. d. 22. n. 8.

CAP. VIII.

Vers. 11. *Numquid vivere potest scirpus absque humore, aut crescere carectum absque aqua?* tr. 33. d. 12. n. 7.

Vers. 13. *Spes hypocritæ peribit.* tract. 35. d. 2. n. 10. d. 12. per totum. 13. n. 3.

CAP. IX.

Vers. 2. *Vere scio quod ita sit, & quod non justificetur homo compositus Deo. Si voluerit contendere cum eo, non poterit respondere unum pro mille.* tr. 41. d. 18. n. 2.

Vers. 19. *Si fortitudo quæritur, robustissimus est, si æquitas judicij, nemo audet pro me testimonium dicere.* tr. 41. d. 19. n. 5.

Vers. 20. *Os meum condemnabit me, & pravum me esse comprobabit*, tr. 42. d. 11. n. 7.

Vers. 23. *Non de pœnis innocentum rideat.* tr. 34. d. 24. n. 2.

Vers. 28. *Verebar omnia opera mea*, tr. 42. d. 1. n. 5.

CAP. X.

Vers. 9. *Memento quæso, quod sicut lutum feceris me.* tr. 30. d. 1. n. 8.

Vers. 10. *Ossa ejus implebuntur vitijs adolescentiæ ejus, & cum eo in pulvere dormient.* tr. 23. d. 6. n. 5. tr. 23. d. 7. n. 5. tr. 23. d. 7. n. 8.

Vers. 12. *Vitam & misericordiam tribuisti mihi*, tract. 41. d. 29. n. 10.

Vers. 20. *Terram tenebrarum & opertam mortis caligine.* tr. 34. d. 10. per totum.

Vers. 22. *Ubi umbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat*, tr. 54. d. 10. n. 7. d. 14. n. 5. d. 24. n. 5. d. 6. n. 7. d. 18. n. 4. d. 19. n. 2. d. 23. per totum. d. 31. n. 4.

CAP. XII.

Vers. 4. *Qui deridetur ab amico suo sicut ego, invocabit Deum & exaudiet eum, deridetur enim justi simplicitas.* tr. 25. d. 6. n. 4. tr. 25. d. 9. n. 1.

CAP. XIII.

Vers. 8. *Numquid faciem ejus accipitis, & Deo judicare nitimini.* tr. 42. d. 6. n. 5.

Vers. 14. *Animam meam pono in manibus meis*, tr. 29. d. 9. n. 10.

Vers. 16. *Et ipse erit Salvator meus, non enim venies in conspectu ejus omnis hypocrita*, tr. 33. d. 1. n. 9.

Vers. 18. *Si fuero judicatus, scio quod justus inveniar*, tr. 42. d. 27. n. 2.

Vers.26. Cur faciem tuam abscondis, & arbitraris me inimicum tuum? tr.26.d.50.n.3.
Vers.26. Scribis contra me amaritudines, & consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ, Tr.41.d.10.n.6.d.13.n.6.tr.23.d.7.n.4.
Vers.27. Posuisti in nervo pedem meum, & observasti omnes semitas meas & vestigia pedum meorum considerasti, Tr.25.d.10.n.6.tr.37.d.1.n.8.

CAP. XIV.

Vers.1. Homo natus de muliere, brevi viveus tempore, repletur multis miseriis, tr.30.d.17.n.4.tr.40.d.9.n.3.
Vers.4. Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? nonne tu qui solus es, Tr.29.d.23.n.6.tr.26.d.45.n.7.
Vers.13. Quis mihi hoc tribuat, ut in inferno protegas me, & absondas me donec pertranseat furor tuus, tr.34. d.31.n.8. tr.41.d.6.n.1.tr.41.d.9.n.5.d.16.n.3.tr.34.d.5.n.5.
Vers.16. Tu quidem gressus meos dinumerasti, tr.37.d.1.n.8. tr.41.d.13.n.6.
Vers.17. Signasti quasi in sacculo delicta mea, & curasti iniquitatem meam, tr.41.d.8.n.8.

CAP. XVII.

Vers 3. Pone me juxta te, & cujusvis manus pugnet contra me, tr.26.d.21.n.8.
Vers.24. Putredini dixi pater meus es, mater mea, & soror mea vermibus, tr.31.d.20.n.4.

CAP. XVIII.

Vers.4. Perdis animam tuam in furore tuo, tr.39.d.7. per tot.

CAP. XIX.

Vers.1. Usquequo affligitis animam meam, & atteritis me sermonibus, tr.36.d.1.n.5.
Vers.5 Arguitis me opprobriis, tr.36.d.1.n.5.
Vers. 8. Semitam meam circumsepit, & transire non possum, tr.41.d.19.n.3.
Vers. 29. Surgite ergo à facie gladij, quoniam ultor iniquitatum gladius est, & scitote esse judicium, tr.41.d.29. n.5.tr.41.d.32.n.2.

CAP. XX.

Vers.2. Cogitationes meæ variæ succedunt mihi, & mens in diversa rapitur, tr.41.d.22.n.9.
Vers.4. Panis ejus in utero vertetur in fel aspidum, divitias quas devoravit evomet, & de ventre illius extrahet eas Deus, tr.26.d.12.n.15.
Vers. 5. Gaudium hypocritæ ad instar puncti; si ascenderit usque ad cœlum superbia ejus, & caput ejus nubes tetigerit &c. tr.33.d.2.n.2.d.4.n.9.
Vers.11. Ossa ejus implebuntur vitijs adolescentiæ ejus, & cum eo in pulvere dormient, tr.33.d.12.n.4.
Vers.14. Panis ejus in utero illius vertetur in fel aspidum interficus, tr.34.d.20.n.11.
Vers.18. Juxta multitudinem adinventionum suarum sic sustinebit, tr. 34. d. 15.n.1.d.26.n.6.d.31.n.5.
Eod. Luet quæ fecit omnia, nec tamen consumetur, tr. 34. d.23.n.2.
Vers.22. Cum satiatus fuerit, arctabitur, æstuabit, & dolor irruet super eum, tr.34.d.13.n.2.d.15.per totum.
Vers.26. Devorabit eum ignis, qui non succenditur, tr.34.d.8. per totum.
Vers.27. Revelabunt cœli iniquitatem ejus, & terra consurget adversus eum, tr.33.d.14.n.9.tr.41.d.4.n.4.

CAP. XXI.

Vers.12. Egrediuntur quasi greges parvuli eorum, & infantes eorum exultant lusibus, tenent tympanum & cytharam, & gaudent ad sonitum organi, tr.23.d.9.n.8. tr.34. d.13. n.2.d.20. n.4. tr.41.d.17. n.8.d.24.n.5.
Vers.13. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt, tr.41.d.17.n.8. d.24.n.5. tr.34.d.20. n.4.

CAP. XXII.

Vers.14. Nec nostra considerat, & circa cardines cœli perambulat, tr.33.d.8.n.2.tr.41.d.3.n.1.

CAP. XXIV.

Vers.19. Ad nimium calorem transeat ab aquis nivium. tr.34. d.8.n.5.d.13.n.9. d.14. per totum.

CAP. XXV.

Vers.5. Stellæ non sunt mundæ in conspectu ejus, tr.41.d.21.n.3.d.22.n.2.d.27.n.2.

CAP. XXVI.

Vers.11. Columnæ cœli contremiscunt, & pavent ad nutum ejus, tr.41.d.6.per totum.
Vers.14. Cum vix parvam stillam sermonum ejus audierimus, quis potest tonitruum magnitudinis illius intueri, tr.34.d.27.n.1. tr.41.d.4.n.2.d.9.n.8.

CAP. XXVII.

Vers.8. Quæ est enim spes hypocritæ, si avarè rapiat, & non liberet Deus animam ejus? numquid Deus audiet clamorem ejus &c. tr.35.d.2.n.10.

CAP. XXVIII.

Vers.11. Et dixit, hucusque venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos, tr.36.d.14.n.5.
Vers.13. Non invenitur in terra suaviter viventium, tr.31.d.12.n.11.

CAP. XXIX.

Vers.4. Quando secreto Deus erat in tabernaculo meo, tr.29. d.11.n.4.
Vers.16. Causam, quam nesciebam, diligentissime investigabam, tr.40.d.4.per totum.
Vers.17. Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam, tr.40.d.8.n.3.
Vers.24. Si quando ridebam ad eos, non credebant, tr.23.d.9.n.8.

CAP. XXX.

Vers.1. Nunc autem derident me juniores tempore, quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei, tr.34.d.18.n.7.
Vers.12. Ad dexteram Orientis calamitates meæ illico surrexerunt, tr.29.d.12.n.6.
Vers.25. Flebam super eo, qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. tr.24.d.18.n.9.tr.30.d.3.n.6.
Vers.29. Frater fui draconum & socius struthionum, cutis mea denigrata est super me, tr.34.d.19.n.3.
Vers.30. Cutis mea denigrata est, tr.34.d.18.n.2.

CAP. XXXI.

Vers.14. Quid enim faciam, cum surrexerit ad judicandum Deus? & cum quæsierit, quid respondebo illi? tr.41.d.30.n 2.
Vers.18. Ab infantia mea mecum crevit miseratio, & de utero matris meæ egressa est mecum, tr.24.d.6.n.2.
Vers. 23. Semper enim quasi tumentes super me fluctus timui Deum, & pondus ejus ferre non potui, tr.41.d.9.n.1.& 8.tr.34.d.5.n.5.
Vers 29. Si gavisus sum ad ruinam ejus, qui me oderat, & exultavit quod invenisset eum malum, non enim dedi ad peccandum guttur meum, tr.35.d.36.n.5.
Vers. 1. Dixerunt viri tabernaculi mei: quis det de carnibus ejus, ut satiemur? tr. 26.d.2.n.4. tr.26.d.47.n.3.
Vers.37. Per singulos gradus meos pronunciabo illum, & quasi Principi offeram eum, tr.41.d.30.n.7.
Vers.38. & 40. Si adversum me terra mea clamat, & cum ipsa sulci ejus deflent,... Pro frumento oriatur mihi tribulus, tr.27. d.10. n.9.

CAP. XXXIV.

Vers.30. Regnare facit hominem hypocritam, tr.33. d.5.n.11.

CAP. XXXV.

Vers.2. Igitur Eliu hæc rursum locutus est: numquid æqua tibi videtur hæc tua cogitatio, ut diceres, justior sum Deo? tr.42.d.1.n.5
Vers.14. Judicare coram illo, & expecta illum, tr.41.disc.27. n.2.
Vers.15. Nunc non infert furorem suum, nec ulciscitur valde scelas, tr.41.d.21.n.9.

CAP. XXXVI.

Vers.13. Simulatores & callidi, provocant iram Dei, tr.33.d.1. n.9.d.3.n.4.
Vers.16. Igitur liberavit te de ore angusto latissime, & non habente fundamentum subter se, tr.34.d.6.n.6.
Vers.17. Causa tua quasi impij judicata est, tr.41.d.26.n.3.
Vers.18. Non te superet ira, ut aliquem opprimas, nec multitudo donorum inclinet te, tr.40.d.9.n.5.

CAP. XXXVII.

Vers.11. Frumentum desiderat nubes, tr.26.d.4.n.4.

CAP. XXXVIII.

Vers. 1. Quis est iste, involvens sententias sermonibus imperitis? tr.35.d.29.n.2.
Vers.7. Cum me laudarent simul astra matutina, tr.30.d 11. n.10.
Vers.11. Hucusque venies, & non procedes amplius, hic confringes tumentes fluctus tuos, Tr.35.d.4.n.12.
Vers.16. Et in novissimis abyssi deambulasti, Tract.34.disc. 31.n.8.
Vers.22. Numquid ingressus es thesauros nivis, aut thesauros grandinis aspexisti, quæ præparavi in tempore hostis, ut diem pugnæ & belli, tr.41.d.8.n.8.

CAP. XXXIX.

Vers.7. Clamorem exactoris non audit, tr.31.d.11.n.4. d.22. n.4.
Vers.14. Quando relinquit ova sua in terra, tu forsan in pulvere calefacies ea? Obliviscitur, quod pes conculcat ea, aut bestia agri conterat, duratur ad filios suos, quasi non sint sui, tr.23.d.9.n.7
Vers.29. Gloria narium ejus terror, tr.29.d.23.n.5.

CAP. XL.

Vers.11. Fortitudo ejus in lumbis ejus, & virtus illius in umbilico ventris ejus, tr.31.d.1.n.3.
Vers.16. Sub umbra dormit in secreto calami, in locis humentibus circumdabunt eum salices, tr.33.d.6.n.2.
Vers.18. Ecce absorbebit fluvium, & non mirabitur, & habet fiduciam, quod influat Jordanis in os ejus, tr.29.d.13.n.7.tr.17.d.4.n.7
Vers.22. Numquid multiplicabit ad te preces, aut loquetur tibi mollia? tr.41.d.12.n.2.

CAP. XLI.

Vers.10. De ore ejus lampades procedunt sicut tadæ ignis accensæ, de naribus ejus procedit fumus, tr.34.d.12.n.3.

Vers.14.

Vers.14. Mittet contra eum fulmina, & ad locum alium non ferentur, tr.40.d.7.n.7.
Vers.23. Æstimavit abyssum quasi senescentem, tr.34.d.5.n.6.
Vers.24. Non est super terram potestas, quæ comparetur ei, qui factus est, ut nullum timeret, tr.34.d.12.n.7.

CAP. XLII.

Vers.7. Ite ad servum meum Job, & offerte holocaustum pro vobis, Job autem servus meus orabit pro vobis, faciem ejus suscipiam. tr.35.d.14.n.11.

CAP. LI.

Vers.13. Si contempsi subire judicium cum servo meo & ancilla mea, cum disceptarent adversum me, quid enim faciam cum surrexerit ad judicandum Deus? & cum quæsierit, quid respondebo illi? tr.41.d.21.n.9.

EX PSALMIS.

PSALM. I.

Vers.1. Beatus vir, qui non abijt in consilium impiorum, & in via peccatorum non steti, & in Cathedra pestilentiæ non sedit, tr.25.d.18.n.2.tr.27.d.10.n.4.tr.27.d.11.n.7.
Vers. 2. In lege Domini voluntas ejus. tr.35.d.14.n.11.
Vers.3. Et erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit, tr.29. d.6.n.13. tr.23. d.4.n.13.tr.34.d.8.n.9.

PSALM. II.

Vers.1. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania: astiterunt Reges terræ, &c. tr.29.d.21.n.3.
Eod. Quare fremuerunt Gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt Reges terræ & Principes, &c. tr.27.d.9.n.3.
Vers.4. Qui habitat in cœlis, irridebit eos. tr.25.d.12.n.1.
Vers.6. Ego autem constitutus sum Rex ab eo, super Sion montem Sanctum ejus, prædicans præceptum ejus. tr.22.d.13.n.2. tr. 35.d.4.n.2.tr.29.d.17.n.1.tr.32.d.9.n.8.
Vers.10. Eruditmini, qui judicatis terram, servite Domino in timore. tr.40.d.5.n.9.d.8.n.5. tr.41.d.8.n.5.
Vers.12. Apprehendite disciplinam. tr.22.d.22.n.5.

PSALM. IV.

Vers.3. Filij hominum usquequo gravi corde? tr.31.d.10.n.7.
Vers.6. Sacrificate sacrificium justitiæ. tr.40.d.4.n.8.
Eod. Multi dicunt, quis ostendit nobis bona? à fructu frumenti, vini, & olei sui multiplicati sunt. tr.30. d.25. per totum.
Vers.7. Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. tr. 41.d.15.n.9.
Vers.8. A fructu frumenti vini & olei sui multiplicati sunt. tr.26.d.1.n.6.

PSALM. V.

Vers.1. Verba mea auribus percipe Domine, intellige clamorem meum. tr.35.d.14.n.9.
Vers.8. Odisti omnes, qui operantur iniquitatem, perdes omnes, qui loquuntur mendacium, tr.35.d.28.n.3.
Vers.10. Ego sicut oliva fructifera in domo Dei, speravi in misericordia Dei, tr.22.d.33.n.2.
Vers.11. Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, judica illos Deus. tr.27.d.11.n.7.
Vers.13. Scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos. Tr.35.d.14. n.11.

PSALM. VI.

Vers.6. Quoniam non est in morte, qui memor sit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi. tr.34.d.25.n.6.d.26.n.4.

PSALM. VII.

Vers.2. Ne quando rapiat ut leo animam meam. tr.23.d.18.n.2.
Vers.9. Comprehendat & conculcet in terra vitam meam, tr.35. d.27.n.1.
Vers.10. Consumetur nequitia peccatorum, & dirige justum, scrutans corda venes & Deus. tr.37.d.9.n.7.tr.41.d.14.n.2.tr.42. d.9.n.4.
Vers.11. Qui salvos facit rectos corde. tr.37 d.2.n.9.
Vers.16. Lacum aperuit & effodit eum, & incidit in foveam, quam fecit, tr.29.d.18.n.3.tr.38.d.7.n.7.tr.34.d.16.n.7.

PSALM. VIII.

Vers.5. Quid est homo, quod memor es ejus, tr.30.d.1.n.1.
Eod. Quoniam videbo cœlos tuos opera, digitorum tuorum, Lunam & Stellas quæ tu fundasti. tract.26.d.52.n.1.tract.30.d.14.n.2.
Vers.6, Minuisti eum paulo minus ab angelis, gloria & honore coronasti eum. tract.34.d.2c.n.3.tr.35.d.4.n.3.tr.30.d.1.n.5.d.11. per totum. tr.31.d.6.n.1.
Vers.8. Omnia subjecisti sub pedibus ejus, oves & boves universos, insuper & pecora campi, volucres cœli & pisces maris, tr.31.d. 25.n.1.

PSALM. IX.

Vers.7. Inimici defecerunt frameæ in finem, & civitates eorum destruxisti, tr.34.d.4.n.6.
Vers.9. Paravit in judicio thronum suum, & ipse judicabit orbem terræ in æquitate, judicabit populos in justitia, tr.41.d.3.n.6.
Vers.18. Convertantur peccatores in infernum, omnes gentes quæ obliviscuntur Deum. tr.34.d.20.n.10.tr.34.d.2.n.6.d.5.per tot.

Vers.23. Dum superbit impius, incenditur pauper, tr.36.d.6. n.5.
Vers.26. Inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore, auferuntur judicia tua à facie ejus, Tr.41.d.1.per totum.

PSALM. X.

Vers.5. Non est Deus in conspectu ejus, inquinatæ sunt viæ illius in tempore, tr.34.d.2.n.2.
Vers.7. Pluet super peccatores laqueos ignis & sulphur &c tr. 34.d.6.n.10. & d.7.per totum.
Vers.8. Justus Dominus, & justitias dilexit, tr.35.d.29.n.4.
Vers.13. Propter quid irritavit impius Deum, dixit enim in corde suo non requiret. tr.41.d.1.n.2.

PSALM. XI.

Vers.1. Salvum me fac Deus, tr.27. d.11. n.3. tract.33. d.5. n.9.
Vers.2. Diminutæ sunt veritates à filijs hominum, vana locuti sunt unusquisq; ad proximum suum, labia dolosa in corde & corde locuti sunt, disperdat Dominus universa labia dolosa. tr.27.d.1.n 8.
Vers.3. Labia dolosa in corde, & corde locuti sunt, tr.33.d.9.n.3.
Vers.9. Secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum. tr.26.d.1.n.6.

PSALM. XII.

Vers.6. Ego in misericordia tua speravi, exultavit cor meum in salutari tuo. tr.30.d.7.n.4.

PSALM. XIII.

Vers. 1. Dixit insipiens in corde suo, non est Deus, corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studijs suis &c. tr.27.d.8.n.8. tr.41.d.3.n.1.
Vers.2. Dominus de cœlo prospexit super filios hominum, ut videat, si est intelligens aut requirens Deum, tr.28.d.8.n.6.
Vers.2. & 3. Dominus de cœlo prospexit super filios hominum, ut videat, si est intelligens aut requirens Deum, Omnes declinaverunt, Tr.27.d.10.n.10.tr.34.d.2.n.3.
Vers.3. Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. tr.34.d. 6.n.13. tr.30.d.17.n.3.
Vers.5. Trepidaverunt timore, ubi non erat timor. tr.34.d.28.n.1.

PSALM. XV.

Vers. 2. Dixit Domino: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. tr.24.d.6.n.9. tr.30.d.1.n.1.d.6.n.2.
Vers.4. Nec memor ero nominum eorum per labia mea. tr.30.d. 21.n.9.
Vers.5. Dominus pars hæreditatis meæ. tr.22.d.3.per totum.
Vers.8. Providebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi, ne commovear. tr.41.d.26.d.33.n.2.

PSALM. XVI.

Vers.2. De vultu tuo judicium meum prodeat, oculi tui videant æquitates, Tr.35. d.29.n.5.
Vers.3. Igne nos examinasti, sicut examinatur argentum, tr.34. d.5.n.9.
Vers.4. Propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras. tr.35.d.5.n.10.
Vers.6. Dolores inferni circumdederant me. tr.34.d.21.n.9.
Vers.8. Custodi me ut pupillam oculi, Tr.32.d.13.n.2.
Vers.10. Adipem suum concluserunt, os eorum locutum est superbiam. tr.31.d.7.n.9.d.10.n.10.d.16.n.3.
Vers.11. Oculos suos statuerunt declinare in terram. tr.42.d.13. n.2.
Vers.12. Susceperunt me sicut leo paratus ad prædam, & sicut catulus leonis habitans in abditis. tr.26.d.19.n.8.
Vers.14. Domine à paucis divide eos in vita eorum. tr.34.d. 32.n.6.
Vers.15. Satiabor, cum apparuerit gloria tua, tr.26.d.9.n.3.d. 34.n.8.

PSALM. XVII.

Vers.6. Dolores inferni circumdederunt me, præoccupaverunt me laquei mortis, tr.34.d.19. per totum. d.31.n.6.tr.38.d.7.n.1.
Vers.9. Ascendit fumus in ira ejus, & ignis à facie ejus exarsit, carbones succensi sunt ab eo, tr.34.d.5.n.9.
Vers.12. Posuit tenebras latibulum suum. tr.26.d.46.n.4.
Vers.40. Præcinxisti me virtute ad bellum, & supplantasti insurgentes in me subtus me. tr.32.d.17.n.4.
Vers.46. Filij alieni mentiti sunt mihi tr.29.d.14

PSALM. XVIII.

Vers.2. Cæli enarrant gloriam Dei, tr.27.d.4.n.2.tr.20.d.11. n.10.tr.30.d.1.n.2.
Vers.5. In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum, tr.29.d.17.per totum.
Vers.6. Exultavit ut gigas ad currendam viam, à summo cœlo egressio ejus, tr.27.d.6.n.1.tr. 32.d.7.n.2.
Vers.7. Non est, qui se abscondat à calore ejus, tract.24.d.18. n.1.
Vers.8. Lex Domini immaculata convertens animas, tr.39.d. 12.n.6.tr.29.d.13.n.3.d.23.per totum.tr.30.d.9.n.1.
Vers.10. Judicia Domini vera justificata in semetipsa, tr.41.d.3.n.8.

Vers.13. Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me Domine, & ab alienis parce servo tuo, tr.41.d.14.n.5.d.22.n.3.

PSALM. XX.

Vers.4. Non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israël, tr.29.d.18.n.6.

Vers.7. Lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo, tr.26.d.37.n.9

Vers.9. Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis &c. tr.34.d.10.n.4.

Vers.10. Devorabit eos ignis, tr.34.d.8.n.3.& d.16.per totum.

PSALM. XXI.

Vers.7. Ego autem sum vermis, & non homo, opprobrium hominum & abjectio plebis, tr.32.d.10.n.7.tr.26.d.17.n.5.

Vers.21. Erue à framea Deus animam meam, & de manu canis unicam meam, salva me ex ore leonis, tr.41.d.12.n.5.

Vers.27. Edent pauperes, & saturabuntur, tr.26.d.8.n.3.d.9.n.4.d.10.n.8.d.36.n.8.

Vers.28. Convertentur ad Dominum universi fines terræ, & adorabunt in conspectu ejus universæ familiæ gentium, tr.29.d.17.n.2

PSALM. XXII.

Vers.1. Dominus regit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuæ ibi me collocavit, super aquam refectionis educavit me, tr.26.d.8.n.5.d.9.n.7.

Vers.4. Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt, tract.26.d.36.n.6.

Vers.5. Parasti in conspectu meo mensam adversus eos, qui tribulant me, tr.26.d.20.per tot.

Eod. Impinguasti in oleo caput meum, & calix meus inebrians quam præclarus est, tr.26.d.11.n.9.

PSALM. XXIII.

Vers.3. Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto ejus? &c. tr.22.d.1.n.2.tr.40.d.12.n.8.

Vers.8. Deus exercituum, Dominus fortis & potens in prælio, tr.35.d.4.n.6.

PSALM. XXIV.

Vers.7. Delicta juventutis meæ & ignorantias ne memineris Domine, tr.23.d.7.n.1.

PSALM. XXV.

Vers.6. Lavabo inter innocentes manus meas, & circumdabo altare tuum Domine, tr.22.d.8.per totum tr.26.d.25.n.1.

Vers.9. Ne perdas cum impijs Deus animam meam, tr.40.d.11.n.5.

Vers.10. In quorum manibus iniquitates sunt, Tr.22.d.35.n.26.tr.40.d.10.n.6.d.11.n.5.

Vers.15. Oculi mei semper ad Dominum, tr.35.d.5.n.10.

Vers.9. Inebriabor ab ubertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos, tr.26.d.4.n.10.

PSALM. XXVI.

Vers.1. Dominus illuminatio mea, & salus mea, Tr.35.d.8.n.5.& 14.

Vers.3. Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum, tr.35.d.26.n.1.tr.26.d.20.n.2.

Eod. Si exurgat adversum me prælium, in hoc ego sperabo, tr.38.d.4.n.9.

PSALM. XXVII.

Vers.18. Vide humilitatem meam & laborem meum, & dimitte universa delicta mea, tr.32.d.13.n.4.

PSALM. XXVIII.

Vers.1. Afferte Domino filij Dei, afferte Domino filios arietum, tr.22.d.11.n.8.tr.26.d.32.n.4.

Vers.3. Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia, tr.26.d.47.n.4 Tr.35.d.5.per totum.

Vers.4. Vox Domini in magnificentia, tr.26.d.8.n.7.

PSALM. XXIX.

Vers.4. Domine eduxisti ab inferno animam meam. tr.34.d.3.n.7.d.51.n.6.

Vers.5. Confitemini memoriæ sanctitatis ejus, tr.26.d.32.n.9.

Vers.7. Ego dixi in abundantia mea, non movebor in æternum, tr.41.d.6.n.6.tr.34.d.25.n.2.

Vers.10. Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem, tr.26.d.42.n.5.

PSALM. XXX.

Vers.8. Quoniam respexisti humilitatem meam, salvasti de necessitatibus animam meam, tr.32.d.13.n.2.d.17. per totum.

Vers.12. Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium, & vicinis meis valde, tr.29.d.12.n.7.

Vers.14. Audivi vituperationem multorum commorantium in circuitu, in eo, dum convenirent adversus me, accipere animam meam consilium sunt. Ego autem in te Domine speravi, tr.25.d.5.n.2.

Vers.18. Erubescant impij, & deducantur in infernum, muta fiant labia dolosi, tr.34.d.21.n.3.

Vers.20. Illustra faciem tuam super servum tuum, salvum me fac in misericordia tua, tract.25.d.8.n.6.

PSALM. XXXI.

Vers.4. Die ac nocte gravata est super me manus tua, diem consigitur spina, tr.34.d.17.n.10.

Vers.5. Dixi, confitebor adversum me injustitiam meam Domine, & tu remisisti impietatem peccati mei &c. tr.41.d.1.n.6.

Vers.6. Pro hac orabit ad te omnis Sanctus in tempore opportuno: verumtamen in diluvio aquarum multarum, ad eum non approximabunt, tr.41.d.9.n.8.

Vers.9. Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus, tr.30.d.26.n.6.

Vers.9. Sicut equus & mulus quibus non est intellectus. tr.40.d.10.n.1.

Vers.11. Lætamini in Domino, & exultate justi, & gloriamini omnes recti corde, tr.37.d.2.n.9.

PSALM. XXXII.

Vers.1. Exultate justi in Domino, rectos decet collaudatio, tr.37.d.2.n.9.

Vers.4. Quia rectum est verbum Domini, & omnia opera ejus in fide, tr.29.d.15.n.7.

Vers 5. Diligit misericordiam & judicium, tract. 40. disc.7. per totum.

Vers.6. Verbo Domini cæli firmati sunt, & Spiritu oris ejus omnis virtus eorum, tr.41.d.4 n.8.tr.30.d.1.n.8.tr.30.d.13.n.5.

PSALM. XXXIII.

Vers.1. Ut quid Deus repulisti in finem, iratus est furor tuus super oves pascuæ tuæ, tr.28.d.11.n.5.

Vers.2. Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus ejus in ore meo, tr.30.d.18.n.4.

Vers.3. In Domino laudabitur anima mea, tr.30.d.5.n.9.

Vers.6. Accedite ad eum, & illuminamini, tr.26.d.14.n.3.

Vers.12. Venite filij audite me, timorem Domini docebo vos, tract.23.d.2.n.11.tr.23.d.7.n.2.tr.34.d.5.n.5.

Vers.15. Inquire pacem, & persequere eam, tr.26.d.19.n.9.

Vers 17. Vultus autem Domini super faciemes mala, tr.34.d.10.n.4.d.22.n.10.tr.26.d.37.n.9.

Vers.22. Mors peccatorum pessima, tr.34.d.26.n.5.

Vers.19. Gustate & videte, quoniam suavis est Dominus, tr.26.d.26.n.5.d.30.n.1.tr.34.d.22.n.8.

PSALM. XXXIV.

Vers.7. Veniat illi laqueus & captio, quam abscondit, apprehendat eum, & in laqueum cadat in ipsum, tr.35.d.27.n.2.

Vers.9. Viæ illorum tenebræ & lubricum, tr.30.d.15.n.3.

Vers.11. & 12. Surgentes testes iniqui, quæ ignorabam interrogabant me: Retribuebant mihi mala pro bonis &c. tr.35.d.14.n.10.

Vers.12. Retribuebant mihi mala pro bonis, sterilitatem animæ meæ, tr.30.d.21.n.10.d.22.n.9.d.24.n.1. & n.10.

Vers.14. Quasi proximum, & fratrem nostrum sic complacebam, tr.30.d.26.n.12.

PSALM. XXXV.

Vers.4. Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui, tr.26.d.11.n.1.

Vers.9. Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos, & c. non veniat mihi pes superbiæ, tr.32.d.5.n.8.tr.34.d.22.n.8.

PSALM. XXXVI.

Vers.3. Fac bonitatem, & pasceris in divitijs ejus, tr.26.d.6. per totum.

Vers.11. Mansueti autem hæreditabunt terram, tr.35.d.9.n.2.d.15.n.8.

Vers 12. Observabit peccator justum, & stridebit super eum dentibus suis, tr.34.d.21.n.9.tr.28.d.2.n.7.

Vers.15. Gladius eorum intret in corda eorum, & arcus eorum confringatur, tr.35.d.26.per totum.

Vers.27. Declina à malo, & fac bonum, tr.41.d.1.n.1.d.13.n.8.tr.32.d.2.n.4.

Vers.33. Nec damnabit eum, cum judicabitur ei, tract.41.d.11.n.5.

PSALM. XXXVII.

Vers.5. Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus grave gravatæ super me, tr.28.d.5.n.8.tr.34.d.15.n.2.

Vers 6. Quoniam excelsus Dominus & humilia respicit, & alta à longe cognoscit, tr.29.d.24.n.7.

Vers.7. Incenderunt igni sanctuarium tuum in terra, polluerunt tabernaculum nominis tui, tr.22.d.35.n.6.

Vers. 10. Domine ante te omne desiderium meum, & gemitus meus à te non est absconditus, tr.33.d.2.n.12.

Vers.14. Ego autem tamquam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperui os meum, &c. tr.36.d.15.n.2.tr.40.d.10.n.3.tr.41.d.11.n.5.tr.35.d.3.n.9.

Vers.21. Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi quoniam sequebar bonitatem, tr.25.d.2.n.8.

PSALM. XXXVIII.

Vers.2. Posui ori meo custodiam cum consisteret peccator adversum me, tr.36.d.2.per tot.d.15.n.2.& 4.tr.35.d.14.n.11.d.15.n.6.

Vers.4. Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea, exardescet ignis, &c. tr.34.d.3.n.10.

Vers.9. Ab omnibus iniquitatibus meis eruc me, & opprobrium insipienti dedisti me, tr. 36.d.10.n.5.d.11.per totum.

Vers.10. Obmutui & non aperui os meum, quoniam tu fecisti, tr. 36.d.10.n.7.

Vers.22.

PSALM. XXXIX.

Vers.13. Circumdederunt nos mala quorum non est numerus, tr.34.d.7.n.3.tr.30.d.15.n.2.

Vers.13. Cor meum dereliquit me, tr.34.d.3.n.10.

PSALM. XL.

Vers.2. Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, tr.24.d.15.per totum. tr.43.d.31.n.7.

Vers.3. Dominus conservet eum & vivificet eum, t.24.d.14. per totum.

Vers.4. Universum stratum ejus versasti in infirmitate ejus, tr.24.d.6.n.7.

Vers.5. Oculi ejus in pauperem respiciunt, palpebræ ejus interrogant filios hominum, tr.40.d.6.n.2.

Vers.6. Inimici mei dixerunt mala mihi, quando morietur & peribit nomen ejus, tr.35.d.29.n.7.

PSALM. XLI.

Vers.2. Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus, tr.35.d.21.n.2.

Vers.4. Gravata est super me manus Domini, tr.34.d.9.n.3.

PSALM. XLII.

Vers.1. Judica me Deus & discerne causam meam. tr.26.d.30.n.3.

Vers.3. Emitte lucem tuam & veritatem, tr.26.d.24.n.6.

PSALM. XLIII.

Vers.1. Patres nostri annunciaverunt nobis. tr.23.d.2.n.8.

Vers.13. Vendidisti populum tuum sine pretio, tr.29.d.24.n.8.

Vers.14. Posuisti nos opprobrium vicinis nostris, subsannationem & derisum his, qui sunt, in circuitu nostro, tr.25.d.1. per totum. tr.34.d.18.n.7.tr.25.d.1.n.5.

Vers.16. Tota die verecundia mea contra me est & confusio faciei meæ cooperuit me à facie exprobrantis & obloquentis. tr.25.d.4.n.6.tr.25.d.6.n.5.

Vers.14. & 17. Posuisti nos opprobrium vicinis nostris, ... à facie inimici & persequentis, &c. tr.36.d 5.per totum.

Vers.25. Conglutinatus est in terra venter eorum, tr.31.d.16.n.2. tr.34.d.26.n.9.

PSALM. XLIV.

Vers.3. Tu formasti me & posuisti super me manum tuam, mirabilis facta est scientia tua ex me, tr.38.d.5.n.2.

Vers.6. Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent, tr.34.d.3.n.8.

Vers.7. Hæc est virga directionis, tr.23.d.8.n.3.tr.40.d.10.n.5.

Vers.10. Astitit Regina à dextris tuis, in vestitu deaurato circumdata varietate, tract.22.d.32.n.6.

Vers.11. Audi filia & vide, & inclina aurem tuam & oblivisceré populum tuum & domum Patris tui, & concupiscet Rex decorem tuum, quoniam ipse est Dominus Deus tuus, tr.22.d.37.n.1.tr.29.d.8.n.15.

Vers.13. Filiæ Tyri in muneribus vultum tuum deprecabuntur, tr.24.d.17.n.4.tr.22.d.9.n.7.tr.22.d.1.n.5.

Vers.14. Omnis gloria filiæ Regis ab intus, in fimbrijs aureis circumamicta varietatibus, tr.33.d.7.n.1.

Vers.17. Pro Patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos Principes super omnem terram, tr.22.d.13.n.2.

PSALM. XLV.

Vers.5. Fluminis impetus lætificat civitatem Dei, tr.34.d.22.n.8

Vers.57. Supercecidit ignis, & non viderunt Solem, tr.34.d.22.n.12.

Vers.11. Vacate & videte, quoniam ego sum Deus, tr.28.d.1.n.7.d.13.n.4.d.14.per tot.tr.26.d.26.n.5.

PSALM. XLVI.

Vers.10. Dij fortes terræ vehementer elevati sunt, tr.22.d.11.n.9.

PSALM. XLVII.

Vers.4. Deus in domibus ejus cognoscetur, cum suscipiet eam, tr. 32.d.8.n.5.

PSALM. XLVIII.

Vers.1. Audite hæc omnes gentes, auribus percipite, qui habitatis orbem, &c. tract.41.d.1.n.1.d.6.n.2.

Vers.6. Cur timebo in die malæ iniquitas calcanei mei circumdabit me, tr.41.d.8.n.8.d.13.n.6.

Vers.8. Non dabit Deo placationem suam, tr.34.d.24.n.4.d.25. per totum.

Vers.10. Simul insipiens & stultus peribunt, tr.24.d.12.n.10.

Vers.13. Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, &c. Tr.34.d.11. n.10. d.22.n.5. Tr.30.d.23.n.3.tr.26 d.31.n.2.d.35.n.3.tr.31.d.6.per totum.

Vers.14. Hæc via illorum scandalum ipsis, & postea in ore suo complacebunt, tr.33.d.5.n.10.

Vers.15. Sicut oves in inferno positi sunt, tr.34.d.2. per totum, & d.6.n.9. & n.13.d.12.n.5. d.20.n.5.d.23.n.11. d.26.n.6.d.32. n.4.tr.41.d.17.n.8.

Vers.15. Auxilium eorum veterascet in inferno, tr.34.d.20.n.11

Vers.18. Cum interieris non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria ejus, tr.31.d.23.n.6.

Vers.19. Confitebitur tibi cum benefeceris ei, tr.30.d.8.n.1.d.18.n.x

PSALM. XLIX.

Vers.1. Deus Deorum Dominus locutus est, & vocavit terram, tr.40.d.2.n.4.

Vers.3. Ignis ante ipsum exardescet, tr.40.d.6.n.8.

Vers.4. Advocabit cælum desursum, & terram discernere populum suum, Congregate illi Sanctos ejus, tr.22.d.27.n.4.

Vers.5. Congregate illi Sanctos ejus qui ordinant testamentum ejus super sacrificia, tr.22.d.7. n.2.

Vers.6. Annuntiabunt cæli justitiam ejus, tr.40.d.2.n.8.

Vers.8. Non in sacrificijs tuis arguam te, holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper, tr.30.d.12.n.8.

Vers.13. Numquid manducabo carnes taurorum aut sanguinem hircorum potabo? Immola Deo sacrificium laudis, &c. tr.37.d.1.n.3

Vers.14. Immola Deo sacrificium laudis, tr.30.d.3.per totum.

Vers.21. Arguam te, & statuam contra faciem tuam, tr.34.d.17.n.8.Tr.41.d.18.per totum.

PSALM. L.

Vers.4. Amplius lava me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me, tr.22.d.22.n.6.tr.30.d.19.n.5.

Vers.6. Tibi soli peccavi, & malum coram te feci, tr. 30. d. 16. n.1. tr. 30.d.27.n.9.

Vers.7. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea, tr.23.d.8.n.1.& tr.26.d.18.n.4.

Vers.8. Incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi, tr. 32.d.15.n.5.

Vers.9. Asperges me hyssopo & mundabor, lavabis me & super nivem dealbabor, tr.26.d.18.n.3.

Vers.16. Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ, tr.30.d.7.n.4. tr.26.d.15.n.9.

Vers.19. Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum, tr.28.d.8.n.9.d.14.n.3.

PSALM. LI.

Vers.1. Dixit insipiens in corde suo, non est Deus, tr.33.d.8.n.2.

Vers.10. Ego autem sicut oliva fructifera in domo Dei, tract.29.d.7.n.12.

PSALM. LII.

Vers.6. Dissipavit Deus ossa eorum qui hominibus placent, confusi sunt, quoniam Deus sprevit eos, tr.33.d.1.n.9.

PSALM. LIV.

Vers.1. Exaudi Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam, intende mihi & exaudi me, &c. tr.35.d.14.n.10.

Vers.5. Cor meum conturbatum est in me, & formido mortis cecidit super me, tr.35.d.26.n.1.

Vers.7. Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, tr.35.d.5.n.8.

Vers.13. & 14. Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique,... Tu verò, &c. tr.22.d.27.n.11. tr.29.d.12.n.2. tr.30.d.19.n.1. d.24.n.3.tr.26.d.30.n.3.

Vers.16. Descendant in infernum viventes, tr.34.d.4. per totum.

PSALM. LV.

Vers.1. Miserere mei Deus quoniam conculcavit me homo, tota die impugnans tribulavit me, tr.38.d.3.n.7.

Vers.7. Ipsi calcaneum meum observabunt, tr.37.d.4.n.6.

Vers.12. In me sunt Deus vota tua, quæ reddam laudationes tibi, tr.37.d.2.n.9.

PSALM. LVII.

Vers.1. Si vere utique justitiam loquimini, recta judicate filij hominum, &c. tr.35.d.24.n.9.tr.40.d.12.per tot.tr.42.d.10.per tot.

Vers.4. Erraverunt, ab utero locuti sunt falsa, tr.31.d.7.n.9.

Vers.5. Furor illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ & obturantis aures suas, quæ non exaudiet, &c. tr.35.d.3.n.9.tr.38.d.17.n.2.tr.39.d.3.per tot.

Vers.6. Supercecidit ignis, & non viderunt Solem, tr.34.d.10.n.3.

Vers.8. Ad nihilum deveniet, tamquam aqua decurrens, tr.30.d.12.n.3.

Vers.10. Cæli distillaverunt à facie Dei, tr.26.d.13.n.2.

Vers.11. Lætabitur justus cum viderit vindictam, manus suas lavabit in sanguine peccatoris, tr.34.d.5.n.10.tr.34.d.21.n.3.d.24.n.2.& 3.

PSALM. LVIII.

Vers.7. Famem patientur ut canes, tr.34.d.13. per totum.d.21.n.3.d.28.n.2.

Vers.8. Ecce loquentur in ore suo, & gladius in labijs eorum, tr.25.d.12.n.7.

PSALM. LIX.

Vers.1. Dedisti metuentibus te significationem, ut fugiant à facie arcus, tr.34.d.7.per totum.

PSALM. LXI.

Vers.10. Mendaces filij hominum in stateris, tr.42.d.7. per tot.

Vers.12. Semel locutus est Deus, duo hæc audivi, quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia, tr.40.d.7.n.3.

PSALM. LXII.

Vers.6. Sicut adipe & pinguedine replcatur anima mea, & labijs exultationis laudabit os meum, tr.26.d.33.per totum.

Vers.11. Introibunt in inferiora terræ, tr.34.d.5.n.1.

PSALM. LXIII.

Vers.4. Exacuerunt ut gladium linguas suas, tr.33.d.14.n.9.

Vers.6. Firmaverunt sibi sermonem nequam, narraverunt ut absconderent laqueos, tract.33.d.7.n.10.

Vers. 8. *Sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum*, tr. 36. d. 4. n. 4.
Vers. 9. *Infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum*, tr. 22. d. 16. n. 12.

PSALM. LXIV.

Vers. 4. *Verba iniquorum prævaluerunt super nos, & impietatibus nostris tu propitiaberis*, tr. 36. d. 10. n. 5.
Vers. 10. *Visitasti terram & inebriasti eam*, tr. 26. d. 8. n. 1.
Vers. 13. *Pinguescent speciosa deserti*, tr. 26. d. 13. n. 9.

PSALM. LXV.

Vers. 15. *Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum*, tr. 37. d. 2. n. 9.

PSALM. LXVII.

Vers. 1. *Exurgat Deus & dissipentur inimici ejus, & fugiant*, tr. 26. d. 22. n. 1.
Vers. 11. *Parasti in dulcedine tua pauperi Deus*, tr. 26. d. 10. n. 8.
Vers. 12. *Dominus dedit verbum evangelizantibus virtute multa*, Tr. 29. d. 17. n. 5.
Vers. 13. *Rex virtutum dilecti, & speciei domus dividere spolia, si dormitatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ*, tr. 22. d. 37. n. 2.
Vers. 14. *Pennæ columbæ deargentatæ & posteriora dorsi ejus in pallore auri*, Tr. 24. d. 9. n. 2.
Vers. 15. *Super eam nive dealbabuntur in Selmon*, tr. 26. d. 18. n. 5. tr. 33. d. 14. n. 4.
Vers. 30. *Et famelici saturati sunt*, tr. 26. d. 10. n. 8.
Vers. 35. *Dabit voci suæ vocem virtutis*, tr. 27. d. 2. n. 3.

PSALM. LXVIII.

Vers. 2. *Intraverunt aquæ usque ad animam meam*, tr. 24. d. 4. n. 4
Vers. 3. *Veni in altitudinem maris & tempestas demersit me*, tr. 23. d. 12. n. 6. tr. 22. d. 25. n. 4. tr. 34. d. 15. n. 7.
Vers. 4. *Intraverunt aquæ usque ad animam meam, infixus sum in limo profundi*, tr. 26. d. 30. n. 4.
Vers. 8. *Propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam, adversum me loquebantur qui sedebant in porta, &c.* Tr. 36. d. 9. n. 1.
Vers. 14. *Ego vero orationem meam ad te Domine, tempus beneplaciti Deus, in multitudine misericordiæ tuæ exaudi me*, tr. 35. d. 14. n. 6
Vers. 15. *Libera me de profundis aquarum, non me demergat tempestas aquæ, &c.* tract. 34. d. 6. n. 6.
Vers. 16. *Neque urgeat super me puteus os suum*, tr. 34. d. 6. n. 3.
Vers. 20. *Tu scis improperium meum & reverentiam meam*, tr. 36. d. 7. n. 9.
Vers. 21. *Sustinui qui simul contristaretur & non fuit*, tr. 23. d. 22. n. 5.
Vers. 22. *Dederunt in escam meam fel*, tract. 22. d. 20. n. 3. tr. 26. d. 41. n. 3.
Vers. 23. *Fiat mensa eorum ipsis in laqueum & in retributionem, & in scandalum*, tr. 26. d. 39. n. 3. d. 41. n. 3.
Vers. 30. *Ego sum pauper & dolens, salus tua suscepit me*, tr. 26. d. 12. n. 9.
Vers. 31. *Laudabo nomen Dei cum cantico, & magnificabo eum in laude, &c.* tr. 30. d. 3. n. 8.

PSALM. LXX.

Vers. 6. *In te confirmatus sum ex utero, de ventre matris meæ tu es protector meus*, tr. 30. d. 17. n. 7.
Vers. 8. *Repleatur os meum laude ut cantem gloriam tuam, tota die magnitudinem tuam*, tr. 30. d. 18. n. 2.

PSALM. LXXI.

Vers 1. *Deus judicium tuum Regi da, & justitiam tuam filio Regis, judicare populum tuum in justitia, & pauperes tuos in judicio*. tr. 40. d. 1. n. 1.
Vers. 8. *Dominabitur à mari usque ad mare, &c.* tr. 26. d. 1. n. 3.
Vers. 16. *Et erit firmamentum in terra in summis montium*, tr. 26. d. 1. n. 3.
Vers. 20. *De abyssis terræ iterum reduxisti me*, tr. 30. d. 26. n. 1.

PSALM. LXXII.

Vers. 3. *Mei autem pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei, quia zelavi super iniquos, pacem peccatorum videns, &c.* tr. 41. d. 3. n. 3.
Vers. 7. *Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum*, tr. 31. d. 4. per totum. d. 7. n. 9. tr. 33. d. 11. n. 7.
Vers 9. *Posuerunt in cælum os suum, & ideo lingua eorum transivit in terra*, tr. 22. d. 25. n. 4.
Vers. 12. *Ecce ipsi peccatores & abundantes in sæculo obtinuerunt divitias*, tr. 24. d. 2. n. 3. tr. 24. d. 8. n. 3. tr. 34. d. 2. n. 3.
Vers. 23. *Ut jumentum factus sum apud te, & ego semper tecum*, tr. 26. d. 42. n. 5. tr. 32. d. 10. n. 7.

PSALM. LXXIII.

Vers. 3. *Leva manus tuas in superbias eorum in finem*, tr. 34. d. 9. n. 3.
Vers. 3. *Quanta malignatus est inimicus in sancto*, tr. 28. d. 7. n. 3. d. 10. n. 1. d. 11. n. 6.
Vers. 4. *Gloriati sunt qui te oderunt, in medio solemnitatis tuæ*, tr. 28. d. 5. per totum.
Vers. 7. *Incenderunt igni sanctuarium tuum, in terra polluerunt tabernaculum nominis tui*, tr. 28. d. 9. per totum.
Vers. 8. *Quiescere faciamus omnes dies festos Dei à terra*, tr. 28. d. 7. per totum. d. 9. n. 1.
Vers. 23. *Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper*, tr. 34. d. 12. n. 6. & d. 16. n. 9. tr. 38. d. 2. n. 8.

PSALM. LXXIV.

Vers. 3. *Cum accepero tempus, ego justitias judicabo*, tr. 41. d. 17. n. 4. d. 22. per totum.
Vers. 5. *Dixi iniquis, nolite inique agere, & delinquentibus, nolite extollere in altum cornu vestrum, quoniam Deus judex est*, tr. 41. d. 1. n. 3.
Vers. 9. *Bibent omnes peccatores terræ verumtamen fex ejus non est exinanita*, tr. 34. d. 13. n. 7.

PSALM. LXXV.

Vers. 2. *Notus in Judæa Deus, in Israël magnum nomen ejus*, tr. 29. d. 17. n. 4.
Vers. 4. *Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis*, tr. 22. d. 34. n. 11.
Vers. 8. *Tu terribilis es, & quis resistet tibi*, tr. 41. d. 2. n. 7.
Vers. 11. *Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi*, tr. 28. d. 13. n. 8.
Vers. 12. *Reddite Domino Deo vestro omnes qui in circuita ejus affertis munera*, tract. 34. d. 10. n. 2.

PSALM. LXXVI.

Vers. 6. *Cogitavi dies antiquos, meditatus sum nocte cum corde meo*, tr. 30. d. 9. n. 3.
Vers. 6. *& 7. Cogitavi dies antiquos, & annos æternos in mente habui, Et meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar, & scopebam spiritum meum*, tr. 34. d. 28. per totum.
Vers. 8. *Numquid in æternum projicit Deus aut non apponet ut complacitior sit adhuc*, Tr. 34. d. 30. per tot
Vers. 10. *Continebat in ira sua misericordias suas*, tr. 41. d. 9. n. 7.
Vers. 11. *Hæc mutatio dexteræ excelsi*, tr. 29. d. 17. n. 8. d. 18. n. 8.
Vers. 19. *Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ, commota est, & contremuit terra*, tr. 41. d. 4. n. 2.

PSALM. LXXVII.

Vers. 5. *Viam fecit semitæ iræ suæ*, tr. 41. d. 9. n. 7.
℣. 6. *Quanta mandavit Patribus nostris, nota facere ea filiis suis, ut cognoscat generatio altera, ut ponant in Deo spem suam, & non obliviscantur operis Dei, & mandata ejus exquirant*, tr. 23. d. 2. n. 4
Vers. 14. *Deduxit eos in nube diei, & tota nocte in illuminatione ignis*, tr. 34. d. 4. n. 2.
Vers. 19. *Numquid potest Deus parare mensam in deserto?* tr. 31. d. 25. n. 3. tr. 35. d. 10. n. 14.
Vers. 20. *Percussit petram & fluxerunt aquæ*, tr. 31. d. 18. n. 4.
Vers. 21. *Audivit Dominus & distulit, & ira ascendit in Israël*, tr. 39. d. 14. n. 4.
Vers. 25. *Panem angelorum manducavit homo, cibaria misit eis in abundantia*, tr. 26. d. 13. n. 2. d. 33. n. 6.
Vers. 27. *Coram Patribus eorum fecit mirabilia*, tr. 22. d. 37. n. 8.
Vers. 29. *Manducaverunt, & saturati sunt nimis*, tr. 34. d. 13. n. 2.
Vers. 30. *& 31. Adhuc escæ erant in ore ipsorum, Et ira Dei ascendit super eos*, tr. 31. d. 15. per tot. d. 16. n. 7. d. 24. n. 5. d. 25. n. 7. tr. 26. d. 41. n. 3. d. 42. n. 9.
Vers. 65. *Et excitatus est tamquam dormiens Dominus, tamquam potens crapulatus à vino, & percussit inimicos suos, &c.* tr. 31. d. 20. n. 5.
Vers. 70. *Elegit David servum suum & sustulit eum de gregibus ovium, pascere Jacob servum suum & Israël hæreditatem suam. Pavit eos in innocentia cordis sui*, tr. 27. d. 7. n. 4, tr. 27. d. 3. n. 3.

PSALM. LXXIX.

Vers. 1. *Qui regis Israël intende, qui deducis velut ovem Joseph*, tr. 27. d. 4. n. 9.

PSALM. LXXX.

Vers. 2. *Exultate Deo adjutori nostro, jubilate Deo Jacob, sumite psalmum & date tympanum*, tr. 30. d. 27. n. 7.
Vers. 4. *Buccinate in neomenia tuba in insigni die solemnitatis vestræ, quia præceptum in Israël est*, tr. 30. d. 2. n. 5.
Vers. 5. *Inimici Domini mentiti sunt ei, & erit tempus eorum in sæcula*, tr. 35. d. 10. n. 14.
Vers. 7. *Manus ejus in cophino servierunt, in servum venumdatus est Joseph, humiliaverunt in compedibus pedes ejus*, tr. 35. d. 9. n. 5. d. 25. n. 7.
Vers. 11. *Dilata os tuum, & implebo illud*, tr. 26. d. 6. n. 3. d. 8. n. 2.
Vers. 13. *Dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinventionibus suis*, tr. 30. d. 15. n. 6.
Vers. 17. *Et cibavit eos ex adipe frumenti*, tr. 26. d. 3. n. 7. d. 4. n. 5. d. 11. n. 5. d. 13. n. 6.
Vers. 17. *De petra melle saturavit eos*, tr. 35. d. 22. n. 4. tr. 26. d. 12. per totum.

PSALM. LXXXI.

Vers. 1. *Deus stetit in Synagoga Deorum, in medio autem Deos dijudicat*, tr. 40. d. 2. n. 4.
Vers. 2. *Usquequo judicatis iniquitatem, & facies peccatorum sumitis? Judicate egeno & pupillo, humilem & pauperem justificate, &c.* tr. 40. d. 1. n. 6. d. 6. n. 8. d. 10. n. 6.
Vers. 7. *Vos autem sicut homines moriemini*, tr. 40. d. 11. n. 1.

PSALM.

PSALM. LXXXII.

Vers. 17. *Imple facies eorum ignominia & quærent nomen tuum Domine*, tr. 27. d. 4. n. 4.

PSALM. LXXXIII.

Vers. 6. *Ascensiones suas disposuit in valle lachrymarum*, tr. 32. d. 5. n. 9.
Vers. 8. *Ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus Deorum in Sion*, tr. 22. d. 5. n. 2. tr. 29. d. 5. n. 9.
Vers. 11. *Elegi abjectus esse in domo Dei mei*, tr. 32. d. 5. n. 8. d. 17. n. 6.
Eod. Melior est dies una in atriis tuis super millia, tr. 34. d. 22. n. 8.

PSALM. LXXXIV.

Vers. 10. *Verumtamen prope timentes eum salutare ipsius, ut inhabitet gloria in terra nostra*, tr. 26. d. 32. n. 1.
Vers. 11. *Justitia & pax osculatæ sunt*, tr. 40. d. 1. per tot.
Vers. 13. *Etenim Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum*, tr. 26. d. 4. n. 2. d. 12. n. 3.

PSALM. LXXXV.

℣. 2. *Custodi animam meam quoniam sanctus sum*, tr. 24. d. 5. n. 6.

PSALM. LXXXVII.

Vers. 4. *Vita mea inferno appropinquavit*, tr. 32. d. 7. n. 3.
℣. 6. *Ascensiones in corde suo disposuit in valle*, tr. 32. d. 16. n. 3.
Vers. 16. *In laboribus à juventute mea*, tr. 23. d. 12. n. 1. tr. 40. d. 6. n. 5.

PSALM. LXXXVIII.

Vers. 33. *Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum*, tr. 40. d. 1. n. 3.
Vers. 38. *Sicut Luna perfecta in æternum*, tr. 32. d. 18. n. 1.

PSALM. LXXXIX.

Vers. 4. *Mille anni ante oculos tuos tamquam dies hesterna quæ præteriit*, tr. 34. d. 29. n. 7.
Vers. 7. *Defecimus in ira, & in furore tuo turbati sumus*, tr. 41. d. 5. n. 7.
Vers. 8. *Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo, sæculum nostrum in illuminatione vultus tui*, tr. 23. d. 7. n. 4.
Vers. 11. *& 12. Quis novit potestatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam Dinumerare*, tr. 34. d. 9. n. 3. tr. 41. d. 8. n. 4.
Vers. 14. *Repleti sumus mane misericordia tua, exultavimus & delectati sumus omnibus diebus nostris*, tr. 26. d. 8. n. 9.

PSALM. XC.

Vers. 1. *Qui habitat in adjutorio Altissimi*, tr. 31. d. 1. n. 4.
Vers. 6. *A negotio perambulante in tenebris, ab incursu & dæmonio meridiano*, tr. 33. d. 5. n. 13. d. 10. n. 1. tr. 40. d. 8. n. 9.
Vers. 7. *Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis*, tr. 41. d. 29. n. 9.
Vers. 8. *Retributionem peccatorum videbis*, tr. 41. d. 24. n. 1.
Vers. 11. *Angelis suis Deus mandavit de te ut custodiant te in omnibus viis tuis, ne unquam offendas ad lapidem pedem tuum*, tr. 27. d. 14. n. 12. tr. 22. d. 10. n. 17. tr. 30. d. 14. n. 2.
Vers. 13. *Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem*, tr. 34. d. 12. n. 3.

PSALM. XCI.

Vers. 13. *Sicut cedrus Libani multiplicabitur*, tr. 40. d. 10. n. 4.
Vers. 14. *Plantati in domo Domini, in atriis Dei nostri florebant, adhuc multiplicabuntur in senecta uberi*, tr. 23. d. 6. n. 9.

PSALM. XCII.

Vers. 1. *Dominus regnavit, decorem indutus est: indutus est Dominus fortitudinem*, tr. 27. d. 15. n. 2.
Vers. 5. *Testimonia tua credibilia facta sunt nimis*, tr. 29. d. 21. per totum.

PSALM. XCIII.

Vers. 1. *Deus ultionum Dominus, Deus ultionum libere egit*, tr. 35. d. 29. n. 3.
Vers. 17. *Nisi quia Dominus adjuvit me, paulo minus habitasset in inferno anima mea*, tr. 30. d. 15. n. 3. d. 16. per tot. tr. 34. d. 21. n. 6.
Vers. 19. *Secundùm multitudinem dolorum in corde meo, consolationes tuæ lætificaverunt animam meam*, tr. 35. d. 8. n. 6.

PSALM. XCIV.

Vers. 5. *Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud*, tr. 29. d. 18 n. 7.

PSALM. XCV.

Vers. 5. *Omnes dii gentium dæmonia*, tr. 22. d. 23. n. 3. tr. 29. d. 21. n. 10.
Vers. 9. *Tollite hostias, & introite in atria ejus, adorate Dominum in atrio sancto ejus*, tr. 26. d. 33. n. 1.
Vers. 12. *Tunc exultabunt omnia ligna sylvarum à facie Domini quia venit*, tr. 41. d. 4 n. 5.
Vers. 13. *Judicabit orbem terrarum in æquitate, & populos in veritate sua*, tr. 41. d. 19 n. 4. d. 25. n. 7.

PSALM. XCVI.

Vers. 3. *Ignis ante ipsum præcedet*, tr. 40. d. 6. n. 8. tr. 39. d. 17. n. 2. tr. 41. d. 10. per totum. d. 15. n. 2. d. 19. n. 7. d. 30. n. 1.

PSALM. C.

Vers. 1. *Misericordiam & judicium cantabo tibi Domine*, tr. 40. d. 7. n. 5. tr. 41. d. 2. n. 2.
Vers. 2. *Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ*, tr. 30. d. 15. n. 3. tr. 33. d. 11. n. 1. tr. 35. d. 21. n. 3. tr. 41. d. 8. n. 8.
Vers. 4. *& 5. Declinantem ad me malignum non cognoscebam. Detrahentem secreto proximo suo hunc persequebar, &c.* tr. 27. d. 5. n. 2.
Vers. 5. *Detrahentem secreto proximo suo, hunc persequebar*, tr. 42. d. 1. n. 6.
Vers. 8. *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, ut disperderem de civitate Domini omnes operantes iniquitatem*, Tr. 27. d. 7. n. 4.

PSALM. CI.

Vers. 5. *Percussus sum ut fœnum & aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum*, tr. 26. d. 17 n. 9. d. 43. n. 7.
Vers. 7. *Similis factus sum pellicano solitudinis, factus sum sicut nycticorax in domicilio*, tr. 27. d. 11. n. 8.
Vers. 15. *Tu exurgens misereberis Syon*, tr. 29. d. 20. n. 1.
Vers. 18. *Respexit in orationem humilium, & non sprevit preces eorum*, tr. 32. d. 14. n. 8.

PSALM. CII.

Vers. 1. *Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me sunt nomini sancto ejus*, tr. 30. d. 3. n. 6.
Vers. 3. *Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas*, tr. 30. d 11. n. 6.
Vers. 6. *Faciens misericordiam Dominus, & judicium omnibus injuriam patientibus*, tr. 35. d. 29. n. 2.
Vers. 11. *Quoniam secundùm altitudinem cæli à terra*, tr. 35. d. 3. n. 4.

PSALM. CIII.

Vers. 2. *Extendens cælum sicut pellem*, tr. 41. d. 5. n. 5.
Vers. 3. *Qui ponis nubem ascensum tuum*, tr. 41. d. 2. n. 3.
Vers. 10. *Qui emittit fontes in convallibus*, tr. 32. d. 5. n. 5.
Vers. 15. *Panis cor hominis confirmet*, Tr. 26. d. 1. n. 3. tr. 26. d. 2. n. 5. tr. 26 d. 2. n. 8. tr. 26. d. 1. n. 3. d. 2. n. 8. d. 17. per totum.
Vers. 16. *Saturabuntur ligna campi, & cedri Libani quas plantavit*, tr. 26. d. 25. n. 9.
Vers. 22. *Posuisti tenebras & facta est nox, & in ipsa pertransibunt omnes bestiæ sylvæ. Ortus est Sol, & congregati sunt, &c.* tr. 29. d. 12. n. 5.
Vers. 24. *Omnia in sapientia fecisti*, Tr. 34. d. 1. n. 1.
Vers. 27. *Das escam illorum in tempore*, tr. 26. d. 46. n. 1.
Vers. 29. *Auferes spiritum eorum & deficient, & in pulverem suum revertentur*, tr. 30. d. 12. n. 1. tr. 32. d. 21. n. 2.
Vers. 32. *Qui respicit terram & facit eam tremere*, tr. 35. d. 4. n. 6.

PSALM. CIV.

Vers. 7. *Dissipata sunt ossa nostra secus infernum*, tr. 32. d. 7. n. 8.
Vers. 15. *Nolite tangere Christos meos*, tr. 22. d. 25. per totum.
Vers. 16. *Omne firmamentum panis contrivit*, tr. 26. d. 1. n. 3. d. 3. n. 5. d. 17. n. 8.
Vers. 25. *Convertit cor eorum, ut oderet populum ejus*, tr. 38. d. 6. n. 6.
Vers. 37. *Non erat in tribubus eorum infirmus*, tr. 31. d. 18. n. 4.
Vers. 44. *Et dedit illis regiones gentium & labores populorum possederunt*, tr. 30. d. 24. n. 9.

PSALM. CV.

Vers. 3. *Beati qui custodiunt & faciunt justitiam in omni tempore*, tr. 42. d. 6. n. 3.
Vers. 29. *Irritaverunt eum in adinventionibus suis*, tr. 34. d. 12. n. 9.
Vers. 37. *Immolaverunt filios suos & filias suas dæmoniis*, tr. 29. d. 17. n. 4.
Eod. Immolaverunt filios suos & filias suas dæmoniis, Dijs quos ignoraverant, tr. 23. d. 1. n. 8. tr. 29. d. 17. n. 4.

PSALM. CVI.

Vers. 8. *Confitemini Domino misericordiæ ejus, & mirabilia ejus filij hominum: Quia satiavit animam inanem, & animam esurientem implevit bonis*, tr. 36. d. 33. n. 1.
Vers. 17. *Turbati & moti sunt sicut ebrius, & omnis sapientia eorum devorata est*, tr. 41. d. 17. n. 1.
Vers. 42. *Omnis iniquitas oppilabit os suum*, tr. 41. d. 17. per tot. tr. 34. d. 17. n. 8.

PSALM. CVIII.

Vers. 4. *Pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi*, tr. 30. d. 24. n. 4. tr. 35. d. 14. n. 10.
Vers. 10. *Diabolus stet à dextris ejus, cum judicatur exeat condemnatus, filij ejus orphani, &c.* tr. 34. d. 19. n. 4.

PSALM. CIX.

Vers. 2. *Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*, tr. 41. d. 7. n. 4.
Vers. 4. *Juravit Dominus, & non pœnitebit eum*, tr. 41. d. 29. n. 3.
Vers. 6. *Judicabit in nationibus, implebit ruinas*, tr. 41. d. 22. n. 1.

PSALM. CX.

℣. 3. *Ecce peccatores intenderunt arcum, paraverunt sagittas suas in pharetra, ut sagittent in obscuro rectos corde*, tr. 25. d. 6. n. 3.
Vers. 4. *Memoriam fecit mirabilium suorum, escam dedit timentibus se*, tr. 26. d. 52. per totum. tr. 26. d. 12. n. 4. d. 32. per totum.
Vers. 9. *Mandavit in æternum testamentum suum*, tr. 26. d. 9. n. 4.

PSALM. CXI.

Vers.9. Dispersit dedit pauperibus, justitia ejus manet in sæculum sæculi, tr.34.d.4.n.1.tr.. 24.d.4.n.7.tr.24.d.6.n.1.

Vers.10. Peccator videbit & irascetur, dentibus suis fremet, & tabescet, tr.38.d.13.n.8.tr. 39.d.2.n.3.tr.34.d.16.n.10.tr.34.d.21.n.1.

Vers.5. Jucundus homo qui miseretur & commodat, disponet sermones suos in judicio, &c. tr.24.d.4.n.3.tr.24.d.13.per tot.tr. 41.d.6.n.3.d.21.n.9.d.25.n.3.d.28.n.7.

PSALM. CXIV.

Vers. 1. Exaudivit Dominus vocem orationis meæ, inclinavit aurem suam mihi, & in diebus meis invocabo, tr.32.d.14.n.4.

Vers.3. Pericula inferni invenerunt me, tr.34.d.6.n.8.tr.32.d. 13.n.2.

PSALM. CXV.

Vers.1. Credidi propter quod locutus sum, ego autem humiliatus sum nimis, tr.29.d.7.n.5.tr.32.d.16.n.10.

Vers.4. Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini invocabo, tr.30.d.6.n.2.

Vers.10. Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax, tr.25.d.8. n.5.tr.32.d.5.n.8.d.10.n.7.d.17.n.6.tr.33.d.7.n.9.

Vers.12. Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi, tr.30.d.3.n.5.d.6.per tot.d.9.n.1.d.18.n.3.

Vers.13. Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini invocabo, laudans invocabo Dominum, tr.26.d.33.n.6.

Vers.17. Tibi sacrificabo hostiam laudis, vota mea Domino reddam, tr.25.d.4.n.5.

PSALM. CXVII.

Vers.10. Et in nomine Domini quia ultus sum in eos, tr.35.d.27. n.3.

Vers.12. Circumdederunt me sicut apes, tr.35.d.8.n.9.d.26.n.2.

Vers.23. A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris, tr.29.d.20.n.12.

PSALM. CXVIII.

Vers.6. Tunc non confundar, cum perspexero in omnibus mandatis tuis, tr.34.d.32.n.4.tr.35.d.24.n.8.

Vers.12. In quo corrigit adolescentior viam suam, tr.23.d.7.n.2.

Vers.20. Concupivit anima mea desiderare justificationes tuas in omni tempore, tr.41.d.25.n.6.

Vers.21. Maledicti qui declinant à mandatis tuis, tr.41.d.14. n.6.

Vers.27. Constituite diem solemnem in condensis, tr.28.d.15.n.5.

Vers.32. Viam mandatorum tuorum cucurri, tr.31.d.11.n.3.

Vers.36. Inclina cor meum in testimonia tua, & non in avaritiam, tr.30.d.9.n.1.

Vers.39. Amputa opprobrium meum quod suspicatus sum, quia judicia tua jucunda, tr.42.d.2.n.6. d.5.n.4.

Vers.46. Loquebar de testimoniis tuis in conspectu Regum, & non confundebar, tr.29.d.7.n.5.

Vers.51. Superbi inique agebant usquequaque. tr.41.d.2.n.4.

Vers.62. Media nocte surgebam ad confitendum tibi, tr.30.d. 28.n.4.

Vers.63. Particeps ego sum omnium timentium te, & custodiensium mandata tua, tr.26.d.32.n.1.

Vers.66. Mandatis tuis credidi, tr.29.d.9.per totum.

Vers.73. Manus tuæ fecerunt me, & plasmaverunt me totum in circuitu, tr.39.d.11.n 7.

Vers.98. Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo, quia in æternum mihi est, tr.35.d.21.n.3.tr. 36.d.17.n.2.

Vers.105. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis, tr.41.d.14.n.2.& 7. tr.34.d.n.9.tr.29.d.3.n.10.

Vers.107. Humiliatus sum usquequaque Domine, vivifica me secundùm verbum tuum, tr.32.d.15.n.5. d.19.per totum.

Vers.109. Anima mea in manibus meis semper, tr.24.d.14.n. 4. tr.30.d.13.n.5.

Vers.112. Inclinavi cor meum ad faciendas justificationes tuas in æternum, propter retributionem, tr.30.d.9.per totum.

Vers.119. Prævaricantes reputavi omnes peccatores terræ, tr.22. d.1.n.9.

Vers.120. Confige timore tuo carnes meas à judiciis enim tuis timui, tr.41.d.2.per totum.d.6.n.2.d.23.per tot.

Vers.126. Tempus faciendi Domine, dissipaverunt legem tuam, tr.27.d.6.per tot.

Vers.129. Mirabilia testimonia tua, ideo scrutata est ea anima mea, declaratio sermonum tuorum illuminat, tr. 29. d. 24. per totum.

Vers.136. Exitus aquarum dedaxerunt oculi mei quia non custodierunt legem tuam, tr.34.d.31.n.3.

Vers.137. Justus es Domine, & rectum judicium tuum. tr.38. d.12.n.3.tr.41.d.19.n.7.

Vers.139. Tabescere me fecit zelus meus, quia obliti sunt verba tua inimici mei, tr.35.d.7.n.4.

Vers.145. Clamavi in toto corde meo exaudi me Domine, tr.32. d.3.n.5.

Vers.149. Secundùm judicium tuum vivifica me, tract.40. d.3. n.1.

Vers.153. Vide humilitatem meam, quia legem tuam non sum oblitus, Tr.32.d.4.per totum.

Vers.155. Longe à peccatoribus salus, tr.30.d.22.n.12.

Vers.175. Vivet anima mea & laudabit te, & judicia tua adjuvabunt me, Tr.41.d.2.n.4.

PSALM. CXIX.

Vers.2. Domine libera animam meam à labiis iniquis & à lingua dolosa, tr.25.d.1.n.1.

Vers. 3. Quid detur tibi aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam sagittæ potentis acutæ, &c. tr.36.d.2.n.15.

Vers.4. Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus desolatorijs, tr. 34.d.3.n.8.

Vers.17. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus, cum loquebar illis impugnabant me gratis, tr.36.d.5.n.7.

PSALM. CXXI.

Vers.6. Rogate quæ ad pacem sunt Jerusalem, & abundantia diligentibus te, tr.36.d.3.n.8.

PSALM. CXXII.

Vers.4. Miserere nostri, Domine, miserere vestri, quia multum repleti sumus despectione, tr.25.d.6.n.4.

PSALM. CXXIII.

Vers.7. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium, laqueus contritus est, & nos liberati sumus, tr.34.d.21.n.6. tr.32 d.17.n.6. PSALM. CXXV.

Vers.6. Euntes ibant & flebant mittentes semina sua, venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos, tr. 26.d.30. n.10. PSALM. CXXVII.

Vers.2. Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit, tr.32.d.13.n.3. tr.26.d.6.n.4.

Vers.3. Uxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ, tr.23.d.4.n.2.tr.23.d.5.n.7.tr 26.d.16.n 1.d.19. per tot.d.26.n.2. PSALM. CXXIX.

Vers.4. Propter legem meam sustinui, sustinuit anima mea in verbo ejus, speravit anima mea in Domino, tr.35.d.5.n.3.

PSALM. CXXXI.

Vers.1. Memento Domine David, & omnis mansuetudinis ejus, tr.53.d.5.n.3.tr.41.d.9.n.3.tr.30.d.20.n.8.tr.39.d.3.n.1.

Vers.9. Sacerdotes tui induantur justitiam.tr.22.d.5.per totum.

Vers. 16. Sacerdotes ejus induam salutari & Sancti ejus exultatione exultabunt, Tr.22.d.22.n.1.

PSALM. CXXXIII.

Vers.3. Extollite manus vestras in Sancta, tr.24.d.16.n.1.

PSALM. CXXXIV.

Vers.7. Omnia quæcumque voluit Dominus fecit in cælo, in terra, mari, & omnibus abyssis, tr.34.d.14.n.6.

PSALM. CXXXVI.

Vers.7. Memor esto Domine filiorum Edom in die Jerusalem, qui dicunt, eximanite usque ad fundamentum in ea,tr.29.d.18.n.3.

PSALM. CXXXVII.

Vers.6. Quoniam excelsus Dominus & humilia respicit, tr.32. d.5.n.1.d.6.n.1.

PSALM. CXXXVIII.

Vers.1. Domine probasti me, & cognovisti me, tr.32.d.8.n.2.

Vers.6. Mirabilis facta est scientia tua ex me, tr.25. d.52.n.2.

Vers.8. Si ascendero in cœlum tu illic es, si descendero in infernum ades, tr.35.d.29.n.4. tr.41.d.29.n.5.

Vers.11. Nox illuminatio mea in deliciis meis, tr.26.d.46.n.5.

Vers 12. Nimis honorati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est Principatus eorum, tr.22.d.12.per totum.

Vers.20. Accipient in vanitate civitates suas, tr.34.d.4.n.6.

Vers.21. Nonne qui oderunt te Domine oderam, & super inimicos tuos tabescebam, tr.23.d.10.n.2.

PSALM. CXXXIX.

Vers.6. In via hac qua ambulabam, absconderunt superbi laqueum mihi, tr.31.d.2.n.3.

Vers.7. Et funes extenderunt in laqueum juxta iter scandalum posuerunt mihi, tr.27.d.12.n.1.

PSALM. CXL.

Vers.9. Custodi me à laqueo quem statuerunt mihi, & à scandalis operantium iniquitatem, tr.27 d.12.per totum.

PSALM. CXLII.

Vers.2. Non intres in judicium cum servo tuo, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens, tr.24.d.13.n.4. tr.40.d.2. n.10. tr.41.d.6.n.2.

PSALM. CXLIII.

Vers.5. Tange montes, & fumigabunt, tr.33.d.15.n.13.

PSALM. CXLIV.

Vers.2. Per singulos dies benedicam tibi, tr.30.d.18.n.4.

Vers.7. Memoriam abundantiæ suavitatis tuæ eructabunt, Tr. 26. d.48.n.10.

Vers.15. Oculi omnium in te sperant Domine, & tu das escam illorum in tempore opportuno, tr.31.d.19.n.1.

Vers.16. Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione, tr.31.d.25.n.1

PSALM. CXLV.

Vers.7. Dat escam esurientibus, tr.26.d.34.n.1.

PSALM. CXLVI.

Vers.9. Qui dat jumentis escam ipsorum, & pullis corvorum invocantibus eum, tr.30.d.10.n.12.

PSALM.

PSALM: CXLVII.

Vers.1. Lauda Jerusalem Dominum, lauda Deum tuum Sion: quoniam confortavit, &c. tr.26.d.19.n.2.

Vers.14. Adipe frumenti satiat te, tr.26.d.19.n.2.

Vers.29. Non fecit taliter omni nationi, tr.29.d.14. n.11. tr.30. d.19.n.2.

PSALM. CXLVIII.

Vers.8. Ignis, grando, nix, glacies spiritus procellarum quæ faciunt verbum ejus, tr.34.d.14.n.2.

PSALM. CXLIX.

Vers.2. Lætetur Israël in eo qui fecit eum, tr.30.d.13. per tot.

Vers.5. Exultabunt Sancti in gloria, lætabantur in cubilibus suis, gladij ancipites in manibus eorum, ad faciendam vindictam, &c. tr.41.d.12.n.9. tr.34.d.23.n.2.

EX LIBRO PROVERBIORUM.

CAP. I.

Vers.8. Audi fili mi disciplinam Patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ, ut addatur gratia capiti tuæ, & torques collo tuo, tr.23.d.16.n.8.

Vers.18. Ipsi quoque contra sanguinem suum insidiantur, & moliuntur fraudes contra animas suas, tr. 35.d. 26.n.1.

Vers.25. Despexisti omne consilium meum, & increpationes meas neglexisti, ego quoque in interitu vestro ridebo & subsannabo, tr.34.d.18.n.7.d.24.n.2. tr.41.d.9.n.4.tr.25.d.12.n.1.

CAP. II.

Vers.14. Lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis, tr.25.d.3.n.7.

CAP. III.

Vers.6. In omnibus viis tuis cogita illum, & ipse dirigit gressus tuos, tr.27.d.1.per totum.

Vers.31. Ne æmuleris hominem injustum, nec imiteris vias ejus, quia abominatio Domini est omnis illusor, tr.25.d.11.n.3.d.2.n.7.

Vers.34. Ipse deludit illusores, tr.25 d.12.per totum.

CAP. IV.

Vers.18. Justorum semita quasi lux procedit, & crescit usque ad perfectum diem, via impiorum tenebrosa, &c. tr.37 d.7.n.8.

Vers.23. Omni custodia serva cor tuum, quia ex ipso vita procedit, tr.37.d.1.per totum.

Vers.25. Oculi tui videant recta, tr. 38.d.1.n.1.

CAP. V.

Vers.9. Ne des alienis honorem tuum, tr.35.d.24.n.2.

CAP. VI.

Vers.1. & 2. Fili mi si sponderis pro amico, ...Illaqueatus es verbis oris tui. Fac ergo quod dico fili mi, & temetipsum libera, discurre, festina, suscita amicum tuum, ne dederis somnum oculis tuis, neque dormitent palpebræ tuæ. tr.22.d.32.n.7.

Vers.2. Lex lux est, & via vitæ. tr.29.d.13.n.8.

Vers.6. Vade ad formicam O piger, tr.35.d.10.n.12.tr.41.d.29. n.4. tr.24.d.7.n.4.

Vers.13. Mandatum lucerna est, lex, lux. tr.41.d.14.n.7.

Vers.27. Numquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut vestimenta illius non ardeant, aut ambulare super prunas, ut non comburantur plantæ ejus, tr.39.d.17.n.2.

Vers.35. Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquiescet cujusquam precibus, tr.41.d.12. per totum.

CAP. VII.

Vers.26. Viæ inferi domus ejus, tr.34.d.29.n.9.

CAP. VIII.

Vers.15. Per me Reges regnant, & legum conditores justa decernunt, per me Principes imperant, &c. tr.35.d.24.n.7.d.4.n.2. tr.25.d.8.n.1.

Vers.22. Dominus possedit me in initio viarum suarum, tr.32. d.7.n.5.

Vers.28. Libvabat fontes aquarum, & circumdabat mari terminum suum, & legem ponebat aquis ne transirent fines suos, tr. 29.d.18.n.5.

Vers.31. Deliciæ meæ esse cum filijs hominum, tr.35.d.7.n.5.tr. 26.d.46.n.5.d.48.per totum.

CAP. IX.

Vers.1. Sapientia ædificavit sibi domum, excidit columnas septem, &c. Misit ancillas suas ut vocarent ad arcem, & ad mœnia civitatis, tr.27.d.5.n.5.tr.23.d.5.n.5.tr.26.d.1.n.7. tr.32.d.15.n. 2. tr.37.d.1.n.7.tr.26.d.20.n.1.d.29.n.2.

Vers.5. Venite comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis, tr.26.d.16.n.1.d.44.n.4.

Vers.9. Da sapienti occasionem & sapientior erit, tr.25.d.11. n.6.

CAP. X.

Vers.15. Substantia divitis urbs fortitudinis ejus, tr.24.d.8. per totum.

Vers.18. Qui profert contumeliam, insipiens est, tr.36.d.4. per totum.

Vers.26. Sicut acetum dentibus & fumus oculis, sic piger his, qui miserunt eum, tr.12.d.30.n.3.

Vers.28. Spes impiorum peribit, tr.34.d.24. per totum.

CAP. XI.

Vers.2. Ubi fuerit superbia, ibi erit & contumelia, ubi autem est humilitas, ibi & Sapientia,tr.35.d.25.n.7.tr.36.d.4.n.3.tr.32. d.15.per totum.

Vers.24. Alii dividunt propria & ditiores fiunt,tr.24.d.3.n.2.

Vers.26. Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis, benedictio autem super caput vendentium, tr.24. d.5.n.9.

CAP. XII.

Vers. 12. Non contristabit justum quidquid acciderit ei, tr.33. d.15.n.13.

Vers.16. Fatuus statim indicat iram suam, qui autem dissimulat injuriam, callidus est, tr.35.d.25.n.7.d.30.n.11.tr.36.d.14.n. 5.d.16.per totum.d.17.n.1.

Vers.21. Impij autem replebuntur malo, tr.42.d.5.n.7.

CAP. XIII.

Vers.19. Detestantur stulti eos, qui fugiunt mala, tr.25.d.5.n.1

Vers.24. Qui parcit virgæ odit filium, qui autem diligit illum, instanter erudit, tr.23.d.8.n.5.

Vers.25. Justus comedit & replet animam suam, venter autem impiorum insaturabilis, Tr.31.d.21.n.3.d.23.n.12.

CAP. XIV.

Vers.2. Ambulans recto itinere & timens Deum, despicitur ab eo qui infami graditur via, tr.25.d.2.n.8.

Vers.4. Ubi non sunt boves, præsepe vacuum est, ubi autem plurimæ segetes, ibi manifesta est fortitudo bovis. Tr.22.d.4.n.10

Vers.12. Est via quæ videtur homini justa, novissima autem ejus deducunt ad mortem, tr.37.d.4.n.3.

Vers.30. Vita carnium sanitas cordis, putredo ossium invidia, tr.38.d.2.per totum.d.17.n.8.

CAP. XV.

Vers.1. Responsio mollis frangit iram, sermo durus suscitat furorem, tr.36.d.14.per tot.d.15.n.6.

Vers.12. Non amat pestilens eum qui se corripit, Tr.33.d.15.n.10.

Vers.19. Via justorum absque offendiculo,tr.27.d.14.per totum.

Vers.27. Conturbat domum suam qui sectatur avaritiam, qui autem odit munera vivet, Tr.40.d.11.n.3.

Vers.28. Per misericordiam & fidem purgantur peccata, tr.29. d.3.n.6.

CAP. XVI.

Vers.2. Omnes viæ hominis patent oculis ejus, spirituum ponderator est Dominus, tr.37.d.8.n.3.tr.41.d.14.n.4.

Vers.12. Fatuus statim indicat iram suam, tr.39.d.5.n.8.

Vers.27. Vir impius fodit malum, & in labijs ejus ignis exardescit, tr.36.d.3.n.3.

Vers. 28. Homo perversus suscitat lites & verbosus separat Principes, tr.36.d.3.n.3.

Vers.32. Melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo expugnatore urbium, tr..35.d.9.n.4.d.15.n.3.d.25.n.6.tr.36.d. 7.n.3.d.13.per tot.tr.39.d.13.per tot.tr.35.d.2.n.7.d.5.n.8.

CAP. XVII.

Vers.5. Qui ruina lætatur alterius, non erit impunitus, tr.38. d.12.per totum.

Vers.13. Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo ejus, tr.30.d.20.n.7.

Vers.14. Qui dimittit aquam, caput est jurgiorum, tr.36.d.15. n.6.

Vers.22. Spiritus tristis exsiccat ossa, & ante tempus determinatum à natura senectam adducet, tr.38.d.4.n.1.

CAP. XVIII.

Vers.3. Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit, tr.34.d.18.n.7.tr.41.d.15.n.8.tr.34.d.9.n 8.tr.25.d.11.n.2.

CAP. XIX.

Vers.11. Doctrina viri per patientiam noscitur, & gloria ejus iniqua prætergredi. tr.35.d.22.per tot.

Vers.13. Dolor Patris filius stultus, tr.23.d.5.n.8.

Vers.17. Fœneratur Domino qui miseretur pauperis. tr.24.d.3. per tot.

Vers.19. Eradi filium tuum, ne desperes, tr.23.d.8.n.2.

Vers.29. Parata sunt derisoribus judicia, tr.25.d.11.n.2.

CAP. XX.

Vers.1. Luxuriosa res vinum, & tumultuosa ebrietas, quicumque his delectatur non erit sapiens, tr.31.d.10.n.14.d.17.n.2.

Vers.4. Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo æstate. tr.34.d.14.n.8.

Vers 8. Rex qui sedet in solio judicij, dissipat omne malum intuitu suo,tr.41.d.2.n.2.

Vers.9. Quis potest dicere mundum est cor meum, purus sum à peccato, tr.42.d.11.n.7.

Vers.10. Pondus & pondus, mensura & mensura, utrumque abominabile est apud Deum, tr.33.d.1.n.8.tr.42.d.11.n.7.

Vers 10. Qui maledicit Patri suo & Matri, extinguetur lucerna ejus in medijs tenebris, tr.23.d.16.n.6.

CAP. XXI.

Vers.1. Cor Regis est in manu Domini, & quocumque voluerit inclinabit illud, tr.55.d.5.n.1.

Vers.13. Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit

clamabit & non exaudietur : meanas absconditum extinguit iras, & donum in sinu indignationem maximam, tr.24.d.12. per totum. tr.24.d.16.n.6. tr.26.d.2.n.7.

Vers.17. Qui diligit epulas in egestate erit, qui amat vinum & pinguia non ditabitur, tr.31.d.23. per totum.

Vers.20. Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis, tr. 34.d.1.n.2.

Vers.26. Qui justus est tribuit, & non cessabit, tr.30.d.8.n.8.

CAP. XXII.

Vers.2. Dives & pauper obviaverunt sibi, utriusque operator est Dominus, tr. 24.d.2.per totum.

Vers.6. Proverbium est : Adolescens juxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea. tr.23.d.6.per totum.

Vers.15. Stultitia colligata est in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eam, tr.23.d.8.per totum.

Vers.24. Noli esse amicus homini iracundo, neque ambules cum viro furioso, ne forte discas semitas ejus, & sumas scandalum animæ tuæ, tr.39.d.10.per totum.

CAP. XXIII.

Vers.1. Quando sederis ut comedas cum Principe, diligenter attende quæ apposita sunt ante faciem tuam, tr.26.d.26.n.9.d.30. n.4.

Vers.6. Non comedas cum homine invido, tr.38.d.13.n.5.

Vers.8. Cibos quos comederas evomes, tr.31.d.19.n.6.

Vers.19. Audi fili mi, & esto sapiens, & dirige in via animum tuum. Noli esse in convivijs potatorum, &c. tr.31.d.23.n.7.

Vers.20. Noli esse in convivijs eorum qui carnes ad vescendum conferunt, tr.31.d.7.n.10.d.24.n.7.

Vers.23. Noli subtrahere à puero disciplinam, tr.23.d.8.n.3.

Vers.26. Præbe fili mi cor tuum mihi, tr.37.d.1.n.1.d.7.n.7.

Vers.29. Cui rixæ? cui foveæ? cui sine causa vulnerā? cui suffusio oculorum? nonne bis qui commorantur in vino, & student calicibus epotandis, tr.31.d.5.n.6.d.10.n.4. d.15.n.3.d.19.n.2.

Vers.31. Ne intuearis vinum quando flavescit, cum splenduerit in vitro color ejus, ingreditur blande, sed in novissimo mordebit ut coluber, tr.31.d.19.n.3.

Vers.34. Eris sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator amisso clavo, tr.31.d.18.n.5.

CAP. XXIV.

Vers.13. Comede fili mi mel, quia bonum est, tr.26.d.12.n.13.

Vers.27. Sicut qui mel multum comedit, non est ei bonum, &c. tr.29.d.15.n.13.

Vers.27. Qui scrutator est majestatis, opprimetur à gloria, tr. 39.d.15.n.1.

CAP. XXVI.

Vers.4. Ne respondeas stulto juxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis, tr.36.d.12.per totum.

Vers.8. Sicut qui mittit lapidem in acervo Mercurij, ita qui tribuit insipienti honorem, tr.22.d.24.n.5.

Vers.13. Dicit piger leo in via, in medio plateārum occidendus sum, tr.34.d.28.n.1.

Vers.22. Verba susurronis quasi simplicia, & ipsa perveniunt ad intima ventris, tr.25.d.6.n.3.d.11.n.2.

CAP. XXVII.

Vers.3. Grave est saxum, & onerosa arena, sed ira stulti utroque gravior, tr.39.d.5.n.8.d.9.n.2.

Vers.4. Ira non habet misericordiam, tr.39.d.6.n.7.d.12.n.7.

Eod. Evumpens furor, impetum concitati ferre quis potevit? tr.39.d.3.n.4.

Vers.20. Infernus & perditio numquam replentur, tr.34.d.12. n.5.d.25.n.5.

CAP. XXVIII.

Vers.27. Qui dat pauperi non indigebit qui despicit deprecantem sustinebit penuriam, tr.24.d.3.n.6.

CAP. XXIX.

Vers.9. Totum spiritum suum profert stultus, sapiens differt, & reservat in posterum, tr.39.d.5.n.8.

Vers.15. Puer qui dimittitur voluntati suæ confundit Matrem suam, tr.23.d.9.n.10. tr.31.d.19.n.3.

Vers.21. Qui delicate à puerilia nutrit servum suum, postea sentiet eum contumacem. tr.31.d.5.n.9.

Vers.23. Humilem spiritu suscipiet gloria, tr.32.d.1.per totum. d.16.per totum.

CAP. XXX.

Vers.15. Tria sunt insatiabilia, & quartum quod numquam dicit sufficit, tr.34.d.8.n.7.

Vers.17. Oculum, qui subsannat Patrem, effodiant eum corvi de torrentibus, & comedant eum filij aquilæ. tr.23.d.18. per totum.

Vers.27. Regem locusta non habet, & egreditur universa per turmas suas, tr.20.d.10.n.8.

Vers.36. Leo fortissimus bestiarum ad nullius pavebit incursum. tr.34.d.4.n.8.

CAP. XXXI.

Vers.4. Noli Regibus O Lamuel, noli Regibus dare vinum : quia nullum secretum est ubi regnat ebrietas. tr.31.d.7.n.8.

Vers 18. Gustavit & vidit quia bona est negotiatio ejus. tr.24. d.5 per totum.

Vers.20. Quæsivit lanam & linum, & operata est consilio manuum suarum, &c. tr.29.d.7.n.9.

Vers.21. Omnes domestici ejus vestiti sunt duplicibus, tr. 27. d.15.n.3. tr.29.d.8.n.17.

Vers.23. Nobilis in portis vir ejus, tr.40.d.6.n.1.

Vers.24. Sindonem fecit, tr.26.d.26.n.5.

Vers.27. Consideravit semitas domus suæ, & panem otiosa non comedit. tr.26.d.6 n.5.d.32.n.6.

EX LIBRO ECCLESIASTE.

CAP. I.

Vers.4. Generatio præterit, & generatio advenit, terra autem in æternum stat. Oritur Sol & occidit, & ad locum suum revertitur, &c. tr.34.d.29.n.3.

Vers.7. Ad locum unde exeunt flumina revertuntur, ut iterum fluant. tr.30.d.6.n.4.d.7.per totum.d.23.n.1.

CAP. II.

Vers.3. Cogitavi in corde meo abstrahere à vino carnem meam, ut animum transferrem ad sapientiam, tr.31.d.10.per totum.

Vers.14. Sapientis oculi in capite ejus, stultus in tenebris ambulat, tr.37.d.6.n.5.d.7.n.4.d.19.n.5.

CAP. III.

Vers.1. & 4. Omnia tempus habent,... tempus flendi, & tempus ridendi, tr.41.d.12.n.4.

Vers.6. Tempus acquirendi, & tempus perdendi. tr.28.d.5.n.5.

CAP. IV.

Vers.1. Vidi calumnias quæ sub Sole geruntur & lachrymas innocentium, & neminem consolatorem, Tr.41.d.3.n.3.

Vers.5. Stultus complicat manus suas, & comedit carnes suas. tr.38.d.13.n.9.

CAP. V.

Vers.17. Hoc itaque visum est mihi bonum, ut comedat quis & bibat. Tr.26.d.11.n.3.

CAP. VI.

Vers.7. Nonne ad unum locum properant omnia? omnis labor hominis in ore ejus, sed anima ejus non implebitur. tr.31.d.21.n. 11.d.23.n.5.

CAP. VII.

Vers.3. Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum convivij, in illa enim finis cunctorum admoneur, &c. tr.34.d.3.n.6.

Vers.10. Ne sis velox ad irascendum, tr.39.d.14.n.1. & 5. d.15. per tot.

Vers.19. Qui timet Deum nihil negligit, tr.41.d.22.n.4.

CAP. VIII.

Vers.15. Laudavi igitur lætitiam, quod non esset homini bonum sub Sole, nisi quod comederet & biberet, atq; gauderet. Tr.26.d.11. n.3.

CAP. IX.

Vers.1. Sunt justi & opera eorum in manu Dei, tr.41.d.23.n.5.

Vers.1. Nescit homo utrum amore vel odio dignus sit. Tr. 32. d. 21.n.3.

Vers.10. Quodcumque potest facere manus tua, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas, tr.34.d.25.n.7.

Vers.14. Hanc sub Sole vidi sapientiam, & probavi maximam. Civitas parva, & pauci in ea viri, venit contra eam Rex magnus, & vallavit eam, &c. tr.30.d.26.n.2.

CAP. X.

Vers.3. In via stulti ambulans, cum ipse insipiens sit, omnes stultos æstimat, tr.42.d.12.n.2.

Vers.8. Regnum à gente in gentem transfertur propter injurias & contumelias, tr.36.d.3.per totum.

Vers.15. Labor stultorum affliget eos, tr.34.d.16.n.7.

Vers.16. Væ tibi terræ, cujus Principes mane comedunt : beata terra cujus Principes vescuntur in tempore suo. tr. 31. d. 7. per totum.

CAP. XI.

Vers.3. Si ceciderit lignum ad Austrum aut ad Aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit, tr.34.d.8.n.9.d.25.n.1.

Vers.8. Si annis multis vixerit homo, & in his omnibus lætatus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis, & dierum multorum, Tr.41.d.15.n.8.

Vers.9. In bono sit cor tuum in diebus juventutis tuæ, & ambula in viis cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum, scito quod pro omnibus his adducet te Deus in judicium, tr.41.d.13.n.9.

Vers.10. Auser iram à corde tuo, & amove malitiam à carne tua, tr.39.d.2.n.1.

CAP. XII.

Vers.14. Cuncta quæ fiunt, adducet Deus in judicium pro omni errato, sive bonum, sive malum illud sit. tr.41.d.5.n.7.

CAP. XIV.

Vers.14. Non defrauderis à die bono, & particula boni doni non te prætereat, tr.28.d.12.per totum.

EX CANTICO CANTICORUM.

CAP. I.

Vers.1. Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt ubera tua vino. tr.26.d.11.n.4.d.32.n.2.

Vers.3.

Vers.3. Trahe me post te, curremus in odorem unguentorum tuorum, tr.27.d.1.n.10.

Vers.3. Recti diligunt te, tr.29.d.15.n.2. tr.37.d 1.n.4.d.8.n.8.

Vers.4. Nigra sum, sed formosa, tr.32.d.7.n.8.Tr.33.d.11.n.4.

Vers.8. Equitatui meo in curribus Pharaonis, assimilavi te amica mea, tr.22.d, 31.n.6.

Vers.9. Pulchræ sunt genæ tuæ, tr.37.d.1.n.4.d.2.n.6.

Vers.10. Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis, collum tuum sicut monilia. tr.25.d.4.n.3.

Vers.11. Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suavitatis, Tr.32.d.6.n.3.

Vers.14. Botrus Cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi, Tr.26.d.36.n.2.d.50.n.10, tr.26.d.4.n.1.

Vers.15. Lectulus noster floridus, tr.29.d.8.n.10.

Vers.16. Tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina. tr.22.d.4.n.12.d.5.n.9.

CAP. II.

Vers.1. Ego flos campi, & lilium convallium, Tr.35.d.10.n. 14.tr.26.d.12.n.6.d.15.n.2.

Vers.2. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias, Tr.27.d.15.n.4.

Vers.3. Fructus ejus dulces gutturi meo, ordinavit in me charitatem, fulcite me floribus, stipate me malis, Tr.29.d.8.n.9.tr.36 d.6.n.4.d.9.n.7.

Vers.4. Introduxit me in cellam vinariam, ordinavit in me charitatem, Tr.26.d.25.n.4.

Vers.5. Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo, tr.26.d.11.n.5.

Vers.8. Vox dilecti mei : ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles, similis est dilectus meus capreæ hinnuloque cervorum, tr.29.d.7.n.11.tr.41.d.14.n.3.

Vers.9. En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos, tr.41.d.17.n.7.tr.26.d.50. per tot.

Vers.13. Vineæ florentes dederunt odorem suum, tr.23.d.6 n.10.

Vers.14. Ostende mihi faciem tuam, tr.37.d.1.n.6.tr.25.d.4.n.2.

Vers.15. Facies tua decora, tr. 37.d.1.n.4.

CAP. III.

Vers.2. Surgam & circuibo civitates per vicos & plateas, tr. 28.d.9.n.5.

Vers.3. Invenerunt me vigiles, qui custodiunt civitatem, tr.22. d.10.n.15. tr.22.d.32.n.1.

Vers.4. Tenui eum nec dimittam, tr 34.d.22.n.5.

Vers.11. Videte filiæ Sion Regem Salomonem in diademate quo coronavit eum mater sua, in die desponsationis ejus, tr.29.d.2.n. 4. tr.22.d.20.n.2.

CAP. IV.

Vers.1. Oculi tui columbarum, tr.37.d.6.n.4.

Vers.2. Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lavacro, omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est inter eas, tr. 29.d.7.n.9. tr.22.d.2.n.9.

Vers.3. Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce, tr.36.d.14.n.12.

Eod. Sicut fragmen mali punici ita genæ tuæ, tr.25.d.4.n.2. tr.25.d.7.n. 2.

Vers.4. Sicut turris David collum tuum quæ ædificata est cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium, tr.26.d.22.n.8. tr.28.d.5.n.4.

Vers.9. Vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum, tr.26.d. 49.n.6.

Eod. Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, in uno crine colli tui, tr.37.d.1.n.5.d.6.n.3.n.2.

Vers.11. Mel & lac sub lingua tua, tr.26.d.11.n.7.

Vers.12. Hortus conclusus soror mea sponsa, tr.26.d.12.n.6.

Vers.13. Emissiones tuæ paradisus, tr.26.d.52.n.5.

CAP. V.

Vers.1. Veniat dilectus meus in hortum suum, & comedat fructum pomorum suorum, tr.32.d.21.n.5.

Eod. Comedi favum cum melle meo, bibi vinum cum lacte meo, comedite amici, & bibite, tr.26.d.12.n.2.d.19.n.3. d.31.n.4. d.36.n.8.d.50.n.3.

Vers.2. Ego dormio, & cor meum vigilat, tr.29. d.18.n.6. tr. 26.d.19.n.3.

Vers.7. Invenerunt me custodes, qui circumeunt civitatem, percusserunt me, & vulneraverunt me, tulerunt pallium meum mihi, tr.33.d.2.n.8. tr.35.d.18.n.2.

Vers.10. Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus, caput ejus aurum optimum, tr.37.d.1.n.5.

Vers.14. Manus ejus tornatiles plenæ hyacinthis, tr.28. d. 10. n.2. tr.22.d.36.n.6.

CAP. VI.

Vers.1. Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum, tr.32.d.3.per totum.

Eod. Qui pascitur inter lilia, tract.26. disc.7.n.2. disc.16. n.2.

Vers.9. Quasi aurora consurgens, tr.32.d.2 n.6.

Vers.10. Descendi in hortum nucum, ut viderem poma convallium, tr.32.d.5.n.10.tr.35.d.7.n.5.

CAP. VII.

Vers.2. Venter tuus sicut acervus tritici vallatus liliis, tr.26. d.15.n.4.d.16.per totum.

Eod. Umbilicus tuus crater tornatilis numquam indigens poculis, tr.22.d.5.n.7.

Vers.5. Comæ capitis tui, ut purpura Regis vincta canalibus, tr.26.d.36.n.9.

Vers.6. Quam pulchra es, & quam decora charissima in deliciis, tr.26.d.14.n.11.

Vers.9. Guttur tuum sicut vinum optimum, dignum dilecto meo ad potandum labijsque & dentibus illius ad ruminandum, tr.22.d.22.n.2.

Vers.13. Omnia poma nova & vetera dilecte mi servavi tibi, tr.37.d.5.n.6.

CAP. VIII.

Vers.3. Læva ejus sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. tr.30.d.8.n.6.

Vers.5. Quæ est ista, quæ ascendit de deserto delicijs affluens, innixa super dilectum suum, tr.26.d.33.n.3.tr.23.d.12.n.9.

Vers.6. Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum. tr.29.d.8.n.8.tr.33.d.1.n.10.

Eod. Fortis est ut mors dilectio, tr.26.d.47.n.5.

Eod. Dura sicut infernus æmulatio. tr.37.d.7.per totum. d. 8.n.2.d.18.n.4.

Eod. Lampades ejus, lampades ignis atque flammarum, tr.38. d.5.n.3.

Vers.7. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, tr.35 d.18.n.1.tr.36.d.6.n.5.

EX LIBRO SAPIENTIÆ.

CAP. I.

Vers.1. In simplicitate cordis quærite illum, tr.33.d.11.n.5.

Vers.4. In malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis &c. tr.33.d.1.n.11.tr.26.d.37.n.2.

Vers.5. Spiritus S. disciplinæ effugiet fictum. tr.33.d.6.n.4.

Vers.14. Non est in illis medicamentum exterminij, nec inferorum regnum in terra, tr.34.d.31.n.2.

CAP. II.

Vers.1. Non est qui agnitus sit reversus ab inferis. tr.34.d.2.n. 5.d.25.n.7.d.31.n.8.

Vers.12. Contrarius est operibus nostris, improperat nobis peccata legis, & infamat in nos peccata disciplinæ nostræ, gravis est nobis ad videndū, circumveniamus justū. tr.36.d.8.n.6.tr.25.d.2.per tot.

Vers.19. Contumelia & tormento interrogemus eum, ut sciamus reverentiam ejus. tr.36.d.1.n.4.d.7.n.3.d.14.n.11.

Vers. 24. Invidia diaboli mors introivit in orbem terrarum, tr.38.d.1.n.4.d.6.n.2.d.8. per totum. d.14.n.4.

CAP. IV.

Vers.13. Consummatus in brevi explevit tempora multa. tr.23. d.17.n.6.

Vers.18. Illos Dominus irridebit, & erunt post hæc decidentes sine honore, & in contumelia inter mortuos in perpetuum, tr.34. d.18.n.9.

Vers.20. Venient in cogitationem peccatorum suorum timidi, tr. 34.d.15.n.9. tr.41.d.17.n.2.

CAP. V.

Vers.1. Stabunt justi in magna constantia adversus eos, &c. tr.41.d.12.n.10.

Vers.2. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis. tr.34.d.10.n.4.d.12.n.2.d.15.n.9.d.18. n.2.d.20.n.11.d.21.per tot.d.22.n.2.tr.38.d.15.n.7.tr.41.d.5.n.8.

Vers.3. Præ angustia Spiritus gementes, tr.34.d.15.n.6.d.21.n. 9.d.24.n.1.d.29.n.2.

Eod. Hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperij, tr.36.d.8.n.6.tr.38.d.15.n.7.tr.41.d.24.n.1. tr.25.d.9.n.3.d.5.n.4.

Vers.4. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, tr.42.d.3.per totum.d.11.n.5.tr.25.d.9.n.5.

Vers.5. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, tr.34.d. 21.n.5.

Vers.6. Ergo erravimus à via veritatis, & justitiæ, lumen non luxit nobis, & Sol intelligentiæ non est ortus nobis, tr.33.d.8.n.6.

Vers.7. Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis, viam Domini ignoravimus, tr.34.d.2.n.4. d.17.n.10.d.22.n.8.d.27.n. 14.d.31.n.7.tr.41.d.18.n.6.

Vers.8. Quid nobis profuit superbia? aut divitiarum jactantia quid contulit nobis? transierunt omnia illa tamquam umbra, tr.24.d.20.n.7. d.23.n.10.

Vers.18. Armabit creatorem ad ultionem inimicorum, tr.28.d. 10.n.1. tr.41.d.4.per totum.tr.34.d.23.n.9.

Vers.21. Pugnabit pro eo orbis terrarum contra insentatos, tr. 30.d.1.n.4.tr.41.d.4.per totum.d.5.n.3. tr.34.d.7.n.2. & 5.

CAP. VI.

Vers.7. Potentes potenter tormenta patientur, tr.34.d.18.n.4.d. 20.n.7.

Vers.25. Diligite lumen sapientiæ qui præestis, tr.40.d.2.n.8.

CAP. VII.

Vers.26. Candor lucis æternæ, tr.26.d.31.n.1.

Vers.26.

Vers.26. Speculam sine macula Dei Majestatis, & imago bonitatis illius. tr.23.d.4.n.9.

CAP. VIII.

Vers.2. Proposui hanc adducere mihi ad convivendum, sciens, quia mecum communicabit de bonis. tr.29.d.8.n.17.

Vers.21. Scivi quoniam aliter non possem esse continens, nisi Deus det. tr.30.d.14.n.8.

CAP. IX.

Vers.15. Corpus quod corrumpitur, aggravat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. tr.28.d.1.n.8. tr.31.d.10.n.5.d.23.n.5.

CAP. X.

Vers.10. Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi Regnum Dei. tr.37.d.9.n.7.

CAP. XI.

Vers.17. Per quæ quis peccat, per hæc torquætur. tr.31.d.5.n.2.

Vers.21. Omnia in mensura & numero, & pondere irutinat. tr.31.d.10.n.7.

CAP. XII.

Vers.18. Tu autem cum tranquillitate judicas. tr.39.d.12.n.2.

CAP. XIII.

Vers.1. Vani sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei. tr.42.d.7.n.1.

Vers.5. A magnitudine speciei & creaturæ cognoscibiliter poterit eorum creator videri, tr.29.d.21.n.5.

CAP. XVI.

Vers.16. Negantes te nosse impij, per fortitudinem brachij tui flagellati sunt, novis aquis & grandinibus & pluvijs persecutionem passi, &c. tr.34.d.14.n.6.

Vers.20. Angelorum escâ nutristi populum tuum, tr.22.d.10.n.2.

Eod. Paratum panem de cœlo præstitisti illis omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suavitatem, tr.26.d.11.per tot. d.15. per totum.

Vers.21. Substantia enim tua, dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebat, Tr.26.d.6.n.2.d.11.n.9.d.25.per totum.

CAP. XVII.

Vers.5. Ignis quidem nulla vis poterat illis lumen præbere, nec siderum limpidæ flammæ illuminare poterant illam noctem horrendam, tr.34.d.10.n 6.

Vers.17. Una catena tenebrarum omnes erant ligati, tr.34.d.6.n.13.

CAP. VIII.

Vers.14. Dum quietum silentium contineret omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus de cœlo, à regalibus sedibus venit, tr.26.d.46.n.2.

Vers.22. Non diu permansit ira tua, præparans enim homo sine querela deprecari pro populis, profitens servitutis suæ scutum oationem, & per incensum deprecationem allegans, restitit iræ, & finem dedit, quoniam tuus est famulus, tr.22.d.14.n.4.

EX LIBRO ECCLESIASTICI.

CAP. I.

Vers.2. Altitudinem cæli, & latitudinem terræ, & profundum abyssi quis dimensus est, &c. tr.26.d.51.n.4.

Vers.28. Qui sine timore est, non poterit justificari, tr.39.d.7.n.1.

Eod. Iracundia animositatis illius subversio illius est. tr.35.d.26.n.2.

Vers.36. Ne accesseris ad eum duplici corde. tr.33.d.11.n.5.

Vers.37. Ne fueris hypocrita in conspectu hominum, ne forte adducas animæ tuæ inhonorationem, & revelet Deus abscondita tua &c. tr.33.d.14.n.2.

Vers.40. Accessisti malignè ad Dominum, & cor tuum plenum est dolo & fallacia. tr.33.d.11.n.5.

CAP. II.

Vers.1. Fili accedens ad servitutem Dei, præpara animam tuam ad tentationem. tr.22.d.2.n.6.

Vers.14. Væ duplici corde, & peccatori terram ingredienti duabus vijs, tr.33.d.3.per totum.

Vers.20. Qui timent Dominum, præparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas. tr.32.d.3.n.7. tr.26.d.32.n.1.

CAP. III.

Vers.2. Judicium Patris audite filij, & sic facite, ut salvi sitis, tr.23.d.17.n.8.

Vers.6. Qui honorat patrem suum, jucundabitur in filijs. tr.23.d.16.n.7.

Vers.7. Qui obedit patri refrigerabit matrem. tr.23.d.16.n.4.

Vers 8. Qui timet Dominum, honorat parentes, & quasi Dominus serviet his, qui se genuerunt, tr.23.d.11.n.4.tr.23.d.13. per totum tr.23.d.14.n.2.

Vers. 9. In opere & sermone, & omni patientia honora patrem tuum, tr.23.d.14. per totum. tr.23.dist.35.n.4. tract.23. d.17.n.9.

Vers.10. In opere & sermone, & omni patientia honora patrem tuum, ut superveniat tibi benedictio ab eo. tr.23.d.26.n.10.

Vers.11. Benedictio Patris firmat domos. tr.23.d.5. per totum. tr.23.d.16.n.4.

Vers.14. Fili suscipe senectam patris tui. tr.23.d.14.n.3.tr.23. d.15.n.5.

Vers.15. Fili ne spernas eum in virtute tua, tr.23.d.13.n.11.

Vers.16. Vidi sub Sole in loco judicij impietatem, & in loco justitiæ iniquitatem, & dixi in corde meo, justum & impium judicabit Deus, tr.41.d.3.n.3.

Vers.20. Humilia te in omnibus, & coram Deo invenies gratiam, tr.32.d.5.per totum. d.18.per totum.

Vers.27. Cor durum malè habebit in novissimo. tr.35.d.29.n.5. tr.24.d.12.n.9.

Vers.33. Ignem ardentem extinguit aqua, & eleëmosyna resistit peccatis, tr.24.d.11.n.2

Vers.34. Eleëmosyna resistit peccatis, tr.24.d.9.n.6.tr.24.d.11. n.6.

CAP. IV.

Vers.1. Eleëmosynam pauperis ne defraudes. tr.24. d.1.n.2.

Vers.6. Non relinquas quærentibus tibi reto maledicere, maledicentis enim tibi in amaritudine animæ, exaudietur deprecatio illius, tr.24.d.12.n.7.

Vers. 24. & 25. Pro anima tua ne confundaris dicere verum, ... Est enim confusio adducens gloriam & gratiam, tr.25.d.7.per totum.

Vers. 33. Pro justitia agonizare, & usque ad mortem certa pro justitia, tr.40.d.8.n.3.

CAP. V.

Vers.3. Et sicut qui thesaurizat, sta & qui honorificat matrem suam, & qui honorat patrem suum. tr.23.d.16.n.2.

CAP. VI.

Vers.5. Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos, tr.36.d.14.n.3.

CAP. VII.

Vers.3. Non semines mala in sulcis injustitiæ, & non metes ea in septuplum, tr.34.d.7. n.4.

Vers.6. Noli quærere fieri judex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne forte extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in æquitate tua. Tr.40.d.8.n.1.tr.41 d.7.n.3.d.26.n.2.

Vers.10. Ira in sinu stulti requiescit. tr.39.d.5.per tot.d.10.n.2.

Vers.19. Humilia valde spiritum tuum. tr.32.d.20.per tot.

Vers.19. Vindicta carnis impij ignis & vermis, tr.34.d.17.n.2.

Vers 25. Estij tibi suni, eruds illos, & curva illos à puerilia, tr.23.d.1.per totum.tr.23.d.6.n.1.tr.23.d.8.n.1.

Vers.26. Filiæ tibi sunt, serva corpus illarum. tr.23. d.5.n.11.

Vers.29. In toto corde tuo honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliviscaris, retribue illis, quomodo & illi tibi. tr.23.d.15.per totum.d.13.n.8.

Vers.32. In omni virtute tua, dilige eum, qui te fecit, tr.30. d.1.n.10.

Vers.33. Honora Deum ex tota anima tua, & honorifica Sacerdotes, tr.22.d.24.per totum.

Vers.39. Non te pigeat visitare infirmum, ex his enim in dilectione firmaberis, tr 41.d.31.n.8.

Vers.40. In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, & in æternum non peccabis. tr.34.d.5.n.6.

CAP. VIII.

Vers.1. Non litiges cum homine potente, ne forte incidas in manus illius: ne contendas cum viro locupleie, ne forte contra te constituat litem tibi, multos enim perdidit aurum & argentum, tr.40.d.12.n.3

Vers.19. Cum iracundo non facias rixam, & cum audace non eas in desertum, quoniam quasi nihil est ante illum sanguis, tr.39. d.2.n.8.

CAP. X.

Vers.1. Judex sapiens judicabit populum suum. tr.41.d.26.n.2.

Vers.2. Qualis Rector est civitatis, tales & inhabitantes in ea, tr.27.d.4.n.6.

Vers.6. Omnis injuriæ proximi ne memineris, & nihil agas in operibus injuriæ. Tr.35.d.30.n.10.tr.36.d.17.per totum.

Vers.9. Quid superbis terra & cinis? Tr.32.d.20.n.9.

Vers.15. Initium omnis peccati est superbia. Tr.33.d.7.n.9.

CAP. XI.

Vers.1. Mitte panem tuum super transeuntes aquas, quia post tempora multa invenies illum, Tr.24.d.4.n.4. tr.24.d.4.n.10. tr. 24.d.9.n.1.

Vers.25. Pes sanus facilis in domum proximi. tr.42. d.5.n.7.

Vers.30. In filijs suis agnoscitur vir. Tr.23.d.4 per totum.

Vers.34. Ab una scintilla augetur ignis, & ab uno doloso augetur sanguis. Tr.27.d.7.n.5.tr.36.d.3.n.1.d.16.n.3.

CAP. XII.

Vers.2. Benefac justo, & invenies retributionem magnam & si non ab ipso, certe à Domino, Tr.30.d.8.n.8.

CAP. XIII.

Vers.23. Venatio leonis onager in eremo, sic pascua divitum sunt pauperes. tr.24.d.12.n.7.

CAP. XIV.

V.8. Nequam est oculus lividi. Tr.38.d.7.n.2.&.7.d.13.n.8.d.19. n.5.

CAP. XV.

Cap.XV.

Vers.3. Cibavit illum pane vitæ & intellectus, Tr. 26. d. 24. n.7. d.26.n.4.

Vers.10. Initium omnis peccati est superbia, Tr.38.d.2.n.4.

Vers.14. Deus ab initio constituit hominem & reliquit eum in manu consilij sui: ante hominem vita & mors, bonum & malum, Tr.34.d.32.n.11.

Vers.16. Non dicas, à Deo abscondar, & ex summo quis mei memorabitur? in populo magno non agnoscar, quæ est enim anima mea in tam immensa creatura, tr.41.d.16.n.6.

CAP. XVII.

Vers.12. Unicuique mandavit Deus de proximo suo, Tr. 41. d.13.n.8.

Vers.18. Eleemosyna viri, quasi signaculum cum ipso, Tr. 24. d.4.n.2.

Cap.XVIII.

Vers.16. Nonne ardorem refrigerabit ros? tr.26. d.14.n.6.

Vers.19. Ante judicium para justitiam tibi, tr.41.d.27.n.3.

Vers.33. Eris invidus vitæ tuæ, tr.38. d. 18. per totum.

Cap. XIX.

Vers.1. Operarius ebriosus non locupletabitur, tr.31.d.23.n.3.

Vers.2. Vinum apostatare facit, tr.31.d.7.n.2.d.8.n.8. d.13.n.7. d.27.n.3.

Vers.4. Qui credit citò, levis corde est, tr.31.d.27.n.12. tr.40. d.9.n.4.

Vers. 10. Audisti verbum adversus proximum tuum? commoriatur in te, videns quoniam non te disrumpet, Tr.36. d.15. n.5.

Vers.23. Est qui nequiter se humiliat, & interiora ejus plena sunt dolo, tr.32.d.1.n.2. Tr.33.d.7.n.6.

Vers. 31. Vinum quod bibitur multum in irratione, & omni lapsu replet, Tr. 31.d.4.n.1.

Cap.XX.

Vers. 31. Xenia & dona excæcant oculos judicum, tr. 40. d. 9. n.2. d.10. per totum.

Cap. XXI.

Vers.21 Quasi à facie colubri fuge peccata, tr.25.d.11.n.6.

CAP. XXII.

Vers.17. Super plumbum quid gravabitur? arenam, & salem, & massam ferri facilius est ferre, quam impium, tr.34.d.15.n.2.

Vers. 25. Mittent lapidem in volatilia dejiciet illa, sic & qui convitiatur amico dissolvit amicitiam, tr.36.d.3.n.8.

Vers. 30. Ante ignem camini vapor, & fumus ignis exaltabitur, sic & ante sanguinem maledicta & contumelia, tr. 36. d.3.n.8.

CAP. XXIII.

Vers.14. Replebitur retributione domus illius, tr.30. d.8. per totum.

Vers. 20. Homo assuetus verbis improperij, in omnibus diebus suis non erudietur, tr.36.d.4.n.10.

Vers.26. Quis me videt? tenebræ circumdant me, & parietes cooperiunt me, & nemo circumspicit me, quem vereor? Delictorum meorum non memorabitur Altissimus, tr.34.d.10. n.10.tr. 33. d.10.n.2.

Vers.28. Oculi Domini multo plus lucidiores sunt super Solem, circumspicientes profundum abijssi, tr.32.d.5.n.1. tr.33.d.10. n.2. tr.41.d.22.n.8.

CAP. XXIV.

Vers. 25. In me gratia omnis viæ & veritatis, in me omnis spes vitæ & virtutis, tr.26.d.2.n.5.

Vers.29. Qui edunt me adhuc esurient, tr.26.d.34.n.8.

CAP. XXV.

Vers.2. In tribus placitum est Spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo & hominibus, concordia fratrum & amor proximorum, &c. tr.35.d.8.n.3.

Vers.22. Non est caput nequius super caput colubri, & non est ira super iram mulieris, commorari leoni & draconi placebit, tr. 39.d.3.n.6.

Vers.24. Nequitia mulieris immutat faciem ejus, & obscæcat vultum suum tamquam ursus. tr.40.d.9.n.2.

CAP. XXVI.

Vers.9. Flagellum linguæ, tr. 36.d.1.n.3.

Vers.11. Mulier ebriosa ira magna, turpitudo illius non tegetur. tr.31.d.8.n.8. d.15.n.3. d.26.n.7.

Cap. XXVII.

Vers.12. Sanctus homo manet in sapientia sicut Sol, tr. 25. d.3. n.2. d.5.n.6.

Vers.33. Ira & furor utraque execrabilia, & vir peccator continens erit illorum, tr. 39. d.1. n.4. d.2. n.3. d.6.n.6. d.11. n. 4.

CAP. XXVIII.

Vers.2. Qui vindicari vult, à Domino inveniet vindictam, & peccata illius servans servabit: Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti peccata solventur, &c. tr.35.d.17.n.4.d.29. n.5.

Vers.3. Homo homini reservat iram, & à Deo quærit medelam? in hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur, &c. tr. 35.d.26.n.6. d.28.n.7.tr.39.d.11.per tot.

Vers.6. Memento novissimorum, & desine inimicari, tabitudo enim & mors imminent in mandatis ejus, tr.35.d.22.n.11.

Vers.13. Certamen festinatum incendit ignem, & lis festinans effundit sanguinem, & lingua testificans adducit mortem, si suffflaveris in scintillam, quasi ignis exardebit, tr.39.d.2.n.7.

Vers.15. Multos turbavit pacem habentes: lingua tertia multos commovit, & dispersit illos de genie in gentem, &c. tr.36.d.3. n.2. & 5.

Vers.21. Flagelli plaga livorem facit, plaga autem linguæ comminuet ossa, tr.36.d.2.n.7.

Vers.22. Multi ceciderunt in ore gladij, sed non quasi qui interierunt per linguam suam, tr.36.d.3. n. 2.

Cap. XXIX.

Vers.15. Conclude eleemosynam in corde pauperis, & hæc pro te exorabit, ab omni malo super scutum potentis, & super lanceam adversus inimicum tuum pugnabit, tr. 24. d. 17. per totum.

Vers. 28. Initium vitæ hominis, aqua & panis, tract.31. d.25. n.1.

CAP. XXX.

Vers.1. Qui diligit filium suum, assiduat illi flagella, ut lætetur in novissimo suo, & non palpet proximorum ostia. tr.23.d.6.n.12.

Vers.eod. Qui docet filium suum, laudabitur in illo, & in medio domesticorum in illo gloriabitur, mortuus est pater ejus, & quasi non est mortuus, tr.23.d.4.n.2.

Vers.5. In vita sua vidit, & lætatus est in illo, in obitu suo non est contristatus, neque confusus coram inimicis, tr.23.d.19.n.7.

Vers.8. Equus indomitus evadit durus, & filius remissus evadet præceps, tr. 23.d.8.n.2.

Vers.9. Lacta filium & paventem te faciet, lude cum eo, & contristabit te, non corrideas illi, ne doleas, & in novissimo obstupescent dentes tui, non des illi potestatem in juventute, tr.23. d.9.n.5. tr.23.d.9.n.10.

Vers.13. Doce filium tuum, & operare in illo, ne in turpitudinem illius offendas, tr.23.d.5.n.2.

Vers. 16. Non est census super censum salutis corporis, tr. 30. d.17.n.4.

Vers.24. Miserere animæ tuæ placens Deo, tr.41.d.31.n.11.

Vers.25. Tristitiam longe repelle à te, multos enim occidit tristitia, tr.39.d.9.n.6.

Vers.26. Zelus & iracundia minuunt dies, & ante tempus senectam adducent, tr.5 8.d.4. per totum, d.7.n.7. tr.39. d.7. n.3. d.9.n.4.

CAP. XXXI.

Vers.11. Stabilita sunt bona illius in Domino, tr.24.d.4.n.3.

Vers.12. Supra mensam magnam sedisti? non aperies super illam faucem tuam prior, tr.26.d.26.n.9.

Vers.14. Utere quasi homo frugi, his quæ tibi apponuntur, tr.31. d.6.n.7.

Vers.15. Nequius oculo quid creatum est? tr.37.d.3.n.3.tr.38. d.1. per totum, d.12.n.1.d.13.n.8.

Vers. 27. Sanitas est anima & corporis sobrius potus, vinum multum potatum irritationem & iram, & ruinas multas facit, Tr.21.d.17.n.8.

Vers.28. Amaritudo animæ vinum multum potatum, ebrietatis animositas imprudentis offensio, minorans virtutem & faciens vulnera, tr.31.d.24.n.6.

CAP. XXXII.

Vers.7. Gemmula carbunculi in ornamento auri, Tr. 26. d. 18. n. 4.

CAP. XXXIII.

Vers.9. Et immutavit tempora & dies festos ipsorum, & in ijs dies festos celebraverunt ad horam, tr.28.d.8.n.3.

Vers.13. Quasi lutum figuli in manu ipsius, plasmare illud & disponere, tr.35.d.4.n.3.

Cap. XXXIV.

Vers.2. Qui offert sacrificium de substantia pauperis, quasi victimat filium in conspectu Patris, tr.24.d.16.n.8.

Vers.25. Panis egentium vita pauperum est, qui defraudat, illum, homo sanguinis est, tr.26.d.43.n.6.

CAP. XXXV.

Vers.21. Oratio humiliantis se, nubes penetrabit, tr. 32. d. 14. per totum.

CAP. XXXVII.

Vers.30. Præsumptio nequissima unde creata est ut operiret aridam malitia, & dolositate illius? sodalis amico circumdatur in obligationibus, & in tempore tribulationis adversarius erit, tr. 33. d.4.n.10. d.7.n.10.

Vers.32. Noli avidus esse in omni epulatione, & non te effundas super omnem escam, in multis enim escis erit infirmitas, & aviditas appropinquavit usque ad coleram, Tr.31.d.18.n.9. d.19. per totum.

Vers. 34. Qui abstinens est, adjiciet vitam, Tr.31.d.19.n.7.

Vers.eod. Propter crapulam multi obierunt, Tr.31.d.16. n.7. d. 18. per totum.

CAP. XXXIX.

Vers.33. Sunt Spiritus, qui ad vindictam creati sunt, Tr. 34. d.12.n.3.

CAP. XL.

*Vers.*1. *Grave jugum super filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum, usque in diem sepulturæ*, Tr.26.d.21.n.2.

CAP XLI.

*Vers.*1. *O mors quam amara est memoria tua homini pacem habenti in substantijs suis, & adhuc valenti accipere cibum*, Tr. 31.d.16.n.2.

*Vers.*10. *De patre impio conquerantur filij*, Tr.34.d.19.n.6.

Vers. 15. *Curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi quam mille thesauri*, Tr.35.d.24. per totum.

CAP. XLIII.

*Vers.*7. *Laminare quod minuitur in consummatione*, tr.32.d.18. n.1.

CAP. XLV.

*Vers.*1. *Dilectus Deo & hominibus*, Tr.39.d.10.n.2.

Vers. 10. *Viri misericordiæ sunt, quorum pietates non defuerunt, cum semine eorum permanent bona*, Tr.24.d.6. per totum.

*Vers.*20. *Ij sum elegit ab omni vivente offerre sacrificium Deo, incensum & bonum odorem*, Tr.22.d.1.n.1. d.14. per totum.

*Vers.*22. *Data contra illum steterunt alieni, & propter invidiam eo condederunt illum homines in deserto, qui erant cum Dathan & Abiron, & congregatio Chore*, Tr.38.d.12.n.5.

CAP. XLVII.

*Vers.*5. *In tollendo manum saxo fundæ, dejecit exultationem Goliæ*, Tr.36.d.12.n.8.

CAP. LI.

*Vers.*1. *Confitebor tibi Domine Rex, & collaudabo te Deum Salvatorem meum, &c.* Tr.29.d.15.n.9.

Vers. 2. *Confitebor nomini tuo quoniam adjutor & protector factus es mihi*, Tr.30.d.15. per totum.

*Vers.*20. *Ambulavit pes meus iter rectum.* Tr.37.d.1.n.8.

ISAIAS.

CAP. I.

*Vers.*2. *Audite cœli, & auribus percipe terra: filios enutrivi & exaltavi, ipsi autem spreverunt me; cognovit bos possessorem suum, &c.* tr.28.d.2.n.6. tr.30.d.20.n.9. d.22. per totum. d. 26. per totum. Tr.41.d.4.n.2. Tr.26.d.48.n.6.

*Vers.*3. *Cognovit bos possessorem suum*, Tr.29.d.15.n.13. tr.30. d.10.n.3. Tr.26.d.24.n.5.

*Vers.*5. *Omne caput languidum & omne cor mœrens, à planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas*, Tr.22.d.29.n.2.

*Vers.*13. *Neomeniam & Sabbatum, & festivitates vestras non feram, iniqui sunt cœtus vestri, calendas vestras, & festivitates vestras, odivit anima mea*, tr.28.d.2.n.6. d.5.n.6. per tot. d.9.n.6. d.15.n.4. tr.28.d.8.n.9. & 10. d.15.n.4. tr. 33.d.1.n.10.

*Vers.*14. *Quo mihi multitudinem victimarum vestrorum? plenus sum, holocausta arietum, & adipem pinguium, &c. nolui*, Tr.37. d.2.n.4.

*Vers.*15. *Manus vestræ sanguine plenæ sunt lavamini, mundi estote*, Tr.24.d.11.n.10. Tr.28.d.8.n.10.

Vers. 17. *Quiescite agere perverse, discite benefacere, subvenite oppresso, judicate pupillum, defendite viduam*, tr.28. d.14. n.4.

Vers. 21. *Justitia habitavit in ea*, Tr.40.d.6.n.7.

*Vers.*23. *Principes tui infideles, socij furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones, pupillo non judicant & causa viduæ non ingreditur apud eos? Propter hoc ait Dominus Deus exercituum fortis Israël, &c.* Tr.40.d.1.n.3. tr.40.d.12.n.2.

*Vers.*24. *Heu consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis*, Tr.41.d.9.n.4

*Vers.*25. *Principes tui infideles*, Tr.22.d.13.n.13.

*Vers.*31. *Erit fortitudo vestra ut favilla stuppæ*, Tr.34.d.15.n.4.

CAP. II.

Vers. 19. *Introibunt in spelunca petrarum, & in voragines terræ, a facie formidinis Domini, & a gloria Majestatis ejus, cum surrexerit percutere terram*, Tr.41.d.14.n.2.

CAP. III.

*Vers.*11. *Væ impio in malum, retributio enim manuum ejus ei*, Tr.40.d.11.n.7.

*Vers.*13. *Decalvabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum nudabit*, Tr.33.d.14.n.3.

*Vers.*14. *Dominus ad judicium venit cum senioribus populi sui.* Tr.41.d.25.n.3.

*Vers.*24. *Et erit pro suavi odore fœtor*, Tr.34.d.11.n.9.

CAP. V.

*Vers.*1. *Vineæ factæ est dilecto meo, sepivit eam, & lapides elegit ex illa, & plantavit eam electam, &c.* Tr.30.d.23.n.6.

*Vers.*6. *Quid est quod ultra debui facere vineæ meæ, & non feci?* Tr.41.d.11.n.4.

*Vers.*8. *Væ qui conjungitis domum ad domum & agrum agro copulatis, usque ad terminum loci*, Tr.24.d.1.n.10.

*Vers.*11. *Væ qui consurgitis in me ad ebrietatem sectandam, Cytharæ, & Lyra, & Tympanum, & Tibia, & vinum in convivijs vestris*, Tr.34.d.20. n.4. Tr.31.d.10.n.9. d.11.n.5. d.17. n.1.

Vers. 14. *Propterea dilatavit Infernus animam suam, & aperuit os suum absque ullo termino*, Tr.27.d.10.n.4. tr.34. d.6. per totum. d.7. n.2. d.26.n.9. tr.31.d.3.n.2.

Vers 20. *Væ qui dicunt bonum malum, & malum bonum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras*, tr.42.d.3.n.5.

*Vers.*22. *Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, propter hoc sicut devorat stipulam lingua ignis, & calor flammæ exurit, sic radix eorum quasi favilla erit, &c.* tr.31.d.15.n.3. tr.34.d.13.n.2.

*Vers.*23. *Væ qui justificatis impium pro muneribus, & justitiam justi auferetis ab eo*, tr.40.d.11. per totum.

CAP. VI.

Vers. 2. *Duabus volabant faciem ejus, & duabus volabant*, tr.26.d.30.n.4.

*Vers.*5. *Væ mihi quia tacui, quia vir pollutus labijs ego sum*, Tr.27.d.4.n.7. Tr.40.d.6.n.8.

*Vers.*9. *Vade & dic populo huic, audite audientes, & nolite intelligere, & videte visionem, & nolite cognoscere*, tr. 31. d.10.n.10.

CAP. VII.

*Vers.*15. *Butyrum & mel comedet, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum*, tr.32.d.15.n.9.

CAP. IX.

*Vers.*3. *Multiplicasti gentem, & non magnificasti lætitiam*, tr.28.d.5.n.4.

*Vers.*19. *In ira Domini exercituum conturbata est terra, & erit populus quasi esca ignis*, tr.35.d.28.n.9. tr.34.d.13.n.8.

CAP. XI.

Vers. 2. *Et requiescet super eum spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij, spiritus scientiæ*, tr.42.d.4.n.8.

*Vers.*3. *Non secundum visionem oculorum judicabit, neque secundum auditum aurium arguet*, Tr.37.d.8. per totum.

CAP. XII.

*Vers.*3. *Dominus factus est mihi in salutem. Hauretis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris, & dicetis in die illa: Confitemini Domino & invocate nomen ejus*, tr.26.d.46.n.11.

CAP. XIII.

*Vers.*6. *Ululate, quia prope est dies Domini, quasi vastitas à Domino veniet, omne cor hominis tabescet & conteretur*, tr.41.d.6.n.1.

*Vers.*9. *Ecce dies Domini venit, crudelis & indignatione plenus, & iræ, furorisque ad ponendam terram in solitudinem, & peccatores ejus conterendos*, Tr.41.d.8.n.7. d.16.n.7.

CAP. XV.

*Vers.*9. *Infernus subtus contubatus est in occursum adventus tui*, Tr.34.d.6.n.1.

*Vers.*11. *Detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadaver tuum*, Tr.34.d.18.n.2. d.20.n.2.

Vers. eod. Subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes, Tr.34.d.4.n.10. d.27.n.13.

*Vers.*13. *In cœlum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, &c.* Tr.32.d.7.n.3. Tr.38.d.6.n.2. Tr.42. d.2.n.3.

*Vers.*13. *Sedebo in lateribus aquilonis*, Tr.34.d.14.n.8. Tr.31. d.1.n.9.

CAP. XV.

*Vers.*1. *Nocte vastatus est murus Moab*, Tr.41.d.9.n.7.

CAP. XVII.

Vers. 5. *Et erit sicut congregans in messe quod vestiterit, & brachium ejus spicas leget, & erit sicut quærens spicas in valle Raphaim*, Tr.34.d.32.n.5.

CAP. XVIII.

*Vers.*2. *Ite Angeli veloces*, Tr.22.d.10.n.16.

*Vers.*2. *Ite Angeli veloces ad gentem convulsam & dilaceratam ad populum terribilem, post quem non est alius*, tr.38.d.7.n.4.

CAP. XXI.

Vers 5. *Pone mensam contemplare in speculo comedentes & bibentes: surgite Principes, arripite clypeum*, Tr.26.d.21.n.3.

CAP. XXII.

*Vers.*12. *Vocabit Dominus Deus exercituum in die illa ad fletum & ad planctum, & ad calvitium, & ad cingulum sacci*, Tr. 31. d.13.n.4.

*Vers.*13. *Ecce gaudium & lætitia occidere vitulos, jugulare arietes, comedere carnes, bibere vinum, comedamus & bibamus, cras enim moriemur*, Tr.31.d.16.n.7. Tr.34.d.13.n.1.

*Vers.*16. *Et revelata est in auribus meis vox Domini exercituum, si dimittetur iniquitas hæc vobis, donec moriamini*, tr.31. d.16.n.10.

CAP. XXIII.

*Vers.*4. *Erubesce Sidon, ait mare*, Tr.35.d.4.n.12.

CAP. XXIV.

Vers. 13. *Quomodo si pauca olivæ quæ remanserint, excutiantur ex olea, & racemi cum fuerit finita vindemia*, Tr. 34. d.32. n.5.

*Vers.*21. *In die illa visitabit Dominus super militiam cœli in excelso, & super Reges terræ qui sunt super terram*, Tr.34.d.18.n.6.

*Vers.*22. *Congregabuntur in congregatione unius fasciis in lacum, & claudentur ibi in carcere*, Tr.34.d.14.n.2.

*Vers.*23. *Erubescet*

*Vers.*23. *Erubescet Luna & confundetur Sol, cum regnaverit Dominus exercituum*, tr.41.d.4.n.8. d.16.n.3.

*Vers.*27. *Reges terræ qui sunt super terram, congregabuntur in congregatione unius fasciis in lacum*, tr.41.d.19.n.3.

CAP. XXV.

Vers. 6. *Faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc convivium vindemiæ, & præcipitabit in monte isto faciem vinculi colligati*, Tr.26. d.21. per totum, tr.34.d.13. n.9. d.21.n.3.

*Vers.*12. *Omnia opera nostra operatus es in nobis*, tr. 32. d.21. n.5.

CAP. XXVI.

*Vers.*1. *Urbs fortitudinis nostræ Sion, Salvator ponetur in ea*, tr.26.d.20.n.2.

*Vers.*2. *Urbs fortitudinis nostræ Sion, Salvator ponetur in ea, murus & antemurale*, Tr.29.d.4.n.8.

*Vers.*10. *In terra Sanctorum iniqua gessit, & ideo non videbit gloriam Dei*, Tr.22.d.28.n.5.

Vers. 17. *Ponam judicium in spem, at misericordia mea in statera*, tr.41.d.31.n.6.

CAP. XXVIII.

*Vers.*7. *Præ vino nescierunt, sacerdos & Propheta nescierant præ ebrietate, nescierunt videntem, ignoraverunt. Quem docebit scientiam? & quem intelligere faciet auditum?* Tr.31.d.10.n.10. Tr.31.d.6.n.5.

CAP. XXIX.

*Vers.*4. *Humiliaberis, de terra loqueris, & de humo audietur eloquium tuum*, Tr.32.d.13.n.2.

*Vers.*13. *Populus iste ore suo & labijs suis glorificat me, cor autem ejus longe est à me*, Tr.29.d.11.n.11. tr.33.d. 4.n.1.

CAP. XXX.

*Vers.*14. *Et comminuetur sicut conteritur lagena figuli contritione prævalida, & non invenietur de fragmentis ejus testa, &c.* Tr.34.d.23.n.5.

*Vers.*15. *In silentio & spe erit fortitudo vestra*, tr.36.d.15. n.1.

*Vers.*27. *Ardens furor ejus, labia ejus repleta sunt indignatione, & lingua ejus quasi ignis devorans*, Tr.41.d.9.n.2.

*Vers.*29. *Dabit Dominus vobis Panem arctum*, tr.26.d.4.n.7. d.13.n.5.

*Vers.*32. *Requiescere faciet Dominus super eum in tympanis & cytharis, & in bellis præcipuis expugnabit eos*, Tr. 26. d. 22. n.3.

*Vers.*33. *Nativitas ejus ligna*, Tr.34.d.8.n.9.

Flatus Domini sicut torrens sulphuris succendens eum, Tr. 34. d.9. per totum, Tr.34.d.29.n.2.

CAP. XXXII.

*Vers.*14. *Tenebræ & palpatio facta sunt usque in æternum*, Tr.34.d.29.n.2.

*Vers.*20. *Beati qui seminatis super omnes aquas*, tr.22.d.33.n.1.

CAP. XXXIII.

*Vers.*1. *Væ qui spernis, nonne & ipse sperneris?* Tr.25.d.12.n.7.

Vers. 7. *Angeli pacis amare flebunt*, Tr.41.d.6.n.6.

*Vers.*14. *Possedit tremor hypocritas*, Tr.33.d.3.n.2.

Vers. eod. Quis ex vobis habitare poterit cum ardoribus sempiternis? tr.34.d.2.n.4. & d.4.n.1. d.8.n.3. d.9.n.12. d.27.n.15. Tr.33.d.2. per totum.

*Vers.*15. *Qui excutit manus suas ab omni munere, iste in excelsis habitabit*, tr.40.d.12.n.8.

*Vers.*18. *Ubi est literatus? ubi legis verba ponderans? ubi Doctor parvulorum*, tr.23.d.5.n.4.

CAP. XXXIV.

*Vers.*3. *Interfecti eorum projicientur, & de cadaveribus eorum ascendet fœtor, tabescent montes à sanguine eorum*, tr.41. d.24.n.7. tr.34.d.11. per totum.

*Vers.*4. *Tabescet omnis militia cœlorum, & complicabuntur sicut liber, & omnis militia eorum defluet, sicut defluit folium de vinea, quoniam inebriatus est in cœlo gladius meus*, Tr.41.d.4.n.8.

*Vers.*5. *Inebriatus est in cœlo gladius meus, ecce super Idumeam descendet, & super populum interfectionis*, Tr.33.d.3.n.11.

*Vers.*6. *Gladius Domini repletus est sanguine, incrassatus est adipe*, Tr.41.d.20.n.5.

CAP. XXXV.

*Vers.*7. *In cubilibus in quibus prius habitabant dracones, oriatur viror calami & junci, & ibi semita, & via, & via Sancta vocabitur*, tr.29.d.17.n.8.

CAP. XXXVII.

*Vers.*10. *Non te decipiat Deus tuus in quo tu confidis*; Tr. 42. d.12.n.4.

CAP. XXXVIII.

*Vers.*10. *Ego dixi in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi*, Tr.34.d.31.n.6.

*Vers.*17. *Ecce in pace amaritudo amarissima*, Tr.29. d.12. per totum.

*Vers.*19. *Pater filijs notam faciet voluntatem tuam*, Tr.23.d.2. n.4.

*Vers.*21. *Et jussit Isaias ut tollerent massam de ficis, & cataplasmarent super vulnus, & sanaretur*, Tr.26.d.16.n.5.

CAP. XXXIX.

*Vers.*3. *Quid dixerunt viri isti, & unde venerunt ad te? Et dixit Ezechias, de terra longinqua, &c.* tr.30.d.20.n.4.

CAP. XL.

*Vers.*9. *Super montem excelsum ascende, tu qui Evangelizas Sion, exalta in fortitudine vocem tuam*, Tr.27.d.3.n.4.

*Vers.*31. *Mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt, & non deficient*; Tr.27.d.6.n.7.

CAP. XLII.

*Vers.*14. *Tacui semper, silui, patiens fui, sicut parturiens loquar, dissipabo, & absorbebo simul*, Tr.41.d.9. per totum d.26 n.9. tr.35.d.13.n.1.

*Vers.*22. *Non me invocasti Jacob, nec laborasti in me Israël, nec obtulisti mihi arietem holocaustis tuis, & victimis tuis non glorificasti me*, tr.28.d.9.n.6.

CAP. XLIII.

*Vers.*24. *Servire me fecisti in peccatis tuis, præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis*, Tr.33.d.8. per totum.

*Vers.*25. *Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. Reduc in memoriam, & judicemur simul; narra si quid habes; ut justificeris*, Tr.41.d.27.n.2. Tr.26.d.18.n.5.

CAP. XLV.

Vers. 9. *Væ qui contradicit figulo suo, numquid dicet latum figulo suo, quid facis?* tr.35.d.4.n.3.

CAP. XLVII.

Vers. 3. *Revelabitur ignominia tua, & videbitur opprobrium tuum; ultionem capiam, & non resistet mihi homo*, tr. 33. d.14.n.2.

CAP. XLVIII.

*Vers.*9. *Laude mea infrænabo te, ne intereas*, tr.30.d.9.n.8.

Vers. 12. *Audi me Jacob, & Israël quem ego voco*, tr. 23.d.41 n.8.

CAP. XLIX.

*Vers.*8. *Hæc dicit Dominus in tempore placito exaudivi te, & in die salutis auxiliatus sum tibi*, tr.41.d.29.n.8.

*Vers.*13. *Et erunt Reges nutritij tui*, Tr.22.d.13.n.10.

CAP. LI.

*Vers.*3. *Invenietur in ea gratiarum actio & vox laudis*; tr.30. d.2. per totum. d.4.n.6.

*Vers.*7. *Nolite timere opprobria hominum, sicut enim vestimentum sic comedet eos vermis, & sicut lanam, sic devorabit eos tinea, &c.* tr.35.d.29.n.3.

*Vers.*17. *Bibisti de manu Domini calicem iræ ejus, usque ad fundum calicis bibisti, & potasti usque ad fæces*, tr.54.d.13. n.7.

CAP. LII.

*Vers.*2. *Excutere de pulvere, consurge, sede filia Jerusalem, solve vincula colli tui, captiva filia Sion*, Tr.32.d.14.n.3.

*Vers.*5. *Fugiter tota die nomen meum blasphematur*, tr.26. d.2. n.7. tr.27.d.10. n.6.

*Vers.*7. *Quam pulchri sunt pedes annunciantis & prædicantis*, Tr.27.d.3.n.5.

*Vers.*21. *Mundamini qui fertis vasa Domini*, Tr.22.d.8. n.7. tr.26.d.31. per totum.

CAP. LIII.

*Vers.*7. *Oblatus est quia ipse voluit, & non aperuit os suum, quasi agnus coram tondente se obmutescet*, Tr.30.d.22.n.10. tr.32. d.9.n.9. tr.35.d.13.n.1. tr.41.d.9.n.1.

*Vers.*8. *Propter scelus populi mei percussi eum*, Tr.30.d.22.n.6. Tr.26.d.40.n.2.

*Vers.*10. *Et pro iniquis rogavit*, Tr.35.d.7.n.2.

Vers. 12. *Cum sceleratis reputatus est*, Tr.32.d.8.n.7.

CAP. LV.

*Vers.*1. *Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum properate, emite & comedite: venite emite absque argento, & absque ulla commutatione vinum, & lac*, tr.26.d.3.n.4.

*Vers.*2. *Comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra*, tr.26.d.11.n.3.

CAP. LVI.

*Vers.*6. *Omnem custodientem sabbatum ne polluat, adducam in montem sanctum meum, & lætificabo in domo orationis meæ holocausta & victimæ eorum placebunt mihi*, tr.28.d.12.n.8

*Vers.*10. *Speculatores ejus cæci omnes, canes muti non valentes latrare*, Tr.40.d.10.n.3.

*Vers.*11. *Canes impudentissimi nescierunt saturitatem*, Tr. 31. d.20.n.5.

CAP. LVII.

*Vers.*20. *Cor impij quasi mare fervens quod quiescere non potest*, Tr.34.d.16.n.4. Tr.35.d.27. per totum, tr.39. d.4. per tot.

CAP. LVIII.

*Vers.*5. *Numquid tale est jejunium quod elegi, per diem afflige re homines animam suam, numquid istud vocabis jejunium &c.* tr.33.d.1.n.10.

*Vers.*6. *Dissolve colligationes impietatis, solve fasciculos deprimentes, Frange esurienti Panem*, Tr. 24.d.11.n.4.

Vers. 7. *Frange esurienti Panem tuum & egenos vagosque in-*

duc in domum tuam, &c. Tr.24. d.5. n.6. Tr. 24. d.12. n.10. Tr.24.d.17.n.2.
*Vers.*8. *Sanitas tua citius orietur & anteibit faciem tuam justitia tua,* Tr.24.d.11.n.6.
*Vers.*13. *Si vocaveris sabbatum deliciatum tuum delectaberis super Domino,* Tr.28.d.1.n.8. d.12.n.2.

CAP. LX.

Vers. 1. *Surge illuminare Jerusalem, quia venit lumen tuum:* Tr.29.d.3.n.11.
*Vers.*8. *Qui sunt isti qui ut nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas?* Tr.27.d.6.n.7.

CAP LXI.

*Vers.*8. *Ego Dominus diligens judicium & odio habens rapinam in holocausto,* Tr.24.d.16.n.9.

CAP. LXII.

*Vers.*2. *Vocabitur tibi nomen novum quod ôs Domini nominabit,* Tr.29.d.10.n.9
*Vers.*6. *Super muros tuos Jerusalem constitui custodes,* Tr.22. d.32.n.6.
*Vers.*8. *Juravit Dominus in dextera sua & in brachio fortitudinis suæ, si dedero triticum tuum ultra, cibum inimicis tuis, & si biberint viri alieni vinum tuum, in quo laborasti, &c.* Tr.26.d.43.n.5.

CAP. LXIII.

*Vers.*2. *Quare rubrum est indumentum tuum?* Tr. 28.d8. n.4.
*Vers.*3. *Torcular calcavi solus,* Tr.23.d.12.n.5.
*Vers.*4. *Indignatio mea ipsa auxiliata est mihi, conculcavi, populos in furore meo, & inebriabo eos indignatione mea,* tr.41. d.20.n.6.

CAP. LXIV.

*Vers.*6. *Facti sumus ut immundus omnes nos, & quasi pannus menstruatæ universæ justitiæ nostræ,* tr.41.d.22. n.3.tr.26.d.18.n.4.
*Vers.*8. *Et nunc Domine Pater noster es tu, nos vero lutum, & figulus noster es tu, & opera manuum tuarum omnes nos,* tr.30. d.13.n.4.

CAP. LXV.

*Vers.*8. *Hæc dicit Dominus, quomodo si invéniatur granum in botro,* Tr.26.d.4. per totum.
Vers. 13. *Ecce servi mei comedent, & vos esurietis,* Tr.34. d.13. n.3. & 9.

CAP. LXVI.

Vers. 2. *Ad quem respiciam nisi ad pauperculum,* Tr.32.d.6. per totum.
*Vers.*15. *Ecce Dominus in igne veniet, & quasi turbo quadrigæ ejus, reddere in indignatione furorem suum & increpationem suam in flamma ignis, quia in igne Dominus disjudicabit.* Tr.41.d.9. n.7.
*Vers.*23. *Et erit sabbatum ex sabbato,* Tr.28.d.12.n.11.
*Vers.*24. *Egredientur & videbunt cadavera virorum, qui prævaricati sunt in me,* Tr. 4.d.11.n.4. d.17.n.5. d.21.n.5.
*Vers.*24. *Vermis eorum non morietur,* Tr. 34. d. 15. n.7. d.17. per totum, d.26.n.1. d.27.n.10. & 12. d.30.n.3.
Vers. 24. *Ignis eorum non extinguetur,* Tr.34.d.9. n.1.

JEREMIAS.

CAP. I.

*Vers.*11. *Virgam vigilantem ego video,* Tr.22.d.32.n.2.
*Vers.*14. *Ab aquilone pandetur malum,* tr.31.d.13. n.6.Tr.34. d.14. n.8.
*Vers.*19. *Bellabunt adversum te, & non prævalebunt,* Tr. 29. d.18.n.3.

CAP. II.

*Vers.*13. *Duo mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas,* Tr.28. d.6. n.3. Tr.26.d.48.n.3.

CAP. III.

Vers. 12. *Vade & clama sermones istos contra Aquilonem & dices, revertere aversatrix Israël* Tr.31.d.23.n.6.

CAP. IV.

*Vers.*14. *Lava à malitia cor tuum Jerusalem,* Tr.33.d.11.n.6.
*Vers.*21. *Inebriaberis, atque nudaberis,* tr.31.d.12.n.6.

CAP. V.

*Vers.*7 *Saturavi eos & mœchati sunt;* tr. 31. d. 8. n. 5. d. 9. per totum.
Vers. 19. *Servietis diis alienis,* Tr.34.d.12.n.6. d.23.n.2.
*Vers.*28. & 29. *Causâ viduæ non judicaverunt, causâ pupilli non direxerunt, ... Numquid super his nõ visitabo, dicit Dominus: aut gente hujusmodi non ulciscetur anima mea?* tr.40.d.1.n.3.

CAP. VI.

*Vers.*16. *Hæc dicit Dominus: State super vias & videte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona & ambulate in ea,* tr.26.d.44.n.2.

CAP. VII.

*Vers.*2. *Verbum quod factum est ad Jeremiam à Domino, dicens: sta in porta domus Domini, & prædica ibi verbum istud & dic: audite verbum Domini omnis Juda, qui ingredimini per portas has,* tr.28.d.2.n.4.

CAP. VIII.

*Vers.*7. *Milvus in cœlo cognovit tempus suum, turtur & hirundo & ciconia custodierunt tempus adventus sui; populus autem meus non cognovit judicium Domini,* tr.30.d.26.n.9.
Vers. 13. *A minori usque ad majorem omnes avaritiæ student, à Propheta usque ad Sacerdotem cuncti faciunt dolum,* tr. 22. d.35.n.16.
*Vers.*17. *Mittam vobis serpentes Regulos, quibus non est incantatio, & mordebunt vos,* Tr.34. d.12. n.5. tr.38.d.17. per totum.

CAP. IX.

*Vers.*24. *In hoc glorietur qui gloriatur, scire & nosse me, quia ego sum Dominus, qui facio misericordiam & judicium,* tr. 41. d.29. per totum.

CAP. X.

Vers. 20. *Tabernaculum meum vastatum est, omnes funiculi mei dirupti, non est qui extendat ultra tentorium meum,* tr. 22. d.3.n.10.

CAP. XI.

*Vers.*12. *Desolatione desolata est omnis terra, quia nullus est qui recogitet corde,* tr.30.d.9.n.3.
*Vers.*13. *Quid est quod dilectus meus in domo mea fecerit scelera multa? numquid carnes sanctæ auferent à te malitias tuas?* tr.22. d.27.n.11.
Vers. 19. *Venite mittamus lignum in Panem ejus, & eradamus eum de terra viventium, & nomen ejus non memoretur amplius,* tr. 30.d.24.n.13. tr.26.d.29.n.3. d 36.n.4.

CAP. XII.

*Vers.*1. *Justus quidem tu es Domine, si disputem tecum: verumtamen justa loquar ad te: quare via impiorum prosperatur, bene est omnibus qui prævaricantur,* tr.41.d.3.n.3.
*Vers.*2. *Prope es tu ori eorum, & longè à renibus eorum, & tu Domine nosti me, & vidisti me, &c.* tr.33.d.3.n.4.
Vers. 3 *Congrega eos quasi greges ad victimam & sanctifica eos in die occisionis,* Tr.34.d.25.n.7.
Vers. 11. *Desolatione desolata est omnis terra, quia nullus est qui recogitet corde,* Tr.41.d.29.n.9.
*Vers.*19. *Numquid avis discolor hæreditas mea mihi, numquid avis tincta,* per totum, Tr.33.d.13.n.8. d.14.n.6.

CAP. XIV.

*Vers.*7. *Tu in nobis es Domine, & nomen sanctum tuum invocatum est super nos, ne derelinquas nos Domine Deus noster,* Tr.29.d.19.n.7.

CAP. XV.

*Vers.*1. *Vivit Dominus si steterit Moyses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum, ejice eos à facie mea,* Tr.34. d.24.n.2.
*Vers.*15. *Scito, quoniam sustinui propter te opprobrium,* Tr.36. d.6.n.9.
*Vers.*18. *Factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea desperabilis, renuit curari,* Tr.34.d.26.n.5.

CAP. XVII.

*Vers.*4. *Ignem succendistis in furore meo usque in æternum ardebit,* Tr.34.d.9.n.4.
*Vers.*9. *Pravum est cor hominis & inscrutabile, quis cognoscet illud? ego Dominus scrutans corda, & probans renes,* tr.33. d.9.n.3.Tr.41.d.14.n.2. Tr.42.d.2.n.3.
*Vers.*18. *Indúc super eos diem afflictionis, & duplici contritione contere eos,* Tr.33.d.13.per totum.
*Vers.*19. *Vade & sta in porta filiorum populi, & dices ad eos, sanctificate diem Sabbati,* Tr.28.d.10.n.9.
*Vers.*24. *Si audieritis me, dicit Dominus, ut non inferatis onera per portas civitatis hujus in die Sabbati, & si sanctificaveritis diem Sabbati, ne faciatis in eo omne opus,* Tr.28.d.4.n.3. d.12.n.5.
Vers. 25. *Ingredientur per portas civitatis hujus Reges & Principes,* Tr.28.d.12.n.5. & 10. Tr.41.d.25.n.3.tr.34.d.19.n.3.

CAP. XVIII.

Vers. 6. *Sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea,* Tr.35.d.4.n.3.
Vers. 17. *Dorsum & non faciem ostendam eis, in die perditionis eorum,* Tr.34.d.10.n.4.
*Vers.*18. *Venite percutiamus eos lingua,* Tr 36.d.1.n.3.
Vers. 20. *Numquid redditur pro bono malum, quia foderunt foveam animæ meæ,* Tr.30. d.24. per totum.

CAP. XX.

Vers. 11. *Confundentur vehementer, quia non intellexerunt opprobrium sempiternum, quod numquam delebitur,* Tr. 41. d.16. n.5.

CAP. XXIV.

*Vers.*2. *Calathus unus ficus bonas habebat nimis, ut solent ficus esse prim temporis, & calathus unus ficus habebat malas nimis, &c.* Tr.33.d.4.n.5.

CAP. XXV.

*Vers.*38. *A facie iræ columbæ, & à facie iræ furoris Domini;* Tr.49.d.7.n.6.

CAP. XXVI.

CAP. XXVI.

*Vers.*8. *Apprehenderunt eum Sacerdotes & Prophetæ, & omnis populus dicens, morte moriatur,* Tr.22.d.35.n.4.

CAP. XXXI.

*Vers.*3. *In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te,* Tr. 30. d.13.n.1.
*Vers.*42. *Et venient & laudabunt in monte Sion, & confluent ad bona Domini super frumento & vino, erit que anima eorum quasi hortus irriguus, & ultra non esurient,* Tr.26.d.8.n.3.

CAP. XXXII.

*Vers.*14. *Sume libros istos, librum emptionis hanc signatum, & librum qui apertus est, & pone illos in vase fictili, ut permanere possint diebus multis,* Tr.41.d.15.n.2.
*Vers.*31. *In furore, & in indignatione mea facta est mihi civitas hæc,* Tr.29.d.14.n.8.
*Vers.*41. *Plantabo eos in veritate,* Tr.29.d.22.n.5.

CAP. XXXIII.

*Vers.*3. *Clama ad me, & ego exaudiam te,* Tr.34 d.14.n.6.

CAP. XXXV.

*Vers.*5. *Posui coram filijs domus Rechabitarum scyphos plenos vino & calices, & dixi ad eos, bibite vinum. Qui responderunt, non bibemus vinum, &c.* Tr.31.d.24.n.7.
*Vers.*13. *Vade & dic viris Juda, & habitatoribus Jerusalem, numquid non recipietis disciplinam, ut obediatis verbis meis dicit Dominus? &c.* Tr.35.d.4.n.5.

CAP. XLIX.

*Vers.*12. *Ecce quibus non erat judicium ut biberent calicem, bibentes bibent, & tu quasi innocens relinqueris,* Tr.34.d.27.n.8.

CAP. LI.

*Vers.*7. *Calix aureus Babylon in manu Domini inebrians omnem terram, de vino ejus biberunt gentes, & ideo commotæ sunt. Subito cecidit Babylon & contrita est, ululate super eam.* Tr. 27. d.8.n.6. Tr.33.d.10.n.4.
*Vers.*9. *Curavimus Babylonem & non est sanata, derelinquamus eam,* Tr.34.d.5.n.8. d.21.n.3.
*Vers.*25. *Ecce ego ad te mons pestifer, qui corrumpis universam terram, & extendam manum meam super te, & dabo te in montem combustionis,* Tr.27.d.10.n.4.

THRENI.

CAP. I.

*Vers.*4. *Viæ Sion lugent, eo quod non sint qui veniant ad solemnitatem,* tr. 28.d.5.n.2. d.8.n.6.
*Vers.*7. *Viderunt eam hostes, & deriserunt Sabbata ejus,* tr. 28.d.2.n.6. d.3.n.4. d.5. n.4. d.6.n.4. d.7.n.12. d.14.n.2.
*Vers.*11. *Dederunt pretiosa quæque pro cibo, considera, quoniam facta sum vilis,* tr.31.d.20. per totum.
*Vers.*13. *De excelso misit ignem in ossibus meis, & eruditvit me,* Tr.34.d.1.n.6.
Vers. 15. *Vocavit adversum me tempus,* tr.41.d.17.n.4.

CAP. II.

*Vers.*9. *Defixæ sunt in terra portæ ejus, perdidit & contrivit vectes ejus, non est lex, & Prophetæ ejus, non invenerunt visionem à Domino,* Tr.22.d.35.n.10.
Vers. 12. *Matribus suis dixerunt ubi est triticum & vinum? cum deficerent quasi vulnerati in plateis civitatis, cum exhalarent animas suas,* Tr.26.d.33.n.4.
Vers. 23. *Velut mare contritio tua,* Tr.22.d.22.n.6.

CAP. III.

Vers. 4. *Scrutemur vias nostras, nos inique egimus & ad iracundiam provocavimus, idcirco tu inexorabilis es, operuisti nos furore & percussisti nos,* Tr.41.d.17.n.8.
Vers. 27. *Bonum erit viro cum portaverit jugum ab adolescentia sua,* Tr.23.d.7. per totum.
*Vers.*29. & 30. *Ponet in pulver eos suum, ... Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobriis,* Tr.35.d.15.n.7. Tr.32.d.14.n.3.
*Vers.*30. *Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobriis,* Tr.36.d.6. per totum, d.9. n.7. d.10. n.6. d.14. n.10. d.15. per totum, Tr.25.d.6.n.11.
Vers. 41. *Levemus corda nostra cum manibus ad Deum,* Tr.37. d.9.n.1.

CAP. IV.

Vers. 1. *Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarij?* Tr.22. d.3.n.8.Tr.22. d.27.n.4.
*Vers.*3. *Crudelis quasi struthio in deserto,* Tr.23.d.2.n.3.
Vers. 4. *Parvuli petierunt panem, & non erat qui frangeret.* Tr.26.d.29.n.2.
*Vers.*6. *Et major effecta est iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorum, quæ subversa est in momento,* Tr.34.d.20.n.6.
*Vers.*8. *Denigrata est super carbones facies eorum,* Tract. 38. d.12.n.3.
*Vers.*8. *Et non sunt cogniti in plateis, adhæsit cutis eorum ossibus, & facta est quasi lignum,* Tr.34.d.18.n.2.

CAP. V.

*Vers.*7. *Patres nostri peccaverunt & non sunt, & nos iniquitates eorum portavimus,* Tr.23.d.15.n.7
*Vers.*16. *Cecidit corona capitis nostri; væ nobis quia peccavimus,* Tr.37.d.4.n.3.

BARUCH.

CAP. III.

Vers. 38. *Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conversatus,* Tr.31.d.13.n.2. Tr.32.d.8.n.9.

EZECHIEL.

CAP. I.

*Vers.*5. *Non ascendistis ex adverso, neque opposuistis murum pro domo Israël, ut staretis in prælio pro die Domini,* Tr.22.n.14. n.6. Tr.22.d.37.n.14.
*Vers.*11. *Facies eorum & pennæ eorum extentæ desuper,* Tr.37. d.1.n.4.
*Vers.*13. *Hæc erat visio discurrens in medio animalium splendor ignis, & de igne fulgur egrediens,* Tr.29.d.5.n.9.
Vers. 18. *Et manus hominis sub pennis eorum,* Tr.26.d.31. n.7.
*Vers.*19. *Cum ambulabant animalia, ambulabant pariter & rotæ juxta ea: Et cum elevarentur animalia de terra, elevabantur simul & rotæ,* Tr.27.d.4.n.5.

CAP. II.

*Vers.*9. *Et vidi & ecce manus missa ad me, in qua erat involutus liber, & expandit illum coram me, qui erat scriptus intus, & foris,* Tr.34.d.1.n.8.

CAP. III.

*Vers.*1. *Scriptæ erant in eo lamentationes & carmen, & væ: & dixit ad me, comede volumen istud, & vadens loquere ad filios Israël,* Tr.34.d.1.n.8.
*Vers.*9. *Ut adamantem & silicem dedi faciem tuam,* Tr. 40. d.8.n.3.
*Vers.*17. *Speculatorem dedi te domui Israël,* Tr.22.d.10.n.15.
Vers. 18. *Si dicente me ad impium, morte morieris, non annunciaveris ei, neque locutus fueris, ut avertatur à via sua impia & vivat, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem ejus de manu tua requiram,* Tr.22.d.. 32.n.9.

CAP. V.

*Vers.*1. *Sume tibi gladium acutum radentem pilos, & assumes eum, & duces per caput tuum, & barbam tuam,* Tr.22.d.2.n.1. Tr.22.d.32.n.5.
*Vers.*2. *Gladium nudabo post eos,* Tr.41.d.21.n.10.
*Vers.*11. *Pro eo quod sanctum meum violasti in omnibus offensionibus tuis, ego quoque confringam te,* Tr.22.d.30.n.9.
Vers. 31. *Complebo furorem meum, & requiescere faciam indignationem meam in eis, & consolationem accipiam,* Tr. 40. d.1.n.4.

CAP. VII.

*Vers.*12. *Nunc finis super te, & dimittam furorem meum in te, & ponam contra te omnes abominationes tuas, & non parcet oculus meus super te, & non miserebor,* Tr.34.d.18.n.10.
*Vers.*19. *Argentum eorum foras projicietur, & aurum eorum in sterquilinium erit, argentum & aurum eorum non valebit liberare eos in die furoris Domini,* Tr.41.d.19.n.6.
*Vers.*eod. *Animam suam non saturabunt, & ventres eorum non implebuntur,* Tr.31.d.21.n.1.
*Vers.*23. *Terra plena erit judicio sanguinum, & civitas plena iniquitate,* Tr.34.d.1.n.8.

CAP. VIII.

*Vers.*6. *Filij hominis vidisti abominationes maximas, at conversus videbis majores,* Tr.22.d.28.n.2. Tr.28.d.5.n.6.
*Vers.*8. *Filij hominis, fode parietem, & cum fodissem, apparuit ostium unum, & dixit ad me ingredere, & vide abominationes pessimas &c.* Tr.33.d.7.n.2.

CAP. IX.

Vers. 1. *Unusquisque vas interfectionis habebat in manu sua,* Tr.41.d.12.n.8.
*Vers.*4. *Signa Thau super frontes dolentium & gementium,* Tr.25.d.7.n.7.
*Vers.*5. *Non parcat oculus vester, neque misereamini,* Tr. 26. d.38.n.4. d.40.n.5.
*Vers.*6. *Super quem videris Thau, ne occidas,* Tr.41.d.2.n.4.
*Vers.*7. *Adsanctuario meo incipite, cœperunt ergo à viris senioribus, qui erant ante faciem domus,* Tr.22.d. 27. per totum, Tr.41.d.21.n.1. tr.26.d.40.n.5.

CAP. XIII.

*Vers.*19. *Violabunt me propter pugillum hordei, & fragmen panis, ut interficerent animas, quæ non moriuntur, & vivificarent animas, quæ non vivunt,* Tr.40.d.12.n.1.

CAP. XIV.

*Vers.*4. *Homo de Israël, quicumque scandalum iniquitatis statuerit contra faciem suam, ponam faciem meam super hominem illum,* Tr.27.d.15.n.10.
Vers. 23. *Fili hominis, terra cum peccaverit mihi, ut prævaricet prævaricans, extendam manum meam super eam, & conteram virgâ panes ejus, & immittam in eam famem,* Tr. 22. d.27.n.10.

CAP. XV.

*Vers.*2. *Quid fiet de ligno vitis?* Tr. 22.d. 30. n. 11. & Tr. 34.d.9.n.12.

CAP. XVI.

Vers. 3. *Radix tua & generatio tua de terra Chanaan*, Tr.29. d.13.n.11.

Vers. 37. *Nudabo ignominiam tuam, & videbant omnem turpitudinem tuam*, Tr.34.d.18. per totum.

Vers. 46. *Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ, saturitas panis, & abundantia & manum egeno & pauperi non porrigebant*, Tr.24. d.12.n.6.

*Vers.*49. *Hæc fuit iniquitas Sodomæ, saturitas panis & abundantia*, Tr.30.d.24.n.7. & Tr.31.d.9.n. 14. & d.11.n.7.

CAP. XVII.

Vers. 3. *Aquila grandis tulit medullam cedri.* Tr. 27. d. 5. n.8.

Vers. 12. *Ecce venit Rex Babylonis in Jerusalem, & assumet Regem & Principes ejus, adducet eos ad semetipsum in Babylonem, & tollet de semine Regni, feretque cum eo fœdus*, Tr. 27.d.10.n.2.

Vers. 22. *Sumam de medulla cedri sublimis, & de vertice ramorum ejus, & plantabo in montem excelsum, & erumpet in germen, & faciet fructum*, Tr.26.d.10.n.1.

CAP. XVIII.

*Vers.*32. *Nolo mortem morientis, dicit Dominus Deus, revertimini & vivite*, Tr.23.d.17.n.10.

CAP. XX.

Vers. 13. *Irritaverunt me Domus Israël in deserto, in præceptis meis non ambulaverunt*, Tr.27.d.8.n.8.

Vers.eod. Sabbata mea violaverunt vehementer dixi ergo, ut effunderem furorem meum super eos in deserto, & consumerem eos. Tr.28.d.11.n.6.

CAP. XXI.

*Vers.*4. *Egredietur gladius meus de vagina sua ad omnem carnem ab Austro usque ad Aquilonem*, Tr. 41.d.20.n.5.

*Vers.*5. *Ut sciat omnis caro quia ego Dominus, eduxi gladium meum de vagina sua irrevocabilem.* Tr.34.d.24.n.2.

Vers. 9. *Gladius gladius exacutus est & limatus*, Tr. 33. d. 4. n.6.

*Vers.*10. *Ut cædat victimas exacutus est*, ibid.

CAP. XXII.

*Vers.*26. *Sacerdotes polluerunt sanctuaria mea, & coinquinabor in medio eorum*, Tr.22.d.18. per totum.

CAP. XXIII.

*Vers.*33. *Ebrietate & dolore repleberis, calice mœroris & tristitiæ*, Tr.31.d.24.n.6.

*Vers.*38. *Polluerunt sanctuarium meum, & Sabbata mea profanaverunt*, Tr.28.d.5.n.2.

CAP. XXV.

*Vers.*15 *Pro eo quod fecerunt Palæstini vindictam, & ulti sunt se toto animo &c. Ecce ego ostendam manum meam super Palæstinos &c.* Tr.35.d.29.n.6.

CAP. XXVIII.

*Vers.*2. *Tu signaculum similitudinis, typis pretiosis operimentum tuum*, Tr.34.d.20.n.3.

CAP. XXXII.

*Vers.*27. *Descenderant in infernum cum armis suis*, Tr.34. d. 16.n.11.

*Vers.*14. *In pascuis uberrimis pascam eos*, Tr.26.d.7.n.5.

CAP. XXXIV.

Vers. 18. *Nonne satis vobis erat pascua bona depasci? insuper & reliquias pascuarum vestrarum conculcastis pedibus vestris.* Tr.27.d.10.n.6.

CAP. XXXVII.

Vers. 10. *Steterunt super suos exercitus grandis nimis valde*, Tr.38.d.10.n.6.

CAP. XXXIX.

Vers. 2. *Væ Pastoribus, qui pascebant semetipsos*, Tr.22.d.31. n. 6.

CAP. XLIV.

Vers. 1. *Converti me ad viam portæ sanctuarii exterioris, quæ respiciebat ad Orientem, & erat clausa*, Tr.27.d.12.n.4.

DANIEL.

CAP. I.

Vers. 4. *De semine regio pueros, in quibus nulla esset macula, decoros forma, & eruditos omni sapientia*, Tr.22.d.1.n.3.

Vers. 5. *Constituit eis Rex annonam per singulos dies de cibis suis, & de vino unde bibebat ipse*, Tr.31.d.27.n.7.

CAP. II.

*Vers.*22. *Ipse revelat profunda & abscondita, & novit in tenebris constituta, & lux cum eo est*, Tr.41.d.14.n.2.

*Vers.*32. *Abscissus est autem lapis de monte sine manibus, & percussit statuam, & comminuit*, Tr.29.d.22.n.9.

CAP. III.

Vers. 3. *Tunc congregati sunt Satrapæ Magistratus & Judices, Duces & Tyranni &c. ut convenirent ad adorationem statuæ*, Tr.27.d.10.n.3.

*Vers.*19. *Tunc Nabuchodonosor repletus est furore, & aspectus faciei ejus immutatus est*, Tr.33.d.4.n.3.

Vers. 24. *Ambulabant in medio flammæ laudantes Deum & benedicentes: Fecit enim medium Ismaelis, quasi ventum roris flantem &c.* Tr.34.d.31.n.8.

Vers. 34. *Videbas, donec abscissus est lapis de monte sine manibus, & percussit statuam: Tunc contrita sunt pariter ferrum, testa, æs, argentum, & aurum, & redacta quasi in favillam æstivæ areæ*, Tr.41.d.21.n.9.

Vers. 39. *In Spiritu humilitatis suscipiamur.* Tr. 32. d. 21. per totum.

Vers. 46. *Effundebatur flamma super fornacem cubitis quadraginta novem*, Tr.34.d.24.n.2.

Vers. 48. *Effundebatur flamma super fornacem cubitis quadraginta novem, & erupit, & incendit, quos reperit juxta fornacem.* Tr.38.d.12.n.3.

Vers. 49. *Angelus Domini descendit cum Azaria & sociis ejus in fornacem, & excussit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem*, Tr.30.d.18.n.1.

*Vers.*51. *Quasi ex uno ore laudabant, & glorificabant, & benedicebant Deum in fornace*, tr.30.d.18. per totum.

*Vers.*87. *Benedicite Sancti & humiles corde Domino, laudate, & superexaltate eum in sæcula*, Tr.32.d.16.n.15.

Vers. 92. *Ecce video quatuor viros solutos & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis est, & species quarti similis Filio Dei*, Tr.30.d.18.n.1.

CAP. IV.

*Vers.*24. *Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas miserationibus pauperum*, Tr.24.d.11.n.1. & Tr.24.d.12.n.3.

CAP. V.

Vers. 2. *Præcepit jam temulentus, ut afferrentur vasa aurea & argentea, quæ asportaverat Nabuchodonosor &c.* Tr.31.d. 21.n.7.

Vers. 5. *Apparuerunt digiti quasi manus hominis scribentis contra candelabrum in superficie parietis aulæ Regiæ, & Rex aspiciebat articulos manus scribentis*, Tr.31.d.15.n 5. & Tr.41. d.20.n.6.

*Vers.*6. *Facies Regis commutata est, & cogitationes conturbabant eum, & compages renum ejus solvebantur, & genua ejus ad invicem collidebantur*, Tr.41.d.20.n.6.

CAP. VI.

Vers. 3. *Porro Rex cogitabat constituere eum super omne Regnum: Unde Principes & Satrapæ quærebant occasionem, ut invenirent Danieli ex latere Regis, &c.* Tr.38.d.4.n.6.

*Vers.*24. *Jubente Rege, adducti sunt viri illi, qui accusaverant Danielem, & in lacum leonum missi sunt ipsi, & filij, & uxores eorum, & non pervenerunt usque ad pavimentum lacci, donec arriperent eos leones, & omnia ossa eorum comminuerunt*, Tr.38.d.12.n.4.

CAP. VII.

Vers. 2. *Ecce quatuor venti cæli pugnabant in mari magno.* Tr. 40. d.5.n.5.

Vers. 9. *Aspiciebam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit: Thronus ejus flammæ ignis flavius igneus rapidusque egrediebatur à facie ejus.* Tr.41.d.7. n.2. & 7. d.9. n.1. & d. 14. n. 5.

*Vers.*10. *Judicium sedit, & libri aperti sunt*, Tr.41.d.15.n.1.

*Vers.*22. *Deus meus misit Angelum suum, & conclusit ora leonum, & non nocuerunt mihi.* Tr.29.d.20.n.12.

CAP. XII.

Vers. 3. *Qui ad justitiam eruditi multos erunt quasi stellæ in perpetuas æternitates.*

CAP. XI.

Vers. 9. *Everterunt faciem suam, & declinaverunt oculos suos, ut non viderent cælum, neque recordarentur judiciorum justorum*, Tr.34.d.22.n.12.

Vers. 31. *Erat delicata nimis, & pulchra facie, at iniqui illi jusserunt, ut discooperiretur, erat enim cooperta*, Tr. 27.d.14.n.7.

Vers. 41. *Credidit eis multitudo quasi senibus & judicibus populi, & condemnaverunt eam ad mortem*, Tr.42.d.6.n.9.

*Vers.*45. *Suscitavit Dominus Spiritum sanctum pueri junioris*, Tr.40.d.11.n.3.

*Vers.*55. *Ecce Angelus Dei accepta sententia ab eo scindet te medium*, Tr.40.d.11.n.3.

CAP. XIV.

Vers. 2. *Erat idolum apud Babylonios nomine Bel, & impendebantur in eo per dies singulos similæ artabæ duodecim, & oves quadragenta, vinique amphoræ sex*, Tr.31.d.14.n.5. & d.15. n.7. d.20.n.3.

*Vers.*5. *An non vides, quanta comedat, & bibat quotidie?* Tr. 31.d.15.n.7.

Vers. 14. *Video vestigia virorum & mulierum, & infantium* Tr.33.d.15.n.12.

Vers. 41. *Porro illos qui perditionis ejus causa fuerant introemisit in lacum, & devorati sunt in momento coram eo.* Tr.38. d.12.n.4.

OSEE.

CAP. II.

Vers. 5. *Vadam post amatores meos propter hoc, ecce ego sepiam viam tuam spinis, & sepiam eam maceria &c.* Tr. 30. d. 15.n.5.

Vers. 8. *Ego dedi ei frumentum & vinum, & oleum, & argentum multiplicavi ei, & aurum quæ fecerunt Baal*, Tr. 30. d. 24.n.6.

*Vers.*10. *Sponsabo te mihi in fide*, Tr.25.d.4.n.2. & Tr.29.d.3. n.4. & d.8. per totum, Tr.37.d.6.n.3. & Tr.29.d.8.n.17.

CAP. IV.

*Vers.*4. *Populus sicut hi qui contradicunt Sacerdoti*, Tr.22. d. 24.n.3.

*Vers.*8. *Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem eorum sublevabunt animos eorum*, Tr.22.d.35.n.15.

*Vers.*10. *Comedent, & non saturabantur*, Tr.31.d.4. n. 10. & d.21. per totum.

Vers. 11. *Vinum & ebrietas auferuntur*, Tr. 31.d.6. n.4. & d. 9.n.7. & d.10.n.11. & d.14.n.4. & d.16.n.1.

*Vers.*15. *Nolite ingredi in Galgala*, Tr.30.d.24.n.14.

CAP. V.

*Vers.*1. *Audite hoc Sacerdotes, quia vobis judicium est quoniam laqueus facti istis speculationi.* Tr.22.d.29.n.6. & Tr. 22. d.27.n.7.

*Vers.*4. *Non dedit cogitationes suas, ut revertatur ad Dominum*, Tr.31.d.16.n.1.

CAP. VII.

*Vers.*8. *Ephraim factus est subcinericius panis, qui non reversatur, alieni comederunt robur ejus*, Tr.33.d.12.n.4.

*Vers.*14. *Super triticum & vinum ruminabunt*; Tr. 26. d. 26. per totum.

*Vers.*16. *Ego eruditivi eos, & confortavi brachia eorum, & in me cogitaverunt malitiam*, Tr.30.d.24 n.14.

CAP. VIII.

*Vers.*4. *Ipsi regnaverunt, & non ex me, Principes exiterunt, & non cognovi*, Tr.22.d.31.n.2.

Vers. 7. *Quia ventum seminabunt, & turbinem metent, culmus stans non est in eo*, Tr.33.d.12.n.2.

CAP. IX.

Vers. 12. *Væ eis cum recessero ab eis*, Tr.30.d.22. n.12. & Tr. 41.d.24.n.4.

CAP. X.

*Vers.*12. *Seminate vobis in justitia, & metite in ore misericordiæ.* Tr.24.d.10.n.5.

CAP. XI.

*Vers.*4. *Declinavi ad eum, ut vesceretur*, Tr.26.d.35.n.5.

*Vers.*9. *Non faciam furorem iræ meæ, non convertam, ut disperdam Ephraim, quoniam Deus ego & non homo*, Tr.35. d.10. n.6. Tr.6.d.23.n.4.

CAP. XII.

*Vers.*1. *Oleum in Ægyptum ferebant*, Tr.29.d.22.n.10.

CAP. XIII.

Vers. 8. *Occurram eis quasi ursa raptis catulis*, Tr. 25. d. 12. n.6.

Vers. 9. *Perditio tua ex te, tantummodo in me auxilium tuum*, Tr.41.d.18. n.2. d.24. n.6.

JOEL.

CAP. I.

*Vers.*5. *Expergiscimini ebrij, flete, & ululate*, Tr.31.d.6.n.9. d.24.n.5. d.26.n.9.

*Vers.*15. *a,a,a, dies, quia prope est dies Domini, & quasi vastitas à Potente veniet*, Tr.41.d.5.n.1.

CAP. II.

*Vers.*3. *Ante faciem ejus ignis vorans, & post eum exurens flamma*, Tr.34.d.8.n. 3.

Vers. 6. *Omnes vultus redigentur in ollam*, Tr.34.d.18. n.2.

*Vers.*10. *Sol & Luna obtenebrati sunt*, Tr.41.d.5.n.5.

*Vers.*26. *Comedetis vescentes, & saturabimini, & laudabitis nomen Domini Dei vestri, qui fecit vobiscum mirabilia*, Tr.26. d.31.n.1.

*Vers.*30. *Dabo prodigia in cælo & in terra, sanguinem, & ignem, & vaporem fumi, Sol convertetur in sanguinem, & Luna in tenebras*, Tr.41.d.8.n.4.

*Vers.*33. *Et filij Sion exultate, & lætamini in Domino Deo vestro, qui dedit vobis Doctorem justitiæ*, Tr.26.d.24.n.8.

CAP. III.

*Vers.*15. *Juxta est dies Domini in valle concussionis, Sol & Luna obtenebratæ sunt, & Stellæ retraxerunt splendorem*, Tr.41.d. 12.n.11.

Vers. 16. *Dominus de Sion rugiet, & de Jerusalem dabit vocem suam*, Tr.41.d.9.n.2.

AMOS.

CAP. I.

*Vers.*12. *Mittam ignem in Theman, & devorabit ædes Bosræ*, Tr.38.d.1.n.6.

*Vers.*13. *Super tribus sceleribus filiorum Ammon, & super quatuor non convertam eum, eo quod dissecuerit prægnantes Galaad*, Tr. 27.d.12.n.3.

CAP. III.

*Vers.*8. *Leo rugiet, quis non timebit?* Tr.29.d.4.n.4.

CAP. IV.

*Vers.*2. *Juravit Dominus Deus in Sancto suo, quia ecce dies venient super vos, levabunt vos in cornis, & reliquias vestras in ollis ferventibus &c.* Tr. 34.d.16.n.5.

*Vers.*10. *Ascendere faciet patrem cum filiorum vestrorum in naves vestras*, Tr. 34.d.11.n.4.

CAP. V.

*Vers.*10. *Odio habuerunt in porta corripientem*, Tr.40.d.6.n.1.

*Vers.*18. *Væ desiderantibus diem Domini, ad quid eam vobis? dies Domini ista tenebræ & non lux. Quomodo si fugiat vir a facie leonis, & occurrat ei ursus*, Tr.41.d.4.n.7.d.20.n.4.

*Vers.*21. *Odi & projeci festivitates vestras, & non capiam odorem cœtuum vestrorum, quod si obtuleritis mihi holocaustomata & munera vestra, non suscipiam*, Tr.28.d.8.n.2. & 10. d.15. per tot.

*Vers.*24. *Revelabitur quasi aqua judicium.* Tr.41.d.10.n.3.

CAP. VI.

*Vers.*3. *Separati estis in diem malum, & appropinquatis solio iniquitatis*, Tr.31.d.16.n.2.

*Vers.*4. *Comeditis agnos de grege, & vitulos de medio armenti*, Tr.31.d.17.n.8.

Vers. 6. *Bibentes vinum in phialis, nihil pasiebantur super contritione Joseph*, Tr.31.d.17.n.8.

CAP. VII.

*Vers.*7. *Ecce Dominus stans super murum litum, & in manu ejus trulla cæmentarij*, Tr.32.d.11.n.2.

*Vers.*14. *Non sum Propheta, & non sum filius Prophetæ, sed armentarius ego sum*, Tr.32.d.11.n.2.

CAP. VIII.

*Vers.*9. *Et erit in die, dicit Dominus, occidit Sol in meridie, & tenebrescere faciam terram in die luminis: convertam festivitates vestras in luctum, & omnia cantica vestra in planctum*, Tr. 28.d.10.n.6.d.11.n.3.

*Vers.*11. *Mittam famem in terram, non famem panis, sed audiendi verbi Dei*, Tr.26.d.2.n.3.

CAP. IX.

*Vers.*1. *Percute cardinem, & commovebantur superliminaria*, Tr.40.d.1.n.6.

JONAS.

CAP. I.

*Vers.*8. *Indica nobis: cujus causa malum istud sit nobis? quod est opus tuum? quæ terra tua? & quo vadis? vel ex quo populo es tu?* &c. Tr.40.d.4.n.5.

*Vers.*10. *Cognoverunt viri, quod à facie Domini fugeret, quia indicaverat eis*, Tr.42.d.9.n.4.

CAP. III.

*Vers.*6. *Vestiti sunt saccis à majori usque ad minorem*, Tr. 27.d. 4.n.5.

CAP. IV.

Vers. 9. *Putasne bene irasceris tu super hædera? Bene irascor ego usque ad mortem*, Tr.39.d.9.n.5.

*Vers.*5. *Fecit sibimet umbraculum ibi, & sedebat subter illud in umbra, donec videret, quid accideret civitati: Et præparavit Dominus Deus hederam, & ascendit super caput Jonæ*, Tr. 39. d.5.n.4.

ZACHARIAS.

CAP. I.

*Vers.*1. *Ostendit mihi Dominus Jesus sacerdotem magnum stantem coram Angelo Domini, & Satan stabat à dextris ejus, ut adversaretur ei.* Tr.41.d.21.n.5.

CAP. II.

*Vers.*7. *Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei*, Tr.21.d.1. n.5.

*Vers.*8. *Ipsi sunt quibus dixit Dominus, qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei*, Tr.22.d.25.n.1.

CAP. V.

*Vers.*1. *Et levavi oculos meos, & vidi, & ecce volumen volans, & dixit ad me, quid tu vides? & dixi, ego video volumen volans, longitudo ejus viginti cubitorum, & latitudo ejus decem cubitorum, & dixit ad me, hæc est maledictio*, Tr.41.d.15.n.8.

CAP. VII.

*Vers.*13. *Cor suum posuerunt ut adamantem, ne audirent legem & verba, quæ misit Dominus*, Tr 22.d.19.n.6.

CAP. VIII.

*Vers.*10. *Ante dies illos merces hominum non erat*, tr.29.d.1.n.10.

CAP. IX.

Vers. 16. *Fudicate in portis vestris*, Tr.40.d.6.n.1.

Vers. 17. *Quid enim bonum ejus est, & quid pulchrum ejus, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines*, Tr. 26. d.4.n.9.d.11.n.3. d.14. per totum, d.15. per totum, d.16.n.2. Tr. 22.d.22.n.2.

CAP. X.

Vers. 1. *Petite à Domino pluviam in tempore serotino, & Dominus faciet nives, & pluviam imbris dabit,* Tr.26. d. 14. n. 4.

CAP. XI.

Vers. 17. *O Pastor & Idolum,* Tr.22.d.32.n.9.

CAP. XIII.

Vers. 6. *Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? his plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me,* tract. 35. d.13.n.9.

MICHÆAS.

CAP. III.

Vers. 8. *Verumtamen ego repletus sum fortitudine Spiritus Domini, ut annunciem Jacob scelus suum,* Tr.40.d.1.n.5.

CAP. VI.

Vers. 1. *Audite, quæ Dominus loquitur, surge contende judicio adversus montes, & audiant colles vocem tuam, audiant montes judicium Domini, & fortia fundamenta terræ, quia judicium Domini.* Tr.41.d.21.n.3.

Vers. 8. *Indicabo tibi, quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te; utique facere judicium, & diligere misericordiam;* tr.40.d.7.n 3. tr.41.d.27.n4.

*Vers.*14. *Humiliatio tui, in medio tui est,* tr.32.d.7.n.9.

CAP. VIII.

Vers. 1. *Væ mihi, quia factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ, non est botrus ad comedendum. Periit Sanctus de terra, & rectus in hominibus non est.* tr. 32. d. 32. n.5.

NAHUM.

CAP. I.

*Vers.*3. *Dominus in turbine,* tr.41.d.4.n.2.

*Vers.*10. *Sicut spinæ seinvicem complectuntur, sic convivium eorum pariter potantium & consumentur quasi stipula ariditate plena,* Tr. 31.d.15.n.3.d.24.n.6.

CAP. II.

*Vers.*10. *Facies eorum quasi nigredo ollæ.* Tract. 34. d. 18. n.2.

CAP. III.

*Vers.*5. *Revelabo pudenda tua in conspectu omnium nationum, & manifestabo gentibus ignominiam tuam,* tr.34.d.18. n.11. tr. 36. n.4. tr. 41. d.14.n.4. d. 16. per totum.

HABACUC.

CAP. II.

*Vers.*6. *Væ qui multiplicat non sua, aggravat contra se densum lutum,* tr.22.d.36.n.7.

CAP. III.

*Vers.*2. *Domine opus tuum in medio annorum tuorum vivifica illud, in medio annorum tuorum notum facies, cum iratus fueris misericordiæ recordaberis,* tr.26.d.23.n.9.

Vers. 5. *Ibi abscondita est fortitudo ejus,* Tract.26.d.20. n.7.

Vers. 6. *Incurvati sunt colles mundi ab itineribus æternitatis ejus,* tr.34.d.29.n.9. tr.41.d.9.n.2.

SOPHONIAS.

CAP. I.

*Vers.*7. *Silete à facie Domini Dei, quia præparavit Dominus hostiam,* tr.26.d.47.n.3.

*Vers.*8. *Visitabo super omnes qui induti sunt veste peregrina,* tr.33.d.1.n.6.

*Vers.*12. *Et erit in tempore illo, scrutabor Jerusalem in lucernis.* tr.41.d.24. per totum, tr.29.d.24.n.8. tr. 30.d.27.n.12.

Vers. 14. *Juxta est dies Domini magnus, juxta est & velox nimis,* tr.41.d.28.n.4.

Vers. 15. *Dies iræ dies illa tribulationis & angustiæ, dies calamitatis & miseriæ, dies tenebrarum & caligmis &c.* tr. 34. d. 24. n.4. tr.33.d.2.n.11. tr.41.d.8.n.1. d.19. per totum.

CAP. III.

*Vers.*3. *Judices ejus lupi vespere,* tr.40.d.8.n.9.

AGGÆUS.

CAP. I.

Vers. 5. *Et nunc hæc dicit Dominus exercituum, seminastis multum, & intulistis parum, comedistis, & non estis saturati, bibistis, & non estis inebriati &c.* tr.31.d.23.n.4. tr.33. d.12. n.9. tr.37.d.3.n.3. tr.26.d.48.n.3.

CAP. II.

*Vers.*12. *Interroga Sacerdotes legem,* tr.22.d.34. per totum.

MALACHIAS.

CAP. I.

Vers. 6. *Filius honorat Patrem, & servus Dominum suum, si ergo Pater ego sum, ubi est honor meus? & si Dominus ego sum, ubi est timor meus?* tr. 35.d.13.n.13.

*Vers.*17. *Omnis qui facit malum, bonus est in conspectu Domini, & tales ei placent, aut certe ubi est Deus judicij?* Tr.41. d.3.n.3.

Vers. 21. *In omni loco sacrificatur nomini meo oratio munda.* Tr.22.d.8.n.7.

CAP. II.

*Vers.*8. *Scandalizastis plurimos, propter quod & ego dedi vos contemptibiles omnibus populis,* Tr.27.d.10. per totum

Vers. 2. *Si nolueritis ponere super cor, ut detis gloriam nomini meo, mittam in vos egestatem, & maledicam benedictionibus vestris, & maledicam illis; ecce ego projiciam vobis brachium,* Tr.28. d.10.n.3. Tr.30.d.24.n.10.

*Vers.*7. *Angelus Domini exercituum est,* Tract.22. d. 10. per totum.

*Vers.*9. *Labia Sacerdotis custodient scientiam,* Tr. 22. d. 34. per totum.

Vers. 3. *Ecce ego vobis projiciam brachium, & dispergam super vultum vestrum, stercus solemnitatum vestrarum, & assumet vos secum,* Tr.22.d.30.n.9. Tr.28.d.7.n.6. d.8.n.1.d.9.n.5.d.11. per totum.

*Vers.*5. *In pace & æquitate ambulavit mecum,* Tr. 22. d. 34. n.10.

CAP. III.

*Vers.*5. *Accedam vos in judicio, & ero testis velox.* Tr.41.d.7. n.5.d.17.n.7.

*Vers.*6. *Ego Dominus & non mutor,* Tr.28.d.8.n.1.

*Vers.*10. *Inferte omnem decimam in horreum, & sit cibus in domo mea, & probate me super hoc dicit Dominus, si non aperuero vobis cataractas cæli, & effudero vobis benedictionem,* Tr.22. d.35.n.12. Tr.24.d.12.n.4.

CAP. IV.

*Vers.*1. *Ecce dies veniet succensa quasi caminus, & erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem stipula, & inflammabit eos dies veniens, quæ non derelinquet eis radicem & germen,* Tr.41. d.10.n.6.

I. MACHABÆORUM.

CAP. II.

Vers. 24. *Doluit & contremuerunt renes ejus, & accensus est furor ejus secundùm judicium legis, & insiliens trucidavit eum super aram &c.* Tr.39.d.12.n.8.

CAP. IV.

*Vers.*55. *Adoraverunt & benedixerunt in cælo eum qui prosperavit eis,* Tr.30.d.7.n.6.

Vers. 57. *Ornaverunt faciem templi coronis aureis,* Tr. 37. d.1.n.4.

CAP. VI.

Vers. 34. *Elephantis ostenderunt sanguinem uvæ & mori, ad accendos eos in prælium,* Tr.26.d.28.n.5.

CAP. VIII.

*Vers.*16. *Committunt uni homini Magistratum suum per singulos annos, dominari universæ terræ suæ, & omnes obediunt uni; & non est invidia neque zelus inter eos,* Tr.38.d.10.n.10.

II. MACHABÆORUM.

CAP. I.

*Vers.*19. *Cum in Persidem ducerentur Patres nostri, Sacerdotes qui tunc Cultores Dei erant, acceptum ignem de altari occulte absconderunt in valle, ubi erat puteus altus & siccus & in eo contectati sunt eum,* Tr.22.d.3.n.17.

Vers. 34. *Considerans Rex, & rem diligenter examinans,* Tr.41.d.13.n.1.

CAP. IV.

*Vers.*24. *Nihil habens dignum sacerdotio, animos verò crudeles tyranni, & ferè belluæ iram gerens,* Tr.39.d.3.n.3.

CAP. VI.

*Vers.*24. *Præmitti se velle in infernum, non enim ætati nostræ dignum est fingere,* Tr.27.d.14.n.12.

CAP. VII.

*Vers.*22. *Neque enim ego Spiritum & animam donavi vobis, & vitam, & singulorum membra non ego compegi, sed enim mundi Creator, qui conformavit hominis nativitatem, quique omnium invenit originem,* Tr.23.d.2.n.1.

CAP. IX.

*Vers.*9. *Manifestam Dei virtutem in semetipso confestans, ita ut de corpore impij vermes scaturirent, &c.* Tr.34.d.11.n.6.

*Vers.*12. *Justum est subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire,* Tr.32.d.2.n.8.

*Vers.*13. *Orabat hic sceleratus Dominum, à quo non esset misericordiam consecuturus,* Tr.34.d.24.n.1.

CAP. X.

*Vers.*38. *In hymnis & confessionibus benedicebant Dominum, qui magna fecit in Israël,* Tr.30.d.7.n.7.

EX EVANGELIO S. MATTHÆI.

CAP. I.

Vers. 1. *Liber generationis Jesu Christi filij David, filij Abraham,* Tr.31.d.10.n.7. Tr.35.d.11.n.7.d.23.n.2.

*Vers.*5. *Obed genuit Jesse,* Tr.23.d.17.n.8.

*Vers.*19. *Joseph autem cum esset justus, voluit occultè dimittere eam,* Tr.32.d.18.n.6. Tr.42.d.10.n.7.

*Vers.*20. *Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est,* tr. 23.d.12.n.4. tr.26.d.15.n.1.

CAP. II.

*Vers.*3. *Turbatus est Herodes, & omnis Jerosolyma cum illo,* tr.31.d.13.n.2.

*Vers.*8. *Ut & ego veniens adorem eum,* tr.33.d.3.n.10.

*Vers.*11. *Et procidentes adoraverunt eum, & apertis thesauris suis obtulerunt ei munera,* tr.32. d.9.n.3. d.18.n.8. tr.29. d. 7. n. 3.

*Vers.*13. *Surge & accipe puerum & matrem ejus, & fuge in Ægyptum,* tr.38.d.5.n.3.

*Vers.*23. *Nazaræus vocabitur,* Tr.23.d.6.n.10.

CAP. III.

*Vers.*2. *Pœnitentiam agite,* tr.34.d.5.n.4. tr.33.d.2.n.12.

*Vers.*3. *Parate viam Domini, rectas facite semitas ejus,* tr.34. d.1.n.7. tr.33.d.11.n.9.

*Vers.*5. *Exibat ad eum Jerosolyma, & omnis Judæa, & omnis Regio circa Jordanem, & baptizabantur ab eo in Jordane, confitentes peccata sua,* tr.34.d.1.n.7.

*Vers.*7. *Progenies viperarum, quis demonstravit vobis fugere à ventura iră,* tr.22.d.25.n.6. Tr.41.d.1.n.3. d.30. n.5. Tr. 38. d.18.n.6.

*Vers.*9. *Potens est enim Deus de lapidibus suscitare filios Abrahæ,* Tr.42.d.8.n.3.

*Vers.*10. *Jam securis ad radicem arboris posita est.* tr.34. d. 8. n.9.

*Vers.*12. *Cujus ventilabrum in mana sua, & permundabit aream suam, & congregabit triticum suum in horreum, paleas autem comburet igne inextinguibili,* Tr.41.d.1.n.2.

*Vers.*14. *Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me,* tr. 32. d.9.n.7.

*Vers.*15. *Sine modo, sic enim decet nos implere omnem justitiam,* Tr.27.d.3.n.3. Tr.32.d.3.n.9. d.13.n.9.

*Vers.*17. *Et ecce vox de cælo dicens, hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui,* Tr.23.d.12.n.2. Tr. 35. d.12. n. 15. Tr. 32.d.16.n.11.

CAP. IV.

*Vers.*1. *Ductus est in desertum à Spiritu, ut tentaretur à Diabolo,* tr.32.d.9.n.7.

Vers. 4. *Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei,* tr.31.d.24.n.3.

*Vers.*6. *Mitte te deorsum,* tr.22.d.28.n.7.

*Vers.*13. *Si Filius Dei es, dic, ut lapides isti panes fiant,* tr.26. d.51.n.5.

*Vers.*17. *Exinde cæpit Jesus prædicare, & dicere: Pœnitentiam agite,* Tr.27.d.2.n.2. Tr.34.d.1.n.1.

*Vers.*21. *Cum Zebedæo patre illorum reficientes retia sua, & vocavit eos,* Tr.23.d.16.n.8.

CAP. V.

*Vers.*3. *Beati pauperes, quoniam ipsorum est Regnum cælorum:* Tr.24.d.14.n.9. tr.32.d.1.n.2.d.2.n.4.

*Vers.*4. *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram,* Tr. 33. d.9.n.2. tr.39.d.10.n.4.

*Vers.*5. *Nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat eis, qui in domo sunt,* tr.22.d.7.n.3. Tr.22.d.34.n.6.

*Vers.*6. *Beati qui esuriunt & sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur,* Tr.40.d.12.n.8. Tr.26.d.34.n.7.

*Vers.*7. *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Tr.35.d.16.n.8.

*Vers.*8. *Beati mundi corde, quoniam ipsi Deum videbunt,* tr.29. d.1.n.1. tr.32.d.16.n.9.

*Vers.*9. *Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur,* Tr. 35. d.11.n.5.

Vers. 10. & 11. *Beati qui persecutionem patiuntur, &c. Beati estis, cum maledixerint vobis, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adversum vos, &c.* tr.35. d.15.n.5. tr. 36. d.6.n.3. d.9. per totum, d.11.n.3. Tr.29.d.1.n.11.

*Vers.*13. *Vos estis sal terræ, vos estis lux mundi, non potest civitas abscondi supra montem posita, neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub medio, sed super candelabrum ut luceat omnibus,* Tr.22.d 9. per totum, Tr.27. d.2.n.8. Tr.22.d.16.n.5.

*Vers.*14. *Vos estis lux mundi,* Tr.22.d.4.n.9. Tr.22. d.31.n. 4. Tr.40.d.6.n.7.

*Vers.*16. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est,* Tr.22.d.16. per totum, Tr.22.d.5.n.5. Tr.27.d.2.n.3.tr.27. d.5.n.4.

Vers. 18. *Iota unum, aut unus apex non præteribit à lege donec omnia fiant,* Tr.33.d.15.n.12. Tr. 28.d.13.n.3.

*Vers.*19. *Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in Regno cælorum,* Tr.27.d.3.n.5.

*Vers.*20. *Nisi abundaverit justitia vestra plus quam Scribarum & Pharisæorum, &c.* Tr.37.d.4.n.4. tr.39.d.6.n.1.

*Vers.*21. *Qui dixerit fratri suo, fatue: Reus erit gehennæ ignis,* Tr.22.d.24.n.11.

*Vers.*22. *Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit judicio,* Tr. 39. d.1.n.5. d.7.n.3.d.15.n.2.

*Vers.*eod. *Qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehennæ ignis,* Tr.35.d.28.n.5. Tr.36.d.1. per totum, d.2. n.1. & 14. d. 6. n.10. Tr.39.d.16.n.5. Tr.34.d.6.n.3.

*Vers.*23. *Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid adversum te, vade, &c.* Tr.35.d.8. per totum, d.17.n.10. d.18.n.11.d.19. per totum, Tr. 26.d.19.n.8.

*Vers.*26. *Non exies inde donec reddas novissimum quadrantem.* Tr.34.d.25.n.3.

*Vers.*43. *Audistis, quia dictum est antiquis: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum,* Tr.35. d.2. per tot.

Vers. 44. *Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros,* Tr. 35.d.1.n.3. d.4. per tot. d.10.n.3.d.11. per tot. d.12. n.1. & 14. d.13.n.1. d.14. per tot. d.18. per totum, d.26.n.4. d.30. n.3.

*Vers.*45. *Qui Solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super justos & injustos,* Tr.35.d.3. per totum, tr. 29. d.9. n.5. tr.30.d.11.n.9. tr.35.d.10.n.3. d.12.n.11.d.15.n.2.

*Vers.*47. *Si diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? si salutaveritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis, nonne & Ethnici hoc faciunt?* tr.35. d.1. per totum, d. 6. per totum, tr.35.d.18.n.1.

Vers. 48. *Estote ergo perfecti, sicut & Pater vester cœlestis perfectus est,* tr.35.d.7. per totum, d.17.n.1.

CAP. VI.

*Vers.*2. *Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in Synagogis & viciis, ut honorificentur;* tr.24.d.16.n.5.

*Vers.*eod. *Ut videantur ab hominibus, amen dico vobis, receperunt mercedem suam,* Tr.37.d.7.n.10.

*Vers.*3. *Te faciente eleemosynam nesciat sinistra tua, quid faciat dextera,* tr.24.d.16.n.5.

*Vers.*5. *Cum oratis, non eritis sicut hypocritæ, qui amant in Synagogis, & in angulis platearum stantes orare, ut videantur ab hominibus,* tr.33.d.15.n.4.

*Vers.*6. *Receperunt mercedem suam,* tr.33.d.12.n.2.

Vers. 10. *Adveniat Regnum tuum,* tr.41.d.1.n.2.

*Vers.*11. *Panem nostrum supersubstantialem,* tr.26.d.3. n. 3. d. 32.n.7.

*Vers.*12. *Dimitte nobis debita nostra,* tr. 35.d.7.n.8. d.12. n. 8. d.17. per totum.

Vers. 13. *Libera nos à malo,* tr.36.d.2.n.2.

Vers. 14. *Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater cœlestis debita vestra, &c.* tr. 35.d.16.n.7.

*Vers.*16. *Nolite fieri sicut hypocritæ tristes, &c.* tr.33.d.1.n.10. d.11.n.8.

*Vers.*18. *Considerate lilia agri,* tr.35.d.10.n.12.

*Vers.*23. *Si oculus tuus fuerit nequam totum corpus tuum tenebrosum erit,* tr.37.d.9.n.3.

*Vers.*25. *Ne solliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis,* tr.32. d.21.n.9. d.22. per totum.

Vers. 33. *Quærite primum Regnum Dei, & hæc omnia adjicientur vobis,* tr.26.d.10.n.8. tr.34.d.5.n.4.

CAP. VII.

*Vers.*1. *Nolite judicare, ut non judicemini,* tr.42.d.4.n.2.

Vers. 2. *In quo judicio judicaveritis, judicabimini,* tr. 42. d.3. n.2.

*Vers.*eod. *Quo enim mensura mensi fueritis, remetietur vobis.* tr.35.d.22.n.7.

*Vers.*3. *Quid vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides,* tr.42.d.3.n.2.

Vers. 19. *Attendite a falsis Prophetis, qui veniunt ad vos.* tr.33.d.2.n.6. & 8. d.5. n.10. per totum, d.15.n.16. & 11.tr. 41. d.22.n.8.

*Vers.*12. *Omnia quæcumque vultis, ut faciant vobis homines, & vos facite illis,* tr.29.d.23.n.2.

*Vers.*13. *Lata porta & spaciosa via est, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt, qui intrant per eam,* tract. 34. d. 32. per totum.

*Vers.*14. *Arcta via est, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt, qui inveniunt eam.* tr.24.d.14.n.7.

*Vers.*16. *Ex fructibus eorum cognoscetis eos.* tr.28. d.6. n.12.d. 8.n.5.tr.33. d.15. per totum.

*Vers.*17. *Omnis arbor bona bonos fructus facit, mala autem arbor, malos fructus facit,* tr.23. d. 3. per totum, tr. 31. d. 1. n.2.

*Vers.*18. *Non potest arbor bona malos fructus facere,* tr. 31.d.27. n.6.

*Vers.*19. *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur,* tr. 34.d.8.n.9. tr.29.d.6.n.13.tr.33.d.2.n.6. tr.41.d.13.n.8. d.31.n.9.

*Vers.*21. *Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine, in*

trabit in Regnum cælorum, Tr.29. d.5.n.6. d.6. n. 12. d.8. n.12. d.11.n.4.

Vers. 22. *Multi dicent mihi in die illa, Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus & & tunc confitebor illis; quia numquam novi vos; discedite à me, qui operamini iniquitatem*, Tr.34.d.25.n.5. Tr.33.d.13.n.6.

*Vers.*26. & 27. *Omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, similis erit viro stulto, qui ædificat domum suam super arenam, & descendit pluvia, &c.* Tr.34.d.1.n.3. Tr.32. d.2.n.9.

*Vers.*28. & 29. *Et factum est, cum consummasset Jesus verba hæc, admirabantur turbæ super doctrina ejus: Erat enim docens eos sicut potestatem habens*, Tr. 34. d.1. n. 2. Tr. 27. d.2. n.1.

CAP. VIII.

*Vers.*3. *Vade, ostende te Sacerdoti*, Tr.22.d.5.n.9.

*Vers.*7. *Ego veniam, & curabo eum*, Tr.32.d.14.n.7.

Vers. 8. *Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum*, Tr.26.d.18.n.5. d.35. per totum.

*Vers.*9. *Habens sub me milites, dico huic, vade, & vadit, & alij veni, & venit. Fac hoc & facit*, Tr.27.d.5.n.3.

*Vers.*10. *Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Israël*, Tr.32.d.2.n.8. d.5.n.11.

*Vers.*12. *Ibi erit fletus & stridor dentium*, Tr. 34. d.21.n.9. d. 31.n.3.

*Vers.*19. *Unus scriba ait illi, Magister, sequar te quocumque ieris: Vulpes foveas habent, &c.* Tr.32.d.15.n.10. Tr.37. d.2. n.7.

Vers. 20. *Vulpes foveas habent, & volucres cæli nidos, Filius autem hominis non habet, ubi caput reclinet*, Tr. 38. d. 16. n.6.

Vers. 21. *Domine dimitte me primo ire, & sepelire Patrem meum, Jesus autem ait illi, sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos*, Tr.23.d.10.n.4. Tr.29.d.6.n.4.

*Vers.*23. *Ascendente eo in naviculam, secuti sunt eum discipuli ejus, & ecce motus magnus factus est in mari, ita ut navicula operiretur fluctibus; ipse verò dormiebat*, Tr.29. d.18. n. 6. Tr.34.d.32. n.8.

*Vers.*28. *Quid nobis & tibi Jesu Fili Dei? venisti huc ante tempus torquere nos*, Tr.29. d.31.n.1.

*Vers.*29. *Venisti ante tempus torquere nos*, Tr.38.d.15.n.8.

*Vers.*34. *Tota civitas exiit obviam Jesu, & viso eo rogabant, ut transiret à finibus eorum*, Tr.30.d.22.n.12.

CAP. IX.

*Vers.*8. *Remittuntur tibi peccata tua*, Tr. 35.d.17.n.1.

Vers. 12. *Non est opus valentibus Medicus, sed male habentibus*, Tr.27. d. 6. n.1. Tr.26. d.18. n. 5. d.20.n.7. Tr. 30. d.18. n.7.

*Vers.*13. *Misericordiam volo, & non sacrificium*, Tr.35.d.8. n.4.

*Vers.*14. *Quare nos & Pharisæi jejunamus frequenter, discipuli autem tui non jejunant*, tr..38.d.16.n.6.

*Vers.*17. *Neque mittunt vinum novum in utres veteres, alioquin rumpuntur utres*, Tr.26.d.32.n.7.

*Vers.*18. *Veni, impone manum tuam super eam, & vivet*, tr. 22.d.25.n.8.

*Vers.*21. *Si tetigero tantum fimbriam vestimenti ejus, salva ero*, tr.26.d.15.n.8. d.25.n.7.

*Vers.*23. & 24. *Cum vidisset tibicines & turbam tumultuantem dicebat, Recedite, non est mortua puella, sed dormit, & deridebant eum*, Tr.25.d.3.n.5.

*Vers.*25. *Tenuit manum ejus, & surrexit puella*, Tr.30. d.6. n.10.

CAP. X.

*Vers.*9. *Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris, non peram in via neque virgam*, tr. 29.d.12.n.5.

*Vers.*10. *Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis*, tr.29.d.16.n.4.

*Vers.*12. *Pax huic domui*, tr.29.d.9.n.10.

*Vers.*14. *Quicumque non receperit vos, exeuntes foras de domo vel civitate pulverem excutite de pedibus vestris, amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum*, tr.24.d.12.n.8.

*Vers.*15. *Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum, & Gomorrhæorum, quam illi civitati*, tr.41.d.13.n.4.

*Vers.*16. *Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum*, tr.31. d.1.n.7. tr.29.d.20.n.11.

*Vers.*eod. *Estote simplices sicut columbæ*, tr.22.d.29.n.6.tr.22. d.35.n.3.tr.22.d.37.n.3. tr.35.d.10.n.12.

*Vers.*19. *Ecce homo vorax, & potator vini, amicus publicanorum & peccatorum*, tr.36.d.7.n.2.

*Vers.*22. *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit*, tr.41.d.2. n.4.

*Vers.*24. & 25. *Non est discipulus super Magistrum, nec servus per Dominum suum. Sufficit discipulo, ut sit sicut Magister ejus, &c.* tr.36.d.8.n.4.

*Vers.*27. *Quod in aure auditis, prædicate super tecta*, tr. 32. d.4.n.20

*Vers.*28. *Corpus & animam perdit in gehennam*, tr. 35. d. 28. n.2.

Vers. 32. *Omnis qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cælis est*, tr.25.d.9. n.6.

Vers. 33. *Qui negaverit me coram hominibus, negabo & eum coram Patre meo, qui in cælis est*, Tract. 25. d. 9. per totum.

*Vers.*41. *Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet*, tr.24.d.14.n.3.

*Vers.*42. *Quicumque potum dederit uni ex minimis istis, calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem suam*, tr.24.d.8.n.10. tr.30. d.8. n.1. tr. 37. d.8.n.4. tr.41.d.18.n.8.

CAP. XI.

*Vers.*4. *Euntes renunciate Joanni, quæ audistis & vidistis cæci vident, claudi ambulant, &c*, tr.38.d.7.n.7.

*Vers.*11. *Inter natos mulierum non surrexit major Joanne Baptista*, tr.3.d.11.n.3.

*Vers.*12. *Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud*, tr.24.d.14.n.10. tr.35.d.15.n.3. tr.36.d.5.n.9.

*Vers.*14. *Ego sum Pastor bonus*, tr.22.d.16.n.12.

*Vers.*15. *Cum autem dormirent homines, venit inimicus homo, & superseminavit zizania in medio tritici*; Tract. 34.d. 14. n.8.

*Vers.*20. *Tunc cæpit exprobrare civitatibus, in quibus factæ sunt plurimæ virtutes ejus, quia non egissent pœnitentiam. Væ tibi Corozain, væ tibi Bethsaida, &c.* tr.29.d.14.n.11.

*Vers.*25. *Confitebor tibi Pater Domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & revelasti ea parvulis*, tr.32.d.5.n.8. d.15.n.1.

Vers. 28. *Servi autem dixerunt ei, vis imus & colligimus ea? & ait, non, ne forte colligentes zizania, eradicetis simul cum eis & triticum*, tr.42.d.5.n.5.

*Vers.*29. *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde*, tr.35. d.1. n.2. & 9. tr.28. d.2. n.3. d.10. n.2. tr.32. d.1. n. 3. d. 7. per totum, d.9.n.2. d.12.n.3.d.13. n. 6. d. 14. n. 4. d. 15. n.1. d.16. n.1. tr. 35. d.10.n. 11. tr. 38. d.16. n. 2. tr. 42. d.2. n.7.

Vers. 30. *Simite utraque crescere usque ad messem*, tr.42. d. 8. per totum.

Vers.eod. In tempore messis dicam messoribus, colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum igni, tr.41. d.10.n.7. d.20.n.7. d.21.n.5.

CAP. XII.

*Vers.*13. *Extende manum tuam, & extendit, & restituta est sanitati, sicut altera*, Tr.35.d.5.n.4.

*Vers.*14. *Exeuntes autem Pharisæi concilium faciebant adversus eum, quomodo perderent*, Tr.38.d.4.n.9.

*Vers.*24. *Hic non ejicit dæmones, nisi in Beelzebub, Principe Dæmoniorum*, Tr. 35.d.12.n.11.

Vers. 34. *Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui cum sitis mali? Ex abundantia enim cordis os loquitur, &c.* Tr.37. d..8 n.2. d.9. n.6. Tract. 34. d.16. n.11. Tract. 33. d. 11. n.9.

*Vers.*36. *Dico autem vobis quoniam omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die judicij*, tr.41. d.13.n.6. d.15.n.6. d.32.n.6.

*Vers.*38. *Magister volumus à te signum videre*, tr.35. d.12. n.13.

CAP. XIII.

*Vers.*22. *Statim compulit discipulos suos ascendere in naviculam*, Tr.26.d.48.n.7.

*Vers.*25. *Venit inimicus ejus, & superseminavit zizania*, tr.36.d.2.n.1. tr.42.d.2.n.5. tr.42. d.10.n.5.

*Vers.*26. *Cum autem crevisset herba, tunc apparuerunt & zizania*, tr.23.d.6.n.7.

Vers. 30. *Zizania alligate in fasciculos ad comburendum triticum autem congregate in horreum meum*, Tr.34.d.3.n.4. d.19.n.8. Tr.33.d.12.n.2.

*Vers.*34. *Sine parabolis non loquebatur eis*, tr.34.d.1.n.2.

*Vers.*41. *Mittet Filius hominis Angelos suos, & colligent de Regno ejus omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis*, tr.27. d.7. per totum, tr.41. d.12.n.8.

Vers. 42. *Mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus, & stridor dentium*, Tr.34.d.1.n.2.

*Vers.*44. *Simile est Regnum cælorum thesauro absconditio in agro, quem qui invenit homo, absondit & præ gaudio illius vadit, & vendit universa, quæ habet*, Tr.29.d.2.n.2.

*Vers.*52. *Ait illis, ideo omnis Scriba doctus in Regno cælorum similis est homini Patrifamilias, qui profert de thesauro suo nova & vetera*, tr.34.d.1.n.2.

*Vers.*54. *Veniens in patriam suam, docebat eos in Synagogis eorum, ita ut mirarentur*, tr.38.d.5.n.4.

*Vers.*55. *Nonne hic est fabri filius, & mater ejus dicitur Maria*, tr.36.d.7.n.2. tr.38.d.5.n.4. d.11.n.8. d.16.n.6.

CAP. XV.

CAP. XV.

*Vers.*4. *Quicumque dixerit patri & matri, manus quodcumque est ex me tibi prodesse, & non honorificabit patrem suum, aut matrem suam, & irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram*, Tr.23.d.11.n.5.

*Vers.*17. *Quod in os intrat, in ventrem vadit, & in secessum emittitur*, Tr.31.d.14.n.3.

Vers. 19. *De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ*. Tr.41. d.14.n.6. Tr.26.d.18.n.6.

Vers. 22. *Filia mea malè à Dæmonio vexatur*, tr. 42. d.2. per totum.

*Vers.*24. *Non sum missus, nisi ad oves, quæ perierunt domus Israël*, tr.38.d.6.n.5.

Vers. 26. *Etiam Domine, nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa Dominorum suorum*, tr.32. d.5.n.12. d.14. n. 6. tr.26.d.25.n.9.

*Vers.*39. *Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus, stans super illam imperavit febri, & dimisit illam*, tr.30.d.4.n.8.

CAP. XVI.

Vers. 6. *Intuemini, & cavete à fermento Pharisæorum*, Tr.33. d.10.n.1.

*Vers.*13. *Quem dicunt homines esse Filium hominis*, Tr.22.d.11. n.6.

*Vers.*16. *Tu es Christus Filius Dei vivi*, tr. 29. d.5. n.4. d.15. n.5. tr.30.d.2.n.11.

*Vers.*18. *Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam*, tr.29.d.18. per tot.

Vers. 23. *Vade post me Sathana*, Tr.22.d.34.n.12. Tr.27.d.7. n.2.

*Vers.*24. *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me*, Tr.33. d.13. n.2. Tr.35. d.1. n.4. Tr.29.d.7.n.6. & d.10.n.2.

*Vers.*26. *Quid prodest homini, si universum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur*, Tr.29.d.4.n.1.

*Vers.*27. *Filius hominis venturus est in gloria Patris sui cum Angelis suis, & reddet unicuique secundùm opera ejus*, tr.41. d.13.n.8.

CAP. XVII.

*Vers.*2. *Timuerunt valde, & ceciderunt in faciem suam*, Tr.41.d.9.n.2.

CAP. XVIII.

*Vers.*3. *Nisi efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in Regnum cælorum*, tr.32.d.2.n.3. d.16.n.1. tr.39.d.12.n.5.

*Vers.*4. *Quicumque humiliaverit se, sicut parvulus iste, hic est major in Regno cælorum*, tr.32.d. 3.n.2.

Vers. 5. *Qui scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris*, Tr.27. d.8. per totum..

*Vers.*7. *Væ mundo à scandalis, væ homini illi, per quem scandalum venit*, Tr.27.d.7.n.6. Tr.33.d.9.n.9.

Vers. 8. & 9. *Si manus tua, vel pes tuus scandalizat te, abscide eum, & projice abs te, Et oculus tuus scandalizat te, erue eum, & projice abs te*, tr.27.d.8.n.5.

*Vers.*9. *Si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & projice abs te*, Tr.26.d.49.n.7.

*Vers.*22. *Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? usque septies? dicit illic Jesus, &c*, Tr.35.d.8. n.8.

*Vers.*24. *Voluit rationem ponere cum servis suis*, Tr. 27. d. 11. n.6.

*Vers.*24. *Oblatus est ei unus, qui debebat decem millia talenta*, tr.35.d.16.n. 3. d.17.n.5.

*Vers.*27. *Assimilatum est Regnum cælorum homini Regi, qui voluit rationem ponere cum servis suis*, Tr.41.d.1.n.8.

Vers. 32. *Serve nequam omne debitum dimisi tibi*, tr.41. d. 13. n.3. tr.35.d.28.n.3. tr.42.d.3.n.4.

*Vers.*34. *Tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet universum debitum*, tr.34.d.29.n.2. Tr.35.d.26.n.4.

*Vers.*35. *Sic & Pater meus cælestis faciet vobis, si non remiseritis unusquisque fratri suo*, Tr.35.d.27.n.5. d.30.n.2.

CAP. XIX.

*Vers.*16. *Magister bone, Quid me interrogas de bono? unus est bonus Deus*, Tr.22.d.16.n.12.

Vers. 17. *Magister bone, quid boni faciam, ut habeam vitam æternam? Qui dixit ei: quid me interrogas de bono? unus est bonus Deus*, tr.40.d.5.n.3. tr.41.d.26.n.9.

Vers.eod.& 20. *Servia mandata, Omnia hæc custodivi à juventate mea, quid adhuc mihi deest*. tr.23.d.7.n.6. tr.41.d.18.n.4.

*Vers.*21. *Si vis perfectus esse, vade, & vende quæ habes, & da pauperibus*, tr.24.d.7.n.10. tr.24.d.16.n.4.

*Vers.*22. *Abiit tristis, erat enim habens multas possessiones*. tr.24.d.9.n.3.

*Vers.*28. *Sedebitis super sedes judicantes duodecim tribus Israël*, Tr.40.d.6.n.7. tr.41.d.25.n.3.

CAP. XX.

*Vers.*1. *Qui exiit primo manè conducere operarios in vineam suam*, tr.22.d.33.n.4. tr. 22.d. 35.n.9.

*Vers.*11. *Murmurabant adversus Patremfamilias*, tr. 38. d. 11. n.8. d.13. n. 2.

*Vers.*13. *Amice non facio tibi injuriam*, Tr.42.d.8.n.5.

*Vers.*15. *An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum*, tr.38. d.13. per totum, d.18.n.1. tr.38.d.8.n.6.

*Vers.*16. *Quam angusta porta & arcta via est, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt, qui inveniunt eam*, tr.34.d.32.n.5.

*Vers.*23. *Sedere ad dexteram meam & sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo*, tr.32.d.17. n. 3.

*Vers.*24. *Et audientes decem indignati sunt de duobus fratribus*, tr.38.d.16.n.2.

*Vers.*31. *Turba autem increpabat eum, ut taceret*, tr.25.d.3.n.8.

CAP. XXI.

Vers. 7. *Adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua*, tr.26.d. 31. n. 2.

*Vers.*13. *Vos autem fecistis illam spelunçam latronum*, tr.22.d.29. n.4.

Vers. 16. *Audis quid isti dicunt*, Tr. 27.d.12.n.6.

*Vers.*19. *Videns sicì arborem unam secus viam, venit ad eam, & nihil invenit in ea nisi folia tantum, & ait illi, numquam ex te fructus nascatur in sempiternum, & arefacta est continuo ficulnea*, tr.29.d.6.n.12. tr.33. d.4. per totum.

*Vers.*23. *In qua potestate hæc facis, & quis dedit tibi hanc potestatem*, tr.38.d.7.n.5.

*Vers.*28. & 29. *Homo quidam habebat duos filios, & accedens ad primum dixit, fili vade hodie operari in vinea mea, Ille autem respondens ait, nolo, postea autem pœnitentia motus, abiit*, tr.23.d.14.n.1.

*Vers.*38. *Hic est hæres, venite, occidamus eum*, tr.22.d.30.n.2.

*Vers.*43. *Auferetur à vobis Regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus ejus*, Tr.30.d.27. per totum.

CAP. XXII.

*Vers.*5. *Illi neglexerunt & abierunt alius in villam suam, alius verò ad negotiationem suam*, Tr.30.d.19.n.6.

*Vers.*9. *Ite ergo ad exitus viarum, & quoscumque invenieritis, vocate ad nuptias*, Tr.38.d.4.n.7. Tr.41.d.30.n.3. Tr.26.d.29. n.4.

*Vers.*10. *Congregaverunt omnes, quos invenerunt bonos & malos*, tr.42.d.5.n.9. d.6.n.6. tr.32.d.15.n.2.

*Vers.*12. *Quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? at ille obmutuit*, Tr.33.d.8.n.9.

Vers.eod. At ille obmutuit & tunc dixit Rex ministris: ligatis manibus & pedibus ejus, mittite eam in tenebras exteriores, tr. 40.d.7.n.6. tr.41.d.18.n.2. tr.26. d.41. per totum, tr.35. d.28. n.3. tr.26.d.41. per totum.

Vers. 13. *Ligatis manibus & pedibus mittite eum in tenebras exteriores*, Tr.34.d.6.n.13. Tr.29.d.2.n. 8. Tr.33.d.2.n.6.Tr.34. d.24.n.6. d.25.n.1. d.27.n.12.

*Vers.*14. *Mittite eam in tenebras exteriores*, tr.34.d.10.n.5.

Vers.eod. Multi sunt vocati, pauci verò electi, Tr.34. d.32.n.5.

*Vers.*16. *Magister scimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces, nec est tibi cura de aliquo*, Tr.40.d.8.n.7.

*Vers.*17. *Licet censum dare Cæsari, an non?* Tr.38.d.5. n.10.

Vers. 17. & 18. *Licet censum dare Cæsari, an non? Quid me tentatis hypocritæ*, Tr.33.d.7.n.10.d.10.n.6.

*Vers.*35 *Interrogavit unus ex Legis Doctor, tentans eum*, Tr. 38. d.8.n.10.

Vers. 37. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, & in tota anima tua*, Tr.35.d.6.n.6.

*Vers.*46. *Et nemo poterat respondere ei verbum, nec ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare*, Tr. 38. d. 17. n.5.

CAP. XXIII.

*Vers.*2. *Super Cathedram Moysi sedevant Scribæ & Pharisæi*. Tr.27.d.2.n.5.

Vers. 3. *Quæcumque dixerint vobis, servate & facite secundùm opera illorum nolite facere*, Tr. 22. d.23. n. 9. Tr. 22. d.26. per totum.

*Vers.*5. *Dilatant phylacteria sua, & magnificant fimbrias*, tr.33.d.7.n.1.

Vers.eod. Opera sua faciunt, ut videantur ab hominibus, tr.33. d.13.n.1.

*Vers.*12. *Qui se humiliaverit, exaltabitur*, Tr.32.d.1.n.2.

*Vers.*13. *Væ vobis Scribæ & Pharisæi, quia claditis Regnum cælorum ante homines, vos enim non intratis, nec introeuntes sinitis intrare*, Tr.27.d.7.n.6. Tr.22.d.27.n.1. Tr.33.d.2.n.12. Tr.33.d.1. per totum.

*Vers.*14. *Propter hoc amplius accipietis judicium*, tr.33. d. 8. n.4.

*Vers.*15. *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui circuitis mare & aridam, ut faciatis unum proselytum, &c,* tr.33. d.9.n.7.
*Vers.*23. *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui decimatis mentam & anethum, & cyminum, & reliquistis, quæ graviora sunt legis, &c.* Tr.33.d.15.n.2.
*Vers.*24. *Excolamnes calicem,* tr.33.d.15.n.10.
*Vers.*25. *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia mundatis quod deforis est calicis, intus autem pleni estis rapina,* tr.33. d.10.n.4. d.11.n.3.
*Vers.*26. *Pharisæe cæce, munda prius quod intus est calicis & paropsidis, ut fiat id quod deforis est mundum,* tr.33.d.11. n.6. tr.37.d.4.n.4.
*Vers.*27. *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia similes estis sepulchris dealbatis, &c.* tr.33.d.7.n.6. d.11.n.2.
*Vers.*28. *A foris quidem pareis hominibus justi, intus autem pleni estis hypocrisi, & iniquitate,* tr.33.d.7. per totum.
*Vers.*29. *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui ædificatis sepulchra Prophetarum, & ornatis monumenta justorum, &c.* tr.33.d.10.n.3.
*Vers.*33. *Serpentes, genimina viperarum quomodo fugietis à judicio gehennæ,* tr.33.d.2.n.1.

Cap. XXIV.

Vers. 7. *Surget gens contra gentem, & Regnum adversus Regnum,* tr.36.d.3.n.5.
Vers. 12. *Quoniam abundavit iniquitas, refrigescet charitas multorum,* tr.35.d.26.n.8.
*Vers.*15. *Cum videritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele Propheta, stantem in loco sancto, qui legit, intelligat,* tr.22.d.29. per totum, tr.41.d.7.n.2. d.29.n.9.
*Vers.*19. *Væ autem prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus,* tr.33.d.14.n.5.
*Vers.*20. *Orate, ne fiat fuga vestra in hyeme vel Sabbato,* tr. 28. d.8.n.3.
Vers. 28. *Ubicunque fuerit corpus illic congregabuntur & aquilæ,* tr.26.d.10. per totum, tr.41.d.30.n.4.
*Vers.*29. *Luna non dabit lumen suum, & stellæ de cælo cadent,* tr.41.d.14.n.2.
*Vers.*30. *Tunc parebit signum Filij hominis, & tunc plangent omnes tribus terræ,* tr.41.d.11.n.1.
*Vers.*35. *Cælum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt,* tr.41.d.3.n.2.
*Vers.*36. *De die autem illa, & hora nemo scit, neque Angeli cœlorum, nisi solus Pater,* tr.41.d.28.n.2. & 4.
Vers. 37. *Sicut autem in diebus Noë, ita erit & adventus Filij hominis,* tr.41.d.12.n.6.
*Vers.*50. *Venter Dominus servi illius, & dividet eum, partemque ejus ponet cum hypocritis,* tr.33.d.2.n.1. d.5. n.9.

Cap. XXV.

*Vers.*8. *Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur,* tr.41.d.23.n.6.
*Vers.*12. *Nescio vos,* Tr.34.d.22.n.11. d.32.n.2. tr. 33. d. 10. n. 6.
Vers. 25. *& 29. Omni habenti dabitur, & abundabit, ei autem qui non habet, & quod videbitur habere, auferetur ab eo,* tr.30.d.23. per totum.
*Vers.*31. *Cum venerit Filius hominis in Majestate sua,* tr. 41. d.11.n.6. d.18. n.4. d.26. per totum, tr.41.d.1. n.2. & d.24.
Vers. 33. *Statuet quidem oves à dextris,* Tr.34.d.2.n.1. d.11. n.10. d.26.n.8. tr.38.d.7.n.3.
*Vers.*34. *Possidete paratum vobis Regnum à constitutione mundi,* tr.34.d.3.n.5. d.31.n.2. tr.41.d.25. per totum, Tr.41. d.31. per totum.
*Vers.*34. *Tunc dicet & his, qui à sinistris erant,* Tr.41. d. 24. n. 4.
*Vers.*35. *Statuet oves à dextris,* tr.27.d.11.n.2.
Vers.eod. Esurivi, & dedistis mihi manducare, tr.30. d.8. n.1. tr.41.d. 31. per totum.
*Vers.*40. *Amen dico vobis, quamdiu fecestis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis,* tr.24.d.10. per totum, Tr. 41. d.31.n.7.
*Vers.*41. *Maledicti discedite in ignem æternum, qui paratus est Diabolo, &c.* tr.34.d.3.n.3. d.29.n.1. tr.41.d.24. per totum, tr.34.d.6.n.4. 6. & 9. d.22.n.3.
*Vers.*43. *Infirmus eram, & non me visitastis,* tr.42. d.8. n.8.
*Vers.*46. *Ibunt bi in supplicium æternum, justi autem in vitam æternam,* tr.41.d.29.n.7. tr.34.d.1.r. per totum.
*Vers.*52. *Esurivi, & non dedistis mihi manducare,* tr.31. d.13. n.7.

Cap. XXVI.

*Vers.*1. *Factum est, cum consummasset Jesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis, scitis quia post biduum Pascha fiet, & Filius hominis tradetur, ut crucifigatur,* tr.34.d.1.n.1.
*Vers.*3. *Tunc congregati sunt Principes sacerdotum & Seniores populi in atrium Principis sacerdotum qui dicebatur Caiphas, & consilium fecerunt, ut Jesum dolo tenerent & occiderent,* tr.40.d. 1.n.7.
*Vers.*5. *Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo,* tr.28.d.6.n.8.
*Vers.*8. *Videntes autem discipuli indignati sunt, dicentes: Ut quid perditio hæc? potuit enim istud venumdari multo, & dari pauperibus,* tr. 37.d.3.n.8. tr.38.d.10.n.6. tr. 42. d.5. n.3. d.12.n.5.
*Vers.*15. *Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? at illi constituerunt ei triginta argenteos,* tr.26.d.39.n.2.
*Vers.*18. *Etiamsi oportuerit me mori tecum, non te negabo,* Tr. 25. d.6.n.3.
*Vers.*21. *Væ homini illi, per quem Filius hominis tradetur, bonum erat ei si natus non fuisset homo ille,* tr.26.d.29.n.1.
*Vers.*26. *Accepit Jesus panem & benedixit ac fregit, deditque discipulis suis, & ait; accipite & comedite, hoc est corpus meum,* tr.26.d.3.n.4.
*Vers.*28. *Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum,* tr. 22. d.11.n.7.
*Vers.*29. *Dico autem vobis: non bibam amodo de hoc genimine vitis usque in diem illum, cum illud bibam vobiscum novum, in Regno Patris mei,* tr.26.d.10.n.6. d.29.n.2.
*Vers.*30. *Hymno dicto exierunt in montem,* tr.26.d.33.n.1.
*Vers.*33. *Etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego numquam scandalizabor,* tr.32.d.4.n.8.
*Vers.*38. *Sustinete hic & vigilate mecum,* tr.22.d.32.n.3.
*Vers.*38. *Tristis est anima mea usque ad mortem,* tr. 41. d. 7. n.7.
*Vers.*39. *Pater si possibile est, transeat à me calix iste,* tr.35. d.13.n.8.
*Vers.*40. *Sic non potuistis una hora vigilare mecum, orate ut non intretis in tentationem,* tr.26.d.48.n.3.
*Vers.*48. *Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum,* tr.26.d.5.n.7.
*Vers.*50. *Ave Rabbi, & osculatus est eum,* Tr.37.d.3.n.7.
Vers.eod. Amice ad quid venisti? tr.35.d.28.n.3.
*Vers.*52. *Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt,* tr.35. d.27.n.6.
*Vers.*53. *An putas, quia non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones Angelorum?* tr.35.d.12.n.13.
*Vers.*61. *Possum destruere Templum Dei, & post triduum reædificare illud,* tr.42.d.7.n.7.
Vers. 64. *Amodo videbitis Filium hominis venientem in nubibus cæli cum potestate magna,* tr.41.d.1. n.1. tr.34.d.29.n.7.
*Vers.*65. *Ecce, nunc audistis blasphemiam,* tr.33.d.14. n.9.
*Vers.*75. *Egressus foras, flevit amarè,* tr.42.d.8.n.4.

Cap. XXVII.

*Vers.*3. *Pœnitentia ductus retulit triginta argenteos: peccavi tradens sanguinem justum,* tr.38.d.7.n.7. tr.30.d.21.n.5.
*Vers.*6. *Non licet eos mittere in corbonam, quia pretium sanguinis est,* tr.22.d.36.n.4.
*Vers.*13. *Non audis, quanta adversum te dicunt testimonia? & non respondit ei ad ullum verbum, ita ut mirabatur Præses vehementer,* tr.30.d.22. n.10. tr.35.d.13.n.1.
*Vers.*18. *Sciebat enim, quod per invidiam tradidissent eum,* tr.33.d.7.n.11. d.14.n.9. tr.38.d.5.n.2.
*Vers.*20. *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi,* tr.22. d.12.n.3. tr.26. d.22. n.8. d.44. n.2.d.47.n.6.
*Vers.*24. *Innocens ego sum à sanguine Justi hujus,* tr. 41. d.23. n.6. tr.33.d.8.n.5.
*Vers.*28. *& 29. Exuentes chlamydem coccineam circumdederunt ei, & plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput ejus, & arundinem in dextra ejus, &c.* tr.22.d.7.n.6.
*Vers.*32. *Angariaverunt eum, ut tolleret crucem ejus,* Tr. 33. d.13.n.2.
*Vers.*34. *Dederunt ei vinum bibere felle mixtum,* tr.26. d.41. n.3.
*Vers.*37. *Imposuerunt super caput ejus causam ipsius scriptam,* tr.40.d.11.n.7.
*Vers.*44. *Idipsum autem, & latrones qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei,* tr.35. d.12. n.14.
*Vers.*46. *Eli, Eli, lamma sabachthani, hoc est, Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me,* tract.42.d.7.n.7. tr.35.d.12.n.14.
*Vers.*54. *Verè Filius Dei erat iste,* tr.38.d.5.n.10.
*Vers.*57. *Venit quidam homo dives ab Arimathæa nomine Joseph: hic accessit ad Pilatum, & petijt corpus Jesu,* Tr. 26. d.28.n.8. d.32.n.4.
*Vers.*59. *Accepto corpore Joseph, involvit illud in sindone munda,* Tr.26.d.28. per totum.
*Vers.*63. *Convenerunt Principes sacerdotum & Pharisæi ad Pilatum dicentes: Domine recordati sumus, quia seductor ille dixit, &c.* Tr.38.d.5.n.10.

EX EVANGELIO S. MARCI.

CAP. I.

*Vers.*27. *Mirati sunt omnes, ita ut conquirerent inter se dicentes, quidnam est hoc, quænam doctrina hæc nova? &c.* tr.38.d.5. n.8.

Cap. II.

CAP. II.

*Vers.*16. *Quare cum publicanis & peccatoribus manducat Magister vester,* tr.26.d.50.n.3.

CAP. V.

Vers. 9. *Exi spiritus immunde ab homine, & interrogabat eum, quod tibi nomen est? & dicit ei, legio mihi nomen est,* tr.40. d.3.n.6.
*Vers.*12. *Mitte nos in porcos,* tr.34.d.11.n.7. tr.31.d.2.n.11.

CAP. VI.

*Vers.*3. *Nonne hic est faber, filius Mariæ,* tr.29.d.17.n.4.
Vers. 5. *Et non poterat ibi virtutem ullam facere,* tr.38. d. 6. per totum.
*Vers.*19. *Herodias insidiabatur illi, & volebat occidere eum, nec poterat; Herodes enim metuebat Joannem,* tr.31.d.8.n.9.
*Vers.*20. *Libenter eum audiebat, & audito eo multa faciebat,* tr.31.d.1.n.8. d.5.n.5. d.16.n.5.
Vers. 21. *Cum dies opportunus accidisset, Herodes natalis sui cœnam fecit,* tr.31.d.1.n.8.
Vers. 31. *Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum: Erant enim qui veniebant, & redibant multi, nec spatium manducandi habebant,* tr. 40.d. 6. n.4.
Vers. 40. *Discubuerunt in partes per centenos & quinquagenos,* tr.26.d.29.n.5.

CAP. VII.

*Vers.*3. *Pharisæi & omnes Judæi, nisi crebro laverint manus, non manducant, tenentes traditionem seniorum, &c,* tr.33. d.11.n.6.
Vers. 10. *Moyses dixit, honora patrem tuum, & matrem tuam, qui maledixerit patri, vel matri morte moriatur,* tr.23. d.19. per totum.
*Vers.*36. *Præcepit illis ne cui dicerent, quanto autem eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant, &c.* tr.30.d.4.n.10.
*Vers.*37. *Bene omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui,* tr.42.d.10.n.5.

CAP. VIII.

Vers. 24. *Video homines quasi arbores ambulantes,* tr. 34. d. 8. n.9.
*Vers.*33. *Vade retro me Sathana,* tr.25.d.2.n.2.
Vers. 38. *Qui me confessus fuerit, & verba mea in generatione ista adultera & peccatrice, & filius hominis confitebitur eum, cum venerit in gloria Patris sui,* tr.25.d.9.n.2.

CAP. IX.

*Vers.*20. *Quantum temporis ex quo ei hoc accidit,* tr. 23. d. 5. n.10.
*Vers.*22. *In ignem inextinguibilem, ubi vermis eorum non moritur,* tr.34.d.17.n.3.

CAP. XI.

*Vers.*2. *Pullum super quem nemo adhuc hominum sedit,* tr. 26. d.31.n.2.
*Vers.*14. *Non enim erat tempus ficorum,* tr.33. d.4. n.1. tr.36. d.5.n.8.
*Vers.*20. *Viderunt ficum aridam factam à radicibus, & recordatus Petrus dixit ei: Rabbi, ecce ficus cui maledixisti, aruit. Respondens Jesus ait illis, habete fidem Dei,* Tr.29.d.6.n.12.
Vers. 23. *Et tu Capharnaum nunquid usque in cœlum exaltaberis? usque in infernum descendes, quia si in Sodomis factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in te, &c.* tr.30.d.19.n.7.

CAP. XII.

*Vers.*10. *Venit in Synagogam, & ecce homo, manum habens aridam, ait homini: Extende manum tuam, & extendit, & restituta est sanitati,* tr.22.d.36.n.3.
*Vers.*41. *Aspiciebat quomodo turba jactaret æs,* tr.24.d.9.n.6.

CAP. XIII.

Vers. 32. *De die autem illa, vel hora nemo scit, neque Angeli in cœlo, neque Filius, nisi Pater,* Tr.41.d.28.n.5.

Cap. XIV.

Vers. 12. *Quo vis eamus & paremus tibi, ut manduces Pascha,* tr.26.d.28.n.2. d.32.n.7.
*Vers.*26. *Hymno dicto exierunt in montem oliveti,* tr.30. d.18. n.5.
*Vers.*56. *Sed convenientia testimonia non erant,* tr.38. d.5.n.7.

CAP. XV.

Vers. 39. *Videns autem centurio, qui ex adverso stabat, quia sic clamans expirasset, ait: verè hic homo Filius Dei erat.* tr.35. d.12. per totum.
Vers. 43. *Audacter introivit ad Pilatum, & petijt corpus Jesu,* tr.25.d.6.n.11.
Vers. 46. *Joseph autem mercatus sindonem, & deponens eam involvit sindone,* tr.26.d.28.n.9.

Cap. XVI.

*Vers.*1. *Maria Magdalene, & Jacobi, & Salome emerunt aromata, ut venientes ungerent Jesum,* tr.26.d.33.n.2.
*Vers.*14. *Recumbentibus illis undecim, apparuit illis Jesus,* tr. 26. d.10.n.2.
*Vers.*15. *Euntes in mundum universum, prædicate Evangelium omni creaturæ,* tr. 29.d.24.n.1.

Cap. XXI.

*Vers.*33. *Forsitan verebuntur filium meum,* Tr.25.d.7.n.8.

EX EVANGELIO S. LUCÆ.

Cap. I.

*Vers.*6. *Videbit omnis caro salutare Dei,* Tr.41.d.26.n.6.
Vers. 18. *Unde hoc sciam? ego enim sum senex, & uxor mea processit in diebus suis, &c.* Tr.37.d.9.n.2. Tr.22.d.24.n.12.
*Vers.*22. *Egressus autem non poterat loqui ad illos, & cognoverunt quod visionem vidisset in Templo,* Tr.22.d.25.n.6.
Vers. 23. *Ne timeas Maria, invenisti enim gratiam apud Deum,* tr.26.d.7.n.6.
Vers. 51. *Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen ejus Jesum,* Tr.32.d.18.n.7.
Vers. 32. *Dabit illi Dominus Deus sedem Patris ejus, & regnabit in æternum,* Tr.25.d.8.n.1. tr.27.d.11.n.4. tr. 30. d. 5. n. 9. tr.32. d.18.n.8. tr.35.d.9.n.1.
*Vers.*33. *Regnabit in domo Jacob in æternum,* tr.29.d.3.n.8.tr. 31.d.13.n.11.tr.32.d.8.n.3.tr.35.d.7.n.3. tr.26.d.7.n.1. d.47.n.3.
*Vers.*37. *Non est impossibile apud Deum omne verbum,* Tr.34. d.14.n.6. Tr.26.d.51.n.3.
*Vers.*39. *Abijt in montana cum festinatione,* Tr.26.d.35. n.9. Tr.32.d.18.n.8.
*Vers.*45. *Beata quæ credidisti, quoniam perficientur ea, quæ dicta sunt tibi à Domino,* Tr. 29.d.1.n.4.
Vers. 49. *Fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen ejus,* Tr.19.d.10.n.6.
*Vers.*71. *Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos,* Tr.35.d.21. per totum.
*Vers.*76. *Præibis enim ante faciem Domini parare vias ejus,* Tr.32.d.1.n.7.
*Vers.*79. *Illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis sedent,* Tr.26.d.2.n.2. Tr.29.d.3.n.8.

Cap. II.

*Vers.*8. *Pastores erant in Regione eadem vigilantes,* Tr. 22. d.32.n.6.
*Vers.*12. *Hoc vobis signum, invenietis infantem pannis involutum, & positum in præsepio,* Tr.32.d.7.n.5. d.9.n.4.
*Vers.*20. *Glorificantes & laudantes Deum in omnibus quæ audierant, & viderant,* Tr.30.d.2.n.11.
Vers. 33. *Positus est hic in signum cui contradicetur,* Tr. 36. d.7.n.1.
Vers. 42. *Cum factus esset annorum duodecim ascendentibus illis Jerosolymam secundum consuetudinem diei festi, &c.* Tr.28. d.2.n.2.
*Vers.*48. *Fili, quid fecisti nobis sic,* Tr.23.d.8.n.8.
Vers. 48. *& 49. Fili quid fecisti nobis sic? Nesciebatis quia in his quæ Patris mei sunt, oportet me esse, &c.* Tr.32.d.15.n.8.
*Vers.*49. *Nesciebatis quia in his quæ Patris mei sunt oportet me esse, &c.* Tr.32.d.8.n.8.
*Vers.*51. *Descendit cum illis & venit Nazareth, & erat subditus illis,* tr.23.d.11.n.6. tr.23.d.12. per tot. tr.32.d.1.n.5.
*Vers.*52. *Jesus proficiebat sapientia & ætate, & gratia, apud Deum & homines,* Tr.23.d.12.n.1.

CAP. III.

*Vers.*3. *Venit in omnem regionem Jordanis prædicans,* Tr. 34. d.1.n.7.
*Vers.*7. *Dicebat ad turbas, quæ exibant ut baptizarentur ab ipso, genimina viperarum,* tr.22.d.25.n.6.
*Vers.*9. *Jam securis ad radicem arboris posita est,* tr. 34.d.1.n.7.
*Vers.*11. *Qui habet duas tunicas det non habenti,* tr.24.d.8.n.8.
Vers. 12. *Venerunt autem & publicani ut baptizarentur,* tr.34. d.1.n.7.
*Vers.*14. *Quid faciemus & nos,* tr.34.d.1.n.7.
Vers. 16. *Non sum dignus solvere corrigiam calceamentorum ejus,* tr.32.d.17.n.8.
Vers. 17. *Triticum autem congregate in horreum meum,* tr. 24. d.7.n.3.

Cap. IV.

*Vers.*6. *Tibi dabo potestatem hanc universam, & gloriam illorum, & cui volo do illa,* tr.32.d.7.n.3.
*Vers.*23. *Pertransijt benefaciendo, & sanando omnes,* tract.30. n.9. n.7.
Vers. 26. *Duxerunt illum usque ad supercilium montis, super quem civitas illorum erat ædificata, ut præcipitarent illum,* tr.38.d.5. per totum.

CAP. V.

Vers. 6. *Ascendent in unam navim quæ erat Simonis, rogavit eum à terra reducere pusillum, & sedens docebat in navicula turbas,* tr.30.d.4.n.5.
*Vers.*8. *Exi à me, quia homo peccator sum,* tr.32.d.11.n.4. tr. 26.d.38.n.1. tr.32.d.6.n.5.
Vers. 21. *Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus,* Tr. 35. d.10.n.12.

Cap. VI.

*Vers.*1. *Cum transiret per sata, vellebant Discipuli ejus spicas,* tr.34.d.3.n.8.

*Vers.*12. *Erat pernoctans in oratione Dei*, tr.22.d.32.n.10.
*Vers.*19. *Virtus de illo exibat, & sanabat omnes*, tr.38.d.6.n.1.
*Vers.*25. *Væ vobis qui saturati estis, quia esurietis*, tr. 34. d. 13. n.2.
*Vers.*36. *Estote misericordes sicut & Pater vester misericors est*, Tr.24.d.9.n.5. tr. 35.d.10. per totum.
*Vers.*37. *Nolite judicare & non judicabimini, dimittite, & dimittemini*, tr.35.d.15.n.9. d.16. per totum, tr.42.d.2.n.6.
*Vers.*41. *Quid vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem quæ in oculo tuo est, non considerus?* Tr.42.d.11. per totum.

CAP. VII.

*Vers.*3. *Descende priusquam moriatur filius meus: Dixit Jesus ad eum nisi signa & prodigia videritis, non creditis*, tr.32.d.6.n.4.
*Vers.*5. *Dignus est, ut hoc illi præstes, diligit enim gentem nostram, & Synagogam ipse ædificavit nobis*, Tr.26.d.19.n.5.
*Vers.*12. *Quia Propheta magnus surrexit in nobis, & quia Deus visitavit plebem suam*, Tr.26.d.24.n.4.
*Vers.*14. *Adolescens tibi dico, surge*, Tr.30.d.6.n.10.
*Vers.*16. *Propheta magnus surrexit in nobis, & quia Deus visitavit plebem suam*, Tr. 38.d.16.n.3.
*Vers.*20. *In illa autem hora multos curavit*, Tr.38.d.7.n.6.
*Vers.*37. *Et ecce mulier quæ erat in civitate peccatrix*, Tr. 25. d.7.n.5. Tr.42.d.8.n.3. Tr.26.d.6.n.4.
*Vers.*37. *Capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes ejus*, Tr.26 d.15.n.7.
*Vers.*47. *Dilexit multum*, Tr.25.d.4. n.6.

CAP. VIII.

*Vers.*5. *Volucres cæli comederant illud*, Tr.26.d.50.n.10.
*Vers.*eod. *Exiit qui seminat seminare semen suum, & dum seminat, aliud cecidit secus viam, &c.* Tr.33.d.12.n.3.
*Vers.*27. *Rogabat illum vir, à quo dæmonia exierant, ut cum eo esset*, tr.30.d.4.n.6.
*Vers.*38. *Dimisit autem eum Jesus, dicens, redi in domum tuam, & narra, quanta tibi fecit Deus, &c.* tr.30.d.8.n.3.d.9.n.9.
*Vers.*43. *Contigit dum iret à turbis comprimebatur. Quis me tetigit, &c.* Tr.28.d.8.n.4.
*Vers.*53. *Et deridebant eum*, Tr.25.d.5.n.5.
*Vers.*55. *Revexus est spiritus ejus, & surrexit continuo, & jussit illi dare manducare*: Tr.26.d. 17.n.7. d.24.n.4.

CAP. IX.

*Vers.*12. *Eos qui cura indigebant, sanabat*, tr.26.d.30.n.2.
*Vers.*26. *Nam qui me erubuerit, & meos sermones, hunc Filius hominis erubescet*, Tr.25.d.9.n.1. Tr.25.d.9.n.2. Tr.25. d.3.n.6. Tr.28.d.9.n.10.
*Vers.*55. *Et non receperunt eum, quia facies ejus erat euntis in Jerusalem, &c. vis dicimus ut ignis descendat de cælo, &c. nescitis cujus spiritus estis*, Tr.35.d.19.n.7. Tr.39.d.11.n.7.tr.42. d.7.n.6. Tr.35. d.1.n.2.
*Vers.*58. *Filius hominis non habet ubi caput reclinet*, tr.27. d. 3. n.1.

CAP. X.

*Vers.*1. *Rogate Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam*, Tr.22.d.16.n.4.
*Vers.*16. *Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit, qui autem me spernit, eum spernit, qui misit me*, tr.22. d.24.n.3.
*Vers.*18. *Domine etiam dæmonia subjiciantur nobis in nomine tuo*, Tr.33.d. .n.3.
*Vers.*23. *Beati oculi, qui vident quæ vos videtis, dico enim vobis, quod multi Prophetæ & Reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt*, Tr.27.d.9.n.6
*Vers.*25. *Magister quid faciendo vitam æternam possidebo?* Tr. 29.d. 5. n. 6.
*Vers.*31. *Accidit autem ut Sacerdos quidam descenderet eadem via*. Tr.22.d.23.n.9.tr.22.d.30. per tot. tr.22.d.31.n.5.
*Vers.*34. *Et appropians alligavit vulnera ejus, infundens oleum & vinum*. Tr.23.d.9.n.5.tr.40.d.7.n.4.
*Vers.*39. *Sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius*, Tr.22.d.17.n.7.
*Vers.*40. *Quod superest date eleemosynam*, Tr.24. d.8. n.4. Tr. 24. d.8.n.7.

Cap. XI.

*Vers.*1. *Domine doce nos orare*, Tr.22.d.15. per totum.
*Vers.*3. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*, Tr. 26. d.45. per totum, Tr.31.d.25. per totum.
*Vers.*5. *Quis vestrùm habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi, commoda mihi tres panes, &c.* Tr.24. d. 6.n.3. Tr.24.d.9.n.4.
*Vers.*15. *In Beelzebub Principe dæmoniorum ejicit dæmonia, &c.* tr.36.d.3.n.4. Tr. 38.d.11. per totum.
*Vers.*24. *Cum immundus Spiritus exierit ab homine quærens requiem, & non inveniens, dicit, &c.* tr.32.d.17.n.7. tr.33. d.6. n.2.
*Vers.*26. *Fiunt novissima hominis illius pejora prioribus*, Tr.30. d.21.n.9.
*Vers.*34. *Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit; si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit*, Tr.37.d.3.n.3. d.6. per tot. tr.42.d.2.n.6.
*Vers.*35. *Vide ne lumen quod in te est tenebræ sint*, Tr.22.d.50. n. 5. tr.37.d.7. per totum.
*Vers.*36. *Si corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum*, Tr. 37.d.9. per tot.

CAP. XII.

*Vers.*1. *Attendite à fermento Pharisæorum quod est hypocrisis*, Tr.33.d.1.n.1. d.9.per totum, d.10.n.1.d.14. per totum.
*Vers.*4. *Ne igitur terreamini ab his, qui occidunt corpus, &c. timete eum qui post quam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam*, Tr.41.d.7.n.3.
*Vers.*8. *Dico autem vobis, omnis quicumque confessus me fuerit coram hominibus, & Filius hominis confitebitur illum coram Angelis Dei*, Tr.41.d.25.n.4. Tr.25.d.4.n.4
*Vers.*17. *Omne Regnum in se divisum desolabitur, si autem & Satanas in seipsum divisus est, quomodo stabit Regnum ejus*, Tr.38.d.8.n.9.
*Vers.*17. & 18. *Quid faciam? ... destruam horrea mea*, Tr.24. d.1. n.3. Tr.41.d.12.n.5.
*Vers.*19. *Anima mea habes multa bona deposita in annos plurimos comede, bibe, epulare*, Tr.31.d.2.n.6. d.6.n.8. d. 16. n. 2. & 7. d.23.n.6.tr.24.d.1.n.2. & 6.
*Vers.*32. *Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro, dare vobis Regnum*, Tr.34.d.32.n.5. Tr.32.d.16.n.12.
*Vers.*33. *Date eleemosynam, facite vobis sæculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cœlis*, tr.24.d.4. per tot.
*Vers.*35. *Lucernæ ardentes in manibus vestris*, Tr.37.d 7.n.3.
Vers. 37. *Præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis*, Tr.26.d.43.n.3.
*Vers.*40. *Qua hora non putatis, Filius hominis veniet*, Tr. 41. d.28.n.1.
*Vers.*45. *Quod si dixerit servus ille in corde suo, moram facit Dominus meus venire, & cæperit percutere servos & ancillas, &c.* Tr.31.d.5.n.5. d.8.n.2.
*Vers.*46. *Partem ejus cum infidelibus ponet*, Tr.33.d.5.n.9.
*Vers.*47. *Servus qui cognovit voluntatem Domini sui, & non fecit, vapulabit multis*. tr.29.d.14. per totum, tr. 41. d.13. n.3. tr.33.d.8.n.6.
*Vers.*49. *Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi ut accendatur*, tr.35.d.1.n.9. tr.29.d.28.n.4.

CAP. XIII.

*Vers.*4. & 5. *Si pœnitentiam non egeritis, omnes simul peribitis*, tr.34.d.2.n.6.
*Vers.*7. *Ecce anni tres sunt ex quo venio quærere fructum in ficulnea hac, &c.* tr.34.d.2.n.6.
*Vers.*9. *Fodiam circa illam, & mittam stercora*, tr.32.d.20.n.2.
*Vers.*8. & 9. *Dimitte illam & hoc anno, usque dum fodiam, &c.* ibid.
*Vers.*14. *Sex dies sunt in quibus oportet operari, in his ergo venite & curamini, & non in die Sabbati, &c.* tr.28.d.3. n.7.
*Vers.*23. *Ait autem illi quidem: Domine si pauci sunt qui salvantur?* Tr.34.d.32.n.2.
*Vers.*28. *Nescio vos unde sitis, discedite à me omnes operarij iniquitatis*, Tr.31.d.3.n.4.

CAP. XIV.

*Vers.*1. *Cum intraret Jesus in domum cujusdam Principis Pharisæorum Sabbato manducare panem, & ipsi observabant eum, &c. si licet Sabbato curare*, tr.28.d.2.n.7.
*Vers.*5. *Et ecce, homo quidam hydropicus erat ante illum*, tr.31.d.4.n.10.
*Vers.*10. *Recumbe in novissimo loco, ut cum venerit qui te invitavit dicat tibi, amice ascende superius*, tr.32.d.16.n.13.
*Vers.*11. *Qui se humiliat, exaltabitur*, tr.29.d.1.n.1.
*Vers.*12. *Cum facis prandium aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos divites*, Tr.37.d.4.n.5.
*Vers.*15. *Beatus, qui manducabit panem in Regno Dei*, tr.26. d.2.n.4. tr.26.d.9.n.5. tr.32.d.16.n.13.
Vers. 16. *Homo quidam fecit cœnam magnam*, tr. 26. d. 29. n.2.
*Vers.*18. *Villam emi, & necesse habeo exire & videre illam*, tr.26.d.10.n.6.
Vers. 20. *Uxorem duxi, & ideo non possum venire*, Tr. 26. d.42.n.8.
*Vers.*24. *Nemo virorum illorum gustabit cœnam meam*, tr.26.d.10. n.8. d. 43.n.4.
*Vers.*25. *Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, non potest meus esse discipulus*, tr. 23. d.10.n.2.
*Vers.*27. *Qui non bajulat crucem suam, non potest meus esse discipulus*, tr.41.d.18.n.6.

Cap. XV.

Vers. 8. *Aut quæ mulier habens drachmas decem, si perdiderit drachmam unam, nonne accendit lucernam, & everrit domum, & quærit diligenter, donec inveniat*, tr.34.d.1.n. 9. tr. 41.d.14.n.7.

*Vers.*10. *Gau-*

*Vers.*10. *Gaudium est coram Angelis Dei in cœlo, super uno peccatore pœnitentiam agente*, Tr.38.d.7.n.3.
Vers. 12. *Da mihi portionem substantiæ, quæ me contingit*, Tr.31.d.23.n.8.
*Vers.*15. *Facta est fames valida in Regione illa, & ipse cœpit egere*, tr.27.d.9.n.3.
*Vers.*16. *Cupiebat implere ventrem suum*, tr.31.d.6.n.7. d.9. n.8. d.11.n.5.
*Vers.*17. *Quanti mercenarij in domo Patris mei abundant panibus*, tr 26.d.15.n.11.
*Vers.*17. *In se reversus ait, surgam & ibo ad Patrem meum*, tr.28.d.4.n.9.
*Vers.*22. *Date annulum in manu ejus*, tr.29.d.8.n.2.
*Vers.*25. *Erat autem filius ejus senior in agro*, tr.38.d.4. n.2. d.16.n.1.
Vers. 28. *Indignatus nolebat introire*, tr.38.d.7.n.3.
Vers. 29. *Ecce tot annis servio tibi, numquam mandatum tuum præterivi, & non dedisti mihi hœdum, ut cum amicis meis epularer*, tr.38.d.19.n.1.
*Vers.*30. *Postquam filius tuus hic, qui devoravit substantiam suam cum meretricibus venit, occidisti illi vitulum saginatum*, tr. 38.d. 3. per totum.
*Vers.*32. *Epulari & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & revixit, perierat, & inventus est*, tr.28.d.4.n.6.

Cap.XVI.

Vers. 2. *Hic diffamatus est apud illum, & ait illi: quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ*, tr.40.d.3. n.7. tr. 41. d.13. per totum.
Vers. 3. *Quid faciam? quia Dominus aufert à me villicationem suam*, tr.38.d.14.n.5.
*Vers.*3. *Mendicare erubesco*, tr.41.d.16.n.1.
Vers. 6. *Quantum debes Domino meo? centum cados olei*, tr. 22. d.23.n.3.
*Vers.*9. *Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis, &c.* tr.24.d.8.n.1. tr.24.d.8.n.2.tr.24.d.16.n.10.
Vers. 13. *Vos estis qui justificatis vos coram hominibus, Deus autem novit corda vestra, quia quod hominibus altum est, abominatio est apud Deum*, tr.33.d.14.n.8.
Vers. 19. *Epulabatur quotidie splendide*, tr.31. d.2. n.4. d .7. n.7. d.11.n.8. d.18.n.9 d.23.n.2. & 6.
Vers. 21. *Cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa divitis & nemo illi dabat*, tr.24.d.8.n.7.
*Vers.*22. *Mortuus est & dives & sepultus est in inferno*, tr.24. d.12.n.5.
*Vers.*eod. *Sepultus est in inferno*, tr.34.d.6.n.12.d.12.n.5.d.20. n.6. tr.31 d.3. per totum, d.7.n.11.
Vers. 24. *Pater Abraham miserere mei & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam & refrigeret linguam meam*, tr.38.d.15.n.9. tr.42.d.2.n.4. tr.34.d.12.n.5. & 9. d.21.n.5.
Vers. 25. *Recordare quia recepisti bona in vita tua*, tr.34. d.16.n.8. d.20.n.8. tr.30.d.21.n.8.
*Vers.*26. *In his omnibus inter nos & vos Chaos magnum firmatum est, ut hi qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde huc transmeare*, tr.34.d.25.n.2.tr.41. d.24.n.5.
*Vers.*28. *Ne veniant in hunc locum tormentorum*, tr.34.d.23. n.1. tr.31.d.12.n.3.
Vers. 29. *Habent Moysen & Prophetas, audiant illos: At ille dixit, &c.* tr.34.d.1.n.10. tr.31.d.13.n.3. d.16.n.6.
*Vers.*31. *Si Moysen & Prophetas non audiant, &c.* tr. 34. d.1.n.10.

CAP. XVII.

Vers. 2. *Utilius est illi, si lapis molaris imponatur circa collum ejus, & projiciatur in mare, quam ut scandalizet unum de pusillis istis*, tr.27.d.8.n.1.
*Vers.*14. & 15. *Factum est dum irent, mundati sunt, unus autem ex illis, at videt quia mundatus est, regressus est, cum magnâ voce magnificans Deum*, tr.30.d.3.n.4.
*Vers.*15. *Unus ex illis ut vidit quia mundatus est, regressus est, cum magna voce magnificans Deum*, tr.30.d.4.n.6.
Vers. 17. *Novem ubi sunt?* tr.30. d.8. n.3. d.21. per totum, d.22.n.1.
Vers. 21. *Regnum Dei intra vos est*, tr.37.d.8.n.7. tr. 26. d. 45.n.8. tr.41.d.18.n.8. tr.32.d.6.n.8. tr.26.d.9.n.1
*Vers.*26. *Sicut factum est in diebus Noë, ita erit & in diebus Filij hominis, edebant & bibebant*, tr.31.d.12.n.8. d.13. n.4. d.16.n.5. d.17.n.9.

Cap.XVIII.

*Vers.*8. *Verumtamen Filius hominis veniens, putasne inveniet fidem in terra?* tr.34.d.2.n.3.
*Vers.*11. *Non sum sicut cæteri hominum raptores, injusti, adulteri*, tr.32.d.2.n.4.tr.37.d.4.n.3.tr.41.d.2.n.9. tr.30.d.15.n.3.
*Vers.*eod. *Deus propitius esto mihi peccatori*, tr.35.d.16.n.2.
*Vers.*12. *Jejuno bis in Sabbato, decimas do omnium, quæ possideo*, tr.32.d.5.n.4. tr.37.d.9.n.1. tr.42.d.2.n.9.
*Vers.*14. *Descendit justificatus in domum suam*, tr.32.d.13.n.7. d.14.n.11. tr.36.d.10.n.3.
*Vers.*eod. *Qui se humiliat, exaltabitur*, tr.32.d.11. per totum.
*Vers.*18. *Vidi Satanam sicut fulgur de cælo cadentem*, tr.33. d. 5.n.3.
Vers. 39. *Qui præibant, increpabant eum ut taceret, ipse vero multò magis clamabat: Fili David miserere mei*, tr.25.d.4.per totum.
Vers. 39. & 41. *Fili David, miserere mei ... quid tibi vis faciam?* tr. 30.d.4.n.7. tr.34.d.22.n.5.

Cap. XIX.

*Vers.*2. *Princeps Publicanorum & ipse dives*, tr.24. d.14.n.7.
*Vers.*3. *Statura pusillus erat*, tr.24.d.6.n.8.
*Vers.*5. *Suspiciens Jesus vidit illum, & dixit: Zachæe festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere*, tr.32.d.6.n.4.
*Vers.*8. *Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus*, tr.24. d.16.n.7. tr.26.d.10.n.6. d.32.n.8.
*Vers.*20. *Et alter venit, dicens: Domine ecce Mina tua, quam habui repositam in sudario*, tr 26.d.33.n.6.
*Vers.*29. *Solvite, & adducite mihi*, tr.26.d.31.n.2.
*Vers.*42. *Quia si cognovisses & tu*, tr.30.d.20.n.9.
Vers. 43. *Venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te, & coangustabunt te undique*; tr.41. d.20. per totum.
Vers. 44. *Non reliquent in te lapidem super lapidem, eo quod non cognoveris tempus visitationis tuæ*, Tr.30.d.27.n.11.

CAP. XX.

*Vers.*46. *Attendite à Scribis, qui volunt ambulare in stolis, &c. simulantes longam orationem*, tr.23.d.10.n.1.

CAP. XXI.

*Vers.*2. & 3. *Vidit quandam viduam pauperculam, mittentem æra minuta duo, Et dixit, verè dico vobis, quia vidua hæc pauper plus quam omnes misit*, tr.24.d.18. per totum, Tr.37.d.8.n.4.
*Vers.*16. *Virtutes cælorum movebantur*. Tr.24.d.3.n.1.
*Vers.*25. *Erunt signa in Sole, Luna, & stellis*, tr.41.d.4. n.8. d.7.n.7. d.12.n.11.
Vers. 26. *Virtutes cælorum movebuntur justos vix salvabitur*, tr.25.d.12.n.2. tr.41.d.4.n.3. d.6.n.4. tr.41.d.7. per totum.
*Vers.*29. *Venientem in nube cum potestate magna, & Majestate*, Tr.41.d.10.n.2. d.26.n.5.
*Vers.*33. *Cælum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt*, Tr.24.d.4.n.3.
*Vers.*34. *Attendite vobis ne forte graventur corda vestra in crapula & ebrietate, & curis hujus vitæ*, tr.28.d.9.n.3. tr. 31. d.24. per totum.

Cap. XXII.

*Vers.*8. *Et misit Petrum & Joannem dicens: euntes parate nobis Pascha*, tr.26.d.28.n.2.
*Vers.*10. *Occurret vobis homo amphoram aquæ portans*, tr.22. d.22.n.10. tr.26.d.24.n.8. d.28.n.3.
Vers. 12. *Accepto pane dedit eis dicens: hoc est corpus meum*, Tr.26.d.3. per totum.
*Vers.*15. *Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum*, tr.26.d.25.n.3.
Vers. 19. *Accepto pane dedit eis dicens, hoc est corpus meum*, tr.26.d.31. per totum.
*Vers.*20. & 21. *Hic est calix novum Testamentum in sanguine meo, qui pro vobis funditur, Verumtamen ecce manus tradentis me, mecum est in mensa*, tr.22.d.20. per totum, tr.26.d.39.n.1.
*Vers.*23. *Ego rogavi pro te ut non deficiat fides tua*, tr.29. d. 22. per totum.
*Vers.*24. *Facta est contentio inter eos, quis eorum videretur esse major*, tr.26.d.10.n.7. d.19.n.2.
Vers. 30. *Ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo*, tr.34.d.13.n.9. d.21.n.3.
*Vers.*31. & 32. *Ecce Satanas expetivit vos, ut cribraret sicut triticum, Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua*, Tr.26.d.1.n.2.
*Vers.*32. *Rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua*, tr. 28. d.28.n.5.
*Vers.*41. *Avulsus est ab eis, quantum jactus est lapidis*, tr.26. d.5.n.5.
*Vers.*43. *Accessit Angelus de cælo confortans eum*, tr.22.d.32. n.3. Tr.30.d.22.n.11.
*Vers.*44. *Factus in agonia prolixius orabat, & factus est sudor ejus sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram*, Tr.41.d.7.n.7.
*Vers.*53. *Hæc est hora vestra & potestas tenebrarum*, Tr.27.d. 12.n.2.
*Vers.*57. *Et hic cum illo erat*, tr.25.d.3.n.4.
Vers. 61. *Respexit Petrum, & flevit amarè*, Tr.35.d.13.n.9.

CAP. XXIII.

*Vers.*4. *Nihil invenio causæ in hoc homine*, tr.40. d.11.n.7. tr. 41. d.23.n.6.
*Vers.*8. *Herodes autem viso Jesu gavisus est valde*, tr.37.d.9.n.6.
*Vers.*22. *Nullam causam mortis invenio in eo*, Tr.33.d.8. n.5.
*Vers.*24. *Adjudicavit fieri petitionem eorum*, tr.40.d.11.n.7.
*Vers.*34. *Jesus autem dicebat: Pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt*, tr. 35.d.12. per totum.
*Vers.*41. *Nos quidem justè, nam digna factis recipimus*, tr. 37. d.9.n.8.

Vers.42. Memento mei, dum veneris in regnum tuum, Tr. 35. d.12.n.3. d.25.n.4.
Vers.43. Hodie mecum eris in Paradiso, Tr.41.d.1.n.7.
Vers.48. Revertebantur percutientes pectora sua, Tr. 30. d. 21. n.5. Tr. 35.d.7.n.2. Tr.36.d.14.n.11. Tr.38.d.7.n.7.
Vers.55. Hic non consenserat consilio & actibus eorum, tr. 40. d.8. n.2.

CAP. XXIV.

Vers.1. Una autem Sabbati valde diluculo veniunt ad monumentum portantes, quæ paraverunt aromata, Tr.26.d.30.n.3.
Vers.10. Duo homines ascenderunt in Templum, ut orarent, unus Pharisæus, & alter publicanus, &c. Tr.32.d.6.n.8.
Vers.16. Oculi eorum tenebantur, ne eum agnoscerent, Tr.26. d.46.n.5.
Vers.29. Mane nobiscum, quoniam advesperascit, Tr.24. d.5. n.10.
Vers.32. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis? Tr.26.d.48. n.6.
Vers.35. Et cognoverunt eum in fractione panis, Tr. 26. d. 24. per totum, d.32.n.7. d.44.n.1.
Vers.39. Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet. tr.26.d.51.n.1.

EX EVANGELIO S. JOANNIS.

CAP. I.

Vers.1. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, Tr.26.d.35.n.4.
Vers.4. In ipso vita erat, & vita erat lux hominum, Tr.26. d.2.n.2.
Vers.7. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, Tr.32.d.11.n.3.
Vers. 6. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem, venientem in hunc mundum, Tr.34.d.22.n.5. Tr.32.d.11.n.3.
Vers. 11. In propria venit, & sui eum non receperant, Tr.29. d.17.n. 4. tr.30.d.19.n.7.
Vers.11. Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus, tr.29.d.9.n.6. tr.32.d.8.n.6.
Vers.14. Verbum caro factum est, & habitavit in nobis, & vidimus gloriam ejus, Tr.32.d.8.n.2. d.12.n.3. tr.26. d. 5. n. 8. d.6.n.5. d.35.n.3.
Vers.19. Miserunt Judæi ab Jerosolymis Sacerdotes & Levitas ad Joannem, Tr.22.d.25.n.6.
Vers.21. Ego vox clamantis in deserto, Tr.32.d.1.n.7.
Vers.27. Non sum dignus, ut solvam ejus corrigiam calceamenti, tr.32.d.1.n.7. d.11.n.3.
Vers.29. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, tr.26. d.18. per totum, tr.31.d.11.n.3.
Vers.38. Conversus autem Jesus, & videns eos sequentes se, dicit eis, quid quæritis? Tr. 37.d.1.n.1.
Vers. 46. Quem scripsit Moyses in lege & Prophetæ, invenimus Jesum a Nazareth, tr.37.d.2.n.8.
Vers.end. A Nazareth potest aliquid boni esse? tr.36.d.6.n.7. d.7.n.2. tr.37.d.2.n.8.

Cap. II.

Vers.4. Quid mihi & tibi est mulier? nondum venit hora mea, Tr.23.d.12.n.5. tr.26.d.46.n.11.
Vers. 16. Prope erat Pascha Judæorum, & ascendit Jesus Jerosolymam, & invenit in Templo vendentes boves & oves, &c. Tr.28.d.2.n.3. d.10. n. 2.
Vers. 18. Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis? tr.38. d.5.n.6.
Vers.25. Ipse enim sciebat quid esset in homine, Tr.32. d.4. n.8. Tr.33.d.14.n.7.

CAP. III.

Vers. 2. Scimus, quia à Deo venisti Magister, nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo, tr. 38.d.4.n.9.
Vers. 10. Tu es Magister in Israël, & hæc ignoras? Tr. 32. d.15.n.6.
Vers.16. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum, daret, Tr.26.d.2.n.1. tr.26.d.47.n.1. d.2.n.1.
Vers. 19. Hoc est autem judicium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem, tr. 34. d.10.n.10.
Vers. 30. Illum oportet crescere, me autem minui, Tr.32.d.11. n.3.
Vers.36. Qui credit in Filium, habet vitam æternam, qui autem incredulus est Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum, Tr.34.d.22.n.5.

CAP. IV.

Vers.3. Reliquit Judæam, & abiit iterum in Galilæam, tr.38. d.5.n.7.
Vers. 9. Quomodo tu Judæus cum sis, bibere à me poscis? Tr.26.d.24.n.3.
Vers.14. Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam, Tr. 22. d.23.n.2. tr. 26. d.14.n.10. d.25.n.3.
Vers.23. Venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate, nam & Pater tales quærit, qui adorent eum, Tr.37.d.1.n.6.
Vers. 38. Alij laboraverunt, vos in labores eorum introistis, Tr.30.d.24.n.9.
Vers.40. Cum venissent ad illum Samaritani, rogaverunt eum, ut ibi maneret, & mansit ibi duos dies, & multo plures crediderant in eum, Tr.35.d.19.n.7.
Vers.46. Venit ergo iterum in Cana Galilææ, Tr.30. d.6. n.6.
Vers.49. Descende priusquam moriatur filius meus, Tract.22. d.25.n.8.
Vers. 50. Credidit homo sermoni, quem dixit ei Jesus, & ibat, Tr.29.d.8.n.9. d.6.n.8.
Vers.53. Credidit ipse, & domus ejus tota, Tr.27. d.4. n.3. Tr.30.d.18.n.7.

CAP. V.

Vers.1. Post hæc erat dies festus Judæorum, & ascendit Jesus Jerosolymam, Tr.28.d.14.n.9. d.2.n.2.
Vers.2. Est autem Jerosolymis probatica piscina, tr.28.d.2.n.2.
Vers.6. Vis sanus fieri? Tr.30.d.4.n.7.
Vers. 10. Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum. Respondit eis, qui me sanum fecit, ille mihi dixit, tolle grabatum tuum, & ambula, tr.38.d.5.n.7.
Vers.15. Abiit ille homo, & nunciavit Judæis, quia Jesus esset, qui fecit eum sanum, Tr.30.d.4.n.7.
Vers. 22. Pater ... omne judicium dedit Filio, Tr. 40.d.8.n.7. Tr.41.d.27.n.4.
Vers.27. Potestatem dedit ei judicium facere, quia Filius hominis est, Tr.40.d.7.n.8.
Vers. 30. Non possum à meipso facere quidquam, sicut audio, judico, & judicium meum verum est, Tr. 40. d.3. per tot. d.8.n.8. d.11.n.7.
Vers.35. Ille erat lucerna ardens & lucens, Tr.32.d.11.n.2.

Cap. VI.

Vers.10. Facite homines discumbere, erat autem fœnum multum in loco, Tr.26.d.16.n.12.
Vers.10. Discubuerunt ergo viri, numero quasi quinque millia, Tr.26.d.42.n.3.
Vers. 12. Colligite fragmenta, ne pereant, Tr.26.d.48. n.4. tr. 30.d.25.n.8.
Vers.13. Accepit ergo Jesus Panes, & cum gratias egisset, distribuit discumbentibus, Tr.30.d.7.n.5.
Vers.14. Illi ergo homines cum vidissent, quod fecerat Jesus signum, dicebant, quia hic est verè Propheta, qui venturus est in mundum, Tr.31.d.7.n.3.
Vers.26. Amen Amen dico vobis, quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis, tr.22.d.35.n.1.
Vers. 27. Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem Filius hominis dabit vobis; hunc enim Pater signavit Deus, tr.26.d.2.n.6. tr.25.d.9.n.4. Tr.26.d.2.n.6.
Vers.28. & 29. Quid faciemus, ut operemur opera Dei? Hoc est opus Dei, ut credatis in eum, quem misit ille, tr.31.d.11.n.5.tr.29. d.5.n.6.
Vers.30. Quod ergo signum facis, ut videamus & credamus tibi, & tr.29.d.24.n.3.
Vers. 33. Panis Dei est, qui de cælo descendit, & dat vitam mundo, tr.26.d.2. per totum.
Vers. 38. Descendi de cælo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit me, tr.23.d.11.n.6.
Vers.41. Ego sum panis vivus, qui de cælo descendi, Tr. 26. d.30.n.4.
Vers.44. Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum, Tr.30.d.14.n.9.
Vers. 53. Litigabant ergo Judæi ad invicem dicentes, quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum, tr.26. d.19.n.3. d.38.n.2. d.42.n.8.
Vers.54. Nisi manducavertis carnem Filij hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis, Tr.26.d.43. per totum.
Vers. 55. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam, tr.26. d. 9. per totum. *Et ego resuscitabo eum in novissimo die*, Tr.26.d.43.n.7.
Vers.56. Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus, Tr 26.d.2.d.6. n.3.n.2. d.51.per totum.
Vers.57. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo, tr. 26. d.5. per totum, d. 6. n.5. d.7.n.1. d.24.n.4. d.30.n.4. d.31.n.7. d.27.n.2.
Vers.58. Sicut misit me vivens Pater, & ego vivo propter Patrem, & qui manducat me, & ipse vivet propter me, Tr. 26. d.2.n.6. d.5.n.2.
Vers. 61. Hoc vos scandalizat? si videritis Filium hominis ascendentem, ubi erat prius, tr.26.d.51.n.11.
Vers.63. Durus est hic sermo, & quis potest audire eum? tr.26.d.9.n.10. d.47.n.3. d. 50.n.6.

Vers.69. Numquid & vos vultis abire? Domine ad quem ibimus, verba vitæ æternæ habes, tr.26.d.9. n.8. d.38.n.2. d. 47. n.3. d.49.n.4. tr.34.d.1.n.2.

CAP. VII.

Vers.1. Dixerunt autem ad eum fratres ejus, transi hinc, & vade in Judæam, ut & discipuli tui videant opera, quæ facis, nemo quippe in occulto quid facit, tr.38.d.3.n.6. tr.42.d.12.n.2.
Vers.8. Vos ascendite ad diem festum hunc, tr. 28. d.8.n.7. d. 15. n.2.
Vers.10. Ascendit ad diem festum non manifestè, sed quasi in occulto, tr.28.d.14.n.8.
Vers.20. Dæmonium habes. tr.36.d.1.n.6.
Vers.21. Si circumcisionem accipit homo in Sabbato, ut non solvatur lex Moysi, mihi indignamini, quia totum hominem sanum feci in Sabbato, Tr.28.d.3.n.8.
Vers.24. Nolite judicare secundùm faciem, Tr..40.d.6. n.7. tr. 42.d.2.n.5. d.6. per totum.
Vers.27. In novissimo autem die magno festivitatis stabat Jesus, &c. tr.28.d.13.n.1.
Vers.31. Numquid cum Christus venerit plura signa faciet, tr. 29.d.14.n.8. tr.38.d.4.n.9.
Vers.17. Si quis sitit, veniat ad me, & bibat, Tr..26. d.25. n.4. tr.32.d.5.n.3.
Vers.48. Numquid aliquis ex Principibus credidit in eum, tr. 25. d.11.n.5. tr.38.d.5.n.5. d.6.n.6.
Vers.51. Numquid lex nostra judicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognoverit, quid faciat, tr.40.d.3.n.7. d.8.n.2.
Vers.71. Unus ex vobis Diabolus est, Tr.26.d.21.n.4. tr.33.d. 6.n.4.tr.36.d.2.n.4. tr.26.d.39.n.15.

CAP. VIII.

Vers.4. Magister, hæc mulier modo deprehensa est in adulterio, in lege autem Moyses mandavit nobis hujusmodi lapidare, tu ergo quid dicis, Tr.42.d.8.n.7.
Vers.7. Et remansit solus Jesus, & mulier in medio stans, tr. 26.d.16.n.9.
Vers.9. Jesus autem inclinans se deorsum digito scribebat in terram, tr.40.d.5.n.2.
Vers.34. Omnis qui facit peccatum, servus est peccati, tr. 28. d.4.n.18.
Vers.39. Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite, tr. 23. d. 4. n.3.
Vers. 44. Ille homicida erat ab initio, Tr.34. d. 12. n.3. tr. 35. d.10.n.11. d.22.n.6. d.28.n.3.tr.36.d.2.n.5. tr.39.d.7.n.8.
Vers.eod. Vos ex patre Diabolo estis, tr.34.d.18.n.5. Tr.33.d.6. per totum, Tr.38.d.5.n.6. tr.39.d.7.n.8. Tr.27. d.7.n.3.
Vers. 49. Ego dæmonium non habeo, sed honorifico Patrem meum, Tr.36.d.2.n.6. tr.36.d.6.n.9. d.7.n.4.
Vers. 58. Antequam Abraham fieret, ego sum, Tr.23. d. 4. n.5. tr.38.d.5. n.6.

CAP. IX.

Vers.1. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam, Tr.29.d.8.n.3.
Vers. 4. Venit enim nox, quando nemo potest operari, Tr. 34. d.25.n.7.
Vers. 6. Expuit in terram, & fecit lutum ex spato, & linivit lutum super oculos ejus, tr.26.d.24.n.5.
Vers.14. Postea invenit eum Jesus in templo, & dixit illi, ecce sanus factus es; jam noli peccare, ne deterius tibi quid contingat, &c. tr.30.d.7.n.10.
Vers.16. Non est hic homo à Deo, qui Sabbatum non custodit, tr.28.d.3.n.7. d.4.n.3. tr.38.d.11.n. 5. tr.36.d.7.n.2.
Vers.22. Conspiraverant Judæi, ut si quis eum confiteretur esse Christum, extra Synagogam fieret, tr.30. d.7.n.10.
Vers.24. Da gloriam Deo, nos scimus, quia hic homo peccator est, tr.30.d.4 n.7. tr.38.d.11.n.5.
Vers.29. Hunc autem nescimus, unde sit, tr.31.d.7.n.3.
Vers.32. A sæculo non est auditum, quia quis aperuit oculos cæci nati, tr.38.d.11.n.5.
Vers.32. In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et ejecerunt eum foras, tr.36.d.8.n.4.
Vers.38. Ait ille: Credo Domine, & procidens adoravit eum, tr.29.d.8.n.3.
Vers.39. Ego in hunc mundum veni, ut qui non vident videant, & qui vident, cæci fiant, tr.32.d.15.n.13.

CAP. X.

Vers.4. Oves vocem ejus audiunt, cum proprias oves emiserit, ante eas vadit, & oves illum sequuntur, quia sciunt vocem ejus, tr.27.d.4.n.9.
Vers.9. Ego sum ostium, per me si quis introierit, salvabitur, tr.32.d.3.n.2. d.7.n.3. d.16.n.1. tr.35.d.15.n.4. tr.34. d.32. n.1. tr.29.d.2.n.2.
Vers.13. Mercenarius enim, & qui non est Pastor, & non pertinet ad eum de ovibus, videt lupum venientem, & fugit, tr.22.d.33.n.11.
Vers.18. Ego pono animam meam, & iterum sumo eam, nemo tollit eam à me, sed ego pono eam à meipso, &c. tr.32.d.9.n.9.

Vers.24. Quousque animam nostram tollis, tr.38.d.13.n.7.d.14. per totum.
Vers.24. Si tu es Christus, dic nobis palam, tr.29.d.9.n.12.
Vers.32. Multa bona opera ostendi vobis ex Patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis, tr.30.d.27.n.11.

CAP. XI.

Vers.11. Bonus Pastor animam suam dat pro ovibus suis, tr.22. d.33.n.9.
Vers.16. Eamus & nos, & moriamur cum eo, tr.26.d.19. n.3.
Vers.25. Ego sum resurrectio & vita, qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet, tr.38.d.14.n.1. tr.29.d.3.n.3.
Vers.46. Multi ergo ex Judæis, qui venerant ad Mariam & Marthaam, & viderant, quæ fecit Jesus, crediderunt in eum, quidam autem ex ipsis abierunt ad Pharisæos, &c. tr. 38. d.4. n.9. tr.30.d.27.n.2.
Vers.47. Quid facimus, quia hic homo multa signa facit: tr.33. d.7.n.11. tr.38.d.13.n.4. d.14.n.5. d.17.n.10. tr.40.d.4. n. 6. tr. 29. d.24.n.8.
Vers.50. Expedit, ut unus moriatur pro populo, tr.38. d.6.n.6.
Vers.53. Ab illo ergo die cogitaverunt, ut interficerent eum, tr. 40. d.4.n.6.

CAP. XII.

Vers3. Unxit pedes Jesus, tr.32.d.17.n.7.
Vers.4. & 5. Dixit ergo unus ex Discipulis ejus, Judas Iscariotes, qui erat eum traditurus, Quare hoc unguentum non venit trecentis denarijs, & datum est egenis? tr.37.d.3.n.8. tr.38.d.10.n.6.
Vers. 24. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit, multum, fructum affert, tr.26.d.4.n.2. d.16. n.1.
Vers.25. Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam, tr.29.d.4.n.1.
Vers. 31. & 32. Nunc Princeps hujus mundi ejicietur foras. Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum, tr.32.d.8.n.5. d.17.n.4. tr.41.d.25.n.7. tr.26.d.1.n.6. tr 30.d.16.n.2.
Vers.48. Qui spernit me, & non accipit verba mea, habet qui judicet eum; sermo, quem locutus sum, ille judicabit eum in novissimo die, tr.41.d.11.n.6.

CAP. XIII.

Vers.1. Sciens Jesus, quia venit hora ejus, ut transeat ex hoc mundo ad Patrem, tr.26.d.46.n.11. d.47.n.6. tr.26. d.10.n.5. tr. 27. d.1.n.3.
Vers.eod. Cum dilexisset suos, in finem dilexit eos, tr.32.d.6.n.6. tr.26.d.9.n.7. d.14.n.9. d.25.n.3. tr.26.d.47.n.4.
Vers.2. Cum Diabolus jam misisset in cor, ut traderet eum, tr. 33.d.6.n.4. tr. 15.d.22.n.6. tr.36.d.2.n.4.
Vers.3. Sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus, tr. 26. d. 51.n.3. tr.35.d.4.n.2. tr.32.d.7.n.3. d.12.n.5. tr.35.d.13.n.4, tr. 26.d.8.n.1.
Vers.4. Ponit vestimenta sua, & cum accepisset linteum præcinxit se, &c. tr.32.d.9.n.8.
Vers.5. Mittit aquam in pelvim, & cæpit lavare pedes discipulorum, & extergere linteo, tr.22.d.8.n.5. tr.26.d.28.n.7.
Vers.8. Domine, non lavabis mihi pedes in æternum, tr.32. d. 11. n.4.
Vers.10. Qui lotus est, non indiget, nisi ut pedes lavet, tr.26. d.32.n.2.
Vers.13. Vos vocatis me Magister, & bene facitis, sum etenim, tr.32.d.15.n.6.
Vers.14. Surgens à Cœna vestimenta sua deposuit: tr.22. d.22. n.9.
Vers.15. Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis, tr.32.d.15.n.6. tr.35.d.13.n.11.
Vers.19. Qui manducat mecum panem, levabit contra me calcaneum suum, tr.26.d.39.n.2.
Vers.26. Aspiciebant ad invicem discipuli, hæsitantes de quo diceret, tr.42.d.9.n.9.
Vers.27. Et post buccellam introivit in eum Sathanas, tr.22. d. 20.n.2. tr.26.d.2.n.4. tr.26.d.39. per totum.
Vers.34. Mandatum novum do vobis ut diligatis invicem, tr. 35.d.2.n.2.
Vers.35. In hoc cognoscent omnes quod discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem, tr.29.d.9.n.10. tr. 38. d.9. n.2. d.16.n.2. tr.39.d.7.n.9. tr.42.d.7.n.5. tr.95.d.1.n.3.

Cap. XIV.

Vers.2. In domo Patris mei mansiones multæ sunt, tr. 38. d. 7. n.3.
Vers.6. Ego sum via, veritas & vita, tr.34.d.32.n.1.
Vers.9. Philippe qui videt me, videt & Patrem meum, tr.26. d.7.n.10.
Vers. 16. & 17. Rogabo Patrem, & alium paraclitum dabit vobis, ... Spiritum veritatis, tr.26 d.51.n.2.
Vers. 17. Si cognovissetis me, & Patrem meum utique cognovissetis, &c. tr.26.d.4.n.9.
Vers.34. Meus cibus est ut faciam voluntatem Patris mei qui in cælis est, tr.26.d.23.n.4.

CAP. XV.

Vers. 1. Ego sum vitis vera & Pater meus agricola est, omnem

ramum palmarum in me non ferentem fructum, tollet eum, tr. 29. d.2.n.12. d.23.n.9. tr.30.d.6.n.1.

Vers.5. Ego sum vitis vera & vos palmites, Tr.34.d.9.n.12.

Vers. 12. Hoc est præceptum meum ut diligatis invicem sicut dilexi vos, Tr.35.d.4.n.2.

Vers.13. Majorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis, Tr.36.d.15.n.7.

Vers.14. Jam non dicam vos servos, quia servus nescit quid faciat Dominus ejus. Vos autem dixi amicos, tr.22.d.12.n.1.

Vers.15. Jam non dicam vos servos, quia servus nescit quid faciat Dominus ejus: Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcumque audivi à Patre meo, nota feci vobis, tr.26.d.24.n.6. d.30. n. 3. Tr.22.d.28.n.1.

Vers.19. Si de mundo fuissetis, mundus, &c. tr. 25. d. 3. n.3. Tr.25.d.11.n.4.

Vers.22. Si non venissem, & locutus non fuissem eis, peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent, tr. 38. d. 4. n.9.

Vers.51. Cum esset Pontifex illius anni, prophetavit; tr. 22. d.24.n.9.

Cap. XVI.

Vers.2. Absque Synagogis facient vos, & venit hora ut omnis, qui interficit vos arbitretur obsequium se præstare Deo, tr.36. d.8.n.4. tr.37.d.6.n.7.

Vers.8. Cum venerit ille, arguet mundum de peccato, & de justitia, &c. Tr.34.d.2.n.3.

Vers.9. Arguet mundum de judicio, Tr.41.d.9.n.8.

Vers.11. Princeps hujus mundi jam judicatus est, Tr.26. d.21. n.2.

Vers.27. Ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis & credidistis, quia ego à Deo exivi, Tr.29.d.2.n.8. d.17.n.5.

CAP. XVIII.

Vers.3. Judas ergo cum accepisset cohortem, & à Pontificibus & Pharisæis ministros, venit illuc cum Lucernis, facibus & armis, Tr. 30.d.27.n.12. Tr.29. d.24.n.8.

Vers.6. Quem quæritis? Jesum Nazarenum: ego sum, tr. 41. d.9.n.2.

Vers.8. Si me quæritis, sinite hos abire, tr.35.d.13.n.9.

Vers.10. Erat autem nomen servo Malchus, tr.30.d.22.n.10.

Vers.14. Expedit unum hominem mori pro populo, Tr.30.d.27. n.2.

Vers.22. Unius assistens ministrorum dedit alapam Jesu dicens: sic respondes Pontifici? Respondit ei Jesus, &c. tr.30.d.22.n.10.

Vers.23. Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo, si autem bene quid me cædis, Tr.22.d.25.n.7. Tr.27.d.11.n.2.

Vers.31. Nobis non licet interficere quemquam, Tr.28.d.6.n.8.

Vers.38. Quid est veritas? Cum hoc dixisset, iterum exivit ad Judæos, tr.40.d.1.n.7.

CAP. XIX.

Vers.6. Ego non invenio in eo causam, Tr.40.d.11.n.7.

Vers.7. Nos legem habemus, & secundum legem nostram debet mori, Tr. 33.d.7.n.11. d.14.n.9.

Vers.10. Mihi non loqueris? Tr.35.d.13.n.3.

Vers.11. Qui me tradidit tibi, majus peccatum habet, tr. 26. d.39. n.4.

Vers.12. Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris, tr.40.d.11.n.7.

Vers.12. Regem vestrum crucifigam? Tr.38.d.12.n.11.

Vers.15. Non habemus Regem, nisi Cæsarem, Tr.31.d.7.n.3. Tr.38.d.2.n.11.

Vers.eod. Tolle, crucifige eum, Tr.38.d.5.n.10.

Vers.19. Cum ergo accepisset Jesus acetum, dixit, consummatum est, & inclinato capite tradidit spiritum, Tr.26.d.39.n.4.

Vers.22. Quod scripsi, scripsi, tr.40.d.11.n.7.

Vers.23. Mulier ecce Mater tua, Tr.23.d.12.n.7.

Vers.26. Mulier ecce filius tuus, Tr.40.d.5.n.8.

Vers.31. Erat enim magnus dies ille Sabbati, tr. 28. d. 6. n.8. d.11.n.5. d.14.n.5.

Vers.37. Videbunt in quem transfixerunt, Tr. 41. d. 11. per tot. d.24.n.5. tr.34.d.10.n.4.

CAP. XX.

Vers.22. Insufflavit & dixit eis: accipite Spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata remittuntur eis, tr.26.d.31.n.3.

CAP. XXI.

Vers.5. Numquid pulmentarium habetis? Tr.31.d.5.n.10.

Vers. 7. Dominus est. Simon Petrus cum audisset, quia Dominus est, tunica succinxit se (erat enim nudus), & misit se in mare, tr.22.d.22.n.6.

Vers.15. Simon Joannis, diligis me plus his? dicit ei, etiam Domine, tu scis, quia amo te, Tr.32. d.4.n.8. d.21. n.7. tr. 42. d.8.n.4.

EX ACTIS APOSTOLORUM.

CAP. I.

Vers.1. Cœpit Jesus facere & docere, tr. 27. d.3. per totum, tr.35.d.13.n.1.

Vers.11. Viri Galilæi, quid statis aspicientes, Tr.29.d.10. n.7.

Vers.1. Sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum, tr.41.d.1.n.2. d.2.n.3. d.31.n.6.

Vers.18. Suspensus crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera ejus, Tr.33.d.3.n.10. d.6.n.5. Tr.30.d.31.n.5. Tr. 38. d.7. n.7. Tr.26.d.37.n.5.

Vers.25. Accipere locum ministerij hujus, tr.22.d.53.n.2.

Cap. II.

Vers.1. Erant omnes pariter in eodem loco, Tr.35.d.18.n.12.

Vers.3. Apparuerunt illis dispertitæ linguæ tamquam ignis, tr. 34. d.8.n.1.

Vers.7. Facta est persecutio magna in Ecclesia, & omnes dispersi sunt, Tr.29.d.18.n.4.

Vers.13. Alij autem irridentes dicebant, quia musto pleni sunt isti, Tr.36.d.8.n.5. d.14.n.13.

Vers.15. Non sicut vos existimatis hi ebrij sunt, Tr.36.d.8.n.5. d.14.n.13. Tr.41.d.6.n.8.

Vers. 32. His auditis compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos discipulos, quid faciemus viri fratres? Tr.29.d.6.n.9.

Vers.41. Appositæ sunt in die illa animæ, circiter tria millia, Tr.26.d.1.n.4.

Vers. 42. Erant autem perseverantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis, Tr.26.d.24. n.2. d.44. per totum.

CAP. III.

Vers.7. Apprehensa manu ejus, dixit: Surge, & ambula, tr.29.d.7.n.3.

CAP. IV.

Vers.7. In qua virtute, aut in quo nomine fecistis hoc vos? Tr.38.d.5.n.11.

Vers. 16. Quid faciemus viri fratres hominibus istis? quoniam quidem notum signum factum est per eos omnibus, tr. 38. d.14.n.5.

Vers. 32. Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una, Tr.29.d.2.n.10. tr.38.d.6.n.7. Tr.26.d.19.n.3.

CAP. V.

Vers.3. Cur tentavit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui Sancto, tr.33.d.6.n.4. tr.37.d.3.n.6.

Vers.4. Non es mentitus hominibus, sed Deo, Tract.24.d.11. n.11.

Vers.38. Si est ex hominibus consilium, hoc opus dissolvetur, si verò ex Deo est, non poteritis dissolvere eos, ne forte & Deo repugnare videamini, Tr.29.d.22.n.7.

Vers.41. Ibant gaudentes à conspectu Concilij, quoniam digni habiti sunt, pro nomine Jesu contumeliam pati, tr.25. d.6. n.10. tr.25.d.10.n.4. Tr.35.d.14.n.8. tr.32.d.19.n.7.

Cap. VI.

Vers.8. Stephanus autem faciebat prodigia, & signa magna in populo, Tr.35.d.14.n.3. Tr.38.d.11.n.2. d.17.n.2.

Vers.15. Viderunt faciem ejus, tamquam faciem Angeli, tr.35. d.15.n.2. tr.38.d.4.n.8.

CAP. VII.

Vers.52. Quem Prophetarum non sunt persecuti Patres vestri? tr. 38.d.4.n.8.

Vers.54. Dissecabantur cordibus suis, & stridebant dentibus in eum, &c. Tr.35.d.15.n.2. d.19.n.1. Tr.38.d.4.n.8. Tr.39. d.44. n.3. tr.34.d.21.n.10.

Vers.55. Ecce video cœlos apertos, & Jesum stantem à dextris virtutis Dei, tr.35.d.7.n.8. d.15. per totum, tr. 38.d.4.n.8.

Vers.56. Continuerunt aures suas, & impetum fecerunt unanimiter in eum, Tr.38.d.17.n.2.

Vers.59. Domine ne statuas illis hoc peccatum, & cum hoc dixisset, obdormivit in Domino, Tr.35.d.15. per totum. Tr.38.d.4. n.4.

Cap. VIII.

Vers.14. Cum audissent Apostoli, qui erant Jerosolymis, quod recepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum & Joannem, &c tr.35.d.19.n.7.

CAP. IX.

Vers.1. Saulus adhuc spirans minarum, & cædis in discipulos Domini, &c. Tr.37.d.9.n.5. tr.41.d.1.n.4.d.22.n.9.tr.35. d.12.n.3.

Vers.3. Circumfulsit eum lux de cœlo, Tr.32.d.18.n.2.

Vers.6. Durum est tibi, contra stimulum calcitrare, & tremens ac stupens dixit: Domine quid me vis facere? tr.41.d.23.n.2.

Vers.15. Vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram gentibus, & Regibus, & filijs Israël, Tr.32.d.2.n.2. d.21. n.4. Tr.42.d.8.n.2.

Vers.16. Ego ostendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati, Tr.29.d.11.n.2.

Vers.18. Ceciderunt ab oculis ejus, tamquam squamæ, Tr.29. d.2.n.8. Tr.26.d.24.n.7.

Vers.36. Circumsteterunt eum omnes viduæ flentes, & ostendentes ei tunicas quas faciebat illis, Tr.41.d.31.n.5.

Cap. X.

Vers. 2. Vir religiosus ac timens Deum, cum omni domo sua: faciens eleemosynas multas plebi, & deprecans Deum semper, Tr.29.d.1.n.5.

Vers.7. Hic

Vers.7. Hic dicet tibi, quid te oporteat facere, Tr.29.d.7. n.4.

Vers.15. Quod Deus purificavit, tu commune ne dixeris, Tr.26. d.28.n.9.

Vers.34. In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus, tr.34.d.18.n.6. Tr.37.d.9. n.2.

Vers.38. Continuo pertransiit benefaciendo & sanando omnes, tr.30.d.27.n.2. tr.38.d.4.n.9. d.6.n.1.

Cap. XI.

Vers.3. His auditis tacuerunt, & glorificaverunt eum dicentes; ergo & gentibus pœnitentiam dedit Deus ad vitam, Tr. 38. d.6.n.7.

CAP. XIII.

Vers.10. O plene omni dolo, & omni fallacia fili Diaboli inimice omnis justitiæ, non desinis subvertere vias Domini rectas, Tr.25. d.2. per totum, tr.38.d.8.n.4.

Vers.11. Et nunc ecce manus Domini super te, & eris cæcus non videns Solem, usque ad tempus, & confestim cecidit in eum caligo & tenebræ, Tr.22.d.25.n.7. Tr.38.d.22.n.2.

Vers.22. Elegi mihi virum, secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas, tr.25.d.4.n.5. Tr.39.d.7.n.12. Tr.32. d. 10.n.7. Tr.33.d.11. n.1. tr.35. d.7.n.4. tr.36. d.7. n.6. tr.40. d.4. n.3. d.9.n.4.

Vers.27. Voces Prophetarum, quæ per omne Sabbatum leguntur, judicantes impleverunt, Tr.28.d.14.n.9.

CAP. XVII.

Vers.32. Quidam quidem irridebant, Tr.25.d.5.n.3.

CAP. XIX.

Vers.2. Si Spiritum Sanctum accepistis credentes? sed neque si Spiritus Sanctus est, audivimus, tr.29.d.17.n.4.

CAP. XX.

Vers.28. Attendite vobis, & universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei, &c. Tr. 33.d.10.n.1.

CAP. XXII.

Vers.3. Sedens secus pedes Gamalielis eruditus, tr.32.d.15.n.3.

CAP. XXIII.

Vers.3. Percutiet te Deus, paries dealbate, Tr.22.d.22.n.7.

CAP. XXIV.

Vers.16. Studeo sine offendiculo conscientiam habere ad Deum, & ad homines semper, Tr.27.d.15. per totum

Vers.25. Disputante illo de justitia, & de judicio futuro, trepefactus Felix, &c. simul & sperans, quod pecunia ei daretur à Paulo, Tr.40.d.11.n.6.

CAP. XXV.

Vers.16. Non est Romanis consuetudo, donare aliquem hominem, priusquam is qui accusatur, præsentes habeat accusatores, locumque defendendi accipiat, ad abluenda crimina, tr.40.d.1.n.2.

CAP. XXVIII.

Vers.4. Ut verò viderunt barbari pendentem bestiam de manu ejus, ad invicem dicebant: Utique homicida est homo hic, qui cum evaserit de mari, ultio non sinit eum vivere, tr.42. d.7.n.2.

Vers.22. De secta hac notum est nobis, quia ubique ei contradicitur, Tr.25.d.1.n.4. Tr.36.d.8.n.1.

EX EPISTOLA S. PAULI AD ROMANOS.

CAP. I.

Vers.7. Gratia vobis & pax à Deo Patre, Tr.29.d.9.n.10.

Vers.8. Gratias ago Deo meo, pro omnibus vobis, Tr.30. d.3. n.11. d.6.n.4.

Vers.eod. Fides vestra annuntiatur in universo mundo, Tr. 29. d.1.n.2.

Vers. 9. Testis mihi est Deus, cui servio in Spiritu meo, Tr.33. d.11. per totum.

Vers.16. Non erubesco Evangelium, tr.22.d.6.n.16.

Vers.17. Justus autem ex fide vivit, Tr.29.d.5.n.2.

Vers.21. Cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt sed evanuerunt in cogitationibus suis, tr.30.d.23.n.2.

Vers.28. Et sicut non probaverunt Deum habere in notitia, tradidit eos Deus in reprobum sensum, &c. Tr.42.d.3.n.3.

CAP. II.

Vers.1. In quo judicas alium, teipsum condemnas, eadem enim agis, quæ judicas, tr.42.d.12. per totum, tr.22.d.27.n.8.

Vers.2. Scimus, quoniam judicium Dei est secundùm veritatem, Tr.42.d.4.n.8.

Vers.4. An divitias bonitatis ejus, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit, &c. Tr.34.d.17.n.9. Tr.30. d.16. n.6. d.19. per tot.

Vers.5. Secundùm autem duritiam tuam, & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram, Tr.34.d.9.n.2. Tr.33.d.1.n.9. Tr. 41. d.8. per totum.

Vers.14. Cum enim Gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt, faciant, ejusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt Lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, &c. Tr.41.d.15.n.9.

Vers.15. Testimonium illis reddente conscientia sua, & cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus, tr.41.d.17.n.7.

Vers.24. Qui abominaris idola sacrilegium facis, qui in lege gloriaris, per prævaricationem legis Deum inhonoras, nomen enim Dei per vos blasphematur inter gentes, Tr.29.d.14.n.10.

Vers.25. Circumcisio quidem prodest, si legem observas, si autem prævaricator legis sis, circumcisio tua præputium facta est; Tr.29.d.13.n.5.

CAP. IV.

Vers.15. Lex iram operatur, Tr.29.d.13.n.8.

CAP. V.

Vers.5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis, Tr.41.d.13.n.2. tr.38.d.9.n.2.

Vers.8. Cum adhuc peccatores essemus, Tr.35.d.4.n.4.

CAP. VI.

Vers.1. Quid ergo dicemus? permanebimus in peccato? absit. Tr.29.d.9.n.3.

Vers.4. Ergo & nos in novitate vitæ ambulemus, Tr.29. d.10. n.9.

Vers.19. Sicut exhibuistis membra vestra servire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita &c. tr.35.d.6. n.8.

Vers.21. Quem fructum habuistis tunc, in quibus nunc erubescitis? Tr.31.d.20.n.5.

Vers.23. Stipendia peccati, mors, Tr.34.d.26.n.4.

CAP. VII.

Vers.14. Quis me liberabit de corpore mortis hujus? tr.26.d.22. n.2.

Vers.23. Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captivantem me in lege peccati, tr.41.d.18. n.5.

Vers.25. Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum, Tr.26.d.2.n.5.

CAP. VIII.

Vers.20. Vanitati creatura subjecta est, non volens, sed propter eum, qui subjecit eam in spe; quia & ipsa creatura liberabitur à servitute corruptionis, tr.41.d.4.n.5. d.5.n.4.

Vers.23. Nos autem primitias Spiritus habentes, tr. 26. d. 45. n.2.

Vers.28. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, Tr. 37.d.5.n.8. d.6.n.6. tr.38.d.10.n.8. d.17.n.10. tr.39.d.15. n.7. tr. 42.d.5.n.7.

CAP. IX.

Vers.6. Non omnes, qui ex Israël sunt, hi sunt Israëlitæ, nec qui semen Abrahæ sunt, omnes filij, tr.29.d. 10.n.1.

Vers.11. Cum enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut malignon ex operibus sed ex vocante dictum est ei: quia major serviet minori, tr.30.d.13.n.1.

Vers.13. Esau odio habui, tr.31.d.3.n.10. d.27.n.1. tr.35.d.7.n.3. d.10.n.13. d.28.n.9. tr.38.d.7.n.4. tr.39.d.7.n.2.

Vers.22. Sustinuit in multa patientia vasa iræ apta ad interitum, ut ostenderet divitias gloriæ in vasa misericordiæ, tr.35.d.22. n.3. tr.41.d.9.n.1.

CAP. X.

Vers.6. Ne dixeris in corde tuo, quis ascendet in cœlum, quid dicit Scriptura? prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo; tr.32.d.13.n.1.

Vers.17. Fides ex auditu, Tr.29.d.8.n.15.

CAP. XI.

Vers.16. Non erubesco Evangelium, tr.25.d.4. per totum, tr. 25.d.5.n.4.

Vers.20. Tu autem fide stas, noli altum sapere, sed time, tr.29. d.15.n.11.

CAP. XII.

Vers.1. Obsecro vos fratres, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum, tr. 28.d.15.n.5. tr.33.d.13.n.2. tr.41.d.13.n.5. tr.25.d.9.n.1.

Vers.6. Dico per gratiam, quæ data est mihi omnibus, qui sunt inter vos, non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, tr.29.d.15.n.12.

Vers.12. Necessitatibus Sanctorum communicantes, tr.24.d.5. n.3.

Vers.17. Non reddentes malum pro malo, tr.35.d.30.n.9.

Vers.19. Non vosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ, scriptum est enim, &c. tr.35.d.29.n.1. tr.36.d.14. n.7. tr.39.d.14.n.3. d.17. per totum.

Vers.19. Mihi vindicta & ego retribuam, tr.35.d.9.n.1.

Vers.20. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potum da illi, hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput ejus, tr.35.d.20. per totum.

Vers.21. Noli vinci à malo, sed vince in bono malum, tr. 35. d.22. per totum, tr.36.d.13.n.5. tr.39.d.12.n.6.

CAP. XIII.

Vers.8. Qui diligit proximum, legem implevit, tr.53.d.1. n.3. d.4.n.1. tr.36.d.8.n.9.

Vers.10. Plenitudo legis est dilectio, tr.35.d.1.n.3. d.4.n.1.d.10. n.2. d.24.n.6. tr.36.d.8.n.9. tr.42.d 1.n.1.

Vers.11. Fratres, hora est jam nos de somno surgere, nunc enim propior est nostra salus, tr.34.d.5 n.2. d.28.n.6.

Vers.12. Nox præcessit, dies autem appropinquavit, abjiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sicut in

die honeste ambulemus, tr.28.d.4.n.4. tr.34.d.10.n.6. tr.29.d.3. n.10. d.12.n.5. tr.41.d.22.n.4. tr.24.d.46.n.3.
*Vers.*13. *Induamur arma lucis, sicut in die honeste ambulemus*, tr.31.d.27.n.8. tr.37.d.7.n.7. Tr.41.d.22.n.2. tr.36.d.8.n.9.

CAP. XIV.

*Vers.*4. *Tu quis es, qui judicas alienum servum? Domino suo stat aut cadit*, Tr.35.d.29.n.3. tr.42.d.4. per totum.
*Vers.*5. *Alius judicat diem inter diem, alius judicat omnem diem*, Tr.42.d.8.n.2.
*Vers.*10. *Omnes stabimus ante tribunal Christi, scriptum est enim, vivo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, &c.* tr.41.d.27.n.1.
Vers. 15. *Si propter cibum frater tuus contristatur, jam non secundùm charitatem ambulas, noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est*, tr.27.d.13.n.3. tr.27. d.15.n.5. tr.31. d.11.n.11.
Vers. 17. *Non est Regnum Dei esca & potus*, tr.31.d.3. n.31. d.14.n.10. d.23.n.5. tr.26.d.11.n.3.
*Vers.*19. & 20. *Quæ ædificationis sunt, in invicem custodiamus, Dois propter escam destruere opus Dei*, Tr.27.d.11.n.1.
Vers. 20. *Noli propter escam destruere opus Dei*, tr. 31. d.12. per totum.

CAP. XVI.

*Vers.*18. *Christo Domino non serviunt, sed suo ventri*, Tr. 31. d.14.n.8. d.20.n.7.

EX EPISTOLA I. AD CORINTHIOS.

Cap. I.

*Vers.*4. *Gratias ago Deo meo semper pro vobis*, tr.30.d.12.n.6.
*Vers.*9. *Fidelis Deus, per quem vocati estis in societatem filij ejus Domini nostri Jesu Christi*, tr.29.d.10.n.10.
*Vers.*23. *Judæis scandalum, gentibus stultitiam*, tr.25.d.6.n.9. tr.25.d.10.n.2. tr.29.d.17.n.4.
*Vers.*26. *Videte vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes secundùm carnèm, non multi potentes, non multi nobiles: sed quæ stulta sunt mundi, elegit Deus*, tr.29.d.21.n.2.

Cap. II.

*Vers.*9. *Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, &c.* tr.34.d.7.n.1. tr.32.d.3.n.2.
Vers. 14. *Animalis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus.* tr.31.d.10.n.11.

CAP. III.

Vers. 6. *Ego plantavi, Apollo rigavit, sed Deus incrementum dedit*, tr.33.d.12.n.2.
*Vers.*7. *Neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus*, tr.30.d.6.n.3. d.20.n.12. tr.37. d.5. n.10. tr.24.d.7.n.8. d.15.n.6.
*Vers.*9. *Dei ædificatio estis*, tr.41.d.25.n.5.
*Vers.*ead. *Dei adjutores sumus*, tr. 22.d.11.n.11.
*Vers.*10. *Secundùm gratiam Dei, quæ data est mihi, ut sapiens architectus fundamentum posui*, tr.29.d.1. per totum, d.18. n.1. tr.32.d.2. per totum.
*Vers.*11. *Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id, quod positum est, quod est Christus Jesus: si quis autem superædificat, &c.* tr.19.d.5.n.4. tr.33.d.12.n.5.
*Vers.*12. *Supra fundamentum hoc, alij ædificant fœnum & stipulam, quale cujusque opus sit, &c.* tr.34.d.8.n.9. tr.41.d.10.n.5.
*Vers.*13. *Dies Domini declarabit, quia in igne revelabitur*, tr. 41. d.8.n.3.
*Vers.*ead. *Uniuscujusque opus quale sit, ignis probabit*, tr. 34. d.5.n.9.
*Vers.*16. *Nescitis, quia templum Dei estis?* tr.33.d.7.n.2. tr. 26.d.40.n.4.
*Vers.*17. *Si quis templum Dei violaverit, disperdet illum Deus*, tr.26.d.40.n.4. Tr.27.d.15.n.4.
*Vers.*ead. *Templum Dei sanctum est, quod estis vos*, tr.22.d.22.n.1.
*Vers.*18. *Si quis videtur inter vos sapiens esse, &c.* tr.35.d.24. n.3. tr.42.d.5.n.6.

CAP IV.

*Vers.*1. *Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores Mysteriorum Dei*, tr.22.d.5.n.6. tr.22. d.36. per totum.
*Vers.*3. *Mihi autem pro minimo est, ut à vobis judicer*, tr. 42. d.7.n.3.
*Vers.*4. *Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum, qui autem judicat me, Dominus est*, tr.32.d.21. n.4. tr. 41. d.22.n.3. & 9. tr.42.d.4.n.2.
*Vers.*5. *Nolite ante tempus judicare, quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit unicuique à Deo.* tr.33.d.14.n.5. & 8. tr.37.d.7.n.8. tr.41. d.3. n.7. d.14. n.2. tr.42. d.5. per tot.
*Vers.*7. *Quid habes, quod non accepisti?* tr.30.d.14. n.8.
*Vers.*9. *Spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus*, tr.35 d.7.n.8. tr.41.d.16.n.8.
*Vers.*10. *Nos stulti propter Christum*, tr.25.d.6.n.11.
*Vers.*12. *Maledicimur & benedicimus, persecutionem patimur, & sustinemus, blasphemamur & obsecramus*, tr. 35.d.1.n.6. d. 7. n.8 tr.36.d.8. per totum.
*Vers.*13. *Facti sumus omnium peripsema*, tr.32.d.15.n.2. tr.36. d.6.n.5.

Cap. V.

*Vers.*1. *Omnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita ut uxorem patris sui aliquis habeat*, tr.26.d.15.n.10.
*Vers.*6. *Nescitis, quia modicum fermentum totam massam corrumpit*, tr.27.d.11.n.5. tr.33.d.15.n.12.
*Vers.*7. *Pascha nostrum immolatus est Christus, itaque epulemur, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ, & nequitiæ, sed in azymis sinceritatis, & veritatis*, tr.28.d.4.n.9. d.15. n.5.
*Vers.*13. *Auferte malum ex vobis*, tr. 42.d.2.n.5.

CAP. VI.

*Vers.*3. *Nescitis, quoniam Angelos judicabimus? quanto magis sæcularia*, tr.22.d.10.n.3. tr.41.d.4.n.1.
*Vers.*9. *Nolite errare, neque fornicarij, neque idolis servientes, neque adulteri, neque molles, &c. Regnum Dei possidebunt*, tr.31. d.3.n.9. d.4.n.2.
*Vers.*ead. *Hæc quidem fuistis, sed ablati estis, sed sanctificati estis*, tr.42.d.8.n.5.
*Vers.*15. & 16. *Nescitis, quoniâ corpora vestra membra sunt Christi? tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis, absit. An nescitis, quoniam qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur*, tr.22.d.20.n.7. tr.26.d.42. per totum, tr.31.d.14.n.8.
Vers. 17. *Qui adhæret Deo, unus Spiritus est*, Tr.41.d.24.n.3.
*Vers.*18. *Fugite fornicationem: Omne peccatum, quodcumque fecerit homo, extra corpus est, qui autem fornicatur in corpus suum peccat*, tr.26. d.42.n.4.
*Vers.*19. *Nescitis, quoniam membra vestra templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis à Deo, & non estis vestri; glorificate & portate Deum in corpore vestro*, tr.28. d.4. n.9. tr.31.d.14.n.8. tr.33.d.7.n.2. tr.41.d.13.n.5. tr.26. d.7. n.3. tr.26.d.31.n.2. d.48.n.6.

Cap. VII.

*Vers.*20. *Unusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat*, tr.38.d.19.n.8.

CAP. VIII.

*Vers.*11. *Et peribit infirmus in tua conscientia frater, propter quem Christus mortuus est? sic autem peccantes in fratres, & percutientes eorum conscientiam infirmam, in Christum peccatis*, Tr.27.d.10.n.4. tr.27.d. 13. per totum.

CAP. IX.

Vers. 9. *Numquid de bobus cura est Deo?* Tr.30.d. 11. n. 11. d.22.n.9. tr.31.d.10.n.8. tr.35.d.19.n.6. tr.42.d.9.n.1.

Cap. X.

*Vers.*1. *Nolo vos ignorare fratres, quoniam Patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo, nam prostrati sunt in deserto: hæc autem in figura facta sunt*, tr.34.d.32.n.6. tr.29.d.5. n.4. tr. 34.d.8.n.1.
*Vers.*12. *Qui se existimat stare, videat, ne cadat*, Tr.32. d.21. n.8.
*Vers.*13. *Tentatio vos non apprehendat, nisi humana*, tr. 42. d.2.n.3.
*Vers.*ead. *Fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis*, tr.34.d.12. n.9. tr. 30. d.15. n.3. tr.41. d.18. n.4.
*Vers.*16. *Panis quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est?* tr.26.d.24.n.2. d.44 n.1.
Vers. 17. *Unus panis, & unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane, & de uno calice participamus*, tr.35. d.18. n.11. d.28.n.6. tr.26.d.3.n.7.
*Vers.*31. *Sive manducatis, sive bibitis, sive aliquid aliud facitis, omnia in glorian Dei facite*, tr. 37.d.5.n.4.
*Vers.*32. *Sine offensione estote Judæis, & Græcis, & Ecclesiæ Dei, sicut & ego*, tr.27.d.14.n.1. tr.27.d.15.n.6.

Cap. XI.

*Vers.*1. *Æmulor enim vos Dei æmulatione despondi, vos uno viro virginem castam exhibere Christo*, tr.26.d.15.n.10.
*Vers.*10. *Debet mulier potestatem habere super caput, propter Angelos*, Tr.22.d.10.n.4. d.18.n.5.
*Vers.*17. *Hoc autem præcipio, non laudans, quod non in melius, sed in deterius convenitis*, tr.28.d.8.n.2.
*Vers.*23. *Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis*, tr.29. d.16.n.4. tr.26.d.15.n.10.
*Vers.*23. *In qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens, fregit & dixit, hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur*, Tr.26.d.46. per totum, d.48. per totum, d.51.n.1. & 2.
*Vers.*26. *Quotiescumque manducabitis, panem hunc & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis, donec veniat*, tr. 22. d.22.n.3. tr.26.d. 36. per totum.
Vers. 27. *Itaque quicumque manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini*, tr.26.d.40. per totum, d.41.n.7.
Vers. 28. *Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat*, tr.26.d.30. per totum, d.32.n.1. d.45. n.7. *Vers.*29. *Qui*

*Vers.*29. *Qui enim manducat, & bibit indignè, judicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini*, Tr.26. d. 6. n.3. d.38. per totum. d.41.n.2.
Vers. 31. *Si nosmetipsos dijudicaremus, non utique judicaremur*, Tr.41.n.27. per totum.

CAP. XII.

*Vers.*26. *Idipsum pro invicem solicita sunt membra, si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra, sive gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra, &c.* tr.38.d.9.n.6.
Vers. 31. *Æmulamini charismata meliora, & adhuc excellentiorem viam vobis demonstro*, Tr.38.d.19. per totum.

CAP. XIII.

Vers. 1. *Si linguis hominum loquar, & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, &c.* Tr. 32. d.3.n.22. tr.35.d.18.n.22.
*Vers.*2. *Si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum*, Tr.29.d.2.n.8.
Vers. 3. *Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, charitatem autem non habuero, nihil sum*, tr.30.d.3.n.6. Tr.24.d.16. per totum.
Vers. 4. *Charitas patiens est, benigna est, non æmulatur*, tr.35. d.1.n 3. Tr.38.d.9. per totum.
*Vers.*6. *Charitas non cogitat malum*, Tr.42.d.7. per totum, d.3.n.1. d.5.n.7.
*Vers.*12. *Videmus nunc per speculum in ænigmate*, Tr.29.d.3. n. 9. Tr.41.d.14.n.4. Tr.42.d.5. Tr.26.d.46.n.4. d.50.n.8.
*Vers.*13. *Major autem horum est charitas*, tr.32.d.2.n.9. d. 3. n.2. d.6.n.5. tr.35.d.7.n.5. d.18.n.1.

CAP. XV.

Vers. 9. *Non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei*, Tr.32.d.2.n.2. d.18.n.2. d.20.n.7.
*Vers.*10. *Abundantius illis omnibus laboravi*, tr. 29. d. 7. n. 5. Tr.32.d.18.n.2.
*Vers.*ead. *Non ego, sed gratia Dei mecum*, tr.30.d.15.n.3.
Vers. 20. *Christus resurrexit à mortuis primitiæ dormientium; in Christo omnes vivificabuntur*. tr.41.d.26.n.4.
*Vers.*24. *Cum tradiderit Regnum Deo & Patri, cum evacuaverit omnem principatum & potestatem, & virtutem, oportet illum regnare, &c.* Tr.41.d.7.n.4.
*Vers.*31. *Quotidie morior per vestram gloriam*, Tr.26.d.47. n.6.
Vers 52. *In momento, in ictu oculi*, Tr.41.d.15.n.3.
*Vers.*56. *Simulus mortis peccatum est*, Tr.30.d.16.n.3.

CAP. XVI.

*Vers.*3. *Cum autem præsens fuero, quos probaveritis per Epistolas, hos mittam perferre gratiam in Jerosalem*, tr.24. d.5. n.7.
*Vers.*22. *Si quis non amat Dominum nostrum Jesum Christum, anathema sit*, Tr.41.d.18.n.3.

EX EPISTOLA II. AD CORINTHIOS.

CAP. I.

*Vers.*1. *Paulus Apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, & Timotheus frater, Ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi, cum omnibus Sanctis, qui sunt in universa Achaia*, Tr.22.d.4.n.2.
*Vers.*12. *Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ*, Tr.41.d.27.n.3.

CAP. II.

Vers. 14. *Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo Jesu, & odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco, quia Christi bonus odor sumus Deo, in ijs, qui salvi fiunt, &c.* tr.38.d.10.n.6. Tr.22.d.4.n.3. Tr.29.d.9.n.7.

CAP. III.

Vers. 5. *Non quod simus sufficientes cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est*, tr.29. d.5. n.5. tr.30.d.15.n.3. tr.32.d.21.n.5. tr.26.d.45.n.7. tr.34.d.16.n.9.

CAP. IV.

*Vers.*7. *Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus, ut sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis*, Tr.29.d.2.n.2. d.15.n.10.
*Vers.*13. *Habentes autem eumdem Spiritum Dei, sicut scriptum est, credidi propter quod locutus sum, & nos credimus, propter quod & loquimur*, Tr.29.d.7.n.5.
Vers. 17. *Momentaneum hoc & leve nostræ tribulationis æternum gloriæ pondus operatur in cælis*, Tr.34.d.28.n.5.

CAP. V.

Vers. 1. *Scimus, quoniam si terrestris domus nostra hujus habitationis dissolvatur*, Tr.26.d.17.n.2.
Vers. 10. *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum*, Tr.41.d.3. per totum, d.5.n.7. d.14. n.2. & 5. d.19.n.3.

CAP. VI.

*Vers.*1. *Hortamur vos, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis*, Tr.30.d.14.n.11.
Vers. 2. *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis*, Tr.30.d.14.n.11. tr.41.d.29.n.8.

CAP. VIII.

Vers. 14. *In præsenti tempore vestra abundantia illorum inopiam suppleat, ut & illorum abundantia vestræ inopiæ suppleamentum, ut fiat æqualitas*, Tr.24.d.8.n.2. d.11. per totum.

CAP. IX.

Vers. 6. *Qui parcè seminat, parcè & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet*, Tr.24.n.5.n.7. tr.24.d.7. per totum.
*Vers.*7. *Hilarem datorem diligit Deus*, Tr.24.d.9. per totum.
Vers. 10. *Augebit incrementa frugum justitiæ vestræ*, Tr.24. d.15.n.8.

CAP. X.

Vers. 5. *Et in captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi*, Tr.29.d.11.n.3.

Cap XI

Vers. 14. *Transfigurat se in Angelum lucis*, Tr.33.d.12. n.3. d.51 per totum.
*Vers.*23. *In laboribus plurimis; in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter*, tr.41.d.22.n. 9.

CAP. XII.

Vers. 4. *Audivit arcana verba, quæ non licet homini loqui*, Tr.32. d.2.n.2. d.11.n.4.
Vers. 7. *Ne magnitudo revelationum extollat me; datus est mihi stimulus carnis meæ, Angelus Satanæ, qui me colaphizet*, tr.32.d.2.n.7. tr.22.d.4.n.10.
Vers 8. *Ter Dominum rogavi, ut discederet à me, & dixit mihi, sufficit tibi gratia mea*, Tr.30.d.17.n.2.
*Vers.*9. *Gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi*, Tr.32.d.2.n.2. d.16.n.6.
*Vers.*10. *Placeo mihi in contumelijs*, Tr.36.d.6.n.5.
*Vers.*12. *Signa apostolatus mei facta sunt super vos, in omni patientia, in signis & prodigijs, & virtutibus*, tr.35.d.14.n.3.
*Vers.*20. *Timeo ne forte cum venero, non quales volo inveniam vos, & ego inveniar à vobis, qualem non vultis, ne forte contentiones, æmulationes, &c. sint inter vos.* tr.38.d.1.n.5.

EX EPISTOLA AD GALATAS.

CAP. I.

Vers. 10. *Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem*, tr.25.d.6. per totum.
Vers. 14. *Abundantius æmulator existens paternarum mearum traditionum*, tr.37.d.9.n.5.

CAP. II.

*Vers.*11. *Restiti ei in faciem, quia reprehensibilis erat*, tr.27. d.4.n.8.
*Vers.*20. *Vivo ego, jam non ego, vivit vero in me Christus*, tr.32. d.6.n.7. Tr.36.d.6.n.5. tr.26.d.54.n.3.

CAP. III.

*Vers.*1. *Ante quorum oculos Jesus Christus præscriptus est in vobis crucifixus*, Tr.29.d.15.n.6.

CAP. V.

Vers. 6. *In Christo Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed fides, quæ per charitatem operatur*, tr. 29. d.2.n.8.d.6.n.5.
Vers. 9. *Modicum fermentum totam massam corrumpit*, tr.33. d.4.n.8. d.9.n.1.
*Vers.*17. *Caro concupiscit adversus Spiritum, & Spiritus adversus carnem*, tr.26.d.18.n.3. tr.34.d.2.n.7. tr.31.d.11.n.2.
*Vers.*22. *Fructus autem Spiritus est, charitas, gaudium, pax patientia, mansuetudo, &c.* tr.36.d.5.n.8. tr.26.d.23. n.3.
*Vers.*25. *Si Spiritu vivimus, Spiritu & ambulemus, non efficiamur inanis gloriæ cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes*, tr.38.d.19.n.6.

CAP. VI.

*Vers.*8. *Quæ seminaverit homo hæc & metet*, Tr.25.d.2.n.3.
Vers. 10. *Dum tempus habemus, operemur bonum*, tr. 34. d.25. n.7.
*Vers.*14. *Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo*, Tr.32.d.6.n.7.

EX EPISTOLA AD EPHESIOS.

CAP. I.

Vers 3. *Benedictus Deus, & Pater Domini nostri Jesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali, &c.* tr. 41. d.24.n.6.
*Vers.*10. *Instaurare omnia in Christo, quæ in cælis, & quæ in terra sunt in ipso*, tr.32.d.16.n.12.

CAP. VI.

*Vers.*5. *Obedite Dominis carnalibus cum timore, & tremore in simplicitate cordis vestri, sicut Christo, non ad oculum servientes*, Tr.22.d.26.n.5.

CAP. II.

*Vers.*20. *Superædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, &c* Tr.33.d.12.n.5.

CAP. III.

Vers. 16. *Det vobis secundùm divitias gloriæ suæ Christum habitare*

habitare per fidem in cordibus vestris, in charitate radicati & fundati, tr.29.d.2.n.11.

CAP IV.

Vers.17. Obsecro itaque vos ego vinctus in Domino, ut digne ambuletis vocatione, qua vocati estis, cum omni humilitate, Tr.32. d.1.n.3.

Vers.9. Quod autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit, primum in inferiores partes terræ, Tr.32.d.7.n.3. d.9.n.10.

Vers.14. Circumferuntur omni vento doctrinæ, in nequitia hominum, in astutia, ad circumventionem erroris, tr.29.d.21.n.10.

Vers.24. Renovamini Spiritu mentis vestræ, & induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est, in justitia & sanctitate veritatis, Tr.39.d.6.n.3.

Vers.25. Sol non occidat super iracundiam vestram, Tr. 35. d.30.n.10. tr.39.d.14.n.6.

Vers.26. Quantam sumus invicem membra; irascimini & nolite peccare, tr.39.d.12. per totum, d.16. per totum.

Vers.28. Nolite locum dare Diabolo, tr.39.d.8. per totum.

Vers. 30. Nolite contristari Spirit. S. Dei, in quo signati estis in diem redemptionis, tr.39.d.6.n.5.

Vers. 31. Omnis amaritudo & ira, & indignatio, & clamor tollatur à vobis, tr.39.d.1. per tot. d.2.per tot. d.5.n.8. d.6.n.5.

Vers.33. Estote autem invicem benigni, misericordes, donantes invicem, tr.24.d.2.n.5.

Cap. V.

Vers.1. Estote ergo imitatores Dei sicut filij charissimi, tr. 35. d.11.n.4.

Vers.2. Christus dilexit & tradidit semetipsum pro nobis, oblationem & hostiam Deo, in odorem suavitatis, tr.22.d.14.n. 2.

Vers.8. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, ut filij lucis ambulate, &c. tr.29.d.3. n.10.

Vers.12. Quæ in occulto fiunt ab ipsis, turpe est dicere, tr. 33. d.7.n.3.

Vers.18. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, tr.26.d.15.n. 1. d.48.n.2. tr. 31. d. 8. per totum, d.26.n.7. tr.22.d.17.n.15.

Vers.19. Implemini Spir. S. loquentes vobismetipsis in psalmis & hymnis, & canticis spiritualibus, cantantes, &c. Deo gratias agentes semper pro omnibus, tr.30.d.2.n.8.

Vers.25. Viri diligite uxores vestras, sicut & Christus Ecclesiã, & seipsum tradidit pro ea, ut illã sanctificaret, &c. tr.26.d.31.n.4.

CAP. VI.

Vers. 1. Filij obedite parentibus vestris in Domino, hoc enim justum est, tr.23.d.10. per totum.

Vers. 3. Honora Patrem tuum & matrem tuam, quod est mandatum primum in promissione, tr.23.d.11. per totum, tr.23. d.12.n.1. tr.23.d.16. per totum.

Vers. 4. Ut bene sit tibi, & sis longævus super terram, tr.23. d.11.n.3. tr.23.d.17. per totum.

Vers.5. Educate illos in disciplina, & correptione Domini, Tr.23.d.2. per totum.

Vers. 7. Non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed ut servi Christi facientes voluntatem Dei, ex animo, cum bona voluntate, tr.37.d. 6.n.3.

Vers.11. Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare adversus insidias Diaboli, tr.35.d.22.n.6.

Vers.12. Spiritualia nequitiæ in cœlestibus, tr. 33. d. 7.n. 10. tr.38.d.7.n.2. d.15.n.5.

Vers.16. In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere, tr.29.d.4. per totum.

EX EPISTOLA I. AD PHILIPPENSES.

Cap. I.

Vers. 12. Scire vos volo fratres, quia quæ circa me sunt magis ad profectum venerant Evangelij, ita ut vincula mea manifesta fierent omni prætorio, tr.29.d.18.n.9.

Vers.15. & 17. Quidam quidem & propter invidiam & contentionem, quidam autem & propter bonam voluntatem Christum prædicant, ... Quidam autem ex contentione Christum annuntiant, &c. tr.38.d.16.n.6.

Vers. 29. Vobis donatum est pro Christo non solum ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo patiamini, tr.29.d.5.n.12.

Cap. II.

Vers.3. Superiores sibi invicem arbitrantes, tr.31.d.19.n.8.

Vers.6. & 7. Non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, Sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, tr.32.d.1.n.5. d.7.n.3. d.12.n.3. tr.41.d.11.n.6.

Vers. 9. Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & Deus exaltavit illum, tr.32.d.8. per totum, d.9.n.9. d.17.n.4. tr.41.d.26.n.8.

Vers.10. In nomine Jesu omne genu flectatur cœlestium terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris, tr.41.d.8.n.5.

Vers.12. Cum metu & tremore salutem vestram operamini, tr.32.d.21.n.2.

Vers.15. Ut sitis sine querela, & simplices filij Dei, sine ulla reprehensione in medio nationis pravæ & perversæ, inter quos lucetis, sicut luminaria in mundo, tr.35.d.19.n.12.

Vers.21. Quæ sua sunt quærunt, non quæ Jesu Christi, tr.24. d.31.n.3.

CAP. III.

Vers. 8. Omnia arbitror ut stercora, tr.34. d.1. n.9. d. 11. n.10.

Vers. 9. Quæ ex Deo est justitia in fide ad cognoscendum illum, & virtutem resurrectionis ejus, & societatem Passionum illius configuratus morti ejus, tr.29.d.5.n.10.

Vers. 18. Multi ambulant, quos sæpe dicebam, & nunc flens dico, inimicos crucis Christi, tr.31.d.13. per totum.

Vers. 19. Quorum Deus venter est, & gloria in confusione qui terrena sapiunt, tr.34.d.22.n.8. tr.31.d.10.n.8. d.14. per tot, d.16.n.8. d.18.n.10. d.22.n.3.

Vers. 21. Reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ, Tr.32.d. 16.n.3.

CAP. IV.

Vers.18. Habeo autem omnia, & abundo: repletus sum, acceptis ab Epaphrodito quæ misistis, odorem suavitatis hostiam acceptam, placentem Deo, tr.24.d.16.n.3.

Vers.22. Salutant vos omnes Sancti, maxime autem qui de domo Cæsaris sunt, tr.29.d.23.n.8.

EX EPISTOLA AD COLOSSENSES.

CAP. I.

Vers.12. Gratias agentes Deo, qui nos fecit dignos in partem sortis Sanctorum in lumine, tr.29.d.10.n.6.

CAP. II.

Vers. 10. In ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter, qui est caput omnis principatus & potestatis, tr.26.d.8.n.4.

Cap. III.

Vers.9. Nunc autem deponite & vos omnem iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro, tr.39.d.17. n.6.

Vers.9. & 10. Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, Et induentes novum, eum qui renovatur in agnitionem secundum imaginem ejus, qui creavit illum, tr.29.d.9.n.4.

Vers.12. & 13. Induite vos ergo sicut electi Dei, Sancti, & dilecti viscera misericordiæ, benignitatem, ... patientiam, Supportantes invicem, & donantes vobismetipsis, si quis adversus aliquem habet querelam, &c. tr.39.d.7.n.2.

Vers.15. Grati estote, tr.20.d.4. per totum.

Vers.17. Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Jesu Christi facite, Tr.29.d.10.n.9. tr.37. d.5. per totum.

Vers. 21. Patres nolite ad indignationem provocare filios vestros, ut non pusillo animo fiant, Tr. 23.d.9. per totum.

Cap. IV.

Vers. 3. Orantes simul & pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostium sermonis; ad loquendum mysterium Christi, tr.32.d.15.n.3.

EX EPISTOLA I. AD THESSALONICENSES.

CAP. II.

Vers.13. Gratias agimus Deo, sine intermissione, tr.30. d.12. per totum.

CAP. III.

Vers. 2. Misimus Timotheum fratrem nostrum, & ministrum Dei in Evangelio Christi ad confirmandum vos & exhortandos pro fide vestra, tr.29.d.6.n.10.

Cap. IV.

Vers.16. Rapiemur in nubibus obviam Christo in aëra, & sic semper cum Domino erimus, tr.34.d.21.n.3.

CAP. V.

Vers. 1. Ipsi enim diligenter scitis, quia dies Domini sicut fur in nocte ita veniet, tr.41.d.8.n.3. d.17.n.7. d.28. per totum.

Vers.5. Omnes vos filij lucis estis, & filij Dei, Tr.29.d.21.n.5.

Vers.12. Rogamus vos fratres, ut noveritis eos, qui laborant inter vos, ut habeatis illos abundantius in charitate, tr.22.d.28.n.9.

Vers. 17. Sine intermissione orate, in omnibus gratias agite, Tr.30.d.12.n.6.

Vers.18. Gratias agite, hæc est enim voluntas Dei, tr.30. d.1. per totum, d.18.n.11.

EX EPISTOLA II. AD THESSALONICENSES.

CAP. II.

Vers. 10. Mittet illis Deus operationem erroris ut credant mendacio, ut judicentur omnes, qui non crediderant veritati, sed consenserunt iniquitati, tr.29.d.10.n.3.

EX EPISTOLA I. AD TIMOTHEUM.

CAP. I.

Vers.12. Gratias ago ei, qui me confortavit, Christo Jesu Domino nostro quia fidelem me existimavit, tr. 30. d.14. per totum.

Vers. 13. Qui prius blasphemus fui, & persecutor, & contumeliosus sed misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate, tr.41.d.22.n.9. tr.37.d. 9.n.5.

Vers.15. Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quod Christus Jesus venit in hunc mundum, peccatores salvos facere, quorum primus ego sum, Tr.32.d.2.n.2.

Vers. 18. Hoc præceptum commendo tibi fili Timothæe, secundum præcedentes in te Prophetias, ut milites in illis bonam militiam, tr.29.d.4.n.8.

Vers.19. Habens fidem, & bonam conscientiam, quam quidam repellentes circa fidem naufragaverunt, Tr.29.d.11.n.7.d.5. per totum.

CAP. II.

Vers.4. Vult omnes homines salvos fieri, Tr.34.d.5.n.4.

CAP. III.

Vers. 1. Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat, Tr.22.d.23.n.6.

Vers. 2. Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, oportet illum & testimonium habere ab ijs, qui foris sunt, tr.22.d.16.n.3.

Vers. 3. Oportet esse Episcopum pudicum, Tr.22.d.17.n.1. Tr. 22.d.36.n.11.

Vers.4. Filios habentem subditos cum omni castitate, Tr. 23. d.3.n.2.

Vers.eod. Oportet Episcopum non esse cupidum, Tr.22. d.35. per totum.

Vers.eod. Domui suæ bene præpositum, Tr.22.d.16.n.11.

Vers. 5. Oportet illum & testimonium habere bonum ab his, qui foris sunt, tr.22.d.4.n.6. d.16.n.3.

Vers. 25. Ecclesia Dei vivi, columna & firmamentum veritatis, tr.29.d.3.n.9.

CAP. IV.

Vers. 2. Argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina, Tr.22.d.16.n.4.

Vers.11. Exemplum esto fidelium in verbo, in conversatione, Tr.27.d.2. per totum, Tr.27.d.4.n.3.

Vers.14. Noli negligere gratiam, quæ est in te, quæ data est tibi, per Prophetiam cum impositione manuum presbyterij, Tr.22.d.9.n.14.

CAP. V.

Vers. 8. Si quis suorum, & maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit, & est infideli deterior, tr.23.d.1.n.4.

Vers. 17. Qui bene præsant Presbyteri, duplici honore digni habentur, tr.22.d.23. per totum.

Vers.19. Adversus Presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus, Tr.40.d.4.n.11.

Vers.21. Sine præjudicio nihil faciens, in alteram partem declinando, Tr.40.d.4.n.3.

Vers.24. Quorumdam hominum peccata manifesta sunt præcedentia ad judicium, quorumdam autem & subsequuntur, tr.41. d.3.n.7.

CAP. VI.

Vers.18. & 19. Facile tribuere & communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant veram vitam, Tr.24.d.13.n.5.

EX EPISTOLA II. AD TIMOTHEUM.

CAP. I.

Vers. 6. Admoneo te ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te, per impositionem manuum mearum, non enim dedit nobis Deus Spiritum timoris, sed virtutis, Tr.25.d.1.n.6.

CAP. II.

Vers. 4. Nemo militans Deo implicat se negotijs sæcularibus, Tr.22.d.3.n.3. Tr.22.d.35.n.8.

Vers. 5. Non coronatur nisi qui legitimè certaverit, tr.29.d.8. n.11. Tr.32.d.13.n.3.

Vers.6. Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere, Tr.22.d.16.n.6.

Vers.17. Quorum sermo ut cancer serpit, Tr.41.d.13.n.5.

Vers. 19. Firmum fundamentum Dei stat habens signaculum hoc, cognovit Dominus, qui sunt ejus, & discedat ab iniquitate omnis, qui nominat nomen Domini, tr.29.d.9.n.3.d.10.n.10.

CAP. III.

Vers.3. Hoc autem scito, quod in novissimis diebus, instabunt tempora periculosa: Erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, &c. Tr.30.d.22.n.3.

Vers.5. Habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem ejus penitus abnegantes, Tr.33.d.10.n.3.

Vers.16. Perfectus sit homo ad omne opus bonum instructus, Tr.22.d.5.n.4.

CAP. IV.

Vers.2. Increpa in omni patientia, tr.22.d.33.n.8.

Vers.5. Tu vero vigila, Tr.22.d.10.n.15. tr.22.d.32. per tot.

Vers.5. In omnibus labora, Tr.22.d.33. per totum.

Vers.7. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi: In reliquo reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus, justus Judex, Tr.29.d.8.n.11.

Vers.8. Non ego, sed gratia Dei mecum, Tr.29.d.9.n.12.

EX EPISTOLA AD TITUM.

CAP. I.

Vers.7. Oportet Episcopum sine crimine esse, non superbum, non iracundum, non vinolentum, non turpis lucri cupidum, sed hospitalem, benignum, sobrium, justum, sanctum, &c. tr.22.d.16.n.3.

Vers.8. Oportet Episcopum esse continentem, tr.22. d. 17. per totum.

Vers.9. Ut potens sit exhortari eos in doctrina sana, Tr. 22. d.34.n.7.

Vers 16. Confitentur se nosse Deum, factis autem negant, tr. 29. d.5.n.4. d.11. per totum.

CAP. II.

Vers. 1. Tu autem loquere, quæ decent, sanam doctrinam; senes ut sobrij sint, Tr.27.d.1.n.7.

Vers.7. In omnibus teipsum, præbe exemplum bonorum operum, tr.27.d.4. per totum.

Vers.15. Hæc loquere, & exhortare, & argue cum omni Imperio, Tr.27.d.2.n.1.

CAP. III.

Vers.3. Eramus enim & nos aliquando insipientes, increduli, errantes, servientes desideriis & voluptatibus variis, in malitia & invidia agentes, odibiles, odientes invicem, tr.38.d.1.n.4. tr.29. d.11. n.10.

EX EPISTOLA AD HEBRÆOS.

CAP. I.

Vers.6. Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terrarum dicit, & adorent eum omnes Angeli Dei, Tr.32.d.9.n.2.

Vers. 14. Sunt administratorij Spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis, Tr.34.d.21.n.3.

Cap. II.

Vers. 16. Nusquam enim Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ, Tr.30.d.14.n.2.

CAP. IV.

Vers. 12. Vivus est enim sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens usque ad divisionem animæ & Spiritus, &c. Tr.37.d.8.n.3. Tr.41.d.14.n.2.

Vers.13. Omnia nuda & aperta sunt oculis ejus, tr. 41. d. 14. n.6.

Vers.15. Non habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccatis, &c. tr.41.d.26.n.10.

CAP. V.

Vers.1. Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in ijs, quæ sunt ad Deum, tr.22.d.1.n.2. tr.22.d.3.n.11. tr.22.d.37.n.14. d.31.n.3.

Vers.4. Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo, Tr.22.d.31. per totum.

Vers. 7. Cum clamore valido & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reverentia, Tr.35.d.13.n.3. d.14.n.3.

CAP. VI.

Vers. 6. Gustaverunt donum cœleste, & participes facti sunt Spir. S. Tr.22.d.20.n.6.

Vers.6. Rursum crucifigentes sibimetipsis Filium Dei, & ostentui habentes, tr.28.d.6.n.7. tr.41.d.11.n.2. tr.22.d.30.n.3.

Vers.8. Proferens spinas ac tribulos terra maledicta est combustioni proxima, tr.41.d.24.n.6.

Cap. VII.

Vers.1. Hic enim Melchisedech Rex Salem, Sacerdos Dei Altissimi, qui obviavit Abrahæ, & benedixit ei, cui & decimas omnium divisit Abraham, sine Patre, sine Matre, sine Genealogia, Tr.22.d.37.n.1.

Vers.2. & 3. Interpretatur Rex Justitiæ: Deinde autem & Rex Salem quod est Rex Pacis, sine Patre, sine Matre, sine Genealogia, assimilatus Filio Dei, tr.40.d.5.n.8.

CAP. IX.

Vers.28. Sine sanguinis effusione non fit remissio, tr.26. d.18. n.1.

CAP. X.

Vers. 7. In capite libri scriptum est de me ut facerem voluntatem tuam, tr.35.d.13.n.5.

Vers.19. Habentes itaque fratres fiduciam in introitu Sanctorum in sanguine Christi, quam initiavit nobis viam novam, tr. 35.d.2.n.2.

22. Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, tr. 29. d. 2. n.9. tr.33.d.11.n.5.

Vers. 26. Voluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, jam non relinquitur pro peccatis hostia, terribilis autem quædam expectatio judicij, & ignis æmulatio, Tr.29.d.14.n.1. Tr.41.d.9.n.5.

Vers. 27. Terribilis quædam expectatio judicij, & ignis æmulatio, quæ consumpturus est adversarios, Tr.34.d.9.n.4.

Vers. 28. Irritam quis faciens legem Moysi sine ulla miseratione, duobus vel tribus testibus moritur, quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei conculcaverit? tr.22. d.18.n.7. tr.22.d.19. per totum.

Vers. 31. Horrendum est incidere in manus Dei viventis, tr. 34.d.9.n.3.

Cap XI

Vers.1. Est fides sperandarum substantia rerum, tr.29.d.1.n.1. d.3.n.8. & 9.

Vers.4. Fide

Vers.4. Fide plurimam hostiam Abel, quam Cain obtulit Deo, tr.26.d.36.n.2.

Vers.6. Sine fide autem impossibile est placere Deo : credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est, & inquirentibus se remunerator sit, Tr.29.d.1.n.5. d.15. per totum.

Vers.24. Fide Moyses grandis effectus negavit se, esse filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere jucunditatem, tr.29.d.2.n.2. tr.30.d.8. n.2.d.27.n.10.tr.42.d.10.n.4.tr.35.d.9.n.7. tr.40.d.8.n.2.

Vers.26. Æstimavit improperium Christi, Tr.25.d.7.n.9.

Vers. 33. Sancti per fidem vicerunt Regni, operati sunt justitiam, adepti sunt repromissiones, Tr.29.d.2. per totum.

Vers. 36. Ludibria & verbera experti, insuper & vincula, & carceres, lapidati sunt, secti sunt, tr.27.d.6.n.4.

CAP. XII.

Vers. 2. Curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in authorem fidei, & consummatorem Jesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta; Tr.25. d.6. n.7. tr.27.d.6. per totum, Tr.36.d.8.n.3.

Vers. 16. Ne quis fornicator aut profanus ut Esau, Tr.31.d.8. n.7. d.13.n.6. d.14.n.6.

Vers. 17. Reprobatus est, non enim invenit pœnitentiæ locum, quamquam cum lachrymis inquisisset eam, tr.31.d.16. per totum.

Vers.23. Accessistis ad Ecclesiam primitivorum, & testamenti novi mediatorem Jesum, & sanguinis aspersionem, melius loquentem quam Abel, tr. 35.d.1.n.13.

CAP. XIII.

Vers. 8. Jesus Christus heri & hodie, ipse & in sæcula, tr.26. d.22.n.8.

Vers. 9. Optimum est gratia stabilire cor, tr.26.d.2. n.5. d. 6. n.1.

Vers.10. Habemus altare, de quo edere non habent potestatem, qui Tabernaculo deserviunt, qui sunt Angeli, Tr. 22.d.10.n.21.

Vers. 13. Exeamus ad eum extra castra, improperium ejus portantes, tr.22.d.2.n.3. tr.25.d.1.n.7. tr.36.d.8.n.2.

Vers. 16. Beneficentiæ & communionis nolite oblivisci, tr. 26. d.8. per totum, d.23.n.3.

Vers. 17. Obedite præpositis vestris & subjacete eis, Tr. 22. d.23.n.6.

EX EPISTOLA CANONICA S. JACOBI.

CAP. I.

Vers. 9. Tardus ad iram, tr.39.d.14. per totum.

Vers. 17. Omne datum optimum desursum est, descendens à patre luminum, tr.34.d.25.n.7. tr.29.d.23.n.6. tr.30. d.6. n.4. tr. 38. d.6. n.3.

Vers.20. Ira viri justitiam Dei non operatur, tr.39. d.6. per tot.

Vers.21. In mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest salvare animas vestras, tr.39.d.11.n.7. tr.26.d.5.n.5. d.30.n.4.

Vers.27. Religio para & immaculata apud Deum & Patrem, hæc est, visitare pupillos & viduas in tribulatione earum, tr.28.d.14.n.4.

CAP. II.

Vers. 10. Quicumque vero legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus, tr.34.d.32.n.4. tr.41.d. 2.n.6.

Vers. 13. Judicium sine misericordia fiet illi, qui non fecit misericordiam, Tr.35.d.17.n.7. d.29.n.5. Tr.41.d.31.n.9.

Vers. 14. Quid proderit fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat numquid poterit fides salvare eam, tr.29.d.6.n.7. d.7.n.10. d.11.n.6.

Vers. 15. Si frater & soror nudi sint, & indigeant victu quotidiano, dicat autem aliquis ex vobis, illis, ite in pace, &c. tr.24.d.10.n.5.

Vers. 18. Sed dicet aliquis, tu fidem habes, & ego opera habeo : Ostende mihi sine operibus fidem tuam, & ego ostendam tibi ex operibus fidem meam. tr.29.d.8.n.5. d.9.n.2.

Vers. 19. Tu credis quoniam unus est Deus, & bene facis, & Dæmones credunt, & contremiscunt, tr.29.d.13. per totum.

Vers. 20. Vis autem cognoscere homo inanis, tr.29.d.8.n.13.

Vers.20. Fides sine operibus, mortua est, tr.29.d.4.n.5.d.11.n.3.

Vers. 29. Sicut corpus sine Spiritu mortuum est, ita & fides sine operibus mortua est, tr. 29.d.6. per totum.

CAP. III.

Vers.2. In multis offendimus omnes, tr.35.d.16.n.4.

Vers.2. Si equis frænа in ora mittimus, ad consentiendum nobis, & omne corpus illorum circumferimus, tr.40. d.10.n.1.

Vers. 5. Lingua modicum quidem membrum est, & magna exaltat, ecce quantus ignis, quam magnam sylvam accendit; & lingua ignis est, & universitas iniquitatis, tr.36.d.3.n.3. d. 16. n.3. tr.39. d.2.n.6.

Vers.16. Ubi zelus & contentio, ibi inconstantia & omne opus pravum, Tr.38.d.2.n.8.

CAP. IV.

Vers.1. Unde bella & lites in vobis, nonne hinc? ex concupiscentijs vestris, quæ militant in membris vestris, tr.39.d.12.n.8.

Vers.5. Ad invidiam concupiscit Spiritus, qui habitat in nobis, tr.38.d.16. per totum.

Vers. 6. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam tr.32.d.5.n.1.

Vers.10. Humiliamini in conspectu Domini, & exaltabit vos, tr.32.d.10. per totum, d.14.n.5.

Vers.15. Quæ est vita vestra? Vapor est ad modicum parens, & deinceps exterminabitur, tr.41.d.30.n.8.

Cap. V.

Vers. 1. Agite nunc divites, plorate ululantes in miserijs vestris, quæ advenient vobis : aurum & argentum vestrum æruginavit, & ærugo eorum in testimonium vobis erit, & manducabit carnes vestras sicut ignis, &c. tr.41.d.13.n.7.

Vers. 4. Thesaurizatis vobis iram in novissimis diebus, tr.41. d.30.n.8.

Vers. 5. Epulati estis super terram, & in luxurijs enutristis corda vestra in die occisionis, tr.31.d.21.n.9.

Vers.18. Oravit, & cælum dedit pluviam, & terra dedit fructum suum, tr.30.d.25.n.5.

EX CANONICA I. S. PETRI.

CAP. I.

Vers. 7. Probatio fidei : multo pretiosior auro, tr. 29. d. 2. per totum.

Vers.12. In quem desiderant Angeli prospicere, tr.34.d.22. n.4.

CAP. II.

Vers. 1. Deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes, & detractiones, & invidias, tr.38.d.1.n.7.

Vers.8. Lapis offensionis, & petra scandali, tr.27. d.11. per totum.

Vers. 9. Vos autem genus electum, gens sancta, populus acquisitionis, &c. tr.29.d.10.n.6. tr.22.d.4. per totum.

Vers.eod. Regale sacerdotium, tr.22.d.13. per totum.

Vers. 11. & 12. Charissimi obsecro vos, ... vos abstinere à carnalibus desiderijs, Conversationem vestram inter gentes habere bonam, ut ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum, tr. 27. d. 1. per totum, d.11.n.4.

Vers. 13. Subjecti este omni humanæ creaturæ propter Deum, tr.32.d.1.n.7.

Vers.18. Subditi estote Dominis, etiam discolis, Tr.38.d.5.n.10.

Vers.21. In hoc enim vocati estis, quia & Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus, qui cum malediceretur, non maledicebat, tr.29. d.9. n.10. tr.35.d.7.n.3. tr.16.d.7. per totum.

Vers.22. Qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus, tr.23.d.9.n.5.

CAP. III.

Vers.19. & 20. Et his in carcere erant, spiritibus veniens prædicavit: Qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noë, tr.31.d.12.n.8.

Vers. 20. Cum fabricaretur arca, in qua pauci, id est, octo animæ salvæ factæ sunt, Tr.34.d.32.n.5.

Cap. IV.

Vers. 8. Charitas operit multitudinem peccatorum, tr. 22. d. 22. n.21. tr.24.d.5.n.8. tr.26.d.18.n.4.

Vers.14. Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis, quoniam quod est honoris, gloriæ, & virtutis Dei, & qui est ejus Spiritus super vos requiescat, &c. tr.36.d.8.n.4.

Vers.16. Nemo vestrum patiatur ut homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor, si autem ut Christianus, non erubescat, glorificet autem Deum in isto nomine, tr.25. d.7. n 4. tr.25.d.10. per totum, tr.29.d.9.n.9.

Vers. 17. Tempus est, ut incipiat judicium à domo Dei, tr.22.d.28. per totum.

Vers. 18. Si justus vix salvabitur, impius & peccator ubi apparebunt, tr.41.d.21. per totum.

CAP. V.

Vers.3. Forma facti gregis ex animo, tr.22. d.16.n.9. tr. 27. d.5. per totum.

Vers.5. Omnes invicem humilitatem insinuate, quia Deus humilibus dat gratiam, tr.32.d.13. per totum.

Vers.8. Tamquam leo rugiens circuit, quærens quem devoret, tr.34.d.4.n.8. tr.29.d.4.n.4. tr.33.d.6.n.1. tr.25. d.2.n.3.

EX CANONICA II. S. PETRI.

CAP. I.

Vers.5. Ministrate in fide vestra virtutem, in virtute scientiam, in scientia abstinentiam, &c. tr.29.d.23.n.8.

Vers.10. Magis satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis, Tr.29.d.7. per totum.

Vers.16. Non doctas fabulas secuti notam fecimus vobis Domini nostri Jesu Christi virtutem, sed speculatores facti illius magnitudinis, tr.29.d.16. per totum.

Vers. 19. Habemus firmiorem propheticum sermonem, tr. 29. d.16.n.1. tr.34.d.1.n.10.

Cap. II.

Vers. 12. Voluptatem existimantes diei delicias, coinquinationes & maculæ, delicijs affluentes in convivijs suis luxuriantes vobiscum, oculos habentes plenos adulterij, tr.31.d.9.n.3.

Vers.21. Me-

Vers.21. Melius erat illis non cognoscere viam justitiæ, tr.29. d.12.n.7.d.23.n.3.

Vers.22. Canis reversus ad suum vomitum, tr. 31. d.20. n.5.

CAP. III.

Vers.3. Hoc primum scientes, quod venient in novissimis diebus in deceptione lusores, juxta proprias concupiscentias ambulantes, tr. 41. d. 1. n. 6.

EX CANONICA I. S. JOANNIS.

CAP. I.

Vers. 1. Quod fuit ab initio, quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectaverunt de verbo vitæ, &c. tr.29.d.16.n.1.

Vers. 8. Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est, &c. tr.35. d.17.n.2. tr.41.d.23.n.6.

CAP. II.

Vers.1. Advocatum habemus apud Patrem, Jesum Christum, tr.35.d.6.n.7. tr.41.d.29.n.11.

Vers.10. Qui odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, tr. 35. d. 28. per totum. tr.36. d.15.n.5.

Vers.16. Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ, tr.28.d.5.n.4. tr.38. d.8.n.2.

Vers.17. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo, tr.41.d.25.n.4.

Vers.28. Cum apparuerit, habeamus fiduciam, & non confundamur ab eo in adventu ejus, tr.41.d.25.n 4.

CAP. III.

Vers.12. Non sicut Cain, qui ex maligno erat, & occidit fratrem suum. Et propter quod occidit eum? quoniam opera ejus maligna erant, fratris autem ejus justa, tr.33.d.11.n.5.

Vers.14. Qui non diligit, manet in morte, tr.35.d.26.n.1.d.28. n.2.tr.38.d.9.n.1.d.14.n.4.d.19.n.2. tr.39.d.9.n.2.tr.42.d.1.n.1. tr.26.d.43.n.1.

Vers.17. Qui habuerit substantiam hujus mundi, & viderit fratrem suum egere, & non dederit, quomodo charitas Dei manet in illo? tr.31.d.11.n.9.

Vers.5. Hæc est victoria, quæ vincit mundum fides nostra, tr. 29.d.18.n.2.

Vers.16. Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo, tr.32.d.6.n.5.tr.35.d.10.n.8.tr.38.d.6.n.7. tr.38.d.9.n.1.tr.42.d.3.n.1.

Vers.17. In hoc perfecta est charitas Dei nobiscum, ut fiduciam habeamus in die judicij, tr.41.d.30.per totum.

Vers.20. Si quis dixerit, quia diligo Deum, & fratrem suum oderit, mendax est, qui enim non diligit fratrem suum, quem videt, &c. tr.35.d.6.n.7.

CAP. V.

Vers.4. Hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra, tr. 29.d.3.n.5.d.4.n.6.

Vers.7. Tres sunt, qui testimonium dant in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus, & hi tres unum sunt, tr.29.d.16.n.2.

Vers.19. Totus mundus in maligno positus est, tr.29.d.17.n.4.

EX CANONICA III. S. JOANNIS.

CAPUT I.

Vers.4. Majorem horum non habeo gratiam, quam ut audiam filios meos in veritate ambulare, tr.22.d.23.n.6.

EX EPISTOLA B. JUDÆ APOSTOLI.

Vers.4. Subintroierunt quidam homines impij, Dei nostri gratiam transferentes in luxuriam, &c. in sunt in epulis suis maculæ, convivantes sine timore, semetipsos pascentes, tr.31. d.13. n.11.

Vers.11. Væ illis, quia in viam Cain abierunt, tr.38.d.7.n.2.

Vers.13. Fluctus feri maris, despumantes suas confusiones, tr. 39.d.4.n.1.

EX LIBRO APOCALYPSIS B. JOANNIS APOSTOLI.

CAP. I.

Vers.4. Caput ejus, & capilli erant candidi tamquam lana alba, tr.22.d.4.n.1.

Vers.10. Fui in Spiritu in die Dominica, tr.28.d.1.n.4.

Vers.12. & 13. Conversus vidi septem candelabra aurea, Et in medio septem candelabrorum aureorum similem Filio hominis, &c. tr.40.d.10.n.6.

Vers.14. & 15. Oculi ejus tamquam flamma ignis, Et pedes ejus similes aurichalco, sicut in camino ardenti, &c. tr.34.d.10.n.4.

Vers.16. De ore ejus gladius utraque parte acutus exibat, tr.41. d.14.n.2.

CAP. II.

Vers.5. Memor esto, unde excideris, & age pœnitentiam, tr.31. d.24.n.8.tr.40.d.4.n.9.

Vers.9. Scio paupertatem tuam, sed dives es, tr.32.d.3. n.10.

Vers.14. Habeo adversus te pauca, habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere scandalum coram filijs Israël, edere & fornicari, tr.31.d.7.per tot.d.13.n.11.

Vers.17. Qui habet aurem audiendi audiat, quid Spiritus dicat Ecclesijs : vincenti dabo manna absconditum, tr.26.d.20.n.8.

CAP. III.

Vers.1. Hæc dicit, qui habet septem Spiritus Dei, & septem stellas, scio opera tua, tr.33.d.10.n.7.d.11.n.2.d.14.n.7.

Eod. Nomen habes, quod vivas, & mortuus es, non enim invenio opera tua plena coram Deo meo, tr.29.d.10. per tot. d.11.n.4. tr.33.d.7.n.5.d.10.n.7. tr.37.d.3.per tot. tr.37.d.7.n.6.

Vers.8. Ecce, dedi ostium apertum coram te, quod nemo potest claudere, quia modicam habes virtutem, tr.32.d.15.n.3.

Vers.14. Angelo Laodiceæ Ecclesiæ scribe : hæc dicit Amen, testis fidelis : scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus : utinam frigidus esses aut calidus, sed quia tepidus es, &c. tr.29.d.2.n.5.

Vers.17. Quia dicis, quod dives sum, & locupletatus, & nullius egeo, & nescis, quia tu es miser & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus, tr.37.d.5.n.1.

Vers.18. Collyrio inunge oculos tuos, ut videas, tr.32.d.18.n.2.

CAP. IV.

Vers.16. Plena erant oculis ante & retro, tr.32.d.20.n.1.

CAP. V.

Vers.10. Fecisti nos Deo nostro Regnum, & Sacerdotes & regnabimus, tr.34.d.19.n.3. tr.22.d.13.n.4.

Vers.13. Et omnem creaturam quæ in cælo est, & super terram, & sub terra, & quæ sunt in mari, &c. audivi dicentes sedenti in throno : benedictio, & honor, & gloria, &c. tr.30.d.4.n.2.

CAP. VI.

Vers.6. Vinum & oleum ne læseris, tr.34.d.23.n.7.

Vers.7. Et ecce equus pallidus, & qui sedebat super eum, nomen illi mors, & infernus sequebatur eum, tr.33.d.2.n.5.d.5.n.7.

Vers.10. Dicunt montibus & petris, cadite super nos, & abscondite nos, tr.34.d. 18.n.9.

Vers.12. Ecce terræ motus factus est magnus, & Sol factus est niger, tamquam saccus cilicinus, & Luna tota facta est, sicut sanguis, & stellæ de cælo ceciderunt super terram, & cælum recessit sicut liber involutus, tr.41.d.5.n.5.

Vers.13. Et Stellæ de cælo ceciderunt super terram, sicut ficus emittit grossos suos, cum à vento magno movetur, tr.33.d.4.n.4.

Vers.16. Tunc dicunt montibus, cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis, super thronum, & ab ira agni, tr.41. d.11.n.5. d.16.n.3.

Vers.17. Venit dies magnus iræ ipsorum, & quis poterit stare? tr.41.d.8.n.4.

CAP. VII.

Vers.10. Clamabant voce magna, dicentes : Salus Deo nostro, qui sedet super thronum & agno, tr.30.d.18.n.3.

Vers.12. Et omnes Angeli stabant in circuitu throni, &c. tr.30. d.4.n.3.

Eod. Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor & virtus, & fortitudo Deo nostro in sæcula sæculorum, Amen, tr.30.d.2.n.9.

CAP. VIII.

Vers.3. Stetit Angelus juxta aram templi, habens thuribulum aureum in manu sua, tr.22.d.10.n.18.

CAP. IX.

Vers.1. Vidi stellam de cælo cecidisse in terram, & data est ei clavis putei abyssi, &c. tr.34.d.10.n.6.

Vers. 6. Quærent mortem, & non invenient eam, & desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis, tr.34.d.26. per totum.

CAP. X.

Vers.5. Et Angelus quem vidi stantem super mare, & super terram, levavit manum suam, &c. tr.34.d.25 n.7.

Vers.6. Juravit per viventem in sæcula sæculorum quod tempus non erit amplius, tr.34.d.24.n.5.tr.41.d.12.n.4.d.29.n. 3.

CAP. XI.

Vers.2. Atrium autem quod est foris templum, ejice foras, tr. 29.d.11.n.6.tr.33.d.2.n.12.

CAP. XII.

Vers.4. Et ecce draco magnus, cauda ejus trahebat tertiam partem stellarum cæli, & misit eas in terram, tr.33.d.6.n.1.

Vers.9. Projectus est draco ille magnus, tr.33.d.2.n.3. d.5.n.5. tr.34.d.12.n.3.

Vers.11. Descendit diabolus ad vos, habens iram magnam, tr.39. d.7.n.9.

CAP. XIII.

Vers.8. Agnus occisus ab origine mundi, tr.26.d.18.n.1.

CAP. XIV.

Vers. 5. Sine macula enim sunt ante thronum Dei, tr.34. d.16. n.9.

Vers.10. Bibet de vino iræ Dei, quod mixtum est mero in calice iræ ipsius, & cruciabitur igne & sulphure in conspectu Angelorum Sanctorum, tr. 34. d. 21. n. 4.

Vers. 11. Si quis adoraverit bestiam & imaginem, & acceperit characterem, &c. tr.34. d. 9. n. 1.

Vers.12.

*Vers.*11. *Cruciabiter igne & sulphure, & fumus tormentorum eorum ascendet in sæcula sæculorum, nec habent requiem die ac nocte,* tr.34.d.23.n.1.d.27.n.7.tr.41.d.24.n.7.

*Vers.*13. *Scribe, beati mortui, qui in Domino moriuntur: opera enim illorum sequuntur illos.* tr.41.d.2.n.2.& 3.d.28.n.10.

*Vers.*15. *Vidi super nubem sedentem similem Filio hominis, habentem in manu sua falcem acutam.* tr.41.d.10.n.7.

*Vers.*19. *Misit in lacum iræ Dei magnum.* tr.34.d.11.n.4.d.32.n.4.

*Vers.*20. *Misit Angelus falcem suam acutam in terram,& vindemiavit vineam terræ,* tr.34.d.32.n.4.

CAP. XVI.

*Vers.*1. *Ite & effundite septem phialas iræ Dei in terram,*tr.41.d.17.n.6.

*Vers.*5. *Justus es Domine, qui es, & qui eras sanctus,qui hæc judicasti, quia sanguinem Sanctorum, & Prophetarum effuderunt.* tr.41.d.17.n.6.

*Vers.*9. *Blasphemaverunt nomen Dei habentis potestatem super has plagas.* tr.34.d.16.n.10.

Vers 10. *Et quintus Angelus effudit phialam suam super sedem bestiæ, & factum est Regnum ejus tenebrosum, & commanducaverunt linguas suas præ dolore,* tr.38.d.10.n.3.

CAP. XVII.

*Vers.*4. *Et mulier erat circumdata purpura & coccino, & inaurata auro habens poculum aureum in manu sua, plenum abominatione,* tr.33.d.1.n.8.

*Vers.*5. *In fronte ejus nomen scriptum, mysterium,* tr. 33. d.9. n.10.

CAP. XVIII.

*Vers.*2. *Babylon magna, facta est habitatio dæmoniorum & custodia omnis Spiritus immundi, quia de vino iræ fornicationis ejus, biberunt omnes gentes.* tr.27. d.10.n.5.

*Vers.*7, *Quantum glorificavit se, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum.* tr.34. d.20. per tot. n.6. tr.41. d.13.n.7.

*Vers.*21. *Lapidem magnum quasi molarem,*tr.34.d.15.n.7.

CAP. XIX.

*Vers.*17. *Et vidi unum Angelum stantem in Sole, & clamavit voce magna, dicens omnibus avibus, quæ volabant per medium cæli: venite & congregamini ad cænam magnam Dei, ut manducetis carnes Regum,* tr.26.d.48.n.3.

*Vers.*20. *Stagnum ignis ardentis sulphure.* tr.34.d.11.n.2.d.20 n.11.

CAP. XX.

*Vers.*6. *Diabolus missus est in stagnum ignis & sulphuris,* tr. 34.d.11.n.2.

*Vers.*6. *Beatus & Sanctus, qui habet partem in resurrectione prima,in his secunda mors non habet potestatem,* tr.34.d.26.n.2.

*Vers.*10. *Cruciabantur die ac nocte in sæcula sæculorum.* tr.34. d.29.n.1.

*Vers.*12. *Libri aperti sunt, & judicati sunt ex his, quæ scripta erant in libris secundùm opera eorum.* tr.41.d.15.per tot.

*Vers.*14. *Missi sunt in stagnum ignis & sulphuris.* tr.34.d.24. n.5.

CAP. XXI.

*Vers.*8. *Timidis autem & execratis, &c. pars illorum erit in stagno ardenti, igne & sulphure,* tr.34.d.11.n.2.d.15.n.9.

*Vers.*19. *Fundamenta civitatis omni lapide pretioso ornata.* tr. 34.d.32.n.7.

*Vers.*27. *Non intrabit aliquid coinquinatum, aut abominationem faciens.* tr.34.d.11.n.8.tr.35.d.21.n.6.

CAP. XXII.

*Vers.*12. *Ecce venio cito, & merces mea mecum est dare unicuique secundùm opera sua,* tr.41.d.28.n.3.

*Vers.*14. *Ut sit potestas eorum in ligno vitæ, & per portas intrent in Civitatem.* tr.26.d.42.n.9.

INDEX RERUM ET VERBORUM MEMORABILIUM,

QVÆ IN HOC SECVNDO TOMO BIBLIOTHECÆ MORALIS CONTINENTUR.

Numerus primus Tractatum, secundus Discursum, tertius Numerum in quolibet Discursu significat.

A

Aaron, *Tract.*22. *Disc.*2. *num.*9.& *Disc.*13.*n.*14. Dum ad sacerdotium evehendus esset, cur id per germinantem virgam significare Deus voluerit. *Tract.*40. *d.*5. *n.*7.

Abdias.

Factus est Propheta propter erogatam Eleëmosynam, *tr.* 24.*d.*17.*n.*8.

Abel

Cur ejus sacrificium Deo acceptius fuerit, quàm quod Cain frater ejus obtulit.

Abigail

Davidem donis & muneribus placavit.*tr.*24.*d.*12.*n.*2.

Abimelech

Suo exemplo populum adversus Sichemitas continuit, *tr.* 27.*d.*5.*n.*5.

Fumo suffocavit milites & cujus rei sit hoc factum figura, *tr.*34.*d.*27.*n.*7.

Abraham Patriarcha

Monitus est ab Angelo de Isaac, sibi ex Sara nascituro, *tr.*26.*d.*4.*n.*8.& 9.

Non est invitatus ab Angelo ad specialem gratiarum actionem, sed tunc solum gratias egit, quando filium suum in monte, Deo in sacrificium obtulit. *Ibid.*

Tribus Angelis in Mambre convivium præparavit, *tr.*26. *d.*51.*n.*4.

Cur post quinque Reges devictos nihil ab eis spoliorum acceperit, *tr.*26.*d.*10 *n.*3.

Abrahæ gratitudo expenditur. *tr.*30.*d.*5.*n.*3.*tr.*30.*d.*7.*n.*8.

Abraham gratitudine sua Rebeccam Isaac filio suo in uxorem obtinuit. *tr.*30.*d.*6.*n.*9. & *tr.*30. *d.*7.*n.*8.

Limbus Patrum sinus Abrahæ appellatur, & cur? *tr.* 30. *d.*5.*n.*3.

Abrahæ magnalia humilitatis ejus præmia fuere. *tract.*32. *d.*10.*n.*2.

Abraham post receptas in Tabernaculum suum tres personas divinas, tanto est humilior factus, *tr.*32.*d.*18.*n.*1.

S. Abraham Eremita.

Injurias & contumelias tolerando convertit Paganos.

Abrahm

Anachoreta per patientiam injuriarum Idololatras ad Christianam fidem convertit. *tr.*30.*d.*8.*n.*13.

Absalon

Vide *tr.*23.*d.*15.*n.*6.

Intolerabilis eidem fuit paterni affectus privatio. *tr.*34.*d.* 22.*n.*4.

Abstinentia

Abstinentia à carnibus præcedit communiter dies festos solemniores, *tr.*28.*d.*9.*n.*2.

Abstinentia a vino optimum est castitatis conservandæ remedium. *tr.*31.*d.*8.*n.*7.& 8.

Judith per abstinentiam Holofernis evasit libidinem.*tr.*31. *d.*9.*n.*6.

Abstinentia ferrum est, quo omnes inordinatorum affectuum noxiæ herbæ eradicantur, *tr.*31.*d.*12.*n.*5.

Julius Cæsar abstinentia & sobrietate sua Romanum Imperium restauravit, *tr.*31.*d.*17.*n.*3.

Alphonsus Arragoniæ Rex indecens esse dicebat,quod Rex sapientiam per intemperantiam supprimat. *tr.*31.*d.*17.*n.*3.

Abstinentia & frugalitas victus liberat à morbis, & plures vitæ adjicit annos. *tr.*31.*d.*18.*per totum.*

Os hominis parvum, & erectus ejus ad sydera vultus victus ei præscribunt abstinentiam, *tr.*31. *d.*25.*n.*7.

Dijs simillimus est abstinens, *tr.*31.*d.*25.*n.*8.

Egregium in S.Romualdo cernitur abstinentiæ exemplum, *tr.*31.*d.*36.*n.*5.

Achab

Rex Israël ob peccatum suum castigari meruit.*tr.*27.*d.*18.*n.*6.

Acheron

Idem est quod luctuosus. *tr.* 34.*d.* 6. *n.* 2. Item dicitur Infernus

Infernus ab *A* quod est *sine,*& *Cheronta,* quod est *salus* quasi sine salute. *Ibid.*

Accidentia

In Sacramento Eucharistiæ subsistunt sine subjecto, *tr.*26. *d.*52.*n.*1.

Accipiter

Gratus est erga aviculam captam se calefacientem, *tr.*30.*d.* 10.*n.*11.

Actio

Actiones humanæ in quotuplici sint differentia, *tr.*37.*d.*5. *n.*2.

Actio eadem in diversis personis, & laudabilis, & reprehensibilis, & quomodo, *tr.*37.*d.*9.*n.*3.

Adamas

Per sanguinem hircinum frangitur, *tr.*22.*d.*37.*n.*4.

Adiges

Rex in cruento prælio milites suos nimium pavidos, hisce verbis animavit: Cum nos qui vincimus, trepidamus, quid facere censetis eos, qui victi sunt: dictum hoc terrori extremi judicij eleganter applicatur. *tr.*41.*d.*5.*n.*4.

Adulator

Magis vitandus quam injurians. *tr.*36.*d.*10.*n.*3.

Adultera

Evangelica cur sola cum Christo permanserit.*tr.*28.*d.*16.*n.*9

Ægyptus

Ægypti decem flagella umbra sunt pœnarum infernalium. *tr.*34.*d.*15.*n.*5.

Ætas

Ætas juvenilis ceræ comparatur, *tr.*23.*d.*6.*n.*2.& 3.

Æternitas

Inferni & ejusdem pœnarum varie probatur, *tr.*34.*d.*29. *per totum.*

Vitæ beatæ, probat æternitatem inferni. *Ibid.*

Quid sit æternitas, *tr.*34.*d.*26.*n.*3.

Pœnarum infernalium inconsideratio causa est præcipua damnationis multorum, *tr.*34.*d.*29.*n.*8.

Consideratio verò causa est salutis, *Ibid.n.*9.

Ejus consideratio pro fide certantibus vires addit. *tr.*34.*d.* 20.*n.*9.

Agapitus Papa

Quem pro eleëmosyna ex purpura conceptum formarit, *tr.*24.*d.*14.*n.*7.

S. Agatha Virg. & Mart.

Lætabunda ibat ad carcerem, *tr.*29.*d.*29.*n.*5.

Agnus

Paschalis, ejusque figura, circumstantiæ membra, eorumque rationes explicantur, *tr.*27.*d.*7.*n.*1. & *tr.*22. *d.*21. *n.*4. & *tr.*26.*d.*50.*n.*10.

Paschalis crudus manducari non poterat, & quare? *tr.* 26 *d.*8.*n.*9.

Pedibus calceatis manducari debebat. *tr.*22.*d.*21.*n.*12.

Item succinctis renibus, *Ibid.*

Sacrificabatur die decimo. *tr.*22.*d.*22.*n.*2.

Vesperi sacrificabatur & manducabatur in nocte, *tr.*26.*d.* 46.*n.*6.

Cur domi quatriduo stare debuerit, priusquam sacrificaretur: *tr.*26.*d.*18.*n.*2.

Qua ratione manducari debuerit, ejusque mysterium. *tr.* 26.*d.*8.*n.*9.

Alba sacerdotalis

Quid significet, *tr.*22.*d.*7.*n.*4. & *d.*8.*n.*10.

S. Alcanus Martyr

Per bonum exemplum conversus fuit, *tr.*27.*d.*2.*n.*6.

Alexander Magnus

Per Jaddo sacerdotis præsentiam mitigabatur.*tr.*22.*d.*13.*n.*9.

Summum Hebræorum Sacerdotem veluti Deum quemdam adoravit. *tr* 22.*d.*14.*n.*8.

Mores in juventute imbibitos deferere non potuit, *tr.*23.*d.* 6.*n.*7.

In summo existens furore & vindictæ capiendæ proposito, hisce verbis placatus est: O Rex, totius mundi victor es, at si te non vicero, non es victor, sed victus. *tr.*35.*d.*25.*n.*5. & *tr.*36.*d.*13.*n.*4.

In Deorum numerum relatus fuisset, nisi à furore se vinci permisisset.

In temulentia occidit Clitum charissimum amicum, *tr.*31. *d.*5.*n.*6.

Antigonus Alexandrum ob temulentiam imperio indignum esse censuit, *tr.*31.*d.*17.*n.*2.

De Ebrietate Alexandri Magni, *tr.*31.*d.*17.*n.*5.

Calisthenes Alexandri craterem ebibere noluit,ne Æsculapio indigeret, *tr.*31.*d.*18.*n.*5.

Brachanensium ad Alex. M. Epistola de frugalitate victus ipsorum, *tr.*31.*d.*18.*n.*9.

Androclides monebat Alexandrum, ut vinum bibens se terræ sanguinem potare crederet, *tr.*31.*d.*19.*n.*3.

B. Algeras

Ejus dictum de venerabili Sacramento Eucharistiæ, *tr.*26. *d.*16.*n.*8.

S. Alipius

S. Augustini in conversione socius qualiter ad primam vitam reductus fuerit.

B. Aloysius Gonzaga

A S. Carolo Borromæo visitatus, Spiritum & sanctitatem acquisivit, deque morte ipsius, *tr.*26.*d.*10.*n.*3.

Alphonsus VI. Rex

A Matre suâ maledictus idipsum ab initiicis suis passus fuit, quod matri intulerat. *tr.*23.*d.*15.*n.*8.

Alphonsus, Arragoniæ Rex.

Non decere Regem dixit,ut per temulentiam sapientiam suam obscuret, *tr.*31.*d.*17.*n.*3.

Ejus de Antonio Picentino insigni hypocrita à vermibus devorato, egregium dictum, *tr.*33.*d.*3.*n.*5.

P. Alphonsus Valentinus Ord. Prædicat.

Hospitium sibi à sacerdote quodam exhibitum grata mercede compensavit orando. *tr.*30.*d.*8.*n.*10.

Altare

Symbolum est cordis. *tr.*22.*d.*8.*n.*2.

Ambitiosi

A terra sunt devorati. *tr.*22.*d.*14.*n.*4.

Amicitia

Philosophus quidam amicitiam duorum impensè se diligentium parvi fecit,eò quod eorum unus dives, alter pauper esset, *tract.*26.*d.*47.*n.*7.

Amicus S. R. E. Cardinalis

A Paulo II. creatus, quia pastor ovium antèa fuerat, pro insigni suo agnum librum tenentem sibi assumpsit.

S. Ammonius

Illius egregium facinus,quod,ne Episcopus fieret,præstitit, *tr.*22.*d.*31.*n.*8.

Amor

Jonathæ erga Davidem, *tr.*26.*d.*47.*n.*6.

Anachoreta

Quidam post vitam tepidè transactam, ad modicam inferni considerationẽ,austerissimam ducere cœpit,*tr.*34.*d.*3.*n.*2. & 3.

Anastasius Synaita

Episcopus Antiochiæ, ejusque doctrina, *tr.*26.*d.*31.*n.*7.

Androdus servus fugitivus

Egregium hujus à Leone exhibitæ gratitudinis exemplum, *tr.*30.*d.*10.*n.*4.

B. Angelus de Fulginio

Quos ex SS.Sacramento perceperit effectus, *tr.*29.*d.*11.*n.*6.

Ejus circa idem Sacramentum institutiones & visiones, *tract.*26.*d.*26.*n.*10. & *d.*35.*n.*5.

Ejus de humilitate effatum, *tr.*32.*d.*6.*n.*5.

Egregia ipsi à Christo sponso suo de humilitate tradita institutio, *tr.*32.*d.*7.*n.*3. & *tr.*32.*d.*13.*n.*6.

Angeli

Angelorum damnatorum nonnulli sunt in aëre collocati, & quare. *tr.*38.*d.*15.*n.*5.

Angeli in extremo judicio timebunt, *tr.*41.*d.*6.*n.*1.

Eorumdem in tentationibus assistentia, *tr.*41.*d.*18.*n.*4.

Serviunt nobis propter Deum,propter nos,& propter seipsos, *tr.*30.*d.*14.*n.*3.

Egregia ipsi à Christo sponso suo de humilitate tradita institutio, *tr.*32.*d.*7.*n.*3. & *tr.*32.*d.*13.*n.*6.

Angeli

Angelorum damnatorum nonnulli sunt in aëre collocati, & quare. *tr.*38.*d.*15.*n.*5.

Angeli in extremo judicio timebunt, *tr.*41.*d.*6.*n.*1.

Eorumdem in tentationibus assistentia, *tr.*41.*d.*18.*n.*4.

Serviunt nobis propter Deum,propter nos,& propter seipsos, *tr.*30.*d.*14.*n.*3.

Ingens est hominis beneficium habere ab ortu Nativitatis suæ custodem Angelum, *tr.*30.*d.*14.*n.*7.

Angeli Christum carne indutum jussi sunt adorare, *tract.* 32.*d.*9.*n.*2.

Cur Angeli Christi nativitatem solis denunciârint pastoribus, *tr.*32.*d* 9.*n.*4.

Lucta Angeli cum Jacob consideratur, *tr.*32.*d.*18.*n.*4.

Angerus Japo

Primus Japonici Christianus ejusque fides laudata, *tr.*26. *d.*1.*n.*7.

Aniceus Papa

Scripsit de non nutriendâ comâ ad Episcopos Franciæ, *tr.*22.*d.*2.*n.*5.

Anima

In quonam ejus finis & voluptas consistat, *tr.*26.*d.*11.*n.*6. *per totum.Disc.*

Sponsalitium animæ cum Deo qualiter fiat, *tr.*29.*d.*8.*per totum disc.*

Testis hujus sponsalitij sunt opera, *tr.*29.*d.*8.*n.*5.

In sponsalitio animæ cum Christo fieri debet mutua corporum traditio, *tr.*29.*d.*8.*n.*13.

Anima sponsa Christi armillis ornanda est, *tr.*29.*d.*8.*n.*15.

Anima sponsa pretiosis induenda est vestibus, & quanam illæ. *tr.*29.*d.*8.*n.*16.

Dos animæ quæ sit, *tr.*29.*d.*8.*n.*17.

Quid sit, animam in manibus portare, *tr.*29. *d.*9.*n.*10.

Cur Deus animam nostram adeo nobilem luteo corpori conjunxerit, *tr.*30.*d.*13.*n.*4.

Cur Deus homini animam per afflationem infuxerit, *tr.* 30.*d.*13.*n.*5.

Horrendum exemplum cujusdam animam suam vendere, & pretium potu dissipare volentis, *tr.31.d.2.n.12.*
Pravis appetitibus nimium dedita, portatilis quidam est infernus, *tr.34.d.16.n.4.*
Extra abyssum existens, quomodo ab igne infernali incessanter puniatur, *tr.34.d.16.n.7.*
Damnatæ deformitas, *tr.34.d.18.n.2.*

Animalia

Defectuosa à sacrificiis excluduntur, *tr.22.d.20.n.9.*

SS. Anna & Joachim

Quo merito B. Virginem in prolem obtinuerint, *tract.25.d.8.n.4.*

S. Anna mater Samuelis

Ob gratitudinem suam fœcunda mater extitit trium filiorum & duarum filiarum loco Samuelis, *tr.30.d.6.n.1.*

S. Anno Archiepiscopus Colonienſis

Ejus memorabilis visio rancorem & odium quod contra cives Colonienses in corde fovebat, in ipso corrigens, *tr.35.d.18.n.12.*

Annonæ caritas

In obsidione Samariæ ab Eliseo prædicta fuit, *tr.26.d.43.num.4.*

Annulus

Idem significat, *tract.29.d.8.n.3.*

Antichristus

In Angelum lucis se transformans animas multas seducet, *tract.33.d.5.n.11.& seqq.*

Antiochia

Qualiter à terræ motu liberata fuerit, *tr.26.d.17.n.3.*

S. Antonius Magnus Abbas

A S. Athanasio celebratus & à Constantino Magno Imperatore in honore habitus, *tr.25.d.9.n.9.*

S. Antonius Archiepiscopus Florent.

Quod rustico poma afferenti retulit: Retribuat tibi Deus, magis, quam poma, in pondere habuit, *tr.30.d.8.n.5.*

S. Antoninus Imperator

Ad refrænandam iracundiam optimam dicebat esse rationem, timere, ne similis sias ei qui injuriam fecit, *tr.35.d.10.n.8.*

S. Antonius

Multa à dæmonibus est perpessus, *tr.34.d.15.n.6.*

Anisthenes

Cum illi nunciatum esset quasi quidam malè de illo aliquid dixisset, respondit: Non male dixit mihi sed sibi, *tr.36.d.4.n.4.*

Apis

Symbolum est hominis vindicativi, *tr.35.d.8.n.9. & tr.35.d.26.n.2.*

S. Apollinaris Martyr

Ejusdem Martyrij descriptio, *tr.29.d.19.n.5.*

S. Apollinaris

Quomodo juveni cuidam è conditione divitiarum redacto eleemosynam erogarit, *tr.24.d.15.n.4.*

SS. Apostoli

Simon & Judas operibus & bonis exemplis converterunt infideles, *tr.27.d.2.n.8.*

Cur SS. Paulus & Barnabas à gentilibus Deorum loco in veneratione fuerint, *tract.27.d.14.n.13.*

Apostoli

Tam brevi tempore mundum ad fidem convertisse ex 3. præcipuè capitibus mirum est, *tr.29.d.17.n.3.*
Apostoli omnia errorum ignorantiæ, malitiæ, & sacrilegiorum lolia ab hoc mundo extirparunt, *tract.29.d.17.n.4.*
Apostoli puncta difficillima proponebant fide divinâ credenda, *tr.29.d.17.n.4.*
Apostoli significantur per cœlos, *tract.29.d.33.n.1.*
Apostoli sunt Cardines terræ super quos Deus posuit orbem, *tr.32.d.8.n.7.*

Apostata

Cur Deus multos à fide apostatare permittat, *tr.29.d.10.n.3. & tr.29.d.11.n.6. & seqq.*
Apostatæ à fide vel instituto religioso dici merentur atrium Ecclesiæ vel religionis, *tr.29.d.11.n.6.*
Frustra se excusant per mala aliorum exempla, *tr.29.d.11.n.7*
Malè prius vivendo, fidem quam habent amittunt, *tr.29.d.11.n.7. & seqq.*
Naufragantur circa fidem vel religionem, *tr.29.d.11.n.8. & seqq.*
Difficulter convertuntur ad Deum, *tract.29.d.11.n.9. & seq.*

Appetitus

Irascibilis cani cuidam Molosso comparatur, *tr.39.d.15.num.2.*

Aquila

Qualiter à veteribus depicta ut symbolum esset patientiæ, *tr.36.d.5.n.3.*
Ex cæteris volucribus sola à fulmine immunis dicitur, *tr.42.d.30.n.4.*

Arca Domini

In quantâ munditie conservata fuerit & quamobrem, *tr.26.d.22.n.9.*

Cur Accaronitæ illam exhorruerint, *tract.26.d.3.n.13.*

Arca Noë

Cur Deus ex animalibus septena & septena in arcam duci voluerit, *tr.30.d.2.n.3.*

Arelatenses

Dum adhuc gentiles essent, tres juvenes bene saginatos quotannis dæmoni sacrificabant, *tr.31.d.2.n.7.*

Aristomachus

Apes per 58. annos observans quid didicerit, *tr.26.d.12.n.4.*

Aristides

Philosophus dum aliquis ex injuria in faciem ei spueret, illam abstergens dicebat: Admone istum ne postea tam improbe oscitet, *tr.35.d.2.n.4.*

Aristoteles

Ex invidia contra Platonem Magistrum suum concepta, libros ejus combussisse dicitur, ut facilius eum impugnaret, *tr.39.d.9.n.7.*

Arrius. Hæret. Arriani

Fictum quoddam Cerulæ Episcopi Arriani miraculum, *tr.29.d.24.n.6.*

Asinus

Natura sua gratus est ei qui pabulum præbet, *tract.30.d.10.n.1. & tr.30.d.26.n.9.*
Christum natum halitu suo calefecit, *ibid.*
Cur Deus Asinæ Balaam loquelam indulserit, *tr.30.d.22.n.9*

Asinus piscis

Cor in ventre habens gulosi symbolum est, *tr.31.d.21.n.2.*

Assius Episcopus

Alios nimio timore à Martyrio sustinendo deterritos ad idem suo exemplo animavit, ejusque historia, *tr.27.d.6.n.6.*

Assueras

Ejusque convivium quid significarint, *tr.26.d.14.n 11.*

Assyrij

Nocte quadam cum Hebræis bellantes cœcati sunt, & cur, *tr.26.d.22.n.9.*

Aspis

Symbolum est hominis vindicativi, *tr.35.d.3.n.9.* Item invidi, *tr.38.d.17.n.2.*

Attila

Hunnorum Rex Leonis Pontificis affabilitate victus, tyrannidem compescuit, *tr.35.d.22.n.2.*

Aves

Harum gratitudo exponitur, *tr.30.d.10.n.9.*
Cur Deus avibus benedixerit non vero quadrupedibus, *tr.30.d.26.n.14.*

Augures

Romani leges annullant & deponunt Consules, *tr.22.d.13.n 18.*

M. Avila

Sacerdotem lingua cœlum aperire & claudere respondit.

Aula, Aulicus

Cur vitio tantopere patrocinetur, *tr.27.d.5.n.2.*
Duo aulici Const. M. Imperatoris S. Antonij exemplo conversi sunt, *tr.27.d.6.n.6.*

Aurum

In vestibus sacerdotum quid significet, *tr.22.d.6.n.6.*

Azarias

Sacerdos Oziam Regem reprehendit & cur, *tr.22.d.13.n.11.*

B.

Bajazethes

A Tamberlano ferreæ cavea inclusus fuit, *tr.34.d.18.n.5.*

Balduinus

Archiepiscopus Cantuariensis, ejus dictum de Eucharistia, *tr.26.d.38.n.3.*

Balduinus Rex Jerosolymorum

Ejus egregia erga Admirati Turcarum Præfecti conjugem exhibita beneficentia, *tr.30.d.8.n.6.*

Balthasar Rex Babyloniæ

Cur convivium instituerit, quando à Cyro Rege ad extrema redactus erat, *tr.31.d.14.n.4.*
Cur vasa sacra templi in convivium adduci jusserit, *tr.31.d.14.n.4.*
De sententia mortis Balthasari per Scripturam ad parietem infinuata, *tr.31.d.15.n.5.*
Balthasaris gulositas ponderatur, *tr.31.d.21.n.7.*
Cur ob minorem errorem punitus & in minori dissimulatus fuerit, *tr.27.d.10.n.6.*

Baptismus

Post Baptismū tuto cum diabolo pugnare licet, *tr.29.d.4.n.5*
Ut Baptismus contra diabolum prævaleat, opera fidei conjungenda sunt, *ibid.*
Verus Christianus non solo Baptismo efficitur sed per sanctam conversationem, *tr.29.d.9.n.6.*
In Baptismo nomina Christiana imponuntur ut mores induamus Christiano dignos. *tr.29.d.11.n.2.*
Examinatur professio quam in Baptismo profitemur, *tr.29.d.14.n.2.*
Qui factas in Baptismo promissiones violaverit, severissimè punietur, *tr.29.d.14.per totum.*
Cæremoniæ Baptismi consideratæ, *tr.29.d.14.n.2.*

Cur Deus deleto per Baptismum peccato originali pœnam tamen corruptionis ab homine non auferat, *tr.32.d.20.n.4.*

V. Mater Baptista de Camerino

Existimabat nec B. Virginem, nec Angelos, nec Sanctos alios sufficientes pro unico campi flore gratias agere posse, *tr.30.d.25.n.7.*

Barathrum

Idem est quod vorago atra, *tr.34.d.6.n.2.*

S. Barlaam

In tormentis summa gaudia ostendit, *tr.29.d.20.n.4.*

Barnabas & Paulus.

Vid. verbum Apostoli.

S. Basilius Magnus

Quid de Eucharistia docuerit, *tr.26.d.4.n.8.*
Quid de quotidie communicantibus senserit, *tr.26.d.45.n.2.*

Basilius Macedo Imperat.

Erga servum liberatorem suum ingratus fuit, *tr.30.d.20.n.6.*

Beati

Ad augmentum gloriæ suæ damnatorum videbunt pœnas, *tr.34.d.21.n.6.*

Belizarius

Ejus laus eximia ab invidia obscurata, *tr.38.d.12.n.6.*

Bellarminus

Cardinalis, sacerdotem mentiri non posse credidit, *tr.22.d.3.n.10.*

S. Benedictus

Justiniani & Heraclij filiorum Imperatoris comas recepit, *tr.22.d.2.n.2.*
Eum Monachi præ invidia veneno necare tentarunt, *tr.38.d.2.n.8.*

Benedictus Pontifex

Bestiæ instar vivens post vitæ finem bestiæ speciem referre coactus fuit, *tr.34.d.18.n.2.*

Benefacere, Beneficium

Tres præcipuè ob causas unus alteri benefacit, scilicet vel ex timore mali, vel ex spe boni, vel ex virtute beneficentiæ, *tr.30.d.1.n.1.*
Beneficia non sunt danda invitis, *tr.30.d.4.n.7.*
Insignis Balduini erga conjugem Admirati Turc. capitis exercita beneficentia, *tr.30.d.8.n.6.*
Egregium militis Angli erga militem Hispanum beneficentiæ exemplum, *tr.30.d.8.n.6.*
Beneficia nos coërcent ne offendamus benefactorem, *tr.30.d.9.n.4. & seqq.*
De beneficiorum multiplicitate & veritate quibus homo in creaturarum in sui usum productarum accumulatus fuit, *tr.30.d.10.per tot.*
Magnum Dei beneficium est hominis aliarumque creaturarum jugis conservatio, *tr.30.d.12.per tot.*
Ingens à Deo homini concessum beneficium est nobilissima ejus essentia, & corpus elegantissimè formatum, *tr.30.d.13.per tot.*
Ingens hominis beneficium est Angelus ejus custos à Deo ab ortu Nativitatis suæ eidem ordinatus. *tr.30.d.14.n.7.*
Ingens Dei donum est gratia & ejusdem auxilia, *tr.30.d.14.per totum.*
Eximium Dei beneficium est vocatio ad fidem, *tr.30.d.14.n.9. & seqq.*
Magnum Dei beneficium est quod multa culpæ & pœnæ mala à nobis arceat, *tr.30.d.15.per totum.*
Ingens Dei beneficium est quod in statu peccati mortalis æternæ damnationis executionem ab homine suspendat, *tr.30.d.16.per totum.*
De variis beneficiis particularibus unjuscujusque hominis, *tr.30.d.17.per totum.*
Ingens Dei beneficiū est peccatorū remissio, *tr.30.d.17.n.10.*
Ingens beneficium Dei est exactissima illius circa nos providentia, *tr.30.d.17.n.11.*
Quo majora sunt beneficia, eo majora erunt ingratorum supplicia, *tr.30.d.19. per totum.*
Sub nomine frumenti vini & olei, omnigena exprimuntur beneficia, *tr.30.d.25.n.1.*
Beneficium tanto majus est, quanto major est qui illud confert, *tr.30.d.25.n.6. & 7.*
Amor erga benefactorem innatus est nobis, *tr.30.d.25.n.7.*

S. Bernardus

Ad altare accedens timebat & contremiscebat, *tr.22.d.8.n.10*
Parentem suum per prædicationem pœnarum inferni ad statum Religiosum amplectendum induxit, *tr.34.d.5.n.7.*
De inferno cogitans toto tremebat corpore, *tr.34.d.7.n.10*
A quodam Clerico etiam ad tumorem in faciem percussus dicebat: Oportet eum aliis ignoscere, cui toties ignoscitur à Deo, *tr.35.d.19.n.10.*

Bernardus de Quintavalle.

Fuit is socius S. Francisci, oculi autem ejus semper radios quosdam emittebant, quia omnia in bonam partem interpretabatur, *tr.42.d.10.n.2.*

S. Bernardinus

Eucharistiam ultimum & perfectissimum divini amoris gradum esse censuit, *tr.26.d.44.n.5.*

S. Bertrandus

Dissolutus quidem juvenis medias inter choreas & tripudia, levi quadam tactus inferni cogitatione mox resipuit, *tr.34.d.4.n.8.*

Benadad

Rex Syriæ Samariam obsidet, *tr.26.d.22.n.3.*

Benignitas

Christi in conversando, *tr.26.d.59.n.3.*

Bersabea

A Salomone honorata, *tr.23.d.13.n.8.*

S. Birgitta

Terribilem de iis qui Eucharistiam nauseant à Christo revelationem habuit, *tr.26.d.43.n.8.*
Alta ejus circa indignè communicantes revelatio, *tr.26.d.27.n.5.*
Ejus pedissequa ferventem in se libidinis ignem consideratione ignis infernalis extinguit, *tr.34.d.20.n.9.*

Blandina Martyr

Qua ratione in tormentis tutata fuerit, *tr.27.d.1.n.2.*
De ejus in tormentis invicta constantia, *tr.29 d.19.n.7.*

S. Blasius Episcopus & Martyr

Insigne in ejus historia refertur invictæ mulieris & filij ejus fortitudinis exemplum, *tr.29.d.20.n.6.*

Blasphemi

In inferno quomodo puniantur, *tr.34.d.31.n.4.*

S. Bonaventura

Ejus humilitas, *tr.26.d.35.n.7.*
Contra scandalosos, *tr.27.d.13.n.4.*
A Communione quotidiana ob sui existimatam indignitatem abstinens ab Angelo communicatus fuit, *tr.26.d.45.n.5.*

S. Bonifacius

Archiepiscopus Moguntinus suo tempore sacerdotes aureos, & calices ligneos fuisse asserit, *tr.22.d.8.n.6.*

Bos

Gratus est Domino suo, *tr.36.d.1.n.3.*
Ad ejus effigiem olim pecunia appendebatur & quare, *tr.40.d.10.n.2.*

Boves

Quid significent, hujusq; Allegoriæ applicatio, *tr.22.d.4.n.10.*

S. Britius

Per mansuetudinem sancti Martini conversus, *tr.35.d.19.n.8*

Bulgari

Eorum Rex per depictam effigiem Judicij finalis ad Christianam fidem cum tota sua gente conversus fuit, *tr.41.d.1.n.15.*

Buso

Etiam hic ad agendas gratias non invitat,

C.

Cain

Ingratus & primus reprobus fuit, *tr.30.d.21.n.1.*
Cain inter homines primus hypocrita fuit, *tract.33.d.3. passim.per tot.*
Cain primus sacrificium Deo obtulit, *tr.33.d.2.n.3. & tr.33.d.11.n.5.*
Qualiter opera Cain maligna fuerint.

Cadaver Moysis

Cur ab Hebræorum oculis absconditum fuerit, *tr.27.d.14.n.4.*

Cades

Interpretatur contradictio, *tr.36.d.8.n.1.*

Cæsar de Bais.

Doctrinæ Christianæ in Francia institutor ob insignem humilitatem suam magnum à Deo spiritum acquisivit, & quomodo, *tr.25.d.8.n.6.*

Cajus Caligula

Per iram eo temeritatis devenit, ut Jovi bellum indicere ausus fuerit, *tr.39.d.3.n.8.*

Calcio

Lusus in Tuscia usitatus quid importet. v. Lusus.

Calvinus

Ignem infernalem asseruit esse metaphoricum & imaginarium, *tr.34.d.2.n.8.*

Cambyses

Ejus de iniquo Judice atrox sumptum supplicium, *tr.40.d.11.n.4.*
Ejus crudele facinus ut licentiorem sibi redderet intemperantiam, *tr.35.d.2.n.4.*

Cameli

Defatigati harmonico sono ad progrediendum incitantur, *tr.23.d.9.n.4.*

Camillus de Lellis

Clericorum infirmis ministrantium fundator quem hujus instituti habuerit finem, *tract.41.d.32.n.9.*

Campanulæ

Aureæ in extremitate Pontificiæ vestis positæ quid significent, *tr.22.d.16.n.11.*

Canis

Natura sua gratus est, *tr.36.d.10.n.1. & 2. & d.26.n.3. & 10.*
Canis animal est vilissimum, *tract.31.d.20.n.6.*
Canis gulosi hominis est symbolum, *tr.31.d.20.n.6.*

Canes
Eos qui Euchariſtiam deridentdilacerant, *tr.26.d.41.n.6.*
Canis cum præ cæteris animalibus de ſociorum malo gaudeat, invidos adumbrat, *tr.38.d.10.n.5.*
Canonicus
Unde dicatur, *tr.22.d.2.n.5.*
Cantiones laſcivæ
Quomodo in inferno puniantur, *tract.34.d.12.n.5.*
Caput
Vel Dux Banditorum ſeu proſcriptorum per Eleëmoſynam convertitur, *tract. 24.d.11.n.3.*
Capitaneus
Seu quinquagenarius Belli Dux Eliam deridens cœleſti igne conflagrat & moritur, *tr.25.d.12.n.4.*
Carbo
Carbones congregare ſuper caput inimici qualiter ſit intelligendum, *tr.36.d.20.n.1.2. & 3.*
Caro
Poſt diluvium carnes manducandi licentia indulta fuit, *tr. 26.d.47.n.3.*
Cruda aggravat ſtomachum, *tr.26.d.26.n.3.*
Cur Deus tam ſerò, id eſt, poſt ſedecim ſæcula carnes homini edendas indulſerit, *tract.31.d.14.n.2.*
Quomodo à nobis carnes manducandæ ſint, ne ſanitati noceant, *tr.31.d.18.n.8.*
Ejus concupiſcentias ignis extinguit infernalis, *tr.34.d.2.n. 7. Item tr.34.d.4.n.5. & 6.*
Carnis tentationes Monachus quidam Scythiæ fœtidi cadaveris vermibus reſtrinxit, *tract.34.d.23.n.6.*
Carolus
Filius Ludovici Regis Germaniæ à dæmone obſeſſus fuit & quare, *tr.23.d.15.n.7.*
S. Carolus Borromæus
Egregias Eccleſiaſticis inſtructiones tradidit, *tr.22.d.1.n.2.*
Quænam monita Eccleſiaſticis per Prædicatores inculcari voluerit, *ibid.n.4.*
Subdiaconandos per menſem exercitiis ſpiritualibus vacare & Confeſſionem generalem inſtituere voluit, *tr.22.d.3.n.6.*
Parochis impoſuit ut ſubditos frequenter ad communionem ſacram accedere faciant, *tr.26.d.44.n.4.*
Impudicæ cujusdã mulieris tentationes deriſit, *tr.25.d.11.n.6*
Plus & majori cum fructu loquebatur per bona exempla quam per verba, *tr.27.d.2.n.6.*
Suo exemplo reformavit Eccleſiã Mediolanenſe, *tr.27.d.5.n.7*
Laqueum collo ſuo injectum portavit, *tr.22.d.14.n.6.*
Valde urſit obſervantiam Feſtorum, *tr.28.d.2.n.4.*
Onera ſervorum ſuorum iter faciens in humeros ſumpſit, *tr.32.d.1.n.7. & tr.32.d.11.n.8.*
Ejus ſymbolum erat hæc dictio, humilitas, *tr.32.d.11.n.8.*
Nomini & inſignibus familiæ Borromeæ renuncians, Cardinalem S. Praxedis ſe nominavit, *ibid.*
Sub habitu Cardinalitio tam laceris induebatur veſtibus, ut pauper quidam eas acceptare renuerit, *ibid.*
Diabolus quadam vice exclamavit: O utinam in laciniam purpuræ Card. Borromæi glorioſam aliquam immittere poſſem, *tr.32.d.11.n.8. & tr.32.d.17.n.5.*
In eo Eccleſiæ loco qui magis calcabatur ab hominibus ſepeliri voluit, *tr.32.d.11.n.8.*
Intra quatuor annorum ſpatium poſt mortem & ante ejus Canonizationem ſupra 14. millia tabularum argenteorum ad pretium 38.millium ſcutorum ad ejus tumulum oblata fuere, *tr32.d.11.n.8.*
In ejus canonizatione centum & quinquaginta milliones Medalliorum cuſi fuerunt, *tr.32.d.11.n.8.*
Carolus à charitate dictus, *tr.35.d.22.n.9.*
Ejusdem in perferendis injuriis magna conſtantia & animi æquitas, *tr.35.d.22.n.9.*
Carlus Rex Francorum
Pipinum ad Luitprandum ablegat, *tr.22.d.2.n.2.*
Caſus
Qui impuro cuidam ſacerdoti contigit, *tr.22.d.18.n.9.*
Caſſianus Martyr
Ejus ingens ſupplicium, *tr.34.d.27.n.12.*
Caſtus, Caſtitas
Caſtè vivendum eſt diebus Feſtis, *tr.28.d.9. paſſim. per tot.*
Ingens Dei donum eſt caſtitas ſeu continentia, *tr.30.d.14. n.7. & 8.*
Caſtitatis conſervandæ optimum eſt remedium abſtinentia à vino, *tr.31.d.8.n.7. & 8.*
Cataſtæ ſupplicium
Quid ſit, *tr.29.d.19.n.3.*
S. Catharina Senenſis
A Chriſto in Euchariſtia inſtruitur, *tr.26.d.25.n.3.*
Huic revelatum fuit, id quod in calice Paſſionis Chriſti amariſſimum fuit, ingratitudinem fuiſſe, *tr.30.d.22.n.11.*
Mulieri Gangræna laboranti inſerviens varie à dæmone infeſtatur, *tr.35.d.8.n.6.*
Cathedra ſynagogica
Cur Cathedra Moyſis potius quam Aaronis appellata fuerit, *tr.27.d.2.n.5.*
Centurio Evangelicus
Ejus humilitas, *tr.32.d.1.n.8. & tr.32.d.5.n.11.*
Cur ipſe milites ſuos recenſens punitus non fuerit ſicut David, *tr.32.d.2.n.8.*
Cur Chriſtus non in domum Reguli Capharnaitæ, bene tamen in Centurionis domum deſcenderit, *tr.32.d.6.n.4.*
Humiliter orans exaudiri ſubitò meruit, *tr.32.d.14.n.7.*
In monte Calvariæ ad factam à Chriſto pro interfectoribus orationem converſus fuit, *tr.35.d.12.n.1.*
Cerula Epiſcopus Arrianus
Fictum quoddam circa ſimulatum cœcum patrare voluit miraculum, ſed divinitus eluſum, *tr.29.d.24.num.6.*
Cervus
Apologus cervi & vitis, *tr.30.d.20.n.6.*
Baſilium Macedonem Imperatorem è cornu per cingulum ſuſpenſum habuit, *tr.30.d.20.n.6.*
Chaldæi.
Sanctuarium igne abſumunt, *tr.22.d.34.n.6.*
Chananæa
Ejus humilitas expenditur, *tr.35.d.5.n.12. & tr.32.d.14.n.6.*
Humiliter orans exaudiri meruit, *tr.32.d.14.n.6.*
Charaëter
Chriſtiani eſt dilectio inimicorum, *tr.35.d.1.n.1. & paſſim. per totum.*
Idem vermis eſt ſingularis in inferno, *tr.34.d.17.n.9.*
Charitas
Quâ Abraham flagravit, *tr.24.d.2.n.4.*
Quâ S. Gregorius exarſit, *tr.24.d.3.n.5.*
Quâ ſubditi erga Job Dominum ſuum affecti fuere, *tr.26. d.47.n.3.*
Sine hâc fides apud Deum eſt ſine pretio & præmio, *tr.29. d.2.n.5. & ſeqq.*
Eſt veſtis nuptialis, *ibid.n.8.*
Sola charitas fictionem non admittit, *tr.29.d.9.n.6.*
Charitas vera non eſt quam non informat humilitas, *tr.32. d.3.n.1.*
Nutrix & bajula charitatis eſt humilitas, *tr.32.d.3.n.2.*
Ejus in hâc vitâ defectus & concupiſcentiæ ardor, cauſa eſt exceſſivi in damnatis frigoris & caloris, *tr.34.d.14.num.7. & 8.*
Charitas lex ignea eſt, *tr.41.d.18.n.3.*
Ejus pulchræ quædam conditiones explicantur, *tr.42.d.10. per tot.*
Chriſma
Cur ſigno crucis fronti confirmandi affricetur, *tr.25.d.4. num.1.*
Chriſtiani
A Gentilibus velut Dei ſui manducatores deriſi fuerunt, *tr.27.d.1.n.2.*
Divinitatis fiunt participes & quomodo, *tr.26.d.7.n.4.*
Chriſtus.
Obedit ſacerdoti conſecranti, *tr.22.d.12.n.4.*
Reſuſcitatus primo omnium Mariæ Virgini Matri ſuæ apparuit, *tr.23.d.12.n.8.*
Corpus ſuum magna adverſus communem hoſtem virtute præditum eſſe S. Birgittæ revelavit, *tr.26.d.43.n.2.*
S. Mechtildi, ut ſe omni cum affectu poſſibili ad communionem præpararet, injunxit, *tr.26.d.48.n.9.*
Cur nobis in Euchariſtia non exhibeatur glorioſus, *tr.26.d. 50.n.2.*
Corpus Chriſti in Euchariſtia velatum eſt ejusque myſteria, *tr.26.d.50.n.8.*
Filiam Archiſynagogi reſuſcitare volens deriſus fuit, hujusque myſteria.
Quantum Chriſto peccatorum erubeſcentia placeat, *tr.25. d.6.n.5.*
Poſt toleratas pœnitentias baptizari & prædicare cœpit, *tr. 27.d.3.n.3.*
Chriſtus ejusque actiones gratiarum ſunt prodigia, *tr.26. d.23.n.2.*
Magnopere Chriſto placet verecundia de peccatis concepta, *tr.25.d.7.n.7. & 8.*
Chriſtus cur duodennis aſcenderit in templum, *tract.28.d.2. num.2.*
Sæpe ad feſta celebranda ſe contulit, *ibid.*
Chriſtus aſſimilatur à ſponſa capreæ hinnuloque cervorum, & cur primo capreæ, deinde verò cervo, *tr.29. d.7. n.11.*
Cur Chriſtus paſtor bonus oves ſuas lupis objecerit laniandas, *tr.20.d.20.n.11.*
Chriſtus pauper victus, flagellatus, crucifixus, per pauperes piſcatores univerſum mundum fidei ſuæ ſubjecit, *tr.29.d. 21.n.2.*
Chriſtus ante ſacrificium cruentum Paſſionis obtulit ſacrificium laudis & gratiarum actionis, *tr.30.d.18.n.5.*

Cur

Cur Chriſtus rariora apud Nazarethanos quam alibi fecerit miracula, *tr.30.d.19.n.7.*
Cur Chriſtus in tota paſſione ſua ſilens colaphizantem objurgavit, *tr.30.d.22.n.10.*
Malchus Chriſto alapam impegit, *ibid.*
Amariſſimum calicis Chriſti toxicum ingratitudo fuit, *tr. 30.d.22.n.11.*
Quâ nocte Chriſtus hominibus ſummum largiebatur beneficium, Judæi ipſi machinabantur mortem, *tr.30.d.24.n.13.*
Cur Chriſtus refecta in deſerto plebe fragmenta colligi præceperit, *tr.30.d.25.n.8.*
De heroica humilitate Chriſti, *tr.32.d.1.n.5. in fine.*
Cur Chriſtus pedes diſcipulorum aqua & non alio liquore laverit, *tr.32.d.4.n.6.*
Cur Chriſtus dixerit: Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde, *tr.32.d.7.n.1. & ſeqq.*
Inter Chriſti humilitatem & Luciferi ſuperbiam apta antitheſis, *tr.32.d.7.n.4.*
Chriſti humilitas in omnibus ipſum attinentibus reſplenduit, *tr.32.d.7.n.5. & ſeqq.*
Chriſti Nativitas mirâ reſplenduit humilitate, *tract.32.d.7. num.6.*
Chriſti cum diabolo certamen humilitate confectum eſt, *tr.33.d.7.n.7.*
Chriſtus longè ſpecioſior in humilitatis actibus quam in miraculis fuit.
Chriſtus per ſuam humilitatem mundo eſt manifeſtatus, qui antea non cognoſcebatur nec colebatur, *tr.32.d.8. per totum.*
Chriſtus per ſuam divinitatem non habebat unde exaltaretur aut creſceret, crevit autem & exaltatus fuit per humanitatis aſſumptæ humilitatem, *tr.32.d.8.n.1. & ſeqq.*
Chriſtus in præſepi Bethlemitico glorioſè magnificatus eſt, *tr.32.d.8.n.3.*
Chriſtus in ſtabulo Bethlemitico ſuum exorſus eſt regnum, *tr.32.d.8.n.3.*
Chriſtus crucifixus omnes ſibi attraxit, *tr.32.d.8.n.7.*
Quanto Chriſtus in principalioribus vitæ myſteriis magis humiliatus fuit, tanto magis ab æterno Patre ſecundùm humanitatem exaltari meruit, *tr.32.d.9.per tot.*
Chriſtus incarnatus meruit adorari ab Angelis, *tr.32. d.6. num.2.*
Chriſti incarnatio negotium fuit omnium ſæculorum, *ibid.*
Chriſti Nativitas glorificata eſt multifariam, *tract.32.d.9. num.3.*
Humilitas Chriſti nati non minuit in tribus Magis reverentiam, *tr.32.d.9.n.3. in fine.*
Cur Chriſti Nativitas ab Angelis fuerit ſolis Paſtoribus annunciata, *tr.32.d.9.n.4.*
Chriſtus in ſua Circumciſione infimam exhibuit humilitatem, *tr.32.d.9.n.5.*
Præſentatio Chriſti in templum magnum fuit humilitatis ſuæ indicium, *tr.32.d.9.n.6.*
Chriſtus à diabolo ex humilitate ſe tentari permiſit, *tr.32. d.9.n.7.*
Baptiſmus Chriſti humilitatis fuit eximiæ, *tr.32.d.9.n.7.*
Chriſtus diſcipulorum pedes lavans humillimus fuit, *tract. 32.d.9.n.8.*
Chriſtus non lapidari ſed ex humilitate in cruce mori voluit, *tract.32.d.9.n.9.*
Mira in Chriſti morte facta ſunt prodigia, *tr.32.d.9.n.10.*
Chriſtus poſt mortem, humilitatis minime oblitus, ad inferos deſcendere voluit, *ibid.*
Judiciaria Chriſti poteſtas humilitatis ſuæ præmium eſt, *tr. 32.d.9.n.11.*
Cur Chriſtus ante lotionem pedum diſcipulorum ſuorum dixerit: Sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exivit, & ad Deum vadit, *tract.32.d.12.n.5.*
Cur Chriſtus poſt lotos Apoſtolorum pedes, Magiſtri nomen quo appellabatur ab Apoſtolis, probavit, *tr.32.d.15.n.7.*
Cur Chriſtus duodennis in templo reinventus, cum Maria & Joſeph in Nazareth deſcendentes, ibidem illis ſubditus fuerit, *tr.32.d.15.n.8.*
Cur Chriſtus Scribam ipſum ſequi volentem quocumque iret, ad ſcholam ſuam admittere noluerit, *tr.32.d.15.n.10.*
Quem locum deſignare voluerit, cum dixit: Reus erit gehennæ ignis, *tr.34.d.6.n.3.*
Cur in paſſione ſitim paſſus, & quam acerbum hoc fuerit tormentum, *tr.34.d.13.n.8.*
Chriſti & Martyrum paſſiones indicant pœnarum inferni atrocitatem, *tr.34.d.27.n.8.*
Ex Judæis licet ingratis prima jecit Eccleſiæ fundamenta, *tr.35.d.1.n.4.*
Cur præceperit Apoſtolis, ne geſtarent virgam, *tr.35.d.1. n.5.*
Cur dixerit: Mitto vos ſicut oves in medio luporum, & non ſicut urſos & leones, *tr.35.d.1.n.7.*
Pro inimicis ſuis oravit, *tr.35.d.7.n.2. & 3.*
Quando in cruce pro transgreſſoribus oravit, coram Patre ſpecioſiſſimus apparuit, *tr.35.d.7.n.8.*
Pro inimicis orans, quare dixerit, Pater, & non Deus dimitte illis, &c. *ibid.d.13.n.5.6. & 7.*
Pro quibus inimicis in cruce orârit, *ibid.n.9.*
Chriſti Spiritus, Spiritus eſt manſuetudinis, quo plurimos convertit, *tr.35.d.19.n.7.*
Chriſti in Judam ſumma clementia efficax motivum ut inimicis ignoſcamus, *tr.35.d.22.n.2. & 4.*
Chriſto Domino injuriæ & contumeliæ graviſſimum fuere tormentum, *tr.36.d.1.n.56.*
Chriſtus in cruce pro inimicis oravit, ut omnibus pateret, quod hoc, quod prædicavit verbo, docuerit quoque exemplo, *tr.35.d.13.n.1.*
Chriſtum Dominum in monte Calvariæ ſe torquentes & crucifigentes benigniori obtutu reſpexiſſe, non verò ſe conviantes, *tr.36.d.6.n.10.*
Chriſtus quas paſſus fuit patienter injurias, ſummatim ad mores recenſentur, *tr.36.d.7.n.2.*
Chriſtum occidit invidia, *tr.38.d.2.n.13. ibid.d.5.n.3.*
Chriſtus infans quare à S. Joſepho Angelo monente in Ægyptum fuga abductus fuerit, *tr.38.d.5.n.3.*
Chriſtus quo præclariora edebat miracula, unde à populo æſtimaretur, eo magis Judæi invidia ſtimulati honori ejus detrahebant, *tr.38.d.11. paſſim per totum.*
Chriſti Judicis ira & furor, *tr.41.d.9.per totum.*
Chriſti Judicis aſpectus ſummum reprobis tormentum, *tr. 41.d.9.n.5.*
Chriſtus quare in forma ſervi veniſſe dicatur, *tract.41.d.11. n.6.*
Chriſtus ut Judex ſub ſpecie humana comparebat, *tr.41.d. 26.per totum.*
Chriſtus non ignoravit tempus judicij, ſed inutile judicavit illud manifeſtare, *tr.41.d.28.n.5.*
Chriſtus quare non objurgarit mulierem in adulterio deprehenſam, *tr.42.d.8.n.7.*
Chriſtianus
Chriſtiani mali pejori loco erunt poſt hanc vitam, quam infideles, *tr.41.d.13.n.4.*
Quanta fuerint in primitiva Eccleſia paſſi, pulchrè deducitur, *tr.36.d.8.per tot.*
Chriſtiani in primitiva Eccleſia variis fuerunt nominibus appellati, *tr.29.d.2.n.10.*
De Chriſtiani nominis dignitate & excellentia, *tr.29.d.10. n.6. & ſeqq.*
Nomen Chriſtiani ad meliorem vitam ſectandam nos eſtimulare debet, *tr.29.d.14.n.4.*
Primi Chriſtiani ſe fratres mutuo appellabant, *tr.29.d.23. n.8.*
Omnes primitivæ Eccleſiæ Chriſtiani ſancti erant, *tr.29.d. 23.n.7.*
Quantum Martyres ex nomine Chriſtiani ſolatij & virium acceperint, *tr.29.d.19.n.7.*
Cur Chriſtiani fideles appellentur, *tr.29.d.10.n.10.*
Chriſtiani nomen unde derivetur, *tr.29.d.9.n.3. & tr.29.d. 10.n.3.*
Multi Chriſtiani ſunt nomine, re autem pauci, *tr.29.d.9.n. 3. & tr.29.d.10.per totum.*
Certa veri Chriſtiani indicia, *tr.29.d.9.per totum.*
Chriſtianus mori debet ſicut Jacob, pedes ſuos ſuper lectulum colligendo, *tr.29.d.8.n.12.*
Officium Chriſtiani eſt mandatis Dei obedire, *tr.29.d.9. n.1. & 2.*
Item inculpabiliter vivere, *tr.29.d.9.n.3. & ſeqq.*
Item Chriſtum imitari, *tr.29.d.9.n.5. & 6.*
Item charitatem exercere in alios, *tr.29.d.9.n.9.*
Boni nominis fragrantiam ſpirare, *tr.29.d.9.n.7.*
Item facere ea quæ credit, *tr.29.d.9.n.8.*
Item implere, quæ in Baptiſmo promiſit, *tr.29.d.9.n.8.*
Item fidem habere debet in corde. 2. Illam confiteri ore. 3. Eamdem confirmare opere, *tr.29.d.9.n.10.*
Item de futuro ſæculo jugiter cogitare, *tr.29.d.9.n.11.*
Item pro Deo quidvis libenter pati, *tr.29.d.9.n.12.*
Ex moribus dignoſcitur, non verò ex ſolis verbis, *tr.29.d. 9.n.6.*
Fidem profitetur coram Tyrannis, coram amicis illam non erubeſcit, & inimicis charitatem non abnuit, *tr.29.d. 9.n.10.*
Comedit ut vivat, non vero vivit ut comedat, *tract.31.d. 25.n.8.*
Chriſti humilitatem ſectatur, *tr.32.d.7.n.10.*
Verus Chriſtianus eſt anima mundi, *tr.29.d.9.n.11.*
Chriſtianum dedecet otium, *tr.29.d.10.n.7.*
Chriſtiani ſunt filij lucis, *tr.29.d.12.n.4.*
Chriſtianorum alij fidem mortuam habent, alij fictam, alij perverſam alij rectam, *tr.29.d.14.n.4.*

Cur Christus dæmoniacum in finibus Gerasenorum liberatum in discipulum recipere noluerit, *tr.30.d.9.n.9.*
Mali Christiani Deum blasphemari faciunt, & alios à fide avertunt, *tr.29.d.14.n.9. & 10.*
Abominabiles sunt, qui ore Christum confitentur, & factis negant, *tr.29.d.11.per totum.*
Mali Christiani naufragantur circa fidem, *tr.29.d.11.n.9.& 10. & tr.29.d 14.in fine.*
Varie Deum & ejus attributa negant, *tr.29.d.11.n.2.*
Eorum vitia & mali mores sævissimam movent Ecclesiæ persecutionem, *tr.29.d.12.per totum.*
Mali Christiani sunt Antichristi, *tr.29.d.12.n.4.*
Pejores sunt infidelibus, *tr.29.d.12.n.6.& 7. tr.29.d.13.n.3. & seqq. tr.29.d.14.per totum.*
Dæmonibus pejores sunt, *tr.29.d.13.per totum.*
Magna est Christianorum confusio, quod dæmon credit & contremiscit, ipse vero credens nihil timeat, *tr.29. d.13. n.2.*
Melius esset Christiano fidei lumen non habere, quam cum illo male vivere, *tr.29.d.13.n.3.& seqq.*
Malus Christianus tepidus est, infidelis, frigidus, & tamen hic illo felicior est, *tr.29.d.13.n.4.*
Mali Christiani lapidant Christum, *tr.29.d.14.n.2.*
Infideles Deos criminosos colentes, si & ipsi criminosi sint, habent unde se excusent, sed quid Christiani, *tr.29.d.13.n.12.*
Christiani si promissa in Baptismo non observent, & lumini fidei non correspondeant gravissimè punientur, *tr.29.d.14.per totum.*
Christianus gravius peccat, quam infidelis, *tr.29.d.14.n.1.*
Mali Christiani eadem agunt quæ barbari, *tr.29.d.14.n.3.*
Christianus nihil boni operans, timere debet etiamsi cœlum sibi apertum videat, *tr.29.d.8.n.11.*

Ciconia

Earum naturalis proprietas, *tr.23.d.13.n.6.*

Cineres

Sacrificij in locum mundum offerebantur, *tr.22.d.21.n.6.*

Cingulum

Sacerdotis quod Baltheus dicitur quid significet, *tr.22.d.6. n.18.*

S. Clemens Episc. Ancyranus

Diuturnum 28. annorum cum S. Archangelo sustinuit martyrium, *tr.19.d.19.n.5.*

Clemens

Pontifex VI. hujus nominis tam nomine quam re verus Clemens fuit, *tr.36.d 5.n.9.*

Cleopatra

Magni pretij Margaritam in aceto resolvit & quo fine, *tr. 26.d.14.n.9.*

Clericus.

Quid significet, *tr.22.d.2.n.5.*
Quidam ex condicto socio apparens post mortem de gravitate pœnarum inferni perhibet testimonium, *tr.34 d.28.n.8.*
Injustè quidam occisus, pro occisore orans in cœlo conversionem ejus impetrare meruit, *tr.35.d.14.n.24.*

Cælum

Honorificentius per merita quam ex gratia comparatur, *tr. 29.d.9.n.12.*
Cur Deus cœlum non gratis donet sed merita nostra exigat, *tr.29.d.9.n.12.*
Cœlum per descensum, id est, per humilitatem acquiritur & cur? *tr.32.d.6.n.2. & tr.32.d.16.n.1.*
Cœlum soli parvuli & pauperes spiritu, id est, humiles ingrediuntur, *tract.32.d.16.n.2.& 3.*
In cœlum ex valle ascenditur humilitatis, *tr.32.d.16.n.9.*
Cœlorum regnum propter hominem, infernus verò propter rebelles Angelos conditus fuit, *tr.34.d.3.n.3.*

Cœnaculum

Cur Christus Eucharistiam instituturus mundum & aqua consperserit, *tr.6.d.28.n.3.*
Punctualiter per omnigenas circumstantias examinatur, *ib.*
Quanta cum reverentia illud à Turcis honoretur, *ibid.n.4.*

Colores

Vestium sacerdotalium quatuor Elementis applicati fuere & cur, *tr.22.d.6.n.5.*

Columba

Symbolum est hominis à Deo electi, *tr.30.d.21.n.2.*

S. Columbinus

Per lectionem libri spiritualis in se iræ furorem correxit, & prima sanctitatis suæ fecit fundamenta, *tr.39.d.6.n.3.*

Communio

A quodam lubrice conversante suscepta, quale ei pepererit supplicium, *tr.26.d.42.n.11.*
Rarò communicantes sæpius peccant, *ibid.d.18.n.3.*
A muliere quadam gravida quotidie desiderata effecit, ut filius quem peperit, sæpissimè Eucharistiam frequentarit, *tr.26. d.45.n.4.*
Communio quotidiana quoad aliquos non multum à SS. Patribus laudatur, *ibid.n.6.*
Unde sumpserit originem, *tr.26.d.5.n.3.*

Concilium

Tridentinum, qualis communioni præparatio præmitti debeat, definit, *tract.26.d.45.n.8.*

Confirmationis Sacramentum.

Cur in eo Episcopus confirmando alapam leviter impingat, *tr.26.d.1.n.7. Vid. verb. Chrisma.*

Confusio

Qua percellentur damnati in inferno v. Damnati.
Quanta in extremo die Judicij damnatis futura sit, *tr.41.d. 17.per totum.*

Conservatio.

Creaturarum ingens est Dei beneficium, *tr.30.d.12. per tot.*

Conscientia

Examinanda est præcipuè diebus festis, *tr.28.d.4.n.9.*
Conscientia justi est lectulus floridus, sed flores sæpe renovandi sunt ne marcescant, *tr.29.d.8.n.10.*
Mala apud inferos maximum tormentum. *tr.34.d.17.n.34. & 35.*
Bona de illatis injurijs triumphat, *tr.96.d.17.per tot.*
Nostra in die Judicij omnibus erit manifesta, *tr.41.d.14.per totum.*
Ejus examen & judicium multum commendatur, *tr.41.d. 27. per totum.*

Constantinus Magnus

Dum fundamenta Basilicæ S. Petri Romæ foderentur, duodecim cophinos terra refertos humeris suis portavit & cur, *tr.22.d.11.n.10.*
Ejus statua dum injuria affecta esset, & ad vindicandum irritaretur, hoc regia clementiâ dignum dedit responsum; Ego nusquam vulnus in fronte factum video, sed sanum quidem caput, sana vero & facies tota, *tr.33.d.23.n.5.*
Ejus in abscondendis proximorum delictis studium, *tr.42. d.10.n.8.*

Constantius Augustus

Ecclesiæ plus nocuit blanditiæ & hypocrisi, quam si eam manifestè persecutus fuisset, *tr.33.d.5.n.6.*

Constantius Monachus

De ejus insigni humilitate ex S. Greg. *tract.* 32. *d.1.n.4. & tr.32.d.19.n.6.*

Consules Romani

Quare iisdem fasces præferebantur, *tr.39.d.10.n.4.*

Continentia

Sacerdotum Ægyptiorum, *tr.22.d.37.n.2.*

Convallus Rex Scotiæ

Exemplo suo regnum illud sanctitate imbuit, *tr.27.d.5.n.8*

Convivium

Ultimæ Cœnæ cur in nocte habitum fuerit, *tr.26.d.46.n.1.*
A Christo in deserto instauratum ejusque significata, *tr.26. d.48.n.4.*

Convivia

Præsidem habent dæmonem meridianum, *tr.31.d.1.n.4.*
Alexander Magnus Clyrum charissimum amicum in convivio interfecit, *tr.31.d.5.n.6.*
Reprehenduntur urgentes in conviviis ad nimios haustus, *tr.31. d.5.n.7.*
In conviviis multum peccatur per linguæ loquacitatem, *tr.31.d.7.n.11.*
Quid Socrates uxori frugalitatem quâ convivas vocatos excipiebat exprobranti respondit, *tr.31.d.10.n.6.*

Coquus

Coqui industria sua præparandi cibos, vitam homini abbreviant, *tr.31.d.18.n.9.*
Coqui olim in magna habebantur reverentia, & ad summas dignitates evehebantur, *tr.31.d.22.n.4.*

Core

Prope radices montis Sinai electus, *tr.22.d.28.n.8.*

Coriander

Ejus granum tritum carnem in æstate incorruptam conservat, *tr.26.d.14.n.5.*

Cornelius

Centurio in virtute Eleëmosynæ à S. Petro ad Deum conversus fuit, *tr.24.d.11.n.3. Vid. S. Petrus.*

Coronæ

Cur Deus in fabrica Arcæ Moysi præceperit, ut duas illi coronas imponi faceret, ejusque figura, *tr.26.d.9.n.3.*

Cornu

In S. Scripturâ symbolum est fortitudinis, *tr.35.d.7.n.7.*

Corporale

Cruentum in civitate Dorom in Hispania asservatur & cur, *tr.26.d.22.n.12.*

Corpus Christi

Velatum ejusque mysteria, *tr.26.d.50.n.8.*
Materiale cur illæsum conservatum fuerit in cruce, *tr.26. d.16. n.30.*
In sepulchro aromatibus conditum quid significet, *tr.26.d. 39.n.2.*

Corvus.

Eliæ in deserto cibum attulit, *tr.22.d.26.n.2.*
Cur Elias & S. Paulus primus Eremita à corvo & non ab alio nobiliori volucre cibati fuerint, *tr.30.d.10.n.12.*
Symbolum est hominis ingrati & reprobi, *tr.30.d.21.n.2. & tr.30.d.26.n.8.*

Creatura

Quælibet creatura tribus his vocibus nos alloquitur, accipe, redde, fuge, accipe beneficium, redde gratias, & fuge supplicium, *tr.30.d.1.n.4.*

Crux Christi

Quam Christianus portare debet quænam sit, *tr.35.d.1.n.4.*
Christi reprobis ob ejus abusum in die judicij majorem adferet damnationem, *tr.41.d.11.per totum.*
Num in qua Christus crucifixus fuit in judicio apparebit? *Ibid.n.2.*
Humilitatem à nobis exposcit ut videre est in exemplo Heraclij Imperatoris, *tr.26.d.10.n.2.*
Nemo in cruce glorietur nisi cruci conformiter velut crucifixus vivat, *tr.29.d.10.n.2.*

Currus Ezechielis

Quid per motum suum significet, *tr.27.d.4.n.5.*

S. Cyprianus

Quodnam habuerit suæ conversionis motivum, *tr.29.d.21.n.6*

D.

Dagon

Idolum coram arca Dei concidit, *tr.22.d.21.n.14.*
Cur Philistæi illius coram arcâ confracti ventris truncum adorarint, *tr.13.d.14.n.5.*

Dagobertus Rex Franciæ

In festa profanantes severè animadvertit, *tr.28.d.10.n.4.*

Damnati

In inferno hærere debebunt immobiles, *tr.34.d.6.n.7.8.9. 10.& 11.*
Damnatorum tot sunt dotes terribiles, quot justorum in cœlo sunt dotes gloriosæ, *tr.34.d.7.n.4.*
Damnati non solum exteriores sed etiam interiores patiuntur tenebras, *tr.34.d.10.n.7.*
Damnati pabulum sunt dæmonum, *tr.34.d.12.n.4.& 5.*
Damnatorum potus quis sit futurus, *tr.34.d.13.n.6.*
Damnati numquam invenient medium, sed semper de extremo frigoris transibunt ad extremum caloris, *tr.34.d.14. n.5.*
Cur excessivo frigore puniantur, *tr.34.d.14.n.7.*
Damnati habent pœnas correspondentes quatuor dotibus corporum Beatorum, *tr.34.d.15.n.1.& 2.*
Damnatorum corpora ponderositissima, *Ibid.*
Numquam aliquid boni velle poterunt, *tr.34.d.16.n 9.*
Eorumdem in inferno deformitas atque confusio describitur, *tr.34.d.18.per tot.*
Damnatorum confusionem augebit eorumdem superbia. *tr.34.d.18.n.5.* Item consortium aliorum damnatorum, *Ibid. n.6. Item tr.34.d.19.n.6.*
Eorum pœna augetur per repræsentationem malorum exemplorum quæ sibi in hâc vita dederunt ad invicem, *tr.34.d. 19.n.4. & 7.*
Eorum intellectum Deus illuminabit ut illud de Beatorum gloria cognoscant, quod magis eos torquebit, *tr.34.d.21.n.1.2.3*
Deo in æternum satisfacere non possunt, *tr.34.d.25.n.1.*
Damnatorum peccandi desiderium quia est insatiabile, ideo in æternum justè puniuntur, *tr 34.d.30.n.5.*
Damnati morte æterna arctantur nec tamen mori possunt. *tr.34.d.26.per tot.*
Damnatorum confusio quam in extremo die judicij patientur, maxima erit, *tr.41.d.16.per tot.*

Daniel

In medio leonum positus ab Angelo per Habacuc cibatus fuit, ejusque significatum. *tr.26.d 2.n.4.*
Abstinens fuit ne per gulam peccaret, *tr.31.d.27.n.7.*
Cur Deus Danielem filium hominis appellarit, *tr.32.d.20. n.6.*

David Rex & Propheta

Cur ante arcam Domini saltans à Michol Regina derisus fuerit, *tr.25.d.3.n.7.*
Cur Deo in actionibus suis placuerit, *tr.25.d.4.n.5.*
Coram arca saltans fortem se probavit, quia in eo quod pro Dei honore humiliaret se & mortificaret, gloriatus fuit, *tr.25.d.8.n.1.*
Quo merito id assecutus sit ut Filius Dei ex ejus stirpe nasceretur. *Ibid.*
Populum sibi subjectum exemplo suo direxit, *tr.27. d.3. num.3.*
Quando in thronum ascenderit & cur, *tr.27.d.1.n.4.*
Rex fuit quia in victoria contra Amalecitas Melchon Idolo coronam sustulit, *tr.25.d.10.n.4.*
Miphibosceth ad mensam suam invitavit, *tract.26.discr.47. num.5.*
Ex fidei dono egregias virtutes exercuit, *tr.29.d.7.n.5.*
Cur David se vocet olivam fructiferam in domo Dei, *tr. num.12.*
David unde resipuerit, *tr.30.d.9.n.6.& 7.*
David quomodo omni tempore benedixerit Domino, *tr. 30.d.18.n.4.*
Quâ ratione media nocte surgere potuerit ad benedicendum Dominum, *ibid.*
Cur David adulter & homicida punitus fuerit, cum tot alij longè deterius peccantes impuniti evadant, *tr 30.d.19.n.5.*
David graviter ultus est ingratitudinem Regis Ammonitarum Legatis suis exhibitam, *tr.30.d.20.n.8.*
Cur David dixerit: Tibi soli peccavi, *tr.30.d.27.n.9.*
Cur David milites suos recensens punitus fuerit, non v. Centurio Evangelicus, *tr.32.d.2.n.8.*
Davidis humilitas expenditur, *tr.32.d.4.n.3. & tr. 32. d.5. n.8.*
Davidis ad regnum sublimatio ex ejus humilitate processit, *tr.32.d.10.n.6. & 7.*
David se canem nominavit & cur, *tr.32.d.10.n.7.*
Cur Deus Samueli præceperit ut Davidem in Regem unctum surgeret, *tr.32.d.12.n.3.*
Per humilitatem factus est divinorum secretorum particeps, *tr.32.d.15.n.5.*
Cur David vir secundum cor Dei se tenerrimum ligni vermiculum appellarit, *tr.32.d.18.n.3.*
Davidis humilitas in patienter toleratis à Semei irrogatis opprobriis patescit. *tr.32.d.19.n.6.*
Cur David ad Regnum evectus dixerit: Quis sum ego Domine Deus, & quæ domus Patris mei, quia adduxisti me huc, *tr.32.d.20.n.6.*
Ejus in Saulem mira indulgentia, *tract.35.d.5.n.8.9. & 10. Item d.11.n 8.*
Per mansuetudinem ad Regnum Israël evectus est. *tr.35. d.9.n.2.*
Cervo seipsum assimulans ardentem suam erga inimicos charitatem exprimere voluit, *tr.35.d.21.n.2.*
Cur S. Matthæus Davidem in Genealogia Christi cæteris se senioribus præposuerit, etiam plusquam cæteros tertio nominarit, *tr.35.d.23.n.2.*
Ejus victoria contra Saul gloriosior fuit quam contra Goliath, & cur, *tr.36.d.13.n.2.& 3.*
Silentio vicit adversarios suos, *ibid.d.15.n.3.*
Per invidiam mirum in modum agitatus fuit, *tr.38.d.3.n. 11.3.4. & 7.*

Decalogus.

Cur Deus in principio Decalogi illa verba præmiserit: Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi &c. *tr.30.d.9.n.4.*

Decretum

S. Caroli, ne Clerici in publico mulieribus colloquerentur, *tr.22.d.18.n.5.*

Defectuosi

Quoad corpus ab altaris ministerio arcentur, *tract.22.d.8. num.8.*

Delicie

Causa sunt damnationis, *tr.34.d.20.per tot.*
Hujus mundi nimis diuturnæ fastidium generant, *tr.34.d. 29.n.9.*

Delphinus

Gratitudinis suæ erga nutritores suos mirum exemplum, *tr.30.d.10.n.6.*

Derisores

S. Pauli Athenis omnes malo fine vitam suam clauserunt, *tr.25.d.12.n.7.*

Derisio

In inferno intolerabilis pœna, *tr.34.d.18.n.6.*

Detractio

Invidiæ partus est, *tr.38.d.11.per tot.*

Deus

Eos qui sacras vestes faciebant, qui Doctores significabant, sapientia implevit, *tr.22.d.6.n.4.*
Madianitas debellare volens, quo modo usus fuerit, *tr.27. d.1.n.3.*
Cur Moysen virgâ petram percutere voluerit, *tr.27.d.2.n.7.*
Cur Samuel unum ex filiis Isai nemine specificato in Regem ungere jussus fuerit, *tr.27.d.14.n.5.*
Immediatè à festorum profanatoribus offenditur, *tr.28. d.10.n.1.*
Ipsemet manu sua in profanatores animadvertit, *ib.& n.2.*
Cur Deus non omnes peccatores nec semper puniat, *tr.29. d.18 n.3.*
Deus nobis benefacit sine ulla spe retributionis, *tr.30.d.1. num.1.*
Quomodo inter se differant Dominus & Deus, *tr.30.d.9. num.2.*
Dei nomen beneficentiam indicat, *tr.30.d.1.n.2.*
Deus nobis perpetuo benefacit, *tr.30.d.1.n.2.*

Philo Deum in creatione mundi in hoc defeciſſe putat, quod non creaverit vocem in mundo ſonoram quæ Creatorem ſuum laudet, *tr.30.d.1.n.2.*

In hoc tamen errat, quia quot ſunt creaturæ, tot ſunt ora Deum laudantium, *tr.30.d.2.n.2.*

Deus primus eſt Author beneficiorum, quæ à creaturis accipimus. *tr.30.d.1.n.4.*

Cur Deus luminaria cœleſtia crearit. *tr.30.d.2.n.6.*

Deus beneficia ſua non confert invitis, *tr.30.d.4.n.7.*

Deus gratitudinem noſtram loco beneficij accepit, ideoque novis donis compenſat. *tr.30.d.6.n.2.*

Deus valde ſolicitus eſt pro ſalute noſtra, *tr.30.d.14.n.8.& paſſim.& tr.30.d.15.per tot.& tr.30.d.10.per totum.*

Deus promptè ad omnes noſtras actiones concurrit, *tract.30.d.17.n.3.*

Deus inſtar Medici vulnera noſtra ſanat, *tr.30.d.18.n.8.*

Cur Deus in igne rubi ardentis Moyſi apparuerit, *tr.30.d.21.n.5.*

Licet Deus ſolus altiſſimus ſit, ad eum tamen non pervenitur aſcendendo ſed deſcendendo, & cur? *tr.32.d.6.n.2.*

Quanto quis Deo ſit propinquior, tanto magis coram eo contremiſcit, *tr.32.d.18.n.4.& ſeqq.*

Illi non minus obligati ſumus quod infernum, quam quod cœlum creaverit. *tr.34.d.3.n.1.*

Eſt immutabilis, *tr.34.d.24.n.2.*

Deus indulgendo in hac vita ſuam manifeſtat omnipotentiam: *tr.34.d.27.n.9.*

Cur nos potius per lucem Solis, & pluvias, quam per alia ſpiritualia beneficia inimicorum dilectionem docere voluerit, *tr.35.d.3.n.3.*

Cur in conſpectu totius orbis ſtatuerit reprobis inferre confuſionem, *tr.41.d.17.n.2.*

Dei & hominum in condendis legibus differentia, *tr.35.d.5.n.1.*

Deus ad hoc quod præcipit exequendum vires quoque addit ſufficientes, *ibid.n.1.& 2.*

Deus ut diligatur impoſſibile eſt niſi diligatur & proximus, imò etiam inimicus, *tr.35.d.6.n.7.*

Dei indiviſibilis proprietas, injurias ignoſcere, *tr.35.d.10.n.1.*

Dei indicium eſt clementia, *tr.35.d.12.n.3.4.& 5.*

Deus injuriarum ultor eſt & vindex, *tr.35.d.29. per tot.*

Deus ſecundùm cor, non vero juxta externam rerum apparentiam judicat, *tract.37.d.8.paſſim per tot.*

Deus coronat bonam voluntatem quando non invenit facultatem, *tr.32.d.8.n.5.*

Deus in judicandis hominum criminibus tardus admodum & circumſpectus, *tr.40.d.5.n.2 3.& 4.*

Deus æque Juſtitiam ac miſericordiam ſuam omnibus vult manifeſtari. *tr.41.d.3.n.4.5.& 6.*

Duo ſingulariter ad Deum ſpectant: Gloria & Judicium, *tract.42.d.4.n.1.*

Diabolus

Poſt communionem Judam poſſedit, *tr.22.d.20.n.2.*

Credit & contremiſcit, *tr.29.d.13.n.1.& ſeqq.*

Diabolus aliquando Deo jubente virginitatem tutatus eſt, *tr.29.d.20.n.12.*

Dæmones per Evangelium facti ſunt impotentes & muti, *tr.29.d.21.n.5.& 6.*

S. Gregorij in dæmonem mira potentia, *tr.29.d.21.n.6.*

Sacerdotum in dæmones imperium, firmum eſt veritatis fidei Chriſtianæ argumentum, *tr.29.d.21.n.6. & 7.*

Nulla re magis affligitur, quam cum Deo gratias agimus in adverſis, *tr.30.d.18.n.6.*

In duobus præcipuè vitiis fortior eſt, ſcilicet in gula & in luxuria, *tr.31.d.1.n.3.*

Dæmon meridianus quis ſit. *tr.31.d.1.n.4.*

Dæmon per gulam in quævis nos ſcelera rapit. *tr.31.d.1. num.9.*

Dæmon epulonum eſt architriclinus, *tr.31.d.2. per tot.*

Dæmon ad gulam excitans omnium peſſimus & pernicioſiſſimus eſt, *tr.35.d.2.n.1.*

Lucifer eſt qui menſis epulonum præſidet. *tr.31.d.2.n.1.*

Gula eſt telum diaboli, *tr.31.d.2.n.2.*

Gula eſt rete & laqueus diaboli, *tr.31.d.2.n.3.*

Guloſus dæmonis ſtipendiarius eſt, *tr.31.d.2.n.11.*

Sicut Satan Princeps eſt dæmonum, ita gula vitiorum, *tr.31.d.4.n.3.*

Cur tres immundi ſpiritus in modum ranarum ex ore beſtiæ egrediantur, *tr.31.d.7.n.2.*

Cur diabolo dictum fuerit: Super pectus tuum gradieris, *tr.31.d.8.n.4.*

Cur diabolus Chriſto lapides obtulerit in panes convertendos, *tr.31.d.27.n.10.*

Prudens ab Eremita diabolo datum reſponſum eum ab energumeno pepulit, *tr.32.d.17.n.5.*

Egregium B. Franciſci Borgiæ poſt ejectum à ſe è corpore obſeſſi diabolum effatum, *tr.32.d.17.n.6.*

Cur dæmon à Chriſto fulguri comparetur. *tract.33.d.1. num.3.*

Diabolus in Angelum lucis ſe transformans multas ſeducit animas, *tr.33.d.5.per tot.*

Diabolus hypocritas ſpecialiter in ſua habet poteſtate arctiſſimè ſibi devinctos, *tr.33.d.6.per tot.*

Domus ſcopis mundata ad quam diabolus ejectus revertitur, eſt hypocrita, *tr.33.d.6.n.2.*

Nuntij qui Jobo filiorum ſub ruina domus mortem nuntiarunt, dæmones fuiſſe creduntur, *tr.33.d.6.n.12.*

Dæmonis poteſtati ſe ultro concedens & ob hoc damnatus Deique ordinatione ad vitam reverſus eam in aſperrima pœnitentiâ traduxit ob gravitatem pœnarum inferni quas parvo tempore perſenſerat, *tr.34.d.28.n.3.*

Dæmonum quàm ſit horribilis aſpectus, *ibid.n.2.*

Dæmonis in hominem odium unde oriatur, *tr.34.d.22. num.3.*

Dæmon injuriarum Author eſſe probatur, *tract.36.d.2. per tot.*

Ejus invidia tanta eſt ut damnationem ſuam non tam curet, quam hominem ad eamdem pertrahere. *tr.38.d.8.n.8.*

Ordinariè ſuſcitat iram, *tr.39.d.8.n.2.*

Qualiter in pœnam commiſſæ iracundiæ & furoris Presbyterum quemdam decipere permiſſus fuerit, *tr.39.d.8.n.3.*

Dæmoni iraſcendum eſt, *ibid.d.16.n.3.& 4.*

Dæmon quadam vice ex obſeſſo quodam præclarum habuit ad populum ſermonem & quare, *tr.41.d.20.n.2.*

Dæmon juſtis in agone minimos improperat defectus, *tr.41..d.21.per tot.*

Dæmon temerarij Judicij Author. Vid. Judicium temerarium.

Dæmon ut in aliis Judicium temerarium cauſaret, varias firmâs illuſorias ſuſcepit, *tr.42.d.2.n.6.*

Diaconus

In Eccleſia Orientali elatâ voce intonare ſolebat: *Sancta Sanctis. tr.22.d.7.n.2.*

Dilectio inimicorum

Præceptum hujus per ignem qui Eliæ ſacrificium coram Baalitis abſumpſit demonſtratur, *tr.35.d.1.n.9.*

Idem animalia irrationalia nos docent, *tr.35.d.3.n.4.& ſeq.*

Diligendi ſunt inimici, maximè quia id Chriſtus præcipit, *tr.35.d.4.n.1.& 2.& ſeqq.*

Diogenes Imperator

Ejus ob nimium vindictæ capiendæ deſiderium mira & horrenda punitio, *tr.32.d.2.n 5.*

Diogenes Philoſophus quemdam de cœlo nimis liberè differentem interrogavit: Quam nuper tu de cœlo veniſti, *tr.42.d.7.n.2.*

S. Dionyſius Areopagita

Ejus humilitas, *tr.32.d.1.n.6.*

Diſpenſatores

Chriſti qui ſint & quales, *tr.22.d.5.n.6.*

Dives. Divitiæ

Cujusdam exemplum qui propter ſolas Eleëmoſynas ſalvatus fuit, *tr.24.d.13.n.5.*

Dives Epulo

Ob ſuam ingratitudinem ſepultus eſt in inferno, *tr. 30. d.21.n.8.*

Ejus voracitas expenditur, *tr.31.d.2.n.4.*

De nullius reprobi damnatione tam manifeſtè in Scriptura conſtat ut de damnatione hujus epulonis, *tract.31.d.3. num.1.*

Fuit Parochianus diaboli & ideo ab eo velut plebano ſuo in inferno eſt ſepultus, *tr.31.d.3.n.6.*

Dives Epulo ſepultus eſt in inferno, quia anima ejus dum viveret, ſepeliebatur in corpore quaſi ſepulchro, *tract.31.d.3.n.6.*

Cur dives Epulo in lingua potiſſimum fuerit cruciatus, *tr.31.d.7.n.11.*

Omnem erga pauperes compaſſionem exuit, *tract.31.d.11. num.8.*

Cur dives Epulo Moyſe & Prophetis non contentus, Lazarum ad fratres ſuos mitti petierit, *tr.31.d.13.n.3.*

Dives Epulo Scripturas ſacras pro fabula vivens habuit, *tr.31.d.16.n.6.*

Fratres divitis Epulonis ab Abraha incorrigibiles æſtimati fuere, *tr.31.d.16.n.6.*

Dives Epulo ob crapulam brevis vitæ fuit, *tract.31.d.18. num.9.*

Non eſt condemnatus quia epulabatur, ſed quia id faciebat quotidie ac ſplendidè, *tr.31.d.23 n.2.*

Cur ſolam aquam ad reſtinguendam ſitim & nullum contra alias inferni pœnas remedium petierit, *tr.34.d.13.n.5.*

In exemplum continuæ ſine ullo ſolatio damnatorum pœnæ adducitur, *tr.34.d.23.n.3.& 4.*

Invidia ſtimulatus Lazarum ad ſe mitti petebat fratresque ſuos moneri, *tr.34.d.25.n.6.*

Doctrina

Chriſti in exemplo potius quàm in verbis conſiſtit. *tr.27. d.3.n.1.*

Decamentum

Ad bene educandos filios. *tr.23.d.5.n.12.*

Dolor

Dolorum hujus vitæ exiguitas atrocitatem repræſentat dolorum inferni. *tr.34.d.27.per totum.*

S. Dominicus Fund. Ord. Prædicat.

De ejus humilitate. *tr.32.d.1.n.8.*

Paupertatis & humilitatis ſuæ exemplo convertit Hæreticos Albigenſes, quod ante ipſum prælati prædicantes facere non potuerunt. *tr.27.d.10.n.9.*

Dominica dies

Inſtituta fuit loco Sabbathi. *tr.28.d.1.n.4.*

Quando & cur id factum fuerit. *ibid.& n.7.& 8.*

In Scotia miraculosè aſſerta & confirmata fuit. *ibid.n.5.*

Magna in ea contigerunt myſteria. *ibid.n.6.*

Ejus duodecim prærogativæ, *ibid.n.6.*

Diei Dominicæ Profanatores graviter puniuntur. *tr. 28. d.11.n.6.& 7.& 13.*

Donatiſtæ

Eorum hæreſis per Chriſtianorum eleëmoſynam profligata fuit. *tr.27.d.1.n.5.*

Alij ejuſdem ſectæ exemplo & eleëmoſynis converſi. *tr.27. d.1.n.5.*

Lacerati à canibus & cur. *tr.26.d.41.n.6.*

Donum

Quas qualitates habere debeat ut ſit magnificum. *tr.26.d.9. n.7.*

Cur permagni æſtimari debeat. *ibid.n.7.*

S. Dorothea.

A Theophilo deriſa promiſſo in puncto mortis Paradiſi fructus eidem tranſmiſit. *tr.25.d.8.n.3.*

S. Dunſtanus.

Nobili cuidam ſanato priſtinum malum immiſit, eo quod ſe tamquam divitem ſanatum fuiſſe gloriabatur. *tr.25. d.10. num.7.*

Dux Sabaudiæ.

Cum filiis benedictionem à S. Carolo flexis genibus poſtulavit. *tr.25.d.10.n.9.*

E.

Ebba Abbatiſſa.

Dum ad conſervandam virginitatem labia ſibi præcidit, alias Moniales ad idem faciendum permovit. *tract.26. d. 6. n.6.*

Ebrietas, ebrius

Euchariſtiam contemnens caſtigatur.

Hâc mediante diabolus nos in quævis ſcelera adigit. *tr.31. d.1.n.9.*

Ebrietas voluntarius & blandus dæmon eſt, & dulce venenum. *tr.31.d.1.n.9.& tr.31.d.2.n.5.*

Dæmon eſt ebriorum pincerna, *tr.31.d.2.n.1.*

Ebrij cujuſdam Indi mira converſio. *tr.31.d.2.n.8.*

Ebrij dæmonibus ſimiles fiunt. *ibid.*

Duo horrenda ebriorum exempla. *tract.31. diſc.2. num.12. & 13.*

Ebrietas eſt quaſi quidam inferni puteus. *tr.31.d.3.num.2.*

Funeſtum ebrij cujuſdam in inferni infimum demerſi exemplum. *tr.31.d.3.n.3.*

Quod de ebrietate naſcitur igni præparatur. *tract.31. diſc.3. num.7.*

Ebrij in eadem cymba cum divite epulone navigant. *tr.31. d.3.n.8.*

Ebrietas ſentina eſt omnium vitiorum. *tract.31. diſc.4. per totum.*

Ebrius regnum cœlorum non poſſidebit. *tr.31.d.3.num.9.*

Ebrietas omne vitium accendit & detegit. *tr.31.d.4.num.5.*

Ebrietas ratione quæ caſtrum animæ gubernat ſopita, animæ caſtrum tradit Dæmoni omniumque vitiorum exercitui, *tr.31.d.4.n.6.*

Ebrius per hydropicum ſignificatur. *tr.31.d.4.n.10.*

Ebrius ſimilis eſt navi nauclero deſtitutæ. *tr.31.d.4.n.13.*

Ebrietas parit rixas, cædes & omnia turbat. *tr.31. d.5. per totum ſpecialiter n.5.& ſeqq.*

Ad Ebrietatem etiam intentata morte urgentibus obtemperandum non eſt, *tr.31.d.5.n.7.*

Ebrij in mente ſuâ excœcantur, *tr.31.d.6. per totum.*

Fiunt beſtiis ſimiles, *tr.31.d.6.per totum. maximè num.7.& ſeqq.*

Quid convivantes juvenes apud Pyrrhum, quaſi ipſi detraxiſſent, accuſati reſponderint, *tr.31.d.6.n.6.*

In ebrioſis non eſt prudentia, *tr.31.d.6.n.3.*

Egregium quoddam Studentis Pariſienſis, equum ſuum parcius bibere videntis dictum, *tr.31.d.6.n.11.*

Ebrietatis filiæ enumerantur, *tr.31.d.7.n.2.& 6.*

Ex ebrietate naſcitur ſcandaloſa lætitia ſeu petulantia, *tract. 31.d.3.n.7.*

Ebrietas ſecreta cordis pandit, *tr.31.d.7.n.8.*

Ebrietas eſt concupiſcentiæ carnalis incentivum, *tr.31.d.8. per tot.& tr.31.d.9.per totum.*

Ebrietas Noë verenda nudavit, *tract.31.diſc.8. num.1.& 2.& 7.*

Loth ebrius factus eſt inceſtuoſus, *tr.31.d.8.n.10.*

Valerius ebrius cum filia congreſſus præ mœrore præcipitem ſe egit, *tr.13.d.8.n.10.*

Ebrietas impellit hominem in inverecundam libidinem, *tr.31.d.9.n.2.& ſeqq.*

Funeſtum ex ebrietate juvenis Hipponenſis ſecutum exemplum ex S. Auguſtino, *tr.31.d.9.n.7.*

Ebrietas impedit intellectum ne ſapiens fiat, maximè circa ſpiritualia & cœleſtia, *tr.31.d.10.per tot.*

Gula inter omnia vitia primo loco ſuperanda eſt, quia Deum & proximum contemnit, *tr.31.d.11.per tot.*

Sultanus Monachos miſſionarios per ebrietatem in vitium carnis & apoſtaſiam à fide impulit, *tr.31.d.13.n.7.*

Ebrietas in aliis crimen in ſacerdotibus vero ſacrilegium eſt. *tr.31.d.13.n.9.*

Nadab & Abiu ignem alienum Deo obtulerunt quia ebrij erant, *tr.31.d.13.n.9.*

Ebrioſi ab ordinibus ſacris arcendi, *tr.31.d.13.n.10.*

Uxor ebrij cujuſdam filios panem poſtulantes, ac demum maritum ebrium occidit, *tr.31.d.15.n.9.*

Michaël III. Imperator Orientis in ebrietate miſerè à Baſilio interemptus fuit, *tr.31.d.15.n 9.*

Zeno Imperator Orient. in ebrietate poſitus ab uxore ſuâ vivus ſepultus eſt, *tr.31.d.15.n.9.*

Ebrij communiter impœnitentes & morte improviſa maximè vero Apoplexiâ moriuntur, *tr.31.d.16.per totum.*

Tremendum ebriorum exemplum, quorum unus Deo ipſi è ſimplici vino propinavit, ſed infelici eventu. *tr.31.d. 16.n.12.*

Mulier cujusdam ebrij in Bacharach propè Rhenum monſtrum horrendum peperit, quod ebrium tandem maritum enecavit, *tr.31.d.16.n.12.*

De damnis & ruinis Reipublicæ ex ebrietate Principum & Gubernatorum emergentibus, *tr.31.d.17.per tot.*

Dionyſius Tyrannus Syracuſanus aratus fuit ob ebrietatem & Syracuſanos ſubditos in idem vitium exemplo ſuo pellexit, *tr.31.d.17.n.8.*

Antigonus Alexandrum Magnum utpote ebrioſum Imperio indignum cenſuit, *tr.31.d.17.n.2.*

Rex ebrius ſuis eſt contemptui, *tr.31.d.17.n.4.*

Phocas Imperator in ebrietate miſerrimè occiſus fuit, *tr.31. d.17.n.4.*

Ebrietas foſſa eſt cœmeterio contermina, *tr.31. d.19.n.2.*

Ebrius cadaver eſt animatum, *tr.31.d.19.n.3.*

Ebrietas varios morbos cauſat & vitam abbreviat, *tr.31. d.18. per totum. & tr.31.d.19.per tot.*

Ebrij ab omnibus habentur ludibrio, *tract.31.d.20.n.7.& ſeqq.*

Ebrius dæmoniaco deterior eſt. *tr.31 d.20.n.8.*

Agrigenti ebrij quidam ſe in maris tempeſtate navigare credentes, omnia ſua è feneſtris ejecerunt, *tr.31.d.20.n.10.*

Ebrius febricitanti ſimilis eſt, *tr.31.d.21.n.7.*

Febris hæc in anima non in corpore reſidet, *tract.31.d.21. num.9.*

Ad cavendam ebrietatem ſervit feria ſeſtis & aceti Chriſto in cruce propinati cogitatio, *tr.31.d.24.n.3.*

Item lectio vel auditio Sacræ Scripturæ & elongatio ab occaſione ſe inebriandi. *tr.31.d.25.n.3.*

Item conſideratio quàm parum duret guſtus & ſapor vini, *tr.31.d.24.n.4.& 5.*

Item recogitatio gravis offenſæ Dei quæ ſit per ebrietatem, *tr.31.d.24.n.7 & 8.*

Item conſideratio malorum quæ ex ebrietate naſcuntur, *ibid.*

Terribile exemplum quod ebrio contigit à mortuo, quem in cœmeterio ad cœnam invitarat, ad dictam cœnam comparente, *tr.31.d.24.n.9.*

Eccleſia

Significatur per vineam & cur? *tr.29.d.7.n.8.*

Significatur per mulierem fortem, *ibid.n.9.*

Significatur per Sponſam in Canticis, *ibid.*

Significatur per domum Jacob, *tr.29.d.9.n.7.*

Significatur per Noëmi primo pulchram poſtea amaram, *tr.29.d.12.n.4.& 5.*

Eccleſia modicum tantum mundi angulum occupat, *tr.29. d.12.n.5.*

Tres Filij Noë propagarunt in omni parte mundi genus humanum, & pauci piſcatores per totum mundum fundarunt Eccleſiam. *tr.29.d.17.n.1. & 3.*

Eccleſia in die Pentecoſtes fundata fuit, *tr.29.d.17.n.1.*

Ecclesia firmioribus quam cœlum ipsum radicibus defixa hæret, *tr.29.d.18.n.2.*

Cur Deus Ecclesiam tot tempestatibus persecutionum & hæresium concuti permittat, *tr.29.d.18.n.6.*

Deus in custodia Ecclesiæ aliquando dormire videtur, sed cor ejus in illius defensionem semper vigilat, *tr.29.d.18.n.6. & 7.*

Deus Ecclesiæ persecutores in ejusdem defensores commutat, *tr.19.d.18.n.8.*

Persecutiones Ecclesiæ in majus illius bonum cedunt, *tr. 29.d.18.n.8. & 9.*

Deus Ecclesiam non bello & armis, sed per pauperes & nudos piscatores fundavit, *tr.29.d.21.n.2.*

De Ecclesiæ stabilitate in fide, *tr.29.d.22.n.6.*

Admirabiles sunt ritus & cæremoniæ quibuscum Ecclesia Deum colit, *tr.29.d.23.n.1.circa fin.*

Cur Ecclesia in domo Jacob non vero in domo Esau fundata sit, *tr.31.d.13.n.11.*

Ecclesiastici

Eorum encomia, *tr.22.d.1.n.1.*

Mediatores sunt inter Deum & hominem, *ibid.*

Destinati ad consecrandum, *ibid. & d.4.n.1. & d.7.n.1.*

Ad eorum statum meliores ex populo eliguntur, *ibid.d.1. n.1.*

Sancti esse debent, *ibid.n.4.*

Sunt facies Ecclesiæ, *ibid.d.1.n.5.*

Sunt oculi Ecclesiæ

Eorum peccata trabibus comparantur, *ibid.n.6.*

Vestis linea sacerdotum quid significet, *ibid. n.7.*

Deum tamquam filij venerari debent, *ibid.d.2n.2.*

Non sunt de hoc mundo, *ibid.*

Auro comparantur, *tr.22.d.3.n.8.*

In plateis, id est, inter negotia hujus mundi candorem suum amittunt, *ibid.n.11.& 12.*

Proximi non verò propriam utilitatem quærere debent, *ibid.n.13.*

Qui statum Clericalem aggreditur ut reditibus Ecclesiæ gaudeat, super pinnaculum templi deportatur, *ibid.n.12.*

Distinctio inter Dei & Pharaonis sacerdotes, *ibid.n.16.*

Ecclesiastici solum ut Deo serviant statum suum eligere debent, *ibid.n.17.*

Ad puerilem contendere debent innocentiam, *tr.22.d.4. n.4.*

Omnes ritus Ecclesiastici prædicant sanctitatem ministrorum Dei, *ibid.n.5.*

Cur in publico conserventur, *ibid.n.6.*

Sunt lux mundi, *ibid.n.9. & d.9.n.5.*

Eorum exercitia, *tr.22.d.5.n.8. & 9.*

Sunt sal terræ, *tr.22.d.9.n.4.*

Sunt civitas, *ibid.n.6.*

Cœlis similes sunt, *ibid.n.6.*

Sunt os Dei, *ibid n.8.*

Sunt cor Ecclesiæ, *ibid.n.9.*

Mali Ecclesiastici replent Ecclesiam amaritudine, *tr.29.d.12 n.4.& seqq.*

Mali Ecclesiastici sunt Persecutores Christi, *tr. 29.d. 12. num.7.*

S. Edvardus Rex Angliæ

Sordidum & nervis contractum pauperem in humeris suis portans sanavit, *tr.32.d.21.n.9.*

De educatione liberorum, & eorum obligatione erga parentes. *Vide tract.32.per tot.*

Effigies

Antiquorum Deorum quænam fuerint, *tr.26. d.47.n.5.*

Effectus

Amoris divini, *tr.26.d.50.n.3.*

Eucharistiæ in iis qui dignè communicant, *tr.26.d.23. n.3. & d.34.n.1.*

Eucharistiæ in S. Philippo Nerio, *tr.26.d.34.n.4.*

Eleazarus

Martyr coronatus, *tract.23.d.4.n.11.*

Laudatur ex eo, quod scandalum dare noluerit, *tr.27.d. 14.n.11.*

Eleëmosyna

Quantum aliis virtutibus prævaleat ostenditur exemplo, *tr.24.d.14.n.10.*

In Eleëmosyna Deus affectum dantis respicit non verò donum. Exemplum S. Martini, *ibid.d.18.n.5.*

Eleëmosyna justitia appellatur & cur, *tr.24.d.1.n.4.*

Baptismo præfertur, *tr.24.d.5.n.7.*

Est semen, *tr.24.d.7.n.5.*

Est in Deo veluti cor in corpore, *ibid.d.9.n.7.& 8.*

S. Elias Propheta

Cur virgo permanserit, *tr.26.d.15.n.5.*

Mulieris Sareptanæ filium ad vitam revocavit, *tract.2.d.8. n.n.9.*

In curru igneo ad cœlum ascendens pallium suum Elisæo reliquit, ejusque significatum, *tr.26.d.46.n.11.*

Cur à corvo & non à nobiliori quadam volucre pastus fuerit, *tr.30.d.10.n.12.*

Cur ei unicus tantum panis allatus fuerit per corvum, *tr.31.d.25.n.3.*

Sacrificium ejus ab igne cœlitus dimisso simul cum altari absumptum, pulchre dilectioni inimicorum adaptatur, *tr.35. d.1.n.9.*

Cur semel à corvo postmodum ab Angelo pastus fuerit, *tr. 35.d.7.n.10.*

Elias Abbas tria dicebat se timere, *tr.41.d.23.n.3.*

Elimas Magus.

Conversione Sergij Pro-consulis contrarius à SS. Apostolis Paulo & Barnaba convictus fuit, *tr.27.d.4.n.5.*

S. Elisabetha Hunganiæ Regis filia.

Infirmos visitando convertit, pedissequas idipsum ei dissuadere conantes, *tr.24.d. 13.n.1.*

Pro inimicis orans à Deo audire meruit: *Numquam orationem gratiorem effudisti, tr.35.d.14.n.7.*

Ejusdem in mulierem à quâ petulanter in lutum intrusa fuerat, clementia, *tr.35.d.20.n.7.*

Per misericordiæ opera ad diem Judicij se præparabat, *tr. 41.d.31.n.2.*

S. Elisæus Propheta

Salem in aquas Jerichuntinas amatas conjiciendo easdem dulces reddidit, *tr.26.d.51.n.7.*

Typus est nostri Salvatoris, *ibid.46.n.9.*

Mors ei comminata fuit & cur, *tr.22.d.14.n.13.*

Elzearius Comes

Invicta ejus in perferendis injuriis patientia, *tr.36.d.6.n.8.* Numquam visus fuit irasci, *tr.39.d.10.n.8.*

Emblema

Massa bituminis accensa, super quam ardentem cum hâc Epigraphe. Etiam in flammis, significat animam sanctam quæ ob virtutem patientiæ per injuriarum aquas non admittit charitatis extractionem, *tract 36.d.6.n.5.*

Epaminondas Thebanus.

Quid æmulis suis responderit, *tr.30.d.26.n.2.*

Episcopus.

Quâ oratione primam tonsuram conferens uti soleat, *tr. 22.d.1.n.5.*

Non examinans mores reprehenditur, *tr.22.d.7.n.9.*

Episcopi Asiæ Angeli appellati fuere, *tr.22.d.17.n.8.*

Vestes Episcopales earumque mysteria, *tr.22.d.7.n.4.*

In ejus vertice nihil splendidius fulget quam humilitas, *tr. 32.d.11.n.2.*

Equuleus

Quid sit, *tr.29.d.19.n.3.*

Ericius

Astu proprio deluditur & capitur, sic quoque peccator, *tr. 41.d.28.n.10.*

Erubescentia vitiosa

Vid. *tr.25.per totum.*

Esau.

Ab Isaac benedictionem petiit, *tr.26.d.47.n.3.*

Cur ab Apostolo fornicator & profanus appelletur, *tr.32. d.8.n.7.& tr.31.d.13.n.6.& tr.31.d.14.n.6.*

Pro edulio lentis Jacob primogenita sua vendens examinatur, *tr.31.d.5.per tot.*

Id faciens vilem se & abjectum esse probavit, *tr.31.d.20.n.2*

Esuras.

Populum Hebræum exemplo suo ad pœnitentiam perduxit, *tr.27.d.4.n.4.*

Eva

Post genitum Cain gratam se exhibuit, *tr.30.d.2.n.2.*

Evangelica lex. Evangelium.

Quanto est perfectior tanto majorem infert vitæ melioris necessitatem. *tr.29.d.10.n.5. & tr.29.d.11.n.3.*

Evangelium malos Christianos condemnat, *tr.29.d.12.n.8.*

Est lex immaculata convertens animas, *tr.29. d. 33.n.1.*

In lege Evangelica exactiorem Deus à Christianis exigit gratitudinem, *tr.30.d.2.n.8.*

SS. Eucharistia.

In hanc S. Ludovicus Rex Franciæ firmissimè credidit, *tr.29.d.15.n.5.*

Eucharistia est gratiarum actio, *tr.30.d.2.n.10.*

Cur super lino conseretur, *tr.22.d.21.n.10.*

Cur eo præcisè tempore instituta sit, variæ considerationes, *tr.26.d.47.n.6.*

Cur hoc nomine appelletur, *ibid.d.48.n.1.*

Cur olim à fidelibus in domos suas deportari permissum fuerit, *tr.26.d.2.n.8.*

Cur Eucharistia sub speciebus panis & vini instituta fuerit, *ibid.d.3.per totam.*

Eucharistia operatur in spiritu sicut anima in corpore, *tr. 26.d.17.n.1.*

Verus est panis, *ibid.d.32.n.6.*

Effectus magnos producit in ijs qui ea cibantur, *tr.26.d.23. num. 3.*

Auget fructus Spiritus Sancti, *ibid.*

Percipientes in filios Dei adoptat, *ibid.*

Dat vires animæ ut in amore divino perseverare possit, *ibid. n.7.*

Assimilatur pani subcinericio, *tr.26.d.23.n.7.*

Item Agno Paschali, *ibid.n.9.*

Prophetata in populi Hebræi liberatione, *ibid. n.9.*

Illuminat intellectũ, quod exemplis ostenditur, *ib.d.24.n.3.*

Figuratur in columna ignis, *ibid. n.6.*

Præbet delicias, *tr.26.d.13.n.1.*

Gratiam confert juxta uniuscujusque dispositionem, *tr.26. d.25. per totum.*

Mirabiliter in spiritualiter viventibus operatur, *ibid.n.6.*

Exemplum Evangelij, *ibid.n.6.& 7.*

Cur in monte Sion instituta fuerit, *tr.26.d.26. n.6.*

Dicitur panis intellectus, *tr.16. d.26.n.4.*

Exempla Mariæ Imperatricis & Maximiliani filij, *ibid.n.5.*

Figuratur per Agnum sine macula, *ibid.d.27.per totum.*

Ejus circumstantiæ & figuræ, *tr.26.d.27.n.6.7.8. &c.*

Cur Agnus ille masculus esse debuerit, *ibid. n.6.*

Cur anniculus, id est, unius anni, *ibid.n.7.*

Cur ad vesperam fuerit reservatus, *ibid. n.9.*

Sanguine ejus superliminaria ostiorum tingebantur, *ibid. num.11.*

Assari & cum lactucis agrestibus manducari debuit, *ibid. n.12.& 14.*

Caput & intestina ejus pariter devorabantur, *ibid.n.16.*

Quibus cum ceremonijs & circumstantijs idipsum factum fuerit, *tr.6.n.18. & seqq.*

Quibus manducantes vestibus induti esse debuerint, *tr.26. d.29. n.1.*

Figuræ Eucharistiæ, *ibid. n.1.*

Exemplum Eliæ & viduæ Sareptanæ, *ibid.d.29.n.3.*

Cum qua dispositione communio sumenda sit, *tr.26.d.30. per totum.*

Egregia motivâ ad hanc dispositionem inducentia, *ibid. d.30.n.8.*

Aliæ considerationes ad Eucharistiam dignè percipiendam, *tr.26.d.31. per totum.*

Timoratis Dei gratias suas communicat, *tr.26. d.32. per tot.*

Apostoli decem dies orationis continuæ primæ consecrationi Eucharistiæ præmiserunt, *ibid.d.32.n.3.*

Cur Agnus Paschalis à stantibus & calceatis ac baculos manu tenentibus manducari debuerit, *ibid.d.32.n.6.*

Ut quis Eucharistiam dignè sumat, suam voluntatem divino beneplacito conformare debet, *ibid. n.7.*

Edictum à Jacob Israëlitis traditum in ordine ad sacrificandum Deo suo, *ibid.n.8.*

De modo faciendi hostias ejusque mysteria, *tr.26.d.32.n.10. & d.4.n.2.*

Cur Christus post cœnam Hymnum cecinerit, *tr.26. d.31. num.1.*

Quanto tempore Christus sub speciebus Sacramentalibus duret, *ibid.d.34. n.7.*

Post communionem ardua cum Christo negotia conferri debent, *ibid.n.7.*

Effectus quos Eucharistia in dignè communicantibus producit, *ibid. d.34.n.1.*

Exemplum S. Catharinæ Senensis, *ibid.n.1.*

Nos armat Eucharistia, *tr.16.d.21.n.9.*

Effectus Eucharistiæ in S. Philippo Nerio infirmo, *ibid.34. num. 4.*

Exempla Sanctorum circa Eucharistiam, *tr.26. d.34.n.5.*

S. Luciani & alterius religiosi mirabiliter communicati, *ibid. d.34. n.5.*

Casus mirabilis qui Mediolani olim tempore pestis circa Eucharistiam accidit, *ibid.n.6.*

Exemplum B. Margaritæ filiæ Regis Hungariæ, *ibid.n.7.*

Item B. Veronicæ de Binasco, *ibid.*

Item duorum Franciscanorum, *ibid.*

Cujusdam Monialis S. Thomæ à Villa Nova subditæ, *ibid. num. 7.*

Cur ante communionem dicantur hæc verba: *Domine non sum dignus, d.35.n.1.*

Rudolpho I. mirabilis per Eucharistiam natus est fructus, *ibid. n.2.*

Miraculum insigne Eucharistiæ quod in persona B. Simeonis de Alna contigit, *ibid.d.35.n.7.*

Elias per sumptionem panis subcinericij ad vigorem quasi juvenilem denuo redijt, *tr.26.d.37. n.7.*

Similitudo duorum idem onus portantium, *tract.26. d.38. num. 2.*

Eucharistia in Abraha & Loth, tres Angelos convivio excipientibus præfigurata fuit, *d.37. n.7.*

qui ad illam indignè accedunt, condemnantur, *tr.26.d.39. per totum.*

Qui Eucharistiam offendit Christo immediate injuriam infert, *d.40. per totum.*

Quale supplicium talibus in inferno reservetur, *ibid.n.1.*

Eucharistia in arca Domini figurata fuit, *tract.26. d.40. num. 4.*

Unde colligi potest quanta in reverentia habenda sit, *ibid. num. 4.*

Eucharistia reservata ignis flammas emittit, *tract.22. d.19. num.2.*

Terribile cujusdam exemplum indignè communicantis, *tr. 26.d.42.n.11.*

Sarraceni ab Assisio per Sacramentum Eucharistiæ in carbone ardenti symbolizatum fugati fuere, *tr.26.d.22.n.2.*

Quale Epitheton Concil. Tridentinum ei attribuat, *tr.26. d.9. n.1.*

Quo nomine à Sancto Sylvestro appellatum fuerit, *ibid.d.9. num. 3.*

A Christo pro nostra salute est institutum, *tr.26.d.9.n.2.*

Cur dictum sit Testamentum, ejus rationes & figuræ, *ibid. num. 8.*

Mirabilis ex eo in Serapione Christiano & moribundo caustus effectus, *ibid.n.8.*

Melli comparatur & cur, *d.12. per totum.*

Cur in ultimis vitæ Christi diebus institutum fuerit, *tr.26. d.21. n.6.*

Mirabiles ejus virtutes, *d.9.n.11.*

Innocentiam petit, *d.31.n.1. &c.*

Resurrectionis nostræ causa extitit, *ibid.n.12.*

Frequenter communicantes aquilæ comparantur, *d.10.n.11.*

Petit gratitudinem, *d.33. per totum.*

Fœnat concupiscentiam, *d.14. per totum.*

Exigit humilitatem; *d.35. n.1.*

Comparatur gemmæ quam prudens ille negotiator venditis omnibus emit, *d.42.n.8.*

In primitivâ Ecclesiâ quotidie sumebatur, *tr.26.d.45. n.1. &c. & n.7.*

Cur hoc Sacramentum per modum cibi institutum fuerit, *d.43.n.6.& d.49.n.3. & d.44.n.1.*

In quonam symboli articulo contineatur, *tr.20.d.51.n.3.*

Sacrificium ejus duobus modis consideratur, *tr.22.d.12.n.6.*

Sanguis Eucharisticus ab eo qui in crucifixione effusus fuit distinguitur & quomodo, *tr.26.d.47.n.6.*

Cur fœculares sub duplici panis & vini specie non communicent, *tr.22.d.7.n.9.*

Sacerdos quando dicit: *Hoc est Corpus meum*, Creatori locum cedit, *tr.26. d.51.n.4.*

Discursus quos S. Theresia cum Christo in hoc Sacramento miscuit, *tr.26.d.11.n.11.*

Ejusdem dictum de hoc Sacramento, *ibid.n.7.*

In virtute hujus Sacramenti omnes in reformatione religionis molestias superavit, *tr.26. d.17.n.6.*

Ejus de hoc Sacramento doctrina, *tr.26. d.34.n.7.*

Timothei Presbyteri de hoc Sacramento doctrina, *tr.26.d.17. num. 3.*

Ebrius Eucharistiam contemnens graviter punitur, *tr.26. d.41. n.8.*

Hugo de S. Victore hostiam non consecratam discernere potuit, *tr.26.d.34.n.5.*

Veronicæ de Binasco erga Eucharistiam effectus, *ib.n.7.*

Veracitas Eucharistiæ authentica, *ibid.d.51.n.11.*

Urbanus IV. solemnitatem corporis Christi instituit & cur, *tr.26.d.1.n.9.*

Unio Eucharistiæ cum Christi passione, *ibid. d.35. per tot.*

Zelus S. Chrysostomi adversus indignè communicantes, *ibid.40.n.3.*

Possibilitas Eucharistiæ multis rationibus evincitur, *tr.26. d.51.n.4.& seqq.*

Rabbini antiqui Eucharistiam prædixerunt, *tr.26. d.1.n.3.*

Religiosi observantes præ cæteris magis Eucharistiæ sunt dediti, & cur, *ibid.d 10.n.8.*

Religiosus cibos retinere non valens mirabiliter communionem accepit, *ibid.d.35.n.5.*

Remedium Christianorum unicum tempore persecutionis Eucharistia fuit, *ibid.d.2.n.8.*

Gratiarum actio quam Christus in ultimâ cœnâ fecit ejusque mysteria, *ibid. d.48. per totum.*

Miraculum quod Mediolani circa hominem per Eucharistiam à mortuis suscitatum contigit, *tr.26.d.35.n.6.*

Mysterium fidei est sanctissimum Sacramentum, *tr.22.d.7. n.2. & tr.26. d.48. per totum.*

Nausea qua multi sacerdotes sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum fastidiunt S. Birgitæ à Salvatore revelata fuit, *tr. 26. d.42.n.8.*

Ursula Benincasa à communione sacra prohibita, quid fecerit, *tr.26.d.23.n.6.*

Panem noſtrum, in oratione Dominica quid ſignificet, *tr.26. d.3. n.3.*

Manna & Agnus Paſcalis figura Euchariſtiæ fuerunt, *tr.22. d.21. n.2.*

Maledictiones 12. indigne communicantibus intentatæ, *tr. 26.d.41.n.3.*

Maria Maximiliani II. Conjux, quidnam ſe ad Euchariſtiam ſumendam præparans in certâ quadam occaſione reſponderit, *tr.26. d.26. n.5.*

Lingua poſt communionem loquacitati dedita Judæis aſſimilatur, *tr.26.d.48.n.10.*

Quidnam Laico accidere qui panem & vinum Chriſti corpus & ſanguinem eſſe non credidit, *ibid. d.50.n.6.*

Juvenis libidinoſus per Sacramentum Euchariſtiæ reſipuit, *ibid. d.14.n.4.*

Joannes Avila 40. annis de Sacramento hoc diſcurrens novam ſemper materiam reperit, *ibid.d.12.n.4.*

Hæreticus per hoſtiam ſacram converſus fuit, *tr.26. d.4. num. 6.*

Humilitas S. Franciſci erga S. Euchariſtiam, *tr. 26. d. 35. num. 5.*

Hoſtia diviſa in ſpeculo in multas partes diviſo, *ibid. d.43. num.3.*

Ignis mulierem quamdam ciborum in quo Euchariſtia continebatur, aperientem combuſſit, *tr.22. d.19. n.2.*

S.Gertrudis Chriſtum interrogavit, quidnam cauſet frequentia continua hujus Sacramenti, *tr.26.d.44.n.6.*

Joſue firmavit Solem, Chriſtum in Euchariſtia præfigurantem, *tr.26.d.52.n.10.*

Jacob & ejus verba in hoc Sacramento ſymbolizata *ibid.d.7. num. 1.*

Judæi cur ab Euchariſtia excluſi, *tr.26.d.19.n.3.*

S. Euphrafia Virgo

Inſigne ejus pro virginitate tuenda ſtratagema, *tr.29. d.20. num. 7.*

De bono & malo exemplo ſeu ſcandalo, *ibid. tr.27.per tot.*

S. Exſuperius.

Tholoſanus Epiſcopus magnus pauperum amator, *tr.24. d.12. n.7.*

Ezechiel.

Ejus viſio, *tr.26.d.40.n.5.*

Ezechias.

Ejus vulnus miraculosè ſanatum quid ſignificet, *tr.26.d.16. num.5.*

F.

Fabula.

Matrona Romana à S.Paulo laudatur & cur, *tr.25. d.20. num. 4.*

Facies.

Decora in Canticis quid ſignificet, *tr.37.d.1.n.4.*

Facies bona delineatio rectæ intentionis, *tr.37.d.1.n.4.5.6. & 7. Item d.2. n.6.*

Fames.

Inter cæteras maxima cenſetur eſſe pœna, *tr.34.d.12.n.3.*

In inferno eſt gulæ pœna, *ibid. n.2. 3.*

Fermentum.

In Scriptura Sacra in deteriorem partem ut plurimum accipitur, *tr.33.d.9.n.1.*

Feſtivi dies.

Præcepti & inſtituti fuerunt ſtatim poſt conditum mundum, *tr.28.d.1.n.1. & ſeqq.*

Præter Sabbathum Deus ſequentia feſta inſtituit ſcilicet Paſchæ, Pentecoſtes, Tubarum, Propitiationis tabernaculorum & collectarum, *tr.28.d.1.n.4. & tr.28. d.15.n.3. & tr.30. d.2. n.5. & 6.*

Præter hæc Judæi inſtituerunt feſtum liberationis per Eſther factæ, feſtum Encæniarum & feſtum ignis, *ibid.*

Sabbathum ab Eccleſia in diem Dominicam commutatum fuit, *ibid.*

Quando & cur hoc factum ſit, *ibid.*

Convenientiſſimè unus ad minus Septimanæ dies Deo conſecratur, *tr.28.d.2.n.7. & tr.28. d.6.n.12.*

Eccleſia varios dies feſtos inſtituit, *tr.28. d.2. n.9.*

Feſta B.V. cur ſæpius celebrentur, *tr.28.d.2.n.9.*

Cur Feſta Sanctorum celebrentur, *tr.28. d.2. n.9. & tr.28. d.7. n.1.*

Deus valde ſolicité feſta inſtituit, *ibid. d.2. per totum.*

Chriſtus Feſta magno zelo proſecutus fuit, *ibid. n.3.*

Chriſtus ad Feſta celebranda ſæpe ſe recepit, *ibid. n.2.*

Dies Feſti inſtituti ſunt in memoriam beneficiorum Dei, *tr.28.d.15.n.1. & ſeqq. & tr.28.d.2. n.12.*

S.Carolus Borromæus Feſtorum obſervantiam ſummo cum zelo promovit, *tr.28.d.2.n.4.*

Feſtorum obſervantia urgetur à Concilijs, *tr. 28. d. 2. n. 4. & 5.*

Feſtorum obſervantiam bruta animantia colunt, *tr.28.d.2.n.6.*

In dubijs circa feſta emergentibus conſulendi ſunt periti maximè ſuperiores, *tr.28.d.2.n.7.*

Feſtorum ſanctificatio conjuncta eſſe debet cum pietate & devotione; cum exercitio virtutum, & munditiæ conſcientiæ, *tr.28.d.13. per totum.*

Varia media ſanctificandi dies feſtivos, *tr.28.d.14.per tot.*

Feſta non coluntur exteriori ornamentorum Eccleſiæ ſed virtutum apparatu, *tr.28.d.15. n.4.*

Quis finis præfigendus in celebratione feſtorum de Sanctis, *tr.28.d.2.n.9. tr.25.d.2.n.8. & tr.28.d.8.n.7. & 8.*

Feſta miſericordiæ operibus ſanctificantur, *tr.28. d.2. n.2. & tr.28. d.14.n.4. & 5.*

Feſta exactè obſervanda ſunt, *tr.28.d.2.n.6.*

Chriſtiani nomine indignus eſt qui feſta non colit, *tr.28. d.2.n.5. in fin.*

Feſta maximè à Sacerdotibus & Religioſis colenda ſunt in exemplum aliorum, *tr.28.d.2.n.7.*

Feſta ſpiritualiter peragenda ſunt, *tr.28.d.2.n.8.*

In feſtis vacandum eſt ab operibus ſervilibus non vero à ſpiritualibus, *tr.28.d.3.per tot. & tr.28.d.14. per totum.*

Non eſt otiandum in diebus feſtis, *tr 28.d.3. n.1. & ſeqq.*

Quibus operibus incumbendum ſit diebus feſtivis, *tr.28. d.3.n.3. & tr.28.d.14. n.8.*

Diebus feſtivis cuſtodiendi ſunt ſenſus corporis, *tr.28.d.3. n.6. & tr.28. d.14. n.7.*

Diebus feſtis animæ curæ vacandum eſt, *tr. 28. d. 3. n.7. & 8.*

Inter opera ſervilia diebus feſtis prohibita, maximè intelliguntur peccata, *tr.28.d.4. per totum.*

Diebus feſtis evitandæ ſunt rixæ, *tr.28.d.5.n.7.*

Diebus feſtis pœnitendum eſt de peccatis commiſſis, *tr.28. d.5.n.7. & 8.*

Feſtos dies dedecent ludi, ſpectacula, choreæ, comeſtationes, libidines &c. *tr.28.d.5. n.4. & 5.*

Diebus feſtis inſtitutæ recreationes reprehenſibiles ſunt, *tr. 28. d.5.n.8. in fin.*

In diebus feſtis nec faceta dicere nec ludicra facere convenit, *tr.38.d.5.n.5.*

Gratitudo beneficijs Deo in feſtis repenſa dies feſtivos noſtros facit, ob utilitatem inde emanantem, *tr.28. d.15. n.1. & ſeqq.*

Deus dies feſtivos devotè colentes ſpecialiter remunerat, Hiſtoria, *tr.28.d.12. n.9. & 11.*

Feſtivos dies communiter præcedunt vigiliæ, jejunia & abſtinentia à carnibus, *tr.28.d.9.n.2.*

Dies feſtivos dedecet gula & ingluvies ventris, *tr.28.d.9. per totum.*

Feſta corde & conſcientia munda & caſto corpore celebranda ſunt, *tr.28.d.9.n.8. & tr.28.d.13. per totum.*

Feſta in pœnitentia & mortificatione tranſigenda ſunt, *tr. 28.d.9.n.9. & tr.28.d.14. n.6.*

In die feſto non noſtra ſed Dei voluntas facienda eſt, *tr.28. d.12. n.2.*

Dies feſtivi Dæmoni ſumme exoſi ſunt, *tr.28.d.7. per totum.*

Feſtivi dies non bene obſervati, non Dei ſed Dæmonis feſta ſunt, *tr.28.d.2.n.13. & tr.28.d.8. per totum.*

Deus feſta noſtra abominatur, nec ea ut ſua agnoſcit & cur, *tr.28.d.8.per tot. & tr.28. d.15.n.4.*

Feſtorum debita obſervantia arcet Dei flagella, *tr.28.d.2. num. 4.*

Feſta ritè celebrando ingentia lucra tam ſpiritualia quam corporalia comparantur, *tr.28. d.18. per totum.*

Variè diebus feſtis peccata committi poſſunt, *tr.28.d.2. n.2. & tr.28. d.5. n.8.*

Impij in diebus feſtis plus peccant quam aliàs, *tr.28. d.5. per totum. & d.6.n.1.*

Diebus feſtis puer Jeſus ſæpiùs amittitur, *tr.28. d.5.n.1.*

Feſti dies tempus ſunt acquirendi, profani verò dies perdendi vocari poſſunt, *tr.28.d.5.n.5.*

Feſta multi quidem frequentant ſed pauci colunt, *ibid. & tr.28.d.8.n.4. 6.*

Feſta quidam deturpant, quidam exterminant, *tr.28.d.5. num. 6.*

Gravius peccatur in diebus feſtis quam aliàs, *tr.28. d.6. per totum.*

Qui diem feſtum violat, Deum immediatè offendit, *tr.28. d.6.n.3. & 4. & ſeqq.*

Quibus modis feſta profanentur, *tr.28.d.2.n.6. & tr.28. d.8. n.7. & 8.*

Qui violat dies feſtos quaſi ex omnibus vitiorum ſordibus ſterquilinium congregat, *tr.28.d.7.n.6.*

In Scripturâ enormiſſima peccata in die feſto commiſſa leguntur, *tr.28.d.7.n.7.*

Senſualitas carnis per gulam nutrita diebus feſtis abutitur in ſuum commodum, *tr.28.d.9. per totum.*

Dierum feſtorum Profanatores Dei in ſe flagella provocant, vocant, *tr.28. d.10. per totum.*

Feſtorum Profanatores communiter mala morte moriuntur, *tr.28.d.10. n.1.*

Feſtorum Profanatores à Deo egeſtate puniuntur, *tr.28. d.10.n.3. & 4.*

Variæ recenſentur hiſtoriæ quibus pœnæ feſtorum Profanatoribus à Deo inflictæ deſcribuntur, *tr.28. d.10. n.4. & ſeqq. uſq. ad fin. & tr.28.d.11.n.4. & ſeqq. & n.12. & 13.*

Deus feſtorum violatoribus graviter iraſcitur eosque per ignominiam & calamitates publicas ſeverè punit, *tr.28. d.1. per totum.*

Feſtorum Profanatores Deus per ſeipſum punit, *tr.28. d.10. n.1. & 2.*

Feſtorum profanatio magis Deum offendit quam Idololatria, *tr.28. d.11.n.6.*

Felix.

Portoricenſis pro SS. Sacramento collocando turriculam auream fabricavit, *tr.26.d.14.n.9.*

Ferdinandus.

Undecimus Auſtriacus ejuſque factum circa Euchariſtiam, *tr.26.d.35. n.2.*

Fides.

Quia exigua eſt aut fere nulla circa pœnas inferni, hinc tanta damnatorum copia, *tr.34.d.2. n.3.4. 5.*

Eſt principium & fundamentum, cui omnia bona ſpiritualia innituntur, *tr.29.d.1.per tot. & tr.29.d.4.n.5. in fin. & tr.29. d.15.n.8.*

Fides radix eſt arboris vitæ, *tr.29.d.1.n.3. & tr.29.d.2.n.11.*

Fides eſt theſaurus abſconditus & cur, *tract.29. d.2. n.2. & ſeqq.*

Fides quovis theſauro pretioſior eſt, *tr.29.d.2. per totum.*

Fides à SS. Patribus varijs honorificis titulis condecoratur, *ibidem.*

Fides dos eſt ſponſæ, *tr.29.d.3.n.4.*

Fides eſt aratrum quo eradicantur urticæ ſtirpes, lolia vitiorum hæreſium, *tr.29.d.3.n.6.*

Fides porta eſt cœli & via ad paradiſum, *tr.29.d.3.n.8.*

Fides oculus eſt & lampas ad viam ſalutis inveniendam, *ibidem.*

Eſt ſcala Jacob, *ibid.*

Eſt columna nubis & ignis, *tr.29. d.3.n.9.*

Fides lux eſt, *tr.29.d.3.n.10. & 11.*

Eſt anchora, *tr.29.d.3. n.12.*

Scutum eſt quod omnes inimici hoſtiles ictus avertit, *tr. 29.d.4. per totum.*

Eſt annulus pronubus, *tr.29.d.8.n.12.*

Eſt vinculum conjugale copulans animam cum Deo, *tr.29. d.8. n.1. & ſeqq.*

Fides per flores, opera per fructus ſignificantur, *tr.29.d.8. num. 9.*

Debet eſſe ſignaculum poſitum ſuper brachium, *tr.29.d.8. item. 8.*

Fides eſt navis, conſcientia & ſpes ſunt anchoræ, *tr.29.d.11. num. 10.*

Fides piſci aſſimilatur, *tr.29. d.22.n.8.*

Sine fide opera bona Deo grata non ſunt nec æternæ vitæ meritoria, *tr.29. d.1.n.5. & ſeqq.*

Fides charitate deſtituta pretium ſuum amittit, *tr.29.d.1. n.5. & ſeqq.*

Fides dupliciter plena dicitur, *tr.29.d.1.n.9.*

Fidei ſymbolum veſperi & mane recitandū eſt, *tr.29.d.3.n.7.*

Fides operibus conjuncta eſſe debet, *tr.29.d.4.per tot. d.7. per tot. d.5. per tot. d.9. per tot. d.13. n.1. & 7.*

Nec fides ſine operibus nec opera ſine fide proſunt, *tr.26. d.6. n. 7.*

Præter fidem requiri opera S.Jacobus ſex argumentis demonſtrat, *tr.29. d.8. n.14.*

Fides exigit ut illam confiteamur coram tyrannis, illam non erubeſcamus coram inimicis illamque exerceamus erga inimicos, *tr.29.d.9.n.10.*

Fidei fundamentum eſt ſanguis Martyrum, *tr.29.d.19.n.2.*

Fides non eſt fundata ſuper fabulas Poëtarum ſed in Dei teſtificantis veracitate, *tr.29.d.16. n.1. & ſeqq.*

Fides in cœlo teſtes habet, Patrem, Verbum & Spiritum ſanctum, in terrâ vero, Spiritum, Aquam & Sanguinem, *tr.29. d.16. n.2.*

Si præclaris viris fidem habemus, cur non magis Deo, *tr.29. d.16.n.3. & 4.*

Fides innititur honeſtati & rationabilitati credendorum, *tr.29.d.16. n.5. & ſeqq.*

Fidem tria pariunt dicenti, *tr.29.d.16.n.6.*

Apoſtoli difficillima fidei puncta mundo propoſuerunt, *tr.29.d.17. n.4. & 5.*

Fidei infenſiſſimi hoſtes ſunt intellectus & voluntas noſtra, *tr.29. d.23. n.3.*

Fides Chriſti bonum nominis & virtutum odorem ſpargit non ſic aliæ ſectæ.

Veritatis fidei noſtræ argumenta.

1. Faciunt perſecutiones fidelibus illatæ & ad mortem uſque toleratæ, *tr.29. d.18. per totum.*

Quæ tamen fidem non minuerunt ſed propagarunt, ſicut flatus auget ignem, *ibid. n.4.*

Licet enim Perſecutores omnia deſtruant, fidem tamen deſtruere aut perdere non poterunt, *tr.29. d.18.n.3.*

2. Ex acerbiſſimis Martyrum paſſionibus & tormentis deſumitur, *tr.29. d.19. per totum.*

Item ex Martyrum in tormentis conſolatione & patiendi aviditate divinaque protectione, *tr.29.d.20. per totum.*

Tum etiam ex atrociſſimis mulierum tormentis quæ fortiter ſuperarunt, *tr.29. d.20.n.13. & 14.*

3. Ex eo quod pauperes piſcatores ad Crucifixi adorationem perduxerint Reges; Perſecutores Eccleſiæ in ejuſdem defenſores commutarint, Dæmones in Idolis obmuteſcere fecerint & Paganorum ac Hæreticorum errores detexerint, *tr.29. d.11. per totum.*

4. Ex Eccleſiæ Catholicæ in Dæmones imperio, *tr.29.d.21. n.5. & 6.*

5. Ex inconcuſſa & intemerata Romanorum Pontificum fide, *tr.29.d.22. per totum.*

6. Ex teſtimonio divino, Prophetarum oraculis & Doctorum cum Sacra Scriptura conſonantia, *tr.29.d.16. per tot.*

7. Ex eo quod in tam brevi tempore per pauperes piſcatores in omnes populos propagata fuerit, licet per illam difficillima proponerentur, *tr.29.d.16. per totum.*

8. Ex doctrinæ ſanctitate, *tr.29.d.23.n.1. & 2.*

9. Ex Prophetiarum adimpletione perfecta, *tr.29. d.24. n.7. & ſeqq.*

10. Ex Judæorum perpetuâ ſervitute & diſperſione, *tr.29. d.24. n.8.*

Duodecim quoque veritatis fidei argumenta traduntur ex S.Bernardino, *tr.29.d.24.n.8.*

Unde fides tot eſt confirmata teſtimonijs ut jam fides in claram quaſi lucem tranſierit, *tr.29.d.21.n.1.*

Vel certè cum Richardo à S. Victore cuilibet Catholico Chriſtiano dicere liceat: Domine ſi eſt error à te deceptí ſumus, *tr.29. d.24.n.4.*

Fidem quoque miracula valde confirmant, *tr.29. d.24. n.1. & ſeqq.*

Fides alia eſt mortua, alia eſt ficta, alia perverſa, alia recta, *tr.29.d.14.n.5.*

Myſteria fidei integrè & indubitanter credenda; non vero diſcutienda ſunt niſi ſobrié, *tr.29.d.15.per tot. & præcipuè n.8.*

Fides aſſimilatur ſpeculo, *tr.29. d.15.n.3.8. & 9.*

De fidei infallibilitate, *tr.29.d.15.n.4.*

Fidei oculus procul diſſita cognoſcit, *tr.29.d.15.n.6.*

Fides non rationi humanæ ſed revelationi divinæ innititur, *tr.29.d.15. n.7. & 8.*

Fides his 4. innititur, ſcilicet teſtificantium notitiæ certæ, præclaræ famæ, plenæ concordiæ & ſententiæ firmæ, *tr.29. d.16. n.1.*

Fides vincit mundum, *tr.29.d.3.n.5.*

Fidei vivæ mirabiles effectus, *tr.29.d.3.n.1. & ſeqq.*

Fides magna in nobis operatur, *tr.29. d.3. per totum.*

Varia ſunt fidei vivæ indicia, *tr.29.d.9. per totum.*

Fides Barbaros infidelium mores urbanos & vitam illorum impiam ſanctam efficit, *tr.29.d.23.n.5. & ſeqq.*

Fides ſolitudines Eremitis implet, *tr.29.d.23. n.10.*

Cur Deus multos à fide apoſtatare permittat, *tr.29. d.10. num. 3.*

Fides conjungi debet cum rectâ conſcientiâ, *tr.29. d.5. per totum.*

Filia, Filius.

Filij à matribus aſſi & manducati fuerunt, *tr.26.d.47.n.6.*

Filius Patri naſum dentibus præmordendo tollit, *tr.23.d.8. num. 6.*

Filia matrem in carcere lactans nutrit, *tr.23.d.13.n.7.*

Filia Pharaonis Moyſen educat, *tr.23.d.7.n.7.*

Filius baculus ſenectutis paternæ, *tr.23. d.5.n.8.*

Filia ſacerdotis ob impuritatem igne combuſta fuit, *tr.22. d.19. n.3.*

Flagella.

Ictus flagellorum quibus Pilatus Chriſtum caſtigari juſſit quot fuerint, *tr.38. d.5.n.9.* Item quare tot inflicti fuerint & quidem contra legem, *ibid.*

Florentius Presbyter.

S.Benedicti inimicus à tecto domus ſuæ percuſſus & oppreſſus & cur, *tr.27.d.15.n.10.*

Fœmina, vide *Mulier.*

A marito conducta, in jumentum tranſmutata fuit, *tr.26. d.16. n.1.*

Fœtor.

Inferni terribilis per horrendam hiſtoriam comprobatur, *tr.34.d.11.n.4.*

Eſt juſtiſſima damnatorum pœna, *tr.34.d.11.n.9.*

Fortitudo.

Samsonis, *tr.26.d.47.n.4.*

S. Franciscus Assisius.

Visus est humeris suis sustinere Ecclesiam Dei, *tr.27. d.5. num.7.*

Plus operibus quam verbis prædicavit, *tr.27.d.2.n.4.*

Desiderium ejus quo erga sacram ferebatur communionem, *tr.26.d.35.n.7.*

Ejus circa Eucharistiam dicta & humilitas, *ibid.n.5.*

Ad sacerdotium præ nimiâ reverentia progredi non præsumpsit.

Franciscani laici miraculosè communicati, *tr.26. d.34.n.7.*

Franciscus I. Rex Franciæ.

Quidnam ad profligendas è regno suo Hæreses fecerit, *tr.26. d.1. n.10.*

S. Franciscus de Sales.

Ejus de Sacramento commendatio, *tr.26.d.17.n.4.*

Ejus de eodem doctrina, *tr.26.d.31.n.7.*

S. Franciscus Fundat. Ord. Minorum.

Sacrificulos Soldani Ægyptiorum adversus ipsum disputantes convincit, *tr.29. d.24. n.3.*

Dæmon in primis S. Francisci filijs conatus est per Eleëmosynarum affluentiam spiritum Patris ipsorum extinguere, *tr.31.d.12.n.3.*

De eximia S.Francisci humilitate ob quam mirè à Deo exaltari meruit, *tr.32.d.11. n.7.*

S.Franciscus in sedem è qua Lucifer cecidit subvectus fuit, *ibidem.*

S. Francisci cervical à Rege Franciæ summâ in veneratione habitum fuit, *ibid.*

S.Franciscus nutantem Ecclesiam Lateranensem ab Honorio Pontifice visus est sustentare, *ibid.*

Sacris stigmatibus in præmium humilitatis insignitus fuit, *ibid.*

Filium Bernardonis & maximum peccatorem se appellare solebat, *tr.32.d.21. n.4.*

B. Franciscus Borgia Soc. Jesu.

Gratum se orando exhibuit erga Archiepiscopum Toletanum hospitem suum, *tr.30. d.8.n.9.*

Quid post ejectum à se ex Energumeno Dæmonem responderit, *tr.32.d.17.n.6.*

Dæmonem humilitatem imitari non posse dixit, *tr.32.d.17. num. 6.*

S.Franciscus Xaverius Soc.Jesu Indiarum Apostolus.

De ipsius in India Apostolatu.

S. Franciscus:

Omnes fere patientiæ laudes pulchra à terra desumpta similitudine nobis explicavit, *tr.36. d.5.n.8.*

Ejusdem de horrendo Dæmonis aspectu sententia, *tr.34. d.12 n.9.*

S. Francisca Romana.

Eidem deformis Diaboli exhibetur visio, *tr.34.d.18.n.3.*

Varias variorum peccatorum in inferno consperit pœnas, *tr.34.d.31.n.4.*

Frigus.

Frigoris infernalis consideratio & aspectus animas ad amorem Dei excitat, *tr.34. d.14.n.9.*

Fulco.

Episcopus Toletanus. *vid.* Ignis inferni.

Fulgur.

In lectum evibratum quid significet, *tr.41.d.9.n.6.*

G.

Gabaonitæ.

Alias tribus deridendo, ab ijsdem eodem stratagemate victi fuere, *tr.25.d.1.n.7.*

Gabriel Archangelus.

Summus Angelorum fuit, *tr.32.d.9.n.2.*

S.Gallus.

Gregem suum à morbo inguinario liberat, *tr.22.d.14.n.8.*

S.Gallicanus Martyr.

Gloriosior fuit in exercitijs humilitatis quam olim sub triumphalibus Infulis, *tr.32.d.12.n.8.*

S. Gaudentius.

Ejus circa Eucharistiam doctrina, *tr.26.d.6.n.2.*

S.Gedeon.

Ejus adversus Madianitas obtenta victoria quid significet, *tr.26.d.16.n.4.*

Gehenna.

Ejus Ethymon, *tr.24.d.6.n.3.*

Gemmæ.

Superhumeralis Aaronici usus & significatum, *tr.22.d.6. num. 8.*

Gentes.

Significantur per cœlum natum, *tr.29. d.8.n.3.*

Gentiles.

Priusquam ad Idolorum suorum mensas accederent omne deponebant odium, *tr.35.d.2.n.5.*

S. Germanus.

Ejus doctrina, *tr.26.d.7.n.6.*

S. Gertrudis.

Vide supra verb. Eucharistia, *tr.26.d.44.n.6.*

Gibbus.

Ab Altaris ministerio exclusus, *tr.22.d.3. n.2.*

Giezi.

Lepra castigatus, *tr.22.d.37.n.10.*

Gorgonia.

Soror S.Gregorij Nazianzeni nihil reputabat grave quod finem habere considerabat, *tr.34.d.28.n.7.*

Gradus.

Sacerdotalis compendium est omnium virtutum, *tr.22.d.5. num. 6.*

Gratia.

De gratijs & auxilijs quibus Deus animabus assistit, *tr.30. d.14. per totum.*

An major sit gratia ejus qui semper manet innocens an vero illius qui post peccata respiscit, *tr.30.d.15.n.3.*

Gratia aquæ comparatur & cur, *tr.32.d. 5.n.2.*

Gratia Dei omnia nobis contraria facilitat, *tr.15.d.5.n.3.*

Gratitudo.

Gratitudine erga Deum nihil est magis obligatorium, nihil justius,utilius,honestius aut magis necessarium, *tr.30.d.26.n.3.*

Gratiarum actio est eloquium pulchritudinis, *tr.30.d.6.n.3.*

Grati hominis symbolum est ovis, *tr.30.d.21. n.1.*

Columba symbolum est hominis grati, *tr.30.d.21.n.2.*

Terra gratitudinis est symbolum, *tr.30.d.1.n.9.*

Deus nos pro beneficijs acceptis vult esse gratos, *tr.30.d.1. per tot. & tr.30.d.2. n.7.*

Deus in lege naturæ, scripta & Evangelica gratitudinis tributum à nobis poposcit, *tr.30.d.2. per totum.*

Tunc Deo grati sumus , quando illum beneficiorum quæ à Creaturis accipimus primum authorem esse agnoscimus & confitemur, *tr.30.d.1.n.3. & 4.*

Quælibet creatura nos ad gratitudinem invitat, *tr.30.d.1.n.4. & tr.30.d.4. n.2.*

Gratitudo suavissimum coram Deo odorem spirat, *tr.30. d.2.n.3. circa fin.*

In lege Evangelica gratitudo exactior requiritur, *tr.30.d.2. num. 8.*

Quanto quis se in gratiarum actione magis exercet , tanto est statui Beatorum propinquior, *tr.30.d.9.*

Gratitudo optima est beneficiorum custos, *tr.30. d.2.n.10.*

Sacramentum Eucharistiæ & sacrificium est gratiarum actio, *tr.30.d.2.n.10.*

Gratiarum actio gratissimum Deo est sacrificium, *tr.30.d.30. per totum.*

Hæc verba: Deo gratias , summæ apud Deum sunt excellentiæ, *tr.30.d.3.n.7. & tr.30.d.8. n.5. & tr.31.d.3.n.5.*

Licet omnes creaturæ gratæ esse debeant Deo maximè tamen homines, *tr.30.d.4. per totum.*

Nulla est tam vilis creatura , quæ debito gratitudinis erga Deum non obstringatur.

Tametsi ad agendas condignas Deo gratias insufficientes simus,hanc tamen insufficientiæ nostræ agnitionem Deus loco gratitudinis libenter acceptat, *tr.30.d.4.n.2.*

Christus nos juvat ut erga Deum grati esse possimus, *tr.30. d.4.n.4.*

Beneficia perituri prius Deo laudes & gratias exsolvere debemus, *tr.30.d.4.n.5.*

Quia qui Deo pro receptis donis gratus est,ipsum ad majora largienda debitorem facit , *tr.30.d.6.per tot. & tr.30.d.7. per totum.*

Grati terra sunt fertilis in quibus proinde beneficiorum semina in Dei laudes progerminant, *tr.30.d.6.n.2.*

Anna Mater Samuëlis ob suam gratitudinem loco Samuëlis trium filiorum & duarum filiarum fœcunda mater exiitit, *tr.30.d.6.n.1.*

Gratus etiam injustus beneficia rependit, *tr.30.d.5.n.2.*

Invitis non dantur beneficia ne sint ingrati, *tr.20.d.4.n.7.*

Gratus non respicit in benefactoris defectus, sed solum in illius beneficentiam, *tr.30. d.4.n.7.*

Flumina beneficiorum ad mare unde exeunt,id est,ad Deum per gratiarum actionem revertuntur , *tr.30.d.6.n.4. & tr.30. d.7 n.1.*

Deo grati esse debemus, si non amore virtutis, saltem amore lucri quod inde comparamus, *tr.30.d.6. n.8.*

Jacob per gratitudinem erga Deum ab innumeris fuit ereptus periculis, *tr.30.d.7.n.3.*

David gratus multas sibi acquisivit victorias, *tr.30.d.7.n.4.*

Machabæi grati erga Deum illustres reportarunt de inimicis triumphos, *tr.30.d.7.n.6.*

Abraham gratus novas obtinuit gratias, *tr.30.d.7.n.8.*

Gratias referentes minimè se gratijs privant, *n.20.d.7.n.5.*

Quanti ponderet verbum hoc: Retribuat tibi Deus,exemplo S.Antonini ostenditur, *tr.30.d.8.n.5.*

Gratitudo exhibenda est non propter retributionem , *tract.30. tr.30. d. 9. n. 1.*

Gratitudo pro beneficijs acceptis observantiæ perfectioni & charitati acquirendæ plurimum confert, *tr.30.d.9.per totum.*

Gratiarum actio puro corde exsolvenda est, *tr.30. d.9. n.10.*

Deo grati esse debemus exemplo variorum animalium , *tr.30.d.11. per tot. & tr.30.d.26.n.6. & seqq.*

Quâ ratione semper & in omnibus Deo grati esse possimus, *tr.30.d.12. n.6. & seqq. & tr.30. d.23.n.12.*

Quilibet etiam pauper Deo gratus esse potest & debet & quomodo, *tr.30.d.12.n.9. & tr.30.d.25.n.9.*

Quisnam ad majorem obligetur gratitudinem innocensne an pœniteris, *tr.30. d.15.n.3.*

Gratiarum actio in adversis mirè Deo placet , *tr. 30: d.18. num. 1.*

V. M. Baptista de Camerino tanti unius floris æstimabat beneficium, ut nec B.Virginem , nec alios Sanctos sufficientes pro illo gratias agere posse censeret, *tr.30. d.25.n.7.*

Gratitudinis motiva.

1. Quia ad imaginem Dei creati sumus, *tr.30.d.1.n.6.*

Et ob nobilissimam nostram essentiam & corpus elegantissimè formatum, *tr.30. d.13. per totum.*

2. Ob gratias & auxilia quibus Deus nobis continuò assistit, *tr.30.d.14. per totum.*

3. Ob beneficium vocationis ad fidem , *tr.30. d.14. n.9. & seqq.*

4. Ob multa culpæ & pœnæ mala , quæ à nobis removet , *tr.30.d.15. per totum.*

5. Quia Deus à nobis in peccato mortali positis æternæ damnationis pœnam suspendit, *tr.30.d.16. per totum.*

6. Ob plurima beneficia nobis particulariter concessa, *tr.30. d.17. per totum. videlicet.*

1. Ob sanitatem corporalem, *tr.30. d.17.n.4.*
2. Ob multa pericula quæ evasimus, *tr.30. d.17.n.6.*
3. Ob legitimitatem natalium, *tr.30. d.17. n.7.*
4. Ob honores ad quos evecti sumus, *tr.30.d.17.n.9.*
7. Ob dimissa nobis sæpe peccata, *tr.30. d.17. n.10.*
8. Ob exactissimam Dei circa quemlibet hominem in particulari providentiam, *tr.30.d.17.n.11.*
9. Ob immissas adversitates, *tr.30.d.18. per totum.*
10. Ob creaturarum conservationem, *tr.30.d.12. per totum.*

Gratitudinis exempla exhibuere sequentes.

Eva, *tr.30. d.2.n.2.*
Tribus Nephthali, *tr.30.d.6.n.3.*
Pharao erga Joseph, *tr.30.d.8.n.2.*
Jethro erga Moysen, *ibid.*
Josue erga Raab meretricem, *tr.30.d. 8. n.2.*
Hebræi erga Gedeonem, *ibid.*
Abel erga Deum, *tr.30.d.2.n.2. & tr.30.d.21.n.1.*
Et ideo primus electus fuit, *ibid.*
Noë, *tr.30. d.2.n.3.*
Abraham, *tr.30.d.2.n.4. & tr.30. d.5.n.3.*
Angeli, *tr.30.d.4.n.3.*
Anna mater Samuëlis.

Sancti varij post recepta in Veteri Testamento beneficia cantica Deo concinuerunt, *tr.30.d.2.n.7. & 11.*

Joseph erga Ruben, *tr.30.d.8.n.4.*
Paulus & Silas orantes evaserunt ex carcere, *tr.30.d.8.n.2.*
Pius V. erga rusticum hospitem, *tr.30. d.8. n.8.*
Sixtus V. erga Pium V. *ibid.*
Paulus V. erga Clementem. VIII. *ibid.*
B.Franciscus Borgia erga Archiepiscopum Toletanum hospitem, *tr.30.d.8.n.10.*
Alphonsus Valentinus Ord. Prædicat. erga sacerdotem hospitem, *tr.30.d.8.n.10.*
S.Theresiæ erga viatorem aquæ potum ei sitibundæ ministrantem, *tr.30.d.8.n.11.*
P.Matthias Paulus Wagenerus erga eos qui sibi ex peste laboranti inservierunt, *tr.30.d.8.n.5.*
Admuratus Turcarum Princeps erga Balduinum Imperatorem, *tr.30.d.8. n.6.*
Miles alius in militem, *tr.30.d.8.n.7.*
Diversa alia gratitudinis exempla, *tr.30. d.2. n.11. & tr.30. d.8. per totum.*
Christus S.Petro ipsum in naviculam recipienti bifariam se gratum exhibuit, *tr.30. d.4.n.5.*
Leprosi Samaritani à Christo mundati octuplex gratitudo.
Christus indignatus novem aliorum leprosorum mundatorum ingratitudini, *tr.30.d.4.n.6.*
Cur Christus à leprosis gratitudinem exegerit, *tr.30. d.4. num.6.*
Gratitudo socrus Simonis consideratur, *tr.36.d.4.n.8.*
Hæmorrhoissa à fluxu sanguinis à Christo liberata , eidem ex gratitudine statuam in horto suo erexit, *tr.30.d.4.n.9.*
Varia Veteris Testamenti recensentur gratitudinis exempla, *tr.30.d.5. per totum.*
Varia variorum animalium erga Deum aliosque benefactores gratitudo, *tr.30.d.10.per tot. & tr.30. d.18.n.7.*
Modus agendi Deo gratias, *tr.30.d.13.n.9. & tr.30.d.15.n.2.*

S.Gregorius Nazianzenus.

Juliani Apostatæ impietatem prævidit, *tr.23.d.7.n.9.*

In Testamento suo parentes pauperibus postposuit, *tr.24. d.15.n.7.*

Exemplo suo populum sibi commissum in Dei servitio continuit, *tr.27.d.5.n.1.*

Hæreticum qui necem ei intentabat mansuetudine devicit, *tr.35.d.20. n.4.*

S. Gregorius Taumaturgus.

Ejus laus admirabilis, *tr.36.d.8.n.6.*

S. Gregorius Magnus Papa.

De illius in Dæmonem potentiâ egregium exemplum , *tr.29.d.21. n.6.*

De illius humilitate exaltata, *tr.32.d.11.n.6.*

S.Gregorius I. inter Pontifices se nominavit servum servorum Dei, *ibid.*

Gula.

Primum peccatum fuit, *tr.31. d.1.n.1.*

Toti humano generi crudeliter dominatur, *tract.31. d.1. n.1. & 5.*

Gula à primordio homicida fuit, *tr.31.d.1.n.1.*

Gula familiam Jobi evertit, *tr.31.d.1.n.2.*

Gulosus in tentationibus facile superatur, *tr.31.d.1.n.2.*

Gulæ à Serapione superatæ exemplum, *tr.31. d.1.n.6.*

Gula umbilicus est Dæmonis, *tr.31.d.1.n.3.*

Gula S.Joannem Baptistam decollari fecit, *tr.31.d.1.n.8.*

Gula frænum & capistrum est Diaboli quo nos pro libitu in quævis scelera adigit, *tr.31.d.1.n.9. in princ. & fin.*

Dæmon epulonum est Architriclinus, *tr.31.d.2. per totum.*

Gulosi super pectus suum gradiuntur, *tr.31. d.2.n.1.*

Dæmon ad gulam excitans omnium pessimus & pernitiosissimus est; *ibid.*

Gulam inter & jejunium apta Antithesis, *tr.31.d.2.n.4.*

Gulosi sunt bene saginati porci Diaboli, *tract.31. d.2. n.6. & 11.*

Gulosi sunt filij Belial nescientes Dominum, *tr.31.d.2.n.12. & tr.31.d.13.n.8.*

Capit Diabolus gulosos ut capiuntur ursi, *tr.31.d.2.n.14.*

Potissimum locum habet diebus festivis, *tr.28.d.9. per tot.*

Est incentivum libidinis, *tr.28.d.9.n.7. & tr.31.d.1.n.7. & tr.31.d.8. per tot. & tr.31.d.9.per tot. & tr.31.d.13.n.7.*

Gula in pœnam sibi adsciscit infernum , perpetuum à Paradiso exilium,& animæ perditionem, *tr.31.d.3. per totum.*

Infernus aperit & dilatat os suum propter gulosos, *tr.31. d.3.n.2.*

Fletus & stridor dentium in inferno proprium erit avarorum & gulosorum supplicium, *tr.31.d.3.n.5.*

Sodoma ob panis saturitatem perijt, *tr.31.d.3.n.5.*

Gula arcet nos à Paradiso, *tr.21.d.3.n.7.*

Gula sentina est omnium vitiorum, *tr.31.d.4. per totum.*

Gulosi in eadem cum divite Epulone classe sunt, *tract. 31. d.3.n.8.*

Gulosus significatur per Esau, *tr.31.d.3.n.10.*

Gula per Hydropisim significatur, *tr.31. d.4.n.10.*

Gulosus Asino pisci similis est, qui cor in ventre gerit, *tr.31. d.21.n.2.*

Gula febris quædam est, *tr.31.d.21.n.7. & tr.31.d 26.n.5.*

Febris hæc in anima non in corpore residet, *tr.31. d.21.n.9. & 10.*

Gulosus similis est sacculo pertuso, *tr.31.d.21.n.11. in fin. & tr.31. d.25.n.4.*

Sicut Lucifer Princeps est Dæmonum ita gula vitiorum , *tr.31.d.4. n.3.*

Gula est de genere vitiorum quæ nimio impetu rapiunt hominem, *tr.31.d.4.n.12.*

Gula & luxuria scandali nomine appellantur, *tr.31. d.7.n.12.*

Gula cum avaritiâ & libidine nexum habet indissolubilem, *tr.31.d.4.n.12.*

Homines gulæ & ebrietati dediti viles sunt & opprobrium hominum, *tr.31.d.20.per totum.*

Gulosi dant pretiosa quæque ad corpus saginandum, *tr.31. d.20.n.1. & 2.*

Gulosi canibus sunt similes, *tr.31.d.20.n.6.*

Gulosus quidam collum sibi gruis optabat , ut cibi & potus delectatione diutius frueretur, *tr.31.d 20 n 6.*

Gulosus totus in eo est,ut ingerat , digerat & egerat, *tr.31. d.20. n.7.*

De gulæ aviditate & insatiabilitate cui nihil sufficit, *tr.31. d.21 per totum.*

De guloforum pro epulis habendis solicitudine & anxietate, *tr.31.d 21. n 6 & 11. & tr 31 d 22. per totum.*

Gula ingeniosissima est in præparatione ciborum ad gustum, *tr.31 d.22. per totum.*

Tametsi gulosi venter plenus sit, non tamen acquiescit appetitus, *tr.31 d.21.n 1.*

Cur gulosus per quantamcumque ingluviem satiari nequeat, *tr.31.d.21.n.4.*

Gulosi quidquid lucrantur per crapulam consumunt & pauperes fiunt, *tr.31.d.23. per totum.*

Gulosо non necessarius sed immoderatus cibus & potus interdicitur, *tr.31.d.23.n.1. & tr.31.d.25. per totum.*

Sicut res pingues & unctuosæ nutriunt ignem, ita gulosi fomentum sunt ignis infernalis, *tr.31.d.23.n.7.*

Gulosus præmeditatorium efficitur latrinarum, *tr.31. d.20. num.2.*

Gula litigante cum bursa gulosus æquus Judex sit nisi penuriam pati velit, *tr.31.d.23.n.12.*

Gulosus post mortem fœtorem tanto emittet majorem quanto pinguiorem habuit carnem, *tr.31.d.24.n.2.*

Comedendum est ut vivamus, non verò vivendum ut comedamus, *tr.31. d.25. per totum.*

Deus nos solum panem petere jussit & cur, *tr.31.d.25.n.1. & 2.*

Cibus velut medicina sumendus est, *tr.31.d.25.n.7.*

Parvum os hominis & statura ejus ad sydera erecta docent hominem victus sobrietatem, *tr.31.d.25.n.7.*

Gula ita est connexa cum libidine, ut si horum vitiorum unum sine altero daretur, id veluti monstrum esset, *tr.31. d.8.n.5.*

Vicinia quæ est inter ventrem & genitalia significat gulæ & libidinis mutuam cognationem, *tr.31.d.8. n.5. & tr.31. d.9. n.1. & 11.*

Gula movet hominem in inverecundam libidinem, *tr.31. d.9. n.2.*

Gulosus proximè indigentibus non compatitur, *tr.31. d.11. n.5. circa fin. & seqq.*

Gulosus inimicus est Dei & gratiarum ejus, *tr.31. d.12. per totum.*

Gula spiritui opponitur, *tr.31.d.12.n.3. & seqq.*

Gulosi proprium ventrem quasi Deum adorant, *tr.31. d.14. per totum.*

Cur gulosus ventrem pro Deo habere dicatur, *tr.31.d.4.n.8. & 9.*

Filiorum Heli gula ponderatur, *tr.31. d.13. n.5. & tr.31. d.15.n.4.*

Esau gulosus pariter sacrilegus fuit. *tr.31. d.13.n.6.*

Nulla hæresis sine gula constituitur, *tr.31. d.13. n.6. & 8. & 11.*

Virtute opus est ne per cibi necessitatem subingrediatur aviditas & immoderata voluptas in quâ gulæ malitia consistit, *tr.31.d.26. per totum.*

Gula etiam in cibis vilibus locum habere potest, *tr.31. d.26. n.9. & seqq.*

Gula viros timoratos & perfectos sæpè seduxit, *tr.31. d.27. per totum.*

Isaac à gula immunis non fuit, *tr.31.d.27.n.1. & 2.*

Cæsar maximè gulosus fuit, *tr.31.d.4.n.5.*

Uxor Putipharis adultera fuit, quia maritus ejus Princeps erat coquorum, *tr.31.d.8. n.8.*

Nullus illibentius moritur quam gulosus, *tr.31.d.16.num.2.*

Gulæ effectus.

Pessimi gulæ effectus ex S.Laurentio Justiniano, *tr.31.d.4. num. 4.*

Ex gula Esau multi eruuntur gulæ effectus, præcipuè verò ferocitas, truculentia rixæ, nec non servitus carnis, *tr.31. d.5. per totum.*

Gulæ dediti omnem legem contemnunt, *tr.31.d.5. n.4.*

Gula rixas, cædes & odia parit, *tr.31.d.5. n.4. & 5.*

Gula intellectum hominis excæcat illumque bestijs similem facit, *tr.31.d.6. per totum.*

Gula intellectum impedit à contemplatione rerum spiritualium & cœlestium, *tr.30. d.10. per totum.*

Per gulam homo in multa mala prolabitur, *tr.31. d.7. per totum.*

De damnis quæ Respublica ex crapula gubernantium & rectorum patitur, *tr.31.d.17. per totum.*

Monarchiam Assyriorum gula destruxit, *tr.31. d.17. n.4.*

Monarchia Babylonica per gulam Balthasaris interijt, *tr.31. d.17.n.4.*

Huguccius Faggida per gulam duas civitates abligurivit, *tr.31.d.17.n.5.*

Nimia edendi & bibendi aviditas abbreviat vitam, *tr.31. d.18. per tot. & tr.31.d.19. per totum.*

Gula infirmitates causat corporales, *tr.31. d.18. n.2. & tr.31. d.19. per totum.*

Multi qui in statu fortunæ gulosè viventes semper infirmabantur ad paupertatem redacti constantem recuperarunt sanitatem, *tr. 31.d.18. n.2. & 9.*

Ciborum deliciæ quas gula appetit, spinæ sunt, *tr.31. d.18. num.10.*

Gulosi communiter impœnitentes moriuntur, *tr.31. d.16. per totum.*

Gulosi communiter ex Apoplexia subitò moriuntur, *tr.31. d.16.n.1. & 7.*

Gulosus incorrigibilis sit, *tr.31.d.16.n.3.*

Unde licet Moyses pro populo idololatrante intercesserit non tamen pro eodem gulosо, *tr.31.d.16.n.4.*

Varia infortunia è gula provenientia recensentur, *tr.31. d.18.n.5. & 6.*

Gula quinque filias habet, quarum prima est scurrilitas, secunda est multiloquium, detractio & alia inania verba, tertia est inepta lætitia, quarta, lascivia carnis, quinta hebetudo mentis, *tr.31.d.7.n.1.*

Aliæ gulæ filiæ recensentur, *tract.31. d.7.n.6. & tr.31.d.8. num. 5.*

Gula libidinem parit, vide supra.

Gula conjunctam habet loquacitatem, *tr.31.d.7.n.11.*

Gula prosternit virtutes, *tr.31.d.12. n.4. & seqq.*

Gula alterius vitæ oblivionem inducit, *tr.31.d.12.n.7. & & seqq. & tr.31.d.13. n.4. & tr.31.d.16.n.8.*

Gula septem dona Spiritus Sancti opprimit, *tract.31.d.12. num.1.*

Gula Religionis, Fidei & cultus veri Dei contemptum parit, *tr. 31.d.13. per totum.*

Gula hæresim parit, *tr.31.d.13. n.6. & 8. & 11.*

Gula idololatriam semper promovit & auxit, *tract.31.d.14. num.3.*

Gula omnis impietatis & sacrilegij est instrumentum, *tr.31. d.14.n.3.*

Gulæ punita exempla.

Gulam mors vilis abjecta & probrosa communiter sequitur, *tr.31.d.23.n.8.*

De justis alijs supplicijs quibus Deus crapulam ejusque amatores punit, *tr.31. d.14. per totum.*

Funestum ex ebrietate cujusdam Hipponensis secutum exemplum refert S.Augustinus, *tr.31. d.9.n.7.*

Horrendum duorum monachorum gulosorum exemplum, *tr.31.d.15.n.6.*

Alexander Imperator ob gulam graviter punitus, *tr.31.d.15. num. 6.*

Funestus circa uxorem ebrij cujusdam casus, *tract.31.d.15. num. 9.*

Michael III. Imperator Orientalis ebrius à Basilio miserè occisus perijt, *tr.31.d.15.n.9.*

Zeno Imperat. Orientis ebrius ab uxore vivus sepultus est, *tr.31.d.15.n.9.*

Horrendum gulosi cujusdam Halberstadiensis exemplum, *tr.31. d.2.n.4.*

Binoci Presbyteri exemplum, *tr.31.d.2.n.9.*

Infirmatij Bonon. Ord. S.Dominici gulæ dediti à Dæmone possessi exemplum, *ibid.*

Tremendum exemplum gulosi cujusdam animam suam vendere gestientis, *tr.31.d.2.n.12.*

Terribile exemplum duorum qui ad crepidinem ventris usque bibere pacti fuerant, *tr. 31.d.2. num 3.*

Exemplum Monialis quæ per esum lactucæ possessa fuit à Dæmone, *tr.31.d.2. n.14.*

Gulosi hominis funestæ mortis exemplum, *tr.31.d.3.n.2.*

Funestum opificis alicujus in Monasterio Religiosorum laborantis gulosi exemplum, *tr.31.d.3.n.3.*

Memorabile trium monachorum in quodam Flandriæ prioratu gulosè viventium exemplum, *tr.30.d.15.n.7. & tr.31. d.3. n.5.*

Exemplum ebrij qui cœmeterium transiens mortuum invitarat ad cœnam, *tr.31.d.24.n.9.*

De remedijs contra gulam.

Varia ad gulam refrenandam traduntur remedia, *tr.31.d.23. per totum.*

Gulæ restringendæ servit recordatio 4.novissimorum, *tr.31. d.24. n.2.*

Item ciborum spiritualium frequens pastus, futuræ carnis nostræ consideratio, æternæ cœnæ meditatio, famis Christi & suorum recordatio, *tr.31.d.24. n.3.*

Item S.Scripturæ lectio vel auditio & ab omnibus crapulæ occasionibus elongatio, *tr.31.d.24.n.3.*

Item cogitatio quam brevi tempore duret gustus & sapor cibi, *tr.31.d.24.n.4. & 5.*

Item recogitatio amaritudinis quæ est in gula, *tr.31.d.24. num.6.*

Item consideratio gravis offensæ Dei quæ per gulam committitur, *tr.31.d.24.n.7. & 8.*

Item cogitatio malorum quæ ex gula sequuntur, *tr.31.d.24. num. 8.*

Maubrunus Abbas Laureacensis ne superaretur à gula varios comedendo eliciebat actus virtutum, *tr.31.d.26.n.2.*

De gula appositè dicta.

Ingeniosum Diogenis de nepote suo gulosо domum suam divendente dictum, *tr.31. d.23.n.9.*

Aptum gulosо in rerum abundantia opimos pisces comedenti, poстea vero depauperato datum responsum. *tr.31. d.23.n.10.*

Heliogabalus gulosus cuidam sibi pauperiem secuturam comminanti forsitàn respondit. *tr.31.d.23.n.10.*

H.

Habitus.

Sacerdotales omnes sunt mystici. *tr.22.d.7.n.4.*

Hæresis, Hæreticus.

Exurgenti cuivis hæresi Deus semper suscitat Antagonistam. *tr.29.d.18.n.5.*

Hæretici in opinionibus sectæ suæ requiem non habent & ideo novas hæreses adinveniunt. *tract. 29. d.21. num.10.*

Hæreticorum dogmatum instabilitatem recenset Author. *tr.29.d.22.n.2.*

Eamdem instabilitatem Marchio quidam Montisferrati illustri exemplo comprobavit, *tr.29.d.21.n.10.*

Ingens Hæresiarcharum & Hæreticorum numerus recensetur, *tr.29.d.22.n.10.*

Hæretici vestem Christi, id est, Ecclesiam scindunt & dilacerant, *tr.29.d.22.n.2.*

Hæresis neminem suorum sanctum efficit, *tr.29.d.23.n.6.*

Hæretici nulla umquam patrarunt miracula nisi ficta, *tr.29. d.29.n.1.*

Fictum quoddam Arriani hæretici miraculum qualiter divinitus elusum fuerit, *tr.29.d.24.n.6.*

Hæresis nullis Prophetijs innititur, *tr.29.d.24.n.7. & seqq.*

Nulla Hæresis sine gula constituitur, *tr.31.d.13. n. 6. & 8. & 11.*

Jovinianus per gulam factus est hæreticus, *tr.31.d.13.n.8.*

Hæreses ut plurimum per hypocrisin incipiunt, *tr.33. d.5. num.13.*

Hæresis Lutheri ab invidia ortum habuit, *tr.38.d.6.n.4.*

Harpago.

Ab impio Persarum Rege filiorum suorum carnes manducare coactus fuit, *tr.35.d.2.n.3.*

Hebræi.

Unde ad transeundum Jordanem moti fuerint, *tr.27.d.5. num.6.*

A Tiberio Imperatore Româ pulsi fuerunt & cur?

Heli.

Sacerdos ob nimiam erga filios benignitatem castigari meruit, *tr.23.d.5.n.8.*

Reprehendit filios qui malo suo exemplo populum Israël ad peccata inducebant, *tr.27.d.10.n.5.*

Heliodorus.

Ab Angelo castigatus est, *tr.22.d.14.n.6.*

Heliogabalus.

Libidinosus fuit, *tr.23.d.3.n.3.*

Henricus II. Rex Angliæ.

A paupere moritus ut subditos ad festorum observantiam cogeret, illudque exequi negligens varié à Deo punitus fuit, *tr.28.d.11.n.4.*

Henricus II. Imperator.

Ob collatum Episcopatum pro ludicro licet dono efficaciam ignis infernalis experiri debuit, *tr.34.d.9.n.5.*

Idem ob collatum Ecclesiæ S. Laurentij calicem ijsdem in tormentis ab eodem Sancto sanatur, *ibid.*

Heraclius Imperator.

Crucem portans progredi non potuit, nisi ornatu Regio depositо, *tr.29.d.10.n.2. & tr.32.d.21.n.8.*

Herebus.

Infernus dicitur ab hærendo quia damnatis semper adhæret, *tr.34.d.6.n.2.*

S.Hermenegildus.

Consideratione pœnarum inferni libens martyrium subijt, *tr.34.d.28.n.7.*

S.Hieronymus.

Ex consideratione inferni inter maximas vitæ asperitates fortissimus evasit, *tr.34.d.28.n.2.*

S. Hilarion.

Ex S.Antonij exemplo bene vivendi modum didicit, *tr.27. d.6.n.6.*

S. Hilarius.

Nobilissimus & opulentus manum suam ad arandam terram applicuit ut pauperibus subveniret, *tr.24.d.16.n.7.*

Hædi.

Vocantur damnati ob fœtorem, *tr.34.d.11.n.10.*

A sinistris in finali judicio statuendi invidos significant, *tr.38.d.7.n.2.*

Holofernes.

Civitatem Bethuliæ sibi subjugare conatus fuit & quomodo *tr.26.d.43.n.2.*

Homo, Homicidium.

Homo Dei & cujuslibet generis creaturarum aliquid in se continet, *tr.30.d.13.n.3.*

Inæstimabilis est hominis dignitas, *tr.30.d.1.n.5.*

Magnum est hominis beneficium quod ad Dei sit creatus imaginem, *tr.30.d.1.n.6.*

Cur Deus homini articulatam dederit locutionem, *tr.30. d.1.n.7.*

Cur Deus hominem ex luto formarit, *tr.30.d.1.n.9.*

Nihil est in toto universo quod non sit creatum in beneficium hominis, *tr.30.d.11. per totum.*

Deus homini non solum de rebus necessarijs, sed etiam ad ejus recreationem servientibus prospexit, *tr.30.d.11.n.5.*

Magnum Dei beneficium est nobilissima hominis essentia & corpus ejus elegantissimè formatum, *tr.30.d.13. per totum.*

Totum universum in hominis servitio continuo occupatur, *tr.30.d.13.n.7.*

Cur Deus hominem præ cæteris animalibus rationis usu exornarit, *tr.30.d.13.n.8.*

Homo quodammodo Angelis superior est, *tr.30.d.14. n.2. & 3.*

Homo tantam habet excellentiam ut paulò minoratus sit à Deo, *tr.30.d.14.n.2.*

Deus plus homini contulit quam Angelis, *tr.30.d.14.n.5.*

Deus spiritum suum infundit hominibus ad miraculum, ad auxilium, ad solatium & ad fervorem, *tr.30.d.14.n.6.*

Ingens est hominis beneficium habere ab ortu Nativitatis suæ Angelum custodem, *tr.30.d.14.n.7. & seqq.*

Vocatio hominis ad fidem magnum Dei donum est, *tr.30. d.14.n.9. & seqq.*

Deus ab homine multa culpæ & pœnæ mala removet, *tr. 30.d.15. per totum.*

De varijs beneficijs particularibus quibus Deus hominem afficit, *tr.30.d.17. per totum.*

Deus tam exactam cujuslibet hominis curam habet ac si solum ipsum curaret, *tr.30.d.27.n.11.*

Homo ad deponendum fastum recogitet primam suam ex matre originem, *tr.32.d.20.n.2.*

De vili ac sordida hominis origine. *tr.32.d. 20.n.2.*

Homo dicitur ab humo, *tr.32.d.20.n.3.*

Cur Deus hominem ex terra & luto formaverit, & non potius illum purum spiritum effecerit sicut est Angelus, *tr.32. d.20.n.4.*

Cur Deus hominem non in cœlo creavit sicut Angelum sed in terrâ, *tr.30.d.20.n.5.*

Cur Deus Danielem, Ezechielem & Zachariam Prophetas filios hominis appellarit, *tr.32.d.20.n.6.*

Homo tria hæc semper ob oculos habere debet, scilicet quid fuerit, quid sit & quid futurus sit, *tr.32.d.20.n.8.*

Cum arbores & herbæ bonos ex se flores, odores & fructus producant, homo non nisi fœtida egerit excrementa, *tr.30. d.20. n.8.*

Homo nudus & miser gignitur, cum cæteræ creaturæ sua naturaliter habeant tegumenta, *tr.32.d.20.n.9.*

Hominis vita ab unica tantum respiratione continuatâ dependet, *tr.30.d.21.n.2.*

Homo pulvis & cinis est non solum quoad corpus sed etiam quoad animam, & quo sensu, *tr.32.d.21.n.2.*

Nemo humilitatem abjectorum hominum virtutem esse censeat, *tr.32.d.21.n.8.*

Hominum genus quodnam potissimum damnationi obnoxium, *tr.34.d.11.n.11.*

Hominum in considerandis inferni pœnis negligentia, *tr.34.d.27.n.1.*

Homicidium plus conscientiam remordet quam cætera peccata, *tr.35.d.27.n.5.6.*

Homicidæ in inferno quomodo puniantur, *tr.34.d.31. n.4.*

Homo nimium præ cæteris animantibus est vindicativus, *tr.35.d.36.n.7.*

Homines in infernum quomodo viventes descendere intelligantur, *tr.34.d.4. per totum.*

Honor.

Omni studio conservandus, *tr.38.d.24.n.2.*

Honoratus.

Ob suam abstinentiam derisus largam sibi & miraculosam annonam ministrari promeruit, *tr.25.d.8.n.2.*

Derisiones & ludibria conversionis suæ fuerunt exordium, *ibidem.*

Hostia.

Sacrificij Missæ cur ex flore frumenti fiant, *tr.26.d.4.n.2.*

Hostia divisa assimilatur speculo in multas partes confracto, *tr.26.d.43.n.3.*

Hugo de S. Victore.

Vide supra verb. Eucharistia, *ibid. d.38.n.5.*

Humilitas.

Autonomasticè virtus dicitur, *tr.32.d.17.n.4.*

Certum est prædestinationis signum, *tr.32.d.15.n.5. & & seqq.*

Est turris fortitudinis à facie inimici, *tr.32.d.17.n.2.*

Humilitas dicitur ab humo, *tr.32.d.20.n.3.*

Quid sit & in quo consistat, *tr.32.d.1. per totum.*

Humilitas Sola comparatur, *tr.32.d.4.n.9.*

Humilitas per sal præfiguratur, *tr.32.d.4.n.10.*
Humilitas dicitur virtus Christi, *tr.32.d.6.n.6. tr.32.d.7. n.1.& 2. tr.32.d.17.n.4.*
Summa doctrinæ Christianæ est humilitas, *tr.32.d.7. per totum.*
Humilitas via est qua ad cœlum ascenditur, *Tract.32.d.9. num.11.*
Quia ad Deum non pervenitur ascendendo sed descendendo & cur? *tr.32.d.6.n.2.*
Et quia sicut superbia inclinat cor deorsum, ita humilitas cor sursum elevat, *tr.32.d.12.n.9.*
Humilitas est pupilla animæ, *tr.32.d.13.n.2.*
Humilitas ut virtus sit, voluntaria esse debet & exercenda non solum coram Deo sed etiam coram hominibus.
Id est, syncera esse debet non ficta, *tr.32.d.1.n.2.& 3.*
Humilitas est qui seipsum contemnit, humilior qui ab alijs contemni non refugit, humillimus qui contemni concupiscit, *tr.32.d.1.n.4.*
Qui enim verè humilis est de sui contemptu gaudet, *tr.32. d.1.n.5.*
Hujus humilitatis exempla emicuerunt in S. Philippo Nerio & Constantio Monacho, qui datâ operâ contemni ab alijs voluerunt, *tr.32.d.1.n.4.*
Humilitas casum non novit, *tr.32.d.4.n.8.& 11.*
Varij sunt gradus humilitatis, *tr.32.d.1.n.3.& 5.*
Humiles ad gratias & dona Dei recipienda capaciores sunt. *tr.32.d.5.per totum.*
Quia humilitas capax vas est ad excipiendam gratiæ aquam, *tr.32.d.5.n.3.*
Humilitas gratiæ & donorum est attractiva, *tract.32.d.5. n.1.& 2.*
Sicut natura vacuum horret ita Spiritus Sanctus animam humilem, ne vacua sit gratia suâ adimplet, *Tract.32.d.5. num.4.*
Pluviæ gratiarum in valles decurrunt humilitatis, *tr.32.d.5. n.4.& 5.*
Humilibus divina mysteria revelantur, *tract. 32.d.5.n.6. & 8.*
Humilitas signum est abundantiæ meritorum, *tract. 32. d. 5. n. 7.*
Humilitas Deum in hominum animas trahit, *tr.32.d.6. per totum.*
Deus in humili velut in loco deliciarum & tamquam in centro suo commoratur, *tr.32.d.6.n.7.& seqq.*
Ab humilitate sectanda nemo se excusare valet, *tract.32. d.7.n.10.*
Cur Christus solam à se discere nos voluerit humilitatem, *tr.32.d.7.n.1.& seqq.& tr.32.d.16.n.5.*
Humilitas in omnibus ad Christum attinentibus resplenduit, *tr.32.d.7.n.5.& 6. & seqq.*
Præsepe Salvatoris humilitatem prædicat, *tract.32.d.7. n.6.& 7.*
Humilitas Filium Dei mundo manifestum fecit, qui priusquam in hunc mundum natus humiliaretur non agnoscebatur nec colebatur, *tr.32.d.8.per totum.*
Celebriorum Sanctorum Veteris Testamenti humilitas glorificata fuisse ostenditur, *tr.32.d.10.per tot.*
Humilitas non ex tristitia aut ex necessitate sed voluntariè & promptè exerceri debet, *tr.32.d.10.n.1.*
De quorumdam novæ legis Sanctorum exaltatâ humilitate, *tr.32.d.14.per totum.*
Quanto quis se magis humiliat, tanto à Deo magis exaltatur, *tr.32.d.11.n.2.*
De humilitatis nobilitate, magnificentia & gloria, *tr.32. d. 12. per totum.*
Stultus est timor eorum qui se per humilitatem nominis existimationem amissuros esse verentur, *Tract.32. d.12. n. 2.& 3.*
Humilitas excelsi animi est indicium, *tr.32.d.12.n.2.*
Nobilissima humilitatis prosapia per avos & proavos describitur, *tr.32.d.12.n.2. in fin.*
Multæ ex humilitate derivantes utilitates considerantur. *tr.32.d.13.per totum.*
Humilitas hominem à multis tam culpæ quàm pœnæ malis liberat & præservat, *tr.32.d.13.n.2.*
Qui sine humilitate bona opera agit, quasi pulverem in ventum portat, *tr.32.d.13.n.4.& 5.*
Humilitas quietem & tranquillitatem animæ causat, *tr.32. d.13.n.6.*
Humilitas merita amissa recuperat, *tr.32.d.13.n.7.*
Humilitas citius resurgit, *tr.32.d.13.n.8.*

Motiva ad humilitatem nos invitantia.

1. Quia facilè morimur, *tr.32.d.2.n.2.& tr.32.d.21.per tot.*
2. Quia pulvis & cinis fumus non solum quoad corpus sed etiam quoad animam, *tr.32.d.21.n.2.*
3. Quia proni nimis sumus ad pescandum, *tract.32.d.21. num.3.*
4. Ob bonorum naturæ & fortunæ mutabilitatem, *tr.32. d.21.n.3.*
5. Ob anxietates nos conturbantes, *tr.32.d.21.n.3.*
6. Quia nescimus an amore vel odio digni simus, *tr.32. d.21.n.3.*
7. Quia potentes inimici nos circumdant, *tr.32.d.21.n.5.*
8. Quia non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis tamquam ex nobis sed sufficientia nostra ex Deo est, *tr.32. d.21.n.5.*
9. Si proprias nostras imperfectiones consideremus, *tr.32. d.21.n.6.*
10. Si natalium nostrorum consideremus utilitatem cujus varia recensentur exempla, *tr.32.d.21.n.6.*

Veræ humilitatis exempla.

De his vide, *tr.32.d.19.per totum.*
Duodecim signa humilitatis indicat S. Benedictus in regula, *tr.32. d.19.n.1.*
Varia humilitatis indicia ex S. Joanne Damasceno, *tr.32. d.19.n.4.*
Octo humilitatis indicia ex Cassiano, *tr.32.d.19.n.5.*
Quinque humilitatis indicia ex S. Bonaventura, *tract.32. d. 19.n.6.*
Aliqua illius indicia ex S. Thoma à Villa Nova, *ibid.*
Rarum monialis ex humilitate stultam se & Dæmoniacam simulantis exemplum, *tr.32.d.19.n.7.*
Certum humilitatis signum est honores & applausus humanos fugere, *tr.32.d.19.n.7.& 8.*
Humilitatis indicium est si quis se in virtutibus excelsum humilem per opinionem efficiat, *tr.32.d.19.n.8.*
Item prompta in omnibus obedientia, *tr.32.d.19.n.9.*
Item facile propriæ opinioni cedere, *tr.32.d.19.n.10.*
Varia humilitatis indicia ex S. Dorotheo, *tr.32.d.19.n.11.*
Alia ejusdem virtutis signa ex S. Joanne Climaco, *tr.32.d.19.n.12.*
Qui humilis esse desiderat vilitatem originis & ortus nec non vitæ humanæ finem ob oculos ponat, *tract.32.d.20. per totum.*
Dæmon solam humilitatem imitari nequit, *tract.32.d.17. num.6.*
Quantò quis à Deo magis est illustratus Deoque vicinior factus, tanto magis se humiliat, *tr.32.d.18.per totum.*

Humilitatis effectus.

Orationem efficacem reddit impetratque quidquid petitur, *tr.32.d.14. per totum.*
Judith per humilem orationem Holofernem trucidavit, *tr.32.d.14.n.3.*
Humilitas ad sapientiam divinorumque mysteriorum intelligentiam plurimum confert, *tr.32.d.15.per tot.*
Humiles sibi speciatori titulo cœlorum regnum acquirunt, *tr.32.d.16.per totum.*
Humilitas Diaboli insidias & tentationes vincit & declinat, *tr.32.d 17. per totum.*
Humilitas est calceamentum quo pes animæ custoditur ne offendat ad lapidem, *tr.32.d.17.n.8.*

Humericus Rex Arrianus.

Divinitus clusum videns hetum Arriani Episcopi miraculum propriis se dentibus discerpsit, *tr.29.d.24.n.6.*

Hypocrisis.

Variæ illius Analogiæ.

Hypocritæ Simoni Mago sunt similes, *tr.33.d.3.n.7.*
Per uxorem etnice significantur, *tr.33.d.3.n.9.*
Significantur per Absalonem, *tract.33.d.3.n.9.& tract.33. d.6.n.5.*
Significantur per Herodem, *Tract.33.d.3.n.10. & tract. 33.d.9.n.7.*
Judas hypocrita fuit, *tr.33.d.3.n.10.tr.33.d.6.n.4.*
Significantur per Jezabelem, *tr.33.d.3.n.12.*
Ananias & Sapphira hypocritæ fuerunt.
Hypocrisis significatur per pallium sponsæ à custodibus eidem ablatum, *tr.33.d.2.n.8.*
Hypocritæ significantur per equum pallidum Apocalypticum, *tr.33.d.2.n.5.tr.33.d.5.n.7.tr.33.d.6.n.8.*
Cain hypocrita fuit, *tr.33.d.2.n.3.*
Primus hypocrita Dæmon fuit, *tr.33.d.2.n.3.*
Hypocrisis est aurum immunditiarum, *Tract. 33. disc. 1. num. 8.*
Hypocrisis est vestis peregrina, *tr.33.d.1.n.6.*
Hypocrisis est vestis ex duobus scilicet lana & lino contexta, *tr.33.d.1.n.3.4.& 7.*
Significatur per vespertilionem ubi aptus adducitur Apologus idipsum explicans, *tr.33.d.2.n.9.*
Significatur per occisos ab Angelo Sennacherib milites, *tr.33.d.3.n.14.*
Hypocritæ significantur per siculneam maledictam à Christo ob multas analogias, *tr.33.d.4.per totum.*
Hypocrisis est Dæmonium meridianum, *tr.33.d.5.n.13.*

Hypocritæ

Hypocritæ comprehenduntur sub tertia parte stellarum quas Lucifer secum è cœlo in abyssum trahit, *ibid.*
Hypocritæ significantur per salices & calamos juncі. *tr.33. d.6.n.1.& 2.*
Domus scopis mundata & ornata ad quam Dæmon cum septem spiritus se nequioribus revertitur, hypocrita est, *tr.33.d.6.n.2.*
Hypocritæ Diaboli pictores sunt, *tr.33.d.6.n.5.*
Anguli hypocritas significant, *tr.33.d.6.n.12.*
Hypocrita sepulchrum est pulchrè ornatum, *tr.33.d.7.n.6. tr.33.d.12.n.2.& 3. tr.33.d.12.n.6.*
Hypocrita similis est iterquilinio altâ nive cooperto. *tr.33. d.7.n.7.*
Per cygnum præfiguratur, *tr.33.d.7.n.8.*
Hypocrisis partus est mendacij, *tr.33.d.7.n.9.*
Hypocrisis est primogenitus superbiæ fœtus, *tr.33.d.7. num.9.*
Pilatus Hypocritam præfigurat, *tr.33.d.8.n.5.*
Hypocrisis significatur per fermentum, *tr.33.d.9.n.1.2.3. & 5. tr.33.d.15.n.6.& 12.*
Hypocrisis pestilentia quædam est, *tr.33.d.9.n.2.*
Hypocrisis lepra est, *tr.33.d.9.n.6.*
Hypocrisis tinea est, *tr.33.d.9.n.7.*
Similis est scopulis sub aquis delitescentibus, qui magis nocent navibus quàm rupes in aquis prominentes, *Tract.33. d.9.n.11.*
Hypocritæ sunt stellæ erraticæ quæ naves plurimas naufragari faciunt, *tr.33.d.9.n.11.*
Sunt velut pixis quædam aromatarij, quæ cum balsami nomen foris inscriptum referat, intus veneno plena est, *tr.33. d.9.n.11.*
Hypocrita sicut Bel foris æneus & aureus, intus luteus est, *tr.33.d.10.n.3.*
Hypocrita sub larva pietatis scænam agit, *tr.33.d.10.n.5.& 6. tr.33.d.14.n.9.*
Hypocritæ per 5. Virgines fatuas adumbrantur, *tract.33. d.10.n.6.*
Hypocritæ lupis Africanis similes sunt, *tr.33.d.10.n.8.*
Hypocritæ similes sunt arboribus Sodomorum, *tr.33.d.10. num.8.*
Ezechias Rex est typus hypocritæ, *tr.33.d.12.n.1.*
Opus hypocritæ est semen secus viam seminatum, *tr. 33. d.13.n.3.*
Hypocritæ sunt Martyres Diaboli, *tr.33.d.13.n.2.*
Hypocrisis in Scriptura sacra generico nomine nequitia appellatur, *tr.33.d.7.n.10.*
Fiducia hypocritæ similis est telæ aranearum, *tr.33.d.12.n.1. & 9. tr.33.d.13.n.3.*
Hypocritæ similes sunt Simoni Cyrenæo, *tr.33.d.13.n.2.*
Hypocrita corniculæ similes est, *tr.33.d.14.n 6.*
Sicut mel veneno admiscetur ut tanto avidius sumatur, ita hypocrita malitiam bonâ conversatione tegit, *tract. 33.d.10. num.2.*
Quatuor sunt hypocritarum species, *tr.33.d.7.n.9.*

De malitia hypocrisis.

Hypocrisis Deum & quidquid ad divinum cultum ordinatur, sibi servire facit, & ideo est inexcusabilis, *tr.33.d.8.per totum.*
Ad alia peccata committenda concurrit fomes concupiscentiæ, ad hypocrisin verò minimè, sed hæc Deo utitur tamquam mediatore & instrumento, *tr.33.d.8.n.2.*
Alij peccatores se à Deo videri nolunt, hypocrisis autem in conspectu Dei peccare se gaudeat, *tr.33.d.8.n.2.*
Hypocrita ipsiusmet Dei armis Deum offendit, *tr.33.d.8. n.4.& 7.*
Enormius peccatum est adulterare virtutem quàm aurum vel monetam, *tr.33.d.8.n.4. tr.33.d.9.n.2.*
Hypocrita præ cæteris impijs excusabilius peccat.
Hypocrita difficulter agnoscitur, *tr.33.d.8.n.9. tr.33.d.10. per totum.*
Et ideo difficillimè corrigitur, *tr.33.d.8.n.10.*
Damna quæ ex hypocrisi in Rempublicam derivantur, sæpè deteriora sunt illis quæ nascuntur ex scandalis, *tr.33.d.9. per totum.*
Majus ab hypocrisi quàm à scandalis damnum Ecclesia patitur, *tr.33.d.9.n.8.*
Hypocritæ intus, Hæretici exterius Ecclesiam oppugnant, *tr.33.d.9.n.10.*
Una hypocrisis minus sæpè pernitiosa est altera, *tr.33.d.9. num.12.*
Illa hypocrisis deterrima est quæ in Sacramentis committitur, *tr.33.d.9.n 12.*
Hypocrita est duplici corde, *tr.33.d.11.n.5.*
Hypocritæ facies suas exterminant & cur? *tr.33.d.11.n.9.*
Hypocrita operum bonorum merita amittit, *tr.33.d.12.per totum.*
Hypocritæ super fundamentum lignum, fœnum & stipulam ædificant, *tr.33.d.12.n.5.*
In maledictione sicut à Christo interminata, multa circa hypocritas panduntur mysteria, *tr.33.d.4.per totum.*
Dæmon in Angelum lucis se transformans multas per Hypocrisin seducit animas, *tr.33.d.5.per totum.*
Mirum quoddam insignis hypocritæ Bituricensis exemplum.
Hypocritæ sunt infideles, *tr.33.d.5.n.9.& 10.*
Ab Hypocrisi communiter incipiunt hæreses, *tr.33.d.5.n.13.*
Hypocritæ specialiter sunt in potestate Dæmonis eique arctissimè colligati, *tr.33.d.6.per totum.*
Dæmon in hypocritis quietè dormit nec timet illos sibi eripiendos esse, *tr.33.d.6.n.1.& 2.*
Virtus simulata duplex est iniquitas, *tr.33.d.6.n.3.*
Hypocrisis plurima sibi habet conjuncta vitia, *tr.33.d.7. per totum.*
Christus nullum vitium toties & tam acerbè reprehendit sicut hypocrisin, *tract. 33. d. 1. num. 1.& 5. & tract. 33. d.7.n.3.*
Christus coram ingenti hominum multitudine discipulos suos ab hoc vitio deterruit & cur, *tr.33.d.1.n.1.& tr.33.d.9. num.1.*
Cur Christus ab hoc vitio nos deterrens semper fere dicat: Attendite vel cavete vel intuemini, *tr.33.d.1.n.1.tr.33. d. 9. n. 1.*
Hypocrisis valde est Deo abominabilis, *tr.31.d.1.per tot.*
Hypocrisis gravem iram Dei in se provocat, *tr.33.d.1.n.2. & seqq. tr.33.d.3.n.4.*
Cur Ecclesia in die Cinerum in Evangelio prælegat hæc verba: Nolite fieri sicut hypocritæ, &c. *tr.33.d.1.n.10.tr.33. d.5.n.1.*
Hypocrita adulterat bona opera, *tract.33.disc.1.num.10. & 11.*
Hypocrisis indigna est cœlo utpote ad infernum destinata, *tr.33.d.2.per totum.*
De varijs hypocritarum stultitijs, *tr.33.d.3.per totum.*
Christus hypocrisi multiplicia interminavit, *tr.33.d.1.n.1. tr.33.d.3.n.4.*
Hypocrita claudicat uno pede, *tr.33.d.3.n.3.*
Hypocritæ communiter horrent confessionem Sacramentalem, *tr. 33.d.7.n.8.*
Constantius Augustus plus hypocrisi sua Ecclesiæ nocuit quàm manifestâ persecutione, *tr.33.d.5.n.6.*
Hypocrisis calumniosè accusavit Christum & in crucem suspendit, *tr.33.d.7.n.11.*
Achab per Hypocrisin Naboth occidi fecit, *tr.33.d.8.n.1.*
Hypocrita sine veste nuptiali convivio præsumpsit accumbere, *tr.33.d.8.n.9.& 11.*

Signa ex quibus hypocritæ dignoscuntur.

Vid. *tr.33.d.15.per totum.*
Hypocritæ minima magni, maxima vero parvi faciunt, *tr.33.d.15.n.2.& 3.*
Curant tantum apparentiam exteriorem, interiorem verò virtutis substantiam negligunt, *tr.33.d.15.n.4.*
Hypocritæ semper superbi sunt, *tr.33.d.15.n.6.*
Hypocritæ de se quidem humiliter ipsi loquuntur alios tamen ipsos contemnentes ferre non possunt, *tr.33.d.15.n.7.*
Pulchrum illius exemplum, *tr.33.d.15.n.4.*
Correctiones illiberter admittunt hypocritæ, *tract.33.d.15. num.10.*
Hypocritæ semper inveniunt in alijs quod calumnientur, *tr.33.d.15.n.11.*
Hypocritæ in adversis impatientes sunt, *tr.33.d.15.n.13.*

Exempla ultionis divinæ in hypocritas.

Vide duos hypocritarum horrendos in morte exitus, *tr.33. d.6.n.9.*
Vide aliud ex S. Greg. *tr.33.d.6.n.11.*
Aliud non minus terribile, *tr.33.d.6.n.12.*
Insignis Hypocritæ in præcipua quadam Italiæ civitate detecti exemplum, *tr.33.d.7.n.7.*
Joannes Picentinus a vermibus devoratus fuit ob hypocrisin, *tr.33.d.3.n.5.*
Exemplum mulieris hypocritæ quæ ad privatum suum oratorium puellas convocatas stupro lenonum objiciebat, *tr.33.d.8.n.3.*
Hypocrita laborando & patiendo in hac & in altera vita infernum sibi acquirit, *tr.33.d.13.per totum.*
Monachus hypocrita sub S. Pachomio confunditur.
Hypocrisis sæpe magna cum ignominia detegitur, *tr.33. d.14.per totum.*

I.

Jacob Patriarcha.

Filios suos in Ægyptum ad frumentum comparandum abire coëgit, ejusque applicatio, *tr.26.d.43.n.2.*
Patrem suum honoravit, *tr.23.d.13.n.9.*
Speculum est pastoris Ecclesiastici, *tr.22.d.33.n.11.*

Coram

Coram Isaac Patre suo cæco comparuit, *tr.26.d.49.n.3.*
Cur Ecclesia sit in domo Jacob in æternum & non in domo Esau, *tr.31.d.13.n.11.*
In præmium humilitatis luctans cum Angelo victor evasit, *tr.32.d.16.n.3.*
Propter mansuetudinem & injuriarum oblivionem multis adeo præventus fuit beneficijs, *tr.35.d.7.n.3.*
Jacob quia Esau persecutorem suum dilexit, mirum adeo prosperatus est, *tr.35.d.9.n.5.*
Angelorum meruit occursum, *tr.35.d.15.n.5.*

S. Jacobus Apostolus.

Primus fuit qui electus in Episcopum Missam celebravit, *tr.22.d.7.n.7.*

Idololatria, Idolum.

Ejus origo, *tr.26.d.47.n.9.*
Deus Madianitas quomodo debellarit, *tr.27.d.1.n.3.*
Idololatria quæ tot seculis viguerat quam cuncti Reges terræ profitebantur per pauperes piscatores brevi tempore profligata fuit, *tr.29.d.21.n.3.& 5.*
Idola sive Dij gentium sibi mutuo abversabantur, *tr.29.d.21.n.8.*
De mirâ Idololatrarum stultitiâ & cæcitate, *tr.29.d.21.n.5. & 9. tr.30.n.3.& seqq.*
Pro varietate vitiorum erat quoque Deorum varietas, *tr.29.d.21.n.8.*
Dij gentium non credebantur ab ipsis ubique esse, *tr.29.d.21.n.8.*
Deos suos ludibrio habebant, *tr.29.d.21.n.9.*
Deos suos inhonestis & crudelibus facinoribus venerabantur, *tr.29.d.21.n.9.*
Dij gentium execrandis cultorum suorum placabantur sceleribus, *tr.29.d.21.n.9.*
Arelatenses etiamnum gentiles quotannis tres juvenes bene saginatos Dæmoni sacrificabant, *tr.31.d.2.n.7.*

Jejunium.

Diebus festis communiter præmittitur & cur? *tract.21.d.5.n.2.*
Jejunij apta epitheta ex D. Chrysologo, *tr.31.d.1.n.1.*
Angeli gaudent & serviunt jejunio sicut Dæmon gulæ, *tr.31.d.1.n.4.*
Pulchra jejunium inter & gulam Antithesis, *Tract.31.d.2. num.4.*

Jeremias.

In fossum ut marcescèret conjectus quid significet, *tr.27.d.6.n.4.*

Jeroboam.

Rex cur præ cæteris dirius castigatus fuerit, *tr.27.d.9.n.2.*

Jezabel.

Cur acrius marito suo castigari meruerit, *ibid.d.8.n.6.*

S. Ignatius Epist. & Mart.

Avidè desideravit leonum rictus, *tr.29.d.20.n.3.*

Ignis.

E sede Valentiniani egressus est & cur, *tr.22.d.13.n.8.*
Ignis cœlitus descendens filios Aaronis in cineres redegit, *tr.22.d.19.n.2.*
Ignis in Altari Tabernaculi semper ardens quid significet, *tr.27.d.6.n.5.*
Ignis est ingratitudinis symbolum & ideo ingrati præcipuè ad ignem gehennæ congruè condemnantur, *tr.30.d.21.n.10.*
Cur Moyses nullam creationis ignis faciat mentionem, *tr.30.d.21.n.10.*
Cur Deus in igne rubi ardentis à Moyse auditus fuerit, *tr.30 d.21.n.10.*
Ignis concupiscentiæ carnalis infestissimus nobis est hostis, *tr.34.d.2.n.7.*
Ignis igni remedium est, *ibid.*
Ignis cujusdam species in partibus Orientalibus reperitur, manum hominis quidem crucians sed non absumens, *tr.34.d.9.n.7.*
Ignis gravis symbolum invidiæ & quare, *tr.37.d.13.n.4.*
Ignis quidam est in montibus Lyciæ, non nisi per terram aut fœnum extinguibilis.
Applicatur modo quo restinguenda sit ira, *tr.36.d.14.n.1.*
Ignis etiam elementaris præcedet Judicem & quare, *tr.41.d.10.n.2.& seqq.*
Ignis qui Judicem dicitur præcessurus fuit Angeli, *ibid. num.1.*

Ignis infernalis.

Ignis infernalis levis tantum memoria subitam vitæ pessimæ causat mutationem, *Vid.* Bertrandus, *Item tr.34.d.4. n.9.& 10.*
A torpore nos excitat, *tr.34.d.5.n.2.*
Ignis infernalis voracitas in manu impii cujusdam Presbyteri ostenditur, *tr.34.d.8.n.3.*
Ignis nostri & infernalis differentia, *tract.34.d.8.n.3.& d.9. num.3.*
Ignis & aqua quantumvis contraria sint elementa, tamen in inferno nec ignis aquæ frigus, nec aquæ frigus calorem ignis mitigabit.
Ignis infernalis juxta peccatorum diversitatem majus vel minus esse nutrimentum ex Baronij historia probatur, *tr.34.d.8.n.9.*
Ignis infernalis iræ & justitiæ divinæ instrumentum, *tr.34.d.9.per totum.*
Ignis infernalis vivacitas & potentia variis & stupendis naturæ effectibus demonstratur, *tr.34.d.9.n.9.*
Ignis æterni memoria semper præsens admodum est salutaris, *tr.34.d.27.per totum.*
Hujus ignis memoria Falconem Episcopum Tolosanum ad perfectam sanctitatem perduxit, *Ibid.disc.27.n.13.*
Ignis in concavo Lunæ existens absque materia combustibili & tamen per omnipotentiam conservatus æternitatem probat ignis infernalis, *tr.34.d.29.n.2.*

Imperium.

Sacerdotum multo majus est terreno, *tr.22.d.13.n.5.*

Impuritas.

Peccatum est maximè offendens Christum, *tract.22.d.18. num.7.*

Incarnatio.

Significatur per nuptias, *tr.29.d.8.n.4.*
Mystica sit super verba consecrationis, *tr.26.d.51.n.3.*

Incensum veteris legis.

Incensi in antiquâ lege magna virtus dum pro inimicorum offertur reconciliatione, *tr.35.d.14.n.5.*

Incestuosus.

Incestuosi in inferno quomodo puniti, *tr.34.d.32.n.4.*

Indulgentiæ.

Cur diebus festis præcipuè dentur, *tr.28.d.4.n.6.*

Indus, Inda.

Quomodo amatoris cujusdam insidias Inda evaserit, *tr.26. d.15.n.4.*
Integro triennio parentum suorum exequias continuant, *tr.23.d.13.n.4.*
Indus per bonum Christiani exemplum conversus fuit, *tr.27.d.1.n.7.*

Infernus.

Dilatat os suum ad devorandum gulosus, *tr.31.d.3.n.2.*
De fletu & stridore avaros præcipuè & gulosos affligente, *tr.31.d.3.n.4.*
Inferni varia nomina, *tr.34.d.6.n.2.*
Inferni consideratio donum lachrymarum confert, *tr.34. d.5.n.9.*
Infernum in corde terræ situatum probatur, *tract.34. d.6. num.1.*
Inferni quænam sit dimensio, *tr.34.d.6.n.6.*
Inferni tormenta omnes hujus vitæ pœnas excedunt, *tr.34. d.7.n.1.*
Infernus quid sit, *tr.34.d.7.n.2.*
In inferno solum quæritur quid non sit pœna & quomodo hoc intelligendum, *tr.34.d.7.n.3.*
Inferni pœnas impius quidam inter sodales deridens & commentitias esse asserens, horrendum in modum punitus est, *tr.34.d.2.n.5.*
Inferni supplicia in ambabus Dei designantur manibus, contra verò vitæ hujus pœnæ in una tantum, *tract.34.disc.9. num.4.*
Infernus stagnum dicitur ob fœtorem, *tr.34.d.11.n.2.*
In inferno frigus quoque esse gelidissimum multis rationibus astruitur, *tr.34.d.14.n.1.& 2.*
Inferorum sola quæstio est quid non sit pœna, *tract.34.d.16 num.6.*
In inferno per Dei omnipotentiam vivi servantur serpentes, *tr.34.d.17.n.1.& 2.*
In infernum descendere viventes dicuntur qui Deum ex malitia offendunt, *tr.34.d.17.n.8.*
In inferno nullus ordo, *tr.34.d.18.n.4.*
Infernus cur dicatur terra miseriæ, *tr.34.d.23.n.1.*
Infernalis pœna nullam admittit consolationem, *Ibid.per totum.*
Inferni pœnæ tam graves sunt ut respectu earum omnia etiam atrocissima Martyrum tormenta, somnium quoddam reputentur, *tr.34.d.18.n.4.*
Inferni consideratio mitigat omnes religiosæ vitæ austeritates, *tr.34.d.28.n.5.*
Infernus duplex alius superior alius inferior & quis sit, *tr.34.d.31.n.1.*
Inferni nomine varia designantur, *ibid.n.1.& 2.*
Infernus supplicium est indignè communicantibus destinatum, *tr.26.d.40.n.1.*

Infideles.

Significantur per claudum, *tr.29.d.7.n.3.*
Infideles minus damnationis habent quam Christiani, *tr.29. d.10.n.4. tr.29.d.14.n.1.*
Infideles cum Deos criminosos colant si criminosi sint & ipsi habent, unde se excusent, at verò quid Christiani prætendere poterunt, *tr.29.d.13.n.12.*
Mira res fuit quod Infideles tam subitò difficillima fidei puncta ab Apostolis proposita amplexati fuerunt, *tr.29.d.17. n.6.& 7.*
Quod Jovem, Mercurium, Venerem adorarint non adeo mirum est, quia ea quæ sensualitati grata erant ab eis poscebant: Valde autem mirum est quòd legem Evangelicam dura præcipientem fuerint amplexati, *tr.29.d.12.n.9.*

Ingenium.

Eo abutentes perstringuntur, *tr.30.d.24.n.7.& 8.*

Ingratitudo.

Ejus symbola.

Est ventus urens & exsiccans, *tr.30.d.23.n.1.*
Est velut aqua stagnans, *Ibid.*
Ingrati significantur per Jeroboam, *tr.30.d.24.n.5.*
Hedera ingrati hominis symbolum est, *tr.30.d.25.n.3.*
Significatur per mulum, *tr.30.d.26.n.6.*
Ex mente Platonis est canibus pejor, *tr.30.d.26.n.10.*
Ignis gehennæ est ingratitudinis symbolum, *tr.30.d.21.n.2.*
Item corvus ejusdem est symbolum, *tr.30.d.21.n.2.*
Piscis ingrati symbolum est, *tr.30.d.21.n.7.*
Ignis ingrati symbolum est, *tr.30.d.21.n.10.*
Significatur per debitorem 10000. talentorum, *tr.30.d.19. n.1. tr.30.d.22.n.2.*
Pharao ingratorum typus est, *tr.30.d.19.n.3.*
Appositus de ingrato Apologus inter cervum & vitem, *tr.30 d.20.n.6.*

Malitia ingratitudinis.

Ingratus facilè in omnis generis peccata labitur, *tr.30.d.9. n.3.& seqq.*
Ingratus cæteris gravius peccat, *tr.30.d.19.n.1.in fine.*
Ingratitudo in Scriptura bis malitia nuncupatur, *tr.30.d.20. num.7.*
Ingratitudo vera est reproborum testera, *tract.30.d.21.per totum.*
Ingratus est pessimus hominum, *tr.30.d.21.n.4.*
Ingrati nomen non habent apud Deum, *tract.30.d.21. num.9.*
Ingrati omnibus abundant vitijs; omnisque malitiæ rei sunt, & ideo maximè abominabiles, *tr.30.d.21.per totum.*
Deus ipse ostendit quasi vix capere possit quomodo homo ingratus esse queat, *tr.30.d.22.n.1.*
Ingratitudo magnitudo nequitiæ appellatur à Ruperto, *tr.30.d.22.n.3.*
Christum non tam erux, clavi & lancea quam ingratitudo afflixit, *tr.30.d.22.n.6.*
Ingratitudo nequissimum vitium est, *tr.30.d.22.n.6.& seqq. tr.30.d.23.n.2.*
Omnibus vitijs præstituuntur pœnæ, nulla ingratitudini & cur, *tr.30.d.22.n.7.*
Deus ingratum Balaam per Asinam loquentem corripuit, *tr.30.d.22.n.9.*
Christus in tota suâ Passione silens, ingrato oblocutus est alapam infligenti, *tr.30.d.22.n.10.*
In calice Pallionis Christi nihil fuit amarius ingratitudine, *tr.30.d.22.n.11.*
Ingratissimi sunt qui mala pro bonis retribuunt.
Ingrati contra Dei beneficia certant, *tr.30.d.24.n.11.*
Ingrati beneficiorum sunt immemores, & inidonei eorumdem æstimatores, *tr.30. d.25.per totum.*
Ingratitudo maxima est oblivisci beneficiorum imo negare illa, *tr.30.d.25.n.1.*
Varij ingratitudinis gradus ex Abulensi, *tr.30.d.25.n.3.& 5.*
Ingratus beneficia extenuat, *tr.30.d.25.n.5.*
Ingratitudo magna est ingrati hominis confusio, *tr.30.d.25. per totum.*
Ingratitudo erubescere facit hominem ingratum, *tr.30.d.26 n.2.& seqq.*
Ingratitudine nihil est injustius, scelestius, turpius, *tract.30. d.26.n.3.*
Ingrati beneficijs meritò verberari dicuntur, *tr.30.d.27. n.12.*

Ingrati quidam in specie recensentur.

Varia ingratorum reproborum exempla ex S. Scriptura petita, *tr.30.d.21.n.3.& 4.*
Primi parentes Deo ingrati fuerunt, *tr.30.d.1.n.10. tr.30.d.22 n.3. tr.30.d.23.n.3. tr.30.d.26.n.2.*
Eva hanc ingratitudinè in partu filiorum correxit, *tr.30.d.22.*
Ingratitudo Judæ exponitur, *tr.30.d.19.n.3.*
Ingratitudo Regis Ammonitarum erga Legatos Davidis, *tr.30.d.20.n.8.*
Ingratitudo Judæorum erga Christum, *tr.30.d.20.n.9.*
Ingratitudo Colonienfium erga S. Severinum, *tr.30.d.20.n.12.*

Ingratitudinis effectus & pœnæ.

Quo majora ingratis dantur beneficia, tanto severiora erunt eorumdem supplicia, *tr.30.d.19.per totum.*
Per ingratitudinem peccata dimissa redeunt, *tr.30.d.19.n.5.*
Deus ingratis beneficia & gratias suas subtrahit ne gravius inde luant, *tr.30.d.19.n.7. tr.30.d.23.n.6.& per totum.*
Cur Deus ab ingrato gratias suas auferat, *tr.30.d.23.n.8.9.*
De varijs supplicijs maxime exterminijs publicis quibus Deus ingratitudinem punit, *tr.30.d.20.per totum.*
Saul ingratus punitus, *tr.30.d.20.n.3.*
Jeroboam punitus, *tr.30.d.20.n.3.*
Amasias ingratus punitus, *tr.30.d.20.n.3.*
Ezechias ingratus punitus, *tr.30.d.20.n.4.*
Joas ingratus punitus, *tr.30.d.20.n.5.*
Exempla varia publicæ cladis ex ingratitudine subsecutæ, *tr.30.d.20.n.7.& seqq.*
Ingratitudo Judæorum erga Christum graviter punita, *tr.30. d.20.n.9.*
Colonienses ingrati S. Severino triennali fuerunt siccitate puniti, *tr.30.d.20.n.12.*
Propter ingratitudinem Judas crepuit medius, *tr.30.d.21.n.5.*
Propter ingratitudinem Dæmon in Judam est ingressus, *tr.30.d.21.n.5.*
Dives Epulo ob suam ingratitudinem sepultus est in inferno, *tr.30.d.21.n.8.*
In Dæmoniacum liberatum à Christo septem Dæmones nequiores reingressi sunt propter ingratitudinem, *tr.30.d.21.n.9.*
Ingratitudo lumen notitiæ Dei obscurat, *tr.30.d.23.n.2.*
Ingratitudo impedit progressum in virtutibus, *tr.30.d.23.n.4.*
Orationes nostras infructuosas reddit, *tr.30.d.23.n.7.*
Morbos quos evasimus revocat, *tr.30.d.23.n.10.& 11.*
Deum à se arcet, *tr.30.d.22.n.12.*

Inimicus, Inimicitia.

Diligendus est, *tr.29.d.9.n.10.*
Inimicitias in corde fovens inimicus est sacratissimæ Eucharistiæ, *tr.35.d.18.n.11.*
Inimicitias mortales amicitias vero immortales esse debere, Dictum erat Romanorum, *tr.35.d.23.n.5.*
Inimici salutis nostræ causa sæpissimè existunt, *tr.25.d.20. per totum.*
Super inimici caput carbones congregare quid sit, vide Carbones.
Inimicorum contradictiones sunt veluti scalpelli, quibus ut ligna rudia in pulchras statuas expolimur, *tr.35.d.21.n.4.*
Inimici frænum sunt vitiorum, *Ibid.n.5.*
De inimicis cur dixerit David: Circumdederunt me sicut apes & non sicut ursi; leones, &c. *tr.35.d. 26.n.2.*
Nullus nec pro tali habendus est nisi solus dæmon, *tr. 35. d.1.n.12.*

Inimicorum Dilectio.

Inimicos diligendi præceptum omni quidem tempore obligavit, ast in lege nova magis obligat quia altius Christianis est impressum, *tr.35.d.2.n.2.*
Inimicum odio habendum esse, Scriptura in lege veteri numquam docuit, *tr.35.d.2.n.1.*
Quomodo intelligendum sit: Odio habebis inimicum tuum, *Ibidem.*
Inimicos diligendos esse Philosophi gentiles etiam agnovere quod multis raris exemplis comprobatur, *tr.35.d.2.n.5.*
Inimicos diligendos ab insensatis etiam creaturis edocemur, *tr.25.d.2.n.1.passim per totum.*
Inimici sunt diligendi maximè quia id Christus præcipit, *tr.35.d.4.n.1.2.& seqq.*
Ut inimicos nostros facili negotio diligamus Christi & Sanctorum nobis conferunt serio ponderata exempla, *tr.35.d.5.n.5.*
Inimicos nostros quo minus diligamus nulla excusatio afferri potest, *tr.35.d.5.n.12.13.& 14. Item d.6.n.9.*
Inimicos diligere majoris est meriti quam amicos probatur, *tr.35.d.6. per totum.*
In quo consistat meritum dilectionis inimicorum, *tr.35.d.6 n.6.& 10.*
Inimicorum dilectio Dilectioni Dei erga nos quodammodo similis est, *tr.35.d.7.n.1.*
Inimicorum dilectio perfectionem vitæ confert, *ibid.n.2.*
Inimicorum dilectio juge Deo sacrificium, *tr.35.d.7. per totum.*
Inimicorum dilectio quam grata Deo sit variis Historijs demonstratur, *tr.35.d.8.n.10.11.12.13.& 14.& c.*
Inimicos suos diligentes singulariter adeo exaltantur & prosperantur, *tr.35.d.9. per totum.*
Inimicos diligendo magni sentiuntur affectus, *tr.35.d.18. passim per totum.*
Inimicos ut diligamus non ad offensas sed ad naturæ quam nobiscum gerit identitatem oculos reflectamus oportet, *tr.35. d.18.n.18.*
Inimicos qualiter diligere debeamus luminaria cœli nos edocent, *tr.35.d.19.n.2.*
Inimicis bonum pro malo reddendo filij Dei efficimur, *tr.35.d.11.n.1.2.& seqq.*
Inimico benefacere optima est vindicta, *tr.35.d.20. passim per totum, præsertim n.4.& 5.*

Inimicis ignoscere.
Inimicis faciliter ignoscentes Deo similes redduntur, *tr.35. d.10.n.2.& seqq.*
Inimicis offensas remittere, maxima est de sensualitate victoria, *tr.35.d.22.n.1.*
Inimicis ut ignoscamus varia motiva proponuntur, *tr.35. d.22.per totum.*
Inimicus noster quod inferendo nobis injurias Deum graviter offendat, Diaboli mancipium se reddat, efficax nobis debet esse motivum nos inducens ad ei ignoscendū, *lb.n.3.5.& 6.*
Inimicis faciliter ignoscentium varia exempla, *tr.35.d.22. n.9. Item d.23.n.5.*
Inimicis ignoscere nolens veraciter nequit recitare Dominicam orationem, *tr.35.d.17.n.5.6.& 7.*
Inimicis ignoscere nolens per septem menses orationem Dominicam proferre non potuit, *tr.35.d.17.n.9.*
Inimicum reconciliationis causa prævenire magna virtus est, *tr.35.d.19. passim per totum.*
Injuria & Injuriator.
Injuriatores phrænetici similes, *tr.36.d.12.per totum.*
In illatis injurijs divinam circa nos dispositionem agnoscere debemus, *tr.36.d.11.per totum.*
Injuriantis vitium non personam odisse debemus, *tr.36.d.8. per totum.*
Injuriarum honorem lædentium gravitas, *tr.36.d.1.& passim per totum.*
Ira & furor internus minus est malum quam verbum injuriosum exterius prolatum, *tr.36.d.1.n.1.*
Injuriam alicui inferre cum læsione honoris quam facile sit, *tr.36.d.1.n.2.& 3.*
Injuria nobili animæ tormentum maximum, *tr.36.d.1.n.4. Item d.3.n.5.*
Injuriæ pabulum sunt ignis infernalis, *tr.36.d.2.n.8.*
Injuriæ illatæ integra sæpè regna everunt aliaque damna inferunt, *tr.36.d.3.per totum.*
Injuria illata tantorum Turcici Imperij progressuum causa fuit, *tr.36.d.3.n.3.*
Injuriantis & contumelioſi damna varia enumerantur, *tr. 36.d.4.per totum.*
Injuriæ sunt lima animarum nostrarum, *tr.36.d.11.n.6.*
Injuria non accipientis sed inferentis est miseria, *lb.n.1.& 2.*
Injurias patienter ferre.
Injurias beneficijs vicisse magnum magnæ virtutis specimen. *tr.36.d.7.n.1.& passim per totum.*
Injurias recipiendo nos hilares & lætos esse oportet, *tr.36. d.6.passim per totum.*
Injurias ut patienter toleremus Christi exemplum præ oculis habeamus, *tr.36.d.7.passim per tot.*
Injuriarum tolerantia idololatras ad fidem convertit Christianam. Vide Abraham, *Item tr.36.d.8.n.14.*
Injuriarum tolerantia certum æternæ beatitudinis pignus, *tr.36.d.9.n.7.8.& 9.*
Ad injuriarum tolerantiam multum confert scire quod eædem nobis non noceant sed prosint, *tr. 36.d.10.per totum.*
Injurias patienter ferre major est victoria quam eas ulcisci, *tr.36.d.1. per tot.*
Ad injurias patienter tolerandas optimum medium cognitio sui, *tr.36.d.14.n.10.*
Item silentium. Vide in litera S.
Injurias patienter ferre summa gloria, *tr.35.d.23.n.1.passim per totum.*
Honorem auget & conservat, *tr.35.d.24.per tot.*
Ad patienter tolerandas injurias multum confert meminisse num aliquando etiam ab injuriante aliquod bonum nobis collatum sit, *tr.35.d.22.n.10.*
Injuriarum Remissio.
Injurias remittentibus Deus peccata remittit, *tr.35.d.16. per totum.*
Injuriæ remissio cor hominis rapit & ex inimicis amicos facit, *tr.35.d.19.n.3.*
Injuriarum cogitare vindictam, est aspidem circum cor gerere, *tr.35.d.27.n.3.*
Injuriæ ex corde remittendæ sunt & non tantum ad exteriorem speciem, *tr.35.d.30.per totum.*
Injurias remittere eximiæ actus est fortitudinis, *tr.35.d.25. passim per tot.maximè n.5.*
Injurias dissimulare non semper est laudabile, *tr.36.d.6.n.10.*
Injuriarum oblivio pœnitentiæ vere indicium est, *tr.36.d.10. n.6.*
Instinctus.
Avibus congenitus, *tr.26.d.49.n.3.*
Intentio recta.
Deus in operibus nostris unicè bonam & rectam intentionem à nobis requirit, *tr.33.d.11.per tot.*
Sine bona intentione opera nostra quantumvis bona, morgua sunt, *tr.33.d.11.n.2.& seqq.*
Recta intentio est anima operum nostrorum, *tr.33.d.11.n.3*
Magna est differentia inter opera facta ex recta intentione & ad vanam ostentationem facta, *tr.33.d.11.n.5.*
Valor operum ab intentione sumitur, *tr.33.d.11.n.5.*
Deus intentionem æstimat, *tr.33.d.11.n.5.*
Peccata ab intentione derivantur, *tr.33.d.11.n.7.*
Recta intentio operum bonorum adeps est, *tr.33.d.11.n.7.*
Opus ex recta intentione factum panis subcinericius est. *tr. 33.d.11.n.4.*
Recta intentio est primum quod Deus quærit, *tr.37.d.1.n.2.*
Cor Dei rapit, *Ibid.n.5.*
Est omnium actionum nostrarum fundamentum, *Ibid.n.7.*
Radici arboris assimilata, *ibid.n.9.*
Intentio aut præmiat aut damnat, *d.3.n.4.& 5.*
Comparatur Alchimiæ, *d.5.n.4.*
Recta & vitiosa intentio quomodo per poma nova & vetera intelligatur, *ibid.d.5.n.6.*
Recta intentio aptè per lumen intelligitur, *ibid.d.7.n.5.*
Defectui bonæ intentionis etiam opera bona nullius alicui quando sunt meriti, *tr.37.d.9.per tot.*
Ob diversam intentionem eadem actio in diversis personis & laudabilis & reprehensibilis est V. Actio.
Inventio.
Curiosa Amasis Regis Ægypti ad hoc ut à subditis honoraretur, *tr.22.d.24.n.7.*
Invidia, Invidus.
Unde dicta, *tr.38.d.1.n.1.*
Ejusdem variæ acceptiones, *ibid.n.2.*
Omnium pene malorum causa, *ibid.n.3.4.& 5.*
Quinque invidiæ filiæ, *ibid.n.6.*
Invidia jure merito crimen pessimum appellatur, *ibid.n.2.*
Omnia opera bona perdit, *tr.38.d.2.per totum.*
Comparatur tineæ. *ibid.d.2.n.2.*
Est filia superbiæ, *ibid.n.4.& 5.*
Naturæ leges infringit proximoque sanguine junctis bellum intentat, *tr.38.d.3.per totum.*
Invidia minuit vitam, *tr.38.d.4.passim per totum.*
Invidia etiam benefactoribus omne malum machinatur, *tr.38.d.4.n.4.*
Invidia Religioni & cultui divino contrariatur, *tr.38.d.6.n.4. 5.& 6.*
Invidia opponitur charitati, *ibid.n.7.item d.9.per tot.*
Certum est reprobationis signum, *d.7.per tot.*
Invidia peccatum est inexpiabile. *tr.38.d.7.n.4.*
Invidia primum est in orbe peccatum, *tr.38.d.8.per tot.*
Invidia quia sordida est, per res sordidas à sanctis Patribus explicatur, *tr.38.d.10.n.2.*
Invidia honoris alieni inimica, *ibid.d.11.per tot.*
Invidia causa est cur multas Christiani perdiderint victorias, *tr.38.d.12.n.7.*
Invidia aliorum quos persequitur fœlicitates sæpè adauget, *tr.38.d.15.per totum.*
Invidia etiam viros perfectos sæpè infestat, *tr.38.d.16.per tot.*
Etiam in claustris reperitur, *ibid.n.2.4.& 7.*
Invidia morbus est incurabilis, *tr.38.d.17.per totum.*
Invidiæ remedia, *tr.38.d.19.per totum.*
Tria communiter sunt invidorum scelera, *tr.38.d.1.n.6.*
Invidus & æquissimus & iniquissimus sibipsi est, *tr.38.d.4.n.2.*
Invidus proprio potius bono carere gaudet quam alterius bonum participare, *tr.38.d.4.n.4.& 6. item d.13.per tot.*
Quod etiam pulchra Historia exemplicatur, *ibid.*
Invidus Deo contrariatur, *ibid.d.6.per totum.*
Invidi per hædos à finistris statuendos eleganter significantur, *tr 38.d.7.n.2.*
Invidi etiam in hac vita igne infernali cruciantur, probatur per Historiam ex vita sanctæ Elisabethæ Reginæ Portugalliæ. *ibid.d.7.n.7.*
Invidus ipso dæmone fere pejor est, *tr.38.d.8.n.9.*
Invidi ordinarie homines sunt viles pusillanimes & abjecti, *tr.38.d.10.per totum.*
Invidis varia à Deo sunt inflicta supplicia, *tr.38.d.12.per tot.*
Invidus sibi-ipsi pœna est & tormentum, *ibid.d.14.per tot.*
Joachim & Anna.
Quo merito sanctissimam Virginem in filiam habere meruerint, *tr.24.d.9.n.8.& tr.25.d.8.n.4.*
Joannes Avila.
Vide SS. Eucharistia.
V. Joannes Baptista de Fulginio.
Ejus responsio cuidam Cardinali data, *tr.27.d.4.n.6.*
Dictum ejus in ordine ad Dei servitium, *tr.25.d.4.n.6.*
Multum à Cardinalibus etiamnum sæcularibus honorabatur, *tr.25.d.10.n.9.*
Quale ijs qui tentantur præscripserit remedium, *tr.30.d.7. num.9.*
Ex cantillatione nutritæ à se aviculæ confundebatur ob ejus gratitudinem, *tr.30.d.10.n.9.*
S. Joannes Eleëmosynarius.
Ob injuriam nepoti suo illatam loco vindictæ reum à tributo annuo cum omnium admiratione absolvit, *tr.35.d.15.n.3*
Ab altari recessit, proximo qui odium adversus se gerebat, se reconciliaturus, *tr.35.d.17.n.10.*
In articulo mortis solum se bona Episcopatus sui pauperibus distribuisse gloriabatur, *tr.24.d.14.n.5.*
Receptus est in cœlum, *ibid. n.5.*
Qualiter in cœlum evolare visus fuerit, *ibid. n.5.*
Quid servis suis pauperum conditionem curiosè explorantibus responderit, *tr.24.d.15.n.3.*
Ob datam pauperi Eleëmosynæ loco vestem.
Quomodo in judicando proximum erraverit & qualiter correctus fuerit, *tr.42.d.6.n.4.*
Abundanter remuneratus fuit, *tr 24.d.15. n.7.*
Quâ ratione duos inimicos ad invicem reconciliarit, *tr.26. d.19. n.7.*
S. Joannes Baptista præcursor Domini.
Ad convertendos peccatores pœnas ijs jugiter prædicabat æternas, *tr.34.d.1. n.17.*
Ejus humilitas, *tr.32.d.1.n.7.*
Ejus humilitas exaltata expenditur, *tr.32.d.11.n.3.& tr.32. d.13.n.9.*
S. Joannes Chrysostomus.
Tempore horrendæ inundationis suos monuit ut non tantum Deo gratias redderent, quod ab ea liberati sint, sed etiam quod illam immiserit, *tr.30. d.18.n.8.*
Joannes jejunans.
Per hypocrisim primò quidem Patriarchalem dignitatem renuit, post vero ea non contentus Oecumenicus appellari voluit, *tr.33.d.9. n.4.& 5.*
S. Job Propheta.
Acceptabile Deo sacrificium obtulit, gratias Deo agendo in adversis, *tr.10.d.18. n.4.*
Heroica illius merita, *tr.30. d.18.n.6.*
Diabolum vicit gratias agendo in adversis, *tr.30.d.18.n.6.*
Quo motivo pro filijs simul convivantibus Deo sacrificarit, *tr.31.d.6. n.4.*
Septem Jobi filij sub domus ruinis oppressi significant septem dona Spiritus sancti quæ per gulâ opprimuntur, *tr.31.d.12.n.1.*
Job in sterquilinio sedens tentari destitit, *tr.32.d.17.n.2.*
Job vitij Hypocrisis hostis fuit.
Ex inferni assiduâ meditatione contra omnes Dæmonis aliasque tentationes victor evasit.
Jonathas.
Per mel degustatum illuminatus fuit, *tr.26.d.45.n.5.*
B. Jordanus.
Dæmonem nomen suum fateri cogit, *tr.34.d.11.n.3.*
Josaphat.
Felix ob puerorum educationem solicitam, *tr.23.d.5.n.6.*
S. Josaphat.
A Terda Mago ad libidinem explendam concitatus, sed ab Angelo in Extasi ad pœnas infernales contemplandas raptus, mox à gravi tentatione liberatus est *tr.34.d.2.n.8.*
Joseph Patriarcha.
Ab Ægyptis sub nomine Dei Serapidis adoratus fuit & cur, *tr.26.d.34.n.5.*
Beneficia quæ in Pincernam Pharaonis & Ægyptum contulit, oblivioni data sunt, *tr.35. d.25.n.2. & 3.*
Cur Joseph ossa sua ex Ægypto portari voluerit, *tr.30. d.26. num.13.*
Joseph castus mansit quia temperanter vixit, *tr.31.d. 8.n.8.*
Cur Joseph ex somnio Pincernæ prosperum, ex somnio verò Magistri pistorum funestum eventum prædixerit, *tr.31. d. 15. n.8.*
Josephi exaltatio humilitatis suæ præmium fuit, *tr.32.d.10.n.3.*
Cur scyphum aureum in quo augurari solebat in saccum fratris minimi imponi jusserit, *tr.32.d.15.n.3.*
Cur Josepho regnum prognosticatum fuerit per visos in somnio manipulos, *tr.32.d.21.n.6.*
Josephi erga suos fratres in condonandis injurijs promptitudo, *tr.35.d.4.n.10. Item tr.35. d.9.n.5.*
Joseph invidiæ objectum singulare, *tr.38.d.1.n.2.& 3. n. variis.*
Ad regnum eum evexit, *ibid. d.15. n.2.*
S. Joseph Sponsus B.V. Mariæ.
Post matrimonium cum B. Virgine contractum jamque factus Salvatoris nutritius nihilum suum vel maximè agnovit, *tr.32.d.18 n.6.*
Josue.
Solem firmat Christum in Eucharistia figurantem, *tr.26. d.52.n.10.*
Josue quæ fecit magnalia ex humilitate tamquam ex radice processerunt, *tr.32.d.10.n.5.*
Ira.
Ira Dei valde irritatur per carnales ad Sacram Communionem accedentes, *tr.26.d.42.n.8.*
Ira quid sit & quomodò ab iracundia, furore, excandescentia, zelo & perturbatione distinguatur. Item quando culpam importet gravem, *tr.39.d.1.per totum. Item d.6.& 7.n.1.*
Ira multorum peccatorum est origo, *tr.39.d.2. per totum.*
Ira non tantum corporis sed & animæ in alijs procurat perditionem, *tr. 39. d.3.n.9.*
Ira vultus morumque ac gestuum deformitatem inducit, *tr.39.d.4.n.1. & passim per totum.*
Ira hominem stulto reddit similem, *ibid. d.5. per totum.*
Excœcat intellectum, *ibid.*
Est quidem homini naturalis, sed tamen rationis imperio temperanda, *tr.39.d.1.n.2.*
In pueris & fœminis asperior est, *ibid.n.8.*
Virtutibus, gratijs, & Spiritui sancto est inimica, *tr.39. d.6. per totum.*
Hominem brevi compassione destituit, *ibid.n.7.*
Est signum reprobationis, *d.7. per totum.*
Vitium est Diabolicum, *tr.39.d.8. per totum.*
Vitam hominis abbreviat, *tb.d.9.n.variis maximè, tr.5.& 6.*
Amicitiæ vitæque socialitati contraria est hominesque ad regimen ineptos reddit, *tr.39. d.10. per totum.*
Aliquando bona est & licita, *d.15.n.1.*
Quænam sit vitiosa, *ibid.n.2.*
Contra iram natura homini de diversis providit remedijs, *d.11. n.variis.*
Ira cito terminanda est ne in odium accrescat, *tr.39.d.14. per totum.*
Iræ passio homini impressa est ad refrænandos appetitus, *d.15. per totum.*
Contra iram varia remedia, *d.17. per totum.*
Iracundus.
Iracundus quasi serpentem in sinu nutrit, *tr.39.d.7.n.3.*
Iracundus serpenti similis itemque alijs bestijs, *tr.39.d.2.n.1. & seqq.*
Iracundi quàm periculosè potestati dæmonis subsint, *tr.39. d.8.n.3.4.5.& 6.*
Iracundis vindicativis hoc communiter contingere solet quod Eleazaro Elephantem prosternenti, qui postmodum bestiæ mole oppressus interiit, *tr.36.d.16. n.6.*
Irasci.
Irasci dedecet hominem maximè Christianum, *tr.39.d.12. per totum.*
Quibus in casibus sit licitum, *tr.39. d.16. per tot.*
Isaac Patriarcha.
An gulæ redargui possit, eo quod carnes ferinas dilexerit, *tr.31.d.27.n.1.& 2.*
Isai.
Ob diligentiam in filiorum educationem adhibitam à Deo benedici meruit, *tr.23.d.5. n.11.*
S. Isaias.
Cur lingua ejus à Deo purgata fuerit, *tr.27.d.4.n.7.*
Ismael.
Et Agar in exilium ejecti, *tr.23.d.9.n.10.*
Judæi.
Cur ab Eucharistia exclusi. vid. sup. V. Eucharistia.
Judæorum perpetua servitus verum est fidei nostræ argumentum, *tr.23.d.24. n.8.*
Deus iisdem ferme modis Judæos castigavit quibus Christum in Passione suâ cruciarunt, *tr.29. d.24. n.8. & tr.28.d.11. n.5.& d.27. n.12.*
Ob suam ingratitudinem dispersi sunt per orbem, *tr.30.d.19. num.2.*
Cur Ægyptijs punitis non fuerint simul puniti Judæi, illi præsertim qui in Idololatriam consenserunt, *tr.30.d.19. n.4.*
Judæorum erga Christum ingratitudo graviter punita, *tr.30. d.20.n.9.& tr.30.d.27.n.12.*
Judæorum ingratitudo ponderatur, *tr.30.d.24.n.6. & 9.& tr.30.d.25.n.4.*
Quâ nocte Christus corpus suum Eucharisticum præparabat ad vitam, Judæi Christi machinabantur mortē, *tr.30.d.24.n.13.*
Judæi ob continuam suam ingratitudinem contra Deum reprobati & exterminati sunt, *tr.30.d.27.per tot.*
Judæi perditionis propriæ sententiam contra seipsos pronuntiarunt, *tr.30.d.27.n.2.*
Judæi ex invidia Christum occiderunt, *tr.30.d.27.n.2.*
Cur Judæi nervos carnium non comederint, *tr.30.d.27.n.5.*
Cur Hebræos dispersurus cœlum & terram in testes ingratitudinis ipsorum advocarit, *tr.30. d.27. n.6.*
Cur Judæi tam frequenter contra Deum murmuraverint, *tr.31.d.7.n.3. & 4.*
Judæi semper gulæ dediti fuerunt, *tr.31.d.7.n.3. & 4.*
Cur Judæi in deserto à Deo sibi carnes dari petierint, qui tot armentis & pecoribus abundabant, *tr.31.d.15.n.2.*
Judæi ob gulam sæpius debuerunt luere supplicia, *tr.31. d. 17.n.6.*
Hypocrisis causa est obstinationis Judæorum, *tr. 33. d. 3. n.10. & tr.33. d.4.n.1.*
Synagoga Judæorum significatur per ficulneam maledictam, *tr.33. d.4. n.1.*
Judæorum malignitas in occisione Christi procuranda expenditur, *tr.33.d.9. n.8.*

Judæorum contra Christum invidia obstinatissima, *tr.*38. *d.*5. *per totum.*
Judæi per invidiam exasperati plus contra Christum ausi fuerunt attentare quam ipse Dæmon, *tr.*38.*d.*5.*n.*1.
Judæorum invidia contra Christum non minus fuit obstinata dum doceret & miracula patraret, quàm etiam cum publicæ eorum se opponeret potestati per Petrum Malcho auriculam amputantem, *tr.*38.*d.*5.*n.*7.
Judas Ischariotes.
Judas Ischariotes cur ad Christum tradendum egressus fuerit è cœnaculo, *tr.*26. *d.*21. *n.*4.
Cur ob traditionem suam adeo acriter punitus fuerit, *ibid. d.*38. *n.*5.
Indignitas ejus ex multis capitibus consideratur, *ibid. d.* 39. *per totum.*
Cur Christum tradendo osculatus fuerit, *tr.*22. *d.*11.*n.*7.
Cur tempore Paschionis quo tot perversi peccatores fuere conversi, solus Judas crepuerit medius, *tr.*30.*d.*21.*n.*5.
Ob ingratitudinem Dæmon ingressus est Judam, *tr.*30. *d.*21.*n.*5.
Cur Evangelista Apostolos per ordinem recensens Judæ hoc addiderit Epithetum: Qui tradidit eum, *tr.*30.*d.*24.*n.*3.
Hypocrita fuit, *tr.*33. *d.*3.*n.*10. *& tr.*33.*d.*6. *n.*4. *&* 5.
Ejus desperatio ex invidia ortum traxit, *tr.*38.*d.*7. *n.*8.
Nisi antequam Christus pro inimicis in cruce oravit suspensus crepuisset medius, faciliorem sperare potuisset remissionem, *tr.*35.*d.*14. *n.*5.
Judex in Curia Seculari.
Judices non suum sed Dei judicium se judicare serio cogitare debent, *tr.*40.*d.*2. *per totum.*
Unde Judices velut Dij sunt, *ibid. n.*4. *&* 5.
Judices Athenienses in ducentorum duodecim Deorum præsentia dicebant sententiam, *tr.*40.*d.*2. *n.*7.
Judices cur non stando aut ambulando sed sedendo proferre debeant sententiam, *tr.*40.*d.*4.*n.*2. *Item d.*5.*n.*1.
Inter Judicem & reum olim velum extendebatur & quare, *tr.*40. *d.*6. *n.*8.
Judicem veteres virum senem cui ad collum Sapphyrus pendulus esset, cui inscriptum esset, veritas, effigiare solebant, *tr.*40.*d.*8.*n.*7.
Judicibus munera accipere lege prohibitum erat, *ibid. d.*9. *n.*1. *& seqq.*
Judex iniquus.
Judices iniqui civitatum subversores, *tr.*40.*d.*1.*n.*6.
Iniquis judicibus varia pœnarum immissa sunt genera, *tr.* 40.*d.*11. *per totum.*
Miraculose iniquum judicem S.Jacobus Nisibita revocare sententiam coëgit, *tr.*40.*d.*8.*n.*4.
Judicis cujusdam iniqui atrox quidem at debitum supplicium, *tr.*40.*d.*5.*n.*10.
Judex in extremo judicio.
Erit inexorabilis, *tr.*41.*d.*12. *per totum.*
Judicis contra reprobos pronuncianda sententia plena erit horroris & confusionis, *tr.*41. *d.*24.*per totum.*
Judex in extremo judicio sub specie humana comparebit. Vide Christus, & quare *ibid.*
Judicare.
Judicandum est non secundùm scientiam & voluntatem sed secundùm leges, *tr.*40. *d.*3. *per totum.*
Judicium finale.
Judicij finalis sedula meditatio efficax contra peccata remedium, *tr.*41. *d.*1. *per totum.*
Judicij finalis veritatem Deus nobis magna cum solicitudine semper imprimere conatus fuit, *ibid.n.*2.
Judicij finalis consideratio timoratam in nobis causat vitam, *tr.*42.*d.*2. *per tot. Item d.*30. *per totum.*
Judicium universale cur Deus præter particulare instituerit, *tr.*41.*d.*3. *per tot. præsertim n.* 2.
In judicio particulari reprobi solum in anima puniuntur, in judicio verò universali etiam corpora cruciabuntur, *ib.n.*8.
In judicio universali omnes creaturæ armabuntur ad ultionem inimicorum Dei, *ibid.d.*4. *n.*1. *& seqq.*
Juvenis quidam somnians se divino judicio præsentandum totus incanuit, *tr.*41. *d.*7.*n.*1.
Judicij dies cur dies Domini, dies magnus, dies iræ appellatur, *tr.*41.*d.*8. *per totum.*
Judicij extremi examen erit rigidissimum, *tr.*41. *d.*13. *per totum.*
Item bonorum operum examen, *d.*22. *per totum.*
In judicio extremo omnia etiam occultissima manifestabuntur, *tr.*41.*d.*16. *n.*8.
In judicio extremo nulla admittetur, ex quocumque etiam motivo petita excusatio, *tr.*41.*d.*18 *per totum.*
Nullum reprobi habebunt effugium nec refugium, *ibid. d.*20. *n.*4. 5. *& seqq.*
Judicij extremi tempus divino consilio & propter utilitatem nostram incertum nobis est, *tr.*41.*d.*28. *per totum.*
Non tantùm universalis, sed etiam particularis judicij dies nos latet, *tr.*41.*d.*28. *n.*8. Et merito, *ibid.n.*10.
Judicij dies ut infallibilis nobis à Christo prædictus est ad hoc ut ad illum nos studiosè præparemus, *tr.*41.*d.*29. *per tot.*
Judicij extremi sedula consideratio utilissima est, *tr.*41. *d.*30. *per totum.*
Judicij extremi tribunal quare sit vallis Josaphat, *tr.*41. *d.* 31. *n.*6.
Judicium forense.
Ad formandum judicium in foro judiciali tria requiruntur, *tr.*41.*d.*26. *n.*2.
Judicia quare in Veteri Testamento in partes constitui jusserit Deus, *tr.*40.*d.*6. *n.*1. *& seqq.*
Judicio intermiscenda est misericordia, *tr.*40.*d.*7. *per tot.*
Judicium temerarium.
Repugnat charitati, *tr.*42. *d.*1.*n.*1. *& seqq.*
Est species quædam detractionis, *ibid. n.*6. *& seqq.*
Quandonam sit peccatum, *ibid.n.*8. *&* 9.
Ejus author Dæmon esse probatur, *d.*2. *n.*1. *& seqq.*
Varijs à Deo castigatum est supplicijs, *tr.*42.*d.*3. *per tot.*
In Judicij temerarij pœnam à parente commissi filia malè à Dæmonio versatur, *tr.*41.*d.*3.*n.*7.
Judicare alios etiam in apertis peccatis adhuc nobis non est concessum, *tr.*42.*d.*4.*n.*2.
Judicans temerariè injuriam Deo facit, *ibid. d.*4. *per tot.*
Judicio temerario facilis & magna subjacet deceptio, *tr.*24. *per tot. Item d.*6. *per tot. & d.*7. *per totum.*
Judicium humanum unde maximè fallatur, *tr.*42.*d.*8. *per totum.*
In formando circa proximum judicio eumdem quem in probanda lepra antiqui Testamenti Sacerdotes servare debemus modum, *tr.*42.*d.*9.*n.*1. *& seqq.*
Judicium temerarium qualiter evitarit frater Bernardus de Quinta Valle, & quod ejus præmium, vid. Bernardus de Quinta Valle.
Judicanda sunt prius facta propria antequam judicentur aliena, *tr.*42.*d.*11. *per totum.*
Facilè alios judicantes, ijsdem de quibus alios judicant, scatent vitijs, *tr.*42. *d.*12. *per totum.*
Aut in illa cadere justo Dei judicio permittuntur, *ibid.*
Temerarij judicij tria singulariter damna, *tr.*42. *d.*12.*n.*7.
Judith.
Per temperantiam in cibo & potu Holofernis evasit libidinem, *tr.*31.*d.*9.*n.*6.
Per humilem orationem Holofernem prostravit, *tr.*32.*d.*14. *num.*3.
Julianus Apostata.
Insignis Hypocrita fuit, *tr.*33. *d.*5.*n.*8.
Julius Cæsar.
Sobrietate sua super Reipublicæ ruinas erexit imperium, *tr.*31.*d.*17.*n.*3.
Infans ex victimis ominari auspicia admonitus respondit: Erunt bona cum volo, *tr.*37.*d.*6.*n.*6.
Julius Drusus.
Videri malebat quàm latere, & quidem bene, *tr.*41.*d.*16.*n.*8.
Frater Juniperus.
Injuriarum amans, *tr.*36.*d.*9.*n.*4.
Justitia, Justus.
Justitiæ sedula administratio pacem & omnem prosperitatem Reipublicæ confert, *tr.*40. *d.*1. *per totum.*
Justitia qualiter veteribus pingi solita, *tr.*40.*d.*5.*n.*2.
A quatuor ordinariè subverti solet, *ibid.n.*5.
Justi & electi in extremo judicio examini subjacebunt, *tr.*41.*d.*14.*n.*2.
Justi & sancti in finali judicio timebunt, *tr.*41.*d.*6. *n.*3. *& seqq.*
Justi raro malum de alijs credunt, *tr.*42.*d.*10.*n.*1. *& seqq.*
Justus sapit ex pœna peccatoris, *tr.*35.*d.*5.*n.*10.
Juvenis.
Captus per lascivam mulierem stimulatus, quem exitum habuerit, *tr.*26. *d.*42. *n.*11.
Juveni recenter suspenso barba fucrevit & incanuit, ac si decrepitus senex fuisset, *tr.*23.*d.*17.*n.*10.
Juvenis libidinosus per SS. Sacramenti sumptionem castus effectus fuit, *tr.*26.*d.*14.*n.*4.
B. Juetta.
A Christo communicata fuit, *tr.*26.*d.*34.*n.*5.
Ejus visio circa quamdam ancillam indignè communicantem, *ibid. d.*37.*n.*3.

L.

Lacedæmones.
Ad bellum procedentes capillos sibi deronderi curabant, *tr.*22.*d.*2.*n.*6.
Qua via Rempublicam suam optimè gubernârint, *tr.* 34. *d.*4. *n.*4.
Lacides Rex.
Prometheo ictu gladij vitam eripere tentans casu dimurnum apostema ei aperuit, unde sanitati restitutus fuit: pulchrè hoc injuriantibus & persequentibus nos applicatur, *tr.*36.*d.*10. *num.*3.
Lamina aurea.
In fronte summi Sacerdotis quid significet, *tr.*22.*d.*6.*n.*16.
Lapis pretiosus.
Lapides pretiosi Rationalis Aaron quid significent, *tr.*22.*d.*6. *num.* 14.
Lapides altaris Christianos significant, ob unionem illis maximè convenientem, *tr.*35.*d.*8.*n.*9.
Laqueus.
Mundi hujus mundanorum ludibria contemnendo vincuntur, *tr.*25.*d.*7.*n.*4.
Latro in Cruce.
Bonus latro martyris titulo condecoratur, & quare, *tr.*32. *d.*9. *n.*8.
Lavare.
De lotione pedum Apostolorum à Salvatore facta, *tr.*22. *d.*8. *n.*5.
Sacerdotes manus in sacrificio Missæ lavantes cur dicant: Lavabo inter &c. *tr.*22. *d.*8. *n.*1.
Cur Sacerdotes in sacrificio Missæ solam lavent digitorum extremitatem, *ibid.n.*2. *& tr.*22.*d.*4. *n.*8.
S. Laurentius Martyr.
Ejus in tormentis reddita responsa, *tr.*26.*d.*4. *n.*10.
F. Laurentius Brundusinus Cappucinus.
Ejus visiones, *tr.*26.*d.*11.*n.*6.
B. Laurentius Justinianus, Patriarcha Venetus.
Per urbem Venetam ante Patriarchatum mendicans Maffæo socio suo erubescenti quid dixerit, *tr.*32.*d.*3.*n.*10.
Lauretana domus.
Hodie ab omni hominum natione adoratur & colitur, *tr.*32. *d.*9.*n.*3.
Leo Bestia.
Leonum Martyribus placentium exempla, *tr.*29.*d.*20. *n.*12.
Egregium Leonis erga Androdum grati exemplum, *tr.* 30. *d.*10. *n.* 4.
Memorabile Lœnæ erga S.Macharium gratæ exemplum, *tr.*30.*d.*10.*n.*5.
Leo gratus est erga benefactorem suum, *tr.*30.*d.*10.*n.*13.
Ingrati leonibus sunt truculentiores, *tr.*30.*d.*26. *n.*11.
Leones in lacu Babylonico cur Danieli pepercerint, *tr.*27. *d.*1. *n.*9.
S. Leo Magnus Papa.
Attilam ab Italia divertit invadenda, *tr.*30.*d.*20.*n.*10.
Item Genfericum Regem Wandalorum à Roma devastanda divertit, *tr.*30.*d.*20.*n.*10.
Lepra.
Peccati figura ad pedes Sacerdotis mundatur, *tr.*22. *d.*4.*n.*9.
Levitæ.
Occidere patrem jubebantur, *tr.*23.*d.*10. *n.*7.
Lex.
Divina quidnam in sacerdotibus operetur, *tr.*22.*d.*4.*n.*7.
Lex Dei ab ijs qui erga Deum grati sunt, firmiter custoditur, *tr.*30.*d.*9.*n.*2. *& seqq.*
Libanius.
Sophista Juliani Apostatæ assentator Christum deridebat & quo eventu, *tr.*25.*d.*12.*n.*3.
Libri in judicio aperiendi.
Quales sint futuri, *tr.*41.*d.*15. *per totum.*
Libri hi cujusque erunt conscientia, *tr.*41.*d.*5.*n.*2.
Licentia.
Manducandi carnes indulta est hominibus post diluvium, *tr.*26.*d.*27.*n.*3.
Licurgus.
Duos catulos simul, sed diversis modis educat, & quid inde? *tr.*21.*d.*6. *n.*8.
Ejus in juvenem à quo ipsi oculus excussus fuerat clementia & beneficium, *tr.* 35.*d.*2.*n.*5.
S. Liduina V.
Obstinatum peccatorem singulari stratagemate convertit, *tr.*34.*d.*10.*n.*7.
Injuriarum admirabilis toleratrix, *tr.*36.*d.*9.*n.*5.
Ligna.
Duo à vidua Sareptana ad Eliam reficiendum collecta quid significent, *tr.*27.*d.*6.*n.*2.
Lingua.
Linguæ improperantis damna, *tr.*36.*d.*16.*n.*3. *& seqq.*
Linguæ damna, *tr.*36.*d.*3.*n.*3. *&* 4.
Martyres quidam post evulsam seu præcisam è faucibus linguam expeditè locuti fuerunt, *tr.*29. *d.*19.*n.*7.
Lisimachus Rex.
Ob nimiam sitim hosti concessit victoriam, *tr.* 34. *d.*13. *num.* 9.
Locusta.
Non depascitur loca, in quibus nascitur, *tr.*30.*d.*10.*n.*8.

Loth.
Hujus cum filiabus commissus incestus expenditur, *tr.*32. *d.*9. *n.*4.
Cur uxor ejus in statuam salis conversa fuerit, *tr.* 31. *d.* 8. *num.*12.
Lucerna.
Quædam datur inextinguibilis, *tr.*34.*d.*9.*n.*10.
Lucerna idem quod oculus symbolum rectæ intentionis, *tr.*17.*d.*7. *per totum.*
S. Lucianus.
Super pectus suum celebrat, *tr.*26.*d.*34.*n.*5.
Bono exemplo suo infideles convertit, *tr.*27.*d.*1.*n.*8.
S. Ludovicus Rex Franciæ.
De eo quidam derisorie loquens graviter punitus est, *tr.*36. *d.*6. *n.*10.
Ejus firma in Eucharistiam fides, *tr.*29.*d.*15.*n.*5.
Coram S.Francisco de Paula se humiliavit, & cur, *tr.*25. *d.*10. *n.*8.
Ludus.
Est quidam calcio appellatus injuriarum sufferentiam adumbrans, *tr.*35. *d.*24. *n.*4.
Lupus.
Lupi greges ovium & armenta ad Ecclesiam & Hospitale S.Pellegrini spectantia non invadunt, *tr.*30.*d.*10.*n.*4.
S. Lupus Episcopus.
Attilam mitigat, *tr.*22. *d.*14.*n.*9.
Miraculum ejus in Missa celebranda, *tr.*26.*d.*14.*n.*9.
Lutherus.
Ejus hæresis ab invidia ortum habuit, *tr.*38.*d.*6.*n.*4.
Luxum.
Deus in manus acceptum in hominem transmutavit, *tr.*12. *d.*51. *n.*6.
Lux.
Prima fuit Dei creatura, *tr.*37.*d.*7.*n.*7. *&* 9.
In prima Creatione laudata significat naturam Angelicam, *tr.*41. *d.*22. *n.*2.
Luxuria.
Cur Scriptura gulam potius & luxuriam quàm alia peccata scandali nomine appellet, *tr.*31.*d.*7.*n.*1.
Luxuriæ incentivum est gula & ebrietas, *tr.*31.*d.*8. *per totum.*
Luxuria & gula ita inter se sunt conjuncta, ut si una sine altera daretur, illa monstrum dici posset, *tr.*31.*d.*8.*n.*5.
Vicinia quam inter se habent venter, & genitalia, indicat cognationem quæ est inter gulam & luxuriam, *tr.*31.*d.*8.*n.*5.
Conjunctionem quæ est inter gulam & luxuriam indicat exemplum Monachi cujusdam apud B.Petrum Damiani, *tr.*31. *d.*8. *n.*6.
Esau gulosus luxuriosus quoque fuit, *tr.*31. *d.*8.*n.*7.
Uxor Putipharis luxuriosa quoque fuit, quia maritus ejus Princeps fuit coquorum, *tr.*31. *d.* 8.*n.*8.
Limbus Patrum.
Cur sinus Abrahæ appelletur, *tr.*30.*d.*5.*n.*3.

M.

S. Macharius Eremita.
Memorabilis gratitudinis exemplum quod Lœna quædam erga sanctum hunc virum exhibuit, *tr.*30. *d.*10.*n.*5.
Ei ob humilitatem ejus Diabolus nocere non potuit, *tr.*32. *d.*17. *n.*5.
Malogranata.
Ad fimbriam vestimenti Aaronis suspensa quid significent, *tr.*22. *d.*13. *n.*10.
Manasses.
Idem est quod oblivio, *tr.*35.*d.*9. *n.*7.
Cur adeo severè punitus fuerit, *tr.*27.*d.*9.*n.*3.
Manna.
Nauseabundum fuit Hebræis & ideo puniti, *tr.*26. *d.*43. *num.* 4.
Per quadraginta annos populo electo de cœlis depluit, *ibid. d.*47. *n.*3.
Gustui singulorum satisfacit, qui ipsum desiderabant, *tr.*26. *d.*13. *n.*2.
Quovis alio epulo sapidius fuit *ibid.*
De cœlo instar roris depluit, *ibid.*
Ab Hebræis cibus levis dicebatur, ideòque nauseabundus, *ibid. n.*6.
Nocturno tempore descendit, *ibid. n.*7.
Conservabat Hebræos sanos & robustos, *n.*8.
In deserto tantùm depluit, *ibid. n.*9.
Semper erat in manu colligentis ejusdem quantitatis, *ib.n.*10.
In tabernaculo Aaronis repositum fuit, & cur? *ibid.n.*10.
Cur multis nauseam attulerit & fastidium, *ibid.n.*12.
Erat incompatibile cum farina Ægypti, *tract. 26. disc.*13. *num.* 12.
Quotidie descendebat excepto Sabbato, *ibid. n.*15.
Cur non descenderit in castra militaria, *tr.*26.*d.*19.*n.*2.
Cur in arca conservatum fuerit incorruptum, quod aliàs in diem alteram servari non poterat, *tr.*31.*d.*25.*n.*4.

Cur Deus illud in certa menſura colligi voluerit, *tr.31. d.15. n.4.*

Manus.

Pauperum ſunt ſinus Abrahæ, *tr.24.d.4.n.8.*
Symbolum ſunt operum, *tr.22. d.7.n.8.*

Manuel Comnenus.

Suo exemplo Civitatem Dordeum in Friſia reſtaurat, *tr.27. d.5. n.5.*

S. Marcellinus Papa & Martyr.

Poſtquam ex timore mortis Dijs ſacrificâſſet, quid fecerit, *tr.27.d.14.n.14.*
Thus Dijs obtulit non errore in fide, ſed ex metu confitendi fidem quam in corde habebat, *tr.29.d.22. n.1.*

S. Marcianus Presbyter.

Ob datam pauperi veſtem ſuam veſte aurea Regia adornari meruit, & qualis illa fuerit, *tr.24.d.15.n.7.*

Marcus Antonius.

Rogatus à conjuge, ut vindictam ſumeret, reſpondit non; Nam, inquiebat: Nihil tam commendat Romanorum Imperatorem quam Clementia, *tr.35.d.12. n.21*

Marcus Bibulus.

Is ita propriæ vindictæ oſor fuit, ut cum amborum filiorum ſuorum interfectores eidem à Cleopatra Regina Ægypti in manus traditi eſſent, ipſe eoſdem remiſerit, dicens: Hanc vindictam non ſuam ſed Senatus eſſe debere, *tr.35.d.29.n.3.*

Marcus Cato.

Ejus facilis injuriarum oblivio, *tr.35.d.2.n.5.*

Margarita.

Hollandiæ Comitiſſa in pœnam temerarij judicij unico partu trecentos ſexaginta quinque filios enixa eſt, *tr.42. d.3.n.9.*

Margarita.

Filia Regis Hungariæ. Ejus extaſes, *tr.26.d.48.n.6. & d.34. num.7.*

S. Maria Virgo & Mater Dei.

Octo verbis Deum è cœlo in terras protraxit, Sacerdos autem quinque verbis idipſum facit, *tr.22.d.12.n.7.*
Cur plura ejus feſta inſtituta ſint, *tr.28.d.1.n.9.*
Magnitudinem donorum à Deo ſibi datorum explicare verbis non potuit, *tr.30.d.4.n.4.*
Ex humilitate turbata eſt; dum ab Angelo ſuas laudes audivit, *tr.32. d.1.n.5.*
B.Virgo Filio Dei thronum præparavit per humilitatem; *tr.32.d.6.n.2. circa fin. & 3.*
Dei Filius non Matris nobilitatem ſed humilitatem reſpexit, *tr.32.d.7. n.5.*
B. Virgo ex humilitate Filium Dei concepit, *tr.32. d.9.n.2. in fin.*
Quantò altius ſublimata fuit, tanto ſe viliorem & indigniorem æſtimavit, *tr.32.d.18.n.7.*
Ut verbum Dei in utero conceperat, confeſtim ad inſerviendum Eliſabethæ in puerperio ſe accinxit, *tr.32.d.18.n.8.*
In Bethlehem nullum in diverſorio locum inveniens nihil obmurmuravit, licet ſe Deum parituram eſſe ſciret, *tr.32.d.18. num. 8.*
Licet à tribus Magis ingentia accepiſſet munera, in templo tamen Jeſum præſentans munera pauperibus præſcripta obtulit, & cur? *tr. 32. d.18.n. 8.*
B. Virgo Maria dici poteſt eſſe id quod ſimul eſt omnium maximum & omnium minimum, *tr.32.d 18.n.9.*
Sicut nulla creatura ad tantam deſcendit gratiæ dignitatem ſicut B.Virgo, ita quoque nulla deſcendit in tantæ humilitatis abyſſum ſicut ipſa, *tr.32.d.18. n.8.*

S. Maria Magdalena pœnitens.

Unde ejus converſio orta, *tr.26.d.6. n.4.*
Non erubuit civitatis ſannas & ludibria, *tr.25.d.11.n.5.*
Qualiter primum modeſtiæ ruborem ſibi acquiſierit, *tr.25. d.7. n.9.*
Unde ſibi tantam à Deo gratiam compararit, *ibid.d.7.n.5.*
Qualiter ab immunditia ſua liberata fuerit, *tr.26. d.15.n.7.*
Sola humilitate effecit, ne ſeptem Spiritus ab ea expulſi, in eam reverterentur, *tr.32.d.17.n.7.*
Ex motivo humilitatis poſt ejectos ſeptem Spiritus ſemper ſe Chriſti pedibus advolvit, *tr.32.d. 17.n.7.*

S. Maria Magdalena de Pazzis Carmelitana.

Puella decennis exiſteas, quidnam Matre communicante fecerit, *tr.26.d.11.n.6.*
Votum virginitatis emiſit, *tr.26. d.15.n.2.*

Maria uxor Maximiliani II.

Ad communionem ſe præparans, quidnam in certo caſu reſponderit, *tr.26.d.26.n.5.*

Tres Mariæ.

Circa corpus Chriſti mortuum obſequioſæ, *tr.26.d.29.n.6.*

S. Martinus Epiſcopus Turonenſis.

De ejus humilitate, *tr. 32.d.1.n.7.*
Unde ſibi tantam ſanctitatem acquiſierit & finis ejus, *tr.25. d.8. n.7.*

Pauperi ante Miſſæ ſacrificium veſtem ſuam ſubteriorem donans qualiter à Deo veſtitus fuerit, *tr.24.d.15.n.7.*
Prius potum Presbytero ſuo, & poſtea Maximo Imperatori propinavit, *tr.22.d.13.n.9.*
Sub qua habitus ſpecie Chriſtum à Dæmone diſcernat, *tr.34. d.11. n.8.*
Ejus in inſolentes equites beneficium, *tr.35.d.12. n.12.*
Contumelias & injurias à B.Britio ſibi illatas, ideo patienter ferebat, quia à Dæmone proficiſci apertiſſime videbat, *tr.36. d.2. n.3.*

Martinus Lutherus Hæreſiarcha.

In faſtu, ſuperbia, & arrogantia hæreſin ſuam diſſeminare cœpit, *tr.29.d.23. n.9.*
Lutheri Hæreſis corruptæ naturæ inclinationibus omnino conformis eſt, *tr.29. d.23. n.9.*

S. Martyr.

Romanus ſub flagellis deriſus ab ijs eximi noluit, *tr.15. d.16. n. 3.*
Quidam melle conſperſus Soli expoſitus, veſpis, muſcis & apibus interemptus eſt, *tr.34.d.27.n.12.*

Martyr, Martyrologium.

Sanguis Martyrum ſemen eſt fœcundum Chriſtianorum, *tr.29.d.18. n.3.*
Cur Martyrologium in Eccleſia quotidie prælegatur, *tr.29. d.19.n.1.*
Longe plures fuêre martyres, quam qui in Martyrologio recenſentur, *tr.29.d.19.n.1.*
Martyres non ex pertinacia, temeritate vel ſtultitia paſſi fuerunt, *tr.29.d.19.n.1.*
Martyres tanta paſſi non fuiſſent, niſi ſciviſſent vitam aliam quæ morte corporali digna ſit, *tr.29.d.19.n.1.*
Sanguis Martyrum fundamentum eſt fidei, *tr.29. d.19. n.2. & tr.29. d.20. n.9.*
Varia Martyriorum genera recenſentur, *tr.29.d.19.n.1. & 4.*
De viginti quatuor martyribus, qui A. 1622. 10. Sept. in Japonia paſſi ſunt, *tr.29.d.19. n.6.*
Martyres poſt exciſas ſibi linguas expedite locuti, *tr.29. d.19.n.7.*
De Martyrum Jubilo in tormentis, *tr.29. d.19. n.8. & 9. & tr.29.d.20. n.1. & ſeqq. per totum.*
Martyres Chriſtianos ſe profitentes robuſtiores effecti, *tr. 29. d.19. n.7.*
Magis in Martyribus ſexus fœminei virtus Chriſti relucet quam in viris, *tr.29. d.19. n.3.*
Martyrum in tormentis conſolationes & patiendi aviditas, nec non frequens illis exhibitum divinæ protectionis præſidium evidens ſunt rectæ fidei teſtimonium, *tr.29.d.20.per tot.*
Martyres cataſtas & equuleos mollibus præferunt lectis, *tr.29.d.20.n.5. in fine.*
Inſigne à fidelibus erga Martyres exhibitum ſimul cum ipſis patiendi exemplum, *tr.29.d.20.n.7.*
Undenam ortus ſit Martyrum in tormentis jubilus, *tr.29. d.20. n.8.*
Carnifices viſa Martyrum conſtantia ſæpe converſi fuere ad fidem, *tr.29.d.20.n.11.*
Leonum Martyribus parcentium exempla, *tr.29.d.20.n.12.*
Martyria à mulieribus fortiter ſuperata, ſolidum ſunt fidei veræ argumentum, *tr.29.d.20.n.13. & 14.*

Mater.

Per nimium amorem perdit liberos, *tr.23.d.9. n.6.*

Matthias Paulus Wagenerus Soc. Jeſu.

Sibi peſte laboranti inſervientibus mediam meritorum ſuorum partem tranſcripſit, *tr.30.d.8.n.5.*

Maximilianus II.

Velut peregrinus incognitus S.Jacobum Apoſtolum in Gallitia inviſit, *tr.26. d.26 n.5.*

Maxentius Tyrannus.

Ejus crudele inventum ad torquendos Chriſtianos per cadaverum fœtorem, *tr.34.d.11.n.4.*

S.Mechtildes.

A Deo amatur ut ſponſa non propter actuales quas poſſidebat virtutes, ſed propter continuum eas poſſidendi deſiderium, *tr.37.d.2. n.5.*

Medulla.

Cedri quid ſignificet, *tr.27.d.5.n.8.*

Mel.

Prohibitum in ſacrificijs & quare, *tr.22.d.17.n.6.*
Repertum in faucibus leonis ejuſque ſignificatum, *tr.26. d.11. n.4.*
Mel ab apibus virginibus naſcitur, *tr.26.d.12.n.5.*
Delibatur à floribus, *ibid.n.6.*
Utile valde eſt ad medicamenta, *ibid.n.9.*
Colligitur à floribus per rorem, *ibid. n.10.*
Sapit ſtomachis corruptis, *ibid.n.11. vid. plura.*
De melle, *d.12. per totum.*

Melchiſedech.

Rex & Sacerdos fuit, *tr.26.*

Idem

Idem eſt quod Rex Juſtitiæ, *tr.40. d.5.n.8.*

Menſa.

Accumbentes menſæ & inde ſurgentes Deum prius laudent & gratias agant, *tr.30.d.7.n.5. & tr.30.d.25.n.7.*
Diabolo & Judæ ſimiles ſunt, qui ſine actis gratijs è menſa recedunt, *tr.30.d.21.n.6.*
Quis ſit ſenſus proverbij illius: Ad menſam nemo caneſcit, *tr.31.d.19.n.2.*

Mercatus.

Diebus feſtivis inſtitui non debent, *tr.28.d.11.n.4.*

Mercator.

Teſtamentum cujuſdam horribile, *tr.34. d.19.n.4.*

Mercurius.

Primus fuit, qui ludum & computum numerorum invenit, *tr.22. d.24.n.5.*

Michol.

Uxori Davidis nullus natus fuit, quia contumeliam in Davidem ante arcam ſaltantem effuderat, *tr.36.d.6.n.9.*

Milites.

Ochoziæ ab igne devorati, *tr.21.d.24.n.12.*

Miracula.

Miraculum vide v. Euchariſtia.
Miracula fidem noſtram mirè confirmant, *tr.29. d.24. n.5. & ſeqq.*
Cur hiſce noſtris diebus tot non fiant miracula, *tr.29. d.24. num. 5.*

Miſericordia.

Bona eſt, ſed non debet eſſe contra judicium juſtum, *tr.40. d.6.n.5. & 6.*
Tamdiu durat, quamdiu vita durat, non verò quamdiu durat anima, *tr.41.d.29. n.10.*

Mitra.

Summi Sacerdotis quid ſignificet, *tr.22. d.6.n.18.*

Monachus.

Quidam qui numquam aliam judicârat, aut injuriam acceptam ultus fuerat, licet alioquin ſatis negligenter vixiſſet, de vita æterna ſecurus eam quoque conſecutus eſt, *tr.35.d.15.n.9.*

S.Monica.

S.Auguſtini Mater ab ancilla de mala extra prandium vini bibendi conſuetudine correpta, mox emendata eſt, *tr.36.d.10. num.4.*

Monumentum.

Chriſti cur novum & in viva petra exciſum fuerit, *tr.26. d.49. n.5.*

Morbi.

Ex crapula oriuntur, *tr.31.d.18. per totum.*
Multi in ſtatu felicitatis guloſi ſemper infirmi pauperes facti, & frugaliter viventes ſani facti ſunt, *tr.31. d.18.n.2.*
In primis mundi annis quando homines frugaliter vixerunt, vix ullus morbo vexatus eſt, omnes verò longævam aſſecuti ſunt vitam, *tr.31.d.18. n.4.*
Ciborum varietas præcipua eſt morborum cauſa, *tr. 31. d.18. n.4.*

Mors.

Eſt duplex, alia prima, alia ſecunda, *tr.34. d.26.n.2.*
Item alia eſt corporalis, alia ſpiritualis, alia gehennalis, *ibid. num. 4.*
Inhoneſti cujuſdam Sacerdotis horrenda, *tr.22. d.19.n.7.*

Mortui.

De ijs ad menſam mentionem facere veteribus piaculum erat, *tr.34.d.5.n.8.*

Moyſes.

Ob ſui vilipendium à Deo factus eſt particeps beatitudinis, *tr.25. d.7. n.2.*
Filius filiæ Pharaonis eſſe reſpuens Madianitarum tuguria prælegit & cur, *tr.25.d.7.n.9.*
Moyſes & Aaron cur populum Iſraëliticum in terram promiſſionis non perduxerint, *tr.27. d.11. n.5.*
Inter Deum & populum ſe Mediatorem ſtatuit, *tr.22.d.31. num. 4.*
Virgam manu verſans ſemper operatus eſt miracula, *tr.23. d.8. n.3.*
Cur primas tabulas digito Dei inſcriptas fregerit, non verò ſecundas à ſe factas, *tr.30.d.9.n.2. & tr.31.d.12.n.11.*
Cur non Moyſes ſed Aaron aquas Nili virga percuſſerit, & verterit in ſanguinem, *tr.30.d.22.n.8.*
Quàm ingrati fuerint Moyſi Judæi, *tr.30. d.27. n.10.*
Cur Moyſes pro populo idololatrante interceſſerit, non verò pro eodem guloſo, *tr. 31.d.16.n.4.*
Moyſis exaltatio humilitatis ejus præmium fuit, *tr.32.d.10. num. 4.*
Cur Moyſes ſupremum populi imperium à Deo adeptus ſe impeditioris linguæ eſſe dixerit, *tr.32. d.18.n.4.*
Cur Deus Moyſis manus lepra infecerit, *tr.32.d.20.n.7.*
Ex quo ſigno Ægyptius viſus fuerit verus Dei ſervus, *tr.35. d.2. n.1.*
Ob manſuetudinem Deus Pharaonis dictus eſt, *tr.35.d.12.n.7.*

Mulier vide Fœmina.

Mulieres Madianitides ſeduxerunt Iſraëlitas, *ibid.n.5.*
Mulier quædam ex vitij quo obnoxia erat ſub concione facta reprehenſione mortua concidit, & Auditorum precibus ad vitam revocata mira ante tribunal Dei ſe vidiſſe teſtata eſt, *tr.34.d.32.n.10.*
Mulieris cujuſdam P.Ivoni Dominicano obviæ, pro gloria Dei multum zeloſæ, mirus in exurendo cœlo & extinguendo inferno conatus, *tr.37.d.8.n.8.*
Mulieres pervertunt virum ſed non ſine vino, *tr.31.d.8.n.8.*
Vinolentæ ſimul etiam meretrices ſunt, *tr.31.d.8.n.10.*

Munera.

Juſtitiam pervertunt, *tr.40. d.8. n.1. & ſeqq.*
Mutos reddunt judices, *ibid. d.10. per totum.*

Mundus.

Perit propter falſam fidem, *tr.26. d.49.n.10.*
Ejus via difficilior viâ virtutis, *tr.41.d.18.n.6.*
Plenus eſt laqueis, *tr.30.d.15. n.1. & 2.*

Murmuratores.

Per ignem incinerati, *tr.22.d.14.n.4.*

Muſcæ.

Invidorum ſunt ſymbolum, *tr.38.d.10. n.6. Item d.11.n.6.*

Myſterium fidei.

Vide V. Euchariſtia.

N.

Naas Ammonites.

Quare Incolarum Gabes Goliath oculos dexteros erui petierit, *tr.37.d.4.n.1.*

Nabuchodonoſor Rex.

Ad feræ ſpeciem condemnatus fuit, & cur? *tr.24.d.11.n.1.*
Ex conſilio Danielis per Eleëmoſynam liberatus fuit, *ibid. n.1. & d.12.n.3.*
Cur ſententia ſeptem annorum eidem in unum tantùm mitigata fuerit, *tr.24.d.17.n.3.*
Quoſdam ex Hebræis ſtirpis Regiæ ſelegit, qui ſibi in Regiâ miniſtrarent, *tr.22.d.1.n.3.*

Natales.

Ad deprimendam hominis ſuperbiam multum confert, ſi primam ſuam recogitet originem, *tr.32.d.20.n.2.*

Nathan.

Davidi amorem erga Berſabæam exprobrat, *tr.26.d.47. n.6.*

Natura.

Et ars in omnibus quibus decipi poſſumus de certis modis nobis proſpexit, *tr.34. d.5.n.9.*
Natura ſtruthionis, *tr.23.d.2.n.3.*

Nauſea SS. Sacramenti.

Vide V. Euchariſtia.

Neapolis Civitas.

Propter Eleëmoſynarum libertatem per ſpatium 200.annorum à Barbaris illæſa permanſit, *tr.24.d.17. n.7.*

Nero.

Senecæ pretioſiſſimum à ſe procuratum tapetem oſtendit, ejuſque reſponſio, *tr.26.d.8.n.8.*
Ejus in Chriſtianos crudelitas, *tr.34. d.12.n.3.*

Nicodemus.

Cur ſe publicè Chriſti diſcipulum profiteri non erubuerit, *tr.26.d.17.n.7.*

S.Nicolaus.

Cur pro filiabus nobilibus dotandis aurum per feneſtras injecerit, *tr.24.d.15. n.4.*
Aurifabrum meribibulum à Dæmone ſuffocatum liberavit, *tr.31.d.17.n.8.*

Ninive.

Exemplo Regis ad pœnitentiam permota fuit, *tr.27.d.4.n.5.*

Noë.

Arcam fabricando deriſus fuit, *tr.25.d.6.n.5.*
Cur ſolus cum ſua familia ab univerſali diluvio ſalvatus fuerit, *tr.30. d.6.n.1.*
De ſacrificio à Noë poſt diluvium oblato, *tr.30. d.6.n.8. & tr.30.d.7. n.2.*
Noë juſtus manſit, quia gratus eſſe numquam deſiit, *tr.30. d.9. n.5.*
Noë primus vini plantator, vim vini expertus fuit, *tr.31. d.6.n.6. & tr.31.d.27.n.4.*
Vinum Noë verenda nudavit.

Nomen.

Deus eorum mutat nomen, quos ad munus aliquod eligit, *tr.29.d.14. n.4.*

Numa Pompelius.

Ad annuntiatum ſibi bellum quid reſponderit, *tr.26.d.22.n.4.*

Nuptiæ.

In Cana Galileæ, earumque myſteria, *tr.26.d.46.n.11.*

Nux.

Patientiæ ſymbolum, *tr.35.d.7.n.5.*

O.

Obedientia.

Obedientia erga divina præcepta varijs ſimilitudinibus & pulchris rationibus perſuadetur, *tr.35.d.4.n.3.4.5.6.7.8. & ſeqq.*

Obedientiæ amor miles quidam captivus ad vocem præcipientis belli Ducis ex alta turri præcipitem se dedit, *tr.35.d.4.n.7*

Obligatio.

Christiani erga proximum, *tr.27.d.13.n.7.*

Oculus.

Oculus symbolum rectæ intentionis, *tr.37.d.6. per totum & ibid. n.5.*

Oculus cur ab Ecclesiastico titulo nequam afficiatur, *tr.38. d.1.n.1.*

Odium.

Odium in corde servatum omnes actiones hominis reddit inutiles, *tr.35.d.18.n.12.*

Odium inimicorum quam abominabile coram Deo sit peccatum, *tr.35.d.28. per totum*

Ad odium ex corde abolendum pulchra remedia, *tr.35. d. 30.n.8.9. & 10.*

Olea, Oleum.

Olea à capra depasta sterilescit, *tr.38. d.7. n.2. Item tr.34. d.32.n.4.*

Oleum symbolum est misericordiæ, *tr.35.d.16.n.4.*

Oleo sacro Sacerdotes inunguntur & quo mysterio id fiat, *tr.22.d.4.n.3.*

Oliva.

Cur regnum oblatum acceptare renuerit, *tr.31.d.17.n.3.*

Olymp. Abbas.

Interrogatus quomodo tot vitæ Eremiticæ austeritates sufferre posset, respondit : *Hæ afflictiones finem habebunt non vero futuræ vitæ, tr.34.d.18.n.6.*

Opus, Opera.

Operibus misericordiæ sanctificantur Festa, *tr.28.d.2.n.2.*

Opera bona sine charitate nihil possunt, *tr.28. d.2. n.5. & seqq.*

Opera per manus significantur, *tr.29.d.4.n.5.*

Opera sunt ornamenta, quibus anima sponsa Christi adornatur, *tr.29.d.8. per totum.*

Male operantes fidem negant, *tr.29.d.11.n.9.& 10.& tr.29. d.12 n.2.*

Inexpiabilior est negatio quæ sit per opera, quàm quæ sit per verba, *tr.29. d.12.n.3.*

Deus primo omnium loco rectitudinem cordis in operibus nostris requirit, sine qua opera etiam bona mortua sunt, *tr.33. d.11. per totum.*

Inter opus virtutis verum & fictum eadem est differentia, quæ inter naturam & artem, *tr.33.d.11. n.1.*

Anima bonorum operum est recta intentio, *tr.33. d.11.n.3.*

Differentia, quæ est inter bona opera, recta intentione facta & ad omnem assentationem elicita exponitur, *tr.33.d.11.n.5.*

Quo sensu opera Cain maligna fuerint, *tr.33.d.11.n.5.*

Adeps bonorum operum est recta intentio, *tr.33. d.11. n.7.*

Hypocrita operum bonorum merita amittit, *tr.33. d.12. per totum.*

Opus ad ostentationem factum est semen secus viam seminatum, *tr.33.d.12.n.3.*

Opus rectâ intentione factum est panis subcinericius, *tr.33. d.12.n.4.*

Opera nostra defectu debitæ intentionis mortua judicantur, *tr.37. d.3. per totum.*

Opera nostra sine recta intentione assimilantur corpori sine anima, *ibid.n.2.*

Operum nostrorum bonitas seu malitia ex diversitate intentionis desumitur, *ibid.d.3.*

Quod variis historijs exemplificatur, *ibid. n.5.6.7. & 8.*

Opera indifferentia per rectam intentionem magni apud Deum fiunt meriti, *tr.37. d.5. per totum.*

Opera misericordiæ in extremo judicij die optimum quo se tuebuntur, electorum erit scutum, *tr.41.d.31. per totum.*

Opera misericordiæ cur plura quam unum Deus præscripserit, *ibid.n.7.*

Oraculum.

Quidnam Athenienfibus in ordine ad Reipublicæ conservationem responderit, *tr.23.d.5.n.3.*

Oratio.

Dominica ejusque virtus ad amicos reconciliandos, *tr.26. d.19. n.7.*

Pro ejus repulsa non minor Deo debetur gratiarum actio quàm pro illius exauditione, *tr.30. d.18. n.7.*

Oratio per humilitatem adeo efficax redditur, ut omne quod petitur, subito impetretur, *ibid.tr.8.d.32.& tr.14.d.2.*

Humilis oratio Judith Holofernem prostravit, *tr.32.d.14.n.3.*

Humilitas & charitas sunt alæ orationis, *tr.32.d.14.n.12.*

Oratio pro inimicis Deo gratissima & ad impetrandum valde efficax, *tr.35. d.14. n.1. & passim per totum.*

Orando pro inimicis S. Stephanus maximum edidit miraculum, *tr.35. d.14.n.2.*

Constans efficitur, *ibid. d.15. n.2.*

Oratio Christi in cruce pro inimicis fusa inter cæteras Deo Patri fuit gratissima, *tr.35.d.14.n.6.*

Orationem in sinu converti quid sit, *tr.35.d.14. n.10.*

Oratio pro inimicis scutum est triumphantis, *tr.35. d.14 n.11. & 12.*

Ordines Sacri.

Ab his arcendi sunt ebriosi, *tr.31.d.13.n.10.*

Origo.

Sacerdotij à prodigijs derivati, *tr.22.d.9.n.2.*

Ornamenta.

Sacerdotum vitæ perfectionem indicant, *tr.22.d.5.n.1.*

Oswaldus Rex.

Ob Eleëmosynarum liberalitatem post mortem manus incorruptas conservavit, *tr.24. d.14. n.2.*

Ossa.

Mortuorum in obsidione Parisiensi molita fuêre, ut panes inde fierent, *tr.34.d.13.n.2.*

Otto Imperator.

Ejus inter litigantes incorrupta justitia, *tr.26.d.1.n.5.*

Ovis.

Grati hominis symbolum, *tr.30. d.21.n.1.*

Sicut electorum ita quoque & reproborum est symbolum, *tr.34.d.2.n.1. Item n.4. Item tr 34.d.6.n.9. Item tr.34. d.20. n.5. Item tr.26.d.8. n.9.*

Oza.

Mortuus est, quia arcam tetigerat, *tr.22. d.18. n.9. & tr.26. d.40.n.4.*

Ozias.

Lepra punitus fuit & quare, *tr.22.d.13. n.11.*

P.

S. Pachomius.

Quomodo ad fidem conversus fuerit, *tr.27.d.1.n.6.*

Ante omnia ultimum diem præ oculis habendum esse asserebat, *tr.34. d.1.n.5.*

Pallium.

Archiepiscopale ejusque mysteria, *tr.22. d.6.n.9.*

S. Pamachius.

Eques Romanus à S. Hieronymo laudatus & cur? *tr.25. d.7. n.6.*

Ex amore paupertatis & sui ipsius contemptu primos urbis Romæ honores est aspernatus, *tr.25.d.10.n.9.*

Panis.

Panem nostrum quotidianum &c. cujus in oratione Dominica fit mentio, quid significet, *tr.26.d.3. n.3.*

Panis omnibus mundi nationibus cibus est usualis & cur? *ibid. n.4.*

Panis omnium aliorum ciborum est condimentum, *ib.n.4.*

Paralyticus.

Sanatus cur lectum suum in humeris portarit, *tr.25.d.2.n.4.*

Paralyticus quidam ob exorientem in domo ignem timore perculsus eodem vires addente, è fenestra exiliens efficaciam probat ignis infernalis ad effugandam paralysin, *tr.34.d.28.n.6.*

Parrhasius.

Celebris Pictor imaginem quamdam depicto velo contectam pingens, Zeuxem celebrem pariter pictorem delusit, *tr.26.d.50. n.10.*

Parens.

Quidam serpente filium cinctum videns, sagitta serpentem accuratè transfixit filio illæso : injurijantibus & injurijs optimè applicatur, *tr.36.d.12.n.7.*

Pascha.

Quovis tempore omni spiritualiter celebrare possumus, *tr.28.d.4.n.9.*

Judæi in Paschate per Titum & Vespasianum expugnati sunt, quia in Paschate Christum crucifixerunt, *tr.28.d.11.n.5.*

Paschalis II.

Ob hæreses late defenditur, *tr.29.d.22. n.3.*

Pater.

Ob non correctos filios acriter punitus, *tr.23.d.4.n.10.*

S. Paulus Apostolus.

Ad Judæorum ludibria intrepidus permansit, *tr.25.d.5.n.2.*

Non æstimat se hominibus placere satagentem Christi servum esse, *tr.25.d.6.n.1.*

Cur in arte manuali laborarit, *tr.27.d.15.n.5.*

S.Pauli derisores Athenis omnes malo fine vitam clausere, *tr.25.d.12.n.7.*

Ex fide incitatus est ad rectè operandum, *tr.29.d.7.n.5.*

An ex verbis S.Pauli deduci possit, opera non esse necessaria ad salutem, sed solum fidem sufficere, *tr.29.d.7.n.10.*

S.Paulus humilitatem omnium bonorum operum fundamentum esse agnovit, *tr.32.d.2.n.1. 2. & 7.*

Cur S.Paulus mundum sibi & se mundo crucifixum esse dicat, *tr.32. d.6.n.7.*

Qualiter humilitas eximia S.Pauli exaltata fuerit, *tr.32. d.11.n.5.*

Cur S.Paulus initio conversionis suæ post tot divinas illustrationes ei communicatas lumen oculorum amiserit, *tr.32. d.18. n.2.*

Cur S.Paulus Apostolus & vas electionis factus, nomen Saüli in Pauli commutaverit, *tr.32.d.18.n.2.*

S.Paulinus Episcopus.

Ob facultates suas in pauperes erogatas derisus fuit, *tr.25. d.10.n.2.*

S.Paula Romana.

Ejus humilitas, *tr.32.d.2.n.1.*

Paulus V. Pontifex Max.

Gratum se erga Clementem VIII. à quo in Cardinalium numerum adscriptus fuerat, exhibuit, *tr.30.d.8.n.8.*

S. Paulus primus Eremita.

Cur à corvo & non à nobiliori volucre pastus fuerit, *tr.30. d.10.n.12.*

Cur dimidium tantùm panis ei corvus attulerit, *tr.31.d.25.n.3*

Pavo.

Ejus carnes non putrefiunt, *tr.34.d.9.n.9.*

Pauperes.

Unde introductus sit usus, quòd pauperes Ecclesiæ fores tingant, *tr.24.d.17.n.3.*

Pax.

Olim erat Christiani hominis symbolum, *tr.29.d.9.n.10.*

Peccatum, Peccator.

Peccatum Caini, *tr.23.d.19.n.1.*

Deus sæpè peccata in quæ certò lapsuri fuissemus, clementer avertit à nobis, *tr.30.d.15. per totum.*

Deus nos à peccatis retrahit tripliciter, scilicet occasionis subtractione, resistendi data virtute, & affectionis sanitate. *tr.30.d.15.n.6.*

Peccatum ingens jactura sequitur, *tr.30.d.16.n.1.& seqq.*

Peccatum mortale æternæ damnationis reatum inducit. *tr.30.d.16. per totum.*

Remisso peccatorum ingens est Dei beneficium, *tr.30.d.17. num.10.*

Peccatum quod est temporale & transitorium cur pœna puniatur æterna, *tr.34.d.30.n.1.& passim per totum.*

Quod æternaliter puniatur, magnam adfert rebus publicis utilitatem, *tr.34.d.30.n.2.*

De quo homo numquam pœnitet tria in homine operatur, ex quibus pœnæ æternæ eidem assignatæ justitia ostenditur, *tr.34.d.30.n.3.*

Peccatum nunquam census vocatur & quare, *tr.34.d.30.n.5.*

Peccatum non secundùm extrinsecam actionem peccaminosam, sed secundùm infinitam deordinationem ponderandum, *tr.34.d.30.n.6.*

Peccatum infinitam Deo infert contumeliam, *ibid.n.7.*

Peccatum fabricator est inferni, *tr.34.d.31.n.2.*

Et pabulum ignis infernalis, *ibid.n.8.*

Peccatorum omnium & quorumcumque indulgentiam dispositivè comparat injuriarum remidio, *tr.36.d 17.n.2.*

Peccatum ut sit in Spiritum sanctũ, tria requirit. *tr.38.d.18.n.1*

Ad peccatum mortale sufficiens gravitas quomodo dignoscatur, *tr.31.d.1.n.8.*

Peccata coràm in die judicij prodibunt in lucem, *tr.41 d.14.n.6*

Peccatori dum à Deo omnis peccandi licentia permittitur, pessimum id signum est, *tr.30.d.15.n 6.*

Deus peccatorem æquanimiter sustinet ad pœnitentiam, *tr.30.d.16.passim per totum.*

Peccator multis est vinculis ligatus, *tr.30.d.16.n.8.*

Quo sensu peccata dimissa reatre dicantur, *tr.30.d.19.n.1.*

Peccator nec finem ullimum nec tormenta perpendit æterna, *tr.34. d.n.2.*

Peccatores quare sicut oves in inferno positi sint, *tr.34.d.2. num.4.*

Peccatores obstinati meditando pœnas inferni facilè convertuntur, *tr.34.d.28.n.7.& 8.*

Pecunia.

Pecuniæ cupiditas justitiam pervertit, *tr.40.d.9.n.1. & seqq.*

Judices muros reddit, *ibid.d.10.per totum.*

Pelicanus.

Filios matris per amorem extinctos sanguine suo vivificat, *tr.23.d.9.n.6.*

Penna.

Aquilæ aliarum avium pennas consumit, *tr.22.d.36.n.8.*

Pentapolis.

Ob malum exemplum cœlestis ignis incendio totaliter conflagravit, *tr.27.d.7.n.6.*

S.Perpetua Martyr.

Ejus ad martyrium adeundum (à quo uterum gerens se arcendam meruebat) desiderium & generosum responsum, *tr.29. d.20.n.10.*

Persecutiones.

Fidem non minuerunt, sed propagarunt, *tr.29.d.18. per tot.*

Omnes fidei persecutores malo fine interierunt, *tr.29.d.18.n.3*

Persecutores licet omnia destruant, fidem tamen destruere nequeunt, *tr.29.d.18.n.3.*

Cur Deus Ecclesiæ persecutiones intentari permittat, *tr.29. d.18. n.6.*

Deus ex persecutoribus Ecclesiæ facit defensores, *tr.29.d.18. n.8. tr.29.d.21.n.4.& seqq.*

Persecutiones in majus Ecclesiæ bonum cedunt, *tr.29.d.18. n.8.& 9.*

S.Petrus Apostolus.

Contemptus Christum negavit, & cur, *tr.25.d.6.n.3.*

Nationum se usui accommodat, ne alijs malum exhibeat exemplum, *tr.27.d.4.n.8.*

Primum miraculum patravit circa claudum & cur, *Tract. 29. d.7.n.3.*

Cur Cornelius centurio non fuit jussus ire ad Petrum, sed potius ut Petrum in domum suam accerseret, *tr.29.d.7.n.4.*

Christus Petrum post præclaram Divinitatis Confessionem ad crucem ferendam hortatus est, *tr.29.d.7.n.6.*

De clavibus Petri bonus conceptus, *tr.29.d.7.n.7.*

S. Petri negatio non arguit defectum fidei, sed metum in confessione fidei, *tr.29. d.21.n.1.*

Ecclesia a S. Petro fundata Romæ cæteris Ecclesijs ab alijs Apostolis fundatis, deficientibus, numquam in fide defecit, *tr.29.d.21.n.1.*

S. Petrus lapis parvus fuit à monte abscissus, qui statuam Nabuchodonosoris confregit, *tr.29.d.22.n.9.*

Quia S. Petrus Christum prædicare volentem in naviculam suam receperat, ideo piscium copiosam cepit multitudinem & discipulus Christi factus est, *tr.30.d.4.n.5.*

S.Petri humilitas confideratur, *tr.32.d.4.n.8. tr.32.d.6.n.5.*

Qualiter humilitas S.Petri fuerit exaltata, *tr.32.d.11.n.4.*

Cur Christus S.Petrum appellarit Simonem Joannis, *tr.32. d.21.n.7.*

Petrus Telonarius.

Quomodo factus sit Eleëmosynarius, notabile exemplum, *tr.24.d.13.n.4.*

Pharao Rex Ægypti.

Mosi & Aaron permittere noluit, ut populum Hebræum ad Deo sacrificandum educerent, quia deridebat illos, *tr.25.d.3.n.4*

Ingratitudinis suæ gravitas ponderatur, *tr.30.d.19.n.3.*

Pharisæi.

Quare miserint ad Joannem, ut interrogarent, num ipse esset Christus, *tr.38.d.16.n.6.*

S. Philibertus.

Huic plus solito manducanti Dæmon applausit, *tr.31.d.2.n.11*

S Philippus Nerius.

In sermone quodam triginta juvenes ob vitæ suæ sanctissima exempla convertit, *tr.27.d.3.n.2.*

Communione sacra cibatus, *tr.26.d.11.n.2.*

Privatim celebrabat & cur? *tr.26.d.11.n.5.*

Qualiter à se tentationes repulerit.

Infirmus ob dilatam sibi communionem impatiens fuit, *tr.26.d.34.n.4.*

Huic post factum votum Indias petendi Roma Indiarum loco assignata fuit, *tr.29.d.22.n.10.*

Baronium ad conscribendum annales Ecclesiasticos contra Centuriatores, Thomã verò Bozium ad describenda veræ Ecclesiæ signa contra alios hæreticos extimulavit, *tr.29.d.22.n.10*

Desideravit ab alijs contemni, *tr.32.d.11.n.4.tr.32.d.19.n.6.*

Ejus de humilitate effatum, *tr.32.d.3.n.7.*

Ex odore vitium carnis in homine agnoscebat, *tr.34.d.11.n.9.*

Dono imperturbabilitatis à Deo dotatus fuit, *tr.39.d.16.n.7.*

Qualiter à temerario tumultuantis populi judicio divina ultione liberatus fuerit, *tr 42.d.3.n.8.*

Stultum aut ebrium se saltando ex singulari Dei instinctu ostendit, ut sanctitatis nomen amitteret, *tr.42.d.5.n.6.*

Philippus Benitius.

Ejus graves in morte tentationes, & quomodo illas superarit, *tr. 41.d.21.n. 6.*

Philistæi.

Victores facti sunt contra populum Hebræum ob malam filiorum educationem, *tr.23.d.3.n.6.*

Philosophus.

Quidam gentilis à quodam in faciem percussus alio modo injuriam ultus non est quam hisce verbis : Oportere hominem scire quando galeâ obarmatus esse debeat, *tr 35.d.2.n.4.*

Pinnees.

Israëlitæ cujusdam peccatum vindicat, *tr.23.d.29.n.10.*

Phœnix.

Ejus causæ, *tr.26.d.9.n.12.*

Photio.

Dum injustè ad mortem condemnatus venenoque interimendus à ministro justitiæ interrogaretur, quid filio suo commendarum vellet : respondit : Mando ei ut obliviscatur potius hujus, *tr.35.d.2.n.5.*

Pisces.

Cur non fuerint admissi in sacrificium, *tr.30.d.21.n.7.*

Pistor.

Ad summos honores evectus furnum in Camerâ suâ extrui fecit, ne natalium suorũ deinceps obliviscereturs, *tr.32.d.21.n.6.*

Pius V. Pont. Max.

Cuidam rustico à quo ante Pontificatum hospitalitatis beneficium acceperat, egregiè retribuit, *tr.30.d.8.n.8.*

Pittacus.

Hic aliquando ad ultionem incitatus, respondit : venia ultione melior est, illa namque mitis est ingenij, hæc ferini, *tr.35. d.15.n.7.*

Planeta.

Ejus observatio, *tr.22.d.6.n.15.& d.7.n.6.*

Plato Philosophus.

Hic ab alijs injuriatus respondit, at ego ita mores componam, ut illis fides nulla adhibeatur, *tr.36.d.6.n.5.*

Interrogatus, quo nomine ingratus appellandus esset ? respondit : Canibus pejor, *tr.30.d.26.n.10.*

Plinius.

De Deo dicere solitus : Deus totus sensus, totus visus, totus auditus, totus animæ, totus animi, totus sui, *tr.41.d.14.n.3.*

Pœna.

Damni majus est pœna sensus, *tr.34.d.22.per totum.*

In quo consistat. *ibid.n.1.*

Cur major sit quàm pœna sensus, *ibid.n.9.*

Hujus mundi ab una Dei manu censentur immissæ, futuræ vero vitæ ab utraque, *tr.41.d.20.n.6.*

Pœnarum genera in legibus quot sint, *tr.34.d.7.n.6.*

Pœnitentia.

Sera inefficax, *tr.34.d.32.n.2.*

Facienda est diebus festis, *tr.28.d.4.n.8.& 9. tr.28.d.9. passim per totum.*

Magnum Dei erga nos beneficium est, quod nos peccatis mortalibus obnoxios ad pœnitentiam expectet, *tr.30.d.16.per totum. tr.30.d.17.n.9.*

Appositum à Platone Diogenis Cynici rigores admirantibus datum responsum, *tr.32.d.15.n.4.*

Pomum Punicum.

Symbolum est dilectionis, *tr.35.d.7.n.5.*

Pontifex Maximus Romanus.

Imperatorem pedibus coronat, & cur ? *tr.22.d.13.n.10.*

In sua consecratione hisce verbis admonetur : Annos æternos in mente habe, *tr.34.d.1.n.5.*

Romani Pontifices fidem Catholicam numquam contaminarunt, *tr.29.d.22.per totum.*

Paschalis II. ab Hæresi defenditur, *tr.29.d.22.n.3.*

Marcellinus Papa ab hæresi defenditur, *tr.29.d.22.n.12.*

Variæ Romanorum Pontificum enumerationes, *tr.29.d.22.n.4.*

Populus.

Hebræus Deo gratus esse voluit, pro receptis ex terra Chanaan beneficijs, *tr.26.d.48.n.5.*

Manna collecturus castra egredi debuit, & cur ? *ibid.d.49.n.9*

Porticus.

Salomonis quare potius tabulis Cedrinis vestita fuerit, quam ex alia materia, *tr.40.d.10.n.4.*

Possibilitas.

Vide V. Eucharistia.

Potestas.

Sacerdotum in condonandis vel castigandis delictis, *tr.22.d.12.n.1.*

Et evocandi à cœlis Deum, *ibid.n.2.*

Major est potestate Mariæ Virginis, *ibid.n.7.*

Præcepta Dei.

Non tantum observanda, sed & facili negotio observari posse ostenditur, *tr.35.d.5.per totum.*

Prædicatores.

Magna cum utilitate de pœnis inferni sæpè verba ad populum faciunt, *tr.34.d.1.per totum.*

Prædicator Evangelicus tot sagittis corda audientium ferit, quot verba profert, quando cum inferni comminatione conjunguntur. *tr.34.d.3.n.8.& 9.*

Præsaspis.

Cambysis Regis Domesticus, ejus in perferenda patienter filij sui injusta occisione summa constantia & mansuetudo, *tr.35.d.2.n.4.*

Presbyter.

Dictus à puritate, *tr.26.d.42.n.9.*

Primasius Rex Bohemiæ.

In die Coronationis suæ sagum rusticum ante se explicari voluit, *tr.32.d.20.n.6.*

Primi Parentes.

Peccarunt circa meridiem, *tr.31.d.1.n.4.*

Cur se potius Fici quam Platani, Cedri vel Lauri foliis post peccatum contexerint, *tr.31.d.8.n.3.*

Adam non cognovit Evam, nisi post pomi vetiti manducationem, *tr.31.d.8.n.3.*

Cur post peccatum primorum parentum serpenti Deus dixerit : *super pectus tuum gradieris, tr.31.d.8.n.4.*

Cur Deus primis parentibus esum fructus ligni scientiæ boni & mali interdixit, *tr.31.d.11.n.1.& seqq.*

Cur se post esum pomi absconderint, *tr.31.d.20.n.7.*

Cur Deus primos parentes post peccatum veste pellicea induerit, *tr.32.d.20.n.6.*

Primi Parentes verisimiliter sub ficu pomum vetitum comederunt, *tr.33.d.4.n.6.*

Primogenitura, Primogenita.

Primogenitura conjunctum habet sacerdotium, *tr.31.d.5.n.3. tr.31.d.8.n.7. tr.31.d.13.n.6.*

Primogenitorum oblatio non minuebat, sed augebat hominum numerum, *tr.30.d.6.n.5.*

Primogenita Deo oblata redimebantur non tamen Levitarum & cur, *tr.22.d.3.n.7.*

Principes.

Cur à Deo puniti fuerint, non vero populus qui peccaverat, *tr.27.d.9.per totum.*

Ebrij & gulosi commissam sibi Rempublicam magna clade afficiunt, *tr.31.d.17.per totum.*

Principes mane comedentes velut intemperantes perstringuntur, *tr.31.d.17.passim per totum.*

Principes intemperantes audientias subditorum negligunt, consilia ordinaria intermittunt, & infeliciter gubernant, *tr.31.d.17.n.2.*

Privilegium.

Sacerdotum Ægypticorum, *tr.22.d.23.n.9.*

Procopius.

Manus sibi potius amburi permisit, quàm ut scandalum præberet, *tr.27.d.14.n.14.*

Prophetæ, Prophetia.

Prophetiarum impletio, earum præcipuè quæ Hebræorum dispersionem spectant, fidem valde corroborat, *tr.29.d.24.n.7.& seqq.*

Nulla hæreticorum secta Prophetijs innititur. *ibid.*

Publicola.

Primus Romanorum Consul cur à Romanis tanto in honore habitus, *tr.27.d.15.n.7.*

Pueri, Puellæ.

Elisæum deridentes ab ursis dilaniabantur, *tr.25.d.12.n.6.*

Puellæ ad Convivium Eucharisticum convivas invitaturæ quænam sint, *tr.26.d.44.n.4.*

Pueri ab Elisæo maledicti, & ab ursis devorati, & cur, *tr.25.d.3.n.9.*

Pueri Hebræorum Christo tamquam vero Messiæ acclamantes, Pharisæos ad eum talem verè æstimandum impulerunt, *tr.27.d.12.n.6.*

Quid puellæ ex cibis Idolis oblatis manducanti acciderit, *tr.26.d.37.n.6.*

R.

Raab.

Semetipsam & familiam suam ab exterminio Jericho liberavit, *tr.24.d.12.n.3.*

Tanquam meretrix Deum nominare non præsumpsit, *tr.22.d.28.n.8.*

Propter Eleëmosynam facta est veri Dei candidata, *tr.24.d.7.n.10.& d.11.n.7.*

Salutem æternam accepit propter exploratores populi Dei hospitio susceptos, *tr.26.d.43.n.6.*

Rabbini.

Vide V. Eucharistia.

Racha.

Idem est quod vacuus, *tr.36.d.43.n.26.*

Ramiras.

Hispaniarum Rex quondam victus, qualiter Saracenos profligarit, *tr.26.d.22.n.6.*

Rana.

Ranæ Calamitæ dictæ, in os canis projectæ mutum reddunt, *tr.40.d.10.n.3.*

Ratio, Rationale.

Ratio super quibus reddenda sit in judicio extremo, *tr.41.d.13.n.2.& seqq.*

Rationale Aaronis ejusque significatum, *tr.22.d.6.n.13.*

Mensura Rationalis erat unius palmi per latitudinem & longitudinem, *ibid.n.13.*

Portabatur ante pectus ligatum, & cur, *ibid.*

Quatuor gemmarum ordinibus distinctum erat, & hujus significatum, *ibid.*

Rechabitæ.

A Jethro Moysis socro oriundi, *tr.35.d.3.n.4.*

Regimen.

Illis potissimum convenit qui vindicativi non sunt, *tr.35.d.9.n.8.& 9.*

Religio, Religiosus.

Religio Franciscana exemplo potius quam verbo fundata fuit, *tr.27.d.3.n.2.*

Religiosus festa pie colere debet in exemplum aliorum, *tr.28.d.2.n.7.*

Religiosi Deo oblati non minuunt sed augent hominum numerum, *tr.30.d.6.n.5.*

Sicut avaritia radix est omnium malorum inter Sæculares, ita gula inter Religiosos, *tr.31.d.4.n.3.*

Religiosi in mensa comedentes laudabiliter silentium observant, *tr.31.d.17.n.11.*

Religiosi Missionarij à Sultano per vinum ad fornicationem & infidelitatem inducti, *tr.31.d.13.n.7.*

Religiosi hyperitæ significantur per equum pallidum, *tr.33.d.2.n.5.*

Religiosi mali significantur per siculneam maledictam. *tr.33.d.4.n.2.& seqq.*

Religiosus malus est ovis in veste, lupus in mente. *tr.33.d.6.n.7*

Significatur per uxorem Jeroboam, *tr.33.d.6.n.7.*

Funestum Religiosi Hyprocritæ exemplum ex Euthymio, *tr.33.d.6.n.9.*

Aliud non minus horrendum ex S. Antonino, *tr.38.d.6.n.9*

Aliud simile ex S. Gregorio, *tr.33.d.6.n.12.*

Boni & mali Religiosi per bonum & malum latronem cum Christo crucifixos præfigurantur, *tr.33.d.13.n.9.*

S. Rembertus, Episcopus Bremensis.

Presbyterum ob gulam in igne purgatorij detentum 40. dierum jejunio liberavit, *tr.31.d.27.n.9.*

Remedium.

Vide V. Eucharistia.

Reprobi.

Reproborum in judicio extremo variæ angustiæ, *tr.41.d.19. per totum.*

Reputatio.

Hujus propriæ nimia æstimatio ultionem perperam provocat injuriarum, *tr.36.d.13.n.1.*

Res sacræ.

Res sacras irridens graviter punitur, *tr.34.d.2.n.5.*

Responsum.

Leontij Episcopi Tripolitani Eusebiæ Augustæ datum, *tr.22.d.13.n.8.*

Rex.

Per exemplum verus est populi motor, *tr.27.d.4.n.5.*

Tres Reges seu Magi Orientales primi ex gentibus in stabulo Bethlehemitico fidem Christi professi sunt, *tr.29.d.27.n.2.*

De damnis quæ Respublica patitur ex crapula, gula & ebrietate Regum & Principum, *tr.31.d.17.per totum.*

Reges intemperantes audientias subditorum negligunt, consilia Regia intermittunt & infeliciter gubernant, *tr.31.d.17.n.2.*

Alexandrum Magnum Antigonus Imperio indignum esse dixit ob ebrietatem quam à Philippo Patre pariter ebrio hæreditavit. *tr.31.d.17.n.2.*

Julius Cæsar sobrietate sua Romanum Imperium à ruinis eripuit, *tr.31.d.17.n.3.*

Augustus Cæsar totum diem sine cibo & potu transigebat, *tr.31.d.17.n.3.*

Monarchiam Assyriorum Sardanapalus gulæ monstrum destruxit, *tr.31.d.17.n.4.*

Monarchia Babylonica per gulam interijt, *tr.31.d.17.n.4.*

Rex ebrius etiam suis contemptui est, *tr.31.d.17.n.4.*

Phocas Imperator ob ebrietatem miserrime occisus fuit, *tr.31.d.17.n.4.*

Attila Hunnorum Rex, cum vicisset omnes, à vino occisus fuit, *tr.31.d.17.n.5.*

Humilitas Christi nati in tribus Regibus Orientalibus reverentiam Divinitatis non imminuit, *tr.32.d.9.n.3.circa fin.*

Olim ad regna provehebantur inviti, *tr.32.d.10.n.5.*

Primasius Rex Bohemiæ in die coronationis suæ sagum rusticum ante se explicari voluit, *tr.30.d.20.n.6.*

Reges pavonem imitari debent, qui pedes pulvinos ante oculos habet, post tergum vero pennarum suarum elegantiam.

Eduardus Rex Angliæ pauperem & nervis contractum hominem portando sanavit, *tr.32.d.21.n.9.*

Rixa.

Intercedens inter pastores Abrahæ & Loth quam causam habuerit, *tr.27.d.14.n.9.*

Romani.

Amicitias immortales, inimicitias vero mortales esse dicebant, *tr.35.d.25.n.5.*

Ab invidia prorsus erant immunes, *tr.38.d.10.n.1.*

Ruben.

Cur à Jacob Patriarcha Patre suo maledictionem, à Moyse vero benedictionem acceperit, *tr.35.d.7.n.7.*

Rudolphus.

Austriacus improviso ab aliquo læsus, & ut pro pœna factori brachium amputare juberet persuasus, in signum Clementiæ consultori prudenter respondit : Bene & provide priusquam me læsisset, sed quid nunc emolumenti exinde consequar, *tr.35.d.22.n.7.*

Rupertus Abbas Tuitiensis.

Consecratus sacerdos ejusque dicta, *tr.27.d.11.n.8.*

Ruth.

Quomodo & à quibus suis in necessitatibus habuerit subsidium, *tr.24.d.15.n.1.*

S.

Sabbathum.

An cultus Sabbathi à mundo condito cœperit an verò tempore Moysis institutus, *tr.28.d.1.n.1.& seqq.*

Sabbathum ab Ecclesia in diem Dominicum commutatum fuit, *ibid.n.4.*

Quando & cur id factum fuerit, *ibid.*

Aliqui quotidie diem Dominicum agunt & quinam illi, *ibid.n.8.*

Deus nullum præceptum adeo solicite instituit sicut Sabbathi præceptum, *tr.28.d.2.n.1.*

Ridicula Judæi Sabbathum suum colentis Historia, *tr.28.d.3.n.4.circa fin.*

Judæi male Sabbathum colunt, *ibid.n.5.& 6.*

Cur diebus festis concedantur Indulgentiæ, *tr.28.d.4.n.6.*

Diebus festis examinanda est conscientia, *ibid.n.9.*

Cur Deus Sabbathum instituerit.

Sacci.

Pecuniarum sigillabantur, *tr.24.d.4.n.2.*

Sacerdotes.

Tempore Josephi in communi illa annonæ charitate alijs annumerati non fuere, *tr.22.d.13.n.18.*

Athenienses cicutam sumpserunt ut continentes manerent, *tr.22.d.17.n.4.*

Arcam portantes aperuerunt Jordanem, *tr.22.d.16.n.13.*

Non sunt in purgatorio, *tr.22.d.19.n.4.*

Eorum Etymologia, *tr.22.d.2.n.3.*

Sunt umbilicus Sponsæ, *ibid.d.5.n.7.*

Sunt lucerna illuminans, *ibid.d.7.n.3.*

Altare accessuri multis adstringantur ligaculis & cur, *ib.n.3.*

Æthiopes ordinabant mortem Regis & in ejus locum alium eligebant, *ibid.d.13.n.19.*

Ægyptij leges promulgabant, *ibid.n.19.*

Persæ signo notati erant, *ibid.n.19.*

Cur illis in Deuteronomio assignatus fuerit armus animalis sacrificandi, *tr.27.d.4.n.9.*

Romani ad accipiendum in judicijs juramentum adstringi non poterant, *tr.22.d.5.n.10.*

Sunt consiliarij Dei, *ibid.d.9.n.12.*

Sunt interpretes Dei, *ibid.*

Sunt Ecclesiæ fundamentum, *ibid.n.13.*

Habent in se nescio quid Divini, *ibid.n.15.*

Sunt velut Angeli. *ibid.d.11.*

Sunt brachiũ dextrũ Sanctissimæ Trinitatis, *tr.22.d.11.n.12.*

Sacerdos summus caput non detegit, *ibid.d.13.n.10.*

Offert vitulum pro peccato, *ibid.n.14.*

Sacerdos Regio titulo appellatur, *ibid.n.15.& d.13.n.22.*

Prope Deum locum obtinet, *ibid.n.20.*

Sacerdos observantiam festorum in exemplum aliorum pie colere debet, *tr.28.d.2.n.7.*

Sacerdotes maxime dedecet ebrietas, *tr.31.d.13.n.9.*

Sacerdotes gentiles Græci mel non vero vinum Deo libabant, *tr.31.d.13.n.10.*

Sacerdotes vestes sacras induti, vita vero profani præstringuntur, *t.33.d.10.n.4.*

Sacramentum, Sacrificium.

Vide V. Eucharistia.

Sacrificium.

In sacrificio quare Deus mel adhiberi prohibuerit, *tr.35.d.8.n.9.*

Deus in nova lege spretis victimis antiquis sacrificium laudis à nobis expectat, *tr.30.d.3.n.1.& seqq. usque ad 7. exclusive.*

Cur Deus sacrificium Abel respexerit, non vero Cain. *tr.30.d.3.n.3. tr.30.d.5.n.1.*

Cur sacrificium carnium concrematarum quæ fœtorem spirare solent, odorem sparserit suavitatis, *tr.30.d.7.n.2.*

Sacrificium Deo acceptissimum est gratiarum actio in adversis, *tr.30.d.18.n.4.& seqq.*

Cur pisces ad sacrificia adhibiti non fuerint, *tr.30.d.21.n.7.*

Cur Deus antiqua legis sacrificia nauseârit, *tr.33.d.11.n.10.*

Sal.

Typus est unionem & concordiam amantium, *tr.35.d.8.n.9.*

Salamandra.

In igne vivit, *tr.34.d.9.n.8.*

Quomodo veneno arborem inficiat, *tr.37.d.4.n.2.*

Salomon.

Post ædificatum Jerosolymis Templum nullam armorum aut nominis sui reliquit memoriam, & quare, *tr.37.d.7.n.11.*

Salvandi.

Salvandorum cur sint pauciores, *tr.44.d.32.n.1.passim per totum.*

Samson.

Philisthæorum muneribus in animo excœcatus etiam corporis oculos amisit, *tr.40.d.8.n.2.*

Samson non imponit leges Patricidis, *tr.23.d.29.n.7.*

Occidit leonem, *tr.23.d.17.n.4.*

Favum mellis reperit in faucibus leonis occisi, *tr.26.d.46.n.9.*

Samuel.

Reprehensus propter filios, *tr.23.d.5.n.9.*

Sancta Sanctorum.

Interdictum sæcularibus, *tr.22.d.15.n.13.*

Sanctus.

Sancti cultores suos non juvant, si inimici Dei existant, *tr.28.d.5.n.3.*

Sancti & justi ab examine in judicio extremo non erunt exempti, *tr.41.d.21.per totum.*

Sanguis.

In veteri Testamento ad altare effusus quid mystice significet, *tr.37.d.1.n.3.*

Sanitas corporis.

Est ingens Dei beneficium, *tr.30.d.17.n.4.*

Stulti sunt qui sanitatem corporis Dei beneficium esse non agnoscunt, *tr.30.d.23.n.10.& 11.*

Sanitas corporis ex temperantia in cibo & potu nascitur, *tr.31.d.18.per totum.*

Sapientia.

Non acquiritur à vinolentis, *tr.31.d.10.per totum.*

Sapritius.

Qui Nicephoro ignoscere noluit, justo Dei judicio in Idololatriam cadere permissus, coronam Martyrij amisit, *tr.35.d.26. num.7.*

Scandalum, Scandalosi.

Quis primus scandali author, *tr.27.d.7.n.2.*

Quot malos augmentur effectus, *tr.27.d.13.n.14.*

Quinam sint scandalosi & quomodo à Christo in Evangelio puniti. *ibid.d.8.& seqq.*

S. Scriptura.

Miros in nobis parit effectus, *tr.29.d.16.n.8.*

Thesaurus quidam est, *tr.29.d.16.n.8.*

Gentiles & hæretici S. Scripturam velut aranex convertunt in venenum, *tr.29.d.16.n.9.*

Hagiographi qui Sacram Scripturam nobis scripto consignarunt, summa cum synceritate illam nobis tradiderunt, *tr.29. d.16.n.10.*

Scripturæ Sacræ puritati Judæi testimonium perhibent, *tr. 31.d.16.n.6.*

Sem.

Filius Noë electus sacerdos, *tr.22.d.37.n.1.*

Semei.

Qua ratione intelligendum sit quod præceperit ei Deus ut malediceret David, *tr.46.d.11.n.2.*

Sensus.

Quilibet damnatus correspondentem sibi habet pœnam. *tr.34.d.15.n.6.& seqq.*

Sententia.

Tam pro electis quam contra reprobos in extremo judicio proferendæ sententiæ consideratio utilissima est, *tr.41.d.25.per totum.* *Serapion.*

Theonæ inserviens panem furtivè in sinu suo abscondere solebat, & quomodo à mala hac consuetudine liberatus fuerit, *tr.31.d.1.n.6.*

Serpens.

Gratitudinis suæ erga nutritores exemplum, *tr.30.d.10.n.7.*

Serpentem illum qui in Paradiso Evam decepit Basiliscum fuisse verisimile est, *tr.38.d.1.n.1.*

Severus Imperator.

In iniquos Judices severissime advertebat, *tr.40.d.8.n.2.*

S. Severinus, Episcopus Colonien sis.

Colonienses erga sanctum hunc Episcopum ingrati, puniti sunt triennali sterilitate, *tr.30.d.20.n.12.*

Sicarius.

Quidam postquam ab injuriata viduata ab omni subeunda pœna absolutus esset, Dei tamen ob perpetratum homicidium ultionem expertus est, *tr.35.d.29.n.3.*

Siculus.

Patrem suum non sine periculo ab incendio liberans, *tr.23. d.13.n.5.*

Silentium.

Silentio injurias retundere maximæ est virtutis, *tr.36.d.15. per totum.* Optimum quoque medium, *ibid.d.12.n.1.& 2.*

Silentium si iram plus provocaret, molli responso temperandum est, *tr.36.d.15.n.7.*

Simeon.

Filius cur plus alijs punitus fuerit, *tr.27.d.9.n.1.*

Simon Magus.

Primus fuit qui solam fidem sine operibus justificare dicere non erubuit, *tr.29.d.7.n.1.& 10.*

Hypocrita fuit & ficte Baptismum suscepit, *tr.33.d.3.n.7. tr.33.d.4.n.9.*

Simon & Judas.

Infideles exemplis potius quam verbis converterunt, *tr.27. d.2.n.8.* *Sisara.*

Post epotatum lac obdormivit, *tr.26.d.48.n.3.*

Sixtus V. Pont. Max.

Gratum se Pio V. a quo ad Cardinalatum assumptus fuerat exhibuit, *tr.30.d.8.n.8.*

Socius.

Socium habere in pœna in inferno maximum tormentum, *tr.34.d.19.n.1.& 2.*

Socrates.

Ejus in perferendo colapho patientia, *tr.35.d.2.n.5.*

Sol.

Deus varijs modis impedivit ne Sol adoraretur ab hominibus, *tr.30.d.25.n.7.*

Somnium.

Eleganter ad præsentis vitæ voluptates comparatum, *tr.34. d.20.n.8.*

S. Sothera Virgo & Martyr.

Qua occasione suam detexerit faciem, *tr.25.d.4.n.6.*

Speculum.

Usus illius, *tr.22.d.8.n.1.& 3.*

S. Spiridion.

Quia injurias constanter novit tolerare, Constantium Imperatorem ab incurabili vulnere curare, virtutem divinitus accepit, & exinde in magna existimatione in eadem aula habitus fuit, *tr.35.d.25.n.2.*

Spiritus Sanctus.

Cur columbæ speciem assumpserit, *tr.38.d.9.n.3.*

Ejus septem dona opprimuntur per gulam, & significantur per septem Jobi filios in triclinio oppressos, *tr.31.d.12.n.1.*

Sponsalitium. vid. *V. Anima.*

Animæ cum Deo qualiter fiat, *tr.29.d.8.per totum.*

Testes hujus sponsalitij sunt opera.

S. Stephanus Proto-Martyr.

Lapides ei dulces fuerunt, *tr.29.d.20.n.1.*

Vidit cœlos apertos & Jesum stantem, *tr.29.d.20.n.2.*

Plura inter Judæos portenta patravit, sed nullum ab invidia curavit, *tr.38.d.12.n.4.*

Quando maximum patrarit miraculum. vid. Oratio.

Stola.

Proprium est sacerdotis ornamentum, *tr.22.d.14.n.3.*

Struthio.

Fœtus suos radijs solaribus mediantibus animat, *tr.23.d.9.n.7.* *Studentes Academici.*

Vinum cavere debent tamquam specialem Sapientiæ obicem; *tr.31.d.10.per totum.*

Sturnus.

Cicuta herba admodum venenosa sine ullo periculo vescitur, temerè & non temere judicantibus eleganter applicata proprietas, *tr.42.d.10.n.8.*

Sultanus Turcarum Rex.

Ejus in condonandis injurijs mira promptitudo, *tr.35.d.22 n.5.* *Superbia.*

Superbiæ & vanæ gloriæ in inferno supplicium horribili Historia describitur, *tr.34.d.8.n.5.*

Cur huic vitio nomen pedis attribuatur, *tr.32.d.13.n.2.in fine.*

Sursum corda.

Cur in Missa à Sacerdote dicatur, *tr.26.d.26.n.7.*

Susan.

Civitas Persidis cur sic appellata, *tr.26.d.14.n.11.*

Susanna.

Tentata, *tr.23.d.4.n.10.*

S. Sylvester Papa.

Singulis septimanæ diebus feriæ nomen, imposuit, *tr.22.d. 2.n.10.*

Ad conversionem S. Helenæ procurandam, taurum à sacrificulis occisum redivivum fecit, quod sacerdotes Idolorum facere non potuerunt, *tr.29.d.24.n.5.*

Synagoga.

Significatur per vineam, *tr.30.d.27.n.1.*

T.

Tabernaculum.

In formam turris exstructum & cur, *tr.26.d.22.n.8.*

Tauerus.

Ejus in morte pugna, *tr.41.d.21.n.5.*

Templum.

Salomonis qualiter & cum quibus divitijs præparatum. *tr. 26.d.31.n.7.*

Tempus.

De ejus pretiositate, *tr.30.d.17.n.9.*

Temporis male collocati jactura apud inferos singulare tormentum, *tr.34.d.17.n.7.*

Tenebræ.

Infernales cur à Christo vocentur exteriores, *tr.34.d.10.n.5.* *Tentatio.*

Optimum illas vincendi remedium est facta Deo gratiarum actio pro illis quasi jam fugatis. *tr.30.d.7.n.9.*

Terra.

Symbolum est gratitudinis, *tr.30.d.1.n.9.*

Testamentum.

Horribile cujusdam mercatoris. vid. Mercator.

Thau.

Litera Hebræa signum Crucis exprimit & quid significet, *tr.25.d.7.n.7.* *Thebani.*

Quomodo à Lacedæmonijs Rempublicam suam bene gubernare edocti sint, *tr.34.d.4.n.4.*

S. Thecla Virgo & Martyr.

A Leonibus nihil passa est, *tr.29.d.20.n.12.*

Themazucka Indus.

Beneficium vocationis ad fidem permagnifecit, *tr.30.d.14. n.12.* *Theodoras Monachus.*

Etiam ad jussionem S. Pachomij matrem propriam videre recusabat, timens ne rationem inde Deo esset redditurus in judicio, *tr.41.d.13.n.7.*

S. Theodoras.

In Constantinum VI. Imperat. excommunicationem fulminat ob malum illius exemplum, *tr.27.d.9.n.6.*

S. Theresia à Jesu Ord. Carmelitarum.

Ejus cū Christo Discursus, *tr.26.d.11.n.6. vid. V. Eucharistia.*

Gratam se exhibuit erga viatorem à quo hausturn aquæ sitibunda acceperat, *tr.30.d.8.n.11.*

Thesaurarius.

Reginæ Candacis non differt Baptismum & cur, *tr.25.d.11 n.6.* *Thomas Aquinas.*

Per humilitatem tam sublimem sibi scientiam acquisivit, *tr.32.d.15.n.5.*

Composuit officium festi corporis Christi, *tr.26.d.11.n.2.*

Thomas Morus Anglæ Magnus Cancellarius & Martyr.

Ejus celebre pro fide certamen, *tr.34.d.20.n.9.*

Ejus de æternitate consideratio. *ibidem.*

Ejusdē salutaris doctrina de acquirendo cœlo, *tr.34.d.17.n.10*

Ejus de Hæresi præclarum dictum, *tr.29.d.23.n.9.*

Etiam Senex à Parentibus suis benedictionem genu flexus petijt, *tr.23.d.13.n.3.*

S. Thomas à Villanova.

Contra scandalosos invenitur, *tr.17.d.13.n.1.*

Tiberius Constantinus Imperator.

Ob elecmosynas erogatas ingentem thesaurum reperit, *tr. 24.d.3.n.7.* *Timor.*

Maximus erit in damnatis, *tr.34.d.15.n.9.*

Timotheus Episcopus Ephesinus.

Ab Apostolo Paulo ad dandum bonum exemplum furio monetur, *tr.27.d.4.n.3.*

Timotheus Presbyter Jerosolym.

Ejus de Sacramento Eucharistiæ doctrina, *tr.26.d.1.n.3.*

Titulus.

Absalonis à pueris lapidibus impetitus, *tr.23.d.15.n.6.*

S. Titus.

Monetur ab Apostolo ut ad facilitandam animarum conversionem bonum edat exemplum, *tr.27.d.1.n.7.*

Titus Episcopus Candex.

Monebat ut decorum dignitatis per bonum exemplum conservaretur, *tr.27.d.4.n.1.& seqq.*

Titus Vespasiani filius.

Inferni terrore milites suos ad fortiter pugnandum excitavit, *tr.34.d.4.n.7.*

Tobias.

Ejus Historia, *tr.26.d.21.n.5.*

Non adorat virulos, *tr.23.d.6.n.11.*

Cur in Rages Medorum profecturus canem secum habuerit, *tr.30.d.10.n.1.*

Tonsura.

Instituta est ad imitationem Nazaræorum, *tr.22.d.7.n.1.2.*

Origo tonsuræ ab Apostolis derivatur, *ibid.n.1.*

Episcopus tonsuram conferens quid moneat, *ibid.*

Fructus tonsuræ, *ibid.n.5.*

Primo ludibriosa fuit, nunc honorifica est, *ibid.n.1.*

Cur capillos præscindendo fiat, *ibid.n.8.& 6.*

Tophet.

Quid sit, *tr.34.d.6.n.4.*

Torques.

Dictatoribus in præmium data, *tr.23.d.16.n.8.*

Tribulatio.

Temporalis indicium aliquod est æternarum, *tr.34.d.27.n.1. & 2.*

Tribulationes ad cœlum viam sternunt, *tr.34.d.28.n.5.*

Tribulatio sæpe magnum est Dei beneficium, *tr.40.d.15.n. 4.& 5. tr.30.d.18. per totum.*

Tribunal.

Tribunalia Judæorum quomodo fuerint constituta, *tr.36.d. 1.n.1.* *Tridentinum Concilium.*

Sacerdotibus exempla potius quam verba commendat, *tr.27 d.3.n.5.* *Triumphator.*

Olim triumphatoribus corona scutis plena imponebatur, *tr.35.d.14.n.12.*

Tubæ.

Cur à Gedeone Hebræis datæ, *tr.27.d.5.n.4.*

Turcæ.

In regno Valentiæ profligati, *tr.26.d.22.n.12.*

Eorum Imperiū unde tantos fecerit progressus, vide Injuria.

Tygranes.

Ejus & conjugis mira conjugalis amoris efficacia, *tr.37.d.6. n.3.*

V.

Valentinianus Imperator.

Præ iræ furore ruptis venis interijt, *tr.39.d.9.n.6.*

Valerianus Imperator.

Sapori Persarum Regi equum conscendenti pro scabello servire coactus fuit, *tr.34.d.18.n.6.*

Vallis Josaphat.

Quare à Deo deputatus sit locus judicij extremi, *tr.41.d.12. n.4. item d.31.n.6.*

Vaticana Basilica.

Significatur per montem Domini in vertice montium, & elevatum super colles, *tr.29.d.17.n.1.*

Omnes hæreses ad Vaticanum collisæ fuerunt.

Veracitas.

Eucharistiæ authenticata. vid. V. Eucharistia, *tr.26.d.51.n.1.2.*

Verbum caro factum est.

Quid indicet nobis, *tr.26.d.15.n.3.*

Vermis.

Apud inferos est remorsus conscientiæ, *tr.24.d.17.n.3.*

Quid potissimum exprobrabit impijs, *tr.34.d.17.n.6.7.& 8.*

Vespertilio.

Symbolum invidiæ, *tr.38.d.10.n.2.*

Vestes.

Sacerdotales Aaronis, *tr.22.d.6.per totum.*

Sanctificant hominem, *tr.22.d.6.n.4.*

Episcopales earumque mysteria, *ibid.d.7.n.3.& 4.*

Cur Christus montem Calvariæ conscensurus veste inconsutili indutus fuerit, *ibid.n.6.*

Vesuvius.

Cur Neapoli proximus, *tr.34.d.20.n.10.*

Pœnas adumbrat inferni, *tr.34.d.27.n.7.*

Victorinus Orator.

Insignis ab Evangelio convictus, *tr.25.d.9.n.3.*

Victualia.

Nautarum convertuntur in saxa, *tr.24.d.12.n.7.*

Vidua.

Quædam unici filij sui interfectorem ab omni captivitatis eripuit periculo ne mortem filij sui vindicare videretur, pro cujus pietatis præmio filius æternam salutem citius consecutus est, *tr.35.d.15.n.10.*

S. Vincentius Levita & Martyr.

Ejus in tormentis invictus & gaudens animus, *tr.29.d.20. n.5.* *Vincentius.*

Lateri Archi-Episcopus Ragusinus manum S. Philippi instar Solis splendentem vidit, *tr.22.d.7.n.8.*

Vindicativus.

Vindicativi aspidi sunt similes. vid. Aspis.

Vindicativi Dæmonis sunt imitatores, *tr.35.d.10.n.11.*

Vindicativus sibi-ipsi magis nocet quam proximo, *tr.55.d. 26.passim per totum.*

Vindicativi præ nimijs anxietatibus sunt quasi mare fervens quod quiescere numquam potest, *tr.35.d.27.per totum.*

Vindicativi in pœnam sæpe impœnitentes moriuntur, *tr. 25.d.29.n.6.*

Vindicta.

Vindictæ hostes ad Regimen aptissimi, *tr.35.d.9.n.8.& 9.*

Vindictæ incentivū honoris nimius appetitus, *tr.35.d.24.n.1.*

Vindictam sumere in magnam cedit ignominiam, *tr.35.d. 25. per totum.*

Vindictæ propriæ ofor. vid. Marcus Bibulius.

Vindictam pertinaciter machinantis cujusdam vetulæ terribilis punitio, *tr.35.d.29.n.7.*

Vinea.

Synagogam significat, *tr.30.d.27.n.1.*

Vinum.

Superflue potatum incentivum est libidinis, *tr.31.d.1.n.4.*

Conversus Ord. S. Dominici Bononiæ sine licentia vinum bibens à Dæmone podidetur, *tr.31.d.2.n.10.*

Vinum S. Bern. manifestum dæmonem esse dicit, *tr.35.d.2. n.14.*

Vinum ignem infernalem comminatur immodice sumptum, *tr.31.d.3.n.5.*

Primus crater sitim extinguit. 2. tendit ad lætitiam. 3. ad voluptatem. 4. ad Ebrietatem. 5. ad iram. 6. ad litem. 7. ad furorem. 8. ad somnum. 9. ad morbum. *tr.31.d.5.n.6.*

Bestialitas illorum qui vinum superflue bibere nolentibus irascuntur, *tr.31.d.5.n.7.*

Ante usum vini nulla fit in Scriptura servitutis mentio, *tr. 31.d.5.n.9.*

Vinum intellectum excæcat & bestijs similes facit, *tr.31.d.6. per totum.*

Quid vinum mali pariat, primus illius author Noë expertus fuit, *tr.31.d.6.n.6.*

Cur Moyses percutiendo petram virga non vinum sed aquam populo bibendam propinarit, *tr.31.d.7.n.2.*

Vinum Noë verenda nudavit, *tr.31.d.8.n.1.& 2.*

Mundus usque ad sexcentesimum tertium annum vinum ignoravit, *tr.31.d.8.n.2.*

Optimum castitatis conservandæ remedium est abstinentia à vino, *tr.31.d.8.n.7.& 8.*

Vinum & mulieres apostatare faciunt sapientes, *tr.31.d.8.n.8.*
Vini usus Romanis fœminis ignotus fuit, *tr.31.d.8.n.10.*
Vinum immoderate potatum impedit intellectum ne sanus fiat maxime circa cœlestia, *tr.31.d.10.per totum.*
Vinum ab ebriosis potatum fel est draconum insanabile venenum, *tr.31.d.16.n.3.*
Horrendum ebrij cujusdam è simplici vino Deo ipsi propinantis exemplum, *tr.13.d.16.n.11.*
In qua quantitate sumendum est vinum, *tr.31.d.19.n.2.*
Vinum est venenum aspidum si immodice bibatur, *tr.31.d.19.n.3.*
Vinum est sanguis terræ, *tr.31.d.19.n.3.*
Certatim bibentes perstringuntur, *tr.31.d.25.n.10.*
Cur Deus vinum crearit a quo tot mala oriuntur, *tr.31.d.26.n.8.*

Vipera.
Ejus morsus per cinerem curari dicitur, *tr.39.d.17.n.8.*

Virga Aaronis.
Floruit. *tr.22.d.9.n.2. semper viridis.ibid.d.18.n.3.*
Flores & amygdala producit, *tr.22.d.32.n.2.*
Virga, *vid. similitudines.*

Virgo, Virginitas.
Insigne S. Euphrasiæ Virginis pro virginitate tuenda inventum stratagema, *tr.29.d.20.n.7.*
Ad tuendam virginum pudicitiam Deus aliquando dæmonem velut ministrum adhibet, *tr.29.d.20.n.12.*
Virginitas sine humilitate tuta non est, *tr.32.d.4.n.11.*

Visio.
S. Joan. in Apocal. *tr.26.d.48.n.3.*

Vitalius Eremita.
Mirus ejus modus in convertendis meretricibus, & quo modo judicia hominum deceperit, *tr.42.d.6.n.3.*

Vitia.
Qualiter nobis scala ad cœlum fiant, *tr.34.d.17.n.10.*

S. Vitus Martyr.
Pro beneficijs Martyrium passus, *tr.30.d.24.n.2.*

Vivens.
Quinam dicantur viventes in infernum descendere. *Vide Infernus.*

Unio.
Inter Sacerdotem & Principem esse debet, *tr.22.d.13.n.7.*

Vocatio ad fidem.
Ingens est beneficium, *tr.30.d.14.n.9. & seqq.*

Voluntas.
Ejus perversitas causa est cur peccatum æterno supplicio puniatur, *tr.34.d.25.n.3. & 4.*

Vox.
Vocis benignæ & vittæ rubeæ pulchra ad invicem comparatio, *tr.36.d.14.n.12.*

Ursus, Ursa.
Cur tantopere mel diligant & quomodo suis medeantur malis, *tr.25.d.8.n.8.*
Cur ursa raptis catulis tantopere ferociat, *tr.25.d.12.n.6.*

Usus antiquus.
Juvenes per exempla informandi, *tr.27.d.3.n.4.*

Uvæ botrus.
E terra promissionis allatus quid significet, *tr.26.d.36.n.2.*

Vulnera Christi.
Servavit Salvator illa in testimonium Passionis contra Judæos & peccatores, *tr.41.d.11.n.3. & 4.*

Vultur.
Vultures apud inferos esse Poëtæ gentiles fixerunt, *tr.34.d.17.n.2.*

W.

Wenceslaus.
Rex Bohemorum quanta cum diligentia agros excoluerit, qui frumentum pro hostijs formandis producebant, *tr.26.d.4.n.3.*

Widichindus.
Ejus in die Paschatis habita visio, *tr.26.d.37.n.9.*

S. Willigisius Archi-Episcopus Moguntinus.
Rotam pro insigni Electorali assumpsit, quia currificis cujusdam filius fuit, *tr.32.d.20.n.6.*

X.

Xerxes.
Canistrum uvis plenum adeo affabre pinxit ut volucres ad illas degustandas certatim advolarint, *tr.26.d.50.n.10.*

Z.

Zacharias.
Cur dubitando de præcursoris nativitate punitus sit, non verò B.Virgo, dum in annunciatione quæsivit, quomodo fieri istud? *tr.37.d.9.n.2.*

Zachæus.
Ad Christum videndum arborè conscendens quid significet.
Cur Christus ad ipsius domum non invitatus diverterit. *tr.30.d.6.n.4.*

Zelus.
D.Chrysostomi contra indigne communicantes, *tr.26.d.40.n.3.*

Zeno Imperator.
Obstante Eleëmosyna pro suis delictis castigari non potuit, *tr.26.d.35.*
Quondam vivus sepultus præ fame nimia manum propriam comedit, *tr.34.d.13.n.8.*

INDEX CONCIONATORIUS
IN TOMUM SECUNDUM
BIBLIOTHECÆ MORALIS
ADMODUM REVERENDI,
D. Patris IOSEPHI MANSI, Oratorij Presbyteri.

Indicans unumquod q. Evangelium varijs conceptibus explicatum, Prout suo ordine legitur in Ecclesia Romana,

Primo;

PER OMNES ANNI DOMINICAS,

Secundò;

PER OMNES FESTIVITATES.

DOMINICA I. ADVENTUS.

ERUNT signa in Sole & Luna & stellis. Luc. 21. ℣. 25. Lex Evangelica, quam Christus Dominus suo in mundum Adventu promulgavit, lex quidem est amoris; sed cum amor hic salutarem quemdam timorem pro suo habeat fundamento; Hinc est quod S.Mater Ecclesia tamquam Christi Vicaria, sicut ipse Adventu suo vero & reali magnam nobis Dei ostendit misericordiam & Amorem, sic illa Adventu rememorativo per propositam sacri Evangelij lectionem, magnam nobis incipit prædicare Dei in Judicio finali justitiam, ad hoc ut salutarem incutiens timorem, amorem Dei in nobis conservet, consideratio enim finalis judicij ad timorate & virtuosè vivendum, Deique offensas declinandas magno nobis est auxilio. *tr.41.d.2.per totum.*

Et erunt signa in sole & luna & stellis. Primum & ultimum quod S. Mater Ecclesia per totius Anni Ecclesiastici decursum proponit Evangelium, tractat de terribilibus signis finalis Judicij, neque id sine mysterio, vult enim Ecclesia ostendere quam utile sit illud Judicium semper habere præ oculis, utilissima enim est hæc de extremo judicio materia ad considerandum, *tr.41.d.1.per totum.*

Et erunt signa in sole & luna & stellis. In omnibus insensibilibus dabit Deus signa ante Judicium, auferens à varijs creaturis eam quam in prima sua creatione obtinuerunt pulchritudinem nitorem ac splendorem, eamque quam antea exhibuerunt gratiam modo convertendo in terrorem, idque in punitionem peccatorum, qui creaturarum abusi beneficijs, creaturas omnes contra se sentient armatas, ut illatas creatori vindicent injurias. *tr.41.disc.4.per totum.*

Et erunt signa in sole & luna & stellis. Quæri posset quod cum Justissimus & bonorum remunerator & malorum vindex Deus privatum cujusque animæ, jamjam mortalitatis vinculis exutæ, instituerit judicium, ad quid igitur serviat illud universale in ultimo mundi excidio instituendum? cujus quæsiti resolutiones optimis fundatæ rationibus dantur. *tr.41.d.3.per totum.*

Arescentibus hominibus præ timore. Visis tot portentis ac prodigijs erunt homines tabescentes & tamquam efflantes invidia Judæorum quæ contra Christum usque ad ipsam mortem semper obstinatissima fuit, *tr.38.d.5.per totum.*

Tradetur enim gentibus & illudetur & flagellabitur. Non absque mysterio hic sicut & alias multories Christus Dominus discipulis suis prædixit mortem & passionem suam; fecit enim hoc ut eximius ejus amor, singularisque ejus benignitas, quæ pro nobis tot pertulit alte esset infixa & impressa in mente discipulorum, & ut tantæ ejus charitatis jugis in nobis memoria permaneret, divinum Eucharistiæ Sacramentum instituit, tamquam suæ sacratissimæ passionis memoriale perenne. Et cum magna Sacramentum hoc inter & passionem sit correspondentia, ut igitur ex utróque proficiscens benignitas altius menti infixa remaneat passionem jugiter mediremur, ut Eucharistiam eo majori cum fructu percipiamus, *tr. 26. disc. 36. per totum.*

Factum est autem cum appropinquaret Jericho, cæcus quidam sedebat secus viam mendicans Divus Gregorius *Hom. 3. in Evang. Cæcus*, ait, *est genus humanum, quod in parente primo à paradysi gaudijs expulsum, claritatem supernæ lucis ignorans, damnationis suæ tenebras patitur: sed tamen per Redemptoris sui præsentiam illuminatur: ut internæ lucis gaudia, jam per desiderium videat, atque in via vitæ boni operis gressus ponat.* Cæcus iste præfigurat genus humanum quod in primo parente divinæ lucis claritatem perdidit, tamen per præsentiam divini verbi maxime in sacratissimo Eucharistiæ Sacramento illuminatur & internæ lucis gaudia recipit, *tr.26.d.24. per totum.*

Dixerunt autem ei quod Jesus Nazarenus transiret. Et clamavit dicens Jesu Fili David miserere mei. Tertullianus *Lib. 4. contra Marcionem Cap. 26.* refert impiam pestimi hujus hæretici improbationem, qua dicit. Non bene cæcum Christum Filium David acclamasse pro sanitate obtinenda; *Nam*, inquiebat Marcion, *si aliquando Davidem in recuperatione Sionis offenderant cæci resistentes quo minus admitteretur: Ideo Christus ex diverso cæco subvenit, ut hinc se ostenderet non esse* filium David, & ex animi adversitate bonus cæcis quos ille jusserat cædi. At respondet Tertullianus: *Atqui & propter hoc filium David, Antitheju de suo retundendam. Nam & qui David offenderant cæci: Tunc vero ejusdem indecoris homo supplicem se obtulerat filio David, idcirco ei satisfacienti quodammodo placatus filius David restituat homini.* Recte Tertullianus Antitheſin & vim argumenti retorquet in hæreticum. Cæci magno odio exiterunt adversus David, prout refertur. 2. *Reg.* 5. 6. & David idcirco præmium constituerat ijs in die illa qui perculissent odientes animam David. Inde ergo Christus, quia filius David, tantum abest ut cæcos insequatur ac confundat; sed quia cæci infesti fuerunt parenti ejus, inde peculiariter moveatur ipse ut cæcis benefaciat. Longissime enim abest à Christo ut malum pro malo rependat & generis sui inimicos odio prosequatur sed potius illis ex animo benefacit, *de qua re vide tr.35.d.4. & 13.*

Et qui præibant increpabant eum ut taceret. D. Augustinus *serm. 18. de verbis Domini: Bonos*, inquit, *Christianos volentes facere præcepta Dei, Christiani mali & tepide prohibent: clamant tamen illi non deficientes. Cum enim quisque Christianus cœperit bene vivere, mundumque contemnere, in hac sui novitate patitur reprehensores frigidos Christianos; sed si perseveraverint ipsi jam obsequuntur quod antea prohibebant.* Sic cum hic cæcus clamaret; Miserere mei, incipiebat jam toto corde converti ad Deum, ejusque veram fidem profiteri, Jesumque verum Deum proclamare, statimque turbæ seu impij homines in eum insurgunt, ipsum increpant & tamquam magni criminis reum objurgant. Hic enim mos est sæculi, cum homo se ad Deum convertit, statim mundi contradictiones patitur ac sustinet, *tr. 25. d. 1. 2. per totum.*

Et Jesus dixit illi, respice, fides tua te salvum fecit. Non de omni fide hic loquitur Jesus, sed de fide formata, nullum enim opus bonum è fide procedens à charitate sejunctum esse debet, *tr.29. d.2. per totum.*

Et confestim vidit & sequebatur illum magnificans Deum. Prudenter fecit iste cæcus recognoscens & gratus pro favore accepto, gratias agens Deo, Deus enim gratiarum tributum pro beneficijs suis in lege naturæ scripta & Evangelica semper postulavit, *tr.30. d.2. per totum.*

Et confestim vidit & sequebatur illum magnificans Deum. Receptus favor magnus erat, sicque recognoscebat eum, sed major est quem exhibet tibi illuminando animam tuam eamque ad pœnitentiam excitando & expectando, unde & majorem ei exhibere debes gratitudinem, nisi etiam, ut ingratus feverins velis puniri, *tr.30. d.19. per totum.*

DOMINICA I. QUADRAGESIMÆ.

TUnc Jesus ductus est in desertum à spiritu, ut tentaretur à Diabolo. Poterat Christus Dominus ante Baptismum tentari, sed noluit nisi post ipsum susceptum, in nostrum documentum. Ut unusquisque cum baptizatus fuerit, & fidem Christi susceperit, si post Baptismum majoribus tentationibus urgeatur, non utique turbetur, idcirco enim Christianus accepit arma, non ut otietur, sed ut pugnet, & conformiter ad fidem susceptam operetur, *tr.29.d.9. per totum.*

Tunc Jesus ductus est in desertum à spiritu ut tentaretur à Diabolo. D. Petrus Chrysologus *serm. 11. de tentationibus, ait: Ut tentaretur à Diabolo: Diabolus semper primordia boni pulsat, tentat rudimenta virtutum, sancta in ipso ortu festinat extinguere, sciens, quod ea subvertere fundata non possit.* Statim post baptismi aquas omne præliandi genus parat Diabolus; semper enim antequam virtutes adolescant machinas suas adhibet, *tr.25. d.2. per totum.*

Tunc Jesus ductus est in desertum à spiritu ut tentaretur à Diabolo. In desertum, ait Cyprianus *orat. de tentat. Christus ingreditur, locus secretus eligitur, quia solus Dei judicio jejunia sunt agenda. Jejuniorum sudoribus laus importunata se ingerit: Et subtilissimis aculeis penetrans animam, dum extollit emollit.* Ut divinus Magister nos doceret vanam gloriam ac Hypocrisin fugere, & opera nostra cum recta intentione peragere, ideo ipse ad orandum ac jejunandum in occultum ad desertum se confert. Per hypocrisin enim operum bonorum merita amittuntur, *tr.33.d.12.*

Ut tentaretur à Diabolo. Sicut Christus Dominus omnia alto consilio operabatur, sic quoque non fine magni ratione mysterij se tentari permisit. Rationem pulchram assignat. D. Leo *serm. 1. de quadrag. Ob hoc*, inquit, *Dominus se tentari à tentatore permisit, ut cujus munimur auxilio, ejus eruditamur exemplo. Pugnavit ergo iste tunc ut nos pugnaremus, vincit ille ut & nos similiter vinceremus.* Elegantissime cum militia sit vita hominis super terram, ut Dominus suos instrueret ad pugnam, eamque & securam redderet & facilem, non solum illos firmavit auxilio verum etiam exemplo; quod sicuti est efficacissimum, sic etiam difficilem virtutis viam, facilem reddidit, *tr.27. d.6. per tot.*

Et cum jejunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus. D. Basil. *Hom. 1. de laudibus jejunij*, ait: *Dominus noster non prius in carne quam pro nobis assumpserat, diaboli insultus excepit, quam eam jejunio communisset, simul & nos eruditos, ut nosmet adversus tentatoribus constitutas exemplo Palæstrarum tangimus & exerceamus.* Cum è contra serpens infernalis ad prosternendum hominem inter omnia alia arma tolam gulam elegerit, *tr.31. disc.1. per totum.*

Et accedens tentator dixit ei: Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant. Hanc primam tentationem Christi gulæ fuisse communis Patrum est opinio. Sed difficultas est, quod quia uti necessarijs ad vitam nullum est peccatum, & si Christus post tam longum jejunium cum esuriret fecisset panes & comedisset nullum videbatur vitium voracitatis, quomodo ergo gulæ est ista prima tentatio? Respondet Theophylactus & quidem dupliciter: *Jam rogas*, ait, *& quod peccatum erat, facere de lapidibus panes? Audi igitur, quia audire Diabolum in aliquo peccatum est. Vide autem & aliud. Non dixit, ut lapis hic panis fiat, sed lapides, volens Christum ad superflua instigare, esurienti enim tuus panis sufficit.* Vult enim Deus ut cibus corpori necessarius sobrius sit non superfluus, *tr.31. d.25. per totum.*

Qui respondens ait: Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Nomine verbi intelligitur Christus, quo nostra anima super omnia pascitur; ut amplius non esuriat. Unde *D. Ambrosius serm. 37. de jejunio*, ita ait. *Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo Dei, hoc est non in pane terreno, sed in verbo Dei in quo sunt alimenta vitæ cœlestis. : Verbum autem Dei Christus est Dominus, sicut ait Evangelista: In principio erat verbum. Quisquis ergo Christo pascitur terrenum pabulum non requirit.* Nec enim potest sæculi panem cupere qui pane reficitur cœlesti. Sacra enim Eucharistia terrenorum nauseam & affectus bonorum imprimit cœlestium, *tr.26.d.10. per tot.*

Scriptum est non in solo pane vivit homo sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Omnes dæmonum impetus testimonio legis compressit Christus Dominus. Causam hujus rei assignat D. Hieronymus hic: *Ideo*, inquit, *sic respondit Dominus: Quia propositum erat ei humilitate Diabolum vincere, non potentia.* Insultus enim dæmonis evadit humilitas, *tr.32. d.17. per totum.*

Scriptum est, non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. D. Gregorius *Hom. 16. in Evang.* ait, *Considerare debemus quia tentatus à Diabolo Dominus sacri eloquij præcepta respondit, & qui tentatorem suum in alyssum mergere poterat, virtutem suæ potentiæ non ostendit. Sola divinæ scripturæ præcepta edidit: Quatenus nobis suæ potentiæ præberet exemplum, ut quoties à pravis hominibus aliquid patimur, ad doctrinam potius excitemur quam ad vindictam.*

Docet

Docet nos Dominus exemplo suo, ut quoties ab iniquis hominibus impetimur, in eos iram & vindictam non retorqueamus, sed potius blando ac suavi eloquio demulcere intendamus, *tr.* 35. *d.* 19. 20. *per totum.*

Scriptum est, Dominum Deum tuum adorabis & illi soli servies. Dum Diabolus primo & secundo Christum provocat, tentationes suggerit, tunc Christus Dominus adhuc aliquo modo illum sustinuit ad singula respondens, sed dum in hac tertia tentatione multa promittens ipsum accedit, mox durioribus verbis tentatorem aggreditur & mox eum à se repellit dicens: Vade Satana: Ratio aliqualis hujus rei esse potest; Christus Dominus constitutus est à Deo Patre Judex vivorum ac mortuorum, & ab ipso Diabolus judicandus est in extremo die; dum ergo munera offert, sine dilatione eum à se repellit, in exemplum nostrum, quia ut dicitur Ecclesiast. 20. *Xenia & dona excecant oculos judicum*, *tr.* 40. *d.* 9. *per totum.*

DOMINICA II. QUADRAGESIMÆ.

Et post dies sex assumpsit Jesus Petrum & Jacobum & Joannem, & duxit illos in montem excelsum seorsum. Matth. 17. *v.* 1. Eximium beneficium videndi transfigurationis glorias Christus Dominus his tribus Apostolis, Petro, Jacobo; & Joanni concessit, quod alijs est denegatum, qui ad montis radicem relicti sunt. Cujus rei pulchram rationem assignat D. Ambrosius *in cap.* 9. *Lucæ. Petrus*, inquit, *ascendit, qui claves regni cælorum accepit, Joannes vero cui committitur Mater: Jacobus, qui primus solium sacerdotale conscendit.* Diligenter notandum hoc quod dicitur de divo Jacobo. *Qui primus solium sacerdotale conscendit.* Ut ex ipsa manifestata gloria instruamur quanta sit sacerdotalis dignitas, quantaque puritas exigatur, ut Eucharistiæ Sacramentum, in quo adest corpus Christi conficiatur, cum scilicet cum, in quem oculi nostri non possunt intendere sacerdos manibus suis tractet oreque suo sumat, *tr.* 22. *d.* 11. 12. 20. 21. 22. *per totum.*

Assumpsit Jesus Petrum & Jacobum & Joannem. Cur hos tres tantum & non reliquos Apostolos? Annon omnes discipuli & Apostoli? Pulchram assignat causam D. Damascenus *orat. de transfigur. Omnes*, inquit, *quidem discipuli, at non omnes præ invidiæ lippitudine oculorum perspicacia privati.* Tamquam si dicat, quod omnes quidem digni erant ut ad hoc magnum mysterium assumerentur: Cum tamen inter eos Judas existeret, qui invidiæ vitio detorpatus erat, nam invidia oculos obturat, visum deperdit, ne quid cœleste perspici queat. Invidus enim Deo opponitur, *tr.* 38. *d.* 6. *per totum.*

Assumpsit Jesus Petrum & Jacobum & Joannem. Ad has Thaboris glorias in quibus Christus Dominus apertum suæ divinitatis testimonium exhibebat, cur Pharisæos non adducit, ut re tam evidenti invidiam omnem deponerent, eumque utpote Deum verum venerarentur? ad quid solum tres intimi amici eliguntur? O magnum divini Magistri documentum! ut certo instruamur ne multum soliciti simus ut in inimicorum aut nobis fortunam nostram invidentium conspectu magnalia nostra propalemus ac manifestemus; tantum enim abest, ut tali evidenti aspectu emolescant ac mitigentur, quin potius in sua invidia magis firmantur ac obdurescunt, imo præ nimia inquietudine quasi enervantur, *Tract.* 38. *disc.* 14. *per totum.*

Et transfiguratus est ante eos. Quæri hic posset, cur Scriptura dicat, quod transfiguratus est Christus & non potius quod ipse se transfiguraverit. Dicitur hoc ideo ut fiat evidens, quod transfigurationis honores ipse sibi non affectabat, nec procurabat; sed quod tales splendores ob ejus excelsa merita ipsum exquirebant, ad eumque convolabant. Quanto enim Christum in principalioribus vitæ ejus mysterijs magis humiliatum invenimus tanto magis eumdem ab æterno patre exaltatum admiramur, *tr.* 32. *d.* 9. *per totum.*

Et ecce apparuerunt illis Moyses & Elias cum eo loquentes. Non sine mysterio factum crediderim, quod inter tot Patres veteris Testamenti ad hanc transfigurationem soli admissi sint Moyses & Elias. *D. Ambrosius lib.* 1. *de Jacob & vita beata c.* 8. causam dat, dicens: *Operationes bono commendantur affecta. Neque enim minus beatus Elias, quam Moyses, cum alter cibi indigus, meloti vili, sine filijs, sine sumptu, sine comite: alter popali ductor, latus sobole, sanctus potentia, diverso genere meritum æquale fundarunt, quando cum Domino in transfigurationis gloria refulserunt.* Valde dispares erant in actionibus ac moribus Moyses & Elias, ut discurrit S. Pater, & tamen æqualiter in transfigurationis majestate cum Domino apparent. Et quomodo inæqualibus operibus tam æquale præmium? Deus enim non id quod fit, sed potius quo animo ac affectu fiat contemplatur, *tr.* 37. *d.* 8. *per totum.*

Loquebantur de Excessu quem completurus erat in Jerusalem. Textus hic sufficienter indicat: Excessum hunc intelligendum esse excessum passionis, qui excessus erat mors crudelissima quam passurus erat in Jerusalem, si autem mors illa & redemptio tam fuerit copiosa & cum excessu pro peccatis nostris, quid igitur pro illis à nobis petitur? Multum profecto pro nostra parte; quandoquidem enim omnis creatura Deo gratitudinem exhibere obligata est, multo magis nos ad hoc tributum solvendum obligamur, *tr.* 30. *d.* 4. *per totum.*

Adhuc eo loquente, Ecce nubes lucida obumbravit eos. De Christo sub sacramentalibus speciebus in mysterio altaris, moralizat hunc locum Drogo Hostiensis *ser. de Sacramento Dominicæ passionis. Quoniam Moyses & Elias*, ait, *tecum apparuerunt in monte, sed nubes obumbravit eos: illis sicut amicis & domesticis (imo domesticorum & Amicorum tuorum præcipuis) sacramenti tui nubes erat perlucida, quæ nobis jacentibus & projectis à facie oculorum tuorum valde subobscura est.* Cum Christus adesset in monte cum Moyse & Elia venit nubes lucida obumbrans eos. Nubes illa species Sacramentales Christum in Eucharistico mysterio occultantes repræsentabat: Quæ specierum nubes justis ac amicis ut Moysi & Eliæ est valde perlucida, Christum enim ibi oculis vivæ fidei ac cœlestibus inspirationibus agnoscunt & introspiciunt, quæ specierum nubes valde densa est projectis in peccato; Sacramentum enim hoc suas impertit gratias justis & timoratis, *tr.* 26. *d.* 32. *per totum.*

DOMINICA III. QUADRAGESIMÆ.

Erat Jesus ejiciens dæmonium & illud erat mutum. Luc. 11. v. 13. crudelissime dæmon hunc hominem torquebat, sed maxima diaboli crudelitas in hoc apparet, quod linguam hominis impediverit ne sua diceret ac confiteretur peccata in hac vita, cum tamen in rigoroso illo judicij examine omnia ille velit esse manifesta de culpis etiam levissimis hominem accusando, *tr.* 41. *d.* 22.

Erat Jesus ejiciens dæmonium & illud erat mutum. Salvator noster ita fregit potentiam dæmonis, ut modo quasi canis ad catenam alligatus etiam facillimo negotio superari possit, sed quia in hac victoria reportanda nimium inertes sumus ac desides, hinc postmodum pati debemus quod dæmones suam potentiam omni quo possunt modo in nos exerceant, *tr.* 43. *d.* 12.

Et cum ejecisset dæmonium locutus est mutus. Ablato dæmone qui obstaculum ac impedimentum apponebat loquitur homo. Et quamvis homini visus & auditus sint restituti, tamen optime Lucas de locutione tantum facit mentionem, tamquam quid valde rarum, quod linguam Dominus homini concesserit, ipsa enim est multorum malorum radix & aliorum vitiorum adjutrix, uti patet in vitio invidiæ cui detractio multum patrocinatur, *tract.* 35. *d.* 11. *per totum.*

Erat Jesus ejiciens dæmonium. Duo sunt animarum genera quæ inhabitari dici possunt. In uno habitat & regnat Deus & hi lætitia bonæ conscientiæ frui dicuntur. In altero habitat & regnat dæmon, & hi maxime vero damnati, per vermem malæ conscientiæ suum perpetuum sentient tormentum, *tr.* 34. *d.* 17. *per totum.*

Et cum ejecisset dæmonium locutus est mutus. Cardinalis Toletus hic existimat probabile esse hunc hominem locutum fuisse verba quædam laudis & encomia illius qui eum à tanto malo liberavit. Cur ergo Christi Encomia ab hoc homine publicata ab Evangelista non scribuntur, præcipue cum ipsemet maxime nobis narret Christi laudes à muliere in hoc eventu publicatas? Respondetur, non scribi præconia ab hoc homine in Christi gloriam celebrata; quia hic homo relapsus est iterum in graviora peccata. *Facta sunt novissima hominis illius pejora prioribus.* Et verba ac Encomia ex ore, factis & operibus statim contradicentis prolata parvi sunt æstimanda imo abominabilia censentur; sic quoque abominabiles sunt ij Christiani qui fidem quidem profitentur extrinseeus cum tamen eamdem per vitia & peccata negent, *tr.* 29. *disc.* 11. *per totum.*

Quidam autem ex eis dixerunt, in Beelzebub Principe Dæmoniorum ejicit dæmonia. Viso miraculo ac loquente muto admirantur turbæ, Pharisæi vero blasphemant, patet hic magna invidiæ malitia quam in his Pharisæis describens *D. Athanasius in decretis Nicenæ Synodi contra Arrianam Hæresim*, sic inquit: *Malebant se potius impios haberi, dum Beelzebub operum Christi auctorem volunt, quam repudiare suam ipsorum malitiam.* Frequens erat opinio, quod Christus esset Propheta magnus, ac verus Messias, & tamen adeo maligni erant hi Pharisei, ut potius eligant se blasphemos & impios reputari, dum tantum opus dæmoni adscribunt, quam à sua invidia, qua Christo honorem suum invidebant discedere. Sic Invidus etiam cum

dispendio

flantes animam, quia, ut habet textus Arabicus; *Et egredientur animæ hominum ab eis, præ timore ejus quod veniet super orbem.* Hunc que timorem non tantum peccatores sed etiam justos invasurum testatur S. August. Ep. 80. *Nunc autem ista mala quæ tamquam summa, extremaque creduntur, utrique regno Christi scilicet, & diaboli videmus esse communia pariter quippe bis boni affliguntur & mali.* Valde mirum est, quod dicat S. Pater. *Pariter quippe bis boni affliguntur & mali.* Quod mali timeant non multum mirandum est. Ad quod justi Christi socij ac familiares futuri timere debeant id est quod admiratione quadam humanam percellit mentem; sed respondetur; Sciunt quidem justi seipsos æterna beatitudine donandos esse; cum tamen considerant iratum Judicis vultum & judiciali rigore severum, divinas iras minantem, sic præ timore filiali, ac expectatione Judicij finalis pavent, ut etiam simul cum improbis expallescant & contremiscant, *Tr.* 41. *d.* 6. *per totum & disc.* 23. *per totum.*

Arescentibus hominibus præ timore. Tabescunt & consumuntur homines præ timore & expectatione judicij appropinquantis; cum cogitant; quod adest tempus, ut appareant coram Judicis tribunali, ut ab ipso judicentur, & eorum facta discutiantur, ac examinentur, inde pallescunt, & maximo timore anguntur: Durissimum enim est ante judicem convenire, ut causa ventiletur & sententia proferatur, *tr.* 41. *d.* 5. *per tot. & disc.* 6. *per totum.*

Tunc apparebit signum filij hominis in Cælo. D. Thomas in Commentario in Matth. *Crux apparebit*, ait, *ut significetur judiciariam potestatem per crucem comparatam.* Imo etiam ut innotescat, Christum pro omnium salute fuisse crucifixum, ac proinde ingratos esse & inexcusabiles, qui tantam ejus Charitatem ac misericordiam neglexerunt. Unde D. Chrysost. *In Imperf.* sic introducit Christum loquentem. *Hom.* 49. *Ego*, ait, *propter vos alligatus, & delatus & cæsus & crucifixus sum, ubi est tantorum meorum injuriarum fructus?* Unde non erit necessitas accusationis dum in Judicio rei viderint crucem, *tr.* 41. *d.* 11. *per tot. Item disc.* 18. *per totum.*

Cum autem venerit filius hominis in majestate sua, & omnes Angeli ejus cum eo. Ex multi elucebit ingens Christi majestas venientis ad judicium. Primo ex prævio ac horrifico clangore tubæ. Secundo ex prævia voce Angeli vocante ad Judicium maxime tamen apparebit Majestas ex prævio igne, de quo Psalm. 96. v. 3. *Ignis ante ipsum præcedet & inflammabit in circuitu inimicos ejus.* De quo igne ejusque miris effectibus, nec non de alijs nonnullis quæ in eo latent mysterijs. *Vide tr.* 41. *d.* 10. *per totum.*

Et omnes Angeli ejus cum eo. Advenient Angeli primo; ut declaretur ingens Christi Majestas, cui tot millia Angelorum astant. Secundo omnes venient omnes Angeli ut testes sint actionum eorum qui judicandi sunt Philo *lib. de somn.* Angelos quos Jacob vidit ascendentes, & descendentes per scalam sibi ostensam *Gen.* 28. *v.* 12. tamquam magni regis aures, & oculos audientes, videntesque omnia appellavit; & ideo tot innumeri Angeli adducuntur, ut hominum sententia rite examinata, ac promulgata habeatur pro nostro documento, ut in sententia proferenda multis adhibitis testibus & probe examinatis procedamus. Judicandum enim est secundùm acta & probata &c. *tr.* 40. *d.* 3. *& 4. per totum.*

Et omnes Angeli ejus cum eo. D. Augustinus apud Catenam: *Angelorum nomine*, ait, *significavit homines, qui cum Christo judicabunt.* Per Angelos igitur juxta Augustinum intelliguntur Sancti qui veniente tamquam judices ad judicandum, juxta illud Matth. 19. *Sedebitis super sedes duodecim judicantes duodecim tribus Israël.* Sed quid ad hos Sanctos denotandos Angelorum nomine utitur? Qui Judices instituuntur, ita debent esse denudati ab omni cognatione, necessitudine carnis & sanguinis, ab omnique amicitia, odio, æmulatione, ac reliquis humanitatis affectionibus, ut de naturæ divortio Angelos æmulentur. Imo qui judex est divinam naturam debet imitari, ut nihil de humanis vitijs trahere videatur, sed sine ulla corruptelæ suspicione integritate conspicuus sit, ut quoddam divinitatis vestigium redolere videatur, *tr.* 40. *d.* 2. 7. *per totum.*

His autem fieri incipientibus respicite & levate capita vestra. Habentibus conscientiam bonam & non invenientibus peccatum, nihil timendum erit in die illa; Unde merito respiciendum est nobis sepè ad conscientias nostras, si enim in hac vita per exactum conscientiæ examen judicaremus nosipsos, nulla nobis esset judicem timendi ratio, quia bonus judicij universalis exitus a particulari uniuscujusque dependebit judicio, quod potè singulorum mortem confirmatur instituitur, *tr.* 41. *d.* 28. *per totum.*

Tunc dicet his, qui à sinistris erunt, Discedite à me maledicti in ignem æternum qui paratus est diabolo & Angelis ejus Matth. 25. *v.* 41. Congregato ergo omnium hominum cœtu horrenda vox judicis insonabit: *Ite Maledicti.* O quam timoris ac tremoris vox hæc plena est! cum etiam insensibilia ac elementa hæc voce audita contremiscent, ac ingenti voce concutientur tamquam eam sustinere non valentes. *tr.* 41. *d.* 24. *per totum. Varios item hac de re eodem tractatu habes discursus quos facile ad cuiata Evangelij Themata eru applicare.*

DOMINICA II. ADVENTUS.

Cum audisset Joannes in Vinculis opera Christi. Introducitur hic Joannes in carcere inter vincula in vili loco detentus, in quo veluti propriæ opinionis apud vulgus oblitus, discipulos mittit ad Christum, ut ejus vera luce ac intelligentia illuminentur. Ut inde agnoscas quam falsum ac à vero alienum sit iniquorum dogma, qui præcelsam eminentiam volunt investigare non à virtute ac præclaris factis, quibus quis nitet ac resplendet; sed à loco quem tenet: In hoc vero multus error reperitur. Joannes enim in abjecto clauditur ergastulo, & tamen ipsum ejus eximia charitas ac virtus toti manifestum reddit orbi: Hoc enim proprium sibi possidet vera humilitas &c. *tr.* 32. *d.* 9. 10. *&* 11. *per totum.*

Cum audisset Joannes in vinculis opera Christi. Non casu aut fortuito factum, quod Joannes tam magnus sanctus in carcere detineatur captivus, & Herodes incestuosus in Throno regni sui resideat regia majestate conspicuus; quænam vero hujus rei causa sit declarabit Deus in illa die quando manifestabit abscondita cordium, manifestas omnibus efficiendo conscientias nostras. *Tract.* 41. *d.* 14. *per totum.* Item una hæc causa est, cur optime ordinata Dei justitia præter privatum uniuscujusque animæ judicium etiam universale institui velit. *ibid. disc.* 3. *per totum.*

Cum audisset Joannes in vinculis opera Christi. Patet hic mira Sancti Joannis sanctitas & fortitudo qui nec carcerem nec mortem timuit in increpando Herodis incestu, solum Deum habens præ oculis, ad exemplum cæterorum Ecclesiasticorum quorum statum per officium prædicationis repræsentat, eorumdemque officium & obligationem docet, qualiter in procurando divini honoris augmento ab omni humano respectu sequestrati esse debent, *tr.* 22. *d.* 3. *per totum.*

Mittens duos de discipulis suis. Communis hujus rei ratio hæc est: Quia cum Joannes esset in carcere, & mortem suam in proximo prævideret, mittit discipulos ad Christum; nam ipsi ejus doctrina indigebant, ut deposito omni erga Joannem affectu ipsum Christum Jesum verum esse Deum ac Messiam in lege promissum agnoscerent. Sciens hanc fidem Christique doctrinam esse bonorum omnium principium & fundamentum, *Tr.* 29. *d.* 1. *per totum.*

Mittens duos de discipulis. Bene sciebat ipse divinus Baptista, quod ex hac sua missione pullulaturæ erant variæ hominum sententiæ, etiam in dedecus & confusionem suiipsius, non enim defuere autores, qui valde indocte asseruerunt hanc legationem fuisse institutam à Joanne quia de persona Curisti dubitaverit, & tamen Joannes cum hac interrogatione eos mittit ad Christum: Voluit enim potius honorem suum quam discipulorum suorum salutem in discrimen dare. Sciens sequacium Christi & virtutis proprium esse, scopos esse irrisionum hominum, *tr.* 25. *disc.* 1. *per totum.*

Mittens duos de discipulis. Pulchre in hunc textum D. Chrysostomus Homil. 37. *Non omnes*, inquit, *sed duos, quos forsan faciliores ad credendum cæteris putabat, & qui simpliciter absque suspicione interrogare possent, & rebus ipsis discere, quantum interest inter Joannem & Jesum mittere studeat.* Singulariter ponderanda sunt hæc verba, *facilliores ad credendum:* Nempe qui erant propensiores & magis inclinati ad credendum, & minus curiosi ad perscrutandum; nam mysteria fidei integre & indubitanter credenda sunt, & non nisi sobrie dumtaxat perscrutanda & discutienda, *tr.* 29. *d.* 15. *per totum.*

Mittens duos de discipulos. Joannes Discipulos ad Christum mittit non quod dubitaret de illo, quod alias confessus fuerat de ipso, sed potius per hanc missionem protestari volebat magisterium Christi; quod ipse solus tamquam Deus potest cordi infundere fidem, est enim veritas fidei Dei solius opus; quod late probatur, *Tr.* 29. *d.* 18. 19. *&* 20. *per totum.*

Tu es qui venturus es, an alium expectamus? quid est hic causæ, quod Joannes quasi dubitans quærat à Christo, Tu es qui venturus es? cum ipse optime nosceret Christum esse verum Messiam venturum, sicut in multis sacri Evangelij locis ostenditur. Varij S. Patres varias hujus dubitationis non tam rationes quam explicationes assignant, quas vide apud Sylveram *Tom.* 3. *q.* 13. *q.* 9.

præ cæteris mystica hæc placet D. Ambrosij, *lib. 5. in Luc. 7.* dicentis, in Joanne ne quidem ullam fuisse dubij suspicionem; Et per Joannem, ait, legem intelligendam esse, quæ in pectore persidorum velut in carcere inclusa tenebatur. Contrarium hodie dum sit à multis Christianis, qui Christianorum quidem nomine insigniuntur & legem Evangelicam ore passim profitentur sed factis negant, ah quam male! *Tr. 29. d. 10. 11. 12. per totum.*

Tu es qui venturus es an alium expectamus. Præclare occasione hujus textus de Joanne loquitur D. Basilius Seleucus Orat. 34. *Non tam miramur Joannem exultantem quam nunc interrogantem*, ac si diceret, non ita nos rapit in admirationem quod Joannes infans cum perfecto rationis usu in utero matris exultaverit, sicut quod cum præclara Christi agnitione ipsum modo interroget, cum verbis dubitationis umbram importantibus, cum nihil sit difficilius, quam quod vir sapiens ad insicientis habitum ac formam sese dimittat; patet hic summa Joannis Humilitas, quæ opera bona omnesque alios actus virtuosos in abscondito custodit ac conservat, *tr. 32. d. 4. per totum.*

Tu es qui venturus es? Legatis Judæorum ad Baptistam venientibus, ut interrogent eum an ipse sit verus Messias, magna hic divinus præco utitur diligentia ut eos de veritate edoceat; *Confessus enim est & non negavit.* Et iterum de Christo ait: *Ipse est, qui post me venturus est. Cujus ego non sum dignus ut solvam ejus corrigiam calceamenti. Joan. 1. v. 27.* At vero suosmet discipulos in veritate volens instruere, tantum legimus quod duos ex eis mittat. Cujus discriminis ratio hæc est; Judæi qui maximo odio & ira contra Christum fervebant non tam facile convinci poterant de veritate, quam discipuli Joannis qui illum amabant. Magna enim vis & efficacia est iræ quæ intellectum excæcat, absorbet discursum, & rationem, & iratum stulto similem reddit. *tr. 39. disc. 5. per tot.*

Euntes renuntiate Joanni quæ audistis & vidistis. Non verbis sed miraculis & operibus fidem in se plantare voluit Christus Dominus. Voluit enim se potius manifestum facere sui muneris adimpletione quam multis locutionibus voluit procul dubio divinus Magister ostendere Fidem, nisi per opera eidem consonantia vivificetur, mortuam esse, *tr. 29. disc. 6. per totum.*

Pauperes Evangelizantur. Hoc ly *Evangelizantur*, si active sumatur, idem est, ac pauperes prædicant, quo supposito ad quæstionem respondet Abulensis quæst. 16. quod hoc ponitur tamquam miraculum inter cætera miracula: Valde enim mirabile fuit, quod viri sine litteris prædicarent; nec quod solum prædicarent, verum etiam quod haberent constantiam aperiendi & loquendi aliquid coram hominibus. Unde veræ fidei specimina & argumenta sunt, quod pauperes Piscatores per illam ad crucifixi adorationem compararint reges & regna &c. *Tr. 29. disc. 21. per totum.*

Illis autem abeuntibus cæpit Jesus dicere de Joanne. Hoc sermone providus Dominus & Magister magnis Joannem extollit encomijs, nec id quidem sine ratione; nam paulo ante dixerat, *Beatus qui non fuerit scandalizatus in me*, voluit autem Dominus ab hoc errore excludi Joannem, eum mirifice extollens sed cur alijs in occasionibus veluti in Jordane cum à Joanne multum commendaretur pijssimus Dominus ad ejus laudes omnino mutus fuit, & hic illum ita commendat? ratio est; quia hic falso judicio turba Joannem dehonestare videbatur, tunc valde largiter à Christo evehitur, & apparentes ac falsas injurias veris laudibus retundat. Sic qui injurias libenter tolerat Dei benevolentiam ac defensionem sibi conciliat. *Tract. 36. De Injurijs disc. 9. per totum.* Item injuriatores multis titulis utiles nobis sunt. *Ibid. d. 10. per totum.*

Quid existis in desertum videre. Joannes septennis in deserto in tot magnis ac tam præclaris virtutibus educatus est. Merito ergo Joannis laudes à deserto decantantur: Ab educatione enim homines mores ac virtutes pullulant, ut qui in primis vitæ annis addiscuntur, mores in ætate magis matura similiter adhærere ut plurimum solent, *tr. 23. d. 6. per totum.*

DOMINICA III. ADVENTUS.

Miserunt Judæi ab Jerosolymis Sacerdotes & Levitas ad eum ut interrogarent tu quis es? Mittitur hæc legatio, ut Pontifices cognoscant, an Joannes sit Christus, nam, ut clare patet ex text. *Luc. 3. v. 15.* hæc opinio maxime versabatur in omnium ore. *Existimante populo & cogitantibus omnibus in corde suo de Joanne, ne forte ipse esset Christus.* Sed volebant hi Christum lancea occidere capientes Sanctum Joannem pro lancea, qui si acceptaret Messiatum quem ei offerebant videbatur eis quod Christus lancea confoderetur; sed nec eadem lancea Judæi seipsos confoderunt; Hoc enim habet malitia invidi, qui ex alienis bonis contristatus malum sibi inde accersit, *tr. 38. disc. 13. per totum.*

Miserunt Judæi ab Jerosolymis Sacerdotes & Levitas. Mali certe Principes, qui ex officio obligati erant, procurare ut populus reciperet Christum pro Messia, ex invidiâ quâ contra Christum fervebant; conantur hanc Messiæ dignitatem à Christo auferre & Joanni attribuere, ex quo patet quam obstinata fuerit Judæorum contra Christum invidia, *tr. 38. d. 19. per totum.*

Ut interrogarent eum tu quis es? Videntur principes Jerusalem velle implere officium suum, quærendo ex vestigio Messiam, apparenter valde soliciti pro populi salute; & tamen, cum Sanctus Joannes quem adibant, eum ostenderet eis, nolebant eum recipere; & tamen hanc interrogationem tam solicitam in sui commendationem cedere optabant. Veri certe Hypocritæ qui Deum & quidquid ad divinum ejus cultum pertinet suæ gloriæ servire faciunt, propter quod in suis transgressionibus inexcusabiles existentes severe punientur, *tr. 33. d. 8. per totum.*

Confessus est quia non sum ego. Recte potest dici de S. Joanne, quod Spiritus Sanctus de Davide dixit: *In omni opere confessionem dedit sancto*; sicque & nobis faciendum & omnia quæ habemus bona per bonam intentionem ad gloriam Dei referenda sunt; nisi illa perdere velimus, *tr. 37. d. 3. & sequentibus.*

Non sum ego Christus. Cum Sanctus Joannes haberet tot excellentium dona virtutum se adeo humiliavit repetens: *Non sum, non sum ego Christus*; nobis ostendere volens humilitatem summam esse Doctrinæ à Christo nobis traditæ, ut eamdem in similibus occasionibus ad ejus imitationem exercere valeamus, &c. *tr. 32. d. 7. per totum.*

Non sum ego Christus. Manifesta certe responsio ad callidam illam sacerdotum interrogationem. Sed quid est, quod divinus Baptista ad se bona intentione venientes ut baptizarentur acriter increpat, eos genimina viperarum vocitando, his autem sacerdotibus & Levitis tam benigne respondeat? ratio est, quia hi legati cum essent ex ordine sacerdotali licet impij, eos tamen reverenter alloquitur illorum præclaram dignitatem venerans; sacerdotes enim licet indigni tamen honorandi sunt, *tr. 22. d. 24. per totum.*

Non sum ego Christus. Non fuit S. Joannes ut Lucifer qui à Deo multis cumulatus beneficijs adhuc sibi ultro ingratus arrogare ausus fuit quod Deo debebatur, unde quoque reprobatus est: S. Joannes vero recognoscens beneficia à Deo recepta stat in veritate firmus nolens quidquam sibi arrogare quod Dei erat, unde majoribus honorari dignus fuit gratijs. Dum enim Deo pro receptis gratijs nos gratos præstamus Deum, ut majores nobis largiatur velut debitorem nostrum obligamus, *tr. 30. disc. 6. per totum.*

Ego vox clamantis in deserto. Joannes vox erat, quia totum quod in eo apparebat vox erat; Oculi, manus, vestis, cibus, modus vivendi & quidquid in eo erat clamabat per bonum exemplum quod præbebat, ac proinde vox ejus ad persuadendum erat efficacissima, si enim boni illius quod persuadere volumus, aliquod in nobis præmittimus exemplum auditori illud facilius persuadere & imprimere poterimus, *tr. 27. d. 3. per totum.*

Ego vox clamantis in deserto. Quædam in his verbis videtur adesse contradictio; nam quomodo tam altum & sublime de se prædicat officium prædicatoris & mox se indignum reputat ut solvat calceamenta in pedibus Salvatoris: Divinus Baptista, quamvis ad tantum dignitatis apicem esset evectus & in tam sublimi munere collocatus tamen propriæ humilitatis agnitionem non perdidit, & ita faretur id ad quod illum divina gratia extulit, nempe ut esset vox Dei, & etiam illud quod existimabat ex proprijs meritis sibi esse condignum, ut scilicet non esset sufficiens ad solvenda calceamenta Christi in nullo enim fastigio dignitatis cognicio propriæ Vilitatis perdenda est, hoc enim vera requirit & exigit humilitas, *Tr. 32. d. 20. per totum.*

Cujus ego non sum dignus ut solvam corrigiam ejus calceamenti. Joannes se indignum professus quod solveret corrigiam calceamentorum ejus, dignus factus est non tantum veniendi ad calceamentum Christi sed etiam ad verticem ejus; quanto enim quis se magis humiliat tanto magis exaltatur, *tr. 32. d. 8. 9. 10. 11.*

DOMINICA IV. ADVENTUS.

Anno Quintodecimo Imperij Tiberij Cæsaris Luc. 3. Non sine singulari Mysterio Evangelista hic apponit omnes qui in exordio prædicationis Joannis principabantur, nam describere volebat miserrimum statum ad quem respublica Judaica devenerat, & ideo in extrema illius terminatione atque ultima conclusione Herodem, Philippum & Lysaniam ponit: nam *hi tres Fratres* erant, filijque Herodis Idumæi: & reipublicæ in eo stat universalis ruina, quod totum illius regimen inter consanguineos & amicos sit divisum, alij namque partes horum non sequentes ad justitiam habere aditum minime valeant, ex quo advertendum quantum conservationi reipublicæ interit ut Judices se ab amicitia seu Parentela moveri nullo modo sinant, *tr. 40. d.*

Factum est verbum Domini ad Joannem in deserto. Imperat Deus Joanni ut expleat munus sui præcursoris, & licet ipse sum exire desideraret, detinuit se tamen per variarum virtutum bonorumque operum exercitationem in deserto, quia si volumus per sacra verba & officium prædicationis quemdam in populo fructum facere, oportet ut opera bona præcedant quæ plus persuadent quam verba, *tr. 27. disc. 2. per totum.*

Factum est verbum Domini ad Joannem in deserto. In deserto Joannem ad certos annos degere voluit Deus, ut in eo supponeret scientiam legis ejus ut fundamentum officij prædicationis, Sapientia enim & scientia sacra in Ecclesiasticis requiritur, *tr. 22. d. 34. per totum.*

Factum est verbum Domini ad Joannem in deserto. Joannes in deserto pelle Cameli vestitus legitur; quod vestimenti genus olim vitæ austeritatem & sanctitatem denotabat. Sic quoque Deus vult primam vestem quam debet ferre sacerdos sacrificaturus esse tunicam albam ex lino, valde angustam quæ bene conveniat & perveniat usque ad pedes, ad declarandum quod is qui debet offerre Deo sacrificium totus vestitus esse debeat sanctitate & munditia, *tr. 22. d. 4. 5. 6. 7. 8. per totum.*

Et venit in omnem regionem Jordanis prædicans Baptismum pœnitentiæ. Illud hic maxime notandum, quod Joannes in exordio suæ prædicationis non incipit prædicare Christi Domini divinitatem, vel ejus eximiam potestatem, sed Baptismum in remissionem peccatorum; quod quidem secundum litteram intelligendum est de vero ac reali baptismo, credibile tamen est Joannem in sua prædicatione alias ad pœnitentiam excitantes pertractasse materias, veluti etiam ex textu patet, dum inquit; *Gemmina viperarum quis ostendit vobis fugere à ventura ira? facite ergo fructus dignos pœnitentiæ. Luc. 3. v. 8.* Per quæ verba futuræ vitæ pœnas ijs indicare voluisse non immerito dici potest; discant igitur hinc prædicatores de pœnis inferni sæpe ad populum verba facere, *tr. 34. disc. 1. per totum.*

Prædicans Baptismum pœnitentiæ. Erat Joannes ordinarie baptizans in Jordanis flumine. Quæri posset cur potius in hoc quam in alio? inter varias à sanctis Patribus productas rationes hanc Glossa ordinaria hic assignat: *Joannes baptizat in Jordane, ut ibi aperiretur janua regni cœlestis ubi datus est aditus filijs Israël in terram promissionis.* Veluti ab ipso loco inductus, in quo cum Deus unum largitus esset beneficium, per ejus veneretionem tamquam gratitudinis exhibitionem induceretur ad aliud excellentius communicandum. Gratitudo enim majora in nos Dei provocat beneficia, *tr. 30. d. 6. per totum.*

Ego vox clamantis in deserto, parate viam Domini. Videtur dicere quod Abacuc prophetice insinuat, *Ante faciem ejus ibit verbum:* Verbum forte, clamorosum, indefessum, pro salute populorum solicitum; omnibus prædicatoribus exemplum præbens quanta, in ministerio sacro & promovenda animarum salute, Vigilantia sit necessaria, *tr. 22. d. 32. per totum.*

Omnis Vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur. Recte quidem per valles difficultates in via virtutis occurrentes, per colles vero & montes maligni Spiritus offendicula ponentes intelligi possunt. Sed magis placet mens S. Augustini *serm 36. de sanctis.* Chrysost. *Hom. 10. in Matth.* D. Gregorij; *Hom. 20. in Evang.* Leonis *serm. 7. in quadrages.* dicentium quod sententia hæc idem valet, ac illa Christi Domini *Luc. cap. 14. v. 11. Qui se humiliat exaltabitur & qui se exaltat humiliabitur*, quo supposito; tunc omnis vallis implebitur, quando veri humiles per valles significatur specialiori titulo cœlorum regnum (in quo omnis impletio est & societas) sibi acquirunt, *Tract. 32. disc. 16. per totum*, Mons vero omnis & collis humiliabitur, quando Dæmon qui per superbiam voluit mons erigitur per humilitatem vincitur: *ibid. d. 17. per totum.*

DOMINICA INFRA OCTAVAM NATIVITATIS D. N. J. C.

Erant Pater ejus & Mater mirantes super his quæ dicebantur de illo Luc. 2. Res divinæ altaque mysteria, quæ captum nostrum superant, licet sint nota, mentis tamen nostræ sese iterum ad illa recipienti, admirationem causant, ut hæc admiratio nos in amorem & obsequium Domini impellat, aut per timorem divinorum Judiciorum avocet & ita admirabantur Joseph & Maria, non hærentes in sola admiratione sed transibant ad amorem & obsequium Domini, mirantur vero peccatores, cur damnati qui Deum temporaliter offenderunt in inferno nihilominus in æternum sint puniendi sed pauci emendantur, cujus divini rigoris varias ad Auditorum admirationem rationes habes, *tr. 34. disc. 30.*

Erant mirantes. Mirabatur Virgo ea quæ de Christo spargebantur, & subjungit D. Lucas: *Hæc conferebat in corde suo*, nec tibi sufficiat audire solum mysteria Dei & tuæ Salvationis, sed illa conferas in corde tuo & rite perpendas ut illis gratus respondeas si amorem Dei in illis experiris beneficiorum enim divinorum recognitio nec non sedula recogitatio ex eaque orta gratitudo, legis divinæ observantiæ, perfectioni & charitati cooperatur, modo cum corde puro & mundo hoc tributum exsolvamus, *Tr. 30. disc. 9. per totum.*

Et benedixit illis Simeon & dixit ad Mariam Matrem ejus. Cum Simeon Jesum in manibus haberet Parentibus benedixit. Videtur autem quod hæc benedictio fuerit valde specialis, uti Carthusianus hoc in loco ponderat, dicens: *Benedixit illis, quod quamvis Simeon minor esset illis sanctitate, erat tamen major dignitate, nempe officio sacerdotali.* Nam proprium est majoris minorem benedicere. Ex quo expende quanta sit dignitas & potestas sacerdotum, *tr. 22. d. 9. 10. 11. 12. 13. per totum.*

Ecce positus est hic in ruinam & in resurrectionem multorum. Per quam eleganter D. Fulgentius lib. 1. ad Thrasymundum regem Cap. 4. apte ad hunc textum scribit: *Ibi ergo male credentibus ruinam perfidia generat, ubi recta credulitas fideles exaltat.* Ubi recte ponderat, quod perfidiæ tribuatur ruina, fidei vero exaltatio. Fides enim nostra est omnium bonorum nostrorum Principium & fundamentum, *tr. 29. d. 1. per totum.*

Ecce positus est hic in ruinam & in resurrectionem multorum. Optime, uti præcedenti explicatione dictum est, perfidiæ tribuitur ruina, fidei vero exaltatio; quæ explicatio confirmatur ex D. Gregorio Nyssen. in Caten. D. Thomæ, quia quando Simeon loquitur de auxilio & salute à Deo hominibus præparata loquitur per respectum ad omnes. *Quod parasti ante faciem omnium populorum*; quia Deus ex se omnibus dat salutem & sufficientia media. Cum vero sermo est in ordine ad executionem & effectum, ait per respectum ad multos: *In ruinam & resurrectionem multorum*, quia multi efficaci Dei auxilio in Christo vitam, gratiam & gloriam invenerunt, multi vero etiam ruinæ & damnationis occasionem habuerunt; ij vel maxime fideles qui promissiones in Baptismo factas non adimpleverunt, & communicato fidei lumini non correspondent, *tr. 29. d. 14. per totum.*

Et in signum cui contradicetur. Multæ & variæ sunt hujus loci expositiones omissis pluribus. Christus Dominus dicitur positus in signum quod à nobis imitandum est; vel dicitur signum quia ejus fides est nota populi Christiani, huic tamen signo Judæi ac Hæretici moribus ac verbis contradixerunt, sicuti autem Christus ob varias contradictiones populi Judaici tantum abest, quin obscuratus sit verum magis clarificatus, ita quoque fides sua quæ est Ecclesiæ Romanæ tantum abest quin in successoribus suis fuerit obscurata, quin potius per Æmulorum contradictiones & confutationes confirmata & stabilita, *tr. 29. d. 22. per totum.*

Et tuam ipsius Animam pertransibit Gladius. D. Hilarius *in Psalm. 118. litt. Gimel*; gladium hunc explicat esse severitatem divini Judicij. Cujus quidem sententia, licet quantum spectat ad B. Virginem non sit tenenda, cum non videatur ratio cur purissima hæc Virgo, quæ nec Originale habuit, nec actuale quodcumque peccatum sive mortale, sive veniale perpetravit, in illo die timere sibi deberet; credibile tamen est quod ex compassione quoad alios qui rigido huic tribunali subjicientur animam virginis aliquis spiritualis gladius pertransibit cum etiam Angeli ob Judicij illius terribilitatem, & rigorem commovebuntur, *tr. 41. d. 6. per totum.*

Et erat Anna &c. Vidua usque ad annos octoginta quatuor, quæ non discedebat de templo jejunijs & objecrationibus serviens die ac nocte. Optimo ordine Spiritus Sanctus miram Annæ continentiam describit, non tantum à statu quo ante Matrimonium Virgo, & postea per tam longum tempus in castitate permansit; sed etiam à Medijs quo illam acquisivit, jejunijs, inquiens, & obsecrationibus serviens die ac nocte. Excessus enim in Cibo & potu est concupiscentiæ carnalis incentivum, *Tract. 31. disc. 8. per totum.*

DOMINICA INFRA OCTAVAM EPIPHANIÆ.

CUm Jesus factus esset Annorum duodecim ascendentibus illis Jerosolymam secundùm consuetudinem diei festi Luc. 1. v. 41. Singulare quoddam in se continet mysterium, quod Christus se ita exhibeat in templo, quo adimpleta videtur Prophetia Malachiæ, qua dicitur quod subito se deteget in templo; quod autem hoc factum sit secundùm consuetudinem diei festi voluit absque dubio indicare solicitudinem, quam Deus semper circa festorum sanctificationem exhibuit, *De qua vide tr. 28. d. 2. per totum.*

Cum factus esset Jesus annorum duodecim ascendentibus illis Jerosolymam secundùm consuetudinem diei festi. Lex olim ter præcipiebat viros ascendere templum Jerosolymitanum. Unde Deuteron. 16. v. 16. *Ter*, ait, *per annum omne masculinum apparebit in conspectu Domini Dei tui, in loco quem elegerit Dominus.* Sed hic mox dubitabis, quomodo lex juberet ut viri soli ascenderent relictis domibus desertis cum solis mulieribus ex quo fieri potuisset ut facile ab hostibus diriperentur? Cui dubio mox occurrit Dominus. Exod. 34. v. 24. *cum tulero gentes, ait, à facie tua, & dilatavero terminos tuos, nullus insidiabitur terræ tuæ, ascendente te, & apparente in conspectu Domini Dei tui ter in Anno.* Ac si dicat, cum sanctificabis dies festos meos, ne metuas hostes tuos, multus est fructus sanctificationis festorum, *Tr. 28. d. 12. per totum.*

Ascendentibus illis Jerosolymam secundùm consuetudinem diei festi. Narrat D. Matthæus cap. 2. v. 22. quod cum Joseph tenderet cum puero in Jerusalem, & audisset quod ibi regnaret Archelaus, *Timuit illuc ire*; quomodo igitur nunc cum puero tendit in Jerusalem Archelao adhuc regnante? Responderi potest, & quidem apte, quod quamvis Joseph cum puero in eadem Civitate & loco cum Archelao habitare timuerit, minime vero in diebus Paschæ cum Eucharistici panis typus, paschalis videlicet agnus immolabatur, cui valde est peculiare vires ministrare & timorem hostium qua visibilium, qua invisibilium excutere. *Tr. 26. d. 17. 20. 21. 22. per totum.*

Ascendentibus illis Jerosolymam secundùm consuetudinem diei festi. Adhuc quæri potest, quod in triplici solemnitate omnes ad Jerosolymitanum templum irent, & Christus Dominus una cum parentibus, ter ad illud ascenderet. Cur igitur non in festo Pentecostes, vel tabernaculorum, sed in Paschali tantum se manifestat? Respondetur: In festo Paschæ divinæ Eucharistiæ figura Paschalis immolabatur agnus; & Christus Dominus ubi tanti Sacramenti umbram vidit, se cohibere non potuit, quin suavissimos doctrinæ ac beneficentiæ suæ diffunderet flores; sic adhuc Eucharistia sacra, lumen, scientiam & Dei mysteriorumque divinorum infundit cognitionem, *tract. 26. d. 25. per totum.*

Cum factus esset Jesus annorum duodecim, Ascendentibus illis. Christus Dominus singulis annis à Nazareth in templum cum suis semper ascendebat Parentibus. Cur autem duodecim annorum elegit ætatem: & non majorem vel minorem ad seipsum declarandum & tunc inter doctores interrogans & audiens eos se manifestat? Lyranus hic respondet: *Ut à pueritia ostendat zelum suum erga spiritualia*; docens nos Pueritiam & Adolescentiam præ quavis alia ætate ad vitium proclivem fræno opus habere & in bonis rebus semper exercitandam, ut sic reliquis vitæ annis, in quos boni vel mali mores in pueritia comparati transmittuntur, optima regula præfigatur, *tr. 23. d. 7. per totum.*

Consummatisque diebus, remansit puer Jesus in Jerusalem. Notanter dicit Evangelista, consummatisque diebus. Quia indicare vult, non ante Parentes Jesu reversos esse in Jerusalem, nisi solemnitate undique expleta, Dei enim festivitates non ex parte sed undique sunt colendæ & in nullo profanandæ, *tr. 28. d. 14. per totum.* Dæmones autem, ut nos ad dies festos profanandos inducant nullum non lapidem movent; quibus proinde generosè resistendum, *ibid. d. 7. per totum.*

Consummatisque diebus remansit puer Jesus in Jerusalem. Insciis parentibus remansit puer Jesus in Jerusalem; cujus moralem rationem affignat D. Gregorius *lib. 6. in Cap. 8. Lucæ* dicens: *Magister qui de exteris præbet exemplum, atque ipse præceptor ipse etiam suorum executor est præceptorum.* Christus Dominus prius adimplet, quæ nobis erat præcepturus, suis enim erat impositurus mandatum, ut propter se relinquerent Patrem & Matrem. *Luc. 14. v. 26.* sic ipse propter nos Patrem & Matrem relinquere voluit, ut nostræ saluti æternique Patris sui honori consuleret. Sic quoque obedientia quam filij Parentibus debent, non habet locum in Casibus quando de virtum Dei & salus animæ præferri debent, *Tr. 59. disc. 10.*

Remansit puer Jesus in Jerusalem. Magnus profecto fuit ob Absentiam Jesu Virginis dolor, licet tantum absens esset quoad corpus, optimeque Virgini constaret quoad animam sibi intime præsentem, præsentia dilectionis: Ast quantus dolor non obruet nos quando in æternum pœna damni recedet ab animabus nostris, *tr. 34. d. 22. per totum.*

Et factum est post triduum invenerunt illum in templo sedentem. Certum est quod Christus Dominus miraculose se potuerit sustentare, ita ut nullo indigeret cibo: cum tamen ex divina providentia habeamus, ubi humana adesse potest industria, ordinarie ad miraculum recurrendum non esse, ideo hic quæri potest, quomodo Christus Dominus se hoc triduo sustentaverit? Respondent communiter Sancti Patres, quod Christus Dominus in hoc triduo ostiatim mendicaverit, & ad pauperum hospitia se receperit. Unde Mellifluus Bernardus *Hom. infra octav. Epiph.* ore mellito cum puero, loquens, ait: *Domine Jesu, quis te cibavit in illo triduo? Quid dicam Deus meus? ut te per omnia nostræ conformares paupertati & in te humanæ naturæ Calamitates reciperes, quasi unus è turba pauperum stipem per ostia mendicabas.* Unde quanti adhuc pretij apud Deum sit Eleemosyna facile colligendum, *tr. 24. discursibus variis.*

Et videntes admirati sunt. Et dixit Mater ejus ad illum: Fili quid fecisti nobis sic? Cum beatissima Virgo ancillam Domini se profiteatur, hæc verba, *Fili quid fecisti nobis sic?* per modum increpantis dicta non fuere, ut arbitratur D. Bonaventura hic; sed vel sunt prolata per modum admirationis interrogantis; ut vult Toletus *Annot. 67.* vel per modum amorosæ quærelæ; & ut ait Cajetanus hic; *In præsenti Virgo non arguit, sed querelam nescientiæ propriæ vocem deprimit: nec quærit causam cur fecerat, cur inuluerit dolorem, sed affectum manifestat.* Pulchra certe doctrina de modo quo Parentes filios delinquentes coercere debent, *tr. 19. d. 8. per totum.* Nimius enim Parentum rigor, nimiaque eorumdem benignitas in filios per quam illis gravia damna conciliat, *ibid. d. 9. per totum.*

Fili quid fecisti nobis sic? Timotheus Presbyter. *Orat. de occursu Domini*, quæ habetur in Bibli theca magna, *tom. 4. in fine*, ita ait in persona virginis, *cur interrogas & doces, qui nondum literas didicisti? cur pro Sapientiæ doctore te geris? cur invidiam adversus te concitas? Ecce ardentibus oculis te undique aspiciunt; jam dentibus suis stridunt, tamquam feræ bestiæ, quæ adversus agnum tenerum moventur.* Ubi primum tanta eos manifestata Sapientia antecelluit, omnes invidia moti; mors jam in eorum animis parabatur ei, nam ut ait Petrus Blesensis. *Epist. 97. Invidiæ proprium est, laudem alterius suam reputare injuriam, tract. 38. d. 13. & 14.*

Et descendit cum eis & venit Nazareth: & erat subditus illis. Christus Dominus non uno alterove anno, sed per longum tempus ad annum usque trigesimum parentibus suis subditus fuit, adhoc ut reliqueret nobis exemplum obediendi Parentibus nostris. Cujus obedientiæ quanta sit obligatio. *Vide tract. 23. disc. 11. & sequentibus per totum.*

DOMINICA II. POST EPIPHANIAM.

NUptiæ factæ sunt in Cana Galilææ Joan. 2. Miraris forte audiens Jesum venisse ad nuptias sed eas acceptavit dominus non ad delicias sed quando conveniebat, ad nostram doctrinam & utilitatem, docens nos quomodo etiam in nuptijs ubi ordinarie ultra necessitatem cibi apponuntur, ad necessitatem tantum sumendi sint, *tract. 31. disc. 15.*

Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ. Si à sensu literali ad mysticum transire placet, tunc nuptias celebrat Deus dum per communionem corporis & sanguinis sui veluti spiritualem cum animabus nostris copulam init & unionem, nosque divinitatis suæ reddit participes, *tr. 26. d. 5. & 7.*

Et erat Mater Jesu ibi. Rupertus Abbas Tuitiensis, *Lib. 2. in Joan.* pulchre in hunc locum commentatur, dicens: *Magnum & cunctis Sanctæ Ecclesiæ spectandum ordinibus humilitatis exemplum, quod Mater Jesu virginum Domini templum; illibatum Sancti Spiritus sacrarium, non asperuata est carnalium interesse celebritati nuptiarum.* Quamvis enim sacratissima virgo maximis Spiritus Sancti donis esset exornata, tamen inde nihil sibi sublime adscripsit, nec alias longe minora dona habentes contempsit, quanto enim quis majori lumine à Deo est prædituus, Deoque vicinior factus tanto magis se humiliat, *tr. 33. disc. 18. per totum.*

Vocatus est autem Jesus & discipuli ejus ad nuptias. Dominus Jesus, ut quantis donis amici sui essent ariicienda, explicaret, ad has nuptias venit: Nam, si in illis, quibus ut amicus adfuit, tot operatus est signa, quid in spiritualibus

tualibus nuptiis fiet, in quibus ipse est sponsus videlicet in venerabili Eucharistiæ Sacramento? Unde pulchre Petrus Damianus *Lib. 7. Ep. 19.* ad Blancam: *Illic Jesus aquam convertit in vinum; hic idem Jesus & vinum semetipsum fecit & cibum.* De variis sacræ Eucharistiæ excellentiis & effectibus vide *tract. 26.* discursibus variis.

Et deficiente vino dixit Mater Jesu ad eum, vinum non habent. Hunc defectum vini ex invitantium paupertate provenisse communiter asserunt interpretes: non enim convivantium intemperantia hoc præstitit, nam ubi aderat Christus, totius moderationis norma, omnis immoderatio gulæ abierat. Gula enim, Dei & gratiarum ejus est inimica. *tr. 31. Disc. 12. per totum.*

Dixit Mater Jesu ad eum, vinum non habent. Maria, inquit Euthymius hic, *deprecata est filium pro deficientis vini miraculo: bis qui vocaverant gratiam volens rependere.* Sanctissima Deipara ut se benigno invitantium affectui maxime gratam exhiberet eorum inopiam miraculo intendit compensare; gratitudinis volens exercere virtutem. *De cujus virtutis pulchris effectibus & varijs variorum exemplis. Vide tr. 30. disc. 7. & 8. per totum.*

Quid mihi & tibi est mulier? circa genuinam horum verborum intelligentiam fœdi variorum hæreticorum irrepserunt errores quos refutatos vide apud Sylveiram. *tom. 2. c. 1. q. 17.* genuinus autem horum verborum sensus est, quod Christus Dominus ore sereno atque benigno ita severe aliquantulum locutus est, non propter Genetricem, in ea enim nihil reprehensione dignum dari poterat sed propter circumstantes, ut omnes instrueret, quod in his, quæ sui muneris erant, ad Patrisque obsequium & hominum salutem spectabant, nullo carnis aut sanguinis affectu, sed puro tantum in Deum ducebatur, respectu & ita quoties suspicari poterat carnis amorem interrumpere ea, quæ Patris sui erant aspere respondet; ad exemplum omnium Ecclesiasticorum ad quos ordinarie spectat ea quæ Dei sunt exequi nihil horum facere humani alicujus respectus sed solius Dei intuitu. *tr. 22. disc. 3. per totum.*

Quid mihi & tibi est mulier? nondum venit hora mea. Virgo dum dixit: *Vinum non habent*; Eucharistiæ institutionem petere videbatur. Ita D. Irenæus *lib. 3. c. 18. Fervore quodam*, ait, *ducebatur Deipara bibendi sanguinis Christi poculum.* Et ad hoc respondet Christus: *nondum venit hora mea.* Sed valde mirum quod Christus Dominus ita acerbè virgini respondeat; dum cœlestis convivij desiderio rapiebatur? Eleganter respondet D. Augustinus *serm. 41. de temp. Quod vinum est*, ait, *quod optimum judicatur, quod Architriclinus quæritur sero prolatum, nisi sanguinis dominicæ passionis? hoc est enim, quod Deus in horam suspendit.* Quando fervida acceleratione virgo ad cœleste convivium rapitur desiderio, à Christo repellitur, non ob seipsam, quæ purissima erat, verum in eruditionem nostram; quia ad mensam tantam non est festinanter sed alta præparatione accedendum. *tract. 26. disc. 26. & 42. per totum.*

Erant autem ibi Hydriæ lapideæ sex positæ secundùm purificationem Judæorum. Hæ particulæ, secundùm purificationem Judæorum, evidenter ostendunt, in his Hydriis adhuc vinum non fuisse, cum enim Palestina raros habeat fontes, Hydriæ illæ aqua plenæ semper servabantur, ut si convivantium aliquis immundiriam aliquam contraxisset, flumina petenda non essent, sed in eis prope purgaretur. Moraliter autem hoc supposito D. Gaudentius *tract. 2.* inquit; *Non possum parcere purificationi Judæorum immundæ: Lavant polluta corpora, ablata statim polluunt: semper impuri sunt & ut dici solet, laverem lavarat. Illum laverem, quem paraverunt in Ægypto, Pharaone diabolo, exhibentes seipsos arma iniquitatis peccato.* Semper unusquisque antiquorum mores ebibit; cum igitur in Ægypto Judæorum majores operibus luti laterisque instarent, & inde frequenter polluti seu idololatriæ fæce inquinati abluebantur inde hujusmodi consuetudo est ad posteros derivata, non ex lege sed ex majorum traditione. En quanta vis exempli majorum. *tract. 19. disc. 4. & 6. tractata. 27. disc. 12.*

Erant ibi sex Hydriæ lapideæ. Aderant in mensa alia pocula, aderant & alia vasa, sed ad miraculum patrandum Hydrias eligit, erant enim ad Judæorum purificationem posita, & purissima erant; & ideo non incongrue dici potest, quod Hydriæ ad hanc vini conversionem eliguntur, quod illa sacram Eucharistiam adumbrarent; tanti enim mysterij figura in mundo purissimoque loco receptaculum sium tantum habere poterat; si autem tanta puritas figuræ exhibita, quæ igitur non est exhibenda figurato. *tract. 26. disc. 28. per totum.*

Dixit eis Jesus implete Hydrias aqua. Vinum ex aqua potius quam ex alia re fecit, quia, ut in hanc sententiam eleganter ait Paschasius *lib. de Euchar. cap. 11. Bene in hoc mysterio nostra figura per aquam admittitur, ut unusquisque in illo Christi sanguine susceptum se intelligat & in meritis transmutatum. tract. 26. disc. 5. De unione nos inter & Christum in communione sacra. per tot.*

Gustavit Architriclinus aquam vinum factam. Dens quidem impleri jubet Hydrias aqua, id est, corda nostra vario tribulationum genere, quæ non immerito aquæ dici possunt, sed si earumdem bonum rectè pensare valemus, videbimus per eas nos, sicut & aliis modis invitari ad gratiarum actionem cum eædem, ob magnum quod ex ipsis capimus lucrum, nobis cedant in præstantissimum vinum quoddam spirituale. *Tract. 30. disc. 18. per totum.*

Omnis homo primo bonum vinum ponit, & cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est. Est vinum à Deo creatum in magnum hominis bonum, si eo, prout par est, homo utatur, magna etiam abusus ejus causat mala. *Quæ mala vide tract. 31. discursibus variis.*

DOMINICA III. POST EPIPHANIAM.

CUm descendisset de monte secutæ sunt eum turbæ multæ. Matth. 8. v. 1. Quid est quod turbæ non ascendunt montem ad Christum, sed descendentem sequuntur? Ratio moralis est: Ascendit Christus in montem, qui alienus erat ab omni peccato; ascendunt discipuli qui jam Christi Domini doctrina onus peccatorum deposuerant; & ideo expediti ac præcipites erant ut ad sublimia intendant; at turba peccatorum sarcina & pondere gravabatur, ideoque in altum scandere non valet: sic sola peccata onus illud grave sunt, quod nos in inferno detinet, ut vi cujus ad montem cœlestem scandere nequeamus. *tract. 34. disc. 31. per totum.*

Et ecce leprosus veniens adorabat eum. D. Gregorius ab Abulensi *quæst. 4.* relatus, notat, quod leprosus hic non ascenderit in montem sed Domino descendenti occurrerit, rationem hujus hanc assignat, quia non licebat leprosis intra urbes habitare ne alios inficerent. Quod si leprosi, qui aliorum corpora tantum inficiebant, ita necessum erat separari, qui non magis cavendi sunt scandalosi qui sunt veluti ligna ignem infernalem nutrientia. *tract. 27. discurs. 7. per totum.*

Et ecce leprosus veniens adorabat eum dicens, Domine si vis potes me mundare. Diligenter attendendum quomodo hic leprosus in petitione sua magna præventione usus sit. Perbelle ait Origenes *Hom. 5. in diversi.* in persona leprosi loquens: *Te ego ut Deum adoro, ideoque & Dominum dico, opera prius confessans & sic verba loquens.* Prius opera exhibet eum genu flexo adorans, & procidens in faciem suam, postea verba profert, ut facilius exaudiretur. Plus enim persuadent opera quam verba, & ideo illa præcedere debent. *tract. 27. disc. 2. per totum.*

Domine si vis potes me mundare. Magna fides resplendet hic, ut ponderat Eusebius Gallicanus *Hom. 3. post Epiph.* Magna enim fide facta est hæc leprosi petitio, ait enim *si vis potes me mundare.* Eum, ut Deum omnipotentem recognoscit, siquidem quidquid vult præstare potest. Et non dixit, ut notat Origenes *Hom. 5. in diversos.* Roga deprecare pro me ut dictum est Moysi; *sed si vis potes me mundare*; Christum Dominum recognoscens cum Deo Patre potestate æqualem; & hanc fidem adoratibne sua exhibita protestabatur, quæ cultus latriæ erat; unde & meruit tam cito exaudiri: Ex quo patet quam multa bona vera fides in se contineat; de quibus *vide tract. 29. disc. 3. per totum.*

Et extendens Jesus manum tetigit eum, dicens: volo, mundare. Leprosus iste veniens ad Dominum procidit in faciem suam, judicans se indignum ut ante Domini oculos appareret; ac proinde in faciem suam procidit, veluti cooperiendo faciem suam ac turpitudinem morbi sui. Christus Dominus hanc illius humilitatem honorans ac extollens non solum eum suis corporalibus oculis aspicit, sed etiam tactum manu ejus propria concedit. Humiles enim ad recipiendas gratias capaciores sunt, Deumque veluti ad se trahunt. *tract. 21. disc. 5. & 6. per totum.*

Volo, mundare. Accessit hic leprosus cum magna verecundia ad medicum genuflexus adorans, & quamvis in eo tanta esset erubescentia, tamen confessio ejus inde non impeditur sed publica ac patenti voce sanitatem postulans infirmitatem suam ac vulnera ulceraque manifestat; unde & id quod petiit impetravit. Qui enim pudorem suffert constans in servitio divino gratiam, amicitiam Dei, nec non criminum recipit indulgentiam. *tract. 25. disc. 7. per totum.*

Et ait illi Jesus: vade nemini dixeris; sed vade ostende te Sacerdoti. Eusebius *Hom. in Dom. 3. post Epiphan. præcepit ei*, inquit, *ut nemini dicat, prædicare namque & Dei miracula populis narrare sacerdotum est. Leprosus vero etsi mundus sit Sacerdos tamen fieri non debet: quoniam illi ad hoc*

officium eligantur, ut Apostolus ait, qui sine crimine sunt; noluit igitur Dominus leproso officium prædicationis committere, quod proprium est sacerdotum, qui enim alios docet, ipse irreprehensibilis appareat necesse est, ne verbum Dei contemnatur. *tract.22.disc.4.& 5.per tot.*

Sed vade, ostende te sacerdoti. Ad principem sacerdotum tamquam ad caput, & ad reliquos sacerdotes tamquam ministros spectabat mundatum à lepra inspicere & de ejus mundatione testimonium dare; ne ergo legem violare videretur & sacerdotis officium usurpare, & ut etiam de miraculi veritate omnibus constaret ad sacerdotes mittit. Et quamvis sacerdotes iniqui & sacrilegi essent, honorem tamen eis debitum mandat Dominus eis impendere. Ob personarum malitiam nolnit dignitatis Authoritatem diminuere ac defraudare: proindeque quamvis persona iniqua, dignitas tamen est veneranda. *tract.22. disc.24.25. & 26. per totum.*

Et offer munus tuum. Jubet Dominus munus offerre in gratiarum actionem: Deus enim gratiarum tributum pro beneficijs suis in lege naturæ, scripta & Evangelica semper postulavit. *tract.30.disc.2.per totum.*

Et offer munus tuum. Per leprosum optime peccatores significantur, uti docet Divus Augustin. *serm. 32. ad Fratres.* Christus Dominus ergo manum suam extendens tangit eum ad contritionem & pœnitentiam, & ad sacerdotem mittit, ut per ipsum absolvatur ac Deo reconcilietur, & tunc in Ecclesia Deo Patri gratissimum munus offerret scilicet dilectissimi Filij sui Jesu Christi corpus, in omnium peccatorum remissionem ac gratiæ omniumque donorum augmentum. Quo docemur communioni præmittendam conscientiæ purificationem. *tract.26.disc.30.*

DOMINICA IV. POST EPIPHANIAM.

Ascendente Jesu in naviculam secuti sunt eum discipuli ejus. Matth.8.℣.23. Navis hæc est Ecclesia, seu fides; in eamdem navim, in qua est Christus, ascendunt discipuli, quia ad salutem habendam requiritur ut ambulemus in fide ac Ecclesia Christi quæ est una, nempe sancta ac Romana & Catholica Ecclesia. *vide de hac Materia tract.29.discursus varios.*

Ascendente Jesu in naviculam secuti sunt eum discipuli ejus. Ex textu patet Christum prius intrasse in naviculam quam discipuli, quia Christus erat Dominus & quo vadit Dominus vadunt & famuli, sicut corpore ita & exemplo, unde colligitur quantum fructum Prælati causent, si suos subditos bono præeant exemplo. *tract.27.disc.5.per totum.*

Ascendente Jesu in naviculam secuti sunt eum discipuli ejus. Prius Jesus ascendit in naviculam; & ut ait Marcus. *c.4. v. 34. transeamus contra.* Seu ut D. Lucas narrat. *c. 8. v. 22. Avanseamus trans stagnum.* Insigne certe verbum, decens Imperatorem & Ducem. Transeamus, non enim suos jubet abire in mare ac in periculum; & ipse manet domi delicijs indulgens: sed simul cum eis pergit & dum præcipit simul ipse vadit ac prius ascendit; & optime quidem ad superiorum instructionem; Bonum enim exemplum magnæ est utilitatis & necessitatis præcipue in iis qui in regimine & superioritate alijs præsunt. *tract. 27. disc. 4. per totum.*

Et ecce motus magnus factus est in mari, ita ut navicula operiretur fluctibus. Divus Paschasius. *lib. 5. in Matth.* hanc maris commotionem asserit fuisse lætitiæ ostentationem ob præsentiam Dei ac Domini sui in qua ponderatione Paschasij dici potest, quod ubi primum mare agnoscit se dominum recepisse se sentiens indignum, ad sustinendum tantam majestatem, statim totis artubus contremiscit, aquarum voragines velut celerato cursu fuginnt ima maris commoventur, quid si hoc in insensibilibus, quanto non magis homo rationalis trepidabit ad præsentiam Domini sui maxime vero is qui indigne recipit in sacra Eucharistia. *tract. 26. disc.38.39.40.41. per totum.*

Et ecce motus magnus factus est in mari. Non inepte etiam per furentes ventos, sævientem tempestatem, insurgentes undarum voragines interpretari possunt, convitia, opprobria, injuriæ, quibus ab Adversarijs humanus animus degens in hoc sæculo impetitur, ex quibus irâ movetur ac effervescit, ut nisi in eis exurgat Jesus exurgat Jesus qui diabolo fi[illegible] pium benevolumque affectum, sine dubio humanum pectus inevitabile iræ ac vindictæ impelletur naufragium. Unde Christi jugiter in injuriarum tolerantia attendendum exemplum. *tract. 36. disc.7.per totum.*

Et ecce motus magnus factus est in mari. D. Cyrillus *in catena Græca.* D. Chrysologus *Hom. 21.* per hanc navim Ecclesiam Christi agnoscunt, quam Tyranni sua impia crudelitate, Hæretici suis falsis dogmatibus & erroribus impetunt, & spumosis fluctibus suarum quæstionum ac disputationum contra sacra dogmata Catholica, quæ potius fidei obedientia quam humana discursiva ratione sunt veneranda, insurgunt ac navim Christi opprimere intendunt; tamen invanum laborant & tantum abest quin oppriment, quin etiam potius per has ipsas contradictiones & persecutiones magis solideatur & in veritate stabiliatur ac confirmetur. *tract.29. disc.18.19. 20.21. & 22. per totum.*

Ipse vero dormiebat. Quare discipulis ita periclitantibus dormiebat Dominus. Respondet D. Basilius Seleucus *orat. 22. Adversus discipulos, cum tempestas depraliaretur, Dominus dormiebat. Et quod hoc tantum navigantibus præstum? O somnum! quo fidem dormientem ex media maris tempestate exire parabat.* Sæviente tempestate dormiebat Dominus, non inertia, sed studio, ut denotaret, quantum debeant vigilare, qui in hoc mundi mari navigant, utque dormientis discipulorum fidei damna indicaret atque argueret. Si enim ex eo quod sensu corporis dormiebat ipse, videbantur corpora periclitari, inde intelligerent, agnoscerentque discipuli, quod cum fides in eorum animis dormiret, in acerbissimis periculis naufragij se jactari ac versari. Fides enim scutum illud est, quod omnes à nobis hostiles ictus avertit. *tract.29.disc.4.per totum.*

Porro homines mirati sunt dicentes: Qualis est hic quia venti & mare obediunt ei Non absque causa mirabantur homines. Valde enim mirandum est, quod omnes creaturæ etiam intellectus ac prudentiæ expertes Dei jussioni deserviunt, idque in vicem gratitudinis; solus tamen ingratus homo non obstantibus innumeris in se collatis beneficiis ad gratitudinem surdus persistat & contumax, quod tantum malum sit. *vide tract.30.disc.25.26.per totum.*

DOMINICA V. POST EPIPHANIAM.

Simile est regnum cœlorum homini qui seminavit bonum semen in agro suo. Matth.13.℣.24. Homo iste extra omne dubium Deus est, qui tunc seminavit bonum semen in agro suo quando homini esse, illudque nobilissimum dedit, dum corpus ex luto compactum statuque suo animatum ad maximam utilitatem ejus illi imperrit, quapropter etiam ad gratiarum actionem præstandam obligatur. *tract.30.disc. 13.*

Simile est regnum cœlorum homini qui seminavit bonum semen in agro suo. Ager ille juxta communem Sanctorum Patrum doctrinam est Ecclesia; semen autem sunt sacra fidei dogmata, Sacramenta, virtutes in quibus consistit pulchritudo & fertilitas hujus agri: In hunc agrum autem superseminantur zizania, quando Christianorum vitia & mali mores sævissimam Ecclesiæ inferunt persecutionem. *tract. 29. d.12.per totum.*

Cum autem dormirent homines venit inimicus ejus & superseminavit zizania. Deus, qui per ipsum hominem significatur à principio mundi seminavit bonum semen in agro, id est, natura nostra: statim autem accurrit dæmon & superseminavit zizania malitiæ & odij, præsertim autem invidiæ & livoris cujus est principalis seminator. *tract. 38. disc. 8. per totum.*

Cum autem dormirent homines. D. Bernardus *lib. 2. de consideratione* per homines dormientes intelligit illos superiores qua sæculares qua Ecclesiasticos qui negligenti & scandalosa sua vita faciunt in agro Ecclesiæ prodire urticas, spinas & zizania peccatorum: scandala enim superiorum ad subditos transmitttuntur cum gravi & irreparabili hominum præjudicio. *tract.27.d.10. per totum.*

Venit inimicus homo & superseminavit zizania. Non immerito vocat inimicum suum hominem, quia aliquando homo est talis, ut vocetur dæmon & [illegible]lizat unus cum alio: maxime vero homo [illegible]us quia diabolo similis cum ira vitium sit diabol[illegible] *tract.39. disc. 8. per totum.*

Venit inimicus homo. Eleganter ait D. Chrysost. *Hom.47. in Matth. hominem inimicum ipsum diabolum, quia omnibus semper obesse conatur, merito appellavit.* Nullus major adversarius homini, nullusque majora nocumenta ei parat quam homo sibiipsi, & maxime homo vindicativus, ac proinde cum diabolus homo non sit homo tamen appellatur hoc loco ut aptius ejus furor & vindicandi libido, qua contra nos debacchatur, exprimatur, cum nulla major inveniatur, quam hominis in hominem & nulli magis noceat homo vindicativus quam sibiipsi. *tract.35. disc.26. per totum.*

Venit inimicus homo & superseminavit zizania. D. Augustinus *lib. 2. retract. c. 28. ex D. Cypriano*, cum adhuc aliis Patribus per zizania intelligi vult omnes malos & iniquos, quos diabolus inter fideles seminat, ut illi, sua mala vita ac scandalis probos perdant. Scandalum enim nidus est omnis malitiæ & zizania à dæmone seminata. *tract. 27. d.7. per totum.*

Domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo, unde ergo

ergo habet zizania? D. Paschasius *lib. 7. in Matth. Vox hæc; unde habet zizania?* inquit; *plena admirationis est, plena stupore & pavore: totum ergo se ignorare ostendunt:* Quomodo scilicet in bono agro bono semine repleto invento sint zizania. Unde concludit ipse Paschasius. *Idcirco cessat humana præsumptio; cessat Hæreticorum pravitas, quæ in divino judicio & præscientia Dei temere aliquid definire vel suspirare præsumunt, cum & ipsi Angeli pie interrogando se ignorare videntur, quo judicio contigerit.* Cum igitur videris hominem, ad imaginem Dei factum aberrare, vel aliquem in apice Ecclesiastico constitutum cadere; vel etiam in optimo observantiæ claustro, jacto bono regularis disciplinæ semine, zizaniam pestiferam herbam pullulare, noli aliquid temere judicare, sed humiliter totum altissimæ Dei providentiæ submitte. Judicare enim male de alijs zizania quædam est, quam dæmon seminat & nutrit. *tract.42. disc. 2. per totum.*

Dixerunt servi vis & colligimus ea? Et ait: Non; ne forte colligentes zizania, eradicetis simul cum eis & triticum. Mirum est, quod Dominus prohibeat auferri zizania; & ratio difficultatis consurgit ex illis verbis Apostoli. *1. Cor. 5. ℣.13. Auferte malum ex vobis ipsis*, hoc est, ut explicat D. Augustinus, *ut homo malus auferatur ex hominibus bonis quod fit per Ecclesiasticam disciplinam.* Sed difficultatem pulchre solvit. D. Paschasius *lib. 7. in Matth. Non dico*, ait, *ut contradicam illud Apostoli: Auferte malum ex vobis: quod contrarium huic loco sonare videtur, sed aliud est de manifestis apertisque criminibus judicare in Ecclesia; aliud de his quæ adhuc quasi in herba latent. Nam zizania, quod lolium esse dicimus, antequam in culmen veniant, tanta similitudo in eis est, ut discerni vix aut numquam possit, & hinc Dominus ait, finite usque ad messem.* Apostolus citato loco agit de publicis, quorum scelera sunt omnibus nota; Christus vero similitudine zizaniæ, quæ in herba vix differt à tritico, non de manifestis sed de ambiguis & occultis pertractat, in quibus dijudicandis facile potest errari. *tract.42. discursu 5.6. & 7.*

Et ait; non; ne forte colligentes zizania, eradicetis simul & triticum; finite utraque crescere usque ad messem. Pius certe Dominus, longanimitatem suam, qua peccatores expectat ad pœnitentiam, hic nobis indicat; qui cum omni hora suas sibi irrogatas possit abolere aut punire injurias tamen immenso suo beneficio pœnas removet & differt. *tr. 30. disc.15.& 16.per totum.*

Et in tempore messis dicam messoribus, colligite primum zizania & alligate ea in fasciculos ad comburendum. Tempus messis dies est judicij, & tunc postquam omnia fuerint demessa separate zizania; & ante omnia alligate ea in fasciculos. Zizania utpote damnata non excutiuntur, nec à pijs separantur, sed simul cum illis scilicet iniqui cum suis peccatis in fasciculos ad comburendum alligantur ut æterna ignis infernalis sustineant supplicia. *De variis inferni pœnis simulque natura ignis infernalis vide tract. 34. disc.7.8.9. & 10. per totum.*

DOMINICA VI. POST EPIPHANIAM.

Simile est regnum cœlorum grano sinapis. Matth. 13. ℣.31. Optime per granum sinapis quamvis sit parvum significatur doctrina fidei ac Ecclesiæ sanctæ ad indicandum ejus efficaciam, fructum ac propaginem. Prædicatio enim Evangelica è tenui cum Christo cœpit, ac per paucos Apostolos, humiles, pauperes, ignobiles in totum mundum dilatata est, quæ res vera veræ Ecclesiæ est nota. *tract. 29. disc.21. per totum.*

Simile est regnum cœlorum grano sinapis. Granum sinapis, ait Sanctus Augustinus *serm. 31. de sanctis. Magnum est non specie, sed virtute: prima fronte speciei suæ parvum est, vide despectum, non saporem præstans, non odorem circumferens, non indicans suavitatem; at ubi teri cœperit: statim odorem suum fundit & acrimoniam exhibet.*

In quo sensu per granum sinapis non immerito significatur Dominus noster Jesus Christus, qui priusquam humiliaretur & in Passione sua contreretur in majestate sua non agnoscebatur nec adorabatur. *tr.32.disc.8.per totum.*

Simile est regnum cœlorum grano sinapis. Sinapi suam virtutem non ostendit nisi postquam conteritur, imo ut ait Glossa Interlin. *quanto plus teritur, tanto plus redolet.* Sicque Ecclesia Catholica, quo majores adversitates ac oppugnationes contra eam exoriebantur, eo magis suam vim ac veritatem declarabat. *tract.29. disc.18.19.& 20.per totum.*

Simile est regnum cœlorum grano sinapis. Granum sinapis, ait D. Paschasius *lib. 7. in Matth. Christus Dominus est, ita teritur in corde, ut ora nostra gestu ferventia, vinido fructus sui sapore faciendat, in lamum etiam ut ab oculis lachrymæ præ nimio ardore decurrant.* Granum sinapis, sumptum in ore, si dentibus atteritur præ nimia sua activitate totum os calefacit. Christus Dominus digne & reverenter sub speciebus panis & vini sumptus, est nobis in ore, velut sinapis, totum hominem accendit ac calidum reddit erga cœlestia. *tract.26.disc.10. per totum.*

Quod minimum quidem est omnibus seminibus: cum autem creverit majus est omnibus oleribus. Granum sinapis significat Christum Dominum. D. Gregorius *lib. 1. Moral. cap. 19. Granum namque fuit cum moreretur*, ait, *arbor cum resurgeret: granum per humilitatem carnis, arbor per potentiam majestatis.* Item Granum sunt sancti & justi, ut ait D. Paulinus Epist. 6. *Memento*, inquit, *granum sinapis de quo semine sumus &c.* Quanto enim magis Christus Dominus se in vita & passione sua humiliavit; tanto magis est à Deo Patre in resurrectione sua exaltatus. Sicque Sancti quo magis se propter Dominum dejecerunt, eo magis sunt ab ipso sublimati. *Tractatu 32. Discursu 9. & 10. per totum.*

Simile est regnum cœlorum fermento. D. Gregorius Nyssenus *Orat. Catech.* de Christo Domino in Eucharistia rem explanat. *Quemadmodum enim*, ait, *parum fermenti totam massam sibi similem reddit: sic corpus illud vivificum in corpus nostrum ingrediens, totum in se transfert. Tractatu 26. Disc. 5. per totum.*

DOMINICA SEPTUAGESIMÆ.

Simile est regnum cœlorum homini Patri familias. Bene dicitur homini Patrifamilias; Homini quidem ob humanitatem & clementiam, ut notat D. Hieronymus *Cap. 22. Matth. vers. 7. Quando agebat opera clementiæ*, ait, *hominis nomen appositum est.* Patrifamilias vero ob curam & solicitudinem erga totam familiam. Ex singulari enim humanitate & clementia Deus ut solicitus Paterfamilias de omnibus curam habet, omnes singularibus præveniendo beneficiis; quod patet ex bonorum, quibus hominem in creaturarum ad beneficium ejus destinatarum productione Deus cumulavit, multiplicitate & varietate. *tract.30.disc. 11. per totum.*

Qui exijt primo mane. Syriacus habet summo diluculo. Bonus certe Patrefamilias, qui non milit servos suos vocare operarios, sed ipse per se ad forum exiit, maxime vigilans super vineam suam ut eam bonis repleat & à malis custodiat. Paterfamilias hic Deus est, vinea autem anima hominis, cui conservandæ & omnigenis virtutum fructibus exornandæ Deus maximis gratiis & auxiliis assistit. *Tract. 30. disc.14. per totum.*

Qui exijt primo mane conducere operarios in vineam suam. Cum dicitur quod Paterfamilias exijt conduceré operarios; ex ipso verbo conducendi aperte denotatur vocatos esse ad excolendam vineam, non verò ad delicijs aut suis tantum commoditatibus vacandum.

Unde D. Chrysostomus *in Imperfect. Hom. 34. Scitote*, inquit, *quia mercenarij sumus conducti. Sicut ergo nemo conducit mercenarium, ut hoc solum faciat, quod mandavit, sic & nos non ideo vocati sumus à Christo, ut hæc solum operemur quæ ad nostrum pertinent usum, sed ad gloriam Dei.* Et hoc profecto tot tantaque merentur Dei in nos beneficia, ita ut quandoquidem omnis creatura Deo gratitudinem exhibere obligata sit, multo tamen magis nos ad hoc tributum persolvendum obligamur. *Tractatu 3. Discursu 4. per totum.*

Qui exijt primo mane conducere operarios in vineam suam. Pulchre in hæc verba scribit D. Paschasius *lib. 9. in Matth. Omnes in hac vinea operarij esse debent, quia nemo est, etsi non alios, qui seipsum exercere & excolere non debeat, ut fructum ferat in Christo & in vite maneat.* Nullus in hac vinea, id est Ecclesia, ab operatione eximitur, etiamsi sit claudus, pusillus, fœmina ac senex, quilibet maxime debet esse operans in cultura sui animi, in expurgandisque illius vitiis, ac peccatorum vepribus eradicandis, ne si otio se tradiderit, de patrisfamilias contubernio ejiciatur in tenebras exteriores pro quo malo avertendo optimum est consilium Davidis ut homines in infernum descendant viventes; Fœnarum enim æternarum consideratio in divino servitio & cultura vineæ Domini fervientes efficit. *tract.at.32.disc.4. & 5. per totum.*

Conventione autem facta ex denario diurno. Cum operarij vocati ad vineam significent omnes fideles ad Ecclesiam Dei vocatos ad bene operandum & merendum, sub denario diurno intelligitur vita æterna, ut merces assignata, ut communiter docent Sancti Patres, ab quam facile est levi præceptorum decalogi observantia hunc denarium lucrari ex quo pœna damnatorum multum augebitur ob consideationem gloriæ beatorum de tanto amisso bono maxime dolentes. *tr.34.d.21. per totum.*

Conventione autem facta ex denario diurno. Christus Dominus non incongrue confert beatitudinem cum dena-

rio diurno; sciebat enim auri amorem hominum animos maxime rapere & attrahere, & à dandis Eleëmosynis retinere, ut autem ad dandas Eleëmosynas nos excitet pro vitæ æternæ præmio cum operariis convenit ex denario, cum quandoque per denarium unum pro Eleëmosyna erogatum salutis æternæ pignus nobis comparare possimus. *tr.24.d.14.per totum.*

Et egressus circa horam tertiam vidit alios stantes in foro otiosos, & dixit illis; Ite & vos in vineam meam & quod justum fuerit dabo vobis. D.Chrysostomus in imperfect. *Hom.* 34. Istis, ait, scilicet vocatis hora tertia; non facit pactum.Benignus enim paterfamilias sciebat largitatem suam, quia tantum paratus est retribuere, quantum mercenarij recipere non sperabant. De dato enim ejus nemo juste murmurat, quia amplius dat quam omnis homo desiderat. Nullus enim quantumvis in minimo Deo serviens à maximis beneficiis ejus etiam votum excedentibus est immunis. *tr.* 30. *disc.17. de variis beneficijs quibus Deus personam uniuscujusque replet.*

Circa undecimam vero exijt, & invenit alios stantes & dicit illis? quid hic statis tota die otiosi? Notandum hic quod si hic bonus paterfamilias arguit, quos nondum conduxerat, nec in vineam suam adhuc intraverant, dicens: *quid hic statis tota die otiosi:* quam ergo asperius & rigidius non reprehendentur illi, qui jam conducti & in vinea Domini & Ecclesia multis beneficiis cumulati otiosi inveniuntur nullum gratitudinis fructum afferentes. *tract.* 30. *disc. 19. per totum.*

Circa undecimam vero exijt & invenit alios stantes otiosos,& dicit illis quid statis hic tota die otiosi? Vidit solicitus paterfamilias circa horam undecimam cum jam dies multum profecisset alios stantes otiosos, non potuit profecto sibi temperare quin eos non increparet, cum tamen alios qui vocati sunt hora tertia, sexta, & nona, quamvis etiam inventi fuissent otiosi non increparit; ratio hujus est, quod hi qui ad summum & perfectum diem in publico otiosi inveniebantur, per malum otij exemplum scandalosi notabantur, ac propterea statim ac publice erant reprehendendi; simulque Scriptura sacra scatet pœnis & suppliciis scandalum dantibus comminatis. *tract.27.disc.8.per totum.*

Cum autem sero factum esset, dicit Dominus vineæ procuratori, voca operarios & redde illis mercedem. Glossa sic rem hanc explicat: *Dicit paterfamilias procuratori, id est, dicit Pater Filio, quia scilicet Pater omnia per filium operatur & filio dedit omne Judicium facere. Joan.* 5. apte igitur ad hoc propositum dicitur adveniente filio ut judicet mundum se ut vineæ procuratorem exhibebit, quando Electis reddet mercedem eos advocando ad gloriam dicens: *Venite benedicti Patris mei. tract.41.disc.25.per totum.*

Venientes autem & primo, arbitrati sunt quod plus essent accepturi, acceperunt autem & ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabant adversus patremfamilias. D. Chrysostomus *in perfect. Hom.* 34. *Ergo*, ait, *non dolebant, quasi fraudati ele mercede sua, sed quia illi amplius quam merebantur acceperant: hoc enim est proprium invidiæ, quando aliquid alteri additur, sic dolent invidi quasi aliquid sit illis subductum quod illi est additum, ut puta, si viderit fieri aliquem ditiorem putat invidus se pauperem factum, & sapientior factus ita dolet, quasi ipse sit insipiens.* Si alienam prosperitatem pro damno suo habebant; Diabolica hæc est qualitas invidiæ. *tr.38.disc.13. & 14.*

DOMINICA SEXAGESIMÆ.

Cum turba plurima convenirent & de Civitatibus properarent ad Jesum dixit per similitudinem: exijt qui seminat seminare semen suum. Luc. 8. Parabola hac Dominus declarabat finem, ob quem venerat in mundum; qui erat prædicare & docere fidei doctrinam unde sibiipsi nomen seminantis imponit, quia ei proprium est fidei doctrinam seminare in corde. Veritas enim fidei solius Dei opus est; quod pulchris rationibus probatur. *tr.29. disc. 18. & 19.per totum.*

Exijt qui seminat seminare semen suum. D. Antonius Ulyssipon. *serm. in Sexagi.* ait: *Seminator est Christus vel prædicator ipsius, semen est verbum.* Nam sicut sator effundit semen super terram; sic & prædicator doctrinam in Auditores. Et sicut bonus sator, terræ cœlique ingenium observat, ne importune semina sua amittat, sic & bonus prædicator temporis, loci, & Auditorum opportunitatem præmeditari debet, ne suo labore frustretur, quas circumstantias si hoc tempore, hacque Dominica consideret, videbit sacer Ecclesiastes curandum sibi esse ut gulam & ebrietatem individuos Bacchanalium comites tamquam seminarium omnis peccati abolere possit, pro qua materia vide efficacissima argumenta. *tract.* 31. *discursibus suis.*

Et dum seminat aliud cecidit secus viam. Cœlestis sator optimum semen misit in terram, quæ etiam alias optima erat; tamen hominum conculcatione sterilescit ad fructum & etiam nullius proventus spem dat: talis hominum conculcatio sunt irrisiones. O quam sæpe optima devotio aut vitæ probitas quia irridetur sic conculcatur ac sterilescit; Diabolus enim has hominum irrisiones tamquam machinas adhibet quibus maxime timoratos à Deo seducat, &c. *tr.25.disc.2. per totum.*

Et volucres cæli comederunt illud. Per volucres cœli apte intelliguntur dæmones, qui ideo bene volucres dicuntur, quia magna eorum pars versatur in hoc sæculo per aëra usque ad diem judicij, unde etiam à D. Paulo *Eph.* 2. dicuntur potestates aëris. Nunc autem sicuti volucri minimus & ille quidem secretissimus ad nidificandum locus sufficit, ut ibidem pullos excubet, sic quoque dæmoni minimus iisque secretissimus & minime suspectus ad animam nostram aditus sufficit, ut deinceps omnem suam malitiam in eam infundere & pullos novorum peccatorum procreare possit. Est autem hic aditus Hypocrisis. *tract.*33.*disc.* 5.6. & 7.

Et aliud cecidit super petram: & natum erait, quia non habebat humorem. Moralis hujus rei expositio est, cecidit super petram, corda scilicet indomita & superba nullo fidei vomere penetrata. Et natum ad horam aruit, quia licet aliqualem fidem haberet, nullum tamen habebat humorem bonorum operum nec rectæ conscientiæ. Fides enim conjuncta debet esse cum bonis operibus &c. *Tract.* 29. *disc.*5.*per totum.*

Et aliud cecidit inter spinas & simul exortæ sunt spinæ & suffocaverunt illud. Cur non postea cum jam ipsum semen dilatasset in culmos, spicam produxisset, ac jam fructus protulisset; sed cum semen adhuc esset in sua specie, simul cum eo nascuntur spinæ? sic sæpe contingit, acriores hostiles incursus, non frequenter armantur in virtutem adultam, quæ jam multas per magnum annorum spatium habet formas radices & magnos producit fructus; hanc enim multum timent adversarij: omnes eorum conatus impetunt in teneram ac infantilem virtutem, ad ipsam perimendam ac eradicandam: & ad hoc utitur opera hominum perditæ salutis, quos tamquam suos dæmon adhibet satellites. *tract.*25.*disc.*2.

Et simul exortæ sunt spinæ & suffocaverunt illud. Spinæ semen suffocant, & non semen spinas; spinæ enim ex contubernio boni seminis nullum habent damnum: at vero bonum semen ex vicinitate & approximatione spinarum suffocationem ac interitum reportat. Similes spinæ sunt scandalosi, qui causæ sunt ruinæ multorum. *tract.*27. *disc.*11.

Et simul exortæ sunt spinæ & suffocaverunt illud. Exortæ spinæ suffocant semen bonum. Sic sane frequens est consuetudo, ut si aliquis bonus affectus bonusque motus in nobis apparet, statim iniquorum cœtus excitetur & moveatur ad extinguendum, idque per irrisiones; virtus enim deridetur ab impiis; utpote spina in oculis eorum. *tr.*25. *disc.*3.

Hæc dicens clamabat, qui habet aures audiendi audiat. Numquid aures sunt ad aliud ministerium nisi ad audiendum? ad quid ergo servit hæc phrasis? Loquitur Dominus de simplici ac recto usu sensus, qui enim audit, ut oportet, & ut recte intelligat, hic vere audit. Qui autem audit, non ut audiat ac intelligat, sed ut irrideat ac calumnietur, ut multi iniqui, qui confluebant ad sermones Christi, hic non audit, juxta id, ad quod sensus ei dati sunt, sed ad quod sua malitia ducit: hoc valde pestiferum & magnum malum est; & quam grave peccatum illud sit, *vide Tract.*25.*disc.*11.*per totum.*

DOMINICA QUINQUAGESIMÆ.

*Ecce ascendimus Jerosolymam. Luc.*18. ℣.31. Sancta Mater Ecclesia non sine ingenti mysterio præsens de passione Dominica prælegi jubet hodie Evangelium; volens illam amarissimam videlicet Domini passionem, tamquam præsentissimum & efficacissimum contra Bacchanales dissolutiones, gulam & ebrietatem hisce diebus usitatissimam, proponere remedium. Ad eumdem modum si hisce diebus sacer Ecclesiastes se contra hæc vitia armare voluerit, habet integrum tractatum trigesimum primum viginti septem discursibus constantem, ex quibus illa Auditoribus dissuadendi ansam per efficacissima argumenta haurire poterit. *tract.* 31. *per totum.*

Tradetur enim gentibus & illudetur & flagellabitur. Quis rogo tantum scelus ausit? Filium Dei tradere gentibus ad res tam ignominiosas imo ad ipsam crucis mortem? certe quod nullus umquam attentare ausus fuisset, ipsum tamen ausu prorsus temerario fecit invidus & invidia

dispendio proprio benefactori suo malum machinari non curat, *tr.*38. *d.*4. *per totum.*

Quidam autem ex eis dixerunt, in Beelzebub Principe dæmoniorum ejicit dæmonia. Videbant Pharisæi divinam Christi virtutem omni puritate puriorem, & omni sanctitate sanctiorem; & tamen petulanter blasphemant & dicunt, *In Beelzebub ejicit dæmonia.* Tanta enim est odij & invidiæ vehementia, ut ex quo charitatis officium præstare poterat hoc in infamiam trahere contendat. Invidia enim Charitati totaliter opponitur, *tr.*38. *d.* 9.

Quidam autem ex eis dixerunt, in Beelzebub principe dæmoniorum ejicit dæmonia. Simplices turbæ Christi virtutem ac potentiam admiratione reverentes colunt; Pharisæi vero impij ac sacrilegi in multas blasphemias prorumpunt, hoc enim frequenter evenit, ut illi qui moribus improbi sunt, invidiæ vitio contra justos magis exagitentur; Invidia enim propria est hominum vilium &c. *tr.*38. *disc.* 10.

Si autem ego in Beelzebub ejicio dæmonia filij vestri in quo ejiciunt? ideo ipsi judices vestri erunt. Cur Judæis, impijs ac sacrilegis hominibus assignantur in Judices eorum filij, ac consanguinei cum nil magis ab ijs optandum videatur, quam tales habere Judices? Respondetur, quod gravissimum eis in hoc infligitur supplicium, ut ab his à quibus munimen ac protectionem sperabant condemnationem ac redargutionem reportent. Ad cumdem modum grave erit supplicium reprobis, graves eorumdem angustiæ quando ab illis à quibus auxilium sperare poterant in finali judicio derelinquentur, *tr.* 41. *disc.*12. Item tamquam dira pœna tales eis Judices deputantur: Nulla enim severior esse potest, quam ut iniquis ac perversis illi assignentur Judices, qui eos intus ac medullitus agnoscant sic gravissima reprobis erit pœna quando Judex in die extremo judicij manifestas sibi esse ostendet omnium conscientias, *tr.*41.*d.*14. & 16. *per totum.*

Tunc vadit & assumit septem alios spiritus nequiores se. Venerabilis Beda pulchre hic in hunc locum commentatur, *dicens: Per septem malos spiritus, quos assumit universa vitia designat: Nequiores autem dicuntur, quia non solum habebit illa septem vitia, quæ septem spiritualibus sunt contraria virtutibus; sed etiam per Hypocrisin ipsas se habere virtutes simulabit.* In relapsu hominis redeuntis ad peccatum inter cætera delicta in animam ejus ingreditur Hypocrisis vitium quo adhuc se innocentem & justum simulabit & inde novissima hominis illius fiunt pejora prioribus, quia varia adhuc post se trahit peccata, *tr.* 3. *d.* 7.

DOMINICA IV. QUADRAGESIMÆ.

Abijt trans mare Tiberiadis Joannis 6. Prima hujus secessus causa assignatur mors & interfectio Joannis nunciata, & est hæc mens D. Hieronymi *in cap.* 14. *Matth.* & Paschasij *lib.* 7. *in Matth.* quorum verba quæ eadem fere sunt huc refero. Ait enim D. Paschasius, *Audita Joannis nece recessit Christus, non ut quidam arbitrati sunt timore mortis, sed ut parceret inimicis suis ne homicidium homicidio jungerent.* Ad nostrum exemplum volens ostendere quanta sit virtus inimicis ignoscere. *tr.*30.*d.*11. 22. 19. 20.

Abijt trans mare Galilææ quod erat Tiberiadis. D. Cyrillus, *lib.* 3. *in Joan. c.* 11. ait, quod Christus abijt trans mare, *non quia aliquid pati poterat nolens, sed ut exemplum nobis seipsum ponret, declinandos esse inimicos, ut hoc modo ira, & impetus eorum deferveſcat, & sic multo magis illis quam nobis conseramus.* Magna quippe crudelitate occisus erat Baptista ab Herode, maximeque hic sanguinem Sanctorum sitiebat: discedit Jesus à loco suo, à Patria sua favitiæ Tyranni cedens, magni enim meriti est vindicta qua vincitur, confunditur & comparatur inimicus, quando ei ita bonum pro malo reddere studemus, ut ulterioris malitiæ exercendæ occasionem tollamus, *tr.*35. *d.*20.

Subijt autem in montem Jesus. Firmus perstitit Dominus, donec ad perfectum beneficia contulisset, curatis siquidem infirmis alijsque sublatis adversitatibus montem conscendit Christus, post beneficia sanitatis collata simul nos docens adversitates quasque multum deservire ut mons cœlestis attingatur, *tr.*30. *d.*18.

Et sequebatur eum multitudo magna. Cum turbæ sequerentur Jesum, erat ipse exiens de solitudine deserti ut hic explicat Cajetanus. Pulchre vero D. Hieronymus *hic in Matth.* ait. *Egressus autem Jesus, significat, quod turbæ quidem habuerint eundi voluntatem, sed vires perveniendi non habuerint: Ideo Salvator egreditur de loco suo & pergit obviam.* Habe voluntatem eundi ad Jesum, & non verearis difficultates occurrentes, maxime vero insultus dæmonis mundique derisiones, tanto in virtute ardentior quanto magis impeteris, de divino certus auxilio, *tr.* 25. *d.* 5. *per totum.*

Erat autem proximum Pascha Dies festus Judæorum. Optime notatur tempus quo hoc miraculum patratum est: Nam ante diem festum Paschæ, scilicet sequentis anni, instituenda erat in cœna sacra Eucharistia; ideo nunc ante diem festum Paschæ, jam operatur miraculum in quo typus Eucharistiæ præceſſit, ut in tempore cœnæ scirent Apostoli quid in Mysterio agebatur. Et ideo ut notant sacri Evangelistæ. *Luc.* 9. *Dies autem jam cœperat declinare;* & *Matth.* 14. *Vespere autem facto.* Rationem autem hujus rei pulchram assignat D. Chrysostomus hic, dicens: *Turbarum fidem ostendit, quod Dominum etiam jamem patientes expectabant usque ad vesperam.* Maxime enim exercitari debent in fide, qui ad fructus sacræ Eucharistiæ accedere volunt, *tr.*26. *d.*29. *per totum.*

Erat autem proximum Pascha dies festus Judæorum. Hoc festo Paschæ Christus prout moris erat non in Jerusalem sed in deserto cum tanta multitudine pergit, quod licet gravissimis de causis fecerit; tamen pro more suo pulchra nobis præbuit documenta, quomodo solemnes dies nobis sunt peragendi. Divinus Magister tunc prædicavit tunc docuit turbas; in monte oravit; famescentibus alimoniam præbuit &c. Ut inde nos hauriamus exempla quod diebus festis dimissis terrenis tantum divinis rebus incumbamus, *tr.*28. *d.*3. & 14.

Erat autem proximum Pascha dies festus Judæorum. Israëlitis olim præceperat Deus ut diem Paschæ solemni ritu celebrarent, sed cur hoc tantum Israëlitis? cur non etiam omnibus nationibus? Inter universas nationes Israël erat populus circumcisus, ac Deo consecratus; & solus ille qui est circumcisus alienus ab omni vitio aptus invenitur ad Domini festa peragenda, *tr.* 38. *d.* 8. 13. 14.

Cum sublevasset ergo oculos Jesus &c. Quæritur cur non ad discipulos sed ad venientes turbas sublevarit oculos Dominus? non exigua certe ponderatione dignum, quod non sublevarit oculos ut videret discipulos qui juxta ipsum sedebant, sed ut videret turbas quæ à longe stabant, discipulorum quippe Magister erat, turbarum autem auxiliator? O quantum distant divini Christi oculi ab oculis modernorum sacerdotum, dum hi hodie dum potius se ob fines temporales sacerdotio immergunt quam animas aut lucrentur, aut juvent, *tr.* 22. *d.* 31. 32. 33. *per totum.*

Dixit ad Philippum, unde ememus panes ut manducent hi? Numthi deerant ad panes emendos quibus depelleretur fames; miraculoque opus fuit ut miseri haberent subsidium, quia pro illis alendis non erat aurum. Vere divitibus sæpe deest aurum ad sublevandam pauperum inopiam, cum tamen Deus pauperes in commodum & utilitatem divitum statuerit, ut hi per Eleemosynam propriæ acquirant opem salutis suosque augeant, *tr.* 24. *d.* 2. *per totum.*

Est puer unus hic, qui habet quinque panes hordeaceos, & duos pisces; sed hæc quid sunt inter tantos? Quinque panes hordeacei & duo pisces non plures nec pauciores eliguntur in materiam hujus miraculi; *Ex quo*, ait D. Chrysost. *Hom.* 41. *in Joan. deficis dedit intelligant, quod magni illi viri & admirabiles comederint, quam vilis & modica eorum mensa fuerit. Imitemur eorum in omnibus abstinentiam & imitemur.* Christus supremus rex Apostoli Principes orbis constituti erant; & tamen pro eorum victu non aliquis panis triticeus, suavis & dulcis sed hordeaceus proponitur, erant enim turbæ famescentes in deserto. Discant hinc Principes, discant Prælati, cum subditi penuria laborant, ipsi multarum epularum copiæ ac suavitati non indulgeant, sed tantum necessarijs contenti sint. Damna enim gravia ex crapula gubernantium & rectorum in rempublicam resultant, *tr.*31. *d.*17.

Dixit ergo eis Jesus facite homines discumbere, erat autem fœnum multum in loco. Moraliter Eusebius Emissenus *serm.* 4. *in Dom.* 4. *Quadrag.* in hunc locum scribit. *Super fœnum turbas discumbere facit, quatenus hoc cibo ille se intelligat esse indignum, qui nondum super fœnum discumbit. Propheta enim dicit: Vere fœnum est populus, quicumque igitur es, qui vis jantari de panibus Christi discumbe prius super fœnum, prius fœnum te esse cognosce.* Expende ultima verba: *Prius fœnum te esse cognosce:* Qui suæ vilitatis cognitionem obtinet, hic aptatur ut Christi mensa dignus esse censeatur, *tr.*26.*d.*35. *per totum.*

Accepit autem Jesus panes & cum gratias egisset, distribuit discumbentibus, similiter & ex piscibus quantum volebant. Ecce quanta post gratiarum actionem fecuta ubertas benedictionis, ut de paucis panibus, tot millibus satiatis, fragmenta quæ superfuerant, decem cophinos exuberarent. Fœcundissima enim est gratitudinis virtus, Christus dat gratias, ut ipsi gratiarum actio ingentem ubertatem ac fertilitatem pariat, nescit enim in parvis sistere, sed semper in nova augmenta in dies proficit, *tr.* 30. *d.* 7. *per totum.*

Accepit ergo Jesus panes &c. Panes hos non creavit Jesus, sed ex acceptis multiplicavit, & quamvis pauca viderentur pro

pro cibo Apostolorum, illos tamen per turbas dividit, docens nos ex nostris rebus quamvis exiguæ videantur, pauperibus subvenire & aliquid eis impertiri. Quilibet enim quantumvis pauper eleemosynam dare potest, quia Deus affectum potius nostrum quam effectum metitur, illudque acceptat quod pro conditione nostra possumus, *Tr.24.d.11. per totum.*

Colligite quæ superaverant fragmenta, collegerunt & impleverunt decem cophinos. Diligenter notandum est quod quo plus de panibus & piscibus elargiebatur Christus quo magis multiplicabantur; quia nimirum liberalitas in pauperes non minuit sed auget bona, *Tract.24. disc. 2. 3. 4. 5. per totum.*

DOMINICA PASSIONIS.

QUis ex vobis arguet me de peccato Joan. 8. v. 46. Valde solicite hic Christus Dominus hic ingerit sermonem de suæ puritatis integritate ac doctrinæ veritate, se ab omni prorsus peccato liberum insinuans, qui enim novæ legis caput futurus erat nec non peccata capturus venerat, illum sine peccato aut malo exemplo esse conveniebat; caput enim communitatis velut exemplar subditis prælucere debet in virtutibus, *Tract. 27. disc. 5. per totum.*

Quis ex vobis arguet me de peccato? Venerat Christus Dominus perditam Judæorum vitam saniori doctrina suoque exemplo corrigere; & hinc suis inimicis ait: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* quasi diceret, quod si in me aliquem defectum agnoscitis, illum proferte in medium; si autem non habetis, cur non sequimini exemplum meum & doctrinam meam, & cum nolitis signum est hoc provenire ex sola vestra malitia; Bonum enim exemplum de se aptum natum est, augere numerum fidelium, *Tr. 27. d. 1. per totum.*

Quis ex vobis arguet me de peccato? Eo nimquè, inquit Rupertus hic, *tendit, ut agnoscant quod in die judicij nullam inde sint excusationem habituri, quia non credederint illi, præsertim cum nec eodem sic proponente objicere fecistis, aut facis hoc vel illud. Proinde nec poterunt in eum jactare illud, quod vulgo dicitur, cujus vita despicitur restat ut & prædicatio contemnatur.* Judæos ac Pharisæos testes in hoc negotio compellit, ut si quid habent adversus eum proferant, ut inde nulla supersit eis excusatio in die Judicij, ob quam ejus veritati non crediderunt, sicque fiat evidens quam justa pœna damnantur. Ad eumdem modum reprobi omnes in die Judicij erunt inexcusabiles, *Tr. 41. disc. 17. 18. per totum.*

Si veritatem dico vobis quare non creditis mihi? Cur eos benignissimus Dominus pro tanta tamque malitiosa incredulitate non punit? Ratio est; Animus magnus & prudens etsi doleat ac conqueratur de injurijs illatis, tamen pro sui magnitudine patientiam exhibet & à vindicta abstinet; Major enim est victoria injurias patienter ferre quam eadem ulcisci. *Tr.36.d.13. per totum.*

Qui ex Deo est verba Dei audit. Pro quo ad hæc nostra verba Evangelij ait D. Greg. *Hom. 18. Sunt nonnulli qui libenter verba Dei suscipiunt, ita ut etiam in fletibus compungantur: sed post lachrymarum tempus ad iniquitatem redeunt; hi profecto verba Dei non audiunt quia hæc in opere exercere contemnunt.* Is enim vere auribus fidem per Dei verbum percipit qui simul manus operi conjungit. *tr.29. d. 6. 7.*

Nonne bene dicimus nos quia Samaritanus es tu & dæmonium habes? Cum multa modestia & mansuetudine dixit Christus in sua concione, *Quis ex vobis arguet me de peccato?* summam mansuetudinem ac Innocentiam Christi injurijs aggredientur: Sed quid hoc sibi vult injuriando Christum dæmonium habere dicunt? A dæmonio injuriam ordiuntur Judæi quia hæc à dæmone instigante proficiscebatur, idcirco etiam subitam ad dæmonem habebant reflexionem. Author enim & instigator Injuriarum dæmon est, *tr.36 disc. 2.*

Respondit Jesus ego dæmonium non habeo. Mirabilis in tot injurijs relucet Christi mansuetudo; voluit procul dubio benignissimus Dominus indicare, valde sibi complacere magnimque esse meritum eorum & virtutem qui adversus injurias mites se ostendunt, *Tr.36. disc. 5. 6. 7.*

Ego dæmonium non habeo. D. Cyrillus. *lib.6. in Joan. A veris*, inquit, *etiam contumelijs se Dominus temperavit, & mansuete unum ei objectum negavit dicens: Ego dæmonium non habeo, hac dulci verborum mansuetudine eos ad lenitatem animi reducere curans.* Gravem ac falsam injuriam illatam habuit Dominus à suis inimicis, quam vere in eos retorquere poterat, vere enim dixissent, quod ipsi dæmonio erant pleni, tamen Dominus patienter sustinet, multa mansuetudine respondet, laudabile enim est si quis accipiens injurias taceat, ad evitanda damna quæ in eos resultant qui verbis amaris injurias à se repellunt, *tr. 36. d. 14. 15. 16. 17. per totum.*

Ego non quæro gloriam meam. Magnum jus habebat Christus ad quærendam gloriam suam id est divinum honorem sibi debitum; & tamen dicit: Non quæro; ad confusionem illorum maxime vero Hypocritarum qui ita propriæ gloriæ sunt cupidi ut quidquid ad Dei cultum pertinet sibi servare faciant, *Tr.33. d.8.*

Ego non quæro gloriam meam est qui quærat & judicet? Cum, ut dicitur *Joannis 5. Pater omne judicium dedit filio*, cur ergo ipse non judicat sed Patri remittit? Eleganter D. Gregorius *Hom. 18. in Evangel. Illatas injurias*; ait: *Patri reservat, ut nobis insinuet quantum nos patientes esse debemus dum se adhuc ulcisci non vult, & ipse qui judicat.* Pulchrum certe Christi documentum de tolerantia injuriarum; de qua vide, *Tr.36.d.7. per totum.*

Est Pater meus qui glorificat me, vos non cognovistis eum; ego autem novi eum. Verum dicit hic Christus; Non enim cognoverunt eum, nam qui dicit se nosse Deum & mandata ejus non custodit hic mendax est, quocirca & tu ô Christiane vide num vere cognoscas Deum, abominabiles enim sunt mali Christiani qui fidem quidem exterius profitentur factis autem negant, *Tr.29. d.11.*

DOMINICA PALMARUM.

CUm appropinquasset Jesus Jerosolymis & venisset Bethphage ad montem Oliveti. Matth. 21. Magnum certe miraculum & evidens divinitatis indicium subito corda hominum movere ad amorem & reverentiam, idque in statu vili & abjecto, quod hodie in Christo videre licet; dum tam efficaciter in cordibus Judæorum tantam in se excitavit reverentiam, ut cum tanto eum triumpho recipere cogitarent: sic etiam evidens veræ fidei argumentum est, quod illa in tam brevi temporis spatio per homines Idiotas & illiteratos tanto cum fructu fuerit ad omnes populos extensa ut cum gaudio & applausu illam receperint, *Tr.29. d.17. per totum.*

Cum appropinquasset Jesus Jerosolymis & venisset Bethphage ad montem Oliveti. Bethphage viculus erat Bethaniæ propinquus, qui ad radices montis Oliveti situs extabat, quinque stadijs ab urbe Jerosolyma distans, ut tradit Josephus *lib. 20. Antiquit. c.6.* Hic autem vicus Bethphage constitutus erat in orificio seu in ore vallis Josaphat. Ut docet D. Hieronymus *in c. 26. Matth.* In hac autem valle Josaphat erat via quæ ducebat ad portam auream templi: Per hanc autem vallem qui reservatus est extremo Judicio, voluit Christus ingredi cum regali Triumpho in Civitatem ad mortem, ut innueret in tremendo Judicio exactam rationem sumendam esse ab ijs qui mortem & passionem Christi contempserunt, *tr.41. d.11. per totum.*

Et venisset Bethphage ad montem Oliveti. Frequentissime Dominus commoratus est ad montem Oliveti; nec sine mysterio; mons enim Oliveti symbolum est misericordiæ in qua Deus sive quoad se erga nos, sive quoad nos erga alios valde sibi complacet maxime vero quando misericordiam exercemus in pauperes & egenos, per quam ingens salutis pignus nobis acquirimus. *Tract. 24. disc. 14. per totum.*

Tunc Jesus misit duos ex discipulis, dicens eis: Ite in Castellum quod contra vos est. D. Bernardus, *serm. in Ramis palmarum.* Per Castellum intelligit superbiam & elationem: *Castellum*, ait, *quod contra discipulos Christi est, anima est peccatrix, quæ per elationem internis & spiritualibus Redemptoris nostri virtutibus contraria est. Talis anima turrim elationis habet.* Per duos illos discipulos à Christo missos intelligitur charitas, duo enim sunt præcepta charitatis, per castellum ergo *quod contra vos est*; denotatur elatio ac superbia, nihil enim magis est contrarium divino amori ac charitati quam elationis tumor, & ideo suis discipulis quos in charitate instruebat, ait, quod elationis Castellum contra eos est, ut ad recipiendas gratias & dona Dei alta fugiant & humilia quærant, *tr.32. d.5.*

Et statim invenietis Asinam alligatam & pullum cum ea solvite & adducite mihi. Moraliter communi sanctorum Patrum sententia per Asinam alligatam intelligitur peccator juxta illud *Proverb. 5. v. 22. Impius funibus peccatorum suorum constringitur.* Ministerio ergo sacerdotum à peccatis absolvendus est ut ad Christum veniat, hoc enim est officium sacerdotum, unde imperterriti se pro animarum salute exponere debent, *tr.22. d.33. per totum.*

Invenietis pullum ligatum, super quem nemo adhuc hominum sedit, solvite illum & adducite Marc. 11. v. 2. Insedit Dominus super pullum asinæ, super quem nemo adhuc hominum sedit. Ac proinde ferox & indomitus erat; Unde ergo habuit mansuetudinem ut quieto ac sereno gradu incederet? Abulens. *q. 32. Christus*, ait, *hoc ei auxerit, faciens illam mansuetam, ac si semper assuetus esset oneribus ferendis.*

Pullus

Pullus indomitus ac effrænis erat: ubi vero super eum insedit Jesus miro modo mansuescit. Accessus enim ad Jesum omnem naturæ ferocitatem expellit maxime in venerabili Sacramento quod est unionis & pacis symbolum, *tr.26. d.19.*

Et si quis vobis aliquid dixerit, dicite quia Dominus his opus habet. Cardinalis Hugo *in c.2. ad Ephes. v.4.* Sic scribit ad illa verba. *Per Asinam & pullum peccatores significantur, quibus videtur Deus indigere ad hoc ut expendat Thesaurum misericordiæ suæ: sicut dicitur de aliquo qui magnum Thesaurum habet & filium prodigum: iste indigebat tali filio, aliter numquam expenderetur Thesaurus ejus.* Deus nullius rei indigus, indigentia eget humana, ut multum Dives in sua misericordia habeatur: unde magni æstimandum immensum illud beneficium quod Deus homini peccatori præstat, dum æternæ condemnationis executionem suspendit, *tr.30. d.16. per totum.*

Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est per Prophetam dicentem, dicite filiæ Sion, Ecce rex tuus venit tibi mansuetus sedens super Asinam. Venit rex pacificus pacem & concordiam indicens mundo, lites ac dissensiones damnans; ideo ut inquit Chrysost. *Hom. 17. in imperfecto, non ascendit super equum fervidum discordiæ amatorem, sed super Asinam tranquillitatis & pacis amicam.* Deus nos igitur pacem cum inimicis conservare per creaturas docuit irrationales, *tr.35. d.3.*

Plurima autem turba straverunt vestimenta sua in via. Hoc autem ideo factum esse D. Paschasius *in Cap. 21. Matth.* inquit: *Ne asellus in quo sedebat terram calcaret nudam.* Divino igitur Spiritu afflata turba, viam floribus ac frondibus ornaverunt, non solum ut nihil turpe ac indecorum Salvatoris oculis objiceretur, sed etiam ne Asellus, quo ferebatur terram nudam luto ac pulvere fœdatam attingeret, quod ad majorem decentiam ac honorem est excogitatum. Ex quo perpende, quid facturi essent, si pedester, ut consueverat adveniret: Ex quo recogita, quanta puritate ac decentia ornanda sit anima, ut Dominum valeat recipere ut in ea habitetur, *tr.26. d.28. & 42.*

Alij autem cædebant ramos de arboribus & sternebant in via. Cur turbæ ac Apostoli projiciunt ramos ac vestimenta in via, cum hoc esset impedimentum ad viam ac iter agendum? Ad quid ergo? Pro mysterio sane rami illi cum essent pomis ac fructibus expoliati præfigurabant eam, quæ de verbis tantum est fides, bonis carens operibus; & ideo ramos sine fructu non gestant vertice vel manibus sed projiciunt in via; ut innuatur quod fides sine operibus mortua est, & ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras & conculcetur ab hominibus, *tr.29. d.6. 7. & 8. per totum.*

DOMINICA ET FESTUM GAUDIOSISSIMÆ Resurrectionis Domini Nostri Jesu Christi.

ET cum transisset Sabbathum Maria Magdalene & Maria Jacobi & Salome emerunt aromata ut venientes ungerent Jesum. Marci 16. ℣. 1. *Cum transisset Sabbathum.* Sanctæ fœminæ observarunt locum sepulturæ, ut ad sepulchrum redirent, Jesumque unguento perfunderent pretioso: unguentoque composito redierunt, sed non eadem die, qua Dominus est sepultus, id est, feria sexta sub vesperam, quia non suppetebat tempus illa die faciendi quod optabant. *Sabbatho quidem*, ut ait D. Lucas 23. ℣. 56. *Siluerunt secundum mandatum*; id est, quieverunt, cessarunt ab opere ac negotiatione, quia diei festivitas id poscebat; Jerosolymis enim dabatur signum è templo incipientis & finientis Sabbathi, ut omnia rite ac suo tempore tractarentur Sabbatho vero transacto sequenti die in sepulchrum aromata portantes pergunt. O præclarum documentum; Pro illo tempore observatio Sabbathi erat ex præcepto, ungere vero corpus opus devotionis; & sanctæ mulieres præceptum ob devotionis opus non violant. Ex quo colligere licet quantum peccatum dies festos profanando committatur, *tr.28. d.6. per totum.*

Maria Magdalene, Maria Jacobi & Salome emerunt aromata ut ungerent Jesum. D. Bernardus *serm. 12. in Cantica. Non ad ungendum*, ait, *tantum aliquam corporis partem, v.g. pedes aut caput; sed ut venientes ungerent Jesum, quod est totius complexio. Tu quoque si te induas viscera misericordiæ liberalem benignumque exhibeas ad omnes.* Non solum pedes vel caput Christi, sed etiam totum corpus ungere parat Magdalena, ut in corpore ejus mystico similiter tu te habeas; elœmosyna enim eroganda est sine termino ac discrimine in omnes sive hos sive illos, sive Amicos sive extraneos. Deus enim in persona pauperis accipit Elœmosynam, ac proinde non est examinandus pauper an mereatur &c. *tr.24. d.15.*

Et valde mane una Sabbathorum veniunt ad monumentum. Quæstio hic oritur, cur hæ tres mulieres præ cæteris tam cito veniunt ad monumentum? & ratio est; Ex omnibus quæ Jesum sequebantur hæ tres solæ veniunt ad sepulchrum, ut pote maxime gratæ beneficijs acceptis à Jesu. Nam Magdalena à septem dæmonijs liberata magnisque gratijs dotata fuit. Maria Jacobi maxima erat propinqua Jesu sicuti & Maria Salome quarum quoque filios ad Apostolatum assumpserat: cum ergo hæ tres fœminæ maxima recepissent beneficia, hinc etiam præ cæteris majorem habent gratitudinis obligationem. Gratiarum enim actio acceptissimum Deo est sacrificium, *tr.30. d.3. per totum.*

Et valde mane veniunt ad monumentum orto jam Sole. Quid? annon periculosus nimium erat hic exitus? Annon multis suspicionibus & injurijs subjectus? exierunt tamen & mane exserunt; scientes sequacium Christi & virtutis proprium esse, scopos esse injuriarum & irrisionum hominum improborum, *tr.25.d.1. Item tr.36.d.8. per totum.*

Et ecce terræmotus factus est magnus. Eleganter D. Chrysostomus, *in Psalm.2. sepulchrum accepto corpore*, ait, *territum, quod Patris Thesaurum accepisset; depositum cum tremore reddit.* Cum terra susceptura sit corpus Christi cum tremore reddit, suo namque tremore magnam reverentiam exhibens corpori Christi cum ipsum accipit ex quo discendum homini Christiano cum quanta reverentia sit suscipiendum hoc corpus in sacratissimo Eucharistiæ sacramento; cum Sacramenti fructus nostræ quoque correspondeat dispositioni, *tr.26.d.25. per totum. Item d.31. per totum.*

Angelus autem Domini descendit de cœlo &c. Erat autem aspectus ejus sicut fulgur & vestimentum ejus sicut nix. Venerat Angelus ad decantandum ac celebrandum Dominicæ Resurrectionis Sacramentum, inde in veste candida ut nive apparet, ad indicandum quod Paschale festum cum omni puritate, sinceritate ac virtutum candore sit peragendum. Paschale autem festum erat olim Esus agni Paschalis, apud nos Communio Eucharistica; ex ritibus igitur esus agni paschalis disce dignum hujus Sacramenti usum, *tr. 26. d.27. per totum.*

Jesum quæritis Nazarenum Crucifixum? Ad quid Angelus in hac triumphi gloria Crucifixi nomen allegat, passionem insinuat, crucem in mentem revocat, numquid, inquit, D. Cyrillus Jerosol. *Catech. 13. Non potuisti dicere O Angele, scio quem quæritis meum Dominum? Poterat sane id dicere, ad quid igitur addere voluit crucifixum?* Ratio est, ut sumptuosius cumulet resurrectionis gaudia, & discamus maximas Deo in cruce supportanda & adversitatibus exantlandis Deo esse agendas gratias ex eo, quod securi per eas ad spem beatæ resurrectionis evolemus & salutem nostram promoveamus, *tr.30. d.28. per totum.*

Surrexit, ecce locus ubi posuerant eum. Valde mirum est, quod inter resurrectionis glorias horrorem sepulcri indicat, *Ecce locus ubi posuerunt eum*; cur non potius hic mortis obliviscitur? *Sapienter id quidem fecit Angelus, volebat enim* Angelus spem beatæ resurrectionis mentibus ingerere mulierum, ad quam concipiendam multum valet cogitatio mortis quæ etiam summe fructuosum reddit paschale Sacramentum, sacram scilicet Eucharistiam, si sumatur quotidie quasi foret ultima, *tr.26. d.29.*

Surrexit non est hic, ecce locus ubi posuerunt eum. D. Hieronymus *in c.16. Marci*, ostenditur moralitas, air, *immortalibus ad gratiarum actionem dedita, ut intelligamus quid fuerimus, & scia-mus quid futuri simus.* Nota Angeli prudentiam, inter resurrectionis glorias ad sepulchrum mulieres adducit, ut recordentur & intelligant suam terrenam originem & humilitatem edisant. Qui vult enim vere esse humilis memor sit vilitatis suæ originis, *tr.32.d.20. per totum.*

DOMINICA IN ALBIS.

CUm sero esset die illa una Sabbathorum stetit Jesus in medio eorum. Subito ac inopinato stetit Jesus in medio eorum ac si non aliunde veniisset, usus dote agilitatis, visibili modo eis præsentem se exhibuit, non quasi sedens pro sua majestate, sed ut stans pro nostro auxilio, ut discipulorum timori ac fragilitati subveniret. In medio eorum, spiritualiter explicat hæc verba Dionysius Carthusianus hic, *ut eos*, ait, *humilitatem doceret, & virtutis illius Magistrum se esse ostenderet.* Unde etiam ante passionem suam dixit *ego in medio vestri sum, sicut qui ministrat.* Humilitatis est summa doctrinæ à Christo nobis traditæ, *tr.32.d.7. per totum.*

Et dixit eis pax vobis. En regem pacificum, qui Iesum hactenus pacem cœlo intulit, orbi contulit, nihil spirat vox ejus nisi pacem, quam proinde inter suos sartam rectam mediante charitate & concordia vult conservari etiam cum inimicis, verus character quo Christiani ab alijs discernuntur est dilectio & pax cum inimicis habita, *tr.35. d.1. per totum.*

Quid turbati estis & cogitationes ascendunt in corda vestra. Primo Christus Dominus arguit suos discipulos de timore Judæorum, & cur non potius quod pallionis tempore fugerint, eumque solum dereliquerint? Vel quod non credide-

rint teſtibus ſuæ reſurrectionis ſed his omiſſis tantum objicit eis timorem Judæorum ? Apoſtoli conſtituti erant à Chriſto Eccleſiæ Paſtores ac totius orbis Judices , & licet in Judice ac Præſule aliqui ſint defectus qui deglutiri poſſint, minime tamen timor hominum in ijs diſſimulandus eſt ; Judices enim Juſtitiam animoſe ac ſine timore defendere debent, *tr.40.d.8. per totum.*

Videte manus meas & pedes , quia ego ipſe ſum. Chriſtus Dominus in corpore ſuo glorioſo poſt reſurrectionem , ſervavit quinque vulnerum non ſolum cicatrices ſeu ſigna , ſed etiam foramina , ad hoc ut his ſtigmatibus Chriſtus Judex in die Judicij Judæorum ac iniquorum impietatem ac ingratitudinem redarguat , quod tantam charitatem ac pretium contempſerint, *tr.41.d.11. per totum.*

Videte manus meas & pedes meos , quia ego ipſe ſum. Non manifeſtat Chriſtus Dominus veritatem ſui corporis , exhibito aliquo miraculo ſed cicatricibus oſtenſis. Pro certo enim ſtatuit ac indicavit Dei Sapientia , ut hominem in ſui ſequelam & mandatorum ſuorum perraheret obſervantiam majorem vim habituram exhibitorum beneficiorum memoriam quam majeſtatis oſtentationem. Beneficiorum enim memoria cooperatur obſervantiæ legis divinæ, *tract.30. d.9. per totum.*

Et cum hæc dixiſſet oſtendit eis manus & latus. Jam Chriſtus incredulitatem ſuam Apoſtolis exprobrarat dicens, quid turbati eſtis & cogitationes aſcendunt in corda veſtra : Jam quoque Apoſtoli culpam ſuam agnoverant , jam fugam arripuiſſe doluerant ; en ecce mox Chriſtus Dominus eos iterum ſolatur oſtendens eis manus & latus ad exemplum Judicum qui in judicando & condemnando unire debent ſeveritatem cum clementia, *tr.40.d.7. per totum.*

Adhuc illis non credentibus & mirantibus præ gaudio : dixit , habetis hic aliquid quod manducetur ? Chriſtus comedit & ſuis porrigit eſcam , deinde de ſcripturis loquitur, & diſcipulis aperit ſenſum , ut eas intelligant ? ſi illi ad ſcripturas vocandi erant , ut eas penetrarent , cur Dominus convivium ordinat & illis præbet eſcas ? Nonne per tales eſcas hebetiores redderentur ad ſcripturæ ſenſum intelligendum ? Cibus ille adumbrabat divini epuli eſcam , de qua venit,ut mentes illuminentur ad alta intelligenda, *tr.26. d.24. per totum.*

At illi obtulerunt ei partem piſcis aſſi & favum mellis. D. Hilarius, *Hom. 6. de Paſcha.* Myſticam hujus comeſtionis rationem aſſignat : In hac ſacratiſſima reſurrectionis die apparuit Chriſtus Dominus ſuis diſcipulis pauperi ac humili veſte indutus , ut ait D. Anſelmus in elucid : *Uti eum conſueverant diſcipuli ante videre :* & inde ab eis in morem pauperis cibos poſtulat , ut ſignificaretur quanto in pretio apud ipſum ſit eleëmoſyna ; quam etiam Chriſtus in perſona pauperis proteſtatur ſe recipere &c. *tr.24.d.10.*

Dixerunt ergo Thomæ alij diſcipuli vidimus Dominum. Dixerunt Apoſtoli Thomæ : Vidimus Dominum. Ut ad fidem reſurrectionis Thomam invitarent , hoc affectu ſaluris alienæ flagrat Apoſtolicus Senatus , & ſicut ipſi Apoſtoli laudes decantabant gloriæ ſui Magiſtri ſuſcitati , ſic quoque in eis celebrandis ſocium habere volebant D. Thomam. Ad exemplum aliorum vitæ Apoſtolicæ ſequacium ſcilicet ſacerdotum, ut diligenter ſaluti invigilent animarum, *tr.22.d.32.*

Ille autem dixit eis , niſi videro in manibus ejus fixeram clavorum &c. non credam. Peccavit hic Thomas incredulitate , arrogantia ac irreverentia ; cæteris enim Apoſtolis dicentibus Chriſtum ſurrexiſſe ipſe eis non credidit ; Cauſam autem hujus incredulitatis inſinuare videtur D. Chryſolog. *ſerm.* 84. dum inquit ; *Cur Thomas veſtigia fidei ſic requirit ? cur tam pie patientem , tam dare diſcuit reſurgentem ? cur ea vulnera quæ manus inſexit impia , devota dextera ſic reſidat ? cur latus quod impij militis lancea patefecit , refodere manus nititur obſequentis ? Ecce dolores perſecutorum furoribus irrogatos famulantis renovat immitis curioſitas.* Summum totius orbis crimen fuit Chriſti crucifigentium ; huic nimia in myſterijs fidei perſcrutandis immitis adhæret curioſitas ; unde myſteria fidei integre quidem credenda ſunt ; ſed nonniſi ſobrie perſcrutanda, *tract.29. diſc.15. per totum.*

Et poſt dies octo iterum erant diſcipuli ejus intus & Thomas cum eis. Venit Jeſus januis clauſis & ſtetit in medio & dixit : Pax vobis Quæſtio hic non levis eſt , cur bonus Magiſter abſit hebdomada integra ? Incredulitas Thomæ , qua Apoſtolis ac diſcipulis non credidit , occaſio erat ad iram concipiendam , ut ipſe rigide argueretur ; *Noli eſſe incredulus ſed fidelis :* Inde moratur Dominus cunctatur Judex, & poſt octo dies venit , ut juſte increpare dicatur, qui non rapido furore , ſed tarde increpat ; ut ejus documento diſcamus quod mora ſit interponenda, ut ira decocta habeatur. Dandus eſt enim locus iræ, *tr.38.d.14. per totum.*

DOMINICA II. POST PASCHA.

Ego ſum Paſtor bonus , bonus Paſtor animam ſuam dat pro ovibus ſuis. Joan.10. ℣.11. Hoc non tantum parabolæ , ſed rei per parabolam denotatæ convenit. Paſtor enim ovium materialium plus debet æſtimare vitam ſuam , utpote hominis,quam ſuarum ovium : Unde non tenentur cum evidenti vitæ ſuæ periculo ſervare ſuarum pecudum vitam , ſi autem id faciant magno affectu declarabunt ſe ovibus ſuis bene attendere. An vero in hoc ſemper peccent , diſputant aliqui. At vero Paſtor animarum ex officio tenetur & debet vitam ſuam temporalem diſcrimini exponere pro conſervanda vita ſpirituali ſui gregis ac fidelium ſibi commiſſorum, *tr.22.d.33. per totum.*

Ego ſum Paſtor bonus. Chriſtus Dominus Paſtori bono ſe comparat : Paſtor enim nullo parcit labori, ut ovibus conſulat : ſic dicebat Jacob , *Die noctuque æſtu urebar , & gelu , fugiebatque ſomnus ab oculis meis. Gen.31. ℣.40.* Deinde bonus Paſtor agnos tenere paſcit, oves infirmas conſolidat , confractas alligat, errantes reducit omniumque conditioni qualitati ac neceſſitati ſeſe accommodat & aprat. Agi hic poteſt de varijs beneficijs quibus Deus propriam uniuſcujuſque perſonam replet, *tr.30.d.17. per tot.*

Bonus Paſtor animam ſuam dat pro ovibus ſuis. Conſiderandum hic merito eſt graviſſimum illud onus , quod poſt ſe trahit omne paſtorale officium , & ad quid teneatur : Ornamenta autem Aaroni populi Iſraëlitici Paſtori præſcripta onus illud cæterasque quibus prædíti debent eſſe virtutes nobis indicare videntur, *tr.22.d.6. per totum.*

Bonus Paſtor animam ſuam dat pro ovibus. Chriſtus Dominus non inquit, Ego ſum Paſtor bonus, ſapientiſſimus , qui præclara doctrinæ documenta trado , ſed qui dat animam ſuam. Verus enim ſuperior alios præire debet potius opere ac integritate vitæ quam verbo ac ſermonis elegantia, *tr.27. d.4. & 5. per totum.*

Mercenarius autem & qui non eſt Paſtor cujus non ſunt oves propriæ , videt lupum venientem & dimittit oves & fugit. Pro Paſtore Deus intelligi poteſt cujus oves ſunt quælibet cujusque hominis anima , utpote quæ à Deo creata totum ſuum eſſe habet ab illo, *tr.30. d.13.* Dum vero lupus infernalis illas per peccatum aliquod illas ſibi rapit , non fugit Paſtor ille ſicuti Mercenarius,ſed magna illis auxilia & gratias offert ut illas ex faucibus ſuis iterum eripiat, *ibid.d.16.*

Mercenarius autem fugit quia mercenarius eſt. Reddit Dominus cauſam , cur mercenarius fugiat , quia ipſe ſolam ſuam quærit mercedem proindeque quando oves pereunt non ipſi ſed Domino pereunt , parum curans de ovium aut Domini commodo, *tr.22. d.31. ubi pulchram habes invectivam in illos , qui ob fines tantum temporales ſe in ſacerdotium ingerunt.*

Ego ſum Paſtor bonus & cognoſco oves meas & cognoſcunt me meæ. Prius ait, quod ipſe cognoſcat oves ſuas, quam quod illæ eum cognoſcant. Cauſam aſſignat hujus Theophylactus hic , *Vide* ait, *quod primus ille nos cognoſcit : deinde nos illum, neque aliter poteſt cognoſci Deus , niſi nos cognitti fuerimus ab illo.* Chriſtus prius oves ſuas cognoſcit , quam oves illum cognoſcant ; Deum quippe cognoſcere nullus poteſt , niſi prius ipſe à Deo cognoſcatur cognitione ſua practica & benefica , qua nos gratijs ſuis & auxilijs prævenir nobisque aſſiſtit, *tr.30.d.14. per totum.*

Et cognoſco oves meas. Non ait Chriſtus diligo , ſed cognoſco oves meas : dilectio actus voluntatis eſt ; cognitio vero intellectus actus. Bonus autem & prudens Præſul oves reſpicit ad easque fertur , non voluntatis affectu,ſed intellectus dictamine, non enim ſuas oves dirigit amoris propenſione ſed rationis ac judicij diſpoſitione, *tr.40. d.5.*

Et fiet unum ovile & unus Paſtor. Sicut enim eſt unum ovile, ſic & unus Paſtor , unus & ſupremus gubernator Chriſtus Jeſus , poſt cujus Aſcenſionem unus eſt Paſtor Petrus , unus etiam Paſtor Petri Succeſſor Romanus Pontifex,ſub quo militant inferiores multi Paſtores, non toti ovili uti ille , ſed ſinguli ſingulis ovilis partibus præſidentes. Si autem aliquis ex his Paſtoribus ſit improbus , Chriſtum tamen repræſentat, unde ait D.Auguſtinus : *tr.46. in Joannem. Per eos*, ait , *vox Chriſti auditur & ſequantur oves non mercenarium , ſed vocem Paſtoris per mercenarium* ; ſi ergo aliquis Prælatus aut Eccleſiaſticus defectuoſus fuerit, non tamen lacerandus , nec quidquam illi reverentiæ adimendum eſt, *tr.22.d.25. per tot.*

DOMINICA III. POST PASCHA.

Modicum & non videbitis me , & iterum modicum & videbitis me. Joan. 16. ℣.16. Moralis hujus textus ratio hæc eſt : Chriſtus Dominus ſic ſe ſubtrahit à nobis ut iterum redeat : nec enim patitur ut quis prematur gravius quàm par eſt , ac continuo labore graveturi ſi eſt moleſtia ex abſentia. *Modicum non videbitis me* , indeque anguſtia & afflictio , mox iterum Chriſtus Dominus ſit levamen ac recreatio ex redeunte præſentia , *& iterum modicum & videbitis me.* Sic Deus ſemper facit unire ſeveritatem cum clementia quod & exemplo Dei nobis maximeque Judicibus faciendum eſt , *tr.40.d.7. per totum.*

Modicum & non videbitis me , & iterum modicum & videbitis me. Attente conſiderandum quod ait Chriſtus Dominus. *Modicum & non videbitis me* , quod erat eximiæ triſtitiæ ac doloris , cum dilectiſſimi Magiſtri ſui præſentiâ carerent Apoſtoli. Deinde ſecundo loco ait ; *iterum videbitis me* ; quod erat eis valde ſuave & gratum , cum ejus deſideratiſſimo conſpectu fruerentur , ut mereantur ipſum videre. *Iterum videbitis me.* Expediens enim fuit , ut mœſtitia ex ejus abſentia affligerentur , ut ipſo dolore ipſaque moleſtia præpararentur ad ejus præſentiam fruendam.Ad eumdem modum & nos quoque Deo gratias agere debemus in adverſitatibus , ex quibus ſalutem noſtram promovemus, *tr.30. diſc.18.*

Quia vado ad Patrem. D.Chryſoſtomus, *Hom. 78.* in hæc verba ſcribens pulchram moralem doctrinam ſubminiſtrat. *Quod ſi quis diligentius*, ait , *inveſtigaret hoc ipſum , conſolatio eſt , quod dicit ad Patrem ire : erat argumentum quod non periret , ſed mors ejus translatio eſſet ad Patrem.* Cum ait , *vado ad Patrem* , ut in ejus gloria ad dextram ejus ſedeam , magnam dat diſcipulis ſuis conſolationem , nam ex quo ex tam humili & contemptibili morte ad tantam gloriam eſſet exaltatus , magna diſcipulis anſa dabatur gaudendi , propter ſpem quam inde concipere poterant , è tanto mundi contemptu aliquando ad ſimilem gloriam pertingendi ; & tu Chriſtiane eamdem ſpem concipere poteris cum videas Chriſtum quanto magis humiliatum eo quoque magis à Patre ſuo æterno exaltatum, *tr.32.d.9. per totum.*

Dicebant ergo , quid eſt hoc , quod dicit modicum ? Neſcimus quid loquitur. Non intelligebant Apoſtoli , Spiritus Sancti gratia nondum edocti , quid eſſet hoc modicum & nos præſentis vitæ voluptatibus præpediti illud modicum aliquando aut non intelligimus , aut non perpendimus , & utinam ſerio recogitaremus , quod Deus nobis modicum tempus tribuit ne illud perdamus aut contemnamus , hoc enim juſtos valde reddit ſolicitos ; teque etiam deberet anxium reddere ob rigoroſum examen quod habiturus eris in reddenda ratione in illo modico tempore acceptorum bonorum gratiæ , naturæ & fortunæ,peccatorum omiſſionis aliarumque rerum quæ nunc Judicio noſtro modica eſſe apparent, *tr.41. d.13.*

Dixerunt ergo quid eſt hoc modicum ? Vin' ſcire mi Chriſtiane quid hoc modicum importet ? Diabolum excitat ad diligentiam , teque vero merito excitare deberet ad ſolicitudinem ne te velut in muſcipula comprehendat & mors inveniat in peccatis , unde merito hoc tibi ducas cordi Regij Prophetæ conſilium , ut deſcendas vivens in infernum, *tr.34. d.4.* hæc enim conſideratio à culpa coërcet,*ibid.d.2.*

Quid eſt hoc modicum ? Neſcimus quid loquitur. O magna eaque perverſa mundanorum cæcitas, quod id magnum quid & durabile æſtiment , quod in ſe nihil eſt niſi modicum ; ſicuti divitias cum ſint natura ſua labiles & defectui ſubjectæ magni æſtimant ; nihilominus tamen ſi eas ex modico quod naturâ ſuâ poſſident ad digniorem & ſecuriorem ſtatum evehere velint eas manibus pauperum conſignent, *tr.24. d.4. per totum.*

Amen Amen dico vobis : quia plorabitis & flebitis vos mundus autem gaudebit : vos autem contriſtabimini ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium. Tertullianus lib. de ſpectaculis *c.28.* poſt adducta hæc Chriſti verba ſic inquit : *Vicibus diſpoſita res eſt ; nunc illi lxtantur nos conflictamur* , & paulo poſt : *Lugeamus ergo dum Ethnici gaudent , ut cum lugere cæperint gaudiamus.* Patebit hoc verum eſſe in extremo die judicij quando juſti qui in hac vita afflicti fuere ad gaudia æterna invitabuntur & reprobi qui hic continuo lætati fuere pœnis deputabuntur æternis, *tr.41. d.24. & 25. per totum.*

Vos autem contriſtabimini ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium. Volebat Chriſtus Dominus Apoſtolos ſuos hiſce verbis in fide confortare , unde inquit, cujus tam multa triſtitia & adverſa eſſent perferenda ; ſed hoc pro certo ſe habere debere eamquam evidentiſſimum veræ fidei indicium , quod triſtitia eorum vertatur in gaudium , ſic quoque Martyrum in tormentis conſolationes & evidens veræ fidei nobis perhibent teſtimonium, *tr.29.d.20. per totum.*

DOMINICA IV. POST PASCHA.

Vado ad eum qui miſit me & nemo ex vobis interrogat me quo vadis. Joan. 16. ℣. 5. Volebat hiſce verbis Chriſtus Dominus diſcipulis ſuis repreſentare & in memoriam revocare beneficium redemptionis noſtræ , dum enim dicit, *vado ad eum qui miſit me* , indicare volebat quod ad mortem, quæ viam & ſibi & nobis ſterneret ad Patrem,iret, idque vo-

luntarie & ſponte : miratur autem quod nemo interroget eum quorſum vadat cum tanta ſit cauſa interrogandi ut tantum agnoſcatur beneficium , ſicque animus excitetur ad perſolvendum gratitudinis tributum , quod Deo acceptiſſimum eſt ſacrificium, *tr.30. d.3. per totum.*

Vado ad eum qui miſit me , & nemo ex vobis interrogat me quo vadis ? Fruſtra eſſet ſi quis interrogaret Dominum quorſum vadat , cum ipſe omnia ſapientiſſime & providentiſſime operetur , ſcit quo vadat : Eſtne autem aliquis qui vadat & neſciat quo ? Eſt & quidem præ cæteris peccatoribus homo iracundus ; Ita enim Intellectum excæcat abſorbet diſcurſum & rationem &c. *tr.39. d.5.*

Vado ad eum qui miſit me. Chriſtus Dominus hic de morte ſua ut futura loquebatur , unde mirum eſt quod dicat *vado*,& non potius *vadam ?* ſed pulchre ad inſtructionem noſtram locutus eſt Dominus , dum unuſquiſque merito apud ſe dicat vado & non vadam, id eſt , jam nunc ex hac peccati occaſione vado per mortis recogitationem , quod quidem univerſale quoddam eſt contra peccata remedium, aſt inferni recogitatio omnipotens quoddam contra peccata eſt remedium , cum ideo Deus nobis infernum comminetur,ne in illum corruamus, *tr.34. d.3. per totum.*

Sed quia hæc dixi vobis triſtitia implevit cor veſtrum. Quia dixi vobis quod ad Patrem vado , hinc triſtitia implevit cor veſtrum. Sed quænam Apoſtolis cauſa triſtandi dum Chriſtus ad Patrem vadit & quidem ut ipſis paret gloriæ locum ? ſi igitur ob talem Domini diſceſſum triſtantur Apoſtoli, quam non igitur jure merito triſtabuntur damnati à quibus Dominus in æternum diſceſſit numquam rediturus, *tr.34.d.22. per totum.*

Sed ego veritatem dico vobis : expedit vobis ut ego vadam : ſi enim non abiero , Paraclitus non veniet ad vos , ſi autem abiero mittam eum ad vos. Vere expediebat ut Chriſtus abiret, antequam Paraclitus mitteretur ; quia ante Aſcenſionem Chriſti diſcipuli non erant capaces tanti doni ; nimis enim carnaliter de Chriſto ſentiebant , ac proinde conveniens fuit , & cum abſens eſſet Chriſtus , ex deſiderio ejus, exque deſiderio divini doni percipiendi , quod quotidie vehementer exoptabant , ad ipſum condigne recipiendum præpararentur , ſic quoque divini doni Euchariſtici fructus noſtræ correſpondet diſpoſitioni , ſed maxime præ reliquis illius participes fiunt , qui deſiderio magis ſunt famelici , *tr.26. d.25.*

Expedit vobis ut ego vadam. Et certe ! cur plus expediret nobis quam tibi ? Annon poſt tantos labores & dolores exantlatos promeritus es tantum gloriæ præmium ? Eſt tamen tuomet proprio Judicio , expedit nobis ut ad Patrem eas ? Imo vero ; nobis expedire plurimum ipſe aſſerit , ut appareat quod non tam ſuæ quam noſtræ ſtudeat utilitati & commodo, hoc enim ſemper demonſtrant gratiæ & auxilia quibus Deus cujusque aſſiſtit animæ, *tr.39. diſc.14.*

Et cum venerit ille arguet mundum de peccato , & de juſtitia , & judicio ; De peccato quidem quia non crediderunt in me. Spiritus Sanctus adveniens arguet & convincet qua Judæos , qua gentes , quia auditis tot Scripturarum teſtimonijs , ac tam efficacibus rationibus tantisque miraculis in Chriſto viſis noluerunt credere à ſuisque peccatis ſe emendare , gravius autem arguendi ſunt fideles quod jam communicato & ſuſcepto fidei lumini non correſponderunt, *tr. 29. d.14. per totum.*

Et de juſtitia. Arguitur , inquit S. P. Auguſtinus, *tr.95. mundus de peccato ſcilicet , quia in Chriſtum non credit ; & arguitur de juſtitia eorum qui credunt. Ipſa quippe fidelium compar atio , infidelium eſt vituperatio ; unde quantum malum ſit eorum qui non credunt , ex bono poteſt apparere eorum qui credunt.* Arguet mundum Spiritus Sanctus de juſtitia Apoſtolorum atque credentium ; & quod mundus eorum juſtitiam , virtutes ac opera imitari nolit , viſoque tanto eorum exemplo virturum illud ſequi contempſit , maxime cum bonum exemplum magnæ ſit efficaciæ ut impios ad Deum convertat & numerum fidelium in Eccleſia adaugeat , *tr.27. d.1. per totum.*

Et de Judicio. Spiritus S. adveniens arguet mundum de judicio , faciet nempe , ut Apoſtoli invocato Jeſu nomine, diabolum qui in orbe principabatur, ejiciant ex templis,mentibus ac corporibus hominum quæ ab eo poſſeſſa erant, ejusque totum regnum evertatur ac deſtruatur. Et ſi Deus non pepercit capiti ac principi diaboſo ſcilicet , etiam non parcet membris ac ſubditis ejus ac propterea Chriſtus finale judicium rigoroſiſſimum infallibile nobis prædixit, ut in illo nam ejus effugiamus, nosque ad illud per bona opera præparemus, *tr.41. d.29. per totum.*

Et cum venerit ille arguet mundum de peccato &c. Quæſtio hic non levis oritur cur Chriſtus Dominus qui eſt Sapientia Patris ipſum mundum non arguat, ſed hoc tantum aſcribit Spiritui S. Reſpondetur , illud de quo mundus arguendus

erat, crimina erant & injuriæ in Christum commissæ, tamen libentius ad nostram institutionem hoc judicium Spiritui S. committit, ut nos injuriarum doceat tolerantiam *tr.36.d.7.* majoremque esse victoriam injuriarum oblivisci quam eas ulcisci, *ibid. d.13. per totum.*

DOMINICA V. POST PASCHA.

Si quid petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis. Joan.16. Magnam consolationem magnumque documentum Christus hic dat suis Apostolis, ut eo absente utantur oratione ad impetranda omnia quibus egent à Patre suo. Ipse enim qui erat sacerdos secundùm ordinem Melchisedech & summus Pontifex assidue interpellabat Patrem pro nobis, nunc vero cùm Apostoli omnes post Ascensionem suam in ordine sacerdotali ejus futuri essent successores, hoc illis officium demandavit, ut jugiter se in oratione exercentes orent & intercedant pro populo. Omnibus in sacerdotio constitutis hæc quoque salutaris est doctrina. *De quo vide tr.22.d.15. per totum.*

Si quid petieritis Patrem in nomine meo. Christus Dominus potentè semper apud Patrem suum cœlestem pro nobis advocatum egerat, nunc vero à nobis discessurus non minus id de se verificari volebat quod de eo S. Joannes testatur dicens: *Advocatum habemus apud Patrem Dominum nostrum Jesum Christum justum.* Unde ut confidenter petamus incitat, significans se non minorem nostri curam gesturum in cœlis sive in terris semper in nos beneficus existi'. In cœlis quidem per communicata auxilia gratiæ, *tr.30.d.14.15.& 16.* In terris vero per creaturarum productionem in hominis beneficium, *ibid. d.1. & 11. per totum.*

Si quid petieritis Patrem in nomine meo. In nomine meo, potest illud intelligi & de modo quo petitur res, & de modo quo res jam impetrata suscipitur, sic enim petenda res est ut per merita Christi petatur, ut nomine ejus quo petimus impetrata acceptetur numquam tamen gratitudinis omittamus tributum ad quod quantum nos obligati simus ex varijs veteris testamenti exemplis comprobatur, *tr.30. d.5. per totum.*

Si quid petieritis Patrem in nomine meo. In nomine Jesu petere, est eo modo petere quo ipse petiit, magna autem Christus in suis orationibus usus est reverentia & humilitate quæ maxime in oratione necessaria est. Rem alieno exemplo declaro; valde metuebat Jacob Fratrem suum Esau, venientem ei obviam rogabatque Deum dicens: *Minor sum cunctis miserationibus tuis & veritate tua &c. erue me de manu fratris mei Esau Gen.32. v.10.* Cur ita se deprimit ac se indignum judicat acceptis à Deo beneficijs? cui non potius sua erga Deum commemorat obsequia? Ex affatu divini Spiritus orabat Jacob, ut liberaretur ab Esau, quod ut impetraret, ex humilitate adjuvatur: Oratio quidem efficax est, si tamen humilitati fuerit conjuncta, *tr.32.d.14. per totum.*

Usque modo non petistis quidquam. Ex ipsomet sacro Evangelij textu liquet, quod Apostoli multa à Christo postulaverint, nam Jacobus & Joannes per Matrem petierunt primas sedes. *Matth.* 20. *v.* 20. petierunt item discipuli ut adangeret eis fidem. *Luc.* 17. *v.* 5. In nomineque Christi ejecerunt dæmonia; *Domine etiam dæmonia subjiciuntur vobis in nomine tuo. Luc.* 10. *v.* 17. cum ergo tanta ac tot postulaverint, quomodo eis dicitur à Christo, *usque modo non petistis quidquam?* Ratio est quam tradit noster D. Cyrillus Carmelita *lib.* 12. *c.*7. quod Apostoli à pueritia consueverunt orare more consentaneo legi Moysis, Judæi autem Deum orabant ab eoque postulabant quæ opus erant, sed non in nomine Christi quæ illis primario quidem necessaria deerat intentio, quam Deus tamen rectam & in Oratione & in omnibus intendit operibus, *tract* 33. *d.*11. *per totum.*

Petite & accipietis ut gaudium vestrum sit plenum. Sæpe aut ea quæ petimus ignoramus, aut ea petimus quæ minus expediunt. Sed hic nos docet Dominus quid petere debeamus, nam juxta interpretationem D. Cyrilli. *lib.* 11. *in Joan. cap.*7. referitur gaudium plenum ad illud verbum, *Accipietis*, ut sensus sit si petatis accipietis à Deo Patre plenum gaudium, id est gaudiolam in æterna gloria quietæ conscientiæ possessionem, quæ vere gaudium plenum dici potest; & hoc jure merito gaudium continuis precibus petere deberemus ad evitandum horribilem cruciatum vermis conscientiæ qui damnatos in æternum corrodet, *tr.*34. *d.*17.

Ut gaudium vestrum sit plenum. Effectus hic est veræ fidei, evidentissimumque ejusdem testimonium, in ipsis tormentis pro fide exantlatis tantas degustare consolationes, ut jam ipsas cœlestes praegustare quodammodo videantur, seque jam in possessione pleni id est, perfecti gaudij esse putent, *tr.29. d.*11.

Ipse enim Pater amat vos quia vos me amastis & credidistis. Quæritur hic esse potest, quare Christus dicat, quia vos me amastis & credidistis. Quid si solum credidissent te à Patre exivisse, te verum Deum esse & hoc fide eminentissima, nonne sufficeret? nequaquam sane; quia fides licet excellentissima nisi bonis operibus sit plena ad salutem non sufficit, *tr.* 29. *d.*6. *per totum.*

Ipse enim Pater amat vos quia vos me amastis. Dubitat hic D. Augustinus & putat verba hæc sibi aliquo modo repugnare cum his quæ dicuntur. 1. *Joan.* 4. *Ipse prior dilexit nos.* Nam si hic dicitur, *amat vos quia vos me amastis* supponitur quod noster amor sit prior? Respondetur juxta mentem D. Augustini *tract.* 102. quod amor in Deo erga nos est considerandus, unus antecedens alter concomitans seu consequens: Deus amore antecedenti nos prævenit & prior amat nos cum nos peccatores ad pœnitentiam & amorem sui vocat & excitat & tunc amat nos amore concomitanti, quando nos per gratiam justificantem facit amicos suos, *tr.* 30. *d.*14.15. & 16. *per totum.*

DOMINICA VI. POST PASCHA.

Quæ est infra Octavam Ascensionis Domini.

*Cum venerit Paraclitus quem ego mittam vobis à Patre. Joan.*15. *v.*16. Non sine magna ratione mysterij Christus Dominus hoc in loco Apostolis prædicit Adventum Spiritus Sancti, cum enim mittendi essent in universum mundum prædicare Evangelium & simul perhibere testimonium de Christo, voluit illis ostendere unde etiam inter litterarum ignorantiam hæc illis virtus superveniret, nempe non ab homine qui sicut fallax sic & prædicata fides ejus fallere posset; sed à superveniente virtute Spiritus S. qui cum Spiritus sit verax docens Apostolos, optime concluditur evidentissimum veræ fidei argumentum esse, quod illa in tam brevi temporis spatio per homines idiotas & illiteratos tanto cum fructu ad omnes populos extensa sit, hoc enim clare fidem probat esse veram quando ejus propagatio omnem humanam excedit facultatem, *tr.*29. *d.*17. *per tot.*

Cum venerit Paraclitus quem ego mittam vobis à Patre. Cur hic Christus Dominus mentionem faciat de Spiritu Sancto pulchram & illam quidem moralem rationem dat Cajetanus hic, sic scribens: *Ad cumulum inexcusabilitatis persecutorum nominis mei accedet multiplicatio testium, nam aliqua prædicationem meam & opera mea, superveniet Spiritus Sanctus testis, adjungemini & vos testes.* Demonstraverat Christus Dominus suam divinitatem admirabili sua prædicatione multis ac magnis operibus & miraculis, quæ nullus alius hactenus fecit; insuper nunc adhibet testimonium ex Spiritu Sancto adveniente & ipsissimet Apostolis ut omnino esset inexcusabilis malitia Judæorum. Ex quo etiam redditur inexcusabilis malitia multorum Christianorum qui inter tot prædicationes, tot visa miracula nomine Christianorum quidem insigniuntur, sed sine fructu, *tr.*29.*d.*10. *per totum.*

Cum venerit Paraclitus quem ego mittam vobis à Patre, dixerat aliquando Christus Dominus agens de Adventu Spiritus Sancti *Joan.*14.*v.*26. *Paraclitus autem Spiritus quem Pater mittet in nomine meo*; sed quid est mysterij, quod in præsenti hanc missionem sibi adscribat? *Quem ego mittam vobis à Patre?* Ratio est, ut ex tanto dono hominibus concesso homines sibi quoque habeat devictos & obligatos vinculo gratitudinis; quod Deus semper & omni tempore ab hominibus postulavit, *tr.*30. *d.*2.

Quem ego mittam vobis à Patre Spiritum veritatis. Spiritum dicit veritatis, quia est quoque Spiritus sanctitatis, quam sanctitatem non inani foco palliatam, sed in veritate Apostolos docebit, cum econtra diabolus in Angelum lucis se transformans multas per hypocrisis falsitatem seducat animas, *tr.*33.*d.*5. *per totum.*

Ille testimonium perhibebit de me. Unicus fere Christus Dominus & in vita & in morte fuit injuriarum scopus; & jam ad illas injurias vendicandas Pater Christo dederat testimonium dum in Jordane & Thabore *Matth.* 3. *Patris vox super eum intonuit. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui ipsum audite.* Filius de seipso testimonium dedit dum dixit, *Ego testimonium perhibeo de metipso, Joan.*8. Ergo consentaneum erat, ut Spiritus Sanctus quoque suo testimonio adesset, juxta illud *Joan.* 1. *v.* 5. *Tres sunt qui testimonium dant in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus*; sed cur hi tres dant testimonium? ad hoc ut juxta debitum juris ordinem istæ injuriæ divinitati & humanitati irrogatæ detegerentur, & injuriatores acriter convicti magis confunderentur; simili enim periculo alijsque damnis injuriatores ordinarie exponuntur, *tr.*36.*d.*4. *per totum.*

Hæc locutus sum vobis ut non scandalizemini; seu ut habet Syriacus, non offendamini. Scandalizari autem dicitur, qui in offendiculum incurrens impingit, & cadit; volebat Christus dicere, cum videntis odia & persecutiones mundi insurgere in vos ne scandalizemini aut offendamini in me, minus bene de me sentientes, quia præmoneo vos de periculo; Ecce quanta cura & solicitudine Dominus præoccupat à discipulis suis avertere scandalum quo accepto potuissent à Christo deficere; est enim scandalum nidus omnis malitiæ, *tr.*27.*d.*7. *per totum.*

Absque synagogis facient vos. Præmissa jam admonitione & tanto Spiritus Sancti auxilio promisso clarius Christus Dominus refert persecutiones futuras: *Absque synagogis facient vos*: id est, ejicient vos. D. Augustin. *tr.*93. à synagogis ejicient vos æstimat dictum ad consolationem Apostolorum, ac si diceretur: Judæi vos ejicient ex invidia nominis mei & doctrinæ vestræ, sed ego vos colligam in novum populum mihi electum. Hæc est divina bonitas, ut ex malis quæ impij & mundi contra justos machinantur, præclara bona in eorum gloriam & exaltationem eliciat, *tr.*38. *d.*15. *per totum.*

Sed hæc omnia facient vobis quia non noverunt Patrem neque me. Hoc Ly *noverunt* importat beneficiorum cum gratitudine recognitionem: sic enim dicitur de Pharaone: *surrexit Rex, qui non noverat Joseph*: utique cognoscebat illum cum adeo publica esset ejus famæ notitia; sed indicat quod beneficia non considerarit, quæ regnum illud à Joseph non perceperat; atque hoc modo potest Christus de multis conqueri, quod non noverint Patrem neque ipsum: nam etiam hodie, quod Pater nobis suum tradidit filium, & filius suam nobis tradidit vitam & sanguine suo nos redemit, non attendunt nec considerant, unde etiam ad alia beneficia percipienda inhabiles reddimur: Ingratitudo enim gratiarum Dei arefacit fontem, *tr.*30.*d.*23. *per totum.*

FESTUM SANCTISSIMUM PENTECOSTES.

Si quis diligit me, sermonem meum servabit. Joan. 14. 23. Difficultas hic est, quod cum fide Catholica pro certo tenendum sit quod Deus nos prius amat quam ipsum amemus; juxta illud Joannis *Epist.*1. *c.*4. *Ipse prior dilexit nos*, nam per suum eximium amorem Deus nos prævenit, intellectum illuminando, voluntatem accendendo, ipsèque per auxilium suum nos excitat ac promovet ad fidem, charitatem, pœnitentiam, ac contritionem, ipsèque ad eliciendum actum fidei charitatis pœnitentiæ nos adjuvat de quo vide *tr.*30. *d.*14. 15. 16. & 17. Cum ergo prior sit amor divinus, cur ergo Christus amorem de illo instituens suum erga nos non exprimit, sed prius nostrum apponit? Morali ratione respondetur. Ille primus Dei amor est donum mere gratuitum ex summa ejus liberalitate ac pietate in nos descendens. *Ipse gratis dilexit nos.* At noster amor obsequij ac famulatus rationem induit, illius igitur non volens reddere memores ad gratitudinem excitare voluit ut illa quæ ingratis destinata sunt supplicia evadamus. Quo enim majora sunt beneficia, eo severiora sunt supplicia ingratorum &c. *tr.*30. *d.*19. *per totum.*

Si quis diligit me, sermonem meum servabit. Non tantum de dilectione hic nos monet Dominus, ut ad gratitudinem excitet, sed etiam illud insinuat per quod grati esse possimus dicens *sermonem meum servabit*; quia si amorem Dei erga te reciproco amore invicem gratitudinis compensare volueris mandata ejus infallibiliter observabis: nam beneficiorum divinorum recognitio legis divinæ observantiæ cooperatur, *tr.*30. *d.*9. *per totum.*

Si quis diligit me sermonem meum servabit. Infallibilis certe consequentia; verum enim veræ dilectionis Dei signum est in vera fide legis ejus ac mandatorum observantia; & illi abominabiles & veluti Dei hostes habentur qui fidem quidem exterius profitentur veluti amici Dei cum tamen eamdem per vitia & peccata, quæ legi suæ repugnant negent, *tr.*29. *d.*11.

Si quis diligit me sermonem meum servabit. Dominus in opere dilectionis nostri erga ipsum primum oculos conjicit in amorem cordis, tanti namque facit opera, quantus est amor, & intentio bona quæ ad ea impellit & ita quamvis opera sint in se bona sine hac intentione cordisque rectitudine inutilia erunt & mortua, *tr.*33. *d.*11. *per totum.*

Et Pater meus diligit eum. Hæc optima gratitudinis est reciprocatio, ut inibi quasi abyssus abyssum invocet, dum beneficiorum profunda recognitio, benefactores nostros ad nova impertienda excitet, unde si diligas, diligeris, *tr.* 30. *d.*7. *per totum.*

Et ad eum venientes & mansionem apud eum facientes. Hodie vere dicere licet, absolutum esse fidei nostræ ædificium, quod jam Christus morte sua jecerat, dum majori sane prodigio quo ipse illud ut omnipotens Deus fundamentum posuerat hodie per Spiritus Sancti virtutem perficit, & incrementa sumere facit; quod patet ex eo, quod Spiritus Sancti gratia excitati & afflati pauperes piscatores ad crucifixi adorationem comparârint reges & regna &c. *tr.*29. *d.*21. *per totum.*

Et adveniemus & mansionem apud eum faciemus. Veniemus ad eum non ut mox recessuri, sed quantum est ex parte Dei firmum & stabilem mansionem facientes in intimis ejus tamquam in templo: sed super quem requiescit Spiritus &c. Nonne super humilem? Imo vero; Humilia ergo te sub manu Dei, & veniet ad te & manebit in te Spiritus Sanctus: Humilitas enim est illa virtus quæ Deum in animas hominum attrahit & in illis tamquam in loco deliciarum commorari facit, *tr.*32. *d.*6. *per totum.*

Et mansionem apud eum faciemus. Illi Sanctissima Trinitas constantem sui pollicetur conversationem & familiaritatem, qui sermonem seu præceptum servaverit Christi, hoc est autem præceptum ejus ut diligamus invicem quod præceptum non tam de amicis quam inimicis intelligendum est; Inimicus enim diligendus est quia Christi præceptum est, *tr.*35. *d.*4. *per totum.*

Paraclitus autem Spiritus Sanctus, quem Pater mittet in nomine meo, ille vos docebit omnia. Non inutile erit hic inquirere, quonam præcipue tempore Spiritus Sanctus super Ecclesiam in Sion coadunatam à Christo post suam in cœlos ascensionem demissus fuerit? certo non alio quàm eo quo jejuni erant, hoc enim sanctus Petrus insinuare voluit, quando Apostolos à calumnia ebrietatis eisdem imposita justificavit & defendit dicens: *Non sicut vos existimatis hi ebrij sunt cum sit hora diei tertia. Act.* 2. *v.* 15. Similiter quando idem Spiritus Sanctus alia quadam vice una cum gratiarum suarum thesauris super Paulum & Barnabam descensurus erat, dicit sacer textus: *Ministrantibus autem illis domino & jejunantibus, dixit Spiritus Sanctus: segregate mihi Saulum & Barnabam in opus ad quod assumpsi eos. Tunc jejunantes &c. Act.* 13. *v.* 2. Non parum inde commendatur sobrietas & abstinentia, quæ tunc quasi quædam ad Spiritum Sanctum recipiendum dispositio fuit: Gula vero, Dei & gratiarum ejus est inimica, Spiritui Sancto opponitur, *tr.*31. *d.*11. *per totum.*

Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Quid est hoc *pacem relinquo vobis? Relinquo hæreditatem* indicat, ut videtur exponere D. Cyprianus *de unit. Eccles.* legens, *pacem dimitto*, discedens igitur ex hoc mundo dominus, suis pacem tamquam propriam hæreditatem delegavit. Pulchre D. Augustinus *serm.*66. *de temp.* ait: *Proficiscens voluit dare, quæ rediens desiderabat invenire in omnibus, hanc suis hæreditatem dedit: dona omnia suæ pollicitationis & præmia in pacis conversatione promisit, atque ideo fratres, si hæredes Christi esse volumus in ejus pace esse & manere debemus.* Verus enim character quo Christiani ab alijs discernuntur est dilectio & pax etiam inimicis exhibita, *tr.*35.*d.*1. *per totum.*

DOMINICA ET FESTUM SANCTISSIMÆ ET INVIDUÆ TRINITATIS.

*Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Matth.*28. Celebramus hodie mysterium mysteriorum, quod est essentia divina Domini nostri in seipso; Mysterium plane supernaturale, absque lumine fidei non cognoscibile, ad hoc enim intelligendum sola via est credere. Unde statuit nos Deus in Ecclesiæ suæ schola, & primum principium illam frequentantium est credere; fides enim est omnium bonorum fundamentum &c. *tr.*29.*d.*1. *per totum.*

Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Unde tibi piissime Jesu tanta accessit potestas? magno acumine rem tetigit Drogo *serm. de Sacram. Dom. Pass.* sic devote inquiens *Data est tibi Domine Jesu omnis potestas in cœlo & in terra, magna Rex virtutum quia factus es obediens Patri usque ad mortem, mortem autem crucis; ecce elevata est magnificentia tua super cælos & omnia subjecta sunt sub pedibus tuis.* Ecce dejectio & humilitas crucis tantæ extitit causa altissimæ potestatis. Quanto enim Christum magis humiliatum invenimus tanto magis ab æterno Patre exaltatum admiramur, *tr.*32.*d.*9. *per tot.*

Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra: Euntes ergo docete omnes gentes. Accepta sibi potestate in homines, statim de eorum salute pertractat & agit. Potestatem enim quam dabat non demonstrat verbis sed rebus ipsis. Volens etiam Apostolos suos docere parum esse quod ab illo potestatem acceperint convertendi omnes gentes, nisi etiam illas opere doceant, frustra enim sunt verba quæ sunt exempli, quæ plus persuadent quam verba, *tr.*26.*d.*2. *per totum.*

Euntes ergo docete omnes gentes. Ut Apostoli velut primi exorientis, Ecclesiæ sacerdotes juxta officij sui obligationem animarum lucro incumberent, nullam recusavere molestiam, imo nihil illis pro æterna vita erat arduum, nec pro salvandis animabus molestum; reliquis sacerdotibus in exemplum quorum in promovenda animarum salute maxima est obligatio, *tr.*22.*d.*32.

Euntes ergo docete omnes gentes. Domine qua consequentia jubes, ut pergant docturi totum mundum ex eo quod tibi data sit plena potestas? optimâ sane consequentiâ hoc jubet;

habet ; ostendit enim magnam potestatem in eo quod fidem suam per homines idiotas & illiteratos tanto cum fructu ad omnes populos etiam illos qui in impietate sua occalluerant propagarit, *tr.29.d.17. per totum.*

Docentes eos servare omnia. Post fidem ac Baptismum adjungit Dominus mandatorum observationem, Otdo profecto pulcherrimus , justit Apostolis ut primum docerent universas gentes , deinde ut fidei intingerent sacramento , & post fidem ac Baptisma quæ essent observanda præciperent. Indicans neque fidem neque baptismum satis esse ad salutem , nisi etiam operum impendamus observantiam, *tr.29. d.4. 5.6. 7. & 8. per totum.*

Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi. Discipulos ad prædicandum mittebat & etiam ad pugnandum cum invisibilibus & visibilibus hostibus ordinabat, inde eis promittit suam operam & auxilium cum sui præsentia Sacramentali in altissimo Eucharistiæ mysterio ; quod denotant illa verba *usque ad consummationem sæculi.* Sacramentum enim nos à visibilibus & invisibilibus protegit hostibus, *tr.26.d.20. 21. 22. per totum.*

Et ecce ego vobiscum sum ; quasi diceret : Grande facinus proponitur convertere corda & operari in illis ; sed notandum vos solos non operari, operabor & ego vobiscum ; quod manifestum fiet,quando & illud opus quod operabimini nempe fidei plantatio inter maximas persecutiones perseverabit & incrementa accipiet , inde enim ostenditur fidem solius Dei opus esse, *tr.29. d.18.*

Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi. Multis modis nobiscum est Deus eritque usque ad ultimum mundi finem ; sed excellentissimo modo nobiscum est in S.S. Altaris Sacramento, in quo intime nobiscum est unitus, *tr.26. d.5. per totum.*

DOMINICA II. POST PENTECOSTEN.

Homo quidam fecit cœnam magnam Luc. 14. Non sine ingenti mysterio Christus Dominus hic de cœna magna faciens mentionem se hominem appellat,cum in alijs parabolis aut Regem aut patremfamilias se vocitet. Mysterium sic explicat D.Chrysostomus in Catena : *Quoties,* ait, *panitivam suam virtutem indicare vult , Deus , ursa, pardus, Leo, & hujusmodi nuncupatur : quando vero misericordiam exprimere vult dicitur homo* ; pro sua pietate liberalitateque exprimenda dicitur homo , & illam vero ostendit in cœna magna , quam instituit sacra nimirum Eucharistia, in qua omnium bonorum est beneficentia, *tr. 26. d. 8.*

Homo quidam fecit cœnam magnam. Mirum est , quod Deus semetipsum hominem tantum appellet , cœnam vero magnam dicat. Si consideretur Deus in suis operibus, semper per respectum ad opera ipsa Deus magnus & excelsus visus est , opera vero attenta Dei Majestate parva & angusta apparent. At vero in augustissimo Eucharistiæ Sacramento , tantum est operis fastigium , ut Deus sua infinita sapientia disponat & ordinet , quod altaris Sacramentum semper magnum & excelsum appareat , ad cujus conspectum ipse qui immensus est & infinitus veluti unus ex vulgaribus hominibus sine ullo nominis splendore se exhibeat ; Eucharistia enim est excessus & compendium omnium mirabilium, *tract. 26. disc. 5 2.*

Homo quidam fecit cœnam magnam. In quæstionem vocari potest , cur hic homo potius fecit cœnam quam prandium ? Rationem pulchram dat D.Cyrillus in Caten.Græca. *Conditor omnium atque gloriæ Pater , paravit cœnam magnam in Christo peractam. Novissimis enim temporibus , & quasi in occasu nostri sæculi illuxit nobis Dei Filius , & mortem pro nobis sustinens dedit nobis proprium corpus comedere ; unde & agnus in vespere immolabatur juxta legem Mosaicam ; merito igitur cœna dictum est , paratum in Christo convivium.* Nunc vero sicut cœna sine lumine non celebratur , & si lumen absit fercula non intuentur ; sic cœleste hoc convivium hac cœna non celebratur, sine lumine fidei, *tr.26.d.49. per totum.*

Homo quidam fecit cœnam magnam. Dupliciter in hoc Evangelio mentio fit de hac cœna , in primo loco dicitur magna non vero in secundo. *Homo quidam fecit cœnam magnam.* Ecce magna nuncupatur ; Posthea vero paterfamilias loquens introducitur, & ait ; *Nemo virorum illorum gustabit cœnam meam.* Ubi nomine magni prætermisso solum cœna commemoratur ; Ratio esse potest hæc ; cum ad cœnam multi convocantur magna appellatur ; *Homo quidam fecit cœnam magnam & vocavit multos :* non sic vero quando ab illa aliquis excluditur. Tunc enim vera magnitudo splendet , quando de ejus exuberantia multi participant ; Apte ex hoc fundamento agi potest contra nauseabundos frequentis communionis, *tr.26. d.43. per totum.*

Et vocavit multos. Vocentur quicumque , non vocantur tamen nisi viri , ad indicandum quod quicumque ad hanc cœnam vocantur, sive viri,sive fœminæ,alij non debeant esse quam qui masculo sunt robore firmaque mente virtutem teneant ab illaque salutari timore perciti numquam discedant. Sacramentum enim hoc suas impertit gratias timoratis cumque habitu virtutum & bonorum morum accedentibus, *tr.26. d.32. per totum.*

Et misit servum suum hora cœnæ dicere invitatis ut venirent ; quia jam parata sunt omnia. Consolationis plena sunt verba ista dum quantum est ex parte Dei omnia ad cœlestem hanc cœnam parata sunt , idque ex infinito Christi in hoc Sacramento erga nos amore, *tract. 26. d. 47.* Neque aliud quidquam hic desideratur , quam id quod tibi faciendum incumbit , ut nempe huic convivio intersse festines , teque ita disponas , ut etiam quotidie accedere merearis, *tr.26. disc. 45. ubi communio quotidiana variis commendatur rationibus.*

Quia jam parata sunt omnia. Vocabant servi invitatos ut venirent , quia jam parata essent omnia , quod si hoc intelligamus de S.S. Sacramento cibus est , de quo propriè cecinit David , quod Deus illum præparavit , & sicut nobis erat impossibile illo vesci in propria sua specie præparavit illum in forma panis, *tr.26.d.3. & 4. per totum.*

Et cœperunt se omnes simul excusare. Stupendum sane quod ad mundana convivia quæ propter excessum in vino & epulis mortem sæpe accelerant, *tr.31.d.19.* convolemus, & ad cœlestem hanc mensam in qua vita nobis datur,cum nausea accedamus. *tr.26.d.2.*

Unus dixit villam emi. Vocatus hic homo ad cœnam excusat se ob villam emptam , quasi cum villa empta & cum Deo simul esse non possit cum tamen sponsa suum dilectum ad villam invitet. *Cant. 7. Veni dilecte mi, egrediamur in agrum commoremur in villis ?* sed respondetur ex sententia Di Augustini *serm. 33. de verbis Domini* ; quod hic homo vadit ad villam ex superbia ut multos sibi subditos comparet sponsa vero divertit in agrum ex multa charitate erga Deum ut homines agrestes ad Deum adducat fidemque convertat. Ex quo patet quam graviter arguendus sit iste homo , qui propter villam à Deo se separat quem per villam sibi poterat comparare ; sic multi per divitias à Deo segregantur , cum tamen per illarum debitum usum , & modicam in pauperes erogationem mirum in modum Deum & multa alia dona pro anima sua possint lucrari, *tr.24.d.3. per totum.*

Tertius dixit : Uxorem duxi & ideo non possum venire. Invitabatur hic ad panem sanctum corporis & sanguinis Christi, & ideo recte respondit : *Non possum venire:* Quare non potest ? nonne matrimonij licitæ sunt voluptates ? Licitæ quidem sunt , & si dignam Eucharistiæ sumptionem non impediant, obstant tamen , ne illa animi puritate fumatur quæ Angelos decet : unde ait : *Non possum venire :* id est non possum sumere non suscipere panem Eucharisticum. Honor enim & munditia corpori Christi debita, *tr.26.d.28.* Advertant etiam hic sacerdotes quanta eos deceat continentia & puritas, *tr.22. d.17.18.19.20.21. & 22. per totum.*

Exi citò per vicos & plateas civitatis : & pauperes ac debiles & cæcos introduc huc. Ait Dominus servo , *exi citò per vicos & plateas :* non mandat Dominus vocari homines domi absconditos sed in plateis ac vicis commorantes : misit enim ad plateas quia missi ad peccatores , ut de latioribus vijs ad angustam viam venirent quæ ducit ad vitam. Latior via est via hujus sæculi de qua vocavit peccatores ad hoc Sacramentum quod vere ducit ad vitam dum illud nobis confert indulgentiam & propitiationem Dei, *tr.26.d.23. per totum.*

DOMINICA III. POST PENTECOSTEN.

Erant appropinquantes ad Jesum publicani & peccatores. Luc. 15. Clare hic Dominus ostendit adventus sui finem, qui juxta Apostolum erat peccatores salvos facere, ideo namque cum tanta patientia & longanimitate illos expectat,æternæ condemnationis executionem suspendendo multaque auxilia & gratias conferendo, *tr.30. d.16.*

Et murmurabant Pharisæi & Scribæ dicentes : Quia hic peccatores recipit & manducat cum illis. Murmurabant Scribæ & Pharisæi ad hanc tantam Domini benignitatem : sed quare murmurabant ? Glossa interlinearis ad illa verba, *hic peccatores recipit.* Sic habet : *Contrarius est legi quæ hoc prohibet.* Sed tamen in lege veteri hoc esse prohibitum cum peccatoribus conversari nullus locus assignabitur , in quo talis prohibitio exstet. Sed objicitur hoc dictum Apostoli Pauli. 1. Cor. 5. ℣.11. *Si is qui frater nominatur inter vos , est fornicator , aut avarus , aut idolis serviens , aut maledicus, aut ebriosus , aut rapax , cum ejusmodi nec cibum sume.* Sed si attenduntur rationes Apostoli non contrariabitur hæc prohibitio consuetudini Christi & bene fecisse Christus & præcepisse judicabitur Apostolus. Nam Christus conversatus est cum peccatoribus , ut converteret , Apostolus vero hoc præcepit , ut peccatores tali pœna afficiantur , ac proinde in fuorum

rum delictorum supplicium ab eis fugiamus , ad eumdem modum quo Ecclesia mandat excommunicatos vitare, maxime quando sunt manifesti , quia tunc sunt quoque scandalosi qui omni modo sunt fugiendi sunt enim causa ruinæ multorum, *tr.27.d.12.per totum.*

Quia hic peccatores recipit & manducat cum illis. Publicani & Pharisæi hoc dicebant ex invidia ut Christum vituperarent, unde tamen maximam Christi gloriam publicabant ; hoc enim frequenter fit , quod Deus eorum qui aliorum invidia exagitantur fœlicitates adaugeat, *tr.18.d.14.per totum.*

Et ait ad illos parabolam istam : Quis ex vobis homo qui habet centum oves, &c. Nonaginta novem oves relinquit Pastor in deserto & unam inquirit : Pulchre hunc locum elucidat Jobus Monachus lib. 3. de Incarnat. cap. 14. in Bibliotheca Photij : *Quod pro nulla alia*, inquit, *sustinuit , non pro Angelis , non pro ulla alia natura , hoc ad hominum toleravit salutem , servus pro Domino factus. Merito igitur reliquisse oves nonaginta dicitur.* In parabola intelligitur Deus qui reliquit nonaginta novem oves in deserto,ut quæreret unam perditam , relinquit nempe Angelos , ut hominem lapsu peccati aberrantem recuperaret & ad veram fidem revocaret , vide *tract.30.d.14.*

Quis ex vobis homo qui habet centum oves. Ubi homo vidit in grege ovem perditam , non moratur , sed charitate vulneratus ingentique dolore affectus , eam diligenter per campos ac montes quærit , charitatem enim quam mente concepérat , totus corporis labore ac sudore demonstrat ; vera enim charitas non retinetur mente tantum ; sed etiam ad manus & pedes pertransit ; id est , opera nostra charitate vestita esse debent , hanc Deus primo omnium loco requirit , *tract.33. d.11. per totum.*

Et si perdiderit unam ex illis , nonne dimittit nonaginta novem in deserto , & vadit ad illam , quæ perierat donec inveniat eam. Ecce quanto dolore torquetur benignissimus Jesus ex unius oviculæ jactura , cum cæteras relinquat hanc indagaturus , & tanto quidem labore indefatigabilis ; Te præfervet Deus , ne sis ille , qui eam perdis per scandalum , non enim invenies quidquam majori punitum supplicio , vide *tract.27.d.8.*

Aut quæ mulier habens drachmas decem , si perdiderit drachmam unam , nonne accendit lucernam & everrit domum donec invenit eam ? D. Petrus Chrysologus in hunc textum scribens sic habet ; *Christus est plenum Deitatis numisma*, maxime autem in venerabili Eucharistia : Mulier vero quæ perdidit nummum non præstolatur diurnam lucem , sed accensa candela verrit domum & quærit. Perdidit anima salutis drachmam gratiam , ut Christum non mereatur recipere , tantisper non immoretur , nec differat in aliud tempus , sed quamprimum advertat à se salutis bonum delapsum ; & si nox sit ac profunda se delictorum objiciat densitas , non procrastinandum , sed accensa fidei devotione præmissa, confessione , verrat ac mundet conscientiæ domum ut salutis drachmam id est Christum in Eucharistia mereatur recipere, *tr.26.d.30.*

DOMINICA IV. POST PENTECOSTEN.

Cum turbæ irruerent in Jesum ut audirent verbum Dei. Luc.5. v.1. Non attenta ea quæ Domino debebatur reverentia turbæ irruunt in Jesum; & tameri centurio ; cum pro sanitate pueri rogaret,& Dominus in domum suam ire vellet, dicebat : *Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum , sed tantum dic verbo & sanabitur puer meus. Matth.8.v.8.* Valde autem mirum quod turbæ irruunt in Jesum veluti inter se urgent ; Centurio tamen ob magnam reverentiam, cum maxime præsentia Christi æstuaret , Dominum ne in domum suam iret avertebat. Causam vero tantæ in Centurione reverentiæ adignat D.Augustinus *serm.64.de diversis. Sic Centurio*, ait, *interius præsentem corde tenebat , cujus à suo tecto præsentiam honorifice revocabat.* Hoc enim certum est quod quanto quis majorem de Deo cognitionem habet , tanto ei majorem præstat reverentiam & venerationem,quæ cognitio si in ullo aliquo saltem in S. Eucharistia necessaria est,cui proinde semper antequam fumatur , attenta consideratio præmittatur, *tr.26.d.26 per totum.*

Cum turbæ irruerent in Jesum. Vide quanto cum fervore hæc turba irruat in Jesum, quod tamen valde mirabile est,cum hæc turba ex plebeis constaret : Si quandoque & multoties etiam inferiores in zelo & fervore superant præpositos , qui tamen maxime obligati sunt suis semper bono prælucere exemplo, *tr.27.d.4.& 5. per totum.*

Et ipse stabat secus stagnum Genesareth. Cardinalis Hugo alludens ad proprietatem illius stagni quod fluentibus aquis auram quamdam generabat : *Stagnum Genesareth*, inquit, *significat divitiarum terrenarum abundantiam , quæ mares mundi gloriæ , vitæ atque discordiæ ex se gignit* ; has tamen divitias natura labiles , defectui subjectas , peccatorum procellis expositas qui assecurare cupit,bene constructæ navi,id est, manibus pauperum confignet, *tr.24.d.4.per tot.*

Et vidit duas naves stantes secus stagnum. Dominus oculis suæ misericordiæ vidit duas naves unam Petri & Andreæ, alteram filiorum Zebedæi ; & vidit has duas naviculas licet in se humiles ad magna tamen mysteria destinatas. Per has duas naves Haymon & Hericus intelligunt duos populos Gentilem & Judaicum , quos mirabili prorsus modo etiam inter persecutiones gravissimas in una fide adunavit ; ex quo probatur. Veritate fidei Dei solius opus esse quia semper inter tot persecutionum fluctus perseveravit , *tract.29.d.8. per totum.*

Piscatores autem descenderant & lavabant retia. Glossa hic sic habet : Lavabant retia ut ea plicarent ; *lota vero retia*, inquit Glossa , *plicat doctor qui intermisso prædicationis officio,quod alios docuit ipse implere satagit* ; quia plus persuadent opera quam verba, *tr.27.d.22.per totum.*

Ascendens autem unam navim quæ erat Simonis , rogavit eum à terra reducere pusillum. D.Ambrosius *serm.62.* has duas,quid significent,nobis explicat naviculas. Zebedæi navis Synagogam designat ; in qua Deus olim per mare rubrum navigavit. Et quia Synagoga Judæorum multis injurijs ac obdurationibus lacesserat dominum : merito hæc navis vacua contemnitur & derelinquitur. At fidelis navicula Petri scilicet Ecclesia eligitur , ut multis sit donis repleta. Qui enim ut Synagoga pro beneficijs datis injurias rependit & solvit meritò deseritur ac repellitur. Et quo majora sunt beneficia , eo severiora sunt supplicia ingratorum, &c. *tr.30.d.19.20.23.25. per totum.*

Ascendens in unam navim quæ erat Simonis , rogavit eum à terra reducere pusillum. Cirritus è navi docens turbas non longe à terra volebat reduci navim , sed pusillum. Quia prædicator docens populum non omnino debet à mundo separari , ita ut non conspiciatur , quinimo convenit ut bona ejus opera videat , magna enim est Ecclesiasticorum obligatio , ut proximis secularibus bonum præbeant exemplum , ut quod verbis docent operibus confirmetur, *tr.22.d.16.*

Et sedens docebat de navicula turbas. Stabant turbæ , Christus vero sedebat , ostendens authoritatem & reverentiam , qua seculares tenentur colere & revereri sacerdotes in recognitionem magnorum beneficiorum quæ ab illis recipimus, *tr.22.d.23.*

Ut cessavit autem loqui , dixit ad Simonem. Duc in altum & laxate retia vestra in capturam. D. Ambrosius *serm. 42. in Dom.5. post Pent. Ecclesia*, inquit , *in altitudinem revocatur, tamquam cœlorum profunda Sacramenta disputans , in illam scilicet altitudinem de qua Apostolus ait : O altitudo divitiarum ! propterea dicitur Petro, duc in altum, hoc est , in profundum disputationis divinæ.* Magna certe & ingens est altitudo mysteriorum fidei, & arcanorum sacræ Scripturæ quæ in Synagoga latuerant , & ita Judæi appellabant Christum fabri filium, *Marc. 6. n. 3.* Petro autem ut Gubernatori navis Ecclesiæ Christi dicitur : *duc in altum* hoc est,ut cum divina illuminatione aperiat altitudinem mysteriorum fidei. Unde ei quoque dicitur : *Non caro & sanguis revelavit tibi sed Pater meus qui in cœlis est.* Nam fidei nostræ veritas ex testimonio divino ex Prophetarum oraculis,ex conciliorum & sacrorum doctorum Sacra Scriptura consonantia clare deducitur , *tract.29. disc.16. per totum.*

Laxate retia vestra in capturam. Jubet divinus fidei nostræ plantator laxare retia in capturam piscium , scilicet hominum , multi enim laxant rigorem scripturæ non in capturam , sed in deceptionem , vel si in capturam laxant retia , id est , explicant scripturas , hoc faciunt, non in capturam piscium , id est , hominum , sed ranarum , id est divitiarum vel dignitatum, de quibus dicit Isaias cap.59. ℣.5. *Telas aranearum texuerunt.* Unde Ecclesiastici , quorum potissimum est officium verbo prædicationis alijsque ministerijs sacerdotalibus laxare retia in capturam hominum,solum Deum præ oculis habere , neque divinum aliquod servitium ex motivo lucri temporalis persolvere debent, *tr.22. d. 3. per totum.*

Laxate retia vestra in capturam. Hoc hic nulla ratione prætereundum quod in hunc textum scribens Theophylactus pulchre observat ; *Postquam autem*, ait, *turbam è navi docuit, Dominum navis non reliquit irremuneratum , sed beneficit, quia & multitudinem piscium ei donavit , & discipulum suum fecit.* Forsitan misericordiæ corporalis aut quasi eleëmosynæ loco dominus hoc concessit navis acceperat obsequium & ideo duplici remunerat beneficio ut nos edoceat eleëmosynam quamdam sanctæ & lucrosæ usuræ speciem esse , *tr.24.d.3. & 5. per totum.*

Præceptor per totam noctem laborantes nihil cæpimus. Multi certe hoc cum Divo Petro sed in alio sensu ingeminare possunt, *Præceptor per totam noctem laborantes nihil cæpimus :*

maximè vero & verissimè idipsum dicere poterunt hypocritæ, qui veluti in nocte Diabolicæ fraudis laborantes nihil meriti capiunt imo etiam sæpe cum periculo damnationis æternæ omnia amittunt, *tr.33.d.12.& 13.*

In verbo autem tuo laxabo rete, & cum hoc feciſſent concluſerunt piſcium multitudinem copioſam : rumpebatur autem rete eorum. Binæ fuerunt Piſcationes una post resurrectionem, altera ante resurrectionem Christi. In piscatione post resurrectionem non rumpebatur rete, quia ille felicissimus resurrectionis status in Christo valde securus est & alienus ab omni molestia : & ideo Dominus stabat in littore. At in hac piscatione ante resurrectionem dicitur quod rumpebatur rete, sed non est motum, quia hæretici ac schismatici ut mali pisces, morsibus errorum suorum hoc Ecclesiasticum rete rumpere intendunt, sed frustra laborant, eum ejus soliditas firmissima sit in Christo ; Et hoc efficax est veritatis fidei Catholicæ judicium, quod in successoribus suis numquam obscurata fuerit, sed per æmulorum contradictiones magis stabilita, *tr.29.d.22.per tot.*

Exi à me Domine quia homo peccator ſum. D.Chrysostomus *Hom. in Matth.* sic scribit : *Petrus ait : Exi à me Domine quia homo peccator ſum : & propterea factus eſt Eccleſiæ fundamentum. Nihil enim sic eſt amicum Deo, quam ſi quis ſe minimis annumeret : hoc eſt enim caput totius Philoſophiæ atque faſtigium.* Inter omnes qui aderant in navigio Petrus profert admirabile humilitatis signum, prosternendo se ad genna Jesu, & se peccatorem, ejus præsentia indignum protendo ; quia super omnes Petrus caput erat constituendus : & quanto quis se humiliat, tanto magis sublimatur, *tr.32.d.10.& 11.*

Ex hoc eris homines capiens. A verbo hoc fructus non abfuit veritatis, quando pauperes piscatores homines quasi in invio degentes Reges & Regna ad illam crucifixi adorationem comparaverunt, *tr.29.d.21.*

DOMINICA V. POST PENTECOSTEN.

Dico enim vobis, niſi abundaverit juſtitia veſtra plusquam Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum. Matth. 5. ℣. 20. Dixerat aliquando Dominus se non venisse ad solvendam legem, sed ad implendam, & ita intendit ut sui sint legis observatores exactissimi, & non solum vult, ut ipsam impleant eo modo, quo Scribæ & Pharisæi, sed ut legis observatione abundent & excellant. Et ad hoc eos exhortatus est, primum suo exemplo : *Non veni ſolvere legem ſed adimplere.* Et quidem bene, si enim boni illius quod persuadere volumus aliquod in nobis præmittamus exemplum, auditori illud facilius persuadere poterimus, *tract. 27. disc. 3. per totum.* Secundo magno proposito præmio : *Qui fecerit & docuerit magnus erit.* Tertio nunc adhibita pœna : *Non intrabitis in regnum cælorum :* qui enim nec exemplis moventur nec alliciuntur favoribus sæpe pœnis trahuntur. Et hæc causa est, cur Deus nobis infernum comminetur ne in illum corruamus, *tract. 34. disc. 3. per totum.*

Niſi abundaverit juſtitia veſtra plusquam Scribarum & Phariſæorum non intrabitis in regnum cælorum. Justitia Pharisæorum ad regnum cœlorum plane erat insufficiens, quia docebant & non faciebant ; aut si aliquid faciebant, per hoc tantum auram conabantur captare popularem, veri Hypocritæ, qui indigni sunt cœlo, utpote ad ignem infernalem destinati, *tract. 33. disc. 2. per tot.*

Niſi abundaverit juſtitia veſtra plusquam Scribarum & Phariſæorum. S. Thomas hic declarat quæ & qualis fuerit justitia Pharisæorum & cur à Domino cœlo indigna judicata. Justitia Pharisæorum ac Scribarum erat in præsumptione actionis suæ & in temerario de alterius actione judicio ; ac proinde indigna cœlo quia judicium temerarium charitati opponitur, derivatur a maliguitate judicantis, estque species detractionis & contemptum proximi includit, *Tract. 42. disc. 1. per totum.* Secundo erat in ostensione operis non vero rectitudine intentionis, cum tamen opera exteroquin bona, si mala cum intentione fiant in cassum cedant, uti variis S. Scripturæ textibus probatur, *tract. 37. disc. 3. per totum.*

Niſi abundaverit juſtitia veſtra, &c. Notanter Christus Dominus dixit discipulis suis : Justitia vestra debet abundare ut intretis in regnum cœlorum. In quo maxime pungit Scribas & Pharisæos qui multis nequitijs ac peccatis viventes maxime confidebant in Patre suo Abrahamo à quo defcendebant, potius alienis meritis confidentes quam proprijs, condemnat autem hoc Christus, dum inquit : Justitia vestra : q.d. non alienis meritis majorum confidendum est, ut intretis in regnum cœlorum, sed proprijs operibus, discant hic Christiani merito eos perstringi qui Christi quidem nomine gaudent dum Christiani vocantur, sed inaniter & sine fructu bonorum operum, *tract. 29. disc. 10. per totum.*

Audiſtis quia dictum eſt antiquis, non occides ; Ego autem dico vobis quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit judicio. Exorditur hic Dominus explicare homicidium ; & primo loco iram vetat, quæ est illius causa : qui enim malum vult amputare, à radice debet evellere. Ita enim inquit D.Chrysost. hic : *Radix quippe homicidij iracundia eſt.* Quod ulterius integro discursu probatur, *tract. 29. disc. 2. habes item integrum tractatum hic de Ira diſcurſibus ſeptemdecim conſtantem ex quibus ſeligere poteris illum, qui placebit.*

Ego autem dico vobis, quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo reus erit judicio. Hoc loco agi de ira mortifera quæ sine digno fundamento concipitur & in animo retinetur contra debitam proximi dilectionem communis Patrum est sententia, huic autem juste hæc additur sententia, reus erit judicio, quia hæc ira sæpe causa existit mortis corporis & animæ. *tract. 39. disc. 9.*

Qui autem dixerit fratri ſuo, Raca, reus erit conſilio ; Qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis. Indicat per hæc verba Raca & fatue, Dominus particularia quædam mala & peccata quæ ex ira ortum ducunt, præcipue autem consistunt in verbis contumeliosis, explicationem autem horum verborum vide ad longum deductam apud Sylveiram Carmelitam. *tom. 2. lib. 4. q. 9. fol. 271. Numer. 45. 46. 47. 48. 49. &c.* & quam abominabilis sit ob hæc & alia mala hæc ira *vide tract. 39. hujus operis. disc. 11. 12.*

Ego autem dico vobis quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo, &c. Notanter Syriacus hic addit Ly temere, qui temere iraſcitur fratri suo. Ex quo notandum quod non quælibet ira sit vitiosa, nam est ira per zelum, quæ est commotio animi contra vitium, quod videt in persona contemnente legem Dei. Et ira hæc est mater disciplinæ custosque virtutum, ac proinde iræ passio idcirco est impressa homini, ut contra inordinatos appetitus & peccatum iraſcatur. *De quo vide tract. 39 disc. 15. per totum.*

Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adverſum te. Pulchre Tertullianus *lib. de patientia, cap. 12. Nemo convulſus, ait, animum in fratrem ſuum, munus apud altare perficiat, niſi prius reconciliando fratri ſuo reverſus fuerit ad unionem & pacem.* Præstantissimum munus quod Deo offerre possumus est sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, vehementer autem nos Dominus monet ad unionem cum fratre dum jubet hoc munus relinquere ante altare & prius reconciliari fratri. Nam Sacramentum utpote unionis & pacis symbolum discordes rejicit, &c. *tract. 26. disc. 19. per totum.*

DOMINICA VI. POST PENTECOSTEN.

Cum turba plurima eſſet cum Jeſu nec haberent quod manducarent. Marc. 8. quia hoc miraculum quoad mysteria prorsus convenit cum eo quod nobis Evangelista Joannes *c. 6.* describit, ubi Christus Dominus quinque millia hominum quinque panibus hordeaceis & duobus piscibus pavit ; Hinc communiter Authores in suis indicibus concionatorijs lectorem ad dominicam quartam Quadragesimæ remittunt, ne igitur multiplicentur entia sine necessitate, & nos aliorum probatorum Authorum vestigijs insistentes ad Dominicam quartam Quadragesimæ Lectorem remittimus ; ubi illud ex professo more consueto fusius pertractatum est.

DOMINICA VII. POST PENTECOSTEN.

Attendite à falſis Prophetis. Hoc unicuique fidelium esse dictum constans Patrum est sententia. Palatius tamen vult hanc Dominus admonitionem ad Episcopos & Prælatos spectare, ut videant ac confiderent quos rectores ac ministros præficiant suis Ecclesijs ; ne lupum pro pastore qui pravo suo exemplo oves Christi dissumpant ac dilacerent, magna enim est Ecclesiasticorum proximis secularibus bonum præbendi exemplum ; ut quod verbis docent, operibus confirmetur, *tr.22. disc.16. per totum.*

Attendite à falſis Prophetis. Non sine ingenti mysterio mandat Dominus non aspicere falsos Prophetas, sed attendere ab eis D. Chrys. *in Imperfecto. Hom. 19.* diligenter hoc observavit, *ſcicus Dominus*, ait, *quia non erant manifeſti gentiles, ſed abſconditi nomine Chriſtiano : ideo non aixit, aſpicite, ſed attendite. Aſpicere enim eſt ſimpliciter videre. Attendere autem eſt cante conſiderare.* Quia autem isti Prophetæ dissimulato habitu veniebant, ita ut ad eos magna sagacitas requireretur deprehendendos : ideo attentionis verbo usus est, cum in hoc negotio seductionis per mala exempla magna cautela & solicitudo sit adhibenda, illa enim laquei sunt dæmonis quibus animas deprædatur. *tract. 27. disc. 12. per totum.*

Attendite à falſis Prophetis. Non dixit Dominus attendite seu cavete à falsis hominibus, quia ut sic poterant intelligi particulares homines ; sed ait, attendite à falsis Prophetis, per quos interpretantur Prælati & Doctores, Præsules & Principes, quorum error eorum auctoritate munitur, & quorum malum exemplum multos seducit & ad se trahit. *tr. 27. d. 19.*

Attendite

Attendite à falſis Prophetis qui extrinſecus veniunt ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. Inde etiam Dominus solicite jubet nos à falsis istis Prophetis attendere, quia sua turpia & iniqua facta quæ exhibent, tamquam lupi rapaces altute ac ficta simulatione rectæ & bonæ intentionis volunt celare, exterius veluti quemdam animi candorem ac simplicitatem ostendentes in vestimentis ovium, speciem ferentes tamquam soliciti de tua salute qui te maxime volunt perdere, & ideo solicite jubet te Dominus attendere, id est, omnem vigilantiam adhibere qua fictio est & hypocrysis, quam difficillimum est à veritate discernere, *tr. 33. d.10. per totum.*

Veniunt ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. Etiam dæmones per similes falsos Prophetas intelligi possunt, qui sæpissimè nobis loquuntur ut decipiant & sæpe veniunt induti pelle ovina, dum malitiam suam sub pallio virtutis & sanctitatis contegendo in Angelum lucis se transformant, *tr.33.d.5. per totum.*

A fructibus eorum cognoſcetis eos. Præceperat Dominus cavendos esse hos lupos, scilicet falsos doctores, hæreticos ac etiam hypocritas, latentes sub ovina pelle, hoc est, sub composito ac simulato habitu exteriori : & quia occulta cordis homini sunt abscondita, dat Dominus signum per quod eorum malitia deprehendatur. *A fructibus eorum cognoſcetis eos.* Sæpe enim hypocrisis cum magna ignominia detegitur, *tr.33.d.14.per totum.*

Numquid colligunt de ſpinis uvas, aut de tribulis ficus. Non sine mysterio Dominus hic præ cæteris fructibus in exemplum adducit uvas & ficus. Quod pulchre *explicat D. Chryſ. Hom. 19.* qui ibidem per uvas & ficus unionem & charitatem adumbrari insinuat ; *Sicut enim*, inquit *botrus multa in ſe grana ligno mediante ſuſpendet, ſic Chriſtus multos ſibi fideles per lignum tenet crucis adjunctos. Similiter & ficus ficus multa grana uno tegmine tenet incluſa, ſic & multos fideles quodam dilecti charitatis amplexu una tenet Eccleſia.* Optime ergo ad agnoscendum fructus veri vel falsi Prophetæ ponuntur in exemplum uvæ vel ficus, quæ unionem & charitatem adumbrant. Charitas enim in proximos & dilectio verus est character quo Christiani ab alijs discernuntur, *tr.35. d.1. per totum.*

Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur & in ignem mittetur. Prosequitur Dominus ipsam metaphoram de arbore & ad inculiendum timorem falsis Prophetis Pœnam & supplicium. D. Chryſ. *Hom. 24.* notat, quod duæ sunt pœnæ, *excidi & in ignem mitti* ; & privari fœlicissima Dei visione. Intoleraolis res est gehenna, sed multo intolerabilior ac gravior pœna est à summa illa Dei visione ac gloria expelli & excludi. *tract. 34. disc. 22.* Tamen Dominus de igne gehennæ mentionem facit, quia homines hujus sæculi utpote imperfecti, maximè supplicia ac pœnas corporis timent, & formidant, illorumque metu frequenter cohibentur, *tr. 34. d. 2. per totum.*

Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine intrabit in regnum cælorum, ſed qui facit voluntatem Patris mei qui in cælis eſt, ipſe intrabit in regnum cælorum. Sunt qui hæc Christi verba ad omnes Auditores dicta referant. Sed accommodatius D. August. *l. 2. de ſer. Domini* in monte *D. Paſch. l. 4.* Falsos Prophetas subintelligunt, de quibus erat præsens sermo, qui quamvis nomen Domini habeant in ore, operibus autem negant. Ac proinde tamquam quædam arbores habent quidem speciosa verborum folia, operum autem fructibus carent, ac proinde regno cœlorum excluduntur ; sic quoque abominabiles esse ostenduntur mali Christiani qui fidem quidem profitentur extrinsecus, cum tamen eamdem per vitia & peccata sua effective negent, *tr.29.d.11.*

DOMINICA VIII. POST PENTECOSTEN.

Homo quidam erat dives. Luc.16.℣.1. Hanc parabolam Christus avaris divitibus proposuit, eorum exoptans salutem, persuadens illis eleëmosynam. illa enim est per quam divites præcipue sunt salvandi, cum enim divitiarum occasione multa committant peccata, eleëmosyna tamen iterum Dei placat furorem, &c. *tr.24.d.12. per tot.* ait tamen cum confidentia in vitijs fieri non debet. *ibid. disc. 11.& 16. per totum.*

Homo quidam erat dives. Per hunc divitem recte intelligitur Deus, juxta illud *Rom.10.℣.12. Idem Dominus omnium, dives in omnes qui invocant illum.* Ipse enim solus est dives qui omnia habet & omnibus abundat. Vel ut ait D. Chrysol. *ſer.125.* quis est iste dives nisi creator ? quis dives nisi ipse, qui in paupertate nostra, totas creaturæ divitias poſſidebat quas ille omnes ex puro erga nos amore nostro deputavit servitio, ex quo varia hominis erga Deum grati animi perenduntur motiva, *tract. 33. disc. 11.& 12.*

Homo quidam erat dives qui habebat villicum. D. Ambroſius comment. D. Chryſ. in Caten. D. Thomæ. D. Aug. l. 2. quæſt. Evang. q. 34. & alij dicunt denotari in villico homines divites quibus Deus Divitias in pauperum usus dispensandas tradidit. Unde hoc cuilibet diviti supponendum divitias non esse suas sed Dei ; Bonorum enim terrenorum ad commune beneficium creatorum divinorem permisit Deus, ut ijs abundans superfluum indigentiæ eroget alienæ, sub reatu furti, *tract. 24. disc. 1. per totum.*

Homo quidam erat dives qui habebat villicum. D. Ant. Olysſipponensis *ſer. 9. poſt Trinit.* & Dionys. Carthus. hic sub villico quemlibet Christianum intelligunt, cui tradidit Deus multa bona naturæ & gratiæ, V.G. Naturæ corpus & animam gratiæ vero fidem, spem & charitatem, & alia dona superinfusa ; de quorum usu, administratione ac dispensatione exactam in judicio ac morte rationem exiget, *tr. 41. d. 13. per totum.*

Homo quidam erat dives, qui habebat villicum. Per divitem hunc non incongrue intelligetur Ecclesia, per villicum vero Ecclesiastici qui boni debent esse œconomi & fideles dispensatores reditum Ecclesiasticorum, qui merum sunt Patrimonium pauperum, & ne sint horum bonorum dissipatores ab omni luxu & pompa alieni esse debent, *tr. 22. d 35. per totum.*

Et hic diffamatus eſt apud illum quaſi diſſipaſſet bona ipſius. Quæstio hic esse potest, à quibus villicus hic diffamatus sit. Resp. D. Petrus Chrysol. *ſer. 125. Clamabat terra, clamabat cœlum, dolebant Angeli, quando jam tota ſæculi fama loquebatur.* Cum peccatum contra omnium bonorum Auctorem commissum sit, cœlum & terra & omnes mundi creaturæ clamantes accusabunt in judicio miseros peccatores seseque contra illos armabunt, *tr. 41. d. 4. per totum.*

Et vocavit illum & ait illi, quid hoc audio de te, redde rationem villicationis tuæ. Audivit Dominus famam, quod villicus illius bona dilapidaverit, tamen ex hac audita fama non vult eum condemnare, sed eum vocat ad reddendam rationem bonorum, quæ illi tradita fuerunt, non enim cuilibet famæ aut quibuscumque vocibus delatis acquiescendum, ut ad damnandum ac ad sententiam proferendam procedatur sed altius est res examinanda, *tr. 40. d. 3.& 4. per totum.*

Jam enim non poteris villicare. Mox petiit Dominus à villico sibi reddi rationem, & statim ei comminatur dicens : Jam enim non poteris villicare ? quid sibi volunt istæ minæ ? & tamen postquam delicta villici aperte cognoscerentur, ut audita tantum objicit, & quamvis reum statim ut convictum potuerat ostendere ad rationis tamen examen prius vocat : Quid sibi aliud volunt hæ moræ ? nisi ut dilationis tempus interponatur, nisi ut reus sibi caveat, pœnitentiam agat & misericordiam perat. Magnum profecto hoc est beneficium, quod Deus debitori, id est, peccatori præstat, dum æternæ condemnationis executionem suspendit & pœnitentiæ expectat, *tr. 30. d. 16. per tot.*

Ait autem villicus intra ſe, quid faciam, quia Dominus meus aufert à me villicationem. In hoc textu diligenter notandum, quod non dixit, auferet de futuro, sed aufert de præsenti, quia extrema vitæ nostræ qualia sunt infernus, mors & judicium, non ut futura tantum sed etiam ut præsentia ac instantia debemus considerare, sicque semper præparati simus, quia homo ideo peccatis immergitur, quia de inferno nec quidquam cogitat, hujus enim assidua meditatio à culpa coërcet, *tr. 34. d. 2. per totum.*

Ait autem villicus intra ſe, quid faciam, quia Dominus meus aufert à me villicationem, fodere non valeo, mendicare erubeſco. Ecce quantis in angustijs se collocatum reperit iniquus villicus quia ut inquit D. Petrus Chrysologus, *unde ſibi jam ſuccurreret non habebat.* Ecce amicos, fratres, ac consanguineos habebat villicus, at vero cum constituitur coram Deo judice ad reddendam rationem suæ villicationis ac vitæ, omnes illi statim evanescunt, ac auferuntur, nullusque relinquitur, à quo levamen auxiliumque habeat sperare. Sic erit in extremo die judicij, *tr. 41. d. 12.& 19.*

Fodere non valeo mendicare erubeſco. De se ait villicus resolutive quod fodere non valeat ; sed cur fodere non valet ? Ecce in delicijs & per gulam enutritus laboriosis operibus nesciebat insistere. *Qui delicate à puericia nutrit ſervum ſuum, poſtea ſentiet eum contumacem. Prov. 29. n. 21.* Non solum ad opus ac laborem, sed etiam ad virtutum & humilitatem. Vinum enim & cibus nimius intellectum impediunt, eumque à sapientia & intelligentia bonorum spiritualium divertunt, *tr. 31. d. 10. per totum*

Fodere non valeo, mendicare erubeſco. Ad hæc verba pulchre D. Petrus Chrysologus *ſerm. 125.* scribit : *Confuſionem*, ait, *futuri judicij pertimeſcit, in quo jam non pœnitendi tempus eſt, ſed pœnarum & ubi reus plus de conſcientia quam de gehennæ erubeſcit incendio.* Quis O miser homo te in tantas angustias redigit, ut jam de præsenti dicas : Mendicare erubesco ? solum ad reddendam rationem vocaris, & nondum aliqua pœna imposita affligeris. Cur ergo tanto mendicandi rubore conturbaris ? plus sine torquebatur ipsa conscientia criminum quam omni gehennali incendio, intolerabilior enim conscientiæ cruciatus quam omne inferni supplicium, de hoc verme conscientiæ. *Vide tract. 34. disc. 17. per totum.*

Convocatis itaque ſingulis debitoribus Domini ſui dicebat primo : quantum debes domino meo ? At ille dixit centum cados olei ; dixitque illi accipe cautionem tuam & ſede cito & ſcribe

quin-

quinquaginta : deinde alij dixit, tu vero quantum debes ? qui ait : centum coros tritici. Ait illi, accipe litteras tuas, & scribe octoginta. Quæstio præsens inquirit, cur villicus, qui Diabolum præfigurabat, ut existimat D. Gaudent. lib. ad Geminum, dum toto suo conatu intendit, ut debita Domino suo integra non solvantur ; cur illi qui oleum tenebatur solvere, non viginti sicut in tritico persuadet defraudare ? cur illi qui centum coros tritici debebat, sufficiens reputat si viginti diminuat, cum in oleo quinquaginta furentur ? cur minorem numerum in tritico quam in oleo intendit ? Respondet D. Gaud. citat : *Nec illud otiosum est, quod major numerus deperijt domino, cui debitores famus ex operibus à Deo figuratis, quam ex tritico ad vitalis fidei specimen comparato.* Minoris ac parvi numeri fraus ex tritico reputatur maxime exitialis ac damnosa servis. Quamvis enim aliarum omnium virtutum dimidiam partem Diabolus tibi auferat, pro certo habe non tantum damnum tibi inferre, ac si paucis vicibus divino pabulo ac tritico defraudet ac separet, tot sunt gratiarum dona quæ in divino Sacramento communicantur, ut illius parva abstinentia maximum negotium faciat Diabolo illique maxime placeat. Servit hoc contra nauseabundos frequentis communionis quorum considerantur varia supplicia & damna. *tract.26.disc.43.per totum.*

Et laudavit Dominus villicum iniquitatis quia prudenter fecisset. Res valde mira est, quod hic Dominus qui Deus est laudet villicum iniquitatis, cum illius esset pravum ac malitiosum furtum : sed respondet Glossa : Non de fraude, sed de prudentia, quamvis peccantem laudat. Unde D. Augustinus *lib. 2.* Quæst. Evang. *quæst. 34. Si laudari potuit*, ait, *ille à Domino qui fraudem faciebat, quanto amplius placent Domino meo, qui secundùm illius præceptum illa opera faciunt.* Argumentatur Dominus à minori ad majus. Si villicus cum esset fraudulentus & injustus ob astutiam ac providentiam laudibus condecoratur multo ergo majoribus encomijs ab ipso laudabimur si per justam eleëmosynam nulli damnum sed multis commoda contulerimus ; tali autem modo pauperibus subveniendo à Deo impetramus quidquid petimus, &c. *tr.24.d.17.per totum.*

Ego autem dico vobis facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula. Hic mandat Dominus, ut pauperes & egenos faciamus nobis amicos, quorum paupertate tam ampla est dignitas, ut non solum sibi, sed etiam alijs possint suis orationibus parare æterna tabernacula ; sic ipsi degunt in cœlis ut sibimetipsis ac alijs valeant parare sedes. *tr.24.d.8. & totum habes tractatum de bono eleëmosynæ.*

DOMINICA IX. POST PENTECOSTEN.

Videns Jesus civitatem flevit super illam. Luc. 19. ℣. 41. Historia hæc Evangelica contigit in die palmarum, quando tanto cum Triumpho & applausu ingredi volebat Jerusalem, ad quam quia tendebat ex monte Oliveti occidentem versus, tota Jerosolyma erat ipsi in prospectu, & attendens seu videns civitatem qua oculis corporis qua pietatis affectu, flevit super illam ; sed quare flevit piissimus Redemptor ? dicat antiquissimus Origenes *Hom.* 38. in Lucam harum lachrymarum originem & causam : *Omnes beatitudines*, ait, *quas locutus est Jesus in Evangelio, suo firmavit exemplo. Beati, inquit, mites, huic simile est de Jesu jo : discite à me quia mitis sum. Beati pacifici, & quis altus ita pacificus, ut Dominus meus Jesus qui est pax nostra ?* Et postea subdit : *Ad quam similitudinem quia dixerat, beati flentes, ipse flevit, ut hujus quoque beatitudinis jaceret fundamenta.* Jesus qui est risus ac gaudium totius mundi tripliciter lachrymatur ; in resorrectione Lazari, in cruce teste Paulo, & in præsenti, omnes virtutes quas in monte Dominus docuit, ad easque nos est exhortatus, ipse eas in se adimplevit ac firmavit. Optimus certe ad imitandum procedendi modus, si enim boni illius, quod persuadere volumus aliquod præmittamus exemplum, facilius illud alijs imprimere poterimus. *tr.27.d.3.per totum.*

Videns Jesus civitatem flevit super illam. Judicarunt aliquando nonnulli lachrymas Christo fuisse indecoras, quia esset languentis animi indicia, sed potius indicia pietatis & misericordiæ fuisse exque intimo quodam compassionis affectu prodisse testatur D. Ambr. *l.2.de Pœn. c.6. Ipse Dominus*, ait, *Jerusalem flevit, ut quia ipsa flere nolebat lachrymis Domini provocaretur ad veniam. Ipse nos flere vult ut pœnas evadere possimus.* Civitas lætanter exultabat, Dominus vero illius obsidionem & excidium præmeditabatur, ut ergo, civitatem ad salutem vocaret lachrymas interponit, ut ex tantis lachrymis civitas commota mentem ebiberet, qua peccata sua lachrymaretur ut inde ea abstergeret salutem inveniret & ad Deum accederet. Sic Deus variis utitur medijs multa culpæ & pœnæ mala etiam incognita removendo ut nobis beneficiat. *tr.30.d.15.per totum.*

Videns Jesus civitatem flevit super illam. Euthymius in hunc locum scribens, ait ; *Sciens propter immensa vitia destruendam, humano modo ipsam pro immensa sua bonitate deflet, etiam hinc ostendens, qualia haberet erga ingratos Judæos viscera.* Peculiariter deplorat Dominus miseram destructionem Jerusalem, sic super eam deflet Dominus cum ipsa ei datura esset crudelem mortem. O ingens Christi pietas ; non irascitur in suos capitales hostes, non postulat vindictam contra eos, sed maxime super eorum desolationem dolet, eorum casum, à quibus lædendus erat, deplorans. Ex quo exemplo patet nos per veniam & dilectionem inimicis exhibitam nobis filiationem Dei comparare, eique similes effici, *tr.35.d.11. 12. 13.per totum.*

Quia si cognovisses & tu, & quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi. Ignorantiam hic pissimus & misericors Dominus potius objicit civitati quam ejus scelera & peccata ; & ratio est quia ignorantia vitæ nostræ & peccatorum nostrorum causa omnium est malorum ; ex hoc enim fonte oritur cur nobis postea in judicio timendum nobis sit ; nam si in hac die vitæ nostræ quæ adhuc ad pacem nobis est per exactum conscientiæ examen nosipsos judicaremus non utique judicaremur, nec esset ulla nobis judicem timendi ratio. *tr.41.d.27.per totum.*

Quia si cognovisses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi. O utinam homo cognosceret ea, quæ à Deo sibi ad pacem, id est, ad bonum corporis & animæ collata sunt beneficia quantum non studeret se gratum exhibere : Hoc autem ut cognoscere possit & gratitudinis suæ maximam quam habet erga Deum obligationem agnoscere. *Vide tract.30.disc.5. per totum, in quo ad longum probatur quantam Deo debeamus gratitudinem.*

Quia venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & coangustabunt te undique. Ad te hæc verba diriguntur, mi Christiane, qui tanta vivis, quanta Jerusalem incuria venient quippe dies in te & circumdabunt te inimici tui, id est Diaboli, qui se tibi in die finalis judicij opponent, & nullum ab hostibus habebis refugium, *tr.41.d.20. per totum.*

Quia venient dies in te & circumdabunt te inimici tui vallo. Excidium civitatis Jerosolymitanæ antecedenter quadraginta annis minatur Christus, ut ipsi resipiscant & non puniantur : Hic mos Dei est, prout patet ex *Gen.7.℣.4.* Sic etiam excidium totius orbis & finale judicium infallibile nobis prædixit, ut in illo iram ejus effugere studeremus per emendationem vitæ nostræ. *tr.41.d.29.per totum.*

Et circumdabunt te inimici tui vallo & coangustabunt te undique ; vere veniet aliquando inimicus Christi, id est, reprobis dies illa, qua meris angustijs erunt coangustati utpote quibus omnes recursus & appellationes intercludentur. *tract.41.d.19. per totum.*

DOMINICA X. POST PENTECOSTEN.

*Duo homines ascenderunt in templum. Luc.*18. Moraliter si consideretur hoc quod dicit duo homines, tunc bene dicitur quod homo nomen magnitudinis ac excellentiæ præ se fert, tamen si eos consideres unum invenies Pharisæum, alterum Publicanum ; Pharisæum quidem hypocritam ac propterea coram Deo abominabilem. *tract.33.disc.1.* alterum Publicanum reputatum peccatorem, humilitate sua Deo appropinquantem & Deum quasi ad se trahentem, qui est insignis humilitatis effectus. *tr.32.d.6.per totum.*

Duo homines ascenderunt in templum ut orarent, unus Pharisæus alter Publicanus. Duo homines ascenderunt, ambo pietatis studium præ se ferentes, longe tamen mente dispares erant, & ideo Publicanus exauditus utpote charitate & rectitudine cordis instructus, exauditus fuit, alter Pharisæus cujus quidem cor cum verbis minime concordabat non exauditus fuit, Deus enim primo omnium loco rectitudinem cordis in operibus nostris requirit, siquidem opera nostra quantumvis extrinsecus bona sint sine hac inutilia sunt & mortua. *tract.33.d.11.per totum.*

Duo homines ascenderunt in templum ut orarent unus Pharisæus & alter Publicanus. Persuadebant sibi Pharisæi quod Deum suis orationibus sibi haberent quasi devinctum. Sed è contrario Deus illos execrabatur utpote superbos : primum igitur omnium oratio ut gratias & dona Dei impetret postulat humilitatem, humiles enim ad recipiendas gratias & dona Dei capaciores sunt & magis dispositi. *tract.32.disc.5.per totum.* Item ibid. *disc.14.*

Pharisæus stans hæc apud se orabat, Deus gratias ago tibi quia non sum sicut cæteri hominum. Valde superbus stat ille Pharisæus & calumnias in alios molitur ac impingit : Unde D. Basilius Seleucus *oratione 35. Non sic olim*, ait, *ad Deum loquebatur progenitor tuus Abraham, vel potius Publicani progenitor ; nam sibi Abraham genus Publicani mores adjungant.* Non naturæ sed virtutes & mores pariunt filios, licet enim Pharisæus & Publicanus essent filij Abrahæ, & tamen Pharisæus ab ipso degeneraverat ut illius filius non reputaretur, sed tantum publicanus, qui illius humilitatem secutus erat, qui dicebat loquar ad Dominum meum cum sim pulvis & cinis. Virtutes enim ac mores parentum ad filios transmittuntur. *tract.23.disc.4.per totum.*

Deus

Deus gratias ago tibi. Si consideremus qualiter ille Pharisæus processerit, vix inveniemus quid reprehendamus : quia prologum orationis ejus nullus arguit, quia hoc Dei donum apparenter recognoscit esse Dei donum, dicens, gratias ago tibi : & tamen ob hypocrisin arguendus est. Difficillimum enim est hypocrisin & fictionem à veritate discernere, utpote quæ in inferiori hominis sinu sub virtutis larva occultata latet, *tr.33.d.10.per totum.*

Jejuno bis in Sabbatho. D. Chrysologus pro more suo magno acumine Pharisaicum hoc pungit jejunium *serm.7.* Cum Pharisæo hunc in modum discurrens : *Enatasti*, ait, *jejunij Pelagus, & in ipso portu jejunij naufragasti, quia non comparasti lucrum, sed mercatus es vanitatem, qui de Dei credito humanum negotium perfecisti.* Jejunaverat homo & tamen reprobatur quia de jejunio non utilitatem animæ sed ostensionem captare satagebat, quod est verissima hypocrisis, quæ omnium bonorum operum merita devorat, *tr.33.d.12.per tot.*

Et Publicanus à longè stans, nolebat nec oculos ad cælum levare : Publicanus ille, inquit Augustinus, *serm.36. de verbis Domini, ut aspiceretur non aspiciebat, respicere sursum non audebat ; premebat conscientia spes fabricabat.* Conscientia humiliabatur spe tamen erigebatur ad Deum. Ait *Job.* 22. ℣.29. *Qui inclinaverit oculos ipse salvabitur.* Qui inclinat se humilitate inde potest habere spem quod Deus se inclinet ad ipsum, humilitas enim Deum in animas hominum attrahit. *tr.32.d.6.per totum.*

Sed percutiebat pectus suum dicens : Deus propitius esto mihi peccatori. Publicanus percutiendo pectus suum docuit Pharisæum quin in actu orandi omnique bono opere primo curandum sit, nempe bona interna cordis intentio quæ in pectore residet, juxta quam Deus judicat. *tr.37.d.8.per totum.*

Dico autem vobis descendit hic justificatus in domum suam ab illo. Et profecto, sanctificari hic Publicanus magis meruit, inquit D. Cyprian. de orat. Dom. qui sua peccata confessus humiliter oravit : & exaudivit orantem, qui humilibus ignoscit. Publicanus ut auro, argento, ac divitijs plenus, sua conditione valde superbus, & ut officio in republica eminens multum elatus erat, & tamen tam profunda humilitate dejicitur ut à longe staret & oculos non auderet elevare in cœlum, inde de ejus humilitate oratio habet subsidium & justificatus cœlum quodammodo ad se rapit. Humiles enim specialiori titulo regnum cœlorum sibi acquirunt. *tr.23.d.16. per totum.*

Quia omnis qui se exaltat humiliabitur & qui se humiliat exaltabitur. Super hoc Thema habes Tract. totum 32.

DOMINICA XI. POST PENTECOSTEN.

Et iterum exiens de finibus Tyri : venit per Sidonem ad mare Galilææ inter medios fines Decapoleos. Marc. 7. ℣.31. Sanata filia Chananææ, ut ait, Theophylactus hic, *non moratur diu in gentilium locis, sed statim transit, ne daret occasionem Judæis quod prævaricaretur legem, gentilibus se miscens.* Qua de causa inquit Theodoretus. *Ideo statim revertitur.* Quamvis enim in regionibus illis Dominus in sanctis ac pijs negotijs versetur, statim revertitur suo exemplo nos informans, ne alijs scandali occasionem præstemus. Magnam enim semper viri sancti ac servi Dei solicitudinem habuerunt de edendis bonis exemplis arcendisque proximorum scandalis. *tr.27.d.14.per totum.*

Venit per medios fines Decapoleos. Cur solicitus hic animarum Mercator venerit per medios fines Decapoleos declarat Haymon in *Homilia de præsenti Dominica : Venit*, ait, *per medios fines Decapoleos ad mare Galilææ. Per decapolim designantur Judæi propter Decalogum legis. Per mare Galilææ designantur gentiles qui tumidi erant. Veniens Dominus in mundum reliquit Judæos, qui de præceptis legis erant imbuti, & venit ad tumentia corda gentium, ut gratiam ejus quam Judæi amittebant non credendo, gentiles reciperent credendo.* Per quod denotabatur quod Dominus relinqueret superbos ac electos Judæos, & transibat ad gentes, quæ quamvis tumentia haberent corda, visa tamen Christi humilitate sese deprimebant ac humiliabant. Sic bonum exemplum adauget numerum fidelium in Ecclesia, impiosque ad Deum convertit ac reformat. *tr.27.d.1.per totum.*

Venit per medios fines Decapoleos. Venit Jesus inter medios fines decapoleos, hoc est inter fines decem civitatum quæ sitæ erant ex parte Orientali à Sidone trans mare Galilææ & Jordanem ut referunt D. Hieronym. *lib. de locis Hebraicis.* Beda *de locis sacris & alij* ; non per fines unius vel alterius, sed decem quod quamdam universitatem significat. Magnum documentum. Optimus Princeps ac Rex non per unius vel alterius, sed omnium fines incedit, non uni vel alteri sed omnibus sua impertitur dona ; hoc enim maxime proprium est beneficiorum Dei, ut dicit D. Ambrosius lib. 9. in Lucam. Christi munera parva videntur, & maxima sunt, denique non uni collata sed omnibus. *tr.30.d.17.*

Et adducunt ei surdum & mutum. Ex Evangelistis solus Marcus hanc Historiam scribit, & hoc in magnam no-

stram eruditionem ; nam hic morbus vel contigit huic homini ex malo dæmone ; vel ex peccatis ipsius hominis ; si ex peccatis ? Non abs re proponitur hic surdus & mutus, ut nos ne talibus vexationibus torqueamur, similia fugere peccata alienis oppressionibus discamus. Hinc utilissima etiam est pœnarum æternarum consideratio, ut damnatorum exemplo sapere discamus & citius à peccatis convertamur ad pœnitentiam. *tr.14.d.5.per totum.*

Et adducunt ei surdum & mutum. Sæpe Christus Dominus non rogatus fecit miracula, & tantum ad visam vel auditam fidem male habentium ; ad quid voluit ut hic homo suis gressibus ambulans adduceretur, pro eoque adducentes deprecarentur ? ut his instruamur quod Deus vult ut ad conceptam de se fidem adhuc quantum in nobis est laboremus & fidei opera conjungamus, *tr.29.d.5.per totum.*

Et deprecabantur eum ut imponat illi manum. Non vacat Mysterio quod hi viri deprecabantur Christum, ut imponeret huic misero & afflicto manum ; D. Ambrosius in *Psalm.*118. super hæc verba ; *Manus tuæ fecerunt me*, scribens *serm.*10. Sic ait & simul nobis aperit mysterium : *Magno commendationis exordio usus est, ut opus Dei se esse diceret, quo facilius circa operis sui gratiam favor inclinaretur Auctoris.* Et sicut nunc David citius impetrare sperabat quia opus manum Dei se esse proponebat, sic & hi adducentes per impositionem manus idem remonstrare volebant ; ut eo citius impetrarent quod volebant. Unde maximum hominis est beneficium, dum corpus ex luto compactum flatuque suo animatum ad maximam utilitatem illi impertit Deus, quapropter ad gratiarum actionem obligamur. *tr.30.d.13.per totum.*

Apprehendit eum à turba seorsum. Christus Dominus in edendis miraculis non suæ ostentationi sed nostræ consulebat utilitati ; & sic aliquando inspectante turba ob illius magnum bonum miracula faciebat, aliquando privatim ne popularem plausum affectare videretur, instruens nos ad sectandam humilitatem quæ maxime ad magna perpetranda, donaque & gratias Dei recipiendas inservit. *tr.32.d.5.per totum.*

Misit digitos in auriculas ejus & expuens tetigit linguam ejus. Per curationem hujus infirmi Haymon hic conversionem gentium interpretatur quæ dæmonum cultu surdi in auditu fidei, & multi in laude veri Dei tenebantur. Per spiritum ex ore doctrinam Evangelicam intelligit, per quam Dominus populum gentilem ad fidei cognitionem traduxit, per digitos autem in aures immissos Spiritus S. dona in gentium animos infusa exponit, ut ipsi in cordibus suis veram haberent fidem, confessio enim fidei nisi & in corde sit, in ore parum prodest. *tr.29.d.11.per totum.*

Suspiciens in cœlum ingemuit. Suspicit in cœlum ad Patrem regnantem, docens nos quod inde cuncta nobis bona profluant, & quando illa receperimus intelligamus esse dona Dei, pro quibus illi gratiæ sint referendæ, Hanc enim gratiarum actionem Deus à nobis exigit. *tr.30.d.1.2.per totum.*

DOMINICA XII. POST PENTECOSTEN.

Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Luc. 10. ℣. 23. Beati oculi tum corporis tum animæ. Matthæus addit *& aures vestræ*, quod eodem modo intelligitur, tam externæ corporis aures, quam internæ scilicet animi. Et est sensus : O vos Apostoli mei, beati sunt vestri oculi corporis, vident enim mea sancta opera, mysteria ac miracula, meos sanctos mores ac gestus. Vestræque aures beatæ sunt cum audiant meam cœlestem doctrinam. Sed multo potius beati sunt vestri oculi vestræque aures internæ mentis : nam divina gratia illuminante illa omnia capitis, creditis & intelligitis. Volebat illis Dominus remonstrare quantum esset beneficium vocatio ad fidem. De quo vide. *tr.30.d.14.*

Dico enim vobis quod multi Prophetæ & reges voluerunt videre quæ vos videtis & non viderunt. Magno desiderio antiqui Patres tenebantur videre Dominum, quod discipulis fuit concessum, sed tamen desiderium videndi multum fidem eorum erga futurum Messiam extulit ; Ex quo desiderio & nos discamus, ut Christum in Sacramento Altaris tamquam famelici suscipiamus, ut ejus Sacramentali præsentia relevati, tanti epuli dulcedine recreëmur, tantisque divitijs repleamur, nam hujus Sacramenti fructuum præ reliquis participes fiunt famelici, *tr.26.d.25.*

Beati oculi qui vident. Videtur Christus huic repugnare sententiæ quæ dixit illuminato jam Divo Thomæ, *Beati qui non viderunt & crediderunt.* Si beati sint, qui non viderunt, quomodo beati qui vident ? Beatus fuit D. Thomas, qui vidit oculis suis Christum à mortuis redivivum, & animo credidit quod Deus esset : & beati sunt illi qui non videndo oculis corporis tamen credunt. Hoc Dominus dixit ad nostrum solatium : si namque doleamus eo quod illum minime videamus ut beati, qui illo tempore vixerunt, audiamus ex ejus ore etiam beatos esse, qui illum non videntes oculis corporis credunt tamen oculis fidei, & maxime beati illi qui oculis fidei illum credunt, etiam nunc

existere

existere in Sacramento Eucharistiæ ad quod hæc maxime est necessaria. *tr.26.d.49.*

Et ecce quidam legisperitus surrexit tentans eum. Malitioso, ficto & doloso animo hunc legisperitum ad tentandum Christum accessisse uniformiter docent sacri Interpretes; nunc durioribus verbis à Christo excipi & rejici promeritus quidem fuisset, sed à quibus magis imperebatur in eos magis beneficus extitit bonum pro malo reddens, sicut in hoc patet Pharisæo, cujus dolum salutari doctrina compensat, sic cum Dei & Christi Domini proprium sit bonum pro malo reddere, amando & benefaciendo ijs qui oderunt nos, similes nos ei efficimus. *tr.35.d.10.*

Et dicens: Magister quid faciendo vitam æternam possidebo? Insignis certe & laudabilis quæstio; nisi prava quærentis vitiata fuisset intentione; illa enim deberet esse prima nostra solicitudo quomodo vitam æternam possidere possimus, ut ex hoc facilius vitam hanc miseram & quidquid in ea peccaminosum est contemnere & vitam immaculatam ducere possemus; ad hoc autem multum juvat Judicij finalis consideratio. *tr.41.d.30.*

At ille respondens dixit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex tota mente tua, & ex omnibus viribus tuis. Ecce brevis lectio, breveque totius legis compendium; scilicet amare Deum super omnia & sine modo: sed quomodo hoc assequetur fragilis & mortalis homo? En modum: dilige Deum ex tota mente tua, id est, ex tota memoria tua, ut memor sis divinorum beneficiorum, & illorum non obliviscaris: Illorum enim recognitio obsevantiæ legis divinæ (cujus observantia certissimum amoris indicium est) & charitati cooperatur. *tr.30.d.27.*

Hoc fac & vives. Quærierat legisperitus, quid faciendo vitam æternam possidebo? Propositæ interrogationi satisfacit Dominus. Et non ait, hoc cogita, dic, vel scribe, sed fac: non enim sufficit scire vel dicere, sed facere, nec tantum scire quid mandaverit Dominus, sed observare quod hic idem importat ac facere. Unde abominabiles coram Deo ostenduntur esse ij Christiani qui fidem quidem profitentur extrinsecus & factis negant. *tr.29.d.11.*

Suspiciens autem Jesus dixit: Homo quidam descendebat ab Jerusalem in Jericho, & incidit in latrones. Veniunt eadem via sacerdos, levita, & iste homo, & nec sacerdos nec levita sed solus iste homo a latronibus aggressus fuit. Quid hic causæ subest? Sacerdos & levita in ordine sacerdotali extabant, iste autem homo incidens in latrones, laicus erat ut notat Hugo, cum autem illi essent Ecclesiastici, in tanto honore ac Reverentia reputarabantur, ut etiam inter fures & latrones securi degerent, ab omnique malo ac nocumento immunes inciderent. Disce hic sacerdotibus & statui Ecclesiastico debitum honorem exhibere. *tr.22.d.23.24.& 25.*

Accidit autem ut sacerdos quidam descenderet eadem via, & viso illo prætervit similiter & levita. Magna certe crudelitas! Sacerdos erat, cui ex officio & dignitate incumbebat, facere misericordiam & vulnerato salutari medicina subvenire; Væ autem talibus sacerdotibus qui in procuranda peccatis vulneratarum animarum salute negligentes sunt. *tr.22.d.32.*

Samaritanus autem quidam iter faciens venit secus eum & misericordia motus. Allegorice, præterierunt sacerdos & levita ex semine Aaron cum suis perverusis sacrificijs ac ritibus, minime homini gravissime cæso medicamen attulerunt: accessit vero Samaritanus, id est, custos, hoc est, Christus Dominus hominum custos, & misericordia motus homini jacenti ac mortaliter vulnerato attulit medicinam oleo & vino sacratissimi sui corporis & sanguinis. Sacramentum enim Eucharistiæ vitam donat mundo per gratiæ collationem, &c. *tr.26.d.2.*

Et altera die protulit duos denarios & dedit stabulario & ait: Curam illius habe. Vere pius, vere misericors fuit hic Samaritanus: Tam absens quam præsens providet indigenti, & non relinquit eum hospitis expensis curandum sed de suo profert ut ei ministretur: securus hic esse poterat in extremo die Judicij in quo processus præcipue circa opera misericordiæ instituetur, quibus se electi ruebuntur, eorum vero omissio reprobis in damnationem cedet. *tract.41.disc.31.*

DOMINICA XIII. POST PENTECOSTEN.

Et factum est dum iret Jesus in Jerusalem transibat per mediam Samariam & Galilæam. Luc.17. ℣.11. Non sine mysterio Christus Dominus viam direxit per mediam Samariam & Galilæam. Rationem pulchram moralem dat Titus Bostiensis: *Erat discordia*, inquit, *inter Samaritanos & Judæos, quam ipse quasi componens, per utrosque transit, ut utrosque in unam novam hominem compingat.* Samaritani ac Galilæi magno odio & inimicitia inter se dissidebant; per eos transit pacis auctor Jesus, ut utrumque populum in se charitate ac fide coadunaret, ac pacificaret, eosque maxime unitos ac concordes redderet. Unde patet, quanta sit virtus in curanda reconciliatione mutua. *tr.35.d.19.*

Et factum est dum iret Jesus in Jerusalem, transibat per mediam Samariam & Galilæam. Cur Dominus eundo in Jerusalem transierit per mediam Samariam aliam adhuc habet causam & rationem, nostræ instructioni non parum servientem, nam Samaritani Dominum Jesum euntem in Jerusalem noluerunt hospitio excipere, sed à quodam vico suo eum excluserunt; *Luc.9. ℣.53.* Galilæi vero ejecerunt Dominum extra Civitatem suam, & eum tentarunt de supercilio montis præcipitare. *Luc.4.℣.29.* Samaritanos tamen & Galilæos non respicit, sed beneficio curationis illos voluit prævenire, ut pro maleficio rependeret beneficium: & propter hoc non est dubium, magnam Deum habere complacentiam & affectum specialem erga illos qui male se tractantibus bonum pro malo reddunt. *tr.35.d.10.*

Et cum ingrederetur quoddam Castellum occurrerunt ei decem viri leprosi. Cum lepra morbus sit incurabilis & contagiosus & facile serpat, in sensu morali per lepram bene significari puto malum exemplum seu scandalum, lepra contagione serpit, sic scandalosi causa sunt ruinæ multorum. *tract. 27. disc. 11.* Lepra ejiciebat leprosum extra castra, sic scandalosi ejiciuntur ex cœlo, sunt enim scandalosi velut ligna igniem infernalem nutrientia. *ibid. disc.7.*

Et cum ingrederetur quoddam Castellum occurrerunt ei decem viri leprosi. Ob morbi contagionem magna olim Deus providentia & solicitudine decreverat ne leprosi habitarent locis populosis, magna enim est lepræ efficacia ad sese inter homines diffundendum similis lepra est scandalum, unde magnam varij servi Dei adhibuerunt solicitudinem in arcendis scandalis, *tr.27.d.14.*

Qui steterunt à longe & levaverunt vocem suam. Leprosi hi peccatorem adumbrant, qui ex malitia sua quidem Deum deserit, ad quem tamen sine speciali ipsiusmet Dei auxilio redire nequit; atque ideo steterunt procul, qui multum à Deo defecerant, donec gratiæ & misericordiæ beneficium consequerentur. Et vere immensum est Dei beneficium dum Deus æternæ condemnationis executionem expectat, eumque in finem auxilia & gratias suas offert. *tr.30.d.16.*

Et levaverunt vocem Jesu suam dicentes Præceptor Miserere nostri. Quos ut vidit dixit: ite ostendite vos sacerdotibus. Variæ quæstiones excitari possunt inter curationem horum decem leprosorum & illius leprosi quem Dominus descendens de monte curavit. Nobis unica hæc sufficiat, cur hic antequam ad sacerdotem mitteretur ob ingentem ejus fidem curatur; Christo illi dicente, volo, mundare. Hi autem decem sanantur postquam ad sacerdotes mittuntur? leprosis præcipit Dominus, ut seipsos sacerdotibus ostendant, ut à lepræ immunditia expiarentur, ut manifesta fieret Authoritas quam habituri essent in lege Evangelica circa curationem Spiritualis lepræ id est, remissionem peccatorum illis delegatæ, *tr.22.d.12.* Secundo mandat leprosis, Ite ostendite vos sacerdotibus, ut & sacerdotibus etiam iniquis, quales hi erant suam reverentiam, suum honorem ac Jus illæsum servaret, nam honorandi sunt sacerdotes etiam indigni. *tr.22.d.24.*

Unus autem ex illis ut vidit quia mundatus est, regressus est cum magna voce magnificans Deum. Ut Samaritanus se mundatum videt, statim absque ulla mora in Dei laudes prorumpit, & omisso ad sacerdotes itinere ad Christum revertitur, eum ut suum Sanatorem cognoscens, illique pro tanto beneficio gratias persolvens: pro donis enim acceptis illico gratiæ sunt persolvendæ, ut receptorum beneficiorum gratitudo benefactores nostros ad nova impertienda moveat. *tract. 30. disc.7.*

Unus autem ex illis ut vidit quia mundatus est, regressus est cum magna voce magnificans Deum. Titus Bostrensis hic, *Samaritanus*, ait, *solas ad Salvatorem reversus gratiam agnovit & gratiarum retulit actiones, sanitatem stabiliens, ne forte ingratus, propter ingratitudinem recidivam patiatur.* Et bene quidem fecit hic alienigena, timebat enim ne in aliquam ingratitudinis notam incideret, ob quam totam gratiam deperderet. Unde pulchrè ait D. Laurentius Justinianus *lib. de Humil. Cap. 15. Ingratitudo, deperdit utique aggregatas cum fudore multo Spirituales divitias, obstruit contra se ostium divinæ bonitatis, misericordiarum Dei exsiccat fontem, & Charismatum cœlestium communicatione se privat. tract.30.disc.23.*

Respondens autem Jesus dixit: Nonne decem mundati sunt & novem ubi sunt? Novem leprosi in ingratam oblivionem lapsi, non sunt reversi. Et quidem loquitur Christus in præsenti per interrogationem ad majorem Emphasin ac energiam orationis. Ac si dicat: Cur etiam illi, sicut & tu non agnoverunt beneficium, ut ad me redirent, mihique benefactori suo gratias referrent? *Et novem ubi sunt?* Optime sciebat Dominus, ubi ipsi existebant tamen tali modo loquendi hic utitur. Glossa Interlinearis sic habet: *Ingratos, quasi ignotos, ubi sint? inquit Dominus.* Quasi à Deo non cognoscerentur, qui beneficia divinitus sibi collata non recognoscunt. Ingrati enim Deo maxime abominabiles sunt. *tract.30.disc.12.*

DOMINICA

DOMINICA IX. POST PENTECOSTEN.

Nemo potest duobus Dominis servire. Matth. 6. ℣.24. Dixerat Dominus supra, *Nolite Thesaurizare vobis in terra ℣.19.* jam cur hoc docuerit causam assignat dicens: *Nemo potest duobus Dominis servire*, quo quasi communi quodam adagio, tacite occurrit Dominus cuidam objectioni, qua Avarus tueri se poterat, quod nempe vellet servire mundo & divitijs & non abstinere à Dei obsequio. Hanc autem cogitationem Dominus excludit: *Non potestis duobus Dominis servire*, docuit tamen etiam præsenti sermone qua ratione etiam cum divitijs Dei quispiam possit intendere obsequio; dicit enim *ubi est Thesaurus tuus ibi est & cor tuum.* Hominis autem desiderium spectat divitias, ut autem illis in grave suum incommodum cor suum nimis non collocet, docet futurum eum divitem, divitias in cœlo Thesaurizando, idque per eleëmosynas & ut illas eo possit destinare mittit illi pauperes qui omnino æternam promovent divitum salutem, *tr.24. d.8.*

Nemo potest duobus Dominis servire. Cor pars est hominis præcipua, unde illud prætendit sibi Deus & Diabolus: hoc autem bellum maxime oritur in exercitio bonorum operum, unde ne per Hypocrisin illius Dominus fiat diabolus cura, ut rectitudinem cordis erga Deum geras in operibus tuis, hanc enim unice requirit Deus, *tr.33. d.11.*

Nemo potest duobus Dominis servire. Sunt qui serviunt mundo in avaritiæ usura & Deo in obsequio eleëmosynæ, nec pro mundo quidquam lucrantur quia nimium in datam eleëmosynam confidentes in Dei indignatione peccata libere committendo perfistunt, *tr.24.d.17.*

Non potestis Deo servire & Mammonæ. Hæc impossibilitas non provenit ex sola occupatione in servitio utriusque, sed ex repugnantia circumstantiarum; qua Deus & divitiæ in contrarium trahunt. Nam Deus movet ad superiora fibi servientem; hoc est, qui servit Deo cogitat de cœlestibus & terrena omnia in oculis ejus vilescunt, omniaque sua pro Deo tribuit vel saltem dare desiderat. Divitiæ vero ad inferiora inclinant; & qui eis servit, semper cogitat de terrenis & hæc sunt ei pretiosa nimis pro iisque acquirendis omnia contemnit; sed hæ duæ contrarietates optime combinantur, quando & divitiæ terrenæ ad cœlestia mentem inclinant, imo cœlum ipsum aperiunt nobis quod fit pauperibus subveniendo, *tr.24. d.17.*

Ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis neque corpori vestro quid induamini. Damnat hic Dominus non ipsa temporalia, non ipsam escam & potum, sed nimiam erga eadem solicitudinem. Solicitudo autem dicit quamdam nimiam curam superfluam quam hic vetat Dominus Remigius *in Cap.4. ad Philipp. ad illa verba proxime Citata: Nihil solliciti sitis*; ita ait: *Solicitudo est superflua cura, sed justi non debent superfluam curam assumere de rebus transitorijs*, ut in ijs nempe abundent sed cum necessarijs contenti sint sic quoque vult Deus & cibus corpori suppeditetur necessarius non superfluus, *tr.32. d.25.*

Ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis neque corpori vestro quid induamini. Paulus Palatius in explanatione hujus textus, inquit, quod Dominus speciatim cum suis Apostolis & Prædicatoribus loquitur. Et ita hanc sententiam referens D. Lucas ait: Dixit ad discipulos suos. Cum ergo discipuli ab eo essent constituti Prælati, Pastores ac Doctores Ecclesiarum vult Dominus ut solicitam curam de esca deponant. Ob damna & ruinam quæ in Rempublicam ex crapula rectorum resultat, *tr.32. d.17.*

Ne solliciti sitis animæ vestræ; quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini. Discipuli omnia sua pro Domino abjecerunt ac reliquerunt, & imposterum à se omnium rerum possessionem abdicarunt; & inde maxime videbantur expositi periculo solicitudinis eorum quæ necessaria erant ad vitæ alimentum; magis quam ij qui res suas non dimiserant: ideo ad eos Dominus hanc sententiam profert, ut quieto stent animo, cum sub cura sint cœlestis parentis; nam rerum temporalium pro Domino abjectio (quod potissimum fit in liberali erogatione eleëmosynæ) magnum est omnium bonorum incrementum. Eleëmosyna enim quamdam sanctæ & lucrosæ usuræ speciem habet, *tr.24. d.3.*

Ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini. Noverat Christus Dominus familiarem hanc maxime esse Dæmonis tentationem, qua nimiam erga corporis per cibum & potum etiam superfluum refocillationem, nobis ingerit solicitudinem; Serpens enim astutus ad prosternendum hominem inter omnia alia vitia gulam eligit, quia per hanc nos disponit, ut suis facilius cedamus tentationibus; quare in cautelam non immerito dicit, nolite soliciti esse &c. *tr.21. d.1.*

Nonne Anima plus est quam esca? multis pius Dominus & Magister Jesus ipsique efficacibus rationibus superfluam maxime vero circa escam solicitudinem à nostris cordibus excludere nititur: sed cur tot rationes tot moriva adhibet? Respondetur quod Dominus rationes adhibet non propter se sed propter nos. Quia tanta est aviditas & insatiabilitas gulæ, ut ei numquam satisfiat etiamsi venter plenus existat; maximaque crapulantium præ cæteris est solicitudo, ideo contrarium merito tot rationibus persuaderi debebat, *tr.31.d.21.*

Nonne Anima plus est quam esca? Hoc non immerito in jam citato textu advertendum, quod quamvis per escam cibus materialis intelligatur, tamen Palatius hoc loco & Benedictus Fidel. *in suo Paradyso Eucharistico in Psalm.22. ℣.2. Theorem. 1.* per escam moraliter sacram Eucharistiam interpretantur, sed tunc urget difficultas, quomodo anima dicatur plus quam illa divinissima esca, nam anima nostra entitate sua inter subsistantias spirituales in humili gradu reponitur; in sacra autem Eucharistia est Deus qui est super omnia? Respondet Palatius: *Plane sicut placuit tibi minister noster esse, & inter nos versari, non sicut qui major est, sed sicut qui ministrat: ita placuit hac ratione minor videri, quod cibus noster esset.* Summa Dei benignitas ac misericordia cum nobiscum versaretur in terris, non dedignatus est, se nobis exhibere ministrum: nunc vero residens in cœlo animarum nostrarum cibus effectus, quodammodo infra nos se dimittens ac humilians nobis vitam spiritualem omniaque cœlestia dona ministrat, *tr.26.d.2.6. & 8.*

DOMINICA XV. POST PENTECOSTEN.

Ibat Jesus in Civitatem quæ vocatur Naim. Luc.7. ℣.11. Naim juxta Haymonem, Hugonem & alios hic idem interpretatur quod motus & motio. Accommodatius tamen juxta Barradam, Cornelium à Lapide, Naim Hebraice idem est, quod pulchra, decora, jucunda & delectabilis. Unde Noemi Socrus Ruth defunctis filijs ac Marito flens dicebat: *Ne vocetis me Noemi, id est, pulchram, sed vocate me Amara, quia amaritudine valde me replevit omnipotens. Ruth.1. ℣.20.* Tantus ergo matris luctus contigit in hac civitate tam jucunda & amœna, ut acutior esset dolor, quam si accidisset in alio loco agresti ac rusticano; maxime enim animus cruciatur consideratione ac visione alicujus boni, quod perdit ac amittit, hic reflecte mentem ad pœnas damnatorum quæ multum augebitur propter invidiam qua exagitabuntur ob beatorum gloriam, de tanto bono amisso perpetuo dolentes, *tr.34.d.21.*

Et ecce defunctus efferebatur Filius unicus Matris suæ. Defunctus iste erat Adolescens, de quibus ait Doct. Chrysostomus Epist. ad Olympiam. *In Adolescentibus majus est naturæ incendium, major concupiscentiæ tempestas, infirmiora consilia, ratio quæ vitia gubernet infirmior.* Deinde erat mortuus & jam ad portas civitatis deductus, & ideo ut docent Doctores Hic, v. g. Eusseb. Beda, Haymon & alij. Adolescens iste publicum ac manifestum peccatorem exprimebat; unde ait ipse Eusseb. *Fer. 6. post 4. Dom. Quadr.* quod puella illa Archisynagogi quam Christus suscitavit domi. *Matth.9. ℣.25.* peccatorem occultum & absconditum denotabat. At vero hic defunctus, cum jam esset extra domum ac Civitatem, & proximus ut in terram inferretur publicum & notorium peccatorem designabat, qui in proximo est ut in æternum sepeliatur. Tales peccatores publici sunt scandalosi &c. *tr.27. disc.7.*

Et ecce defunctus efferebatur filius unicus matris suæ. Voluit quidem D. Evangelista Lucas lubricæ Juventuti pulchrum hic quidem dare Recipe salutis, ut hunc adolescentem inspiciens sedulo, diligenter advertat, quam mors ei sit propinqua, sicque à vitijs abstinens bonis operibus jugiter sit intenta. Attamen non tantum Juvenibus sed & senibus imo omnibus omnino Christianis hoc Recipe serviet, maxime in sumptione sacræ Eucharistiæ, quam summe fructuosam efficit meditatio mortis, *tr.26.d.2.6. & 29.*

Et hæc vidua erat. Videtur Dominus cum hac vidua valde rigide processisse, idque contra regulam Spiritus Sancti dicentis: *Afflicto non addes afflictionem* viduitatem enim illam jam afflixerat, nunc angit solicitudine auferens ei filium quem ad consolationem dederat ei. Sed quæ veræ viduæ sunt, id est, virtutibus deditæ hanc fervant regulam in afflictionibus quam post se reliquit S. Paula vidua, quæ in afflictionibus constituta jugiter repetebat verba Isaiæ Prophetæ; *Ablactati à lacte, tribulationem super tribulationem expectate*; pro certo tenens, quod simul crescerent afflictiones & præmij lucrum; unde maximæ Deo agendæ sunt gratiæ in afflictionibus, utpote ex quibus magnum lucrum capimus, *tr.30. disc.28.*

Et hæc vidua erat. Forte Deus ex misericordia abstulit illi filium istum, ne forte nimia sua benignitate in filium gravia & sibi & filio damna conciliaret; sicut enim nimius parentum rigor & sic & nimia in liberos benignitas culpabilis est, *tr.23. d.9.*

Quam cum vidisset Dominus misericordia motus, magnam hic facer Evangelista commemorat Domini pietatem ac benignitatem, dum inquit, quod Dominus misericordia motus fuerit, simulque commendat nobis excellentiam ac

magnitudinem beneficij, quod ex intimis misericordiæ visceribus processit, quæ supra mulierem inclinata sunt: & in donis plus, quam datum internus affectus ac animus æstimandus est ac in majori pretio reputandus; Hoc & tu perpende diligenter in exercitio eleëmosynæ, quam, quilibet quantumvis pauper dare potest, quia Deus affectum potius nostrum pensat quam effectum, *tr.24. d.18.*

Quam cum vidisset Dominus misericordia motus. Vidua flebat & lachrymis ejus movebatur Dominus ad compassionem, non enim habebat cor lapideum, ut multi hodie, dum Christiani qui licet mille audiant lachrymas pauperum & viduarum vix commoventur ad dandam modicam eleëmosynam, aut si aliquam elargiantur quasi coactè verbisque duris deturpant eleëmosynæ candorem. Eleëmosyna enim voluntarie bonisque verbis instituenda est, *tr.24. d.9.*

Et accessit & tetigit loculum (Hi autem qui portabant sferetrum) & ait: Adolescens tibi dico, surge. Et resedit qui erat mortuus, & capit loqui, & dedit illum matri suæ. Ad vocem Christi, *adolescens tibi dico, surge*; statim ipse surrexit, & postea resedit, & cœpit loqui; tamen Evangelista, quod fuit prius, nempe revixit, supponit, ac prætermittit; & solum enarrat quod resedit, ac locutus fuit: Cujus causam quamdam assignat Haymon. *Sessio*, inquit, *humilitatem signat. Residet enim peccator, cum incipit pœnitentiam agere, cum humilitate deflet quidquid delinquat; aut cogitando aut loquendo.* Sedere frequenter in Scriptura humilitatem denotat. Ps.138. ℣.2. *Tu cognovisti sessionem meam & resurrectionem meam.* Jer.13.℣.18. *Dic regi & Dominatrici, humiliamini, sedete.* Cap.15. ℣.17. *Solus sedebam quia comminatione repleisti me.* Oseæ cap.14.℣.8. *Convertentur sedentes in umbra ejus.* Cum iste homo ex morte peccati resurgit ad vitam, primo sedet, quia primus gradus seu pœnitentiæ, seu caterorum bonorum est humilitas, illa siquidem est fundamentum cui cætera bona innituntur, *tr.* 32. *d.2.*

Dedit illum matri suæ. Non sine mysterio Dominus filium dat Matri, quia dum dabat simul & curæ ejus commendabat, volens indicare illius jam officium esse solicitudinem gerere circa bonam filij educationem, ut qui venerat ad vitam corporis in eo conservaretur vita gratiæ, præstat enim ut parentes soliciti sint magis circa bonam filiorum educationem, quam ut ijsdem de divite Hæreditate prospiciant, *tr.23. d.1.*

Accepit autem omnes timor & magnificabant Deum. Valde mirum quod cum in cæteris Christi miraculis semper ad fuerint Calumniatores, hic in tanta multitudine nullus fuerit ausus contradicere, sed omnes laudaverunt Deum; ratio est quia nulli aderant improbi, nulli Pharisæi, quod patet ex eo quia omnes ad gratitudinem excitabantur; Ingratitudo enim est reproborum reflera, *tr.30.d.21.*

DOMINICA XVI. POST PENTECOSTEN.

*Cum intraret Jesus in domum Principis Pharisæorum Sabbatho manducare panem. Luc.*14. Theophylactus hic inquit; *Christus in domos Pharisæorum ingreditur, curæ enim erat ei animarum utilitas, potuissent enim vel ex doctrina, vel ex miraculis utilitatem percipere.* Aderat enim Christus in hujusmodi convivijs, ut præsentes tamquam verus Magister doceret verbo & etiam facto, ut exemplo suæ sanctitatis ac virtutis, eos inescaret & alliceret ad justitiam & sui sequelam. Bonum enim exemplum impios ad Deum convertit & reformat, *tr.27. d.1.*

Cum intraret Jesus in domum Principis Pharisæorum Sabbatho manducare panem. Ericus Abbas, *Adibat*, ait, *Dominus carnalia hominum convivia, non tam ut exterioribus epulis vesceretur, quam ut ipse qui est panis de cælo descendens dapes superni convivij erogaret.* Christus Dominus valde exiguo ac tenui cibo utebatur & inrer nos tamquam peregrinus ac egenus eleëmosynam ab hominibus accipiens degebat, ad quid ad hujusmodi convivia se conferebat? *Non tam ut ipse exterioribus epulis vesceretur, quam ut ipse dapes superni convivij erogaret.* Sumebat Dominus panem ab hominibus, ut inde quodammodo obligaretur ad cœlestem panem hominibus dandum, voluit Dominus pane accepto ab hominibus eis panem dare: Ut homines eleëmosyna ac opere charitatis præparati dignius cœlestia beneficia exciperent, *tr.24. d.10.*

Et ecce Hydropicus erat ante illum. Sanabitur Hydropicus, ait hic Theophylactus, *si ante Christum fuerit, cogitans semper quomodo ab ipso videatur minime peccabit.* Hydropicus significabat hominem anima ægrotantem. Hic ex Dei providentia in remedium suæ salutis constituitur ante Christum, quia si homo se consideret ante Dei oculos, maxime respiceret, ac vitam reformabit, sibique de cætero frænum injiciet, ne in alia peccata labatur. Boëtius *lib.* 1. Consolation. *Magna vobis est, si dissimulare non vultis necessitas indicta probitatis: Cum ante oculos agitis judicis cuncta cernentis.* Continua enim Judicis & finalis judicij consideratio ad ducendam vitam immaculatam plurimum confert, *tr.41. d.30.*

Et ecce Hydropicus erat ante illum. Cum esset dies Sabbathi, constituitur Hydropicus ante Christum, à Pharisæis, sciebant enim Christi genium, quod cum miseria oppressum hominem viderer, statim ei subveniret, ut ex hoc eum arguerent tamquam Sabbathi violatorem, ut ipsi falso existimabant. Ecce quomodo irritatur & annihilatur malignantium consilium; Hydropico impenditur sanitatis beneficium; Gloria Christi facto miraculo divulgatur, & ipsi Pharisæi invidia contra Dominum stimulati, absque eo quod Domini dictis respondere valeant, confusi remanserunt. Tanta est enim malitia invidi, cur ex bonis alienis contristatus malum sibi inde accersat, *tr.38. d.13.*

Et ecce Hydropicus erat ante illum. Aderat Hydropicus ante Christum, à quo valde notum erat quod omnes sanitatem impetrarent & salutem, & hydropicus hic tanta necessitate oppressus pro se nihil orat ac petit sed tacet. Cur hoc? Respondet Euthymius hic, *Hydropicus*, ait, *erat stans, nec audent petere curationem propter Sabbatham & Pharisæos.* Pharisei principes ac viri potentissimi in republica, quamvis ergo homo multa necessitate laboraret, tamen pro se nihil petere audebat, timens ne præsentes offenderet Pharisæos propter Sabbathum de quo ipsi ex sua malitia scandalizari poterant. Et utinam te salutaris hic aut proximum scandalizandi aut aliud quodvis Dei præceptum transgrediendi timor invaderet, quia Deo placet erubescentia, quæ peccati frænum non quæ virtutis est obstaculum &c. *tr.25. d.4.*

Et ecce Hydropicus erat ante illum. Ab nomine Hydor, id est, aqua, Hydropicus dicitur, quem humor aqueus, id est aqua intercus vexat, appellatur vero aqua interçus, quia inter carnem & cutem est. Dionysius Carthusianus septem Hydropicis proprietatibus septem vitia capitalia adaptat. Prima proprietas est tumor corporis per quam significatur superbia omnium mater vitiorum, cui contraria est humilitas omnium mater virtutum, *tr.32. d.3.* Secunda proprietas est compressio spirituum per quam significatur invidia, quæ aliorum laudabilia comprimit ne videantur ac manifestantur, *tr.38. d.1.* Tertia est ardor sitis designans avaritiam; quæ est insatiabilis bonorum terrenorum cupiditas, neque illa in pauperum necessitatem juxta obligationem expendit, licet Deus ideo bonorum terrenorum divisionem permiserit, ut ijs abundans superfluum indigentiæ eroget alienæ, *tr.24. d.1.* Quarta est indigestio humorum, & significat iram, cujus varias vide definitiones &c. *tr.39. d.1.* Quinta est pigritia seu tarditas pedum, per quam notatur acedia, & peccata omissionis circa quæ in extremo judicio rigorosissimum instituetur examen, *tr.41. d.13.* Sexta inextinguibilis sitis gulam innuit quæ omnia devorat, de qua vide totum, *tr.31.* Septima luxuria est quæ per insatiabilem ütim adumbratur & per gulam excitatur, *tr.31. d.8. & 9.*

Et ipsi observabant eum. Præclara Christi virtus etiam à minima fugillationis umbra immunis erat; Pharisæi tamen invidia pleni, facta Christi audent observare, ut detrahant ac arguant eum. Detractio enim invidiæ est partus, *tract.38. disc.11.*

Et ipsi observabant eum. Pharisæi maxime debebant gratulari Christo Domino pro tanto beneficio in eos impenso, ut Dominus dignaretur cum ijs adesse in convivio ut summo bono nempe ejus colloquio ac præsentia fruerentur, & tamen illi ex tanto beneficio ansam suæ malevolentiæ arripientes ingrati facti sunt unde & maledicti, pessima enim est eorum retributio, qui mala pro bonis reddunt, *tr.30. d.24.*

Et respondens Jesus, dixit ad Legisperitos & Pharisæos, dicens: Si licet Sabbatho curare? ostendit hic benignissimus Dominus in diebus festis ab omnibus vacandum esse operibus præterquam ab operibus charitatis & actibus religionis, unde etiam non attento quod Pharisæi forent scandalizandi Hydropicum curavit, *tr.28. d.14.*

Et respondens ad illos dixit: cujus vestrum asinus aut bos in puteum cadet, & non continuo extrahet illum in die Sabbathi? Ne videretur quod Dominus Pharisæorum silentio frenus absque ulla ratione die Sabbathi Hydropicum sanaverit, ideo divinus Magister, qui alta providentia omnia operabatur, efficacem rationem producit: sed cur potius in exemplum asinum & bovem Pharisæis adducit? D. August. lib. 2. qq. Evang. c.29. *congruenter autem*, ait, *hydropicum animali, quod cecidit in puteum comparavit.* Uterque enim nimio humore aquæ premitur ac laborat, cum dicitur *cadens in puteum.* Lapsu magnitudo & difficultas revocandi denotatur; in quæ mala ex immoderato gulæ stimulo devenerunt, hydropicus ex nimio apperitu bibendi, & animal etiam tamquam impatiens ut aquam ex puteo gustaret; non mirum ergo quod in tot mala devenerint, damna enim quæ ex gula germinantur multam difficultatem revocandi ad sanitatem gressus important, *tr.31. d.17.18. & 19.*

DOMINICA XVII. POST PENTECOSTEN.

CUm præsentis Evangelij textus coincidant cum Evangelio Dominicæ duodecimæ post Pentecosten ibidemque ad longum explicati sint hinc benevolum lectorem illuc remitto.

DOMINICA XVIII. POST PENTECOSTEN.

ET *ascendens in naviculam transfretavit. Matth.* 9. hunc textum explicatum invenies. *Dom.4. post Epiphaniam. Matth.* 8.

Et venit in civitatem suam. Zacharias Episcopus comment. in Evangel. *lib.2. Cap.3. sic* ait, *Nunc ergo quis dubitat, Capharnaum fuisse civitatem Domini; quam non nascendo sed miraculis illustrando suam fecerat.* In nulla civitate tot miracula & mirabilia operatus est Dominus, ut in Capharnaum; & ideo peculiariter hæc civitas dicitur sua, quia tantis donis ac beneficijs eam sibi comparavit ac coëmit. Merito igitur in sensu mystico anima nostra dicitur civitas Domini quam tot donis replet ac beneficijs, *tr.30. d.17. Cui tot gratijs & auxilijs assistit, ibid. d.14.*

Et ecce offerebant ei Paralyticum jacentem in lecto. Figura hæc est peccatoris, est enim peccati pondus adeo grave quod nos veluti paralyticos in lectum projicit inferni, sola enim peccata sunt quæ nos ignem infernalem timere faciunt utpote cujus pabulum & nutrimentum existunt, *tr.34. d.31.*

Videns Jesus fidem illorum. Videns, non solum intuitu divinitatis, sed etiam corporalibus oculis: nam quamvis fides sit actus mentis, tamen in opere videtur ac manifestatur. Unde non sufficit hominem ad fidem vocatum esse, nisi etiam conformiter ad eam operetur, *tr.29. d.17.*

Et videns Jesus fidem illorum. Magna fuit fides paralyticum offerentium; aliter enim minime ipsi ad tectum conscenderent, ut inde per funes hominem dimitterent ante Christum. Magna item fuit fides illius infirmi ut patet, & tamen solum Evangelistæ mentionem faciunt de fide offerentium & non Paralytici. Cur hoc? Respondetur, quod quando in scriptura tribuuntur mirabiles effectus fidei, intelligitur de fide viva, quæ est Charitate formata, hoc est, fides cum operibus charitatis ac amoris in Deum. Nam fides sine operibus mortua est. Cum autem dicitur: Videns fidem illorum, hoc intelligitur de fide viva. Ac proinde principaliter de fide offerentium, nam qui infirmum portabant charitatem & misericordiam in fructu habebant. Sic igitur sit & fides tua constituta, *tr.29. d.2. 4.5.6. & 7.*

Confide fili remittuntur tibi peccata tua. Victor Antiochenus *in Cap.2. Marci*, sic in hunc textum scribit: *Quod autem Paralyticum hunc filium vocat, illud aut propter fidem quam de illo conceperat, facit, aut certe ad creationis causam respicit*; nec immerito ideo filium vocat quia ad creationis causam respicit, quia homo Dei opus est; O quantum hoc Dei in hominem beneficium dum à Deo esse & hoc quidem nobilissimum accepit ita ut idcirco filium vocet hominem, quantas igitur idcireo non habet obligationes ad gratiarum actionem, *tr.30. d.13.*

Confide fili. Filium vocat hunc Paralyticum. Imo in Evangelio nullum alium hominem legi filium à Christo vocari. Caute dixi hominem, quia Dominus Mulierem illam, quæ tetigit fimbriam vestimenti filium vocavit. *Matth.9.℣.22. Luc.* 8. ℣.48. Hunc autem inter cæteros filium dixit, quia hic erat valde miserrimus pauper, dissolutione membrorum infirmitatem patiens, & tantam hominis miseriam tam blando atque affabili nomine filij voluit Dominus lenire ac consolari, nobis præbens exemplum, quam sibi gratum sit subsidium & compassio in pauperes cujus plurimi sunt fructus, *tr.24. d.6.*

Confide fili remittuntur tibi peccata tua. Offerebatur Christo Domino iste homo ut ab ipso sanitatem corporis impetraret, ipse tamen prius dat remissionem peccatorum; hujus rei causam dat S. Chrysostomus Hom.30. *Nolun*, ait, *statim corpus palam propositum curare, verum ut ab inimicis sibi occasio traderetur, latentem atque abditam curam animæ contulit, cum peccata dimisit.* Priusquam Dominus petitam corporis sanitatem homini daret, ei remittit peccata prævidebat enim Dominus calumniam scribarum, quæ ex hoc facto erat sequenda; Ut inde occasionem assumeret suam probandi divinitatem, duplici scilicet signo, revelando cordis arcana & dando salutem corporis. Solet enim Deus inter invidias aliorum fœlicitates adangere, ut tanto magis invidum torqueat & castiget, *tr.38. d.15.*

Et ecce quidam de Pharisæis dixerunt intra se: Hic blasphemat. Ad collatum homini sanitatis beneficium offendebantur hi scribæ & Pharisæi præ invidia & malitia: Nam frequenter eum viderant etiam cum Auctoritate morbos fugantem, & dæmones ejicientem, vento marique imperantem: & hæc omnia modo humanas vires superante facientem. Sed hi proprias hiscentes affectiones Dei videbantur injuriam ulcisci. Sic seipsos torquebant qui injuriam inferebant calumniando, semper enim gravibus damnis injuriatores sunt expositi. *De quibus vide tract.36. d.4.*

Et cum vidisset Jesus cogitationes eorum dixit, ut quid cogitatis mala in cordibus vestris? Judicium temerarium hic committebant Scribæ & Pharisæi. *De cujus malitia vide tot. tr.42.*

DOMINICA XIX. POST PENTECOSTEN.

Simile est Regnum cælorum homini Regi qui fecit nuptias filio suo. Matth. 22. ℣. 1. Diversa sit hæc parabola ab ea quam scribit D. Lucas cap. 14. de cœna magna. Valde tamen similis est ei, & omnia quæ ibi dicta sunt facile huc referri & adaptari possunt. Habes item integrum tractatum de Eucharistia, in quo jam ad quemcumque hujus Evangelij textum adaptatum habes discursum; & præterea vide Dom.2. post Pentecosten.

DOMINICA XX. POST PENTECOSTEN.

ERat quidam Regulus cujus filius infirmabatur Capharnaum. Patravit hoc miraculum Dominus Jesus in Cana Galilææ uno anno postquam ibidem aquam convertisset in vinum; non caret Mysterio repetitus hicce Christi in Canam adventus: Theophylactus & D. Bonaventura hic inquiunt; venit in Galilæam quia ibi bene exceptus erat ab illis hominibus, gratos se exhibentibus pro primo miraculo. Noluit Dominus ire in locum ubi propter exhibita beneficia non venerabatur. In Nazareth patria sua compatritij erant infesti, & eum contemnebant, ut ipse Dominus declaravit hoc Cap.4. ℣.44. Venit ergo in Cana Galilææ ubi bene excipiebatur per gratitudinem ob collata beneficia, & hinc etiam revertitur; nam receptorum beneficiorum gratitudo benefactores ad nova impertienda movet, *tr.30. d.7.*

Erat quidam Regulus, cujus filius infirmabatur Capharnaum. Primum signum edidit Dominus in Cana Galilææ, dum convertit aquam in vinum. In quo figura sacræ Eucharistiæ præcessit. Nunc etiam in Cana secundum edidit mirabile, & fuit primum, in quo donat vitam & sanitatem hominibus. Sed cur in eodem loco hæc duo miracula operatur? Cur non alius locus ad primam hominis sanitatem eligitur; nisi ille qui figura Eucharistiæ primo nobilitatus est? Ut ex his discamus, quod tota vita & salus hominis ex umbra sacræ Eucharistiæ dimanat. Nec enim alibi homo poterat vitam recuperare, sanitatem impetrare, nisi ubi vivifici Mysterij umbra ac figura demonstrata ac à Christo data est. Sacramentum enim hoc vitam donat mundo, *tr.26. d.2.*

Erat quidam Regulus cujus filius infirmabatur Capharnaum. Capharnaum ager interpretatur pinguedinis; in Capharnaum igitur infirmatur, id est, in pinguedine seu multiplicitate ciborum & epularum per quarum excessum mors acceleratur & pœnosæ ac mortales ægritudines contrahuntur, *tr.31. d.19.*

Cujus filius infirmabatur Capharnaum. Vide quam solicitus, quam anxius hic Regulus pro salute filij impetranda discurrat, & ad Christum accedens, ejus insignem patienter perferat reprehensionem: Parentes enim sui sæpius oblivisc untur, ut filiorum reminiscantur eisque in necessitatibus ferant subsidium; unde multum obligantur ad reverentiam parentibus exhibendam, *tr.23. d.15.*

Hic cum audivisset, quia Jesus advenit à Judæa in Galilæam, abijt ad eum. Nactus Regulus bonam occasionem ex appropinquatione Jesu, *abijt ad eum*; nempe ex Capharnaum quæ interpretatur *pinguedo terræ*, proficiscitur in Galilæam, hoc est in pinguedinem cœli seu Ecclesiæ. Ubi erat pinguis panis Christi præbens delicias regibus; hoc est Sacramentum Eucharistiæ: quod cur sub specie panis institutum fuerit: Vide *tr.26. d.3.*

Hic cum audivisset quia Jesus advenit à Judæa in Galilæam. Immediate Dominus discesserat à Samaria in Galilæam, & tamen dicitur quod ex Judæa advenerit. Cur hoc? Ratio est, quia Judæi utpote maligni Christum appellant Samaritanum & quod in Samariam abierit objiciunt. At Galilæi, quamvis Dominus immediate ex Samaria discederet, dicunt, quod ex Judæa advenerit, ad quam missus erat, & in qua natus fuerat, ut ita majori vinculo Domino adstringerentur, quod relicta Patria sua ad eos abiret. Multum sane interjacet inter probos viros & iniquos: Nam probi ea solum memoria tenent, atque dicunt ex quibus se maxime obligatos vident, ut ita se gratos erga benefactorem suum exhibeant. At iniqui semper accepta beneficia minuunt & vituperant ne multas suo benefactori gratias referre cogantur. Ingratitudo enim reproborum est tessera, *tr.30. d.21.*

Dixit ergo Jesus ad eum nisi signa & prodigia videritis non creditis. Præcipua ratio cur tam dure & aspere huic Regulo ad petitionem suam respondeat, est quia cum modica & imperfecta accedebat fide, est enim hæc miraculorum sicut & bonorum omnium principium, *tr.29. d.1.*

Nisi signa & prodigia videritis non creditis. Videtur hic Christus nullam habuisse causam hunc Regulum increpandi seu durius alloquendi, cum justum non videretur nullis visis signis credere, sunt enim illa quibus vera fides asseritur; *de quibus signis habes, tr.29.d.16.17.18. 19. 20.21. & 22.*

Dicit ad eum Regulus: Domine descende priusquam moriatur filius meus. Dicit illi Jesus, vade, filius tuus vivit. Dominus rogatur à Regulo, ut descendat in domum suam ad eam tamen accedere noluit: à Centurione autem rogatus ut det sanitatem servo in domumque suam ne descendat, tamen ad ejus domum statim se confert. Causam dat D. Augustinus Tract. 16. Videte, ait, distinctionem. Regulus iste Dominum ad domum suam descendere cupiebat. Ille Centurio indignum se esse dicebat. Hic cessum est elationi. Illic concessum est humilitati. Regulus superbia inflatus imperiose dicebat, descende antequam moriatur filius meus. At Centurio magna humilitate se indignum fatebatur, ut Dominus in domum suam veniret, & quod superbiæ ac elationi denegatur humilitas ac submissio obtinet & impetrat, *tr. 32. disc. 5.*

DOMINICA XXI. POST PENTECOSTEN.

Simile est regnum cælorum homini Regi, qui voluit rationem ponere cum servis suis. Matth.18. ℣.23. Christus Dominus communis Magister per similium parabolarum propositionem communi se doctrinæ ac methodo accommodat. Quia ut ait, D. Hieronymus, *Palæstinorum Syriorumque secutus est morem, qui ad omnem sermonem paraboles jungunt, ut quod per simplex præceptum teneri ab Auditoribus non potest, per similitudinem & exempla teneatur, alteque cordibus infigatur.* Præsenti autem parabola rem valde necessariam nobis inculcare voluit Dominus, Deum nempe nobis peccata nostra non esse remissurum, nisi & nos injurias fratribus remittamus, *tr.35. d.17.*

Qui voluit rationem ponere cum servis suis. Certum est & de fide reddendam esse nobis omnium dictorum & factorum rationem contra eos, qui asseruerunt, quod Deus mundum non gubernet, & omnia comparari posse ergastulo stultorum, nulla adhibita dataque ratione; est autem hoc adeo certum reddendam esse rationem, ut in cum finem certum diem designaverit, licet tempus hoc certum Deus propter utilitatem nostram nobis ignotum esse voluerit, *tr.41. d.28. & 29.*

Qui voluit rationem ponere cum servis suis. Hoc plurimum inter alia vitæ nostræ congruit emendationi, si jugiter consideremus reddendam esse nobis exactam omnium rationem, *tr.41. d.30.*

Et cum cœpisset rationem ponere, oblatus est ei unus, qui debebat ei decem millia talenta. In decem millibus talentorum denotatur hic magna & ingens auri summa. Tanta autem auri summa maxime congruit antecedenti doctrinæ, in qua docuerat Dominus Fratri injuriam dimittendam septuagies septies. Si enim Deus nobis condonat tantam peccatorum multitudinem, quæ longe excedit decem millia talentorum, id est, centum viginti milliones aureorum; ergo multo magis omnes proximorum contra nos offensas ei dimittere debemus, quæ numero pauciores & qualitate sua multo inferiores sunt; præsertim cum Deus hac lege & conditione nostra gravissima & plura crimina remittat, ut & nos exiguas & parvas offensas proximis condonemus, *tr.35. d.16.*

Oblatus est ei unus, qui debebat ei decem millia talenta. Origenes tr.6. in Matth. *In principio ergo*, ait, *ponendæ rationis oblatus est ei debitor talentorum multorum, qui scilicet multa fecerat damna, & magna ei erant injuncta, & nullum attulit fructum, qui forsitan tot talenta perdidit, quantos perdidit homines.* Servus iste superiorum & Prælatorum personam exprimebat, ut docent D. Paschasius; D. Thomas, Abulensis & alij hic. Talenta autem credita sunt subditi, quod ergo aut injuria sua aut malo exemplo seu scandalo subditi perierunt, tot talentorum factus est debitor, ut de illis redderet rationem, pro eisque pœnas solveret, *tr.27. d.9.*

Oblatus est ei unus, qui debebat ei decem millia talenta. Idem Origenes loco citato sic inquit; Nihil immodicum sed omnia maxima & pessima peccavit iste, qui oblatus est Regi. Tot servus iste peccatis implicatur, excidit enim ei è memoria computum coram rege esse subditurum. O quot peccata evitarentur, si homines recordarentur, scipsos de suis factis rationem reddituros? *tr.41.d.2.*

Oblatus est ei unus qui debebat ei decem millia talenta. Theophylactus hic inquit, *decem millium talentorum debitores nos sumus, qui quotidie multis beneficijs afficimur & nil boni rependimus.* Et ingratitudine in bonis acceptis tot tantaque debita excreverunt. Ingrati enim omnibus pene abundant vitijs, idebique maxime Deo debitores & abominabiles, *tr.30. d.22.*

Cum autem non haberet unde redderet, jussit eum Dominus ejus venumdari & uxorem ejus & filios, & omnia quæ habebat & reddi. Magna hic apparet severitas illius Domini, ex qua quilibet peccator miseram status sui valet conditionem recognoscere. Cum mandatur venumdari jam amittit Dominum suum, scilicet Deum, deindeque omnia gratiæ bona, & ad diaboli transit mancipium. Cum venumdatur, jam sibi deperdit usum propriæ vitæ, cum alterius sit alterique vivat. Cum venumdatur, jam suum perdit honorem, servus enim constituitur. Cum venumdatur etiam omnia sua bona deperdit. O utinam homines recogitarent sedulo, quot mala illis inferunt peccata, tam in ordine supernaturali quam naturali. In supernaturali amittit Deum, indeque omnia gratiæ bona. In naturali vero propriam vitam, honorem & omnia quæ habet homo, & tandem sola peccata sunt pabulum & nutrimentum inferni, qui tamen adversus animas innocentes nihil facere prævalet, *tr.34.d.31.*

Prostratus ergo servus ille orabat eum dicens: patientiam habe in me & omnia reddam tibi. Valde confidenter promittebat servus iste satisfactionem operum, quia nosse per pœnitentiam applicare sanguinem Christi, inquit hic Palatius, *qui cum sit infimi valoris profecto omnia talenta valet.* Non mirum quod iste servus quamvis valde pauper esset, & multum pecuniæ deberet, tamen confidenter dicat se omnia redditurum, pollicebatur enim se Redemptoris corporis & sanguinis participem fieri, indeque esti extrema degeret paupertate confidenter tamen sperabat, se decem millia talentorum persoluturum; qui enim hoc sacratissimo edulio reficitur, omnibus gratiarum divitijs abundat, ut omnia talenta valeat exolvere, *tr.26.d.8.18. & 23.*

Misertus autem Dominus servi illius, dimisit eum, & debitum dimisit ei. Magnitudinem doni hujus in servum collati nobis explanat D. Antonius Ulyssipon. serm. in Dom. 22. post Pentecost. *Tria fuit hic*, ait, *Misericordia Dei, scilicet, purificat animam à vitijs, locupletat Charismatum divitijs, accumulat cœlestium gaudiorum delicijs.* Dei misericordia purificat animam à vitijs, sicque huic servo remisit debitum, *tract.30. d.15.* Locupletat Charismatum donis; non solum Dei pietas interveniente nostra pœnitentia culpam nostrorum delictorum remittit, sed etiam multa, quibus anima ditatur interiora gratiæ communicat dona, *ibid. d.14. & 17.*

Egressus autem servus ille, invenit unum de conservis suis, qui debebat ei centum denarios, & tenens suffocabat eum dicens, redde quod debes. O impudens socie! An tam facile oblitus es beneficij à Domino tuo tibi præstiti, maxime ex hac causa ut addiscas qualiter & tu te cum conservo tuo habere debeas. Ex quo tu judica, quod si Deus tanta facilitate remittit decem talenta, annon & tu tenearis illi remittere. Cujus remissionis varia considerantur motiva, *tr.35.d.22. Vide quoque tractatum de injurijs.*

DOMINICA XXII. POST PENTECOSTEN.

Tunc abeuntes Pharisæi Consilium inierunt. Matth. 22. ℣.15. Multa Christus Dominus tum verbo prædicationis suæ, tum opere curationis in Pharisæos contulerat beneficia, variaque media adhibuerat, quibus eos emendaret & in viam salutis reduceret, illi tamen hisce nihil emendati adhuc consilium inierunt, ut Jesum caperent in sermone & sic causam mortis in eo invenirent. Certe pessima retributio, unde eriam tam sævere à Deo urbis suæ excidio puniti, in exemplum ingratorum, *tr.30.d.24.*

Ut Jesum caperent in sermone. Multa jam Pharisæi contra Christum objecerant, quod nimirum esset vini potator, quod cum publicanis ac peccatoribus manducasset, sed primum evidenter erat falsum, secundum autem nullum admittebat defectum, sed erat summa sanctitas, religio ac pietas, & quamvis ab ipsis Pharisæis judicaretur malum, non tamen ideo erat morte dignum, ut tamen nocerent & aliquid morte dignum invenirent, voluerunt Jesum capere in sermone lingua utentes pro instrumento, hanc enim communiter sicut & hic soler pro instrumento assumere invidia, cujus partus Detractio esse ostenditur, *tr.38. d.11.*

Ut Jesum caperent in sermone. En miseros, miseris omnibus miseriores; quorsum eos ob innocentiam & sanctitatem Jesu non stimulat, non enervat invidia, *tr.38. d.14.* Sed vobis contingat quod calcitræ stramineæ quæ accurrit ut ignis flammas extinguat, & comburitur igne illæso non tantum sed ardentiori remanente, sic sæpe Deus eorum, qui aliorum invidia exagitantur fœlicitates adauget, *ibid. d.15.*

Magister scimus quia verax es & viam Dei in veritate doces. Ecce quam pulchra verba; quam ingeniosa de Christo prædicatio? Etenim in rei veritate ita etiam res se habebat, ut hæc de Christo negare non possent: & tamen eousque illos seducit invidia, ut hæc de Christo proferentes ejus confirment innocentiam, seseque de injuria Christo per injustam mortem illata confundant, sic invidus sibimetipsi omnium malorum est artifex, *tr.38.d.18.*

Dic

Dic ergo nobis, quid tibi videtur, licetne censum dare Cæsari an non? Pharisæi quamvis agnovissent tributum solutum fuisse à Domino, ut est verisimilius, tamen quæstionem proponunt, quia ex Christi factis ac operibus conjecturabant, quod ipse tributum præstitisset pro vitando scandalo, pro quo inquam, evitando, eheu quam non Christus ipse & Sancti insudarunt? *tr.28.d.14.*

Cognita autem Jesus nequitia eorum, ait, *quid me tentatis Hypocritæ?* Hos interrogatores qui blande quæsierant: *Magister scimus quia verax es* &c. severe ac coram omni populo eos vocat Christus Hypocritas, ostendens quod eorum internam malitiam cognoscebat, quo se verum Deum esse demonstrabat, cum intima cordis agnosceret. Sic Hypocrisis sæpe cum magna ignominia detegitur, & tametsi homines lateat, Deo tamen occultari nequaquam potest. *tr.33. disc.14.*

Date ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari & quæ sunt Dei Deo. D. Hilarius: *Deo*, ait, *etiam ea quæ Dei sunt reddere nos oportet*, id est, *corpus & animam & voluntatem. Numisma autem Cæsaris in auro est, in quo est eius imago depicta, Dei autem numisma homo est, in quo est Dei imago figurata; ideo divitias vestras date Cæsari, Deo autem innocentiæ vestræ conscientiam servate.* Quod etiam docet D. Bernardus lib. de Pass. Domini c. 3. Terreno regi dandum est aurum & argentum, in quo est ejus imago exarata: Deo vero dandus est totus homo qui ad imaginem & similitudinem Dei factus est. *tr.30. disc.13.*

DOMINICA XXIII. POST PENTECOSTEN.

Loquente Jesu ad turbas, ecce Princeps unus accessit. Conditio personæ hic describitur, nam quamvis unum tantum esset templum Jerosolymis in quo sacrificare licebat, tamen per totam terram promissionis ad orandum & ad docendum populum multæ erant synagogæ, & unaquæque synagoga suos habebat præsides seu principes & hi dicebantur Archisynagogi. Hic autem homo vere dicitur Princeps, quia seipsum & omnem vanam erubescentiam vincere noverat, ut à Pharisæorum supercilio descenderet & ad Christum veniret cumque adoraret. Qui enim pudorem excutit constans in servitio divino magnam gloriæ possidet arrham &c. *tract.25.disc.5.*

Et adorabat eum dicens: Filia mea modo defuncta est, sed veni impone manum tuam super eam & vivet. Princeps hic non accessisset ad Christum nisi hac filiæ suæ pressus fuisset infirmitate; bonæ igitur sunt corporis infirmitates ac adversitates, utpote ex quibus magnum capimus lucrum, unde propter easdem Deo agendæ sunt gratiæ. *tract.30. disc. 28.*

Sed veni impone manum tuam super eam, & vivet. Agnoverat Archisynagogus carnem Christi habere vivificam vim, ac Spiritum vitæ; postulat ergo ut filiam tangat, tamquam certus quod ex tactu illius sanctissimæ carnis spiritum vitæ hauriet filia. Conferebat tunc per tactum corporis sui vitam corporibus, nec minorem habet virtutem nunc in sacratissimo Sacramento conferendi vitam animabus. *tr.26. disc.2.*

Et surgens Jesus sequebatur eum. Postulat Regulus, ut Dominus vadat in domum suam, ad sanandum filium, ipsum Christus reprehendit, quod ejus præsentiam corporalem requirit. At dum Archisynagogus petit adventum Domini in domum suam ad filiam suscitandam Christus cum illo pergit, & minime eum increpat. Ratio diversitatis est: Erat enim iste Princeps Synagogæ & sacerdos; ergo ob Ecclesiasticam dignitatem fuit venerandus & non publice arguendus ac increpandus. *tract.22.d.23.24.& 25.*

Et surgens Jesus sequebatur eum. Cur hunc Archisynagogum secutus sit Jesus ratio esset potest, quod hic Archisynagogus fuerit de numero eorum, qui maxime Christum aversabantur & multis injuriis afficiebant, & ita de quodam dicitur à D. Luca. c. 13. & 14. Respondens autem Archisynagogus, indignans quod Sabbatho curasset Jesus. Ergo cum Jairus venisset ad Christum non erat dure arguendus sed benigne acceptandus; Magni enim animi est, eos, qui aliquando nos injuria affecerunt benigne alloqui. *tr.36.d.14. & 15.*

Et ecce mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur, accessit retro. Non clamat mulier vel rogat pro sua salute, uti Archisynagogus vel cæcus; sed tacens retro venit ad Christum, venit ergo secretò, & absconditè, ut notant Optatus Milevitanus *cit. lib. 5.* & D. Ambrosius, *lib. de Salomone c. 5. quia turpi & fœtido morbo laborabat, & tamen* ut notat D. Paschasius, *lib.5. in Matth.* Accedit, *maluit enim fidei trepidante consilio ex fiducia judicari, quam de tam fœtido vulnere sic pervire.* Audeant hoc scelesti & immundi, abrumpant pudorem noxium & assumant consilium fidei, & viam salutis inveniant, qui pudorem suffert constans in servitio divino amicitiam Dei & criminum recipit indulgentiam. *tract. 25. disc.7.*

Accessit retro. Albertus Magnus hunc accessum à tergo summæ Mulieris adscribit humilitati, quia se judicavit indignam Domini aspectu, unde in tantum sublimata est à Christo, ut non solum Dominus in eam conjiceret oculos, ac cum ea loqueretur, sed etiam ut filiam vocaret quod nulli alteri mulieri in Evangelio concessum fuisse legitimus. Humilitas enim gratias & dona Dei promeretur. *tr.32.d.5.*

Et tetigit fimbriam vestimenti. D. Gaudentius serm. *in Dedicat. Basilicæ*, hoc attribuit fidei mulieris, & sic ait: *Attactu fimbriæ medelam credendi fides traxit, & salutem quam præsumpserat acquisivit.* Magna fuit fides hujus mulieris, quæ non solum tangendo carnem Christi, sed etiam ejus vestem sperabat salutem, preme ultima verba, *quam præsumpserat.* Nam tam præpotens est fides, ut quidquid hominis præsumptio effugere valet, hoc totum impetret ac assequatur firma fides. Varia enim sunt bona quæ fides operatur. *tract.29.disc.3.*

Accessit retro & tetigit fimbriam vestimenti. Non prætermittendum est hic quod eleganter docet Chrysologus *serm. 34. Audiant Christiani, quæ quotidie corpus Christi attingunt, quamnam de ipso corpore possint sumere medicinam, quando mulier totam rapuit de sola fimbria Christi sanitatem? sed quod nobis fiendum est, mulier de vulnere medicinam tollit, nobis medicina ipsa retorquetur in vulnus.* Mulier ex tactu fimbriæ vestimenti reportavit sanitatem, accessit cum fide & humilitate, ideo fimbriam tangit; *accessit cum reverentia & compunctione* gravitatem sui morbi agnoscens, ideo à tergo venit, non audens Christi faciem aspicere, ac proinde sanitatem suo vulnere impetravit. At sæpe multi illis virtutibus destituti & in peccatis obdurati ad mensam Domini conveniunt & ideo ipsa medicina reflectitur eis in vulnus, *tract.26. disc.16.25.37.38.39.40.& 41.*

DOMINICA ULTIMA POST PENTECOSTEN.

AGit hoc Evangelium de signis Judicium Christi præcedentibus, & coincidunt cum ijs quæ dicta sunt Dominica prima Adventus, nec aliud hic dici quidquam potest. Habes item integrum tractatum de Judicio finali. 41. Unde tum ad dictam Dominicam, tum ad citatum Tractatum consulto lectorem remitto.

INDEX CONCIONATORIUS

FESTORUM.

FESTUM S. ANDREÆ APOSTOLI.

AMbulans Jesus juxta mare Galilææ vidit duos fratres Simonem qui vocatur Petrus & Andream, fratrem ejus. Matth. 4. Insolitus profecto vocationis modus, ad tantum opus, quantum erat sacri Evangelij prædicatio vocationem instituere ad littus maris, ubi non inveniuntur nisi homines simplices & rudes, scilicet pauperes piscatores; An non convenientius fuisset ad tale opus eruditos assumpsisse Philosophos? sed ostendere voluit Dominus illuminationem mundi & prædicationem Evangelij opus esse divinæ potentiæ, veraque fidei esse specimina quod pauperes piscatores tam potenter mundum Evangelio subjecerint. *tr.29.disc.18. & 21.*

Ambulans Jesus juxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem, qui vocatur Petrus & Andream fratrem ejus. Ex eo quod hi ad Apostolicum munus vocati Apostoli piscatores essent homines simplices & rudes, impiissimi idololatræ Porphyrius & Julianus objiciebant Christo, quod ideo tales rudes asciverit ad Apostolatum quibus posset facile quod vellet persuadere, absque eo quod modum ejus vivendi valerent apprehendere. Sed tantum abest, ut inde aliquid de magnitudine ac excellentia Christi detrahere posset horum impostorum invidia, quin potius in eorum confusionem ejus divinitas ac Majestas magis pateat ac declaratur, sæpe enim Deus eorum, qui aliorum invidia exagitantur, fœlicitates adauget. *tr.38.disc.15.*

Et ait illis venite post me & faciam vos fieri piscatores hominum. Christus statim in Exordio suæ prædicationis hosce vocavit Apostolos, & hoc propter Doctrinam moralem animis Apostolorum instillandam; quia ad compositionem morum non sufficit solum verbalis instructio, sed magis requiritur assuefactio cum eo, qui est morum Magister. Et

quia Apostoli futuri erant Doctores orbis terrarum non solum quoad prædicationis doctrinam, verum etiam in compositione morum, & totius vitæ honestate, ideo instrui debere per longam conversationem cum Christo qui erat regula morum, ex qua Christi Domini erga Apostolos solicitudine arguere licet quanta sit modernorum Ecclesiasticorum obligatio per mortum debitam compositionem proximis sæcularibus bonum præbendi exemplum, ut quod docent verbis, operibus confirmetur. *tr.22.disc.16.*

Vidit duos fratres. Eligit ipsos atque in eos suos firmavit oculos; eligit enim juxta liberum suum beneplacitum, suosque firmat oculos in eum qui ipsi placuerit, ut dici non possit illi quare huic & non illi? est etenim gratiæ suæ Dominus ex quo colligere licet quantum sit beneficium vocatio ad fidem, de quo vide. *tr.30. disc.14.*

Vidit duos fratres & ait illis: venite post me & faciam vos fieri piscatores hominum. Non ait: faciam vos Episcopos regere Ecclesiam Dei, non ait nunc, ecce dabo vobis claves regni Cœlorum; sed faciam vos fieri piscatores hominum: Captores piscium, fiunt hominum piscatores. Inquit D. Chrysostomus serm. 28. Ut manifestum sit, quod qui ad munus sacerdotale vocantur ad labores non vero ad otium destinentur. *tract.22.disc.33.*

Domine ne me permittas de cruce deponi. Verba hæc sunt Sancti Andreæ Apostoli: Accurrit turmatim populus illum de cruce liberaturus, sed constantissimus in passione Apostolus Deum rogavit, *Domine ne me permittas de cruce deponi*, ostendens hic certitudinem fidei quam colebat: Martyrum enim in tormentis consolationes, ingens eorum pro fide patiendi aviditas, evidens veræ fidei nostræ perhibet testimonium. *Tract.29. disc.20.*

FESTUM S. THOMÆ APOSTOLI.

De hoc festo require Dominicam in Albis.

FESTUM NATIVITATIS DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI.

Factum est autem in illis diebus exiit edictum à Cæsare Augusto, ut describeretur universus orbis. Luc. 2. ℣.1. Non sine ingentis pondere misterij Christus nascitur dum universus orbis describitur; divina enim disponente Sapientia Christus nascitur eo tempore quo Romani principabantur; & ideo non memorantur hic Reges Judææ, sed Imperator orbis, quia jam prædicatio & notitia veritatis, non in uno populo, ut olim in Judaico coarctanda erat, sed in omnium gentium nationes diffundenda ac promulganda; hoc enim evidens veræ fidei nobis præbuit argumentum quod post nativitatem Christi in tam brevi temporis spatio ad omnes omnino populos fuerit extensa. *tr.29. disc.17.*

Factum est autem in illis diebus exiit edictum à Cæsare Augusto, ut describeretur universus orbis. Nascitur Christus sub imperio Romanorum. Pulchre causam dat Hugo Victorinus lib. 4. de vanit. Mundi: *Cum Roma*, ait, *victrix super regna omnia superbo fastu caput extulisset; tunc ergo dominante superbia humilis venit, ut de sua humilitate celsitudinem mundi sterneret, manifeste demonstrans, quantus in sua majestate foret, qui in nostra infirmitate positus universa subjecit.* Dum Romana potestas super totum orbem imperabat, finis illius adest, & à Christo puero paupere & humili subjuganda, & ut glorioßissima sit victoria, quando cum Cæsaris magnitudine congreditur, non exercitu Angelorum, sed humana infirmitate ipsa mundana celsitudo est expellenda & confundenda. Sic quoque ad eumdem prorsus modum superbissimi insultus dæmonis humilitate vincuntur. *tractatu 32. disc.17.*

Ascendit autem & Joseph à Galilæa de Civitate Nazareth in Judæam in civitatem David, quæ vocatur Bethlehem. In Bethlehem Juda nascitur Christus, Bethlehem idem valet ac domus panis, Juda & confessio, ubi enim cum peccatorum confessione adjungitur cœlestis panis, statim in anima nascitur vera salus Christus Dominus. *tract.26.disc.30.*

Ascendit autem & Joseph in Civitatem David quæ vocatur Bethlehem. In Bethlehem Juda nascitur Christus, nec sine mysterio. In Bethlehem siquidem sepulta est Rachel, quæ figuraliter Ecclesiam exprimit; ut denotetur, quod ibi est secura requies Ecclesiæ, ubi adest cœlestis panis. Eucharistia enim ad Ecclesiæ fulcimentum contra Hæreses instituta fuit. *tr.26.disc.1.*

Ascendit autem & Joseph in Civitatem David quæ vocatur Bethlehem. Aliud ex loco ubi facta est Christi nativitas eruitur mysterium; In Bethlehem Ephrata sepulta est Rachel. Rachel Ecclesiam, Bethlehem domum panis, Ephrata vero fructum ferentem significant: quia Ecclesia ad præsentiam cœlestis panis uberes fructus producere nata erat. In hoc enim Sacramento bonorum omnium reperitur beneficentia. *tract.26.disc.8.*

*Et verbum caro factum est & habitavit in nobis. Joan.*1. Magnas peccator vires dæmoni suppeditarat, ita ut necessarium fuerit divino verbo carne obarmatum prodire in campum & cum hoste congredi, & ut victoria esset perpetua necessarium erat carnem hanc nobis relinquere in Sacramento Eucharistiæ usque ad consummationem sæculi, quod proinde est contra omnes tentationes & inimici infernalis vires antidotum. *Tract. 26.Disc.20.*

Peperit filium suum primogenitum, & pannis eum involvit & reclinavit in præsepio. Ponitur in præsepio Christus Dominus, ut denotaretur, quod ipse ut verus Pastor non alio cibo, nisi proprio corpore vellet suos sustentare & alere. D. Zeno ser.3.de Nativit. *In stabuli*, ait, *præsepe deponitur scilicet Christus, populorum pastorem pabulumque se esse contestans.* Hic explica rationes ob quas Eucharistia per modum cibi & sub speciebus panis instituta fuerit, *tr.26.disc.3.*

Et reclinavit eum in præsepio. D. Chrysostomus Homil. de Nativit. *Propterea in stercore.* ait, *nascitur, ut eos qui sunt de stercore sublevet. Levans de stercore inopem. In stercore nascitur, ubi & Job sedebat, & postea coronatus est.* Quando diabolus omnium malorum in Jobum conglomeravit tempestatem, ad hoc deventum est, ut ipse sederet insterquilinio; at piissimus Jesus reclinatus est: majorem dejectionem & humilitatem pro nobis ipse voluit sustinere quam quilibet alius homo potuit invenire; ad hoc ut ad ejus imitationem eamdem exerceamus. *tr.32.disc.7.*

FESTUM SANCTI STEPHANI Proto-Martyris.

*Ecce ego mitto ad vos Prophetas & sapientes & scribas. Matth.*23.℣.34. Comminatur in hoc Evangelio Dominus Judæis universale eorum excidium & perniciem, & tamen inducit clamorem vindictæ ad pœnam infligendam à sanguine tot justorum effuso, nulla dispendij proprij sanguinis facta mentione: Cur hoc? Eusebius Emissenus respondet: *Puto enim*, ait, *quod Dominus noster seipsum Zachariam vocat, & præterito pro futuro utitur. Interpretatur enim Zacharias memoria Domini sicut enim Christus Jesus dicitur verbum Domini; sic etiam dicitur memoria Domini, & iste quidem est Barachiæ filius, qui Benedictus Dominus interpretatur. Hunc autem occiderunt Judæi inter templum & altare, quoniam ibi Christi mortem inter se conciliati sunt.* Comminabatur Dominus Jerosolymæ sui exterminium & ruinam, & sub nomine ac sanguine Zachariæ seipsum passum intelligens; sed jam insurgit difficultas Cur Christus vaticinans rebellis populi extremam cladem ob facinus suæ mortis patratum Passionem suam sub nomine Zachariæ absconditⁿ? Coarctabatur Dei Filius prædicere extremam ruinam miseræ Civitatis ob scelus sanguinis sui effusi & simul videbat ultionem in inimicos à generosa Dei Filij indole valde degenerem esse, noverat enim inimicorum amorem divinæ filiationis esse insigne. *tr.35.disc.12.*

Ecce ego mitto ad vos. Considera hic retributionem misericordiæ Dei: Cum enim ipse patitur injuriam & ad ipsum merito deberent recurrere veniam rogantes, ipse ad illos mittit quasi præpostere incedens; Ad exemplum nostrum, hoc fecit piissimus Jesus, ut nobis declararet virtutem quæ exercetur præveniendo illos qui nos offenderunt, *tr.25.d.19.*

Et ex illis occidetis & crucifigetis & persequemini de Civitate in civitatem. Voluit hic Christus Dominus illis præsignificare certum aliquod fidei nostræ indicium; quam continuis internecionibus persequentes exterminare non poterunt, imo per easdem majora semper accipit incrementa. *Tract.tatu 29. discurs 18.*

Et ex illis occidetis & crucifigetis & persiquemini de Civitate in civitatem. Enorme profecto scelus, talibus criminibus talia rependere beneficia, ac propterea non immerito reprobari ac exterminari meruerunt. *tract.30. disc.27.*

Ut veniat super vos sanguis justus. A vobis ô Judæi! exigetur ratio omnis hujus sanguinis omniumque beneficiorum quæ Deus in vos contulit. Certo enim scitote quod Deus hæc omnia tamquam testes justæ vestræ damnationis proferet ad judicium in quo tanto magis excrescent supplicia quo majora fuerunt beneficia. *tract.30.disc.19.*

Jerusalem Jerusalem! quoties volui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas & noluisti? Vox Græca, gallina; communis est ad avem in genere, & ad gallinam in specie, aptissime tamen versio nostra trahitur ad gallinam in specie: Nam & D. Augustinus ait: *lib.1. q. Evang. q. 36. Mirus est amor omnibus fere avibus ad conservandos & protegendos pullos, sed præcipue Gallinis quæ pullos colligunt sub alas, id est cum desiderio & solicitudine eos fovent.* Sic quoque Christus animas nostras sua gratia ac auxiliis fovet ac protegit cum eas magnificiat, unde & ipsi multum obligamur. *tract.30.disc.17.*

FESTUM S. JOANNIS EVANGELISTÆ.

Conversus Petrus vidit illum discipulum quem diligebat Jesus sequentem, qui & recubuit in Cœna super pectus ejus, & dixit: Domine quis est qui tradet te? Magnas & miras laudes hic Sanctus Joannes de seipso commemorat, quod conversus Petrus vidit discipulum quem diligebat Jesus, qui in Cœna recubuit super pectus ejus, &c. mirum est, quod cum

eum Joannes esset summa modestia ac humilitate præditus, aliis hæc referenda non committat? recte respondet Dionysius Carthusianus: *Joannes non ad suipsius jactantiam tot ies commemorat, se specialiter dilectum à Jesu, sed ut tanto beneficio gratus confiteatur, & quia dulcissimum sibi fuit recolere, quam affectuose & familiariter se habuit Jesus ad eum.* Scribit suas laudes Joannes, non ut se extollat, sed ut se perpetuo memorem declaret tantorum beneficiorum declaret. Grato ergo animo Joannes hæc beneficia retulit, indicans semper in eo illorum vigere memoriam ut ad nova viam sternat. *tr.* 30.*disc.6.*

Dixt Jesus Petro sequere me. Quamvis Christus dux sit omnium, omnesque ejus sequi teneamur vestigia, juxta D. Petri admonitionem, potissimum tamen dux fuit sacerdotum, quos duces ovium creavit, qui in seipsis referre debent Christum & dicere cum Apostolo: *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi*, quod est, insigne perfectionis & sanctitatis in ministris sacris motivum, qualia adhuc alia vide. *tract.22.disc.7.*

Dixit Jesus Petro sequere me. Certe valde decipitur qui sibi persuadet, eos qui ad munus sacerdotale vocati sunt, sedere posse & requiescere, quanto ea tantum intentione sacerdotium instituit Christus, ut perpetuo ad ejus exemplum discurrant animarum salutem procurantes. *tract.22. disc.32.*

Hic est discipulus ille quem diligebat Jesus. Multis & magnis prærogativis Joannem condecoravit Jesus, sed in aliquo videtur mihi illum etiam ultra dignitatem Angelorum à Christo fuisse elatum: scribit enim de seipso in sua Apocalypsi. *cap.19.℣.10. & c.22. ℣.8. cecidi ante pedes ejus, ut eum adorarem & dixit mihi: Vide ne feceris, conservus tuus sum.* Cur Angelus tam stricte prohibet à Joanne adorari cum adorari à Josue non recusaverit? *Josue 5.℣.15.* qui etiam virgo erat ut scripsit D. Ignat. ad Philipp. D. Hieronymus lib.1. contra Jovin. Cur ergo non patitur Angelus se adorari, quam excellentiam vidit in Joanne. Ratio videtur esse hæc; quod Angelus in Joanne agnoscebat ordinem sacerdotalem, inter Angelos enim & sacerdotes multæ sunt Analogiæ ita tamen ut Sacerdotes Angelis in multis prærogativis sint superiores. *tract.22.disc.10.per totum.*

Qui supra pectus Domini in cœna recubuit. Joannes summe ac fervide diligebat Jesum, & tamen Joannes solum amorem commemorat quo eum Jesus prosequebatur, de suo amore erga Jesum nihil scribit; sublimis hæc & perspicax Aquila solum exprimit magna Domini beneficia in se impensa, tacet vero sua obsequia à se exhibita, & propter hanc gratam beneficiorum acceptorum memoriam altius à Domino meruit honorari, beneficiorum enim receptorum recognitio benefactores nostros ad nova impertienda movet. *tract.30.disc.7.*

CIRCUMCISIO DOMINI NOSTRI. J. C.

Postquam consummati sunt dies octo. Incipimus hodie novum Annum; justum autem esset ut cum inciperemus aliquo excellenti opere, imitando Christum, qui omnes suæ prædicationis annos incepit opere aliquo prodigioso. Illud autem opus excellens quo nos annum novum incipere debemus est sacra communio virtute cujus corroboramur ne cadamus, & toto anno in bono perseveremus. *tract.26. disc.27.*

Postquam consummati sunt dies octo ut circumcideretur puer. Voluntarie circumciditur Jesus non vi seu coactione præcepti. Circumcisio enim institutа erat in signum peccati, & in illius remedium parvulis applicabatur; Christus Dominus vero conceptus non de viro sed de Spiritu Sancto peccatum non habuit; & idcirco circumcisione non indigebat piissimus Jesus. Quare ergo voluit circumcidi? pulchram rationem dat D. Zeno serm. de Circumcisione; *Non enim*, ait, *aut finis legis, aut veras Christas esse potuisset, si quid prætermitteret, quod ab alio salari hominum præstari potuisset.* Ex eo circumciditur, quia sic omnia præoccupavit ac implevit salute, ut nihil quod pro nobis ipse non fecisset, præstandum desiderandumve relinqueret. *Vide tr. 30. disc.14.*

Postquam consummati sunt dies octo ut circumcideretur puer, ex textu hoc clare habetur quod Evangelista circumcisionem claris non exprimat verbis sed potius supponat, non enim ait: Circumcisus est, *sed postquam consummati sunt dies octo ut circumcideretur puer*; in quo circumcisionem supponit. Et deinde indicat octavo die, scribit impositum illi fuisse nomen Jesu. Quare ergo Evangelista circumcisionem non exprimit? Ratio est: in præsentatione & Baptismo Jesu Magnalia divulgantur: *Lumen ad revelationem gentium & gloriam plebis tuæ Israël.* In Baptismo hic est filius meus dilectus. At hic manifestatur ejus humilitas: Magnalium divulgatio cum sit ejus ingenio admodum repugnans, ut agnoscatur scribi necessarium est: humilitas vero cum naturæ maxime cohærcat, calamo non indiget, ut credatur, sed optime ex ingenij ejus propensione patefit, est enim piissimus Jesus ad humilitatem valde propensus. *tract.at. 32. disc.7.& 8.*

Ut circumcideretur puer. Circumcidendo carnem disponit se ad recipiendum suum nomen Jesus quod venit à cœlo, & tuam circumcidendo à suis affectibus carnalibus maxime libidinosis dispones te ad recipiendum ipsum totum Jesum in sacra Eucharistia quæ virtute pollet fomitem concupiscentiæ mitigandi. *Tract.26.disc.14.15.& 16.*

Vocatum est nomen ejus Jesus. Non inepta hic oritur quæstio, cur Dominus potius appelletur Jesus quam Emanuel, cum tamen per Prophetam Isaiam prædictum sit quod Emanuel vocabitur? Pro cujus elucidatione sciendum quod antiqui Patres filijs solebant imponere nomina ab eo, quod sæpe in memoriam revocandum erat, ut notat Lippoman. *in Cap. 2. Exodi.* Et alij &c. ad hoc ut quoties nomen filij audirent, toties divinum recordarentur beneficium. Merito ergo dicitur Jesus & non Emanuel. Emanuel significat naturæ excellentiam, Jesus Redemptoris officium indicat, quod vitam dare pro suis constringebatur, multisque alijs hominem affecerat beneficijs creationis, conservationis & præservationis; potius autem obligatio muneris debet ante oculos observari quam dignitas personæ, ideoque ut & tibi hoc ex nomine proveniens munus rite esse expensum semper fixum esset in mente, insculptum est in nomine ad hoc ut ad gratitudinem excitareris. *tr.30.disc.1.2.3.4. & 6.*

FESTUM EPIPHANIÆ DOMINI.

*Cum natus esset Jesus in Bethlehem in diebus Herodis Regis. Matth.*2. ℣.1. Patefecerat jam Christus Dominus humanitatem suam nativitate sua in carne hac mortali, in lachrymis, in stabulo & præsepi; mox nunc etiam aggreditur nobis ostendere suam divinitatem, quando in Idololatriæ tenebris errantia Magorum corda hodie ex oriente vocat in admirabile lumen fidei, quod vere opus solius Dei fuisse probatur. *tract.29.disc.18.*

Ecce Magi ab Oriente venerunt Jerosolymam, dicentes, ubi est qui natus est Rex Judæorum? Ecce Magorum in Christo inquirendo fortitudo, constantia ac perseverantia, nec timent dum alium Regem in præsentia Herodis nominant, nec dubitant an natus ille sit Rex, sed certissime noverant, & solum inquirunt de loco, in quo natus sit Rex Judæorum. Et ne eorum tam certa resolutio ac determinatio alicui videretur incauta & imprudens, ideo causam motivam & finalem sui adventus explicant Magi. *Vidimus stellam ejus:* ecce Causa motiva. *Venimus adorare.* Ecce finalis; & ex hoc vere Regem natum Deum esse ostendunt: *In his igitur tribus, inquit Hugo, continetur summa salutis æternæ, vidimus recta fide venimus bona operatione, adorare mentis devotione;* unde clare colligitur; Hominem ad fidem vocatum esse non sufficere nisi etiam conformiter ad eam operetur. *tr.29. disc.7.*

Ubi est qui natus est Rex Judæorum? Multo splendidius erat, quod Christus Dominus Patris unigenitus diceretur, scilicet ubi est qui natus est Filius Dei? quam quod diceretur Rex Judæorum; & tamen hujus ultimi tantum fit mentio. Rationem assignat D. Chrysostomus *Hom. 7. in Matth. Oportebat*, inquit, *humiliore interim sermonis ingressu instituè prædicationis exordia.* Voluit Christus Dominus non ut ab eo quod sublimius erat, & inauditum inter homines, scilicet, Filius Dei, sed ab eo quod humilius magisque usitatum, nempe nomen Regis initium sumeret prædicatio. Humilitas enim fundamentum est cæterorum bonorum operum, unde illa non immerito cuilibet bono operi præmittitur. *tract.32.disc.2.*

Vidimus enim stellam ejus in Oriente. Quæstio est, quomodo Magi cognoverint hanc stellam peculiariter esse Dei, dicunt enim; *Vidimus stellam ejus?* D. Chrysostomus *Hom.6.* hanc causam assignat: Merito inter omnes stellas hanc esse stellam ejus peculiariter agnoverunt: quia *stella hæc tam exiguum locum, tugurij, scilicet atque præsepis ostendit, sublime illud relinquens, ad inferiora veniens, superque ipsum caput pueri fere constituens.* Stellæ aliæ in cælo fixæ hominum adorationem solicitabant; à quo vero hæc tantum abest, ut se demitteret, terræque esset propinqua ut dux Magorum fieret. Et stella quæ cum esset in cœlo, à loco sublimi, humilibus non reluctavit hominibus in terra degentibus famulari, & hæc esse non potest nisi stella Dei, qui summopere in hoc sibi complacet si non verecundemur in humilibus divini servitij exercitijs occupari, *tract.25.disc.10.*

Et venimus adorare eum. Solam hic Magi exprimunt adorationem munera tacent. Rationem hujus dat Hugo, Magi plus habuerunt in opere, quam sermone dixerunt; quia veniebant adorare, & non solum adorant, sed munera offerunt. Voluitque Christus Dn. per hoc significare quod potius desideret nostrum cultum ac intimam cor-

dis reverentiam quam munera noſtra. Deus enim primo omnium loco rectitudinem cordis in operibus noſtris requiri, ſiquidem opera noſtra quantumvis extrinſecus bona ſint, ſine hac tamen inutilia ſunt & mortua, *tr.33.d.11.*

Audiens autem Herodes Rex turbatus eſt. Herodem hic ita pavidum & timentem, D. Auguſtinus *lib.4.de Symbolo ad Catechum.*: pulchre ſic alloquitur. *Quid metuis*, ait, *Herodes talem Regem, qui ſic venit regnare ut te nolit excludere? quem quæris Rex Regum eſt, ſi velles ſecurus obtinere regnum tuum, ipſi ſupplicares ut ab illo acciperes ſempiternum.* Herodes pavet, & timet, quia ita deditus erat temporalibus, ut nihil cogitaret de æternis. Ut ergo ſecurus ſis in terrenis mentem jugiter erige ad æterna. Ideirco enim homo peccatis immergitur quia de æternitate parum cogitat, *tract.34.diſc.2.*

Ite & interrogate diligenter de puero, & cum inveneritis, renuntiate mihi ut & ego veniens adorem eum. Ut magis placeret, eosque facilius fallere poſſet, promittit Herodes ſe puero cujus necem in animo meditabatur, cultum deferre velle. Ut & ego veniens adorem eum. Faxit Deus ne & hodie in populo Chriſtiano ſint aliqui Herodis imitatores prætextu cultus & adorationis ad ſacram Euchariſtiam accedentes, peccato tamen ſuo Chriſtum quidem interimere conantes, ſibique tamen plus quam Chriſto nocentes, *tract.26. diſc.38.39.40. & 41.*

FESTUM PURIFICATIONIS B. VIRGINIS MARIÆ.

Poſtquam impleti ſunt dies purgationis Mariæ ſecundùm legem Moyſi, tulerunt Jeſum in Jeruſalem ut ſiſterent eum Domino. Luc. 2. In hac re præclara virginis virtus enituit. Submittit autem ſe virgo legi ob humilitatem ſuam quam hic extollens Hugo Cardinalis ait: *Hæc eſt vera humilitas quæ non vult humilis prædicari, ſed vilis reputari, & quamvis virgo eſſet puriſſima, non renuit inter cæteras mulieres immundas recenſeri.* Unde hic congrue pertractare poteris quænam ſit vera humilitas & in quo conſiſtat: Quod argumentum require. *tr.32.diſc.1.*

Tulerunt Jeſum in Jeruſalem ut ſiſterent eum Domino. Licet beatiſſima Virgo Maria non eſſet obnoxia, ſed libera atque immunis ab omni lege purificationis, prouti eſt vera & conſtans doctorum ſententia, tamen eidem ſeſe ſponte subjicere voluit, quia quanto quis majori lumine à Deo eſt prædituſ, Deoque vicinior factus, tanto magis ſe humiliat, ſummque nihilum agnoſcit, idque B. Virginis Mariæ exemplo ſpecialiter probatur. *tract.32.d.18.*

Tulerunt Jeſum in Jeruſalem ut ſiſterent eum Domino. Alia adhuc non incongrua ſubeſt ratio cur Deipara ſe legi purificationis ſubjecerit: Omnes enim eam filium peperiſſe videbant, ejus excuſationem, eſſeque eam Dei Matrem non noverant; ne ergo ſcandali daretur occaſio, legi ſe ſubjicit, ac aliis mulieribus conformatur, ſinaque exemptione ac privilegio non utitur quod & D. Paulus Apoſtolus ſuo exemplo commendat. 1. *Cor.9.* ℣. 12. *ſed non uſi*, inquit, *ſumus hac poteſtate, ſed omnia ſuſtinemus ne quod offendiculum demus Evangelio Chriſti.* Ecce quam ſolliciti fuerunt ſancti de arcendis proximorum ſcandalis, *tract.27.diſc.14.*

Tulerunt Jeſum in Jeruſalem ut ſiſterent eum Domino. Virgo Maria virgo erat ſanctiſſima ipſa puritate purior erat, cum tamen inſpiceret ſe brachiis Sanctum Sanctorum portare, gremio fovere, uberibus lactare, voluit purificari ut nos doceret, quod anima etſi pura & ſancta, ut ad Deum accedat magis ac magis præparari ac mundari debet. Unde hic pondera quanta requiratur mundities ad ſumendam ſacram Euchariſtiam, de qua vide. *tr.26.d.31.*

Et at darent hoſtiam ſecundùm quod dictum eſt in lege Domini par turturum aut duos pullos columbarum. Præcipiebat lex *Levit.12.*℣.8. quod ſi manus mulieris non potuerit offerre agnum, ſumet duos turtures vel duos pullos columbarum, unum in holocauſtum alterum pro peccato. In cujus expoſitione morali valde ſolliciti fuerunt S. Patres. Ansbertus Abbas ſerm. de Purificatione, ait: *Utraque oblata, turtur qui ſervat fidem uni viro, fidem ſignificat: Columba vero quæ aliarum cohabitantium unitatem non deſerit, charitatem exprimit, quia ut omnis noſtra oblatio ſit Deo accepta, debet eſſe ex fide & charitate;* Fides quidem cuivis Theſauro prævalet, ut tamen hoc in ſe pretium habeat, ipſam à charitate nequaquam ſejunctam eſſe neceſſum eſt. *tract.at.29. diſc.20.*

Et at darent hoſtiam ſecundùm quod dictum eſt in lege Domini. Suavis hæc fuit legis diſpoſitio, ut mulier juxta vires ſuas offerret, hæc etenim eſt Dei benignitas, quia etiam pro maximo & æterno præmio non petit à te niſi quod dare potes. *tract.24. diſc.18.*

FESTUM S. MATTHIÆ APOSTOLI.

Confiteor tibi Pater Dom. Rex cæli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus & revelaſti ea parvulis. Matth.11.℣.25. Chriſtus Dominus una perſona, nempe Dei Filius ex duplici natura nempe divina & humana conſtans, ut ſe utramque naturam habere oſtenderet, in hac unica, eademque ſententia quoddam verbum, ut Deus, quoddam, ut homo profert, ut ſicut una perſona Deus, & homo erat, ita unica ſententia verbum Dei, & verbum hominis habeat: Patrem appellat, ut Deus; gratias agit, ſeu confiteri dicit, ut homo. *Gratias vero agit*, inquit D. Chryſoſtomus *Hom. 39. ut ſic certe diligentiores etiam fierent qui crediderunt, quibus quoniam revelata ſunt myſteria, lætari atque gaudere dignum eſt.* Tam diligenter & provide inter cætera Chriſtus gratias agit Patri pro revelatis myſteriis parvulis, ut ita credentes agnoſcant quanto beneficio ſint affecti, quantaſque gratias pro illis Deo exhibere debeant. Non enim exiguum eſt beneficium vocatio ad fidem, ejusdemque myſteriorum revelatio, *tr.30.diſc.14.*

Confiteor tibi Pater Domine Rex cæli & terræ &c. Tantopere Patri gratulatur pro illuſtratione parvulis facta, ut undique appareat donorum excellentia ac magnitudo. Collatum beneficium gratitudinem, tamquam penſionis debitum annexum in accipiente expoſtulat. Sic enim dixit Seneca. *Qui grate beneficium accipit primam ejus penſionem ſolvit.* Chriſtus Patri magnas gratias refert pro his, quæ parvulis communicavit, ut ita parvuli tanta ſint luminis illuſtratione inſigniti; tamque ingenti dono ſublimati; ipſam tamen perſolvere gratitudinis penſionem ad ſe Chriſtus aſſumit, ſibique reſervat pro illisque ad Patrem gratias refert, ut oſtendat quanta ſit erga Deum pro acceptis beneficiis obligatio. *tr.30.diſc.1.2.3.4.& 5.*

Confiteor tibi Pater Domine Rex cæli & terræ. Patrem & Dominum vocat, prius tamen Patrem, quam Dominum; utrumque autem dicit & Patrem & Dominum, & hoc ideo: Pater comparatione habita ad filium dicit æqualitatem in natura cum illo; Dominus vero cum ſervo inæqualitatem. In Chriſto duæ inerant naturæ, humana & divina, ut Deus, æqualis extabat cum Patre; ut homo illi inferior erat. Vocat ergo Patrem & Dominum, ut fieret manifeſtum, quod ſi illi ante oculos obverſabatur excellentia ſuæ perſonalitatis, quia Deus erat & æqualis Patri; è mente etiam illi non diſcedebat humilitas humanæ naturæ ſecundùm quam homo & ſervus confiſtebat. Ad docendum nos, ut qui vult vere eſſe humilis, memor ſit vilitatis ſuæ originis nec non finis, ob quem condita fuit humana natura. *tract. 32. diſcurſus 20.*

Et revelaſti ea parvulis. Ecce ad abſcondita divinitatis penetrata evehuntur, non ſæculi ſapientes, non mundi magnates, ſed parvuli, & qui minimos ſe in ſuis oculis appendunt. Hi autem ita accreſcunt ut ad colloquium ſacratiſſimum Deitatis extollantur. Hoc reſpicit Baſilius Seleuc. *Orat. 28. Hæc enim*, ait, *parta ab humilitate lucra homines in altum evehunt, & Deo perſuadent ut verba cum hominibus facias.* Humiles enim ad recipiendas gratias & dona Dei, ejusque divinas illuſtrationes capaciores ſunt, magisque diſpoſiti, *tr. 31. diſc.5.*

Et revelaſti ea parvulis. Exhibet Chriſtus gratias Patri, quia Myſteria ſapientibus abſcondita, parvulis, id eſt, Apoſtolis ac diſcipulis cæterisque fidelibus, qui coram ſe propriisque oculis, ac etiam ipſius mundi, parvuli videbantur, revelata ſint; & Chriſtum verum Deum & Meſſiam agnoverint. Quæ revelatio facta eſt non propter propria merita ſed ex revelantis gratia ac miſericordia, veritas enim fidei ſolius Dei opus eſt, quod variis argumentis probatur. *tr. 29. diſc.18.19.20. & 21.*

Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo. Omnia, inquit Venerab. Beda in Luc. *mihi tradita non mundi elementa, ſed bi, quibus parvulis Spiritu Sacramenta Fidj Pater revelavit.* Quid nomine omnium, quæ Chriſto dicuntur tradita, ipſe in hoc loco denotat? num divina attributa ab æterno communicata? vel jus & imperium ſuper totum orbem datum? ſeu poteſtatem miraculorum adhibitam? aut adorationem ab omnibus gentibus præſtitam? Auctor eſt ipſe venerabilis Beda, quod per *omnia* parvuli ac humiles ſpiritu intelliguntur. O Magna Chriſti deſignatio atque benignitas, quod pretioſi ac perjucundi ei ſint humiles & parvuli, ut dum dicit, omnia ſibi tradita à Patre, omnium nomine parvulos ſignificet ac deſignet! Imo vero; ita enim humilitas Deo perplacet ut ipſum in animas hominum attrahat &c. *tract.32.diſc.6.*

Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Pulchre Gerſon, *c.1. venite*, inquit, *ad me omnes quæ laboratis & onerati eſtis & ego reficiam vos. O dulce & admirabile verbum in ore peccatoris, quo tu Domine Deus meus egenum & pauperem invitas ad communionem tui ſacratiſſimi corporis.* Vocat Dominus omnes ad ſe laborantes & oneratos, aitque illis: *Reficiam vos*: ſeu recreabo vos, omni ſcilicet dono & recreatione ſpirituali. Sed in quo tanta erit refectio; Ad ſacram Euchariſtiam invitat, in qua omni gratia, omnique fœlicitate ac cunctа divitiarum ſupellectili adimpletur ac ſatiatur. Euchariſtia ſiquidem omnium in ſe bonorum continet beneficentiam. *tract. 26. diſc. 2.* Bene autem

oneratos

oneratos invitat; hi enim reputantur famelici; Panis autem hic famelicos facit, *Ibid.diſc.34.*

FESTUM ANNUNTIATIONIS DEIPARÆ.

Habes pro hoc Feſto integrum Tractatum de Humilitate, qui ſufficientem ſacro Eccleſiaſtæ ſuppeditabit materiam.

IN DIE PARASCEVES SEU VENERIS SANCTI

PASSIO DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI.

HOdierna die pulchram paſſionem Domini noſtri Jeſu Chriſti fructuoſe nobis applicandi regulam præſcribit D. Auguſtinus in Enchiridio cap.53. *Quidquid, ait, geſtum eſt in cruce Chriſti, in ſepultura, in reſurrectione tertia die, ita geſtum eſt, ut ijs rebus non tantum myſtice dictis, ſed etiam geſtis conſignaretur vita Chriſtiana, quæ hic geritur. Nam propter ejus crucem dictum eſt, qui Jeſu Chriſti ſunt; carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs & concupiſcentijs. Propter ſepulturam conſepulti ſumus cum Chriſto in mortem. Propter reſurrectionem, ut quemadmodum Chriſtus reſurrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos per novitatem vitæ ambulemus.* Recogitemus igitur eum, qui talem ſuſtinuit à peccatoribus adverſus ſemetipſum contradictionem, & ita quidem, ut non fatigemur paſſioni ejus conformare vitam noſtram in exercitio virtutum & abominatione vitiorum.

Paſſio Chriſti Domini initium ſumpſit poſt cœnam ultimam feriæ quintæ; cujus finem & ſucceſſum ſic ſcribit D. Matthæus: *Et Hymno dicto exierunt in montem Oliveti Tunc venit Jeſus cum illis in villam quæ dicitur Gethſemani & dixit diſcipulis ſuis: ſedete hic donec vadam illuc & orem. Matth. 26.* ℣.30. Chriſtus Dominus primo ivit in deſertum *Matth.* 4. Nunc in hortum tendit cujus pulchras orationes morales & myſticas varias dant ſancti Patres; placet mihi pro habenda aliqua inſtitutæ ſacræ Euchariſtiæ memoria, illa Cardinalis Hugonis *in cap. 22. Luc.* ad illa verba: *Egreſſus ibat ſecundùm conſuetudinem in montem Olivarum.* Sic ait: *Recta autem poſt communionem aſcendit in montem Oliveti, ut ſic oſtenderet quod virtute dominici Sacramenti aſcenditur ad culmen gratiæ, deinde ad culmen gloriæ quæ per oleum ſignificatur, vide tract. 26. diſc.7.8.9.* Valde autem notanda ſunt duo; primum eſt, quod ita immediate ante paſſionem ſuam ſacram inſtituerit Euchariſtiam; procul dubio ex hac cauſa, ob ſummam nempe correſpondentiam hoc Sacramentum inter & paſſionem, cujus illud extitit fructus; ac proinde conſultum, Euchariſtiam cum fructu participemus paſſionem meditemur. *ibid. diſc. 36.* Alterum eſt, quod hymno dicto exiverit Chriſtus cum diſcipulis ſuis quo monemur, in communione laudes Deo & gratias agendas eſſe cum devotionis effectu, *ibid.33.& 49. Servient hæc pro exhortatione in cœna Domini.*

Et aſſumpto Petro & duobus filijs Zebedæi, cœpit contriſtari & mœſtus eſſe. Pulchre hanc triſtitiam ejusque cauſam deſcribit D. Ambroſius *in c. 22. Luc.* hic in præſenti: *Nusquam*, ait, *magis Chriſti pietatem & majeſtatem admiror, quam hic ubi plerique horrent: minus mihi contulerat, niſi meum ſuſcepiſſet affectum, ſuſcepit triſtitiam meam, ut mihi lætitiam largiretur: & veſtigijs noſtris deſcendit usque ad mortis ærumnam, ut nos ſuis veſtigijs revocaret ad vitam.* Ecce quot beneficia per hanc triſtitiam nobis contulit piiſſimus Dominus! quanta igitur non eſt obligatio gratitudinis. *Vide tract. 30.* Triſtabatur etiam de ſumma hominum ingratitudine prævidens tam paucis hos ſuos dolores profuturos paucosque ſalvandos fore, *ibid.*

Et progreſſus paſſillum procidit in faciem ſuam. Salmeron *tom.10.tract.12.* inquit in hunc textum: *Erubeſcit levare faciem ad Deum cum peccata totius mundi ſuſtineret.* Chriſtus verus Deus in ſua divinitate impeccabilis, totius puriſſimæ ſanctitatis nitor, aliorum criminum miſericordia, ac amore bajulus, inde procidit in faciem ſuam, ac ſi pro tantis culpis, quas in ſe ad ſatisfaciendum ſuſceperat, ei eſſet ingens pudor ac erubeſcentia apud bonum amicum. Si igitur Chriſtus ita erubuit ob peccata aliena, quam horribilis non erit damnatorum deformitas & confuſio qua percellentur dum omnia ſcelera ſua in ſempiternum manifeſta videbunt. *tract.34.diſc.18.*

Procidit in faciem ſuam orans & dicens: Pater mi, ſi poſſibile eſt tranſeat à me calix iſte. Alte & profunde hic ponderandum, quod antequam poſtulet à Patre, ut calix paſſionis ejus tranſeat ad diſcipulos ac fideles ſuos; tamen prius in cœna Sacramentum ſanguinis ſui in calice inſtituens ait: *Hic calix novum teſtamentum eſt in meo ſanguine. Luc.22.*℣.20. eisque dixit: *Bibite ex eo omnes.* Ut ſcribit *D. Matth.26.* Ad quid vult, ut acerbus & amarus paſſionis calix tranſeat ad eos, qui ſuave ac dulce ſanguinis ſui poculum biberunt? O magnum divinæ ſapientiæ conſilium! prius dat eis poculum ſui ſanguinis, & poſtea vult ut tranſeat ad eos paſſionis calix. Optime præſcribat quod potus ſanguinis ſui ſit ſpirituales ac fortes reddebat bibentes eum, & veluti ferret ac æneï in mortis luctamine prodirent, ut ſine ſpei diffidentia, ſine ſenſu doloris, ſine metu mortis, ſeſe illatis tormentorum tempeſtatibus objicerent, & nihil tam divino munimine corroborati trepidarent. *tract.26.diſc.* 17.20. & 22.

Adhuc eo loquente, ecce Judas unus de duodecim venit; & cum eo turba multa cum gladijs, &c. Ecce quid non machinetur invidia quorſum non impellit hominem ut quidvis etiam in ſuimeriplius ruinam intentet. Jam multa bona à Chriſto viderant Judæi nec tamen ab impia mente deſiſtunt; Judam pecunia ſeducunt, milites conſcribunt, ipſimet curis agitantur & anguſtijs, nuſquam enim ijs requiem permittit concepta ſemel contra Chriſtum invidia. *Vide de vitij hujus turpitudine, tract.38.*

Et confeſtim accedens ad Jeſum dixit: Ave Rabbi & oſculatus eſt eum. Dixitque illi Jeſus amice ad quid veniſti? Ubique Dominus Jeſus ſuæ manſuetudinis ac charitatis eximium præbet ſuis exemplum, non digna qua facile poterat, ultione proditorem ferit, non ab oſculo repulit, non convitijs perſequitur, non denique exprobravit perfidiam, ſed blando verbo ejus conſcientiam tangit; amicum dicens. *Vide hic tract.35. de inimicis eorumque dilectione, per totam.*

Amice ad quid veniſti? Judas horrendum ac turpiſſimum facinus perpetrat: Petrus tamen ovium Paſtor, Eccleſiæ ſacerdos ac Apoſtolorum Princeps, ex ignorantia delinquit; ei enim dicitur: *Vade poſt me Satana: ſcandalum es mihi: quia non ſapis ea quæ Dei ſunt.* Sic in prælato ac ſacerdote divinarum rerum ignorantia diſplicet, ut Judas ſuum horrendum facinus aggrediens audiat: *Amice ad quod veniſti?* At Petrus ex ignorantia delinquens audit: vade poſt me Satana. Et cur ſic rigide vapulat? *quia non ſapis ea quæ Dei ſunt.* Crimen omnium horribilius patienter ſuſtinet in Juda, & inſcitiam in ſuo miniſtro & ſacerdote duris verbis objurgat. *tract.22.diſc.34. de ſapientia & ſcientia ſacra in Eccleſiaſticis requiſita.*

Tunc diſcipuli omnes relicto eo fugerunt. Jam diſcipuli, juxta quod Chriſtus ijs prædixerat, *vos omnes hac nocte ſcandalum patiemini in me.* Quaſi de Magiſtro ſuo & duce quem poſt tot miracula patrata, jam in comprehenſione militum infirmatum & humanæ poteſtati ſubjectum viderant, aliquo modo erubeſcant, ſicque relicto eo omnes fugerunt, aſt non laudabili ſed vitioſa laborant erubeſcentia, *de qua vide tract.25. per totam.*

Et adduxerunt eum ad Annam primum, poſtea ad Caiphan. Hic ad judices ducitur innocentiſſimus Jeſus. Amplam hic de judicibus tractandi S. Eccleſ. habet materiam, de quibus quoque ampliſſima ſuppeditatur. *tr.40. per totam.*

Hæc cum dixiſſet unus miniſtrorum dedit alapam Jeſu, dicens: ſic reſpondes Pontifici. Merito quærit *D. Auguſtinus tract.113.* Cur Dominus *non fecit quod ipſe præcepit.* Præcepit percutienti non reſpondere, ſed alteram maxillam illi præbere. Cur ergo non tacet, ſed modo hic reſpondet: *Si malè locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo.* Cur ergo non potius tacet, nam verba ſæpe patientiam deveniuntant, nobilior enim tolerantiæ teſtis eſt ſilentium; & impatientiæ index extemporalis allocutio; ſanctus Pater, *Quanto ergo meliùs*, ait, *& reſpondet vere placatus, & ad perferenda graviora tranquillo animo fuit paratus.* Non enim tanti faciendum eſt frænum ponere ori in gravioti injuria & ſilentio paſſionem refrænare, quam graviter offenſum verba moderari, & modeſtis verbis in acerba injuria modeſte reſpondere, grandis enim patientiæ index eſt inter opprobria tacere, at illis lacellibus pacata reſpondere & tranquille loqui hoc totius patientiæ ſummum faſtigium ac apex eſt. *tract.36.diſc.14.& 15.* Ubi plura de injurijs & injuriatoribus diſcurſibus varijs.

Verumtamen dico vobis, amodo videbitis filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli. De utroque ſuo adventu altiſſime Judæos hic docet Chriſtus: Interrogavit Pontifex, an ipſe eſſet Chriſtus Filius Dei benedicti. Reſpondet Chriſtus juxta D. Marcum: *Ego ſum.* Quem vos veſtris oculis cernitis in tanta hac humilitate in hoc meo primo adventu, quem poſtea in ſecundo meo adventu videbitis in multa majeſtate. Judæis autem objicit Chriſtus Dominus ſecundum ſuum adventum, quia ſi eum ob ſuam humilitatem contemnunt in primo adventu, ipſum timeant venientem in ſecundo cum poteſtate ad judicandum. Et vere timendus eſt in ſecundo Adventu ut Judex ob varia motiva de quibus *vide tract.41. diſcurſus varios.*

Tunc Princeps ſacerdotum ſcidit veſtimenta ſua dicens: Blaſphemavit. Lex erat *Levitic.21.* lata quod Pontifex veſtimenta ſua non ſcinderet, quod intelligebatur cauſa lugendi mortuum, non vero blaſphemiæ occaſione: Ut docent Oleaſter & alij interpretes ibi: Tamen ſaltem pro morali Theſi juxta mentem ſanctorum Patrum Caiphas hic fregit legem ſcindens veſtes ſuas. Sed quomodo non timet legis præceptum ac ſui muneris depoſitionem? Caiphas hoc egit ad exaggerandum auditum Chriſti ſermonem tamquam blaſphemiam quandam; ſic fervet impius invidia, ut contemnat ſuæ dignitatis privationem, dummodo alterius culpam exag-

gerèt & graviorum oſtendat, intendens alterius diſcrimen ſuum periculum minime timet. *tr.38.d.13.& 14.*

Petrus autem ſoris ſedebat in atrio, & acceſſit ad eum una ancilla dicens: Et tu cum Jeſu Galilæo eras? At ille negante coram omnibus dicens: neſcio quid dicis. Quærit hic D. Ambroſius *in cap. 22. Luc. Quid ſibi vult*, ait: *quod prima eam prodit ancilla, cum viri utique magis eam potuerint recognoſcere: niſi ut iſte ſexus peccaſſe in nece Domini videretur, ut & iſte ſexus redimeretur per Domini paſſionem.* Ecce non ſolum adverſus dominum ſæviunt carnifices, ſed etiam in eum fœmineus ſexus armatur ad magis exaggerandas dominicæ paſſionis ærumnas; ſubdit tamen S. Doctor, *ut malleris ſexus paſſione Domini redimeretur*; quæ verba ſuam habent difficultatem. Paſſio Chriſti eſt infiniti valoris ad infinitos homines mulieres & mundos redimendos. Quomodo ergo ait S. Doctor quod iſte ſexus redimeretur per Domini paſſionem? Reſpondetur: Adeo magnificus eſt Chriſtus Dei Filius in adverſarios ad torrores ſuos, ut inde largius provocetur ad diffundenda dona gratiæ in nos, quo crudelius deſæviunt ad mortem ejus, non hoc merito delicti ſed infinita Redemptoris beneficentia ac benignitate, ubi enim ſuperabundavit delictum ſuperabundavit & gratia; ne ergo fœmineus ſexus excluſus eſſet ab hac uberrima largitate, permittitur delinquere in paſſione Domini, ut ipſius clementia cumulatius hauriat de fontibus ſalutis, tantum abeſt ut hoſtilis malitia ſæviendi in Chriſtum provocet ad vindictam, quam potius ex viſceribus pietatis Jeſu incitativum copioſius miſerendi eſt. Ergo fœmineus ſexus peccare in nece Domini videtur, ut ejus paſſione redimeretur. Ut ita Dominus adimpleret quod præceperat. *Matth.5.℣.44. Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos tract.35.d.4.& ſeqq.*

Et vinctum Jeſum duxerunt & tradiderunt Pilato. E domo Caiphæ ducitur Innocentiſſimus Jeſus in Prætorium Pilati. Hic attente conſiderandus eſt iniquiſſimus proceſſus, quem Pilatus contra Jeſum formavit; in cujus conſideratione facer Eccleſiaſtes agere poteſt de ſupplicijs, & quæ divina juſtitia in pœnam commiſſæ, à judicibus injuſtitiæ ad univerſale & particulare judicium damna immittit. *tract.45.diſc.11. Ubi etiam nonnullæ inſtituantur conſiderationes circa judicium à Pilato contra Chriſtum, factum. ibid.*

Et bajulans ſibi crucem exivit in eum qui dicitur Calvariæ locum: Et poſtquam venerunt ad locum qui dicitur Calvariæ, ibi crucifixerunt eum: & latrones unum à dextris & alium à ſiniſtris. Habuit tunc Innocentiſſimus Jeſus crucifixores ſuos Judæos: habet nunc ijs multo pejores ſcilicet ingratos de quibus *vide tract.30.diſc.20.uſque ad 27.inclusive.*

Et dederunt ei vinum bibere cum felle miſtum, & cum guſtaſſet nolait bibere. Voluit adhuc piiſſimus Jeſus extremum quaſi tormentum ſuſtinere in guſtu ad expiandas tot gulæ peccata, de quibus amplißime agitur, *tr.31.per totum.*

Et impoſuerunt ſuper caput ejus cauſam ipſius ſcriptam: Hic eſt Jeſus Rex Judæorum. Matth. 27. ℣. 37. Ex juſſu præſidis Pilati titulus erectis continens cauſam mortis Chriſti ſcriptus eſt, ut patet ex Joanne: Scripſit autem & titulum Pilatus. Quomodo ex ejus imperio imponitur cauſa mortis ejus? nam ipſemet Pilatus dixit ad Judæos *Apud Luc.* 23. ℣. 5. *Nihil invenio cauſæ in homine iſto.* Quomodo ergo nunc cauſam invenit & eam fixam in cruce publice appoſuit, quamdiu Pilatus juſtitiæ metas intendebat ſervare, cauſam non inveniebat ad Chriſtum condemnandum; at vero cum corruptus fuit aliorum timore ac indebito reſpectu: *ſi hunc dimittis non es amicus Cæſaris, &c.* Statim cauſam invenit ac fabricavit, ut iniquiſſimè juſtitiam prævaricaret ac innocentem agnum morti traderet. Et quot mali judices in hac parte Pilatum imitantur, contra quos *vide tract.40.diſc.3.4.5.6.8.9.10.& 12.*

FERIA SECUNDA PASCHÆ.

Pro hac feria conſule Tractatum vigeſimum nonum de Fide.

FERIA TERTIA PASCHÆ.

Pro hac feria vide Dominicam in Albis.

FESTUM SS. APOSTOLORUM PHILIPPI ET JACOBI.

MUlta huic Evangelio conveniunt ex ijs quæ diximus in Evangelio Dominicæ quintæ poſt Paſcha; pro majori autem hujus Evangelij elucidatione hæc apponere placuit.

Non turbetur cor veſtrum neque formidet. Joan. 14. ℣. 1. prævidebat piiſſimus Dominus & Magiſter qualiter ad ſuum à diſcipulis ſuis receſſum, ad tam ignominioſam mortem, ad tot etiam illis imminentes perſecutiones eſſent perturbandi: modo vult eos confortare ac conſolari, dicens; Non turbetur cor veſtrum; magna enim vobis debet eſſe conſolatio, quia in domo Patris mei manſiones multæ ſunt, & ex eo quod multa pro me ſufferre debebitis ludibria ob mei ſequelam, & vobis particularis quædam manſio obvenier ſcilicet Martyrum, certo enim quodammodo Martyrij participat meritum, qui ludibria ob ſequelam Chriſti ſuffert. *tract.25.diſc.9.*

Creditis in Deum & in me credite. Syriacus & Arabicus non legunt *creditis*; ſed utrumque in imperativo: *Credite in Deum & in me credite*; fide enim eos armat, adverſus omnem turbationem, pavorem ac anxietatem, ac ſi dicat: Aciem mentis per fidem ac ſpem in Patrem ac in me figite, qui ſum Deus conſubſtantialis Patri, & dejicite à vobis omnem timorem ac terrorem: nam animus fide armatus omnia conculcat pericula. Fides enim ſcutum eſt, quod omnes à nobis hoſtiles ictus avertit. *tr.29.diſc.4.*

Vado parare vobis locum. Ut eos de abſentia ſua conſoletur, oſtendit, quod quidquid agit in eorum fiat ſalutem: ſi conceptus fuerit, ſi natus, ſi mortuus, ſi reſurrexerit, ſi ad cœlos tendat, totum nobis proficit. Varia enim ſunt beneficia quibus Deus propriam unuſcujusque perſonam replet. *tr.30.diſc.17.*

Et ſi abiero & præparavero vobis locum; iterum venio & accipiam vos ad meipſum. Ecce memoriam impendentis mortis ac judicij ijs objicit, ut illa meliores fiant ac maxime ad regnum diſponantur. Et non ait: veniam de futuro ſed venio de præſenti, quia memoria judicis ſemper eſt ante oculos habenda. *tract.41.diſc.1.2.& 3.*

Amen, Amen dico vobis; qui credit in me, opera quæ ego facio & ipſe faciet. Fides, ſicut fundamentum eſt & baſis miraculorum, ita quoque eſt omnium bonorum noſtrorum principium & fundamentum cui innitontur, ſine qua nemo quidquam operari poteſt quod bonum Deo gratum, & æternæ vitæ meritorium ſit, *tr.29.d.1.*

FESTUM ASCENSIONIS DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI.

NOviſſime recumbentibus illis undecim apparuit, ſcilicet Jeſus. *Marc.* 16. ℣. 14. In ipſo die Aſcenſionis apparuit Jeſus diſcipulis ſuis recumbentibus domi ad menſam ut pro more illius temporis pranderent, ſed quid ad menſam agit Dominus? dum diſcipuli menſæ aſſiſtunt, Jeſus adeſt, illisque totius orbis prædicationem ac culturam committit, & cui quando totius mundi cultura commendanda eſt, inter epulas apparet Jeſus? ut denotaretur totius mundi regenerationem in Eccleſia ſua non aliter fieri poſſe niſi per cœleſte convivium, cujus virtute multiplicantur Eccleſiæ filij, ut per totum orbem dilatentur. Euchariſtia enim ad Eccleſiæ fulcimentum ad multiplicandam & ſtabiliendam populorum fidem contra hæreſin inſtituta fuit, *tr.26.d.1.*

Noviſſime recumbentibus illis undecim apparuit Jeſus. Dionyſius Carthuſianus hic, *Per hoc*, ait, *quod Chriſtus Dominus Apoſtolis manducantibus viſibiliter apparere dignatus eſt, edocentur, quod etiam corporalia exercitia, imo corporis noſtri refectio atque proviſio Deo placeant, dum ea ad ſpiritualem profectum referuntur.* Unde vult Deus ut cibus corpori neceſſarius ſubminiſtretur, non ſuperfluus, neceſſitati ſerviens non voluptati, ideoque manducandum ut vivamus non vivendum ut manducemus. *tr.32.d.26.*

Noviſſime recumbentibus undecim apparuit illis Jeſus. D. Lucas & glorioſam Chriſti aſcenſionem ſcribens *Act.* 1. ℣. 4. ait, *Conveſcens præcepit eis ab Jeroſolymis ne diſcederent.* In quæ verba Richardus Victorinus *lib.* 1. *de Emanuele cap.* 16. *Attende*, inquit, *quid dicitur, quomodo ibi legitur: & convеſcens præcepit eis ab Jeroſolymis ne diſcederent, & paucis interjectis additur, videntibus illis elevatus eſt, Ecce quia comedit, aſcendit.* O diviniſſimum Epulum! O convivium ſalutare! qui huic menſæ accumbit ad cœleſtia evolat, quod ut nobis Chriſtus ſignificaret, antequam aſcenderet in cœlum comedit, tamquam in Typum ac figuram ſui cœleſtis epuli a quo elevabatur in cœlum: Ecce quia comedit aſcendit. Ut tanto documento nos moneret, quod hoc divino pane nutriti in cœlum advolent ac ferentur. *tract.26.a diſc.9.10.& 24.*

Et exprobravit incredulitatem eorum & duritiam cordis. Recumbentibus undecim diſcipulis ad menſam nempe, apparens Jeſus exprobravit incredulitatem eorum; cur potius modo eos arguit quam in alijs apparitionibus? erant Apoſtoli ad menſam cum Chriſto, & peccata ad Chriſti menſam maxime ſe produnt ac manifeſtantur, ut inde damnentur. *tr.26.d.40.*

Prædicate Evangelium omni creaturæ. Cajetanus omnem hominem appellat creaturam, ad explicandum quare illis fit prædicandum: ratione ſcilicet illius quod habent a Creatore, omnes moleſtiæ ac labores ſubeundi ſunt, ut Evangelium homini prædicetur, eſt enim Dei opus & ab ipſo manibus ejus creatum. *tract.* 30. *diſc.* 13. Unde magna in Eccleſiaſticis & ſacerdotibus veluti Evangelij cooperatoribus exurgit obligatio animarum ſaluti invigilandi. *tract.22.diſc.32.33.*

Prædicate Evangelium omni creaturæ. Haymon. *Omni creaturæ*, ait, *prædicatur Evangelium, cum ſoli homini prædicatur, quia ille docetur propter quem omnis creatura facta eſt. Tract.30. diſc.11.*

FESTUM

FESTUM CORPORIS CHRISTI.

Pro hoc feſto habes Tractatum integrum, de Euchariſtia.

FESTUM S. JOANNIS BAPTISTÆ.

Pro hoc feſto vide Dominicas ſecundam & tertiam Adventus, quibus per varia Themata ad laudes hujus ſancti deprædicandas amplam paravimus viam.

FESTUM SS. APOSTOLORUM PETRI ET PAULI.

VEnit Jeſus in partes Cæſarææ Philippi. *Matth.* 16. Hodie cum Eccleſia Catholica feſtum celebramus duorum ſanctorum Apoſtolorum cæteris eminentiorum quibus Deus velut luciditſimis ſpeculis ſuam exornavit Eccleſiam, maxime vero eos ſtatui Eccleſiaſtico ejusque muneri & obligationi propoſuit in exemplum, de quo, conſideratа amborum Apoſtolorum vita amplam facer Eccleſiaſtes diſcurrendi habet materiam, *tr.22.per totum.*

Interrogabat diſcipulos ſuos dicens: Quem dicunt homines eſſe filium hominis? Chriſtus Dominus interrogat ab Apoſtolis, quem ipſum eſſe dicant homines, ut ab ipſis Apoſtolis ipſum eſſe Filium Dei profiteatur? Cur ergo non dixit quem me eſſe dicunt; vel cujus filium autumant. Ad quid ipſe intendit ut Filium Dei fateatur, cum ſe ipſe filium hominis aſſeveret? Domine unum dicis, & aliud vis audire? dicis te eſſe filium hominis, & tamen ut Filius Dei vis agnoſci? Reſpondet D. Hilarius hic: *Hæc*, ait, *confeſſionis tenenda eſt ratio, ut ſicut Dei Filium, ita & filium hominis meminerimus, quia alterum ſine altero nihil ſpei tribuit ad ſalutem.* Fidei confeſſio debet eſſe de omnibus myſterijs, quæ quidem integre & indubitanter credenda ſunt non vero niſi ſobrie dumtaxat perſcrutanda. *tract.29.diſc.15.*

Venit in partes Cæſarææ Philippi. Relicta Judææ terra ad gentiles proficiſcitur, ut pro fundamento Eccleſiæ claram ſtatuit D. Petri confeſſionem, certum nobis fidei noſtræ relinquens ſpecimen & argumentum, quod pauperes Piſcatores per illam ad Crucifixi adorationem compararint Reges & regna. *tract.29.diſc.21.*

Quem dicunt homines eſſe filium hominis? Non dicit Chriſtus quem dicunt homines eſſe Filium Dei, vel quem me dicunt eſſe; ſed ait, quem dicunt eſſe filium hominis. Cur hic ſciſcitatur, cum ipſe intendat ut Filius Dei fateatur? Eximius Chriſti ſplendor in eo extabat, quod ipſe eſſet Filius Dei; ſumma autem humilitas quod filius hominis exiſteret. Quando ergo de ſe quærit, interrogat quem dicunt eſſe filium hominis? ut his inſtruamur, quod ante oculos ac in ore ſummam noſtram abjectionem circumferamus *&* quod ſupremum noſtrum honorem oblivioni demus, pulchrum certe ad conſervandam humiliatem motivum, pro quo adhuc varia adducantur. *tract.32.diſc.21.*

Vos autem quem me eſſe dicitis? Paulus Emiſſenus homilia de nativitate habita in Concilio Epheſino. *Vos quia tres jam annos me ſecuti eſtis*, inquit, *& qui meam virtutem & prodigia vidiſtis, & ſuper mare ambulantem ſpectaſtis, & in eadem menſa mecum communicaſtis, quem me eſſe dicitis?* Recte Chriſtus ſuos diſcipulos a multitudine hominum extrahit, & tamquam noſtram excedens fecernit; erant enim jam per tres annos Chriſtum ſequentes, in ejusque comitatu perſeverantes, panemque ſacrum de ejus manu communicantes: unde de illis valde magna & ſublimia erant ſperanda: de illis enim qui de Chriſti affluentia tantum hauriebant excellentiora erant in ſcientia & cognitione quam de cæteris hominibus ſperanda. Communio enim ſacra lumen, ſcientiam & Dei Myſteriorumque divinorum infundit cognitionem. *tract.* 26. *diſc.* 24.

Tu es Petrus & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam. Petrus ad dignitatem electus ſacerdotalem ſuffulſit & omnibus profuit: Nil ſibi ſuxit inſtar bibulæ arenæ, ſed ut Petra ædificium ſuſtentavit; è contra vero accidere videas aliquando proh dolor! nam miniſterium ſacerdotale laboriosum eſt, & ad labores non vero ad otium deſtinatum. *tract.* 26. *diſc.*33.

FESTUM S. JACOBI APOSTOLI.

TUnc acceſſit Mater filiorum Zebedæi cum filijs ſuis adorans & petens aliquid ab eo. *Matth.* 20. Non ſine ratione mulier hæc adorans petit aliquid à Chriſto. Cauſam dat D. Thomas: *Adorans*, ait, *quia cum humilitate petijt, ſciebat enim quod Deo placet ſemper humilis deprecatio*; nam oratio quidem efficax eſt, nobisque impetrat quæ poſtulamus, ſi tamen humilitati conjuncta fuerit. *tract.* 32. *diſc.*14.

Tunc acceſſit Mater filiorum Zebedæi cum filijs ſuis adorans, & petens aliquid ab eo. Eſſet juſtum quod ſicut diligenter parentes curant captare occaſionem aliquam mediorum temporalium pro filijs ſuis, attenderent ut obtinerent veras divinas virtutum, per bonam educationem, pro qua maxime ſolliciti eſſe deberent. *tr.23.d.1.*

Da ut hi duo filij mei, unus ſedeat ad dextram tuam. Si boni parentes velint videre filios ſuos cum quiete & proſperitate ſedere, procurent ſolum ut ſint boni, quia afflictiones morsque temporalis proveniet eis in oculis proprijs, ex malo exemplo & impia Parentum vita. *tract.* 32. *diſc.* 3.

Neſcitis quid petatis. Mater poſtulaverat & tamen filij redarguuntur, quia filij Matri perſuaſerant ut peteret. Nil falſum poteſt imponi Deo cui omnia patent, qui quoque ut judex manifeſtabit abſcondita cordium. *tract.41.diſc.14.*

FESTUM S. LAURENTIJ MARTYRIS.

NIſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit. Aptiſſime Chriſtus in præſenti grano frumenti comparatur, nam granum frumenti ut ait Albertus Magnus, inter grana cibo naturali convenientia, ſolum perfectum eſt: figura columnæ; colore rubrum: qualitate magnum: in ſubſtantia purum: complexione conveniens ad ſubſtantiam nutriendum: dulce ad guſtum: præſtans & adhærens membris ad nutrimentum. Sic & Chriſtus ſolus perfectus eſt cibus animarum. *de quo vide tract.26.per totum.*

Niſi granum frumenti. Chriſtus recte dicitur granum frumenti, duplicem ob cauſam, tum ut patiatur ac moriatur, tum ut nos nutriat; ex quo colligitur correſpondentia Sacramentum inter & paſſionem, cujus illud extitit fructus. Ut igitur Euchariſtiam cum fructu participemus paſſionem meditemur. *tract.26.diſc.36.*

Diſperſit dedit pauperibus. Præclaræ fuerunt D. Laurentij prærogativæ & virtutes, docet enim magnam eleëmoſynæ præſtantiam. *De qua vide integrum tract.24.*

Laurentius ingreſſus eſt martyr & confeſſus eſt nomen Domini Jeſu Chriſti. Quanto crudelius tormenta cruciabant, tanto lætiorem ſe exhibebat; non modicum per hoc inſignis hic Chriſti Martyr fidem noſtram corroboravit; Martyrum enim in tormentis conſolationes, & ingens eorum pro fide patiendi aviditas evidens eſt veræ fidei teſtimonium. *tract.29. diſc.* 20.

FESTUM ASSUMPTIONIS B. VIRGINIS MARIÆ.

INtravit Jeſus in quoddam caſtellum. *Luc.*10. Si cætera Virginis Deiparæ feſta valde ſunt glorioſa, hoc præ cæteris excellit, ſiquidem hodie coronam accipit omnium bonorum, quæ in alijs digna promeruit. Totum hodiernum feſtum gloriam ſpirat provenientem ex gaudioſa illa invitatione, qua Chriſtus delictam ſibi Matrem ad cœlum invitavit. Occaſione cujus hic agi poteſt de invitatione qua Chriſtus electos advocabit. *tract.42.diſc.25.*

Et Mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum ſuam. Non ſine ingenti myſterio Martha hic mulier dicitur; non autem Maria. Moraliter illud explicandum ſuſcipiendum cum Martha repræſentaret corpus B. Dei Genetricis quæ Deū utero ſuo excepit, optime dicitur mulier, ut omnibus ſit apertum, quod hæc ſuprema Regina in ſua perſona ac corpore, quid humanum & non divinum exiſtit, ſicque præcluderetur error aliquorum hæreticorum, qui perfide exiſtimarunt B. Virginem eſſe perſonam divinam. At Maria quæ præexcelſas Deiparæ virtutes præfigurabat, non ſcribitur mulier, ut cunctis ſit notum quod hæc Angelorum Regina in ſuis virtutibus ac dotibus maxime vero virginitate quid cœleſte habuerit & divinum; quo tamen non obſtante excellentiſſima fuit in humilitate, clare ſuo exemplo probans quod quanto quis majori lumine à Deo eſt præditus, Deoque vicinior factus, gratijsque divinis & favoribus auctus, tanto magis ſe humiliat ſuumque nihilum agnoſcit. *tract.32.diſc.18.*

Et mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum ſuam. Euthymius exiſtimat quod hoc caſtellum erat utriusque ſororis. *Joannis enim* 11. ℣. 1. appellatur hoc caſtellum Mariæ & Marthæ ſororis ejus, Cur ergo de ſola Martha dicitur, quod Dominum exceperit in domum ſuam? Reſponderur: Martha virgo erat pia & Religioſa fœmina ut eam appellat D. Auguſt. *Serm.27.de Verbis Domini.* At Magdalena, quamvis jam peccatorum ſuorum obtinuerit remiſſionem: *Remittuntur ei peccata multa. Luc.* 7. ℣. 48. tamen hæc illa recogitans & aliunde conſiderans eximiam Chriſti puritatem non audet ipſum in propriam domum recipere. Hæc eſt pia contemplatio D. Vincentij Ferrerij *Serm.*1. *de Aſſumpt.* ubi ait, quod hoc Caſtellum in quod Chriſtus intrat, ſignificat B. V. Mariam, cui aſſimilantur illi, qui Chriſtum per Sacramentum Altaris recipiunt. Si ergo Magdalena tot lachrymis, tanta contritione, tantaque indulgentia à Chriſto obtenta non audet ipſum recipere in propria domo; quomodo præſumimus hunc ſacratiſſimum panem ſine magna contritione ac peccatorum deteſtatione comedere. *tr.26.d.28.*

Et mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum ſuam. Domus utriusque ſororis erat, & tamen adeo ſanctè ac uniformiter vivebant, ut id quod ſub unius poteſtate erat, eſſet quoque ſub alterius; ac proinde Chriſtus hanc domum libenter ingrediebatur. Ad eumdem modum Sacramentaliter Chriſtus libenter ingreditur animas pacificas: Sacramentum enim hoc utpote unionis & pacis ſymbolum, diſcordes rejicit. *tr.28.26.diſc.19.*

Et

Et mulier quædam Martha nomine. Optime & prudenter faciunt hæ duæ sorores excipiendo Christum in domum suam, gratasque illi deferendo obsequia, quocirca angustiarum tempore tanto possunt illum majori accedere & rogare fiducia sicut ipsa rogarunt Lazaro infirmante. Ecce quis fructus subsidij & compassionis in pauperes. *tract.24.disc.6.*

Huic erat soror. Sorores hæ duæ unanimiter recurrunt ad Christum. Martha significat opera corporalia, Maria spiritualia: utriusque Deo servire debemus, cum ab illo habeamus non animam tantum sed & corpus. Quoad animam servire possumus bono exemplo; per hoc enim lucramur proximum, *tract.27.disc.1.* quoad corpus vero per opera misericordiæ corporalia & eleëmosynam. *tract.27.disc.2.*

Martha autem satagebat circa frequens ministerium. Verum quidem est, quod D. inquit Augustinus *serm. 26. de verb. Domini.* O Beati, qui Christum in domum propriam susci pere meruerunt: sed non est quod desuper tristemur aut conqueramur quasi nobis hæc non fuisset facta gratia: Nam non abstulit nobis hanc dignationem. Nam ut hoc & nos illi exhibere possemus obsequium se in persona pauperis nobis proposuit dicendo. *Quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. tract.24.disc.15.*

FESTUM S. BARTHOLOMÆI APOSTOLI.

E *Legit duodecim ex ipsis quos Apostolos nominavit.* Ecce tibi! duodecim Dominus elegit Apostolos pro opere maximo nempe Evangelij sui prædicatione; sed mirum quod homines elegerit adeo rudes & ignaros; sed hoc non sit tibi mirum, altissimo enim idipsum consilio factum est, etenim hoc veritatem fidei nostræ evidentissimè probat, *Tract.29. disc. 17. & 21.*

Elegit Bartholomæum. Bartholomæum ad munus elegit Apostolicum ut homines doceret viam salutis, vita eradicaret. Bartholomæus vocationi neutiquam restitit & factis egregijs munus suum rite perfecit, sed merces ejus fuit excoriatio, nec tamen in hoc gravi periculo vitæ quidquam omisit, multo minus Paganorum curans irrisiones & ludibria, insigne nobis præbens exemplum, docens nos ut insultibus & derisionibus nos à Christo seducentibus surdas præbeamus aures, tanto in virtute ardentiores quanto magis impetimur. *tr.25.d.5.*

Elegit Bartholomæum. Omni sanctitate conspicuum, qui enim debebat mundi vitia corrigere ab illis omnino conveniebat ut esset immunis, essetque exemplar & Judæa virtutis qui caput debebat esse Christianæ cujusdam communitatis; siquidem subditi ad talis capitis exemplum oculum semper habent directum. *tr.27.d.5.*

Elegit Bartholomæum. Bartholomæus ad fastigium dignitatis sacerdotalis evectus, laboribus non pepercit, dignitatem suam pro animarum salute exactam gerens curam, maxime nobilitans, probe sciens se per ministerium sacerdotale non ad otium sed ad labores esse vocatum. *tr.22.d.33.*

Elegit duodecim ex ipsis quos Apostolos nominavit. Observa textum, & binos simul scriptos advertes: causam nobis allegat D. Paschasius *lib.6.in Matth. Bini ponuntur*, inquit, *ut charitas in eis gemina, Dei videlicet & proximi, quam prædicaturi erant patefaceret.* Ut ita charitatem quam verbo prædicaturi erant, incessu & actione ostenderent. Plus enim persuadent opera quam verba. *tr.27.d.2. & 3.*

FESTUM S. MATTHÆI APOSTOLI.

PRo hoc festo sicut & pro Festis Sancti Michaelis Archangeli, SS. Apostolorum Simonis & Judæ vide integros Tractatus, vigesimum secundum de Ecclesiasticis: particulariter autem pro festo S. Michaelis Archangeli Tractatum vigesimum septimum de bono & malo exemplo sicut & scandalo. Item pro festis Apostolorum Tractatum vigesimum nonum de fide, ex ipsque seligat quisque quod sibi magis arriserit, quia hisce festis assignata Evangelia aliam discurrendi non præbent materiam quæ in hoc opere contineatur, amplissima autem in assignatis habetur tractatibus.

FESTUM OMNIUM SANCTORUM.

V *Idens Jesus turbas ascendit in montem Matth.5.* Proponit nobis hodie sancta Mater Ecclesia sub typo turbarum Christum sequentium dum in montem ascenderet, altitudinem & sanctitatem suæ doctrinæ, quæ plurimos habuit sequaces eosque sanctos effecit, non obstante quod virtus quam suadet naturæ nostræ corruptæ adversetur; econtra vero quod sectæ profanæ multos habeant sectatores, mirum non est, cum omnem carni & sensui permittant libertatem. *Tract.29. disc. 23.*

Videns Jesus turbas ascendit in montem. Ascendit Christus in montem, & tu mi Christiane hodie tibi persuade, tecum Christum ascendere Tribunal, rationem suæ legis à te expostulantem, tuamque ex ipsis Sanctis convincentem ignaviam, per rigorosissimum examen quod nobiscum instituet, in reddenda ratione bonorum gratiæ, naturæ & fortunæ, &c. *tract.41. disc.13.*

Et aperiens os suum docebat eos, Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum cælorum. Inter cæteras beatitudines, pauperes spiritu, primum locum obtinent; causam hujus dat D. Augustinus *lib. de serm. Domini. Recte hic intelliguntur pauperes spiritu, humiles & timentes Deum, id est, non habentes inflatum spiritum. Nec aliunde incipere oportuit beatitudinem, siquidem perventura est ad summam sapientiam. Initium autem sapientiæ timor Domini: quoniam è contrario initium omnis peccati superbia scribitur* Ab humilitate in beatitudinibus exorditur Dominus suum sermonem, quia in illis perveniendum est ad summam sapientiam, & ut ædificium magis excrescat in humilitate debet fundare suas radices, *tract. 32. disc. 2.*

Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Superbia est morbus mentis; nam per illam homo infirmatur, ut seipsum ignoret. Dominus volens hominem sanare, & restaurare ad beatitudinem, primum illi objicit humilitatem, (quæ hic intelligitur per spiritus paupertatem) per quam homo se suamque vilitatem recognoscit; & hanc ponit in primo limine inter beatitudines; primus enim gradus ad magna ac sublimia est, ut homo seipsum agnoscat, suamque conditionem ac qualitatem sciat mensurare ac demetiri. *tract.32.disc.20.*

Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Inter eximias virtutes ac insignes benedictiones pauperes primi veniunt in Christi sermone. Sed unde pauperibus tantus decor & nobilitas? Non aliunde nisi ab ipsamet Christi divinitate. Valde enim ingenitus proprius ac peculiaris est affectus Dei in pauperes dejectos ac humiles, ut hi primi benedictionem habeant ab ore Christi, humilitas siquidem Deum in animas hominum attrahit. *tract.32.disc.6.*

Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Christus hic mites beatos appellat, quia ut ait, Climacus grad.24. *Mansuetudo est Magistra gaudij, imitatrix Christi, cælitum proprietas, vinculum & nodus dæmonum, fructum adversus amaritudinem seu animi acerbitatem; in cordibus mansuetorum requiescit Dominus, anima autem turbata nidus est Diaboli.* Exercetur autem hæc virtus maxime, in tolerantia injuriarum, ex qua prædicti resultant fructus, prout videre est. *tract.36.disc.9.*

Beati mites. Non credas omnibus hanc esse virtutem. Illi enim vere dicuntur mites, qui cum possint vindictam sumere ab offensoribus, non tamen sumunt, sed cor erga suos gerunt blandum & pacificum. *tract.36.disc.6.7.10. 11. 14. & 15.*

Quoniam ipsi possidebunt terram. Tangit hic Dominus magnam efficaciam mansuetudinis, prout videre est in Davide, qui per hanc virtutem omnes sibi tribus subjecit: insuper & hac virtute suos armavit Apostolos, ut totum mundum subjugaret Evangelio; hoc autem egit dum eos mittit sicut oves. Nec major vis animos sibi subjicere quam per tolerantiam calumniarum & irrisionum, unde sequacium Christi proprium est, esse scopum irrisionum, &c. *tract.25.disc. 1.6.7. & 8.*

Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur; de hac virtute, ejusque exercitio, fructibus & modo vide Tractatum vigesimum quartum per totum.

FINIS.